


TESTAMENTI VETERIS ET NOVI

BIBLIA SACRA,

EX HEBRÆO ET GRÆCO Latina facta.

Altera tralatio Vetus est, altera Noua cum adnotationibus FRANCISCI VATABLI, *prout vtramq; Regio priuilegio ornatam* ROBERTVS STEPHANVS *anno* M.D.XLV. *Lutetiæ edidit.*



ACCESSERE, INTERPRETATIO NOMINVM HEBRÆorum, Chaldæorum & Græcorum quæ passim in hisce libris occurrunt: INDEX rerum & sententiarum memorabilium locuples: nec non Versuum singulorum Capitum per numeros distinctio.





HANOVIÆ,
Typis Wechelianis, apud Claud. Marnium,
& hæredes Iohannis Aubrii.
MDCV.

AD SACRARVM LITERARVM STVDIVM: EXHORTATIO EX SACRIS LITERIS.

Exod. 13.

NARRABIS filio tuo in die illo, dicens, Hoc est quod fecit mihi Dominus quando egressus sum de Ægypto. Et erit quasi signum in manu tua, & quasi monimentum ante oculos tuos, & vt lex Domini semper sit in ore tuo. In manu enim forti eduxit te Dominus de Ægypto.

Deut. 12.

NON facietis singuli quod vobis rectum videtur: sed quod præcipio tibi, hoc tantum facito Domino: nec addas quicquam, nec minuas.

Deut. 31.

LEGES verba legis huius coram omni Israel, audientibus eis, & in vnum omni populo congregato, tam viris quàm mulieribus, paruulis & aduenis qui sunt intra portas tuas: vt audientes discant, & timeant Dominum Deum vestrum, & custodiant, impleantq; omnes sermones legis huius.

Iosue 1.

NON recedat volumen legis huius ab ore tuo: sed meditaberis in eo diebus ac noctibus, vt custodias & facias omnia quæ scripta sunt in eo. Tunc diriges viam tuã, & intelliges eam. Non declines à verbis legis huius ad dexterã vel ad sinistrã, vt intelligas cuncta quæ agis.

Prouerb. 30.

OMNIS sermo Dei ignitus, clypeus est sperantibus in se. Ne addas quicquam verbis illius, & arguaris, inueniarisq; mendax.

Rom. 15.

QVAECVNQVE scripta sunt, ad nostram doctrinam scripta sunt: vt per patientiam & consolationem scripturarum spem habeamus.

2, *Timoth.* 3.

TV vero permane in his quæ didicisti & credita sunt tibi, sciens à quo didiceris, & quòd ab infantia sacras literas nosti, quæ te possunt instruere ad salutem, per fidem quæ est in CHRISTO IESV. Omnis scriptura diuinitus inspirata, vtilis est ad docendum, ad arguendum, ad corripiendum, ad erudiendum in iustitia: vt perfectus sit homo Dei ad omne opus bonum instructus.

1. *Timoth.* 4.

DVM venio, attende lectioni, exhortationi, & doctrinæ.

ROB. STEPHANVS LIBRARIVS REGIVS LECTORI.



Onsilii nostri rationem postrema hac Bibliorum editione paucis accipe Christiane lector. Veteris interpretis tralationem primo loco impressimus, integram quidem, in qua nihil omnino immutatum reperies. Siquando autem collatis iam olim vetustissimis, & iis manu scriptis codicibus, varia occurrit lectio, quæ Hebræo codici responderet: eam margini, vt in præcedenti Bibliorum excusione factum erat à nobis, adnotauimus, præposito asterisco, aut obelo: vt nemo iure queri possit nos veterem & vsitatam lectionem quoquomodo inuertisse. Secundo loco, ex pluribus de Hebræo tralationibus, quæ nostro tempore emerserunt, eam potissimum elegimus, quam veteri eregione apponeremus, quæ viris doctis videretur cæteris Latinior. Nam Sancti Pagnini versionem sicut omnium doctissimam confitentur qui iudicio sunt in hoc genere excellentiori, sic paulo obscuriorē esse queruntur, quòd verbū verbo reddere studuerit. Hanc igitur nouam tralationem tametsi existimaremus fidelem, & veritatem Hebraicā proxime exprimere, cum vellemus tamen cum aliorū versionibus, maxime autē Sancti Pagnini, conferre: ecce cōmodùm amici de prælectionibus Francisci Vatabli doctissimi Hebraicarum literarum professoris Regii nos admonent, neminem maiori vel eruditione, vel fide, magisq; perspicua expositione sacros Veteris testamēti libros omnes quos Hebræi receperunt, interpretatū esse. multos esse eius diligētissimos auditores, qui percepta ab eo, magna fide excepissent. Horum igitur consiliū secuti, diligentissimum quenq; ex illius auditoribus rogauimus vt suos nobis libros cōmodarent: quod illi alacres libentiq; animo (vt sunt publicæ vtilitatis amantissimi) fecerūt. Nos vero quanta animi attentione fieri potuit, excepta ab illis, cum hac noua versione contulimus: ex hisq; peculiares quasdam Hebraici sermonis formas, quas semel & iterū inchoatas, ad margines Bibliorū à nobis superioribus annis excusorum annotaueramus, omnes propemodū explicauimus. Præterea quæ vel subobscura erant in hac ipsa tralatione, vel ab eius authore parum diligenter perpensa, vel etiam ab Hebraica veritate interdū aliena, ita indicauimus numeris aut aliis notis, simulq; exposuimus, vt quæ difficilima esse & obscurissima adhuc visa sunt, nūc plana fore ac facilia confidamus. quod deprehēdent ii potissimū qui in literis sacris paulo erūt exercitatiores. Quod si Vatablus ipse has annotationes edidisset, Deus bone, quantū doctrinæ, quantū facilitatis accessurū fuisse existimamus? verū quominus adhuc id, sicut cupiebat, præstaret, publicæ professionis occupationibus est prohibitus. Hæc autē de libris Veteris testamenti tantum, & qui sermone Hebraico scripti sunt intelligetis. Ac interim vtemini & fruemini his, dum grauiora & se digna parat, quæ vel peritissimis linguæ sanctæ satisfaciant. Admoneremus vos de numeris & semicirculis, quibus verba noui interpretis annotanda inclusimus, quibus iidem respondent in annotationibus: De obelis item & asteriscis, aliisq; notis quibus pro numeris vsi sumus, ne ipsorum scil. numerorum ordo perturbaretur: nisi certo cōpertū nobis esset, ea omnia per se esse notissima. Nisi forte dubitatis de hoc notarū genere [ ] quibus in libris ex Hebræo versis, & etiam in annotationibus clauduntur ea, quæ apud Hebræos quidē non leguntur, subaudienda tamē sunt. In libris vero apocryphis ea quę in nullo prorsus inuēta fuerunt Græco exemplari, sed in veteri tantum interprete lecta, iisdem notis continentur. Iam his ipsis in libris apocryphis, asterisci quibus nullus alius in margine respondet, versum eum totum significant in aliquibus, sed non omnibus, lectum esse Græcis codicibus. Tantum hoc addemus: cùm in annotationibus doctum inter Hebræos nominamus, Rabbi Dauid Kimhi nos intelligere: cū verò doctiores, eum ipsum, cuius prælectionū beneficio hæc habemus, & Christianos doctores, significare. Nouum porrò interpretem in propriorum nominum scriptura Zain conuertisse in s: & Sade in z: Sin vero cum puncto dextro, in sch. quo effectum est, vt in his maxima scripturæ varietas esset. Præterea vnumquemq; Hebręorum versuum, quantum licuerit, maiuscula nos litera notauisse. Postremo has notas, Heb. Chal. & sub. vbi occurrerint, primam Hebraicè, secundam Chaldaicè, tertiā subaudi significare. Alia siqua fuerint, tute ipse ex frequenti lectione facilè animaduertes. Vale.

SVMMA TOTIVS SACRÆ SCRIPTVRÆ,
librorum videlicet Veteris & Noui testamenti.

Deus. DOCENT NOS LIBRI VETERIS TESTAMENTI, DEVM ILLVM QVEM COLVERVNT Abraham, Isaac & Iacob Hebræi, solum verum esse Deum, eumq; omnipotentem & æternum: qui propter bonitatem suam Verbo suo cælum & terram, & quæ in eis sunt, creauit, à quo omnia procedunt, sine quo nihil quicquam est: iustum & misericordem: quique omnia operetur in omnibus secundum voluntatem suam: cui non liceat dicere quare sic vel sic faciat.

Creatio hominis. Peccatum. ADHAEC, ipsum hunc Deum creasse Adam primum hominem ad imaginem & similitudinem suam, dominumq; eum constituisse omnium creatorum in terra. Qui quidem Adam, inuidia & fraude diaboli, creatoris sui præcepto non obediens, suo peccato, peccatum in hunc mundum inuexit tale, tantumq;, vt nos secundum carnem ab ipso progeniti, natura filii iræ simus, & ob id morti, damnationi, iugo & tyrannidi diaboli obnoxii reddamur.

Promissus Christus. PORRO autem promissum fuisse à Deo patre semen illud benedictum IESVM CHRISTVM filium suum saluatorem nostrum, ipsi Adæ, Abrahæ, Isaac, Iacob, Dauidi, & reliquis patribus, qui à peccatis & tyrannide diaboli liberaret eos qui viua fide huic promissioni crederent, ipsique IESV CHRISTO fiderent, liberationem hanc ab ipso & per ipsum sperantes. Est autem hæc promissio sæpissime repetita in libris Veteris testamenti.

Lex sine decalogus. INTEREA autem dum à patribus expectabatur promissa salus & liberatio, quòd ea est hominum natura tam superba atq; adeò corrupta, vt non libenter ipsi velint se agnoscere peccatores, quibus promisso Salutari sit opus: legem scriptam in tabulis lapideis, datam fuisse à Deo per Moysem, vt per eam agnito peccato, & cordis humani malitia, ardentius sitirent homines CHRISTI aduentum, qui ipsos à peccatis redimeret, quod sacrificia & hostiæ non præstabant. erant enim vmbræ & figuræ veræ oblationis CHRISTI qua peccata omnia obliteranda erant & abolenda.

Christus Deus saluator venit. NOVI autem testamenti libris, docemur, CHRISTVM illum promissum (qui est super omnia Deus benedictus in secula) & in libris Veteris testamenti adumbratum sacrificiis, ac figuratum, missum tandem à patre fuisse, eo tempore quod apud se constituerat, eo inquam tempore, quo abundabat omnis iniquitas. Missum autem & incarnatum, non ex bonis cuiusquam operibus (nam omnes erant peccatores) sed vt verax, abundantes gratiæ suæ diuitias, quas promiserat, exhiberet, & secundum misericordiam suam saluos nos faceret.

Agnus. Hostia. Pax. Adoptio. In Nouo igitur testamento, planissime ostenditur, quòd IESVS CHRISTVS verus agnus, & vera mundi hostia, venit vt nobis pacem cum patre conciliaret, (ipse est enim pax nostra) lauando nos à peccatis nostris in sanguine suo: & liberaret à seruitute diaboli (cui peccando seruiebamus) in filiosque Dei adoptaremur per ipsum cohæredesque eius efficeremur.

Spiritus sanctus. Fides. Charitas. Spes. Vt autem singulare hoc & maximum Dei beneficium erga nos agnoscamus, dat nobis Deus Spiritum suum sanctum, cuius fructus & donum est fides in Deum & CHRISTVM eius. Nam sine Spiritu sancto quo signamur, neq; credere possumus Deum patrem misisse MESSIAM, neque IESVM esse CHRISTVM. nullus enim (inquit Paulus) dicere potest, Dominus IESVS, nisi in Spiritu sancto.

Idem Spiritus testatur spiritui nostro quòd sumus filii Dei, & diffundit in viscera nostra eam charitatem quam describit Paulus Corinthiis. Præterea Spem, quę est certa vitæ æternæ expectatio, cuius idem ipse arrabo est & pignus, nobis impertitur. & alia spiritualia dona, de quibus Paulus ad Galatas. *Iustificatio, & sanctificatio.* Per hanc itaq; in CHRISTVM fiduciam & fidem quæ per charitatem operatur, & se charitatis operibus exerit, ad ea hominem mouens, iustificamur & sanctificamur: id est, Deus & Pater Domini nostri IESV CHRISTI (qui & pater noster effectus est per ipsum fratrem nostrum) nos pro iustis & sanctis habet, sua gratia non imputans nobis ad gehennam delicta nostra.

Bona opera. Venit denique CHRISTVS ipse vt nos per ipsum sanctificati & purificati à peccatis, voluntatem eius operibus bonis sectantes, quæ carnis sunt abnegemus, ac liberè seruiamus ei in iustitia & sanctitate omnibus diebus nostris: & vt per bona opera (quæ præparauit Deus vt ambularemus in illis) nos ostendamus ad hanc gratiam vocatos: quæ quidem bona opera qui non habet, testatur se fidem in CHRISTVM non habere qualem ille in nobis requirit.

Christus magister. Pontifex. Mediator. Aduocatus. Ad eũ oportet nos accedere, & alacri animo ipsum sequi, vt nos doceat: Est enim magister noster, mitis & humilis corde. Exemplar nostrum, à quo discere oportet normam rectè viuendi. Noster præterea Episcopus & summus pontifex, vnus mediator Dei & hominum: qui nunc ad dexteram Dei patris sedet, nobis aduocatus factus, orans interpellansq; pro nobis: qui proculdubio impetrabit quod vel ab ipso, vel ipsius nomine à Patre petierimus: si modo petentes ita illum facturum esse crediderimus. sic enim promisit. Ne igitur dubitemus, siquando peccauerimus, cum pœnitentia (ad quam nos initio statim suæ prædicationis inuitat & incitat) cumque fiducia accedere ad thronum gratiæ eius: credentes quòd misericordiam consequuturi sumus. nam ideò venit vt peccatores sua gratia saluos faceret.

Iudicium. Vita æterna. Ignis æternus. Hic nimirum est CHRISTVS IESVS, qui post interfectum spiritu oris sui hominem peccati, sedebit in maiestate sua, omnes iudicaturus, & redditurus vnicuique propria corporis prout gessit, siue bonum siue malum. dicturusque est iis qui à dextris erunt, qui in hoc mundo futura bona expectauerint, Venite benedicti Patris mei, possidete paratum vobis regnum à constitutione mundi. Iis autem qui à sinistris, Discedite à me maledicti in ignem æternum, qui paratus est diabolo & angelis eius. Tunc verò finis erit, quum regnum Deo & Patri tradiderit.

HAEC vt cognoscamus, bonitate Dei per Spiritum eius sanctum tradita sunt nobis sacra Biblia: vt cognoscamus inquam & credamus vnum solum esse Deum verum, & quem misit IESVM CHRISTVM: vtque credentes, vitam habeamus in nomine eius.

PRAETER hoc fundamentum nemo aliud potest ponere. Optatque Paulus eum anathema esse qui aliam fidem & salutem annunciauerit, quàm per IESVM CHRISTVM: etiam si fuerit angelus de cælo.

Quoniam ex ipso & per ipsum & in ipso sunt omnia: cui cum Patre & Spiritu sancto honor & gloria in secula seculorum. Amen.

Exod. 3. & 5.
Deut. 6.
1. Tim. 1.
Daniel. 7. c
Gen. 17.
Exod. 15.
Gen. 1.
Psalm. 103.
Ierem. 9.
Psalm. 10.
Roman. 9.
1. Corinth. 12.
Roman. 5.
Esa. 45
Ierem. 38.
Gen. 3.
Sapient. 2.
Rom. 5.
Ephes. 1.
Gen. 3. 12. 26. 28
Heb. 1.
Rom. 3.
Gal. 3.
Exod. 19. 20.
1. Corinth. 1.
Heb. 7.
Hebr. 10.
Iohan. 1.
Rom. 9.
Luc. 2.
Gal. 4.
Ephes. 1.
Rom. 5.
Tit. 3. Ephes. 2.
Ephes. 2.
Rom. 15.
Tit. 3.
Iohan. 1.
Esa. 53.
1. Ioh. 1. Eph. 1.
Ephes. 1.
1. Pet. 1.
Luc. 1.
Heb. 2.
Apostol. 1.
Ephes. 1.
Rom. 8.
Ephes. 3.
Gal. 4.
Gal. 5.
Ephe. 1.
1. Cor. 11.
Rom. 8.
Rom. 5.
2. Cor. 13.
Tit. 2. & 3.
Ephe. 1.
Galat. 5.
Galat. 1.
Ephe. 5.
Heb. 13.
1. Cor. 1.
Heb. 2.
2. Cor. 5.
Tit. 2.
Luc. 1.
Ephe. 2.
2. Pet. 1.
Matth. 11. & 13.
Iohan. 13.
1. Pet. 2.
Heb. 4.
1. Tim. 2.
Heb. 11.
1. Iohan. 2.
Rom. 8.
Iohan. 14.
Heb. 4.
Matt. 1.
Heb. 4.
1. Tim. 1.
2. Thes. 1.
1. Cor. 5.
Matth. 25.
1. Cor. 15.
2. Pet. 1.
Ioh. 17. Ioh. 20.
1. Cor. 3.
Gal. 3. Rom. 11.

INDEX

INDEX TESTIMONIORVM A CHRISTO ET APOSTOLIS IN NOVO TESTAMENTO CITATOrum ex Veteri, quæ huc in id congesta sunt, vt pii lectores natiuam quorundam intelligentiam facile assequi valeant quæ ab ipso Christo vero interprete & Spiritu eius, per Apostolos sit tradita: perspiciantq; in quem vsum ea adduxerint Apostoli & Euangelistæ.

GENESIS.

1 d Masculum & fœminam fecit eos. Matt. 19.a Marc. 10.a
2 a Requieuit Deus die septima ab omnibus operibus suis — Heb. 4.b
2 b Factus est primus homo Adam in animam viuentem — 1. Cor. 15.f
2 d Dimittet homo patrem, & matrem, & adhærebit vxori suæ. Matth. 19.a. Marc. 10.a Ephes. 5.g. 1. Cor. 6.d
2 d Erunt duo in carne vna. Matt. 19.a. Mar. 10.a 1. Corint. 6.d. Ephes. 5.g
12 a Exi de terra tua & de cognatione tua — Act. 7.a
12 a Et in semine tuo benedicentur omnes gentes. — Act. 3.d. Galat. 3.b
15 b Sic erit semen tuum — Rom. 4.c
15 b Credidit Abraham Deo, & reputatum est illi ad iustitiam. — Rom. 4.a. Iac. 2.d. Gal. 3.a
15 c Erit semen tuum peregrinum in terra non sua — Act. 7.a
17 a Quia patrem multarum gentium constitui te. — Rom. 4.c
18 b Secundum hoc tempus veniam, & erit Saræ filius. — Rom. 9.b
21 b Eiice ancillam & filium eius — Galat. 4.d
21 b In Isaac vocabitur tibi semen — Rom. 9.b
22 c Nisi benedicens benedicam te, & multiplicans, &c. — Heb. 6.c
22 d Quia benedicentur in te omnes gentes. Gal. 3.b. actor. 3.d
25 c Quia maior seruiet minori — Ro. 9.e

EXODVS.

3 b Ego sum Deus Abraham, &c. Matth. 22.c. Marc. 12. Luc. 20.f
9 d In hoc ipsum excitaui te, vt ostendam in te potentiam meam — Rom. 9.d
12 g Os non comminuetis ex eo — Iohan. 19.f
13 a Omne masculinum adaperiens vuluam. Luc. 2.d
16 d Qui multum, non abundauit: &c. 2. Cor. 8.c
20 c Non mœchaberis — Matt. 5.d
20 c Non adulterabis, Non occides, Non furtum facies, Non loqueris contra proximum tuum falsum testimonium, Non concupisces. Rom. 13.c
20 c Non concupisces — Rom. 7.b
20 c Non occides — Matth. 5.c. Luc. 18.d
20 c Honora patrem tuum & matrem tuã. Matt. 15.a. Marc. 7.b. Ephes. 6.a
21 c Qui maledixerit patri suo vel matri, morte moriatur — Matth. 15.a. Mar. 7.b
21 c Oculũ pro oculo, dentẽ pro dente. Mat. 5.f
22 d Principi populi tui non maledices. Act. 23.a
24 e Hic sanguis testamenti, quod mandauit ad vos Deus — Heb. 9.e
25 g Vide omnia facito secundũ exemplar quod tibi ostensum est, &c. — Heb. 8.b. act. 7.f
32 a Fac nobis Deos qui præcedant nos — Act. 7.e
33 d Miserebor cui voluero, &c. — Rom. 9.c
34 d Non sicut Moyses ponebat velamen super faciem — 2. Cor. 3.c

LEVIT.

11 g Sancti eritis, quoniam ego sanctus sum. 1. Pet. 1.c
18 a Qui fecerit homo, viuet in ea. Rom. 10.b. Galat. 3.b
19 c Non periurabis — Matth. 5.e
19 d Diliges proximum tuum sicut teipsum. Ro. 13.d. Galat. 5.c. Iaco. 2.b. Matth. 22.d. Marc. 12.c
19 d Diliges proximum tuum — Matth. 5.g
20 b Qui maledixerit patri, &c. — Matt. 15.a
24 d Oculum pro oculo — Matth. 5.f
26 b Quoniam inhabitabo in illis, & ambulabo inter eos — 2. Cor. 6.d

NVMERI.

9 b Os non comminuetis ex eo — Iohan. 19.f

DEVTER.

4 d Etenim Deus noster ignis consumens est. Heb. 12.g
5 b Non concupisces — Rom. 7.c. 13.c
5 b Non occides — Matth. 5.c. Luc. 18.d
5 b Non mœchaberis — Matt. 5.d. Luc. 18.d
5 b Non furtum facies — Luc. 18.d. Rom. 13.e
5 b Non loquèris contra proximum tuum falsum testimonium — Luc. 18.d. Rom. 13.c
5 b Honora patrem & matrem. Matth. 15.a. Marc. 7.b. Ephes. 6.a
6 a Audi Israel, Dominus Deus tuus Deus vnus est. — Marc. 12.c.
6 a Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde, &c. Matth. 22.d. Marc. 12.c. Luc. 10.e
6 c. 10 d Dominum Deum tuum adorabis, & illi soli seruies — Matt. 4.b. Luc. 4.b
6 c Non tentabis Dominum Deum tuũ. Matt. 4.b. Luc. 4.b
8 a Non in solo pane viuit homo. Matth. 4.a Luc. 4.a
10 d Deus personã hominis non accipit Gal. 2.b
18 c Prophetã suscitabit vobis Dominus Deus. Act. 3.d. 7.e
19 d In ore duorum vel triũ testium stabit omne verbum. 2. Cor. 13.a. Matt. 18.b Ioh. 8.c
19 d Oculum pro oculo dentẽ pro dente. Mat. 5.f
21 d Maledictus omnis qui pendet in ligno. Gal. 3.b
25 b Non alligabis os boui trituranti 1. Cor. 9.a. 1 Tim. 5.c
25 b Si quis mortuus fuerit non habens filium. Matth. 22.c. Marc. 12.b Luc. 20.e
27 d Maledictus omnis qui non permanserit in omnibus quæ, &c. — Galat. 3.b
30 c Quis ascendet in cælum? — Rom. 10.b
30 c Prope est verbũ in ore tuo, & in corde tuo. Rom. 10.b
32 c Ego ad æmulationem vos adducam in non gentem, &c. — Rom. 10.d
32 e Mihi vindictam, ego retribuam. Rom. 12.d

IOSVE.

1 a Non te deseram, neque derelinquam. Hebr. 13.a

REG. II.

7 c Ego ero illi in patrem & ipse erit mihi in filium. — Heb. 1.b

REG. III.

19 b Domine, prophetas tuos occiderunt, & altaria, &c. — Rom. 11.a
19 b Reliqui mihi septem millia virorum. Rom. 11.a

IOB.

5 c Comprehendam sapientes in astutia eorum. 1. Cor. 3.d

DAVID.

2 a Quare fremuerunt Gentes? Act. 4 e

2 b Filius meus es tu, ego hodie genui te. Act. 13 e. Heb. 1 b. 5 b

2 c Reges eos in virga ferrea Apoc. 2 g 19 c

4 b Irascimini & nolite peccare Ephes. 4 f

5 c Sepulchrum patens est guttur eorum. Rom. 3 b

6 c Discedite à me omnes qui operamini iniquitatem Matth. 7 d. 25 d Luc. 13 f

8 b Ex ore infantium & lactantium Matth. 21 b

8 c Quid est homo quòd memor es eius? Heb. 2 a

2 c Omnia subiecit sub pedib⁹ eius. 1. Cor. 15 d

9 e Quorum os maledictione & amaritudine plenum est. Rom. 3 c

13 a Non est iustus quisquam, non est intelligens. Rom. 3 b

13 b Veloces pedes eorum ad effundendum sanguinem. Rom. 3 c

15 c Prouidebam Dominum in conspectu, &c. Act. 2 d

15 d Non dabis Sanctum tuum videre corruptionem. Act. 2 e. 13 e

17 a Ego ero fidens in eum Heb. 2 c

17 g Propterea confitebor tibi in Gentibus Domine. Rom. 15 b

18 a Et quidem in omnem terram exiuit sonus eorum. Rom. 10 d

21 a Eli, eli, láma sabacthani. Mat. 27 e. Mar. 15 c

21 c Diuiserunt sibi vestimenta mea. Matth. 27 d Iohan. 19 e

21 c Nuntiabo nomē tuū fratribus meis Heb. 2 c

23 a Domini est terra, & plenitudo ei⁹. 1. Cor. 10 f

24 c Odio habuerunt me gratis Ioh. 15 d

30 a In manus tuas commendo spiritum meum. Luc. 23 f

31 a Beati quorū remissę sunt iniquitates. Ro. 4 a

33 c Qui enim vult vitam diligere, & dies videre bonos 1. Pet. 3 b

39 b Hostiam & oblationem noluisti Heb. 10 b

40 c Qui manducat mecum panem Iohan. 13 b

43 d Propter te mortificamur tota die Rom. 8 g

44 b Thronus tuus Deus in seculū seculi Heb. 1 c

50 a Vt iustificeris in sermonibus tuis Rom. 3 a

54 d Iacta super Dominum curam tuā. 1. Pet. 5 b

61 d Vnusquisque autem propriam mercedem accipiet 1. Corinth. 3 b

67 d Ascendens in altum, captiuam duxit captiuitatem Ephes. 4 b

68 b Zelus domus tuæ comedit me Iohan. 2 d

68 b Improperia improperantium tibi, ceciderunt super me Rom. 15 a

68 c Fiat mensa eorum coram ipsis in laqueum. Rom. 11 b

68 c Fiat commoratio eorum deserta Act. 1 d

68 e In siti mea potauerunt me aceto Ioh. 19 f

77 a Aperiam in parabolis os meum Matth. 13 e

77 c Panem cæli dedit eis Iohan. 6 d

81 b Ego dixi, dii estis Iohan. 10 g

88 d Inueni Dauid seruum meum Act. 13 d

90 c Angelis suis mādauit de te. Mat. 4 a. Luc 4 b

93 b Dominus nouit cogitationes sapientum quoniam vanæ sunt 1. Corinth. 3 d

94 d Sicut iuraui in ira mea Heb 4 a

94 c Hodie si vocem eius audieritis Heb. 3 b

96 b Et adorent eum omnes angeli eius. Heb. 1 c

101 d Tu in principio Domine terram fundasti Heb. 1 c

103 a Qui facit angelos suos spiritus Heb. 1 c

108 b Et episcopatum eius accipiat alter Act. 1 d

109 a Dixit Dominus domino meo Matt. 22 d Luc 20 g. Act. 2 f

109 a Sede à dextris meis Heb. 1 d

109 a Donec ponam inimicos tuos scabellum, &c. Heb. 1 d. 1. Corinth. 15 d

109 b Tu es sacerdos in æternum Heb. 5 b. 7 c

109 b Iurauit Dominus, & non pœnitebit eum. Heb. 7 c

111 b Dispersit, dedit pauperibus 2. Cor. 9 e

115 a Credidi propter quod locutus sum. 2. Corinth. 4 e

115 a Omnis homo mendax Rom. 3 a

116 a Laudate Dominum omnes gentes. Ro. 15 c

117 a Dominus mihi adiutor: non timebo quid faciat mihi homo Heb. 13 b

117 d Lapidem quem reprobauerunt ædificātes, Matth. 21 d. Mar. 12 a. Act. 4 b. 1. Pet. 2 b

117 Hosanna filio Dauid Matth. 21 b

131 c De fructu ventris tui ponam super sedem tuam Act. 2 e

139 a Venenum aspidum sub labiis eorū. Ro. 3 b

PROVERB.

3 a Nolite esse prudentes apud vosmetipsos. Rom. 12 d

3 b Fili mi, noli negligere disciplinam Domini, &c. Heb. 12 b

3 b Quem diligit Dominus corripit, &c. Hebr. 12 b. Apoc. 3 d

10 b Charitas operit multitudinem peccatorum 1 Pet. 4 b

17 c Videte ne quis malum pro malo, alicui reddat 1. Thess. 5 c. 1. Pet. 3 b

20 e Qui maledixerit patri vel matri. Matth. 15 a Marc. 7 b

25 c Si esurierit inimicus tuus, ciba illū. Ro. 12 d

26 b Canis reuersus ad vomitum 2. Pet. 2 d

ESAIAS.

1 c Nisi Dominus sabbaoth reliquisset nobis semen Rom. 9 f

5 d Homo plantauit vineam. Matth. 21 b. Luc. 20 b. Marc. 12 a

6 a Sanctus, sanctus, sanctus Dominus Deus Apoc. 4 c

6 c Auditu audiedis, & nō intelligetis. Matt. 13 b Mar. 4 b. Luc. 8 b Act. 28 f. Ioh. 12 f. Ro. 11 b

7 c Ecce virgo in vtero habebit Matth. 1 d

8 d Ecce ego & pueri mei quos dedit mihi Deus Heb. 2 d

9 a Terra Zabulon & terra Nephthali Matt. 4 c

10 e Si fuerit numerus filiorum Israel tanquam arena maris Rom. 9 f

11 a Reuelabitur ille iniquus quem Dominus interficiet spiritu oris sui 2. Thes. 2 c

11 c Erit radix Iesse Rom. 15 c. Act. 13 d

21 c Cecidit cecidit Babylō illa magna. Apo. 14 b

22 d Manducemus & bibamus, cras enim moriemur 1. Cor. 15 e

22 f Hæc dicit Sanctus & verus, qui habet clauem Dauid Apoc. 3 b

25 c Absterget Dominus omnem lachrymam ab oculis, &c. Apoc. 7 d 21 e

28 c Quoniam in aliis linguis & labiis aliis loquar populo huic 1. Corinth. 14 d

28 d Ecce pono in Sion lapidem offensionis. Rom. 9 g. 1. Pet. 2 b. Act 4 b

29 d Populus hic labiis me honorat. Matth. 15 a Marc. 7 b

29 e Perdam sapientiam sapientum, & prudentiam, &c. 1. Cor. 1 c

33 c Vbi sapiens? vbi scriba? vbi inquisitor huius seculi? 1. Cor. 1 c

40 a Vox clamantis in deserto. Matt. 3 a. Mar. 1 a Luc. 3 a. Ioh. 1 c

40 b Omnis caro fœnum 1. Pet. 1. d. Iacob. 1 d

40 d Quis enim cognouit sensum Domini, aut quis instruxit eum? siue, quis consiliarius eius fuit? Rom. 11 d. 1. Cor. 2 d

41 b. 44 a Ego sum primus & nouissimus. Apoc. 1 d & 22 c
42 a Ecce puer meus quem elegi Matth. 12 b
43 d Ecce noua facio omnia Apoc. 21 b. 2. Corinth. 5 d
45 d Viuo ego, dicit Dominus, quoniam mihi flectetur omne genu Rom. 14 b
45 b Numquid dicit figmentum ei qui se finxit, &c. Rom. 9 d
49 b Posui te in lucem Gentium Act. 13 g
49 c Tempore accepto exaudiui te, & in die salutis, &c. 2. Cor. 6 a
49 e Non esurient, neq; sitient amplius. Apoc. 7 d
50 c Tunc expuerunt in faciem eius. Matth. 26 g
51 b Quàm speciosi pedes euangelizantium pacem Rom. 10 c
52 d Propter quod exite de medio eorum, & separamini, &c. 2. Cor. 6 d
52 b Nomen Dei per vos blasphematur inter Gentes Rom. 2 d
52 d Quibus non est annunciatum de eo, videbunt Rom. 15 e
53 a Domine quis credidit auditui nostro? Rom. 10 c. Iohan. 12 f
53 b Ipse infirmitates nostras accepit. Matth. 8 c
53 c Tanquam ouis ad occisionem Act. 8 f
53 d Et cū iniquis reputatus est. Mar. 15 c Lu. 22 d
53 c Qui peccatum non fecit, nec inuentus est dolus, &c. 1. Pet. 2 d. 1. Iohan. 3 a
53 e Qui peccata nostra pertulit in corpore suo. 1. Petr 2 d
54 a Lætare sterilis quæ non paris. Galat. 4 d
54 c Et erunt omnes docibiles Dei Ioh. 6 e
55 a Et qui sitit veniat: & qui vult, accipiat aquā vitæ gratis Apoc. 22 d
55 b Dabo vobis sancta Dauid fidelia Act. 13 e
56 c Domus mea domus orationis vocabitur. Matth. 21 b, Mar. 11 c e Luc. 19 g
59 b Contritio & infœlicitas in viis eorū Ro. 3 c
59 c Galeam salutis assumite. Eph. 6 c. 1. Thes. 5 b
59 d Veniet ex Sion qui eripiat & auertat impietatem a Iacob Rom. 11 d
60 c Et portæ eius non claudentur per diem &c. Apoc. 21 g
60 d Et ciuitas non eget sole neq. luna. Apo. 21 g
60 d Nox vltra non erit Apo. 22 a
61 a Spiritus Domini super me Luc 4 c
62 d Dicite filiæ Sion, Ecce rex tuus venit. Matth 21 a
64 b Quod oculus non vidit, nec auris audiuit, &c. 1 Cor. 2 b
65 a Inuentus sum à non quærētibus me Ro. 10 d
65 a Tota die expandi manus meas ad populum non credentem Rom. 10 d
65 e Nouos vero cælos & nouam terram. 2. Pet. 3 c. Apoc. 21 a
66 a Cælum mihi sedes est Act. 7 f
66 g Vbi vermis eorum non moritur Mar. 9 g

IEREM.

7 b Vos autem fecistis illam, speluncam latronum Matth. 21 b. Marc. 11 c. Luc. 19 g
9 g Qui gloriatur, in Domino glorietur. 1. Cor. 1 d. 2. Cor. 10 d
10 a Quis non timebit te Domine? Apoc. 15 b
17 d Ego sum scrutans renes & corda Apoc. 2. f
31 e Vox in Rama audita est Matt. 2 d
31 a Ero vobis in patrem, & vos eritis mihi in filios 2. Cor 6 d
31 e Ecce dies venient, dicit Dominus, & cōsummabo super domū Israel & super domum Iuda testamentum nouum Heb. 8 c
31 f Hoc autem testamentum quod testabor ad illos, &c. Dabo leges meas in cordibus eorum Heb. 10 c

51 a Cecidit cecidit Babylon magna Apoc. 18 a

EZECH.

3 a Accipe librum, & deuora illum Apoc. 10 d
20 b Qui fecerit homo, viuet in ea Rom. 10 b
32 b Sol obscurabitur, & Luna non dabit lumen suum Matth. 24 c
36 e Nomen Dei per vos blasphematur inter Gētes Rom. 2 d

DANIEL.

9 g Cùm videritis abominationem desolationis quæ dicta est à Daniele propheta Matt. 24 b. Mar. 13 b. Luc. 21 d

OSEE.

1 d Et erit in loco vbi dictum est eis, Non plebs mea vos, &c. Rom. 9 c
2 d Vocabo non plebem meam, plebem meam, Rom. 9 c. 1. Pet. 1 b
6 c Misericordiam volo, & non sacrificium. Matth. 9 b. 12 a
10 b Tunc incipient dicere montibus, Cadite super nos, & collibus Operite nos. Luc. 23 d
11 a Ex Ægypto vocaui filium meum. Matth. 2 c
13 d Absorpta est mors in victoria 1. Cor 15 g

IOEL.

2 g Et erit in nouissimis diebus, dicit Dominus, effundam de Spiritu meo Act. 2 c
2 g Omnis enim quicunq; inuocauerit nomen Domini, saluus erit Rom. 10 c

AMOS.

5 g Nunquid victimas & hostias obtulistis mihi, &c. Act. 7 c
6 a Væ vobis diuitibus Luc. 6 d
9 c Post hæc reuertar, & reædificabo tabernaculum Dauid Act. 15. c

IONAS.

2 a Sicut fuit Ionas in ventre ceti tribus diebus & tribus noctibus, &c. Matt. 12 c Luc. 11 d
3 b Pœnitentiam egerunt in prædicatione Ionæ. Matth. 12 d. Luc. 11 e

MICHÆÆ.

5 a Et tu Beth-lehem terra Iuda, &c. Matth. 2 a
7 b Veni separare hominem aduersus patrem suum, & filiam aduersus matrem. Mat. 10 d Luc. 12 g

AGGÆÆ.

2 b Adhuc semel, & ego mouebo nō solum terram, sed & cælum Heb. 12 g

HABAC.

1 b Videte contemptores, & admiramini & disperdimini: quia opus operor ego in diebus vestris, &c. Act. 13 f
2 a Iustus autem ex fide viuit. Rom. 1 c. Gal. 3 b

NAHVM.

1 d Quàm speciosi pedes euangelizantium pacem Rom 10 c

ZACHAR.

8 c Loquimini veritatem vnusquisq. cum proximo suo Ephes. 4 f
9 b Ecce rex tuus venit Matth. 21 a. Ioh. 12 b
11 c Et acceperunt triginta argenteos. Matt. 27 a
12 c Videbunt in quem compunxerunt. Iohan. 19 g
13 c Percutiam pastorem Matth. 26 c. Mar. 14 b

MALACH.

1 a Iacob dilexi, Esau autem odio habui. Roman. 9 c
3 a Ecce ego mitto angelum meum. Matt. 11 b Marc 1 a Luc. 7 d. Iohan. 1 c
4 b Ipse est Elias qui venturus erat. Matth. 11 b
4 Quid est quod scribæ dicunt, quòd Eliam oporteat primum venire, &c. Math 17 b Marc. 9 b
4 b Vt conuertat corda patrum in filios. Luc. 1 b

INDEX ALTER, IN QVO ITIDEM NOVI INSTRVMENTI TESTIMONIA EX VETERI EXCERPTA ANNOTAVIMVS,

ſi non ad verbum; certe iuxta ſententiam. ex quorum collatione cum iis à quibus videntur deſumpta, non parum lucis accedet Chriſtianis lectoribus.

20 b Bi-

20 b Bibebant autem de spirituali, consequente eos, petra 1. Cor. 10 a
21 b Neque tentemus CHRISTVM, sicut quidam, &c. 1. Cor. 10 b
21 e Sicut Moyses exaltauit serpentem in deserto Iohan. 3. b
22 d Animal mutum subiugale corripuit vesaniam Balaam 2. Pet 2. c
22 d Errore Balaam mercede effusi sunt. Iudæ Epist. d. 2. Pet. 2. c
24 c Balaam docebat Balac mittere scandalum coram filiis Israel Apoc 2. d
25 b Neq. fornicemur sicut quidam ex ipsis fornicati sunt 1. Cor. 10. b
26 g Prostrati sunt in deserto 1. Cor. 10. b
28 a Sabbathis sacerdotes in templo sabbathum violant Matth. 12. a

DEVTERON.

1 c. 16 d Nolite in personarum acceptione, &c. Iacob. 2. a b
5 b Non periurabis Matth. 5. e
10 d Non est acceptio personarum apud Deum. Rom. 2 b. Act. 10 e. Colos. 3 d. Ephes. 6 b. 1. Pet. 1 c
17 b Irritam quis faciens legem Moysi, &c. Heb. 10 e
18 a Nescitis quoniam qui in sacrario operantur, quæ de sacrario sunt edunt? 1. Corinth. 9 b
24 a Quicunque dimiserit vxorem suam, det ei libellum repudii. Matt. 5 e. 19 b. Mar. 10 b

IOSVE.

2 a Similiter & Rahab meretrix Iacob 2 d
6 c Fide, muri Iericho corruerunt Heb. 11 c
6 d Fide, Rahab meretrix non periit cum incredulis Heb. 11 f

REGVM 1.

21 b Non legistis quid fecerit Dauid quando esuriit Matth. 12 a. Marc. 2 d. Luc. 6. a

REGVM III.

2 b Liceat audenter dicere ad vos de patriarcha Dauid quoniá defunctus est Act. 2 e. & 13 e
10 a Regina Austri venit à finibus terræ audire sapientiam Salomonis Matth. 12 d Luc. 11 d
17 a In diebus Eliæ clausum est cælum Luc. 4 d
17 a Elias homo erat similis nobis passibilis Iacob. 5 d

REGVM IIII.

4 e Neminem per viam salutaueritis Luc. 10 a
5 d Multi leprosi erant in Israel sub Eliseo propheta, &c. Luc. 4 e

I. PARALIP.

20 b Nec quisquam sumit sibi honorem, sed qui vocatur à Deo, quemadmodum & Aaron Heb. 5 b

IOB.

1 d Nihil intulimus in hunc mundū 1. Tim. 6 b
5 c Beatus vir qui suffert tentationem Iac. 1 b
34 b Non est personarū acceptor Deus Act. 10 e

DAVID.

40 c Filius hominis vadit, sicut scriptum est, Matth. 26 b. Marc. 14 b. Luc. 22 b
131 a Petiit Dauid vt inueniret tabernaculum Dei Iacob. Act. 7 f

PROVERB.

11 d Si iustus vix saluabitur 1. Pet. 4 d
17 d Sit autem omnis homo velox ad audiendū, tardus autem ad loquendum Iacob. 1 e
20 b Si dixerimus quia peccatum non habemus, &c. 1. Iohan. 1. d
24 c Nolite in personarum acceptione Iac. 2 a
25 a Cum vocatus fueris ad prandium, vade, recumbe in nouissimo loco Luc. 14 e

ESAIAS.

8 c Ecce positus est hic in ruinam & in resurrectionem multorum Luc. 2 e
13 b Statim post tribulationem dierum illorum sol obscurabitur. Matth. 24 c. Marc. 13 c. Luc. 21 e
41 b Suscepit Israel puerum suum Luc. 1 e
54 a Beatæ steriles, & ventres qui non genuerunt Luc. 23 d
58 b Esuriui, & dedistis mihi manducare. Matth 25 c
63 a Et vestitus erat veste aspersa sanguine Apoc. 19 c

IEREM.

2 d Homo erat paterfamilias qui plantauit vineam Matth 21 d. Marc. 12 a. Luc. 20 b
18 a Nunquid dicit figmētum ei qui se finxit &c. Rom. 9 d

EZECH.

5 e Et cum consummati fuerint mille anni Apoc. 20 c.
12 f Vbi est promissio aut aduentus eius? 2. Pet. 3 b
18 b Esuriui, & dedistis mihi manducare. Matth. 25 e

DANIEL.

7 c Et erat numerus eorum millia millium Apoc. 5 d
12 e Et angelus quem vidi stantem super mare, Apoc. 10 b

IOEL.

3 c Sol obscurabitur, & Luna non dabit lumen suum. Matth. 24 c. Marc. 13 c. Luc. 21 e

MICHÆ.

2 c Non habemus hic manentem ciuitatem Heb. 13 c
4 c Regnabit in domo Iacob in æternum. Luc. 1 e

Viginti & duas literas esse apud Hebræos, Syrorum quoq; lingua & Chaldæorum testatur, quæ Hebrææ magna ex parte confinis est. nam & ipsi viginti duo elementa habent eodem sono, sed diuersis characteribus. Samaritani etiam Pentateuchum Moysi totidem literis scriptitant, figuris tantum & apicibus discrepantes. Certumq; est Esdram scribam, legisq; doctorem, post captam Ierosolymā & instaurationem templi sub Zorobabel, alias literas reperisse quibus nunc vtimur: cum ad illud vsque tempus iidem Samaritanorum & Hebræorū characteres fuerint. In libro quoque Numerorum hæc eadem supputatio, sub Leuitarum ac sacerdotum censu, mystice ostenditur. Et nomen Domini tetragrammaton in quibusdam Græcis voluminibus, vsq; hodie antiquis expressum literis inuenimus. Sed & psalmi tricesimus sextus, & centesimus decimus, & centesimus vndecimus, & centesimus decimusoctauus, & centesimus quadragesimusquartus, quanquam diuerso scribantur metro, tamen eiusdem numeri texuntur alphabeto. Et Ieremiæ lamentationes, & oratio eius: Salomonis quoque in fine prouerbia, ab eo loco in quo ait Mulierem fortem quis inueniet: iisdem alphabetis vel incisionibus supputantur. Porro quinq; literæ duplices apud Hebræos sunt: Caph, Mem, Nun, Pe, Sade. aliter enim scribuntur per has principia, medietatesq; verborum, aliter fines. Vnde & quinq; a plerisq; libri, duplices existimantur, Samuel, Melachim, Dibre haiamim, Esdras, Ieremias, cum Cinoth, id est, lamentationibus suis. Quomodo igitur viginti duo elementa sunt, per quæ scribimus Hebraice omne quod loquimur, & eorum initiis vox humana comprehenditur: ita viginti duo volumina supputantur, quibus quasi literis & exordiis in Dei doctrina, tenera adhuc & lactens viri iusti eruditur infantia.

Primus apud eos liber, vocatur בראשית Beresith: quem nos Genesin dicimus.

Secundus, ואלה שמות Veelle semoth: qui Exodus appellatur.

Tertius, ויקרא Vaicra, id est, Leuiticus.

Quartus, וידבר Vaiedabber, quem Numeros vocamus.

Quintus אלה הדברים Elle haddebarim, qui Deuteronomium prænotatur.

Hi sunt quinque libri Moysi, quos proprie תורה id est, Legem appellant.

Secundum Prophetarum ordinem faciunt: & incipiunt ab Iesu filio Naue: qui apud eos יהושע בן נון Iosue bin Nun dicitur.

Deinde subtexunt שפטים Sophetim, id est, Iudicum librum. Et in eundem compingunt Ruth: quia in diebus Iudicum facta eius narratur historia.

Tertius sequitur שמואל Samuel, quem nos Regum primum & secundum dicimus.

Quartus מלכים Melachim, id est, Regum, qui tertio & quarto Regum volumine continetur.

Meliusque multo est מלכים id est, Regum, quam ממלכות id est, regnorum dicere. Non enim multarum gentium describit regna, sed vnius Israelitici populi, qui tribubus duodecim continetur.

Quintus, est ישעיה Esaias.

Sextus, ירמיה Ieremias.

Septimus, יחזקאל Ezechiel.

Octauus, liber duodecim Prophetarum: qui apud illos vocatur תרי עשר There asar.

Tertius ordo, Hagiographa possidet.

Et primus liber incipit a איוב Iob.

Secundus a דויד Dauid: quem quinque incisionibus & vno psalmorum volumine comprehendunt.

Tertius est שלמה Salomon, tres libros habens: Prouerbia, quæ illi משלי Misle. id est, Parabolas appellant.

Quartus, Ecclesiasten, id est, קוהלת Coheleth.

Quintus, Canticum canticorum, quem titulo שיר השירים Sir hassirim prænotant.

Sextus, est דניאל Daniel.

Septimus, דברי הימים Dibré haiamim, id est, verba dierum: quod significantius, Chronicon totius diuinæ historiæ possumus appellare qui liber apud nos Paralipomenon primus & secundus inscribitur.

Octauus, עזרא Esdras: qui & ipse similiter apud Græcos & Latinos, in duos libros diuisus est.

Nonus, אסתר Esther.

Atque ita fiunt pariter Veteris legis libri viginti duo: id est, Moysi quinque, & Prophetarum octo, Hagiographorum nouem. Quanquam nonnulli רות & קינות Ruth & Cinoth, inter Hagiographa scriptitent, & hos libros in suo putent numero supputandos: ac per hoc priscæ legis libros vigintiquatuor: quos sub numero vigintiquatuor seniorum Apocalypsis Iohannis inducit adorantes Agnum, & coronas suas prostratis vultibus offerentes: stantibus coram quatuor animalibus oculatis ante & retro, id est, in præteritum & in futurum respicientibus, & indefessa voce clamantibus, Sanctus, sanctus, sanctus Dominus Deus omnipotens, qui erat, & qui est, & qui venturus est. Hic prologus, Scripturarum quasi galeatum principium, omnibus libris quos de Hebræo vertimus in Latinum, conuenire potest: vt scire valeamus, quicquid extra hos est, inter apocrypha esse ponendum. Igitur Sapientia, quæ vulgo Salomonis inscribitur, & Iesu filii Syrach liber, & Iudith, & Tobias, & Pastor: non sunt in canone. Machabæorum primum librum, Hebraicum reperi. Secundus, Græcus est: quod ex ipsa quoque phrasi probari potest. Quæ cum ita se habeant, obsecro te Lector, ne laborem meum, reprehensionem existimes antiquorum. In templo Dei offert vnusquisque quod potest. alii aurum, argentum, lapides preciosos: alii byssum & purpuram & coccum offerunt & hyacinthum: nobiscum bene agitur, si obtulerimus pelles & caprarum pilos. Et tamen Apostolus contemptibiliora nostra magis necessaria iudicat. Vnde & tota illa tabernaculi pulchritudo, & per singulas species. Ecclesiæ præsentis futuræque distinctio, pellibus tegitur & ciliciis: ardoremque solis & iniuriam imbrium ea quæ viliora sunt prohibent.

PRÆFA-

PRÆFATIO S. HIERONYMI PRESBYTERI SVPRA BIBLIA AD PAVLINVM.

Frater Ambrosius tua mihi munuscula perferens, detulit simul & suauissimas literas, quæ à principio amicitiarum, fidem probatæ iam fidei & veteris amicitiæ præferebant. Vera enim illa necessitudo est, & Christi glutino copulata, quam non vtilitas rei familiaris, non præsentia tantum corporum, non subdola & palpans adulatio: sed Dei timor, & Diuinarum scripturarum studia cöciliant. Legimus in veteribus historiis quosdam lustrasse prouincias, nouos adisse populos, maria transisse: vt eos quos ex libris nouerant, coràm quoque viderent. Sic Pythagoras Memphiticos vates, sic Plato Ægyptum & Architam Tarentinum, eamque oram Italiæ, quæ quondam magna Græcia dicebatur, laboriosissime peragrauit: vt qui Athenis magister erat, & potens, cuiusque doctrinam Academiæ gymnasia personabant, fieret peregrinus atque discipulus: malens aliena verecunde discere, quàm sua impudenter ingerere. Denique cum literas quasi toto fugientes orbe persequitur, captus à piratis & venundatus, etiam tyranno crudelissimo paruit captiuus, vinctus & seruus. tamen quia philosophus, maior emente se fuit. Ad Titum Liuium lacteo eloquentiæ fonte manantem, de vltimis Hispaniæ Galliarumque finibus quosdam venisse nobiles legimus: & quos ad contemplationem sui Roma non traxerat, vnius hominis fama perduxit. Habuit illa ætas inauditum omnibus seculis, celebrandumque miraculum. vt vrbem tantam ingressi, aliud extra vrbem quærerent. Apollonius, siue ille magus (vt vulgus loquitur) siue philosophus, vt Pythagorici tradunt, intrauit Persas, pertransiuit Caucasum, Albanos, Scythas, Massageas, opulentissima Indiæ regna penetrauit: & ad extremum, latissimo Phison amne transmisso, peruenit ad Brachmanas, vt Hiarcham in throno sedentem aureo, & de Tantali fonte potantem, inter paucos discipulos de natura, de moribus syderum, ac dierum cursu audiret docentem. Inde per Elamitas, Babylonios, Chaldæos, Medos, Assyrios, Parthos, Syros, Phœnices, Arabes, Palæsthinos, reuersus Alexandriam, perrexit Æthiopiam, vt Gymnosophistas, & famosissimam Solis mensam videret in sabulo. Inuenit ille vir vbique quod disceret, & semper proficiens, semper se melior fieret. Scripsit super hoc plenissime octo voluminibus Philostratus.

II. Quid loquar de seculi hominibus, cum Apostolus Paulus, vas electionis, & magister Gentium, qui de conscientia tanti in se hospitis loquebatur, An experimentum quæritis eius, qui in me loquitur Christus? post Damascum Arabiamque lustratam, ascenderit Ierosolymam, vt videret Petrum, & manserit apud eum diebus quindecim? Hoc enim mysterio hebdomadis & ogdoadis futurus Gentium prædicator instruendus erat. Rursumque post annos quatuordecim, assumpto Barnaba & Tito exposuerit Apostolis Euangelium, ne forte in vacuum curreret, aut cucurrisset. Habet enim nescio quid latentis energiæ viua vox, & in aures discipuli de authoris ore transfusa, fortius sonat. Vnde & Æschines cum Rhodi exularet, & legeretur illa Demosthenis oratio, quam aduersus eum habuerat, mirantibus

III. cunctis atque laudantibus, suspirans ait, Quid si ipsam audissetis bestiam, sua verba resonantem? Hæc non dico, quod sit in me aliquid tale, quod vel possis a me audire, vel velis discere: sed quod ardor tuus & discendi studium etiam absque nobis per se probari debeat. Ingenium docile, & sine doctore laudabile est. Non quid inuenias, sed quid quæras consideramus. Mollis cera, & ad formandum facilis, etiam si artificis & plastæ cessent manus: tamen virtute totum est quicquid esse potest. Paulus apostolus ad pedes Gamalielis legem Moysi, & Prophetas didicisse se gloriatur, vt armatus spiritalibus telis, postea diceret confidenter, Arma nostræ militiæ, non carnalia sunt: sed potentia Deo, ad destructionem munitionum consilia destruentes, & omnem altitudinem extollentem se aduersus scientiam Dei, & captiuantem omnem intellectum ad obediendum Christo, & paratı subiugare omnem inobedientiam. Ad Timotheum scribit ab infantia Sacris literis eruditum, & hortatur ad studium lectionis, ne negligat gratiam quæ data sit ei per impositionem manus presbyterii. Tito præcipit vt inter cæteras virtutes episcopi, quem breui sermone depinxit, scientiam quoq; in eo eligat Scripturarum, Obtinentem (inquit) eum, qui secundum doctrinam est, fidelem sermonem: vt potens sit exhortari in doctrina sana, & contradicentes reuincere. IV. Sancta quippe rusticitas solum sibi prodest: & quantum ædificat ex vitæ merito Ecclesiam Christi, tantum nocet si destruentibus non resistat. *Malachias* propheta, imò per Malachiam Dominus interrogauit sacerdotes Legem: in tantum sacerdotis officium est interrogatum respondere de Lege. Et in Deuteronomio legimus, Interroga patrem tuum, & annuntiabit tibi: seniores tuos, & dicent tibi. In Psalmo quoque centesimo decimooctauo. Cantabiles mihi erant iustificationes tuæ in loco peregrinationis meæ. Et in descriptione iusti viri, cum eum David arbori vitæ, quæ est in paradiso, compararet, inter cæteras virtutes & hoc intulit, In lege Domini voluntas eius, & in lege eius meditabitur die ac nocte. Daniel in fine sacratissimæ visionis ait iustos fulgere sicut stellas & intelligentes. id est doctos, quasi firmamentum. Vides quantum inter se distent iusta rusticitas, & docta iustitia? alii stellis, alii cælo comparantur. Quanquam iuxta Hebraicam veritatem vtrumque de eruditis possit intelligi. Ita enim apud eos legimus, Qui autem docti fuerint, fulgebunt quasi splendor firmamenti: & qui ad iustitiam erudiunt multos, quasi stellæ in perpetuas æternitates. Cur dicitur Paulus apostolus vas electionis? Nempe quia Legis, & Scripturarum sanctarum erat armarium. Pharisæi stupent in doctrina Domini: & mirantur in Petro & Iohanne quomodo Legem sciant, cum literas non didicerint. Quicquid enim aliis exercitatio, & quotidiana in Lege Meditatio tribuere solet, illis hoc Spiritus sanctus suggerebat, & erant iuxta quod scriptum est, θεοδίδακτοι. Duodecim annos Saluator impleuerat, & in templo senes de quæstionibus Legis interrogans, magis docet dum prudenter interrogat. Nisi forte rusticum Petrum, rusticum dicimus Iohannem, quorum vterq; dicere poterat, Etsi imperitus sermone, non tamen scientia. Iohannes rusticus, piscator: indoctus? & vnde illa vox obsecro, In principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum? λόγος enim Græce multa significat nam & verbum est, & ratio, & supputatio, & causa vniuscuiusq; rei, per quam sunt singula quæ subsistunt: quæ vniuersa, recte intelligimus in Christo. V. Hoc doctus Plato nesciuit, hoc Demosthenes eloquens ignorauit. Perdam (inquit) sapientiam sapientium, & prudentiam prudentium

Act. 9. c.
1. Corinth. 13. a.
Galat. 1. d.
Galat. 2. d.
Act. 22. a.
2. Cor. 10. b.
2. Tim. 3. d.
1. Tim. 4. d.
Tit. 1. b.
Mala. 2. b.
Deut. 32. a.
Psal. 1.
Daniel. 12. b.
Act. 4. c.
Esa. 54. d.
Iohan. 6. a.
Luc. 2. f.
2. Cor. 11. b.
Iohan. 1. a.
Act. 1. c.
Esa. 29. c.

1.Cor.1.c. 1.Cor.2.b. reprobabo. Vera sapientia perdet falsam sapientiam. & quanquam stultitia prædicationis in cruce sit: tamen Paulus sapientiam loquitur inter perfectos: sapientiam autem nō seculi huius, nec principium seculi istius, quæ destruitur, sed loquitur Dei sapientiam in mysterio absconditam, quam prædestinauit Deus ante secula. Dei sapientia, Christus est. Christus enim, Dei virtus, & Dei sapientia. Hæc sapientia, in mysterio abscondita est: de qua & noni psalmi titulus prænotatur, Pro occultis filii. In quo sunt omnes thesauri sapientiæ & scientiæ Dei absconditi. Et qui in mysterio absconditus erat, prædestinatus est ante secula: prædestinatus autem & præfiguratus in Lege & Prophetis. Vnde & Prophetæ appellabantur videntes: quia vidēbant eum, quem cæteri non videbant. Abraham vidit diem eius, & lætatus est. Aperiebantur cæli Ezechieli qui populo peccatori clausi erant. Reuela (inquit Dauid) oculos meos, & considerabo mirabilia de lege tua. Lex enim spiritualis est, & reuelatione opus est, vt intelligatur, ac reuelata facie Dei gloriam contemplemur. Liber in Apocalypsi septem sigillis signatus ostenditur: quem si dederis homini scienti literas vt legat, respondebit tibi, Non possum: signatus est enim. Quanti hodie putant se nosse literas, & tenent signatum librum, nec aperire possunt, nisi ille reseraverit qui habet clauem Dauid: qui aperit, & nemo claudit: claudit, & nemo aperit? In Actibus Apostolorum sanctus Eunuchus, imò vir (sic enim eum Scriptura cognominat) cum legeret Esaiam prophetam, interrogatus à Philippo, Putásne intelligis, quæ legis? respondit, Quomodo possum, nisi aliquis me docuerit? Ego (vt de me loquar interim) nec sanctior sum hoc Eunucho, nec studiosior, qui de Æthiopia, id est de extremis mundi finibus venit ad templum, reliquit aulam regiam: & tantus amator legis diuinæque scientiæ fuit, vt etiam in vehiculo legeret Literas sacras. Et tamen cum librum teneret, & verba Domini cogitatione conciperet, lingua volueret, labiis personaret, ignorabat eum, quem in libro nesciens venerabatur. Venit Philippus, ostendit ei Iesum, qui clausus latebat in litera. O mira doctoris virtus! eadem hora credit Eunuchus, baptizatur, & fidelis & sanctus factus est, ac magister de discipulo, plus in deserto fonte Ecclesiæ, quam in aurato synagogæ templo reperit. Hæc à me perstricta sunt breuiter (neque enim epistolaris angustia euagari longius patiebatur) vt intelligeres te in Scripturis sacris sine præuio, & monstrante semitam non posse ingredi.

Coloss.2.a. — Iohan.8.g. — Ezech.1.a. — Psalm.118. — Rom.7.c. — 2.Corint.3.d. — Apoc.5.a. — Esa.29.d. — Apoc.3.b. — Act.8.e.

VI. Taceo de grammaticis, rhetoribus, philosophis, geometris, dialecticis, musicis, astronomis, astrologis, medicis, quorum scientia mortalibus vel vtilissima est, & in tres partes scinditur, τὸ δόγμα, τὴν μέθοδον, τὴν ἐμπειρίαν. Ad minores artes veniam, & quæ non tam lingua, quam manu administrantur. Agricolæ, cæmentarii, fabri metallorum, lignorumque cæsores, lanarii quoque, & fullones, & cæteri qui variam supellectilem, & vilia opuscula fabricantur, absque doctore esse non possunt quod cupiunt. Quod medicorum est, promittunt medici: tractant fabrilia fabri. sola Scripturarum ars est, quam sibi passim omnes vendicant. Scribimus indocti, doctique poemata passim. Hanc garrula anus, hanc delirus senex, hanc sophista verbosus, hanc vniuersi præsumunt, lacerant, docent antè quam discant. Alii adducto supercilio, grandia verba trutinantes inter mulierculas de sacris literis philosophantur. Alii discunt, proh pudor, à fœminis, quod viros doceant, & ne parum hoc sit, quadam facilitate verborum, imò audacia edisserunt aliis, quod ipsi non intelligunt. Taceo de mei similibus, qui si forte ad Scripturas sanctas post seculares literas venerint, & sermone composito aures populi mulserint, quicquid dixerint, hoc legem Dei putant, nec scire dignantur quid Prophetæ, quid Apostoli senserint, sed ad sensum suum incongrua aptant testimonia: quasi grande sit, & non vitiosissimum docendi genus, deprauare sententias, & ad voluntatem suam, Scripturam trahere repugnantem. Quasi non legerimus Homerocentonas, & Vergiliocentonas: ac non sic etiam Maronem sine Christo possimus dicere Christianum, quia scripserit, Iam redit & virgo, redeunt Saturnia regna, Iam noua progenies cælo demittitur alto. Et Patrem loquentem ad filium, Nate meæ vires, mea magna potentia solus. Et post verba Saluatoris in cruce, Talia præstabat memorans, fixusque manebat. Puerilia sunt hæc, & circulatorum ludo similia docere quod ignores: imò, vt cum stomacho loquar, ne hoc quidem scire quòd nescias.

VII. *Genesis* Videlicet manifestissima est Genesis, in qua de creatura mundi, de exordio generis humani, de diuisione terræ, de confusione linguarum & gentium, vsque ad exitum scribitur Hebræorum.

Exodus Patet Exodus cum decem plagis, cum decalogo, cum mysticis diuinisq; præceptis.

Leuiticus In promptu est Leuiticus liber, in quo singula sacrificia, imò singulæ penè syllabæ, & vestes Aaron, & totus ordo Leuiticus spirant cælestia sacramenta.

Numeri Numeri verò, nónne totius arithmeticæ, & prophetiæ Balaam, & quadraginta duarum per eremum mansionum mysteria continent?

Deuteronomium. Deuteronomium quoque secunda lex, & Euangelicæ legis præfiguratio, nónne sic ea habet quæ priora sunt, vt tamen noua sint omnia de veteribus? Hucusque Moyses, hucusq; Pentateuchus: quibus quinq; verbis loqui se velle Apostolus in Ecclesia gloriatur. 1.Cor.14.d.

Iob Iob exemplar patientiæ, quæ non mysteria suo sermone complectitur? Prosa incipit, versu labitur, pedestri sermone finitur: omnesq; leges dialecticæ, propositione, assumptione, confirmatione, conclusione determinat. Singula in eo verba, plena sunt sensibus. Et (vt de cæteris sileam) resurrectionem corporum sic prophetat, vt nullus de ea vel manifestius, vel cautius scripserit, Scio (inquit) quod redemptor meus viuit, & in nouissimo die de terra surrecturus sum: & rursum circundabor pelle mea, & in carne mea videbo Deum, quem visurus sum ego ipse, & oculi mei conspecturi sunt, & non alius. Reposita est hæc spes mea in sinu meo.

Iosue, siue Iesus Naue. Veniam ad Iesum Naue, qui typum Domini non solum gestis, verum etiam nomine præfert. transit Iordanem, hostium regna subuertit, diuidit terram victori populo, & per singulas vrbes, viculos, montes, flumina, torrentes atque confinia, Ecclesiæ cælestisq; Ierusalem spiritualia regna describit.

Lib. Iudicum. In Iudicum libro, quot principes populi, tot figuræ sunt.

Ruth Ruth Moabitis, Esaiæ explet vaticinium, dicentis, Emitte agnum Domine Dominatorem terræ, de Petra deserti, ad montem filiæ Sion. Esa.16.a.

Reg. I. & II. Samuel in Heli mortuo, & in occiso Saul, veterem legem abolitam monstrat. Porrò in Sadoc atque Dauid, noui sacerdotii, nouiq; imperii sacramenta testatur.

Malachim,

Regum III. & IV. Malachim, id est tertius & quartus Regum liber, à Salomone vsque ad Iechoniam, & à Ieroboam filio Nabat vsq; ad Osee qui ductus est in Assyrios, regnum Iuda & regnum describit Israel. Si historiam respicias, verba simplicia sunt: si in literis sensum latentem inspexeris, Ecclesiæ paucitas, & hæreticorum contra Ecclesiam bella narrantur.

Duodecim prophetæ in vnius voluminis angustias coartati, multo aliud, quam sonant in litera, præfigurant.

Osee Osee crebro nominat Ephraim, Samariam, Ioseph, Iezrahel, & vxorem fornicariam, & fornicationis filios, & adulteram cubiculo clausam mariti, multo tempore sedere viduam, & sub veste lugubri, viri ad se reditum præstolari.

Ioel Ioel filius Phatuel describit terram duodecim tribuum, eruca, brucho, locusta, rubigine vastante consumptam: & post euersionem prioris populi, effusum iri Spiritum sanctum super seruos Dei & ancillas, id est super centum viginti credentium *Act. 2.* nomina, & effusum iri in cœnaculo Sion. Qui centum viginti ab vno vsq; ad quindecim paulatim, & per incrementa surgentes, quindecim graduum numerum efficiunt, qui in psalterio mystice continentur.

Amos Amos pastor, & rusticus, & ruborum mora distringens: paucis verbis explicari non potest. Quis enim digne exprimat tria & quatuor scelera Damasci, & Gazæ, & Tyri, & Idumææ, & filiorum Ammon & Moab: & in septimo & octauo gradu Iudæ & Israel? Hic loquitur ad vaccas pingues, quæ sunt in Samariæ monte, & ruituram domum maiorem, minoremque testatur. Ipse cernit fictorem locustę, & stantem Dominum super murum litum vel adamantinum, & vncinum pomorum attrahentem supplicia peccatoribus: & famem in terram, non famem panis, nec sitim aquæ: sed audiendi verbum Dei.

Abdias Abdias, qui interpretatur seruus Dei, personat contra Edom sanguineum terrenumq; hominem, fratris quoq; Iacob semper æmulum, hasta percutit spiritali.

Ionas Ionas pulcherrima columba naufragio suo passionem Domini præfigurans, mundum ad pœnitentiam reuocat: & sub nomine Niniue, Gentibus salutem nuntiat.

Michæas Michæas de Morasthi cohæres Christi, vastationem annunciat filiæ latronis, & obsidionem ponit contra eam: quia maxillam [illegible] iudicis Israel.

Nahum Nahum cõsolator orbis increpat ciuitatem sanguinum: & post euersionem illius loquitur, Ecce super montes pedes euangelizantis, & annuntiantis pacem.

Habacuc Habacuc luctator fortis & rigidus, stat super custodiam suam, & figit gradum super munitionem, vt Christum in cruce contempletur, & dicat, Operuit cælos gloria eius, & laudis eius plena est terra. Splẽdor eius vt lux erit, cornua in manibus eius: ibi absconditá est fortitudo eius.

Sophonias Sophonias speculator, & arcanorum Dei cognitor, audit clamorem à Porta piscium, & eiulatum à Secunda, & contritionem à collibus. Indicit quoque vlulatum habitatoribus Pilæ, quia conticuit omnis populus Chanaan, disperierunt vniuersi qui inuoluti erant argento.

Aggæus Aggæus festiuus & lætus, qui seminauit in lachrymis, vt in gaudio meteret: destructum templum ędificat, Deumq; patrem inducit loquentem, Adhuc vnum modicum, & ego commouebo cælum & terram, & mare, & aridam, & mouebo omnes gentes, & veniet desideratus cunctis gentibus.

Zacharias Zacharias memor Domini sui, multiplex in prophetia, Iesum vestibus sordidis indutum, & lapidem oculorum septem: candelabrumq; aureum cum totidem lucernis quot oculis: duas quoque oliuas à sinistris lampadis cernit, & à dextris: vt post equos nigros, rufos, albos, & varios, & dissipatas quadrigas ex Ephraim, & equum de Ierusalem, pauperem regem vaticinetur & prædicet, sedentem super pullum filium asinæ subiugalis.

Malachias Malachias aperte, & in fine omnium prophetarum, de abiectione Israel, & vocatione Gentium, Non est mihi, ait, voluntas in vobis, dicit Dominus exercituum: & munus non suscipiam de manu vestra. Ab Ortu enim solis vsq; ad Occasum, magnum est nomen meum in Gentibus: & in omni loco sacrificatur, & offertur nomini meo oblatio munda.

Esaias Esaiam, Ieremiam, Ezechielem, & Danielem quis potest vel intelligere, vel exponere? Quorum primus non prophetiam mihi videtur texere, sed Euangelium.

Ieremias Secundus virgam nuceam, & ollam succensam à facie Aquilonis, & pardum spoliatum suis coloribus, & quadruplex diuersis metris nectit alphabetum.

Ezechiel Tertius principia & finem tantis habet obscuritatibus inuoluta, vt apud Hebræos istæ partes cum exordio Geneseos ante annos triginta nõ legantur.

Daniel Quartus verò, qui & extremus inter quatuor prophetas, temporum conscius, & totius mundi φιλόσοφος, lapidem præcisum de monte sine manibus, & regna omnia subuertentem, claro sermone pronuntiat.

Dauid Dauid Simonides noster, Pindarus & Alcæus, Flaccus quoque, Catullus, atq; Serenus, Christum lyra personat, & in decachordo psalterio, ab inferis excitat resurgentem.

Prouerbia Ecclesiastes Canticum Salomon pacificus, & amabilis Domini, mores corrigit, naturam docet, Ecclesiam iungit, & Christum, sanctarumq; nuptiarum dulce canit epithalamium.

Esther Esther in Ecclesiæ typo populum liberat de periculo, & interfecto Aman, qui interpretatur iniquitas, partes conuiuii, & diem celebrem mittit in posteros.

Paralipomenon Paralipoménon liber, id est instrumenti veteris ἐπιτομὴ, tantus ac talis est, vt absq; illo si quis scientiam Scripturarum sibi voluerit arrogare, seipsum irrideat. Per singula quippe nomina iuncturasque verborum [illegible] libris [illegible] tur historiæ, & innumerabiles explicantur Euangelii quæstiones.

Esdras Nehemias Esdras & Nehemias, adiutor videlicet, & consolator à Domino, in vnum volumen coarctantur, instaurant templum, muros extruunt ciuitatis: omnisq; illa turba populi redeuntis in patriam, & descriptio sacerdotum, leuitarum, Israelis, proselytorum, ac per singulas familias murorum, ac turrium opera diuisa, aliud in cortice præferunt, aliud in medulla retinent. Cernis me Scripturarum amore raptum, excessisse modum epistolæ, & tamen non impleuisse quod volui. Audiuimus tanquã quid nosse, quid cupere debeamus, vt & nos quoque possimus dicere, Concupiuit anima mea desiderare iustificationes tuas in omni tempore. *Psal. 118.* Cæterum illud Socraticum impletur in nobis, Hoc tantum scio quod nescio.

Tangam & nouum breuiter testamentum.

Matthæus Marcus Lucas Iohannes Matthæus, Marcus, Lucas, & Iohannes quadriga Domini, & verum Cherubim, quod interpretatur scientiæ multitudo, per totum corpus oculati sunt, scintillæ emicant, discurrunt fulgura, pedes habent rectos, & in sublime tendentes, terga pennata & vbiq; volitantia, tenent se mutuo, sibiq; perplexi sunt, & quasi rota in rota voluuntur, & pergunt quocunq; eos flatus Spiritus sancti perduxerit.

Paulus Apostolus. Paulus Apostolus ad septem scribit Ecclesias. octaua enim ad Hebræos, à plerisque extra numerum ponitur. Timothæum instruit, ac Titum, & Philemonem pro fugitiuo famulo deprecatur. Super quo melius tacere puto, quàm pauca scribere.

Actus Apostolorum. Actus Apostolorum nudam quidem videntur sonare historiam, & nascentis Ecclesiæ infantiam texere: sed si nouerimus scriptorem eorum Lucam esse medicũ, cuius laus est in Euangelio, animaduertemus pariter omnia verba illius, animæ languentis esse medicinam.

Iacobus Petrus Iohannes Iudas Iacobus. Petrus, Iohannes, Iudas, septem epistolas ediderunt tam mysticas quàm succinctas, & breues pariter ac longas: breues in verbis, longas in sententiis: vt rarus sit, qui non in earum cæcutiat lectione.

Apocalypsis Apocalypsis Iohannis tot habet sacramenta, quot verba. Parum dixi pro merito voluminis, laus omnis inferior est. In verbis singulis multiplices latent intelligentiæ. Oro te frater charissime, inter hæc viuere, ista meditari, nihil aliud nosse, nihil quærere: nõne tibi videtur iam hic in terris regni cælestis habitaculum? Nolo offendaris in Scripturis sanctis simplicitate, & quasi vilitate verborum, quę vel vitio interpretum, vel de industria sic prolata sunt, vt rusticam concionem facilius instruerent, & in vna eademque sententia aliter doctus, aliter audiret indoctus. Non sum tam petulans & hebes, vt hæc me nosse pollicear, & eorum fructus capere, quorum radices in cælo fixæ sunt: sed velle fateor. Sedenti me præfero, magistrum renuens, comitem spondeo. Petenti datur, pulsanti aperitur, quærens inuenit. *Matth. 7.a Luc. 11.b* Discamus in terris, quorum scientia nobis perseueret in cælo. Obuiis te manibus excipiam, & (vt inepte aliquid, ac de Hermagoræ tumiditate effutiam) quidquid quæsieris, tecum scire conabor. Habes hic amantissimum tui fratrem Eusebium, qui literarum tuarum mihi gratiam duplicauit, referens honestatem morum tuorum, contemptum seculi, fidem amicitiæ, amorem Christi. Nam prudentiam & eloquii venustatem etiam absque illo ipsa epistola præferebat. Festina, quæso te, & hærentis in salo nauiculæ funem magis præscinde, quam solue.

Nemo renunciaturus seculo bene potest vende- VIII.
re quæ contempsit vt venderet. Quicquid in sumptus de tuo tuleris, pro lucro computa. Antiquum dictum est, Auaro tam deest quod habet, quam quod non habet. Credenti, totus mundus diuitiarum est: infidelis autem, etiam obolo indiget. Sic viuamus tanquam nihil habentes, & omnia possidentes. *1. Corinth. 6.b* Victus & vestitus diuitiæ Christianorum sunt. Si habes in potestate rem tuam, vende: si non habes, proiice. Tollenti tunicam, & pallium relinquendum est. *Matth. 5.g* Scilicet nisi tu semper tecrastinans, & diem de die trahens cautè, & pedetentim tuas possessiunculas vendideris, non habet Christus vnde alat pauperes suos. Totum Deo dedit, qui seipsum obtulit. Apostoli nauem tantum & retia deliquerunt, vidua duo æra misit in gazophylacium, & præfertur Crœsi diuitiis. *Matth. 4.c Marc. 12.d Luc. 21.a* Facile contemnit omnia qui se semper cogitat esse moriturum.

PRÆFA-

PRÆFATIO SANCTI HIERONYMI PRESBYTERI IN PENtateuchum Moysi.

DESIDERII mei desideratas accepi epistolas, qui quodam præsagio futurorum, cum Daniele sortitus est nomen, obsecrantis, vt translatum in Latinam linguam de Hebræo sermone Pentateuchum, nostrorum auribus traderem. Periculosum opus certè, & obtrectatorum meorum latratibus patens, qui me asserunt in Septuaginta interpretum sigillationem, noua pro veteribus cudere, ita ingenium quasi vinum probantes: cùm ego sæpissimè testatus sim, me pro virili portione in Tabernaculo Dei offerre quæ possim, nec opes alterius, aliorum paupertate fœdari. Quod vt auderem, Origenis me studium prouocauit, qui editioni antiquæ translationē Theodotionis miscuit, asterisco & obelo omne opus distinguens, dum aut illucescere facit quæ minus ante fuerant, aut superflua quæque iugulat & confodit, maximè quę Euangelistarum & Apostolorum authoritas promulgauit. In quibus multa de Veteri Testamento legimus, quæ in nostris codicibus nō habentur, vt est illud, ex Ægypto vocaui filium meum: &, Quoniam Nazaræus vocabitur: &, Videbunt, in quem compunxerunt: &, Flumina de ventre eius fluent aquæ viuæ: &, Quæ nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascenderunt quæ præparauit Deus diligentibus se: & multa alia quæ proprium σύνταγμα desiderant. Interrogemus ergo eos vbi hæc scripta sint, & cum dicere non potuerint, de libris Hebraicis proferamus. Primum testimonium est in Osee, Secundum in Esaia, Tertium in Zacharia, Quartum in Prouerbiis, Quintum æquè in Esaia. Quod multi ignorantes, apocryphorum deliramenta sectantur, & Hiberas nænias libris authenticis præferunt. Causas erroris non est meum exponere. Iudæi prudenti factum dicunt esse consilio ne Ptolemæus vnius Dei cultor, etiam apud Hebræos duplicem diuinitatem deprehenderet. Quod maximè idcirco faciebant, quia in Platonis dogma cadere videbatur. Deniq; vbicunque sacratum aliquid Scriptura testatur de Patre & Filio & Spiritu sancto, aut aliter interpretati sunt, aut omnino tacuerunt, vt & regi satisfacerent, & arcanum fidei non vulgarent. Et nescio quis primus author septuaginta cellulas Alexandriæ mendacio suo extruxerit, quibus diuisi eadem scriptitarint: cum Aristæas eiusdem Ptolemęi ὑπερασπιστὴς, & multo post tempore Iosephus nihil tale retulerint, sed in vna basilica congregatos, contulisse scribant, non prophetasse. Aliud est enim vatem, aliud est esse interpretem. Ibi Spiritus ventura prædicit, hic eruditio & verborum copia, ea quæ intelligit, transfert. Nisi forte putandus est Tullius Oeconomicum Xenophontis, & Platonis Protagoram, & Demosthenis pro Ctesiphonte, afflatus rhetorico spiritu transtulisse. Aut aliter de eisdem libris per Septuaginta interpretes, aliter per Apostolos Spiritus sanctus testimonia texuit, vt quod illi tacuerūt, hi scriptum esse mentiti sint. Quid igitur? Damnamus veteres? Minimè. Sed post priorum studia, in domo Domini quod possumus, laboramus. Illi interpretati sunt ante aduentum Christi, & quod nesciebant, dubiis protulere sententiis: nos verò post passionem & resurrectionem eius, non tam prophetiam quam historiam scribimus. Aliter enim audita, aliter visa narrantur. Quod melius intelligimus, melius & proferimus. Audi igitur æmule, obtrectator ausculta, non damno, non reprehendo Septuaginta, sed confidenter cunctis illis Apostolos præfero: Per istorum os mihi Christus sonat, quos ante prophetas, inter spiritualia charismata, positos lego, in quibus vltimum penè gradum interpretes tenent. Quid liuore torqueris? quid imperitorum animos contra me concitas? Sicubi in translatione tibi videor errare, interroga Hebræos, diuersarum vrbium magistros consule. Quod illi habent de Christo, tui codices non habent. Aliud est si contra se postea ab Apostolis vsurpata testimonia probauerunt: & emendatiora sunt exemplaria Latina quam Græca, & Græca quā Hebraica. Verum hæc contra inuidos. Nunc te deprecor Desideri charissime, vt quia me tantum opus subire fecisti, & à Genesi exordium capere, orationibus iuues, quo possim eodem Spiritu, quo scripti sunt libri, in Latinum eos transferre sermonem.

ORDO

ORDO LIBRORVM ET CAPItum Veteris Teſtamenti.

Geneſis	cap. 50.	Eccleſiaſtes	12.
Exodus	40.	Canticum canticorum	8.
Leuiticus	27.	Liber Sapientiæ	19.
Numeri	36.	Eccleſiaſticus	51.
Deuteronomium	34.	Eſaiæ prophetia	66.
Ioſue	24.	Ieremiæ	52.
Liber Iudicum	21.	Lamentationes Ieremiæ	5.
Ruth	4.	Baruch	6.
Regum I.	31.	Ezechielis	4.
Regum II.	24.	Danielis	12.
Regum III.	22.	Oſeæ	14.
Regum IV.	25.	Ioelis	3.
Paralipomenon I.	29.	Amos	9.
Paralipomenon II.	36.	Abdiæ	1.
Eſdræ I.	10.	Ionæ	4.
Eſdræ II.	13.	Michææ	7.
Eſdræ III.	9.	Nahum	5.
Eſdræ IV.	16.	Habacuc	3.
Tobias	14.	Sophoniæ	3.
Iudith	16.	Aggæi	2.
Eſther	16.	Zachariæ	14.
Iob	42.	Malachiæ	4.
Liber Pſalmorum	150.	Machabæorum I.	16.
Prouerbia Salomonis	31.	Machabæorum II.	15.

Hos veteris teſtamenti libros CHRISTVS IESVS in legem, Prophetas, & Pſalmos, ſimpliciſſime partitus eſt, Matthæi cap. ſeptimo, vndecimo & vigeſimo ſecundo. & Lucæ vltimo. Hæc ſunt, inquit, verba quæ loquutus ſum ad vos cum adhuc eſſem vobiſcum, quoniam neceſſe eſt impleri omnia quæ ſcripta ſunt in lege Moyſi, & Prophetis, & Pſalmis, de me. Quam dictionem ſecuti ſunt Apoſtoli, patresque noſtri Latini. Nec ab hac aliena eſt Hebræorum diſtinctio, תורה vocantium Legem, נביאים Prophetas, כתובים Hagiographa, inter quæ & Pſalmi Dauid numerantur: author eſt Hieronymus in Prologo quem præpoſuit libris Regum.

ORDO LIBRORVM ET CAPItum Noui Teſtamenti.

Euangelium ſecundum Matthæum	cap. 28.	Ad Timotheum I.	6.
Euangelium ſecundum Marcum	16.	II.	4.
Euangelium ſecundum Lucam	24.	Ad Titum	3.
Euangelium ſecundum Ioannem	21.	Ad Philemonem	1.
Acta Apoſtolorum	28.	Ad Hebræos	13.
Pauli epiſtola ad Romanos	16.	Iacobi epiſtola	5.
Ad Corinthios I.	16.	Petri epiſtolæ I.	5.
II.	13.	II.	3.
Ad Galatas	6.		
Ad Epheſios	6.	Iohannis epiſtolæ I.	5.
Ad Philippenſes	4.	II.	1.
Ad Coloſſenſes	4.	III.	1.
Ad Theſſalonicenſes I.	5.	Iudæ Epiſtola	1.
II.	3.	Apocalypſis.	22.

LIBER

LIBER GENESIS,

Hebraicè BERESITH.

Librum hunc LXX. interpretes Genesin inscripserunt, quod in eo ostendatur mundum à Deo conditum fuisse, neque illum esse creationis expertem, vt nonnulli philosophi existimauerunt: aut quod generis humani, reliquorúmque animantium ortus, breuiter, omnium quæ terra capit, hoc libro comprehendatur. Hebræi verò, BERESITH, à prima totius libri dictione, appellauerunt. Beresith enim, significat In principio.

CAPVT PRIMVM.

V.

Terra. A
Act. 14. c 17. f
Psal. 32. a 135. a
Eccles. 18. a
Abyssi.
* *Dei.*
Heb. 11. a
* *Deus.*
Firmamentum sine cælum.
Psalm. 135. a
Ierem. 10. b
Psalm. 148. a

IN PRINCIPIO creauit Deus cælum & terram.

2 Terra autem erat inanis & vacua, & tenebræ erant super faciem abyssi: & spiritus Domini ferebatur super aquas.

3 Dixitque Deus, Fiat lux. Et facta est lux.

4 Et vidit Deus lucem, quòd esset bona; & diuisit lucem à tenebris.

5 Appellauitque lucem diem, & tenebras noctem: factúmque est vespere & mane dies vnus.

6 Dixit quoque Deus, fiat firmamentum in medio aquarum: & diuidat aquas ab aquis.

7 Et fecit Deus firmamentum, diuisitque aquas quæ erant sub firmamento, ab his quæ erant super firmamentum. & factum est ita.

8 Vocauitque Deus firmamentum, cælum: & factum est vespere & mane dies secundus.

B
Terra & mare.
Psal. [illegible]
Iob. 38. a. d
Herba & arborea.

9 Dixit verò Deus, Congregentur aquæ quæ sub cælo sunt, in locum vnum: & appareat arida. & factum est ita.

10 Et vocauit Deus aridam, terram: congregationésque aquarum appellauit maria. Et vidit Deus quod esset bonum.

11 Et ait, Germinet terra herbam virentem & facientem semen, & lignum pomiferum faciens fructum iuxta genus suum, cuius semen in semetipso sit super terram. & factum est ita.

12 Et protulit terra herbam virentem, & facientem semen iuxta genus suum, lignúmque faciens fructum, & habens vnumquodque sementem secundum speciem suam. Et vidit Deus quod esset bonum.

N.

IN [1] PRINCIPIO *creauit Deus cælum & terram.*

2 *Terra autem* [2] *inculta erat ac vacua;* [3] *tenebræque super abyssum: &* [4] *Spiritus Dei mouebat supra aquas.*

3 *Dixitque Deus,* [6] *fiat* [7] *lux. Factaque est lux.*

4 *Viditque Deus lucem quod* [8] *bona esset: & diuisit Deus inter lucem & tenebras.*

5 *Appellauitque Deus lucem, diem: & tenebras appellauit noctem: fuitque vespera & mane dies* [9] *vnus.*

6 *Et dixit Deus, Fiat* [10] *expansio in medio aquarum, & diuidat inter aquas & aquas.*

7 *Et fecit Deus expansionem istam, & diuisit inter aquas sub expansione, & inter aquas supra expansionem: & fiebat ita.*

8 *Appellauitque Deus expansionem* [11] *cælum: & fuit vespera & mane* [12] *dies secundus.*

9 [13] *Et dixit Deus, Congregentur aquæ, quæ sunt sub cælo, vnum in locum, vt* [14] *appareat continens.* [15] *fiebatque sic.*

10 *Et appellauit Deus continentem, terram: collectionem vero aquarum appellauit maria. Viditque Deus quod esset bonum:*

11 *Et dixit Deus,* [16] *Progerminet terra* [17] *germen herbam seminificantem semen* [18] *lignum fructiferum ferens fructum iuxta speciem suam, cuius semen sit in semetipso super terram. & fiebat ita.*

12 *Et protulit terra germen, herbam seminantem semen iuxta speciem suam: & lignum ferens fructum, quod semen habeat in semetipso secundum speciem suam. Et vidit Deus quod esset bonum.*

1 Dilucidius sic vertitur, Initio quùm creauit Deus cælum ac terram, tum terra, &c. Per cælum intelliguntur omnia corpora cælestia: per terram vero terrestria. Proponit initio rem totam, vt eius author agnoscatur. Notandum est autem hic terram appellari per occupationem, nondum enim ita vocabatur, sed postea nudata aquis, ita vocari cœpit. Chaldæus paraphrastes vertit, In sapientia, id est, iuxta omnes vias sapientiæ: hoc est, sapientissimè. Verti etiam potest, Principio quùm creauit Deus cælum & terram: [illegible]

[illegible]

ces Hebraicæ, fere vnum & idem significant. Chaldæus paraphrastes vertit, Squalida seu desolata, atque vacua. LXX. autem verterunt [illegible]

[illegible]

Præterea, lignum fructus, pro arbore producente fructus. Hebraicè legitur, Vel ergo, Arbores fructiferas producentes fructus

20 Dies tertius. Id est, vt translatum est, dies tertius.
21 Iuxta Iudæorum & Græcorum opinionem, sol quarto die creatus est, & ante eum lux, herbæ, & arbores: ne homines sibi persuaderent solem esse primam causam lucis, generationisque herbarum & arborum: atque ita acciperent ansam idololatriæ. Hebræi vero dicunt solem & lunam creatos fuisse, vt numero septimo dictum est: Mosemque qui in primo die cœpisset narrare creationem rerum cælestium, omisisse [illegible] res minus notas, velutque incognitas: & descendisse ad creationem rerum terrestrium magis notarum nobis. Postea quarto die repetiisse omissa, ornatum nempe earum rerum cælestium. nam primo die creatus fuit sol. Tunc autem sic vertendum erit, Iam autem dixerat Deus, Fiant, &c. vt præteritum accipiatur pro plusquamperfecto. [illegible] scire non possis dicere quo tempore creata fuerint luminaria illa, & creatæ fuerint stellæ illæ: solum habes hæc omnia fuisse creata intra diem quartum.
22 In firmamento cæli, vel, in ipso corpore cælesti.

13 *Factúque est vespera & mane* [19] *dies tertius.*
14 *Dixitq; Deus,* [20] *Fiant luminaria* [21] *in expansione cælorum,* [23] *vt distinguant inter diem & noctem, sintq;* [24] *in signa, & stata tempora, in dies, & annos.*
15 *Et sint in luminaria in expansione cælorum, vt lumen præbeant super terram. Fiebatq; ita.*
16 *Et fecit Deus* * *duo magna luminaria: luminare (videlicet) maius,* [25] *quod dominaretur interdiu: & luminare minus, quod dominaretur noctu, tum etiam stellas.*
17 *Posuitq;* [26] *ea Deus in expansione cælorum, vt lucem præberent super terram:*
18 *Et vt dominarentur die ac nocte, distinguerentq; inter lucem & tenebras. Viditq; Deus quod esset bonum:*
19 *Et fuit vespera & mane* [27] *dies quartus.*
20 *Et dixit Deus,* [28] *Scaturiant aquæ* [29] *reptile animæ viuentis, & volatile volitet super terram* [30] *ante expansionem cælorum.*
21 *Et creauit Deus* [31] *cetos magnos, &* [32] *omnem animam viuentem* [33] *reptantium, quam aquæ scaturierant iuxta species suas, & omne volatile pennatum, (vnumquodq;) secundum speciem suam. Et vidit Deus quod esset bonum:*
22 [34] *Benedixitq; illis Deus dicens, Fructum edite, & augescite, & implete aquas in maribus, & volucris multiplicetur super terram.*
23 *Et fuit vespera, fuitq; mane* [35] *dies quintus.*
24 *Et dixit Deus, Producat terra* [36] *animal viuens secundum speciem suam,* [37] *iumentum, & reptile, &* [38] *bestiam terræ, secundum speciem suam.*
25 *Et fiebat ita: fecitq; bestiam terræ secundum speciem suam, & iumentum secundum speciem suam, & omne quod reptat* [39] *super terram secundum speciem suã. Et vidit Deus quod esset bonum.*
26 *Et dixit Deus,* [40] *Faciamus* [41] *hominẽ in imagine nostra, secundum simulacrum nostrum, & dominentur in piscem maris, & in volucrem cæli, & in iumentum, &* [42] *in omnem terram, & in omne* [43] *reptile, quod reptat super terram.*
27 *Creauit itaq; Deus hominẽ in imagine sua,* [44] *in imagine Dei creauit eum,* [45] *marẽ & fœminã creauit eos.*
28 *Et benedixit illis Deus: dixitq; ad eos Deus, Fructum edite, & augescite, &* [46] *implete terrã, &* [47] *subiicite eam, & dominamini in piscem maris, & in volucrem cæli, & in omnẽ bestiam* [48] *quæ reptat super terrã.*
29 *Rursum dixit Deus,* [49] *Ecce dedi vobis omnem herbam* [50] *seminificantem semen, quæ est in superficie vniuersa terra, &* [51] *omne lignum in quo est fructus, lignũ (videlicet) quod semen seminificat, vobis in cibum erit.*

13 Et factum est vespere & mane dies tertius.
14 Dixit autem Deus, Fiant luminaria in firmamento cæli, & diuidant diem ac noctem, sint ‖ in signa & tempora, & dies & annos: — *Sol, luna, stellæ. Psal. 135. b.*
15 Vt luceant in firmamento cæli, & illuminent terram. Et factum est ita.
16 Fecitque Deus duo luminaria magna: luminare maius, vt præesset diei: & luminare minus, vt præesset nocti: & stellas.
17 Et posuit eas * in firmamento cæli, vt lucerent super terram, — ** Deus.*
18 Et præessent diei ac nocti, & diuiderent lucem ac tenebras. Et vidit Deus quòd esset bonum. — C
19 Et factum est vespere & mane dies quartus.
20 Dixit etiam Deus, Producant aquæ reptile animæ viuentis, & volatile super terram sub firmamento cæli: — *Pisces. Aues.*
21 Creauitque Deus cete grandia, & omnem animam viuentem atque motabilem, quam produxerant aquæ in species suas, & omne volatile secundum genus suum. Et vidit Deus quod esset bonum.
22 Benedixitque eis, dicens, Crescite & multiplicamini, & replete aquas maris: auesque multiplicentur super terram.
23 Et factum est vespere & mane dies quintus.
24 Dixit quoque Deus, Producat terra animam viuentem in genere suo, iumenta & reptilia & bestias terræ secundum species suas. Factumque est ita. — *Bestiæ terræ.*
25 Et fecit Deus bestias terræ iuxta species suas, * iumenta & omne reptile terræ in genere suo. Et vidit Deus quod esset bonum. — ** &*
26 Et ait, Faciamus hominem ad ‖ imaginem & similitudinem nostram, & præsit piscibus maris, & volatilibus cæli, & bestiis, vniuersæque terræ, omnique reptili quod mouetur in terra. — *Hominis creatio.* Colos. 3. b. D Infr. 5. a. 9. a. 1. Corinth. 11. b.
27 Et creauit Deus hominem ad imaginem & similitudinem suam, ad imaginem Dei creauit illum, ‖ masculum & fœminam creauit eos. — Matth. 19. a.
28 Benedixitque illis Deus, & ait, Crescite & multiplicamini, & replete terram, & subiicite eam, & dominamini piscibus maris, & volatilibus cæli, & vniuersis animantibus quæ mouentur super terram. — Eccles. [illegible] a. Infra 8. c. 9. a. *Hominis vim generandi, dat Deus, eique omnia subiicit.*
29 Dixitq; Deus, Ecce dedi vobis omnem herbam afferentem semen super terram, & vniuersa ligna quæ habent in semetipsis sementem generis sui, ‖ vt sint vobis in escam, — *Prouidentia Dei de victu. Infr. 9. a.*

23 Vel, vt separent diem a nocte. 24 Quidam intelligunt per signa, momenta ipsa: per tempora, horas: vel per motionem illorum corporum cælestiũ [illegible] In signa, serenitatis scil. aut tempestatis: & tempora, [illegible] autumni, hyemis [illegible] illa luminaria sic [illegible] Hæc (vt dictum est) primo die: stellæ [illegible] creatæ fuerunt. 25 Heb. in dominium [illegible] diei. Idẽ intelligendũ de luna, hoc est, [illegible] luceret sol, & luna noctu. 26 [illegible] 27 Dies quartus, id est, [illegible] 28 [illegible] 29 Heb. est, pro, reptilia viuentis [illegible] [illegible] 30 Id est, in de c. [illegible] 33 [illegible] 35 [illegible] 37 [illegible] 39 Ad differentiam reptilium aquatilium [illegible] 41 Singulare pro plurali homines [illegible] 43 Reptile pro omni [illegible] 44 [illegible] 45 [illegible] 47 [illegible] 49 [illegible] 50 Vel, producentem [illegible] 51 Et cum-

30 Et cunctis animantibus terræ, omnique volucri cæli, & vniuersis quæ mouentur in terra, & in quibus est anima viuens, vt habeant ad vescendum. Et factum est ita.

Ecclef. 39.c. Mar. 7. d.

31 ‖ Viditq; Deus quæ fecerat: & erant valde bona. Et factum est vespere & mane dies sextus.

30 At omni bestiæ terræ, & cunctis volucribus cæli, & omni ei quod reptat super terram [52] in quo est anima viuenti, [53] sit omne viride olus in cibum. Et fiebat ita.

31 Et [54] vidit Deus omne quod fecerat, & ecce erat valde bonum. Et facta est vespera & mane [55] dies sextus.

52 Il est [illegible] omnibus animantibus & viuentibus super terram. 53 i. omnes vescentur herba virente. Esum carnium non permittit ante diluuium, quem in principio capitis noni concedit post ipsum diluuium. 54 vel, contemplatus est. 55 diei sexti. Hoc est, ita transactus est dies sextus.

CAPVT II.

Benedicitur sabbathum. Exod. 20. b. Heb. 4. b.

A Igitur perfecti sunt cæli & terra, & omnis ornatus eorum.

2 Compleuitque Deus die septimo opus suum quod fecerat: & ‖ requieuit die septimo ab vniuerso opere quod patrarat.

3 Et benedixit diei septimo, & sanctificauit illũ: quia in ipso cessauerat ab omni opere suo, quod creauit Deus vt faceret.

Repetitio prædictorum. * *Dominus.*

4 Istæ sunt generationes cæli & terræ, quando creatæ sunt in die quo fecit * Deus cælum & terrã.

5 Et omne virgultum agri antequam oriretur in terra, omnemq; herbam regionis priusquam germinaret: Non enim pluerat Dominus Deus super terram, & homo non erat qui operaretur terram.

6 Sed fons ascendebat e terra, irrigans vniuersam superficiem terræ.

Repetit formationem hominis. 1. Cor. 15. f.

7 Formauit igitur Dominus Deus hominem de limo terræ, & inspirauit in faciem eius spiraculum vitæ, & ‖ factus est homo in animam viuentem.

B *Homo in paradiso voluptatis.*

8 Plantauerat autem Dominus Deus paradisum voluptatis a principio, in quo posuit hominem quem formauerat.

Lignum vitæ. Lignũ scientiæ.

9 Produxitq; Domin' Deus de humo omne lignũ pulchrũ visu, & ad vescendũ suaue, lignum etiam vitæ in medio paradisi, lignũmq; scientiæ boni & mali.

10 Et fluuius egrediebatur de loco voluptatis ad irrigandum paradisum: qui inde diuiditur in quatuor capita.

Phison. Ecclef. 24. c.

11 Nomen vni, Phison: ipse est qui circuit omnẽ terram Heuilath, vbi nascitur aurum.

12 Et aurum terræ illius optimum est, ibique inuenitur bdellium, & lapis Onychinus.

Gehon.

13 Et nomen fluuii secundi Gehon: ipse est qui circumit omnem terram Æthiopiæ.

C *Tigris. Euphrates.*

14 Nomẽ vero fluminis tertii, Tigris: ipse vadit contra Assyrios. Fluui' aũt quart', ipse est Euphrates.

15 Tulit ergo Dominus Deus hominem & posuit eum in paradisum voluptatis, vt operaretur, & custodiret illum:

1 Perfecti sunt itaq; cæli & terra, & [1] omnis exercitus illorum.

2 [2] Et absoluit Deus die septimo opus suum quod fecerat, & quieuit die septimo ab omni opere suo [3] quod fecerat.

3 Et benedixit Deus diei septimo, [4] & sanctificauit eum: nam eodem die ab omni opere suo quieuerat. [5] quod faciendo Deus creauerat.

4 Istæ sunt [6] generationes cælorũ & terræ, quã creata erant in die quo fecerat Dominus Deus terram & cælos.

5 Et omne [7] virgultum agri antequam esset in terra, & omnem herbam agri antequam germinaret, [8] quoniam non pluerat Dominus Deus super terram, [9] nec erat homo qui coleret terram.

6 [10] Et vapor ascendebat e terra, & irrigabat vniuersam superficiem terræ.

7 Finxit igitur Dominus Deus hominem [11] puluerẽ de humo, & insufflauit in nares eius spiritum [12] vitarum, [13] factusq; est homo in animam viuentem.

8 Et [14] plantauit Dominus Deus hortos delicatissimos ab Oriente, & collocauit illic hominẽ quẽ finxerat.

9 [x] Et fecit germinare Dominus Deus de humo omnẽ arborem visu delectabilem & in cibum [15] commodam: & arborem [16] vitæ in medio hortorum, [17] arborem quoque scientiæ boni & mali.

10 Et [18] fluuius egrediebatur de deliciis vt irrigaret hortum, & inde dilapsus fieret in quatuor capita.

11 Nomen [19] vnius Pison: is circuiuit totam terram Hauila, vbi est aurum:

12 Et aurum terræ illius [20] bonum est: est quoque illic [21] Bdellium, & lapis [22] Schoham.

13 Nomen vero fluuii secundi Gihon: is circumit totam terram [23] Kusch.

14 Porro nomen tertii fluuii est [24] Hiddekel: is cursum suum agit ad Orientalem plagam Assyriæ. Et fluuius quartus est Euphrates.

15 Tulit itaq; Dominus Deus [25] ipsum Adã, & posuit eum [26] in hortos delicatos, vt coleret & custodiret [27] illos.

1 Id est omnia quæ sunt in cælo & in terra. 2 Perfecitq; Deus ante diẽ septimũ. vel, sub diem septimum. Aut, Elucescente, siue aduenjente die septimo, extremam manũ imposuit De' operi suo. Posset verti præteritũ pfectũ in pl'quã pfectũ, hoc modo. Perfeceratq; Deus cum iam aduenit dies septim', opus, &c. 3 i. quod tam excellenti ordine disposuerat. 4 &, pro id est hic ponitur: exponit enim quid significet benedixit. id est, sanctum ac celebrem haberi voluit. Sunt qui pro sanctificauit, vertant segregauit. i. voluit diẽ septimum sibi tribui. Sanctificare aliquẽ diẽ, est in vsum Dei separare: hoc est in eo cessare ab omni opere, & agere gratias Deo pro beneficiis acceptis. Dicitur autem hic per occupationem, septimum diem sanctificatum quam septim' dies sanctus sint data lege, non prius. 5 Heb. quod creauit Deus vt faceret. i. vt eo ordine quo nunc est disponeret. 6 Passiue sumitur generatio. q. d. Hi sunt natales & ortus cæli & terræ, quando illa creata sunt, eo scilicet tempore quo Dominus Deus creauit terram & cælum. [illegible] priusquam germinarent. [illegible] Hæc sunt quæ genuit [illegible] cælum & terra postq. [illegible] creata sunt, [illegible] Dominus Deus creauit terram [illegible] aliqua creata fuisse ex terra, tanquam materiali causa, & passiua, [illegible] In principio, [illegible] te, cælum accipitur pro toto corpore cælesti, [illegible] pro tempore [illegible] bores. Subaudi, Easdem siue tempore quo creauit omnes arbores, &c. [illegible] certe dictum est ne possimus dicere imbrem fuisse causam herbarum & omnium fructuum quæ prouenit e terra: sed [illegible] hinc enim deprehendimus Deum esse authorem pluuiæ. 9. Hebraismus est, pro nullus erat. q. d. Non [illegible] vsquam [illegible] stria, quum Dominus nondum pluisset, neque vllus homo esset qui agros coleret. 10 Vapor autem ascendebat e terra. Vel, Porro vapor ascenderat e terra. Repetit Moyses creationem hominis [illegible] Deus materiam [illegible] ipsum hominem creauit. Vox Hebræa [illegible], significat vaporem: pro qua [illegible] per calorem solis, qui ascendunt in mediam [illegible] aeris, [illegible] generationem pluuiæ, & ad quid cinetur, [illegible] apud Hebræos, pro, de puluere terræ. 12. Heb. vitæ. [illegible] 14 plantauerat Dominus Deus hortum in Eden ad Orientem. De Eden legitur Esai. 37. c. [illegible] Plantauerat autem, id est, iusserat vt producerentur arbores: quod statim declarat [illegible] Quæ in hoc capite leguntur, [illegible] dicta sunt. [x] Germinare, vel, Producerat [illegible] 16. [illegible] vitæ, & comedat, & viuat in æternum. [illegible] 17 arborem [illegible] homo, [illegible] 21 Quid [illegible] 22 est lapis onyx, vt quidam [illegible] 23 vel, [illegible] Æthiopiæ. [illegible] Orientalis intelligit. 24. i. Tigris. 25 hominẽ. Hoc loco Adam est nomen appellatiuum. 26 in hortum Eden. i. quem plantauerat in regione Eden. 27 illum, sub. hortum.

28 Heb. Ex omni ligno paradisi comedendo comedes: de ligno aut &c. Id est, E fructu omnium arborum horti facio tibi comedendi potestatem: at de arbore, &c. Hebraismus.
29 Hoc est, mortalis eris, obnoxius eris morti. Hebraismus.
30 Per præteritum plusquam perfectum verti debet, Dixerat autem Dominus sub die sexto, quo die fuit creata mulier. hic autem ostendit quo modo: quod ipse prætermiserat.
31 Heb. bonum. i. conueniens. Dicunt Hebræi hoc loco vocem Hebræam T O B significare perpetuitatem & diuturnitatem. q. d. non bonum est vt semper solus permaneat, non enim diu duraret humana natura.

16 *Præcepitq; Dominus Deus homini, dicens,* [28] *De omni ligno hortorum comede:*
17 *De arbore verò scientiæ boni & mali, de ea (inquam) haudquaquam comedas: nam quacunq; die ex ea comedes,* [29] *morte morieris.*
18 *Et* [30] *dixit Dominus Deus, Non est* [31] *commodū vt homo solus sit:* [32] *faciam illi adiutorium,* [33] *quod coram eo sit.*
19 [33] *Finxerat enim Dominus Deus de humo omnem bestiam agri, & omnem volucrem cæli, & adduxerat (ea) ad hominem, vt videret* [34] *quomodo appellaret ea. (*[35] *quodcunq; enim nomen Adam viuentibus indidit, hoc nomine nominabantur.)*
20 *Indiditq; Adam nomina cuique iumento, & volatilis cæli, omniq; bestiæ agri:* [36] *Adæ verò non inueniebatur adiutorium quod coram eo esset.*
21 *Immisit igitur Dominus Deus soporem in Adam, & obdormiuit:* [37] *tulitq; vnam ex costis eius,* [39] *carnem illius loco claudens.*
22 *Et ædificauit Dominus Deus* [40] *costam quam tulerat de homine* [41] *in mulierem, & adduxit eam ad hominem.*
23 *Et dixit homo,* [42] *Hoc nunc* [43] *os ex ossibus meis, & caro ex carne mea: propter hoc vocabitur* [44] *virago, eò quod de viro sumpta sit hæc.*
24 *Propterea deseret vir patrem & matrem suā, & hærebit vxori suæ, eruntq;* [45] *in carnem vnam.*
25 *Erant autem vterque nudus, Adam & vxor eius,* [46] *nec erubescebant.*

16 Præcepitq; ei, dicens, Ex omni ligno Paradisi comede: de ligno autem scientiæ boni & mali ne comedas. *Interdixit homini Deus ligno scientiæ boni & mali.*
17 In quocunque enim die comederis ex eo, morte morieris.
18 Dixit quóque Dominus Deus, Non est bonum hominem esse solum: faciamus ei adiutoriū, simile sibi.
19 Formatus igitur Dominus Deus de humo cunctis animantibus terræ, & vniuersis volatilibus D
cæli, adduxit ea ad Adā, vt videret quid vocaret ea. *Adam cunctis*
(omne enim quod vocauit Adam animæ viuentis, *animantibus*
ipsum est nomen eius.) *imponit nomina.*
20 Appellauitq; Adā nominibus suis cuncta animantia, & vniuersa volatilia cæli, & oēs bestias terræ: Adæ verò nō inueniebatur adiutor similis eius.
21 * Immisitque Dominus Deus soporem in Adam: cúmque obdormisset, tulit vnam de costis eius, & repleuit carnem pro ea. **Immisit ergo.*
22 Et ædificauit Dominus Deus costā quam tulerat de Adam, in mulierem: & adduxit eā ad Adā. *Creatur mulier.*
23 Dixitq; Adam, ‖ Hoc nūnc, os ex ossib. meis, *Institutio matrimonii.*
& caro de carne mea: hæc vocabitur virago, quoniam de viro sumpta est. 1.Cor.11.b
24 Quamobrem relinquet homo patrem suū Matth.19.a
& matrem, & adhærebit vxori suæ: ‖ & erunt duo Marc.10.a
in carne vna. Ephes.5.g 1.Cor.6.d
25 Erat autem vterque nudus, Adam scilicet & vxor eius: & non erubescebant.

32 Subaudiendum propterea hoc pacto, Propterea faciam illi auxilium iuxta illud. i. illi conueniens, aut simile illi. Alii vertunt, Faciam illi adiutorium quasi coram eo: siue quod ante eum. hoc est, quod stet coram eo: vel quod sit semper in conspectu eius ad obsequendum ei. L X X. verterunt, adiutorem secundum eum, i. congruentem illi, & similem sine morum illi [illegible] 33 vel, Formauerat præterea Dominus Deus de humo omnes feras agrestes, & omnia volatilia cæli. Aut, Cum autem formasset omnia, &c. adduxit ad Adam. 34 i. quod nomen inderet illis. 35 Heb. Et omne quod vocauit illi homo (illi inquam) animæ viuenti, est nomen eius. [illegible] Nomen autem quod homo indidit omnibus animantibus, ipsum fuit (vel, erat) nomen eorum. Imposuit igitur homo nomina singulis iumentibus, &c. Hic Adam, est nomen appellatiuum, vt & in sequentibus. 36 At homini non inuenit adiutorium quod esset coram se. Hebraismus elegans: de se loquitur in tertia persona. At homo non inuenit sibi adiutorium per omnia sibi respondens. Illud enim non dicitur de Deo, sed de primo parente. 37 Somnum grauem & profundum. Hoc significat vox Hebræa. 38 vel, tulit vnam (subaudi, portionem) de lateribus eius, pro, aliquam portionem ex vno latere eius. [illegible] Hebraismus. Sic alibi legitur, Sepultus est in vrbibus Iuda, pro, vna vrbium. 39 & clausit carnem pro ea, i. repleuit carne locum illum vnde sumpserat [illegible] 40 vel, latus quod acceperat. Hoc est, portionem eam carnis quam ipse acceperat de latere hominis. 41 Subaudi, ædificauit. [illegible] in mulierem, i. ex ea fecit mulierem. 42 Hac vice. Subaudi, inueni adiutorium per omnia respondens mihi. 43 Id est, communicat mecum in carne & sanguine. Leguntur [illegible] per admirationem. 44 Si sermo Latinus pateretur, dicendum esset vira, à viro [illegible] apud Hebræos, additione vnius literæ mulier denominata est à viro. [illegible] siue maritum, I S dicunt mulierem siue vxorem, I S A. 45 i. erunt [illegible] vna caro, & vnum corpus. 46 i. erant animo simplici & candido, innocentia naturali præditi, tales quales nunc pueri, qui tametsi nudi sunt, eos tamen non pudet. summa concordia erat spiritus cum carne.

CAPVT III.

1 Serpens ille. apud Hebræos est articulus præpositiuus: vt intelligamus Mosen loqui de serpente noto. Per serpentem externū, voluit internū serpentem intelligere, qui est diabolus. Serpente autem naturali & externo vsus est diabolus tanquam instrumento: [illegible] serpens locutus est humano more diabolo mouente eius linguam.
2 Verti potest per sepe latinū, hoc pacto, Erat callidissimus

1 *Serpens* [1] *verò* [2] *callidior erat omni bestia agri, quā fecerat Dominus Deus: qui dixit ad mulierem,* [3] *Itáne dixit Deus, Non comedetis de omni* [4] *ligno hortorum?*
2 *Et dixit mulier ad serpentem, De fructu* [5] *ligni hortorum comedimus:*
3 *De fructu verò arboris, quæ est in medio* [6] *horti, dixit Deus, Ne comedatis ex ea, neque contingatis eam, ne forte moriamini.*
4 *Et dixit serpens ad mulierem, Haudquaquā* [7] *moriemini.*
5 *Verùm Deus nouit quod ipso die quando comederitis ex ipsa, aperientur* [8] *oculi vestri,* [9] *eritisq; sicut dii, scientes bonum & malum.*
6 [10] *Et vidit mulier quòd* [11] *arbor illa esui commoda esset, & oculis* [12] *desyderabilis:* [13] *iucundaq; arbor illa ad erudiendum, tulit de fructu eius, & comedit: dedit deniq; &* [14] *viro suo secum, qui & ipse comedit.*

1 Sed & serpens erat callidior cunctis animantibus terræ, quæ fecerat Dominus Deus. qui dixit ad mulierem, Cur præcepit vobis Deus vt non comederetis ex omni ligno paradisi? A *Serpens seducit mulierem.* Sapien.2.d
2 Cui respondit mulier, De fructu lignorū quæ sunt in paradiso, vescimur:
3 De fructu verò ligni quod est in medio paradisi, præcepit nobis Deus ne comederemus, & ne tangeremus illud, ne forte moriamur.
4 Dixit autem serpens ad mulierem, ‖ Nequaquam morte moriemini. 2.Cor.11.a
5 Scit enim Deus quod in quocunque die comederitis ex eo, aperientur oculi vestri: & eritis sicut dii, scientes bonum & malum.
6 Vidit igitur mulier quòd bonum esset lignum ad vescendum, & pulchrum oculis, aspectuq; delectabile: & tulit de fructu illius, & ‖ comedit: deditque viro suo, qui comedit. *Transgressio mandati.* Ecclesi.25.d 1.Tim.2.d

ssimus [illegible] astutiss. omnium bestiarum agri. i. ferarum agrestiū. 3 vel, Etiam (subaudi, estne verum) quòd præcepit Deus ne ex vllius arboris fructu comederetis? [illegible] [illegible] post alia multa quæ serpens dixerit mulieri [illegible] Etiámne [illegible] Possit verti [illegible] & Chaldæus paraphrastes transfulit, [illegible] est quod Deus, &c. Verti etiam potest, Multo magis [illegible] [illegible]

B 7 Et aperti sunt oculi amborum: cognouissent se esse nudos, consuerunt folia ficus, & fecerunt sibi perizomata.

Cognito peccato, Adam & Heua suffugiunt faciem Dei, excusantes peccatum.

8 Et cum audissent vocem Domini Dei deambulantis in paradiso ad aurā post meridiem, abscondit se Adam & vxor eius à facie Domini Dei in medio ligni paradisi.

9 Vocauitq; Domin⁹ Deus Adā, & dixit ei, Vbi es?

10 Qui ait, vocem tuā Domine audiui in paradiso: & timui, eo quod nudus essem, & abscondi me.

11 Cui dixit Dominus, Quis enim indicauit tibi quòd nudus esses, nisi quod ex ligno de quo præceperam tibi ne comederes, comedisti?

12 Dixitque Adam, Mulier quam dedisti mihi sociam, dedit mihi de ligno, & comedi.

C 13 Et dixit Dominus Deus ad mulierē, Quare hoc fecisti? Quæ respōdit, Serpēs decepit me, & comedi.

Maledicitur serpens.

14 Et ait Dominus Deus ad serpentem, Quia fecisti hoc, maledictus es inter omnia animantia, & bestias terræ: super pectus tuum gradiēris & terram comedes cunctis diebus vitæ tuæ.

Semen Iesus promittitur saluator. *ipse.*

15 INIMICITIAM PONAM inter te & mulierem, & semen tuum, & semen illius: ipsa conteret caput tuum, & tu insidiaberis calcaneo eius.

Mulieris ærumna ob peccatū. 1. Corinth. 14. f.

16 Mulieri quoq; dixit, Multiplicabo ærumnas tuas, & conceptus tuos: in dolore paries filios, & sub viri potestate eris, & ipse dominabitur tui.

Adæ pœna. Homo addicitur labori.

17 Adæ verò dixit, Quia audisti vocem vxoris tuæ, & comedisti de ligno, ex quo præceperam tibi ne comederes, maledicta terra in opere tuo: in laboribus comedes ex ea cunctis diebus vitæ tuæ.

18 Spinas & tribulos germinabit tibi, & comedes herbas terræ.

D 19 In sudore vultus tui vescēris pane tuo, donec reuertaris in terram de qua sumptus es: quia puluis es, & in puluerem reuertēris.

Heua.

20 Et vocauit Adam nomen vxoris suæ, Heua: eo quòd mater esset cunctorum viuentium.

21 Fecit quoq; Dominus Deus Adæ & vxori eius tunicas pelliceas, & induit eos.

22 Et ait, Ecce Adam quasi vnus ex nobis factus est, sciens bonum & malum. Nunc ergo ne forte mittat manum suam, & sumat etiam de ligno vitæ & comedat, & viuat in æternum.

Et emisit. Eiicitur Adā e paradiso.

23 Emisit eum Dominus Deus de paradiso voluptatis, vt operaretur terram de qua sumptus est.

24 Eiecitq; Adam: & collocauit ante paradisum voluptatis Cherubim, & flammeum gladium atque versatilem, ad custodiendam viam ligni vitæ.

7 Et aperti sunt oculi amborum: [15] cognitoq; quod nudi essent, consuerunt [16] folia ficus, feceruntq; sibi [17] cinctoria.

8 Audiuerunt autem vocem Domini Dei deambulantis [18] in hortu [19] ad auram diei: absconditq; se Adam & vxor illius a facie Domini Dei, [20] inter arbores hortorum.

9 Vocauit ergo Dominus Deus ipsum Adam, & dixit ad eum, Vbi es tu?

10 Qui ait, vocem tuam audiui [21] in hortu, & extimui, quod nudus essem, & abscondi me.

11 Et dixit, Quis indicauit tibi quod nudus esses? [22] nimirum, de ipsa arbore, de qua praeceperam tibi ne comedere, ex ipsa, comedisti.

12 Et dixit Adam, Mulier ipsa quam dedisti vt mecum esset, ipsa dedit mihi de arbore, & comedi.

13 Et dixit Dominus Deus ad mulierem, [23] Quur hoc fecisti? Et dixit mulier, Serpēs ille seduxit me, & comedi.

14 Et dixit Dominus Deus ad serpentem illum, Quoniam hoc fecisti, [24] execratus es prae omni iumento, & prae omni bestia agri: [25] super ventrem tuum gradieris, & puluerem comedes cunctis diebus vitae tuae.

15 Ponamq; inimicitias inter te & inter ipsam mulierem [26] inter semen denique tuum & inter semen illius. [27] Ipsum conculcabit tibi caput, & tu [28] conculcabis ei calcaneum.

16 Ad mulierem dixit, [29] Dolorem tuum & conceptum tuum [30] cumulatissimè multiplicabo: in dolore paries filios, & ad virum tuum erit [31] desiderium tuum, ipseq; dominabitur tibi.

17 [32] Ad Adam vero dixit, Quando quidem audisti vocem vxoris tuae, & comedisti de arbore, de qua praecepi tibi, dicens, Non comedes ex ea: Execrata est humus [33] propter te, [34] in dolore comedes ex ea cunctis diebus vitae tuae.

18 Spinam atq; tribulum progerminabit tibi, & manducabis herbam agri.

19 [35] In sudore vultus tui vesceris pane, donec reuertaris in humum: e qua enim sumptus es. [36] siquidē puluis es, & in puluerem reuersurus es.

20 Et appellauit [37] Adam nomen vxoris suae Heua: eo [38] quod sit mater omnis viuentis.

21 Fecit quoq; Dominus Deus [39] ipsi Adam & vxori eius tunicas pelliceas, & induit eos.

22 Et dixit Dominus Deus, ecce, homo iste factus est quasi vnus ex nobis, [40] vt sciret bonum & malum. & nunc [41] periculum est, ne forte mittat manum suam, & accipiat etiam de arbore vitae, & comedat, & viuat [42] perpetuo.

23 Et emisit eum Dominus Deus [43] ex horto delicatissimis, ad colendam humum de qua sumptus fuerat.

24 Expulit itaq; hominem, & collocauit [44] a plaga Orientali hortorum delicatorum cherubim, & laminam gladij [45] micantem & sese vertentem, ad custodiendum [46] iter arboris vitae.

[15] cognoueruntque quod nudi essent: igitur consuerunt. [16] Vel, frondes. [17] Vel, cingula, quibus scilicet tegerent pudenda. [18] In ipso horto. [19] i. sub vespera, quo tempore ventus sese attollere, & aspirare solet Zephyrus. [20] Heb. in medio arboris horti. singulare pro plurali positum. vertendum igitur, In medio arborum horti: in ea parte nemoris quæ densissima erat propter arbores. [21] In horto. [22] Per interrogationem legitur Hebræis, Nonne &c. [23] Quid hoc est quod admisisti? id est, quale est facinus quod admisisti? admiratiue dictum. q. d. Quam magnū, quam horrendum facinus admisisti. [24] Vel, maledictus es tu præ omnibus animantibus & feris agrestibus. Intellige hoc duos serpentes, externum & internum: & per externam maledictionem intellige internam. est enim Satanas maledictus præ omnibus spiritibus. [25] Hoc loco super ventrem gradi, & terram comedere, est versari in imis & obscurissimis terræ cauernis, [illegible] adimo [illegible] non [illegible] fuit enim ca[illegible] mulier [illegible] angustæ, & [illegible] præcisæ, vt in illis nemo erigere se possit, nisi manibus exporrectis innitatur. [26] Heb. & inter semen. Et, pro id est, ponitur hoc loco. [27] Heb. ipsum conteret te in capite. ipsum, subaudi semen, qui est Christus. LXX. verterunt ipse, Christum intelligentes. aut [illegible] refert, non [illegible], sed [illegible] significationem [illegible] Hebraico more: Christus, inquit, filius virginis destruet opera tua, & deuicto liberabit Christianos a [illegible] 16. Dominus conteret Satanam sub pedibus vestris. [28] Percuties ipsum in calcaneo, vel, mordebis, id est, dabis operam vt malis & insidiosis [illegible] semen mulieris Christum perdas, verum nunquam superare poteris. Percuties, vel mordere in calcaneo, est insidias tendere, & nisi supplantare. [illegible] [29] Duo [illegible] coniunctione ET coniungunt Hebræi, [illegible] alterum esset [illegible] apud [illegible] dolorem tuum, & conceptum tuum: pro dolorem conceptus tui. Conceptum autem hoc loco pro vteri gestatione accipere debemus, quod etiam [illegible] vox Hebræa [illegible] significat. Sic igitur [illegible] vertes, Haud dubie augebo dolorem tuum, [illegible] inquam qui tibi erit ex conceptu & gestatione vteri. Verti etiam potest [illegible] dolorem tui, dolorem inquam conceptus tui [illegible] quem [illegible] in primo tuo conceptu, siue vteri gestatione [illegible] Malis [illegible] te dolore, [illegible] verbum statim declarat, quum dicit, In dolore paries filios &c. [30] Hebr. multiplicando multiplicabo [illegible] Repetitio verbi apud Hebræos frequens, significat certitudinem rei, quasi dicat, Haud dubie augebo. [31] Vel, concupiscentia tua. [illegible] In dolore paries filios [illegible] post partum [illegible] concubitum [illegible] Vel, [illegible] semper [32] Adam [illegible] [33] Id est, propter peccatum tuum. Maledictio apud Hebræos significat sterilitatem: sicut benedictio copiam & abundantiam. Paulus ad Hebr. 6. declarat terra maledictionem [illegible] [34] Id est, in summa calamitate & aerumna comedes ex fructibus eius. [35] Hebraice [illegible] Vitam parabis tibi cum sudore. [36] Vel, lutum [illegible] & in lutum [illegible] Sine [illegible] in terram reuerteris. Vox Hebræa HAPHAR, significat puluerem, lutum, humum, terram. [37] Homo. [38] Hæc referri debent ad tempus quo hæc scripsit Moses: quare præteritum debet verti per futurum, hoc modo, quod mater futura esset. aut, fuerit. [39] Ipsi homini. [40] Vel, quantum ad cognitionem boni & mali attinet. Hæc per [illegible] dicuntur, quasi dicat, Longe aliter res se habet, ac putauit homo. Hæc verba dixit Deus antequam induisset eos pellibus. [41] Vel hic subauditur, Vos [illegible] videte, siue cauete ne mittat &c. [42] Quidam Hebræorum dicit vocem Hebræam LEOLAM, hic significare longum tempus, non perpetuum, [illegible] quasi dicat, ne forte immittendo manus in fructum illum, longo viuat tempore in miseriis & calamitatibus. [43] [illegible] horto eden. [44] Ab Oriente horti Eden Cherubim. Id est, angelos humanam formam habentes. [45] Versatilis. Id est, gladium versatilem. Vel, laminam gladij [illegible] acuti. Sunt qui [illegible] non vnum habuisse gladium, sed plures [illegible] enses splendentes & fulgentes admodum: positumque esse singulare pro plurali. Solent enses euaginati & splendentes immittere terrorem hominibus. [46] Id est, viam qua itur ad arborem vitæ: ne qui possint accedere ad hunc fructum, & consequi immortalitatem.

CAPUT IIII.

1 *Porrò [1] Adam [2] cognouit Heuã uxorem suam: quæ concepit, & peperit Cain, dicens, Acquisiui virum [3] cum Domino.*

2 *Rursumq; peperit fratrem eius Habel, & fuit Habel pastor ouium, Cain vero fuit agricola.*

3 *[4] Exactis autem aliquot diebus, factum est vt afferret Cain de fructibus telluris munus Domino.*

4 *Sed & Habel adduxit de primogenitis ouium suarum, & [5] de adipe illarum: & [6] respexit Dominus ad Habel, & ad munus eius:*

5 *Ad Cain vero & ad munus eius non respexit. Iratus est itaq; Cain vehementer, & [7] concidit vultus eius.*

6 *Et dixit Dominus ad Cain, Quare succensus es tu? & quur concidit vultus tuus?*

7 *Nónne si bene egeris, [8] feres? & si non bene egeris, ad fores [9] peccatum cubat: & ad te desiderium eius; tu dominaberis ei.*

8 *[10] Et locutus est Cain ad Habel fratrem suum. Factumque est, quum essent in agro, insurrexit Cain aduersus Habel fratrem suum, & occidit eum.*

9 *Et dixit Dominus ad Cain, vbi est Habel frater tuus? Et dixit [Cain,] Nescio, [11] nunquid custos fratris mei ego sum? Dixit ergo [Dominus,]*

10 *[12] Quid fecisti? vox [13] sanguinis fratris tui clamat ad me de humo.*

11 *Nunc itaq; [14] execratus tu è terra quæ aperuit os suum, vt exciperet sanguinem fratris tui de manu tua.*

12 *Quum humum excolueris, amplius non dabit tibi [15] robur suum: vagus & profugus eris in terra.*

13 *Et dixit Cain ad Dominum, Iniquitas mea maior est [16] quàm vt remittatur.*

14 *En eiicis me hodie è terra, & [17] è facie tua abscondar, vt sim vagus & profugus in terra: fiet itaq; vt [18] quicquid me inuenerit, [19] interficiat me.*

15 *Et dixit ad eum Dominus, [20] propterea quicquid interfecerit Cainum, septuplum luetur. Et [21] posuit Dominus signum in Cain, ne interficeret eum [22] quidquid inueniret illum.*

16 *Egressus itaq; Cain à facie Domini, habitauit profugus [23] in terra ab Oriente deliciarum.*

17 *Et cognouit Cain uxorem suam, quæ concepit, & peperit Hanoch: extruensque ciuitatem, vocauit nomen ipsius ciuitatis iuxta nomen filii sui Hanoch.*

18 *Porro ipsi Hanoch natus est Irad: Irad autem genuit Mehuiael, & Mehuiael genuit Methusael: Methusael vero genuit Lemech.*

19 *Et Lemech duxit sibi duas uxores, nomen vnius erat Ada, & nomen alterius Silla.*

20 *[24] Genuit q; Ada ipsum Iabal, qui fuit pater eorum qui habitant in tentoriis & [25] pecudis.*

21 *Nomen vero fratris sui Iubal, qui fuit [26] pater eorum qui tractant citharam & fidem.*

1 Adam vero cognouit vxorem suam Heuam: quæ concepit, & peperit Cain, dicens, Possedi hominem per Deum.

2 Rursumq; peperit fratrem eius Abel. Fuit autẽ Abel pastor ouium, & Cain agricola.

3 Factum est autem post multos dies vt offerret Cain de fructibus terræ munera Domino.

4 Abel quoq; obtulit de primogenitis gregis sui, & de adipibus eorum: & respexit Dominus ad Abel, & ad munera eius.

5 Ad Cain autẽ, & ad munera illius non respexit: iratusq; est Cain vehemẽter, & cõcidit vultus eius.

6 Dixitq; Dominus ad eum, Quare iratus es? & cur concidit facies tua?

7 Nónne si bene egeris, recipies: sin autem male, statim in foribus peccatum tuum aderit? sed sub te erit appetitus eius, & tu dominaberis illius.

8 Dixitq; Cain ad Abel fratrem suum, Egrediamur foras. Cumq; essent in agro, consurrexit Cain aduersus fratrem suum Abel, & interfecit eum.

9 Et ait Dominus ad Cain, Vbi est Abel frater tuus? Qui respondit, Nescio: nunquid custos fratris mei sum ego? Dixitq; ad eum,

10 Quid fecisti? vox sanguinis fratris tui clamat ad me de terra.

11 Nunc igitur maledictus eris super terrã: quæ aperuit os suum, & suscepit sanguinem fratris tui de manu tua.

12 Cum operatus fueris eam, non dabit tibi fructus suos: vagus & profugus eris super terram.

13 Dixitq; Cain ad Dominum, Maior est iniquitas mea, quam vt veniam merear.

14 Ecce eiicis me hodie à facie terræ, & à facie tua abscondar, & ero vagus & profugus in terra: omnis igitur qui inuenerit me, occidet me.

15 Dixitq; ei Dominus, Nequaquam ita fiet: sed omnis qui occiderit Cain, septuplum punietur. Posuitq; Dominus in Cain signum, vt non interficeret eum omnis qui inuenisset eum.

16 Egressusq; Cain à facie Domini, habitauit profugus in terra ad Orientalem plagam Eden.

17 Cognouit autem Cain vxorem suam, quæ cõcepit, & peperit Henoch: & ædificauit ciuitatem, vocauitq; nomen eius ex nomine filii sui, Henoch.

18 Porro Henoch genuit Irad, & Irad genuit Mauiael, & Mauiael genuit Mathusael, & Mathusael genuit Lamech.

19 Qui accepit duas vxores, nomen vni Ada, & nomen alteri Sella.

20 Genuitq; Ada Iabel, qui fuit pater habitantiũ in tentoriis, atq; pastorum.

21 Et nomen fratris eius Iubal, ipse fuit pater canentium cithara & organo.

A *Cain. Abel.* * *Dominum.* *Abel & Cain offerunt munera Domino.* Heb. 11. a.

Cain obiurgatur à Deo. B *Cain occidit Abelem fratrem.* Sap. 10. a. 1. Iohan. 3. b. Iudæ. 1. a.

Maledicitur Cain.

C *Desperat Cain.*

Henoch. Irad. Mauiael. Mathusael. Lamech, & duas vxores. Ada. Sella. D *Iabel. Iubal. Tubal Cain.*

[1] hominem ipse. 2 Hem sua uxorem sane honesto, honesto exprimit vocabulo, more Hebræo. 3 Id est, fauente Domino Deo dono & munere. Duo [illegible] figura [illegible] duorum hominum, vnius nati in peccato: alterius renati per Spiritum sanctum. Cain n. adumbrat hominem sub peccato constitutum, Abel vero hominẽ liberatum à peccato. 4 Id est, Post aliquot [illegible]. Dies [illegible] pro annis in hoc loco accipiuntur. 5 Id est, de pinguioribus siue pinguissimis eorum. Heb. 6 Hebraismus, pro, Abel placuit Domino, & munera eius. Respexit Dominus non tã res externas, quã internas animi donantis potius, quàm dona ipsa. Dicunt ipsum Cain deprehendisse oblationem fratris acceptiorem fuisse Deo quam [illegible], ex hoc quod ipse Deus igne de cœlo misso, conuertit oblationem ipsius Abel fratris sui in cinerem, non autem suam. 7 [illegible] 8 [illegible] 9 Subaudi, [illegible]

8 Nam verbum Hebræorum SEETH pro quo interpres vertit [illegible] etiam condonare [illegible] attollere, & leuare. Quidam igitur [illegible] Nonne si bene egeris [illegible] vultu. [illegible] Quasi dicat [illegible] quod frater tuus [illegible] 9 peccatum, pro [illegible] peccati Punitio in foribus præ[illegible] Verum si voles [illegible] clinges pœnam illam [illegible] vitam illam punitionem, emendando vitam tuam. 10 vel, Narrauit [illegible] Cain fratrem [illegible] Abel [illegible] vt inde haberet occasionem insurgendi in eum. [illegible] 13 Per sanguinem [illegible] mortem intelligit. [illegible] Quasi dicat, Sanguis [illegible] 14 vel, maledictus [illegible] de terra. Id est, ex parte ipsius terræ siue respectu ipsius terræ. Hoc est, terra quã [illegible] propter [illegible] maledicetur. Quid autem sit Terram [illegible] exponit, cum dicit, Cũ [illegible] coles eam, & [illegible] colliges [illegible] Hebraismus. 16 vel, quam vt condonari mihi possit [illegible] verterunt LXX [illegible] Hebræa [illegible] significat. 17 [illegible] posthac in [illegible] offerens [illegible] erant homines [illegible] terra [illegible] apud Virgilium [illegible] Hoc modo [illegible] Chaldæus Paraph. [illegible] 24 Peregrique. 26 Heb. pater tenentium citharam & organum [illegible]

Noema.

22 Sella quoq; genuit Tubal-cain, qui fuit malleator & faber in cuncta opera æris & ferri. Soror eius Tubal cain, Noema.

23 Dixitq; Lamech vxoribus suis Adæ & Sellæ, Audite vocem meam vxores Lamech, auscultate sermonem meum: quoniam occidi virum in vulnus meum, & adolescentulum in liuorem meum.

24 Septuplum vltio dabitur de Cain: de Lamech verò septuagies septies.

Seth. Enos. Cultus Dei restituitur.

25 Cognouit quoq; adhuc Adam vxorem suam: & peperit filium, vocauitq; nomen eius Seth: dicés, posuit mihi Deus semen aliud pro Abel, quem occidit Cain.

26 Sed & Seth natus est filius, quem vocauit Enos. iste cœpit inuocare nomen Domini.

22 Et Silla quoq; [27] genuit Tubal cain, [28] qui excudebat quodcunq; artificium tum æris tum ferri. soror autem Tubal cain Naema.

23 Et dixit Lamech ad vxores suas Adam & Sillam, Audite vocem meam [29] vxores Lamech, auscultate sermonem meum. [30] quoniam virum occidi in vulnus meum, & puerum in liuorem meum.

24 [31] Si septuplo vindicabitur Cain, certè Lamech septuagies septies.

25 Cognouit autem Adam rursus vxorem suam, & ipsa peperit filium, appellauitq; nomen eius Seth, Quia posuit mihi (inquit) Deus semen aliud pro Habel, quem interfecit Cain.

26 [32] Et ipsi Seth natus est filius, & vocauit nomen eius Enos: [33] tunc cœptum est inuocari nomen Domini.

27 Peperit. 28 Hebr. acuentem [illegible], excudentem, omnia opera æris & ferri. [illegible] autem æris fuit [illegible]. 29 Hebr. pro, & [illegible] meæ. Solent Hebræi de se loqui in tertia persona. 30 Hic præter[illegible] pro futuro ponitur, & futurum pro præterito imperfecto, vtrumque debet [illegible] modum,

Sane hominem interficerem in vulnere meo, etiam adolescentem in liuore meo. Hoc est, Si quemquam, etiam viro fortissimo, vel ab adolescente quauis vulnus acciperem, illum interficerem: valeo enim viribus. Non est igitur quod mihi tam liberis [illegible] vxores [illegible]. Volebat enim vxores suas [illegible]. 31 Sub. Scriptum, inquam, quod septuplum vindicabitur Cain, at Lamech septuagies septies, id est, [illegible] quod grauissime punietur a Domino ille qui Cain interfecerit: multo autem grauius qui me, quasi dicat, si Deus affirmauit se grauissime puniturum eum qui occiderit Cain: multo magis est eum puniturus qui me interfecerit, qui neminem occiderim, sed ne vulnerauerim quidem. Quod autem hic dicitur, Septuagies septies, numerus certus pro incerto ponitur, more Hebræorum. Sic Matth. 18. c. Non dico tibi vsque septies, sed vsque septuagies. 32 Sed, scilicet Seth. 33 Id est, tunc cœpit passim coli Deus.

CAPVT V.

Reperit creationem hominis. Sap. 2. d Eccles. 17. a Sup. 1. d Inf. 9. a Homines. Adæ etas. 1. Paral. 1. a

A 1 Hic est liber generationis Adam. In die qua creauit Deus hominem, ad similitudinem Dei fecit illum.

2 Masculum & fœminam creauit eos: & benedixit illis: & vocauit nomen eorum Adam, in die quo creati sunt.

3 Vixit autem Adam centum triginta annis: & genuit filium ad imaginem & similitudinem suam, vocauitq; nomen eius Seth.

4 Et facti sunt dies Adam postquam genuit Seth, octingenti anni: genuitq; filios & filias.

5 Et factum est omne tempus quod vixit Adam, anni nongenti triginta, & mortuus est.

Seth.

6 Vixit quoque Seth centum quinque annis, & genuit Enos.

7 Vixitque Seth postquam genuit Enos, octingentis septem annis, genuitque filios & filias.

B 8 Et facti sunt omnes dies Seth nongentorum duodecim annorum, & mortuus est.

Enos.

9 Vixit verò Enos nonaginta annis, & genuit Cainan.

[illegible]

10 Post cuius ortum vixit octingentis quindecim annis, & genuit filios & filias.

11 Factiq; sunt omnes dies Enos nongenti quinque anni, & mortuus est.

Cainan.

12 Vixit quoque Cainan septuaginta annis, & genuit Malaleel.

13 Et vixit Cainan postquam genuit Malaleel, octingentis quadraginta annis, genuitque filios & filias.

Malaleel.

14 Et facti sunt omnes dies Cainam nongenti decem anni, & mortuus est.

15 Vixit autem Malaleel sexaginta quinq; annis, & genuit Iared.

16 Et vixit Malaleel postquam genuit Iared, octingentis triginta annis: & genuit filios & filias.

C 17 Et facti sunt omnes dies Malaleel octingenti nonaginta quinq; anni, & mortuus est.

Iared.

18 Vixitque Iared centum sexaginta duobus annis, & genuit Henoch.

19 Et vixit Iared postquam genuit Henoch octingentis annis, & genuit filios & filias.

1 Hic est [1] liber [2] generationum hominis in die quo creauit Deus [3] hominem, [4] in similitudine Dei fecit illum.

2 Marem & fœminam creauit eos: [4] & benedixit illis, vocauitque nomen illorum [5] adam, in die quo sunt creati.

3 Vixit autem Adam centum triginta annis, [6] genuitq; [7] in similitudine sua, iuxta imaginem suam (filium) & vocauit nomen illius Seth.

4 Factiq; sunt dies Adam postquam genuerat Seth, octingenti anni, & [8] genuit filios & filias.

5 Fuerunt itaq; cuncti dies Adam quos vixit, nongenti anni, & triginta anni, & mortuus est.

6 Et vixit Seth quinque annis & centum annis, & genuit Enos.

7 Et vixit Seth postquam genuerat Enos septem annis, & octingentis annis, & genuit filios & filias.

8 Factique sunt cuncti dies Seth duodecim anni, & nongenti anni, & mortuus est.

9 Enos vixit nonaginta annis, & genuit Kenan.

10 Vixitq; Enos postquam genuerat Kenan quindecim annis, & octingentis annis, & genuit filios & filias.

11 Fueruntq; cuncti dies Enos quinq; anni & nongenti anni, & mortuus est.

12 Kenan verò vixit septuaginta annis, & genuit Mahalaleel.

13 Vixit deinde Kenan postquam genuerat Mahalaleel quadraginta annis & octingentis annis genuit filios & filias.

14 Fueruntq; cuncti dies Kenan decem anni & nongenti anni, & mortuus est.

15 Mahalaleel verò vixit quinq; annis, & sexaginta annis, & genuit Iared.

16 Vixit quoque Mahalaleel postquam Iared genuerat triginta annis & octingentis annis, & genuit filios & filias.

17 Factiq; sunt cuncti dies Mahalaleel nonaginta quinq; anni, & octingenti anni, & mortuus est.

18 Porro Iared vixit sexaginta duobus annis & centum annis, & genuit Henoch.

19 Deinde vixit Iared postquam genuerat Henoch octingentis annis, & genuit filios & filias.

1 Liber pro numeratione, Hebraico more, quasi dicat, Hæc est enumeratio eorum quos genuit homo: sue eorum qui originem habuerunt a primo parente. Describit hic Moses catalogum filiorum ipsius Adæ, vt ostendat generationem ipsius Christi. neque enim omnium filiorum meminit, sed eorum [illegible] quibus Christus erat descensurus. Deducit ergo [illegible] ipsius Adam vsque ad Abraham, per quem descensurus erat Christus. Matthæus autem deducit ab Abraham vsque ad Christum [illegible] 2 Vel, ipsum Adam [illegible]

enim verum [illegible] sit nomen proprium, an appellatiuum. 3 Ad similitudinem Dei Hebraismus, pro similitudinem suam. Antecedens pro relatiuo. 4 [illegible] pro fœcunditate [illegible] procreandi liberos [illegible]. 5 Hominem. Iam creatum fuit Adam [illegible] Adam genuit filios ad similitudinem Dei, hoc est, [illegible] rationali. 8 Id est, Multos alios genuit, quorum non meminit Scriptura, quia ab illis Christus originem non traxit.

20 *Fueruntq; cuncti dies Iared sexaginta duo anni & nongenti anni, & mortuus est.*

21 *Henoch autem vixit sexagintaquinq; annis, & genuit Mathusalah.*

22 *Et [9] ambulauit Henoch cum Deo postquam genuit Mathusalah trecentis annis, & genuit filios atque filias.*

23 *Fueruntq; cuncti dies Henoch sexagintaquinque anni & trecenti anni.*

24 [10] *Et ambulauit Henoch cum Deo,* [11] *& non ipse, quia tulit eum Deus.*

25 *Vixit autem Mathusalah octogintaseptem annis, & centum annis, & genuit Lamech.*

26 *Et vixit Mathusalah postquam genuerat ipse Lamech octoginta duobus annis, & septingentis annis, & genuit filios & filias.*

27 *Et fuerunt cuncti dies Mathusalah nouem & sexaginta anni atq; nongenti anni, & mortuus est.*

28 *Lamech verò vixit octogintaduobus annis & centum annis, & genuit filium.*

29 *Appellauitq; nomen eius Noah, dicens, Iste* [12] *consolabitur nos ab opere nostro, & à dolore manuũ nostrarum de terra, cui maledixit Dominus.*

30 *Et vixit Lamech postquam ipse genuerat Noah, nonagintaquinq; annis, & quingentis annis, & genuit filios & filias.*

31 *Fueruntq; cuncti dies Lamech septuaginta septem anni, & septingenti anni, & mortuus est.*

32 *Noah vero fuit natus annos quingentos, & genuit ipse Noah Sem, Ham & Iapheth.*

20 Et facti sunt omnes dies Iared nongenti sexaginta duo anni, & mortuus est.

21 Porrò Henoch vixit sexagintaquinq; annis, & genuit Mathusalam. *Mathusala.* D.

22 [9] Et ambulauit Henoch cum Deo: & vixit Henoch postquam genuit Mathusalam, trecentis annis, & genuit filios & filias.

23 Et facti sunt omnes dies Henoch trecenti sexagintaquinq; anni:

24 Ambulauitq; cum Deo, & non apparuit, quia tulit eum Deus.

25 Vixit quoq; Mathusala centum octoginta septem annis, & genuit Lamech.

26 Et vixit Mathusala postquam genuit Lamech, septingentis octoginta duobus annis, & genuit filios & filias.

27 Et facti sunt omnes dies Mathusalæ nongenti sexagintanouem anni, & mortuus est.

28 Vixit autem Lamech centum octoginta duobus annis, & genuit filium: *Lamech.*

29 Vocauitq; nomen eius Noe, dicens: Iste consolabitur nos ab operibus & laboribus manuũ nostrarum in terra cui maledixit Dominus. *Noe.*

30 Vixitq; Lamech, postquam genuit Noe, quingentis nonagintaquinque annis, & genuit filios & filias.

31 Et facti sunt omnes dies Lamech, septingenti septuaginta septem anni, & mortuus est.

32 Noe vero quum quingentorum esset annorũ, genuit Sem, Cham, & Iapheth. *Filii Noe.*

CAPVT VI.

1 *ET factum est, quum cœpissent homines multiplicari super terram, nateq; essent illis filiæ,*

2 *Viderunt* [1] *filii Dei* [2] *filias hominum, quod elegantes essent, & duxerunt sibi vxores ex omnib. quas elegerãt.*

3 *Dixitq; Dominus,* [3] *Non contendet spiritus meus perpetuò cum homine, eò quod caro est, eruntq;* [4] *dies illius centum & viginti anni.*

4 [5] *Fuerunt verò in diebus illis Nephilim in terra: & etiam postea quam filii Dei ad filias hominum venissent, & illæ genuissent eis,* [6] *isti facti sunt robusti à seculo, viri celebres.*

5 *Videns autem Dominus quod multa esset malitia hominum in terra, & quod omne* [7] *figmentum cogitationum cordis* [8] *humani dumtaxat malum esset, idq; omni tempore,*

6 *Pœnituit Dominum quod fecisset hominem in terra, & contristauit sese in corde suo.*

7 *Et* [9] *dixit Dominus, Delebo hominem quem creaui, à superficie terræ, tam homines quàm iumenta, tam reptilia quàm volatilia cæli: pœnitet enim me quod fecerim eos.*

8 *Noah autem* [10] *nactus est gratiã in oculis Domini.*

9 [11] *Istæ sunt generationes Noah. Noah vir fuit iust*[9] *& integer* [12] *suo tempore,* [13] *cum Deo ambulauit Noah.*

10 *Genuitq; Noah tres filios, Sem, Ham, & Iapheth.*

11 [14] *Corrupta autem erat terra coram Deo, & impleta violentia.*

12 *Et* [15] *vidit Deus terram, & ecce corrupta erat:* *nam omnis* [16] *caro corruperat viam suam super terram,*

[17] *Dixit itaque Deus ad Noah.*

1 CVmq; cœpissent homines multiplicari super terram, & filias procreassent, *A. Causa diluuii.*

2 Videntes filii Dei filias hominum quòd essent pulchræ, acceperũt sibi vxores ex omnib. quas elegerãt.

3 Dixitq; Dominus, Non permanebit spiritus meus in homine in æternum, quia caro est: eruntque dies illius centum viginti annorum. *120 anni ad cõuersionem dati. Gigantes.*

4 Gigantes autem erant super terram in diebus illis. postquam enim ingressi sunt filii Dei ad filias hominum, illæq; genuerunt, isti sunt potentes à seculo viri famosi.

5 Videns autem Dominus, quod multa malitia hominum esset in terra, & cuncta cogitatio cordis intenta esset ad malum omni tempore, *B. Cordis hominis malitia irritat Deum. Infr. 8. d. Matt. 7. b.*

6 Pœnituit eum quod hominem fecisset in terra. Et præcauens in futurum, & tactus dolore cordis intrinsecus,

7 Delebo, inquit, hominem quem creaui, à facie terræ, ab homine vsq; ad animantia, à reptili vsque ad volucres cæli. pœnitet enim me fecisse eos. *Pœnitet Deum hominem fecisse. Noe iustus generationes. Eccl. 44. c.*

8 Noe vero inuenit gratiam coram Domino.

9 Hæ sunt generationes Noe: Noe vir iustus atque perfectus fuit in generationibus suis, cum Deo ambulauit.

10 Et genuit tres filios, Sem, Cham, & Iapheth.

11 Corrupta est autem terra coram Deo, & repleta est iniquitate.

12 Cumq; vidisset Deus terram esse corruptam (omnis quippe caro corruperat viam suam super terram) dixit ad Noe. *C.*

9 Heb. pro, Recte incedebat [illegible] vixit, & [illegible] vitam egit [illegible] Iste non [illegible] Henoch filius Cain, sed est Henoch, qui descendit ab Adam per Seth, vir sanctissimus. 10 Repetitio est, q. d. Ambulauit, inquam cũ Deo, i. diuinam vitam egit. 11 & esse desiit: quia raptus cum Deus, i. nusquam comparuit: quia sustulit eum de medio Dominus. Vide vndecimũ caput ad Hebræ. 12 vel, cessare (aut quiescere) nos faciet ab opere nostro, & do lore manuum nostrarum ex parte terræ, i. requiem dabit nobis à laboribus & molestiis quas subimus propter agriculturã. Hoc videtur dicere propterea quod iste Seth inuẽtor fuit instrumentorum agriculturæ.

1 filii magnatum vel principum ac potentum, vt vertit Chaldæus paraph. Alii, filios Dei, homines Deum agnoscẽtes interpretantur i. filios Seth. Non tantum hic [illegible] libido, sed etiam impietas & religio eorum qui defecerant à morib. patrum, qui præponebant pulchritudinẽ corporis pulchritudini animi. 2 i. filias hominum, i. filias Cain & posteritatis eius. Aut, filias hominum, i. plebeiorum, mulieres à religione abhorrentes. 3 vel, Non disceptabit spiritus meus cum homine [illegible] [illegible] Non possum diutius ferre nequitiam hominum [illegible] Alii intelligunt, [illegible] spiritus meus cũ [illegible]

[illegible] vel, pro homine [illegible] non diu disceptabo, debeamne eum punire, necne, quasi Deus secum loquens, dicat, Tandẽ de terra [illegible] neq; longius tempus dabo ei ad resipiscendũ, quã 120 annos. Alii vertũt Non [illegible] Latine dici posset vaginabitur. Hoc est, non diu viuet homo. Tunc spiritum suum vocat, quẽ dedit [illegible] carnalis, voluptatib. carnalib. deditus. 4 i. tẽpus quo resipiscere potest homo. Non de tẽpore vitæ hominis, sed [illegible] fuerãt super terrã [illegible] Heb. illis, & etiã postea quã [illegible] ingressi sunt filii magnatũ ad filias hominũ, & illæ [illegible] fuerũt, quando [illegible] principũ congressi sunt cũ filiabus plebeiorũ, & illæ filios [illegible] 6 [illegible] seculo fuerũt, viri nominis, i. de quib. tanta fuit fama. 7 vel, imaginatio 8. cordis 9. i. cogitauit apud se. Quidã subaudiunt [illegible] gratus fuit Deo. 11 Vertũ etiã [illegible] Hæc sunt quæ acciderunt temporib. Noe [illegible] ista est historia de Noe: quẽ [illegible] quod Deo prædicenti diluuiũ crediderit. Eundẽ vocat Petrus iustitiæ præconẽ 2. Pet. 2. a. 12 Heb. in generationib. [illegible] seculi, est quib. vixit. q. d. Licet Noe viueret inter homines impios, vixit tamẽ inculpate corã Deo. 13 Hoc est, diuinã vitã egit timore Dei [illegible] 14 vel, Et verò corrupta erat terra corã Deo, & repleta erat fraude. Vel iniuria, aut dolo. hæc omnia significatio a Hebræa. Terra pro homine. 15 [illegible] qui nõ sapiebant quæ cœlestia erãt, sed quæ terrena [illegible] Ante hæc tẽpora iã cœperant homines flagitiosissime viuere, videnteae [illegible] Dei q. d. iã erat maximus contẽptus Dei. 15 vel, cõsiderauit Deus homines, & ecce erãt corrupti. Terrã vocat homines, quod terrena [illegible] vocat homines, qui suam viuendi rationem corruperant, carnis opera faciẽtes, non spiritus. 17 i. Reuelauit. Solet enim reuelationes [illegible] Deus.

Predicit Deus diluuium ipsi Noe.

13 Finis vniuersæ carnis venit coram me: repleta est terra iniquitate à facie eorum, & ego disperdam eos cum terra.

14 Fac tibi arcam de lignis leuigatis: mansiunculas in arca facies, & bitumine linies intrinsecus, & extrinsecus.

Forma arca.

15 Et sic facies eam, Trecentorum cubitorum erit longitudo arcæ, quinquaginta cubitorum latitudo, & triginta cubitorum altitudo illius.

16 Fenestram in arca facies, & in cubito cōsummabis summitatem eius: ostium autem arcæ pones ex latere: deorsū, cœnacula, & tristega facies in ea.

17 Ecce ego adducam aquas diluuii super terrā, vt interficiā omnē carnē in qua spirit⁹ vitæ est subter cælū. & vniuersa quę in terra sunt, consumētur.

D 18. Ponamque fœdus meum tecum: & ingredieris arcam tu & filii tui, vxor tua, & vxores filiorum tuorum tecum.

Qui arcam ingredi deberent.

19 Et ex cunctis animantibus vniuersæ carnis bina induces in arcam, vt viuant tecum: masculini sexus & fœminini.

20 De volucribus iuxta genus suum, & de iumentis in genere suo, & ex omni reptili terræ secūdum genus suum: bina de omnibus ingrediētur tecum, vt possint viuere.

21 Tolles igitur tecum ex omnibus escis quæ mandi possunt, & comportabis apud te, & erūt tam tibi, quàm illis in escam.

22 Fecit igitur Noe omnia q̄ præceperat illi De⁹.

13 [18] Finis vniuersa carnis venit coram me: nam repleta est terra ‖ violentia [19] coram illis, & ecce, ego perdam eos [20] cum ipsa terra.

14 Fac tibi arcam de lignis [21] Gopher, [22] in mansiones distingues arcam, & bituminabis eam intus & extra [23] bitumine.

15 Et hoc [modo] facies eam, trecentorum cubitorum erit longitudo arca, quinquaginta cubitorum latitudo eius, & triginta cubitorum altitudo eius.

16 Fenestram facies arca, & [24] ad cubitum eam superne consummabis: Ostium verò arca in latere eius pones: [25] infimis, secundariis, & tertiariis [interstitiis] facies eam.

17 [26] Et ecce ego, ego [inquam] adduco [27] defluxum aquarum super terram, ad perdēdum omnem carnem in qua est spiritus vitalis [28] sub cælis: quidquid est in terra expirabit.

18 [29] Et confirmabo fœdus meum tecum, veniésq; in arcā tu & filii tui, uxor tua & vxores filiorū tuorū tecū.

19 Et ex omni animanti, omniq; carne, bina de singulis introduces in arcam, [30] vt viua seruentur tecum: mas autem & fœmina [31] erunt.

20 De volucre quoq; iuxta speciem suam, & [32] de omni reptili terra iuxta speciem suam, bina ex omnib. venient ad te, vt conseruentur.

21 Et tu tolle tecum ex omni cibo qui comeditur, & collige ad te, vt sit tibi & illis in escam.

22 Quod fecit Noah: iuxta omnia qua præcepit ei Deus sic fecit.

18. i. Statutum est apud me, delere omnia viuētia terræ. Hebr. ‖ vel, iniuria, rapina, fraude, calumnia. Hæc omnia significare vox Hebræa. 19 Hebraismus. i. per eos, opera ipsorum. q. d. Ipsi repleuerunt terram rapinis & calumniis. 20. i. cum ornatu totius terræ, cū arboribus & plantis. Quidam Hebræorum vertūt, de terra. 21 genus vnum est ex quatuor speciebus: abietis, cedrum esse dicit Chaldæus paraphr. Alii dicunt esse lignum leuissimum, & ad fluitandum super aquam aptissimū, quod nunquam putrescit. 22 Heb. nidos facies arcam. pro, facies nidos in arca. hoc est, mul-

-tas facies in ea mansiones & domunculas. 23 Vocem Hebræam significare genus luti nonnulli dicunt: alii picem interpretantur. Alii dicunt In Armenia bitumen esse vice picis. 24 in cubito finies illam desuper. i. in summo & cacumine arcæ facies fenestram, quæ habeat cubiti longitudinem. Latitudinem fenestræ nō describit Moses, quam minimam esse oportuit. quidam colligunt ex longitudine, latitudinem fuisse sextæ partis vnius cubiti. 25 He. inferiora, & secunda, & tertia facies eam. i. in ea. Latine sic, Tria tabulata facies in ea, infima, media, suprema. 26 He. Et ego ecce. i. Ego vero, Vel, Quod vero ad me attinet, ea [illegible] diluuium, diluuiū inquam. Repeti. n. debet vox (diluuium.) 28 sub. ad perdendum inquam de sub cælis. q. d. perdam omnia animalia terrestria. 27 Statuam tamen fœdus &c. i. efficiam vt pactum quod pepigi tecum, sit firmum & ratum, q. d. conseruabo te cum tota familia tua. Ex hoc intelligimus Deum illi promisisse quod non moreretur: quod tamen non refertur a Mose. 30 He. vt viuifices tecum. 31 sub. in ea arca. 32. i. ex omnib. ingredientib. super terram. 33 He. venient ad te, vt viuifices illa. i. vt serues vitam illorum tecum. q. d. Tamen vasta & præsertim syluestria animalia non venatione ex desertis & insulis colliges, sed illa, propria sponte, imo iussu meo ad te venient, vt conseruentur.

CAPVT VII.

A. *Præcipitur Noe arcam ingredi.* 2. Pet. 2. b. *Iustus Noe.*

1 Dixitque Dominus ad eum, Ingredere tu & omnis domus tua in arcam: te enim vidi iustū coram me in generatione hac.

2 Ex omnibus animantibus mundis tolles septena & septena, masculum & fœminā: de animantib. vero immundis duo & duo, masculum & fœminā.

3 Sed & de volatilib. cæli septena & septena, masculum & fœminam: vt saluetur semen super faciē vniuersæ terræ.

4 Adhuc enim, & post dies septem ego pluam super terrā quadraginta diebus & quadraginta noctibus: & delebo omnem substantiam quam feci de

B superficie terrę.

Noe arcam ingreditur. Mat. 24. d. Luc. 17. f. 1. Pet. 3. d.

5 Fecit ergo Noe omnia quæ mandauerat ei Dominus.

6 Eratq; sexcentorum annorum quando diluuii aquæ inundauerunt super terram.

7 Et ingressus est Noe & filii eius, vxor eius & vxores filiorum eius cum eo in arcam, propter aquas diluuii.

8 De animantib. quoq; mūdis & immundis, & de volucribus, & ex omni quod mouetur super terrā.

9 Duo & duo ingressa sunt ad Noe in arcam, masculus & fœmina, sicut præceperat, *Domin⁹ Noe.

*Deus.

Diluuii inundatio.

10 Cumq; transissent dies, aquæ diluuii inundauerunt super terram.

11 Anno sexcentesimo vitæ Noe, mense secundo, septimodecimo die mensis, rupti sunt omnes fontes abyssi magnæ, & cataractæ cæli apertæ sunt.

1 Dixitque Dominus ad Noah, Ingredere tu & omnis domus tua in arcam: [1] quia vidi te iustum corā me [2] in generatione ista.

2 Ex omni iumento [3] mundo accipies tibi septena, marem & fœmellam eius: de iumento vero immundo bina, mare & fœmellam eius.

3 De volucre quoque cæli septena, mare & fœminā, [4] ad seruandum semen super vniuersam terram.

4 [5] Quoniam intra septem adhuc dies ego pluam super terram quadraginta dies, & quadraginta noctes, & delebo è terra [6] omnem substantiam quam feci.

5 Fecit itaque Noah iuxta omnia qua præceperat illi Noah.

6 Noah autem [7] natus erat sexcentos annos, quando [8] defluxus aquarum factus est super terram.

7 Venit itaq; Noah & filii eius, vxor eius & vxores filiorum suorum cum eo, ad arcam, propter aquas diluuii.

8 De iumento mundo, & de iumento immundo, & de volucre, deque omni eo quod [10] reptat super terram.

9 Bina [11] venerunt ad Noah in arcam, mas & fœmina, quemadmodum Deus mandauerat ipsi Noah.

10 [12] Et factum est post septem dies, venerūt aqua diluuii super terram.

11 In anno sexcentesimo vita Noah, mense secundo, [13] decimoseptimo die mensis, eodem scilicet die, rupti sunt omnes fontes [14] abyssi magna, & fenestra cæli apertæ sunt.

-te enim deprehendi. 2. i. inter homines huius temporis infideles & pessimos, qui noluerunt mihi credere prædicenti diluuium, & resipiscere. 3 Quidam existimant. Deum reuelasse Noe quęnā essent munda aut immunda animalia: munda ea quæ vltro venirent septena. quæ vero bina, ea esse immūda. Ex septenis, tres mares, & tres fœminæ erant ad conseruationem speciei. septimū vero vt sacrificaretur post diluuium. Alii, per occupationē actum volunt. 4 Heb. vt viuificent semen. i. vt conserues in vita [illegible] animalium 5 vel, Quia septem

[illegible] abhinc die. [illegible] ad illud quod præcessit, Ingredere quia &c. 6. i. omnia animalia. 7 He. filius erat sexcentorū annorū. 8 diluuiū aquarū factū est. [illegible] [illegible] diluuii aquarū super terrā. Repeti [illegible] debet vox (diluuium.) [illegible] futuru [illegible] diluuiū. [illegible] eo die non est ingressus, sed distulit [illegible] vsq; ad diē decimamseptimā [illegible] [illegible] Factū est septimo die. i. cū illuxisset [illegible] [illegible] [illegible] Chald. paraph. Factū est aūt post tēpus septē dierū. 13 Heb. [illegible] decimoseptimo die [illegible] [illegible] [illegible] abysi [illegible] quia diuersæ sunt opiniones de principio anni. 14 [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] Cataractę cæli [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] cæli apertæ.

12 *Et fuit pluuia super terram quadraginta dies & quadraginta noctes.*

13 [11] *Ipso eodem die* [16] *ingressus est* [r] *Noah, Sem, Ham, & Iapheth filii Noah, tresq; uxores filiorum eius cum eis in arcam.*

14 [17] *Ipsi, & omne animal iuxta speciem suam, & omne iumentum iuxta speciem suam, omneq; reptile quod reptat super terram iuxta speciem suam, & omne volatile iuxta speciem suam, omne deniq; volatile, omneque pennatum.*

15 [18] *Veneruntq; ad Noah in arcam bina ex omni carne in qua fuit spiritus vitalis.*

16 [19] *Et intrecuntes mas & fœmina ex omni carne venerunt, quemadmodum præceperat illi Deus, &* [20] *clausit* [r] *Dominus* [21] *post eum.*

17 *Stagnauitq; diluuium quadraginta* [22] *dies super terram, & auctæ sunt aquæ, sustuleruntq; arcam, ita vt eleuaretur supra terram.*

18 [23] *Inualuerunt itaq; aquæ, auctæque sunt vehementer super terram ipsam, incepitq; arca super aquas.*

19 *Inualuerunt autem aquæ supra modum in terra, opertique sunt omnes montes excelsi, qui fuerunt sub vniuerso cælo.*

20 *Quindecim cubitis inualuerunt aquæ supernè, ita vt operirentur montes.*

21 [24] *Et expirauit omnis caro quæ reptabat super terram,* [25] *volucrum, iumentorum, bestiarum, omniumque reptilium quæ reptant super terram: vniuersi deniq; homines.*

22 *Et quidquid erat in cuius naribus spirabat flatus vitæ, de omnibus quæ in sicco [degebant]* [26] *mortua sunt.*

23 *Deletumque est omne quod subsistebat,* [illegible] *erat in superficie humi, tam homines quam iumenta, reptilia, volucres denique cæli: deleti inquam sunt de terra, ita vt solus Noah superstes maneret, & quæ cum eo erant in arca.*

24 *Auctæ sunt itaque aquæ super terram centum quinquaginta diebus.*

12 Et facta est pluuia super terram quadraginta diebus & quadraginta noctibus.

13 In articulo diei illius ingressus est Noe, & Sem, & Cham, & Iapheth, filii eius: & vxor illius, & [*] vxores filiorum eius cum eis in arcam. [*] C *Qui cum Noe ingressi.* [*] *tres.*

14 Ipsi & omne animal secundum genus suum, vniuersaq; iumenta in genere suo, & omne quod mouetur super terram in genere suo, cunctúmque volatile secundum genus suum.

15 Vniuersæ aues, omnesq; volucres ingressæ sunt ad Noe in arcam, bina & bina ex omni carne, in qua erat spiritus vitæ.

16 Et quæ ingressa sunt, masculus & fœmina ex omni carne introierunt, sicut præceperat ei Deus: & inclusit eum Dominus deforis.

17 Factúmq; est diluuium quadraginta diebus super terram: & multiplicatæ sunt aquæ, & eleuauerunt arcam in sublime a terra. *Aqua diluuii quam magna.*

18 Vehementer enim inundauerunt, & omnia repleuerunt in superficie terræ: porrò arca ferebatur super aquas.

19 Et aquæ præualuerunt nimis super terram: opertique sunt omnes montes excelsi sub vniuerso cælo. D

20 Quindecim cubitis altior fuit aqua super montes quos operuerat.

21 [§] Consumptaq; est omnis caro quæ mouebatur super terram, volucrũ, animantium, bestiarũ, omniúmq; reptilium quæ reptant super terram. §Sapien. 10. b. Eccl. 39. c.

22 Vniuersi homines & cuncta in quibus spiraculum vitæ est in terra, mortua sunt.

23 Et deleuit Deus omnem substantiam quæ erat super terram, ab homine vsque ad pecus, tam reptile quàm volucres cæli: & deleta sunt de terra: remansit autem solus Noe, & qui cum eo erant in arca.

24 Obtinuerúntq; aquæ terram centum quinquaginta dies.

CAPVT VIII.

1 ET [1] recordatus est [r] Deus ipsius Noah, cunctorumq; animantium, & omnium iumentorum quæ erant cum eo in arca, &* [2] *adduxit Deus ventum super terram, &* [3] *remiserunt aquæ.*

2 *Et obstructi sunt fontes abyssi, atq;* [4] *fenestræ cæli, & cohibita est pluuia de cælo.*

3 *Et reuersæ sunt aquæ de terra,* [5] *magis magisq; decrescentes, imminutæque sunt aquæ post centum quinquaginta dies.*

4 *Septimo vero mense, decimaseptima* [6] *mensis resedit arca super montes* [7] *Ararat.*

5 *Et aquæ quidem magis magisq; decrescebant* [illegible] *ad decimum mensem: decimo enim mense, prima die* [8] *mensis visa sunt cacumina montium.*

6 *Factum est autem* [illegible] *quadraginta dies, vt Noah aperta fenestra arcæ quam fecerat.*

7 *Coruum emittebat: qui egressus* [illegible] *citroq; volitabat, donec siccarentur aquæ super terram.*

8 *Emisit quoq; columbam a se, vt videret si imminutæ essent aquæ a superficie humi.*

9 *At columba non inuenit quo pedem reponeret,* *reuersa est ad eum in arcam:* [illegible] *enim aquæ in superficie vniuersæ terræ:* [illegible] *manum recepit eam, intro* [illegible] *in arcam.*

10 *Porro* [illegible] *adhuc alios septem dies, rursus emisit columbam ex arca.*

11 *Quæ venit ad eum sub vesperam,* [illegible] *in ore suo:* [illegible] *ergo Noah quod aquæ imminutæ essent super terram.*

12 *Expectauit aũt adhuc septem diebus aliis, rursum emisit columbam, quæ vltra non est reuersa ad eum.*

1 RECordatus autem [1] Dominus [r] Noe, cũctorúmque animantium & omnium iumentorum quæ erant cum eo in arca, adduxit spiritum super terram, & imminutæ sunt aquæ. A *Imminuuntur aquæ diluuii.* [1] *Deus.*

2 Et clausi sunt fontes abyssi, & cataractæ cæli: & prohibitæ sunt pluuiæ de cælo.

3 Reuersæque sunt aquæ de terra euntes & redeuntes: & cœperunt minui post centum quinquaginta dies.

4 Requieuitq; arca mense septimo, vicesimoseptimo die mensis super montes Armeniæ. *Arca super montes requiescit.*

5 At verò aquæ ibant & decrescebant vsque ad decimum mensem: decimo enim mense, prima die mensis apparuerunt cacumina montium.

6 Cúmq; transissent quadraginta dies, aperiens Noe fenestram arcæ quam fecerat. B

7 Dimisit coruum: qui egrediebatur, & non reuertebatur, donec siccarentur aquæ super terrã. *Emittitur coruus.*

8 Emisit quoq; columbam post eum, vt videret si iam cessassent aquæ super faciem terræ. *Emittit Noe columbam.*

9 Quæ cum non inuenisset vbi requiesceret pes eius, reuersa est ad eum in arcam: (aquæ enim erãt super vniuersam terram:) extenditq; manum suam, & apprehensam intulit in arcam.

10 Expectatis autem vltra septem diebus aliis, rursum dimisit columbam ex arca. *Rursus camam mittit.*

11 At illa venit ad eum ad vesperam, portans ramum oliuæ virentibus foliis in ore suo. Intellexit ergo Noe quòd cessassent aquæ super terrã.

12 Expectauitq; nihilominus septem alios dies: & emisit columbam, quæ non est reuersa vltra ad eũ. C

13 Igitur

Siccatur aqua.

13 Igitur sexcentesimo primo anno, primo mense, prima die mensis imminutæ sunt aquæ super terram: & aperiens Noe tectum arcæ aspexit, viditque quod exiccata esset superficies terræ.

14 Mense secundo, septimo & vicesimo die mensis arefacta est terra.

Præcipitur Noe egredi arca. *b Deus.*

15 Locutus est autem b Dominus ad Noe, dicens:

16 Egredere de arca tu & vxor tua, filii tui & vxores filiorum tuorum tecum.

17 Cuncta animantia quæ sunt apud te, ex omni carne tam in volatilibus quàm in bestiis & vniuersis reptilibus quæ repant super terram, educ tecũ, D & ingredimini super terram: ‖ crescite & multiplicamini super eam.

Supr. 1. c. d. infr. 9. a *Egreditur.*

18 Egressus est ergo Noe & filii eius, & vxor illius, & vxores filiorum eius cum eo.

19 Sed & omnia animantia, iumenta, & reptilia quæ reptant super terram secũdum genus suum egressa sunt de arca.

Offert holocaustum Deo acceptum.

20 Ædificauit autem Noe altare Domino: & tollens de cunctis pecoribus & volucribus mundis, obtulit holocausta super altare.

Diluuium vltra nõ futurũ. Cor hominis malum. *Supr. 6. a Matth. 15. b*

21 Odoratusq; est Dominus odorem suauitatis, & ait ad eum, Nequaquam vltra maledicam terræ propter homines: sensus enim & cogitatio humani cordis in malum prona sunt ab adolescẽtia sua: non igitur vltra percutiam omnem animam viuẽtem sicut feci.

22 Cunctis diebus terræ, semẽtis & messis, frigus & æstus, æstas & hyems, nox & dies nõ requiescẽt.

13 *Factumq; est sexcentesimo primo anno, [mense] primo, in primo [die] exiccatæ sunt aquæ de terra: amouitq; Noah operculum arcæ, & prospexit, & ecce superficies terræ erat siccata.*

14 *Porro in mense secundo, vicesimoseptimo die mensis, arefacta est terra.*

15 *Loquutus est autem Dominus ad Noah, dicens:*

16 *Egredere ex arca, tu & vxor tua, filii tui & vxores filiorum tuorum tecum.*

17 *Cuncta animantia quæ tecum sunt, ex omni carne, tam in volatilis, quàm in iumẽto, tum etiam omni reptili quod reptat super terram, educ tecum, vt repãt [10] in terra, fructum edant atq; augescant.*

18 *Egressus est itaq; Noah, & filii eius, & vxor eius, vxores denique filiorum eius cum eo:*

19 *Sed & omnia animantia, & reptilia, denique volatilia omnia, imò quidquid repit super terram, egressa inquam sunt ex arca [11] iuxta familias suas.*

20 *Ædificauit autem Noah aram Domino, & accepit ex omni pecore mundo, & ex omni volucre mundo, & obtulit holocausta super aram.*

21 [12] *Odoratusq; est Dominus odorem suaueolentem. Et dixit Dominus [13] ad cor suum, Posthac non amplius execrabor terram [14] propter hominem. [15] figmentum enim humani cordis malum est ab adolescentia sua: neque percutiam vltra omne viuens quemadmodum feci.*

22 [16] *Adhuc [erunt] omnes dies terræ, sementis & messis, frigus & æstus, æstas & hyems: dies & nox [17] non cessabunt.*

10 vel, & gignant in terra & crescant, (vel, fructificent,) & multiplicentur. Potest etiam verti per futurum, & progignabunt genus suum, & crescẽt, & multiplicabuntur. Rectè tamen per imperatiuum.
11 i. ex omni specie animaliũ, ita vt marem suu fœmina sequeretur.
12 hoc est, Gratũ habuit sacrificium Noe. Sacra scriptura loquitur de Deo humano more, proptẽr nos. Chaldæus paraphrastes, i. e. suscepit Dñs cum beneplacito oblationem eius. Verti potest, odorem quietis, i. quiescere faciẽtis iram Dei.
13 in corde suo, i. decreuit Dñs apud se hunc in modũ, Nequaquam, &c.
14 i. propter peccata h[illegible], ait Chaldæ. paraph.
15 i. cogitatio.
16 Heb. Adhuc cunctis dieb. terræ, i. quamdiu terra erit [illegible] decernit tempora diluuii.

CAPVT IX.

Confirmatio coniugii. *Supr. 1. c. 8. c*

A 1 Benedixitque Deus Noe & filiis eius: Et dixit ad eos, Crescite, & multiplicamini, & replete terram.

Homini omnia subiecta.

2 Et terror vester ac tremor sit super cuncta animalia terræ, & super omnes volucres cæli, cum vniuersis quæ mouentur super terram: omnes pisces maris manui vestræ traditi sunt.

Concessio ciborũ præter suffocatum. *Prohibetur homicidium.*

3 Et omne quod mouetur & viuit, erit vobis in cibum: quasi olera virentia tradidi vobis omnia.

4 Excepto quod carnem cum sanguine non comedetis.

Ius gladii. *Matth. 26. e Apoc. 13. c*

5 Sanguinem enim animarum vestrarum requiram de manu cunctarum bestiarum: & de manu hominis, de manu viri & de manu fratris eius requiram animam hominis.

B 6 ‖ Quicunque effuderit humanum sanguinem, fundetur sanguis illius. a ad imaginem quippe Dei factus est homo.

a Supr. 1. d. 5. a *b Supr. 1. c. d. 8. d*

7 b Vos autem crescite & multiplicamini, & ingredimini super terram, & implete eam.

1 *ET [1] benedixit Deus Noah & filiis eius, dixitq; ad eos, Fructum ferte, & multi fiatis, [2] repleteque terram.*

2 *Pauor & tremor vester [3] erit super omne animans terræ, & super omne volatile cœli: [4] quicquid mouetur aut repit in terra, quicquid est in piscibus maris: traditum est in manus vestras.*

3 [5] *Quidquid se mouet, quidquid viuit; sit vobis in escam: quasi herbam virentem dedi vobis omnia.*

4 *Veruntamen carnem [6] in anima sua, sanguine [scilicet] suo, non comedetis.*

5 [7] *Etenim sanguinem vestrum [8] animarum vestrarum [9] requiram: [10] de manu cunctarum animantium requiram eum, [11] tum etiã de manu hominis, & de manu viri fratris eius requiram animam hominis.*

6 [12] *Qui effuderit sanguinem hominis, huius sanguis per hominem effundetur: [13] quoniam in imagine Dei fecit hominem.*

7 [14] *Vos autem fœcundi estote, augescite, prolificate in terra, & multi fiatis in ea.*

CAP. IX.
1 benedictũ fœcunditatis impertiit Noe & to[illegible] [illegible] Deo [illegible] pro sterilitate. Deo referri debet accepta fœcunditas [illegible]
3 [illegible] terroré [illegible] bus, quanti[illegible]

que immanibus, vel vobis omnia animalia subiecta esse. 4 Heb. In omnibus quæ calcant terram, [illegible] manui vestræ tradita sunt. Ante postremam clausulam, subaudiendum, tamen vt hic sit sensus, Terror vester sit omnibus animalibus quæ incedunt super terram siue quæ calcant terram, & omnibus piscibus maris: Nam vobis [illegible] a vobis subiecta. 5 vel, Omne quod reptat, & quod viuit, erit vobis in escam, quasi olus herbæ dedi vobis omne, q. d. Quæcunque reptant siue gradiuntur [illegible] erunt vobis in cibum: [illegible] carnibus omnium animalium, sicut ante diluuium oleribus virentibus [illegible] non herbas tantum [illegible] omnibus poteritis vesci. 6 vel, cum anima sua, sanguine suo. [illegible] est cum anima sua, [illegible] sanguine, qui quidem sanguis est anima: hic vocat animam sanguinem, [illegible] [illegible] vel, Profectò, &c. q. d. Videte autem ne [illegible] sanguinem profundere, & homines occidere. [illegible] effusio sanguinis, cædes & homicidium, vt etiam feræ ipsæ ratione carentes [illegible] [illegible] 13 vel, quia [illegible] hominis, de manu viri fratris eius [illegible] hominis de manu hominis, [illegible] a quocunque homines [illegible] interpretantur, De [illegible] vnusquisque, proximum eius requiram. vel, De manu [illegible] interfecit. [illegible] fratrem pro proximo accipi, & virum pro vno-[illegible] [illegible] hominis requiram [illegible] sanguinem fratris sui, requiram, &c. 13 Heb. Qui effuderit [illegible] In homine, id est, in conspectu omnium & publice. [illegible] [illegible] Hebræi [illegible] ipsius imaginem. 15 Heb. quia ad similitudinem Dei [illegible] crescite & multiplicamini, gignite, (vel, propagate, sub genus vestrum) in terra, & [illegible] in ea.

15 Heb. dicendo, Et ego, ecce statuam. Hebraismus, pro, Quantum ad me attinet, paratus sum statuere. id est, statuam habete pactum meũ. Vel, Equidem faciam vt ratum sit pactum meũ quo polliceatus sum fore vt semini, & semen vestrũ post vos.
16 id est, vobis vita functis.
17 ab omnibus quæ egressa sunt de arca, vsque ad omnia animantia terræ. Statuam inquam pactum, &c.
18 vel, quod nõ delebitur.
19 ad perdendam terram, id est, homines in terris habitãtes.
20 vel, quod pono.
21 id est, inter omnia animalia quæ vobiscum sunt.
22 Heb. seculi, id est, per omnes ætates.
23 Præsens apud Hebræos pro futuro, ponam.
24 nube illa, q.d. in nube illa rorida in qua expriimi potest illa arcus cælestis, qui est imago colorum Solis.
25 Hebraismus, pro, et sit signũ. Ante diluuium, erat tantum signum futuræ pluuiæ, nunc verò post diluuium erit etiam signũ fœderis quod pepigi vobiscum.
26 Continens pro contento, id est, inter homines & animantia quæ continentur in terra.
27 Heb. nubificabo nubem, id est, cum congregabo nubes super terram in aere.
28 id est, inter omnia genera animalium.
29 id est, quod perpetuo seruabitur.

8 Dixitque quoque Deus ad Noah & ad filios eius qui cum eo erant, [15] nempe sic:

9 Ecce confirmo fœdus meum vobiscum, & cum semine vestro [16] post vos:

10 Et cum omni anima viuente quæ vobiscum est, tam in volatili quàm in pecore, & in omni bestia terræ quæ est vobiscum, [17] ex cunctis quæ ex arca egressa sunt, iuxta cuncta animantia terræ.

11 Confirmans autem fœdus meum vobiscum, [18] vt non excindatur vltra omnis caro aquis diluuii, neque erit amplius diluuium [19] ad dissipandum terram.

12 Et dixit Deus. Hoc erit signum fœderis [20] quod ego do inter me & inter vos, & [21] inter omnem animam viuentem quæ vobiscum est, in generationes [22] perpetuas:

13 Arcum meum [23] posui in [24] nube, [25] eritque signũ fœderis inter me & [26] terram.

14 Eritque, quum [27] obnubilabo nubem super terram, tum conspicietur arcus in ipsa nube.

15 Tum recordabor fœderis mei quod est inter me & vos: deinde etiam [28] inter omnem animam viuentem in omni carne, nec erunt vltra aquæ in diluuium, vt dissipent vniuersam carnem.

16 Quin arcus [ille] in nube erit, quem cum videro, recordabor fœderis [29] perpetui (quod est) [30] inter Deum & inter omnem animam viuentem in omni carne quæ est super terram.

17 Dixitque Deus ad Noah, [31] Hoc est signum fœderis quod constitui inter me & omnem carnem quæ est super terram.

18 Erant autem filii Noah qui egressi erant ex arca, Sem, Ham, & Iapheth. Porrò Ham pater fuit Chanaan.

19 Tres isti, filii sunt Noah, & [32] ab his dispersa est vniuersa terra.

20 [33] Cœpit autem Noah vir agricola plantare vineam.

21 Quumque de vino biberet, inebriatusque esset, nudauit sese in tentorio suo.

22 Porrò Ham pater Chanaan, quum videret [34] verenda patris sui, indicauit (hoc) duobus fratribus suis, qui erant foris.

23 Et sumpto Sem atque Iapheth vestimento suo, posuerunt illud super humerum amborum: & accedentes [35] retrorsum, operuerunt verenda patris sui, aduersis scilicet faciebus suis, ne viderent verenda patris sui.

24 Quumque [36] euigilasset Noah à vino (suo,) & rescivisset quæ fecerat ei filius suus [37] minor natu, dixit:

25 Execratus [38] Chanaan, [39] infimus seruus sit fratrum suorum.

26 Dixitque, Laudandus Dominus Deus Sem, sitque Chanaan [40] illi seruus.

27 [41] Dilatet Deus Iapheth, & [42] habitet in tentoriis Sem: Chanaan verò sit eorum seruus. Vixit autem Noah post diluuium annis trecentis & quinquaginta.

28 Fueruntque cuncti dies Noah nongenti anni & quinquaginta, & mortuus est.

8 Hæc quoque dixit Deus ad Noe, & ad filios eius cum eo. — *Pactum Dei cum Noe, nõ rursum diluuium fore.*

9 Ecce ego statuam pactum meum vobiscum, & cum semine vestro post vos.

10 Et ad omnem animam viuentẽ quæ est vobiscum, tam in volucribus quàm in iumentis & pecudibus terræ, cunctisque quæ egressa sunt de arca, & vniuersis bestiis terræ.

11 ‖ Statuam pactum meum vobiscum, & nequam vltra interficietur omnis caro aquis diluuii, neque erit deinceps diluuium dissipans omnem terram. — Esai. 54. c

12 Dixitque Deus, Hoc est signum fœderis, quod inter me & vos, & ad omnem animam viuentem quæ est vobiscum in generationes sempiternas. — *Signum confirmans fœdus, Iris in nubibus.*

13 Arcum meum ponam in nubibus, & erit signum fœderis inter me & inter terram.

14 ‖ Cúmque obduxero nubibus cælum, apparebit arcus meus in nubibus cæli: — C Eccles. 43. b

15 Et recordabor fœderis mei quod pepigi vobiscum & cum omni anima viuente, quæ carnem vegetat: & non erunt vltra aquæ diluuii ad delendam vniuersam carnem.

16 Eritque arcus meus nubibus, & videbo illum, & recordabor fœderis sempiterni quod pactum est inter Deum & * omnem animam viuentem vniuersæ carnis quæ est super terram. — * *inter.*

17 Dixitque Deus ad Noe, Hoc * est signum fœderis quod cõstitui inter me & omnem carnem super terram. — * *erit.*

18 Erant ergo filii Noe qui egressi sunt de arca, Sem, Cham, & Iapheth: porrò Cham ipse est pater Chanaan. — *Filii Noe. Chanaan.*

19 Tres isti, filii sunt Noe: & ab his disseminatum est omne genus hominum super vniuersam terram.

20 Cœpitque Noe vir agricola exercere terram, & plantauit vineam. — *Noe agricola vineam plantat.*

21 Bibensque vinum inebriatus est, & nudatus iacuit in tabernaculo suo. — *Inebriatus deridetur a filio.*

22 Quod cum vidisset Cham pater Chanaan, verenda scilicet patris sui esse nudata, nunciauit duobus fratribus suis foras.

23 At vero Sem & Iapheth pallium imposuerunt humeris suis, & incedentes retrorsum, operuerũt verenda patris sui: faciesque eorum auersæ erant, & patris virilia non viderunt.

24 Euigilans autem Noe ex vino, cum didicisset quæ fecerat ei filius suus minor, ait:

25 Maledictus puer Chanaan, seruus seruorum erit fratribus suis. — *Maledicitur Chanaan.*

26 Dixitque, benedictus Dominus Deus Sem, sit Chanaan seruus eius. — *Benedicitur Sem & Iapheth.*

27 Dilatet Deus Iapheth, & habitet in tabernaculis Sem, sitque Chanaan seruus eius. Vixit autem Noe post diluuium trecentis quinquaginta annis. — *Ætas Noe.*

28 Et impleti sunt omnes dies eius nongentorum quinquaginta annorum, & mortuus est.

30 Hebraismus, pro inter me. De se loquitur in tertia persona. 31 Hoc erit signum fœderis quod constituam. Præteritum apud Hebræos pro futuro. 32 Heb. ab his [illegible] est vniuersa terra, id est, ex his nati sunt qui dispersi sunt per totam terram, quotquot terram inhabitant. 33 Heb. Et cœpit Noe vir terræ, & plantauit vineam. Hebraismus, Vir terræ, pro agricola: &, cœpit & plantauit, pro cœpit plantare. Sic igitur verti debet, Cœpitque Noe agricola plantare vineam. 34 Heb. nuditatem patris sui. Sic habet Hebræum, pudice de verendis loquens. 35 vel, gradu retrogrado, id est, auersa facie. 36 vel, excussa crapula expergefactus esset. 37 [illegible] hoc referunt ad Cham, non ad Chanaan filium eius. 38 Chanaan pro Cham patre Chanaan, vt quidam volunt. 39 Heb. seruus seruorum erit fratribus suis, id est, seruus erit inter fratres suos, q.d. Quamuis iam sit seruus natura, erit tamen etiam conditione seruus. 40 Quidam dicunt pronomen Hebræum L A M O, pro quo verterunt illi positum esse pro L A H E M, id est, illis, Sem scilicet & Iapheth. vel, ipsi Sem & Deo eius. Sic paulo post. 41 id est, Propaget Deus generationem Iapheth vel, Proles Iapheth occupet amplissimas regiones. 42 Quidam subaudiunt, Deus, (alii, Iapheth) Habitet Deus in tabernaculis Sem. vel, Habitet Iapheth in tentoriis Sem. Hoc dicit quod Iapheth pater fuerit Gentilium, qui tandem erant ad Christi fidem venturi. Videtur autem hic [illegible] Gentium. A Sem autem omnes Hebræi descenderunt. Chaldæus Paraphrastes vertit, Dilatet Deus Iapheth, & habitet gloria eius in tabernaculis Sem.

CAP. X.

CAPVT X.

A 1 HÆ sunt generationes filiorum Noe, Sem, Cham, & Iapheth natíque sunt eis filii post diluuium.

Filii Iapheth. 1.Para. 1.a.

2 Filii Iapheth: Gomer,& Magog, & Madai, & Iauan,& Thubal,& Mosoch,& Thiras.

3 Porrò filii Gomer: Ascenez & Riphat & Thogorma.

A quibus diuisæ regiones.

4 Filii autem Iauan: Elisa & Tharsis, Cethim & Dodanim.

5 Ab his diuisæ sunt insulæ gentium in regionibus suis, vnusquisq; secundum linguam suam & familias suas, in nationibus suis.

Filii Cham.

6 Filii autem Cham: Chus,& Mesraim, & Phut, & Chanaan.

7 Filii auté Chus: Saba, * Heuila, & Sabatha, & Regma. & Sabathacha. Filii Regma, Saba, & Dadan. (* &)

Nemrod. *ob hoc.*

8 Porrò Chus genuit Nemrod. Ipse cœpit esse potens in terra.

Prouerbium.

9 Et erat robustus venator coram Domino, *ab B hoc exiuit prouerbium. Quasi Nemrod robustus venator coram Domino.

Babylon. Assur. Niniue condita.

10 Fuit autem principium regni eius Babylon & Achad, & Chalane, in terra Sennaar.

11 De terra illa egressus est Assur. & ædificauit Niniuen, & plateas ciuitatis, & Chale.

12 Résen quoque inter Niniuen & Chale: hæc est ciuitas magna.

13 At verò Mesraim genuit Ludim, & Anamim, & Laabim, & Nephthuim.

14 Et Phetrusim & Chasluim: de quibus egressi sunt Philisthiim, & Caphtorim.

C 15 Chanaan autem genuit Sidonem primogenitum suum, Hethæum,

16 Et Iebusæum & Amorrhæum & Gergesæum.

17 Et Heuæum & Aracæum, Sinæum.

Philisthiim. Chananæi.

18 Et Aradium, Samaræum & Hamathæum: & per hos disseminati sunt populi Chananæorum.

19 Factique sunt termini Chanaan venientibus à Sidone Geraram vsq; ad Gazam, donec ingrediaris Sodomam & Gomorrham, & Adamam & Seboim vsq; Lasa.

20 Hi sunt filii Cham in cognationibus & linguis & generationibus, terrisque & gentibus suis.

Filii Sem.

21 De Sem quoq; nati sunt, patre omnium filiorum Heber, fratre Iaphet maiore.

22 Filii Sem: Ælam & Assur & Arphaxad, * Lud & Aram. (* &)

23 Filii Aram: Hus & Hul & Gether & Mes.

24 At verò Arphaxad genuit Sale: de quo ortus D est Heber.

Phaleg.

25 Natiq; sunt Heber filii duo, nomen vni Phaleg, eo quòd in diebus eius diuisa sit terra: & nomé fratris eius Iectan.

26 Qui Iectan genuit Elmodad & Saleph, & Asarmoth, Iare,

27 Et Adoram & Vzal & Decla

28 Et Hebal & Abimael, Saba,

29 Et Ophir & Heuila & Iobab, omnes isti, filii Iectan.

30 Et facta est habitatio eorum de Messa pergentibus vsq; Sephar montem Orientalem.

31 Isti sunt filii Sem secundum cognationes & linguas & regiones in gentibus suis.

32 Hæ familiæ Noe iuxta populos & nationes suas. Ab his diuisæ sunt gentes in terra post diluuium.

1 [1] HÆ sunt generationes filiorum Noah, Sem, Ham, & Iapheth: [2] natiq; sunt illis filii post diluuium.

2 Filii Iapheth, Gomer, & Magog, & Madai, & Iauan, atq; Tubal & Mesech, & Thiras.

3 Filii vero Gomer, Aschenaz, Riphath, Togarma.

4 Porrò filii Iauan, Ælisa, Tharsis, Chithim & Dodanim.

5 [3] Ab istis diuisæ sunt insulæ gentium in regionibus suis, quæque iuxta linguam suam, iuxtaque familias suas in nationibus suis.

6 Filii vero Ham, Chus, Misraim, Phut, atque Chanaan.

7 Porrò filii Chus, Seba, Hauila, Sabtha, Rahema, & Sabthecha. Filii autem Rahema, Seba & Dedan.

8 Chus genuit Nimrod, is cœpit esse [4] heros violentus in terra.

9 Fuit enim robustus venator [5] coram Domino. [6] idcirco dicitur, Quasi Nimrod robustus venator coram Domino.

10 Fuit autem principium regni illius Babel, Erech, Acad, atq; Calne [7] in terra Sinear.

11 De terra [8] illa [9] egressus est Assur, & ædificauit Niniuen: [10] & plateas ciuitatis, atq; Calah.

12 Resen quoq; inter Niniuen & Chalah, [11] quæ est ciuitas magna.

13 Porrò Mizraim genuit [12] Ludim, Ananim, Lehabim, & Naphthuim.

14 Patrusim quoq; & Casluhim: è quibus egressi sunt [13] Philistiim & Caphthorim.

15 Chanaan autem genuit [14] Sidon primogenitum suum, & Heth:

16 Item Iebusi, Amorri, Girgasi,

17 Hiui, Harci & Sini:

18 Sed & Aruadi, Semari, Hamathi. & postea [15] dissipatæ sunt familiæ Chananæorum.

19 Fuit autem terminus Chananæi à Sidon [16] veniente te in Gerar, vsque ad Gazan, & eunte te in Sodomam & Gomorrham, & Adma & Seboim vsque ad Lesa.

20 [17] Hi sunt filii Ham in cognationibus, linguis suis, terris & nationibus suis.

21 Ipsi quoq; Sem qui pater est omnium filiorum [18] Eber, & frater maior natu ipsius Iapheth, nati sunt (filii.)

22 Filii ergo Sem (fuerunt) Elam, Assur, Arphacsad, Lud atque Aram.

23 Filii Aram, Vz, Hul, Gether & Mas.

24 Porrò Arphacsad genuit Selah, Selah autem genuit Eber.

25 Eber quoq; nati sunt duo filii, nomen vnius Peleg: nam in diebus eius [19] diuisa est terra, & nomen fratris eius Iactan.

26 Porrò Iactan genuit Almodad, Saleph, Hazarmaueth & Iarah:

27 Sed & Hadoram, Vzal, Dicla,

28 Obal, Abimael & Seba:

29 Item Ophir & Hauila & Iobab. omnes isti, filii Iactan.

30 Et erat habitatio illorum à Mesa pergente te in Sephar montem [20] Orientis.

31 [21] Isti sunt filii Sem secundum familias & linguas suas, in terris, nationibus suis.

32 Hæ itaque familiæ sunt filiorum Noah iuxta cognationes suas in populis suis. Et ab illis diuisæ sunt gentes in terra post diluuium.

1 Id est, Hi sunt quos genuerunt filii Noe.
2 Nati sunt eis. De his propriis nominibus, abunde satis in libello nostro, de interpretatione nominû Hebraicorum.
3 i. Ab his separati sunt in habitatores insularum. i. Ab istis nati sunt qui varias insulas maris mediterranei id est, Cyprum, Rhodum, Samû, Lesbon, Chium, & alias Græcas insulas tenuerunt & habitauerunt.
4 Vel, fortis. id est, Hic Nemrod primus omnium affectauit tyrannidem, & cœpit dominari in gente sua.
5 Hebraismus, pro, sub cælo. id est, Fortissimus erat omniû hominum qui sub cælo erant.
6 Ob hoc dici solet, velut &c. id est, exiit prouerbium, dicebanturq; de homine fortissimo, quòd esset alter Nemrod.
7 Chaldæus paraph. vertit, in terra Babylonis: & sic idem Sinear & Babel [illegible] Babylonis.
9 i. Assur filius Sem pius, cû videret Nemrod affectare tyrannidem, cessit illinc cum hominibus [illegible] habitatet [illegible] La hac [illegible] egressus est in [illegible] licet [illegible]
10 Vel, Rehoboth ciuitatem.
11 i. Nimirum est illa clarissima ciuitas.
12 [illegible] pluralia sunt, [illegible] populorum, quæ [illegible] a Mizraim, qui primus habitauit in Ægypto.
13 Vel, Philisthim & Caphtorim.

14 Omnia ista nomina non sunt virorum propria, sed populorum, [illegible] Ab [illegible] originem duxerunt: Sidonii, Hethæi, Iebusæi, &c. 15 Vel, [illegible] sunt cognationes [illegible] dispersæ. 16 [illegible] ad Gazam. [illegible] 17 [illegible] sunt qui [illegible] & populi [illegible] Cham, [illegible] secundum cognationes [illegible] terras & regiones suas. [illegible] 19 [illegible] 20 [illegible] regionis Orientis. 21 Vel, [illegible] alius sunt nepo- [illegible]

CAPVT XI.

1 Subaudienda (in) præposit. In vniuersa terra labium vnum, & verba eadē. 2 De Oriēte, inquit, i. ab Armenia. Verisimile est, trāsacto diluuio, posteros Noe aliquot annos mānsisse in Armenia vbi substiterat arca. Cum antē supra modū creuissent aquæ coacti sunt deducere colonias, & alio migrare, vbi sedem cōstituerent. 3 Heb. vir ad proximū suū. 4 Heb. Venite, i. 5 ia, vel, Age, siue Agite. Solent Hebræi loco aduerbiorū vti imperatiuis. 5 Heb. lateres. i. fingamus lateres. 6 vel, coquamus in coctione. i. igni. 7 bitumen vice luti. vel, intriti. Scribit Plin. bitumen huius regionis esse liquidum. 8 q.d. vt si cōtingat nos dispergi per varias terras, possimus huc quando voluerimus, redire. 9 i. hominesilo. [illegible] sermo idē. q.d. Pauci adhuc sūt, vt quia eadēmq; lingua vtantur: quid expectandū quū in varios populos, ob multitudinē, dispersi erunt? Nihil certe non audebūt. 11 & hoc est q facere cœperunt: [illegible] g facere desierunt. q.d. hæc est turris quam [illegible]

1 Erat autem [1] vniuersa terra vnius labii, sermonumq; eorundem.
2 Et factum est, quum proficiscerentur [2] ab Oriente, inuenerunt campum planum in terra Sinear, & habitarunt ibi.
3 Dixeruntq; [3] alter ad alterum, [4] Agite, [5] ducamus lateres, & [6] incendamus incendium. Fuitq; illis later pro lapide, & [7] argilla pro cæmento.
4 Dixeruntq;, Agite, ædificemus nobis ciuitatem & turrim, cuius caput [pertingat] ad cælos vsq;: faciamusq; nobis nomen, [8] ne forte dispergamur in vniuersam terram.
5 Descendit autem Dominus vt videret ciuitatem illam, & turrim quam ædificabant [9] filii hominum.
6 Dixitq; Dominus, En populus vnus est, [10] idémq; labium istis omnibus: [11] & hoc cū cœperunt facere, posthac nihil prohibebit eos quin sic pergant consummare omnia quæcunque temere apud se statuerunt.
7 Agite dum [12] descendamus, & confundamus ibi labium ipsorum, [13] ne alter alterius labium percipiat.
8 Dispersit itaq; eos Dominus ex illo loco in vniuersam terram, cessaueruntq; ab extructione ciuitatis illius.
9 Idcirco nomen eius [14] vocatum est [15] Babel, quod ibi confudisset Dominus labium vniuersæ terræ, & inde dispersisset eos in vniuersam terram.
10 [16] Hæ sunt generationes Sem. Sem quum esset natus annos centum, genuit Arphachsad, biennio post diluuium.
11 Vixitq; Sem postquā genuerat Arphachsad quingentis annis, [17] genuitq; filios & filias.
12 Arphachsad vero vixit triginta quinq; annis, & genuit Sela.
13 Vixitque Arphachsad postquam genuit Sela quadringentis tribus annis, genuitq; filios & filias.
14 Porro Sela vixit triginta annis, & genuit Eber.
15 Vixitq; Sela postquā genuit Eber annis quadringentis & tribus, genuitq; filios & filias.
16 Eber vixit triginta quatuor annis, & genuit Peleg.
17 Vixitq; Eber postquam Peleg genuit quadringentis annis & triginta, genuitq; filios & filias.
18 Peleg vero vixit triginta annis, & genuit Reu.
19 Vixitq; Peleg postquam Reu genuit nouem annis & ducentis, genuitq; filios & filias.
20 Porro Reu vixit annis triginta duobus, & genuit Serug.
21 Vixitq; Reu postquam Serug genuit septem annis ac ducentis, & genuit filios atq; filias.
22 Serug vixit triginta annis, & genuit Nahor.
23 Vixitq; Serug postquam Nahor genuit, ducentis annis, genuitq; filios ac filias.
24 Et vixit Nahor viginti nouem annis, & genuit Thare.
25 Vixitq; Nahor postquam genuit Thare decem & nouem annis atq; centum annis, genuitq; filios & filias.
26 Thare vero vixit septuaginta annis, & genuit Abram, Nahor atque Haran.
27 Istæ itaq; sunt generationes Thare. Thare genuit Abram, Nahor & Haran. Haran vero genuit Lot.
28 Et mortuus est Haran [18] coram patre suo in patria sua, [illegible] [19] Vr Chaldæorum.
29 [20] Duxerunt autem Abram & Nahor sibi vxores. Nomen vxoris Abram fuit Sarai: nomen vero vxoris Nahor, Milcha, filia Haran [21] patris Milcha & patris Iescha.

1 Erat autem terra labii vnius, & sermonum eorundem. — A Terra à quibus diuisa. Vnus sermo in terra.
2 Cumque proficiscerentur de Oriente, inuenerunt campū in terra Sennaar, & habitauerūt in eo. — Sap. 10. 2.
3 Dixitque alter ad proximum suum, Venite, faciamus lateres, & coquamus eos igni. Habueruntque lateres pro saxis, & bitumen pro cæmento: — Ædificatur turris Babel.
4 Et dixerunt, Venite, faciamus nobis ciuitatem & turrim, cuius culmen pertingat ad cælum: & celebremus nomen nostrum antequam diuidamur in vniuersas terras.
5 Descendit autem Dominus vt videret ciuitatem & turrem quam ædificabant filii Adam,
6 Et dixit, Ecce, vnus est populus, & vnū est labiū omnibus: cœperúntq; hoc facere, nec desistēt à cogitationibus suis, donec eas opere compleant.
7 Venite igitur, descendamus, & confundamus ibi linguam eorum, vt non audiat vnusquisq; vocem proximi sui. — B Cōfusio linguarum.
8 Atq; ita diuisit eos Dominus ex illo loco in vniuersas terras, & cessauerunt ædificare ciuitatem.
9 Et idcirco vocatum est nomen loci illius Babel, quia ibi confusum est labium vniuersæ terræ: & inde dispersit eos Dominus super faciem cunctarum regionum. — Babel.
10 Hæ sunt generationes Sem. Sem erat centū annorū quādo genuit Arphaxad, biénio post diluuiū. — Ætas Sem.
11 Vixitq; Sem postquam genuit Arphaxad, quingentis annis: & genuit filios & filias.
12 Porro Arphaxad vixit triginta quinque annis, & genuit Sale. — Arphaxad.
13 Vixitq; Arphaxad postquam genuit Sale, * trecentis tribus annis: & genuit filios & filias. — * quadringentis. C
14 Sale quoq; vixit triginta annis, & genuit Heber. — Sale.
15 Vixitque Sale postquam genuit Heber, quadringentis tribus annis: & genuit filios & filias.
16 Vixit autem Heber triginta quatuor annis, & genuit Phaleg. — Heber.
17 Et vixit Heber postquam genuit Phaleg, quadringentis triginta annis: & genuit filios & filios.
18 Vixit quoque Phaleg triginta annis, & genuit Reu. — Phaleg. 1. Par. 1. b.
19 Vixitq; Phaleg postquam genuit Reu, ducentis nouem annis, & genuit filios & filias. — Reu.
20 Vixit autem Reu * triginta quinque annis, & genuit Sarug. — * triginta duobus.
21 Vixit quoq; Reu postquam genuit Sarug, ducentis septem annis & genuit filios & filias. — Sarug.
22 Vixit verò Sarug triginta annis, & genuit Nachor.
23 Vixitq; Sarug postquam genuit Nachor, ducentis annis: & genuit filios & filias. — Nachor.
24 Vixit autem Nachor viginti nouem annis, & genuit Thare.
25 Vixitq; Nachor postquam genuit Thare, centum decē & nouem annis: & genuit filios & filias. — D Thare.
26 Vixitq; Thare septuaginta annis: & genuit Abram & Nachor & Aran.
27 Hæ sunt autē generationes Thare, Thare genuit Abrā, Nachor & Aran. Porrò Aran genuit Lot. — Abram. Nachor. Aran.
28 Mortuúsq; est Aran ante Thare patrē suum in terra natiuitatis suæ in Vr Chaldæorum. — 1. Par. 1. b.
29 Duxerunt autem Abram & Nachor vxores: nomen vxoris Abram, Sarai: & nomen vxoris Nachor, Melcha filia Aran patris Melchæ & patris Ieschæ. — Ios. 24. a. Lot. Sarai. Melcha.

[illegible] vt ostenderetur Deus verax in promissionibus. repetit enim seriem illius generationis delectæ ex qua descedere debebat MESSIAS. Hæ sunt [illegible] Sem. 17 Istorum omittit nomina, quod ex his non erat descensurus Messias. 18 vel, in facie patris sui. Hebr. [illegible] 19 Vr ita dicta est, quod esset sita in valle. Vr enim vallem significat. Esa. 24. 20 vel, Duxerant autem. 21 Hebraismus, pro [illegible] qui fuit pater ipsius Milcæ, & sororis eius Ieschæ.

30 Erat

Abram. *Nachor.* *Aran.* 1.Par.1.b. Iof.24.a. *Lot.* *Sarai.* *Melcha.* *Thare cum Abram it in Charan.* Iof.24.a. Nehem.9.b. Iudith.5.a. *Thare moritur.*

30 Erat autem Sarái sterilis, nec habebat liberos.

31 Tulit itaq; Thare Abram filium suum, & Lot filium Aran filium filii sui, & Sarái nurum suam, vxorem Abram filii sui, & eduxit eos de Vr Chaldæorum, vt irent in terram Cnanaan: veneruntq; vsq; Haran & habitauerunt ibi.

32 Et facti sunt dies Thare ducendorum quinq; annorum, & mortuus in Haran.

30 Fuit autem Sarai sterilis, nec erat illi proles.

31 Et tulit Thare filium suum Abram, & Lot filium Haram, filium (scilicet) filii sui, & Sarai nurum suam, vxorem Abram filii sui: & egressi sunt simul de Vr Chaldæorum, vt cōmigrarent in terram Chanaan, veneruntq; vsq; ad Charam, habitaueruntq; ibi.

32 Fuerunt autem dies Thare anni ducenti & quinque. Mortuusq; est Thare in Charan.

CAPVT XII.

A

Iubetur Abrā egredi terram. Act.7.a. ** Monstrabo.* *Christus.* Gal.1.b.inf.18. cap.22.d.26.a. *Egreditur Abram.* Heb.11.b.

1 DIxit autem Dominus ad Abram, Egredere de terra tua, & de cognatione tua, & de domo patris tui, & veni in terram, quam * monstrauero tibi.

2 Faciamque te in gentem magnam, & benedicam tibi, & magnificabo nomen tuum, erisque benedictus.

3 Benedicam benedicentibus tibi, & maledicam maledicentibus tibi, atq; IN TE benedicentur vniuersæ cognationes terræ.

4 Egressus est itaque Abram sicut præceperat ei Dominus, & fuit cum eo Lot: septuagintaquinque annorum erat Abram cùm egrederetur de Haran.

B

5 Tulitque Sarái vxorem suam, & Lot filium fratris sui, vniuersamque substantiam quam possederant, & animas quas fecerant in Haran, & egressi sunt vt irent in terram Cnanaan.

6 Cumque venissent in eam, pertransiuit Abram terram vsque ad Conuallem illustrem: Chananæus autem tunc erat in terra.

** Apparuitq;* *Promittitur ei terra Chanaan* *Vetus testamentum.* Inf.13.d.15.d. 26.a. Deut.34.d.

7 * Apparuit autem Dominus Abram, & dixit ei, Semini tuo dabo terram hanc. Qui ædificauit ibi altare Domino, qui apparuerat ei, & inuocauit ibi nomen eius.

8 Et inde transgrediens ad montem qui erat cōtra Orientem Beth el, tetendit ibi tabernaculum, suum, ab Occidente habens Beth-el, & ab Oriente Hai, ædificauit quoq; ibi altare Domino, & inuocauit nomen eius.

C

Famem fugiēs descendit in Ægyptum.

9 Perrexitque Abram vadens & vltra progrediens ad Meridiem.

10 Facta est autem fames in terra: descenditque Abram in Ægyptum, vt peregrinaretur ibi. præualuerat enim fames in terra.

11 Cumque prope esset vt ingrederetur Ægyptum, dixit Sarái vxori suo, Noui quod pulchra sis mulier.

Inf.20.a.

12 Et quòd cùm viderint te Ægyptii, dicturi sunt, Vxor illius est, Et interficient me, & te reseruabunt.

13 Dic ergo obsecro te, quòd soror mea sis, vt bene sit mihi propter te, & viuat anima mea ob gratiam tui.

Rapitur vxor eius in domum Pharaonis.

14 Cùm itaq; ingressus esset Abram Ægyptum, viderunt Ægyptii mulierem q. esset pulchra nimis,

D

15 Et nunciauerunt principes Pharaoni, & laudauerunt eam apud illum, & sublata est mulier in domum Pharaonis.

16 Abram verò bene vsi sunt propter illam. Fueruntque ei oues & boues & asini & serui, & famulæ & asinæ & cameli.

Percutitur Pharao a Deo propter raptā vxorem Abra.

17 Flagellauit autem Dominus Pharaonem plagis maximis, & domum eius propter Sarái vxorem Abram.

*1[1] Dixit autem Dominus * ad Abram, [2] Exi è terra tua, de patria tua, & de domo patris tui, ad terram quam ostendam tibi.*

2 Faciamq; te in gentem magnam, & benedicam tibi, & magnificabo nomen tuum, [4] tuq; sis benedictio.

3 Benedicam quoq; eis qui tibi benedicent: maledicentibus vero tibi, maledicam & ego: benedicenturq; [6] in te vniuersæ familiæ terræ.

4 Egressus est itaq; Abram sicut præceperat ei Dominus, iuitq; cum eo Lot. Septuagintaquinque annos natus erat Abram quum egrederetur ex Charan.

5 Et tulit Abram Sarai vxorem suam, & Lot filium fratris sui, vniuersamq; substantiam suam quam comparauerant, sed & [7] animas quas acquisierant in Charan, egressique sunt vt irent in terram Chanaan.

6 Et cum venissent in regionem Chanaan, pertransiuit Abram regionem vsq; ad locum Sichem, [8] & vsq; ad quercetum More. [9] Chananæus autem tum erat in ea regione.

7 Apparuit autem Dominus Abram, & dixit, Semini tuo dabo terram istam. Et ædificauit ibidem aram Domino qui ei apparuerat.

8 [10] Soluensq; illinc, versus montem qui erat ab Oriente ipsi Beth-el, tetendit tentorium suum, (vt haberet) Beth-el ab Occidente, & Hai ab Oriente, extruensq; ibi aram Domino. [11] inuocauit nomine Domini.

9 Soluens rursus Abram inde, & venit versus Meridiem.

10 Orta autem fame in ea [12] regione, descendit Abram in Ægyptum, vt ibidem (aliquandiu) habitaret. grauis enim fames erat [13] in terra illa.

11 Factumq; est, [14] quum proprius accessisset, velletq; iam introire Ægyptum, dixit ad Sarai vxorem suam, [15] En scio te esse mulierem pulchro aspectu:

12 Erit itaq; quum viderint te Ægyptii, dicent, Hæc illius est vxor, & interficient me: te vero [16] viuam seruabunt.

13 Dic obsecro quod soror mea sis, vt benefiat mihi propter te, viuatq; anima mea gratia tui.

14 Factum est itaq; quum venisset Abram in Ægyptum, quod Ægyptii contemplarentur mulierem ipsam: erat enim supra modum formosa.

15 Quumq; viderent eam principes Pharaonis, laudauerunt eam apud Pharaonem, raptaq; est mulier illa in aulam Pharaonis.

16 [17] Et is quidem benignè fecit ipsi Abram propter illam, fueruntq; ei oues, boues, & asini, serui & ancillæ, asinæ & cameli.

17 Afflixit autem Dominus Pharaonem & domum eius plagis magnis [18] propter Sarai vxorem Abram.

1 Hebraice per futurum legitur, quod pro præterito perfecto ponitur: & perfectum pro plusquàm perfecto, lege actorum caput septimū in principio. Vertendum igitur, Iam vero dixerat Dominus.
2 Hebraice [illegible] verbum legitur, Vade tibi, pro, Abi, Discede. vacat enim hoc loco (tibi.)
3 Hebraismus, [illegible], reddam te [illegible] & fortunatum, cumulabo te bonis omnibus & animi & naturæ: reddamque nomen tuum celebre.
4 Hebræi eleganter imperatiuum pro futuro ponunt, Eris benedictio, id est, si credideris mihi, omnes homines bene precabuntur tibi: præterea quum quis bene precabitur alteri posthac, precabitur euenire illi sicut tibi euenit: dicetque, Vtinam tibi faciat Deus sicut fecit Abrahæ. Sunt qui benedictionem pro benedicto positam dicant.
5 Hebraismus, [illegible] [illegible] [illegible] [illegible], quasi dicat, [illegible] pars orbis terrarum fauebit tibi [illegible] erunt tuæ [illegible].
6 Vel, propter te, id est, propter semen tuum Christum, vt exponit D. Paulus in [illegible] sua ad Galat. cap. 3.

7 Vel, personas, vt de seruis in domo natis, aut pecunia emptis intelligatur. Chaldæus paraphrastes vertit, quas legi subiecerant. 8 Vsque ad [illegible] More. Nomen loci est [illegible] More [illegible] nulla est coniunctio copulatiua apud Hebræos ante vsque. [illegible] More [illegible] esse locum [illegible] Mambre siue Mamre dicitur. Alii vero, [illegible] planitiem dicunt. 9 Singulare pro plurali, [illegible] 10 Vel, Transferens que, [illegible] tentorium suum. 11 Vel, & precatus est Dominum, vt transtulit Chaldæus paraphrastes. Alii vertunt, & prædicauit [illegible] Dominum. 12 Palæstina [illegible] [illegible] 13 Nempe Palæstina. 14 Hebr. quum appropinquaret vt ingrederetur. 15 Vel, Ecce nunc, vel, Profecto [illegible] quod pulchra aspectu tu mulier: vnde accidet vt quum viderint te &c. Pulchra aspectu, pro formosissima, Hebraismus. 16 Hebr. viuificabunt. Hebraismus, [illegible] seruabunt [illegible], sine incolumem. 17 Vel, Multa beneficia Pharao contulit Abræ, propter Saram. nam [illegible], &c. 18 Hebraice legitur, [illegible] verbo Saræ, Hebræi enim vtuntur hac dictione (verbum) pro re & causa, Hic recte omittitur.

10 q. d. propterea quod affirmasti illam esse sororem tuam, non dubitaui illam ducere uxorem.

18 Vocauit igitur Pharao Abram, & dixit, Cur fecisti mihi hoc? quare non indicasti mihi quod uxor tua esset?

19 Quare dixisti, Soror mea est? & [10] accepi eam mihi in uxorem. En igitur uxorem tuam, tolle eam & vade.

20 Praecepitque Pharao super eo viris, ut deducerent eum cum uxore sua, omnibusque quae habebat.

18 Vocauitq; Pharao Abram, & dixit ei, Quidnam est hoc quod fecisti mihi? quare non indicasti mihi, quòd uxor tua esset:

19 Quam ob causam dixisti esse sororem tuam, ut tollerem eam mihi in uxorem? Nunc igitur ecce coniunx tua, accipe eam, & vade.

20 Praecepitq; Pharao super Abrã viris: & deduxerunt eum & uxoré illius, & omnia quae habebat.

Redditur Abrae uxor.

CAPUT XIII.

1 Hoc est, ad locum ubi prius tetenderat tabernaculum suum, qui erat Australis, respectu terrae Ilia-ci, sed quae tunc erat terra Chanaan.
2 dives. q. d. descenderat in Ægyptum pauper, & ex illa reuersus est ditissimus.
3 Reuersus est autem per mansiones.
4 vel, praedicauit ib. Dominum. Chaldaeus paraphrastes vertit, Orauit illic Dominum.
5 sustinere poterat.
6 i. consanguinei Lot enim erat filius Aran fratris Abrae.
7 q. d. Licet tibi eam partem regionis eligere quae tibi placuerit.
8 Heb. si tu sinistrabis, ego dextrabo: si tu dextrabis: ego sinistrabo. i. si delegeris sinistram, siue feris ad sinistram ego ad dextram proficiscar: si vero &c. Per sinistram, intellige Septentrionem: per dextram vero Meridiem. Chaldaeus paraphrastes vertit, Si ad Septentrionem &c.
9 vel considerauit omnem regionem Chaldaeus paraphrastes vertit omnem planitiem Iordanis, quod tota irrigua esset.
10 Heb. sicut hortus Domini sicut terra Ægypti veniendo in Soar. i. regio illa erat similis horto Domini, & sicut ea pars Ægypti, venienti tibi, hoc est qua itur in Segor.

1 Ascendit itaque Abram de Ægypto, ipse & uxor eius, & omnia quae habebat, atque Lot cum eo [1] Austrum versus.

2 Erat autem [2] Abram grauis valde, nempe pecore, argento & auro.

3 [3] Iuit autem ad profectiones suas ab Austro ad Beth-el, usque ad locum ubi fuerat tentorium eius ab initio, inter Beth-el scilicet & Hai.

4 Ad locum (nempe arae illius quam initio fecerat, & [4] inuocabat illic Abram nomen Domini.

5 Quin & ipsi Lot, qui comes erat Abram, erant greges & armenta, & tentoria:

6 Nec [5] cepit eos terra illa ut simul habitarent, fuit enim possessio eorum multa, nec poterant simul habitare.

7 Exorta itaque est lis inter pastores pecoru Abram, & inter pastores pecoru Lot. Habitabat autem tũ Chananaeus atq; Pherezaeus in terra illa.

8 Dixit ergo Abram ad Lot, Ne quaeso sit iurgium inter me & te, & inter pastores meos atque pastores tuos, ([6] fratres enim sumus.)

9 [7] Annon uniuersa terra corã te est? separare quaeso, à me: [8] si tu ad Leuam, ego ad dexteram concedam: si vero tu dexteram, ego sinistram eligam.

10 Sublatis igitur Lot oculis suis, [9] vidit omnia aequora campi Iordanis, quae uniuersa irrigua erant (nam priusquam vastaret Dominus Sodomam & Gomorrham, [10] ipsa parsque circa Soar est, erat sicut hortus Domini, & sicut terra Ægypti.

11 Elegit itaque sibi Lot [11] uniuersa aequora campi Iordanis, profectusque est Lot ab Oriente, separatique [12] alter ab altero.

12 Abram habitauit in terra Chanaan, Lot vero habitauit in ciuitatibus [13] aequorum apertis, & pertendit tentoria Sodomam usque.

13 Porro Sodomitae valde mali erant, & [14] peccatores coram Domino.

14 Dixitq; Dominus ad Abram postquam separatus est Lot ab eo, Attolle quaeso oculos tuos, & vide à loco ubi tu es, ad Aquilonem & Meridiem, ad Orientem & Occasum.

15 Nam omnem terram quam tu vides, eandem tibi dabo, & semini tuo usque in sempiternum.

16 Ponam quoq; semen tuum quasi puluerem terrae: [15] si poterit homo numerare puluerem terrae, numerabitur & semen tuum.

17 Surge, perambula terram in longitudine & latitudine sua: tibi enim dabo eam.

18 Mouens igitur Abram tentorium, venit & habitauit [16] iuxta quercetum Mamre, quod est in Hebron, extruxitq; illic aram [17] Domino.

1 Ascendit ergo Abram de Ægypto, ipse & uxor eius, & omnia quae habebat, & Lot cum eo ad Australem plagam.

2 Erat autem diues valdè * in possessione auri & argenti.

3 Reuersusq; est per iter quo venerat, à Meridie in Beth el, usque ad locum ubi priùs fixerat tabernaculum inter Beth-el & Hai:

4 * In loco altaris: quod fecerat priùs, & inuocauit ibi nomen Domini.

5 Sed & Lot qui erat cum Abram, fuerunt greges ouium & armenta & tabernacula.

6 Nec poterat eos capere terra, ut habitarent simul: erat quippe substantia eorum multa, & nequibant habitare communiter.

7 Unde * facta est rixa inter pastores gregum Abram & Lot. Eo autem tẽpore Chananaeus & Pherezaeus habitabant in terra illa.

8 Dixit ergo Abram ad Lot, Ne quaeso sit iurgiũ inter me & te, & inter pastores meos, & pastores tuos: fratres enim sumus.

9 Ecce uniuersa terra coram te est: recede à me obsecro. Si ad sinistram ieris, ego dexteram tenebo: si tu dexteram elegeris, ego ad sinistram pergam.

10 Eleuatis itaq; Lot oculis, vidit omnem circà regionem Iordanis, quae uniuersa irrigabatur, antequam subuerteret Dominus Sodomam & Gomorrham, sicut paradisus Domini, & sicut Ægyptus venientibus in Segor.

11 Elegitq; sibi Lot regionem circa Iordanem, & recessit ab Oriente: diuisique sunt alterutrum à fratre suo.

12 Abram habitauit in terra Chanáan: Lot verò moratus est in oppidis quae erant circa Iordanem, & habitauit in Sodomis.

13 Homines autem Sodomitae pessimi erant, & peccatores coram Domino nimis.

14 Dixitq; Dominus ad Abram postquam diuisus est ab eo Lot, Leua oculos tuos in directum, & vide à loco in quo nunc es ad Aquilonem & Meridiem, ad Orientem & Occidentem.

15 Omnem terram quam conspicis, tibi dabo, & semini tuo usq. in sempiternum.

16 Faciamq; semen tuum sicut puluerem terrae: si quis * potest hominum numerare puluerem terrae, semen quoq; tuum * numerare poterit.

17 Surge ergo, & perambula terram in longitudine & in latitudine sua, quia tibi daturus sum eam.

18 Mouens igitur tabernaculum suum Abrã, venit, & habitauit iuxta conuallem Mambre, quae est in Hebron: aedificauitq; ibi altare Domino.

A *Abram Ægyptum egreditur.* * *Abram.*

* Sup. 12. a. *Lot & Abram diuites.*

Inf. 36. a.

B * *&*

Abram diuidit terram cum fratre suo, Lot.

C *Habitat Lot in Sodomis, & Abram in Chanaan.*

Sodomitae. *Rursum Abrae promittitur terra Chanaan.* Sup. 12. b. Inf. 15. b. & 16. a.

D

* *possit.* * *numerari.*

Ædificat altare Domino.

hoc est qua itur in Segor. Per hortũ intellige illum quẽ plantauerat Dominus, & instruxerat in Eden. 11 totã regionem, vel planitiem. 12 Heb. vir à fratre suo. 13 planitiei, vel campestribus: loci plani, ubi erat Iordanis. 14 Heb. peccatores Domino [illegible] homines, qui qua [illegible] sunt, negligentes [illegible] 15 [illegible] puluerem terrae [illegible] semẽ tuũ numerari non poterit. Hyperbole. 16 Heb. in quercu Mamre. Nomen loci est Mamre [illegible] Amorrhaeus, ut sequenti capite [illegible] Mamre [illegible] quale ante maxima cultura plantari solent, ut quidã Hebraeorum dicunt. Elon e, alii interpretantur conuallem: [illegible] Chaldaeus paraphrastes, planitiem. 17 i. in honorem Domini.

CAPUT XIIII.

a Accidit autem tempore Amraphel regis Sennaar, & Arioch regis Ellasar, & Chodorlahomer regis Elam, & Thadal regis Gentium, ut facerent bellũ &c. Amraphel [illegible] Sennaar, secundũ Chaldaeũ paraphrastẽ erat Babylon. Elasar non potuit esse Pontus, quũ Pontus sit regio longè distans à terra Chanaan, eaq; ad Occidentem, quum terrae aliorum regum ad Orientem sitae sint. Gentium, Gentes [illegible] populi diuersi [illegible] Assyria, Elymais, & Sennaar.

1 [a] Factum est autem (his e) diebus ut Amraphel rex Senaar, Arioch rex Elasar, Chedorlahomer rex Elam, & Thidal rex Gentium, bellum,

1 Factum est autẽ in illo tẽpore, ut Amraphel rex Senar, & Arioch rex Põti, & Chodorlahomor rex Ælamitarum, & Thadal rex Gentium.

Sodomitis, Amalecitisque, & regi [illegible] infertur bellum.

Sodomitis, Amalecitisq; & reliquis infertur bellum.

2 Inirent bellum contra Bara regem Sodomorum, & contra Bersa regem Gomorrhæ, & contra Senaab regem Adamæ, & contra Semeber regem Seboim, contraq; regem Balæ, ipsa est Segor.

3 Omnes hi conuenerunt in vallem Syluestrẽ, quæ nunc est mare salis.

4 Duodecim enim annis seruierant Chodorlahómor, & tertiodecimo anno recesserunt ab eo.

5 Igitur quartodecimo anno venit Chodorlahómor, & reges, qui erant cum eo, percusseruntq; Raphaim in Astaroth & Carnáim, & Zuzim cum eis, & Emim in Saue Cariathàim,

6 Et Corrhæos in montibus Seir, vsque ad campestria Pharan, quæ est in solitudine.

7 Reuersiq; sunt, & venerunt vsq; ad fontem Misphat, ipsa est Cades: & percusserunt omnem regionem Amalecitarum & Amorrhæorum qui habitabant in Asason-thamar.

B 8 Et egressi sunt rex Sodomorum, & rex Gomorrhæ, rexque Adamæ, & rex Seboim, necnon & rex Balæ, quæ est Segor: & direxerunt aciem contra eos in valle siluestri,

9 Scilicet aduersus Chodorlahómor regem Ælamitarum, & Thadal regem Gentium, & Amraphel regem Sennaar, & Arioch regem Ponti: quatuor reges aduersus quinq;.

Sodoma diripitur.

10 Vallis autẽ siluestris habebat puteos multos bituminis. Itaque rex Sodomorum, & Gomorrhæ terga verterunt, cecideruntq; ibi: & qui remanserant, fugerunt ad montem.

11 Tulerunt autem omnem substantiam Sodomorum & [b] Gomorrhæorum, & vniuersa quæ ad cibum pertinent, & abierunt.

[b] Gomorrhæ.

Abducitur Lot captiuus.

12 Necnon & Lot & substantiam eius, filium fratris Abram, qui habitabat in Sodomis.

C 13 Et ecce vnus qui euaserat, nunciauit Abram Hebræo, qui habitabat in conualle Mambre Amorrhæi fratris Eschol, & fratris Aner: hi enim pepigerant fœdus cum Abram.

Nunciatur Abræ.

Abram eripit Lot.

14 Quod cum audisset Abram, captum videlicet Lot fratrem suum, numerauit expeditos vernaculos suos trecentos decem & octo: & persecutus est eos vsque Dan.

15 Et diuisis sociis, irruit super eos nocte: percussitque eos, & persecutus est eos vsque Hoba & Phœnicen, quæ est ad læuam Damasci.

16 Reduxitq; omnem substantiam, & Lot fratrem suum cum substantia illius, mulieres quoque & populum.

17 Egressus est autem rex Sodomorum in occursum eius (post quam reuersus est a cæde Chodorlahomor, & regum qui cum eo erant) in valle Saue, quæ est vallis regis.

D 18 At vero Melchisedec rex Salem, proferens panem & vinum (erat enim sacerdos Dei altissimi)

Melchisedec cibat ipsum Abram; cui ipse Abra dat decimas. Heb. 7. a

19 Benedixit ei, & ait, Benedictus Abram Deo excelso qui creauit cœlum & terram:

20 Et benedictus Deus excelsus, quo protegente hostes in manibus tuis sunt. Et dedit ei decimas ex omnibus.

21 Dixit autem rex Sodomorum ad Abram, Da mihi animas, cætera tolle tibi.

Abram spolia renuit accipere.

22 Qui respondit ei, Leuo manum meam ad Dominum Deum excelsum possessorem cœli & terræ,

23 Quod a filo subtegminis vsque ad corrigiam caligæ, non accipiam ex omnibus quæ tua sunt, ne dicas, Ego ditaui Abram.

2 *Inirent contra Bara regem Sodomorum, & contra Birsam regem Gomorrhæ, & contra Senaab regem Adamæ, & contra Semeber regem Seboim, & regem Bela hæc est [2] Soar.*

3 *Omnes isti coniunxerunt [copias] in valle [3] Siddim, quæ nunc est Mare salsum.*

4 *Duodecim enim annis seruierant ipsi Chedarlahomer, tertio vero decimo anno [4] rebellarunt.*

5 *Quartodecimo igitur anno venit Chedarlahomer, & [illegible] reges cum eo, & percusserunt [5] Rephaim in Astheroth carnaim, atque Susim in Ham, & Emim in planitie Kiriathaim:*

6 *Et Horæum in montanis [suis, nempe] Seir, vsque ad campestria Paran, quæ sunt iuxta desertum.*

7 *Reuersiq; venerunt ad En-mispat, hæc est Cades: & percusserunt omnem regionem Amalec, sed & Amorrhæum habitantem in Hasason-thamar.*

8 *Et egressus est rex Sodomæ, rex Gomorrhæ, rex Adamæ, rex Seboim, & rex Bela: ipsa est Soar: & aciem [6] instruxerunt aduersus illos in valle Siddim,*

9 *[Nempe] aduersus Chedarlahomer regem Ælam, & Thideal regem Gentium, & Amraphel regem Sinear, & Arioch regem Elasar, quatuor reges aduersus quinque.*

10 *Porro vallis Siddim [7] abundabat foueis argillosis.*

11 *Fugerunt autem rex Sodomæ atque Gomorrhæ, & [8] ceciderunt ibi: qui vero remanserant, fugerunt versus montes. Et accipientes omnem substantiam Sodomorum, & Gomorrhæorum, & omnem commeatum eorum, abierunt.*

12 *Lot quoque nepotem Abram ex fratre abduxerunt, & substantiam eius, & recesserunt. habitabat enim Sodomæ.*

13 *Et venit quidam qui euaserat, & indicauit [hoc] Abram Hebræo, qui [tum] habitabat [9] in quercetis Mamre Amorrhæi, fratris Escol, & fratris Aner, qui fœdus habebant cum Abram.*

14 *Audiens vero Abram quòd captus esset [10] frater suus, [11] exercitatos ac instructos suos, vernas scilicet, numero trecentos decem & octo, expediuit, & insequutus est illos vsq; ad Dan.*

15 [12] *Et diuisis copiis, ipse & serui eius [irruerunt] super eos noctu: percussitq; eos, & insecuti sunt eos vsq; Hoba, quæ est ad læuam Damasci.*

16 *Reduxitque omnem substantiam, sed & Lot fratrem suum, substantiamq; eius reduxit, deinde & mulieres & populum.*

17 *Egressus itaque rex Sodomorum obuiam ei (postquam reuersus est à cæde Chedarlahomer, & regum qui cum eo fuerant) [13] in vallem planam, quæ vallis regia [illegible].*

18 *[illegible] Melchisedec rex Salem protulit panem & vinum, [14] & hic sacerdos erat Dei altissimi.*

19 *Benedixitq; ei, & ait, Benedictus Abram [15] Deo excelso, qui possedet cælum & terram.*

20 *Et benedictus Deus excelsus, qui tradidit hostes tuos in manum tuam. [16] Dedit itaque illi decimas [17] ex omnibus.*

21 *Et dixit rex Sodomæ ad Abram, Da mihi [18] animas, [illegible] tibi.*

22 *Respondit [illegible] Sodomorum, [19] Leuaui [illegible] Dominum Deum excelsum possessorem [illegible] terræ,*

23 *[illegible] accipiam ex omnibus quæ tua sunt, ne filum quidem aut corrigiam, ne dicas scilicet, Ego ditaui Abram.*

2 Siue Segor. Per occupationẽ hic dicitur Segor, & paulo post: quia postea sic nominata [illegible] 19. c [illegible] hoc est, campestris, siue campestris. Significat enim agros aratos.

4 vel, defecerũt ab illo. i. denegauerunt tributum quod persoluere solebant.

5 gigantes vertit Chaldæus paraphrastes. Alii existimant fuisse nomen vrbis.

6 subs. aciem instruxerunt.

7 Hebr. putei, putei bituminis. Hebraicus loquendi modus, pro, plena erat, vel scatebat puteis bituminis.

8 vel, coniecerunt sese præcipitanter illuc i. in eos puteos.

9 in Elone. Vide postremã annotationem capitis præcedentis.

10 l. nepos eius ex fratre.

11 annis instructos eduxit tyrones, vel tirunculos suos. vel, nempe vernaculos suos. Vox Hebræa pro qua hic vertitur tyrones, significat instructos, & [illegible]

13 in vallem Saue, [illegible]

[illegible]

Abram. Cum ait Moses, Protulit panem & vinum, intellige, vt sacrificaret, vel vt offerret Deo [illegible] erat sacerdos Dei altissimi. [illegible] 18 Pro his illius pone animas, nempe Hebræo. i. homines captiuos. [illegible] ex omnibus, quæ tua sunt. In hoc iuramento subaudiunt aliquid Hebræi, hoc pacto, si quicquam accepero, faciat mihi Deus hoc & hoc. Hic autem iurat, ne filum quidem vestimenti, aut corrigiam se accepturum.

21 [illegible] Terul mei.
22 q. d. quasi dicat, [illegible] accipere, [illegible] accipiant.

24 *His tantum exceptis, quæ insumpserunt*[21] *pueri:* *deinde & portione virorum illorum, Aner, Escol & Mamre; qui mecum profecti sunt,*[22] *isti accipiant partem suam.*

24 Exceptis his, quæ comederunt iuuenes, & partibus virorum, qui venerunt mecum, Aner, Eschol, & Mambre: isti accipient partes suas.

CAPVT XV.

XV.
1 Hebr. verba. Hebraica phrasis pro, His itaque gestis, siue transactis. Hoc capite declaratur fides Abrae, & commendatur Abram à Deo. Apparet hæc visio contigisse sub [illegible], [illegible] infra [illegible], Eduxit eum foras, & dixit illi, Suspice cælum, & numera stellas, &c.
2 Hebraismus, pro, locutus est Dominus Abræ.
3 Chaldæus paraph. per prophetiam.
4 subaud. erit, id est, amplissima te manet huius tuæ fidei merces, quod tam potentissimos reges ausus es aggredi, auxilio meo fretus.
5 id est, perseuerem sine liberis? vel, quia ego abeam? id est, consenescam, atque iam sim proiectæ, & tamen liberis, qui mihi hæredes sint, careain?
6 Vel, filius relictionis domus meæ est [illegible] de Damasco. Hebraismus est, filius relictionis domus meæ, pro, is cui curam omnem rei familiaris meæ ego relinquo & committo: dispensator & procurator domus meæ. Alii vertunt, Filius discursationis meæ, id est, qui discurrat per domum meam, vt solet œconomus in rebus dispensandis & administrandis: quasi dicat,

1 POst hæc[1] gesta[*],[2] factum est verbum Domini ad Abram[3] in visione [quadam][*] in hunc modum, Ne timeas Abram, ego clypeus tuus sum, &[4] merces tua admodum ampla.
2 Et dixit Abram, Domine Deus, quid dabis mihi, quum ego[5] incedam sterilis?[6] & dispensator domus meæ est hic Damascenus Eliezer.
3 Et vltra loquutus est Abram, En, mihi non dedisti[7] semen, & ecce[8] filius domus meæ[9] hæres meus est.
4 Et ecce[10] verbum Domini factum est ad eum in hunc modum, Hic non erit hæres tuus, sed qui egredietur de vtero tuo, is erit hæres tuus.
5 Eduxitque eum[11] foras, & dixit, Suspice quæso cælum, & numera (si potes) stellas. Et addidit,[12] Sic erit semen tuum.
6 Credidit[*] Abram Domino,[13] imputatáque est ei hæc [fides] ad iustitiam.
7 Et dixit ad eum,[14] Ego sum Dominus qui eduxi te de Vr Chaldæorum, vt darem tibi terram istam, vt possideres eam.
8 Et ait, Domine Deus, vnde scire possum, quòd possessurus sum eam?
9 Respondit ei, Tolle mihi[15] iuuencam triennem, & capram triennem, atque arietem triennem, turturem quoque & pullum columbarum.
10 Hæc omnia sibi accipiens, secuit ea per medium,[16] posuitque vnam quamque partem è regione comparis sui: cæterum aues non diuisit.
11 Descenderúntque volatilia super cadauera illa, Abram vero ea[17] perturbabat.
12 Cumque Sol occumberet, irruit sopor super Abram, & ecce horror tenebrosus ac magnus irruit in eum.
13 Et[18] dixit ad Abram,[19] Hoc tibi sit perspectissimum sit, semen tuum peregrinum fore in terra non sua, &[20] subiicient eos seruituti, affligéntque eos quadringentis annis.
14 Verumtamen gentem cui seruituri sunt, ego[21] iudicabo: & post hæc egredientur cum magna possessione.
15 Tu autem[22] ibis ad patres tuos in pace, & sepelieris in senectute bona.
16 Seculo autem quarto reuertentur huc. hactenus enim[23] nondum completa est iniquitas Amorrhæorum.
17 Factumque est occidente sole, vt caligo fieret, & ecce furnus fumans, pertransiítque[24] fax ardens inter particulas illas.

1 HIs itaque transactis, factus est sermo Domini ad Abram per visionem, dicens, Noli timere Abram, ego protector tuus sum, & merces tua magna nimis. — A *Deus protector & merces Abrahæ.*
2 Dixitque Abram, Domine Deus, quid dabis mihi? ego vadam absque liberis, & filius procuratoris domus meæ iste Damascenus Eliézer.
3 Addiditque Abram, Mihi autem non dedisti semen: & ecce vernaculus meus hæres meus erit. — *Promittitur Abræ Isaac filius.*
4 Statimque sermo Domini factus est ad eum, dicens, Non erit hic hæres tuus: sed qui egredietur de vtero tuo, ipsum habebis hæredem.
5 Eduxitque eum foras, & ait illi, ‖ Suspice cælum, & numera stellas, si potes. Et dixit ei, Sic erit semen tuum. — B Rom.4.c
6 Credidit Abram ‖ Deo,[*] & reputatum est illi ad iustitiam. — *Abram fide iustus.* Rom.4.a Gal.3.a Iac.2.d sup.1 [illegible] *Domino.
7 Dixitque ad Deum, Ego Dominus qui eduxi te de Vr Chaldæorum, vt darem tibi terram istam, & possideres eam. — *Tertio promittitur Abræ terra Chanaan.*
8 At ille ait, Domine Deus, vnde scire possum quòd possessurus sim eam?
9 Et respondens Dominus, Sume mihi vaccam triennem, & capram trimam, & arietem annorum trium, turturem quoque & columbam.
10 Qui tollens vniuersa hæc, ‖ diuisit ea per medium, & vtrasque partes contra se altrinsecus posuit: aues autem non diuisit. — C Ier.14.d
11 Descenderuntque volucres super cadauera, & abigebat eas Abram.
12 Cumque Sol occumberet, sopor irruit super Abram, & horror magnus & tenebrosus inuasit eum.
13 Dictumque est ad eum, Scito prænoscens, quòd peregrinum futurum sit semen tuum in terra non sua: & subiicient eos seruituti, & affligent quadringentis annis. — *Prædicitur seruitus & liberatio filiorum Israel ex Ægypto.*
14 Verumtamen gentem cui seruituri sunt, ego iudicabo: & post hæc egredientur cum magna substantia. — Act.7.a
15 Tu autem ibis ad patres tuos in pace, sepultus in senectute bona.
16 ‖ Generatione autem quarta reuertentur huc: necdum enim completæ sunt iniquitates Amorrhæorum vsque ad præsens tempus. — D Exod.12.
17 Cum ergo occubuisset sol, facta est caligo tenebrosa, & apparuit clibanus fumans, & lampas ignis transiens inter diuisiones illas.

18 ‖ In

[illegible] per domum meam, vt solet œconomus in rebus dispensandis & administrandis: quasi dicat, Quicquid dabis mihi, illud non erit liberorum meorum, qui nullos habeo [illegible] Eleazar Damascenus. [illegible] filius Eleazari Damasceni, id est, [illegible] & bona mea, [illegible] filius Eleazari [illegible]. 7 semen, & certe. [illegible] pro liberis accipit [illegible] 8 vel, vernaculus. 9 Heb. [illegible] hæres [illegible] 10 Hebraismus, pro, Locutus est Dominus, dicendo. 11 id est, extra [illegible] 12 id est [illegible] vel, quemadmodum stellæ sunt innumeræ, ita & semen [illegible] non poterit. 13 A reputauit ei [illegible] ad iustitiam [illegible] quia credidit Deo liberos promittenti [illegible] Deum habitus est. 14 quasi dicat, [illegible] Ego sum Dominus, &c. 15 Chaldæus paraphrastes [illegible] 16 Hebr. & quamlibet [illegible] posuit partes [illegible] 17 abigebat. 18 sub. Dominus. 19 Heb. [illegible] foras. Hebraicum [illegible] 20 seruient illis, sub. Ægyptii. [illegible] verbum [illegible] 21 Hebraismus, pro, punitam. 22 Hebraismus, pro, morieris et maiores tui, morte optima, [illegible] 23 id est, nondum [illegible] erunt Amorrhæi [illegible] sua terra. 24 vel, facula ignita, [illegible] à Deo. Hic casa animalia & omnia in partes, [illegible] Lege Ieremiæ cap. 34. circa finem.

Quarto terra Chanaan promittitur. supr.12.b.13.e. infr.26.a. Deut.34.b 2.Par.2.f 3.Reg.4.0

18 ‖ In illo die pepigit Dominus fœdus cum Abram, dicens, Semini tuo dabo terram hanc à fluuio Ægypti vsq; ad fluuium magnum Euphratem.
19 Cinæos, & Genezæos, Cedmonæos,
20 Et Hethæos, & Pherezæos, Raphaim quoque,
21 Et Amorrhæos, & Chananæos, & Gergesæos, & Iebusæos.

18 Eodem die pepigit Dominus fœdus cum [illegible] his articulis, Semini tuo dedi terram illam, à flumine Ægypti vsque ad flumium magnum, nempe Euphraten:
19 Cinæum, Kenizæum, Cadmonæum,
20 Hethæum, Pheresæum, & Rephaim:
21 Sed & Amorrhæum, Chananæum, Gergesæum atque Iebusæum.

CAPVT XVI.

A *Sarai dat viro ancillā suam.*

1 IGitur Sarai vxor Abram non genuerat sibi liberos: sed habens ancillam Ægyptiam nomine Agar.
2 Dixit marito suo, Ecce conclusit me Dominus, ne parerem: ingredere ad ancillam meam, si forte saltem ex illa suscipiam filios.
3 Cumque ille acquiesceret deprecanti, tulit Agar Ægyptiam ancillam suam post annos decem quàm habitare cœperant in terra Chanaan, & dedit eam viro suo vxorem.

a acquieuisset.

B *Concipit Agar & dominam irridet.*

4 Qui ingressus est ad eam. At illa concepisse se videns, despexit dominam suam.
5 Dixitque Sarai ad Abram, Iniquè agis contra me: ego dedi ancillam meam in sinum tuum, quæ videns quòd conceperit, despectui me habet. iudicet Dominus inter me & te.
6 Cui respondens Abram, Ecce, ait, ancilla tua in manu tua est, vtere ea vt libet. Affligente igitur eam Sarai, fugam iniit.

Fugit Agar Saram.

7 Cumque inuenisset eam angelus Domini iuxta fontem aquæ in solitudine quæ est in via Sur in deserto,

C 8 Dixit ad illam, Agar ancilla Sarai vnde venis? & quo vadis? Quæ respondit, A facie Sarai dominæ meæ ego fugio.
9 Dixitque ei angelus Domini, Revertere ad dominam tuam, & humiliare sub manu illius.

Consolatur eam angelus.

10 Et rursum, Multiplicans, inquit, multiplicabo semen tuum, & non numerabitur præ multitudine.
11 Ac deinceps, Ecce, ait, concepisti, & paries filium: vocabisque nomen eius Ismael, eo quòd audierit Dominus afflictionem tuam.

Ismael, qualis futurus.

12 Hic erit ferus homo: manus eius contra omnes, & manus omnium contra eum: & e regione vniuersorum fratrum suorum figet tabernacula.

D 13 Vocauit autem Agar nomen Domini qui loquebatur ad eam, Tu Deus qui vidisti me, dixit enim, Profectò hic vidi posteriora videntis me.
14 ‖ Propterea appellauit illum, Puteum viuentis & videntis me. Ipse est inter Cades & Barad.
15 ‖ Peperitque Agar Abræ filium: qui vocauit nomen eius Ismael.

Parit Agar. Galat.4.c

16 Octoginta & sex annorum erat Abram, quando peperit ei Agar Ismaelem.

1 *SArai itaque vxor Abram [1] nihil pepererat ei: habuit autem ancillam Ægyptiam, Hagar nomine.*
2 Dixit ergo Sarai ad Abram, [2] En amabo, [3] constrinxit me Dominus ne parerem, [4] ingredere quæso ad ancillam meam, [5] si forte ex ea [illegible]. Obediuit autem Abram voci Sarai.
3 Tulitq; Sarai vxor Abram, Hagar Ægyptiam ancillam suam, [6] à fine decem annorum, quibus habitauerat Abram in terra Chanaan, & dedit eam Abram marito suo vxorem.
4 Et, quum ingressus esset ad Hagar, concepit illa. quumq; intelligeret se concepisse, [7] viluit domina ipsius in oculis eius.
5 Et dixit Sarai ad Abram, [8] Iniuriam meam tibi acceptam refero: ego dedi ancillam meam in gremium tuum, quæ intelligens se grauidam, [9] vilis sum coram ea. [10] Dominus iudicet inter me & te.
6 Dixit autem Abraham ad Sarai, En ancilla tua in [11] manu tua est, fac illi [12] quod tibi visum fuerit. [13] Quum ergo Sarai eam affligeret, fugit Hagar à facie eius.
7 [illegible] angelus Domini iuxta fontem aquæ in [illegible], iuxta fontem [inquam] illum qui est [14] in via Sur.
8 Dixitq; Hagar ancilla Sarai, vnde venisti, & quò vadis? illa dixit, [15] A facie Sarai dominæ meæ ego fugio.
9 Dixitq; ei [illegible] angelus Domini, Reuertere ad [illegible].
10 [illegible] ad eam angelus Domini, [illegible] tuum vehementer, vt præ multitudine [illegible] non possit.
11 Rursum dixit ad eam angelus Domini, Ecce tu [illegible] Filium, & vocabis nomen eius Ismaelem [illegible] tuam.
12 [illegible] manus eius contra omnes [illegible] eum: [illegible] coram omnibus fratribus [illegible].
13 [illegible] nomen Domini loquentis ad eam, Tu Deus [illegible] me.
14 [illegible] [21] An non etiam hic vidi post videntem me [illegible] [24] vocatus est puteus ille, Puteus viuentis [&] videntis me, qui est inter Cades & Bared.
15 Peperit autem Hagar ipsi Abram filium: appellauitq; Abram nomen filij sui, quem pepererat illi Hagar, Ismaelem.
16 Octoginta sex annorum erat Abram, quando Hagar peperit ei Ismaelem.

XVI.
1 non pepererat ipsi liberos: habebat.
2 Heb. Ecce nunc vel, Sane.
3 vel, conclusit. Hebraismus, pro sterilé reddidit.
4 i. congredere coitu cum ancilla. Rem turpem honestè exprimit.
5 Hebr. vel, ædificabor (fortasse filiabor) ex ea. Hebraica phrasis pro, fortasse ex ea procreabis mihi liberos.
6 vel, post decē annos ex quo habitare cœperat.
7 i. habuit contemptui heram suam præ se. Solent homines beneficiis diuinis superbire. Hagar propter beneficium fœcunditatis à Deo sibi datum, cœpit contemnere Sarai dominam suam.
8 [illegible]
9 Hebr. vilis in oculis eius, pro, contemptui [illegible]
11 Manum pro potestate [illegible]
12 Heb. quod bonum est in oculis tuis. Hebraica phrasis, pro, vt e re tua est tibi libet.
13 i. Quum punieret illius insolentiam.
14 i. qua itur in Sur.
15 i. Propter Saram [illegible]
16 vel, [illegible]

[illegible] 18 Heb. onager. i. vir similis onagro, asino syluestri, ferus, moribus morum expers, durus & [illegible] [illegible] Hoc est, inuadet omnes, & ab omnibus inuadetur, infensus omnibus. [illegible] Principium orationis [illegible] Deum autem [illegible] [illegible] vocauit puteum illum [illegible] Propterea is qui imposuit nomen, vocauit fontem viuentis [illegible] puteus &c.

CAPVT XVII.

XVII.

1 Quum Abraham natus iam esset annos nonaginta nouem, apparuit ei Dominus, & dixit ad eum, Ego sum [1] El saddai; [2] ambula coram me, & esto integer;

2 Ponamq; fœdus meum inter me & inter te, & [3] multiplicabo te vehementissime.

3 Procidítq; Abraham pronus, & loquutus est cum eo Deus, in hanc sententiam,

4 En ego [ferio] tecum fœdus meum: erísque pater multarum gentium.

5 Nec vocabitur vltra nomen tuum Abram: quin potius Abraham erit nomen tuum, quoniam te patrem multis gentibus [4] constitui.

6 [5] Ego crescere te faciam vehementissime, [6] ponamque te in gentes, sed & reges ex te prodibunt.

7 Et confirmabo fœdus meum inter me & inter te, interq; semen tuum [7] post te in generationibus suis fœdere perpetuo, [8] vt sim [scilicet] tibi Deus, & semini tuo post te.

8 Daboq; tibi & semini tuo post te, terram hanc in qua tu peregrinus es, nempe totam terram Chanaan, in possessionem perpetuam, [9] eroq; illis Deus.

9 Rursumq; dixit Deus ad Abraham, Et tu [10] custodies fœdus meum, tu [inquam] & [11] semen tuum post te in generationibus suis.

10 Hoc autem est [12] fœdus meum quod obseruabitis inter me & vos, denique inter semen tuum post te, Circumcidatur [illegible]

11 Circumcidetis [illegible] præputii vestri, quod erit signum fœderis inter me & vos.

12 [13] Omnis mas [illegible] diebus [illegible] dierum octo circumcidetur [illegible] sine ære comparatus seruus à quocunque extraneo, qui non est de semine tuo. Omnino verna, & emptitius ære tuo comparatus circumcidi debent:

13 Vt sit [14] fœdus meum in carne vestra fœdere sempiterno.

14 [illegible] mas præputiatus, cuius [illegible] carnis circum[illegible] fuerit, [illegible] fœdus [illegible] fecit.

15 Dixit [illegible] Deus ad Abraham, Sarai vxorem tuam non [illegible] Sarai, sed Sarah [illegible] nomen eius.

16 Et benedicam ei, [17] etenim dabo tibi filium ex ea: benedicam ei, [18] eritq; in gentes, & reges populorum ex ea nascentur.

17 Procidit Abraham pronus, & [19] cauillatus est, cogitans [illegible] Centenarióne nascetur proles? [illegible] Sarah nonagenaria [illegible]

18 Dixit [illegible] Abraham ad Deum, [21] Vtinam Ismael viuat coram te.

19 Ad quem dixit Deus, [22] Profecto Sara vxor tua pariet tibi filium [illegible] nomen eius Isaac: & ego [23] confirmabo [illegible] cum eo, [24] vt sit fœdus sempiternum semini eius post eum.

20 [25] Audiui quoq; te quod ad Ismaelem attinet: En [26] benedixi ei, & faciam illum crescere, multiplicaboq; eum vehementissime: duodecim duces generabit, & faciam illum crescere in gentem magnam.

1 i. Deus omnipotens, à quo omnis sufficientia, cui nihil deest.
2 Hebraismus, [illegible] vita viuito in hoc mundo, vt quæcunque egeris, mihi grata sint, daq; operam vt viuas inculpate.
3 q.d. tibi iam seni & emortuo dabo ingens semen.
4 Præteritum pro futuro, continuum.
5 vel, Multiplicabo te.
6 Hebraismus pro, faciam vt ex te gentes multæ nascantur.
7 i. [illegible] temporibus suis & ætate sua.
8 quasi dicat, [illegible]
9 q.d. [illegible] Chanaan, verum [illegible] vt sim Deus eorum.
10 [illegible]
11 [illegible]
12 [illegible]
13 Heb. Infans [illegible]
14 i. signum fœderis.

1 Postquam vero nonaginta & nouem annorum esse cœperat, apparuit ei Dominus, dixitque ad eum, Ego Dominus omnipotens: ambula corã me, & esto perfectus.

2 Ponamque fœdus meum inter me & te: & multiplicabo te vehementer nimis.

3 Cecidit Abram pronus in faciem.

Dixitq; ei Deus,

4 Ego sum, & ponam pactum meum tecum, erisq; pater multarum gentium.

5 Nec vltra vocabitur nomen tuum Abram: sed appellaberis Abraham: quia patrem multarũ gentium constitui te.

6 Faciamq; te crescere vehementissime, & ponam te in gentibus, regesq; ex te egredientur.

7 Et statuam pactũ meum inter me & te, & inter semen tuum post te in generationibus suis fœdere sempiterno, vt sim Deus tuus, & seminis tui post te.

8 Daboq; tibi & semini tuo terram peregrinationis tuæ, & omnem terram Chanaan in possessionem æternam, eroq; Deus eorum,

9 Dixitq; iterum Deus ad Abraham, Et tu ergo custodies pactum meum, & semen tuum post te in generationibus suis.

10 Hoc est pactum meum quod obseruabitis inter me & vos & semen tuum post te, Circumcidetur ex vobis omne masculinum:

11 Et circumcidetis carnem præputii vestri, vt sit in signum fœderis inter me & vos.

12 Infans octo dierũ circumcidetur in vobis, omne masculinum in generationibus vestris: tam vernaculus, quam emptitius circumcidetur, & quicunque non fuerit de stirpe vestra.

13 Eritq; pactum meum in carne vestra in fœdus æternum.

14 Masculus, cuius præputii caro circumcisa nõ fuerit, delebitur anima illa de populo suo: quia pactum meum irritum fecit.

15 Dixit quoq; Deus ad Abraham, Sarai vxorẽ tuam non vocabis Sarai, sed Saram.

16 Et benedicam ei, & ex illa dabo tibi filium, cui benedicturus sum, eritq; in nationes, & reges populorum orientur ex eo.

17 Cecidit Abrahã in faciem suã, & risit in corde suo, dicens, Putasne centenario nascetur filius? & Sara nonagenaria pariet?

18 Dixitq; ad Deum, Vtinam Ismael viuat coram te.

19 Et ait Deus ad Abraham, Sara vxor tua pariet tibi filium, vocabisq; nomen eius Isaac, & constituam pactum meum illi in fœdus sempiternum, & semini eius post eum.

20 Super Ismael quoque exaudiui te. ecce, benedicam ei, & augebo, & multiplicabo eum valde: duodecim duces generabit, & faciã illum crescere in gentem magnam.

21 Pactum

A
Abram nominatur Abraham.
* *Deus.*
Eccles.44.a
Rom.4.c
Quinto promittitur Abrahæ Chanaã.
* *post te*
B
Circumcisio signum fœderis
Act.7.a
Rom.4.b
Leuit.12.a
Luc.2.c
C
Sarai, nominatur Sara.
Rursum promittitur Abrahæ Isaac.
Abraham orat pro Ismaele.
Infr.18.b.& 21.a
Benedicitur Ismael.

14 [illegible] delebitur anima illa, &c. [illegible] ille non censebitur in populo meo, nec pertinebunt ad illum promissiones factæ à me populo meo. Non [illegible] pasuo Christi. item [illegible] circumcisi esse [illegible] ex Sara filium [illegible] 18 nempe [illegible] & est Hebraismus, [illegible]

21 Pactum vero meum statuam ad Isaac quem pariet tibi Sara, tempore isto in anno altero.

D 22 Cumq; finitus esset sermo loquentis cum eo, Ascendit Deus ad Abraham.

Abraham seipsum, Ismaelẽ, & domesticos circumcidit.

23 Tulit autem Abraham Ismael filium suum, & omnes vernaculos domus suæ, vniuersosque quos emerat, & cunctos mares ex omnibus viris domus suæ: & circumcidit carnem præputii eorũ statim in ipsa die, sicut præceperat ei Deus.

24 Abraham nonaginta & nouem erat annorum, quando circumcidit carnem præputii sui.

25 Et Ismael filius suus tredecim annos impleuerat tempore circumcisionis suæ.

26 Eâdem die circumcisus est Abraham & Ismael filius eius.

27 Et omnes viri domus illius, tam vernaculi, quàm emptitii & alienigenæ pariter circumcisi sunt.

21 *Fœdus vero meum* [27] *confirmabo cum Isaac, quẽ pariet tibi Sara* [28] *ad præstitutũ tẽpus istud, anno altero.*

22 *Et desiit loqui cum eo.* [29] *ascenditq; Deus ad Abraham.*

23 *Et accepit Abraham Ismaelẽ filium suum, & omnes vernas suos, & omnes eos quos ære suo compararuerat, omnes scilicet mares inter viros qui erant* [30] *in domo Abrahæ, & circumcidit carnem præputii illorum* [31] *ipso eodẽ die, quemadmodũ loquutus fuerat Deus cũ eo.*

24 *Porro Abraham natus erat nonaginta nouem annos, cum circumcidebatur caro præputii sui.*

25 *Ismael vero filius eius natus erat tredecim annos, quando circumcisus est ipse in carne præputii sui.*

26 [32] *Vno eodemq; die circumcisus est Abraham & Ismael filius eius.*

27 *Sed & omnes domestici* [33] *eius, vernæ, & qui ab alienigenis pecunia comparati erant, circumcisi sunt cum eo.*

27 i. Ex te per Isaac Christus descendet.
28 Heb. tempore hoc.
29 i. reliquit ipsum Abrahamũ, aut discessit ab eo.
30 i. in domo sua. Antecedens pro relatiuo.
31 Heb. in corpore diei ipsius. i. eo ipso die, quemadmodum præceperat ei Dominus.
32 In eo ipso die, quo scilicet Deus iussit [illegible] circumciderentur.
33 Heb. Abrahæ.

CAPVT XVIII.

A

Abraham hospitalis hospitio suscipit angelos.
Heb. 13. a
* *Mysterium trinitatis.*

1 APparuit autem ei Dominus in cõualle Mambre sedẽti in ostio tabernaculi sui in ipso feruore diei.

2 Cumque eleuasset oculos, * apparuerunt ei tres viri stantes prope eum: quos cum vidisset, cucurrit in occursum eorũ de ostio tabernaculi sui, & adorauit in terram:

3 Et dixit, Domine, si inueni gratiam in oculis tuis, ne transeas seruum tuum:

4 Sed afferam pauxillum aquæ, & lauentur pedes vestri, & requiescite sub arbore.

5 Ponamque buccellam panis, & confortetur cor vestrum, postea transibitis: idcirco enim declinastis ad seruum vestrum. Qui dixerunt, Fac vt loquutus es.

Abraham lauat pedes peregrinorum, & inseruit mensa.

6 Festinauit Abraham in tabernaculum ad Saram, dixitque ei, Accelera, tria sata similæ cõmisce, & fac subcinericios panes.

B 7 Ipse vero ad armentum cucurrit, & tulit inde vitulum tenerrimum & optimum: deditque puero, qui festinauit, & coxit illum.

8 Tulit quoque butyrum & lac, & vitulũ quem coxerat, & posuit coram eis: ipse vero stabat iuxta eos sub arbore.

Abrahæ seni promittitur Isaac.
Infr. 21. a
Rom. 9. b

9 Cumque comedissent, dixerunt ad eum, Vbi est Sara vxor tua? Ille respondit, Ecce in tabernaculo est.

10 Cui dixit, Reuertens veniam ad te tempore isto, vita comite, & habebit filium Sara vxor tua: quo audito Sara risit post ostium tabernaculi.

11 Erant autem ambo senes, prouectæq; ætatis, & desierant Saræ fieri muliebria.

12 Quæ risit occultè, dicens, Postquam consenui, & dominus meus vetulus est, voluptati operam dabo?

13 Dixit autem Dominus ad Abraham. Quare risit Sara vxor tua, Num verè paritura sum anus?

14 Nunquam Deo quicquam est difficile? iuxta condictum reuertar ad te hoc eodem tempore, vita comite, & habebit Sara filium.

15 Negauit Sara, dicens, Non risi, timore perterrita. Dominus autem, Non est, inquit, ita: sed risisti.

16 Cum ergo surrexissent inde viri, direxerunt

XVIII.

1 *APparuit autem ei Dominus* [1] *in quercetis* [2] *Mamre, ipse verò sedebat in ostio tabernaculi* [3] *in ipso feruore diei.*

2 *Quumq; sublatis oculis respexisset, ecce tres viri stabant iuxta eum, quos cum vidisset, occurrit eis de ostio tabernaculi, &* [3] *incuruauit se versus terram.*

3 *Et dixit, Amabo domine* [4] *si hanc gratiam à te impetrare possum,* [5] *ne quæso prætereas seruum tuum.*

4 [6] *Afferatur quæso pauxillum aquæ, vt lauentur pedes vestri,* [7] *recumbite sub arbore,*

5 *Ego vero afferam frustum panis,* [8] *& reficite cor vestrum, deinde transite: idcirco enim ad seruum vestrum diuertistis. Illi autem dixerunt, Fac quemadmodum es loquutus.*

6 *Festinauit itaque Abraham in tabernaculum ad Saram, & dixit, Accelera, commisce tres modios farinæ purgatissimæ, & fac placentas.*

7 *Abraham vero currens* [9] *ad armenta, & accepto iuuenco* [10] *pingui ac bono, dedit [eum] puero: qui festinauit, & parauit illum.*

8 *Butyrum quoque tulit & lac, & iuuencum quem parauerat, & apposuit eis, ipse vero iuxta eos sub arbore,*

9 *Ipsis comedentibus, stabat. Dixerunt autem ad eũ, Vbi est Sarah vxor tua? Respondit, En in tabernaculo est.*

10 *Et dixit,* [11] *Certissime reuertar ad te* [12] *circiter tempus viuentis, & ecce Saræ vxori tuæ filius erit.* [13] *Sarah vero audiebat hoc in ostio tabernaculi, quod erat post illum.*

11 *Equidem Abraham & Sarah senes erant, prouecti que ætate, ita vt* [14] *menses desiissent Saræ iuxta morem fœminarum.*

12 *Risit itaque Sarah apud sese, dicens, Postquam consenui, herusq; meus grandis est ætate, num voluptati indulgebo?*

13 *Dixitq; Dominus ad Abraham, Cur sic risit Sarah, dicens,* [15] *Num vere paritura sum, anus quum sim vetula?*

14 [16] *Num ergo Deo quidquam est difficile?* [17] *ad tẽpus definitum circiter tempus viuentis reuertar ad te, & Sarah habebit filium.*

15 *Negauit autem Sarah, & dixit, Non risi. timuit enim. Et [ille] dixit, Nihil, imò risisti.*

16 *Consurgentes ergo viri isti illinc, respexerunt So-*

1 Vide postremã annotationem capitis XIIII.
2 vel, quum incalesceret, siue calere cœpisset dies. Sub meridiem sedebat in ostio tabernaculi sui expectans peregrinos, vt illos ad se vocaret, & benignè exciperet.
3 vel, adorauit in terram. i. demisit faciem in terram vsque, reuerentiæ & honoris causa. Hoc enim significat vox Hebræa. Marcus, [illegible] Genu flectebat: vbi Matthæus eandem narrans [illegible], adorabat eum, scripsit.
4 Heb. si inueni gratiam in oculis tuis. Hebraica phrasis, pro, si tibi gratus sum.
5 i. ne pertransi domine sine hospitium tuum, quin venias in tabernaculum meum.
6 Capiatur obsecro (sub. a te domino meo) parum aquæ, & lauentur pedes vestri.
7 Vox Hebræa significat innitori alicui rei, quo commodius quiescamus, quasi dicat, Innitimini baculis vestris, aut re alia sub arbore. erat

enim arbor ante ostium tabernaculi. 8 Hebr. & fulcite cor vestrum. Vel, vt confirmetis cor vestrum. 9 vel, ad boues. 10, tenerum. 11 Heb. Reuertendo reuertar. i. Haud dubie reuertar. 12 circa hoc tempus, (&) viuente. subaudi, Sara. i. Sara vxore tua incolumi. 13 vel, [illegible] Sara [illegible] ostium tabernaculi & ipsum (sub. ostium) erat a tergo ipsius. q.d. angelus erat auersa facie ab ostio. siue angelo loquenti erat ostium ad tergum. 14 [illegible] desierat [illegible] consuetudo mulierum. i. Desierat Sara pati menses, Hebraica phrasis. 15 q.d. Diritne serio Dominus me parituram, quum tam senuerim? 16 [illegible] quam est occultum? Aut, Latet-ne quicquam potest Deum? Alii vertunt, Nunquid Deo quicquam mirabile? q.d. Potest quicquam esse tam mirabile & raro [illegible] quod à Deo fieri non possit? 17 circa hoc tempus, (&) viuente. Sub. Sara, i. Sara vxore tua incolumi.

Sodomæ versus, & Abrahamus ibat cum eis, ut eos deduceret.
17 *Dixit autem Dominus, Num celabo Abrahamum quæ ego gesturus sum,*
18 *Quum Abraham [18] omnino futurus sit [a] in gentem magnam & robustam, benedicendæque sint [19] in eo omnes nationes terræ?*
19 *[20] Hoc quoque scio, quod mandaturus sit filiis suis, & domui suæ [21] post se, ut custodiant viam Domini, [22] faciantque iustitiam & iudicium, in hoc ut adducat Dominus super Abrahamum [23] quæ loquutus ad eum.*
20 *Ait itaque Dominus, [24] Fama Sodomorum & Gomorrhæorum multa est, & peccatum eorum supra modum graue:*
21 *[25] Descendam nunc, & videbo num ita habeat quemadmodum regionis illius fama ad me peruenit: [26] [si fecerunt,] actum de illis est, sin minus, ut sciam.*
22 *[27] Diuerteruntque inde viri illi, & abierunt Sodomas; Abraham vero stabat adhuc coram Domino.*
23 *Et accedens Abraham dixit, Num etiam iustũ cum impio [28] perdes?*
24 *Fortassis fuerint quinquaginta iusti intra eam vrbẽ, num etiam perdes, & loco non parces propter quinquaginta iustos, qui illic sint?*
25 *Absit à te ut rem hanc facias, [29] & interficias iustum cum impio, [30] fiatque ut impius sic iustus: absit inquam à te, num is qui iudex est vniuersæ terræ, [31] æquitatem non seruabit?*
26. *Et dixit Dominus, Si Sodomis [32] intra mœnia quinquaginta iustos inuenero, [33] & vniuerso huic loco illorum gratia parcam.*
27 *Et respondens Abraham, dixit, En obsecro [34] animum ut loquerer cum Domino meo, [35] qui puluis sum & cinis:*
28 *[36] Quid si quinquaginta iustis, quinque defecerint? num [37] ob quinque totam illam ciuitatem vastabis? Et dixit, Si illic inuenero quadraginta quinque non vastabo.*
29 *Rursumque loquutus est cum eo hisce verbis, [38] Quid si inueniantur illic quadraginta? Respondit, Non faciam, propter quadraginta.*
30 *Et ait, Ne quæso irascatur Domino meo, si loquar: inueniantur fortassis illic triginta. Et dixit, Si inuenero ibi triginta, non faciam.*
31 *Dixitque iterum, [39] En obsecro, obsequutus sum animo meo ausus loqui ad Dominum meum, fieri poterit ut inueniantur fortassis ibi viginti. Et dixit, Ob viginti non vastabo.*
32 *Et dixit, Ne quæso iram moueat Domino meo, si [40] vel iam loquutus fuero, [41] quid si inueniantur ibi decem? Et dixit, Non vastabo ob decem.*
33 *Postquam vero cessasset Dominus loqui ad Abrahamum, abiit, & Abrahamus reuersus est ad locum suum.*

oculos contra Sodomam: & Abraham simul gradiebatur deducens eos.
17 Dixitque Dominus, Num celare potero Abraham quæ gesturus sum:
18 Cum futurus sit in gentem magnam ac robustissimam, & BENEDICENDAE sint in illo omnes nationes terræ?
19 Scio enim quod præcepturus sit filiis suis, & domui suæ post se, ut custodiant viam Domini, & faciant iudicium & iustitiam: ut adducat Dominus propter Abraham omnia quæ locutus est ad eum.
20 Dixit itaque Dominus, Clamor Sodomorũ & Gomorrhæorum multiplicatus est, & peccatum eorum aggrauatum est nimis.
21 Descendam & videbo vtrum clamorem qui venit ad me, opere compleuerint: an non est ita, ut sciam.
22 Conuerteruntque se inde, & abierunt Sodomam: Abraham vero adhuc stabat coram Domino.
23 Et appropinquans ait, Numquid perdes iustum cum impio?
24 Si fuerint quinquaginta iusti in ciuitate, peribunt simul? & non parces loco illi propter quinquaginta iustos, si fuerint in eo?
25 Absit à te ut rem hanc facias, & occidas iustum cum impio, fiatque iustus sicut impius, non est hoc tuum, qui iudicas omnem terram: nequaquam facies iudicium hoc.
26 Dixitque Dominus ad eum, Si inuenero Sodomis quinquaginta iustos in medio ciuitatis, dimittam omni loco propter eos.
27 Respondensque Abraham, ait, Quia semel cœpi, loquar ad Dominum meum, cum sim puluis & cinis.
28 Quid si minus quinquaginta iustis quinque fuerint? delebis propter [b] quadraginta quinque vniuersam vrbem? Et ait, Non delebo, si inuenero ibi quadraginta quinque.
29 Rursumque locutus est ad eum, Sin autem quadraginta ibi inuenti fuerint, quid facies? Ait, Non percutiam propter quadraginta.
30 Ne quæso, inquit, indigneris Domine, si loquar. Quid si ibi inuenti fuerint triginta? Respondit, Non faciam, si inuenero ibi triginta.
31 Quia semel, ait, cœpi, loquar ad Dominum meum. Quid si ibi inuenti fuerint viginti? Ait, Non interficiam propter viginti.
32 Obsecro, inquit, ne irascaris Domine, si loquar adhuc semel: quid si inuenti fuerint ibi decem? Et dixit, Non delebo propter decem.
33 Abiitque Dominus postquam cessauit loqui ad Abraham: & ille reuersus est in locum suum.

C *Dei familiaritas & bonitas cum Abraham.*
CHRISTVS.
Abraham docet familiam suam viam Dei.
Prædicitur Abrahæ interitus Sodomorum.
Abraham intercedit pro Sodomitis.
D
Abrahã pium & eius perstat in oratione.
[b] *quinque*

CAPVT XIX.

1 *Venerunt[1] duo illi angeli Sodoma sub vesperam, & Lot sedebat in porta Sodomorum: vidensque Lot, surrexit, atque eis obuiam, & inclinauit pronus faciem in terram: [illegible] & ait,*
2 *En obsecro domini mei, diuertite quæso ad domum serui vestri, pernoctate, & lauate etiam pedes vestros,*

1 Veneruntque duo angeli Sodomam vespere, sedente Lot in foribus ciuitatis. qui cum vidisset eos, surrexit, & iuit obuiam eis: adorauitque pronus in terram, & dixit,
2 Obsecro domini, declinate in domum pueri vestri, & manete ibi: lauate pedes vestros, & mane

A *Lot hospitalitas, angelos hospitio suscipit.*
Heb. 13. a

[a] Hebr. essendo [illegible] quinquaginta [illegible]. [illegible] in gentem magnam [illegible] Hebræa [illegible] loquendi modus. [19] i. per semen illius, quod est Christus, vt cap. xxii. exponitur. [illegible] benedicentur in semine tuo omnes gentes terræ. [20] Heb. Nam nouimus [illegible] præcipiat filiis, &c. [illegible] [21] [illegible] [25] Heb. Descendam [illegible] [illegible]

[illegible] clamorem eorum [illegible] opere compleuerint [illegible] quod audio eos fecisse, sin minus, vt sciam [illegible] extrema punitione dignos: sin minus, tam flagitiosa [illegible] Numquid etiam, &c. [illegible] qualis conditio impiis. [32] Heb. non faciam [illegible] [33] Heb. [illegible] (vel, cupio) loqui. [35] Etiamsi sim abiectissimus [illegible] Heb. Fortasse inuenientur illic quadraginta. Ait, Non faciam [illegible] [41] Fortasse inuenientur ibi decem. Y y A. 1 Accesserunt [illegible] 2 Heb. &

nè proficiscemini in viam vestram. Qui dixerunt, Minimè, sed in platea manebimus.

Compulit eos oppidò. *(margin: Pœnam eis pa-rat.)*

3 Compulit illos oppidò, vt diuerterent ad eum: ingressique domum illius fecit conuiuium, & coxit azyma, & comederunt.

B

Sodomitarum libido.

4 Prius autem quàm irent cubitum, viri ciuitatis vallauerunt domum illius à puero vsque ad senem, omnis populus simul.

5 Vocaueruntque Lot, & dixerunt ei, Vbi sunt viri qui introierunt ad te nocte? Educ illos huc, vt cognoscamus eos.

6 Egressus ad eos Lot, post tergum occludens ostium, ait,

7 Nolite quæso fratres mei, nolite malum hoc facere.

8 Habeo duas filias, quæ necdum cognouerunt virum: educam eas ad vos, & abutimini eis sicut vobis placuerit, dummodo viris illis nihil mali faciatis, quia ingressi sunt sub vmbra culminis mei.

9 At illi dixerunt, Recede illuc. Et rursus, Ingressus es, inquiunt, vt aduena, numquid vt iudices? te ergo ipsum magis quàm hos affligemus. Vimque faciebant Lot vehementissimè: iámque propè erat, vt effringerent fores.

2.Pet.2.b

10 Et ecce miserunt manum viri, & introduxerunt ad se Lot, clauseruntque ostium.

Sapien.19.c.

11 Et eos qui foris erant, percusserunt cæcitate, à minimo vsque ad maximum, ita vt ostium inuenire non possent.

C

Deus eripit Lot à Sodomitis: quorũ prædicit subuersionem.

12 Dixerunt autem ad Lot, Habes hic quempiam tuorum? generum, aut filios, aut filias, omnes qui tui sunt, educ de vrbe hac:

13 Delebimus enim locum istum, eo quòd increuerit clamor eorum coram Domino, qui misit nos vt perdamus illos.

14 Egressus itaque Lot, loquutus est ad generos suos qui accepturi erant filias eius, & dixit, Surgite, & egredimini de loco isto: quia delebit Dominus ciuitatem hanc. Et visus est eis quasi ludens loqui.

Lot videtur à generis suis.

15 Cúmque esset manè, cogebant eum Angeli dicentes, Surge, tolle vxorem tuam, & duas filias quas habes, ne & tu pariter pereas in scelere ciuitatis.

D

Egredi cogit ipsum Lot Deus.

Sap.10.d.

16 Dissimulante illo, apprehenderunt manum eius, & manum vxoris, ac duarum filiarum eius, eò quòd parceret Dominus illi.

17 Eduxeruntque eum, & posuerunt extra ciuitatem. Ibíque loquuti sunt ad eum, dicentes, Salua animam tuam: noli respicere post tergum, nec stes in omni circa regione: sed in monte saluum te fac, ne & tu simul pereas.

18 Dixitque Lot ad eos, Quæso Domine mi:

Misericordiam Dei confitetur Lot.

19 Quia inuenit seruus tuus gratiam coram te, & magnificasti misericordiam tuam quam fecisti mecum vt saluares animam meam, nec possum in monte saluari, ne fortè apprehendat me malum, & moriar.

Segor ciuitas ad preces Lot seruatur.

20 Est ciuitas hic iuxta, ad quam possum fugere, parua, & saluabor in ea. numquid non modica est, & viuet anima mea?

& manè consurgentes proficiscemini viam vestram. At illi dixerunt, Non, sed in platea pernoctabimus.

3 Ille verò [1] efflagitabat vehementius, vt ad se diuerterent. ingressi itaque sunt domum eius. qui instruxit eis cœnam, & [4] pinsuit placentas infermentatas, & comederunt.

4 Prius autem quàm irent cubitum, ciues scilicet Sodomorum, vndique cinxerunt domum, à puero ad senem vsque, quin vniuersa plebs [5] ab extremis locis vrbis.

5 Vocauerunt autem Lot, & dixerunt ei, Vbi sunt viri illi, qui ad te hac nocte ingressi sunt? educ illos ad nos, vt cognoscamus eos.

6 Egressus autem Lot ad eos [6] foras, clausit post se ianuam.

7 Et dixit, Ne quæso fratres mei malum [hoc] committatis.

8 En, sunt mihi duæ filiæ, quæ viros nondum sunt expertæ. quas ad vos nunc educam, [7] agite cum illis quod collibitum fuerit, [8] modò viris illis nihil faciatis: in hac enim sub vmbram [9] tecti mei introierunt.

9 Et dixerunt, [10] Concede huc. Et rursus dixerunt, [11] Vnus iste vt incola venit, & planè iudicabit? nunc te igitur plus quàm illos infestabimus. Vehementi igitur impetu irruentes in virum (nempe Lot) accesserunt vt fores effringerent.

10 Extendentes autem viri illi manus suas, [12] introduxerunt ad se Lot in domum, clauseruntque ianuam.

11 Cæterum [13] viros illos qui erant iuxta fores domus à minimo ad maximum [illegible] oculis præstrinxerunt, vt hallucinarentur, ne fatigati quidem inuenirent ostium.

12 Et dixerunt viri illi ad Lot, [14] Habes adhuc quempiam hîc? generum, filios tuos, & filias tuas, [15] & quæcunque habes in ciuitate educ de loco isto.

13 Nam nos perdemus locum istum, eo quòd [16] ingens sit clamor illorum coram Domino, misitque nos Dominus vt perdamus illum.

14 Egressus est itaque Lot, & loquutus est ad generos suos, qui [17] ducturi erant filias suas, dixitque [ad eos,] Surgite, egredimini de loco isto, quoniam subuertet Dominus ciuitatem istam:

15 [18] Erat autem hic sermo ludentis generis suis. Exoriente autem aurora [19] instabant angeli Loto, & dixerunt, Surge, accipe vxorem tuam, & duas filias tuas [20] quæ supersunt, ne fortè perdaris [21] in iniquitate ciuitatis.

16 Quumque moram nexeret, viri illi apprehensa manu eius, manuque vxoris eius, & manu duarum filiarum eius, [22] quòd esset enim parcens ei Dominus, eduxerunt eum, collocaruntque eum extra ciuitatem.

17 [23] Quumque eduxissent eum extra ciuitatem, dixit, [24] Serua vitam tuam, [25] neque respicias post te, neque consistas in tota ista planitie [26] [illegible] montem versus, ne fortè consumaris.

18 Dixitque Lot ad eos, [27] Ne quæso mi domine,

19 En gratiam à te impetraui, magnificâsque bonitatem tuam quam præstitisti, vt in vita me seruares: [illegible] effugere ad montem, ne fortè me insequatur hoc malum, & [illegible].

20 [28] En ciuitas hæc [illegible], vt illuc confugiam, paruula enim est, [illegible]: [illegible] non paruula est? [illegible] anima mea.

3 compulit eos nimium in modũ, & declinauerunt ad eum.
4 coxit
5 Heb. ab extremo. Subaudi, vrbis. Id est, qui habitabant in extrema parte vrbis.
6 ad ostium.
7 Heb. facite illis quod bonum fuerit in oculis vestris, i. abutimini illis prout vobis libuerit.
8 tantum.
9 tigni mei. Id est, In domum meam. Hebraismus.
10 Accede hinc.
11 Vnicus venit vt habitaret, & iudicat iudicando? Hoc genus loquendi quasi dicat, Solus venit vt habitaret apud nos, & vult esse iudex noster? Vel, Venitne iste peregrinus vt iudicet nos?
12 attraxerunt
13 Heb. homines illos qui (erant) ad ostium dom[us] percusserunt cæcitate à paruo vsque ad magnũ & fatigati sunt vt inuenirent ostium, vel, [illegible]
19 Heb. Præterea quis tibi hîc q.d. Quos hic adhuc alios habes præter hos quos hic vides.
[illegible]
17 vel, acceperant filias eius, & acceperant sibi in vxores.
[illegible]

B 4

20 vel, quæ habes in promptu. Vel, filiasque inueniuntur. 21 vel, in punitione ciuitatis. 22 Heb. [illegible] Domini [illegible] illum, [illegible] Dominum [illegible] Lot [illegible] ciuitates. 24 Saluum te fac [illegible] Similis loquendi modus Luc. [illegible] mini mei, nequaquam [illegible] conseruandam animam meam. Alterum [illegible] hoc est, maxime misericors fuisti erga me. Heb. [illegible] 28 [illegible] 29 Heb. Vere [illegible] illa est parua. Obsecro vt saluer in ea, numquid nõ exigua res est & viuet anima mea. Vel, [illegible] & illa est parua [illegible]

21 *Et dixit ad eum, En [30] in hac quoque te exaudiui te, [31] vt nolim subuertere oppidulum illud de quo locutus.*

22 *Festina, & illic seruare: neque enim facere possum quidquam, donec tu illuc venias: & hanc ob causam, [32] appellatum est nomen oppiduli illius Zoar.*

23 *Porrò Sol [33] ortus iam erat super terram, quum Lot veniret Zoar.*

24 *[34] Pluit igitur Dominus super Sodomam & Gomorrham sulphure & igni à Domino de cælo,*

25 *Et subuertit ciuitates illas, & totam illam planitiem, omnes quoque habitatores illarum vrbium, simulq; germen terræ.*

26 *[35] Vxor verò Lot retrospectauit post illum, & facta est [36] statua salis.*

27 *Abraham verò summo mane consurgens, [properat] ad eum locum [37] vbi steterat coram Domino.*

28 *Et prospiciens versus Sodomam & Gomorrham, versus vniuersam terram istius planiciei, & en vapor [38] illius terræ ascendebat, quemadmodum vapor fornacis calcariæ.*

29 *Cumq; perderet Deus ciuitates illius planitiei, recordatus est Deus Abrahæ, [39] vt eximeret Lot ex ipsa subuersione, qua subuertit ciuitates illas, in quibus Lot habitabat.*

30 *Ascendit verò Lot de Zoar, habitauitq; in monte, vnà cum duabus filiabus suis: timuit enim habitare in Zoar, habitauit ergo in spelunca ipse & duæ filiæ eius.*

31 *Dixit autem primogenita ad natu minorem, Pater noster senuit, neque vir superest in terra, [40] qui nos ducat more vniuersæ terræ.*

32 *[41] Adesto, [42] demus vinum bibere patri nostro, dormiemusq; cum eo, [43] vt seruemus semen è patre nostro.*

33 *Nocte itaque illa dederunt vinum bibere patri suo, ingressaq; est primogenita & dormiuit cum patre suo: ille verò non [44] animaduertit neque dum filia accumberet, neque dum surgeret.*

34 *Postera die dicebat maior natu ad minorem, En ego dormiui heri cum patre meo. [42] demus ei vinum & hac nocte, & veni tu, & dormi cum eo, vt seruemus semen è patre nostro?*

35 *Dederunt ergo vinum patri suo etiam illa nocte, surgensque minor natu dormiuit cum eo: at ipse nõ [44] aduertit neq; quando illa accubuit, neque quando surrexit.*

36 *Et conceperunt duæ filiæ Lot, ex patre suo.*

37 *Peperit autem primogenita filium, & appellauit nomen eius Moab, is est [45] pater Moabitarum vsque in hunc diem.*

38 *Sed & minor natu peperit filium: appellauitque nomen eius Ben-ami, is est author filiorum Amon vsq; in præsentem diem.*

21 Dixitque ad eum, Ecce etiam in hoc suscepi preces tuas, vt non subuertam vrbem, pro qua locutus es. — E — Sapien. 10. a

22 Festina, & saluare ibi: quia nõ potero facere quicquam, donec ingrediaris illuc. Idcirco vocatum est nomen vrbis illius Segor. — *Sodomorum interitus:*

23 Sol egressus est super terram, & Lot ingressus est Segor.

24 ‖ Igitur Dominus pluit super Sodomam & Gomorrham sulphur & ignem, à Domino de cœlo: — Esa. 13. d; Iere. 50. f; Ezech. 16. f; Osee 11. c; Amos 4. d; Luc. 17. f; Iudæ 1. c

25 Et subuertit ciuitates has & omnem circà regionem, vniuersos habitatores vrbium, & cuncta terræ virentia.

26 Respiciénsque vxor eius post se, versa est in statuam salis. — *Vxor Lot in statuam salis versa.*

27 Abraham autem consurgens manè vbi steterat prius cum Domino, — Luc. 17. g. supr. 18. a

28 Intuitus est Sodomam & Gomorrham, & vniuersam terram regionis illius: viditque ascendentem fauillam de terra quasi fornacis fumum. — F

29 Cùm enim subuerteret Deus ciuitates regionis illius, recordatus est Abrahæ & liberauit Lot de subuersione vrbium in quibus habitauerat. — *Propter Abraham liberatus est Lot.*

30 Ascenditq; Lot de Segor, & mansit in monte, duæ quoque filiæ eius cum eo (timuerat enim manere in Segor) & mansit in spelunca ipse, & duæ filiæ eius cum eo. — *Lot egreditur Segor. Crimẽ incestus Lot cum filiabus.*

31 Dixitq; maior ad minorem, Pater noster senex est, & nullus virorum remãsit in terra, qui possit ingredi ad nos iuxta morem vniuersæ terræ.

32 Veni, inebriemus eum vino, dormiamúsque cum eo: vt seruare possimus ex patre nostro semen. — G

33 Dederunt itaque patri suo bibere vinum nocte illa. Et ingressa est maior, dormiuitque cum patre: at ille non sensit nec quando accubuit filia, nec quando surrexit.

34 Altera quoque die dixit maior ad minorem, Ecce dormiui heri cum patre meo: demus ei bibere vinum etiam hac nocte, & dormies cum eo, vt saluemus semen de patre nostro.

35 Dederúntq; etiam & illa nocte patri suo bibere vinum, ingressáq; minor filia, dormiuit cum eo: & nec tunc quidem sensit quando concubuerit, vel quando illa surrexit.

36 Conceperunt ergo duæ filiæ Lot de patre suo,

37 Peperitque maior filium, & vocauit nomen eius Moab: Ipse est pater Moabitarum vsque in præsentem diem. — *Moab.*

38 Minor quoque peperit filium, & vocauit nomen eius Ammon, id est filius populi mei: ipse est pater Ammonitarum vsque hodie. — *Ammon.*

30 Hebr. in hoc suscepi faciem tuam.
31 id est, vt non subuertam vrbẽ hanc, de qua, vel, pro qua exaudiui te in hac re.
32 Heb. vocauit nomen vrbis &c. Id est, is qui illi nomen indidit, vocauit Segor. Hoc est, vocaueruntque nomen illius Segor.
33 egrediebatur
34 Hebraismus est, Pluit Dominus à Domino de cælo, pro Dominus pluit à se de cælo.
35 Respiciensq; vxor eius post illum. Id est, auersa à tergo illius, respexit post eũ. Ipsa enim illum sequebatur.
36 vel, in cumulum salis. Hoc est in statuam incorruptibilem, perpetuam, ineternum, q. d. mutata est in statuam quæ esset perpetuum incredulitatis exemplum. Ad hunc modum dicitur Numer. 18. pactũ salis, id est, incorruptibile & immortale. Aut ad salis metallicum allusit, & electrum, qui nullo imbre liquescit, imo ad ædificandas domos est idoneus. Lege Plinium li. 31. cap. 7. vbi id tradit.
37 [illegible] ad locum ubi steterat antea [illegible].
38 [illegible] illa, hoc est regionis.
39 Heb. & emisit Lot de medio subuersionis quã subuerteret ciuitates illas, in quibus [illegible] est, in quarum vna habitabat Lot.
40 vt veniat ad nos, i. congrediatur nobiscum.
41 Verbum pro aduerbio, Eia age.
42 demus.
43 Heb. vt viuificemus, pro, vt suscitemus [illegible] hoc est excitem semen: hoc est [illegible] posteritatem ex patre nostro. Sic paulo post.
44 [illegible]
45 [illegible] Moabitæ [illegible]

CAPVT XX.

1 *PRofectus Abraham illinc in terram Australem, consedit inter Cades & inter Sur, inde q; fuit in Gerar.*

2 *Dixitq; Abraham de vxore sua, quod soror eius esset. Misit ergo rex Gerar Abi-melech, & tulit Saram.*

3 *Venit autem Deus ad Abi-melech per somnium noctu, & dixit ad eum, En tu [2] morieris propter mulierem quam tulisti: marito enim nupta est.*

4 *Abi-melech verò [3] non accesserat ad eam, & ait, Domine num gentem iustam quoque [4] interficies?*

5 *An non ipse dixit, Soror mea est? sed & ipsa dixit, Frater meus est: [5] in integritate cordis mei, & innocentia manuum mearum hoc feci?*

1 PRofectus inde Abraham in terram australem habitauit inter Cades & Sur: & peregrinatus est in Geraris. — A — *Peregrinatur Abraham Geraris, vbi rapitur eius vxor.*

2 Dixitque de Sara vxore sua. Soror mea est. Misit ergo Abi-melech rex Geraræ, & tulit eam.

3 Venit autem Deus ad Abimelech per somnium nocte, & ait illi, En morieris propter mulierem quam tulisti: habet enim virum. — *Obiurgatur Abimelech.*

4 Abi melech verò nõ tetigerat eam, & ait, Domine, num gentem & ignorantem & iustam interficies? — *Excusatio.*

5 Nónne ipse dixit mihi, Soror mea est, & ipsa ait, Frater meus est: in simplicitate cordis mei, & munditia manuum mearum feci hoc. — B

• 6 Dixit

XX.
1 Sub interrogantibus quæ esset ipsa. 2 morturus es, id est de vita tua. 3 non appropinquauerat illi. Latine, non fuerat congressus cum ea. 4 An [illegible] de Sodomitis. Gen pro familia. 5 id est, Cum illam retinui, simplicitate animo feci, non [illegible] me [illegible]

Ne peccet Abimelech seruat Deus.

6 Dixitque ad eum Deus, Et ego scio quòd simplici corde feceris: & ideo custodiui te ne peccares in me, & non dimisi vt tangeres eam.

Propheta Abraham.

7 Nunc ergo redde viro suo vxorem, & orabit pro te: quia propheta est, & viues, si autem nolueris reddere, scito quòd morte morieris tu & omnia quæ tua sunt.

8 Statimque de nocte consurgens Abi-melech, vocauit omnes seruos suos: & loquutus est vniuersa verba hæc in auribus eorum, timuerúntque omnes viri valde.

C

Abi-melech obiurgat ipsum Abraham.

9 Vocauit autem Abi-melech etiam Abraham, & dixit ei, Quid fecisti nobis? quid peccauimus in te, quia induxisti super me, & super regnū meum, peccatum grande? Quæ non debuisti facere, fecisti nobis.

10 Rursúmque expostulans ait, Quid vidisti, vt hoc faceres?

11 Respōdit Abraham, Cogitaui mecum dicens Forsitan non est timor Dei in loco isto, & interficient me propter vxorem meam,

Sara neptis Thare ex filio, & neptis Abrahæ ex fratre.

12 Aliàs autem & verè soror mea est, filia patris mei, & non filia matris meæ, & duxi eam in vxorem.

13 Postquam autem eduxit me Deus de domo patris mei, dixi ad eam, Hanc misericordiam facies mecum, In omni loco ad quem ingrediemur, dices quòd frater tuus sim.

D

Abi-melech cū donis reddit vxorem.

14 Tulit igitur Abi-melech oues & boues & seruos & ancillas, & dedit Abraham. reddiditque illi Saram, vxorem suam,

15 Et ait, Terra coram vobis est, vbicunque tibi placuerit, habita.

16 Saræ autem dixit, Ecce mille argenteos dedi fratri tuo: hoc erit tibi in velamē oculorū ad omnes qui tecum sunt: & quocunque perrexeris, memento te deprehensam.

Orat Abrahā pro Abimelech.

17 Orante autem Abraham, sanauit Deus Abimelech & vxorem, ancillásque eius: & pepererunt.

18 Concluserat enim Dominus omnem vuluam domus Abi-melech propter Saram vxorem Abrahæ.

6 Dixitq; ad eum Deus per somniū, Et hoc noui quòd in integritate cordis tui hoc feceris, atque ideo cohibui te quo minus peccares in me, nec permisi vt eā attingeres.

7 Nunc igitur restitue viro vxorem, est enim propheta, & pro te orabit, vt superstes viuas. Quod si non restitueris, hoc scito, certissime te moriturum, nec te solum, sed & omnia quæ habes.

8 Summo itaque mane surrexit Abi-melech, & conuocauit omnes seruos suos, & [6] loquutus est omnes hosce sermones coram auribus illorum, & timuerunt vehementer.

9 Post hoc vocauit Abi-melech Abrahamum, & dixit ei, Quid fecisti nobis? quid vero in te peccaui, quòd adduxisti super me & regnum meum peccatum tam grande?

10 [7] Commisisti aduersum me quæ committere minime conueniebat.

11 Et dixit [8] Abi-melech ad Abrahā, Quid spectasti, vt rem istam designares? Respondit Abraham, [9] Cogitaui, Fortassis non viget timor Dei in isto loco: fiet ergo, vt me propter vxorem meam interficiant.

12 [10] Atqui reuera soror mea est: nam filia est patris mei, tametsi filia matris meæ non sit, factaque est mihi vxor.

13 Cumq; [11] errare me faceret Deus à domo patris mei, dixi ad eam, [12] Hoc in me beneficium colloca, in omni loco ad quem sumus peruenturi, dic de me quòd frater sim tuus.

14 Tulit itaque Abi-melech oues & boues, seruos & ancillas, & dedit ea Abrahæ, reddiditq; illi Saram vxorem suam.

15 Dixitq; Abi-melech, Ecce terra mea [13] tibi patet: habita vbi tibi visum fuerit.

16 Ad Saram autem dixit, En dedi fratri tuo mille argenteos, [14] idque pro velamento erit oculis tuis, & euidens argumentum coram omnibus qui tecum sunt.

17 Orauit itaque Abraham ad Deum, & sanauit Deus Abi-melech & vxorem eius, atque ancillas eius: & pepererunt.

18 [15] Concluserat enim Dominus omnem vuluam domus Abi-melech propter Sarah vxorem Abrahami.

6 Modus loquēdi Hebraicus. Latine, Narrauit illis hæc omnia quæ illi dixerat Deus.
7 Hebr. Opera quæ non debuerunt fieri, fecisti mecū. 8 Adiecitque Abi-melech, & Abrahamo ait, Quid considerasti, vt hoc faceres? i. Quid tibi venit in mentē, vt hoc faceres?
9 Quia ita reputaui, Certe non est timor &c. Id est. Huius loci homines non timent Deum.
10 Præterea (vel Et etiam) in veritate soror mea est, &c. Soror ei fuit, sicut Lot frater eius. Dixit enim supra ca. 13. b. Fratres enim sumus, quia Lot [illegible] Thare pater Abrahæ genuit Aran. Aran autē genuit Saram. Ita Sara erat filia, i. neptis Thare patris Abrahæ. Nā apud Hebræos, nepos vocatur frater: & neptis, filia. Soror igitur mea est, i. neptis ex fratre [illegible] patris mei ex filio, non autē neptis matris meæ. nam Aran fratrē meū sustulit pater meus ex alia vxore, quàm ex matre mea. Alij sic interpretantur. Vere soror mea est, filia Thare patris mei, sed ex alia vxore, quā ex matre mea. Creditur enim Thare duas habuisse vxores, ex quarū altera Saram [illegible] altera Abrahamū & fratres eius.
11 [illegible] vel, peregrinari me fecerunt Dij [illegible] [illegible] & [illegible] fecerunt eam, [illegible] pluralis numero.
12 Heb. Hanc misericordiā fac ex mecū. Heb. Hoc mihi [illegible]
13 Hebraice [illegible]

CAPVT XXI.

A

Nascitur Isaac.
supr. 17. c. 16. b.
Galat. 4. c.
Heb. 11. c

1 Visitauit autem Dominus Saram sicut promiserat. & impleuit quæ loquutus est.

2 Concepitque, & peperit filium in senectute sua, tempore quo prædixerat ei Deus.

3 Vocauitque Abraham nomen filij sui quem genuit ei Sara Isaac.

supr. 17. d
Matt. 1.

4 Et circuncidit eum octauo die, sicut præceperat ei Deus.

5 Cum centum esset annorum, hac quippe ætate patris natus est Isaac.

Gratitudo animi Saræ.

6 Dixitque Sara, Risum fecit mihi Deus, & quicunque audierit, corridebit mihi.

7 Rursúmque ait, Quis auditurus crederet Abraham quod Sara lactaret filium quem peperit ei iam seni?

Dies ablactationis Isaac.

8 Creuit igitur puer, & ablactatus est: fecitque Abraham grande conuiuium in die ablactationis eius.

9 Cumque vidisset Sara filium Agar Ægyptiæ

1 Visitauit [1] autem Dominus Saram, quemadmodum promiserat, [2] præstititque Dominus Saræ quemadmodum fuerat loquutus.

2 Nam concepit & peperit Sarah ipsi Abrahæ filium [3] in senectute eius, idq; ad tempus definitum quod prædixerat ei Deus.

3 Et Abraham appellauit nomen filij sui qui sibi natus erat, & quem ei genuerat Sarah, Isaac.

4 Circuncidit quoq; Abraham filium suū, quū esset natus dies octo, quemadmodum præceperat illi Deus.

5 Porrò Abraham ipse natus erat centum annos, cum nasceretur ei Isaac filius suus.

6 Sarah vero dixit, Deus fecit mihi [4] gaudium, vt omnis qui audierit, congratuletur mihi.

7 Dixitq; [5] Quis diceret Abrahæ, Sara lactat filios, & quod genuerim filium in senectute sua?

8 Creuit itaque puer, & ablactatus est, instruxitq; Abraham conuiuium magnum eodem die quo ablactatus est Isaac.

9 Vidit autem Sarah filium Hagar Ægyptiæ, quem

bono in oculis tui habita [illegible] habita. 14 certe ipse est tibi velamen [illegible] [illegible] nouerit, oculos à te auertet [illegible] postea dicentes se fratrem esse Abrahami. [illegible] Seipsum verbis sequentibus declarat [illegible] repetitionem [illegible] Visitauit Saram Dominus sicut promiserat & Fecit [illegible] [illegible] adduxit me gaudio, lætam me reddidit quicunque [illegible] [illegible] esse filium? nam peperi filium senectuti [illegible] [illegible] [illegible] vel, Cum autem creuisset puer, ablactatus est, [illegible]

7 genuerat Abrahæ in senectute.

10 [illegible] dixit ad Abrahamum, Eiice ancillam hanc, [illegible]: nam non enim ipsius ancillæ non erit hæres cum filio meo, cum Isaac.

11 [illegible] autem hic sermo Abrahamo vehementer, idque filii sui causa.

12 Dixitque Deus ad Abraham, Ne doleat tibi de puero & de ancilla tua: Obtempera voci Saræ in omnibus quæ dixerit tibi. In Isaac enim vocabitur tibi semen?

13 Quin & filium ancillæ faciam in gentem: siquidem semen tuum est.

14 Surrexit itaque Abraham diluculo, & tulit panem ac utrem aquæ, dedit Hagar, imponens humero eius; puerum quoque ei dedit, & amandauit eam: quæ abiens errauit in deserto Beer-seba.

15 Cumque iam consumptæ essent aquæ utris, proiecit puerum sub virgultum quoddam. Ipsa [illegible] abiens consedit è regione procul, quantum est teli iactus: dixit enim,

16 Non possum videre mortem pueri. sedensque è regione sustulit vocem suam & fleuit.

17 Audiuit autem Deus eiulatum pueri, vocauitque angelus Dei Hagar de cælo, & dixit ad eam, Quid est tibi Hagar? Ne metuas: quoniam exaudiuit Deus eiulatum pueri, eodem loci vbi est.

18 Surge, tolle puerum, & manu tua eum apprehende: quoniam faciam eum in Gentem magnam.

19 Et aperuit Deus oculos eius, ut videret fontem aquarum: abiit ergo & impleuit utrem aqua, deditque potum puero.

20 Adfuit autem Deus puero, & creuit, habitauitque in solitudine, fuitque iaculandi peritus.

21 Habitauit autem in deserto Pharaan, & accepit illi mater sua vxorem ex Ægypto.

22 Eodem tempore conuenerunt Abrahamum Abimélech [rex] & Phicol summus imperator eius, his verbis, Deus adest tibi in cunctis quæ tu facis!

23 Iura igitur mihi hic per Deum, ne dolo malo mecum, cum prole ac posteris meis agas: iuxta beneficentiam qua tecum egi, tu quoque mecum agas, & cum terra in qua tu incola [illegible].

24 Dixitque Abraham, Ego iurabo.

25 Arguit autem Abraham regem Abi-mélech de causa putei aquæ, quem vi eripuerant serui Abi-mélech.

26 Et dixit Abi-mélech, Nescio quis istam rem fecerit, neque etiam tu mihi indicasti, neque ego unquam de hac re audiui quidquam nisi hodie.

27 Accepit vero Abraham oues & boues, deditque Abi-mélecho: fœderunt que ambo [illegible] fœdus.

28 Et Abraham statuit septem agnas ouium seorsum.

29 Dixit autem Abi-mélech ad Abrahamum, Quid sibi volunt septem istæ agnæ quas seorsum statuisti? Respondit,

30 Quia septem istas agnas accipies de manu mea, ut sint mihi testes quod ipsum puteum foderim.

31 Idcirco loco illi nomen inditum est Beer-seba, quod vterque ibi iurasset.

32 Sancito itaque fœdere in Beer-seba, surrexit Abi-mélech, & summus imperator eius Phichol, & reuersi sunt in terram Palæstinorum.

33 Conseuit autem [Abraham] arboretum in Beer-seba, inuocauitque ibidem nomen Domini Dei æterni.

34 Incola itaque fuit Abraham in Palæstina diebus multis.

ludentem cum Isaac filio suo,

10 Dixit ad Abraham, Eiice ancillam hanc, & B
filium eius. non enim erit hæres filius ancillæ cum
filio meo Isaac.

11 Dure accepit hoc Abraham pro filio suo.

12 Cui dixit Deus, Non tibi videatur asperū super
puero & super ancilla tua: omnia quæ dixerit tibi
Sara, audi vocem eius: quia in Isaac vocabitur tibi semen.

13 Sed & filium ancillæ faciam in gentem magnam, quia semen tuum est.

14 Surrexit itaque Abraham mane: & tollens
panem & vtrem aquæ, imposuit scapulæ eius, tradiditque puerum, & dimisit eam. Quæ cum abiisset,
errabat in solitudine Ber-sabee.

15 Cumque consumpta esset aqua in vtre,
abiecit puerum subter vnam arborem quæ ibi
erat.

16 Et abiit, seditque è regione procul quantum
potest arcus iacere. dixit enim, Non videbo morientem puerum. & sedens contrà, leuauit vocem
suam, & fleuit.

17 Exaudiuit autem Deus vocem pueri. vocauit angelus Dei Agar de cælo dicens, Quid agis
Agar? noli timere: exaudiuit enim Deus vocem
pueri de loco in quo est. C

18 Surge, tolle puerum, & tene manum illius:
quia in Gentem magnam faciam eum:

19 Aperuitque oculos eius Deus: quæ videns puteum aquæ, abiit, & impleuit vtrem, deditque puero bibere.

20 Et fuit cum eo: qui creuit, & moratus est in
solitudine, factusque est iuuenis sagittarius.

21 Habitauitque in deserto Pharan, & accepit
illi mater sua vxorem de terra Ægypti.

22 Eodem tempore dixit Abi-mélech, & Phicol princeps exercitus eius ad Abraham, Deus tecū
est in vniuersis quæ agis.

23 Iura ergo per Deum, ne noceas mihi & posteris meis, stirpique meæ: sed iuxta misericordiam
quam feci tibi, facies mihi & terræ in qua versatus
es aduena.

24 Dixitque Abraham, Ego iurabo.

25 Et increpauit Abi-mélech propter puteum
aquæ quem vi abstulerant serui eius.

26 Respònditque Abi-mélech, Nesciui quis fecerit hanc rem: sed & tu non indicasti mihi, & ego nō
audiui præter hodie. D

27 Tulit itaque Abraham oues & boues, & deditque Abi-mélech: percusseruntque ambo fœdus.

28 Et statuit Abraham septem agnas gregis seorsum.

29 Cui dixit Abi-mélech, Quid sibi volunt septem agnæ istæ, quas stare fecisti seorsum?

30 At ille, Septem, inquit, agnas accipies de manu mea: vt sint mihi in testimonium quoniam ego
fodi puteum istum.

31 Idcirco vocatus est locus ille Ber-sabee: quia
ibi vterque iurauit.

32 Et inierunt fœdus pro puteo iuramenti. Surrexit autem Abi-mélech, & Phichol princeps exercitus eius, reuersique sunt in terram Palæstinorum.

33 Abraham vero plantauit nemus in Ber-sabee, & inuocauit ibi nomen Dei æterni.

34 Et fuit colonus terræ Palæstinorum diebus
multis

7 peperera. [illegible] aduentū [illegible] quidā doceat Hebræi [illegible] magnum cōuiuiū Abraham, [illegible] ipsi Abraham quod Dominus in senectute [illegible] filium [illegible] indicasse.

9 vel, Displicuit hoc in oculis Abrahæ propter filium suum. Cui dixit Deus, Nō displiceat tibi ob puerum & ancillam tuam. [illegible] Ne expectetur [illegible] filii [illegible] matrem.

10 Heb. quicquid dicet tibi Sara, acquiesce [illegible] vocem eius [illegible].

11 Hebraismus, hoc est, filii ac nepotes Isaac, dicentur filii ac nepotes tui, non autem qui ex Ismaele nascentur.

12 Hebraismus, faciam vt populi [illegible] ex eo.

13 Heb. sub vna arborum.

14 sub. discedens [illegible].

15 vel, dicet ad eum.

16 Hic [illegible] hoc loco.

[illegible]

19 vel, Iuxta [illegible] ... [illegible] pro [illegible] fecum [illegible] iurauit [illegible].

20 vel, Increpauit Abraham [illegible] Abi-mélech.

Gal. 4. d.

Veri filii Abrahæ ex Isaac. Rom. 9. b. Hebr. 11. d.

Eiicitur Agar cum Ismaele.

Angelus consolatur ipsam Agar.

Ab Ismaele populus magnus. * Deus.

Ismael sagittarius.

Fœdus Abimélech cum Abraham.

Sup. 20. d.

Abraham arguit ipsum Abi-mélech ob puteos ablatos.

Percutiunt fœdus inter se.

Ber-sabee.

Abraham plantat nemus, inuocat Deum. * Domini.

[illegible] Vel, Ita pepigit [illegible] fœdus [illegible]. Confœderauit Abraham cum Abi-mélech. 31 vocauit locum illum. Is fuit [illegible] qui indidit nomen loco illi, vocauit illam Beer-seba. Puteus septem. Sub [illegible] agnas quas post præstitum iuramentum, dedit septem agnas.

CAPVT

CAPVT XXII.

Iubetur Abraham immolare filium.
Iudith. 8. c.
Hebr. 11. d.

A 1 QVæ postquam gesta sunt, tentauit Deus Abraham, & dixit ad eum, Abraham, Abraham. At ille respondit, Adsum.

2 Ait illi, Tolle filium tuum vnigenitum quem diligis, Isaac, & vade in Terram visionis: atque ibi offeres eum in holocaustum super vnum montium, quem monstrauero tibi.

Obedientia Abrahæ erga verbum Dei.

3 Igitur Abraham de nocte consurgens strauit asinum suum: ducens secum duos iuuenes, & Isaac filium suum: cúmque concidisset ligna in holocaustum, abiit ad locum quem præceperat ei Deus.

4 Die autem tertio, eleuatis oculis, vidit locum procul.

5 Dixítque ad pueros suos, Expectate hic cum asino: ego autem & puer illuc vsque properantes, postquam adorauerimus, reuertemur ad vos.

6 Tulit quoque ligna holocausti, & imposuit super Isaac filium suum: ipse verò portabat in manibus ignem & gladium. Cúmque duo pergerent

B simul,

Typus CHRISTI Isaac.

7 Dixit Isaac patri suo, Pater mi. At ille respondit, Quid vis fili? Ecce inquit, ignis & ligna: vbi est victima holocausti?

8 Dixit autem Abraham, Deus prouidebit sibi victimam holocausti, fili mi. Pergebant ergo pariter.

Abraham immolat Isaac filium.
Iacob. 2. d.

9 Et venerunt ad locum, quem ostenderat ei Deus, in quo ædificauit altare, & desuper ligna composuit: cúmque alligasset Isaac filium suum, posuit eum in altare super struem lignorum.

10 Extendítque manum, & arripuit gladium vt immolaret filium suum.

11 Et ecce angelus Domini de cælo clamauit,

C dicens, Abraham, Abraham. Qui respondit, Adsum.

12 Dixítque ei, Non extendas manum tuam super puerum, neque facias illi quicquam: nunc cognoui quod timeas * Dominum, & non pepercisti vnigenito filio tuo propter me.

** Deum,*
Timens Deum, Abraham.

13 Leuauit Abraham oculos suos, viditque post tergum arietem inter vepres, hærentem cornibus: quem assumens obtulit holocaustum pro filio.

14 Appellauítque nomen loci illius, Dominus videt. Vnde vsque hodie dicitur, In monte Dominus videbit.

Benedicitur Abraham.
Psal. 104. a.
Luc. 1. g.
[illegible]
[illegible]
[illegible]
Eccl. 1. a.

15 Vocauit autem angelus Domini Abraham secundo de cælo,

16 Dicens, Per memetipsum iuraui, dicit Dominus: quia fecisti hanc rem, & non pepercisti filio tuo vnigenito propter me,

17 Benedicam tibi, & multiplicabo semen tu-

D um sicut stellas cæli, & velut arenam quæ est in littore maris: possidebit semen tuum portas inimicorum suorum,

18 Et BENEDICENTVR in semine tuo omnes gentes terræ, quia obedisti voci meæ.

CHRISTVS,
Sup. 12. a. 18. c.
Infr. 26. a.
Alter. 3. d.
Eccl. 44. d.
Filii Nachor ex Melcha.
Bathuel.
Rebecca.
Roma.

19 Reuersus est Abraham ad pueros suos: abieruntque Bersabee simul, & habitauit ibi.

20 His itaque gestis nunciatum est Abrahæ, quòd Melcha quoque genuisset filios Nachor fratri suo,

21 Hus primogenitum, & Buz fratrem eius, & Camuel patrem Syrorum,

22 Et Cased, & Azau, Pheldas quoque & Iedlaph,

23 Ac Bathuel, de quo nata est Rebecca. octo istos genuit Melcha, Nachor fratri Abrahæ.

24 Concubina verò illius nomine Roma, peperit Gaham & Thaas & Maacha.

1 POST hæc gesta tentauit Deus Abrahamum, dicebatque ad eum, Abraham. Et respondit, En præsto sum.

2 Et ait, Tolle nunc filium tuum, [illegible] illum tuum, quem vnice amas, Isaac nempe, [illegible] in [1] terram Moria, [2] & sacrifica eum, ibidem holocaustum super vnum montium, quem tibi indicauero.

3 Surgens itaque Abraham diluculo, instrato asino suo, accepit secum duos pueros suos, & Isaac filium suum. deinde diffidit ligna ad holocaustum: surrexit præterea & abiit ad locum de quo dixerat illi Deus.

4 Tertio die sublatis oculis suis Abraham, vidit locum illum à longe.

5 Dixitque Abraham ad pueros suos, Vos manete hic cum asino, ego vero & puer ibimus illuc vsque adoraturi, deinde reuertemur ad vos.

6 Accepit itaque Abraham ligna holocausti, & imposuit ea Isaac filio suo, Ipse vero manu sua ignem gestabat & cultrum, profectique sunt duo illi simul.

7 Dixit ergo Isaac ad patrem suum, Pater mi. Qui respondit, Præsto sum fili mi. Et dixit, En ignis & ligna, vbi vero pecus est pro holocausto?

8 Respondit Abraham, Deus prouidebit sibi pecus in holocaustum mi fili. Perrexerunt autem ambo illi vnà.

9 Quumque venissent ad locum de quo Deus illi dixerat, extruxit ibi Abraham aram, [a] rogum struit. Isaac filium suum colligat, Imponitque illum rogo, qui erat in ara.

10 Extenta deinde manu Abraham, apprehendit cultrum, vt mactaret filium suum.

11 Angelus autem Domini clamauit ad eum è cælo his verbis, Abraham, Abraham, Qui respondit, En adsum.

12 Angelus autem ait, Ne extendas manum tuam in puerum, neque facias illi quicquam, iam enim cognoui, quod timeas Deum, quem & [illegible] tuo, vnico [illegible], propter me nihil [illegible] peperceris.

13 Sublatis itaque oculis suis Abraham, [4] respexit, [5] & en aries retro [6] implicitus erat vepreto cum [illegible] suis. Et abiit Abraham [illegible], arietem illum, & immolauit eum, holocaustum pro filio suo.

14 Nominauit autem Abraham nomen loci [illegible] Dominus [7] videbit: [8] quamobrem etiamnum hodie dicitur, In monte Dominus videbitur.

15 Angelus autem Domini vocauit Abrahamum secundo de cælo.

16 Dixitque, Per memetipsum iuraui dicit Dominus, quandoquidem rem hanc fecisti, [9] nec pepercisti [illegible] tuo, [illegible] tuo.

17 [10] Certissimè, benedicam [illegible], & multiplicabo vehementer semen tuum, quemadmodum [illegible] cæli, & arenam quæ [illegible] maris:

18 [illegible] semen tuum [11] portam [illegible] [12] benedicent denique [illegible] in semine tuo omnes gentes orbis, eo quod vocem meam audieris.

19 Reuersus est itaque Abraham ad pueros suos, & surgentes [illegible] pariter in Beer-seba, habitauitque Abraham in Beer-seba.

20 [1] Factum est autem post hæc negotia, vt Abrahæ nunciaretur [illegible], En & ipsa Milcha peperit filios fratri tuo Nahor.

21 Nempe Huz primogenitum suum, Buz fratrem eius, [illegible] patrem [illegible].

22 [illegible], Haso, Pildas, [illegible] atque Bathuel.

23 [illegible] Bethuel genuit Rebeccam, [illegible] genuit Milcha Nahor fratri Abrahæ.

24 Sed & concubina eius nomine Reuma genuit etiam Tebah, Gaham, Tahas & Maacha.

XXII.
1 De loco isto inter omnes Iudæos conuenit, quod sit locus in quo Cain [illegible] Abel, & postea Noe [illegible] vbi & Salomon [illegible] templū fuit extructum. Moria autem [illegible] Dei significat [illegible] visione [illegible] Chaldæa paraph. interpretatur terra Moria, terram diuini cultus.
2 Hebr. ordinat ligna.
3 Heb. posuitque eum super ligna.
4 vel, circumspexit.
5 vel, à tergo, sub. ipsius Abrahæ.
6 vel, detentus inter virgulta perplexa. aut, arbusta densa & implicata.
7 prouidebit. Hoc dicit, videt miraculo quod Dominus [illegible] prouidebit [illegible] respondebat paulo ante Isaac filio suo interroganti. Dominus videbit [illegible] prouidebit sibi victimam in holocaustum.
8 de quo dicitur [illegible]
[illegible]
Prophetia erat quod illic Christus nasceretur & spiceretur [illegible] factus [illegible]. Habuit [illegible]
[illegible]
10 benedicēdo, benedicam [illegible] & multiplicando multiplicabo semen tuum, [illegible]

[illegible], & multiplicando [illegible]: Loquitur autem hic non tam de semine carnis, quam de semine spiritus. 11 i. propugnacula quæ in portis esse solent. [illegible]
Heb. [illegible] 12 Heb. benedicent super (vel propter) semen tuum omnes [illegible] Id est, [illegible] se fœlices & beatas propter semen [illegible]
[illegible] 24 [illegible] autem gestis renunciatum est Abrahæ.

CAPVT XXIII.

XXIII.

1 Latine ita verteretur, Cum autem Sara vixisset viginti septē annos (tot enim annos vixit) mortua tandem est in &c.

2 Quidam existimant Saram mortuam tunc absente Abrahamo: & propterea VENIT dixisse Mosen. Alii vero tedum putant, Cœpitque plangere, & flere eam.

3 vel, à conspectu mortui sui. i. cadaueris vxoris suæ defunctæ. Quasi dicat, Cū autem Abraham satis superque planxisset Sarā, relicto corpore, profectus est ad filios Heth, &c.

4 i. permittite vt sepeliam mortuum meum cum vestris.

5 Hebr. à facie mea. i. clatum è domo mea ad sepulchrum, ne pullea videam.

6 Heb. princeps Dei es apud nos. i. pro magno principe te habemus.

7 vel, cadauer tuum. i. [illegible] tuæ mortuæ sub. in eo sepulchro.

8 vel, adorauit populum terræ. i. gratias egit cū geniculatione, aut gestu corporis dec[illegible] populo regionis.

9 Heb. Si est in animabus vestris. i. si vobis placet. Hebraica phrasis.

10 Heb. à facie mea. i. vt efferam illam è domo mea ad sepulchrum.

11 vel, intercedite pro me apud Ephronem.

12 Heb. speluncam Machpelah. i. duplicitatis: hoc est duplicē.

1 VIxit [1] autem Sarah centum vigintiseptem annis.

2 Tot fuerunt anni totius vitæ Saræ. Et mortua
est Sara in [1] Kiriath-arba: hæc eadem est Hebron in terra
Chanaan: [2] venitq; Abraham vt lugeret Saram, deflevitque
eam.

3 Surgens itaq; Abraham [3] a funere suo, loquutus est
ad Hethaos in hanc sententiam.

4 Peregrinus & incola sum apud vos, [4] date mihi possessionem
sepulchralem apud vos, vt sepeliam funus meum
[5] coram me.

5 Responderunt autem Hethæi Abrahæ, & dixerunt
ad eum.

6 Audite nos domine, [6] princeps diuinus es tu inter
nos, in selectissimo monumentorum sepeli funus tuum, nemo
ex nobis prohibebit tibi sepulchrum suum, quo minus sepelias
[7] funus tuum.

7 Surgens autem Abraham, [8] incuruauit se coram
populo istius regionis, nempe coram Hethæis.

8 Porrò loquutus est cum eis hisce verbis, [9] Si vobis
cordi est vt sepeliam funus meum [10] coram me, audite me,
& [11] conuenite mihi Ephronem filium Zohar.

9 Vt det mihi [12] speluncam duplicem quam habet,
quæ scilicet est in extremitate agri sui, [13] & eam det mihi
pro iusto pretio vt sit possessio sepulchralis. Ephron verò
habitabat inter Hethæos.

10 Ephron ergo Hethæus Abrahamo respondit, [14] audientibus
hoc Hethæis vniuersis scilicet, qui ingrediebantur
portam oppidi sui, & dixit.

11 Nequaquam mihi domine, audi me potius, do tibi
agrum, do quoq; tibi speluncam, & eam do tibi [15] coram
populo meo, vt sepelias funus tuum.

12 [16] Incuruauit se Abraham coram populo regionis,

13 Et loquutus est ad Ephronem audiente hoc populo
istius regionis in hanc sententiam, [17] Tandem si tu mihi
auscultares, ego do pretium agri, hoc accipe a me, & tum
sepeliam funus meum illic.

14 Rursum respondit Ephron Abrahamo & dixit.

15 Mihi ausculta, mi domine, [18] terra hæc quadringentorum
siclorum argenti est: quid hoc autem est inter
me & te? funus ergo tuum sepeli.

16 Obtemperat igitur Abraham Ephroni, expenso argento
quod indicarat Ephron, idque audientibus Hethæis,
quadringentis nempe siclis [19] argenti, publica & probata
moneta.

17 Ager itaq; Ephronis, [20] in quo duplex spelunca erat,
e regione Mamre, ager inquam & spelunca quæ erat
in eo, sed & omnia ligna in agro & vniuersis finibus eius
circumquaque.

18 Abrahæ in possessionem cessit, præsentibus Hethæis,
vniuersis [scilicet] qui portam oppidi illius ingrediuntur.

19 Post hæc sepeliuit Abraham Saram vxorem suam
[21] in speluncam agri duplicem, e regione Mamre, hæc
est Hebron in terra Chanaan.

20 [22] Accessit itaque ager & spelunca quæ in eo erat,
ipsi Abrahæ in possessionem sepulchralem ab Hethæis.

1 VIxit autem Sara centum vigintiseptem annis. A
Saram mortuam plangit Abraham.
2 Et mortua est in Ciuitate-Arbee, quæ est
Hebron, in terra Chanaan: venitque Abraham vt
plangeret & fleret eam.
3 Cùmque surrexisset ab officio funeris, locutus
est ad filios Heth, dicens.
4 Aduena sum & peregrinus apud vos: date mihi
ius sepulchri vobiscum, vt sepeliam mortuum meum.
5 Responderunt filii Heth, dicentes.
6 Audi nos domine, princeps Dei es apud nos: in
electis sepulchris nostris sepeli mortuū tuum, nul- B
lúsq; te prohibere poterit, quin in monumento eius
sepelias mortuum tuum.
7 Surrexit Abraham, & adorauit populum terræ,
Emit agrum sepulturæ à filiis Heth.
filios videlicet Heth:
8 Dixitque ad eos, Si placet animæ vestræ, vt sepeliam
mortuum meum, audite me, & intercedite
pro me apud Ephron, filium Seor:
9 Vt det mihi speluncam duplicem, quam habet
in extrema parte agri sui, pecunia digna tradat
eam mihi coram vobis in possessionem sepulchri.
10 Habitabat autem Ephron in medio filiorum
Heth. Respondítq; Ephron ad Abraham cunctis audientibus,
qui ingrediebantur portam ciuitatis illius,
dicens.
11 Nequaquam ita fiet domine mi, sed tu magis C
ausculta quod loquor, Agrum trado tibi, & speluncam
quæ in eo est, præsentibus filiis populi mei, sepeli
mortuum tuum.
12 Adorauit Abraham coram Domino & populo
terræ.
13 Et locutus est ad Ephron circumstante plebe
eius, Quæso vt audias me, Dabo pecuniam pro
agro: suscipe eam, & sic sepeliam mortuum meum
in agro.
14 Respondítque Ephron.
15 Domine mi, audi me: terra quam postulas,
quadringentos siclos argenti valet: istud est pretiū
inter me & te: sed quantum est hoc? sepeli mortuum
tuum.
16 Quod cum audisset Abraham, appendit D
pecuniam quam Ephron postulauerat, audientibus
filiis Heth, quadringentos siclos argenti probatæ
monetæ publicæ.
17 Confirmatúsq; est ager quondam Ephronis in
quo erat spelunca duplex respiciens Mambre, tam ipse
quàm spelunca, & omnes arbores eius in cunctis
terminis eius per circuitum.
18 Abrahæ in possessioné, videntibus filiis Heth, &
cunctis qui intrabant portam ciuitatis illius.
19 Atq; ita sepeliuit Abraham Saram vxorem suā
in spelunca agri duplici, quæ respiciebat Mambre.
Vbi sepelitur Sara. Mābre quæ & Hebron.
hæc est Hebron in terra Chanaan.
20 Et confirmatus est ager & antrum quod erat in
eo, Abrahæ in possessionem monumenti a filiis
Heth.

Quidam existimant speluncam istam vocari duplicem ab agro in quo erat. Alii, quod spelunca fuerit intra speluncam. 13 Heb. pecunia inquam plena tradat eam [illegible] protium Hebræorum. 14 Heb. in auribus [illegible] Hethæi [illegible] &c. i. audientibus Hethæis & [illegible] publice & coram [illegible]. 15 Heb. in oculis filiorum populi mei, Hebraica phrasis, prouidentibus, audientibus, & præsentibus popularibus meis. 16 vel, Adorauit [illegible] populo terræ. i. incuruauit se populo terræ, gratias agens, siue, honore afficit Hethæos. 17 Heb. Sed si tu, quæso [illegible] dabo argentum pro agro. Multa subaudienda, videlicet, Non accipiam gratis: sed si tu id facturus es quod dicis, si tu daturus es mihi agrum [illegible], quæso ausculta me dabo &c. Alii aliud subaudiunt, Sed si tu gratis dederis mihi, non accipiam. Chaldæus paraphr. vertit, Attamen si tu [illegible] mihi [illegible], ausculta mihi, dabo precium pecuniæ &c. 18 terra quadringentos siclos argenti valet inter me & te, hoc est, ratione æquitatis, [illegible] tantum, q. d. alter non darem tam vili pretio. Quantum est hoc? q. d. paruo emis, si spectes loci amœnitatem & fertilitatem. 19 Heb. argenti transeuntis per mercatores. i. quod inter mercatores sine vlla controuersia recipiebatur. Chaldæus paraph. vertit, argenti quod recipiebatur pro [illegible] in vnaquaque prouincia. 20 vel, qui fuit erat in (loco qui dicebatur) Machpelah, in conspectu Mambre. Vide duodecimum numerum huius capitis. 21 in spelunca agri Machpelah. i. duplicitatis: hoc est, in spelunca duplici, quæ erat in agro Ephronis. 22 Confirmatus est.

CAPVT XXIIII.

A

Mittit Abraham seruum ad quærendā uxorem filio suo Isaac, quam ipsi Deus curat. Iurandi Hebræorum mos. inf. 47. g

1 Erat autem Abraham senex dierumque multorum: & Dominus in cunctis benedixerat ei.

2 Dixitque ad seruum seniorem domus suæ, qui præerat omnibus quæ habebat, Pone manum tuam subter femur meum:

3 Vt adiurem te per Dominum Deum cæli & terræ, vt non accipias vxorem filio meo de filiabus Chananæorum, inter quos habito:

4 Sed ad terram & cognationem meam proficiscaris: & inde accipias vxorem filio meo Isaac.

5 Respondit seruus, Si noluerit mulier venire mecum in terram hanc, nunquid reducere debeo filium tuum ad locum de quo tu egressus es?

6 Dixitque Abraham, Caue nequando reducas filium meum illuc.

Fides Abrahæ in promissiones Dei. sup. 12. b.

7 Dominus cæli & terræ, qui tulit me de domo patris mei, & de terra natiuitatis meæ, qui locutus est mihi, & iurauit mihi, dicens, Semini tuo dabo terram hanc: ipse mittet angelum suum coram te, & accipies inde vxorem filio meo.

8 Sin autem mulier noluerit sequi te, non teneberis iuramēto: filium meū tantū ne reducas illuc.

9 Posuit ergo seruus manum sub femore Abraham domini sui, & iurauit illi super sermone hoc.

B

10 Tulitq. decem camelos de grege domini sui, & abiit, ex omnibus bonis eius portans secum, profectúsque perrexit in Mesopotamiam ad vrbem Nachor.

11 Cúmque camelos fecisset accumbere extra oppidum iuxta puteum aquæ vespere, eo tempore quo solent mulieres egredi ad hauriendam aquam,

** dixit,*

Oratio fidelis serui Abrahæ ad Deum.

12 * Orauit Dominū, dicens, Domine Deus domini mei Abraham, occurre obsecro mihi hodie, & fac misericordiam cum domino meo Abraham.

13 Ecce ergo sto prope fontem aquæ, & filiæ habitatorum huius ciuitatis egredientur ad hauriendam aquam.

14 Igitur puella cui ego dixero, Inclina hydriam tuam vt bibam: & illa responderit, Bibe, quin & camelis tuis dabo potum: ipsa est quam præparasti seruo tuo Isaac, & per hoc intelligam quòd feceris misericordiam cum domino meo Abrahā.*

Sermo nescienti offertur Rebecca virgo pulcherrima.

** sua.*

15 Necdum intra se verba compleuerat, & ecce Rebecca egrediebatur filia Bathuel filii Melchæ vxoris Nachor fratris Abraham, habens hydriam in scapula.*

16 Puella decóra nimis, virgóque pulcherrima, & incognita viro: descenderat autem ad fontem, & impleuerat hydriam, ac reuertebatur.

17 Occurritque ei seruus, & ait, Pauxillū aquæ mihi ad bibendum præbe de hydria tua.

Rebecca in verbis modestia.

18 Quæ respondit, Bibe domine mi: Celeriterq; deposuit hydriam super vlnam suam, & dedit ei potum.

C

19 Cúmque ille bibisset, adiecit, Quin & camelis tuis hauriam aquam, donec cuncti bibant.

20 Effundénsque hydriam in canalibus, recurrit ad puteum vt hauriret aquam: & haustam omnibus camelis dedit.

21 Ipse autem contemplabatur eam tacitus, scire volens vtrū prosperum iter suum fecisset Deus, an non.

** Dominus.*

22 Postquam autem biberunt cameli, protulit vir inaures aureas, appendentes siclos duos: & armillas totidem pondo siclorum decem.

23 Dixitq. ad eam, Cuius es filia? indica mihi: est in domo patris tui locus ad manendum?

** Melcha, quē peperit Nachor.*

24 Quæ respondit, Filia sum Bathuelis filii * Nachor, quem peperit ei Melcha.

25 Et addidit, dicens, Palearū quoque & fœni plurimū est apud nos, & loc⁹ spatiosus ad manēdū.

1 Abraham senex iam erat & prouectus ætatis, & Dominus benedixerat Abrahamo in cunctis.

2 Dixit ergo Abrahamus ad seruum suum, seniorem domus suæ, qui præerat omnibus quæ habebat, [2] Pone quæso manum tuam sub femur meum,

3 [3] Iuramentoque te per Dominum Deum cæli & terræ astringam, ne accipias vxorem filio meo de filiabus Chanaan, inter quos ego habito,

4 Sed petas terram meam [4] natalémque meum solum, & illinc vxorem filio meo Isaac adducas.

5 Dixit vero seruus ad eum, Forsitan mulier illa me sequi noluerit, vt veniat in hanc regionem, reducámne filium tuum in terram de qua tu egressus es?

6 Cui respondit Abraham, Caue ne filium meum illuc reducas.

7 Dominus Deus cæli, qui tulit me de domo patris mei, & de patrio meo solo, & qui loquutus est ad me, quíque iurauit mihi, dicens, Semini tuo dabo istam terram, is mittet angelum suum ante te, vt adducas inde vxorem filio meo.

8 Quòd si mulier te sequi nolit, tunc liber eris ab hoc [5] meo iuramento, [6] modò ne filium meum illuc reducas.

9 Admouit igitur seruus manum suam subtus femur Abrahami domini sui, & ei [7] hac de re iurauit.

10 Et accipiens seruus decem camelos de camelis domini sui, abiit: (erat enim [8] omne bonum domini sui in potestate sua,) & surgens abiit [9] in Aram naharaim ad vrbem [10] Nahor.

11 Porrò camelos fecit [11] accubare extra vrbem iuxta puteum aquæ sub tempus vespertinum, eo scilicet tempore quo solent egredi haurientes [puellæ.]

12 Dixitque, Domine Deus heri mei Abraham, [12] fac obsecro, [illegible] hodie, [13] bonitate tua prosequere herum meum Abraham.

13 En ego asto ad fontem aquæ, egrediunturque puellæ huius ciuitatis vt hauriant aquam.

14 [14] Puella itaque ad quam dixero, Inclina quæso [15] cadum tuum vt bibam, illaq. dixerit, Bibe, quin & camelis tuis potum dabo: [16] eam ipsam certissime explorasti seruo tuo Isaac, [17] atque hac ipsa sciam quòd beneficio prosequutus sis herum meum.

15 Priusquam vero finem loquendi faceret, en Rebecca egrediebatur, quæ nata erat Bethueli filio Milchæ vxoris Nahor fratris Abrahæ, ferebátque [18] cadum suum super humero suo.

16 Erat autem puella hæc specie permenusta, deinde & virgo, quam ne quidem vir vllus cognouerat. Hæc descendit ad fontem, impleuitque [18] cadum suum, & ascendit.

17 Seruus autem accurrens dixit, Potum præbe mihi quæso paululum aquæ ex cado tuo.

18 Quæ ait, Bibe domine mi, moxq. [19] deposito cado suo super manum suam, dedit illi potum.

19 Cumq. dedisset illi potum, dixit, Quin & camelis tuis hauriam, [20] donec abunde satis biberint.

20 Porrò festinanter effudit [21] cadum suum in canalem potatorium, & cucurrit iterum ad puteum vt hauriret, hausitq. omnibus camelis illius.

21 Vir autem [22] admiratione puellæ attonitus, tacitè secum expendit, fecissetne Dominus iter suum prosperum necne.

22 Quumque cameli [23] satis abunde poti erant, protulit vir inaurem auream dimidij sicli, & duas armillas super manus eius, [illegible] quarum pondus erat decem [siclorum] auri.

23 Dixitq. Filia cuius es? indica quæso mihi, estne locus nobis in domo patris tui ad pernoctandum?

24 Respondit ei, Filia sum Bethuelis filij Milchæ, quem peperit ipsi Nahor.

25 [24] Dixitq. ad eum, Etiam & pabulum & pabulum abunde est nobis, quin & locus ad pernoctandum.

26 In.b

XXIIII.

1 Heb. benedixerat.

2 Sic solebāt seruū agnoscere obedientiam. & hic mos obtinuerat adhuc apud Indos q.d. tu es mihi subiectus, tu es seruus meus.

3 vel, vt iurare te faciā per Dominum Deum, &c.

4 i. in Vr Chaldæorum.

5 i. mihi a te præstito.

6 tantum

7 i. se facturum quod petebat Abraham.

8 Singulare pro plurali. i. omnia quæque domini sui erant in potestate [illegible] rum fluuiorum, hoc est Mesopotamiam, quæ est inter Euphraten & Tigrim [illegible] tabat Nachor.

11 vel, recumbere.

12 Heb. occurrere. i. casu [illegible] mihi occurrat obsecro [illegible] Chaldæus paraphrastes vertit, præpara scilicet [illegible]

13 vel, misericordiam [illegible] cum domino [illegible]

14 Heb. igitur [illegible] vt puella &c.

15 hydriam, vel, [illegible]

16 Illam [illegible] præparasti [illegible] seruo &c.

17 atque hac ipsa re, vel, [illegible]

18 vel hydria tua.

19 deposita hydria.

20 Heb. donec finierint bibere.

21 [illegible]

22 Heb. obstupescebat [illegible] mirabatur [illegible]

23 Heb. finierunt bibere.

24 Adeptus & [illegible]

26 Inclinans vir ille verticem, adorauit Dominum, dixitq.

27 Laudandus Dominus Deus domini mei Abrahe,[25] qui non intermisit quin benitatem suam & fidem erga herum meum ostenderet: me enim, quum in via essem, ad domum fratrum domini mei deduxit Dominus.

28 Puella interim currens nunciauit[26] hæc in domo matris suæ.

29 Rebeccæ autem frater erat nomine Laban, qui cucurrit ad virum foras ad fontem:

30 [Viderat enim inaures & armillas in manibus sororis suæ audieratq. verba Rebeccæ, sororis suæ, dicentis. Sic loquutus est ad me vir ille.] & venit ad virum stantem apud fontem iuxta camelos,

31 Et dixit, Veni benedicte[27] Domini,[28] cur foris stas? ego præparaui intus locum pro camelis tuis.

32 Intrauit itaque vir ille domum, & camelis clitellas detraxit, dedit [Laban] stramentum ac pabulum pro camelis, & aquam vt lauaret pedes suos, pedesque virorum qui cum illo venerant.

33 Deinde[29] appositus ei cibum. Dixit autem [seruus] Non comedam,[30] donec negocia mea confecero. Qui dixit. Loquere.

34 Dixit ergo Seruus sum Abrahæ.

35 Locupletauit autem Dominus herum meum insigniter,[31] vt potens sit, deditq. illi greges & armenta, argentum & aurum seruos & ancillas, camelos & asinos

36 Peperit Sarah vxor heri mei peperit filium hero meo idque quum iam vetula esset, cui dedit omnia quæ habet.

37 Adegit que me herus meus iuramento, & dixit, Ne accipias filio meo vxorem de filiabus Chanaan, in cuius regione ego habito:

38 Sed vade ad domum patris mei, & ad cognationem meam, [inde] afferas filio meo vxorem.

39 Dixi autem ad herum meum. Fortasse nolit me sequi vxor.

40 Ad quod respondit mihi, Dominus[32] in cuius conspectu [hactenus] versatus sum, mittet angelum suum tecum, & prosperabit iter tuum,[33] vt afferas filio meo coniugem de cognatione mea, & de domo patris mei.

41 [34]Tunc absolutus eris à iuramento quo te adegi, si iueris ad cognationem meam, & ipsi tibi non dederint, iuramento quo te adegi liberaberis.

42 Ego itaque veni hodie ad fontem, & dixi, Domine Deus heri mei Abrahæ, si tu iter meum, quo proficiscor, prosperum feceris.

43 En ego sto ad fontem aquæ.[35] sic ergo fiat, puella quæ exierit aquam haustura, ad quam dixero; Potum præbe mihi, nempe pauculum aquæ[36] ex cado tuo:

44 Illaque responderit mihi, Et tu bibe, & etiam camelis tuis hauriam: hæc eadem sit coniunx quam certissime[37] destinauit Dominus filio heri mei.

45 [38] Priusquam verò finiuissem sic mecum in corde meo, en Rebecca egressa est, ferens[39] cadum suum in humero suo, descenditque in fontem & hausit aquam, dixique ad eam, Potum præbe mihi, obsecro.

46 Illa vero confestim,[40] cado suo à se deposito, dixit, Bibe, quin & camelis tuis potum dabo. Bibi ergo, camelis quoque ipsa potum dedit.

47 Interrogans autem eam dixi. Filia, cuius es tu? Respondit. Filia sum Bethuelis filij Nahor, quem illi peperit Milcha. Tum admoui faciei eius inaurem, & manibus eius armillas,

48 Inclinatoque vertice[41] gratias egi Domino, & laudaui Dominum Deum heri mei Abrahæ, qui me[42] recto itinere deduxit eum vt caperem filiam fratris heri mei filio eius.

26 Inclinauit se homo, & adorauit Dominum, dicens, — *Gratias agit Deo seruus.*

27 Benedictus Dominus Deus domini mei Abraham, qui non abstulit misericordiam & veritatem suam a domino meo, & recto itinere me perduxit in domum fratris domini mei.

28 Cucurrit itaque puella, & nunciauit in domum matris suæ omnia quæ audierat. — *Mirum studium Rebeccæ & Laban erga peregrinum.*

29 Habebat autem Rebecca fratrem nomine Laban, qui festinus egressus est ad hominem vbi erat fons. D

30 Cumque vidisset inaures & armillas in manibus sororis suæ, & audisset cuncta verba referentis, Hęc locutus est mihi homo: venit ad virum qui stabat iuxta camelos & prope fontem aquæ,

31 Dixitque ad eum, Ingredere benedicte Domini, cur foris stas? præparaui domum & locum camelis tuis.

32 Et introduxit eum in hospitium: ac destrauit camelos, deditque paleas & fœnum, & aquam ad lauandos pedes camelorum, & virorum qui venerant cum eo.

33 Et appositus est in conspectu eius panis. Qui ait, Non comedam, donec loquar sermones meos. Respondit ei, Loquere. — *Narrat seruus causas itineris, & quæ acciderint ei in itinere.*

34 At ille, Seruus, inquit, Abraham sum.

35 Et Dominus benedixit domino meo valde, magnificatusq; est: & dedit ei oues & boues, argentum & aurũ, seruos & ancillas, camelos & asinos. — *Benedictio Dei quid sit.*

36 Et peperit Sara vxor domini mei filium domino meo in senectute sua. deditque illi omnia quæ habuerat.

37 Et adiurauit me dominus meus dicens, Non accipies vxorem filio meo de filiabus Chananæorum, in quorum terra habito.

38 Sed ad domum patris mei perges, & de cognatione mea accipies vxorem filio meo.

39 Ego verò respondi domino meo, Quid si noluerit venire mecum mulier? E

40 Dominus ait, in cuius conspectu ambulo, mittet angelum suum tecum, & diriget viam tuam: accipiesque vxorem filio meo de cognatione mea, & de domo patris mei.

41 Innocens eris à maledictione mea cum veneris ad proximos meos, & non dederint tibi.

42 Veni ergo hodie ad fontem aquæ, & dixi. Domine Deus domini mei Abraham, si direxisti viam meam in qua nunc ambulo.

43 Ecce sto iuxta fontem aquæ, & virgo quæ egredietur ad hauriẽdam aquam audierit a me, Da mihi pauxillum aquæ ad bibendum, de hydria tua:

44 Et dixerit mihi, Et tu bibe, & camelis tuis hauriam: ipsa est mulier quam præparauit Dominus filio domini mei.

45 Dumque hæc tacitus mecum voluerem, apparuit Rebecca veniẽs cum hydria, quam portabat in scapula: descenditque ad fontem, & hausit aquam. Et aio ad eam. Da mihi paululum bibere.

46 Quæ festinans deposuit hydriam de humero, & dixit mihi, Et tu bibe, & camelis tuis tribuam potum. Bibi, & adaquauit camelos.

47 Interrogauique eam, & dixi, Cuius es filia? Quæ respondit, Filia Bathuelis sum filij Nachor, quem peperit ei Melcha. Suspendi itaque inaures ad ornandam faciem eius, & armillas posui in manibus eius.

48 Pronusque adoraui Dominum, benedicens Domino Deo domini mei Abraham, qui perduxit me recto itinere, vt sumerem ‖ filiam fratris domini mei filio eius. — F *Rebecca neptis Nachor ex filio.* sup. 20.c

49 Quam

25 Heb. qui non subtraxit misericordiam suam & veritatẽ suam a domino meo. [illegible] 26 Heb. secundũ verba hæc. [illegible] 27 [illegible] Domino. Hoc est, ô homo apud Deum gratiose [illegible]. 28 [illegible] foris stas, quum ego præparauerim domum & locum &c. 29 Heb. appositũ fuit coram illo ad comedẽdum. 30 Hebr. donec dixero sermones meos, i. donec exposuero, qua de causa huc venerim. 31 vel magnusq; effectus est: nam dedit &c. 32 Heb. in cuius [illegible] ambulaui. i. quẽ semper simul, & [illegible] mandata [illegible] Hebræus loquendi modus. 33 Heb. vt accipias vxorem filio [illegible]. 34 [illegible] 35 Heb. [illegible] 36 Hebr. ex hydria [illegible]. 37 Heb. [illegible] Hebraismus. Præparauit Dominus, pro Præparasti Domine. Tertia persona pro secunda. Alloquitur enim ipsum Dominũ. Ipsa sit mulier quã tu præparasti [illegible] domini mei [illegible] filij domini mei. 38 Heb. [illegible] loqui in corde meo, & ecce Rebecca &c. [illegible] loquendi Heb. [illegible] pro, Nondum hæc tacitus [illegible] mecum [illegible], ecce Rebecca venit. 39 hydriam.

40 deposita hydria sua è scapula sua, 41 Heb. adoraui Dominum, & benedixi Domino Deo, [illegible] 42 Heb. per viam veritatis

49 Quam ob rem si facitis misericordiam & veritatem cum domino meo, indicate mihi: sin autem aliud placet, & hoc dicite mihi, vt vadam ad dexteram, siue ad sinistram.

Deo omnia cōmittunt.

50 Responderūntq; Laban & Bathuel, A domino egressus est sermo: non possumus extra placitū eius quicquam aliud loqui tecum.

51 En Rebecca coram te est, tolle eam, & proficiscere, & sit vxor filii domini tui, sicut locutus est Dominus.

Munera ipsi Rebecca & parentibus ipsius offert seruus.

52 Quod cum audisset puer Abraham, procidens adorauit in terram Dominum.

53 Prolatisq; vasis argenteis, & aureis, ac vestibus, dedit Rebeccæ pro munere* fratribus quoq; eius, & matri dona obtulit.

** fratri*

54 Inito conuiuio vescentes pariter & bibentes, manserunt ibi. Surgens autem manè loquutus est puer, Dimitte me vt vadam ad Dominum meū.

55 Responderūntq; *fratres eius & mater, Maneat puella saltem decem dies apud nos, & postea proficiscetur.

** frater.*

G

56 Nolite, ait, me retinere, quia Domin⁹ direxit viam meā: dimittite me vt pergam ad dominū meū.

57 Et dixerunt, Vocemus puellam, & quæram⁹ ipsius voluntatem. Cùmq; vocata venisset, sciscitati sunt. Vis ire cum homine isto?

Rogatur puella consensus.

58 Quæ ait, Vadam.

Ducitur Rebecca ad Isaac.

59 Dimiserunt ergo eam, & nutricem illius Deboram, seruúmq; Abraham, & comites eius,

Benedicunt ipsi Rebeccæ parētes.

60 Imprecantes prospera sorori suæ, atq; dicentes. Soror nostra es, crescas in mille millia, & possideat semen tuum portas inimicorum suorum.

61 Igitur Rebecca, & puellæ illius ascensis camelis secutæ sunt virum: qui festinus reuertebatur ad dominum suum.

Isaac se exercet in agro sub noctem.

62 Eo autem tempore deambulabat Isaac per viam quæ ducit ad puteum, cuius nomen est Viuentis & videntis: habitabat enim in terra Australi.

Sup 16.d.

63 Et egressus fuerat ad meditandum in agro, inclinata iam die: cúmque eleuasset oculos, vidit camelos venientes procul.

64 Rebecca quoq; cōspecto Isaac, descendit de (camelo

65 Et ait ad puerum, Quis est ille homo qui venit per agrum in occursum nobis? Dixitq; ei ipse est dominus meus. At illa tollens cito pallium suum, operuit se.

66 Seruus autem cuncta quæ gesserat, narrauit domino suo Isaac.

Isaac accepit Rebeccam in vxorem.

67 Qui introduxit eam in tabernaculum Saræ matris suæ, & accepit eā vxorē: & intantum dilexit eam, vt dolorem qui ex morte matris eius acciderat, temperaret.

49 [43] Iā verò si vultis herum meum beneficiis & summa fide prosequi, [a] significate: si verò non vultis, iterum significate mihi, [44] vt vertam me aliorsum.

50 Respondit Laban atque Bethuel, & dixerunt, [45] Hoc negotium à Domino egressum est, [a] non possumus [46] quidquam contra te loqui.

51 Ecce Rebecca [47] coram te adest, [a] accipe & abi, sitque vxor filio heri tui, quemadmodum Dominus [48] loquutus est.

52 Factum est autem, vt audiuit seruus Abrahæ verba illorum, [49] inclinauit pronus ad terram, & gratias egit Domino.

53 Protulit autem seruus vasa argentea & aurea, atq; vestimenta, & dedit [ea] Rebeccæ. fratri autem eius ac matri dedit [50] dulces fructus.

54 Comederunt ergo & biberunt, ipse & viri qui cum ipso erant, & pernoctarunt. Mane cum surrexissent, dixit ille, Amandate me ad herum meum.

55 Respondit frater puellæ & mater eius, Maneat puella nobiscum [51] aliquot diebus, [a] postea eat. Dixit illis seruus.

56 Nolite me remorari, quandoquidem Dominus iter meum fortunauit: dimittite ergo vt abeam ad herum meum.

57 Illi autem dixerunt, [52] Vocabimus puellam, & interrogabimus ex ore eius. Vocarunt ergo Rebeccam, & dixerunt ad eam, Vis ire cum viro illo.

58 Et respondit, [53] Ibo.

59 [54] Amandarunt itaq; Rebeccam sororem suam atq; nutricē eius seruū quoq; Abrahæ & comites eius.

60 [55] Benedixerunt autem Rebeccæ, dixeruntq; ad eam, [56] Soror nostra es, [57] in mille millia, [a] semenque tuum possideat [58] portas hostium suorum.

61 Surrexit itaq; Rebecca & puellæ eius, & conscensis camelis secutæ sunt virum. Tulit itaque seruus ille Rebeccam, & abiit.

62 [59] Isaac autem veniebat ea via qua itur ad puteum Viuentis & videntis me: [a] Habitabat enim in terra Australi.

63 [60] Egressus autem erat Isaac sub vesperam in campum ad meditandum: [a] Qui cum attolleret oculos suos, vidit aduentantes camelos.

64 Rebecca quoque sustulit oculos suos, & viso Isaac, descendit de camelo.

65 Dixit ergo ad seruum, Quis est vir ille, qui deambulat in campo nobis obuiam? Respondit seruus. Is est herus meus. Arrepto itaque [61] peplo, [a] texit se.

66 Seruus narrauit Isaac omnia ea quæ gesserat.

67 Introduxit ergo eam Isaac in tentorium Saræ matris suæ, & duxit Rebeccam, & fecit eam vxorem, & amauit eam. [62] consolatus enimque accepit Isaac post mortem suam.

43 Et nunc (vel, quamobrem) si facturi estis misericordiam & veritatem cum domino meo. Si vere collaturi estis beneficiū in dominum meum: si estis daturi aliam vestram filio heri mei, idque libero animo.
44 Hebr. vt vertā me ad dexteram, siue ad sinistram, i. vt faciam prout Dominus dirigit mentem meam.
45 Heb. A Domino egressus est sermo. i. Hoc negotium diuino nutu geritur.
46 Heb. quid ad te bonū vel malum. i. non possumus contradicere tibi vlla in re. Hebraica phrasis.
47 Hebraismus, pro, præsto est, & in tua potestate.
48 locutus est, pro vult, frequētissimū apud Hebræos. Sicut vult Dominus.
49 Heb. incuruauit se super terrā Domino. vel, adorauit in terrā Dominum.
50 Hebr. preciosa munera.
51 Heb. dies, vel decem, id est, vt Hebræi intelligunt, per annū vel decem menses, vt Chaldæus paraphrastes: Dies enim [illegible] apud eos accipitur, quod annus est, eo quod orbis ac circulus dicitur. Sunt autem [illegible]
52 Hebr. Vocemus puellam, & interrogemus os eius, i. Audiamus quid dicturæ sit Chaldæus paraphrastes [illegible] Volo [illegible] 55 D[illegible] benedicere pro valedicere, simúlque fausta omnia imprecari. 56 Scorpio consa[illegible] nostra, permitat à Deo vt sobolem copiosissimam tibi donet. 57 Hebraismus, pro, sit semen tuum numerosissimum 58 [illegible] sæcula vrbiū salmocorū suorū, quæ solent in portis esse. Hoc est, sint inimicis superiores. 59 Heb. Porro Isaac veniebat veniendo (i. reuertebatur) à puteo Viuentis & videntis me: 60 vel, Et egressus fuerat Isaac ad orandum in agro, appetente iam vespera. Sic vertit Chaldæus paraphr. LXX. Vt exerceret se. Vox Hebræa, SVAH, propriè significat submissa voce loqui & murmurare: vt orantes, vel apud nos de re aliqua mirantes, facimus. Quidam Hebræorum interpretantur, vt ambularet inter virgulta. 61 vel, pallio, 62 i. temperauit dolorem quem acceperat de morte matris suæ.

CAPVT XXV.

A

1 Abraham verò aliam duxit vxorē nomine Ceturam:

Abraham Ceturam ducit in vxorem:

2 Quæ peperit ei Zamram & Iecsan, & Madan, & Madian, & Iesboc & Sue.

Filii Ceturæ.
1 Par. 1. c.

3 Iecsan quoq; genuit Saba & Dadan. Filii Dadan fuerunt Assurim, & Latusim, & Laomim.

Isaac datur possessio: filiis concubinarum munera.

4 At vero ex Madian ortus est Epha, & Opher, & Henoch & Abida, & Eldaa omnes hi filii Ceturæ,

5 Deditq; Abraham cuncta quæ possiderat, Isaac.

Munera Abrahami.

6 Filiis autem concubinarum largitus est munera, & separauit eos ab Isaac filio suo dum adhuc

1 Abraham verò duxit rursus vxorem, [a] cui nomē Ketura,

2 Quæ peperit ei Zimram, Iacsan, Medan, Midian, Iisbac & Sua.

3 Iacsan verò genuit Seba & Dedan: Filii Dedan fuerunt [2] Assurim, Letusim & Leummim.

4 Porro filii Midian, Epha, Epher, Henoch, Abida & Heldaah: omnes hi fuerunt filii Keturæ.

5 Dedit quoque Abraham quæ omnia habebat ipsi Isaac.

6 Filiis vero [3] pellacarum quas habuit Abraham, dedit Abraham munera, & amandauit eos ab Isaac filio suo

XXV.
1 Heb. Et adiecit Abraham & accepit vxorem. [illegible] Abraham autem aliam duxit vxorem.
2 Sūt ista nomina gentiū & populorum qui originē traxerunt à filiis Dedan.
3 hinc, [illegible] Hebræi per concubinam intelligunt ancillam viro in concub.itum absq; scripto & subaratione & legitimis ceremoniis additam. Et proles ex tali nata coniugio, nō succedit patri in hæreditatem, sed muneribus dotari potest. Sic Agar fuit concubina Abraham.

4 i. Orientem.
5 i. qui nō optabat dies suos innouari.
6 Modus loquēdi apud Hebræos, pro mortuus est [illegible] dum & maiores suis post [illegible].
7 vel, secundum, nomenclaturas & generationes suas.
8 vel, vicos suos
9 principes fuerunt per populus suos. Vel in familiis suis.
10 dum pergis ad Assyrios. Vel, qua itur ad Assyrios.
11 vel mortuus est. Hebraismus, pro, Superstitibus omnibus fratribus. Chaldæus paraph. vertit. Coram cunctis fratribus cecid. sub. sors [illegible] non procul [illegible] a fratribus, fors illos propinqua erat hæreditas fratrum suorum. sic LXX. Prior interpretatio magis placet doctis
12 Vide annotationem in principio cap. 24.
13 vel, præsente vxore sua, vt nonnulli, sacer, minus recte tamen.
14 i. Si sic mihi futurum erat, vt quid viuo, & non potius morior? Vel, vt vet. noster interpres supplevit locum, Quid necesse fuit concipere?
15 vel, consulturus.
16 sub. inuenti sunt.
17 vel, vocauit, is scilicet qui vocauit. i. vocauerunt.
18 Heb. quando genuit eos. Vel, dum peperit eos, Rebecca scilicet
19 Heb. vir agri. i. agrestis: libenter versabatur in agro, procul ab vrbe.
[illegible]
[illegible] ore erat venatio Hebraica phrasis [illegible], quia Isaac habebat quotidie [illegible]
[illegible]

dum adhuc viueret, ad Orientem ad terram[4] *Kedem.*

7 *Et isti sunt dies annorum vitæ Abraham, quibus vixit, centum septuaginta-quinque anni. Defecit autem Abraham.*

8 *Et mortuus est in senectute bona, senex &*[5] *[vitæ] satur,*[6] *collectúsq; est ad populos suos.*

9 *Isaac verò & Ismael filii eius sepelierunt eum in spelunca duplici in agro Ephron filii Zohar Hethæi, qui erat è regione Mamre.*

10 *Quem agrum emerat Abraham ab Hethæis: illic sepultus est Abraham & Sarah vxor eius.*

11 *Post mortem Abrahæ Deus benedixit Isaac filio eius, habitauitque Isaac ad puteum Viuentis & videntis me.*

12 *Hæ sunt generationes Ismaelis filii Abraham, quem pepererat Hagar Ægyptia, ancilla Saræ ipsi Abrahæ.*

13 *Et hæc sunt nomina filiorum Ismaelis*[7] *in nominibus suis secundum generationes suas, Primogenitus Ismaelis Nebaioth, deinde Kedar, Adbeel, Mibsam,*

14 *Misma, Duma, Massa,*

15 *Hedar, Thema, Ietur, Naphis, & Kedma.*

16 *Hi sunt filii Ismaelis, & hæc eorum nomina per*[8] *villas suas & castella, duodecim*[9] *principes populorum suorum.*

17 *Hi verò sunt anni vitæ Ismael, centum anni & triginta septem: defecitq; & mortuus est, collectúsque ad populos suos.*

18 *Habitauerunt autem ab Heuilah vsq; ad Sur, quæ est è regione Ægypti*[10] *itinere Assur versus coram facie omnium fratrum suorum*[11] *cecidit.*

19 *Hæ verò sunt generationes Isaac filii Abrahæ. Abraham genuit Isaac.*

20 *Natus autem erat Isaac quadraginta annos, quum duceret sibi vxorem Rebeccam filiam Bethuelis Syri*[12] *de Padan-aram, sororem Laban Syri.*

21 *Et orauit Isaac Dominum*[13] *pro vxore sua, sterilis enim erat. Et exoratus est ab eo Dominus, concepitq; Rebecca vxor eius.*

22 *Et collidebant sese filii in vtero eius, dixitq; Rebecca,*[14] *Si sic, cur ego hoc? Abiit igitur*[15] *inquisitura Dominum.*

23 *Dominus verò dixit ad eam, Duæ gentes sunt in vtero tuo, & duo populi ex visceribus tuis diuidentur, alter autem altero erit robustior, & maior seruiet minori.*

24 *Impletis verò diebus eius vt pareret, ecce gemini*[16] *in vtero eius.*

25 *Egressúsque prior rufus totus velut gausapina villosa totus hispidus: vocaueruntque nomen eius Esau.*

26 *Deinde prodiit & frater eius, manúsq; eius prehendebat calcem Esau,*[17] *vocatúmque est nomen eius Iacob. Porrò Isaac natus erat sexaginta annos*[18] *cum illi nascerentur.*

27 *Creuerunt itaq; paruuli, & fuit Esau vir gnarus venandi, &*[19] *amans campi: Iacob verò vir fuit integer, habitans in tentoriis.*

28 *Isaac dilexit Esau,*[20] *quòd ferina [illegible] eius [gratæ essent:] Rebecca verò Iacob diligebat.*

29 *Coxit autem Ia[illegible] & veniebat Esau ex agro, erat [illegible] Iacob,*

30 *[21] Ingere [illegible] istoc, fessus enim [illegible] Edom.*

31 *Dix[illegible] Iacob, [illegible]*[24] *tua tuam primogenituram.*

32 *[illegible] Esau,*[25] *[illegible] vt moriar, quid ergo mihi [illegible] primogenitorum?*

ipse viueret ad plagam Orientalem.

7 Fuerunt autem dies vitæ Abrahæ centum septuagintaquinq; anni.

8 Et deficiens mortuus est in senectute bona, prouectæque ætatis, & plenus dierum: congregatusq; est ad populum suum.

9 Et sepelierunt eum Isaac & Ismael filii sui in spelunca duplici, quæ sita est in agro Ephron filii Seor Hethæi, è regione Mambre,

10 Quam emerat à filiis Heth ibi sepultus est ipse & Sara vxor eius.

11 Et post obitum illius benedixit Deus Isaac filio eius, qui habitabat iuxta puteum nomine Viuentis & videntis.

12 Hæ sunt generationes Ismael filii Abrahæ quem peperit ei Agar Ægyptia, famula Saræ.

13 Et hæc nomina filiorum eius in vocabulis & generationibus suis. Primogenitus Ismaelis Nabaioth, deinde Cedar, & Adbeel, & Mabsam.

14 Masma quoq; & Duma, & Massa,

15 Hadad, & Thema, & Ietur, & Naphis, & Cedma.

16 Isti sunt filii Ismaelis: & hæc nomina per castella & oppida eorum, duodecim principes tribuum suarum.

17 Et facti sunt anni vitæ Ismaelis centum triginta septem, deficiensq; mortuus est, & appositus ad populum suum.

18 Habitauit autem ab Heuila vsque Sur, quæ respicit Ægyptum: introeuntibus Assyrios coram cunctis fratribus suis obit.

19 Hæ quoq; sunt generationes Isaac filii Abraham. Abraham genuit Isaac:

20 Qui cum quadraginta esset annorum, duxit vxorem Rebeccam filiam Bathuelis Syri de Mesopotamia, sororem Laban.

21 Deprecatusq; est Isaac Dominum pro vxore sua, eo quòd esset sterilis: qui exaudiuit eum, & dedit conceptum Rebeccæ.

22 Sed & collidebantur in vtero eius paruuli: quæ ait, Si sic mihi futurum erat, quid necesse fuit * concipere? Perrexitque Rebecca, vt consuleret Dominum.

23 Qui respondens ait, Duæ gentes sunt in vtero tuo, & duo populi ex ventre tuo diuidentur, populusq; populum superabit, & maior seruiet minori.

24 Iam tempus pariendi aduenerat, & ecce gemini in vtero eius reperti sunt.

25 Qui primus egressus est rufus erat, & totus in morem pellis hispidus: vocatumque est nomen eius Esau.

26 Protinus alter egrediens, plantam fratris tenebat manu: & idcirco appellauit eum Iacob. Sexagenarius erat Isaac quando nati sunt ei paruuli.

27 Quibus adultis factus est Esau vir gnarus venandi, & homo agricola: Iacob autem vir simplex habitabat in tabernaculis.

28 Isaac amabat Esau, eo quòd de venationibus illius vesceretur: & Rebecca diligebat Iacob.

29 Coxit autem Iacob pulmentum: ad quem cùm venisset Esau de agro lassus, ait,

30 Da mihi de coctione hac rufa: quia oppidò lassus sum. Quam ob causam vocatum est nomen eius Edom.

31 Cui dixit Iacob, Vende mihi primogenita tua.

32 Ille respondit, En morior, quid mihi proderunt primogenita?

B
Sup. 21. c.
Benedicitur Isaac à Deo.
Sup. 16. d.
Genealogia Ismaelis.
1. Paral. 1. b.

Moritur Ismael.
C

Generationes Isaac.

Isaac orat sibi dari prolem.
Concipit Rebecca.
* me
Rebecca Deum consulit.
Hæc [illegible] exponit ad Roman.

Esau.
[illegible] 12. a.
D
Iacob.
Matth. 1. a

Esau venator, [illegible]
Iacob simplex.
Esau [illegible] primogenita.
[illegible]
Abdiæ 1. a.
Edom.

[illegible] 23 [illegible] ahem statim, in præsenti [illegible] absque vlla dilatione. 24 Primogenituram tuam. Primogenituram [illegible] imparatiq; honore eius & quod authoritatem haberet in minores, ita [illegible] alii existimant primogenitum accepisse ex bonis paternis [illegible] portiones, [illegible] 25 q. Quasi [illegible] periculo [illegible] in discrimine vitæ, qui in feras irruo: quid igitur mihi proderunt hæc primogenitura?

33 Ait

33 Ait Iacob, Iura ergo mihi. Iurauit ei Esau, &
vendidit primogenita.
34 Et sic accepto pane & lentis edulio comedit,
& bibit, & abiit, paruipendens quòd primogenita
vendidisset.

33 Respondit Iacob, Iura mihi hodie. & iurauit ei,
vendiditq; ipsi Iacob [16] ius suum, quod ei vt primogenito
debebatur.
34 Iacob ergo dedit Esau panem, & quod ex lentibus
coxerat: ille verò comedit & bibit, surgensq; abiit, vilipenditq;
Esau ius primogeniturum.

16 Heb. primogenituram suam.

CAPVT XXVI.

Deus in media fame benedicit, & pascit Isaac.

1 ORta autem fame super terram post eam sterilitatem quæ acciderat in diebus Abraham,
abiit Isaac ab Abi-mélech regem Palæsthinorum
in Gerara.
2 Apparuitque ei Dominus, & ait, Ne descendas in Ægyptũ, sed quiesce in terra, quã dixero tibi.
3 Et peregrinare in ea, eroque tecum, & benedicam tibi: Tibi enim & semini tuo dabo vniuersas
regiones has, } complens iusiurandum quod spopondi Abraham patri tuo.

Isaac promittitur Chanaan.

4 Et multiplicabo semen tuum sicut stellas cœli:
daboque posteris tuis vniuersas regiones has: &
} BENEDICENTVR IN SEMINE TVO omnes
gentes terræ,

Supra 12.b. 15.d. 15.d. supra 12.a. 18.c. 22.d. CHRISTVS.

B
5 Eo quòd obedierit Abraham voci meæ, & custodierit præcepta & mandata mea, & cæremonias
legésque seruauerit.
6 Mansit itaque Isaac in Geraris.
7 Qui cum interrogaretur à viris loci illius super vxore sua, respondit, Soror mea est. timuerat
enim confiteri quòd sibi esset sociata coniugio: reputans, ne forte interficerent eum, propter illius
pulchritudinem.

Isaac vxorem suam dicit esse sororem.

8 Cumque pertransissent dies plurimi, & ibidem
moraretur, prospiciens Abi-mélech rex Palæstinorum per fenestram, vidit eum iocantem cum Rebecca vxore sua.

Maxima Dei cura de Isaac eiusque vxore.

9 Et accersito eo ait, Perspicuum est quòd vxor
tua sit: cur mentitus es eam sororem tuam esse? Respondit, Timui ne morerer propter eam.
10 Dixitq; Abi-mélech: Quare imposuisti nobis?
C Potuit coire quispiam de populo cum vxore tua, &
induxeras super nos grande peccatum.
11 Præcepitq; omni populo, dicens, Qui tetigerit hominis huius vxorem, morte morietur.
12 Seuit autem Isaac in terra illa, & inuenit in
ipso anno centuplum: benedixitque ei Dominus.

Benedicit Deus Isaac dans ei diuitias.

13 Et locupletatus est homo, & ibat proficiens
atque succrescens: donec magnus vehementer effectus est.
14 Habuitque possessiones ouium & armentorum, & familiæ plurimum. Ob hoc inuidentes ei
Palæsthini,
15 Omnes puteos quos foderant serui patris illius Abraham, illo tempore obstruxerunt, implentes humo:
D

Puteos Isaac obturant Palesthini, & eũ expellunt.

16 In tantum vt ipse Abi-mélech diceret ad
Isaac, Recede à nobis, quoniam potentior nobis
factus es valde.
17 Et ille discedens vt veniret ad torrentem Geraræ, habitarétque ibi,
18 Rursum fodit alios puteos, quos foderant
serui patris sui Abraham, & quos illo mortuo olim obstruxerant Philistini: appellauitque eos eisdem nominibus, quibus antè pater vocauerat.
19 Foderuntq; in torrẽte, & reppererunt aquã viuã.
20 Sed & ibi iurgium fuit pastorum Geraræ aduersus pastores Isaac, dicentium, Nostra est aqua.
quàm ob rem nomen putei ex eo quod acciderat,
vocauit calumniam.

1 ORta autem fame in terra vltra famem priorem
quæ fuerat in diebus Abraham, commigrauit
Isaac ad Abi-melech regem Palæstinorum in Gerar.
2 Apparuit autem ei Dominus, & ait, Ne descendas in Ægyptum, sed habita in terra quam indicaro
tibi.
3 Incola sis in hac regione, & ego ero tecum, [1] benedicámque tibi: nam tibi & semini tuo dabo omnes terras istas, & confirmabo iuramentum quod iurauit Abrahamo patri tuo.
4 Et multiplicabo semen tuum sicut stellas cæli, &
dabo semini tuo omnes terras istas, [2] benedicentúrque in
semine tuo omnes gentes terræ.
5 Eo quòd obtemperauit Abraham voci meæ, & obseruauerit [3] obseruationem meam, præcepta mea, statuta mea, & leges meas.
6 Habitauit itaq; Isaac in Gerar.
7 Cúmque viri loci illius interrogarent de vxore sua,
respondit, Soror mea est: veritus dicere, Vxor mea est:
(cogitans,) fortè habitatores illius loci occident me propter Rebeccam, quæ venusta erat aspectu.
8 Cúmque moram traheret eodem loci diebus aliquot,
contingit vt Palæstinorum rex Abi-melech per fenestram prospiciens, videret Isaac [4] ludentem cum Rebecca vxore sua.
9 Abimelech ergò accersito Isaac, dixit, Nimirũ vxor
tua est: cur ergo dixisti quòd soror tua sit? Respõdit Isaac,
[5] Hoc nempe consilio, ne fortè morerer illius gratia.
10 Abi-melech ait, [6] Cur hoc fecisti nobis? [7] in proclivi fuit) vt aliquis è populo dormiret cum vxore tua, &
adduxisset super nos [8] culpam.
11 Mandauit itaq; Abi-melech omni populo, dicens,
Qui virum illum [9] & vxorem eius tetigerit, confestim
occidatur.
12 Seminans autem Isaac in terra illa, [10] adquisiuit
eodem anno centum [11] modios: [12] locupletauitq; eum
Dominus.
13 [13] Auctus itaq; vir ille [14] promouit subinde, donec supra modum eueheretur.
14 Habuit enim possessionem gregum & armentorũ,
& [15] famulitium multum. Inuidebant ergo ei Palæstini.
15 Et omnes puteos quos foderant serui patris sui in
diebus Abraham, obruerunt Palæstini, oppletos eos humo.
16 Dixit itaque Abi-melech ad Isaac, Secede à nobis: nam potentior es nobis plus satis.
17 Soluens ergo illinc Isaac, castrametatus est in valle Gerar, illícque habitauit.
18 Reuersus itaq; Isaac refodit puteos aquæ, quos foderant in diebus Abraham patris sui quosque obstruxerant Palæstini post mortem Abrahæ, & vocauit eos nominibus, iuxta ea nomina, quæ pater eis indiderat.
19 Foderunt itaq; serui Isaac in valle, & inuenerunt
ibi puteum [16] aquarum viuarum.
20 Rixati autem sunt pastores Gerar cum pastoribus
Isaac, dicentes, Nostra est aqua. vocatúmque est nomen
putei illius [17] Esec, quod pro eo contenderant.

1 Quid sit, Deũ benedicere homini, satis declaratur verbis continuò sequẽtibus, Tibi enim & semini tuo dabo vniuersas regiones has. 2 benedicent se in semine tuo i. reputabũt se fœlices omnes gẽtes fideles, propter Christum, qui ex te nasciturus est. 3 custodiam meam. & mãdata mea, statuta mea, legésque meas. Custodiam meã dicit i. quæ mãdaui custodiri, accipe mandata mea, &c. Hebraismus. 4 vel, iocantem. aut, ridentem. 5 Hebr. Dixi enim, ne forte moriar. Dicere hic positum, pro cogitare apud &c. 6 vel, Quid istud est quod fecisti nobis? 7 Hebr. parũ abfuit quin dormierit vnus populi &c. i. primus in populo, hoc est, ego, qui primus teneo in populo. 8 peccatum. 9 aut vxorem. 10 inuenit. 11 vel, mẽsuras i. centies tantum quantũ seminauerat. Quidam vertũt, centum æstimationes i. centies tantum quantũ æstimauerat. 12 Heb. benedixerat enim ei Dominus i. locupletauerat, eũ 13 sub. magnis opibus. 14 Heb. pergebat pergendo & crescendo, donec cresceret valde vel, & multiplicando, donec multiplicaretur valde. Hebraicus loquendi modus, pro, subinde locupletior fiebat & multiplicabatur, ita vt euaserit in virum locupletissimum, vt statim sequitur. 15 vel, terram multam arabilem. aut, prouentum amplissimum. Quidam enim Hebræorum dicunt vocem Hebræam significare quicquid nobis prouenit ex cultura agrorum. 16 i. aquæ scaturientis, & iugiter manantis. 17 Esec, significat contentionem, vel iurgium. q. d. vocauit contentionem: quia contenderunt, siue negotiũ habuerunt cum Isaac.

21 Et foderunt alium puteum: & pro illo quoque rixabantur, & vocauit nomen eius [18] Sitna.

22 Soluens illinc, fodit alium puteum, de quo non contenderunt, vocauitq; nomen eius [19] Rehoboth: nam dixit, Quoniam nunc dilatauit nos Dominus, vt crescamus in terra.

23 Ascenditq; in Beer-seba.

24 Et apparuit ei Dominus eadem nocte, & dixit, Ego sum Deus Abraham patris tui, ne metuas, quoniam ego tecum sum, & benedicam tibi, atque multiplicabo semen tuum propter Abraham seruum meum.

25 Extruens autem illic aram, inuocauit nomen Domini, extenditq; tentorium suum, & foderunt serui Isaac ibi puteum.

26 Venit autem ad eum Abi-melech de Gerar, [20] cateruaq; amicorum eius, & Phicol, [21] summus imperator. Et dixit ad eos Isaac.

27 Quare venistis ad me, cum tamen odio me habeatis, & eieceritis me à vobis?

28 Qui responderunt, [22] Omnino vidimus Dominum tibi adesse, ô tu fortunate Domini, & diximus, Sit iuramentum inter nos, inter nos inquam & inter te, [23] feriemusque fœdus tecum.

29 Vt non afficias nos malo, quemadmodum & nos te non attigimus, nec fecimus tibi quidquam nisi bonum. [24] & dimisimus te in pace: tu nunc es benedictus Domini.

30 Instruxit itaque eis conuiuium.

31 Et comederunt atque biberunt. Mane autem surgentes iurauit alter alteri, dimisitq; eos Isaac, illi vero recesserunt ab eo in pace.

32 Hoc ipso die venerunt serui Isaac, & nunciarũt ei de puteo quẽ foderant, dixeruntque ei, Inuenimus aquã.

33 Et vocauit illum [25] Sibea: ob hanc causam nomen ciuitatis illius est Beer-seba, vsq; in hodiernũ diẽ.

34 Cumq; Esau natus iam esset quadraginta annos, duxit vxorem nomine Iehudith, filiam Beeri Hethæi, & Basmath filiam Elon Hethæi.

35 [26] Quæ res excruciabat animum non solum Isaac, sed & Rebeccæ.

18 i. inimicitias, siue odium.
19 i. latitudines.
20 Quidam Hebræorum legunt Ahuzath amicus eius: vt sit nomen proprium.
21 dux militum eius.
22 Heb. Videndo vidimus, i. certum esse Deum, i. certo percepimus tibi fauere Deum.
23 vel, percutiamusque.
24 vel, amandauimus te in pace: nunc tu es benedictus à Domino. q. d. Cognoscimus te, amari à Domino.
25 Sibea, septẽ significat: nos autem iuramentum. q. d. puteus septimus.
26 Heb. Et fuerunt amaritudo spiritus, ipsi Isaac & Rebeccæ, i. fuerunt inobedientes ipsi Isaac, &c. vel, fuerunt rebelles spiritui ipsius Isaac.

21 Foderunt autem & alium: & pro illo quoq; rixati sunt, appellauitq; eum inimicitias.

22 Profectus inde fodit alium puteum, pro quo non contenderunt: itaque vocauit nomen eius Latitudo dicens, Nunc dilatauit nos Dominus, & fecit crescere super terram.

23 Ascendit autẽ Isaac ex illo loco in Ber-sabee:

24 Vbi apparuit ei Dominus in ipsa nocte, dicens, Ego sum Deus Abrahã patris tui, noli timere, quia ego tecum sum: benedicam tibi, & multiplicabo semen tuum propter seruum meum Abraham.

25 Itaque ædificauit ibi altare Domino: & inuocato nomine Domini extendit tabernaculum: præcepitque seruis suis, ut foderent puteum.

26 Ad quem locum cum venissent de Geraris Abi-melech, & Ochozath amicus illius, & Phicol dux militum, loquutus est eis Isaac.

27 Quid venistis ad me hominem quem odistis, & expulistis à vobis?

28 Qui responderunt, Vidimus tecum esse Dominum: & idcirco nos diximus, Sit iuramentum inter nos, & ineamus fœdus:

29 Vt non facias nobis quicquam mali, sicut & nos nihil tuorum attigimus, nec fecimus quod te læderet, sed cum pace dimisimus auctum benedictione Domini.

30 Fecit ergo eis conuiuium:

31 Et post cibum & potum surgentes manè, iurauerunt sibi mutuò: dimisitq; eos Isaac pacificè in locum suum.

32 Ecce autem venerunt in ipso die serui Isaac annuntiantes ei de puteo quem foderant, atque dicentes, Inuenimus aquam.

33 Vnde appellauit eum Abundantiam: & nomen vrbi impositum est Ber-sabee, vsque in præsentem diem.

34 Esau verò quadragenarius duxit vxores duas, Iudith filiam Beeri Hethæi, & Basemath filiã Elon eiusdem loci:

35 Quæ ambæ offenderãt animũ Isaac & Rebeccæ.

Alios puteos fodit.

Gratiarum actio.

Consolatur ipsum Isaac Deus.

F

Isaac Deum inuocat.

Abi-melech init fœdus cum Isaac.

G

Ber-sabee vrbs.

Digamia Esau.

[1] vxorem.

CAPVT XXVII.

1 Cumque iam senio confectus esset Isaac, [1] ita vt oculi eius caligine obcæcarentur, vocauit Esau filium suum natu maiorem, & dixit ad eum, Fili mi. Is respondit illi, Adsum pater.

2 Et dixit, En ego iam senui, [2] & nescio diem mortis meæ.

3 [3] Cape ergo instrumenta tua, pharetram tuam & arcum tuum, & egredere in agrum:

4 Vt venêris mihi venationem, Paresq; mihi [4] cibos delicatos quos appeto, [5] hos affer mihi vt comedã, [6] & tibi ex animo fausta ac fœlicia imprecer antequã moriar.

5 Rebecca verò [7] audiuit Isaac loquentem cum filio suo Esau. Abiit ergo Esau in agrum, vt venaretur venationem, & eam afferret.

6 Dixitq; Rebecca ad Iacob filium suum, [8] En audiui patrem tuum loquentem cum fratre tuo Esau, dicentemq;:

7 Affer mihi ferinam, & para mihi cibos delicatos, vt comedam, & fausta ac felicia tibi imprecer [9] coram Domino ante mortem meam.

8 [10] Audi ergo vocem meam fili mi, in his quæ tibi mandauero.

9 Vade quæso ad gregem, & affer mihi illinc duos hœdos caprarum bonos, vt coquam eos cibos delicatos patri tuo [11] gratos.

10 Quos tu inferes ad patrem tuum vt edat; [12] imprecetur q; tibi fausta & felicia antequam moriatur.

11 Dixit autem Iacob ad Rebeccam matrem suam, En Esau frater meus vir hispidus est, ego vero sum vir glaber:

1 Heb. & caligauissent oculi eius, ita vt videre non posset, vocauit Esau. 2 q. d. video iã mortẽ mihi instare.
3 Heb. Sume quæso (vel, nunc) arma tua, pharetram. Arma, more Hebræorum, vocat instrumenta quod eis laborant, demdicet, pharetram. 4 vel, pulmenta sapida, quæ mihi sunt in deliciis, quibus libenter vescor.
5 & affer
6 Heb. & benedicat tibi anima mea. 7 audierat Isaac loquentem cum Esau filio suo. Et audierat
8 vel, Sane, Ecce, & quidem 9 vel, Domino inspectante vel, ex animo. Aut, vt omnia feliciter precer dari tibi à Deo. 10 i. Acquiesce consiliis meis. 11 Heb. quemadmodum diligit. 12 vt benedicat. Vel, vt fœliciter benedicat tibi.

CAPVT XXVII.

1 Senuit autem Isaac, & caligauerunt oculi eius, & videre non poterat: vocauitq; Esau filium suum maiorem, & dixit ei, Fili mi? Qui respondit, Adsum.

2 Cui pater, Vides, inquit, quòd senuerim, & ignorem diem mortis meæ.

3 Sume arma tua, pharetram & arcum, & egredere foras.

4 Cúmque venatu aliquid apprehenderis, fac mihi inde pulmentum, sicut velle me nosti, & affer vt comedam: & benedicat tibi anima mea, antequam moriar.

5 Quod cum audisset Rebecca, & ille abiisset in agrum, vt iussionem patris impleret.

6 Dixit filio suo Iacob, Audiui patrem tuum loquentem cum Esau fratre tuo, & dicentem ei,

7 Affer mihi de venatione tua, & fac cibos vt comedam, & benedicam tibi coram Domino antequam moriar.

8 Nunc ergo fili mi, acquiesce consiliis meis.

9 Et pergens ad gregem, affer mihi duos hœdos optimos, vt faciam ex eis escas patri tuo, quibus libenter vescitur:

10 Quas cum intuleris, & comederit, benedicat tibi priusquam moriatur.

11 Cui ille respondit, Nosti quod Esau frater meus homo pilosus sit, & ego lenis:

A infra 27. g.

Iubet Isaac Esau sibi ex venatione conquerere pulmentum.

Iacob per astutiam matris præripit benedictionẽ Esau.

B

12 Si attrectauerit me pater meus, & senserit, timeo ne putet me sibi voluisse illudere, & inducat super me maledictionem pro benedictione.

13 Ad quem mater, In me sit, ait, ista maledictio fili mi: tantum audi vocem meam, & pergens affer quæ dixi.

14 Abiit, & attulit, deditq; matri: parauit illi cibos sicut velle nouerat patrem illius.

15 Et vestibus Esau valde bonis, quas apud se habebat domi, induit eum:

16 Pelliculasq; hœdorum circumdedit manibus, & colli nuda protexit.

17 Deditq; pulmentum, & panes quos coxerat, tradidit.

C 18 Quibus illatis dixit, Pater mi? At ille respondit, Audio, quis es tu fili mi?

19 Dixitq; Iacob, Ego sum primogenitus tuus Esau: feci tibi sicut præcepisti mihi: surge, sede, & comede de venatione mea, vt benedicat mihi anima tua.

20 Rursumq; Isaac ad filium suum, Quomodo, inquit, tā citò inuenire potuisti fili mi? Qui respondit, Volútas Dei fuit, vt citò occurreret mihi, quod volebam.

21 Dixitq; Isaac Accede ad me, vt tangā te fili mi, & probem vtrum tu sis filius meus Esau, an non.

22 Accessit ille ad patrem: & palpato eo, dixit Isaac, Vox quidem, vox Iacob est: sed manus, manus sunt Esau.

D 23 Et nō cognouit eum, q̄a pilosæ manus, similitudinem maioris expresserant. Benedicens ergo illi, ait,

24 Tu es filius meus Esau? Respondit, Ego sum. At ille,

25 Affer mihi, inquit, cibos de venatione tua fili mi, vt benedicat tibi anima mea. Quos cū oblatos comedisset, obtulit ei etiam vinum:

26 Quo hausto, dixit ad eum, Accede ad me, & da mihi osculum fili mi.

Osculatur filiū Isaac. 27 Accessit, & osculatus est eum. Statimque vt sensit vestimentorū illius fragrantiam, benedicens *Isaac benedicit ipsi Iacob.* illi, ait, Ecce odor filii mei, sicut odor agri pleni cui benedixit Dominus.

Heb. 11. d

28 Det tibi Deus de rore cœli, & de pinguedine terræ, abundantiam frumenti vini & olei.

29 Et seruiant tibi populi, & adorent te tribus: esto dominus fratrum tuorum, & incuruētur ante te filii matris tuæ. Qui maledixerit tibi, sit ille maledictus: & qui benedixerit tibi, benedictionibus repleatur.

30 Vix Isaac sermonem impleuerat: & egresso Iacob foras, venit Esau,

E 31 Coctosq; de venatione cibos intulit patri, dicens, Surge pater mi, & comede de venatione filii tui: vt benedicat mihi anima tua.

Reuersus à venatione Esau, affert cibos patri.

32 Dixitque illi Isaac, Quis enim es tu? Qui respondit, Ego sum filius tuus primogenitus Esau.

Tristatur Isaac.

33 Expauit Isaac stupore vehementi: & vltrà q̄ credi potest admirans, ait, Quis igitur ille est, qui dudum captam venationem attulit mihi, & comedi ex omnibus prius quàm tu venires? benedixiq; ei, & erit benedictus.

Maximis vociferationibus Esau petit sibi benedici. 34 Auditis Esau sermonibus patris, irrugiit clamore magno: & consternatus ait, Benedic etiam & mihi pater mi.

35 Qui ait, Venit germanus tuus fraudulenter, & accepit benedictionem tuam.

Supra 25. d

F 36 At ille subiunxit, Iuste vocatū est nomē eius Iacob: supplantauit enim me en altera vice: primogenita mea ante tulit, & nunc secundo surripuit benedictionē meam. Rursumq; ad patrem, Nunquid non reseruasti, ait, & mihi benedictionem?

12 [13] *Quid si pater meus me attrectet, & videar ei insidias struere, accersamque mihi execrationem & non faustam imprecationem?*

13 *Rursus mater eius ad eum, Mihi, inquit, eueniat hac execratio tua mi fili,* [14] *modo voci meæ auscultes, & vadas atq; afferas mihi.*

14 *Abiens itaq; tulit, & attulit matri suæ, & parauit mater eius cibos delicatos gratos patri suo.*

15 *Accepit autem Rebecca vestimenta* [15] *concupita Esau filii sui maioris natu, quæ secum in domo habebat, & induit ea Iacob filium suum natu minorem.*

16 *Sed & hœdorum pellibus vestiuit manus eius, & leuorem colli eius,*

17 *Tradiditq; cibos quos parauerat, panemq; in manus Iacob filii sui.*

18 *Qui quum venisset ad patrem suum, ait, Pater mi. Is vero respondit, Adsum: quis es tu fili mi?*

19 *Dixitq; Iacob ad patrem suum, Ego sum Esau primogenitus tuus, feci quod mandaueras mihi: surge quæso, sede & comede de venatione mea,* [16] *vt ex animo mihi fausta ac fœlicia impreceris.*

20 *Et respondit Isaac filio suo,* [17] *Quid est hoc mi fili, quòd tam cito inuenisti? Qui ait,* [18] *Quod Dominus Deus tuus coram me bene fortunauit.*

21 *Dixitq; Isaac ad Iacob, Accede, quæso vt tangam te fili mi, sitne meus Esau an sis, an minus.*

22 *Et accessit Iacob ad patrē suum, isq; attrectans eū, dixit, Vox, vox Iacob: manus verò, manus sunt Esau.*

23 *Atqui non cognouit eum, eo quod manus eius essent, sicut manus Esau fratris sui hispida.* [19] *Et imprecatus est ei omnia fœlicia & fausta, & dixit.*

24 *Tune es filius meus Esau? Respondit, Ego idem. Et dixit.*

25 *Affer mihi de venatione fili mi, vt comedam, vtque tibi ex animo fausta ac fœlicia imprecer. Et apposuit ei, & comedit: intulit quoq; vinum, & bibit.*

26 *Dixit autē ad eum Isaac pater eius, Accede quæso, & osculare me fili mi.*

27 *Accessit ille, & osculatus est eū: olfectoq; fragrantium vestimentorum eius, imprecatusq; est ei fausta ac fœlicia, & ait, En odor filii mei quemadmodum odor agri,* [20] *quem plenum & latum fecit Deus.*

28 *Det itaq; tibi Deus de rore cœli,* [21] *vbertatémque terræ, & copiam frumenti ac musti.*

29 *Seruiant tibi populi, & incuruent se tibi nationes, sis dominus fratrum tuorum, & se inclinent tibi filii matris tuæ. Qui tibi mala fuerit imprecatus, huic mala imprecatio obueniat: qui verò bona tibi fuerit imprecatus, is fœlix & faustus sit.*

30 *Cumq; iam Isaac cōsiesset imprecationem faustam ipsi Iacob, vixq; egresso Iacob a patre suo Isaac, venatu venit frater eius Esau.*

31 *Et is quoq; parauit cibos delicatos, quos intulit ad patrē suū, dixitq; patri suo, Surgat pater meus, & edat de venatione filii sui, vt mihi ex animo bona imprecetur.*

32 *Et dixit illi Isaac pater suus, Quis es tu? Ait ille, Ego sum filius tuus, primogenitus tuus Esau.*

33 *Et expauit Isaac ingenti pauore, idq; supra modum, & ait,* [22] *Quis? vbi ergo ille qui venatus est venationem, & intulit mihi, & ego comedi ex omnibus priusquam tu venires, & imprecatus sum ei fausta & fœlicia, eritq; faustus & fœlix?*

34 *Cum Esau audiret verba patris sui, eiulauit eiulatu magno & vehementer amaro, & dixit patri suo, Et mihi bene precare pater mi.*

35 *Qui respondit, Venit frater tuus fraudulenter, & præripuit imprecationem tuam faustam.*

36 *Et dixit,* [23] *Annon verè vocatum est nomen eius Iacob? supplantauit enim me iā secundo, aut primogenituram meam tulit, & nunc quoq; præripuit mihi faustam imprecationem. Et addidit, Annon & mihi imprecationem bonam retinuisti?*

13 Hebr. Fortè attrectabit me pater meus, & ero in oculis eius velut seductor: & inducam, &c. Id est, videbor illi imponere, putabitq; me sibi velle illudere: & ita inducā super me maledictionē pro benedictione.
14 Veruntamen. Vel, tantum.
15 Pretiosa.
16 Hebr. vt benedicat mihi anima tua.
17 Quid sibi hoc vult, quòd tam cito prædā reperisti?
18 vel, Quia fecit occurrere, (subaudi, feram) Dominus Deus tuus ante faciem meam.
19 Hoc dicit per anticipationem, nondum enim benedixerat ei.
20 Heb. cui benedixit Dominus, hoc est, qui fertilis est, valde florida a Deo.
21 Hebr. & de pinguedinibus terræ. Id est, det tibi terram fertilem. Alii vertunt, & pinguedines terræ subiicet.
22 vel, Quis est, & vbi est ille qui cepit venationem, & attulit, &c.
23 vel, Rectè, [illegible]

24 vel, fulciui eum frumento & vino. Hebr. sinus, pro, donaui illum abundantia omnium rerum, vtamque illi imprecatus sum à Deo.
25 nunc
26 vel, erit habitatio tua: i. habitabis in solo, quod Deus reddet fœcundum immissione rorum & pluuiæ.
27 sub. dabit tibi Deus.
28 i. Arte militari comparabis tibi victum.
29 quum præualebis, (vel, quum dominari incipies,) tunc excuties
30 i. mortis.
31 Hebr. consolatur se de te ad interficiendum te i. solatur se de iniuria sibi illata, dum cogitat futurum vt te interficiat.
32 acquiesce mihi. sub. monenti.
33 Heb. dies vnos i. paucos.
34 vel, conquiescat.
35 vel, orbabor.

37 Respondit Isaac, & dixit ad Esau, En præfeci il-
lum tibi dominum, omnésque fratres eius cōstitui illi ser-
uos, [24] frumento & musto suffulsi eum,' & tibi [25] hic'
quid faciam fili mi?
38 Et dixit Esau ad patrem suum, Mi pater, an vni-
cam duntaxat imprecationem faustam habes? impreca-
re & mihi feliciter.
39 Sublatáque voce sua fleuit Esau. Respōdit ei Isaac
pater suus, & dixit, in vbere soli [26] sit habitatio tua', &
de rore cœli [27] desuper.
40 [28] Gladio tuo viues', & fratri tuo seruies: futurū
est autem [29] cum humiliaris, vt frangas' iugum eius de
collo tuo.
41 Odit ergo Esau Iacob propter faustam illam im-
precationem, quam imprecatus ei fuerat pater eius: co-
gitauitq; Esau in corde suo, Appropinquabunt dies [30]
luctus' patris mei, occidamq; Iacob fratrem meum.
42 Nunciata verò sunt Rebeccæ verba Esau filii sui
natu maioris: misit ergo & accersiuit Iacob filium mino-
rem natu, dixitque ad eum, En frater tuus Esau [31] hoc
vno se solatur vt te interficiat'.
43 Nunc igitur [32] me audito fili mi, surge & fuge ad
Laban fratrem meum in Charan',
44 Habitaq; cum eo [33] paucis diebus', donec fratris
tui furor [34] remittat'.
45 Donec inquam ira fratris tui à te auertatur, & ob-
liuiscatur eorum quæ tu aduersus eum commisisti. tum
mittam, & accersam te illinc. cur [35] orbarer' vtroque ve-
strum vno eodémque die?
46 Et dixit Rebecca ad Isaac, Tædet me vitæ meæ, id-
que propter filias Hethæas, si Iacob vxorem duxerit de
filiabus Hethæis quales istæ sunt, de filiabus inquam
istius regionis, ad quid mihi vita?

37 Respondit Isaac, Dominum tuum illum con-
stitui, & omnes fratres eius seruituti illius sub-
iugaui: frumento & vino & oleo' stabiliui eum, &
tibi post hæc fili mi vlterà quid faciam?
38 Cui Esau, Num vnam, inquit, tantum bene-
dictionem habes pater? mihi quoque obsecro vt
benedicas.
39 Cumque eiulatu magno fleret, motus Isaac *Isaac benedicit*
dixit ad eum, In pinguedine terræ, & in rore cæli *ipsi Esau.*
desuper erit benedictio tua.
40 Viues in gladio, & fratri tuo seruies: tem- Heb. 11. d.
pusque veniet cum excutias & soluas iugum eius G
de ceruicibus tuis.
41 Oderat ergo semper Esau Iacob pro bene- *Esau odit ip-*
dictione qua benedixerat ei pater: dixitque in cor- *sum Iacob, &*
de suo, Venient dies luctus patris mei, & occidam *mortem mina-*
Iacob fratrem meum. *tur.*
42 Nunciata sunt hæc Rebeccæ: quæ mittens, Abd. 1. c.
& vocans Iacob filium suum, dixit ad eum, Ecce *Rebecca ipsi*
Esau frater tuus minatur ut occidat te. *Iacob consulit*
43 Nunc ergo fili mi, audi vocē meam, & con- *fugam in Me-*
surgens fuge ad Laban fratrem meum in Ha- *sopotamiam.*
ran:
44 Habitabísque cum eo dies paucos, donec re-
quiescat furor fratris tui.
45 Et cesset' indignatio eius, obliuiscatúrq; eo-
rum quæ fecisti in eum: postea mittam, & addu-
cam te inde huc. cur vtroque orbabor filio in v-
no die?
46 Dixitque Rebecca ad Isaac, Tædet me vitæ
meæ propter filias Heth: si acceperit Iacob vxorem
de stirpe huius terræ, nolo viuere.

CAPVT XXVIII.

1 i. in Mesopotamiam.
2 Hebr. patris matris tuæ,
3 Hic Et, pro id est, ponitur. Benedicat tibi, id est crescere &c.
4 i. ex conferat in te beneficia quæ contulit in Abrahamum: tam faueat tibi quàm fauit Abrahamo.
5 i. repromisit.
6 Heb. benediceret illi.
7 Per istam scalam quæ extendebatur à terra ad cælum, dicunt doctissimi Hebræorum significari, omnia ista inferiora depēdere à supernis. Verum per scalam intelligimus Christum, cuius diuinitas coniuncta erat humanitati, descenditque ad nos: per quē & ascendimus ad Deum Patrē. nemo enim venire potest ad patrem, nisi per Christum. Hoc mysterium ignorant ipsi Iudæi.

1 VOcauit itaque Isaac Iacob, (valedixit, &) bene pre-
catur ei, mandatq; ei, dicens, Ne ducas vxorem de
filiabus Chanaan.
2 Surge, vade in [1] Padan-aram,' ad domum Bethue-
lis,[2] qui auus tuus est maternus,' illinc duc tibi vxorem
de filiabus Laban auunculi tui.
3 Deus autem omnipotens benedicat tibi,[3] & faciat
te crescere, atq; multiplicet te, vt fias in cœtū populorū.
4 [4] Det quoque tibi benedictionem Abrahæ,' tibi in-
quam & semini tuo tecum, vt hæreditate accipias ter-
ram quam incolis, quam [5] dedit' Deus Abrahæ.
5 Amandauit itaque Isaac Iacob, & ille abiit in Pa-
dan-Aram ad Laban filium' Bethuelis Syri fratrem Re-
beccæ, matris Iacob & Esau.
6 Animaduertens autem Esau quòd Isaac benedixis-
set Iacob, & quod misisset eū in Padan-Aram, vt illinc
sibi duceret vxorem, præcepissetque ei cum [6] valediceret,'
dicens, Ne ducas vxorem de filiabus Chanaan:
7 Et quod Iacob obtemperasset patri suo & matri suæ,
abiissétque in Padan-Aram:
8 Intelligens etiam Esau quòd filiæ Chanaan displice-
rent Isaac patri suo:
9 Abiit ipse ad Ismaelem, & duxit sibi vxorem Ma-
halath filiam Ismaelis, filii Abraham, sororem Neba-
ioth, vltra vxores suas.
10 Egressus itaque Iacob de Beersheba, profectus est
Charan.
11 Inuidit autem forte fortuna' in quendam locum,
vbi pernoctauit: nam Sol occiderat. & tollens de lapidi-
bus illius loci, fecit sibi ceruical, & dormiuit in eodem
loco.
12 Et habuit somnium, & ecce [7] scala' erat posita in
terram, cuius culmen pertingebat vsque in cælum,:
angelique Dei ascendebant & descendebant per
eam.

1 VOcauit itáque Isaac Iacob, & benedixit eum, A
præcepitque ei, dicens, Noli accipere coniu- *Prohibet Isaac*
gem de genere Chanaan. *ipsi Iacob, ne*
2 Sed vade, & proficiscere in Mesopotamiam *ducat vxorem*
Syriæ ad domum Bathuel' patrem matris tuæ, & ac- *de filiabus*
cipe tibi inde vxorē de filiab. Laban auunculi tibi. *Chanaan, cui*
3 Deus autem omnipotens benedicat tibi, & *obedit Iacob.*
crescere te faciat atque multiplicet, vt sis in turbas * *patris*
populorum.
4 Et det tibi benedictiones Abrahæ, & semini
tuo post te: vt possideas terrā peregrinationis tuæ, Osee 12. d.
quam pollicitus est auo tuo.
5 Cumq; dimisisset eum Isaac, profectus perue-
nit in Mesopotamiam Syriæ ad Laban filium Ba- B
thuel Syri fratrem Rebeccæ matris suæ.
6 Videns autem Esau, quòd benedixisset pater *Esau, contra*
suus Iacob, & misisset eum in Mesopotamiam Sy- *voluntatem*
riæ, vt inde vxorem duceret: & quod post benedi- *patris, accipit*
ctionem præcepisset ei dicens, Non accipies vxo- *vxorem de fi-*
rem de filiabus Chanaan. *liabus Ismael.*
7 Quodq; obediens Iacob parentibus suis isset
in Syriam.
8 Probans quoq; quòd non libenter aspiceret
filias Chanaan pater suus:
9 Iuit ad Ismaelem, & duxit vxorem absque iis,
quas prius habebat, Mahelech filiam Ismael filii
Abraham, sororem Nabaioth.
10 Igitur egressus Iacob de Bersabee, pergebat
Haran. *Iacob pergens*
11 Cumq; venisset ad quendam locum, & vel- *in Haran, vi-*
let in eo requiescere post Solis occubitū, tulit de la- *det scalam in*
pidibus qui iacebant: & supponens capiti suo, dor- *somnis.*
miuit in eodem loco.
12 Viditq; in somnis scalam stantē super terram, C
& cacumen illius tangens cælum: angelos quoq;
Dei ascendentes & descendentes per eam.

13 Et

Promittitur Iacob terra Chanaan.

13 Et Dominum innixum scalæ, dicentem sibi, Ego sum Dominus Deus Abraham patris tui, & Deus Isaac. Terram, in qua dormis, tibi dabo, & semini tuo.

14 Eritque semen tuum quasi puluis terræ: dilataberis ad Orientem, & Occidentem, & Septentrionem, & Meridiem: & BENEDICENTVR IN TE & in semine tuo cunctæ tribus terræ.

Deut. 12. c. 19. c. CHRISTVS supra 26. 2.

Consolatur Iacob Deus D

15 Et ero custos tuus quocunque perrexeris, & reducam te in terram hanc: nec dimittam nisi cõpleuero vniuersa quæ dixi.

16 Cúmque euigilasset Iacob de somno, ait, Verè Dominus est in loco isto, & ego nesciebam.

Domus-Dei.

17 Pauénsque, Quàm terribilis est, inquit locus iste! non est hic aliud nisi Domus dei, & porta cœli.

18 Surgens ergo Iacob mane, tulit lapidem, quem supposuerat capiti suo, & erexit in titulum, fundens oleum desuper.

Beth-el. Luza.

19 Appellauitque nomen vrbis Beth-el, prius Luza vocabatur.

Votum Iacob. [h] *Deus*

20 Vouit etiam votum, dicens, Si fuerit [h]Dominus mecum, & custodierit me in via per quam ego ambulo, & dederit mihi panem ad vescendum, & vestimentum ad induendum.

Victum atque vestitum petit.

21 Reuersúsque fuero prosperè ad domum patris mei: erit mihi Dominus in Deum.

22 Et lapis iste quem erexi in titulum, vocabitur Domus-dei: cunctorúmque quæ dederis mihi, decimas offeram tibi.

13 *Deus autem innitebatur scalæ, dixitque ad eum, Ego sum Dominus Deus Abraham patris tui, & Deus Isaac: terram in qua tu dormis tibi dabo & semini tuo.*

14 *Eritque semen tuum sicut puluis terræ,* [8] *& tu erumpes usque ad mare Occidentale, ad Orientem, ad Septentrionem, & ad Meridiem: benedicentúrque in te* [9] *& in semine tuo omnes familiæ terræ.*

15 *En ego adsum tibi; & custodiam te quocunque fueris profectus, & reducam te in terram istam:* [10] *neque deseram te, donec fecero quæcunque ad te loquutus sum.*

16 *Euigilans autem Iacob è somno suo, ait, Reuera Dominus est in isto loco, & ego non noueram.*

17 *Et timuit ac dixit, Quàm terrificus est locus iste! non est* [11] *hic nisi domus Dei & porta cœli.*

18 *Consurgens autem Iacob diluculo, tulit lapidem quem sibi ceruical capitis sui posuerat, & erexit illum* [12] *in statuam, fuditque oleum super summitatem eius:*

19 *Et vocauit nomen loci illius Beth-el (etenim nomen illius ciuitatis antea Luz erat.)*

20 *Vouit & votum hisce verbis,* [13] *Quandoquidem Deus mihi adfuit, & custodiet me in via ista qua proficiscor, & dabit mihi panem ad comedendum, & vestimentum ad induendum*

21 *Reuersurus quoque fuero incolumis & saluus ad domum patris mei, erit mihi Dominus in Deum.*

22 *Et lapis iste quem posui in statuam,* [14] *erit domus Dei: & quidcunque dederis mihi, de hoc decimam tibi dabo.*

8 dilataberis etiam ad Occidentem,
9 Et, pro (id est) positum, eadem enim est promissio quæ Abrahæ facta fuerat suprà cap. 22. d. Benedicentur in semine tuo, &c. & cap. 12. a. In te benedicentur cognationes terræ. Hoc loco vtrunque dixit, in te, & in semine tuo.
10 quia non derelinquam te, donec complevero
11 vel, iste, sub. locus
12 vel, in titulum signum siue, monumentum,
13 Heb. Si fuit Deus mecum, & custodierit me in via ista per quam ego ambulo, dederitque mihi panem ad vescendum, & vestes ad vestiendum, quum reuersus fuero in pace i. citra damnum, incolumis & saluus.
14 i. erit locus vbi inuocabitur nomen Dei. Vel, iste lapis erit mihi argumento quod sit domus Dei, & locus in quo soleat Deus exaudire preces hominum. Hic locus erat in quo Abraham obtulerat filium suum.

CAPVT XXIX.

A

Venit Iacob ad Laban.

1 PRofectus ergo Iacob venit in terram Orientalem.

2 Et vidit puteum in agro, tres quoque greges ouium accubantes iuxta eum: nam ex illo adaquabantur pecora, & os eius grandi lapide claudebatur.

3 Morísque erat ut cunctis ouibus congregatis deuoluerent lapidem, & refectis gregibus rursum super os putei ponerent.

Fratres suos vocat ignotos.

4 Dixitque ad pastores, Fratres, vnde estis? Qui responderunt, de Haran.

5 Quos interrogans, Nunquid, ait, nostis Laban filium Nachor? Dixerunt, Nouimus.

6 Sanúsne est? inquit. Valet inquiunt: & ecce Rachel filia eius venit cum grege suo.

7 Dixitque Iacob, Adhuc multum diei superest, nec est tempus vt reducantur ad caulas greges: date antè potum ouibus, & sic eas ad pastum reducite.

8 Qui responderunt, Non possumus, donec omnia pecora congregentur, & amoueamus lapidem de ore putei, vt adaquemus greges.

B

Rachel pascit oues.

9 Adhuc loquebantur, & ecce Rachel veniebat cum ouibus patris sui: nam gregem ipsa pascebat.

10 Quam cum vidisset Iacob, & sciret consobrinam suam, ouésque Laban auunculi sui: amouit lapidem quo puteus claudebatur.

Iacob Rachel sanctè osculatur.

11 Et adaquato grege osculatus est eam: & eleuata voce fleuit.

12 Et indicauit ei quòd frater esset patris sui, & filius Rebeccæ: at illa festinans nunciauit patri suo.

Laban complectitur ipsum

13 Qui cum audisset venisse Iacob filium sororis suæ, occurrit obuiam ei: complexusque

1 *LEuauit itaque Iacob pedes suos, & perrexit ad terram eorum qui ad Orientem habitant.*

2 [1] *Et vidit puteum in campo, iuxta quem cubabant tres greges ouium: nam ex puteo isto adaquabant greges istos, erátque ingens lapis* [2] *super puteo.*

3 [3] *Collectique sunt illuc omnes greges, volutóque lapide ab ore putei, adaquabant oues, & reuoluebant lapidem super puteum in locum suum.*

4 *Dixitque ad eos Iacob, Fratres mei vnde estis? Qui responderunt, de Charan sumus.*

5 *Et dixit ad eos, Nostisne Laban filium Nahor? Illi verò dixerunt, Nouimus. Dixitque rursus ad eos,*

6 [4] *Pacéne habet? Responderunt, Rectè, en Rahel filia eius venit iam cum grege.*

7 *Et dixit,* [5] *Multum adhuc diei superest, adeoque nec tempus pecora cogendi: potum ergo præbete ouibus, euntésque pascite.*

8 *Qui responderunt, Non possumus donec congregentur omnes greges, & voluatur lapis à puteo, vt potum demus ouibus.*

9 *Cum adhuc loqueretur cum eis, venit Rahel cum grege patris sui* [6] *quem ipsa pascebat.*

10 *Cumque vidisset Iacob Rahelem filiam Laban auunculi sui, gregemque eius, accessit & reuoluit lapidem à puteo.*

11 *Et adaquabat gregem Laban auunculi sui. Osculatus quoque est Iacob Rahelem,* [7] *sublatáque voce sua fleuit.*

12 [8] *Nuntiauitque Iacob Raheli quòd ipse esset frater patris eius, & filius Rebeccæ. Illa verò currens nuntiauit hæc patri suo.*

13 *Cum verò Laban audisset rumorem de Iacob filio sororis suæ, currens ei obuiam, amplexatus est eum*

XXIX.
1 Heb. Et vidit, & ecce puteus, &c.
2 circumspiciens Genus regionis, animaduertit puteum.
2 Heb. super os putei.
3 Congregabanturque
4 Heb. Nunquid est pax ei: Inquiunt, Pax
5 Heb. Sane adhuc dies est magna,
6 Heb. quia pastrix erat siue pastorem agebat.
7 sub. Iacob.
8 Iam vero renuntiauerat. Antequam scilicet osculatus eam fuisset.

9 Heb. omnia verba ista. Ad quæ Laban ait, Profecto os meum, &c. i. retulit ei omnia quæ gesta erant cum Esau, quæq; acciderant ei in itinere. Ad quæ Laban respondit, Profecto cõsanguineus meus es. Hic os ab osse est, non ab ore. Hebraismus.
20 Heb mensem dierum. i. mensem integrum, constantem omnibus suis diebus.
21 Hebr. Vere frater meus es? (id est, nepos) seruies mihi ergo gratis? Frater pro nepote. Vel potest, An quod nepos meus sis, gratis seruies mihi?
22 vel, quanta. i. quid velis lucrari.
23 vel, teneros. Quidam intelligunt oculos lippos. Alii, inter quos Chaldæus paraphrastes, interpretantur elegantes. q. d. Lia oculorum tantum pulchritudine commendabatur.
24 Heb. qui fuerunt in oculis eius vt dies vni, id est, pauci.
25 i. vt illa fruar.
26 Heb. Factum est autem mane, & ecce erat Lia. More Hebræo dictum, pro, Mane autem facto cognouit esse Liam.
27 vel, imple septenarium istius Scilicet, Liæ. siue Transeant septem dies festi illius Liæ.
28 adimpleuit enim hebdomadam istius, deditq; (subaudi Laban) ei Rachel, &c.
29 Heb. aperuit vuluam eius.
30 vel, post hac.
31 Vice hac celebrabo Dominum.

atque osculatus, & introduxit eum in domum suam, & ille narrauit ipsi Laban[9] negotia ista cuncta.

14 Ad quem Laban ait, Profecto os meum & caro mea es tu.

15 Et mansit cum eo [19] mensem totum. Dixit verò Laban ad Iacob, [21] An quia frater meus es, gratis mihi seruires? Indica mihi[22] quæ sit merces tua.

16 Erant autem ipsi Laban duæ filiæ: nomen maioris natu erat Lea, minoris verò nomen Rahel.

17 Porrò Lea habebat oculos [23] debiles: Rahel verò erat pulchra forma & venusta facie.

18 Dilexit autem Iacob Rahelem, & ait, Seruiam tibi septem annis pro Rahele filia tua natu minore.

19 Laban respondit, Satius est, vt eam tibi dem quã alii viro: mane apud me.

20 Seruiuit itaq; Iacob pro Rahelem septem annis, [24] qui visi sunt ei dies pauci, eo quòd eam deamaret.

21 Dixit autẽ Iacob ad Laban, Cedo [mihi] vxorem meam, quoniam dies mei exacti sunt, [25] & veniam ad eam.

22 Congregauit ergo Laban omnes viros illius loci, & instruxit conuiuium.

23 Aduentante vespera, accepit Leam filiam suam, & introduxit eam ad Iacob, & ingressus est ad eam.

24 Dedit ad hæc Laban ipsi Leæ filiæ suæ Zilpam ancillam suam vt famula esset.

25 [26] Cumq; iam mane esset, en ea erat Lea. Dixit ergo Iacob ad Laban, Cur fecisti mihi hoc? annon pro Rahele seruiui tibi? cur ergo imposuisti mihi?

26 Respondit Laban, Non est hic mos nostri loci, vt minor natu elocetur ante maiorem natu.

27 [27] Absolue hanc hebdomadam, locabiturq; tibi & illa pro seruitio quod adhuc aliis septem annis mihi seruiturus es. Hoc fecit Iacob,

28 [28] Et absoluit istam hebdomadem, & dedit ei Rahelem filiam suam vxorem. Dedit & Laban Raheli filiæ suæ Bilham ancillam suam, vt esset famula.

29 Ingressus est ergo Iacob ad Rahelem quoque, & amauit Rahelem præ Lea, seruiuitq; illi adhuc aliis septem annis.

30 Videns autem Dominus quòd exosa esset Lea, [29] reddidit eam fœcundam, mansitq; Rahel sterilis.

31 Lea igitur concepit, & peperit filium, vocauitq; nomen eius Ruben: sic enim cogitabat, Vidit Dominus afflictionem meam. [30] nunc igitur diliget me maritus meus.

32 Rursum concipiens peperit filium, & ait, Quandoquidem Dominus audiuit me odio haberi, dedit mihi & istum: vocauitq; nomen eius Simeon.

33 Rursumq; concepit, & peperit filium, & dixit, Et nunc quoque copulabitur mihi maritus meus, quandoquidem peperi ei tres filios; & ob hanc causam vocatum est nomen eius Leui.

34 Denuo concepit, & peperit filium, dicens, [31] Et nunc gratias agam Domino: & idcirco vocauit nomen eius Iuda: destititq; parere.

eum, & in oscula ruens, duxit in domum suam.

14 Auditis autem causis itineris, Os meum es, & caro mea.

15 Et postquam impleti sunt dies mensis vnius, dixit ei, Num quia frater meus es, gratis seruies mihi? dic quid mercedis accipias.

16 Habebat vero duas filias, nomẽ maioris Lia: minor vero appellabatur Rachel.

17 Sed Lia, lippis erat oculis: Rachel decóra facie, & venusto aspectu.

18 Quam diligens Iacob, ait, Seruiam tibi pro Rachel filia tua minore, septem annis.

19 Respondit Laban, Melius est, vt tibi eã dem, quam alteri viro: mane apud me.

20 Seruiuit ergo Iacob pro Rachel septem annis: & videbantur illi pauci dies præ amoris magnitudine.

21 Dixitq; ad Laban, Da mihi vxorem meam: quia iam tempus impletum est, vt ingrediar ad illam.

22 Qui vocatis multis amicorum turbis ad cõuiuium, fecit nuptias.

23 Et vespere Liam filiam suam introduxit ad eum.

24 Dans ancillam filiæ, Zelpham nomine.

25 Ad quam cum ex more, Iacob fuisset ingressus, facto mane vidit Liam: & dixit ad socerum suũ, Quid est quod facere voluisti? nónne pro Rachel seruiui tibi? quare imposuisti mihi?

26 Respondit Laban, Nõ est in loco nostro consuetudinis, vt minores antè tradamus ad nuptias.

27 Imple hebdomadam dierum huius copulæ: & hanc quoq; dabo tibi pro opere quo seruiturus es mihi septem annis aliis.

28 Acquieuit placito: & hebdomada transacta, Rachel duxit vxorem: cui pater seruam Balam tradiderat.

29 Tandemq; potitus optatis nuptiis, amorem sequentis priori prætulit, seruiẽs apud eum septem annis aliis.

30 Videns autem Dominus quod despiceret Liã, aperuit vuluam eius, sorore sterili permanente.

31 Quæ conceptum genuit filium, vocauitque nomen eius Ruben, dicens, Vidit Dominus humilitatem meam, nunc amabit me vir meus.

32 Rursumq; concepit & peperit filium, & ait, Quoniam audiuit me Dominus haberi cõtemptui, dedit etiam istum mihi; vocauitq; nomen eius Simeon.

33 Concepitq; tertio, & genuit alium filium: dixitque, Nunc quoque copulabitur mihi maritus meus, eo quod pepererim ei tres filios; & idcirco appellauit nomen eius Leui.

34 Quarto concepit, & peperit filium, & ait, Modo confitebor Domino, & ob hoc vocauit eum Iudam: cessauitq; parere.

Iacob, & osculatur.
C
Lia lippis oculis.
Iacob seruit septem annis pro Rachel.
Laban nuptias celebrat.
Ipsi Iacob datur Lia pro Rachel.
D
Datur ei & Rachel.
Concipit Lia.
Ruben.
Simeon.
Leui.
Iuda.
Matth. 1.

CAPVT XXX.

1 Cernens verò Rahel[1] quòd nihil pareret ipsi Iacob,[2] æmulata est sororem suam, dixitq; ad Iacob, Da mihi liberos: sin minus, morior.

2 Iacob autem ira incensus aduersus Rahelem, dixit, [3] Num Dei loco sum ego,[4] qui prohibet quo minus pariat?

3 Rahel ait, En ancilla mea Bilha, ingredere ad eam, [5] vt pariat super genua mea, [6] vt ego ex ea ædificer.

1 Cernens autem Rachel, quòd infœcunda esset, inuidit sorori suæ, & ait marito suo, Da mihi liberos, alioquin moriar.

2 Cui iratus respondit Iacob, Num pro Deo ego sum, qui priuauit te fructu ventris tui?

3 At illa, Habeo, inquit, famulam Balam: ingredere ad illam, vt pariat super genua mea, & habeam ex illa filios.

A
Rachel conqueritur marito de infœcunditate.

XXX.

4 Dedit

1 vel, quòd non peperisset ipsi Iacob. 2 inuidit sorori suæ 3 Hebraismus est, pro, Putasne me Deum esse qui id fecerim: aut, qui id possim quod DEVS potest? 4 Hebr. qui prohibuit à te fructum ventris id est, liberos. 5 i. quem illa pariet, accipiam puerum in gremio meo, sic lanam. 6 Heb. & filiabor ego quoque ex illa. i. & habebo filios ex ea. Hebraicus loquendi modus.

Dat Rachel Balam in vxorem marito.

4 Deditq; illi Balam in coniugium: quæ ingresso ad se viro, concepit, & peperit filium.

5 Dixitq; Rachel, Iudicauit mihi Dominus, & exaudiuit vocem meam, dans mihi filium, & idcirco appellauit nomen eius Dan. *Dan.*

6 Rursumque Bala concipiens, peperit alterum.

B 7 Pro quo ait Rachel, Comparauit me Dominus cum sorore mea, & inualui, vocauitque eum Nephthali. *Nephthali.*

Zelpha, ancilla Lea, concipit.

8 Sentiens Lia quòd parere desiisset, Zelpham ancillam suam marito tradidit.

9 Qua post conceptum edente filium, dixit,

10 Fœliciter; & idcirco vocauit nomen eius Gad. *Gad.*

11 Peperit quoq; Zelpha alterum.

12 Dixitq; Lia, Hoc pro beatitudine mea: beatam quippe me dicent omnes mulieres; propterea appellauit eum Aser. *Aser.*

Lia, mandragoris emit à Rachel, vt secum dormiat maritus, & concipit.

13 Egressus autem Ruben tempore messis triticeæ in agrum, reperit mandragoras: quas matri Liæ detulit.

14 Dixitq; Rachel, Da mihi partem de mandragoris filii tui.

15 Illa respondit, Parúmne tibi videtur, quòd præripueris maritum mihi, nisi etiam mandragoras filii mei tuleris? Ait Rachel, Dormiat tecum hac nocte pro mandragoris filii tui.

C 16 Redeuntiq; ad vesperá Iacob de agro, egressa est in occursum eius Lia, & ait, Ad me, inquit, intrabis: quia mercede conduxi te pro mandragoris filii mei. Dormiuitque cum ea, nocte illa.

17 Et exaudiuit Deus preces eius: concepitque, & peperit filium quintum,

18 Et ait, Dedit Deus mercedem mihi, quia dedi ancillam meam viro meo; appellauitque nomen eius Issachar. *Issachar.*

19 Rursum Lia concipiens, peperit sextum filium,

20 Et ait, Dotauit me Deus dote bona: etiam hac vice mecũ erit maritus meus, eo quod genuerim ei sex filios; & idcirco appellauit nomen eius Zabulon. *Zabulon.*

D 21 Post quem peperit filiam nomine Dinam. *Dina.*

Dat Deus conceptũ Racheli.

22 Recordatus quoq; Dominus Rachelis exaudiuit eam, & aperuit vuluam eius.

23 Quæ concepit, & peperit filium, dicens, Abstulit Deus opprobrium meum. *Ioseph.*

24 Et vocauit nomen eius Ioseph, dicens, Addat mihi Dominus filium alterum.

Petit Iacob se dimitti, & mercedem sibi dari.

25 Nato autem Ioseph, dixit Iacob socero suo, Dimitte me, vt reuertar in patriam meam, & ad terram meam.

26 Da mihi vxores, & liberos meos, pro quibus seruiui tibi, vt abeam: tu verò nosti seruitutem qua seruiui tibi.

27 Ait illi Laban, Inueniam gratiam in conspectu tuo: (experimento didici, quia benedixerit mihi Deus propter te.)

28 Constitue mercedem tuam, quam dem tibi.

4 Dedit itaque Bilham ancillam suam ipsi Iacob vxorem, & Iacob ingressus est ad eam. Concipiens itaque Bilha, peperit ipsi Iacob filium.

5 Et ait Rahel, [7] Causam meam egit Deus, & etiam exaudiuit vocem meam, dans mihi filium; & ob id vocatum est nomen eius Dan.

6 Rursum concipiens Bilha ancilla Rahelis, peperit filium secundum, ipsi Iacob.

7 Et dixit Rahel, [8] Vicissitudinibus Dei paria feci cum sorore mea, vt etiam præualeam. vocauitq; nomen eius Nephtali.

8 Videns autem Lea, quòd destitisset parere, accepit Zilpam ancillam suam, deditq; eam Iacob vxorem.

9 Peperit itaque Zilpa ancilla Leæ ipsi Iacob filium, & ait Lea,

10 [9] Auspicato. vocauitq; nomen eius Gad.

11 Zilpa ancilla Leæ peperit filium secundum.

12 Dixitq; Lea, [10] In beatitudine mea: [11] nam beatam me dicent filiæ. vocauitq; nomen eius Aser.

13 Egressus Ruben in diebus messis triticeæ, inuenit [12] mandragoras in agro, attulitq; eas ad Leam matrem suam.

14 Et dixit Rahel ad Leam, Da mihi quæso de mandragoris filii tui.

15 Cui illa respondit, An parũ est, quòd [13] accipis virum meum, insuper & mandragoras filii mei [14] accipies? Dixit Rahel, Dormiat igitur tecum hac nocte pro mandragoris filii tui.

16 Venit igitur Iacob è rure sub vesperam, & egressa est Lea ei obuiam, & ait, Ad me venies: conduxi enim te mandragoris filii mei. & dormiuit cum ea nocte illa.

17 Exaudiuit autem Deus Leam, vt conciperet. & & pareret ipsi Iacob filium quintum.

18 Et dixit Lea, Reddidit [mihi] Deus mercedem meam, eo quod dederim ancillam meam marito meo. vocauitq; nomen eius Isaschar.

19 Rursum concepit Lea, & peperit ipsi Iacob sextum filium.

20 Et dixit Lea, [15] Donauit me Deus bona dote, [16] nunc cohabitabit mihi maritus meus, quoniam peperi ei sex filios. vocauitq; nomen eius Zebulon.

21 Post hæc peperit filiam, cuius nomen vocauit Dinam.

22 Et recordatus est Deus Rahelis, exaudiuitq; eam Deus, [17] & reddidit eam fœcundam.

23 Quæ concipiens peperit filium, dicens, Sustulit Deus [18] opprobrium meum.

24 Vocauitq; nomen eius Ioseph, dicens, [19] Adiiciat mihi Dominus filium alterum.

25 Cumq; peperisset Rahel Ioseph, contigit vt Iacob diceret ad Laban, [20] Dimitte me, vt vadam ad locum meum, & ad terram meam.

26 Da mihi vxores meas, & liberos meos, pro quibus seruiui tibi, vt abeam: tu enim [21] nosti seruitutem meam quod tibi seruiui.

27 Respondit ei Laban, [22] Si nunc gratiam hanc à te impetrare possum:

28 [23] Indica mihi mercedem tuam, & dabo: obseruaui enim hoc, quod Dominus me propter te fortunauit.

7 Heb. Iudicauit me Dominus. vel, pro me. id est, causã superior Deo iudice. Alii exponunt, Iudicauit me Dominus indignam prole, tamen impetraui vt haberem filium.

8 Heb. Luctationibus Dei luctata sum cum sorore mea, & præualui, &c. Luctationes Dei vocat luctationes maximas, vt Cedri Dei, dicuntur cedri altissimæ. Vel, Luctationes Dei, quibus Deus fauet. Alii vertunt, Coniuncta sum per Deum sorori meæ, imò excellui ei.

9 Hebr. Venit fœlicitas. Id est, Prospere cessit quòd tradiderim ancillam meam viro meo. LXX. verterunt, Fœlix facta sum. Alii, Venit turma: subaudi filiorum. Id est, Iam multos habeo filios. Alii, Venit Dux & collectos exercitum.

10 Cum beatitudine mea. Vel, ad fœlicitatem meam. siue, Pro prosperitate mea. Id est, Mihi fœliciter cessit, quod dedi ancillam meam viro meo. LXX, Beata ego. Chaldæus paraphrastes, Laus facta est mihi.

11 Sic Luc. 1. Beatam me dicent omnes generationes.

12 Quidam inter Hebræos scribit mandragoras esse radicem herbæ, quæ radix [illegible]

minem. Alii dicunt mandragoras herbam esse quæ poma fert odorata, coloris ochoræ, & vitellis ouorum similia. Dioscorides in quarto. Quòd poma mandragoræ sint iucundi odoris, clarum est ex capite septimo Cantici Salomonis. Videntur ergo in Iudæa fuisse in pretio poma mandragoræ, quod sua pulchritudine [illegible] pascant, & odore nares plurimum oblectent. Radix huius herbæ habet humanam formam. A Columella mandragora epetheto dicitur semihomo. 13 præripueris. sub. mihi. 14 accipere tentes? 15 Vel, Bonum donum dedit mihi Deus. Id est, Optimam partem accepi mihi. 16 hac vice. 17 Heb. aperuit enim vuluam eius. 18 Olim dabatur vitio sterilitas. Nam fœcunditas ex Deo proueniebat, qui dixerat, Crescite, & multiplicamini. 19 Per futurum mel [illegible] legeretur, Addet mihi Dominus filium alterum: vt sit Hebraismus, pro, Cum vnum habuerim, plures habiturus sum. 20 Id est, Da mihi potestatem abeundi ad domum meam, & in patriam meam. 21 Id est, nosti operam meam quam præstiti tibi q. d. Satis seruiui tibi. 22 Hebr. Quæso si inueni gratiam in oculis tuis. Id est, si tibi charus sum. sub. mane apud me. 23 Hæc verba hoc ordine leguntur apud Hebræos, Si inueni gratiam in oculis tuis [illegible] expertus sum, quod Dominus benedixerit mihi propter te. Dixit inquam, Constitue mercedem tuam mihi, &c. i. Si tibi charus sum, si quid facere velis mea causa, sub. mane apud me, nam ex[peri]mento didici Deum benedixisse mihi tua causa. Neque volo vt maneas apud me gratis: sed præscribe præmium tuum mihi, dic mihi, quod velis lucrari, & dabo tibi. vel, vt dem tibi q. d. quicquid petieris à me, dabo tibi. Si nõ subaudiantur hæc verba, mane apud me, tunc per parenthesin legentur hæc verba. Nam expertus sum quod, &c. vt hoc ordine legantur, Si inueni gratiam in oculis tuis, indica mihi mercedem tuam, & dabo, nam expertus sum quòd Dominus, &c.

24 vel, quanta fuerit apud me possessio tua. Aut, quantus fuerit grex tuus mecum. i. quantum peculium tradideris mihi initio.
25 Paruum erat tibi quod habebat in conspectu meo, & creuit plurimum: & benedixit Dominus tibi ad pedem meum. i. Pauca erant tua pecora quæ tu commisisti mihi: sed creuerunt multum. benedixit enim tibi Dominus ad aduentum meum. Chaldæus Paraphr. vertit, benedixit propter me.
26 Hebr. nunc autem quando operabor ego quoque pro domo mea? Id est, quando dabo operam, vt congregem diuitias ad alendam familiam meam.
27 Heb. ad separandum (i. vt separem) illinc omnes agnos paruis & magnis maculis aspersos, item omnes agnos nigros inter agnos, & magnis aut paruis maculis aspersas inter capras: & eritque merces mea. quod scilicet nascetur tale, quæ illis similes pariter nascentur, mihi cedent mercedis loco.
28 vel, Respondebitque mihi crastina die iustitia mea, quando veneris ad mercedem meam, ante te. i. Iustitia mea testimonium tibi perhibebit de me, sine testimonium mihi feret, quum tu veneris ad mercedem meam. Hoc est, Tunc [illegible]

29 *Et dixit ad eum. Tu nosti quomodo seruierim tibi, & [24] quale pecus fuerit tibi me pastore.*

30 *Nam [25] modicum quod tibi fuit antequam ad te venirem, vehementer auctum est, & quod Dominus te fortunarit mea caussa: [26] nunc vero quando tandem domui meæ prospiciam?*

31 *Qui ait, Quid dabo tibi? Respondit Iacob, Nihil dabis mihi: si feceris mihi istam rem, iterum pascam [&] custodiam oues tuas.*

32 *Transibo hodie per omnes greges tuos, [27] separa tu illinc omne pecus punctis respersum & maculis variegatum, & quidquid fuluum erit in agnis, punctis respersum, & maculis variegatum in capris, merces mea fuerit.*

33 *[28] Et respondebit pro me iustitia mea postero tempore: veniet enim ad mercedem meam coram te. Quidquid ergo in capris [29] aut punctis respersum, aut maculis variegatum, in agnis verò fuluum non fuerit, furtum hoc esto apud me.*

34 *Dixit ergo Laban, [30] Age, modo fiat quod dixisti.*

35 *[31] Relegauit igitur eadem die hircos circulatos, & maculis variegatos, omnesque capras punctatas & maculosas, omnes inquam in quibus albedinis aliquid fuit, deinde quicquid in agnis fuluum fuit: & dedit eas sub manu filiorum suorum.*

36 *[32] Interstinxit verò inter se & Iacob iter trium dierum, & Iacob pascebat oues Laban reliquas.*

37 *Porro Iacob accepit virgas virides de populo, auellana & castanea, [33] & deglubit ea vt albedo appareret.*

38 *Denudans scilicet quod album erat in virgis.*

39 *[34] Et posuit virgas, quas deglubebat, in canales aquarias in quas decurrebant aquæ: illuc enim conueniebant oues ad bibendum [Posuit autem virgas] è regione ouium, vt potum venientes incaluissent, conciperentque.*

40 *[35] In ardore ergo oues concipiebant ad virgas, & pariebant circulatas, punctis respersas, & maculis variegatas.*

41 *Iacob autem separauit agnos, & direxit faciem gregis [36] aduersus circulatas & cunctas fuluas quæ erant in grege Laban. posuit enim sibi greges seorsim, non ad oues Laban.*

42 *[37] In omni igitur admissura ouium robustiorum posuit Iacob virgas in canales ante oculos ouium, (hoc scilicet agens.)*

43 *[38] Vt in admissura conspectis virgis conciperent. [39] In admissura autem debilium ouium non ponebat. erant ergo debiliores Laban, robustiores verò ipsius Iacob.*

44 *Auctus est ergo vir ille in immensum, ita vt esset ei magnus grex, ancillæ serui, cameli & asini.*

29 At ille respondit. Tu nosti quomodo seruierim tibi, & quanta in manibus meis fuerit possessio tua.

30 Modicum habuisti antequam venirem ad te, & nunc diues effectus es: benedixitque tibi Deus ad introitum meum: iustum est igitur vt aliquando prouideamus * domui meæ. E

31 Dixitque Laban, Quid tibi dabo? At ille ait, Nihil volo: sed si feceris quod postulo, iterum pascam, & custodiam pecora tua.

32 Gyra omnes greges tuos, & separa cunctas oues varias, & sparso vellere: & quodcunque furuum & maculosum variumque fuerit, tam in ouibus, quam in capris, erit merces mea.

33 Respondebitque mihi cras iustitia mea, quando placiti tempus aduenerit, coram te: & omnia quæ non fuerint varia, & maculosa, & furua, tam in ouibus quam in capris, furti me argues.

34 Dixitque Laban, Gratum habeo quod petis.

35 Et separauit in die illa capras & oues, & hircos & arietes varios, atque maculosos: cunctum autem gregem vnicolorem, id est albi & nigri velleris, tradidit in manu filiorum suorum. F

36 Et posuit spatium itineris trium dierum inter se & generum, qui pascebat reliquos greges eius.

37 Tollens ergo Iacob virgas populeas virides, & amygdalinas, & ex platanis, ex parte decorticauit eas: detractisque corticibus, in his quæ spoliata fuerant, candor apparuit:

38 Illa vero quæ integra fuerant, viridia permanserunt: atque in hunc modum color effectus est varius.

39 Posuitque eas in canalibus, vbi effundebatur aqua: vt cum venissent greges ad bibendum, ante oculos haberent virgas, & in aspectu earum conciperent.

40 Factumque est vt in ipso calore coitus oues intuerentur virgas, & parerent maculosa, & varia, & diuerso colore respersa. G

41 Diuisitque gregem Iacob, & posuit virgas in canalibus ante oculos arietum: erant autem alba & nigra quæque, Laban: cætera vero, Iacob, separatis inter se gregibus.

42 Igitur quando primo tempore ascendebantur oues, ponebat Iacob virgas in canalibus aquarum ante oculos arietum & ouium, vt in earum contemplatione conciperent.

43 Quando serotina admissura erat, & conceptus extremus, non ponebat eas. Factaque sunt ea quæ erant serotina, Laban: & quæ primi temporis, Iacob.

44 Ditatusque est homo vltra modum, & habuit greges multos ancillas, & seruos, camelos & asinos.

Ditauit Deus ipsum Laban propter Iacob.
** etiam.*

Iacob variis coloris oues ex vnicoloribus natas mercedem petit.

Variat Iacob gregis colorem, instinctu & mandato Dei, vt sequens caput indicat.

Ditissimus Iacob.

CAPVT

[illegible] quum venero ad videndas oues quæ mihi mercedis loco cedent, & videris me nihil habere quod tuum sit. 29 vel, aut maculis paruis, aut magnis [illegible], & nigrum in ouibus non fuerit; apud me erit furto ablatum. Id est, Dicito me furto abstulisse, & me furti argue, si videris apud me capras variis maculis non aspersas, aut oues non [illegible] [illegible] Id est, parum [illegible] [illegible] & omnia nigra in ouibus, &c. [illegible] 35 vel, [illegible] [illegible] albas, [illegible] candor qui erat super virgas. [illegible] [illegible] Atque ita factum est vt denudarent candorem [illegible] apparuit candor qui tubebat [illegible] [illegible] ad quos veniebant vel, venturæ erant pecudes vt haberent [illegible] [illegible] calore [illegible] vel, incalescebant (vel coibant) [illegible] diuerso colore velut fasciis videbantur [illegible] [illegible] habentes, & versus omne nigrum in grege Laban [illegible] [illegible] gregem, secitque illum ante [illegible] gregem Laban, vt [illegible] maculosos. [illegible] quando [illegible] oues incalescebant [illegible] mense Martio. [illegible] ante virgas. 39 Hebraice ad verbum, [illegible] ipsius Laban, & robustiores ipsius Iacob. Hoc est, quando mense Septembri [illegible] [illegible] Hæc est tertia industria Iacob, quod virgas posuit [illegible] tempore robustiores oues conceptui operam dabant, aut quando proclíuiores erant ad coitum, vt ita robustiorem ederent foetum: quod fit mense Martio.

CAPVT XXXI.

A

Murmurauerunt filij Laban ob diuitias Iacob.

1 POstquam autem audiuit verba filiorum Laban dicentium, Tulit Iacob omnia quæ fuerunt patris nostri, & de illius facultate ditatus, factus est inclytus:

Iubet Deus ipsi Iacob reuerti in patriam.

2 Animaduertit quoq; faciem Laban quod non esset erga se sicut heri & nudiustertius.

3 Maxime dicente sibi Domino, Reuertere in terram patrum tuorum, & ad generationem tuam, eroque tecum.

** Iacob.*

4 Misit, * & vocauit Rachel & Liam in agrum, vbi pascebat greges. Dixitque eis.

Iacob narrat beneficium Dei erga se.

5 Video faciem patris vestri, quòd non sit erga me sicut heri & nudiustertius: Deus autem patris mei fuit mecum.

6 Et ipse nostis quòd totis viribus meis seruierim patri vestro.

7 Sed & pater vester circumuenit me, & mutauit mercedem meam decem vicibus: & tamen non dimisit eum Deus vt noceret mihi.

Deus seruat Iacob, ne noceat ei Laban.

8 Si quando dixit, Variæ, erunt mercedes tuæ: pariebant omnes oues varios fœtus. quando vero econtrario ait, Alba quæque accipies pro mercede: omnes greges alba pepererunt.

B

9 Tulitque Deus substantiam patris vestri: & dedit mihi.

10 Postquam enim conceptus ouium tempus aduenerat, leuaui oculos meos, & vidi in somnis ascendentes mares super fœminas, varios, & respersos, & maculosos, & diuersorum colorum.

11 Dixitque angelus Dei ad me in somnis Iacob? Et ego respondi, Adsum.

12 Qui ait, Leua oculos tuos, & vide vniuersos masculos ascendentes super fœminas, varios, maculosos, atque respersos. Vidi enim omnia quæ fecit tibi Laban.

Supra 28. d

13 Ego sum Deus Beth-el, vbi vnxisti lapidem, & votum vouisti mihi. nunc ergo surge, & egredere de terra hac, reuertens in terram natiuitatis tuæ.

14 Responderuntque Rachel & Lia, Numquid habemus residui quicquam in facultatibus, & hæreditate domus patris nostri?

15 Nonne quasi alienas reputauit nos, & vendidit comeditque precium nostrum?

16 Sed Deus tulit opes patris nostri, & eas tradidit nobis, ac filiis nostris. vnde omnia quæ præcepit tibi Deus fac.

C

17 Surrexit itaque Iacob: & impositis liberis ac coniugibus suis super camelos, abiit.

Iacob reuertitur in terram suam, inscio Laban.

18 Tulitque omnem substantiam suam, & greges, & quicquid in Mesopotamia acquisierat, pergens ad Isaac patrem suum in Terram Chanaan.

** Itaque Rachel furata patris idola.*

19 Eo tempore ierat Laban ad tondendas oues, & Rachel furata est idôla Patris sui.

20 Noluitque Iacob confiteri socero suo quòd fugeret.

21 Cumque abiisset tam ipse quàm omnia quæ iuris sui erant, & amne transmisso pergeret contra Montem Galaad:

22 Nunciatum est Laban die tertio quòd fugeret Iacob.

Laban insequitur Iacob.

23 Qui assumptis fratribus suis, persecutus est eum diebus septem: & comprehendit eum in Monte Galaad.

Cura Dei pro Iacob, nequid mali inferat ei Laban.

24 Viditque in somnis dicentem sibi Dominum, Caue ne quicquam aspere loquaris contra Iacob.

D

25 Iamque Iacob extenderat in monte tabernaculum. cumque ille consecutus fuisset eum, cum fratribus suis in eodem Monte Galaad fixit tentorium.

1 ET audiuit verba filiorum Laban, qui sic loquebantur, Rapuit Iacob quidquid erat patris nostri, & ex his quæ patris nostri sunt, omnem istam [1] gloriam parauit.

2 Vidit quoque Iacob faciem Laban, animaduertitque eam non esse erga se [2] quemadmodum fuerat heri & nudiustertius.

3 Et dixit Dominus ad Iacob, Reuertere ad terram patrum tuorum, & ad natale solum ego tibi adero.

4 Mittens igitur Iacob, accersiuit Rahelem & Leam in agrum ad gregem suum. Et dixit ad eas.

5 Video ego faciem patris vestri non esse erga me quemadmodum heri & nudiustertius: veruntamen Deus patris mei mihi adfuit.

6 Et vos quidem nostis quòd toto robore meo seruiui patri vestro.

7 Pater autem vester [3] dolo male egit mecum, & immutauit mercedem meam iam [4] decies: neque tamen permisit Deus vt me læderet.

8 Quum diceret, Quæ punctis [5] respersa sunt, sint merces tua: tunc nascebantur omnes oues [5] punctis respersæ. si vero diceret, [6] Circulis obuincta, erunt merces tua: nascebantur omnes [7] oues circulata.

9 Eripuit igitur Deus peculium patri vestro, & mihi dedit.

10 [8] Et hoc quoque factum est, in ouium admissura sustuli oculos meos, vidique per somnium hircos [9] obuinctos circulis, punctis respersos, & albis maculis notatos, qui inibant gregem.

11 Tum dixit ad me angelus Dei per somnium, Iacob? Et respondi, præsto sum.

12 Et dixit, Attolle quæso oculos tuos, & obserua omnes hircos [9] obuinctos circulis, punctis respersos, & albis maculis notatos qui ineunt gregem: vidi enim quæcunque in te [10] commisit Laban.

13 Ego sum Deus Beth-el, cui illic statuam erexisti, quique ibi mihi votum vouisti. surge igitur, & egredere ex ista terra, & redi in patriam tuam.

14 Respondit Rahel simulque Lea, & dixerunt ad eum, [11] Num pars aut hæreditas adhuc nobis est in domo patris nostri?

15 Annon extranea ab eo reputata sumus? vendidit enim nos, deinde & argentum nostrum [12] insumpsit.

16 [13] Quandoquidem nostra sunt liberorumque nostrorum, fac quidquid Deus tibi mandauit.

17 Surrexit itaque Iacob, & imposuit filios suos & vxores suas camelis.

18 Adduxitque omnes greges suos, & omnes facultates suas quas parauerat, omnes oues possessionis suæ, quas acquisierat in Padan-aram, vt remearet ad Isaac patrem suum in terram Chanaan.

19 Laban autem abierat vt tonderet oues suas, furata est interim Rahel simulachra patris sui.

20 [14] Iacob vero furatus est cor Laban Syri, eo quod abitum suum illi non indicasset.

21 Fugit itaque ipse & omnia quæ illius erant, surrexitque & traiecit [15] fluuium, dirigens faciem suam versus [16] Montem Gilead.

22 Die tertio nunciatum est ipsi Laban quod Iacob fugisset.

23 Et sumens secum fratres suos, insequutus est illum itinere septem dierum, & apprehendit eum in monte Gilead.

24 Venerat autem Deus in somno nocturno ad Laban Syrum, & dixerat ad eum, Caue [17] ne quidquam loquaris cum Iacob.

25 Assequutus est itaque Laban Iacob. Fixerat autem tabernacula sua Iacob in monte, sed & Laban cum fratribus suis tetendit (tentoria sua) in monte Gilead.

1 vel, splendorem, aut opulentiam. i. peperit sibi has diuitias, quibus assequutus est gloriam, & splendorem istum.
2 i. sicut antea solebat.
3 Heb. mentitus est mihi: Mutauit enim &c. fallaciter & peruerse egit mecum.
4 Numerus certus his ponitur pro incerto, multis vicibus.
5 punctis paruis.
6 Ea quorum crura erant diuersis coloribus veluti fasciis reuincta.
7 foetus quorum crura erant diuersis coloribus veluti fasciis reuincta.
8 vel, Accidit enim, tempore quo incalescebant oues. Vel, tempore quo coibant.
9 vel, crura diuerso colore veluti fasciis reuincta habentes, paruis item punctis, &c
10 facit, præsenti tempore.
11 q.d. Nihil est quod amplius expectemus à patre nostro.
12 decoxit. i. vendidit nos tibi: seruiuisti enim illi pro nobis & decoxit pecuniam nostram i. quæ nobis debebatur pro mariti nostri labore. fructus enim laborum Iacob redibat ad Laban.
13 vel, Sane omnes opes, &c. nunc ergo fac, &c.
14 Furatus est etiam Iacob cor Laban Syri, eo quod non renuntiarit vel quod fugeret. vel fugere vellet. Hebraismus est, Furatus est cor Laban, pro, ignorante vel inscio Laban aufugit
15 i. Euphratem.
16 Per anticipationem nondum enim ita appellabatur
17 Heb. ne loquaris cum Iacob à bono ad malum i. nequid blande aut aspere alloquaris.

26 Ait itaque Laban ad Iacob, Quid fecisti quòd [18] furatus es, cor meum, & abduxisti filias meas veluti [19] bello captas?

27 [20] Cur me clàm & inscio fugam capessere voluisti? Quin mihi indicasti, vt te cum gaudio amandassem, deduxissemque cum canticis, tympanis & citharà?

28 Insuper vt permisisti vt osculater filios meos & filias meas. stulte quidem egisti.

29 [21] Et satu potens essem vobis malefacere: at Deus patris vestri heri ad me dixit, Caue [17] loquaris cum Iacob quidquam.

30 [22] Quòd si omnino abire collibitum fuit, vtpote desiderio paternæ domus flagrans: continuóne deos meos furari oportuit?

31 Respondit Iacob & dixit ad Laban, Ei quod timui, cogitauique te vi rapturum esse filias tuas mihi.

32 Ceterùm is apud quem Deos tuos inueneris, [23] non viuat coram [24] fratribus nostris: Recognosce tibi si quid apud me est, & cape tibi. nesciebat autem Iacob quod Rahel eos esset furata.

33 Ingressus ergo est Laban tabernaculum Iacob, tabernaculum Lea, tabernaculumque duarum ancillarum, & non inuenit.

34 Egressusque tabernaculum Lea, venit in tabernaculum Rahelis. Porro Rahel simulachra illa acceperat, & posuerat ea [25] sub stratum cameli, insediteque eis & cum Laban contrectasset totum tabernaculum, nihil tamen inuenit. Rahel autem dixit ad patrem suum.

35 Ne succenseat dominus meus [26] quod non possum assurgere tibi, quia [27] iuxta consuetudinem fœminarum mihi accidit. Perscrutans itaque, non inuenit simulachra.

36 [28] Hoc iram mouit ipsi Iacob, vt litigaret cum Laban, & diceret, Quæ præuaricatio mea, aut quod denique peccatum meum quod sic exardescens me insequeris? [29] Contrectasti omnem supellectilem meam.

37 Quid ex vniuersa supellectili domus tuæ deprehendisti? [30] Profer hîc coram fratribus meis & fratribus tuis, vt isti inter nos duos disceptent.

38 En viginti istis annis fui tecum, oues tuæ & capræ tuæ non fuere abortæ, sed neque arietes gregis tui comedi.

A fera [illegible], tibi non attuli ego si quid peccatum, [31] pœnas dedi.

39 E manu mea requirebas si quid vel interdiu, vel noctu furto surreptum fuerat.

40 Interdiu consumpsit me æstus, nocturno vero tempore gelu, fugitque somnus meus ab oculis meis.

41 [32] Viginti istis annis inquam seruiui tibi in domo tua, quatuordecim annis pro duabus filiabus tuis, & sex annis pro ouibus tuis, & immutasti mercedem meam iam decies.

42 Et nisi [33] Deus patris mei, Deus Abraham, & [34] pauor Isaac affuisset mihi, [35] nunc quoque vacuum me amandasses: sed afflictionem meam, & laborem manuum meatum respexit Deus. [36] & redarguit te heri.

43 Laban respondit, & dixit ad Iacob, Annon filiæ istæ filiæ meæ sunt, & filii isti filii mei, sed & greges isti greges mei, imo quidquid tu vides [37] annon meum est? [38] & filiabus istis quid facerem hodie, aut filiis earum quos pepererunt?

44 Veni igitur, [39] feremus ego & tu fœdus, quod testis loco sit inter me & te.

45 Accepto itaque lapide Iacob [40] statuam erexit.

46 Dixitque ad fratres suos, [41] Legite lapides. Qui afferentes lapides, tumulum excitarunt, & ibi super eum comederunt. 47 Vocauitque eum Laban [42] Iegar Schahadutha, Iacob vero vocauit eum [43] Galeed.

26 Et dixit ad Iacob, Quare ita egisti, vt clam me abigeres filias meas quasi captiuas gladio? *Obiurgat Laban ipsum Iacob.*

27 Cur ignorante me fugere voluisti, nec indicare mihi: vt prosequerer te cum gaudio, & canticis, & tympanis, & citharis?

28 Non es passus, vt oscularer filios meos & filias: stulte operatus es & nunc quidem.

29 Valet manus mea reddere tibi malum: sed Deus patris * tui heri dixit mihi, Caue ne loquaris * contra Iacob quicquam durius. *vestri.* *cum.*

30 Esto, ad tuos ire cupiebas, & desiderio tibi domus patris tui: cur furatus es Deos meos? *Conqueritur idola sibi esse ablata.*

31 Respondit Iacob, Quod inscio te profectus sum, timui ne violenter auferres filias tuas.

32 Quod autem furti me arguis, apud quemcunque inueneris Deos tuos, necetur coram fratribus nostris scrutare, quicquid tuorum apud me inueneris aufer. hæc dicens, ignorabat quòd Rachel furata esset idôla. E

33 Ingressus itaque Laban tabernaculum Iacob, & Liæ, & vtriusque famulæ, non inuenit.

34 Cumque intrasset tentorium Rachelis, illa festinans abscondit idôla subter stramenta cameli, & sedit desuper: scrutantique omne tentorium, & nihil inuenienti, ait: *Rachel absconsis idolis patrem deludit ipsum.*

35 Ne irascatur dominus meus, quòd coram te assurgere nequeo: quia iuxta consuetudinem fœminarum nunc accidit mihi. sic delusa sollicitudo quærentis est.

36 Tumensque Iacob, cum iurgio ait, Quam ob culpam meam, & ob quod peccatum meum sic exarsisti post me, & scrutatus es omnem supellectilem meam?

37 Quid inuenisti de cuncta substantia domus tuæ? pone hîc coram fratribus meis & fratribus tuis, & iudicent inter me & te.

38 Idcirco viginti annis fui tecum? oues tuæ & capræ steriles non fuerunt, arietes gregis tui non comedi: nec captum a bestia ostendi tibi. ego damnum omne reddebam. *Iacob fidem, diligentiam, & laborem suum declarat ipsi Laban.*

39 Quicquid furto peribat, à me exigebas.

40 Die noctuque æstu * vrgebar, & gelu, fugiebatque somnus ab oculis meis. F *vrebar.*

41 Sicque per viginti annos in domo tua seruiui tibi, quatuordecim pro filiabus, & sex pro gregibus tuis: immutasti quoque mercedem meam decem vicibus.

42 Nisi Deus patris mei Abraham & timor Isaac affuisset mihi, forsitan modo nudum me dimisisses: afflictionem meam & laborem manuum mearum respexit Deus, & arguit te heri.

43 Respondit ei Laban, Filiæ meæ & filii & greges tui, & omnia quæ cernis, mea sunt: quid possum facere filiis & nepotibus meis?

44 Veni ergo, & ineamus fœdus: vt sit in testimonium inter me & te.

45 Tulit itaque Iacob lapidem, & erexit illum in titulum. *Pactum inter Laban & Iacob.*

46 Dixitque fratribus suis, Afferte lapides. Qui congregantes fecerunt tumulum, comederuntque super eum.

47 Quem vocauit Laban Tumulum-testis: & Iacob, Aceruum testimonii, vterque iuxta proprietatem linguæ suæ.

18 Furari cor alterius (vt dictum est) est celare eum, & clam eum aliquid facere.
19 Heb. captas gladio?
20 Heb. cur abscondisti te ad fugiendum, & furatus es me, & non indicasti mihi: & dimisissem te cum gaudio, &c. Hæc posteriora verba, Non indicasti mihi, declarant quod obscurius dixerat, Abscondisti te ad fugiendum, & furatus es me. q. d. Cur clàm aufugisti, me nesciente, nec indicasti?
21 Heb. Est fortitudo in manu mea, &c. i. Possem vobis malum facere.
22 Heb. Et nunc eundo iuisti, quia desyderando desiderauisti domum patris tui: Cur furatus es deos meos?
23 vel, non viuet q. d. mea manu cum interficiam.
24 Fratres vocat cognatos.
25 vel, sub clitellis.
26 vel, non enim [illegible].
27 Heb. est mihi consuetudo mulierum. Id est, quia patior menses, siue menstrua.
28 Heb. iratusque Iacob, iratus est cum Laban atque respondens, dixit ipsi Laban.
29 Heb. quando contrectasti omnia vasa mea, [illegible]
30 Hebræum [illegible]
31 [illegible]
32 Heb. [illegible] viginti annis in domo tua [illegible]
[illegible] seruiui tibi quatuordecim, &c. 33 i. Deus quem patres mei colebant, qui pater dicebatur Abraham. 34 Id est, Deus quem timuit Isaac. 35 Subaudiendum [illegible] quod inanem dimisisses me. Aut, vox Hebræa [illegible], accipienda est pro sane vel certe. Certe inanem dimisisses me. 36 vel, arguit enim te heri. Vel, [illegible], hesterna nocte.
37 Heb. meum est. 38 Vel, [illegible] quid faciam hodie, aut filiis q. d. natura non permittit vt detrimenti quicquam eis inferam. 39 vel, percutiamus. 40 Vel, [illegible] titulum. 41 Colligite. 42 Hæ duæ voces Syriacæ significant tumulum siue aceruum testimonii. Idem significat & vox Hebræa Galeed, ipsum postea interpretemur. 43 vel, vocauerat, scilicet Iacob.

48 Dixit-

G 48 Dixitque Laban, Tumulus iste erit testis inter me & te hodie. & idcirco appellatum est nomen eius Galaad, id est Tumulus testis.

49 Et adiecit Laban, Intueatur & iudicet Dominus inter nos quando recesserimus à nobis.

50 Si afflixeris filias meas, & si introduxeris alias vxores super eas: nullus sermonis nostri testis est absque Deo, qui præsens respicit.

51 Dixitque rursus ad Iacob, En tumulus hic, & lapis quem erexi inter me & te, Testis erit.

52 Tumulus, inquam, iste & lapis sint in testimonium, si aut ego transiero illum pergens ad te: aut tu præterieris, malum mihi cogitans:

53 Deus Abraham & Deus Nachor iudicet inter nos, Deus patris eorum. Iurauit ergo Iacob per timorem patris sui Isaac:

54 Immolatisque victimis in Monte, vocauit fratres suos vt ederent panem. Qui cum comedissent, manserunt ibi.

55 Laban verò de nocte consurgens, osculatus est filios & filias suas, & benedixit illis: reuersusq; est in locum suum.

48 Dixitq; Laban, Tumulus iste testis est hodie inter me & inter te. & idcirco vocatum est nomen eius Galaad.

49 Et [44] Mitzpa, [45] quoniam dixit, [46] Speculetur Dominus inter me & inter te, [47] quando fuerimus separati alter ab altero.

50 Si afflixeris filias meas, & si duxeris vxores [48] ad filias meas, [49] nemo nobiscum est: en Deus testis est inter me & inter te.

51 Rursumq; dixit Laban ad Iacob, En iste tumulus, & en statua quam erexi inter me & te: Testis esto.

52 Tumulus iste, & testis quoque hac statua, quòd ego tumulum istum non transibo [50] ad te, nec tu tumulum istum & statuam istam [51] ad me [52] ad malum.

53 Deus Abraham, & [53] Deus Nahor, Deus quoq; patrum illorum, iudicent inter nos. Et iurauit Iacob per pauorem patris sui Isaac.

54 Mactauit quoque Iacob victimam in Monte, inuitauitq; [54] fratres suos vt manducarent panem. Et comederunt panem, pernoctaruntq; in monte illo.

55 Consurgénsq; Laban diluculo, osculatus est [55] filios suos & filias suas, & imprecatus est eis fœlicia valedicénsq; Laban, [56] abiit reuersus ad locum suum.

44 Hoc, est Iacob vocauit etiam locum illum Mispha. Specula ista. quoniam Laban dixerat, Aspiciat Dominus &c.
45 sub. Laban.
46 sub. posthac.
47 vel, quum abscondemur quisque à socio suo. Hebraismus, pro, quando discesserimus alter ab altero.
48 vltra
49 q. d. præsente Deo, & absentibus hominibus pollicere te non afflicturum filias meas. Phrasis Hebraica.
50 sub. eundo.
51 sub. veniendo.
52 vel, ad inferendum iniuriam q. d. ego continebo me intra hos fines, & tu intra illos: neque alter alterius fines ingredietur, vt inferat alteri malum.
53 dii Nachor iudicabunt inter nos, cum diis patris illorum. Dii Nachor, erant idola.
54 i. affines.
55 i. nepotes.
56 Heb. & abiit, & reuersus est. pro, abiensque reuersus est.

CAPVT XXXII.

A 1 IAcob [a] autem abiit in itinere quo cœperat: fueruntque ei obuiam angeli Dei.

2 Quos cum vidisset, ait, Castra Dei sunt hæc. & appellauit nomen loci illius Mahanaim: id est Castra.

3 Misit autem & nuntios ante se ad Esau fratrē suum in Terram-Seir, in Regionem-Edom:

4 Præcepitque eis, dicens, Sic loquimini domino meo Esau, Hęc dicit frater tuus Iacob, Apud Laban peregrinatus sum, & fui vsque in præsentem diem.

5 Habeo boues & asinos & oues, & seruos &
B ancillas: mittóque nunc legationem ad dominum meum, vt inueniam gratiam in conspectu tuo.

6 Reuersique sunt nuncii ad Iacob, dicentes, Venimus ad Esau fratrem tuum, & ecce properat in occursum tuum cum quadringentis viris.

7 Timuit Iacob valde: & perterritus diuisit populum qui secum erat, greges quoque & oues & boues & camelos in duas turmas, dicens.

8 Si venerit Esau ad vnam turmam, & percusserit eam, alia turma, quæ reliqua est, saluabitur.

9 Dixitque Iacob, Deus patris mei Abraham, &
C Deus patris mei Isaac: Domine qui dixisti mihi, Reuertere in terram tuam, & in locum natiuitatis tuę, & benefaciam tibi:

10 Minor sum cunctis miserationibus tuis, & veritate tua quam expleuisti seruo tuo. In baculo meo transiui Iordanem istum. & nunc cum duabus turmis regredior.

11 Erue me de manu fratris mei Esau, quia valde eum timeo: ne forte veniens percutiat matrem cum filiis.

D 12 Tu locutus es quòd benefaceres mihi, & dilatares semen meum sicut arenam maris, quæ præ multitudine numerari non potest.

13 Cumque dormisset ibi nocte illa, separauit de

1 IAcob verò [2] profectus est itinere suo, cui obuiam facti sunt angeli Dei.

2 Quos cum vidisset Iacob, dixit, Castra sunt hæc Dei. & vocauit nomen loci illius [3] Mahanaim.

3 Iacob autem nuntios ante se præmisit ad Esau fratrem suum in terram Seir, in regionem Edom.

4 Mandauitq; eis dicens, Sic dicetis domino meo Esau, [4] Sic dicit seruus tuus Iacob, Apud Laban aduena fui, illicq; moram traxi hactenus.

5 Et sunt mihi boues, asini & oues, serui & ancillæ, [5] misiq; nunciatum (hæc) domino meo, vt impetrarem gratiam apud te.

6 Reuersi sunt nuntii ad Iacob, dicentes, Venimus ad fratrem tuum, nempe ad Esau, qui tibi etiam obuiam venit, habetque secum quadringentos viros.

7 Timuit verò Iacob vehementer, anxiúsque fuit: distribuit ergo populum qui secum erat, oues quoque & boues & camelos in duas turmas, atq;:

8 Si venerit Esau ad vnam turmam, & trucidauerit eam, [6] euadet altera, reliquaque manebit.

9 Et dixit Iacob, Deus patris mei Abrahā, & Deus patris mei Isaac, Domine qui dixisti ad me, Reuertere in terram tuam, & in patriam tuam, & omnino benefaciam tibi.

10 Inferior sum [7] omni beneficentia omnique [8] fide quam seruo tuo exhibuisti: [9] quoniam baculo meo transiui Iordanem istum, & nunc [10] creui in duas turmas.

11 Eripe me quæso è manu fatris mei, de manu Esau: nam timeo eum, ne veniat & trucidet matrem simul cum filiis.

12 [11] Et tu quidem promisisti quod velis mihi benefacere, redderéq; semen meum veluti arenam maris, quæ præ multitudine numerari non potest.

13 Pernoctauit itaq; illic nocte illa, & accepit de

XXXII.
1 vel, Iacob quoque
2 i. cœperat iter suum conficere.
3 i. castra. Est autem Mahanaim, locus vltra Iordanem non procul à monte Galaad.
4 q. d. Hæc seruus tuus Iacob vult tibi esse nota.
5 Heb. mittoque vt nuntiem domino meo, vt inueniam gratiam in oculis tuis. Multa hîc sunt subaudienda, & mitto nuntios vt nuncient domino meo aduentum meum, vt inueniam &c. Alii aliud subaudiunt. Vt annuntient domino meo quæcunque præcepit mihi Dominus. Est autem Hebraismus, vt inueniam gratiam in oculis tuis, pro, vt tibi sim gratus. 6 Heb. erit turma quæ reliqua fuerit, in liberationem. 7 Heb. cunctis miserationibus, pro, Indignus eram in quem tanta beneficia conferres. 8 vel, veritate. Per veritatem, intelligit promissiones impletas q. d. indignus sum omnibus promissionibus tuis quas adimplesti seruo tuo. 9 i. cum transirem Iordanem istum vt irem in Haran, nihil amplius habebam quam baculum in manibus. Tropus est Hebraicus, quo intelligitur nudum & tenuem eum transisse Iordanem. Chaldæus paraphrastes vertit, quia solus transiui Iordanem, i. sine comitatu. 10 Heb. factus sum in &c. i. de loco meo cum [illegible] duas turmas. 11 Heb. Et tu quidem dixisti. Benefaciendo benefaciam tibi, & ponam semen tuum &c. q. d. Vtcunque res habeat, pollicitus es mihi quod certo benefacturus sis mihi, &c.

[a] quoq; Angelorum visione, Deus roborat Iacob.

Iacob missis nuntiis petit fauorem fratris sui Esau.

Iacob diuidit sua in turmas.

Orat Iacob Deum in angustiis, arripiens promissioni Dei, & indignitatem suam confitēs.

Iacob mittit

22 i. quod in promptu habebat.
23 sub. quod mitteret.
24 iuuencos.
25 Heb. gregem & gregem.
26 vel, Praecedite me,
27 Cum occurrerit.
28 munus est quod mittitur.
29 Heb. Et praecepit etiam secundo & tertio, omnibus similiter sequentibus post armenta, dicendo, iuxta verbum hoc dicetis ad Esau, quum inueneritis eum. Dicetis etiam, Ecce seruus tuus Iacob post nos est. i. sequitur nos.
30 Heb. faciem eius. vel, iram eius
31 Heb. suscipiet faciem meam. pro, fortasse suscipiet me fronte hilari. Vel honorifice excipiet.
32 sub vltra Iordanem a latere Galaad.
33 Et luctatus est quidam cum illo. i. angelus Domini qui sustinebat personam hominis.
34 tetigit acetabulum femoris eius, & acetabulum femoris luxatum est. vel, os ipsum femoris, loco suo motum est. Vox Hebraea CAPH, pro qua acetabulum vertimus, significat vertebram & cotylem. i. ossis cauitatem illam in qua absconditur femoris pars [illegible] quod [illegible] & etiam capitis illud femoris, quod in illam [illegible] tur ipsum femoris, [illegible] tur, [illegible] acetabulum [illegible] potest, tetigit concauitatem, & luxata est concauitas [illegible].

in [22] quæ sibi in manum veniebant, [23] munus ipsi Esau fratri suo:
14 Nempe capras ducentas, hircos viginti, oues ducentas, & arietes viginti,
15 Camelos lactãtes cum pullis earum triginta, vaccas quadraginta, & [24] tauros decem, asinas viginti, & pullos decem.
16 Tradiditq; [isthæc] in manum seruorum suorum, [25] quemlibet gregem seorsim, & ait ad seruos suos, [26] Trãsite ante me, & facite spacium inter gregem & gregem.
17 Præcepitq; priori, dicens, [27] Si occurrerit tibi Esau frater meus, & interrogauerit te hisce verbis, Cuius es tu, & quo vadis, & cuius ista quæ te præcedunt? Dices,
18 Hæc sunt Iacob serui tui, [28] munus hoc missum domino meo Esau, & en ipse subsequitur nos
19 [29] Huiusmodi mandata dedit secundo & tertio, omnibus denique, qui greges sequebantur, nempe vt sic loquerentur ad Esau, sicubi inuenirent eum, dicerentq;.
20 Quod Iacob seruus eius sequeretur eos; sic enim cogitabat, Placabo [30] eum munere quod me antecedit, deinde videbo faciem eius, fortasse [31] me exaudiet.
21 Præcessit itaque munus faciem eius, ipse verò eadem nocte mansit in castris.
22 Nocte verò consurgens, tulit duas vxores suas, & duas ancillas suas, vndecim quoque natos suos, & traiecit vadum Iabec. Accipiens ergo eos, transmisit eos vltra torrentem,
23 Transmisit quoq; quidquid habuit: & [32] mansit Iacob solus,
24 [33] Descenditq; cum eo vir in arenam, donec aurora oriretur:
25 Qui videns quod non posset ei præualere, [34] tetigit volam femoris eius, & vola femoris Iacob luxata est, dum ille luctaretur cum eo.
26 [35] Dixitq;, Dimitte me: exorta est enim aurora [36] Et dixit, Non dimittam te, nisi bona mihi fueris imprecatus.
27 Et dixit ad eum, Quod est nomen tuum? Respondit, Iacob.
28 Nomen tuum [37] vltra non vocabitur Iacob, sed Israel: [38] nam & Elohim & hominibus tanquam princeps superior euasisti.
29 Iacob interrogans dixit, Indica quæso nomen tuũ. Et dixit, Cur [39] sic interrogas de nomine meo? sanctaque imprecatus est ei ibidem.
30 Et vocauit nomen loci illius, Pniel: Quoniam vidi, [inquit] [40] Elohim facie ad faciem, & [41] erepta est anima mea.
31 Ortusq; est ei sol cum pertransisset Pniel, & ipse claudus erat [42] femore suo.
32 Ob id filii Israel [43] etiamnunc hodie non comedunt neruum obstupefactum in concauitate femoris, eo quòd tetigerit concauitatem femoris Iacob neruo obstupefacto.

his quæ habebat, munera Esau fratri suo.
14 Capras ducentas, hircos viginti, oues ducentas, & arietes viginti,
15 Camelos fœtas cum pullis suis triginta, vaccas quadraginta, & tauros viginti, asinas viginti, & pullos earum decem.
16 Et misit per manus seruorum suorum singulos seorsum greges, dixitq; pueris suis, Antecedite me, & sit spatium inter gregem & gregem.
17 Et præcepit priori, dicens, si obuium habueris fratrem meum Esau, & interrogauerit te, Cuius es? aut, Quò vadis? aut, Cuius sunt ista quæ sequeris?
18 Respondebis, Serui tui Iacob, munera misit domino suo Esau: ipse quoq; post nos venit.
19 Similiter dedit mandata secundo & tertio, & cunctis qui sequebantur greges, dicens, Iisdẽ verbis loquimini ad Esau cum inueneritis eũ, & addetis:
20 Ipse quoq; seruus tuus Iacob iter nostrũ insequitur; dixit enim, Placabo illũ muneribus quæ præcedunt, & postea videbo illum: forsitan propitiabitur mihi.
21 Præcesserunt itaq; munera ante eum, ipse verò mansit nocte illa in castris.
22 Cumq; [a] mature surrexisset, tulit duas vxores suas & totidem famulas cũ vndecim filiis, & transiuit Vadum Iaboc.
23 Traductisq; omnibus quæ ad se pertinebant, [a] mansit solus:
24 Et ecce vir luctabatur cum eo vsque mane.
25 Qui cum videret, quòd eum superare non posset, tetigit neruũ femoris eius, & statim emarcuit.
26 Dixitq; ad eum, Dimitte me: iam enim ascendit aurora. Respondit, Non dimittam te, nisi benedixeris mihi.
27 Ait ergo, Quod nomẽ est tibi? Respõdit, Iacob.
28 At ille, Nequaquã, inquit, posthac Iacob appellabitur nomen tuum, sed Israel: quoniam si contra Deum fortis fuisti, quanto magis contra homines præualebis?
29 Interrogauit eum Iacob, Dic mihi, quo appellaris nomine? Respõdit, Cur quæris nomen meũ quod est mirabile? Et benedixit ei in eodem loco.
30 Vocauitq; Iacob nomen loci illius Phanuel, dicens, Vidi [b] Dominum facie ad faciem, & salua facta est anima mea.
31 Ortusq; est ei statim Sol postquam transgressus est Phanuel: ipse verò claudicabat pede.
32 Quam ob causam non comedunt neruum filii Israel, qui emarcuit in femore Iacob vsq; in præsentem diem: eo quòd tetigerit neruum femoris eius, & obstupuerit.

Munera ad Esau fratrem suum.

E

F

[a] mane Iacob luctatur cum angelo, ut postea timeat fratrem.
[a] remansit.

Iacob nominatur Israel.

G

[b] Deum.

Iudæi neruum femoris non comedunt.

CAPVT XXXIII.

1 ATtollens Iacob oculos suos vidit, & ecce Esau [1] veniit, quadringenti viri cum eo. [2] Distribuit itaq; filios ad Leam, Rachelem, atque duas ancillas:
2 Collocauit autem ancillas & filios earum in primo ordine, deinde Leam & liberos eius, Rachelem [3] tamen & Ioseph postremo.

1 ELeuans autem Iacob oculos suos, vidit venientem Esau, & cum eo quadringentos viros: diuisitque filios Liæ & Rachel, ambarumque famularum:
2 Et posuit vtramq; ancillam & liberos earum in principio: Liam verò, & filios eius in secundo loco: Rachel autem, & Ioseph nouissimos.

A
Esau venit obuiam fratri: cui occurrit Iacob.

3 Et

35 sub angelus 36 sub Iacob 37 Quidam rectè pro (vltra) vertunt (tantum) hoc modo, Non tantum appellaberis Iacob posthac, sed etiam Israel. 38 Heb. quia strenue egisti cum Deo, & cum hominibus, & præualuisti, id est, quia strenuum te præstitisti apud angelum & apud homines. Vel, principem egisti cum Deo, id est, in lucta superior fuisti angelo qui humanam personam sustinebat: quanto magis præualebis hominibus? Ita Chaldæus paraphrastes vertit, & LXX. Hoc modo [illegible] præualuisti, [illegible] præualebis) & VAV, pro quanto magis 39 [illegible] 40 Deum. 41 vel, liberata est anima mea, id est, [illegible] vel, mortuus non sum. 42 Hebr. super femur suum: claudicabat altero pede. 43 non comedunt musculũ contractionis, qui est super acetabulum ossis femoris, vsque ad hoc tempus: quia tetigit (sub. angelus) acetabulum femoris (vel, concauum) Iacob, quod est [illegible] musculum [illegible], id est, non comedunt musculum contrahentem & mouentem femur, qui musculus est iuxta acetabulum ossis femoris: quia angelus Dei tetigit acetabulum femoris, quod est iuxta musculum mouentem femur.

CAP. XXXIII. 1 Vel, veniebat 2 Separauit itaque filios partim cum Lia, partim cum Rachele, & partim cum ancillis, i. Distribuit filios in tres ordines, cuiq; matri suos commendans. 3. autem.

3 Et ipse progrediens adorauit pronus in terram septies, donec appropinquaret frater eius.

Esau fratrem Iacob osculatur, placaturque ei.

4 Currens itaque Esau obuiam fratri suo, amplexatus est eum: stringensque collum eius, & osculans fleuit.

B 5 Leuatisque oculis vidit mulieres & paruulos earum, & ait, Quid sibi volunt isti? & si ad te pertinent? Respondit, Paruuli sunt quos donauit mihi Deus seruo tuo.

6 Et appropinquantes ancillæ & filii earum, incuruati sunt.

7 Accessit quoque Lia cum pueris suis: & cum similiter adorassent, extremi Ioseph & Rachel adorauerunt.

8 Dixitque Esau, Quænam sunt istæ turmæ quas obuiam habui? Respondit, Vt inuenirem gratiam coram domino meo.

9 At ille ait, Habeo plurima frater mi, sint tua tibi.

10 Dixitque Iacob, Noli ita obsecro: sed si inueni gratiam in oculis tuis, accipe munusculum de ma-
C nibus meis; sic enim vidi faciem tuam, quasi viderim vultum Dei:

Benedictio, pro munere & dono.

11 Esto mihi propitius, & suscipe benedictionem quam attuli tibi, & quam donauit mihi Deus tribuens omnia.

Esau suscipit munus fratris sui Iacob.

12 Vix fratre compellente suscipiens ait, Gradiamur simul, eroque socius itineris tui.

13 Dixitque Iacob, Nosti Domine mi quòd paruulos habeam teneros, & oues & boues fœtas mecum: quas si plus in ambulando fecero laborare, morientur vna die cuncti greges.

14 Præcedat dominus meus ante seruum suum: & ego sequar paulatim vestigia eius, sicut videro paruulos meos posse, donec veniam ad dominum meum in Seir.

D 15 Respondit Esau, Oro te, vt de populo qui mecum est, saltem socii remaneant viæ tuæ. Non est, inquit, necesse: hoc vno tantum indigeo, vt inueniam gratiam in conspectu tuo Domine mi.

16 Reuersus est itaque illo die Esau itinere quo venerat in Seir.

17 Et Iacob venit in Socoth: vbi ædificata domo & fixis tentoriis appellauit nomen illius Socoth, id est, tabernacula.

18 Transiuitque in Salem vrbem Sichimorum, quæ est in Terra Chanaan, postquam reuersus est de Mesopotamia Syriæ: Et habitauit iuxta oppidum.

19 Emitque partem agri in qua fixerat tabernacula, à filiis Hemor patris Sichem centum agnis.

Altare Deo ædificat Iacob.

20 Et erecto ibi altari, inuocauit super illud fortissimum Deum Israel.

3 *Ipse verò ante illos præcedens, septies pronus terram versus inclinat, quousque fratri appropinquaret.*

4 *Esau vero obuiam illi currens, amplexatus est eum, ruitque in collum eius, & osculatus est eum, fleueruntque.*

5 *Attollens autem oculos suos, vidit mulieres & pueros, dixitque, Qui [4] tibi isti? Et respondit, Pueri sunt quos benignitate sua Deus donauit seruo tuo.*

6 *Accedentes itaque ancillæ & nati earum, inclinarunt.*

7 *Appropinquauit & Lea cum filiis suis inclinantes. [5] Post hæc adductus est Ioseph & Rahel, & incuruati inclinant.*

8 *Dixit autem [Esau,] [6] Quæ tibi vniuersa hæc turma, cui obuiam veni? Respondit, [7] vt gratiam ac fauorem impetrarem coram domino meo.*

9 *Et dixit Esau, Abunde satis mihi adest mi frater, maneat tibi quod tuum est.*

10 *Ad quem ait Iacob, [8] Ne quæso, si impetro gratiam coram te, [9] accipe hoc munus meum de manu mea: [10] nam in hoc vidi faciem tuam, quemadmodum videtur facies Elohim:*

11 *Gratum ergo mihi fac, Cape quæso honorarium munus meum, quod tibi allatum est: [11] benigne enim mihi fecit Deus, & satis habeo.*

12 *[12] Flagitante autem illo, accepit [Esau,] & ait, Moue castra, & proficiscamur, ego te præcedam.*

13 *Respondit illi [Iacob,] Dominus meus nouit nimirum quod pueri teneri sunt, deinde sunt [13] mihi oues & boues, [14] fœtæ, [15] quas si impulero vno die, morientur omnes oues.*

14 *Transeat quæso dominus meus ante seruum, ego [16] sensim succedam, quatenus ferunt pecora ante me, & quatenus pueri ferre possunt, donec peruenero ad dominum meum in Seir.*

15 *Dixit ergo Esau, [17] constituam quæso quosdam de iis qui mecum sunt, qui tecum maneant. Iacob respondit, Cur istud? satis est si gratiam impetro coram domino meo.*

16 *Reuersus est itaque Esau eodem die itinere suo versus Seir.*

17 *Iacob verò profectus in Succoth, extruxit sibi domum, tentoriaque suis pecoribus: hinc vocatum est nomen loci illius Succoth.*

18 *Venitque Iacob incolumis in [18] Sichem, quæ est in terra Chanaan, dum rediret ex [19] Padan-Aram, & [20] habitauit è regione illius ciuitatis.*

19 *Emit quoque partem agri, vbi [21] tenderet tabernaculum suum, de manu filiorum Hemor patris Sichem, centum [22] probatis nummis:*

20 *Ibique constituit aram, [23] inuocauitque ibi fortem Deum Israelis.*

4 Istud (tibi) significat quæ tecum sunt. Aut potius vacare dicendum est hoc loco: quod est frequentissimum apud Hebræos. 5 Accessit tandem & Ioseph. 6 Hebr. Quis est iste ad quē misitis totam turmā istam quam obuiam habui? q. d. Hæc tradi mecum et ea tibi dono darem, vt essem tibi gratiosus. 8 sub. recuses. 9 sed accipe. 10 propterea aspicio faciem tuā, sicut aspicerem faciē Dei: &(vel, nam) places mihi. q. d. Si acceperis munus meum, ita gaudebo, tamque libenter aspiciā vultum tuū, quā si aspicerem vultum Dei aut angeli: vsque, adeo places mihi. 11 Heb. quoniā misertus est mei Deus, suntque mihi omnia. Hebraismus est, pro, Ex benignitate Dei, omnia mihi abūde suppetunt. 12 Heb. Coegit igitur eū, & accepit: dixitque, (sub. ipse Esau) Proficiscere (vel, Proficiscamur) & eamus, iboque è regione tui, i. à latere tuo, & æquis passibus. ero comes itineris tui. 13 Hebr. super me, i. sunt mihi curandæ. 14 vel, lactātes. 15 Heb. & accelerabunt eas die vno, & morientur. Hebraismus est, pro, quas si accelerauerint etiam die vno citius quàm solitæ sint ambulare, morientur omnes. 16 vel, pedetentim deducā, iuxta pedem operis, quod est ante me, & iuxta vestigium paruulorum. Opus vocat vniuersam familiam, potissimum greges & armenta. i. secundum quòd videro familiam meā ambulare posse, greges & armēta.

CAPVT XXXIIII.

A
Dina raptus.

1 EGressa est autem Dina filia Liæ, vt videret mulieres regionis illius.

2 Quam cum vidisset Sichem filius Hemor Heuæi, princeps terræ illius, adamauit eam: & rapuit, & dormiuit cum illa, vi opprimens virginem.

3 Et conglutinata est anima eius cum ea, tristemque deliniuit blanditiis.

4 Et pergens ad Hemor patrem suum, Accipe, inquit, mihi puellam hanc coniugem.

5 Quod cum audisset Iacob absentibus filiis, & in pastu pecorum occupatis, siluit donec redirent.

1 DIna filia Leæ, quam pepererat ipsi Iacob, egressa est [1] vt filias illius regionis videret:

2 *Quam vt vidit Sichem filius Hemor Hiuæi [2] principis illius regionis, rapuit eam: & dormiens cum ea, constuprauit eam.*

3 *[3] Adhæserat enim animus eius Dinæ filiæ Iacob, & amauit puellam, [4] pellexitque eam verbis.*

4 *Et dixit Sichem ad Hemor patrem suum, [5] Cura vt hæc puella detur mihi vxor.*

5 *Audiuit autem Iacob, quòd [Sichem] polluisset Dinam filiam suam, filii autem eius erant in agro apud pecora sua, & dissimulauit, donec venirent.*

17 Heb. Relinquam nunc apud te ex populo qui mecum est. Et ille respondit, Ad quid istud (dummodo) inueniam gratiam in oculis domini mei? q. d. satis mihi fuerit, si tibi gratus sim. 18 Hæc vrbs dicitur Sichar, Iohan. 4. 19 Vide annotationem cap. 24. circiter principium. 20 vel, castrametatus est. 21 tetenderat. 22 vel, agnis. 23 vel, vocauit illud Fortem Deum Israel. i. fuit in signum quòd fortis Deus Israel liberasset eum. XXXIIII. 1 vt cognosceret mulieres regionis illius. 2 vel, princeps, nominatiuo casu. 3 i. vehementer eam amabat. 4 Heb. loquutusque est ad cor puellæ. Vel, secundum animum puellæ. i. loquebatur amice cum ea, & verbis eam demulcebat, vt eam ad consensum ineundi coniugii inclinaret. Hebraismus est. Chaldæus paraph. Locutus est consolationes ad cor eius. 5 Heb. Cape mihi puellam hanc in vxorem.

6 de futuris scilicet nuptiis.
7 Reuersis autem filiis Iacob ex agro, cum intellexissent, dolore affecti sunt.
8 quum non liceret sic fieri. Chaldæus paraphrastes vertit, & sic non erat rectum facere.
9 Heb. Sichē filii mei anima deperit, &c. i. Filius meus Sichem deperit filiam vestram.
10 Heb. terra erit coram vobis: habitate, & negotiamini in ea, possideteq; ea. vel, possessionē que acquirite in ipsa. Hebraismus est, Terra erit in cōspectu vestro, pro, in vestra potestate erit: licebit vobis habitare in quocunque loco volueritis.
11 Heb. Inueniam gratiā coram vobis i. Sim vobis gratiosus, & annuite precibus meis.
12 Heb. multiplicate mihi dotem & donum, i. petite a me ingentem dotem, muneraque amplissima.
13 Heb. & dixerunt, eo quod violasset Dinam sororem suam, dixerunt inquā ad eos. 14 complacebimus vobis. Vel, acquiescemus vobis hac conditione.
15 tunc recipiemus. 16 i. conditiones ab eis oblatæ. 17 Heb. pacifici sunt nobiscum. q. d. Viri isti hactenus pacifice vixerunt nobiscum.
18 Heb. habitaturi sunt itaque in hac regione, & negotiabuntur in ea, ipsa namq; terra ampla est [illegible] idest, [illegible] est, [illegible] eorum [illegible].
19 Veruntamen hac lege consentient nobis viri.
20 vel, in nobis. i. qui sunt apud nos [illegible] quemadmodum [illegible].
21 [illegible] quæ [illegible] illis, [illegible] habitabunt nobiscum.

6 Porrò Hemor pater Sichem egressus est ad Iacob
[6] vt cum eo loqueretur.
7 [7] Venientes autem filii Iacob è rure, atq; audientes, sese discruciarunt viri illi, & commouit eos vehementer, quòd is tam rem nephariam designasset in Israele, dormiendo scilicet cum filia Iacob, [8] quod factum minime conueniebat.
8 Locutus est ergo Hemor cum eis in hanc sententiam, [9] Sichem natus meus deperit filiam vestram: obsecro igitur vt detis eam ei vxorem.
9 Iungite nobiscum affinitatem, collocate nobis filias vestras, & nostras filias vobis ducite.
10 Habitabitisq; nobiscum, [10] regio ipsa vobis patebit, vt in ea habitetis, negotiemini, atq; ēt contineamini.
11 Sichem quoq; dixit ad patrem puellæ & fratres eius, [11] Sinite vt impetrem hoc a vobis, & quicquid dixeritis ad me dabo.
12 [12] Auctionē facite vel in immēsum, idq; erga me, cū donationem propter nuptias, tū dotis, dabo quidquid mihi dixeritis mihi, modo detis mihi puellam hanc vxorē.
13 Responderunt filii Iacob ipsi Sichem & Hemor patri eius dolose, [13] expostulantes super eo quod sororem ipsorum Dinam polluisset. Dixerunt ergo ad eos.
14 Rem istam facere haudquaquam possumus, vt collocemus sororem nostram viro præputium habenti: id enim probrosum nobis esset.
15 Veruntamen in hoc obsignati [14] securi erimus de vobis, si fueritis sicut nos sumus, vt circumcidantur vobis omnes mares.
16 Tum collocabimus filias nostras vobis, ducemúsque nobis filias vestras, habitabimusq; vobiscum, & erimus vobiscum vnus populus.
17 Quod si nos non audieritis, vt scil. circumcidamini, [15] recipiemus filiam nostram & abibimus.
18 Placuerūt verò [16] verba illorum cum ipsi Hemor, tum Sichem filio eius.
19 Et iuuenis quidem nihil cunctatus est facere rem istam: deperibat enim filiam Iacob, eratq; honoratior omnibus qui in domo patris erant.
20 Venit itaq; Hemor & Sichem filius eius ad portam ciuitatis suæ, loquutiq; sunt cū ciuibus suis in hunc modū.
21 Viri isti [17] pacem nobis offerunt, [18] vt habitare eis liceat in nostra regione in eaq; negotientur: & terra quidē satis ampla est coram eis: ducemus ergo nobis filias eorum vxores, collocabimusq; filias nostras eis.
22 [19] Attamen hac in re obsignantur erga nos viri illi vt nobiscum habitent, coeantq; nobiscum in vnum populum, si omnes mares [20] nobis circumcidantur, quemadmodum ipsi circumcisi sunt.
23 Pecora illorum facultatesq; illorum, & omnia iumenta illorum, an non nostra futura sunt, [21] si illis nos signo obstringemur, vt nobiscum habitent?
24 [22] Vniuersi itaq; ciues illius vrbis obsecuti sunt ipsi Hemor & Sichem filio eius, omnesq; mares illius vrbis circumcisi sunt.
25 Tertio itaq; die, quum essent in dolore ciues, duo filii Iacob, Simeon & Leui, fratres Dinæ, arreptis gladiis suis, vrbem introierunt [23] confidenter, interfeceruntq; omnem marem.
26 Quin & Hemor atq; Sichem filium eius trucidarunt [24] gladio, tuleruntq; Dinam ex domo Sichem, & abierunt.
27 Filii verò Iacob venientes super occisos, [25] despoliarunt ciuitatem eo quod polluerant sororem suam.
28 Oues quoque & boues atq; asinos illorum, & quicquid erat in vrbe & in agro, rapuerunt. Sed & cunctam substantiam, [26] omnemq; pubem, atq; vxores illorum [27] ceperunt, atq; prædæ abegerunt, cum omnib. quæ intus erant. 29 Dixit verò Iacob ad Simeon & Leui, Conturbastis me, [28] putidumque me reddidistis coram habitatoribus istius regionis, nempe coram Chananæo & Pherisæo [29] & ego ius

6 Egresso autem Hemor patre Sichem vt loqueretur Iacob.
7 Ecce filii eius veniebant de agro: auditoque quod acciderat, irati sunt valde, eo quod fœdā rem operatus esset in Israel, & violata filia Iacob rem illicitam perpetrasset.
8 Locutus est itaq; Hemor ad eos, Sichem filii mei adhæsit anima filiæ vestræ: date eam illi vxorē.
9 Et iungamus vicissim connubia: filias vestras tradite nobis, & filias nostras accipite,
10 Et habitate nobiscum: terra in potestate vestra est, exercete, negotiamini, & possidete eam.
11 Sed & Sichem ad patrem & ad fratres eius ait, Inueniam gratiam coram vobis: & quæcunque statueritis, dabo.
12 Augete dotem, & munera postulate, & libēter tribuam quod petieritis: tantum date mihi puellam hanc vxorem.
13 Responderunt filii Iacob Sichem & patri eius in dolo, sæuientes ob stuprum sororis,
14 Non possumus facere quod petitis, nec dare sororem nostram homini incircumciso: quod illicitum & nepharium est apud nos.
15 Sed in hoc valebimus fœderari, si volueritis esse similes nostri, & circuncidatur in vobis omnis masculini sexus.
16 Tunc dabimus & accipiemus mutuò filias vestras ac nostras: & habitabimus vobiscum, erimusq; vnus populus.
17 Si autem circuncidi nolueritis, tollemus filiam nostram, & recedemus.
18 Placuit oblatio eorum Hemor, & Sichem filio eius.
19 Nec distulit adolescēs, quin statim quod petebatur, expleret: amabat enim puellam valde, & ipse erat inclitus in omni domo patris sui.
20 Ingressique portam vrbis, locuti sunt ad populum.
21 Viri isti pacifici sunt, & volunt habitare nobiscum: negotientur in terra, & exerceāt eam, quæ spatiosa & lata cultoribus indiget: filias eorum accipiemus vxores, & nostras illis dabimus.
22 Vnum est quo differtur tantū bonum. Si circūcidamus masculos nostros, ritū gentis imitātes.
23 Et substātia eorum, & pecora, & cuncta, quæ possident, nostra erunt: tantū in hoc acquiescamus, & habitantes simul, vnum efficiamus populum.
24 Assensiq; sunt omnes, circumcisis cunctis maribus.
25 Et ecce, die tertio quando grauissimus vulnerum dolor est, arreptis, duo filii Iacob, Simeon & Leui fratres Dinæ, gladiis ingressi sunt vrbē confidenter, interfectisq; omnibus masculis,
26 Hemor & Sichem pariter necauerunt, tollentes Dinam de domo Sichem sororem suam.
27 Quibus egressis irruerunt super occisos cæteri filii Iacob; & depopulati sunt vrbem in vltionem stupri.
28 Oues eorum, & armenta, & asinos, cunctaq; vastantes quæ in domib. & in agris erant, paruulos quoq; eorum & vxores duxerunt captiuas.
29 Quibus perpetratis audacter, Iacob dixit ad Simeon & Leui, Turbastis me, & odiosum fecistis me Chananæis & Pherezæis habitatoribus terræ hu-

Hemor petit Dinam in vxorem filio.
B
Filii Iacob dolose petunt Sichimitas circumcidi.
C
Oratio Hemor ad populum.
D
Circumcisos Sichimitas occidunt Simeon & Leui.
Increpantur à Iacob patre suo.

21 [illegible] sunt ipsi Hemor & Sichem filio eius, omnes egredientes portam ciuitatis ipsius: & circumciderunt se omnes masculini sexus, egredientes portam ciuitatis [illegible] ciues quotquot erant. 23 Chaldæus paraphrastes vertit, quæ habitabat confidenter [illegible] cogitabat. 24 Heb. in ore gladii, i. necauerunt gladio, [illegible] gladio, aut acie gladii. 25 vel, diripuerunt. 26 omnesque paruulos. 27 captiuos abduxerunt, & diripuerunt, quicquid erat in domibus. 28 vel propterea quod fœtere fecistis me apud Chananæos, &c. Id est odiosum & execrabile reddidistis me Chananæis, &c. Hebraismus est, [illegible] [illegible] Paulus ait 2. Corinth. 2. d, Christi bonus odor sumus pro, Accepti sumus Christo. 29 Heb. & ego homines numeri. i. quum habeam paucos mecum congregabuntur illi, &c.

bus. nos pauci sumus: illi congregati percutient me, & delebor ego & domus mea.

30 Responderunt, Numquid vt scorto abuti debuere sorore nostra?

quidē paruo sumus numero, congregabūtur ergo illi aduersum me, & trucidabūt me, vastaborq; ego & domus mea.

30 Illi vero responderunt: An ergo vt scorto abuti sorore nostra debuit?

CAPVT XXXV.

Iacob anxium iubet Deus ascendere in Beth-el, & altare ædificare. supra 28. c

A 1 INterea locutus est Deus ad Iacob, Surge, & ascende Beth el, & habita ibi, facque altare Deo, qui ‖ apparuit tibi quādo fugiebas Esau fratrē tuū.

2 Iacob vero conuocata omni domo sua ait, Abiicite Deos alienos qui in medio vestri sunt, & mundamini, ac mutate vestimenta vestra.

Iubet Iacob auferri idola.

3 Surgite, & descendamus in Beth-el, vt faciamus ibi altare Deo, qui exaudiuit me in die tribulationis meæ, & socius fuit itineris mei.

4 Dederunt ergo ei omnes Deos alienos quos habebant, & inaures quæ erant in auribus eorum: at ille infodit eas subter terebinthum, quæ est post vrbem Sichem.

Deus terret hostes Iacob.

5 Cumque profecti essent, terror Dei inuasit omnes per circuitum ciuitates, & non sunt ausi persequi recedentes.

6 Venit igitur Iacob Luzam, quæ est in Terra B Chanaan, cognomento Beth-el: ipse & omnis populus cum eo.

Venit Iacob in Beth el.

7 Ædificauitque ibi altare, & appellauit nomen loci illius Domus-dei: ibi enim ‖ apparuit ei Deus cum fugeret fratrem suum.

Domus-Dei. supra 28. c

Moritur Debora.

8 Eodē tēpore mortua est Debora nutrix Rebeccę, & sepulta est ad radices Beth el subter quercum: vocatumq; est nomē loci illi⁹ Quercus-flet⁹.

Deus rursum nominat Iacob, Israelem. supra 32. f

9 Apparuit autem iterū Deus Iacob postquam reuersus est de Mesopotamia Syriæ, & venit in Beth el, benedixitque ei, dicens:

10 Non vocaberis vltra Iacob, sed Israel erit nomen tuum. Et appellauit eum Israel.

11 Dixitque ei, Ego Deus omnipotens, cresce & multiplicare: gentes, & populi nationum ex te erunt, reges de lumbis tuis egredientur.

12 Terramque quam dedi Abraham & Isaac, C dabo tibi & semini tuo post te.

Iterū ipsi promittitur terra Chanaan.

13 Et recessit ab eo:

14 Ille vero erexit titulum lapideum in loco quo locutus fuerat ei Deus: libans super eum libamina, & effundens oleum:

15 Vocansque nomen loci illius Beth el.

Beth-el.

16 Egressus autem inde venit verno tempore ad terram quę ducit Ephratham: in qua cū parturiret Rachel, ob difficultatē partus periclitari cœpit.

Rachel pariēs Beniamin, moritur.

17 Dixitque ei obstetrix, Noli timere, quia & hunc habebis filium.

18 Egrediente autem anima præ dolore, & imminente iam morte, vocauit nomen filii sui Benoni, id est filius doloris mei: pater vero appellauit eum Beniamin, id est filius dexteræ.

19 Mortua est ergo Rachel, & sepulta est in via, quæ ducit Ephratham, hæc est Beth lehem.

Ephrāta.

Sepulchrum Rachel.

20 Erexitq; Iacob titulum super sepulchrum eius: hic est titulus monumenti Rachel, vsq; in præsentem diem.

D 21 Egressus inde fixit tabernaculum trans Turrem gregis.

Concūbit Ruben cum concubina patris.

22 Cumque habitaret in illa regione, abiit Ruben, & dormiuit cū Bala concubina patris sui: quod illum minime latuit. Erant autē filii Iacob duodecim.

Filii Iacob.

23 Filii Liæ: primogenitus Ruben, & Simeon & Leui & Iudas & Issachar & Zabulon.

24 Filii Rachel: Ioseph & Beniamin.

25 Filii Balæ ancillæ Rachelis: Dan & Nephthali.

E 26 Filii Zelphæ ancillæ Liæ: Gad & Aser. hi sunt filii

1 DIxit autem Deus ad Iacob, Surge, ascende in Beth el, & habita ibi, facitoque ibi aram Deo, qui apparuit tibi quum coram Esau fratre tuo fugeres.

2 Tum dixit Iacob ad domum suam, & ad omnes qui secum erant, Abiicite Deos alienos qui sunt inter vos, mundamini, & [2] immutate vestimenta vestra.

3 [3] Nam surgentes ascendemus in Beth-el, & ibi faciam aram Deo, qui [4] respondit mihi in die afflictionis meæ, & affuit mihi in via quam ambulaui.

4 Dederunt itaq; ipsi Iacob omnes Deos alienos quos habuerant, inaures quoq; quæ erant in auribus illorum, & defodit eos Iacob subter quercū quæ erat iuxta Sichem.

5 Et quum emigrarent, fuit terror Dei super ciuitates illas quæ erant per circuitum illorum [4]; vt filios Iacob non insequerentur.

6 Venit itaq; Iacob Luzam, q̄ est in terra Chanaan, ipsa est Beth el; ipse & cunctus populus, qui cū ipso erat.

7 Et extruxit illic aram, appellauitq; locum illum, Deus Beth-el: quia eodem loco [5] apparuerat ei Deus quum fugeret fratrem suum.

8 Mortua vero est Debora nutrix Rebeccæ, & sepulta est [6] sub Beth-el sub quercu: & vocatum est nomen (loci) illius Quercus fletus.

9 Rursus apparuit Deus ipsi Iacob quum rediisset [7] e Padan-aram, & benedixit ei. Et dixit ad eum Deus, Nomen tuum est Iacob.

10 [8] Vltra non vocabitur nomē tuum Iacob, sed Israel erit nomen tuum: vocatumque est nomen eius Israel.

11 Dixit vero ad eum Deus, Ego sum Deus [9] Schadai, cresce & augescere gens, imo congregatio gentium ex te prodibit, quin & reges e lumbis tuis egredientur.

12 Et terram illam quam dedi Abrahamo & Isaac, tibi dabo, & semini tuo post te, [10] terram istam?

13 Ascendit itaque Deus ab eo, in loco vbi loquutus fuerat cum eo.

14 Posuit autem Iacob statuam lapideam in eodem loco in quo cum eo loquutus fuerat, libans super eam libamen, & fundens super eam oleum.

15 Vocauitque nomen loci illius, in quo Deus fuerat cum eo loquutus, Beth-el.

16 [12] Cumq; proficiscerentur, de Beth el, abessentque iugerū areæ ab Ephrata, parturiuit Rahel, itaq; pariendo difficulter habuit. Cumq; sic grauiter haberet in partu suo.

17 Dixit ad eam obstetrix, Ne timeas: nam & hunc habebis filium.

18 Cumque efflaret animam, [13] (moriebatur enim) vocauit nomen eius [14] Benoni; pater vero eius vocauit eum [15] Beniamin.

19 Mortua itaque est Rahel, & sepulta in via qua itur Ephrata: hæc est Beth-lehem.

20 Et [16] collocauit Iacob statuam ad sepulchrum eius. Hæc est statua monumenti Rahel vsq; in præsentē diē.

21 Profectus ergo Israel tetendit tabernaculum suum vltra [17] turrim Eder.

22 Cum itaque Israel habitaret in ea regione, iuit Ruben, & dormiuit cum Bilha [18] concubina patris sui, quod audiuit Israel. Fuerunt autem filii Iacob duodecim.

23 Filii Lea, primogenitus Iacob, Ruben Simeon, Leui, Iuda, Isachar & Zebulon.

24 Filii Rahelis, Ioseph & Beniamin.

25 Filii autem Bilhæ ancillæ Rahel, Dan & Naphthali.

26 Et filii Zilpa ancillæ Leæ, Gad & Aser. Hi sunt filii

1. q. d. abiicite vestes immūdas, & mundas accipite. 2. Heb. Et surgamus, & ascendamus. 3 vel exaudiuit me. 4 Heb. & nō sunt persecuti filios Iacob. 5 apparuerant ei angeli. 6. i. ad radices montis Beth-el. sita enim est Beth-el in monte. 7 i. e Mesopotamiæ. Vide principium capitis. 14. 8 vel, post hac, subaudiatur; aduerbiū (tantū,) hoc modo, Non tantum vocaberis posthac Iacob, sed etiam Israel erit nomē tuum. 9 i. omnipotens q. d. nihil est difficile apud me crede me omnia posse, & benedictione mea efficietur vt crescas & multiplicetis. 10 sub. dabo. 11 vel, Iam vero, vocauerat ea Heb. Profecti sunt itaque e Beth-el: quum autem restaret itineris quantū miliare capit, antequam perueniretur in Ephratham, parturire cœpit Rachel: & difficultatem habuit in pariendo. Factumque est quū difficultate partus laboraret, dixit, &c. Quidā pro, Quantum miliare capit vertunt, Quantū cōfici potest post vnum pastū. 13 nam mortua est. sub. in ipso partu. 14 i. filius calamitatis meæ. 15 i. filius dexteræ. 16 erexit. 17 vel, Migdal Eder. 18 vox Hebræa PILEGVES, significat ancillā, vxoremque dam absque contractu & sponsalibus. Tamen in Sacris litteris etiam vera vxor vt de Cetura legimus, quæ vxor appellatur Gene. 25. a. Abraham alam duxit vxorē, nomine Cetu- ram. Eadem [illegible] dicitur concubina, Filii autem Ceturæ concubinæ Abraham, &c. Iudicum c. 19. a.

Quidam vir Leuites habitans in lateribus montis Ephraim, accepit sibi autem concubinam de Beth-lehem Iuda. paulo post. Dixit pater puellæ ad generum suum. Hic generum vocat eum qui concubinam illam acceperat.

Iacob, qui nati sunt ei in Padan-Aram,
27 *Et venit Iacob ad Isaac patrem suum in Mamre*
19 *[in] Kiriath-arba', quæ est Hebron, vbi incolæ fuerant*
Abraham & Isaac.
28 *Fuerunt autem dies Isaac centum anni & octo-*
ginta.
29 *Deficiens autem Isaac mortuus est.* 20 *collectusque*
que ad populos suos senex & satur dierum: filii autem
eius Esau & Iacob eum sepelierunt.

19 sub. quæ dicta est, hoc modo, in Mare quæ dicta est Cariath-arbe.

20 i. sepultus est cum maioribus suis.

CAPVT XXXVI.

A

1 *HÆ autem sunt generationes Esau,* 1 *qui & E-*
dom.
2 *Esau duxerat vxores suas de filiabus Chanaan,*
nempe 2 *Ada' filiam Elon Hethæi, &* 3 *Aholibama' fi-*
liam Ana filia Zibeon Hiuæi.
3 *Sed & Basmath filiam Ismael sororem Nebaioth.*
4 *Ada peperit ipsi Esau Eliphas, & Basmath pepe-*
rit Rehuel.
5 *At Aholibama peperit Iehus, Ialam atque Co-*
rah. Et hi sunt filii Esau, qui nati sunt ei in terra Cha-
naan.
6 *Tulit autem Esau vxores suas, filios suos & filias*
suas, & 4 *omnes animas domus suæ,' pecora sua, iumen-*
ta sua, cunctamque possessionem suam quam compara-
uerat in terra Chanaan, & 5 *abiit in terram'* 6 *è regione*
fratris sui Iacob.
7 7 *Plurima enim facultates erant illis, nec poterant*
habitare simul: 'sed nec terra quam incoluerant, ferre
eos potuit propter pecora quæ habebant.
8 *Habitauit ergo Esau in monte Seir.* 8 *Esau autem*
est Edom.
9 *Istæ autem sunt generationes Esau* 9 *Patris Edom*
10 *in monte Seir.'*
10 *Et ista sunt nomina filiorũ Esau, Eliphas filius A-*
da vxoris Esau, Reuuel filius Basmath vxoris Esau.
11 *Fuerunt filii Eliphas fuerunt Theman, Omar, Zepho,*
Gatham, & Kenas.
12 *Porro Thymna fuit pellex ipsius Eliphas filii E-*
sau, & peperit ipsi Eliphas Amalec. & hi sunt filii Ada
vxoris Esau.
13 *Isti vero fuerunt filii Rehuel. Nahath, Zera,*
Samma & Mizza, isti fuerunt filii Basmath vxoris Esau.
14 *Isti fuerunt filii Aholibama filia Ana, filia Zi-*
beon vxoris Esau, peperitque ipsi Esau Iehus, Ialam &
Kora.
15 *Isti sunt duces filiorum Esau, [&] hi filii Eliphas*
primo geniti Esau: Dux Theman, dux Omar, dux Ze-
pho, dux Kenas.
16 *Dux Korah, dux Gatham, dux Amalec. Isti sunt*
duces ex Eliphas in terra Edom, & hi sunt filii Ada,
17 *Hi quoque sunt filii Rehuel, filii Esau: dux Na-*
hath, dux Zera, dux Samma, dux Mizzah. Isti sunt in-
quam duces ex Rehuel in terra Edom, & hi sunt filii
Basmath vxoris Esau. 'Porro isti sunt filii Aholibama
vxoris Esau, dux Iehus, dux Ialam, dux Korah.
18 *Isti sunt duces ex Aholibama filia Ana vxore*
Esau.
19 *Isti itaque sunt* 11 *filii' Esau, & hi duces eorum,*
12 *is est Edom'.*
20 *Isti vero sunt filii Seir Hora,* 13 *qui habitauerunt*
in terra,' Lotan, Sobal, Zibeon, & Ana.
21 *Item Dison, Ezer atque Disan. & hi sunt duces*
Horæi filii Seir in terra Edom.
22 *Fueruntque filii Lotan: Hori & Hemam. Soror*
vero Lotan Thymna.
23 *Et isti filii Sobal: Aluam & Manahath, Ebal,*
Sepho atque Onam.
24 *Isti sunt filii Zibeon, & Aiath atque Ana. Hic*
est Ana qui inuenit 14 *mulos in deserto, quum pasceret*
asinos patris sui Zibeon.

25 *Et*

1 vel, cognomento Edom. Aut, qui alio nomine dicitur Edom.
2 Hæc cap. 26. dicitur Basemath.
3 Hæc cap. 26. dicitur Iudith. ex hoc annotant Hebræi etiam mulieres habuisse interdum diuersa nomina.
4 i. omnes homines domus suæ, omnes domesticos suos, siue familiares.
5 i. longius siue vltra progressus est. Chaldæus paraph. subaudit aliam; Abiit in aliam terram.
6 propter Iacob fratrem suum.
7 Quia opes eorum maiores erant quã vt habitare possent simul.
8 i. is Esau, ille est qui cognomento dicitur Edom.
9 i. qui fuit auctor & origo Idumæorum, à quo traxerunt originem Idumæi.
10 subaudi, habitantis.

11 Filios vocat nepotes, more Scripturæ, sic Matthæi primo, filii Dauid, filii Abraham.
12 Id est, iste Esau alio nomine dicebatur Edom, à quo descenderunt Idumæi.
13 Heb. habitatores terræ. i. qui habitabant in ea regione.
14 Id est ipse pater adinuenit quomodo procrearentur muli est enim generatio artificialis, non naturalis: ex asina enim & equo procreantur.

Iacob, qui nati sunt ei in Mesopotamia Syriæ.
27 Venit etiam ad Isaac patrem' suum in Mambre Ciuitatem, Arbee hæc est Hebron: in qua peregrinatus est Abraham & Isaac.
28 Et completi sunt dies Isaac centum octoginta annorum.
29 Consumptusque ætate mortuus est: & appositus est populo suo senex & plenus dierum: & sepellierunt eum Esau & Iacob filii sui.

Iacob ad Isaac peruenit.

Isaac moritur.

XXXVI.

1 HÆ sunt autem generationes Esau, ipse est Edom.
2 Esau accepit vxores de filiabus Chanaan: Ada filiam Elon Hethæi, & Oolibama filiam Anæ * filii' Sebeon Heuæi.
3 Basemath quoque filiam Ismael sororem Nabaioth.
4 Peperit autem Ada, Eliphaz: Basemath genuit Rahuel:
5 Oolibama genuit Iehus & Ihelom & Core. hi filii Esau qui nati sunt ei in Terra chanaan.
6 Tulit autem Esau vxores suas & filios & filias, & omnem animam domus suæ, & substantiam, & pecora, & cuncta quæ habere poterat in Terra Chanaan: & abiit in alteram regionem, recessitque a fratre suo Iacob.
7 Diuites enim erant valde, & simul habitare non poterant: nec sustinebat eos terra peregrinationis eorum præ multitudine gregum.
8 Habitauitque Esau in Monte-Seir, ipse est Edom.
9 Hæ autem sunt generationes Esau patris Edom in Monte Seir.
10 Et hæc nomina filiorum eius: Eliphaz filius Ada vxoris Esau: Rahuel quoque filius Basemath vxoris eius.
11 Fueruntque Eliphaz filii: Theman, Omar, Sepho, & Gatham, & Cenez, & Core.'
12 Erat autem Thamna, concubina Eliphaz filii Esau: quæ peperit ei Amalec. hi sunt filii Ada vxoris Esau.
13 Filii autem Rahuel: Nahath & Zara, Samma, & Meza. Hi filii Basemath vxoris Esau.
14 Isti quoque erant filii Oolibama filiæ Ana filii Sebeon, vxoris Esau, quos genuit ei Iehus & Ihelom & Core.
15 Hi duces filiorum Esau. Filii Eliphaz primogeniti Esau: dux Theman, dux Omar, dux Sepho, dux Cenez.
16 Dux Core, dux Gatham, dux Amalec. Hi filii Eliphaz in Terra Edom, & hi filii Ada.
17 Hi filii quoque Rahuel filii Esau: dux Nahath, dux Zara, dux Samma, dux Meza: hi autem duces Rahuel in Terra Edom: isti filii Basemath vxoris Esau. Hi autem filii Oolibama vxoris Esau: dux Iehus, dux Ihelom, dux Core.
18 Hi duces Oolibama filiæ Anæ vxoris Esau.
19 Isti sunt filii Esau, & hi duces eorum: ipse est Edom.
20 Isti sunt filii Seir Horræi, * habitatores' terræ: Lotan, & Sobal, & Sebeon, & Ana.
21 Et Dison & Aser & Disan. Hi duces Horræi, filii Seir in Terra Edom.
22 Facti sunt autem filii Lotan: Hori & Heman. erat autem soror Lotan, Thamna.
23 Et isti filii Sobal: Aluan & Manahath & Ebal, & Sepho, & Onam.
24 Et hi filii Sebeon: Aia & Ana. Iste est Ana, qui inuenit aquas calidas in solitudine, cum pasceret asinas Sebeon patris sui.

25 Habuit-

A
Vxores Esau. 1. Para. 1. c
* *filia,*

Esau habitat in monte Seir,

Esau & Iacob, Diuites. supra. 33. a

B
Generationes Esau patris Idumæorum, 1. Para. 1. c

Amalec.

C
* *habitatores*

25 Habuitq; filium Dison, & filiam Oolibama.

26 Et isti filii Dison: Hamdan & Eseban & Iethran & Charan.

27 Hi quoq; filii Eser: Balaan & Zauan & Acan.

28 Habuit autem filios Disan: Hus & Aran.

29 Hi duces Horræorum: dux Lotan, dux Sobal, dux Sebeon, dux Ana,

30 Dux Dison, dux Eser, dux Disan: isti duces Horræorum qui imperauerunt in Terra Seir.

31 Reges autem qui regnauerunt in Terra Edom antequam haberent regem filii Israel,

32 Fuerunt hi: Bela filius Beor, nomenq; vrbis
D eius Denaba.

33 Mortuus est autem Bela, & regnauit pro eo Iobab filius Zaræ de Bosra.

34 Cumq; mortuus esset Iobab, regnauit pro eo Husam de terra Themanorum.

35 Hoc quoq; mortuo regnauit pro eo Adad filius Badad, qui percussit Madian in regione Moab: & nomen vrbis eius Auith.

36 Cumq; mortuus esset Adad, regnauit pro eo Semla de Masreca.

37 Hoc quoq; mortuo regnauit pro eo Saul de fluuio Rohoboth.

38 Cumque & hic obiisset, successit in regnum Balanan filius Achobor.

39 Isto quoq; mortuo regnauit pro eo Adar, nomenq; vrbis eius Phau: & appellabatur vxor eius Meetabel, filia Matred filiæ Mezaab.

40 Hæc ergo nomina ducum Esau in cognationibus & locis, & vocabulis suis: dux Thamna, dux Alua, dux Ietheth.

41 Dux Oolibama, dux Ela, dux Phinon,

42 Dux Cenez, dux Theman, dux Mabsar,

43 Dux Magdiel, dux Hiram: hi duces Edom habitantes in terra imperii sui, ipse est Esau pater Idumæorum.

25 Et isti sunt filii Ana: Dison, & Aholibama, filia Ana.

26 Hi verò sunt filii Disan: Hembdan, Esban, Iithran atq; Cheran.

27 Isti sunt filii Ezer: Bilhan, Zahauan & Acan.

28 Et hi filii Disan: Vz & Aran.

29 Hi duces Horræi, dux Lotan, dux Sobal, dux Zibeon, dux Anah,

30 Dux Dison, dux Ezer, dux Disan: isti sunt duces Horræi [15] secundum duces eorum in terra Seir.

31 Isti verò sunt reges qui regnauerunt in terra Edom, antequam regnaret rex super filios Israel.

32 Regnauit autem in terra Edom, Bela filius Beor, & nomen ciuitatis suæ Dinhaba.

33 Mortuo Bela regnauit pro eo Iobab filius Zerah de Botzra.

34 Cumq; mortuus esset Iobab, regnauit pro eo Husam de terra Theman.

35 Mortuo Husam regnauit pro eo Hadad filius Bedad, qui [16] percussit Madian in campo Moab: & nomen ciuitatis eius Auith.

36 Hadad mortuo, regnauit pro eo Samla de Masreca.

37 Mortuo Samla, regnauit pro eo Saul [17] de Rehoboth fluuio.

38 Mortuus verò est Saul, & regnauit pro eo Baal-hanan filius Achbor.

39 Sed Baal-hanan filius Achbor mortuus est, & regnauit pro eo Hadar: & nomē ciuitatis suæ Pahu, nomē verò vxoris suæ Mehetabeel, quæ fuit filia Matred filiæ Mezahab.

40 [18] Hæc ergo sunt nomina ducū Esau iuxta familias suas, & iuxta loca sua secundum nomina sua. Dux Thimna, dux Aluah, dux Iethet,

41 Dux Aholibama, dux Ela, dux Pinon,

42 Dux Kenaz, dux Theman, dux Mibzar,

43 Dux Magdiel, dux Iram. Isti inquam sunt duces Edom [19] iuxta habitationes suas in terra possessionis eorum. Ipse est Esau pater Edumæorum.

25 Secundū duces suos in terra Seir. i. numeru secund. eorum qui ex illis principes fuerunt & duces in terra Seir.
16 i. Madianitas vicit.
17 Chaldæus paraphrastes vertit, de Rohoboth quæ est super Euphraten.
18 i. Hæc sunt nomina filiorū Esau qui duces fuerunt & capita cognationum, qui habitauerunt in terra Edom, per cognationes suas & per regiones suas, secundum nomina sua i. per loca sibi assignata in regionibus suis appellauerunt.
19 Vel, per habitationes suas suas in terra possessionis suæ. Id est, Hi duces Idumæorum, qui habitauerunt in Idumæa per regiones suas, i. in locis sibi ad habitandum assignatis.

CAPVT XXXVII.

A 1 Habitauit autem Iacob in Terra Chanáan, in qua pater suus peregrinatus est.
Iacob terram Chanáan habitat.

2 Et hæ sunt generationes eius: Ioseph cum sedecim esset annorum, pascebat gregem cum fratribus suis adhuc puer: Et erat cum filiis Balæ & Zelphæ vxorum patris sui: accusauitq; fratres suos apud patrem crimine pessimo.
Ioseph accusat fratres suos.

3 Israel autem diligebat Ioseph super omnes filios, eo quod in senectute genuisset eum: fecitq; ei tunicam polymitam.

4 Videntes autem fratres eius quòd à patre plus cunctis filiis amaretur, oderant eum, nec poterant ei quicquam pacificè loqui.

B 5 Accidit quoq; vt visum somnium referret fratribus suis, quæ causa maioris odii seminarium fuit.
Primum somnium Ioseph.

6 Dixitq; Ioseph * fratribus suis, Audite somniū meum quod vidi.
** ad eos.*

7 Putabā nos ligare manipulos in agro: & quasi consurgere manipulū meū, & stare, vestrosq; manipulos circumstantes adorare manipulum meū.

8 Responderunt fratres eius, Nunquid rex noster eris? aut subiiciemur ditioni tuæ? Hęc ergo causa somniorum atq; sermonum, inuidiæ & odii fomitem ministrauit.

9 Aliud quoq; vidit somnium quod narrans fratribus, ait, Vidi per somnium quasi solem, & lunā, & stellas vndecim adorare me.
Alterum somnium Ioseph.

C 10 Quod cum patri suo, & fratribus retulisset, increpauit eum pater suus, & dixit, Quid sibi vult hoc somnium quod vidisti? num ego & mater tua, & fratres tui adorabimus te super terram?

11 Inuidebant ei igitur fratres sui: pater verò rem tacitus considerabat.

1 Iacob autem habitauit in terra, in qua pater eius incola fuerat, nempe in terra Chanáan.

2 [1] Istæ sunt generationes Iacob. Ioseph cum esset natus annos decem & septem, pascebat oues cum fratribus suis, & ipse puer [2] agebat cum filiis Bilha atq; cum filiis Zilpa vxorum patris sui, [3] & deferebat Ioseph infamiā eorum malam ad patrem eorum.

3 Israel autem diligebat Ioseph super omnes filios suos, [4] eo quod natus esset ei in senectute sua: & fecit ei tunicam variam.

4 Fratres autem eius quum animaduerterent, quòd pater eorū amaret eū præ cunctis fratribus suis, odio prosequuti sunt eum, nec poterant cum eo pacatè loqui.

5 Et Ioseph somniauit somnium, quod cum fratribus narrasset, plus odisse eum cœperunt.

6 Dixit enim ad eos: Audite quæso somnium istud quod somniaui.

7 En colligabamus in agro [6] mergites, & ecce merges meus erectus stabat, mergites verò vestri tanquam in gyro meum mergitem proni venerabantur.

8 Cui dixerunt fratres sui, An regnans regnabis super nos, & dominando dominaberis nobis? Hinc maius odium conceperant aduersus eum, idq; propter insomnia sua, atq; huiusmodi sermones.

9 Rursus verò aliud somniū somniauit, quod narrans fratribus suis, ait. En & hoc somnium somniaui, sol & luna vnà cum vndecim stellis me proni venerabantur.

10 Cumq; hoc retulisset patri suo, fratribusq; suis increpauit eum pater suus, dixitq; ei: Quid hoc somnii quod somniasti? an ego & mater tua fratresq; tui venienus, & etiam te proni procidemus?

11 Æmulati sunt itaq; eum fratres sui: pater verò obseruabat negotium istud.

1 Et hæ sunt quæ euenerunt [illegible] Iacob. Ita [illegible] Quidam putant [illegible] ad generationem. verùm [illegible]
2 Chaldæus paraph. [illegible]
3 [illegible]
4 Heb. eo quod filius senectutis eius esset, i. quē in senectute genuisset. [illegible] Chaldæus paraphrastes, quod senilē prudentiā referret.
5 [illegible] figuratā, & pictā, multorum [illegible]: hoc est, ex variis liciis contextam.
6 Manipulos, ita in sequentibus.

12 Abierunt autem fratres eius vt pascerent gre-
gem patris sui in Sichem. Dixitque Israel ad Ioseph,
13 Annon fratres tui pascunt in Sichem? agedum
mittam te ad eos: Respondit, En praesto sum. Dixitque
ad eum,
14 Vade iudeso, & [7] vide si recte habeant fratres tui,
& si grex recte valeat,[a] idque ad me refer.
15 Misit itaque eum de valle Hebron, & venit in Si-
chem. Reperit autem eum vir quidam errantem in cā-
po, interrogabatque eum, Quid quaeris?
16 Respondit, Fratres meos quaero: indica quaeso mi-
hi vbi pascant.
17 Et dixit vir ille, Profecti sunt hinc: Audiui
enim eos dicentes, Abeamus in Dothan. Insequutus
est ergo Ioseph fratres suos, & inuenit eos in Do-
than.
18 Videntes autem eum procul, antequam accessisset
eos machinati sunt ei necem,
19 Dixitque alter ad alterum, En magister iste som-
niorum venit:
20 Adeste, occidamus eum, & demittamus eum [8] in
puteum aliquem, dicemusque, Bestia mala eum de-
uorauit, & videbimus [9] qualiter cadant somnia
eius.
21 Audiens hoc Ruben, conatus est eum liberare ex
eorum manu, & dixit,
22 [10] Ne vitam ei eripiamus. Et rursum dixit ad
eos Ruben, Ne sanguinem effuderitis, sed demittite eum
in hanc cisternam, quae est in solitudine, & manum ne in-
feratis ei. (hoc nempe consilio) vt eriperet eum ex illorum
manu, & restitueret eum patri suo.
23 Cumque venisset Ioseph ad fratres suos, [11] nuda-
runt eum tunica sua, tunica illa varia qua erat indu-
tus,
24 Et arripientes eum, Demiserunt eum [12] in cister-
nam vacuam in qua non erat aqua.
25 Ipsi vero consident ad edendum cibum: & cum
attollerent oculos, viderunt in via [13] Ismaelitas ve-
nientes e Gilead, quorum cameli ferebant [14] aroma-
ta, resinam & stacten: ibant autem vt deportarent haec
in Aegyptum.
26 Et dixit Iuda ad fratres suos, Quid lucri, si fra-
trem nostrum occiderimus, & [15] sanguinem eius absconde-
rimus?
27 Adeste vendamus eum Ismaelitis, nec inferamus
nos ei manus: frater enim noster est & caro nostra.
28 Et [16] audierunt eum fratres eius. Cumque praeteri-
rent Madianitae negotiatores, extracto & sublato Ioseph e
cisterna, vendiderunt eum Ismaelitis viginti (siclis) ar-
genti, qui duxerunt eum in Aegyptum.
29 Et reuersus est Ruben ad cisternam, & ecce Ioseph
non erat in cisterna: conscidit ergo vestem suam. Et reuer-
sus ad fratres suos, dixit,
30 Puer nusquam comparet, & ego quo ibo?
31 Tulerunt itaque tunicam Ioseph, & mactantes hae-
dum ex capris, tinxerunt tunicam sanguine. Miserunt
autem tunicam illam variam, tuleruntque eam ad patrem
suum, dicentes,
32 Hanc inuenimus: dignosce quaeso, tunica filii tui
sit, an non.
33 Et agnouit eam, dixitque, Tunica filii mei est,
bestia mala deuorauit eum, omnino laceratus est Io-
seph.
34 Conscidit quoque vestimenta sua, imposuit saccum
lumbis suis, [17] seque desertasset filii sui causa, idque
multis diebus.
35 Surrexerunt vero omnes filii eius, cunctaeque filiae
eius, vt eum consolarentur. At noluit consolationem ad-
mittere, dixitque, Quin lugens descendam ad filium meum
in [18] sepulchrum: fleuitque super eum pater suus.
36 Porro Madianitae vendiderunt eum in Aegy-
ptum Potiphari [19] cubiculario Pharaonis, [20] capitalium rerum praefecto.

[6] Heb. vide pacem fratrū tuorum, & pacē pecorum. i. quo pacto valeant fratres tui, & quo pacto se habeant oues.
[8] Heb. in vnam [illegible].
[9] Hebr. quid erunt &c. Chal. paraph. vertit, Et videbimus quis erit finis somniorum eius. i. euentu somniorū eius.
[10] Heb. Ne percutiamus eum (sub. percussione) animae. i. ne occidamus eum.
[11] Iusserunt vt Ioseph exueret tunicam suam. tunicam illam compositam ex variis particulis variorum pannorum, qua tegebatur.
[12] In cisternam inquam vacuam.
[13] Turma Ismaelitarum venientium.
[14] Vel, opobalsamum, ceram, & le[illegible]
[15] i. occultauerimus mortem eius.
[16] Vel, acquieuerunt ei.
[17] Luxitque.
[18] Vel, lugens, h. filio meo mortuo, non possum amplius viuere.
[19] Vel, principi.
[20] Vel, principi laniorum. Hic Potiphar princeps laniorum vocatur, quod is praefectus esset equis & pecorum mactatoribus, quos Pharao habuit in aula sua. Alii vero Chaldaeum paraph. sequentes, putant illum principem fuisse sicariorum atque militum. LXX. verterunt, magistro coquorum.

12 Cumque fratres illius in pascendis gregibus
patris morarentur in Sichem, dixit ad eum Israel,
13 Fratres tui pascunt oues in Sichimis: veni mit-
tam te ad eos. Quo respondente, Praesto sum: ait ei,
14 Vade, & vide si cuncta prospera sint erga fra-
tres tuos, & pecora, & renuncia mihi quid agatur:
15 Missus de valle Hebron, venit in Sichem: D
inuenitque eum vir errantem in agro, & interro-
gauit quid quaereret.
16 At ille respondit, Fratres meos quaero, indi-
ca mihi vbi pascant greges.
17 Dixitque ei vir, Recesserunt de loco isto: au-
diui autem eos dicentes, Eamus in Dothain. Per-
rexit itaque Ioseph post fratres suos, & inuenit eos
in Dothain.
18 Qui cum vidissent eum procul, antequam *Fratres Ioseph*
accederet ad eos, cogitauerunt illum occidere. *consultant de*
19 Et mutuo loquebantur, Ecce somniator *eo occidendo.*
venit,
20 Venite occidamus eum, & mittamus in ci-
sternam veterem: dicemusque, Fera pessima de-
uorauit eum, & tunc apparebit quid illi prosint so- E
mnia sua.
21 Audiens autem hoc Ruben, nitebatur libe- *Ruben eripit*
rare eum de manibus eorum, & dicebat, *ipsum.*
22 Non interficiamus animam eius, nec effun-
damus sanguinem: sed proiicite eum in cisternam
[a] veterem, quae est in solitudine, manusque ve- *[a] hanc.*
stras seruate innoxias. hoc autem dicebat, volens
eripere eum de manibus eorum, & reddere patri
suo.
23 Confestim igitur vt peruenit ad fratres suos,
nudauerunt eum tunica talari, & polymita:
24 Miseruntque eum in cisternam veterem, quae *Ioseph mittitur*
non habebat aquam. *in cisternam.*
25 Et sedentes vt comederent panem, viderunt Is- F
maelitas viatores venire de Galaad, & camelos eo-
rum portantes aromata, & resinam, & stacten in
Aegyptum.
26 Dixit ergo Iudas fratribus suis, Quid nobis *Iuda consilio*
prodest si occiderimus fratrem nostrum, & celaue- *venditur Isma-*
rimus sanguinem ipsius? *litis.*
27 Melius est vt venundetur Ismaelitis, & ma-
nus nostrae non polluantur: frater enim, & caro
nostra est.
28 Acquieuerunt fratres sermonibus illius. ¶ Et *Sapient. 10. c*
praetereuntibus Madianitis negotiatoribus, extra- *Psalm. 104. b*
hentes eum de cisterna, vendiderunt eum Ismae-
litis [b] triginta argenteis: qui duxerunt eum in Ae- *[b] viginti.*
gyptum.
29 Reuersusque Ruben ad cisternam, non in-
uenit puerum:
& scissis vestibus pergens ad fratres
suos ait,
30 Puer non comparet, & ego quo ibo? G
31 Tulerunt autem tunicam eius, & in sangui- *Vestis Ioseph*
nem haedi quem occiderant, tinxerunt: mitten- *tincta in san-*
tes qui ferrent ad patrem, & dicerent, *guine haedi*
32 Hanc inuenimus: vide vtrum tunica filii *fertur ad pa-*
tui sit, an non. *trem.*
33 Quam cum [c] cognouisset pater, ait, Tu- *[c] agnouisset.*
nica filii mei est, fera pessima comedit eum, bestia
deuorauit Ioseph.
34 Scissisque vestibus, indutus est cilicio, lugens *Iacob luget fi-*
filium suum multo tempore. *lium Ioseph.*
35 Congregatis autem cunctis liberis eius vt le-
nirent dolorem patris, noluit consolationem ac-
cipere: sed ait, Descendam ad filium meum lugens
in infernum. Et illo perseuerante in fletu,
36 Madianitae vendiderunt Ioseph in Aegypto *Phutiphari Io-*
Phutiphari eunucho Pharaonis magistro militum. *seph venditur.*

CAP.

CAPVT XXXVIII.

Coniugium Iudæ. 1.Paralip. 2

Her.

Onan.

Sela.

Her ducit vxorem Thamar. Numer. 16.c.

Her moritur.

Onan inuidus percutitur à Domino.

Thamar vidua moratur apud patrem.

Iudas mortua vxore, exit ad tondendas oues. * *filia Sua.*

Incestus Iudæ cum Thamar nuru sua.

A 1 EOdem tempore descendẽs Iudas a fratribus suis, diuertit ad virum Odollamitem, nomine Hiram.
2 ‖ Viditq. ibi filiam hominis Chananæi, vocabulo Sua: & accepta vxore, ingressus est ad eam.
3 Quæ concepit, & peperit filium, & vocauit nomen eius Her.
4 Rursumque concepto fœtu, natum filium vocauit Onan.
5 Tertium quoq; peperit: quem appellauit Sela. quo nato, parere vltra cessauit.
B 6 Dedit autem Iudas vxorem primogenito suo Her, nomine Thamar.
7 ‖ Fuit quoq; Her primogenitus Iudæ, nequã in conspectu Domini: & ideo ab eo occisus est.
8 Dixit ergo Iudas ad Onan filium suum, Ingredere ad vxorem fratris tui, & sociare illi: vt suscites semen fratri tuo.
9 Ille sciens non nasci sibi filios, introiens ad vxorem fratris sui, semen fundebat in terram: ne liberi, fratris nomine nascerentur.
10 Et idcirco percussit eum Dominus, eo quòd rem detestabilem faceret.
11 Quam ob rem dixit Iudas Thamar nurui suę, Esto vidua in domo patris tui, donec crescat Sela filius meus. timebat enim ne & ipse moreretur, sicut fratres eius. Quæ abiit, & habitauit in domo patris sui.
C 12 Euolutis autem multis annis mortua est *Sua vxor Iudæ: qui post luctum consolatione suscepta, ascendebat ad tonsores ouium suarum, ipse & Hiras opilio gregis Odollamites, in Thamnas.
13 Nuntiatumq; est Thamar quòd socer illius ascenderet in Thamnas ad tondendas oues.
14 Quæ depositis viduitatis vestibus, assumpsit theristrum: & mutato habitu sedit in biuio itineris, quod ducit Thamnam: eo quod creuisset Sela, & non eum accepisset maritum.
D 15 Quam cum vidisset Iudas, suspicatus est esse meretricem: operuerat enim vultum suum, ne agnosceretur.
16 Ingrediensq; ad eam ait, Dimitte me vt coeam tecum. nesciebat enim quod nurus sua esset. Qua respondente, Quid dabis mihi, vt fruaris concubitu meo?
17 Dixit, Mittam tibi hœdum de gregibus. Rursumq. illa dicente, Patiar quod vis, si dederis mihi arrhabònem, donec mittas quod polliceris.
18 Ait Iudas, Quid tibi vis pro arrhabòne dari? Respondit, Annulum tuum, & armillam, & baculum quem manu tenes. Ad vnum igitur coitum mulier concepit.
E 19 Et surgens abiit: depositoq; habitu quẽ sumpserat, induta est viduitatis vestibus.
20 Misit autem Iudas hœdum per pastorem suum Odollamitem, vt reciperet pignus quod dederat mulieri:
21 Qui cum non inuenisset eam, interrogauit homines loci illius, vbi est mulier quæ sedebat in biuio? Respondentibus cunctis, Non fuit in loco isto meretrix:
22 Reuersus est ad Iudam, & dixit ei, Non inueni eam: sed & homines loci illius dixerunt mihi nunquam sedisse ibi scortum.
23 Ait Iudas, Habeat sibi, certè mendacii arguere nos non potest: ego misi hœdum quem promiseram, & tu non inuenisti eam.

1 [1] *COntigit illo tempore* [a] *vt Iuda* [2] *descenderet à fratribus, & diuerteret ad quendam Adulamitem, Hiram nomine.*
2 *Vidit ibidem Iuda filiam cuiusdam* [3] *negociatoris, qui vocabatur Sua, &* [4] *ducens eam, ingressus est ad eã.*
3 *Concipiens illa peperit filium,* [5] *vocatumq; est nomen eius Er.*
4 *Rursum verò concipiens peperit filium,* [6] *vocauitq; nomen eius Onan.*
5 *Peperit vltra filium,* [6] *vocauit, Sela,* [7] *& fuit* [8] *ipse in* [8] *Chezib cum illa hunc pareret.*
6 *Accepit autem Iuda vxorem primogenito suo Er, nomine Thamar.*
7 *Et fuit Er primogenitus Iuda* [9] *malus coram oculis Domini, & interfecit eum Dominus.*
8 *Dixit ergo Iuda ad Onan, ingredere ad vxorem fratris tui, & duc eam vxorem, vt* [10] *exsuscites semen fratri tuo.*
9 *Sciens verò Onan* [11] *quod semen non esset ei futurũ si ingrederetur ad vxorem fratris sui,* [12] *disperdidit ad terram,* [13] *ne daret semen fratri suo.*
10 *Displicuit hæc res quam fecerat Domino: idcirco & hunc occidit.*
11 *Dixit itaq; Iuda ad Thamar nurum suam, Mane vidua in domo patris tui, donec Sela filius meus adolescat.* [14] *idq; eo consilio, ne & iste, quemadmodum fratres sui, moreretur. Abiit ergo Thamar, & mansit in domo patris sui.*
12 *Cumq; multi dies præteriissent, moritur filia Sua vxor Iuda: qui consolatione accepta, ascendit ad tonsores ouium suarum in Thimnath, ipse & Hiram amicus eius Adulamites.*
13 *Nunciatum verò est ipsi Thamar in hanc formam, Ecce socer tuus ascendit in Thimnath, vt tondeat oues suas.*
14 *Illa verò à se depositis vestimentis viduitatis suæ, obtexit atq;* [15] *obduxit se peplo,* [16] *& consedit ad biuium, in propatulo qua itur Thimnatah. Viderat enim adoleuisse Selam, neq; se datam illi vxorem.*
15 *Quam cum vidisset Iuda, existimauit eam esse meretricem: operuerat enim faciem suam.*
16 *Declinans ergo ad eam è via, dixit, Age, sine quæso ad te ingrediar (nesciebat enim quod nurus sua esset.) Illa verò respondit, Quid dabis mihi,* [17] *si ad me vis ingredi?*
17 *Qui dixit, Mittam ex grege hædum caprarum. Ait illa, Annon pignus mihi dabis donec mittas?*
18 *Qui ait, Quale nam pignus dabo tibi? Illa respondit, Annulum tuum,* [18] *fasciam tuam, atque baculum quem manu gestas. Dedit itaque ei, & ingressus est ad eam, & concepit ex eo.*
19 *Et (illa) surgens abiit,* [19] *positoq; peplo suo, induit vestimenta viduitatis suæ.*
20 *Misit autem Iuda hædum ex capris per manum amici sui Adulamitæ, vt reciperet pignus de manu mulieris.*
21 *Et ille non inuenit eam. Interrogauit ergo homines loci illius hisce verbis, Vbi est illa meretrix, quæ (sedebat)* [20] *in propatulo ad viam? Illi responderunt, Nulla fuit hic meretrix.*
22 *Reuersus est igitur ad Iudam, dixitq; illi, Non inueni eam: sed & homines illius loci dixerunt nullam fuisse illic meretricem.*
23 *Et dixit Iudas, Sibi seruet,* [21] *ne & nos pudefiamus: en misi hædum hunc, & non inuenisti eam.*

1 Vel, Sub id tempus. Dicunt enim Hebræi id accidisse ante venditionem Ioseph.
2 [illegible] descenderet, [illegible] quia declinauit versus plagam Meridionalem [illegible] sic [illegible] Sub [illegible] Iudas [illegible]
5 Ita vertit [illegible] Chaldæus paraphrastes [illegible]
4 Vel, accipiens eam in vxorem.
5 Vocauitque, scilicet Iudas.
6 Illa scilicet. est enim verbum fœmininum apud Hebræos.
7 Vel, & erat.
8 Vrbs est Palestinæ.
9 Id est, nota fuit Domino malitia eius, & ei displicuit. Hoc est, fuit insigniter malus & nequissimus.
10 Id est, Instaurabis posteritatem fratri tuo, hoc est, procrea liberos qui censebuntur filii fratris tui, de nomine eius vocabuntur.
11 Vel, quod non futurum esset suum semen quum ingrederetur. Chaldæus paraphrastes vertit, Quod suo nomine non vocaretur semen, id est, filius quẽ procreaturus esset.
12 Hebr. corrumpebat, id est, [illegible] semen genitale in terram.
13 Id est, ne non crearet liberos [illegible] fratri [illegible]
14 Heb. [illegible] bat enim [illegible] [illegible] filium [illegible] & ipse moreretur.
15 Occultauit sibi, celauit.
16 Et sedit in porta [illegible] quæ est iuxta [illegible] quod [illegible] [illegible] Chaldæus paraphrastes [illegible] [illegible] quod [illegible] biuio [illegible] soleamus [illegible]

dum partes. Vel, in ostio oculorum, id est, in propatulo, vbi frequens erat euntium & redeuntium transitus 17 Vt ingrediaris ad me? 18 Vox Hebræa [illegible] à quibusdam etiam Hebræis pro tegmine capitis: ab aliis pro quodam genere vestis, & pallio, vel peplo 19 Vel, [illegible] 20 In [illegible] vide annotationem paulo præcedentem. 21 ne fortè simus in contemptum: id est, ne res ista quam feci, & quæ turpis est, publicetur, simusq; contemptui.

22 Subaudi, hoc fecit, quia &c.
23 Factum est autem tempore quo pariebat (ecce verò in vtero eius gemelli erant) quum inquam pareret, accidit vt (vnus) proferret manú. Parenthesis illa, Ecce verò, verti etiam potest, Habebat autem gemellos in vtero suo.
24 Vel, Quare rupisti super te rupturam? illa cur membranã quæ operiebat, rupisti, vt prodires ante fratrem tuum. Hoc est, cur ruptis secundis prior egressus es, & antecessisti fratri tuo? Verba sunt matris aut obstetricis ægrè ferentis præreptum esse Zara à Phares exitum ex vtero. Vox Hebræa PERES, pro qua vertimus rupturam, hoc loco significat secundas, quòd illis perruptis & diuisis prodire soleat infans.

24 Post tres fermè menses, nuntiatum est Iudæ tale nuntium. Thamar nurus tua scortata est, & ecce ex scortatione concepit etiam. Iudas ait, Educite eam, vt comburatur.

25 Cumq; educeretur, misit ad socerum suum hisce verbis. E viro cuius hæc sunt, grauida sum. Addiditq;, Dignosce quæso cuius sit hic annulus, hæc fascia, & baculus iste.

26 Et agnouit Iudas, & dixit Iustior me est: [22] eo quod non dederim eam filio meo Sela. neq; vltra cognouit eam.

27 [23] Cumq; aduenisset tempus vt pareret ipsa, gemelli erant in vtero eius.

28 Et in pariendo vnus manum exeruit: quā arrepta obstetrix coccino filo circumligabat dicens, Is primus egressus est.

29 Contigit autem vt is manum suam retraheret, & egrederetur frater eius, dixitq; illa, [24] Cur rupisti tibi rupturam? Et vocatum est nomen eius Peretz.

30 Postea egressus est frater eius, in cuius manu filum coccinum erat, & vocatum est nomen eius Zarah.

24 Ecce autem post tres menses nuntiauerunt Iudæ, dicentes, Fornicata est Thamar nurus tua, & videtur vterus illius intumescere. Dixitque Iudas, Producite eam vt comburatur.

25 Quæ cum duceretur ad pœnam, misit ad socerum suum, dicens, De viro cuius hæc sunt, concepi: cognosce cuius sit annulus, & armilla, & baculus.

26 Qui agnitis muneribus ait, Iustior me est: quia non tradidi eam Sela filio meo. attamen vltrà non cognouit eam. G

27 Instante autem partu, apparuerunt gemini in vtero.

28 Atq; in ipsa effusione infantium vnus protulit manum, in qua obstetrix ligauit coccinum, dicens, Iste egredietur prior.

29 Illo verò retrahente manum egressus est alter: dixitq; mulier, Quare diuisa est propter te maceria? & ob hanc causa vocauit nomen eius Phares.

30 Postea egressus est frater eius, in cuius manu erat coccinum: quem appellauit Zara.

Iudas nurum suam stupro accusatam, comburi iubet: postea culpam agnoscit.

Parit Thamar gemines. Matth. 1. a

Phares. 1. Paralip. 2. a

Zara.

CAPVT XXXIX.

1 Vel, ipse princeps.
2 Vel, princeps laniorum. Vide postremā annotationem capitis tricesimi septimi.
3 Heb. erat enim vir fœlix. Vel, prosperè agens.
4 i. Nullā ratione reddebat Ioseph domino suo, nec herus ipse sua curabat, sed omnia fideli ministro committebat, nulla re alia sollicitus, quā de edendo & bibendo.
5 Heb. quæ sunt in domo: i. nihil solicitus est de rebus suis domesticis, delegata ministro omni cura.
6 Heb. prohibuit mihi, i. summouit à me, siue excepit &c.
7 Heb. nec parêret ei vt cum ea dormiret, & cū ipsa esset. Fatum inquam secundum hāc diē, vt dictum &c Secundum diem hanc, Heb. usimas i. eadē die. Id est, simul huic dici & ei respondente, quæ solicitare cœperat sollicitare Ioseph. Alii intelligunt, transacta hebdomada, vel mense, vel anno.
8 Vt faceret.
9 Hebr. ex viris domus illic. i. ex domesticis.
10 Adduxit nobis.

1 PORRÒ Ioseph deductus est in Ægyptum, emitq; eum Potiphar [1] cubicularius [2] Pharaonis, [2] præfectus rerum capitalium, vir Ægyptiacus: (emit eum inquā) de manu Ismaelitarum, qui abduxerant eum illuc.

2 Et Dominus affuit ipsi Ioseph, [3] vt esset vir cui omnia prosperè caderent, eratq; in domo domini sui Ægyptii.

3 Cúmq; videret herus eius quod Dominus adesset ei, quódq; Dominus cuncta quæ gerebat Ioseph, sub manu eius fortunaret:

4 Nactus est Ioseph gratiam coram domino suo, seruiuitq; ei: præfecitq; eum domui suæ, tradens sub manum eius quæcunq; habebat. Ab eo ergo tempore, quo eum domui suæ & omnibus rebus suis præfecerat,

5 Dominus domum Ægyptii propter Ioseph fortunauit. quin quidquid habebat, siue domi siue ruri, fœcundum reddidit Dominus. Reliquit igitur quæcunq; habebat in manu Ioseph:

6 [4] Nec quicquam cum eo nouerat, nisi cibum quem edebat. [5] Erat autem Ioseph eleganti forma & pulchro aspectu.

7 Factum est autem post hæc, vt vxor heri sui iniecit in Ioseph oculos, diceret, Dormi mecum.

8 Qui renuens ait ad vxorem heri sui, En herus meus mecum nihil nouit earum rerum [5] quæ in domo geruntur.

9 Quin cuncta quæ habet, in manum meam concredidit. Non est maior me quispiam in hac domo, nec [6] excepit à me quidquam præter te, eo quod tu vxor illius es: quomodo igitur designarem ingens hoc flagitium, vt peccem & in Deum?

10 Cumq; (sic) quotidie cum Ioseph loqueretur, [7] ipse tamen eam non audit, nec dormire vult cum ea, imò nec cum ea esse.

11 Contigit ergo quodam die vt domum venireт, [8] faceretq;, opus suum, nec esset quispiam [9] ex familiaribus in domo:

12 Illa apprehendit eum veste eius, dicens, Dormi mecum. qui relicta veste sua in manu illius, fugit, & egressus est foras.

13 Cum verò illa vidisset quod reliquisset vestem suam in manu eius, fugissetq; foras, vocauit domesticos suos, dixitque ad eos,

14 En [10] introduxit ad nos virum Hebræum, vt nobis illuderet: (nam) venit ad me vt mecum dormiret, ego verò sublata voce clamaui.

1 IGitur Ioseph ductus est in Ægyptum, emitque eum Phutiphar eunuchus Pharaonis, princeps exercitus sui, vir Ægyptius, de manu Ismaelitarum, à quibus perductus erat. A

2 Fuitque Dominus cum eo, & erat vir in cunctis prosperè agens: habitauitque in domo domini sui.

3 Qui optimè nouerat Dominum esse cum eo, & omnia quæ gereret, ab eo dirigi in manu illius.

4 Inuenitque Ioseph gratiam coram domino suo, & ministrabat ei: à quo præpositus omnibus gubernabat creditam sibi domum, & vniuersa quæ ei tradita fuerant:

5 Benedixitque Dominus domui Ægyptii propter Ioseph, & multiplicauit tam in ædibus, quam in agris cunctam eius substantiam,

6 Nec quicquam aliud nouerat, nisi panem quo vescebatur. Erat autem Ioseph pulchra facie, & decôrus aspectu. B

7 Post multos itaque dies iniecit domina sua oculos suos in Ioseph, & ait, Dormi mecum.

8 Qui nequaquam acquiescens operi nefario dixit ad eam, Ecce dominus meus omnibus mihi traditis ignorat quid habeat in domo sua:

9 Nec quicquam est quod non in mea sit potestate, vel non tradiderit mihi, præter te, quæ vxor eius es: quomodo ergo possum hoc malum facere, & peccare in * Dominum meum?

10 Huiuscemodi verbis per singulos dies * & mulier molesta erat adolescenti, & ille recusabat stuprum.

11 Accidit autem quadam die vt intraret Ioseph domum, & operis quippiam absque arbitris faceret: C

12 Et illa, apprehensa lascinia vestimenti eius, diceret, Dormi mecum. Qui relicto in manu eius pallio, fugit, & egressus est foras.

13 Cumque vidisset mulier vestem in manibus suis, & se esse contemptam, vocauit ad se homines domus suæ, & ait ad eos,

14 En introduxit virum Hebræum, vt illuderet nobis: ingressus est ad me, vt coiret mecum:

Venditur Ioseph Phutiphari.

Deus est cum Ioseph.

De⁹ benedicit ipsi Phutiphar propter Ioseph.

Ioseph denegat dominæ suæ stuprum.

* *Deum?*
* *Loquebatur.*

Ioseph falsò accusatus stupri à domina sua, incarceratur.

15 Cumq;

15 Cumque ego succlamassem, & audisset vocem meam, reliquit pallium quod tenebat, & fugit foras.

16 In argumentum ergo fidei retentum pallium ostendit marito reuertenti domum, & ait,

17 Ingressus est ad me seruus Hebræus quem

D adduxisti, vt illuderet mihi:

18 Cumque audisset me clamare, reliquit palliũ quod tenebam, & fugit foras.

19 His auditis dominus, & nimium credulus verbis coniugis, iratus est valde,

20 Traditque Ioseph in carcerem, vbi vincti regis custodiebantur, & erat ibi clausus.

Miseretur ipsius Ioseph Deus. Psalm. 104. b

21 Fuit autem Dominus cum Ioseph, & misertus est illius: & dedit ei gratiam in conspectu principis carceris.

22 Qui tradidit in manum illius vniuersos vinctos qui in custodia tenebantur: & quicquid fiebat, sub ipso erat.

23 Nec nouerat aliquid cunctis ei creditis: Dominus enim erat cum illo, & omnia opera eius dirigebat.

15 Cumque ut audiret me attollere vocem & clamare, veste sua apud me relicta fugit, & egressus est.

16 Et collocauit vestem eius apud sese, donec veniret herus eius domum suam. Tunc loquuta est ad eum hisce verbis,

17 Venit ad me seruus Hebræus, quem adduxisti nobis, vt illuderet mihi.

18 Quum verò sustulissem vocem meam & clamare, relicta veste sua apud me fugit foras.

19 Audiens vero dominus eius verba vxoris suæ quæ ad illum erat loquuta, nempe. Sic fecit mihi seruus tuus: excanduit ira eius.

20 Tollensque herus Ioseph, coniecit eum[11] in carcerem, in eum locum vbi vincti regis [12] conclusi tenebantur: & Ioseph fuit illic in carcere.

21 At Dominus aderat ipsi Ioseph, & inclinauit ad eum [13] beneficentiam. [14] & dedit illi vt fauore eum prosequeretur ergastularius.

22 Et tradidit præfectus carceris vniuersos vinctos qui in carcere erant, sub manum Ioseph, & [15] quidquid ibidem faciebant, ipse faciebat.

23 [16] Nihil cura gerebat præfectus carceris manu sua, quandoquidem Dominus aderat ipsi Ioseph: & quidquid faciebat ipse, [17] fortunauit Dominus.

11 Heb. in domum ... 12 Vincti erant. Vel, vincti erant. 13 Gratiam suã. Vel, misericordiam. 14 Heb. & posuit gratiam eius in oculis principis domus ... 15 Hebr. quæ ... erant facientes, ipse faciebat. 16 Heb. Non erat princeps domus carceris aspiciens quicquid in manu eius, ... non exigebat rationem vnquam eorum quæ ille faciebat: eo quod &c. 17 Secundabat. Vel, dirigebat.

CAPVT XL.

A 1 His itaque gestis accidit, vt peccarẽt duo eunuchi, pincerna regis Ægypti, & pistor, domino suo.

Pincerna & pistore Pharaonis in carcere ministrat Ioseph.

2 Iratusque contra eos Pharao (nam alter pincernis præerat, alter pistoribus,)

3 Misit eos in carcerem principis militum, in quo erat vinctus & Ioseph.

4 At custos carceris tradidit eos Ioseph, qui & ministrabat eis; aliquantulum temporis fluxerat & illi in custodia tenebantur.

Vident somnia.

5 Videruntque ambo somnium nocte vna, iuxta interpretationem congruam sibi.

6 Ad quos cum introisset Ioseph mane, & vidisset eos tristes,

7 Sciscitatus est eos, dicens, Cur tristior est hodie solito facies vestra:

8 Qui responderunt, Somnium vidimus, & non

B est qui interpretetur nobis. Dixitque ad eos Ioseph, Numquid non Dei est interpretatio? referte mihi quid videritis.

Pincerna somnium, quod Ioseph interpretatur.

9 Narrauit prior, præpositus pincernarum somnium suum, Videbam coram me vitem,

10 In qua erant tres propagines, crescere paulatim in gemmas, & post flores vuas maturescere:

11 Calicemque Pharaonis in manu mea. Tuli ergo vuas: & expressi in calicem quem tenebam, & tradidi poculum Pharaoni.

12 Respondit Ioseph, Hæc est interpretatio somnii, Tres propagines, tres adhuc dies sunt,

13 Post quos recordabitur Pharao ministerii tui, & restituet te in gradum pristinum: dabisque ei calicem iuxta officium tuum, sicut antè facere consueueras.

C 14 Tantum memento mei, cum tibi bene fuerit, & facies mecum misericordiam, vt suggeras Pharaoni vt educat me de isto carcere:

15 Quia furtim sublatus sum de terra Hebræorum, & hic innocens in lacum missus sum.

Somnium item pistoris exponit.

16 Videns pistorum magister quòd prudenter somnium dissoluisset, ait. Et ego vidi somniũ, Quòd tria canistra farinæ haberem super caput meum:

17 Et in vno canistro quod erat excelsius, portare me putabam omnes cibos qui fiunt arte pistoria, auesque comedere ex eo.

D 18 Respondit Ioseph, Hæc est interpretatio somnii, Tria canistra, tres adhuc dies sunt:

1 Post hæc gesta contigit vt regis Ægyptii [1] pocillator & pistor peccarent aduersus Dominum suum, regem scilicet Ægypti.

2 Iratusque est Pharao aduersus [2] duos præfectos, nempe aduersus præfectum pocillatorum, & aduersus præfectum pistorum.

3 Et coniecit eos in carcerem, in domum videlicet magistri [3] suppliciorum, in eum carcerem, in quo Ioseph vinctus tenebatur.

4 Et præfectus [3] rerũ capitaliũ præfecit illis Ioseph, qui & ministrabat eis, fuerantque [4] aliquot dies in carcere.

5 Somniarunt verò vterque somniũ, quisque suũ somniũ eadem nocte, & quisque [5] iuxta interpretationem somnii sui, pocillator scilicet & pistor regis Ægypti, qui vincti tenebantur in carcere.

6 Et veniens ad eos Ioseph mane, contemplatus est eos, & eccè erant [6] consternati.

7 Percontatus est itaque præfectos Pharaonis, qui secũ erant in carcere domini sui, hisce verbis, Cur [7] tristis est vultus vester hodie?

8 Qui responderunt ei, Somnium somniauimus, nec est qui interpretetur. Dixitque ad eos Ioseph, An non Dei sunt interpretationes? Narrate quæso mihi:

9 Recensuit itaque præfectus pocillatorũ somnium suũ ipsi Ioseph, dixitque ei, Quũ somniarẽ, en vitis erat corã me.

10 Et in ipsa vite tres palmites, [8] vitis verò quasi germinabat exoriẽte flore eius, et maturauit botros in staphylas.

11 Sed & crater Pharaonis erat in manu mea, & accipiens vuas, expressi eas in craterem Pharaonis. dedique craterem in manum Pharaonis.

12 Dixit verò ad eum Ioseph, Hæc interpretatio eius, Tres palmites, tres dies sunt.

13 [9] Intra tres dies Pharao extollet caput tuũ, & te in gradũ tuũ reponet, vt præbeas craterẽ Pharaonis in manũ eius, iuxta pristinum morẽ quum esses à calicibus (regis.)

14 [10] Tu modo sis apud te mei memor quũ tibi bene fuerit, vt mihi per hoc beneficiũ præstes vt mei mẽtionẽ facias apud Pharaonẽ, & cures vt extrahar ex hac domo.

15 Quia furtim sublatus sum è terra Hebræorũ, neque hic quidquam designans, ob quod me in hanc fouea coniicerent.

16 Intelligens autem pistorũ præfectus [11] exposuisse eũ bene ac salubriter, ait ad Ioseph, [12] Et ego somnium habui, Erant tria canistra alba super caput meum.

17 Porrò in superiori canistro erant [13] varii generis cibi Pharaonis, opere pistorio parati, & aues comedebant eos ex canistro quod erat super caput meum.

18 Responditque Ioseph, & dixit, Hæc est interpretatio eius, Tria canistra, sunt tres dies.

X L.

1 Pincerna. 2 Vel, duos ex principibus suis, nempe aduersus principẽ pincernarum, &c. 3 Vel, militum, aut, lanionũ. Vide postremã annotationem capitis XXXVII. 4 Heb. per dies in custodia. i. annum vnum integrum. 5 Recta interpretatio. i. indicans quid in posterum esset euenturum, vtrique eorum in officio suo. 6 Vel, tristes, aut attonitis. 7 Vel, tristiores sunt solito vultus vestri. 8 He erat quasi ipsa sicut florescens, & erumpebat flos, & percoxerunt vuæ (vel botri ...) i. Videbatur flores emittere, ipsique ... videbantur ... & racemi ad maturitatem perduci. 9 Heb. Post tres dies eleuabit Pharao caput tuũ, i. recensebit vel ... ministri ... 10 Heb. Sed recorderis mei apud te, quum bene fuerit tibi, facias que, obsecro mecum misericordiã vt mentionẽ mei facias apud Pharaonem, vt educat me &c. Posset & sic verti,

24 ie sine trium dierum.
25 Et aues comedent.

26 Principis pincernarum & pistorum inter seruos suos. i. recordatus est principis &c.

19 [24] *Intra triduum tollet Pharao caput tuum à te, agetq́; te in crucem.* [25] *et aues comedent carnes tuas.*

20 *Factū itaq; est die tertio qui erat dies natalitius Pharaonis, & instruxit conuiuium omnibus seruis suis, & recensuit caput* [26] *praefecti pocillatorum, atq; caput praefecti pistorum inter seruos suos.*

21 *Et praefectum quidem pocillatorum restituit, ut esset pocillator suus, qui & praebuit craterem in manum Pharaonis.*

22 *Praefectum verò pistorum suspendit, quemadmodum coniecerat eis Ioseph.*

23 *At praefectus pocillatorum, Iosephi non est recordatus, sed tradidit eum obliuioni.*

19 Post quos auferet Pharao caput tuum, ac suspēdet te in cruce, & lacerabūt volucres carnes tuas.

20 Exinde dies tertius natalitius Pharaonis erat: qui faciens grande conuiuiū pueris suis, recordatus est inter epulas magistri pincernarum, & pistorum principis.

21 Restituitque alterum in locum suum, vt porrigeret ei poculum,

22 Alterum suspendit in patibulo, vt coniectoris veritas probaretur.

23 Et tamen succedentibus prosperis, praepositus pincernarum oblitus est interpretis sui.

Conuiuium Pharaonis in natal. suo.

Ingratus pincerna.

CAPVT XLI.

1 Hebraice legitur, Post duos annos dierum, id est, Post duos annos integros & perfectos. Genus dicendi Hebraicum.
2 Iuxta flumen erat est, Nilum, & ecce ascendebant è fluuio.
3 e flumine.
4 Quae erant iuxta ripam fluminis.
5 Id est, animaduertit se somniasse & vidisse illa in somnio.
6 Consternatus est spiritus eius, siue conturbatus.
7 scilicet Aegypti. Apud Hebraeos est relatiuum sequentium.
8 Peccata mea recensebo hodie, [illegible]
[illegible]

1 [1] *Post duos annos somnians erat Pharao: Stabat* [2] *ad riuum,*

2 *Et ascendebant è riuo* [3] *septem vaccae aspectu pulchrae, & carne pingues pascentes in loco palustri.*

3 *Post illas ascendebant aliae septem vaccae è riuo, deformes illae & tenues carne, stabantq; iuxta illas vaccas* [4] *in littore riui.*

4 *Et vaccae illae quae deformes erāt, atq; macilētae, deuorauērūt septē vaccas quae erant elegantis formae & pingues, & euigilauit Pharao.*

5 *Rursum verò dormiens somniauit secundo:*

6 *Septem spicae pullulabant in culmo vno, plenae quidem & bonae.*

7 *Et rursus septem spicae tenues & Euro exhaustae germinabant post illas. Deuorabantq; spicae tenuiores, septē spicas crassas & plenas.*

8 *Euigilauitq; Pharao, & ecce* [5] *somnium erat. Mane facto* [6] *palpitabat cor eius, mitensq́; conuocauit omnes magos Aegypti & cunctos sapientes* [7] *eius, narrauitq́; Pharao somnium suum eis, nec erat coniector qui ea Pharaoni interpretaretur.*

9 *Loquutus est ergo praefectus pocillatorum ad Pharaonē in hāc sententiā,* [8] *Subeūt mihi hodie peccata mea.*

10 *Pharao iratus adu. [illegible] seruos suos, coniecerat me in carcerem in domum praefecti* [9] *[illegible], me inquam & praefectum pistorum.*

11 *Somniabamus autem somnium ego & ille eadē nocte, vterq; iuxta somnii sui interpretationē somniabamus.*

12 *Erat autem ibidem nobiscum puer quidam Hebraeus seruus praefecti* [9] *[illegible]: cui cum recensuissemus [illegible] est nobis somnia nostra,* [10] *vtrique [illegible] iuxta suum somnium.*

13 *Quemadmodum verò coniecit nobis, sic euenit: me restituit loco meo, illum verò in crucem egit.*

14 *Mittens ergo Pharao vocauit Ioseph, &* [11] *illico eduxerunt eum è fouea: detonsus verò, mutatis vestibus venit ad Pharaonem.*

15 *Et dixit Pharao ad Ioseph, Somniaui somnium, & coniector non est qui exponat: ego verò de te audiui loqui* [12] *[illegible] somnia quae audieris interpretari.*

16 *[illegible] Pharaoni, & dixit,* [13] *Deus vel absq; me prospera respondebit Pharaoni.*

17 *Loquutus est Pharao ad Ioseph, Quum somniarem, [illegible] stare super ripam fluuii.*

18 *[illegible] septem vaccae pingues carne ascendebant [illegible], elegantes, pascentes in loco palustri.*

19 *[illegible] post illas septem aliae vaccae, tenues [illegible] & deformissimae, & macilentae,* [14] *quales [illegible] in tota terra Aegypti.*

20 *Et deuorauerunt vaccae illae macilentae & deformes, septem [illegible] vaccas pingues.*

21 *[illegible] illarum, animaduerti tamen [illegible] intro [illegible], [illegible].*

22 *[illegible] septem [illegible].*

23 *[illegible] septem spicae* [16] *exsiccatae, tenues, & [illegible] exhaustae, quae pullulabant post [illegible].*

1 Post duos annos vidit Pharao somnium, Putabat se stare super fluuium.

2 De quo ascendebant septem boues, pulchrae & crassae nimis: & pascebantur in locis palustribus.

3 Aliae quoq; septem emergebant de flumine, foedae, confectaeq; macie: & pascebantur in ipsa amnis ripa in locis virentibus.

4 Deuorauerūtq; eas quarum mira species & habitudo corporum erat.

5 Expergefactus Pharao, rursum dormiuit, & vidit alterum somnium.

6 Septē spicae pullulabant in culmo vno plenae (atq; formosae.

7 Aliae quoq; totidem spicae tenues, & percussae vredine oriebantur, Deuorantes omnem priorum pulchritudinem.

8 Euigilans Pharao post quietem, & facto mane, pauore perterritus, misit ad omnes coniectores Aegypti, cunctosque sapientes: & accersitis narrauit somnium, nec erat qui interpretaretur.

9 Tunc demum reminiscens pincernarum magister, ait, Confiteor peccatum meum:

10 Iratus rex seruis suis, me & magistrum pistorum detrudi iussit in carcerem principis militum:

11 Vbi vna nocte vterque vidimus somnium, praesagium futurorum.

12 Erat ibi puer Hebraeus, eiusdem ducis militū famulus: cui narrantes somnia, audiuimus quicquid postea rei probauit euentus:

13 Ego enim redditus sum officio meo, & ille suspensus est in crucem.

14 Protinus ad regis imperium eductū de carcere Ioseph totonderūt, ac veste mutata obtulerūt ei.

15 Cui ille ait, Vidi somnia, nec est qui edisserat: quae audiui te sapientissimè conicere.

16 Respondit Ioseph, Absq; me Deus respondebit prospera Pharaoni.

17 Narrauit ergo Pharao quod viderat. Putabam me stare super ripam fluminis,

18 Et septem boues de amne conscendere, pulchras nimis & obesis carnibus: quae in pastu paludis virecta carpebant.

19 Et ecce, has sequebantur aliae septem boues, in tantum deformes & macilentae, vt nunquam tales in Terra Aegypti viderim.

20 Quae deuoratis & consumptis prioribus, nullum saturitatis dedēre vestigium:

21 Sed simili macie & squalore torpebant.

22 Euigilans rursus sopore depressus, vidi somnium, Septem spicae pullulabant in culmo vno plenae atq; pulcherrimae.

23 Aliae quoq; septem tenues & percussae vredine, oriebantur e stipula.

A
Somnium Pharaonis de septem bobus.

Somnium alterum de spicis.

B
Pincerna meminit Ioseph apud Pharaonem.

Ioseph eductus è carcere Pharaoni narrat somnia sua.
Psalm. 104. b

C

[illegible] 18 Heb. & euigilaui. Vidi etiam in somnio meo, & ecce septem spicae ascendebant in culmo vno, plenae & pulchrae. 16 gracilia.

24 Quæ priorum pulchritudinem deuorauerunt. Narraui coniectoribus * somnium,* & nemo est qui edisserat.

* *Somniorum.*

Exponit Ioseph Pharaoni somnia prædicens abundantiam & famem.

25 Respondit Ioseph. Somnium regis vnum est: quæ facturus est Deus, ostendit Pharaoni.

26 Septem boues pulchræ, & septem spicæ plenæ: septem vbertatis anni sunt, eandemque vim somnii comprehendunt.

27 Septem quoq; boues tenues atq; macilentæ, quæ ascenderunt post eas, & septem spicæ tenues, & vento vrente percussæ: septem anni venturæ sunt famis.

D 28 Qui hoc ordine complebuntur,

29 Ecce, septem anni venient fertilitatis magnæ in vniuersa Terra Ægypti:

30 Quos sequentur septem anni alii tantæ sterilitatis, vt obliuioni tradatur cuncta retro abundantia: consumptura est enim fames omnem terram.

31 Et vbertatis magnitudinem perditura est inopiæ magnitudo.

32 Quod autem vidisti secundo ad eandem rem pertinens somnium, firmitatis indicium est, eo quod fiat sermo Dei, & velocius impleatur.

33 Nunc ergo prouideat rex virum sapientem, & industrium, & præficiat eum Terræ Ægypti.

34 Qui constituat præpositos per cunctas regiones: & quintam partem fructuum per septem annos fertilitatis,

35 Qui jam nunc futuri sunt, congreget in horrea: & omne frumentum sub Pharaonis potestate condatur, seruetúrq; in vrbibus.

E 36 Et præparetur futuræ septem annorum fami quæ oppressura est Ægyptum, & non consumetur terra inopia.

Ioseph constitutus super annonam.

37 Placuit Pharaoni consilium & cunctis ministris eius:

38 Locutusq; est ad eos. Num inuenire poterimus talem virum, qui Spiritu Dei plenus sit?

39 Dixit ergo ad Ioseph, Quia ostendit tibi Deus omnia quæ locutus es, nunquid sapientiorum & consimilem tui inuenire potero,

Psal. 104. b
1. Mach. 2. f
Act. 7. b

40 Tu eris super domum meã, & ad tui oris imperium cunctus populus obediet: vno tantum regni solio te præcedam.

41 Dixitq; rursum Pharao ad Ioseph, Ecce, constitui te super vniuersam Terram Ægypti.

42 Tulitque annulum de manu sua, & dedit eum in manu eius: vestiuitq. eum stola byssina, & collo torquem auream circumposuit.

43 Fecitque eum ascendere super currum suum secundum, clamante præcone vt omnes coram eo genu flecterent, & præpositum esse scirent vniuersæ Terræ Ægypti.

44 Dixit quoq; rex Ægypti ad Ioseph, Ego sum

F Pharao: absq; tuo imperio non mouebit quisquam manum aut pedem in omni Terra Ægypti.

45 Vertitq; nomen eius & vocauit eum lingua Ægyptiaca, Saluatorem mundi. Deditque illi vxorem Aseneth filiam Phutipharis sacerdotis Heliopoleos.

Ioseph ducit vxorem.

46 Egressus est itaque Ioseph ad Terram Ægypti (triginta autem annorum erat quando stetit in conspectu regis Pharaonis)

Colligit Ioseph frumenta annorum fæcunditatis.

47 Et circuiuit omnes regiones Ægypti. Venitque fertilitas septem annorum: & in manipulos redactæ segetes congregatæ sunt in horrea Ægypti.

24 *Deuorauerunt[que] spicæ illæ tenues, septem spicas bonas. hæc narraui Magis, & non fuit qui mihi interpretaretur.*

25 *Et respondit Ioseph Pharaoni Somniũ Pharaonis idem est: quæ Deus facturus est, nota fecit Pharaoni.*

26 *Septem vaccæ elegantes, sunt septem anni: & septem spicæ bonæ, itidem septem anni sunt: vnum idemq; est somnium.*

27 *Septem verò vaccæ macilentæ & turpes, quæ post priores ascenderunt, septem sunt anni: & septem spicæ vacuæ & Euro exhaustæ, (etiam) septem anni sunt famis.*

28 [17] *Hoc est verbum quod loquutus sum ad Pharaonem, & hoc facturus est Deus, & ostendit ad Pharaonem.*

29 *Ecce veniunt septem anni fertilissimi per totam terram Ægypti.*

30 *Et deinde venient post illos septem anni famis: & obliuioni tradetur cuncta abundantia per terram Ægypti, & fames consumet terram ipsam.*

31 *Nec cognoscetur vbertas in terra ob famem illam superuenturam: nam grauissima erit.*

32 *Quòd verò iteratum est somnium bis Pharaoni, (significat) quòd firmiter decretum est hoc a Deo, festinaturumq; Deum vt id perficiat.*

33 *Nunc ergo prouideat sibi Pharao virum aliquem [18] industrium & sapientem, quem præficiat super terram Ægypti.*

34 *Faciat & hoc Pharao, constituat præfectos super terram, & [19] accipiat partem quintam de terra Ægypti per septem annos vbertatis.*

35 *Congregent quoque omne alimentum per annos bonos sequentes, & [20] coaceruent frumentum sub manum Pharaonis, & annonam per ciuitates conseruent.*

36 *Eritq; alimentum hoc ad reseruationem ipsi terræ pro septem annis famis, qui futuri sunt super terram Ægypti, [21] ne terra fame consumatur.*

37 *Placuit hic sermo Pharaoni & cunctis ministris eius.*

38 *Et dixit Pharao ad seruos suos. [22] Num inueniri potest vir qui huic possit comparari, in quo (nimirum) sit Spiritus Dei?*

39 *Dixitq; Pharao ad Ioseph, Quandoquidem Deus hæc omnia tibi nota fecit, nullus est qui te prudentia & sapientia æquet.*

40 *Tu igitur eris per domum meam, & ad tuum imperium vniuersus populus meus [23] cibum capiet: solo duntaxat [24] honestior te ero.*

41 *Rursum dixit Pharao ad Ioseph, En constitui te super totam terram Ægypti.*

42 *Et auferens Pharao annulũ suum de manu sua, inseruit illum manui Ioseph, vestiuitq; eum vestimentis byssinis, & imposuit torquem auream in collum eius.*

43 *Insit quoque eum vehi [25] in curru secundo quem habebat, & clamauerunt coram eo [26] Abrech, & constituit eum super totam terram Ægypti.*

44 *Et dixit Pharao ad Ioseph, Ego sum Pharao, sine nutu tuo non sustollet quisquam manum suam aut pedem suum per totam terram Ægypti.*

45 *Vocauitq; Pharao nomen Ioseph [27] Zaphnat Paeneah, & dedit ei Asnath filiam Potiphari, [28] sacerdotis in On, vxorem.*

46 *Egressus est itaque Ioseph in terram Ægypti. Erat verò Ioseph natus annos triginta, quando stetit coram Pharaone rege Ægypti. Et egrediens Ioseph a Pharaone,*

47 *Pertransiit totam terram Ægypti. Septem autem annis fertilibus protulit terra [29] aceruos. Ille verò [30] congessit omnem prouentum septem annorum, qui fuit per totam terram Ægypti:*

17 Hoc est illud quod aiui (vel, dicebam, supra) ad Pharaonem, quod facturus est Deus, ostendit Pharaoni.
18 [illegible] prudentem.
[illegible] id est, qui [illegible] partem [illegible]
20 [illegible] ingregent famem [illegible] manum in vrbibus, & [illegible]
[illegible] septem annorum famis.
Sub manu autem Pharaonis, id est, authoritate Pharaonis.
21 Vel, ita fiet vt non pereant habitatores Ægypti fame.
22 Hebr. [illegible] similem huic viri, &c.
23 Vel, armabitur, id est, quando principes [illegible] bellum, tu eris magister militum, quasi dicat, [illegible] secundum [illegible] [illegible] vertunt, te tamen osculabitur omnis populus [illegible] semper signo [illegible] illorum esse dominum ostendentes.
24 Maior te.
25 Super currum secundi ab illo. Secundi, subaudi, id est, quo is qui a rege secundus erat, vehi solebat.
26 Id est, pater tener [illegible] [illegible] flectite [illegible] clamabant ante eum, pater regis.
27 Id est, vt [illegible] Chaldæus paraphr. Vir cui abscondita reuelata sunt. Vel, absconditorum expositor.
28 Chaldæus paraphrastes vertit, principis [illegible] regionis. Alii aiunt On fuisse [illegible] idolum,

sacerdotem idoli On. 29 Vel, in aceruos, id est, tantam abundantiam frumenti produxit terra, vt replerentur horrea. Chaldæus paraphrastes vertit, Et congregauerunt habitatores terræ in septem annis abundantiæ frumentum in thesauros, id est, in horrea. 30 Congregauit omnem cibum (sub. qui superfuit) septem annorum, qui fuerunt in terra.

11 Hebr. cibum agri vrbis (vel regionis) q in circuitu illius (sub. erat, ponebat in ea. sub. vrbe.
12 vel, adeò vt desierit numerare.
13 Manasse significat obliuiscefaciens.
14 Hæc subaudienda, aut alia que magis conueniunt loco, cum Moses, propterea sic vocauit eum, quia apud se diceret, Effecit, &c.
15 Ephraim significat fructificationes
16 vel, multiplicauit me, augeret.
17 Heb. saturitatis.
18 Heb. erat panis.
19 Heb. ad emendum. sub. frumentum.

48 Et reposuit alimentū in vrbibus, [11] cuius liber agri
prouentū connexit in eam vrbem qua ambiebat [ager.]
49 Et connexit Ioseph frumentum vehementer multum, tanquam arenam maris, [12] ita à numerando cessaret: innumerum enim erat.
50 Natiq; sunt Ioseph duo filii antequam veniret annus famis, quos illi pepe rat Asnath filia Potipharis [13] sacerdotis in On.
51 Vocauitq; Ioseph nomen primogeniti [13] Manasse, [14] [ac si diceret,] Quoniam effecit Deus cuncti laboris mei, & vniuersæ domus patris mei obliuiscerer.
52 Nomen verò secundi vocauit [15] Ephraim, [14] [ac si diceret,] Quoniam effecit Deus vt [16] fructum haberem in terra afflictionis meæ.
53 Exactis itaq; septem annis [17] fertilibus qui fuerunt in terra Ægypti,
54 Venire cœperunt septem anni famis, quemadmodum prædixerat Ioseph.
55 Fuit itaq; fames in omnibus regionibus, in cuncta autem terra Ægypti [18] fuit annona.
56 Cumq; fames grassari inciperet [etiam] in tota terra Ægypti, clamauit populus ad Pharaonem pro cibo. Et dixit Pharao ad omnes Ægyptios, Ite ad Ioseph: & quod ille dixerit vobis, facite.
57 Fuit itaq; fames illa in vniuersa terra, aperuit ergo Ioseph omnia [horrea] in quibus erat [annona] & distraxit Ægyptiis.
58 Inualuerat enim fames per terram Ægypti. Omnes quoque regiones venerunt in Ægyptum, [19] frumentum a Ioseph: inualuerat enim fames per vniuersam terram.

48 Omnis etiam frugum abundantia in singulis vrbibus condita est.
49 Tantaq; fuit abundantia tritici, vt arenæ maris coæquaretur, & copia mensuram excederet.
50 Natiq; sunt Ioseph filii duo antequam veniret fames: quos peperit ei Aseneth filia Putipharis sacerdotis Heliopoleos. *Filii Ioseph. infr. 46. c*
51 Vocauitq; nomen primogeniti, Manasses, dicens, Obliuisci me fecit Deus omnium laborum meorum, & domus patris mei. *Manasses.* G
52 Nomen quoq; secundi appellauit Ephráim, dicens, Crescere me fecit Deus in terra paupertatis meæ. *Ephráim. Fames in vniuerso orbe.*
53 Igitur transactis septem pubertatis annis, qui fuerant in Ægypto,
54 Cœperunt venire septem anni inopiæ, quos prædixerat Ioseph:
55 Et in vniuerso orbe fames præualuit, in cuncta [a] etiam Terra-Ægypti [b] fames erat. *[a] autem [b] panis*
56 Qua esuriente clamauit populus ad Pharaonem alimenta petens. Quibus ille respondit, Ite ad Ioseph: & quicquid ipse vobis dixerit, facite.
57 Crescebat autem quotidie fames in omni terra: aperuitq; Ioseph vniuersa horrea, & vendebat Ægyptiis:
58 Nam & illos oppresserat fames. Omnesque prouinciæ veniebant in Ægyptū, vt emerent escas, & malum inopiæ temperarent.

CAPVT XLII.

XLII.
1 Heb. Vt quid vosipsos aspicitis? Vel, Quare prospicitis vobis tantummodo, q.d. Cur non consulitis aliis vt vobis? quare prospicitis vobis tantummodo? quare nō consideratis quomodo possitis alere totam vestrā familiam? Alii vertunt, Quare contemnitis inter vos?
2 Ne accidat illi mors.
3 ipse erat qui vendebat.
4 i. parte regionis, quæ minime est munita. Vertere potes nuditatem terræ.
5 vel, veraces.
6 vel, nunq fuerunt exploratores
7 probabimini.
8 Sic viuat [illegible] Ægypti, [illegible] Heb. [illegible], viuat [illegible] [illegible]

1 INtelligens autem Iacob annonam esse in Ægypto, dixit ad filios suos, [1] Cur sic desides cunctamini? Addiditq;,
2 En audiui quòd annona sit in Ægypto: descendite illuc, & emite nobis illinc frumenta: vt in vita superstites maneamus, nec moriamur.
3 Descenderunt ergo decem fratres Ioseph, vt frumentum emerent ab Ægyptiis.
4 Beniamin vero fratrem Ioseph, non misit Iacob cum fratribus suis. dixit enim, [2] Forte accidet ei pernicies.
5 Venerunt itaque filii Israel ad coemendum simul cum aliis qui veniebant Erat enim fames in terra Chanaan.
6 Ioseph autem dominus erat super terram, [3] vt ipse venderet omni populo terræ.
7 Accedentes itaq; fratres Ioseph, proni versus terram inclinant se ei. Videns autem Ioseph fratres suos, agnoscit eos, sed alienum se simulat erga ipsos, loquiturq; cum eis durè, & dicit ad eos, Vnde venistis? Responderunt, De terra Chanaan, vt emamus alimenta.
8 Ioseph autem agnouit fratres suos, ipsi verò non agnouerunt eum,
9 Recordatusq; Ioseph somniorum quæ de eis somniauerat, ait ad eos, Exploratores estis, venistisq; vt [4] nuditatem terræ obseruetis.
10 Ad quem illi dixerunt, Non domine: sed serui tui escam emptum venerunt.
11 Nos omnes filii sumus vnius viri, [5] probi sumus, [6] nec exploratores, serui tui.
12 Quibus rursum ait, Minime: sed venistis vt nuditatem terræ exploretis.
13 Illi rursus dixerunt, Duodecim fratres serui tui sumus nos, filii vnius viri in terra Chanaan, & minor natu etiamnum hodie cum patre nostro manet, vnus verò non extat. Et dixit ad eos Ioseph,
14 Hoc est quod locutus sum ad vos, quum dicerem, Exploratores estis.
15 In hoc [quasi experimento] [7] probemini, [8] viuit Pharao, hinc non exibitis, nisi veniat huc frater vester minor natu.

1 AVdiens autem Iacob quòd alimenta venderentur in Ægypto, dixit filiis suis, Quare negligitis? A *Iacob mittit filios in Ægyptū pro alimentis emendis.*
2 Audiui quòd triticum venūderetur in Ægypto: descendite, & emite nobis necessaria, vt possimus viuere, & non consumamur inopia. *Act. 7. b*
3 Descendentes igitur fratres Ioseph decem, vt emerent frumenta in Ægypto.
4 Beniamin domi retento à Iacob, qui dixerat fratribus eius, Ne fortè in itinere quicquam patiatur mali:
5 Ingressi sunt Terram-Ægypti cum aliis qui pergebant ad emendum. erat autem fames in Terra-Chanáan.
6 Et Ioseph erat princeps in Terra-Ægypti, atq; ad eius nutum frumenta populis vendebantur.
7 Cúmq; adorassent eum fratres sui, & agnouisset eos, quasi ad alienos durius loquebatur, interrogans eos, Vnde venistis? Qui responderunt, De Terra-Chanáan, vt emamus victui necessaria. B *Agnoscuntur fratres a Ioseph.*
8 Et tamen fratres ipse cognoscens, non est cognitus ab eis.
9 Recordatusq; somniorum quæ aliquando viderat, ait ad eos, Exploratores estis: vt videatis infirmiora terræ, venistis. *Tentantur ab ipso.*
10 Qui dixerunt, Non est ita domine, sed serui tui venerunt vt emerent cibos.
11 Omnes filii vnius viri sumus: pacifici venimus, nec quicquam famuli tui machinantur mali. C
12 Quibus ille respondit, Aliter est: immunita terræ huius considerare venistis.
13 At illi dixerunt, Duodecim, inquiunt [a] fratres, serui tui sumus, filii viri vnius in Terra Chanáan: minimus cum patre nostro est, alius non est super. *[a] serui tui, fratres.*
14 Hoc est, ait, quod locutus sum, Exploratores estis.
15 Iam nunc experimentum vestri capiam: per salutem Pharaonis non egrediemini hinc, donec veniat frater vester minimus.

16 Mittite

16 Mittite ex vobis vnum, & adducat eum: vos autem eritis in inculis, donec probentur quæ dixistis verum vera an falsa sint: alioquin per salutem Pharaonis exploratores estis.

Mittuntur in custodiam.

17 Tradidit ergo illos custodiæ tribus diebus.

18 Die autem tertio eductis de carcere, ait, Facite
D quæ dixi, & viuetis: Deum enim timeo:

19 Si pacifici estis, frater vester vnus ligetur in carcere: vos autem abite, & ferte frumenta quæ emistis, in domos vestras:

20 Et fratrem vestrum minimum ad me adducite, vt possim vestros probare sermones, & non moriamini. Fecerunt vt dixerat, & locuti sunt adinuicem.

Fratres Ioseph agnoscunt peccatum suum.

21 Meritò hæc patimur, quia peccauimus in fratrem nostrum, videntes * angustias animæ illius dum deprecaretur nos, & non audiuimus: idcirco vênit super nos ista tribulatio.

** angustiam.*

22 E quibus vnus Ruben, ait, Nunquid non dixi vobis, Nolite peccare in puerum: & non audistis me? en sanguis eius exquiritur.

Sup.37.d

E
23 Nesciebant * enim quòd intelligeret Ioseph: eo quòd per interpretem loqueretur ad eos.

** autem.*

Flet Ioseph.

24 Auertitque se parumper & fleuit: & reuersus locutus est ad eos.

Simeon conijcitur in carcerem.

25 Tollensque Simeon, & ligans, illis præsentibus, iussit ministris vt implerent eorum saccos tritico, & reponerent pecunias singulorum in sacculis suis, datis suprà cibariis in via: qui fecerunt ita.

26 At illi portantes frumenta in asinis suis, profecti sunt.

27 Apertoque vnus sacco vt daret iumento pabulum in diuersorio, contemplatus pecuniam in ore sacculi, dixit fratribus suis,

** mea.*

28 Reddita est mihi pecunia * en habetur in sacco. Et obstupefacti, turbatique mutuo dixerunt, Quidnam est hoc quod fecit nobis Deus?

F
29 Veneruntque ad Iacob patrem suum in Terram-Chanaan, & narrauerunt ei omnia quæ accidissent sibi, dicentes,

Reuertuntur ad patrem petentes Beniamin.

30 Locutus est nobis dominus terræ durè, & putauit nos exploratores esse prouinciæ.

31 Cui respondimus, Pacifici sumus, nec vllas molimur insidias.

32 Duodecim fratres vno patre geniti sumus: vnus non est super, minimus cum patre nostro est in Terra-Chanaan.

33 Qui ait nobis, Sic probabo quòd pacifici sitis. Fratrem vestrum vnum dimittite apud me, & cibaria domibus vestris necessaria sumite, & abite:

34 Fratremque vestrum minimum adducite ad me, vt sciam quòd non sitis exploratores: & istum qui tenetur in vinculis, recipere possitis: ac deinceps quæ vultis, emendi habentes licentiam.

G
35 His dictis cum frumenta effunderent, singuli repererunt in ore saccorum ligatas pecunias: exterritisq; simul omnibus, dixit pater Iacob.

Pecunias reperiunt in ore saccorum.

36 Absq; liberis me esse fecistis, Ioseph non est super, Simeon tenetur in vinculis, & Beniamin * auferetis: in me hæc omnia mala reciderunt.

** auferetis:*

37 Cui respondit Ruben. Duos filios meos interfice, si non reduxero illum tibi: trade illum in manu mea, & ego eum tibi restituam.

Iacob renuit dare Beniamin.

38 At ille, Non descendet, inquit, filius meus vobiscum: frater eius mortuus est, & ipse solus remansit. si quid ei aduersitatis acciderit in terra ad quam pergitis, deducetis canos meos cum dolore ad inferos.

16 *Mittite ex vobis vnum, qui adducat fratrem vestrum, vos interim vincti eritis: vt probentur verba vestra, num veritas sit vobiscum: quod si minus, viuit Pharao, exploratores estis.*

17 [9] *Copulat itaque eos in carcerem tribus diebus.*

18 *Tertio demum die dixit ad eos Ioseph, Hoc facite ut viuatis. (Deum enim metuo.)*

19 *Si [10] probi estis, frater vester vnus vinciatur in carcere vestro: vos autem ite, & vehite [11] frumentum domibus vestris (vt occurratur) fami:*

20 *Fratrem vero vestrum natu minorem adducite ad me, [12] vt explorentur verba vestra, veráne sint, ne pereatis. Et fecerunt sic. Dixitque alter ad alterum.*

21 *Profectò scelerati fuimus, idque erga fratrem nostrum, quum videremus animi sui anxietatem, neq; exaudiremus eum, etiam dum magnopere nos precaretur: idcirco venit hæc afflictio super nos.*

22 *Respondit eis Ruben, dicens, An non dicebam vobis, ne peccaretis aduersus puerum, sed non audiebatis? [13] iam vero sanguis eius exquiritur.*

23 *Nesciebant autem quod Ioseph intelligeret: erat enim interpres inter eos.*

24 *Et auersus ab eis Ioseph, fleuit: reuersusq; ad eos, locutus est cum eis:*

25 *Tulit autem ex eis Simeonem, vinxitq; eum ipsis cernentibus. Porro præcepit Ioseph, vt impleretis vasa illorum frumento, restituerent pecuniam illorum, cuiusq; scilicet in saccum suum, darentque eis viaticum pro itinere: factumq; est eis sic.*

26 *Imposito ergo frumento suo asinis suis, recesserunt illinc.*

27 *Et aperiens vnus saccum suum, vt daret pabulum asino suo in diuersorio, vidit pecuniam suam [14] in sacco suo. Qui dixit ad fratres suos,*

28 *Reddita est pecunia mea, en est in sacco meo. [15] Examinati ergo sunt, & obstupefacti dixerunt inter se [16] Cur hoc fecit nobis Deus?*

29 *Venerunt itaq; ad Iacob patrem suum in terram Chanaan, & indicauerunt ei omnia quæ illis acciderant, dicentes.*

30 *Vir ille Dominus terræ acerbè loquutus est nobiscum, [17] tractauitque nos ac si fuissemus exploratores terræ.*

31 *Cui diximus [18] Probi sumus, non exploratores.*

32 *Sumus enim duodecim fratres, filii patris nostri: vnus autem non extat, minor natu etiamnum hodie est apud patrem nostrum in terra Chanaan.*

33 *Rursum dixit ad nos vir ille dominus terræ, In hoc experiar [19] probíne sitis: relinquite apud me vnum aliquem ex fratribus vestris, [20] & annonam tollite pro domibus vestris, & abite*

34 *Adducitéque fratrem vestrum natu minorem ad me, vt sciam vos non speculatores, sed probos esse: tum dabo vobis fratrem vestrum, & in hac terra [21] negotiari poteritis.*

35 *Cumq; saccos suos effunderent, quisque reperit fasciculum pecuniæ suæ in sacco suo. videntes autem ipsi & pater eorum fasciculos pecuniarum suarum, metu perculsi sunt. Dixitque ad eos Iacob pater eorum.*

36 *Orbastis me, Ioseph non extat, nec Simeon adest, & Beniamin quoque tollitis: [22] ego solus hæc omnia patior.*

37 *Dixit ergo Ruben ad patrem suum, Si hunc tibi non reduxero, interfice duos filios meos: [23] commenda illum fidei meæ, & ego tibi eum restituam*

38 *Et ait, Filius meus non descendet vobiscum: nam frater eius est mortuus, & ipse solus relictus est: si ei acciderit [24] pernicies in itinere quo proficiscimini, deducetis senium meum cum dolore [25] in foueam.*

9 Congregauit.
10 Vel, veraces.
11 Heb. frumentum famis domus vestræ, id est, quo expellatis famem de familia vestra.
12 Heb. & verificabuntur verba vestra.
13 Heb. & etiam sanguis eius ecce exquiritur.
14 Heb. in ore sacci sui.
15 He. Egressum est ergo cor illorum.
16 Quid hoc est quod &c.
17 Hebr. Tradiditq; nos &c. sub. in carcerem. Vel, tradidit siue dedit. pro reputauit siue existimauit positum est.
18 Vel, Veraces. Art. rect.
19 Vel, veraces ne.
20 Heb. & famē de[illegible]
22 Hebr. in me hæc omnia.
23 Heb. Da eum in manū meam.
24 Vel, [illegible]
25 Vel, in [illegible]

CAPUT XLIII.

XLIII.

1 Invaluerat autem fames in terra.

2 Cumque [filii] absumpsissent in cibo annonam quam ex Ægypto adduxerant, tunc dixit pater eorum ad eos, Revertimini, & emite nobis pauxillum alimenti.

3 Iuda respondit ei, & dixit, [2] Sancte obtestatus est nos vir ille, & dixit, [3] Ne veniatis in conspectum meum, nisi frater vester veniat vobiscum:

4 Si ergo mittis fratrem nostrum nobiscum, descendemus, & emimus tibi alimentum:

5 Si verò non miseris, non descendemus: nam vir ille dixit ad nos, [3] Ne veniatis in conspectum meum, nisi frater vester sit vobiscum.

6 Dixit ergo Israel, [4] Cur tam improbe mecum egistis, ut indicaretis viro illi quod [5] superesset vobis adhuc frater?

7 Responderunt, Diligenter percontatus est vir ille nos de progenie nostra, dicens, Vivitne adhuc pater vester? estne vobis [alius] frater? Et [6] secundum huiusmodi sermones respondimus ei: num praescire poteramus eum dicturum,

8 Adducite fratrem vestrum? Dixitque Iudas ad Israel patrem suum, Mitte puerum mecum, ut surgamus & abeamus, vivamusque & non moriamur nos & tu, ac pubes nostra.

9 Ego spondeo pro eo, [7] de manu mea requirito eum: si eum non reduxero ad te, & ante conspectum tuum collocavero eum, ero peccati reus apud te omnibus diebus.

10 Etenim nisi moram traxissemus, iam secundo reversi essemus.

11 Et dixit ad eos Israel pater eorum, Siquidem omnino ita fieri oportet facite hoc, & accipite de nobilissimis [fructibus] terrae in vasa vestra, & deferte viro illi munus, pauxillum resinae, & pauxillum mellis, aromata & stacten, [8] iuglandes & amygdala.

12 Et pecuniam [9] aliam accipite in manum vestrã, deinde & pecuniam quae reposita est in saccis vestris, deferte in manu vestra, [10] forte esse erratum est.

13 Capite & fratrem vestrum, surgite, revertiminique ad virum.

14 Deus autem omnipotens det, ut gratiam impetretis coram viro illo: ut remittat vobiscum fratrem vestrũ alium, & hunc quoque Beniamin: ego interim quemadmodum [11] orbatus sum, orbatus ero.

15 Acceperunt itaque viri illi munus illud, & duplicem pecuniam in manum suam, & ipsum Beniamin, & surgentes descenderunt in Ægyptum.

16 Cumque starent coram Ioseph, & Ioseph videret Beniamin cum illis, dicebat praefecto domus suae, Introduc viros illos in domum, & [12] macta mactationem, ac [13] para: viri enim illi mecum prandebunt in meridie.

17 Fecit vir ille quemadmodum praeceperat Ioseph, introduxitque viros illos in domum Ioseph.

18 Timuerunt autem viri, quum essent introducti in domum Ioseph, [14] dicebantque, Propter pecuniam ipsam quae in saccos nostros ab initio reposita est, introducti sumus, [15] ut devolvat [se] in nos, & irruat in nos, & capiat nos atque asinos nostros, servitutique subiiciat.

19 Et accesserunt virum illum qui dispensator erat domus Ioseph, loquutique sunt ad eum ad ostium domus, & dixerunt,

20 Mi domine, descendimus primum ut emeremus alimentum.

21 Quumque venissemus in diversorium, aperuimus saccos nostros, & en cuiusque pecunia erat in sacco suo, pecunia inquam nostra iuxta pondus suum, quam reportavimus in manu nostra.

22 Sed & aliam pecuniam portavimus in manu nostra, ut emamus alimentum, nescimus quisnam pecuniam reposuerit in saccos nostros.

1 Revertimini emere.
2 Hebr. Contestando contestatus est nos. i. Denunciavit nobis adhibito iuramento.
3 Heb. Non videbitis faciem meam. i. Nullus patebit vobis ad me aditus.
4 Hebr. Ut quid malefecistis mihi.
5 esset.
6 i. iuxta id quod fuerat interrogatus.
7 i. a me. Hebr.
8 vel, nuces pineas.
9 duplicem. i. duplum argenti accipite.
10 Heb. si forte, vel forsitan, forsitan errore factum est.
11 vel, orbatus sum, orbabor. i. quemadmodum orbatus sum filio meo Ioseph, orbabor & filio meo Beniamin. hoc est, illum perdam quod praesagit mihi animus, & orbabor filio meo Beniamin, sicut orbatus sum aliis duobus, Simeone & Ioseph.
12 sub victimã.
13 vel, in mensa convivium.
14 sub intra se.
15 Heb. ut devolvat sese super nos, &c. i. ut praepotentia redigat nos servitutibus.

1 Interim fames omnem terram vehementer premebat.

2 Consumptisque cibis quos ex Ægypto detulerant, dixit Iacob ad filios suos, Revertimini & emite nobis pauxillum escarum.

3 Respondit Iudas, Denunciavit nobis vir ille sub [1] attestatione iurisiurandi, dicens, Non videbitis faciem meam, nisi fratrem vestrum minimum adduxeritis vobiscum.

4 Si ergo vis eum mittere nobiscum, pergemus pariter, & ememus tibi necessaria.

5 Si autem non vis, non ibimus: vir enim (ut saepe diximus) denunciavit nobis, dicens, Non videbitis faciem meam absque fratre vestro minimo.

6 Dixit eis Israel, In meam hoc fecistis miseriã ut indicaretis ei & alium habere vos fratrem.

7 At illi responderunt, Interrogavit nos homo per ordinem, nostram progeniem: si pater viveret: si haberemus fratrem: & nos respondimus ei consequenter iuxta id quod fuerat sciscitatus: nunquid scire poteramus quòd dicturus esset.

8 Adducite fratrem vestrum vobiscum? Iudas quoque dixit patri suo, Mitte puerum mecum, ut proficiscamur, & possimus vivere: ne moriamur nos & parvuli nostri.

9 Ego suscipio puerum: de manu mea require illum. Nisi reduxero & reddidero eũ tibi, ero peccati reus in te omni tempore.

10 Si non intercessisset dilatio, iam vice altera venissemus.

11 Igitur Israel pater eorum dixit ad eos, Si sic necesse est, facite quod vultis: Sumite de optimis terrae [2] frugibus in vasis vestris, & deferte viro munera, modicum resinae, & mellis, & storacis, stactes, & terebinthi, & amygdalarum.

12 Pecuniam quoque duplicem ferte vobiscum: & illam quam invenistis in sacculis, reportate, ne forte errore factum sit.

13 Sed & fratrem vestrum tollite, & ite ad virum.

14 Deus autem meus omnipotens faciat vobis eum placabilem: & remittat vobiscum fratrem vestrum quem tenet in vinculis, & hunc Beniamin: ego autem quasi orbatus absque liberis ero.

15 Tulerunt ergo viri munera, & pecuniam duplicem, & Beniamin: descenderuntque in Ægyptum, & steterunt coram Ioseph.

16 Quos cum ille vidisset, & Beniamin simul, praecepit dispensatori domus suae, dicens, Introduc viros domum & occide victimas, & instrue convivium quoniam hodie mecum sunt comesturi meridie.

17 Fecit ille [3] quod sibi fuerat imperatum, & introduxit viros domum.

18 Ibique exterriti, dixerunt mutuo. Propter pecuniam quam retulimus prius in saccis nostris, introducti sumus: ut devolvat in nos calumniam, & violenter subiiciat servituti & nos, & asinos nostros.

19 Quam ob rem in ipsis foribus accedentes ad dispensatorem locuti sunt.

20 Oramus domine ut audias nos, Iam antè descendimus, ut emeremus escas.

21 Quibus emptis, cum venissemus ad diversorium, aperuimus saccos nostros & invenimus pecuniam in ore saccorum: quam nunc eodem pondere reportavimus.

22 Sed & aliud attulimus argentum, ut emamus quae nobis necessaria sunt: non est in nostra conscientia quis posuerit eam in marsupiis nostris.

23 At ille

A Revertuntur fratres Ioseph unà cũ Beniamin & muneribus.
1 testificatione.
B supr. 42. d
Angustia Iacob.
C
2 fructibus.
D Ioseph iubet parari convivium fratribus in domo sua.
3 sicut.
E supr. 42. a

23 At ille respondit. Pax vobiscum, nolite timere: Deus vester, & De[us] patris vestri dedit vobis thesauros in saccis vestris. nam pecuniã quam dedistis mihi, probatam ego habeo.

Educitur è carcere Simeon.

24 Eduxitq; ad eos Simeon. Et introductis domum, attulit aquam, & lauerunt pedes suos, deditque pabulum asinis eorum.

F

Lauantur pedes fratrum. Ioseph.

25 Illi verò parabant munera, donec ingrederetur Ioseph meridie. audierãt enim quod ibi comesturi essent panem.

26 Igitur ingressus est Ioseph domum suã, obtuleruntq; ei munera, tenentes in manibus suis: & adorauerunt proni in terram.

Ioseph interrogat fratres de patre.

27 At ille clementer resalutatis eis, interrogauit eos, dicẽs. Sanusne pater vester senex, de quo dixeratis mihi, Adhuc viuit?

28 Qui responderunt, Sospes est seruus tuus pater noster, adhuc viuit Et incuruati, adorauerunt eum.

29 Attollens autem Ioseph oculos, vidit Beniamin fratrem suũ vterinum, & ait. Iste est frater vester paruulus, de quo dixeratis mihi? Et rursum De[us] inquit, misereatur tui fili mi.

30 Festinauitq.[-] in domum', quia commota fuerant viscera eius super fratre suo, & erumpebãt lachrymæ & introiens cubiculum fleuit.

G

Flet Ioseph.

31 Rursumque lota facie egressus, continuit se, & ait. Ponite panes.

Fratres epulantur cum eo. Ægyptiis illicitum edere cũ Hebræis.

32 Quibus appositis, seorsum Ioseph. & seorsum fratribus, Ægyptiis quoque qui vescebantur simul, seorsum. (illicitum est enim Ægyptiis comedere cum Hebræis, & prophanum putant huiuscemodi conuiuium)

33 Sederunt coram eo primogenitus iuxta primogenita sua, & minimus iuxta ætatem suam.

34 Et mirabantur nimis, sumptis partibus quas ab eo acceperant: maiorque pars venit Beniamin, ita vt quinq. partibus excederet: biberuntq;, & inebriati sunt cum eo.

23 Qui ait,[16] Estote bono animo, ne metuatis: Deus vester, & Deus patris vestri dedit vobis thesaurum in saccos vestros: pecunia vestra[17] peruenit ad me'.

24 Eduxitq, ad eos Simeonem. Deinde introduxit vir ille viros illos in domum Ioseph: & dedit eis aquam vt lauarent pedes suos, deditque pabulum asinis eorum.

25 Et illi instruxerunt munus interim, donec veniret Ioseph [18] meridie'. audierant enim se illic pransuros.

26 Ingresso verò Ioseph domum, intulerunt ei munus, quod habebant, in domum: prociderunt q, coram eo in terram.

27 Interrogauit autem eos [19] num recte haberent omnia, & dixit, Pater vester senex, de quo mihi dixeratis, rectène valet? viuitne adhuc?

28 Responderunt, Pater noster seruus tuus recte valet, & viuit adhuc. & proni inclinabant.

29 Sublatis autem oculis suis, vidit Beniamin fratrem suum,[20] filium matris suæ, dixitq, Hicne iste frater vester minor natu, de quo mihi dixeratis? Et ait, Deus [21] misereatur tui fili mi.

30 Festinauitq, Ioseph (incaluerant enim [22] viscera eius erga fratrem suum, & quæsiuit vt fleret, ingressusq, penetrale, fleuit ibi.

31 Et lauans faciem suam exiuit, & continuit se, & ait. Apponite [23] panem.

32 Et posuerunt ei seorsim illisque seorsim) Ægyptiis quoq, qui cum eo comedebant, seorsim: quia [24] non possunt Ægyptii comedere cibum cum Hebræis, siquidem abominandum est hoc Ægyptiis.

33 Sederunt itaq, è regione ipsius, [25] primogenitus iuxta primogenituram suam, & minores natu iuxta ætatem suam.

34 Miratique sunt viri illi quisque cum proximo suo. Et tulit [26] à se fercula ad illos, auctumq, est ferculum Beniamin præ omnium aliorum ferculis, quintuplo: & bibentes cum eo, vino sunt exhilarati.

16 Hebr. Pax vobis. i. Nihil est periculi.
17 i. eam recepi.
18 sub. ad prandium.
19 Heb. de pace. (hoc est de sanitate, siue incolumitate, rectène valerent,) dicens, Rectène valet &c.
20 Hebraismus. pro vterino.
21 i. faueat tibi. Hebraismus.
22 vel, miserationes.
23 Panis pro omni esca.
24 i. est Ægyptiis illicitum.
25 q. d. pro ratione ætatis sedebant.
26 He. à facie sua portiones. vel munera ad &c. i. e paropside illi apposita dedit illis munus siue portionem.
[illegible] Beniamin.

CAPVT XLIIII.

A

Iubet Ioseph scyphum suum poni in sacco Beniamin. Deprehenditur in sacco Beniamin.

1 PRæcepit autem Ioseph dispensatori dom[us] suæ, dicens, Imple saccos eorum frumento, quantum possit capere: & pone pecuniam singulorum in summitate sacci:

2 Scyphum autem meum argenteũ, & precium quod dedit tritici, pone in ore sacci iunioris. factumq. est ita.

3 Et orto mane, dimissi sunt cum asinis suis.

[*] Cum.

4 Iamque vrbem exierant, & processerant paullulum: [*] tunc' Ioseph accersito dispensatore domus, ait, Surge, inquit, & persequere viros: & apprehensis dicito, Quare reddidistis malum pro bono?

B

5 Scyphus quem furati estis, ipse est in quo bibit dominus meus, & in quo augurari solet, pessimam rem fecistis.

6 Fecit ille vt iusserat: & apprehensis per ordinem locutus est.

7 Qui responderunt. Quare sic loquitur dominus noster, vt serui tui tantum flagitii commiserint?

8 Pecuniam quam inuenimus in summitate saccorum, reportauimus ad te de Terra Chanaan: & quomodo consequens est vt furati simus de domo domini tui aurum vel argentum?

9 Apud quemcunq. fuerit inuentum seruorum tuorum quod quæris, moriatur, & nos erimus serui domini nostri.

C

10 Qui dixit eis, Fiat iuxta vestram sententiam: apud quemcunque fuerit inuentum, ipse sit seruus meus, vos autem eritis innoxii.

XLIIII.

1 Ioseph autem præcepit magistro domus suæ, & dixit, Imple saccos virorum istorum frumento quantum capere possunt, & repone cuiusq, pecuniam [2] in saccum suum'.

2 Scyphum præterea meum scyphum inquam argenteum, pone [3] in saccum' natu minoris, vnà cum pecunia [4] frumenti sui,' & fecit is iuxta mandatum Ioseph quod mandauerat.

3 Mane quum illucesceret, emissi sunt viri illi cum asinis suis.

4 Cumq, vrbem essent egressi & haud longe abessent ait Ioseph ad eum qui præerat domui suæ, Surge, & insequere viros istos: & quum apprehenderis eos, dic ad eos, Quare reddidistis malum pro bono?

5 Annon iste est è quo potat dominus meus, & [5] quo augurans scrutatur? male fecistis hac in re.

6 Apprehendens ergo eos, loquutus est cum illis verba ista.

7 Et responderunt illi, Quare loquitur dominus meus talia verba? absit hoc vt serui tui rem istam designent.

8 En pecuniam quam inuenimus [6] in saccis nostris', reportauimus ad te ex terra Chanaan, & quomodo [7] furaremur' ex domo vel argentum vel aurum e domo domini tui.

9 Apud quemcunque ex seruis tuis hoc inuentum fuerit, is moriatur, & nos quoque serui erimus domini mei.

10 Qui ait, [8] Etiam, fiat ergo iuxta verba vestra: apud quem inuentus fuerit [scyphus,] is sit seruus meus, & vos innocentes eritis.

1 seruo.
2 i. ore sacci sui.
3 in ore sacci.
4 triciti eius [illegible]
[illegible]
5 vel, per quẽ augurando augurabatur, pro quo augurando augurans est? q. d. annon iste scyphus quem surripuistis, est ille in quo libere solet dominus meus, pro quo etiam [illegible] [illegible] [illegible] Hebraice [illegible] [illegible] reliquit [illegible] cum ante vos vt experiretur an surrepturi esset. [illegible] Chaldæus paraph. [illegible] [illegible] inquirendo inquirit. Alii est Hebr. [illegible] interpretantur [illegible]
6 in ore saccorum nostrorum.
7 furaremur. est Hebraismus, nunquam verba vestra fiant [illegible]
9 vel, innoxii.

12 Festinantes itaq; deposuerunt quisq; saccum suum in terram, & aperuit vnusquisq; saccum suum.

13 Et incepit scrutari à maiore natu, desitq; in minore: & inuentus est scyphus in sacco Beniamin.

14 Illi vero conscissis vestibus suis, rursus onerarunt asinos suos, & redierunt in ciuitatem.

15 Veniénsque Iuda & fratres eius in domum Ioseph, qui adhuc ibi aderat, corruerunt coram eo super terram.

16 Quibus dixit Ioseph, Quidnam hoc est quod fecistis? annon scitis quod [20] certissime augurari potest vir talis, qualis ego sum?

17 Et dixit Iuda, Quid dicemus ad dominũ meum? quid loquemur? aut qua ratione [21] excusabimus nosipsos? Deus [22] inuenit iniquitatem seruorum tuorum: en serui sumus domini mei, nos inquam, & is in cuius manu inuentus est scyphus.

18 Qui respondit, Hoc procul sit à me, vt istud faciam: is in cuius manu inuentus est scyphus, erit seruus meus. vos autem ascendite in pace ad patrem vestrum.

19 Tum accessit eum Iuda, & dixit, Mi domine, liceat mihi quaso seruo tuo loqui coram domino meo, & ne succenseat ira tua aduersus seruum tuum: [23] tu enim es perinde ac ipse Pharao.

20 Interrogauit dominus meus seruos suos hisce verbis, Estne vobis pater aut frater?

21 Et diximus ad dominum meum, Est nobis pater senex, & puer paruus [24] qui natus est ei in senectute, cuius frater mortuus est, [25] relictusque ipse solus ex matre sua, quem & pater suus vnicè diligit.

22 Et dixisti ad seruos tuos, Adducite eum ad me, [26] vt ponam oculos meos super eum.

23 Diximus vero ad dominum meum, Non poterit puer deserere patrem suum: nam si deserverit patrem suũ, moreretur ille.

24 Et dixisti ad seruos tuos, Si non descenderit frater vester minor natu vobiscum, ne veniatis amplius in conspectum meum.

25 Factum ergo est vt ascenderemus ad seruum tuum patrem meum & indicaremus ei verba domini mei.

26 Dixit autem pater noster, Redite, & emite nobis parum alimenti.

27 Et respondimus, Non possumus descendere: si vero frater noster minor nobiscum fuerit, descendemus: nam [27] non audebimus videre faciem viri illius, si frater noster minor non fuerit nobiscum.

28 Et dixit seruus tuus pater meus ad nos, Vos scitis quod vxor mea duos mihi pepererit,

29 Vnus quidem egressus est a me, de quo dixi, [28] Omnino laceratus est, & non vidi eum hactenus.

30 Et tollitis quoque istum a me: [29] si qua ei pernicies accidat, [30] deducetis senium meum cum afflictione in foueam.

31 Nunc igitur quum venero ad seruum tuum patrem meum, & puer ille nobiscum non fuerit, (quandoquidem [31] animus patris cum animo illius colligatus est,)

32 Videritq; puerum non adesse, morietur: deducentque serui tui canitiem serui tui patris nostri cum dolore ad sepulchrum.

33 Etenim seruus tuus spopondit pro puero coram patre meo, dicens, Si non reduxero eum ad te, [32] peccauero in patrem meum perpetuo.

34 Nunc igitur remaneat quaso seruus tuus pro puero isto, vt sit seruus domini mei, & puer ascendat cũ fratribus suis.

35 Nam quomodo possem ascendere ad patrem meum, si puer non fuerit mecum? [33] nisi forte vnacu vellem malum quod accidet patri meo.

20 Heb. diuinādo diuinat homo. sub. si quippiam amiserit. Et hæc [illegible] augu[illegible]tur, sed quæ ad propositū rem faciebat, loquebatur, q. d. an ignoratis quod homo similis mei soleat augurari, vel consulere diuinos? Alii vertūt tentando tentat vir &c.
21 Heb. iustificabimus.
22 q. d. recordatus est iniquitatis seruorum tuorū quam admiserūt perdēdo fratrem suum. Quidā accipiunt vocē Hebræam AVON, pro mulcta & punitione peccati, vt dicat, Deus inuenit, vnde puniret seruos tuos ob scelus admissum in fratrē suum. Nunc punit nos seruos tuos Deus.
23 He. nam sicut tu sicut Pharao. i. similis es Pharaoni authoritate & potestate, authoritate æquas Pharaonem.
24 Heb. senectutum,
25 q. d. mater eius duos tantum genuit, & hic solus est relictus.
26 Hebraismus, pro, vt videā eū.
27 Heb. non possumus. i. non patebit nobis aditus ad virum illum.
28 Heb. Rapiēdo raptus est, pro, Certe dilaceratus est a fera.
29 vel, si acciderit illi mors,
30 i. eritis causa mortis meæ qui senex sum. efficietis vt præ mœrore moriar.
31 anima eius ligata est cū anima illius i. eum vnice diligit Chaldæus paraphr. Anima eius tam dilecta est illi, quam anima sua.
32 vel, obnoxius ero pœnæ patri meo omnibus diebus.
33 Hebr. ne forte videam malum, quod inueniet patrem meum.

12 Itaq; festinatò deponentes in terram saccos, aperuerunt singuli.

13 Quos scrutatus, incipiens à maiore vsque ad minimum, inuenit scyphum in sacco Beniamin.

14 At illi scissis vestibus, oneratisque rursum asinis, reuersi sunt in oppidum. *Ioseph fratres furti arguit.*

15 Primúsque Iudas cum fratribus ingressus est ad Ioseph, (necdum enim de loco abierat) omnesque ante eum pariter in terram conuenerunt.

16 Quibus ille ait, Cur sic agere voluistis? an ignoratis quod non sit similis mei in augurandi sciencia? D

17 Cui Iudas, Quid respondebimus, inquit, domino meo? vel quid loquemur, aut iustè poterimus obtendere? Deus inuenit iniquitatem seruorum tuorum: en omnes serui sumus domini mei, & nos & apud quem inuentus est scyphus. *Oratio Iudæ ad Ioseph.*

18 Responditque Ioseph, Absit à me vt sic agam: qui furatus est scyphum, ipse sit seruus meus, vos autem abite liberi ad patrem vestrum.

19 Accedens autem propius Iudas, confidenter ait, Oro domine * audi me, vt loquatur seruus tuus verbum in auribus tuis, & ne irascaris famulo tuo: tu es enim post Pharaonem dominus meus. ** mi.* E

20 Interrogasti ‖ prius seruos tuos, Habetis patrem aut fratrem? Sup. 42. c.

21 Et nos respondimus tibi domino meo, Est nobis pater senex, & puer paruulus, qui in senectute illius natus est, cuius vterinus frater mortuus est & ipsum solum habet mater sua, pater vero tenerè diligit eum.

22 Dixistiq; seruis tuis, Adducite eum ad me, & ponam oculos meos super illum.

23 Suggessimus tibi domino meo, Non potest puer relinquere patrem suum: si enim illum dimiserit, morietur.

24 ‖ Et dixisti seruis tuis, Nisi venerit frater vester minimus vobiscum, non videbitis amplius faciem meam. Sup. 43. a. F

25 Cum ergo ascendissemus ad famulum tuum patrem nostrum, narrauimus ei omnia quæ locutus est dominus meus.

26 Et dixit pater noster, Reuertimini, & emite nobis parum tritici.

27 Cui diximus, Ire non possumus: si frater noster minimus descenderit nobiscum, proficiscemur simul: alioquin illo absente, non audemus videre faciem viri.

28 * At ille respondit, ‖ Vos scitis quod duos filios genuerit mihi vxor mea. ** Ad quæ.* Sup. 37. c.

29 Egressus est vnus, & dixistis, Bestia deuorauit eum, & hucusq; non comparet.

30 Si tuleritis & istum, & aliquid ei in via contigerit, deducetis canos meos cum mœrore ad inferos.

31 Igitur si intrauero ad seruum tuum patrem nostrum, & puer defuerit, (cum anima illius ex huius anima dependeat) G

32 Videritque eum non esse nobiscum, morietur, & deducent famuli tui canos eius cum dolore ad inferos.

33 Ego propriè seruus tuus sim, qui in meã hunc recepi fidem, & spopondi dicens, ‖ Nisi reduxero eum, peccati reus ero in patrem meum omni tempore. Sup. 43. b.

34 Manebo itaque seruus tuus pro puero in ministerio domini mei, & puer ascendat cum fratribus suis.

35 Non enim possum redire ad patrem absente puero: ne calamitatis quæ oppressura est patrẽ meum, testis assistam.

CAP. XLV.

CAPVT XLV.

Ioseph se fratrib' agnoscendum prabet.

A 1 NOn se poterat vltrà cohibere Ioseph multis coram astantibus: vnde præcepit, vt egrederentur cuncti foras, & nullus interesset alterius agnitioni mutuæ.

2 Eleuauitq; vocem cum fletu: quam audierunt Ægyptii, omnisq; domus Pharaonis.

3 Et dixit fratribus suis, Ego sum Ioseph: adhuc pater meus viuit? Non poterant respondere fratres nimio terrore perterriti. *[a] Nec.*

4 Ad quos ille clementer, Accedite, inquit, ad me. Et cum accessissent propè, Ego sum, ait, Ioseph frater vester, quem vendidistis in Ægyptum. B *Act. 7. b* *Consolatur eos.*

5 Nolite pauere, neque vobis durum esse videatur quòd vendidistis me in his regionibus: pro salute enim vestra misit me Deus ante vos in Ægyptum. *Infr. 50. c*

6 Biennium est enim quòd cœpit fames esse in terra: & adhuc quinque anni restant: quibus nec arari poterit, nec meti.

7 Præmisitq; me Deus vt reseruemini super terram, & escas ad viuendum habere possitis.

C 8 Non vestro consilio, sed Dei voluntate huc missus sum: qui fecit me quasi patrem Pharaonis, & dominum vniuersæ domus eius, ac principem in omni Terra Ægypti. *Voluntate Dei missus Ioseph in Ægyptum, præficitur Ægypto, & patrē accersit.*

9 Festinate, & ascendite ad patrem meum, & dicetis ei, Hæc mandat filius tuus Ioseph, Deus fecit me dominum vniuersæ Terræ Ægypti: descende ad me, ne moreris:

10 Et habitabis in Terra Gessen, erisq; iuxta me tu, & filii tui, & filii filiorum tuorum, oues tuæ, & armenta tua, & vniuersa quæ possides.

11 Ibique te pascam, (adhuc enim quinque anni residui sunt famis) ne & tu pereas, & omnis domus tua, & omnia quæ possides.

D 12 En oculi vestri & oculi fratris mei Beniamin vident quòd os meum loquatur ad vos.

13 Nunciate patri meo vniuersam gloriam meā, & cuncta quæ vidistis in Ægypto: festinate, & adducite eum ad me.

14 Cúmque amplexatus cecidisset in collum Beniamin fratris sui, fleuit: illo quoque similiter flente super collum eius.

15 Osculatúsque est Ioseph omnes fratres suos, & plorauit super singulos: post quæ ausi sunt loqui ad eum. *Osculatur fratres suos flens.*

E 16 Auditúmque est & celebri sermone vulgatum in aula Regis, Venerunt fratres Ioseph. & gauisus est Pharao atque omnis familia eius. *Præcipit Pharao Iacob addu ci in Ægyptū.*

17 Dixitque ad Ioseph vt imperaret fratribus suis, dicens, Onerantes iumenta, ite in Terram Chanaan:

18 Et tollite inde patrem vestrum & cognationem, & venite ad me: & ego dabo vobis omnia bona Ægypti, vt comedatis medullam terræ.

19 Præcipe etiā vt tollant plaustra de Terra Ægypti, ad subuectionem paruulorum suorum ac coniugum. & dicito, Tollite patrem vestrum, & properate quantocyus venientes.

20 Nec dimittatis quicquam de supellectili vestra: quia omnes opes Ægypti, vestræ erunt.

21 Feceruntque filii Israel, vt eis mandatum fuerat. Quibus dedit Ioseph plaustra, secundum Pharaonis imperium: & cibaria in itinere. *Ioseph dat dona fratribus.*

22 Singulis quoque proferri iussit binas stolas: Beniamin verò dedit trecentos argenteos cū quinque stolis optimis.

1 NOn [1] potuit autem Ioseph se continere coram omnibus, qui stabant iuxta illum, quin clamaret. En submouete omnes viros à me, & non mansit vir vllus cum eo, dum se cognoscendum praberet Ioseph fratribus suis.

2 Emittebatq; vocem suam cum fletu, & audierunt [hoc] Ægyptii, audiit quoq; domus Pharaonis.

3 Et dixit Ioseph ad fratres suos, Ego sum Ioseph: viuitne adhuc pater meus? Et non poterant fratres sui ei respondere, adeo terrore erant obstupefacti [2] coram illo.

4 Dixit ergo Ioseph ad fratres suos, Accedite quæso ad me. Et accesserunt, & dixit, Ego sum Ioseph frater vester, [3] quem vendidistis in Ægyptum.

5 Nunc igitur nolite mœrore confici, [4] neq; commoueamini vos, quòd me huc vendidistis: quoniam [5] ad conseruationem misit me Deus ante vos.

6 [6] Et quidem hoc biennio fames [fuit] in terra. Restant autem adhuc quinque anni, in quibus neq; agros colent, neque metent.

7 Misit ergo me Deus ante vos, vt [7] ponerem vobis reliquias in terra, [8] & vitam vestram seruarem, ad magnam euasionem.

8 Itaque vos non misistis me huc, sed Deus, qui & posuit me [9] patrem Pharaoni, & dominum totius domus ipsius, & dominatorem per totam terram Ægypti.

9 Festinate & ascendite ad patrem meum, & sic dicetis illi, Filius tuus Ioseph sic loquutus est, Constituit me Deus dominum totius Ægypti: descende igitur ad me, ne differas.

10 Habitabis in terra Gosen, erisq; [10] penes me tu & filii tui, & nepotes tui, greges tui & armenta tua, & quæcunq; habes.

11 Ego tibi illic cibum administrabo, (quoniam [restant] adhuc quinque anni famis,) ne fortè inopia labores tu & domus tua, & cuncta quæ habes.

12 [11] Ecce oculi vestri vident, simulq; oculi fratris mei Beniamin, quòd os meum loquitur ad vos.

13 Referetis ergo patri meo omnem gloriam meam in Ægypto, & omnia quæ vidistis: accelerate & adducite patrem meum huc.

14 Et ruit in collum Beniamin, fleuitq;: sed & Beniamin fleuit super collum illius.

15 Et osculans omnes fratres suos, fleuit super eos, & postea loquuti sunt fratres eius cum eo.

16 Et fama ipsa audita est in domo Pharaonis, [12] vt dicerent, Venerunt fratres Ioseph & [13] placuit Pharaoni & seruis eius.

17 Dixitq; Pharao ad Ioseph, Dic ad fratres tuos, Hoc facite, onus imponite iumentis vestris, & euntes pergite in terram Chanaan.

18 Et adducite patrem vestrum, & [14] domos vestras, & venite ad me, & [15] dabo vobis bonum terræ Ægypti, & [16] comedite pinguedinem terræ.

19 Et tu quidem [17] iussus es, Facite hoc, accipite vobiscum plaustra è terra Ægypti pro pube vestra, & pro vxoribus vestris, & adducite patrem vestrum, & venite.

20 [18] Ne pœniteat vos, si supellectilem vestram post vos relinquatis, quia [19] bonum vniuersæ terræ Ægypti vestrum erit.

21 Fecerunt autem sic filii Israel, deditq; eis Ioseph currus iuxta mandatum Pharaonis: dedit etiam eis commeatum pro itinere.

22 Dedit insuper singulis [20] vestes mutatorias: ipsi autem Beniamin dedit trecentos argenteos, & quinque mutatorias vestes.

1 Heb. Non poterat autem Ioseph vim facere sibi omnibus astantibus iuxta ipsum, & clamauit. i. Non potuit Ioseph, quamuis iuxta ipsū multi astarent, cohibere se quin clamaret, Submouete, &c.
2 Heb. à facie eius.
3 Heb. qui vendidistis me.
4 Heb. neq; indignentur oculi vestri. i. ne indignemini vos, aut ne irascamini.
5 Heb. ad vitā. i. pro victu ac salute.
6 Iā enim duobus annis.
7 i. seruaretur posteritas vestra.
8 Heb. & viuificarem vos euasione magna. i. eriperem vos à periculo maximo.
9 Hic pater pro instructore & rectore ponitur.
10 vicinus mihi, vel, propinquus.
11 q. d. Ipsi agnoscere potestis quòd sim frater vester: loquor enim vobiscū patria lingua non per interpretem.
12 Heb. dicēdo.
13 Heb. bonum visum est in oculis Pharaonis & in oculis seruorum eius. i. gratissimū fuit Pharaoni & seruis eius.
14 Chaldæus paraph. homines domorum vestrarum.
15 i. optimam partem terræ Ægypti, & fertilissimā inhabitabitis.
16 Imperatiuus pro futuro, comedetis.
17 sub. à me. i. nunc tibi mādo, vt dicas fratrib' tuis, Facite.
18 Heb. Et oculus vester ne parcat instrumentis vestris. i. Omnē supellectilē vestram afferte, neque quicquam relinquatis.
19 i. feracissima pars vniuersæ regionis Ægypti vestra erit Heb.
20 vel, mutationes vestium. hoc est, duas vestes dissimiles.

22 Hebr. misit sicut illud, D cē decem est, quinq; vestes, & trecentos nummos argenteos, præterea ex decem asinos.
23 i. ex optimis quibusq; terræ Ægypti.
23 vel, Ne contēdatis. sic, Ne irascemini, q; scilicet vendideritis me.
24 q.d. non statim credidit illis. Alii legunt, dissolutum est cor eius. vel, elāguit. i. tantam consolationem accepit, vt vitalis eius spiritus cessarit.
25 vel, Sufficit. Alii, Multū est q; Ioseph, &c. q. d. Abundās est mihi gaudiū, &c.
26 i. prout more Hebraico, vt videam.
XLVI.
1 i. faciam vt relinquas magnā posteritatem in Ægypto.
2 q. d. gratiā & fauorem meum semper habebis comitem
3 posteritatem eius intelligit, q reduxit ex Ægypto.
4 i. oculos tibi mortem claudet. q. d. illic relinques Ioseph superstitem.
5 Heb. filiæ eius, & filiæ filiorum eius.
6 peperit.
7 Vide annotationem de hoc supra cap.41.

23 *Patri autem suo* [22] *misit in hunc modum, Decem asinos ferentes* [23] *de bonis Ægypti & decem asinas ferentes frumentum, panem, & cibum pro patre suo ad iter.*

24 *Amandauitq; fratres suos vt abirent, & dixit ad eos,* [23] *Ne tumultuemini in via.*

25 *Ascenderunt itaq; ex Ægypto & venerunt in terram Chanaan, ad Iacob patrem suum.*

26 *Et nunciauerunt ei dicentes, Ioseph adhuc viuit, quin dominatur per totam terram Ægypti.* [24] *vacillabat autem cor eius: non enim credebat illis.*

27 *Et loquuti sunt ad eum cuncta verba Ioseph quæ loquutus fuerat ad ipsos: cernēsq; quadrigas quas miserat Ioseph ad ferendum eum, reuixit spiritus Iacob patris eorum. Dixitq; Israel,*

28 [25] *Sat superq; quòd Ioseph filius meus adhuc viuit: ibo* [26] *& videbo eum priusquam moriar.*

23 Istundem pecuniæ & vestium mittens patri suo, addens [a] eis asinos decem qui subueherent ex omnibus diuitiis Ægypti, & totidem asinas, triticū in itinere, panesq; portantes.

24 Dimisit ergo fratres suos: & proficiscentibus ait, ne metuescamini in via.

25 Qui ascendentes ex Ægypto, venerunt in Terram-Chanáan ad patrem suum Iacob.

26 Et nunciauerunt ei, dicentes. Ioseph filius tuus viuit: & ipse dominatur in omni Terra-Ægypti. Quo audito Iacob, quasi de graui somno euigilans, tamen non credebat eis.

27 Illi econtra ferebant omnem ordinem rei. Cumq; vidisset plaustra & vniuersa quæ miserat, reuixit spiritus eius, & ait,

28 Sufficit mihi si adhuc Ioseph filius meus viuit: vadam, & videbo illum antequam moriar.

[a] *ei (sing. num.*

G *Ad charitatē hortatur eos. Nuntiatur Iacob, Ioseph filiū viuere.*

CAPVT XLVI.

1 *PRofectus itaque Israel cum omnibus quæ habebat, venit in Beer-sheba, & sacrificauit sacrificia Deo patris sui Isaac.*

2 *Et dixit Deus ad Israel in apparitione nocturna, in hunc modum, Iacob, Iacob. & respondit, En præsto sum.*

3 *Et dixit, Ego sum Deus, Deus patris tui, ne metuas descendere in Ægyptum: quoniam in gentem magnam faciam te ibidem.*

4 *Ego* [2] *descendam tecum in Ægyptum, &* [3] *reducam te. & Ioseph* [4] *ponet manum suam super oculos tuos.*

5 *Et surrexit Iacob de Beer-sheba, tuleruntq; filii Israel Iacob patrem suum, & paruulos suos atq; vxores suas in plaustris, quæ miserat Pharao ad ferendum eum. Et tollentes pecora sua.*

6 *Et omnes facultates suas, quas parauerant in terra Chanaan, venerunt in Ægyptum, Iacob & vniuersum semen eius cum eo.*

7 *Filios eius, & nepotes eius cum ipso, sed &* [5] *neptes ex filiis, omne denique semen suum duxit secum in Ægyptū. Hæc sunt autem nomina filiorum Israel, qui venerunt in Ægyptum: Iacob cum filiis suis.*

8 *Primogenitus Iacob, Ruben.*

9 *Filii verò Ruben, Hanoch, Phallu, Hetzron, & Charmi.*

10 *Filii Simeon: Iemuel, Iamin, Ohad, Iachin atque Zohar, & Saul filius Chananitidis.*

11 *Filii Leui: Gerson, Kahath, & Merari.*

12 *Filii Iehuda: Er, Onan, Sela, Peretz, atq; Zerah. mortuus verò est Er & Onan in terra Chanaan. Filii Peretz fuerunt Hetzron atq; Hamul.*

13 *Porro filii Isaschar: Thola, Phua, Iob & Simron.*

14 *Filii verò Zebulon: Sered, Elon & Iachleel.*

15 *Hi filii Leæ, quos* [6] *genuit ipsi Iacob in Padan aram, vna cum Dina filia sua. omnes animæ filiorum eius triginta tres.*

16 *Filii autē Gad: Ziphion, Haggi, Suni & Ezbon, Eri, & Arodi, atq; Areli.*

17 *Filii Aser Iimna, Iisua, Iisui, & Bria, atq; Serah soror eorum. Filii autem Bria, Heber & Malchiel.*

18 *Isti filii Zilpa, quam dedit Laban Leæ filiæ suæ, peperitq; istos ipsi Iacob sedecim nempe animas.*

19 *Filii Rachel vxoris Iacob erant Ioseph & Beniamin.*

20 *Natiq; sunt ipsi Ioseph in terra Ægypti, Manasses & Ephraim, quos peperit ei Asnath filia* [7] *Potiphari sacerdotis in On.*

21 *Filii Beniamin, Bela, Becher, Asbel, Gera, Naama, Ehi & Rosch, Muppim Huppim & Ard.*

22 *Hi filii Rachel, quos peperit ipsi Iacob: omnes animæ quatuordecim.*

1 PRofectusq; Israel cum omnibus quę habebat, vênit ad Puteum-iuramenti: & mactatis ibi victimis Deo patris sui Isaac,

2 Audiuit eum per visionem nocte vocantem se, & dicentem sibi, Iacob, Iacob? Cui respondit, Ecce adsum.

3 Ait illi Deus, Ego sum fortissimus Deus patris tui: noli timere, sed descende in Ægyptum, quia in gentem magnam faciam te ibi.

4 Ego descendam tecum illuc & ego inde adducam te reuertentem: Ioseph quoque ponet manus suas super oculos tuos.

5 Surrexit autem Iacob mane à puteo iuramenti: tuleruntque eum filii cum paruulis & vxoribus suis in plaustris quæ miserat Pharao ad portandum senem,

6 Et omnia quæ possederat in Terra-Chanáan: venitque in Ægyptum cum omni semine suo:

7 Filii eius, & nepotes, filiæ, & cuncta simul progenies. Hęc sunt autem nomina filiorum Israel qui ingressi sunt in Ægyptum ipse cum liberis suis.

8 Primogenitus Ruben.

9 Filii Ruben: Henoch & Phallu & Hesron & Charmi.

10 † Filii Simeon: Iamuel & Iamin & Iahi & Ahod & Iachin & Sohar, & Saul filius Chananitidis.

11 * Filii Leui: Gerson & Caath & Merari.

12 Filii Iuda: Her & Onan & Sela & Phares & Zara. mortui sunt autem Her & Onan in Terra-Chanáan. Natique sunt filii Phares: Hesron & Hamul.

13 ‖ Filii Issachar: Thola & Phua & Iob & Simeron.

14 ‖ Filii Zabúlon: Sared & Elon & Iahelel.

15 Hi filii Liæ quos genuit in Mesopotamia Syriæ cum Dina filia sua. omnes animæ filiorum eius & filiarum, triginta tres.

16 Filii Gad: Sephon & Aggi & Esebon & Heri & Arodi & Areli.

17 Filii Aser: Iamna & Iesua & Iessui & Beria, Sara quoq; soror eorum. Filii Beria: Heber & Melchiel.

18 Hi filii Zelphæ, quam dedit Laban Liæ filiæ suæ & hos genuit Iacob, sedecim animas.

19 Filii Rachel vxoris Iacob: Ioseph & Beniamin.

20 Natiq; sunt Ioseph filii in Terra Ægypti, quos genuit ei Aseneth filia Phutipharis sacerdotis Heliopoleos: Manasses & Ephraim.

21 Filii Beniamin: Bela & Bechor & Asbel & Gera & Naaman & Echi & Ros & Mophim & Ophim & Ared.

22 Hi filii Rachel quos genuit Iacob: omnes animæ, quatuordecim.

A *Profectio Iacob in Ægyptum. Deus cōsolatur Iacob, & promissiones renouat.*

Act.7.b

Filii Iacob.

B Exod.1.a.6.b Num.26.a 1 Paral.5.a

† 1.Paral.4.b

* Paral.6.a

1.Paral.2.a. 4.a

‖ supr.38.a 1.Paral.7.a

1.Paral.7.f

C supra 41.f

1.Paral.7.b & 8.a

Septuaginta homines ingressi Ægyptum.
Deu. 10. d.

D

Ioseph occurrit patri osculatur ipsum.

Pastores abominantur Ægyptii.

23 Filii Dan: Husim.

24 Filii Nepthali: Iasiel & Guni & Geser & Sallem.

25 Hi filii Balæ, quam dedit Laban Racheli filiæ suæ: & hos genuit Iacob. omnes animæ, septem.

26 Cunctæq; animæ quæ ingressæ sunt cum Iacob in Ægyptum, & egressæ sunt de femore illius, (absq; vxoribus filiorum eius, sexaginta sex.

27 Filii autem Ioseph qui nati sunt ei in Terra Ægypti, animæ duæ. omnes animæ domus Iacob quæ ingressæ sunt in Ægyptum fuere septuaginta.

28 Misit autem Iacob Iudam ante se ad Ioseph in Ægyptum, vt nunciaret ei, & ille occurreret in Gessen.

29 Quo cum peruenisset, iuncto Ioseph curru suo, ascendit obuiam patri suo ad eundem locum: vidensq; eum, irruit super collum eius, & inter amplexus fleuit,

30 Dixitque pater ad Ioseph. Iam lætus moriar, quia vidi faciem tuam, & superstitem te relinquo.

31 At ille locutus est ad fratres suos, & ad omnem domum patris sui. Ascendam, & nunciabo Pharaoni: dicamq; ei, Fratres mei & domus patris mei qui erãt in Terra-Chanáan venerunt ad me:

32 Et sunt viri pastores ouium, curamq́. habent alẽdorum gregum: pecora sua, & armenta, & omnia quæ habere potuerunt, adduxerunt secum.

33 Cumq; vocauerit vos, & dixerit, Quod est opus vestrum?

34 Respondebitis, Viri pastores sumus serui tui, ab infantia nostra vsq; in præsens, & nos & patres nostri. hæc autem dicetis, vt habitare possitis in Terra-Gessen: quia detestantur Ægyptii omnes pastores ouium.

23 Filii Dan H. sim.

24 Filii Naphtali, Iachzeel, Guni, Iezer & Sallem.

25 Hi filii Bilha, quam dedit Laban Raheli filiæ suæ peperitq; istos ipsi Iacob: omnes animæ septem.

26 Itaq; omnes animæ quæ venerãt cum Iacob in Ægyptum, egressæ de femore eius, (præter Vxores filiorum Iacob) omnes inquam animæ sunt sexagintasex.

27 Filii verò Ioseph, qui nati sunt ei in Ægypto, duæ animæ. Omnes itaq; animæ domus Iacob quæ venerũt in Ægyptum, sunt septuaginta.

28 Præmisit autem Iudam ante se ad Ioseph, [9] vt dirigeret ante se ad Gosen, veneruntq; in Gosen.

29 Et [10] apparans Ioseph currum suum, ascendit obuiam Israeli patri suo in Gosen: & vt visus est ab eo, ruit in collum eius, fleuitque super collum eius [11] vehementer.

30 Et dixit Israel ad Ioseph, Iam [12] moriar posteaquam vidi faciem tuam, & [13] quod tu adhuc viuis.

31 Dixitq; Ioseph ad fratres suos, & ad domum patris sui, Ascendam, & indicabo Pharaoni, dicamque ei, Fratres mei, & domus patris mei qui fuerunt in terra Chanaan, venerunt ad me.

32 Sunt autem pastores gregum, ([14] fuerunt enim homines pecuarii) adduxeruntq; greges suos, armenta sua, & omnia quæ habent.

33 Et si fiat vt Pharao vos vocet, & dixerit, [15] Quod est opus vestrum?

34 Respondebitis, Viri pecuarii sunt serui tui à pueritia nostra vsque in præsens non solum nos, sed & patres nostri: vt scilicet habere possitis in terra Gosen: [16] quoniam abominandi sunt Ægyptiis, cuncti pastores ouium.

8 i. quæ ortum & originem acceperunt ab ipso Iacob
9 vt indicaret ante illum in Gessen. i. vt significaret aduentum suum in Gessen. Chaldæus paraphr. vt præpararet locum ante se in Gessen.
10 Hebr. ligans. vel, iungens.
11 Heb. adhuc. i. aliquantisper.
12 sub. lubens.
13 vel, quia adhuc video te viuentem.
14 Heb. quia homines pecoris sunt. i. solent alere pecora, nec vnquam aliã artem exercuerũt, quàm pastoritiã. Sẽper habuerũt curam pecorum.
15 i. Quam artẽ exercetis?
16 Execrabãtur enim omnes illos Ægyptii, quia mactant animalia, & vescuntur carnibus eorum, quum ipsi a taliũ esu abstinerent, ob venerationẽ.

CAPVT XLVII.

A

Ioseph nunciat Pharaoni aduentum patris, & fratres introducit.

B

Pharao iubet dari eis terram Gessen.

Iacob introductus interrogatur à Pharaone.

C

Ipsi Iacob datur terra Gessen.

1 INgressus ergo Ioseph nunciauit Pharaoni dicẽs, Pater meus & fratres, oues eorum & armenta, & cuncta quæ possident, venerunt de Terra-Chanaan: & ecce consistunt in Terra-Gessen.

2 Extremos quoque fratrum suorum quinque viros constituit coram rege: quos ille interrogauit,

3 Quid habetis operis? Responderunt, Pastores ouium sumus serui tui, & nos & patres nostri.

4 Ad peregrinandum in terram tuam venimus: quoniam non est herba gregibus seruorum tuorum ingrauescente fame in Terra-Chanaan: petimusq; vt esse nos iubeas seruos tuos in Terra-Gessen.

5 Dixit itaq; rex ad Ioseph, Pater tuus & fratres tui venerunt ad te.

6 Terra-Ægypti in conspectu tuo est: in optimo loco fac eos habitare, & trade eis Terram Gessen. Quod si nosti in eis esse viros industrios, constitue illos magistros pecorum meorum.

7 Post hæc introduxit Ioseph patrem suum ad regem, & statuit eum coram eo:

8 Qui benedicẽs illi, & interrogatus ab eo, Quot sunt dies annorum vitæ tuæ?

9 Respondit, Dies peregrinationis vitæ meæ cẽtum triginta annorum sunt, parui & mali, & non peruenerunt vsq; ad dies patrum meorum quib. peregrinati sunt.

10 Et benedicto rege egressus est foras.

11 Ioseph vero patri & fratribus suis dedit possessionem in Ægypto in optimo Terræ loco, Ramesses, vt præceperat Pharao.

12 Et alebat eos, omnemque domum patris sui præbens cibaria singulis:

1 VEnit itaque Ioseph, & indicauit Pharaoni, dixitque, Pater meus, & fratres mei, greges eorum atq; armenta eorum, vnà cum omnibus quæ habent, venerunt e terra Chanaan, & en sunt in terra Gosen.

2 Accipiens autem quosdam [1] è fratribus suo, nempe quinq; viros, statuit eos coram Pharaone. Dixit autem Pharao ad fratres Ioseph.

3 [2] Quod est opus vestrum? Et responderunt Pharaoni, Pastores gregum sunt serui tui, tam nos quàm patres nostri. Dixeruntq; ad Pharaonem.

4 Vt incolamus hanc regionem venimus: non enim sunt pascua gregibus quos habent serui tui: quoniã grassatur fames in terra Chanaan. liceat igitur quæsumus, seruis tuis vt habitent in terra Gosen.

5 Et dixit Pharao ad Ioseph, Pater tuus & fratres tui venerunt ad te,

6 Terra Ægypti [3] tibi patet: cura vt pater tuus & fratres tui habitent in melioribus [locis] terræ, habitent inquam in terra Gosen. & si deprehenderis inter eos viros aliquos [4] industrios, præfice eos pecori meo.

7 Adduxit quoq; Ioseph patrem suum Iacob, & statuit eum coram Pharaone:

8 Et Iacob [5] salutabat Pharaonem. Dixit autem Pharao ad Iacob, Quot sunt dies annorum vitæ tuæ?

9 Iacob respondit Pharaoni, Dies annorum quibus peregrinus fui, triginta sunt & centum anni: [6] pauci quidem & mali fuerunt dies annorum vitæ meæ, nec attigerunt dies annorum vitæ patrum meorum, quibus ipsi fuerunt peregrini.

10 [7] Agens itaq; gratias Iacob Pharaoni, egressus est à conspectu eius.

11 Assignauit itaque Ioseph patri suo & fratribus suis vbi habitarent, & dedit eis possessiones in terra Ægypti, in optimis locis regionis, nempe in terra Raemses, quemadmodum mandauerat Pharao.

12 Porro Ioseph administrauit cibum patri suo & fratribus suis & toti domui patris sui, [8] vt solet pueri [fieri.]

1 Quidam vertunt, de extremitate fratrum suorũ, siue de extremis fratrib. suis. i. eos qui abiectiori erant aspectu, & persona: ne si robustiores adduxisset, Pharao illos in militiam transferret.
2 i. Quod opus exercetis?
3 Hebr. coram te est q. d. offero tibi totam Ægyptum, elige quã partẽ voles pro patre tuo.
4 fortes.
5 Heb. benedixit. i. salutauit, salutemq; est imprecatus.
6 q. d. si vita mea conferatur cum vita maiorum meorũ, breuis est & parum felix: illi vixerunt longiore tempore.
7 vel, Vale dicẽs, itaque &c.
8 He. secundum os paruulorum pro ratione & numero paruulorum.

13 [9] Non fuit panis per vniuersam terram (Ægypti.) quoniam grassabatur fames adeo, vt non solum Ægyptus, sed & regio Chanaan [10] præ caritate annonæ contabesceret.

14 Ioseph igitur collegit omnem pecuniam quæ inueniebatur in terra Ægypti, & in terra Chanaan, pro frumento quod illi coemebant, & intulit Ioseph illam pecuniam in domum Pharaonis.

15 Cumq; iam consumpta esset pecunia de terra Ægypti, atq; de terra Chanaan, venerunt omnes Ægyptii ad Ioseph, & dixerunt, Da nobis panem: [11] cur moriemur coram te, quum pecunia defecerit?

16 Respondit Ioseph, Date pecora vestra, [12] & quandoquidem defecit pecunia, dabo vobis pro pecoribus vestris.

17 Adduxerunt igitur pecora sua ad Ioseph, & dedit illis Ioseph frumentum pro equis, atq; pro pecudib. ouin, & pro armentis, & pro asinis: & sustentauit illos cibo, illo anno pro omnibus pecoribus suis.

18 Exacto illo anno, venerunt ad eum secundo anno, dixeruntq; ad illum, Nō celabimus hoc dominum meum, exhaustam esse pecuniam, deinde & possessiones pecorum esse apud dominum meum: nec reliquum est corā domino meo, nisi corpora nostra, & humus nostra:

19 Cur moriemur te id cernente, non solum autem nos, sed & [13] agri nostri? eme nos & terram nostram pro cibo, [14] erimusq; & nos & terra nostra seruientes Pharaoni: modo da semen vt viuamus, & non moriamur, neue terra in solitudinem redigatur.

20 Emit ergo Ioseph totam humum Ægypti ipsi Pharaoni, quoniam vendiderunt Ægyptii quisq; agrum suum, eo quod fames grauis erat super eos: factaq; est humus Pharaonis.

21 Populum vero ipsum transtulit [15] in ciuitates ab extremis finibus Ægypti.

22 [16] Attamen terram sacerdotum non emit, [17] quoniam demensum erat certum constitutum à Pharaone sacerdotibus, vt comederent demensum quod largitus erat eis Pharao: & ideo non vendiderunt terram suam.

23 Et dixit Ioseph ad populum, Ecce emi vos hodie, simul & terram vestram Pharaoni, en vobis semen vt seminetis terram:

24 [18] Ex prouentu vero eius quintam dabitis Pharaoni: quatuor partes vestræ erunt pro semine agri, atq; vt vos comedatis, & qui sunt in domib. vestris, & pubes vestra.

25 Qui responderunt, [19] Tu seruasti nos in vita. nos erimus serui Pharaonis, modo nanciscamur gratiam in oculis domini mei.

26 Fecit autem Ioseph hoc [20] decretum super terram Ægypti vsq; in hunc diem, vt quinta pars esset Pharaonis: si quid terra sacerdotum, atq; ea sola, non facta est Pharaonis.

27 Habitauit itaq; Israel in terra Ægypti, nempe in Gosen, & [21] detenti in ea, creuerūt atq; multiplicati sunt vehementer.

28 Vixitq; Iacob in terra Ægypti decem & septem annis fueruntq; dies Iacob, [&] anni vitæ eius centum & quadraginta septem anni.

29 Appropinquarunt autem dies Israel, vt moreretur & vocauit filium suum Ioseph dixitque ei, [22] Si bene à te impetro gratiam, obsecro pone nunc [23] manum tuam subter femur meum, & [24] fac mihi hoc beneficium, idq; bona fide, ne me sepelias in Ægypto.

30 [25] Iacebo cum patribus meis: transferas ergo me ex Ægypto, atque sepelias me in sepulchro illorum. Et respondit, Ego faciam iuxta mandatum tuum.

31 Et ille ait, Iura mihi. Et iurauit ei. [26] inclinauit ergo Israel versus caput lecti.

13 In toto enim orbe panis deerat, & oppresserat fames terram, maxime Ægypti & Chanaan.

14 E quibus omnem pecuniam congregauit pro venditione frumenti, & intulit eam in ærariū regis.

15 Cumq; defecisset emptorib pretiū, venit cuncta Ægypt⁹ ad Ioseph, dicēs, Da nobis *panes*: quare morimur coram te deficiente pecunia?

16 Quibus ille respondit, Adducite pecora vestra, & dabo vobis pro eis cibos, si pretium nō habetis:

17 Quæ cum adduxissent, dedit eis alimenta pro equis, & ouibus, & bobus, & asinis: sustentauitque eos illo anno pro commutatione pecorum.

18 Venerunt quoq; anno secundo, & dixerūt ei, Non celamus domino nostro quod deficiente pecunia, pecora simul defecerunt: nec clā te est quod absq; corporibus & terra nihil habeamus.

19 Cur ergo moriemur te vidente? & nos, & terra nostra tui erimus: eme nos in seruitutē regiam, & præbe semina, ne pereūte cultore redigatur Terra in solitudinem.

20 Emit igitur Ioseph omnem Terram Ægypti, vendentib. singulis possessiones suas præ magnitudine famis.

21 Subiecitq; eam Pharaoni, & cunctos populos eius à nouissimis terminis Ægypti vsque ad extremos fines eius:

22 Præter terram sacerdotum quæ à rege tradita fuerat eis: quib: & statuta cibaria ex horreis publicis præbebantur, & idcirco non sunt compulsi vendere possessiones suas.

23 Dixit ergo Ioseph ad populos, En vt cernitis, & vos & terram vestram Pharao possidet: accipite semina, & serite agros, vt fruges habere possitis.

24 Quintam partem regi dabitis, quatuor reliquas permitto vobis in sementem & in cibum familiis & liberis vestris.

25 Qui responderunt, Salus nostra in manu tua est: respiciat nos tātum dominus noster, & læti seruiemus regi.

26 Ex eo tempore vsq; in præsentem diem in vniuersa Terra Ægypti regibus quinta pars soluitur, & factum est quasi in legem, absq; terra sacerdotali, quæ libera ab hac conditione fuit.

27 Habitauit ergo Israel in Ægypto, id est in Terra Gessen, & possedit eam: auctusq; est & multiplicatus nimis.

28 Et vixit in ea decem & septem annis: factiq; sunt omnes dies vitæ illius, cētum quadraginta septem annorum.

29 Cúmq; appropinquare cerneret diem mortis suæ, vocauit filium suum Ioseph, & dixit ad eum, Si inueni gratiam in conspectu tuo, ‖ pone manum tuam sub femore meo: & facies mihi misericordiā & veritatem, vt non sepelias me in Ægypto:

30 Sed dormiam cum patribus meis, & auferes me de terra hac, condasque in sepulchro maiorum meorum. Cui respondit Ioseph, Ego faciam quod iussisti.

31 Et ille, Iura ergo, inquit, mihi. Quo iurante, adorauit Israel Dominū, conuersus ad lectuli caput.

Ioseph pro panibus, & pecorib. & terris dat frumentum. D

* *panem:*

E

Sacerdotibus victus à rege datur.

F

Homines pro victu fiunt serui.

‖ *Sup. 24. 2. Iacob vult sepeliri cum patrib.*

9 vel, Non erat. 10 vel, propter famem contabesceret. 11 cur moriemur coram te? iā pecunia defecit. 12 & si defecit &c. 13 Nam paulo post dicturus est, Ne terra in solitudinem redigatur. 14 vel, vt nos simus. 15 vel, de ciuitate in ciuitatem. In signum videlicet quod nihil proprii haberent a[...] in Terra sua tantum. 17 vel, quia portio sacerdotibus à Pharaone dabatur, comedebantq; eam portionem quam constituerat eis Pharao. i. alebat eos Pharao sumptu proprio. ideo habebant vnde viuerent, nec penuria cogebātur vendere possessiones suas. 18 Heb. In prouentibus vero e[...] &c. vel, in reditibus. i. quū messis tempus aduenerit, & agri prouentum suum tulerint. 19 Heb. Viuificasti nos: inueniamus gratiam in oculis domini mei, & simus serui Pharaonis. Id est, Author vitæ nostræ es, testimonium nos tu vitæ reputabimus hoc pro maximo beneficio si recepe[ri]t nos in seruitutem suam Pharao. 20 in statutum vel, in consuetudinem, Ioseph [...] constituit [...], quæ etiā hodie [...] regibus Ægypti quinta pars soluatur. 21 habuerūt possessiones in ea. Vel, facti sunt possessores in ea. 22 Heb. Si nunc (vel, Quæso) inueni gratiam in oculis tuis, id est Si gratia valeo apud te. Si tibi charus sum. 23 Hunc iurandi modum vide supra capite 24. [...]

24 Heb. Fac mecum hanc misericordiam & veritatem, neque me [...] haud dubie [...] hoc beneficium, nempe quod non sepelies &c. 25 Heb. [...] cum patribus meis, & auferes me [...] primo loco positum, [...] Dormiue cum patribus, pro mori. Ic est [...] me ex Ægypto. 26 vel, adorauit ergo Israel ad vel, super caput lecti, hoc est, [...] superiore parte lecti.

CAPVT XLVIII. A

1 Post hæc gesta nuntiatum est ipsi Ioseph, En pater tuus ægrotat. & tulit secum duos filios suos, Manasse:

1 His itaque trāsactis nuntiatum est Ioseph quod ægrotaret pater suus: qui assumptis duobus filiis, Ma-

Ioseph aūt aegrotantem visitat patrem cū filiis.

liis, Manasse & Ephráim, ire perrexit.

2 Dictumq́, est seni, Ecce filius tuus Ioseph venit ad te. Qui confortatus sedit in lectulo.

3 Et ingresso ad se Ioseph ait. Deus omnipotens || apparuit mihi in Luza, quæ est in Terra Chanáan: benedixitq́; mihi, & ait.

Supr. 28. c

4 Ego te augebo & multiplicabo, & faciam te in turbas populorum: dabóq; tibi terram hanc, & semini tuo post te in possessionem sempiternam.

5 Duo ergo filii tui qui || nati sunt tibi in Terra Ægypti antequam huc venirem ad te mei erunt: * Ephráim & Manasses, sicut Ruben & Simeon reputabuntur mihi.

Supr. 41. f
Ia ob adoptat Ephraim & Manasse.

B 6 Reliquos autem quos genueris post eos, tui erunt, & nomine fratrum suorum vocabuntur in possessionibus suis.

** Ios. 13. b. d. 16. 17. a.*

7 Mihi enim quando veniebam de Mesopotamia, || mortua est Rachel in Terra Chanáan in ipso itinere, eratq́, vernum tempus: & ingrediebar Ephratan, & sepeliui eam iuxta viam Ephratæ, quæ alio nomine appellatur Beth-lehem.

|| Supr. 35. c

8 Videns autẽ filios eius dixit ad eum, Qui sunt isti?

Iacob filios Ioseph benedicit.

9 Respondit. Filii mei sunt, quos donauit mihi Deus in hoc loco. Adhuc, inquit, eos ad me, vt benedicam illi.

10 Oculi enim Israel caligabant præ nimia senectute, & clare videre non poterat. Applicitosque ad se, deosculatus & circumplexus eos.

11 Dixit ad filium suum, Non sum fraudatus aspectu tuo: insuper ostendit mihi Deus semen tuũ.

C 12 Cumq; tulisset eos Ioseph de gremio patris, adorauit pronus in terram.

13 Et posuit Ephráim ad dexteram suam, id est, ad sinistram Israel. Manassen verò in sinistra sua, ad dexteram scilicet patris, applicuitque ambos ad eum.

14 Qui extendens manum dexteram, posuit super caput Ephráim minoris fratris: sinistram autem super caput Manasse, qui maior natu erat, cõmutans manus.

15 || Benedixitque Iacob filiis Ioseph, & ait, Deus in cuius conspectu ambulauerunt patres mei Abraham & Isaac, Deus qui pascit me ab adolescentia mea vsque in præsentem diem:

Heb. 11. d

16 || Angelus qui eruit me de cunctis malis, benedicat pueris istis: & inuocetur super eos nomen meum, nomina quoque patrum meorum Abraham & Isaac, & crescant in multitudinem super terram.

Supr. 31. d. 32. a
Matt. 18. b

D 17 Videns autem Ioseph quod posuisset pater suus dexteram manum super caput Ephráim, grauiter accepit: & apprehensam manum patris leuare conatus est de capite Ephráim, & transferre super caput Manasse.

18 Dixitque ad patrem, Non ita conuenit pater: quia hic est primogenitus, pone dexterã tuam super caput eius.

19 Qui renuens ait, Scio, fili mi, scio: & iste * quippe erit in populos & multiplicabitur: sed frater eius minor, maior erit illo, & semen illius crescet in gentes.

** quidem*
Prædicit Iacob liberationem filiorum suorum.

20 Benedixitque eis in tempore illo, dicens, In te benedicetur Israel, atq; dicetur, Faciat tibi Deus sicut Ephráim & sicut Manasse. Constituitque Ephráim ante Manassen.

21 Et ait ad Ioseph filium suum, En ego morior, & erit Deus vobiscum, reducétq; vos ad terram patrum vestrorum.

& Ephraim.

2 Et nunciatum est ipsi Iacob tale nuncium, Ecce filius tuus Ioseph venit ad me. [1] & confortauit sese Israel, & resedit super lectum.

3 Dixitq́, Iacob ad Ioseph, Deus omnipotens visus est mihi in Luza in terra Chanaan, benedixitq́, mihi, & dixit ad me,

4 Ecce ego faciam te crescere, & multiplicabo te, dabóq; te vt sis cœtus populorum, & tradam terram hanc semini tuo post te, [2] vt possideant eam perpetuò.

5 Et nunc duo filii tui, qui nati sunt tibi in terra Ægypti priusquam ad te venirem in Ægyptum, [3] mei futuri sunt, Ephraim scilicet & Manasse, sicut Ruben & Simeon.

6 [4] Filii autem tui, si qui post hos tibi nascentur, tui erunt, [5] iuxta nomen fratrum suorum appellationem accipient in possessione sua.

7 Equidem quum redirem [6] ex Padan, [7] mortua est iuxta me Rahel in terra Chanaan in via, [8] quum adhuc iugero arui abessem ab Ephrata: sepeliuiq́, eam ibidem in via Ephrat, quæ est Beth-lehem.

8 Et videns Israel filios Ioseph, dixit, [9] Qui sunt isti?

9 Respondit Ioseph patri suo, Filii mei sunt quos dedit mihi Deus in hoc [loco.] Et dixit, Adhuc quæso eos ad me, vt fausta illis imprecer.

10 Erant autem oculi Israel graues præ senio, nec poterat videre. & adduxit illos ad eum, qui osculum dedit eis, & eos est complexus.

11 Dixitq́, Israel ad Ioseph, Quod faciem tuam viderem, nunquam apud me cogitassem, & ecce Deus [10] ostendit mihi etiam semen tuum.

12 Et eduxit Ioseph eos [11] de gremio eius, & [12] pronus inclinauit ad terram.

13 Accepit autem Ioseph vtrumq; Ephraim in dextera sua ad sinistram Israel, & Manasse in sinistra sua ad dextram Israelis, & duxit ad illum.

14 Extendens autẽ Israel dexterã suam, posuit super caput Ephraim, qui erat minor natu: & sinistram suam super caput Manasse, [13] sciens ac prudens dirigens manus suas, tametsi Manasse esset primogenitus.

15 Et fausta imprecatus est ipsi Ioseph, & ait, Deus, in cuius conspectu ambulauerunt patres mei, Abraham & Isaac: Deus qui pascit me [14] tota vita mea in hunc vsque diem:

16 Angelus quoque ipse, qui [15] tutatus est me ab omni malo, summa felicitate fortunet pueros istos, [16] vocentur nomine meo, nomineq́, patrum meorum Abraham & Isaac, & [17] augescant in immensum in ipsa terra.

17 Videns autem Ioseph quod poneret pater suus manum suam dexteram super caput Ephraim, ægre tulit: & apprehensa manu patris sui, transferre eam voluit de capite Ephraim super caput Manasse.

18 Et dixit Ioseph ad patrem suum, Non sic, mi pater: nam iste est primogenitus, pone dexteram tuam super caput eius.

19 Sed pater eius renuit, & dixit, Scio, fili mi, scio, [18] ipse quoque in populum euadet, & magnus erit: verumtamen frater eius natu minor, erit illo maior, & semen eius erit [19] impletio gentium.

20 Imprecatus est itaque eis fausta eodem die, & ait, [20] In te fausta imprecabitur Israel, vt dicat, Ponat te Deus sicut Ephraim, & sicut Manassen. Et præposuit Ephraim ipsi Manasse.

21 Dixit verò Israel ad Ioseph, En ego morior, & Deus erit vobiscum, reducétque vos in terram patrum vestrorum.

E

XLVIII.

1 Heb. qui resum; tis viribus, resedit, &c. quasi dicat, dedit operam vt sederet in lectulo suo.

2 Heb. in possessionem seculi. Hoc est, ad longū tempus, vt nonnullis placet.

3 Sub. hæredes.

4 Heb. Et generatio tua, qui genuisti post illos.

5 id est, quando diuidenda erit hæreditas terræ Chananæorum, comprehendentur sub Ephraim & Manasse.

6 i. ex Mesopotamia.

7 vel, mihi. Vide hunc locum, supr. cap. 35.

8 vel, quum adhuc superesset aliquod terræ spacium (vel, miliare terræ) antequam peruenirem ad Ephratam:

9 vel, Cuius.

10 videre fecit me.

11 de genibus suis. Ad Ioseph refertur, non ad Iacob, quasi dicat, Remouit à se filios suos, & statuit prope patrem.

12 Vel, adorauit in terram, id est, gratias Deo egit.

13 Heb. intelligere fecit, &c. id est, scite & docte imposuit manus suas, quemadmodum postea euentus probauit, tanquam manus illæ essent consciæ rerum futurarum.

14 ex quo sum.

15 eruit.

16 Heb. vocetur in eis nomen meum. Id est, dicantur posteri mei, & illi Abrahæ & Isaac.

17 Vox Hebræa, significat in modū piscium multiplicari. Crescunt autem pisces in maximo numero.

18 vel, multi populi orientur ex eo,

19 Heb. plenitudo, vel, multitudo. i. permultæ gentes ex eo venturæ sunt. Chaldæus paraphrast. Filii eius erunt potentes in populis. 20 Heb. In te benedicet, &c. q. d. Dum populus Israel volet filiis suis bona imprecari, dicet, Multiplicetis vt multiplicatus fuit Ephraim & Manasse.

22 *Et ego dedi tibi portionem vnam supra fratres tuos,* [21] *quam tuli de manu Amorrhæi gladio meo ac arcu meo.*

22 Do tibi ‖ partem vnam extra fratres tuos, [a] quam tuli de manu Amorrhæi in gladio & arcu meo.

‖ Iof. 13. a. 16. a
[a] Iof. 24. b

21 Quidam Hebræorum dicunt hæc esse dicta per anticipationem, Quam tuli, siue accepi: pro, Quam accipiam, nepotesque mei accepturi sunt iure bellico. Amorrhæum autem solum nominat, quia erant fortissimi omnium horum, quos Israelitæ euicerunt. Alii putant hic significari Sichimam, quam ob stupratam Dinam acquisierunt, cuius etiam Iohannes Euangelista meminit. Alii intelligunt de Ioseph, cuius filii duas partes acceperunt: atque ita partem vnam vltra fratres suos videtur accepisse Ioseph. Est autem Hebraismus, In gladio & arcu meo: pro, iure bellico.

CAPVT XLIX.

CAP. XLIX.

1 *Vocans autem Iacob filios suos, ait illis, Congregamini, vt prædicem vobis quid euenturum sit vobis posteris temporibus.*

2 *Congregamini, & audite filii Iacob, audite Israelem patrem vestrum.*

3 *Ruben primogenitus meus tu es, robur quidem meum,* [1] *at principium doloris mei,* [2] *præcipuus ferendo, præcipuus robore,*

4 *Diffluens veluti aqua: non excelles [prærogatiua,] quoniam ascendisti lectum patris tui, tum stratum meum prophanasti ascendendo.*

5 *Simeon & Leui* [3] *fratres,* [4] *arma violenta machæra eorum,*

6 [5] *In arcanum eorum non veniat anima mea, non in vnum conueniat gloria mea cum cœtu illorum: quoniam* [6] *in furore suo occiderunt* [7] *virum, &* [8] *pro libidine sua suffoderunt murum.*

7 [9] *Maledictus æstus ipsorum, quoniam vehemens est: & indignatio eorum, quia dura: dispertiar eos in Iacob, & dispergam eos in Israel.*

8 [°] *Iehuda tu es, te laudabunt fratres tui,* [10] *manus tua in ceruice hostium tuorum,* [11] *genu flectent tibi filii patris tui.*

9 [12] *Catulus leonis Iehuda, de præda, fili mi, ascendisti: demisit se, & accubuit veluti leo, & veluti leæna, quis excitabit eum?*

10 [13] *Non recedet sceptrum de Iehuda,* [14] *& legislator de pedibus eius, donec veniat* [15] *Schilo, & ad illum* [16] *Gentes confluent.*

11 *Ligans ad vitem pullum suum, & ad* [17] *forec* [18] *filium meum asinam suam: eluet in vino vestimentum suum, & in sanguine vuarum operimentum suum.*

12 [19] *Rubicundi oculi à vino, & dentes candidi à lacte.*

13 *Zebulon ad portum maris habitabit,* [20] *& ad stationem nauium, latere suo ad Zidonem pertinget.*

14 *Issaschar asinus* [21] *ossens, accubans* [22] *inter duos fines.*

1 & principium roboris mei, id est, quem genui quum adhuc essem fortis, in florenti scilicet ætate mea. Sic idem dicit, robur meum, & principium roboris mei.
2 excellentis dignitatis, & excellentis fortitudinis.

1 Vocauit autem Iacob filios suos, & ait eis, Congregamini, vt annunciem quæ ventura sunt vobis in diebus nouissimis.

A *Iacob prædicit quid euenturum sit filiis suis.*

2 Congregamini & audite filii Iacob, audite Israel patrem vestrum.

3 Ruben primogenitus meus, tu fortitudo mea & principium doloris mei: prior in donis, maior in imperio. *Ruben.*

4 Effusus es sicut aqua, non crescas ‖ quia ascendisti cubile patris tui, & maculasti stratum eius.

inf. 35. d
1. Para. 5. a

5 Simeon & Leui fratres: vasa iniquitatis bellantia. *Simeon & Leui.*

6 In consilium eorum non veniat anima mea, & in cœtu illorum non sit gloria mea: ‖ quia in furore suo occiderunt virum, & in voluntate sua suffoderunt murum. supr. 34. d

7 Maledictus furor eorum, quia pertinax: & indignatio eorum, quia dura: ‖ diuidam eos in Iacob, & dispergam eos in Israel. Iof. 19. a. 21. a. b

8 Iuda, te laudabunt fratres tui: manus [b] tuæ in ceruicibus inimicorum tuorum, adorabunt te filii patris tui.

B *Iuda.*
[b] tua

9 § Catulus Leonis Iuda: ad prædam fili ascendisti: requiescés accubuisti vt leo, & quasi leæna, quis suscitabit eum? 1. Para. 5. a

10 NON AVFERETVR sceptrum de Iuda, & dux de femore eius: donec veniat qui mittendus est, & ipse erit expectatio Gentium.

CHRISTVS *è Iuda nasciturus.*

11 Ligans ad vineam pullum suum, & ad vitẽ, ô fili mi, asinam suam. Lauabit in vino stolã suam, & in sanguine vuæ pallium suum.

Ioh. 1. g. 7. e
Matt. 2. a

12 Pulchriores sunt oculi eius vino, & dentes eius lacte candidiores.

13 Zabûlon in litore maris habitabit, & in statione nauium pertingens vsque ad Sidônem. *Zabûlon.*

14 Issachar asinus fortis accubans inter terminos. *Issachar.*

15 Vidit

excellens fortitudine, Leuitas sicut aquæ, ne excellas: quia ascendisti cubile patris tui: ex quo contaminasti stratum meum, defecit sub congressus meus cum Bala, id est, Tibi debebatur sacerdotium & imperium, ex teque egressuri erant sacerdotes & reges: verum leue fuit tibi ingenium, leuis fuisti, & procliuis ad libidinem, vt aqua, quæ celeriter labitur. propterea non excelles: non pertinebit ad te ius neque sacerdotii, neque regni, neque primogenituræ. Ascendisti enim cubile meum, & constuprasti Balam concubinam meam: ex eoque tempore, quo polluisti cubile meum, abstinui a congressu cum ipsa Bala. Chaldæus paraphrastes sic vertit, Tu accepturus eras partes tres, primogenituram scilicet, sacerdotium, & regnum. sed quia secutus es voluntatem tuam, sicut aqua effusa non proficies. Quidam vertunt posteriorem periodi partem ad hunc modum, Ex quo violasti lectum meum, ascendit, id est, abiit subaudi, dignitas tua. hoc est, priuatus es dignitate, quæ tibi debebatur. Nam primogenito tres hæreditatis partes, sacerdotium & regnum, debebantur: quibus omnibus priuatus fuit: ius primogenituræ ad Ioseph, (nam duas hæreditatis partes habuit) sacerdotium ad Leui, regnum vero ad Iudam translatum est. 3 id est, sociatæ scelere. 4 id est, abusi sunt armis suis ad iniquitatem, occidentes innocentes Sichimitas. Alii vertunt, arma iniquitatis in peregrinationibus eorum. Chaldæus paraphrastes vertit, in terra peregrinationis suæ, id est, quum peregrinarentur. [illegible] Haran, quum occiderunt Sichimitas. 5 vel, in arcanum eorum ne venias, ô anima mea: ne sis vna in cœtu eorum, ô gloria mea, id est, fuge cœtum eorum. Per gloriam, intelligit animam, & est repetitio diuersis verbis. 6 id est, iram Hebraismus. 7 Singulare, pro plurali: habitatores enim Sichem intelligit. 8 Heb. in voluntate sua euerterunt murum, id est, secuti suos affectus, euerterunt vrbem Sichem, quæ hic per murum significatur. Quidam Hebræorum pro muro, vertunt bouem, siue taurum, intelligentes significari hoc loco Ioseph, quem fratres vendiderant in Ægyptum. 9 vel, Maledicta ira eorum, quia fortis: & furor eorum, quia durus est (propterea) diuidam, &c. i. maledicta ira eorum, quia pertinax & furor eorum [illegible] quia inexpugnabilis. non enim [illegible] prohiberi ne mortem inferrent Sichimitis. ° vel, O tu Iuda, te &c. 10 i. vertes in fugam inimicos tuos, & vinces eos. 11 [illegible] tibi tanquam præcellenti, [illegible] Quidam hoc de Christo intelligunt, quem Israelitæ adoraturi erant, qui de tribu Iuda ortus est. 12 i. Tu Iuda velut catulus leonis, vinces inimicos, & reportabis amplissima spolia. Ad posteros autem Iudæ referendum est: & debent omnia vertit [illegible] futurum prophetiæ enim sunt. 13 Dicit regnum permansurum esse in Iuda vsque ad Christum. 14 Heb. & scribens (vel, scriba, aut scribere faciens) de inter pedes eius, i. e pedibus eius. Hoc dicit (inquiunt Hebræi) quod non dominatio sit [illegible] scriba ad pedes eius maneat. Quidam inter eos doctissimus [illegible] esse, vt vox Hebræa MECHOKEK exponatur pro dominante, siue dominatore: quod is in sua terra scribat, siue ponat statuta & leges ac dicat; Non recedet virga siue sceptrum de Iuda, & dominator de inter pedes eius, i. de femine eius, quod egreditur de inter pedes eius. Alludit ad situm pedem [illegible], quæ sunt [illegible] generationis. In hanc sententiam vertit Chaldæus paraphrastes his verbis, & scriba de filiis filiorum eius. 15 i. fœlicitas. siue, author fœlicitatis, & abundantiæ omnium rerum: hoc est Christus. Chaldæus paraphrastes vertit, donec veniat Christus. Doctissimus inter Hebræos dicit in dictione Schiloh He positum esse pro Vau, quod est pronomen, & vertendum, donec veniat filius eius. Filium autem Iudæ, Christum intelligit, qui de tribu Iudæ descendit, cui [illegible] Gentium credidit. 16 erit congregatio Gentium: i. congregabuntur ad eum populi, & obedient ei. 17 Est genus generosissimæ vitis. 18 filium siue, pullum, asinæ suæ. In voce Hebræa בני, Iod vacat. vnde solummodo vertendum, filiusvero autem, filius meus, neque filii mi. 19 Rubicundus erit oculis præ vino, & candidus dentibus præ lacte. i. Terra Iudæ, siue sors, quæ illi obueniet, erit tam fertilis, vt vir aliquis possit ligare asinum suum ad palmitem vnum, & ex eius fructu onerare asinum: tanta, inquam, vini copia erit, vt possint in eo lauare vestimenta sua. Rubescent etiam, inquit, oculi virorum Iuda ab ipso vino: tam largiter vinum præbebit terra illa. Quin & lactis in ea tribu tanta erit copia, vt dentes ipsius ex frequenti eius vsu sint albaturi. ° 20 vel, & erit in portum nauium, terminus eius erit vsque ad Sidonem. 21 Sic Hebraice pro, forti, prædurò, robusto, aut lacertoso. 22 vel, inter duas sarcinas, aut, duo onera. i. Hæc tribus erit fortis in periculis ferendis, velut asinus, qui inter duo onera licet accumbat, resurgit tamen. Vel, potius, inter duas sarcinas, i. vltro sucòu[illegible] subeuns sarcinas, neque eam ferre renuens. Libenter enim tribus Issachar tributa sibi imposita tulit, quæ potens & ditissima erat. Propterea sequitur, inclinauit humerum.

15 Vidit requiem quod esset bona, & terram quòd optima: & supposuit humerum suum ad portandum, factusq; est tributis seruiens.

16 Dan iudicabit populum suum sicut & alia tribus in Israel.

Dan. C 17 Fiat Dan coluber in via, cerastes in semita, mordens vngulas equi, vt cadat ascensor eius retro.

18 SALVTARE tuum expectabo Domine.

CHRISTVS 19 Gad accinctus præliabitur ante eum: & ipse accingetur retrorsum.

Gad.

Aser. 20 Aser pinguis panis eius, & præbebit delicias regibus.

Nephthali. 21 Nephthali ceruus emissus, & dans eloquia pulchritudinis.

Ioseph. 1.Par.5.a 22 Filius accrescens Ioseph, filius accrescens & decorus aspectu: filiæ discurrerunt super murum.

23 Sed exasperauerunt eum, & iurgati sunt, inuideruntque illi habentes iacula.

24 Sedit in forti arcus eius, & dissoluta sunt vincula brachiorum & manuum illius per manus potentis Iacob: inde pastor egressus est lapis Israel.

25 Deus patris tui erit adiutor tuus, & omnipotens benedicet tibi benedictionibus cæli desuper, benedictionibus abyssi iacentis deorsum, benedictionibus vberum & vuluæ.

26 Benedictiones patris tui confortatæ sunt benedictionibus patrum eius: donec veniret desiderium collium æternorum: fiant in capite Ioseph, & in vertice Nazaræi inter fratres suos.

D Beniamin. 27 Beniamin lupus rapax, mane comedet prædam, & vespere diuidet spolia.

28 Omnes hi in tribubus Israel duodecim: hæc locutus est eis pater suus, benedixitque singulis, benedictionibus propriis.

Iacob vult sepeliri cum patribus. 29 Et præcepit eis, dicens, Ego congregor ad populum meum: sepelite me cum patribus meis in spelunca duplici quæ est in agro Ephron Hethæi.

supr.23.d 30 Contra Mambre in Terra Chanáan, quam emit Abráham cum agro ab Ephron Hethæo in possessionem sepulchri.

31 Ibi sepelierunt eum, & Saram vxorem eius: ibi sepultus est Isaac cum Rebecca coniuge sua: ibi & Lia condita iacet.

15 Videns requiem quòd esset bona, & [23] terram quòd esset amœna: inclinauit humerum suum ad baiulandum, factusq; est [24] vectigalis.

16 [25] Dan iudicabit populum suum, [26] quemadmodum alia tribus Israel.

17 Futurus est Dan serpens [27] in via, & aspis in semita, mordens [28] calcaneos equi, ceciditq; eques eius retrorsum.

18 [29] Expectabo SALVTEM tuam ô Domine.

19 [30] Cuneus latronum grassabitur in Gad, at ipse tandem victoria potietur.

20 [31] De Aser pinguis panis illius, ipseq; dabit [32] delicias regibus.

21 Naphtali [33] cerua celeris, edens verba eleganția.

22 [34] Ioseph filius fructum edens filius ad fontem fructum edens filia incedentes super murum.

23 [35] Irritarunt eum contenderuntque cum eo, & odio prosequuti sunt eum periti sagittandi:

24 [36] Mansit tamen arcus eius firmus, roborataq; sunt brachia manuum eius, idq; per fortem Iacobi, hinc pastor lapis Israelis.

25 A Deo patris tui qui adiuuit te, & [37] cum omnipotente qui benedixit te [38] benedictionibus cæli desuper, benedictionibus abyssi cubantis infra, benedictionibus vberum & vteri.

26 [39] Benedictiones patris tui ampliores sunt quàm benedictiones maiorũ meorũ, [40] vsq; ad desiderabiles colles qui iam olim fuerunt, [41] eruntq; super caput Ioseph, & in vertice Nazaræi fratrum suorum.

27 Beniamin [42] lupus decipiens, mane comedet prædam, & ad vesperam diuidet spolium.

28 [43] Omnes istæ sunt duodecim tribus Israel: & hoc est quod loquutus est pater eorum ad illos, & bene precatus est eis, cuique iuxta suam [44] imprecationem.

29 Præcepit præterea eis, & ait ad eos, [45] Cum ego ad populum meum collectus fuero, sepelite me ad patres meos, In spelunca [46] quæ est in agro Ephronis Hithæi, in spelunca inquam [46] duplici in agro.

30 Qui est è regione Mamre in terra Chanaan, [47] quẽ (agrum) emit Abraham ab Ephrone Hithæo in possessionem sepulchralem.

31 Vbi scilicet sepulti sunt Abraham & Sara vxor eius, illic etiam sepulti Isaac & Rebecca vxor eius, ibi etiam sepeliui ego Leam. Emptus est vero ager & spelunca quæ in eo est, ab Hethitis.

23 Hoc, regionem quasi dicat tametsi de [illegible], tamen considerauit bonum esse, viuere in quiete, & regionem suam iucundam esse ob fructuum vbertatem: propterea maluit ferre iugum sibi impositum, & pensitare tributum, quam contentionibus & bellis.

24 Heb. tributo seruiens.

25 Hoc dicit, quia fuerunt iudices e tribu Dan.

26 q.d. si qua alia sit quæ iudicet, & illa iudicabit.

27 vel, iuxta viã, & sicut cerastes iuxta viam. Repetitio est, verbis immutatis. Hic autem laudat eum ab astu bellico.

28 vel, vngula equorum, ita vt cadat &c.

29 vel, expecto i. Auxilium a te expecto Domine quasi dicat, Libera me ab astutia huius tribus. Vel potius, Ex illa tribu tandem nascetur Salutare tuũ, qui est Christus. Hebraice legitur in præterito, Expectaui.

30 Hebr. Gad exercitus inuadet illũ, & expugnabit tãdem, i. Tribum quidẽ Gad exercitus inuadet, ipsa tandem expugnabit illum exercitum.

31 De Aser pinguis, panis eius, id est, quæ terra Aser, quæ pinguis erit, pascetur panis eius. Hoc est, abundabit omnibus quæ ad victum pertinent: vt non sit illi opus aliunde etiam annonam apportari. 32 vel, delicias regias, id est, tam [illegible] fructus ea terra proferet, vt illis etiam reges contenti esse possint. 33 vel, velut cerua emissa: qui daturus est verba pulchritudinis, id est, erit elegantissima & [illegible] hæc tribus, qualis esse cerua solet quæ ad aliquem principem mittitur, vel, valebit celeritate pedum: erit præterea facundissima. 34 Sicut ramus crescens Ioseph, ramus inquam crescens iuxta fontem: (erit velut) puellæ incedentes iuxta murum. Hoc est, erit velut plantula formosissima [illegible] crescens propter abundantiam humorum. Conuertet oculos omnium in se, velut puellæ quæ incedunt iuxta muros vrbis, vt videndas se præbeant ob pulchritudinem. Alii vertunt, Filius ramosæ arboris iuxta fontem: filiæ discurrerunt iuxta murum. Hoc est, erit velut arbor iuxta fontem plantata, & ob id gratissima: filiæ discurrerunt super murum, vt pulchritudinem eius contemplarentur. 35 Hebr. Et amaritudine affecerunt eum, & iaculati sunt, & odio habuerunt eum magistri telorum, id est, sagittarij iacula miserunt in eum. Hoc est, multos habitura est inimicos tribus Ioseph. Præteritum enim pro futuro positum est. 36 Hebr. Sed sedit in loco forti arcus eius, & [illegible] fuerunt brachia manuum eius a manibus fortis Iacob, vnde pastor lapidem Israelis, id est, Habitauit in loco forti, cum auxilio fortis: defendit illum locus fortis, & milites fortes, ope & auxilio fortis Dei Iacob: vnde, siue a quo Deo, & cuius ope pauit lapidem & basim Israel, nempe me Iacob qui sum pater omnium Israelitarum. Postquam enim multa perpessus fuerat, & variis iaculis petitus a fratribus & domina sua: tandem Dei auxilio immobilis permansit, & nutriuit patrem & fratres. Quidam hæc in futuro legunt, quod sit prophetia, Sedebit, & fortia erunt. 37 ab omnipotente &c. sub. hæc omnia tibi contingerunt. 38 id est, Habitabit in terra fertilissima ob frequentes pluuias & rores de cælo: agros irriguos, & copiosos frugum prouentus habebit. Fœlix erit præterea, gregum & liberorum copia. Hebraismus [illegible] vocat mare quasi dicat. Dabit tibi tempestiuam & opportunam pluuiam. Alludit ad nubes quæ excitantur sursum e mari. Chaldæus paraphrastes vertit, Benedictionibus quæ ascendunt de profundis terræ. In regione sicca, magni beneficij est pluuia. 39 id est, Benedictiones quibus benedico tibi, maiores erunt benedictionibus quibus benedixerunt mihi maiores mei, quasi dicat. Eris multo felicior me. 40 (quæ) vsque ad extremitatem collium mundi. Subaudi durabunt, id est, omni tempore quo steterit terminus collium mundi, erunt hæ benedictiones. Alii subaudiunt, pertingent. tunc significat maximas futuras benedictiones. 41 eruntque (benedictiones) super caput Ioseph, & super verticem coronati fratrum suorum, id est super verticem eius qui est princeps inter fratres suos. Alii vertunt secundum Chaldæum paraphrasten. Super verticem eius qui fuit separatus a fratribus suis. Est autem repetitio verbis immutatis more Hebræorum qui gaudent repetitionibus. Separatus fuit Ioseph quando venditus fuit. 42 vt lupus rapiet, id est, superabit inimicos, lacerabit prædam, & omnia faciet quæ solent facere victores Hebraismus. 43 Hebr. Omnes istæ tribus Israel, sunt duodecim. Hoc igitur est quod &c. Hoc est, Ab istis duodecim sunt denominatæ duodecim tribus Israel. 44 Heb. benedictionem, id est, precatus est ea quæ postea euenerunt illis. 45 Hebr. Ego congregor ad populum meum: & sepelite, vel, propterea sepelite &c. id est, in eum locum abeo siue discedo, vbi nunc sunt maiores mei, hoc est, ad sedes beatas quasi dicat, morior. 46 quæ est in agro duplici. 47 quam (speluncam) emit &c.

vel, retraxit pedes suos in lectum.

32 *Cumq́; iam finem faceret Iacob praecipien di filiis suis, collegit pedes suos ad lectum, & expirans, collectus est ad populos suos.*

32 Finitisque mandatis quibus filios instruebat, collegit pedes suos super lectulum, & obiit: appositusque est ad populum suum.

Moritur Iacob.

CAPVT L.

CAP. L.
1 i. apparatus ille nō absoluitur ante quadragesimum diem.
2 Heb. Si quæso inueni gratiam in oculis vestris, loquimini obsecro &c. i. Si vobis gratus sum.
3 Hebr. Iurare fecit &c.
4 i. iubeat me ascendere, &c.
5 vel, vltra
6 i. Luctus Ægyptiorum.
7 vel, Forte prosequens nos odio.
8 Heb. reddendoque reddet.
9 Heb. præceperunt igitur (nuncio misso) ad Ioseph, vt diceret.
10 vel, Condona quæso nunc iniquitatem fratrum tuorum, & peccatum eorū.
11 Sine parenthesi [illegible] legetur, quod ipsi nō eum subsequuti sint, Venerunt enim fratres eius ad eum, & ceciderunt in cōspectu eius. vel, prostrauerunt sese ante illum dicentes &c.
12 vel, nū Deus [illegible] sib. vt sic loquitur, q. d. Hoc non factum est consilio meo, sed diuino. Alij sic intelligunt. Nolite timere: quia de vobis supplicium non sumam, nō [illegible] nam Dei [illegible]. Alij existimant hoc ab eo propterea dictum esse, quod a fratribus adoraretur, quasi diceret, Hic honos Deo, non mihi haberi debet.
13 Cogitaule, procogitauit vt verteret in bonum, simulque conuertit.
14 Heb. vt viuificaret. i. vt me exaltaret, & constitueret principem, vt multos populos [illegible] [illegible] tempore famis, ne morerentur.

1 *RVit q́; Ioseph in faciem patris sui, & fleuit super eum, osculatusq́; est eum.*

2 *Porrò Ioseph seruis suis medicis mandauit vt aromatibus condirent patrem suum: & aromatibus condiuerunt medici Israelem.*

3 *Et exacti sunt ei quadraginta dies (nam sic implentur dies eorum qui aromatibus condiuntur) & luxerunt eum Ægyptij septuaginta diebus.*

4 *Transacto autem diebus luctus eius, loquutus est Ioseph ad domum Pharaonis, in hæc verba. Impetrem quæso hanc gratiam à vobis, vt loquamini ad Pharaonem huiusmodi verba;*

5 *Iuramento adegit me pater meus, dicens, En ego morior. sepeli me in sepulchro meo quod mihi fodi in terra Chanaan: nunc igitur ascendam obsecro. & sepeliam patrem meum, atque reuertar.*

6 *Et dixit Pharao, Ascende, & sepeli patrem tuum quemadmodum te sacramento adegit.*

7 *Cum igitur Ioseph ascenderet ad sepeliendum patrem suum, ascenderunt cum eo omnes serui Pharaonis, seniores domus eius, & cuncti senes terræ Ægypti.*

8 *Sed & vniuersa domus Ioseph & fratres eius, atque domus patris sui: duntaxat pubem suam, greges suos: atque armenta sua reliquerunt in terra Gosen.*

9 *Ascenderunt quoque cum eo currus & equites, & facta est turma magna valde.*

10 *Et venerunt ad aream Atad, quæ est cis Iordanem, & planxerunt ibi planctu magno ac acerbissimo: luxitq́; patrem suum septem diebus.*

11 *Habitatores autem illius regionis, nempe Chananæi, quum viderent luctum in area Atad, dixerunt, Luctum ingentem habent Ægyptij: & ob hanc causam vocatum est nomen illius [loci] Abel Mizraim, qui est cis Iordanem.*

12 *Fecerunt ergo ei filij eius quemadmodum mandauerat illis.*

13 *Nam abduxerunt eum filij eius in terram Chanaan, & sepelierunt in spelunca duplicis agri, quam emerat Abraham cum agro in possessionem sepulchralem, ab Ephron Hitthæo è regione Mamre.*

14 *Reuersusq́; est Ioseph in Ægyptum postquam sepelierat patrem suum, ipse & fratres eius, atque omnes qui ascenderant cum eo, ad sepeliendum patrem eius.*

15 *Fratres autem Ioseph animaduertentes quod pater eorum mortuus esset, dixerunt. Quid si odio nos prosequatur Ioseph, planeq́; rependat nobis vniuersum malum quod in eum designauimus? Significabant ergo [ei] in hanc sententiam.*

16 *Pater tuus priusquam moreretur sic mandauit.*

17 *Sic dicetis Ioseph, Ignosce quæso nunc fratribus tuis in iniquitate & peccato eorum: nam male fecerunt tibi, & nunc ignosce quæso iniquitati seruorum Dei patris tui. Ioseph autem fleuit quum illi loquerentur cum eo.*

18 *(Venerant enim fratres sui ad eum, & proni prociderant in terram coram eo, dicentes, Ecce, nos sumus serui tui.)*

19 *Quibus dixit Ioseph, Nolite timere, num Dei loco ego sum?*

20 *[illegible] vos cogitastis aduersum me malum, At Deus cogitauit id [illegible] in bonum [illegible], quemadmodum vos apparet, vt [illegible] in vita populum multum.*

21 *Nunc igitur metuatis, ego administrabo cibū vobis, &*

1 QVod cernens Ioseph, ruit super faciem patris flens & deosculans eum.

2 Præcepitque seruis suis medicis vt aromatibus condirent patrem.

3 Quibus iussa explentibus, transierunt quadraginta dies: iste quippe mos erat cadauerum conditorum, fleuitque eum Ægyptus septuaginta diebus.

4 Et expleto planctus tempore, locutus est Ioseph ad familiam Pharaonis, Si inueni gratiam in conspectu vestro, loquimini in auribus Pharaonis:

5 Eo quòd pater meus adiurauerit me dicens, En morior, In sepulchro meo quod fodi mihi in Terra Chanaan, sepelies me. Ascendam igitur, & sepeliam patrem meum, ac reuertar.

6 Dixitque ei Pharao, Ascende, & sepeli patrem tuum sicut adiuratus es.

7 Quo ascendente, ierunt cum eo omnes senes domus Pharaonis, cunctique maiores natu Terræ Ægypti.

8 Domus Ioseph cum fratribus suis, absque paruulis & gregibus, atque armentis quæ dereliquerant in Terra Gessen.

9 Habuit quoque in comitatu currus & equites: & facta est turba non modica.

10 Veneruntque ad Aream-atad, quæ sita est trans Iordanem: vbi celebrantes exequias planctu magno atque vehementi, impleuerunt septem dies.

11 Quod cum vidissent habitatores Terræ-Chanaan, dixerunt, Planctus magnus est iste Ægyptijs. Et idcirco vocatum est nomen loci illius, Planctus Ægypti.

12 Fecerunt ergo filij Iacob sicut præceperat eis:

13 Et portantes eum in Terram-Chanaan, sepelierunt eum in spelunca duplici, quam emerat Abraham cum agro in possessionem sepulchri ab Ephron Hethæo contra faciem Mambre.

14 Reuersusque est Ioseph in Ægyptum cum fratribus suis, & omni comitatu, sepulto patre.

15 Quo mortuo, timentes fratres eius, & mutuo colloquentes, Ne fortè memor sit iniuriæ quam passus est, & reddat nobis omne malum quod fecimus. Mandauerunt ei dicentes,

16 Pater tuus præcepit nobis antequam moreretur,

17 Vt hæc tibi verbis illius diceremus, Obsecro vt obliuiscaris sceleris fratrum tuorum, & peccati atque malitiæ quam exercuerunt in te nos quoque oramus vt seruo Dei patris tuo dimittas iniquitatem hanc. Quibus auditis fleuit Ioseph.

18 Veneruntque ad eum fratres sui: & proni adorantes in terram, dixerunt, Serui tui sumus.

19 Quibus ille respondit, Nolite timere: num Dei possumus resistere voluntati?

20 Vos cogitastis de me malum sed Deus vertit illud in bonum: vt exaltaret me sicut impræsentiarum cernitis, & saluos faceret multos populos.

21 Nolite timere: ego pascam vos & paruulos vestros,

A
Vngitur corpus Iacob.

Planctus Ægyptiorum.

sup. 47. g

B *Ioseph sepelit patrem in Chanaan, cum magno comitatu & planctu.*

Celebrantur exequiæ Iacob.

Act. 7. b
supr. 23. d

C

Fratres Ioseph orant veniam.

seruis Dei patris tui
Ioseph fratribus iniuriam remittit, & eos blandè alloquitur.

D
supr. 45. b
Mala consilia Deus vertit in bonum.

vestros, consolatusq; est eos, & blandè ac leniter est locutus.

22 Et habitauit in Ægypto cum omni domo patris sui: vixitq; centum decem annis.

23 Et vidit Ephraim filios vsque ad tertiam generationem. Filii quoq; Machir filii Manasse nati sunt in genibus Ioseph.

Num.32.g

Heb.11.d

Ioseph prædicit liberationem fratrum suorũ.

Exod.13.d

Iosue 24.g

24 Quibus transactis locutus est fratribus suis, Post mortem meam Deus visitabit vos, & ascendere vos faciet de terra ista ad terram, quam iurauit, Abraham, Isaac, & Iacob.

25 Cumq; adiurasset eos, atque dixisset Deus visitabit vos, asportate ossa mea vobiscum de loco isto:

Ioseph moritur.

26 Mortuus est expletis centum decem vitæ suæ annis. Et conditus aromatibus, repositus est in loculo in Ægypto.

pubi vestra. consolatusq; est eos, & loquutus est [11] *in cor eorum.*

22 *Habitauit itaq; Ioseph in Ægypto ipse & domus patris sui, vixitq; centum & decem annis.*

23 *Vidit etiam Ioseph ex Ephraim* [16] *tertios filios. sed & filii Machir filii Manasse,* [17] *nati sunt super genua Ioseph.*

24 *Dixit verò Ioseph ad fratres suos,* [18] *Me mortuo, Deus certissime visitabit vos, & reducet vos è terra ista, ad terram, quam iurauit Abraham, Isaac, & Iacob.*

25 *Et Ioseph* [19] *adegit filios Israel tali sacramento, Quum Deus vos visitabit, asportate ossa mea hinc.*

26 *Mortuus itaq; est Ioseph, quum esset natus centum & decem annos, & condierunt eum aromatibus, posueruntq; [eum] in arcam in Ægypto.*

15 vel, iuxta cor eorum. Hebraismus, pro, leniter verbis mœstitiam eorum, familiariter locutus est, & timorem exemit.
16 Heb. filios tertiorũ, id est, quartam generationem.
17 educati sunt ad genua (vel, in gremio) Ioseph. i. educati apud Iosephum, amante: suscepti & plausibiliter in sinum repositi, tractatique cum gaudio.
18 Hebr. Ego morior, & Deus visitando visitabit vos, &c. id est, instat dies mortis meæ: me autem mortuo Deus visitab. vos, &c.
19 iurare fecit filios Israel, dicendo, Visitando visitabit vos Deus: (tunc) asportate, &c.

LIBER EXODVS,

Hebraicè VELLE SEMOTH.

Secundus liber Mosis Græcè dicitur ἔξοδος, exodus, i. exitus: quod nomen habet ab insigni illo ac stupendo miraculo, quo filii Israel egressi sunt ex Ægypto, & pristinam, diuque expectatam libertatem recuperarunt. Hebraicè verò, VELLE SEMOTH. i. Et hæc sunt nomina, nuncupatur, à primis huius libri vocibus.

CAPVT I.

A

Filii Iacob ingressi Ægyptum.

Gen.46.a

HÆc sunt nomina filiorum Israel, qui ingressi sunt in Ægyptum cum Iacob: singuli cum domibus suis introierunt:

2 Ruben, Simeon, Leui, Iuda,

3 Issachar, Zabulon & Beniamin,

4 Dan, & Nephthali, Gad, & Aser.

5 Erant igitur omnes animæ eorum, qui egressi sunt de femore Iacob, septuaginta: Ioseph autem in Ægypto erat.

6 Quo mortuo, & vniuersis fratribus eius, omniq; cognatione sua:

Act.7.c

7 Filii Israel creuerunt, & quasi germinantes multiplicati sunt: ac roborati nimis, impleuerunt terram.

B

Nouus Pharao opprimit populum Israel.

8 Surrexit interea rex nouus super Ægyptum, qui ignorabat Ioseph:

9 Et ait ad populum suum. Ecce, populus filiorum Israel multus, & fortior nobis est:

10 Venite, sapienter opprimamus eum: ne fortè multiplicetur: & si ingruerit contra nos bellum, addatur inimicis nostris, expugnatisq; nobis egrediatur de terra.

11 Præposuit itaque eis magistros operum, vt affligerent eos oneribus: ædificaueruntque vrbes tabernaculorum Pharaoni, Phithom, & Ramesses.

12 Quantoque opprimebant eos, tanto magis multiplicabantur, & crescebant: oderantq; filios

C

Israel Ægyptii.

13 Et affligebant illudentes eis & inuidentes.

14 Atque ad amaritudinem perducebant vitam eorum operibus duris luti, & lateris, omniq; famulatu, quo in terræ operibus premebantur.

HÆc sunt nomina filiorum Israel, qui venerunt in Ægyptum cum Iacob, quisq; cum [1] domo sua ingressi sunt:

2 *Ruben, Simeon, Leui, & Iehuda,*

3 *Issachar, Zebulon, &* [2] *Beniamin,*

4 *Dan, Naphtali, Gad, & Aser.*

5 *Fuerunt autem omnes animæ egressæ de femore Iacob, septuaginta.* [3] *Ioseph verò fuit in Ægypto.*

6 *Mortuusq; est Ioseph & omnes fratres eius, atque* [4] *totum hoc seculum.*

7 *Et creuerunt filii Israel,* [5] *verminumq; more scatuierunt, aucti in immensum, & roborati supra modum, ita vt* [6] *terra ipsis impleretur.*

8 *Exoritur interim rex nouus super Ægyptum, qui* [7] *Ioseph non nouerat,*

9 *Qui dixit ad populum suum, En populus* [8] *filiorũ Israel maior est fortior nobis,*

10 *Agite,* [9] *callide circumueniamus eum, ne augescat:* [10] *Fieret enim, si nobis bellum ingrueret, vt iunctus hostibus, contra nos pugnaret, atq; ex terra emigraret.*

11 *Constituerunt ergo super populum Israel præfectos, qui tributa exigerent,* [11] *affligerentq; eum oneribus suis: extruxeruntque vrbes Pharaoni, quæ essent* [12] *repositoria, nempe Pithom, & Raamses.*

12 *Quo vero magis eum afflixerunt, hoc magis augescebat &* [13] *erumpebat,* [14] *vt nauseam conciperent à filiis Israel:*

13 *In seruitutem itaque redegerunt Ægyptii filios Israel, idq;* [15] *cum sæuitia.*

14 *Hinc* [16] *facta est illis vita amara, in seruitute illa graui ac dura, nempe luto & lateribus omniq; seruitio ruris: [in summa,] omnis seruitus, qua illos premebant, sæuissima erat.*

CAP. I.

1 i. familia. Commendantur in hoc libro gloria Dei, & fides promissionum eius, qui ex tantulo numero tãtam multitudinem [illegible] tem nomina filiorum Israel, idque ex ordine quo nati sunt, vt commodius præsentem historiã prosequatur.
2 Beniamin præponitur D[illegible] [illegible] quod esset maior natu, sed quoniam [illegible] filii ancillarum.
3 nam Ioseph erat, & quasi dicat, causa descensus eorum in Ægyptum fuit Ioseph, quod is gratia valeret apud regem Ægypti.
4 vel, omnis illa generatio, id est, homines illius ætatis. Hoc dicit, vt ostendat afflictionem nõ accidisse Israelitis viuente Ioseph.

5 Vox Hebræa, propriè de piscibus dicitur, qui fœtum edunt multiplicem & numerosum. 6 sub. in qua habitabant. 7 i. beneficia, quæ Ioseph contulerat in [illegible]. 8 filii Israel. Nomen [illegible] per appositionem dictum, En populus, nempe filii Israel. En populus ille, populus Israeliticus. 9 Heb. sapientiores [illegible]. Vel, sapientes simus propter eum. Hoc est, inueniamus rationem [illegible] callidam & subtilem, qua opprimere possimus illum, ne multiplicetur. 10 Heb. & [illegible] ingruit [illegible] bellum, adiiciatur [illegible] inimicis nostris, atque nos oppugnet, & ascendat e terra vel, hinc abeat. 11 vt affligerent eum. 12 Vox Hebræa [illegible] Chalda [illegible] in quibus [illegible] triticum, oleum, vinum, & huiusmodi. 13 multiplicabatur. 14 [illegible] filios Israel, vel, tædebat eos vitæ, propter [illegible] felicem prosperitatem Israelitarum. 15 vel, tyrannice [illegible] vitam [illegible] 16 [illegible] vitam illorum seruitute inclementi, in luto (sub. parando,) & lateribus, omnique opere rustico, in quo eorum opera vtebantur citra misericordiam.

15 *Dixit præterea rex Ægypti obstetricibus Hebræis,* [17] *quarum vna vocabatur Sphra, altera Pua,* *dixit, inquam,*
16 *Quando in partu assueritis Hebræis mulieribus, videritisq́;* [18] *eas in partu filium parturire,* *interficite eum: si filia fuerit,* [19] *viuat.*
17 *Timuerunt verò obstetrices Deum, & non fecerũt quod præceperat eis rex Ægypti,* [20] *seruaruntque filios suos.*
18 *Rex ergo Ægypti vocauit obstetrices, dixitq́; ad eas, Cur fecistis rem istam, vt seruaretis filios viuos?*
19 *Responderunt obstetrices Pharaoni,* [21] *Quoniam Hebrææ mulieres non sunt sicut mulieres Ægyptiæ: sunt enim* [22] *vegetæ,* [&] *priusquam veniat ad eas obstetrix, pariunt.*
20 *Et benefecit Deus obstetricibus, & multiplicatus est populus, &* [23] *roborati sunt vehementer.*
21 *Quandoquidem verò obstetrices Deum timuerant, fecit eis* [24] *domos.*
22 *Præcepit autem Pharao omni populo suo, dicens, Omnem prolem masculam in flumen deiicite, omnem verò fœmineam* [25] *seruate viuam.*

15 Dixit autem rex Ægypti obstetricibus Hebræorum: quarum vna vocabatur Sephora, altera Phua, præcipiens eis,
16 Quando obstetricabitis Hebræas, & partus tempus aduenerit: si masculus fuerit, interficite eũ: si fœmina, reseruate.
17 Timuerunt autem obstetrices Deum, & non fecerunt iuxta præceptum regis Ægypti, sed conseruabant mares.
18 Quibus accersitis ad se rex ait, Quidnam est hoc quod facere voluistis, vt pueros seruaretis?
19 Quæ responderunt, Non sunt Hebrææ sicut Ægyptiæ mulieres: Ipsæ enim obstetricandi habent scientiam, & priusquam veniamus ad eas, pariunt.
20 Benè ergo fecit Deus obstetricibus: & creuit populus, confortatusque est nimis.
21 Et quia timuerunt obstetrices Deum, ædificauit eis domos.
22 Præcepit ergo Pharao omni populo suo, dicens, Quicquid masculini sexus natum fuerit, in flumen proiicite: quicquid fœminini, reseruate.

Obstetrices Deum timentes conseruant pueros Hebræorum.
Sap. 18. b
D
Obstetricibus prouidet Deus timentibus ipsum.

CAPVT II.

1 A*Biit* [1] *vir de domo Leui* [2].
2 *Et duxit* [3] *filiam Leui.* [4] *Et concipiens mulier illa, peperit filium: & videns eum esse elegantem, abscondit eum* [5] *tribus mensibus.*
3 *Et quum illum amplius abscondere non posset, accepit* [6] *sibi* [6] *arculam arundineam, quam bitumine atq́; pice obleuit, & posuit in eam infantem illum, exposuitq́; in carecto ad littus fluminis.*
4 [7] *Statuebat autem se soror eius procul, vt resciret quid futurum esset illi.*
5 *Porro filia Pharaonis descendit lotum in flumine,* [8] *& puellæ eius deambulabant in littore fluminis, & visa arcula in carecto, misit* [9] *famulam suam vt tolleret eam.*
6 *Cúmq; aperuisset, vidit esse infantẽ, & ecce puer* [10] *flebat.* *& miserta illius, dixit, De Hebræorũ pueris est hic.*
7 *Dixit autem soror eius ad filiam Pharaonis, Vadamne vt vocem tibi mulierem nutricem ex Hebræis, quæ tibi puellum lactet?*
8 *Respondit filia Pharaonis, Vade. Abiit ergo puella, & aduocauit matrem pueri.*
9 *Ad quam ait filia Pharaonis, Cape puerum istum, & lacta mihi eum, ego autem dabo tibi mercedem tuam. Et mulier accepit puerum, & nutriuit eum.*
10 [11] *Adoleuit autem puer, & adduxit eum ad filiam Pharaonis, factúsque est ei loco filii, & vocauit nomen eius* [12] *Mose,* *dixit enim, Ex aquis traxi eum.*
11 [13] *Contigit verò quodam tempore, quum iam adoleuisset Mose, vt egrederetur ad fratres suos,* [14] *& videret quæ onera baiularent.* *Cum autem vidisset virum Ægyptium percutientem* [16] *quendam Hebræum, qui erat ex fratribus suis.*
12 *Cúmque quaquauersum circumspexisset, vidissetq́; neminem adesse, ferit Ægyptium, & abscondit eum in arenam.*
13 *Egressus deinde* [17] *altera die, cum contenderent duo viri Hebræi, dixit* [18] *ad violentum, Quare tu percutis proximum tuum?*
14 *Qui respondit, Quis constituit te principẽ & iudicem super nos? an illo loquens tu me occidas, quemadmodum occidisti Ægyptium? Moses ergo timuit, di-*

1 EGressus est post hæc vir de domo Leui.
2 Et accepit vxorem stirpis suæ: quæ concepit, & peperit filium: & videns eum elegantem, abscondit tribus mensibus.
3 Cumque iam celare non posset, sumpsit fiscellam scirpeam, & liniuit eam bitumine ac pice: posuitq́; intus infantulum, & exposuit eum in carecto ripæ fluminis,
4 Stante procul sorore eius, & considerante euentum rei.
5 Ecce autem descendebat filia Pharaonis vt lauaretur in flumine: & puellæ eius gradiebantur per crepidinem aluei. Quæ cum vidisset fiscellam in papyrione, misit vnam e famulabus suis: & allatam
aperiens,
6 Cernensque in ea paruulum vagientem, miserta eius, ait, De infantibus Hebræorum est hic.
7 Cui soror pueri, Vis, inquit, vt vadam, & vocem tibi mulierem Hebræam, quæ nutrire possit infantulum?
8 Respondit, Vade. Perrexit puella, & vocauit matrem suam.
9 Ad quam locuta filia Pharaonis, Accipe, ait, puerum istum, & nutri mihi: ego dabo tibi mercedem tuam. Suscepit mulier, & nutriuit puerum:
10 Adultúmq; tradidit filiæ Pharaonis. Quem illa adoptauit in locum filii, vocauitq; nomen eius Moyses, dicens, Quia de aqua tuli eum.
11 In diebus illis postquam creuerat Moyses, egressus est ad fratres suos: viditq; afflictionem eorum, & virum Ægyptium percutientem quendam de Hebræis fratribus suis.
12 Cúmque circumspexisset huc atque illuc, & nullum adesse vidisset, percussum Ægyptium abscondit sabulo.
13 Et egressus die altero conspexit duos Hebræos rixantes: dixitq; ei, qui faciebat iniuriam, Quare percutis proximum tuum?
14 Qui respondit, Quis constituit te principem, & iudicem super nos? num occidere me tu vis, sicut heri occidisti Ægyptium? Timuit Moses, & ait,
Quomo-

A
Moyses natus exponitur in carecto.
Infr. 6
Num. 23. g
1. Par. 23. c.
Act. 7. c
Heb. 11. d
B
Adoptatur filia Pharaonis.
Moyses, Ægyptiũ occidit Moyses affligentẽ Hebræum.
Heb. 11.
C
Inter rixantes pacem componere nititur.

17 Principes o- [illegible] ista [illegible] aliæ [illegible] ces, quasi [illegible] [illegible] non [illegible] fecissent.
18 sedomisi mas fuerit, &c. Sedem vocat, in qua recipitur fœtus dum cadit ex vtero matris. Alii existimant eam esse sedem, in qua sedebat pariens. Alii dicunt vocem Hebræam HAAVENAIM, significare voluisse per vuluam significari fœtũ. quasi dicat, quũ videritis fœtũ, qui egredietur ex vtero matris.
19 Heb. tum viuet.
20 Heb. viuificauerunt, mares. i. dederunt operam, vt masculi in lucẽ. seruarentur incolumes.
21 Subaudiendum aliquid, id [illegible], quod mulieres Hebrææ, &c.
22 viuaciores. vel, robustiores. Chaldæus paraphrast. Quia sapientes & prudentes sunt. id est, [illegible] artem obstetricandi.
23 vel, creuit.
24 i. familias. hoc est, [illegible] [illegible] propterea Hebræ[illegible] [illegible] relatiuo [illegible] [illegible] quia [illegible] [illegible] familiæ. Aliquando tamen [illegible] pro [illegible] accipitur. Dedit, inquit, illis prolem numerosissimam.
25 Heb. viuificate.

CAP. II

1 1 quidam Leuita. Hic fuit Amram, qui [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] Moses.

2 Mulierem de stirpe Leui, intellige. 3 Sunt, qui dicant, iuxta [illegible] regum visitationem [illegible] solitam: ideirco non potuisse eum diutius occultare. Alii dicunt [illegible], id est, [illegible], quamdiu potuit [illegible] 5 [illegible] 6 vel, naucula [illegible] scirpeam. Quidam inter Hebræos doctiss. dicunt [illegible] Hebræam [illegible] [illegible] [illegible] [illegible], sub. à matre: vel, stabat autem soror, &c. nempe Maria. 8 vel, [illegible] [illegible], [illegible] [illegible], [illegible], vt sese lauaret, reliquæ vero expatiabantur. 9 cuius scilicet opera vtebatur in lauando. Legitur [illegible] [illegible] [illegible], extendit brachium. 10 vel, flebat. Aut, quæ quum videret puerum flere, [illegible] 11 vel, [illegible] 12 significat Latinè Extractus. 14 Heb. In diebus illis, & creuit Mose, & egressus est. pro, [illegible] tempore adolescentiæ [illegible] vt videret [illegible] 15 & vidit onera eorum, i. oppressionem. 16 [illegible] ex Hebræis fratribus. 17 postridie. 18 [illegible], ad eum, qui inferebat iniuriam.

Quomodo palàm factum est verbum istud?

Fugit Moyses Pharaonem.

15 Audiuitq; Pharao sermonem hunc, & quærebat occidere Moysen: qui fugiens de conspectu eius, moratus est in Terra-Madian, & sedit iuxta puteum.

Defendit puellas ab iniuria pastorum.

16 Erant autem sacerdoti Madian septem filiæ, quæ venerant ad hauriendam aquam: & impletis canalibus adaquare cupiebant greges patris sui.

17 Superuenêre pastores, & eiecerunt eas: surrexitq; Moyses, & defensis puellis, adaquauit oues earum. Quæ cum reuertissent ad [a]Iethro[a] patrem suum, dixit ad eas,

[a] Raguel.

18 Cur velociùs venistis solitò?

19 Responderunt, Vir Ægyptius liberauit nos de manu pastorum: insuper & hausit aquam nobiscum, potúmq; dedit ouibus.

D 20 At ille, Vbi est? inquit. quare dimisistis hominem? vocate vt comedat panem.

21 Iurauit ergo Moyses, quod habitaret cum eo.

Ducit vxorem Sephoram. infr. 18. a 1. Para. 23. b

22 ¶ Accepitque Sephoram filiam eius vxorem: quæ peperit ei filium, quem vocauit Gersam, dicés, Aduena fui in terra aliena.

23 Alterum verò peperit, quem vocauit Eliézer, dicens, Deus enim patris mei adiutor meus, & eripuit me de manu Pharaonis.

Clamant ad Deum filii Israel in tribulatione, & respicit eos.

24 Post multum verò temporis mortuus est rex Ægypti: & ingemiscentes filii Israel; propter opera vociferati sunt: ascenditq; clamor eorum ad Deum ab operibus.

25 Exaudiuit gemitum eorum, ac recordatus est fœderis, quod pepigit cum Abrahã, Isaac, & Iacob. Et respexit Dominus filios Israel, & [b]liberauit[b] eos.

[b] cognouit.

nitq; profectò hoc negotium palàm factum est.

15 *Audiens Pharao* [19] *sermonem istum, quærebat vt occideret Mosen: Moses autem fugiens à conspectu Pharaonis, habitauit in terra Midian,* [20] *seditq; iuxta puteum.*

16 *Erant autem sacerdoti in Midian septem filiæ, quæ venerant haustum, vt implerent canales, adaquarentq; oues patris sui.*

17 *Et venerunt pastores, & eiecerunt eas. Tum surrexit Moses, &* [21] *adfuit eis, potumq; dedit ouibus illarum. Cùmque venissent ad* [22] *Rehuel patrem suum, dixit ille,*

18 *Quare hodie* [23] *tam festinanter venistis?*

19 *Responderunt, Vir Ægyptius* [24] *asseruit nos de manu pastorum, deinde hausit nobis, & adaquauit oues.*

20 *Et dixit ad filias suas, Et vbi is est? quare sic dimisistis virum illum? vocate eum vt comedat cibum.*

21 *Et consensit Moses habitare cum viro illo.*

22 [25] *Deditq; ille Ziporam filiam suam Mosi. Quæ quum peperisset filium, vocauit ille nomen eius* [26] *Gersom: dicebat nempe, Peregrinus fui in terra aliena.*

23 [27] *Cùmq; multi dies essent exacti, mortuus est rex Ægypti. suspirarunt q; filii Israel propter seruitutem, & clamauerunt,* [28] *ascenditq; clamor illorum ad Deum* [29] *ex seruitute.*

24 *Audiuitq; Deus planctum illorum, & recordatus est Deus fœderis sui cum Abraham, Isaac, & Iacob.*

25 [30] *Aspexitque Deus filios Israel, & cognouit Deus.*

19 rem hanc, nempe, quod interfecisset Ægyptium.
20 Multa subaudienda, huiusmodi, Vbi quum aliquandiu moratus esset, quieuit, & sedit aliquando iuxta puteum.
21 seruauit eas, aut, defendit.
22 Hunc fuisse auum earũ virginum dicunt quidam inter Hebræos. Alii existimant illum habuisse plura nomina.
23 vel, citius solito.
24 vel, eripuit nos.
25 sub. in vxorem.
26 significat peregrinum.
27 Heb. Factũ est autẽ in diebus illis multis. vel, Post dies multos. i. Post multos annos. Post quadraginta scilicet annos, vt volunt quidam Hebræorum.
28 Hebraismus, pro, exaudiuit Deus clamorem eorum.
29 vel, propter seruitutem illam.
30 I. vidit quomodo palam & publicè affligerentur: cognouit præterea cogitationes Ægyptiorum, quomodo scilicet illos perdere volebant.

CAPVT III.

Moyses pascit oues soceri.

A 1 MOyses autem pascebat oues Iethro soceri sui sacerdotis Madian: cumq; minasset gregem ad interiora deserti, vênit ad montem Dei Horeb.

Deus in medio rubi loquitur Moysi de liberando Israele. Act. 7. d

2 Apparuitq; ei Dominus in flamma ignis de medio rubi: & videbat quod rubus arderet, & non combureretur.

3 Dixit ergo Moyses, Vadam, & videbo visionẽ hanc magnam, quare non comburatur rubus.

4 Cernens autem Dominus, quòd pergeret ad

B vidẽdum, vocauit eum de medio rubi, & ait, Moyses, Moyses? Qui respondit, Adsum.

5 At ille, Ne appropies, inquit, huc: solue calceamentũ de pedibus tuis. locus enim in quo stas, Terra sancta est.

Terra sancta. Matt. 22. c Marc. 12. c Luc. 20. f

6 Et ait, ¶ Ego sum Deus patris tui, Deus Abraham, & Deus Isaac, & Deus Iacob. Abscondit Moyses faciem suam: non enim audebat aspicere contra Deum.

7 Cui ait Dominus, Vidi afflictionẽ populi mei in Ægypto, & clamorem eius audiui propter duritiam eorum qui præsunt operibus.

C 8 Et sciens dolorẽ eius, descendi vt liberem eum de manibus Ægyptiorum, & educam de terra illa in terram bonam, & spaciosam, in terram, quę fluit lacte & melle, ad loca Chananæi, & Hethæi, & Amorrhæi, & Pherezæi, & Heuæi, & Iebusæi.

9 Clamor ergo filiorum Israel vênit ad me: vidiq; afflictionem eorum, qua ab Ægyptiis opprimuntur.

Mittit Moysen vt populum educat.

10 Sed veni, & mittam te ad Pharaonem, vt educas populum meum filios Israel de Ægypto.

D 11 Dixitq; Moyses ad Deum, Quis sum ego, vt vadam ad Pharaonem, & educam filios Israel de Ægypto?

Deus cum Moyse.

1 *PAscebat autem Moses oues Iethro soceri sui sacerdotis Midian, duxitq; oues* [1] *post desertum, & venit ad Horeb* [2] *montem Dei.*

2 *Visusq; illi* [3] *angelus Domini* [4] *in flamma ignis de medio rubi: & respexit, & ecce rubus ardebat igne, nec tamen consumebatur.*

3 *Dixit ergo Moses,* [5] *Concedam quæso, & videbo visionem istam magnam. [nempe] quare rubus non cõburatur.*

4 *Videns autem Dominus quod* [6] *abiret spectatum, vocauit eum Deus de medio rubi, & dixit, Moses, Moses. Qui respondit, Adsum.*

5 *Et ait, Ne huc accedas propius. solue calceamenta de pedibus tuis: quoniam locus, in quo tu stas,* [7] *Terra sancta est.*

6 *Et dixit, Ego Deus patris tui, Deus Abraham, Deus Isaac, & Deus Iacob. Moses operuit faciem suam: quoniam veritus est aspicere Deum.*

7 *Et dixit Dominus, Omnino vidi afflictionem populi mei, qui est in Ægypto, & audiui clamorem eorum [qui fit] propter exactores, quos habent:*

8 *Quoniam scio dolores eorum.* [8] *Descendi quoque vt liberem eos de manu Ægyptiorum, educamq; eos de terra ista ad terram bonam & spaciosam, ad terram* [9] *fluentem lacte & melle, ad loca Chananæi, Hithæi, Amorrhæi, Pherezæi, Hiuæi atque Iebusæi.*

9 [10] *Clamor ergo filiorum Israel nunc venit ad me, vidique oppressionem illam, qua Ægyptii opprimunt eos.*

10 *Nunc ergo age, te mittam ad Pharaonem, vt educas populum meum filios Israel ex Ægypto.*

11 *Dixit autem Moses ad Deum, Quis sum ego, vt adeam Pharaonem, & quod educam filios Israel ex Ægypto?*

CAP. III.
1 Hoc est, in penitissimam partem deserti.
2 Per anticipationem dictum: nondum enim Mons Dei appellabatur.
3 Quidam dicunt per angelum Domini, intelligi verbum Dei: alii ipsum angelum, qui postea dicitur Dominus. dicitur enim angelus de nomine mittentis.
4 Heb. de corde ignis, i. de medio ignis. Quia cor in animantibus medium locum obtinet, ideo cor accipitur pro medio cui sequeretur. Alii, cuius vocem H...

bræam significare flammam. i. in flamma ignea. 5 Vadam nunc. 6 accederet. 7 sub. propter præsentiam meam. 8 Deus descendere dicitur, quum ... tauet nobis, & auxiliatur. nam omne auxilium, de cælo est. 9 i. quæ abundat optimis quibusque fructibus, & rebus delicatissimis. Hebraismus. 10 quasi dicat, Iam iam habiturus sum rationem clamoris eorum.

12 *Et respondit, Ego enim ero tecum: & hoc tibi erit signum quod ego miserim te; Postquam eduxeris populum illum de Ægypto seruietis Deo super monte isto.*

13 *Et ait ad Mosen ad Deum, En [si] veniens ad filios Israel, dixero eis, Deus patrum vestrorum misit me ad vos: ipsiq; interrogauerint me, Quod est nomen eius? quid respondebo eis?*

14 *Et respondit Deus Mosi,* [11] *SVM QVI SVM. Et ait, Sic dices filijs Israel,* [12] *SVM, misit me ad vos.*

15 *Et rursus dixit Deus ad Mosen, Sic dices filiis Israel. Dominus Deus patrum vestrorum, Deus Abraham, Deus Isaac, & Deus Iacob, misit me ad vos: hoc est nomen meum in perpetuum, & hoc* [13] *memoraculum meum in omnia secula.*

16 *Vade, & congrega seniores Israel, dicesq; ad eos, Dominus Deus patrum vestrorum visus est mihi, Deus Abraham, Isaac & Iacob, dicens,* [14] *Omnino visitaui vos, & quod factum est vobis in Ægypto [scio]*

17 *Et dixi, Educam vos de afflictione Ægyptiorum ad terram Chananæi, Hithæi, Amorrhæi, Pheresæi, Hiuæi atque Iebusæi, ad terram fluentem lacte & melle.*

18 *Postquam verò vocem tuam audierint, ibis tu & seniores Israel ad regem Ægypti, dicetisq; ad illum, Dominus Deus Hebræorum* [15] *obuiam factus est nobis: liceat igitur nobis vt eamus iter trium dierum in desertum, & sacrificemus Domino Deo nostro.*

19 *Et ego quidem scio quod rex Ægypti non permissurus est vobis vt abeatis,* [16] *& ne valida manu quidem.*

20 *Ego verò extendam manum meam, & percutiam Ægyptum* [17] *cunctis mirabilibus meis quæ facturus sum in eo: tum demum emittet vos.*

21 *Daboq; populo huic gratiam* [18] *apud Ægyptios, fietq; quum abietis, non abeatis vacui.*

22 *Sed postulabit mulier à vicina sua, & ab incola domus sua, vasa argentea, & vasa aurea, & vestimenta,* [19] *quæ imponetis filiis vestris, & filiabus vestris, &* [20] *auferetis Ægyptum.*

12 Qui dixit ei, Ego ero tecum: & hoc habebis signum quod miserim te, Cum eduxeris populum meum de Ægypto, immolabis Deo super montem istum.

13 Ait Moyses ad Deum, Ecce ego vadam ad filios Israel, & dicam eis, Deus patrum vestrorum misit me ad vos. Si dixerint mihi, Quod est nomen eius? quid dicam eis?

14 Dixit Dominus ad Moysen, EGO SVM QVI SVM. Ait, Sic dices filiis Israel, QVI EST, misit me ad vos. *Nomen Dei.* E

15 Dixitq; iterum Deus ad Moysen, Hæc dices filiis Israel, Dominus Deus patrũ vestrorum, Deus Abraham, & Deus Isaac, & Deus Iacob misit me ad vos: hoc nomen mihi est in æternum, & hoc memoriale meum in generatione & generationem. *Quo ordine velit liberare populum suum docet Moysen Deus.*

16 Vade, & congrega seniores Israel, & dices ad eos Dominus Deus patrũ vestrorũ apparuit mihi, Deus Abraham & Deus Isaac & Deus Iacob, dicens Visitans visitaui vos: & vidi omnia quæ acciderunt vobis in Ægypto:

17 Et dixi vt educã vos de afflictione Ægypti in Terrã Chananæi & Hethæi & Amorrhæi & Pherezæi & Heuæi & Iebusæi, ad terrã fluentẽ lacte & melle.

18 Et audiẽt vocem tuam: ingredierisque tu & seniores Israel ad regem Ægypti, & dices ad eum, Dominus Deus Hebræorum vocauit nos: ibimus viam trium dierum in solitudinem, vt immolemus Domino Deo nostro.

19 Sed ego scio quòd non dimittet vos rex Ægypti vt eatis, nisi per manum validam. G

20 Extendamq; manum meam, & percutiam Ægyptum in cunctis mirabilibus meis, quæ facturus sum in medio eorum: post hoc dimittet vos.

21 Daboq; gratiam populo huic corã Ægyptiis. Et cum egrediemini, non exibitis vacui, *inf. 11. a. & 12. e*

22 Sed postulabit mulier a vicina sua, & ab hospita sua, vasa argentea & aurea, ac vestes: ponetisq; eas super filios & filias vestras & spoliabitis Ægyptum.

11 Heb. EIE ASER EIE, i. Ero qui ero. ... Ero is enim sum qui ... Oratione ... conci- si ostẽdit Tarha accentus Hebræus, qui ponitur in EIE. Vel potius, Ero, quia ero, pro, Ero: ero enim, vt ASER sit coniunctio, non relatiuum. Hoc est, qui est, qui fuit, qui erit futurum enim tria tempora comprehendit.] q. d. Deus æternus. Qui vetustus, Sũ qui sum: continuerunt futurũ in præsens, quia æternitas nullis finibus comprehenditur, adeo nullo tempore describi potest. Quo fit vt recte vocetur, Qui est, qui fuit, qui erit. Nam omnia tempora, quũ de Deo loquimur, confunduntur. Nomen hoc Dei Græce exprimit Iohannes Apocal. 1. quum dicit, ὁ ὢν καὶ ὁ ἦν, καὶ ὁ ἐρχόμενος. id est, is qui est, qui erat, & qui erit.

12 Ero, misit &c. quod Deus ... tus ... ero, &c.

13 memoriale meum, id est, ... est per quod ... bunt me.

14 Recordando recordatus sum vestri, & eius quod factum est vobis in Ægypto, & dixi, &c. Id est, Tandem recordatus sum vestræ afflictionis quæ affligimini ab Ægyptiis. Ita reddit Chaldæus paraph.

15 Id est, apparuit nobis: proinde per te nobis liceat: & q. d. Deus Hebræorum ...

CAPVT IV.

1 *Respondit verò Moses, & ait, En non credent mihi, neque audient vocem meam, sed dicent, Dominus non apparuit tibi.*

2 *Et ait ad eum Dominus, Quid hoc est quod manu tua [geris?] Respondit, Baculus.*

3 *Et dixit, Abiice eum ad terram. & abiecit eum ad terrã & factus est coluber, & Moses fugit à cõspectu eius.*

4 *Et dixit Dominus ad Mosen, extende manum tuam & ... caudam eius. Et extendit manum, & apprehendit eum,* [a] *factusque est baculus in manu eius.*

5 [b] *Vt credant [inquit] quod Dominus Deus patrum ipsorum visus sit tibi, Deus [videlicet] Abraham, Deus Isaac, & Deus Iacob.*

6 *Rursus dixit Dominus ad eum, Infer* [c] *quæso manum tuam in sinum tuum. & intulit manum suam in sinum suum & quum extraxisset eam, ecce manus eius leprosa erat veluti nix.*

7 *Et dixit, Reduc nunc manum tuam in sinum tuũ. & retraxit manum suam in sinum suum, protulitq; eam e sinu suo, ecce* [d] *restituta erat quemadmodum caro eius.*

8 *Erit itaque,* [e] *si fidẽ nõ habuerint tibi, neque audiuerint vocẽ prioris signi, credent tamen voci posterioris signi.*

9 *Quod si nec duobus istis signis crediderint, nec vocem tuam audierint, accipies de aqua fluminis, &*

1 Respondens Moyses ait, Non credent mihi, neque audient vocem meam, sed dicent, Non apparuit tibi Dominus. A *Tria signa dat Deus Moysi, quibus testetur Pharaoni se à Deo missum.*

2 Dixit ergo ad eum, Quid est quod tenes in manu tua? Respondit, Virga.

3 Dixitque Dominus, Proiice eam in terram. Proiecit, & versa est in colubrum, ita vt fugeret Moyses. *Virga versa in serpentem.*

4 Dixitque Dominus, Extende manum tuam, & apprehende caudam eius. Extendit, & tenuit, versaque est in virgam.

5 Vt credant, inquit, quòd apparuerit tibi Dominus Deus patrum [a] suorum, Deus Abraham & Deus Isaac & Deus Iacob. *a suorum.* B

6 Dixitq; Dominus rursum, Mitte manum tuam in sinum tuum. Quam cum misisset in sinum, protulit leprosam instar niuis. *Manus Moysi leprosa.*

7 Retrahe, & ait, manum tuam in sinum tuum. Retraxit, & protulit iterum, & erat similis carni reliquæ.

8 Si non crediderint, inquit, tibi, neque audierint sermonem signi prioris, credent verbo signi sequentis.

9 Quod si nec duobus quidem his signis crediderint, neque audierint vocem tuam: sume aquam fluminis

16 ... manu forti. ... sub conatus. 17 ... omnibus ... mirandis, hoc est, miraculis meis editis. 18 Hebr. in oculis Ægyptiorum. 19 Id est, quas ... 20 ... Ægyptum. CAP. IIII. a vel versus est in baculum.
b Hic subaudiri debet ... Illud ... Hoc coram eis vertedato &c. Aut proince ... id est, vt videntes talia ... credant. c ... d Id est, reuersa est ... carnem reliquæ carnis. e Hoc est, si non paruerint verbis tuis, neque crediderint ... quos con ... priore miraculo, certe credent quum posteriore miraculo illis fidem feceris.

fluminis, & effunde eam super aridam, & quicquid hauseris de fluuio, vertetur in sanguinem.

C

Moyses impedita linguæ se esse causatur.

10 Ait Moyses, Obsecro Domine, non sum eloquens ab heri & nudiustertius: & ex quo locutus es ad seruum tuum, impeditioris & tardioris linguæ sum.

11 Dixit Dominus ad eum, Quis fecit os hominis? aut quis fabricatus est mutum & surdum, videntem & cæcum? nónne ego?

Matth. 10. c.

12 Perge igitur,] & ego ero in ore tuo: docebóque quid loquaris.

Iratus Moysi Deus, dat ei Aaron pro oratore.

13 Ait ille. Obsecro Domine, inquit, mitte quẽ missurus es.

D

14 Iratus Dominus in Moysen, ait, Aaron frater tuus Leuites, scio quòd eloquens sit: ecce ipse egreditur in occursum tuum, vidénsque te lætabitur corde.

Eccle. 45. a. Ibid. 7. a.

15 [Loquere ad eum, & pone verba mea in ore eius: & ego ero in ore tuo, & in ore illius,]& ostendam vobis quid agere debeatis.

16 Et ipse loquetur pro te ad populum, & erit os tuum: tu autem eris ei in his quæ ad Deum pertinent.

17 Virgam quoq; hanc sume in manu tua, in qua facturus es signa.

18 Abiit Moyses, & reuersus est ad Iethro socerum suum: dixitq; ei, Vadam, & reuertar ad fratres meos in Ægyptum, vt videam si adhuc viuant. Cui ait Iethro, Vade in pace.

E

Pergit Moyses in Ægyptum.

19 Dixit ergo Dominus ad Mosen in Madiam, Vade, & reuertere in Ægyptum: mortui sunt enim omnes qui quærebant animam tuam.

20 Tulit ergo Moyses vxorem suam, & filios suos, & imposuit eos super asinum: reuersusq; est in Ægyptum, portans virgam Dei in manu sua.

21 Dixitque ei Dominus reuertenti in Ægyptum, Vide vt omnia ostenta quæ posui in manu tua, facias coram Pharaone: ego indurabo cor eius, & non dimittet populum.

F

22 Dicesq; ad eum, Hæc dicit Dominus, Filius meus primogenitus, Israel.

23 Dixi tibi, Dimitte filium meum vt seruiat mihi: & noluisti dimittere eum. ecce ego interficiam filium tuum primogenitum.

24 Cumq; esset in itinere, in diuersorio occurrit ei Dominus, & volebat occidere eum.

Deus Moysen vult occidere. Sephora circũcidit filium.

25 Tulit illicò Sephora acutissimam petram, & circũcidit præputium filii sui, tetigitque pedes eius & ait Sponsus sanguinum tu mihi es.

G

26 Et dimisit eum postquam dixerat, Sponsus sanguinum tu mihi es: ob circumcisionem.

[a] Dixit autem. Iussu Dei, Aaron pergit in occursum.

27 [a] Dixitq; Dominus ad Aaron. Vade in occursum Moysi in desertum. qui perrexit obuiam ei in Montem Dei, & osculatus est eum.

28 Narrauitq; Moyses Aaron omnia verba Domini pro quibus miserat eum, & signa quæ mandauerat.

29 Veneruntq; simul, & congregauerunt cunctos seniores filiorum Israel.

effundes in siccam [humum.] eruntque aquæ illæ quas de flumine acceperis, erũt in quam sanguis in ipsa sicca [humo.

10 Et dixit Moses ad Dominum, [6] Mihi Domine: ego non sum [7] eloquens [8] ab heri & nudius tertius, etiam [9] ex eo tempore quo loquutus es ad seruum tuum: [10] sum enim grauis ore, & grauis lingua.

11 Et dixit Dominus ad eum, [11] Quis dedit homini os? aut quis facit mutum aut surdum videntem aut cæcum? annon ego Dominus?

12 Vade ergo, & ego [12] adero ori tuo, docebóq; te quæ loquaris.

13 Qui ait, Obsecro Domine, [13] mitte nunc per manum [eius quem] mittes.

14 Et iratus est furor Domini aduersus Mosen, & dixit, [14] Annon Aharon frater tuus Leuita? scio quòd is omnino eloquens est: & ecce is etiam egreditur, tibi obuiam, & viso te, lætabitur corde suo.

15 [15] Tu loqueris ad eum, & pones verba [ista] in os eius, & ego [16] adero ori tuo, & ori ipsius: docebóque vos quid agere debeatis.

16 Et ipse loquetur pro te ad populum, [17] ipséq; erit tibi vice oris, tu autem eris ipsi vice Dei.

17 Baculum istum cape in manum tuam, quo signa edes.

18 Abiit itaq; Moses & reuersus est ad Iethor socerũ suum & dixit ad eum, Liceat mihi quæso vt vadam & reuertatur ad fratres meos qui sunt in Ægypto, & videam viuántne adhuc. Et dixit Iethro ad Mosen, Vade in pace.

19 [18] Dixit quoq; Dominus ad Mosen in Midiam, Vade, reuertere in Ægyptum: quoniam mortui sunt omnes viri illi [19] qui quærebant animam tuam.

20 Accepit itaq; Moses vxorem suam & filios suos, & vexit eos super asino, reuersusq; est in terram Ægypti: accepit quoque Moses baculum [20] Dei, in manum suam.

21 [21] Et dixit Dominus ad Mosen, Quum ingressus atq; reuersus fueris in Ægyptum, vide vt facias in conspectu Pharaonis omnia prodigia quæ ego posui [22] in manum tuam: ego verò [23] retinebo cor illius, vt non dimittat populum.

22 Dicesq; ad Pharaonem, Sic dicit Dominus, Israel est filius meus primogenitus.

23 Et ego quidem dixi ad te, vt dimitteres filium meum, vt seruiat mihi. quandoquidem verò tu renuis dimittere, ecce ego occidam filium tuum, [nempe] primogenitum tuum.

24 Contigit autem in itinere, in ipso diuersorio, [24] vt occurreret ei Dominus, vt quæreret eum occidere.

25 [illegible] autem [illegible] acuto [illegible] abscidit præputium filii sui, [illegible] pedibus eius, dicens, [26] Quoniam sponsus sanguinum tu mihi.

26 [27] Desiitq; ab eo: tunc dixit illa, [28] Sponsus sanguinum ob circumcisionem.

27 Dixit autem Dominus ad Aharonem, vade Mosi obuiam in desertum. & abiens, obuiam factus est illi ad Montem Dei: osculatusq; est eum.

28 Et exposuit Moses Aharoni vniuersa verba Domini qui miserat eum & cuncta signa [quæ] ei mandauerat.

29 Moses ergo & Aharon abierunt, & congregauerunt omnes seniores filiorum Israel.

6 Non est sententia absoluta: deest enim. Ne mittas me. q. d. Obsecro Domine, ne mittas me: non enim sum eloquens qualem oportet esse eos qui verba apud principes facturi sunt.
7 Hebr. vir verborũ. i. eloquens & disertus.
8 Hebraismus, pro. nunquam fui eloquens.
9 Sub. nosti me non esse eloquẽtem.
10. i. natura tardus sum ad loquendum, & lingua impedita.
11 q. d. Quis donauit hominem facultate loquẽdi?
12 Heb. ero in ore tuo. i. reddam te facundum.
13 q. d. mitte quemcunq; volueris, modo ne me mittas minus idoneum ad hoc munus.
14 Nónne Aaronem fratrem tuum Leuitam nouisti, quòd [illegible] loquetur [illegible]
[illegible]

[illegible] Hebraismus est Matth. [illegible] Mortui sunt enim qui quærebant animam pueri. 20 Id est, per quem Deus facturus erat miracula: siue per quem [illegible]
21 Dixerat autem. 22 Id est, in tua potestate. & quæ, quum voles, facere poteris. 23 [illegible] scilicet [illegible] mollificare solet cor hominis. 24 vel, vt interficeret eum Dominus. Siue angelus Domini, id est [illegible] morbo, vt dicunt Hebræi, [illegible] circumcisionem. 25 scilicet Mosis. q. d. proiecit præputium filii sui ad pedes Mosis. 26 Id est, [illegible] circumcisionem q. d. [illegible] Dei te interfecisset, nisi circumcidissem [illegible] Quidam putant hoc dictum a matre [illegible] circumcidi & arguente maritum [illegible] at si dicat, Non abhorres à fundendo sanguine filii tui, dum iubes illum circumcidi? erat enim Madianitis, [illegible] 27 vel, Et dimisit eum: scil. angelus Domini, siue morbus. i. recessit ab eo morbus, & restitutus est sanitati. 28 Id est, Occidendus eras [illegible] filium circumcidi [illegible] Sponsus sanguinum [illegible] circumcisionem. Id est, propterea quòd vidisset [illegible] hoc loco filium suum. [illegible] Propter te [illegible] meus, [illegible] circumcideras te. [illegible] placet.

30 *Et Aharon loquutus est omnia verba quæ loquutus erat Dominus ad Mosen, fecitq; signa coram oculis populi. Et populus credidit:*

31 *Et*[29] *audientes quòd*[30] *visitasset Dominus filios Israel, aspexissetq; afflictionem eorum, vertice inclinato adorarunt.*

30 Locutusque est ad Aaron omnia verba quæ dixerat Dominus ad Moysen: & fecit signa coram populo Et credidit populus:

31 Audieruntque quòd visitasset Dominus filios Israel: & quòd respexisset afflictionem illorum: & proni adorauerunt.

29 i. intelligentes & cognoscentes. 30 vel, recordatus fuisset Dominus filiorum Israel.

CAPVT V.

1 *POstea ingressi sunt Moses & Aharon, & dixerunt ad Pharaonem, Sic dicit, Dominus Deus Israel, Dimitte populum meum,*[1] *vt festum diem mihi celebrent in deserto.*

2 *Dixit autem Pharao. Quis est Dominus,*[2] *vt audiam vocem eius, & dimittam Israelem? Nescio Dominum, nec Israelem dimittam.*

3 *Et dixerunt, Deus Hebræorum*[3] *vocauit nos, liceat nobis quæso vt eamus iter trium dierum in desertum,*[4] *& sacrificemus Domino Deo nostro: ne forte*[5] *accidat nobis pestilentia aut gladius.*

4 *Et ait Rex Ægypti ad eos, Tu Moses & Aharon cur*[6] *abstrahitis populum ab operibus suis? ite ad onera vestra.*

5 *Dixit quoque Pharao, En multus est nunc populus terræ,*[7] *& vos facitis vt cessent ab oneribus suis.*

6 *Et præcepit Pharao eodem die exactoribus qui erant in populo, atque præfectis eius, in hanc sententiam,*

7 *Posthac non dabitis paleas populo ad ducendos lateres,*[8] *quemadmodum heri & nudiustertius: ipsi eant & colligant sibi paleas.*

8 [9] *Ad demensum laterum quod antea faciebant imponetis eis, nec minuetis ex eo: otio enim torpent ipsi, & ideo clamant dicentes, Ibimus & sacrificabimus Deo nostro.*

9 [10] *Aggrauetur seruitus super viros, vt faciant [aliquid] in ea, neque respiciant ad res vanas.*

10 *Egressi itaque exactores populi & præfecti eius, dixerunt ad populum hisce verbis, Sic dixit Pharao, Ego*[11] *non dabo vobis paleas.*

11 *Vos ipsi ite, & tollite vobis paleas vbicunque inueneritis,*[12] *nec imminuetur de opere vestro quicquam.*

12 *Et dispersus est populus per totam terram Ægypti, vt colligerent stipulas pro paleis.*

13 *Exactores autem vrgebant, dicentes, Perficite opus vestrum,*[13] *cuiusque diei demensum suum, perinde ac dum erant vobis palea.*

14 *Et vapulabant præfecti filiorum Israel quos constituerant exactores Pharaonis super eos, dicebaturq; [eis,] Quare non compleuistis*[14] *demensum vestrum laterum, quemadmodum antea, nec heri nec hodie?*

15 *Venerunt itaque præfecti filiorum Israel, & expostularunt apud Pharaonem hisce verbis, Cur sic facis seruis tuis?*

16 *Palea non datur seruis tuis, interim dicunt nobis, Ducite lateres: & ecce serui tui vapulant, &*[15] *peccatum populo tuo [imputatur.] Qui ait,*

17 [16] *Vacatis vos, vacatis [inquam,] & ob id dicitis,*[17] *ibimus & sacrificabimus Domino.*

18 *Nunc ergo ite, & operamini, palea non dabitur vobis, demensum tamen laterum vos reddetis.*

19 *Videruntergo præfecti filiorum Israel*[18] *sese esse in afflictione, quum diceretur, Non minuetur de lateribus vestris,*[19] *demensum scilicet vniuscuiusque diei.*

20 *Et obuiam facti Mosi & Aharoni, quum egrederentur a Pharaone, stantes*[20] *aduersum eos, dixerunt ad eos,*

21 [21] *Videat Dominus super vos & iudicet, qui*[22] *fœ-*

1 POst hæc ingressi sunt Moyses & Aaron, & dixerunt Pharaoni, Hæc dicit Dominus Deus Israel, Dimitte populum meum vt sacrificet mihi in deserto.

2 At ille respondit, Quis est Dominus, vt audiam vocem eius, & dimittam Israel? nescio Dominum, & Israel non dimittam.

3 Dixeruntque, Deus Hebræorum vocauit nos, vt eamus viam trium dierum in solitudinem, & sacrificemus Domino Deo nostro: ne fortè accidat nobis pestis aut gladius.

4 Ait ad eos rex Ægypti, Quare Moyses & Aaron solicitatis populum ab operibus suis? ite ad onera vestra.

5 Dixitque Pharao, Multus est populus Terræ: videtis quòd turba succreuerit: quanto magis si dederitis eis requiem ab operibus?

6 Præcepit ergo in die illo præfectis operum & exactoribus populi, dicens,

7 Nequaquam vltrà dabitis paleas populo ad conficiendos lateres, sicut prius: sed ipsi vadant, & colligant stipulas.

8 Et mensuram laterum quam prius faciebant, imponetis super eos, nec minuetis quicquam, vacant enim, & idcirco vociferantur, dicentes, Eamus, & sacrificemus Deo nostro.

9 Opprimantur operibus, & expleant ea: vt non acquiescant verbis mendacibus.

10 Igitur egressi præfecti operum & exactores, ad populum dixerunt, Sic dicit Pharao, Non do vobis paleas.

11 Ite, & colligite sicubi inuenire poteritis: nec minuetur quicquam de opere vestro.

12 Dispersusque est populus in[a] omnem Terram Ægypti ad colligendas paleas.

13 Præfecti quoque operum instabant, dicentes, Complete opus vestrum quotidie, vt prius facere solebatis quando dabantur vobis paleæ.

14 Flagellatique sunt qui præerant operibus filiorum Israel, ab exactoribus Pharaonis, dicentibus, Quare non impleístis mensuram laterum sicut prius, nec heri nec hodie?

15 Veneruntque præpositi filiorum Israel, & vociferati sunt ad Pharaonem dicentes, Cur ita agis contra seruos tuos?

16 Paleæ non dantur nobis, & lateres similiter imperantur: en famuli tui flagellis cæduntur, & iniustè agitur contra populum tuum. Qui ait,

17 Vacatis otio, & idcirco dicitis, Eamus, & sacrificemus Domino.

18 Ite ergo, & operamini: paleæ non dabuntur vobis, & reddetis consuetum numerum laterum.

19 Videbantque se præpositi filiorum Israel[b] in malum, eo quod diceretur eis, Non minuetur quicquam operis de lateribus per singulos dies.

20 Occurreruntque Moysi & Aaron, qui stabant ex aduerso, egredientes a Pharaone: & dixerunt ad eos.

21 Videat Dominus & iudicet, quoniam fœtere

A *Moyses & Aaron aggrediuntur Pharaonē.*

Renuit Pharao dimittere populum Israel.

B *Populum Dei laboribus opprimi iubet Pharao.*

C [a] *per*

Vociferantur ad Pharaonem præpositi Israel.

D

[b] *in malo.*

Incusantur à populo Moyses & Aaron.

CAP. V. 1 vel, vt diebus festis mihi sacrificent. 2 vel, cuius voci pareám. 3 vel, occurrit nobis: eamus quæso viā &c. i. apparuit nobis: quæso liceat nobis per te ire viā trium dierum &c. 4 ET, pro VT positum: vt sacrificemus. 5 occurrat nobis (vel, irruat in nos) cum pestilentia aut gladio, i. interficiat peste aut bello. 6 vel, cessare facitis. 7 ideo. cessare facitis eos ab operibus suis i. sic vestra multitudine, intermittitis op⁹ & cogitatis de rebellando. 8 Hebr. pro, sicut antea, vel prius. 9 Summam tamen laterum quam heri & nudiustertius faciebant, imponite illis, nec minuatis quicquam ex ea. 10 ..., & ... in eo opere, ... verbis ..., id est, Mosi, & Aaronis ... 11 Heb non do, pro, Non daturus sum vobis posthac &c. 12 non enim imminuetur, vel, nec propterea minuetur &c. 13 Heb. rem diei in die suo i. pensum diurnum ... reddatis illud tempore suo, quemadmodum faciebatis quum dabatur vobis palea. 14 pensum vestrum in lateribus conficiendis, sicut heri & nudiustertius &c. i. ... Quando mandatum regium.

15 peccabit populus tuus. Futurum pro præsenti, id est, peccati reus indicatur. Vel, punitur perinde quasi peccarit in regiam maiestatem, decreto... 16 vel, Remissi, remissi estis. Vel Cessatis, cessatis. 17 Heb. Eamus & sacrificemus, id est, Liceat nobis ire, & sacrificare. 18 i. sensum mala agi. 19 Heb. de re diei in die suo. i. de penso diurno, quin illud reddatis tempore suo. 20 ex aduerso eorum. 21 q.d. Deus cognita causa iudicet de vobis. 22 i. abominabiles reddidistis nos.

tere fecistis odorem nostrum coram Pharaone seruis eius, & præbuistis ei gladium vt occideret nos.

Conqueritur Deo Moyses.

22 Reuersúsque est Moyses ad Dominum, & ait, Domine cur afflixisti populum istum? quare misisti me?

23 Ex eo enim quo ingressus sum ad Pharaoně vt loquerer[a] ex[b] nomine tuo, afflixit populum tuũ: & non liberasti eos.

[b] in

24 Dixit Dominus ad Mosen, Nunc videbis quę facturus sum Pharaoni: per manum enim fortem dimittet eos, & in manu robusta eiciet illos de terra sua.

CAPVT VI.

A

Reminiscitur Deus promissionum suarũ.

1 Locutúsq; est Dominus ad Moysen, dicens, Ego Dominus.

2 Qui apparui Abraham, Isaac & Iacob in Deo omnipotente: & nomen meum ADONAI non indicaui eis.

3 Pepigiq; fœdus cum eis, vt darem eis Terram Chanáan, terram peregrinationis eorũ, in qua fuerunt aduenæ.

Promittit De[us] liberationem, & terram Chanaam.

4 Ego audiui gemitum filiorum Israel quo Ægyptii oppresserunt eos: & recordatus sum pacti mei.

5 Ideo dic filiis Israel, Ego Dominus qui educam vos de ergastulo Ægyptiorum, & eruam de seruitute: ac redimam in brachio excelso & iudiciis magnis.

6 Et assumam vos mihi in populum, & ero vester Deus: & scietis quod ego sum Dominus Deus

B

vester qui eduxerim vos de ergastulo Ægyptiorũ:

7 Et induxerim vos in terram, super quam leuaui manum meam vt darem eam Abraham, Isaac & Iacob: dabóque illam possidendam vobis. ego Dominus.

Non acquiescunt filii Israel monitis Moysi.

8 Narrauit ergo Moyses omnia filiis Israel: qui non acquieuerunt ei propter angustiam spiritus, & opus durissimum.

9 Locutusq; est Dominus ad Moysen, dicens,

Mittitur Moyses & Aaron ad Pharaoně.

10 Ingredere, & loquere ad Pharaonem regem Ægypti vt dimittat filios Israel de terra sua.

11 Respondit Moyses coram Domino, Ecce filii Israel non audiunt me: & quomodo audiet Pharao, præsertim cum incircumcisus sim labiis?

12 Locutusque est Dominus ad Moysen & Aaron: & dedit mandatum ad filios Israel, & ad Pharaonem regem Ægypti, vt educerent filios suos Israel de Terra-Ægypti.

C

Ruben. Genes.46.b Num.26.a. 1.Par.5.a.

13 Isti sunt principes domorum per familias suas. Filii Ruben primogeniti Israelis: Henoch & Phallu, Hesron & Charmi. hæ cognationes Ruben.

Simeon. 1.Paral.4.d.

14 Filii Simeon: Iamuel & Iamin & Iamin & Ahod, & Iachin, & Sohar, & Saul filius Chananitidis. hæ progenies Simeon.

[a] Leui. 1.Par.6.a & 23.a Num.3.e. Num.26.g. 1.Par.6.a.23.b.

15 Et hæc nomina filiorum Leui per cognationes suas: Gerson & Caath & Merari. Anni autem vitæ Leui fuerunt centum triginta septem.

16 Filii Gerson: Lobni & Semei, per cognationes suas.

17 Filii Caath: Amram, & Isaar, & Hebron, & Oziel: anni quoq; vitæ Caath, centum triginta tres.

[b] annique.

18 Filii Merari: Moholi & Musi. hæ cognationes Leui per familias suas.

19 Accepit autem Amram vxorem Iochabed patruelem suam: quæ peperit ei Aaron & Moysen & Mariam. Fueruntq; anni vitæ Amram, centum triginta septem.

Amram pater Moysi & Aaron.

20 Filii quoq; Isaar: Core, & Nepheg, & Zechri.

terre fecistis odorem nostrum coram Pharaonem, & coram seruis eius, dando scilicet gladium in manum eorum, vt nos interficiat.

22 Reuersus est itaq; Moses ad Dominum, & ait, Domine, quare[21] tam inique agis cum populo?[1] cur nam misisti me?

23 Ex eo enim tempore, quo veni ad Pharaonem vt loquerer tuo nomine, afflixit populum istum, nec tu populum tuum liberasti.

24 Et dixit Dominus ad Mosen, Iam videbis quæ facturus sim Pharaoni: quoniam[24] per manum validam[1] dimittet eos per manum robustam è terra sua eiiciet.

1 Et loquutus est Deus ad Mosen, & dixit ad eum,[1] Ego Dominus:

2 [2] Et apparui Abrahæ, Isaac & Iacob[3] in Deo Schaddai, & in nomine meo IEHOVA non sum eis notus factus.

3 [4] Erexi quoq; fœdus meum cum eis vt darem eis terram Chanaan, terram in qua peregrini ipsi fuerunt, & in qua incolæ fuerunt.

4 Audiui quoque clamorem filiorum Israel, quos Ægyptii seruitute premunt, & recordatus sum fœderis mei,

5 Dic ergo filiis Israel, Ego Dominus,[5] & educam vos de oneribus Ægypti:[1] & eruam vos de seruitute eorum, &[6] asseram vos brachio exerto,[1] &[7] iudiciis magnis.[1]

6 Assumam quoq; vos mihi in populum, eroq; Deus vester, & scietis quod ego Dominus Deus vester, qui educo vos de oneribus Ægypti.

7 Introducam quoque vos ad terram[8] pro qua leuaui manum meam vt darem eam Abrahæ,[1] Isaac & Iacob, daboq; vobis eam, vt eam possideatis, ego Dominus.

8 Moses ergo in hunc modum loquutus est cum filiis Israel, Verum ipsi non audierunt Mosen præ angore spiritus, & propter seruitutem grauissimam.

9 Et loquutus est Dominus ad Mosen, dicens,

10 Ingredere, & loquere ad Pharaonem regem Ægypti vt dimittat filios Israel è terra sua.

11 Et loquutus est Moses coram Domino, dicens, Ecce filii Israel non audiunt me, quomodo ergo Pharao me audiret,[9] qui sum incircumcisus labiis?

12 Et loquutus est Dominus ad Mosen & Aharonem, & mandatum dedit eis ad filios Israel, & ad Pharaonem regem Ægypti, vt filios Israel de terra Ægypti educerent.

13 Hæc sunt capita domus patrum suorum. filii Ruben primogeniti Israelis: Henoch, Palu, Hetzron & Charmi hæ familiæ Ruben.

14 Et filii Simeonis: Iemuel, Iamin, Ohad, Iachin, Zohar & Saul filius[10] Chananitidis.[1] hæ familiæ Simeon.

15 Et hæc sunt nomina filiorum Leui[11] ad generationes suas: Gerson, Kahat, & Merari. Anni autem vitæ Leui centum anni, & triginta septem.

16 [12] Filii Gerson: Libni & Simehi per familias suas.[1]

17 Et filii Kahath: Amram, Iitzhar, Hebron & Vzziel. Anni autem vitæ Kahath, centum & triginta tres.

18 Et filii Merari: Mahali & Musi.[13] hæ familiæ Leui per generationes suas.[1]

19 Et Amram duxit sibi vxorem Iochebed[14] amitam suam [maiorem][1] quæ peperit ei Aharonem & Mosen. Et anni vitæ Amram centum & triginta septem anni.

20 Filii Iitzhar: Korah, Nepheg, & Zichri.

21 i. affligis populum istum?

24 i. coactus plaga magna & ingentibus.

CAP. VI.

1 Ego sum IEHOVA.

Nomen Dei est ab eo dictũ quod illis esse facit quod promisit, id est quia opere complet quod promisit. יהוה enim deducit a radice היה, quæ significat fuit. vnde IEHOVA significat eum qui est, & aliud esse facit. q.d. Ego sum verax, qui opere complebo quod pollicitus sum Abrahæ, &c.

2 Aut, apparui autem. vel, visus autem sum.

3 in Deo omnipotente, at in nomine meo IEHOVA non fui notus illis, i. omnipotentem me esse illis declaraui, & mihi abunde esse diuitiarũ vt illos diuites redderem: at in nomine meo IEHOVA non fui notus illis, i. Verum opere non compleui quod illis sum pollicitus. Hoc est promittẽtem quidem me illis Terrã-Chananæorum audierunt & crediderunt, sed opere promissa complentem nõ viderunt quemadmodum tu visurus es. Tibi igitur in nomine meo IEHOVA cognitus ero, id est, videbis me id facere quod non ... neque tamen ... pollicitus.

4 i. Interposito iureiurando promisi me daturum illis terram, &c.

5 educam enim vos de sub oneribus Ægyptiorũ, quæ imposuerunt vobis Ægyptij.

6 vel, redimam vos in brachio extento. i. magna vi, vel, tanquam percutiens A... extento brachio à cęlo ad terram.

7 i. signis quæ faciam ante eos. Vel, supplicium grauissimum sumendo de illis.

8 i. quam sibi à manu sumptum daturum Abrahæ, &c. Hebraismus. 9 i. qui sum linguæ impeditioris: Hebraismus. 10 i. quam sustulit ex Chananitide. 11 secundum suas generationes. 12 i. A Gersone geniti duxerunt Lobni & Semei, vna cum familiis. 13 i. hi sunt qui genus suum ducunt a Leui, vnàcum illis quos & ipsa generarunt. 14 sororem patris sui. Vel vt alii volunt, filiam fratris patris.

21 Et filii Vziel: Misael, & Elzaphan, & Sithri.
22 Et Aharon duxit sibi uxorem Elisaba filiam A-
minadab sororem Nahasson, qua peperit ei Nadab, A-
bihu, Elazar, & Ithamar.
23 Filii verò Korah: Asir, Elcana, & Abiasaph. hæ
familiæ Koritarum.
24 Porrò Eleazar filius Aharonis duxit sibi uxorem
de filiabus Puthiel, quæ peperit ei Pinhas. [11] & hæc sunt
capita patrum Levitarum iuxta familias suas.
25 Hic est Aharon & Moses, ad quos dixit Domi-
nus: Educite filios Israel è terra Ægypti secundum exer-
citus suos.
26 Ipsi sunt qui loquebantur ad Pharaonem regem
Ægypti, ut educerent filios Israel ex Ægypto. is est Mo-
ses & Aharon.
27 [12] Factum que est in die quo loquutus est Dominus
ad Mosen in terra Ægypti,
28 Loquebatur ad Mosen in hunc modum, Ego Do-
minus, loquere ad Pharaonem regē Ægypti omnia quæ
ego loquor ad te.
29 Et dixit Moses coram Domino. En ego [13] incir-
cumcisus sum labiis, & quomodo audiet me Pharao?

25 Id est, isti sunt qui principē locum tenuerunt inter patres Levitarum, una cum familiis suis.

26 Genus dicendi Hebraicū, pro, Accidit autē, quo die locutus est Dominus ad Mosen in terra Ægypti, ut diceret ad eum, Ego &c.

27. i. impeditæ linguæ rudis in loquendo, & ineptus.

21 Filii quoq; Oziel: Misael, & Elisaphā & Sethri.
22 Accepit autem Aaron uxorem Elizabeth fili-
am Aminadab, sororem Nahason, quæ peperit ei
Nadab, & Abiu, & Eleazar, & Ithamar.
23 Filii quoq; Core: Aser, & Elcana, & Abiasaph.
hæ sunt cognationes Coritarum.
24 At verò Eleazar filius Aaron accepit uxorem
de filiabus Phutiel: quæ peperit ei Phinees. hi sunt
principes familiarū Leviticarū p cognationes suas.
25 Iste est Aaron & Moyses quibus præcepit Do-
minus ut educerent filios Israel de Terra Ægypti
per turmas suas.
26 Hi sunt qui loquuntur ad Pharaonem regem
Ægypti, ut educat filios Israel de Ægypto: iste est
Moyses ad Aaron,
27 In die qua locutus est Dominus ad Moysen
in Terra Ægypti,
28 Et locutus est Dominus ad Moysen, dicens,
Ego Dominus: loquere ad Pharaonem regem Æ-
gypti, omnia quæ loquor tibi.
29 Et ait Moyses coram Domino, En incircumci-
sus labiis sum, quomodo audiet me Pharao?

Aaron pater Nadab & Abiu. D
Num. 3. a.
Eleazar pater Phinees.
Præcipitur Moysi, loqui Pharaoni.

CAPVT VII.

CAP. VII. 1 Id est, vice Dei Pharaoni. Hoc est, dices nomine meo & verbis meis Pharaoni, quid ego velim. Chaldæus paraphr. vertit, Posui te in principem Pharaoni.
2. i. interpres verborum tuorum. Verbis sequentibus seipsum declarat, cum dicit, Loquetur ad Pharaonem.
3 sub ipsi Aaroni.
4 & dimittet. q. d. etiam invitus dimittet, sive cupiet illos discedere, qui nunc non vult illos abire.
5 propterea ponā manum meā super Ægyptum. i. percutiam Ægyptum.
6 vel, per indicia maxima. i. puniendo maxime Ægyptios. Hebraismus.
7 Hæc verba more Hebraico redundant. Satis enim erat, Fecit Moses & Aaron sicut præceperat illis Dominus.
8 Date pro vobis prodigiū, quo scilicet confirmetis dicta vestra.
9 & fiet serpens.
10 studiosi & experti: quod significat sapientes: nempe incantatores.

1 ET dixit Dominus ad Mosen, Ecce constitui te [1] De-
um Pharaoni: eritq; Aharon frater tuus [2] Propheta
tuus.
2 Tu [3] loqueris omnia quæ ego tibi mandavero, Aha-
ron autem frater tuus loquetur ad Pharaonem, [4] ut di-
mittet filios Israel è terra sua.
3 Et ego indurabo cor Pharaonis, & signa mea atq;
portenta mea multa faciam in terra Ægypti,
4 Et non audiet vos Pharao, [5] & extentam manum
meam super Ægyptum, & educam exercitus meos (nē-
pe) populum meum filios Israel è terra Ægypti [6] in iudi-
ciis magnis.
5 Et scient Ægyptii quòd ego sum Dominus, quum
extendero manum meam super Ægyptum, & eduxero
filios Israel de medio eorum.
6 Fecit itaq; Moses & Aharon quemadmodum præ-
ceperat eis Dominus, [7] sic inquam fecerunt.
7 Erat autem Moses natus octoginta annos, & Aha-
ron natus annos octoginta tres, quum loquerētur ad Pha-
raonem.
8 Et dixit Dominus ad Mosen & Aharon in hunc
modum. Si locutus fuerit ad vos Pharao hisce ver-
bis:
9 [8] Ostendite portentum: dices ad Aharonem, Tolle
baculum tuum, & abiice coram Pharaone, [9] ut fiat ser-
pens.
10 Venit itaque Moses & Aharon ad Pharaonē &
fecerunt ita, sicut iusserat Dominus: abiecitq; Aharon
baculum suum coram Pharaone & coram servis eius, &
factus est coluber.
11 Vocavit autem Pharao etiam sapientes [10] & incā-
tatores, & fecerunt quoq; sic ipsi magi Ægypti incanta-
tionibus suis.
12 Proiecerunt nempe singuli suas virgas, & facta
sunt dracones: at baculus Aaronis devoravit virgas illo-
rum.
13 Et induruit cor Pharaonis, & non audiebat eos,
quemadmodum locutus fuerat Dominus.
14 Et dixit Dominus ad Mosen, Ingravatum est
cor Pharaonis, renuit dimittere populum.
15 Vade ad Pharaonem diluculo, ecce egreditur ad
aquas, & stabis in ripa fluminis obviam ei, tollesque
baculum qui est in colubrum versus, in manum tu-
am.
16 Et dices ad eum, Dominus Deus Hebræorum misit
me ad te his verbis mandatum, Dimitte ad populum meum, ut
serviant mihi in deserto, & ecce hactenus audire no-
luisti.

1 DIxitque Dominus ad Moysen, Ecce constitui
te Deum Pharaonis: & Aaron frater tuus erit
propheta tuus.
2 Tu loqueris ei omnia quæ mando tibi: & ille
loquetur ad Pharaonem, ut dimittat filios Israel de
terra sua.
3 Sed ego indurabo cor eius, multiplicabo signa
& ostenta mea in Terra Ægypti.
4 Et non audiet vos: immittāmq; manum me-
am super Ægyptum, & educam exercitum & popu-
lum meum, filios Israel de Terra Ægypti, per iudi-
cia maxima.
5 Et scient Ægyptii quia ego sum Dominus qui
extenderim manum meam super Ægyptum, & e-
duxerim filios Israel de medio eorum.
6 Fecit itaq; Moyses & Aaron sicut præceperat
Dominus: ita egerunt.
7 Erat autē Moyses octoginta annorum: ad Aa-
ron octoginta triū, quando locuti sunt ad Pharao-
nem.
8 Dixitq; Dominus ad Moysen & Aaron, Cum
dixerit vobis Pharao,
9 Ostendite signa: dices ad Aharon, Tolle vir-
gam tuam, & proiice eam coram Pharaone, ac ver-
tatur in colubrum.
10 Ingressi itaq; Moyses & Aaron ad Pharaonē,
fecerunt sicut præceperat Dominus. Tulitq; Aaron
virgam coram Pharaonem & servis eius, quæ ver-
sa est in colubrum.
11 Vocavit autem Pharao sapientes ad malefi-
cos: & fecerunt etiam ipsi per incantationes Ægy-
ptiacas & arcana quædam similiter.
12 Proiecerúntq; singuli virgas suas, quæ versæ
sunt in dracones: sed devoravit virga Aaron virgas
eorum.
13 Induratúmq; est cor Pharaonis, & non au-
divit eos, sicut præceperat Dominus.
14 Dixit autem Dominus ad Moysen, Ingra-
vatum est cor Pharaonis, & non vult dimittere
populum.
15 Vade ad eum mane: ecce, egreditur ad aquas:
& stabis in occursum eius super ripam fluminis, &
virgam quæ conversa est in draconem, tolles in
manu tua.
16 Dicésque ad eum, Dominus Deus Hebræo-
rum misit me ad te, dicens, Dimitte populum me-
um ut sacrificet mihi in deserto: & usq; ad præsens
audire noluisti.

A
Sup. 4. d.
Moyses cum Aarone mittitur ad Pharaonem.
Signa facit Deus, ut cognoscatur solus potens.
B
Virga Moysi vertitur in colubrum.
Magi idem faciunt.
2. Tim. 3. b.
C

17 Hæc igitur dicit Dominus, In hoc ſcies quod ſim Dominus: ecce percutiam virga quæ in manu mea eſt, aquam fluminis, & vertetur in ſanguinem.

18 Piſces quoque qui ſunt in fluuio morientur, & computreſcent aquæ, & affligentur Ægyptij bibentes aquam fluminis.

Plaga Ægypti.
I D
19 Dixit quoque Dominus ad Moyſen, Dic ad Aaron, Tolle virgam tuam, & extende manum tuã ſuper aquas Ægypti, & ſuper fluuios eorum, & riuos ac paludes, & omnes lacus aquarum, vt vertantur in ſanguinem: & ſit cruor in omni Terra Ægypti, tam in ligneis vaſis quam in ſaxeis.

** ita*
Aqua in ſanguinem verſa. Pſal. 77. c
20 Feceruntque * Moyſes & Aaron ſicut præceperat Dominus: ǁ & eleuans virgam percuſſit aquam fluminis coram Pharaone & ſeruis eius: quæ verſa eſt in ſanguinem.

21 Et piſces qui erant in flumine, mortui ſunt: computruitque fluuius, & non poterant Ægyptij bibere aquam fluminis. & fuit ſanguis in tota Terra Ægypti.

Magi idem faciunt. Sap. 17. b
22 Feceruntque ſimiliter malefici Ægyptiorum incantationibus ſuis. & induratum eſt cor Pharaonis, nec audiuit eos, ſicut præceperat Dominus.

23 Auertitque ſe, & ingreſſus eſt domum ſuam, nec appoſuit cor etiam hac vice.

** de aqua*
24 Foderunt autem omnes Ægyptij per circuitum fluminis aquam vt biberent: non enim poterant bibere * aquam * fluminis.

25 Impletique ſunt ſeptem dies, poſtquam percuſſit Dominus fluuium.

17 Sic ergo dixit Dominus, in hoc cognoſces quod ego Dominus, en ego percutiam baculo quem manu geſto ſuper aquas quæ eſt in flumine. & vertetur in ſanguinem.

18 Piſces verò qui ſunt in flumino morientur, & computreſcet flumen, [11] & delaſſabuntur Ægyptij, [vt non poſſint] bibere aquas de flumine.

19 Et dixit Dominus ad Moſen, Dic ad Aharonem, Tolle baculum tuum, & extende manũ tuam ſuper aquas Ægypti, ſuper flumina eorum ſuper riuos eorum, & ſuper cunctas collectiones aquarum quas habent, vt ſiant ſanguis, ſitq; ſanguis per totam regionem Ægypti, tam in ligneis quam lapideis [vaſis.]

20 Moſes & Aharon fecerunt, quemadmodum mandârat Dominus: & leuato baculo percuſſit aquas quæ erant [12] in riuo coram oculis Pharaonis, & coram oculis ſeruorum eius: verſæque ſunt omnes aquæ quæ erant [12] in riuo in ſanguinem.

21 Piſces quoque qui erant in riuo, mortui ſunt, & computruit riuus, vt non potuerint Ægyptij bibere de de riuo: fuitque ſanguis per totam terram Ægypti.

22 Et fecerunt quoque ſic incantatores Ægypti ſuſurrationibus ſuis: & induruit cor Pharaonis, [13] vt no audiret eos, quemadmodum locutus fuerat Dominus.

23 Reuerſus Pharao, rediit in domum ſuam, [14] nec corde ſuo hoc expendit.

24 Foderunt autem omnes Ægyptij circum flumen aquas, vt biberent: quoniam non poterant bibere de aqua [15] riui.

25 [16] Exacti ſunt ſeptem dies poſtquam percuſſit Dominus riuum.

11 Heb. laborabuntq; Ægyptij vt bibant aquam fluminis. i. non poterũt Ægyptij bibere aquã fluminis. Vel, ægre bibent. Aut abhorrebunt à potu aquæ fluuij. Paulo poſt ipſum declarat.

12 in flumine

13 neque credidit illis,

14 nec appoſuit cor ſuum ad hoc i. nec in ... eum tantum ... ſine, nõ adiecit animum ad tam magnũ miraculum. Vel, non curauit.

15 fluminis.

16 ... hebdomadam ... Hebraiſmus.

CAPVT VIII.

A
[1] Dixit quoque Dominus ad Moyſen, Ingredere ad Pharaonem, & dices ad eum, Hęc dicit Dominus. Dimitte populum meum, vt ſacrificet mihi.

II
Ranæ
*2 Si autem nolueris dimittere, ecce ego percutiam omnes terminos tuos ranis.

3 Et ebulliet fluuius ranas: quæ aſcendent, & ingredientur domum tuam, & cubiculum lectuli tui, & ſuper ſtratum tuum, & in domos ſeruorum tuorum, & in populum tuum, & in furnos tuos, & in reliquias ciborum tuorum:

4 Et ad te & populum tuum, & ad omnes ſeruos tuos intrabunt ranæ.

B
5 Dixitq; Dominus ad Moyſen, Dic ad Aarõ, Extende manum tuam ſuper fluuios, ac ſuper riuos & paludes, & educ ranas ſuper Terram Ægypti.

6 Et extendit Aaron manum ſuper aquas Ægypti, & aſcenderũt ranæ, operueruntq; Terrã Ægypti.

Sap. 17. b
7 Fecerunt autem & malefici per incantationes ſuas ſimiliter: eduxeruntque ranas ſuper Terram Ægypti.

Rogat Pharao Moyſen vt pro ipſo oret.
8 Vocauit autem Pharao Moyſen & Aaron, & dixit eis, Orate Dominum vt auferat ranas à me & à populo meo: & dimittam populum vt ſacrificet Domino.

9 Dixitque Moyſes ad Pharaonem, Conſtitue mihi quando deprecer pro te & pro ſeruis tuis, & pro populo tuo, vt abigantur ranæ à te & à domo
C
tua, & à ſeruis tuis, & à populo tuo: & tantum in flumine remaneant.

10 Qui reſpondit, Cras. At ille, Iuxta, inquit, verbum tuum faciam: vt ſcias quoniam non eſt ſicut Dominus Deus noſter.

11 Et recedent ranæ à te & à domo tua, & à ſeruis tuis, & à populo tuo, & tantum in flumine remanebunt.

Orat Moyſes pro Pharaone.
12 Egreſſique ſunt Moyſes & Aaron à Pharaone: & clamauit Moyſes ad Dominum pro ſponſione ranarum, quam condixerat Pharaoni.

13 Fecitque Dominus iuxta verbum Moyſi: &

[1] Dixit autem Dominus ad Moſen, Ingredere ad Pharaonem, & dic ad eum, Sic dicit Dominus, Dimitte populum meum, vt ſeruiant mihi.

2 Quòd ſi tu dimittere renueris, en ego percutiam omnes terminos tuos ranis:

3 Et ebulliet fluuius ranas, quæ aſcendent, & venient in domum tuam, & in conclaue cubilis tui, & ſuper ſtratum tuum, & in domum ſeruorum tuorum, & in populum tuum, in furnos tuos, & [1] in farinam tuam aquis conſperſam.

4 Sed & in te atque in populum tuum, & in omnes ſeruos tuos [2] aſcendent ranæ.

5 Et dixit Dominus ad Moſen, Dic ad Aharonem, Extende manum tuam cum baculo tuo ſuper fluuios, riuos ac ſtagna, vt adducas ranas ſuper terram Ægypti.

6 Et extendit Aharon manum ſuam ſuper aquas Ægypti, & aſcenderunt ranæ, & operuerunt terram Ægypti.

7 Et fecerunt quoque ſic magi incantationibus ſuis, & adduxerunt ranas ſuper terram Ægypti.

8 Et vocauit Pharao Moſen & Aharonem, ait, Orate ad Dominum vt auferat ranas à me à populo meo, & dimittam populum vt ſacrificent Domino.

9 Et dixit Moſes ad Pharaonem. [3] Gloriare de me, quando orabo pro te, pro ſeruis tuis, & pro populo tuo, vt exterminentur ranæ à te, & à domibus tuis, & dumtaxat in flumine ſuperſint.

10 Qui ait, Cràs. Et ille dixit, Iuxta verbum tuum [fiat,] vt cognoſcas quod non eſt ſicut Dominus Deus noſter.

11 Recedent itaque ranæ à te, & à domibus tuis, à ſeruis tuis, & à populo tuo, dumtaxat in flumine [4] reliquæ erunt.

12 Et exiuit Moſes & Aharon à Pharaone, & clamauit Moſes ad Dominum [5] propter ranas quas poſuerat Pharaoni.

13 Et fecit Dominus [6] iuxta verbum Moſis, & mortuæ

CAP. VIII.

1 in panariis tuis. Vox Hebræa MISAROTH ſignificat locum in quo ſubigitur maſſa ad conficiendum panem.

2 i. adorientur & inuadent te, ranæ.

3 te. i. Hoc honoris tibi ſume, vt deſignes mihi tempus, in quo orem pro te. aut Hoc tibi tribuo vt præfigas mihi tempus quando orem pro te. Aliis hoc ſenſum eſſe volunt, Tu: gloriari poteris, atque bono eſſe animo, quia me orante ... ranæ. Hanc ipſam de tam magna ... habere non potes.

4 remanebunt

5 Heb. ſuper ... ranarum quod propoſuerat Pharaoni, ... ranas ... Pharaoni.

6 i. fecit quod petebat Moſes. Hebraiſmus.

7 vel, illis.
8 repleta fuit fœtore.
9 Vox Hebræa CHINNIM, significat genera quædam exiguarum bestiolarum, quæ infensissimæ esse solent, non solum lædentes cutē, pruritū noxium immittētes sed etiā penetrātes ad interna, vt nares quoque & aures ingrediantur, & oculos lædant. Quidam dicunt significare vermiculos alatos similes culicibus. Veteres tamen Hebræi dicunt significare pediculos.
10. i. Hoc fit virtute diuina, non arte magica.
11 misturam (siue turbam) ferarum noxiarum. Vox Hebræa AAROB, significat misturam collectam ex variis & multis speciebus bestiolarum seu insectorum. Alii intelligūt etiam serpentes & scorpiones, atq; alia venenata animalia. Nonnulli dicunt fuisse incursionem leonum, pardorum, luporū, serpētū, & similium noxiarum bestiarū.
12 vel, miscellanea ferarum noxiarum.
13 nullæ sint turbæ ferarū noxiarum.
14 i. vt scias à me hoc fieri in punitionē peccati tui.
15. i. liberabo: hoc est, faciam vt populus tuus lædatur a feris noxiis, & populus meus nō lædatur.
16. i. prædico tibi hæc futura die crastino.
17 venit turba maxima ferarum noxiarum,
18 propter multitudinem ferarū illarum noxiarū.
19 Vocat Scriptura Deos Gentium, abominationes. Colebant autem Ægyptii arietē, quem cultu abhorrebant Iudæi. Propterea non audebāt coram Ægyptiis sacrificare Deo arietes, ne occiderentur. Chaldæus paraphr. vertit, Quoniam iumenta Ægyptiorum sunt dii illorū, quæ ipsi timent. & ex illis sacrificabimus coram Domino Deo nostro.

quæ sunt ranæ de domibus, de atriis, & de agris.

14 Et collegerunt eas aceruatim, & computruit terra.

15 Videns autem Pharao quod facta esset respiratio, aggrauit cor suum, & non audiuit eos, quemadmodum dixerat Dominus.

16 Et dixit Dominus ad Mosen, Dic ad Aharonem, Extende baculum tuum, & percute puluerem terræ, vt vertatur in pediculos per totam terram Ægypti.

17 Et fecerunt sic: & extendit Aharon manum suam cum baculo suo, percussitq; puluerem terræ, & redactus est in pediculos, tam in hominibus quàm in iumentis. Omnis puluis terræ versus in pediculos in tota terra Ægypti.

18 Et fecerunt quoque sic magi incantationibus suis vt producerent pediculos, sed non potuerunt: fuerunt itaq; pediculi in hominibus & in iumentis.

19 Dixerunt ergo magi ad Pharaonem, Digitus Dei hic est. & induruit cor Pharaonis, & non audiuit eos, quemadmodum locutus fuerat Dominus.

20 Dixit ergo Dominus ad Mosen, Consurge mane, & colloca te ante Pharaonem, en egredietur ad aquas, & dic ad eum, Sic dixit Dominus, Dimitte populum meum vt seruiant mihi.

21 Alioqui si non dimiseris populum meum, en ego mittam in te, in seruos tuos, in populum tuum, & in domos tuas varii generis insecta: & implebuntur domus Ægyptiorum varii generis insectis, deinde & terra ipsa in qua ipsi sunt.

22 Et separabo in die illa terram Gosen, in qua populus meus habitat, vt in ea nulla sint insecta: vt intelligas quod ego sum Dominus in medio terræ.

23 Et ponam redemptionem inter populum meum, & inter populum tuum: cras erit signum illud.

24 Fecitq; Dominus sic: & venerunt varii generis insecta, atq; ea grauia, in domum Pharaonis, & in domū seruorum eius, & in omnem terram Ægypti: & corrupta est terra ab insectis illis.

25 Et aduocauit Pharao Mosen atq; Aharonem, & ait, Ite, sacrificate Deo vestro in ipsa terra.

26 Et respondit Moses, Non conuenit vt ita faciamus: quoniam abominationem Ægyptiorum sacrificaremus Domino Deo nostro. En si abominationem Ægyptiorum sacrificaremus ipsis cernentibus, annon lapidibus nos obruerent?

27 Ibimus viam trium dierum in desertum, & sacrificabimus Domino Deo nostro, quemadmodum nobis dixit.

28 Et ait Pharao, Dimittam vos vt sacrificetis Domino Deo vestro in deserto, modo ne longius abeatis, oratéq; pro me.

29 Et dixit Moses, Ecce ego egrediens à te, rogabo ad Dominum vt recedant insecta hæc a Pharaone, a seruis eius, & à populo eius cras: modo Pharao vltra ne fallat, ac populum sacrificatum Domino non dimittat.

30 Et exiit Moses à Pharaone, & orauit ad Dominum.

31 Et fecit Dominus iuxta verbum Mosis, & abstulit insecta illa a Pharaone, à seruis eius, & a populo eius, vt ne vnum quidem ex eis superesset.

32 Et aggrauauit Pharao cor suum etiam tum, & non dimisit populum.

mortuæ sunt ranæ, de domibus, & de villis, & de agris. D

14 Congregaueruntque eas in immensos aggeres, & computruit Terra.

15 Videns autem Pharao quod data esset requies, ingrauauit cor suum, & non audiuit eos, sicut præceperat Dominus.

16 Dixit Dominus ad Mosen, Loquere ad Aaron, Extende virgam tuam, & percute puluerē Terræ: & sint cinipheѕ in vniuersa Terra Ægypti.

17 Feceruntq; ita: & extendit Aaron manum, virgam tenens: percussitq; puluerem terræ, & facti sunt cinipheѕ in hominibus & in iumentis, omnis puluis terræ versus est in cinipheѕ per totam Terram Ægypti. E

18 Feceruntq; similiter malefici incantationibus suis, vt educerēt cinipheѕ, & non potuerunt: erántque cinipheѕ tam in hominibus quàm in iumentis.

19 Et dixerunt malefici ad Pharaonem, Digitus Dei est hic. induratumq; est cor Pharaonis, & non audiuit eos sicut præceperat Dominus.

20 Dixit quoq; Dominus ad Mosen. Consurge diluculo, & sta coram Pharaone, egredietur enim ad aquas: & dices ad eum, Hæc dicit Dominus, Dimitte populum meum vt sacrificet mihi.

21 Quòd si non dimiseris eum, ecce ego immittam in te, & in seruos tuos, & in populum tuum, & in domos tuos omne genus muscarum, & implebuntur omnes domus Ægyptiorum muscis diuersi generis, & vniuersa terra in qua fuerint.

22 Faciamq; mirabilem in die illa Terram Gessen, in qua populus meus est, vt nō sint ibi muscæ: & scias quoniam ego Dominus in medio terræ. F

23 Ponámq; diuisionem inter populum meum, & populum tuum: cras erit signum istud.

24 Fecitq; Dominus ita: & venit musca grauissima in domos Pharaonis & seruorum eius, & in omnem Terram Ægypti: corruptaq; est Terra ab huiuscemodi muscis.

25 Vocauitq; Pharao Moysen & Aaron, & ait eis. Ite, & sacrificate Deo vestro in terra hac.

26 Et ait Moyses, Non potest ita fieri: abominationes enim Ægyptiorum immolabimus Domino Deo nostro? quod si mactauerimus ea quæ colunt Ægyptii coram eis, lapidibus nos obruent. G

27 Viam trium dierum pergemus in solitudinē: & sacrificabimus Domino Deo nostro, sicut præcepit nobis.

28 Dixitq; Pharao, Ego dimittam vos vt sacrificetis Domino Deo vestro in deserto: verumtamen longius ne abeatis, rogate pro me.

29 Et ait Moyses, Egressus a te, orabo Dominum: & recedet musca a Pharaone, & seruis suis, & a populo eius cras: verumtamen noli vltra fallere, vt nō dimittas populum sacrificare Domino.

30 Egressusq; Moyses à Pharaone, orauit Dominū.

31 Qui fecit iuxta verbum illius, & abstulit muscas a Pharaone, & a seruis eius, & a populo eius: nō superfuit ne vna quidem.

32 Et ingrauatum est cor Pharaonis, ita vt nec hac quidem vice dimitteret populum.

Induratur Pharao.

III. *Cinipheѕ siue pediculi in hominibus & iumentis.*

Digitus Dei pro potentia Dei.

IV. *Musca siue omne gen' ferarum & bestiarum noxiarū.*

Sap. 16. b.

Sup. 2. f.

Rogat Pharao Moysen, vt pro ipso oret.

Induratus Pharao.

CAPVT IX.

1 Dixit autē Dominus ad Mosen, Ingredere ad Pharaonem, & loquere ad eum, Sic ait Dominus Deus Hebræorum, Dimitte populum meum vt seruiant mihi.

2 Si vero renueris tu demittere, & adhuc retinueris eos,

3 Ecce manus Domini erit super pecora tua quæ

1 Dixit autem Dominus ad Mosen, Ingredere ad Pharaonem, & loquere ad eum, Hęc dicit Dominus Deus Hebręorum, Dimitte populum meum vt sacrificet mihi. A

2 Quod si adhuc renuis, & retines eos:

3 Ecce man' mea erit super agros & super equos

V. *Mors pecorum.*

illis sacrificabimus coram Domino Deo nostro. 20 vt recedat turba ferarum noxiarum. 21 vt sacrificet 22 .i. exaudiuit Dominus deprecationē Mosis. Hebraismus. 23 turbam ferarum noxiarum. CAP. IX. 3 .i. percutiam pecora, & alia animalia peste grauissima. Et est antappositio, manus mea, pestis grauis.

tuos.

& asinos,

& asinos, & camelos, & oues, & boues, pestis valde grauis.

4 Faciet Dominus mirabile inter possessiones Israel, & possessiones Ægyptiorum, vt nil omnino pereat ex his quæ pertinent ad filios Israel.

5 Constituitque Dominus tempus, dicens, Cras faciet Dominus verbum istud in terra.

B 6 Fecit ergo Dominus verbũ hoc altera die: mortuaque sunt omnia animantia Ægyptiorum: de animalib[9] verò filiorum Israel nihil omnino periit.

7 Et misit Pharao ad videndum, nec erat quicquam mortuum de his quę possidebat Israel. Ingrauatumque est cor Pharaonis, & non dimisit populum.

8 Et dixit Dominus ad Moysen & Aaron, Tollite plenas manus cineris de camino & spargat illum Moyses in cælum coram Pharaone.

Vesicæ vlcera. 9 Sitq; puluis super omnem Terram Ægypti: erunt enim in hominibus & iumentis vlcera, & vesicæ turgentes in vniuersa Terra Ægypti.

C 10 Tuleruntq; cinerem de camino, & steterunt coram Pharaone, & sparsit illum Moyses in cælũ: factaq; sunt vlcera vesicarum turgentium in hominibus & iumentis:

11 Nec poterant malefici stare coram Moyse propter vlcera quæ in illis erant, & in omni Terra Ægypti.

12 Indurauitq; Dominus cor Pharaonis: & non audiuit eos, sicut locutus est Dominus ad Moysen.

VII. *Grando.* 13 Dixitque Dominus ad Moysen, Mane consurge, & sta coram Pharaone, & dices ad eum. Hæc dicit Dominus Deus Hebræorum, Dimitte populum meum vt sacrificet mihi.

14 Quia in hac vice mittam omnes plagas meas super cor tuum, & super seruos tuos, & super populum tuum: vt scias quod non sit similis mei in omni terra.

D 15 Nunc enim extendens manum [a] percutiam te, & populum tuum peste, [b] peribitisq; de terra:

16 ¶ Idcirco autem posui te, vt ostendam in te fortitudinem meam, & narretur nomen meum in omni terra.

[a] *meam*
[b] *peribitisq.*
Hunc locum exponit Paulus ad Rom. 9. d.

17 Adhuc retinens populum meum: non vis dimittere eum?

18 En pluam cras hac ipsa hora grandiné multam nimis: qualis nõ fuit in Ægypto à die qua fundata est, vsque in præsens tempus.

19 Mitte ergo iam nunc, & congrega iumenta tua, & omnia quæ habes in agro: homines enim & iumenta, & vniuersa quæ inuenta fuerint foris, nec congregata de agris, cecideritque super ea grando, morientur.

E 20 Qui timuit verbum Domini de seruis Pharaonis, fecit confugere seruos suos, & iumenta in domos:

21 Qui autem neglexit sermonem Domini, dimisit seruos suos, & iumenta in agris.

22 Et dixit Dominus ad Moysen, Extende manum tuã in cælum, vt fiet grando in vniuersa Terra Ægypti super homines, & super iumenta, & super omnem herbam agri in Terra Ægypti.

Sap. 16 c. 19. b.

23 ¶ Extenditq; Moyses virgam in cælum, & Dominus dedit tonitrua, grandinem, ac discurrentia fulgura super terram: pluitq; Dominus grandinem super Terram Ægypti.

F 24 Et grando & ignis mista pariter ferebantur: tantæq; fuit magnitudinis, quanta & antè nunquam apparuit in vniuersa Terra Ægypti, ex quo gés illa condita est.

25 Et percussit grando in omni Terra Ægypti cũcta quæ fuerunt in agris, ab homine vsq; ad iumentum: cunctamque herbam agri percussit grando & omne lignum regionis confregit.

sunt in agro, in equis, in asinis, in camelis, in armentis & gregibus, pestilentia [erit] grauissima.

4 Et separabit Dominus inter pecora Israel, & inter pecora Ægypti, vt non moriatur ex omnibus quæ sunt filiorum Israel quid quam.

5 Et posuit Dominus certum tempus dicens, Cras faciet Dominus rem hanc in terra.

6 Fecit igitur Dominus postero die rem hanc, & mortuum est omne pecus Ægypti, at de pecore filiorum Israel ne vnum quidem mortuum est.

7 Et[2] misit Pharao, & ecce de pecore Israelis ne vnum quidem mortuum fuit: & ingrauatum est cor Pharaonis, vt non dimitteret populum.

8 Et ait Dominus ad Mosen & Aharonem, Accipite vobis volas vestras plenas [3] fauilla [3] fornacis calcariæ, & spargat eam Moses cælum versus coram Pharaone.

9 [4] Eritq; puluis [4] super vniuersam terram Ægypti, vt fiat in homine & iumento [5] apostema germinans vlcera in vniuersa terra Ægypti.

10 Et tulerunt fauillam de fornace calcaria, steteruntq; coram Pharaone, & sparsit eam Moses cælum versus: & facta sunt apostemata germinantia vlcera tam in hominibus quàm in iumentis.

11 Neq; magi poterant consistere coram Mose propter apostemata quoniam fuerunt apostemata in magis, & in omnibus Ægyptiis.

12 Et [6] retinuit Dominus cor Pharaonis, vt non audiret eos, quemadmodum locutus fuerat Dominus ad Mosen.

13 Et dixit Dominus ad Mosen, Surgito mane, & colloca te in conspectum Pharaonis, & dic ad eum, Sic dicit Dominus Deus Hebræorum, Dimitte populũ meum, vt seruiant mihi.

14 [7] Iam enim [7] ego mittam omnes plagas meas in cor tuum, & in seruos tuos, & in populum tuum: vt intelligas quòd non sit mei similis in vniuersa terra.

15 Iam enim extendi manum meam, vt percutiam te & populum tuum peste, & excindereris è terra.

16 [8] Equidem ob id te constitui, [8] vt ostenderem tibi potentiam meam, & vt enarraretur nomen meum in vniuersa terra.

17 Adhuc tu te [9] aggerem opponis populo meo, vt nõ dimittas eos?

18 Ecce ego depluam cras hoc ipso tempore grandinẽ grauissimam, qualis non fuit in Ægypto, ab eo die quo fundata est vsq; in præsens.

19 Mitte igitur & coge pecus tuum, & quicquid ruri habes: quidquid vel hominum vel iumentorum inuentum ruri fuerit, nec in domum collectum, super illos descendet grando & morientur.

20 Qui itaq; ex seruis Pharaonis verbum Domini metuit, curauit vt serui sui & pecus suum domum fugerent:

21 Qui vero cor suum ad verbum Domini non accommodauit, reliquit seruos suos & pecora sua in agro.

22 Et ait Dominus ad Mosen, Extende manum tuam versus cælum, vt sit grãdo in tota terra Ægypti super homines, super iumenta, & super vniuersam herbam agri in terra Ægypti.

23 Et extendit Moses baculum suum versus cælum, & Dominus edidit tonitrua & grandinem, discurritque ignis per terram, & depluit Dominus grandinem super terram Ægypti.

24 Et fuit grando, [10] & ignis se se recipiens intra grandinem, grauissima quidem, & qualis non fuerat per totam terram Ægypti, [11] ex eo tempore quo facta est gens.

25 Et percussit grando illa in vniuersa terra Ægypti, omne quod fuit in agro, tam homines quam iumenta, sed & omnem herbam agri percussit grando, & omnia ligna campi confregit.

2 Sub. nuncios.

3 Intelligit albã illam fauillam nondum plenè versam in cinerẽ, qua semimortui carbones teguntur.

4 Eritque in puluerem. Vel, Et vertetur in puluerem.

5 Vel, scabiem producens pustulas (vel, vesicas) turgentes.

6 Indurauit.

7 Quia vice hac

8 Vel, Et vtique ob id feci te stare. Vel, feci te manere, i. nolui te illico ob tuam impietatem exterminare. Vel, Idcirco feci te regem, vt &c.

9 eleuas contra populum meum non dimittendo eum?

10 vel, & fulgur mistum cũ grandine.

11 ex quo fuit in gentem. i. ex quo cœpit habitari.

26 *Duntaxat in terra Gesen, in qua erant filii Israel non fuit grando.*

27 *Mittens ergo Pharao, vocauit Mosen & Aharonem, dixitq; ad eos, Peccaui [13] etiam nunc. Dominus iustus est, ego vero & populus meus impii.*

28 *Orate Dominum, [13] & abunde sit, si non fuerint tonitrua Dei, & grando, dimittam vos, nec est quod vltra maneatis.*

29 *Et dixit Moses ad eum, Egrediens vrbem expandam manus meas ad Dominum, cessabuntq; tonitrua, & grando vltra non erit, vt scias quod Domini sit terra.*

30 [14] *Et scio quod priusquam tu & serui tui timeretis in conspectu Dei.*

31 *Et linum & hordeum percussa sunt: hordeum enim maturuerat, & linum in calamos iuerat.*

32 *Triticum vero & far non percussa sunt, eo quod [15] adhuc latuerant.*

33 *Egressus autem Moses à Pharaone ex vrbe, expandit manus suas ad Dominum, cessaruntq; tonitrua & grando, nec pluuia fusa est in terram.*

34 *Videns autẽ Pharao quod pluuia cessasset, & grando atq; tonitrua, perrexit peccare, & aggrauauit cor suum ipse & serui eius.*

35 [16] *Et obriguit cor Pharaonis, nec dimisit filios Israel, quemadmodum dixerat Dominus per Mosen.*

13 hac vice. 13 & sufficiat; (sub. illi) vt nõ sint tonitrua Dei & grando: & dimittam vos, nec vltra maneatis. [illegible] sufficiat illi tonitrua hæc ingentia & grandines misisse, [illegible] [illegible] vos, nec vltra maneatis in Ægypto. Chaldæus paraphr. vertit, Magnum coram me est interim, quod nõ sint super nos voces illæ execrandæ. Hoc loco Tonitrua Dei, pro magnis & vehementibus tonitruis ponitur: vt alio loco Cæli Dei, pro cælis altissimis.

16 Tantum in Terra-Gessen, vbi erant filii Israel, grando non cecidit.

27 Misitq; Pharao, & vocauit Moysen & Aaron dicẽs ad eos peccaui etiam nunc, Dominus iustus: & ego & populus meus impii.

28 Orate Dominum vt desinant tonitrua Dei, & grando: vt dimittam vos, & nequaquam hic vltra maneatis.

29 Ait Moyses, Cum egressus fuero de vrbe, extẽdam palmas meas ad Dominum, & cessabunt tonitrua, & grando non erit: vt scias quia Domini est terra.

30 Noui autem quòd & tu, & serui tui nec dum timeatis Dominum Deum.

31 Linum ergo & hordeũ læsum est, eo quod hordeũ esset virens, & linũ iam folliculos germinaret:

32 Triticum autem, & far non sunt læsa, quia serotina erant.

33 Egressusq; Moyses à Pharaone ex vrbe, tetẽdit manus ad Dominũ: & cessauerunt tonitrua & grãdo, nec vltrà stillauit pluuia super terram.

34 Videns autem Pharao quod cessasset pluuia & grando & tonitrua, auxit peccatum: & ingrauatum est cor eius, & seruorum illius,

35 Et induratum nimis: nec dimisit * Israel, sicut præceperat Dominus per manum Moysi.

Peccatum suũ agnoscit Pharao, rogátque Moysen vt oret pro ipso. G

Orante Moyse cessat grando.

* *filios.*

14 Heb. Tu verò & serui tui priusquam orẽ, quod timeatis à facie Domini Dei. Linũ itaque & hordeũ percussum est: quia hordeũ viride erat, & linum in calamo. Prioris verba deest altera pars: sic autem impletur, Noui quod vos, priusquam orem pro vobis, timeatis à facie Domini Dei: sed postquam orauero, non timebitis. q. d. Præsente plaga, timebitis: sed postquam discesserit, desinetis timere. Alii legunt, Ego autem scio quod tu & serui tui nõdum timeatis à facie Domini Dei. Alii, Noui enim quod tu & serui tui hactenus non humiliamini à facie Domini Dei. Prior interpretatio verior. 15 Heb. serotina erant. i. nondum assurrexerant in calamum, propterea non fuerunt læsa. 16 vel, roboratum est. CAPVT X. 1 in medio eius. i. vt in regno eius, eo spectante edam signa mea, in gloriam meam.

CAPVT X.

1 *ET dixit Dominus ad Mosen, Ingredere ad Pharaonẽ: nam ego aggrauaui cor eius, & cor seruorum eius, vt ponerem signa mea hæc [1] inter eos.*

2 [2] *Et vt narrares ante aures filii tui, & nepotis tui, quæ ego tentauerim in Ægypto, & signa mea quæ posui inter eos, & vt sciatis quòd ego Dominus.*

3 *Venit itaq; Moses & Aharon ad Pharaonem, & dixerunt ad eum, Sic dixit Dominus Deus Hebræorum. Quousq; [3] renuis humiliare te coram me? dimitte populum meum vt mihi seruiant:*

4 *Alioqui si tu non vis dimittere populum meum, ecce adducam cras locustam in fines tuos.*

5 *Et operient superficiem terræ, vt terra videri non possit: & comedent reliduum quod seruatum est, quod que relictum est vobis à grandine, comedent etiam omnem arborem germinantem vobis in agro.*

6 *Insuper domos tuas implebunt, & domos omnium seruorum tuorum, & domos omniũ Ægyptiorum, quales non viderunt patres tui aut aui tui, a die quo ipsi fuerũt super terram, vsq; in hunc diem. [4] Et respiciens exiuit à Pharaone.*

7 *Dixerunt vero serui Pharaonis ad eum? Quamdiu erit hoc nobis offendiculo? [5] dimitte homines illos vt Domino Deo suo seruiant: [6] visne prius experiri Ægyptum esse perditam?*

8 *Et [7] retracti sunt Moses atque Aharon ad Pharaonem, dixitq; ad eos, Ite & seruite Domino Deo vestro. [8] qui vero sunt qui ibunt?*

9 *Et dixit Moses, Cum pueris nostris, & cum senibus nostris ibimus, cum filiis nostris atque filiabus nostris, & cum gregibus & armentis nostris ibimus: quoniam dies festus Domini nobis est.*

10 *Et ait ad eos, [10] Ita sit, Dominus vobiscum quum dimittam vos & paruulos vestros: [11] videte annon malum moliamini.*

11 *Non sic: ite viri tantum, & seruiant Domino: nam & hoc vos ipsi petiistis. [12] Et eiecit eos à facie Pharaonis.*

12 *Ait ergo Dominus ad Mosen, Extende manum tuam*

1 Et narres in auribus filii tui. i. audiente, filio tuo & nepote tuo. Hic Moses sustinet personã totius Israelis. q. d. vt narrent Israelitæ filiis suis & nepotibus. 3 vel, renuis submittere te mihi. Vel, recusas deprimere te corã me. 4 vel, Et conuertit se, & egressus est [illegible] à Pharaone. 5 Vsquequo erit nobis [illegible] offendiculo? Vel, Vsquequo erit nobis iste in laqueum? Id est, Vsquequo istud quam fit ab istis, nobis damnosum erit? 6 [illegible] nunquam [illegible] [illegible] Ægyptum periturum, [illegible] te populum [illegible] [illegible], [illegible] Ægyptum [illegible] Chaldæus paraphrastes [illegible] 7 reuocati sunt. 8 vel, sed qui-nam sunt qui ituri sunt?

1 ET dixit Domin⁹ ad Moysen, Ingredere ad Pharaonem: ego enim indurauí cor eius, & seruorum illius: vt faciam signa mea hæc in eo.

2 Et narres in auribus filii tui, & nepotum tuorum, quoties contriuerim Ægyptios, & signa mea fecerim in eis: & vt sciatis quia ego Domin⁹ Deus.

3 Introierunt ergo Moyses & Aaron ad Pharaonem, & dixerunt ei, Hæc dicit Dominus Deus Hebræorum, Vsquequo non vis subiici mihi? dimitte populum meum, vt sacrificet mihi.

4 Sin autem resistis, & non vis dimittere eum: ecce ego inducam cras locustam in fines tuos:

5 Quæ operiet superficiem terræ, ne quicquam eius appareat, sed comedatur quod residuum fuerit grandini: corrodet enim omnia ligna quæ germinant in agris.

6 Et implebunt domos tuas, & seruorum tuorum, & omnium Ægyptiorum: quantam non viderunt patres tui, & aui, ex quo orti sunt super terram, vsq; in præsentem diem. Auertitque se, & egressus est à Pharaone.

7 Dixerunt autem serui Pharaonis ad eum, Vsquequo patiemur hoc scandalum? dimitte homines, vt sacrificent Domino Deo suo. nónne vides quód perierit Ægyptus?

8 Reuocaueruntq; Moysen & Aaron ad Pharaonem: qui dixit eis, Ite, sacrificate Domino Deo vestro: quinam sunt qui ituri sunt?

9 Ait Moyses, Cum paruulis nostris, & senioribus pergemus, cum filiis & filiabus, cum ouibus & armentis: est enim solennitas Domini Dei nostri.

10 Et respondit Pharao, Sic Dominus sit vobiscũ, quomodo ego dimittam vos, & paruulos vestros. Cui dubium est quod pessime cogitetis?

11 Non [a] fiat ita, sed ite tantum viri, & sacrificate Domino: hoc enim & ipsi petistis. Statimque eiecti sunt de conspectu Pharaonis.

12 Dixit autẽ Dominus ad Moysen. Extende ma-

A *Locusta.* *Indurat Pharaonem Deus.*

Moyses minatur Pharaoni locustas. Sapient. 16. b. B

C

[a] *fiet.*

D

9 [illegible] 10 Heb. Sit Dominus vobiscum vt dimittam vos & c. i. Vellem Dominum non maiori animo esse erga vos vt vos [illegible] sum vos dimissurus cum paruulis &c. 11 Heb. videte quod malum est contra faciem vestram. [illegible] malitia vestra quam cogitatis reuertetur in vos. Vel, videte quod malum est vobis [illegible] LXX. [illegible] potest videre, quod vos aliquid mali molimini. 12 Subaudi, exactor, & ille qui eiecit. Alii [illegible] expulit eos [illegible] Hebraismum, & antecedens pro relatiuo, expulit eos à se.

nu tuam

ascendat. num tuam super Terram Ægypti ad locustam, vt ascendat super terram, & deuoret omnem herbam quæ residua fuerit grandini.

13 Et extendit Moyses virgam super Terram Ægypti: & Dominus induxit ventum vrentem tota die illa, & nocte: & mane facto ventus vrens leuauit locustas.

14 Quæ ascenderunt super vniuersam Terram Ægypti: & sederunt in cunctis finibus Ægyptiorũ innumerabiles, quales ante illud tempus non fuerant, nec postea futuræ sunt.

E 15 Operueruntq; vniuersam superficiem Terræ, vastantes omnia. Deuorata est igitur herba terræ, & quicquid pomorum in arborib. fuit, quæ grando dimiserat: nihil quoq; omnino virens relictum est in lignis & in herbis terræ, in cuncta Ægypto.

Agnoscens peccatum Pharao, petit orari pro se. 16 Quam ob rem festinus Pharao vocauit Moysen & Aaron; & dixit eis, Peccaui in Dominum Deum vestrum, & in vos.

17 Sed nunc dimittite peccatum mihi etiam hac vice, & rogate Dominum Deum vestrum, vt auferat à me mortem istam.

Orat Moyses pro Pharaone. 18 Egressusque est Moyses de conspectu Pharaonis, & orauit Dominum.

F 19 Qui flare fecit ventum ab Occidente vehementissimum, & arreptam locustam proiecit in Mare rubrum; nõ remansit ne vna quidem in cunctis finibus Ægypti.

20 Et indurauit Dominus cor Pharaonis, nec dimisit filios Israel.

IX. *Tenebræ palpabiles.* 21 Dixit autem Dominus ad Mosen, Extende manum tuam in cælum: & sint tenebræ super Terram Ægypti tam densæ vt palpari queant.

22 Extenditq; Moses manum in cælum: & factæ sunt tenebræ horribiles in vniuersa Terra Ægypti tribus diebus.

G
Sapient. 17.a
Sap. 18.a
23 Nemo vidit fratrem suum, nec mouit se de loco in quo erat: vbicunque autem habitabant filii Israel, lux erat.

24 Vocauitque Pharao Moysen & Aaron, & dixit eis, Ite, sacrificate Domino: oues tantum vestræ, & armenta remaneant, paruuli vestri eant vobiscum.

25 Ait Moyses, Hostias quoq; & holocausta dabis nobis, quæ offeramus Domino Deo nostro.

26 Cuncti greges pergent nobiscum: non remanebit ex eis vngula: quæ necessaria sunt in cultum Domini Dei nostri: præsertim cũ ignoremus quid debeat immolari, donec ad ipsum locum perueniamus.

27 Indurauit autem Dominus cor Pharaonis, & noluit dimittere eos.

28 Dixitque Pharao ad Moysen, Recede à me, & caue ne vltra videas faciem meam: quocunque die apparueris mihi, morieris.

29 Respondit Moyses, Ita fiat vt locutus es, non videbo vltrà faciem tuam.

num tuam super terram Ægypti [11] *pro locusta, vt ascendat super terram Ægypti, & depascat omnem herbam terræ, & omne quod grando reliquum fecit.*

13 *Extendit itaque Moses baculum suum super terram Ægypti, adduxitq; Dominus ventum Orientalem super terram toto illo die & tota nocte. mane facto, attulit Eurus locustam.*

14 *Ascenditq; locusta super terram Ægypti, & demisit se in omnibus finibus Ægypti, eaque vehementer grauis: ante illam* [14] *non fuit talis locusta, nec talis post illam ventura est.*

15 [15] *Operuit enim superficiem totius terræ, ita vt terra obscuraretur. & comedit omnem herbam terræ, atque omnem fructum arborum quem reliquum fecerat grando: nec relictum est aliquid viroris, tam in arboribus quàm in herba agri per totam terram Ægypti.*

16 *Pharao itaque illico vocauit Mosen & Aharonem, dixitq;, Peccaui in Dominum Deum vestrum, & in vos.*

17 *Ignosce igitur quæso peccato* [16] *vel nunc, & rogate Dominum Deum vestrum, vt auferat à me duntaxat* [17] *istam mortem.*

18 *Exiuit ergo à Pharaone, & orauit Dominum.*

19 *Et* [18] *vertit Dominus ventum Occidentalem fortissimum, & sustulit locustas,* [19] *defixitq; eas in mare* [20] *carectosum, ita vt in omnibus finibus Ægypti ne vna quidem superesset.*

20 *Et* [21] *retinuit Dominus cor Pharaonis, vt non dimitteret filios Israel.*

21 *Dixitq; Dominus ad Mosen, Extende manum tuam versus cælum, vt sint tenebræ super terram Ægypti,* [22] *& tenebræ quidem quas palpet aliquis.*

22 *Et extendit Moses manum suam versus cælum, factæq; sunt tenebræ obscurissimæ in vniuersa terra Ægypti tribus diebus.*

23 *Non vidit quispiam proximum suum, nec surrexit quis de loco suo tribus diebus: omnibus autem filiis Israel lux fuit in suis habitationibus.*

24 *Vocauit itaque Pharao Mosen, & dixit, Abite, seruite Domino:* [23] *veruntamen greges vestri & armenta vestra maneant, etiam pubes vestra eat vobiscum.*

25 *Et dixit Moses, Tu etiam dabis in manus nostras sacrificia & holocausta, vt sacrificemus ea Domino Deo nostro.*

26 *Etiam pecora nostra ibunt nobiscum, non relinquetur vel vngula: ex illis enim accipiemus vt seruiamus Domino Deo nostro. & nos quidem nondum scimus* [24] *quid sacrificaturi simus Domino, donec illuc venerimus.*

27 *Et* [21] *retinuit Dominus cor Pharaonis, vt non vellet eos dimittere.*

28 *Et dixit ei Pharao, Recede à me, caue ne vltra videas faciem meam: nam quacunq; die videbis conspectũ meum, morieris.*

29 *Et dixit Moses,* [25] *Quemadmodum loquutus es, non videbo vltra conspectum tuum.*

11 Subaudi, adducenda, i. pro locustis adducendis, singulare pro plurali.
14 i. nunquam fuerunt visæ in tanto numero.
15 id est, Radium solarem totius terræ Ægypti operuerũt, ita vt præ multitudine earum non potuerit radius solis pertingere vsque ad terram.
16 hac tantummodo vice.
17 id est, perniciem istam. hoc est, multitudinem locustarum.
18 i. ventum Orientalem qui adduxerat locustas, vertit in ventum ab Occidente flantem. Alii vertunt, flare fecit (ex contraria cæli parte) ventum Occidentalem.
19 Vox Hebræa significat cum magna collisione & fragore deiicere.
20 Suph. i. in mare Rubrum.
21 indurauit.
22 Alii exponũt, Et illæ tenebræ posteriores expellant priores tenebras noctis. id est, sint multo densiores tenebris nocturnis. Vt ... palpabiles.
23 tantummodo.
24 quo seruiamus, i. ex qua specie sacrificaturi simus.
25 Verum (vel, Probe) locutus es.

CAPVT XI.

A
Dominus iubet vt spolient Ægyptios.
Sup. 3.g. & inf. 12.e
1 (ET dixit Dominus ad Moysen, Adhuc vna plaga tangam Pharaonem & Ægyptum, & post hæc dimittet vos, & exire compellet.

2 Dices ergo omni plebi vt postulet vir ab amico suo, & mulier à vicina sua vasa argentea, & aurea & vestem.

B
Eccles. 45.a
3 Dabit autem Dominus gratiam populo suo coram Ægyptiis.) Fuitq; Moyses vir magnus valde in Terra Ægypti coram seruis Pharaonis, & omni populo.)

1 (ET [1] dixit Dominus ad Mosen, Adhuc vnam plagam adducam super Pharaonem & super Ægyptum, tum tandem vos hinc dimittet: [2] quumq; plane dimittet, omnino expellet vos hinc.

2 *Loquere quæso audiente populo, vt quisq; à proximo suo, & quæq; à proxima sua vasa argentea & aurea postulet.*

3 [3] *Conciliabitq; Dominus gratiam populo corã Ægyptiis: quin & vir ille Moses excellentissimus erat in terra Ægypti coram seruis Pharaonis, & coram populo.)*

XI.
1 Iam verò dixerat ei, quando scilicet apparuerat ei Dominus in rubo ardenti. Hæc autem debent legi per parenthesin vsque ad hæc verba, Et dixit Moses, Sic dixit, &c.
2 quumque dimittet vos, demittendo expellendo expellet vos hinc, omnino, i. sine vlla exceptione, aut hac conditione. Prius enim dicebat, cap. 8. g. Dimitto vos, &c. modo ne longius abeatis. Et cap. 10. f, Abite, &c.

ite Domino: veruntamen greges, &c. Alii vertunt, Consummatim, siue in vniuersum repellendo repellet vos hinc. Chaldæus paraphrastes, Cumq; dimiserit, omnino proiiciet vos. L X X. cum omni eiectione eiiciet vos. 3 Heb. Et dedit Dominus gratiam populo in oculis Ægyptiorum, i. Reddidit eum charum Ægyptiis.

F

4 Dixit autem. Vel, Adiecit Pharaoni Moses: antequam scilicet egrederetur a facie ipsius Pharaonis, id est, prædixit illi vltimam plagam. Redit enim ad interruptam historiam quæ est in fine præcedentis capitis.
5 vel, primogenito sedentis, id est sessori, qui erat sessurus erat super solium patris.
6 Id est, quæ circumagit molam in pistrino.
7 non mouebit linguam suam ab homine vsque ad bestiam, neque hominibus, neque iumentis filiorum Israel allatrabit vllus canis.
8 quod discrimen posuerit.
9 Hebr. qui sub pedibus tuis, i. tibi subditus est.
10 Heb. in ira furoris, i. vehementissime iratus.
11 vel, sed Dominus indurauerat cor Pharaonis propterea nō dimisit, &c.

4 [4] *Et dixit Moses, Sic dixit Dominus, Circa mediam noctem ego exibo in ipsam Ægyptum,*
5 *Morieturque omne primogenitum in terra Ægypti, [5] à primogenito Pharaonis qui sedet in solio eius, vsque ad primogenitum ancillæ, [6] quæ est post molam, atque omne primogenitum iumentorum.*
6 *Et erit clamor magnus per totam terram Ægypti, qualis nunquam fuit, & qualis nunquam futurus est.*
7 *Apud cunctos autem filios Israel [7] non mouebit canis linguam suam, neque in hominibus neque in iumentis: vt cognoscatis [8] quale discrimen habeat Dominus inter Ægyptios & inter Israelitas.*
8 *Descendentque omnes serui tui isti ad me, & proni procumbent mihi, dicentes, Egredere tu, & cunctus populus [9] qui sub te est, & tum tandem egrediar. Et exiuit à Pharaone [10] iratus.*
9 *Dixit autem Dominus ad Mosen, Pharao vos non audiet, vt multa fiant prodigia mea in terra Ægypti.*
10 *Moses itaque & Aharon fecerunt omnia hæc prodigia coram Pharaone, [11] & Dominus retinuit cor Pharaonis, vt non dimitteret filios Israel è terra sua.*

4 Et ait; Hæc dicit Dominus, Media nocte * ingrediar in Ægyptum.
5 Et morietur omne primogenitum in Terra Ægyptiorum, à primogenito Pharaonis qui sedet in solio eius, vsque ad primogenitum ancillæ quæ est ad molam, & omnia primogenita iumentorum.
6 Eritque clamor magnus in vniuersa Terra Ægypti, qualis nec antè fuit, nec postea futurus est.
7 Apud omnes autem filios Israel non muttiet canis ab homine vsque ad pecus: vt sciatis quanto miraculo diuidat Dominus Ægyptios & Israel.
8 Descendentque omnes serui tui isti ad me, & adorabunt me, dicentes, Egredere tu & omnis populus qui subiectus est tibi: post hæc egrediemur. Et exiuit à Pharaone iratus nimis.
9 Dixit autem Dominus ad Moysen, Nō audiet vos Pharao, vt multa signa fiant in Terra Ægypti.
10 Moyses autem & Aaron fecerunt omnia signa & ostenta quæ scripta sunt coram Pharaone: & indurauit Dominus cor Pharaonis, nec dimisit filios Israel de terra sua.

* egrediar.
X
Mors primogenitorum.
C
D

CAPVT XII.

CAP. XII.
1 Tandem sententiam verbis aliis exprimit q. d. Hic tibi erit præcipuus inter omnes mensis. Hic est mensis, qui postea Chaldaico vocabulo Nisan est appellatus, & plerunque respondet Martio nostro, nam initium eius aliquando præcedit, & aliquando sequitur æquinoctium vernale, secundum quod annus embolismæus propè vel longe fuerit.
2 Vox Hebræa significat agnum vel hœdum.
3 per domū patrum agnum per singulas domos. Repetitio Hebraismis frequens.

1 *ET dixit Dominus ad Mosen & ad Aharonem in terra Ægypti in hanc sententiam,*
2 [1] *Mensis iste erit vobis principium mensium: is erit vobis primus in mensibus anni.*
3 *Loquimini ad omnem cœtum Israel, dicentes, Decimo huius mensis tollant singuli sibi [2] pecudem [3] iuxta domos patrum, pecudem pro domo.*
4 *Si verò domus minor fuerit quàm vt edendo agno [sufficiat,] [4] sumatur & vicinus eius, propinquus scilicet domui eius; [5] pro numero animarum, [6] numerabitis ad pecudem, quantum singuli edant.*
5 [7] *Pecus sit integra, masculo, anniculo, quam ex ouibus aut capris accipietis.*
6 *Et hanc quidem seruabitis vsque ad decimumquartum diem huius mensis: mactabitque eam omnis cœtus congregationis Israel [8] inter vesperas.*
7 *Tollent insuper de sanguine, ponéntque in duobus postibus, & in superis liminibus domorum, in quibus eam edent.*
8 *Et comedent carnem illam eadem nocte, assam igni, & placentas infermentatas, cum amaris [herbis] comedent eam.*
9 *Non comedetis ex ea [9] crudum, aut quod coctione coctum sit in aqua, sed igni assum [10] caput eius cum cruribus atque interioribus eius.*
10 *Ne reseruetis ex ea quidquam vsque mane, quod verò ex ea vsque mane relictum fuerit, igni comburetis.*
11 *Sic autem comedetis illam, Lumbi vestri sint [11] accincti, calceamenta vestra in pedibus vestris, & baculus vester in manu vestra, & comedetis eam cum festinatione, [12] Pasah hoc Domino.*
12 *Et [13] transibo in terra Ægypti nocte [14] illa, & occidam omne primogenitum in terra Ægypti, tam in hominibus quam iumentis, & [15] in cunctis diis Ægypti edam iudicia, ego Dominus.*

1 DIxit quoque Dominus ad Moysen & Aaron in Terra Ægypti.
2 Mensis iste, vobis principium mensium: primus erit in mensibus anni.
3 Loquimini ad vniuersum cœtum filiorum Israel, & dicite eis, Decima die mensis huius tollat vnusquisque agnum per familias & domos suas.
4 Sin autem minor est numerus, vt sufficere possit ad vescendum agnum: assumet vicinum suū qui coniunctus est domui suæ, iuxta numerum animarum quæ sufficere possunt ad esum agni.
5 Erit autem agnus absque macula, masculus, anniculus: iuxta quem ritum tolletis & hœdum.
6 Et seruabitis eum vsque ad quartamdecimam diē mensis huius: immolabitque eum vniuersa multitudo filiorum Israel ad vesperam.
7 Et sument de sanguine eius, ac ponent super vtrumque postem, & in superliminaribus domorum in quibus comedent illum.
8 Et edent carnes nocte illa assas igni, & azymos panes, cum lactucis agrestibus.
9 Non comedetis ex eo crudum quid, nec coctum aqua, sed assum tantum igni: caput cum pedibus eius & intestinis vorabitis.
10 Nec remanebit quicquam ex eo vsque mane. Si quid residuum fuerit, igne comburetis.
11 Sic autem comedetis illum. Renes vestros accingetis, & calceamenta * habebitis in pedibus, tenentes baculos in manibus, & comedetis festinantes: est enim phase (id est transitus) Domini.
12 Et transibo per Terram Ægypti nocte illa, percutiamque omne primogenitum in Terra Ægypti ab homine vsque ad pecus: & in cunctis diis Ægypti faciam iudicia, ego Dominus.

A
Præceptum & ritus edendi agni paschalis.
B
* vestra.

pro, sibi per singulas familias. Domum enim patrum vocat familiam. Subaudiendo præterea dictio, Nempe, Videlicet, aut similis, in posteriore parte hoc pacto, Per domum patrum, nempe per singulas domos, hoc familias. 4 vel, tunc accipiet & vicinum propinquum in domum suam. 5 i. habita ratione numeri personarum & capitum familiæ q. d. prout numerosa fuerit familia, ita sibi magna aut paruam familiā adiunget oportet enim vt agnus ille ambabus sufficiat. 6 Heb. singuli secundum comestionem suam numerabitis ad agnum. Id est, habita ratione cibi quem edere possint, numerabitis personas ad agnum edendum q. d. quisque tot sibi assumet personas, quot sibi satis esse possunt ad edendum agnum paschalem. 7 vel, agnus sit integer. Id est, cui nihil desit. 8 inter duas vesperas. Chaldæus paraphrastes vertit, inter duos soles, i. inter solem declinantem in puncto meridiei, & inter solem occidentem: hoc est, inter meridiem & occidentem. Quidam dicunt vesperam esse vesperam solis, quum sol transit horizontem, alteram luminis, quum non apparet lumen solis post occasum. & ita ait immolandum esse agnum inter occasum solis & principium noctis. 9 crudum intellige, quod a crudum plane est assum. 10 sub. comedetis. 11 vt scilicet accincti esse solent lumbi eorum qui iter faciunt. 12 Hebraice PESAH legitur, pro quo Latini qui ad nos ex Hebræo transferunt, dicunt Phase: Syri vero, siue Chaldæi Pascha, quod nos & Græci Hebraismo imitato, dicimus Pascha. Sensus autem huius loci est, signum at Domini transitu imminere. Id est, horam qua transiturus est Dominus domos Ægyptiorum. Sequitur enim, Nam transibo, &c. 13 i. interfecturus sum primogenitos Ægypti, & seruaturus primogenitos filiorum Israel. 14 hac. 15 i. sumam pœnas legitimas de idolis Ægyptiorum, Deorum eorum adula, vt intelligant me solum Deum. q. d. Non solum ostendam potentiam meam in primogenitis Ægyptiorum, sed etiam in [illegible] quæ colunt.

13 Erit

13 Erit autem sanguis vobis in signum in ædibus in quibus eritis: & videbo sanguinem, & transibo vos: nec erit in vobis plaga disperdens quando percussero Terram Ægypti.

C 14 Habebitis autem hunc diem in monimentum: & celebrabitis eam solennem Domino in generationibus vestris cultu sempiterno.

15 Septem diebus azyma comedetis: in die primo non erit fermentum in domibus vestris: quicunque comederit fermentum, peribit anima illa de Israel, à primo die vsque ad diem septimum.

16 Dies prima erit sancta atq; solennis, & dies septima eadem festiuitate venerabilis: nihil operis facietis in eis, exceptis his quæ ad vescendum pertinent.

17 Et obseruabitis azyma: in eadem enim ipsa die educam exercitum vestrum de Terra Ægypti, & custodietis diem istum in generationes vestras ritu perpetuo.

Leuit. 23. a / Num. 28. c — 18 Primo mense, quartadecima die mensis ad vesperam comedetis azyma vsque ad diem vicesimam primam eiusdem mensis ad vesperam.

* fermentum. — 19 Septem diebus * fermentatum non inuenietur in domibus vestris: qui comederit fermentatum, peribit anima eius de cœtu Israel, tam de aduenis quàm de indigenis Terræ.

D 20 Omne fermentatum non comedetis: in cunctis habitaculis vestris edetis azyma.

21 Vocauit autem Moyses omnes seniores filiorum Israel, & dixit ad eos, Ite tollentes animal per familias vestras, & immolate phase.

Heb. 11. e — 22 Fasciculumque hyssopi tingite in sanguine qui est in limine, & aspergite ex eo superliminare, & vtrunque postem: nullus vestrum egrediatur ostium domus suæ vsque mane.

23 Transibit enim Dominus percutiens Ægyptios: cumque viderit sanguinem in superliminari & in vtroque poste, transcendet ostium domus, & non sinet percussorem ingredi domos vestras & lædere.

24 Custodi verbum istud legitimum tibi & filiis tuis vsque in æternum.

Parentibus præcipitur, vt filiis mysteriũ Paschæ doceant. — 25 Cumq; introieritis terram quam Dominus Deus daturus est vobis vt pollicitus est, obseruabitis ceremonias istas.

26 Et cum dixerint vobis filii vestri, Quæ est ista religio?

Clades primogenitorum Ægypti. — 27 Dicetis eis, Victima transitus Domini est, quando transiuit super domos filiorum Israel in Ægypto percutiens Ægyptios, & domos nostras liberans. E Incuruatusque populus adorauit.

Sapien. 18. b / Pharao eiicit filios Israel. — 28 Et egressi filii Israel fecerunt sicut præceperat Dominus Moysi & Aaron.

29 Factum est autem, in noctis medio percussit Dominus omne primogenitum in Terra Ægypti, à primogenito Pharaonis qui in solio eius sedebat, vsque ad primogenitum captiuæ quæ erat in carcere, & omne primogenitum iumentorum.

30 Surrexitque Pharao nocte & omnes serui eius, cunctaque Ægyptus: & ortus est clamor magnus in Ægypto: neque enim erat domus in qua non iaceret mortuus.

13 Et sanguis ille erit[16] *vobis*[17] *signum in domibus in quibus vos fueritis: cumque sanguinem illum videro, præteribo vos, nec erit in vobis plaga*[18] *internecionis,*[19] *quum cecidero in terra Ægypti.*

14 Eritque vobis dies ille[20] *in monumentum, & celebrabitis eum, festum Domino*[21] *in posteritate vestra, statuto perpetuo, celebrabitis eum.*

15 Septem diebus comedetis placentas infermentatas, veruntamen primo die[22] *abolebitis fermentum è domibus vestris: quicunque enim fermentatum comederit, à primo die ad septimum vsque, excindatur anima huiusmodi ex Israele.*

16[23] *Et primo quidem die conuocatio sancta, & die septimo conuocatio sancta erit vobis: nullum opus fiet in eis, duntaxat quod editur ab omni anima, hoc solum*[24] *fiet à vobis.*

17 Et[25] *obseruabitis infermentata: nam hoc ipso die eduxi*[26] *exercitus vestros de terra Ægypti: obseruabitis igitur hunc diem apud posteros vestros ritu perpetuo.*

18 In primo, decimaquarto die illius mensis sub vesperam comedetis placentas infermentatas, vsque ad vigesimumprimum diem mensis ad vesperam.

19 Septem diebus non inuenietur fermentum in domibus vestris: namque quicunque fermentatum ederit, † siue incola is sit, siue indigena terræ, excindetur anima illa de cœtu Israelis.

20 Nihil fermentatum comedetis sed in omnibus habitationibus vestris infermentatas placentas comedetis.

21 Conuocauit autem Moses omnes seniores Israel, & dixit ad eos,[27] *Ite, & tollite vobis ouiculam pro familiis vestris, & mactate*[28] *Pesah.*

22 Accipite quoque fasciculum hyssopi, & tingite in sanguine qui fuerit in[29] *peluí: & contingite superliminare & duos postes sanguine qui est in pelui, nullusque ex vobis fores domus suæ egrediatur vsque mane.*

23 Transibit enim Dominus vt cædat Ægyptios: quumque sanguinem in superis liminibus, & in duobus postibus viderit, transiliet[30] *Dominus ianuam illam, neque permittet vastatorem ingredi domos vestras*[31] *vt cædat.*

24[32] *Obseruabitis itaque verbum istud, vt sit & tibi & filiis tuis perpetuus ritus.*

25 Fietque, quum introieritis terram, quam Dominus vobis iuxta pollicitationem suam daturus est, hunc[33] *cultum seruabitis.*

26 Deinde si filii vestri ad vos dixerint, Quis hic cultus vester?

27 Respondebitis,[34] *Mactatio Pesah hæc Domino: qui præteriit domos filiorum Israel in Ægypto, quum cæderet Ægyptios, & domos nostras liberauit. populus vero inclinato vertice,*[35] *gratias egit.*

28 Abierunt itaque filii Israel, & fecerunt quemadmodum præceperat Dominus Mosi & Aharoni, sic utique fecerunt.

29 Et factum est media nocte, quod Dominus cæderet omne primogenitum in terra Ægypti, à primogenito Pharaonis[36] *sedentis super solium eius, vsque ad primogenitum captiui qui est in carcere, deinde & omne primogenitum iumentorum.*

30 Et surrexit Pharao noctu, ipse & omnes serui eius, atque cuncti Ægyptii, & factus est clamor magnus in Ægypto, quoniam non erat domus in qua non esset[37] *mortuum aliquid.*

16 i. in vestram vtilitatem. 17 Sub. angelo percutienti. 18 in perditionem. Possent melius verti, dum percutiam: vt verba illa, Et videbo, &c. legantur per parenthesim hoc pacto, Erit autem sanguis vobis in signum in ædibus in quibus eritis (aspiciam enim sanguinem, & transibo vos: nec erit in vobis plaga) dum percutiam, quando &c. i. dum angelus quem mitto, percutiet primogenita Ægypti. 19 quando percutiam terram Ægypti. 20 i. in memoriam tanti beneficii accepti à Deo. 21 Hebr. per ætates vestras, ã ætatum mundi, &c. i. vos cum posteris vestris, statuto sempiterno celebrabitis illum. 22 Hebr. cessare facietis fermentum in domibus vestris. nam quicunque, &c. id est, ante primum illum diem auferetis fermentum de domibus vestris, ita vt primo illo die nullum inueniatur fermentum. 23 vel, Dies quidem prima erit conuocatio sancta, etiam dies septima erit vobis conuocatio sancta. i. Dies solennis in quo conuocari iubetur populus. Hoc est, Ex illis septem diebus primus & vltimus erunt vobis solennes. 24 vel, parabitur. i. nullum opus fiet à vobis, præterquam quod licebit vobis para[illegible] cibum ne[illegible] 25 [illegible] Iudæus

monere debuit diuinæ liberationis, qui eripuerat eos ab omni amaritudine spiritus. 26 Id est, omnem numerum filiorum Israel. † Hebr. in aduena & indigena terræ. Phrasis est Hebraica, pro, siue aduena sit, siue indigena terræ.

27 Hebr. Extrahite, & tollite vobis pecudem per familias vestras. Extrahite, subaudi, de ouili. Chaldæus paraphrastes vertit, Capite ex aliis gregibus agnos vel hædos.

28 vel, phase. Id est, victimam quæ transitum significabat, quando Dominus transiit per Ægyptum, occidens primogenita Ægyptiorum, prætermissis primogenitis Israelitarum. 29 quo scilicet exceptus fuit sanguis agni. 30 Antecedens [illegible] Latini [illegible] 31 [illegible] Subaudi, primogenita. 32 Heb. Obseruabitis igitur rem istam [illegible] tibi & filiis tuis in sempiternum. Translatus [illegible] ceremonia huius [illegible] statuti, &c. 33 vel ritum. vel, Quid sibi vult hic ritus vester? q. d. Cur hunc ritum seruatis? 34 id est, Victima [illegible] Domi[illegible] est, hoc est, sacrificium institutum pro misericordia, quam præstitit nobis Deus, quando præteriit, &c. 35 [illegible] Dominum [illegible] quum Deus. 36 sedentis, id est, sessuro super solium eius. ita docte vertit Chaldæus paraphrastes. 37 mortuus.

31 Et vocauit Mosen & Aharonem noctu, & dixit, Surgite, exite e populo meo, tam vos quam filii Israel, & ite sacrificatum Domino iuxta verbum vestrum:

32 Quin & greges vestros, armentaq; vestra tollite, quemadmodum loquuti estis, & abite,[38] atq; sancta mihi imprecamini.

33 [39] Et instabant Ægyptii populo, vt festinanter eos expellerēt è terra: dicebant enim, Omnes[40] morimur.

34 Et tulit populus massam farinaceam aqua subactam antequam fermentaretur, [41] reliquias suas in vestibus ligatas super humerum suum.

35 Et filii Israel fecerunt iuxta mandatum Mosis, postulantes [videlicet] ab Ægyptiis vasa argentea, & vasa aurea, & vestes.

36 Et Dominus[42] conciliauit gratiam populo coram Ægyptiis,[43] vt petita darent eis, & abstulerunt Ægyptiis.

37 Profecti sunt itaque filii Israel de Raemses in Succoth circiter sexcenta millia peditum fortium virorum, præter pubem.

38 Sed & [44] promiscuū [vulgus] plurimum ascendit cum eis, oues quoq; & boues & pecora admodum multa.

39 Coxerunt ergo massam farinaceam, quam extulerant ex Ægypto, placentas infermentatas, quoniam [45] non fermentauerant: eiecti enim ab Ægyptiis non potuerunt moram facere, nec etiam viaticum sibi parare.

40 Habitationis vero tempus, quo filii Israel in Ægypto habitarunt, fuerunt anni quadringenti triginta.

41 Exactis verò quadringentis triginta annis, ipso eodem die egressi sunt omnes exercitus Domini è terra Ægypti.

42 [46] Nox hæc obseruabilis Domino, [47] qua eduxit eos de terra Ægypti: [48] hæc inquam nox Domini est, quam obseruare debent omnes filii Israel per posteritates suas.

43 Et dixit Dominus ad Mosen & Aharonē, [49] Hic ritus sit Pesah, nullus extraneus edat ex eo.

44 Et omnis seruus ære emptus, postquam circumcideris eum, comedet ex eo.

45 Incola & mercenarius ex eo ne comedant.

46 In vna domo comedatur, non exportabis è domo de carne illa foras, nec os confringetis in eo.

47 Vniuersus cœtus Israel facient ipsum.

48 Et si aduena apud te incola fuerit, & [50] fecerit Pesah Domino, circumcidatur ei omnis mas, & tunc accedat, vt faciat ipsum, & sit vt indigena terræ. nullus enim incircumcisus ex eo comedat.

49 Eadem lex erit indigenæ & incolæ qui inter vos habitat.

50 Fecerunt autem omnes filii Israel quemadmodum præceperat Dominus Mosi & Aharoni: sic [inquam] fecerunt.

51 Eodem ergo ipso die eduxit Dominus filios Israel de terra Ægypti cum exercitibus suis.

31 Vocatisque Pharao Moyse & Aaron nocte,
ait, Surgite, egredimini a populo meo, * vos & filii
Israelitæ, & immolate Domino sicut dicitis.
32 Oues vestras & armenta assumite, vt petieratis, & abeuntes benedicite mihi.
33 Vrgebantq; Ægyptii populum Israel de Terra exire velociter, dicentes, omnes moriemur.
34 Tulit igitur populus conspersam fariná antequam fermentaretur: & ligans in palliis posuit super humeros suos.
35 Feceruntq; filii Israel sicut præceperat Dominus Moysi: & petierunt ab Ægyptiis vasa argentea & aurea, vestemq; plurimam.
36 Dominus autem dedit gratiam populo corā Ægyptiis vt commodarent eis: & spoliauerunt Ægyptios.
37 Profectiq; sunt filii Israel de Ramesse in Socoth, sexcenta ferè millia peditum virorum, absq; paruulis & mulieribus.
38 Sed & vulgus promiscuum innumerabile ascendit cum eis, oues & armenta & animantia diuersi generis multa nimis.
39 Coxerúntque farinam quam dudum de Ægypto conspersam tulerant: & fecerunt subcinericios panes azymos: neq; enim poterat fermentari cogentibus exire Ægyptiis, & nullam facere sinentibus moram: nec pulmenti quicquam occurrerat præparare.
40 Habitatio autem filiorum Israel qua manserunt in Ægypto, fuit quadringentorum triginta annorum.
41 Quibus expletis, eadē die egressus est omnis exercitus Domini de Terra Ægypti.
42 Nox ista est obseruabilis Domini, quando eduxit eos de Terra Ægypti: hanc obseruare debent omnes filii Israel in generationibus suis.
43 Dixitq; Dominus ad Moysen & Aaron, Hæc est religio phase, Omnis alienigena non comedet ex eo.
44 Omnis autem seruus emptitius circumcidetur, & sic comedet.
45 Aduena & mercenarius non edent ex eo.
46 In vna domo comedetur, nec efferetis de carnibus eius foras, nec os illius confringetis.
47 Omnis cœtus filiorum Israel faciet illud.
48 Quod si quis peregrinorum in vestrā voluerit transire coloniam, & facere phase Domini, circumcidetur prius omne masculinú eius, & tunc rite celebrabit: eritq; sicut indigena Terræ. si quis autem circumcisus non fuerit, non vescetur ex eo.
49 Eadem lex erit indigenæ & colono qui peregrinatur apud vos.
50 [a] Feceruntq; omnes filii Israel sicut præceperat Dominus Moysi & Aaron.
51 Et eadem die eduxit Dominus filios Israel de Terra Ægypti per turmas suas.

Iudæi Ægyptios spoliant vasis argenteis. sup. 11. a

F

EGREDIVNTVR ISRAELITÆ.

410. annos habitauerunt in Ægypto.

G

Mos celebrandi phase.

Num. 9. b

Iohan. 19. f.

[a] Fecerunt autem.

38 Heb. benedicite etiam mihi. Chaldæus paraphrastes, orate pro me. Ne scilicet moriar.
39 Heb. Et præualescebat Ægyptus supra populum ad festinandum dimittere illos è Terra. Hebraica phrasis, pro, Toto autem viribus Ægyptii vrgebant populum, vt maturè discederent ab Ægypto.
40 vel, perimus. q. d. actum est de nobis.
41 cibos suos ligatos in vestib. posuit super humeros suos. Alii verterūt, panaria sua inuoluta vestibus. Id est, vasa in quibus seruatur massa illa. Ve tamen contineas sit pro contento: quasi dicas, conspersiones suas conspersas. Alii dicunt vocem Hebræam S E-R V P O T H, pro qua cibos vertimus, significare reliquias ciborum. Posset & ita verti, subintelligendo IN, in panariis suis, inuolutis vestibus, &c. id est, tulit massam farinaceam in panariis suis, inuolutis vestibus, (tulit inquam) super humerum suum.
42 Heb. dederat gratiam populo in oculis Ægypti. Idest, reddiderat populum suum gratum Ægyptiis.
43 Heb. & commodauerunt (siue mutuo dederunt) eis, & spoliauerunt Ægyptios.
44 Heb. mistio multa. Chaldæus paraphrastes vertit, extranei multi qui non erant Israelitæ.
45 vel, non erat fermentata.
46 Heb. Nox custodiarum est Domino: i. Hac nocte Dominus custodiuit filios Israel, ne interirent a vastatore, vt educeret eos de terra Ægypti, & assereret in libertatem.

CAPVT XIII.

1 Loquutusq; est Dominus ad Mosen in hanc sententiam.

2 Consecra mihi omne primogenitum,[1] aperturam omnis vuluæ in filiis Israel, tam in homine quam in iumēto: meum enim est.

3 Et dixit Moses ad populum, Meminisse [oportet] diei huius, in quo egressi estis de Ægypto, [2] de domo seruorum: quoniam [3] potenti manu eduxit vos Dominus istinc: [4] ne comedatur fermentatum.

1 Locutusq; est Dominus ad Moysen, dicens,
2 Sanctifica mihi omne primogenitum q aperit vuluam in filiis Israel, tam de hominibus quàm de iumentis: mea sunt enim omnia.
3 Et ait Moyses ad populum, Mementote diei huius, in qua egressi estis de Ægypto & de domo seruitutis, quoniam in manu forti eduxit vos Dominus de loco isto: vt non comedatis fermentatum panem.

A

Primogenita Deo sanctificanda. Infr. 34. c Num. 8. c Luc. 2. d Leui. 27. e

Memoria liberationis celebranda.

47 vt educeret vel, educendo. 48 nox inquam ista erit Domino, obseruantiæ filiis Israel per generationes suas. Pluralis numeri est obseruantiæ q. d. Nox ista obseruabitur ab omnibus filiis Israel Domino, i. in honorem Domini. 49 vel, Hoc statutum phase. Heb. hæc [illegible] ritus, hæc obseruantia, hoc modo celebrandum est phase. 50 facere volet. CAP. XIII. 1 vel, aperitionem omnis vteri. Hoc per appositionem dictum est, primogenitum quod primo aperit matris vterum. 2 Per appositionem Ægyptum vocat domum seruorum, id est, locum in quo seruiebant seruitutem [illegible]. 3 Heb. in manu forti: magnis viribus, magna virtute & fortitudine. 4 Vt scilicet hac [illegible] memores sitis [illegible] ex Ægypto, sed [illegible] ita festinanter exiisse, vt non liceret immorari diutius ad parandum viaticum, nondumq; massæ vestræ essent fermentatæ: tantum abest vt vos retinuerint.

*celebrabis

4 Hodie egredimini mense nouarum frugum.

5 Cumq; introduxerit te Dominus in Terram Chananæi & Hethæi & Amorrhæi & Heuæi & Iebusæi, quam iurauit patribus tuis vt daret tibi, terram fluētem lacte & melle, *celebrabis* nunc morem sacrorum mense isto.

6 Septem diebus vescēris azymis: & in die septimo erit solennitas Domini.

B

7 Azyma comedetis septem diebus: non apparebit apud te aliquid fermentatum, nec in cunctis finibus tuis.

Filii docendi se liberatos fuisse a tyrannide Pharaonis.

8 Narrabisq; filio tuo in die illo, dicens, Hoc est quod fecit mihi Dominus, quando egressus sum de Ægypto.

9 Et erit quasi signum in manu tua, & quasi monimentum ante oculos tuos: & vt lex Domini semper sit in ore tuo, in manu enim forti eduxit te Dominus de Ægypto.

10 Custodies huiuscemodi cultum statuto tempore à diebus in dies.

Primogenita omnia, Deo erant.

11 Cumq; introduxerit te Dominus in Terram-Chananæi, sicut iurauit tibi & patrib. tuis, & dederit tibi eam: separabis omne quod aperit vuluam Domino.

12 Et quod primitiuū est in pecoribus tuis: quicquid habueris masculini sexus, cōsecrabis Domino.

13 Primogenitum asini mutabis oue: quód si non redemeris, interficies omne autem primogenitum hominis de filiis tuis precio redimes.

C

Filii docendi, cur primogenita in vsum Dei separētur.

14 Cumq; interrogauerit te filius tuus cras, dicens, Quid est hoc? respondebis ei, In manu forti eduxit nos Dominus de Terra Ægypti, de domo seruitutis.

15 Nam cum induratus esset Pharao, & nollet nos dimittere, occidit Dominus omne primogenitum in Terra-Ægypti à primogenito hominis vsq; ad primogenitum iumentorū: idcirco immolo Domino omne quod aperit vuluam masculini sexus, & omnia primogenita filiorum meorum redimo.

*inter

Quare Deus filios Israel circum duxit per desertum.

*Deus.

16 Erit igitur quasi signum in manu tua, & quasi appensum quid, ob recordationem, *ante* oculos tuos: eo quód in manu forti eduxit nos Dominus de Ægypto.

17 Igitur cum emisisset Pharao populum, non eos duxit *Dominus* per viam Terræ-Philisthim quæ vicina est: reputans ne forté pœniteret eum, si vidisset aduersum se bella consurgere, & reuerteretur in Ægyptum.

D

18 Sed circumduxit per viā deserti, quæ est iuxta Mare-rubrum: & armati ascenderunt filii Israel de Terra Ægypti.

Ossa Ioseph fert Moyses.
Gen. 50. d

19 Tulit quoque Moyses ossa Ioseph secum: eo quód adiurasset filios Israel, dicens, Visitabit vos Deus, efferte ossa mea hinc vobiscum.

20 Profectiq; de Socoth castra metati sunt in Etham in extremis finibus solitudinis.

Num. 14. c
1. Cor. 10. a
Columna nubis & ignis.
Nehem. 9. d

21 Dominus autem præcedebat eos ad ostendendam viam per diem in columna nubis, & per noctem in columna ignis: vt Dux esset itineris vtroq; tempore.

22 Nunquam defuit columna nubis per diem, nec columna ignis per noctem, coram populo.

4 Vos hodie egredimini in mense[5] *Abib.*

5 Cumq; Dominus introduxerit te in terram Chananæi, Hithæi, Amorrhæi, Hiuæi & Iebusæi, quam iurauit patribus tuis, vt tibi daret, terram fluentem lacte & melle,[6] *præstabis in hoc mense huiusmodi obsequium.*

6 Septem diebus comedes infermentata, septimo die festus dies Domini est.

7 Placenta infermentata comedentur septem diebus, vt ne videatur quidem apud te neq; fermentatum, neq; fermentum in cunctis finibus tuis.

8 Indicabis autem illo die filio tuo, dicēs,[7] *Propterea hoc fecit mihi Dominus, quum educeret me ex Ægypto.*

9[8] *Eritq; tibi in signum super manum tuam, & in monimentum inter oculos tuos, vt scilicet sit lex Domini in ore tuo, quoniā manu*[9] *valida eduxit te Dominus de Ægypto.*

10 Custodies igitur hunc ritum[10] *stato tempore, idq; iugiter.*

11 Cumque introduxerit te Dominus in terram Chananæi,[11] *quam iurauit tibi & patribus tuis, dederitq; tibi eam,*[12] *Mancupi facies omne primogenitum Domino.*

12 Et omne primogenitum fœtus iumenti quod tibi fuerit, mares Domini [sunt.]

13 Omne autem primogenitū asini[13] *pecude redimes: si vero non redemeris, franges ei ceruicem: & omne primogenitum hominis de filiis tuis*[14] *redimes.*

14 Cumq; interrogauerit te[15] *cras filius tuus, dicens, Quid hoc? Dices ad eum, Dominus eduxit nos potenti manu ex Ægypto,*[16] *e domo seruorum.*

15[17] *Cumq; Pharao grauatim dimitteret nos, interfecit Dominus omne primogenitum in terra Ægypti, à primogenito hominis vsque ad primogenitum iumenti: & hac causa ego sacrifico Domino omne primogenitum masculinum, atque omne primogenitum filiorum meorum*[18] *redimo.*

16 Sit itaque in signum super manum tuam, &[19] *in monimentum inter oculos tuos, quod Dominus eduxerit nos valida manu ex Ægypto.*

17 Factum est autem quum Pharao dimitteret populum, non duxit eos Deus per viam terræ Palestinorum,[20] *quæ propior erat: quoniam ait Deus, Ne forte pœnitudine ducatur populus quum viderint prælium, & reuertantur in Ægyptum.*

18 Sed circumduxit Deus populum,[21] *via deserti maris carectosi, &*[22] *armati ascenderunt filii Israel e terra Ægypti.*

19 Tulit quoque Moses secum ossa Iosephi: sacramento enim adegerat [Ioseph] filios Israel, dicens,[23] *Deus certissime visitabit vos, tum abducetis hinc vobiscum ossa mea.*

20 Profecti itaque Succoth, castrametati sunt in Etham[24] *a fine deserti.*

21 Et præcedebat eos Dominus, interdiu per columnam nubis, vt deduceret eos per viam, noctu vero per columnam ignis, vt luceret eis, quo incederent die noctuq;.

22[25] *Interdiu columna nubis non recessit a conspectu populi, nec ignis columna noctu.*

5 Vox Hebræa ABIB, significat proprie calamum in cuius summitate est spica. Hoc fit mense Martio, vel in principio Aprilis, quo mense spicæ exeunt e calamis.

6 Hebr. serules seruitutem hanc in mense isto, id est, celebrabis hunc ritum mense isto.

7 sub. vt memores essemus beneficii accepti. q. d. DEVS fecit illa signa quum egrederer ex Ægypto, vt perpetuo memores essemus illius beneficii, & quod semper adesse soles suis in necessitate. Alii vertunt, Propter hoc quod fecit Dominus mihi quum exirem, &c. id est, Propter ea signa quæ fecit Dominus, propter occisa primogenita, celebramus pascha istius festum, in memoriam beneficii accepti.

8 id est, Externa ista ceremonia sint tibi non secus ac si quis signum aliquod in manum aut ante oculos ponat, quod eum perpetuo admoneat.

9 id est, vt illam iugiter meditetis ad explēdam Domini voluntatem, exercitatisq; semper in operibus quæ præcepit tibi Dominus.

10 tempore suo de anno in annum. Id est, quotannis siue per singulos annos.

11 quemadmodum.

12 Heb. Tunc transire facies (siue adduces) omne quod aperit vuluam, ad Dominum, & omnem apertionem, emissionem iumenti. Vel, pecoris. Per appositionem dictum, emissionem iumenti. Id est, omne quod aperit vuluam bestiæ, hoc est omne primogenitum bestiæ, quæ tua fuerit. Apertionem vuluæ, vocat primogenitum. 13 Non licebat consecrare asinum Domino, quia immundum erat animal: sed loco illius immolandus erat hœdus vel agnus. 14 sub. animali mundo, hoc est, loco illius animal mundum immolabitur. 15 id est, posthac. 16 id est, de loco in quo seruiebamus duram seruitutem. 17 Hebr. Quum induraret se Pharao ad dimittendum nos. 18 vel, redime e foleo. 19 vel, frontale. q. d. hæc oblatio primogenitorum reuocabit tibi perpetuā memoriam beneficiorum acceptorum: erit tibi vice signi alligati manibus & fronti tuæ. 20 quia vicina erat, vel, quod propinqua esset, siue parum distaret; distabat enim decem dierum itinere. 21 per viam deserti, Maris-rubri. Quidam repetunt dictionem, Deserti, hoc pacto, Per viam deserti, deserti inquam Maris-rubri. q. d. per vias obliquas duxit populum ad Mare-rubrum. Alii inter quos Chaldæus paraphr. subaudiunt præpositionem Hebræam, ל, ante ים, &c. לים, & vertunt, ad Mare-rubrum. q. d. circumducendo itineribus obliquis deduxit ad mare-rubrum. 22 Vox Hebræa significat quintum facere. Vnde quidam Hebræorum vertunt accincti (armis) in quinta (costa,) quod scilicet thorax pertingeret ad quintam costam. Alii dicunt ideo dici quod quinque armorum generibus accincti fuerint. Prior opinio verior, quod armati ascenderint. 23 Heb. Visitando visitabit vos Deus, & ascendere facietis pro, Cum visitauerit vos Deus, efferte, &c. 24 in ora (siue fine) deserti. 25 Non abstulit (sub. Deus) columnam nubis interdiu, neque columnam ignis noctu ante populum.

CAPVT XIV.

1 ET loquutus est Dominus ad Mosen, dicens.

2 Loquere ad filios Israel, vt reflectentes maneant ante Phi-hahiroth [1] inter turrim [2] & mare, e regione Baal-zephon, coram eo [2] castrametentur ad mare.

3 Nam Pharao dicet de filiis Israel, Perplexi sunt in terra, conclusit eos desertum.

4 Et ego [3] roborabo cor Pharaonis, vt persequatur vos, & [4] gloriosus ero in Pharaone, & in cuncto exercitu eius, scientque Ægyptii quod ego sum Dominus.

5 Et fecerunt sic. Nunciatum est autem Ægyptio regi quod populus fugeret, & [5] versum est cor Pharaonis & seruorum eius contra populum, vt dicerent, [6] Cur hoc fecimus, vt dimitteremus Israelem, ne nobis seruiret?

6 [7] Et accingens currum suum, tulit secum populum suum.

7 Accepitque sexcentos electos currus, & omnes currus Ægypti, & [8] (duces) ternarios super quemquam illorum.

8 Et roborauit Dominus cor Pharaonis regis Ægypti, persequutusque est filios Israel: filii autem Israel egressi erant [9] excelsa manu.

9 [10] Et Ægyptii persequuti sunt illos, & apprehenderunt eos castrametantes ad mare, omnis equitatus currum Pharaonis atque equites eius, & copia eius iuxta Pi-hahiroth e regione Baal-zephon.

10 Cumque Pharao appropinquasset, sustulerunt filii Israel oculos suos, & ecce Ægyptii proficiscebantur post eos, timueruntque vehementer, & clamauerunt filii Israel ad Dominum.

11 Et dixerunt ad Mosen, An nulla erant sepulchra in Ægypto, [11] vt educeres nos, vt moreremur in deserto? cur hoc fecisti nobis, vt educeres nos ex Ægypto.

12 Annon hoc est quod loquuti sumus ad te in Ægypto, dicentes, Sine nos vt seruiamus Ægyptiis? satius enim nobis fuerat seruire Ægyptiis, quam vt moreremur in deserto.

13 Et dixit Moses ad populum, Ne timueritis, consistite, & videte salutem Domini, quam vobis hodie feret: nam [12] quos hodie vidistis Ægyptios, posthac vltra in perpetuo non videbitis.

14 Dominus bellum geret pro vobis, & vos tacebitis.

15 Et dixit Dominus ad Mosen, [13] Quid clamas ad me? loquere ad filios Israel, vt proficiscantur.

16 Tu vero tolle in sublime baculum tuum, & extende manum tuam super mare, & diffinde illud, ingrediantúrque filii Israel per medium maris in sicco.

17 Et ecce ego obfirmabo cor Ægyptiorum, vt illos insequantur, & [14] gloriosus ero in Pharaone, & in vniuerso exercitu eius, in curribus eius, & in equitibus eius.

18 Et cognoscent Ægyptii quia ego Dominus, quum [15] gloriosus fuero factus in Pharaone, in quadrigis eius.

19 Et [16] soluens angelus Dei qui praecedebat castra Israelis ibat post eos: migrauit quoque columna nubis quæ erat ante eos, & stetit à tergo illorum.

20 Venitque inter castra Ægyptiorum, & inter castra Israelitarum: & fuit [17] nubes & tenebra (Ægyptiis,) illustrauit vero noctem (Israelitis,) vt alter ad alterum tota ista nocte non accederet.

21 Et extendit Moses manum suam super mare. & Dominus effecit [18] vt decurreret mare per Orientalem ventum vehementem tota illa nocte: & fecit mare vt esset siccum, & diuisæ sunt aquæ.

1 LOcutus est autem Dominus ad Moysen, dicens.

2 Loquere filiis Israel, Reuersi castrametentur e regione Phi-hahiroth quæ est inter Magdalum & mare contra Beel-sephon: in conspectu eius castra ponetis super mare.

3 Dicturusque est Pharao super filiis Israel, Coarctati sunt in terra, conclusit eos desertum.

4 Et indurabo cor eius, ac persequetur vos: & glorificabor in Pharaone & in omni exercitu eius: scientque Ægyptii quia ego sum Dominus.

5 Feceruntque ita. Et nuntiatum est regi Ægyptiorum quòd fugisset populus: immutatumque est cor Pharaonis & seruorum eius super populum, & dixerunt, Quid voluimus facere vt dimitteremus Israel, ne seruiret nobis?

6 Iunxit ergo currum, & omnem populum suum assumpsit secum.

7 Tulitque sexcentos currus electos & quicquid in Ægypto curruum fuit: & duces totius exercitus.

8 Indurauitque Dominus cor Pharaonis regis Ægypti, & persecutus est filios Israel: at illi egressi erant in manu excelsa.

9 Cumque persequerentur Ægyptii vestigia præcedentium, repererunt eos in castris super mare: omnis equitatus & currus Pharaonis, & vniuersus exercitus erant in Phi-hahiroth contra Beel-sephon.

10 Cumque appropinquasset Pharao, leuantes filii Israel oculos, viderunt Ægyptios post se: & timuerunt valde, clamaueruntque ad Dominum.

11 Et dixerunt ad Moysen, Forsitan non erant sepulchra in Ægypto, ideo tulisti nos vt moreremur in solitudine: quid hoc facere voluisti, vt educeres nos ex Ægypto.

12 Nonne iste est sermo quem loquebamur ad te in Ægypto, dicentes, Recede à nobis, vt seruiamus Ægyptiis? multo enim melius erat seruire eis, quam mori in solitudine?

13 Et ait Moyses ad populum, Nolite timere: state & videte magnalia Domini quæ facturus est hodie: Ægyptios enim quos nunc videtis, nequaquam vltra videbitis vsque in sempiternum.

14 Dominus pugnabit pro vobis, & vos tacebitis.

15 Dixitque Dominus ad Moysen, Quid clamas ad me? Loquere filiis Israel vt proficiscantur.

16 Tu autem eleua virgam tuam, & extende manum tuam super mare, & diuide illud: vt gradiantur filii Israel in medio mari per siccum.

17 Ego autem indurabo cor Ægyptiorum vt persequantur vos: & glorificabor in Pharaone, & in omni exercitu eius, & in curribus & in equitibus illius.

18 Et scient Ægyptii quia ego sum Dominus: cum glorificatus fuero in Pharaone, & in curribus atque in equitibus eius.

19 Tollensque se angelus [a] Domini qui præcedebat castra Israel, abiit post eos: & cum eo pariter columna nubis, priora dimittens post tergum.

20 Stetit inter castra Ægyptiorum & castra Israel: & erat nubes tenebrosa, & illuminans noctem, ita vt ad se inuicem toto noctis tempore accedere non valerent.

21 Cumque extendisset Moyses manum super mare, abstulit illud Dominus, flante vento vehementi & vrente tota nocte, & vertit in siccum: diuisaque est aqua.

Marginal notes (left): 1 ante Migdol, nomen loci. 2 castra figetur. 3 indurabo. 4 glorificabor, id est, gloriosus apparebo. 5 Id est, mutata est sententia Pharaonis. 6 vel, Quid hoc rei est, quod fecimus, quando dimisimus, &c. aut, quod emisimus, hos dimisimus, &c. 7 Heb. Iungens ergo currum, id est curauit apparandum currum suum. olim enim pugnabant in curribus. 8 Præfectos. 9 id est, cum magna potentia, & magna audacia, animoque alacri. 10 vel, Cumque persequerentur eos Ægyptii, assequuti sunt eos castrametatos iuxta mare, omnem equitatum curruum Pharaonis, atque equites eius, & exercitus eius, iuxta Phi-hahiroth, quæ est è regione Beel-sephon. Ordo perturbatior est, quem sic poteris ordinare, Insecuti sunt Ægyptii, hoc est omnes equi curruum Pharaonis, & equites eius, & exercitus eius filios Israel & assequuti sunt eos castrametantes iuxta mare, iuxta Phi-hahiroth, quæ est è regione Beel-sephon. 11 quod eduxeris. 12 vel, quemadmodum vidistis hodie, nemo eos viuos in posterum non esses visuri vinos vt nunc videtis. 13 Hic Moyses, vt nonnullis placet, populi personam sustinet q.d. Quare populus ceu præces, clamat ad me? 14 glorificabor de Pharaone. 15 vel, glorificabor de Pharaone. Id est, gloriosus apparebo propter mortem eius. 16 discedens q. d. angelus qui præcedebat, cœpit ire à tergo. 17 Hebr. nubes & tenebræ, & illuminabat noctem. Id est, columna illa quæ erat inter vtraque castra, ex parte Israelis noctem illuminabat: ex parte autem Ægyptiorum, erat nubes obscura & tenebrosa. ita Chaldæus paraphrastes. Vel, erat nubes quæ illustrabat noctem filiis Israelis, tenebra autem erant Ægyptiis. 18 vt discederet mare vento Orientali vehementissimo (flante) tota &c.

Marginal notes (right): A Iubet Deus populum castrametari in periculoso loco, vt magis glorificetur. Indurat cor Pharaonis Deus. B Pharao insequitur Israelitas. 1 Mach. 4. c. De salute desperantes Israelita murmurant. C Promittit eis salutem à Deo Moyses. D Clamans Moyses ad Deum, iubetur virga mare diuidere. a Dei. Angelo sequente castra, Israel graditur per medium maris.

Psal. 113. a
Psal. 77. b. d. 104. d. heb. 11. e

Pharaonem cum exercitu submergit Deus.

Sapien. 18. b

22 Et egressi sunt filii Israel per medium sicci maris: erat enim aqua quasi murus à dextra eorum & læua.

23 Persequentesque Ægypti ingressi sunt post eos, & omnis equitatus Pharaonis, currus eius & equites per medium maris.

24 Iamque aduenerat vigilia matutina & ecce respiciens Dominus super castra Ægyptiorum per columnam ignis & nubis, interfecit exercitum eorum.

F

25 Et subuertit rotas curruum, ferebanturque in profundum. Dixerunt ergo Ægyptii, Fugiamus Israelem: Dominus enim pugnat pro eis contra nos.

26 Et ait Dominus ad Moysen, Extende manum tuam super mare, vt reuertantur aquæ ad Ægyptios, super currus & equites eorum.

27 Cumque extendisset Moyses manum contra mare, reuersum est primo diluculo ad priorem locum: fugientibusque Ægyptiis occurrerunt aquæ, & inuoluit eos Dominus in mediis fluctibus.

G

28 Reuersæque sunt aquæ, & operuerunt currus & equites cuncti exercitus Pharaonis qui sequentes ingressi fuerant mare: nec vnus quidem superfuit ex eis.

29 Filii autem Israel perrexerunt per medium sicci maris, & aquæ eis erant quasi pro muro a dextris & à sinistris.

30 Liberauitque Dominus in die illa Israel de manu Ægyptiorum.

Viso miraculo Israelitæ timēt Deum, & credunt ei.

31 Et viderunt Ægyptios mortuos super littus maris, & manum magnam, quam exercuerat Dominus contra eos: timuitque populus Dominum, & crediderunt Domino, & Moysi seruo eius.

22 *Et ingressi sunt filii Israel in medium maris [19] in sicco, & aquæ (fuerunt) illis murus à dextra eorum, & à sinistra eorum.*

23 *Et insequuti Ægyptii, ingressi sunt post eos ad medium maris, totus (scil. eos) equitatus Pharaonis, currus eius, & equites eius.*

24 *Factumque est [9] in custodia matutina, vt respiceret Dominus ad castra Ægyptiorum in columna ignis & nube, & castra Ægyptiorum [20] conturbauit.*

25 *[21] Et constrinxit rotas curruum eius, atque difficulter duxit eum: vt diceret Ægyptius, Fugiam à conspectu Israelis: Dominus enim pugnat pro eis contra Ægyptios.*

26 *Et dixit Dominus ad Mosen, Extende manum tuam super mare, [22] vt reuertantur aquæ super Ægyptium (hoc est) super currus eius & super equites eius.*

27 *Et extendit Moses manum suam super mare, & reuersum est mare [23] in robur suum ante lucem, fugerentque Ægyptii obuiam [24] illis: & præcipitauit Dominus Ægyptios in medium maris.*

28 *Et restituebant aquæ operueruntque quadrigas & equites atque totum exercitum Pharaonis, qui mare ingressi fuerant post illos vt ne vnus quidem ex eis superesset.*

29 *Filii autem Israel iuerunt per medium maris in sicco, & aquæ fuerunt eis vice muri à dextra eorum & à sinistra eorum.*

30 *Seruauit itaque Dominus illo die Israelem de manu Ægyptiorum.*

31 *Ita vt Israelitæ viderent Ægyptios mortuos ad littus maris. Vidit quoque Israel [26] manum illam potentem, quam exercuerat Dominus contra Ægyptios: & timuit populus Dominum, credideruntque Domino & Mosi seruo eius.*

19 in vigilia.
20 vel, attriuit.
21 abstulit enim rotas curruum eius, ita vt deduceret illos grauiter. Subaudi, Ægyptios. Vel, cum magna difficultate. Agebant ægre eos currus, violenter magna difficultate agebantur eos.
22 & reuertantur.
23 ad robur suū. i. ad pristinum vigorem & statū.
24 Heb. dum respiceret mane. i. prima luce.
25 sub aquas, vel maris, præ consternatione ruebant in ipsas aquas, vt videntur ipsi in aquas exire obuiam, & ipsæ aquæ illis.
26 manum magnam. Id est, potentiam & virtutem illam magnam, qua vsus fuerat Dominus in Ægyptios.

CAPVT XV.

A

Gratias agunt Deo Moyses & Israelitæ pro victoria.

Sap. 10. d
Eccl. 15. a
Psal. 117. c

1 TVnc cecinit Moyses & filii Israel carmen hoc Domino & dixerunt.

2 Cantemus Domino: gloriose enim magnificatus est, equum & ascensorem deiecit in mare.

3 Fortitudo mea, & laus mea Dominus, & factus est mihi in salutem: iste Deus meus, & glorificabo eum. Deus patris mei, & exaltabo eum.

4 Dominus quasi vir pugnator, omnipotens nomen eius.

5 Currus Pharaonis & exercitum eius proiecit in mare: electi principes eius submersi sunt in Mari rubro.

6 Abyssi operuerunt eos, descenderunt in profundum quasi lapis.

7 Dextera tua Domine magnificata est in fortitudine: dextera tua Domine percussit inimicum.

8 Et in multitudine gloriæ tuæ deposuisti aduersarios [a] meos: [a] misisti iram tuam quæ deuorauit eos sicut stipulam.

[a] tuos.

9 Et in spiritu furoris tui congregatæ sunt aquæ: stetit vnda fluens, congregatæ sunt abyssi in medio mari.

10 Dixit inimicus, Persequar & comprehendam, diuidam spolia, implebitur anima mea: euaginabo gladium meum, interficiet eos manus mea.

11 Flauit spiritus tuus, & operuit eos mare: submersi sunt quasi plumbum in aquis vehementibus.

12 Quis similis tui in fortibus Domine? quis similis tui, magnificus in sanctitate, terribilis atque laudabilis, faciens mirabilia?

1 *TVnc [1] cecinit Moses & filii Israel canticum istud [2] Domino, & cecinerunt in hunc modum.*

2 *[3] Cantabo Domino, quia [4] magnifice magnificentiam suam exeruit, [5] equum & currus eius sublatos in altum deiecit in mare.*

3 *[6] Dominus est robur & carmen meum, [7] qui fuit seruator meus: iste (inquam Dominus) est [8] Deus meus, [9] hunc decorabo: Deus patris mei, [10] hunc extollam.*

4 *Dominus [11] vir bellator, Dominus nomen eius.*

5 *Quadrigas Pharaonis & copias eius [12] deiecit in mare, & electi [13] triarii eius demersi sunt in mari [14] coralliaeo.*

6 *Abyssi eos operuerunt, descenderunt in profunditates veluti lapis.*

7 *Dextera tua ô Domine [15] excellenti virtute eminuit, dextera tua o Domine hostem confregit.*

8 *Et [16] in multitudine magnificentiæ tuæ subuertisti insurgentes contra te, [17] misisti furorem tuum, qui deuorauit eos tanquam stipulam.*

9 *[18] In flatu narium tuarum coaceruatæ sunt aquæ, [19] flumina constiterunt vt cumulus abyssi [20] coagulata sunt in medio mari.*

10 *Hostis dixit, Persequar, apprehendam, diuidam spolia, [21] implebitur eis anima mea: extraham gladium meum, perdet eos manus mea.*

11 *Vento tuo flauisti, (&) mare eos operuit: demersi sunt veluti plumbum in aquis vehementibus.*

12 *Quis tui similis [22] in diis ô Domine? quis sicut tu [23] magnificus sanctitate, [24] formidabilis laudibus, faciens admiranda.*

CAP. XV.
1 singulari numero dicit Cecinit: quod solus Moses composuerit canticum in laudem Domini: licet alii vna cum eo cecinerint.
2 vel, in laudem Domini. Hoc capite continetur encomium laus tantæ victoriæ: agit enim gratias Deo ob tantā victoriam.
3 Cantabo dicit, quod hoc canticum Moses composuerit.
4 Hebr. magnificando magnificatus est. Id est, magnum & fortem & strenuum se esse ostendit.
5 Heb. equum & ascensorem eius. i. equites eorum & ipsos equos. Singulare pro plurali.
6 Id est, Deus est caliger auxilio hostibus superior fuit, & qui mihi propitius salutis celebrandus est.
7 Hebr. qui factus est mihi in salutem: id est, tulit [illegible] mihi opem, & libera-

[illegible] me. 8 Hic EL, Deus dicitur à fortitudine, quia fortitudinem suam ostenderat. 9 vel, propterea extruam illi tabernaculum. In quo feliciter eum colam. 10 propterea exaltabo eum. 11 Heb. vir belli: hoc est, admodum bellicosus. 12 vel, eiaculatus est: quasi dicat, Tanta facilitate deiecit in mare, quanta quis emittere solet sagittas arcu. Id significat vox figurata I A R A. 13 principes. 14 Suph. 15 Heb. magnificata est in fortitudine. i. plenum factum est, quæ [illegible] magnam ac fortem esse [illegible], quod per eam fortiter egeris Heb. paratis. 16 Hoc est, magnificentia tua insigni & multa, siue excellenti tua fortitudine [illegible]. 17 id est, [illegible] & flatim perierunt. 18 vel, Per flatum narium tuarum. Id est, quem emisisti: quia Deus est author flatuum & ventorum. Idem dicitur ventus narium eius, Hoc est, ab eo emissus, quod [illegible] vt spiraret ventus, & ad flatum illius statim congregatæ sunt aquæ. 19 fluenta. 20 [illegible] congregatæ fluxerunt. 21 vel, explebitur [illegible] desiderium meum, id est, exitio eorum replebor. 22 vel, inter Deos, siue, inter angelos. Incipit [illegible] mea. Dei, postquam facta eius mirabilia enarrauit. 23 magnificatus est in sanctitate: id est, quis sicut tu polles, siue præditus es sanctitate? 24 Id est, [illegible] [illegible] quam laudari, quam nemo mortalium [illegible] quæat. Vel [illegible] subaudiuntur verba illa, Quis sicut tu, quasi dicat, Quis sicut tu, [illegible] graui laudari debeat, siue laudandus sit, vt qui facias mirabilia magna solus? Alii vertunt: Terribilis laudibus, id est, qui magno cum timore laudari debeat.

25 q. d. Non solum absorpti sunt aquis, sed etiam terra aperuit se, & absorbuit eos.
26 Præteritum pro futuro hic positum est, Duces (vel, Deduces) per misericordiam tuam populum istum quem redemisti: deduces tuis viribus ad tabernaculum sanctitatis tuæ i. ad tabernaculum sanctum, in quo tu qui sanctus es, habitabis. Intelligit montem Sion, in quo postea extructum templum. Ita deducere dicitur Deus populum suum, quando adducit eum in libertatem.
27 Præterita pro futuris, Audiat populi, & commouebuntur: dolor corripiet habitantes Palæstinam i. Philisthæos. Quidam pro Commouebuntur, vertunt Irascentur.
28 turbabuntur principes Edom: fortes Moab corripientur tremore: dissoluentur omnes habitatores Chanaan i. animo demisso erunt Principes Edom, vocat Idumæorum principes: & fortes Moab, fortes Moabiticæ regionis.
29 Cadet. futuro tempore
30 conticescent: Id est, ob fortitudinem tuam quam brachio tuo ostendet.
31 Chaldæus paraphr. redemisti.
32 dicit Plantabis, quasi perpetuo habitaturos.
33 Heb. loco habitationis tuæ i. in sede quam fecisti vt illic sedeas.
34 Subaudiendum est [illegible] hoc modo, Nam templum æternabunt (vel, parabunt) ô Domine, manus tuæ. Quasi dicat, præpara tibi ædificari templum in sede illa & locum quo constituisti habitare.

13 *Extendente te dexterã tuã*[25] *deglutiuit eos terra.*
14 [26] *Duxisti tua bonitate populum istum, quem asseruisti, duxisti tua fortitudine ad habitaculum sanctuarii tui.*
15 [27] *Audientes (hoc) populi contremuerunt, dolor apprehendet habitatores Palæstinæ.*
16 *Tunc*[28] *perterriti sunt duces Edom, robusti Moab, apprehendit eos tremor, defluxerunt omnes habitatores Chanaan.*
17 [29] *Cadat super eos tremor & pauor, in magnitudine brachii tui*[30] *obstupescant quasi lapis donec pertranseat populus tuus ô Domine, donec pertranseat populus iste quem*[31] *adquisiuisti.*
18 *Introduces eos, &*[32] *plantabis eos in monte hereditatis tuæ,*[33] *(ad) habitaculum mansionis tuæ,*[34] *quod tu parasti Domine: (ad) sanctuarium Domini, quod manus tuæ firmauerunt.*
19 *Dominus regnabit in seculũ,*[35] *& in perpetuum.*
20 *Quoniam ingressus*[36] *equus Pharao cum curribus suis & equitibus suis mare, & reduxit Dominus super eos aquas maris: filii autem Israel profecti sunt per siccum in medio mari.*
21 *Et sumpsit Maria prophetis soror Aharonis tympanum in manum suam, & egressæ sunt omnes mulieres post eam cum tympanis & choris. Et Maria (vicissim)*[37] *respondit eis.*
22 [38] *Cantate Domino, quia*[39] *magnifice magnificentiam suam exeruit, equos*[40] *& currus eius sustulit: in altum deiecit in mare.*
23 *Mandauit itaq; Moses vt Israelitæ*[41] *soluerent à mari carectoso: egressi ergo in desertum Sur, profecti sunt tribus diebus per desertum, & non inuenerunt aquam.*
24 *Et venerunt in Mara, nec poterant aquas Mara bibere, eo quod amaræ essent: & ob hoc appellauit nomen eius*[42] *Mara.*
25 *Et murmurauit populus aduersus Mosen, dicens, Quid bibemus?*
26 *Et clamauit ad Dominum, & Dominus*[43] *ostendit ei lignum, quod cum immisisset in aquas, dulces factæ sunt aquæ. ibi dedit*[44] *ei statuta & iudicium, & ibi tentauit eum. Et ait,*
27 *Si diligenter audieris vocem Domini Dei tui, & quod rectum in oculis eius est feceris, & auscultaueris præceptis eius, custodieris; omnia statuta eius:*[45] *nullum languorem quem Ægyptiis immisisti tibi immittam: quia ego Dominus te sanans.*
28 *Et venerunt in Elim, vbi erant duodecim fontes aquarum, & septuaginta palmæ, & castra metati sunt ibi iuxta aquas.*

13 Extendisti manũ tuã, & deuorauit eos terra.
14 Dux fuisti in misericordia tua populo quem redemisti: & portasti eum in fortitudine tua, ad habitaculum sanctum tuum.
15 Ascenderunt populi, & irati sunt: dolores obtinuerunt habitatores Philisthiim.
16 Tunc cõturbati sunt principes Edom, robustos Moab obtinuit tremor: obriguerunt omnes habitatores Chanaan.
17 Irruat super eos formido & pauor in magnitudine brachii tui fiant immobiles quasi lapis: donec pertranseat populus tuus Domine, donec pertranseat populus tuus iste quem possedisti. C
18 Introduces eos, & plantabis in monte hæreditatis tuæ, firmissimo habitaculo tuo quod operatus es Domine: sanctuarium tuum Domine, quod firmauerunt manus tuæ.
19 Dominus regnabit in æternum & vltra.
20 Ingressus est enim[a] eques, Pharao cum curribus & equitibus eius in mare: & reduxit super eos Dominus aquas maris: filii autem Israel ambulauerunt per siccum in medio eius.
21 Sumpsit ergo Maria prophetissa soror Aaron tympanum in manu sua: egressæque sunt omnes mulieres post eam cum tympanis & choris, quibus præcinebat, dicens.
22 Cantemus Domino: gloriose enim magnificatus est, equũ & ascensorem eius deiecit in mare.
23 Tulit autẽ Moyses Israel de Mari-rubro, & egressi sunt in desertum Sur: ambulaueruntq; tribus diebus per solitudinem, & non inueniebãt aquam.
24 Et venerunt in Mara, nec poterant bibere aquas de Mara, eo quod essent amaræ. vnde & congruum loco nomen imposuit, vocans illum Mara, id est amaritudinem.
25 Et murmurauit populus contra Moysen, dicens, Quid bibemus?
26 At ille clamauit ad Dominum. qui ostendit ei lignum: quod cum misisset in aquas, in dulcedinem versæ sunt. Ibi constituit ei præcepta, atque iudicia, & ibi tentauit eum dicens.
27 Si audieris vocem Domini Dei tui, & quod rectum est coram eo feceris, & obedieris mandatis eius, custodierisq; omnia præcepta illius: cunctũ languorẽ quẽ posui in Ægypto, nõ inducam super te. Ego enim sum Dominus Deus sanator tuus.
28 Venerunt autem in Elim filii Israel, vbi erant duodecim fontes aquarum, & septuaginta palmæ: & castrametati sunt iuxta aquas.

[a] *equus.*
Mulieres cum tympano laudant Deum.
Veniunt in Sur plus IS aol. D
In Mara ob aquas amaras murmurant.
Indub. 5. c. Eccl. 38. a
Audiendus Deus
Infirmitates. Sanator Deus. Veniunt in Elim. Num. 33. b.

CAPVT XVI.

1 *SOluentes autem de Elim, venerunt omnes cœtus filiorum Israel ad desertum Sin, quod est inter Elim & Sinai, quintodecimo die mensis secundi post egressum eorum è terra Ægypti.*
2 *Et omnis cœtus filiorum Israel murmurabat contra Mosen & Aharonem in deserto.*
3 *Et filii Israel dixerunt ad eos, Vtinam mortui fuissemus per manum Domini in terra Ægypti, quando sedebamus nos ad ollas carnium, & quando comedebamus panẽ ad satietatem: quoniam eduxistis nos in desertum istud, vt omnem congregationem istam fame conficeretis.*
4 *Et ait Dominus ad Mosen, En ego*[1] *depluam vobis panem de cœlo, & egreditur populus,*[2] *vt colligant demensum in singulos dies: vt probem eum, ambuletne in lege mea necne.*

1 PRofectiq; sunt de Elim, & venit omnis multitudo filiorum Israel in desertum Sin, quod est inter Elim & Sinai: quintodecimo die mensis secũdi, postquam egressi sunt de Terra-Ægypti. A
2 Et murmurauit omnis congregatio filiorum Israel contra Moysen & Aaron in solitudine.
3 Dixeruntq. filii Israel ad eos, Vtinam mortui essemus per manũ Domini in Terra-Ægypti, quãdo sedebamus super ollas carniũ, & comedebamus panem in saturitate: cur induxistis nos in desertũ istud, vt occideretis omnem multitudinem fame?
4 Dixit autem Dominus ad Moysen, Ecce ego pluam vobis panes de cælo: egrediatur populus, & colligat quæ sufficiunt per singulos dies: vt tentem eum vtrum ambulet in lege mea, annon. B

Veniunt in desertum Sin. Exod. 11. a.
Murmurant pro cibo.

35 Heb. & vlterius, perpetuũ. q. d. Ipse extrues tibi templum, & tunc rex eris in æternum in ea sede quã firmabunt manus tuæ. 36 equus Pharaonis cum curribus suis & equitibus eius 37 Mosi [illegible] dicere, & aliis viris præcinentibus. Vt enim illi dixerunt, Cantate Domino, &c. sic quoq; illa iisdem verbis proposuit in [illegible]. Alii legunt, [illegible] Maria præcinebat illis, sub mulieribus 38 Ponitur hic solum initium cantici: verisimile est tamen illas per omnia totũ canticum [illegible] repetere. 39 Vide quartam annotationem huius capitis 40 cum sessoribus suis 41 proficiscerentur 42 Mara [illegible] amaritudo. 43 Heb. [illegible] arborem [illegible] arborem, et qua [illegible] ramum proiecit in aquas amaras. 44 [illegible] Israeli [illegible] Deus [illegible] Israelitas aliquot leges 45 Quasi dicat, [illegible] immitterem in te morbos, quum ego is sim qui sanare te soleam [illegible] quando morbo teneris? XVI 1 [illegible] vobis cibum. 2 colligentque [illegible] diei in die suo; colligent quotidie quantum satis erit pro ipso die. [illegible] Probare autem [illegible] Dominus tentare [illegible] probare [illegible] & non plus colligerent quam illis opus esset per singulos dies. Voluit [illegible] illis cibum, [illegible] per singulos menses, sed per singulos dies, vt nullus [illegible], in quo Dei [illegible] sentirent beneficium; atq; ob id essent semper memores Dei. Ob quam causam docetur Christus [illegible] nos orare, Panem nostrum quotidianum da nobis hodie.

5 Die autem sexto parent quod inferant: & sit
duplum quàm colligere solebāt per singulos dies.
6 Dixeruntq; Moyses & Aaron ad omnes filios
Israel, Vespere scietis quòd Dominus eduxerit vos
de Terra-Ægypti.
7 Et mane videbitis gloriam Domini: [a] Audiui
enim murmur vestrum contra Dominum: nos ve-
rò quid sumus, quia mussitastis contra nos?
8 Et ait Moyses, Dabit vobis Dominus vespere
carnes edere, & mane panes in saturitate: eo quod
audierit murmurationes vestras, quib⁹ murmura-
ti estis contra eum. nos enim qui sumus? nec cōtra
nos est murmur vestrum, sed contra Dominum.
C
9 Dixit quoq; Moyses ad Aaron, Dic vniuersæ
congregationi filiorū Israel, Accedite coram Do-
mino. audiuit enim murmur vestrum.
10 Cúmq; loqueretur Aaron ad omnem cœtū
filiorum Israel, respexerunt ad solitudinem: & ec-
ce gloria Domini apparuit in nube.
11 Locutus est autē Domin⁹ ad Moysen, dicēs.
12 Audiui murmurationes filiorum Israel, lo-
quere ad eos, Vespere comedetis carnes, & mane
saturabimini panibus: scietísq; quòd ego sum Do-
minus Deus vester.
13 Factum est ergo vespere, & ascendens cotur-
nix, cooperuit castra: mane quoque ros iacuit per
circuitum castrorum.
D
14 Cúmq; operuisset superficiem terræ, ‖ appa-
ruit in solitudine minutum, & quasi pilo tusum in
similitudinem pruinæ super terram.
15 Quod cū vidissent filii Israel, dixerūt adinui-
cē, Man hu? (quod significat, Quid est hoc?) igno-
rabāt enim quid esset. Quibus ait Moyses, ‖ Iste est
panis quem Dominus dedit vobis ad vescendum.
16 Hic est sermo quem præcepit vobis Do-
minus, Colligat vnusquisq; ex eo quantum sufficit
ad vescendum: gomor per singula capita, iuxta nu-
merum animarum vestrarum quæ habitant in ta-
bernaculo sic tolletis.
17 Feceruntq; ita filii Israel: & collegerunt, a-
lius plus, alius minus.
18 Et mensi sunt ad mensuram gomor: ‖ nec
qui plus collegerat, habuit amplius: nec qui mi-
E
nus parauerat, reperit minus: sed singuli iuxta id
quod edere poterant congregauerunt.
19 Dixitq; Moyses ad eos, Nullus relinquat ex
eo in mane.
20 Qui non audierunt eum, sed dimiserunt qui-
dam ex eis vsq; mane, & scatere cœpit vermibus,
atq; computruit, & iratus est contra eos Moyses.
21 Colligebant autem mane singuli, quantum
sufficere poterat ad vescendum, cumq; incaluisset
Sol, liquefiebat.
22 In die autē sexta collegerūt cibos duplices, id
est duo gomor per singulos homines: venerūt autē
omnes principes multitudinis, & narrauerūt Moysi.
23 Qui ait eis, Hoc est quod locutus est Domi-
nus, Requies sabbathi sanctificata est Domino cras.
quodcunque operandum est, facite: & quæ co-
quenda sunt, coquite: quicquid autem reliquum
fuerit, reponite vsque in mane.
F
24 Feceruntque ita vt præceperat Moyses, & nō
computruit, neque vermis inuentus est in eo.
25 Dixitq. Moyses, Comedite illud hodie, quia
sabbathū est [b] Domini: nō inuenietur hodie in agro
26 Sex diebus colligite: in die autem septimo

*5 Die verò sexto parent quod [3] inferant, eritq; il-
lud duplū huius vesperi[illegible] quod collegerūt in singulos dies.*
*6 Dixitq; Moses & Aharon ad vniuersos filios Is-
rael, Vespere scietis quod Dominus eduxit vos de terra
Ægypti:*
*7 Mane autē videbitis [4] gloriam Domini, eo quòd
audierit ipse murmurationē vestram [5] contra Dominum:
[6] nos enim quid sumus, quòd aduersum nos murmurastis?*
*8 Et ait Moses, [7] Quum Dominus dederit vobis ad
vesperam carnes ad edendum, & panem mane ad satie-
tatē, (testabitur) se audisse querimonias vestras, quibus
mussitatis aduersum eū. qd enim nos sumus? non contra
nos sunt querimoniæ vestræ sed contra Dominum.*
*9 Et dixit Moses ad Aharonem, Dic ad omnem cœ-
tum filiorum Israel, Accedite in conspectum Domini,
quoniam audiuit querimonias vestras.*
*10 Contigit autem quum loqueretur Aharon ad o-
mnem cœtum filiorum Israel, vt respicerent ad deser-
tum, & ecce gloria Domini visa est in nube.*
11 [8] Locutusq; est Dominus ad Mosen, dicens.
*12 Audiui querimonias filiorum Israel, loquere er-
go ad eos in hanc sententiam, [9] Inter vesperas comedetis
carnes, & mane saturi eritis panibus: scietisq; quòd ego
sum Dominus Deus vester.*
*13 Factúmq; est vesperi, & [10] ascendit coturnix, o-
peruitq; castra & mane [11] proiectus fuit ros circum
castra:*
*14 [12] Quo abscedente, ecce in superficie deserti mi-
nutum quiddam & [13] orbiculare, minutum tanquam
pruina super terram.*
*15 Et videntes filii Israel, dixerunt quisq; ad proxi-
mum suum, [14] Hoc est Man. nesciebant enim quid esset.
Et ait Moses ad eos, Hic est panis, quem dedit vobis Do-
minus in cibum.*
*16 [15] Hoc est verbum quod præcepit Dominus, Col-
ligite ex eo, quisq; [16] quantum edat: gomer [17] pro capi-
te iuxta numerum animarum vestrarum, quisq; pro his
qui sunt in tentorio suo accipite.*
*17 Et filii Israel fecerunt sic, & collegerunt, alii plus,
alii minus.*
*18 Et quum metirentur per gomer, [18] nihil superfuit
ei qui plus nihil defuit ei qui minus collegerat: quis-
que collegit [19] quantum ad vescendum (satis fuit.)*
*19 Et ait Moses ad eos, Nemo quidquam [20] residuū
faciat ex eo vsq; mane.*
*20 Qui non audierunt Mosen, sed quidam reserua-
runt ex eo vsq; mane, & produxit vermes & compu-
truit, & iratus est aduersus eos Moses.*
*21 Collegerūt autem illud [21] mane per singulos dies,
quisq; [22] quantum ad vescendum (satis fuit:) quumq;
Sol incalesceret, [23] liquefiebat.*
*22 In die sexto collegerunt panem duplicem, duo sci-
licet gomer pro vno. Et venerunt omnes primores congre-
gationis, & [24] retulerunt Mosi.*
*23 Et dixit ad eos, Hoc est quod Dominus loquutus
est, [25] Quies sabbati sancti cras est Domino: [26] quod
pistere volueritis, pinsite: & quod coquere vultis, coqui-
te, [27] atq; omne quod superest, reponite vobis vt seruetur
vsq; mane.*
*24 Et reposuerunt illud vsq; mane, quemadmodum
præceperat Moses, & non computruit, neq; vermis natus
est in eo.*
*25 Et ait Moses, Comedite ipsum [28] hodie: quoniam
[29] sabbatum est hodie Domino, hodie non inuenietis i-
psum in campo.*
26 Sex diebus colligetis ipsum, & in die septimo sab-

[a] murmur (margin)
Contra Deum murmurat, qui contra ministros eius. (margin)
Loquitur Moysi Deus in nube. (margin) Eccl. 45. a.
Pluit coturnices & Man. (margin)
Num. 11. b. Psal. 77. c. Sap. 16. c. Iohan. 6. d. (margin)
1. Cor. 10. a (margin)
2. Cor. 8. d. (margin)
Man seruatū fetet & computrescit. (margin)
Sabbatho ne coquere quidē fas erat. (margin)
[b] Domino: In sabbatho Deus non pluit Man. (margin)

3 Subaudi, in domos suas. 4 declaratur istud versiculo paulo post sequenti, Ecce gloria Domini. vt scilicet ita intelligatis hoc opus non esse humanum, sed diuinum. 5 more Hebraico dictū, pro, contra se. Antecedens pro relatiuo. 6 vel, nos enim quid possumus aliud facere (vobis.) 7 Subaudiendū est, videbitis gloriam Domini. Vel, cognoscetis quòd Dominus eduxerit vos de Ægypto, non autem nos, quū dederit Dominus vobis vesperi carnem ad comedendum, & panem mane ad saturandum (vos:) audiuit enim querimonias &c. 8 Dicebat autē Dominus ad Mosen in hunc modum, Au[illegible]. 9 Vide cap. 12. annotatione de hoc. 10 q. d. ex alio lo[illegible] aduolarunt coturnices, vt castra cooperirentur. 11 Heb. fuit descensio roris i. descenderat ros. 12 Heb. Cúmq; disparuisset descensio roris i. quum euanuisset ros qui descēderat. 13 Chaldæus paraph. decorticatum, hoc est, album, vt sunt ligna decorticata. 14 Donum est ignorabant &c. Hoc est, Donum illud est quod Dominus pollicitus fuerat. Appellauerunt autem vocabulo generali, quod est Man: quòd proprium illi nomen indere non possent. 15 Hoc est quod præcepit Dominus, sub. de māna. 16 vel, quantum comedere potest. hoc est, quantum satis sit illi pro cibo. 17 in caluariam i. per singula capita. 18 Heb. non superabundauit

superabundauit multiplicans, & diminuens non defecit vel deficere fecit sub mensuram i. qui plus collegerat, non plus tamen habuit: neq; qui minus collegerat, minus eo habuit qui plus collegerat q. d. omnes habuerunt mensuras iustas, singuli quantū comedere poterit, vt mos erat, nempe gomer vnusquisq. Hunc locum citat Paulus, 2. Cor. 8. c. ex versione LXX. interpretū, In præsenti tēpore, vestra abundantia illorū inopiam suppleat: vt & illorū abundātia, vestræ inopiæ sit supplementum, vt fiat æqualitas, sicut scriptum est, Qui multum nō abundauit: & qui modicū, non minorauit. 19 Heb. iuxta cibū suum. 20 vel, relinquat. Nolebat enim eos esse solicitos de crastino. Matt. 6. d. Nolite solliciti esse in crastinum &c. 21 Heb. mane & mane i. singulo mane. 22 iuxta cibū suum. 23 vel, liquescere solebat. 24 nē-pe quod collegissent panem duplicē. 25 Heb. Cessatiuncula, cessatio inquam sanctitatis Domino cras i. Die crastino vobis cessandum est in honorem Domini. Is dies tribuendus est Domino & laudi diuinæ, qui ipse cessauit septimo die. 26 quod [illegible], coquite & quod elixaturi, elixate: i. quod die crastino edituri estis, coquite hodie. 27 Subaudiendum aliquid, quasi, & comedite ad saturitatem: vt sequatur, quicquid autem superest &c. 28 diem septimum intellige. 29 cessandum est vobis hodie in honorem Domini.

36 i. eo die non cadet Man. 31 i. eburn. 32 Assimilatur Man coriandro, non colore, quũ semina coriandri sint nigra: sed figura, quod Man fuerint granula paruula in morẽ granulorum coriandri. 33 vel, similæ frixæ in melle. 34 Omnia hæc dicũtur per anticipationẽ, vsq; ad finẽ capitis, quasi dicerentur post constrũ tẽplum & tabernaculum 35 quidam scutellam vertunt. 36 i. in arca testimonii. 37 i. coram arca testimonii.

XVII

1 Galliceé dicimus, Par leurs iournees. 2 Heb. iuxta os 3 Tu scilicet Moyses & Aaron date &c. 4 q.d. Vos estis ingrati, & oblitis beneficii a Deo acceptorũ certo scitis, atq; creditis Deum esse omnipotentẽ, & ita non deserturum vos? 5 propter aquæ huc, penuria aquæ q.d. magna siti pressus fuit ibi populus quod aquæ deficerẽt. 6 &, pro propterea. 7 vel, Præcede populum. 8 præsens pro futuro, stabo. 9 i. Tẽtatio & contentio. 10 i. Quæstiõe sciemus Dominũ esse nobiscũ? 11 quo scilicet Deus tãta miracula operatus erat. 12 vel, Fecit itaque Iosue 13 vel, pugnãdo 14 i. quãdo Moses totus pendebat a illo, & assiduis [illegible] orabat, magna animi contentione, vincebat Israel: quando vero remittebat preces, tum vincebat Amalecitæ. Manus illæ exaltatæ, contentionẽ orationis significant: remissæ vero, remissionem orationis ad [illegible] [illegible]

baiuum est,[10] quo die non erit.

27 Contigit autem vt quidam è populo septimo quoq; die exirent ad colligendum, & non inuenerunt.

28 Et ait Dominus ad Mosen, Quamdiu renuitis obseruare præcepta mea & leges meas?

29 Videte, Dominus dedit vobis sabbatum, & ob id dat vobis sexto die[31] panem pro duobus diebus. Maneat igitur quisq; in loco suo, & non egrediatur vllus de loco suo septimo die.

30 Quieuit itaque populus die septimo.

31 Domus autẽ Israel appellauit nomen illius Man, & erat veluti semen[32] coriandri, album, & gustus eius vt[33] placenta mellita.

32 [34] Dixitq; Moses, Hoc est verbum quod præcepit Dominus Imple gomer ex eo, quod seruetur apud posteros vestros: vt videant panem, quem vobis edendum dedi in deserto, quando eduxi vos de terra Ægypti.

33 Et ait Moses ad Aharonem, Accipe[35] vasculũ vnum, & pone in eo gomer plenum Man, & repone illud[36] coram Domino, vt seruetur pro posteris vestris.

34 Et Aharon reposuit illud[37] coram testimonio vt seruaretur, quemadmodum præceperat Dominus Mosi.

35 Et comederunt filii Israel Man annis quadraginta donec venirent ad terram habitandam: man inquã comederunt donec venirent ad terminum terræ Chanaan.

36 Porrò gomer est decima pars epha.

sabbathum est Domini, idcirco non inuenietur.

27 Venitq; septima dies: & egressi de populo vt colligerent, non inuenerunt.

28 Dixit autẽ Dominus ad Moysen, Vsquequo non vultis custodire mãdata mea, & legem meam? — *Increpat Dominus populum, quod sabbathum nõ custodiant.*

29 Videte quòd Dominus dederit vobis sabbathum, & propter hoc die sexta tribuit vobis cibos duplices: maneat vnusquisq; apud semetipsum, & nullus egrediatur de loco suo die septimo.

30 Et [a] sabbathizabit populus die septimo. — [a] *sabbathizauit Man.*

31 Appellauitq; domus Israel nomen eius Mã: quod erat quasi semen coriandri album gustusq; eius quasi similæ cum melle. — G

32 Dixit autẽ Moyses, Iste est sermo quẽ præcepit Domin⁹, Imple gomor ex eo, & custodiatur in futuras retrò generatiões: vt nouerint panẽ quo alui vos in solitudine, quando educti estis de Terra Ægypti. — *Man reseruatur in memoriam posteris.*

33 Dixitq; Moyses ad Aaron, Sume vas vnum, & mitte ibi Man, quantum potest capere gomor: & repone coram Domino ad seruandũ in generationes vestras, sicut [b] præceperat Dominus Moysi. — [b] *præcepit*

34 Posuitq; illud Aaron in tabernaculo reseruandum.

35 Filii autem Israel comederunt Man quadraginta annis, donec venirent in terrã habitabilẽ: hoc cibo aliti sunt, vsquequo tangerent fines Terræ Chanaan. — Nehem. 9. d. Iudith 5. c.

36 Gomor autem decima pars est ephi. — *Gomor.*

CAPVT XVII.

1 PRofectus itaq; vniuersus cœtus filiorum Israel de deserto Sin,[1] per profectiones suas[2] iuxta præceptũ Domini, & castrametati sunt in Raphidim, vbi non erat aqua vt biberet populus.

2 Et expostulauit populus cũ Mose, & dixerunt,[3] Date nobis aquam vt bibamus. Quibus ait Moses,[4] Cur mecum expostulatis? cur tentatis Dominum?

3 Sitiuit ergo illic populus[5] aquam,[6] & querebatur aduersus Mosen, dicens, Quare effecisti tu vt ascenderemus de Ægypto, vt me & filios meos atq; pecora mea siti interficeres?

4 Et clamauit Moses ad Dominũ dicens, Quid faciã populo huic? parum abest quin me lapidibus obruant.

5 Et dixit Dominus ad Mosen,[7] Transi corã populo, & tolle tecum de senioribus Israel, & baculum tuũ quo fluuium percussisti, tolle in manum tuam, & vade.

6 Ecce ego[8] sto ante te illic super petrã quæ est in Horeb, & tu percuties petrã, & egredietur ex ea aqua vt bibat populus. Et Moses fecit sic corã oculis seniorũ Israel.

7 Vocauitq; nomẽ loci illius[9] Massa & Meriba: ꝓpter contentionẽ filiorũ Israel, & quod tẽtassent Dominum his verbis,[10] Estne Dominus in medio nostri, annon?

8 Venit Amalec, & pugnabat cum Israele in Raphidim.

9 Et dixit Moses ad Iehosua, Elige nobis viros, & egrediens pugna contra Amalec: & cras ego stabo in vertice collis, &[11] baculus Dei in manu mea.

10 [12] Et Iehosua fecit quemadmodum præceperat ei Moses,[13] pugnauitq; contra Amalec. Moses autem, Aharon & Hur ascenderunt in verticem collis.

11 Factumq; est,[14] cum in sublime attolleret manus suas Moses, Israel superior erat: quando vero manus demitteret, superior erat Amalec.

12 Manus vero Mosis[15] graues fuerũt: tulerũt ergo lapidẽ, & supposuerũt ei, & sedit super eo: Aharon verò & Hur sustinuerunt manus eius, vnus hinc, alter isthinc: &[16] fuit firmus manibus suis vsq; ad Solis occasum.

13 Debilitauitq; Iehosua Amalec atque[17] populum eius[18] gladio.

14 Dixitq; Dominus ad Mosen,[19] Consigna hoc in

1 IGitur profecta omnis multitudo filiorum Israel de deserto Sin, per mansiones suas, iuxta sermonem Domini, castrametati sunt in Raphidim, vbi non erat aqua ad bibendum populo. — A *Venerũt in Raphidim.*

2 Qui iurgatus contra Moysen, ait, Da nobis aquam, vt bibamus. Quibus respondit Moyses, Quid iurgamini contra me? cur tentatis Dominum? — *Murmurant ob aquæ penuriam.*

3 Sitiuit ergo ibi populus præ aquæ penuria, & murmurauit contra Moysen, dicens, Cur fecisti nos exire de Ægypto, vt occideres nos, & liberos nostros, ac iumenta siti? — Num. 20. a.

4 Clamauit autẽ Moyses ad Dominũ, dicẽs, Quid faciã populo huic? adhuc paululũ, & lapidabit me. — B *Orat D̃ni Moyses.*

5 Et ait Dominus ad Moysen, Antecede populũ, & sume tecum de senioribus Israel: & virgam qua percussisti fluuium, tolle in manu tua, & vade.

6 En ego stabo ibi coram te, supra petram Horeb: percutiesq; petram, & exibit ex ea aqua, vt bibat populus. Fecit Moyses ita corã seniorib⁹ Israel. — Supra 14. e. Psalm. 77. b. 1. Cor. 10. a.

7 Et vocauit nomen loci illius Tentatio, [c] propter iurgiũ filiorum Israel, & quia tentauerunt Dominũ, dicentes, Estne Dominus in nobis, annon? — *Datur aqua è petra.* [c] *& In Tentare Deum*

8 Venit autem Amalec, & pugnabat contra filios Israel in Raphidim. — C

9 Dixitque Moyses ad Iosue, Elige viros, & egressus pugna contra Amalec: cras ego stabo in vertice collis, habens virgam Dei in manu mea. — *Amalecitæ occiduntur à filiis Israel, orante Moyse.*

10 Fecit Iosue vt locutus erat Moyses, & pugnauit contra Amalec: Moyses autem, & Aaron, & Hur ascenderunt super verticem collis. — Iudith 4. d. Sapien. 11. a. Deut. 25. d. *Iosue.*

11 Cũq; leuaret Moyses manus, vincebat Israel: sin autem paululum remisisset, superabat Amalec.

12 Manus autem Moysi erant graues: sumentes igitur lapidem, posuerunt subter eum, in quo sedit: Aaron autem, & Hur sustentabant manus eius ex vtraque parte. Et factum est vt manus illius non lassarentur vsque ad occasum solis. — D

13 Fugauitq; Iosue Amalec, & populum eius in ore gladii.

14 Dixit autẽ Dominus ad Moysen, Scribe hoc

15 [illegible] 16 [illegible] verbi fuit, fuit manibus eius fidelitas. Vel, & qualibet manus eius fuit fidelis, hoc est, fuerunt manus eius fideliter & firmiter extensæ. Chaldæus [illegible] [illegible] 17 i. populum qui venerat ei auxilio qui nõ erat Amalecitæ. 18 Hebr. in ore gladii, [illegible] 19 [illegible] dicatur per anticipationem.

ob me-

ob monimentum in libro, & trade auribus Iosue: delebo enim memoriam Amelec sub cœlo.

15 Ædificauitq; Moyses altare: & vocauit nomen eius, Dominus [b]exultatio [c]mea, dicens,

16 Quia manus [a]solius Domini, & bellum Domini erit contra Amalec, à generatione in generationem.

librum [20] ad monumentum, & [21] commenda auribus ipsius Iehosuæ, quoniam plane delebo memoriam Amalec de sub cœlo.

15 Et extruxit Moses aram, vocauitq; nomen eius Dominus [22] Nissi. Et dixit.

16 [23] Sublata manu super solium Dei, [iuro] quòd prælium Domini [futurum sit] contra Amalec [24] per omnia secula.

Amalecitarum interitum prædicit Deus. [b] exaltatio [c] solii

CAPVT XVIII.

1 CVmque audisset Iethro sacerdos Madian, cognatus Moysi, omnia quæ fecerat Deus Moysi, & Israeli populo suo, & quod eduxit Dominus Israel de Ægypto:

2 Tulit Sephoram vxorem Moysi quam remiserat: & duos filios eius,

3 Quorum vnus vocabatur Gersam, dicente patre, Aduena fui in terra aliena.

4 Alter verò Eliezer, Deus enim, ait, patris mei adiutor meus, & eruit me de gladio Pharaonis.

5 Venit ergo Iethro cognatus Moysi, & filii eius & vxor eius ad Moysen in desertum, vbi erat castrametatus iuxta Montem Dei.

6 Et mandauit Moysi, dicẽs, Ego Iethro cognat⁹ tuus venio ad te, & vxor tua, & duo filii tui cũ ea.

7 Qui egressus in occursum cognati sui, adorauit, & osculatus est eum: salutaueruntq; se mutuo verbis pacificis.

8 Cumq; intrasset tabernaculum, narrauit Moyses cognato suo cuncta quæ fecerat Dominus Pharaoni & Ægyptiis propter Israel: vniuersumq; laborem qui accidisset ei in itinere, & quòd liberauerat eos Dominus.

9 Lætatusq; est Iethro super omnib. bonis quæ fecerat Dominus Israeli, eo quòd eruisset eum de manu Ægyptiorum, & ait,

10 Benedictus Dominus qui liberauit vos de manu Ægyptiorum, & de manu Pharaonis, qui eruit populum suum de manu Ægypti.

11 Nunc cognoui quia magnus Dominus sup omnes Deos: eo quòd superbe egerint cõtra illos.

12 Obtulit ergo Iethro cognatus Moysi holocausta & hostias [b] Domino: veneruntq; Aaron & omnes seniores filiorum Israel, vt comederent panem cum eo coram Deo.

13 Altera autem die sedit Moyses vt iudicaret populum, qui assistebat Moysi à mane vsque ad vesperam.

14 Quod cum vidisset cognatus eius, omnia scilicet quæ agebat in populo, ait, Quid est [a] quod facis in plebe? cur solus sedes, & omnis populus præstolatur de mane vsq; ad vesperam?

15 Cui respondit Moyses, Venit ad me populus quærens sententiam Dei.

16 Cumq; acciderit eis aliqua disceptatio, veniunt ad me, vt iudicem inter eos, & ostendam præcepta Dei, & leges eius.

17 At ille, Non bonam, inquit, rem facis:

18 Stulto labore consumeris & tu, & populus iste qui tecum est: vltra vires tuas est negotium, solus illud non poteris sustinere.

19 Sed audi verba mea atque consilia, & erit Dominus tecum. Esto tu populo in his quæ ad Deum pertinent, vt referas quæ dicuntur, ad eum:

20 Ostendasq; populo ceremonias & ritũ colẽdi,

1 ET audiuit Iethro [1] sacerdos Midian, socer Mosis, omnia quæ fecit Deus [2] Mosi & Israeli populo suo, quòd eduxisset Dominus Israelem ex Ægypto.

2 Tulit itaque Iethro socer Mosis Zipporam vxorem Mosis [3] postquam remiserat eam: & duos filios eius.

3 Quorum vnius nomen erat Gersom, quoniam [4] dixerat, Aduena fui in terra aliena.

4 Nomen verò alterius, Eliezer: quoniam [5] [dixerat,] Deus patris mei in auxilio meo, qui eripuit me de gladio Pharaonis.

5 Venit itaq; Iethro socer Mosis & filii eius, & vxor eius ad Mosen in desertum, vbi scilicet ipse ad montem Dei castra fixerat.

6 Et dixit ad Mosen, Ego Iethro socer tuus venio ad te, sed & vxor tua, atque duo filii eius cum ea.

7 Et egressus Moses obuiam socero suo incuruauit se, & osculatus est eũ, & interrogauit alter alterum [6] num recte haberent [omnia.]

8 Ingressiq; sunt tentorium. Et recensuit Moses socero suo omnia quæcunque fecerat Dominus Pharaoni & Ægyptiis propter Israelem, omnem denique molestiam [7] quæ eis in itinere contigerat, & [quomodo] liberasset eos Dominus.

9 Et Iethro lætatus est super omni [8] bonitate quæ prosequutus est Dominus Israelem, [9] quodq; liberasset eum de manu Ægyptiorum. Et ait Iethro,

10 Laudandus Dominus, qui liberauit vos de manu Ægyptiorum, & de manu Pharaonis, quiq; eripuit populum istum à manu Ægyptiorum.

11 Nunc cognosco quod magnus est Dominus præ omnibus Diis, quoniam [10] in ea re qua illi insolenter egerunt contra illos [perierunt.]

12 Et accepit Iethro socer Mosis holocaustum & sacrificia [11] Deo.

13 Venitq; Aharon & omnes seniores Israel, ad comedendum panem cum socero Mosis [12] corã Deo. [13] Postremo die sedit Moses [14] ad iudicandum populum: stabatque populus coram Mose à mane vsque ad vesperam.

14 Et videns socer Mosis omnia, quæ ille faciebat populo, ait, Quid hoc est quod facis [15] populo? quare tu solus sedes, & cunctus populus stat iuxta te à mane vsque ad vesperam?

15 Et respondet Moses socero suo, Quoniam [16] venit populus ad me [17] vt consulat Deum.

16 Quum fuerit illis causa aliqua, [18] venit ad me, & ego iudico inter virum & proximum suum, & ostendo statuta Dei & leges eius.

17 Et ait socer Mosis ad eum, Res quam tu facis nõ est bona,

18 Omnino marcesces, & tu & populus iste qui tecum est: Nam grauius est negotium, quàm vt tu hoc solus conficias.

19 Audi igitur vocem meam, consulam tibi, & [20] erit Deus tecum. [21] Tu gere curam populi coram Deo, & refer causas ad Deum,

20 Et doce eos statuta & leges, & viam eis ostende

A *Iethro inuisit Moysen, cum vxore & filiis ipsius Moysi. Sup. 2. d*

B

Narrat Moyses liberationem filiorum Israel socero.

Deum Israelis confitẽs Iethro, offert holocausta. Sup. 1. b. c. d. 5. b. c. d. 14. b. [b] Deo:

C *Moyses secundũ leges Dei iudicat istos populi. [a] hoc*

Quærere Deum, quid.

Deut. 1. b

20 vel, pro memoriali.
21 Heb. trade in auribus Iosue, quod proculdubio delebo, &c. i. inculca ipsi Iosue quod, &c.
22 Vexillum meum. Alii vertunt, Miraculum meum, q. d. miraculo & misericordia Dei factũ est illud. Chaldæus paraph. vertit, Et coluit super ipsum altare Dominum, qui fecit ei mirabilia. Alii, vocauit nomen eius Altare Domini vexilli mei. i. quod fuit mihi loco vexilli.
23 Hebr. manus super solio Domini, bellũ Domino erit, &c. Hebraismus est, Manus Domini super solio eius pro, Iurauit Dominus per soliũ suum, quòd bellum erit ei contra, &c.
24 Heb. à generatione in generationem. i. per omnes ætates & in sempiternum.

CAP. XVIII.
1 vel, princeps, vt vertit Chaldæus paraphrastes.
2 i. propter Moysen & Israelem populum suum. in gratiam Mosis & populi sui Israelis.
3 sub. in domũ paternam. nam ipsa, quum Moses proficisceretur in Ægyptum, inciderat in morbum propter circumcisionem populi sui. Rectius vt vertit ut Hebræo post dona eius. Pronomen fœmininũ. i. cumulatam donis & muneribus à patre.
4 sub. Moses, vocabitur Gersom, hoc est, Aduena: quia Aduena, &c.
5 sub. Moses, vocabitur Eliezer, hoc est, Dei adiutorium: quia Deus patris, &c.
6 Hebr. de pace. pro, interrogauerunt se mutuo

quo statu valerent. Quidem vertunt, benepreca[illegible] sunt alter alteri. Alii mutauerunt se mutuo pacifice i. verbis pacificis. Prior interpretatio verior. 7 Hebr. quæ inuenisset eos i. quam sustinuissent & passi fuissent. 8 bono quo, &c. i. propter omnia bona quibus prosequutus, &c. 9 vel, quem liberasset. 10 eadem de re qua superbe agebant in eos. Sub. peraicit eos Chaldæus paraphrastes, quoniam in re qua cogitauerunt Ægyptii iudicare Israelem, in ea iudicauit eos Deus: puniuit. Dominus enim submersit Ægyptios persequentes Israelem, quemadmodum paruos Hebræorum ipsi præceperant submergere quum nascerentur. 11 i. quæ offerret Deo. 12 i. non longe ab eo loco vbi Deum consulebant, ante tabernaculum scilicet foederis, non longe à tabernaculo Mosis. Nam tabernaculum Mosis erat iuxta tabernaculum fœderis. Hæc autem dicuntur per anticipationem: quia nondum erat tabernaculum fœderis. 13 quam scilicet Iethro venisset. 14 i. vt ius redderet populo. 15 vel, propter populum siue populi causa. 16 Venit, est præsentis temporis i. venire solet. Verti etiam potest, Scito quod veniat, &c. Aut, Certe venire solet, &c. 17 vel, vt requirat sententiam Dei. Chaldæus paraphrastes, vt inquirat instructionem à Deo. 18 singulare pro plurali, veniunt. 19 succumbendo succumbes. Quasi dicat, procul dubio succumbes. Hoc significat geminatio illa verbi Hebræi. Vel, deficiendo deficies. 20 i. erit tibi auxilio. Vel, daturo tibi tale consilium, quod Deus, tibi fauendo, probabit. 21 Heb. Esto tu populo coram Deo. i. Tu propter populum sta coram Deo.

inque ambulent, atque opus quod faciant.

21 *Porrò ex omni populo tu*[22] *prospice viros*[23] *fortes, timentes Deum, viros veraces,*[24] *odientes auaritiam, & præfice illos tribunos, centuriones, quinquagenarios atque decuriones.*

22 *Illi iudicent populum omni tempore: omnem verò rem grauem quæ inciderit, ad te referent: ipsi vero vniuersas res paruas iudicent,*[25] *leuabuntque te quum ferent tecum.*

23 *Si hoc feceris,*[26] *(in his quæ) Deus præcipiet subsistere poteris: denique omnis populus iste redire (poterit) ad locum suum*[27] *in pace.*

24 *Obediuit itaque Moses voci soceri sui, & fecit omnia quæ ille dixerat.*

25 *Et elegit Moses viros fortes ex omni Israele, & constituit eos capita super populum, (nempe) tribunos, centuriones, quinquagenarios & decuriones.*

26 [28] *Illique iudicauerunt populum omni tempore: caussas vero difficiles referebant ad Mosen, cunctas vero res paruas ipsi iudicarunt.*

27 *Dimisit autem Moses socerum suum, abiitque is in regionem suam.*

viamque per quam ingredi debeant, & opus quod facere.

21 Prouide autem de omni plebe viros * sapientes & timentes Deum, in quibus sit veritas, & qui oderint auaritiam, & constitue ex eis tribunos, & centuriones, & quinquagenarios, & decanos.

22 Qui iudicent populum omni tempore: quicquid autem maius fuerit, referant ad te, & ipsi minora tantummodo iudicent: leuiusque sit tibi, partito in alios onere.

23 Si hoc feceris, implebis imperium Dei, & præcepta eius poteris sustentare: & omnis hic populus reuertetur ad loca sua cum pace.

24 Quibus auditis Moyses fecit omnia quæ ille suggesserat.

25 Et electis viris strenuis de cuncto Israel constituit eos principes populi, tribunos, & centuriones, & quinquagenarios, & decanos.

26 Qui iudicabant plebem Domini omni tempore: quicquid autem grauius erat, referebant ad eum, faciliora tantummodo iudicantes.

27 Dimisitque cognatum suum: qui reuersus abiit in terram suam.

Iudices alios secum constituit Moyses, & quales.
* *potentes.*

ne considerabis. i. cum multa animaduersione & cogitatione deliges.
23 Heb. virtutis. hoc est strenuos, fortes, magnanimos, qui sint secundo tanto oneri, patientes laboris. Quidam interpretantur, viros diuites & constantes, qui in iudicio nec minis nec muneribus à recto deflecti possunt.
24 Chaldæus paraphr. qui oderunt accipere pecuniam & munera.
25 & sarcinam tuam leuiorem reddet & illi ferent tecum. i. te iuuabunt.
26 Heb. Et præceperat tibi Deus poteris insistere & etiam omnis &c. Idq; ex præcepto Dei, & volente Deo, poteris sufficere huic labori.
27 i. sublatis iurgiis ac litib.
28 vel, Qui iudicabant.

CAPVT XIX.

1 *MEnse tertio*[1] *quum egressi essent filii Israel ex terra Ægypti,*[2] *ipsa die venerunt in desertum Sinai.*

2 [3] *Soluentes enim ex Raphidim, venerunt in desertum Sinai, & castrametati sunt in ipso deserto,*[4] *mansitque illic Israel e regione montis.*

3 *Moses vero ascendit*[5] *ad Deum,*[6] *& vocauit eum Dominus de monte, dicens, Sic dices domui Iacob, & annuntia filiis Israel.*

4 *Vos vidistis quæ feci Ægyptiis, &*[7] *gestaui vos (quasi) super alis aquilarum & duxi vos ad me.*

5 *Nunc ergo si diligenter audieritis vocem meam, & fœdus meum custodieritis, eritis mihi*[8] *peculium præ omnibus populis:*[9] *mea (quidem) est omnis terra.*

6 *Vos autem eritis mihi*[10] *regnum sacerdotale, & gens sancta. hæc sunt verba quæ loqueris ad filios Israel.*

7 *Venit itaque Moses, & vocauit seniores populi, &*[11] *proposuit illis omnia verba ista quæ præceperat ei Dominus.*

8 *Et responderunt omnis populus pariter & dixerunt, Quæcunque loquutus est Dominus, faciemus. Et retulit Moses verba populi ad Dominum. Et dixit Dominus ad Mosen.*

9 *Ecce ego veniam ad te in densa nube, vt populus audiat me tecum loquentem, & etiam credant tibi perpetuo. (* Et nuntiauit Moses verba populi Domino.)*

10 [12] *Et ait Dominus ad Mosen, Vade ad populum, &*[13] *consecra eos hodie & cras, lauentque vestimenta sua.*

11 *Vt sint parati in diem tertium: quoniam in die tertio*[14] *descendet Dominus in oculis totius populi in montem Sinai.*

12 *Et circumscribe terminum populo*[15] *circumquaque, dicens, Cauete vobis ne ascendatis in montem, neque extremitatem eius attingatis: quicunque montem attigerit, morte moriatur:*

13 *Non*[16] *feret eum manus, sed*[17] *lapidibus obruatur, aut telo petatur: siue iumentum fuerit, siue homo, non viuat.*[18] *Quum protractius fuerit sonitus iobel, ipsi*[19] *ascendent in montem.*

14 *Et descendit Moses de monte ad populum, &*[20]

1 MEnse tertio egressionis Israel de Terra Ægypti, in die hac venerũt in solitudinẽ Sinai.

2 Nam profecti de Raphidim, & peruenientes vsque in desertum Sinai, castrametati sunt in eodem loco, ibiq; Israel fixit tẽtoria è regione mõtis.

3 Moyses autem ascendit in montem ad Deũ: vocauitque eum Dominus de monte, & ait, Hæc dices domui Iacob, & annuntiabis filiis Israel.

4 Vos ipsi vidistis quæ fecerim Ægyptiis, quomodo portauerim vos super alas aquilarum, & assumpserim mihi.

5 Si ergo audieritis vocem meam, & custodieritis pactum meum, eritis mihi in peculium de cunctis populis: * mea est enim omnis terra.

6 Et vos eritis mihi in regnũ sacerdotale, & gẽs sancta. hæc sunt verba quæ loquêris ad filios Israel.

7 Venit Moyses: & conuocatis maioribus natu populi, exposuit omnes sermones quos mandauerat Dominus.

8 Responditque omnis populus simul, Cuncta quæ locutus est Dominus, faciemus. Cumque retulisset Moyses verba populi ad Dominum, ait ei Dominus.

9 Iam nunc veniam ad te in caligine nubis, vt audiat me populus loquentem ad te, & credat tibi in perpetuum. Nuntiauit ergo Moyses verba populi ad Dominum.

10 Qui dixit ei, Vade ad populum, & sanctifica illos hodie & cras, lauentque vestimenta sua.

11 Et sint parati in diem tertium: in die enim tertia descendet Dominus coram omni plebe super montem Sinai.

12 Constituesque terminos populo per circuitum, & dices ad eos, Cauete ne ascendatis in montem, nec tangatis fines illius: omnis qui tetigerit montem, morte morietur.

13 Manus non * tangent eum, sed lapidibus opprimetur, aut confodietur iaculis: siue iumentum fuerit, siue homo, non viuet. cum cœperit clangere buccina, tunc ascendant in montem.

14 Descenditq; Moyses de monte ad populum,

Veniunt ad montem Sinai.
Num. 33. c
* *filiorum.*
Act. 7. e
Deut. 10. a
* Psal. 23. a
Sacerd. reg.
B
1. Pet. 2. b
Sancta gens.
Moyses annuntiat verbum Dei.
Moysi verbis Deus vult fidem haberi.
Iubetur populus sanctificari.
C
Tangens montem lapidatur.
Heb. 12. c
* *tangent.*

CAP. XIX.
1 ab egressu filiorum.
2 i. ipso die quo recesserant, ex Raphidim. Hoc ideo dicit, quod non esset magna distantia ex Raphidim ad montem Sinai q. d. plus itineris cõfecerunt eo die, quam aliis diebus. Alii referunt ad primum diem mensis. q. d. Primo die mensis tertii venerunt in desertum Sinai.
3 Profecti sunt autem. vel. Discesserant autem de Raphidim, & venerant, &c. q. d. Nam quum discessissent eo die de Raphidim ipsa eadem die peruenerunt in desertum Sinai.
4 Castrametatusque est.
5 Hebræi subaudiunt Montem, & legunt, ad montem Dei, in quo scilicet Deus se manifestauit, & legem tradidit.
6 Chaldæus paraph. & vocauit eum Dominus de monte, dicendo 7 id est, portaui vos quasi in humeris, sicut aquila pullos suos portat in alis, præter morem aliarum auium quæ pedibus portant. 8 vt thesaurus valde dilectus, præ cunctis populis. Sic vocat Dominus populum suum cui legem suam tradidit, & viuendi formam præscripsit Vox Hebræa S E G V L A, significat rem quandam amatam & charam, siue thesaurus fuerit, siue res alia quæcunque. 9 Heb. quia mea est vniuersa terra q. d. tametsi mei sint omnes populi, illi, quam tamen vos vnice, & supra omnes alios populos. 10 vel sacerdotium regale. i. regnum sacerdotũ. Chaldæus paraphrast. eritis reges & sacerdotes ... separare q. d. sancti omnes vos reges & sacerdotes, & gentes sanctas. 11 Heb. posuit ante faciem eorum. * Renuntiauit enim Moses verba populi ad Dominum. Hæc debent legi per parenthesim q. d. Moses retulerat Domino populum non credere, eum esse missum ab ipso Deo, vt eos liberaret. 12 Addiditque Dominus. 13 sanctifica. Hic sanctificare, pro præparare accipitur. 14 descendam Hebraismus. 15 vel, per circuitum sub monte. 16 tanget q. d. nemo sequatur eum qui tetigerit montem, vt eripiat eum ne lapidetur. 17 Heb. lapidando lapidabitur, & iaculando iaculabitur. i. lapidibus obruetur, & confodietur iaculis. 18 Heb. cum traxerit buccina. Heb. vocem suam. i. quum prolixius intonuerit buccina. Iobel, cornu est, aut buccina aut sonus ille editus. 19 i. ascendere poterunt. 20 i. præparauit & sanctificauit.

Sanctificatur populus.

& sanctificauit eum. Cumque lauissent vestimenta sua, ait ad eos,

15 Estote parati in diem tertium, & ne appropinquetis vxoribus vestris.

In tonitru & fulgure apparet Deus, vt à populo timeatur.

16 Iamque aduenerat tertius dies, & mane inclaruerat: & ecce cœperunt audiri tonitrua, ac micare fulgura, & nubes densissima operire montem, clangorque buccinæ vehementius perstrepebat: & timuit * populus qui erat in castris.

* *omnis.*

Deut. 4. b

17 Cumque eduxisset eos Moyses in occursum Dei de loco castrorum, steterunt ad radices mõtis.

18 Totus autem mons Sinai fumabat: eo quod

D descendisset Dominus Deus super eum in igne, & ascenderet fumus ex eo quasi de fornace: eratque omnis mons terribilis.

19 Et sonitus buccinæ paulatim crescebat in maius, & prolixius tendebatur: Moyses loquebatur, & Deus respondebat ei.

20 Descenditque Dominus super montem Sinai in ipso montis vertice, & vocauit Moysen in cacumen eius. Quò cum ascendisset, dixit ad eum,

21 Descende, & contestare populum: ne forte velit transcendere terminos ad videndum Dominum, & pereat ex eis plurima multitudo.

Sanctificentur sacerdotes.

22 Sacerdotes quoque & populus qui accedunt ad Dominum, sanctificentur, ne percutiat eos.

23 Dixitque Moyses ad Dominum, Non poterit vulgus ascendere in montem Sinai: tu enim testificatus es & iussisti, dicens, Pone terminos circa montem & sanctifica illum.

Populus & sacerdotes, ne tangant montem.

24 Cui ait Dominus, Vade, descende: ascendesque tu, & Aaron tecum: sacerdotes autem & populus ne transeant terminos, nec ascendant ad Dominum, ne forte interficiat illos.

25 Descenditque Moyses ad populum, & omnia narrauit eis.

consecrauit populum, & lauerunt vestimenta sua. Et dixit ad populum,

15 *Sitis parati in diem tertium,* [21] *neque accesseritis ad vxores.*

16 *Factumque est die tertio quum esset mane, facta sunt tonitrua & fulgura, & nubes grauis super montem, & vox* [22] *cornu vehementissima, &* [23] *expauit vniuersus populus qui erat in castris.*

17 *Et Moses populum obuiam Deo è castris eduxit, & constiterunt* [24] *ad imam radicem montis.*

18 *Mons autem Sinai totus fumabat, eo quod descendisset super eum Dominus* [25] *in igne,* [26] *& ascendit fumus eius tanquam fumus fornacis calcariæ, & totus mons vehementer contremuit.*

19 *Cumque vox cornu intenderetur, & fieret vehementer fortis, loquebatur Moses, & Deus respondebat ei* [27] *in voce.*

20 [28] *Descendit itaque Dominus in montem Sinai, in verticem montis: & quum vocasset Dominus Mosen in verticem montis, ascendit Moses. Et dixit Dominus ad Mosen,*

21 *Descende,* [29] *obtestare populum, ne fortè* [30] *prorumpant ad Dominum vt contemplentur, & corruant ex eis multi.*

22 *Quin & sacerdotes,* [31] *qui accedunt ad Dominum,* [32] *se consecrent,* [33] *ne fortè Dominus eos dissipet.*

23 *Et ait Moses ad Dominum, Populus non poterit ascendere montem Sinai: tu enim* [34] *obtestatus es nos, dicens,* [35] *Limita montem, &* [36] *consecra eum.*

24 *Et dixit ei Dominus, Vade, descende, & ascende tu & Aharon tecum: sacerdotes autem & populus* [37] *non prorumpat, vt ascendat ad Dominum,* [38] *ne in illos irrumpat.*

25 *Descendit itaque Moses ad populum, & loquutus est cum eis.*

21 i. abstineat vnusquisque ab vxore sua. 22 vel, buccinæ. 23 fuit, intremuit. 24 in ima parte. 25 i. circumdatus igne. 26 ascendebatque. 27 i. clara voce & exaudibili ab omnibus. 28 Descenderat autem Dominus q. d. Postea quam Dominus descenderat, stabat in vertice montis, &c. 29 & denuncia populo, ne dissipent terminos. Denuntia, inquit, quasi testibus adhibitis. 30 Heb. destruant, ad Dominum, ad videndum, i. ne destructis ordinibus, deserta que statione conscendant ad Dominum, vt videant gloriam eius, & propterea cadat ex eis maxima pars. In fine huius capitis adiecit verbum, quod hic subintelligi debet, quum [illegible] vt ascendat. 31 vel, qui accessuri sunt 32 vel, sanctimoniæ dent operam. 33 ne dissipet eos Dominus, vel, ne rupturam faciat in eis Dominus [illegible] Chaldæus paraphrastes, ne interficiat eos Dominus. 34 vel, denunciasti nobis hoc modo. 35 vel, Cõstitue limites circa montem [illegible] his verbis præcedentibus declarat, Constitue terminos circa montem, hoc est vide nequis cum montem contingat [illegible] 37 ne destruant, sub. stationem suam, cumque deserant vt ascendant, &c.

CAPVT XX.

A 1 Locutusque est Deus cunctos sermones hos.

Deos alienos ne habeamus.

Deuter. 5. a

Psal. [illegible] 96. b. 115. b

Leuit. 26. a

2 Ego sum Dominus Deus tuus, qui eduxi te de Terra Ægypti, de domo seruitutis.

3 Non habebis Deos alienos coram me.

4 Non facies tibi sculptile, neque omnem similitudinem quæ est in cælo desuper, & quæ in terra deorsum, nec eorum, quæ sunt in aquis sub terra.

5 Non adorabis ea, neque coles: ego sum Dominus Deus tuus fortis, zelotes, visitans iniquitatem patrum in filios, in tertiam & quartam generationem eorum qui oderunt me:

6 Et faciens misericordiam in millia his qui di-

B ligunt me: & custodiunt præcepta mea.

Iurare.

Deu. 5. b.

Leui. 19. c

Matth. 5. e

7 Non assumes nomen Domini Dei tui in vanum: nec enim habebit insontem Dominus eum qui assumpserit nomen Domini Dei sui frustra.

Sabbathum.

Exo. 10. b

Deut. 5. b

Infra 31. a.

Gen. 2. a

8 Memento vt diem sabbathi sanctifices.

9 Sex diebus operaberis, & facies omnia opera tua.

10 Septimo autem die sabbathũ Domini Dei tui est:

1 *Loquutusque est Deus omnia verba ista dicens.*

2 *Ego* [1] *Dominus Deus tuus,* [2] *qui eduxi te ex terra Ægypti,* [3] *de domo seruorum.*

3 *Ne sint tibi Dii alii coram me.*

4 [4] *Ne feceris tibi statuam, nec vllum simulachrum (eius) quod est in cælis supernè, nec quod est in terra subtus, nec quod in aquis est sub terra.*

5 *Non adorabis ea, neque coles ea, quia ego* [5] *Dominus Deus tuus fortis,* [6] *indignabundus,* [7] *persequens iniquitatem patrum in filios, in tertios, & in quartos, odientibus (scilicet) me.*

6 *Et* [8] *præstiquens bonitatem in mille, his qui diligunt me, & præcepta mea obseruant.*

7 [9] *Ne sumas nomen Domini Dei tui* [10] *vanè: quoniam non* [11] *impunitum dimittet Dominus eum qui nomen suum vanè sumpserit.*

8 *Memineris diei sabbathi vt sanctè colas illum.*

9 *Sex diebus operaberis, & omnia negocia tua conficies.*

10 *Septimo autem die* [12] *sabbathum est Domini Dei tui:*

CAP. XX.

1 Dominus, ab Haia, i. esse, dicitur, vt dictum est supra cap. 6. q. d. Ego ille ipse sum qui sum per memetipsum, & omnia alia per me essentiã suã habent: siue species originem tuam, ego sum Dominus tuus, siue species quid tibi post creationem conferam, sum benefactor tuus. nam eduxi te de terra Ægypti, quæ quã [illegible] sunt, debes me solum amare & colere. Hæc eductio ex Ægypto erat velut typus futuræ liberationis, quæ nunc facta est per Christum. Illud est primum præceptum iuxta Hebræorum distinctionem. Secundũ autem, Ne sint tibi Dii, &c. 3 Hebraismus, pro, de loco vbi seruiebas. [illegible] quem [illegible] coles deos alienos, ne in occulto quidem, quia nihil me latere potest. 4 q. d. Abstine à cultu creaturarum [illegible] 5 vel, Ne in [illegible] ego sum, &c. 6 Vox Hebræa CANNA, non solum affectum significat qui est inter amantes, & non fert corriualem: sed & eum quo animus commouetur & suis & suorum contumeliis & iniuriis, quæ significatio huc quadrare videtur. Alii vertũt Deus zelotypus [illegible] qui nõ possum ferre vt aliis [illegible] fortis sum qui possum iniuriam [illegible] vlcisci. 7 visitans iniquitatem, i. puniens iniquitatem patrum in filiis tertiam & quartam generationis. Hoc intelligitur de filiis & posteris qui imitantur vitia parentum, vt ipse indicat, subiiciens, odientibus me, q. d. parco aliquando parentibus et [illegible] expecto & filios eorum sed tandem in quarta generatione posterorum, qui deplorate perseuerant in vestigiis parentum, eorumque impietati [illegible] ostendo [illegible] meam, hoc est, soleo [illegible] iniquitatem parentum vsque ad tertios & quaternos posteros qui imitantur vitia parentum. At contra faciens misericordiam in millesima generatione, i. soleo [illegible] probitatis parentum in perpetuum, in eos qui probitatem ipsorum parentum imitantur, hoc est eorum qui me diligunt. Hinc videmus misericordiam Dei se latius extendere quam iustitiam. 8 vel, faciens misericordiam. 9 Chaldæus paraphrastes, Ne iurabis. Tertium præceptum. 10 vel frustra, siue temere, i. siquid iuraueris te facturum, adhibito nomine Domini illud præstes. 11 pro insontem (siue innocentem) habebit Dominus eum, &c. i. pro impio & scelerato habebit eum Dominus, qui, &c. Hebræi enim cum rem augere volunt, id per negationem nominis, quod non per superlatiuum, facere solent. 12 Hebraismus, pro, Da operam vt cesses ab operibus tuis die sabbathi. Quartum præceptum, quod Deus [illegible] contulit, vt & corpus laborando defatigatum & exhaustum, alterna requie nõ careat: & animi robur operatione corporis distractum, diuinæ legis meditatione, & diuinorum beneficiorum [illegible] 13 i. quiescendum est ab operibus corporis, vt liberius vaces operibus spiritus nempe meditationi diuinæ legis, & diuinorum beneficiorum recordationi, ac vt Dominum iugiter laudes.

14 I. qui habetat in tua vrbe. 15 Heb. benedixit diei sabbathi, & eum sanctificauit. Vide Gen. 2. a. 16 Nec loquaris contra proximum tuum falsum testimonium. 17 i. facultates. 18 Hoc verbum repetiuit Moses, vt magis scriptum exponeret. nec enim diuiditur hoc præceptum in duo, secundum Hebræos. 19 videbat. Lau audiebat. Nā apud Hebræos, quod ad sensus attinet, alter pro altero vsurpatur. 20 i. vt timeatis illum. 21 q. d. Vos vidistis quod superne e cælo, non e terra locutus sum vobis, neque tanquam idolum mutum. 22 Ne (igitur) faciatis mecum deos &c. Mecum, hoc est, vt vna mecum colatis: volo enim me vnicum, nolo habere [illegible] quem mecum adiicietis. 23 q. d. ego exterior illa ornamenta quæ possunt animum suum a vero mei cultu auertere [illegible]

non facies vllum opus, neque tu, neque filius tuus, neque filia tua, neque seruus tuus, neque ancilla tua, neque iumentum tuum, neque aduena tuus [14] qui est intra portas tuas.

11 *Quoniam sex diebus fecit Dominus cælum & terram, mare & omnia quæ in eis sunt, septimo autem die quieuit: idcirco Dominus [15] diem sabbati celebrem fecit, & eum consecrauit.*

12 *Cole patrem tuū & matrē tuā, vt longius prorogētur dies tui in terra, quā Dominus Deus tuus dat tibi.*

13 *Ne occidas.*

14 *Ne sis mœchus.*

15 *Ne fureris.*

16 [16] *Ne respondeas contra proximum tuum falsi testimonio.*

17 *Ne concupiscas [17] domum proximi tui, ne [18] concupiscas (inquam) vxorem proximi tui, ne seruum eius, nec ancillam eius, nec bouem eius, nec asinum eius, nihil (denique) quod est proximi tui.*

18 *Omnis itaque populus [19] vidit tonitrua & lampades, & vocem buccinæ, & montem fumantem.*

19 *Quod quum videret populus, vacillabat, & stetit procul. Et dixerunt ad Mosen, Loquere tu nobiscum, & audiemus: & ne loquatur nobiscū Deus, ne fortè moriamur.*

20 *Et ait Moses ad populum, Ne timueritis, quoniā Deus venit vt vos tentaret, & [20] vt metus eius sit coram vobis, vt non peccetis.*

21 *Et populus stetit procul. Moses verò appropinquauit ad caliginem, in qua erat Deus.*

22 *Et dixit Dominus ad Mosen, Sic dices filiis Israel, [21] Vos vidistis quod de cælo loquutus sim vobiscum:*

23 [22] *Non facietis mecum deos argenteos, nec deos aureos facietis vobis.*

24 [23] *Aram de terra mihi extrues, & super eam sacrificabis holocausta tua, & [24] salutares tuas hostias, oues tuas, & boues tuos, in omni loco [25] in quo meminisse fecero nominis mei: [26] veniam ad te, & benedicam tibi.*

25 *Et si aram de lapidibus extruxeris mihi, ne extruas ex iis qui expoliti sunt. si enim [27] cultrum tuum [28] ei admoueris, contaminabis eam.*

26 *Ne per gradus ad aram meam ascendas, ne verenda tua iuxta eam retegantur.*

non facies omne opus in eo, tu & filius tuus & filia tua, seruus tuus & ancilla tua, iumentum tuum & aduena qui est intra portas tuas.

11 | Sex enim diebus fecit Dominus cælum & terram & mare, & omnia quæ in eis sunt, & requieuit in die septimo, idcirco benedixit Dominus diei sabbathi, & sanctificauit eum. Gen. 2. a.

C

12 Honora patrē tuū & matrē tuā, vt sis longæuus super terrā quā Dominus Deus tuus dabit tibi. *Parentes.* Deut. 5. b.

13 Non occides. *Occidere.*

14 Non mœchaberis.

15 Non furtum facies. Matth. 5. c.

16 Non loqueris contra proximum tuum falsum testimonium. *Mœchari. Furtum.*

17 Non concupisces domum proximi tui: nec desiderabis vxorē eius, nō seruū, non ancillam, nō bouem, non asinum, nec omnia quæ illius sunt. *Falsum testimonium. Concupiscentia.* Rom. 7. b. 13. c.

18 Cunctus autem populus videbat voces & lampades, & sonitū buccinæ, montémq; fumantē:

19 Et perterriti ac pauore cōcussi, steterunt procul, dicētes Moysi, Loquere tu nobis, & audiemus: non loquatur nobis Dominus, ne fortè moriamur.

20 Et ait Moyses ad populum, Nolite timere: vt enim probaret vos venit Deus, & vt terror illius esset in vobis, & non peccaretis. D *Ut timeretur apparuit in fulgure Deus.*

21 Stetitq; populus de longe. Moyses autem accessit ad caliginem in qua erat Deus.

22 Dixit præterea Dominus ad Moysen, Hæc dices filiis Israel, Vos vidistis quod de cælo locutus sim vobis. Heb. 12. e. Deut. 18. c.

23 Non facietis * deos argenteos, nec deos aureos facietis vobis. * mecum *Dii argentei.*

24 Altare de terra facietis mihi, & offeretis super eo holocausta & pacifica vestra, oues vestras & boues in omni loco in quo memoria fuerit nominis mei: veniam ad te, & benedicam tibi. *Altare terreū.* infra 27. b. 38. a.

25 | Quod si altare lapideum feceris mihi, non ædificabis illud de sectis lapidibus: si enim leuaueris cultrum * super eum, polluetur. Deut. 27. a. Iosue 8. f. * suum

26 Non ascendes per gradus ad altare meum, ne reueletur turpitudo tua.

CAPVT XXI.

1 *HÆc autem sunt [1] iudicia quæ propones eis.*

2 *Si seruum Hebræum emeris, sex annis seruiet, septimo verò exeat liber, (idque) gratis.*

3 [2] *Si solutus venit, solutus exeat: si verò vxorem habuerit, vxor eius cum eo exeat.*

4 *Si herus eius dederit ei vxorem, & hæc pepererit ei filios aut filias, vxor & liberi eius erunt heri sui, ipse verò exibit [3] solus.*

5 *Quod si seruus ille constanter dixerit, Diligo herum meū, vxorē meā & liberos meos, [4] nō egrediar liber:*

6 *Adducet illum herus eius ad [5] deos, & admouebit eum [6] ad ostium vel ad postem. perforabitque herus eius aurem eius subula, seruietque ei [7] perpetuo.*

7 *Et si quispiam vendiderit filiam suam vt sit ancilla non exibit [8] vt serui exeunt.*

8 *Si displicuerit oculis heri sui [9] quod non desponderit eam, sinat eam redimi: populo alieno vendendi eam potestatem non habet, [10] quandoquidem ipse eam despexit.*

9 *Si autem filio suo desponderit eam [11] iure filiarum aget cum ea.*

1 HÆc sunt iudicia quæ propones eis.

2 Si emeris seruum Hebræum, sex annis seruiet tibi: in septimo egredietur liber gratis. A *De seruis emendis.* Deut. 15. c. Ier. 34. c.

3 Cum quali veste intrauerit, cum tali exeat. si habens vxorem: & vxor egredietur simul.

4 Sin autem dominus dederit illi vxorem, & pepererit filios & filias: mulier & liberi eius erunt domini sui, ipse verò exibit cum vestitu suo.

5 Quòd si dixerit seruus, Diligo dominum meū & vxorem ac liberos, non egrediar liber:

6 Offeret eum dominus diis, & applicabitur ad ostium & postes, perforabitque aurem eius subula, & erit ei seruus in seculum. B

7 Si quis vendiderit filiam suam in famulam, non egredietur sicut ancillæ exire consueuerunt. *Filia vendita in ancillam.*

8 Si displicuerit oculis domini sui, cui tradita fuerat, dimittet eam: populo autem alieno vendendi non habebit potestatem, si spreuerit eam.

9 Sin autē filio suo desponderit eam, iuxta morem filiarum faciet illi.

[illegible] Hebraismus est, pro, si solus sine vxore venerit in domum tuam, sine vxore exibit. Quidam vertunt, [illegible] Heb. cum corpore suo [illegible] 4 i. modo donari libertate 5 i. [illegible] Hoc intelligitur de publico iudicio [illegible] de portis vrbis iuxta quas solebant iudices iudicia populo reddere. [illegible] Admouebit [illegible] longo tempore, [illegible] ad iubilæum [illegible] 8 Serui, qua [illegible] 9 qui non desponderit eam, redimere faciet eam, [illegible] pecuniam qua illa redimatur, [illegible] Hoc est habebit rationem temporis quo [illegible] puella [illegible] Alii vertunt, Et displicuerit in oculis heri sui, qui sibi [illegible] legunt Chaldæus para. [illegible] est enim duplex lectio apud Hebræos, לו, vel לא. Doctis probatur lectio [illegible] Quidam [illegible] loca Scripturæ in quibus לא scribitur, & legitur לו cum Vau, quorum [illegible]

10 Quòd si alterã ei acceperit, prouidebit puellę nuptias, & vestimenta, & preciũ pudicitiæ nõ negabit.

11 Si tria ista non fecerit, egredietur gratis absq; pecunia.

C

Homicidium

12 Qui percusserit hominem volens occidere, morte moriatur.

Leuit. 24. c. Deut. 19. a.

13 Qui autem non est insidiatus, sed Deus illum tradidit in manus eius: ‖ constituam tibi locũ in quem fugere debeat.

[b] *de industria*

14 Siquis [b] per industriam occiderit proximum suum, & per insidias: ab altari meo euelles eum vt moriatur.

Parentes percutiens.

[b] *&*

15 Qui percusserit patrem suum [b] aut matrem, morte moriatur.

D

Maledicens patri.

16 Qui maledixerit patri suo vel matri, morte moriatur.

17 Qui furatus fuerit hominem, & vendiderit eum, conuictus noxæ, morte moriatur.

Leu. 20. b. Prou. 20. c. Matth. 15. a. Mar. 7. b.

Furtum.

Rixantes.

18 Si rixati fuerint viri, & percusserit alter proximum suum lapide vel pugno, & ille mortuus nõ fuerit, sed iacuerit in lectulo:

19 Si surrexerit, & ambulauerit foris super baculum suum, innocens erit qui percusserit, ita tamẽ vt operas eius, & impensas in medicos, restituat.

Percutiens seruum.

20 Qui percusserit seruũ suum, vel ancillã virga, & mortui fuerint in manib[us] eius, criminis reus erit.

21 Sin autem vno die vel duobus superuixerit, non subiacebit pœnæ, quia pecunia illius est.

Percutiens mulierem pregnantem.

E

22 Si rixati fuerint viri, & percusserit quis mulierem prægnantem, & abortiuum quidem fecerit, sed ipsa vixerit: subiacebit damno quantum maritus mulieris expetierit, & arbitri iudicauerint.

Pœna talionis.

23 Sin autem mors eius fuerit subsecuta, reddet animam pro anima.

Matth. 5. f. Leuit. 24. d. Deut. 19. d.

24 Oculum pro oculo, dentem pro dente, manum pro manu, pedem pro pede.

25 Adustionem pro adustione, vulnus pro vulnere, liuorem pro liuore.

Oculum eruens, vel dentem excutiens serui.

26 Si percusserit quispiam oculũ serui sui aut ancillæ, & luscos eos fecerit, dimittet eos liberos pro oculo quem eruit.

27 Dentem quoq; si excusserit seruo vel ancillæ suæ similiter dimittet eos liberos.

Bos cornupeta.

28 Si bos cornu percusserit virum aut mulierẽ, & mortui fuerint, lapidibus obruetur: & nõ comedẽtur carnes eius, domin[us] quoq; bouis innocẽs erit.

F

29 Quòd si bos cornupeta fuerit ab heri & nudiustertius, & contestati sunt dominũ eius, nec recluserit eũ dominus, occideritq; virũ aut mulierẽ: & bos lapidib[us] obruetur, & dominũ ei[us] occidẽt.

30 Quod si precium fuerit ei impositum, dabit pro anima sua quicquid fuerit postulatum.

31 Filium quoq; & filiam si cornu percusserit, simili sententiæ subiacebit.

32 Si seruũ ancillámq; inuaserit, triginta siclos argenti dõmino dabit, bos verò lapidib. opprimetur.

G

Fodiens cisternam in quam bos ceciderit.

33 Siquis aperuerit cisternam, & foderit, & nõ operuerit eam, cecideritq; bos aut asinus in eam.

34 Reddet dominus cisternæ precium iumentorum: quod autem mortuum est, ipsius erit.

Bos bouem cedens.

35 Si bos alienus bouẽ alterius vulnerauerit, & ille mortuus fuerit: vendent bouẽ viuũ, & diuidẽt preciũ, cadauer autem mortui inter se dispertient.

36 Si autẽ sciebat q bos cornupeta esset ab heri & nudiustertius, & non custodiuit eũ dominus suus: reddet bouẽ pro boue, & cadauer integrũ accipiet.

10 *Si alterã [11] filio[?] duxerit, [12] cibũ eius, operimentũ ei[us], & ius coniugale, quo ei respondere debet, non minuet.*

11 *Quòd si ista tria ei non præstiterit, egredietur illa gratis absq; pecunia.*

12 *Qui hominem percusserit ita vt moriatur, morte plectatur.*

13 *Et qui non tetendit insidias, sed Deus [14] destinauit (illum) in manum eius, constituam tibi locum quo confugias.*

14 *Si verò aliquis [15] volens & callide machinatur proximo suo necẽ, ab ara mea illũ rapias vt interficiatur.*

15 *Percutiens patrem suum [16] & matrem suam, morte mulctetur.*

16 *Qui furatus fuerit hominem, & vendiderit eum, [17] & deprehẽsus fuerit in manu eius, morte mulctetur.*

17 *Qui patri suo [18] & matri suæ maledicit, morte mulctetur.*

18 *Si rixati fuerint viri, & alter alterum vel lapide vel pugno ceciderit, ita (tamen) vt non moriatur, sed lectulo decumbat:*

19 *Si surrexerit, & egressus fuerit foras baculo suo (innixus,) [16] absoluatur percussor, [17] attamẽ (damnũ) vacationis illius, & eius curæ in medico præstabit.*

20 *Et si verberauerit quispiam seruũ suum aut ancillam suam virga, ita vt moriatur [19] sub manu eius, de illo omnino sumatur vltio.*

21 *Veruntamen si vno die aut per duos perstat, vltio de eo non sumatur: [20] argentum enim ipsius est.*

22 *Si contenderint viri, & pulsauerint mulierẽ ferẽtẽ vterũ, ita vt abortiat, nec tamẽ [22] exitialis fuerit noxa: [21] omnino mulctetur talis iuxta æstimationem, quã imponet ei maritus mulieris, quã dabit pro arbitrorũ sentẽtia.*

23 *Quod si [24] noxa fuerit exitialis, [25] dabis animam pro anima.*

24 *[26] Oculum pro oculo, dentem pro dente, manum pro manu, pedem pro pede.*

25 *Adustionem pro adustione, vulnus pro vulnere, liuorem pro liuore.*

26 *Et si quispiã [27] ferit oculũ serui sui, vel oculũ ancillæ suæ, [28] ita vt pereat, manumittet eum pro oculo eius.*

27 *Et si dentem seruo suo aut ancillæ suæ excusserit, manumittet illum pro dente eius.*

28 *Et si bos [29] impegerit in virum vel in mulierẽ, ita vt moriantur, bos ille omnino lapidibus obrui debet, nec comedatur caro eius, dominus autem bouis [30] insons sit.*

29 *Quod si bos cornupeta fuit [31] ab heri & nudiustertius, [32] & denunciatũ sit domino eius, & non custodierit eum, & is virum aut mulierẽ interfecerit, lapidibus obruatur bos ille, & etiam dominus eius [33] interficiatur.*

30 *Et si [34] pretium piaculare ei fuerit impositum, quidquid ei imponetur, det vt animam suam redimat.*

31 *Si verò filium aut filiam petierit cornu, [35] idem iudicium fiet illi.*

32 *Si seruum aut ancillam bos cornu petierit, dabit domino eius triginta siclos argẽti, bósq; lapidib[us] obruetur.*

33 *Siquis foueã aperuerit, aut si quispiã foderit foueã, & eam non obruerit, & ceciderit in eam bos aut asinus,*

34 *Dominus foueæ [36] rependet, argentum restituet domino eius, & quod mortuum est, eius erit.*

35 *Si alienius bos bouem proximi sui cornu petierit, & ille mortuus fuerit, vendant bouem viuum, & diuidant precium eius, sed & mortuum diuidant.*

36 *At si cõstiterit bouem fuisse cornupetã ab heri & nudiustertius, & dominus eius non custodiuit eum, omnino bouem pro boue reddet, & [37] mortuus ei cedet.*

11 filio[?]. 12 victũ & vestitũ eius, & mercedem pudicitię non negabit ei. antequam amittat eam a se, oportet vt prouideat illi de victu, vestitu, & præmio ob pudicitiã eius a se raptã. Quidam minus recte legunt, tempus eius non minuet, i. precium illi ob tempus quo opera eius vsus est, debitum. 14 tradit 15 Heb. superbierit in proximum suum ad occidẽdum eum cum fraude, tamquam per arrogantiam & de industria interficeret proximum a dolo, numquam eriperet[?], sed eti-[am] ab altari meo abstrahetur, &c. 16 (& pro aut) positũ, more Hebraico. 17 Hebraismus, pro, si cõuincatur reus illius criminis. 18 Heb. innocẽs erit. Subaudi à cæde, i. non censebitur homicida. 19 Heb. tantummodo cessationem eius dabit, & curando curabit) tãtummodo iacturam temporis, quam fecit cessando ab opere, soluet, & curabit eum sanandum 20 i. percutiente eo illum vel illam. 21 i. seruus quẽ emit pecunia sua. 22 fuerit mors. 23 Heb. puniẽdo punietur quemadmodũ imponet super illum maritus mulieris & dabit secundum iudices: i. mulctabitur ea mulcta quã imponet maritus secũdum iudiciũ arbitrorum: dabit quantum arbitri censuerint. 24 fuerit mors. 25 i. morieris, quia mortuus est qui percussus interficietur 26 sub. dabis q. d. siquis oculum eruerit, oculus ei eruetur si dentem excusserit, dens ei excutietur &c. 27 percusserit. 28 & corruperit illũ. sub. oculum. 29 cornu petierit virũ vel mulierẽ

CAPVT XXII.

Pœna furis.

1 SIquis furatus fuerit bouem aut ouẽ, & occiderit, vel vendiderit: quinq; boues pro vno boue restituet, ‖ & quatuor oues pro vna oue.

2.Reg. 12. b.

2 Si effringens fur domũ siue suffodiẽs fuerit in-

1 *SI quis furatus fuerit bouem vel pecudem, & hanc mactauerit aut vendiderit, reddet quinque boues pro boue illo, & quatuor oues pro una pecude.*

2 *Si deprehensus fuerit fur [1] cum instrumento per-*

Notæ. 30 i. habeatur pro insonte, & absoluatur. 31 Hebraismus pro, antea. 32 & testibus adhibitis denuntiatum fuerit domino eius, Vel, admonitusq; fuerit dominus eius testibus adhibitis. 33 Interficiatur scilicet iudicum [...] 34 Heb. redemptio fuerit ei imposita, dabit redemptionem animæ suæ iuxta omne quod impositũ fuerit ei, i. si habeat in iudicib. potestatẽ redimẽdi se, tunc pro redẽptione vitæ suæ dabit viro quantũ imperatũ fuerit. 35 secundum iudicium hoc &c. i. eidem subiacebit sententiæ. 36 damnum resarciet, summam pecuniæ reddet domino eius. 37 i. bos qui mortuus est, illius erit cuius bos interfecit illum bouem.

CAP. XXII. 1 vel, in suffossione, i. Si fur suffodiens domum, deprehensus &c.

CAPVT XIV.

ET loquutus est Dominus ad Mosen, dicens.
2 Loquere ad filios Israel, vt reflectentes maneant
ante Phi-hahiroth [1] inter turrim & mare, e regione Ba-
al-zephon, coram eo [2] castrametentur ad mare.
3 Nam Pharao dicet de filiis Israel, Perplexi sunt in
terra, desertum eos conclusit.
4 Et ego [3] roborabo cor Pharaonis, vt persequatur
vos, & [4] gloriosus ero in Pharaone, & in cuncto exerci-
tu eius, scientque Ægyptii quod ego sum Dominus.
5 Et fecerunt sic. Nunciatum est autem Ægyptio
regi quod populus fugeret, & [5] versum est cor Pharao-
nis & seruorum eius contra populum, vt dicerent, [6] Cur
hoc fecimus, vt dimitteremus Israelem, ne nobis ser-
uiret?
6 [7] Et accingens currum suum, tulit secum popu-
lum suum.
7 Accepitque sexcentos electos currus, & omnes cur-
rus Ægypti, & [8] (duces) ternarios super quenquam il-
lorum.
8 Et roborauit Dominus cor Pharaonis regis Ægy-
pti, persequutusque est filios Israel: filii autem Israel e-
gressi erant [9] excelsa manu.
9 [10] Et Ægyptii persequuti sunt illos, & apprehen-
derunt eos castrametantes ad mare, omnis equitatus cur-
ruum Pharaonis atque equites eius, & copiæ eius iuxta
Phi-hahiroth e regione Baal-zephon.
10 Cumque Pharao appropinquasset, sustulerunt filii
Israel oculos suos, & ecce Ægyptii proficiscebantur post
eos: timueruntque vehementer, & clamauerunt filii Isra-
el ad Dominum.
11 Et dixerunt ad Mosen. An nulla erant sepulchra
in Ægypto, [11] vt educeres nos, vt moreremur in deser-
to? cur hoc fecisti nobis, vt educeres nos ex Ægypto.
12 Annon hoc est quod loquuti sumus ad te in Æ-
gypto, dicentes, Sine nos vt seruiamus Ægyptiis? satius
enim nobis fuerat seruire Ægyptiis, quam vt morere-
mur in deserto.
13 Et dixit Moses ad populum, Ne timueritis, con-
sistite, & videte salutem Domini, quam vobis hodie fa-
ciet. nam [12] quos hodie vidistis Ægyptios, posthac vitra
perpetuo non videbitis.
14 Dominus bellum geret pro vobis, & vos ta-
cebitis.
15 Et dixit Dominus ad Mosen, [13] Quid clamas ad
me? loquere ad filios Israel, vt proficiscantur.
16 Tu vero tolle in sublime baculum tuum, & ex-
tende manum tuam super mare, & diffinde illud, ingre-
dianturque filii Israel per medium maris in sicco.
17 Et ecce ego obfirmabo cor Ægyptiorum, vt illos
insequantur, & [14] gloriosus ero in Pharaone, & in v-
niuerso exercitu eius, in curribus eius, & in equitibus
eius.
18 Et cognoscent Ægyptii quia ego Dominus, quum
[15] gloriosus fuero factus in Pharaone, in quadrigis
eius.
19 Et [16] soluens angelus Dei qui præcedebat castra
Israelis ibat post eos: migrauit quoque columna nubis
quæ erat ante eos, & stetit à tergo illorum.
20 Venitque inter castra Ægyptiorum, & inter ca-
stra Israelitarum: & fuit [17] nubes & tenebra (Ægy-
ptiis, illustrauit vero noctem Israelitis,) vt alter ad al-
terum tota ista nocte non accederet.
21 Et extendit Moses manum suam super mare, &
Dominus effecit [18] vt decurreret mare per Orientalem
ventum vehementem tota illa nocte: & fecit mare vt es-
set siccum, & desciffa sunt aquæ.

1 LOcutus est autem Dominus ad Moysen, dicés:
2 Loquere filiis Israel, Reuersi castrameten-
tur è regione Phi-hahiroth quę est inter Magdalum
& mare contra Beel-sephon: in conspectu eius ca-
stra ponetis super mare.
3 Dicturusque est Pharao super filiis Israel, Co-
arctati sunt in terra, conclusit eos desertum.
4 Et indurabo cor eius, ac persequetur vos: &
glorificabor in Pharaone & in omni exercitu eius:
scientque Ægyptii quia ego sum Dominus.
5 Feceruntque ita. Et nuntiatum est regi Ægy
ptiorum quòd fugisset populus: immutatumque
est cor Pharaonis & seruorum eius super popu-
lum, & dixerunt. Quid voluimus facere vt dimit-
teremus Israel, ne seruiret nobis?
6 Iunxit ergo currum, & omnem populum
suum assumpsit secum.
7 Tulitque sexcentos currus electos & quic-
quid in Ægypto curruum fuit: & duces totius ex-
ercitus.
8 Indurauítque Dominus cor Pharaonis regis
Ægypti, & persecutus est filios Israel: at illi egressi
erant in manu excelsa.
9 Cumq; persequerentur Ægyptii vestigia præ-
cedentium, repererunt eos in castris super mare: o-
mnis equitatus & currus Pharaonis, & vniuersus
exercitus erant in Phi-hahiroth cōtra Beel-sephon.
10 Cumque appropinquasset Pharao, leuantes
filii Israel oculos, viderunt Ægyptios post se: & ti
muerunt valde, clamaueruntque ad Dominum.
11 Et dixerunt ad Moysen, Forsitan non erant
sepulchra in Ægypto, ideo tulisti nos vt morere-
mur in solitudine: quid hoc facere voluisti, vt edu-
ceres nos ex Ægypto.
12 Nonne iste est sermo quem loquebamur ad
te in Ægypto, dicentes, Recede à nobis, vt seruia-
mus Ægyptiis? multo enim melius erat seruire eis,
quam mori in solitudine?
13 Et ait Moyses ad populum, Nolite timere:
state & videte magnalia Domini quæ facturus est
hodie: Ægyptios enim quos nunc videtis, nequa-
quam vltra videbitis vsque in sempiternum.
14 Dominus pugnabit pro vobis, & vos tace-
bitis.
15 Dixitque Dominus ad Moysen, Quid clamas
ad me? Loquere filiis Israel vt proficiscantur.
16 Tu autem eleua virgam tuam, & extende
manum tuam super mare, & diuide illud: vt gradi-
antur filii Israel in medio mari per siccum.
17 Ego autem indurabo cor Ægyptiorum vt
persequantur vos: & glorificabor in Pharaone, &
in omni exercitu eius, & in curribus & in equiti-
bus illius.
18 Et scient Ægyptii quia ego sum Dominus:
cum glorificatus fuero in Pharaone, & in curri-
bus atque in equitibus eius.
19 Tollensque se angelus [a] Domini qui præce-
debat castra Israel, abiit post eos: & cum eo pari-
ter columna nubis, priora dimittens post tergum.
20 Stetit inter castra Ægyptiorum & castra
Israel: & erat nubes tenebrosa, & illuminans no-
ctem, ita vt ad se inuicem toto noctis tempore ac-
cedere non valerent.
21 Cumque extendisset Moyses manum super
mare, abstulit illud Dominus, flante vento vehe-
menti & vrente tota nocte, & vertit in siccum: di-
uisaque est aqua.

A *Iubet Deus populum castrametari in periculoso loco, vt magis glorificetur.* *Indurat cor Pharaonis Deus.*
B *Pharao insequitur Israelem.*
1 Mach. 4.
De salute desperantes Israelitæ murmurant.
C
Promittit salutem à Deo Moyses.
D *Clamans Moyses ad Deum, iubetur virga mare diuidere.*
[a] *Dei.*
Angelo sequente castra Israel gradiuntur per medium maris.

1 ante Migdal. nomen loci.
2 castra figetis.
3 indurabo.
4 glorificabor, id est, gloriosus apparebo.
5 Id est, mutata est sententia Pharaonis.
6 vel, Quid hoc rei est, quod fecimus, quando dimisimus, &c. aut, quod emisimus, siue dimisimus, &c.
7 Heb. Iungens ergo currum, id est curauit apparandum currum suum. olim enim pugnabant in curribus.
8 Præfectos.
9 id est, cum magna potentia, & magna audacia, animoque alacri.
10 vel, Cumque persequerentur eos Ægyptii, assequuti sunt eos castrametatos iuxta mare: omnis inquam equi curruum Pharaonis, atque equites eius, & exercitus eius, iuxta Phi-hahiroth, quæ est e regione Beel-sephon. Ordo perturbatior est, qui non sic potest ordinare. Insecuti sunt Ægyptii, hoc est omnes equi curruum Pharaonis, & equites eius, & exercitus eius filios Israel: & assequuti sunt eos castrametatos iuxta mare, iuxta Phi-hahiroth, quæ est e regione Beel-sephon.
11 quod educeres.
12 vel, quemadmodum vidistis hodie, nempe viuos, in posterum eos non estis visuri viuos vt nunc viuunt.
13 Hæc Moyses, vt nonnullis placet, populi personam sustinet. q.d. Quare populus tuus præcatur, clamat ad me?
14 glorificabor de Pharaone.
15 vel, glorificabor de Pharaone.
16 Id est, gloriosus apparebo propter mortem eius.
16 discedens q. d. angelus qui præcedebat, cœpit ire à tergo. 17 Hebr. nubes & tenebræ, & illuminabat noctem. Id est, columna illa quæ erat inter vtraque castra, ex parte Israelis, noctem illuminabat: ex parte autem Ægyptiorum, erat nubes obscura & tenebrosa. ita Chaldæus paraphrastes. Vel, erat nubes quæ illuminabat noctem illis, nubis tenebræ autem erant Ægyptiis. 18 vt desiccaret mare vento Orientali vehementissimo (flante) tota, &c.

20 Et

Psal. 113. a
Psa. 77. b. d. 104. d. Heb. 11. e
Pharaonem cum exercitu submergit Deus.
Sapien. 18. b

22 Et egressi sunt filii Israel per medium sicci maris: erat enim aqua quasi murus à dextra eorum & læua.

23 Persequentesque Ægypti ingressi sunt post eos, & omnis equitatus Pharaonis, currus eius & equites per medium maris.

24 Iamque aduenerat vigilia matutina, & ecce respiciens Dominus super castra Ægyptiorum per columnam ignis & nubis, interfecit exercitum eorum.

25 Et subuertit rotas curruum, ferebanturque in profundum. Dixerunt ergo Ægyptii, Fugiamus Israelem: Dominus enim pugnat pro eis contra nos.

26 Et ait Dominus ad Moysen, Extende manum tuam super mare, vt reuertantur aquæ ad Ægyptios, super currus & equites eorum.

27 Cumque extendisset Moyses manum contra mare, reuersum est primo diluculo ad priorem locum: fugientibusque Ægyptiis occurrerunt aquæ, & inuoluit eos Dominus in mediis fluctibus.

28 Reuersæque sunt aquæ, & operuerunt currus & equites cuncti exercitus Pharaonis qui sequentes ingressi fuerant mare: nec vnus quidem superfuit ex eis.

29 Filii autem Israel perrexerunt per medium sicci maris, & aquæ eis erant quasi pro muro a dextris & à sinistris.

30 Liberauitque Dominus in die illa Israel de manu Ægyptiorum.

Viso miraculo Israelitæ timēt Deum, & credunt ei.

31 Et viderunt Ægyptios mortuos super littus maris, & manum magnam, quam exercuerat Dominus contra eos: timuitque populus Dominum, & crediderunt Domino, & Moysi seruo eius.

22 *Et ingressi sunt filii Israel in medium maris [19] sicco, & aqua (fuerunt) illis murus a dextra eorum, & a sinistra eorum.*

23 *Et insequuti Ægyptii, ingressi sunt post eos ad medium maris, totus (scilicet) equitatus Pharaonis, currus eius, & equites eius.*

24 *Factumque est [19] in custodia matutina, vt respiceret Dominus ad castra Ægyptiorum in columna ignis & nube, & castra Ægyptiorum [20] conturbauit.*

25 *[21] Et constrinxit rotas curruum eius, atque difficulter duxit eum: vt diceret Ægyptius, Fugiam a conspectu Israelis: Dominus enim pugnat pro eis contra Ægyptios.*

26 *Et dixit Dominus ad Mosen, Extende manum tuam super mare, [22] vt reuertantur aquæ super Ægyptium (hoc est) super currus eius & super equites eius.*

27 *Et extendit Moses manum suam super mare, & reuersum est mare [23] in alueum suum ante lucem, fugeruntque Ægyptii obuiam [24] illis: & præcipitauit Dominus Ægyptios in medium maris.*

28 *Et refluebant aquæ operueruntque quadrigas & equites atque totum exercitum Pharaonis, qui mare ingressi fuerant post illos vt ne vnus quidē ex eis superesset.*

29 *Filii autem Israel iuerunt per medium maris in sicco, & aqua fuerunt eis vice muri à dextra eorum & a sinistra eorum.*

30 *Seruauit itaque Dominus illo die Israelem de manu Ægyptiorum.*

31 *Ita vt Israelitæ viderent Ægyptios mortuos ad littus maris. Vidit quoque Israel [26] manum illam potentem, quam exercuerat Dominus contra Ægyptios: & timuit populus Dominum, crediderūtque Domino & Mosi seruo eius.*

19 in vigilia.
20 vel, attriuit.
21 Abstulit enim rotas curruum cunctas, vt deducerent illos grauiter. Subaudi, Ægyptios. Vel, cum magna difficultate. Agebant ægre eos currus, violant magna difficultate agi detractis rotis.
22 & requiescatur.
23 ad robur suū, i. ad pristinum vigorem & statū.
24 Heb. dum respiceret mane, i. prima luce.
25 sub. aquæ, vel mare, per conflationem ruebant in ipsas aquas, vt valerentur ipsis aquis extra obuiam, & ipsæ aquæ illis.
26 manum magnam, id est, potentiam & virtutem illam magnam, qua vsus fuerat Dominus in Ægyptios.

CAPVT XV.

A
Gratias agunt Deo Moyses & Israelitæ pro victoria.
Sap. 10. d
Esa. 12. a
Psal. 117. c

1 TVnc cecinit Moyses & filii Israel carmen hoc Domino & dixerunt.

2 Cantemus Domino: gloriose enim magnificatus est, equum & ascensorem deiecit in mare.

3 Fortitudo mea, & laus mea Dominus, & factus est mihi in salutem: iste Deus meus, & glorificabo eum: Deus patris mei, & exaltabo eum.

4 Dominus quasi vir pugnator, omnipotens nomen eius.

5 Currus Pharaonis & exercitum eius proiecit in mare: electi principes eius submersi sunt in Mari rubro.

6 Abyssi operuerunt eos, descenderunt in profundum quasi lapis.

7 Dextera tua Domine magnificata est in fortitudine: dextera tua Domine percussit inimicum.

8 Et in multitudine gloriæ tuæ deposuisti aduersarios [*] meos: misisti iram tuam quæ deuorauit eos sicut stipulam.

*tuos.

9 Et in spiritu furoris tui congregatæ sunt aquæ: stetit vnda fluens, congregatæ sunt abyssi in medio mari.

10 Dixit inimicus, Persequar & comprehendam, diuidam spolia, implebitur anima mea: euaginabo gladium meum, interficiet eos manus mea.

11 Flauit spiritus tuus, & operuit eos mare: submersi sunt quasi plumbum in aquis vehementibus.

12 Quis similis tui in fortibus Domine? quis similis tui, magnificus in sanctitate, terribilis atque laudabilis, faciens mirabilia?

1 *TVnc [1] cecinit Moses & filii Israel canticum istud [2] Domino, & cecinerunt in hunc modum.*

2 *[3] Cantabo Domino, quia [4] magnifice magnificentiam suam exercuit, [5] equum & currus eius sublatos in altum deiecit in mare.*

3 *[6] Dominus est robur & carmen meum, [7] qui fuit seruator meus: iste (inquam Dominus) est [8] Deus meus, [9] hunc decorabo: Deus patris mei, [10] hunc extollam.*

4 *Dominus [11] vir bellator, Dominus nomen eius.*

5 *Quadrigas Pharaonis & copias eius [12] deiecit in mare, & [13] electi triarii eius demersi sunt in mari [14] carectoso.*

6 *Abyssi eos operuerunt, descenderunt in profunditates veluti lapis.*

7 *Dextera tua o Domine [15] excellenti virtute enituit, dextera tua o Domine hostem confregit.*

8 *Et [16] in multitudine magnificentiæ tuæ subuertisti insurgentes contra te, [17] misisti furorem tuum, qui deuorauit eos tanquam stipulam.*

9 *[18] In flatu narium tuarum coaceruatæ sunt aquæ, [19] flumina constiterunt vt cumulus abyssi [20] coagulatæ sunt in medio mari.*

10 *Hostis dixit, Persequar, apprehendam, diuidam spolia, [21] implebitur eis anima mea: extraham gladium meum, perdet eos manus mea.*

11 *Vento tuo flauisti, (&) mare eos operuit: demersi sunt veluti plumbum in aquis vehementibus.*

12 *Quis tui similis [22] in diis o Domine? quis sicut tu [23] magnificus sanctitate, [24] formidabilis laudibus, faciens admiranda.*

CAP. XV.
1 singulari numero dicit cecinit: quod solus Moses composuerit canticum in laudem Domini, licet alii vnā cum eo cecinerint.
2 vel, in laudem Domini. Hoc capite continetur encomium huius tantæ victoriæ: agit enim gratias Deo ob tantā victoriam.
3 Cantabo dicit, quod hoc canticum Moses composuerit.
4 Hebr. magnificando magnificatus est, id est, magnum & fortem & triumphantem se esse ostendit.
5 Heb. equum & ascensorem eius, i. equites eius & copias, quum singulare pro plurali.
6 Id est, Deus est cuius auxilio hostibus superior sum, & qui mihi propterea canticis celebrandus est.
7 Hebr. qui factus est mihi in salutem: i. tulit enim mihi opem, & liberauit.

vit me. 8 Hic EL, Deus dicitur a fortitudine, quia fortitudinem suam ostenderat. 9 vel, propterea extruam illi tabernaculum. In quo scilicet eum colam. 10 propterea exaltabo eum. 11 Heb. vir belli hoc est, admodum bellicosus. 12 vel, eiaculatus est. quasi diceret, Tanta facilitate deiecit in mare, quanta quis emittere solet sagittas arcu. Id significat vox [illegible] I A R A. 13 principes. 14 Suph. 15 Heb. magnificata est in fortitudine. i. planum factum est, [illegible] magnam ac fortem esse ex eo, quod per eam fortiter egerit Heb. [illegible] Hebraismus. 17 id est, ostendisti te iratum, & statim perierunt. 16 Hoc est, magnificentia tua insigni & multa, siue excellenti sua fortitudine [illegible] 18 vel, Per flatum narium tuarum. Id est, quem emisisti quia Deus est autnos flatum & ventum [illegible] dicitur ventus narium eius, Hoc est, ab eo emissus, q. d. [illegible] spiraret ventus, & ad flatum illius statim congregatæ sunt aquæ. 19 fluenta. 20 [illegible] congelatæ fuissent. 21 vel, explebitur eius desiderium meum, id est, [illegible] eorum replebor. 22 vel, inter Deos, siue, inter angelos. [illegible] Dei, postquam facta eius mirabilia enarrauit. 23 magnificatus est in sanctitate: Id est, quis sicut tu pollet, sine præditus est sanctitate? 24 Id est, [illegible] quoque eo, quum laudaris, quum nemo mortalium te satis laudare queat. Vel rursum subaudiuntur verba illa, Quis sicut tu, quasi dicat, Quis sicut tu, [illegible] gratia laudari debeas, siue laudandus sis, vt qui facias mirabilia magna solus? Alii vertunt Terribilis laudibus, [illegible] quis magnus cum timore laudari debeat.

13 Extendente te dexterā tuā [35] deglutiuit eos terra.
14 [36] Duxisti tua bonitate populum istum, quem as-
seruisti, duxisti tua fortitudine ad habitaculum sanctuā-
rii tui.
15 [37] Audientes (hoc) populi contremuerunt, dolor
apprehendit habitatores Palestinæ.
16 Tunc [38] perterriti sunt duces Edom, robusti Moab,
apprehendit eos tremor, defluxerunt omnes habitatores
Chanaan.
17 [39] Cadat super eos tremor & pauor, in magnitu-
dine brachii tui [30] obstupescant quasi lapis donec per-
transierit populus tuus ô Domine, donec pertransierit po-
pulus iste quem [31] adquisiuisti.
18 Introduces eos, & [32] plantabis eos in monte hære-
ditatis tuæ, [33] (ad) habitaculum mansionis tuæ, [34] quod
tu parasti Domine: (ad) sanctuarium Domini, quod
manus tuæ firmauerunt.
19 Dominus regnabit in seculū, [35] & in perpetuum.
20 Quoniam ingressus [36] eques Pharao cum currib
suis & equitibus suis mare, & reduxit Dominus super
eos aquas maris: filii autem Israel profecti sunt per sic-
cum in medio mari.
21 Et sumpsit Maria propheta soror Aharonis tym-
panum in manum suam, & egressæ sunt omnes mulieres
post eam cum tympanis & choris. Et Maria (vicissim)
[37] respondit eis.
22 [38] Cantate Domino, quia [39] magnifice magnifica-
tiam suam exeruit, equos [40] & currus eius sub latos in
altum deiecit in mare.
23 Mandauit itaq. Moses vt Israelitæ [41] soluerent à
mari carefio: egressi ergo in desertum Sur, profecti sunt
tribus diebus per desertum, & non inuenerunt aquam.
24 Et venerunt in Mara, nec poterant aquas Maræ
bibere, eo quòd amaræ essent: & ob hoc appellauit nomen
eius [42] Mara.
25 Et murmurans populus aduersus Mosen, dixit
Quid bibemus?
26 Et clamauit ad Dominum, & Dominus [43] osten-
dit ei lignum, quod cum immisisset in aquas, dulces fa-
ctæ sunt aquæ: ibi dedit [44] ei statuta & iudicium, & ibi
tentauit eum. Et ait.
27 Si diligenter audieris vocem Domini Dei tui, &
quod rectum in oculis eius est feceris, & auscultaueris
præceptis eius, custodierisq. omnia statuta eius: [45] nullū
languorem quem Ægyptiis immisisti tibi immittam:
quia ego Dominus te sanans.
28 Et venerunt in Elim, vbi erant duodecim fontes
aquarum, & septuaginta palmæ, & castra metati sunt ibi
iuxta aquas.

13 Extendisti manū tuā, & deuorauit eos terra.
14 Dux fuisti in misericordia tua populo quem
redemisti: & portasti eum in fortitudine tua, ad
habitaculum sanctum tuum.
15 Ascenderunt populi, & irati sunt: dolores
obtinuerunt habitatores Philisthiim.
16 Tunc cōturbati sunt principes Edom, robu-
stos Moab obtinuit tremor: obriguerunt omnes
habitatores Chanaan.
17 Irruat super eos formido & pauor in magni-
tudine brachii tui fiant immobiles quasi lapis: do-
nec pertranseat populus tuus Domine, donec per- C
transeat populus tuus iste quem possedisti.
18 Introduces eos, & plantabis in monte hære-
ditatis tuæ, firmissimo habitaculo tuo quod opera-
tus es Domine: sanctuarium tuum Domine, quod
firmauerunt manus tuæ.
19 Dominus regnabit in æternum & vltra.
20 Ingressus est enim [a] eques, Pharao cum cur- [a] *equus.*
ribus & equitibus eius in mare: & reduxit super
eos Dominus aquas maris: filii autem Israel am-
bulauerunt per siccum in medio eius.
21 Sumpsit ergo Maria prophetissa soror Aaron *Mulieres cum*
tympanum in manu sua: egressæque sunt omnes *tympanis lau-*
mulieres post eam cum tympanis & choris, quibus *dant Deum.*
præcinebat, dicens.
22 Cantemus Domino: gloriose enim magnifi-
catus est, equū & ascensorem eius deiecit in mare.
23 Tulit autē Moyses Israel de Mari-rubro, & e- *Veniunt in*
gressi sunt in desertum Sur: ambulaueruntq; tribus *Sur filii Israel.*
diebus per solitudinem, & non inueniebāt aquam. D
24 Et venerunt in Mara, nec poterant bibere a- *In Mara ob*
quas de Mara, eo quòd essent amaræ. vnde & con- *aquas amaras*
gruum loco nomen imposuit, vocans illum Mara, *murmurant.*
id est amaritudinem.
25 Et murmurauit populus contra Moysen, di-
cens, Quid bibemus?
26 At ille clamauit ad Dominum. qui ostendit
ei lignum: quod cum misisset in aquas, in dulcedi-
nem versæ sunt. Ibi constituit ei præcepta, atque Iudith. 5. c.
iudicia, & ibi tentauit eum dicens. Eccl. 38. a.
27 Si audieris vocem Domini Dei tui, & quod *Audiendus*
rectum est coram eo feceris, & obedieris mandatis *Deus*
eius, custodierisq; omnia præcepta illius: cunctū
languorē quē posui in Ægypto, nō inducam super *Infirmitates.*
te. Ego enim sum Dominus Deus sanator tuus. *Sanator Deus.*
28 Venerunt autem in Elim filii Israel, vbi erant *Veniunt in*
duodecim fontes aquarum, & septuaginta palmæ: *Elim.*
& castrametati sunt iuxta aquas. Num. 33. b.

CAPVT XVI.

1 Soluentes autem de Elim, venerunt omnes cœtus fi-
liorum Israel ad desertum Sin, quod est inter Elim &
Sinai, quintodecimo die mensis secundi post egressum eo-
rum e terra Ægypti.
2 Et omnis cœtus filiorum Israel murmurabat con-
tra Mosen & Aharonem in deserto.
3 Et filii Israel dixerunt ad eos, Vtinam mortui fu-
issemus per manum Domini in terra Ægypti, quando se-
debamus nos ad ollas carnium, & quando comedebamus
panē ad satietatem: quoniam eduxistis nos in desertum
istud, vt omnem congregationem istam fame conficeretis.
4 Et ait Dominus ad Mosen, Ecce [1] depluam vobis
panem de cælo, & egreditur populus, [2] vt colligant de-
mensum in singulos dies, vt probem eum, ambuletne in
lege mea necne.

1 Profectiq; sunt de Elim, & venit omnis multi- A
tudo filiorum Israel in desertum Sin, quod est *Veniunt in de-*
inter Elim & Sinai: quintodecimo die mensis secū- *sertum Sin.*
di, postquam egressi sunt de Terra-Ægypti. Samen. 11. a.
2 Et murmurauit omnis congregatio filiorum *Murmurant*
Israel contra Moysen & Aaron in solitudine. *pro cibo.*
3 Dixeruntq; filii Israel ad eos, Vtinam mortui
essemus per manū Domini in Terra-Ægypti, quā-
do sedebamus super ollas carniū, & comedebamus
panem in saturitate: cur induxistis nos in desertū
istud, vt occideretis omnem multitudinem fame?
4 Dixit autem Dominus ad Moysen, Ecce ego
pluam vobis panes de cælo: egrediatur populus, & B.
colligat quæ sufficiunt per singulos dies: vt tentem
eum vtrum ambulet in lege mea, annon.

25 q. d. Non solum absorpti sunt aquis, sed etiam terra aperuit se, & absorbuit eos.
26 Præteritum pro futuro hic positum est, Duces (vel, Duxisti) per misericordiam tuam populum istum quem redemisti: deduces tuis viribus ad tabernaculum sanctitatis tuæ: ad tabernaculum sanctum, in quo tu qui sanctus es, habitabis. Intelligit montem Sion, in quo postea extructū templum. Redemisse dicitur Deus populum suum, quando adserit eum in libertatem.
27 Præteritū pro futuris, Audient populi, & commouebuntur: dolor corripiet habitantes Palæstinam, i. Philisthæos. Quidam pro Cōmouebuntur, vertūt irascētur.
28 turbabuntur principes Edom: fortes Moab corripiētur tremore: dissoluētur omnes habitatores Chanaan: animo demisso erunt. Principes Edom, vocat Idumæorum principes: & fortes Moab, fortes Moabiticæ regionis.
29 Cadet. futuro tempore.
30 conticescent. Id est, ob fortitudinem tuam quam brachio tuo ostendes.
31 Chaldæus paraphr. redemisti. 32 dicit Plantabis, quasi perpetuo habitaturos. 33 Heb. loco habitationis tuæ i. in sede quam fecisti vt illic sedeas.
34 Subaudiendum est NAM: hoc modo, Nam templum firmabunt (vel, parabunt) ô Domine, manus tuæ. Quasi dicat, præcipies tibi ædificari templū in sede illa & loco in quo cōstituisti habitare.

35 Heb. & vltrà i. perpetuò. q. d. Ipse extrues tibi templum, & tunc rex eris in æternum in ea sede quā firmabunt manus tuæ. 36 equus Pharaonis cum curribus eius & equitibus eius. 37 Moysi scilicet, & aliis viris præcinentibus. Vt enim illi dixerunt, Cantate Domino, &c. sic quoq; illa iisdem verbis prorupit in laudem. Alii legunt, Et Maria præcinebat illis, sub mulieribus. 38 Ponitur hic solum initium cantici: verisimile est tamen illas præcinuisse totū canticum quod [illegible] voluit repetere. 39 Vide quartam annotationem huius capitis. 40 cum sessoribus suis 41 proficiscerentur 42 Mara significat amarum. 43 Hebr. docuit eum arborem. Sed eū, ostendit ei arborem, ex qua decerptum ramum proiecit in aquas amaras. 44 Ei, scilicet Israeli. Id est, illic Deus tulit Israelitis aliquot leges. 45 Quasi dicat, [illegible] immitterem in te morbos, quum ego is sim qui sanare te soleam quando morbo tenteris? XVI. 1 i. instar pluuiæ è cælo demittam vobis cibum. 2 colligentq; rem diei in die suo. i. colligent quotidie quantum satis erit pro ipso die. Hebraismus est. Per hoc autem voluit Dominus tentare & probare eos an crederent verbis eius, & non plus colligerent quam illis opus esset per singulos dies. Voluit præterea dare illis cibum, non per singulos menses, sed per singulos dies vt nullus transiret dies, in quo Dei circa se non sentirent beneficium: atq; ob id essent semper memores Dei. Ob quam causam videtur Christus docuisse nos orare, Panem nostrum quotidianum da nobis hodie.

5 Dic

5 Die autem sexto parent quod inferant: & sit duplum quam colligere solebāt per singulos dies.

6 Dixeruntq. Moyses & Aaron ad omnes filios Israel, Vespere scietis quòd Dominus eduxerit vos de Terra-Ægypti.

audiuit

7 Et mane videbitis gloriam Domini: [b] Audiui' enim murmur vestrum contra Dominum: nos verò quid sumus, quia mussitastis contra nos?

8 Et ait Moyses, Dabit vobis Dominus vespere carnes edere, & mane panes in saturitate: eo quòd audierit murmurationes vestras, quib[9] murmurati estis contra eum. nos enim qui sumus? nec cōtra nos est murmur vestrum, sed contra Dominum.

C

Contra Deum murmurat, qui contra ministros eius. Loquitur Moysi Deus in nube. Eccl. 45. a.

9 Dixit quoq; Moyses ad Aaron, Dic vniuersæ congregationi filiorū Israel, Accedite coram Domino. audiuit enim murmur vestrum.

10 Cúmq; loqueretur Aaron ad omnem cœtū filiorum Israel, respexerunt ad solitudinem: & ecce gloria Domini apparuit in nube.

11 Locutus est autē Domin[9] ad Moysen, dicēs.

12 Audiui murmurationes filiorum Israel, loquere ad eos, Vespere comedetis carnes, & mane saturabimini panibus: scietísq. quòd ego sum Dominus Deus vester.

Pluit coturnices & Man.

13 Factum est ergo vespere, & ascendens coturnix, cooperuit castra: mane quoque ros iacuit per circuitum castrorum.

D

Num. 11. b. Psal. 77. c. Sap. 16. c. Iohan. 6. d.

14 Cumq; operuisset superficiem terræ, ‖ apparuit in solitudine minutum, & quasi pilo tusum in similitudinem pruinæ super terram.

1. Cor. 10. a

15 Quod cū vidissent filii Israel, dixerūt ad inuicē, Man hu? (quod significat, Quid est hoc?) ignorabāt enim quid esset. Quibus ait Moyses, ‖ Iste est panis quem Dominus dedit vobis ad vescendum.

16 Hic est sermo quem præcepit vobis' Dominus, Colligat vnusquisq; ex eo quantum sufficit ad vescendum: gomor per singula capita, iuxta numerum animarum vestrarum quæ habitant in tabernaculo sic tolletis.

17 Feceruntq; ita filii Israel: & collegerunt, alius plus, alius minus.

2. Cor. 8. d.

18 Et mensi sunt ad mensuram gomor: ‖ nec qui plus collegerat, habuit amplius: nec qui minus parauerat, reperit minus: sed singuli iuxta id quod edere poterant congregauerunt.

E

Man seruatū fetet & computrescit.

19 Dixitq.' Moyses ad eos, Nullus relinquat ex eo in mane.

20 Qui non audierunt eum, sed dimiserunt quidam ex eis vsq. mane, & scatere cœpit vermibus, atq. computruit, & iratus est contra eos Moyses.

21 Colligebant autem mane singuli, quantum sufficere poterat ad vescendum, cumq; incaluisset Sol, liquefiebat.

Sabbatho ne coquere quidē fas erat.

22 In die autē sexta collegerūt cibos duplices, id est duo gomor per singulos homines: venerūt autē omnes principes multitudinis, & narrauerūt Moysi.

23 Qui ait eis, Hoc est quod locutus est Dominus, Requies sabbathi sanctificata est Domino cras. quodcunque operandum est, facite: & quæ coquenda sunt, coquite: quicquid autem reliquum fuerit, reponite vsque in mane.

F

24 Feceruntque ita vt præceperat Moyses, & nō computruit, neque vermis inuentus est in eo.

[b] Domino: In sabbatho Deus non pluit Man.

25 Dixitq. Moyses, Comedite illud hodie, quia sabbathū est Domini: nō inuenietur hodie in agro

26 Sex diebus colligite: in die autem septimo

5 Die verò sexto parent quod[3] inferant,' eritq. illud duplū, huius respectu quod collegerūt in singulos dies.

6 Dixitq. Moses & Aharon ad vniuersos filios Israel, Vespere scietis quòd Dominus eduxit vos de terra Ægypti:

7 Mane autē videbitis[4] gloriam' Domini, eo quòd audierit ipse murmurationē vestram[5] contra Dominum: [6] nos enim quid sumus,' quòd aduersum nos murmurastis?

8 Et ait Moses, [7] Quum Dominus dederit vobis ad vesperam carnes ad edendum, & panem mane ad saturitatē, (testabitur) se audisse querimonias' vestras, quibus mussitatis aduersum eū. qd enim nos sumus? non contra nos sunt querimoniæ vestræ sed contra Dominum.

9 Et dixit Moses ad Aharonem, Dic ad omnem cœtum filiorum Israel, Accedite in conspectum Domini: quoniam audiuit querimonias vestras.

10 Contigit autem quum loqueretur Aharon ad omnem cœtum filiorum Israel, vt respicerent ad desertum, & ecce gloria Domini visa est in nube.

11 [8] Locutusq. est Dominus ad Mosen, dicens.

12 Audiui querimonias filiorum Israel, loquere ergo ad eos in hanc sententiam, [9] Inter vesperas' comedetis carnes, & mane saturi eritis panibus: scietisq. quòd ego sum Dominus Deus vester.

13 Factumq. est vespere, & [10] ascendit coturnix, operuitq. castra' & mane [11] proiectus fuit ros' circum castra:

14 [12] Quo ascendente,' ecce in superficie deserti minutum quiddam & [13] orbiculare,' minutum tanquam pruina super terram.

15 Et videntes filii Israel, dixerunt quisq. ad proximum suum, [14] Hoc est Man. nesciebant' enim quid esset. Et ait Moses ad eos, Hic est panis, quem dedit vobis Dominus in cibum.

16 [15] Hoc est verbum quod præcepit Dominus,' Colligite ex eo, quisq. [16] quantum edat:' gomer [17] pro capite iuxta numerum animarum vestrarum, quisq. pro his qui sunt in tentorio suo accipite.

17 Et filii Israel fecerunt sic, & collegerunt, alii plus, alii minus.

18 Et quum metirentur per gomer, [18] nihil superfuit ei qui plus nihil defuit ei qui minus collegerat: quisque collegit [19] quantum ad vescendum (satis fuit.)

19 Et ait Moses ad eos, Nemo quidquam [20] residuū faciat' ex eo vsq. mane.

20 Qui non audierunt Mosen, sed quidam reseruarunt ex eo vsq. mane, & produxit vermes & computruit, & iratus est aduersus eos Moses.

21 Collegerūt autem illud [21] mane per singulos dies,' quisq. [22] quantum ad vescendum (satis fuit:') quumq. Sol incalesceret, [23] liquefiebat.'

22 In die sexta collegerunt panem duplicem, duo scilicet gomer pro vno. Et venerunt omnes primores congregationis, & [24] retulerunt Mosi.

23 Et dixit ad eos, Hoc est quod Dominus loquutus est, [25] Quies sabbati sancti cras est Domino: [26] quod pinsere volueritis, pinsite: & quod coquere voletis, coquite, [27] atq. omne quod superest, reponite vobis vt seruetur vsq. mane.

24 Et reposuerunt illud vsq. mane, quemadmodum præceperat Moses, & non computruit, neq. vermis natus est in eo.

25 Et ait Moses, Comedite ipsum [28] hodie: quoniam [29] sabbatum est hodie Domino, hodie non inuenietis ipsum in campo.

26 Sex diebus colligetis ipsum, & in die septimo sab-

3 Subaudi, in domos suas. 4 declaratur illud versiculo paulo post sequēti, Ecce gloria Domini. vt scilicet ita intelligant hoc opus non esse humanum, sed diuinum. 5 more Hebraico dictū, pro, contra se. Antecedens pro relatiuo. 6 vel, nos enim quid possumus aliud facere (vobis,) 7 Subaudiendū est, videbitis gloriam Domini. Vel, cognoscetis quòd Dominus eduxerit vos de Ægypto, quo autem nos, quū dederit Dominus vobis vesperi carnem ad comedendum, & panem mane ad saturandum (vos) audiuit enim querimonias &c. 8 Dixerat autē Dominus ad Mosen in hunc modū, Audiui &c. 9 Vide cap. 12. annotatione de hoc. 10 q.d. ex alio loco aduolarunt eo: coturnices, vt castra cooperirentur. 11 Heb. fuit descensio roris i. descenderat ros. 12 Heb. Cúmq. disparuisset descensio roris i. quum euanuisset ros qui descēderat. 13 Chaldæus paraph. decorticatum. hoc est, album, vt sunt ligna decorticata. 14 Donum est ignorabant &c. Hoc est, Donum illud est quod Dominus pollicitus fuerat. Appellauerunt autem vocabulo generali, quod est Man: quod proprium illi nomen indere non possent. 15 Hoc est quod præcepit Dominus, sub de māna. 16 vel, quantum comedere possit. hoc est, quantum satis sit illi pro cibo. 17 in caluariam i. per singula capita. 18 Heb. non superabundauit multiplicans, & diminuens non defecit. vel deficere fecit. sub. mensuram i. qui plus collegerat, non plus tamen habuit: neq; qui minus collegerat, minus eo habuit qui plus collegerat. q. d. omnes habuerunt mensuras iustas, singuli quantū comedere poterāt, vt mox dicit, nēpe gomer vnū quisq;. Hunc locum citat Paulus, 2. Cor. 8. c. ex versione LXX. interpretū, In præsenti tēpore, vestra abundantia, illorū inopiam suppleat: vt & illorū abundātia, vestræ inopiæ sit supplementū, vt fiat æqualitas, sicut scriptū est, Qui multum nō abundauit: & qui modicū, non minorauit. 19 Heb. iuxta cibū suum. 20 vel, relinquat. Nolebat enim eos esse solicitos de crastino. Matt. 6. d. Nolite solliciti esse in crastinum &c. 21 Heb. mane & mane i. singulo mane. 22 iuxta cibū suum. 23 vel, liquescere solebat. 24 nēpe quod collegissent panem duplicē. 25 Heb. Cessatiuncula, cessatio inquam sanctitatis Domino cras i. Die crastino vobis cessandum est in honorem Domini. In dies tribuendus est Domino & laudi diuinæ, qui ipse cessauit septimo die. 26 quod [illegible] coquite & quod [illegible] quod die crastino cras [illegible] hodie 27 Subaudiendum aliquid, quale, & comedite ad saturitatem vt sequatur, quicquid autem superest &c. 28 diem septimum [illegible] accedendum est vobis hodie in honorem Domini.

batum est,[10] quo die non erit.

27 *Contigit autem vt quidam è populo septimo quoq; die exirent ad colligendum, & non inuenerunt.*

28 *Et ait Dominus ad Mosen, Quamdiu renuitis obseruare præcepta mea & leges meas?*

29 *Videte, Dominus dedit vobis sabbatum, & ob id dat vobis sexto die[11] panem pro duobus diebus. Maneat igitur quisq; in loco suo, & non egrediatur vllus de loco suo septimo die.*

30 *Quieuit itaque populus die septimo.*

31 *Domus autẽ Israel appellauit nomen illius Man, & erat veluti semen[12] coriandri, album, & gustus eius vt[13] placenta mellita.*

32 *[14] Dixitq; Moses, Hoc est verbum quod præcepit Dominus Imple gomer ex eo, quod seruetur apud posteros vestros: vt videant panem, quem vobis edendum dedi in deserto, quando eduxi vos de terra Ægypti.*

33 *Et ait Moses ad Aharonem, Accipe[15] vasculũ vnum, & pone in eo gomer plenum Man, & repone illud [16] coram Domino, vt seruetur pro posteris vestris.*

34 *Et Aharon reposuit illud[17] coram testimonio vt seruaretur, quemadmodum præceperat Dominus Mosi.*

35 *Et comederunt filii Israel Man annis quadraginta donec venirent ad terram habitandam: man inquã comederunt donec venirent ad terminum terræ Chanaan.*

36 *Porrò gomer est decima pars epha.*

sabbathum est Domini, idcirco non inuenietur.

27 Venitq; septima dies: & egressi de populo vt colligerent, non inuenerunt.

28 Dixit autẽ Dominus ad Moysen, Vsquequo non vultis custodire mãdata mea, & legem meam?

29 Videte quòd Dominus dederit vobis sabbathum, & propter hoc die sexta tribuit vobis cibos duplices: maneat vnusquisq; apud semetipsum, & nullus egrediatur de loco suo die septimo.

30 Et[*] sabbathizabit populus die septimo.

31 Appellauitq; domus Israel nomen eius Mã: quod erat quasi semen coriandri album gustusq; eius quasi similæ cum melle.

32 Dixit autẽ Moyses, Iste est sermo quẽ præcepit Dominus, Imple gomor ex eo, & custodiatur in futuras retrò generatiões: vt nouerint panẽ quo alui vos in solitudine, quãdo educti estis de Terra Ægypti.

33 Dixitq; Moyses ad Aaron, Sume vas vnum, & mitte ibi Man, quantum potest capere gomor: & repone coram Domino ad seruandũ in generationes vestras, sicut[*] præceperat Dominus Moysi.

34 Posuitq; illud Aaron in tabernaculo reseruandum.

35 ‖ Filii autem Israel comederunt Man quadraginta annis, donec venirent in terrã habitabilẽ: hoc cibo aliti sunt, vsquequo tangerent fines Terræ Chanaan.

36 Gomor autem decima pars est ephi.

Increpat Deus populum, quod sabbathum nõ custodiant.
[*] sabbathizauit Man.
G
Man reseruatur in memoriam posteris.
[*] præcepit
Nehem 9. d. Iudith 5. c.
Gomor.

CAPVT XVII.

1 *PRofectus itaq; vniuersus cœtus filiorum Israel de deserto Sin,[a] per profectiones suas[b] iuxta præceptũ Domini, & castrametati sunt in Raphidim, vbi non erat aqua vt biberet populus.*

2 *Et expostulauit populus cũ Mose, & dixerunt,[3] Date nobis aquam vt bibamus. Quibus ait Moses,[4] Cur mecum expostulatis? cur tentatis Dominum?*

3 *Sitiuit ergo illic populus[5] aquam,[6] & querebatur aduersus Mosen, dicens, Quare effecisti tu vt ascenderemus de Ægypto, vt me & filios meos atq; pecora mea siti interficeres?*

4 *Et clamauit Moses ad Dominũ, dicens, Quid faciã populo huic? parum abest quin me lapidibus obruant.*

5 *Et dixit Dominus ad Mosen,[7] Trãsi corã populo, & tolle tecum de senioribus Israel, & baculum tuũ quo flumen percussisti, tolle in manum tuam, & vade.*

6 *Ecce ego[8] sto ante te illic super petrã quæ est in Horeb, & tu percuties petrã, & egredietur ex ea aqua vt bibat populus. Et Moses fecit sic corã oculis seniorũ Israel.*

7 *Vocauitq; nomẽ loci illius[9] Massa & Meriba: propter contentionẽ filiorũ Israel, & quod tẽtassent Dominum hisce verbis,[10] Estne Dominus in medio nostri, annon?*

8 *Venit Amalec, & pugnabat cum Israele in Raphidim.*

9 *Et dixit Moses ad Iehosua, Elige nobis viros, & egrediens pugna contra Amalec: cras ego stabo in vertice collis, &[11] baculus Dei in manu mea.*

10 *[12] Et Iehosua fecit quemadmodum præceperat ei Moses,[13] pugnauitq; contra Amalec. Moses autem, Aharon & Hur ascenderunt in verticem collis.*

11 *Factumq; est,[14] cum in sublime attolleret manus suas Moses, Israel superior erat: quando vero manus demittebat, superior erat Amalec.*

12 *Manus vero Mosis[15] graues fuerũt: tulerũt ergo lapidẽ, & supposuerũt eũ illi, & sedit super eo: Aharon verò & Hur sustentabãt manus eius, vnus hinc, alter istinc: &[16] fuit firmus manibus suis vsq; ad Solis occasum.*

13 *Debellauitq; Iehosua Amalec atque[17] populum eius[18] gladio.*

14 *Dixitq; Dominus ad Mosen,[19] Consigna hoc in*

1 IGitur profecta omnis multitudo filiorum Israel de deserto Sin, per mansiones suas, iuxta sermonem Domini, castrametati sunt in Raphidim, vbi non erat aqua ad bibendum populo.

2 Qui iurgatus contra Moysen, ait, Da nobis aquam, vt bibamus. Quibus respondit Moyses, Quid iurgamini contra me? cur tentatis Dominum?

3 Sitiuit ergo ibi populus præ aquæ penuria, & murmurauit contra Moysen, dicens, Cur fecisti nos exire de Ægypto, vt occideres nos, & liberos nostros, ac iumenta siti?

4 Clamauit autẽ Moyses ad Dominũ, dicẽs, Quid faciã populo huic? adhuc paululũ, & lapidabit me.

5 Et ait Dominus ad Moysen, Antecede populũ, & sume tecum de senioribus Israel: & virgam qua ‖ percussisti fluuium, tolle in manu tua, & vade.

6 ‖ En ego stabo ibi coram te, supra petram Horeb percutiesq; petram, & exibit ex ea aqua, vt bibat populus. Fecit Moyses ita corã senioribus Israel.

7 Et vocauit nomen loci illius Tentatio,[*] propter iurgiũ filiorum Israel, & quia tentauerunt Dominũ, dicentes, Estne Dominus in nobis, annon?

8 Venit autem Amalec, & pugnabat contra filios Israel in Raphidim.

9 Dixitque Moyses ad Iosue, Elige viros, & egressus pugna contra Amalec: cras ego stabo in vertice collis, habens virgam Dei in manu mea.

10 Fecit Iosue vt locutus erat Moyses, & pugnauit contra Amalec: Moyses autem, & Aaron, & Hur ascenderunt super verticem collis.

11 Cumq; leuaret Moyses manus, vincebat Israel: sin autem paululum remisisset, superabat Amalec.

12 Manus autem Moysi erant graues: sumentes igitur lapidem, posuerunt subter eum, in quo sedit: Aaron autem, & Hur sustentabant manus eius ex vtraque parte. Et factum est vt manus illius non lassarentur vsque ad occasum solis.

13 Fugauitq; Iosue Amalec, & populum eius in ore gladii.

14 Dixit autẽ Dominus ad Moysen, Scribe hoc

A
Veniũt in Raphidim.
Murmurant ob aquæ penuriam.
Num. 20. a.
B *Orat Deum Moyses.*
Supra 14. e. Psalm. 77. b. 1. Cor. 10. a.
Datur aqua è petra.
[*] & lis
Tentare Deum
C
Amalecitæ occiduntur à filiis Israel, orante Moyse.
Iudith 4. d. Sapien. 11. a. Deut. 25. d.
Iosue.
D

30 i. eo die non cadet Man. 31 i. album. 32 Assimilatur Man coriandro, non colore, quũ semina coriandri sint nigra: sed figura, quod Man fuerint granula paruula in morẽ granulorum coriandri. 33 vel, similæ frixæ in melle. 34 Omnia hæc dicũtur per anticipationẽ, vsq. ad finẽ capitis, quasi dicerentur post constructũ tẽplum & tabernaculum. 35 quidam scutellam vertunt. 36 i. in arca testimonii. 37 i. coram arca testimonii.

XVII.

a Gallicè dicimus, Par leurs iournees.
b Heb. iuxta os
3 Tu scilicet Moyses & Aaron date &c. 4 q.d. Vos estis ingrati, & obliti beneficii a Deo accepti, nũ certo scitis, atq; credistis Deum esse omnipotentẽ, & manna non defuturum vos? 5 propter aquã, inde, penuria aquæ q. d magna siti pressus fuit ibi populus quod aqua deficeret. 6 &, pro propterea. 7 vel, præcede populum. 8 præsens pro futuro, stabo. 9 i. Tẽtatio & contentio. 10 i. Quã ratiõe sciemus Dominũ esse nobiscũ? et quo scilicet Deus tãta miracula operatus erat. 12 vel, Fecit itaque Iosue 13 vel, pugnãdo 14 i. quãdo Moses totus pendebat a Deo, & ardentissime orabat, magna animi contentione, vincebat Israel: quando vero remittebat preces, tum vincebant Amalecitæ. Manus illæ exaltatæ, contentionẽ orationis significant: remissæ vero, remissionem orationis adumbrabant. 15 i. sua sponte [illegible] [illegible] bilis & [illegible] [illegible]

16 [illegible] ad verbũ legitur, fuit manibus eius fidelitas. Vel, & qualibet manus eius fuit fidelis, hoc est, fuerunt manus eius fideliter & firmiter extensæ. Chaldæus [illegible] fuerunt manus eius extensæ in oratione, donec &c. 17 i. populum qui venerat ei auxilio qui nõ erat Amalecitæ. 18 Hebr. in ore gladii, pro, acie gladii. 19 [illegible] in libro [illegible] Domini. 21 Hoc dicatur per anticipationem.

ob me-

Amalecita-rum interitum prædicit Deus.
ᵃ exaltatio
ᵇ solij

ob monimentum in libro, & trade auribus Iosue:
delebo enim memoriam Amalec sub cœlo.
15 Ædificauitq; Moyses altare: & vocauit no-
men eius, Dominus ᵃ exaltatio mea, dicens,
16 Quia manus ᵇ solius Domini, & bellum Do-
mini erit contra Amalec, à generatione in genera-
tionem.

librum [10] *ad monumentum*, & [11] *commenda auribus*
ipsius Iehosuæ, quoniam plane delebo memoriam Ama-
lec de sub cœlo.
15 *Et extruxit Moses aram, vocauitq; nomen eius*
Dominus [12] *Nissi.* *Et dixit.*
16 [13] *Sublata manu super solium Dei, [iuro] quòd præ-*
liū Domini [futurum sit] contra Amalec [14] *per omnia*
secula.

CAPVT XVIII.

A

Iethro inuisit Moysen, cum vxore & filiis ipsius Moysi.
Sup. 2. A

1 Cvmque audisset Iethro sacerdos Madian, co-
gnatus Moysi, omnia quæ fecerat Deus Moy-
si, & Israeli populo suo, & quòd eduxit Dominus
Israel de Ægypto:
2 Tulit Sephoram vxorem Moysi quam remi-
serat: & duos filios eius,
3 Quorum vnus vocabatur Gersam, dicente pa-
tre, ‖ Aduena fui in terra aliena.
4 Alter verò Eliezer. Deus enim, ait, patris mei
adiutor meus, & eruit me de gladio Pharaonis.
5 Venit ergo Iethro cognatus Moysi, & filii e-
ius & vxor eius ad Moysen in desertum, vbi erat ca-
strametatus iuxta Montem Dei.
6 Et mandauit Moysi, dicēs, Ego Iethro cognat⁹
tuus venio ad te, & vxor tua, & duo filii tui cū ea.

B

7 Qui egressus in occursum cognati sui, adora-
uit, & osculatus est eum: salutaueruntq; se mutuo
verbis pacificis.

Narrat Moyses liberationem filiorum Israel socero.

8 Cumq; intrasset tabernaculum, narrauit Moy-
ses cognato suo cuncta quæ fecerat Dominus Pha-
raoni & Ægyptiis propter Israel: vniuersumq; la-
borem qui accidisset ei in itinere, & quòd libera-
uerat eos Dominus.
9 Lætatusq; est Iethro super omnib. bonis quæ
fecerat Dominus Israeli, eo quòd eruisset eum de
manu Ægyptiorum, & ait,

Deum Israelis confitēs Iethro, offert holocau-sta.
Sup. 1. b. c. d. 5. b. e. d. 14. b.
ᶜ Deo:

10 Benedictus Dominus qui liberauit vos de
manu Ægyptiorum, & de manu Pharaonis, qui e-
ruit populum suum de manu Ægypti.
11 Nunc cognoui quia magnus Dominus sup
omnes Deos: eo quòd ‖ superbè egerint cōtra illos.
12 Obtulit ergo Iethro cognatus Moysi holo-
causta & hostias ᶜ Domino: venerunt q; Aaron &
omnes seniores filiorum Israel, vt comederent pa-
nem cum eo coram Deo.

C

Moyses secundū leges Dei iudicat istos populi.
ᵈ hoc

13 Altera autem die sedit Moyses vt iudicaret
populum, qui assistebat Moysi à mane vsque ad
vesperam.
14 Quod cum vidisset cognatus eius, omnia sci-
licet quæ agebat in populo, ait, Quid est ᵈ quod fa-
cis in plebe? cur solus sedes, & omnis populus præ-
stolatur de mane vsq; ad vesperam?

Quærere Deum, quid.

15 Cui respondit Moyses, Venit ad me populus
quærens sententiam Dei.
16 Cumq; acciderit eis aliqua disceptatio, veni-
unt ad me, vt iudicem inter eos, & ostendam præ-
cepta Dei, & leges eius.

Deut. 1. b

17 At ille, Non bonam, inquit, rem facis:
18 Stulto labore consumeris & tu, & populus
iste qui tecum est: vltra vires tuas est negotium,
‖ solus illud non poteris sustinere.
19 Sed audi verba mea atque consilia, & erit
Dominus tecum. Esto tu populo in his quæ ad
Deum pertinent, vt referas quæ dicuntur, ad eum:
20 Ostendasq; populo ceremonias & ritū colēdi,

1 *Et audiuit Iethro* [1] *sacerdos Midian, socer Mosis, o-*
mnia quæ fecit Deus [2] *Mosi & Israeli populo suo,*
quòd eduxisset Dominus Israelem ex Ægypto.
2 *Tulit itaque Iethro socer Mosis Zipporam vxorem*
Mosis [3] *postquam remiserat eam, & duos filios eius.*
3 *Quorum vnius nomen erat Gersom, quoniam* [4] *di-*
xerat, Aduena fui in terra aliena.
4 *Nomen verò alterius, Eliezer: quoniam* [5] *[dixerat,]*
Deus patris mei in auxilio meo, qui eripuit me de gladio
Pharaonis.
5 *Venit itaq; Iethro socer Mosis & filii eius, & vxor*
eius ad Mosen in desertum, vbi scilicet ipse ad montem
Dei castra fixerat.
6 *Et dixit ad Mosen, Ego Iethro socer tuus venio ad*
te, sed & vxor tua, atque duo filii eius cum ea.
7 *Et egressus Moses obuiam socero suo incuruauit se,*
& osculatus est eū, & interrogauit alter alterum [6] *num*
rectè haberent [omnia.]
8 *Ingressiq; sunt tentorium. Et recensuit Moses soce-*
ro suo omnia quæcunque fecerat Dominus Pharao-
ni & Ægyptiis propter Israelem, omnem denique
molestiam [7] *quæ eis in itinere contigerat, & [quomodo]*
liberasset eos Dominus.
9 *Et Iethro lætatus est super omni* [8] *bonitate quā*
prosequutus est Dominus Israelē, [9] *quodq; liberasset eum*
de manu Ægyptiorum. Et ait Iethro,
10 *Laudandus Dominus, qui liberauit vos de manu*
Ægyptiorum, & de manu Pharaonis, quiq; eripuit po-
pulum istum à manu Ægyptiorum.
11 *Nunc cognoui quòd magnus est Dominus præ o-*
mnibus Diis, quoniam [10] *in ea re qua illi insolenter ege-*
runt contra illos, [perierunt.]
12 *Et accepit Iethro socer Mosis holocaustum & sa-*
crificia [11] *Deo.*
13 *Venitq; Aharon & omnes seniores Israel, ad co-*
medendum panem cum socero Mosis [12] *corā Deo.* [13] *Po-*
stremo die sedit Moses [14] *ad iudicandum populum: sta-*
batque populus coram Mose à mane vsque ad vesperam.
14 *Et videns socer Mosis omnia quæ ille faciebat po-*
pulo, ait, Quid hoc est quod facis [15] *populo? quare tu solus*
sedes, & cunctus populus stat iuxta te à mane vsque ad
vesperam?
15 *Et respondet Moses socero suo, Quoniam* [16] *venit*
populus ad me [17] *vt consulat Deum.*
16 *Quum fuerit illis causa aliqua,* [18] *venit ad me, &*
ego ius dico inter virum & proximum suum, & ostendo
statuta Dei & leges eius.
17 *Et ait socer Mosis ad eum, Res quam tu facis nō*
est bona.
18 *Omnino marcesces,* [19] *& tu & populus iste qui te-*
cum est: Nam grauius est negotium, quam vt tu hoc solus
conficias.
19 *Audi igitur vocem meam, consulam tibi, &* [20] *e-*
rit Deus tecum. [21] *Tu gere curam populi coram Deo, &*
refer causas ad Deum,
20 *Et doce eos statuta & leges, & viam in ostende*

10 vel, pro memoriali.
11 Heb. trade in auribus Iosue, quòd proculdubio delebo, &c. i. inculca ipsi Iosue quòd, &c.
12 Vexillum meum. Alii vertunt, Miraculum meum. q. d. miraculo & misericordia Dei factū est istud. Chaldæus paraph. vertit, Et coluit super ipsum altare Dominum, qui fecit ei miracula. Alii, vocauit nomen eius Altare Domini: vexillū mei. i. quod fuit militiæ vexilli.
13 Hebr. manus super solium Domini, bellū Domino erit, &c. Hebraismus est, Manus Domini super solium eius pro, Iurauit Dominus per solium suum, quod bellum erit ei contra, &c.
14 Heb. à generatione in generationem, i. per omnes ætates & in sempiternum.

CAP. XVIII.
1 vel, princeps, vt vertit Chaldæus paraphrastes.
2 i. propter Moysen & Israelem populum suum, in gratiam Mosis & populi sui Israelis.
3 sub. in domū paternam. nam ipsa, quum Moses proficisceretur in Ægyptum, inciderat in morbum propter circumcisionem populi sui. Præstius vertit ex Hebræo post dona eius. Pronomen fœminin. i. cumulatam donis & muneribus à patre.
4 sub. Moses, vocabitur Gersom, hoc est, Aduena quia Aduena, &c.
5 sub. Moses, vocabitur Eliezer, hoc est, Dei adiutorium: quia Deus patris, &c.
6 Hebr. de pace. pro, interrogauerunt se mutuo

quinam valerent. Quidem vertunt, bene precati sunt alter alteri. Alii mutauerunt se mutuo pacifice. i. verbis pacificis. Prior interpretatio verior. 7 Hebr. quæ inuenisset eos. i. quam sustinuissent & passi fuissent. 8 bono quo, &c. i. propter omnia bona quibus prosecutus, &c. 9 vel, quem liberasset. 10 eadem de re qua superbe agebant in eos. Sub. perdidit eos. Chaldæus paraphrastes, quoniam in re qua cogitauerunt Ægyptii iudicare Israelem, in ea iudicauit eos Deus. i. puniuit. Dominus enim submersit Ægyptios persequentes Israelem, quemadmodum paruos Hebræorum ipsi præceperant submergere quum nascerentur. 11 i. quæ offerret Deo. 12 i. non longe ab eo loco vbi Deum consulebat ante tabernaculum scilicet fœderis, non longe à tabernaculo Mosis. Nam tabernaculum Mosis erat iuxta tabernaculum fœderis. Hæc autem dicuntur per anticipationem: quia nondum erat tabernaculum fœderis. 13 quam scilicet Iethro venisset. 14 i. vt ius redderet populo. 15 vel, propter populum siue populi causa. 16 Venit, est præsentis temporis. i. venire solet. Verti etiam potest, Scito quod veniat, &c. Aut, Certe venire solet, &c. 17 vel, vt requirat sententiam Dei. Chaldæus paraph. ahet, vt inquirat instructionem à Deo. 18 singulare pro plurali, veniunt. 19 succumbendo succumbes. Quasi dicat, procul dubio succumbes. Hoc significat geminatio illa verbi Hebraica. Vel, deficiendo deficies. 20 i. erit tibi auxilio. Vel, dabo tibi tale consilium, quod Deus, tibi fauendo, probabit. 21 Heb. Esto tu populo coram Deo. i. Tu propter populum asta coram Deo.

me considerabis. i. cum multa animaduersione & cognitione deliges.
23 Heb. virtutis. hoc est strenuos, fortes, magnanimos, qui sunt ferendo tanto oneri, patientes laboris. Quidam interpretantur, viros diuites & constantes, qui in iudicio nec minis nec muneribus à recto deflecti possunt.
24 Chaldæus paraphr. qui oderint accipere pecuniam & munera.
25 & sarcinam tuam leuiorem reddét & illã ferent tecum i. te iuuabunt.
26 Heb. Et præceperat tibi De' poteris sufficere & etomnis &c Id q; ex præcepto Dei, & volente Deo, poteris sufficere huic labori.
27 i. sublatis surgit ac Heb. aß vel, Qui iudicabant.
CAP. XIX.
1 ab egressu filiorum.
2 i. ipso die quo recesserunt, ex Raphidim. Hoc sidem dicit, quod non esset magna distantia ex Raphidim ad montem Sinai q. d. plus itineris cõfecerunt eo die, quam aliis diebus. Alii referunt ad primum diem mensis. q. d. Primo die mensis tertij venerunt in desertum Sinai.
3 Profecti sunt autem vel. Discesserant autem de Raphidim, & venerunt, &c. q. d. Nam quum discessissent eo die de Raphidim Ipsa eadem die peruenerunt in desertu Sinai.
4 Castrametatus que est
5 Heb. Et subaudiunt Montem, & legunt, ad montem Dei, in quo scilicet Deus se manifestauit, & legem tradidit.
6 Chaldæus paraphrastes, vocauerat enim eum

in qua ambulent, atque opus quod faciant.

21 *Porrò ex omni populo tu* [22] *prospice viros* [23] *fortes,* *timentes Deum, viros veraces,* [24] *odientes auaritiam, & præfice illos tribunos, centuriones, quinquagenarios atque decuriones.*

22 *Illi iudicent populum omni tempore: omnem verò rem grauem quæ inciderit, ad te referent: ipsi vero vniuersas res paruas iudicent,* [25] *leuabuntque te quum ferent tecum.*

23 *Si hoc feceris,* [26] *(in his quæ) Deus præcipiet subsistere poteris: denique omnis populus iste redire (poterit) ad locum suum* [27] *in pace.*

24 *Obediuit itaque Moses voci soceri sui, & fecit omnia quæ ille dixerat.*

25 *Et elegit Moses viros fortes ex omni Israele, & constituit eos capita super populum, (nempe) tribunos, centuriones, quinquagenarios & decuriones.*

26 [28] *Illique iudicauerunt populum omni tempore: caussas vero difficiles referebant ad Mosen, cunctas vero res paruas ipsi iudicarunt.*

27 *Dimisit autem Moses socerum suum, abiitque is in regionem suam.*

viamque per quam ingredi debeant, & opus quod facere.

21 Prouide autem de omni plebe viros * sapientes & timentes Deum, in quibus sit veritas, & qui oderint auaritiam, & constitue ex eis tribunos, & centuriones, & quinquagenarios, & decanos.

22 Qui iudicẽt populum omni tempore: quicquid autem maius fuerit, referant ad te, & ipsi minora tantummodo iudicent: leuiusque sit tibi, partito in alios onere.

23 Si hoc feceris, implebis imperium Dei, & præcepta eius poteris sustentare: & omnis hic populus reuertetur ad loca sua cum pace.

24 Quibus auditis Moyses fecit omnia quæ ille suggesserat.

25 Et electis viris strenuis de cuncto Israel constituit eos principes populi, tribunos, & centuriones, & quinquagenarios, & decanos.

26 Qui iudicabant plebem omni tempore: quicquid autem grauius erat, referebant ad eum, faciliora tantummodo iudicantes.

27 Dimisitque cognatum suum: qui reuersus abiit in terram suam.

Iudices alios secum constituit Moyses, & qualis.
[a] potentes.

CAPVT XIX.

1 *Mense tertio* [1] *quum egressi essent filii Israel ex terra Ægypti,* [2] *ipsa die venerunt in desertum Sinai.*

2 [3] *Soluentes enim ex Raphidim, venerunt in desertum Sinai, & castrametati sunt in ipso deserto,* [4] *misitque illic Israel è regione montis.*

3 *Moses vero ascendit* [5] *ad Deum,* [6] *& vocauit eum Dominus de monte, dicens, Sic dices domui Iacob, & annuntia filiis Israel.*

4 *Vos vidistis quæ feci Ægyptiis, &* [7] *gestaui vos (quasi) super alis aquilarum & duxi vos ad me.*

5 *Nunc ergo si diligenter audieritis vocem meam, & fœdus meum custodieritis, eritis mihi* [8] *peculium præ omnibus populis:* [9] *mea (quidem) est omnis terra.*

6 *Vos autem eritis mihi* [10] *regnum sacerdotale, & gens sancta. hæc sunt verba quæ loqueris ad filios Israel.*

7 *Venit itaque Moses, & vocauit seniores populi, &* [11] *proposuit illis omnia verba ista quæ præceperat ei Dominus.*

8 *Et responderunt omnis populus pariter & dixerunt, Quæcunque loquutus est Dominus, faciemus. Et retulit Moses verba populi ad Dominum. Et dixit Dominus ad Mosen.*

9 *Ecce ego veniam ad te in densa nube, vt populus audiat me tecum loquentem, & etiam credant tibi perpetuo. (* [b] *Et nuntiauit Moses verba populi Domino)*

10 [12] *Et ait Dominus ad Mosen, Vade ad populum, &* [13] *consecra eos hodie & cras, lauentque vestimenta sua.*

11 *Vt sint parati in diem tertium: quoniam in die tertio* [14] *descendet Dominus in oculis totius populi in montem Sinai.*

12 *Et circumscribe terminum populo* [15] *circumquaque, dicens, Cauete vobis ne ascendatis in montem, neque extremitatem eius attingatis: quicunque montem attigerit, morte moriatur:*

13 *Non* [16] *feriet eum manus, sed* [17] *lapidibus obruatur, aut telis petatur siue iumentum fuerit, siue homo, non viuat.* [18] *Quum protractus fuerit sonitus iobel, ipsi* [19] *ascendent in montem.*

14 *Et descendit Moses de monte ad populum, &* [20]

1 Mense tertio egressionis * Israel de Terra Ægypti, in die hac venerũt in solitudinẽ Sinai.

2 Nam profecti de Raphidim, & peruenientes vsque in desertum Sinai, castrametati sunt in eodem loco, ibiq; Israel fixit tẽtoria è regione mõtis.

3 Moyses autem ascendit in montem ad Deũ: vocauitque eum Dominus de monte, & ait, Hæc dices domui Iacob, & annuntiabis filiis Israel.

4 Vos ipsi vidistis quæ fecerim Ægyptiis, quomodo portauerim vos super alas aquilarum, & assumpserim mihi,

5 Si ergo audieritis vocem meam, & custodieritis pactum meum, eritis mihi in peculium de cunctis populis: * mea est enim omnis terra.

6 Et vos eritis mihi in regnũ sacerdotale, & gẽs sancta. hæc sunt verba quæ loqueris ad filios Israel.

7 Venit Moyses: & conuocatis maioribus natu populi, exposuit omnes sermones quos mandauerat Dominus.

8 Responditque omnis populus simul: Cuncta quæ locutus est Dominus, faciemus. Cumque retulisset Moyses verba populi ad Dominum, ait ei Dominus.

9 Iam nunc veniam ad te in caligine nubis, vt audiat me populus loquentem ad te, & credat tibi in perpetuum. Nuntiauit ergo Moyses verba populi ad Dominum.

10 Qui dixit ei, Vade ad populum, & sanctifica illos hodie, & cras, lauentque vestimenta sua.

11 Et sint parati in diem tertium: in die enim tertia descendet Dominus coram omni plebe super montem Sinai.

12 Constituesque terminos populo per circuitum, & dices ad eos, Cauete ne ascendatis in montem, nec tangatis fines illius: omnis qui tetigerit montem, morte morietur.

13 Manus non * tangent eum, sed lapidibus opprimetur, aut confodietur iaculis: siue iumentum fuerit, siue homo, non viuet. cum cœperit clangere buccina, tunc ascendant in montem.

14 Descenditq; Moyses de monte ad populum,

Veniunt ad montem Sinai.
Num. 33. c
* *Pharan.*
Act. 7. e
Deut. 18. a
* Psal. 23. a
Sacerd. reg.
B
1. Pet. 2. b
Sancta gens.
Moyses annuntiat verbum Dei.
Moysi verbis Deus vult fidem haberi.
Iubetur populus sanctificari.
C
Tangens montem lapidatur.
Heb. 12. c
* *tanget.*

descenderat enim cum Dominus de monte, dicendo. 7 id est, portaui vos quasi in humeris, sicut aquila pullos suos portat in alis, præter morem aliarum auium quæ pedibus portant. 8 vt thesaurus valde dilectus, præ cunctis populis. Sic vocat Dominus populum suum cui legem suam tradidit, & viuendi formam præscripsit. Vox Hebræa SEGVLA, significat rem quandam amatam & charam, siue thesaurus fuerit, siue res alia quæcunque. 9 Heb. quia mea est vniuersa terra q. d. tametsi mei sint omnes populi, diligam tamen vos valde, & supra omnes alios populos. 10 vel sacerdotium regale. i. regnum sacerdotũ. Chaldæus paraphrastes vertit, reges & sacerdotes. [illegible] essent separata q. d. faciam omnes vos reges & sacerdotes, & gentes sanctas. 11 Heb. posuit ante faciem eorum. [b] Renuntiauerat enim Moses verba populi ad Dominum. Hæc debent legi per parenthesim q. d. Moses renuntiauerat Domino populum non credere, cum esse missum ab ipso Deo, vt eos liberaret. 12 Addiditque Dominus. 13 sanctifica. Hic sanctificare, pro præparare accipitur. 14 i. descendam. Hebraismus. 15 vel, per circuitum tuo montis. 16 tanget q. d. nemo sequetur eum qui tetigerit montem, vt eripiat eum ne lapidetur. 17 Heb. lapidando lapidabitur, & iaculando iaculabitur, i. lapidibus obruetur, & conficietur iaculis. 18 Heb. cum traxerit buccina. sub. vocem suam. i. quum prolixius intonuerit buccina. Iobel, cornu est, aut buccina aut sonus ille editus. 19 i. ascendere poterunt. 20 i. præparauit.

Sanctificatur populus.

& sanctificauit eum. Cumque lauissent vestimenta sua, ait ad eos:

15 Estote parati in diem tertium, & ne appropinquetis vxoribus vestris.

In tonitru & fulgure apparet Deus, vt à populo timeatur.

16 Iamque aduenerat tertius dies, & mane inclaruerat: & ecce cœperunt audiri tonitrua, ac micare fulgura, & nubes densissima operire montem, clangorque buccinæ vehementius perstrepebat: & timuit * populus qui erat in castris.

* *omnis.* Deut. 4. b

17 Cumque eduxisset eos Moyses in occursum Dei de loco castrorum, steterunt ad radices mõtis.

18 Totus autem mons Sinai fumabat: eo quod

D descendisset Dominus Deus super eum in igne, & ascenderet fumus ex eo quasi de fornace: eratque omnis mons terribilis.

19 Et sonitus buccinæ paulatim crescebat in maius, & prolixius tendebatur: Moyses loquebatur, & Deus respondebat ei.

20 Descenditque Dominus super montem Sinai in ipso montis vertice, & vocauit Moysen in cacumen eius. Quò cum ascendisset, dixit ad eum.

21 Descende, & contestare populum: ne forte velit transcendere terminos ad videndum Dominum, & pereat ex eis plurima multitudo.

Sanctificentur sacerdotes.

22 Sacerdotes quoque & populus qui accedunt ad Dominum, sanctificentur, ne percutiat eos.

23 Dixitque Moyses ad Dominum, Non poterit vulgus ascendere in montem Sinai: tu enim testificatus es & iussisti, dicens, Pone terminos circa montem & sanctifica illum.

Populus & sacerdotes, ne tangant montem.

24 Cui ait Dominus, Vade, descende: ascendesque tu, & Aaron tecum: sacerdotes autem & populus ne transeant terminos, nec ascendant ad Dominum, ne forte interficiat illos.

25 Descenditque Moyses ad populum, & omnia narrauit eis.

consecrauit populum, & lauerunt vestimenta sua. Et dixit ad populum,

15 Sitis parati in diem tertium, [21] neque accesseritis ad vxores.

16 Factumque est die tertio quum esset mane, facta sunt tonitrua & fulgura, & nubes grauis super montem, & vox [22] tubæ vehementissima, & [23] expauit vniuersus populus qui erat in castris.

17 Et Moses populum obuiam Deo è castris eduxit, & constiterunt [24] ad imam radicem montis.

18 Mons autem Sinai totus fumabat, eo quòd descendisset super eum Dominus [25] in igne, [26] & ascendit fumus eius tanquam fumus fornacis calcariæ, & totus mons vehementer contremuit.

19 Cumque vox tubæ intenderetur, & fieret vehementer fortis, loquebatur Moses, & Deus respondebat ei [27] in voce.

20 [28] Descendit itaque Dominus in montem Sinai, in verticem montis: & quum vocasset Dominus Mosen in verticem montis, ascendit Moses. Et dixit Dominus ad Mosen.

21 Descende, [29] obtestare populum, ne fortè [30] prorumpant ad Dominum vt contemplentur, & corruant ex eis multi.

22 Quin & sacerdotes, [31] qui accedunt ad Dominum, [32] se consecrent, [33] ne forte Dominus eos dissipet.

23 Et ait Moses ad Dominum, Populus non poterit ascendere montem Sinai: tu enim [34] obtestatus es nos, dicens, [35] Limita montem, & [36] consecra eum.

24 Et dixit ei Dominus, Vade, descende, & ascende tu & Aharon tecum: sacerdotes autem & populus [37] non prorumpat, vt ascendat ad Dominum, [38] ne in illos irrumpat.

25 Descendit itaque Moses ad populum, & loquutus est cum eis.

21 i. abstineat vnusquisque ab vxore sua.
22 vel, buccinæ.
23 hoc, intremuit.
24 in ima parte.
25 i. circumdatus igne.
26 ascendebatque.
27 i. clara voce & exaudibili ab omnibus.
28 Descenderat autem Dominus q. d. Postquam Dominus descenderat, stabat in vertice montis, &c.
29 & denuncia populo, ne dissipent terminos. Denuntia, inquit, quasi testibus adhibitis.
30 Heb. destruant, ad Dominum, ad videndum. i. ne destructis ordinibus, desertaque statione conscendant ad Dominum, vt videant gloriam eius, & propterea cadat ex eis maxima pars. In fine huius capitis adiecit verbum, quod hic subin-

telligi debet, quum ait, [illegible] ascendat. 31 vel, qui accessuri sunt. 32 vel, sanctimoniæ dent operam. 33 ne dissipet eos Dominus vel, ne rupturam faciat in eis Dominus [illegible] Chaldæus paraphrastes, ne interficiat eos Dominus. 34 vel, denuntiasti nobis hoc modo. 35 vel, Cõstitue limites circa montem. 36 [illegible] montem, his verbis præcedentibus declarat, Constitue terminos circa montem, hoc est vide nequis eum montem contingat tanquam [illegible] quem ab eis attingi fas non est. 37 ne destruant, sub stationem suam, eamque deserant vt ascendant, &c.

CAPVT XX.

A

Deos alienos ne habeamus. Deuter. 5. a Psal. 80. c. 96. b. 113. b Leuit. 26. a

1 Loc utusque est Deus cunctos sermones hos.
2 Ego sum Dominus Deus tuus, qui eduxi te de Terra Ægypti, de domo seruitutis.

3 Non habebis Deos alienos coram me.

4 Non facies tibi sculptile, neque omnem similitudinem quæ est in cælo desuper, & quæ in terra deorsum, nec eorum, quæ sunt in aquis sub terra.

5 Non adorabis ea, neque coles: ego sum Dominus Deus tuus fortis, zelotes, visitans iniquitatem patrum in filios, in tertiam & quartam generationem eorum qui oderunt me.

6 Et faciens misericordiam in millia his qui di-

B ligunt me: & custodiunt præcepta mea.

Iurare. Deu. 5. b. Leui. 19. c Matth. 5. e

7 Non assumes nomen Domini Dei tui in vanum: nec enim habebit insontem Dominus eum qui assumpserit nomen Domini Dei sui frustra.

Sabbathum. Eze. 20. b Deut. 5. b Infra 31. a Gen. 2. a

8 Memento vt diem sabbathi sanctifices.

9 Sex diebus operaberis, & facies omnia opera tua.

10 Septimo a. die sabbathũ Domini Dei tui est:

1 Loquutusque est Deus omnia verba ista dicens.
2 Ego [1] Dominus Deus tuus, [2] qui eduxi te ex terra Ægypti, [3] de domo seruorum.

3 Ne sint tibi Dii alii, coram me.

4 [4] Ne feceris tibi statuam, nec vllum simulachrum (eius) quod est in cælis supernè, nec quod est in terra subtus, nec quod in aquis est sub terra.

5 Non adorabis ea, neque coles ea, quia ego Dominus Deus tuus fortis, [6] indignabundus, [7] persequens iniquitatem patrum in filiis, in tertiis, & in quartis, odientibus [illegible] me.

6 Et [8] prosequens bonitate in mille, his qui diligunt me, & præcepta mea obseruant.

7 [9] Ne sumas nomen Domini Dei tui [10] vanè: quoniam neutiquam [11] impunitum dimittet Dominus eum qui nomen suum vanè sumpserit.

8 Memineris diei sabbathi vt sanctè colas illum.

9 Sex diebus operaberis, & omnia negocia tua conficies.

10 Septimo autẽ die [12] sabbathũ est Domini Dei tui:

CAP. XX.
1 Dominus, ab Haia. i. esse, dicitur, vt dictum est supra cap. 6. q. d. Ego ille ipse sum qui sum per memetipsum, & omnia alia per me essentiã suã habent siue speciẽ et originem suam, ego sum Dominus tuus. siue species quid tibi post creationem conferam, sum benefactor tuus. nam eduxi te de terra Ægypti, quæ quũ ita sunt, debes me solum amare & colere. Hæc eductio ex Ægypto erat velut

typus futuræ liberationis, quæ nunc facta est per Christum. Illud est primum præceptum iuxta Hebræorum diuisionem. Secundũ autem, Ne sint tibi Dii, &c. 3 Hebraismus, pro, de loco obi seruitutis. [illegible] quam [illegible] colas deos alienos, ne in occulto quidem, qui nihil me latere potest. 4 q. d. Abstine a cultu [illegible] 5 vel, Ne incuruaueris [illegible] illis, quia ego sum, &c. 6 Vox Hebræa CANNA, non solum zelotem significat qui est inter amantes, & non fert corriualem: sed & eum quo animus [illegible] & suis & suorum contumeliis [illegible], quæ significatio hoc quadrare videtur. Alii vertũt Deus zelotypus q. d. qui nõ possum ferre vt alios ametis [illegible] quia ego fortis sum qui possum [illegible] visitans iniquitatem. i. puniens iniquitatem patrum in filiis tertiæ & quartæ generationis. Hoc intelligitur de filiis & posteris qui imitantur vitia parentum, vt ipse indicat, subdens, odientibus me q. d. pater aliquando parentibus vt [illegible] quod si imitantur, expecto & filios eorum: sed tandem in quarta generatione posterorum, qui deplorate perseuerant in vestigiis parentum, eorumque impietatem imitantur, ostendo vltionem meam, hoc est, [illegible] iniquitatem patrum vsque ad tertios & quaternos posteros qui imitantur vitia parentum. At contra, facere misericordiam in millesima generatione [illegible] parentum in perpetuum, in eos qui probitatem ipsorum parentum imitantur, hoc est eorum qui me diligunt. Hinc videmus misericordiam Dei [illegible] quam iustitiam. 8 vel, faciens misericordiam. 9 Chaldæus paraphrastes, Non iurabis. Tertium præceptum. 10 vel frustra, siue temerè [illegible] te facturum, adhibito nomine Domini illud præstes. 11 pro insonte [illegible] habebit Dominus eum, &c. i. pro impio & scelerato habebit eum Dominus, qui, &c. Hebræi, enim cum rem augere volunt, id per negationem [illegible] quod nos per superlatiuum facere solent. 12 Hebraismus, pro, Da operam vt cesses ab operibus tuis die sabbathi. Quartum præceptum, quod Deus homini contulit, vt & corpus labore defatigatum & exhaustum, alterna requie nõ careat: & animi [illegible] operatione corporis distractum, diuinæ legis meditatione, & diuinorum beneficiorum [illegible] 13 i. quiescendum est ab operibus corporis, vt liberius vaces operibus spiritus nempe meditationi diuinæ legis, & diuinorum beneficiorum recordationi [illegible] et Dominum iugiter laudes.

non facies vllum opus ; neq, tu, neq, filius tuus, neq, filia tua , neq, seruus tuus , neq, ancilla tua, neq, iumentum tuum, neque aduena tuus [14] *qui est intra portas tuas.*

11 *Quoniam sex diebus fecit Dominus cælum & terram , mare & omnia quæ in eis sunt , septimo autem die quieuit : ideirco Dominus* [15] *diem sabbati celebrem fecit, & eum consecrauit.*

12 *Cole patrem tuū & matrē tuā, vt longius prorogētur dies tui in terra , quā Dominus Deus tuus dat tibi.*

13 *Ne occidas.*

14 *Ne sis mœchus.*

15 *Ne fureris.*

16 [16] *Ne respondeas contra proximum tuum falsū testimonio.*

17 *Ne concupiscas* [17] *domum proximi tui, ne* [18] *concupiscas (inquam) vxorem proximi tui, ne seruum eius, nec ancillam eius, nec bouem eius, nec asinum eius , nihil (denique) quod est proximi tui.*

18 *Omnis itaq, populus* [19] *vidit tonitrua & lampades, & vocem buccinæ, & montem fumantem.*

19 *Quod quum videret populus, vacillabat, & stetit procul. Et dixerunt ad Mosen, Loquere tu nobiscum , & audiemus : & ne loquatur nobiscū Deus, ne fortè moriamur.*

20 *Et ait Moses ad populum, Ne timueritis, quoniā Deus venit vt vos tentaret, &* [20] *vt metus eius sit coram vobis, vt non peccetis.*

21 *Et populus stetit procul Moses verò appropinquauit ad caliginem, in qua erat Deus,*

22 *Et dixit Dominus ad Mosen, Sic dices filiis Israel,* [21] *Vos vidistis quod de cælo loquutus sim vobiscum :*

23 [22] *Non facietis me, deos argenteos, nec deos aureos facietis vobis.*

24 [23] *Aram de terra mihi extrues, & super eam sacrificabis holocausta tua, &* [24] *salutares tuas hostias, oues tuas , & boues tuos , in omni loco* [25] *in quo meminisse fecero nominis mei :* [26] *veniam ad te, & benedicam tibi.*

25 *Et si aram de lapidibus extruxeris mihi , ne extruas ex iis qui expoliti sunt. si enim* [27] *cultrum tuum* [28] *ei admoueris, contaminabis eam.*

26 *Ne per gradus ad aram meam ascendas , ne verenda tua iuxta eam retegantur.*

non facies omne opus in eo, tu & filius tuus & filia tua, seruus tuus & ancilla tua , iumentum tuum & aduena qui est intra portas tuas.

11 ‖ Sex enim diebus fecit Dominus cælum & terram & mare, & omnia quæ in eis sunt, & requieuit in die septimo, idcirco benedixit Dominus diei sabbathi, & sanctificauit eum.

12 Honora patrē tuū & matrē tuā, vt sis longæuus super terrā quā Dominus Deus tuus dabit tibi.

13 Non occides.

14 Non mœchaberis.

15 Non furtum facies.

16 Non loqueris contra proximum tuum falsum testimonium.

17 Non concupisces domum proximi tui : nec desiderabis vxorē eius, nō seruū, non ancillam, nō bouem, non asinum, nec omnia quæ illius sunt.

18 Cunctus autem populus videbat voces & lampades, & sonitū buccinæ, montémq; fumantē :

19 Et perterriti ac pauore cōcussi, steterunt procul, dicētes Moysi, Loquere tu nobis, & audiemus: non loquatur nobis Dominus, ne fortè moriamur.

20 Et ait Moyses ad populum, Nolite timere: vt enim probaret vos venit Deus , & vt terror illius esset in vobis, & non peccaretis.

21 Stetitq; populus de longe. Moyses autem accessit ad caliginem in qua erat Deus.

22 Dixit præterea Dominus ad Moysen , Hæc dices filiis Israel, Vos vidistis quod de cælo locutus sim vobis.

23 Non facietis * deos argenteos , nec deos aureos facietis vobis.

24 Altare de terra facietis mihi , & offeretis super eo holocausta & pacifica vestra, oues vestras & boues in omni loco in quo memoria fuerit nominis mei : veniam ad te, & benedicam tibi.

25 ‖ Quod si altare lapideum feceris mihi , non ædificabis illud de sectis lapidibus : si enim leuaueris cultrum * super eum, polluetur.

26 Non ascendes per gradus ad altare meum, ne reueletur turpitudo tua.

Gen. 2. a.

C

Parentes. Deut. 5. b.

Occidere.

Matth. 5. c.

Mœchari.

Furtum.

Falsum testimonium.

Concupiscentia. Rom. 7. b. 13. c.

D

Vt timeretur apparuit in fulgure Deus.

Heb. 12. e. Deut. 18. c.

* *mecum*

Dii argentei.

Altare terrenū infra 27. b. 38. a.

Deut. 27. a. Iosue 8. f.

* *eum*

CAPVT XXI.

1 H*Æc autem sunt* [1] *iudicia quæ propones eis.*

2 *Si seruum Hebræum emeris sex annis seruiet, septimo verò exeat liber, (idq,) gratis.*

3 [2] *Si solutus venit , solutus exeat : si verò vxorem habuerit, vxor eius cum eo exeat.*

4 *Si herus eius dederit ei vxorem , & hæc pepererit ei filios aut filias, vxor & liberi eius erunt heri sui , ipse verò exibit* [3] *solus.*

5 *Quod si seruus ille constanter dixerit, Diligo herum meū, vxorē meā & liberos meos,* [4] *nō egrediar liber:*

6 *Adducet illum herus eius ad* [5] *deos, & admouebit eum* [6] *ad ostium vel ad postem, perforabitq, herus eius aurem eius subula, seruietq, ei* [7] *perpetuo.*

7 *Et si quispiam vendiderit filiam suam vt sit ancilla non exibit* [8] *vt serui exeunt.*

8 *Si displicuerit oculis heri sui* [9] *quod non desponderit eam , sinat eam redimi : populo alieno vendendi eam potestatem non habet,* [10] *quandoquidem ipse eam despexit.*

9 *Si autem filio suo desponderit eam* [11] *iure filiarum aget cum ea.*

1 H*Æc sunt iudicia quæ propones eis.*

2 Si emeris seruum Hebræum , sex annis seruiet tibi : in septimo egredietur liber gratis.

3 Cum quali veste intrauerit , cum tali exeat. si habens vxorem : & vxor egredietur simul.

4 Sin autem dominus dederit illi vxorem , & pepererit filios & filias ; mulier & liberi eius erunt domini sui, ipse verò exibit cum vestitu suo.

5 Quòd si dixerit seruus, Diligo dominum meū & vxorem ac liberos , non egrediar liber :

6 Offeret eum dominus diis , & applicabitur ad ostium & postes, perforabitque aurem eius subula. & erit ei seruus in seculum.

7 Siquis vendiderit filiam suam in famulam, non egredietur sicut ancillæ exire consueuerunt.

8 Si displicuerit oculis domini sui , cui tradita fuerat, dimittet eam : populo autem alieno vendendi non habebit potestatem , si spreuerit eam.

9 Sin autē filio suo desponderit eam , iuxta morem filiarum faciet illi.

A

De seruis emendis. Deut. 15. c. Ier. 34. c.

B

Filia vendita in ancillam.

13 Vt sabbatum in tua vrbe. 15 Heb. benedixit diei sabbathi, & eum sanctificauit. Vide Gen. 2. a. 16 Nec loquaris contra proximum tuum falsum testimonium. 17 i. facultates. 18 Hoc verbum repetiuit Moses, vt magis seipsum exponeret. nec eum diuiditur hoc præceptū in duo, secundū Hebræos. 19 videbat (audiebat). Nā apud Hebræos, quod ad sensum attinet, alter pro altero vsurpatur. 20 i. vt timeretis illum. 21 q. d. Vos vidistis quod superne è cælo, non è terra, locutus sum vobis, neque tamen quam idolum [illegible]. 22 Ne (igitur) faciatis mecum deos &c. Mecum, hoc est, vt vna cum me [illegible] volo, me vobis [illegible] habere [illegible] quem me[illegible] adoretis. 23 q. d. ego extrinseca illa ornamenta quæ possunt animum suum à vero mei cultu auertere parui facio. satis enim mihi est vt altare terreum ædifices mihi. sibi enim exaudiam te [illegible] 24 pacifica tua [illegible] [illegible]

[illegible] Quidam vertunt, [illegible] Heb. [illegible] 6 Hoc intelligitur de publico ædificio de portis vrbis iuxta quas solebant iudices iudicia populo red[illegible] longo tempore, [illegible] ad iubilæum: siue is annus propè fuerit, siue longè abfuerit. 8 Serui, qui [illegible] 9 qui non desponderit eam, [illegible] debet pecuniam qua [illegible] emptione eius [illegible] habebit ratione [illegible] pecunia quam pro redemptione puellæ aliquis receperit erat. Alii vertunt, Et displicuerit in oculis [illegible] LXX. est enim duplex lectio apud Hebræos, לו, vel לא. Dominum probatur [illegible] Scripturæ in quibus לא scribitur, & legitur לו cum Vau, quorum [illegible] 10 Quum

10 Quòd si alterã ei acceperit, prouidebit puellę nuptias, & vestimenta, & preciũ pudicitiæ nõ negabit.

11 Si tria ista non fecerit, egredietur gratis absq; pecunia.

C

Homicidium

12 Qui percusserit hominem volens occidere, morte moriatur.

Leuit. 24. c. Deut. 19. a.

13 Qui autem non est insidiatus, sed Deus illum tradidit in manus eius: ‖ constituam tibi locũ in quem fugere debeat.

b de industria

14 Siquis b per industriam' occiderit proximum suum, & per insidias: ab altari meo euelles eum vt moriatur.

Parentes percutiens.

15 Qui percusserit patrem suum b aut' matrem, morte moriatur.

b &

D

16 Qui maledixerit patri suo vel matri, morte moriatur.

Maledicens patri.

17 Qui furatus fuerit hominem, & vendiderit eum, conuictus noxæ, morte moriatur.

Leu. 20. b. Prou. 20. c. Matth. 15. a. Mar. 7. b.

Furtum.

18 Si rixati fuerint viri, & percusserit alter proximum suum lapide vel pugno, & ille mortuus nõ fuerit, sed iacuerit in lectulo:

Rixantes.

19 Si surrexerit, & ambulauerit foris super baculum suum, innocens erit qui percusserit, ita tamẽ vt operas eius, & impensas in medicos, restituat.

Percutiens seruum.

20 Qui percusserit seruũ suum, vel ancillã virga, & mortui fuerint in manib' eius, criminis reus erit.

21 Sin autem vno die vel duobus superuixerit, non subiacebit pœnæ, quia pecunia illius est.

Percutiens mulierem pregnantem.

E

22 Si rixati fuerint viri, & percusserit quis mulierem prægnantem, & abortiuum quidem fecerit, sed ipsa vixerit: subiacebit damno quantum maritus mulieris expetierit, & arbitri iudicauerint.

Pœna talionis.

23 Sin autem mors eius fuerit subsecuta, reddet animam pro anima.

Matth. 5. f. Leuit. 24. d. Deut. 19. d.

24 Oculum pro oculo, dentem pro dente, manum pro manu, pedem pro pede.

25 Adustionem pro adustione, vulnus pro vulnere, liuorem pro liuore.

Oculum eruēs, vel dentem excutiens serui.

26 Si percusserit quispiam oculũ serui sui aut ancillæ, & luscos eos fecerit, dimittet eos liberos pro oculo quem eruit.

27 Dentem quoq; si excusserit seruo vel ancillæ suæ, similiter dimittet eos liberos.

28 Si bos cornu percusserit virum aut mulierẽ, & mortui fuerint, lapidibus obruetur: & nõ comedentur carnes eius, domin' quoq; bouis innocẽs erit.

Bos cornupeta.

F

29 Quod si bos cornupeta fuerit ab heri & nudiustertius, & contestati sunt dominũ eius, nec recluserit eũ dominus, occideritq; virũ aut mulierẽ: & bos lapidib' obruetur, & dominũ ei' occidẽt.

30 Quod si precium fuerit ei impositum, dabit pro anima sua quicquid fuerit postulatum.

31 Filium quoq; & filiam si cornu percusserit, simili sententiæ subiacebit.

32 Si seruũ ancillamq; inuaserit, triginta siclos argenti domino dabit, bos verò lapidib. opprimetur.

G

Fodiens cisternam in quam bos ceciderit.

33 Siquis aperuerit cisternam, & foderit, & nõ operuerit eam, cecideritq; bos aut asinus in eam,

34 Reddet dominus cisternæ precium iumentorum: quod autem mortuum est, ipsius erit.

Bos bouem occidens.

35 Si bos alienus bouẽ alterius vulnerauerit, & ille mortuus fuerit: vendent bouẽ viuũ, & diuidẽt preciũ, cadauer autem mortui inter se dispertient.

36 Si autẽ sciebat q; bos cornupeta esset ab heri & nudiustertius, & non custodiuit eũ dominus suus: reddet bouẽ pro boue, & cadauer integrũ accipiet.

10 Si alterã [21] sibi duxerit, [22] cibũ eius, operimentũ eius, & ius coniugale, quo ei respõdere debet, non minuet.

11 Quòd si ista tria ei non præstiterit, egredietur illa gratis absq; pecunia.

12 Qui hominem percusserit ita vt moriatur, morte plectatur.

13 Et qui non tetendit insidias, sed Deus [14] destinauit (illum) in manum eius, constituam tibi locum quo confugiat.

14 Si verò aliquis [15] volens & callide machinatur proximo suo necẽ, ab ara mea illũ rapiam vt interficiatur.

15 Percutiens patrem suum [16] & matrem suam, morte mulctetur.

16 Qui furatus fuerit hominem, & vendiderit eum, [17] & deprehẽsus fuerit in manu eius, morte mulctetur.

17 Qui patri suo [18] & matri suæ maledicit, morte mulctetur.

18 Si rixati fuerint viri, & alter alterum vel lapide vel pugno ceciderit, ita (tamen) vt non moriatur, sed lectulo decumbat:

19 Si surrexerit, & egressus fuerit foras baculo suo (innixus,) [18] absoluatur percussor, [19] attamẽ (damnũ) cessationis illius & impensas in medi. ei præstabit.

20 Et si verberauerit quispiam seruũ suum aut ancillam suam virga, ita vt moriatur [20] sub manu eius, de illo omnino sumatur vltio:

21 Veruntamen si vno die aut per duos perstat, vltio de eo non sumatur: [21] argentum' enim ipsius est.

22 Si contenderint viri, & pulsauerint mulierẽ ferentẽ vterũ, ita vt abortiat, nec tamẽ [22] exitialis fuerit noxa: [23] omnino mulctetur talis iuxta æstimationem, quã imponet ei maritus mulieris, quã dabit pro arbitrorũ sententia.

23 Quòd si [24] noxa fuerit exitialis, [25] dabis animam pro anima.

24 [26] Oculum pro oculo, dentem pro dente, manum pro manu, pedem pro pede.

25 Adustionem pro adustione, vulnus pro vulnere, liuorem pro liuore.

26 Et si quispiã [27] ferit oculũ serui sui, vel oculũ ancillæ suæ, [28] ita vt pereat, manumittet eum pro oculo eius.

27 Et si dentem seruo suo aut ancillæ suæ excusserit, manumittet illum pro dente eius.

28 Et si bos [29] impegerit in virum vel in mulierẽ, ita vt moriantur, bos ille omnino lapidibus obrui debet, nec comedatur caro eius, dominus autem bouis [30] insons sit.

29 Quod si bos cornupeta fuit [31] ab heri & nudiustertius, [32] & denunciatũ sit domino eius, & non custodierit eum, & is virum aut mulierẽ interfecerit, lapidibus obruatur bos ille, & etiam dominus eius [33] interficiatur.

30 ‖ Et si [34] pretium piaculare ei fuerit impositum, quidquid ei imponitur, det vt animam suam redimat.

31 Si vero filium aut filiam petierit cornu, [35] eodem iudicium' fiet illi.

32 Si seruum aut ancillam bos cornu petierit, dabit domino eius triginta siclos argẽti, bosq; lapidib' obruetur.

33 Siquis foueã aperuerit, aut si quispiã foderit foueã, & eam non obruerit, & ceciderit in eam bos aut asinus,

34 Dominus foueæ [36] rependet, argentum restituet domino eius, & quod mortuum est, eius erit.

35 Si alienius bos bouem proximi sui cornu petierit, & ille mortuus fuerit, vendant bouem viuum, & diuidant precium eius, sed & mortuum diuidant.

36 At si cõstiterit bouem fuisse cornupetã ab heri & nudiustertius, & dominus eius non custodiuit eum, omnino bouem pro boue reddet, & [37] mortuus ei cedet.

21 sibi filio. 22 victũ & vestitũ eius, & mercedem pudicitię non negabit ei, sed quam amicitiam a se, oportet vt prouideat illi de victu, vestitu, & premio ob pudicitiã eius a se corruptã. Quidam ... 14 tradidit 15 Heb. superbierit in proximum suum ad occidendum eum cum fraude, i. quasi per astutiam ... interfecerit proximum ... 16 (&) pro aut ... 17 Hebraice ... 18 Heb. innocẽs erit. Subaudi ... 19 Heb. tantummodo cessationem eius dabit, & curando curabit, tantummodo ... tempora, quam fecit cessando ab opere, soluet, & curabit eum sanandum ... 22 fuerit mors 23 Heb. puniẽdo punietur quemadmodum imponet super illum maritus mulieris & dabit secundum iudices ... 29 fuerit mors. 25 i. morietur, quia mortu' est, qui percusserit interficietur. 26 sub dabitq. d ... oculum ... eruetur ... dentem excusserit ... 27 percusserit 28 & corrumperit illũ sub. oculum. 29 cornu petierit virũ vel mulierem.

CAPVT XXII.

Pœna furis.

1 Siquis furatus fuerit bouem aut ouẽ, & occiderit, vel vendiderit: quinq; boues pro vno boue

2. Reg. 12. b.

restituet, ‖ & quatuor oues pro vna oue.

2 Si effringens fur domũ siue suffodiẽs fuerit in-

1 Si quis furatus fuerit bouem vel pecudem, & hanc mactauerit aut vendiderit, reddet quinque boues pro boue illo, & quatuor oues pro vna pecude.

2 Si deprehensus fuerit fur [1] cum instrumento per-

Iterem. 30 i. habeatur pro infonte, & absolutus ... 31 Hebraismus pro, antea. 32 & testibus adhibitis denunciatum fuerit domino eius, Vel, admonitusq. fuerit dominus eius testibus adhibitis. 33 sententia scilicet iudicum. 34 Heb. redemptio fuerit ei imposita, dabit redemptionem animæ suæ iuxta omne quod impositũ fuerit ei, i. si habeat à iudicib. potestatẽ redimẽdi se, tũc pro redẽptione vitæ suæ dabit ei quantũ imperatũ fuerit. 35 secundum iudicium hoc &c. i. eadem subiacebit sententiæ. 36 damnum resarciet, summam pecuniæ reddet domino eius. 37 i. bos qui mortuus est, illius erit cuius bos interfecit alium bouem.

CAP. XXII. 1 vel, in suffossione i. Si fur suffodiens domum, deprehensus &c.

fossorio, & verberatus mortuus fuerit, [2] aduersus percussorem non dabitur capitalis actio.

3 [3] *Si Sol fugerit ortus super eum, [4] capitalis erit in eum actio, omnino reddet, & si non habet, pro furto suo vendatur.*

4 *Si verò furtum manifeste in manu eius deprehendatur, siue bos fuerit, siue asinus, aut pecus, illaque viua fuerint, duplum reddat.*

5 *Si quispiam [5] depasci fecerit agrum aut vineam, [6] & immiserit iumentum suum, vt depascatur agrum alterius: (ex) præstantibus agri sui, & præstantibus vineæ suæ rependet.*

6 *Si egressus fuerit ignis, apprehenderitque spinas, ita vt vel aceruus frugum, vel stantes segetes, vel ager absumantur: qui incendit, omnino rependet quod exustum est.*

7 *Si quispiam dederit custodienda proximo suo [7] pecuniam, aut vasa; & surrepta fuerint de domo viri illius,*

8 *Si fur fuerit deprehensus, reddat duplum: Si verò fur non fuerit deprehensus, adducetur dominus domus [8] ad deos, [9] quod non extenderit manum suam in rem proximi sui. [10] Quidquid tandem præuaricationis (inciderit.)*

9 *Propter bouem, propter asinum, propter pecudem, propter vestem, imò propter omnem rem perditam, quam quispiam dixerit hoc sic esse, causa amborum veniet ad deos, & quem dei damnauerint, is reddat duplum proximo suo.*

10 *Siquis dederit proximo suo asinum, vel bouem, vel pecudem, aut quodcunque iumentum ad custodiendum, & illud fuerit mortuum, aut confractum, aut vi abactum nemine vidente.*

11 [11] *Iusiurandum Domini inter vtrosque interueniat, quod non extenderit manum suam in rem proximi sui: quod [12] recipiet dominus eius, & (alter) non restituet.*

12 *Si verò furto surreptum ei fuerit, domino eius rependat.*

13 *Si (à fera) laceratum est, [13] adducat eum testē, & laceratum non rependet.*

14 [14] *Si quis postulauerit à proximo suo, & id confractum fuerit vel mortuum, domino eius non præsente, omnino rependat.*

15 *Si verò dominus eius fuerit cum eo, non rependet: [15] quandoquidem mercede conductus pro mercede sua venit.*

16 *Si quis [16] pellexerit virginem nondum desponsam, concubueritque cum ea, [17] donatione donabit eam, (eritque) ei vxor.*

17 *Quod si pater puellæ renuerit ei dare illam, [18] argentum decendet iuxta donationem virginum.*

18 [19] *Malefica mulier ne viuat.*

19 *Quicunque cum iumento concumbit, morte mulctatur.*

20 *Qui sacrificat diis, præterquam Domino soli, excindatur.*

21 [20] *Aduenam ne vim inferas, neque opprimas eum: nam & vos aduenæ fuistis in terra Ægypto.*

22 *Nullam viduam nec pupillum affligatis:*

23 [21] *Si vero omnino affligere eos pergatis, [22] indubie ad me clamabunt, & ego certissime exaudiam eos.*

24 *Et excandescet [23] nasus meus, atque interficiam vos gla-*

uentus, & ac ex eo pro vulnere mortuus fuerit: percussor non erit reus sanguinis.

3 Quòd si orto sole hoc fecerit, homicidium perpetrauit, & ipse morietur. Si non habuerit quod pro furto reddat, ipse venundabitur.

4 Si inuentum fuerit apud eum quod furatus est, viuens, siue bos, siue asinus, siue ouis: duplum restituet.

5 Si læserit quispiam agrum vel vineam, & dimiserit iumentum suū vt depascatur aliena; quicquid optimum habuerit in agro suo vel in vinea, pro damni æstimatione restituet. *Damnum factum.*

6 Si egressus ignis inuenerit [a] spicas, & comprehenderit aceruos frugum, siue stantes segetes in agris: reddet damnum qui ignem succenderit. B [a] *spinas.*

7 Siquis commendauerit amico pecuniam aut vas in custodiam: & ab eo qui susceperat, furto ablata fuerint: si inuenitur fur, duplum reddet: *De deposito lex.*

8 Si latet fur, dominus domus applicabitur ad deos, & iurabit quod non extenderit manum in rem proximi sui, Ad perpetrandam fraudem,

9 Tam in boue quàm in asino, & oue ac vestimento, & quicquid damnum inferre potest: ad deos vtriusque causa perueniet: & si illi iudicauerint, duplum restituet proximo suo.

10 Siquis commendauerit proximo suo asinum, bouem, ouem, & omne iumentum ad custodiam, & mortuum fuerit [b] & debilitatum, vel captum ab hostibus, nullusque hoc viderit: *Depositum quomodo reddendum.* [b] *aut*

11 Iusiurandum erit in medio quòd non extenderit manum ad rem proximi sui: suscipiétque Dominus iuramentum, & ille reddere non cogetur. C

12 Quod si furto ablatum fuerit, restituet damnum domino. *Gen. 31. f.*

13 Si comestum à bestia, deferat ad eum quod occisum est, & non restituet.

14 Qui à proximo suo quicquid horū [c] mutuò postulauerit, & debilitatum aut mortuum fuerit domino non præsente, reddere compelletur. *Commodatum aut locatum.* [c] *mutuum*

15 Quòd si impræsentiarum dominus fuerit, nō restituet, maxime si conductum venerat pro mercede operis sui.

16 Si seduxerit quis virginem necdum desponsatam, dormieritque cum ea: dotabit eam, & habebit eam vxorem. *Stuprata virgo.* *Deut. 22. d.*

17 Si pater virginis dare noluerit, reddet pecuniam iuxta modum dotis quam virgines accipere consueuerunt.

18 Maleficos non patieris viuere. *Malefici.*

19 Qui coierit cum iumento, morte moriatur. *Coiens cum iumento.*

20 Qui immolat diis, occidetur, præterquam Domino soli. *Idololatra.*

21 Aduenam non contristabis, neque affliges eum: aduenæ enim & ipsi fuistis in Terra Ægypti. *Leuit. 19. g.* *Aduena.*

22 Viduæ & pupillo non nocebitis. *Vidua & pupillus.*

23 Si læseritis eos, vociferabuntur ad me, & ego audiam clamorem eorum: D *Zach. 7. c.*

24 Et indignabitur furor meus, percutiámque vos gla-

2 Heb. non sunt illi sanguines. i. non fundetur sanguis percussoris propter occisum à se furē, non interficietur. 3 i. Si fur interdiu conetur domum effringere. 4 sanguines sunt illi reddendo reddet. i. percussor occidetur. fur autem reddet quod furto abstulerit. Hebraismus, q. d. furem diurnum non licet occidere. 5 deduxerit iumenta sua in agrum, &c. 6 Et miserit iumentum suum & depauerit (sub. iumentū) agrum alterius: 7 vel, argentum. Nomine argenti omnia argentea & aurea intellige: vt & nomine vasis, omnem supellectilem. 8 i. ad iudices hoc est, vocabitur ... 9 annon miserit. Subaudiendum aliquid, cuiusmodi, Vt iuratur annon ipse dominus domus furatus fuerit. Illud enim significat ... manum in rem proximi. 10 Heb. De omni negotio transgressionis, ... de asino, de oue, de veste, & omni re quæ perierit, qua quis dixerit quod hoc sit. Omne negotium transgressionis vocat quodcunque crimen, siue rem omnem controuersam ... [illegible]

... [illegible] duos de aliqua re, ita vt vterque eam rem afferat, quem condemnauerint iudices, reddet quadruplum. 11 Iusiurandum Domini erit inter ... [illegible] ... an non ... abstulerit rem proximi sui. 12 i. dominus rei suscipiet iuramentum ... [illegible] ... non tenebitur restituere quia ... fuerit. 13 afferet illud in testem, & ... non restituet. Illud, ... [illegible] ... Chaldæus paraphr. Afferat quod dilaniatum est in testimonium. Alii vertunt, Adducat ... [illegible] ... mutuatus fuerit ... scilicet aut bouem, & id genus. 15 Si conductum fuerit veniens pro mercede sua. ... [illegible] ... conductum fuerit ... verum amplius exposuit, quum addidit, Veniens pro mercede sua, hoc est, ... [illegible] ... 16 Heb. dote ... [illegible] ... dote accipiet eam sibi vxorem. 18 vel, summam pecuniæ appē... [illegible] ... 19 Heb. Maleficam ne viuificabis ... [illegible] ... 20 vel, Aduenam ne decipias, neque expilles eum. Vel, ne contristaueris neque ... [illegible] ... Postea ... [illegible] ... pro plurali. 22 nam si vociferando ... [illegible] ... audiam clamorem eius. Singulare pro plurali, si vociferati fuerint q. d. non ... aures meas a clamore eorum
23 ... [illegible]

Pecunia mutuo data. *Pignora quando reddenda.* * *redde.* *Magistratus & principes.* Act.23.a. *Primitiæ.* *Primogenita.* Leui.12.b. Ezech.44.g. *Caro à bestiis laniata.*

dio,& erunt vxores vestræ viduæ,& filii vestri pupilli.

25 Si pecuniam mutuam dederis populo meo pauperi qui habitat tecum, non vrgebis eum quasi exactor, nec vsuris opprimes.

26 Si pignus à proximo tuo acceperis vestimentum,ante solis occasum * reddes' ei.

27 Ipsum enim, est solū quo operitur,indumētum carnis eius nec habet aliud in quo dormiat; si clamauerit ad me,exaudiam eum, quia misericors sum.

28 Diis non detrahes,& principi populi tui non maledices.

29 Decimas & primitias tuas non tardabis reddere. Primogenitum filiorum tuorum dabis mihi.

30 De bobus quoq;,& ouibus similiter facies: septem diebus sit cum matre sua,die octaua reddes illum mihi.

31 Viri sancti eritis mihi:carnem quæ à bestiis fuerit prægustata,non comedetis; sed proiicietis canibus.

vsi gladio, & erunt vxores vestræ viduæ. & filii vestri orbi.

25 *Si mutuo dederis pecuniam populo meo pauperi,* [24] *[nempe] qui tecum est', non eris ei tanquam exactor, neq; inferes ei* [25] *morsum.*

26 *Si in pignus acceperis vestimentum proximi tui,* [26] *sub occasum solis' illud ei restitues:*

27 *Hoc enim est tegumentum eius vnicum, hoc est vestimentum eius* [27] *quo cutem suam [contegat,'] in quo dormiet: fiet autem, si ad me clamauerit, vt ego eum exaudiam, quoniam misericors sum.*

28 *Diis' non maledices, & principem in populo tuo ne execreris.*

29 [29] *Plenitudinem tuam & lachrymam tuam ne differas. Primogenitum filiorum tuorum mihi dabis.*

30 [30] *Sic quoq; facies cum boue tuo, & cum ouibus tuis': septem diebus erit cum matre sua, octauo die mihi ipsum dabis.*

31 [31] *Et eritis mihi sancti homines': neque comedetis carnem* [32] *lacerati in campo', sed cani proiicietis ipsam.*

CAPVT XXIII.

A *Mendacium.* *Iudex aequus.* *Pauper.* * *negotio.* *Inimici.* Deut.22.a. *Pauper.* * *iudicio* *Innocens.* Danie.13.f. *Munera.* Deut.16.d. Eccl.20.d. *Peregrini.* Gene.46.a. *Sabbathum terræ.* *Sabbathum septimi diei.*

1 NOn suscipies vocem mendacii:nec iūges manū tuā vt pro impio dicas falsū testimoniū.

2 Non sequeris turbam ad faciendum malum: nec in iudicio,plurimorum acquiesces sententiæ, vt à vero devies.

3 Pauperis quoq; non misereberis in * Iudicio.'

4 Si occurreris boui inimici tui, aut asino erranti,reduc ad eum.

5 Si videris asinum odientis te iacere sub onere, non pertransibis,sed subleuabis cum eo.

6 Non declinabis in * Iudicium'pauperis.

7 Mendacium fugies.

8 Insontem & iustum non occides: quia auersor impium

9 Nec accipies munera,quæ etiam excæcant prudentes,& subuertunt verba iustorum.

B

10 Peregrino molestus non eris. scitis enim aduenarum animas:quia & ipsi ‖ peregrini fuistis in Terra-Ægypti.

11 Sex annis seminabis terram tuam, & cōgregabis fruges eius.

12 Anno autem septimo dimittes eam, & requiescere facies, vt comedant pauperes populi tui: & quicquid reliquum fuerit,edant bestiæ agri. ita facies in vinea, & in oliueto tuo.

C

13 Sex diebus operaueris: septimo die cessabis, vt requiescat bos & asinus tuus, & refrigeretur filius ancillæ tuæ, & aduena.

Dii externi, *Pascha.*

14 Omnia quæ dixi vobis custodite: & per nomen externorum deorum non iurabitis,neque audietur ex ore vestro.

15 Tribus vicibus per singulos annos mihi festa celebrabitis.

* *comedes.* Sup.13.a.

16 Solennitatem-quoque'azymorum custodies: septem diebus * comedetis' azyma, ‖ sicut præcepi tibi,tempore mensis nouorū, quādo egressus es

1 '*NE recipias rumorem vanum,* [2] *neque paciscaris cum impiis, vt' sis testis iniquus.*

2 [3] *Ne sequaris multos' ad malefaciendum,* [4] *neque respondeas in iudicio, declinando post multos, vt peruersum quid committas.*

3 *Ne ornes pauperem in causa sua.*

4 *Si occurreris boui inimici tui, aut asino eius erranti, mox reduces eum illi.*

5 *Si videris asinum eius qui te odit succumbentē sub onere suo,* [6] *num cessabis, [&] derelinques eum'num desertum deseres?*

6 *Ne flectas iudicium* [7] *pauperis tui' in causa sua.*

7 [8] *A verbo mendaci longissime absis.*

8 *Innocentem &* [9] *iustum' ne occidas:* [10] *nec enim impium iustum censebo.*

9 *Munus ne recipias: quoniam munus excæcat* [11] *oculatos', & peruertit* [12] *verba iustorum.*

10 *Aduenam ne premas:* [13] *vos enim nouistis animas aduenarum [qualiter affectus sit'], quandoquidem aduenæ fuistis in terra Ægypti.*

11 *Sex annis seminabis terram tuam, & colliges prouentum eius.*

12 *In septimo vero* [14] *relinques' eam, atq; deseres eam, vt comedant pauperes populi tui, & de residuo eorum comedent bestia agri. sic quoq; facies vineto tuo, & olineto tuo.*

13 *Sex diebus facies opera tua, septimo autem die quiesces, vt quiescat bos tuus, & asinus tuus. &* [15] *respiret' filius ancillæ tuæ, & peregrinus.*

14 [16] *Omnia quacunq; dixi vobis, seruate', &* [17] *nominis aliorum deorum ne mentionem quidem feceritis, ne audiatur ex ore tuo.*

15 *Ter in anno celebrabitis mihi dies festos.*

16 *Solennem diem azymorum seruabis: septem diebus comedes placentas infermentatas, quemadmodum præcepi tibi, stato scilicet tempore mensis* [18] *Abib:*

24. i. pauperi tecum habitanti. 25. i. fœnus. q.d. non impones illi vsuram tanquam fœnerator, nihil ab eo præter sortem exiges. 26 vel, antequam occiderit sol. 27 Heb. cutis ipsius. i. quo corpus suum contegit. 28. i. Iudicibus, & legem docentib. 29 Mustum tuum & lachrymam [illegible] non tardabis offerre. i. Primitias musti & olei tui, primo quoq; tēpore offeres. Mustum dicitur Hebraice MELEA, quod magna copia è torcularib. defluere soleat. Oleum autē vocauit lachrymā, quod guttatim defluat cum [illegible] lacu. Quidam Hebræorū MELEA, exponunt abundantiam frugum quasi dicat Moses, Cum impletæ fuerint, siue ad maturitatem peruenerint fruges tuæ, dabis primitias: deinde quū collectæ fuerint in [illegible], dabis quoq; lachrymā, i. vinum & oleum in vindemia quæ [illegible] sequitur. 30 i. Dabis etiam mihi primogenitum ex bobus & ouibus. 31. q. d. Date operam vt ex fidei sanctimonia & puritate cordis placeatis mihi. 32 vel, quæ in agro lacerata fuerit. Sub. a bestiis. i. abstinete à carnibus ferarum interfectarum ab aliis bestiis.

XXIII.

1 vel, Ne assumas rumorem falsum. i. Ne sis author falsi rumoris cōtra proximū tuū aut fingas in corde tuo, vnde illi infamia [illegible]. vel, Ne admittas rumorem falsum 2 nec ponas [illegible] manum tuam cum impio vt &c. i. non adiuuabis causam improbi falso tuo testimonio. 3 Heb. Non eris post multos. i. Non sequeris multitudinē, siue maiorē partem ad malefaciendū. 4 nec loquaris in lite, vt declines [illegible] ad peruertendum i. in lite, ne sequaris [illegible] sententiā vt peruertas iudicium si plures in iudicio condemnauerint innocentē, [illegible] & ne inclines in iudicium [illegible] multis 5 vel, Ne superemine honores in lite sua. i. Ne habeas respectum personæ in iudicio [illegible] multitudinem [illegible] pauperes, & [illegible] opprimere [illegible] tamen respectu paupertatis iudicium corrupi [illegible] multo minus diuitum respectu [illegible] debet iustitia in iudicio [illegible] derelinquere illum, auxiliando auxiliaberis cum eo [illegible] bis cum eo hoc est [illegible] tuo. Chaldæus paraph. Quando videris asinum osoris tui iacentem sub onere suo, & [illegible] eum [illegible] erat in corde tuo aduersus eum, [illegible] ipsum cum eo. [illegible] asinum [illegible] ne desere [illegible] subleuando [illegible] vt animal [illegible] pedes. 7 [illegible] apud te [illegible] est. Neq; pauperi [illegible] q.d. Non habebis respectus personarum in iudicio 8 vel, A termino [illegible] cum videtur alloqui iudicem. 9 vel, [illegible] absolutum iudicaueris aliorum. 10 Hebr. non enim iustificabo impium [illegible] mortem [illegible]. 11 videntes [illegible] & prudentes, hoc est qui videntur esse sapientes. 12 [illegible] 13 [illegible] cum aduenarum animas [illegible] animum aduenæ [illegible] quales sint peregrinorum affectus [illegible] ne [illegible] & aliis molestiis. Hebraismus 14 vel, liberam dimittes i. non coles, neq; seminabis eam, sed deseres & quæ sponte nascentur, non congregabis, [illegible] pauperes & bestiis terræ. 15 vel, refrigeretur siue recreetur. 16 In omnibus quæ dixi vobis, cauti estote. Hebraismus est [illegible] non tantum non colatis deos alienos, sed ne vllam quidē eorum mentionē faciatis. 18 Vox hac Hebræa, significat maturitatem frugum quæ in Martio apud Ierosolymitanos & Ægyptios contingere solet. hoc est circa [illegible] sicut collectio aliorum

Tum fructuum, in fine anni, hoc est circa æquinoctiũ autumnale, fieri solet. Incipiunt enim Hebræi annum suum circa æquinoctiũ Autumnale: licet in sacris ab æquinoctio Verno illum inchoantur auspicari. Proinde festum messis, est festum Pentecostes: & festũ collectionis, festũ Tabernaculorum. & in his festis Dei noluit vt vacui venirent ante conspectum suum.
19 Hebraismus, est, pro in memoriam egressionis vestræ ex Ægypto celebrabitis festũ istud. in coq. festo filii Israel nõ apparebunt corã me vacui & sine muneribus.
20 Heb. neq; videbuntur facies meæ inanes. i. filii Israel non apparebunt coram arca fœderis, super quã me illis præsentem exhibeo sine muneribus, quib. testentur gratitudinẽ animi sui erga me.
21 i. celebrabis festum in quo offeres Deo primitias frugum quas terra a te culta reddiderit.
22 quum sc. sol egreditur Libram.
23 Dominatoris Domini. i. Ter in anno mares oẽs venient ad eũ locum vbi ego mei cultum instituero, nempe in Ierusalem: offerentque ibi munera sua.
24 i. Antequam immoles victimã paschalem, remo ve l[illegible] fermentatũ de domo tua.
25 victimæ meæ. id est, [illegible] quem mihi occidẽris.
26 [illegible] Domini Dei tuo [illegible] quandiu [illegible]. Hoc est, [illegible] quem [illegible] sacerdotum, ne offeras inquã cum cum lacte matris sua. Alii vertunt, cum matre lactante, q. d. Satur [illegible] comedere hœdum, [illegible]

15 quoniam eodem egressus es ex Ægypto. 20 coram me nemo appareat vacuus.

16 21 [seruabis etiam] diem festum messis primitiarum fructuum operũ tui, quos seminasti in agro: & diem festum collectionis, quæ fit 22 in exitu anni, quum opera tua ex agro collegeris.

17 Omnis mas tuus ter in anno appareat in conspectu 23 Domini Dei.

18 24 Non mactabis sanguinem sacrificii mei cum fermento, neq; pernoctabit adeps 25 celebritatis meæ vsq; mane.

19 Principium primitiuorum fructuum telluris tua 26 inferes in domum Domini Dei tui. Ne coquas hœdum 27 in lacte matris sua.

20 Ecce ego 28 mitto angelum ante faciem tuam, vt custodiat te in via, & introducat te ad locum quem præparaui.

21 29 Obseruans sis illius, audique vocem eius, ne sis illi rebellis: (30 neq; enim [impune] feret præuaricationes vestras) quoniam nomen meum 31 est in eo.

22 32 Si vero diligenter audieris vocem eius, & feceris omnia quæ loquar, hostis ero hostibus tuis, & affligentes te affligam.

23 Nam præcedet te Angelus meus, & introducet te ad Amorræum, Hithæum, Pherisæum, Chananæum, Hiuæum atque Iebusæum, illos autem excindam.

24 Ne adores illorum deos, neque colas illos, neq; facias iuxta opera illorum sed funditus diruas eos, & statuas eorum minutim confringas.

25 Et seruietis Domino Deo vestro, 33 qui cibum tuum & aquas tuas fortunabit, & auferam à te morbos.

26 Non erit in terra tua abortiens aut sterilis [quidpiam,] 34 numerum dierum tuorum implebo.

27 35 Terrorem meum mittam ante te, & 36 tumultuari faciam omnes populos ad quos tu venies, 37 efficiamque vt cuncti hostes tui terga vertant coram te.

28 Mittam quoque ante te 38 crabrones, qui Hiuæum, Chananæum & Hithæum ante te expellant.

29 Nec tamen vno anno eiiciam eum ante te, ne fortè terra vasta fiat, & bestia agrestes contra te multiplicentur.

30 Paulatim eiiciam eum ante te, donec crescas, & hæreditate capias terram.

31 Terminum tuum ponam à mari 39 carectoso, vsque ad mare Palæstinorum, & a deserto vsque ad 40 Fluuium: nam tradam habitatores terræ in manus vestras, & tu expelles eos ante te.

32 Ne ferias cum eis.

33 Et cum diis eorum fœdus: Nec habitent in terra tua ne fortè peccare te faciant contra me: 41 si enim colueris deos eorum, tibi offensioni illo erit.

de Ægypto: ‖ non apparebis in conspectu meo vacuus. | Infr. 34. c. Deut. 16. d. Eccl. 35. a.

16 Et solennitatem messis primitiuorum operis tui, quæcunque seminaueris in agro: solennitatem quoque in exitu anni, quando congregaueris omnes fruges tuas de agro. | Pente. coste. D

17 Ter in anno apparebit omne masculinum tuum coram Domino Deo tuo. | Tabernacula in Septembri.

18 Non immolabis super fermento sanguinem victimæ * tuæ, nec remanebit adeps solennitatis meæ vsq; mane. | Sanguis. * meæ.

19 Primitias frugum terræ tuæ deferes in domum Domini Dei tui. Non coques hœdum in lacte matris suæ. | Primitia. Deut. 14. c. Ios. 34. c.

20 Ecce ego* mittam angelum meum, qui præcedat te, & custodiat in via, & introducat in locum quem præparaui. | * mitto Angelus deducẽs populum Israel.

21 Obserua eum, & audi vocem eius, nec contemnendum putes: (quia non dimittet eum * peccaueris.) & est nomen meum in illo. | E * peccaueritis.

22 Quod si audieris vocem eius, & feceris omnia quæ loquor, inimicus ero inimicis tuis, & affligam affligentes te.

23 ‖ Præcedétque te angelus meus, & introducet te ad Amorrhæum, & Hethæum, & Pherezæũ, Chananæumq;, & Heuæum, & Iebusæum, quos ego conteram. | Infr. 33. a. Iosue 24. c. Deut. 7. c.

24 Non adorabis deos eorum, nec coles eos: nõ facies opera eorum, sed destrues eos, & confringes statuas eorum. | Dii alieni non adorandi. Seruire Deo. Benedictio.

25 Seruietisq; Domino Deo vestro, vt benedicam panibus tuis & aquis, & auferam infirmitatem de medio tui: | F Infirmitas. Sterilis. Deut. 7. c.

26 Non erit infœcunda, nec sterilis in terra tua: numerum dierum tuorum implebo.

27 Terrorem meum mittam in præcursum tuũ, & occidam omnem populum ad quem ingredieris: cunctorumq; inimicorum tuorum corã te terga vertam:

28 Emittens crabrones prius, qui fugabunt Heuæum, & Chananæum & Hethæum, antequam introeas.

29 Non eiiciam eos à facie tua anno vno: ne terra in solitudinem redigatur, & crescant contra te bestiæ. | Paulatim expulsi Chananæi. G

30 Paulatim expellam eos de conspectu tuo, donec augearis, & possideas Terram.

31 Ponam autem terminos tuos à Mari rubro vsque ad Mare Palæsthinorum, & à deserto vsque ad Fluuium: tradam in manib. vestris habitatores Terræ, & eiiciam eos de conspectu vestro.

32 ‖ Non inibis cum eis fœdus, 33 Nec cum diis eorum. Non habitent in terra tua, ne forte peccare te faciant in me. si seruieris diis eorum quod tibi certe erit in scandalum. | Deut. 7. a. Infra 34. b.

CAPVT XXIIII.

1 AD Mosen quoq; dixit, 1 Ascende ad Dominum tu & Aaron, Nadab & Abihu, & septuaginta ex senioribus Israel, & adorabitis e longe.

2 2 Moses vero solus accedat ad Dominum, ipsi vero non accedant, nec populus ascendat cum eo.

3 Venit itaq; Moses & narrauit populo omnia verba Domini, & omnia iudicia. Respondit autem cunctus populus vna voce & dixerunt Omnia verba quæ locutus est Dominus, faciemus.

MOysi quoq; dixit, Ascende ad Dominum tu & Aaron, Nadab & Abiu, & septuaginta senes ex Israel, & adorabitis procul. | A Moyses iubetur rursum scãdere montem.

2 Solusq; Moyses ascendet ad Dominum, & illi non appropinquabũt: nec populus ascendet cũ eo.

3 Venit ergo Moyses, & narrauit plebi omnia verba Domini, atq; iudicia: respondítq; omnis populus vna voce, Omnia verba Domini, quæ locutus est, faciemus.

[illegible] Sic præcepit, pullos auium comprehẽdere [illegible] 28 Vt [illegible] pro futuro, mittam, siue præmittam. 29 Caue à conspectu illius. Id est, Caue tibi [illegible] 30 [illegible] 31 Est in medio illius. Illud debet referri ad [illegible] 32 Nam si audiendo audieris. 33 & benedicet panes tuos & aquas tuas. [illegible] 34 Hebraismus est, faciam, inquit, vt vos [illegible] ad extremã [illegible] senectutem sine ægritudine. 35 [illegible] Terrebo omnes te aduenientes. 36 vel, frangam animos totius populi, ad quem &c. 37 Heb. daboque [illegible] 38 Heb. crabronem. Singulare pro plurali, crabrones, vel vespas. 39 Heb. Suph. i. à Mari rubro. 40 subaudi, Euphraten, qui ab Oriente terminus est terræ promissionis, vt Mare mediterraneum ab Occidente. 41 quando colueris simulachra eorum, nam id esset tibi in laqueũ [illegible] XXIIII. 1 Hebr. est, pro Ascende ad me. Antecedens pro relatiuo. 2 Et accedat propius solus Moses ad Dominum, alii vero non accedant propius, neque populus ascendat cum illo. Subaudi, Moses.

4 Scripsit

Scribit Moyses verba Dei in vnum volumen, eaq; populo legit.

4 Scripsit autē Moyses vniuersos sermones Domini:& mane consurgens ædificauit altare Domino, ad radices mōtis. & duodecim titulos per duodecim tribus Israel.

5 Misitq; iuuenes de filiis Israel, & obtulerunt holocausta, immolaueruntq; victimas pacificas Domino, vitulos duodecim.

B

6 Tulit itaque Moyses dimidiam partem sanguinis. & misit in crateras: partem autem residuam fudit super altare.

7 Assuménsq; volumen fœderis, legit audiente populo: qui dixerunt, Omnia quæ locutus est Dominus, faciemus, & erimus obedientes.

Sanguis fœderis Hebr. 9.c.

8 Ille verò, sumptum sanguinem respersit in populum, & ait, Hic est sanguis fœderis, quod pepigit Dominus vobiscum super cunctis sermonib. his.

C

9 Ascenderuntque Moyses & Aaron, Nadab & Abiu, & septuaginta de senioribus Israel:

* *&*

10 Et viderunt Deum Israel: * sub pedibus eius quasi opus lapidis sapphirini, & quasi cælum cum serenum est.

11 Nec super eos qui procul recesserant de filiis Israel, misit manum suam: videruntq; Deum, & comederunt, ac biberunt.

*Moyses cū Deo in nube, quadraginta diebus & quadraginta noctib. *eos.*

12 Dixit autem Dominus ad Moysen, Ascende ad me in montem, & esto ibi: daboq; tibi duas tabulas lapideas, & legem, ac mādata quæ scripsi, vt doceas filios Israel.

D

13 Surrexerunt Moyses, & Iosue minister eius: ascendensq; Moyses in montem Dei,

Seniores Israel in radice mōtis, ondit antes populum.

14 Senioribus ait, Expectate hic donec reuertamur ad vos habetis Aaron, & Hur vobiscū: siquid natum fuerit quæstionis, referetis ad eos.

15 Cumque ascendisset Moyses, operuit nubes montem,

16 Et habitauit gloria Domini super Sinai, tegēs illum nube sex diebus. septimo autem die vocauit eum Dominus de medio caliginis.

17 Erat autem species gloriæ Domini, quasi ignis ardens super verticem montis in conspectu filiorum Israel.

Infr. 34. d. Deut. 9. b. c.

18 Ingressusq; Moyses medium nebulæ, ascendit in montem: & fuit ibi quadraginta dieb. & quadraginta noctibus.

4 *Et scripsit Moses omnia verba Domini, surgensque manè extruxit aram [1] infra ad montem, & duodecim [4] columnas secundum duodecim tribus Israel.*

5 *Misitq; iuuenes filiorum Israel qui [5] adduxerunt holocausta, & sacrificarunt victimas [6] salutares Domino, nempe boues.*

6 *Et Moses accepto dimidio sanguinis fudit in crateres, dimidium vero sanguinis sparsit super aram.*

7 *Et accepto libro fœderis, legit [7] audiente populo: qui dixerunt, Cuncta quæ locutus est Dominus, faciemus, & obtemperabimus.*

8 *Tulit quoq; Moses sanguinem, & sparsit super populu hisce verbis, En [8] sanguis fœderis quod pepigit Dominus vobiscum super cunctis hisce sermonibus.*

9 [9] *Ascenditque Moses, Aharon, Nadab & Abihu, & septuaginta ex senioribus Israel.*

10 *Et viderunt Deum Israelis, eratq; sub pedibus eius quasi opus quoddam [10] lapideum sapphirinum, & quasi [11] ipsum cælum clarum.*

11 [12] *Selectis autem ex filiis Israel non intulit manū suam: [13] etiamsi viderent Deum, & comederunt atque biberunt.*

12 *Et ait Dominus ad Mosen, Ascende ad me in montem, & esto ibi, [14] daboq; tibi tabulas lapideas, & legē atque præcepta, quæ scripsi [15] vt eos diligant.*

13 *Et surgens Moses & minister eius Iehosua, ascendit Moses in montem Dei.*

14 *Dixitque ad seniores, [16] Expectate nos hic quousque ad vos reuertamur, ecce Aharon & Hur vobiscum sunt, [17] qui habuerit causas, accedat eos.*

15 *Ascenditque Moses montem, & nubes montem obtexit.*

16 *Habitauit autem [18] gloria Domini super montem Sinai & obtexit eum nubes sex diebus, vocauitque Mosen die septimo [19] de medio nubis.*

17 *Et aspectus gloriæ Domini, quasi ignis [20] lambens in vertice montis [21] in oculis filiorum Israel.*

18 *Et ingressus est Moses [22] in ipsam nubem, ascenditque montem: & fuit Moses in monte quadraginta diebus, & quadraginta noctibus.*

3 ad radicē mōtis. 4 vel statuas aut titulos. 1. stationes. 5 obtulerunt 6 vel, pacificas. 7 Heb. in auribus populi: 8 Hic sanguis typus erat sanguinis Christi ... [illegible] omnes Dei promissiones ... 10 vel, lateris, aut mensulæ sapphirinæ. Alii vertūt, sicut opus mensæ sapphirinæ. [illegible] 11 substantia (vel corpus) cæli in puritate. aut, præ puritate & nitore. [illegible] Non potest sermone humano exprimi thronus ille Dei. 12 Ad principes autem filiorum Israel nō misit manum suam. Id est, Deus non læsit principes Israel, qui illū viderant & biberunt. n. & comederūt postea: quod argumentū fuit, illos nō fuisse à Deo occisos, quum tamē scriptum sit, Non videbit me homo, & viuet. 13 Videruntque Deum, & [illegible] [illegible]

CAPVT XXV.

A

Dona volūtaria exigit Deus à populo instructuram tabernaculi. Inf. 35. a.

LOcutusque est Dominus ad Moysen, dicens,

2 Loquere filiis Israel, vt tollant mihi primitias: ab omni homine qui offert vltroneus, accipietis eas:

3 Hæc sunt autem quæ accipere debetis. Aurum, & argentum, & æs,

4 Hyacinthum & purpuram coccumq; bis tinctum & byssum, pilos caprarum,

5 Et pelles arietum rubricatas, pellesque ianthynas & ligna setim.

6 Oleum ad luminaria concinnanda, aromata in vnguentum, & thymiamata boni odoris:

7 Lapides onychinos, & gemmas ad ornandum ephod, ac rationale.

1 *LOquutúsque est Dominus ad Mosen huiusmodi verba.*

2 *Loquere ad filios Israel, vt accipiant mihi [1] theruma: ab omni viro [2] qui cor suū ex munificentia [ad hac rem] appulerit, accipietis meam therumam.*

3 *Hæc autem sit teruma, quam accipietis ab eis, aurum argentum & æs,*

4 [3] *Hyacinthinum sericum, purpureum, coccinum bis tinctum, byssum, & (pilos) caprarum.*

5 *Pelles denique arietum rubras, & pelles [4] melium, & ligna [5] sitim.*

6 *Oleum ad luminare, [6] odoramenta ad oleum vnctionis, & aromata ad suffitum.*

7 *Lapides [7] schoham [8] & lapides qui includantur ad ephod & ad pectorale.*

expectate nos hic. 17 Heb. qui fuerit dominus verborum id est, qui causas habuerit loquendi, hoc est, qui habuerit lites. 18 id est, Dominus gl[illegible] è parte nubis quæ densissima erat. 20 ardens vel, comburens. [illegible] 21 [illegible] talis apparebat Dominus [illegible] de sapphirino. 22 Heb. in medium nubis. Non enim fuit [illegible] augusta illa specie. XXV. [illegible] 1 Theruma, vox Hebræa [illegible] rerum munificum & liberale donum significat quod Domino separatur. Vertere potes oblationem, de bonis [illegible] sit, accipietis oblationem mihi. Hæc est autem oblatio quam accipietis ab eis. Vel, accipere debetis ab eis. [illegible] hyacinthum & purpuram, coccumque [illegible] hyacinthinas, siue pannos hyacinthinos & cæruleos, vt Hebræi interpretantur: & pannos purpureos, & sericum [illegible] cinum, siue cocco tinctum & byssum, & vestes [illegible] ex pilis caprarum. 4 siue, taxorum, vt quibusdam Hebræorum [illegible] colore. Vnde quidam Hebræam vocem relinquunt, scribentes thaxorum. Hebraicè scribatur [illegible]. Alii, violacei col[illegible] 5 Hebræi dicunt cedri esse spe[illegible] ciem optimam. 6 aromata pro oleo vnctionis, & pro incenso suauium odorum. Vel, vnguentum [illegible] sacerdotes. 7 quidam interpretantur pro onychino. 8 & lapides [illegible] in superhumerale & pectorale. [illegible] maiquæ auro & argento includi solent, atq; ita replent locum [illegible] aliqua argentea, quem palam vocant, [illegible] superhumerale & pectorale. Ephod vox Hebræa, quæ vestis erat superhumeralis, Pectorale autem quod HOSEN Hebræi [illegible] ornamentum fuit ex textili auro, & preciosis lapidibus factum, quod summus sacerdos in pectore suo & super cor suum portabat, in quo erant Vrim & Thummim.

8[9] *Et faciat mihi sanctuarium*, *vt habitem inter eos.*
9 [10] *Iuxta omnia quæ ego ostendo tibi, tam iuxta exemplar tabernaculi, quam iuxta exemplar cunctorū vasorum eius, sic facietis.*
10 *Facient etiam arcam ex lignis setim, cuius longitudo sit duorum cubitorum & dimidii: latitudo autem eius cubitum [habeat] & dimidium, & altitudo eius cubitum & dimidium.*
11 *Obduces eam auro mundo, intus & foris obduces eam, & facies super eam in circuitu [11] coronam auream*.
12 *Fundes quoq; ei quatuor circulos aureos, quos pones in quatuor angulis eius: duo circuli erunt in vno illius latere, & duo circuli in altero illius latere.*
13 *Et facies vectes ex lignis setim, & auro eos obduces.*
14 *Inferesq; vectes illos in circulos qui sunt ad latera arcæ, vt illis feratur arca.*
15 *Eruntq; vectes in circulis arcæ, nec ab ea tollentur.*
16 *Et in arcam repones [12] testimonium quod tibi dabo.*
17 *Et facies [13] propitiatorium ex auro mundo, duorum cubitorum & dimidii erit longitudo eius, & cubiti ac dimidii latitudo eius.*
18 *Facies quoq; duos [14] Cherubim aureos, [15] solidos facies eos, in duabus extremitatibus propitiatorii:*
19 *Cherub vnum fac ab extremitate ista, & Cherub alterum ab extremitate alia:*
20 [16] *Ex ipso inquam propitiatorio facietis Cherubim in duabus extremitatib. eius. Eruntq; Cherubim expandentes alas superne, tegentes alis suis propitiatorium, seq; mutuo intueantur Cherubim, faciebus ad propitiatorium versis. Pones autem propitiatorium superne super arcam.*
21 *Et intra arcam pones testimonium quod ego dabo tibi.*
22 *Illic [17] te conueniam*, *& colloquar tecum è propitiatorio inter duos cherubim, qui sunt super arcam testimonii, de hisce rebus omnibus quæ tibi mandaturus sum ad filios Israel.*
23 *Mensam quoq; facies de lignis setim, duorum cubitorum erit longitudo eius, latitudo eius vnius cubiti, cubiti & dimidii altitudo eius.*
24 *Et obduces eam auro mundo, faciesq; ei coronam auream per circuitum.*
25 [18] *Sed & limbo palmaris eam circumcludas, & huic limbo addes per ambitum auream coronam*.
26 *Et fac ei quatuor annulos aureos, & pone annulos illos in quatuor angulos, qui sunt in quatuor pedibus eius.*
27 [19] *Sub limbo erunt annuli pro loculis vectium, ad gestandum mensam*.
28 *Facies autem vectes ipsos ex lignis setim, & obduces eos auro, vt illis mensa tollatur.*
29 *Facies quoq; [20] acetabula eius, & [21] cochlearia eius, [22] dimidiatas fistulas eius, & instrumenta quibus purgatur, quibusq; funditur: hæc [inquam] facies ex auro mundo.*
30 *Et pones super mensam [23] panes facierum coram me iugiter.*

8 Facientque mihi sanctuarium, & habitabo in medio eorum.
9 ‖ Iuxta omnē similitudinem tabernaculi quod ostendam tibi, & omnium vasorum in cultum eius: sicque facietis illud, Heb. 9.a.
10 Arcam de lignis setim compingite, cuius lōgitudo habeat duos & semis cubitos, latitudo cubitum & dimidium, altitudo cubitum similiter ac semissem. *Arca.*
11 Et deaurabis eam auro mundissimo intus & foris: faciésque suprà, coronam auream per circuitum: B
12 Et quatuor circulos aureos, quos pones per quatuor arcæ angulos, duo circuli sint in latere vno, & duo in altero.
13 Facies quoq; vectes de lignis setim, & operies eos auro.
14 Inducesque per circulos qui sunt in arcæ lateribus, vt portetur in eis:
15 Qui semper erunt in circulis, nec vnquam extrahentur ab eis.
16 Ponesq; in arca testificationem quam dabo tibi. *Propitiatoriū.*
17 Facies & propitiatorium de auro mundissimo: duos cubitos & dimidium tenebit longitudo eius, & cubitum ac semissem latitudo. *Cherubim.*
18 Duos quoq; cherubim aureos, & productiles facies, ex vtraq; parte oraculi:
19 Cherub vnus sit in latere vno, & alter in altero.
20 Vtrumq; latus propitiatorii tegant expandētes alas, & operientes oraculum, respiciantque se mutuo versis vultibus in propitiatorium, quo operienda est arca, C
21 In qua pones testimonium quod dabo tibi.
22 Inde præcipiam, & loquar ad te supra propitiatoriū, ac de medio duorum Cherubim, qui erunt super arcam testimonii, cuncta quæ mandabo per te filiis Israel.
23 Facies & mensam de lignis setim, habentem duos cubitos longitudinis, & in latitudine cubitū, & in altitudine cubitum ac semissem. *Mensa.*
24 Et inaurabis eam auro purissimo: faciesq; illi labium aureum per circuitum.
25 Et ipsi labio coronam interrasilem altā quatuor digitis: & super illam, alteram coronam aureolam.
26 Quatuor quoq; circulos aureos præparabis, & pones eos in quatuor angulis eiusdē mensæ per singulos pedes.
27 Subter coronam erunt circuli aurei, vt mittātur vectes per eos, & possit mensa portari.
28 Ipsos quoq; vectes facies de lignis setim, & circundabis auro ad subuehendam mensam. *Sacra vasa.*
29 Parabis & acetabula, ac phialas, thuribula, & cyathos, in quibus offerēda sunt libamina, ex auro purissimo.
30 Et pones super mensam panes propositionis, in conspectu meo semper.

9 Facient quoq; mihi sanctuariu. Hæc præcepit Deus, vt eos auerteret ab idololatria.
10 vel, Omnino vt ego ostendam tibi exēpla. (vel similitudinem) tabernaculi, & exempla, omniū vasorum eius, sic facietis.
11 Limbum (vel, labium) aureum.
12 i. librum fœderis, tabulas lapideas continentes decalogum, quæ vobis testētur meam voluntatem.
13 tegmen. siue, operimentū, aut velamē & cælum quale rebus preciosis superponere solemus. Erat tabula quæ super ponebatur arcæ. Qui vertunt propitiatorium, magis habent rationem verbi à quo deducitur, quam rei. verbum enim CAPHAR, a quo deducitur, aliquādo significat remouit iram, sicut placauit, condonauit iniquitatem & peccatū. Solebat aūt Dominus apparere Israelitis super operimentum illud, & illinc eos alloqui, & ostendere voluntatem suā (vt paulo post dicit) an irat' esset, an placat' illis. Vnde factū vt quidam verterint propitiatorium: quasi dicas, locus in quo Dominus placatus alloquebatur populum. Vetus interpres etiam pro eo vertit oraculū, propterea quod illinc Dominus oracula sua edebat. i. Moysi loquebatur, docebatq; cum quid populum Israeliticum facere vellet.
14 Cherub, secūdum Hebræos, est dictio composita idem significans quod Quasi puer. Cherubim, plurale est, habebant enim formam & figuram puerorum. 15 vel, opere integro & solido. vt scilicet tam operculum, quam cherubim fuerint opus vnum, absque vlla iunctura factum. Quidam vertunt, opere [illegible]. 16 i. ex auro quo propitiatorium est tectum, facies duos cherubim. Alii vertunt, in ipso inquam propitiatorio &c. 17 vel, tecum conueniam. Aut vt alii, testificabor tibi. [illegible] 18 Sed & clausuram facies ei quatuor digitos latam in circuitu. facietque illi clausuræ coronam auream per circuitum. Clausuram vocat quod [illegible]
19 E regione clausuræ erunt annuli in domos vectibus, ad portandum mensam illam id est, è regione additamenti illius inferioris collocabuntur annuli, per quos traiicientur vectes ad portandum mensam.
20 Scutellas eius id est vasa quædam concaua admodum, in quibus ponebantur panes Hebraice KEAROTH. 21 vel, thuribula, in quibus ponebatur thus Hebraice CAPPOTH dicta fortasse quod volæ cauitatem imitarentur. 22 opercula & crateres, quibus tegerentur sub thus & panes propositionis. Vox Hebræa KESOTH, pro qua thuribula vertit vetus interpres, quæ per opercula quib thus tegebatur, [illegible] quæ ponebant in summitate vniuscuiusque panis, vt ingrederetur ventus siue aer inter ipsos panes, ne mucidi efficerentur, eratque veluti operimentum ipsis panibus. Dictio vero MENAKIOTH, pro qua vertimus crateres, interpres autem vetus cyathos, significat crateres quibus panes tegebantur vt KESOTH, opercula thuris, aut contra, nam ordo horum valorum est incertus.
23 Sic dicuntur, quod semper essent in facie & conspectu Domini.

D Candelabrum. 31 Facies & candelabrum ductile de auro mundissimo, hastile eius, & calamos, scyphos & sphærulas, ac lilia ex ipso procedentia.

32 Sex calami egredientur de lateribus, tres ex vno latere, & tres ex altero.

33 Tres scyphi quasi in nucis modum per calamos singulos, sphærulæque simul & lilia. & tres similiter scyphi instar nucis in calamo altero, sphærulæq; simul & lilia. Hoc erit opus sex calamorum, qui producendi sunt de hastili.

34 In ipso autem candelabro erunt quatuor scyphi in nucis modum, sphærulæque per singulos, & lilia.

35 Sphærulæ, sub duobus calamis per tria loca qui simul sex fiunt procedentes de hastili vno.

36 Et sphærulæ igitur & calami ex ipso erunt, vniuersa ductilia de auro purissimo.

37 Facies & lucernas septem, & pones eas super candelabrum, vt luceant ex aduerso.

38 Emunctoria quoq; & vbi quæ emuncta sunt extinguantur, fiant auro purissimo.

39 Omne pondus candelabri cum vniuersis vasis suis, habebit talentum auri purissimi.

Heb. 8. b. Act. 7. f. 40 Inspice, & fac secundum exemplar quod tibi in monte monstratum est.

31 *Facies & candelabrum ex auro mundo,* [24] *ductile fiat candelabrum,* [25] *scapus eius calami eius,* [26] *calices eius, sphærulæ eius, & flores eius* [27] *ex ipso fiant.*

32 *Et sex calami prodibunt de lateribus eius, tres calami candelabri ex vno latere eius, & tres calami ex altero latere eius.*

33 *Tres calices* [28] *in formam amygdali facti in calamo vno, cum sphærula & flore: & tres calices amygdali formam habentes in altero calamo cum sphærula & flore:* [29] *sic sex calamis qui ex candelabro prodeunt.*

34 [30] *In ipso autem candelabro quatuor sunt calices amygdali formam habentes cum sphærulis & floribus suis.*

35 [31] *Eritq; [semper] sub duobus [quibusq;] calamis qui ex ipso [candelabro] prodeunt, sphærula vna: sunt autem calamorum sex qui ex candelabro prodeunt.*

36 *Sphærulæ eorum & calami eorum* [32] *ex ipso erunt. totumq; ipsum (opus) vnum erit solidum ex auro mundo.*

37 *Facies quoq; lampades eius septem, & collocabis lampades eius in sublimi,* [33] *vt illuminet [quaq;] è regione.*

38 *Emunctoria quoque eius, & vascula eius, [in quibus emuncta excipiuntur,] ex auro mundo [fiant.*

39 [34] *Talentum auri mundi facies illud cum vniuersis vasis istis.*

40 *Et vide vt facias ad exemplar* [35] *eorum quæ tibi in monte demonstrata sunt.*

24 opere ductili. q. d. Malleo hæc, non fusione. Alii vertūt, opere integro. &c. eadem sententia. voluit enim candelabru fuisse factum, nō ex diuersis partibus in vnum coagmētatis: verū ex crasso stipite, vnde malleo producebantur calami, scyphi, &c.
25 hastile. i. truncus eius.
26 Intelligit partes quasdam excauatas, quæ calicis formam habebant.
27. i. ex eadē materia, & non ex alia. malleo enim ex ipso trunco & stipite formabātur omnia.
28 vel in speciem nucis, amygdalinæ deformati.
29 sic de sex calamis qui egrediētur ex cādelabro.

Sub. dicendum. est. 30. i. in hastili candelabri. & trunco. 31 Heb. Eritq; sphærula vna sub duobus calamis ex ipso, sphærula item erit sub duobus calamis ex ipso, sphærula postremo sub duobus calamis ex ipso: sub sex calamis exeuntibus de candelabro. Et sphærulæ &c. i. sub singulis duobus calamis erit sphærula vna. Hoc est, sphærula prima erit sub duobus primis calamis qui vtrinq; ex ipso sunt candelabro. i. ex eadem materia candelabri. deinde alia sphærula erit sub duobus secundis calamis, qui vtrinq; ex ipso sunt. postremo sphærula vna erit sub duobus postremis calamis qui vtrinq; sunt ex ipso candelabro, vel ex eadem cādelabri materia atq; ita vt sint sub sex calamis de candelabro procedentibus. 32. i. egredientur ex ipso candelabro. Vel, ex eadem candelabri materia erunt. malleo enim ex ipso trunco producentur. 33 vt luceant ad latus faciei eius. Hebraismus, pro, vt versus eam partem lumen emittant, ad quam versum erit candelabrum. 34 Hebraicè dicitur CHICHAR. continet autem vulgare talentum sexaginta libras: illud autem quo in templo vtebantur duplum erat ad phanum. q. d. constabit totum opus talento vno.
35 Heb. quod tu factus es videre.

CAPVT XXVI.

A Forma tabernaculi. 1 TAbernaculum verò ita facies: Decem cortinas de bysso retorta, & hyacintho, ac purpura, coccoq; bis tincto, variatas opere plumario facies.

2 Longitudo cortinæ vnius habebit viginti octo cubitos: latitudo, quatuor cubitorū erit. vnius mensuræ fient vniuersa tentoria.

3 Quinq; cortinæ sibi iungentur mutuò, & aliæ quinq; nexu simili cohærebunt.

4 Ansulas hyacinthinas in laterib. ac summitatib. facies cortinarum, vt possint inuicem copulari.

5 Quinquagenas ansulas cortina habebit in vtraq; parte, ita insertas, vt ansa contra ansam veniat, & altera alteri possit adaptari.

B 6 Facies & quinquaginta circulos aureos quibus cortinarum vela iungenda sunt, vt vnū tabernaculum fiat.

7 Facies & saga cilicina vndecim, ad operiendū tectum tabernaculi

8 Longitudo sagi vnius habebit triginta cubitos: & latitudo, quatuor: æqua erit mensura sagorum omnium.

9 E quibus quinque iunges seorsum, & sex sibi mutuò copulabis, ita vt sextum sagum in fronte tecti duplices.

10 Facies & quinquaginta ansas in ora sagi vnius, vt coniungi cum altero queat: & quinquaginta ansas in ora sagi alterius, vt cum altero copuletur.

11 Facies & quinquaginta fibulas æneas quib iungantur ansæ, vt vnum ex omnib operimentū fiat.

12 Quod autem superfuerit in sagis quæ parantur tecto, id est vnum sagum quod amplius est, ex medietate eius operies posteriora tabernaculi.

1 [1] *TAbernaculum verò facies, decem aulæa [ex] bysso torta, hyacintho, [ser.co] purpureo, coccino bis tincto, Cherubim facies in eis opere textorio.*

2 *Longitudo vnius aulæi erit viginti octo cubitorum, & latitudo aulæi vnius erit quatuor cubitorum: eadem mensuram habebunt singula aulæa.*

3 *Quinq; aulæa coniuncta erunt, alterum ad alterū: & [reliqua] quinq; aulæa coniuncta erunt, alterū ad alterū.*

4 *Facies quoq; ansulas hyacinthinas in ora vniuscuiusq; aulæi,* [2] *vt extremus sinus alterum alteri consocietur.*

5 [3] *Vnicuiq; [scilicet] aulæo facies quinquaginta ansulas in ora,* [2] *vt extremus sinus alterum alteri consocietur, excipientibus sese mutuo ansulis.*

6 *Facies & quinquaginta* [4] *fibulas aureas, & consocia fibulis illis aulæa cum aulæis, vt fit tabernaculum vnum.*

7 *Facies & aulæa de pilis caprarum,* [5] *ad tectorium super tabernaculum: facies autem vndecim aulæa.*

8 *Longitudo aulæi vnius sit triginta cubitorum, & latitudo aulæi vnius quatuor cubitorum: eandem mensuram habeant vndecim aulæa.*

9 *Et consociabis quinque aulæa* [6] *inter se, & sex aulæa inter se, & duplicabis aulæum sextum* [7] *è regione prospectus tabernaculi.*

10 *Et facies quinquaginta* [8] *ansulas in ora vniuscuiusque aulæi, vt sinus alterius alteri consocietur.*

11 *Facies deinde quinquaginta* [9] *fibulas æneas, & inseres fibulas in ansulas, iungesque tectorium illud, vt fiat vnum*

12 *Et quod* [10] *excedit, abundatque in aulæis tectorii, [nempe] dimidium aulæi quod abundat,* [11] *excedet in posterioribus tabernaculi.*

1 Tabernaculum autem facies ex decem cortinis, ex bysso retorta, & hyacintho, ac purpura coccoq; bis tincto. Cherubim opere artificis peritissimi facies eas. i. eas cortinas, siue ea aulæa, [illegible] imaginibus alatis visus opera artificis peritissimi. Per hyacinthum, intellige pannum tinctum colore hyacinthino. Coccum bis tinctum, vel tercium coccineum. Tabernaculum dicitur Hebraice MISCAN.
2 Heb. In ora in coniunctione: sic facies in ora cortinæ extremæ in coniunctione secunda. [illegible] in extremitate aulæi, in aulæo illo quod iungendum est alteri. hoc, in extremitate cortinæ, in cortina illa quæ iungenda erit alteri sic facies in ora cortinæ alterius secundæ.

3 Heb. Quinquaginta laqueolos (siue ansulas) facies in cortina vna, quinquaginta præterea laqueolos facies in extremitate cortinæ quæ est in coniunctione secunda. (i. quæ secundo loco est coniungenda) [illegible] laqueoli illi mutuo sibi [illegible] &c. i. quinquaginta laqueolos facies in prima, & totidē in secunda. Vocamus Gallice [illegible] vncinos aureos, quib. cortinæ inuicē iungēdæ sunt. 5 in operimentum super tabernaculū. i. quo tegetur tabernaculū. Operimentū dicitur Hebraice OHEL. 6 [illegible] & sex aulæa seorsum. i. ex quinq; particulatim aulæis facies vnū [illegible] versus faciē tabernaculi. i. [illegible] tabernaculi, intellige anteriorē partē tabernaculi. 8 laqueolos in ora cortinæ vnius, in ora extrema quæ coniungenda est alteri: & quinquaginta laqueolos in extremitate cortinæ alterius quæ iungenda est cū altera. Facies &c. 9 vncinos æneos, & inducas vncinos in laqueolos. 10 vel, superfluum. 11 redundabit (vel, extendetur) super posteriora tabernaculi. Et cubitus hinc &

Illinc qui super-est in longitudine [illegible] tabernaculi, [illegible] vel, [illegible] su-[illegible] cis duobus cadentem [illegible] quæ XX[illegible] cubitos habebat. hæc enim XXX. cubitos habet. Posteriorem taber-naculi vocat al-teram partē quæ à tergo eius par-tis est [illegible]. 12 Supe ipsum tabernaculum. 13 Vel, desuper. 14 Vel, taxorũ. sic ut Hebraice [illegible] E-[illegible]. Qui-[illegible], ex pellibus coloris [illegible]. 15 Duos cardi-nes habebit, vna-quæque tabula, in-star graduū scalæ [illegible], alter è regione alterius. [illegible] cardi-nes, qui erunt in extremitate ta-bularū, erunt ve-luti duo parui vectes, qui præse ferent figuram scalarum. Car-dines hic vocat quod nos Galli, le tenon qui se met en vne mor-taise. 16 Vt binæ ba-ses sint sub tabu-la [illegible] duobus cardinib. eius & [illegible] bases sub ta-bula [illegible]. 17 Vel, in latere. [illegible] Occidenta-[illegible] in parte [illegible] in circulum vnū, id est, tam bene [illegible] erunt [illegible] quæ in sum-mitate surgen-tur circulo vno. 18 Sic erit de duabus illis ta-bulis quæ ponē-tur in angulis.

13 *Et (scilicet) cubitus hinc, & cubitus illinc in lon-gitudine [illegible] abunde: siq; excessus in la-teribus tabernaculi hinc & [illegible] operiat.*

14 *Facies & tegumentum [11] [illegible] ex pellibus arietum [illegible] & [12] [illegible] operimentum ex pelli-bus [14] [illegible].*

15 *Facies quoq; asseres pro tabernaculo de lignis setim,*

16 *Quæ stent erecta. Longitudo asseris erit cubitorū decem: latitudo vnius asseris cubiti & dimidii.*

17 [15] *Duo denticuli fiant in vnoquoq; assere [illegible] alter è regione alteri: sic facies omnib. asserib. tabernaculi.*

18 *Et facies asseres pro tabernaculo, viginti asseres in angulo versus Meridiem,*

19 *Et quadraginta bases argenteas sub viginti illis asseribus, [16] duas bases sub vno assere pro duobus denti-bus, & duas bases sub assere altero pro duobus denticu-lis eius.*

20 *Pro alio latere tabernaculi quod est ad plagam Aquilonarem, viginti asseres erunt,*

21 *Et quadraginta bases illorum argentea, duæ scili-cet bases sub assere vno, & duæ bases sub assere alio.*

22 *In latere vero Occidentali tabernaculi facies sex asseres.*

23 *Facies etiam duos (alios) asseres in angulis taber-naculi [17] in duobus lateribus.*

24 *Qui gemini erunt infra, sic gemini erunt in capite suo ad annulum vnum. [18] sic erit vtrisq; ipsis, in duobus angulis erunt.*

25 *Et erunt octo asseres, & eorum bases argentea, ba-ses argentea, bases videlicet sedecim, duæ bases sub assere vno, & duæ bases sub assere alio.*

26 *Et facies vectes de lignis setim, quinq; pro asseribus tabernaculi in latere vno. Et quinq; vectes pro asseribus tabernaculi in latere altero.*

27 *Et quinq; vectes pro asseribus tabernaculi [19] in latere angulorum Occidentis.*

28 *Medius autem vectis per medium asserum (tran-siens,) [20] continget à fine ad finem.*

29 *Asseres autem obduces auro, & annulos eorum facies aureos, vt sint receptacula vectium, vectesq; ipsos auro obduces.*

30 *Et eriges tabernaculum ipsum iuxta ordinem su-um, qui tibi in monte monstratus est.*

31 *Facies & velum ex hyacinthino (serico,) purpureo, coccino bis tincto, & bysso torta: [21] cherubim facies in eo, opere textoris.*

32 [22] *Affigesq; illud super quatuor [23] columnas ar-genteas, quæ sunt facta ex lignis setim, auroq; obducta, vncinisq; earum aureis super quatuor basibus argenteis.*

33 [24] *Affigesq; velū illud sub fibulis, vt ibi intra velum reponas arcam testimonii. [25] & velum illud sepa-rabit vobis sanctum a Sancto sanctorum.*

34 *Et pones [26] propitiatorium super arcam testi-monii in Sancto sanctorum.*

35 *Mensam verò pones extra velum, & candelabrū è regione mensæ, ad latus scilicet tabernaculi Australe, & mensam pones in latere Aquilonari.*

36 *Et facies velum [27] ostii tentorii ex hyacinthino (serico,) purpureo, coccino bis tincto, & bysso torta opere acupictoris.*

37 *Et [28] illi velo facies quinq; columnas (ex lignis) setim, & obduces eas auro, [29] & vncini earum erunt au-rei, fundesq; pro eis quinq; bases æneas.*

13 Et cubitus ex vna parte pendebit, & alter ex altera qui plus est in sagorum longitudine, v-trumq; latus tabernaculi protegens.

14 Facies & operimentum aliud tecto de pelli-bus arietū rubricatis: & super hoc rursum aliud o-perimentum de hyacinthinis pellibus.

15 Facies & tabulas stantes tabernaculi de lignis setim,

16 Quæ singulæ denos cubitos in longitudine habeant, & in latitudine singulos ac semissem. D

17 In lateribus tabulæ, duæ incastraturæ fient, quibus tabula alteri tabulæ connectatur: atque in hunc modum cunctæ tabulæ parabuntur.

18 Quarum viginti erunt in latere Meridiano quod vergit ad Austrum.

19 Quibus quadraginta bases argenteas fun-des, vt binæ bases singulis tabulis per duos angu-los subiiciantur.

20 In latere quoque secundo tabernaculi quod vergit ad Aquilonem, viginti tabulæ erunt,

21 Quadraginta habentes bases argenteas, bi-næ bases singulis tabulis supponentur.

22 Ad Occidentalem verò plagam tabernaculi facies sex tabulas,

23 Et rursum alias duas quæ in angulis erigan-tur post tergum tabernaculi. E

24 Eruntque sibi coniunctæ à deorsum vsque sursum, & vna omnes compago retinebit. duabus quoque tabulis quæ in angulis ponendæ sunt, si-milis iunctura seruabitur.

25 Et erunt simul tabulæ octo, bases earum ar-genteæ sedecim, duabus basibus per vnam tabu-lam supputatis.

26 Facies & vectes de lignis setim quinque ad continendas tabulas in vno latere tabernaculi,

27 Et quinq; alios in altero, & eiusdem numeri ad Occidentalem plagam, F

28 Qui mittentur per medias tabulas à summo vsque ad summum.

29 Ipsas quoque tabulas deaurabis, & fundes in eis annulos aureos per quos vectes tabulata cō-tineant, quos operies laminis aureis.

30 Et eriges tabernaculū iuxta exemplar quod tibi in Monte monstratum est.

31 Facies & velum de hyacintho, & purpura, coccoque bis tincto, & bysso retorta, opere plu-mario & pulchra varietate contextum, Sup.24.b

32 Quod appendes ante quatuor columnas de lignis setim, quæ ipsæ quidem deauratæ erunt, & habebunt capita aurea, sed bases argenteas. G

33 Inseretur autem velum per circulos, intra quod pones arcam testimonii, quo & Sanctuarium & Sanctuarii sanctuaria diuidentur. *Situs arcæ.*

34 Pones & propitiatorium super arcam testi-monii in Sancta sanctorum: *Propitiatorium*

Mensa.

35 Mensamq; extra velum: & contra mensam candelabrum in latere tabernaculi Meridiano: mē-sa enim stabit in parte Aquilonis. *Candelabri.*

Tentorium.

36 Facies & tentorium in introitu tabernaculi de hyacintho, & purpura, coccoque bis tincto, & bysso retorta, opere plumarii.

37 Et quinq; columnas deaurabis lignorum se-tim, ante quas ducetur tentorium, quarum erunt capita aurea, & bases æneæ.

19 In latere (vergente ad) mare. 20 Vel, [illegible] ab extremitate ad extremitatē, i. per totã illã cōpagē traiicietur. 21 Opere artificis doctissimi [illegible] cherubim. Hebraismus est, pro, artifex peritissimus [illegible] induet [illegible] alatis, formam pueri habentibus. 22 Vel, Appendesq; il-lud [illegible] quatuor columnas. 23 Columnas ex lignis setim, tectas auro, quarum capitella aurea erunt. 24 Pones autem velum [illegible] appones vncinos [illegible] ab vncinis. 25 Vel, quo velo & Sanctuarium separabitur à Sancto sanctorum, [illegible] sanctissimo. 26 Cooperculum. Vide de hoc annota-tione, capite XXV huius, fere in principio. 27 Subaudi, exterioris. 28 Ipso velo sustinendo. 29 Quarū erunt capitella aurea, & bases æneæ quinq; fundeatus illis.

CAPVT XXVII.

1 *FAcies & aram ex lignis setim, quinq; cubitorum in longitudine, & quinq; cubitorum in latitudine: qua-drata fiat ara. altitudo eius erit trium cubitorum.*

1 FAcies & altare de lignis setim, quod habebit quinq; cubitos in longitudine, & totidē in la-titudine, id est quadrū, & tres cubitos in altitudine. A *Forma altaris holocausti.* Inf.38.a.b

2 Cornua autem per quatuor angulos ex ipso erunt: & operies illud ære.

3 Faciesq; in vsus eius lebetes ad suscipiendos cineres, & forcipes atq; fuscinulas, & ignium receptacula. omnia vasa ex ære fabricabis.

4 Craticulamque in modum retis æneum: per cuius quatuor angulos erunt quatuor annuli ænei,

5 Quos pones subter arulam altaris: eritq; craticula vsq; ad altaris medium.

6 Facies & vectes altaris de lignis setim duos, quos operies laminis æneis:

B 7 Et induces per circulos, eruntq; ex vtroq; latere altaris ad portandum.

Sup. 20.d 8 Non solidum, sed inane & cauū intrinsecus facies illud, sicut tibi in Monte monstratum est.

Atrii. 9 Facies & atrium tabernaculi, in cuius Australi plaga contra Meridiem erunt tentoria de bysso retorta: centum cubitos vnum latus tenebit in longitudine.

10 Et columnas viginti cum basibus totidem æneis, quæ capita cum cælaturis suis habebunt argentea.

11 Similiter & in latere Aquilonis per longū erunt tentoria centum cubitorum, columnæ viginti, & bases æneæ eiusdem numeri, & capita earum cum cælaturis suis argentea.

12 In latitudine verò atrii quod respicit ad Occidentem erunt tentoria per quinquaginta cubitos, & columnæ decem, basesq; totidem.

C 13 In ea quoq; atrii latitudine quæ respicit ad Orientem, quinquaginta cubiti erunt.

14 In quibus quindecim cubitorum tentoria lateri vno deputabuntur, columnæque tres & bases totidem:

15 Et in latere altero erunt tentoria cubitos obtinentia quindecim, columnæ tres, & bases totidem.

16 In introitu verò atrii fiet tentorium cubitorum viginti ex hyacintho & purpura, coccoq; bis tincto, & bysso retorta, opere plumarii: columnas habebit quatuor, cum basibus totidem.

17 Omnes columnæ atrii per circuitum vestitæ erunt argenteis laminis, capitibus argenteis & basibus æneis.

D 18 In longitudine occupabit atrium cubitos centum, in latitudine quinquaginta, altitudo quinque cubitorum erit: fietque de bysso retorta, & habebit bases æneas.

19 Cuncta vasa tabernaculi in omnes vsus & cæremonias, tam paxillos eius quam atrii, ex ære facies.

Oleum lucernæ. 20 Præcipe filiis Israel vt afferant tibi oleum de arboribus oliuarum purissimum, piloq; contusum: vt ardeat lucerna semper in tabernaculo testimonii,

21 Extra velum quod oppansum est testimonio. Et collocabunt eam Aaron & filii eius, vt vsq; mane luceat coram Domino. Perpetuus erit cultus per successiones eorum coram filiis Israel.

2 Et facies ei cornua in quatuor angulis eius: suntq; cornua eius [1] ex ipso: & obduces eum ære.

3 Facies quoq; ollas eius ad cineres (excipiendos) & scopas eius, pelues eius sparsorias, [3] fuscinulas eius. [4] ignis receptacula, atq; cuncta vasa eius ex ære facies.

4 Facies quoq; illi cancellum ex æreo opere reticulato: & ad rete illud facies quatuor annulos æreos in quatuor extremitatibus eius.

5 Ponesq; ipsum reticulatum opus sub ambitum aræ, [5] vt sit rete hoc inferne vsq; ad medium aræ.

6 Facies & vectes aræ, vectes (de lignis) sittim quos ære obduces.

7 Et inserentur vectes eius in annulos, eruntq; vectes in duobus lateribus aræ [6] ad gestandum eam.

8 [7] Facies autem aram ex tabulis, vt sit intus inanis aut caua: quemadmodum ostendi tibi in monte, sic [8] facient.

9 [9] Et facies atrium tabernaculi in angulo Meridionali, tapetes ipsi atrio ex torta bysso, longitudine centum cubitorum pro vno latere.

10 Columnæ [10] eius erunt viginti, & bases earum ææ viginti: [11] vncini autem columnarum & [12] cincturæ earum argentea.

11 Sic quoq; versus angulum Septentrionalem, secundum longitudinem habebunt tapetes centum cubitorum longitudinem, & columnæ illius viginti, & bases earum æneæ viginti: [13] vncini autem columnarum & cincturæ earum argentea.

12 Porrò latitudo atrii ad angulum Occidentalem (habebit) tapetes quinquaginta cubitorum: & columnæ [14] earum erunt decem, & bases earum decem.

13 Latitudo verò atrii ad Orientalem plagam (habebit) quinquaginta cubitos.

14 Quindecim cubitorum [15] tapetes [16] ad latus: & columnæ eorum tres, & bases earum tres.

15 In altero latere erunt tapetes quindecim: columnæ earum tres, & bases earum tres.

16 In porta atrii erit velum viginti cubitorum, ex hyacinthino (serico,) purpureo, coccino bis tincto, & bysso torta opere acupictorio, columnæ [17] earum & bases earum quatuor.

17 Omnes columnæ atrii circumquaque cincturas habebunt argenteas, [18] vncini earum erunt argentei, & bases earum æneæ. Longitudo atrii centum cubitorum;

18 Et [19] latitudo quinquaginta in quinquaginta: [20] altitudo verò quinque cubitorum, ex bysso torta, & bases earum æneæ.

19 Omnia instrumenta tabernaculi, in omni ministerio eius, & omnes [21] claui eius, atque omnes claui atrii, ænei erunt.

20 Præcipies quoque tu filiis Israel vt afferant tibi oleum oliuæ purum contusum, ad luminare, [22] ad accendendam lucernam iugiter.

21 [23] In tentorio constituto extra velum, quod est [24] iuxta testimonium, [25] ordinabit eam Aharon & filii eius a vespera vsque mane coram Domino. ritus hic perpetuus erit [26] filiis Israel, etiam apud posteros illorum.

1 Id est, ex eadem materia, & ex eodem ligno, non aliunde assuta.
3 Vel, palas, erat instrumentum quo cinis remouebatur.
3 Fuscinula, instrumentum dentes recuruos habens, quo caro ex olla extrahebatur.
4 Pateras. erat vas patens, in quo carbones recipiebantur.
5 Vel, ipsum usque rete pertingat vt [illegible] &c.
6 Eum portabitu[illegible].
7 Concauam ex tabulis factam [illegible].
8 Sub. artifices.
9 Facies praeterea atrium tabernaculi [illegible] Meridionali (sub. [illegible] atrii) ad Austrum [illegible] (erunt) [illegible] ad atrium (constructum) ex &c.
[illegible]
10 Sub. lateris.
11 Capitella [illegible]
12 [illegible]
13 Capitella.
14 Sub. tapetum, id est, ad quas affigebantur tapetes.
15 Sic, aulæa. sub. [illegible]
16 In altero latere [illegible] & ingressu [illegible]
17 Sub. tapetum [illegible]
18 Capitella earum erunt argentea
19 Latitud. erit per omnia [illegible] in vtroque latere
20 Subaudi, cortinarum
21 Paxilli erant

velut claui quibus affigebantur cortinæ illæ, ne à vento agitatæ, dimouerentur. 22 Ad accendendas lucernas ingiter, i. singulis noctibus [illegible] quam [illegible] [illegible] 23 In tabernaculo conuentionis [illegible] [illegible] conueniet Deus [illegible] Mose & successoribus [illegible] [illegible] appellatum. vetus interpres [illegible] contentam [illegible] Quoniam [illegible] 24 Ante testimonium. 26 Per successiones eorum apud filios Israel, id est, perpetuum hoc erit statutum Israelitis, seruabiturque apud filios Israel perpetuo. [illegible] 25 [illegible] collocabunt eas. Sub. lucernas.

CAPVT XXVIII.

Ornatus Aaronis sacerdotis & filiorum eius. A 1 APplica quoq; ad te Aaron fratrem tuum cum filiis suis de medio filiorum Israel, vt sacerdotio fungantur mihi, Aaron, Nadab & Abiu, Eleazar & Ithamar.

2 Faciesque vestem sanctam Aaron fratri tuo in gloriam & decorem,

1 ET tu [1] adhibe tibi Aharonem fratrem tuum, filiosque eius cum eo, è medio filiorum Israel, vt sacerdotio mihi fungantur: Aharon, Nadab, Abihu, Eleazar atque Ithamar filii Aharonis.

2 Et facies vestes sanctas Aharoni fratri tuo [2] ad gloriam & decorem.

1 Accersito fac, vt [illegible] ad te [illegible] [illegible] ornamentum, aut quibus ornabitur.

3 Hebraismus est, pro peritis artificibus.
4 Quidam referunt relatiuum ad cor: hoc modo, quod repleuit spiritus sapientiæ, siue scientiæ.
5 ad sanctificandum eum, vt ministret mihi, id est, ad separandum & dedicandum eum, vt agat sacerdotem apud me.
6 vel, superhumerale. Hebraice ephod. vestis erat extima breuissima, quæ ita [illegible] & quodammodo [illegible] & constringebat laxitatem interiorum vestium.
7 vel, pallium.
8 vel, tunica ocellata i. opere Phrygionico quibusdam veluti ocellis intexta.
9 vel, pileum, seu mitra, qua capiti circumuoluitur.
10 opere ingeniosi artificis, siue textura peritissimi artificis.
11 Duo latera coniuncta erunt illi in extremitatibus eius: & ita coniungetur.
12 Et textura (siue artificium) ipsius superhumeralis quæ super ipsum est, eodé opere fieri debet [illegible] eodé [illegible], & ex eadem materia erit Gallice, La bordure L'artifice de sa façon.
13 i. onychinos.
14 i. habita ratione natiuitatis & ætatis eorum, vt maior natu sit prior.
15 Heb. Opere artificis lapidú, sculpturis sigilli [illegible] Artifices lapidum vocat gemmarium. Sculptura sigilli i. quibus [illegible] solent in annulis. Hoc est, curabis vt gemmarius sculptura qua solet vti in annulis, sculpat in illis lapillis nomina filiorú Israel.

3 *Et tu loqueris ad omnes qui sapienti sunt corde, quos repleui spiritu sapientiæ, vt vestes Aharoni faciant ad consecrandum se, & vt mihi sit sacerdos.*
4 *Hæ autem sunt vestes quas facient. pectorale, humerale, interulam sinu sior, & tunica stricta, tiara & zona. has sanctas vestes facient Aharoni fratri tuo & filiis eius, vt sacerdotio fungantur mihi.*
5 *Et hi accipient aurum, & hyacinthinũ [sericum,] & purpureum, & coccinum bis tinctum, & byssum.*
6 *Humerale facient ex auro, hyacinthino [serico,] purpureo, coccino bis tincto, atq; bysso torta opere textorio polymito.*
7 *Duo humeri sibi cohærentes erunt, atq; duas extremitates committentur.*
8 *Textura polymita limbi eius quæ est superne in eo, sit quemadmodum opus eius. quin ex ipso sit: nempe ex auro, hyacinthino [serico,] purpureo, coccino bis tincto, & bysso torta.*
9 *Accipies quoq; duos lapides schoham, & exsculpes in eis nomina filiorum Israel:*
10 *Sex nomina illorum in lapide vno, & sex nomina reliqua in lapide altero, secundum generationes illorum.*
11 *Opere artificis qui gemmas scalpit, & signa calat, duos illos lapides exsculpes nominibus filiorum Israel: curabisq; vt aureis spintribus circumdati includãtur.*
12 *Ponésq; duas illas gemmas in humeris ephod, vt sint gemmæ monumenti pro filiis Israel. Aharon autem portabit nomina eorum coram Domino, in vtroq; humero suo ad monimentum.*
13 *Facies & aurea spintra.*
14 *Et duas catenulas ex auro mundo, easq; in extremitatibus opere complicato facies, & inseres catenulas istas aureas complicatas spintribus fibulatis.*
15 *Facies deinde pectorale iudicii opere textili polymito, quemadmodum opus humeralis, facies illud, nempe ex auro, hyacinthino. [serico,] purpureo, coccino bis tincto, & bysso torta facies illud.*
16 *Quadratum erit & duplicatum, palmum habens in longitudine sua, & palmum in latitudine sua.*
17 *Quod implebis gemmarum insitione, quatuor videlicet ordinibus gemmarum: ordo sardonychis, topasii, & smaragdi ordo vnus.*
18 *Secundus ordo, carbũculi, sapphiri & adamãtis.*
19 *In tertio ordine, lyncurius, achates, & amethystus.*
20 *In quarto ordine, hyacinthus, onyx, & iaspis, auro erunt inclusi palis suis.*
21 *Et gemmæ istæ erunt cum nominibus filiorum Israel: duodecim scilicet pro nominibus illorum, exsculpta vt signa cælari solent, singula nominibus suis iuxta duodecim tribus.*
22 *Facies quoq; pectorali catenulas complicato opere ex auro mundo quæ sint in extremitate.*
23 *Ipsi pectorali facies duos annulos aureos, & pones eosdem duos annulos in duabus extremitatibus pectoralis.* 24 *Et inseres duas aureas catenas complicatas in duos illos annulos, qui sunt in extremitatibus pectoralis.*

3 Et loquêris cũctis sapientibus corde, quos repleui spiritu prudentiæ, vt faciant vestes Aaron, in quibus sanctificatus ministret mihi.
4 Hæc autem erunt vestimenta quæ facient, Rationale & superhumerale, tunicam & lineam strictam, cidarim & balteum, facient vestimenta sancta fratri tuo Aaron & filiis eius, vt sacerdotio fungantur mihi.
5 Accipientq; aurum & hyacynthum & purpuram, coccumq; bis tinctum & byssum.
6 Facient autem superhumerale de auro & hyacintho, & purpura, coccóque bis tincto, & bysso retorta, opere polymito. B *Superhumerale.*
7 Duas oras iunctas habebit in vtroque latere summitatum, vt in vnum redeant.
8 Ipsa quoque textura & cuncta operis varietas erit ex auro & hyacintho, & purpura, coccoq; bis tincto, & bysso retorta.
9 Sumesq; duos lapides Onychinos, & sculpes in eis nomina filiorum Israel:
10 Sex nomina in lapide vno, & sex reliqua in altero, iuxta ordinem natiuitatis eorum.
11 ‖ Opere sculptoris & cælatura gemmarii, sculpes eos nominibus filiorum Israel, inclusos auro atque circumdatos. Sapien. 18. d
12 Et pones in vtroque latere superhumeralis, memoriale filiis Israel. Portabitq; Aaron nomina eorum coram Domino super vtrumq; humerum, ob recordationem.
13 Facies & vncinos ex auro. C
14 Et duas catenulas auri purissimi sibi inuicem cohærentes, quas inseres vncinis.
15 Rationale quoque iudicii facies opere polymito iuxta texturam superhumeralis ex auro, hyacintho, & purpur, coccóque bis tincto, & bysso retorta. *Rationale.*
16 Quadrãgulum erit & duplex: mẽsuram palmi habebit tam in lõgitudine quàm in latitudine.
17 Ponésq. in eo quatuor ordines lapidum. in primo versu erit lapis sardius, & topazius, & smaragdus.
18 In secundo: Carbunculus, Sapphirus, & Iaspis.
19 In tertio: Ligurius, Achates, & Amethystus.
20 In quarto: Chrysolithus, Onychinus, & Berillus. inclusi auro erunt per ordines suos.
21 Habebúntque nomina filiorum Israel duodecim nominibus cælabuntur, singuli lapides nominibus singulorum per duodecim tribus.
22 Facies in rationali catenas sibi inuicem cohærentes ex auro purissimo: D
23 Et duos annulos aureos quos pones in vtráque rationalis summitate:
24 Catenasq; aureas iunges annulis qui sunt in marginibus eius:

16 circũdatos palis aureis facies eos. hoc est constringes eos palis aureis. i. curabis affigẽdas duas palas aureas. 17 in lateribus. 18 Heb. memoriæ filiis Israel. i. quæ reuocabunt in memoriam Deo vel Aaroni, filios Israel. sequitur enim. Portabit nomina eorum. &c. 19 in recordationem. i. ob memoriam. 20 Facies itaque palas aureas. In palas [illegible] erant quibus includebantur lapilli illi. Est autem recapitulatio eorum lapidum de quibus [illegible] 21 [illegible] magnitudinis, ex opere intorto: & inseres catenas illas intortas palis illis. Definitæ magnitudinis catenas vocat breues. Locus hic declarabitur per locum sequentem in hoc huius capitis. 22 Dicebatur pectorale iudicii, quod sacerdos nunquam iudicabat ius in re graui, nisi quum habebat pectorale super pectus collocatum. Quidam dicunt, Pectorale iudicii [illegible], quod contineret iudicium & sententiam Dei. quæ erat, vt summus sacerdos esset ornatus eruditione summa & doctrina, moribusque integritate absolutissima. Hæc enim significabant voces illæ V R I M & T H V M M I M. quæ in pectorale erant. Nam V R I M i. illuminationes, significabant doctrinam sanctam, quæ est vitæ nostræ verum lumen. & T H V M M I M, perfectiones. i. singularem morum integritatem. Vocem Hebræam H O S E N verterunt L X X λογεῖον, quod [illegible] vetus interpres, vertit rationale. λογεῖον enim nomen habet ἀπὸ τοῦ λόγου, id est, a ratione. Videtur autem rationale & Græcis & Latinis ita dictum, quod contineret quæ summa prudentia & exacta ratione consideranda erant à summo Pontifice, nempe V R I M & T H V M M I M, & nomina filiorum Israel.
23 vel, textura artificis. 24 Heb. Et implebis in eo impletionem lapidum quatuor ordines lapillorum ordo (quo erit) sardius, topazius, & smaragdus erit ordo primus. Implebis (inquit) in eo. i. palas in eo dispositas replebis lapidibus. 25 vel, iaspis. 26 [illegible] 27 vel, berillus. 28 Heb. in repletionibus suis. i. in palis quas replent. 29 [illegible] nomina. i. totidem erunt, quot sunt Patriarchæ. 30 Heb. iuxta nomina illorum: sculpturæ annuli vnusquisque iuxta nomen suum erunt pro duodecim tribubus, [illegible] sculptura annuli, expressa & quæ legi possit.
31 catenas terminis, opere intortili ex auro mundo. De summa parte pectoralis loquitur. Catenas terminis vocat terminatas & præfinitæ magnitudinis. Opus tortile, quale est funium. 32 i. in parte superiore pectoralis. 33 Heb. duos funes aureos. i. duas catenas aureas factas opere intorto instar funium.

25 Et ipsarum catenarum extrema duobus copulabis vncinis in vtroq; latere superhumeralis quod rationale respicit.

26 Facies & duos annulos aureos quos pones in summitatibus rationalis, in oris quæ è regione sunt superhumeralis, & posteriora eius aspiciunt.

27 Nec non & alios duos annulos aureos, qui ponēdi sunt in vtroq; latere superhumeralis deorsum, quod respicit contra faciem iuncturæ inferioris, vt aptari possit cum superhumerali.

28 Et stringatur rationale annulis suis cum annulis superhumeralis vitta hyacinthina, vt maneat iunctura fabrefacta, & à se inuicem rationale & superhumerale nequeant separari.

E 29 Portabitque Aaron nomina filiorum Israel in rationali iudicii super pectus suum, quando ingredietur Sanctuarium, memoriale coram Domino in æternum.

30 Pones autem in rationali iudicii Doctrinam & Veritatem, quæ erunt in pectore Aaron quando ingredietur coram Domino: & gestabit iudicium filiorum Israel in pectore suo, in conspectu Domini semper.

31 Facies & tunicam superhumeralis totam hyacinthinam.

32 In cuius medio suprà erit capitium, & ora per gyrum eius textilis, sicut fieri solet in extremis vestium partibus, ne facilè rumpatur.

F 33 Deorsum verò ad pedes eiusdem tunicæ per circuitum quasi mala punica facies ex hyacintho, & purpura, & cocco bis tincto, ~& bysso retorta, mistis in medio tintinnabulis.

34 Ita vt tintinnabulum sit aureum & malum punicum, rursumque tintinnabulum aliud aureum & malum punicum.

Eccles.45.b 35 ¶ Et vestietur eo Aaron in officio ministerii, vt audiatur sonitus quando ingreditur & egreditur Sanctuarium in conspectu Domini, & non moriatur.

36 Facies & laminam de auro purissimo: in qua sculpes opere cælatoris, Sanctum Domino.

37 Ligabisq; eam vitta hyacinthina, & erit super tiaram, imminens fronti Pontificis.

38 Portabitque Aaron iniquitates eorum, quæ obtulerunt & sanctificauerunt filii Israel, in cunctis muneribus & donariis suis. Erit autē lamina sem-

G per in fronte eius, vt placatus sit ei Dominus.

39 Stringesq; tunicam bysso, & tiaram byssinā facies, & balteum opere plumarii.

40 Porrò filiis Aaron tunicas lineas parabis & balteos ac tiaras in gloriam & decorem.

25 [14] *Et alias duas extremitates duarum catenularum complicatarum inferes in duo [illegible] fibulata, ponesq; in humeris ephod e regione ipsius.*

26 *Facies & duos [alios] annulos aureos, quos pones in duabus extremitatibus pectoralis [15] in ora eius, quæ est versus ephod intus.*

27 *Et facies duos annulos aureos, & pones eos in duob' lateribus ephod inferne [16] è regione iuxta commissuras eius, supra texturam polymitam ipsius ephod.*

28 *Connectentq; pectorale annulis suis ad annulos ephod [17] fascia hyacinthina: [18] vt sit supra texturam polymitam ipsius ephod, & non separetur pectorale ab ipso ephod.*

29 *Et gestabit Aharon nomina filiorum Israel semper in pectorali iudicii super cor suum, cum ingredietur Sanctum, [19] pro monimento coram Domino iugiter.*

30 *Pones quoq; in pectorali iudicii [40] Urim & Thummim, eruntq; super cor Aharonis quum ingredietur coram Domino, & gestabit Aharon iudicium filiorum Israel super cor suum [41] iugiter coram Domino.*

31 *Facies quoq; [42] interulam laxiorem ad ephod, quæ sit tota hyacinthina.*

32 [43] *In summo eius circa medium eius sit foramen: & circum foramen limbus opere textorio fiat illi, quemadmodum limbus loricæ, ne dirumpatur.*

33 *Et facies in fimbriis eius [inferioribus] mala punica ex hyacinthino [serico,] purpureo, & coccino bis tincto, idq; per ambitum fimbriarum eius, & tintinnabula inter illa per ambitum.*

34 *Tintinnabulum aureum & malum punicū, tintinnabulum aureum & malum punicum sit in fimbriis [44] interulæ laxioris per ambitum.*

35 *Hac vestietur Aharon [45] quum ministrabit, [46] vt audiatur sonus eius cum egredietur in sanctum in conspectum Domini, & quum egredietur, [47] vt non moriatur.*

36 *Facies & laminam ex auro mundo, & sculpes in ea [48] cælaturas, vt solent sigilla [cælari] sanctum Domino.*

37 *Et pones illam [49] super fasciam hyacinthinam, vt sit super tiara in anteriori parte tiaræ.*

38 *Et hæc erit in fronte Aharonis, vt ferat iniquitatem [50] consecratorum, quæ consecrant filii Israel cunctis donis suis sanctis: manebitq; iugiter in fronte eius [51] pro reconciliatione eorum coram Domino.*

39 [52] *Facies quoq; [illegible] tunicam byssinam, & tiarā byssinam, & zonam facies opere Phrygio.*

40 *Et filiis Aharonis facies tunicas, & facies & cincturas, & [illegible] etiam facies eis, [53] in gloriam & decus.*

14 duo extrema duorum funium (i. duarum catenarum instar funis intortarum) inferes duobus vncinis: ponesq; (sub. funes illarum catenarum) in lateribus ipsius superhumeralis e regione faciei eius. Id est, in parte anteriore. Vncinos intelligit qui adhærent palis duorum lapidū onychinorum.

15 in labio scilicet eius quod est in latere superhumeralis intrinsecus. Id est, in parte interna, quæ contingit superhumerale: Labium vocat oram, vel extremum.

16 in anteriore parte, e regione vtriusque iuncturæ eius, supra cingulum. (vel, balteum, siue artificium) superhumeralis: Et contingent pectorale, &c. Cum iuncturam dicit, singulare est pro plurali. ex erant in lateribus superhumeralis.

17 vel, filo hyacinthino. Gallice, d'vng cordon.

18 vt scilicet sit supra cingulum ipsius superhumeralis.

19 in memoriā. Id est, vt Deus memor sit duodecim patriarcharum. Vel, vt [illegible] sit [illegible] Patris [illegible] quam erit coram Domino.

40 Chaldæus paraphrastes [illegible]

[illegible] militer integra reliquit vocabula Vrim & Thummim. LXX. interpretati sunt Declarationem & Veritatem. Intra pectorale [illegible] scriptura quædam quæ complectebatur nomen Dei tetragrammaton יהוה quæ dicebatur Vrim & Thummim. Hoc autem nomen יהוה, trinitatis mysterium continet, vt [illegible] Iudæi qui Christum præcesserunt, docēt in suis traditionibus. nam per י intelligitur pater qui est principium & origo omnium [illegible]. Per ה, alius per quem omnia quæ facta sunt, esse cœperunt. Per ו, quæ est coniunctio copulatiua, intelligitur Spiritus sanctus qui est amor & nexus [illegible] vtroque procedens [illegible] autem ה propter duplicem naturam quæ est in Christo, per primum ה, natura diuina intelligitur, per ה postremum, natura humana. Hoc nomen [illegible] tur Hebræis שם מפורש: id est, nomen expositum siue declaratum: aut nomen quod exponitur [illegible] per nomen duodecim [illegible] אב בן רוח הקדש. Hoc est, Pater, Filius, & Spiritus sanctus. Item per nomen quadraginta duarum literarum אב אלהים: בן אלהים: רוח הקדש אלהים: שלשה באחד: אחד בשלשה: Id est, Pater Deus est, Filius Deus est, Spiritus sanctus Deus est: tres in vno, (hoc in vna substantia) vnus in tribus. (id est, vna essentia.) Hæc autem scriptura nominis Dei יהוה dicebatur Vrim & Thummim, id est, illuminationes & perfectiones, quod ex huius trinitatis intellectu, mens illuminetur & perficiatur. Hæc ferè ex Rabbi Solomone magni nominis viro apud [illegible] inter quos nonnulli alii Rabbini etiam dicunt, qui quid sit Vrim & Thummim, ingenue fateantur se ignorare. Quidam existimant VRIM & THVMMIM quod (vt dictum est) significant illuminationes & perfectiones, hoc est, summam illuminationem & perfectionem: ideo Dominum iussisse inscribi pectorali, vt admoneretur summus sacerdos, oportere eum esse summa doctrina præditum, quæ lumen & illuminatio sæpe in Scripturis dicitur, & morum summa integritate.

* Hic iudicium pro pectorali iudicii accipitur. Vel potius, iudicium pro memoriali ponitur, quo tenebatur [illegible] filios Israel Deo in memoriam.

41 Id est, quotiescunque ingredietur tabernaculum. 42 Vel, pallium superhumeralis. Id est, quod sub [illegible] superhumerali. 43 vel, In cuius summæ partis medio foramen erit. Per quod scilicet caput immittatur. 44 pallii. 45 Hebr. ad ministrandum, id est, quotiescunque erit ministraturus. 46 & audietur.

47 & non morietur. vel, & ita non morietur. hoc est, ita impune ingredietur sanctuarium & egredietur. 48 Hebr. [illegible] sculpturas annuli, sanctitas Domini est. קדש ליהוה. Id est, sanctitas decet Dominum. q. d. Procul este prophani: sancte colendus est Deus. Vel [illegible] Sanctitas Domino est. Id est, Deus sanctissimus est. Sculpturas annuli vocat explanatas, quæ facile legi possint. 49 in vitta hyacinthina, vt sit super tiara in parte anteriori eius. Subaudi, tiaræ, vel mitræ. Vel, ex aduerso faciei eius. 50 Hebr. sanctificationum quas sanctificabunt filii Israel in omnibus muneribus sanctificationum suarum. Id est, tollet iniquitatem quam admittere possent Israelitæ in sanctificationibus suis: hoc est, in oblationibus suis sanctis, & in omnibus [illegible] donis, si quid peccent, non rite offerendo, aut ea offerendo quæ offerri non debent. condonabitur [illegible] propter sacerdotem summum, qui Christum repræsentabat. 51 Hebr. ad beneplacitum eis coram Domino, id est, vt ipsos reconciliet Domino. 52 vel, Occidabisque tunicam byssinam. Id est, veluti oculis opere Phrygionico factis distingues. 53 Id est, ad ornamentum.

54 l. suppeditabis illas victimas, & trades in manus eorū, vt eas offerant. Alii interpretantur, Tu inunges eos in possessionem sacerdotii. Nam quū aliquis mittitur in possessionem alicuius rei, traditur aliquid in manus eius. Alii exponunt, Consecrabis. Hoc enim vox Hebræa etiam significat. Chaldæus paraph. Offeres oblationem pro Aarone & filiis eius. 55 in tabernaculum testimonii. siue fœderis aut conuentionis & congressus, siue congregationis. De tabernaculo testimonii vide annotationem capite præcedenti, circiter finem. 56 vel, in sanctimonia, aut, sanctic. siue cum summa sanctitate. 57 Hebraismus est, ne si aliter faciant, peccent, ob idq; moriantur. 58 Hoc est, ita induentur, & id obseruabunt quotquot fungentur in summo sacerdotio.

41 *Et vestiet iis Aharonem fratrem tuum, & filios eius, & unges eos, & [54] implebis manum eorum, & consecrabis eos, vt sacerdotio mihi fungantur.*

42 *Facies quoque illis fæmoralia linea, vt tegant carnem verendorum, quæ pertingant a lumbis vsque ad femora.*

43 *Et iis induentur Aharon & filii eius, quum venient [55] in tentorium constitutum: vel quum accedent ad aram ad ministrandum [56] in sancto, [57] ne ferant iniquitatem, & moriantur. [58] Statutum perpetuum hoc sit illi, & semini eius post ipsum.*

41 Vestiésque his omnibus Aaron fratrem tuum & filios eius cum eo: & cunctorum consecrabis manus, sanctificabisq; illos, vt sacerdotio fungantur mihi.

42 Facies & fœminalia linea, vt operiant carnē turpitudinis suæ, à renibus vsque ad femora:

43 [illegible] vtentur eis Aaron & filii eius quando ingredientur tabernaculum testimonii, vel quando appropinquant ad altare vt ministrent in sanctuario, ne iniquitatis rei moriantur. Legitimum sempiternum erit Aaron, & semini eius post eum.

CAPVT XXIX.

XXIX.

1 Heb. ad sanctificandum eos, vt sacerdotio mihi, &c. id est, hac quoque ratione cōsecrabis illos, vt mihi sacerdotes sint. 2 Heb. filiū bouis. Hebraismus pro nōdū adulto. 3 Vox Hebræa RAKIK, significat placentulam, crustulam, siue laganū, a tenuitate Hebraice appellatum. 4 tabernaculi conuentus, i. quò, siue ad quod conuenire soleo vobiscum. Vide annotationē cap. 27. circa finem. 5 [illegible] & pallio superhumerali, & superhumerali & pectorali & cinges illud artificio superhumeralis. Pallium superhumerale vocat supra quod [illegible] superhumerale. Artificium autem superhumeralis texturā vestis interpres alio loco vertit. Alii, ingeniosissimum opus quod erat [illegible] materia in extremitate [illegible] ephod siue superhumeralis fabricatum erat. 6 i. laminam auream in qua descriptum erat, Sanctitas Iehouæ, Sanctitas decet Dominum. 7 i. quo vngebātur sacerdotes. 8 subintellige, accepta itaque mitra. 9 vel, aptabis illis tiaras. 10 [illegible] sacerdotium perpetuò pertineat ad eos. 11 Vide interpretationē horum verborū capite pcedenti, paulo ante finē. 12 sub. [illegible] 13 conuentus. Vide annotat. cap. 27. circa finē. 14 vel, Tunc mactabis. 15 conuentus. vel, fœderis. 16 reliquum. 17 Singularis pro plurali, intestina. Quidā ventri legunt. 18 [illegible] 19 Nam propterea & Christus passus est extra portā vrbis. Heb. 13. [illegible] 20 [illegible] pro peccato est. Sic Paul. 2 Cor. 5. d. Eum qui non nouerat peccatū, pro nobis peccatū fecit. Hic monent Hebræi, Dominū [illegible] pro suo sacrificio [illegible] Non vult habere animal [illegible] aut q testiculis sit priuatū. Requirit renes, qui concupiscentiæ primum sunt officina. [illegible] Deus in suo vult habere sacrificio non [illegible] renes, sed quod [illegible] significet [illegible] membra nostra [illegible] 21 [illegible] altare per circuitū 22 in frusta sua [illegible] 23 [illegible] 24 vel, holocaustum [illegible] odor quietis [illegible] est [illegible] oblatio [illegible] in honorē Dei [illegible] Dei hoc est, pacatū eum reddit hominib. Quod [illegible] ignita est [illegible] repetitio est verbis paulū immutatis. Dicitur præterea holocaustū, HOOLA Hebraice, a verbo עלה. i. ascendit: q totum illud sacrificium in fumum [illegible] eam. [illegible] & conuerteretur.

1 *ET hoc quoque facies eis [1] ad consecrandum eos, vt mihi sacerdotio fungantur.*

2 *Tolle iuuencum vnum [2] ex bubus, & arietes duos integros. Panes quoque azymos, & placentas infermentatas oleo permixtas, & [3] lagana infermentata oleo vncta: hæc facies ex simillagine triticea.*

3 *Ponesque ea in canistrum vnum, & offeres ea in canistro, vnà cum iuuenco & duobus arietibus.*

4 *Aharonem verò & filios eius adduces ad ostium [4] tentorii constitutionis, & aqua eos lauabis.*

5 *Tollesque vestes, & indues Aharonem [5] tunicam strictam, & interulam laxiorem; ephod & pectorale: & cinges eum textura quæ est in ipso ephod.*

6 *Pones etiam tiaram super caput eius, & [6] coronam sanctam pones super tiaram.*

7 *Accepto deinde oleo [7] vnctionis, [8] fundes super caput eius, & unges eum.*

8 *Deinde & filios eius adduces, & indues eos tunicis: Cinges eos quoque cinctura,*

9 *Aharonem videlicet & filios eius, & [9] obuincies eos pileolis, [10] eritque eis sacerdotium in statutum perpetuū:*

10 *[11] Implebis quoque manum Aharonis, & manum filiorum eius. Post hæc adduces facies [12] iuuencum ante tentorium [13] constitutionis, & admouebit Aharon & filii eius manus suas super caput iuuenci.*

11 *[14] Et mactabis iuuencum illum coram Domino, ad ostium tentorii [15] constituti.*

12 *Et tolles de sanguine iuuenci, pones super cornua aræ digito tuo, & [16] omnem sanguinem fundes ad basim aræ.*

13 *Accipies quoque vniuersum adipem qui obtegit [17] intestinum, & reticulum [18] quod est circa hepar, & duos renes, & adipem qui est super eos, & incendes super aram.*

14 *Carnem verò iuuenci, & cutem eius, & fimum eius, [19] extra castra igne comburés, [eo quod] [20] peccatum est.*

15 *Accipies deinde alterum arietē, & Aharon atque filii eius manus suas super caput arietis ponent.*

16 *Et vbi arietem mactaueris, accipies de sanguine eius, & sparges [21] per ambitum aræ.*

17 *Arietem autem ipsum incides [22] iuxta incisiones suas, & lauabis intestinum eius, atque crura eius, ponesque [23] ad incisiones eius, & ad caput eius.*

18 *Deinde incendes totum arietem super aram, [24] holocaustum hoc Domino, odor gratissimus & suaueolens, sacrificium igne confectum Domino.*

1 SEd & hoc facies, vt mihi [a] in sacerdotio consecrentur. A

[a] *in sacerdotiū. Modus consecrandi sacerdotes Dei, victimasque offerendi pro eis.* Leuitici 9. a

2 Tolle vitulum de armēto, & arietes duos immaculatos, Panésque azymos, & crustula absque fermento, quæ conspersa sit oleo, lagana quoq; azyma oleo lita: de simila triticea cuncta facies.

3 Et posita in canistro offeres: vitulum autem & duos arietes.

4 Et Aaron, ac filios eius applicabis ad ostium tabernaculi testimonii. Cúmque laueris patrem cum filiis suis aqua,

5 Indues Aaron vestimentis suis, id est, linea & tunica, & superhumerali & rationali, quod constringes balteo.

6 Et pones tiaram in capite eius, & laminā sanctam super tiaram.

7 Et oleum vnctionis fundes super caput eius, atque hoc ritu consecrabitur.

8 Filios quoq; illius applicabis, & indues tunicis lineis, Cingésque balteo,

9 Aaron scilicet & liberos eius, & impones eis mitras, eruntque sacerdotes mihi religione perpetua.

10 Postquam initiaueris manus eorum, b applicabis & vitulum coram tabernaculo testimonii. Imponentque Aaron & filii eius manus super caput illius. B Leuit. 8. b

11 Et mactabis eum in conspectu Domini, iuxta ostium tabernaculi testimonii.

12 Sumptumq; de sanguine vituli, pones super cornua altaris digito tuo, reliquum autem sanguinem fundes iuxta basim eius.

13 c Sumes & adipem totum qui operit intestina, & reticulum iecoris, ac duos renes, & adipem qui super eos est & offeres incensum super altare. Leuit. 3. c

14 Carnes vero vituli & corium & fimum combures foris extra castra, eo quòd pro peccato sit.

15 Vnum quoq; arietem sumes, super cuius caput ponent Aaron & filii eius manus.

16 Quem cum mactaueris, tolles de sanguine eius, & fundes circa altare.

17 Ipsum autem arietem secabis in frusta: lotaque intestina eius ac pedes pones super concisas carnes, & super caput illius. C

18 Et offeres totum arietem in incensum super altare, oblatio est Domino, odor suauissimus victimæ Domini.

19 Tolles

19 Tolles quoque arietem alterum, super cuius caput Aaron & filii eius ponent manus.

20 Quem quum immolaueris, sumes de sanguine eius, & pones super extremum auriculæ dextræ Aaron & filiorum eius, & super pollices manus eorum ac pedis dextri, fundesq; sanguinem super altare per circuitum.

21 Cumq; tuleris de sanguine qui est super altare & de oleo vnctionis, asperges Aaron & vestes eius, filios, & vestimenta eorum.

D 22 Consecratisq; ipsis & vestibus, tolles adipem de ariete, & caudam & aruinam quæ operit vitalia, ac reticulum iecoris, & duos renes, atq; adipem qui super eos est, armumq; dextrum, eo quod sit aries consecrationis:

23 Tortamq; panis vnius, crustulam conspersam oleo, laganum de canistro azymorum, quod positum est in conspectu Domini:

24 Ponesq; omnia super manus Aaron & filiorum eius, & sanctificabis eos eleuans coram Domino.

25 Suscipiesq; vniuersa de manibus eorum: & incendes super altare in holocaustum, odorem suauissimum in conspectu Domini, quia oblatio eius est.

26 Sumes quoq; pectusculum de ariete quo initiatus est Aaron, sanctificabisq; illud eleuatum coram Domino, & cedet in partem * suam.

E 27 Sanctificabisq; & pectusculum consecratum, & armum quem de ariete separasti, quo initiatus est Aaron & filii eius,

28 Cedentq; in partem Aaron & filiorum eius iure perpetuo a filiis Israel, quia primitiua sunt & initia de victimis eorum pacificis quæ offerunt Domino.

29 Vestem autem sanctam qua vtetur Aaron, habebunt filii eius post eum, vt vngantur in ea, & consecrentur manus eorum.

30 Septem diebus vtetur illa, qui pontifex pro eo fuerit constitutus de filiis eius, & qui ingredietur tabernaculum testimonii, vt ministret in Sanctuario.

31 Arietem autem * consecrationis tolles, & coques carnes eius in loco sancto, quib. vescetur Aaron & filii eius.

32 § Panes quoq; qui sunt in canistro, in vestibulo tabernaculi testimonii comedent.

33 Vt sit placabile sacrificium, & sanctificentur offerentium manus. Alienigena non vescetur ex eis, quia * sancti sunt.

34 Quod si remanserit de carnibus consecratis siue de panibus vsq; mane, côbures reliquias igni: F non comedentur, quia sanctificata sunt.

35 Omnia quæ præcepi tibi, facies super Aaron & filiis eius. Septem diebus consecrabis manus eorum.

36 Et vitulum pro peccato offeres per singulos dies ad expiandum. Mundabisq; altare, cum immolaueris expiationis hostiam, & vnges illud in sanctificationem.

* suam.

* Consecrationum. Leuit. 8. f.

* sancta.

19 Alterum verò arietem tolles, & admouebit Aharon & filii eius manus suas super caput arietis illius.

20 [25] Et mactato ariete sumes de sanguine eius, ponesq; super [26] auriculam molliorem auris Aharonis, & super auriculam molliorem auris filiorum suorum dexteram, & super pollicem manus ipsorum dexterũ, & super pollicem pedis eorum dexterum, & sparges sanguinẽ super aram per ambitum.

21 Et accipies de sanguine qui est super aram, & de oleo vnctionis, & sparges super Aharonem & super vestes eius, & super filios eius, & super vestes filiorum eius cũ ipso, & consecrabitur ipse, & vestimenta eius, atq; filii eius, & vestimenta filiorum eius cum eo.

22 Tolles quoq; adipem de ariete, & caudam, [27] & adipem qui intestinum obtegit, & reticulum iecoris, & duos renes, & adipem qui [28] circa ipsos est, & armũ dextrum: est enim [29] aries impletionum.

23 Sed & [30] globum panis vnum, placentam vnam panis oleo permixtam, & laganum vnum de canistro [31] azymorum [32] quod est coram Domino.

24 Et omnia hæc pones super manus Aharonis, & super manus filiorum eius, & facies ea motari [33] tenupha coram Domino.

25 Et deinde tolles ea de manu illorum, & incendes super aram [34] ad holocaustum, in odorem suaueolentem coram Domino, [35] sacrificium igne cõfectum est Domino.

26 Tolles etiam pectusculum [36] de ariete consecrationis Aharon: & motabis ipsum [37] thruma coram Domino, [38] eritque pars tua.

27 Consecrabis itaq; pectusculum [39] tenupha, & armum eleuationis, quod motum, & qui in altum sublatus est, de ariete [40] consecrationis, propter Aharonem & propter filios eius.

28 Et erit Aharonis & filiorum eius statuto perpetuo de filiis Israel, [41] quoniam thruma est, thruma inquam à filiis Israel, & à sacrificiis eorum pacificis, thruma eorum Domino.

29 Porrò vestes sanctæ quas habet Aharon, erunt filiorum eius post ipsum, vt vngantur [42] in eis, & impleat manum suam cum eis.

30 Septem diebus induet eas [43] sacerdos [44] successor eius, qui est de filiis eius, quando venerit ad tentorium constitutum, vt ministret in sancto.

31 Tolles autem arietem consecrationis, & coques carnem eius in loco sancto, comedetq; Aharon & filii eius [45] carnem arietis,

32 Et panes qui sunt in canistro iuxta ostium tentorii [46] conuentionis. Vescentur inquam illis,

33 [47] Eo quod propitiatio per ea facta sit, ad implendum manus illorum, & ad consecrandum eos. Alienus autem non edet, quia sancta sunt.

34 Si quid de carne consecrationis aut de panibus superfuerit vsq; mane, combures hoc residuum igne: non comedetur, quoniam sanctum est. Sic facies Aharoni & filiis eius,

35 Iuxta omnia quæ præcepi tibi, septem diebus [48] implebis manum illorum.

36 Et iuuencum [49] peccati facies per singulos dies [50] pro expiationib. & expiabis aram, [51] quum super ea expiaueris, & vnges eam, vt consecres eam.

25 vel, Deinde mactato &c.
26 vel, teneriorem auris partem.
27 Hoc loco (&) accipitur expositiue, q. d. Id est adipem tegentem intestina.
28 vel, super.
29 Arietẽ impletionum siue consecrationum appellat, quia immolabatur in consecratione summi sacerdotis.
30 frustum (vel, partem) panis vnius,
31 vel, infermentatorum, i. in quo infermentata fuerint oblata Deo.
32 Hebr. est, pro, quod oblatũ est Deo.
33 Tenupha sacrificium est quod dextrorsum & sinistrorsum motabatur. Quidam vertunt, agitabis ea agitatione. Sublatam .n. hostiam agitabant seu mouebant, primum ab Oriente in Occidentem, deinde à Septentrione in Meridiem: qua agitatione Deum totius esse terræ Dominum significabant.
34 vltra holocaustum. vel, cum holocausto,
35 vel, est enim oblatio ignita Domino id est, quæ igni adolebatur in honorem Domini.
36 Id est, de ariete, immolato die consecrationis Aaronis.
37 Thruma, genus sacrificii est, quod ab imis ad superiora eleuatur. Voces Hebraicas reliquit aliquando nonnus interpres, eas præcipue quæ verbo vno non possunt

exprimi. Quidam vertunt, agitabis (illud pectusculum) agitatione. Alii, eleuabis ipsum eleuatione. 38 Id est, ex eo sacrificio habebis pro parte tua pectusculum.

39 Eleuationis, id est, eleuatum item coram Domino. 40 vel, consecrationum Aaronis & filiorum eius. Aut, consecrationum pro Aarone & filiis eius. 41 Quia eleuatio est & oblatio erit a filiis Israel de sacrificiis suis pacificis. eleuatio (siue oblatio) inquam eorum erit Domini id est, pars illa offertur Domino, & propterea sacerdotes habebunt illam, hoc est, armum dextrum cum pectore.

42 vel, cum eis id est, vt illis vestibus vngantur & consecrentur.

43 sub summus. 44 vel, qui illi succedet à filiis eius, de nepotibus eius, qui ingredietur tabernaculum fœderis ad ministrandum cum sanctimonia. 45 Id est, quod superfuerit de ariete.

46 Conuentionis, aut, fœderis. 47 quibus expiatus est ad consecrandum manus eorum (id est, eos) & sanctificandum eos. 48 Id est, consecrabis eos.

49 Vel, pro peccato offeres. 50 Vel, propter expiationes id est, ad expiandum, scilicet arã. Vel, vltra expiationum, scilicet arietem id est, vltra arietes qui tibi tradunt antea [illegible] anta

51 Expiando illam, & vnges eam postea, ad sanctificandum id est, vt sancta fiat,

52 Aram. 53 Vel, sanctitas sanctitatum. Hebraismus, pro, erit sanctissima. quasi dicat, atque ita sanctissima erit haec ara, ita vt quicunque &c. 54 Vel, quicquid tetigerit aram, sanctificabitur, id est, quaecunque super altare illud offerentur, non [illegible] cedunt sacerdoti. † Vel, altaris causa. 55 Sub. offeres. 56 Inter duas vesperas, id est, sub vesperam & noctem ipsam. 57 Sub. ephi. Habet autem mensura Ephi, tria sata, seu modios, hoc bocellos. Et decima pars ephi tantum continet quantum quadraginta trium ouorum testae.

37 *Septē diebus expiabis [52] super ara,[*] & consecrabis eam, eritque ara [53] sanctum sanctorum: [54] quicunque tetigerit aram, sacer esto.*

38 *Hoc est autem quod facies † super aram,[*] duos agnos anniculos ingiter [*] per singulos dies.*

39 *Vnum agnum mane facies, & alterum facies [56] inter vesperas.*

40 [57] *Decimam quoque (partem) similaginis mixtam oleo contuso, quartam partem hin, [58] & libamen vini quartam partem hin ad agnum vnum.*

41 *Agnum autem alterum facies [56] inter vesperas, [59] quemadmodum sacrificium cibarium matutinum, & quemadmodum libationem eius facies ei, vt sit odor suauis ei & sacrificium igni confectum Domino.*

42 *Hoc holocaustum iuge sit etiam posteris vestris ad ostium tentorii [60] constituti [61] coram Domino, [62] vbi conueniam vos vt tecum loquar.*

43 *Illic [*] paciscar cum filiis Israel, & [64] consecrabitur (locus) in gloria mea.*

44 [65] *Et ego sanctum reddam tabernaculum constitutionis,[*] & aram: sed & Aharonem atque filios eius consecrabo, vt mihi sacerdotio fungantur.*

45 *Habitaboque in medio filiorum Israel, & ero Deus illorum.*

46 *Et scient quòd ego sum Dominus Deus eorum, qui eduxi eos e terra Aegypti, vt habitarem in medio illorum: ego [66] Dominus Deus eorum.*

37 Septem diebus expiabis altare & sanctificabis, & erit sanctum sanctorum: omnis qui tetigerit illud, sanctificabitur.

38 Hoc est quod facies in altari. ‖ Agnos anniculos duos per singulos dies iugiter,

39 Vnum agnum mane, & alterum vespere.

40 Decimam partem similae conspersae oleo tuso, quod habeat mensuram quartam partem hin, & vinum ad libandum eiusdem mensurae in agno vno.

41 Alterum verò agnum offeres ad vesperam iuxta ritum matutinae oblationis, & iuxta ea quae diximus, in odorem suauitatis, sacrificium est Domino, Deo,

42 Oblatione perpetua in generationes vestras, ad ostium tabernaculi testimonii coram Domino, vbi constituam vt loquar ad te.

43 Ibique praecipiam filiis Israel, & sanctificabitur altare in gloria mea.

44 Sanctificabo & tabernaculum testimonii cum altari, & Aaron cum filiis suis, vt sacerdotio fungantur mihi.

45 Et habitabo in medio filiorum Israel, eroque eis Deus,

46 Et scient quia ego Dominus Deus eorum, qui eduxi eos de Terra Aegypti, vt manerem inter illos, ego Dominus Deus ipsorum.

Sacrificium iuge & quotidianum. Numer. 28. a

G

Hin verò est mensura liquidorum, continens duodecim logid. Log verò mensura est quae tantum continet quantum sex ouorum testae. Porrò homer, siue gomer, qui & corus dicitur, est mensura continens tres mensuras ephi, hoc est, quantum mille ducentae & nonaginta testae ouorum. 58 Vel, & libamen sextum [illegible] sextarius vini pro vnoquoque agno. 59 Iuxta ritum matutinae oblationis, & iuxta libamen eius facies ei. (sub. holocaustum) in odorem quietis, oblatio est ignita Domino. Holocaustum iuge (erit) per aetates (vel, generationes) vestras &c. In odorem quietis, aliter, vt sit odor gratissimus Deo: nam istud sacrificium erit oblatio quae igne absumetur in honorem Domini, quamdiu vixeritis, offeretis mihi iuge sacrificium. 60 Conuentus. 61 [illegible] 62 Quò conueniam vobiscum, vt te illic alloquar. Hic aperte declarat quare appelletur O E L M O E D, tabernaculum conuentus, vt ita dicam. 63 Conueniam. 64 Sanctificabitur ob gloriam meam, ob meam praesentiam gloriosam. 65 Sanctificabo inquam tabernaculum conuentus. Exponit superiora. 66 Id est, Sum Dominus Deus eorum, qui promitto auxilium meum illis.

CAPVT XXX.

1 Sub. aliam. 2 Heb. suffimenti suffitus. 3 Id est, ex eodem ligno non aliunde affixa & compacta. 4 Vel, limbum aureum. 5 Heb. domus, i. vt per eos transiciantur ipsi arae vectes. 6 E regione veli quod est iuxta arcam testimonii coram tectorio, (vel, caelo) quo tegitur testimonium quo conueniam tecum. Arcam testimonii vocat, in qua testimonium diuinae voluntatis duabus tabulis comprehensum ponebatur. Praeterea, testimonium posuit pro arca testimonii. 7 Heb. bonas fecerit lucernas, id est, bene composuerit. Hoc est, quum quicquid sordis immunditiarum olearum & ellychnium contraxerit, remouerit, & repurgarit.

1 [1] *ARam[*] quoque facies [2] ad incendendum suffimentum,[*] de lignis setim facies eam. Cubitum habebit longitudo eius,*

2 *Cubitumque latitudo eius: quadrata erit: cuius altitudo duos habebit cubitos, cornuaque eius [3] ex ipsa erunt.*

3 *Et obduces eam auro mundo, nempe tectum eius, parietes eius per ambitum, & cornua eius, & facies ei [4] coronam auream per ambitum.*

4 *Facies ei & duos annulos aureos sub corona eius, & facies in duobus angulis eius, in vtroque latere eius, vt sint [5] loculi ipsis vectibus, vt eis ipsa ara gestetur.*

5 *Facies autem vectes ex lignis setim, & obduces eos auro.*

6 *Et pones eam (foris) [6] ante velum, quod est iuxta arcam testimonii, coram propitiatorio quod est super testimonium, vbi tibi paciscar.*

7 *Et Aharon adolebit super ea incensum aromatum singulis mane.*

8 *Quando scilicet [7] instruxerit lucernas, adolebit incensum. Similiter [8] inter vesperas, quum promouerit Aharon lucernas, adolebit ipsum, eritque hoc suffimentum iuge coram Domino in posteritatibus vestris.*

9 *Ne [9] afferatis super eam incensum alienum, [10] aut holocaustum, aut cibarium sacrificium, sed nec libamen fundetis super eam.*

10 *Semel in anno expiabit Aharon super cornua eius, [11] idque per sanguinem hostiae peccati, (qua fit) pro his qui expiantur: semel inquam in anno expiabit super eam in posteritatibus vestris, [12] sacrosancta est Domino.*

11 *Loquutus quoque est Dominus ad Mosen his verbis.*

1 FAcies quoque altare ad adolendum thymiama de lignis setim, Habens cubitum longitudinis,

2 Et alterum latitudinis, id est, quadrangulum, & duos cubitos in altitudine: cornua ex ipso procedent.

3 Vestiesque illud auro purissimo, tam craticulam eius, quam parietes per circuitum, & cornua. * Faciesque ei coronam aureolam per gyrum,

4 Et duos annulos aureos sub corona per singula latera, vt mittantur in eos vectes, & altare portetur.

5 Ipsos quoque vectes facies de ligno setim, & inaurabis.

6 Ponesque altare contra velum, quod ante arcam pendet testimonii coram propitiatorio quo tegitur testimonium, vbi loquar tibi.

7 Et adolebit incensum super eo Aaron, suaue fragrans mane:

8 Quando componet lucernas, incendet illud. Et quando collocabit eas ad vesperum, vret thymiama sempiternum coram Domino in generationes vestras.

9 Non offeretis super eo thymiama compositionis alterius, nec oblationem & victimam, nec libabitis libamina.

10 Et deprecabitur Aaron super cornua eius semel per annum, in sanguine quod oblatum est pro peccato, & placabit super eo in generationibus vestris. sanctum sanctorum erit Domino.

11 Locutusque est Dominus ad Moysen, dicens.

A *Forma altaris thymiamatis.*

* *Facies quoque*

Situs eiusdem.

H

8 Inter duas vesperas, quum accendet Aaron &c. Hebraice legitur, quum ascendere fecerit lucernas. 9 Vel offeratis. 10 Id est, tantum super illud incenderis odores. 11 Idque sanguine sacrificii pro peccato, quo facta est expiatio. 12 Sanctitas sanctitatum est Domino. Hebraismus est, pro sanctissimo, id est, tanquam res Deo dicata sanctissimum erit vobis.

11 Quando

Pecunia in vsus tabernaculi.
Num. 1. a
* *numerum,*
Siclus.
Leuit. 27. c
Num. 3. g
Ezech. 45. d

12 Quando tuleris summam filiorum Israel iuxta numerum, dabunt singuli precium pro animabus suis Domino, & non erit plaga in eis, cum fuerint recensiti.
13 Hoc autem dabit omnis qui transit ad * nomen, dimidium sicli iuxta mensuram templi. Siclus viginti obolos habet. media pars Sicli offeretur Domino.
14 Qui habetur in numero, à viginti annis & suprà, dabit precium.
15 Diues non addet ad medium sicli, & pauper nihil minuet.
16 Susceptamq; pecuniam, quæ collata est à filiis Israel, trades in vsus tabernaculi testimonii, vt sit monimentum eorum coram Domino, & propitietur animabus eorum.
C
17 Locutusque est Dominus ad Moysen, dicens,
Labium æneũ.
18 Facies & labium æneum cum basi sua ad lauandum: ponesque illud inter tabernaculum testimonii & altare.
* *in eo.*
19 Et missa aqua lauabunt * in ea Aaron, & filii eius manus suas ac pedes,
20 Quando ingressuri sunt tabernaculum testimonii, & quando accessuri sunt ad altare, vt offerant in eo thymiama Domino: ne fortè moriantur.
21 Legitimum sempiternum erit ipsi, & semini eius per successiones.
22 Locutusque est Dominus ad Moysen, dicens,
Confectio olei sancti.
23 Sume tibi aromata, primæ myrrhæ & electæ quingentos siclos, & cinnamomi medium, id est ducentos quinquaginta siclos, calami similiter ducentos quinquaginta siclos,
* *olei.*
24 Casiæ autem quingentos siclos in pondere sanctuarii, * oleum de oliuetis mensuram hinc:
25 Faciesque vnctionis oleum sanctum, vnguentum compositum opere vnguentarii,
26 Et vnges ex eo tabernaculum testimonii, & arcam testamenti,
27 Mensamque cum vasis suis, candelabrum, & vtensilia eius, altaria thymiamatis, Et holocausti,
28 Et vniuersam supellectilem quæ ad cultum eorum pertinet.
29 Sanctificabisque omnia, & erunt sancta sanctorum: qui tetigerit ea, sanctificabitur.
D
30 Aaron & filios eius vnges, sanctificabisque eos, vt sacerdotio fungantur mihi.
31 Filiis quoq; Israel dices, Hoc oleum vnctionis sanctum erit mihi in generationes vestras.
32 Caro hominis non vngetur ex eo, & iuxta compositionem eius non facietis aliud, quia sanctificatum est, & sanctum erit vobis.
33 Homo quicunq; tale composuerit, & dederit ex eo alieno, exterminabitur de populo suo.
Confectio thymiamatis.
* *onycha,*
* *galbanen,*
34 Dixitque Dominus ad Moysen, Sume tibi aromata, stacten & * onycham, * galbanum boni odoris, & thus lucidissimum, æqualis ponderis erunt omnia:

12 [13] *Quum censum egeris secundum capita filiorum Israel, iuxta censum eorum, dabunt singuli* [14] *expiationem animæ suæ Domino,* [15] *quando eos censueris, vt non sit in eis plaga, quum ipsi censentur.*
13 *Quicunq; ergo* [16] *in censum venit, hoc dabit, dimidium sicli iuxta siclum* [17] *sanctuarii: siclus autem habet viginti* [18] *gera,* [19] *munus ergo Domino erit dimidium sicli.*
14 *Quicunq;* [16] *in censum transit, ab eo qui natus est viginti annos, & supra,* [21] *dabit munus Domino.*
15 *Qui diues est, nihil plus dabit: nec qui pauper est, minus dabit dimidio sicli,* [22] *ad dandum munus Domino, ad expiandum animas vestras.*
16 *Hanc* [23] *expiatorum pecuniam à filiis Israel acceptam, dadas* [24] *in cultum tentorii constitutionis,* [25] *vt sit filiis Israel admonimentum coram Domino,* [26] *vt propitius sit animabus vestris.*
17 *Et loquutus est Dominus ad Mosen, dicens,*
18 *Facies &* [28] *labium æneum, & basim eius æneam ad lauandum, & pones ipsum inter* [27] *tentorium constitutionis, & inter aram.*
19 *Et fundes in ipsum aquam, Vt Aharon & filii eius manus suas & pedes suos ex eo lauent.*
20 *Quando enim ingressuri sunt* [29] *tentorium conuentionis, aqua se lauabunt, ne moriantur: aut cum accessuri sunt ad* [30] *aram, vt ministrent, & adoleant* [31] *sacrificium quod igne consit Domino: Lauabunt inquam manus suas & pedes suos, ne moriantur.*
21 [32] *Hic ritus perpetuus sit eis, tam Aharoni quàm semini eius per posteritates suas.*
22 *Et loquutus est Dominus ad Mosen, dicens,*
23 *Sume tibi* [33] *odoramenta præstantissima, myrrhæ sponte fluentis* [34] *quingentos, cinamomi aromatici dimidium* [35] *eius, nempe ducentos quinquaginta, & calami aromatici ducentos quinquaginta,*
24 *Casiæ verò quingentos secundum siclum sanctuarii, &* [36] *hin olei de olea.*
25 [37] *Ex hoc conficies oleum vnctionis sanctum,* [38] *vnguentum (confectum) opere vnguentarii, eritq; oleum vnctionis sancta.*
26 *Vnges autem eodem tentorium conuentionis, & arcam testimonii:*
27 *Et mensam, & omnia instrumenta eius: candelabrum & instrumenta eius, aram quoque suffitus: Sed & aram holocausti,*
28 *Et omnia instrumenta eius, labium & basim eius.*
29 *Hæc inquam consecrabis, vt sint sacrosancta:* [39] *quicunq; hæc contigerit, sacer esto.*
30 *Vnges quoq; Aharonem & filios eius, & consecrabis eos, vt mihi sacerdotio fungantur.*
31 *Ad filios vero Israel loqueris in hunc modum, Hoc oleum vnctionis sanctum meũ erit per posteritates vestras.*
32 *Super carnem hominis non fundetur, nec talem compositionem facietis qualis hæc est:* [40] *sancta enim est, & sancta vobis esto.*
33 *Quicunque tale confecerit, aut* [41] *qui posuerit de hoc super alienum, exscindetur è populo suo.*
34 *Et dixit Dominus ad Mosen, Sume tibi aromata,* [42] *balsamum,* [43] *vngulam (caballinam) galbanum, aromata (ista) vnà cum thure mundo,* [44] *quodque seorsim æqualique pondere sit.*

13 Quando capies summam filiorum Israel per numeratos eorum, id est, Quando recensere voles filios Israel qui veniunt in numerum. non enim omnes numerabantur: nam qui vicesimum annum nondum attigerant, reiiciebantur ab eo numero.
14 Redemptionem. Oblationem intelligit qua redimebant vitam suam Nã alioqui Deus interficiebat eos, vt fecit temporibus Dauid.
15 Quando recensere voles eos: neque erit in eis plaga, quãdo recensebis eos, i. Dominus non percutiet eos.
16 Transibit ad numeratos, id est, Omnis qui numerabitur.
17 Hoc est, quo vtebantur in templo. Nam siclus templi, vt aiunt Hebræi, consentiente Iosepho, habebat quatuor drachmas: & quælibet drachma quinque obolos. quare eueniebat vt siclus templi, viginti caperet obolos. Idem eueniebat in talento. nam talentum templi capiebat centum & viginti libras: prophanum vero, quo vulgo vtebantur, sexaginta tantum, id est, dimidium. Ita & siclus vulgaris capiebat duas drachmas, id est, didrachmum, & decem obolos. Viginti obolorum erat siclus.
18 [illegible]
19 Vel, obolos.
21 Vel dabit oblationem quæ leuabitur coram Domino.
22 Dando oblationem Domino ad expiandum &c. id est, ad placandum Dominum ne interficiat vos. 23 Vel, expiationum, id est, qua expiatur iniquitas. 24 In opus tentorii conuentus. Vel, conuentionis, aut fœderis. De his vide annotationem, supr. [illegible] 25 Id est, vt causa sit quam ob rem recordetur filiorum Israel. Hebraico more, de se loquitur in tertia persona. 26 Ad expiandum animas vestras, id est, vt condonem vobis delicta vestra, & ne vos interficiam propterea. 28 Vel, labrum aut, concham. 29 Tabernaculum conuentus. Vel, testi[illegible] 30 Sub [illegible] 31 Vel, oblationem vstulatam. 32 Heb. eritque hoc illis statutum perpetuum, id est, ipsi & posteritati eius in generationes suas. Hoc [illegible] quandiu viuent, perpetuo vobis [illegible] 33 Aromata capitis, myrrhæ liberæ. Aromata capitis vocat præcipua, primæ notæ, & optima. Myrrha[m] autem liberam, intelligit non adulteratam. solet enim frequenter adulterari & vitiari, vt [illegible] Plinius. Chaldæus paraphrastes vertit, myrrhæ puræ [illegible] 34 Sub[intellige] siclos. 35 Scilicet myrrhæ. 36 Mensura est Aegyptiaca, duodecim logim continens, id est, vt vertit D. Hieronymus, sextarios. Log autem est mensura quæ tantum capit quantum sex [illegible] [illegible] 37 Id est, Ex omnibus his aromatibus confice [illegible] 38 Heb. vnguentum vnguenti, id est, optimum [illegible] per appositionem dictum. 39 Quicquid tetigerit ea, sanctificabitur. siue, sacrum erit, quasi dicat, ea [illegible] sed tantum in sacris. 40 Sanctum est, idemque pro sancto habebitis illud. Id est, sanctum erit vobis, neque [illegible] quos ad meos, nempe quum sacerdotes meos vngetis. 41 Id est, qui eo vnxerit eum qui non [illegible] 42 Vel, stacten. 43 [illegible] Vel, vngulam aromaticam [illegible] 44 [illegible] id est, æqualis ponderis erunt omnia. Vel, vnum in vnum erit, id est, vnumquodque [illegible] Dicunt Hebræi [illegible] aromatum libras septuaginta Mosem accepisse.

45 compositionem aromatis. 46 & purum, & sanctitatem. i. omnia ista miscebis diligenter cũ summa puritate & sanctimonia. 47 ex ea (scilicet compositione) & comminues ponésque ex ea coram arca testimonii in tabernaculo conuentus, vbi conueniam tecum. sanctitas sanctitatum erit vobis. i. sacrosanctum erit vobis hoc thymiama. 48 vel, compositionem. 49 i. quia hæc compositio dicabitur Domino. 50 i. peribit anima eius.

35 Ex iis facies suffimentum, 45 vnguentum videlicet opere vnguentarii commistum, 46 mundum & sanctum.

36 Et contundes 47 ex illo puluerem, ponésque ex eo coram testimonio, in tentorio conuentionis, vbi tibi pacificar: sacrosanctum erit vobis.

37 Et si suffimentum vultis vobis facere, tale 48 compositionem, quale illa est, ne feceritis: 49 sanctum enim Domino erit.

38 Quicunque talem fecerit, vt eam olfaciat, 50 excindetur e populo suo.

35 Faciésque thymiama compositum opere vnguentarii, mistum diligenter, & purum, & sanctificatione dignissimum.

36 Cumque in tenuissimum puluerem vniuersa cõtuderis, pones ex eo coram tabernaculo testimonii, in quo loco apparebo tibi. sanctum sanctorum erit vobis thymiama,

37 Talem compositionem non facietis in vsus vestros, quia sanctum est Domino.

38 Homo quicunque fecerit simile, vt odore illius perfruatur, peribit de populis suis.

CAPVT XXXI.

CAP. XXXI. 1 Heb. ex nomine, i. nominatim, pro, præ aliis delegi. 2 i. meo, se loquitur in tertia persona. 3 arte mechanica. 4 Heb. Ad cogitandum cogitationes: i. ad excogitandum quicquid excogitari potest. 5 gemmario, ad sculpendas (subaudi lapillos pretiosos) & in arte fabrili lignaria, ita vt possit operari in omni arte mechanica i. donaui eum cognitione omnium artium mechanicarum. Hinc discimus artes mechanicas esse à Deo. 6 [illegible] 7 [illegible] 8 [illegible] 9 [illegible] 10 [illegible]

1 Loquutúsque est Dominus ad Mosen, dicens:
2 En ego 1 nominatim vocaui Bezaleel filium Vri filii Hur de tribu Iehuda.
3 Et impleui eum Spiritu 2 Dei, 3 sapientia, iudicio, peritia, & omni 3 opere.
4 4 Ad texendum polymita, ad operandum in auro, argento & ære.
5 In artificio quoque 5 gemmas inserendi, & fabrefactione lignorum, ad operandum denique in omni opere.
6 Et ecce, adiunxi ei Aholiab filium Ahisamach ex tribu Dan: & 6 in cor vniuscuiusque, qui sapiens est corde, ego dedi sapientiam, vt faciant quæcunque præcepi tibi.
7 Nempe, tentorium conuentionis, & arcam testificationis, & 7 propitiatorium quod super illam est, & cuncta vasa tentorii.
8 Sed & mensam & omnia vasa eius, candelabrum mundum cum omnibus instrumentis suis, & aram incensi.
9 Et aram holocausti, & omnia instrumenta eius, labrum cum basi sua.
10 Et 8 vestimenta quibus quæ supersunt (innoluuntur) & vestimenta sancta pro Aharone sacerdote, & vestimenta 9 sacerdotalia filiorum eius.
11 Oleum quoque vnctionis, & suffimentum aromaticum pro sanctuario, secundum omnia quæ præcepi tibi, facient.
12 Et dixit Dominus ad Mosen in hunc modum.
13 Et tu loquere ad filios Israel hisce verbis, 10 Verumtamen sabbata mea obseruabitis: quoniam signum est inter me & inter vos 11 in posteritates vestras, vt sciatis quod ego Dominus 12 qui sanctos vos reddo.
14 Obseruabitis igitur sabbatum, 13 quoniam sanctum est vobis: prophanans ipsum, 14 morte mulctator. Quicunque enim opus in eo fecerit, 15 excindetur anima illa e populo suo.
15 Sex diebus fiet opus, die septimo 16 sabbatum est, quies sancta Domino. 17 Quicunque fecerit opus in sabbato, morte mulctetur.
16 Obseruabunt igitur filii Israel sabbatum, vt faciant sabbatum 18 per posteritates suas fœdere perpetuo.
17 Inter me enim & inter filios Israel signum hoc est perpetuum: quoniam sex diebus fecit Dominus cælum & terram, septimo autem die quieuit & 19 refocillatus est.
18 Dedit autem Dominus Mosi, postquam cessasset loqui cum eo in monte Sinai, 20 duas tabulas testimonii, tabulas lapideas scriptas 21 digito Dei.

1 Locutúsque est Dominus ad Moysen, dicens: A
2 Ecce, vocaui ex nomine Beseleel filium Vri filii Hur de tribu Iuda.
3 Et impleui eum Spiritu Dei, sapientia & intelligentia, & scientia in omni opere,
4 Ad excogitandum quicquid fabrefieri potest, ex auro & argento, & ære,
5 Marmore, & gemmis & diuersitate lignorum.
6 Dediq; ei socium Ooliab filium Achisamech de tribu Dan. Et in corde omnis eruditi posui sapientiam: vt faciant cuncta quæ præcepi tibi, B
7 Tabernaculum fœderis, & arcam testimonii, & propitiatorium quod super eam est, & cũcta vasa tabernaculi,
8 Mensamq;, & vasa eius, candelabrum purissimum cum vasis suis, & 8 altaria thymiamatis.
9 Et holocausti, & omnia vasa eorum, labium cum basi sua.
10 Vestes sanctas in ministerio Aaron sacerdoti, & filiis eius, vt fungantur officio suo in sacris.
11 Oleum vnctionis, & thymiama aromatum in sanctuario, omnia quæ præcepi tibi, facient.
12 Et locutus est Dominus ad Moysen, dicens. C
13 Loquere filiis Israel, & dices ad eos, videte vt sabbathum meum custodiatis: quia signum est inter me & vos in generationibus vestris: vt sciatis quia ego Dominus qui sanctifico vos.
14 Custodite sabbathum meum: sanctum est enim vobis: qui polluerit illud, morte morietur: qui fecerit in eo opus, peribit anima illius de medio populi sui.
15 Sex diebus 8 facietis opus: in die septimo sabbathum est, requies sancta Domino. Omnis qui fecerit opus in hac die, morietur. D
16 Custodiant filii Israel sabbathum, & celebrent illud in generationibus suis.
17 Pactum est sempiternum inter me & filios Israel, signumque perpetuum. Sex enim diebus fecit Dominus cælum & terram, & in septimo ab omni opere cessauit.
18 Deditq; Dominus Moysi, completis huiuscemodi sermonibus in monte Sinai, duas tabulas testimonii lapideas, scriptas digito Dei.

Artificib9 Beseleel & Ooliab dat Spiritum suum Deus, vt excogitent omnia, quæ pertinent ad tabernaculi eleganter cõstruendũ.

8 altare.

Sabbathum quale signum. supr. 20. b Ezech. 20. b

8 facies.

Genes. 2. a

Tabula lapidea digito Dei scripta. Deut. 9. b

11 Heb. in generationibus vestris. i. per ætates vestras, quam diu vixeritis. 12 qui sanctifico vos. i. qui separaui vos [illegible] me Dominum esse qui sanctificauerim vos. 13 [illegible] 14 id est, sententia iudicis moriatur. Hoc enim verbum Hebraicum [illegible]
15 Hebraismus est, pro, peribit. 16 sabbathum sabbathi (vel, quies quietis) est, & sanctitas Domino, id est, vt in die septimo omnino vobis cessandum est: dicatum enim is Domino [illegible]
17 [illegible] Proinde omnis qui, &c. 18 Heb. in generationibus vestris, id est, per ætates vestras, quamdiu vixeritis.
19 vel, recreatus est. [illegible] Scriptura & hic, & aliis pene innumeris locis, de Deo, humano more, perinde quasi homo esset qui post laborem recrearetur quod diligentissime notant Hebræi.
20 i. duas tabulas in quibus decem præcepta erant scripta, [illegible] testabatur Israelitis suam voluntatem, quicquid eos in posterum facere vellet.
21 i. digito suo. Hebraismus, antecedens pro relatiuo.

CAPVT

CAPVT XXXII.

Vitulũ aurum filii Israel adorant. Act. 7. e
A 1 VIdens autem populus quòd moram faceret
descendendi de monte Moyses, congregatus
aduersus Aaron, dixit, ‖ Surge, fac nobis Deos qui
nos præcedant: Moysi enim huic viro qui nos e-
duxit de Terra-Ægypti, ignoramus quid acciderit.
2 Dixitque ad eos Aaron, Tollite in aures aure-
as de vxorum, filiorumque, & filiarum vestrarum
auribus, & afferte ad me.
3 Feceritque populus quæ iusserat, deferens inau-
res ad Aaron.
Psalm. 105. e 4 ‖ Quas cum ille accepisset, formauit opere
fusorio, & fecit ex eis vitulum conflatilem. Dixe-
runtque, Hi sunt dii tui Israel, qui te eduxerunt de
Terra Ægypti.
B 5 Quod cum vidisset Aaron, ædificauit altare
coram eo, & præconis voce clamauit dicens, Cras
solennitas Domini est,
1. Cor. 10. b 6 Surgentesque mane, obtulerunt holocausta,
& hostias pacificas, & ‖ sedit populus manducare,
& bibere, & surrexerunt ludere.
De peccato populi admonet Moysen Deus. Deut. 9. b 7 Locutus est autem Dominus ad Moysen, di-
cens, Vade, descende: peccauit populus tuus quem
eduxisti de Terra-Ægypti.
8 Recesserunt cito de via, quam ostendisti eis:
feceruntque sibi vitulum conflatilem, & adorauerunt,
3. Reg. 12. g runt, atque immolantes ei hostias, dixerunt, ‖ Isti
sunt dii tui Israel, qui te eduxerunt de Terra Æ-
gypti.
Ceruicis duræ populus Israel. Inf. 33. a 9 Rursumq; ait Dominus ad Moysen, ‖ Cerno
quòd populus iste, duræ ceruicis sit:
10 Dimitte me, vt irascatur furor meus contra
eos, & deleam eos, faciamque te in gentem ma-
gnam.
C 11 Moyses autem orabat Dominum Deum su-
Psalm. 105. b um, dicens, ‖ Cur Domine irascitur furor tuus con-
Orat Moyses Deum pro Israel, citans promissiones. tra populum tuum quem eduxisti de Terra-Ægy-
pti, In fortitudine magna, & in manu robusta?
Num. 14. e 12 ‖ Ne quæso dicant Ægyptii, Callidè eduxit eos,
vt interficeret in montibus, & deleret è terra: qui-
escat ira tua, & esto placabilis super nequitia popu-
li tui.
Gen. 12. b. 15. b. 48. c 13 Recordare Abrahã, Isaac & Israel seruorũ
tuorũ quibus iurasti per temetipsum, dicens, Mul-
tiplicabo semen vestrum sicut stellas cæli: & vni-
uersam terram hanc, de qua locutus sum, dabo se-
mini vestro & possidebitis eam semper.
14 Placatusque est Dominus ne faceret malum
D quod locutus fuerat aduersus populum suum.
Moyses descendit de monte, * Dei: *Tabulæ à Deo scriptæ.* 15 Et reuersus est Moyses de monte, portans
duas tabulas testimonii in manu sua, scriptas ex v-
traque parte,
16 Et factas opere Domini: scriptura quoque
Dei erat sculpta in tabulis.
17 Audiens autem Iosue tumultum populi vo-
ciferantis, dixit ad Moysen, Vlulatus pugnæ audi-
tur in castris. Qui respondit,
18 Non est clamor adhortantium ad pugnam,
neq; vociferatio compellentium ad fugam: sed vo-
cem cantantium ego audio.
Iratus confringit tabulas, & vitulum. 19 Cumq; appropinquasset ad castra, vidit vi-
tulum, & choros, iratusq; valde, proiecit de manu
tabulas, & confregit eas ad radicem montis.

1 Videns autem populus quòd moram faceret Moses
descendendi de monte, congregatus est populus [1] ad
Aharonem, & dixerunt ad eum, Surge, fac nobis Deos
qui nos præcedant: Mosi enim viro isti, qui fecit vt nos
ascenderemus è terra Ægypti, nescimus [2] quid acci-
derit.
2 Et dixit Aharon ad eos, [3] Abrumpite in aures
aureas, quæ (pendent) in auribus vxorum vestrarum, fi-
liorum vestrorum, & filiarum vestrarum, & afferte
ad me.
3 [4] Abruperunt ergo populus inaures aureas omnes
quæ pependerant in auribus suis, & attulerunt ad A-
haronem.
4 Qui sumens de manu illorum, [5] finxit illud stilo,
& fecit [6] hoc ipsum, vitulum fusum. Et dixerunt, Isti
sunt dii tui, ô Israel, qui effecerunt vt ascenderes a ter-
ra Ægypti.
5 Quod videns Aharon, extruxit aram coram eo.
Et [7] clamauit Aharon, & dixit, cras erit festum dies
[8] Domino.
6 Postero die summo mane consurgentes, immolaue-
runt holocausta, & [9] adduxerunt gratulatoria: & sedit
populus vt manducaret & biberet, & surrexerunt ad
ludendum.
7 Loquutus est autem Dominus ad Mosen, Vade,
descende: quoniam populus tuus quem adduxisti ex Æ-
gypto, corrupit (viam suam,)
8 Deflexerunt illico a via quam præceperam eis. Fe-
cerunt sibi vitulum fusum, & adorarunt eum, atque sa-
crificarunt ei, dixeruntq;, Isti sunt dii tui, ô Israel, qui
fecerunt te ascendere è terra Ægypti.
9 Et dixit Dominus ad Mosen, vidi populum istum,
& en populus est præfractæ ceruicis:
10 [10] Adquiesce ergo mihi, vt excandescat furor
meus in eos, consumamque eos, [11] te autem faciam in
gentem magnam.
11 Et precatus est Moses [12] coram Domino Deo suo,
& dixit, Cur excandesceret ô Domine, furor tuus in po-
pulum tuum, quem eduxisti e terra Ægypti magna vir-
tute, & manu forti?
12 [13] Cur (sic) dicerent Ægyptii, Ad malum edu-
xit eos, (nempe) vt occideret eos in montibus, vtque
consiceret eos e terra. Reuertere ab ira furoris tui, [14] pæ-
niteatq; te mali huius contra populum tuum.
13 [15] Memento Abrahami, Isaac & Israelis serua-
rum tuorum, quibus per temetipsum iurasti, & loqu-
tus es ad eos, Augebo semen vestrum quemadmodum
stellas cæli: & vniuersam terram hanc, de qua dixi, Da-
bo semini vestro, quam perpetua hæreditate possidebunt.
14 Pænituit itaq; Dominum mali, quod loquutus
fuerat, (se) facturum populo suo.
15 Et [16] vertens se Moses descendit de monte, ha-
bebatq; duas tabulas testimonii in manu sua, quæ tabu-
læ scriptæ erant ab vtraq; facie
16 Erantq; tabulæ illæ opus Dei: & scriptum hoc,
fuit scriptum Dei sculptum in tabulis.
17 Audiens autem Iehoschua vocem populi [17] cum
iubilo, ait ad Mosen, [18] Vox bellica (est) in castris. Et
[19] dixit,
18 [20] Vox hæc non est eorum qui respondeant fortiter,
nec vox est eorum qui respondeant infirmiter: vocem re-
citantium vicissim ego audio.
19 Quumque iam ad castra appropinquasset, vi-
dit vitulum & choros: & excanduit [21] nasus Mosis & abiecit tabulas è manu sua, eas infra ad montem confregit.

1 Aduersus.
2 Ex Hebræo addendum [illegible] quod apud Latinos vacat. Sit autem Hebraismus, Moysi huic viro nescimus quid acciderit eis pro, Nescimus quid acciderit huic viro Mosi.
3 Heb. Separate, vel, Seponite.
4 He. Separauitque sese omnis populus ad inaures aureas quæ [illegible] in auribus suis, id est, priuauit se inauribus, vel detraxit inaures de auribus suis. Hebraica phrasis.
5 Vel, formauit illud stylo. Alii volunt esse formulam & typũ, in quem proiecerit Aaron aurum, quod fusum expresserit vituli similitudinem. Gallicè, Il le ietta en moule. Sequitur enim, Fecit ex eo vitulum conflatilem.
6 Ex eo, scilicet auro.
7 Id est, voce præconis iussit.
8 Domino dicit, non vitulo. I, erabat enim Moses rediturum ante diem sequentem.
9 Adduxerunt hostias pacificas [illegible] to [illegible] in pace. vel, sine me. Gallicè dicimus, [illegible]
11 [illegible]
13 Quare dicerent Ægyptii, Malo sydere eduxit eos, id est, Nocõminatus vt Ægyptii dicunt [illegible] Infausto sydere eduxit eos. Ægyptii enim omnia [illegible] syderibus. Alii vertunt, vt vetus interpres. Malitiose, siue callide

eduxit eos. 14 Vel, pœniteatque te super malo, populo tuo. Tria hæc verba, Quod facere decreuisti, subintelligi debent hoc modo. Muta sententiam de malo quod facere decreuisti populo tuo, ita exponendũ esse docent sequentia. 15 Memento iuramenti facti in gratiam Abrahæ. 16 Vel, conuersus, scil. à Deo auertit faciẽ suã à Deo, & descendit. 17 Vel, cum vociferaretur. 18 Strepitus pugnæ. 19 Sub. Moses. 20 Non est clamor vociferationis fortitudinis, neq; est clamor vociferationis imbecillitatis. Id est, Non est strepitus qualis esse solet vincentium, neque eorum qui vincuntur. In bello audiuntur duæ diuersæ voces. Vna eorum qui victi sunt, & hæc est vox calamitosa, & tristitiæ plena. Altera est eorum qui victoriam adepti sunt & illi iubilant pro fortitudine sua. In castris autem Israel audiebatur vox gaudentium, ludentium, atq; cantantium. Chaldæus paraph. vertit, Non est vox virorum in prælio qui vincunt neque vox debilium qui vincuntur. 21 Furor.

22 i. quòd impulsseris eum in tantum peccatum? sive, quòd eum peccare feceris tam grauiter: Hebraismus.
23 Heb. ne irascatur furor domini mei. pro, Ne indigneris mihi domine.
24 Heb. quòd in malo sit. i. quòd omnino malus sit.
25 Heb. Quibus est aurum, (vel, Qui habet aurum) separate vos ab illo. Dederũt itaque mihi. i. si qui sint qui habeãt aurum, auferant: sic, & ad me afferãt. quod & fecerunt. Hebraeus loquẽdi modus
26 i. formatus est.
27 vel, quòd esset detectus. (detexerat enim eum Aaron, ad ignominiã apud hostes eorum Tũc stans, &c.) Quũ vidisset Moses quòd detecta & nota facta esset malitia populi ipsius ad ignominiam eius apud aduersarios. Erat enim magnum dedecus & magna confusio Israelitis coram hostibus, vt deserto Deo caeli, qui tot & tãta miracula fecerat in oculis eorum, & pro vtilitate eorum, eligerẽt alium deum etiã cum magno dispẽdio auri & argenti sui. Denudauit igitur Aaron populum illum, primùm quòd innotescere fecerit vniuerso mundo qualem haberent animũ

20 *Et tollens vitulũ quem fecerant, combussit [eum] igne, & comminuit eum in puluerem, & spargens in aquam, potum dedit filiis Israel.*
21 *Et ait Moyses ad Aharonem, Quid fecit tibi populus ille,* [22] *vt induceres super eũ tam grande peccatũ?*
22 *Et respondit Aharon,* [23] *Ne commoueat iram domino meo: tu nosti* [24] *quòd populus iste in molestia fuerit.*
23 *Dixerunt enim mihi, Fac nobis deos qui nos praecedant: nescimus enim quid Mosi viro isti, qui nos e terra Aegypti eduxit, acciderit.*
24 *Et dixi ad eos,* [25] *Qui aurum habent, abrumpãt, & dent mihi: hoc abieci in ignem,* [26] *exiuitque vitulus ille.*
25 *Et vidit Moses populum* [27] *quòd nudatus esset, quodque Aharon nudasset eum ad ignominiam coram eis qui contra eos insurrecturi erant.*
26 *Et stans Moses in porta castrorum, ait,* [28] *Qui Domini est, ad me [accedat.] Et congregati sunt ad eũ omnes filii Leui.*
27 *Quibus ait, Sic dicit Dominus Deus Israel, Ponite quisque gladium suum super femur suum: transite & redite de porta ad portam in castris, & trucidet quisque fratrem suum, & quisque proximum suum, quisque, inquam propinquum suum.*
28 *Fecerunt autem filii Leui iuxta verbum Mosis, & ceciderunt eodem die è populo circiter tria millia virorum.* [29] *Et ait Moses,*
29 *Consecrate hodie manus vestras Domino:* [30] *quisque in filio suo, & in fratre suo,* [31] *vt detur vobis hodie fausta imprecatio.*
30 *Postero die dixit Moses ad populum, Vos peccastis peccatum magnum: nunc igitur ascendam ad Dominum,* [32] *si quo modo propitiari queam peccatum vestrum.*
31 *Reuersus est igitur Moses ad Dominum, & ait, Obsecro, peccauit populus iste peccatum grande:* [33] *& fecerunt sibi deos aureos.*
32 [34] *Nunc igitur remitte peccatum hoc eorum: aut si non tu [remittere,] expunge me quaeso* [35] *ex libro tuo quem scripsisti.*
33 *Et respondit Dominus Mosi,*
34 *Qui mihi peccauit, hunc expungam è libro meo. Nunc igitur vade, duc populum ad eum [locum] de quo loquutus sum tecum: ecce angelus meus ibit ante te:* [36] *in die autem visitationis meae visitabo [hoc] eorum peccatum in eis.*
35 *Et plagam intulit Dominus populo, quòd fecissent vitulum, quem fecerat Aharon.*

20 Arripiénsque vitulum quem fecerant, combussit, & contriuit vsque ad puluerem, quem sparsit in aquam, & dedit ex eo potum filiis Israel. E
21 Dixitque * ad Aaron, Quid tibi fecit hic populus, vt induceres super eum peccatum maximũ? *Moyses.* *Obiurgat Aaronẽ fratrem.*
22 Cui ille respondit, Ne indignetur dominus meus: tu enim nosti populum istum, quòd pronus sit ad malum.
23 Dixerunt mihi, Fac nobis deos, qui nos praecedant: huic enim Moysi, qui nos eduxit de Terra Aegypti, nescimus quid acciderit.
24 Quibus ego dixi, Quis vestrum habet aurũ? Tulerunt, & dederunt mihi: & proieci illud in ignẽ, egressusque est hic vitulus.
25 Videns ergo Moyses populum, quòd esset nudatus (spoliauerat enim eum Aaron propter ignominiam sordis, & inter hostes nudum constituerat.) F
26 Et stans in porta castrorum, ait, Si quis est Domini, iungatur mihi. Congregatique sunt ad eum omnes filii Leui:
27 Quibus ait, Haec dicit Dominus Deus Israel, Ponat vir gladium super femur suum: ite, & redite de porta vsque ad portam per medium castrorum, & occidat vnusquisque fratrem, & amicum, & proximum suum.
28 Feceruntque filii Leui iuxta sermonem Moysi, cecideruntque in die illa quasi viginti tria millia hominum. Et ait Moyses, *Interficiuntur idololatrae a Leuitis, iussu Moysi.*
29 Consecrastis manus vestras hodie Domino, vnusquisque in filio, & in fratre suo, vt detur vobis benedictio.
30 Facto autem altero die, locutus est Moyses ad populum, Peccastis peccatum maximum: ascendam ad Dominum, si quo modo quiuero eum deprecari pro scelere vestro. G
31 Reuersusque ad Dominum, ait, Obsecro, Domine, peccauit populus iste peccatum maximum, feceruntque sibi deos aureos: *Peccatum populi reprehendit Moyses.*
32 Aut dimitte eis hanc noxam: aut si non facis, dele me de libro tuo quem scripsisti. *Vult deleri de libro Dei, aut populo peccatũ dimitti.*
33 Cui respondit Dominus, *Scripti in libro Dei.*
34 Qui peccauerit mihi, delebo eum de libro meo: tu autem vade, & duc populum istum, quo locutus sum tibi. Angelus autem meus praecedet te. Ego autem in die vltionis visitabo & hoc peccatum eorum.
35 Percussit * autem Dominus populum pro reatu vituli quem fecerat Aaron. *ergo.*

quum illis fabricauit vitulum quem adorauerunt: praeterea denudauit eum ornamentis suis aureis. 28 Heb. Quis est pro Domino? i. Quicunque est Domini, qui colit Dominum, & vult tueri partes eius, non idoli, veniat ad me, &c. 29 Iam ante dixerat Moses, Implete, &c i. Consecrate manus, &c. Debebat hic versus praecedere, hoc enim dixerat ante quàm interficerent eos. q.d. Hoc agite quod vobis dicam, quod factum perinde reputabitur à Domino, quasi obtuleritis ei dona & oblationes. 30 Heb. nam quisque in filio, &c. Subaudi, consecrabit, vel consecrare poterit illas, interficiendo eum scilicet. q.d. Tanquam sacrificium reputabit Dominus, si quis filium suum idololatram interfecerit. 31 vt det vobis hodie benedictionem. Vel, vt detur vobis bene sit vobis. 32 forsasse expiabo peccatum vestrum. i. placabo Deum vobis iratum ob peccatum vestrum. 33 fecerunt enim. 34 Heb. Nunc autem si remiseris peccatum eorum. Hic multa sunt subaudienda q.d. Si tantum peccatum remiseris eis, quid sentient de te Gentes? quanta apparebit misericordia tua? cunctis laudi erit efficient te omnes? 35 In quo scilicet scripsisti omnes electos tuos ab aeterno. q.d. ne sim de numero electorum tuorum. 36 i. eo tempore quo puniturus sum peccata, puniam & istud peccatum.

CAPVT XXXIII.

1 i. hinc descendo vade vt ascẽdas. quia pars Septentrionalis est editior Meridionali.
3 i. plenam omnibus suauibus rebus Per lac autẽ intelligit omnes res necessarias ad victum. Hebraismus.

1 *ET loquutus est Dominus ad Mosen, Vade,* [1] *ascende hinc, tu & populus quem eduxisti è terra Aegypti, ad terram (quam iuraui Abrahamo, Isaac & Iacob, dicens, Semini tuo dabo eam.*
2 *Et mittam ante te angelum, & eiiciã Chananaeum, Amorraeum, Hittaeum, Pherezaeum, Hiuaeum atque Iebusaeum,)*
3 *Ad terram scilicet* [2] *fluentem lacte & melle: ego enim non ascendam in medio tui, eo quòd populus sis praefractae ceruicis, ne forte in via te conficiam.*
4 *Audiens autem populus verbum istud malum, luxerunt, nec vllus ornamentum suum sibi adhibuit.*

1 LOcutúsque est Dominus ad Moysen, dicens, Vade, * ascende de loco isto tu & populus tuus quem eduxisti de Terra Aegypti, in terram (quam iuraui Abraham, Isaac, & Iacob, dicens, Semini tuo dabo eam. A *Angelum dat populo Deus qui ducat.* *ascende.*
2 Et mittam praecursorem tui angelum, vt eiiciam Chananaeum, & Amorraeum, & Hethaeum, & Pherezaeum, & Heuaeum, & Iebusaeum,) Gen.12.b supr.23.e Ios.24.c Deut.7.c
3 Et intres in terram fluentem lacte & melle. Non enim ascendam tecum, quia populus durae ceruicis es: ne fortè disperdam te in via. *Deus renuit cũ populo ascendere.*
4 Audiénsque populus sermonem hunc pessimũ. luxit: & nullus ex more indutus est cultu suo. supr.32.b *Luget populus.*

5 Dixitque

5 Dixitq; Dominus ad Moysen, Loquere filiis Israel, Populus duræ ceruicis es, semel ascendam in medio tui, & delebo te. Iam nunc depone ornatum tuum, vt sciam quid faciam tibi.

B 6 Deposuerunt ergo filii Israel ornatum suum à monte Horeb.

Tabernaculum fœderis primũ.

7 Moyses quoq; tollens tabernaculum, tetendit extra castra procul, vocauitq; nomen eius Tabernaculum fœderis. Et omnis populus qui habebat aliquam quæstionem, egrediebatur ad Tabernaculum fœderis extra castra.

8 Cumq; egrederetur Moyses ad Tabernaculũ, surgebat vniuersa plebs, & stabat vnusquisq; in ostio papilionis sui, aspiciebantq; tergũ Moysi, donec ingrederetur tentorium.

Moyses loquitur cum Deo familiariter.

9 Ingresso autem illo Tabernaculum fœderis, descendebat columna nubis, & stabat ad ostium, loquebaturq; Dominus cum Moyse.

10 Cernentibus vniuersis quod columna nubis staret ad ostium Tabernaculi. Stabantq; ipsi, & adorabant per fores tabernaculorum suorum.

C 11 Loquebatur autem Dominus ad Moysen facie ad faciem, sicut solet loqui homo ad amicum suum. Cúmq; ille reuerteretur in castra, minister eius Iosue filius Nun, puer, non recedebat de tabernaculo.

Postulat Deum esse secum in reducendo populo, & viam sibi ostendi.

12 Dixit autem Moyses ad Dominum, Præcipis vt educam populũ istum: & nõ indicas mihi quem missurus es mecum, præsertim cum dixeris, Noui te ex nomine: & inuenisti gratiam coram me.

13 Si ergo inueni gratiam in conspectu tuo, ostende mihi [a]faciem tuam, vt sciam te, & inueniam gratiam ante oculos tuos: respice populum tuum, gentem hanc.

a viam

Inuenire gratiam coram Deo.

14 Dixitq; Dominus, Facies mea præcedet te, & requiem dabo tibi.

15 Et ait Moyses, Si non tuipse præcedas, ne educas nos de loco isto.

16 In quo enim scire poterimus ego & populus tuus inuenisse nos gratiam in cõspectu tuo, nisi ambulaueris nobiscum, vt glorificemur ab omnibus populis qui habitant super terram?

Exauditur Moyses.

17 Dixit autem Dominus ad Moysen, Et verbũ istud quod locutus es, faciam: inuenisti enim gratiam coram me, & teipsum noui ex nomine.

Gloriam Dei petit videre.

18 Qui ait, Ostende mihi gloriam tuam.

19 Respondit, Ego ostendam omne bonum tibi, & [b]vocabo in nomine Domini coram te: & [c]miserebor cui voluero, & clemens ero in quem mihi placuerit.

b vocabo
Rom. 9. c

20 Rursumq; ait, Non poteris videre faciem meam: non enim videbit me homo, & viuet.

Iubetur stare in petra.

21 Et iterum, Ecce, inquit, est locus apud me, & stabis supra petram.

22 Cúmq; transibit gloria mea, ponam te in foramine petræ, & protegam dextera mea, donec transeam: tollámq; manum meãm, & videbis posteriora mea, faciem autẽ meã videre non poteris.

5 [3] Et dixit Dominus ad Mosen, Dic ad filios Israel, Vos estis populus duræ ceruicis, [4]semel subito irruã in medium tui, & conficiam te: [5]pone igitur ornamẽtum tuum à te, vt sciam quid faciam tibi.

6 Et spoliauerunt se filii Israel ornamentu suo [6] ad mõtem Horeb.

7 Et Moses tollens [7]tentorium, tetendit sibi extra castra procul a castris, & vocauit ipsum, [8]Tentorium cõuentionis, hinc factum est vt quicunq; [9]quæreret Dominum, exiret ad Tentorium conuentionis, quod erat extra castra.

8 Et hoc quoq; fiebat, quoties exiret Moses ad Tentorium, surgebat vniuersus populus, stabantq; singuli ad ostium tentorii sui, & [10]videbant post Mosen, donec Tentorium esset ingressus.

9 Quumq; ingressus esset Moses Tentorium, descendebat columna nubis, & stabat ad ostium tentorii, & loquebatur cum Mose.

10 Et videbat vniuersus populus columnam nubis stantem ad ostium Tentorii, & surgebat cunctus populus, & incuruabant, quisque in ostio tentorii sui.

11 Loquebatur autem Dominus ad Mosen [11]facie ad faciem, quemadmodum quis cum amico suo loquitur. Cumq; rediret in castra, minister eius Iehosua filius Nun [12]puer, non recedebat e tentorio.

12 Et dixit Moses ad Dominum, Ecce, tu dicis ad me, Duc populum istum, tu vero non ostendisti mihi quem missurus sis mecum. [13]dixisti autem, Noui te [14]ex nomine, sed & [15]gratiam coram me nactus es.

13 Si igitur hanc gratiam apud te impetraui, ostende, quæso, mihi [16]viam tuam, vt te cognoscam, & vt gratiam coram te impetrem, & attende quod populus tuus gens ista sit.

14 Et ait, [17]Facies mea ibit, & requiem tibi præstabo.

15 Dixit ad eum, Si facies tua non ierit, ne ducas nos hinc.

16 In quo enim cognoscetur nunc quod impetrarim coram te gratiam, ego & populus tuus? [18]annon [tum] quum tu nobiscum ieris? tum scilicet eximii erimus, tam ego tum populus tuus, præ omnibus populis qui habitant in superficie terræ.

17 Et ait Dominus ad Mosen, [19]Et hoc quoque faciam quod loquutus es: [20]consecutus es enim tibi fauorem apud me, teq; ex nomine noui.

18 Qui ait, Ostende mihi, quæso, gloriam tuam.

19 Et respondit, Ego [21]efficiam vt coram te transeat omne bonum meum, & [22]exclamabo nomen Domini coram te, & miserebor [23]cuius miserebor, & [24]visceribus commouebor, super quem visceribus commouebor.

20 Dixitq; Non poteris videre [25]faciem meam: [26]nõ enim videbit me homo, & viuet.

21 Et ait Dominus, Ecce locus est [27]apud me, & statues te super petram.

22 Quumq; gloria mea transibit, ponam te in fissura petræ, & [28]tegam manum meam super te, donec transiero. Et rursum auferam manum meam, tum tu [29]post me videbis facies vero mea [30]non videbuntur.

3 Iam enim dixerat Dominus
4 [illegible] vno momento [illegible]
Vel, vno impetu, [illegible]
[illegible] ascenderem tecum, consumerem te.
5 [illegible] depone ornatum tuum [illegible] signum animi resipiscentis & dolentis [illegible] videbo quid faciam tibi.
6 a monte Horeb.
7 Istud per occupationem dictum est: tabernaculum enim nondum [illegible] erat. Vel [illegible] factum quid erat, vero quomodo factum sit, Moses nondum dixit.
8 vel, Tabernaculum conuentus.
9 Quærere Dominum, hoc loco, pro consulere Dominũ ponitur.
10 i. obseruabit Mosem abeuntem, donec &c.
11 i. familiariter, quod declaratur verbis continuo sequentibus, Sicut solet loqui &c.
12 More Hebraico [illegible] puerum ministrum, erat enim grandior natu Iosue.
13 & tamen tu dixisti,
14 vel, nominatim i. præ cæteris te elegi.
15 Hebraismus, pro, gratus es mihi.
16 Per quam scilicet ducam populum tuum.
17 i. Ego te præcedam, nam statim Moses dicit, [illegible] tuipse præcedas, &c. Hebraice legitur, Facies mea [illegible]
18 vel, nunc quum ambulaueris nobiscum, & separabimur ego & populus tuus ab omnibus aliis populis [illegible]
19 quasi dicat,

CAPVT XXXIV.

Tabulas nouas parare iubet Deus Moysi.
Deut. 10. a

A 1 Ac deinceps, Præcide, ait, tibi duas tabulas lapideas instar priorum, & scribam super eas verba quæ habuerunt tabulæ quas fregisti.

1 Et ait Dominus ad Mosen, [1]Scalpe tibi duas tabulas lapideas priorũ instar, & scribam super eas tabulas verba quæ fuerũt in tabulis prioribus quas fregisti.

H

[illegible] cum populo hoc, vt [illegible] 20 Hebr. inuenisti enim gratiam in oculis meis, 21 id est, ostendam tibi vestigia aliqua bonorum meorum quæ sunt [illegible] hoc est, tantum ostendam [illegible] meis, quantum mens humana capere & cognoscere potest. 22 clamabo nominatim, Dominus est, coram te [illegible] [illegible] miserebor [illegible] nominatim, Dominus est qui præter [illegible] facturus pro misericordia mea, qua vtor erga eos [illegible] mihi placet 23 [illegible] placuerit. 24 vel, clemens ero in eum, erga quem clemens ero, id est, erga quem placuerit mihi. 25 id est, faciem similitudinis quam tibi [illegible] videas. 26 Hebraismus, nemo viuens videbit me, non videbit [illegible] quam [illegible] viuet, nemo homo viuens [illegible] potest assequi meam essentiam, quid sim ego [illegible] ex hoc [illegible] Deum nulli mortalium [illegible] mortis [illegible] Iudicum cap. [illegible] Morte moriemur. 27 in ea scilicet petra in qua soleo [illegible] apparere. 28 vel, protegam te vola mea, 29 [illegible] 30 sub. ab homine.
CAP. XXXIIII. 1. vel, Dola.

2 *Esto ergo paratus mane, vt mane ascendas in montem Sinai, & sta [2] mihi illic in cacumine montis.*
3 *Nemo autem ascendat tecum nec vllus videatur in toto monte, nec oues nec boues pascantur [3] ad montem istũ.*
4 *Sculpsit igitur duas tabulas lapideas instar priorũ: & mane consurgens Moses ascendit in montem Sinai, quemadmodum praeceperat ei Dominus, tulitq; in manu sua duas tabulas lapideas.*
5 *Et descendens Dominus per nubem, stetit ibidem cum eo, [4] & exclamauit nomen Domini.*
6 *Et [5] transiens Dominus coram eo, exclamauit Dominus, Dominus est, [6] Deus misericors, [7] beneficus, leni animo, immensa bonitate*
7 *Ac veritatis, [8] tenax bonitatis in mille, [9] condonãs iniquitatem, transgressionem & peccatum: [10] at impunita minime dimittens, * visitans iniquitatem patrum in filiis & nepotibus, [11] in tertiu & quartu.*
8 *Et festinans Moses inclinauit se terram versus, & adorauit Dixitq;*
9 *[b] Sine, quaeso, vt hanc apud te gratiam impetrem, ô Domine, vt Dominus meus eat in medio nostri: & quandoquidem populus est praefractae ceruicis; tu propitius sis iniquitati nostrae & peccato nostro, & in haereditatẽ nos accipias.*
10 *Qui dixit, Ecce ego [12] excindam foedus coram vniuerso populo tuo, faciam [13] rara quaedam, quae creata nõ sunt in vniuersa terra, neq; in vlla natione, & videbit omnis populus, in cuius medio tu es, opus Domini: nam terribile erit hoc quod facturus sum tecum,*
11 *[14] Obserua ergo tu quaecunq; ego tibi hodie praecipio: en ego eiicio ante te Amorrhaeum, Chananaeum, Hithaeum, Pherezaeum, Hiuaeum & Iebusaeum.*
12 *Caue ne ferias foedus cum habitatore terrae ad quam tu venis: ne forte [15] cedat hoc in ruinam in medio tui.*
13 *Quin aras eorum diruite, & statuas eorum confringite, atque lucos eorum succidite.*
14 *[16] Ne adores deum alienum, ([17] quia Dominus indignè fert [iniuriam,] nomen eius est Deus indignabundus; [inuidus,])*
15 *Ne forte [si] foedus ineas cum habitatore terrae, illi post deos suos scortantes, & diis suis sacrificantes, te quoque vocent, [18] comedasq; de sacrificio eorum.*
16 *Nec ducat insuper filius tuus illorum filias, quae post deos suos scortantes, filios quoq; tuos [19] scortari faciant post deos suos.*
17 *Deos fusiles ne facito tibi. Azymorum solennitatẽ custodies:*
18 *Septem diebus comedes placentas infermentatas, id quod tibi praecepi [20] ad statutum tempus, mensis scilicet Abib: nam in mense [21] Abib egressus es ex Aegypto.*
19 *[22] Omne primogenitum meum est, [23] & omne primogenitum pecus tuum masculum meum est, siue ex armento sit, siue ex grege.*
20 *Asini autem primogenitum redimes pecude: si vero nõ redemeris, franges ei ceruicem. Omne quoque primogenitum puerorum tuorum redimes. coram me nemo appareat vacuus.*
21 *Sex diebus operaberis, septimo autem die quiesces: [24] tam in semente quam in messe sabbathum ages.*
22 *[25] Solennitatem hebdomadarum facies tibi, quum primitias frugum metentur: & [26] Solennitatem collectionis vertente anno.*
23 *Ter in anno appareat omnis mas tuus ante conspectum*

2 Esto paratus mane, vt ascendas statim in montem Sinai, stabisq; mecum super verticem montis.
3 Nullus ascendat tecũ, nec videatur quispiam per totum montem, boues quoque & oues nó pascantur e contra.
4 Excidit ergo duas tabulas lapideas, quales antea fuerant: & de nocte cõsurgens ascendit in montem Sinai, sicut praeceperat ei Dominus, portans secum * tabulas. — *Orat Dominum Moyses vt cum populo gradiatur, misericordiam Dei commendans.* — * *duas,*
5 Cumq; descendisset Dominus per nubẽ, stetit Moyses cum eo, inuocans nomen Domini.
6 Quo trãseunte coram eo, ait. Dominator Domine Deus misericors, & clemens, patiens & multae miserationis
7 Ac [*] verus, qui custodis misericordiam in millia: qui aufers iniquitatem, & scelera atq; peccata, nullusq; apud te per se innocens est: Qui reddis iniquitatem patrum filiis, ac nepotibus in tertiã & quartam progeniem. — * *verax,* Psal 141.8 Ier.32.c Deut.5.a
8 Festinusq; Moyses, curuatus est pronus in terram, & adorans ait,
9 Si inueni gratiam in conspectu tuo Domine, obsecro vt gradiaris nobiscum: populus enim durae ceruicis est, [*] vt auferas iniquitates nostras atq; peccata, nósq; possideas. — B — * *&*
10 Respondit Dominus, ego inibo pactum videntibus cunctis, signa faciam, quae nunquam visa sunt super terram, nec in vllis gentibus: vt cernat populus iste in cuius es medio, opus Domini terribile quod facturus sum.
11 Obserua cuncta quae hodie mandaui tibi: ego ipse eiiciam ante faciem tuam Amorrhaeum & Chananaeum, & Hethaeum: Pherezaeum quoque, & Heuaeum, & Iebusaeum. — *Promittit Deus terram Chanaan.*
12 Caue ne vnquam cum habitatoribus terrae illius iungas amicitias, quae sint tibi in ruinam: — *Prohibetur societas Gentium & idololatria.*
13 Sed * aras eorum destrue, * confringe statuas, lucósq; succide. — Deut.7.a supr.23.d * *&*
14 Noli adorare deum alienum. Dominus zelotes nomen eius, Deus est aemulator.
15 Ne ineas pactum cum hominibus illarũ regionum: ne cum fornicati fuerint cum diis suis, & adorauerint simulachra eorum, vocet te quispiam [*] vt comedas de immolatis. — * *&*
16 Nec vxorem de filiabus eorum accipies filiis tuis: ne postquam ipsae fuerint fornicatae, fornicari faciant & filios tuos in deos suos. — 3.Reg.11.a
17 Deos conflatiles non facies tibi. Solennitatẽ azymorum custodies. — C *Solennitas azymorum.*
18 Septem diebus vesceris azymis, sicut praecepi tibi, in tempore mensis nouorum. mense enim verni temporis egressus es de Aegypto.
19 Omne quod aperit vuluam generis masculini, meum erit. De cunctis animantibus tam de bobus, quam de ouibus, meum erit. — *De primogenitis.* supr.13.a
20 Primogenitum asini redimes oue. sin autem nec pretium pro eo dederis, occidetur. Primogenitum filiorum tuorum redimes: nec apparebis in conspectu meo vacuus. — *vbi haec eadem fere repetuntur.* supr.23.b Deut.16 Eccles.35.a
21 Sex diebus operaberis, die septimo cessabis arare & metere.
22 Solennitatem hebdomadarum facies tibi in primitiis frugum messis tuae triticeae, & Solennitatẽ quando redeunte anni tempore cuncta cõduntur: — *Sabbathum. Pentecoste.*
23 Tribus temporibus anni apparebit omne — *Tabernacula.*

1 propter me, [illegible] vel, e regione montis huius. 4 & clamauit nomine Dominum, Dominus est. Clamauit Dominus ad Mosen, [illegible] 5 i. quum ipse Dominus transiret coram Mose, ipse Dominus clamauit, &c. 6 vel, fortis. Omnia quae sequuntur, Dei sunt verba, non Mosis. Vt enim supra dixerat, Clamabo nomen meum, Dominus [illegible] 7 clemens, tardus ad iram, & abundans misericordia & veritate. 8 verax in promissis meis. 9 custodiens misericordiam [illegible] 10 quique absoluendo non absoluit. [illegible] 11 in nepotibus tertio & quarto gradus. [b] Heb. Si quaeso inueni gratiam in oculis tuis, Domine, vadat nunc Dominus per medium nostri, quia populus durae ceruicis est, & parces, [illegible] quia possidens, vt nonnulli placet. 13 iterum [illegible] mirabilia. 14 Heb. Custodi tibi, [illegible] 15 vel, fiet offendiculum in medio tui [illegible] Fiet enim vt te inducant in idololatriam [illegible] 16 Nam non adorabis. 17 Heb. Dominus enim zelotes nomen eius, Deus zelotes est. [illegible] 18 [illegible] pro Deo amari & coli vult. [illegible] 19 [illegible] ad cultum idolorum suorum, vt de Salomone legimus, 3. Reg. 11. 20 tempore [illegible] Vox Hebraea AB IB, [illegible] apud Palaestinos. 21 vel, maturitatis [illegible] Id enim significat vox Heb. ABIB, vt paulo ante dictum est. 22 Heb. Omne quod aperit vuluam. 23 [illegible] primogenita tam in armentis, quam in pecore: omnia primogenita tam boum, quam ouium, recensebuntur & mea erunt. Vel, omne quod [illegible] primogenita boum & ouium, meum erit. 24 [illegible] tempore quo arandũ est, & quo segetes demetendae sunt, [illegible] diligenter obserua sabbatha [illegible] 25 [illegible] Pentecostes. 26 [illegible]

masculinum tuum in conspectu omnipotētis Domini Dei Israel.

24 Cum enim tulero gentes à facie tua, & dilatauero terminos tuos, nullus insidiabitur terræ tuæ, ascendente te & apparente in conspectu Domini Dei tui, ter in anno.

25 Non immolabis super fermento sanguinem hostiæ meæ: neque residebit mane de [a] victimis solennitatis Phase.

a victimæ

Primitiæ. supr.23.c Deut.26.c

26 Primitias frugum terræ tuæ offeres in domo Domini Dei tui. Non coques hœdum in lacte matris suæ.

D 27 Dixitque Dominus ad Moysen, Scribe tibi verba hæc, quibus & tecum & cum Israel pepigi fœdus.

supr.24.d

Ieiunium Moysi.

28 Fuit ergo ibi cum Domino Moyses quadraginta dies & quadraginta noctes: panem non comedit, & aquam non bibit. & scripsit in tabulis verba fœderis, decem.

Verba decem. Deut.4.b

29 Cúmq; descenderet Moyses de monte Sinai, tenebat duas tabulas lapideas testimonii, & ignorabat quod cornuta esset facies sua ex consortio sermonis Domini.

Facies Moysi cornuta.

30 Videntes autem Aaron & filii Israel cornutam Moysi faciem, timuerunt prope accedere.

31 Vocatiq; ab eo, reuersi sunt tam Aarō, quam principes synagogæ. Et postquam loquutus est ad eos,

32 Venerunt ad eum etiam omnes filii Israel: quibus præcepit cuncta quæ audierat à Domino in monte Sinai.

E 33 Impletísq; sermonibus posuit velamen super faciem suam.

b Qui

34 [b] Quod ingressus ad Dominum, & loquens cum eo, auferebat donec exiret, & tunc loquebatur ad filios Israel omnia quæ sibi fuerant imperata.

Velamen super faciem Moysi. 2.Cor.3.c

35 Qui videbant faciem egredientis Moysi esse cornutam, sed operiebat ille rursus faciem suam, si quando loquebatur ad eos.

spectum [17] dominatoris Domini Dei Israelis,

24 Quoniam eiiciam gentes ante te, & dilatabo terminos tuos, vt nemo terram tuam desideret, [18] quum ter in anno ascendes vt appareas corā Domino Deo tuo.

25 [19] Non mactabis sanguinem victimæ meæ [20] cum fermento, neque pernoctabit vsque mane mactatio solennitatis Passah.

26 Principium [21] primitiarum fructuum terræ tuæ inferes in domum Domini Dei tui. [22] ne coquas hœdum in lacte matris suæ.

27 Et dixit Dominus ad Mosen, scribe tibi verba ista: quoniam iuxta istorum verborum rationem sancimus fœdus tecum, & cum Israele.

28 Fuit autem illic cum Domino quadraginta dies, & quadraginta noctes, nec panem edens, nec aquam bibens [23] scripsitq; super tabulas verba fœderis, nempe [24] decem verba.

29 Factúmque est, quum descenderet Moses de monte Sinai, erant duæ tabulæ testimonii in manu Mosis, quum descenderet [inquam] de monte: Moses autem nesciebat quod [25] radios eiacularetur cutis faciei eius [26] ex colloquio diuino.

30 Aharon verò & omnes filii Israel viderunt Mosen, & ecce radios eiaculabatur cutis faciei eius, ita vt ad eum accedere formidarent.

31 Et quum vocasset eos Moses, [27] reuersi sunt ad eū Aharon & omnes primores qui erant in cœtu, loquutúsque est Moses ad eos.

32 Deinde accesserunt quoque omnes filii Israel, & præcepit eis cuncta quæ loquutus fuerat cum eo Dominus in monte Sinai.

33 Quúmque cessasset loqui Moses cum eis, posuit velamen super faciem suam.

34 Rursum quum ingrederetur Moses in conspectum Domini, vt cum eo loqueretur, auferebat velum, donec egrederetur. & egressus loquebatur cum filiis Israel quæ iussus erat.

35 [28] Videbantq; filii Israel faciem Mosis, quod radios eiacularetur cutis faciei Mosis, tum reduxit Moses velamen super faciem suam, donec ingrederetur ad loquendum cum eo.

17 Domini Iehoua. Vide cap.6. huius lib.
18 vel, ascendente te tertio anno quotiescunque ascēdes in Ierusalem vt offeras mihi quæ tibi præcepi.
19 Vide annotationem huius loci supra cap.23. huius lib.
20 vel, super fermentato. i. quādiu fermentatū apud te.
21 vel, primitiarum. i. Primitias illas primas. & eiusdem materiā vide supra capite 23.
22 Vide annotationem huius loci, cap.te 23. præcedente.
23 Sub. Dominus.
24 Per hæc duo verba, declarat quid velit intelligi per verba fœderis, nempe decem verba, decem præcepta, decalogum.
25 vel, splenderet. Vestitur iam poslet per præteritū plusquam perf. coniunctiui. splenduisset.
26 Heb. quum ipse loqueretur cum eo Sub Deo.
27 ipsi enim abierant territi splendore qui apparebat in facie Mosis.
28 q.d. Vbi cognouit Moses faciem suā splendore mirifico afferre terrorē Israelitis, cœpit velare faciē, verba faciens ad eos: velamen autem obductum faciei deponebat cum erat tabernaculum ingressurus. 2 Corinth.3

CAPVT XXXV.

A 1 Igitur congregata omni turba filiorum Israel, dixit ad eos, Hæc sunt quæ iussit Dominus fieri.

Præcipitur sabbathum.

2 Sex diebus facietis opus: septimus dies erit vobis sanctus, sabbathum, & requies Domini: qui fecerit opus in eo, occidetur.

3 Non succendetis ignem in omnibus habitaculis vestris per diem sabbathi.

Exiguntur primitiæ, & donaria. supr.25.a

4 Et ait Moyses ad omnem cateruam filiorum Israel, Iste est sermo quem præcepit Dominus, dicens,

5 Separate apud vos primitias Domino. Omnis voluntarius & [c] prono animo offerat eas Domino: aurum & argentum & æs,

c vel, prompto.

6 Hyacinthum & purpuram, coccúmq; bis tinctum, & byssum, pilos caprarum.

7 Pellesq; arietum rubricatas, & [d] hyacinthinas, ligna setim,

d ianthinas,

8 Et oleum ad luminaria concinnanda, & vt conficiatur vnguentum, & thymiama suauissimū.

9 Lapides onychinos, & gemmas ad ornatum superhumeralis & rationalis.

B 10 Quisquis vestrum sapiens est, veniat, & faciat quod Dominus imperauit,

11 Tabernaculum scilicet, & tectum eius, atque operimentum, annulos & tabulata cum vectibus, & paxillos & bases:

12 Arcam & vectes, propitiatorium, & velum quod ante illud oppanditur.

1 Moses coacto vniuerso cœtu filiorum Israel, dixit ad eos, Hæc sunt verba quæ præcepit Dominus vt ea faciatis.

2 Sex diebus fiet opus, [1] dies septimus sit vobis sanctus, sabbatum quietis est Domino: quicunque opus in eo fecerit, [2] morte mulctetur.

3 [3] Ne accendatis ignem in die sabbathi in omnibus habitationibus vestris.

4 Et ait Moses ad omnem cœtum filiorum Israel, dicens, Hoc est verbum quod præcepit Dominus, dicens,

5 [4] Capite ex vobis therumam Domino: quicunq; cor suum ex munificentia [ad hanc] rem appulerit, is adferat therumam Domino, nempe aurum, argentū atque æs,

6 Hyacinthinum [sericum,] purpureum, coccinum bis tinctum, byssum, & [pilos] caprarum.

7 Pelles quoque arietum rubeas, & pelles melium, vna cum lignis settim.

8 Et oleum ad luminare, odoramenta ad oleum vnctionis, & aromata ad suffitum.

9 Lapides quoque [5] schoham, & lapides [6] qui includantur in ephod, & in pectorali.

10 [7] Quicunque vero inter vos sunt corde sapienti, hi veniant, & faciant quodcunq; imperauit Dominus.

11 Nempe tabernaculū, tentorium eius, operimentū eius, [8] fibulas eius, asseres eius, vectes eius, columnas eius, & bases eius.

12 Arcam quoque & vectes eius, & [9] propitiatoriū, atq; velum [10] obtentionis.

CAP. XXXV.
1 vel, At in die septimo sit vobis sanctitas, sabbathū cessationis Domino. omnis qui fecerit, &c. i. dies autem septimus vobis sanctus erit, & sabbatum, in quo omnino ab operibus cessabitis.
2 i. sententia iudicū condemnetur.
3 Sensus huius loci est, tabernaculo nullum accendendum igne fuisse, tale focum aliquod speratis posset vt calefaceret, in qua lateres vel ollæ, aut calx decoquerentur, aut etiam si succenderetur fornax ad coquendos panes.
4 Accipite à vobis oblationem Domino, quicunq; est voluntario corde, offerat eam Domino, nempe aurum, & argentum &c. i. Accipite de his quæ apud vos sunt, de facultatibus vestris, quas offeratis Domino quicunque est liberali animo, offerat, &c.
5 i. onychinos.
6 Heb. repletionum pro superhumerali & pectorali. Lapides repletionum vocat eos qui palas aurem includi solent
7 i. Quisquis est industrius,
8 vel, vncinos,
9 vel, coelum arcæ.
10 i. quod oppandebatur propitiatorio,

11 I. in qua erāt luminaria. 12 Heb. vestimenta ministerij ad ministrādum in sancto. Pro sancto, sanctuarium vertere potes. Hic vestimēta, significat ea indumenta quibus candelabrū & altare incensi, atque arca inuoluebantur. 13 incitabat. 14 sub. ad dādū. 15 oblationem. 16 conuentus. 17 Vox Hebræa CHVMAZ, significat ornamētum quod ponebatur in brachiis [illegible] quæ omnia ornamenta erāt aurea. Sic quidā vertunt. [illegible] In sub audiunt ET, vertuntq; Et omnia vasa aurea. 19 Heb. eleuauerat eleuationem id est, obtulerat oblationem. 20 taxorum. 21 Hebr. omnis eleuās eleuationem argenti & æris, attulerunt oblationem Domini. Quicunq; offerebāt oblationem argenteā & æream, ea obtulerūt Deo, nēpe argentū & æs. 22 i. peritæ, quæ optime nere nouerant. 23 Heb. quarum cor eleuauerat eas in sapientia, neuerant pilos caprinos. Hebraismus est: Quarum cor eleuauerat eas in sapientia, pro. Mulieres peritæ artis nendi. 24 I. onychinos. 25 Heb. repletionum pro superhumerali & pectorali. Lapides repletionum vocat [illegible] gemmas quæ [illegible] inclusæ [illegible]. 26 pro [illegible] aromatum. 27 oblationem spontaneam. 28 vel, vocauit nominatim, i. delegit, siue, selegit. 29 [illegible] Antecedens pro relatiuo more Hebr. 30 Heb. [illegible] ad excogitandum cogitationes ad operandum [illegible] ad [illegible] adinueniendas.

13 *Mensam & vectes eius, & omnia vasa eius, & panem facierum.*

14 *Candelabrum [11] luminaris, & instrumenta eius, & lampades eius, & oleum ad luminare.*

15 *Aram incensi, & vectes eius, oleum vnctionis, & aromata ad suffitum, velum quoque ostij ad ingressum tabernaculi.*

16 *Aram holocausti, & aream reticulum quod habet, vectes eius, & omnia vasa eius: labrum & basim eius.*

17 *Tapetes atrij, columnas eius, & bases eius, & velum in portam atrij. Clauos tabernaculi,*

18 *(Et clauos atrij) cum funibus eorum,*

19 *Et [12] vestimenta quibus qua supersunt [inuoluuntur] ad ministerium in sanctuario: & vestimenta sancta Aharoni sacerdoti, & vestimenta filiorum eius, vt sacerdotio fungantur.*

20 *Et egressus est vniuersus cœtus filiorum Israel à conspectu Mosis.*

21 *Et venit quisque quem cor suum [13] ferebat, & quicunque [illegible] fuit [14] prompto ac voluntario, & obtulerunt [15] thrumam Domino ad opus tentorij [16] constitutionis, & ad omne ministerium eius, & pro vestibus sanctis.*

22 *Et venerunt viri cum mulieribus, quicunque voluntario erant corde, & obtulerunt fibulas, & inaures, annulos, & [17] ornamenta: [18] omnia illa instrumenta aurea erant, & quicunque [19] mutabat tenupha auri Domino.*

23 *Quicunque habebant hyacinthum, purpuram, coccum bis tinctum, byssum, & pilos caprinos, & pelles arietum rubras, & pelles [20] melium, hæc attulerunt.*

24 *[21] Quicunque in sublime tollebant thrumam argenti & æris, obtulerunt thrumam Domino. Quicunque habebat ligna sittim, pro vniuerso opere ministerij ea obtulerunt.*

25 *Omnes quoque mulieres quæ erant [22] sapienti corde, manibus suis nebant, & quod nendo operata erant, attulerunt, nempe hyacinthinum [sericum], purpureum, coccineum bis tinctum, & byssum. Sed & omnes mulieres [23] quas incitabat cor suum, neuerunt industrie pilos caprinos.*

26 *Principes quoque attulerunt lapides, [24] schoham, & gemmas [25] inserendas in ephod & pectorale.*

27 *Odoramenta quoque, & oleum pro luminari, & pro oleo vnctionis, & [26] aromata ad suffitum.*

28 *Omnis vir & mulier qui promptum cor habuerunt offerendi pro cuncto opere quod iusserat Dominus fieri per manum Mosis, offerebant filij Israel [27] voluntarium Domino.*

29 *Et ait Moses ad filios Israel, Videte, Dominus [28] ex nomine destinauit Bezaleel filium Vri, filij Hur de tribu Iehuda.*

30 *Et impleuit eum Spiritu [29] Dei, sapientia, intelligentia, scientia & omni artificio:*

31 *[30] Qui polymitarius est artifex ad operandum in auro, & in argento & in ære. [31] Deinde artifex gemmarius, qui gemmas includit, in artificio quoque ligni.*

32 *Vt quidem opus ingeniosum fabrefaciat. [32] Dedit insuper in cor eius vt doceret [illegible].*

33 *[33] Ipse & Aholiab filius Ahisamach de tribu Dan:*

34 *Impleuit eos [34] sapientia cordis, vt facere possint omne opus fabri, & polymitum, & Phrygium, hyacintho, purpura, cocco bis tincto, & bysso, textorisque opere, factores omnium operum, & [a] polymiti ingeniosi.*

13 Mensam cum vectibus & vasis & propositionis panibus.

14 Candelabrum ad luminaria sustentanda, vasa illius & lucernas, & oleū ad nutrimēta ignium.

15 Altare thymiamatis, & vectes & oleum vnctionis & thymiama ex aromatibus: tentorium ad ostium tabernaculi:

16 Altare holocausti, & craticulam eius æneam cum vectibus & vasis suis: labrum [a] & bases eius, — [a] basim

17 Cortinas atrij cum columnis & basibus, tentorium in foribus vestibuli, paxillos tabernaculi.

18 Et atrij cum funiculis suis:

19 Vestimenta quorum vsus est in ministerio sanctuarij, vestes Aaron pontificis ac filiorum eius vt sacerdotio fungantur mihi.

20 Egressáque omnis multitudo filiorum Israel de conspectu Moysi. — C

21 Obtulerunt mente promptissima atque deuota primitias Domino, ad faciendum opus tabernaculi testimonij. Quicquid ad cultum & ad vestes sanctas necessarium erat, — *Promptitudo animi populi offerentis.*

22 Viri cum mulieribus præbuerunt, armillas & inaures, annulos & dextralia: omne vas aureum in donaria Domini separatum est.

23 Si quis habebat aurum, hyacinthum & purpuram, coccumque bis tinctum, byssum & pilos caprarum, pelles arietū rubricatas, & [b] hyacinthinas, — [b] ianthinas.

24 Argenti & auri, ærisque metalla obtulerūt Domino, lignáque setim in varios vsus.

25 Sed & mulieres doctæ, quæ neuerant, dederunt hyacinthum, purpuram, & vermiculum ac byssum, & pilos caprarum sponte propria cuncta tribuentes.

26 Principes verò obtulerunt lapides onychinos, & gemmas ad superhumerale & rationale,

27 Aromatáque & oleum ad luminaria concinnanda, & ad præparandum vnguentum, ac thymiama odoris suauissimi componendum. — D

28 Omnes viri & mulieres mente deuota obtulerunt donaria, vt fierent opera quæ iusserat Dominus per manum Moysi. Cuncti filij Israel voluntaria Domino dedicauerunt.

29 Dixitque Moyses ad filios Israel, Ecce vocauit Dominus ex nomine Beseleel filium Vri filij Hur de tribu Iuda: — *Beseleel, & Ooliab artifices, commendantur populo à Moyse. supr. 31. a*

30 Impleuitque eum Spiritu Dei, sapientia & intelligentia & scientia, & omni doctrina.

31 Ad excogitandum, & faciendum opus in auro & argento, & ære, & ferro, sculpendisque lapidibus, & opere carpentario.

32 Quicquid fabre adinueniri potest, dedit in corde eius:

33 Ooliab quoque filium Achisamech de tribu Dan.

34 Ambos erudiuit sapientia, vt faciant opera abietarij, polymitarij, ac plumarij de hyacintho ac purpura, coccóque bis tincto, & bysso, & texant omnia ac noua quæque reperiant.

CAPVT XXXVI.

1 *Fecit itaque Bezaleel & Aholiab, & quicunque [1] sapientes erant corde, quibus Dominus dedit sapientiam & [2] iudicium, vt scirent facere omne opus [3] pro cultu sanctuarij [atque] omnia quæ præcepit Dominus.*

2 *[4] Et vocauit Moses Bezaleel & Aholiab, & omnem virum qui industrio erat corde, quibus Dominus sapientiam in cor indidit, [atque] omnem eum [5] qui ipsum te[illegible]*

1 Fecit ergo Beseleel, & Ooliab, & omnis vir sapiens, quibus dedit Dominus sapientiam & intellectum, vt scirent fabrè operari quæ in vsus sanctuarij necessaria sunt, & quæ præcepit Domin⁹. — A *Artifices tabernaculum aggrediuntur.*

2 Cumque vocasset eos Moyses, & omnem eruditum virum cui dederat Dominus sapientiā & qui sponte

31 [illegible] Artem lapidis, vocat artem gemmariam. Ad [illegible] lapillos. Opus [illegible] [illegible] 33 [illegible] & Ooliab filium Achisamech de tribu Dan, [illegible] 34 [illegible] CAP. XXXVI [illegible] 4 Vocauerat [illegible] Beseleel & Ooliab, & omnem sapientem corde virum, [illegible] quoque [illegible] 5 Heb. quem [illegible] cor suum, vt accederet ad hoc opus, ad perficiendum illud.

Populi promptavoluntas.

sponte sua obtulerant se ad faciendum opus, tradidit eis vniuersa donaria filiorum Israel.

3 Qui cum instarent operi, quotidie mane vota populus offerebat.

4 Vnde artifices venire compulsi dixerũt Moysi, Plus offert populus quam necessarium est.

5 Iussit ergo Moyses præconis voce cantari, Nec vir, nec mulier quicquã offerat vltra in opere sanctuarii.

6 Sicq; cessatum est à muneribus offerendis, eò quod oblata sufficerent & superabundarent.

Fabricatio cortinarum. His eadem ferè verbis, quæ suprà cap. 26

7 Feceruntq;, omnes corde sapientes ad explendum opus tabernaculi, cortinas decem de bysso retorta, & hyacintho, & purpura, coccoq; bis tincto, opere vario, & arte polymita.

8 Quarum vna habebat in longitudine viginti
B octo cubitos, & in latitudine quatuor. vna mensura erat omnium cortinarum.

9 Coniunxitq; cortinas quinque, alteram alteri, & alias quinq; sibi inuicem copulauit.

10 Fecit & ansas hyacinthinas in ora cortinæ vnius ex vtroq; latere, & in ora cortinæ alterius similiter, vt contra se inuicem venirent ansæ, & mutuò iungerentur.

11 Vnde & quinquaginta fudit circulos aureos, qui morderent cortinarum ansas, & fierent vnum tabernaculum.

Sagorum.

12 Fecit & saga vndecim de pilis caprarum ad operiendum tectum tabernaculi:

13 Vnum sagum in longitudine habebat cubitos triginta, & in latitudine cubitos quatuor. vnius mensuræ erant omnia saga: quorum quinque iunxit seorsum, & sex alia separatim.

14 Fecitque ansas quinquaginta in ora sagi vnius, & quinquaginta in ora sagi alterius, vt sibi inuicem iungerentur.

C 15 Et fibulas æneas quinquaginta, quibus necteretur tectum, vt vnum pallium ex omnibus sagis fieret.

Opertorii.

16 Fecit & opertorium tabernaculi de pellibus arietum rubricatis: aliudq; desuper velamentũ de pellibus [v] hyacinthinis.

[v] Ianthinis.

Tabularum.

17 Fecit & tabulas tabernaculi de lignis setim stantes:

18 Decem cubitorum erat longitudo tabulæ vnius: & vnum ac semis cubitum latitudo retinebat.

19 Binæ incastraturæ erant per singulas tabulas, vt altera alteri iungeretur.

20 Sic fecit in omnibus tabernaculi tabulis. E quibus viginti ad plagam Meridianam erant contra Austrum cum quadraginta basibus argenteis.

21 Duæ bases sub vna tabula ponebantur ex vtraque parte angulorum, vbi incastraturæ laterum in angulis terminantur.

22 Ad plagam quoq; tabernaculi, quæ respicit ad Aquilonem, fecit viginti tabulas cum quadraginta basibus argenteis, duas bases per singulas tabulas.

23 Contra Occidentem verò, id est, ad eam partem tabernaculi, quæ Mare respicit,

24 Fecit sex tabulas, & duas alias per singulos angulos tabernaculi retro:

25 Quæ iunctæ erant à deorsum vsq; sursum, & in vnam compaginem pariter ferebantur.

D 26 Ita fecit ex vtraq; parte per angulos: vt octo essent simul tabulæ, & haberent bases argenteas sedecim, binas scilicet bases sub singulis tabulis.

Vectium.

27 Fecit & vectes de lignis setim, quinq; ad cõ-

sua ad hoc ferebatur, vt accederet ad opus hoc perficiendum. Acceperunt itaq; à Mose omnem [6] contributionẽ, quam cõtulerant filii Israel ad opus ministerii sanctuarii, vt ipsum perficerent.

3 Et illi quidem [7] quotidie mane plura adhuc voluntariis dona ad eum conferebant.

4 Et venerunt omnes sapientes, qui vniuersum opus sanctuarii faciebant, quisque [8] ab opere suo cui faciendo insistebat. Et loquuti sunt ad Mosen, dicentes, Populus plus adfert, quàm opus sit pro cultu & opere quod Dominus fieri præcepit.

5 Præcepit ergo Moses, vt voce [præconum] per castra euulgari iuberent, in hanc sententiam, Nec vir, nec mulier [9] vltra quidquã doni adferat ad opus sanctuarii.

6 Prohibitus itaq; est populus, ne quid amplius adferret: nam satis erat materiæ ad vniuersum opus perficiendum, ita vt superesset.

7 Fecerunt itaq; omnes qui sapienti erant corde, [10] per hos, qui faciebant opus tabernaculi, decẽ aulæa ex [11] bysso torta, hyacinthinis [serica,] purpureo, & coccino bis tincto, [12] cherubim fecit in eis opere polymito.

8 Longitudo vnius aulæi erat viginti octo cubitorũ, & latitudo aulæi vnius quatuor cubitorum, eadem mensura erant omnia aulæa.

9 Et consociauit quinq; aulæa, vnum ad alterum: & rursus consociauit quinq; aulæa, vnum ad alterum.

10 Fecit etiam [13] ansulas ex hyacintho [14] in oris vniuscuiusq; aulæi, vt extremis suis alterum alteri consociaretur. Quinquaginta ansulas fecit in cortina prima, quinquaginta item in extremitate cortinæ, quæ erat iungenda secundæ: correspondebantq; sibi mutuo ansulæ illæ.

11 Fecit quoq; quinquaginta fibulas aureas, & coniunxit aulæa, vnum ad alterum, illis fibulis, factumq; est tabernaculum vnum.

12 Fecit & aulæa de pilis caprarum pro tectorio tabernaculi, vndecim aulæa fecit.

13 Longitudo vnius aulæi habuit triginta cubitos, & latitudo vnius aulæi habuit quatuor cubitos: eandẽ mensuram habebant vndecim aulæa. Et consociauit quinque aulæa seorsim, & rursus sex seorsim.

14 Fecit quoq; ansulas quinquaginta vnicuiq; aulæo [15] in oris, vt extremis suis alterum alteri consociaretur, excipientibus se mutuo ansulis.

15 Fecit deinde quinquaginta [16] fibulas æneas, ad coniungendum tectorium illud in vnum.

16 Et fecit tegumentum super illud tectorium ex pellibus arietum rubris, & tegumentum ex pellibus [17] taxini super illud.

17 Fecit & asseres pro tabernaculo ex lignis setim, stantes.

18 Decem cubitorum erat longitudo asseris, latitudo verò asseris cubiti vnius & dimidii.

19 Duos [18] denticulos habebat vnusquisq; asser, qui incisi erant alter è regione alterius:

20 Sic fecit omnibus asseribus tabernaculi. Fecit, inquam, asseres pro tabernaculo, nempe viginti asseres versus plagam Meridionalem. Et quadraginta bases argenteas fecit sub viginti asseres,

21 Duas bases sub vnum asserem pro duobus [19] denticulis eius, & duas bases sub alio assere pro duobus [19] denticulis eius.

22 Alteri lateri tabernaculi, quod est ad angulum Aquilonarem, fecit viginti asseres: & quadraginta bases argenteas, duas bases sub vnoquoque assere.

23 Ad latus verò tabernaculi Occidentale fecit sex asseres.

24 Et duos asseres fecit in angulis tabernaculi pro vtroque latere,

25 Qui [20] gemini erant infra, [21] sic gemini erant in capite suo ad annulum vnum: 26 Sic fecit pro duobus illis, pro duobus [inquam] angularibus. Et fuerunt octo asseres, bases autem eorum argenteæ sedecim erant, sub vnoquoque assere duæ bases. 27 Fecit & vectes ex lignis setim quinque pro asseribus tabernaculi in latere vno & quin-

6 oblationem qui obtulerant.
7 Heb. voti adhuc afferebant ad eum in mane & mane. Votum vocat spontaneã oblationem.
Quamobrem omnes sapientes, qui vniuersum opus sanctuarii faciebant, vnusquisq; ab opere suo quod faciebat, venerunt, & loquuti sunt ad Moysen, dicentes, Plus offert, &c. A conspectu Moysis dixit, pro, à Mose, more Hebraico. In mane, & mane, singulis diebus.
8 Hoc est, relicto opere.
9 Heb. faciant vltra opus ad oblationẽ sanctificationis. Rectè vetus interpres.
10 inter eos, qui vacabant operi, (fecerũt [illegible] quam [illegible] tabernaculum ex cortinis decẽ, i. quotquot ingeniosi erant inter eos, qui incumbebant operi diuino, fecerunt tabernaculum, &c.
11 Voces Hebrææ, SES MAZAR, significant linũ duplicatum: vel, vt alii volunt, sexuplicatum, [illegible] Latine dici possit [illegible] Mis en six doubles.
12 Heb. cherubinos opere Phrygiono, [illegible] Beselel [illegible] magnis alis [illegible] repræsentantibus cherubim.
13 vel, laqueolos.
14 Heb. in ora cortinæ primæ, in extremo, in connexione [illegible] ex latere quo iungebatur alteri: [illegible] fecit in [illegible] cortinæ extremo in connexione secunda, i. quæ erat coniungenda secundæ.
15 Heb. in ora cortinæ extremæ, in coniunctione. & quinquaginta ansulas fecit in ora cortinæ, quæ sese coniungit in secunda sub coniunctione. i. fecit ansulas in extrema parte cortinæ, in ea parte qua cortina coniuncta, est illa quæ secunda

iungi debet cum alia cortina, [illegible] in ora extrema cortinæ secundæ in [illegible] quæ copulatur cum tertia [illegible] cortina [illegible] cum tertia. 16 [illegible] æneos, 17 vel, taxorũ. 18 i. cardines habebat vnusquisq; asser, [illegible] [illegible] alterum ad alterum q.d. duo illi cardines, siue incastraturæ corrispondebant sibi 19 cardinibus. 20 vel, gemelli, hoc est, coniuncti aut, copulati 21 & pariter copulati vsque ad summum eius, idque circulo vno. Sic fecit in vtroque in duobus angulis,

28 Et quinque alios vectes pro asseribus tabernaculi in latere altero,

29 Et quinque vectes pro asseribus tabernaculi ad duo latera Occidentis.

30 Fecit & vectem intermedium, qui per mediũ asserum [transiens,] [illegible]net à fine ad finem.

31 Et asseres ipsos obduxit auro.

32 Eorumq; annulos fecit aureos, qui essent [22] loculi ipsis vectibus: obduxitq; vectes auro.

33 Fecit & velum ex hyacinthino [serico,] purpureo, coccino bis tincto, & bysso torta, [23] cherubim fecit in ipsis opere polymito.

34 Fecit quoq; illi quatuor columnas de lignis setim, easq; auro obduxit: vncini autem earum aurei erant, & fudit pro eis quatuor bases argenteas.

35 Fecit quoque velamen in ostium tabernaculi ex hyacinthino [serico,] purpureo, coccino bis tincto, & bysso torta opere Phrygio.

36 Et columnas eius quinque cum vncinis earum, obduxitque capita illarum & [24] & ambitus illarum auro,

37 Bases autem earum erant aneæ.

tinendas tabulas vnius lateris tabernaculi,

28 Et quinque alios ad alterius lateris coaptandas tabulas:

29 Et extra hos, quinque alios vectes ad Occidentalem plagam tabernaculi contra Mare.

30 Fecit quoque vectem alium, qui per medias tabulas ab angulo vsq; ad angulum perueniret.

31 Ipsa autem tabulata deaurauit, fusis basibus earum argenteis.

32 Et circulos eorũ fecit aureos, per quos vectes induci possẽt: quos & ipsos laminis aureis operuit.

33 Fecit & velum de hyacintho, & purpura, vermiculo, ac bysso retorta, opere polymitario, variũ atque distinctum: *Velũ.*

34 Et quatuor colũnas de lignis setim, quas cum capitibus deaurauit, fusis basibus earum argenteis.

35 Fecit & tentorium in introitu tabernaculi ex hyacintho, purpura, vermiculo, byssoq; retorta, opere plumarii: *Tentoriũ.*

36 Et columnas quinq; cum capitibus suis, quas operuit auro,

37 Basesq; earũ fudit æneas, quas & operuit auro.

CAPUT XXXVII.

1 Fecit quoque Bezaleel arcam de lignis setim, longitudo eius fuit duorũ cubitorũ & dimidii, latitudo eius cubiti vnius & dimidii: sic quoq; altitudo eius cubiti & dimidii.

2 Et obduxit eam auro mundo intus & foris, fecitq; illi [1]coronam auream[1] per ambitum.

3 Fuditq; ei quatuor annulos aureos pro quatuor angulis eius, duos videlicet annulos pro vno eius latere, duos annulos pro altero eius latere.

4 Fecit & vectes de lignis setim, & obduxit eos auro.

5 Et inseruit vectes in annulos in lateribus arcæ ad gestandum arcam.

6 Fecit & [2]propitiatorium[2] de auro mundo, longitudo eius fuit duorum cubitorum & dimidii, latitudo autẽ eius vnius cubiti atq; dimidii.

7 Fecit & duos cherubim aureos, [3]solidos[3] fecit eos [4]à duabus[4] extremitatibus propitiatorii.

8 Cherub vnum ab extremitate hac, & cherub alterum ab extremitate illa: ex ipso propitiatorio fecit ipsos cherubim, in extremitatibus [illegible] eius.

9 Et expandebant cherubim alas superne, obtegentes alis suis propitiatorium [illegible] erant vt alter alterũ respicerent, [illegible] cherubim ad propitiatorium versis]

10 Et fecit mensam ex lignis setim, longitudo eius erat duorum cubitorum, latitudo eius vnius cubiti, altitudo eius cubiti vnius atque dimidii.

11 Et obduxit eam auro mundo, & fecit ei coronam auream per ambitum.

12 [illegible] Et fecit ei [illegible] palmarum per ambitũ, [illegible] autem [illegible] per ambitum coronam auream.

13 Et fudit quatuor annulos aureos, & posuit annulos illos ad quatuor angulos qui sunt in quatuor pedibus eius.

14 [illegible] Sub limbo[illegible] erant annuli illi, loculi scilicet pro vectibus ad gestandum mensam.

15 Et fecit vectes de lignis setim, & obduxit eos auro ad gestandum mensam.

16 Fecit & vasa [illegible] pro ipsa mensa[illegible] ex auro mundo, nẽpe [illegible] acetabula eius, [illegible] cochlearia eius, [illegible] dimidia [illegible] fistulas eius, & instrumenta quibus purgatur, quibusq; funditur

17 Fecit & candelabrum ex auro mundo, [22] solidum (inquam) fecit candelabrum.

18 [23] Scapus eius, calami eius, calices eius, sphærulæ eius, & flores eius, [24] ex ipso erant.

19 Sex calami prodibant de lateribus eius, tres calami candelabri ex latere vno, & tres calami candelabri ex latere altero.

20 Tres [illegible] calices [illegible] in formam amygdali in vno calamo, cum sphærula & flore,

1 Fecit autem Beseleel & arcam de lignis setim, habentem duos semis cubitos in longitudine, & cubitũ ac semissem in latitudine, altitudo quoq; vnius cubiti fuit & dimidii: *A* *Fabricatio arcæ testimonii.*

2 Vestiuitq; eam auro purissimo intus ac foris. Et fecit illi coronam auream per gyrum,

3 Conflans quatuor annulos aureos per quatuor angulos eius: duos annulos in latere vno, & duos in altero.

4 Vectes quoq; fecit de lignis setim, quos vestiuit auro,

5 Et quos misit in annulos qui erant in lateribus arcæ, ad portandum eam.

6 Fecit & propitiatorium, id est, oraculum, de auro mundissimo, duorum cubitorum & dimidii in longitudine, & cubiti ac semis in latitudine. *Propitiatoriũ.*

7 Duos etiam cherubim ex auro ductili, quos posuit ex vtraq; parte propitiatorii.

8 Cherub vnum in summitate vnius partis, & cherub alterum in summitate partis alterius: duos cherubim in singulis summitatibus propitiatorii. *B*

9 Extendentes alas, & tegentes propitiatorium, seq; mutuo & illud respicientes.

10 Fecit & mensam de lignis setim in longitudine duorum cubitorũ, & in latitudine vnius cubiti, quæ habebat in altitudine cubitũ ac semissem. *Mensa.*

11 Circumdeditq; eam auro mundissimo, & fecit illi labium aureum per gyrum,

12 Ipsiq; labio coronam auream interrasilem quatuor digitorum, & super eandem alteram coronam auream.

13 Fudit & quatuor circulos aureos, quos posuit in quatuor angulis per singulos pedes mensæ contra coronam:

14 Misitq; in eos vectes, vt possit mensa portari.

15 Ipsos quoq; vectes fecit de lignis setim, & circumdedit eos auro.

16 Et vasa ad diuersos vsus mensæ, acetabula, phialas, & cyathos, & thuribula, ex auro puro, in quibus offerenda sunt libamina. *C*

17 Fecit & candelabrum ductile de auro mundissimo. *Candelabrũ.*

18 De cuius vecte calami, scyphi, sphærulæq; ac lilia procedebant:

19 Sex in vtroq; latere, tres calami ex parte vna, & tres ex altera.

20 Tres scyphi in nucis modum per calamos singulos, sphærulæq; simul & lilia:

22 vel, loco. siue, receptacula ipsis vectibus, vt per illos annulos transmitterentur vectes.
23 vel, opere Phrygionico [illegible] (velum) [illegible] cherubim.
24 [illegible] cingebantur [illegible]

XXXVII.
1 [illegible]
2 [illegible] tabulas [illegible] annotationem vigesimam [illegible] capitis 25. de opere ductili.
4 vel, in duabus
4 de ipso tegumento, ex eadẽ materia qua factum est tegumentum [illegible]
6 Fecit etiam ei clausuram palmi vnius per circuitũ, limbumque auream [illegible]
[illegible]
22 vel, ductile
23 vel, [illegible]
24 vel, scyphi.

21 Et tres scyphi instar nucis in calamo altero, sphærulæque simul & lilia.
22 Æquum erat opus sex calamorum, qui procedebant de stipite candelabri.
23 In ipso autem vecte erant quatuor scyphi in nucis modum, sphærulæque per singulos simul & lilia:
24 Et sphærulæ sub duobus calamis per loca tria, qui simul sex fiunt calami procedentes de vecte vno.
25 Et sphærulæ igitur, & calami ex ipso erant, vniuersa ductilia ex auro purissimo.
D 26 Fecit & lucernas septem cum emunctoriis suis.
Emunctoriorum. 27 Et vasa vbi ea quæ emuncta sunt, extinguantur, de auro mundissimo.
28 Talentum auri appendebat candelabrum cum omnibus vasis suis.
Altaris thymiamatis. 29 Fecit & altare thymiamatis de lignis setim, per quadrum singulos habens cubitos, & in altitudine duos: è cuius angulis procedebant cornua.
30 Vestiuitque illud auro purissimo cum craticula ac parietibus & cornibus.
31 Fecitque ei coronam aureolam per gyrum, & duos annulos aureos sub corona per singula latera, vt mittantur in eos vectes, & possit altare portari.
32 Ipsos autem vectes fecit de lignis setim, & operuit laminis aureis.
Compositio thymiamatis. 33 Composuit & oleum ad sanctificationis vnguentum, & [a] thymiamata de aromatibus mundissimis opere pigmentarij.
[a] *thymiama.*

21 Et tres calices in amygdali formam in altero calamo cum sphærula & flore:
22 Sic erat in sex calamis [aliis,] qui ex ipso candelabro prodibant.
23 Et in ipso candelabro quatuor erant calices, formam amygdali habentes cum sphærulis & floribus suis.
24 [16] *Eratque [semper] sub duobus [quibusque] calamis, qui ex ipso [candelabro prodeunt sphærula vna: erant autem calamorum, qui ex ipso candelabro prodeunt sex.*
25 Sphærulæ eorum, & calami eorum [17] *ex ipso erant: totum [ipsum opus] vnum erat* [18] *solidum ex auro mundo.*
26 Fecit & lampades septem cum emunctoriis eius,
27 Et vasa [in quibus emuncta excipiuntur,] ex auro mundo.
28 Ex talento auri mundi fecit ipsum cum omnibus vasis eius.
29 Fecit & aram [19] *suffitus ex lignis setim: longitudo eius erat vnius cubiti & latitudo eius cubiti: nempe quadrata erat: altitudo eius erat duorum cubitorum,* [20] *ex ipso quoque prodibant cornua eius.*
30 Et obduxit ipsam auro, tectum videlicet eius, & parietes eius circum circa atque cornua eius:
31 Et fecit ei coronam auream per ambitum. Et fecit ei duos annulos aureos sub corona eius in duobus angulis eius, & in duobus lateribus eius, [21] *pro receptaculis vectium, vt gestaretur ipsa.*
32 Et fecit vectes ipsos ex lignis setim, obduxitque eos auro.
33 Fecit & oleum vnctionis sanctum, & suffimentum aromaticum mundum, opere pigmentarij.

16 Heb. Eratque sphærula sub duobus calamis ex ipso, & sphærula sub duobus calamis ex ipso, & sphærula sub duobus calamis ex ipso, sex calicibus egredientibus ex ipso, sub hastili candelabri.
17 i. ex eadem materia.
18 vel, ductile
19 vel, incensi, siue, thymiamatis.
20 vel, ex eo erant cornua ex eadem materia.
21 vel, vt mitterentur in eos vectes ad portandum illam.

CAPVT XXXVIII.

A 1 Fecit & altare holocausti de lignis setim, quinque cubitorum per quadrum, & trium in altitudine.
Fabricatio altaris holocausti. 2 Cuius cornua de angulis procedebant, operuitque illud laminis æneis.
3 Et in vsus eius parauit ex ære vasa diuersa, lebetes, forcipes, fuscinulas, vncinos, & ignium receptacula.
4 Craticulamque eius in modum retis fecit æneam, & subter eam in altaris medio arulam,
5 Fusis quatuor annulis per totidem retiaculi summitates, ad immittendos Vectes ad portandum:
6 Quos & ipsos fecit de lignis setim, & operuit laminis æneis: induxitque in circulos qui in lateribus altaris eminebant.
Exod. 30. d 7 Ipsum autem altare non erat solidum, sed cauum ex tabulatis, & intus vacuum.
Labri ænei. 8 Fecit & labrum æneum cum basi sua de speculis mulierum, quæ excubabant in ostio tabernaculi.
Atrij. B 9 Fecit & atrium, in cuius Australi plaga erant tentoria de bysso retorta, cubitorum centum.
10 Columnæ æneæ viginti cum basibus suis, capita columnarum, & tota operis cælatura argentea.
11 Æque ad Septentrionalem plagam tentoria, columnæ, basesque, & capita columnarum eiusdem mensuræ, & operis ac metalli, erant.
12 In ea verò plaga quæ ad Occidentem respicit, fuerunt tentoria cubitorum quinquaginta, columnæ decem cum basibus suis æneæ, & capita columnarum, & tota operis cælatura, argentea.
13 Porrò contra Orientem quinquaginta cubitorum parauit tentoria:
14 E quibus quindecim cubitos, columnarum trium cum basibus suis vnum tenebat latus:
15 Et in parte altera (quia inter vtraque introitum

1 Fecit quoque aram holocausti ex lignis setim, quinque cubitorum erat longitudo eius, & quinque cubitorum latitudo eius, quadrata erat, & trium cubitorum erat altitudo eius.
2 Et fecit cornua eius in quatuor angulis eius: [1] *ex ipsa erant cornua eius, & obduxit eam ære.*
3 Fecit quoque omnia instrumenta aræ, ollas, & scopas & pelues, sparsoria, & fuscinulas, & ignis receptacula: omnia instrumenta eius fecit ænea.
4 Et aræ fecit [2] *cancellum æneum opere reticulato, sub ambitum aræ inferne, vsque ad medium eius.*
5 Et fudit quatuor annulos ex ære ad extremitates reticuli [illegible] vectium.
6 Et fecit vectes ex lignis setim, & obduxit eos ære, & inseruit vectes in annulos in lateribus aræ.
7 Vt ara tum gestaretur: ex asseribus cauam eam fecit.
8 Fecit & labrum æneum, & basim eius æneam de speculis excubantium, [3] *quæ ad ostium tentorij conuentionis excubabant.*
9 Atrium quoque fecit [4] *in angulo autem eius versus Meridiem plagam, & tapetes atrij erant ex bysso torta ad centum cubitorum.*
10 Columnæ earum erat viginti, & bases earum æneæ viginti: vncini autem columnarum, & cinctura earum argentea.
11 Versus angulum Aquilonarem [tapetes] centum cubitorum, columnæ earum viginti æreæ: vncini columnarum, & cinctura earum erant ex argento.
12 Ad angulum Occidentalem erant tapetes quinquaginta cubitorum, columnæ earum decem, & bases earum decem: vncini vero columnarum & cinctura earum erant ex argento.
13 Ad angulum Orientalem [tapetes] quinquaginta cubitorum.
14 Erant autem tapetes quindecim cubitorum ad latus, columnæ earum tres, & bases earum tres.
15 Ex alio deinde latere hinc & hinc ad portam atrij

CAP. XXXVIII.
1 i. ex eadem materia.
2 vel, craticulam æneam.
3 quæ conueniebant ad [illegible]
[illegible]
4 a 1 plaga ad Meridianam ad Austrum,

tapetes quindecim cubitorum, cum columnis suis tribus, & basibus earum tribus.

16 *Omnes tapetes atrii per ambitum erant ex bysso torta.*

17 *Bases verò columnarum aneæ erant, & uncini columnarum & cinctura earum argentea, capita verò earum obducta erant argento, & cingebantur cingulis argenteis omnes columnæ atrii.*

18 *Velum verò quod erat in porta atrii, erat opus Phrygionum, ex hyacinthino [serico,] purpureo, coccino bis tincto, & bysso torta, habens viginti cubitos in longitudine,*[5] *& in altitudine ac latitudine quinque cubitos secundum proportionem tapetum atrii.*

19 *Columnæ earum erant quatuor, & bases earum quatuor aneæ, uncini autem earum argentei, &*[6] *obductio capitum earum, atque cinctura earum ex argento.*

20 *Omnes quoque*[7] *claui tabernaculi & atrii per circuitum erant anei.*

21 [8]*Hæc est summa tabernaculi,*[9] *tabernaculi inquam, testimonii,*[10] *quæ ratione subducta est iuxta præceptum Mosis,*[11] *ministerium Leuitarum*[12] *in manu Ithamar filii Aharonis sacerdotis.*

22 *Et Bezaleel quidem filius Vri filii Hur de tribu Iehuda fecit quicquid Dominus præceperat Mosi.*

23 *Cum illo autem erat Ahaliab filius Ahisamach de tribu Dan,*[13] *faber, & artifex, & acupictor, in hyacintho, purpura, cocco bis tincto & bysso.*

24 *Omne aurum*[14] *factum ad opus, in omni opere sanctuarii,*[15] *& auri [quod datum fuit ad] tenupha, fuit viginti nouem talenta, & septingenti triginta sicli,*[16] *secundum siclum sanctuarii.*

25 [17]*Argenti verò quod ex censu cœtus [collectum] erat, centum talenta, mille, septingenti quinque, & septuaginta sicli secundum siclum sanctuarii.*[18] *Semissis pro capite, dimidium sicli iuxta siclum sanctuarii, pro omni eo qui transibat*[19] *in numerum, ab eo qui natus erat viginti annos & supra,*[20] *pro sexcentis millibus & tribus millibus, & quingentis quinquaginta.*

26 *Et fuerunt centum talenta, ad fusionem basium sanctuarii, & basium veli.*

27 *Ex centum, inquam, talentis argenti centum bases, talentum pro base.*

28 [21]*Sed & mille septingentis, & septuaginta quinque ... columnis, & obduxit capitella earum, & ... cincturas earum.*

29 *Æris verò*[22] *quod ad tenupha [sublatum erat,] septuaginta talenta & bis mille quadringenti sicli.*

30 *Fecit autem ex eo bases ... ostium tentorii*[23] *constitutionis, & altare æneum, & reticulum æneum pro eo cum omnibus instrumentis eius:*

31 *Sed & bases atrii per ambitum, & bases pro porta atrii, & omnes*[24] *clauos tabernaculi, & omnes*[24] *clauos atrii per circuitum.*

tabernaculi fecit) quindecim æquè cubitorum erant tentoria, columnæque tres, & bases totidem.

16 Cuncta atrii tentoria byssus retorta texuerat.

17 Bases columnarum fuere æneæ, capita autem earum cum cunctis cælaturis suis argentea: sed & ipsas columnas atrii vestiuit argento.

18 Et in introitu eius opere plumario fecit tentorium ex hyacintho, purpura, vermiculo, ac bysso retorta, quod habebat viginti cubitos in longitudine, altitudo vero quinque cubitorum erat iuxta mensuram, quam cuncta atrii tentoria habebant.

19 Columnæ autem in ingressu fuere quatuor cum basibus æneis, capitaq; earum & cælaturæ argenteæ.

20 Paxillos quoque tabernaculi & atrii per gyrum fecit æneos.

21 Hæc sunt instrumenta tabernaculi testimonii, quæ enumerata sunt iuxta præceptum Moysi [a] in ceremoniis Leuitarum per manum Ithamar filii Aaron sacerdotis:

22 Quæ Beseleel filius Vri filii Hur de tribu Iuda, Domino per Moysen iubente, compleuerat,

23 Iuncto sibi socio Ooliab filio Achisamech de tribu Dan: qui & ipse artifex lignorum egregius fuit, & polymitarius atque plumarius ex hyacintho, purpura, vermiculo, & bysso.

24 Omne aurum quod expensum est in opere sanctuarii, & quod oblatum est in donariis, viginti nouem talentorum fuit, & septingentorum triginta siclorum ad mensuram sanctuarii.

25 Oblatum est autem ab his qui transierunt ad numerum à viginti annis & supra, de sexcentis tribus millibus, & quingentis quinquaginta, armatorum.

26 Fuerunt præterea centum talenta argenti, è quibus conflatæ sunt bases sanctuarii, & introitus vbi velum pendet.

27 Centum bases factæ sunt de talentis centum, singulis talentis per bases singulas supputatis.

28 De mille autem septingentis, & septuaginta quinque siclis fecit capita columnarum, quas & ipsas vestiuit argento.

29 Æris quoque oblata sunt talenta septuaginta duo millia, & quadringenti supra sicli.

30 Ex quibus fusæ sunt bases in introitu tabernaculi testimonii, & altare æneum cum craticula sua, omniaq; vasa quæ ad vsum eius pertinent,

31 Et bases atrii tam in circuitu, quàm in ingressu eius, & paxilli tabernaculi atque atrii per gyrum.

[a] In ceremoniis.

D *Supputatio pretii à populo oblati.*

[5] & altitudo, quæ est latitudo ... quinque cubitorum, obseruata proportione ad cortinas (siue tapetes) atrii.
[6] operimentum capitellorum ... & ... earum, ... ex argento.
[7] Clauos, siue, paxillos vocat, quos vocamus Gallicè Affiches: quibus retinebantur in terra cortinæ, siue, tapetes, ne facile à vento raperentur.
[8] Heb. hæc sunt numerata tabernaculi, partes tabernaculi, quæ ad numerum sunt ... Leuitis. Hæc autem per anticipationem dicuntur: quia ex principio libri Numerorum intelligitur.
[9] Deest dictio (arcæ) vt sic legatur, Tabernaculi arcæ testimonii ...
...

CAPVT XXXIX.

1 DE hyacinthino verò [serico,] purpureo, & coccino bis tincto fecerunt vestes [1] ministerii quæ seruirent sanctuario. fecerunt & vestes sanctas Aharoni, quemadmodum præceperat Dominus ipsi Mosi.

2 *Fecit ... ex auro, hyacintho, purpura, cocco bis tincto, & bysso torta.*

3 [2]*... runt bracteas aureas vt abscinderentur ..., quæ texebantur inter hyacinthum, purpuram, ... bis tinctum, & byssum, opere scilicet polymito.*

1 DE hyacintho verò & purpura, vermiculo ac bysso fecit vestes, quibus indueretur Aaron quando ministrabat in sanctis, sicut præcepit Dominus Moysi.

2 Fecit igitur superhumerale de auro, hyacintho, & purpura, coccóq, bis tincto, & bysso retorta, opere polymitario.

3 Inciditque bracteas aureas, & extenuauit in fila, vt possent torqueri cum priorum colorū subtegmine,

A *Ornatus Aaron.* *Hac eadē habes supr. cap. 28.*

4 Duásq;

14 vel, quod insumptum fuit in opus. 15 fuit autem aurum oblationis. i. sponte oblatum in donariis. Hoc debet legi per parenthesin. 16 vel, iuxta siclum ... Heb. ... eorum, qui ex congregatione in numerum veniebant ... 18 Drachma per singula capita ... 19 ad numeratos ... 21 Heb. ... ex mille & septingentis & quinque ... XXXIX. 1 Heb. ministerii ... 2 vel, extenuauerunt que bracteas aureas vnde abscidit fila, quæ texebantur cum hyacintho, purpura cocco, & hoc opere Phrygionis.

4 Duásque oras sibi inuicem copulatas in vtroque latere summitatum, & balteum ex eisdem coloribus, sicut præceperat Dominus Moysi.

B 5 Parauit & duos lapides onychinos, astrictos & inclusos auro, & sculptos arte gemmaria nominibus filiorum Israel.

6 Sex nomina in lapide vno, & sex in altero, iuxta ordinem natiuitatis eorum.

7 Posuitque eos in lateribus superhumeralis in monimentum filiorum Israel, sicut præceperat Dominus Moysi.

Rationale. 8 Fecit & rationale opere polymito iuxta opus superhumeralis, ex auro, hyacintho, purpura, coccóque bis tincto, & bysso retorta: quadrangulum, duplex, mensuræ palmi.

9 Et posuit in eo gemmarum ordines quatuor. In primo versu erat sardius, topazius, smaragdus.

C 10 In secundo, carbunculus, sapphirus & iaspis.

11 In tertio, ligyrius, achates & amethystus.

12 In quarto, chrysolithus, onychinus, & berillus, circundati & inclusi auro per ordines suos.

13 Ipsique lapides duodecim, sculpti erant nominibus duodecim tribuum Israel, singuli per nomina singulorum.

14 Fecerunt in rationali & catenulas sibi inuicem cohærentes, de auro purissimo:

15 Et duos vncinos, totidemque annulos aureos.

16 Porrò annulos posuerunt in vtroque latere rationalis,

D 17 E quibus penderent duæ catenæ aureæ, quas inseruerunt vncinis qui in superhumeralis angulis eminebant.

18 Hæc & antè & retrò ita conueniebant sibi, vt superhumerale & rationale mutuò necterentur,

19 Stricta ad balteum & annulis fortius copulata, quos iungebat vitta hyacinthina, ne laxa fluerent, & à se inuicem mouerentur, sicut præcepit Dominus Moysi.

Tunica. 20 Fecerunt quoque tunicam superhumeralis totam hyacinthinam,

21 Et capitium in superiori parte contra medium, oramque per gyrum capitij textilem:

22 Deorsum autem ad pedes mala punica ex hyacintho, purpura, vermiculo, ac bysso retortis:

E 23 Et tintinnabula de auro purissimo, quæ posuerunt inter malagranata in extrema parte tunicæ per gyrum:

24 Tintinnabulum autem aureum & malum punicum, quibus ornatus incedebat pontifex quando ministerio fungebatur, sicut præceperat Dominus Moysi.

25 Fecerunt & tunicas byssinas opere textili Aaron & filiis eius:

26 Et mitras cum coronulis suis ex bysso.

27 Feminalia quoque linea, byssina:

28 Cingulum verò de bysso retorta, hyacintho,

---

4 [1] Humeralia fecerunt ei cohærentes vt ad duas extremitates eius committerentur. Textura polymita lumbi eius quæ erat superne in eo, erat quemadmodum opus eius.

5 Quin ex ipso fuit, nempe ex auro, [2] hyacintho, purpura, cocco bis tincto, & bysso torta, quemadmodum præceperat Dominus Mosi.

6 [4] Fecerunt quoque lapides schoham, circundatos aureis [5] spinteribus, [6] sculptos calaturis eius qui signa calat, cum nominibus filiorum Israel.

7 Et posuit eos in [7] humeris ephod, vt essent lapides monumenti pro filiis Israel, sicut præceperat Dominus Mosi.

8 Fecit & pectorale opere textili polymito, quemadmodum opus [8] humeralis, ex auro, hyacinthino [serico,] purpureo, coccino bis tincto, & bysso torta. Quadratum fuit, atque duplicatum fecerunt pectorale illud, cuius longitudo palmum habebat, & latitudo palmum, duplicatum.

9 Et impleuerunt [9] ipsum quatuor ordinibus gemmarum ordo sardonychis, topazij & smaragdi ordo vnus.

10 Secundus ordo carbunculi, sapphiri & adamantis.

11 In tertio ordine lyncurius, achates & amethystus.

12 In quarto ordine hyacinthus, onix & iaspis, circundati palis aureis, [10] quibus erant inserti.

13 Et gemmæ istæ erant [11] cum nominibus filiorum Israel, nempe duodecim, [12] pro nominibus illorum, [13] exsculpta vt signa exsculpi solet, singula nominibus suis iuxta duodecim tribus.

14 Fecerunt quoque pectorali [14] catenulas complicato opere ex auro mundo in extremitatibus.

15 [15] Fecerunt & duo spintera aurea, & duos annulos aureos,

16 Et posuerunt duos annulos in duabus extremitatibus pectoralis.

17 Et inseruerunt [16] duas aureas catenulas complicatas in duobus annulis, in extremitatibus pectoralis. Sed & [alias] duas extremitates [17] duarum catenularum complicatarum.

18 Inseruerunt in duo spintera fibulata, posueruntque ea in humeros ephod e regione ipsius.

19 Fecerunt & duos annulos aureos, quos posuerunt [18] in duobus humeris ephod inferne, [19] e regione iuxta commissuras eius, supra texturam polymitam ipsius ephod.

20 Et [20] consociarunt pectorale annulis suis ad annulos ephod fascia hyacinthina, vt [21] esset supra texturam polymitam ipsius ephod, vt non separaretur pectorale ab ipso ephod, sicut præceperat Dominus.

21 [22] Ad ephod fecit interulam talarem opere textili, quæ fuit tota hyacinthina.

22 Et foramen erat in medio eius, instar foraminis loricæ, & circa foramen limbus per ambitum, ne disrumperetur.

23 Feceruntque in fimbriis interulæ mala punica ex hyacinthino [serico,] purpureo, coccino bis tincto, & bysso torta.

24 Fecerunt & tintinnabula ex auro mundo, posueruntque tintinnabula inter mala punica [23] in fimbriis interulæ per ambitum inter mala punica. Tintinnabulum & malum punicum [& rursus] tintinnabulum & malum punicum in fimbriis [24] interulæ per ambitum [25] administrandum, quemadmodum præceperat Dominus Mosi.

25 Fecerunt quoque tunicas byssinas opere textili pro Aharone & filiis eius. 26 Et [26] tiaram byssinam, & [27] pileolos byssinos decoros, 27 Et femoralia linea ex torta bysso. 28 Et zonam ex bysso torta, hyacinthino [serico,]

---

1 vel, Fecerunt ei & oras quæ copulata erant. Alter in duabus extremitatibus suis coniungebatur. Artificium quoque cinguli eius quod erat super ipsum, ex ipso erat, & similis texturæ, ex auro, &c. Ex ipso art. i. ex eadem materia.
4 vel, Parauerunt quoque lapides onychinos sub. arte gemmaria, Gallicè, ils ont taillé.
5 palis,
6 sculpturis sigillorum. i. elegantissimis.
7 lateribus
8 siue. ephod.
9 Hebr. in eo quatuor ordines lapillorum. ordo (sub. qui erat, aut in quo erant) sardius, topazius, & carbunculus, (erat) ordo primus. De his lapidum nominibus, vide sup. ca. 28.
10 Heb. in plenitudinibus suis i. quas implebant.
11 iuxta nomina &c. æquabant filios Israel.
12 iuxta nomina
13 Hebr. sculpturæ annuli, quisque iuxta nomen suum pro duodecim tribubus, vel, iuxta duodecim trib. Per appositionem dictum, sculpturæ annuli q. d. lapides isti siue gemmæ ita erant sculptæ sculpturæ annuli i. expressa & quæ signis patent.
14 catenas [illegible]
15 Iam autem fecerant duas palas aureas,
16 Heb. duos funes aureos. i. duas catenas [illegible] funium
17 Heb duorum funium [illegible] catenarum [illegible] duobus vncinis [illegible]

Haec illarum catenarum [illegible] in lateribus ipsius superhumeralis e regione faciei eius. Id est in parte anteriore. Vncinos intelligit qui adhærent palis [illegible] 18 [illegible] 19 e regione faciei eius, & e regione coniunctionis eius, paulo supra artificium superhumeralis, [illegible] 22 (sub. pectorale) supra artificium superhumeralis, [illegible] 25 [illegible] pallij, erat enim ex omni parte [illegible] pallij. 25 [illegible] in pallio quo vtebatur ad ministrandum. 26 vel, mitram. 27 Hebr. [illegible] galeriorum ex bysso. Id est elegantes pileolos.

purpureo, & coccino bis tincto, opere Phrygio, quemadmodum Dominus Mosi praeceperat.

29 Teb coronae sanctitatis. Vel, pro corona sancta.
29 Et fecerunt laminam [28] coronam sanctam auro mundo, & scripserunt super eam scripturam [29] ut signa calari [solent,] [30] Sanctum Domino.

a, sculpturarum annuli. Id est scriptura eleganti, & [illegible]

30 Et [31] adhibuerunt ei fasciam hyacinthinam, qua alligaretur tiarae, sursum, quemadmodum Dominus Mosi praeceperat.

30 Vide annotationem in fine capitis 28. cu-[illegible]

31 Absolutum est itaque universum opus [32] tabernaculi, tentoriique constitutionis: & fecerunt filii Israel iuxta omnia quae praeceperat Dominus Mosi, sic fecerunt.

31 inseruerunt in ea (subaudi laminam) filum hyacinthinum, ut collocarent eam supra mitram. Id est, paulo supra frontem.

32 Et attulerunt tabernaculum ad Mosen [33] [ventosque] tentorium & omnia instrumenta eius, fibulas eius, & asseres eius, & vectes eius, & columnas eius, & bases eius.

32 tabernaculi, & tentorii conventus, id est, tabernaculi quod alio nomine dicitur tentorium conventus. Per appositionem enim tabernaculum dicitur tentorium conventus. De[illegible] hoc loco ET, pro id est accipi.

33 Et tegumentum ex pellibus arietinis rubris, & tegumentum ex pellibus [34] melinum,

34 Et [35] velum obtentionis. Arcam testimonii & vectes eius, atque propitiatorium.

33 Haec per expositionem [illegible] [illegible] tabernaculum intelligat, nempe &c.

35 Et mensam, omniaque eius instrumenta, & panem facierum.

34 vel, taxorum,

36 [36] Luminare mundum, [37] lampades eius, lampades dispositas, & omnia instrumenta eius, & oleum ad luminare.

35 Heb. velum [illegible] velum quod alio nomine dicitur [illegible]

37 Et aram auream, & oleum unctionis, & suffimentum aromaticum.

36 Candelabrum.

38 Et velum ad ostium tentorii.

37 vel, cum [illegible]

39 Aram quoque aeneam & craticulam eius aeneum, vectes eius, & omnia instrumenta eius, labrum & basim eius.

40 Tapete atrii, & columnas eius, & bases eius, & velum pro porta atrii, & [38] clavos eius atque funes eius.

41 Sed & cuncta instrumenta [39] cultus tabernaculi [40] ad tentorium constitutionis.

42 Vestes quibus induuntur res [41] quae pertinent ad ministerium sanctuarii, vestes sanctas pro Aharone sacerdote, & vestes filiorum eius, in quibus sacerdotio fungerentur. Iuxta omnia quae praeceperat Dominus Mosi, sic fecerunt filii Israel [42] pro universo ministerio.

43 [43] Et vidit Moses universum opus, & ecce absolverant hoc, sicut praeceperat Dominus, sic inquam fecerant, & [44] laudavit eos Moses.

42 Heb. universum opus.

43 Heb. ita fecerunt, id est, diligenter ipsi [illegible] [illegible]

purpura, ac vermiculo distinctum arte plumaria, sicut praeceperat Dominus Moysi.

29 Fecerunt & laminam sacrae venerationis de auro purissimo, scripseruntque in ea opere gemmario, Sanctum Domini: **F** *Lamina sacra.*

30 Et strinxerunt eam cum mitra vitta hyacinthina, sicut praeceperat Dominus Moysi.

31 Perfectum est igitur omne opus tabernaculi & tecti testimonii: feceruntque filii Israel cuncta quae praeceperat Dominus Moysi. *Populus offert Domino cuncta quae fieri iusserat.*

32 Et obtulerunt tabernaculum, & tectum & universam supellectilem, annulos, tabulas, vectes, columnas ac bases.

33 Opertorium de pellibus arietum rubricatis, & aliud operimentum de [a] hyacinthinis pellibus, *[a] ianthinis.*

34 Velum, Arcam, vectes, propitiatorium,

35 Mensam cum vasis suis & propositionis panibus:

36 Candelabrum, lucernas, & utensilia earum cum oleo: **G**

37 Altare aureum, & unguentum, & thymiama ex aromatibus,

38 Et tentorium in introitu tabernaculi:

39 Altare aeneum, retiaculum, vectes, & vasa eius omnia: labrum cum basi sua:

40 Tentoria atrii, & columnas cum basibus suis, Tentorium in introitu atrii, funiculosque illius & paxillos.

41 Nihil ex vasis defuit quae in ministerium tabernaculi, & in tectum foederis iussa sunt fieri.

42 Vestes quoque quibus sacerdotes utuntur in sanctuario, Aaron scilicet & filii eius,

obtulerunt filii Israel, sicut praeceperat Dominus.

43 Quae postquam Moyses cuncta vidit completa, benedixit eis.

CAPVT XL.

[1] Loquutusque est Dominus ad Mosen, dicens,

2 [1] In die mensis primi, in primo mensis, eriges tabernaculum [2] tentorii constitutionis.

3 Et pones in eo arcam testimonii, & obteges arcam velo.

4 Inferesque mensam, & ordinabis eam iuxta dispositionem suam:

5 Inferes & candelabrum, & [3] in sublime collocabis lampades eius. Pones deinde aram auream incensi coram arca testimonii,

6 Et pones velum ad ostium tabernaculi. Aram vero holocausti pones ante ostium tabernaculi [4] tentorii constitutionis.

7 Labrum ipsum pones inter tabernaculum [5] constitutionis, & inter aram, & pones illic aquas.

8 Pones & atrium per circuitum, & expandes velum ad portam atrii.

9 Tolles & oleum unctionis, & unges tabernaculum, & quicquid in eo est, & consecrabis illud cum universis instrumentis suis, ut sit sanctum. Unges & aram holocausti, atque omnia instrumenta eius, & consecrabis aram, ut sit ara [6] sacrosancta.

10 Unges & labrum atque basim eius, & consecrabis ipsum.

[1] Locutusque est Dominus ad Moysen, dicens, **A** *Erigitur Tabernaculum.*

2 Mense primo, prima die mensis, eriges tabernaculum testimonii,

3 Et pones in eo arcam, demittesque ante illam velum.

4 Et illata mensa pones super eam quae tibi praecepta sunt.

5 Candelabrum stabit cum lucernis suis. Et altare aureum in quo adoletur incensum, coram arca testimonii.

6 Tentorium in introitu tabernaculi testimonii pones: & ante illud, altare holocausti:

7 Labrum inter altare & tabernaculum, quod implebis aqua.

8 Circumdabisque atrium tentoriis, & ingressum eius.

9 Et assumpto unctionis oleo, unges tabernaculum cum vasis suis, ut sanctificentur: altare holocausti & omnia vasa eius:

10 Labrum cum basi sua: omnia unctionis oleo consecrabis, ut sint sancta sanctorum. **B**

11 Appli-

44 Heb. benedixit illis Moses. CAP. XL. 1 [illegible] Die quadam mensis primi, nempe prima eiusdem, hoc est, Prima die mensis [illegible] [illegible] conventus. 3 accendes [illegible] [illegible] 4 tentorium conventus. Per appositionem dictum. 5 conventus. 6 Heb. sanctitas sanctitatum.

11 Applicabitq; Aaron & filios eius ad fores tabernaculi testimonii.

12 Et lotos aqua indues sanctis vestibus, vt ministrent mihi,

13 Et vnctio eorum in sacerdotium sempiternum proficiat.

14 Fecitque Moses omnia quæ præceperat Dominus.

15 Igitur mense primo anni secundi, prima die mensis collocatum est tabernaculum.

Num. 7. a. 16 Erexitque Moyses illud, & posuit tabulas ac bases & vectes,

17 Statuitq; columnas, & expandit tectū super tabernaculum, imposito desuper operimento, sicut Dominus imperauerat.

18 Posuit & testimonium in arca, subditis infra vectibus, & oraculum désuper.

19 Cumq; intulisset arcam in tabernaculum testimonii, appēdit ante eam velum, vt expleret Domini iussionem.

C 20 Posuit & mensam in tabernaculo testimonii ad plagam Septentrionalem extra velum,

21 Ordinatis coram propositionis panib', sicut præceperat Dominus Moysi.

22 Posuit & candelabrum in tabernaculo testimonii è regione mensæ in parte Australi.

23 Locatis per ordinem lucernis, iuxta præceptum Domini.

24 Posuit & altare aureum subtecto testimonii contra velum.

25 Et adoleuit super eo incensum aromatum, sicut iusserat Dominus Moysi.

26 Posuit & tentorium in introitu tabernaculi testimonii.

27 Et altare holocausti in vestibulo testimonii, offerens in eo holocaustum & sacrificia, vt Dominus imperauerat.

28 Labrum quoq; statuit inter tabernaculū testimonii, & altare, implens illud aqua.

*In eo. D 29 Lauerúntque * Moyses & Aaron, ac filii eius manus suas & pedes,

30 Cum ingrederentur tectum fœderis, & accederent ad altare, sicut præceperat Dominus Moysi.

31 Erexit atrium per gyrum tabernaculi & altaris, ducto in introitu eius tentorio.

Nubes, diuinæ præsentiæ signū tabernaculum operit. Num. 9. c. 3. Reg. 8. b.

32 Postquam omnia perfecta sunt, operuit nubes tabernaculum testimonii, & gloria Domini impleuit illud.

33 Nec poterat Moyses ingredi tectum fœderis, nube operiente omnia, & maiestate Domini coruscante:

34 Quia cuncta nubes operuerat.

35 Si quando nubes tabernaculum deserebat, proficiscebantur filii Israel per turmas suas:

36 Si pendebat désuper, manebant in eodem loco.

37 Nubes quippe Domini incubabat per diem tabernaculo, & ignis in nocte, videntibus cunctis populis Israel per cunctas mansiones suas.

11 Et adducet Aharonem & filios eius ad ostium tentorii constitutionis.

12 Et lauabit eos aqua. Indues quoq; Aharoni vestes sanctas, & vnges eum, consecrabisq; eum vt sacerdotio mihi fungatur. Sed & filios eius adduces, & indues eos tunicis. Et vnges eos quemadmodum vnxisti patrem eorum, vt sacerdotio mihi fungantur.

[7] 13 Futurum enim est, vt sit illis vnctio eorum in sacerdotium perpetuum in posteritatibus suis.

14 Fecit autem Moses iuxta omnia quæ præcepit ei Dominus, sic inquam fecit.

15 Et factum est mense primo, anno secundo, primo mensis erectum est tabernaculum.

16 Erexit autem Moses tabernaculum illud, ponens bases eius, & ponens asseres eius, & ponens vectes eius.

17 Et erigens columnas eius, Extenditq; tentorium super tabernaculum, & posuit tegumentum[8] tectorii[11] super illud superni, sicut præceperat Dominus Mosi.

18 Tulit quoq;[9] testimonium, & reposuit illud in arcam, addiditq; vectes arcæ, & posuit propitiatoriū super arcam.

19 Et inferens arcam in tabernaculum, obtendit[10] velum obtentionis, operiens arcam testimonii, quemadmodum præceperat Dominus Mosi.

20 Posuit & mensam intra tentorium[11] constitutionis ad latus tabernaculi Septentrionale, extra tamen velum.

21 Et disposuit super eam ordinem panum in conspectu Domini, sicut præceperat Dominus Mosi.

22 Posuit & candelabrū in tentorium[11] constitutionis, è regione mensæ, ad latus tabernaculi Meridionale.

23[12] Erexit & lampades coram Domino,[13] quemadmodum Dominus ipsi Mosi præceperat.

24 Et aram auream posuit in tentorium constitutionis ante velum.

25 Et adoleuit super eam suffimentum aromaticum, quemadmodum præceperat Dominus Mosi.

26 Suspendit & velamen a[illegible] tabernaculi.

27 Et aram holocausti posuit ad ostium[14] tabernaculi tentorii constitutionis, & sacrificauit super ipsam holocaustum, & [illegible] sacrificium, quemadmodum præceperat Dominus Mosi.

28 Posuit & labrum inter tentorium constitutionis, & inter aram, & immisit in illud aquam ad lauandum.

29 [illegible] Moses, & Aharon & filii eius manus suas & pedes suos.

30 Quum intrarent in tentorium constitutionis, & quum appropinquarent ad aram, lauerunt, quemadmodum Dominus Mosi præceperat.

31 Erexit quoque atrium per circuitum tabernaculi & aræ, & posuit velamen ad portā atrii, & absoluit Moses opus illud.

32 Et nubes obtexit[17] tentorium constitutionis, & gloria Domini impleuit tabernaculum.

33 Et Moses non potuit introire in tentorium constitutionis.

34 Eò quòd nubes habitaret super ipsum & quod gloria Domini impleret tabernaculum.

35 Quum [illegible] nubes [illegible] tolleretur à tabernaculo, [illegible] Israel per cunctas profectiones suas. 36 Quando vero nubes non tollebatur in altum, non proficiscebantur, vsq; ad diem quo [illegible].

37 Nam nubes Domini erat super tabernaculum [illegible], & ignis erat in eo noctu coram oculis vniuersæ domus Israel,[18] in omnibus profectionibus suis.

7. i. per hanc vnctionē erunt mihi sacerdotes perpetui, hoc est, quandiu viuent.

8 Tectorium illud erat factū ex pellib. caprarū. 9. i. tabulas testimonii.

10. i. velum illud quod oppandebatur arcæ, & quo distinguebatur tabernaculū in duas partes.

11 conuentus. Sic & paulo post. 12 [illegible] & lucernas. 13 Hebraismus, pro, ut ipsi Mosi præceperat [illegible] pro relatiuo.

14 tabernaculi tentorii conuentus. Ista duo idē significant. q. d. in ostio tabernaculi, tabernaculi [illegible]

17 tabernaculū conuentus.

18 i. quoties proficiscebatur.

LIBER LEVITICVS,

Hebraice VAICRA.

Leuiticus, Græce [illegible] [illegible]

CAPUT I.

Vocauit autem Mosen,[1] & loquutus est Dominus ad eum[2] e tentorio[a] constitutionis[b] in hanc sententiam,

2 Loquere ad filios Israel, & dic ad eos,[3] Si quispiam ex vobis adduxerit sacrificium[c] Domino.[4] ex animalibus [his nempe] de bobus[5] & ouibus[d] adducetis sacrificia vestra.

3[7] Si holocaustum fuerit[8] sacrificium[e] eius ex armento, adferat [vitulum] marem[9] integrum,[f] & adducat eum ad ostium[10] tentorij constitutionis,[11] vt acceptus sit ipse coram Domino.[g]

4 Et admouebit manum suam super caput[12] holocausti,[h] & acceptum erit pro eo,[13] vt expiatio pro eo fiat.

5 Et[14] mactabit vitulum[15] coram Domino:[i] & adducent filij Aharonis sacerdotes sanguinem, spargentque illum super aram per ambitum, quæ [ara] est ad ostium tentorij constitutionis.

6 Deinde detracta pelle,[16] incidat holocaustum[17] iuxta incisiones suas.[k]

7 Ponentq; filij Aharonis sacerdotis ignem super arã & struent ligna super ignem.

8 Et construent filij Aharonis sacerdotes[18] incisiones, caput videlicet &[19] exta[l] super ligna quæ sunt in ara super ignem.

9[20] Ventrem[m] autem eius & crura eius aqua lauabit, & incendet sacerdos omnia[21] in ara: holocaustum, sacrificium hoc igne confectum, odor suaueolens Domino.

10 Si verò de grege fuerit sacrificium eius, de ouibus scilicet aut capris[22] holocaustum,[n] adducat marem integrum.

11 Et mactet ipsum ad latus Aquilonare ipsius aræ[o] [23] coram Domino, spargantq; filij Aharonis sacerdotes sanguinem eius super aram per circuitum.

12[24] Et incidant ipsum incisionibus suis,[p] nempe caput eius &[25] exta,[q] construetq; sacerdos ea super ligna quæ sunt in ara super ignem.

13[27] Ventrem vero & crura aqua lauabit, & adducet sacerdos vniuersa, & incendet[28] in ara: holocaustũ, sacrificium hoc igne confectum odor suaueolens[r] Domino.

14 Si vero holocaustum quod[s] Domino offerre voluerit ex auibus,

15 Adducat de turturibus aut pullis columbarum[18] sacrificium suum. Sacerdos adferet ipsum ad aram,[20] contorquebitq; caput eius, & incendet in ara: sanguis verò eius iuxta parietem aræ guttatim effundatur.

16 Et tollet[10] ventriculum[t] eius cum pluma & proijciet eam iuxta aram[11] ad Orientem[u] ad locum[12] cineris.[x]

17 Et findat[13] ipsum[y] cum alis suis, sed non separet: incendétq; ipsum sacerdos in ara super ligna quæ sunt super ignem:[14] vt sit holocaustum igne confectum odor suaueolens Domino.

Vocauit autem Mosen, & locutus est ei Dominus de tabernaculo testimonii, dicens,

2 Loquere filiis Israel, & dices ad eos, Homo qui obtulerit ex vobis hostiam Domino: de pecoribus, id est, de bobus & ouibus offerens victimas,

3 ‖Si holocaustum fuerit eius oblatio, ac de armento: masculum immaculatum offeret ad ostium tabernaculi testimonii, ad placandum sibi Dominum:

4 Ponetq; manus super caput hostiæ, & acceptabilis erit, atq; in expiationem eius proficiens,

5 Immolabitq; vitulum coram Domino, & offerent filii Aaron[b] sacerdotis sanguinem eius, fundentes per altaris circuitum, quod est ante ostium tabernaculi.

6 Detractaque pelle hostiæ, artus in frusta concident.

7 Et subiicient in altari ignem, strue lignorum ante composita.

8 Et membra quæ sunt cæsa, desuper ordinantes, caput videlicet, & cuncta quæ adhærent iecori,

9 Intestinis & pedibus lotis aqua: adolebitq; ea sacerdos super altare in holocaustum & suauem odorem Domino.

10 Quod si de pecoribus oblatio est, de ouibus siue de capris holocaustum:[c] agnum anniculum & absq; macula offeret:

11 Immolabitq; ad latus altaris quod respicit Aquilonem, coram Domino: sanguinem verò illius fundent super altare filii Aaron per circuitum.

12 Diuidentq; membra, caput & omnia quæ adhærent iecori: & imponent super ligna, quibus subiiciendus est ignis.

13 Intestina verò & pedes lauabunt aqua: & oblata omnia adolebit sacerdos super altare in holocaustum & odorem suauissimum Domino.

14 Si autem de auibus, holocausti oblatio fuerit Domino:

15 De turturibus & pullis columbæ offeret eam sacerdos ad altare: & retorto ad collum capite, ac rupto vulneris loco, decurrere faciet sanguinẽ super crepidinem altaris.

16 Vesiculam vero gutturis & plumas proiiciet prope altare ad Orientalem plagam, in loco in quo cineres effundi solent.

17 Confringétque ascellas eius, & non secabit, neque ferro diuidet eam, & adolebit super altare, lignis igne supposito. holocaustum est & oblatio suauissimi odoris Domino.

A *Ritus offerendi armenta.*[a]

Exod. 29. b.

B *[b] sacerdotes.*

C *Pecudes.* *[c] masculum.*

Aues. D

1 Hebraismus est, pro, Vocauit autem Dominus Moysen, & locutus est ei. Hæc præfatur Moyses vt intelligamus hæc sacrificia à Deo constituta.
2 conuentus.
3 Hebr. Homo qui obtulerit ex vobis oblationẽ &c. Hebraismus est, pro, Cum quispiam priuatus offerre volet. Hic loquitur de sacrificio priuato. Duabus autẽ de causis olim præcepit Deus sacrificia Iudæis: primũ vt populus in idololatriam pronus, ab idolis auerteretur, & in cultu vnius Dei côtineretur. Deinde vt typos haberet populus Dei sacrificii Christi, quem oportebat aliquãdo in crucem agi pro peccatis suorum.
4 Heb. de gressilibus, ex armento & ex grege. i. de animalibus quæ gradiuntur, nẽpe iumento, siue ex bobus, & ex gregibus offerretis.
5 & grege. Id est, ex ouibus & & capris. Vox Hebræa SON, communis est ad oues & capras.
6 Heb. odoratis oblationem vestri. Hebræ. [illegible] est, pro, offeratis eam [illegible] persone & numeri mutatio, & antecedens pro relatiuo.
7 Quasi dicat, Si quispiam offerre volet oblationẽ ex armento, quã velit totam igni absumi. Hæc oblatio Hebræis OLA vocatur, quæ tota igni absumebatur, ab עלה. id est, ascendit, quòd tota in fumum ascenderet & abiret.

CAPUT II.

1 ANima quæ Domino cibarium sacrificium of-

2 ANima cum obtulerit oblationẽ sacrificii Do-

[illegible] quod totum igni absumeretur. 8 oblationẽ [illegible] 10 tabernaculi conuentus. Vel, fœderis, id [illegible] vel, perfectum [illegible] Sanctum & Sanctum Sanctorum, hoc est, ad ostium atrii. Tabernaculum [illegible] coram Domino. [illegible] coram Domino. Id est, ad placandum Deum [illegible] Deus præsentem filiis Israel [illegible] & spontaneam, seq; [illegible] omnia quæ in manu [illegible] sacerdos nempe, aut minister. paraphrastes, vt [illegible] membratim. [illegible] inueniuntur. [illegible] Ordo talis esse debet. [illegible] glabsum [illegible] 24 Diuidebatque (subaudi, sacerdos) [illegible] est, de pecoribus [illegible] offeret eam sacerdos &c. 29 secabitq; [illegible] & cremabatur [illegible] Sancto sanctorum, ingrediebantur enim tabernaculum ab Oriente. [illegible] Id est, oblationem [illegible] 34 Id, holocaustum est & sacrificium igneum (vel, [illegible] oblationem muneris [illegible] oblationem quæ vocatur munus. Hebraice MINHA. i. Quum quis priuatus oblationem offerre volet quæ vocatur munus, quæ fiebat de rebus animæ expertibus, [illegible]

De oblatione sacrificiorũ simila

[a] sacerdotes

Thuris.

Eccl. 7. d.

Panum.

Laganorum.

Fermentum nõ erat in oblationibus.

Sale condita oblatio.

mino, simila erit eius oblatio. Fundetq; super eam oleum, & ponet thus.

2 Ac deferet ad filios Aaron[a] sacerdotis; quorũ vnus tollet pugillum plenum similæ & olei. ac totum thus, & ponet memoriale super altare in odorem suauissimum Domino.

3 Quòd autem reliquum fuerit de sacrificio, erit Aaron & filiorum eius, sanctum sanctorum de oblationibus Domini.

4 Cum autem obtulerit sacrificium coctum in clibano; de simila, panes scil. absq; fermento conB sperso oleo, & lagana azyma oleo lita.

5 Si oblatio tua fuerit de sartagine: similæ consperse oleo & absq; fermento.

6 Diuides eam minutatim, & fundes super eam oleum.

7 Sin autem de craticula fuerit sacrificium, æque simila oleo conspergetur

8 Quam offerens Domino, trades manibus sacerdotis.

9 Qui cum obtulerit eam, tollet memoriale de sacrificio, & adolebit super altare in odorem suauitatis Domino.

C 10 Quicquid autẽ reliquum est, erit Aaron & filiorum eius, sanctum sanctorũ, de oblationib[9] Domini.

11 Omnis oblatio quæ offertur Domino, absq; fermento fiet.

12 Nec quicquam fermẽti ac mellis adolebitur in sacrificio Domini. Primitias tantũm eorum offeretis ac munera. super altare verò non imponentur in odorem suauitatis.

13 Quicquid obtuleris sacrificii, sale condies, nec auferes sal fœderis Dei tui de sacrificio tuo. In omni D oblatione offeres sal.

14 Si autem obtuleris munus primitiarum frugum tuarum Domino, de spicis adhuc virentibus torrebis igni, & confringes in morem farris, & sic offeres primitias tuas Domino,

15 Fundens super ea oleum, & thus imponens, quia oblatio Domini est.

16 De qua adolebit sacerdos in memoriam muneris partem farris fracti & olei ac totum thus

ferre volueris, [1] sit eius oblatio de similagine: & fundas super eam oleum, & ponat super eam thus.

2 Adferatq; eam ad filios Aharon sacerdotes, &[3] apprehendat inde volam suam plenam de simila eius, & de oleo eius, cum vniuerso thure eius: & incendet sacerdos [4] monimentum eius super aram, sacrificium, hac igne confit in odorem suaueolentem Domino.

3 Residuum verò illius cibarii sacrificii erit Aharonis & filiorum eius, [6] sacrosanctum de sacrificiis Domini.

4 :: Et si attuleris oblationem, cibarium scilicet sacrificium ex iis quæ in fornace coquuntur, [7] sit placenta similaginea, azyma oleo conspersa, & lagana infermentata de-uncta oleo.

5 Si verò munus tuum oblatum fuerit de sartagine, erit [8] simila infermenta oleo subacta.

6 Comminues autem [9] eam [10] minutim, & fundes super eam oleum, [11] sacrificium cibarium est hoc.

7 [12] Si sacrificium cibarium, quod adfers, est de frixorio, fiat de similagine cum oleo. Et inferes sacrificium hoc cibarium, quod factum est ex illis, ad Dominum.

8 Et adferes illud sacerdoti, vt adducat illud ad arã.

9 Et sacerdos tollat [13] separatim de sacrificio isto cibario monimentum eius, & adolebit [illud] in ara, [14] vt sit sacrificium igne confectum ad odorem suaueolentẽ Domino.

10 [16] Et quod residuum fuerit [15] de sacrificio isto cibario, erit Aharonis & filiorum eius, sacrosanctum est de sacrificiis quæ igne fiunt Domino.

11 [17] Omne donum quod Domino afferetis, infermentatum sit:

12 [18] Nullum enim fermentum nullumque mel incendere debetis in sacrificiis Domini quæ igne fiunt. [19] Ex primitiis quidem [frugibus] afferetis munus Domino: [20] super aram vero non ascendant ad odorem suaueolentem.

13 [21] Omne munus sacrificii tui cibarii sale condias: ne vnquam desit sal fœderis Dei tui [22] in cibariis tuis sacrificiis, sed in omni munere tuo sal adhibebis.

14 [23] Si volueris sacrificium cibarium afferre Domino, ex primitiis, offeras cibarium sacrificium e primitiis tuis, nempe fruges maturescentes igne tostas, quas profundit fertilis humus ager.

15 Ponas etiam super [24] illud oleum & thus: [25] sacrificium hoc cibarium. [26]

16 Et sacerdos adolebit monimentum eius, [nempe] illius profusionis, & illius olei, vna cum vniuerso thure, sacrificium hoc quod igne confit Domino.

1. l. è simila offeret eam.

3 vel, tollat (sacerdos) ex eo (sub. munere) pugillum plenũ de simila eius, &c. (sub. muneris.)

4 memoriale eius super altare: hoc quod igni absumitur, est odoris suauissimi Domino. i. adolebit id q Deo reducet in memoriã ipsum offerentem [illegible], sacrificium scilicet illud quod ita crematur, gratissimum est Domino. Alii dicũt vocem Hebræã AZCARA, pro qua memoriale versum est, significare odorem, vt sic legatur, & adolebit sacerdos odorem eius super altare.

5 de munere vel, de munere [illegible] lo.

6 sanctũ sanctorum est de oblationibus Domini [illegible] Vel, de iis quæ [illegible] Domino incenduntur q. d. id enim est sacrosanctum: quia id, est de iis quæ incendũtur in honorem Domini: eoq; comedi non possũt, nisi a sanctis, hoc est sacerdotibus.

:: vel, Quũ offerre voles oblationem quæ vocatur munus, coctionem clibani. i. Quum offerre volueris munus quod coctũ fuerit in clibano.

7 Heb. [illegible] simila (sub. offeres) [illegible] [illegible] oleo (vel, [illegible]) [illegible] infermentatas, oleo vnctas.

8 Gallice, des bignets.

9 illud. Sub. munus.

CAPVT III.

Hostia pacificorum de bob[9]

[b] immaculatũ.

[c] sacerdotes.

A [1] QVòd si hostia pacificorum fuerit ei[a] oblatio, & de bobus voluerit offerre, marem siue fœminam, [b] immaculata offeret coram Domino.

2 Ponetq; manum super caput victimæ suæ, quæ immolabitur in introitu tabernaculi testimonii: fundentq; filii Aharon. sacerdotis[c] sanguinem per altaris circuitum.

1 SI verò sacrificium eius fuerit sacrificium[1] gratiarum actionis, [2] attuleritq; illud de armento marem aut fœminam integrum afferat [3] coram Domino.

2 Et ponet manum suam super caput [4] sacrificii sui. [5] iugulabitq; illud ad ostium tentorii [6] conuentionis. & sparget filii Aharonis sacerdotes sanguinem super aram per ambitum.

eius. 10 in buccellas, 11 munus est, id est, tale est quod oportet offerre Deo. 12 Si autem munus craticulæ (vel sartagis profundæ valde) fuerit [illegible] ex simila oleo conspersa fiet: & afferes munus [illegible] Domino, [illegible] sacerdoti, & admouebit [illegible] Munus craticulæ vocat coctum super [illegible] 13 aliquam muneris illius partem [illegible] eius Sub. muneris, id est, quæ faciat vt Deus recordetur illius muneris. 14 sacrificium igni absumptum, est odoris suauissimi Domino, q. d. hæc munera etiam placent Domino. 15 [illegible] 16 Heb. (quia) sanctitas sanctitatum est de incensis Domini, id est, quæ sunt Domino oblata est. 17 [illegible] non fiet [illegible] fermentatæ [illegible] Dei munera recipiat fermentata, id est, [illegible] non prohibentur. 18 [illegible] non accendet [illegible] Domino. 19 In oblatione primitiarum offeretis eas Domino [illegible] pore nouarum frugum offer[illegible] [illegible] loquitur 20 [illegible] non imponentur super altare, [illegible] dantur, [illegible] quod cedant in cibum sacerdotum. 21 [illegible] nem muneris tui, id est, [illegible] Perpetuum [illegible] in omni munere quod mihi obtuleris [illegible] q. d. Non commiscebis aliquid [illegible] 23 Si vero offeras donum de primitiis Domino, de spicis recentibus tostis igni, & [illegible] eo inquam spicæ plenæ [illegible] de spicis [illegible] & [illegible] spicæ plenæ contusæ &c. 24 Sub. munus. 25 munus est. 26 vel, Adolebitq; sacerdos in memoriam, [illegible] subaudi, muneris, partem de frumento eius contuso, & de oleo eius, vna cum toto thure eius, id est, incensum [illegible] no.i. Sacerdos adolebit partem aliquam muneris eius, quæ Deum meminisse faciat oblationis. Alii vertunt, adolebit, testimonium eius. Incensum Domino, inquit, vel quod incenditur Domino.

CAPVT III. 1 [illegible] quis [illegible] sacrificium pacificum, q. d. Si homo priuatus offerre voluerit hostiam pacis. De sacrificio pacifico, vide sup. [illegible]

2 vel, immaculatum [illegible]

3 [illegible] tabernaculo erat arca super quam apparebat eis Dominus.

4 vel, oblationis suæ, 5 Sub. sacerdos. 6 vel, conuentus.

3 *Et [7] offeret de sacrificio [8] gratulatoris, [9] quod igne consiat Domino, nempe adipem [10] qui operit ventrem, & omnem pinguedinem quæ est [11] circa ventrem.*

4 *Et duos renes, & adipem [12] qui est circum eos, & super omentum illorum, & reticulum quod est super iecur, vnà cum renibus tollet.*

5 *Et incendent illud filij Aharonis in ara super holocausto, quod est super ligna quæ sunt super ignem: [13] vt fiat sacrificium igne Domino ad odorem suauiolentem.*

6 *Si verò de grege fuerit munus eius [14] ad sacrificium gratulatorium Domino, offerat marem aut fœminam, sed integrum.*

7 *Vt si ouem [15] attulerit pro sacrificio suo, adducat illam in conspectum Domini.*

8 *Deinde ponat manum suam super caput sacrificij sui, & [16] mactet ipsum ante tentorium [17] constitutionis, spargantque [18] filij Aharonis sanguinem eius super aram per circuitum.*

9 *[19] Et sacrificet de victima gratulatoria sacrificium quod igne consit Domino, nempe adipem eius: integram caudam [20] quæ iuncta est spinæ dorsi, tollet, adipem quoque qui obtegit [21] ventrem, & omnem adipem [22] qui est super intestina.*

10 *Duos quoque renes, & adipem qui est [23] circa eos, & super abdomen illorum, & reticulum quod est super iecur, cum renibus [24] tollet.*

11 *Sacerdosque illud incendet in ara [25] vt sit cibarium sacrificium igne confectum Domino.*

12 *Si autem capra fuerit munus eius, adducat hanc in conspectum Domini,*

13 *Et imponat manum suam super caput eius, [26] mactabitque illam [27] ante tentorium constitutionis, & spargat filij Aharonis sanguinem eius super aram per circuitum.*

14 *Et offeret [28] de ea sacrificium suum, sacrificium quod igne consit, Domino, nempe adipem qui obtegit [29] ventrem, & omnem adipem qui [30] est super ventrem.*

15 *Et duos renes, & adipem qui est super eos, & [31] super ilia, & reticulum super iecur, vna cum renibus tollet.*

16 *Et adolebit ea sacerdos in ara, [32] cibarium sacrificium quod igne consit, vt sit ad odorem suauiolentem Domino omnis adeps.* 17 *Ritus hic perpetuus [sit] [33] ad posteros vestros, [34] per cunctas habitationes vestras: vt nullum adipem, nullumque sanguinem edatis.*

3 Et offerent de hostia pacificorum in oblationem Domino, adipem qui operit vitalia, & quicquid pinguedinis est intrinsecus: — Exod. 29. b

4 Duos renes cum adipe quo teguntur ilia, & reticulum iecoris cum renunculis. — B

5 Adolebuntque ea super altare in holocaustum lignis igne supposito: in oblationem suauissimi odoris Domino.

6 Si verò de ouibus fuerit eius oblatio & pacificorum hostia, siue masculum obtulerit, siue fœminam, immaculata erunt omnia. — De ouibus.

7 Si agnum obtulerit coram Domino,

8 Ponet manum suam super caput victimæ suæ: quæ immolabitur in vestibulo tabernaculi testimonij: fundéntque filij Aaron sanguinem eius per circuitum altaris.

9 Et offerent de pacificorum hostia sacrificium Domino: adipem & caudam totam cum renibus, & pinguedinem quæ operit ventrem atque vniuersa vitalia. — C

10 Et vtrumque renunculum cum adipe qui est iuxta ilia, reticulumque iecoris cum renunculis.

11 Et adolebit ea sacerdos super altare in pabulum ignis & oblationis Domini.

12 Si capra fuerit eius oblatio, & obtulerit eam Domino, — De capris.

13 Ponet manum suam super caput eius, immolabitque eam in introitu tabernaculi testimonij. Et fundent filij Aaron sanguinem eius [a] per altaris circuitum. — [a] super. — D

14 Tollentque ex ea in pastum ignis Dominici, adipem qui operit ventrem, & qui tegit vniuersa vitalia.

15 Duos renunculos cum reticulo quod est super eos iuxta ilia, & aruinam iecoris cū renunculis,

16 Adolebitque ea super altare sacerdos in alimoniam ignis, & suauissimi odoris.

17 Omnis adeps Domini erit iure perpetuo in generationibus, & cunctis habitaculis vestris: nec sanguinem nec adipem omnino comedetis.

CAPVT IIII.

1 *Et locutus est Dominus ad Mosen, dicens.*

2 *Loquere ad filios Israel in hanc sententiam, [1] Anima si peccauerit per [2] errorem [3] in cunctis prohibitionibus Domini, quæ fieri non debebant, ipse verò vnum ex illis fecerit:*

3 *[Vt] si sacerdos [4] vnctus peccauerit [5] ad delictum populi, adducat pro peccato suo quod peccauit iuuencum, ex bobus integrum Domino ad [illegible] sacrificium pro peccato.*

4 *Et adducat iuuencum illum ad ostium [6] tentorij constitutionis in conspectum Domini, ponatque super caput iuuenci manum suam, & [7] mactabit iuuencum coram Domino.*

5 *Et sacerdos vnctus capiat de sanguine iuuenci, & inferat eum in [6] tentorium constitutionis.*

6 *Intingatque sacerdos digitum suum in sanguinem, & spargat de illo sanguine septies coram Domino ante [8] velum sanctuarij.*

7 *Ponatque sacerdos de isto sanguine super cornua aræ incensi aromatici coram Domino quæ [ara] est in [6] tentorio constitutionis: & cunctum sanguinem iuuenci fundet ad basim aræ holocausti, quæ est ad ostium [6] tentorij constitutionis.*

1 Locutusque est Dominus ad Moysen, dicens.

2 Loquere filiis Israel, Anima [a] quæ peccauerit per ignorantiam, & de vniuersis mandatis Domini quæ præcepit vt non fierent, quippiam fecerit: — A Hostia pro peccatu per ignorantiam. — [a] quum

3 Si sacerdos qui vnctus est peccauerit delinquere faciens populum, offeret pro peccato suo vitulum immaculatum Domino.

4 Et adducet illum ad ostium tabernaculi testimonij coram Domino, ponetque manum super caput eius, & immolabit eum Domino.

5 Hauriet quoque de sanguine vituli, inferens illum in tabernaculum testimonij.

6 Cúmque intinxerit digitum in sanguinem, asperget eum [b] septies coram Domino contra velum sanctuarij. — B — [b] eo

7 Ponetque de eodem sanguine super cornua altaris thymiamatis gratissimi Domino, quod est in tabernaculo testimonij, omnem autem reliquum sanguinem fundet in basim altaris holocausti in introitu tabernaculi.

8 Et

7 sub. sacerdos. 8 pacisimi. vel, pacifico. 9 incensum Domino .i. partē aliquā quę incendebatur in honorem Dei. id quod postea exponit, cū dicit, adipem &c. 10 qui est super intestina. 11 inter intestina. 12 quo teguntur ipsi, qui adeps est iuxta ilia. Vel, qui renes sunt iuxta ilia. 13 hæc res est incensum odoris quietis Domino. q.d. Tale sacrificium sic factum, erit acceptissimum Domino Deo. 14 pro sacrificio pacifico. i. Si de ouibus sacrificiū pacificum offerre velit Domino. 15 vel, obtulerit pro oblatione sua, 16 sub. sacerdos. 17 vel, conuentus. 18 filios Aaron vocat minores sacerdotes qui [illegible] sacerdotis sacrificanti. 19 Et offeret de hostia pacis pro incenso (faciendo) Domino. 20 vel, ea parte qua &c. 21 vitalia extra, 22 vel, quo interiora intestina teguntur. 23 super eos, qui adeps est iuxta ilia. 24 sub. sacerdos. vel, vltra renes auferet. 25 in cibum incensi sacrificii Domino. vel, cibus est incensi sacrificij Domino, id est, cibus est qui incēditur in honorem Domini. 26 sub. sacerdos. 27 coram tabernaculo conuentus. Hoc est, ante ostium atrij in quo erat tabernaculum. 28 ex ea oblationē suam, (vel) incensum Domino. Ergo, scilicet hircū [illegible] per caprā intelligit & hircum. 29 extra vitalia. 30 interiora intestina tegit. 31 quę est iuxta ilia. 32 [illegible] qui absumitur, in odorem quietis Domino (nam) omnis adeps Domini est. q. d. hoc velut cibo qui igni [illegible] [illegible], placatur Dominus. [illegible] adeps [illegible] Domino. 33 Heb. in generationibus vestris, quoad vixeritis. 34 i. Vbicunque habitaueritis. q. d. a vitulo [illegible] nomine [illegible] intelliguntur, & ab omni specie crudelitatis alieni estis. CAP. IIII. 1 Hebraismus pro, Quum quis peccauerit. 2 Vox Hebræa significat peccatum [illegible] in cogitantia imprudentia, & errore, impellente scilicet affectuum mole, ac impetu, animus [illegible] præcipitatur, quam minus rationis [illegible] [illegible] 3 in aliquod ex omnibus præceptis Domini, (quæ præcepta) fieri non debent, (vel, contra quæ nihil committi debet) & fecerit vnum ex illis. vel, quippiam [illegible] contra præcepta negatiua [illegible]. 4 Chaldæus [illegible] summus. Vnctus igitur significat summum sacerdotem quia summi [illegible] vngebantur vnctione solenni, non autem alij minores sacerdotes. 5 i. faciens delinquere populum. vel, secundum delictum populi [illegible] tale peccatum admiserit quale admitti solet ab vnoquoque è populo. 6 tabernaculi conuentus: i. ad ostium atrij, in quo erat tabernaculum, in tabernaculo [illegible] testimonij super quam apparebat Dominus. Vide annotationem de hoc in principio primi capitis huius libri. 7 sub. sacerdos. 8 quod scilicet separabat Sanctum sanctorum à Sancto.

[b] adipe[?]. [a] auferetur.

8 Et adipem vituli[a] offeret[b] pro peccato: tam eum qui vitalia operit, quàm omnia quæ intrinsecus sunt:

9 Duos renunculos & reticulum quod est super eos iuxta ilia, & adipem iecoris cum renunculis.

C 10 Sicut[a] offertur de vitulo hostiæ pacificorum: & adolebit ea super altare holocausti.

11 Pellem verò & omnes carnes cum capite & pedibus & intestinis & fimo,

12 Et reliquo corpore, offeret extra castra in locum mundũ, vbi cineres effundi solent; incendetq; ea super lignorum struẽ, quæ in loco effusorum cinerum cremabuntur.

13 Quòd si omnis turba filiorum Israel ignorauerit, & per imperitiam fecerit quod contra mandatum Domini est,

14 Et postea intellexerit peccatum suum, offeret pro peccato suo vitulum, adducetq; eum ad ostium tabernaculi.

15 Et ponent seniores populi manus super caput eius coram Domino.

D 16 Immolatóq; vitulo in conspectu Domini, inferet sacerdos qui vnctus est, de sanguine eius in tabernaculum testimonii,

17 Tincto digito aspergens septies contra velũ.

18 Ponetque de eodem sanguine in cornibus altaris, quod est coram Domino in tabernaculo testimonii:

19 Reliquum autem sanguinẽ fundet iuxta basim altaris holocaustorũ, quod est in ostio tabernaculi testimonii.

20 Omnemque eius adipem tollet, & adolebit super altare: sic faciens & de hoc vitulo quomodo fecit & prius: & rogante pro eis sacerdote, propitius erit eis Dominus.

21 Ipsum autem vitulum efferet extra castra, atq; comburet sicut & priorem vitulum: quia est pro peccato multitudinis.

E 22 Si peccauerit princeps, & fecerit vnum è pluribus per ignorantiã, quod Domini lege prohibetur,

23 Et postea intellexerit peccatum suum, offeret hostiã coram Domino, hircũ de capris, immaculatum.

24 Ponetq; manum suum super caput eius: cũq; immolauerit eum in loco, vbi solet mactari holocaustum coram Domino, quia pro peccato est,

25 Tinget sacerdos digitum in sanguine hostiæ pro peccato, tangens cornua altaris holocausti, & reliquum fundens ad basim eius.

F 26 Adipem vero adolebit supra, sicut in victimis pacificorũ fieri solet: rogabitq; pro eo sacerdos, & pro peccato eius, & dimittetur ei.

27 Quòd si peccauerit anima per ignorantiam, de populo terræ, vt faciat quicquam de his quæ Domini lege prohibentur, atq; delinquat,

28 Et cognouerit peccatum suum, offeret capram immaculatam:

29 Ponetq; manus super caput hostiæ quæ pro peccato est, & immolabit eam in loco holocausti.

30 Tolletq; sacerdos de sanguine in digito suo: & tangens cornua altaris holocausti, reliquũ fundet ad basim eius.

G 31 Omnem autem adipem offerens, sicut auferri solet de victimis pacificorum, adolebit super altare in odorem suauitatis Domino: rogabitque pro eo, & dimittetur ei.

32 Sin autem de pecoribus obtulerit victimam pro peccato, ouem scilicet immaculatam:

8 Et omnem adipem iuuenci[?] qui est sacrificium pro peccato tollendo separabit ex eo, nempe adipem qui obtegit[9] ventrem, & omnem adipem qui est[10] circa intestina.

9 Sed & duos renes, & adipem qui est super eos, &[11] super ilia, & reticulum iecoris cum renibus tollet.

10 Quemadmodum separanda tollitur in boue[12] qui fit pro sacrificio gratulatorio: & incendet ea sacerdos in ara holocausti.

11 Pellem verò iuuenci, & omnem carnem eius, cum capite eius, & cruribus eius, & cum intestinis eius, & fimo eius:

12 [Breuiter,] totum iuuencum extra castra efferet, ad locum mundum vbi cineres effunduntur, & comburet illum ibi super ligna in igne, iuxta [locum] vbi cineres effunduntur comburetur.

13 Quod si totus cœtus Israel errore peccauerit, res verò hunc cœtum latuerit,[13] & fecerint quidpiam ex omnibus prohibitionibus Domini quæ facere non debebat, atq; deliquerint,

14 Quum notum fuerit factum peccatum quod peccarunt, adducet cœtus iuuencum ex boue[14] pro peccato,[15] & adducent illum ante tentorium[15] constitutionis.

15 Et seniores cœtus admonebunt manus suas super caput iuuenci coram Domino,

16 Et mactabitur iuuencus in conspectu Domini. Inferetq; sacerdos vnctus de sanguine iuuenci ad tentorium[15] constitutionis.

17 Et intinget sacerdos digitum suum in sanguinem, & sparget septies coram Domino ante velum.

18 Ponat deinde de sanguine illo super cornua aræ, quæ est in conspectu Domini in tentorio[15] constitutionis.

19 Et totum sanguinẽ fundet ad basim aræ holocausti, quæ est ante ostium tentorii[15] constitutionis.

20 Et cunctum adipem separando tollet ab eo, & incendet super ara.[16] Facietq; cum iuuenco isto, quemadmodum fecit cum iuuenco pro peccato, sic inquam faciet cũ isto: & expiabit pro eis sacerdos, & propitiabitur ipsis.

21 Efferet autem iuuencum istum extra castra, & comburet eum, sicut combussit iuuencum primum,[17] peccatum est cœtus.

22[18] Si princeps peccauerit per errorem, ac deliquerit, & fecerit quippiam ex omnibus prohibitionibus Domini Dei sui, quæ facere non debeat,

23 Si illi confiterit de peccato suo quod commisit, afferat munus suum, nempe hircum caprarum, marem integrum.

24 Et applicet manum suam super caput hirci.[19] mactabitq; eum in loco vbi mactari solet holocaustum in conspectu Domini.[20] peccatum enim est.

25 Tollet tunc sacerdos de sanguine sacrificii quod fit pro peccato, digito suo, & ponet super cornua aræ holocausti, & sanguinem eius fundet ad basim aræ holocausti.

26 Totum autem adipem eius incendet in ara sicut adipem sacrificii[21] gratulatorii:[22] & expiabit illum sacerdos, vt a peccato suo [abluetur,] & propitiabitur ei.

27 Et[23] si autem aliquis peccauerit per errorem è populo terræ, feceritque vnum ex prohibitionibus Domini, quæ facere non debebat, atq; sic deliquerit.

28 Si innotuerit ei peccatum suum quod peccauit, adducet munus suum[24] hircum caprarum integrum, aut capram[?] pro peccato suo quod peccauit.

29 Et admoueat manum suam[25] super caput peccati, & mactet[26] peccatum in eo loco vbi holocausta mactari solent.

30 Tunc accipiet sacerdos de sanguine eius digito suo, & ponet super cornua aræ holocausti, & omnem sanguinem eius fundet ad basim aræ.

31 Omnem quoque adipem tollet eius ad rem, quemadmodum separando tollitur adeps de sacrificio[27] gratulatorio:[?] & incendat sacerdos super aram,[28] vt sit odor suauis coram Domino,[29] et expiabit pro eo sacerdos, & propitiabitur ei.

32 Et si ouem adduxerit pro sacrificio pro peccato [suo,] adducat fœminam integram.

9 extra vitalia.
10 super in ostia ipsa.
11 qui est iuxta ilia ipsa.
12 hostiæ pacificum, siue pacificorum.
13 Vide tertiam annotationẽ huius capitis.
14 vel, pro sacrificio peccati.
15 conuentus.
16 Et apparabit iuuencum istum: quẽadmodum fecit de iuuenco illo oblato pro peccato (sub. sacerdos) sic faciet de isto. & expiabit illum sacerdos: & remittetur[?] illi. Sub. peccatum.
17 i. hostia est pro peccato multitudinis. q. d. tale est sacrificium quod fit pro peccato multitudinis.
18 Heb. Si princeps peccauerit, & fecerit aliquid ex omnibus præceptis Domini Dei sui quæ fieri non debent, idq; fecerit per ignorantiam, & ita deliquerit: indicaueritq; ei (sub. aliquis) peccatũ suum quod peccauit. vel, innotuerit ei peccatũ quod peccauit.
19 sub. sacerdos.
20 i. hostiã pro peccato.
21 pacificorum.
22 expiabitque eum sacerdos à peccato suo, & remittetur ei [illegible]
23 Heb. Si [illegible] pro [illegible] quis è plebe per ignorantiam peccauerit, faciens aliquid ex præceptis Domini quæ facienda nõ sunt
24 capellam caprarum [illegible] feminam.
25 Id est, pro sacrificio [illegible] in expiationẽ peccati.
26 i. super caput hostiæ pro peccato.
27 oblationem pro peccato.
28 pacificorum
29 in odorem

33 *Ponétque manum suam super caput sacrificii pro peccatis, & iugulabit eam in hostiam pro peccato in loco vbi mactantur holocausta.*

34 *Et tollet sacerdos digito suo de sanguine hostiæ pro peccato ponétque super cornua aræ holocausti, & cunctũ sanguinem fundet ad basim aræ.*

35 *Et vniuersum adipem eius tollet, quemadmodũ tolli tur adeps ab oue in sacrificio gratulatorio: & incẽdet sacerdos ea in ara, vt fiat Domino sacrificium igne confectum: expiabitq́ sacerdos illum à peccato suo quod commisit, & remittetur ei.*

33 Ponet manum super caput eius, & immolabit ea in loco vbi solent cædi holocaustorum hostiæ.

34 Sumétque sacerdos de sanguine eius digito suo, & tangens cornua altaris holocausti, reliquum fundet ad basim eius.

35 Omnem quoque adipem auferens, sicut auferri solet adeps arietis qui immolatur pro pacificis: cremabit super altare incensum Domini: rogabitque pro eo & pro peccato eius, & dimittetur ei.

31 i. totum adipem eius renuntiauit. Ideo dicit (cas) nam intelligit ea quæ cremari solent in sacrificio pacificorum.
32 in incensa Domini. vel, in ensum Domini.

CAPVT V.

1 *Si peccauerit anima, audieritque vocem execrationis, testisque fuerit ipse, siue viderit, siue cognitũ habuerit: si non indicauerit, iniquitatem suam feret.*

2 *Aut si anima tetigerit rem aliquam immundã, siue cadauer sit bestiæ immundæ siue cadauer iumenti immundi, siue cadauer reptilis immundi, idq́ eum latuerit, is immundus est, & deliquit.*

3 *Aut si tetigerit immunditiam hominis, quæcunq́ tandem immunditia eius fuerit, qua pollui possit, idq́ eum latuerit postea quã et consciuerit, delictum incurrit.*

4 *Aut si anima iurauerit effutiendo labiis vt malefaciat aut benefaciat, iuxta omnia quæ temere effutire solet homo iurando, idq́ latuerit eum, ipseque resciuerit se deliquisse in aliquo horum.*

5 *Si sic in aliquo horum deliquerit, confiteatur quòd eare peccauit,*

6 *Et adducat Domino sacrificium pro delicto suo, pro peccato suo quam suo quod peccauit fœminam ex grege, ouem aut capram ad sacrificium pro peccato, & expiabit eum sacerdos à peccato suo.*

7 *Si vero facultas afferendæ ouis aut capræ defuerit ei, afferat Domino pro delicto suo quod commisit, duos turtures, aut duos pullos columbinos: alterũ pro peccato, alterum ad holocaustum.*

8 *Afferat autem eos sacerdoti, qui sacrificet primum illum qui est pro peccato, contorquendo scilicet caput eius, iuxta ceruicem eius, ita tamen vt non separet.*

9 *Et sparget de sanguine victimæ huius pro peccato ad parietem aræ: reliquum vero sanguinem guttatim ad basim aræ effundat: peccatum est.*

10 *Alterum vero faciet pro holocausto iuxta ritum, & expiabit illum sacerdos à peccato eius quod peccauerat, & remittetur ei.*

11 *Si vero facultas afferendi duos turtures aut duos columbinos pullos ei defuerit, afferat munus suum* [illegible] *oleum non ponat super* [illegible] *enim sacrificium pro peccato.*

12 *Offerat autem eam* [illegible] *apprehendat sacerdos de ea* [illegible] *monimentum* [illegible] *Domino sacrificium igne confectum, sacrificium* [illegible] *pro peccato.*

13 *Et expiabit eum sacerdos à peccato ipsius quod commisit in aliquo* [illegible] *sacerdotis quemadmodum* [illegible]

1 Si peccauerit anima, & audierit vocem iurantis, testisque fuerit quòd aut ipse vidit, aut cõscius est: nisi indicauerit, portabit iniquitatem suã.

2 Anima quæ tetigerit aliquid immundum, siue quod occisum a bestia est, aut per se mortuum, aut quodlibet aliud reptile: & oblita fuerit immunditiæ suæ, rea est, & deliquit.

3 Et si tetigerit quicquam de immunditia hominis iuxta omnem impuritatem qua pollui solet, oblitaque cognouerit postea, subiacebit delicto.

4 Anima quæ iurauerit, & protulerit labiis suis vt vel male quid faceret, vel bene, & non fecerit, & idipsum iuramento & sermone firmauerit, oblitáque postea intellexerit delictum suum,

5 Agat pœnitentiam pro peccato,

6 Et offerat de gregibus agnam siue capram, orabitque pro eo sacerdos & pro peccatis eius.

7 Sin autem non potuerit offerre pecus, offerat duos turtures, vel duos pullos columbarum Domino, vnũ pro peccato, & alterũ in holocaustum.

8 Dabitque eos sacerdoti: qui primum offerens pro peccato, retorquebit caput eius ad pennulas, ita vt collo adhæreat, & non penitus abrumpatur.

9 Et asperget de sanguine eius parietem altaris. quicquid autem reliquum fuerit, faciet distillare ad fundamentum eius, quia pro peccato est.

10 Alterum verò in holocaustum adolebit, vt fieri solet: rogabitque pro eo sacerdos & pro peccato eius, & dimittetur ei.

11 Quòd si non quiuerit manus eius duos offerre turtures, aut duos pullos columbarum, offeret pro peccato suo similæ partem ephi decimã. non mittet in eam oleum, nec thuris aliquid imponet, quia pro peccato est.

12 Tradétque eam sacerdoti: qui plenum ex ea pugillum hauriens, cremabit super altare in monimentum eius qui obtulerit,

13 Rogans pro illo & expians, reliquam verò partem ipse habebit in munere.

14 Locutúsque est Dominus ad Moysen, dicens,

15 Anima si præuaricans ceremonias, per errorem in his quæ Domino sunt sanctificata peccauerit, offeret pro delicto suo arietem immaculatum de gregibus, qui emi potest duobus siclis, iuxta põdus sanctuarii.

14 *Et* [illegible] *Dominus ad Mosen, dicens,* 15 *Anima si fuerit aliqua* [illegible] *& peccauerit per errorem in his quæ Domino sunt consecrata: adducat Domino* [illegible] *integrum ex grege iuxta æstimationem tuam argenti ponderosi, iuxta siclum sanctuarii, vt sit pro sacrificio delicti.*

A *Deo qui adiurantis indici, scelus non indicat.*
a *adiurantis.*
Tangens immundum.

Expiatio periurii.
B
b *peccato*

C
c *columbarum*
d *offerat*

D
Expiatio furti rei consecratæ Deo admissi per ignorantiam.

1 vel, Cum quis peccauerit, id est audierit vocem adiurationis, cũ testificari possit quòd viderit, vel (alia ratione) cognouerit: &c. Chaldæus paraphrastes vertit, audierit vocem iudicis adiurantis. Id est, quum quispiam priuatus vocem iudicis adiurantis ipsam audierit, vt de quo res est dicat, huiusq; rei testis esse possit de qua eum interrogat iudex, ea quòd viderit &c.
2 Id est, puniet a Deo, etiam si lateat id perpetuo homines. Ita iniquitas pro pœna ponitur.
3 Animam pro homine posuit quod ea sit præcipua hominis pars. Anima agit in corpore, & corpus est velut instrumentum eius. [illegible]

7 proferendo. 8 i. se afflicturum seipsum ieiuniis, & huiusmodi, aut aliquem beneficiis affecturum. Sic Hebræi interpretantur. Alii intelligunt [illegible]

16 Ipsumque quod intulit damni restituet, & quintam partem ponet supra, tradens sacerdoti, qui rogabit pro eo offerens arieté, & dimittetur ei.

17 Anima [b] quæ peccauerit per ignorantiam, feceritq; vnum ex his quæ Domini lege prohibentur, & peccati rea intellexerit iniquitatem suá.

18 Offeret arietem immaculatum de gregibus sacerdoti, iuxta mensuram, æstimationémque peccati: qui orabit pro eo, quia nesciens fecerit: & dimittetur ei.

19 Quia per errorem deliquit in Dominum.

16 [27] Eam verò rē consecratam, in qua peccauit, restituet, addita ad eam quinta eius parte, quam tradat sacerdoti, sacerdos verò [28] expiabit pro eo, ariete scilicet qui pro delicto sacrificatur, & remittetur ei.

17 Quòd si anima peccauerit, & fecerit quiddam ex [29] prohibitionibus Domini, quæ fieri non debent, [30] nesceritq; & deliquerit: feret iniquitatem suam:

18 Is adferat ad sacerdotem pro hostia delicti arietē integrū ex grege, [31] iuxta æstimationē tuam, & sacerdos expiabit eū ab errore suo [32] in quo errauit, ignorauitq; & remittetur ei.

19 Sacrificium hoc est pro delicto, [33] quo expiat (quis) delictum coram Domino.

CAPVT VI.

Hostia pro peccato voluntario.

A 1 Locutus est Dominus ad Moysen, dicens.

2 Anima quæ peccauerit, & contempto Domino negauerit proximo suo depositum, quod fidei eius creditum fuerat, vel vi aliquid extorserit, aut calumniam fecerit.

Num. 5. a.

3 Siue rem perditam inuenerit, & inficians insuper peierauerit, & quódlibet aliud ex pluribus fecerit in quibus solent peccare homines.

4 Conuicta delicti, reddet omnia quæ per fraudem voluit obtinere, integra, & quintam insuper partem domino, cui damnum intulerat.

5 Pro peccato autem suo offeret arietem immaculatum de grege, & dabit eum sacerdoti, iuxta æstimationem, mensuramque delicti:

6 Qui rogabit pro eo coram Domino, & dimittetur illi pro singulis, quæ faciendo peccauit.

7 Locutúsque est Dominus ad Moysen, dicens.

Lex holocausti.

8 Præcipe Aaron, & filiis eius.

9 Hæc est lex holocausti. Cremabitur in altari tota nocte vsque mane, ignis in eodem altari erit.

B

10 Vestietur tunica sacerdos & feminalibus lineis: tolléτq; cineres, quos [c] vorans ignis exussit,

[c] vorax

11 Et ponens iuxta altare, Spoliabitur prioribus vestimentis, indutusque aliis, efferet eos extra castra, & in loco mundissimo vsque ad fauillam consumi faciet.

12 Ignis autem in altari semper ardebit, quem nutriet sacerdos subiiciens ligna mane per singulos dies, & imposito holocausto, desuper adolebit adipes pacificorum.

Ignis perpetuus.

13 Ignis est iste perpetuus, qui nunquam deficiet in altari.

Lex sacrificii & libamentorum.

14 Hæc est lex sacrificii & libamentorū, quæ offerent filii Aaron coram Domino, & coram altari.

15 Tollet sacerdos pugillum similæ, quæ conspersa est oleo, & totum thus quod super similam positum est: adolebitq; illud in altari in monumétum odoris suauissimi Domino.

C 16 Reliquam autem partem similæ comedet Aaron cum filiis suis, absque fermento: & comedet in loco [d] sanctuarii tabernaculi.

[d] sancto, in atrio.

1 Locutusq; est Dominus ad Mosen, dicens.

2 Anima si peccauerit, [1] & scelus designauerit contra Dominum, negando videlicet proximo suo depositum, [2] vel datum in manum suam, [3] aut rapiendo, [4] calumniámq; faciendo proximo.

3 Aut si rem perditam inuenerit, & [5] eā negauerit, iurauerítq; falso super quapiam re, ex omnibus his quæ facere solet homo, [6] inque his peccare:

4 Si itaq; peccauerit, & deliquerit, restituat raptū quod rapuit, aut quod per calumniam extorsit, aut depositum quod illi fuit commissum, aut rem perditam quam inuenit. Quin totum illud super quo peierauit, [8] reddat sortem, addita ei quinta eius parte, reddat inquam ei, cuius est, in die [9] quo expiat delictum suum.

5 Sacrificium vero pro delicto suo adducat Domino, arietem nempe integrum ex grege, iuxta tuam æstimationem, ad sacrificium delicti ipsi sacerdoti.

6 Et expiet [10] pro eo sacerdos corā Domino, & remittetur ei, [11] quidquid illud fuerit quod fecit, & in quo deliquit.

7 Et loquutus est Dominus ad Mosen, dicens.

8 Præcipe Aharoni & filiis eius in hanc sententiam.

9 [12] Hæc est lex holocausti. [13] Holocaustum sit in pyra ara tota nocte vsq; mane, & ignis ipsius aræ incensus sit in ea.

10 Induétque sacerdos vestimentum suum lineum, & lineis femoralibus induet [14] carnem suam, [15] leuet cineres quos assumpsit ignis holocausti in ara.

11 Ponetque eos iuxta aram. Et exuens vestes suas, induet alias vestes, efferétque cineres extra castra ad locum mundum.

12 Ignis verò in ara incensus maneat, nec vnquam extinguatur, quin sacerdos per singulos dies mane ligna in ara incendat, & aptet super eam holocaustum, adolebitque super eam adipes sacrificiorum pacificorum.

13 Ignis semper accensus sit in ara, nec vnquam extinguatur.

14 Hæc vero [16] lex est sacrificii cibarii: afferent illud filii Aharonis coram Domino ante aram:

15 Separandóque tollet ex illo vola sua, ex similagine scilicet ipsius sacrificii cibarii, & de oleo eius, totumq; thus [17] quod est super sacrificium cibarium, in cēdetq; in ara [18] monumentū eius, in odorē suaueolentē Domino.

16 Quod vero ex eo superfuerit, comedet Aaron & filii eius. [19] placenta infermētata, comedētur in loco sancto, nempe in atrio [20] tētorii constitutionis comedēt [21] illud.

27 Hebr. Et quod peccauerit in re sancta. 28 emundabit per illum arietem oblationis factæ pro peccato. i. declarabit eum emundatum à peccatis per eum, cuius erat aries figura, nempe per Christum. 29 præceptis 30 & non nouerit, & deliquerit, & portauerit iniquitatem suam: Tunc offeret &c. i. idque fecerit per imprudentiam, & postea cognouerit se deliquisse, cognoueritque se esse prægrauatam delicto suo (Gallice dicemus, Et qu'il en sente sa conscience chargee) Tunc offeret &c. 31 i. secundum precium quod constitueris. 32 quem per imprudentiam admisit, & ipse non intellexit. vel, ab errore suo quo nesciens errauit. 33 Heb. (nam) deliquendo deliquit in Dominum.

CAP. VI.

1 Heb. & prævaricationem admiserit contra Dominum, mentitúsque fuerit contra socium suum in deposito. i. si contempto Domino, negauerit, in damnum proximi, ipsum proximum deposuisse apud se aliquid. 2 Heb. aut in depositione manus suæ, mentitus fuerit. Hoc est, si negauerit datam sibi, tradito proximi [illegible] gratia [illegible] causa. 3 Heb. aut rapinam, [illegible] negauerit. [illegible]

[1] [illegible] nerit se vi pecuniam extorsisse. 4 i. bona proximi sui occupauisse aliqua fraude. 5 Heb. mentitus fuerit in ea. i. se eam inuenisse. 6 peccando in his [illegible] quæ facere [illegible] solet ab homine [illegible] peccatum. 7 i. fatetur se deliquisse. 8 [illegible] illud in [illegible] totum illud [illegible], hoc est sortem ipsam. 9 Heb. peccati sui, die oblationis sue pro delicto, aut die confessionis delicti sui. 10 illum 11 Heb. ab vno ex omnibus, quæ admittere solet (homo) peccando in eo. 12 i. Hæ sunt ceremoniæ obseruandæ in holocausto. 13 Heb. est autem holocaustum propter [illegible] i. id est, vt combustum [illegible] quæ sit super altare tota nocte vsque ad matutinum tempus [illegible] altaris incendetur in eo. i. perpetuo [illegible] fuerit super altare. Hæc [illegible] per parenthesin. Alii legunt sine parenthesi, [illegible] holocaustum in incendio super altare, tota nocte vsque ad mane: ignis enim erit in eo altari. Induetque se tunica &c. In incendio, vertis potest, super focum, hunc super incendium. i. super ligna accensa. Ignis autem, ille scilicet qui [illegible] fiat. 14 i. pudenda sua. 15 tolletque cinerem postea quam absumpserit ignis holocaustum ab altari, ponetque illum. 16 lex oblationis quæ dicitur munus, quam [illegible] ceremoniis [illegible] Minha, i. munus: quod vnus ex filiis Aaronis offeret 17 i. quod additur oblationi manus. 18 in odorem quietis monumentum eius, sub similæ Domino, quæ [illegible] Dominum oblationis. 19 Heb. azymis comedetur. 20 tabernaculi conuentus, 21 illam, sub. similam.

22 Heb. portionem eorum posui illam ex incensis. 1 Non coquentur ex ea panes fermentati: quia partem eorum dedi illam ex his quæ mihi incenduntur. Hebræus loquendi mos, pro, Volui portionem eorum quæ offeruntur mihi incendenda, cedere in cibum sacerdotum, & ab illis tantum edi. 23 vel, sanctitas sanctitatum est, i. res sacrosancta est: cóque à sacerdotibus tantum edi debet sicut hostia quæ pro peccato & quæ pro delicto offertur. 24 illud. Sub. munus Vel illam similam, siue panes factos ex illa simila. 25 statuto perpetuo per ætates vestras, de incensis Domini Hoc est, omnes mares stirpis sacerdotalis comedere poterunt panes ex ea simila factos: quamdiu vixeritis, erit vestra simila ex incensis Domini. 26 quicquid tetigerit illa, sanctificabitur, i. fiet sacrosanctum, & non poterit edi, nisi a sacerdotibus (illis) quam dicit, tan. similam intelligit, cum oleo & thure oblatam, quam hostias pro delicto, & pro peccato oblatas. 27 Vtitur hac præfatione sancta Moses, et ostendat fa[illegible] sacrificiorum [illegible] non esse, sed [illegible] inuentas & futuras. 28 vel, Hæc est oblatio &c.

17 *Non coquetur fermentatum: [22] hoc ipsum dedi eis, ut sit pars eorum ex sacrificiis meis quæ igne fiunt: [23] sacrosanctum est. quemadmodum sacrificium pro peccato, & sacrificium pro delicto.*

18 *Omnis mas ex filiis Aharonis comedet [24] ex eo: [25] ritus hic perpetuus sit in posteritatibus vestris, de sacrificiis quæ igne consumit Domino: [26] quicunque contingit ea, sacer esto.*

19 *[27] Locutusq; est Dominus ad Mosen dicens.*

20 *[28] Hoc sit munus Aharonis & filiorum, quod offerent Domino, [29] ab eo die quo fuerit unctus. Decima pars epha similaginis [30] pro iugi sacrificio, dimidiū eius mane, & dimidium eius vespere.*

21 *In sartagine cum oleo fiet, [31] maceratam afferas eam, cocta scilicet frusta cibarii sacrificii afferas, odorem suaueolentem Domino.*

22 *Et sacerdos qui pro eo unctus fuerit de filiis eius, faciet istud: ritus hic perpetuus sit, Domino totum incendatur:*

23 *Omne sacrificium cibarium sacerdotis totum (incensum) erit, nec comedetur.*

24 *Et locutus est Dominus ad Mosen in hanc sententiam:*

25 *Loquere ad Aharonem, & ad filios eius hisce verbis, Hæc est lex hostiæ pro peccato: in loco ubi mactatur holocaustum, mactabitur & hostia pro peccato [32] coram Domino, sacrosancta enim est.*

26 *Sacerdos qui sacrificat hostiam pro peccato, eam comedet, in loco sancto comedetur, (nempe) in atrio tentorii [33] constitutionis.*

27 *[34] Quicunque contigerit carnem eius, sacer esto. Et si de sanguine eius sparsum fuerit super aliquam vestem, quod aspersum fuerit, lauabis in loco sancto.*

28 *Vas autem fictile in quo cocta fuerit, frangetur: & si in vase æneo cocta fuerit, defricabitur, & aqua lauabitur.*

29 *Omnis mas ex sacerdotibus comedet illam: [35] sacrosancta enim est.*

30 *Et omnis hostia peccati, de cuius sanguine infertur in tentorium [36] constitutionis, [36] ad expiandum in sanctuario, [37] non comedetur, sed igne cremabitur.*

17 Ideo autem non fermentabitur, quia pars eius in Domini offertur incensum sanctum sanctorum erit, sicut pro peccato atque delicto.

18 Mares tantum stirpis Aaron comedent illud: legitimum ac sempiternum erit in generationibus vestris de sacrificiis Domini omnis qui tetigerit illa, sanctificabitur.

19 Locutusque est Dominus ad Moysen, dicens. *Oblatio Aaron & filiorum eius in die vnctionis suæ.*

20 Hæc est oblatio Aaron, & filiorum eius, quā offerre debent Domino in die vnctionis suæ. Decimam partem ephi offerent similæ in sacrificio sempiterno, medium in mane, & medium eius vespere.

21 Quæ in sartagine oleo conspersa frigetur: offeret autem eam calidam in odorem suauissimū Domino Sacerdos.

22 Qui iure patri successerit, & tota cremabitur in altari.

23 Omne enim sacrificium sacerdotum igne consumetur, nec quisquam comedet ex eo.

24 Locutus est autē Dominus ad Moysen, dicens. D

25 Loquere Aaron & filiis eius, Ista est lex hostiæ pro peccato, In loco vbi offertur holocaustum, immolabitur, coram Domino. sanctum sanctorum est. *Lex hostiæ pro peccato.*

26 Sacerdos qui offert, comedet eam in loco sancto, in atrio tabernaculi.

27 Quicquid tetigerit carnes eius, sanctificabitur. Si de sanguine illius, vestis fuerit aspersa, lauabitur in loco sancto.

28 Vas autem fictile in quo cocta est, confringetur. quòd si vas æneum fuerit, defricabitur, & lauabitur aqua.

29 Omnis masculus de genere sacerdotali vescetur de carnibus eius, quia sanctum sanctorum est.

30 Hostia enim quæ cæditur pro peccato, cuius sanguis infertur in tabernaculum testimonii ad expiandum in sanctuario, non comedetur, sed comburetur igni. Heb. 13. b. supra 4.

CAPVT VII.

1 *Hæc verò [1] lex est hostiæ pro delicto, [2] sacrosancta est.*

2 *In loco ubi mactant holocaustum, ibi quoque mactent hostiam pro delicto, & sanguinem eius [3] sparget [4] super aram per circuitum.*

3 *Omnem adipem eius offerent de eo, caudam, & adipem eius qui obtegit intestina.*

4 *Duos quoque renes, & adipem qui super eos est, (&) qui est super ilia, & reticulum quod est super iecur cū renibus tollet.*

5 *Et incendet ea sacerdos super aram, [5] ut sit sacrificium quod igne consumitur Domino: est enim hostia pro delicto.*

6 *Omnis mas de sacerdotibus ex ea comedet, in loco sancto comedetur: est enim sacrosancta.*

7 *[7] Sicut hostia pro peccato, sic hostia pro delicto, eadem illis lex est: & [8] erit sacerdotis qui per eam expiat.*

1 Hæc quoque est lex hostiæ pro delicto, sancta sanctorum est: A *Lex hostiæ pro delicto.*

2 Idcirco vbi immolabitur holocaustum, mactabitur & victima pro delicto: sanguis eius per gyrum altaris fundetur.

3 Offerent ex ea caudam & adipem qui operit vitalia.

4 Duos renunculos, & pinguedinem quæ iuxta ilia est, reticulumq; iecoris cum renunculis.

5 Et adolebit ea sacerdos super altare: incensum est Domini pro delicto.

6 Omnis masculus de sacerdotali genere, in loco sancto vescetur his carnibus, quia sanctum sanctorum est.

7 Sicut pro peccato offertur hostia, ita & pro delicto, vtriusq; hostiæ lex vna erit, ad sacerdotē qui eam obtulerit, pertinebit.

8 Sacer-

a Hæc est lex & ritus quem obseruare debent in oblatione muneris tam Aaron qui summus est sacerdos, quam filii eius qui minores sunt sacerdotes. [illegible] ad summum sacerdotem, nam ille solus [illegible] alii autem [illegible] sanguinis [illegible] quicunque [illegible] offerent minores sacerdotes [illegible] in odorem quietis Domino. Sacer[illegible] statuto perpetuo tota Domino cremabitur. Et omne munus [illegible] Domino acceptissimum, sacerdos autem unctus pro eo [illegible] Holocaustum præterea fieri, more Hebraico positum pro toto [illegible]. 29 vel, in die [illegible] 30 in mane [illegible] 31 [illegible]

32 [illegible] Septentrionali. 33 conuentus. 34 Quicquid contigerit carnem eius, sanctum reddetur, i. Non comedetur nisi à sacerdotibus. 35 i. Deo [illegible] hostia 36 [illegible] 37 [illegible]

CAP. VII. 1 [illegible] pro expiatione delicti. Hoc capite describuntur leges sacrificii quod pro minore peccato offertur. 2 vel, sanctitas sanctitatum [illegible] sacerdotibus [illegible] 3 sub. sacerdos. 4 sub [illegible] 5 vel, [illegible] 6 in incensum Domini, talis enim hostia [illegible] pro delicto offertur. 7 Heb. Sicut peccatum, sic delictum. Compendium loquendi Hebræorum [illegible] pro peccato [illegible] in hostia pro delicto qui obseruabatur in hostia pro peccato. 8 [illegible] ad [illegible] sacerdotem pertinebit hostia illa, qui per illam expiauerit peccatum alicuius.

8 Sacerdos qui offert holocausti victimam, habebit pellem eius.

9 Et omne sacrificium similæ, quod coquitur in
B clibano, & quicquid in craticula, vel in sartagine præparatur, eius erit sacerdotis à quo offertur:

10 Siue oleo conspersa, siue arida fuerint, cunctis filiis Aaron mensura æqua per singulos diuidetur.

Hostia pacificorum.

11 Hæc est lex hostiæ pacificorum quæ offertur Domino.

12 Si pro gratiarum actione oblatio fuerit, offerent panes absque fermento conspersos oleo, & lagana azyma vncta oleo, coctamque similam, & collyridas olei admistione conspersas,

13 Panes quoque fermentatos cum hostia gratiarum, quæ immolatur pro pacificis:

14 Ex quibus vnus pro primitiis ˚offertur˚ Domino, & erit sacerdotis qui fundet hostiæ sanguinem.

˚ offeretur.

15 Cuius carnes eadem comedentur die, nec remanebit ex eis quicquam vsque mane.

16 Si voto, vel sponte quispiam obtulerit hostiam, eadem similiter edetur die: Sed & si quid in crastinum remanserit, vesci licitum est:

17 Quicquid autem tertius inuenerit dies, ignis absumet.

18 Et si quis de carnibus victimæ pacificorum die tertio comederit, irrita fiet ˚eius˚ oblatio, nec proderit offerenti: quin potius quæcunque anima tali se edulio contaminauerit, præuaricationis rea erit.

C

19 Caro quæ aliquid tetigerit immundum, non comedetur, sed comburetur igni: qui fuerit ˚ immundus,˚ vescetur ex ea.

˚ mundus.

20 Anima polluta, quæ ederit de carnibus hostiæ pacificorum, quæ oblata est Domino, peribit de populis suis.

21 Et quæ tetigerit immunditiam hominis, vel iumenti, siue omnis rei quæ polluere potest, & comederit de huiuscemodi carnibus, interibit de populis suis.

22 Locutusque est Dominus ad Moysen, dicens

Adeps & sanguis non comedenda.

23 Loquere filiis Israel: Adipem ouis, & bouis, & capræ non comedetis.

24 Adipem cadaueris morticini, & eius animalis quod a bestia captum est, habebitis in varios vsus.

25 Si quis adipem, qui offerri debet in incensum Domini, comederit, peribit de populo suo.

26 Sanguinem quoque omnis animalis non sumetis in cibo, tam de auibus, quam de pecoribus.

27 Omnis anima quę ederit sanguinem, peribit de populis suis.

Quæ Aaronis erăt, & filiorŭ eius de sacrificiis pacificis.

28 Locutusq; est Dominus ad Moysen, dicens.

29 Loquere filiis Israel, dicens, Qui offert victimam pacificorum Domino, offerat simul & sacrificium, id est, libamenta eius.

D

30 Tenebit manibus adipem hostiæ, & pectusculum.

31 Cumque ambo oblata Domino consecrauerit, tradet sacerdoti, qui adolebit adipem super altare, pectusculum autě erit Aaron, & filiorum eius.

32 Armus quoque dexter de pacificorum hostiis cedet in primitias sacerdotis.

8 Sacerdos qui adfert alicuius holocaustum, illius erit pellis holocausti quod sacrificauit.

9 Et omne [9] sacrificium cibarium quod coctum est in fornace, & quodcunque fit in frixorio, & in sartagine, sacerdotis illius erit, qui illud sacrificat.

10 Et omne sacrificium cibarium quod permistum est oleo, quin & aridum, erit omnium filiorum Aharonis, [†] vnius vt alterius.

11 Hæc est lex sacrificii [10] pacificorum, [11] cum offertur Domino.

12 Si pro gratiarum actione obtulerit ipsum, offeret [12] pro sacrificio illo gratiarum actionis [13] placentas azymas oleo permistas, & extenuatas placentulas infermentatas oleo vnctas, & similaginem maceratam, lagana oleo subacta.

13 Cum placentis panis fermentati [14] adducet sacrificium suum, pro hostia gratiarum actionis pacificorum suorum.

14 Et offeret ex eo vnum, [15] ex vniuerso sacrificio thruma Domino, [16] quæ erit sacerdotis spargentis sanguinem pacificorum.

15 [17] Porro caro sacrificii gratiarŭ actionis pacificorum suorum, eadem die quo offertur edi debet, nec reponatur ex eo quicquam vsque mane.

16 Si autem ex voto vel sponte attulerit sacrificium suum, comedetur eadem die quo afferet sacrificium suum: postero vero die & quod residuum ex eo manserit, edi potest.

17 Quod autem manserit de carne sacrificii in diem tertium, igne comburetur.

18 Quod si omnino quidpiam comestum fuerit de carne pacificorum suorum die tertio, [18] fauorem non consequetur offerens illud, nec imputabitur ei: quin abominatio erit: & anima quæ comederit, feret iniquitatem suam.

19 Caro quæ tetigerit quamcunque immunditiam, non comedetur, sed igne comburetur: [19] munda sit omnis caro, & qui carnem comederit.

20 Anima quæ comederit carnem de hostia pacificorum quæ Domini sunt, & habuerit in se immunditiam suam, [20] excindetur anima eiusmodi de populis suis.

21 Anima vero quæ tetigerit aliquid immundum, siue sit hominis immunditia, siue immundum animal, aut immunditia reptilis, & comederit de carne sacrificii pacificorum, quod Domini est, excindetur anima eiusmodi de populis suis.

22 Et loquutus est Dominus ad Mosen, dicens,

23 Loquere ad filios Israel hisce verbis, Omnem adipem bouis, & ouis, atque capræ non comedetis.

24 [21] Adeps cadaueris, & adeps discerpti a bestia vsui esse potest ad omnia opera, modo huiusmodi non edatis.

25 Omnis enim qui adipem animalis, quod adducetur ad sacrificium quod igne consit Domino, comederit, anima illa edens excindetur e populis suis.

26 Et omnem sanguinem ne edatis, [22] in cunctis habitationibus vestris, siue auis sit, siue iumenti.

27 Quæcunque anima sanguinem aliquem comederit, huiusmodi anima excindetur e populis suo.

28 Et loquutus est Dominus ad Mosen in hanc sententiam:

29 Loquere ad filios Israel huiusmodi verba. Qui adducet sacrificium pacificorum suorum Domino, [23] adducat suam illam oblationem Domino, de sacrificio pacificorum.

30 [24] Manus eius adducant sacrificium quod igne consiat Domino, adipem cum pectusculo afferet ipse, [illegible] Domino: adipem vero incendet sacerdos in ara: erit que pectus Aharonis & filiorŭ eius.

31 Pectus quidem vt agitetur ad tenuphacoram Domino:

32 Armum quoque dextrum dabitis [25] thrumam sacerdoti, ex sacrificiis pacificorum vestrorum.

9 mincha. Hebraice vocatur mincha.
† Heb. vnicuique sicut fratri suo, vt per singulos æqua mensura diuidetur.
10 Heb. pacium. Hoc sacrificium siebat quoties aliquis Deŭ laudare volebat super signo aliquo e [illegible] facto. [illegible] & offerens comedebat ex eo: quod in sacrificio pro peccato & delicto non siebat. Per signŭ [illegible] liberationem ex vinculis, aut si quis Dei beneficio ex graui infirmitate conualuisset: aut problem ex [illegible] tempore [illegible] Hæc & nomine pacis intelliguntur, pro quibus agebantur gratiæ Deo, immolato sacrificio.
11 quod offeret.
12 cum sacrificio.
13 vel, crustula infermentata, & lebonda, & similam frixam, & placentas conspersas in oleo.
14 Hebr. afferet oblationem suă cum sacrificio gratiarum actionis pacificorum. Hoc est sacrificio quo gratias agebant ob pacem redditam, aut tranquillitatem, aut sanitatem [illegible]. Panis infermentatus [illegible] culpæ & infirmitatis significat.
15 vel, [illegible] elevationem Domino. [illegible] qui eleuabitur coram Domino.
16 sub. panis eleuatio.
17 Caro vero [illegible] gratiarum actionis pacificorum [illegible] eadem die qua immolabatur comedetur: nec relinquet. Ait [illegible] sacerdos. Hebraismus [illegible] Caro oblata pro gratiarŭ actione ob pacem, etc.

[illegible] aliud insigne beneficium a Deo [illegible] acceptŭ. 18 non erit gratus qui obtulerit illud, nec imputabitur ei, [illegible] 19 [illegible] omnis mŭdus comedet [illegible] immolatas Deo in sacrificio pacificorum. 20 [illegible] congregatione [illegible] 21 Heb. Adeps cadaueris, & adeps rapinæ fiet in omne opus, & comedendo non comedetis illum [illegible] Adeps cadaueris & etiam capti a fera & occisi, ad varios vsus adaptabitur, sed non poterit comedi a vobis. 22 i. vbicunque habitaueritis [illegible] 23 [illegible] oblationem suam Domino de sacrificiis pacificis [illegible] 24 vel, Manibus suis offeret quod est incensum Domini [illegible] pectusculum agitationis [illegible] agitetur coram Domino. Agitatio [illegible] 25 eleuationem, id est, ad leuandum [illegible] Agitabatur hostia a dextra ad sinistram, [illegible] significabatur Deus supremorum & infernorum, cœlestium & terrestrium Dominus.

33 Qui ex filiis Aharonis obtulerit sanguinem pacificorum atq; adipem, is habebit armum dextrum pro portione.

34 Nam pectus [26] tenupha, & armus thruma accepi à filiis Israel, de sacrificiis pacificorum ipsorum, & dedi ea Aharoni sacerdoti & filiis eius, statuto perpetuo à filiis Israel.

35 [27] Hæc est vnctio Aharonis & filiorum eius [28] de sacrificiis Domini, à die quo attulit eos vt sacerdotio fungerentur coram Domino.

36 Quæ præcepit eis Dominus dari in die vnctionis eorũ à filiis Israel, statuto perpetuo [29] in posteritatibus suis.

37 Hæc est lex holocausti, & [30] sacrificii cibarii, & hostiæ pro peccato, & hostiæ pro delicto, [31] pro initiatione, & pro sacrificio pacificorum:

38 [32] Quam scilicet præcepit Dominus Mosi in monte Sinai, quum mandaret filiis Israeli in deserto Sinai vt offerrent sacrificia sua [33] Domino.

33 Qui obtulerit sanguinem, & adipem, filiorum Aaron, ipse habebit & armum dextrum in portione sua.

34 Pectusculum enim eleuationis, & armum separationis tuli à filiis Israel de hostiis eorum pacificis, & dedi Aaron sacerdoti, & filiis eius lege perpetua ab omni populo Israel.

35 Hæc est vnctio Aaron & filiorum eius in ceremoniis Domini, in die quo obtulit eos Moyses, vt sacerdotio fungerentur.

36 Et quæ præcepit eis dari Dominus à filiis Israel religione perpetua in generationibus suis.

37 Ista est lex holocausti & sacrificii pro peccato atque delicto, & pro consecratione & pacificorum victimis:

38 Quam constituit Dominus Moysi in monte Sinai, quãdo mandauit filiis Israel, vt offerrent oblationes suas Domino in deserto Sinai.

26 agitationis, & armus eleuationis. i. quod per agitationem à dextra ad sinistrã offertur, & armus qui eleuatur dum imbi affertur. 27 i. Hæc est merces vnctionis Aaronis: hoc est, Mercedis loco hoc habebit Aaron & filii eius ob vnctionẽ suã, siue sacerdotiũ suum à filiis Israel. 28 vel, de his quæ incenduntur Domino, à die quo accedere fecit eos vt sibi sacerdotio fungerentur, 29 i. quibus seculis illi vixeriot. 30 muneris, & sacrificii &c. Hic est recapitulatio præcedentium, vt trãseat ad sequentia. 31 i. & sacrificii quod fieri solet in consecratione sacerdotum. 32 i. Quas leges Moses tulit iubente Domino. 33 i. sibi. Hebraismus antecedens pro relatiuo.

CAPVT VIII.

1 Loquutus est Dominus ad Mosen, dicens.

2 Accipe Aharonem & filios eius cum eo, & vestes, atque oleum vnctionis, & iuuencum (sacrificii) pro peccato, & duos arietes, atque canistrum placentarum infermentatarum.

3 Et congrega vniuersum cœtum ad ostium tentorii [1] constitutionis.

4 Et Moses fecit quemadmodum præceperat ei Dominus, congregatusque est cœtus ad ostium tentorii [1] constitutionis. Et dixit Moses ad cœtum.

5 [2] Hoc est verbum quod præcepit Dominus, vt fiat.

6 Et [3] adduxit Moses Aharonem & filios eius.

7 Et lauit eos aqua. Et induit eum tunicam strictam, & cinxit eum [4] zona: sed & [5] interulam laxiorem induit eum, & vestiuit eum humerale.

8 [6] Et cinxit illud textura polymita quæ erat in humerali, cingens scilicet illum eo. Posuit & pectorale super eum, reponens in pectorali Vrim & Thummim.

9 Deinde posuit tiaram in capite eius, ponens super tiaram [7] in anteriore parte eius, laminam auream coronam [8] sanctam, sicut præceperat Dominus Mosi.

10 Accepit quoque Moses oleum vnctionis, & [9] vnxit tabernaculum & quidquid fuit in eo, & consecrauit ea.

11 Et spargens de illo super aram septies, vnxit aram & omnia instrumenta eius, labrum & basim eius vt cõsecraret ea.

12 Fundens autem de oleo vnctionis super caput Aharonis, vnxit eum, vt eum consecraret.

13 Et applicans Moses filios Aharonis, [10] induit eos tunicis, atque accinxit eos cinctura, & [11] adstrinxit eis pileolos, quemadmodum præceperat Dominus Mosi.

14 [12] Adduxit quoq; iuuencum pro peccato.

15 Et posuit Aharon atque filii eius manus suas super caput iuuenci, qui fuit sacrificium pro peccato. Quo mactato, Moses accepit sanguinem, quem digito suo posuit super cornua aræ per ambitum, & expiauit aram, & sanguinem fudit ad basim aræ, consecrauitq; ipsam, [13] & expiaret pro ea.

16 Et tollens vniuersum adipẽ, qui erat super [14] ventrem, & reticulum iecoris, & duos renes, atque adipem eorum, incendit Moses in ara.

17 Iuuencum vero & pellem eius, carnem eius, & excrementum eius extra castra igne combussit, quemadmodum præceperat Dominus Mosi.

18 Et adduxit arietem pro holocausto, imposuerunt Aharon & filii eius manus suas super caput arietis. Quo mactato, Moses sparsit sanguinem super aram circumquaque.

19 Et incidens arietem [15] in suas incisiones, incendit Moses caput, [16] & alias incisiones cum extis, [17] ventrem vero & crura lauit aqua. 20 To-

A *Consecratio pontificis Aaronis & filiorum eius.*

1 Locutúsque est Dominus ad Moysen, dicens.

2 Tolle Aaron cum filiis suis, vestes eorum, & vnctionis oleum, vitulum pro peccato, duos arietes, canistrum cum azymis.

3 Et congregabis omnem cœtum Israel ad ostium tabernaculi.

4 Fecitque Moyses vt Dominus imperauerat; congregataque omni turba ante fores tabernaculi, Ait.

5 Iste est sermo quem iussit Dominus fieri.

6 Statimque obtulit Aaron & filios eius.

7 Cumq; lauisset eos, Vestiuit pontificem subucula linea, accingens eum balteo, & induens eum tunica hyacinthina, & desuper humerale imposuit.

8 Quod astringens cingulo aptauit rationali, in quo erat doctrina & veritas. B

9 Cidari quoq; texit caput: & super eam, contra frontem, posuit laminam auream consecratam in sanctificatione, sicut præceperat ei Dominus.

10 Tulit & vnctionis oleum, quo leuiuit tabernaculum cum omni supellectili sua.

11 Cumque sanctificans aspersisset altare septem vicibus, vnxit illud, & omnia vasa eius, labrumque cum basi sua sanctificauit oleo.

12 Quod fundens super caput Aaron, vnxit eum, & consecrauit. Eccl. 45. c.

13 Filios quoque eius [a] oblatos consecrauit, vestiuitque tunicis lineis, & cinxit balteis, imposuitq; mitras, vt iusserat Dominus. [a] *oblatos vestiuit*

14 Obtulit & vitulum pro peccato.

15 Cúmque super caput eius posuisset Aaron & filii eius manus suas, immolauit eum: hauriens sanguinem, & tincto digito, tetigit cornua altaris per gyrum. quo expiato & sanctificato, fudit reliquum sanguinem ad fundamenta eius. C

16 Adipem verò qui erat super vitalia, & reticulum iecoris, duosque renunculos cum aruinulis suis adoleuit super altare:

17 Vitulum cum pelle, & carnibus, & fimo, cremans extra castra, sicut præceperat Dominus.

18 Obtulit & arietem in holocaustum: super cuius caput cum imposuissent Aaron & filii eius manus suas, immolauit eum, & fudit sanguinem eius per circuitum altaris. D

19 Ipsumque arietem in frusta cõcidens, caput eius, & artus, & adipem adoleuit igni, lotis prius intestinis & pedibus.

CAP. VIII. 1 conuentus. 2 Hebraismus, pro, Hoc est quod Dominus præcepit fieri. 3 accersiuit ad se 4 vel, balteo: 5 pallium & secutusq; eũ baltei superhumeralis, & stringit eum illo. Posuit præterea pectorale super [illegible] in quo posuit Vrim & Thummim [illegible] paraphrastes [illegible] cum illo [illegible] pectorali [illegible] super humerali [illegible] [illegible] 7 [illegible] [illegible] aliquot [illegible]

12 [illegible] Accepit quoque vitulum mactandum pro expiatione peccati, 13 ad expiandum eam. Vel, in ea. i. ad expiandum in ea omnia peccata. 14 intestina, 15 in sua frusta, 16 & frusta sua 17 intestinum.

20 Totumque simul arietem incendit super altare, eo quòd esset holocaustum suauissimi odoris Domino, sicut præceperat ei.

21 Obtulit & arietem secundum, in consecrationem sacerdotum: posueruntque super caput eius Aaron & filii eius manus suas.

22 Quem cũ immolasset Moyses, sumens de sanguine eius, tetigit extremũ auriculæ dextræ Aaron, & pollicem manus eius dextræ, similiter & pedis.

E 23 Obtulit & filios Aaron. cúmq; de sanguine arietis immolati tetigisset extremum auriculæ singulorum dextræ, & [a]pollices[a] manus ac pedis dextri, reliquum fudit super altare per circuitum.

[a] pollicem

24 Adipem vero, & caudam, omnémq; pinguedinem quæ operit intestina, reticulúmque iecoris, & duos renes cum adipibus suis, & armo dextro separauit.

25 Tollẽs autem de canistro azymorum, quod erat coram Domino,[b] panes[b] absque fermento, [c]& collyridam conspersam oleo, laganumque posuit super adipes,

[b] panem (sing. num.
[c] unum

26 Et armum dextrum, tradens simul omnia Aaron & filiis eius.

27 Qui postquam leuauerunt ea coram Do-
F mino, rursum suscepta de manibus eorum, adoleuit super altare holocausti, eo quòd cõsecrationis esset oblatio in odorem suauitatis sacrificii [d] Domini.[d]

[d] Domino.

28 Tulitque pectusculum eleuans illud coram Domino, de ariete consecrationis in partem suam, sicut præceperat ei Dominus.

29 Assuméns que vnguentum, & sanguinem qui erat in altari, aspersit super Aaron & vestimenta eius, & super filios illius ac vestes eorum.

30 Cumq; sanctificasset eos in vestitu suo, præcepit eis, dicens.

31 Coquite carnes ante fores tabernaculi, & ibi comedite eas. panes quoq; consecrationis edite, Qui positi sunt in canistro, sicut præcepit mihi Do-
G minus, dicens, ‖ Aaron & filii eius comedent eos.

Exod.29.f.

32 Quicquid autem reliquum fuerit de carne & panibus, ignis absumet.

33 De ostio quoque tabernaculi non exibitis septem diebus, vsque ad diem quo complebitur tempus consecrationis vestræ. septem enim diebus finitur consecratio.

34 Sicut impræsentiarum factum est, vt ritus sacrificii[e] compleretur.[e]

[e] compleatur.

35 Die ac nocte manebitis in tabernaculo obseruantes custodias Domini, ne moriamini: sic enim mihi præceptum est.

36 Feceruntq; Aaron & filii eius cuncta quæ locutus est Dominus per manum Moysi.

20 Et incendit Moses totum arietem super ara [18] in holocaustum, vt fieret odor suaueolens, & sacrificium quod igne consit Domino,' quemadmodum Dominus Mosi præceperat.

21 Adduxit deinde arietem alterum, arietem scilicet consecrationis, & imposuerunt Aharon & filii eius manus suas super caput arietis.

22 Quem mactans Moses, tulit de sanguine eius, & posuit super [19] auriculam molliorem auris Aharonis dextræ,' & s per pollicem manus eius dextræ. & super pollicem pedis eius dextri.

23 Et adducens Moses filios Aharonis, posuit de sanguine super [19] teneriorem partem auris eorum dextræ,' & super pollicem manus eorum dextræ, & super pollicem pedis eorum dextri, sparsitq; Moses sanguinem super aram per circuitum.

24 Tulit deinde adipem atque caudam, & omnem adipem qui erat super ventrem, reticulum iecoris, & duos renes cum adipe eorum, & armum dextrum.

25 De canistro quoque azymorum quæ erant coram Domino, tulit placentam vnam infermentatam, & placentam panis [20] delibuti vnam, & laganum vnum, & posuit super adipes.

26 Et super armum dextrum. Et hæc omnia posuit super manus Aharonis, & super manus filiorum eius.

27 Et [21] agitauit ea tenuphá coram Domino. Deinde tulit Moses ea de manibus eorum, & adoleuit in ara [22] super holocaustum: [23] fuit enim hoc sacrificium consecrationis igne confectum Domino in odorem suaueolentem.'

28 Et accipiens Moses pectus, [24] agitauit ipsum tenupha' coram Domino: fuit enim de ariete consecrat. onis ipsi Mosi pars hæc, quemadmodum præceperat Dominus Mosi.

29 Tulit etiam Moses de oleo vnctionis, & de sanguine qui erat in ara, & sparsit super Aharonem, & super vestimenta eius, & filios eius, atque vestimenta filiorum eius cum eo:

30 Consecrauitq; Aharonem, vestimenta eius, & filios eius, atq; vestimenta filiorum eius cum eo. Et dixit Moses ad Aharonem, & ad filios eius.

31 Coquite carnem in ostio tentorii [25] constitutionis,' ibidemq; comedite eam vna cum pane, qui est in canistro consecrationis, quemadmodum [26] præcepi' hisce verbis, Aharon & filii eius comedent eam.

32 Quod vero de carne & pane reliquum fuerit, igne combureti.

33 De ostio quoque tentorii [25] constitutionis' septem diebus non exibitis, ad eum vsque diem quo impleti fuerint dies consecrationis vestræ: septẽ enim diebus [27] implebit' manum vestram.

34 [28] Sicut fecit hac die, sic præcepit Dominus fieri ad expiandum vos.'

35 'Porro die noctuque [29] sedebitis' in ostio tentorii [30] constitutionis' septem diebus, [31] & obseruabitis obseruationem Domino,' vt non moriamini: sic enim iussus sum.

36 Fecit itaque Aharon & filii eius omnia verba quæ Dominus per Mosen præceperat.

18 Heb. holocaustum erat in odorem quietis, & res quæ incẽderetur ipsi Domino. i. eo quod holocaustum esset, cuius odor erat Deo gratissimus: eumque arietem incendebat in honorem Domini.
19 extremam auriculam Aaronis dextram.
20 Heb. olei. i. oleo conspersi.
21 agitauit ea agitatione. i. fecit vt cum agitatione quadã, mouitando illa à sinistra ad dextram, offerrent illa.
22 in holocaustum. Vel, post holocaustum:
23 Heb. oblationes sunt in odorem quietis, oblatio ignita Domino: i. nam illud ipsum, oblatio sacerdotis, nempe sacrificiũ quod absumitur igni, sicut solet in gratissimum odorem Domino.
24 agitauit illud agitatione i. agitando vel mouitando obtulit illud Deo.
25 conuentus.
26 præcepit. sub. Dominus.
27 i. consecrabit. sub. Dominus. Quidam dicunt tertiam personam poni pro prima, consecrabo manus vestras, iussu Dei.
28 i. quemadmodum ego Moses feci, sic præceperat Dominus vt facerẽ, vt emundãtem vos à peccatis vestris per septẽ dies.
29 manebitis
30 conuentus
31 vel, obseruates custodias Domini. Id est, custodientes ea quæ vobis Dominus custodienda & præcepta esset.

CAPVT IX.

A 1 Facto autem octauo die, vocauit Moyses Aaron & filios eius, ac maiores natu Israel, dixitq; ad Aaron.

Prima Aaronis oblatio, pro se & populo.
Exod.29.a.

2 ‖ Tolle de armento vitulum pro peccato, & arietem in holocaustum, vtrunque immaculatum, & offer illos coram Domino.

3 Et ad filios Israel loqueris, Tollite hircum pro peccato, & vitulum atq; agnum [a]anniculum,[a] & sine macula in holocaustum.

[a] anniculos.

4 Bouem & arietem pro pacificis: & immolate eos coram Domino, in sacrificio singulorum si-

1 Factum est autem[1] octauo die' vt vocaret Moses Aharonem atque filios eius, senioresq; Israelis. Dixit autem ad Aharonem:

2 Tolle tibi vitulum iuuencum ex armento ad hostiam pro peccato, & arietem in holocaustum, integros (vtrosque,) & adduc in conspectum Domini.

3 Ad filios vero Israelitas dices hisce verbis Tollite hircum ex capris pro hostia peccati, & vitulum, & agnum, anniculos, integros pro holocausto.

4 Bouem quoque & arietem pro pacificis, ad sacrificandum coram Domino, & oblationem Minha

IX. CAP.
1 Sub. Martii. Hæc enim gesta sunt altero anno ab egressu ex Ægypto, octauo Martii. non vt Rabini volunt, primo.

olei conspersam hodie enim Dominus apparebit vobis.
5 *Tulerunt itaq; quæ præcepit Moses, ante tentor[ium] [2] constitutionis,* & *accessit vniuersus cœtus, steteruntq; [3] coram Domino.* Et ait Moses.
6 *Hoc est verbum quod præcepit Dominus vt faciatis,* & *apparebit vobis gloria Domini.*
7 *Et ait Moses ad Aharonem, Accede ad aram,* & *fac sacrificium tuum pro peccato,* & *holocaustum tuum, [4]* & *fac expiationem pro te,* & *pro populo,* & *fac etiam sacrificium populi, [5] vt expies eos, quemadmodum præcepit Dominus.*
8 *Accessit igitur Aharon ad aram,* & *mactauit vitulum quem habuit pro peccato.*
9 *Et attulerunt filii Aharonis sanguinem ad eum,* & *intingens digitum suum in sanguine, posuit super cornua aræ, fuditq; sanguinem ad basim aræ.*
10 *Adipem verò* & *renes,* & *reticulum iecoris de illa hostia peccati, [6] incendit in ara, quemadmodum præceperat Dominus Mosi.*
11 *Porro carnem* & *pellem igne cõbussit extra castra.*
12 *Mactauit* & *holocaustũ,* & *porrexerũt Aharoni filii eius sanguinem, quẽ sparsit super ara per circuitum.*
13 *Sed* & *holocaustum ipsum administrarũt ei, [7] cũ incisionibus suis,* & *capite, quæ [8] incendit super aram.*
14 *Lauit quoq; [8] ventrem* & *crura,* & *[9] incendit eum holocausto in ara.*
15 *Deinde adduxit sacrificium populi, accipiens caprum, quem [10] habuit populus hostiã peccati,* & *mactans eum, confecit eum pro hostia peccati, quemadmodum priorem.*
16 *Et sacrificauit holocaustum,* & *fecit illud iuxta ritum.*
17 *Adduxit* & *[11] cibariũ sacrificium, implens manum sua ex eo,* & *incendẽs in ara præter holocaustũ matutinũ.*
18 *Mactauit* & *bouem,* & *arietem, sacrificium (scilicet) [12] gratulatorium, [13] quod populus habuit.* Et *filii Aharonis porrexerunt ei sanguinem, quem sparsit super aram per ambitum.*
19 *Et adipes de boue,* & *Ariete,* & *caudam, [14]* & *obtegentem (adipem)* & *renes atq; reticulum iecoris.*
20 *Et posuerunt adipes super [15] pectusculũ,* & *[16] incendit adipes in ara. Pectuscula verò* & *armum dexterũ*
21 *[17] Mouit Aharon tenuphã coram Domino, quemadmodum præceperat Moses.*
22 *Et leuans Aharon manum suam super populũ, benedixit eis in tempore illo, [18] tum descendit ([19] ab ara,) vbi fecerat hostiam pro peccato,* & *holocaustum, [20] atq; gratulatoria*
23 *[21] Et veniens Moses atq; Aharon in tentorium constitutionis, egressi, benedixerunt populo, visaq; est gloria Domini vniuerso populo.*
24 *[22] Et egressus est ignis à facie Domini, deuorauitq; in ara holocaustũ,* & *adipes: quod vidẽs vniuersus populus, letis vocibus [23] exclamans, ceciderunt in facies suas.*

milam conspersam oleo offerentes, hodie enim
Dominus apparebit vobis.
5 Tulerunt ergò cuncta quæ iusserat Moyses ad
ostium tabernaculi: vbi cum omnis multitudo
astaret, ait Moyses.
6 Iste est sermo quem præcepit Dominus: facite, & apparebit vobis gloria eius. B
7 Et dixit ad Aaron, Accede ad altare, & immola pro peccato tuo: offer holocaustum, & deprecare pro te & pro populo. cumq; mactaueris hostiam populi, ora pro eis, sicut præcepit Dominus.
8 Statimque Aaron accedens ad altare, immolauit vitulum pro peccato suo:
9 Cuius sanguinem obtulerunt ei filii sui: in quo tingens digitum, tetigit cornua altaris, & fudit residuum ad basim eius.
10 Adipémque, & renunculos, ac reticulum iecoris, quæ sunt pro peccato, adoleuit super altare, sicut præceperat Dominus Moysi:
11 Carnes verò & pellem eius, extra castra cõbussit igni.
12 Immolauit & holocausti victimam: obtuleruntque ei filii sui sanguinem eius, quem fudit per altaris circuitum. C
13 Ipsam etiam hostiam in frustra concisam, cum capite & membris singulis obtulerunt: quæ omnia super altare cremauit igni.
14 Lotis aqua prius intestinis & pedibus.
15 Et pro peccato populi offerẽs, mactauit hircũ,
16 Expiatóq; altari fecit holocaustum,
17 Addẽs in sacrificio libamẽta, quæ pariter offeruntur: Et adolens ea super altare, absq; ceremoniis holocausti matutini.
18 Immolauit & bouem atq; arietem hostias pacificas populi. obtuleruntq; ei filii sui sanguinẽ, quem fudit super altare in circuitum.
19 Adipem autem bouis, & caudam arietis, renunculósq; cum adipibus suis, & reticulum iecoris posuerunt super pectora. D
20 Cumq; cremati essent adipes super altare, pectora eorum, & armos dexteros separauit Aaron.
21 Eleuans coram Domino, sicut præceperat Moyses.
22 Et extendens manum ad populum, benedixit ei. sicq; completis hostiis pro peccato & holocaustis & pacificis, descendit. *Benedicit Aaron populo.*
23 Ingressi autem Moyses & Aaron in tabernaculum testimonii, & deinceps egressi benedixerunt populo. ¶ Apparuitque gloria Domini omni multitudini. *Apparet gloria Domini. 1. Mach. 2. c.*
24 Et ecce egressus ignis à Domino, deuorauit holocaustũ, & adipes qui erant super altare: quod cum vidissent turbæ, laudauerunt Dominum ruẽtes in facies suas. *Ignis à Domino egressus deuorat holocaustum.*

CAPVT X.

1 *ET accipientes filii Aharonis Nadab* & *Abihu quisque acerram suam, imposito igne, miserunt in eas incensum,* & *attulerunt coram Domino ignem [1] alienum, de quo nihil eis [2] præceperat.*
2 *Et egressus ignis à facie Domini, [3] deuorauit eos, mortuiq; sunt [4] in conspectu Domini.*
3 *Et ait Moses ad Aharonem, Hoc est quod loquutus est Dominus, quum diceret, [5] In his qui mihi appropinquant [6] sanctus ero,* & *in conspectu vniuersi populi [10] glorificabor.* & *Aaron tacuit.*
4 *Vocauit ergo Moses Misael* & *Elizaphan, filios Vzielis, qui fuit patruus Aharonis* & *dixit ad eos, Accedite, efferte [9] fratres vestros [10] è sanctuario extra castra.*

1 ARreptisque Nadab & Abiu filii Aaron thuribulis, imposuerunt ignem, & incensum desuper, offerentes coram Domino ignem alienum, quod eis præceptum non erat. A *Nadab* & *Abiu comburuntur à Deo. Num. 3. a. 26. g. 1. Par. 24. a.*
2 Egressusque ignis à Domino, deuorauit eos, & mortui sunt coram Domino.
3 Dixitque Moyses ad Aaron, Hoc est quod locutus est Dominus, Sanctificabor in iis qui appropinquant mihi & in conspectu omnis populi glorificabor. quod audiens tacuit Aaron.
4 Vocatis autem Moyses Misaele, & Elisaphan filiis Oziel patrui Aaron, ait ad eos, Ite, & tollite fratres vestros de conspectu sanctuarii, & asportate extra castra. *Feruntur extra castra.*

2 conuentus. 3 nempe ante fores tabernaculi. 4 vel, & deprecare pro te. Aut, placa tibi Deum, propitium tibi redde & fauentem tibi & populo per sacrificium. 5 & ora pro eis. vel, placa Deũ pro illis. 6 i. cremandum posuit super altare. nam ignis de cælo absumebatur holocaustũ. 7 i. cum artubus suis in frusta [illegible] cisis. 8 intestina 9 i. cremãda posuit. 10 vel, tradiderat populus pro hostia peccati. 11 munus. i. ex eo munere cepit quantum pugillo capi potest, & cremandum posuit super altare, vt quando descenderet ignis, combureret omnia. Præter holocaustum matutinũ, inquit: nam ante omnia sacrificia matutino tempore offerebatur holocaustum, & rursus vesperi vltimũ sacrificium erat holocaustum. 12 pacificorum, 13 vel, quod erat populi. siue, quod pro populo offerebatur. 14 & adipem tegentem exta, 15 pectora, bouis scilicet & arietis. 16 cremandos posuit 17 agitauit Aaron agitatione. s. agitando obtulit. 18 postea descenderat. Quia altare erat in loco excelsiore, ideirco descenderat dicitur. 19 ab apparando oblationem [illegible] sacrificium pacificorum. 21 vel, [illegible] ingressi fuerant Moses & Aaron tabernaculum sæderis, & egressi, & benedixerunt populo. 22 Haberet [illegible] arquod [illegible] vt [illegible] nempe, descendens ignis de cælo, &c. 23 exclamauit, & conciderunt in facies suas. [illegible] Domini. CAP. X. [illegible] qui [illegible] Israelitæ in [illegible] 2 Sub [illegible] 4 [illegible] altare holocausti [illegible] quæ [illegible] sunt mihi [illegible] 8 apparebo gloriosus, tua apparebit gloria mea. 9 cognatos. 10 [illegible] 5 [illegible] 6 [illegible] 7 [illegible] [illegible] Chaldæus paraphrastes vertit, prorupit in laudẽ [illegible] 3 [illegible] redacti [illegible]

5 Confestimque pergentes, tulerunt eos sicut iacebant, vestitos lineis tunicis, & eiecerunt foras, vt sibi fuerat imperatum.

Planctus Israel ob incensos Nadab & Abiu.

B

6 Locutusque est Moyses ad Aaron, & ad Eleazar, & Ithamar filios eius, Capita vestra nolite nudare, & vestimenta nolite scindere: ne forte moriamini, & super omnem cœtum oriatur indignatio. fratres * vestri, & omnis domus Israel plangant incendium quod Dominus suscitauit.

* *quoque*

7 Vos autem * non egrediemini fores tabernaculi, alioquin peribitis. oleum quippe sanctæ vnctionis est super vos. Qui fecerunt omnia iuxta præceptum Moysi.

* *ne egrediemini.*

Interdicitur sacerdotibus vinum.

8 Dixitque Dominus ad Aaron.

9 Vinum, & omne quod inebriare potest, non bibetis tu & filii tui, quando intrabitis in tabernaculum testimonii, ne moriamini: quia præceptum sempiternum est in generationes vestras:

10 Et vt habeatis scientiam discernendi inter sanctum & prophanum, inter pollutum & mundũ.

11 Doceatisque filios Israel omnia legitima mea quæ locutus est Dominus ad eos per manum Moysi.

C

Sacerdotes comedunt residuum oblationum.

12 Locutusq; est Moyses ad Aaron, & ad Eleazar & Ithamar filios eius, qui erant residui, Tollite sacrificium quod remansit de oblatione Domini, & comedite illud absque fermento iuxta altare: quia sanctum sanctorum est.

13 Comedetis autem in loco sancto: quod datum est tibi & filiis tuis de oblationibus Domini, sicut præceptum est mihi.

14 Pectusculum quoque quod oblatum est, & armum qui separatus est, edetis in loco mundissimo tu & filii tui, & filiæ tuæ tecum. tibi enim ac liberis tuis * reposita sunt de hostiis salutaribus filiorum Israel.

* *seposita*

15 Eo quod armum & pectus, & adipes qui cremantur in altari, eleuauerunt coram Domino, & pertineant ad te, & ad filios tuos lege perpetua, sicut præcepit Dominus.

D

1. Mac. 2. c. Irascitur Moyses, quod non comederint residuum.

16 Inter hæc hircum qui oblatus fuerat pro peccato cum quæreret Moyses, exustum reperit: iratusque contra Eleazar & Ithamar filios Aaron qui remanserant, ait.

17 Cur non comedistis hostiam pro peccato in loco sancto, quæ sancta sanctorum est, & data vobis vt portetis iniquitatem multitudinis, & rogetis pro ea in conspectu Domini,

18 Præsertim cum de sanguine illius non sit illatum intra sancta, & comedere debueratis eam in sanctuario, sicut præceptum est mihi?

19 Respondit Aaron, Oblata est hodie victima pro peccato, & holocaustum coram Domino: mihi autem accidit quod vides. quomodo potui comedere eam, aut placere Domino in ceremoniis mente lugubri?

20 Quod cum audisset Moyses, recepit satisfactionem.

5 Et illi accedentes, tulerunt eos in tunicis suis extra castra sicut loquutus fuerat Moses.

6 Et ait Moses ad Aharonem, & Eleazarum atque Ithamarum filios eius, Capita vestra [11] ne nudetis, nec vestimenta discindatis, ne moriamini, & [12] ne indignatio cadat super vniuersum cœtum: sed fratres vestri, nempe tota domus Israel, defleant [13] deflagrationem quam incendit Dominus. — 11 more scilicet lugentium. Dominus non vult eos esse tristes propter interitum impiorum: neque vult vt contra præceptum eius quicquam faciant. 12 id est, ne irascatur Dominus aduersus congregationem. 13 id est, mortem filiorum Aaron quæ illis à Deo cœlitus immissa peruenit.

7 Et [14] de ostio tentorii constitutionis ne egrediamini, ne forte moriamini: [15] quoniam oleum vnctionis Domini est in vobis. & fecerunt iuxta verbum Mosis. — 14 ab ostio tabernaculi fœderis, hoc est, [illegible] ministrando in loco sancto, vbi quæ ratione orationis & sacrificiis, & iis quæ sunt [illegible] 15 id est, quia vncti estis oleo sancto.

8 Et [17] loquutus est Dominus ad Aharonem hisce per verba, — 17 [illegible] scilicet Mose.

9 Vinum & siceram [18] non bibes, tu & filii tui qui tecum sunt, [19] quum ingressi fueritis tentorium constitutionis, ne moriamini: [20] statutum hoc sit sempiternum posteritates vestras. — 18 [illegible] bibas. Non semper abstinebant à vino sacerdotes, sed quando ingressuri erant tabernaculum fœderis, [illegible] causa. 19 quando intraturi estis in [illegible] conuentus, id est quando debebitis officio vestro fungi. 20 id est, volo hoc statutum perpetuo à vobis obseruari [illegible] in [illegible]

10 [21] Et vt discernatis inter sanctum & inter prophanum, inter immundum & mundum. — 21 Tum vt discernatis [illegible]

11 [22] Vtque doceatis filios Israel omnia statuta [23] quæ Dominus ad eos per Mosen loquutus est.

12 Et loquutus est Moses ad Aharonem, & ad Eleazarum, & Ithamarum filios eius residuos, Tollite [24] cibarium sacrificium quod superest ex eis sacrificiis, quæ igne consumuntur Domino, & comedite illud [25] infermentatum iuxta aram, quoniam [26] sacrosanctum est.

13 Comedetis illud (inquam) in loco sacro: [27] est enim demensum tuum, & demensum filiorum tuorum, de eis sacrificiis quæ igne consumuntur Domino, quoniam sic iussus sum:

14 [28] Et pectusculum tenuphæ, armumque therumæ comedetis in loco mundo, tu & filii tui, atque filiæ tuæ tecum: siquidem pro iure tuo, & pro iure filiorum tuorum data sunt (ista) de sacrificiis pacificorum filiorum Israel.

15 [29] Armum therumæ, & pectusculum tenuphæ cum sacrificiis adipum quæ igne fiunt, inferent, vt moueant tenupham coram Domino. hoc erit tibi, & filiis tuis tecum, statutum perpetuum, quemadmodum præcepit Dominus.

16 Hircum quoque pro peccato diligenter quæsiuit Moses, & ecce erat combustus. iratus est ergo contra Eleazar atque Ithamar filios Aharonis superstites, & ait.

17 Quare non comedistis hostiam pro peccato in loco sacro quum sit sacrosancta, illamque vobis [30] dederit, [31] vt auferatis iniquitatem cœtus, [32] ad expiandum eos in conspectu Domini?

18 En sanguis eius non est illatus intra sanctuarium interius, omnino debueratis comedere [33] eam in sanctuario, quemadmodum [34] præcepi ram.

19 Aharon autem respondit Mosi, En attulerunt hodie hostiam suam pro peccato, & holocaustum suum coram Domino, [35] ita atque mihi acciderunt: & si comedissem hostiam pro peccato hodie, num hoc bene placitum esset in oculis Domini?

20 Quod quum audisset Moses, [36] bene consuluit.

doceatis. 23 Hebraismus est, pro, locutus sum ego. 24 reliquum muneris ex his quæ incensa sunt Domino. [illegible] Quum aliquis Domino [illegible] reliquum [illegible] 25 in infermentatis, id est, [illegible] sanctitatum. [illegible] 27 quia hoc [illegible] sacerdotali [illegible] fœderis. 28 Pectus quoque agitationis, & armum [illegible] Pectus agitationis, qui cum quadam [illegible] offerebatur. [illegible] & pectus agitationis [illegible] adipibus offerent, vt ea agites, vel, eleues [illegible] coram Domino, eritque tuum [illegible] id est, cedet tibi & filiis tuis in [illegible] perpetuum.
30 sub Domino. 31 vel, vt remittatis iniquitatem, id est, remissam declaretis. 32 id est, ad placandum Deum pro eis. 33 id est, in atrio. 34 capite sexto scilicet huius libri. 35 mihi autem acciderant huiusmodi. [illegible] hodie oblationem illam pro peccato, an placuisset Deo? [illegible] quod certè argumento [illegible] Deo non placuisse [illegible] cum Aaron causam mortis [illegible] Si igitur comedissem [illegible] ex oblatione, quomodo placuissem Deo, quum oblatio ipsa non placuerit [illegible] Non putaui fore Deo gratum, quum ea victima non fuerit placita [illegible] placuit in oculis eius. Hebraicus loquendi modus est, pro, hæc responsa placuit ei. 36 H[illegible]

CAPVT XI.

A [1] LOcutusque est Dominus ad Moysen & Aaron, dicens,

[1] ET loquutus est Dominus ad Mosen & Aharonem, dicens,

1 Hebr. & findens fissuram vngularum, i. habens vngulam omnino fissam. Hoc ponitur ad maiorem declarationem.
2 Hebr. reuocans cibum inter animalia comedetis, i. cibum in stomachum demissum ruminās inter animalia, comedere poteritis.
3 aut. Cum Ex ruminantibus, dicit, & Ex diuidentibus vngulam, sobauc. aduerbium TANTVM vel SOLVM. q. d. ex animalibus quæ tantum ruminant, aut diuidunt vngulam tantum. Quatuor enim genera animalium hic sunt attendenda: nam alia ruminant tantum, alia diuidunt vngulam tantum, alia neque ruminant, neque vngulam bisulcam habent, alia & ruminant, & vngulam bisulcam habēt. Animalia postremi huius generis munda sunt, reliqua impura.
4 quia.
5 Per reptilia, intelligit mouentes pisces qui nascuntur ex cœno per animalia viuentia, intelligit maiores qui nascuntur ex ouo & maris fœmina.
6 i. abstinete ab homine [illegible]
7 [illegible] interpretatur quid per (abominari) intelligat.
8 Hebr. quæ abominatio sunt vobis.
9 vel, gryphus. Alii [illegible] quæ [illegible] volat, quam [illegible]
10 Haliæetus aquila est marina, a ma[illegible] [illegible]cationib. sic appellata ἁλιαίετος enim [illegible] & ἀετὸς aquila.
11 Heb. Iiba [illegible] id est [illegible]
12 vel, larus.
13 [illegible]

2 *Loquimini ad filios Israel in hanc sententiam, Hoc est animal quod comedetis ex omni iumento quod est super terram.*

3 *Quicquid ex iumentis vngulam separat, [1] & vngulæ fissura findit, [2] ruminationem sursum reuocans, hoc comedatis.*

4 *Verum tamen hoc non comedetis ex his quæ ruminationem sursum reuocant, [3] & ex his quæ vngulam separant, camelus [4] qui sursum quidē ruminationē reuocat, at vngulam non separat, & ob id immundus sit vobis.*

5 *Cuniculus, [4] qui & ipse ruminat, sed vngulam non separat, immundus sit vobis.*

6 *Et lepus, qui ruminationem reuocat sursum, at vngulam non separat, immundus sit vobis.*

7 *Et sus, qui vngulam separet, findatq́ fissura vngulam, ruminationē tamen nō reuocat, immundus sit vobis.*

8 *De carne eorum ne edatis, & cadauer illorum ne tangatis, sed immunda sint vobis.*

9 *Ex omnibus verò quæ in aquis sunt hoc comedetis.*

10 *Quæcunque in aquis pinnulas habent & squamas, tam in mari quàm in fluminibus, ea comedetis. Et quicquid pinnulas non habet ac squamas, in mari & fluminibus, ex omnibus [5] reptilibus aquaticis, & ex cuncta anima viuente quæ in aquis est, [6] abominandum sit vobis: abominanda inquam sint vobis.*

11 *[7] De carne eorum ne comedatis, & cadauer illorum horreatis.*

12 *Quicquid in aquis pinnulas & squamas non habet, sit vobis abominandum.*

13 *In auibus hæc sunt [8] à quibus horrere, nec ea comedere debetis, abominanda enim sunt, aquila, [9] accipiter, [10] aquila marina.*

14 *Vultur & miluus iuxta speciem suam.*

15 *Omnis coruus iuxta speciem suam.*

16 *[11] Struthio, noctua, [12] cuculus, [13] nisus iuxta speciem suam: Nycticorax.*

17 *Mergulus, [14] bubo, [15] Porphyrion, [16] Ibis.*

18 *Pelecanus.*

19 *Ciconia & [17] graculus iuxta speciem suam, vpupa & vespertilio.*

20 *Quicquid ex volucribus repit & vadit super [18] quatuor, abominandum vobis esto.*

21 *Veruntamen istud comedetis ex omni reptili pennato, quod graditur super [18] quatuor, [19] cui scilicet sunt suffragines super pedes eius, quibus saltare potest super terram. Ex quibus hæc [20] comedetis.*

22 *[21] Arbe iuxta speciem suam, & [22] salcam iuxta speciem suam, & [23] hargol iuxta speciem suam, & [24] hegab iuxta speciem suam.*

23 *Omne vero (vel quum) reptile alatum quod quatuor pedes habet, [25] abominandum esto vobis.*

24 *[26] In istis polluemini: & quicunque cadauer illorum tetigerit, immundus sit vsque ad vesperam.*

25 *Quicunque [illegible] extulerit cadauer eorum aliquod, lauabit vestimenta sua, & erit immundus vsque ad vesperam.*

26 *Omne animal quod [27] separat vngulam, sed fissuram non findit, nec ruminationem sursum reuocat, immunda hæc sint vobis, quicunque tetigerit [27] ea, immundus erit.*

27 *Et quicquid graditur [30] super manus suas, in omni animali quod ambulat super quatuor, immunda sint vobis talia: & quicunque tetigerit cadauer illorum, ad vesperam vsque sit immundus.*

28 *Et qui [31] portauerit cadauer illorum, lauet vestimenta sua, eritque immundus vsque ad vesperam: [32] immunda hæc sint vobis.*

29 *Et in reptili quod reptat super terram, hoc vobis immundum sit, Mustela & mus, [†] crocodilus iuxta speciem suam:*

2 Dicite filiis Israel, Custodite omnia quæ scripsi vobis, vt sim Deus vester. Hæc sunt animalia quæ comedere debetis de cūctis animantib. terræ. — *Animalia munda, & immunda.*

3 Omne quod habet diuisam vngulam, & ruminat in pecoribus, comedetis. — Deut. 14. a

4 Quicquid autem ruminat [*], & habet vngulam, sed non diuidit eam, sicut camelus & cætera, non comedetis illud, & inter immūda reputabitis. — [*] *quidem.*

5 Chœrogryllus qui ruminat, vngulamq́ non diuidit, immundus est. — *Chœrogryllus.*

6 Lepus quoque: nam & ipse ruminat, sed vngulam non diuidit. — *Lepus.*

7 Et sus: qui cū vngulam diuidat, non ruminat. — *Sus.*

8 Horum carnibus non vescemini, nec cadauera contingetis, quia immunda sunt vobis. — 2. Macch. 6 B

9 Hæc etiam sunt quæ gignuntur in aquis, & vesci licitum est, Omne quod habet pinnulas & squamas, tam in mari quàm in fluminibus & stagnis, comedetis. — *Pisces mundi & immundi.*

10 Quicquid autem pinnulas & squamas non habet eorum quæ in aquis mouentur & viuunt, abominabile vobis, execrandumq́ue erit.

11 Carnes eorum non comedetis, & morticina vitabitis.

12 Cuncta quæ non habent pinnulas & squamas in aquis, polluta erunt.

13 Hæc sunt quæ de auibus comedere non debetis, & vitanda sunt vobis, aquilam, & gryphem, & haliæetum. — *Aues immundæ.*

14 Et miluum ac vulturem iuxta genus suum.

15 Et omne coruini generis in similitudinē suā.

16 Struthionem, & noctuam, & larum, & accipitrem iuxta genus suum. — C

17 Bubonem, & mergulum, & ibin.

18 Et cygnū & onocrotalum, & Porphyrionē.

19 Herodionem & charadrion iuxta genus suū, vpupam quoque & vespertilionem.

20 Omne de volucribus quod graditur super quatuor pedes, abominabile erit vobis.

21 Quicquid autem ambulat quidem super quatuor pedes, sed habet longiora retro crura, per quæ salit super terram, comedere debetis, — *Aues mundæ.*

22 Vt est bruchus in genere suo, & attacus atq; ophiomachus, ac locusta, singula iuxta genus suū.

23 Quicquid autem ex volucribus quatuor tantum habet pedes, execrabile erit vobis:

24 Et quicunque morticina eorum tetigerit, polluetur, & erit immundus vsque ad vesperum: — D

25 Et si necesse fuerit vt portet quippiam horum mortuum, lauabit vestimenta sua, & immundus erit vsque ad occasum Solis.

26 Omne animal quod habet quidem vngulam, sed non diuidit eam, nec ruminat, immundum erit: quicquid tetigerit illud, contaminabitur. — *Animalia immunda.*

27 Quod ambulat super manus ex cunctis animantibus, quæ incedunt quadrupedia, immundum erit: qui tetigerit morticina eorum, polluetur vsq; ad vesperum.

28 Et qui portauerit huiuscemodi cadauera, lauabit vestimenta sua, & immundus erit vsque ad vesperum: quia omnia hæc immunda sunt vobis.

29 Hæc quoque inter polluta reputabuntur de his quæ mouentur in terra. Mustela & mus & crocodilus, singula iuxta genus suum. — E

14 [illegible] 15 vel, Cygnus. 16 [illegible] pelecanus & [illegible] 17 Nonnulli vertunt [illegible] LXX. charadrion. Est autem Charadrius Græcis [illegible] 18 sub pedes. 19 vel, [illegible] 20 [illegible] 21 Vocabula Hebræa [illegible] Significant autem fere [illegible] 22 [illegible] quatuor pedes [illegible] 23 [illegible] 24 [illegible] Hebræa [illegible] 25 [illegible] 26 vel, [illegible] 28 vel, [illegible] 32 [illegible] Quidam vertunt [illegible] Alii [illegible] vocem Hebræam significare [illegible]

30 Mygale, & chamæleon, & stellio, & lacerta, talpa:

31 Omnia hæc immunda sunt. Qui tetigerit morticina eorum, immundus erit vsq; ad vesperū.

32 Et super quod ceciderit quicquam de morticinis eorum, polluetur tam vas ligneum & vestimentum, quàm pelles & cilicia: & in quocunque fit opus, tingentur aqua. & polluta erunt vsque ad vesperum, & sic postea mundabuntur.

33 Vas autem fictile in quod horum quicquam intrò ceciderit, polluetur, & idcirco frangendū est.

Cibus. 34 Omnis cibus quem comedetis, si fusa fuerit super eum aqua, immundus erit: & omne liquens

Potus. quod bibitur de vniuerso vase, immundum erit.

F 35 Et quicquid de morticinis huiuscemodi ceciderit super illud, immundum erit: siue clibani, siue chytropodes, destruentur, & immundi erunt.

Fons. 36 Fontes verò & cisternæ, & omnis aquarum congregatio, munda erit: qui morticinum eorum tetigerit, polluetur.

Sementis. 37 Si ceciderit super sementē, non polluet eam.

38 Si autē quispiam aqua sementem perfuderit, & postea morticinis tacta fuerit, illico polluetur.

39 Si mortuum fuerit animal quod licet vobis comedere, qui cadauer eius tetigerit, immundus erit vsque ad vesperum.

40 Et qui comederit ex eo quippiam, siue portauerit: lauabit vestimenta sua, & immundus erit vsque ad vesperum.

Reptile immūdum. 41 Omne quod reptat super terram, abominabile erit, nec assumetur in cibum:

G 42 Quicquid super pectus quadrupes graditur, & multos habet pedes, siue per humum trahitur, non comedetis, quia abominabile est.

43 Nolite contaminare animas vestras, nec tangatis quicquam eorum, ne immundi sitis.

1.Pet.1.c 44 Ego enim sum Dominus Deus vester: sanctí estote, quia ego sanctus sum. Ne polluatis animas vestras in omni reptili, q. mouetur super terram.

45 Ego enim sum Dominus, qui eduxi vos de Terra Ægypti, vt essem vobis in Deum. Sancti eritis, quia ego sanctus sum.

46 Ista est Lex animantiū ac volucrū, & omnis animæ viuentis, q mouetur in aqua, & reptat in terra.

47 Vt differētias nouerítis mundi & immūdi, & sciatis quid comedere & quid respuere debeatis.

30 [33] *Erici, stellio, lacerta & [34] chamæleon:*

31 *Hæc immūda sint vobis in omni reptili: quicunq; tetigerit ea mortua, [35] immundus erit vsq; ad vesperam.*

32 *Et super quodcunq; ceciderit [36] cadauer eorum, immundum erit, siue fuerit vas ligneum, siue vestis siue pellis siue saccus, siue quodcunq; vas, in quo fit aliquod opus: per aquam traducatur, fitq; immundum vsque ad vesperam, & [37] tum mundabitur.*

33 *Omne quoque vas fictile, in quod aliquid ex his ceciderit, immundum erit quidquid intra ipsum fuerit, vasq; ipsum confringetis.*

34 *Sed & omnis cibus qui comedi solet, super quem venerit aqua huiusmodi, immundus erit: & omnis potus qui bibi solet, in quocunq; fuerit vase, immūdus erit.*

35 *Et omne super quod ceciderit [38] cadauer illorum, immundum erit: (proinde) furnus & ollæ diruentur, quia immunda sunt, eruntque vobis immunda.*

36 *At fons, [39] puteus, & aquarum collectio munda erit: & [40] qui cadauer illorum tetigerit, immundus erit.*

37 *Quod si [41] cadauer illorum ceciderit super quodcunque [42] semen quod seminatur aut seminari possit, mundum erit.*

38 [43] *Sin aqua fusa fuerit super semen, & ceciderit super illud [44] cadauer illorum, immundum erit vobis.*

39 *Si fuerit mortuum aliquod iumentum, quod à vobis edi potest, & aliquis tetigerit cadauer eius, is immundus erit vsq; ad vesperam.*

40 *Qui comederit de morticinio eius, lauabit vestimenta sua, & erit immundus vsque ad vesperam: sic qui portauerit cadauer eius, lauabit vestimenta sua, & immundus erit vsque ad vesperam.*

41 *Denique omne reptile quod reptat super terram abominandum sit vobis, nec comedatur.*

42 *Quidquid incedit super pectus, & quidquid ambulat super quatuor, aut quod plures habet pedes, in omni reptili quod reptat super terram, ea non comedetis, quoniam abominanda sunt.*

43 *Ne reddatis [45] abominandas animas vestras in vllo reptili reptanti, neq; polluatis vos in eis, vt [46] immundi fiatis in eis.*

44 *Quoniam ego sum Dominus Deus vester: sanctos ergo vos seruate, & sancti estote, quoniam ego sanctus sum, & ne polluatis animas vestras in vllo reptili quod reptat super terram.*

45 *Ego n. sum Dominus, qui eduxi vos de terra Ægypti, vt essem Deus vester: sancti ergo sitis, quia ego sanctus sum.*

46 *Hæc est lex iumentorum, & volucrum, omnisque animæ viuentis quæ reptat in aquis, & omnis animæ quæ repit super terram.* 47 *Vt sc. [47] discrimen fiat inter immundum, & inter mundum: inter animal quod edi potest, & inter animal, quod edi non debet.*

31 Mygale [illegible] chamæleon.
34 talpa:
35 i. non poterit versari cū aliis, nec ingredi atrium: nec vescí oblatis. post vesperam autē poterit versari, &c.
36 Heb. aliquid ex eis postquam mortua fuerint. siue, dum morientur. aut, in morte eorum.
37 nempe vespera facta, redduntur pura.
38 de cadaueribus eorum.
39 cisternas congregationis aquarum.
40 quod cadauer illorum contigerit, immundum erit.
41 de cadauere eorum.
42 Hebr. semen seminatū quod seminabitur.
43 Hoc dicit, quòd quædam semina aqua macerātur, priusquam terræ mādentur, vt sūt fabæ.
44 quicquā ex cadaueribus.
45 pollutas.
46 impuritatem contrahatis per illa. Repetitio Hebraica.
47 discernere valeatis.

CAPVT XII.

A 1 Locutusq; est Dominus ad Moysen, dicens.

Lex purgandæ mulieris post partum. 2 Loquere filiis Israel, & dices ad eos.; Mulier si suscepto semine pepererit masculum, immunda erit septem diebus iuxta dies separationis menstruę.

Luc.2.d 3 Et die octauo circumcidetur infantulus:

Iohan.7.c

Luc.2.c. 4 Ipsa verò triginta tribus diebus manebit in

B sanguine purificationis suæ. Omne sanctum non tanget, nec ingredietur in sanctuarium donec impleantur dies purificationis suæ.

5 Sin autem fœminam pepererit, immunda erit duabus hebdomadibus iuxta ritum fluxus menstrui, & sexaginta sex diebus manebit in sanguine purificationis suæ.

C 6 Cumq; expleti fuerint dies purificationis suę, pro filio, siue pro filia, deferet agnū anniculum in holocaustum, & pullum columbæ siue turturem pro peccato ad ostium tabernaculi testimonii.

1 *Loquutusq; est Dominus ad Mosen hisce verbis.*

2 *Loquere ad filios Israel, & dic, Mulier [1] si suscepto semine marem pepererit, septem diebus immūda erit, iuxta [2] dies separationis menstruorū suorū erit immūda.*

3 *Porro octauo die circumcidetur caro præputii [3] (eius.)*

4 *Deinde [4] maneat triginta trib. diebus in sanguine purificationis suæ: [5] nihil sanctū tangat, [6] in sanctuariū nō ingrediatur, [7] donec fuerint exacti dies purgationis suæ.*

5 *Si vero fœminam pepererit, immunda erit duabus hebdomadibus [7] iuxta separationem suam: & [8] sexaginta sex diebus manebit in sanguine purificationis suæ.*

6 *Quumque exacti fuerint dies purgationis suæ, pro filia adducet agnum anniculum in holocaustum, & pullum columbinum, aut turturem pro hostia peccati, ad ostium [9] tabernaculi constitutionis.*

CAP. XII.
1 Heb. si semen emiserit, & pepererit. i. si emisso semine conceperit. Hic Hebræi communiter sentiunt, mulierem filiū parere quoties ipsa primum semen ministrauerit, non quòd masculus generetur ex mulieris semine: sed mulier ministrat materiã rubedinem quandam (talis enim est mulieris [illegible]) quæ [illegible] coagulatur, & [illegible] superueniente viri semine [illegible] tur, atq; format[illegible], cresc[illegible], & tandem in membra [illegible] surgit. Ex albo viri semine formantur neruus & ossa, ex rubeo vero mulieris producitur caro, sanguis, [illegible].
2 Heb. [illegible] sicut tempore quo secedere solet propter morbum suum, hoc est, menses [illegible] sanguinis [illegible] impura, quot dies à commercio hominum se subducere solet propter menstruorum fluxum, qua de re vide XV. caput [illegible] septem autem primis à partu diebus ita immunda erat, vt nequiret cum ex versari licere, ac marito quidem [illegible] habere. 3 sub. cum ex infantuli. Relatiuum sine antecedente. 4 Heb. sedebit [illegible] potest [illegible] sanguis fluxus [illegible] partu passa est. 5 i. nullam rem sacram tangere [illegible] atrium, ad cuius atrii fores oblationes sistebant. 7 i. quemadmodum [illegible] menses. Hoc [illegible] refertur ad numerum [illegible] dies, quibus patiebatur menses, in munda erat [illegible] à [illegible] quam passa est, dum enixa est fœminam. 8 i. sexaginta sex diebus continuis [illegible] purifica [illegible] fuerit à [illegible] 9 tabernaculi conuentus. Hic nomine tabernaculi atrium intelligit, in cuius ostio oblationes suas offerebat populus.

do vtroque.
11 expiabit illam. id est, reddet illi Dominum propitium.
12 i. munda declarabitur. Hebraismus.
13 a vena. vel, profluuio.
14 Hebraismus,

7 *Et ad sacerdotem. Qui adducto [10] illo in conspectũ*
Domini, [11] expiabit pro ea, [12] mundabiturq́; [13] à fonte
sanguinis sui. & [14] hac est lex pro pariẽte marem vel fœ-
minam.
8 *[15] Si verò facultas afferendi agni ei defuerit, acci-*
piat duos turtures, aut duos pullos columbinos, vnum pro
holocausto, & alterum pro hostia peccati, [16] & expiabit
pro ea sacerdos, & [17] munda erit.

7 Et tradet sacerdoti q̃ offeret illa corã Domino,
& orabit p ea. & sic mundabit à profluuio sangui-
nis sui. ista est lex parientis masculum aut fœminã.
8 ‖Quòd si non inuenerit manus eius, nec potue-
rit offerre agnũ, sumet duos turtures vel duos pul-
los columbarum, vnũ in holocaustum, & alterum
pro peccato. orabitq́; pro ea sacerdos, & sic mun-
dabitur.

D

Luc. 2. d

pro, hoc facere tenetur mulier quæ peperit marem aut fœminam. 15 Heb. Quod si non inuenerit manus eius sufficientiam agni. Hebraicus dicendi modus est, pro, si tenuiores fuerint eius fortunæ, quàm vt vel agnum offerre possit. 16 expiabitq́; eam. i. reddet ei Deum propitium. 17 munda reputabitur.

CAPVT XIII.

CAP. XIII
1 cumq; id fuerit in cute carnis eius in plagam lepræ. i. ita vt videatur id esse lepræ simile. Vel, suspicionem ingerat lepræ.
2 plagam. i. locum affectum.
3 plaga.
4 plagæ fuerit profundior cute. id est, ipsa superficies loci affecti profundior sit cute, &c.
5 Heb. contaminabit eum.
6 plagam. i. curabit recludendum hominem sic affectum.
7 plaga steterit in colore suo. Alii verterũt, steterit in oculis eius. vt sit Hebraismus. pro, si iudicio sacerdotis plaga [illegible]
8 plagam
9 Vel, si potest, si contracta fuerit plaga.
10 Heb mundabit eum. id est, iudicabit eum esse mundum. Hebraica phrasis.
11 plaga lepræ similis. Vox Hebræa SARAATH, pro qua vertimus lepram, multis in locis [illegible] pro lepra sæpe [illegible]
12 sub natura [illegible]
13 vel, sanitas.
14 viuentis. vel, lenitudinis.
15 Tunc, lepra est.
16 Hebr. pro [illegible] de contaminabit
17 germinauerit
18 plagæ. siue, [illegible]
19 Hebr. pro [illegible]

1 *ET loquutus est Dominus ad Mosen hisce verbis,*
2 Si fuerit in cute carnis alicuius hominis tu-
mor seu scabies serpens fuerit, siue candicans macula, [1] vt
sit in cute carnis eius macula lepra: ducetur ad Aharo-
nem sacerdotem, vel ad aliquem ex filiis eius sacerdo-
tibus.
3 Tum inspiciet sacerdos [2] maculam in cute carnis: si
pilus in ipsa [3] macula versus est in candorem, & aspectus
[4] maculæ subsidet profundior scilicet quam sit cutis car-
nis eius: [3] macula hæc lepra erit: & inspiciet eum sacer-
dos, & [5] immundum eum pronunciabit.
4 Si verò candicans macula fuerit in cute carnis e-
ius, & aspectus eius non fuerit profundior ipsa cute, nec
pilus eius versus fuerit in candorem: occludet sacerdos
[6] maculam septem diebus.
5 Tum inspiciet eum sacerdos die septimo, & si sane
[7] macula steterit specie sua, nec creuit macula in cute,
occludet eum sacerdos secundo septem diebus.
6 Et tum inspiciet [8] eum sacerdos septimo die rur-
sus, & [9] si obscurior fuerit macula, nec creuit macula in
cute, [10] mundum pronunciabit eum sacerdos: scabies
est serpens, lauabit igitur vestimenta sua, & mundus
erit.
7 Quòd si scabies hæc serpens omnino creuerit in cu-
te postquam à sacerdote inspectus est, & mundus iudi-
catus, debet denuo inspici à sacerdote. Videns igitur sa-
cerdos quod scabies illa serpens creuerit in cute, immun-
dum pronunciabit illum sacerdos, quoniam lepra est.
8 Quum [11] macula lepræ fuerit in homine, adduca-
tur ad sacerdotem. Sacerdosq; ipse inspiciat:
9 Et si tuberculum candidum fuerit in cute, muta-
ueritq; [12] pilum in candorem, [13] viuacitas quoque carnis
[14] recentis fuerit in tuberculo illo,
10 [15] Lepra est inueterata in cute carnis eius.
11 [16] Immundumq; pronunciabit eum sacerdos, &
non includet eum, siquidem immundus est.
12 Si verò omnino [17] floruerit lepra in cute, & ope-
ruerit lepra ipsa vniuersam cutem [18] maculæ, à capite
eius vsque ad pedes eius, [19] quidquid cadit sub obtutum
oculorum sacerdotis,
13 Tunc inspiciet eum sacerdos: & en si operuerit le-
pra ipsa [20] totam carnem eius, mundam iudicabit hanc
maculam, eo quod [21] tota versa sit in candorem, eritq;
ille mundus.
14 [22] In die verò illa quando visa fuerit [23] in eo vi-
ua caro, immundus erit.
15 Inspiciet eq; sacerdos carnem illam viuam, & im-
mundum eum pronunciabit: caro enim illa viua [24] im-
munda est, lepra est.
16 Aut si reuersa fuerit caro viua, & mutata est in
candorem, veniet ille ad sacerdotem. 17 Et inspiciet eũ sacerdos: & si macula versa fuerit in candorem, [25] mun-
dam pronunciabit sacerdos maculam illam, [26] mundus enim est.
18 [27] Et caro in cuius cute fuerit vlcus, illudq; fuerit sanatũ. 19 Si modo fuerit in loco illius vlceris tumor albi-

1 LOcutusque est Dominus ad Mosen & Aaron,
dicens.
2 Homo in cuius cute & carne ortus fuerit di-
uersus color siue pustula, aut quasi lucens quippiã,
id est, plaga lepræ, adducetur ad Aaron sacerdo-
tem, vel ad vnum quemlibet filiorum eius.
3 Qui cum viderit lepram in cute, & pilos in al-
bum mutatos colorem, ipsamq́; speciem lepræ hu-
miliorem cute & carne reliqua, plaga lepræ est, &
ad arbitrium eius separabitur.
4 Sin autem lucẽs candor fuerit in cute, nec hu-
milior carne reliqua, & pili coloris pristini, reclu-
det eum sacerdos septem diebus.
5 Et considerabit die septimo: & siquidem le-
pra vltrà non creuerit, nec transierit in cute prio-
res terminos, rursum recludet eum septem diebus
aliis.
6 Et die septimo contemplabitur: si obscurior
fuerit lepra, & non creuerit in cute, mũdabit eum,
quia scabies est: lauabitq; homo vestimenta sua, &
mundus erit.
7 Quod si postquã à sacerdote visus est, & red-
ditus munditiæ, iterum lepra creuerit: adducetur
ad eum, & immunditiæ condemnabitur.
8 Plaga lepræ si fuerit in homine, adducetur ad
sacerdotem. Et videbit eum:
9 Cumq; color albus in cute fuerit, & capillorũ
mutauerit aspectum, ipsa quoque caro viua appa-
ruerit:
10 Lepra vetustissima iudicabitur atque inolita
cuti:
11 Contaminabit itaq. eum sacerdos, & non re-
cludet, quia perspicuæ immunditiæ est.
12 Sin autem effloruerit discurrens lepra in cu-
te, & operuerit omnem carnem à capite vsque ad
pedes, quicquid sub aspectum oculorum cadit.
13 Considerabit eum sacerdos, & teneri lepra
mundissima iudicabit: eo quod omnis in candorẽ
versa sit, & idcirco homo mundus erit.
14 Quando verò caro viuens in eo apparuerit,
tunc sacerdotis iudicio polluetur,
15 Et inter immundos reputabitur. caro enim
viua si lepra aspergitur, immunda est.
16 Quod si rursum versa fuerit in alborem, &
totum hominem operuerit,
17 Considerabit eum sacerdos, & mundum es-
se decernet.
18 Caro autem & cutis in qua vlcus natum est,
& sanatum,
19 Et in loco vlceris cicatrix alba apparuerit

A
Consideratio & distinctio lepræ à lepra.

B

C

[illegible] oculorum sacerdotis. 20 i. totam partem corporis quæ conspicua est. 21 tota vertit sese in candorem, ob id, est mundus. 22 i. Cumq; 23 in ea [illegible] plaga 24 [illegible] 25 siue, purum declarabit. 26 munda Plaga refert. 27 Heb. Et caro, quum [illegible] in cute ipsius vlcus. Genus dicendi Hebraicum, pro, Cum autem in hominis cute natum fuerit vlcus.

siue subrufa, adducetur homo ad sacerdotem.

20 Qui cum viderit locum lepræ humiliorem carne reliqua, & pilos versos in candorem, contaminabit eum: plaga enim lepræ orta est in vlcere.

21 Quod si pilus, coloris est pristini, & cicatrix subobscura, & vicina carne non est humilior, recludet eum septem diebus.

22 Et si quidem creuerit, adiudicabit eũ lepræ.

23 Sin autem steterit in loco suo, vlceris est cicatrix, & homo mundus erit.

24 Caro autem & cutis, quam ignis exusserit, & sanata albam siue rufam habuerit cicatricem,

D 25 Considerabit eam sacerdos. & ecce si versa est in alborem, & locus eius reliqua cute est humilior: contaminabit eum, quia plaga lepræ in cicatrice orta est.

26 Quòd si pilorum color non fuerit immutatus, nec humilior plaga carne reliqua, & ipsa lepræ species fuerit subobscura, recludet eum septẽ diebus,

27 Et die septimo contemplabitur. si creuerit in cute lepra, contaminabit eum.

28 Sin autem in loco suo candor steterit non satis clarus, plaga combustionis est, & idcirco mũdabitur, quia cicatrix est combusturæ.

29 Vir siue mulier in cuius capite vel barba germinauerit lepra,

30 Videbit eos sacerdos: & si quidem humilior fuerit locus carne reliqua, & capillus flauus solitóque subtilior: contaminabit eos: quia lepra capitis ac barbæ est.

31 Sin aũt viderit locum maculæ æqualẽ vicinæ carni, & capillum nigrum: recludet eos septem

E diebus.

32 Et die septimo intuebitur: si non creuerit macula, & capillus sui coloris est, & locus plagæ carni reliquæ æqualis:

33 Radetur homo absq; loco maculæ, & includetur septem diebus aliis.

34 Si die septimo visa fuerit stetisse plaga in loco suo, nec humilior carne reliqua, mundabit eum, lotisq; vestibus suis mundus erit.

35 Sin autem post emundationem rursus creuerit macula in cute,

36 Non quæret amplius verũ capillus in flauum colorem sit commutatus, quia apertè immundus est.

37 Porrò si steterit macula, & capilli nigri fuerint, nouerit hominem sanatum esse, & confidenter eum pronunciet mundum.

38 Vir siue mulier in cuius cute cãdor apparuerit,

39 Intuebitur eos sacerdos: si deprehẽderit subobscurum alborem lucere in cute, sciat nõ esse lepram, sed maculam coloris candidi, & hominem mundum.

40 Vir de cuius capite capilli fluunt, caluus & mundus est.

41 Et si a fronte ceciderint pili, recaluaster & mundus est.

F 42 Sin autem in caluitio siue in recaluatione albus vel rufus color fuerit exortus,

43 Et hoc sacerdos viderit, condemnabit eum haud dubie lepræ, quæ orta est in caluitio.

44 Quicunq; ergo maculatus fuerit lepra, & separatus est ad arbitrium sacerdotis,

cans, aut macula candicans, subrufa tamen, inspicietur à sacerdote.

20 *Et quum inspexerit sacerdos fueritq; aspectus eius profundior ipsa cute, & pilus eius mutatus fuerit in albedinem, immundum pronunciabit eum sacerdos,* [28] *macula lepræ est ex vlcere germinans.*

21 *Et si eam inspexerit sacerdos, nec fuerit in ea pilus albicans, nec ea fuerit* [29] *humilior ipsa cute, ipsa tamen obscura est, includet eum sacerdos septem diebus.*

22 *Et si* [30] *omnino dilatata fuerit in ipsa cute, immundum pronunciabit eum sacerdos, macula est.*

23 *Si verò* [31] *in sese steterit macula illa, & non fuerit dilatata,* [32] *cicatrix est vlceris, &* [33] *mundũ pronunciabit eum sacerdos.*

24 [34] *Quòd si caro aliqua fuerit, in cuius cute fuerit adustio ignis, &* [35] *viuũ illud adustionis habuerit maculam candicantem, subrufam, aut albam:*

25 *Inspiciet eam sacerdos, & si quidem versus fuerit pilus in alborem in [candicante illa] macula & aspectus eius fuerit profundior ipsa cute, lepra est in ipsa adustione efflorescens: & ideo* [37] *immundum pronunciabit illum sacerdos: macula enim est lepra.*

26 *Si autem, quum inspexerit eam sacerdos, non fuerit in macula illa pilus subalbicans, neq; ea fuerit profundior cætera cute, sed* [38] *fuerit subobscurior, includet eum sacerdos septem diebus,*

27 *Inspicietq; eum sacerdos die septimo: & si* [39] *omnino dilatata fuerit in ipsa cute,* [37] *immundum pronunciabit eum sacerdos: est enim macula lepra.*

28 *Et si in sese steterit macula [illa candicans,] nec dilatata fuerit in cute, sed* [38] *fuerit subobscura, tumor est adustionis, & sacerdos* [31] *pronunciabit eum mundum: est enim* [40] *cicatrix adustionis.*

29 *Vir siue mulier si habuerit* [41] *maculam in capite vel barba:*

30 *Tunc inspiciet sacerdos maculam illam, & si quidem aspectus eius profundior fuerit cute ipsa, fueritq; in ea* [42] *pilus subfuluus, iudicabit* [43] *illũ sacerdos immundũ: est enim* [44] *psora scabies, & lepra capitis aut barba.*

31 *Si verò sacerdos inspexerit* [45] *maculam istius psora, & aspectus eius non fuerit profundior reliqua cute, nec fuerit in ea pilus niger, includat sacerdos [eum qui habet] maculam* [46] *psora septem diebus.*

32 *Septimo die inspiciat sacerdos maculam: si quidem non creuerit* [47] *psora, nec fuerit in ea pilus fuluus, & aspectus psora illius non fuerit profundior ipsa cute,*

33 *Faciet se tonderi, ita tamen vt psora non tondeatur, & includat sacerdos [eum qui habet] psoram septem aliis, id est, secundo.*

34 *Et septimo die inspiciat sacerdos psoram illam: si quidem psora ipsa non creuerit in cute, neq; aspectus eius fuerit profundior cute,* [48] *mundum pronunciabit eum sacerdos, lauabitq; vestimenta sua, & erit mundus.*

35 *Quòd si psora in ipsa cute creuerit post eius emundationem,*

36 *Tunc inspiciat sacerdos: & si quidem macula ipsa in cute creuit,* [49] *Non inquirat sacerdos de fuluo pilo, immundus est.*

37 *Si autem* [50] *psora in specie sua perstiterit, & pilus niger in ea prodierit, sanata est psora,* [51] *& ille mundus erit, mundumq; pronunciabit eum sacerdos.*

38 *Vir siue mulier, si in cute carnis eorum macula fuerint, macula inquam candicantes:* 39 *Inspiciet sacerdos: & siquidem in cute carnis eorum fuerint macula albicantes* [52] *subobscura,* [53] *lentigo est in cute germinans, mundus est.* 40 *Si e capite alicuius pili fluxerint eius, caluus is & mundus est.* 41 *Si defluxerint pili à fronte capitis sui, recaluaster est & mundus.* 42 *Si verò in recaluastri loco aut occipite caluo macula fuerit* [54] *alba [&] subrufa, lepra germinans est in caluitie eius anteriori seu caluitie posteriori eius.* 43 *Inspiciet autem* [55] *eum sacerdos: & siquidem tumor macula albus [&] subrufus fuerit in caluitie eius anteriori, vel posteriori caluitie eius, cutisq; carnis* [56] *fuerit secundum aspectum lepra,* [57] *Is leprosus est, & immundus, omnino immundum pronunciabit eum sacerdos,* [58] *macula eius est in capite eius.* 44 *Leprosus in quo fuerit macula,*

28 vel, plaga tumoris lepræ est, quæ (lepra) enata est in vlcere. i. in loco vbi prius erat vlcus.
29 vel, depressior.
30 grassando grassata fuerit per cutem (sub. sanã,) tunc impurã declarabit sacerdos eã (plagam,) plaga est, sub. lepræ.
31 siue, in loco suo, seipsum post ea declarat.
32 adustio.
33 declarabit eã esse mundam.
34 i. Cum ignis cutem exusserit, & in parte adusta quæ postea fuit sanata, enata fuerit macula partim alba, partim subrufa, aut alba tantum.
35 fuerit in sanitate adustionis macula alba (&) subrufa, aut alba, sub. tantũmodo. i. exorta fuerit in parte ambusta restituta sanitas. macula partim candida, partim rubicunda, aut alba tantummodo.
37 immundam pronũciabit illã.
38 sit cõtracta in rugas. i. non serpat.
39 grassata fuerit, sub. in partes vicinas, & eas infecerit.
40 vel, adustio aut bulla. i. cicatrix est quæ nascitur ex humoribus adustis per applicationem ignis externi.
41 plagam.
42 pilus aureus tenuis.
43 eam sacerdos immundam.
44 macula nigra, lepra.
45 plagam istius maculæ nigræ,
46 nigram.
47 macula nigra.
48 mundã pronunciabit eam.
49 i. non curabit de pilo flauo, quamuis nõ appareat pili flaui.
50 plaga nigra in colore suo.
51 purus est, & puram iudicabit.
52 vel, non obscuræ,
53 vitiligo est (quod in cute natum est, munda est
54 i. cuius color tendat ad candorem & ruborem.

45 *Huius vestimenta lacera sint, & caput eius nudum,* [59] *mentum superum sit innubitum,* *Pollutus & immundus, clamabit.*

46 *Omnibus diebus quibus* [60] *macula fuerit in eo, contaminatus & immundus erit, seorsim habitabit, extra castra sit mansio eius.*

47 *Vestis* [61] *in qua fuerit macula lepræ,* *siue lanea fuerit vestis, siue linea, siue fuerit in stamine vel subtegmine lineo aut laneo,*

48 *Siue in pelle, siue* [62] *in opere pelliceo.*

49 *Si inquam macula huiusmodi* [63] *liuida fuerit vel sub rufa, in veste aut in pelle, aut in stamine aut subtegmine, aut* [64] *in quocunq; instrumento pelliceo,* [65] *macula lepræ est,* *demonstrabiturq; sacerdoti.*

50 *Sacerdos igitur inspiciet maculam illam, & includet [eum qui habet] maculam, septem diebus.*

51 *Septimo die inspiciet maculam: quæ si dilatata fuerit in veste, aut in stamine aut sub tegmine, aut in pelle, aut in quocunq; eo quod conficitur ex pelle,* [66] *lepra est corrodens, & macula immunda.*

52 *Comburet itaq; vestem, aut stamen, aut subtegmē, siue laneum fuerit, siue lineum, aut* [67] *quodcunq; instrumentum pelliceum in quo fuerit macula, quia lepra corrodens est, igne comburetur.*

53 *Quod si sacerdos viderit maculam non creuisse in veste, aut in stamine, aut subtegmine, aut in quocunque instrumento pelliceo,*

54 *Præcipiet sacerdos, vt lauent id in quo est macula, includetq; illud denuo septem diebus.*

55 *Postea quam verò lotum fuerit, inspiciet sacerdos maculam ipsam, & siquidem macula speciem suam non mutauerit, nec ipsa macula creuerit, immunda est [tamen,] igne combures eam.* [68] *corrosio est* [69] *in caluitio occipitis, aut in recaluastri loco.*

56 *Et si viderit sacerdos maculam* [70] *obscuriorem redditam postquam lota est, scindat eam à veste, aut à pelle, aut à stamine, aut à subtegmine.* 57 *Et si adhuc apparuerit in ea veste, aut in stamine, aut subtegmine, aut in quocunq; instrumento pelliceo, [lepra] repullulascens est, igne* [71] *exures maculam quæ est in ea.* 58 *Et vestis siue stamen sit, siue subtegmen, siue quodcunque instrumentum pelliceum, quæ laueris, si recesserit macula ab eo, lauabitur secundò, & tunc mundum erit.* 59 *Ista est lex plagæ lepræ, in veste lanea vel linea, stamine vel subtegmine, & in omni instrumento pelliceo,* [72] *ad emundandum vel contaminandum ipsum.*

45 Habebit vestimenta dissuta, caput nudum, os veste contectum, contaminatum ac sordidum se clamabit.

46 Omni tempore quo leprosus est, & immundus, solus habitabit extra castra.

47 Vestis lanea siue linea, quæ lepram habuerit in stamine atq; subtegmine,

48 Aut certe pellis, vel quicquid ex pelle confectum est.

49 Si alba vel rufa macula fuerit, infecta lepra reputabitur, ostendeturq; sacerdoti.

50 Qui consideratam recludet septem diebus.

51 Et die septimo rursus aspiciens si deprehenderit creuisse, lepra perseuerans est:

52 Pollutum iudicabit vestimentū, & omne in quo fuerit inuēta. Et idcirco comburetur flammis. G

53 Quòd si eam viderit non creuisse,

54 Præcipiet, & lauabunt id in quo lepra est, recludetq; illud septem diebus aliis.

55 Et cum viderit faciem quidem pristinam nō reuersam, nec tamen creuisse lepram, immundum iudicabit, & igne comburet, eo quòd infusa sit in superficie vestimenti vel per totum, lepra.

56 Sin autem obscurior fuit locus lepræ postquam vestis est lota, abrumpet eum, & à solido diuidet.

57 Quòd si vltrà apparuerit in his locis, quæ prius immaculata erant, lepra volatilis & vaga: debet igne comburi.

58 Si cessauerit, lauabit aqua ea quæ pura sunt, secundò & munda erunt.

59 Ista est lex lepræ vestimenti lanei & linei, staminis atq; subteminis, omnisque supellectilis pelliceæ, quomodo mundari debeat vel contaminari.

59 barbam tegat. superiorem scilicet labri, reiecta in humerū veste. Scissæ vel disruptæ vestes, & nudum caput, erant signa lugentium inter Iudæos. His autem signis docebantur leprosi, vt reliquam vitam in luctu transigerent. oportebatque eos clara voce dicere, Cauete vobis à me impuro.
60 plaga.
61 i. quæ aspersa fuerit labe & macula quæ est in panno id, quod in corpore lepra.
62 vel, in quacunque supellectili pellicea.
63 subuiridis.
64 vel, in qualis supellectili pelliceæ,
65 plaga lepræ est i. labes & macula quæ similis est lepræ in corpore hominis nam quemadmodum lepra afficitur corpus hominis, ita & labe vestimentum.
66 i. labes & macula corrodens est,
67 quamcunq; supellectilem pelliceam in qua [illegible]
68 Vox Hebraica PI HE-THETH, significat corrosionem & labem quæ introrsum radices egit, quæ grassatur in imum, & agit intra id cui insederit.
69 i. siue sit in parte anteriore, siue in posteriore vestis.
70 vel, contractiorem [illegible]
71 exures (vestem) in qua fuerit plaga.
72 i. quando declarandum [illegible] purum vel impurum q. d. Hoc modo poteris cognoscere vestimentum an purum sit, an immundum.

CAPVT XIV. A

[1] E*T loquutus est Dominus ad Mosen hisce verbis,*

2 [2] *Hæc lex est leprosi, in die emundationis suæ,* *Adducetur ad sacerdotem,*

3 *Egredieturq; sacerdos extra castra, & inspiciet sacerdos: si quidem sanata est macula lepræ a leproso,*

4 *Tunc præcipiet sacerdos, vt tollat is qui mundandus est duas auiculas viuas & mundas & lignum cedrinum, & coccum bis tinctum, atq; hyssopum.*

5 *Et præcipiet sacerdos mactare vnam auem* [3] *super vas fictile, super aquas viuas.*

6 *Auiculam verò viuam accipiat cū ligno cedrino, cocco bis tincto, & hyssopo, & intinget ea cum aue viua in sanguine* [illegible] *ad aquas viuas.*

7 *Et asperget sacer[dos super] mundandum a lepra septies, &* [4] *emundabit eum,* *dimittetq; auem viuam in superficiem campi.*

8 *Et mundatus lauabit vestimenta sua, & radet omnes pilos suos, lauabitq; in aqua, vt mundus sit: post hæc veniat in castra, & maneat extra tentorium suum septem diebus.*

9 *Septimo die radet omnes pilos suos, nempe caput suū, barbam suam, & supercilia oculorum suorū. In summa, omnes pilos suos radet,*

10 *Et lauabit vestimēta sua, lauabit quoq; carnem suā aqua, &* [5] *mundus sit* *Octauo die accipiat duos agnos*

1 LOcutusq; est Dominus ad Moysen, dicens.

2 Hic est ritus leprosi quando mundandus est, Adducetur ad sacerdotem:

3 Qui egressus de castris cum inuenerit lepram esse mundatam,

4 Præcipiet ei qui purificatur, vt offerat duos passeres pro se, quos vesci licitum est, & lignū cedrinum, vermiculumq;, & hyssopum.

5 Et vnum ex passeribus immolari iubebit in vase fictili super aquas viuentes:

6 Alium autem viuum cum ligno cedrino, & cocco & hyssôpo tinget in sanguine passeris immolati.

7 Quo asperget illum qui mundandus est, septies, vt iure purgetur, & dimittet passerem viuum, vt in agrum auolet.

8 Cumq; lauerit homo vestimenta sua, radet omnes pilos corporis, & lauabitur aqua purificatoriq; ingredietur castra, ita dūtaxat vt maneat extra tabernaculum suum septem diebus.

9 Et die septimo radat capillos capitis, barbámque & supercilia, ac totius corporis pilos. [3] radat.

10 Et lotis rursum vestib. & corpore, die octauo assumet duos agnos immaculatos, & ouem anniculam absq; macula, & tres decimas similæ in sa- B

crifi-

Lex mundandi hominis leprosi. Matth. 8.a Marc. 1.d Luc. 5.a

CAP. XIV.
1 Hebraismus est, pro, hic est ritus qui seruari debet in die quo is qui lepra damnatus fuerat, siue leprosus declaratus, iudicabitur alienus à lepra ab amicis & propinquis.
2 i. super vas testaceum in quo fontana vel fluuialis aqua fuerit.
3 auis immolatæ sanguis [illegible] viuas. [illegible] sanguis deduxit in aquas viuentes hoc est, fontanas vel fluuiales.
4 id est, purum iudicabit eum.
5 Hebraismus est, pro, [illegible] volare quo [illegible] loc. 6 purus erit id est, pro mundo habebitur.

crificium quæ conspersa sit oleo, & seorsum olei
sextarium.
11 Cumque sacerdos purificans hominem, sta-
tuerit eum, & hæc omnia coram Domino in ostio
tabernaculi testimonii,
12 Tollet agnum, & offeret eum pro delicto, o-
leiq; sextarium.
13 Et oblatis ante Dominum omnibus, immo-
labit agnum vbi solet immolari hostia pro pecca-
to & holocaustum, id est, in loco sancto. sicut e-
nim pro peccato, ita & pro delicto ad sacerdotem
pertinet hostia: sancta sanctorum est.
14 Assumensq; sacerdos de sanguine hostiæ quæ
immolata est pro delicto, ponet super extremum
auriculæ dextræ eius qui mundatur, & super polli-
ces manus dextræ & pedis:
C 15 Et de olei sextario mittet in manum suam si-
nistram,
16 Tingetq; digitum dextrum in eo, & asperget
coram Domino septies.
17 Quod autem reliquum est olei in læua ma-
nu, fundet super extremum auriculæ dextræ eius
qui mundatur, & super pollices manus ac pedis
dextri, & super sanguinem qui effusus est pro delicto,
18 Et super caput eius, rogabitq; pro eo coram
Domino.
19 Et faciet sacrificium pro peccato: tunc im-
molabit holocaustum,
20 Et ponet illud in altari cum libamentis suis,
& homo ritè mundabitur.
21 Quod si pauper est, & non potest manus eius
inuenire quæ dicta sunt, pro delicto assumet agnū
ad oblationē, vt roget pro eo sacerdos, decimamq;
partem similæ conspersæ oleo in sacrificium, & o-
lei sextarium.
22 Duósque turtures siue duos pullos colum-
bæ, quorum vnus sit pro peccato, & alter in holo-
caustum.
23 Offerétque ea, die octauo purificationis suæ
D sacerdoti ad ostium tabernaculi testimonii coram
Domino.
24 Qui suscipiens agnum pro delicto & sexta-
rium olei, leuabit simul:
25 Immolatoq; agno, de sanguine eius ponet su-
per extremum auriculæ dextræ illius qui munda-
tur, & super pollices manus eius ac pedis dextri.
26 Olei verò partem mittet in manum suam si-
nistram,
27 In quo tingens digitum dextræ manus asper-
get septies coram Domino:
28 Tangetq; extremum dextræ auriculæ illius
qui mundatur, & pollices manus ac pedis dextri in
loco sanguinis qui effusus est pro delicto.
29 Reliquam autem partem olei quæ est in sini-
stra manu, mittet super caput purificati, vt placet
pro eo Dominum.
30 Et turturem siue pullum columbæ offeret,
E 31 Vnum pro delicto, & alterū in holocaustum
cum libamentis suis.
Consideratio & purgatio dom' leprosæ.
32 Hoc est sacrificium leprosi, qui habere non
potest omnia in emundationem sui.

integros, & ouiculam vnam anniculam integram, &
tres decimas similaginis [7] pro cibario sacrificio, quod
permixtum sit oleo, & vnum [8] log [9] olei.
11 Sacerdos autem [10] purificans collocabit virum
mundandum & ista coram Domino ante ostium tentorij
[11] constitutionis.
12 Et tollat sacerdos [12] agnum vnum, & sacrificet
eum pro delicto, & log olei,
13 Et [13] moueat ea tenupha coram Domino. Agnum
mactabit in eo loco vbi mactatur hostia pro peccato, &
holocaustum, in loco scilicet sacro: nam sicut hostia pro
peccato, sic hostia pro delicto sacerdotis est, [14] sacrosan-
ctum est.
14 Et tollet sacerdos de sanguine hostiæ pro delicto,
quem ponet sacerdos [15] super teneriorem auriculam auris
dextræ eius qui purificatur, & super pollicem manus eius
dextræ, & super pollicem pedis eius dextri.
15 Accipiat quoq; sacerdos de log olei, & fundat su-
per manum sacerdotis sinistram.
16 Deinde intingat sacerdos digitum suum dextrum
in oleo, quod est in manu sua sinistra, & de oleo septies di-
gito suo coram Domino aspergat.
17 De residuo verò oleo quod est in manu sua, ponet
sacerdos [15] super molliorem auriculam auris dextræ eius
qui purificatur, & super pollicem manus eius dextræ, &
super pollicem pedis eius dextri, [16] supra sanguinem hostiæ
pro delicto.
18 Et residuū olei quod est in manu sacerdotis, ponet
super caput mundandi, expiabitq; eum sacerdos coram
Domino.
19 Faciet quoq; sacerdos hostiam pro peccato, & ex-
piabit mundandum ab immunditia sua, & postea mactet
holocaustum.
20 Et sacrificabit sacerdos holocaustum & sacrificiū
cibariū in ara, [17] & expiabit eū sacerdos, eritq; mundus.
21 Si verò is, pauper fuerit, [18] vt hæc non sint in fa-
cultate eius, sumat agnum vnum pro hostia delicti [19] ad
tenupha, [20] vt expietur pro eo, & vnam decimam simi-
laginis mixtam oleo [21] pro sacrificio cibario, & log olei.
22 Sed & duos turtures, aut duos pullos columbinos,
[22] vt fuerit in facultate eius, quorum vnus erit pro ho-
stia peccati, & alter pro holocausto.
23 Adducet autem eos die [23] octauo ad sacerdotem
pro emundatione sua, ad ostium [24] tentorij constitutionis
coram Domino.
24 Tum accipiat sacerdos agnum pro hostia delicti,
& log olei, mouebitq; ea sacerdos, [25] tenupha coram Domino.
25 Mactabitq; agnum pro hostia delicti, & sumet
sacerdos de sanguine hostiæ pro delicto, & ponet super te-
neriorem auriculam auris dextræ eius qui purificatur,
& super pollicem manus eius dextræ, atq; super pollicem
pedis eius dextri.
26 De oleo quoq; fundet sacerdos super volam [26] sa-
cerdotis sinistram.
27 Et spargat sacerdos digito suo dextro de oleo quod
est in vola sua sinistra, septies coram Domino.
28 Ponetq; idem sacerdos de oleo quod est in vola
sua super teneriorem auriculam auris dextræ purifican-
di, & super pollicem manus eius dextræ, atq; super polli-
cem pedis eius dextri, [27] in eum scilicet locum vbi san-
guis hostiæ pro delicto [fuerat positus.] 29 Residuum
verò olei quod est in manu sacerdotis, ponet super caput mundandi, [28] vt expiet eum coram Domino. 30 Faciet
quoque vnum ex turturibus, aut pullis columbinis, [29] de iis scilicet quos apprehendit manus eius, 31 De iis in-
quam quos apprehenderit manus eius, vnum [paret] pro hostia peccati, & alterum in holocaustum [30] cum sacrifi-
cio cibario, expiabitq; sacerdos emundandum coram Domino. 32 Hæc lex sit eius in quo est macula lepræ, & [31] in
cuius facultate non sunt [hæc] pro sui emundatione.

7 pro munere quod dicitur minha.
8 vel, sextarium,
9 oleum ex oliua expressum intelligit.
10 i. qui purum iudicat virum illum, qui prius iudicatus fuerat leprosus, & postea iudicatus est mundus.
11 conuentus, vel, fœderis.
12 vel, agnorum alterum,
13 agitando offerat ea.
14 vel, sanctitas sanctitatis est. i. Est enim res sancta. Hebraismus.
15 super extremam auriculæ partem.
16 vltra sanguinem, aut, prætær sanguinem hostiæ quæ mactata fuerat pro peccato. Quo quidem sanguine iam asperserat extremum auriculæ & pollices manus & pedis dextri q. d. partes illæ non solū sanguine, sed etiam oleo tingentur. Verti potest, vna cum sanguine in eodem sensu.
17 vel, rogabitque pro eo. Hebraismus dicendi modus, pro, si nō habet vnde hoc possit sibi comparare tunc, &c.
18 Heb. & manus eius nō fuerit apprehēdens. Hebraismus est, pro, Si non habeat vnde hoc possit sibi comparare tunc, &c.
19 in eleuationem vel, agitationem,
20 ad rogandū pro eo. Vel, ad mundandum eū.
21 pro munere. Hebraice dicitur minha
22 quoscunque apprehendet manus eius. i. parare sibi poterit. Alii vertunt, quæcunque sibi poterit parare pro opibus suis.
23 octauo purificationis suæ ad sacerdotem.
24 tabernaculi conuentus. Hic

ostium tabernaculi, accipitur pro ostio atrii. 25 tanquam oblationem. 26 i. suam antecedens pro relatiuo. 27 Hebr. In loco sanguinis hostiæ pro peccato id est, in ea parte qua [illegible] sanguine hostiæ mactatæ pro delicto. 28 vel, ad emundandum illum. 29 Hebr. de eo quod assequetur manus eius, de eo inquam quod comparare [illegible], [illegible] aut pullum columbæ, aut aliud genus auiū, quod habere poterit, eam speciem quam sibi comparare poterit, sacrificabit [illegible]. 30 vltra munus vel, cum munere [illegible] ita emundabit eum qui emundatur, coram Domino. 31 Hebr. cuius manus non poterit [illegible] in purificatione sua. Hæ sunt ceremoniæ obseruandæ in purificatione eius qui à lepra mundus esse declaratur: & qui pauperior est quam vt supradicta sibi comparare possit.

33 Et loquutus est Dominus ad Mosen & Abaro-
nem in hanc sententiam.
34 Quum veneritis in terram Chanaan, quam ego
[12] da[illegible] vobis possidendam, & dedero maculam lepra [13] in
domo terræ possessionis vestræ:
35 Veniet is, cuius est domus, & indicabit sacerdoti
hisce verbis, Quasi macula (lepra) videtur mihi esse in
domo.
36 Et iubebit sacerdos vt domum illam expurgent,
priusquam sacerdos eam ingrediatur ad inspiciendum
maculam, ne immundum fiat quidquid est in domo illa:
post hoc.
37 [14] Debet ingredi sacerdos ad inspiciendam do-
mum, & vt inspiciat maculam. [15] Si quidem macula
fuerit in parietibus domus, fosca scilicet lurida aut sub-
rufa, & aspectus earum profundior erit ipso pariete,
38 Exibit sacerdos e domo ad ostium domus, & oc-
cludet domum septem diebus.
39 Die septimo reuertetur sacerdos.
40 Et si viderit creuisse maculam in parietibus do-
mus, præcipiat sacerdos vt eruant lapides in quibus est
macula illa, & proiiciant eos extra ciuitatem ad locum
immundum.
41 Et domum illam radant intus circumquaque, ef-
fundantque [16] puluerem quem abraserint, extra ciui-
tatem ad locum immundum.
42 Et accipiant lapides alios, quos in locum istorum
lapidum substituant, accipiatque [17] alium puluerem,
[18] quo domum tectorium obducat.
43 Et si macula redierit, & pullulauerit in domo
postquam eruti fuerint lapides, & postquam abraserint
domum [19] atque tectorium obduxerint,
44 Veniet sacerdos: & si viderit creuisse maculam in
illa domo, lepra corrodens est in domo illa, immunda est.
45 [40] Diruet ergo domum illam, lapides eius, ligna
eius, & cunctum [41] puluerem illius domus efferet extra
ciuitatem ad locum immundum.
46 Et qui ingressus fuerit domum illam omnibus
diebus quibus clausit eam (sacerdos,) immundus erit vs-
que ad vesperam.
47 Qui iacuerit in domo illa, lauabit vestimenta
sua: & qui comederit in domo illa, lauet vestimenta sua.
48 Et si sacerdos venerit, videritque non creuisse
plagam in domo, postquam oblita est domus, mundam
pronuntiabit sacerdos domum illam, quoniam sanata est
plaga illa.
49 Accipiat autem ad expiandam domum duas
duas auiculas, & lignum cedrinum, & coccum bis tin-
ctum, & hyssopum:
50 Vnam auiculam mactabit super vas fictile &
super aquas viuas.
51 Deinde sumet lignum cedrinum, & hyssopum
atque coccum bis tinctum cum auicula viua, & intinget
ea in sanguine auis mactatæ, & in aquas viuas, aspergat-
que domum septies.
52 Et expiabit domum illam sanguine auis, & aquis
viuis & aue viuente, ligno cedrino, hyssopo, atque cocco
bis tincto.
53 Auiculam autem viuentem dimittet extra ciui-
tatem in superficiem campi, [42] expiabitque domum il-
lam, & munda erit.
54 Hæc est lex pro quacunque plaga lepræ & [43] pso-
ra. 55 Pro lepra quoque vestium & domus, 56 Pro tumore pro scabie serpente, & pro macula candicante, [44] ad
docendum scilicet quo die inquinari, 57 Et quo die mundari debeat. hæc est lex de lepra.

53 Locutusque est Dominus ad Moysen & Aa-
ron, dicens,
54 * Cumq. ingressi fueritis Terram Chanaan, * *Cum*
quam ego dabo vobis in possessionem, si fuerit pla-
ga lepræ in ædibus,
55 Ibit cuius est domus, nuntians sacerdoti, &
dicet, Quasi plaga lepræ videtur mihi esse in do-
mo mea.
56 At ille præcipiet * vt efferantur vniuersa de * *vt efferant*
domo, priusquam ingrediatur eam, & videat v-
trum leprosa sit, ne immunda fiant omnia quæ in
domo sunt.
57 Intrabitque postea vt consideret lepram do-
mus. Et cum viderit in parietibus illius quasi valli-
culas pallore siue rubore deformis, & humiliores
superficie reliqua.
58 Egredietur ostium domus, & statim clau-
det illam septem diebus.
59 Reuersusque die septimo, considerabit eam:
40 Si inuenerit creuisse lepram, iubebit erui la- F
pides in quibus lepra est, & proiici eos extra ciui-
tatem in locum immundum.
41 Domum autem ipsam radi intrinsecus per
circuitum, & spargi puluerem rasuræ extra vrbem
in locum immundum,
42 Lapidesque alios reponi pro his qui ablati
fuerint, & luto alio liniri domum.
43 Sin autem postquam eruti sunt lapides, &
puluis elatus, & alia terra lita.
44 Ingressus sacerdos viderit reuersam lepram,
& parietes respersos maculis, lepra est perseue-
rans, & immunda domus.
45 Quam statim destruent, & lapides eius ac li-
gna, atque vniuersum puluerem proiicient extra
oppidum in locum immundum.
46 Qui intrauerit domum quando clausa est,
immundus erit vsque ad vesperum:
47 Et qui dormierit in ea, & comederit quip-
piam, lauabit vestimenta sua.
48 Quod si introiens sacerdos viderit lepram G
non creuisse in domo, postquam denuo lita fuerit, *Purgatio eius.*
purificabit eam reddita sanitate.
49 Et in purificatione eius sumet duos passeres,
lignumq. cedrinu, & vermiculum atq. hyssopum:
50 Et immolato vno passere in vase fictili super
aquas viuas,
51 Tollet lignum cedrinum, & hyssopum &
coccum, & passerem viuum, & tinget omnia in
sanguine passeris immolati, atque in aquis viuenti-
bus: & asperget domum septies.
52 Purificabitq; eam tam in sanguine passeris,
quam in aquis viuentibus, & in passere viuo, li-
gnoque cedrino & hyssopo atque vermiculo.
53 Cumque dimiserit passerem auolare in a-
grum libere, orabit pro domo, & iure mundabitur.
54 Ista est lex omnis lepræ & percussuræ,
55 Lepræ vestium & domorum,
56 Cicatricis & erumpentium papularum, lu-
centis maculæ & in varias species coloribus im-
mutatis.
57 Vt possit sciri quo tempore mundum quid
vel immundum sit.

32 Præsens pro futuro.
33 i. in domibus quas ædificabitis in Terra sancta quam possessuri estis. Maculam siue plagam lepræ vocat maculam ac labem parieti hærentem, quæ lepræ speciem referat.
34 ingredietur.
35 Hebr. & sane si plaga illa sit in parietibus domus atris & subuiridis, aut subrubris, & superficies loci affecti sit demissior reliqua superficie: Tunc egredietur, &c. Alii vertunt, pro atris, valliculas siue fossas. vt SEKAAARVROTH sit substantiuum: sitque sensus, Si plaga fuerit in parietibus, appareantque valliculæ subuirides aut subrubræ, id est, si labes illa videatur intro refugere, & speciem fossæ habeat quæ sit subuiridis. Septem declarat cum dicit, Et aspectus huc superficiei fossarum sit demissior pariete reliquo. Verior est prima expositio: vt sit SEKAAARVROTH adiectiuum.
36 vel, terram quid, &c.
37 vel, aliud lutum, siue cæmentum.
38 vel, linietque domum.
39 i. domum vel, atque cum eam tecerit alio luto.
40 i. Sacerdos diruendam curabit.
41 vel, terram.
42 vel, rogabitque pro domo illa, & pro pura habebitur.
43 macula nigra.
44 Hebr. ad docendum in die [illegible] in die [illegible] quam est [illegible] [illegible] dum sacerdotem de agendo, quo die declarandus sit homo [illegible] [illegible] quo die [illegible] [illegible] , die

CAPVT XV.

1 ET loquutus est Dominus ad Mosen & Abaronem
in hanc sententiam,
2 Loquimini ad filios Israel, & dicite ad eos.

1 LOcutusque est Dominus ad Moysen, & Aaron, A
dicens, *De viro semi-*
2 Loquimini filiis Israel, & dicite eis, Vir qui pa- *nifluo.*

quo declarandum sit situs impurum aliquid, aut purum, his loquam sunt leges quæ declarant ritum obseruandum in curatione eius.

titur fluxum seminis, immundus erit.

3 Et tunc iudicabitur huic vitio subiacere, cum per singula momenta adhæserit carni eius, atque concreuerit fœdus humor.

4 Omne stratum in quo dormierit, immundum erit, & vbicunq; sederit.

5 Et si quis hominum tetigerit lectum eius, lauabit vestimenta sua: & ipse lotus aqua, immundus erit vsq; ad vesperum.

6 Si sederit vbi ille sederat, & ipse lauabit vestimenta sua: & lotus aqua immundus erit vsque ad vesperum.

7 Qui tetigerit carnem eius, lauabit vestimenta sua. & ipse lotus aqua, immundus erit vsq; ad vesperum.

8 Si saliuam huiuscemodi homo iecerit super eum qui mundus est, lauabit vestimenta sua: & lotus aqua, immundus erit vsq; ad vesperum.

B 9 Sagma super quod sederit, immundum erit:

10 Et quicquid sub eo fuerit qui fluxum seminis patitur, pollutum erit vsq; ad vesperum. Qui portauerit horum aliquid, lauabit vestimenta sua: & ipse lotus aqua, immundus erit vsque ad vesperum.

11 Omnis quem tetigerit qui talis est, non lotis ante manibus, lauabit vestimenta sua: & lotus aqua, immundus erit vsque ad vesperum.

12 Vas fictile quod tetigerit, confringetur: vas autem ligneum lauabitur aqua.

Purgatio eius. 13 Si sanatus fuerit qui huiuscemodi sustinet passionem, numerabit septem dies post emundationem sui, & lotis vestibus & toto corpore in aquis viuentibus, erit mundus.

14 Die autem octauo sumet duos turtures, aut duos pullos columbæ, & veniet in conspectu Domini ad ostium tabernaculi testimonij, dabitque eos sacerdoti.

15 Qui faciet vnum pro peccato, & alterum in holocaustum: rogabitque pro eo coram Domino, vt emundetur à fluxu seminis sui.

C 16 Vir de quo egreditur semen coitus, lauabit aqua omne corpus suum: & immundus erit vsque ad vesperum.

17 Vestem & pellem quam habuerit, lauabit aqua, & immunda erit vsque ad vesperum.

18 Mulier cum qua coierit, lauabitur aqua, & immunda erit vsq; ad vesperum.

De muliere menstruosa & sanguinifluа. 19 Mulier quæ redeunte mense patitur fluxum sanguinis, septem diebus separabitur. Omnis qui tetigerit eam, immundus erit vsq; ad vesperum:

20 Et [a]locus[a] in quo dormierit vel sederit diebus separationis suæ, polluetur.

[a] eius. 21 Qui tetigerit lectum [a]suum,[a] lauabit vestimenta sua: & ipse lotus aqua, immundus erit vsq; ad vesperum.

22 Omne vas super quod illa sederit, quisquis attigerit, lauabit vestimenta sua: & ipse lotus aqua, pollutus erit vsq; ad vesperum.

23 Si coierit cum ea vir tempore sanguinis menstrualis, immundus erit septem diebus: & omne stratum in quo dormierit, polluetur.

D 24 Mulier quæ patitur multis diebus fluxu san-

[1] Quicunque [1] fluxum habuerit è carne sua, fluxu suo immundus erit.

3 Hæc verò erit immunditia eius in fluxu suo, si caro eius [2] fluxum suum expuit, aut si caro eius obstructa fuerit a fluxu suo, hæc immunditia eius est.

4 Omne stratum super quo iacuerit sic fluens, immundum erit: & omnis res super qua sederit, [3] immunda est.

5 Et quicunq; stratum eius tetigerit, [4] lauabit vestimenta sua in aquis, & lotus aqua, immundus erit vsque ad vesperam.

6 Et qui sederit super aliquo, super quo fluens sedit, eluet vestimenta sua, & lotus aqua immundus erit ad vesperam vsq;.

7 Qui tetigerit carnem eius qui fluit, eluet vestimenta sua. & lauabit aqua, eritque immundus vsque ad vesperam.

8 Et si consputerit is qui fluxum habet immundum aliquem, eluet ille vestimenta sua: & lotus aqua, immundus erit vsq; ad vesperam.

9 [5] Quidquid ad equitatum aut vecturam pertinet, sin qui fluxum habet, illud inscenderit, immundum erit.

10 Et quicunq; tetigerit rem quamlibet quæ sub eo est, immundus erit vsq; ad vesperã: & qui gestauerit illa, eluet vestimenta sua, & lauabit aqua, & immundus erit vsq; ad vesperam.

11 Et quemcunq; tetigerit is qui fluxũ patitur, & manus suas à qua [6] non abluit, eluat vestimenta sua, & lotus aqua immundus erit vsq; ad vesperam.

12 Vas testaceum, quod tetigerit fluens, confringetur: & omne vas ligneum aqua abluatur.

13 Postea quam verò fluens à fluxo suo mundatus fuerit, numerabit sibi septem dies [7] pro sui emundatione, & lotis vestimentis suis, lauabit & carnem suam aquis viuis, & sic mundus erit.

14 Die autem octauo accipiat sibi duos turtures, aut duos pullos columbinos, & veniat in conspectum Domini [nempe] ad ostium tentorij [8] conuentionis, & tradet illos sacerdoti.

15 Sacerdos verò faciet illos, alterum pro hostia peccati, alterum pro holocausto, [9] expiabitq; eum sacerdos coram Domino a fluxu eius.

16 Vir de quo egreditur [10] proiectio seminis, lauabit totam carnem suam aqua, & immundus erit vsque ad vesperam.

17 Omnis vestis, atque omnis pellis [11] in qua fuerit proiectio seminis, eluetur aqua, & immunda erit vsq; ad vesperam.

18 Et mulier [12] cum qua dormierit vir qui habet proiectionem seminis, lauabunt [vterq;] aqua, & immundi erunt vsq; ad vesperam.

19 Mulier vero [13] quæ fluxum habuerit, fueritq; fluxus eius sanguis de carne eius, manebit septem dies [14] in menstruis suis: quicunq; eam tetigerit, immundus erit vsq; ad vesperam.

20 Et omne super quo illa [15] iacuerit tempore separationis suæ, immundum erit: & omne super quo sederit, immundum erit.

21 Quicunq; tetigerit lectum eius, eluet vestimenta sua, & lotus aqua, immundus erit vsq; ad vesperam.

22 Et quicunque rem vllam tetigerit super qua illa sederit, eluet vestimenta sua, lotusq; aqua, immundus erit vsque ad vesperam. [16] Et si quispiam stratum aut instrumentum aliquod tetigerit super quo illa sederit, immundus erit vsq; ad vesperam.

23 Et si omnino iacuerit vir cum ea [17] quæ menses suos habet, immundus erit septem diebus, & omne stratum super quo iacuerit, immundum erit. *24 Mulier si multis diebus fluxum sanguinis sui*

CAP. XV.
1 Heb. Vir vir.
2 veluti saliuam emiserit, aut si obdurauerit carnem suam semine suo, impuritas ei est. q. d. Ratione seminis homo dicetur hoc modo impurus: si penis eius despuat semen simile saliuæ, hoc est, si despuat semen aqueum, aut si obduret meatus suos seminarios semine ipso: (propterea quod semen crassius sit quam vt exire possit per meatus illos) si illud semen non profluat, sed remaneat in vasis seminariis: tunc dicetur esse impurus, & habebitur pro impuro. Nomine carnis, pudenda hîc significat Moses. Quoties homo sentit motus carnis, impurus est, etiamsi semen non defluat illi. Vt profluuium seminis externum immundum est, & conspurcat: ita est fluxus internus, qui fit cum semen e vasis seminariis exit quidem, sed foras non erumpit. Hæc impuritas quæ contrahitur seminis profluuio, ostendit multos esse apud Deum impuros, qui apud homines videntur puri.
3 polluetur.
4 Id est, postquam lauerit sese, lauabit etiam vestimenta sua.
5 Omne iumentum quo vectus fuerit qui fluxum seminis patitur, immundum erit.
6 non ablueтat.
7 ab emundatione sua.
8 conuentus.
9 mundabitque eum, & ... mundum esse declarabit.
10 effusio seminis. Hîc loquitur de eo qui non patitur fluxum, sequentem seminis, sed cui id accidit aliquando.
11 super quam fuerit de semine effluxo.
12 cum qua coierit maritus effusione seminis, lauabunt sese, &c. id est, Si vir imprudens, veluti noctu dormiens, [illegible] eius, et non recordatus, concubuerit cum vxore sua, tunc per imprudentiam polluitur vna cum vxore.
13 quum erit fluxus sanguinis [illegible] carnem eius. i. Cum mulier patietur fluxum sanguinis per pudenda sua.
14 Heb. in separatione sua, i. septem diebus [illegible]
15 vel, dormierit.
16 Heb. [illegible] super lectum fuerit, aut [illegible] super quam ipsa sederit in tangendo illud, &c. Hoc est, Si stragulum fuerit super lectum, aut super sedem super quam illa sederit, & quispiam illud tetigerit, impurus, &c.
17 Heb. [illegible] super illum. i. [illegible] dum homo dormit cum ea.

18 Hebr. In non tempore separationis suæ. Separatio, dies aut tempus separationis, periphrasis est mensium muliebrium. nã eum separatæ habitabant. i. alio tẽpore quàm quo solent pati menses.
19 Heb. vltra separationem. i. vltra menses quos Deus constituit.
20 Heb. omnibus diebus fluxus impuritatis suæ sicut diebus menstrui sui erit.
21 i. immundũ erit, vt stratum super quod iacebat diebus menstrui sui, impurum erat.
22 i. omnis sedes super qua sederit, erit impura vt impura erat sedes super quam sedebat tempore mensium.

effluxerit, [18] *quum non sit tempus profluuii sui,* *aut si fluit* [19] *supra profluuium* *suum,* [20] *omnes dies fluxus immundi iudicentur, quemadmodum dies separationis sua;* *eritque ipsa immunda.*

25 *Omne stratum super quo iacuerit omnibus diebus fluxus sui,* [21] *sit ei quemadmodum stratum separationis sua:* *& omne instrumentum super quo sederit, immundum erit, quemadmodum immunditia separationis sua.*

26 *Et quicunque aliquid istorum tetigerit, immundus erit, & eluet vestimenta sua, & lotus aqua, immundus sit vsque ad vesperam.*

27 *Et si fuerit mundata à fluxu suo, numerabit sibi septem dies, deinde mundabitur.*

28 *Die octauo accipiat sibi duos turtures, aut duos pullos columbinos, & ferat eos ad sacerdotem ad ostium* [22] *tentorii constitutionis.*

29 *Et faciet sacerdos alterum pro hostia peccati, alterum pro holocausto,* [24] *expiabitque eam* *sacerdos coram Domino à fluxu immunditia sua.*

30 [25] *Religiose ergo prohibeatis filios Israel ab immunditiis suis,* *ne in immunditiis suis moriantur,* [26] *si polluerint* *tabernaculum meum quod est inter eos.*

31 *Ista est lex eius qui fluxum patitur, & de quo egreditur* [27] *proiectio* *seminis,* [28] *in quo polluitur.*

32 [29] *Item eius qua ob profluuium separatur, aut qui fluit fluxu suo,* *siue mas sit, siue fœmina, & eius qui cum immunda iacuerit.*

guinis non in tempore menstruali, vel quæ post menstruum sanguinem fluere non cessat, quamdiu subiacet huic passioni, immunda erit, quasi sit in tempore menstruo.

25 Omne stratum in quo dormierit, & vas in quo sederit, pollutum erit.

26 Quicunque tetigerit * eam, * lauabit vestimenta sua: & ipse lotus aqua, immundus erit vsque ad vesperum. * *ea,*

27 Si steterit sanguis, & fluere cessauerit, numerabit septem dies purificationis suæ. *Purgatio earum.*

28 Et die octauo offeret pro se sacerdoti duos turtures aut duos pullos columbarum ad ostium tabernaculi testimonii:

29 Qui vnum faciet pro peccato, & alterum in holocaustum, rogabitque pro ea coram Domino, & pro fluxu immunditiæ eius.

30 Docebitis ergo filios Israel vt caueant immunditias, & non moriantur in sordibus suis, cum polluerint tabernaculũ meum, quod est inter eos.

31 Ista est lex eius, qui patitur fluxum seminis, & qui polluitur coitu.

32 Et quæ menstruis temporibus separatur, vel quæ iugi fluit sanguine, & hominis qui dormierit cum ea.

23 tabernaculi conuentus. Tabernaculum pro atrio accipit: à parte totum. 24 vel, emundabitque eam, &c. Id est declarabit eam esse mundam à fluxu suo, beneficio Dei. 25 Separabitis itaque filios Israel ab impuritatibus suis, &c. Hoc est, Hac ratione facietis, vt caueant filii Israel ab impuritate. 26 quando pollucnt. 27 effusio. 28 Heb. vt impurus sit. i. per quam homo redditur impurus. 29 Heb. Item dolentis in separatione sua, & qui profundit fluxum suum. i. qui laborat fluxu mensium, & patitur fluxum.

CAPVT XVI.

1 aut, qui quum venissent in conspectum Domini, mortui fuerant. Vel, qui quod venissent, &c. Legitur hæc historia cap. X. huius libri. Superiori capite de [illegible] vata particulariique impuritate tractauit Moses: hic verò de publica & vniuersali scribit.
2 sanctitatem. i. sanctum sanctorum, semel in anno, Septembri mense, summus sacerdos solus ingrediebatur tantum sanctorum.
3 coram tectorio siue calo, subaudi arcæ.
4 super tectoriũ (siue cælum) dictũ.
5 i. Tum hoc ritu ingrediatur ipse Aaron ad sanctuarium. i. in sanctum sanctorum.
6 Caro, pro verendis.
7 i. induerit ea.
8 Hircos caprarum [illegible] grege ad [illegible] lactantes.
9 vel, mactabit.
10 [illegible] pro Domino: qui sorte [illegible] Domino [illegible] montem Azazel.

1 *ET loquutus est Dominus ad Mosen post mortem duorum filiorum Aharonis,* [1] *quando appropinquarunt coram Domino, & mortui sunt. Dixitque Dominus ad Mosen.*

2 *Loquere ad Aharonem, fratrem tuum, ne omni tempore introeat in* [2] *sanctuarium,* *intra scilicet velum* [3] *coram propitiatorio* *quod super arcam est, ne moriatur: quoniam in nube apparebo* [4] *super propitiatorium.*

3 [5] *In hoc ingrediatur Aharon sanctuarium, nempe cum iuuenco bouis, qui sit pro peccato, & cum ariete pro holocausto.*

4 *Tunica stricta linea sancta vestietur, & femoralia linea sint super* [6] *carnem* *eius, & zona linea accingatur, & tiara linea amicietur: hæc sancta sunt vestimenta, & lauabit aqua carnem suam* [7] *cum induerit ea.*

5 *Accipiat autem a cœtu filiorum Israel duos* [8] *hircos caprarum* *pro peccato, & arietem vnum in holocaustum.*

6 *Et* [9] *adducet* *Aharon iuuencum suum pro peccato, & expiabit pro se & pro domo sua.*

7 *Deinde accipiet & duos hircos, & collocabit eos coram Domino ad ostium tentorii* [10] *constitutionis.*

8 *Et sortietur Aharon super duos hircos, sortẽ vnam, erit pro Domino, alteram sortem* [11] *pro capro sacro qui amandatur.*

9 *Et adducet Aharon hircum illum super quem* [12] *ducta est sors Domini,* *&* [13] *faciet eum pro peccato.* *Alter vero hircus super quem* [14] *ducta est sors vt amandetur.*

10 *Statuetur viuus coram Domino,* [15] *vt iste expiet, vt amandet illum, caprum scilicet emissarium, in desertum.*

11 *Et* [16] *iuuencum quem habet* *adducat pro hostia peccati, & expiet pro se & pro domo sua, mactabitque iuuencum suum pro peccato.* 12 *Accipiat quoque acerram plenam ignitis carbonibus ex ara qua est coram Domino, &* [17] *volam suam plenam* *incensi aromatici contusi, & inferat intra velum.*

1 LOcutusq; est Dominus ad Moysen post * mortem duorum filiorum Aaron, quando offerentes ignem alienum interfecti sunt: & præcepit ei, dicens. A *supra 10. a*

Quæ sacerdoti erant obseruãda antequam ingredi posset sanctuarium.

2 Loquere ad Aaron fratrem tuum † ne omni tempore ingrediatur Sanctuarium, quod est intra velum coram propitiatorio, quo tegitur arca, vt non moriatur, (quia in nube apparebo super oraculum,) nisi hæc ante fecerit, *† Exod. 30. b Heb. 9. b*

3 Vitulum pro peccato offeret, & arietem in holocaustum.

4 Tunica linea vestietur, feminalibus lineis verenda celabit: accingetur zona linea, cidarim lineam imponet capiti: hæc enim vestimenta sunt sancta: quibus cunctis, cum lotus fuerit, induetur.

5 Suscipietque ab vniuersa multitudine filiorum Israel duos hircos pro peccato, & vnum arietem in holocaustum. B

6 Cumque obtulerit vitulum, & orauerit pro se & pro domo sua,

7 Duos hircos stare faciet coram Domino in ostio tabernaculi testimonii.

8 Mittensque super vtrunq; sortem, vnam Domino, & alteram capro emissario:

9 Cuius exierit sors Domino, offeret illum pro peccato. Cuius autem in caprum emissarium, *Caper emissarius.*

10 Statuet eum viuum coram Domino, vt fundat preces super eum, & emittat eum in solitudinẽ.

11 His rite celebratis offeret vitulum, & rogans pro se & pro domo sua, immolabit eum.

12 Assumptoque thuribulo quod de prunis altaris impleuerit. Et hauriens manu compositum in thymiama incensum, vltra velum intrabit in Sancta. C

13 Vt positis su-

11 pro Azazel. Id est, pro capro qui abducendus erat in montem Azazel, qui mons erat situs in deserto prope montem Sinai. 12 ceciderit sors [illegible] 13 i. sacrificabit eum pro expiatione peccati. 14 ceciderit sors pro Azazel. Id est, pro capro qui abducendus erat in montem Azazel [illegible] super quem ceciderit sors vt sit caper emissarius. 15 ad emundandum [illegible], vt postea emittatur in [illegible] 16 vitulum suum, id est, e grege suo sumptum. 17 Heb. plenitudinem volarum tuarum, id est, quantum vtraque manus capere potest

per ignem

per ignem aromatibus, nebula eorum & vapor operiat oraculum quod est supra testimonium, & non moriatur.

Expiatio sanctuarii. *Heb. 9. d. 10. a*
14 Tollet quoq; de sanguine vituli, & asperget digito septies contra propitiatorium ad Orientem.

15 Cumque mactauerit hircum pro peccato populi, inferet sanguinem eius intra velum, sicut præceptum est de sanguine vituli, vt aspergat e regione oraculi,

16 Et expiet sanctuarium ab immundiciis filiorum Israel, & à præuaricationibus eorum, cunctisque peccatis. Iuxta hunc ritum faciet tabernaculo testimonii, quod fixum est inter eos in medio sordium habitationis eorum.

D *Tabernaculi.*

Luc. 1. a
17 ‖ Nullus hominum sit in tabernaculo quando pontifex sanctuarium ingreditur, vt roget pro se & pro domo sua, & pro vniuerso cœtu Israel, donec egrediatur è tabernaculum.

Altaris.
18 Cum autem exierit ad altare quod corā Domino est, oret pro se, & sumptum sanguinem vituli atq; hirci fundat super cornua eius per gyrum.

19 Aspergensq; digito septies, expiet, & sanctificet illud ab immundiciis filiorum Israel.

Peccatorum.
20 Postquam emundauerit sanctuarium, & tabernaculum, & altare, tunc offerat hircum viuentē.

E *Mosaica confessio.*
21 Et posita vtraque manu super caput eius, cōfiteatur omnes iniquitates filiorum Israel, & vniuersa delicta atque peccata eorum, quæ imprecans capiti eius, emittet illum per hominem paratum, in desertum.

22 Cumque portauerit hircus omnes iniquitates eorum in terram solitariam, & dimissus fuerit in desertum.

23 Reuertetur Aaron in tabernaculum testimonii, & depositis vestibus quibus prius indutus erat, cum intraret sanctuarium, relictisq; ibi,

24 Lauabit carnem suam in loco sancto, indueturq; vestibus suis, & postquam egressus obtulerit holocaustum suum ac plebis, rogabit tam pro se, quàm pro populo.

25 Et adipem qui oblatus est pro peccatis, adolebit super altare.

F
26 Ille verò qui dimiserit caprum emissarium, lauabit vestimenta sua & corpus aqua, & sic ingredietur in castra.

Hebr. 13. b
27 Vitulum autem & hircum qui pro peccato fuerant immolati, & quorum sanguis illatus est in sanctuarium vt expiatio compleretur, ‖ asportabunt foras castra, & comburent igni tam pelles quàm carnes eorum ac fimum.

28 Et quicunq; combusserit ea, lauabit vestimēta sua & carnem aqua, & sic ingredietur castra.

Festum expiationum à peccatis.
29 Eritq; vobis hoc legitimum sempiternum: mense autem septimo, decima die mensis affligetis animas vestras, nullumq; opus facietis siue indigena siue aduena qui peregrinatur inter vos.

Infr. 23. e
30 ‖ In hac die expiatio erit vestri atq; mundatio ab omnibus peccatis vestris: Coram Domino mundabimini.

G

31 Sabbathum enim requietionis est, & affligetis animas vestras religione perpetua.

[a] initiata est.
32 Expiabit autem sacerdos qui vnctus fuerit, & cuius manus [a] initiatæ sunt vt sacerdotio fungatur pro patre suo: induetur que stola linea & vestibus sanctis.

33 Et expiabit sanctuarium & tabernaculum testimonii atque altare, sacerdotes quoque & vniuersum populum.

Ponetq; incensum super ignem coram Domino, [18] ita vt fumus suffitus obtegat propitiatorium quod est [19] super testimonium, [20] ne moriatur.

14 Deinde accipiat de sanguine iuuenci, & spargat digito suo [21] coram propitiatorio, Orientem versus & coram propitiatorio spargat digito suo de sanguine illo septies.

15 Et mactet hircum pro peccato, qui est [22] pro populo, & inferat sanguinem eius intra velum, faciatq; cum sanguine illo, quemadmodum fecit cum sanguine iuuenci, spargens scilicet eum versus propitiatorium, & [21] coram propitiatorio.

16 Et expiabit [23] super sanctuarium ab immunditia filiorum Israel, & a transgressionibus eorum, [24] pro cunctis peccatis eorum. Et sic quoq; faciet tentorio [25] constitutionis, quod habitat cum eis [26] inter immunditias eorum.

17 Nullus autem homo sit in tentorio [25] constitutionis, quum ille ingredietur [27] ad expiandum in sanctuario, donec egrediatur, & [28] expiauerit pro se & pro domo sua, atq; pro vniuerso cœtu Israelitico.

18 Et egressus ad [29] aram quæ est coram Domino, [30] expiationem faciet super eam, sumetq; de sanguine iuuenci, & de sanguine hirci, & ponet super cornua aræ per circuitum.

19 Spargetq; super eam digito suo de sanguine septies, & emundabit ipsam, atq; eam sanctificabit ab immundiciis filiorum Israel.

20 Et quum cessauerit ab expiando sanctuarium, & tentorium [25] constitutionis, & aram, tum [31] adferat hircum viuum.

21 Imponetq; Aharon vtramq; manum suam super caput hirci viuentis, & confitebitur super ipsum cunctas iniquitates filiorum Israel, & omnes transgressiones eorum, omniaq; peccata eorum, ponens scilicet eas super caput hirci, & amandet (eum) per manum viri [32] tempestiui in desertum.

22 Et feret hircus ille super se omnes iniquitates illorum in terram [33] separatam, amandabitq; hircum in desertum:

23 Et veniet Aharon ad tentorium [25] constitutionis & exutis vestimentis lineis, quibus indutus fuit dum intraret sanctuarium, [34] reponat ea istic.

24 Lotaq; carne sua aqua in loco sancto, induet vestimenta sua, & egressus faciet holocaustum [35] suum, & holocaustum populi, & expiabit pro se & pro populo.

25 Adipem hostiæ pro peccato incendat in ara.

26 Porro, is qui [36] amandauit hircum in campum caprarum, eluet vestimenta sua, lotaq; carne sua in aqua, ingredietur post hoc in castra.

27 Iuuencum vero qui est pro peccato, & hircum qui est pro peccato, quorum sanguis illatus est ad expiandum sanctuarium, efferat foras extra castra, vt comburantur igne cum pellibus, carne & excremento eorum.

28 Et is qui combusserit ea, eluet vestimenta sua: & lota carne sua, tum tandem castra ingrediatur.

29 Erit & hoc statutum vobis perpetuum, vt mense septimo decima mensis [37] deiiciatis animas vestras, nec vllum opus faciatis, siue indigena sit, siue incola qui incolit inter vos.

30 Quoniam eodem die [38] expiabitur pro vobis, vt mundificemini, & mundati sitis ab omnibus peccatis vestris coram Domino.

31 [39] Sabbatum sabbatorum hoc vobis, & [40] deiicietis animas vestras ritu perpetuo.

32 Expiabit autem sacerdos qui vnctus fuerit, & cuius manus fuerit consecrata, vt sacerdotio fungatur pro patre suo, induetur que vestimentis lineis atq; sanctis.

33 Expiabit verò sanctuarium sanctum, & tentorium [25] constitutionis, expiabit & aram, & sacerdotes, & vniuersum populum cœtus expiabit.

18 Heb. nubes thymiamatis, id est, vapor consurgens ex thymiamate [illegible].
19 Oratio est concisa: pro, supra arcā testimonii.
20 Et non morietur, si ita scilicet fecerit, non quēadmodum fecerunt Nadab & Abiu.
21 Q.d. conspergēs partem anteriorem spectantem Orientem, & posteriorem spectantem Occidentem.
22 i. quem populus tradiderat pro se mactandum.
23 Vacat hic præpositio.
24 Et omnia peccata eorum.
25 Conuentionis. Aut, conuētus. Vel, vt aliis placet, fœderis.
26 Hebr. In medio impuritatum eorum, id est, inter illos impuros & contaminatos.
27 Vel, ad orādū.
28 Orabit.
29 Sub. incensi.
30 Expiabit eam.
31 Offeret.
32 Ad hoc parati.
33 Heb. sciunctionis, i. inhabitabilem.
34 Relinquat.
35 i. pro se.
36 Deduxerit hircum in Azazel.
37 Affligatis &c. i. ieiunetis.
38 Expiabit vos (subaudi, summus sacerdos) ad purificandum vos, & mundabimini &c. i. summus sacerdos declarabit vos omnium scelerum puros esse.
39 Quies (enim) quietis, id est, summa quies est: hoc est Animo & corpore vobis quiescendum est. Hebraismus.
40 Affligetis animas [illegible] statuto perpetuo, id est, semper obseruando.

K

a Sub Moses. Fecit Moses quod ipsi praecepit Dominus.

34 *Sitque vobis hoc statutum perpetuum, vt expiet filios Israel ab omni peccato eorum semel in anno. Et* [a] *fecit* [a] *quemadmodum praecepit Dominus Mosi.*

34 Eritque vobis hoc legitimum sempiternum, vt oretis pro filiis Israel, & pro cunctis peccatis eorum, semel in anno. Fecit igitur sicut praeceperat Dominus Moysi.

CAPVT XVII.

1 *ET loquutus est Dominus ad Mosen hisce verbis,*

2 *Loquere ad Aharonem & filios eius, atque ad cunctos filios Israel, & dic eis,* [1] *Hoc est verbum quod praecepit* [1] *Dominus, dicens,*

3 [2] *Quicunque è domo Israelis* [3] *mactauerit bouem, aut ouem, aut capram in castris, aut qui mactauerit extra castra,*

4 *Et ad ostium* [4] *tentorii constitutionis* [5] *non attulerit, vt* [5] *sacrificet sacrificium* [5] *Domino ante tabernaculum Domini, sanguis imputabitur viro illi:* [6] *sanguinem* [6] *(enim) fudit: excindeturque vir ille è medio populi sui.*

5 [7] *Proinde quando filii Israel adducunt sua sacrificia, quae sacrificare volunt in planicie campi, adducant talia ad Dominum, nempe ad ostium tentorii constitutionis ad sacerdotem, vt ea Domino sacrificent sacrificia gratulatoria.*

6 *Et sparget sacerdos sanguinem super aram Domini, quae est ad ostium tentorii constitutionis, & adolebit adipem Domino in odorem* [8] *suauem quietem.* [8]

7 *Nec vltra sacrificent sacrificia sua* [9] *satyris,* [10] *post quos scortati sunt: statutum hoc erit perpetuum eis,* [11] *etiam apud posteros suos.* [a]

8 *Dices autem ad eos, Quicunque è domo Israel, aut ex incolis qui inter vos habitant, holocaustum aut sacrificium attulerit,*

9 *Nec adduxerit hoc ad ostium tentorii constitutionis,* [12] *vt Domino illud faciat,* [a] *is* [13] *excindetur de populis suis.*

10 *Et quicunque è domo Israel, aut de incola qui inter vos habitat, vllum sanguinem comederit,* [14] *ponam faciem meam contra animam talem* [a] *quae comederit sanguinem, & excindam eam de medio populi sui.*

11 [15] *Nam anima carnis est in sanguine,* [a] *& ego* [16] *dedi illum vobis super altare, ad expiandum animas vestras: sanguis enim animam expiabit.* [a]

12 *Et ob id dixi filiis Israel, Nulla anima ex vobis sanguinem edat, deinde nullus incola qui habitat inter vos sanguinem edat.*

13 *Quicunque ex filiis Israel, & incola qui habitat inter vos venatus fuerit venationem ferae aut volucris, quae comedi potest, effundat sanguinem eius & obruat eum puluere.*

14 *Nam anima omnis carnis,* [17] *sanguis eius est, pro anima eius est: ob id dixi filiis Israel, Nullius carnis sanguinem comedetis, quia anima omnis carnis sanguis eius est: quicunque comederit de illo,* [18] *excindetur.*

15 *Omnis quoque anima (siue indigena sit, siue incola,) quae cadauer aut discerptum a fera comederit, lauabit vestimenta sua & carnem suam aqua, & immundus erit vsque ad vesperam,* [19] *tum* [a] *mundus erit.*

16 *Et si non* [20] *eluerit,* [a] *carnemque suam non lauerit, feret* [21] *noxam* [a] *suam.*

1 ET locutus est Dominus ad Moysen, dicens,

2 Loquere Aaron & filiis eius & cunctis filiis Israel dicens ad eos. Iste est sermo quem mandauit Dominus dicens,

3 Homo quilibet de domo Israel, si occiderit bouem aut ouem, siue capram in castris vel extra castra,

4 Et non obtulerit ad ostium tabernaculi oblationem Domino, sanguinis reus erit: quasi si sanguinem fuderit, sic peribit de medio populi sui.

5 Ideo sacerdoti offerre debent filii Israel hostias suas quas occidunt in agro, vt sanctificentur Domino ante ostium tabernaculi testimonii, & immolent eas hostias pacificas Domino.

6 Funderque sacerdos sanguinem super altare Domini ad ostium tabernaculi testimonii, & adolebit adipem in odorem suauitatis Domino.

7 Et nequaquam vltra immolabunt hostias suas daemonibus, cum quibus fornicati sunt. legitimum sempiternum erit illis & posteris eorum.

8 Et ad ipsos dices, Homo de [a] filiis Israel & de aduenis qui peregrinantur apud vos, qui obtulerit holocaustum siue victimam,

9 Et ad ostium tabernaculi testimonii non adduxerit eam, vt [a] offeratur [a] Domino, interibit de populo suo.

10 Homo quilibet de domo Israel, & de aduenis qui peregrinantur [a] inter vos, [a] si comederit sanguinem, obfirmabo faciem meam contra animam illius, & disperdam eam de populo suo,

11 Quia anima carnis in sanguine est: & ego dedi illum vobis, vt super altare in eo expietis pro animabus vestris, & sanguis pro animae piaculo sit.

12 Idcirco dixi filiis Israel, Omnis anima ex vobis non comedet sanguinem, nec ex aduenis qui peregrinantur, [a] apud [a] vos.

13 Homo quicunque de filiis Israel & de aduenis qui peregrinantur apud vos, si venatione atque aucupio ceperit feram vel auem, quibus vesci licitum est, fundat sanguinem eius, & operiat illum terra.

14 [a] Anima enim omnis carnis in sanguine est: vnde dixi filiis Israel, Sanguinem vniuersae carnis in sanguine est: quicunque comederit illum, interibit.

15 Anima quae comederit morticinum vel captum a bestia, tam de indigenis quam de aduenis, lauabit vestimenta sua & semetipsum aqua, & contaminatus erit vsque ad vesperum: & hoc ordine mundus fiet.

16 Quod si non lauerit vestimenta sua vel corpus, portabit iniquitatem suam.

A *Sacrificia damnat quae non fiunt ad ostium tabernaculi foederis.*

B

Domino, non daemonibus offerendum.

* *domo.*

* *offeratur.*

Sanguis non comedendus.

* *inter vos.*

C

Sanguine expiatio peccatorum fiebat.

* *inter.*

D

Gen. 9. b.

Morticinum non comedendum.

1 Hebraismus est, pro, Hoc est quod mandauit. [illegible] 2 [illegible] idololatria [illegible] idolis. 3 Hebr. Vir vir &c. Quod sic dicendi Hebraismus, qui Latine per Quicunque redditur. 3 Haec non de mactatione animalium quae [illegible] intelligenda sunt, sed de mactatione sacrificiorum. 4 Tabernaculi conuentus. 5 Vel, oblaturus oblationem. 6 Sanguinem [illegible] pro caede accipit. q. d. Perinde [illegible] displicebit ac si hominem occidisset: ideoque pro ethnico & incircumciso habebitur. 7 Hebr. Vt afferant filii Israel hostias suas quas sunt mactaturi in superficie agri: vt afferant eas Domino, ad fores tabernaculi conuentionis ad sacerdotem, & mactent illas in hostias pacificas Domino. Cum autem superficiei agri significat vbilibet locorum. 8 Heb. quietis, id est, vt inde excitetur odor gratissimus Deo. 9 Dictio Hebraica SEHIRIM significat daemones, sed eos proprie qui hirsuti & villosi instar hircorum, sui cultoribus apparere solebant. Et verisimile est intelligi de satyris. 10 Vel, cum quibus &c. id est, quorum colendorum addicti sunt, siue quos colere soliti sunt. 11 Suis temporibus, id est, quandiu vixerint. 12 Ad sacrificandum illud Domino. 13 Id est, non tenebitur [illegible] 14 [illegible] Anima enim omnis [illegible] De animalibus irrationalibus loquitur. Caro pro animali. 16 [illegible] sanguinem [illegible] 17 Sanguis [illegible] 18 [illegible] 19 Cum scilicet vespera aduenerit. 20 Sub. vestes suas. 21 Iniquitatem, id est poenam. Hebraismus.

CAPVT XVIII.

1 *ET loquutus est Dominus ad Mosen in has sententiam.*

2 *Loquere ad filios Israel, & dicas ad eos, Ego Dominus Deus vester.*

1 LOcutus est Dominus ad Moysen dicens,

2 Loquere filiis Israel, & dices ad eos. Ego sum Dominus Deus vester.

A *Qui coitus illiciti.*

3 Iuxta

3 Iuxta consuetudinem Terræ Ægypti in qua habitastis, non facietis: & iuxta morem Regionis Chanaan, ad quam ego introducturus sum vos, non agetis, nec in legitimis eorum ambulabitis.

4 Facietis iudicia mea, & præcepta mea seruabitis, & ambulabitis in eis: ego Dominus Deus vester.

Rom. 10.a
Ezec. 20.b
Gal. 3.b

5 Custodite leges meas atque iudicia, quæ faciens homo, viuet in eis, ego Dominus.

6 Omnis homo ad proximam sanguinis sui non accedet, vt reuelet turpitudinem eius: ego Dominus Deus vester.

7 Turpitudinem patris tui & turpitudinem matris tuæ non discooperies: mater tua est, non reuelabis turpitudinem eius.

B 8 Turpitudinem vxoris patris tui non discooperies: turpitudo enim patris tui est.

9 Turpitudinem sororis tuæ ex patre siue ex matre, quæ domi vel foris genita est, non reuelabis.

10 Turpitudinem filiæ filii tui vel neptis ex filia non reuelabis: quia turpitudo tua est.

11 Turpitudinem filiæ vxoris patris tui, quam peperit patri tuo, & est soror tua, non reuelabis.

12 Turpitudinem sororis patris tui non discooperies: quia caro est patris tui.

13 Turpitudinem sororis matris tuæ non reuelabis: eo quod caro sit matris tuæ.

14 Turpitudinem patrui tui non reuelabis, nec accedes ad vxorem eius quæ tibi affinitate coniungitur.

15 Turpitudinem nurus tuæ non reuelabis, quia vxor filii tui est: nec discooperies ignominiam eius.

16 Et vxorem fratris sui nullus accipiat. Turpitudinem vxoris fratris tui non reuelabis: quia turpitudo fratris tui est.

C 17 Turpitudinem vxoris tuæ & filiæ eius non reuelabis. Filiam filii eius, & filiam filiæ illius non sumes, vt reueles ignominiam eius: quia caro illius sunt, & talis coitus incestus est.

18 Sororem vxoris tuæ in pellicatum illius non accipies, nec reuelabis turpitudinem eius adhuc illa viuente.

19 Ad mulierem quæ patitur menstrua non accedes, nec reuelabis fœditatem eius.

20 Cum vxore proximi tui non coibis, nec seminis commistione maculaberis.

4. Reg. 23.c

21 De semine tuo non dabis vt consecretur idolo Moloch, nec pollues nomen Dei tui: ego Dominus.

D 22 Cum masculo non commiscearis coitu fœmineo, quia abominatio est.

Gentium opera non vult suos imitari Deus.

23 Cum omni pecore non coibis, nec maculaberis cum eo. Mulier non succumbet iumento, nec miscebitur ei: quia scelus est.

24 Nec polluamini in omnibus his quibus contaminatæ sunt vniuersæ Gentes, quas ego eiiciam ante conspectum vestrum,

3 Secundum opera terræ Ægypti, in qua habitastis, ne faciatis, & secundum opera Chananææ terræ, in quam ego vos introduco, ne faciatis, in ritibus eorum ne incedatis.

4 Iudicia mea facietis, ritus meos obseruabitis, vt in illis incedatis: ego Dominus Deus vester.

5 Custodietis ergo ritus meos, & iudicia mea, quæ faciens homo, viuet in eis: ego Dominus.

6 Nullus ad quamcunque reliquiam carnis suæ accedat ad retegendum verenda: ego Dominus.

7 Verenda patris tui, & verenda matris tuæ ne retegas: mater tua est, ne retegas verenda eius.

8 Verenda vxoris patris tui ne retegas: turpitudo enim patris tui est.

9 Verenda sororis tuæ, quæ filia est patris tui [tantum] aut filia matris tuæ, siue domi sit genita, siue foris, ne retegas turpitudinem earum.

10 Verenda neptis ex filio tuo, aut neptis ex filia tua, ne retegas turpitudinem earum, quia turpitudo tua est.

11 Verenda filiæ vxoris patris tui, quæ genita est à patre tuo, soror tua est, ne retegas turpitudinem eius.

12 Verenda amitæ tuæ ne retegas, [quoniam] reliquia carnis est patris tui.

13 Verenda materteræ tuæ ne retegas: reliquia carnis enim matris tuæ est.

14 Verenda patrui tui ne retegas, ad vxorem eius ne accedas, vxor est patrui tui.

15 Verenda nurus tuæ ne retegas: est enim vxor filii tui.

16 Idcirco ne retegas verenda eius. Verenda fratriæ tuæ ne retegas: ignominia enim est fratri tuo.

17 Verenda vxoris & filiæ eius ne retegas: neptem ex filio eius, & neptem ex filia eius ne ducas ad retegendum turpitudinem eius: reliquiæ sunt ipsæ, & nepos est.

18 Vxorem ac sororem suam ne ducas, ad lacessendum, vt scilicet retegas turpitudinem eius, viuente adhuc illa.

19 Ad mulierem quæ mensibus suis polluta est, ne accedas ad retegendum verenda eius.

20 Vxorem proximi tui prostitutione seminis tui ne contamines.

21 De semine tuo ne des vt ipsi Moloch traducatur, neque prophanes nomen Dei tui: ego Dominus.

22 Cum mare ne concumbas concubitu quo cum fœmina solet, abominanda res est.

23 Nec concumbas cum vllo iumento, vt polluaris cum eo: neque mulier sistat coram iumento, vt se illi prostituat: quia confusio est.

24 In his omnibus ne polluamini: nam in hisce omnibus Gentes polluuntur, quas ego eiicio ante vos:

1 vel, introducturus [illegible] ... 3 Id est, [illegible] ... 4 Sub. qui id pollicetur. 5 Per reliquias, consanguineos & propinquos intelligunt [illegible] ... Nemo sibi habeat cū consanguinea, sua, etiā nudata, de matrimonio. Nuditatem autē [illegible] partes pudendas, per antiphrasin, quod nū quam nudæ esse debeant. sic in sequentibus versibus, vbi verenda toties repetit. Reuelare igitur siue retegere nuditatē, aut verenda mulieris est cū ea cōtrahere matrimonium. 6 [illegible] ... 7 Id est, vxorem [illegible]

vxorem nouercam tuam patre mortuo. 9 Nuditas enim patris tui est, id est, rem habuit pater tuus cum ea, & cum ea [illegible] 10 Id est, [illegible] ... 11 Sunt, id est, [illegible] consanguineæ tuæ. 12 Heb. [illegible] ... 16 Heb. caro est patris tui, id est, [illegible] ... 19 Heb. [illegible] ... 20 Id est, Non [illegible] ... 21 Id est, vt contrahas cum ea matrimonium, & rem habeas cum ea. 22 Consanguinitas [illegible] ... 23 Cum [illegible] ... 24 Id est, [illegible] ... 25 Heb. in [illegible] pollutionis suæ, id est, eo tempore quo secedit propter fluxum menstruum. 26 Vel, reuelan [illegible] ... 27 [illegible] ... 28 Heb. ad [illegible] Moloch, nec polluas [illegible] Id est, ne vllum è filiis tuis immoles Deo Moloch. Hoc enim esset tibi dedecori, si [illegible] idola [illegible] ... Idolum Moloch nonnulli putant fuisse saturnum. 29 Vel, abominatio. 31 Id est, Per aliquam [illegible] 31 Vel, eiiciam ad aduentum vestrum.

23 vel per futurũ, hoc pacto. Et polluetur terra, & visitabo iniquitatẽ eius super eam: & euomet terra habitatores suos. 1. Si homines polluerint se his sceleribus, puniã eos, & terra euomet vos qui tunc incoletis eã. Metaphora à ventriculo valente, non ferẽte cibos corruptos, sed euomente eos.
33 quod pollueritis
34 euomet.
35.1. Deus non agnoscet illũ tanquam Israelitã, & circuncisum.
36 Obseruationẽ, siue custodiã suã, vocat mandata sua.
37 & ne polluamini per ea:
38 subaudi, ero, si hæc obseruaueritis. Vel, ego qui sum Dominus Deus vester, & liberator, hæc præcipio vobis.

CAP. XIX.

1.1. Segregate vos ab immūditiis & abominationibus prædictis, date operam sanctitati.
2 Matrem præponit, quòd ea in liberos indulgentiores esse soleãt, & ob id minus reuereãtur eas filii.
3 Videtur subaudiendum Quia: vel, Si ita feceritis, ego ego &c.
4 Vox Hebræa significat idola, quæ non sunt dii: vel rem vanã & quæ nihil prodest.
5 pacifica. i. pacificum.
6 Heb. secundum volũtatem vestrã immoletis illud. Hebræus dicẽdi modus [illegible], volũtate & spõte immolate. Alii vertunt, pro vestri acceptatione [illegible] [illegible] volũtate immolabitis eam.
7 He. ille quo sacrificaueritis, comederit hostiã, & postridie: [illegible] est, [illegible] gratia. subaudi hostia.

25 [15] Et hinc contaminata est terra, & ego visitaui iniquitatem eius super eam, & terra ipsa euomuit habitatores suos.

26 Vos igitur custodietis statuta mea & iudicia mea, & ex omnibus istis abominandis rebus nullam designabitis, siue indigena quis fuerit, siue incola qui inter vos habitat.

27 Quoniam omnes illas abominationes fecerunt homines terræ illius qui fuerunt ante vos, ita vt polluta sit terra.

28 An ergo terra vos non euomet, [33] si pollueritis eam, sicut [34] euomuit gentem quæ fuit ante vos?

29 Nam quicunque fecerit quidpiam ex cunctis istis abominationib. [35] excindentur animæ sic facientes è medio populi sui.

30 Obseruabitis itaque [36] obseruationem meam, ne quidpiam designetis ex ritibus illis abominandis qui facti sunt ante vos, [37] ne polluamini in eis: ego Dominus [38] Deus vester.

25 Et quibus polluta est Terra: cuius ego scelera visitabo, vt euomat habitatores suos.

26 Custodite legitima mea atque iudicia, * vt non faciatis ex omnibus abominationibus istis, tam indigena, quàm colonus qui peregrinatur apud vos.

27 Omnes enim execrationes istas fecerunt accolæ Terræ, qui fuerunt ante vos, & polluerunt eam.

28 Cauete ergo ne & vos similiter euomat, cum paria feceritis, sicut euomuit gentem quæ fuit ante vos.

29 Omnis anima quæ fecerit de abominationibus his quippiam, peribit de medio populi sui.

30 Custodite mandata mea: nolite facere quæ fecerunt hi qui fuerunt ante vos, & ne polluamini in eis: ego Dominus Deus vester.

* & ne

CAPVT XIX.

1 ET locutus est Dominus ad Mosen in hanc sententiam.

2 Loquere ad vniuersum cœtum filiorum Israel, & dices ad eos, [1] Sancti estote, quia ego sanctus sum Dominus Deus vester.

3 Quisque [2] matrem suam & patrem suum reuereamini. Et sabbata mea custodite: [3] ego Dominus Deus vester.

4 Ne respiciatis ad [4] idola, neque deos fusiles vobis faciatis: ego Dominus Deus vester.

5 Si sacrificaueritis sacrificium [5] pacificorum Domino, [6] vt gratum sit sacrificabitis illud,

6 [7] Eodem die & postero comedetur sacrificium vestrum: & si quid residuum manserit in diem tertium, igne comburetur.

7 Quod si omnino die tertio comedetur, [7] execrabile est, & non acceptum. Qui comederit ipsum,

8 [8] Feret iniquitatem suam: eo quod sanctum Domini prophanauit: & [9] excindetur anima huiusmodi è populis suis.

9 Quum messem terræ vestræ messueritis, [10] ne tam exactè angulum agri tui metendo deijcias, [11] & spicilegium messis tuæ ne colligas.

10 Ne facias racemationem vineæ tuæ, & [12] acinorum reliquias in vinea tua ne colligeris, sed eas pauperi & [13] incolæ relinquas: ego Dominus Deus vester.

11 Non [14] furabimini, [15] ne mentiamini, [16] nemo dolo malo agat cum proximo suo.

12 Ne iuretis per nomen meum [17] nequiter, neque [18] prophanabis nomen Dei tui: [19] ego Dominus.

13 [20] Ne vim facias proximo tuo, [21] nec depredaris [ipsum:] opus mercenarii ne pernoctet apud te vsque mane.

14 Ne maledicas surdo, neque offendiculum ponas coram cæco, quin potius timebis Deum tuum: [22] ego Dominus.

15 Ne feceritis iniquum quid in iudicio, [23] ne suscipias faciem pauperis, nec reuerearis faciem potentis: [sed] iustè iudicabis proximo tuo.

16 Ne incedas [24] mercator in populo tuo, [25] neque stes contra sanguinem proximi tui: [26] ego Dominus.

1 LOcutus est Dominus ad Moysen, dicens,

2 Loquere ad omnem cœtum filiorum Israel, & dices ad eos, Sancti estote, quia ego sanctus sum Dominus Deus vester.

3 Vnusquisque * patrem suum & matrem suam timeat. Sabbata mea custodite: ego Dominus Deus vester.

4 Nolite conuerti ad idola, nec deos conflatiles faciatis vobis: ego Dominus Deus vester.

5 Si immolaueritis hostiam pacificorum Domino vt sit placabilis:

6 Eo die quo fuerit immolata, comedetis eam, & die altero: quicquid autem residuum fuerit in diem tertium, igne comburetis.

7 Si quis post biduum comederit ex ea, prophanus erit & impietatis reus:

8 Portabitque iniquitatem suam, quia sanctum Domini polluit, & peribit anima * illius de populo suo.

9 Cumque messueris segetes terræ tuæ, non tondebis vsque ad solum superficiem terræ: nec remanentes spicas colliges.

10 Neque in vinea tua racemos & grana decidentia congregabis, sed pauperibus & peregrinis carpenda dimittes: ego Dominus Deus vester.

11 Non facietis furtum. Non mentiemini, ne decipiet vnusquisque proximum suum.

12 Non peierabis in nomine meo, nec polluas nomen Dei tui: ego Dominus.

13 Non facies calumniam proximo tuo, nec vi opprimes eum. Nõ morabitur opus mercenarii tui apud te vsque mane.

14 Non maledices surdo, nec coram cæco pones offendiculum: sed timebis Dominũ Deum tuum, quia ego sum Dominus.

15 Non facies quod iniquum est, nec iniustè iudicabis. Non consideres personam pauperis, nec honores vultum potentis: iustè iudica proximo tuo.

16 Non eris criminator, nec susurro in populo: non stabis contra sanguinem proximi tui: ego Dominus.

A
Sanctitas.
1. Pet. 1. c.
Parentes.
* matrem suam & patrẽ suum.
Sabbatha.
Idola fugienda.
Hostia quando edenda.
B
* illa.
Messis.
Infr. 23. d.
Vindemia.
Furtum.
Mendacium.
Periuriũ.
Exo. 20. b.
C
Calumnia.
Eccl. 10. a.
Mercenarius.
Deut. 24. c.
Surdus. Cæcus, Iudicium.
Acceptio personarum.
D
Deut. 1. c. 16. d.
Criminator.

8 Hebraismus est, pro, dabit pœnas [illegible] sua. 9 Hebraismus, pro, non habebitur à Deo inter Israelitas. 10 Non finies [illegible] terræ tuæ ad metendum. i. non metes angulos terræ tuæ, [illegible] aliquot spicas pauperibus. Hebræi [illegible] numero in numerum, & à persona in personam. 11 [illegible] [illegible] à tergo messorum tuorum, sed pauperibus colligendas relinques. 12 Heb. grana in vinea tua id est, [illegible] grana [illegible] 13 [illegible] 14 sub. quod depositum fuerit apud vos. 15 Id est, ne denegetis depositum. 16 Neque mentiemini singuli in proximum suum id est, [illegible] dederitis. 17 Vel, falso. i. Non peierabitis. 18 Hoc loco declarat Dominus quid sit polluere nomen suum, [illegible] 19 [illegible] quum ego sim Dominus, quem nihil latet. 20 Vel, Ne spolies proximum tuum per fraudem id est, [illegible] 21 [illegible] 22 Sub. qui audio & video, etiamsi ille surdus cui maledicis, non audiat, nec cæcus videat. 23 Hebr. [illegible] [illegible] 24 [illegible] [illegible] 25 [illegible] non occides proximũ tuum, [illegible] 26 [illegible] ego sum Dominus [illegible] Vel, quamuis hoc lateat homines, tamen me non latet.

Odium. 1 Ioan. 2. b. 3. c Eccles. 19. b

17 Non oderis fratrem tuum in corde tuo, sed publicè argue eum, ne habeat super illo peccatum.

Vltio. Luc. 17. a *Dilectio.* Matth. 5. g. 22. d Rom. 13. b

18 Non quæras vltionem, nec memor eris iniuriæ ciuium tuorum. Diliges amicum tuum sicut te ipsum: ego Dominus.

Ager. *Vestis.*

19 Leges meas custodite. Iumentum tuum non facies coire cum alterius generis animantibus. Agrum tuum non seres diuerso semine. Veste quæ ex duobus texta est, non induêris.

Dormiens cum ancilla.

20 Homo si dormierit cum muliere, coitu seminis, quæ sit ancilla etiam nobilis, & tamen precio non redempta, nec libertate donata: vapulabunt
E ambo, & non morientur, quia non fuit libera.

21 Pro delicto autem suo offeret Domino ad ostium tabernaculi testimonii arietem.

** delicto.*

22 Orabitque pro eo sacerdos, & pro* peccato eius coram Domino, & repropitiabitur ei, dimitteturque peccatum.

Trium arborum fructus vt præputia abiiciendi.

23 Quando ingressi fueritis Terram, & plantaueritis in ea ligna pomifera, auferetis præputia eorum. Poma quæ germinant, immunda erunt vobis, nec edetis ex eis:

24 Quarto autem anno omnis fructus eorum sanctificabitur laudabilis Domino.

25 Quinto autem anno comedetis fructus, congregantes poma quæ proferunt: ego Dominus Deus vester.

Auguria. *Somnia.*

26 Non comedetis carnem cum sanguine. Non augurabimini, nec obseruabitis somnia.
F 27 Neque in rotundum attondebitis comam, nec radetis barbam.

Coma. *Mortuus.* *Stigmata.*

28 Et super mortuo nó incidetis carnes vestras, neque figuras aliquas, aut stigmata facietis vobis: ego Dominus.

Filia non prostituenda. *Sabbathum.*

29 Ne prostituas filiam tuam, ne contaminetur Terra, & impleatur piaculo.

30 Sabbatha mea custodite, & sanctuarium meum metuite: ego Dominus.

Arioli. ** Ne.*

31 * Non declinetis ad magos, nec ab ariolis aliquid sciscitemini, vt polluamini per eos: ego Dominus Deus vester.

Senes.

32 Coram cano capite consurge, & honora personam senis: & time Dominum Deum tuum: ego sum Dominus.

Aduena. Exod. 22. c

33 Si habitauerit aduena in terra vestra, & mo-
G ratus fuerit inter vos, ne exprobretis ei:

34 Sed sit inter vos quasi indigena: & diligetis eum quasi vosmetipsos. fuistis enim & vos aduenæ in Terra Ægypti: ego Dominus Deus vester.

Iudicium. *Regula.* *Pondus.* *Mensura.*

35 Nolite facere iniquum aliquid in iudicio, in regula, in pondere, in mensura.

36 Statera iusta, & æqua sint pôdera, iustus modius, æquusq; sextarius: ego Dominus Deus vester, qui eduxi vos de Terra Ægypti.

37 Custodite omnia præcepta mea, & vniuersa iudicia, & facite ea: ego Dominus.

17 Ne oderis in corde tuo fratrem tuum, at [27] planè reprehendas proximum tuum, [28] ne feras propter eum peccatum.

18 Ne vlciscaris, ne sis [29] iniuriarum memor erga filios populi tui, sed diliges proximum tuum vt te ipsum: [30] Ego Dominus.

19 [31] Ritus meos seruabitis. Ne facias coire iumentum tuum [32] mixtim, neq; agrum tuũ [33] mixtim seras, vestē q; [34] ex lana & lino contextã ne induaris.

20 Vir [35] qui dormierit cum muliere proiectione seminis, quæ ancilla est, sed [36] viro desponsa, veruntamen redempta omnino non est, nec manumissa, [37] inquisitio fiat, non morientur, quia non fuit [38] libera.

21 Adducet insuper ipse Domino (videlicet) pro delicto suo ad ostium tentorii [39] constitutionis, arietem qui sit ostia pro delicto.

22 Et expiabit pro eo sacerdos corã Domino per arietẽ qui hostia est pro delicto, pro peccato suo, quod commisit: & condonabit illi Dominus peccatum quod peccauit.

23 Et cum veneritis in Terram, & [40] omnis generis arbores, fructui aptas plantaueritis, fructus earum ac si præputium haberent, circuncidetis: tribus annis erunt vobis acsi præputium haberent præputiati, nec edentur.

24 Quarto anno cunctus fructus earum [41] sancti erunt & laudabiles Domino.

25 In quinto demum anno comedetis fructus earum, [42] vt vberior sit vobis prouentus earum: ego Dominus Deus vester.

26 [43] Ne edatis cum sanguine. Nec magicam exerceatis, [44] neq; tempora obseruabitis.

27 Ne in gyrum attondebitis [45] angulum capitis vestri, [46] neq; vitiës angulum barbæ tuæ.

28 Incisionem [47] mortui gratia ne ponatis in carne vestra, [48] neq; scripturam notam vobis imprimatis: ego Dominus.

29 [49] Ne prostituas filiam tuam, vt scortari eam facias, ne & terra scortetur, impleaturq; terra scelere.

30 Sabbata mea obseruabitis, & [50] sanctuarium meum reuerebimini: ego Dominus.

31 Nolite vertere ad pythones, & hariolos ne [51] inquiratis, vt in eis polluamini: ego Dominus Deus vester.

32 Coram canicie assurgas, & honora faciem senis, [52] metuasq; Deum tuum: ego Dominus.

33 Si commoratur aduena in terra vestra, ne afficiatis eum molestia.

34 Sed sit apud vos incola qui commoratur vobiscum, quemadmodum [53] indigena ex vobis, diligasq; eum sicut teipsum, quia & vos incolæ fuistis in terra Ægypti: [54] ego Dominus Deus vester.

35 Ne faciatis quidquam iniqui [55] in iudicio, [56] in dimensione, in pondere, & in mensura.

36 Bilanx iusta, [57] lapides iusti, [58] epha iustum, & [59] hin iustum sit vobis: ego Dominus Deus vester, qui eduxi vos è terra Ægypti.

37 Custodietis itaq; [60] omnes ritus meos, & cuncta iudicia mea, vt faciatis ea: ego Dominus.

27 Heb. arguendo argues.
28 Neq; impingas illi crimen. Vel, neq; illi falsum crimen adscripseris.
29 Memor iniuriæ acceptæ à populatibus tuis.
30 Subaudi, qui id præcipio.
31 Constitutiones meas. Vel, Statuta mea.
32 i. cum alterius generis animantibus.
33 i. diuerso semine.
34 Heb. ex duobus texta, diuersorum generum. Hoc per appositionem dictum, i. quæ sit texta ex lana & lino vel canabe.
35 i. si dormierit cum muliere. Hebraismus.
36 Vel potius, suspectæ pudicitiæ. Aut, quæ sit in potestate alicuius cum iactura famæ.
37 Heb. flagellatio erit, i. vapulabunt ambo loris bubulis. hoc enim significat vox Hebraica BIKKORETH.
38 Vel, data libertate. si enim esset libera, secundum legem deberet lapidari.
39 Vel, fœderis, arietem immolandum pro expiatione delicti. Et mundabit illum sacerdos ariete qui est pro delicto, corã Domino, propter peccatum &c.
40 Heb. omnem arborẽ cibi, auferetis præputiũ eius, fructum eius: tribus annis erit vobis incircumcisus. Arborem cibi vocat ferentem fructũ omnis generis. per præputia intellige primos fructus triũ primorum annorũ

qui ex arboribus decerpti, abiiciendi erant velut hominis præputium excisum. Propterea ait Moses, Præputia earum, qui sunt fructus earum. Fructum incircumcisum vocat immundum, vt qui habent præputia immundi sunt. Immundus præterea vocatur fructus quo vesci licitum non erat. 41 Sanctitas laudum erunt Domino, id est, consecrabuntur Domino in laudem eius. Hebraismus. 42 Hebr. vt multiplicet fructum earum, id est, vt Deus multiplicet vobis fructum vel prouentum earum. 43 Subintelligitur carnes. prohibet enim eis carnibus vesci quarum sanguis non fuerit effusus. Voluit a Iudæorum Deus Iudæos abstinere, quod non faciebant Ægyptii. 44 Neque prædicetis futura, id est, non agatis augures, neque more [illegible] prædicetis futura ex aspectu nubium vel aliarum rerum. futura enim sunt in manu Domini. 45 Vel, finem, id est, Non attondebitis in rotundum [illegible] vestrarum, Ægyptiorum sacerdotum more.
46 Nec corrumpes angulum barbæ tuæ, id est, extremam barbam tuam hoc est, non rades barbam tuam. 47 Vel, propter mortuum. Illud faciebant Ægyptii idololatræ quum [illegible] amicorum lugebant, corpus suum incisuris fœdabant. 48 Hebr. neque scripturam stigmatis faciatis vobis, id est, ne longa flagellatione [illegible] corpus [illegible] propter mortuos.
49 Ne polluas filiam tuam, ea [illegible], neque fornicetur Terra, neque impleatur Terra scelere. De spirituali fornicatione loquitur, Ne facias fornicari filias tuas cum idolis, ne doceas illas cultum idolorum: neque homines habitantes Terram Chanaan adorent idola. 50 Templum. Hoc nomine templi, cor intelligit qui in templo versabantur. quasi dicat, Vos sacerdotes tam maiores quàm minores qui ministratis mihi in templo, metuite me, & ne lugeatis mortuos, & cætera quæ omnia ne feceritis quæ solent facere Ægyptii idolorum cultores. 51 Vel, consulatis. 52 Et time tibi à Deo tuo. Cum autem habitauerit tecum aduena, &c.
53 Id est, qui vester est. 54 Subaudi, ero, si ea feceris. 55 Id est, quando aduena contendet de re aliqua coram vobis. 56 Scilicet, agrorum. Hic docet Iudæos vt nihil plus iusto venderent aduenis. 57 Lapides pro ponderibus, id est, iusta pondera. 58 Aridorum mensura, modium nonnulli vertunt, nos bossellum vocamus. 59 Liquidorum mensura, sextarium quidam interpretantur. 60 Omnia statuta mea, & omnes leges meas.

CAPVT XX.

1 Hebraismus est, pro, irascar vehementer in eum. Chaldæus paraph. ponam iram meam in virum illum, q. d. ego iratus eum tollā de medio.
2 Id est, me qui sanctus sum. Prophanare, siue polluere [illegible] est Deo [illegible] non [illegible] qui illi debetur: siue alium colere Deo [illegible]. Contaminare Sanctuarium Dei dicebatur, qui alio in loco immolabat quam in ipso Sanctuario: quod faciebat qui idolo Moloch sacrificabat.
3 Quod si abscondendo absconderit populus terræ oculos suos à viro illo, qui dederit de semine suo Moloch, vt non interficiat eum: Tunc ponam & [illegible], id est, si populus terræ conniuerit, & neglexerit occidere hominem illum qui &c. Hebraismus.
4 Hebraismus est pro, qui fornicationem eius animam, fornicantur post Moloch. hoc est, idololatriam eius imitati, colunt ipsum Moloch. Scortari enim siue fornicari, pro idola colere, frequentissimum in Sacris libris.
5 Animam pro homine ponit, id est, quicunque conuerterit se ad magos, &c.
6 Vel, ad fornicandum post illos, id est, vt contaminetur.
7 Verti potest, Date operam vt sancti sitis.
8 Idest, vnde [illegible] cum morte.
9 Et, pro aut positum.
10 Heb. sanguis eius sit super eum, i. reus est mortis, hoc mori debet ita vertit Chaldæus paraphrastes. Hebraismus.

¹ET loquutus est Dominus ad Mosen, dicens.

2 Sed dices ad filios Israel, Quicunq; è filiis Israel, aut ex iis [illegible] qui commorantur in Israele, de semine suo dederit ipsi Moloch, morte mulctabitur. populus terræ lapidibus eum opprimet.

3 Et ego ¹ statuam faciem meam contra virum huiusmodi, & eum de medio populi sui excindam, eo quòd dederit de semine suo ipsi Moloch, vt contaminaret sanctuarium meum, & prophanaret ² nomen meum sanctum.

4 ³ Et si omnino populi regionis oculos suos absconderint à viro isto, qui de semine suo Moloch dederit, & eum non interfecerint,

5 Statuam ego faciem meam contra virum huiusmodi, & contra cognationem eius, & excindam eum, & omnes ⁴ qui scortantur post eum, vt scortentur post Moloch, è medio populi sui.

6 Et ⁵ anima quæ respexerit post pythones, & post ariolos, ⁶ vt post eos scortetur, ponam faciem meam contra animam illam, & excindam eam de medio populi sui.

7 ⁷ Sanctificamini igitur, & estote sancti, quia ego sum Dominus Deus vester.

8 Seruate statuta mea vt faciatis ea: ego Dominus sanctificans vos.

9 Quicunque patri suo, aut matri suæ maledixerit, ⁸ morte mulctetur. patri enim suo ⁹ & matri suæ maledixit. ¹⁰ capitali pœna dignus est.

10 Et vir qui adulterium committit cum vxore alienius, qui adulterium inquam committit cum vxore proximi sui, omnino moriatur adulter & adultera.

11 Qui dormierit cum vxore patris sui, & ¹¹ verenda patris sui retexerit, morte mulctetur vterq;, ¹² capitali pœna plectantur.

12 Qui dormierit cum nuru sua, ambo morte mulctentur, ¹³ scelus designarunt, ¹⁶ vltimo supplicio sunt digni.

13 Et si quis dormierit cum mare ¹⁴ concubitu feminæ, abominandum vero ambo fecerunt, morte mulctentur, ¹⁵ digni enim sunt morte.

14 Si quis duxerit ¹⁵ vxorem & matrem eius, nephas hoc est: eum & ¹⁶ eas igne comburent, vt non sit nephas in medio vestri.

15 Si quis concumbit cum iumento, morte mulctetur, & iumentum quoq; interficietis.

16 Mulier quæ ad pecus accedit, vt ei se prostituat, occidas mulierem atq; iumentum, morte mulctentur. † vltimo supplicio digni sunt.

17 Vir qui acceperit sororem suam, filiam patris sui, aut filiam matris suæ, & ¹⁷ intuitus fuerit verenda eius, ipsaq; intuita fuerit verenda illius, ignominia est, excindantur coram populo [suo,] ¹⁸ verenda sororis suæ retexit, iniquitatem suam feret.

18 Et vir qui dormierit cum muliere habente menses, & retexerit verenda eius, denudaueritq; ¹⁹ venam eius, & ipsa retexerit fontem sanguinis sui, excindantur ambo è medio populi sui.

19 Verenda sororis matris tuæ, atq; sororis patris tui, ne retegas, quoniam ²⁰ reliquias suas denudauit, ²¹ peccatum suum ferent.

20 Vir qui dormierit cum vxore patrui sui, & ignominiam patrui sui retexerit, ferent iniquitatem suam, orbi morientur.

¹LOcutusq; est Dominus ad Moysen, dicens, A

2 Hæc loqueris filiis Israel, Homo de filiis Israel, & de aduenis qui habitant in Israel, si quis dederit de semine suo idolo Moloch, morte moriatur: populus Terræ lapidabit eum.

3 Et ego ponam faciem meam contra illum, succidamque eum de medio populi sui, eo quòd dederit de semine suo, Moloch & contaminauerit Sanctuarium meum, ac polluerit nomen sanctum meum.

4 Quòd si negligens populus Terræ, & quasi paruipendens imperium meum, dimiserit hominē qui dedit de semine suo, Moloch, nec voluerit eum occidere:

5 Ponam faciem meam super hominem illum, & cognationem eius, succidamque & ipsum, & omnes qui consenserunt ei vt fornicarentur cum Moloch, de medio populi sui.

6 Anima quæ declinauerit ad magos & ariolos, & fornicata fuerit cum eis, ponam faciem meam cōtra eam, & interficiā illam de medio populi sui.

7 Sanctificamini, & estote sancti, quia & ego sanctus sum Dominus Deus vester:

8 Custodite præcepta mea, & facite ea, ego Dominus qui sanctifico vos. B

9 Qui maledixerit patri suo, ⁹ aut matri, morte moriatur, patri, matrique qui maledixerit, sanguis eius sit super eum.

10 Si mœchatus quis fuerit cum vxore alterius, & adulterium perpetrauerit cum coniuge proximi sui, morte moriantur & mœchus & adultera.

11 Qui dormierit cum nouerca sua, & reuelauerit ignominiam patris sui, morte moriantur ambo: sanguis eorum sit super eos.

12 Si quis dormierit cum nuru sua, vterq; moriatur, quia scelus operati sunt: sanguis eorum sit super eos.

13 Qui dormierit cum masculo coitu fœmineo, vterq; operatus est nefas, morte moriantur: sit sanguis eorum super eos.

14 Qui supra vxorem filiam, duxerit matrem eius, scelus operatus est: viuus ardebit cum eis, nec permanebit tantum nefas in medio vestri.

15 Qui cum iumento & pecore coierit, morte moriatur: pecus quoque occidite.

16 Mulier quæ succubuerit cuilibet iumento, C simul interficietur cum eo: sanguis eorum sit super eos.

17 Qui acceperit sororem suam filiam patris sui, vel filiam matris suæ, & viderit turpitudinem eius, illaque conspexerit fratris ignominiam: nefariam rem operati sunt: occidentur in conspectu populi sui, eo quòd turpitudinem suam mutuo reuelauerint, & portabunt iniquitatem suam.

18 Qui coierit cum muliere in fluxu menstruo, & reuelauerit turpitudinem eius, ipsaque aperuerit fontem sanguinis sui, interficientur ambo de medio populi sui.

19 Turpitudinem materteræ, & amitæ tuæ non discooperies. qui hoc fecerit, ignominiam carnis suæ nudauit, portabunt ambo iniquitatem suam.

20 Qui coierit cū vxore patrui vel auunculi sui, & reuelauerit ignominiā cognationis suæ, portabunt ambo peccatum suū: absq; liberis morientur.

Liberos non sacrificandos Moloch.
Sup. 18.a

Ad magos & ariolos non declinandum.
Sancti.
1. Pet. 1. c
Sanctificans Deus.
& Parentes.
Exod. 21. c
Matth. 15. a
Mœchus.
Adultera.
Iohan 8. a
Deut. 22. d
Coitus morte puniendi.

11 Turpitudinem patris sui reuelauerit, id est, coierit cum vxore patris sui. Heb. [illegible] enim, vel discooperire turpitudinem mulieris, est cum ea coire. 12 Heb. Sanguis eorum sit super eos. 13 Id est, morte [illegible]. 13 Vel, rem nefariam, aut, confusionem, quia [illegible] feminæ [illegible]. 14 Id est [illegible] cum [illegible] muliere. 15 Id est, filiam. 16 Id est, hanc vel illam. † Sanguis eorum sit super eos. 17 Hebraismus est [illegible] cum [illegible] concubitus. 18 (Eo quod) turpitudinem [illegible], (propterea) [illegible] iniquitatem suam. Heb. [illegible] iniquitatem suam ferent. 19 Venam, vel fontem, vocat fluxum sanguinis. 20 Cognatam [illegible]

D 21 Qui duxerit vxorem fratris sui, rem facit il-
licitam, turpitudinem fratris sui reuelauit: absque
liberis [1] erit.

erunt.

22 Custodite leges meas, atq; iudicia, & facite
ea: ne & vos euomat terra quam intraturi estis &
habitaturi.
23 Nolite ambulare in legitimis nationũ, quas
ego expulsurus sum ante vos. Omnia enim hæc fe-
cerunt, & abominatus sum eas.

Separatus Israel à Deo in populum sibi.

24 Vobis autem loquor, Possidete terram eo-
rum, quam dabo vobis in hæreditatem, terram flu-
entem lacte & melle: ego Dominus Deus vester,
qui separaui vos à cæteris populis.
25 Separate ergo & vos iumentum mundum
ab immundo, & auem mundam ab immunda: ne
polluatis animas vestras in pecore & auibus, &
cunctis quæ mouentur in terra, & quæ vobis osten-
di esse polluta.

Sancti.

26 Et eritis mihi sancti, quia sanctus sum ego
Dominus, & separaui vos à cæteris populis, vt es-
setis mei.

Pythonici moriantur. Deut.18.b 1. Reg.28.b

27 Vir siue mulier, in quibus pythonicus, vel di-
uinationis fuerit spiritus, morte moriantur, lapidi-
bus obruent eos: sanguis eorum sit super illos.

21 *Vir si acceperit [22] uxorem fratris sui, abominan-*
da res est, turpitudinem fratris sui retexit, orbi erunt.
22 *Custodietis itaque omnia statuta mea, & omnia*
iudicia mea, vt faciatis ea, ne euomat vos terra, in quam
ego vos introduco, vt in ea habitetis.
23 *Ne incedatis [23] iuxta ritus gentis huius, quam*
ego [24] eiicio ante vos: quoniam omnia ista [25] fecerunt,
adeo vt eam fastidierim.
24 *Vobis autem dixi, Vos hæreditate possidebitis*
terram eorum, & ego dabo vobis eam, vt eam possidea-
tis, terrã [26] fluentem lacte & melle: ego Dominus Deus
vester, qui segregaui vos à [27] populis.
25 *Vos igitur [28] discrimen facite inter iumentum*
mundum & immundum, inter auem immundam
& mundam, [29] ne contaminetis animas vestras in
iumentis & auibus, atque in omni eo [30] quod re-
ptans scaturit terra, quod segregaui a vobis vt im-
mundum.
26 *Eritis itaque mihi sancti, quia ego Dominus*
sanctus sum, & segregaui vos de populis, vt essetis
mei.
27 *Vir aut mulier, in quibus python vel spiritus a-*
riolandi fuerit, omnino interficiantur, lapidibus obruent
eos, [31] capitali supplicio digni sunt.

22 Loquitur de vxore fratris mortui, ex quo ipsa susceperit liberos.
23 Heb. in statutis Gentium, id est, Ne vixeritis iuxta mores Gentium. Hebraismus.
24 Vel, eiecturus sum.
25 Vel, facere solent.
26 Hebraismus, pro, optimam.
27 Subaudi pollutis vt erant Ægyptii.
28 Id est, abstinete ab immundis.
29 Hebraismus est, pro, Ne polluatis vos, comedendo [illegible] & [illegible]
30 Heb. quod reptat super terram, quæ separaui vobis ad reddenda illa impura. Id est, quæ ego separaui vobis indicando illa esse impura. Siue, vt iudicetis illa esse impura. 31 Hebr. sanguis eorum sit super eos. Id est, erunt rei mortis: debent interfici.

CAPVT XXI.

A 1 Dixit quoq; Dominus ad Moysen, Loquere ad
sacerdotes filios Aaron, & dices ad eos, Ne
contaminetur sacerdos in mortibus ciuiũ suorum:

Sacerdos non intersit mortuorum exequiis.

2 Nisi tantum in consanguineis ac propinquis,
id est super patrem & matrem & filium & filiam,
fratrem quoque,
3 Et sororem virginem quæ non est nupta viro:
4 Sed nec in principe populi sui contaminabi-
tur.

Non radat caput nec barbã in gratiã mortuorum. Sup.19.f

5 Nec radent caput, nec barbam, neque in car-
nibus suis facient incisuras.
6 Sancti erunt Deo suo, & non polluent nomen
eius: incensum enim Domini, & panes Dei sui of-
ferunt, & ideo sancti erunt.

Vxor sacerdotis.

B 7 Scortum, & vile prostibulum non ducet vxo-
rem, nec eam quæ repudiata est à marito: quia con-
secratus est Deo suo,

Sanctificator Deus.

8 Et panes propositionis offert. Sit ergo san-
ctus, quia & ego sanctus sum Dominus qui sancti-
fico vos.

Sacerdotis filia fornicans.

9 Sacerdotis filia si deprehensa fuerit in stu-
pro, & violauerit nomen patris sui, flammis
exuretur.

Pontifex non ingrediatur ad mortuum.

10 Pontifex, id est, sacerdos maximus inter fra-
tres suos, super cuius caput fusum est vnctionis o-
leum, & cuius manus in sacerdotio consecratæ
sunt, vestitusque est sanctis vestibus, caput suum
non discooperiet, vestimenta [a] non scindet.

a sua. Ezech. 44. f

11 Et ad omnem mortuum non ingredietur
C omnino: super patre quoque suo, & matre non
contaminabitur.

b Dei sui.

12 Nec egredietur de sanctis, ne polluat sanctu-
arium [b] Domini, quia oleum sanctæ vnctionis Dei
sui super eum est: ego Dominus.

Virginem ducat vxorem. Ezech.44.f

13 Virginem ducet vxorem:

1 *ET dixit Dominus ad Mosen, Loquere ad sacerdotes*
filios Aharonis, & dic ad eos, [1] Propter funus ne-
mo funestetur in populis suis,
2 [2] *At super cognato suo, qui propinquus est eius,*
pro patre scilicet suo, & pro matre sua, pro filio suo, &
pro filia sua, & pro fratre suo,
3 *Super sorore sua virgine, [3] quæ ei iuncta est, quæ*
virum nondum habet, [4] contaminari potest.
4 [5] *Non polluet se, qui vir est magnus in populo suo,*
vt sese prophanet.
5 *Ne caluitium inducant capitibus suis, angulum*
barbæ suæ ne attondeant, & in carne sua incisuras ne fa-
ciant.
6 [6] *Sancti erunt Deo suo, & non polluent nomen*
Dei sui, quoniam [7] sacrificia quæ igne consumunt Domino,
panes videlicet Dei, ipsi sacrificant, ideo sancti erunt.
7 [8] *Scortum ne ducant vxorem, neq; prophanam,*
neq; ducant mulierem repudiatam à marito suo: [9] quia
[talis] sanctus est Deo suo.
8 [10] *Sanctificabis itaq; eum, quia panes Dei tui [11]*
sacrificat ipse: ideo [12] sanctus erit tibi, quia sanctus ego
Dominus qui vos sanctifico.
9 *Et si filia sacerdotis cœperit scortari, patrem suum*
hæc prophanat, igne exuratur.
10 *Sacerdos vero magnus inter fratres suos, super*
cuius caput fusum est oleum vnctionis, & qui [13] con-
secrauit manum suam vt vestibus [sanctis] indueretur,
[14] caput suum non nudabit, nec vestes suas
lacerabit.
11 [15] *Propter nullius mortui animam ingredietur, [16]*
sed nec super patre suo aut super matre sua polluetur.
12 [17] *E sanctuario non egredietur, nec [18] propha-*
nabit sanctuarium Dei sui, [19] quia super eum est coro-
na olei vnctionis Dei sui: ego Dominus.
13 *Vxorem in virginitate eius ducet.*

1 Hebr. Super anima nullus vestrum contaminet sese in populo suo. Hic anima pro mortuo ponitur, q. d. Nullus ex vobis ratione mortui alicuius in populo suo reddat se impurum, tangendo scilicet cadauer [illegible] [illegible] funebris [illegible] [illegible]
2 Sub. contaminare se potest.
3 Quæ sibi est proxima, id est, quæ nata est ex vtroque parente.
4 Super ea in quantum illa ei [illegible], potest interesse funeri sororis suæ ex vtroque parente, si illa virgo obierit.
5 Vel, Sed nec polluet sese princeps in populo suo, vt polluatur. Id est, Nullius funeri e populo suo intersit princeps, siue princeps [illegible], siue [illegible] hæc polluatur. Hæc sententia quæ est Chaldæi paraphrastæ est melior. Alii vertunt. Sed nec polluet sese in principe populi sui vt impurus reddatur. 6 Id est, Cum summa sanctitate seruient Deo suo. 7 Hebr. ignem, (A) panes Dei sui ipsi offerunt. Ignem vocat sacrificia ignita: Panes verò, propositionis. 8 Meretricem publicam, aut scortum priuatum [illegible] [illegible] meretrice publica, vetis potest, Malæ famæ mulierem. 9 Quia sanctus est vnusquisque eorum Deo suo. 10 Sanctificabis sacerdotem, Id est, habere illum in honore. 11 Offert. Panem Dei vocat panes propositionis, quos ministri sacerdotes per singula sabbatha offerebant. 12 Id est, honore illum prosequeris.
13 Sub. oblationibus, id est, obtulit oblationes quas summi sacerdotes offerre tenentur. 14 Id est, abstinebit à ceremoniis Gentium, qui eiulatione capitis & vestimentorum discissione testabantur luctum suum. 15 Id est, Nullam domum in qua sit cadauer, ingredietur. 16 Id est, [illegible] patris quidem aut matris [illegible] sa polluet se, si alter eorum fuerit mortuus. Qui ingrediebatur domum mortui, pollutus erat. 17 Vel, E templo, quasi dicat, Domum patris demortui non ingredietur, sanctuario relicto. 18 Pollutum fuisset sanctuarium Dei à sacerdote, si ingressus fuisset illud postquam ingressus fuerat domum patris mortui, vel matris mortuæ. 19 id est, Quia ille vnctus est oleo vnctionis Dei sui, quo Deus eum vngi instituit.

14 *Viduam vero & repudiatam,* [20] *prophanam & meretricem, illas inquam, non ducet, sed virginem de populis suis ducet vxorem.*

15 [21] *Nec prophanabit semen suum in populis suis: quia ego Dominus sanctifico eum.*

16 *Et locutus est Dominus ad Mosen in hanc sententiam,* *Loquere ad Aharonem, dicens, Quicunq; de semine tuo* [22] *in generationibus suis habuerit* [23] *vitium, ne appropinquet vt offerat* [24] *panem Dei sui. Quoniam quicunque vitium habuerit, non debet appropinquare:*

17 *Si videlicet sit cæcus, aut claudus,* [25] *aut nasum habens depressum, aut si monstrosus sit membris,*

18 *Aut qui* [26] *contritum habet pedem, aut manum confractam,*

19 *Aut gibbosus, aut* [27] *minutus, aut viato oculo,*

20 *Qui scabiem habet purulentam, aut aridam mordicantem, aut qui est testiculis* [28] *obligatis.*

21 *Quicunq; vitium aliquod habuerit, & est de semine Aharonis sacerdotis non accedat vt* [29] *sacrificet sacrificia quæ igne fiunt Domino, nam quandoquidem vitium habet accedere non debet, vt panem Dei sui offerat.*

22 *Panem quidem Dei sui* [30] *de sacrosanctis ac consecratis edat,*

23 *Modo ad velum ne accedat, neq; ad aram, quum vitium habeat,* [31] *ne prophanet sanctuarium meum: ego enim sum Dominus sanctificans eos.*

24 [32] *Loquutus est itaq; Moses ad Aharonem & filios eius, & ad cunctos filios Israel.*

14 Viduam autem & repudiatam, & sordidam atque meretricem non accipiet, sed puellam de populo suo.

15 Ne commisceat stirpem generis sui vulgo gentis suæ: quia ego Dominus qui sanctifico eum,

16 Locutusque est Dominus ad Moysen, dicens, Loquere ad Aaron, Homo de semine tuo per familias * qui habuerit maculam, non offeret panes Deo suo, nec accedet ad ministerium eius:

17 Si cæcus fuerit, si claudus, si vel paruo, vel grandi, vel torto naso,

18 Si fracto pede, si manu.

19 Si gibbus, si lippus, si albuginem habens in oculo, D

20 Si iugem scabiem, si impetiginem in corpore, vel herniosus.

21 Omnis qui habuerit maculam de semine Aaron, sacerdotis non accedet offerre hostias Domino, nec panes Deo suo.

22 Vescetur tamen panibus qui offeruntur in sanctuario.

23 Ita duntaxat vt intra velum non ingrediatur, nec accedat ad altare, * quia maculam habet, & contaminare non debet sanctuarium meum: ego Dominus qui sanctifico eos.

24 Locutus est ergo Moyses ad Aaron, & ad filios eius, & ad omnem Israel cuncta quę fuerant sibi imperata.

Ezec. 44. d.

Ministros Dei quale esse oporteat.

* *Suas.*

* *quia.*

CAPVT XXII.

1 *Loquutus est Dominus ad Mosen hisce verbis,*

2 *Loquere ad Aharonem & ad filios eius,* [1] *vt abstineant à consecratis filiorum Israel, & non polluant* [2] *nomen meum sanctum, in his quæ sanctificant mihi: ego Dominus.*

3 *Dic ad eos,* [3] *etiam ad posteros eorum,* [4] *Quicunque accesserit de vniuerso semine vestro ad sancta, quæ sanctificant filii Israel Domino, qui in se habet immunditiam suam,* [5] *excindetur anima illa à conspectu meo:* [6] *ego Dominus.*

4 *Quicunq; de semine Aharonis leprosus fuerit, aut fluxum patiens de sanctificatis non comedat, donec mundetur. Et qui tetigerit quemcunq;* [7] *qui super mortuo immunditiam contraxit, vel qui* [illegible] *aliquem* [8] *cui exierit, aut qui proiecerit semen.*

5 *Aut qui contigerit quodcunq; reptile quod eum contaminat, aut hominem quo contaminari potest,* [9] *iuxta omnem illius immunditiam:*

6 *Anima inquam quæ tale quid contigerit, immunda erit vsq; ad vesperam, neque comedet de sanctificatis,*

7 *Donec lauerit aqua carnem suam,* [10] *Sole occidente mundus erit, & tum demum edet de consecratis, quia* [11] *panis illius est.*

8 *Cadauer & à feris discerptum ne edat,* [12] *vt eo contaminetur: ego Dominus.*

9 *Obseruent igitur* [13] *obseruationem meam,* [14] *ne accersant sibi noxam, & moriantur* [15] *in ea si prophanauerint illam: ego Dominus* [16] *sanctificans eos.*

1 Locutus quoque est Dominus ad Moysen, dicens, A

2 Loquere ad Aaron & ad filios eius vt caueant ab his quæ consecrata sunt filiorum Israel, & non contaminent nomen sanctificatorum mihi, quæ ipsi offerunt: ego Dominus.

3 Dic ad eos, & ad posteros eorum, Omnis homo qui accesserit de stirpe vestra ad ea quæ consecrata sunt, & quæ obtulerunt filii Israel Domino, in quo est immundicia, peribit coram Domino: ego sum Dominus.

4 Homo de semine Aaron qui fuerit leprosus, aut patiens fluxum seminis, nõ vescetur de his quæ sanctificata sunt mihi, donec sanetur. Qui tetigerit immundum super mortuo, & ex quo egreditur semen quasi coitus.

5 Et qui * tangit reptile, & quodlibet immundum, cuius tactus est sordidus,

6 Immundus erit vsq; ad vesperum, & non vescetur his quæ sanctificata sunt.

7 Sed cum lauerit carnem suam aqua, Et occubuerit sol, tunc mundatus vescetur de sanctificatis, quia cibus illius est.

8 Morticinum & captum à bestia non comedent, nec polluentur in eis: ego sum Dominus. B

9 Custodiant præcepta mea, vt non subiaceant peccato, & moriantur in sanctuario, cum polluerint illud: ego Dominus qui sanctifico eos.

Qui debeãt abstinere ab esu sanctificatorũ.

* *tangit.*

Exo. 22. d. Eze. 44. d.

20 vel, scorto sacerdotum aut publicum. 21 vel, Neq; contaminabit prolem suam in populo suo. Ducendo scilicet scortum, aut viduam, aut aliam. 22 Id est, quibuscunque seculis, siue quacunque ætate vixerint. 23 Docet qui ex genere sacerdotali nõ possunt fungi sacerdotalis ipse munere. 23 sub. corporale extra apparens, illud enim impedit sacerdotem à ministerio. 24 Id est, oblationem, quasi dicat, arceatur à munere sacerdotali. 25 Hebr. aut diminutus, aut superfluus. Vt qui quinque digitos habet, aut sex. 26 vel, fractum. 27 lippus. Vox Hebræa significat cum cuius oculus tegitur tenuissima membrana. 28 compresso. 29 vel, efferat oblationes vstulatas Domini. 30 De sanctitatibus sanctitatum, & de sanctificationibus comedet. Verumtamen non ingredietur in velum, nec accedet ad altare &c. Sanctitates sanctitatum vocat res sacrosanctas. intellige autem ea quæ offerebantur pro peccato & pro delicto. Sicut per sanctificationes, siue res sanctas, intellige decimas. Præterea, non ingredi intra velum id est in Sancta sanctorum significat non posse creari summum sacerdotem. 31 & non polluet sanctuaria mea. Pluraliter [illegible], quod in sanctuario multa essent loca. 32 Id est, Hæc exposuit Moses [illegible] Aaron &c.

CAP. XXII. 1 Vt separent se à sanctitatibus filiorum Israel [illegible] ab his quæ Deo oblata sunt a filiis Israel [illegible] intelligitur, eo tempore quo ipsi sacerdotes erant impuri, nam eo tempore non licebat illis vesci rebus [illegible] 2 Nomen sanctitatis meæ, [illegible] quod consecrant mihi vel, in eo quod consecrant mihi. Nomen sanctitatis vocat nomen sanctum. Si enim tractarent sacra illa, contaminarent [illegible] 3 Hebr. in generationibus [illegible] Id est, quocunque tempore contigerit vos viuere. Hebraica phrasis 4 Id est. Quicunque [illegible] de sanctificatis & iis quæ filii Israel sacrificauerint [illegible] Domino, & fuerit impurus, tunc peribit &c. Per sanctificata [illegible] Hoc autem intelligitur de sacerdotibus, quos volo esse sanctissimos, ne sint offendiculo plebi. 5 Id est, tollatur de medio. 6 Subaudi, [illegible] in sermonibus meis. 7 Id est, [illegible] 8 Vel de quo egressa fuerit effusio seminis. 9 Quacunque in [illegible] 10 Quum occubuerit sol [illegible] 11 Panis pro cibo. 12 Id est, vt [illegible] pollutus [illegible] 13 Vel, [illegible] 14 Hebr. ne ferant super se peccatum id est, ne ob peccatum dent pœnas. 15 Propter illud [illegible] obseruationem id est, meas leges. 16 Id est, eos esse sanctos volo.

10 Omnis

10 Omnis alienigena non comedet de sanctificatis: inquilinus sacerdotis, & mercenarius non vescentur ex eis.

11 Quem autem sacerdos emerit, & qui vernaculus domus eius fuerit, hi comedent ex eis.

12 Si filia sacerdotis cuilibet ex populo nupta fuerit, de his quæ sanctificata sunt, & de primitiis, non vescetur.

13 Sin autem vidua, vel repudiata, & absq; liberis reuersa fuerit ad domum patris sui, sicut puella consueuerat, aletur cibis patris sui. omnis alienigena comedendi ex eis non habet potestatem.

14 Qui comederit de sanctificatis per ignorantiam, addet quintam partem cum eo quod comedit, & dabit sacerdoti in sanctuarium.

15 Nec contaminabunt sanctificata filiorum Israel, quæ *offeruntur Domino: (* offerunt.)

C 16 Ne forte sustineant iniquitatem delicti sui, cum sanctificata comederint. ego Domin⁹ qui sanctifico eos.

17 Locutúsque est Dominus ad Mosen dicens.

18 Loquere ad Aaron, & filios eius, & ad omnes filios Israel, dicésque ad eos, Homo de domo Israel, & de aduenis qui habitant apud vos, qui obtulerit oblationem suam, vel vota soluens, vel sponte offerens.

19 Quicquid illud obtulerit in holocaustũ Domini vt offeratur per vos, masculus immaculatus erit ex bobus, & ouibus, & ex capris.

Oblationes quales esse debeant.

20 Si maculam habuerit, non offeretis neque erit acceptabile

Deu.15.d
Eccl.36.b

21 || Homo qui obtulerit victimam pacificorum Domino, vel vota soluens, vel sponte offerens, tam de bobus quàm de ouibus, immaculatum offeret, vt acceptabile sit: omnis macula non erit in eo.

22 Si cæcum fuerit, si fractum, si cicatricem habens, si papulas, aut scabiem, aut impetiginem: non offeretis ea Domino, nec adolebitis ex eis super altare Domini.

D 23 Bouem & ouem aure & cauda amputatis, voluntarie offerre potes, votum autem ex iis solui non potest.

24 Omne animal quod vel contritis, vel tunsis, vel sectis ablatisq; testiculis est, non offeretis Domino, & in terra vestra hoc omnino ne faciatis.

25 De manu alienigenæ non offeretis panes Deo vestro, & quicquid aliud dare voluerit quia corrupta, & maculata sunt omnia, non suscipietis ea.

26 Locutusque est Dominus ad Moysen, dicens,

27 Bos, ouis, & capra cum genita fuerint, septem diebus erunt sub vbere matris suæ, die autẽ octauo, & deinceps offerri poterunt Domino.

28 Siue illa bos, siue ouis, non immolabuntur vna die cum fœtibus suis.

29 Si immolaueritis hostiam pro gratiarũ actione Domino, vt possit esse placabilis.

30 Eodem die comedetis eam, non remanebit quicquam in mane alterius diei: ego Dominus.

31 Custodite mandata mea. & facite ea: ego Dominus.

32 Ne polluatis nomen meum sanctum, vt sanctificer in medio filiorũ Israel: ego Dominus qui sanctifico vos.

33 Et eduxi de Terra Ægypti, vt essem vobis in Deum: ego Dominus.

10 Nullus [17] alienigena [18] sanctum[a] comedat, nec [19] inquilinus sacerdotis, neque [20] mercenarius edat sanctum.

11 Quod si sacerdos emerit aliquem suo ære, is comedet ex eo, & natus in domo eius, hi inquam comedent de pane eius.

12 Et si filia sacerdotis nupserit viro [21] extraneo[b], hæc eadem [22] de thruma[c] consecratorum non edat.

13 Filia sacerdotis, si fuerit vidua, aut repudiata, & semen non habuerit, sed redierit ad domum patris sui, comedet [23] de pane patris sui, quemadmodum in pueritia sua: at nullus extraneus vescetur ex eo.

14 Et si quispiam ex consecrato ederit ignorans, addat super illud quintam partem suam, & det sacerdoti cum consecrato.

15 Et ne prophanent [24] sancta[d] filiorum Israel. [25] quæ in sublime tollunt Domino.

16 [26] Ne sibi asciscant iniquitatem[e], quum comederint sanctificata illorum: quia ego Dominus sanctificans eos.

17 Et locutus est Dominus ad Mosen in hanc sententiam,

18 Loquere ad Aharonem, & ad filios eius, & ad cunctos filios Israel, & dices ad eos, [27] Quicunq; è domo Israel, & de incola in Israel, attulerit donum suum, de cunctis votis suis, atque de cunctis voluntariis suis[f],

19 Quæ adduxerint Domino in holocaustum, [Afferatis hoc] [28] vt grati sitis, nempe marem integrũ è bobus[g], ex ouibus, aut capris.

20 Quidquid vero vitium aliquod habet, illud ne adducatis: [29] neq; enim gratos vos redderet.

21 Quicunq; adduxerit sacrificium pacificorum Domino, [30] vt separet vel votum, vel voluntarium munus, in quo placare vult, bouis aut ouis, illud faciat, quò sint sine vitiis, nec sit aliquod vitium in eis.

22 Cæcum, aut confractum, [31] aut labiis scissum[h], aut verrucosum, quod scabiem habet purulentam, aut impetiginem: ista ne offeratis Domino, nec ignitum sacrificiũ ponetis de illis super aram Domini.

23 Bouem & pecudem [32] enormibus aut contractis membris facere poteris pro voluntario dono[i], at pro voto non erit acceptum.

24 Quod impulsu fractum est aut contusum, aut ruptum, aut excisum, ne sacrificetis Domino, & in terra vestra [33] ne feceritis[k].

25 Sed neq; de manu alienigenæ offeretis [34] panem[l] Deo vestro de omnibus istis, [35] eo quod corruptio eorum sit in eis, habeantq; vitium in seipsis: [& ideo] non grata erunt [36] pro vobis.

26 Et loquutus est Dominus ad Mosen, dicens,

27 Quum bos, aut ouis, aut capra nata fuerit, septem diebus maneat sub matre sua, die vero octauo & deinceps grata erit Domino pro sacrificio quod igne constat.

28 Bouem aut pecudem ipsam vna cum fœtu suo ne mactetis eodem die.

29 Et si volueritis sacrificare Domino sacrificiũ laudis, sacrificabitis [37] vt grati sitis[m].

30 Eodem die comedetur, ne reliquum faciatis ex eo quicquam vsq; mane: ego Dominus.

31 Custodietis itaq; præcepta mea, & facietis ea: ego Dominus.

32 [38] Neq; prophanabitis nomen sanctum meum, vt sanctificer in medio filiorum Israel: ego Dominus sanctificans vos.

33 Qui eduxi vos è terra Ægypti, vt essem Deus vester: ego Dominus.

17 i. qui non fuerit de genere sacerdotali.
18 i. rem Deo sacratam.
19 Id est, seruus, cuius auricula fuerit perforata tempore libertatis quo noluerit abire: qui tempore iubilęi donabatur libertate.
20 Hic mercenarius, sexẽnio exacto donabatur libertate, qui corpus fuerat incircumcisus.
21 Id est, qui non sit de genere sacerdotali.
22 de oblatione.
23 De esca.
24 Sanctificata, id est, quæ Deo dicantur à filiis Israel.
25 (&) id quod obtulerint eleuando Domino,
26 Heb. Et non facient portare eos iniquitatem delicti, &c. Id est, Et non erunt offendiculo plebi non erũt in caussa vt plebs peccet.
27 Id est, Quicunque obtulerit oblationem vota soluens, aut sponte offerens.
28 In placationem pro vobis: Masculũ integrũ (subaudi, offeretis) ex bob⁹ sic q ait, in placatione pro vobis perinde est acsi dicat, Si quis aliquid volu erit offerre in holocaustũ Domino q ipsi velit esse acceptũ & gratũ (vel, vt placeatur vobis Deus) offerat masculum integrum, & sine vitio &c. alioqui non erit gratum Deo holocaustum. Verti recte etiam potest, Sponte vestra masculum integrum &c.
29 Hebr. quia non ad beneplacentiam vobis. Vertere potest. aliqui non erit [illegible] vobis. Chaldæus paraphrastes vertit, non erit pro vobis placabile qualis [illegible]. Quæ non placabitur vobis si hostiam obtuleritis, in qua sit aliquod vitiũ. [illegible] ad solucionem votum, aut ob [illegible]-

nem spontaneam ex bobus, aut ex pecu [illegible] hoc quod integrum fuerit, erit gratum sub Domino. Hebraice legitur integrum erit ad placandum. 31 aut contritum, vel [illegible] quod [illegible].
[illegible] 33 Id est, talia non offeretis. 34 Escam. Vocat Scriptura plerunq; sacrificia, [illegible] 36 Id est [illegible] hæc vitiata sunt.
36 Id est, in gratiam [illegible] vobis Deus [illegible] animalium.
37 Sponte vestra. 38 Id est, Videte ne nomen meum male audiat propter vos in plebe.

CAPVT XXIII.

1 Vel, quas celebrabitis, celebritates sanctæ istæ nimirum sunt festiuitates meæ. quasi dicat, Hæ sunt feriæ quas celebrabitis in honorem meum.
3 Erit cessatio quietis, (id est, cessabitis prorsus.) celebritas sancta: nullum opus facietis: sabbathum (enim) Domino in omnibus habitationibus vestris id est, abstinebitis ab operibus in honorem Domini, vbicunque habitaueritis siue in Terra sancta, siue in aliena gente. Per appositionem cessationem quietem, vocat celebritatem sanctam.
3 Vel, feriæ Domini, celebritates sanctæ,
4 Vel, celebrabitis.
5 Inter duas vesperas, quasi dicat, inclinata iam die & appetente nocte: Post occasum solis sed adhuc aliquantulum illucescente die, in crepusculo vespertino. Gallice, Entre soleil couché & la nuict.
8 Pascha Domini erit. In quo scilicet immolabitis agnum paschalem.
7 Id est, domesticum & corporeum, quod ad Deum non refertur.
8 Vel, ignitum, aut, vstulatum.
9 Id est, dies quoque septimus erit celebritas æqualis primo.
10 Vel, daturus sum.
11 Manipulum, (vel, fasciculum, sub spicarum) primitias messis vestræ.
12 Fasciculum ipsum.
13 Vt gratus sit pro vobis sub. Deo. Vel, vt placetur vobis Deus: fasciculum

1 Et loquutus est Dominus ad Mosen hisce verbis.

2 Loquere ad filios Israel, & dices ad eos, Stata feria Domini, [1] quas vocabitis conuocationes sanctas: hæ sunt stata feria mea.

3 Sex diebus fiet opus, die verò septimo [2] sabbathum est quietis, conuocatio sancta, nullum facietis opus: sabbathum [enim] est Domino in cunctis habitationibus vestris.

4 Ista sunt stata [3] feria Domini conuocationes sancta, quas [4] indicetis temporibus suis.

5 Primo mense, decimoquarto mensis eiusdem, [5] inter vesperas [6] Pesa est Domino.

6 Et in quintodecimo die mensis istius, festus est dies azymorum Domini: septem diebus infermentatas placentas edetis.

7 Primo die sancta conuocatio erit vobis, nullum opus [7] seruile facietis.

8 Sed offeretis sacrificium [8] quod igne consu. Domino, per septem illos dies. [9] septimo quoque die conuocatio sancta est, nullum opus seruile facietis.

9 Et loquutus est Dominus ad Mosen in hanc sententiam.

10 Loquere ad filios Israel, & dices ad eos. Quum veneritis in terram quam ego [10] dò vobis, & messueritis messem eius, inferetis [11] gomer de primitiuis fructib. messis vestræ ad sacerdotem.

11 Qui motabit [12] gomer coram Domino [13] ad placationem vestri: [14] postridie sabbathi [15] motabit illud sacerdos.

12 Eodem autem die quo [16] motaueritis gomer facietis ouem integram, marem, anniculam holocaustum Domino.

13 [17] Cibarium autem sacrificium eius fiet ex duabus decimis similaginis, [18] quod commistum sit oleo, vt fiat sacrificium igne Domino in odorem suauem olentem, & libatio eius sit de vino, nempe quarta pars hin.

14 Panem, [19] & molam, & spicas tostas ne edatis in eum vsque diem quo attuleritis sacrificium Deo vestro. [20] statutum sit hoc perpetuum etiam posteris vestris in cunctis habitationibus vestris.

15 Numerabitis autem vobis à crastino die sabbathi, à die inquam, qua obtuleritis [21] gomer tenupha, septem sabbatha quæ integra sint.

16 Vsque ad crastinum septimi sabbathi numerabitis quinquaginta dies;

17 Et afferetis Domino sacrificium [22] cibarium nouum, Ex habitationibus vestris afferetis panes [23] tenupha [24] duos ex duabus decimis similaginis, qui inque sint cum fermento cocti ex primitiis Domino.

18 Cum panibus afferetis septem agnos integros anniculos, & iuuencum ex bobus vnum. atque arietes duos qui sint holocaustum Domino, cum sacrificiis cibariis & cum libamentis suis, vt sint sacrificia quæ igne consumantur Domino in odorem suaue olentem.

19 Deinde facietis hircum ex capris vnum pro hostia peccati, & duos agnos anniculos pro sacrificio pacificorum,

20 [25] Motabitque ea sacerdos cum panibus primitiarum, agitando coram Domino, cum duobus agnis, eruntque hæc sancta Domini, sacerdotis.

1 Locutusque est Dominus ad Moysen, dicens. A

2 Loquere filiis Israel, & dices ad eos, Hæ sunt feriæ Domini, quas vocabitis sanctas. *Sabbathum.*

3 Sex diebus facietis opus: dies septimus, quia sabbathi requies est, vocabitur sanctus. omne opus non facietis in eo. Sabbathum Domini est in cunctis habitationibus vestris.

4 Hæ sunt ergo feriæ Domini sanctæ, quas celebrare debetis temporibus suis.

5 Mense primo, quartadecima die mensis ad vesperum, Phase Domini est. *Phase.* Exod. 12. a Num. 28. c

6 Et quintadecima die mensis huius solennitas azymorum Domini est. Septem diebus azyma comedetis.

7 Dies primus erit vobis celeberrimus, sanctusque: omne opus seruile non facietis in eo. B

8 Sed offeretis sacrificium in igne Domino septẽ diebus: dies autem septimus erit celebrior & sanctior: nullumque seruile opus facietis in eo. *Primitiæ spicarum offerendæ Domino postridie Paschæ.*

9 Locutusque est Dominus ad Moysen, dicens,

10 Loquere filiis Israel, & dices ad eos, Cum ingressi fueritis terram quam ego dabo vobis & messueritis segetem, feretis manipulos spicarũ, primitias messis vestræ ad sacerdotem.

11 Qui eleuabit fasciculum coram Domino, vt acceptabile sit pro vobis: altero die sabbathi & sanctificabit illum. *acceptabile.*

12 Atque in eodem die quo manipulus consecratur, cædetur agnus immaculatus anniculus in holocaustum Domini.

13 Et libamenta offerentur cum eo, duæ decimæ similæ conspersæ oleo in incensum Domini, odoremque suauissimum: liba quoque vini, quarta pars hin.

14 Panem, & polentam, & pultes non comedetis ex segete, vsque ad diem qua offeratis ex ea Deo vestro. præceptum est sempiternum in generationibus, cunctisque habitaculis vestris. C

15 Numerabitis ergo ab altero die sabbathi, in quo obtulistis manipulum primitiarum septẽ hebdomadas plenas.

16 Vsque ad alteram diem expletionis hebdomadæ septimæ, id est quinquaginta dies: *Pentecoste. quinquaginta dies post septem hebdomadarum.* Deut. 16. b

16 Et sic offeretis sacrificium nouum Domino ex omnibus habitaculis vestris, panes primitiarũ duos de duabus decimis similæ fermentatæ, quos coquetis in primitias Domini. *Panes primitiarum.*

17 Offeretisque cum panibus septem agnos, immaculatos, anniculos, & vitulum de armento vnũ, & arietes duos, & erunt holocaustum cum libamentis suis, in odorem suauissimum Domino.

19 Facietis & hircum pro peccato, duosque agnos anniculos, hostias pacificorum. D

20 Cumque eleuauerit eos sacerdos cum panibus primitiarum coram Domino, cedent in vsum eius.

14 In crastino sabbathi offeret illud sacerdos, id est, postera die sabbathi, hoc est, Paschæ. 15 Vel, offeret illum sub. fasciculum 16 Manipulum offeretis, mactabitis agnum perfectum anniculum id est, die quo sacerdotis ministerio manipulum offeretis, mactabitis agnum integrum, siue absolutum, nulla turpitudine vitiatum. 17 Munus autem eius, erunt duæ decimæ & c. id quod offertur cum ipso holocausto. 18 Veniat in oleo 19 & polentam & spicam plenam & recentem non comedetis. Quidam vocem Hebræam KALI, pro qua polentam versum est, interpretantur tostum, siue assum, crustum aut vstulatum, aut frixum. De tostis aut coctis granis spicarum intelligit. Alii farina factã e spicis plenis aut tenenis virentib. quam siccabant in furno. Nihilominus nec primis frugib. comedere debuit, donec primitiæ Deo offerrentur ex illis. 20 Id est, ritus iste erit vobis perpetuo obseruandus quocunque tempore vixeritis, & vbicunque habitaueritis. 21 Manipulum eleuationis id est, spicarum nouarum oblatarum Domino. 22 Vel, munus. 23 Oblationis, vel, eleuationis id est, qui offerentur Domino Deo. 24 Duæ placentæ ex duabus decimis de simila erunt, fermentatæ coquentur, primitiæ erunt, Domino. 25 Offeret autem ea sacerdos cum panibus primitiarum, oblationem coram Domino, cum duobus agnis sanctitas erunt Domino, cedentque sacerdoti Et celebrabitis hoc ipso die celebritatem sanctam nullum opus &c. Hoc est, eo ipso die erit vobis celebritas sancta. Vel, sancte eam ipsam diem celebrabitis. Cum aut, sanctitas erunt Domino significat, Omnia ista consecrabuntur Domino.

21 Et vo-

21 Et vocabitis hunc diem celeberrimum, atq; sanctissimum: omne opus seruile non facietis in eo. Legitimum sempiternum erit in cunctis habitaculis, & generationibus vestris.

Messis. Supr.19.c Deut.24.d

22 Postquam autem messueritis segetem terræ vestræ, non secabitis eam vsque ad solum: ‖ nec remanentes spicas colligetis, sed pauperibus & peregrinis dimittetis eas: ego sum Dominus Deus vester.

Festum tubarum. Num.29.a

23 Locutúsq; est Dominus ad Moysen: dicens,

24 Loquere filiis Israel, ‖ Mense septimo, prima dies mẽsis erit vobis sabbathum, memoriale, clangentibus tubis, & vocabitur sanctum:

25 Omne opus seruile non facietis in eo, & offeretis holocaustum Domino.

26 Locutusq; est Dominus ad Moysen, dicens,

Dies expiationis. Supr.16.g Num.29.b

27 Decimo die mensis huius septimi, dies expiationum erit celeberrimus, & vocabitur sanctus: affligetisq; animas vestras in eo, & offeretis holocaustum Domino.

28 Omne opus seruile non facietis in tempore diei huius: quia dies propitiationis est, vt propitietur vobis Dominus Deus vester.

29 Omnis anima quæ afflicta non fuerit die hac, peribit de populis suis:

30 Et quæ operis quippiam fecerit, delebo eam de populo suo.

31 Nihil ergo operis facietis in eo: legitimum sempiternum erit vobis in cunctis generationibus, & habitationibus vestris.

32 Sabbathum requietionis est, & affligetis animas vestras die nono mensis septimi: a vespera vsq; ad vesperam celebrabitis sabbatha vestra.

Festum tabernaculorum.

33 Et locutus est Dominus ad Moysen, dicens,

34 Loquere filiis Israel, A quintodecimo die mensis huius septimi, erunt feriæ tabernaculorum septem diebus Domino.

35 Dies primus vocabitur celeberrimus atque sanctissimus: omne opus seruile non facietis in eo.

Ioan.7.ƒ

36 Et septem diebus offeretis holocausta Domino: dies quoque ‖ octauus erit celeberrimus atque sanctissimus, & offeretis holocaustum Domino: est enim cœtus atque collectæ: omne opus seruile nõ facietis in eo.

37 Hæ sunt feriæ Domini, quas vocabitis celeberrimas atq; sanctissimas, offeretisq; in eis oblationes Domino, holocausta & libamenta iuxta ritum vniuscuiusq; diei.

38 Exceptis sabbathis Domini, donisque vestris, & quæ offeretis ex voto, vel quæ sponte tribueritis Domino.

39 A quintodecimo ergo die mensis septimi, quando congregaueritis oẽs fructus terræ vestræ, celebrabitis ferias Domini septem diebus.

40 Die primo & die octauo erit sabbathum, id est requies. Sumetisq; vobis die primo fructus arboris pulcherrimæ, spatulásq; palmarum & ramos ligni densarum frondium, & salices de torrente, & lætabimini coram Domino Deo vestro.

41 Celebrabitisq; solemnitatẽ eius septẽ diebus per annum. Legitimum sempiternum erit in generationibus vestris: mẽse septimo festa celebrabitis.

42 Et habitabitis in vmbraculis septem diebus: omnis qui de genere est Israel, manebit in tabernaculis:

43 Vt discant posteri vestri quòd in tabernaculis habitare fecerim filios Israel, cum educerẽ eos de Terra Ægypti: ego Dominus Deus vester.

21 Et vocabitis hunc ipsum diem vt sit vobis conuocatio sancta: nullum opus seruile facietis: ritus perpetuus sit in cunctis habitationibus vestris,[26] etiam apud posteros vestros.

22 Et quum messueritis messem terræ vestræ,[27] ne tam exactè angulum agri tui in messe tua desecces, & spicilegium messis tuæ ne colligas: pauperi & aduenæ relinques illud:[28] ego Dominus Deus vester.

23 Et loquutus est Dominus ad Mosen in hanc sententiam,

24 Loquere ad filios Israel, & dic, Mense septimo, primo die mensis erit vobis quies,[29] monimentum clangoris, conuocatio sancta.

25 Nullum opus seruile facietis, nisi quòd afferetis sacrificium, quod igne consit Domino.

26 Et loquutus est Dominus ad Mosen in hanc sententiam.

27 Veruntamen in decimo septimi mensis huius, dies erit expiationum,[30] is sit vobis sancta conuocatio, &[31] affligetis animas vestras, & afferetis[32] sacrificium quod igne consit Domino.

28 Nullum opus hoc ipso die facietis, quia[33] dies expiationum est, ad expiandum vos coram Domino Deo vestro.

29 Quoniam omnis anima quæ non afflicta fuerit hoc ipso die,[34] excindetur è populis suis.

30 Et omnis anima quæ fecerit quodcunq; opus hoc ipso die, perdam animam talem è medio populi sui.

31 Nullum opus facietis: ritus sit perpetuus[35] apud posteros vestros in omnibus habitationibus vestris.

32[36] Sabbatum quietis sit vobis, affligetisq; animas vestras[37] in nono mensis sub vesperam à vespera in vesperam[38] quiescetis in sabbato vestro.

33 Et loquutus est Dominus ad Mosen hisce verbis,

34 Loquere ad filios Israel, & dices, In quintodecimo die mensis huius septimi, festus dies est tabernaculorum septem diebus[39] Domino.

35 Die primo[40] conuocatio sancta est, nullum opus seruile facietis.

36 Septem diebus afferetis sacrificia quæ igne consiunt Domino, octauo autem die[41] conuocatio sancta erit vobis, offeretisque sacrificia quæ igne consiunt Domino, concio erit hoc [die,] nullum opus seruile facietis.

37 Hæ sunt[42] statæ feriæ Domino, quas vocabitis conuocationes sanctas, vt afferatis sacrificia quæ igne consiunt Domino, holocausta, cibaria sacrificia, victimas & libamina, singulis diebus suum demensum.

38 Præter sabbatha Domini, & præter dona vestra, præter omnia vota vestra, & præter omnia voluntaria munera vestra quæ tribuetis Domino.

39 Veruntamen in decimo quinto die septimi mensis, cum collegeritis prouentum terræ, celebrabitis diem festum Domino septem dies.

40 Primo die requies erit, & die octauus [etiam] requies. Die primo accipite vobis fructum[43] ligni speciosi,[44] ramos palmarum, &[45] arboris densæ, & salices torrentis, lætabimini[que] coram Domino Deo vestro septem dies.

41 Et celebrabitis diem istum festum Domino septem diebus in anno. Statutum hoc perpetuum sit ad posteros vestros, vt mense septimo celebretis hunc diem festum.

42 In tabernaculis manebitis septem diebus, omnes indigenæ de Israel sedebunt, in tabernaculis.

43 Vt posteri vestri sciant quòd ego fecerim habitare in tabernaculis filios Israel, quum eduxerem eos è terra Ægypti: ego Dominus Deus vester.

26 Heb. per ætates vestras, i. vbicunq; habitaueritis, & quacunq; ætate vixeritis.
27 Heb. non finietis angulum agri vestri dum vos metetis. i. non omnino demetetis agrũ vestrum, sed relinquetis messem in fine & angulis agrorum.
28 q.d. ego à quo omnia ista habetis, volo, vt id faciatis.
29 vel, memoriale clangoris tubarũ, celebritas sancta. Hæc postrema verba p appositionẽ dicta sunt. Festum istud dicitur Nume.29. Dies clangoris & tubæ. Quidam [illegible] festum [illegible] celebratũ fuisse à [illegible] Isaac ab immolatione Abrahæ [illegible] [illegible]
30 celebritas sanctitatis erit vobis [illegible] erit vobis celeberrimus.
31 [illegible] affligere animas [illegible] positum est.
32 vitulatũ sacrificium [illegible] [illegible] ad [illegible] Dei.
33 Hic dies expiationum erat velut vmbra [illegible] qua Christ⁹ passus est pro nobis, vt expiaret nos ab omnibus peccatis.
34 [illegible] delebit de catalogo populi [illegible]
35 [illegible] [illegible]
38 celebrabitis [illegible]
42 [illegible] [illegible] Ægypto.
43 [illegible] celebri-

[illegible] sancta: Dies primus erit celeberrimus. Vel, diem primum sanctè celebrabitis. 41 erit vobis celebritas sancta: offeretisq; in eo ipsum Domino; [illegible] solemnitas [illegible] nullum opus &c. i. collecta erit ad celebrandam [illegible] ita vertit Chaldæus paraphrastes. 42 celeb[illegible] quas celebraturi [illegible] feriatis [illegible] Dño, holocausta, minus, sacrificium, [illegible] in die suo. Exceptis, &c. i. Vnumq; [illegible] istum offeretis [illegible] [illegible] gratiam non erit. Sacrificium vocat [illegible] 43 arboris pulcherrimæ. Hebraicè est, arboris HADAR, quod Hebræi [illegible] [illegible] quæ ex Massilia Prouincia deferun. 44 Hebraicè est CAPPOTH, significare [illegible] palmarum, quando folia adhuc in [illegible] [illegible] 45 Quidam [illegible] esse myrtum, quæ ramos habet densos.

46 Locutus est igitur Moses, vel, Habuit sermonem Moses.

44 [46] Et Moses loquutus est ad filios Israel de statis feriis Domini.

44 Locutúsq; est Moyses super solennitatibus Domini ad filios Israel.

CAPVT XXIIII.

CAP. XXIIII. 1 vel expressu in luminare. 2 i. ad accendendum ordinem lucernarum. 3 vel, cum. subaudi, lucernarum ordinem. 4 foederis, vel, conuentionis. 5 i. totam noctem. 6 Heb. per aetates vestras. 7 Heb. per ordinem. i. super vtrunq; ordinem placentarum. 8 Heb. & erit panis in odore (&) incensum Domino. id est, qui vice panis adolebitur coram Domino. Panis enim cremari nō poterat. Super panes erat thus per totam hebdomadam: die sabbathi panis edebatur, & vice panis thus adolebatur. 9 vel, disponet. 10 subaudi, acceptum. 11 Heb. quia sanctitas sanctitatum est illi de incensis Domini: Id est, res sacrosancta est de his quae incenduntur Domino: ideóque eius eius ipsi Aaroni soli & filiis eius permittitur. 12 expressit suis literis nomen, & blasphemauit. id est, expresso suis literis nomine Dei tetragrammato blasphemauit. Non licebat Iudaeis exprimere nomen Dei tetragrammaton blasphemandi: alioquí licebat. Nō est nefas nomen proprium Dei IEHOVA suis literis exprimere, sed nefas est Dei maiestatem verbis minuere, Deo detrahere, Deum verbis cōtemnere, per cōtumeliã & contemptum nominare. 13 vt declararet illis iuxta verbū Domini. Id est, tantisper dum Moses declararet quidnam de eo faciendum esset iuxta sententiam Domini, hoc est, reuelante Domino.

1 Loquutusq; est Dominus ad Mosen hisce verbis.
2 Praecipe filiis Israel vt afferant ad te oleum oleo purum & [1] contusum ad luminare, [2] ad succendendum lucernam iugiter. Aharon concinnabit [3] eam coram Domino in tentorio [4] constitutionis.
4 Extra velum testimonii, [5] à vespera vsque mane, id est, iugiter, statutum sit perpetuum [6] etiam posteris vestris.
5 Super candelabrum mundum concinnabit lucernas coram Domino iugiter.
6 Tollens quoq; similaginem, & pinses ex ea duodecim placentas, duae decimae erunt in vna placenta.
7 Ponésq; eas duobus ordinibus, sex scilicet ordine [vno] super mensam mundam coram Domino.
8 Pones etiam thus purum [7] super ordine illo, [8] vt sint panes ad monimentum, atq; ad sacrificium quod igne consit Domino.
9 Singulis sabbatis [9] concinnabit illos coram Domino iugiter, [10] a filiis Israel foedere perpetuo.
10 Eruntque Aharonis & filiorum eius, qui comedent eos in loco sacro: [11] nam sacrosancti sunt ei, de sacrificiis quae igne consiunt Domino, statuto perpetuo.
11 Egressus est autem filius mulieris Israelitidis, qui filius erat viri Aegyptii inter filios Israel: iurgatique sunt in castris, filius Israelitidis, & quidam Israelita.
12 Et filius Israelitidis [12] diserte expressit insigne illud nomen, & vilipendit: adduxeruntq; eum ad Mosen. (nomen autem matris eius erat Selomith, quae erat filia Dibri ex tribu Dan.)
13 Et posuerunt eum in carcerem, [13] vt exponeretur eis sententia Domini.
13 Loquutus est ergo Dominus ad Mosen in hanc sententiam.
14 Educ blasphemum extra castra, & quicunq; audierunt [14] ponant manus suas super caput eius, lapidibúsq; obruat eum vniuersus coetus.
15 Et ad filios Israel sic loquēris. Quicunq; blasphemauerit Deum suum, feret peccatum suum.
16 Et [15] qui diserte expresserit nomen Domini morte multetur, omnino lapidibus obruet eum vniuersus coetus, siue indigena fuerit, siue incola, quum diserte expresserit nomen [illud,] interficiatur.
17 [16] Et qui percusserit vllam animam hominis, morte multetur.
18 Et qui [17] animam iumenti percusserit, restituat ipsum, [18] animam scilicet pro anima.
19 [19] Et qui detrimento affecerit proximum suum, huic fiet quemadmodum ipse fecit.
20 [20] Fracturam pro fractura, oculum pro oculo, dentem pro dente: quicquid homini vitii aut detrimenti intulerit, hoc idem ei inferatur.
21 Et qui percusserit iumentum, reddat ipsum: qui verò hominem percusserit, interficiatur.
22 [21] Idem iudicium erit vobis, sicut aduenae, ita & indigenae, quia ego Dominus Deus vester.
23 Et loquutus est Moses ad filios Israel, educerúntque blasphemum extra castra, & obruerunt eum lapidibus. Et filii Israel fecerunt quemadmodum Dominus Mosi praecepit.

1 Et locutus est Dominus ad Moysen, dicens. A
2 Praecipe filiis Israel vt afferant tibi oleum de oliuis purissimum ac lucidum, ad concinnādas lucernas iugiter.
3 Extra velum testimonii in tabernaculo foederis. Ponétq; eas Aaron à vespere vsque in mane coram Domino, cultu, rituq; perpetuo in generationibus vestris.
4 Super candelabrum mundissimum ponentur semper in conspectu Domini.
5 Accipies quoque similam, & coques ex ea duodecim panes, qui singuli habebunt duas decimas:
6 Quorum senos altrinsecus super mensam purissimam coram Domino statues.
7 Et pones super eos thus lucidissimum, vt sit panis in monimentum oblationis [a] Domini. B
8 Per singula sabbatha mutabuntur coram Domino suscepti à filiis Israel foedere sempiterno:
9 Eruntq; Aaron & filiorum eius, vt comedāt eos in loco Sancto: quia sanctum sanctorum est de sacrificiis Domini iure perpetuo.
10 Ecce autem egressus filius mulieris Israelitidis, quem pepererat de viro Aegyptio inter filios Israel, iurgatus est in castris cum viro Israelite.
11 Cúmque blasphemasset nomen Domini, & maledixisset ei, adductus est ad Moysen. (vocabatur autem mater eius Salumith filia Dabri de tribu Dan.)
12 Miseruntq; eum in carcerem, donec nossent quid iuberet Dominus. C
13 Qui locutus est ad Moysen, dicens:
14 Educ blasphemum extra castra, & ponant omnes qui audierunt, manus suas super caput eius, & lapidet eum populus vniuersus.
15 Et ad filios Israel loquēris. Homo qui maledixerit Deo suo, portabit peccatum suum:
16 Et qui blasphemauerit nomen Domini, morte moriatur: lapidibus opprimet eum omnis multitudo populi, siue ille ciuis, siue peregrinus fuerit. Qui blasphemauerit nomen Domini, morte moriatur.
17 Qui percusserit, & occiderit hominem, morte moriatur.
18 Qui percusserit animal, [b] reddet vicarium, id est animam pro anima.
19 Qui irrogauerit maculam cuilibet ciuium suorum: sicut fecit, sic fiet ei: D
20 Fracturam pro fractura, oculum pro oculo, dentem pro dente restituet. qualem inflixerit maculam, talem sustinere cogetur.
21 Qui percusserit iumentum, [c] reddet aliud: qui percusserit hominem, punietur.
22 Aequum iudicium sit inter vos, siue peregrinus, siue ciuis peccauerit: quia ego sum Dominus Deus vester.
23 Locutúsque est Moyses ad filios Israel, & eduxerunt eum qui blasphemauerat, extra castra: ac lapidibus oppresserunt. feceruntq; filii Israel sicut praeceperat Dominus Moysi.

Compositio lucernarum.

Duodecim panes propositionis.

[a] Domino.

Matth. 12. a

Blasphemus lapidatur.

Poena talionis. Exod. 21. b
[b] reddat.

Matth. 5. E. Exod. 21. c Deut. 19. d

[c] reddat.

Aequum iudicium.

CAPVT XXV.

1 Et loquutus est Dominus ad Mosen in monte Sinai in hanc sententiam.

1 Locutúsque est Dominus ad Moysen in monte Sinai, dicens. A

14 Id est, positis manibus super caput eius, testentur eum audiuisse blasphemantem. 15 qui suis literis exprimendo nomen Domini, blasphemauerit illud. Si paulò post vertendum est: ... Qui ... 16 ... 17 ... iumentum. 18 ... 19 Heb. Quicunq; ... Quod per maculam ... fracturam pro fractura ... 20 ... 21 Idem ius erit vobis, siue fuerit peregrinus, siue indigena. Peregrinus erit sicut indigena, & indigena sicut peregrinus. ... idem ius ... peregrino atq; indigenae.

3 Loquere

Sabbatũ terræ anno septimo. Exod. 23. b

sabbathizat.

2 Loquere filiis Israel, & dices ad eos, Quando ingressi fueritis Terram quam ego dabo vobis, [b] sabbathizetis sabbathum Domino.

3 Sex annis seres agrum tuum, & sex annis putabis vineam tuam, colligesq́. fructus eius.

4 Septimo autem anno Sabbathum erit terræ, requietionis Domini: agrum non seres, & vineam non putabis.

gignit.

5 Quæ sponte gignet humus, non metes: & vuas primitiarum tuarum non colliges, quasi vindemiam. Annus enim requietionis terræ est.

peregrinãtur.

6 Sed erunt vobis in cibum, tibi & seruo tuo, ancillæ tuæ & mercenario tuo, & aduenæ qui peregrinatur apud te:

Iubilei annus. Hebdomades annorum,

7 Iumentis tuis & pecoribus: omnia quæ nascuntur, præbebunt cibum.

8 Numerabis quoque tibi septem hebdomadas annorum, id est septies septem, quæ simul faciunt annos quadraginta nouem.

9 Et clanges buccina mense septimo, decima die mensis, propitiationis tempore in vniuersa terra vestra.

10 Sanctificabisq; annum quinquagesimum, & vocabis remissionem cunctis habitatoribus terræ tuæ, ipse est enim iubileus: reuertetur homo ad possessionem suam, & vnusquisq; redíet ad familiã pristinam.

11 Quia iubileus est & quinquagesimus annus, non seretis atque metetis sponte in agro nascentia, & primitias vindemiæ non colligetis:

12 Ob sanctificationem iubilei, sed statim oblata comedetis.

13 Anno iubilei redient omnes ad possessiones suas.

14 Quando vendes quippiam ciui tuo, vel emes ab eo, ne contristes fratrem tuum.

15 Sed iuxta numerum annorũ iubilei emes ab eo, & iuxta supputationem frugum vendet tibi.

Hebræorum emendi & vendendi modus.

16 Quanto plures anni remanserint post iubileum, tanto crescet & precium: quanto minus temporis numeraueris, tanto minoris & emptio constabit. Tempus enim frugum vendet tibi.

17 Nolite affligere contribules vestros, sed timeat vnusquisque Deum suum, quia ego Dominus Deus vester.

C

Præcepta Dei custodienda.

18 Facite præcepta mea, & iudicia custodite, & implete ea: vt habitare possitis in terra absque vllo pauore.

19 Et gignat vobis humus fructus suos, quibus vescamini vsque ad saturitatem, nullius impetum formidantes.

Solicitudinem de victu tolli iubet Deus. Benedictio Dei.

20 Quod si dixeritis, Quid comedemus anno septimo, si non seuerimus, neq; collegerimus fruges nostras?

21 Dabo benedictionem meam vobis anno sexto, & faciet fructum trium annorum:

22 Seretisq; anno octauo, & comedetis veteres fruges vsque ad nonum annum: donec noua nascantur, edetis vetera.

2 Loquere ad filios Israel, & dices ad eos, Quum veneritis in terram quam ego do vobis, [1] quiescat terra, & habebit sabbathum Domini.

3 Sex annis seminabis agrum tuum, & sex annis putabis vineam tuam, & fructum eius colliges.

4 Septimo verò anno [2] sabbathum quietis erit terra, sabbathum [inquam] Domini. agrum tuum non seminabis, nec vineam tuam putabis.

5 [3] Quod ex deciduo messis tuæ sponte nascitur, ne metas: & vuas [4] quas tibi separare volebas, ne vindemies, annus enim quietis erit terra.

6 [5] Eritq́ sabbathum terra vobis in cibum, tibi, seruo tuo, ancillæ tuæ, mercenario tuo, & inquilino tuo, qui tecum commoratur.

7 Sed & iumento tuo, & bestiæ quæ in terra tua, erit cunctus prouentus terræ in cibum.

8 Numerabis quoq; tibi septem [6] sabbatha annorum, septem scilicet annos septies, eruntq́ tibi [7] septem annorũ sabbatha quadraginta nouem anni.

9 [8] Et circummittes clangorem buccinæ in mense septimo, decimo [die] mensis, [9] in die inquam expiationum [10] circummittetis cornu per vniuersam terram vestram.

10 Et [11] consecrabitis annum illum, annum videlicet quinquagesimum, & [12] proclamabitis libertatem in terra omnibus habitatoribus eius: [13] iubileus enim erit hic [annus] vobis, & redibitis quisq; ad possessionem suam, & [14] quisque ad cognationem reuertemini.

11 Annus ille quinquagesimus, iubileus erit vobis annus: ne seminetis, neq; ea quæ ex deciduo sponte nascuntur metatis, neque [15] religiose consecrata vindemietis.

12 [16] Iubileus enim ille sanctus sit vobis, de agro comedetis prouentum scilicet eius.

13 In anno iubilei istius, redibitis quisque ad possessionem suam.

14 Et si vendideritis venditionem proximo tuo, aut [*] comparas [aliquid] de manu proximi tui, ne decipiatis quisq; fratrem suum.

15 Iuxta numerum annorum post iubileum compares à proximo tuo, & [17] pro ratione annorum prouentuum vendat tibi.

16 Iuxta multitudinem annorum augebis pretium eius, & iuxta paucitatem annorum minues pretium eius: quoniam [18] numerum prouentuum ipse vendit tibi.

17 [19] Ne affligatis quisque proximum, sed time Deum tuum, quia ego Dominus Deus vester.

18 Obseruate itaq; [20] statuta mea, & iudicia mea seruate, vt ea faciatis: tum tuti habitabitis in terra.

19 Tumq; dabit terra fructum suum, comedetisq; donec saturi sitis, securiq; sedebitis in ea.

20 Et si dixeritis, Quid edemus anno septimo, cum neque seminemus, neque annonam nostram congregemus?

21 Ego [21] mandabo benedictionem meam vobis anno sexto, & edet annonam pro tribus annis.

22 Seminabitis quidem in anno octauo, sed comedetis de annona veteri vsq; ad annum nonum; donec veniet prouentus eius comedetis [22] vetera.

CAP. XXV.
1 tunc sabbathizet terra sabbathum Domino, vel, tunc quiescet terra quiete siue cessatione Domini. i. terra erit in otio: non arabitur, neque seminabitur, in honorem Domini.
2 cessatio quietis erit terræ, sabbathum Domino. Appositum dictum. q. d. sabbathum illud, siue cessatio illa quieta & altum otium, celebrabitur in honorem Domini, non autem in honorem idolorum.
3 Quod sponte nascitur in messe tua. i. Quæ sponte nascuntur ex granis messis anni præcedentis. Vox Hebræa SAPIAH. significat id quod sponte nascitur ex granis quæ deciderunt inter metendum.
4 derelictionum tuarum non vindemiabis. i. vuas vineæ à te derelictæ, & non cultæ, nec putatæ.
5 i. Quæ sua spõte nascentur eo anno, quo terra sabbathum suũ aget, ea tantum erunt vobis in cibum.
6 sabbathum pro hebdomade.
7 dies septem hebdomadarũ, annorum nouẽ & quadraginta anni.
8 Heb. Et transire facies cornu iubilationis: i. clangere tubæ [illegible].
9 [illegible] est inter Hebræos de principio anni. Alii dicunt mensem Martiũ esse principium anni, respondentes exitum filiorum Israel. Alii mensem Septembrem, [illegible] creationem mundi. At [illegible]

tur à mundo condito numerant Hebræi, aut ab exitu filiorum Israel. Certissimum autem est, quando Moyses de anno iubilæo loquitur, intelligere principium anni esse Septembrem. 10 Hebraice transire facietis cornu, & [illegible] tuba significabitis iubileum. 11 Id est, pronunciabitis annum [illegible] est [illegible] Deo. 12 Id est, proclamabitis omnes habitatores regionis vestræ esse liberos, qui prius erant serui. Tunc enim fiebant Domini possessionum suarum quas vendiderant. Hic declarat verbis sequentibus.

13 Id est, iubilabitis cum [illegible]. Vox Hebræa IOBEL, in hoc capite vsurpatur pro anno quinquagesimo, & buccina vel cornu quo annus quinquagesimus annus iubileus. Iobel, arietem & cornu arietinum significat. 14 Hoc dicit propterea, quod qui in seruos venditi fuerant ante annum iubileum, eo anno donabantur libertate. 15 Hebraismus [illegible] derelictiones eius. subaudi vineæ, Id est, vineas incultas, quæ eo anno cultæ non fuerunt, vel non putatæ, non vindemiabitis. 16 Id est, Sanctus sit enim Deo consecratus: comedetis quod ager eo anno sua sponte produxerit. * Mutatio numeri Hebræa. 17 quasi dicat, habenda ratio annorum elapsorum à iubileo. si enim vicesimo anno à iubileo emeris, non tanti emes quanti emendum tibi esset, si decem tantum differrent anni, [illegible] tantum differrent anni, [illegible] superessent [illegible] quadraginta. Iuxta igitur numerum prouentuum, id est, quibus tantos fructum rei vendet, vendet tibi. 18 quasi dicat Non fundum, sed tantum prouentum vendat tibi. 19 Ne opprimat (vel decipiat) quisquam vestrum proximum suum. 20 emptiones scilicet & redemptiones. 21 Hebraismus, pro, benedicam vobis. 22 fruges antiquas, i. donec veniant fructus anni octaui.

23 omnino, vel, absolute. Quidam vertunt, in exterminationem, eodem sensu. Exterminari autem hic dicitur ager, quando penitus a possessore abdicatur: id quod apud Hebræos fieri non poterat, sed prædia vendebantur vsque ad annum iubilæi, siue is prope, siue longe abesset.
24 nam vos, &c. q. d. terra non est vestra, sed mea: capietis fructum ex ea, sed fundus meus est. nam peregrini & coloni mei estis.
25 venditori permittetis ius redimendi agros venditos ab eo. Hoc autem de agris [illegible] intelligitur, non autem de domibus.
26 Id est, Israelita.
27 Vindicem siue redemptorem vocat propinquum qui ius habebat redimendi id quod frater eius necessitate compulsus vendiderat.
28 siue, redemptorem, id est, fratrem cui ius sit redimendi, qui [illegible] vendiderit.
29 & (postea) apprehendat manus eius, & inuenerit, quantum satis sit, id est, & postea habeat precium quo redimi possit ager venditus.
30 Tunc numerabit annos venditionis suæ, id est, a quo tempore vendiderit agellum.
31 Hebr. non inuenerit manus eius [illegible] redemptionem, [illegible] id est, si non habuerit [illegible] pecuniam quam reddat emptori.

23 *Terra non vendetur* [21] *ad depulsionem: mea enim est terra,* [24] *vos autem incolæ & inquilini estis apud me.*

24 *In omni autem terra possessionis vestræ* [25] *redemptionem permittetis terræ.*

25 *Si tenuis factus fuerit* [26] *frater tuus, & vendiderit de possessione sua, veneritq;* [27] *vindex eius qui propinquus est illi, redimat venditionem fratris sui.*

26 *Qui autem* [28] *vindicem non habuerit,* [29] *apprehendat manus eius quicquid inuenerit, quod satis sit pro redemptione sua:*

27 [30] *Subducatq; annos venditionis suæ, & restituat quod superest viro cui vendidit, & reuertatur ad possessionem suam.*

28 *Quod si* [31] *in facultate eius non tantum fuerit ut reddat illi, erit venditio eius [res] in manu ementis eam vsq; ad iubilæum: in iubilæo vero* [32] *exit & reuertetur ad possessionem suam.*

29 *Et si quis vendiderit domum habitabilem in vrbe quæ muro cingitur, redemptio eius* [33] *sit vsque ad finem anni in quo venditur: isti sunt dies redemptionis eius.*

30 *Si verò non redemerit, fueritq; ei finitus annus integer, cedet domus huiusmodi quæ est in vrbe muro cincta ei qui eam emit* [34] *ad depulsionem, etiam posteris suis:* [35] *nec exit, ne in iubilæo quidem.*

31 *At domus pagana, quæ muro per ambitum non fuerint cinctæ, reputantur quemadmodum ager terræ, ideòque* [36] *habent ius vendicationis, & in iubilæo recedunt.*

32 *Ciuitates verò Leuitarum, & domus ciuitatum possessionis eorum perpetuo iure redimi possunt a Leuitis.*

33 *Et si quis emerit à Leuitis, domus vendita, & oppidum possessionis suæ in iubilæo* [37] *exit: eo quod domus Leuitarum vrbium possessio eorū sunt inter filios Israel.*

34 [38] *Ager verò suburbanus qui est iuxta vrbes eorum, non potest vendi: nam in perpetua ab eis possidetur.*

35 *Si ad inopiam fuerit redactus frater tuus, nutaueritq; manus eius* [39] *tecum, siue aduena fuerit, siue inquilinus, corrobora eum, vt tecum viuat.*

36 *Ne acceperis ab eo* [40] *fœnus, neq; plus æquo: sed time Deum tuum, vt tecum viuere possit frater tuus.*

37 [41] *Ne des illi pecuniam tuam ad fœnus, neq; des illi alimentum tuum* [42] *ad excessum:*

38 *Ego Dominus Deus vester, qui eduxi vos è terra Ægypti, vt darem vobis terram Chanaan,* [43] *& essem vobis Deus.*

39 *Si ad inopiam redactus fuerit frater tuus apud te, &* [44] *venditus fuerit tibi, ne in seruitutem eum redigas, quemadmodum seruus [solet].*

40 *Sed sit tibi quemadmodum mercenarius & inquilinus, seruiet tibi: vsq; ad annum iubilæi.*

41 *Tunc* [45] *egredietur à te ipse & filii eius cum eo, reuertetur q; ad familiam suam, & ad possessionem patrum suorum reuertetur.*

42 *Nam serui mei sunt, quos eduxi è terra Ægypti,* [46] *ideoq; non vendentur quemadmodum seruus.*

43 *Ne domineris ei in sæuitia, sed time Deum tuum.*

44 *Seruus tuus & ancilla tua, quos tu habebis, è gentibus [erunt,] quæ sunt circum vos. ab illis inquam emas seruos & ancillas.*

23 Terra quoque non vendetur in perpetuum: quia mea est, & vos aduenæ & coloni mei estis. — *Terra venditio.*

24 Vnde cuncta regio possessionis vestræ sub redemptionis conditione vendetur. — D *Redemptio agrorum.*

25 Si attenuatus frater tuus vendiderit possessiunculam suam, & voluerit propinquus eius, potest redimere quod ille vendiderat.

26 Sin autem non habuerit proximum, & ipse precium ad redimendum potuerit inuenire:

27 Computabuntur fructus ex eo tempore quo vendidit: & quod reliquum est, reddet emptori, sicque recipiet possessionem suam.

28 Quod si non inuenerit manus eius vt reddat precium, habebit emptor quod emerat vsq; ad annum iubilæum. in ipso enim omnis venditio redibit ad dominum, & ad possessorem pristinum.

29 Qui vendiderit domum intra vrbis muros, habebit licentiam redimendi, donec vnus impleatur annus. — *Domus venditio.*

30 Si non redemerit, & anni circulus fuerit euolutus, emptor possidebit eam, & posteri eius in perpetuum, & redimi nō poterit, etiam in iubilæo.

31 Sin autem in villa fuerit domus, quæ muros non habet, agrorū iure vendetur, si ante redempta non fuerit, in iubilæo reuertetur ad dominum. — E

32 Ædes Leuitarum quæ in vrbibus sunt, semper possunt redimi. — *Ædium Leuiticarum venditio.*

33 Si redemptæ non fuerint, in iubilæo reuertentur ad dominos, quia domus vrbium [b]Leuitarū pro possessionibus sunt inter filios Israel. — [b] *Leuiticarum.*

34 Suburbana autem eorum non veneant, quia possessio sempiterna est.

35 Si attenuatus fuerit frater tuus, & infirmus manu, & susceperis eum quasi aduenam & peregrinum, & vixerit tecum, — *Cum eo qui ad paupertatem redactus est, quomodo agendum.*

36 Ne accipias vsuras ab eo, nec amplius quàm dedisti. time Deum tuum, vt viuere possit frater tuus apud te.

37 Pecuniam tuam non dabis ei ad vsuram, & frugum superabundantiam non exiges.

38 Ego Dominus Deus vester, qui eduxi vos de Terra Ægypti, vt darem vobis Terram Chanaan, & essem vester Deus.

39 Si paupertate compulsus vendiderit se tibi frater tuus, non eum opprimes seruitute famulorum: — F

40 Sed quasi mercenarius & colonus erit, vsq; ad annum iubilæum operabitur apud te.

41 Et postea egredietur cum liberis suis, & reuertetur ad cognationem & ad possessionem patrum suorum.

42 Mei enim serui sunt, & ego eduxi eos de Terra Ægypti: non veneant conditione seruorum.

43 Ne affligas eum per potentiam, sed metuito Deum tuum.

44 Seruus & ancillæ sint vobis de nationibus, quæ in circuitu vestro sunt. — *Seruus. Ancilla.*

32 egredietur, reuertetur que ad possessionem suam, id est, in anno iubilæi agellus venditus egredietur de possessione eius qui emit, & reuertetur venditor ad eum agellum quem prius possidebat. 33 vel, durabit donec impleatur annus venditionis eius, [illegible] id est, spacium unius anni redimi potest. 34 ad [illegible] possessione depellat. Alii vertunt, omnino, siue absolute. 35 non exibit. 36 [illegible] in villis siue pagis non cinctis muris, agrorum iure venduntur, redimique possunt vt agri: & in iubilæo [illegible] emptoris, reuertentur que ad venditorem.
37 egredietur [illegible]. 38 Hebr. Ager autem suburbii vrbium eorum non vendetur: quia possessio æterna est illis, id est, Ager ille sub[illegible] possunt vendi [illegible] quia possessio sunt suburbana perpetuo. [illegible] in quo Leuitæ pecora sua con[illegible] Chaldæus [illegible] agrum [illegible]. 39 vel, apud te, id est, si paupertate coactus fuerit [illegible] apud te. Alii interpretantur, [illegible] fuerit [illegible] fratrem [illegible] Vt peregrinum & aduenam [illegible] vt hic [illegible] interpres, [illegible] aduenam [illegible] non solum fratrem tuum [illegible] peregrinum & aduenam [illegible] ad paupertatem deuenerit. 40 vsuram & fœnus. 41 Repetitio est. 42 ad [illegible]. 43 [illegible]. 44 vendiderit se tibi, [illegible] famularis [illegible], id est, non abuteris eo tanquam seruo, non habebis illum pro seruo, verum tanquam mercenarium & colonum: tractabisque eo tanquam mercenario & colono. 45 donatus scilicet libertate a te, & [illegible]. 46 [illegible] propterea non poterunt vendi in seruos perpetuos.

45 Et de

45 Et de aduenis qui peregrinantur apud vos, vel qui ex his nati fuerint in terra vestra, hos habebitis famulos:
46 Et hæreditario iure transmittetis ad posteros, ac possidebitis in æternum: fratres autem vestros filios Israel ne opprimatis per potentiam.
C 47 Si inualuerit apud vos manus aduenæ atque peregrini, & attenuatus frater tuus vendiderit se ei, aut cuiquam de stirpe eius:
48 Post venditionem potest redimi: qui voluerit ex fratribus suis, redimet eum,
49 Et patruus, & patruelis, & consanguineus, & affinis: sin autem & ipse potuerit, redimet se.
50 Supputatis duntaxat annis à tempore venditionis suæ vsque in annum iubileum: & pecunia qua venditus fuerat, iuxta annorum numerum & rationem mercenarii supputata.
51 Si plures fuerint anni qui remanent vsque ad iubilæum, secundum hos reddet & precium.
52 Si pauci, ponet rationem cum eo iuxta annorum numerum, Et reddet emptori quod reliquum est annorum,
53 Quibus antè seruiuit mercedibus imputatis: non affliget eum violenter in conspectu tuo.
Serui Dei, Israelitæ. 54 Quod si per hæc redimi non potuerit, anno iubilæo egredietur cum liberis suis.
55 Mei enim sunt serui, filii Israel, quos eduxi de Terra Ægypti: ego Dominus Deus vester.

45 Sed & de filiis inquilinorum qui commorantur apud vos, ab illis inquam [47] comparare poteritis: denique à familia eorum qui vobiscum sunt quos genuerunt in terra vestra, hi erunt [48] quos vos possideatis.
46 [49] Hos veluti hæreditario iure possidebitis etiam filiis vestris post vos, vt possideant possessione perpetua, illis ad seruitium vtemini, [50] Fratribus verò vestris filiis Israel, fratri inquam suo nullus imperitabit sæuiter.
47 [51] Quod si aduena aut inquilinus apud te ditescit, & frater tuus [52] iuxta eum ad inopiam redigitur, ita vt [53] vendatur aduenæ aut inquilino apud te, aut stirpi quæ est de familia aduenæ,
48 Postquam is fuerit venditus, [54] vendicatio erit, aliquis ex fratribus eius vendicare eum poterit.
49 Siue is sit patruus eius siue filius patrui eius redimere eum poterit, aut [55] reliquia carnis eius, qui scilicet sit de familia eius, redimere eum poterit: [56] aut si ipse tantum adipiscetur, redimatur.
50 Subducat rationem cum emptore suo, ab anno quo venditus illi fuit, vsque ad annum iubilæi, æstimabiturque pecunia venditionis eius [57] pro ratione annorum, [58] secundum dies mercenarii agetur cum eo.
51 Si adhuc multi restiterint anni, secundum illos [59] restituat redemptionem suam pecunia scilicet qua emptus est.
52 Et si pauci anni restiterint ad annum iubilæum, [60] Subducat sibi, iuxta annos suos restituat redemptionem suam.
53 [61] Agetur cum eo quemadmodum cum mercenario per singulos annos, nec dominetur ei sæuiter, te vidente.
54 Quod si [62] ad hunc modum redemptus non fuerit, anno iubilæi exeat, & ipse, & filii eius cum eo.
55 Filii enim Israel mei sunt serui, mei inquam sunt serui, quos eduxi è terra Ægypti: [63] ego Dominus Deus vester.

47 sub. seruos & ancillas. 48 in possessionem vestram. 49 Et admittetis eos in possessionem filiis vestris post vos, vt eos possideant in æternũ seruire eis facientes. Vel, ventu. eis seruis in æternum. 50 i. Ne fratres duri & acerbi erga fratres vestros Israelitas. 51 Hebr. Quod si assequatur manus peregrini & aduenæ qui versatur apud te. i. si ad pertinuerit, & diues effectus fuerit peregrinus qui in vrbe tua moratur. 52 qui apud illum manet. 53 vendat sese ei peregrino aut aduenæ qui apud te habitat, aut radici. Lucro primario familiæ aduenæ. Alii seruitute, aut aduenæ conuersio ad Iudaismum, cuius ratio erat e familia aduenæ, aut [illegible] erat aduenæ. 54 Redemptio id est, [illegible]. 55 [illegible] aliquis de stirpe eius. [illegible] 56 Hebr. aut assequuta [illegible] 57 Iuxta numerum. 58 Hebr. secundum [illegible] lege qua [illegible] 59 [illegible]

CAPVT XXVI.

Sculptilia prohibet fieri. Exod. 20. a. Deut. 5. a. Psal. 96. b *Benedictio seruantib' præcepta.* Deut. 28. a

A 1 NOn facietis vobis idolum & sculptile, nec titulos erigetis, nec insignem lapidem ponetis in Terra vestra, vt adoretis eum: ego enim sum Dominus Deus vester.
2 Custodite sabbatha mea, & pauete ad sanctuarium meum: ego Dominus.
3 Si in præceptis meis ambulaueritis, & mandata mea custodieritis, & feceritis ea,
4 Dabo vobis pluuias temporibus suis, & terra gignet germen suum, & pomis arbores replebuntur.
Iob. 11. d 5 Apprehendet messium tritura vindemiam & vindemia occupabit sementem: & comedetis panem vestrum in saturitate, & absque pauore habitabitis in terra vestra.
6 Dabo pacem in finibus vestris: dormietis, & non erit qui exterreat, auferam malas bestias: & gladius non transibit terminos vestros.
B 7 Persequemini inimicos vestros, & corruent coram vobis.
8 Persequentur quinque de vestris centum alienos, & centum de vobis decem millia: cadent inimici vestri gladio in conspectu vestro.
9 Respiciam vos, & crescere faciam: multiplicabimini, & firmabo pactum meum vobiscum.

1 NE feceritis vobis idola, nec sculptum simulacrum, neque [1] statuam erigatis vobis, sed nec [2] lapidem figuratum ponatis in terra vestra, [3] vt adoretis ad eum, quia ego Dominus Deus vester.
2 Sabbatha mea custodietis, & [4] sanctuarium meum reuereamini: ego Dominus.
3 Si in statutis meis incesseritis, & præcepta mea custodieritis, feceritisque ea.
4 Tunc dabo pluuias vestras suo tempore, & terra dabit annonam suam, & arbor agri dabit fructum suum.
5 Et apprehendet apud vos tritura vindemiam, & vindemia apprehendet sementem, & comedetis panem vestrum in satietate, habitabitisque tuti in terra vestra.
6 Et dabo pacem in terra, dormietis, & nemo terrebit, efficiam vt cesset mala bestia in terra: nec gladius [7] grassabitur per terram vestram.
7 Vos persequemini hostes vestros, qui cadent ante vos gladio:
8 Quinque ex vobis persequentur centum, & centum ex vobis persequentur decem millia: & cadent hostes vestri ante vos gladio.
9 Ego enim respiciam ad vos, & faciam vos crescere [8] augebóque vos, & firmiter firmabo fœdus meum vobiscum.

[illegible] 59 [illegible] 60 [illegible] 61 [illegible]

merit et æquo & bono debebit. Precium autem & merces operarum [illegible] 60 [illegible] iuxta annorum numerum [illegible] quibus scilicet seruiturus est. 61 Hebr. sicut mercenarius annus in annum [illegible] Mercenarius annum in annum [illegible] 62 Per ista sub. quæ dicta sunt. vel, in istis sub. annis. 63 Qui iubeo [illegible]

CAP. XXVI. 1 Vel, columnam, super quam [illegible] Aut lapidem super quo fiant sacrificia: vt in Deuteronomio capite XIIII. Laberunt. 2 Vel, lapidem [illegible] lapidem [illegible] super quo adoretis. 3 Vel [illegible] 4 Id est, cum summa reuerentia [illegible] 5 Vel, [illegible] 6 Vel, [illegible] 7 Hebr. [illegible]
8 [illegible] multiplicabo vos sicut stellas cæli, secundum quod pollicitus sum.

9 Intelligitur de fructibus, qui in longum tempus conseruantur, & adhuc bonũ habent saporem.
10 vel, educetis i. educetis vetera ex horreis, vt inducantur noua in ea.
11 i. semper fauebo vobis, semper adero vobis, semper ero vobis præsens.
12 vel, extrahitur. i. nõ erit mihi molestum habitare apud vos.
13 q.d. Seueritatis solũ, ego quoque vertam, vt sim vobiscum.
14 q.d. a me omnia bona expectate.
15 i. asserui vos ex seruitute in libertatem. Metaphora a iumentis ferentibus iuga.
16 i. feci vt ambularetis erecti. Qui tristes sunt, vultum demittunt: contra hilares caput attollunt.
17 vel, Inducam super vos turbationẽ cum tabe & febri ardente, consumentib. oculos & torquẽtibus animã vestram. i. Reddam vos obnoxios perturbationi & tabi, seu phthisi: immittam in vos varios morbos.
18 vel, Ponam iram meã in vos. i. grauissime irascar in vos. Ira maxime indicatur vultu: vnde vultum pro ira sumpsit Hebræus.
19 Heb. & percutiemini, &c. i. magnam cladem accipietis ab inimicis vestris.
20 nec vsq; ad hæc. Vel, per hæc, i. his plagis admoniti.
21 Heb. addam correptiones vestras septuplũ. i. grauissimis pœnis afficiam vos.
22 i. vires vestras quibus gloriamini.
23 i. ære ipse nõ vertetur posthac in pluuiam: vnde terra vestra non dabit fructum solitum.

10 Comedetis [9] vetus inueteratum, & vetus propter nouum [10] efferetis.

11 Et ego [11] ponam tabernaculum meum in medio vestri, & animus meus vos non [12] fastidiet.

12 Ego [13] ambulabo inter vos, & [14] ero Deus vester, vosq; eritis populus meus.

13 Ego Dominus Deus vester, qui eduxi vos è terra Ægypti, ne essetis illorum serui, & [15] lora iugi vestri confregi, & [16] effeci vt erecti incederetis.

14 Quòd si non audieritis me, neq; feceritis omnia præcepta ista:

15 Et si auersati fueritis statuta mea, & iudicia mea animus vester fastidierit, vt non faciatis cuncta præcepta mea, quin potius fœdus meum irritum faciatis.

16 Ego quoque hoc faciam vobis. [17] Visitabo vos terrore, tumore, & febri ardente, quæ oculos consumant, & animum contabescere faciant: semen vestrum frustra seminabitis, quia hostes vestri ipsum comedent.

17 [18] Ponam præterea faciem meam aduersum vos, [19] vt corruatis coram hostibus vestris, dominabunturq; vobis hi qui vos oderunt, quin fugietis quando nemo vos persequetur.

18 Et si [20] nec inter illa mihi obtemperaueritis, [21] addam vobis septuplo plus castigationis propter peccata vestra.

19 Et frangam [22] superbiam roboris vestri, faciamque [23] cœlum vestrum veluti ferrum, & terram vestram veluti æs.

20 Et consumetur robur vestrum frustra, nam terra vestra non dabit annonam suam, & arbores terræ non dabunt fructum suum.

21 [24] Et si contumaciter aduersum me perrexeritis, neq; me audire volueritis, [25] septuplo augebo vobis pœnã iuxta peccata vestra.

22 Immittamq; in vos [26] bestiam agri, quæ vos orbos reddet, [27] & excindet iumenta vestra, & imminuet vos, deuastabunturq; viæ vestræ.

23 Et si nec illis [28] castigari potueritis, quin potius [29] aduersum me contumaciter perrexeritis:

24 Incedam & ego [30] contra vos contumaciter, & [31] percutiam vos adhuc septuplò propter peccata vestra.

25 Et inducam super vos [32] gladium, qui vlciscatur vltionem fœderis, & quũ collecti fueritis intra ciuitates vestras, mittam pestilentiam inter vos, trademiniq; in manus inimici.

26 Et [33] cum confregero vobis baculum panis, [34] pinsent decem mulieres panem vestrum in furno vno, reddentq; panem vestrum in pondere: comedetis, & non saturabimini.

27 Et si nec in hoc me audieritis, [35] sed contumaciter aduersum me perrexeritis.

28 Incedam & ego aduersum vos contumaciter in furore meo, & castigabo vos [36] septuplo plus propter peccata vestra.

29 Comedetisq; carnem filiorum vestrorum, & carnem filiarum vestrarum deuorabitis.

30 Ego vastabo excelsa vestra, & excindã [37] solaria idola vestra: ponamq; cadauera vestra super cadauera idolorum vestrorum, & auersabitur vos anima mea.

31 Redigam quoq; vrbes vestras in solitudinem, & deuastabo sacella vestra, nec odorabo [38] odorem vestrum suaueolentem.

10 Comedetis vetustissima veterum, & vetera nouis superuenientibus proiicietis.

11 Ponam tabernaculum meum in medio vestri, & non abiiciet vos anima mea.

12 ‖ Ambulabo inter vos, & ero Deus vester, vosq; eritis populus meus. 2.Cor.6.d

13 Ego Dominus vester, qui eduxi vos de Terra Ægyptiorum, ne seruiretis eis. & qui confregi catenas ceruicum vestrarum, vt incederetis erecti.

14 Quòd si non audieritis me, nec feceritis omnia mandata mea. *Maledictio nõ seruantibus præcepta.*

15 [h] Sed spreueritis leges meas, & iudicia mea contempseritis vt non faciatis ea quæ à me constituta sunt, & ad irritum perducatis pactum meum: C Deut.28.b Thren.2.f Malach.2.a [h] *Si*

16 Ego quoque hæc faciam vobis. Visitabo vos [*] velociter in egestate & ardore, qui conficiat oculos vestros, & consumat animas vestras: frustra seretis sementem, quæ ab hostibus deuorabitur. [*] *quoque.*

17 Ponam faciem meam contra vos, & corruetis coram hostibus vestris, & subiiciemini his qui oderunt vos: fugietis nemine persequente.

18 Sin autem nec sic obedieritis mihi, addam correptiones vestras septuplum propter peccata vestra.

19 Et conteram superbiam duritiæ vestræ: daboque vobis cælum desuper sicut ferrum, & terram æneam.

20 Consumetur incassum labor vester, non proferet terra germen, nec arbores poma præbebunt.

21 Si ambulaueritis ex aduerso mihi, nec volueritis audire me, addam plagas vestras vsque in septuplum propter peccata vestra:

22 Emittámque in vos bestias agri, quæ consumant vos, & pecora vestra, & ad paucitatem cuncta redigant, desertæq; fiant viæ vestræ. D

23 Quòd si nec sic volueritis recipere disciplinã, sed ambulaueritis ex aduerso mihi:

24 Ego quoque contra vos aduersus incedam, & percutiam vos septies propter peccata vestra.

25 Inducámque super vos gladium vltorem fœderis mei. cúmq; confugeritis in vrbes, mittam pestilẽtiam in medio vestri, & trademini in manibus hostium:

26 Postquam confregero baculum panis vestri, ita vt decem mulieres in vno clibano coquant panes, & reddant eos ad pondus: & comedetis & non saturabimini.

27 Sin autem nec per hæc audieritis me, sed ambulaueritis contra me:

28 Et ego incedam aduersus vos in furore contrario, & corripiam vos septem plagis propter peccata vestra. E

29 Ita vt comedatis carnes filiorum vestrorum & filiarum vestrarum.

30 Destruã excelsa vestra, & simulachra [*] confringam. cadetis inter ruinas idolorum vestrorum, & abominabitur vos anima mea. [*] *vestra.*

31 In tantum vt vrbes vestras redigam in solitudinem, & deserta faciam sanctuaria vestra, nec recipiam vltra odorem suauissimum.

24 Quòd si ambulaueritis mecum cum casu. Hebraismus est, pro, si curaueritis, quæ a me vobis dantur, casu siue fortuna accedere, non à me. [illegible] 25 addam super vos plagam [illegible] peccata vestra [illegible] multiplicabo plagas vestras [illegible] 26 [illegible] 27 [illegible] 28 recipiam [illegible] 29 [illegible] 30 [illegible] 31 i. [illegible] 32 [illegible] 33 [illegible] 34 q.d. [illegible] 35 [illegible] 36 [illegible] 37 [illegible] 38 odorem quietis vestræ. [illegible] non placabor odoribus incensi a vobis

32 Disperdam

32 Disperdámque terram vestrã: & stupebunt super ea inimici vestri, cũ habitatores illius fuerint.

33 Vos autem dispergam in Gentes, & euaginabo post vos gladium, eritq; terra vestra deserta, & ciuitates vestræ dirutæ.

34 Tunc placebunt Terræ sabbatha sua cunctis diebus solitudinis suæ:

35 Quando fueritis in terra hostili, sabbathizabit. Et requiescet in sabbathis solitudinis suæ: eo quòd non requieuerit in sabbathis vestris quando habitabatis in ea.

36 Et qui de vobis remanserint, dabo pauorem in cordibus eorum in regionibus hostium, terrebit eos sonitus folii volantis, & ita fugient quasi gladium:

37 Cadent nullo persequente. Et corruent singuli super fratres suos quasi bella fugientes, nemo vestrum inimicis audebit resistere.

38 Peribitis inter Gentes, & hostilis vos terra consumet.

39 Quòd si & de iis aliqui remanserint, tabescẽt in iniquitatibus suis, in terra inimicorum suorum, & propter peccata patrum suorũ & sua affligẽtur:

Confessio peccati, & pro eodem oratio.

40 Donec confiteantur iniquitates suas, & maiorum suorum recordentur, quibus præuaricati sunt in me, & ambulauerunt ex aduerso mihi.

41 Ambulabo igitur & ego contra eos, & inducam illos in terram hostilem, donec erubescat incircumcisa mens eorum: tunc orabunt pro impietatibus suis.

G

42 Et recordabor fœderis mei quod pepigi cum Iacob, & Isaac, & Abraham:

Promissionis suæ memor Deus, parcit populo confitẽti peccatum.

43 Terræ quoque memor ero: Quæ cum relicta fuerit ab eis, complacebit sibi in sabbathis suis, patiens solitudinem propter illos: ipsi verò rogabunt pro peccatis suis, eo quod abiecerint iudicia mea, & leges meas despexerint.

44 Attamen etiam cum essent in terra hostili, non penitus abieci eos, neq; sic despexi vt consumerentur, & irritum facerent pactum meum cum eis: ego enim sum Dominus Deus eorum.

45 Et recordabor fœderis mei pristini, quando eduxi eos de Terra Ægypti in conspectu Gentium, vt essem Deus eorum. Ego Dominus Deus.

46 Hæc sunt iudicia atque præcepta & leges, quas dedit Dominus inter se & inter filios Israel in monte Sinai per manum Moysi.

32 *Redigam & terram in solitudinem, ita vt hostes vestri, qui eam incolent, super hac obstupescant.*

33 *Vos autem disiiciam in Gentes, distringamq; post vos gladium, & erit terra vestra vastata, & vrbes vestra deserta.*

34 *Tum tandem* [39] *fruetur terra sabbathis suis cunctis diebus desolationis suæ,*

35 *Quum vos eritis in terra hostium vestrorũ, tunc inquam terra quiescet, & sabbathis suis pro voto fruetur. Cunctis diebus desolationis quiescet, eo quòd nequiuerit in sabbathis vestris, quum habitaretis in ea.*

36 *Porrò qui ex vobis superstites fuerint, iis indam* [40] *animi consternationem in terra hostium suorum: persequeturq; eos strepitus folii* [41] *quod mouetur, & cum decurrerint fuga gladium,*

37 *Corruent nemine persequente. Impingent quisque in fratrem suũ acsi gladius adesset, cum tamen nemo persequetur, nec consistere poteritis coram hostibus vestris.*

38 *Et peribitis inter Gentes,* [42] *deuorabitq; vos terra hostium vestrorum.*

39 *Et si qui ex vobis residui fuerint, contabescent* [43] *in iniquitate sua, in terra hostium vestrorum, atq; in iniquitatibus patrum suorum cum eis contabescent.*

40 *Tum confitebuntur iniquitatem suam, & iniquitatem patrum suorum, in transgressione sua qua in me sunt præuaricati,* [44] *quodq; contumaciter aduersum me perrexerunt.*

41 [45] *Hinc & ego incedam cum eis aduersus, & inferam eos in terram hostium suorum,* [46] *vt vel tum cor illorum incircumcisum se submittat, & tum expiabunt iniquitatem suam.*

42 *Et recordabor fœderis mei cũ Iacob, & etiã fœderis mei cum Isaac, & fœderis mei cum Abrahami memor ero.*

43 *Etiam* [47] *terræ memor ero. Et terra desolata ab eis,* [48] *sabbathis suis fruetur, quum scilicet ipsis destituetur, tum expiabunt iniquitatem suam, quod iudicia mea spreuerint, & statuta mea* [49] *fastidierit anima illorum.*

44 [50] *Sed & hoc,* [51] *quum fuerint in terra hostium suorum non auersabor eos, neq; eos fastidiam, vt penitus consumere eos, aut fœdus meum cum eis irritum facere velim: ego enim sum Dominus Deus eorum.*

45 *Ego recordabor propter eos* [52] *pristini fœderis, quũ eduxi eos e terra Ægypti spectantibus Gentibus, vt essem* [53] *illorum Deus: ego Dominus.*

46 *Hæc sunt statuta, & iudicia, & leges, quas dedit Dominus inter se & inter filios Israel in monte Sinai, tradente Mose.*

39 adimplebit terra sabbatha sua. Hoc est, Tunc terra vestra fruetur quiete sua, toto illo tempore quo erit desolata, vobis habitantibus in terra inimicorum vestrorum.
40 mollitiem in corda eorum, reddam eos effœminatos & molles.
41 impulsi, & fugient fugam gladii. i. strepitus frondis agitatæ vento, coget eos tergiuersari perinde ac si hostis persequeretur illos.
42 his regione inimicorum vestrorum peribitis.
43 propter iniquitates suas, in terra hostiũ vestrorũ, & etiam propter iniquitates patrum suorum cum illis liquefient, vel, tabescent.
44 & etiã quod ambulauerint mecum in casu. Quod tribuere fortunæ ea quæ mihi tribuenda erant.
45 Heb. Etiam ego ambulabo vobiscum in casu aduersis. Duo autem inter Hebræos vertunt, Etiam (quod) ego ambulabo cum eis in casu. Et subaudiunt verbum, confitebuntur. i. confitebuntur etiam vna cum illis quod ego dimiserim illos propter peccata sua, quum permittam ea omnia fieri, et fortuito videantur geri.
46 aut tunc humiliabitur cor eorum incircumcisum & tunc æquo animo ferent pœnas, vnas debuit propter iniquitates suas. Ad verbum Hebraicè legitur postremi pars,

CAPVT XXVII.

A

De variis votis, & redemptione eorum Domino

LOcutusq; est Dominus ad Moysen dicens,

[1] 2 Loquere filiis Israel, & dices ad eos, Homo qui votum fecerit, & spoponderit [2] Deo animam suam, sub æstimatione dabit pretium.

3 Si fuerit masculus à vicesimo anno vsque ad sexagesimum annum, dabit quinquaginta siclos argenti ad mensuram sanctuarii:

4 Si mulier triginta.

5 A quinto autem anno vsque ad vicesimum, masculus dabit viginti siclos: fœmina decem.

6 Ab vno mense vsque ad annum quintũ, pro masculo dabuntur quinque sicli: pro fœmina tres.

1 *ET locutus est Dominus ad Mosen hisce verbis,*

2 *Loquere ad filios Israel, & dic ad eos,* [1] *Homo qui eximium aliquod votum nuncupaverit, animas soluet Domino, iuxta æstimationem tuam* [*fiat.*]

3 [2] *Erit autem hæc æstimatio tua, maris à vicesimo anno vsq; ad sexagesimum æstimatio tua sit quinquaginta siclorum argenti,* [3] *iuxta siclum sanctuarii.*

4 *Si vero fœmina fuerit sit æstimatio tua triginta sicli.*

5 [4] *Et si fuerit quinq; annorũ vsq; ad viginti annos, erit æstimatio tua, maris viginti sicli, fœmina decem sicli.*

6 *Ab eo vero qui est vnius mensis, vsque ad annos quinque, erit æstimatio tua pro mare quinque sicli argenti, pro fœmina æstimatio tua tres sicli argentei.*

L

& tunc amabunt iniquitatem suam, id est, non grauiter ferent pœnas [illegible] quam pro iniquitate ferent. Sunt qui, pro amabunt, legant, exsoluent pœnas propter iniquitatem suam. Alii, tunc rogabunt pro iniquitate [illegible] 47 vel, regionis. 48 perficiet sabbatha sua cum erit desolata propter eos: ipsi vero exsoluent pœnas propter iniquitatem [illegible] æquo animo ferent pœnas sibi à Deo immissas. Alii vertunt, vt vetus interpres, rogabunt pro peccatis suis. 49 Abominata est [illegible] quòd animus eorum abhorrueris à legibus meis. 50 vel, Et etiam illud. Subaudi, accidet. Hoc quoque continget. 51 quum essent in terra hostium suorum, non spreui eos, neque [illegible] sum eos vt illos consumerem, irritum facerem pactum meum cum eis. ego enim &c. Pro, consumerem, vertunt, interne [illegible] darem. 52 pacti [illegible] qui eduxi &c. i. pacti quod iniui cum maioribus illorum. 53 illis in Deum, vt haberent me [illegible]. CAP. XXVII. 1 Heb. [illegible] votum, iuxta æstimationem tuam [illegible] Domino [illegible] Votum [illegible] 3 vel, Si fuerit masculus, [illegible] pretium [illegible] quinquaginta &c. 3 [illegible] siclum sancti. Siclus sanctuarii valebat viginti obolos: propheticus vero decem tantum. 4 i. Si mas æstimatus fuerit quinque annos, & viginta & non excesserit, &c.

7 *Porrò qui est sexaginta annorum & supra, si fuerit masculus, erit æstimatio tua quindecim sicli, pro fœmina verò decem sicli.*

8 [1] *Quod si tenuior fuerit tua æstimatione, collocabit se coram sacerdote, & sacerdos æstimabit eum iuxta facultatem vouentis, sic æstimabit eum sacerdos.*

9 [6] *Si verò pecus fuerit de quo afferunt Domino munus, quicunque dederit ex eo Domino, sanctum sit.*

10 *Nec ipsum immutet, nec commutet, nec bonū malo, nec malū bono: quod si omnino animal in animali commutauerit, erit tam illud, quàm quod commutatum est eo, sacrum.*

11 [7] *Omne verò pecus immundum, de quo Domino sacrificium non offertur, collocet huiusmodi pecus coram sacerdote.*

12 *Quod sacerdos æstimet, siue bonum sit siue malū: iuxta æstimationem sacerdotis, sic erit.*

13 *Quod si omnino redimere velit ipsum, adiiciat quintam eius partem ad æstimationem.*

14 [8] *Si vero quis ipsam domum suam consecrauerit, vt consecratum sit Domino, hanc æstimabit sacerdos siue bona sit, siue mala: & vt eam sacerdos æstimauerit,* [9] *ita sit ratum.*

15 *Si verò is qui consecrauit domum, voluerit redimere eam, addat quintam partem* [10] *pecuniæ ad æstimationem,* [11] *& erit eius.*

16 *Si quis agrum possessionis suæ consecrauerit Domino,* [12] *æstimabitur ille iuxta sementem eius:* [13] *sementis homer hordei quinquaginta siclis argenteis.*

17 *Si ab anno iubilæo consecrauit agrum suum,* [14] *secundum æstimationem ratum erit.*

18 *Si vero post iubilæum consecrauerit agrum suum, supputabit* [15] *ei sacerdos pecuniam iuxta numerum annorum, qui adhuc restant vsque ad annum iubilæi, & subtrahetur ab ipsa æstimatione.*

19 *Quod si is qui consecrauit agrum, ipsum omnino redemerit, superaddat æstimato precio quintam partem, &* [16] *confirmabitur ei.*

20 *Et si non redemerit agrum, sed vendiderit eum alteri, non poterit eum amplius redimere.*

21 [17] *Sed erit ager ille, in anno iubilæo quum exiuerit liber, consecratus Domino, sicut ager qui omnino deuotus est, eritque possessio eius sacerdoti.*

22 *Et si quis agrum a se emptum, & qui non est ex agro possessionis suæ, consecrauerit Domino:*

23 [20] *Supputabit ei sacerdos summam æstimationis vsque ad annum iubilæum, dabitque ille æstimationem illo in die, vt consecrata est Domino.*

24 *In anno vero iubilæo reuertetur ager ad eum à quo ipse eum emit, ad eum inquam cuius est terra proprietas.*

25 [19] *Omnis verò taxatio fiat iuxta siclum sanctuarii. habet autem siclus viginti* [26] *gera.*

26 [?] *At primogenitum, quod ex pecoribus iure primogenitorum natum est Domino, non potest quispiam illud consecrare, siue bos sit siue pecus: Domini est.*

27 *Si vero* [22] *fuerit ex animali immundo, redimet* [23] *iuxta æstimationem tuam, & addat super illud quintam eius partem: & si non redemptum fuerit, vendatur iuxta æstimationem tuam.*

7 Sexagenarius & vltrà masculus dabit quindecim siclos: fœmina decem.

8 Si pauper fuerit, & æstimationem reddere nō valebit, stabit coram sacerdote: & quantum ille æstimauerit, & viderit eū posse reddere, tantū dabit.

9 Animal autem quod immolari potest Domino, si quis vouerit *, sanctum erit. * Domino

10 Et mutari non poterit, id est, nec melius malo, nec peius bono. quod si mutauerit: & ipsum quod mutatum est, & illud pro quo mutatum est, consecratum erit Domino. B

11 Animal * immundum quod immolari Domino non potest, si quis vouerit, adducetur ante sacerdotem: * autem

12 Qui diiudicans vtrum bonum an malum sit, statuet precium.

13 Quod si dare voluerit is qui offert, addet super æstimationem quintam partem.

14 Homo si vouerit domum suam, & sanctificauerit Domino, considerabit eam sacerdos vtrum bona an mala sit, & iuxta precium quod ab eo fuerit constitutum, venundabitur.

15 Sin autem ille qui vouerat, voluerit redimere eam, dabit quintam partem æstimationis suprà, & habebit domum.

16 Quod si agrum possessionis suæ vouerit, & consecrauerit Domino iuxta mensuram sementis æstimabitur precium. si triginta modiis hordei seritur terra, quinquaginta siclis venundetur argēti.

17 Si statim ab anno incipientis iubilæi vouerit agrum, quanto valere potest, tanto æstimabitur.

18 Sin autem post aliquātum temporis: supputabit sacerdos pecuniām iuxta annorum qui reliqui sunt numerum vsque ad iubilæum, & detrahetur ex precio. C

19 Quod si voluerit redimere agrum ille qui vouerit, addet quintam partem æstimatæ pecuniæ, & possidebit [?] eam. [?] eum. (scilicet agrum.)

20 Sin autem noluerit redimere, sed alteri cuilibet fuerit venundatus, vltra eum qui vouerat redimere non poterit:

21 Quia cum iubilæi venerit dies, sanctificatus erit Domino, & possessio consecrata ad ius pertinet sacerdotum.

22 Si ager emptus est, & non de possessione maiorum sanctificatus fuerit Domino:

23 Supputabit sacerdos iuxta annorum numerum vsque ad iubilæum, precium: & dabit ille qui vouerat eum Domino.

24 In iubileo autem reuertetur ad priorem Dominum qui vendiderat eum, & habuerat in sorte possessionis suæ.

25 Omnis æstimatio siclo sanctuarii ponderabitur. Siclus viginti obolos habet. Siclus.

26 Primogenita quæ ad [?] Deum [?] pertinent, nemo sanctificare poterit & vouere, siue bos siue ouis fuerit: Domini sunt. Exod 13.b Num. 3.g Ezec 44.d D

27 Quod si immundum est animal, redimet qui obtulit iuxta æstimationem [?] suam, & addet quintam partem precii si redimere noluerit, vendetur alteri quantumcunque fuerit ante æstimatum. [?] Domino eam. [?] tuam.

28 Omne

5 Quòd si egentior fuerit quàm vt æstimationem tuam persoluere possit, tunc exstabit eum coram sacerdote, & æstimabit illū sacerdos secundū quod apprehenderit manus vouentis [illegible] sacerdos. Personæ sæpè mutantur ab Hebræis, [illegible] frequēter ponitur, [illegible] sacerdos [illegible] personam. [illegible] persoluere potest.

6 Quòd si animal fuerit [illegible] genere solet sacrificare [illegible] omne [illegible] dabit de eo Domino, sanctum erit, vel sacrabitur. &c.

7 vel, Quod si quamlibet bestiam immundi vouerit, de qua non solet offerre Domino oblationē: tunc statuet bestiam coram sacerdote, & æstimabit eam sacerdos, siue bona sit, siue mala: (id est, qualis qualis sit) secundum æstimationem tuam, ò sacerdos, sic erit. (i. persoluet precium quod constitueris.) Quod si redimere voluerit alli addet quintam eius partem vltra precium quod constitueris.

8 Heb. Cum quis sanctificauerit domū suā sanctitatem Domino. i. Cum quis consecrauerit domū suā Domino.

9 Heb. sic erit stabit vel vendetur. [illegible] precii tui vltra illud [illegible] precii à te constituti vltra illud precium.

11 vel, & illam recipiet 12 æstimabit illum secundum sementem eius. i. iuxta fertilitatem eius agri, ponet precium, ut habebit rationem & bonitatis eius & quantitatis. 13 [illegible] quinquaginta siclis argenteis æstimabitur totus [illegible]. Hoc est, pro singulis [illegible] quinquaginta siclis argenteos. Gomer, siue Homer, idem est quod corus. Habet autem corus decem mensuras ephi, quæ [illegible] 14 [illegible] i. ratum erit, iuxta precium à te constitutum, [illegible] ille ad eum [illegible] 16 [illegible] agrum suum. 17 Sed erit ager ille [illegible] iubilæi, vt ager anathematis [illegible] Cum ager ille egreditur de possessione emptoris in anno iubilæo, [illegible] ager [illegible] sacerdotis [illegible] 18 [illegible] sacerdos [illegible] vsque ad annum iubileum, & dabit [illegible] Domino. Per appositionem [illegible] quidem precium [illegible] Domini [illegible] 19 Omnis autem æstimatio [illegible] ad rationem sicli sanctuarii. 20 vox Hebræa, quam nonnulli obolum interpretantur. 21 Veruntamen primogenita quæ iure primogeniorum pertinent ad Dominum [illegible] Nemo potest votum nuncupare Deo è primogenitis, quod ipsius sint. 22 subiectum. 23 vel, iuxta precium à te constitutum [illegible] addet quintam partem eius vltra illud, quod si non redimetur, vendetur iuxta precium à te impositum.

28 Omne quod Domino consecratur, siue homo fuerit, siue animal, siue ager, non veniet, nec redimi poterit quicquid semel fuerit consecratum, sanctum sanctorum erit Domino.

Anathema neque vendi, neque redimi potest.

29 Et omnis consecratio quæ offertur ab homine, non redimetur, sed morte morietur.

Iof. 6. c. d

30 Omnes decimæ terræ [a] siue de pomis arborum siue de frugibus, Domini sunt, & illi sanctificantur.

[a] *siue de frugibus siue de pomis arborum.*

31 Siquis autem voluerit redimere decimas suas addet quintam partem earum.

32 Omnium decimarum bouis & ouis & capræ, quæ sub pastoris virga transeunt, quicquid decimum venerit, sanctificabitur Domino.

33 Non eligetur nec bonum nec malum, nec altero commutabitur si quis mutauerit: & quod mutatum est, & pro quo mutatum est sanctificabitur Domino, & non redimetur.

34 Hæc sunt præcepta quæ mandauit Dominus Moysi ad filios Israel in monte Sinai.

28 Veruntamen nullum [24] herem (quod quispiam Domino deuouerit ex omnibus quæ habet ab homine ad iumentum usque & ad agrum possessionis suæ) vendi potest, nec etiam redimi: nam omne herem sacrosanctum est Domino.

29 Nullum herem quod deuotum est ab homine, redimatur, sed omnino interficiatur.

30 Omnis decima terræ, quæ fit de semine terræ, aut de fructu arborum, Domini est, & consecrata Domino.

31 Quod si quispiam omnino redimere aliquid voluerit ex decima sua, superaddat illis quintam eorum [25] partem.

32 Et omnis decima armenti & gregis, & omnium quæ sub [26] virga transeunt, decimum quodque consecratum erit Domino.

33 [27] Ne discernat inter bonum & malum, nec commutet ipsum: quod si omnino commutauerit ipsum, erit tam hoc quam illud quo commutatum est, consecratum Domino, nec redimi poterit.

34 Hæc sunt præcepta quæ mandauit Dominus Mosi ad filios Israel in monte Sinai.

24 Vox Hebræa HAHREM, pro qua (anathema) vertunt omnes, locum habebat quum et pacto internecionis hostium, aut ex conditione euersionis alicuius vrbis, hominis, aut spolia deuouebantur. Iren. Num. 21. Iudic. 21. Iosue 6. Deut. 13. HAHREM deducitur ab HARAM, i. occidit, euertit, destruxit. Hoc enim votum fere concipiebatur ab Israelitis sub internecionis vel euersionis conditione, vt Si Ammonitas [...]

[...] altero, eum qui mihi primus occurrerit, tibi offeram in holocaustum. Lege Iosue 6. 25 Addendum ex Hebræo, vltra eam, id est, vltra partem illius decimæ. 26 sub pastoris, id est, quæ reguntur & custodiuntur a pastoribus. 27 id est, Non fiet discrimen inter pingue & macilentum: non eliget qui curat decimam: sed quod forte contigerit, dabit. 28 vel, pro filiis Israel, id est, vt illa exponeret filiis Israel.

LIBER NVMERI, HEBR. Vaiedabber.

[a] Quartum hunc librum Mosis Græci inscripserunt Ἀριθμοὺς, Latini Numeros, quod in ipso libro fiunt Moses & Aaron ineunt numerum populi Israelitici, sique tribuum. Hebræi vero (vt superioribus tribus libris), ita hunc quoque a prima dictione imposuerunt nomen VAIEDABBER, id est, Locutus est autem.

CAPVT I.

A 1 Loquutusque est Dominus ad Mosen in deserto Sinai in tabernaculo fœderis, prima die mensis secundi, anno altero egressionis eorum ex Ægypto, dicens.

2 Tollite summam vniuersæ congregationis filiorum Israel per cognationes & domos suas,

Num. 26. b
Iubentur numerari ad pugnam apti.
[a] cos (masc. gen.)

3 Et nomina singulorum, quicquid sexus est masculini A vicesimo anno & supra, omnium virorum fortium ex Israel, & numerabitis [a] eas per turmas suas tu & Aaron.

4 Eruntque vobiscum principes tribuum ac domorum in cognationibus suis,

5 Quorum ista sunt nomina, De tribu Ruben, Elisur filius Sedeur.

6 De tribu Simeon, Salamiel filius Surisaddai.

B 7 De tribu Iuda, Nahasson filius Aminadab.

8 De tribu Issachar, Nathanael filius Suar.

9 De tribu Zabulon, Eliab filius Helon.

10 Filiorum autem Ioseph, de tribu Ephraim, Elisama filius Ammiud, de tribu Manasse, Gamaliel filius Phadassur.

11 De tribu Beniamin, Abidam filius Gedeonis.

12 De tribu Dan, Ahiezer filius Ammisaddai.

13 De tribu Aser, Phegiel filius Ochran.

14 De tribu Gad, Eliasaph filius Duel.

15 De tribu Nephthali, Ahira filius Enan.

16 Hi nobilissimi principes multitudinis per tribus & cognationes suas, & capita exercitus Israel.

17 Quos tulerunt Moyses & Aaron cum omni vulgi multitudine.

18 Et congregauerunt primo die mensis secundi, recensentes eos per cognationes & domos ac fa-

1 Et [1] loquutus est Dominus [2] ad Mosen [3] in deserto Sinai [4] in tentorio constitutionis, [5] in prima [die] mensis secundi, in anno secundo postea quam egressi essent e terra Ægypti in hanc sententiam.

2 [1] Agite censum vniuersi cœtus filiorum Israel [6] iuxta familias suas, iuxta domum patrum suorum [...]

3 [7] Cum numero nominum, omnes mares (sive eos) iuxta capita sua [...] tu & Aharon [...] apti delectum per exercitus suos, eorum qui viginti sunt annorum, & supra, quicunque [...] apti sunt ad militiam in Israele.

4 [...] Erunt [...] vobiscum viri de singulis tribubus, quorum quisque caput sit domus patrum suorum.

5 Et hæc sunt nomina virorum qui stabunt vobiscum.

6 [11] De [tribu] Ruben, Elitzur filius Sedeur. De Simeon, Schelumiel filius Zuri-schaddai.

7 De Iehuda, Nahason filius Amminadab.

8 De Issachar, Nathanael filius Zuar.

9 De Zebulon, Eliab filius Helon.

10 De filiis Ioseph de Ephraim, Elischama filius Ammihud. De Manasse, Gamaliel filius Pedatzur.

11 De Beniamin, Abidan filius Gidhoni.

12 De Dan, Ahiezer filius Ammischadai.

13 De Aser, Pagiel filius Achran.

14 De Gad, Eliasaph filius Dehuel.

15 De Naphtali, Ahira filius Enan.

16 [13] Hi magni nominis erant in cœtu, principes tribuum patrum suorum, capita [nempe] tribuum millium in Israel.

17 [14] Viros istos, qui nominibus suis diserte expressi sunt, acceptos,

18 Moses & Aharon & vniuersum cœtum conuocari iusserunt in primo [die] mensis secundi. Et professi sunt

CAP. I.
1 Locutus est & Dominus. Litera Hebraica Vau, pro qua interpretes vertunt (QVE coniunctiue) in hoc loco non computat sed tantum [...] futurum in præteritum. 2 [...] quod [...] 3 in tentorio [...] Vel potius de tabernaculo conuentus. 4 Secundi mensis Hebræorum respondet nostro Aprili & primus Maius. 5 Caput summi Vox Hebræa ROS, [...] hic summam [...] numerorum [...] Chaldæus [...] vertit numerum. 6 vel, per cognationes eorum 7 iuxta numerum nominum Chal. [...] FILIVM [...] numerum nominum. 8 i. per singula capita: hos [...] vestrum 9 numerate eos per turmas suas

ab iis qui &c. 10 Heb. egredi possunt ad bellum 11 i. iuxta numerum tribuum accipietis viros qui sint primores in domo paterna. 12 Subaudiendum (tribus) i. d. De tribu Ruben, subaudi (obtigerunt) Elisur i. Elisur præerit tribui Ruben. In sequentibus similiter, ablatiuus (tribu) non legitur in codicibus Hebræis. Notandum autem ex hoc loco, & aliis, Hebræos cognominis loco vti vocabulo FILIVS & patris nomine: Elisur filius Sedeur. Vel dic, nomen est, nomen patris cum nomine FILIVS, vsurpatum, vim habere nominis patronymici, quo genere loquendi vtuntur & Vualli inter Britannos. 13 Hi sunt nobilissimi (vel, famosi) cœtus congregationis, principes tribuum patrum suorum summi duces (vel, primates) sunt millium Israel. &c. i. duces sunt populi Israelitici qui constat multis millibus 14 Viris istis qui numerati (vel, declarati) sunt per nomina sua. Chaldæus, paraph. vertit, qui expressi sunt nominibus suis. i. quorum nomina iam dicta & expressa sunt.

14 Heb. iuxta numerum nominum, i. quibus parentibus orti essent, expresserunt, de illa antes de qua familia & tribu essent. Illud enim, Per cognationes &c. declarat qd per natales intelligeret.
16 vel, capitatim.
17 filios vocat nepotes.
18 per capita sua. i. quotquot fuerant nominati, computando singula capita.
19 Heb. quotquot egredi (vel, prodire) poterant ad bellum. i. quotquot obire poterant militiam, & gestare arma.
20 Heb. numerati eorum in tribu Ruben fuerunt &c. Est autem Hebraismus pro, qui in tribu Ruben numerati fuerunt, quadraginta &c. Sic Hebraice legitur in sequentibus tribubus ante numerum singularum.
21 Heb. qui numerati sunt.
22 numerati inquam eorum.

23 Heb. Isti sunt numerati quos recensuit Moses & Aaron, & principes [illegible], eandem suam numerum tribuum [illegible] per familias [illegible] singulorum [illegible] tribuum [illegible]

natales suos per familias suas, & per domos patrum suo-
rum,[15] iuxta nomina ab his qui nati erant viginti an-
nos & supra,[16] iuxta capita sua.
19 *Quemadmodum praecepit Dominus Mosi, sic re-*
censuit eos in deserto Sinai.
20 *Fuerunt itaq;[17] filii Ruben primogeniti Israelis,*
per generationes suas, & per familias suas, perq; domos
patrum suorũ, iuxta numerum nominum,[18] iuxtaq; capita
sua omnes mares ab eo qui viginti annos natus erat &
supra,[19] quicunq; ad bellum apti erant,[20] census inquã
eorum qui de tribu erant Ruben, fuit
21 *Quadraginta sex millia & quingenti.*
22 *De filiis Simeon per generationes suas, per familias*
suas, atq; per domos patrũ suorum,[21] census eorũ iuxta
numerũ nominum, iuxtaq; capita sua, omnes mares ab eo
qui viginti erat annorũ & supra, quicunq; bello apti e-
rãt,[22] census inquã eorũ qui erãt e tribu Simeonis, fuit
23 *Quinquaginta nouem millia, & trecenti.*
24 *De filiis Gad per generationes suas, per familias*
suas, atq; per domos patrum suorũ, iuxta numerũ nomi-
nũ, ab his qui viginti erant annorũ & supra, quicunq; e-
rant ad militia apti,[22] census inquam eorum qui erant
de tribu Gad fuit
25 *Quadraginta quinque millia, sexcenti, & quin-*
quaginta.
26 *De filiis Iehuda per generationes suas, & per fa-*
milias suas, atque per domos patrum suorum, iuxta nu-
merum nominum, ab his qui viginti annos nati erant &
supra, omnes qui ad bellum apti erant,
27 *[22] Census inquam eorum, qui erant de tribu Ie-*
huda, fuit septuaginta quatuor millia, & sexcenti.
28 *De filiis Isaschar per generationes suas, & per fa-*
milias suas, atque per domos patrum suorum, iuxta nu-
merum nominum, ab his qui viginti erant annorum &
supra, quicunque ad bellum erant idonei,
29 *[22] Census inquam eorum qui erant e tribu Isas-*
char, fuit quinquaginta quatuor millia, & quadringẽti.
30 *De filiis Zebulon per generationes suas, per fami-*
lias suas, & per domos patrum suorũ, iuxta numerũ no-
minum, ab his qui viginti erant annorum & supra, qui-
cunque apti erant bello,[22] census inquam eorum qui e-
rant e tribu Zebulon fuit
31 *Quinquaginta septem millia, & quadringenti.*
32 *De filiis Ioseph, nempe de filiis Ephraim per gene-*
rationes suas, & familias suas atque per domos patrum
suorum, iuxta numerum nominum, ab his qui viginti erant
annorum & supra, omnes qui bello apti erant,[22] Census
inquam eorum qui erant e tribu Ephraim, fuit
33 *Quadraginta millia, & quingenti.*
34 *De filiis Manasse per generationes suas, & per fa-*
milias suas atque domos patrum suorũ, iuxta numerũ no-
minũ ab his qui viginti erãt annorũ & supra, omnes bel-
lo apti,[22] census inquã eorũ qui erant e tribu Manasse,
35 *Triginta duo millia, & ducenti.*
36 *De filiis Beniamin per generationes suas, per fami-*
lias suas, atque per domos patrũ suorum, iuxta numerum
nominum, ab his qui viginti erant annorum & supra,
quicunque ad bellum erant idonei,[22] census inquam eo-
rum qui erant e tribu Beniamin,
37 *Triginta quinque millia, & quadringenti.*
38 *De filiis Dan per generationes suas, per familias*
suas, atque per domos patrum suorum, iuxta numerum no-
minum, ab his qui viginti erant annorum & supra qui-
cunque apti erant ad bellum,[22] census inquam eorum qui
erant e tribu Dan,
39 *Sexaginta duo millia, & septingenti.*
40 *De filiis Aser per generationes suas, per familias*
suas, atque per domos patrum suorum, iuxta numerũ no-
minum, ab his qui viginti erant annorum & supra, om-
nes qui ad bella erant apti,[22] census inquam eorum qui erant de tribu Aser, 41 *Quadraginta millia mille, & quin-*
genti. 42 *De filiis Nephthali per generationes suas, per familias suas, & per domos patrum suorum, iuxta nume-*
rum nominum, ab his qui viginti erant annorum & supra, omnes bello apti,[22] census inquam eorum qui erant e tri-
bu Nephthali, 43 *Quinquaginta tria millia, & quadringenti.* 44 *[23] Iste est census quẽ egit Moses & Aaron cũ*

millias & capita & nomina singulorum à vicesimo
anno & supra.
19 Sicut præceperat Dominus Moysi, numera- C
tiq; sunt in deserto Sinai.
20 De Ruben primogenito Israelis per genera-
tiones & familias ac domos suas, & nomina capi-
tum singulorum, omne quod sexus est masculini à
vicesimo anno & suprà, procedentium ad bellum,
21 Quadraginta sex millia quingenti.
22 De filiis Simeõ per generationes[*] & familias *suas
ac domos cognationũ suarũ recensiti per nomina &
capita singulorũ, omne quod sexus est masculini à
vicesimo anno & suprà, procedentium ad bellum,
23 Quinquaginta millia trecenti.
24 De filiis Gad per generationes[*] & familias *suas.
ac domos cognationum suarum recensiti sunt per
nomina singulorũ à viginti annis & suprà, omnes
qui ad bella procederent,
25 Quadraginta quinque millia sexcenti quin-
quaginta.
26 De filiis Iuda per generationes & familias ac D
domos cognationum suarum, per nomina singu-
lorum à vicesimo anno & suprà, omnes qui pote-
rant ad bella procedere,
27 Recensiti sunt septuaginta quatuor millia
sexcenti.
28 De filiis Issachar per generationes & fami-
lias ac domos cognationũ suarũ, per nomina sin-
gulorum à vicesimo anno & suprà, omnes qui ad
bella procederent,
29 Recensiti sunt quinquaginta quatuor millia
quadringenti.
30 De filiis Zabûlon per generationes & fami-
lias ac domos cognationum suarum recensiti sunt
per nomina singulorum à vicesimo anno & suprà,
omnes qui poterant ad bella procedere,
31 Quinquaginta septem millia quadringenti.
32 De filiis Ioseph filiorũ Ephraim per genera-
tiones & familias ac domos cognationũ suarũ re- E
censiti sunt per nomina singulorum à vicesimo an-
no & suprà, omnes qui poterãt ad bella procedere,
33 Quadraginta millia quingenti.
34 Porrò filiorum Manasse per generationes &
familias ac domos cognationum suarum recensiti
sunt per nomina singulorum à viginti annis & su-
prà, omnes qui poterant ad bella procedere,
35 Triginta duo millia ducenti.
36 De filiis Ben-iamin per generationes & fa-
milias ac domos cognationum suarum recensiti
sunt nominibus singulorũ à vicesimo anno & su-
prà, omnes qui poterant ad bella procedere,
37 Triginta quinque millia quadringenti.
38 De filiis Dan per generationes & familias ac
domos cognationum suarum recensiti sunt nomi-
nibus singulorũ à vicesimo anno & suprà, omnes
qui poterant ad bella procedere,
39 Sexaginta duo millia septingenti. F
40 De filiis Aser per generationes & familias
ac domos cognationum suarum recensiti sunt per
nomina singulorum à vicesimo anno & suprà, o-
mnes qui poterant ad bella procedere,
41 Quadraginta millia & mille quingenti.
42 De filiis Nephthali per generationes & fa-
milias ac domos cognationum suarum recensiti
sunt nominibus singulorũ à vicesimo anno & su-
prà, omnes qui poterant ad bella procedere,
43 Quinquaginta tria millia quadringenti.
44 Hi sunt quos numerauerũt Moyses & Aaron
& duo-

& duodecim principes Israel, singulos per domos cognationum suarum.

45 Fueruntq; omnis numerus filiorum Israel per domos & familias suas à vicesimo anno & supra, qui poterant ad bella procedere,

46 Sexcenta millia virorum quingenti quinquaginta.

G 47 Leuitæ autem in tribubus familiarum suarum non sunt numerati cum eis.

Tribus Leui constituta super tabernaculum.

48 Locutúsq; est Dominus ad Moysen, dicens,

49 Tribū Leui noli numerare, neq; pones summam eorum cum filiis Israel.

50 Sed constitue eos super tabernaculum testimonii & cuncta vasa eius, & quicquid ad ceremonias pertinet. ipsi portabunt tabernaculum & omnia vtensilia eius: & erunt in ministerio, ac per gyrum tabernaculi metabuntur.

51 Cum proficiscendum fuerit, deponent Leuitæ tabernaculum: cum castrametandum, erigent. quisquis externorum accesserit, occidetur.

52 Metabuntur autem castra filii Israel vnusquisq; per turmas & cuneos atq; exercitum suum.

53 Porro Leuitæ per gyrum tabernaculi figent tentoria, ne fiat indignatio super multitudinem filiorum Israel, & excubabunt in custodiis tabernaculi testimonii.

54 Fecerunt ergo filii Israel iuxta omnia, quæ præceperat Dominus Moysi.

principibus Israel, viris scilicet duodecim, qui i domo patrum suorum [singuli erant.]

45 Fuerunt autem omnes [24] censi[?] ex filiis Israel iuxta domos patrum suorum, ex his qui viginti annos & supra nati, & qui ex Israele ad bellum apti erant, omnes singulatim[?] [24] censi.

46 Sexcenta millia, atq; triginta millia, quingenti & quinquaginta.

47 Leuitæ verò iuxta tribum patrum suorum, inter illos non sunt [25] censi.

48 Locutus [enim] erat Dominus ad Mosen in hanc sententiam,

49 Verumtamen tribum Leui non [26] censebis, & illorum ne agas censum inter filios Israel.

50 Sed præficies Leuitas [27] tabernaculo testimonii, & omnibus [28] instrumentis eius, & omnibus quæ in eo sunt, portabunt arcam & omnia instrumenta eius, & in eo ministrabunt, & circa tabernaculum [27] manebunt.

51 Et quum tabernaculum transferendum erit, [29] deponent Leuitæ illud: cumq; figendum erit tabernaculum, Leuitæ erigent ipsum: si [31] alienus quisquam accesserit, interficiatur.

52 Mansiones autem facient filii Israel vnusquisque [31] in turmas suas, & quisque sub vexillo suo per exercitus suos.

53 Leuitæ verò castra [sua] ponent circum [27] tabernaculum testimonii, ne [33] indignatio veniat super [34] cœtum filiorum Israel. excubabunt itaq; Leuitæ in custodia tabernaculi testimonii. 54 Et fecerunt filii Israel iuxta omnia quæ præcepit Dominus Mosi, [sic inquam] fecerunt.

CAPVT II.

A [1] LOcutúsq; est Dominus ad Moysen & Aaron, dicens,

Quo ordine processerint Israelitæ, & nomina ducum eorum.

2 Singuli per turmas, signa atque vexilla & domos cognationum suarum castrametabuntur [1] filiorum Israel per gyrum tabernaculi fœderis.

[1] *filii*

3 Ad Orientem Iudas figet tentoria per turmas exercitus sui: eritq; princeps filiorū eius Nahasson filius Aminadab.

4 Et omnis de stirpe eius summa pugnantium, septuaginta quatuor millia [2] sexcentorum.

[2] *sexcenti.*

5 Iuxta eum castrametati sunt de tribu Issachar, quorum princeps fuit Nathanael filius Suar.

6 Et omnis numerus pugnatorum eius quinquaginta quatuor millia quadringenti.

7 In tribu Zabulon princeps fuit Eliab filius Helō.

8 Omnisque de stirpe eius exercitus pugnatorū, quinquaginta septem millia quadringenti.

9 Vniuersi qui in castris Iudæ annumerati sunt, fuerunt centum octoginta sex millia quadringenti: & per turmas suas primi egredientur.

B 10 In castris filiorum Ruben ad Meridianam plagam erit princeps Elisur filius Sedeur.

11 Et cunctus exercitus pugnatorum eius qui numerati sunt, quadraginta sex millia quingenti.

12 Iuxta eū castrametati sunt de tribu Simeon: quorum princeps fuit Salamiel filius Surisaddai.

13 Et cunctus exercitus pugnatorum eius qui numerati sunt, quinquaginta nouem millia trecenti.

14 In tribu Gad princeps fuit Eliasaph filius Duel.

15 Et cunctus exercitus pugnatorū eius qui numerati sunt, quadraginta quinque millia sexcenti quinquaginta.

16 Omnes qui recensiti sunt in castris Ruben, centum quinquaginta millia & mille quadringenti quinquaginta per turmas suas, in secundo loco proficiscentur.

[1] LOquutusq; est Dominus ad Mosen & Aharonem in hanc sententiam,

2 Quisque ex filiis Israel castra figat sub vexillo suo, & sub signis domus patrum suorum, [1] è regione [1] circumcirca [?] constitutionis castra figant.

3 Ponent autem castra Orientem versus ad exorientem solem, qui sunt sub vexillo castrorum Iehuda per exercitus suos: & princeps filiorum Iehuda [2] fuit Nahason filius Aminadab.

4 Exercitus autem eius, [3] & census eorum, septuaginta quatuor millia & sexcenti.

5 Iuxta hunc castra ponēt, qui sunt de tribu Issachar: fuitq; princeps filiorū Issachar Nathanael filius Zuar.

6 Exercitus eius [3] atque census eius, quinquaginta quatuor millia & quadringenti.

7 [4] Tribus Zebulun: & princeps filiorum Zebulon, Eliab filius Helon.

8 Porro exercitus eius [5] & census eius, quinquaginta septem millia, & quadringenti.

9 Vniuersi autem censi castrorum Iehuda, centum millia, octoginta millia, & sex millia atq; quadringenti, per exercitus suos: & primi ipsi proficiscentur.

10 Vexillum castrorum Ruben versus Austrum per exercitus suos: princeps autem filiorum Ruben [6] fuit Elizur filius Zedeur.

11 Porrò exercitus eius & [6] census eius quadraginta sex millia & quingenti.

12 Et iuxta eum castrametabuntur tribus Simeon: princeps vero filiorum Simeon Selamiel, filius Zuri-sadai.

13 Porrò exercitus eius & census eorum, quinquaginta nouem millia atque trecenti.

14 [7] Tribus quoque Gad: & princeps filiorum Gad fuit Eliasaph filius Rehuel.

15 Porrò exercitus eius & census eorum quadraginta quinq; millia, sexcenti & quinquaginta.

16 Vniuersi qui [8] censi sunt ex castris Ruben, centum millia atque quinquaginta quinq; millia, mille & quadringenti quinquaginta per exercitus suos & hi secundo loco proficiscentur.

24 numerati. 25 numerati, i. non comprehenduntur in numero prædicto. 26 numerabis, & illorum summam non capies in medio filiorum Israel. 27 Tabernaculum testimonii vocat, quod in eo erat arca, in qua erant tabulæ testimonii in quibus decem præcepta erant scripta, quibus testatur Deus suam voluntatem Israelitis, quibus ... facere vellet. 28 Instrumenta hic vasa vocat omnem supellectilem. 29 vel, castra sua figent. 30 dissoluent illud: quum verò consistet tabernaculum, cum terra illud Leuitæ. ... est, quum tabernaculo erit ... Leuitæ resoluent illud in partes quibus componitur: cum autem morabitur in loco vno, tunc Leuitæ constituent & erigent illud. 31 Alienos, siue externos vocat omnes, qui de tribu Leui non erant, ... alias, qui ... tribu Leui propius accesserit ad diruendum, aut rursum erigendum tabernaculum, interficietur iuxta sententiam iudicum. 32 vel, in exercitu suo. 33 sub Dei. 34 vel, al: quem ex congregatione.

CAP. II.

1 Heb. ... i. non ita prope tabernaculum ... alienum, ... quidam volunt, ... a eit. 3 & numerati eorum ..., & numerus exercitus eorum erat, &c. 4 Subauditur, (adiungetur tribus Iudæ & tribus Issachar) tribus Zabulon. princepsq; filiorum Zebulun erit, &c.

L 3

vexilla sequebantur duodecim tribus tres tribus vnum vexillum sequebantur. Tantum ... quatuor erant vexilla primaria ... minora verò penè innumera. Aben Ezra ... Hebræi ... in tribu Ruben ... in tribu Ephraim ... 5 & numerati eius, erant ... & census eorum qui numerati erant in castris. Vel, & numerus exercitus eorum, erat &c. 6 recensiti. 7 ... adiungetur tribui Ruben. 8 numerati.

9 fœderis (siue conuentus) proficiscetur ... castra Leuitarum, in medio castrorum: quemadmodum figent tentoria ita proficiscentur, singuli suo ordine secundum vexilla sua. Quasi dicat: Mox locum mutauit tentorium fœderis. 10 tum me deserens tabernaculum, castra ... Leuitarum, quæ inter quatuor vexilla filiorum Israel proficiscentur. ... 13 ... tribus Nephthali hæret tentoriis iuxta tribum Aser. 14 vel, per vexilla sua. Scilicet minora, & particula ... erant enim (vt dictum est) quatuor tantum vexilla primaria: minora vero pene innumera. Ideo dicit, per vexilla sua, sequendo scilicet particularia. 15 Isti sunt numerati filiorum Israel per domos patrum suorum, omnes numerati, qui erant in castris per exercitus suos, erant &c. 16 ... qui ... fuerunt ad militiam per familias paternas. 16 fuerunt numerati. 17 vel, prorsus vt præceperat. Gallice, Tout ainsi qu'auoit commandé &c.

17 *Tentorium verò [9] constitutionis proficiscetur cum turba Leuitarum in medio castrorum: & sicut castrametantur, sic etiam proficiscantur, vnusquisque in loco suo sub vexillo suo.*

18 *Vexillum castrorum Ephraim cum exercitibus suis ad Occidentem [castrametetur:] & princeps filiorum Ephraim, Elischama filius Amihud.*

19 *Exercitus eius & [10] census eorum, quadraginta millia & quingenti.*

20 *Iuxta hunc erit tribus Manasse: & princeps filiorum Manasse, Gamaliel filius Pedazur.*

21 *Exercitus eius & census eorum triginta duo millia & ducenti.*

22 *[11] Tribus quoque Beniamin: & princeps filiorum Beniamin, Abidan filius Gideonis.*

23 *Exercitus eius & census eorum, triginta quinque millia & quadringenti.*

24 *Vniuersi qui [10] censi sunt e castris Ephraim, centum millia & octo millia, atque centum, per exercitus suos: & hi tertio loco proficiscentur.*

25 *Vexillum verò castrorum Dan cum exercitibus suis Aquilonem [tenebit:] [12] fuitque princeps filiorum Dan Ahiezer filius Ammi-sadai.*

26 *Exercitus eius & census eorum, sexaginta duo millia & septingenti.*

27 *Iuxta eum castrametabuntur tribus Aser: & princeps filiorum Aser, Pagiel filius Achran.*

28 *Exercitus eius & census eorum, quadraginta vnum millia & quingenti.*

29 *[13] Tribus quoque Naphthali: & princeps filiorum Naphthali, Ahira filius Enan.*

30 *Et exercitus eius atque census eorum, quinquaginta tria millia & quadringenti.*

31 *Vniuersi qui [10] censi sunt è castris Dan, centum millia & quinquaginta septem millia & sexcenti. & postremo loco proficiscentur [14] cum vexillis suis.*

32 *[15] Hic est census filiorum Israel iuxta domos patrum suorum, vniuersi scilicet qui censi sunt castrametantes iuxta exercitus suos, sexcenta millia, tria millia, quingenti & quinquaginta.*

33 *Leuitæ verò non [16] sunt censi inter filios Israel, sicut præceperat Dominus Mosi.*

34 *Et fecerunt filii Israel [17] iuxta omnia quæ mandauerat Dominus Mosi. sic inquam castra fixerunt cum vexillis suis, & sic profecti sunt iuxta familias suas, & iuxta domos patrum suorum.*

17 Leuabitur autem tabernaculum testimonii per officia Leuitarum & turmas eorum. quomodo erigetur, ita & deponetur. Singuli per loca & ordines suos proficiscentur. C

18 Ad Occidentalem plagam erunt castra filiorum Ephraim, quorum princeps fuit Elisama filius Ammiud.

19 Cunctus exercitus pugnatorum eius, qui numerati sunt, quadraginta millia quingenti.

20 Et cum eis tribus filiorum Manasse, quorum princeps fuit Gamaliel filius Phadassur.

21 Cunctusque exercitus pugnatorum eius, qui numerati sunt, triginta duo millia ducenti.

22 In tribu filiorum Ben-iamin princeps fuit Abidan filius Gedeonis.

23 Et cunctus exercitus pugnatorum eius, qui recensiti sunt, triginta quinque millia quadringenti.

24 Omnes qui numerati sunt in castris Ephraim, centum octo millia centum per turmas suas: tertii proficiscentur.

25 Ad Aquilonis partem castrametati sunt filii Dan: quorum princeps fuit Ahiezer filius Ammisaddai.

26 Cunctus exercitus pugnatorum eius, qui numerati sunt, sexaginta duo millia septingenti. D

27 Iuxta eum fixere tentoria de tribu Aser: quorum princeps fuit Phegiel filius Ochran.

28 Cunctus exercitus pugnatorum eius, qui numerati sunt, quadraginta millia & mille quingenti.

29 De tribu filiorum Nephthali princeps fuit Ahira filius Enan.

30 Cunctus exercitus pugnatorum eius, quinquaginta tria millia quadringenti.

31 Omnes qui numerati sunt in castris Dan, fuerunt centum quinquaginta septem millia sexcenti: & nouissimi proficiscentur.

32 Hic numerus filiorum Israel per domos cognationum suarum & turmas diuisi exercitus, sexcenta tria millia quingenti quinquaginta.

33 Leuitæ autem non sunt numerati inter filios Israel: sic enim præceperat Dominus Moysi.

34 Feceruntque filii Israel iuxta omnia quæ mandauerat Dominus: castrametati sunt per turmas suas, & profecti per familias ac domos patrum suorum.

CAPVT III.

CAP. III. 1 Hæ sunt, quæ acciderunt Aaroni & Mosi, ex quo locutus &c. 2 a qui functi erant munere sacerdotali. 3 consecrauerat ... 4 vel, extraneum ... 5 vel ... adhuc patre. 6 Hebr. custodiant eius, & custodiam omnis congregationis coram tabernaculo ... vel ... & seruiant

1 *ET [1] hæ sunt generationes Aharonis & Mosis eo die, quo locutus est Dominus cum Mose in monte Sinai.*

2 *Et hæc sunt nomina filiorum Aharonis, primogenitus Nadab, Abihu, Eleazar, & Ithamar.*

3 *Hæc sunt nomina filiorum Aharonis sacerdotum, [2] qui vnxerant, quorum manus [3] consecrata erant vt sacerdotio fungerentur.*

4 *Mortuusque est Nadab & Abihu coram Domino quum offerrent ignem [4] alienum coram Domino in deserto Sinai, nec habuerunt filios. & sacerdotio functus est Eleazar & Ithamar [5] coram patre suo Aharone.*

5 *Loquutus est Dominus ad Mosen, dicens,*

6 *Adduc tribum Leui, & constitue eam coram Aharon sacerdote, vt ei ministrent.*

7 *Et ipsi custodiant [6] obseruationem eius, & obseruationem totius cœtus ante tentorium constitutionis, vt obeant ministerium tabernaculi.*

8 *Ipsi custodient omnia [7] instrumenta tentorii constitutionis, & obseruationem filiorum Israel, vt obeant ministerium tabernaculi.*

9 *Et dabis Leuitas Aharoni & filiis eius, [8] deditissimi enim sunt ex filiis Israel.*

10 *[9] Aharon vero & filios eius præficias, vt custodiant*

1 HÆ sunt generationes Aaron & Moysi in die, qua locutus est Dominus ad Moysen in monte Sinai. A

2 Et hæc nomina filiorum Aaron: primogenitus eius Nadab, deinde Abiu, & Eleazar, & Ithamar. *Filii Aaron.* Exod. 6. d.

3 Hæc nomina filiorum Aaron sacerdotum, qui vncti sunt, & quorum repletæ & consecratæ manus vt sacerdotio fungerentur.

4 Mortui sunt enim Nadab & Abiu cum offerrent ignem alienum in conspectu Domini in deserto Sinai, absque liberis: functique sunt sacerdotio Eleazar & Ithamar coram Aaron patre suo. Leuit. 10. a. 1. Para. 24. a.

5 Locutusque est Dominus ad Moysen, dicens. *Leuitis datur administratio sacrorum.*

6 Applica tribum Leui, & fac stare in conspectu Aaron sacerdotis, vt ministrent ei,

7 Et excubent, & obseruent quicquid ad cultum pertinet multitudinis coram tabernaculo testimonii,

8 Et custodiant vasa tabernaculi, seruientes in ministerio eius. B

9 Dabisque dono Leuitas Aaron & filiis eius, quibus traditi sunt a filiis Israel.

10 Aaron autem & filios eius constitues super cultum sacerdotii

... tabernaculi ... Aaroni ... ipsi obseruare deberet: custodiant ... custodias ... Hebr. ... beraculo fœderis, vt peragant cultum tabernaculi. 7 vasa tabernaculi ... filiorum Israel, tempe ... tabernaculi ... & obseruent ea quæ ... obseruare deberent filii Israel, ... ministrent in tabernaculo. 8 Hebr. ... Hebr. ... alii sunt. ... Leuitæ Aaroni qui fungebatur ... Dei ... ipsi alii Aaroni ... quam habebat a Deo.

sacerdotij, externus qui ad ministrandum accesserit
morietur.
11 Locutusque est Dominus ad Moysen dicens,
12 Ego tuli Leuitas a Filiis Israel pro omni pri-
mogenito qui aperit vuluam in filiis Israel, eruntq;
Leuitæ mei.
Exo.13.a 13 Meum est enim omne primogenitum: ex quo
Leui.8.c. percussi primogenitos in Terra Ægypti, sanctifica-
ui mihi quicquid primum nascitur in Israel ab ho-
mine vsque ad pecus, mei sunt: ego Dominus.
14 Locutusque est Dominus ad Moysen in de-
C serto Sinai, dicens,
a Leuitæ numerantur. Exod 6.c. 15 Numera filios Leui per domos patrum suo-
rum & familias, omnem masculum ab vno mense
& suprà.
16 Numerauit Moyses vt præceperat Dominus,
17 Et inuenti sunt filij Leui per nomina sua,
Gerson & Caath & Merari.
18 Filij Gerson: Lebni, & Semei.
19 Filij Caath: Amran, & Iesaar, Hebrō, & Oziel.
20 Filij Merari: Moholi, & Musi.
21 De Gerson fuere familiæ duæ, Lebnitica, &
Semeitica:
a quingenti. 22 Quarum numeratus est populus sexus ma-
sculini ab vno mense & suprà, septem millia a quin-
gentorum.
23 Hi post tabernaculum metabuntur ad Oc-
cidentem.
24 Sub principe Heliasaph filio Lael.
Leuitarum statio. 25 Et habebunt excubias in tabernaculo fœde-
ris, ipsum tabernaculum & operimentum eius, ten-
torium quod trahitur ante fores tecti fœderis.
D 26 Et cortinas atrij: tentorium quoque quod
appenditur in introitu atrij tabernaculi, & quic-
quid ad ritum altaris pertinet, funes tabernaculi &
omnia vtensilia eius.
27 Cognatio Caath habebit populos Amrami-
tas & Iesaaritas & Hebronitas & Ozielitas.
28 Hæ sunt familiæ Caathitarum, recensitæ per
nomina sua: Omnes generis masculini ab vno men-
se & supra, octo millia sexcenti.
29 Habebunt excubias sanctuarij, & castrame-
tabuntur ad Meridianam plagam.
30 Princeps quoque eorum erit Elisaphan filius Oziel:
31 Et custodient arcam, mensamque & cande-
labrum, altaria & vasa sanctuarij, in quibus mini-
stratur, & velum, cunctamque huiuscemodi supel-
lectilem.
E 32 Princeps autem principum Leuitarum Elea-
zar filius Aaron sacerdotis, erit super excubitores
custodiæ sanctuarij.
33 At vero de Merari erunt populi Moholitæ, &
Musitæ recensiti per nomina sua:
34 Omnes generis masculini ab vno mense &
supra, sex millia ducenti.
35 Princeps eorum Suriel filius Abihaiel: in pla-
ga Septentrionali castrametabuntur.
36 Erunt sub custodia eorum tabulæ taberna-
culi & vectes, & columnæ ac bases earum, & om-
nia quæ ad cultum huiuscemodi pertinent:
37 Columnæque atrij per circuitum cum basi-
bus suis & paxilli cum funibus.
38 Castrametabuntur ante tabernaculum fœ-
deris, id est, ad Orientalem plagam, Moyses & Aaron

*sacerdotium suum: alienus si accesserit, [10] interficia-
tur.*
11 *Et loquutus est Dominus ad Mosen in hanc sen-
tentiam.*
12 *Ecce ego [11] tuli Leuitas de medio filiorum Israel
pro omni primogenito quod [12] vuluam aperit in filiis Is-
rael, & Leuitæ erunt mei.*
13 *Meum enim est omne primogenitum: à die quo
percussi omne primogenitum in terra Ægypti, [13] conse-
craui mihi omne primogenitum in Israele, tam in homi-
nibus quàm in iumentis, mea itaquam erunt: ego Do-
minus.*
14 *Et loquutus est Dominus ad Mosen in deserto Si-
nai hisce verbis.*
15 *Recense filios Leuitarum, iuxta domos patrum
suorum, iuxta familias suas, omnem marem, ab eo quo
vnius est mensis & supra recensebis eos.*
16 *Recensuit itaque eos Moses iuxta præceptum Do-
mini, quemadmodum mandauerat.*
17 *Fuerunt q; isti filij Leui [14] iuxta nomina sua,
Gerson Kehath & Merari.*
18 *Et hæc sunt nomina filiorum Gerson iuxta fami-
lias suas, Libni & Simei.*
19 *Filij vero Kehath in familias suis, Amram, Iizhar,
Hebron & Vzziel.*
20 *Et filij Merari in familiis suis, Maheli & Musi.
Hæ sunt familiæ Leuitarum iuxta domos patrum suo-
rum.*
21 [15] *Ipsi Gerson familia Libni & familia Semei.
istæ sunt familiæ Gersonica.*
22 [16] *Census eorum ab eo qui erat vnius mensis &
supra, census inquam eorum septem millia, & quingenti.*
23 *Hæ familiæ Gersonica post tabernaculum ca-
strametentur ad Occidentem.*
24 *Princeps autem [17] domus patriæ Gersonitarum
Eliasaph filius Lael.*
25 *Et fuit autem Gersonitis custodia erat in tentorio [18] con-
stitutionis, tabernaculum ipsum, tabernaculum & ten-
torium, tegumentum eius, & velum quod erat ad ostium
[19] tentorij constitutionis,*
26 *Item aulæa atrij, & [20] velum ad ostium atrij,
quod est iuxta tabernaculum, & aram circumquaque,
& funes eius, ad omne usum illius.*
27 *Ipsius Kehath erat familia Amram, & familia
Iizhar, & familia Hebron, & familia Vzziel.*
28 *Et hæ sunt familiæ Kehathitarum. Numerus
omnium marium ab eo qui vnius erat mensis & supra,
octo millia & sexcenti:*
29 *Et hi excubabant [21] in custodia sanctuarij. Fa-
milia autem Kehathitarum castra figent ad latus ta-
bernaculi Meridionale.*
30 *Primarius [22] patriæ domus familiarum Keha-
thitarum fuit Elizaphan filius Vzziel.*
31 *Et iis custodient arcam, mensam, candelabrum,
[23] aras, & vasa sanctuarij, [24] in quibus ministrarunt,
velum quoque & quidquid ad ministerium eius [per-
tinet.]*
32 *Summus autem princeps Leuitarum fuit Elea-
zar filius Aharonis sacerdotis, [25] episcopus eorum qui
excubant in custodia sanctuarij.*
33 *Ipsius Merari [erit] familia Maheli, & familia
Musi: hæ sunt familiæ Meraritarum.*
34 [26] *Census eorum iuxta numerum omnium ma-
rium ab eo qui erat vnius mensis & supra, sex millia &
ducenti.*
35 *Princeps autem patriæ domus in familiis Merari
erat Zuriel filius Abihail: & hi castra ponent in latere tabernaculi Septentrionali.*
36 *Et functio custodiæ filiorum Merari [erunt] asseres tabernaculi, & vectes eius, columnæ eius, & bases eius, &
omnia instrumenta eius, & quidquid est ministerij eius.* 37 *Columnæ quoque atrij per circuitum, cum ba-
sibus earum, claui earum, & funes earum.*
38 *Porro ante tabernaculum ad plagam Orientalē ante [27] tentoriū constitutionis castra ponent Moses, & Aharon*

10 interficiatur, i. occidetur scilicet sententia.
11 i. selegi.
12 Hebraismus est, Aperit vuluam, pro primum nascit.
13 Heb. sanctificaui. i. retinui mihi tanquam sacram & sanctam.
14 i. quorū nomina sequuntur.
15 i. Ad Gersonem pertinebat cognatio Lebnitarum & Semeitarum. Sub Gersone comprehendebatur cognatio Lebnitica & Semeitica.
16 Numerati
17 familiæ autem
18 conuentus. vel, fœderis. [illegible]
19 tabernaculi fœderis
20 [illegible] altare per circuitum. Istud intelligitur de altari quod cingebat [illegible] quam altare holocausti, quod erat extra tabernaculum.
21 custodientes custodiam sanctuarij [illegible]
22 vel, familiæ
23 i. duo altaria [illegible]
24 vel, quibus [illegible]
25 Heb. [illegible]
26 [illegible]
27 tabernaculum fœderis.

38 propter custodiam filiorū Israel. i. vice filiorum Israel. 39 [illegible] ad ministrandum in tabernaculo, & ad [illegible] quid exigit quæ [illegible] sunt. 40 Omnes autem numerati ex Leuitis quos numerauit. 31 Heb. per numeratos suos. 32 Et pro redēptione illorum ducentorum septuagintatrium primogenitorum [illegible] superantiū numerum Leuitarum, de primogenitis, &c. 33 ad siclum sanctuarii. Vel, ad rationē sicli sacri 34 [illegible] 35 [illegible] exuberantiū in illis. i. vt sint redemptio primogenitorum exuberantium &c. q. d. exuberantes numerum Leuitarum constabūt illis sicli [illegible] dabis pecuniam Aaroni quæ erit pro redemptione excedentium numerum Leuitarum [illegible]. 36 i. pecuniam quæ [illegible] [illegible] his qui excedebant eos qui redempti erant Leuitis, hoc est commutatione Leuitarum. 37 antecedens pro relatiuo ipsi.

atque filij eius, observantes custodiam sanctuarij, [illegible] custodiam filiorum Israel, & alienus [37] si accesserit interficietur.

39 [30] Omnis autem census Leuitarum quos recensuit Moses & Aharon iuxta iussionem Domini per familias suas, omnes mares ab eo qui vnius fuit mensis & supra, fuerunt viginti duo millia.

40 Et dixit Dominus ad Mosen, Recense omne primogenitum masculinum de filiis Israel, ab eo qui est vnius mensis & supra, & accipe numerum nominum eorum:

41 Tollesque Leuitas mihi (ego [enim] sum Dominus) pro omni primogenito filiorum Israel, & iumenta Leuitarum pro omnibus primogenitis iumētorū filiorū Israel.

42 Recensuit itaque Moses quemadmodum præceperat ei Dominus, omnia primogenita filiorum Israel.

43 Fueruntque omnia primogenita mascula iuxta numerum nominum, ab eo qui erat vnius mensis & supra, [31] iuxta censum eorum, viginti duo millia ducenta & septuaginta tria.

44 Locutusque est Dominus ad Mosen, dicens.

45 Tolle Leuitas pro omnibus primogenitis filiorum Israel, & pecora Leuitarum pro pecoribus eorum, eruntque Leuitæ mei: ego Dominus.

46 [32] Pro redimendis verò ducentis & septuagintatribus, qui ex primogenitis inter filios Israel Leuitas excedunt,

47 Accipies quinos siclos ad singula capita, [33] siclum scilicet sanctuarij accipies, (habet autem siclus viginti [34] gera.)

48 Dabisque pretium Aharoni & filijs eius; [35] redemptionis scilicet qui superfuerint in eis.

49 [36] Tulit itaque Moses pretium redemptionis ab his qui superfuerunt vltra redemptos Leuitarum, à primogenitis filiorum Israel accepit pecuniam istam.

50 Nempe mille trecentos & sexaginta quinque siclos iuxta siclum sanctuarij.

51 Deditque Moses pecuniam redemptorum Aharoni & filiis eius iuxta verbum Domini, quemadmodum præceperat Dominus [37] Mosi.

cum filiis suis, habentes custodiam sanctuarij in medio filiorum Israel: quisquis alienus accesserit, morietur.

39 Omnes Leuitæ quos numerauerunt Moyses & Aaron iuxta præceptum Domini per familias suas in genere masculino à mense vno & suprà, fuerunt viginti duo millia.

40 Et ait Dominus ad Moysen, Numera primogenitos sexus masculini de filiis Israel ab vno mense & suprà, & habebis summam eorum.

41 Tollesque Leuitas mihi pro omni primogenito filiorum Israel, ego sum Dominus: & pecora eorum pro vniuersis primogenitis pecorum filiorum Israel.

42 Recensuit Moyses sicut præceperat Dominus primogenitos filiorum Israel:

43 Et fuerunt masculi per nomina sua, à mense vno & suprà, viginti duo millia ducenti septuaginta tres.

44 Locutusque est Dominus ad Moysen, dicens:

45 Tolle Leuitas pro primogenitis filiorum Israel, & pecora Leuitarum pro pecoribus eorum: eruntque Leuitæ mei: ego sum Dominus.

46 In pretio autem ducentorum septuaginta trium qui excedunt numerum Leuitarum de primogenitis filiorum Israel,

47 Accipies quinque siclos per singula capita ad mensuram sanctuarij. (Siclus habet viginti obolos)

48 Dabisque pecuniam Aaron & filiis eius pretium eorum qui suprà sunt.

49 Tulit igitur Moyses pecuniam eorum qui fuerant amplius, & quos redemerat à Leuitis pro primogenitis filiorum Israel,

50 Mille trecentorum sexaginta quinque siclorum, iuxta pondus sanctuarij,

51 Et dedit eam Aaron & filiis eius, iuxta verbum quod præceperat sibi Dominus.

F

Leuitarum numerus.

Leuitæ loco primogenitorum Israel Dei sunt.

Primogeniti excedentes numerum Leuitarum, quinque siclis singuli redempti.

Exo. 30. b
Leui. 27. c
Ezech. 45. d

CAP. IIII.

1 Hebr. veniunt in congregationē vt operentur &c. i. qui ingrediuntur turmam eorum qui ministrant. sunt in tabernaculo &c. Vel, in cœtū eorum qui numerantur ut ministros tabernaculi fœderis. 2 vel, illud est [illegible] hoc ministerium filiorum Cahath in tabernaculo fœderis [illegible] sanctum sanctorum. Hoc est, quicquid est intra [illegible] sanctorum, erit sub custodia Cahathitarum committetur illis cura rerum sacratissimarum. 3 vel, velum operimenti, [illegible], velum quo tantum sanctorum separatur ab aliis partibus.

CAPVT IIII.

1 Et locutus est Dominus ad Mosen & ad Aharon in hisce verbis,

2 Collige summam filiorum Cahath de medio filiorum Leui, iuxta familias suas, iuxta domus patrum suorum,

3 Ab eo qui natus est triginta annos & supra, vsque ad eum qui quinquaginta sit annorum quicunque [1] militiæ ascriptus fuerit, vt exequantur opus in tentorio constitutionis.

4 [2] Hoc verò munus erit filiorum Cahath in tentorio constitutionis, [nempe in] sancto sanctorum. Quum igitur castra soluentur, ingredietur Aharon & filij eius.

5 Et deponent [3] velum tegumenti, & inuoluent in eo arcam testimonij:

6 Superimponantque operimentum ex pellibus melinum, expandantque desuper pallium totum hyacinthinum, & ponant vectes eius.

7 [4] Mensam [5] facierum [illegible] inuoluent panno, qui totus sit hyacinthinus ponantque super eam [5] acetabula, cochlearia, & [illegible] eius, purgatoria, & cimbia, quibus libamina fundebantur, eruntque super eam panes iugiter.

8 Expandentque super hæc tegumentum coccineum dibaphum, operientque [6] illud velo ex pellibus melinum, & ponent vectes eius.

9 Tollent etiam tegumentum hyacinthinum, & abdulcant candelabrum [7] luminaris & lampades eius, [8] & emunctoria eius, & vasa eius [in quibus emuncta excipiuntur] et ipse cuncta vasa olearia, quibus illi ministeria sua exequuntur.

IIII.

1 Locutusque est Dominus ad Moysen & Aaron, dicens,

2 Tolle summam filiorum Caath de medio Leuitarum per domos & familias suas.

3 A tricesimo anno & suprà vsque ad quinquagesimum annum, omnium qui ingrediuntur vt stent & ministrent in tabernaculo fœderis.

4 Hic est cultus filiorum Caath, Tabernaculum fœderis & Sanctum sanctorum. Ingredientur Aaron & filij eius, quando mouenda sunt castra,

5 Et deponent velum quod pendet ante fores, inuoluentque eo arcam testimonij.

6 Et operient rursum velamine [a] hyacinthinarum pellium, extendentque desuper pallium totum hyacinthinum, & inducent vectes.

7 Mensam quoque propositionis inuoluent hyacinthino pallio, & ponent cum ea thuribula & mortariola, cyathos, & crateras ad liba fundenda: panes semper in ea erunt.

8 Extendentque desuper pallium coccineum, quod rursum operient velamento [a] hyacinthinarum pellium, & inducent vectes.

9 Sument & pallium hyacinthinum quo operient candelabrum cum lucernis & forcipibus suis & emunctoriis, & cunctis vasis olei, quæ ad concinnandas lucernas necessaria sunt.

A

Officia Leuitarum.

Officium Caathitarum.

[a] ianthinarum

[a] ianthinarum

10 Et

4 Sub. panum, id est, Mensam super qua panes facierum, hoc est panes propositionis palam proponebantur coram arca fœderis. 5 scutellas [illegible] [illegible], [illegible] Voces Hebrææ sunt Kearoth, Cappoth, Menakioth, & Kesuth, de quibus vide caput 25. Exodi. 6 illam, sub. mensam. 7 Heb. luminis, id est, luminationum. 8 & forcipes eius & emunctoria eius.

a ianthinarum

10 Et super omnia ponent operimentum a hyacinthinarum pellium, & inducent vectes.

11 Necnon & altare aureum inuoluent hyacinthino vestimento, & extendent desuper operimentum b hyacinthinarum pellium, inducentque vectes.

B

b ianthinarum

12 Omnia vasa quibus ministratur in sanctuario, inuoluent hyacinthino pallio, & extendent desuper operimentum c hyacinthinarum pellium, inducentque vectes.

c ianthinarum

13 Sed & altare mundabunt cinere, & inuoluent illud purpureo vestimento.

14 Ponentque cum eo omnia vasa quibus in ministerio eius vtuntur, id est ignium receptacula, fuscinulas ac tridentes, vncinos & batilla, cuncta vasa altaris, operient simul velamine d hyacinthinarum pellium, & inducent vectes.

d ianthinarum

15 Cumque e inuoluerint Aaron & filij eius sanctuarium & omnia vasa eius in commotione castrorum, tunc intrabunt filij Caath vt portent inuoluta: & non tangent vasa sanctuarij, ne moriantur.

e inuoluerint

16 Ista sunt onera filiorum Caath in tabernaculo fœderis: super quos erit Eleazar filius Aaron sacerdotis, ad cuius curam pertinet oleum ad concinnandas lucernas, & compositionis incensum, & sacrificium quod semper offertur, & oleum vnctionis: & quicquid ad cultum tabernaculi pertinet, omniúmque vasorum quæ in sanctuario sunt.

17 Locutúsque est Dominus ad Moysen & Aaron dicens.

18 Nolite perdere populum Caath de medio Leuitarum:

19 Sed hoc facite eis, vt viuant, & non moriantur, si tetigerint sancta sanctorum.

20 Aaron & filij eius intrabunt, ipsique disponent f opera singulorum, & diuident quid portare quis debeat.

f onera

21 Alij nulla curiositate videant quæ sunt in sanctuario priusquam inuoluantur, alioquin morientur.

22 Locutúsque est Dominus ad Moysen, dicens.

Officium Gersonitarum.

23 Tolle summam etiam filiorum Gerson per domos ac familias & cognationes suas:

C

24 A triginta annis & supra, vsque ad annos quinquaginta, numera omnes qui ingrediuntur & ministrant in tabernaculo fœderis.

25 Hoc est officium familiæ Gersonitarum, vt portent Cortinas tabernaculi & tectum fœderis, operimentum aliud,

26 Et super omnia velamen g hyacinthinum, tentoriúmque quod pendet in introitu tabernaculi fœderis,

g ianthinum

27 Cortinas atrij, & velum in introitu quod est ante tabernaculum.

28 Omnia quæ ad altare pertinent, funiculos & vasa ministerij iubente Aaron & filiis eius, portabunt filij Gerson: & scient singuli cui debeant h operi mancipari.

h oneri

29 Hic est cultus familiæ Gersonitarum in tabernaculo fœderis, eruntque sub manu Ithamar filij Aaron sacerdotis.

Officium Meraritarum.

30 Filios quoque Merari per familias & domos patrum suorum recensebis.

31 A triginta annis & supra, vsque ad annos quinquaginta, omnes qui ingrediuntur ad officium ministerij sui & cultum fœderis testimonij.

32 Hæc sunt onera eorum, Portabunt tabulas tabernaculi & vectes eius columnas ac bases earum,

10 *Pondantq́ tàm ipsum quàm omnia instrumenta eius in tegumentum ex pellibus melium, & collocent super vectes.*

11 *Deinde expandant hyacinthinum tegumentum super aram auream, & tegant ipsam tegumento ex pelle melium, & inferant vectes eius.*

12 *Tollantq́ omnia instrumenta, quibus ministerium explent in sanctuario, & inuoluant in panno hyacinthino, operiantque ea tegumento ex pellibus melium, & ponant super vectes.*

13 *Repurgent aram cineribus, & expandant super eam tegumentum purpureum.*

14 *Ponantq́ super eam omnia vasa eius, quibus ministrant in ea, nempe ignium receptacula, & fuscinulas, & scopas, & pelues sparsorias, omnia denique aræ*[10] *instrumenta: & expandant super ea tegumentum ex pellibus melium,*[11] *inferantq́ vectes eius.*

15 *Quúmq́ Aharon & filij eius absoluerint [hæc,] obtexerintque*[12] *sanctuarium, & omnia instrumenta sanctuarij, quando iam transferenda sunt castra, post hæc accedant filij Cahath, vt [ista] ferant, neque tamen attingant sancta, ne moriantur.*

16 *Hoc est onus filiorum Cahath in tentorio constitutionis. Præfectura autē Eleazari filij Aharonis sacerdotis [hæc est,] Oleum luminaris, incensum aromaticum,*[13] *iugē sacrificium cibarium, oleum vnctionis,*[14] *cura quoque totius tabernaculi, & omnium quæ in eo sunt, in sanctuario scilicet & vasis eius.*

17 *Et loquutus est Dominus ad Mosen & ad Aharonem, dicens,*

18 [15] *Non excindatis tribum familiæ Kahath è medio Leuitarum.*

19 *Hoc verò facite eis, vt viuant & non moriantur, si accesserint*[16] *ad sanctum sanctorum.*

20 *Aharon & filij eius ingrediantur*[17] *& deponant ea, vnicuique pro officio suo, atque pro onere suo.*

21 *Ipsi verò non introeant, vt contemplentur*[18] *quum inuoluuntur sancta, ne moriantur.*

22 *Et loquutus est Dominus ad Mosen in hanc sententiam.*

23 *Collige etiam summam filiorum Gerson per domos patrum suorum, & per familias suas.*

24 *Recense autem eos ab eo qui viginti est annorum, vsque ad eum qui natus est quinquaginta annos,*[19] *quicunque aptus est militiæ, vt illi in tentorio constitutionis ministrent.*

25 *Hoc verò sit officium familiæ Gersonitæ,*[20] *vt seruiant & baiulent. Baiulabunt (inquam) aulæa tabernaculi, & tentorij constitutionis, tegumentum eius,*

26 [21] *tegumentum ex pellibus melium*[22] *quod est super illud superius, velamen quoque ostij tentorij constitutionis.*

27 *Tapetes quoque atrij, & velum quod est ad ostium portæ atrij, quod [atrium] circuit tabernaculum, & aram, & funes, & omnia instrumenta ministerij ipsorum,*

28 [23] *Omnia denique quæ illis conueniunt, exequuntur. Secundum verbum Aharonis & filiorum eius fiet omne ministerium filiorum Gerson in omni onere eorum, & in cuncto ministerio eorum: & committetis eis omnia onera eorum quæ obseruent.*

29 *Hoc itaque officium est familiarum filiorum Gerson in tentorio constitutionis, [illegible] custodia illorum erit sub manu Ithamar filij Aharonis sacerdotis.*

30 *Filios autem Merari recensebis iuxta familias suas, & domos patrum suorum.*

31 *Numerabis autem eos ab eo qui triginta est annorum, vsque ad eum qui natus est quinquaginta annos,*[27] *quicunque ad militiam aptus est, vt seruiant in ministerio tentorij constitutionis.*

32 [28] *Hæc autem erit obseruatio oneris eorum ad omne ministerium eorum in tentorio constitutionis: Asseres tabernaculi, & vectes eius, & columnæ eius, & bases eius.*

9 vel, cum eo
10 vel, vtensilia. 11 Heb. in angulos.
12 Hebr. sanctitatē, i. res sacras.
13 oblatio iugis. sub. sacrificij.
14 vel, præfectura inquam eius erit. i. Eleazar præficietur oleo luminis &c. in vniuersum, præerit toti tabernaculo, sanctuarioq́ & vasis eī.
15 Vel, Ne exterminetis tribum cognationū Caathitarum. i. Cauete ne vestra negligentia pereant Caathitæ. q. d. ipse Aaron & filij eius prius omnia diligēter inuoluāt: ne nuda a filiis Caath tractentur, aut videantur & moriantur.
16 i. ad res sacras deferendas.
17 q. d. constituāt eos, vnumquemque iuxta opus suū & iuxta onus suum. i. tractent singulis necessaria, & curent illis quæ ferenda erunt.
18 quando velabunt sanctitatē, & moriantur. i. quādo Aaron & filij eius velabūt res sacras non opertas: & moriantur.
19 Heb. qui veniunt ad militādum militiā, ad peragendū opus in tentorio conuentus. Alij rectius, qui admittuntur in cōhortium eorum qui ministrare possunt in tabernaculo fœderis i. qui designantur à Deo ad ministrandum.
20 Hebr. ad colendum & ad ferendum.
22 i. quo illud opertorium tegitur parte superiora.
23 & quæcunque facta sunt pro illis & [illegible], ministrabunt.
24 & cōmittetis illis in custodiā vniuersa onera ipsorum. i. quæcunque illi ferre debent.
26 i. omnia facient mandante Ithamar.
27 omnes qui veniunt (vel, admittuntur) in congregationem eorum qui ministrare debent.

[illegible] beat in tabernaculo fœderis. Hæc &c. pro cultu ministerij eorum.
28 vel, Hæc est custodia oneris eorum in omni cultu eorum, in tabernaculo fœderis. i. Hæc committentur illis defferenda.

33 Columnæ quoque quæ sunt circum atrium, & bases eius, & claui eius, cum funibus earum, & omnibus instrumentis earum, & quidquid ad ministerium eorum [pertinet] numerabitis nominatim instrumenta, quæ custodient & ferent.

34 Hoc est officium familiarum filiorum Merari, iuxta omne ministerium eorum in tentorio constitutionis, sub manu Ithamar filii Aharon sacerdotis.

35 Numerauit itaque Moses & Aharon & primores cœtus filios Cahath iuxta familias suas, & iuxta domos patrum suorum,

36 Ab eo qui triginta erat annorum & supra, vsque ad eum qui quinquaginta annis natus erat,[12] quicunque scilicet militiæ aptus erat, vt ministraret in tentorio constitutionis.

37 Fuerúntque numeri eorum per familias suas duo millia septingenti & quinquaginta.

38[10] Hic census est familiarum Cahath, quicunque scilicet ministrare poterant in tentorio constitutionis, quos recensuit Moses & Aharon iuxta verbum Domini[11] in manu Mosis.

39 Numeri autem filiorum Gerson per familias suas, & domos patrum suorum sunt,

40 Ab eo qui triginta fuit annorum & supra, vsque ad eum qui quinquaginta natus est annos,[14] quicunque ad bellum apti fuerunt ad seruiendum in tentorio constitutionis,

41 Fuerunt inquam numeri eorum iuxta familias suas & domos patrum suorum, duo millia sexcenti atque triginta.

42[11] Iste est census familiarum filiorum Gerson, quicunque in tentorio constitutionis ministrare poterant, quem recensuit Moses & Aharon iuxta os Domini.

43 Numeri autem familiarum filiorum Merari per familias suas, & per domos patrum suorum sunt.

44 Ab eo qui triginta erat annorum & supra, vsque ad eum qui natus erat quinquaginta annos,[14] quicunque ad bellum apti erant ad seruiendum in tentorio constitutionis,

45 Fuerunt inquam numeri eorum iuxta familias suas, tria millia ducenti.

46 Hæc est summa familiarum filiorum Merari, quos numerauit Moses & Aaron iuxta os Domini per manum Mosis.

47 Omnes itaque numeri Leuitarum quos recensuit Moses & Aharon atque principes Israel, iuxta familias suas & domos patrum suorum,

48 Ab eo qui triginta fuit annorum & supra vsque ad eum qui natus erat quinquaginta annos,[11] quicunque veniebat vt ministraret in ministerio, & inseruiret oneri gestando in tentorio constitutionis 49 Fuerunt inquam quum recenserentur ipsi, octo millia quingenti octoginta.

50[14] Iuxta os Domini numerauit eos per manum Mosis,[1] vnumquemque iuxta ministerium suum, & onus suum,[15] & præfecturam suam, quemadmodum præceperat Dominus Mosi.

33 Columnas quoque atrii per circuitum cum basibus & paxillis & funibus suis: omnia vasa & supellectilem ad numerum accipient, sicque portabunt.

34 Hoc est officium familiæ Meraritarum & ministerium in tabernaculo fœderis: eruntque sub manu Ithamar filii Aharon sacerdotis.

35 Recensuerunt igitur Moyses & Aharon & principes synagogæ filios Caath per cognationes & domos patrum suorum, D

Caathitæ recensentur.

36 A triginta annis & supra, vsque ad annum quinquagesimum, omnes qui ingrediuntur ad ministerium tabernaculi fœderis:

37 Et inuenti sunt duo millia septingenti quinquaginta.

38 Hic est numerus populi Caath, qui intrant tabernaculum fœderis: hos numerauit Moyses & Aaron iuxta sermonem Domini per manum Moysi.

39 Numerati sunt & filii Gerson per cognationes & domos patrum suorum, *Gersonitæ.*

40 A triginta annis & supra, vsque ad quinquagesimum annum, omnes qui ingrediuntur vt ministrent in tabernaculo fœderis:

41 Et inuenti sunt duo millia sexcenti triginta.

42 Hic est populus Gersonitarum, quos numerauerunt Moyses & Aaron iuxta verbum Domini.

43 Numerati sunt & filii Merari per cognationes & domos patrum suorum.

44 A triginta annis & supra, vsque ad annum quinquagesimum, omnes qui ingrediuntur ad explendos ritus tabernaculi fœderis:

45 Et inuenti sunt tria millia ducenti.

46 Hic est numerus filiorum Merari, quos recensuerunt Moyses & Aharon iuxta imperium Domini per manum Moysi.

47 Omnes qui recensiti sunt de Leuitis, & quos *fecit ad nomen Moyses & Aaron, & principes Israel per cognationes & domos patrum suorum, *recensuit.*

48 A triginta annis & supra, vsque ad annum quinquagesimum, ingredientes ad ministerium tabernaculi & onera portanda,

49 Fuerunt simul octo millia quingenti octoginta.

50 Iuxta verbum Domini recensuit eos Moyses, vnumquemque iuxta officium & onera sua, sicut præceperat ei Dominus.

CAPVT V.

[1] ET loquutus est Dominus ad Moysen in hanc sententiam.

2 Præcipe filiis Israel vt eiiciant e castris omnem leprosum & omnem qui fluit, & quicunque mortuo contactu contaminatus est,

3 Et marem & fœminam eiiciatis: extra castra inquam eiiciatis eos, ne contaminent castra sua in quorum medio ego habito.

4 Et filii Israel fecerunt sic, eiecerunt que eos extra castra, quemadmodum loquutus fuerat Dominus ad Mosen, sic fecerunt filii Israel.

5 Et locutus est Dominus ad Moysen hisce verbis,

*6 Loquere ad filios Israel, Vir aut mulier si fecerint ex omnibus peccatis [*contra] hominem, vt faciat prævaricationem prævaricentur aduersus Dominum, deliqueritque anima huiusmodi,*

*7 Confiteantur peccatum suum quod fecerint, & *restituat culpam suam in sorte sua, quintam partem addat super, detque illi in quem deliquit.*

LOcutusque est Dominus ad Moysen, dicens,

2 Præcipe filiis Israel vt eiiciant de castris omnem leprosum, & qui semine fluit, pollutusque est super mortuo.

A *Qui è castris eiiciendi.*

3 Tam masculum quam fœminam eiicite de castris, ne contaminent ea, cum habitauerint vobiscum.

4 Feceruntque ita filii Israel, & eiecerunt eos extra castra, sicut locutus erat Dominus Moysi.

5 Locutúsque est Dominus ad Moysen, dicens, *Expiatio prævaricatorum. Leuit. 6. a.*

6 Loquere ad filios Israel, Vir siue mulier cum fecerint ex omnibus peccatis, quæ solent hominibus accidere, & per negligentiam transgressi fuerint mandatum Domini, atque deliquerint,

7 Confitebuntur peccatum suum, & reddent ipsum caput, quintamque partem desuper ei in quem peccauerint. *Confessio peccati.*

32 quotquot ingrediuntur in congregationem, ad ministrandum. Hoc est quotquot admittuntur in eam turmam quæ designata est ad ministrandum.

37 Hi sunt numerati.

38 opera Mosis, numerante Mose. Vel, mandato Domini facti per Mosen.

39 quotquot admittuntur in congregationem designatam ministerio tabernaculi fœderis.

41 Hi sunt qui ex cognationibus Gersonitarum numerati sunt, quotquot apti erant vt ministrarent in tabernaculo fœderis.

43 quotquot ingrediebantur in congregationem administrandam in tabernaculo fœderis, i. quotquot admittebantur apti vt ministrarent in tabernaculo fœderis.

45 i. quotquot admittebantur ad efferenda vasa tabernaculi.

46 i. Moyses numerauit eos iuxta sermonem quem Dominus habuerat cum ipso in fronte. Hebraismus.

47 & numeratio eius (i. quos Moises numerauit) fuerunt quos præceperat Dominus Moysi. Subaudi numerandos.

CAP. V.

[illegible]

8 Sin autem non fuerit qui recipiat, dabunt Domino, & erit sacerdotis, excepto ariete qui offertur pro expiatione, vt sit placabilis hostia.

Lex primitiarum.

9 Omnes quoque primitiæ quas offerunt filii Israel, ad sacerdotem pertinent.

B 10 Et quicquid in sanctuarium offertur à singulis, & traditur manibus sacerdotis, ipsius erit.

Lex Zelotypiæ.

11 Locutúsq; est Dominus ad Moysen, dicens, Loquere ad filios Israel, & dices ad eos,

12 Vir cuius vxor errauerit, maritúmq; contemnens dormierit cum altero viro.

13 Et hoc maritus deprehendere non quiuerit, sed latet adulterium, & testibus argui non potest, quia non est inuenta in stupro.

14 Si spiritus zelotypiæ concitauerit virum contra vxorem suam, quæ vel polluta est, vel falsa suspicione appetitur:

15 Adducet eam ad sacerdotem, & offeret oblationem pro illa decimam partem sati farinæ hordeaceæ: non fundet super eam oleum, nec imponet thus: quia sacrificium zelotypiæ est, & oblatio inuestigans adulterium.

16 Offeret igitur eam sacerdos, & statuet coram Domino.

17 Assumetque aquam sanctam in vase fictili, & pauxillum terræ de pauimento tabernaculi mittet in eam.

C 18 Cumq; steterit mulier in conspectu Domini, discooperiet caput eius, & ponet super manus illius sacrificium recordationis, & oblationem zelotypiæ: ipse autem tenebit aquas amarissimas,

Aqua amarissima.

19 In quibus cum execratione maledicta congessit. Adiurabitq; eam, & dicet, Si non dormiuit vir alienus tecum, & si non polluta es deserto mariti thoro, non te nocebunt aquæ istæ amarissimæ, in quas maledicta congessi.

20 Sin autem declinasti à viro tuo, atq; polluta es, & concubuisti cum altero viro: his maledictionibus subiacebis.

21 Det te Dominus in maledictionem, exemplumq; cunctorum in populo [a] suo: putrescere faciat femur tuum, & tumens vterus tuus disrumpatur.

[a] *tuo.*

22 Ingrediantur aquæ maledictæ in ventrē tuū, & vtero tumescente putrescat femur. Et respondebit mulier, Amen, amen.

D 23 Scribetq; sacerdos in libello ista maledicta, & delebit ea aquis amarissimis,

24 In quas maledicta congessit & dabit ei bibere.

25 Quas cum exhauserit, tollet sacerdos de manu eius sacrificium zelotypiæ, & eleuabit illud coram Domino, imponetq; illud super altare:

26 Ita duntaxat vt prius pugillum sacrificii tollat de eo quòd offertur, & incendat super altare:

27 Et sic potum det mulieri aquas amarissimas. Quas cum biberit, si polluta est, & contempto viro adulterij rea, pertransibunt aquæ eam maledictionis, & inflato ventre computrescet femur: eritque mulier in maledictionem, & in exemplum omni populo.

8 *Quod, si viro illi [8] vindex nullius fuerit cui delictum restituatur, delictum Domino restituatur sacerdoti videlicet supra arietem expiationum, [10] per quem expiatio pro illo fit.*

9 *Et omnis [11] theruma, quæ fit ex omnibus sanctis filiorum Israel, quam adferunt sacerdoti, ipsius erit.*

10 *[12] Sancta quoq; vniuscuiusq; ipsius erunt. & quidquid homo sacerdoti dederit, ipsius sit.*

11 *Loquutus est Dominus ad Mosen in hanc sententiam, Loquere ad filios Israel, & dic ad eos,*

12 *Cuiuscunq; vxor [illegible], & designauerit contra eum scelus, Dormierit [illegible] cum ea prostitutione seminis,*

13 *[13] [illegible] latet maritum eius, celaturq; cum quasi immunda ipsa sit facta, [illegible] testis est aduersus ea neq; ipsa [14] deprehensa. [illegible] [15] vehemens zelus, ita vt indignetur in zelo quodam aduersus vxorem suam ipsa polluta existente:*

14 *Aut si inuaserit eum [16] vehemens zelus, ita vt indignetur zelo quodam aduersus vxorem suam, tametsi non fuerit polluta:*

15 *Adducat vir talis vxorem suam ad sacerdotem, afferatq; simul donum illius [17] pro ea, nempe decimam partem [18] ephi farinæ hordeaceæ: at oleum non fundat super eam, neq; ponat thus super eam: quoniam [19] sacrificium cibarium est zeli, [20] donum inquam memoriale, quod meminisse sceleris facit.*

16 *Sacerdos vero sacrificium illud sacrificet, & statuat illud coram Domino.*

17 *Sumat insuper sacerdos [21] aquas sacras in vase fictili, & de puluere qui fuerit in pauimento tabernaculi tollat sacerdos, & ponat in aquam.*

18 *Statuat præterea sacerdos mulierem ante Dominum, & nudet caput mulieris, & det in manibus eius [22] sacrificium illud memoriale, quod sacrificium est zeli, habeatq; sacerdos in manu sua aquas amaras [23] execrationis.*

19 *Et obtestetur eam sacerdos, & dicat ad mulierem illam, Si non dormiuit vir tecum, si non defecisti ad immunditiam [24] sub marito tuo, [25] libera euades ab aquis istis amaris & execrantibus:*

20 *Si vero defecisti sub marito tuo, & polluta es, [26] concubuitq; [illegible] vir alius quàm maritus tuus: ([27] Obtestetur [illegible] sacerdos mulierem talem, [illegible] denunciet, & dicat sacerdos mulieri,)*

21 *Det te Dominus in [28] execrationem [29] & iuramentum in medio populi tui, quum [illegible] Dominus vt [31] femur tuum decidat, & vterus tuus intumescat.*

22 *Ingrediantur aquæ istæ [32] execrantes in viscera tua, vt [33] intumescat vterus, faciantq; [34] decidere femur tuum: dicat [illegible] Amen, amen.*

23 *Scribat insuper sacerdos execrationes illas in librū, [35] & abradat [illegible] in aquas amaras [illegible].*

24 *[36] [illegible] sacerdos vt mulier bibat aquas illas amarescentes & execrantes, [illegible] in eam aquæ illæ maledictæ [illegible] amaras.*

25 *Et accipiat sacerdos [37] sacrificium cibarium zeli è manu mulieris, & [38] moueat illud ante Dominum, & [illegible] illud ad aram.*

26 *Apprehendat quoq; sacerdos [39] ex isto sacrificio cibario volam plenam ad monumentum eius, incendetq; in ara, & post [illegible] dabit mulieri potum illius aquæ.*

27 *Quum vero aquas potauerit, si fuerit polluta, & si eius designauerat aduersus maritum suum, ingredientur in eam aquæ istæ [40] execrantes vt amarescent, & intumescet venter eius, & [41] cadetque femur [illegible]: & erit mulier illa [42] execrata in medio populi sui.*

8 propinquum [illegible] Si ille cui mutuus damnum [illegible] habuerit propinquum [illegible] at damnum quod [illegible] damnū illud restituetur Deo, & erit sacerdotis. Chaldæus paraphrastes vertit. Et si non exierit homo ille, neq; habuerit propinquū cui reddatur illud in quo peccauerunt, illud quod redditur pro peccato corā Domino, ad sacerdotē pertinet.

9 delictum redditū Domino erit sacerdotis [illegible]

10 vel, quo rogabit pro illo. Sub. sacerdos.

11 oblatio omnium sanctificationum filiorū Israel, quam offerunt sacerdoti, &c. i. omnia quæ offeruntur Deo à filiis Israel per [illegible] sacerdotis erunt.

12 q. d. Licet [illegible] [illegible]

13 Heb. abscondituma; fuerit [illegible] [illegible]

[illegible] est zelotypus, siue is qui habet pudicitiam vxoris suæ suspectam. 20 Heb. oblatio memoriæ reducentis in memoriam iniquitatem. Repetitio frequens apud Hebræos, [illegible] 21 [illegible] 22 oblationem memoriæ, quæ oblatio zelotypiæ [illegible] 23 maledictas [illegible] 24 [illegible] marito. 25 [illegible] 26 Heb. Si [illegible] aliquis in te semen suum [illegible] 27 vel, Adiurabit [illegible] 28 vel, [illegible] 29 execrationemq; [illegible] Contingat tibi quod mulieri illi contingit. [illegible] 31 [illegible] 33 intumescere faciant vterum tuum. 34 [illegible] sic mihi contingat. 35 Heb. [illegible] eas aquis amarissimis. Vel, & eas delebit, [illegible] in aquas amaras. 36 vel, [illegible] 37 Heb. manu zelotypiæ. 38 vel, [illegible] 39 [illegible] pugillum de oblatione eius, [illegible] oblatione sacerdotis. 40 maledictas, vtrasq; amaras. 41 vel, putrescetq; 42 In maledictionem [illegible] Contingat tibi quod mulieri illi contingit.

28 *Si verò polluta non fuerit mulier huiusmodi, sed munda,*[43] *ne ea eximetur, & fœcunda reddetur.*

29 *Hæc lex est zelotypiæ,*[44] *quando mulier à marito suo defecerit & polluta fuerit:*

30 *Aut quum maritum inuaserit spiritus amarus, ita vt amuletur zelo erga vxorē suam, & statuerit vxorē suam coram Domino, & fecerit illi sacerdos iuxta vniuersam legem istam.*

31[45] *Eritq. vir innocens ab iniquitate, mulier verò ipsa feret noxam suam.*

28 Quòd si polluta non fuerit erit innoxia, & faciet liberos.

29 Ista est lex zelotypiæ si declinauerit à viro suo, & si polluta fuerit,

30 Maritúsq; zelotypiæ spiritu concitatus adduxerit eam in conspectu Domini, & fecerit ei sacerdos iuxta omnia quæ scripta sunt.

31 Maritus absq; culpa erit, & illa recipiet iniquitatem suam.

43 Heb. absoluetur, & seminabitur semine. Absoluetur, inquit, i. liberabitur ab omni noxa: concipietque & pariet liberos, id enim est seminari semine.

44 Heb. quum errauerit mulier sub viro suo, & polluta fuerit: aut certe viri (sub. hæc est lex) super quem transierit spiritus zelotypiæ, & suspectā habuerit pudicitiam vxoris suæ, &c.

45 Heb. Immunis erit vir ille ab iniquitate: & mulier ipsa portabit pœnam iniquitatis suæ. i. Vir zelotypus impune illud faciet: Mulier verò quod impudica fuerit, dabit pœnas.

CAPVT VI.

1 *ET loquutus est Dominus ad Mosen in hæc verba.*

2 *Loquere ad filios Israel, & dices ad eos, Vir siue mulier*[1] *si diserte vouerint votum nasir,*

3 *Vt separent sese Domino,*[2] *A vino & sicera abstineant, acetum vini & sicera non bibat,*[3] *imò quicquid reliquum est ex vuis*[2] *non bibat, prætereà nec recentes vuas, nec passas comedet. Idq.*[3] *toto tempore quo ipse nasir est:*

4 *Nihil deniq. edat, Quod fit è vite vinifera, siue acini sint, siue vinacea.*

5[4] *Porrò toto tempore quo durat votū eius nasir,*[5] *nouacula nulla admoueri debet capiti eius:*[6] *quin sacer sit donec expleat dies quibus se Domino segregauit, nutriendo scilicet comam capillorum capitis sui.*

6 *Toto deniq. tempore quo se Domino segregauit,*[7] *ad mortuum non ingrediatur:*

7 *Imò ne in patris quidem sui, aut matris suæ, aut fratris sui, aut sororis sua morte polluatur:*[7] *eo quod nasir Dei sui est super caput eius.*

8 *Cunctis diebus separationis suæ sacer est Domino.*

9 *Quòd si quispiam mortuus fuerit apud eum subito & repentino casu, contaminabitur caput*[8] *comæ suæ: radat ergo caput suum in die purgationis suæ, nempe in die septimo radat illud.*

10 *Die verò octauo adferat duos turtures, aut duos pullos columbinos ad sacerdotem, ad ostium tentorij*[9] *cōstitutionis.*

11 *Facietq. sacerdos vnum pro peccato, alterum pro holocausto, & expiabit illum*[10] *ab eo quod peccauit aduersus animam suam,*[11] *& consecrabit caput eius in die illo.*

12 *Et separabit se Domino*[12] *dies illos quibus est nasir, adducetque agnum anniculum pro delicto: dies verò priores*[12] *irriti sunt: quoniam*[13] *polluit nasir separationem suam.*

13[14] *Hæc autem est lex Nazaræi, Quando absoluerit dies separationis suæ, eodem die applicet sese ad ostium tentorij constitutionis.*

14 *Adferatq. donum suum Domino, nempe agnum vnum anniculum integrum ad holocaustum, & agnam vnam, anniculam integram pro peccato, & arietem vnum, eumq. integrum pro sacrificio gratiarum actionis.*

15 *Canistrum quoq. infermentatorum, nempe placentas similagineas, placentas unctas oleo, & lagana infermentata oleo delibuta, cum sacrificio eorum cibario, & cum libaminibus eorum.*

16 *Adferat (ea) sacerdos coram Domino, & faciat hostiam eius pro peccato, atq. holocaustum eius:*

17 *Arietem verò faciet pro sacrificio gratiarum actionis Domino, cum canistro infermentatorum, facietq. sacerdos*[15] *sacrificium eius cibarium, & libamen eius.*

1 LOcutúsq; est Dominus ad Mosen, dicens. A

2 Loquere ad filios Israel, & dices ad eos. Vir siue mulier cum fecerint votum vt sanctificentur,

3 Et se voluerint Domino consecrare: A vino, & omni quod inebriare potest, abstinebunt: acetum ex vino, & ex qualibet alia potione, & quicquid de vua exprimitur, non bibent: vuas recentes, siccasq; non comedent. Cunctis diebus quibus ex voto Domino consecrantur:

4 Quicquid ex vinea esse potest, ab vua passa vsq; ad acinum non comedent.

5 Omni tempore separationis suæ nouacula nō transibit[a] per[b] caput eius vsq; ad completum diem quo Domino consecratur. Sanctus erit, crescente cæsarie capitis eius.

6 Omni tempore consecrationis suæ super mortuum non ingredietur. B

7 Nec super patris quidem & matris & fratris, sororisq; funere contaminabitur, quia consecratio Dei sui super caput eius est.

8 Omnibus diebus separationis suę, sanctus erit Domino.

9 Sin autem mortuus fuerit subitò quispiam coram eo, polluetur caput consecrationis eius: quod radet illico in eadem die purgationis suæ, & rursum septima.

10 In octauo autem die offeret duos turtures, vel duos pullos columbæ sacerdoti in introitu fœderis testimonij.

11 Facietq; sacerdos vnum pro peccato, & alterū in holocaustū, & deprecabitur pro eo, quia peccauit super mortuo: sanctificabitq. caput eius in die illo.

12 Et consecrabit Domino[c] dies separationis illius, offerens agnum anniculum pro peccato: ita tamen vt dies priores irriti fiant, quoniam polluta est sanctificatio eius.

13 Ista est lex consecrationis. Cum dies quos ex voto decreuerat, complebuntur: adducet eum ad ostium tabernaculi fœderis, C

14[d] Vt offerat oblationem eius Domino, agnum anniculum immaculatū in holocaustum, & ouem anniculam immaculatam, pro peccato, & arietem immaculatum, hostiam pacificam.

15 Canistrum quoq. panum azymorum qui conspersi sint oleo, & lagana absque fermento vncta oleo, ac libamina singulorum.

16 Quæ offeret sacerdos coram Domino, & faciet tam pro peccato, quàm in holocaustum.

17 Arietem verò immolabit hostiam pacificam Domino offerens, simul canistrum azymorum, & libamenta quæ ex more debentur.

Lex consecratorum, siue nazaræorum.

a Iudic. 13. a.

b super

c dies

d Et offeret.

CAPVT. VI.

1 vel, cū separaue rint sese ad vouēdum votū nazaræi, ad separandū sese Domino, id est, cum vouerint se fore nazaræos, & consecraturos sese cultui diuino. Nazaræi erāt qui vt liberius vacarent legi discendæ, & expendendæ benignitati Dei, aliorum cōmercio se abdicabant ad tempus, & Domino se totos debebant. Vel qui quā profusius vino & reliquis corporis delicijs vti solent, prohibere vitia generi se studebant, corporis castitatem. [illegible] quæ separati [illegible] guibus.

2 Si omnem infusionem [illegible] Quando [illegible] potus [illegible] est [illegible] vini [illegible]

3 Heb. omnibus diebus separationis suæ ex omni quod fieri solet è vite vini: à [illegible] ad [illegible] non comedet.

4 Heb. Omnibus diebus separationis (vel, consecrationis) suæ. 5 Heb. donec impleti fuerint dies separationis suæ, Domino [illegible] crines capitis sui. [illegible] 6 [illegible] 8 Hebr. nazaræatus sui. Vel, caput [illegible] 10 [illegible] 11 [illegible] 12 [illegible] 13 [illegible] obeunt. [illegible] 14 [illegible] 15 oblationem eius. [illegible]

Act.21.d.e
18 ‖Tunc radetur nazaræus ante ostium tabernaculi fœderis cæsarie consecrationis suæ: tolletq; capillos eius, & ponet super ignem, qui est suppositus sacrificio pacificorum.
D
19 Et armum coctum arietis, tortamque absque fermento vnam de canistro & laganum azymum vnum, & tradet in manus nazaræi, postquam rasum fuerit caput eius.
20 Susceptáque rursum ab eo, eleuabit in conspectu Domini, & sanctificata, sacerdotis erunt, sicut pectusculum quod separari iussum est, & femur. post hæc potest bibere nazaræus vinum.
21 Ista est lex nazaræi, cum vouerit oblationem suam Domino tempore consecrationis suæ, exceptis his quæ inuenerit manus eius: iuxta quod mente deuouerat, ita faciet, ad perfectionem sanctificationis suæ.
Benedicendi populo modus. Eccles.36.c
22 Locutusque est Dominus ad Moysen, dicens,
23 Loquere Aaron & filiis eius, ‖ Sic benedicetis filiis Israel, & dicetis eis,
24 Benedicat tibi Dominus, & custodiat te.
25 Ostendat Dominus faciem suam tibi, & misereatur tui.
26 Conuertat Dominus vultum suum ad te, & det tibi pacem. Inuocabúntque nomen meum super filios Israel, & ego benedicam eis.

18 Et [16] radet nazaræum in ostio tentorij constitutionis, nempe caput nazir eius: tolletque pilos capitis nazir eius, ponetq; in ignem, qui est sub sacrificio gratulatorio.
19 Tollat quoque sacerdos armum coctum [17] de ariete, & placentam vnam infermentatam è canistro, laganum quoque infermentatum vnum, & ponat super manus nazaræi postquam raserit [18] comam suam.
20 [19] Et moueat eas sacerdos tenupha coram Domino: [21] consecrata hæc erunt sacerdoti, præter pectusculum tenuphæ, & præter armum thrumæ. post hæc poterit nazir vinum bibere.
21 [22] Hæc lex est nazaræi, qui vouerit donum suum Domino pro consecratione sua, exceptis iis [23] quæ apprehenderit manus eius. [24] iuxta rationem voti sui quod vouit sic faciat iuxta præscriptum separationis suæ.
22 Loquutusque est Dominus ad Mosen hisce verbis,
23 Loquere ad Aharonem & ad filios eius in hanc sententiam, Sic bene precemini filiis Israel, dicatisq; ad eos,
24 [25] Benedicat tibi Dominus, & custodiat te:
25 [26] Illustret Dominus faciem suam super te, & misereatur tui.
26 [27] Attollat Dominus faciem suam super te, & det tibi tranquillitatem. [28] Ponent itaque nomen meum super filios Israel, & ego benedicam eos.

16 radet nazaræum ante ostium tabernaculi conuentus, caput separationis suæ, (vel, nazaræatus sui,) capietq; cæsariem capitis nazaræatus sui, & [illegible] quæ se consecrauerat Deo, radet caput suum intonsum, hoc est, comam suam quæ intonsa erat ratione nazaræatus & separationis suæ, radet inquã ante ostiũ: & capiet cæsariem quę hactenus intonsa fuerat ratione voti, Nazer varie exponunt, quidam pro cæsarie, aut coma, quidam pro separatione, quidam pro consecratione.
17 de quo scilicet fiebat sacrificium pacificorũ.
18 vel, crinem suum.
19 nazaræatum suum. i. crinem qui antea fuerat intonsus.
20 Eleuabit autẽ eam sacerdos eleuationẽ. Vel, Eleuando autem ea sacerdos offeret.
21 Hebr. sanctitas est sacerdotis vltra pectus eleuationis, & vltra armum eleuationis. q. d. ea omnia consecrata, sunt sacerdotis, & ad eum pertinent.
22 Iste est ritus nazaræi qui vouerit (sub. se fore nazaræum) & (sub. hæc est lex) oblationis eius Domino pro separatione sua. i. quam offerre debet pro &c.
23 q. d. Id faciet, nisi plura facere poterit per facultates suas.
24 i. quantum vouerit se facturum, tantum præstabit,
25 i. deus, det tibi Dominus copiã omnium bonorum temporalium & spiritualium. Hoc enim significat benedictio apud Hebræos.
26 vel, respiciat te Dominus vultu hilari.
27 i. Respiciat te Deus semper.
28 Hoc est, Cum benedicent filiis Israel, adiungent nomen meum tetragrammaton.

CAPVT VII.

Exod.40.b
A
1 FActum est autem, in die qua compleuit Moyses tabernaculum, & erexit illud:] vnxitq; & sanctificauit cum omnibus vasis suis, altare similiter & omnia vasa eius:
Oblationes singulorum ducũ populi Israelis, in dedicatione tabernaculi.
2 Obtulerunt principes Israel & capita familiarum [a] quæ erant per singulas tribus, præfecti eorum qui numerati fuerant.
[a] qui
3 Munera coram Domino sex plaustra tecta cum duodecim bobus: vnum plaustrum obtulere duo duces, & vnum bouem singuli, obtuleruntque ea in conspectu tabernaculi.
4 Ait autem Dominus ad Moysen,
[b] testimonii
5 Suscipe ab eis vt seruiant in ministerio tabernaculi [b] & trades ea Leuitis iuxta ordinem ministerii sui.
[c] ea
6 Itaque cum suscepisset Moyses plaustra, & boues, tradidit [c] eos Leuitis.
7 Duo plaustra & quatuor boues dedit filiis Gerson, iuxta id quod habebant necessarium.
8 Quatuor alia plaustra, & octo boues dedit filiis Merari secundum officia & cultum suum, sub manu Ithamar filij Aaron sacerdotis.
9 Filiis autem Caath non dedit plaustra & boues: Quia in sanctuario seruiunt, & onera propriis portant humeris.
10 Igitur obtulerunt duces in dedicationem altaris, die qua vnctũ est oblationem suã ante altare.
11 Dixitq; Dominus ad Moysen, Singuli duces per singulos dies offerant munera in dedicationem altaris.
B
Oblatio Nahasson.
12 Primo die obtulerit oblationem suam Nahasson filius Aminadab de tribu Iuda:
13 Fueruntq; in ea acetabulum argenteum pondo centum triginta siclorum, phiala argentea habẽs septuaginta siclos iuxta pondus sanctuarii, vtrunq; plenum simila conspersa oleo in sacrificium:
14 Mortariolum ex decem siclis aureis plenum incenso:

1 FActum est autem eo die, quum absoluisset Moses tabernaculi erectionem, vnxissetq; ipsum, consecrassetq; ipsum & cuncta vasa eius, aram quoque & vniuersa instrumenta eius: quum talia, inquam, vnxisset & consecrasset, [factum est]
2 Vt afferrent principes Israelis, capita scilicet per domos patrum suorum, qui principes erant tribuum, [1] qui præerant censibus,
3 Vt afferrent, inquam, dona sua coram Domino sex currus [2] tectos, & duodecim boues, currum vnum [3] pro duobus principibus, & bouem vnum [4] pro vno, adduxerunt [illegible] tabernaculum.
4 Et dixit Dominus ad Mosen hisce verbis,
5 Cape [hæc] ab eis [5] vt sint in ministerium cultus tentorii constitutionis: tradesq; ea Leuitis, vnicuique iuxta ministerium suum.
6 Accipiens itaque Moses currus & boues, tradidit eos Leuitis.
7 Duos currus & quatuor boues dedit filiis Gerson [6] iuxta ministerium eorum.
8 Et quatuor currus atque octo boues dedit filiis Merari, [6] iuxta ministerium eorum, sub manu Ithamar filij Aharonis sacerdotis.
9 Filiis vero Kehathi nihil dedit: [7] nam ministerium rerum sacrarum illis iniunctum erat, quas humero [suo] gestabant.
10 Afferebant insuper principes [8] ad aræ initiationem eo die quo inungebantur, afferebant, inquam, principes dona sua ante aram.
11 Et ait Dominus ad Mosen, [9] Singulis diebus singuli principes sua dona afferant ad aræ initiationem.
12 Attulit itaque primo die donum suum Nahason filius Aminadab de tribu Iehuda.
13 Eratq; donũ ipsius [10] catinus argenteus vnus, centũ & triginta siclorũ. [11] phiala vna argentea, septuaginta siclorum iuxta pondus sanctuarii: vtrumq; ex his plenum fuit similagine [12] oleo permixta [13] pro sacrificio cibario.
14 [14] Cochleare vnum aureum decem [siclorum,] plenum suffitu.

CAPVT VII. 1 Heb. qui stabant super numeros. i. qui astabant dum populus numeraretur, & enumerationi [illegible]. 2 [illegible] modum lecticarum factos. 3 vel, a binis principibus. 4 vel, in singulos. 5 vel, ad faciendum cultum tabernaculi fœderis. Vel, conuentus, siue congregationis. q. d. Omnia illa quæ principes obtulerunt, [illegible] tabernaculi [illegible]. 6 vel, pro ratione ministerii eorum, id est, habita ratione eorum quæ ferre debebant. 7 Heb. quia opus [illegible] super [illegible] Vel quia [illegible] incumbebat. 8 pro dedicatione altaris. 9 Heb. Princeps vnus per diem.
10 Vox Hebræa [illegible] significat [illegible] latam. 11 vel, [illegible] Vas erat libatorium. 12 [illegible] oleo [illegible]. 13 in oblationem id est, [illegible]. 14 vel, Cochleare vnum [illegible] decem siclorum aureorum. Vox Heb. [illegible] significat vas paruum & concauum in modum cochlearis formatum, in quo thus, vel suffitus, aut aliud [illegible] ponebatur,

15 Hebr. Iuuencus vnus filius bouis, id est, vitulus
16 pacificorum,

15 [15] *Iuuencus vnus, [a] aries vnus, agnus anniculus*
vnus ad holocaustum,
16 *Hircus caprarum vnus ad hostiam pro peccato.*
17 *Pro sacrificio verò [16] gratulatorio, [a] boues duo.*
arietes quinq, hirci quinque, agni anniculi quinque. hoc
fuit donum Nahason filii Aminadab.
18 *Secundo die attulit Nathaneel filius Zuar prin-*
ceps [tribus] Isaschar, attulit inquam donum suum, cati-
num vnum argenteum centum & triginta siclorum,
19 *Phialã argenteã vnam septuaginta siclorum iuxta*
siclum sanctuarii: vtraque plena simılagine oleo commix-
ta [1] pro sacrificio minha,
20 *Cochleare vnum aureum decem [siclorum,] plenum*
suffitu,
21 *Iuuencum ex bobus vnum, arietem vnum, agnum*
anniculum vnum in holocaustum,
22 *Hircum caprarum vnum pro hostia peccati,*
23 *Et pro sacrificio gratulatorio boues duos, arietes*
quinque agnos anniculos quinque. hoc fuit donum Na-
thaneelis filii Zuar.
24 *Tertio die princeps filiorum Zabulon Eliab filius*
Helon,
25 *Cuius donum fuit catinus vnus argenteus, centum*
& triginta siclorum, phiala vna argentea septuaginta si-
clorum iuxta siclum sanctuarii: vtrunq ex his plenum
fuit similagine oleo conspersa pro sacrificio cibario,
26 *Cochleare vnum aureum decem [siclorum] plenum*
suffitu,
27 *Iuuencus vnus, aries vnus, agnus anniculus vnus*
in holocaustum,
28 *Hircus ex capris vnus pro hostia peccati,*
29 *Et pro sacrificio gratulatorio boues duo, arietes*
quinq, hirci quinq, agni anniculi quinq. hoc donum fuit
Eliab filii Helon.
30 *Quarto die princeps filiorum Ruben Elizur filius*
Sedeur.
31 *Cuius donum fuit catinus argenteus vnus, centum*
triginta siclorum, phiala vna argentea septuaginta si-
clorum iuxta siclum sanctuarii: vtrunq ex his plenum
fuit similagine oleo permista pro sacrificio cibario.
32 *Cochleare vnum aureum decem [siclorum] ple-*
num suffitu,
33 *Iuuencus vnus, aries vnus, agnus anniculus vnus*
ad holocaustum scilicet,
34 *Hircus caprarum vnus ad hostiam pro peccato,*
35 *Pro sacrificio autem gratulatorio boues duo arie-*
tes quinq, hirci quinque, & agni anniculi quinque. hoc
donum fuit Elizur filii Sedeur.
36 *Quinto die princeps filiorum Simeon, Selumiel*
filius Zuri-saddai,
37 *Cuius donum fuit catinus argenteus vnus, centum*
& triginta siclorum, phiala argentea vna septuaginta si-
clorum iuxta pondus sanctuarii: vtraque plena similagine
oleo conspersa pro sacrificio cibario,
38 *Cochleare aureum vnum decem [siclorum] plenum*
suffitu.
39 *Iuuencus vnus, aries vnus, agnus anniculus vnus*
in holocaustum,
40 *Hircus caprarum vnus, pro hostia peccati.*
41 *Et pro sacrificio gratulatorio boues duo, arietes*
quinque, hirci quinque, agni anniculi quinque.
42 *Hoc fuit donum Selumiel filii Zuri saddai.*
43 *Sexto die princeps filiorum Gad Eliasaph filius*
Dehuel,
44 *Cuius donum fuit catinus vnus argenteus centum*
& triginta siclorum, phiala vna argentea septuaginta si-
clorum iuxta siclum sanctuarii. vtraque plena simila con-
spersa oleo pro sacrificio cibario,
45 *Cochleare aureum vnum decem [siclorum] plenum*
suffitu: Iuuencus vnus, aries vnus, agnus anniculus vnus
in holocaustum,

15 Bouem de armento, & arietem, & agnum
anniculum in holocaustum:
16 Hircúmque pro peccato:
17 Et in sacrificio pacificorum boues duos, arie-
tes quinque, hircos quinque, agnos anniculos quin-
que. hæc est oblatio Nahasson filii Aminadab. *Nathanaelis*
18 Secundo die obtulit Nathanael filius Suar, *oblatio.*
dux de tribu Issachar,
19 Acetabulum argenteum appendens centum
triginta siclos, phialam argenteam habentem sep-
tuaginta siclos, iuxta pondus sanctuarii, vtrunque
plenum simila conspersa oleo in sacrificium:
20 Mortariolum aureum habens decem siclos
plenum incenso:
21 Bouem de armento & arietem, & agnum an-
niculum in holocaustum:
22 Hircúmque pro peccato:
23 Et in sacrificio pacificorum boues duos, arie-
tes quinque, hircos quinque, agnos anniculos quin-
que. hæc fuit oblatio Nathanael filii Suar.
24 Tertiò die princeps filiorum Zabulon Eliab fi- *Oblatio Eliab.*
lius Helon,
25 Obtulit acetabulum argenteum appendens
centum triginta siclos phialam argenteam haben-
tem septuaginta siclos ad pondus sanctuarii, vtrum-
que plenum simila conspersa oleo in sacrificium:
26 Mortariolum aureum appendens decem si- C
clos plenum incenso:
27 Bouem de armento, & arietem, & agnum an-
niculum in holocaustum:
28 Hircumque pro peccato:
29 Et in sacrificio pacificorum boues duos, arie-
tes quinque, hircos quinque, agnos anniculos quin-
que. hæc est oblatio Eliab filii Helon.
30 Die quarto princeps filiorum Ruben, Elisur *Oblatio Elisur.*
filius Sedeur.
31 Obtulit acetabulum argenteum appendens
centum triginta siclos, phialam argenteam haben-
tem septuaginta siclos ad pondus sanctuarii vtrum-
que plenum simila conspersa oleo in sacrificium:
32 Mortariolum aureum appendens decem si-
clos plenum incenso:
33 Bouem de armento, & arietem, & agnum an-
niculum in holocaustum:
34 Hircumque pro peccato:
35 Et in sacrificio pacificorum boues duos, arie-
tes quinque, hircos quinq., agnos anniculos quin-
que. hæc fuit oblatio Elisur filii Sedeur.
36 Die quinto princeps filiorum Simeon Sala- *Oblatio Sala-*
miel filius Suri saddai, *miel.*
37 Obtulit acetabulum argenteum appendens
centum triginta siclos, phialam argenteam haben-
tem septuaginta siclos ad pondus sanctuarii, vtrum-
que plenum simila conspersa oleo in sacrificium:
38 Mortariolum aureum appendens decem si-
clos plenum incenso:
39 Bouem de armento, & arietem, & agnum an-
niculum in holocaustum:
40 Hircumque pro peccato:
41 Et in hostias pacificorum boues duos, arietes
quinque, hircos quinque, agnos anniculos quinq;,
hæc fuit oblatio Salamiel filii Suri saddai.
42 Die sexto princeps filiorũ Gad Eliasaph filius D
Duel, *Eliasaph.*
43 Obtulit acetabulum argenteũ appendens cen-
tum triginta siclos, phialam argenteam habentem
septuaginta siclos ad pondus sanctuarii vtrumque
plenum simila conspersa oleo in sacrificium:
44 Mortariolum aureum appendens decem si-
clos plenum incenso:
45 Bouem de armento, & arietem, & agnum an-
niculum in holocaustum:

46 Hir-

45 Hircumque pro peccato:

47 Et in hostias pacificorum boues duos, arietes quinq., hircos quinq., agnos anniculos quinq. Hæc fuit oblatio Elisaph filii Duel.

Elisama. 48 Die septimo princeps filiorum Ephraim Elisama filius Ammiud,

49 Obtulit acetabulum argenteum appendens centum triginta siclos, phialam argenteam habentem septuaginta siclos ad pondus sanctuarii verúque plenum simila conspersa oleo in sacrificium:

50 Mortariolum aureum appendens decem siclos plenum incenso:

51 Bouem de armento, & arietem, & agnum anniculum in Holocaustum:

52 Hircúmq; pro peccato:

53 Et in hostias pacificorum boues duos, arietes quinq., hircos quinq., agnos anniculos quinq. hæc fuit oblatio Elisama filii Ammiud.

Gamaliel. E 54 Die octauo princeps filiorum Manasse Gamaliel filius Phadassur,

55 Obtulit acetabulum argenteum appendens centum triginta siclos, phialam argenteam habentem septuaginta siclos ad pódus sanctuarii, vtrunq; plenum simila conspersa oleo in sacrificium:

56 Mortariolum aureum appendens decem siclos plenum incenso:

57 Bouem de armento, & arietem, & agnũ anniculum in holocaustum,

58 Hircúmque pro peccato:

59 Et in hostias pacificorum boues duos, arietes quinq., hircos quinq; agnos anniculos quinq;. hæc fuit oblatio Gamaliel filii Phadassur.

Abidan. 60 Die nono princeps filiorum Beniamin Abidan filius Gedeónis,

61 Obtulit acetabulum argentem appendens centum triginta siclos, phialam argenteam habentem septuaginta siclos ad pondus sanctuarii, vtrumq. plenum simila cõspersa oleo in sacrificium:

62 Mortariolum aureum appendens decem siclos plenum incenso:

63 Bouem de armento, & arietem, & agnum anniculum in holocaustum:

64 Hircúmque pro peccato:

65 Et in hostias pacificorum boues duos, arietes quinq;, hircos quinque, agnos anniculos quinque. F hæc fuit oblatio Abidam filii Gedeonis.

Abi-ezer. 66 Die decimo princeps filiorum Dan Abi-ézer filius Ammi saddai,

67 Obtulit acetabulum argenteum appendens centum triginta siclos, phialam argenteam habentem septuaginta siclos ad pondus sanctuarii. vtrúque plenum simila conspersa oleo in sacrificium.

68 Mortariolum aureum appendens decem siclos, plenum incenso:

69 Bouem de armento, & arietem, & agnũ anniculum in holocaustum:

70 Hircumque pro peccato:

71 Et in hostias pacificorum boues duos arietes quinque, hircos quinque, agnos anniculos quinq;. hæc fuit oblatio Ahi-ezer filii Ammi sadai.

Phegiel. 72 Die vndecimo princeps filiorũ Aser, Phegiel, filius Ochran,

73 Obtulit acetabulum argenteum appendens centum triginta siclos. Phialam argenteam habentem septuaginta siclos ad pondus sanctuarii vtrúque plenum simila conspersa oleo in sacrificium:

74 Mortariolum aureum appendens decem siclos, plenum incenso:

75 Bouem de armẽto, & arietem, & agnum anniculum in holocaustum:

76 Hircumque pro peccato:

77 Et in hostias pacificorum boues duos, arietes

46 Hircus caprarum vnus pro hostia peccati;

47 Et pro sacrificio gratulatorio boues duo, arietes quinq., hirci quinq., agni anniculi quinq. hoc fuit donũ Eliasaph filii Dehuel.

48 Septimo die princeps filiorum Ephraim, Elisama filius Ammihud.

49 Cuius donum fuit catinus argenteus vnus centum triginta siclorum, phiala vna argentea septuaginta siclorum iuxta siclum sanctuarii: vtraq. plena simila gine oleo conspersa pro sacrificio cibario,

50 Cochleare aureum vnum decem [siclorum] plenum suffitu.

51 Iuuencus vnus, aries vnus, agnus anniculus vnus in holocaustum,

52 Hircus ex capris vnus pro hostia peccati,

53 Pro sacrificio vero gratulatorio boues duo, arietes quinque, hirci quinq., agni anniculi quinq. hoc fuit donum Elisama filii Ammihud.

54 Octauo die princeps filiorum Manasse, Gamaliel filius Pedatzur,

55 Cuius donum fuit catinus argenteus vnus centum & triginta siclorum, phiala vna argentea septuaginta siclorum iuxta siclum sanctuarii: vtraq. plena similagine oleo conspersa pro sacrificio cibario,

56 Cochleare aureum vnum decem [siclorum] plenũ suffitu,

57 Iuuencus vnus, aries vnus, agnus anniculus vnus in holocaustum,

58 Hircus ex capris vnus pro hostia peccati,

59 Et pro sacrificio gratulatorio boues duo, arietes quinq., hirci quinq., agni anniculi quinq. hoc fuit donũ Gamlielis filii Pedatzur.

60 In die nona princeps filiorum Beniamin, Abidan filius Gideoni,

61 Fuit quoque donum eius catinus vnus argenteus centum & triginta siclorum, phiala argentea vna septuaginta siclorum iuxta siclum sanctuarii: vtraque plena similagine oleo permixta pro sacrificio cibario,

62 Cochleare vnum aureum decem [siclorum] plenum suffitu,

63 Iuuencus vnus, aries vnus, agnus anniculus vnus in holocaustum.

64 Hircus caprarum vnus pro hostia peccati,

65 Et pro sacrificio gratulatorio boues duo, arietes quinq., hirci quinq., agni anniculi quinq. hoc fuit donũ Abidan filii Gideoni.

66 Decimo die princeps filiorum Dan, Ahi-ezer filius Ammi saddai,

67 Cuius munus fuit catinus argenteus centum & triginta siclorum, phiala vna argentea septuaginta siclorum, iuxta siclum sanctuarii: vtraq. plena similagine oleo permixta pro sacrificio cibario,

68 Cochleare vnum aureum decem [siclorum] plenũ suffitu.

69 Iuuencus vnus, aries vnus, agnus anniculus vnus in holocaustum,

70 Et hircus ex capris vnus pro hostia peccati,

71 Et pro sacrificio gratulatorio boues duo, arietes quinq., hirci quinq., agni anniculi quinque. hoc donum fuit Ahi-ezer filii Ammi saddai.

72 Vndecimo die princeps Aser, Pagiel filius Ochran,

73 Cuius donum fuit catinus argenteus vnus centum & triginta siclorum, Phiala argentea vna septuaginta siclorum, iuxta siclum sanctuarii: vtraq. plena similagine oleo permixta pro sacrificio cibario.

74 Cochleare vnum aureũ decem [siclorum] plenum suffitu.

75 Iuuencus vnus, aries vnus, agnus anniculus vnus in holocaustum.

76 Hircus ex capris vnus pro hostia peccati,

77 Et pro sacrificio gratulatorio boues duo, arietes

17 Tentorium verò[2] constitutionis proficiscetur cum turba Leuitarum in medio castrorum; & sicut castrametantur, sic etiam proficiscantur, vnusquisque in loco suo sub vexillis suis.

18 Vexillum castrorum Ephraim cum exercitibus suis ad Occidentem [castrametetur:] & princeps filiorum Ephraim, Elischama filius Ammihud.

19 Exercitus eius & census eorum, quadraginta millia & quingenti.

20 Iuxta hunc erit tribus Manasse: & princeps filiorum Manasse, Gamaliel filius Pedazur.

21 Exercitus eius & census eorum triginta duo millia & ducenti.

22 Tribus quoque Beniamin: & princeps filiorum Beniamin, Abidan filius Gideoni.

23 Exercitus eius & census eorum, triginta quinque millia & quadringenti.

24 Vniuersi qui[10] censi sunt e castris Ephraim, centum millia & octo millia, atque centum, per exercitus suos: & in tertio loco proficiscentur.

25 Vexillum verò castrorum Dan cum exercitibus suis Aquilonem [tenebit:] [11] fuitque princeps filiorum Dan Ahiezer filius Ammisadai.

26 Exercitus eius & census eorum, sexaginta duo millia & septingenti.

27 Iuxta eum castrametabuntur tribus Aser: & princeps filiorum Aser, Pagiel filius Achran.

28 Exercitus eius & census eorum, quadraginta vnum millia & quingenti.

29 [13] Tribus quoque Naphthali: & princeps filiorum Naphthali, Ahira filius Enan.

30 Et exercitus eius atque census eorum, quinquaginta tria millia & quadringenti.

31 Vniuersi qui[12] censi sunt è castris Dan, centum millia & quinquaginta septem millia & sexcenti: & postremo loco proficiscentur[14] cum vexillis suis.

32 [15] Hic est census filiorum Israel iuxta domos patrum suorum, vniuersi scilicet qui censi sunt castrametantes iuxta exercitus suos, sexcenta millia, tria millia, quingenti & quinquaginta.

33 Leuitæ verò non[16] sunt censi inter filios Israel, sicut præceperat Dominus Mosi.

34 Et fecerunt filii Israel[17] iuxta omnia quæ mandauerat Dominus Mosi. sic itaque castra fixerunt cum vexillis suis, & sic profecti sunt iuxta familias suas, & iuxta domos patrum suorum.

17 Leuabitur autem tabernaculum testimonii per officia Leuitarum & turmas eorum. quomodo erigetur, ita & deponetur. Singuli per loca & ordines suos proficiscentur. C

18 Ad Occidentalem plagam erunt castra filiorum Ephraim, quorum princeps fuit Elisama filius Ammiud.

19 Cunctus exercitus pugnatorum eius, qui numerati sunt, quadraginta millia quingenti.

20 Et cum eis tribus filiorum Manasse, quorum princeps fuit Gamaliel filius Phadassur.

21 Cunctúsque exercitus pugnatorum eius, qui numerati sunt, triginta duo millia ducenti.

22 In tribu filiorum Ben iamin princeps fuit Abidan filius Gedeonis.

23 Et cunctus exercitus pugnatorum eius, qui recensiti sunt, triginta quinque millia quadringenti.

24 Omnes qui numerati sunt in castris Ephraim, centum octo millia centum per turmas suas: tertii proficiscentur.

25 Ad Aquilonis partem castrametati sunt filii Dan: quorum princeps fuit Ahiezer filius Ammisaddai.

26 Cunctus exercitus pugnatorum eius, qui numerati sunt, sexaginta duo millia septingenti. D

27 Iuxta eum fixere tentoria de tribu Aser: quorum princeps fuit Phegiel filius Ochran.

28 Cunctus exercitus pugnatorum eius, qui numerati sunt, quadraginta millia & mille quingenti.

29 De tribu filiorum Nephthali princeps fuit Ahira filius Enan.

30 Cunctus exercitus pugnatorum eius, quinquaginta tria millia quadringenti.

31 Omnes qui numerati sunt in castris Dan, fuerunt centum quinquaginta septem millia sexcenti: & nouissimi proficiscentur.

32 Hic numerus filiorum Israel per domos cognationum suarum & turmas diuisi exercitus, sexcenta tria millia quingenti quinquaginta.

33 Leuitæ autem non sunt numerati inter filios Israel: sic enim præceperat Dominus Moysi.

34 Feceruntque filii Israel iuxta omnia quæ mandauerat Dominus: castrametati sunt per turmas suas, & profecti per familias ac domos patrum suorum.

CAPUT III.

1 ET[1] hæ sunt generationes Aharonis & Mosis eo die, quo locutus est Dominus cum Mose in monte Sinai.

2 Et hæc sunt nomina filiorum Aharonis, primogenitus Nadab, Abihu, Eleazar, & Ithamar.

3 Hæc sunt nomina filiorum Aharonis sacerdotum, [2] qui vncti erant, quorum manus[3] consecrata erant vt sacerdotio fungerentur.

4 Mortuusque est Nadab & Abihu coram Domino quum offerrent ignem [4] alienum coram Domino in deserto Sinai, nec habuerunt filios. & sacerdotio functus est Eleazar & Ithamar coram patre suo Aharone.

5 Loquutus est Dominus ad Mosen, dicens,

6 Adduc tribum Leui, & constitue eam coram Aharon sacerdote, vt ei ministrent.

7 Et ipsi custodiant [6] obseruationem eius, & obseruationem vniuersi cœtus ante tentorium constitutionis, vt obeant ministerium tabernaculi.

8 Ipsi custodient omnia [7] instrumenta tentorii constitutionis, & obseruationem filiorum Israel, vt obeant ministerium tabernaculi.

9 Et dabis Leuitas Aharoni & filiis eius, [8] dediti enim sunt ex filiis Israel.

10 [9] Aharon vero & filios eius præficias, vt custodiant

1 HÆ sunt generationes Aaron & Moysi in die, qua locutus est Dominus ad Moysen in monte Sinai. A

2 Et hæc nomina filiorum Aaron, primogenitus eius Nadab, deinde Abiu, & Eleazar, & Ithamar. *Filii Aaron.* Exod. 6. d

3 Hæc nomina filiorum Aaron sacerdotum, qui vncti sunt, & quorum repletæ & consecratæ manus vt sacerdotio fungerentur.

4 Mortui sunt enim Nadab & Abiu cum offerrent ignem alienum in conspectu Domini in deserto Sinai, absque liberis: functique sunt sacerdotio Eleazar & Ithamar coram Aaron patre suo. Leuit. 10. a 1. Para. 24. a

5 Locutusque est Dominus ad Moysen, dicens, *Leuitis datur administratio sacrorum.*

6 Applica tribum Leui, & fac stare in conspectu Aaron sacerdotis, vt ministrent ei,

7 Et excubent, & obseruent quicquid ad cultum pertinet multitudinis coram tabernaculo testimonii,

8 Et custodiant vasa tabernaculi, seruientes in ministerio eius. B

9 Dabisque dono Leuitas Aaron & filiis eius, quibus traditi sunt a filiis Israel.

10 Aaron autem & filios eius constitues super cultum sacerdotii

9 fecerit (sive ... [illegible] ... Leuitarum in medio castrorum: quemadmodum ... [illegible] ... vexilla sua. ... [illegible] ... filiorum Israel proficiscentur.
20 numerati.
21 Iuxta eum ... [illegible] ... Beniamin ... numerabuntur ... ipsi Ephraim
22 ... [illegible]
23 ... tribus Nephthali ... [illegible]
24 vel, per vexilla sua ... [illegible] ... quatuor tantum vexilla primaria: minora vero pene innumera. Ideo dicit, per vexilla sua, sequendo scilicet particularia.
25 Isti sunt numerati filiorum Israel per domos patrum suorum, omnes numerati, qui erant in castris per exercitus suos, erant &c.
26 ... [illegible] ... per familias patrum.
26 fuerunt numerati
27 vel, prorsus vt præceperat. Gallicè, Tout ainsi qu'auoit commandé &c.

CAP. III.
1 Hæc sunt, quæ acciderunt Aaroni & Mosi, eo quo locutus &c.
2 I qui functi erant munere sacerdotii.
3 consecrauerat ... [illegible]
4 vel, peregrinum ... [illegible]
5 vel ... [illegible] ... adhuc
6 Heb. custodiant ... eius, & custodiam omnis congregationis coram tabernaculo conuentus, vt ... [illegible] ... seruiant tabernaculo ... [illegible]

[illegible] ... tabernaculi ... [illegible] ... Israel ... [illegible] ... tabernaculo ... [illegible] ... Leuitæ Aaroni qui fungebatur ... [illegible] ... dignitatem ... [illegible] ... Deo.

facerdotij, externus qui ad ministrandum accesserit morietur.

11 Locutusque est Dominus ad Moysen dicens,

12 Ego tuli Leuitas a filiis Israel pro omni primogenito qui aperit vuluam in filiis Israel, eruntq; Leuitæ mei.

Exo. 13. a / Infr. 8. c.

13 Meum est enim omne primogenitum: ſex quo percussi primogenitos in Terra Ægypti, sanctificaui mihi quicquid primum nascitur in Israel ab homine vsque ad pecus, mei sunt: ego Dominus.

C

14 Locutusque est Dominus ad Moysen in deserto Sinai, dicens,

Leuitæ numerantur. / Exod. 6. c

15 Numera filios Leui per domos patrum suorum & familias, omnem masculum ab vno mense & suprà.

16 Numerauit Moyses vt præceperat Dominus.

17 Et inuenti sunt filij Leui per nomina sua, Gerson & Caath & Merari.

18 Filij Gerson: Lebni, & Semei.

19 Filij Caath: Amran, & Iesaar, Hebrō, & Oziel.

20 Filij Merari: Noholi, & Musi.

21 De Gerson fuere familiæ duæ, Lebnitica, & Semeitica:

† quingenti.

22 Quarum numeratus est populus sexus masculini ab vno mense & suprà, septem millia † quingentorum.

23 Hi post tabernaculum metabuntur ad Occidentem.

24 Sub principe Heliasaph filio Lael.

Leuitarum statio.

25 Et habebunt excubias in tabernaculo fœderis, ipsum tabernaculum & operimentum eius, tentorium quod trahitur ante fores tecti fœderis.

D

26 Et cortinas atrij: tentorium quoque quod appenditur in introitu atrij tabernaculi, & quicquid ad ritum altaris pertinet, funes tabernaculi & omnia vtensilia eius.

27 Cognatio Caath habebit populos Amramitas & Iesaaritas & Hebronitas & Ozielitas.

28 Hæ sunt familiæ Caathitarum, recensitæ per nomina sua: Omnes generis masculini ab vno mense & supra, octo millia sexcenti.

29 Habebunt excubias sanctuarij, & castrametabuntur ad Meridianam plagam.

30 Princepsq. eorum erit Elisaphan filius Oziel:

31 Et custodient arcam, mensamque & candelabrum, altaria & vasa sanctuarij, in quibus ministratur, & velum, cunctamque huiuscemodi supellectilem.

E

32 Princeps autem principum Leuitarum Eleazar filius Aaron sacerdotis, erit super excubitores custodiæ sanctuarij.

33 At vero de Merari erunt populi Moholitæ, & Musitæ recensiti per nomina sua:

[illegible]

34 Omnes generis masculini ab vno mense & suprà, sex millia ducenti.

35 Princeps eorum Suriel filius Abihaiel: in plaga Septentrionali castrametabuntur.

36 Erunt sub custodia eorum tabulæ tabernaculi & vectes, & columnæ ac bases earum, & omnia quæ ad cultum huiuscemodi pertinent:

37 Columnæque atrij per circuitum cum basibus suis, & paxilli cum funibus.

38 Castrametabuntur ante tabernaculum fœderis, id est, ad Orientalem plagam, Moyses & Aaron

sacerdotium suum: alienus si accesserit, [10] interficiatur.

11 Et loquutus est Dominus ad Mosen in hanc sententiam.

12 Ecce ego [11] tuli Leuitas de medio filiorum Israel pro omni primogenito quod [12] vuluam aperit in filiis Israel, & Leuitæ erunt mei.

13 Meum enim est omne primogenitum: à die quo percussi omne primogenitum in terra Ægypti, [13] consecraui mihi omne primogenitum in Israele tam in hominibus quàm in iumentis, mea inquam erunt: ego Dominus.

14 Et loquutus est Dominus ad Mosen in deserto Sinai hisce verbis.

15 Recense filios Leuitarum, iuxta domos patrum suorum, iuxta familias suas, omnem marem, ab eo qui vnius est mensis & supra recensebis eos.

16 Recensuit itaque eos Moses iuxta præceptum Domini, quemadmodum mandauerat.

17 Fueruntq. isti filij Leui [14] iuxta nomina sua, Gerson Kahath & Merari.

18 Et hæc sunt nomina filiorum Gerson iuxta familias suas, Libni & Simei.

19 Filij verò Kahath in familiis suis, Amram, Ishar, Hebron & Vziel.

20 Et filij Merari in familiis suis, Maheli & Musi. Hæ sunt familiæ Leuitarum iuxta domos patrum suorum.

21 [15] Ipsi Gerson familia Libni & familia Semei: istæ sunt familiæ Gersonicæ.

22 [16] Census eorum ab eo qui erat vnius mensis & supra, census [illegible] eorum septem millia, & quingenti.

23 [illegible] familia Gersonica post tabernaculum castrametentur ad Occidentem.

24 Princeps autem [17] domus patriæ Gersonitarum Eliasaph filius Lael.

25 Et fuit [illegible] Gerson custodire erit in tentorio [18] constitutum, [illegible] tabernaculum & tentorium, [illegible] eius, & velum quod erat ad ostium [19] tentorij constitutionis,

26 Item aulæum atrij, & [20] velum ad ostium atrij, quod est iuxta tabernaculum, & aram circumquaque, & funes eius, ad omne ministerium eius.

27 Ipsius Kahath erat familia Amram, & familia Ishar, & familia Hebroni, & familia Vzieli.

28 Et hæ sunt familiæ Kahathitarum. Numerus omnium marium ab eo qui vnius erat mensis & supra, octo millia & sexcenti:

29 Et hi excubabant [21] in custodia sanctuarij. Familia autem Kahathitarum castra figent ad latus tabernaculi Meridionale.

30 Primarius [22] patriæ domus familiarum Kahathitarum fuit Elizaphan filius Vziel.

31 Et illi custodient arcam, mensam, candelabrum, [23] aras, & vasa sanctuarij, [24] in quibus ministrarunt, velum quoque & quidquid ad ministerium eius [pertinet.]

32 Summus autem princeps Leuitarum fuit Eleazar filius Aaronis sacerdotis, [25] episcopus eorum qui excubant in custodia sanctuarij.

33 Ipsius Merari [erit] familia Maheli, & familia Musi: hæ sunt familiæ Meraritarum.

34 [26] Census eorum iuxta numerum omnium marium ab eo qui erat vnius mensis & supra, sex millia & ducenti.

35 Princeps autem patriæ domus in familiis Merari erat Zuriel filius Abihail: & hi castra ponent in latere tabernaculi Septentrionali.

36 Et functio custodia filiorum Merari [erunt] asseres tabernaculi, & vectes eius, columnæ eius, & bases eius, & omnia instrumenta eius, & quidquid est ministerij eius.

37 Columnæ quoque atrij per circuitum, cum basibus earum, clauis earum, & funes earum.

38 Porro ante tabernaculum ad plagam Orientalē ante [27] tentorium constitutionis castra ponent Moses, & Aharon

10 interficietur. 1. alienum scilicet sententia.
11 i. selegi.
12 Hebraismus est, Aperire vuluam, pro primum nasci.
13 Heb. Sanctificaui. i. seorsum mihi tanquam rē sacram & sanctā.
14 i. quorū nomina sequūtur.
15 i. Ad Gersonem pertinebat cognatio Lebnitarum & Semeitarum. Sub Gersone comprehendebatur cognatio Lebnitica & Semeitica.
16 Numerati
17 familia autem
18 [illegible]
vel, [illegible]
19 tabernaculi [illegible]
20 [illegible]
21 custodientes [illegible]
22 vel, familiæ autem
23 i. duo altaria [illegible]
24 vel, quibus [illegible]
25 Heb. [illegible]
26 [illegible] numerati sunt, numerando ipsos mares, &c.
27 tabernaculum [illegible]

L 4

[a] *ianthinarum*
10 Et super omnia ponent operimentum [a] hyacinthinarum pellium, & inducent vectes.
11 Necnon & altare aureum inuoluent hyacinthino vestimento, & extendent desuper operimentum [b] hyacinthinarum pellium, inducentque vectes.
[b] *ianthinarum*
12 Omnia vasa quibus ministratur in sanctuario, inuoluent hyacinthino pallio, & extendent desuper operimentum [c] hyacinthinarum pellium, inducentque vectes.
[c] *ianthinarum*
13 Sed & altare mundabunt cinere, & inuoluent illud purpureo vestimento.
14 Ponentque cum eo omnia vasa quibus in ministerio eius vtuntur, id est ignium receptacula, fuscinulas ac tridentes, vncinos & batilla, cuncta vasa altaris, & operient simul velamine [d] hyacinthinarum pellium, & inducent vectes.
[d] *ianthinarum*
15 Cumque [e] inuoluerint Aaron & filij eius sanctuarium & omnia vasa eius in commotione castrorum, tunc intrabunt filij Caath vt portent inuoluta: & non tangent vasa sanctuarij, ne moriantur.
[e] *inuoluerit*
16 Ista sunt onera filiorum Caath in tabernaculo fœderis: super quos erit Eleazar filius Aaron sacerdotis, ad cuius curam pertinet oleum ad concinnandas lucernas, & compositionis incensum, & sacrificium quod semper offertur, & oleum vnctionis: & quicquid ad cultum tabernaculi pertinet, omniúmque vasorum quæ in sanctuario sunt.
17 Locutúsque est Dominus ad Moysen & Aaron dicens.
18 Nolite perdere populum Caath de medio Leuitarum:
19 Sed hoc facite eis, vt viuant, & non moriantur, si tetigerint sancta sanctorum.
20 Aaron & filij eius intrabunt, ipsique disponent [f] opera singulorum, & diuident quid portare quis debeat.
[f] *onera*
21 Alij nulla curiositate videant quæ sunt in sanctuario priusquam inuoluantur, alioquin morientur.
Officium Gersonitarum.
22 Locutúsque est Dominus ad Moysen, dicens.
23 Tolle summam etiam filiorum Gerson per domos ac familias & cognationes suas:
24 A triginta annis & supra, vsque ad annos quinquaginta, numera omnes qui ingrediuntur & ministrant in tabernaculo fœderis.
25 Hoc est officium familiæ Gersonitarum, vt portent Cortinas tabernaculi & tectum fœderis, operimentum aliud,
[g] *ianthinum,*
26 Et super omnia velamen [g] hyacinthinum, tentoriúmque quod pendet in introitu tabernaculi fœderis,
27 Cortinas atrij, & velum in introitu quod est ante tabernaculum.
28 Omnia quæ ad altare pertinent, funiculos & vasa ministerij iubente Aaron & filiis eius, portabunt filij Gerson: & scient singuli cui debeant [h] operi mancipari.
[h] *oneri*
29 Hic est cultus familiæ Gersonitarum in tabernaculo fœderis, eruntque sub manu Ithamar filij Aaron sacerdotis.
Officium Meraritarum.
30 Filios quoque Merari per familias & domos patrum suorum recensebis.
31 A triginta annis & supra, vsque ad annos quinquaginta, omnes qui ingrediuntur ad officium ministerij sui & cultum fœderis testimonij.
32 Hæc sunt onera eorum, Portabunt tabulas tabernaculi & vectes eius columnas ac bases earum,

10 Ponántque tam ipsam quàm omnia instrumenta eius in tegumentum ex pellibus melinum, & collocent super vectes.
11 Deinde expandant hyacinthinum tegumentum super aram auream, & tegant ipsam tegumento ex pelle melinum, & inferant vectes eius.
12 Tollántque omnia instrumenta, quibus ministerium explent in sanctuario, & inuoluant in panno hyacinthino, operiantque ea tegumento ex pellibus melinum, & ponant super vectes.
13 Repurgent aram cineribus, & expandant super eam tegumentum purpureum.
14 Ponántque [9] super eam omnia vasa eius, quibus ministrant in ea, nempe ignium receptacula, & fuscinulas, & scopas, & pelues sparsorias, omnia denique aræ [10] instrumenta: & expandant super ea tegumentum ex pellibus melinum, [11] inferantque vectes eius.
15 Quumque Aharon & filij eius absoluerint [hoc,] obtexerintque [12] sanctuarium, & omnia instrumenta sanctuarij, quando iam transferenda sunt castra, post hæc accedant filij Cahath, vt [ista] ferant, neque tamen attingant sancta, ne moriantur.
16 Hoc est onus filiorum Cahath in tentorio constitutionis. Præfectura autem Eleazari filij Aharonis sacerdotis [hoc est,] Oleum luminaris, incensum aromaticum, [13] iugeque sacrificium cibarium, oleum vnctionis, [14] cura quoque totius tabernaculi, & omnium quæ in eo sunt, in sanctuario scilicet & vasis eius.
17 Et loquutus est Dominus ad Mosen & ad Aharonem, dicens,
18 [15] Non excindatis tribum familiæ Kahath è medio Leuitarum.
19 Hoc verò facite eis, vt viuant & non moriantur, si accesserint [16] ad sanctum sanctorum.
20 Aharon & filij eius ingrediantur [17] & deponant ea, vnicuique pro officio suo, atque pro onere suo.
21 Ipsi verò non introeant, vt contemplentur [18] quum inuoluuntur sancta, ne moriantur.
22 Et loquutus est Dominus ad Mosen in hanc sententiam.
23 Collige etiam summam filiorum Gerson per domos patrum suorum, & per familias suas.
24 Recense autem eos ab eo qui viginti est annorum, vsque ad eum qui natus est quinquaginta annos, [19] quicunque aptus est militiæ, vt illi in tentorio constitutionis ministrent.
25 Hoc verò sit officium familiæ Gersonitæ, [20] vt seruiant & baiulent. [illegible] tabernaculi, & tentorij constitutionis, tegumentum eius,
26 Et tegumentum ex pellibus melinum [21] quod est super illud supremum, velamen quoque ostij tentorij constitutionis.
27 Tapetes quoque atrij, & velum quod est ad ostium portæ atrij, quod [atrium] circuit tabernaculum, & aram, & funes, & omnia instrumenta ministerij ipsorum,
28 [22] Omnia denique quæ [illegible], exequentur. Secundum verbum Aharonis & filiorum eius fiet omne ministerium filiorum [illegible] eorum, & in cuncto ministerio eorum [illegible] ea omnia onera eorum quæ efferent.
29 Hoc itaque officium est familiarum filiorum Gerson in tentorio constitutionis [illegible] [23] custodia illorum erit sub manu Ithamar filij Aharonis sacerdotis.
30 Porrò filios Merari recense [illegible] iuxta familias suas, & domos patrum suorum:
31 Numerabis autem eos ab eo qui triginta est annorum, vsque ad eum qui natus est quinquaginta annos, [24] quicunque ad militiam aptus est, vt seruiant in ministerio tentorij constitutionis.
32 [25] Hæc autem erit obseruatio oneris eorum ad omne ministerium eorum in tentorio constitutionis: Asseres tabernaculi, & vectes eius, & columnas eius, & bases eius.

9 vel cum eo
10 vel, vtensilia
11 sub. in annulos.
12 Hebr. sanctitatem, i. res sacras.
13 oblatio iugis sub. sacrificij.
14 vel, præfectura inquam eius erat, i. Eleazar præficietur oleo luminis &c. in vniuersum, præerit toti tabernaculo, sanctuarioque, & vasis eius.
15 Vel, Ne exterminetis tribum cognationum Caathitarum, i. Cauetote ne vestra negligentia pereant Caathitæ. q.d. ipse Aaron & filij eius prius omnia diligenter inuoluantur, nudentur, à filiis Caath tractentur, aut videantur & moriantur.
16 i. ad res sacras deferendas.
17 ipsique constituant eos, vnumquemque iuxta opus suum & iuxta onus suum, i. tradant singulis onera sua, & dicant illis quæ facienda erunt.
18 quando velabunt sanctitatem, & moriantur. i. quando Aaron & filij eius velabunt res sacras non operias: & moriantur.
19 Heb. qui veniunt ad militandum militiam, ad peragendum opus in tentorio conuentus. Alij reddunt, qui admittuntur in cohortem eorum qui ministrare possunt in tabernaculo fœderis. i. qui designantur à Deo ad ministrandum.
20 Hebr. ad colendum & ad ferendum.
22 i. quod illud opertorium tegebatur parte superiori.
23 & quæcunque facta sunt pro illis & circa ministrabunt.
24 & committens illis in custodiam vniuersa onera ipsorum, i. quæcunque illi ferre debent.
26 i. omnia faciant mandante Ithamar.
27 omnes qui veniunt (vel, admittuntur) in congregationem eorum qui ministrant, [illegible] illis [illegible]

L 5

beat [illegible] Hæc &c. 18 vel, Hæc est custodia oneris eorum in omni cultu eorum, in tabernaculo [illegible] Hæc commissiones illis [illegible]
pro eiden [illegible]

33 *Columnaque quoque qua sunt circum atrium, & basis eius, & claui eius, cum funibus earum, & omnibus instrumentis earum, & quid inid ad ministerium eorum [pertinet] numerabitis nominatim instrumenta, qua custodiant & ferent.*

34 *Hoc est officium familiarum filiorum Merari, iuxta omne ministerium eorum in tentorio constitutionis, sub manu Ithamar filii Aharonis sacerdotis.*

35 *Numerauit itaq; Moses & Aharon & primores cætus filios Cahath iuxta familias suas, & iuxta domus patrum suorum,*

36 *Ab eo qui triginta erat annorum & supra, vsq; ad eum qui quinquaginta annos natus erat,* [12] *quicunq; scilicet militia aptus erat, vt ministrarēt in tentorio constitutionis.*

37 *Fuerúntque numeri eorum per familias suas duo milia septingenti & quinquaginta.*

38 [10] *Hic census est familiarum Cahath, quicunq; scilicet ministrare poterant in tentorio constitutionis, quos recensuit Moses & Aharon iuxta verbum Domini* [11] *in manu Mosis.*

39 *Numeri autem filiorum Gerson per familias suas, & domus patrum suorum sunt,*

40 *Ab eo qui triginta fuit annorum & supra, vsq; ad eum qui quinquaginta natus est annos,* [12] *quicunq; ad bellum apti fuerunt ad seruiendum in tentorio constitutionis,*

41 *Fuerunt inquam numeri eorum iuxta familias suas & domus patrum suorum, duo milia sexcenti atq; triginta.*

42 [13] *Iste est census familiarum filiorum Gerson, quicunque in tentorio cōstitutionis ministrare poterāt, quem recensuit Moses & Aharon iuxta os Domini.*

43 *Numeri autem familiarum filiorum Merari per familias suas, & per domus patrum suorum sunt,*

44 *Ab eo qui triginta erat annorum & supra, vsq; ad eum qui natus erat quinquaginta annos,* [14] *quicunq; ad bellum apti erant ad seruiendum in tentorio constitutionis,*

45 *Fuerunt inquam numeri eorum iuxta familias suas, tria milia ducenti.*

46 *Hac est summa familiarum filiorum Merari quos numerauit Moses & Aaron iuxta os Domini per manum Mosis.*

47 *Omnes itaq; numeri Leuitarum quos recensuit Moses & Aharon atq; principes Israel, iuxta familias suas & domus patrum suorum.*

48 *Ab eo qui triginta fuit annorum & supra, vsq; ad eum qui natus erat quinquaginta annos,* [15] *quicunq; veniebat vt ministraret in ministerio, & inseruiret oneri gestando in tentorio constitutionis.* 49 *Fuerunt inquam quum recenserentur ipsi, octo milia quingenti octoginta.*

50 [16] *Iuxta os Domini numerauit eos per manum Mosis,* [1] *vnumquemque iuxta ministerium suum, & onus suum,* [17] *& præfecturam suam, quemadmodum præceperat Dominus Mosi.*

33 Columnas quoque atrii per circuitum cum basibus & paxillis & funibus suis: omnia vasa & suppellectilem ad numerum accipient, sicque portabunt.

34 Hoc est officium familiæ Meraritarum & ministerium in tabernaculo fœderis: eruntq; sub manu Ithamar filii Aharon sacerdotis.

35 Recensuerūt igitur Moyses & Aharon & principes synagógę filios Caath per cognationes & domos patrum suorum, D *Caathitæ recensentur.*

36 A triginta annis & suprà, vsq; ad annum quinquagesimum, omnes qui ingrediuntur ad ministerium tabernaculi fœderis:

37 Et inuenti sunt duo millia septingenti quinquaginta.

38 Hic est numerus populi Caath, qui intrant tabernaculum fœderis: hos numerauit Moyses & Aaron iuxta sermonem Domini per manum Moysi.

39 Numerati sunt & filii Gerson per cognationes & domos patrum suorum, *Gersonitæ.*

40 A triginta annis & suprà, vsq; ad quinquagesimum annum, omnes qui ingrediuntur vt ministrent in tabernaculo fœderis:

41 Et inuenti sunt duo millia sexcenti triginta.

42 Hic est populus Gersonitarum, quos numerauerunt Moyses & Aaron iuxta verbum Domini.

43 Numerati sunt & filii Merari per cognationes & domos patrum suorum.

44 A triginta annis & supra, vsq; ad annū quinquagesimum, omnes qui ingrediuntur ad explendos ritus tabernaculi fœderis:

45 Et inuenti sunt tria millia ducenti.

46 Hic est numerus filiorū Merari, quos recensuerunt Moyses & Aharon iuxta imperium Domini per manum Moysi.

47 Omnes qui recensiti sunt de Leuitis, & quos * fecit ad nomen Moyses & Aaron, & principes Israel per cognationes & domos patrum suorum. *recensuit.*

48 A triginta annis & supra, vsq; ad annū quinquagesimum, ingredientes ad ministerium tabernaculi & onera portanda,

49 Fuerunt simul octo millia quingenti octoginta.

50 Iuxta verbum Domini recensuit eos Moyses, vnumquemque iuxta officium & onera sua, sicut præceperat ei Dominus.

CAPVT V.

[1] ET loquutus est Dominus ad Moysen in hanc sententiam.

2 *Præcipe filiis Israel vt eiiciant* [a] *e castris* [b] *omnem leprosum & omnem* [c] *qui fluit,* [d] *& quicunq; mortuo contactu contaminatus est,*

3 *Et marem & fœminam eiiciatis: extra castra inquam eiiciatis eos, ne contaminent castra* [e] *sua in quorum medio ego habito.*

4 *Et filii Israel fecerunt sic, eieceruntq; eos extra castra, quemadmodum loquutus fuerat Dominus ad Mosen, sic fecerunt filii Israel.*

5 *Et loquutus est Dominus ad Mosen hisce verbis.*

6 *Loquere ad filios Israel, Vir aut mulier si fecerint ex omnibus peccatis* [* *contra*] *hominem,* [f] *vt faciant prævaricatione prævaricentur aduersus Dominum,* [g] *deliquerit; anima illa [illegible],*

7 [h] *Confitebuntur peccatum suum quod fecerūt, &* [i] *restituet culpam suam in sorte sua, quintam; partem eius superaddat, detq; illi in quem deliquit.*

[1] LOcutusq; est Dominus ad Moysen, dicens,

2 Præcipe filiis Israel vt eiiciant de castris omnem leprosum, & qui semine fluit, pollutúsq; est super mortuo: A *Qui è castris eiiciendi.*

3 Tam masculum quam fœminam eiicite de castris, ne contaminent ea, cum habitauerint vobiscum.

4 Feceruntque ita filii Israel, & eiecerunt eos extra castra, sicut locutus erat Dominus Moysi.

5 Locutúsque est Dominus ad Moysen, dicens, *Expiatio transgressionum.*

6 Loquere ad filios Israel, ¶ Vir siue mulier cum fecerint ex omnibus peccatis, quæ solent hominibus accidere, & per negligentiam transgressi fuerint mandatum Domini, atq; deliquerint, *Leuit. 6. a.*

7 Confitebuntur peccatum suum, & reddent ipsum caput, quintamq; partem desuper ei in quem peccauerunt. *Confessio peccati.*

[29] quotquot ingrediuntur in congregationem, ad ministrandum. Hoc est quotquot admittuntur in eam turmam quæ designata est ad ministrandum.
3. Hi sunt numerati.
[37] i. opera Mosis, numerante Mose. Vel, mandato Domini facto per Mosen.
[32] quotquot admittuntur in congregationem designatam ministerio tabernaculi fœderis.
[33] Hi sunt qui in cognationibus Gersonitarū numerati sunt. quotquot apti erant vt ministrarent in tabernaculo fœderis.
[34] quotquot ingrediebantur in congregationem administrandum in tabernaculo fœderis. i. quotquot admittebāt apti vt ministrarent in tabernaculo fœderis.
[35] i. quotquot admittebātur ad cōferēda vasa tabernaculi.
[36] i. Moyses numerauit eos iuxta sermonē quē Dominus habuerat cum ipso in monte. Hebraismus.
[37] & numeratus eius [illegible] quos Moses numerauit, sicut [illegible] Dominus [illegible]. Summa [illegible].
CAP. V.
a siue extra castra [illegible] quæ est castra [illegible].
b vel, patientē [illegible].
c [illegible] filiorum Israel, [illegible] sub [illegible] medio habito.
d [illegible] peccato [illegible] solent homines admittere.
e [illegible] a Domino.
f Confitebuntur.
g [illegible] dele-[illegible]
[illegible]

8 Sin autem non fuerit qui recipiat, dabunt Domino, & erit sacerdotis, excepto ariete qui offertur pro expiatione, vt sit placabilis hostia.

Lex primitiarum. 9 Omnes quoque primitiæ quas offerunt filii Israel, ad sacerdotem pertinent.

B 10 Et quicquid in sanctuarium offertur à singulis, & traditur manibus sacerdotis, ipsius erit.

Lex zelotypiæ. 11 Locutúsque est Dominus ad Moysen, dicens, Loquere ad filios Israel, & dices ad eos,

12 Vir cuius vxor errauerit, maritúmque contemnens dormierit cum altero viro,

13 Et hoc maritus deprehendere non quiuerit, sed latet adulterium, & testibus argui non potest, quia non est inuenta in stupro,

14 Si spiritus zelotypiæ concitauerit virum contra vxorem suam, quæ vel polluta est, vel falsa suspicione appetitur:

15 Adducet eam ad sacerdotem, & offeret oblationem pro illa decimam partem sati farinæ hordeaceæ: non fundet super eam oleum, nec imponet thus: quia sacrificium zelotypiæ est, & oblatio inuestigans adulterium.

16 Offeret igitur eam sacerdos, & statuet coram Domino.

17 Assumetque aquam sanctam in vase fictili, & pauxillum terræ de pauimento tabernaculi mittet in eam.

C 18 Cumque steterit mulier in conspectu Domini, discooperiet caput eius, & ponet super manus illius sacrificium recordationis, & oblationem zelotypiæ: ipse autem tenebit aquas amarissimas,

Aqua amarissima. 19 In quibus cum execratione maledicta congessit. Adiurabitque eam, & dicet, Si non dormiuit vir alienus tecum, & si non polluta es deserto mariti thoro, non te nocebunt aquæ istæ amarissimæ, in quas maledicta congessi.

20 Sin autem declinasti à viro tuo, atque polluta es, & concubuisti cum altero viro, his maledictionibus subiacebis.

[a] *tuo.* 21 Det te Dominus in maledictionem, exemplúmque cunctorum in populo [a] suo: putrescere faciat femur tuum, & tumens vterus tuus disrumpatur.

22 Ingrediantur aquæ maledictæ in ventrē tuū, & vtero tumescente putrescat femur. Et respondebit mulier, Amen, amen.

D 23 Scribetque sacerdos in libello ista maledicta, & delebit ea aquis amarissimis,

24 In quas maledicta congessit & dabit ei bibere.

25 Quæ cum exhauserit, tollet sacerdos de manu eius sacrificium zelotypiæ, & eleuabit illud coram Domino, imponetque illud super altare:

26 Ita duntaxat vt prius pugillum sacrificii tollat de eo quod offertur, & incendat super altare:

27 Et sic potum det mulieri aquas amarissimas. Quas cum biberit, si polluta est, & contempto viro adulterii rea, pertransibunt aquæ eam maledictionis, & inflato ventre computrescet femur: eritque mulier in maledictionem, & in exemplum omni populo.

8 *Quod si viro illi* [8] *vindex nullus fuerit cui delictum restituatur,* [9] *delictum Domino restituatur, sacerdoti videlicet suprà arietem expiationum,* [10] *per quem expiatio pro illo fit.*

9 *Et omnis* [11] *tbruma, quæ fit ex omnibus sanctis filiorum Israel, quam adferunt sacerdoti, ipsius erit.*

10 [12] *Sancta quoque vniuscuiusque ipsius erunt: & quidquid homo sacerdoti dederit, ipsius fit.*

11 *Locutus est Dominus ad Mosen in hanc sententiam, Loquere ad filios Israel, & dic ad eos,*

12 *Cuiuscunque vxor defecerit, & defignauerit contra eum [illegible], Dormierit que vir cum ea [illegible] feminis,*

13 [13] *Idque latuerit [illegible] eius, celaturque eum quod immunda [illegible] aduersus eam [illegible] ipsa* [14] *deprehensa [illegible]: vehemens zelus, ita vt indignetur in zelo quodam aduersus vxorem suam* [a] *ipsa polluta existente:*

14 *Aut si inuaserit eum* [16] *vehemens zelus, ita vt indignetur zelo quodam aduersus vxorem suam,* [a] *tametsi non fuerit polluta:*

15 *Adducat vir talis vxorem suam ad sacerdotem, afferatque [illegible] donum illius* [17] *pro ea,* [a] *nempe decimam part.* [18] *ephi farinæ hordeaceæ: at oleum non fundat super eam, neque ponat thus super eam: quoniam* [19] *sacrificium cibarium est zeli,* [20] *donum inquam memoriale, quod meminisse sceleris facit.*

16 *Sacerdos vero sacrificium illud sacrificet, & statuat illud coram Domino.*

17 *Sumat insuper sacerdos* [21] *aquas sacras in vase fictili, & de puluere qui fuerit in pauimento tabernaculi tollat sacerdos, & ponat in aquam.*

18 *Statuat præterea sacerdos mulierem ante Dominum, & nudet caput mulieris, & det in manibus eius* [22] *sacrificium illud memoriale, quod sacrificium est zeli, habeatque sacerdos in manu sua aquas amaras* [23] *execrationum.*

19 *Et obtestetur eam sacerdos, & dicat ad mulierem illam, Si non dormiuit vir tecum, si non defecisti ad immunditiam* [24] *sub marito tuo,* [25] *libera sis ab aquis istis amaris & execratis:*

20 *Si vero defecisti sub marito tuo, & polluta es,* [26] *concubuitque tecum vir alius quàm maritus tuus: (*[27] *Obtesteturque sacerdos mulierem talem, dicatque [illegible], & dicat sacerdos mulieri.)*

21 *Det te Dominus in* [28] *execrationem* [29] *& iuramentum in medio populi tui, quum scilicet effecerit Dominus vt* [30] *femur tuum deiiciatur, & vterus tuus intumescat.*

22 *Ingrediantur aquæ istæ* [31] *execrantes in viscera tua, vt* [32] *intumescat vterus, faciantque* [33] *decidere femur tuum: dicatque mulier,* [34] *Amen, amen.*

23 *Scribat insuper sacerdos execrationes illas in librum,* [35] *[illegible] abradat eas in aquas amaras [illegible].*

24 [36] *[illegible] sacerdos vt mulier bibat aquas illas amaras [illegible] & execrantes, & ingrediantur in eam aquæ illæ maledictæ [illegible] amaras.*

25 *Et accipiat sacerdos* [37] *sacrificium cibarium zeli è manu mulieris, &* [38] *moueat illud ante Dominum, & admoueat illud ad aram.*

26 *Apprehendat quoque sacerdos* [39] *ex isto sacrificio cibario volam plenam ad monumentum eius, incendatque in ara, & post eo. dabit mulieri potum illius aquæ.*

27 *Quum vero aquas potauerit, si fuerit polluta, & si illius designauerit aduersus maritum suum, ingredientur in eam aquæ istæ* [40] *execrantes vt amarescent, & intumescet venter eius, &* [41] *cadetque femur eius: & erit mulier illa* [42] *execrata in medio populi sui.*

8 propinquus [illegible]. Si ille antiquus [illegible] quæ [illegible] fuerit propter quum redem[illegible] [illegible] at damnum [illegible] intulerit [illegible] damnum illud restituetur Deo, & erit sacerdotis. Chaldæus paraphrastes vertit. Et si non [illegible] homo ille, neque habuerit propinquum cui restituatur illud in quo peccauerunt, illud quod redditur pro peccato corā Domino, ad sacerdotē pertinet. 9 delictum reddit[illegible] Domino [illegible] sacerdoti [illegible]. 10 vel, quo [illegible] pro illo. Sub. sacerdos. 11 oblatio omnium sanctificationum filiorū Israel, quam offerunt sacerdoti, &c. i. omnia quæ offeruntur Deo à filiis Israel [illegible] [illegible] sacerdotis [illegible]. 12 q. d. Licet [illegible] [illegible] sacerdoti [illegible] 13 Heb. absconditum [illegible] ab oculis [illegible] latereque [illegible] &c. Lata fuit lex zelotypiæ [illegible] qua explorabant vxorum impudicitiam [illegible] [illegible] habere [illegible] [illegible] 14 sub adulte[illegible] 15 spiritus zelotypiæ [illegible] [illegible] falso fuerit suspecta marito. 17 vel, [illegible] 19 oblatio zelotypiæ est, [illegible] [illegible]

est zelotypus, siue is qui habet pudicitiam vxoris suæ suspectam. 20 Heb. oblatio memoriæ reducentis in memoriam iniquitatem. Repetitio frequens apud Hebræos [illegible] aquam [illegible] 24 oblationem memoriæ, quæ [illegible] & mulierem [illegible] 25 [illegible] ab aquis amaris maledictis [illegible] [illegible] 26 [illegible] 28 vel, [illegible] [illegible] 30 [illegible] 33 [illegible] 34 [illegible] 35 [illegible] 36 [illegible] 37 Heb. munus zelotypiæ. 38 vel, offerat 39 plenum pugillum [illegible] 40 [illegible] 41 [illegible] 42 In maledictionem [illegible] dicent omnes, Contingat tibi quod mulieri illi contigit.

28 *Si verò polluta non fuerit mulier huiusmodi, sed munda, [43] noxa eximetur, & fœcunda reddetur.*

29 *Hæc lex est zelotypiæ, [44] quando mulier à marito suo defecerit & polluta fuerit:*

30 *Aut quum maritum inuaserit spiritus amarus, ita vt æmuletur zelo erga vxorē suam, & statuerit vxorē suam coram Domino, & fecerit illi sacerdos iuxta vniuersam legem istam.*

31 [45] *Eritq; vir innocens ab iniquitate, mulier verò ipsa feret noxam suam.*

28 Quòd si polluta non fuerit erit innoxia, & faciet liberos.

29 Ista est lex zelotypię, si declinauerit à viro suo, & si polluta fuerit,

30 Maritúsq; zelotypiæ spiritu concitatus adduxerit eam in conspectu Domini, & fecerit ei sacerdos iuxta omnia quæ scripta sunt,

31 Maritus absq; culpa erit, & illa recipiet iniquitatem suam.

CAPVT VI.

1 *ET loquutus est Dominus ad Mosen in hæc verba.*

2 *Loquere ad filios Israel, & dices ad eos, Vir siue mulier [1] si diserte vouerint votum nasir,*

3 *Vt separent sese Domino, A vino & sicera abstineant, acetum vini & sicera non bibat, [2] imò quicquid reliquum est ex vuis non bibat, prætereà nec recentes vuas, nec passas comedet. Idq; [3] toto tempore quo ipse nasir est:*

4 *Nihil deniq; edat, Quod fit è vite vinifera, siue acini sint, siue vinacea.*

5 [4] *Porrò toto tempore quo durat votū eius nasir, nouacula nulla admoueri debet capiti eius: [5] quin sacer sit donec expleat dies quibus se Domino segregauit, nutriendo scilicet comam capillorum capitis sui:*

6 *Toto deniq; tempore quo se Domino segregauit, [6] ad mortuum non ingrediatur:*

7 *Imò ne in patris quidem sui, aut matris suæ, aut fratris sui, aut sororis suæ morte polluatur: [7] eo quod nasir Dei sui est super caput eius.*

8 *Cunctis diebus separationis suæ sacer est Domino.*

9 *Quòd si quispiam mortuus fuerit apud eum subitò & repentino casu, contaminabitur caput [8] comæ suæ: radat ergo caput suum in die purgationis suæ, nempe in die septimo radat illud.*

10 *Die verò octauo adferat duos turtures, aut duos pullos columbinos ad sacerdotem, ad ostium tentorij [9] cōstitutionis.*

11 *Faciétq; sacerdos vnum pro peccato, alterum pro holocausto, & expiabit illum [10] ab eo quod peccauit aduersus animam suam, & consecrabit caput eius in die illo.*

12 *Et separabit se Domino [11] dies illos quibus est nasir, adducétque agnum anniculum pro delicto: dies verò priores [12] irriti sunt quoniam [13] polluit nasir separationem suam.*

13 [14] *Hæc autem est lex Nazaræi. Quando absoluerit dies separationis suæ, eodem die applicet sese ad ostium tentorij constitutionis,*

14 *Adferatq; donum suum Domino, nempe agnum vnum anniculum integrum ad holocaustum, & agnam vnam, anniculam integram pro peccato, & arietem vnum, eumq; integrum pro sacrificio gratiarum actionis.*

15 *Canistrum quoq; infermentatorum, nempe placentas similagineas, placentas vnctas oleo, & lagana infermentata oleo delibuta, cum sacrificio eorum cibario, & cum libaminibus eorum.*

16 *Adferat (ea) sacerdos coram Domino, & faciat hostiam eius pro peccato, atq; holocaustum eius.*

17 *Arietem verò faciet pro sacrificio gratiarum actionis Domino, cum canistro infermentatorum, facietq; sacerdos [15] sacrificium eius cibarium, & libamen eius.*

1 LOcutúsq; est Dominus ad Mosen, dicens.

2 Loquere ad filios Israel, & dices ad eos, Vir siue mulier cum fecerint votum vt sanctificentur, — A *Lex consecratorum, siue nazaræorum*

3 Et se voluerint Domino consecrare: A vino, & omni quod inebriare potest, abstinebunt: acetum ex vino, & ex qualibet alia potione, & quicquid de vua exprimitur, non bibent: vuas recentes, siccasq; non comedent. Cunctis diebus quibus ex voto Domino consecrantur:

4 Quicquid ex vinea esse potest, ab vua passa vsq; ad acinum non comedent.

5 Omni tempore separationis suæ nouacula nō transibit [a] per [b] caput eius vsq; ad completum diem quo Domino consecratur. Sanctus erit, crescente cæsarie capitis eius. — *Iudic. 13. a.* — [b] *super*

6 Omni tempore consecrationis suæ super mortuum non ingredietur. — B

7 Nec super patris quidem & matris & fratris, sororisq; funere contaminabitur, quia consecratio Dei sui super caput eius est.

8 Omnibus diebus separationis suę, sanctus erit Domino.

9 Si autem mortuus fuerit subitò quispiam coram eo, polluetur caput consecrationis eius: quod radet ilico in eadem die purgationis suæ, & rursum septima.

10 In octauo autem die offeret duos turtures, vel duos pullos columbæ sacerdoti in introitu fœderis testimonii.

11 Facietq; sacerdos vnum pro peccato, & alterū in holocaustū, & deprecabitur pro eo, quia peccauit super mortuo, sanctificabitq; caput eī in die illo.

12 Et consecrabit Domino dies separationis illius, offerens agnum anniculum pro peccato: ita tamen vt dies priores irriti fiant, quoniam polluta est sanctificatio eius. — [c] *dies*

13 Ista est lex consecrationis. Cum dies quos ex voto decreuerat, complebuntur: adducet eum ad ostium tabernaculi fœderis, — C

14 [d] Vt offerat oblationem eius Domino, agnum anniculum immaculatū in holocaustum, & ouem anniculam immaculatam, pro peccato, & arietem immaculatum hostiam pacificam. — [d] *Et offeret.*

15 Canistrum quoq; panum azymorum qui conspersi sint oleo, & lagana absque fermento vncta oleo, ac libamina singulorum:

16 Quæ offeret sacerdos coram Domino, & faciet tam pro peccato, quam in holocaustum.

17 Arietem verò immolabit hostiam pacificam Domino offerens, simul canistrum azymorum, & libamenta quæ ex more debentur.

[43] Hebr. absoluetur, & feminabitur semine. Absoluetur, inquit, i. liberabitur ab omni noxa: concipietque & pariet liberos. id enim est feminari semine.
[44] Hebr. quum errauerit mulier sub viro suo, & polluta fuerit: aut certe viri (sub. hæc est lex) super quem trāsierit spiritus zelotypiæ, & suspectā habuerit pudicitiam vxoris suæ, &c.
[45] Heb. Immunis erit vir ille ab iniquitate: & mulier ipsa portabit pœnam iniquitatis suæ. i. Vir zelotypus impune illud faciet: Mulier verò quæ impudica fuerit, dabit pœnas.
CAPVT. VI.
1 vel, cū separauerint sese ad vouēdum votū nazaræi, ad separandū sese Domino, id est, cum vouerint se fore nazaræos, & consecraturos sese cultui diuino. Nazaræi erāt qui vt liberius vacarent legi discendæ, & expendendæ ben[illegible] [illegible] Dei, [illegible] [illegible] se ab[illegible] [illegible] & Domino se tot[illegible] debebant. Vel quicquid profusius vino & reliquis corporis delicijs vti [illegible], [illegible] [illegible] [illegible] se [illegible] corporis astringebat: [illegible] quæ separatio [illegible].
2 & omnem infusionem vuarū. [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] vinū, [illegible] [illegible].
3 Heb. omnibus diebus separationis suæ ex omni quod fieri solet è vite vini (i. producente vinum) ab acinis vsq; ad [illegible] non comedet.

4 Heb. Omnibus diebus separationis (vel, consecrationis) suæ. 5 Heb. donec impleti fuerint dies separationis suæ, Domino [illegible] [illegible] crines capitis [illegible] intonsos. 6 [illegible] [illegible] Deo [illegible]. 8 Hebr. nazaræatus sui. Vel, caput [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] Ies. [illegible] [illegible] 8. Consecrabit, inquit, [illegible] [illegible] [illegible] suæ separationis suæ, id est, ex eo tempore [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] vouerat se fore nazaræum. [illegible] [illegible] polluit, nam, non numerabantur [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] pro [illegible]. 13 [illegible] [illegible] separatus est Deo pollutum [illegible] [illegible]. 14 [illegible] [illegible] debebant nazaræi, eadem die separationis. 15 oblationem eius.

Act. 21. d. 18 ‖ Tunc radetur nazaræus ante ostium tabernaculi fœderis cæsarie consecrationis suæ: tolletq; capillos eius, & ponet super ignem, qui est suppositus sacrificio pacificorum.

D 19 Et armum coctum arietis, tortamque absque fermento vnam de canistro & laganum azymum vnum, & tradet in manus nazaræi, postquam rasum fuerit caput eius.

20 Susceptáque rursum ab eo, eleuabit in conspectu Domini, & sanctificata, sacerdotis erunt, sicut pectusculum quod separari iussum est, & femur. post hæc potest bibere nazaræus vinum.

21 Ista est lex nazaræi, cum vouerit oblationem suam Domino tempore consecrationis suæ, exceptis his quæ inuenerit manus eius: iuxta quod mente deuouerat, ita faciet, ad perfectionem sanctificationis suæ.

Benedicendi populo modus. 22 Locutusque est Dominus ad Moysen, dicens,

Eccles. 36. c 23 Loquere Aaron & filiis eius, ‖ Sic benedicetis filiis Israel, & dicetis eis,

24 Benedicat tibi Dominus, & custodiat te.

25 Ostendat Dominus faciem suam tibi, & misereatur tui.

26 Conuertat Dominus vultum suum ad te, & det tibi pacem. Inuocabúntque nomen meum super filios Israel, & ego benedicam eis.

18 Et [16] *radet nazaræum in ostio tentorij constitutionis, nempe caput nefer eius: tollet que pilos capitis nefer eius,* ° *ponetq; in ignem, qui est sub sacrificio gratulatorio.*

19 Tollat quoque sacerdos armum coctum [17] *de ariete,* ° *& placentam vnam infermentatam e canistro, laganum quoque infermentatum vnum, & ponat super manus nazaræi postquam raserit* [?] *comam [illegible].*

20 [20] *Et moueat ea sacerdos tenupha* ° *coram Domino:* [21] *consecrata hæc erunt sacerdoti, præter pectusculum tenupha, & præter armum theruma.* ° *post hæc poterit nazir vinum bibere.*

21 [22] *Hæc lex est nazaræi, qui vouerit donum suum Domino pro consecratione sua,* ° *exceptis his* [23] *quæ apprehenderit manus eius.* [24] *iuxta rationem voti sui quod vouit, sic faciat iuxta præscriptum separationis suæ.*

22 Loquutusque est Dominus ad Mosen hisce verbis.

23 Loquere ad Aharonem & ad filios eius in hanc sententiam, Sic bene precemini filiis Israel, dicetisq; ad eos,

24 [25] *Benedicat tibi Dominus,* ° *& custodiat te:*

25 [26] *Illustret Dominus faciem suam super te,* ° *& misereatur tui.*

26 [27] *Attollat Dominus faciem suam super te,* ° *& det tibi tranquillitatem.* [28] *Ponent itaque nomen meum super filios Israel, & ego benedicam eis.*

16 radet nazaræum ante ostium tabernaculi confœtus, caput separationis suæ, (vel, nazareatus sui,) capietq; cæsariem capitis nazareatus [illegible], & [illegible] qui se c[illegible] se[illegible]: Deo, radet caput suū intōsum, siue comam suam quæ intonsa erat ratione nazar[illegible] & separationis suæ, radet inquā ante ostiū: & capiet cæsariem quæ hactenus intonsa fuerat ratione voti, Nazir varie exponunt, quidam pro cæsarie, aut coma, quidam pro separatione, quidam pro consecratione.
17 de quo scilicet fiebat sacrificium pacificorū.
18 vel, crustulum.
19 nazaræatum suum. i. crinem qui antea fuerat intonsus.
20 Eleuabit autē eam sacerdos eleuationē. Vel, Eleuando autem ea sacer[illegible] [illegible]
21 Hebr. sanctitas est sacerdotis vltra pectus eleuationis, & vltra armum eleuationis. q. d. ea omnia consecrata, sunt sacerdotis, & [illegible] eum pertinent.
22 Ista est ritus nazaræi qui vouerit (sub. se fore nazaræum) & (sub. hæc est lex) oblationis eius Domino pro separatione sua. i. quam offerre debet pro &c.
23 q. d. Id faciet, nisi plura facere poterit per facultates suas.
24 i. quantum vouerit se facturum, tantum præstabit.
25 id est, det tibi Dominus copiā omnium bonorum temporaliū & spiritualium. Hoc enim significat benedicio apud Hebræos.
26 vel, respiciat te Dominus vultu hilari.
27 i. Respiciat te Deus semper.

CAPVT VII.

Exod. 40. b A 1 FActum est autem, in die qua compleuit Moyses tabernaculum, & erexit illud: ‖ vnxitq; & sanctificauit cum omnibus vasis suis, altare similiter & omnia vasa eius:

Oblationes singulorum ducū populi Israelitici, in dedicatione tabernaculi. 2 Obtulerunt principes Israel & ° capita familiarum [?] quæ erant per singulas tribus, præfecti eorum qui numerati fuerant,

° *qui*

3 Munera coram Domino sex plaustra tecta cum duodecim bobus: vnum plaustrum obtulere duo duces, & vnum bouem singuli, obtuleruntque ea in conspectu tabernaculi.

4 Ait autem Dominus ad Moysen,

° *testimonii* 5 Suscipe ab eis vt seruiant in ministerio tabernaculi ° & trades ea Leuitis iuxta ordinem ministerii sui.

6 Itaque cum suscepisset Moyses plaustra, & boues, tradidit ° eos Leuitis.

° *ea*

7 Duo plaustra & quatuor boues dedit filiis Gerson, iuxta id quod habebant necessarium.

8 Quatuor alia plaustra & octo boues dedit filiis Merari secundum officia & cultum suum, sub manu Ithamar filij Aaron sacerdotis.

9 Filiis autem Caath non dedit plaustra & boues: Quia in sanctuario seruiunt, & onera propriis portant humeris.

10 Igitur obtulerunt duces in dedicationem altaris, die qua vnctū est oblationem suā ante altare.

11 Dixitq; Dominus ad Moysen, Singuli duces per singulos dies offerant munera in dedicationem altaris.

B 12 Primo die obtulerit oblationem suam Nahasson filius Aminadab de tribu Iuda:

Oblatio Nahasson. 13 Fueruntq; in ea acetabulum argenteum pondo centum triginta siclorum, phiala argentea habēs septuaginta siclos iuxta pondus sanctuarii, vtrunq; plenum simila conspersa oleo in sacrificium:

14 Mortariolum ex decem siclis aureis plenum incenso:

1 FActum est autem eo die, quum absoluisset Moses tabernaculi erectionem, vnxissetq; ipsum, consecrassetq; ipsum & cuncta vasa eius, aram quoque & vniuersa instrumenta eius: quum talia, inquam, vnxisset & consecrasset, [factum est]

2 Vt afferrent principes Israelis, capita scilicet per domos patrum suorum, qui principes erant tribuum, [1] *qui præerant censibus,* °

3 Vt adferrent, inquam, dona sua coram Domino sex currus [2] *tectos,* ° *& duodecim boues, currum vnum* [3] *pro duobus principibus,* ° *& bouem vnum* [4] *pro vno,* ° *adduxeruntq; ea* [illegible] *tabernaculum.*

4 Et dixit Dominus ad Mosen hisce verbis,

5 Cape [hæc] ab eis [5] *vt sint in ministerium cultus tentorii constitutionis:* ° *tradesq; ea Leuitis, vnicuique iuxta ministerium suum.*

6 Accipiens itaque Moses currus & boues, tradidit eos Leuitis.

7 Duos currus & quatuor boues dedit filiis Gerson [6] *iuxta ministerium eorum.* °

8 Et quatuor currus atque octo boues dedit filiis Merari, [6] *iuxta ministerium eorum,* ° *sub manu Ithamar filij Aharonis sacerdotis.*

9 Filiis vero Kahath nihil dedit: [7] *nam ministerium rerum sacrarum illis incumbebat, quas humeris [suis] gestabant.*

10 Afferebant insuper principes [8] *ad aræ initiationem eo die quo inungebantur, afferebant, inquam, principes dona sua ante aram.*

11 Et ait Dominus ad Mosen, [9] *Singulis diebus singuli principes* ° *sua dona afferant ad aræ initiationem.*

12 Attulit itaque primo die donum suum Nahason filius Aminadab de tribu Iehuda.

13 Eratq; donū ipsius [10] *catinus* ° *argenteus vnus, centū & triginta siclorum,* [11] *phiala vna argentea, septuaginta siclorum iuxta pondus sanctuarii: vtrumq; ex his plenum fuit similagine* [12] *oleo* ° *permixta* [13] *pro sacrificio* [illegible]

14 [14] *Cochleare vnum aureum* ° *decem [siclorum,]* ° *plenum suffitu.*

28 Hoc est, Cum benedicent filiis Israel, ad[illegible] nomen meum tetragrammaton.

CAPVT VII. 1 Heb. qui stabant super numeros i. qui astabant dum populus numeraretur, & numeratum [illegible] 2 [illegible] rum factos. 3 vel, a binis p[illegible] 4 vel, a singulis, 5 vel, ad faciendum cultum tabernaculi [illegible]. Vel, conuentus, siue congregationis. q. d. Omnia illa quæ principes obtulerint, [illegible] 6 vel, pro ratione ministerii eorum, id est, habita ratione e[illegible] quæ ferre debebant. 7 Heb. quia opus sancti[illegible] erat [illegible] 8 [illegible] 9 Heb. [illegible]
10 Vox Hebræa [illegible], significat [illegible]. 11 vel, [illegible] 12 [illegible] 13 in oblationem id est, pro [illegible] 14 Vel, C[illegible] decem siclorum aureorum. Vox Heb. [illegible], significat vas paruum & concauum in modum cochlearis formatum, in quo thus, vel incensum, aut aliud [illegible] ponebatus.

15 Hebr. Iuuencus vnus filius bouis, id est, vitulus.
16 pacificorum,

15 [15] *Iuuencus vnus, arietes vnus, agnus anniculus vnus ad holocaustum,*

16 *Hircus caprarum vnus ad hostiam pro peccato.*

17 *Pro sacrificio verò [16] gratulatorio, boues duo, arietes quinq; hirci quinque, agni anniculi quinque. hoc fuit donum Nahasson filii Aminadab.*

18 *Secundo die attulit Nathanael filius Zuar princeps [tribus] Issachar attulit inquam donum suum, catinum vnum argenteum centum & triginta siclorum,*

19 *Phialam argenteam vnam septuaginta siclorum iuxta siclum sanctuarii: vtraque plena simila oleo commixta [11] pro sacrificio minha,*

20 *Cochleare vnum aureum decem [siclorum,] plenum suffitu,*

21 *Iuuencum ex bobus vnum, arietem vnum, agnum anniculum vnum in holocaustum,*

22 *Hircum caprarum vnum pro hostia peccati,*

23 *Et pro sacrificio gratulatorio boues duos, arietes quinque agnos anniculos quinque. hoc fuit donum Nathaneelis filii Zuar.*

24 *Tertio die princeps filiorum Zebulon Eliab filius Helon,*

25 *Cuius donum fuit catinus vnus argenteus, centum & triginta siclorum, phiala vna argentea septuaginta siclorum iuxta siclum sanctuarii: vtrunq; ex his plenum fuit similagine oleo conspersa pro sacrificio cibario,*

26 *Cochleare vnum aureum decem [siclorum] plenum suffitu,*

27 *Iuuencus vnus, aries vnus, agnus anniculus vnus in holocaustum.*

28 *Hircus ex capris vnus pro hostia peccati.*

29 *Et pro sacrificio gratulatorio boues duo, arietes quinq; hirci quinq; agni anniculi quinq; hoc donum fuit Eliab filii Helon.*

30 *Quarto die princeps filiorum Ruben Elizur filius Sedeur.*

31 *Cuius donum fuit catinus argenteus vnus, centum triginta siclorum, phiala vna argentea septuaginta siclorum iuxta siclum sanctuarii: vtrunq; ex his plenum fuit similagine oleo permixta pro sacrificio cibario.*

32 *Cochleare vnum aureum decem [siclorum] plenum suffitu,*

33 *Iuuencus vnus, aries vnus, agnus anniculus vnus ad holocaustum scilicet,*

34 *Hircus caprarum vnus ad hostiam pro peccato,*

35 *Pro sacrificio autem gratulatorio boues duo arietes quinq; hirci quinque, & agni anniculi quinque. hoc donum fuit Elizur filii Sedeur.*

36 *Quinto die princeps filiorum Simeon, Selumiel filius Zuri-saddai,*

37 *Cuius donum fuit catinus argenteus vnus, centum & triginta siclorum, phiala argentea vna septuaginta siclorum iuxta pondus sanctuarii: vtraque plena similagine oleo conspersa pro sacrificio cibario,*

38 *Cochleare aureum vnum decem [siclorum] plenum suffitu.*

39 *Iuuencus vnus, aries vnus, agnus anniculus vnus in holocaustum,*

40 *Hircus caprarum vnus pro hostia peccati.*

41 *Et pro sacrificio gratulatorio boues duo, arietes quinque, hirci quinque, agni anniculi quinque.*

42 *Hoc fuit donum Selumiel filii Zuri saddai.*

43 *Sexto die princeps filiorum Gad Eliasaph filius Dehuel,*

44 *Cuius donum fuit catinus vnus argenteus centum & triginta siclorum, phiala vna argentea septuaginta siclorum iuxta siclum sanctuarii: vtraque plena simila conspersa oleo pro sacrificio cibario,*

45 *Cochleare aureum vnum decem [siclorum] plenum suffitu. Iuuencus vnus, aries vnus, agnus anniculus vnus in holocaustum,*

15 Bouem de armento, & arietem, & agnum anniculum in holocaustum:

16 Hircúmque pro peccato:

17 Et in sacrificio pacificorum boues duos, arietes quinque, hircos quinque, agnos anniculos quinque: hæc est oblatio Nahasson filii Aminadab.

Nathanaelis oblatio.

18 Secundo die obtulit Nathanael filius Suar, dux de tribu Issachar,

19 Acetabulum argenteum appendens centum triginta siclos, phialam argenteam habentem septuaginta siclos, iuxta pondus sanctuarii, vtrunque plenum simila conspersa oleo in sacrificium:

20 Mortariolum aureum habens decem siclos plenum incenso:

21 Bouem de armento & arietem, & agnum anniculum in holocaustum:

22 Hircúmque pro peccato:

23 Et in sacrificio pacificorum boues duos, arietes quinque, hircos quinque, agnos anniculos quinque. hæc fuit oblatio Nathanael filii Suar.

Oblatio Eliab.

24 Tertiò die princeps filiorum Zabulon Eliab filius Helon,

25 Obtulit acetabulum argenteum appendens centum triginta siclos phialam argenteam habentem septuaginta siclos ad pondus sanctuarii, vtrumque plenum simila conspersa oleo in sacrificium:

26 Mortariolum aureum appendens decem siclos plenum incenso:

27 Bouem de armento, & arietem, & agnum anniculum in holocaustum:

28 Hircumque pro peccato:

29 Et in sacrificio pacificorum boues duos, arietes quinque, hircos quinq., agnos anniculos quinque. hæc est oblatio Eliab filii Helon.

Oblatio Elisur.

30 Die quarto princeps filiorum Ruben, Elisur filius Sedeur.

31 Obtulit acetabulum argenteum appendens centum triginta siclos, phialam argenteam habentem septuaginta siclos ad pondus sanctuarii, vtrumque plenum simila conspersa oleo in sacrificium:

32 Mortariolum aureum appendens decem siclos plenum incenso:

33 Bouem de armento, & arietem, & agnum anniculum in holocaustum:

34 Hircumque pro peccato:

35 Et in sacrificio pacificorum boues duos, arietes quinque, hircos quinq., agnos anniculos quinque. hæc fuit oblatio Elisur filii Sedeur.

Oblatio Salamiel.

36 Die quinto princeps filiorum Simeon Salamiel filius Surisaddai,

37 Obtulit acetabulum argenteum appendens centum triginta siclos, phialam argenteam habentem septuaginta siclos ad pondus sanctuarii, vtrumque plenum simila conspersa oleo in sacrificium:

38 Mortariolum aureum appendens decem siclos plenum incenso:

39 Bouem de armento, & arietem, & agnum anniculum in holocaustum:

40 Hircumque pro peccato:

41 Et in hostias pacificorum boues duos, arietes quinque, hircos quinque, agnos anniculos quinq., hæc fuit oblatio Salamiel filii Surisaddai.

D *Eliasaph.*

42 Die sexto princeps filiorũ Gad Eliasaph filius Duel,

43 Obtulit acetabulum argenteũ appendens centum triginta siclos, phialam argenteam habentem septuaginta siclos ad pondus sanctuarii vtrumque plenum simila conspersa oleo in sacrificium:

44 Mortariolum aureum appendens decem siclos plenum incenso:

45 Bouem de armento, & arietem, & agnum anniculum in holocaustum:

46 Hir-

46 Hircumque pro peccato:
47 Et in hostias pacificorum boues duos, arie-
tes quinq;, hircos quinq;, agnos anniculos quinq;.
Hæc fuit oblatio Elisaph filii Duel.
Elisama. 48 Die septimo princeps filiorum Ephraim Eli
sama filius Ammiud,
49 Obtulit acetabulum argenteum appendens
centum triginta siclos, phialam argenteam haben-
tem septuaginta siclos ad pondus sanctuarii vtrú-
que plenum simila conspersa oleo in sacrificium:
50 Mortariolum aureum appendens decem si-
clos plenum incenso:
51 Bouem de armento, & arietem, & agnum an-
niculum in Holocaustum:
52 Hircúmq; pro peccato:
53 Et in hostias pacificorum boues duos, arie-
tes quinq;, hircos quinq;, agnos anniculos quinq;.
hæc fuit oblatio Elisama filii Ammiud.
Gamaliel. 54 Die octauo princeps filiorum Manasse Gama-
liel filius Phadassur,
55 Obtulit acetabulum argenteum appendens
centum triginta siclos, phialam argenteam haben-
tem septuaginta siclos ad pódus sanctuarii, vtrunq;
plenum simila conspersa oleo in sacrificium:
56 Mortariolum aureum appendens decem si-
clos plenum incensó:
57 Bouem de armento, & arietem, & agnú an-
niculum in holocaustum,
58 Hircúmque pro peccato:
59 Et in hostias pacificorum boues duos, arie-
tes quinq;, hircos quinq;, agnos anniculos quinq;.
hæc fuit oblatio Gamaliel filii Phadassur.
Abidan. 60 Die nono princeps filiorum Beniamin Abi-
dan filius Gedeonis,
61 Obtulit acetabulum argenteum appendens
centum triginta siclos, phialam argenteam haben-
tem septuaginta siclos ad pondus sanctuarii, v-
trunq; plenum simila cóspersa oleo in sacrificium:
62 Mortariolum aureum appendens decem si-
clos plenum incenso:
63 Bouem de armento, & arietem, & agnum an-
niculum in holocaustum:
64 Hircúmque pro peccato:
65 Et in hostias pacificorum boues duos, arietes
quinq;, hircos quinque, agnos anniculos quinque.
hæc fuit oblatio Abidam filii Gedeonis.
Ahi-ezer. 66 Die decimo princeps filiorum Dan Ahi-ezer
filius Ammi saddai,
67 Obtulit acetabulum argenteum appendens
centum triginta siclos, phialam argenteam haben-
tem septuaginta siclos ad pondus sanctuarii, vtrú-
que plenum simila conspersa oleo in sacrificium.
68 Mortariolum aureum appendens decem si-
clos, plenum incenso:
69 Bouem de armento, & arietem, & agnú an-
niculum in holocaustum:
70 Hircumque pro peccato:
71 Et in hostias pacificorum boues duos, arietes
quinque, hircos quinque, agnos anniculos quinq;.
hæc fuit oblatio Ahi-ezer filii Ammi sadai.
Phegiel. 72 Die vndecimo princeps filiorú Aser, Phegiel,
filius Ochran,
73 Obtulit acetabulum argenteum appendens
centum triginta siclos. Phialam argenteam haben-
tem septuaginta siclos ad pondus sanctuarii vtrú-
que plenum simila conspersa oleo in sacrificium:
74 Mortariolum aureum appendens decem si-
clos, plenum incenso:
75 Bouem de arméto, & arietem, & agnum an-
niculum in holocaustum:
76 Hircumque pro peccato:
77 Et in hostias pacificorum boues duos, arietes

46 Hircus caprarum vnus pro hostia peccati;
47 Et pro sacrificio gratulatorio boues duo, arietes
quinq;, hirci quinq;, agni anniculi quinq;. hoc fuit donú
Eliasaph filii Dehuel.
48 Septimo die princeps filiorum Ephraim, Elisama
filius Ammihud.
49 Cuius donum fuit catinus argenteus vnus centum
triginta siclorum, phiala vna argentea septuaginta siclo-
rum iuxta siclum sanctuarii: vtraq; plena simila gine oleo
conspersa pro sacrificio cibario,
50 Cochleare aureum vnum decem [siclorum] ple-
num suffitu.
51 Iuuencus vnus, aries vnus, agnus anniculus vnus
in holocaustum,
52 Hircus ex capris vnus pro hostia peccati,
53 Pro sacrificio vero gratulatorio boues duo, arietes
quinque, hirci quinq;, agni anniculi quinq;. hoc fuit do-
num Elisama filii Ammihud.
54 Octauo die princeps filiorum Manasse, Gamaliel
filius Pedazur,
55 Cuius donum fuit catinus argenteus vnus centum
& triginta siclorum, phiala vna argentea septuaginta si-
clorum iuxta siclum sanctuarii: vtraq; plena simila gine
oleo conspersa pro sacrificio cibario,
56 Cochleare aureum vnum decem [siclorum] plenú
suffitu,
57 Iuuencus vnus, aries vnus, agnus anniculus vnus
in holocaustum,
58 Hircus ex capris vnus pro hostia peccati,
59 Et pro sacrificio gratulatorio boues duo, arietes
quinq;, hirci quinq;, agni anniculi quinq;. hoc fuit donú
Gamlielis filii Pedazur.
60 In die nona princeps filiorum Beniamin, Abidan
filius Gideoni,
61 Fuit que donum eius catinus vnus argenteus cen-
tum & triginta siclorum, phiala argentea vna septua-
ginta siclorum iuxta siclum sanctuarii: vtraque plena si-
milagine oleo permixta pro sacrificio cibario.
62 Cochleare vnum aureum decem [siclorum] plenum
suffitu,
63 Iuuencus vnus, aries vnus, agnus anniculus vnus
in holocaustum.
64 Hircus caprarum vnus pro hostia peccati.
65 Et pro sacrificio gratulatorio boues duo, arietes
quinq;, hirci quinq;, agni anniculi quinq;. hoc fuit donú
Abidan filii Gideoni.
66 Decimo die princeps filiorum Dan, Ahi-ezer filius
Ammi saddai,
67 Cuius munus fuit catinus argenteus centum & tri-
ginta siclorum, phiala vna argentea septuaginta siclorum,
iuxta siclum sanctuarii: vtraq; plena similagine oleo per-
mixta pro sacrificio cibario.
68 Cochleare vnum aureum decem [siclorum] plenú
suffitu.
69 Iuuencus vnus, aries vnus, agnus anniculus vnus
in holocaustum,
70 Et hircus ex capris vnus pro hostia peccati,
71 Et pro sacrificio gratulatorio boues duo, arietes
quinq;, hirci quinq;, agni anniculi quinque. hoc donum
fuit Ahi-ezer filii Ammi saddai.
72 Vndecimo die princeps Aser, Pagiel filius O-
chran,
73 Cuius donum fuit catinus argenteus vnus centum
& triginta siclorum, Phiala argentea vna septuaginta
siclorum, iuxta siclum sanctuarii: vtraq; plena similagi-
ne oleo permixta pro sacrificio cibario.
74 Cochleare vnum aureum decem [siclorum] plenum
suffitu.
75 Iuuencus vnus, aries vnus, agnus anniculus vnus
in holocaustum.
76 Hircus ex capris vnus pro hostia peccati,
77 Et pro sacrificio gratulatorio boues duo, arietes

17 vel, dedicatio.
18 scutellæ argenteæ.
19 Hebr. decem cochleatiæ ... singula cochlearia pendebant decē siclos.
20 Cum libatione eorum.
21 pacificorum.
22 .i. hæc data fuerunt in dedicatione altaris &c.
23 fœderis, vel, conuentus.
24 scilicet Deo. Relatiuum loco antecedentis. i. vt cōsuleret Deum.
25 audiebat &c. i. vocem respondentē verbis suis, quæ edebatur de propitiatorio.
CAP. VIII.
1 Quod accendes lucernas,
2 vel, contra faciem candelabri lucebunt septem lucernæ illæ, id est, versus eam partem quæ respondet fronti candelabri.
3 accendit scilicet lucernas candelabri.
4 vel, fecit vt lucernæ iaculaͅrentur lumen suum in partē oppositam fronti candelabri.
5 factura candelabri, ductilis, aurea: vsque ad hastile suum, & vsque ad flores suos ductilis erat. Vel, tam hastile eius quam flores erant facta opere ductili. Vel, opere integro, vt alii vertunt, hoc est, ex vna massa ductum, non per fragmenta & membra compositum.
6 .i. iuxta exemplar quod ostenderat &c.
7 Hebr. ad purificandum eos.
8 Aquas peccati vocat expiatorias & lustrales: quibus immissus fuerat cinis rufæ vaccæ, quæ pro peccatis sacrificabatur. Vide infra c. 19. Vertere potes, aquam expiationis.
9 vel, Adduces loquam.
10 Heb. eleuare faciet Aaron Leuitas eleuationem .i. offeret Leuitas in oblationem Domino.
11 .i. ex parte filiorum Israel.

quinque hirci, quinque agni anniculi quinque. Hoc fuit donum Pagielis filii Ochran.

78 *Porrò duodecimo die princeps filiorum Naphtali, Abira filius Enan,*

79 *Cuius donum fuit catinus argenteus, vnus centum & triginta siclorum, phiala argentea, vna septuaginta siclorum iuxta siclum sanctuarii: vtraque plena simila oleo permixta pro sacrificio cibario.*

80 *Cochleare aureum vnum decem [siclorum] plenum suffitu.*

81 *Iuuencus vnus, aries vnus, agnus anniculus vnus, in holocaustum.*

82 *Hircus ex capris pro hostia peccati,*

83 *Et pro sacrificio gratulatorio boues duo, arietes quinque, hirci quinque, agni anniculi quinque. Hoc fuit donum Abira filii Enan,*

84 *Hæc fuit [17] initiatio aræ in die qua fuit inuncta, à principibus scilicet Israelis, [18] catini argentei duodecim, phialæ argenteæ duodecim.*

85 *Cochlearia aurea duodecim. Centum & triginta [siclos habuit] catinus vnus: phiala vero vna septuaginta: omniaque vasa argentea bis mille & quadringenta, iuxta siclum sanctuarii.*

86 *Cochleariorum verò aureorum duodecim fuerunt plena suffitu: [19] singula verò, decem [fuerunt siclorum] iuxta siclum sanctuarii: porrò vniuersum aurum cochleariorum fuit centum & viginti [siclorum.]*

87 *Iuuencorum verò ex bobus vniuersorum pro holocausto fuerunt duodecim, arietum duodecim, agnorum anniculorum duodecim, [20] cum sacrificio eorum cibario, & hircorum ex capris,*

88 *Qui pro hostia peccati [fuerunt.] duodecim: Omnium boum pro sacrificio [21] gratulatorio viginti quatuor, arietum sexaginta, hircorum sexaginta, agnorum anniculorum sexaginta. [22] hæc fuit initiatio aræ, quum inungeretur.*

89 *Quumque veniret Moses in tentorium [23] conuentionis vt loqueretur cum [24] eo, [25] audiuit vocem colloquentis ad eum è propitiatorio, quod erat super arcam testimonii inter duos cherubim, & loquebatur ad eum.*

quinque, hircos quinque, agnos anniculos quinque. Hæc fuit oblatio Phegiel filii Ochran.

78 Die duodecimo princeps filiorum Nephtali Abira filius Enan, — *Abira.*

79 Obtulit acetabulum argenteum appendens centum triginta siclos, phialam argenteam habentem septuaginta siclos ad pondus sanctuarii, vtrumque plenum simila oleo conspersa in sacrificium:

80 Mortariolum aureum appendens decē siclos, plenum incenso:

81 Bouem de armento, & arietem & agnum anniculum in holocaustum: — G

82 Hircumque pro peccato:

83 Et in hostias pacificorum boues duos, arietes quinque, hircos quinque, agnos anniculos quinque. Hæc fuit oblatio Abira filii Enan.

84 Hæc in dedicatione altaris oblata sunt à principibus Israel, in die qua consecratū est: acetabula argentea duodecim: phialæ argenteæ duodecim:

85 Mortariola aurea duodecim: Ita vt centum triginta siclos argenti haberet vnum acetabulum, & septuaginta siclos haberet vna phiala: id est in cōmune vasorum omnium ex argento sicli duo millia quadringenti, pondere sanctuarii.

86 Mortariola aurea duodecim plena incenso: denos siclos appendentia pondere sanctuarii: id est, simul auri sicli centum viginti:

87 Boues de armento in holocaustum duodecim, arietes duodecim, agni anniculi duodecim, & libamenta eorum. Hirci duodecim pro peccato.

88 In hostias pacificorum, boues viginti quatuor, arietes sexaginta, hirci sexaginta, agni anniculi sexaginta. Hæc oblata sunt in dedicatione altaris, quando vnctum est. — I

89 Cumque ingrederetur Moyses tabernaculum fœderis, vt consuleret oraculum, audiebat vocem loquentis ad se de propitiatorio quod erat super arcam testimonii inter duos cherubim, vnde & loquebatur ei.

CAPVT VIII.

1 *ET loquutus est Dominus ad Mosen in hanc sententiam.*

2 *Loquere ad Aharonem, & dic ad eum, [1] Quum collocas tu in sublimi lampades, [2] septem illæ lampades versus candelabrum lucere debent.*

3 † † †

4 [3] *Fecit sic Aharon, [4] collocauitque lampades eius versus candelabrum, [5] quemadmodum præceperat Dominus Mosi.*

5 *Erat autem [5] opus candelabri ex auro solido: tam scapus eius, quam flores eius, solidum erat: [6] iuxta visionem quam ostendit Dominus Mosi, sic fecit candelabrum.*

6 *Loquutusque est Dominus ad Mosen hisce verbis,*

7 *Tolle Leuitas è medio filiorum Israel, & purifica eos. Sic autem facies iis.*

8 [7] *Quum purificas eos, sparge super eos [8] aquas peccati, & traducant nouaculam per omnem carnem suam, eluantque vestimenta sua, & sese purificent.*

9 *Deinde sument iuuencum è bobus cum sacrificio suo cibario, nempe similaginem oleo commixtam, & alium iuuencum è bobus accipies pro hostia peccati.*

10 *Et quum adduxeris Leuitas ante tentorium conuentionis, congregabis vniuersum cœtum filiorum Israel.*

11 [9] *Et adduces Leuitas in conspectum Domini, componentque filii Israel manus suas super Leuitas.*

12 *Et [10] mouebit Aharon Leuitas motatione coram Domino [11] à filiis Israel, vt illi sint ministrantes cultum Domini.*

13 *Leuitæ verò ponent manus suas super caput iuuencorum, & facies vnum pro peccato: & alterum in holocaustum Domino, vt expies Leuitas.*

1 LOcutúsque est Dominus ad Mosen, dicens, — A

2 Loquere Aaron, & dices ad eum, Cum posueris septem lucernas, candelabrum in Australi parte erigatur. — *Dispositio lucernarum.*

3 Hoc igitur præcipe vt lucernæ contra Boream e regione respiciant ad mensam panum propositionis, contra eam partem quam candelabrū respicit, lucere debebunt.

4 Fecitque Aaron, & imposuit lucernas super candelabrum, vt præceperat Dominus Moysi.

5 Hæc autem erat factura candelabri, ex auro ductili, tam medius stipes quam cuncta quæ ex vtroque calamorum latere nascebantur: iuxta exemplum quod ostendit Dominus Moysi, ita operatus est cādelabrum. — *Forma candelabri.*

6 Et locutus est Dominus ad Moysen, dicens,

7 Tolle Leuitas ex medio filiorum Israel, et purificabis eos iuxta hunc ritum. — *Purgatio & oblatio Leuitarum.*

8 Aspergantur aqua lustrationis, & radant omnes pilos carnis suæ. cumque lauerint vestimenta sua, & mundati fuerint,

9 Tollent bouem de armentis, & libamentum eius similam oleo conspersam, bouem autem alterum de armento tu accipies pro peccato. — B

10 Et applicabis Leuitas coram tabernaculo fœderis, conuocata omni multitudine filiorum Israel.

11 Cumque Leuitæ fuerint coram Domino, ponent filii Israel manus suas super eos.

12 Et offeret Aaron Leuitas, munus in conspectu Domini à filiis Israel, vt seruiant in ministerio eius.

13 Leuitæ quoque ponent manus suas super capita boum, e quibus vnum facies pro peccato, & alterum in holocaustum Domini, vt depreceris pro eis.

14 Collo-

14 Statuésque Leuitas in conspectu Aaron & filiorum eius, & consecrabis oblatos Domino, ac separabis de medio filiorum Israel, vt sint mei.

C 15 Et postea ingrediantur tabernaculum fœderis, vt seruiant mihi: sicque purificabis & consecrabis eos in oblationem Domini.

Exo. 13.a. supra 3.c. Luc. 2.d.

16 Quoniam dono donati sunt mihi à filiis Israel; pro primogenitis quæ aperiunt omnem vuluam in Israel, accepi eos.

17 Mea sunt enim omnia primogenita filiorum Israel, tam ex hominibus quàm ex iumentis: ex die quo percussi omne primogenitum in Terra-Ægypti, sanctificaui eos mihi.

18 Et tuli Leuitas pro cunctis primogenitis filiorum Israel:

filiorum Israel,

19 Tradidique eos dono Aaron & filiis eius de medio * populi, vt seruiant mihi pro Israel in tabernaculo fœderis, & orent pro eis ne sit in populo plaga, si ausi fuerint accedere ad sanctuarium.

20 Fecerúntque Moyses & Aaron & omnis multitudo filiorum Israel super Leuitis quæ præceperat Dominus Moysi.

D

21 Purificatique sunt, & lauerunt vestimenta sua: eleuauitque eos Aaron in conspectu Domini, & orauit pro eis.

22 Vt purificati ingrederentur ad officia sua in tabernaculum fœderis coram Aaron & filiis eius: sicut præceperat Dominus Moysi de Leuitis, ita factum est.

Ætates Leuitarum.

23 Locutúsque est Dominus ad Moysen, dicens,

24 Hæc est lex Leuitarum, A viginti quinque annis, & suprà, ingredientur vt ministrent in tabernaculo fœderis.

25 Cúmque quinquagesimum annum ætatis impleuerint, seruire cessabunt.

26 Eruntque ministri fratrum suorum in tabernaculo fœderis, vt custodiant quæ sibi fuerint commendata. opera autem ipsa non faciant. sic dispones Leuitis in custodiis suis.

14 *Collocabis verò Leuitas ante Aharonem, & ante filios eius, &* [11] *motabis eos tenupha Domino. Separabisque Leuitas à filiis Israel, eruntque Leuitæ mei.*

15 *Post hoc ingredientur Leuitæ, vt ministrent in tentorio constitutionis, purificabisque eos, &* [12] *agitando agitabis eos.*

16 *Quoniam* [13] *donatitii sunt ipsi mihi donati à filiis Israel,* [14] *pro omnibus primogenitis, pro primogenitis inquam omnium filiorum Israel assumpsi eos mihi.*

17 *Meum enim est omne primogenitum filiorum Israel, tàm in hominibus quàm in iumentis: à die quo percussi omne primogenitum in terra Ægypti, consecraui eos mihi.*

18 *Tuli que Leuitas pro omnibus primogenitis filiorum Israel.*

19 *Dedi autem Leuitas donatitios Aharoni & filiis eius de medio filiorum Israel, vt exequantur ministerium* [15] *filiorum Israel in tentorio constitutionis,* [16] *vtque expient pro filiis Israel, ne sit inter filios Israel plaga, si accedant filii Israel* [17] *ad sancta.*

20 *Fecitque Moses & Aharon, & vniuersus cœtus filiorum Israel* [18] *cum Leuitis iuxta omnia quæ præceperat Dominus Mosi de Leuitis, sic inquam fecerunt de illis filii Israel.*

21 *Expiarunt ergo se Leuitæ, elueruntque vestimenta sua,* [19] *& motauit eos Aaron tenupha coram Domino,* [20] *expiauitque pro eis Aharon vt eos purificaret.*

22 *Postea ingressi sunt Leuitæ vt exequerentur ministerium suum in tentorio constitutionis,* [21] *coram Aharone corámque filiis eius, quemadmodum præceperat Dominus Mosi de Leuitis, sic fecerunt de eis.*

23 *Et loquutus est Dominus ad Mosen, dicens,*

24 *Hoc quoque ad Leuitas (pertinet,) ab eo qui natus est viginti quinque annos & supra,* [22] *ingredietur (quoque,) vt exercendo (se) exerceat in ministerio tentorii constitutionis,*

25 *Quum verò quinquaginta fuerit annorum, reuertatur* [23] *ab exercitio ministerii, neque vltra seruiat.*

26 [24] *Sed cum fratribus suis seruiat in tentorio constitutionis,* [25] *vt obseruet custodiam:* [26] *nihil autem (grauis) seruitii faciet. sic ages cum Leuitis in obseruatione eorum.*

CAPVT IX.

A 1 Locutus est Dominus ad Moysen in deserto Sinai anno secundo postquam egressi sunt de Terra-Ægypti, mense primo, dicens,

Phase præcipitur fieri.

2 Faciant filii Israel Phase in tempore suo.

3 Quartadecima die mensis huius ad vesperam, iuxta omnes ceremonias & iustificationes eius.

4 Præcepitque Moyses filiis Israel vt facerent Phase.

5 Qui fecerunt tempore suo: quartadecima die mensis ad vesperam in monte Sinai: iuxta omnia quæ mandauerat Dominus Moysi, fecerunt filii Israel.

Immundi super mortuo, Phase non prohibentur facere,

6 Ecce autem quidam immundi super anima hominis, qui non poterant facere Phase in die illo, accedentes ad Moysen & Aaron, dixerunt eis.

7 Immundi sumus super anima hominis: quare fraudamur vt non valeamus oblationem offerre

B Domino in tempore suo inter filios Israel?

8 Quibus respondit Moyses, State vt consulam quid præcipiat Dominus de vobis.

1 *Loquutúsque est Dominus ad Mosen in deserto Sinai, in anno secundo egressus eorum e terra Ægypti, in mense primo, hisce verbis.*

2 *Faciant filii Israel Passah stato suo tempore.*

3 *Quartodecimo die huius mensis* [1] *inter vesperas faciant ipsum stato suo tempore,* [2] *iuxta omnes ceremonias eius, &* [3] *iuxta omnes ritus eius faciant ipsum.*

4 *Et loquutus est Moses ad filios Israel vt facerent Passah.*

5 *Fecerunt itaque Passah in primo (mense,) quartadecima die mensis* [1] *inter vesperas in deserto Sinai: iuxta omnia quæ mandauerat Dominus Mosi, sic fecerunt filii Israel.*

6 *Fuerunt autem quidam* [4] *contaminati mortuo quodam, qui eodem die Passah facere non poterant: accesserunt ergo ad Mosen & Aharonem eodem die, dixeruntque viri illi ad eum.*

7 *Nos mortuo quodam contaminati sumus, cur prohibemur quominus afferamus Domino donum stato suo tempore inter cæteros filios Israel?*

8 *Respondit illis Moses, Subsistite, vt audiam quid vestri causa præcipiat Dominus.*

11 Heb. eleuare taciet eos eleuationem Domino, i. offeres illos oblationem Domino.
13 vel, dono dati sunt mihi è medio filiorum &c. i. ex omni numero filiorum Israel.
14 Heb. pro aperiente omnem vuluam, (pro) primogenito omnium &c. vel, loco apertionis omnis vuluæ primogenitorum omnium filiorum &c. i. pro iis qui primum vuluam aperiunt, nempe pro primogenitis &c.
15 vel, loco filiorum Israel. i. vt fungantur officio ad quod tenentur filii Israel.
16 & vt lustrent filios Israel. vel, reddant Deum propitium filiis Israel. Vide annotationem de hac expiatione, suprà capite XV.
17 vel, ad sanctuarium. vt scilicet ministrent.
18 vel, de Leuitis
19 Heb. eleuauitque eos Aaron eleuationem. i. obtulitque, eos Aaron in oblationem.
20 vel, orauitque pro eis
21 i. vidente Aarone & filiis eius.
22 Heb. aggredientur militare militiam in ministerio tentorii &c. i. incipient fungi munere suo in ministerio &c.
23 Heb. à militia operis. i. cesset fungi munere suo.
24 i. fratres iuuet consilio.
25 ad custodiendum. i. vt fungantur suo officio.
26 & cultum non peraget. sic faces Leuitis in custodiis suis. i. attamen non facient quæ facere solebant ante quinquagesimum annum. sic facies Leuitis iuxta ea quæ facere solent.

CAP. IX. 1 inter duas vesperas facietis illud tempore suo. i. sub vesperam, ad occasum, sub noctem, sub initium quinti diei (quod Gallice dicimus, Entre chien & loup) immolabitis hunc agnum paschalem tempore quo præcepi immolari. Vide annotationem de hoc in Exodo, cap. XII. 2 Tempore suo i. mense primo. 2 i. celebrabitis illud obseruando ritus & ceremonias peculiares illi. 3 inter duas vesperas in deserto Sinai. 4 Heb. immundi super anima hominis. i. super cadauere hominis, siue propter cadauer hominis: quod scilicet hominis mortui corpus attigerant.

9 Loquutus est ergò Dominus ad Mosen in hanc sententiam.

10 Loquere ad filios Israel, dicendo. Quicunq; contaminatus fuerit mortuo aliquo, [5] aut in via peregrè, à vobis, aut posteris vestris, is faciet Domino Passah, at facient illud in mense secundo.

11 Decimoquarto die mensis [6] inter vesperas comedant autem illud cum infermentatis placentis, & herbis amaris.

12 Nihil relinquant ex eo vsque mane, nec os ex eo confringant: iuxta omnes ritus Passah faciant ipsum.

13 Qui mundus fuerit, [7] nec in itinere fuerit, cessaritque à celebrando Passah, huius anima excindatur de populis suis, eo quod munus Domini non attulit stato suo tempore, & is [8] peccatum suum feret.

14 Quòd si aduena quispiam apud vos commoratur, volueritq; facere Domino Passah, faciat illud iuxta ritus & ceremonias [9] eius. Eadem lex tam vobis sit quàm aduena & indigena terræ.

15 Porrò quo die erexit (Moses) tabernaculum, nubes obtexit ipsum tabernaculum [10] tentorii testimonii: [11] aduentante autem vespera, apparebat super tabernaculo veluti species ignis vsque mane.

16 Sic fiebat iugiter, vt nubes ipsum [12] obtegeret, & noctu species ignis.

17 Quumque nubes sustolleretur ab ipso tentorio, tum demum [13] proficiscebantur filii Israel. Eodem verò loco vbi nubes ista [14] resedit, illic [15] castrametati sunt filii Israel.

18 [16] Iuxta os Domini soluerunt filii Israel, & iuxta os Domini [17] castra fixerunt, cunctis diebus quibus mansit nubes super tabernaculum, & ipsi in castris resederunt.

19 Quòd si nubes aliquot diebus super tabernaculum moram traheret, [18] obseruabant filii Israel custodiam Domini, [19] nec soluerunt.

20 [20] Cumq; nubes certis aliquot diebus maneret super tabernaculum, [21] iuxta os Domini resederunt, & iuxta os Domini soluerunt.

21 Fiebat & hoc, quum nubes maneret à vespera ad mane vsque, nubésq; mane ascenderet, soluebant: aut si nubes [22] per diem & noctem mansisset, & deinde ascenderet, soluebant.

22 Si verò nubes moram traheret super tabernaculum duobus diebus, aut mensem, aut annum, manēdo scilicet super ipsum, manebant & filii Israel, nec soluebant, mox vt ascendebat, soluebant.

23 [23] Iuxta os Domini in castris resederunt, & iuxta os Domini castra mouerunt: custodiam Domini obseruantes [24] iuxta præceptum Domini per manum Mosis.

9 Locutusque est Dominus ad Moysen, dicens,

10 Loquere filiis Israel, Homo qui fuerit immundus super anima, siue in via procul in gente vestra, faciat Phase Domino in mense secundo.

11 Quartadecima die mensis ad vesperam: cum azymis & lactucis agrestibus comedent illud.

12 Non relinquent ex eo quippiam vsque mane, ‖ & os eius non confringent, omnem ritum Phase obseruabunt. Exod. 12. g. Iohan. 19. f.

13 Siquis autem & mundus est, & in itinere nō fuit, & tamen non fecit Phase, exterminabitur anima illa de populis suis, quia sacrificium Domino non obtulit tempore suo: peccatum suum ipse portabit.

14 Peregrinus quoque & aduena si fuerint apud vos, facient Phase Domino iuxta ceremonias & iustificationes suas. Præceptum idem erit apud vos tam aduenæ, quàm indigenæ. C

15 ‖ Igitur die qua erectum est tabernaculum, operuit illud nubes, à vespere autem super tentorium erat, quasi species ignis vsque mane. Exod. 40. h. *Nube operiente tabernaculum, manent: recedente vero, proficiscuntur.*

16 Sic fiebat iugiter, per diem operiebat illud nubes, & per noctem quasi species ignis.

17 Cumq; ablata fuisset nubes quæ tabernaculū protegebat, tunc proficiscebantur filii Israel: & in loco vbi stetisset nubes, ibi castrametabantur.

18 Ad imperium Domini proficiscebantur, & ad imperium illius figebant tabernaculum. ‖ Cunctis diebus quibus stabat nubes super tabernaculum, manebant in eodem loco: 1. Corin. 10. a.

19 Et si euenisset vt multo tempore maneret super illud, erant filii Israel in excubiis Domini, & nō proficiscebantur. D

20 Quotquot diebus fuisset nubes super tabernaculum, ad imperium Domini erigebant tentoria, & ad imperium illius deponebant.

21 Si fuisset nubes à vespere vsque mane, & statim diluculo tabernaculum reliquisset, proficiscebantur: & si post diem & noctem recessisset, dissipabant tentoria.

22 Si verò biduo aut vno mense vel longiori tempore fuisset super tabernaculum, manebant filii Israel in eodem loco, & non proficiscebantur: statim autem vt recessisset, mouebant castra.

23 Per verbum Domini figebant tentoria, & per verbum illius proficiscebantur: erantque in excubiis Domini iuxta imperium eius per manum Moysi.

CAPVT X.

1 ET loquutus est Dominus ad Mosen hisce mandatis.

2 Fac tibi duas tubas argenteas, ductiles facies eas, quas in hoc habebis, vt conuoces cœtum, & (indices illis) quando mouenda sint castra.

3 [1] Quum ergo clangetis istis (tubis,) conuocabuntur ad te vniuersus cœtus ante ostium tentorii constitutionis.

4 Si verò vna duntaxat clanxerint, congregabuntur ad te principes, [2] tribuni Israelis.

5 [3] Si verò sonitu inciso clanxeritis, soluent castra, ea scilicet quæ ad Orientem posita sunt.

6 [4] Quum secundo clanxeritis sonitu inciso, soluent castra quæ sita sunt ad Meridiem [5] sonitu inci-

1 LOcutusque est Dominus ad Moysen, dicens: A

2 Fac tibi duas tubas argenteas ductiles, quibus conuocare possis multitudinem quando mouenda sunt castra.

3 Cumq; increpueris tubis, congregabitur ad te omnis turba ad ostium tabernaculi fœderis. *Tubæ argenteæ, & earum officia.*

4 Si semel clangueris, venient ad te principes, & capita multitudinis Israel.

5 Si autem prolixior atq; concisus clangor increpuerit, mouebunt castra primi qui sunt ad Orientalem plagam.

6 In secundo autem sonitu & pari vlulatu tubę, leuabunt tentoria qui habitant ad Meridiē. & iux-

5 siue in via remota, ex vobis, aut ex generationibus vestris: faciet &c. i. Siquis ex vobis, aut ex posteris vestris absens fuerit a loco, in quo celebratur Pascha a filiis Israel.
6 inter duas vesperas. Tam impuri, quam illi qui absuerant tempore quo celebratis Pascha, poterant mense sequente celebrare illud.
7 i. non fuerit absens tempore quo celebrabatur Pascha à filiis Israel.
8 i. dabit pœnas pro peccato suo.
9 Heb. Passah.
10 supra tentorium testimonii. q.d. Nubes illa erat super tabernaculum, sed præcipuè super eam partem cui suberat arca fœderis.
11 in vespera autē. i. de nocte
12 sub. interdiu.
13 vel, proficisci solebant
14 residebat,
15 castrametabantur. i. subsistere solebant
16 vel, Ad imperium Domini proficiscebātur. sue, proficisci solebant
17 vel, subsistebant,
18 i. tunc obseruabant præcepta Domini, ritus & ceremonias quas iusserat Dominus obseruari. ministrabant Domino vt ipse præceperat. hoc significat custodiam Domini obseruare.
19 nec proficiscebantur.
20 Accidebat interdum vt nubes esset super tabernaculum diebus numeri. i. paucis, qui numerari facile possent.
21 vel, ad imperium Domini castrametabantur, & ad imperium eiusdem proficiscebantur. 22 i. diem integrum. 23 vel, Iuxta præceptum Domini castra figebant, & ad imperium eius proficiscebantur. 24 i. quemadmodum præceperat Moses mandato Domini. vel, quemadmodum præceperat Dominus per Mosen.

CAP. X. 1 Heb. Et clangent cum illis, congregabitur &c. 1 Cum illis tubis dabunt signum, conuenient ad te &c. 2 capita millium Israelis.
3 Sin clanxeritis iubilationem. i. Sin clanxeritis tubis vlulantibus vel iubilantibus, & cum iubilatione. Alii vertunt, taratantara, esset quidem clangor qui nos latet. 4 Cum clangetis tubis iubilationis secundo, proficiscentur &c. 5 Heb. iubilationem clangent secundum profectiones suas. vel, iubilum, inquam, quidam, clangore exprimunt quoties erunt profecturi.

ta hunc

ea hunc modum reliqui facient vlulantibus tubis in profectionem.

7 Quando autem congregandus est populus, simplex tubarum clangor erit, & non concise vlulabunt.

8 Filii autem Aaron sacerdotis clangent tubis: eritque hoc legitimum sempiternum in generationibus vestris.

9 Si exieritis ad bellum de terra vestra, contra hostes qui dimicant aduersum vos, clangetis vlu-
B lantibus tubis, & erit recordatio vestri coram Domino Deo vestro, vt eruamini de manibus inimicorum vestrorum.

10 Si quando habebitis epulum, & dies festos, & Calendas, canetis tubis super holocaustis, & pacificis victimis, vt sint vobis in recordationem Dei vestri. Ego Dominus Deus vester.

De Sinai proficiscuntur filii Israel.
Recensentur castrorum duces.

11 Anno secundo mense secundo, vicesima die mensis eleuata est nubes de tabernaculo fœderis:

12 Profectiq; sunt filii Israel p turmas suas de deserto Sinai, & recubuit nubes in solitudine Pharan.

13 Mouerunt que castra primi iuxta imperium Domini per manum Moysis.

14 ‖ Filii Iuda per turmas suas, quorum princeps erat Nahasson filius Aminadab. *supra 1.a*

15 In tribu filiorum Issachar fuit princeps Nathanael filius Suar.

16 In tribu Zabulon erat princeps Eliab filius Helon.

17 Depositumque est tabernaculum, quod portantes egressi sunt filii Gerson & Merari.

C 18 Profectique sunt & filii Ruben, per turmas & ordinem suum, quorum princeps erat Helisur filius Sedeur.

19 In tribu autem filiorum Simeon, princeps fuit Salamiel filius Surisaddai.

20 Porro in tribu Gad erat princeps Eliasaph filius Duel.

21 Profectique sunt & Caathitæ portantes sanctuarium. Tamdiu tabernaculum portabatur, donec venirent ad erectionis locum.

22 Mouerunt castra & filii Ephraim per turmas suas, in quorum exercitu princeps erat Elisama filius Ammiud.

23 In tribu autem filiorum Manasse princeps fuit Gamaliel filius Phadassur.

24 Et in tribu Beniamin erat dux Abidan filius Gedeonis.

25 Nouissimi castrorum omnium profecti sunt filii Dan per turmas suas, in quorum exercitu princeps fuit Ahiezer filius Ammisaddai.

26 In tribu autem filiorum Aser erat princeps Phegiel filius Ochran.

27 Et in tribu filiorum Nephthali princeps fuit Ahira filius Enan.

28 Hæc sunt castra, & profectiones filiorum Israel, per turmas suas quando egrediebantur.

D 29 Dixitque Moyses Hobab filio Raguel Madianitæ cognato suo, Proficiscimur ad locum quem Dominus daturus est nobis: veni nobiscum, vt benefaciamus tibi: quia Dominus bona promisit Israeli.

Hobab renuit cum Moyse proficisci.

30 Cui ille respondit, Non vadam tecum, sed reuertar in terram meam in qua natus sum.

31 Et ille, Noli, inquit, nos relinquere: tu enim nosti in quibus locis per desertum castra ponere debeamus, & eris ductor noster.

32 Cumque nobiscum veneris, quicquid optimum fuerit ex opibus quas nobis traditurus est Dominus, dabimus tibi.

si clangent quum soluere volunt.

7 *Quando vero cœtus fuerit congregandus, clangetis duntaxat, nec edetis clangorem inciśum.*

8 *Filii autem Aharonis sacerdotes tubis clangent: & hic ritus sit vobis, posterisque vestris perpetuus.*

9 *Et si ingressi fueritis bellum in terra vestra contra hostem qui vos oppugnat, classicum canetis tubis, & fiet vestri memoria coram Domino Deo vestro, vt seruemini ab hostibus vestris.*

10 *In die quoque lætitiæ vestræ, in statis feriis vestris, ac in initiis mensium vestrorum, clangetis tubis super holocaustis vestris atque sacrificiis gratulatoriis vestris, vt vobis sint monumentum coram Deo vestro: ego Dominus Deus vester.*

11 *Factum est autem anno secundo, mense secundo, vigesimo mensis, sublata est nubes a tabernaculo testimonii.*

12 *Et profecti sunt filii Israel profectionibus suis ex deserto Sinai, deinde stetit nubes in deserto Paran.*

13 *Prima fuit hæc profectio iuxta os Domini per manum Mosis.*

14 *Vexillum autem castrorum filiorum Iuda, profectum est primo ordine cum copiis suis: eratque super exercitum eius Nahason filius Aminadab.*

15 *Super exercitum tribus filiorum Isaschar, Nathanael filius Zuar.*

16 *Et super exercitum tribus filiorum Zabulon fuit Eliab filius Helon.*

17 *Detractumque est tabernaculum, & profecti sunt filii Gerson, & filii Merari portantes ipsum tabernaculum.*

18 *Profecta quoque sunt castra Ruben cum vexillo & copiis suis: eratque super exercitum eius Elizur filius Sedehur.*

19 *Super exercitum verò tribus filiorum Simeon fuit Selumiel, filius Zuri-saddai.*

20 *Et super copias tribus filiorum Gad, Eliasaph filius Dehuel.*

21 *Profectique sunt & Cahathitæ ferentes sanctuarium, & illi erexerunt tabernaculum, donec isti venirent.*

22 *Profectum est deinde vexillum castrorum filiorum Ephraim cum copiis suis, & super exercitum eius Elisama filius Ammihud.*

23 *Super exercitum verò tribus filiorum Manasse Gamaliel filius Pedazur.*

24 *Et exercitui tribus filiorum Beniamin præfuit Abidan filius Gideoni.*

25 *Profectum est & vexillum castrorum filiorum Dan, cogens omnia agmina cum copiis suis, & super exercitum eius Ahiezer filius Ammi-saddai.*

26 *Super copias autem tribus filiorum Aser, Pagiel filius Ochran.*

27 *Et super copias tribus filiorum Nephthali, Ahira filius Enan.*

28 *Hæ sunt profectiones filiorum Israel cum copiis suis quum proficiscebantur.*

29 *Et dixit Moses ad Hobab filium Reguel Madianitam, qui affinis fuit Mosi, Nos proficiscimur ad locum de quo Dominus dixit, Hunc dabo vobis: proficiscere ergo nobiscum, & benefaciemus tibi, quoniam bonum loquutus est Dominus super Israelem.*

30 *Cui respondit eo, Non ibo, sed ad terram meam, & ad patriam meam reuertar.*

31 *At ille ait, Ne quæso nos deseras: quoniam tu nosti mansiones nostras in deserto, & eris nobis vice oculorum.*

32 *Et hoc quoque, si ieris nobiscum in profectione, de bono illo quo affecerit nos Dominus, tibi quoque benefaciemus.*

6 & non iubilabitis. 7 eruntque vobis hæc statuta [illegible] per generationes vestras, q. d. soli sacerdotes clangent illis tubis quum [illegible]. 9 Heb. Et quando veneritis ad bellum, i. cum exercitu consti[illegible]. 9 opprimit vos, vel, affligit. 10 & seruabimini. 11 pacificis. 12 & erunt vobis in recordationem coram Deo vestro, i. efficient vt Dominus recordetur vestri. 13 qui stabitis [illegible] & pollicemur [illegible]. 14 More Hebræorum antecedens pro relatiuo posuit, [illegible] die eiusdem. 15 per profectiones suas, i. suo ordine, seruato ordine procedendi. 16 substititque. 17 vel, iuxta imperium Domini, i. cum clangerent tubæ. 18 i. Mose indice, & internuncio. 19 Depositum autem [illegible] tabernaculum, vel, [illegible] tabernaculum. Antequam [illegible] proficiscerent. 20 i. res sacratiores, vt arcam, altare aureum, & candelabrum. 21 vel, erigebant autem tabernaculum [illegible] & Gersonitæ qui præcedebant, in loco vbi nubes residebat, donec [illegible] ad[illegible] ierunt [illegible] portantes [illegible] inuenirent tabernaculum paratum. 22 colligens omnia castra, [illegible] omnium filiorum Israel, [illegible] reliquam partem castrorum [illegible]. 23 i. Hoc ordine profecti sunt filii Israel. 24 ac lautitia

profecti. 25 Quidam credunt hunc fuisse Iethro. 26 Alii vertunt, socerum. Varia est [illegible] hoc homine apud Hebræos opinio. 27 [illegible] eris beneficiorum [illegible] a Domino. 28 i. pollicitus est. 29 Heb. [illegible] ,0 quia [illegible] [illegible] in deserto, & esse poteris nobis in oculos. [illegible] Alii vertunt, [illegible] quod [illegible] in deserto, [illegible] 32 Heb. [illegible] nobis bonum illud quod facturus est nobis Dominus, [illegible] tibi.

29 quotquot ingrediuntur in congregationem, ad ministrandum. Hoc est quotquot admittuntur in eam turmam quę designata est ad ministrandum.
3 Ha sunt numerata.
31 opera Mosis, numerata a Mose. Vel, mandato Domini facto per Mosen.
31 quotquot admittuntur in congregationem designatã ministerio tabernaculi fœderis.
35 Hi sunt qui ex cognationibus Gersonitarũ numerati sunt, quotquot apti erant ut ministrarent in tabernaculo fœderis.
39 quotquot ingrediebantur in congregationem administrandum in tabernaculo fœderis. i. quotquot admittebãt apti ut ministrarent in tabernaculo fœderis.
35 i. quotquot admittebãtur ad eciferẽda vasa tabernaculi
36 i. Moyses numerauit eos iuxta sermonẽ quẽ Dominus habuerat cum ipso in monte. Hebraismus.
49 numerati sunt (i. quos Moses numerauit) iuxta quod praeceperat Dominus Moysi. Subaudi numeratus.
CAP. V.
1 siue extra castra [illegible]
2 vel, [illegible]
4 Heb. hominũ [illegible]
6 Confitebuntur [illegible]

33 Columna quoque qua sunt circum atrium, & bases eius, & claui eius, cum funibus earum, & omnibus instrumentis earum, & quidquid ad ministerium eorum [pertinet] numerabitis nominatim instrumenta, qua custodient & ferent.

34 Hoc est officium familiarum filiorum Merari, iuxta omne ministerium eorum in tentorio constitutionis, sub manu Ithamar filij Aharonis sacerdotis.

35 Numerauit itaq; Moses & Aharon & primores cœtus filios Cahath iuxta familias suas, & iuxta domos patrum suorum,

36 Ab eo qui triginta erat annorum & supra, vsq; ad eum qui quinquaginta annos natus erat,[12] quicunq; scilicet militia aptus erat, vt ministraret in tentorio constitutionis.

37 Fueruntque numeri eorum per familias suas duo millia, septingenti & quinquaginta

38[10] Hic census est familiarum Cahath, quicunq; scilicet ministrare poterant in tentorio constitutionis, quos recensuit Moses & Aharon iuxta verbum Domini[11] in manu Mosis.

39 Numeri autem filiorum Gerson per familias suas, & domos patrum suorum sunt,

40 Ab eo qui triginta fuit annorum & supra, vsq; ad eum qui quinquaginta natus est annos,[12] quicunq; ad bellum apti fuerunt ad seruiendum in tentorio constitutionis,

41 Fuerunt inquam numeri eorum iuxta familias suas & domos patrum suorum, duo millia sexcenti atq; triginta.

42[13] Iste est census familiarum filiorum Gerson, quicunque in tentorio constitutionis ministrare poterat, quem recensuit Moses & Aharon iuxta os Domini.

43 Numeri autem familiarum filiorum Merari per familias suas, & per domos patrum suorum sunt,

44 Ab eo qui triginta erat annorum & supra, vsq; ad eum qui natus erat quinquaginta annos,[14] quicunq; ad bellum apti erant ad seruiendum in tentorio constitutionis,

45 Fuerunt inquam numeri eorum iuxta familias suas, tria millia ducenti.

46 Hac est summa familiarum filiorum Merari, quos numerauit Moses & Aaron iuxta os Domini per manum Mosis.

47 Omnes itaq; numeri Leuitarum quos recensuit Moses & Aharon atq; principes Israel, iuxta familias suas & domos patrum suorum.

48 Ab eo qui triginta fuit annorum & supra, vsq; ad eum qui natus erat quinquaginta annos,[15] quicunq; veniebat vt ministraret in ministerio, & inseruiret oneri gestando in tentorio constitutionis 49 Fuerunt inquam quum recenserentur ipsi, octo millia quingenti octoginta.

50[16] Iuxta os Domini numerauit eos per manum Mosis,[a] vnumquemque iuxta ministerium suum, & onus suum,[17] & praefecturam suam, quemadmodum praeceperat Dominus Moysi.

33 Columnas quoque atrii per circuitum cum basibus & paxillis & funibus suis: omnia vasa & suppellectilem ad numerum accipient, sicque portabunt.

34 Hoc est officium familiæ Meraritarum & ministerium in tabernaculo fœderis: eruntq; sub manu Ithamar filii Aharon sacerdotis.

35 Recensuerũt igitur Moyses & Aharon & principes synagógę filios Caath per cognationes & domos patrum suorum, D *Caathita recensentur.*

36 A triginta annis & suprà, vsq; ad annum quinquagesimum, omnes qui ingrediuntur ad ministerium tabernaculi fœderis:

37 Et inuenti sunt duo millia septingenti quinquaginta.

38 Hic est numerus populi Caath, qui intrant tabernaculum fœderis: hos numerauit Moyses & Aaron iuxta sermonem Domini per manum Moysi.

39 Numerati sunt & filii Gerson per cognationes *Gersonita.*
& domos patrum suorum,

40 A triginta annis & suprà, vsq; ad quinquagesimum annum, omnes qui ingrediuntur vt ministrent in tabernaculo fœderis:

41 Et inuenti sunt duo millia sexcenti triginta.

42 Hic est populus Gersonitarum, quos numerauerunt Moyses & Aaron iuxta verbum Domini.

43 Numerati sunt & filii Merari per cognationes & domos patrum suorum,

44 A triginta annis & suprà, vsq; ad annũ quinquagesimum, omnes qui ingrediuntur ad explendos ritus tabernaculi fœderis:

45 Et inuenti sunt tria millia ducenti.

46 Hic est numerus filiorũ Merari, quos recensuerunt Moyses & Aharon iuxta imperium Domini per manum Moysi.

47 Omnes qui recensiti sunt de Leuitis, & quos [a] fecit ad nomen Moyses & Aaron, & principes Israel per cognationes & domos patrum suorum, *[a] recensiti.*

48 A triginta annis & suprà, vsq; ad annũ quinquagesimum, ingredientes ad ministerium tabernaculi & onera portanda,

49 Fuerunt simul octo millia quingenti octoginta.

50 Iuxta verbum Domini recensuit eos Moyses, vnumquemque iuxta officium & onera sua, sicut preceperat ei Dominus.

CAPVT V.

[1] ET loquutus est Dominus ad Moysen in hanc sententiam,

2 Pracipe filiis Israel vt eiiciant [b] e castris omnem leprosum & omnem [c] qui fluit,[d] & quicunq; mortuo contactu contaminatus est.

3 Et marem & fœminam eiiciatis: extra castra inquam eiiciatis eos, ne contaminent castra [e] sua in quorum medio ego habito.

4 Et filii Israel fecerunt sic, eieceruntq; eos extra castra, quemadmodum loquutus fuerat Dominus ad Mosen, sic fecerunt filii Israel.

5 Et locutus est Dominus ad Moysen hisce verbis,

6 Loquere ad filios Israel, Vir aut mulier si fecerint ex omnibus peccatis [f contra] hominem,[g] vt faciant praeuaricatione praeuaricentur aduersus Dominum,[h] deliquerit anima ista,

7 Confiteantur peccatum suum quod fecerunt, & restituat culpam suam in sorte sua, quintamq; partem illi superaddat, detq; illi in quem deliquit.

LOcutusq; est Dominus ad Moysen, dicens,

2 Pracipe filiis Israel vt eiiciant de castris omnem leprosum, & qui semine fluit, pollutúsq; est super mortuo. A *Qui è castris eiiciendi.*

3 Tam masculum quam fœminam eiicite de castris, ne contaminent ea, cum habitauerint vobiscum

4 Feceruntque ita filii Israel, & eiecerunt eos extra castra, sicut locutus erat Dominus Moysi.

5 Locutúsque est Dominus ad Moysen, dicens, *Expiatio transgressionum. Leuit. 6. A.*

6 Loquere ad filios Israel, Vir siue mulier cum fecerint ex omnibus peccatis, quæ solent hominibus accidere, & per negligentiam transgressi fuerint mandatum Domini, atq; deliquerint,

7 Confitebuntur peccatum suum, & reddent ipsum caput, quintamq; partem desuper ei in quem peccauerint. *Confessio peccati.*

8 Sin

8 Sin autem non fuerit qui recipiat, dabunt Domino, & erit sacerdotis, excepto ariete qui offertur pro expiatione, vt sit placabilis hostia.

Lex primitiarum. 9 Omnes quoque primitiæ quas offerunt filii Israel, ad sacerdotem pertinent.

B 10 Et quicquid in sanctuarium offertur à singulis, & traditur manibus sacerdotis, ipsius erit.

Lex zelotypiæ. 11 Locutúsq; est Dominus ad Moysen, dicens, Loquere ad filios Israel, & dices ad eos,

12 Vir cuius vxor errauerit, maritúmq; contemnens dormierit cum altero viro.

13 Et hoc maritus deprehendere non quiuerit, sed latet adulterium, & testibus argui non potest, quia non est inuenta in stupro.

14 Si spiritus zelotypiæ concitauerit virum contra vxorem suam, quæ vel polluta est, vel falsa suspicione appetitur:

15 Adducet eam ad sacerdotem, & offeret oblationem pro illa decimam partem sati farinę hordeaceæ. non fundet super eam oleum, nec imponet thus: quia sacrificium zelotypiæ est, & oblatio inuestigans adulterium.

16 Offeret igitur eam sacerdos, & statuet coram Domino.

17 Assumetque aquam sanctam in vase fictili, & pauxillum terræ de pauimento tabernaculi mittet in eam.

C 18 Cumq; steterit mulier in conspectu Domini, discooperiet caput eius, & ponet super manus illius sacrificium recordationis, & oblationem zelotypiæ: ipse autem tenebit aquas amarissimas,

Aqua amarissima. 19 In quibus cum execratione maledicta congessit. Adiurabitq; eam, & dicet, Si non dormiuit vir alienus tecum, & si non polluta es deserto mariti thoro, non te nocebunt aquæ istæ amarissimæ, in quas maledicta congessi.

20 Sin autem declinasti à viro tuo, atq; polluta es, & concubuisti cum altero viro: his maledictionibus subiacebis.

21 Det te Dominus in maledictionem, exemplumq; cunctorum in populo [a] suo: putrescere faciat femur tuum, & tumens vterus tuus disrumpatur.

[a] tuo.

22 Ingrediantur aquæ maledictæ in ventrē tuū, & vtero tumescente putrescat femur. Et respondebit mulier, Amen, amen.

D 23 Scribetq; sacerdos in libello ista maledicta, & delebit ea aquis amarissimis,

24 In quas maledicta congessit, & dabit ei bibere.

25 Quas cum exhauserit, tollet sacerdos de manu eius sacrificium zelotypiæ, & eleuabit illud coram Domino, imponetq; illud super altare:

26 Ita duntaxat vt prius pugillum sacrificii tollat de eo quod offertur, & incendat super altare:

27 Et sic potum det mulieri aquas amarissimas. Quas cum biberit, si polluta est, & contempto viro adulterii rea, pertransibunt aquæ eam maledictionis, & inflato ventre computrescet femur: eritque mulier in maledictionem, & in exemplum omni populo.

8 *Quod si viro illi [8] vindex nullus fuerit cui delictum restituatur, [9] delictum Domino restituatur, sacerdoti tradetur supra arietem expiationum, [10] per quem expiatio pro illo fit.*

9 *Et omnis [11] theruma, que fit ex omnibus sanctis filiorum Israel, quam adferunt sacerdoti, ipsius erit.*

10 [12] *Sancta quoq; vniuscuiusq; ipsius erunt: & quidquid homo sacerdoti dederit, ipsius sit.*

11 *Loquutus est Dominus ad Mosen in hanc sententiam, Loquere ad filios Israel, & dic ad eos.*

12 *Cum [illegible] defecerit, & designauerit contra eum [illegible] Dominum [illegible] vir cum ea [illegible]*

13 [illegible] *celatur [illegible] eum quod immunda [illegible] testis [illegible] non ipsa [illegible] vehemens zelus, ita vt [illegible] zelo quodam aduersus vxorem suam ipsa polluta existente:*

14 *Aut si inuaserit eum [16] vehemens zelus, ita vt indignetur zelo quodam aduersus vxorem suam, tametsi non fuerit polluta:*

15 *Adducat [illegible] talis vxorem suam ad sacerdotem, afferatq; [illegible] donum illius [17] pro ea, nempe decimam partem [18] ephi farina hordeacea. at oleum non fundat super eam, neq; ponat thus super eam quoniam [19] sacrificium [illegible] est zeli, [20] donum inquam memoriale, quod meminisse sceleris facit.*

16 *Sacerdos vero sacrificium illud sacrificet, & statuat illud coram Domino.*

17 *Sumat insuper sacerdos [21] aquas sacras in vase fictili, & de puluere qui fuerit in pauimento tabernaculi tollat sacerdos, & ponat in aquam.*

18 *Statuat praeterea sacerdos mulierem ante Dominum, & nudet caput mulieris, & det in manibus eius [22] sacrificium illud memoriale, quod sacrificium est zeli, habeatq; sacerdos in manu sua aquas amaras [23] execrationum.*

19 *Et obtestetur eam sacerdos, & dicat ad mulierem illam. Si non dormiuit vir tecum, si non defecisti ad immunditiam [24] sub marito tuo, [25] libera [illegible] ab aquis istis amaris & execrantibus.*

20 *Si vero defecisti sub marito tuo, & polluta es, [26] concubuitq; [illegible] vir alius quam maritus tuus: ([27] Obtestetur [illegible] mulierem talem, dicatq; denunciet, & dicat sacerdos mulieri,)*

21 *Det te Dominus in [28] execrationem [29] & iuramentum in medio populi tui, quum fecerit Dominus vt [30] femur tuum decidat, & vterus tuus intumescat.*

22 *Ingrediantur aque iste [31] execrantes in viscera tua, vt [32] intumescat vterus, faciantq; [33] decidere femur tuum: dicat [illegible] Amen, amen.*

23 *Scribat insuper sacerdos execrationes illas in librū, [illegible] abradat [illegible] in aquas amaras [illegible]*

24 [illegible] *sacerdos vt mulier bibat aquas illas amaras [illegible] & execrantes [illegible] ingrediuntur in eam aque ille maledicte [illegible] amaras.*

25 *Et accipiat sacerdos [37] sacrificium cibarium zeli e manu mulieris, & [38] moueat illud ante Dominum, & adducat illud ad aram.*

26 *Apprehendat quoq; sacerdos [39] ex isto sacrificio cibario volam plenam ad monumentum eius, incendetq; in ara, & post [illegible] dabit mulieri potum illum aquæ.*

27 *Quum vero aquas potauerit, si fuerit polluta, & si eius designauerit aduersus maritum suum, ingredientur in eam aque iste [40] execrantes vt amarescant, & intumescet venter eius, & [41] cadetque femur eius: & erit mulier illa [42] execrata in medio populi sui.*

8 propinquus i. Si ille cui iniuria [illegible] damnum [illegible] habuerit propinquum [illegible] cui restituatur damnum quod intulerit [illegible] damnum illud restituatur Deo, & cius sacerdotis. Chaldæus paraphrastes vertit. Et si non [illegible] homo ille, neq; habuerit propinquum cui reddatur [illegible] quod [illegible] pro peccato coram Domino [illegible] cerdoti pertinebit.

9 [illegible] sacerdotis [illegible]

10 vel, [illegible] Sub. sacerdotis.

11 oblatio [illegible] omnium [illegible] Israel, quam offerunt sacerdoti, &c. i. omnia quæ offeruntur Deo à filiis Israel per sacerdotem, ipsius sacerdotis erunt.

12 i. Licet [illegible] cuique [illegible] voluerit: at [illegible] sacerdoti, ad eum [illegible] pertinebunt sanctificata.

13 Heb. absconditumque fuerit ab oculis viri sui, latuitq; ei quod &c. Ista fuit lex zelotypiæ i. lex qua explorabant vxorum impudicitiam mariti zelotypi [illegible] habebant [illegible] ipsi [illegible] [illegible] cum [illegible] suspectam [illegible] zelotypiæ [illegible] habeat [illegible] suspectam [illegible] oblatio zelotypiæ [illegible]

[illegible] zelotypus, siue is qui habet pudicitiam vxoris suæ suspectam. [20] Heb. oblatio memoriæ reducentis in memoriam iniquitatem. Repetitio frequens apud Hebræos [illegible] ad aram altare holocausti. [22] oblationem memoriæ, quæ oblatio zelotypiæ [illegible] [illegible] solebant mulieres impudicas reddere infœlices, & miseras [illegible] [illegible] [24] i. despecto marito. [25] munda esto ab aquis amaris maledictis illis [illegible] [illegible] [26] Heb. & [illegible] aliquis in te semen suum [illegible] aliquis tecum præter maritum tuum [27] vel, [illegible] [illegible] [28] vel, maledictionem. i. Faciat te Deus [illegible] [illegible] publica [illegible] imprecatio sit. Contingat tibi quod mulieri illi contingit. [illegible] [illegible] [33] intumescere faciant vterum tuum. [illegible] [illegible] [illegible] eas aquis [illegible] Vel, & eas delere, immittat in aquas amaras. [36] vel, [illegible] [illegible] quæ ingredientur &c. Tum accipiat &c. [37] Heb. manus zelotypiæ. [38] vel, offerat [39] plenum pugillum [illegible] [illegible] oblatione incendatur. [40] maledictis, vel, amaras. [41] vel, putrescet [42] in maledictionem, dicant omnes, Contingat tibi quod mulieri illi contigit.

Act.21.d.6

18 ‖Tunc radetur nazaræus ante ostium tabernaculi fœderis cæsarie consecrationis suæ: tolletq; capillos eius, & ponet super ignem, qui est suppositus sacrificio pacificorum.

D

19 Et armum coctum arietis, tortamque absque fermento vnam de canistro & laganum azymum vnum, & tradet in manus nazaræi, postquam rasum fuerit caput eius.

20 Susceptáque rursum ab eo, eleuabit in conspectu Domini, & sanctificata, sacerdotis erunt, sicut pectusculum quod separari iussum est, & femur. post hæc potest bibere nazaræus vinum.

21 Ista est lex nazaræi, cum vouerit oblationem suam Domino tempore consecrationis suæ, exceptis his quæ inuenerit manus eius: iuxta quod mente deuouerat, ita faciet, ad perfectionem sanctificationis suæ.

Benedicendi populo modus. Eccles.50.c

22 Locutusque est Dominus ad Moysen, dicens,

23 Loquere Aaron & filiis eius, ‖ Sic benedicetis filiis Israel, & dicetis eis,

24 Benedicat tibi Dominus, & custodiat te.

25 Ostendat Dominus faciem suam tibi, & misereatur tui.

26 Conuertat Dominus vultum suum ad te, & det tibi pacem. Inuocabúntque nomen meum super filios Israel, & ego benedicam eis.

18 Et[16] radet nazaræum in ostio tentorij constitutionis, nempe caput naser eius: tollet,que pilos capitis nazeratus,[*] ponetq; in ignem, qui est sub sacrificio gratulatorio.

19 Tollat quoque sacerdos armum coctum[17] de ariete,[*] & placentam vnam infermentatam e canistro, laganum quoque infermentatum vnum, & ponat super manus nazaræi postquam raserit[*] comam suam.

20 [19] Et moueat ea sacerdos tenupha[*] coram Domino:[21] consecrata hæc erunt sacerdoti, præter pectusculum tenupha, & præter armum thrumæ.[*] post hæc poterit nasir vinum bibere.

21 [22] Hæc lex est nazaræi, qui vouerit donum suum Domino pro consecratione sua,[*] exceptis his[23] quæ apprehenderit manus eius.[24] iuxta rationem voti sui quod vouit, sic faciat iuxta præscriptum separationis suæ.

22 Loquutusque est Dominus ad Mosen hisce verbis,

23 Loquere ad Aharonem & ad filios eius in hanc sententiam, Sic bene precemini filiis Israel, dicetisq; ad eos,

24 [25] Benedicat tibi Dominus,[*] & custodiat te:

25 [26] Illustret Dominus faciem suam super te,[*] & misereatur tui.

26 [27] Attollat Dominus faciem suam super te,[*] & det tibi tranquillitatem.[28] Ponent itaque nomen meum super filios Israel, & ego benedicam te.

16 radet nazaræus ante ostium tabernaculi conuentus, caput separationis suæ, (vel, nazaræatus sui,) capiet; cæsariem capitis nazaræatus sui, & c. qui quis se consecrauerat Deo, radet caput suum intonsum, siue comam suam quæ intonsa erat ratione nazaræi. & separationis suæ, radet inquã ante ostiũ: & capiet cæsariem quæ hactenus intonsa fuerat ratione voti. Nazer varie exponunt, quidam pro cæsarie, aut coma, quidam pro separatione, quidam pro consecratione.
17 de quo scilicet fiebat sacrificium pacificorũ.
18 vel, crustulum.
19 nazaræatum suum. i. crinem qui antea fuerat intonsus.
20 Eleuabit autẽ eam sacerdos eleuationẽ. Vel, Eleuando autem ea sacerdos offeret.
21 Hebr. sanctitas est sacerdoti vltra pectus eleuationis, & vltra armum eleuationis. q. d. ea omnia consecrata, sunt sacerdotis, & ad eum pertinent.
22 Iste est ritus nazaræi qui vouerit (sub. se fore nazaræum) & (sub hæc est lex) oblationis eius Domino pro separatione sua. i. quam afferre debet pro &c.
23 q.d. Id faciet, nisi plura facere poterit per facultates suas.
24 i. quarum vouerit se facturum, tantum præstabit.
25 i. det tibi Dominus copiã omnium bonorum temporaliũ & spiritualium. Hoc enim significat benedictio apud Hebræos.
26 vel, respiciat te Dominus vultu hilari.
27 i. Respiciat te Deus semper.

CAPVT VII.

A

Exod.40.b

1 Factum est autem, in die qua compleuit Moyses tabernaculum, & erexit illud: ‖ vnxitq; & sanctificauit cum omnibus vasis suis, altare similiter & omnia vasa eius.

Oblationes singulorum ducum populi Israel, in dedicatione tabernaculi.

2 Obtulerunt principes Israel & capita familiarum[a] quæ erant per singulas tribus, præfecti eorum qui numerati fuerant.

a qui

3 Munera coram Domino sex plaustra tecta cum duodecim bobus: vnum plaustrum obtulere duo duces, & vnum bouem singuli, obtuleruntque ea in conspectu tabernaculi.

4 Ait autem Dominus ad Moysen,

b testimonii

5 Suscipe ab eis vt seruiant in ministerio tabernaculi[b] & trades ea Leuitis iuxta ordinem ministerii sui.

c ea

6 Itaque cum suscepisset Moyses plaustra, & boues, tradidit[c] eos Leuitis.

7 Duo plaustra & quatuor boues dedit filiis Gerson, iuxta id quod habebant necessarium.

8 Quatuor alia plaustra, & octo boues dedit filiis Merari secundum officia & cultum suum, sub manu Ithamar filij Aaron sacerdotis.

9 Filiis autem Caath non dedit plaustra & boues: Quia in sanctuario seruiunt, & onera propriis portant humeris.

10 Igitur obtulerunt duces in dedicationem altaris, die qua vnctũ est oblationem suã ante altare.

11 Dixitq; Dominus ad Moysen, Singuli duces per singulos dies offerant munera in dedicationem altaris.

B

Oblatio Nahasson.

12 Primo die obtulerit oblationem suam Nahasson filius Aminadab de tribu Iuda:

13 Fueruntq; in ea acetabulum argenteum pondo centum triginta siclorum, phiala argentea habẽs septuaginta siclos iuxta pondus sanctuarii, vtrunq; plenum simila conspersa oleo in sacrificium:

14 Mortariolum ex decem siclis aureis plenum incenso:

1 Factum est autem eo die, quum absoluisset Moses tabernaculi erectionem, vnxissetq; ipsum, consecrassetq; ipsum & cuncta vasa eius, aram quoque & vniuersa instrumenta eius: quum talia, inquam, vnxisset & consecrasset, [factum est]

2 Vt afferrent principes Israelis, capita scilicet per domus patrum suorum, qui principes erant tribuum,[1] qui præerant censibus,[*]

3 Vt adferrent, inquam, dona sua coram Domino sex currus[2] tectos,[*] & duodecim boues, currum vnum[3] pro duobus principibus,[*] & bouem vnum[4] pro vno,[*] adduxerunt[*] ea ante tabernaculum.

4 Et dixit Dominus ad Mosen hisce verbis,

5 Cape [hæc] ab eis[5] vt sint in ministerium cultus tentorii constitutionis:[*] tradesq; ea Leuitis, vnicuique iuxta ministerium suum.

6 Accipiens itaque Moses currus & boues, tradidit eos Leuitis.

7 Duos currus & quatuor boues dedit filiis Gerson[6] iuxta ministerium eorum.[*]

8 Et quatuor currus atque octo boues dedit filiis Merari,[6] iuxta ministerium eorum,[*] sub manu Ithamar filij Aharonis sacerdotis.

9 Filiis vero Kahath nihil dedit:[7] nam ministerium rerum sanctarum illis incumbebat, quas humeris [suis] gestabant.

10 Afferebant insuper principes[8] ad aræ initiationem eo die quo inungebantur, afferebant, inquam, principes dona sua ante aram.

11 Et ait Dominus ad Mosen,[9] Singulis diebus singuli principes sua dona afferant ad aræ initiationem.

12 Attulit itaque primo die donum suum Nahasson filius Amminadab de tribu Iehuda.

13 Eratq; donũ ipsius[10] catinus argenteus vnus, centũ & triginta siclorum,[11] phiala vna argentea, septuaginta siclorum iuxta pondus sanctuarii: vtrumq; ex his plenum fuit similagine[12] oleo permixta[13] pro sacrificio cibario.

14 [14] Cochleare vnum aureum decem [siclorum,] plenum suffitu.

18 Hoc est, Cum benedicent filiis Israel, adiungent nomen meum ad [illegible].

CAPVT VII. 1 Heb. qui stabant super numeros i. qui astabant dum populus numeraretur, & numeratoribus [illegible] 2 i. tectorum [illegible] factos. 3 vel, [illegible] 4 [illegible] singulos, 5 vel, ad faciendum cultum tabernaculi [illegible]. Vel, [illegible] congregationis. q. d. Omnia illa quæ principes obtulerint, [illegible] 6 vel, pro ratione ministerii eorum, [illegible], habita ratione [illegible] 7 Heb. quia opus sanctitatis erat super eos. Vel, quia [illegible] pertinebat. 8 [illegible] 9 Heb. Principes vnus per diem [illegible] 10 Vox hebræa [illegible] 11 vel, [illegible] 12 [illegible] 13 in oblationem [illegible] 14 [illegible] vel, Cochleare aureum [illegible] decem siclorum aureorum. Vox Heb. [illegible] significat vas paruum & concauum in modum cochlearis formatum, in quo thus, vel incensum, aut aliud huiusmodi ponebatur.

[15] Hebr. Iuuencus vnus filius bouis, id est, vitulus.
16 pacificorum,

15 [15] *Iuuencus vnus, arietes vnus, agnus anniculus vnus ad holocaustum,*
16 *Hircus caprarum vnus ad hostiam pro peccato.*
17 *Pro sacrificio verò* [16] *gratulatorio, boues duo, arietes quinq; hirci quinque, agni anniculi quinque. hoc fuit donum Nahasson filii Aminadab.*
18 *Secundo die attulit Nathaneel filius Zuar princeps [tribus] Isaschar, attulit inquam donum suum. catinum vnum argenteum centum & triginta siclorum,*
19 *Phialā argenteā vnam septuaginta siclorum iuxta siclum sanctuarii; vtraque plena similagine oleo commixta* [17] *pro sacrificio minha,*
20 *Cochleare vnum aureum decem [siclorum] plenum suffitu,*
21 *Iuuencum ex bobus vnum, arietem vnum, agnum anniculum vnum in holocaustum,*
22 *Hircum caprarum vnum pro hostia peccati,*
23 *Et pro sacrificio gratulatorio boues duos, arietes quinque agnos anniculos quinque. hoc fuit donum Nathaneelis filii Zuar.*
24 *Tertio die princeps filiorum Zebulon Eliab filius Helon,*
25 *Cuius donum fuit catinus vnus argenteus, centum & triginta siclorum, phiala vna argentea septuaginta siclorum iuxta siclum sanctuarii: vtrumq; ex his plenum fuit similagine oleo conspersa pro sacrificio cibario,*
26 *Cochleare vnum aureum decem [siclorum] plenum suffitu.*
27 *Iuuencus vnus, aries vnus, agnus anniculus vnus in holocaustum,*
28 *Hircus ex capris vnus pro hostia peccati.*
29 *Et pro sacrificio gratulatorio boues duo, arietes quinq; hirci quinq; agni anniculi quinq; hoc donum fuit Eliab filii Helon.*
30 *Quarto die princeps filiorum Ruben Elizur filius Sedeur.*
31 *Cuius donum fuit catinus argenteus vnus, centum triginta siclorum, phiala vna argentea septuaginta siclorum iuxta siclum sanctuarii; vtrumq; ex his plenum fuit similagine oleo permixta pro sacrificio cibario.*
32 *Cochleare vnum aureum decem [siclorum] plenum suffitu,*
33 *Iuuencus vnus, aries vnus, agnus anniculus vnus ad holocaustum scilicet,*
34 *Hircus caprarum vnus ad hostiam pro peccato,*
35 *Pro sacrificio autem gratulatorio boues duo arietes quinq; hirci quinque, & agni anniculi quinque. hoc donum fuit Elizur filii Sedeur.*
36 *Quinto die princeps filiorum Simeon, Selumiel filius Zuri-saddai,*
37 *Cuius donum fuit catinus argenteus vnus, centum & triginta siclorum, phiala argentea vna septuaginta siclorum iuxta pondus sanctuarii, vtraque plena similagine oleo conspersa pro sacrificio cibario,*
38 *Cochleare aureum vnum decem [siclorum] plenum suffitu,*
39 *Iuuencus vnus, aries vnus, agnus anniculus vnus in holocaustum,*
40 *Hircus caprarum vnus pro hostia peccati.*
41 *Et pro sacrificio gratulatorio boues duo, arietes quinque, hirci quinque, agni anniculi quinque.*
42 *Hoc fuit donum Selumiel filii Zuri saddai.*
43 *Sexto die princeps filiorum Gad Eliasaph filius Dehuel,*
44 *Cuius donum fuit catinus vnus argenteus centum & triginta siclorum, phiala vna argentea septuaginta siclorum iuxta siclum sanctuarii. vtraque plena simila conspersa oleo pro sacrificio cibario,*
45 *Cochleare aureum vnum decem [siclorum] plenum suffitu. Iuuencus vnus, aries vnus, agnus anniculus vnus in holocaustum,*

15 Bouem de armento, & arietem, & agnum anniculum in holocaustum:
16 Hircúmque pro peccato:
17 Et in sacrificio pacificorum boues duos, arietes quinque, hircos quinque, agnos anniculos quinque. hæc est oblatio Nahasson filii Aminadab.
18 Secundo die obtulit Nathanael filius Suar, dux de tribu Issachar, *Nathanaelis oblatio.*
19 Acetabulum argenteum appendens centum triginta siclos, phialam argenteam habentem septuaginta siclos, iuxta pondus sanctuarii, vtrunque plenum simila conspersa oleo in sacrificium:
20 Mortariolum aureum habens decem siclos plenum incenso:
21 Bouem de armento & arietem, & agnum anniculum in holocaustum:
22 Hircúmque pro peccato:
23 Et in sacrificio pacificorum boues duos, arietes quinque, hircos quinque, agnos anniculos quinque. hæc fuit oblatio Nathanael filii Suar.
24 Tertiò die princeps filiorum Zabulon Eliab filius Helon, *Oblatio Eliab.*
25 Obtulit acetabulum argenteum appendens centum triginta siclos, phialam argenteam habentem septuaginta siclos ad pondus sanctuarii, vtrumque plenum simila conspersa oleo in sacrificium:
C
26 Mortariolum aureum appendens decem siclos plenum incenso:
27 Bouem de armento, & arietem, & agnum anniculum in holocaustum:
28 Hircumque pro peccato:
29 Et in sacrificio pacificorum boues duos, arietes quinque, hircos quinq; agnos anniculos quinque. hæc est oblatio Eliab filii Helon.
30 Die quarto princeps filiorum Ruben, Elisur filius Sedeur. *Oblatio Elisur.*
31 Obtulit acetabulum argenteum appendens centum triginta siclos, phialam argenteam habentem septuaginta siclos ad pondus sanctuarii, vtrumque plenum simila conspersa oleo in sacrificium:
32 Mortariolum aureum appendens decem siclos plenum incenso:
33 Bouem de armento, & arietem, & agnum anniculum in holocaustum:
34 Hircumque pro peccato:
35 Et in sacrificio pacificorum boues duos, arietes quinque, hircos quinq; agnos anniculos quinque. hæc fuit oblatio Elisur filii Sedeur.
36 Die quinto princeps filiorum Simeon Salamiel filius Suri saddai, *Oblatio Salamiel.*
37 Obtulit acetabulum argenteum appendens centum triginta siclos, phialam argenteam habentem septuaginta siclos ad pondus sanctuarii, vtrumque plenum simila conspersa oleo in sacrificium:
38 Mortariolum aureum appendens decem siclos plenum incenso:
39 Bouem de armento, & arietem, & agnum anniculum in holocaustum:
40 Hircumque pro peccato:
41 Et in hostias pacificorum boues duos, arietes quinque, hircos quinque, agnos anniculos quinq; hæc fuit oblatio Salamiel filii Suri saddai.
D
42 Die sexto princeps filiorū Gad Eliasaph filius Duel, *Eliasaph.*
43 Obtulit acetabulum argenteū appendens centum triginta siclos, phialam argenteum habentem septuaginta siclos ad pondus sanctuarii vtrumque plenum simila conspersa oleo in sacrificium:
44 Mortariolum aureum appendens decem siclos plenum incenso:
45 Bouem de armento, & arietem, & agnum anniculum in holocaustum:

46 Hir-

46 Hircumque pro peccato:

47 Et in hostias pacificorum boues duos, arietes quinq; hircos quinq; agnos anniculos quinq; Hæc fuit oblatio Elisaph filii Duel.

Elisama. 48 Die septimo princeps filiorum Ephraim Elisama filius Ammiud,

49 Obtulit acetabulum argenteum appendens centum triginta siclos, phialam argenteam habentem septuaginta siclos ad pondus sanctuarii verũque plenum simila conspersa oleo in sacrificium:

50 Mortariolum aureum appendens decem siclos plenum incenso:

51 Bouem de armento, & arietem, & agnum anniculum in Holocaustum:

52 Hircúmq; pro peccato:

53 Et in hostias pacificorum boues duos, arietes quinq; hircos quinq; agnos anniculos quinq; hæc fuit oblatio Elisama filii Ammiud.

Gamaliel. 54 Die octauo princeps filiorum Manasse Gamaliel filius Phadassur,

55 Obtulit acetabulum argenteum appendens centum triginta siclos, phialam argenteam habentem septuaginta siclos ad pódus sanctuarii, vtrunq; plenum simila conspersa oleo in sacrificium:

56 Mortariolum aureum appendens decem siclos plenum incenso:

57 Bouem de armento, & arietem, & agnũ anniculum in holocaustum,

58 Hircúmque pro peccato:

59 Et in hostias pacificorum boues duos, arietes quinq; hircos quinq; agnos anniculos quinq; hæc fuit oblatio Gamaliel filii Phadassur.

Abidan. 60 Die nono princeps filiorum Beniamin Abidan filius Gedeonis,

61 Obtulit acetabulum argentem appendens centum triginta siclos, phialam argenteam habentem septuaginta siclos ad pondus sanctuarii, vtrunq; plenum simila cõspersa oleo in sacrificium:

62 Mortariolum aureum appendens decem siclos plenum incenso:

63 Bouem de armento, & arietem, & agnum anniculum in holocaustum:

64 Hircúmque pro peccato:

65 Et in hostias pacificorum boues duos, arietes quinq;, hircos quinque, agnos anniculos quinque. hæc fuit oblatio Abidam filii Gedeonis.

Ahi-ezer. 66 Die decimo princeps filiorum Dan Ahi-ézer filius Ammi saddai,

67 Obtulit acetabulum argenteum appendens centum triginta siclos, phialam argenteam habentem septuaginta siclos ad pondus sanctuarii, vtrũque plenum simila conspersa oleo in sacrificium:

68 Mortariolum aureum appendens decem siclos, plenum incenso:

69 Bouem de armento, & arietem, & agnũ anniculum in holocaustum:

70 Hircumque pro peccato:

71 Et in hostias pacificorum boues duos arietes quinque, hircos quinque, agnos anniculos quinq; hæc fuit oblatio Ahi-ezer filii Ammi sadai.

Phegiel. 72 Die vndecimo princeps filiorũ Aser, Phegiel filius Ochran,

73 Obtulit acetabulum argenteum appendens centum triginta siclos. Phialam argenteam habentem septuaginta siclos ad pondus sanctuarii verũque plenum simila conspersa oleo in sacrificium:

74 Mortariolum aureum appendens decem siclos, plenum incenso:

75 Bouem de armẽto, & arietem, & agnum anniculum in holocaustum:

76 Hircumque pro peccato:

77 Et in hostias pacificorum boues duos, arietes

46 Hircus caprarum vnus pro hostia peccati;

47 Et pro sacrificio gratulatorio boues duo, arietes quinq, hirci quinq, agni anniculi quinq, hoc fuit donũ Eliasaph filii Dehuel.

48 Septimo die princeps filiorum Ephraim, Elisama filius Ammihud.

49 Cuius donum fuit catinus argenteus vnus centum triginta siclorum, phiala vna argentea septuaginta siclorum iuxta siclum sanctuarii: vtraq; plena simila oleo conspersa pro sacrificio cibario,

50 Cochleare aureum vnum decem [siclorum] plenum suffitu.

51 Iuuencus vnus, aries vnus, agnus anniculus vnus in holocaustum,

52 Hircus ex capris vnus pro hostia peccati,

53 Pro sacrificio verò gratulatorio boues duo, arietes quinque, hirci quinq, agni anniculi quinq. hoc fuit donum Elisama filii Ammihud.

54 Octauo die princeps filiorum Manasse, Gamaliel filius Pedazur,

55 Cuius donum fuit catinus argenteus vnus centum & triginta siclorum, phiala vna argentea septuaginta siclorum iuxta siclum sanctuarii: vtraq; plena similagine oleo conspersa pro sacrificio cibario,

56 Cochleare aureum vnum decem [siclorum] plenũ suffitu,

57 Iuuencus vnus, aries vnus, agnus anniculus vnus in holocaustum,

58 Hircus ex capris vnus pro hostia peccati,

59 Et pro sacrificio gratulatorio boues duo, arietes quinq, hirci quinq, agni anniculi quinq, hoc fuit donũ Gambeln filii Pedazur.

60 In die nona princeps filiorum Beniamin, Abidan filius Gideoni,

61 Fuit que donum eius catinus vnus argenteus centum & triginta siclorum, phiala argentea vna septuaginta siclorum iuxta siclum sanctuarii: vtraque plena similagine oleo permixta pro sacrificio cibario.

62 Cochleare vnum aureum decem [siclorum] plenum suffitu,

63 Iuuencus vnus, aries vnus, agnus anniculus vnus in holocaustum.

64 Hircus caprarum vnus pro hostia peccati.

65 Et pro sacrificio gratulatorio boues duo, arietes quinq, hirci quinq, agni anniculi quinq, hoc fuit donũ Abidan filii Gideoni.

66 Decimo die princeps filiorum Dan, Ahi-ezer filius Ammi saddai.

67 Cuius munus fuit catinus argenteus centum & triginta siclorum, phiala vna argentea septuaginta siclorum, iuxta siclum sanctuarii: vtraq, plena similagine oleo permixta pro sacrificio cibario,

68 Cochleare vnum aureum decem [siclorum] plenũ suffitu.

69 Iuuencus vnus, aries vnus, agnus anniculus vnus in holocaustum,

70 Et hircus ex capris vnus pro hostia peccati,

71 Et pro sacrificio gratulatorio boues duo, arietes quinq, hirci quinq, agni anniculi quinque. hoc donum fuit Ahi-ezer filii Ammi saddai.

72 Vndecimo die princeps Aser, Pagiel filius Ochran,

73 Cuius donum fuit catinus argenteus vnus centum & triginta siclorum, Phiala argentea vna septuaginta siclorum, iuxta siclum sanctuarii: vtraq, plena similagine oleo permixta pro sacrificio cibario.

74 Cochleare vnum aureũ decem [siclorum] plenum suffitu.

75 Iuuencus vnus, aries vnus, agnus anniculus vnus in holocaustum.

76 Hircus ex capris vnus pro hostia peccati,

77 Et pro sacrificio gratulatorio boues duo, arietes

17 vel, dedicationis.
18 scutellæ argenteæ.
19 Hebr. decem cochlearia. i. singula cochlearia pendebant decem siclos.
20 Cum libatione eorum.
21 pacificorum.
22 i. hæc data fuerunt in dedicatione altaris &c.
23 fœderis. vel, conuentus.
24 scilicet Deo. Relatiuum loco antecedentis. i. vt cõsuleret Deum.
25 audiebat &c. i. vocem respondentẽ verbis suis, quæ edebatur de propitiatorio.
CAP. VIII.
1 Quoo accendes lucernas,
2 vel, contra faciem candelabri lucebunt septem lucernæ illæ, id est, versus eam partem quæ respondet fronti candelabri.
3 accendit scilicet lucernas candelabri.
4 vel, fecit vt lucernæ candelabri ... lumen ... in partẽ oppositam fronti candelabri.
5 factura candelabri, ductilis, aurea: vsque ad hastile suum, & vsque ad flores suos ductilis erat. Vel, tam hastile eius quam ... erant facta opere ductili. Vel, opere integro, vt alii vertunt, hoc est, ex vna massa productum, non per fragmenta & membra compositum.
6 i. iuxta exemplar quod ostenderat &c.
7 Hebr. ad purificandum eos.
8 Aquam peccati vocat expiatoriam & lustralem, quibus immissus fuerat cinis vaccæ, quæ pro peccato ... Vide infra c. 19. Vertere ...
9 vel, Adduces inquam.
10 Heb. eleuare faciet Aaron Leuitas eleuationem. i. offeret Leuitas in oblationem Domino.
11 i. ex parte filiorum Israel.

quinque hirci, quinque agni anniculi quinque. Hoc fuit donum Pagielis filii Ochran.

78 Porrò duodecimo die princeps filiorum Nephtali, Ahira filius Enan,

79 Cuius donum fuit catinus argenteus, vnus centum & triginta siclorum, phiala argentea vna septuaginta siclorum iuxta siclum sanctuarii: vtraque plena simila oleo permixta pro sacrificio cibario.

80 Cochleare aureum vnum decem [siclorum] plenum suffitu.

81 Iuuencus vnus, aries vnus, agnus anniculus vnus, in holocaustum.

82 Hircus ex capris pro hostia piaculi,

83 Et pro sacrificio gratulatorio boues duo, arietes quinque, hirci quinque, agni anniculi quinque. Hoc fuit donum Ahiræ filii Enan.

84 Hæc fuit [17] initiatio aræ in die quo fuit inuncta, à principibus scilicet Israelis, [18] catini argentei duodecim, phialæ argenteæ duodecim,

85 Cochlearia aurea duodecim. Centum & triginta [siclos habuit] catinus vnus: phiala verò vna septuaginta: omniaque vasa argentea bis mille & quadringenta, iuxta siclum sanctuarii.

86 Cochlearia verò aurea duodecim fuerunt plena suffitu: [19] singula verò, decem [fuerunt siclorum] iuxta siclum sanctuarii: porrò vniuersum aurum cochlearium fuit centum & viginti [siclorum.]

87 Iuuencorum verò ex bobus vniuersitas pro holocausto fuerũt duodecim, arietum duodecim, agnorum anniculorum duodecim, [20] cum sacrificio eorum cibario, & hircorum ex capris,

88 Qui pro hostia peccati [fuerunt,] duodecim: Omnium boum pro sacrificio [21] gratulatorio viginti quatuor, arietum sexaginta, hircorum sexaginta, agnorum anniculorum sexaginta. [22] hæc fuit initiatio aræ, postquam inungeretur.

89 Quumque veniret Moses in tentorium [23] conuentionis vt loqueretur cum [24] eo, [25] audiuit vocem colloquentis ad eum è propitiatorio, quod erat super arcam testimonii inter duos cherubim, & loquebatur ad ipsum.

quinque, hircos quinque, agnos anniculos quinque. Hæc fuit oblatio Phegiel filii Ochran.

78 Die duodecimo princeps filiorum Nephtali Ahira filius Enan. *Abira.*

79 Obtulit acetabulum argenteum appendens centum triginta siclos, phialam argenteam habentem septuaginta siclos ad pondus sanctuarii, vtrumque plenum simila oleo conspersa in sacrificium:

80 Mortariolum aureum appendens decẽ siclos, plenum incenso:

81 Bouem de armento, & arietem & agnum anniculum in holocaustum: G

82 Hircumque pro peccato:

83 Et in hostias pacificorum boues duos, arietes quinque, hircos quinque, agnos anniculos quinque. Hæc fuit oblatio Ahira filii Enan.

84 Hæc in dedicatione altaris oblata sunt à principibus Israel, in die qua consecratũ est: acetabula argentea duodecim: phialæ argenteæ duodecim:

85 Mortariola aurea duodecim: ita vt centum triginta siclos argenti haberet vnum acetabulum, & septuaginta siclos haberet vna phiala: id est in cõmune vasorum omnium ex argento sicli duo millia quadringenti, pondere sanctuarii.

86 Mortariola aurea duodecim plena incenso: denos siclos appendentia pondere sanctuarii: id est, simul auri sicli centum viginti,

87 Boues de armento in holocaustum duodecim, arietes duodecim, agni anniculi duodecim, & libamenta eorum. Hirci duodecim pro peccato.

88 In hostias pacificorum, boues viginti quatuor, arietes sexaginta, hirci sexaginta, agni anniculi sexaginta. Hæc oblata sunt in dedicatione altaris, quando vnctum est. E

89 Cumque ingrederetur Moyses tabernaculum fœderis, vt consuleret oraculum, audiebat vocem loquentis ad se de propitiatorio quod erat super arcam testimonii inter duos cherubim, vnde & loquebatur ei.

CAPVT VIII.

1 ET loquutus est Dominus ad Mosen in hunc sententiam.

2 Loquere ad Aharonem, & dic ad eum, [1] Quum collocas tu in sublime lampades, [2] septem illæ lampades versus candelabrum lucere debent.

3 † † †

4 [3] Fecit sic Aharon, [4] collocauitque lampades eius versus candelabrum, quemadmodum præceperat Dominus Mosi.

5 Erat autem [5] opus candelabri ex auro solido: tam scapus eius, quam flores eius, solidum erat: [6] iuxta visionem quam ostendit Dominus Mosi, sic fecit candelabrum.

6 Loquutusque est Dominus ad Mosen hæc verba,

7 Tolle Leuitas è medio filiorum Israel, & purifica eos. Sic autem facies eis,

8 [7] Quum purificas eos, [8] sparge super eos aquas peccati, & traducant nouaculam per omnem carnem suam, eluantque vestimenta sua, & sese purificent.

9 Deinde sumant iuuencum è bobus cum sacrificio suo cibario, nempe similaginem oleo commixtam, & alium iuuencum è bobus accipies pro hostia peccati.

10 Et quum adduxeris Leuitas ante tentorium conuentionis, congregabis vniuersum cœtum filiorum Israel.

11 [9] Et adduces Leuitas in conspectum Domini, component filii Israel manus suas super Leuitas.

12 Et [10] ... Aharon Leuitas oblatione coram Domino [11] à filiis Israel, vt ... ministrent in cultu Domini.

13 Leuitæ verò ponent manus suas super caput iuuencorum, & facies vnum pro peccato, & alterum in holocaustum Domino, vt expies Leuitas,

1 LOcutusque est Dominus ad Mosen, dicens, A

2 Loquere Aaron, & dices ad eum, Cum posueris septem lucernas, candelabrum in Australi parte erigatur. *Dispositio lucernarum.*

3 Hoc igitur præcipe vt lucernæ contra Boream è regione respiciant ad mensam panum propositionis, contra eam partem quam candelabrũ respicit, lucere debebunt.

4 Fecitque Aaron, & imposuit lucernas super candelabrum, vt præceperat Dominus Moysi.

5 Hæc autem erat factura candelabri, ex auro ductili, tam medius stipes quam cuncta quæ ex vtroque calamorum latere nascebantur: iuxta exemplum quod ostendit Dominus Moysi, ita operatus est candelabrum. *Forma candelabri.*

6 Et locutus est Dominus ad Moysen, dicens,

7 Tolle Leuitas è medio filiorum Israel, & purificabis eos iuxta hunc ritum. *Purgatio & oblatio Leuitarum.*

8 Aspergatur aqua lustrationis, & radant omnes pilos carnis suæ. cumque lauerint vestimenta sua, & mundati fuerint,

9 Tollent bouem de armentis, & libamentum eius similam oleo conspersam, bouem autem alterum de armento tu accipies pro peccato. B

10 Et applicabis Leuitas coram tabernaculo fœderis, conuocata omni multitudine filiorum Israel.

11 Cumque Leuitæ fuerint coram Domino, ponent filii Israel manus suas super eos.

12 Et offeret Aaron Leuitas, munus in conspectu Domini à filiis Israel, vt seruiant in ministerio eius.

13 Leuitæ quoque ponent manus suas super capita boum, è quibus vnum facies pro peccato, & alterum in holocaustum Domini, vt depreceris pro eis.

14 Collo-

14 Statuésque Leuitas in conspectu Aaron & filiorum eius, & consecrabis oblatos Domino, ac separabis de medio filiorum Israel, vt sint mei.

C 15 Et postea ingrediantur tabernaculum fœderis, vt seruiant mihi: sicque purificabis & consecrabis eos in oblationem Domini.

Exo. 13.a. supra 3.e. Luc. 2.d.

16 Quoniam dono donati sunt mihi à filiis Israel:‖ pro primogenitis quæ aperiunt omnem vuluam in Israel, accepi eos.

17 Mea sunt enim omnia primogenita filiorum Israel, tam ex hominibus quàm ex iumentis: ex die quo percussi omne primogenitum in Terra-Ægypti, sanctificaui eos mihi.

18 Et tuli Leuitas pro cunctis primogenitis filiorum Israel:

b filiorum Israel,

19 Tradidique eos dono Aaron & filiis eius de medio b populi, vt seruiant mihi pro Israel in tabernaculo fœderis, & orent pro eis ne sit in populo plaga, si ausi fuerint accedere ad sanctuarium.

D 20 Feceruntque Moyses & Aaron & omnis multitudo filiorum Israel super Leuitis quæ præceperat Dominus Moysi.

21 Purificatique sunt, & lauerunt vestimenta sua: eleuauitq; eos Aaron in conspectu Domini, & orauit pro eis.

22 Vt purificati ingrederentur ad officia sua in tabernaculum fœderis coram Aaron & filiis eius: sicut præceperat Dominus Moysi de Leuitis, ita factum est.

Ætates Leuitarum.

23 Locutúsq; est Dominus ad Moysen, dicens,

24 Hæc est lex Leuitarum, A vigintiquinque annis, & suprà, ingredientur vt ministrent in tabernaculo fœderis.

25 Cúmq; quinquagesimum annum ætatis impleuerint, seruire cessabunt.

26 Eruntq; ministri fratrum suorum in tabernaculo fœderis, vt custodiant quæ sibi fuerint cõmendata. opera autem ipsa non faciant. sic dispones Leuitis in custodiis suis.

14 Collocabis verò Leuitas ante Aharonem, & ante filios eius, & [12] motabis eos tenupha Domino.' Separabisq; Leuitas à filiis Israel, eruntq; Leuitæ mei.

15 Post hoc ingredientur Leuitæ, vt ministrent in tentorio constitutionis, purificabisq; eos, & [12] agitando agitabis eos.'

16 Quoniam [13] donatitii sunt ipsi mihi donati à filiis' Israel, [14] pro omnibus primogenitis, pro primogenitis inquam omnium' filiorum Israel assumpsi eos mihi.

17 Meum enim est omne primogenitum filiorum Israel, tàm in hominibus quàm in iumentis: à die quo percussi omne primogenitum in terra Ægypti, consecraui eos mihi.

18 Tuliq; Leuitas pro omnibus primogenitis filiorum Israel.

19 Dedi autem Leuitas donatitios Aharoni & filiis eius de medio filiorum Israel, vt exequantur ministerium [15] filiorum Israel' in tentorio constitutionis, [16] vtq; expient pro filiis Israel,' ne sit inter filios Israel plaga, si accedant filii Israel [17] ad sancta.'

20 Fecitq; Moses & Aharon,' & vniuersus cœtus filiorum Israel [18] cum Leuitis' iuxta omnia quæ præceperat Dominus Mosi de Leuitis, sic inquam fecerunt de illis filii Israel.

21 Expiarunt ergo se Leuitæ, elueruntq; vestimenta sua,[19] & motauit eos Aaron tenupha' coram Domino, [20] expiauitq; pro eis' Aharon vt eos purificaret.

22 Postea ingressi sunt Leuitæ vt exequerentur ministerium suum in tentorio constitutionis, [21] coram Aharone coràmq; filiis eius,' quemadmodum præceperat Dominus Mosi de Leuitis, sic fecerunt de eis.

23 Et loquutus est Dominus ad Mosen, dicens,

24 Hoc quoq; ad Leuitas (pertinet,) ab eo qui natus est viginti quinq; annos & supra, [22] ingreditur (quoq;,) vt exercendo (se) exerceat in ministerio tentorii constitutionis,'

25 Quum verò quinquaginta fuerit annorum, reuertatur [23] ab exercitio ministerii,' neq; vltra seruiat.

26 [24] Sed cum fratribus suis seruiat in tentorio constitutionis, [25] vt obseruet custodiam: [26] nihil autem (grauis) seruitii faciet. sic ages cum Leuitis in obseruatione eorum.

12 Heb. eleuare facies eos eleuationem Domino. i. offeres illos oblationẽ Domino.
13 vel, dono dati sunt mihi è medio filiorum &c. i. ex omni numero filiorũ Israel.
14 Heb. pro aperiente omnem vuluam, (pro) primogenito omnium &c. vel, loco apertionis omnis vuluæ primogenitorũ omnium filiorũ &c. i. pro iis qui primum vuluam aperiunt, nempe pro primogenitis &c.
15 vel, loco filiorum Israel. i. vt fungantur officio ad quod tenentur filii Israel.
16 & vt lustrent filios Israel. vel, reddant Deum propitium filiis Israel. Vide annotationem de hac expiatione, suprà capite XV.
17 vel, ad sanctuarium. vt scilicet ministrent.
18 vel, de Leuitis
19 Heb. eleuauitque eos Aaron eleuationem. i. obtulitque, eos Aaron in oblationem.
20 vel, orauitque pro eis
21 i. videnre Aarone & filiis eius.
22 Heb. aggredientur militare militiam in ministerio tentorii: i. dent. i. incipient fungi munere suo in ministerio &c.
23 Heb. à militia operis. i. cesset fungi munere suo.
24 i. fratres iuuet consilio.
25 ad custodiendum: i. vt fungantur suo officio.
26 & cultum non peraget. sic

CAPVT IX.

A 1 LOcutus est Dominus ad Moysen in deserto Sinai anno secundo postquam egressi sunt de Terra-Ægypti, mense primo, dicens,

Phase præcipitur fieri.

2 Faciant filii Israel Phase in tempore suo.

3 Quartadecima die mensis huius ad vesperam, iuxta omnes ceremonias & iustificationes eius.

4 Præcepitque Moyses filiis Israel vt facerent Phase.

5 Qui fecerunt tempore suo: quartadecima die mensis ad vesperam in monte Sinai: iuxta omnia quæ mandauerat Dominus Moysi, fecerunt filii Israel.

Immundi super mortuo, Phase non prohibentur facere.

6 Ecce autem quidam immundi super anima hominis, qui non poterant facere Phase in die illo, accedentes ad Moysen & Aaron, dixerunt eis.

7 Immundi sumus super anima hominis: quare fraudamur vt non valeamus oblationem offerre

B Domino in tempore suo inter filios Israel?

8 Quibus respondit Moyses, State vt consulam quid præcipiat Dominus de vobis.

1 LOquutúsq; est Dominus ad Mosen in deserto Sinai, in anno secundo egressus eorum e terra Ægypti, in mense primo, hisce verbis.

2 Faciant filii Israel Passah stato suo tempore.

3 Quartodecimo die huius mensis [1] inter vesperas faciant ipsum stato suo tempore,' iuxta omnes ceremonias eius, & [2] iuxta omnes ritus eius faciant ipsum.'

4 Et loquutus est Moses ad filios Israel vt facerent Passah.

5 Feceruntq; Passah in primo (mense,) quartadecima die mensis [3] inter vesperas in deserto Sinai:' iuxta omnia quæ mandauerat Dominus Mosi, sic fecerunt filii Israel.

6 Fuerunt autem quidam [4] contaminati mortuo quodam,' qui eodem die Passah facere non poterant: accesserunt ergo ad Mosen & Aharonem eodem die, dixeruntq; viri illi ad eum.

7 Nos mortuo quodam contaminati sumus, cur prohibemur quo minus afferamus Domino donum stato suo tempore inter cæteros filios Israel?

8 Respondit illis Moses, Subsistite, vt audiam quid vestri causa præcipiat Dominus.

facies Leuitis in custodiis suis. i. attamen non facient quæ facere solebant ante quinquagesimum annum. sic facies Leuitis iuxta ea quæ facere solent.

CAP. IX. 1 inter duas vesperas facietis illud tempore suo. i. sub vesperam, ad occasum, sub noctem, sub initium quinti diei (quod Gallice dicimus, Entre chien & loup) immolabitis hunc agnum paschalem tempore quo præcepi immolari. Vide annotationem de hoc in Exodo, cap. XII. tempore suo i. mense primo. 2 i. celebrabitis illud obseruando ritus & ceremonias peculiares illi. 3 inter duas vesperas in deserto Sinai. 4 Heb. immundi super anima hominis. i. super cadauere hominis, hoc propter cadauer hominis: quod scilicet hominis mortui corpus attigerant.

9 Loquutus est ergo Dominus ad Mosen in hanc sententiam.

10 Loquere ad filios Israel, dicendo, Quicunque contaminatus fuerit mortuo aliquo, [5] aut in via peregre, à vobis, aut posteris vestris, is faciet Domino Passah, at facient illud in mense secundo.

11 Decimoquarto die mensis [6] inter vesperas [7] comedant autem illud cum infermentatis placentis, & herbis amaris.

12 Nihil relinquant ex eo vsque mane, nec os ex eo confringant: iuxta omnes ritus Passah faciant ipsum.

13 Qui mundus fuerit, [7] nec in itinere fuerit, cessaritque à celebrando Passah, [8] huius anima excindatur de populis suis, eo quòd munus Domini non attulit stato suo tempore, & is [8] peccatum suum feret. [9]

14 Quòd si aduena quispiam apud vos commoratur, volueritque facere Domino Passah, faciat illud iuxta ritus & ceremonias [9] eius. [1] Eadem lex tam vobis sit quàm aduenæ & indigenæ terræ.

15 Porro quo die erexit (Moses) tabernaculum, nubes obtexit ipsum tabernaculum [10] tentorii testimonii: [11] adventante autem vespera, [1] apparebat super tabernaculo veluti species ignis vsque mane.

16 Sic fiebat iugiter, vt nubes ipsum [12] obtegeret, [1] & noctu species ignis.

17 Quumque nubes sustolleretur ab ipso tentorio, tum demum [13] proficiscebantur [1] filii Israel. Eodem verò loco vbi nubes ista [14] resedit, [1] illic [15] castrametati sunt [1] filii Israel.

18 [16] Iuxta os Domini soluerunt [1] filii Israel, & iuxta os Domini [17] castra fixerunt, [1] cunctis diebus quibus mansit nubes super tabernaculum, & ipsi in castris resederunt.

19 Quòd si nubes aliquot diebus super tabernaculum moram traheret, [18] obseruabant filii Israel custodiam Domini, [19] nec soluerunt.

20 [20] Cumque nubes certis aliquot diebus maneret super tabernaculum, [21] iuxta os Domini resederunt, & iuxta os Domini soluerunt. [1]

21 Fiebat & hoc, quum nubes maneret à vespera ad mane vsque, nubisque mane ascenderet, soluebant: aut si nubes [22] per diem [1] & noctem mansisset, & deinde ascenderet, soluebant.

22 Si verò nubes moram traheret super tabernaculum duobus diebus, aut mensem, aut annum, manendo scilicet super ipsum, manebant & filii Israel, nec soluebant: mox vt ascendebat, soluebant.

23 [23] Iuxta os Domini in castris resederunt, & iuxta os Domini castra mouerunt: [1] custodiam Domini obseruantes [24] iuxta praeceptum Domini per manum Mosis.

9 Locutusque est Dominus ad Moysen, dicens,

10 Loquere filiis Israel, Homo qui fuerit immundus super anima siue in via procul in gente vestra, faciat Phase Domino in mense secundo.

11 Quartadecima die mensis ad vesperam: cum azymis & lactucis agrestibus comedent illud.

12 Non relinquent ex eo quippiam vsque mane, ‖ & os eius non confringent, omnem ritum Phase obseruabunt. Exod. 12. g. Iohan. 19. f.

13 Siquis autem & mundus est, & in itinere nõ fuit, & tamen non fecit Phase, exterminabitur anima illa de populis suis, quia sacrificium Domino non obtulit tempore suo: peccatum suum ipse portabit.

14 Peregrinus quoque & aduena si fuerint apud vos, facient Phase Domino iuxta ceremonias & iustificationes suas. Præceptum idem erit apud vos tam aduenæ, quàm indigenæ. C

15 ‖ Igitur die qua erectum est tabernaculum, operuit illud nubes, à vespere autem super tentorium erat, quasi species ignis vsque mane. Exod. 40. b. *Nube operiente tabernaculum, manent: recedente vero, proficiscuntur.*

16 Sic fiebat iugiter, per diem operiebat illud nubes, & per noctem quasi species ignis.

17 Cumque ablata fuisset nubes quæ tabernaculũ protegebat, tunc proficiscebantur filii Israel: & in loco vbi stetisset nubes, ibi castrametabantur.

18 Ad imperium Domini proficiscebantur, & ad imperium illius figebant tabernaculum. ‖ Cunctis diebus quibus stabat nubes super tabernaculum, manebant in eodem loco: 1. Corin. 10. a.

19 Et si euenisset vt multo tempore maneret super illud, erant filii Israel in excubiis Domini, & nõ proficiscebantur. D

20 Quotquot diebus fuisset nubes super tabernaculum, ad imperium Domini erigebant tentoria, & ad imperium illius deponebant.

21 Si fuisset nubes à vespere vsque mane, & statim diluculo tabernaculum reliquisset, proficiscebantur: & si post diem & noctem recessisset, dissipabant tentoria.

22 Si vero biduo aut vno mense vel longiori tempore fuisset super tabernaculum, manebant filii Israel in eodem loco, & non proficiscebantur: statim autem vt recessisset, mouebant castra.

23 Per verbum Domini figebant tentoria, & per verbum illius proficiscebantur: erantque in excubiis Domini iuxta imperium eius per manum Moysi.

CAPVT X.

1 Et loquutus est Dominus ad Mosen hisce mandatis.

2 Fac tibi duas tubas argenteas, ductiles facies eas, quæ in hoc habebis, vt conuoces cœtum, & (indices illis) quando mouenda sint castra.

3 [1] Quum ergo clangetis istis (tubis,) conuocabuntur [1] ad te vniuersus cœtus ante ostium tentorii constitutionis.

4 Si verò vna duntaxat clanxerint, congregabuntur ad te principes, [2] tribuni Israelis.

5 [3] Si verò sonitu inciso clanxeritis, [1] soluent castra, castra scilicet quæ ad Orientem posita sunt.

6 [4] Quum secundo clanxeritis sonitu inciso, soluent [1] castra quæ sita sunt ad Meridiem [5] sonitu inci-

1 Locutusque est Dominus ad Moysen, dicens: A

2 Fac tibi duas tubas argenteas ductiles, quibus conuocare possis multitudinem quando mouenda sunt castra.

3 Cumque increpueris tubis, congregabitur ad te omnis turba ad ostium tabernaculi fœderis. *Tubæ argenteæ, & earum officia.*

4 Si semel clangueris, venient ad te principes, & capita multitudinis Israel.

5 Si autem prolixior atque concisus clangor increpuerit, mouebunt castra primi qui sunt ad Orientalem plagam.

6 In secundo autem sonitu & pari vlulatu tubę, leuabunt tentoria qui habitant ad Meridiẽ. & iux-

5 siue in via remota, et vobis, aut et generationibus vestris: faciet &c. i. Siquis ex vobis, aut ex posteris vestris absens fuerit à loco, in quo celebratur Pascha à filiis Israel.
6 inter duas vesperas. Tam impuri, quàm illi qui absfuerant tempore quo celebratur Pascha, poterunt mense sequente celebrare illud.
7 i. non fuerit absens tempore quo celebrabatur Pascha à filiis Israel.
8 i. dabit pœnas pro peccato suo.
9 Heb. Passah.
10 supra tentorium testimonii. Nubes illa erat super tabernaculum, sed præcipuè super eam partem cui suberat arca fœderis.
11 in vespera autẽ. i. de nocte
12 sub. interdiu.
13 vel, proficisci solebant
14 residebat,
15 castrametabantur. i. subsistere solebant
16 vel, Ad imperium Domini proficiscebantur, vel, proficisci solebant
17 vel, subsistebant,
18 i. tunc obseruabant præcepta Domini, ritus & ceremonias quas iusserat Dominus obseruari. ministrabant Domino vt ipse præceperat. hoc significat custodiam Domini obseruare.
19 nec proficiscebantur.
20 Accidebat interdum vt nubes esset super tabernaculum diebus numeri. i. paucis, qui numerari facile possent.
21 vel, ad imperium Domini castrametabantur, & ad imperium eiusdem proficiscebantur. 22 i. diem integrum. 23 vel, Iuxta præceptum Domini castra figebant, & ad imperium eius proficiscebantur. 24 i. quemadmodum præceperat Moses mandato Domini vel, quemadmodum præceperat Dominus per Mosen.

CAP. X. 1 Heb. Et clangent cum illis, congregabitur &c. i. Cum illis tubis clangent, conuenient ad te &c. 2 capita millium Israelis.
3 Sin clanxeritis iubilationem. i. Sin clanxeritis tubis vlulantibus vel iubilantibus, & cum iubilatione. Alii vertunt, tantantara, erat quidem clangor quidam iteratus. 4 Cum clangetis tubis iubilationem secundo, proficiscentur &c. 5 Heb. iubilationem clangent secundum profectiones suas. vel, iubilum, inquam, quẽdam clangorem exprimunt quoties erunt profecturi.

ta hunc

in hunc modum reliqui facient vlulantibus tubis in profectionem.

7 Quando autem congregandus est populus, simplex tubarum clangor erit, & non concise vlulabunt.

8 Filii autem Aaron sacerdotis clangent tubis: eritque hoc legitimum sempiternum in generationibus vestris.

9 Si exieritis ad bellum de terra vestra, contra hostes qui dimicant aduersum vos, clangetis vlulantibus tubis, & erit recordatio vestri coram Domino Deo vestro, vt eruamini de manibus inimicorum vestrorum.

10 Si quando habebitis epulum, & dies festos, & Calendas, canetis tubis super holocaustis, & pacificis victimis, vt sint vobis in recordationem Dei vestri. Ego Dominus Deus vester.

De Sinai proficiscuntur filii Israel. Recensentur castrorum duces.

11 Anno secundo, mense secundo, vicesima die mensis eleuata est nubes de tabernaculo fœderis:

12 Profectique sunt filii Israel per turmas suas de deserto Sinai, & recubuit nubes in solitudine Pharan.

13 Moueruntque castra primi iuxta imperium Domini per manum Moysis.

14 Filii Iuda per turmas suas, quorum princeps erat Nahasson filius Aminadab. *Supra 1.a*

15 In tribu filiorum Issachar fuit princeps Nathanael filius Suar.

16 In tribu Zabulon erat princeps Eliab filius Helon.

17 Depositumque est tabernaculum, quod portantes egressi sunt filii Gerson & Merari.

18 Profectique sunt & filii Ruben, per turmas & ordinem suum, quorum princeps erat Helisur filius Sedeur.

19 In tribu autem filiorum Simeon, princeps fuit Salamiel filius Suri saddai.

20 Porrò in tribu Gad erat princeps Eliasaph filius Duel.

21 Profectique sunt & Caathitæ portantes sanctuarium. Tamdiu tabernaculum portabatur, donec venirent ad erectionis locum.

22 Mouerunt castra & filii Ephraim per turmas suas, in quorum exercitu princeps erat Elisama filius Ammiud.

23 In tribu autem filiorum Manasse princeps fuit Gamaliel filius Phadassur.

24 Et in tribu Beniamin erat dux Abidan filius Gedeonis.

25 Nouissimi castrorum omnium profecti sunt filii Dan per turmas suas, in quorum exercitu princeps fuit Ahiezer filius Ammi saddai.

26 In tribu autem filiorum Aser erat princeps Phegiel filius Ochran.

27 Et in tribu filiorum Nephthali princeps fuit Ahira filius Enan.

28 Hæc sunt castra, & profectiones filiorum Israel, per turmas suas quando egrediebantur.

Hobab venire cum Moyse recusat.

29 Dixitque Moyses Hobab filio Raguel Madianitæ cognato suo, Proficiscimur ad locum quem Dominus daturus est nobis: veni nobiscum, vt benefaciamus tibi: quia Dominus bona promisit Israeli.

30 Cui ille respondit, Non vadam tecum, sed reuertar in terram meam in qua natus sum.

31 Et ille, Noli, inquit, nos relinquere: tu enim nosti in quibus locis per desertum castra ponere debeamus, & eris ductor noster.

32 Cumque nobiscum veneris, quicquid optimum fuerit ex opibus quas nobis traditurus est Dominus, dabimus tibi.

si clangent quum soluere volunt.

7 Quando vero coetus fuerit congregandus, clangetis duntaxat,[6] nec edetis clangorem incisum.

8 Filii autem Aharonis sacerdotes tubis clangent: [7] & hic ritus sit vobis posterisque vestris perpetuus.

9 [8] Et si ingressi fueritis bellum in terra vestra contra hostem qui [9] vos oppugnat, classicum canetis tubis, & fiet vestri memoria coram Domino Deo vestro,[10] vt seruemini ab hostibus vestris.

10 In die quoque lætitiæ vestræ, in festis vestris, ac in initiis mensium vestrorum, clangetis tubis super holocaustis vestris atque sacrificiis [11] gratulatoriis vestris, [12] vt vobis sint monumentum coram Deo vestro: [13] ego Dominus Deus vester.

11 Factum est autem anno secundo, mense secundo, [14] vigesima mensis, sublata est nubes a tabernaculo testimonii.

12 Et profecti sunt filii Israel [15] profectionibus suis ex deserto Sinai, [16] demum stetit nubes in deserto Paran.

13 Prima fuit hæc profectio [17] iuxta os Domini [18] per manum Mosis.

14 Vexillum autem castrorum filiorum Iuda, profectum est primo ordine cum copiis suis: eratque super exercitum eius Nahason filius Aminadab.

15 Super exercitum tribus filiorum Issachar, Nathaneel filius Zuar.

16 Et super exercitum tribus filiorum Zabulon fuit Eliab filius Helon.

17 [19] Detractumque est tabernaculum, & profecti sunt filii Gerson, & filii Merari portantes ipsum tabernaculum.

18 Profecta quoque sunt castra Ruben cum vexillo & copiis suis: eratque super exercitum eius Elizur filius Sedeur.

19 Super exercitum verò tribus filiorum Simeon fuit Selumiel, filius Zuri-saddai.

20 Et super copias tribus filiorum Gad, Eliasaph filius Dehuel.

21 Profecti quoque sunt & Cahathitæ ferentes [20] sanctuarium, [21] & illi erexerunt tabernaculum, donec isti venirent.

22 Profectum est deinde vexillum castrorum filiorum Ephraim cum copiis suis: & super exercitum eius Elisama filius Ammihud.

23 Super exercitum verò tribus filiorum Manasse Gamaliel filius Pedazur.

24 Et exercitui tribus filiorum Beniamin præfuit Abidan filius Gideoni.

25 Profectum est & vexillum castrorum filiorum Dan, [22] colligens omnia agmina cum copiis suis, & super exercitum eius Ahiezer filius Ammi-saddai.

26 Super copias autem tribus filiorum Aser, Pagiel filius Ocran.

27 Et super copias tribus filiorum Nephthali, Ahira filius Enan.

28 [23] Hæ sunt profectiones filiorum Israel cum copiis suis [24] quando proficiscebantur.

29 Et dixit Moses ad [25] Hobab filium Reguel Midianitam, qui [26] affinis fuit Mosi, Nos proficiscimur ad locum de quo Dominus dixit, Dabo eum vobis: proficiscere ergo nobiscum, & [27] benefaciemus tibi, quoniam bonum [28] loquutus est Dominus super Israelem.

30 Qui respondit ei, Non ibo, sed ad terram meam, & [29] ad patriam meam reuertar.

31 At ille ait, Ne quæso nos deseras: [30] quoniam tu nosti mansiones nostras in deserto, eris nobis loco oculorum.

32 Et hoc quoque fiet, si nobiscum profectus fueris, [31] de bono illo quo affecerit nos Dominus, tibi quoque benefaciemus.

6 & non subilabitis.
7 eruntque [illegible] vobis in statutum per generationes vestras q.d. soli sacerdotes clangent illis tubis quamdiu [illegible]
8 Heb. Et quando [illegible] ad bellum [illegible] hostem qui opprimit vos [illegible]
10 & [illegible]
11 pacificis
12 & erunt vobis in recordationem coram Deo vestro. i. efficient vt Dominus recordetur vestri.
13 qui scilicet id dico vobis, & polliceor.
14 More Hebraico antecedens pro relatiuo posuit, vt est eius die eiusdem.
15 per profectiones suas. i. suo ordine, seruato ordine procedendi.
16 substititque.
17 vel, iuxta imperium Domini.
18 i. cum clangerent tubæ.
18 i. Mose indice, & internuntio.
19 Depositum autem [illegible] tabernaculum vel, iam vero depositum [illegible] tabernaculum. Antequam [illegible] proficisci.
20 [illegible] sacra [illegible] aram [illegible] altare aureum, & candelabrum.
22 vel, erigebant autem tabernaculum [illegible] qui præcedebant [illegible] nubes [illegible]
23 [illegible]
23 i. Hoc ordine [illegible]
24 ac limites

profecti. 25 Quidam dicunt hunc fuisse Iethro. 26 Alii vertunt, socerum [illegible] apud Hebræos opinio. 27 [illegible] qua acceptum sumus a Domino. 28 i. pollicitus est. 29 Heb. ad natiuitatem meam [illegible] 30 quia tenetis nostri nos habere [illegible] in deserto, & esse [illegible] nobis in oculis. In oculis [illegible] debes nobis esse dux [illegible] 32 Heb. [illegible] nobis bonum illud quod facturus est nobis Dominus, tum benefaciemus tibi.

33 i. ad explorandum locum in quo quiescerent.
33 vel, dū descedebant à loco in quo fixerant tabernacula.
34 more scilicet strenui & impigri militis, qui audita tuba ad arma exurgere solet.
35 vel, quiescebat sub arca.
36 vel, Da requiem (aut, Da sedes quietas) myriadibus millium Israel. i. multitudini Israel quæ prope infinita est.

33 Profecti sunt itaq; de monte Domini itinere triū dierum, & præcedebat eos arca fœderis Domini itinere trium dierum,[11] ad inuestigandum eis locum quietis.

34 Et vmbram faciebat eis Dominus nube interdiu, [12] quum e castris proficiscerentur.

35 Quumq; proficisceretur arca, dixit Moses,[14] Surge Domine, & dissipentur hostes tui, & fugiant qui te oderunt à facie tua.

36 Quum verò [15] desideret, dixit,[16] Reuertere Domine ad decies millia Israelis.

33 Profecti sunt ergo de monte Domini viam trium dierum, arcaq; fœderis Domini præcedebat eos, per dies tres prouidens castrorum locum.

34 Nubes quoq; Domini super eos erat per diē cum incederent.

35 Cumque eleuaretur arca, dicebat Moyses, ‖ Surge Domine, & dissipentur inimici tui, & fugiant qui oderunt te, à facie tua. Psal. 67. a

36 Cum autem deponeretur, aiebat, Reuertere Domine, ad multitudinem exercitus Israel.

CAPVT XI.

CAP. XI.

1 Heb. Et fuit populus sicut ipsi iniuste de aliquo conquerentes: & displicuit in auribus Domini. i. Tunc populus similis fuit iis qui iniuste cum aliquo expostulant. q. d. Tunc cœpit populus iniuste expostulare cum Moyse: quod grauate Dominus audiuit, tulitq; ægre.
2 i. ignis à Deo missus.
3 extremum.
4 vel, extinctus est.
5 vocauit. subaudi, is qui vocauit. vel, qui nomen indidit, vocauit nomen, &c. Latini per passiuum, Hebræi per actiuū hoc dicendi genus exprimunt.
6 Id est, Incensio, Incēdium.
7 accensus fuisset.
8 Heb. flagrauit desiderio, & auersi sunt, & fleuerunt: filii quoque Israel dicentes, &c. Hic loquitur de exteris & aduenis qui se adiunxerant populo Israelitico: qui animo suo defecerant à Deo & fleuerant cum quibus & filii Israel dixerunt, &c.

1 Contigit autem, quum populus molestiam & dolorem quendam causaretur, vt ea res displiceret in auribus Domini.[1] Quumq; Dominus audiret, exarsit furor eius, & incēsus est [2] ignis Domini in eos, deuorauitq; [3] partem castrorum.

2 Et clamauit populus ad Mosen: orante autem Mose ad Dominum, [4] resedit ignis.

3 Et [5] vocatum est nomen illius loci [6] Tabera, eo quòd ignis Domini in eis [7] deflagrasset.

4 Porrò vulgus promiscuum quòd erat inter eos, [8] cōcupiscentiā exarserant, & auersi sunt, fleuerūtq; denuo: quin & filij Israel [concupierunt & fleuerunt] dicentes. Quis pascet nos carnibus?

5 In memoriam nobis redeunt pisces quos comedebamus in Ægypto [9] gratis, deinde & cucumeres, & pepones, porrum, cepe, & allia.

6 Et nunc animus noster [10] aret, [11] nihilq; præter Man oculi nostri [vident.]

7 Erat autem Man quasi semē coriandri, & [12] species eius quasi species bdellij.

8 Dispandebanturq; populi colligentes & molentes in mola, aut conterentes in mortario, aut coquentes in olla, & facientes ex eo placentas, & erat sapor eius [13] quemadmodum sapor placentarum oleo delibutarum.

9 Et quum noctu ros descenderet super castra, [14] descendebat Man quoq; cum ipso.

10 Moses vero audiuit populum [15] secundum familias suas flentem, quemq; scilicet in ostio tabernaculi sui. & ira Domini exarsit vehementer, [16] sed & Mosi displicuit.

11 Dixit ergo Moses ad Dominum, Cur malo hoc mulctasti seruum tuum? [17] cur vero coram te gratiam nō impetro, quòd onus vniuersi huius populi super me ponis?

12 Num ego concepi vniuersum populum istum? num ego peperi eum, vt dicas ad me, Fer eū in sinu tuo, quemadmodum gestat nutritius infantem, in terram quam iurasti patribus eius?

13 Vnde mihi caro vt dem vniuerso populo huic, qui flent coram me, & dicunt, Da nobis carnes vt manducemus?

14 Ego non possum solus ferre vniuersum hunc populum, [18] quia nimis graue est mihi.

15 [19] Quòd si omnino sic mecum agere [statuisti,] quæso vt occisione me occidas, [si quidem gratiam apud te impetraui,] ne cogar videre malum meum.

16 Et ait Dominus ad Mosen, Congrega mihi septuaginta viros ex senioribus Israelis, quos tu nosti esse senes in populo, deinde & præfectos eius, & adduc eos ad tentorium conuentionis, vt stent ibi tecum.

1 Interea ortum est murmur populi, quasi dolentium pro labore, contra Dominum. Quod cum audisset Dominus, iratus est: & accensus in eos ignis Domini deuorauit extremam castrorum partem. A *Murmurat populus ob laborem.*

2 Cumq; clamasset populus ad Moysen, orauit Moyses ad Dominum, & absorptus est ignis. *Punitur igne.*

3 Vocauitq; nomen loci illius Incensio: eo quòd succensus fuisset contra eos ignis Domini. *Exauditur Moyses.*

4 Vulgus quippe promiscuum quod ascenderat cum eis, flagrauit desiderio carniū, sedens & flens, iunctis sibi pariter filiis Israel, & ait, ‖ Quis dabit nobis ad vescendum carnes? *Optat carnes.* 1. Cor. 10. a

5 Recordamur piscium quos comedebamus in Ægypto gratis: in mentem nobis veniunt cucumeres, & pepones, porriq;, & cepe, & allia. B

6 Anima nostra arida est, nihil aliud respiciunt oculi nostri nisi Man. *Fastidit Man.* Exod. 16. c

7 ‖ Erat autem Man quasi semen coriandri, coloris bdellij. Sap. 16. c Psal. 77. a Iohan. 6. d

8 Circumibatque populus, & colligens illud, frangebat mola, siue terebat in mortario, coquens in olla, & faciens ex eo tortulas saporis quasi panis oleati.

9 Cumque descenderet nocte super castra ros, descendebat pariter & Man.

10 Audiuit ergo Moyses flentem populum per familias, singulos per ostia tentorij sui: iratusque est furor Domini valde: sed & Moysi intolleranda res visa est. *Murmuratio & infidelitas Moysi.*

11 Et ait ad Dominum, Cur afflixisti seruū tuum? quare non inuenio gratiam coram te? & cur imposuisti pondus vniuersi populi huius super me? C

12 Numquid ego concepi omnem hanc multitudinem, vel genui eam, vt dicas mihi, Porta eos in sinu tuo sicut portare solet nutrix infantulum, & defer in Terram pro qua iurasti patribus eorum?

13 Vnde mihi carnes vt dem tantæ multitudini? flent contra me, dicētes, Da nobis carnes vt comedamus.

14 Non possum solus sustinere omnem hunc populum, quia grauis est mihi.

15 Sin aliter tibi videtur, obsecro vt interficias me, & inueniam gratiam in oculis tuis, ne tantis afficiar malis.

16 Et dixit Dominus ad Moysen, Congrega mihi septuaginta viros de senibus Israel, quos tu nosti quod senes populi sint ac magistri: & duces eos ad ostium tabernaculi fœderis, faciesque ibi stare tecum. *Onus Moysi partitur Deus in LXX. seniores.*

9 q. d. vili precio, & tanquam gratis. 10 i. nos elanguimus. 11 Heb. non quicquā (sub. nobis) tantum ad Man sunt oculi nostri q. d. omnib. rebus caremus quæ dicta sunt, & fame perimus tantummodo conspectamus Manna quod Deus defert ad nos de cælo. 12 vel, color eius vt color bdellij id est, Man album erat velut bdellium. De hoc manna habes quoque Exod. 16. ubi quod hic additur, habens speciem bdellij: quod quidam gemmam albam esse dicunt, alij margaritam album. Cadebat namque manna in modum minutissimorum granorum alborum, quæ tam cruda, quam cocta comedi poterant. quidam in mola terebant, alij in mortario tundebant, alij vero igne in pulmentum resoluebant. 13 similis sapori olei suauissimi vel, sapor [illegible]. 14 vel, descendere solebat Man super eum subaudi, rorem. id est, statim post illum rorē descendere solebat Man. 15 per familias. 16 sed & in oculis Mosis fuit malum. Id est, hoc grauate vidit Moses, quod populus fleret. 17 & quare non inueni gratiam in oculis tuis, vt imponeres onus vniuersi populi huius super me? Id est, cur non exaudisti preces meas, sed tam infœliciter me fecisti, vt imponeres, &c. 18 quia grauior est me i. maior est prouincia, & grauior quam vt illa sustinere possim, & illi satisfacere. 19 Quòd si sic tu facis mihi, quæso [illegible] interficias me, si inueni gratiam in oculis [illegible], & nō videam infœlicitatem meam. q. d. Quòd si decreuisti vt feram populum hunc, interfice me quæso, id tibi tam gratius, ne posthac feram hanc infœlicitatem & calamitatem regendi populum tam rebellem.

D

Spiritus Moysi.

17 Vt descendam & loquar tibi: & auferam de Spiritu tuo, tradamq; eis, vt sustentent tecum onus populi, & non tu solus graueris.

Carnes promittit populo Deus.

18 Populo quoque dices, Sanctificamini cras: & comedetis carnes. ego enim audiui vos dicere, Quis dabit nobis escas carnium? bene nobis erat in Ægypto. Vt det vobis Dominus carnes, & comedatis:

19 Non vno die, nec duobus, vel quinq; aut decem, nec viginti quidem,

20 Sed vsque ad mensem dierum, donec exeat per nares vestras, & vertatur in nauseam: eo quod repulistis Dominum qui in medio vestri est, & fleuistis coram eo, dicentes, Quare egressi sumus ex Ægypto, vt periremus in solitudine?

E

Infidelitas Moysi.

21 Et ait Moyses ad Dominum, Sexcenta millia peditum huius populi sunt: & tu dicis, Dabo eis esum carnium mense integro?

Ioan. 6. b.

22 ‖ Numquid ouium & boum multitudo cædetur, vt possit sufficere ad cibum? vel omnes pisces maris in vnum congregabuntur, vt eos satient?

Isa. 59. a.

23 Cui respondit Dominus, ‖ Numquid manus Domini inualida est? iam nunc videbis vtrum meus sermo opere compleatur.

24 Venit igitur Moyses, & narrauit populo verba Domini, congregans septuaginta viros de senioribus Israel, quos stare fecit circa tabernaculum.

° populi.

Prophetant seniores, constituti a Deo principes populi cum Mose.

25 Descenditque Dominus per nubem, & locutus est ad eum, auferens de Spiritu qui erat in Moyse, & dans septuaginta viris. Cúmque requieuisset in eis Spiritus, prophetauerunt, nec vltra cessauerunt.

F

Eldad & Medad prophetant in castris.

26 Remanserant autem in castris duo viri, quorum vnus vocabatur Eldad, & alter Medad, super quos requieuit Spiritus. (nam & ipsi descripti fuerant, & non exierant ad tabernaculum.)

27 Cúmq; prophetarent in castris, cucurrit puer, & nunciauit Moysi, dicens, Eldad & Medad prophetant in castris.

28 Statim Iosue filius Nun, minister Moysi, & electus è pluribus, ait, Domine mi Moyses prohibe eos.

Moyses optat omnes prophetare.

29 At ille, Quid, inquit, æmularis pro me? quis tribuat vt omnis populus prophetet, & det eis Dominus Spiritum suum?

30 Reuersusq; est Moyses, & maiores natu Israel in castra.

Pluit coturnices.

Psal. 77. c.

G

31 ‖ Ventus autem egrediens à Domino arreptas trans mare coturnices detulit, & demisit in castra itinere quantum vno die confici potest, ex omni parte castrorum per circuitum, volabantque in aere duobus cubitis altitudine super terram.

32 Surgens ergo populus toto die illo, & nocte, ac die altero, congregauit coturnicum multitudinem: qui parum collegit, decem coros: & siccauerunt eas per gyrum castrorum.

Puniuntur carniuori.

Psal. 77. c.

33 Adhuc carnes erant in dentibus eorum, nec defecerat huiuscemodi cibus: & ecce furor Domini concitatus in populum, percussit eum plaga magna nimis.

34 Vocatúsque est ille locus, Sepulchra-con-

17 Ego verò descendam, & loquar illic tecum, & de [20] Spiritu qui in te est, quadamtenus [21] segregabo, & ponam super eos, vt ferant onus populi tecum, ne tu solus feras.

18 Ad populum verò dices, [22] Sanctificamini in crastinum diem, & comedetis carnes: [23] quia fletus vester (venit) ad aures Domini, nempe quòd dixistis, Quis pascet nos carnibus? [24] bene fuit nobis in Ægypto: Dominus ergo dabit vobis carnes, & comedetis.

19 Non die vno comedetis, neque duobus diebus, nõ quinque diebus, neque decem diebus, sed neque viginti diebus.

20 Quin [25] totum mensem, donec exeat (caro) è naribus vestris, [26] vt sit vobis nausea, eo quòd respueritis Dominum qui est in medio vestri, & fleuistis coram eo dicentes, Cur sic egressi sumus ex Ægypto?

21 Et ait Moses, Populus, in cuius medio ego sum, sexcenta millia peditum habet, & tu dicis, Carnes dabo eis, vt [25] toto mense comedant.

22 Num oues & boues mactabuntur eis, [26] vt sufficiant eis? [27] aut (fortasse) omnes pisces maris congregabuntur eis, qui sufficiant eis?

23 Et loquutus est Dominus ad Mosen, Num [28] manus Domini [29] breuis facta est? [30] videbis igitur an sermo meus eueniat, an minus.

24 [31] Egressus ergo Moses, loquutus est ad populum verba Domini: congregauitque septuaginta viros de senioribus populi, & collocauit eos per ambitum tentorii.

25 Et descendit Dominus in nube, & loquutus est ad eum, & [32] quadamtenus segregauit de Spiritu qui erat super eum, deditq; septuaginta senioribus viris: & contigit, quum Spiritus requiesceret super eos, vt prophetarent, [33] & non cessarent.

26 Remanserant autem duo viri in castris, quorum prioris nomen erat Eldad, & alterius nomen Medad: requieuitque & super istos Spiritus: (hi [34] inter scriptos quidem erant, at non exierant ad tentorium.

27 Sed prophetarunt in castris.) Puer ergo currens, nuntiauit Mosi, dicens, Eldad & Medad prophetant in castris.

28 Et respondit Iehosua filius Nun minister Mosis, [35] vnus ex iuuenibus eius, & dixit, Mi domine Moses, [36] coerce illos.

29 Moses autem respondit ei, An tu zelatis pro me? [37] Vtinam vniuersus populus Domini prophetent, & det Dominus Spiritum suum super eos.

30 [38] Ingressus est itaq; Moses in castra, ipse & seniores Israel.

31 Et profectus est ventus à Domino, qui [39] abripiens coturnices à mari, [40] dimisit eas ad castra [41] circumquaque spacio itineris diurni, [42] ferè duobus cubitis in superficie terræ.

32 Et surgens populus, collegerunt toto illo die & tota nocte, toto denique sequenti die coturnices: [43] qui quidem parum collegit, collegit decem homer: expanderuntq; sibi [44] expansiones circum castra.

33 Carne autem adhuc existente inter dentes eorum, [45] necdum contrita, exarsit furor Domini aduersus populum, & percussit Dominus populum clade admodum magna.

34 [46] Et vocatum est nomen loci illius Kibroth-

20 vel, sapientia quæ
21 capiam. auferam.
22 Id est, Date operam vt crastina die omnes sitis sancti & mundi.
23 Heb. fleuistis enim in auribus Domini, dicentes. i. fleuistis audiente Domino, & dixistis &c.
24 Heb. quia melius erat nobis &c. Id est melius agebatur nobiscum, fœliciores eramus quum adhuc essemus in Ægypto.
25 Heb. vsque ad mensem dierum. Mensis dierum, pro mense integro, more Hebræo dicitur.
26 & sit vobis in nauseam. vel, in rem abominabilem. Alii vertunt in dispersionem. q. d. Ex naribus spargetis & fastiditas carnes deuoratas. Chaldæus paraph. vertit, in offendiculum.
27 an omnes pisces maris congregabuntur pro eis, & sufficient illis? i. Numquid fieri potest, vt oues & boues mactari possint in tanta multitudine, vt sufficiant tantæ multitudini? q. d. fieri non potest. Etiam pisces maris omnes congregati in vnum, non sufficerent illis.
28 i. potentia.
29 vel, abbreuiata est? i. numquid minor est, quàm quum omnia creauit ex nihilo?
30 i. nunc experieris an præstare possim quæ pollicitus sum, annon.
31 Sub. de tabernaculo fœderis.

32 separauit. vel, accepit. 33 & non addiderunt. i. non prophetauerunt vltra: nam tantum prophetarunt die illo. Chaldæus paraphra. cessarunt prophetare. 34 i. descripti fuerant in albo septuaginta seniorum, sed non egressi fuerant de castris ad tabernaculum fœderis cum aliis. 35 vel, à pueritia sua. 36 vel, prohibe eos. 37 He & quis det i. Vtinam omnes populus prophetet. 38 Heb. Collegit itaque sese. i. Recipit sese. 39 vel, auellens. i. auolare faciens. 40 demisit (sub. illas) iuxta castra 41 Heb. itinere vnius diei hinc, & itinere vnius diei illinc, in circuitu castrorum. 42 i. quæ se non attollebant altius terra duobus cubitis.
43 Heb. & diminuens (i. qui pauciores collegit) congregauit decem cumulos. Sub. coturnicum. 44 Heb. expandendo. sub. coturnices. Captas auiculas expanderunt per circuitum tabernaculorum, vt omnia loca plena auibus cernerentur, nutrientes illas donec maiorem partem deuorarunt. 45 vel, antequam confecta esset dentibus. 46 Vocauitque nomen loci illius, Kiberoth. hathaaua. i. Qui ei loco indidit nomen, vocauit, Sepulchra-concupiscentiæ.

hataafa: eo quòd sepelierant illic populum cupiditate flagrantem.

35 Porrò de Kibroth-hataafa soluit populus, & (venit) in Hazeroth, manseruntq; in Hazeroth.

cupiscentiæ: ibi enim sepelierunt populum qui desiderauerat carnes.

35 Egressi autem de Sepulchris-concupiscentiæ, venerunt in Haseroth, & manserunt ibi.

CAPVT XII.

1 *LOquuta autem est Maria, simulq; Aharon contra*
Mosen propter mulierē illam[1] Cuschitam quā duxerat: nam vxorē Cuschitam duxerat. Dixerunt autem,
2 [2] Num verò duntaxat per Mosen loquutus est Dominus? an non etiam per nos loquutus est? & [3] audiuit Dominus.
3 (Fuit autem Moses [4] modestissimus vir, supra omnes mortales qui fuerunt in orbe.)
4 Dixit ergo illico Dominus ad Mosen, Aharonem, & Mariam, Exite vos tres ad tentorium [5] cōstitutionis.
5 Et illi tres egressi sunt. Descenditque Dominus
[6] in columna nubis, & [7] stetit in ostio tentorii, &
[8] vocauit Aharonem & Mariam, exieruntque ambo illi. Et ait,
6 Audite quæso verba mea, Si fuerit [9] propheta Domini inter vos, [10] per visum me ei manifestabo, (aut) per somnium loquar [11] ei.
7 [12] At non sic seruo meo Mosi, qui in tota domo mea fidelis est.
8 [13] Ore ad os loquar ei & visione, sed non in [14] ænigmatibus & [15] simulacro intuetur Dominum: [16] & cur non veriti estis loqui contra seruum meum Mosen?
9 Et excanduit [17] nasus Domini aduersus eos, & abiit.
10 Et nubes recessit a tentorio, & ecce Maria [18] leprosa fuit veluti nix: respexitq; Aharon Mariam, & ecce erat leprosa.
11 Dixit ergo Aharon ad Mosen, Obsecro domine,
[19] ne obtrudas nobis peccatum hoc, quod imprudenter ausi sumus, & quod commisimus:
12 [20] Quæso ne ista fiat quasi mortuum quo egreditur de vtero matris suæ, & cuius caro ferè consumpta est.
13 Clamauit itaq; Moses ad Dominum, dicens, O Deus quæso vt sanes nunc eam.
14 Et ait Dominus ad Mosen, Si pater eius [21] seriò spuisset in faciem eius, annon septem diebus pudore suffundi deberet? Concludatur septem diebus extra castra, & postea in cœtum recipiatur.
15 Conclusa igitur fuit Maria septem dies extra castra, & populus non proficiscebatur, donec Maria in ecclesiam [22] recolligeretur.

1 LOcutaque est Maria & Aaron contra Moysen propter vxorem eius Æthiopissam, & dixerunt. A
2 Num per solum Moysen locutus est Dominus? nónne & nobis similiter est locutus? Quod cum audisset Dominus, iratus est valde.
3 (Erat enim Moyses vir mitissimus super omnes homines qui morabantur in terra.)
4 Statim locutus est Dominus ad eum, & ad Aaron & Mariam, Egredimini vos tantum tres ad tabernaculum fœderis.
5 Cumque fuissent egressi, descendit Dominus B
in columna nubis, & stetit in introitu tabernaculi vocans Aaron & Mariam. Qui cum issent, dixit ad eos.
6 Audite sermones meos, Siquis fuerit inter vos propheta Domini, in visione apparebo ei, vel per somnium loquar ad illum.
7 At non talis seruus meus Moyses, ‖ qui in omni domo mea fidelissimus est.
8 Ore enim ad os loquor ei: * palàm, & non per ænigmata & figuras Dominum videt. quare ergo non timuistis detrahere seruo meo Moysi?
9 Iratusque contra eos, abiit. C
10 Nubes quoq; recessit quæ erat super tabernaculum: & ecce Maria apparuit candens lepra, quasi nix. Cumq; respexisset eam Aaron, & vidisset perfusam lepra,
11 Ait ad Moysen, Obsecro domine mi, ne imponas nobis hoc peccatū quod stulte cōmisimus,
12 Ne fiat hæc quasi mortua, & vt abortiuum quod proiicitur de vulua matris suæ: ecce iam me- D
dium carnis eius deuoratum est à lepra.
13 Clamauitq; Moyses ad Dominum, dicens, Deus obsecro sana eam.
14 Cui respondit Dominus, Si pater eius spuisset in faciem illius, nónne debuerat saltem septem diebus rubore suffundi? Separetur septem diebus extra castra, & postea reuocabitur.
15 Exclusa est itaq; Maria extra castra septem diebus: & populus non est motus de loco illo donec reuocata est Maria.

Aaron & Maria murmurāt contra Moysen. Mansuetus Moyses.

Increpat Deus Aaron & Mariam. Prophetis per somnium loquitur Deus.

‖ Heb. 3. a. * & [illegible]

Orat Aaron Moysen pro Maria.

Orante Moyse sanatur Maria.

CAPVT XIII.

1 *P[1]Ost hoc profectus est populus de Hazeroth, & castrametati sunt in deserto Paran.*
2 Et loquutus est Dominus ad Mosen dicens,
3 Mitte tibi viros qui explorent terram Chanaan, quam ego daturus sum filiis Israel, ex singulis tribubus patrum suorum virum vnum mittetis, [2] nempe præpositum quemque inter eos.
4 Misit itaq; eos Moses de deserto Paran iuxta os Domini: omnes illi primores fuerunt inter filios Israel.
5 Hæc autem sunt nomina eorum: de tribu Ruben, Sammua filius Zaccur.
6 De tribu Simeon, Saphat filius Hori.
7 De tribu Iuda, Caleb filius Iephunnæ.
8 De tribu Isaschar, Igal filius Ioseph.

1 PRofectusque est populus de Haseroth, fixis tentoriis in deserto Pharan. A
2 Ibique loquutus est Dominus ad Moysen, dicens,
3 Mitte viros qui considerēt Terram-Chanaan, quam daturus sum filiis Israel, singulos de singulis tribubus, ex principibus.
4 Fecit Moyses quod Dominus imperauerat, de deserto Pharan mittens principes viros,
5 Quorum ista sunt nomina: de tribu Ruben, Sammua filium Zechur.
6 De tribu Simeon, Saphat filium Huri. B
7 De tribu Iuda, Caleb filium Iephone.
8 De tribu Issachar, Igal filium Ioseph.

Mittūtur exploratores ad Terram-Chanaan.

1 vel, Æthiopissam. Dicunt Hebræi hanc fuisse Sephoram quæ Æthiopissa dicitur, quod Madianitarum terra vicina esset Æthiopiæ Orientali: aut quod ea referret nigredine Æthiopes: à qua abstineret Moses, non sanctimoniæ causa, sed quod ea nigredine esset: vel (vt alii volunt) vt fidelius in domo Domini ministraret: ob idque Mariam & Aaronē murmurasse. Alii dicunt ideo obloquutos, quod tantus vir alienigenam duxisset in vxorē: & hæc potior videtur esse opinio. nam in Hebræo sequitur, quod non legitur in Latinis codicibus. Vxorem enim Æthiopissam acceperat. non debebat autem Moses ducere vxorem alienigenam, contra morem Israelitarum.

2 q.d. Numquid solus Moses est propheta? nonne & nos quoque sumus prophetæ?

3 Sub. oblocutionem illam, neque ea latuit Mosen.

4 vel, mansuetissimus. q. d. Oblocutio Mariæ & Aaron non latebat Mosen: verùm ipse tacebat, quod esset vir mansuetissimus, quo nulla re offenderetur.

5 [illegible]

6 i. in nube, quæ speciem habebat columnæ oblongæ.

7 sub. columna nubis.

8 sub. Dominus

9 Al potius, propheta ex vobis, ego Dominus. 10 Sub. nocturnum. 1. in extasi. Dominus aliquando apparet prophetis in ecstasi, aliquando per somnium & dormientibus, aliquando vigilantibus. 11 in eo, sine, per illum, aut, cum eo. 12 At non sic seruus meus Moses in tota domo mea fidelis, q. d. non est talis Moses seruus meus: omnium familiarium meorum fidelissimus. 13 1. Coram soleo illi loqui. 14 Ænigma vocat, quum vnum videtur, & aliud intelligitur. 15 vel, similitudine. q. d. appareo illi [illegible], vt apparere possum & soleo humanæ menti. 16 Cur ergo 17 furor: i. vehementer iratus est. * i. ab ostio tabernaculi: nubes enim semper erat super tabernaculum. 18 vel, erat præ lepra vt nix. Sub. alba. 19 Heb. ne ponas super nos peccatum, (i. ne imputes nobis hoc peccatum,) quia stulte egimus & peccauimus. q. d. Fatemur nos peccasse, ideo ignosce nobis. 20 vel, Ne quæso sit sicut abortiuum, cuius dimidium carnis est putrefactum dum egreditur de vulua matris suæ. 21 Heb. spuendo spuisset, q. d. Si præ ira pater eius spuisset in faciem eius, non auderet accedere ad patrem ante septem dies: quanto minus debet illa accedere à me? 22 [illegible]

CAP. XIII. 1 i. Exactis septem illis diebus quibus Maria fuit reclusa. 2 vel, vnumquemq; principem inter eos. i. quorū quisq; principatū obtineat inter eos.

Dix

9 De tribu Ephraim, Osee filium Nun.
10 De tribu Beniamin, Phalti filium Raphu.
11 De tribu Zabulon, Geddiel filium Sodi.
12 De tribu Ioseph, sceptri Manasse, Gaddi filium Susi.
13 De tribu Dan, Ammiel filium Gemalli.
14 De tribu Aser, Sthur filium Michael.
15 De tribu Nephthali, Nahabi filium Vapsi.
16 De tribu Gad, Guel filium Machi.
C 17 Hæc sunt nomina virorum quos misit Moyses ad considerandum Terram: vocauitque Osee filium Nun, Iosue.

Osee qui & Iosue dicitur.

18 Misit ergo eos Moyses ad considerandam Terram-Chanaan, & dixit ad eos, Ascendite per Meridianam plagam.
19 Cumque veneritis ad montes, considerate Terram, qualis sit: & populum qui habitator est eius, vtrum fortis sit an infirmus, pauci numero an plures:
20 Ipsa terra, bona an mala: vrbes quales, muratæ, an absq; muris:
21 Humus, pinguis an sterilis, nemorosa an absque arboribus. confortamini, & afferte nobis de
D fructibus Terræ. erat autem tempus quando iam præcoquæ vuæ vesci possunt.
22 Cumq; ascendissent, explorauerunt Terram à deserto Sin, vsque Rohob intrantibus Emath.
23 Ascenderuntq; ad Meridiem, & venerunt in Hebron, vbi erant Achiman & Sisai & Tholmai filii Enac. nam Hebron septem annis ante Tanim vrbem Ægypti condita est.
24 |Pergentésque vsque ad Torrentem-botri, abscideruntque palmitem cum vua sua, quem portauerunt in vecte duo viri: de malis quoque granatis &
E de ficis loci illius tulerunt,

Deut. 1. a. Palmes cum vua sua a duobus viris portatur.

25 Qui appellatus est Nehel-eschol, id est Torrens-botri, eo quòd botrum portassent inde filii Israel.
26 Reuersiq; exploratores Terræ post quadraginta dies, omni regione circuita.
27 Venerunt ad Moysen & Aaron & ad omnē cœtum filiorum Israel in desertum Pharan, quod est in Chades: locutique eis & omni multitudini ostenderunt fructus Terræ.

Reuersi exploratores, laudant Terræ vbertatem.

F 28 Et narrauerunt, dicentes, Venimus in Terram ad quam * misisti nos, quæ reuera fluit lacte & melle, vt ex his fructibus cognosci potest:
29 Sed cultores fortissimos habet, & vrbes grandes * atq; muratas: stirpem Enac vidimus ibi.

** misisti (secunda sing.*
** nimis,*

30 Amalec habitat in Meridie, Hethæus & Iebusæus & Amorrhæus in montanis: Chananæus verò moratur iuxta Mare & circa fluenta Iordanis.
31 Inter hæc Caleb compescens murmur populi qui oriebatur contra Moysen, ait, Ascendamus,
G & possideamus Terram: quoniam poterimus obtinere eam.

Caleb hortatur populum vt ascendat in Chanaan: quem alii exploratores dehortantur.

32 Alii verò qui fuerant cum eo, dicebant, Nequaquam ad hunc populum valemus ascendere, quia fortior nobis est.
33 Detraxeruntq; Terræ quam inspexerant, apud filios Israel, dicētes, Terra quam lustrauimus, deuorat habitatores suos, populus quem aspeximus, proceræ staturæ est.
34 Ibi vidimus monstra quædam filiorum Enac de genere giganteo, quibus comparati, quasi locustæ videbamur.

9 De tribu Ephraim, Hosea filius Nun.
10 De tribu Beniamin, Palti filius Raphu.
11 De tribu Zebulon, Gaddiel filius Sodi.
12 De tribu Ioseph, ex tribu scilicet Manasse, Gaddi filius Susi.
13 De tribu Dan, Ammiel filius Gemalli.
14 De tribu Aser, Sethur filius Michael.
15 De tribu Nephtali, Nabbi filius Vophsi.
16 De tribu Gad, Gehuel filius Machi.
17 Hæc sunt nomina virorum quos misit Moses vt explorarent terram: appellauitq; Moses Hosea filium Nun Iehosua.
18 Et amandans eos Moses, vt terram Chanaan explorarent, dixit ad eos.
19 Ascendite hac Meridiem versus, vt transcendatis montes. Considerabitis autem terram qualis sit, & populū qui in ea habitat, fortisne sit an debilis, exiguúsne sit an multus.
20 Qualis (inquam) sit terra in qua ille habitat, bona an mala: quales domū'e ciuitates in quibus ille (populus) habitat, in castrisne, an in munitis locis (habitent.)
21 Qualis inquam sit terra, pinguisne an [3] macilenta: arbores sint in ea, annon. [4] estote igitur fortes, & afferte de fructu illius regionis. erat enim tunc tempus [5] quum præcoces essent vuæ.
22 Ascenderunt itaq;, & explorauerunt terram à deserto Zin vsq; ad Hehob, [6] vbi itur in Hamath.
23 Et ascendentes Meridiem versus, & [*] venit ad Hebron, vbi erant Ahiman, Sesai & Talmai, [7] filii Anac. Hebron autem extructa erat septem annis ante Zoan (vrbem) Ægypti.
24 Venerunt denique vsq; [8] ad Torrentem-eschol, inde decerpserunt [9] palmitem & botrum vnarum vnū, quem duo gestarunt [10] vecte, (acceperunt) quoque de malogranatis & de ficubus.
25 [11] Vocatus autem est locus ille Torrens-eschol, propter botrum illum, quem inde decerpserant filii Israel.
26 Reuersi sunt postquam terram explorassent quadraginta diebus exactis.
27 Et euntes venerunt ad Mosen & ad Aharonem, atque ad vniuersum cœtum filiorum Israel in deserto Paran in [12] Cades, [13] & retulerunt negocium, & vniuersum testimonium, ostendentes eis fructum illius regionis.
28 Recensentésq; [14] ei dixerunt, Venimus in regionem in quam nos misisti, & certe fluit lacte & melle, & hic est fructus eius:
29 [15] Cæterum populus qui habitat in ea regione, robustus est, & vrbes munita & maxima: quin & posteros [16] Anac vidimus illic.
30 Amalec habitat in ea regione ad Austrum, deinde & Hithæus, Iebusæus atq; Amorrhæus habitat in montibus, Chananæus vero habitat ad Mare, & ad littus Iordanis.
31 Caleb autem [17] compescuit populum erga Mosen, & dixit, Omnino ascendemus, & occupabimus eā: nam omnino obtinere eam poterimus.
32 Viri autem qui cum eo ascenderant, dixerunt, Nequaquam poterimus ascendere ad populum istum: quoniam robustior est nobis.
33 [18] Et diuulgarunt infamiam illius regionis quam explorauerant, dixeruntq; ad filios Israel, Regio illa quam ad explorandam pertransiuimus, regio est qua [19] deuorat habitatores suos, præterea vniuersus populus quem vidimus in ea, homines sunt [20] monstrosa magnitudinis.

34 Vidimus quoq; illic [21] Nephilim posteros Anac de Nephilim, [22] fuimusq;, nostro quidem iudicio, veluti locustæ, quia sic quoque fuimus illorum iudicio.

3 macra. vel, sterilis:
4 vel, estote forti animo.
5 Hebr. primitiarum vuæ. i. tempus quo incipiebant maturescere vuæ.
6 ingrediendo Emath. Vel, prætereundo ad Emath.
* sub. Caleb. Vel potius est numeri enallage, peruenerunt.
7 vel, filii gigantum. i. proceri admodum.
8 vel, ad vallem Eschol. i. botri. Hoc dicitur per anticipationem. Ad vallem quæ postea dicta est vallis botri.
9 ET pro id est, positum est q. d. palmitem, id est botrum vuarum vnum: hoc est, palmitem plenum vuis.
10 Vectem intelligit instrumentum factum ex duobus vectibus, paxillis transuersim impactis. cuiusmodi est quod Gallice dicimus Vne ciuiere.
11 Locum illum vocauit (sub. ille qui vocauit siue nomen imposuit) Nehel eschol, propter &c.
12 hic Cades, pro Cades barnea positum est, Iosue 14.
13 retulerunt que illis quocum, & vniuerso cœtui,
14 scilicet Mosi.
15 Certè: vel, At aut, Nisi quod
16 vel, gigantū. Aut, gigantes.
17 Heb. tacere fecit populum ad Mosen: tentauit Caleb compescere populum, & reducere eum ... Moses vel tacere fecit populum ... Mosi.
18 Heb. Et protulerunt infamiam ipsi terræ quam explorauerant in ... filios ..., detraxerunt terræ
19 Intellige, propter insalubritatem aeris.
20 [illegible]

M 4

CAPVT XIV.

[1] SVblata itaque ac edita voce sua vniuersus cœtus po-
puli fleuerunt[1] nocte illa.
2 Et murmurantes aduersus Mosen & Aharonem
vniuersi filij Israel, dixerunt ad eos [2] vniuersi scilicet de
multitudine,
3 Vtinam mortui essemus in terra Ægypti, aut in so-
litudine ista mortui essemus.[3] Cur verò induxit nos Do-
minus in hanc terram, ut gladio occumberemus, fierént-
que vxores nostræ & pubes nostra præda? Annon præ-
staret, ut reuerteremur in Ægyptum?
4 Et dixerunt alter ad alterum, Eligamus Ducem,
& reuertamur in Ægyptum.
5 Ceciderunt autem Moses & Aharon in facies suas
coram vniuerso cœtu congregationis filiorum Israel.
6 Porrò Iehosua filius Nun, & Caleb filius Iephunna,
qui fuerant ex his qui terram explorauerant, scißis ve-
stimentis suis,
7 Dixerunt ad vniuersum cœtum filiorum Israel in
hanc sententiam, Regio ista quam inuestigandam per-
transiuimus, supra modum bona regio est.
8 [4] Si Dominus voluerit nobis esse propitius, inducet
nos in regionem illam, & dabit eam nobis,[5] quæ regio af-
fluit lacte & melle.
9 [6] Modo contra Dominum ne sitis perfidi: vos verò
ne formidetis populum illius regionis, [7] quoniam cibus
noster erit, [8] vmbra eorum recessit ab eis, nobiscum verò
est Dominus, ne igitur timueritis eos.
10 Dixerunt verò [9] omnes qui erant in cœtu isto, Ob-
ruantur hi lapidibus. Apparuit autem gloria Domini
in tentorio constitutionis coram omnibus filiis Israel.
11 Et ait Dominus ad Mosen, Quousque populus iste
[10] me blasphemat? quamdiu non credent mihi [11] in cun-
ctis signis quæ feci inter eos?
12 Feriam eum peste, [12] & excindam eum, fa-
ciamque te in gentem maiorem & robustiorem quàm sit
illa.
13 Et dixit Moses ad Dominum, [13] At audient [hoc]
Ægyptij (nam in robore tuo eduxisti populum istum è
medio eorum)
14 [14] Dicentque hoc habitatoribus huius terræ, ([15] au-
dierunt enim quòd tu Dominus sis in medio huius po-
puli, & quòd tu ô Domine, oculo ad oculum appareas, &
quòd nubes tua steterit supra eos, & quòd in columna nu-
bis præcesseris eos interdiu, in columna ignis autè noctu.)
15 Quòd si istum populum veluti hominem aliquem
vnum interfeceris, dicent Gentes, quæ famam tuam au-
dierunt sic,
16 Non potuit Dominus populum istum introduce-
re in istam regionem, quam iuramento pollicitus est eis,
ideirco mactauit eos in deserto.
17 [16] Magnificetur ergo [quæso] robur Domini mei,
quemadmodum loquutus es, dicens,
18 Dominus [17] longanimis est, & immensa bonita-
tis, condonans iniquitatem & transgressionem, [18] at im-
punita minime dimittens, [19] visitans iniquitatem pa-
trum in filiis & nepotibus [20] in tertiis & quartis.
19 [21] Propitius esto quæso iniquitati populi huius,
iuxta magnitudinem bonitatis tuæ, sicut condonasti populo huic ex Ægypto vsque huc. 20 Et ait Dominus,
[22] Propitius factus sum iuxta verbum tuum. 21 Verumtamen [23] viuo ego, vniuersa terra implebitur glo-
ria Domini.

1 IGitur vociferans omnis turba fleuit nocte illa,
2 Et murmurati sunt contra Moysen & Aa-
ron cuncti filij Israel, dicentes, vtinam mortui esse-
mus in Ægypto, & non in hac vasta solitudine:
3 Vtinam pereamus, & non inducat nos Domi-
nus in Terram istam, ne cadamus gladio, & vxo
res ac liberi nostri ducantur captiui. Nónne melius
est reuerti in Ægyptum?
4 Dixeruntque alter ad alterum, Constituamus
nobis ducem, & reuertamur in Ægyptum.
5 Quo audito Moyses & Aaron ceciderunt pro-
ni in terrâ corâm omni multitudine filiorũ Israel.
6 At vero Iosue filius Nun, & Caleb filius Ie-
phone, qui & ipsi lustrauerant Terram, sciderunt
vestimenta sua,
7 Et ad omnem multitudinem filiorum Israel
locuti sunt, Terra quã circuiuimus, valde bona est.
8 Si propitius fuerit Dominus, inducet nos in
eam, & tradet humum lacte & melle manantem.
9 Nolite rebelles esse contra Dominum: neque
timeatis populum Terræ huius, quia sicut panem
ita eos possumus deuorare. recessit ab eis omne
præsidium, Dominus nobiscũ est, nolite metuere.
10 Cumque clamaret omnis multitudo, & la-
pidibus eos vellet opprimere, apparuit gloria Do-
mini super tectum fœderis cunctis videntibus fi-
liis Israel.
11 Et dixit Dominus ad Moysen, Vsquequo de-
trahet mihi populus iste? Quousque non credent mi-
hi in omnibus signis quæ feci coram eis?
12 Feriam igitur eos pestilentia atque consumam:
te autem faciam principem super gentẽ magnam,
& fortiorem quàm hæc est.
13 Et ait Moyses ad Dominum, Vt audiant Æ-
gyptij, de quorum medio eduxisti populum istum,
14 Et habitatores Terræ huius (qui audierunt
quòd tu Domine in populo isto sis, & facie videa-
ris ad faciem, & nubes tua protegat illos, & in co-
lumna nubis præcedas eos per diem, & in colu-
mna ignis per noctem:)
15 Quod occideris tantam multitudinem quasi
vnum hominem, & dicant,
16 Non poterat introducere populũ in Terram,
pro qua iurauerat: idcirco occidit eos in solitudine.
17 Magnificetur ergo fortitudo Domini sicut
iurasti, dicens,
18 Dominus patiẽs & multæ misericordiæ, au-
ferens iniquitatem & scelera, nullumque innoxium
derelinquens, qui visitas peccata patrum in filios
in tertiam & quartam generationem.
19 Dimitte obsecro peccatum populi tui hu-
ius secundum magnitudinem misericordiæ tuæ,
sicut propitius fuisti egredientibus de Ægypto vsque
ad locum istum.
20 Dixitque Dominus, Dimisi iuxta verbum
tuum.
21 Viuo ego: & implebitur gloria Domini vni-
uersa terra.

A
Popul. flet, & murmurat, ob explorata Terra desperationem.

Caleb & Iosue Terram laudant, quos populus vult lapidare.
B
Ecclesiast. 46. b
1. Mach. 2. f

Irascitur Dominus in populum infidelem.

C
Oratio Moysi vt populo parcat Deus.
Exod. 13. d

Psal. 102. b

D
Misericordia Dei.

Exauditur Moyses.

CAP. XIV.
1 quæ scilicet insequebatur eum diem.
2 vniuersa multitudo.
3 vel sic, Cur Dominus vult nos introducere in terram istam, vt cadamus gladio, & vxores nostræ & paruuli nostri veniant in manus hostium?
4 Si complacitum fuerit Domino in nobis. Si fauore suo prosequitur & amat nos. Aut SI per Quia vertendũ, aut Certe, hoc modo, Quia amat nos plurimum, vel Certe bonam voluntatem habet erga nos, propterea inducet, &c.
5 i. quæ abundat omnibus necessariis ad victũ.
6 Verumtamen aduersus Dominum ne sitis rebelles.
7 Hebr. vt panis noster sunt, i. haud secus deuorabimus eos, & perdemus, atque deuoramus panem.
8 Vmbram pro præsidio accipit, q. d. carent omni præsidio.
9 omnis congregatio vt lapidarent eos lapidibus. i. Tunc pronunciauit omnis multitudo eos debere lapidari.
10 ad iracundiã prouocabit me?
11 Hebraismus, pro, cum tot signa fecerim coram eis?
12 & expellam eum. Sic faciam te in gentem magnam, & robustiorem eo, i. efficiam vt soboles tua euadat in gentem magnam & robustiorem gente Israelitica vt numero & potentia vincant populum Israeliticum. Hebraismus.
13 Et audient Ægyptij q. d. Si percusseris eos, male audies apud Ægyptios & alienigenas. Vel, tu percuties vt audiant Ægyptii. 14 Et dicent super eos habitatorem terræ huius. id est, si percusseris incolas Terræ istius sanctæ, dicent alienigenæ sinistra de te, male loquentur, eos nempe propter nequitiam suam à te perdi & occidi, & similia. 15 vel, audierunt quod tu Domine eras in medio populi istius, quòd que oculo ad oculum conspiciebaris Domine & nubes tua stabat super eos, & in columna nubis ambulabas ante eos in die, & in columna ignis in nocte attamen interfeceris populum istum tanquam virum vnum. Dicẽt etiam gentes quæ audierint famam tuam, Propterea quod non poterat Dominus, &c. Oculo ad oculum conspici à populo suo dicitur Deus, quando manifestissimè apparet ei, & in visione clara. Tanquam virum vnum populum interficere, est ad vnum interficere, ita vt ne vnus quidem remaneat. 16 Nunc ergo magnificetur, &c. Deo loquitur in tertia persona, more Hebraico, pro, Magnificetur quæso fortitudo tua, sicut dixisti. Ostende te talẽ qualem te aliquando esse dixisti. 17 vel, tardus ad iram. i. qui non statim punit. 18 Heb. absoluendoque non absoluens. Sub eos qui non resipiscunt. i. qui non solet absoluere non resipiscentes, sed potius de eis pœnas sumit. 19 i. puniẽs filios, si peccata patrum imitentur. 20 Heb. super tertios & quartos. i. super nepotes qui sunt tertij à patre, & pro nepotibus qui sunt quarti à patre. 21 vel, Condona quæso iniquitatem huic populo pro tua clementia (siue misericordia), quemadmodum pepercisti populo isti ab Ægypto. Vel, ab egressu de Ægypto. 22 Condonaui iuxta verbum tuum. i. vt petis. Vel, Propitius ero (siue Condonabo) huic populo vt postulas. 23 q. d. ad eucance quod ego dico nempe omnes, &c. tunc glorificabor.

am. Attamen

22 Attamen omnes homines qui viderunt maiestatem meam, & signa quæ feci in Ægypto & in solitudine, & tentauerunt me iam per decem vices, nec obedierunt voci meæ,

23 Non videbunt Terram pro qua iuraui patribus eorum, nec quisquam ex illis qui detraxit mihi, intuebitur eam.

*Sed Iosue 14.b

Ipsi Caleb promittitur Chanaan.

24 *Seruum meum Caleb qui plenus alio spiritu secutus est me, inducam in Terram hanc quam circuiuit, & semen eius possidebit eam.

25 Quoniam Amalecites & Chananæus habitant in vallibus, cras mouete castra, & reuertimini in solitudinem per viam Maris-rubri.

E

Murmuratoribus filiis Israel prædicit Deus interitū in desertis.

Psal. 105.e

Deut. 1.f

26 Locutusque est Dominus ad Moysen & Aaron, dicens,

27 Vsquequo multitudo hæc pessima murmurat contra me? querelas filiorum Israel audiui.

28 Dic ergo eis, Viuo ego, ait Dominus: sicut locuti estis audiente me, sic faciam vobis,

29 In solitudine hac iacebunt cadauera vestra: omnes qui numerati estis à viginti annis & suprà, & murmurastis contra me,

Iosue 5.c.d

30 Non intrabit is Terram super quā leuaui manum meam vt habitare vos facerem, præter Caleb filium Iéphone, & Iosue filium Nun.

31 Paruulos autem vestros de quibus dixistis, quòd prædæ hostibus forent, introducā: vt videant Terram quæ vobis displicuit.

32 Vestra cadauera iacebunt in solitudine.

Fornicatio.

F

33 Filij vestri erunt vagi in deserto annis quadraginta, & portabūt fornicationem vestram, donec consumantur cadauera patrum in deserto.

Psal. 94. d

34 Iuxta numerum quadraginta dierum quibus considerastis Terram: (annus pro die imputabitur) & quadraginta annis recipietis iniquitates vestras, & scietis vltionem meam.

35 Quoniam sicut locutus sum, ita faciā omni multitudini huic pessimæ quæ consurrexit aduersum me: in solitudine hac deficiet & morietur.

Moriuntur exploratores, præter Caleb & Iosue.

1. Corinth. 10.b

Heb. 3.d

Iudæ 1.b

36 Igitur omnes viri quos miserat Moyses ad contemplandam Terram, & qui reuersi murmurare fecerant contra eum omnem multitudinem, detrahentes Terræ quòd esset mala,

37 Mortui sunt atque percussi in conspectu Domini.

38 Iosue autem filius Nun, & Caleb filius Iéphone vixerunt ex omnibus qui perrexerant ad considerandam Terram.

39 Locutusq. est Moyses vniuersa verba hæc ad omnes filios Israel, & luxit populus nimis.

Agnoscit populus peccatū suum.

Populus iniussu Dei ascendens contra Amalec, occiditur.

40 Et ecce mane primo surgentes, ascenderunt verticem montis, atq; dixerunt, Parati sumus ascēdere ad locum de quo Dominus locutus est: quia peccauimus.

41 Quibus Moyses, Cur, inquit, transgredimini verbum Domini, quod vobis non cedet in prosperum?

42 Nolite ascendere: non enim est Dominus vobiscum: ne corruatis coram inimicis vestris.

43 Amalecites & Chananæus ante vos sunt, quorum gladio corruetis, eo quòd nolueritis acquiescere Domino, nec erit Dominus vobiscum.

44 At illi contenebrati ascenderunt in verticem montis: arca autē testamenti Domini & Moyses non recesserunt de castris.

22 [24] *Etenim omnes viri qui viderunt gloriam meam, & signa mea quæ feci in Ægypto, & in solitudine, & iam decies me tentauerunt, neq; audierunt vocem meam.*

23 *Non videbunt terram quam iuraui patribus eorum: sed & omnes qui me irritant, non videbunt eam.*

24 [25] *Seruus autem meus Caleb [26] cum quo alius fuit spiritus, quiq; post me impleuit, illum introducam in terram in quam ipse venit, & semen eius hæreditate capiet eam.*

25 *Quin & [27] Amalec & Chananæum, qui habitat in valle, [hæreditate capiet.] cras ergo versi, proficiscimini in desertum via maris carectosi.*

26 *Et loquutus est Dominus ad Mosen & Aharonem in hanc sententiam,*

27 [28] *Quousq; tandem [feram] congregationem hanc pessimam, quæ murmurat aduersum me? Murmurationes filiorum Israel quibus ipsi murmurant contra me, [29] audiui.*

28 *Dic ad eos. Viuo ego, dicit Dominus, si non, vt loquuti estis coram auribus meis, sic facturus sum vobis.*

29 *In solitudine ista corruent corpora vestra, & omnes [30] censi vestri iuxta omnem numerum vestrum, ab eo qui viginti natus est annos & supra, [31] quicunq; contra me murmurastis.*

30 [32] *Nequaquam introibitis in terram cuius gratia [33] manum meam leuaui, vt collocarem vos in ea, præter Caleb filium Iephunnæ, & Iehosua filium Nun.*

31 *Pubem quoq; vestram, de qua dixistis quòd prædæ futura sit, hanc introducam, [34] ipsi quoq; agnoscent terram quam vos respuistis.*

32 *Et cadauera [35] vestra corruent in solitudine ista.*

33 *Porro filii vestri [36] pascent in deserto quadraginta annis, & ipsi [37] ferent scortationes vestras, donec consumantur corpora vestra in deserto.*

34 *Pro numero dierum quibus explorastis terram, nempe quadraginta diebus, (diem pro anno [reputabo]) feretis iniquitatem vestram quadraginta annis, [38] vt intelligatis prohibitionem meam.*

35 [39] *Ego Dominus loquutus sum, si non fecero istud vniuersæ huic multitudini malæ, [40] quæ conspirant aduersum me, in deserto isto consumentur, & illic morientur.*

36 *Et viri quos misit Moses ad explorandum terram, quiq; reuersi [41] occasionem queritandi contra eum vniuersæ multitudini præbuerunt, in hoc quod infamiam terræ diuulgantes obtruserunt: Viri, inquam, tales qui diuulgarunt infamiam malam huius terræ,*

37 [42] *Coram Domino subita internecione moriuntur.*

38 *Iehosua verò filius Nun, & Caleb filius Iephunnæ, qui ex viris illis sunt qui iuerant exploratum terram, viuent.*

39 *Et Moses loquutus est verba ista ad vniuersos filios Israel, & luxit populus valde.*

40 *Mane verò consurgentes ascenderunt in cacumen montis, dicentes, En præsto sumus, ascendemusq; ad eum locum de quo dixit Dominus: [43] nam peccauimus.*

41 *Et ait Moses, Quare sic transgredimini verbum Domini? [44] non bene cedet.*

42 *Ne ascendatis: Dominus enim non est in medio vestri, ne corruatis coram hostibus vestris.*

43 *Nam Amalec & Chananæus sunt illic ante vos, corruetisq; gladio, [45] eo quòd sic à Domino defeceritis, nec aderit vobis Dominus.*

44 *At illi [46] corroborantes se, ascenderunt in cacumen montis: arca verò fœderis Domini & Moses non mouerunt à medio castrorum.*

24 Quòd impletur præcedentibus, implebitur gloria Domini vniuersa terra, quæ est quòd omnes viri, &c. 25 At seruus meus. 26 propterea quòd fuit spiritus alius cum eo, & impleuit post me, inducam, &c. 1. quoniam fuit alio animo erga me atque alii, & impleuit voluntatem meam sequendo me, ego inducam, &c. 27 Heb. Amalecite & Chananæi habitant in valle (propterea) cras conuertimini huc, referte pedem. In valle, inquit, habitant. id est, delitescent in locis humilioribus, vt insidientur vobis. 28 vel, Vsquequo (sub. propitius ero) congregationi isti malæ. 29 i. peruenerunt ad aures meas querelæ eorum. 30 numerati vestri iuxta, &c. id est, quotquot ex vobis numerati sunt. 31 propterea quod. 32 Heb. Si vos intrabitis. Subaudiendum, lutro ego si vos intrabitis, &c. 33 in signum scilicet iuramenti. 34 & cognoscere terram quam vos spreuistis. 35 Heb. quæ vestra ipsorum sunt. 36 erunt pastores i. more pastorum vagabuntur. 37 id est, dabunt pœnas fornicationum vestrarum, hoc est infidelitatis vestræ quæ defecistis à fiducia in Deum. 38 & cognoscetis mendacium meum. Vel, frustrationem meā. sic, irritationem. i. an sermo meus mendax sit: an verba mea irrita futura sint, & frustra à me pronunciata.

& casse. 39 q. d. Dominus qui omnia possum, dixi omnia hæc illis euentura: procuIdubio sic faciam eis vt dixi. 40 quæ congregata est. 41 murmurare fecerunt aduersus eum. (id est, Mosen) vniuersam congregationem proferendo vituperium super terram (vel, educendo famam malam super terram. id est, detrahendo terræ.) Viri, inquam, tales qui protulerunt (de) terra famam malam, (id est, detraxerunt terræ,) coram, &c. 42 Hebr. in plaga coram Domino. Sub. mortui sunt id est, plaga à Deo icti mortui sunt. Hæc dicuntur per anticipationem, pro morientur. 43 tenuendo scilicet ascendere ad locum illum: pœnitet q; nos non obtemperasse Domino. 44 & ipsa (ascensio) non prosperabitur. 45 Heb. propterea quòd auersi estis à viris explorantibus terram Canaan, vt irent post Dominum, i. ne sequeremini Dominum. q. d. quia deseruistis Dominū, ipse deserit vos. 46 vel, receperunt animum (aut, roborarunt animos) ascenderunt. Gallicè s'efforcerent, ils se hardirent.

45 *Descenderunt autem Amalec & Chananæus, qui habitabant in monte illo, percusserunt eos, atque contriverunt eos usque in Horma.*

45 Descenditq; Amalecites & Chananæus qui habitabat in monte: & percutiens eos atq; concidens, persecutus est eos usq; Horma.

CAP. XV.
1 Heb. habitationum vestrarum. i. in qua habitaturi estis.
2 scilicet pacificam.
3 ad persoluendum votum.
4 Heb. aut in oblatione spontanea. vel, aut mera liberalitate.
5 (Tunc) offeret qui offerre volet, oblationem suam Domino, pro munere, (vel, in munus,) similæ decimam partem mistam in quarta parte hin olei. Et vini pro libamine quartam partem hin offeres cum holocausto ipso, aut cum victima pacificorum, pro agno uno. (i. si offeratur agn⁹.) Aut pro ariete (id est, si offeratur aries) offeres in munus, similæ duas decimas, quæ conspersa sit tertia parte hin olei. Et vini pro libamine tertiā partem hin, offeres in odorem suauissimū Domino. Quando, &c.
6 aut sacrificiū vt soluas votum, aut pacificam hostiam.
7 Heb. (in) dimidio hin. i. in media parte mensuræ quæ dicitur hin.
8 iuxta numerum quem sacrificabitis, sic facietis vni, secundum numerum eorum. vel, pro numero quem [illegible] ab vnoquoque [illegible] sacrificabuntur a vobis per singula pro ratione eorum ex quibus sunt munera & libamina id est, erit proportio sacrificiorū, & munerum, & libaminum. Quotquot vertūt, Quidem numerum hic fecerit, talem quisq. numerum faciet in illis qui Tot munera siue oblationes [illegible]

CAPVT XV.

1 ET loquutus est Dominus ad Mosen in hanc sententiam.

2 *Loquere ad filios Israel, & dic ad eos, Quum veneritis in terram* [1] *in qua habitabitis vos,* [2] *quam ego do vobis,*

3 *Volueritisque Domino facere sacrificium quod igne consit, holocaustum [scilicet] aut* [2] *victimam* [3] *singulare quoddam votum,* [4] *aut voluntarium, aut statas ferias vestras, ut faciatis scilicet odorem suaveolentem Domino de armentis aut pecoribus.*

4 [5] *Afferat Domino,* *is qui adducit donum suum sacrificium cibarium, nempe decimam partem similaginis commixtam quarta parte hin olei,*

5 *Sed & vinum pro libamine, quartam scilicet partem hin facias cum holocausto aut victima.*

6 *Pro agno uno. Aut ad arietem facias sacrificium cibarium duas decimas similaginis, quæ conspersæ sint tertia parte hin olei.*

7 *Vini verò pro libamine tertiam partem hin, afferasque odorem suaveolentem Domino.*

8 *Quando verò iuvencum feceris pro holocausto,* [6] *aut pro singulari quodam voto, aut pro gratulatorio Domino.*

9 *Afferat cum iuvenco sacrificium cibarium tres decimas similaginis conspersas oleo,* [7] *dimidium videlicet hin.*

10 *Vinum quoque afferas pro libamine, nempe dimidium hin, pro sacrificio quod igne consit in odorem suaveolentem Domino.*

11 *Sic etiam fiet pro bove quolibet aut pro agno ovium aut [hœdo]* [8] *caprarum iuxta numerum quem in [sacrificiis] feceritis, iuxta eundē & in his facere debetis.*

12 *Omnis indigena faciat ista sic,* [9] *ut afferat sacrificium quod igne consit in odorem suaveolentem Domino. Quòd si quispiam advena apud vos commoratur, aut quicunque inter vos [nunc] fuerit,* [10] *etiam apud posteros vestros, qui facere voluerit* [11] *sacrificium quod igne consit, in odorem suaveolentem Domino,* [12] *ut facere debet quemadmodum vos facitis.* [13] *Congregationi ritus idem, & vobis & advenæ qui commoratur [vobiscum,] ritus [inquam] perpetuus* [14] *posteris vestris fuerit coram Domino, idem scilicet & vobis & advenæ.*

13 *Lex eadem & ritus idem sit vobis & advenæ qui vobiscum commoratur.*

14 *Et loquutus est Dominus ad Mosen hisce verbis,*

15 *Loquere ad filios Israel, & dic ad eos,*

16 *Quum veneritis in terram in quam ego vos introduco,*

17 *Quum comederitis de panibus terræ,* [15] *tollendo in altum separabitis Domino thrumam.*

18 [16] *Primam videlicet præcipuamque [partem] ex farina vestra aqua conspersa, & subacta in altum tollendo separabitis thrumam,* 19 *Placentam nempe, quemadmodum ex area separando tollitis, sic & illam separabitis, De prima præcipuaque [parte] farinæ vestræ aqua conspersæ dabitis thrumam Domino apud posteros vestros.* 20 [17] *Quod si per incogitantiam aut errorem omnia ista præcepta non feceritis quæ Dominus ad Mosen loquutus est,* 21 *Omnia inquam quæ præcepit vobis Dominus per manum Mosis, ab eo scilicet die quo præcepit Dominus Mosi, & deinceps per posteritates vestras,*

22 [18] *Si inquam contingat quod a congregatione aliquid per incogitantiam aut errorem fieret, dabit tota congregatio facere iuvencum unum ad holocaustum in odorem suaveolentem Domino, similiter & sacrificium eius cibarium & libamen eius iuxta ritum, & hircum ex capris unum pro peccati hostia.*

23 *Expiabitque sacerdos universum cœtum filiorum Israel, & remittitur eis, quia ignorantia est.*

1 LOcutus est Dominus ad Moysen, dicens,
2 Loquere ad filios Israel, & dices ad eos, Cum ingressi fueritis Terram habitationis vestræ quam ego dabo vobis, *Libamenta terram ingressis offerenda.* A
3 Et feceritis oblationem Domino in holocaustum aut victimam pacificam vota soluentes, vel sponte offerentes munera, aut in solennitatibus vestris adolentes odorem suauitatis Domino, de bobus siue de ouibus:
4 Offeret quicunque immolauerit victimam, sacrificium similæ decimam partem ephi conspersam oleo, quod mensuram habebit quartam partem hin:
5 Et vinum ad liba fundenda eiusdem mensuræ dabit in holocaustum siue in victimam.
6 Per agnos singulos, Et arietes, erit sacrificium similæ duarum decimarum quæ conspersa sit oleo tertiæ partis hin,
7 Et vinum ad libamētum tertiæ partis eiusdem mensuræ offeret in odorem suauitatis Domino.
8 Quando verò de bobus feceris holocaustum aut hostiā, vt impleas votū vel pacificas victimas, B
9 Dabis per singulos boues similæ tres decimas conspersæ oleo, quod habeat medium mensuræ hin,
10 Et vinum ad liba fundenda eiusdem mensuræ in oblationem suauissimi odoris Domino.
11 Sic facies per singulos boues & arietes & agnos & hœdos.
12 Tam indigenæ quàm peregrini eodem ritu offerent sacrificia.
13 Vnum præceptum erit atque iudicium tam vobis quam aduenis Terræ.
14 Locutus est Dominus ad Moysen, dicens,
15 Loquere filiis Israel, & dices ad eos,
16 Cum veneritis in Terram quam dabo vobis,
17 Et comederitis de panibus regionis illius, separabitis primitias Domino. *Primitiæ.*
18 De cibis vestris sicut de areis primitias separabitis,
19 Ita & de pulmentis dabitis primitias Domino.
20 Quòd si per ignorantiam præterieritis quicquam horū quæ locutus est Dominus ad Moysen, *Oblatio peccantis per ignorantiam.*
21 Et mandauit per eum ad vos, à die qua cœpit iubere & vltrà.
22 Oblitaq; fuerit facere multitudo: offeret vitulum de armento, & holocaustum in odorem suauissimum Domino, & sacrificium eius ac liba, vt ceremoniæ postulant, hircumq; pro peccato. C
24 Et rogabit sacerdos pro omni multitudine filiorum Israel: & dimittetur eis, quoniā non spon-

[illegible] munere. 9 vel, [illegible] odoris quietis Domino, incensum gratissimum. 10 Heb. per generationes (vel, ætates) vestras. 11 Heb. incensum odoris quietis Domino. 12 vel, vt facere tenebimini, sic faciet. 13 O congregatio. 14 Heb. per generationes vestras [illegible] coram Domino [illegible] 15 [illegible] 16 De primitiis farinæ [illegible] 17 Heb. Cumque erraueritis, & omnia, &c. 18 Heb. Si ab oculis congregationis factum [illegible] per errorem [illegible] iuuencum, &c. [illegible]

se peco-

te peccauerunt, nihilominus offerentes incensum Domino pro se & pro peccato atque errore suo.

24 Et dimittetur vniuersæ plebi filiorum Israel, & aduenis qui peregrinantur * inter eos: quoniam culpa est omnis populi per ignorantiam. (* vel.)

25 Quod si anima vna nesciens peccauerit, offeret capram anniculam pro peccato suo:

26 Et deprecabitur pro ea sacerdos, quòd inscia peccauerit, coram Domino: impetrabitque ei veniam, & dimittetur illi.

27 Tam indigenis quàm aduenis vna lex erit omnium qui peccauerint ignorantes.

Pœna per superbiam peccatis.

28 Anima verò quæ per superbiam aliquid commiserit, siue ciuis sit ille, siue peregrinus: quoniam aduersus Dominum rebellis fuit, peribit de populo suo.

D 29 Verbum enim Domini contempsit, & præceptum illius fecit irritum: idcirco delebitur, & portabit iniquitatem suam.

Lapidatur qui colligit ligna in Sabbatho.

30 Factum est autem: cum essent filii Israel in solitudine, & inuenissent hominem colligentem ligna in die Sabbathi,

31 Obtulerunt eum Moysi & Aaron & vniuersæ multitudini,

32 Qui recluserunt eum in carcerem, nescientes quid super eo facere deberent.

33 Dixitque Dominus ad Moysen, Morte moriatur homo iste, obruat eum lapidibus omnis turba extra castra.

34 Cumque eduxissent eum foras, obruerunt eum lapidibus, & mortuus est sicut præceperat Dominus.

35 Dixit quoque Dominus ad Moysen,

Fimbriæ per angulos vestimentorum. Deut. 22. b Matth. 23. a

36 Loquere filiis Israel, & dices ad eos vt faciant sibi fimbrias per angulos palliorum, ponentes in eis vittas hyacinthinas:

Fornicatio.

37 Quas cum viderint, recordentur omnium mandatorum Domini, nec sequantur cogitationes suas & oculos per res varias fornicantes,

Sancti.

38 Sed magis memores præceptorum Domini faciant ea, sintque sancti Deo suo.

39 Ego Dominus Deus vester, qui eduxi vos de Terra Ægypti, vt essem Deus vester.

& ipsi adducent sacrificium suum quod scilicet igne consit Domino, hostiam quoque pro peccato ante conspectum Domini pro ignorantia sua.

25 Et remittetur toti cœtui filiorum Israel, & etiam aduena qui inter vos commoratur:[19] quandoquidem totus populus in errore & incogitantia (innoluitur.)

25 Si autem anima aliqua vna peccauerit per ignorantiam, erroremque, adducere debet capram anniculam pro hostia peccati:

26 Et[20] expiabit sacerdos animam talem, quæ errauit per ignorantiam,[21] hostia peccati quam (sacrificat) pro ignorantia coram Domino, vt expiet eam, & remittetur ei.

27 [22] Eadem lex erit vobis, si quid per ignorantiam aut errorem committitur, tam indigena qui de filiis est Israel, quam aduena qui commoratur inter vos.

28 Anima vero quæ aliquid fecerit [23] elata manu, siue ex indigenis fuerit, siue ex aduenis, excindetur anima huiusmodi è medio populi sui, quia[24] blasphemauit Dominum.

29 Nam verbum Domini spreuit, & præceptum eius irritum fecit: omnino ergo excindi debet huiusmodi anima,[25] manebitque iniquitas eius super eam.

30 Quum verò filii Israel essent in deserto, inuenerunt virum quendam colligentem [26] ligna die sabbati,

31 Qui verò eum ligna colligentem inuenerunt, duxerunt eum ad Mosen & Aharonem, atque ad vniuersum cœtum.

32 Et posuerunt eum in carcerem, quoniam non erat [27] expressum quid faciendum esset ei.

33 Dixit ergo Dominus ad Mosen, Morte mulctetur vir talis, obruatque eum vniuersus cœtus filiorum Israel lapidibus extra castra.

34 Eduxit itaque eum vniuersa multitudo extra castra & obruerunt eum lapidibus, & mortuus est, quemadmodum præceperat Dominus Mosi.

35 Et ait Dominus ad Mosen, dicens,

36 Loquere ad filios Israel, & dic ad eos vt faciant sibi fimbriam in [28] alis vestimentorum suorum[29] apud posteros suos, ponantque[30] super alarum fimbriam[31] vittam hyacinthinam:

37 Eritque[32] in fimbriam,[33] & videbitis eam, & memores eritis omnium præceptorum Domini, & facietis ea, neque[34] peruestigetis post cor vestrum, aut post oculos vestros post quos scortari soletis: 38 Quo memores sitis, & faciatis omnia præcepta mea eritisque sancti D. o vestro. 39 Ego Dominus Deus vester, qui eduxi vos de terra Ægypti, vt essem vobis Deus, ego Dominus Deus vester.

19 quoniam ad vniuersum populum pertinet peccatum admissum per ignorantiam.
20 Vox Hebræa CHIPAR pro qua nonnulli vertunt deprecari & rogare: significat expiare hoc purgare, oblata Deo hostia, i. remouere iram Dei a peccatore, Deum peccatori placare, & et veniam ab eo impetrare sacrificiis, quæ Christum præfigurabant: ne ipse peccatori imputet peccata sua: autem sacerdotio impetrare veniam populo, quod Christi typum gereret vel pacatoris.
21 vel, cum peccauerit per errorem coram Domino ac expiandam eam,
22 Indigenæ ex filiis Israel, & peregrino habitanti inter illos ceremoniæ eædem erunt ei qui fecerit peccatum aliquod per errorem. Vel, per ignorantiam.
23 vel, in manu excelsa: i. per superbiam, arroganter, & superbe.
24 vel, probris affecit.
25 iniquitas eius erit super eã. Sub animam. i. dabit pœnas pro iniquitate sua quam admisit.
26 Ligna vocat fragmenta lignea, quæ colligebat vt accenderet ignẽ.
27 vel, certum.
28 siue, angulis.
29 Heb. per generationes suas, i. suis temporib. quamdiu vixerint.
30 super fimbrias angulorũ.
31 vel, vittam coloris cœlestis. Cælum enim accedit ad colorem hyacinthi. Cœlum roga-[illegible] Vox Hebræa PETHIL, pro qua vertunt alii, hunc vittam, idē significat: quod [illegible]

CAPVT XVI.

Rebellio Core, Dathan, & Abiron. Ecclesiast. 45. c Iudæ 1. d 1. Cor. 10. b

A 1 Ecce autem Core filius Isaar, filii Caath, filii Leui, & Dathan atque Abiron filii Eliab, Hon quoque filius Pheleth de filiis Ruben, surrexerunt contra Moysen,

2 Aliique filiorum Israel ducenti quinquaginta viri proceres synagogæ, & qui tempore concilii per nomina vocabantur,

3 Cumque stetissent aduersum Moysen & Aaron, dixerunt, Sufficiat vobis, quia omnis multitudo sanctorum est, & in ipsis est Dominus: cur eleuamini super populum Domini?

4 Quod cum audisset Moyses, cecidit pronus in faciem:

5 Locutusque ad Core & ad omnem multitudinem, Mane, inquit, notum faciet Dominus qui ad se pertineant, & sanctos applicabit sibi, & quos elegerit, appropinquabunt ei.

1 Corah[1] autem[2] filius Ishzar filii Cahath filii Leui, & Dathan atque Abiram filii Eliab, sed & On filius Peleth de filiis Ruben,[3] insurrexerunt[1] contra Mosen.

2 Vna cum aliis viris de filiis Israel ducentis & quinquaginta, qui principes erant[4] synagogæ, viri nobiles, qui statutis temporibus in concionem vocabantur,

3 Congregatique sunt aduersus Mosen & aduersus Aharonem, & dixerunt ad eos,[5] Sat sit vtrique vestrum: quoniam[6] vniuersi in cœtu sancti sunt, & Dominus est in medio eorum, cur efferimini super congregationem Domini?

4 Audiens hoc Moses, cecidit in faciem suam:

5 Et loquutus est ad Corah & ad omnem cœtum eius, dicens,[7] Mane notum faciet Dominus qui sint eius,[8] qui sanctus sit, & quis ad eum accedere debeat, quemque sibi elegerit qui ad ipsum accedat.

Deut. [illegible] erat autem filius in-

[illegible] dependens a fimbria alarum vestimenti. 32 i. vice fimbriæ. 33 vel, vt quum videritis eam, memores sitis omnium præceptorum Domini, vt faciatis. 34 aspiciatis, post cor vestrum, & post oculos vestros, post quos vos fornicamini, Vt recordemini, & faciatis omnia præcepta mea, & sitis sancti, [illegible] Deum. Aspicere post cor suum & post oculos suos, est sequi cogitationes cordis sui, & concupiscentiam oculorum suorum. Post quos fornicamini: i. quos sequentes, aberratis a præcepto Dei. CAP. XVI. 1 Aliqui [illegible] autem Core. Sub aliquot homines secum, consortes aliquot, & traxit in suam sententiam, quemadmodum facere solent qui volunt [illegible] Quidam vertunt, sic assumpsit se vt surgeret & disceptaret Mose. 2 & insurrexerunt. 3 vel, [illegible] praesente Mose [illegible] 4 congregationis, nobilissimi totius multitudinis, homines nominati, qui vocari solebant [illegible] Vel [illegible] 5 [illegible] vobis debueras, debueratis esse contenti sorte vestra. 6 multitudo [illegible] [illegible] 8 Heb. & sanctum, & quem elegerit, appropinquare faciet sibi. [illegible]

6 Hoc facite, Accipite vobis acerras, tam Corah quàm vniuersus cœtus eius:

7 Et ponite in eas ignem, imponiteque eis cras suffitum aromaticum coram Domino, eritque vir ille quem elegerit Dominus, sanctus:[9] nimium vobis[sumitis] filii Leui.

8 Et dixit Moses ad Corah, Auscultate quæso filii Leui.

9 An parum hoc vobis est, quòd Deus Israel segregauit vos è congregatione Israel, vt adiungeret vos sibi, vt exequeremini ministerium tabernaculi Domini, & vt staretis coram cœtu, & ministraretis[10] eis?

10 Adiunxit (inquam) te & omnes fratres tuos Leui tecum,[11] insuper & sacerdotium affectatis?

11 Ob hanc enim causam tu & omnis cœtus tuus conspiratis aduersus Dominum: Aharon verò[12] quis est, quòd contra eum murmuratis?

12 Misit autem Moses, & vocauit Dathan & Abiram filios Eliab: qui dixerunt, Non[13] ascendemus.

13 An parum est quod effecisti vt ascenderemus nos è terra, quæ affluit lacte & melle, vt interficeres nos in deserto,[14] nisi & imperium ac tyrannidem tibi in nos sumeres?

14 Præterea[15] num induxisti nos in terram quæ lacte & melle affluit?[16] num dedisti nobis hæreditatem agrorum & vinearum?[17] an virùm illorum oculos excæcabis? non ascendemus.

15 Excanduit autem Moses valde, & dixit ad Dominum, Ne respicias[18] ad eorum sacrificium cibarium, ne asinum quidem ab eis accepi, nec quenquam illorum læsi.

16 Et dixit Moses ad Corah, Tu & omnis congregatio tua adeste coram Domino, tu inquam & illi, atque Aharon, idque cras.

17 Et accipite quisque acerram suam, & imponite eis incensum, & offerte coram Domino,[19] quisque ex ducentis & quinquaginta acerra sua:[20] tu quoque Aharon, quisque habeat suam acerram.

18 Et acceperunt quisque acerram suam, & imposuerunt eis ignem, deinde & incensum eis imposuerunt, & steterunt ad ostium tentorii constitutionis,[21] vna cum Mose & Aharone.

19 [22] Congregauit quoque ad eos Corah omnem cœtum ad ostium tentorii constitutionis, visaque est gloria Domini vniuersæ multitudini.

20 Loquutus est autem Dominus ad Mosen & ad Aharonem hisce verbis.

21 Separamini è medio congregationis huius, vt consumam eos ilico.

22 Qui procidentes in facies suas dixerunt, Fortis Deus spirituum vniuersæ carnis, num si vnus aliquis peccauerit, aduersus totum cœtum indignaberis?

23 Et loquutus est Dominus ad Mosen, dicens,

24 Loquere ad multitudinem, & dic,[23] Agite procul circumquaque à tabernaculo Corah, Dathan & Abiram.

25 Surgens itaque Moses, iuit ad Dathan & Abiram, eumque sequuti sunt seniores Israelis, loquutusque est ad cœtum, dicens,

26 Recedite quæso à tentoriis virorum istorum impiorum, & nolite tangere quidquam quod eorum est,[24] ne fortè consumamini in vniuerso peccato eorum.

27 Separati itaque sunt de tabernaculo Corah, Dathan & Abiram circumquaque. Dathan verò & Abiram egressi, steterunt in ostio tentoriorum suorum, cum vxoribus suis, liberis suis,[25] & pube sua.

28 Et dixit Moses, In hoc cognoscetis quòd Dominus miserit me, vt facerem cuncta ista opera,

29 [26] Neque ex corde meo. Si morientur isti morte qua solent vniuersi homines,[27] visitenturque visitatione vniuersorum hominum, non misit me Dominus.

9 sufficiat vobis. q.d. vestra sorte contenti esse deberetis.
10 pro ea? Sub. congregatione, hoc est, vt vice multitudinis seruiretis in tabernaculo.
11 & tamen quæritis etiam sacerdotium? id est, summum pontificatum.
12 vel, quid est? Id est, Quid fecit Aaron, siue quid admisit, quòd murmuratis, &c.
13 Sub. ad Mosen in montem
14 Hebr. quòd etiam vis dominari nobis dominando? Vel, nisi etiam satagares esse dominus noster?
15 non induxisti. siue interrogatione legendum: tametsi ipsa interrogatio habeat in se negationem.
16 neque dedisti.
17 nunquid oculos virorum illorum eruere vis? non ascendemus. Vel, nonne oculos multitudinis præstringere vis, & illam cæcam reddere? q.d. nonne existimas multitudinem hanc omnino cæcam esse?
18 ad oblationem eorum, id est, Ne sit tibi grata eorum oblatio.
19 singuli thuribula vestra, quinquaginta & ducenta thuribula.
20 tu & Aaron singuli habebitis thuribula sua.
21 Et Moses & Aharon.
22 Iam verò congregauerat.
23 vel, Recedite per gyrum.
24 ne forte pereatis cum omnibus peccatis eorum, id est, ne forte pereatis vna cum illis qui tot peccata admiserunt.
25 Paruulisque eorum, id est, cum tota familia eorum.
26 nam non ex corde meo, sub. feci hæc. Vel vt dilucidius Chaldæus paraph. non enim veni hæc facere sponte mea, aut voluntate mea me ad id impellente. 27 i. si talis qualis euenire solent cæteris hominibus, euenerint eis, dicite me non esse missum à Deo.

6 Hoc igitur facite. Tollat vnusquisque thuribula sua, tu Core & omne concilium tuum:

7 Et hausto cras igne ponite desuper thymiama coram Domino: & quemcunque elegerit, ipse erit sanctus. multùm erigimini filii Leui. B

8 Dixitque rursum ad Core, Audite filii Leui, *Moyses increpat Core.*

9 Num parum vobis est quòd separauit vos Deus Israel ab omni populo, & iunxit sibi, vt seruiretis ei in cultu tabernaculi, & staretis coram frequentia populi, & ministraretis ei?

10 Idcirco ad se fecit accedere te & omnes fratres tuos filios Leui, vt vobis etiam sacerdotium vendicetis,

11 Et omnis globus tuus stet contra Dominum? quis est enim Aaron vt murmuretis contra eum?

12 Misit ergo Moyses vt vocaret Dathan & Abiron filios Eliab. Qui responderũt, Nõ venimus.

13 Numquid parum est tibi quòd eduxisti nos de Terra Ægypti quæ lacte & melle manabat, vt occideres in deserto, nisi & dominatus fueris nostri?

14 Reuera induxisti nos in terram quæ fluit riuis lactis & mellis, & dedisti nobis possessiones agrorum & vinearum? an & oculos nostros vis eruere? non venimus.

15 Iratusq; Moyses valde, ait ad Dominum, Ne respicias sacrificia eorum: tu scis quod nec asellum quidem vnquam acceperim ab eis, nec afflixerim quempiam eorum. C *Orat Moyses contra Core & reliquos.*

16 Dixitque ad Core, Tu, & omnis congregatio tua state seorsum coram Domino, & Aaron die crastino separatim.

17 Tollite singuli thuribula vestra, & ponite super ea incensum, offerentes Domino, ducenta quinquaginta thuribula, Aaron quoque teneat thuribulum suum.

18 Quòd cum fecissent, stantibus Moyse & Aaron.

19 Et coaceruassent aduersum eos omnem multitudinem ad ostium tabernaculi, apparuit cunctis gloria Domini.

20 Locutusque Dominus ad Moysen & ad Aaron, ait,

21 Separamini de medio congregationis huius, vt eos repente disperdam.

22 Qui ceciderunt proni in faciem, atque dixerunt. Fortissimè Deus spirituum vniuersæ carnis, num vno peccante, contra omnes ira tua desæuiet? D *Oratio Moysi.*

23 Et ait Dominus ad Moysen,

24 Præcipe vniuerso populo vt separetur à tabernaculis Core & Dathan & Abiron. *Separatur populus à tabernaculis Core.*

25 Surrexitque Moyses, & abiit ad Dathan & Abiron: & sequentibus eum senioribus Israel, dixit ad turbam,

26 Recedite à tabernaculis hominum * impiorum, & nolite tangere quæ ad eos pertinent, ne inuoluamini in peccatis eorum. ** istorum.*

27 Cumque recessissent à tentoriis eorum per circuitum, Dathan & Abiron egressi stabant in introitu papilionum suorum cum vxoribus & liberis, omnique frequentia.

28 Et ait Moyses, In hoc scietis quòd Dominus miserit me vt facerem vniuersa quæ cernitis. *Missus Moyses.*

29 Et non ex proprio ea corde protulerim: Si consueta hominum morte interierint, & visitauerit eos plaga, qua & cæteri visitari solent: non misit me Dominus.

E 30 Sin autem nouam rem fecerit Dominus, vt aperiens terra os suum, degluttiat eos & omnia quę ad illos pertinent, descenderintque viuentes in infernum: scietis quòd blasphemauerint Dominum.

Core cum cohorte. Deut. Psal. 105. b Deut. 11. a

31 Confestim igitur vt cessauit loqui, dirupta est terra sub pedibus eorum:

32 Et aperiens os suum deuorauit illos cum tabernaculis suis & vniuersa substantia eorum.

33 Descenderuntque viui in infernum operti humo, & perierunt de medio multitudinis.

34 At verò omnis Israel qui stabat per gyrum, fugit à clamore pereuntium, dicens, Ne fortè & nos terra degluttiat.

Igne interficiuntur 250.

35 Sed & ignis egressus à Domino interfecit ducentos quinquaginta viros qui offerebant incensum.

36 Locutusq; est Dominus ad Moysen, dicens.

37 Præcipe Eleazaro filio Aaron sacerdoti, vt tollat thuribula quæ iacent in incendio, & ignem huc illucque dispergat: quoniam sanctificata sunt in mortibus peccatorum:

F 38 Producatque ea in laminas, & affigat altari, eo quòd oblatum sit in eis incensum Domino, & sanctificata sint, vt cernant ea pro signo & monimento filii Israel.

Thuribula extenduntur in laminas.

39 Tulit ergo Eleazar sacerdos thuribula ænea in quib. obtulerant hi quos incendium deuorauit, & produxit ea in laminas.

40 Affigens altari: vt haberent postea filii Israel quibus commonerentur, nequis accedat alienigena, & qui non est de semine Aaron ad offerendũ incensum Domino, ne patiatur sicut passus est Core, & omnis congregatio eius loquente Domino ad Moysen.

Interficiuntur 14700 ob murmurationem in Moysen.

41 Murmurauit autem omnis multitudo filiorum Israel sequenti die contra Moysen & Aaron, dicens. Vos interfecistis populum Domini.

42 Cumq; oriretur seditio, & tumultus incresceret, Moyses & Aaron fugerunt ad tabernaculum

G fœderis:

43 Quod postquam ingressi sunt, operuit nubes, & apparuit gloria Domini.

44 Dixitque Dominus ad Moysen.

45 Recedite de medio huius multitudinis, etiam nunc delebo eos.

46 Cumque iacerent in terra, dixit Moyses ad Aaron, Tolle thuribulum, & hausto igne de altari, mitte incensum desuper, pergens cito ad populum vt roges pro eis: iam enim egressa est ira a Domino, & plaga deseuit.

Sapien. 18. d

Orat Aaron pro populo.

47 Quod cum fecisset Aaron, & cucurrisset ad mediam multitudinem, quam iam vastabat incendium, obtulit thymiama:

48 Et stans inter mortuos ac viuentes, pro populo deprecatus est, & plaga cessauit.

49 Fuerunt autem qui percussi sunt, quatuordecim millia hominum & septingenti, absque his qui perierant in seditione Core.

50 Reuersusq; est Aaron ad Moysen ad ostium tabernaculi fœderis postquam quieuit interitus

30 *Si verò Dominus* [28] *omnino (nouũ quidquam) creauerit, aperuerítque humus os suum, & deuorauerit eos vna cum omnibus quæ habent, descenderintque viui ad inferos: nosse debetis quòd viri isti irritarint Dominum.*

31 *Contigit autem quum perfecisset loqui (Moses) omnia verba ista, quòd tellus sub illis dehisceret.*

32 *Aperuitque tellus os suum, & degluttiit eos, atque domos eorum, & omnes homines qui cum Corah erant,* [29] *cum vniuersa supellectile.*

33 *Et descenderunt ipsi cum omnibus quæ habuerunt viui ad inferos, operuitque eos terra, & perierunt de medio congregationis.*

34 *Omnis autem Israel qui circum eos fuerant, fugerunt* [30] *ad clamorem illorum,* [31] *dixeruntque, Ne forte & nos terra degluttiat.*

35 *Sed & ignis egressus est à Domino, qui deuorauit ducentos & quinquaginta illos viros qui suffitum faciebant.*

36 *Porrò Dominus loquutus est ad Mosen, dicens.*

37 *Dic Eleazaro filio Aharonis sacerdotis, vt tollat acerras e medio incendii, & spargat ignem* [32] *ultra: quoniam* [33] *sacra sunt.* [34] *Acerra ista peccatorum sint pro animabus eorum,*

38 [35] *Fiant ex eis lamina diducta, eisque obducatur ara: nam attulerunt eas coram Domino, & sacra sunt,* [36] *eruntque in signum filiis Israel.*

39 *Accepit itaque Eleazar sacerdos acerras istas æreas* [37] *quas attulerant combusti,* [38] *& extenuarunt eas,*

40 *Pro obductione aræ, monumentum scilicet filiis Israel, nequis alienus accedat, qui scilicet non est de semine Aharonis, ad incendendum suffitum coram Domino, ne accidat illi quod Corah, & cœtui eius, quemadmodum* [39] *loquutus fuerat Dominus de eo, per manum Mosis.*

41 *Postero die murmurauerunt contra Mosen & contra Aharonem vniuersa multitudo filiorum Israel, hisce verbis, Vos interfecistis populum Domini.*

42 *Cumque congregaretur multitudo aduersus Mosen & aduersus Aharonem,*

43 [40] *Respexerunt ad tentorium constitutionis, & ecce nubes operuit ipsum, visaque est gloria Domini. Venitque Moses & Aharon ante tentorium constitutionis.*

44 *Et loquutus est Dominus ad Mosen in hanc sententiam.*

45 *Separemini è medio congregationis istius, vt consumam eos subito.*

46 *Illi autem prociderunt in facies suas. Et dixit Moses ad Aharonem, Tolle acerram, & pone in eam ignem ex ara: impone & incensum, & ito ad congregationem proper, & propitiare pro eis:* [41] *egressa enim est ira a facie Domini, & clades iam cœpit.*

47 [42] *Tulit itaque Aharon quemadmodum loquutus fuerat Moses, & cucurrit in mediam concionem, & ecce clades cœperat in populo, imposuitque incensum expiauitque populum.*

48 *Et quum staret inter mortuos & viuos, cohibita est clades.*

49 *Fuerunt autem eorum qui mortui sunt in clade ista, quatuordecim millia & septingenti, præter eos qui mortui erant* [44] *in negocio Corah.*

50 *Reuersusque est Aharon ad Mosen ad ostium tentorii constitutionis, & cohibita est clades.*

28 Heb. creatiõnem creauerit Hebraismus, pro Si Deus fecerit rem hactenus nõ visam.
29 cum omnibus diuitiis. Vox Hebræa optime redditur per vocem Gallicam, Richesses, quæ ab Hebræa manasse videtur, RICHVS.
30 vel, audito eorum clamore,
31 sub. Fugiamus.
32 sub. altaris huc illuc, non in ignem altaris.
33 Sacras fuisse dicit, quòd in eis incensum oblatum fuisset Domino.
34 Acerras inquam peccatorum istorum in animas suas. i. istorum qui propter peccata sua contulerunt animas suas in mortem.
35 faciantque (sub. artifices) ex eis laminas extentas, in operimentum altaris. sine, vt inde operiatur altare.
36 i. vt quoties videbunt filii Israel altare opertum laminis, recordentur eorũ qui contra præceptum Dei obtulerint illi incensum.
37 Quibus obtulerat... sub. incensum.
38 Heb. & extẽdit ea in laminas quibus tegeretur altare. Extẽdit, inquit, pro curauit extendi.
39 dixerat Dominus per Mosen ipsi scilicet Eleazaro
40 conuerterunt sese. sub. fugiendo ad tabernaculum fœderis, & Domini operuit illud nubes, & apparuit gloria Domini.
41 vel, vt expiarẽ illos. Aut, veniã illis obtineat.
42 i. iratus Dominus fæuire cœpit.
43 sub. acerram
44 vel, propter Core. sub. seditionem Core.

CAPVT XVII.

A 1 ET loquutus est Dominus ad Moysen, dicens.

De virga Aaronis quæ germinauit: quo confirmabatur sacerdotium ipsius.

2 Loquere ad filios Israel, & accipe ab eis virgas singulas per cognationes suas, a cunctis principibus tribuum, virgas duodecim, & vniuscuiusque nomen superscribes virgæ suæ.

3 Nomen autem Aaron erit in tribu Leui, & vna virga cunctas eorum familias continebit.

B 4 Ponesque eas in tabernaculo fœderis corã te-

1 *ET loquutus est Dominus ad Mosen, dicens.*

2 *Loquere ad filios Israel, & cape ab eis singulas virgas* [1] *iuxta patrias domos,* [2] *a cunctis scilicet primoribus eorum, iuxta domos patrum suorum, duodecim nempe virgas: scribesque super cuiusque virgam nomen eius.*

3 *Nomẽ verò Aharonis scribes* [3] *super virgam Leui:* [4] *singula n. virga ad caput domus patrũ suorũ pertinent.*

4 *Repone autem eas* [4] *in tentorium constitutionis*

CAP. XVII.
1 vel, per familias auorum suorum.
2 i. super virgam tribus Leui.
3 quia virga vna erit princi-
pi familiæ suæ, id est, singuli principes singulas virgas dabunt.
4. in tentorio fœderis.

4 i. ante arcam foederis.
6 vbi conueniam vobiscum. Vel, conuenire soleo vobiscum, i. vbi soleo date vobis responsa. Hinc tabernaculum conuentus vel conuentionis dicitur. Vide Exod. 27.
7 vel, conqueruntur.
8 de quarum numero erat virga Aaron. Secundum Hebræos, duodecim virgæ erant: at secundum latinos, erant tredecim. Quamuis Leuitæ nullam haberent hæreditatem, tamen annumerabantur: ipsi enim Leuitæ capaces erant sacerdotii. Sed quia nullam capiebant distributionem Terræ sanctæ, ideo tunc non annumerabantur inter duodecim tribus: at verum tribus Ioseph diuidebatur in duas.
9 i. ante arcam foederis.
10 i. in sancto sanctorum, in quo erat arca conuentionis.
11 virgam quam familiæ Leui.
12 gemmas protulerat & emiserat flores, ad maturitatemque perduxerat amygdala Hebraice legitur, & ablactauerat amygdalas, habebat amygdala perducta ad grossitiem.
13 Refer.
14 i. ante arcam testimonii.
15 Heb. et finies querelas eorum apud me. Vel, finem impones querelis eorum de me: efficies vt posthac non conquerantur de me.
16 accedit, moritur, i. moriendo ...
17 numquid

coram testimonio,[6] *eo loci vbi vobiscum paciscar.*
5 *Erit autem vt virga illius viri quem elegero, germinatura sit, vt auertam a me querimonias filiorum Israel, quibus aduersum vos* [7] *murmurant.*
6 *Et loquutus est Moses ad filios Israel, dederuntque ei omnes principes illorum singuli principes singulas virgas iuxta domos patrum suorum, duodecim videlicet virgas,* [8] *fuitque virga Aharonis inter virgas illas.*
7 *Et reposuit Moses virgas illas* [9] *coram Domino*[10] *in tentorio testimonij.*
8 *Factum est autem postero die, quum veniret Moses in tentorium testimonij, en virga Aharonis*[11] *pro domo Leui*[12] *floruit, proferens germen, & prorumpens in florem, reddidit amygdala.*
9 *Moses [autem] protulit omnes virgas à conspectu Domini ad vniuersos filios Israel: quas quum vidissent, accepit quisque suam virgam.*
10 *Et dixit Dominus ad Mosen,*[13] *Refer tu virgam Aharonis*[14] *ante testimonium, vt reseruetur in signum filiorum rebellium,*[15] *& cesset murmuratio eorum a me, ne moriantur.*
11 *Fecit itaque Moses quemadmodum praeceperat ei Dominus, sic inquam fecit.*
12 *Et dixerunt filij Israel ad Mosen, dicentes, Ecce exspiramus, perimus, actum est de nobis omnibus.*
13 *Quicunque ad tabernaculum Domini*[16] *accesserit, morietur:*[17] *num finem facimus expirando?*

stimonio, vbi loquar ad te.
5 Quem ex his elegero, germinabit virga eius: & cohibebo à me querimonias filiorum Israel, quibus contra vos murmurant.
6 Locutusque est Moyses ad filios Israel: & dederunt ei omnes principes virgas per singulas tribus: fueruntque virgæ duodecim absque virga Aaron.
7 Quas cum posuisset Moyses coram Domino in tabernaculo testimonij,
8 Sequenti die regressus inuenit germinasse virgam Aaron in domo Leui: & turgentibus gemmis eruperant flores, qui foliis dilatatis, in amygdalas deformati sunt. C
9 Protulit ergo Moyses omnes virgas de conspectu Domini ad cunctos filios Israel: videruntque, & receperunt singuli virgas suas.
10 Dixitque Dominus ad Moysen, Refer virgam Aaron in tabernaculum testimonij, ‖ vt seruetur ibi in signum rebellium filiorum Israel, & quiescant querelæ eorum à me, ne moriantur. Heb. 9. b D
11 Fecitque Moyses sicut præceperat Dominus.
12 Dixerunt autem filij Israel ad Moysen. Ecce consumpti sumus, omnes* peribimus. *perijmus.
13 Quicunque accedit ad tabernaculum Domini moritur. num vsque ad internecionem cuncti delendi sumus?

CAPVT XVIII.

1 DIxit[1] verò Dominus ad Aharonem, Tu & filij tui, & domus patrum tuorum tecum[2] feretis iniquitatem sanctuarij, tu quoque & filij tui tecum feretis iniquitatem sacerdotij vestri.
2 *Fratres quoque tuos*[3] *de tribu Leui, de tribu patris tui adiunges tibi, vt iungantur tibi, tibique ministrent, tu inquam & filij tui tecum*[4] *[eritis] coram tentorio testimonij.*
3 *Ipsi*[5] *custodient custodiam tuam, & custodiam vniuersi tentorij, verumtamen ad vasa sanctuarij & ad aram non accedent, ne moriantur tam ipsi quam vos.*
4 *Addentur quidem tibi, &*[6] *custodient custodiam tentorii constitutionis*[7] *pro cuncto ministerio tentorij.*[8] *alienus autem ad vos non accedet.*
5 *Custodietis itaque custodiam sanctuarij, & custodiam aræ, vt amplius nulla sit indignatio super filios Israel.*
6 *Ego siquidem tuli fratres vestros Leuitas e filijs Israel,*[9] *quos donum vobis sint dedititij Domino, vt exequantur ministerium in tentorio constitutionis.*
7 *Tu igitur & filij tui tecum custodietis sacerdotium vestrum, in cunctis quæ ad aram pertinent, & in his quæ intra velum sunt ministerium exequentes*[10] *dedi enim vobis officium sacerdotale tanquam munus:* *si alienus accesserit, morietur.*
8 *Et loquutus est Dominus ad Aharonem, Ecce ego dedi tibi custodiam*[11] *thrumas meas de cunctis sanctificatis filiorum Israel, tibi inquam dedi ea*[12] *ad vnctionem,* *& filijs tuis*[13] *statuto perpetuo.*
9 [14] *Istud verò tuum erit de sancto sanctorum de igne,*[15] *omne sacrificium eorum, omne sacrificium eucharisticum eorum, omnis hostia eorum quæ fit propec-*

1 Dixitque Dominus ad Aaron. Tu, & filij tui, & domus patris tui tecum portabitis iniquitatem sanctuarij: & tu & filij tui simul sustinebitis peccata sacerdotij vestri. A *De officiis Leuitarum.*
2 Sed & fratres tuos de tribu Leui,* & sceptrum* patris tui sume tecum, præstoque sint, & ministrent tibi: tu autem & filij tui ministrabitis in tabernaculo testimonij. *& sceptrum
3 Excubabuntque Leuitæ ad præcepta tua, & ad cuncta opera tabernaculi: ita dumtaxat vt ad vasa sanctuarij & altare non accedant, ne & illi moriantur, & vos pereatis simul.
4 Sint autem tecum, & excubent in custodijs tabernaculi, & in omnibus ceremoniis eius. alienigena non miscebitur vobis.
5 Excubate in custodia sanctuarij, & in ministerio altaris. ne oriatur indignatio super filios Israel.
6 Ego dedi vobis fratres vestros Leuitas de medio filiorum Israel, & tradidi donum Domino, vt seruiant in ministerijs tabernaculi eius.
7 Tu autem & filij tui custodite sacerdotium vestrum: & omnia quæ ad cultum altaris pertinent, & intra velum sunt, per sacerdotes administrabuntur. si quis externus accesserit, occidetur.
8 Locutusque est Dominus ad Aaron, Ecce dedi custodiam primitiarum mearum: omnia quæ sanctificantur a filiis Israel, tradidi tibi & filiis tuis pro officio sacerdotali, legitima sempiterna. B *Aaronis erant primitiæ & decima, a filiis Israel Deo oblata.*
9 Hæc ergo accipies de his quæ sanctificantur, & oblata sunt Domino. Omnis oblatio, & sacrificium, & quicquid pro peccato atque delicto redditur mihi,

consumimus deficiendo? Aut, numquid consumendi sumus omnes? Melius vertas, vtinam mortui essemus omnes. CAP. XVIII. 1 sub. internuncio Mose. 2 [illegible] ... vel, vos custodes eritis sanctuarii, & neminem qui non sit de tribu vestra, permittetis ministrare in sanctuario [illegible] ... inter tu Aaron & filii tui, qui estis deligendi in sacerdotes, [illegible] diligenter ne alii Leuitæ sibi vsurpent [illegible] ... & vos vestrum exequamini: ne in peccatum corruatis, &c. 3 tribum Leui, cognationem patris tui applicabis ad te, & adhærebunt tibi, vt tibi, &c.
4 [illegible] vel, [illegible] tabernaculo [illegible] 5 id est, seruabunt præcepta tua vel, diligentissime obseruabunt & facient quod illis præceperis. & ceremonias totius tabernaculi peragent. 6 id est, [illegible] quæcunque sunt [illegible] 7 in omni opere [illegible] vel, in omnibus ceremoniis tabernaculi. 8 i. [illegible] qui non fuerit e tribu vestra. 9 vobis [illegible] Domino [illegible] 10 Hebr. nam [illegible] sacerdotium vestrum [illegible] ... in omnibus ceremoniis tabernaculi, & partis quæ est [illegible] ... 11 [illegible] ... [illegible] sacrificium eorum ex omnibus [illegible] & ex omni oblatione eorum pro peccato, & pro delicto, quam [illegible] mihi, [illegible] sanctorum erit [illegible] & filiis tuis [illegible] pertinebit tanquam sanctum.

[a] *edi-* tur mihi, & cedet in Sancta sanctorum, tuum erit, & filiorum tuorum.

10 In sanctuario comedes illud: mares tantum edent ex eo, quia consecratum est tibi.

11 Primitias autẽ quas vouerint, & obtulerint filij Israel, tibi dedi, & filiis tuis, ac filiab. tuis iure perpetuo: qui mũdus est in domo tua, vescetur eis.

12 Omnem medullam olei, & vini, ac frumẽti, quicquid offerunt primitiarum Domino, tibi dedi.

13 Vniuersa frugum initia, quæ gignit humus, & Domino deportantur, cedent in vsus tuos. qui mundus est in domo tua, vescetur eis.

14 Omne quod ex voto reddiderint filij Israel, tuum erit.

erumpit præsens. temp. C

15 Quicquid primum erumpet è vulua cunctæ carnis, quam offerunt Domino, siue ex hominibus, siue de pecorib. fuerit, tui iuris erit: ita dũtaxat, vt pro hominis primogenito preciũ accipias, & omne animal quod immundũ est redimi facias.

Sup. 3. 8

16 Cuius redemptio erit post vnum mensem, siclis argenti quinque, pondere sanctuarij. ‖ siclus viginti obolos habet.

17 Primogenitum autẽ bouis & ouis & capræ non facies redimi, quia sanctificata sunt Domino. sanguinem tantùm eorum fundes super altare, & adipes adolebis in suauissimum odorem Domino.

18 Carnes verò in vsum tuum cedent, sicut pectusculum consecratum, & armus dexter, tua erũt.

19 Omnes primitias sanctuarij quas offerunt filij Israel Domino, tibi dedi & filiis, ac filiabus tuis iure perpetuo. Pactũ salis est sempiternum coram Domino tibi ac filiis tuis.

possidebis, nec habebis. *Aaronis hereditas Deus.* Deut. 18. 2 *Decima Leuitis erant pro hæreditate.*

20 Dixitq; Dominus ad Aaron In terra eorum nihil possidebitis, nec habebitis partem inter eos: ‖ ego pars & hæreditas tua in medio filiorũ Israel.

21 Filiis autem Leui dedi omnes decimas Israelis in possessionem pro ministerio quo seruiunt mihi in tabernaculo fœderis:

22 Vt non accedant vltra filij Israel ad tabernaculum, nec committant peccatum mortiferum.

D

23 Solis filiis Leui mihi in tabernaculo seruientibus, & portantibus peccata populi.

24 Legitimũ sempiternum erit in generationib. vestris. Nihil aliud possidebũt, decimarũ oblatione contenti, quas in vsus eorum & necessaria separaui.

25 Locutusq; est Dominus ad Mosen, dicens,

Leuitis præcipitur vt ex decimis, decimas Deo offerant.

26 Præcipe Leuitis, atq; denuncia, Cũ acceperitis à filiis Israel decimas quas dedi vobis, primitias earũ offerte Domino, id est, decimã partẽ decimæ,

27 Vt reputetur vobis in oblationem primitiuorum tàm de areis quàm de torcularibus,

28 Et vniuersis quorum accipitis primitias, offerte Domino, & date eas Aaron sacerdoti.

29 Omnia quæ offeretis ex decimis, & in donaria Domini separabitis, optima & electa erunt cuncta.

30 Dicesq; ad eos, Si præclara & meliora quæque obtuleritis ex decimis, reputabitur vobis, quasi de area & torculari dederitis primitias.

31 Et comedetis eas in omnibus locis vestris, tã vos quàm familiæ vestræ: quia precium est pro ministerio quo seruitis in tabernaculo testimonij.

cata, omnibus denique hostia quæ fit pro delicto eorũ, quas mihi afferant, hæc tibi & filiis tuis sacrosancta esto.

10 [16] *In sacrosancto [loco] comedes illud, omnisque mas comedet de eo.* [17] *sanctum sit tibi.* *Et hoc quoque tuum erit,*

11 [18] *Thruma quam dono dant ipsi, & omnia tenupha filiorum Israel, ea tradidi tibi, filiis tuis, & filiabus tuis tecum, idque statuto perpetuo: omnisque qui mundus fuerit in domo tua, ex eo comedet.*

12 *Omnem* [19] *pinguedinẽ olei, omnem quoque pinguedinem musti & frumenti,* [20] *quam ipsi ex primitiis fructibus Domino afferunt, hæc inquam tibi tradidi.*

13 [21] *Præcocia insuper & quæcunque primo maturuerint in terra eorũ, quæ attulerint Domino, tua erunt, de quibus vescentur omnes qui in domo tua mundi fuerint.*

14 [22] *Omne quoque herem in Israele tuum sit.*

15 *Omne denique primogenitum cuiuscunque carnis, quod attulerint Domino, siue ex hominibus fuerit, siue ex animalibus, tuum erit: hominis tamen primogenitũ omnino* [23] *redimes: sic quoque redimes primogenitum iumenti immundi.*

16 ([24] *Redemptiones verò eius [sic fiunt,] redimes quũ fuerit vnius mensis, iuxta æstimationẽ argẽti, nempe quinque siclis iuxta siclum sanctuarij, qui habet viginti* [25] *gera.*)

17 *Verumtamen primogenitum bouis, aut primogenitum ouis, aut primogenitum capræ non* [26] *redimes: hæc enim* [26] *sancta sunt, ideo sanguinem eorum sparges* [27] *super aram, & adipem eorum incendes pro sacrificio quod igne consit,* [28] *odorem suaueolentem Domino.*

18 *Caro autem eorum tua est, quemadmodum* [29] *pectusculum tenupha, & armus dexter,* [30] *hæc tua sunt.*

19 [31] *Omnẽ thruma sanctificatorum, quam afferunt filij Israel Domino, tibi dedi, & filiis tuis atque filiabus tuis tecum statuto perpetuo.* [32] *fœdus salis perpetuum sit hoc coram Domino tibi & semini tuo tecum.*

20 *Dixit Dominus ad Aharonem, In terra eorum nihil possidebis, nec pars vlla erit tibi inter eos, ego sum pars tua, & hereditas tua inter filios Israel.*

21 *Filiis verò Leui dedi cunctas decimas Israelitarũ, vt scilicet possideant eas,* [33] *pro ministerio eorum* [34] *quod ipsi exequuntur in tentorio constitutionis.*

22 *Filij verò Israel vltra non accedent ad tentorium constitutionis,* [35] *ne ferant peccatum, & moriantur:*

23 *Sed Leuitæ* [36] *exequentur ministerium in tentorio constitutionis, & illi ipsi ferent iniquitatem suam:*

24 [37] *Ritus hic perpetuus erit etiam posteris vestris. inter filios Israel nullam obtinebunt hæreditatem,* [38] *Sed decimas filiorum Israel, quas illi leuando in altum separãt thruma Domino, eas scilicet dedi Leuitis, vt sit eorum hæreditas: ideirco dixi* [39] *eis, Inter filios Israel nullam habebitis hæreditatem.*

25 *Loquuturque est Dominus ad Mosen in hãc sententiã,*

26 *Et ad Leuitas loqueris, & dices ad eos, Quum acceperitis decimas à filiis Israel, quas ego de ipsis vobis dedi, vt sit hæreditas vestra,* [40] *leuando in altum separabitis ex ipsis thruma Domino, nempe decimam partem de decimis,*

27 *Et reputabitur vobis* [41] *thruma vestra, ac si ferret de frumento areæ, aut de plenitudine torcularis.*

28 [42] *Sic & vos leuando in altum separabitis thruma Domino,*

29 *De cunctis decimis vestris quas acceperitis à filiis Israel, & dabitis* [43] *de eis thruma Domino, quæ erit Aharonis sacerdotis. De cunctis muneribus vestris* [44] *leuando in altum separabitis omnem thruma Domino, nempe de omni pinguedine eius sanctificationem eius de ea.* 30 *Et dices ad eos, Cũ vos* [45] *leuando in altum separabitis pinguedinem eius de ea, reputabitur* [46] *Leuitis quemadmodũ prouentus areæ, aut prouentus torcularis.* 31 *Comedetisque ipsam [decimam] in omni loco, vos & filij vestri: quoniam hæc est merces vestra pro ministerio vestro in tentorio constitutionis.*

16 In sanctitate sanctitatum, i. In loco sacratiori: hoc est, In tabernaculo. Tabernaculũ vocat sacratiorem locum respectu atrij: quia erat locus sacratior. 17 sanctitas erit tibi, i. ad te pertinebit hæc oblatio. 18 oblationem doni eorũ, omnes oblationes quas obtulerint filij Israel, dedi, &c. i. Illud capies ex eo quod dabũt tibi dono filij Israel. 19 Heb. adipem olei, & omnem adipem vini. Per adipẽ intelligit quod optimũ est. q. d. Optimum oleum, mustum, frumentum, &c. 20 primitias eorum quæ daturi sunt Domino. i. mihi. Per appositionem dictũ est, Omnem adipem olei &c. primitias eorũ, &c. q. d. Omnẽ adipem olei, &c. eorum videlicet primitias, &c. 21 Primitiæ omnium eorũ quę in terra ipsorum creuerint, quas offerẽt Domino, tuæ erunt. 22 vel, Omnis consecratio in Israele, tua erit. i. Quicquid ex voto cõsecrauerint Deo Israelitæ. 23 redimi facies. vel, redimendum curabis homines. n. nõ mactabantur Deo. 24 Præterea redemptiones eius, (scilicet primogeniti,) ab eo quod natum fuerit mẽsem vnum, redimi curabis, secundum æstimationẽ, pecunia quinq; siclorũ, (sicl quinque siclis argenti) ad rationem sicli sanctuarij. Quod ait, iuxta æstimationem, significat iuxta preciũ quod accipere à me debes, q. d. precio tibi à me constituto. 25 i. obolos. 26 i. Deo consecrata. 27 iuxta altare. i. ad basim altaris. 28 Chal-

dæus [illegible] *ve* [illegible] *voluntaria* [illegible] *Domino.* 29 pectus eleuationis, i. quod eleuando offertur Deo ex hostiis pacificis. 30 [illegible] *erit. sub. caro illa.* 31 Omnes eleuationes sanctificationũ quas, &c. i. Omnes oblationes quæ mihi dantur. Vel, Omnes oblationes sanctas, hoc est mihi consecratas. 32 fœdus incorruptum & sempiternum. 33 pro opere eorũ, vel, pro cultu eorum, aut, mercede ministerij eorum. 34 quoniam ipsi peragunt ministerium tabernaculi fœderis. 35 Heb. vt ferant iniquitatem ad moriendum, i. ne peccent, & moriantur. 36 peragent opus tabernaculi fœderis: portabuntq; iniquitatem, &c. Quam scilicet admiserint in [illegible] quæ obseruari debent in cultu tabernaculi. 37 Heb. statuto perpetuo, per generationes vestras [illegible] 38 Nam decimas filiorum Israel, quas offerre solent Domino in oblationem, dedi, &c. 39 de eis. 40 offeretis ex illis oblationem [illegible] tam grata erit oblatio vestra, q̃ est grata oblatio eorũ qui offerunt aliquid ex propria area [illegible] sive ex proprio [illegible] 42 Hoc pacto offeretis etiã vos oblationẽ Domini, &c. 43 ex eo oblationẽ Domini Aaroni sacerdoti. 44 offeretis [illegible] Domino, de omni, &c. i. ex omnibus donariis quæ acceperitis à filiis Israel, optimam quamque partem offeretis in oblationem Domini. 45 obtuleritis adipem ea eo. i. Quum obtuleritis ex eo quod optimum est ex decimis vestris, ò Leuitæ. 46 i. vobis.

32 [47] *Ne feratis super ea peccatum quum [48] separaveritis de pinguedine eius de ea, & sanctuarium filiorum Israel non prophanabitis, ne moriamini.*

32 Et non peccabitis super hoc, egregia vobis & pinguia reseruantes: ne polluatis oblationes filiorum Israel, & moriamini.

CAPUT XIX.

1 *Loquutus est Dominus ad Mosen & ad Aharonem in hanc sententiam,*

2 [1] *Hæc est ceremonia legalis quam Dominus præcepit hisce verbis, Loquere ad filios Israel vt adducant ad te bucculam russam [2] sine vitio, [3] in qua nihil possit reprehendi, cui iugum non fuit impositum.*

3 *Tradetisque eam Eleazaro sacerdoti, vt educat eam foras extra castra, curetque vt mactetur coram se.*

4 *Et tollat Eleazar sacerdos de sanguine eius digito suo, spargetque e regione tentorii constitutionis de sanguine eius septies.*

5 [4] *Comburet quoque ante oculos [5] suos bucculam illam cum pelle eius, carne eius, & sanguine eius, sed & excrementum eius comburet.*

6 *Tollat etiam sacerdos lignum cedrinum, & hyssopum, & coccinum bis tinctum, & proiiciat ea in medium combustionis illius bucculæ.*

7 [6] *Eluat deinde sacerdos vestimenta sua, & lauet carnem suam aqua, post hæc ingrediatur castra, & immundus erit sacerdos vsque ad vesperam.*

8 *Et qui combussit illam, eluet vestes suas, & carnem suam aqua, & immundus erit vsque ad vesperam.*

9 *Colliget autem vir mundus cineres illius bucculæ, & reponet extra castra ad locum mundum, [7] vt reseruetur à congregatione filiorum Israel [8] ad aquas sparsionis, peccatum enim est.*

10 *Eluet quoque & is qui cineres bucculæ collegit vestes suas, & immundus erit vsque ad vesperam. Idque filiis Israel, & peregrinis qui inter eos commorantur, esto perpetuum statutum.*

11 *Qui tetigerit [9] mortuum cuiuscunque animæ humanæ immundus erit septem diebus.*

12 *Et is expiabit se hac aqua tertio die & septimo die, & mundabitur: si vero se [10] tertio atque septimo die non expiauerit, non mundabitur.*

13 *Quicunque tetigerit mortuum humanæ animæ quod mortuum fuerit, & se non expiauerit, polluit tabernaculum Domini, excinditurque anima huiusmodi ex Israele, eo quod aqua [11] sparsoria non est sparsa super eam, vnde & immundus erit, [12] manebitque deinceps in eo immunditia eius.*

14 [13] *Hæc lex est hominis qui moritur in tentorio: omnis qui ingressus fuerit tentorium (illud) & [14] omnis qui fuerit in tentorio, immundus erit septem diebus.*

15 *Omne quoque vas apertum super quo operculum alligatum non est, immundum erit.*

16 *Et quicunque in agro cadauer gladio casum tetigerit, aut [15] aliquem mortuum, aut ossa hominis, aut sepulchrum, immundus erit septem diebus.*

17 *Accipiant igitur [16] pro immundo isto de cinere [17] combustionis peccati, & infundantur super [18] illum aqua viua in vas aliquod.*

18 *Et accipiat [19] mundus aliquis hyssopum, & intingat in aquam, & spargat super tentorium, & super omnia vasa, atque super animas quæ fuerint illic, & super eum qui tetigit ossa, aut interfectum, aut mortuum, aut sepulchrum.*

19 *Spargetque mundus super immundum die tertio & septimo, & expiabit eum die septimo: & eluet vestimenta sua, & lauabit aqua, & [20] mundus erit ad vesperam.*

1 Locutusque est Dominus ad Moysen & Aaron, dicens. A

2 Ista est religio victimæ, quam constituit Dominus. Præcipe filiis Israel vt adducant ad te vaccam russam ætatis integræ, in qua nulla sit macula, nec quæ portauerit iugum.

3 Tradesque eam Eleazaro sacerdoti, qui eductam extra castra, immolabit in conspectu omnium.

4 Et tingens digitum in sanguine eius, asperget contra fores tabernaculi septem vicibus.

5 Comburetque eam cunctis videntibus, tam pelle & carnibus eius, quàm sanguine & fimo flammæ traditis.

6 Lignum quoque cedrinum, & hyssopum, coccumque bis tinctum sacerdos mittet in flammam quæ vaccam vorat. B

7 Et tunc demum lotis vestibus, & corpore suo ingredietur in castra, commaculatusque erit vsque ad vesperum.

8 Sed & ille qui combusserit eam, lauabit vestimenta sua & corpus, & immundus erit vsque ad vesperum.

9 Colliget autem vir mundus cineres vaccæ, & effundet eos extra castra in loco purissimo, vt sint multitudini filiorum Israel in custodiam, & in aquam aspersionis: quia pro peccato vacca combusta est.

10 Cumque lauerit qui vaccæ portauerat cineres vestimenta sua, immundus erit vsque ad vesperum. Habebunt hoc filii Israel & aduenæ, qui habitant inter eos, sanctum iure perpetuo.

11 Qui tetigerit cadauer hominis, & propter hoc septem diebus fuerit immundus:

12 Aspergetur ex hac aqua die tertio & septimo, & sic mundabitur. si die tertio aspersus non fuerit, septimo non poterit emundari.

13 Omnis qui tetigerit humanæ animæ morticinum, & aspersus hac commistione non fuerit, polluet tabernaculum Domini, & peribit ex Israel: quia aqua expiationis non est aspersus, immundus erit, & manebit spurcitia eius super eum. C

14 Ista est lex hominis qui moritur in tabernaculo, Omnes qui ingrediuntur tentorium illius, & vniuersa vasa quæ ibi sunt, polluta erunt septem diebus.

15 Vas quod non habuerit operculum, nec ligaturam desuper, immundum erit.

16 Si quis in agro tetigerit cadauer occisi hominis, aut per se mortui, siue os illius, vel sepulchrum, immundus erit septem diebus.

17 Tollentque de cineribus combustionis atque peccati, & mittent aquas viuas super eos in vas:

18 In quibus cum homo mundus tinxerit hyssopum, asperget ex eo omne tentorium, & cunctam supellectilem, & homines huiuscemodi contagione pollutos. D

19 Atque hoc modo mundus lustrabit immundum tertio & septimo die: expiatusque die septimo, lauabit & se & vestimenta sua, immundus erit vsque ad vesperum.

47 vel, Et non feretis super ea. sub. decima. i. si optimam quamque earum decimarum partem abstuleritis, non punicmini. 48 obtuleritis adipem eius ex ea & sanctificationes, &c. i. oblationes quæ Deo sanctificantur.

CAP. XIX.

1 Hebr. Hoc est statutum legis quam, &c. q.d. Hanc legem fero de vacca russa. 2 perfectam. i. ætatis perfectæ. 3 Heb. sine macula. 4 sub. sacerdos cui hoc negotium fuerit commissum. 5 eius. sub. Eleazari. 6 i. Lauanda curet. 7 Heb. & erit congregationi filiorum in custodiam. i. diligentissime seruabitur cinis ille à filiis Israel. 8 in aquam expiationis: nam expiatio est. i. ad conficiendam aquam qua expiabantur contaminati: nam ea aqua est [illegible] Qui [illegible] separabantur ab aliorum commercio, hac aqua expiabantur. 9 Hebr. cadauer omnis personæ hominis i. cuiuscunque hominis mortui, siue Iudæi, siue Gentilis. 10 Hebr. tertia die non purificauerit se, etiam die septima non erit mundus. Vel, si non integrè purificari die tertia, etiam die septima non restituetur pristinæ puritati. 11 Heb. separationis. i. expiationis. 12 Heb. adhuc pollutio eius in ipso. i. adhuc retinet pristinam impuritatem. 13 Hæc est lex. Cum quis mortuus fuerit in tabernaculo: &c. q.d. Hanc [illegible] legem [illegible], Cum [illegible]

Vacca russa, ex cuius cineribus aqua aspersionis fiebat pro peccato.

Tradetisque

Heb. 5. b

Lex morientis in tabernaculo.

Lex tangentis immundum.

14 [illegible] vel, quisquis fuerit in tentorio, polluetur, &c. 15 vel, cadauer hominis. 16 id est, ad expiandum contaminatum istum. 17 id est, [illegible] pro expiatione peccati. 18 sub. cineri. 19 id est, sacerdos aliquis purus. 20 vel, recipiet puritatem ad vesperam.

20 Si

20 Si quis hoc ritu non fuerit expiatus, peribit anima illius de medio ecclesiæ: quia sanctuarium Domini polluit, & non est aqua lustrationis aspersus.

21 Erit hoc præceptum legitimum sempiternũ: Ipse quoque qui aspergit aquas, lauabit vestimenta sua: omnis qui tetigerit aquas expiationis, immundus erit vsque ad vesperum.

22 Quicquid tetigerit immundus, immundum faciet: & anima quæ horum quippiam tetigerit, immunda erit vsque ad vesperum.

20 Qui verò pollutus fuerit, & se non expiauerit, excindatur anima huiusmodi ex congregatione, eo quòd sanctuarium Domini polluit, & quòd [11] aqua sparsoria non fuit sparsa super eum, immundus ipse.

21 [21] Erit igitur eis hoc statutum perpetuum, vt qui aspersus fuerit aqua lustrali, vestimenta sua eluat: & qui tetigerit aquam lustralem, immundus sit vsque ad vesperam.

22 Et quodcunq; immundus tetigerit, immundum erit, & [22] anima quam tetigerit, immunda erit vsque ad vesperam.

21 i. Hoc à filiis Israel perpetuo obseruabitur.
22 anima quam tetigerit. Subaudi, q tactum fuerit ab impuro.

CAPUT XX.

A Moritur Maria.

1 Veneruntq; filii Israel, & omnis multitudo in desertum Sin, mense primo: & mansit populus in Cades. Mortuaq; est ibi Maria, & sepulta in eodem loco.

Populo murmurante dantur aqua e petra.

2 Cúmque indigeret aqua populus, conuenerunt aduersum Moysen & Aaron.

Exod. 17. b

3 Et versi in seditionem, dixerunt, Vtinam perissemus inter fratres nostros coram Domino.

4 † Cur eduxistis ecclesiam Domini in solitudinem, vt & nos & nostra iumenta moriamur?

5 Quare nos fecistis ascendere de Ægypto, & adduxistis in locum istum pessimum, qui seri non potest, qui nec ficum gignit, nec vineas, nec malagranata, insuper & aquã non habet ad bibendũ.

6 Ingressusq; Moyses & Aaron dimissa multitudine in tabernaculum fœderis, corruerunt proni in terram,* clamaruntq; ad Dominum, atque dixerunt, Domine Deus audi clamorem huius populi, & aperi eis thesaurum tuum fontem aquæ viuæ: vt satiati cesset murmuratio eorum.* Et apparuit gloria Domini super eos.

B 7 Locutusq; est Dominus ad Moysen, dicens,

8 Tolle virgam, & congrega populum tu & Aaron frater tuus, & loquimini ad petram coram eis, & illa dabit aquas: cumq; eduxeris aquam de petra, bibet omnis multitudo & iumenta eius.

Sapien. 11. a

9 Tulit igitur Moyses virgam, quæ erat in conspectu Domini, sicut præceperat ei.

Psalm. 77. b
1. Corinth. 10. a

10 Congregata multitudine ante petrã, dixitq; eis, Audite rebelles & increduli, † num de petra hac vobis aquam poterimus eiicere?

11 Cúmque eleuasset Moyses manum, percutiens virga bis silicem, egressæ sunt aquæ largissimæ, ita vt populus biberet & iumenta*.

* eius.

Moysi & Aaron non ingressuri Terram.
† Deuter. 1. f.

12 Dixitque Dominus ad Moysen & Aaron, † Quia non credidistis mihi, vt sanctificaretis me coram filiis Israel, non introducetis hos populos in terram quam dabo eis.

Aqua contradictionis.

13 Hæc est aqua contradictionis, vbi iurgati sunt filii Israel contra Dominum, & sanctificatus est in eis.

C Edom negat transitum filiis Israel.

14 Misit interea nuncios Moyses de Cades ad regem Edom, qui dicerent, Hæc mandat frater tuus Israel, Nosti omnem laborem qui apprehendit nos,

15 Quomodo descenderint patres nostri in Ægyptum, & habitauerimus ibi multo tempore: affixerintq; nos Ægyptii, & patres nostros:

16 Et quomodo clamauerimus ad Dominum, & exaudierit nos, miseritq; Angelum, qui eduxerit nos de Ægypto.* ecce in vrbe Cades, quæ est in extremis finibus tuis, positi.

* &

17 Obsecramus vt nobis transire liceat per terram tuam. non ibimus per agros, nec per vineas, non bibemus aquas de puteis tuis, sed gradiemur via publica, nec ad dexteram, nec ad sinistram declinantes, donec transeamus terminos tuos.

18 Cui respondit Edom, Non transibitis per me: alioquin armatus occurram tibi.

1 [1] Venerunt autem filii Israel, vniuersus scilicet coetus, in desertum Zin, primo [2] mense, & mansit q; populus in Kades: Mortua est autem ibi Maria, sepultaq; eodem loci.

2 Multitudo autẽ non habebat aquam, congregatiq; sunt aduersus Mosen & aduersus Aharonem.

3 [3] Et populus disceptaus cum Mose, in hanc sententiam loquitur, Vtinam & nos expirassemus dum [4] expirarent fratres nostri coram Domino:

4 Cur autem induxistis congregationem Domini in desertum istud, vt in eo moriamur & nos & iumenta nostra?

5 Cur effecistis vt ascenderemus nos ex Ægypto, vt introduceretis nos in locum istum malum, vbi nec semen est, nec ficus, nec vites, nec mala punica, nec aqua etiam quam bibamus?

6 Venit itaq; Moses & Aharon [5] à conspectu congregationis ad ostium tentorii constitutionis, & prociderunt in facies suas, visaq; est eis gloria Domini.

7 Et loquutus est Dominus ad Mosen in hanc sententiam.

8 Tolle baculum illum, & congrega coetum, tu & Aharon frater tuus, & loquimini ad petram ipsis cernentibus quæ dabit aquas suas: educesq; illis aquam è petra, vt potum des coetui, & iumentis eorum.

9 Tulit itaq; Moses baculum illum [6] ante Dominum, vt ille iusserat.

10 Et congregauerunt Moses atq; Aharon coetum ante petrã, & dixit eis, Audite quæso vos rebelles, [7] num de petra ista educemus vobis aquas?

11 Leuatáq; manu sua Moses, percussit petram baculo suo bis, & profluxerunt aquæ multæ, bibitq; coetus, & iumenta eorum.

12 Et ait Dominus ad Mosen & ad Aharonem, Quandoquidem non credidistis mihi, vt [8] sanctificaretis me coram filiis Israel, non introducetis coetum istum in terram quam dedi eis.

13 Hæ sunt aquæ contentionis, [9] vbi contenderunt filii Israel aduersus Dominum, & sanctificatus est in eis.

14 Misit verò Moses nuncios ex Kades ad regem Edom, hoc mandatu, Sic ait frater tuus Israel, Tu nosti omnem [10] molestiam quæ nos affecit:

15 [11] Descenderunt patres nostri in Ægyptum, & nos quoque versati fuimus in Ægypto multis diebus. Ægyptii verò & nos & patres nostros affixerunt.

16 Quumque clamaremus ad Dominum, exaudiuit querelam nostram, missoque Angelo eduxit nos ex Ægypto, & en sumus in Kades [12] vrbe extrema finium tuorum.

17 Liceat nobis quæso vt transeamus terram tuam: neque tamen transire volumus per agros aut vineas, sed nec aquam de puteis bibemus, proficiscemur via [13] regia, neque ad dexteram, neq; ad sinistram declinantes, donec fines tuos transierimus.

18 Respondit ei Edom, Nequaquam transibis [14] per me ne tibi gladio occurram.

CAP. XX.
1 Subaudi, è deserto Pharan.
2 anni scilicet quadragesimi ab exitu filiorum Israel.
3 Rixatusq; populus cũ Mose, dicendo dixerũt, i. ad hunc modũ dixerunt.
4 sub. in deserto.
5 vel, relicta congregatione.
6 à conspectu Domini.
7 Hic nutat fides Mosi, q. d. contra naturam fieret si ex petra ista educeretur aqua.
8 vel, glorificaretis.
9 pro quibus [illegible] contra Dominum [illegible] apparuit gloria [illegible] filiis Israel [illegible] propter incredulitatem eorum.
10 laborem qui apprehendit nos, i. omnes labores quos hactenus sustinuimus.
11 descenderũt enim.
12 Heb. vrbe extremitatis regni tui. i. in vrbe quæ non longe distat à regno tuo.
13 vel, via strata lapidibus. Gallicè, par la chaussee.
14 i. per terram meam.

15 tantum si nihil sit in pedibus meis, transibo. i. dabo tibi iustum precium: modo nihil sit mihi impedimento, trāsibo, & non immorabor.
16 vel, numeroso. i. magna copia.
17 Addetur Aaron ad populos suos. vel, Congregabitur cum populis suis. i. Morietur Aaron sicut populares ei morttui sunt. Addi enim, vel adiungi, aut cōgregari ad populos suos, pro Moriendi, vsitatum est Hebrais.
18 vel, rebelles fuistis ori meo. i. non credidistis sermoni meo.
19 i. constitue Pontificem Eleazarum pro patre suo.
20 adiungetur. Subaudi populis suis. Declarat autem quid significet adiungi populis suis, quū dixit, & morietur ibi.

19 Cui dixerunt filii Israel, Ascendamus [15] itinere trito: & si aquas tuas biberimus ego & pecora mea, dabo precium pro eis, [15] modo ne negocium [facessas nobis.] pedes transibo.
20 Et dixit, Ne transeas. Et egressus Edom occurrit eis cum populo [16] graui, & manu robusta.
21 Noluit itaq; Edom permittere Israeli vt transiret per fines suos.
22 Deflexit ergo Israel ab eo, & profecti de Kades venerunt filii Israel cum vniuersa multitudine in montem Hor.
23 Et ait Dominus ad Mosen & ad Aharonem in monte Hor iuxta terminum terræ Edom in hanc sententiam.
24 [17] Colligatur Aharon ad populos suos: non enim veniet in terram quam dedi filiis Israel, eo quod [18] exacerbastis os meum iuxta aquas contentionis.
25 Tolle Aharonem & Eleazar filium eius, & duc eos in montem Hor.
26 Exuesq; Aharonem vestibus suis, [19] induesq; eas Eleazar filium eius, Aharon vero [20] colligetur, & morietur illic.
27 Fecit itaq; Moses quemadmodum præceperat Dominus. Et ascenderunt in montem Hor, vidente tota congregatione.
28 Et exuit Moses Aharonem vestibus suis, & induit eas Eleazar filium eius: mortuusq; est Aharon illic in vertice montis, & descendit Moses atque Eleazar de monte.
29 Videns autem vniuersus cœtus quòd exspirasset Aharon, fleuerunt Aharonem triginta diebus vniuersa domus Israel.

19 Dixeruntq; filii Israel, Per tritam gradiemur
viam: & si biberimus aquas tuas nos & pecora nostra, dabimus quod iustum est: nulla erit in precio
difficultas, tantum velociter transeamus.
20 At ille respondit, Non *transibitis. Statimq; * transibis.
egressus est obuius cum infinita multitudine, &
manu forti.
21 Nec voluit acquiescere deprecanti, vt concederet transitum per fines suos, quam ob rem di- D
uertit ab eo Israel.
22 Cúmq; castra mouissent de Cades, venerunt
in montem Hor, qui est in finibus terræ Edom:
23 Vbi locutus est Dominus ad Moysen, dicens,
24 Pergat, inquit, Aaron ad populos suos: non
enim intrabit terrā quam dedi filiis Israel, eo quòd
incredulus fuerit ori meo ad Aquas cōtradictionis.
25 ‖ Tolle Aaron & filium eius cum eo, & duces Infr. 33. e. Deute. 32, g
eos in montem Hor.
26 Cúmque nudaueris patrem veste sua, indues
ea Eleazarum filium eius, & Aaron colligetur, &
morietur ibi.
27 Fecit Moyses vt præceperat Dominus, & a- Moritur Aaron.
scenderunt in montem Hor coram omni multitudine. Substituitur
dine. Eleazarus.
28 Cumq; Aaron spoliasset vestibus suis, induit
eis Eleazarum filium eius. Illo mortuo in montis Deut. 10. b
supercilio, descendit cum Eleazaro.
29 Omnis autem multitudo videns occubuisse Luget Aaron
Aaron, fleuit super eo triginta diebus per cunctas populus.
familias suas.

CAPVT XXI.

CAP. XXI.
1 i. via qua veniebant exploratores.
2 tum delebo vrbes eorum
3 [illegible]
4 Horma significat [illegible]
5 Heb. abbreuiata est anima populi [illegible]
6 abhorret ab hac esca leuissima. Leuissimam escam vocat Manna [illegible] contradictionis.
7 ignitos. Ab effectu vocat ignitos serpentes: quòd eorū morsus induceret calorem quendam [illegible]
8 serpentem ignitum. Hoc est, qui habeat similitudinem serpentis vrentis, qualis est serpens ex ære fabricatus.

1 QVumq; Chananæus rex Arad, qui habitabat ad Meridiem, audisset quòd veniret Israel [1] per viā exploratarum, pugnauit contra Israelem, & abduxit quosdam ex eis captiuos.
2 Vouit autem Israel votum Domino, dicens, Si omnino tradideris populum istum in manum meam, [2] deuouebo vrbes eorum hærem.
3 Et exaudiens Dominus vocem Israelis, tradidit ei Chananæum, & [Israel] [3] deuouit eos hæreos, sic etiam vrbes eorum, & vocauit nomen loci [4] Horma.
4 Et profecti sunt de monte Hor per viam maris rubri, vt circumirent terram Edom, & in via animus populi [5] tædio affectus est.
5 Locutusq; est populus contra Deum & contra Mosen, Cur eduxistis nos ex Ægypto, vt moreremur in solitudine? quia nec panem habemus, nec aquas, & animus noster [6] cibum hunc vilem fastidit.
6 Dominus igitur misit in populum serpentes [7] vrentes, qui populum mordebant: & mortuus est ex Israele populus multus.
7 Venerunt igitur populus ad Mosen, dixerunt, Peccauimus, quia locuti sumus contra Dominum & contra te, ora Dominum vt auferat a nobis serpentes istos.
8 Et orauit Moses pro populo. Dixitq; Dominus ad Mosen, Fac tibi [8] serpentem vrentem, & pone eum super [9] palum in sublime sublatum: porrò [10] si serpens aliquē momorderit, intueatur eum, & incolumis erit.
9 Fecit itaq; Moses SERPENTEM ÆNEVM, & posuit eum super [9] palum erectum, fiebatque, si quem momordisset serpens, intuens serpentem æneum sanabatur.
10 Filii Israel soluentes castra fixerunt in Oboth.
11 Soluentésq; ex Oboth, castra fixerunt in Ie-abarim in deserto ad faciem Moab ad Orientem Solem.

1 QVod cum audisset Chananæus rex Arad, qui A
habitabat ad Meridiem, venisse scilicet Israel Vincit Israel
per exploratorum viam, pugnauit contra illum, & regem Arad.
victor existens, duxit ex eo prædam.
2 At Israel voto se Domino obligans, ait, Si Votum Israel.
tradideris populum istum in manu mea, delebo
vrbes eius.
3 Exaudiuitq; Dominus preces Israel, & tradidit
Chananæum, quem ille interfecit subuersis vrbi
bus eius: & vocauit nomen loci illius, Horma, id Horma.
est anathema.
4 Profecti sunt autem & de monte Hor, per viā
quæ ducit ad Mare rubrum, vt circumirent Terrā B
Edom. Et tædere cœpit populū itineris ac laboris.
5 Locutusq; contra *Dominum & Moysen ait, * Deum.
Cur eduxisti nos de Ægypto, vt moreremur in so- Loquitur popu
litudine? deest panis, non sunt aquæ: anima nostra lus contra Deū.
iam nauseat super cibo isto leuissimo.
6 Quamobrem misit Dominus in populum
ignitos serpentes, ad quorum plagas & mortes plu- Serpentibus i-
rimorum, gnitis percussi
7 Venerunt ad Moysen, atq; dixerunt, Peccaui- moriuntur.
mus, quia locuti sumus contra Dominum & te: Sap. 16. a
ora vt tollat a nobis serpentes. 1. Cor. 10. b
8 Orauit Moyses pro populo, & locutus est FIGVRA
Dominus ad eum, Fac serpentem æneum, & pone CHRISTI
eum pro signo. qui percussus aspexerit eum, viuet. IESV.
9 Fecit ergo Moyses SERPENTEM ÆNEVM, Iohan. 3. b.
& posuit eum pro signo: quem cum percussi aspi- C
cerent sanabantur.
10 Profectique filii Israel castrametati sunt in
Oboth.
11 Vnde egressi fixere tentoria in Ie-abarim, in
solitudine quæ respicit Moab contra Orientalem
plagam.

8 serpentem ignitum. Hoc est, qui habeat similitudinem serpentis vrentis, qualis est serpens ex ære fabricatus. 9 Vexillum. Vel, in extremitate hastæ vel [illegible] aut in signum, [illegible] superficie [illegible] Hebraica [illegible] pro qua signum [illegible] interpres [illegible] vexillum, hic pro hasta vexillum accipitur. 10 Hebræi, omnis morsus, & videbit eum, & viuet. id est, quicunque morsus aspexerit illum, sanabitur.

12 Et inde mouentes, venerunt ad Torrentem Zared.

Castrametantur in Arnon. *Iudi. 11. c.*

13 Quem relinquentes castrametati sunt contra Arnon, quæ est in deserto, & prominet in finib. Amorrhæi. Siquidem Arnon terminus est Moab, diuidens Moabitas & Amorrhæos.

14 Vnde dicitur in libro bellorum Domini, Sicut fecit in Mari-rubro, sic faciet in torrentibus Arnon.

15 Scopuli torrentium inclinati sunt, vt requiescerent in Arnon, & recumberent in finibus Moabitarum.

16 Et ex eo loco apparuit puteus, super quo locutus est Dominus ad Moysen, Congrega populũ & dabo ei aquam.

17 Tunc cecinit Israel carmen istud, Ascendat puteus: Concinnebant.

18 Puteus quem foderunt principes, & parauerunt duces multitudinis in datore legis, & in baculis suis.

19 Profectiq; sunt de solitudine, Mathana: de Mathana in Nahaliel: de Nahaliel in Bamoth.

** Dr.*

20 Bamoth, vallis est in regione Moab, in vertice Phasga quod respicit contra desertum.

Vincitur Sehon. *Deut. 2. f* *Iudi. 11. d*

21 Misit autem Israel nuncios ad Sehon regem Amorrhæorum, dicens,

22 Obsecro vt transire mihi liceat per terram tuam: non declinabimus in agros & vineas, nõ bibemus aquas ex puteis via regia gradiemur, donec transeamus terminos tuos.

23 Qui concedere noluit vt transiret Israel per fines suos: quin potius exercitu congregato, egressus est obuiam in desertum, & venit in Iasa pugnauitque contra eum.

Amos. 2. c *Psal. 134. c* *Amorrhæorum vrbes possidet Israel.*

24 A quo percussus est in ore gladii, & possessa est terra eius ab Arnon vsque Ieboc, & filios Ammon: quia forti præsidio tenebantur termini Ammonitarum.

25 Tulit ergo Israel omnes ciuitates eius, & habitauit in vrbibus Amorrhæi, in Hesebon scilicet, & viculis eius.

Hesebon. Moabitis victis ab Amorrhæis.

26 Vrbs Hesebon fuit Sehon regis Amorrhæi, qui pugnauit contra regem Moab: & tulit omnem terram quæ ditionis illius fuerat, vsque Arnon.

27 Idcirco dicitur in prouerbio, Venite in Hesebon, ædificetur, & construatur ciuitas Sehon.

28 Ignis egressus est de Hesebon, flamma de oppido Sehon, & deuorauit Ar Moabitarum, & habitatores excelsorum Arnon.

Iudi. 11. c *Chamos idolum Moabitarum.* *3. Reg. 11. b*

29 Væ tibi Moab, peristi popule Chamos. Dedit filios eius in fugam, & filias in captiuitatem regi Amorrhæorum Sehon.

30 Iugum ipsorum disperiit ab Hesebon vsque Dibon, lassi peruenerunt in Nophe, & vsque Medaba.

31 Habitauit itaque Israel in Terra Amorrhæi.

32 Misitque Moyses qui explorarent Iazer: cuius ceperunt viculos, & possederunt habitatores.

Percutitur Og. *Deu. 3. a. 29. b*

33 Verteruntq; se, & ascenderunt per viam Basan, & occurrit eis Og rex Basan cum omni populo suo, pugnaturus in Edrai.

12 *Hinc soluentes castrametati sunt* [11] *in valle Zared.*

13 *Et hinc soluentes castra fixerunt* [12] *ultra Arnonem, qui (fluuius) est in deserto,* [13] *profluens à finib. Amorrhæi. est enim Arnon limes Moab, inter Moab & Amorrhæum.*

14 *Hinc dicitur in libro præliorum Domini,* [14] *quæ gessit in [mari] carectoso, & quæ in torrentibus Arnon.*

15 [15] *Et impetus scaturiens torrentium, qui tendit ad habitationem Ar, incumbitque in limitem Moab.*

16 [16] *Et illinc in Beer: hic est Beer de quo dixit Dominus ad Mosen, Congrega populum, & dabo eis aquam.*

17 *Tum canebat Israel canticum istud,* [17] *Ascende Beer, alternis canite ei:*

18 *Beer istum foderunt principes, duces populi effoderunt eum,* [18] *cum legislatore, & baculis suis.*

19 *Porro ex deserto [venerunt] in Mathana, De Mathana vero in Nahaliel: & de Nahaliel in Bamoth.*

20 *De Bamoth verò in vallem quæ est in campo Moab,* [19] *ad verticem collis, & vertitur ad faciem deserti.*

21 *Et misit legatos ad Sihon regem Amorrhæorum hisce mandatis.*

22 *Transire mihi liceat per terram tuam: non declinabimus neque in agros, neq; in vineas, nec* [20] *bibemus aquas de puteis, sed regia via incedemus, donec fines tuos transierimus.*

23 *At Sihon Israeli non permisit* [21] *vt fines suos pertransiret: quin congregauit Sihon omnem populum suum, & egressus occurrit Israeli in desertum, & venit in Iahza, & pugnauit contra Israelem.*

24 *Et Israel ferit eum gladio, & occupauit terram eius ab Arnone ad Iaboc vsque, & vsque ad filios Ammon: quoniam fortis limes erat filiorum Ammon.*

25 *Et occupauit Israel omnes ciuitates istas, & habitauit Israel in omnibus ciuitatibus Amorrhæorum, in Hesbon & in omnibus* [22] *filiabus eius.*

26 [23] *Fuerat siquidem Hesbon vrbs Sihonis regis Amorrhæorum, qui primo pugnauerat contra regem Moab, & tulerat vniuersam terram eius de manu eius, vsque ad Arnonem.*

27 [24] *Hinc fit, vt qui prouerbiis vtuntur, dicant,* [25] *Venite in Hesbon, ædificetur &* [26] *apparetur vrbs Sihon.*

28 *Quoniam ignis* [27] *erumpet ex Hesbon, & flamma ex vrbe Sihon [quæ]* [28] *deuorauit Ar* [29] *(in) Moab,* [30] *possessores excelsorum Arnon.*

29 *Væ tibi Moab, periisti* [31] *popule Chemosch.* [32] *Fugitiuos fecit filios eius, & filias eius in prædam abductas fecit Sihoni regi Amorrhæorum.*

30 [33] *Lucerna eorum Hesbon scilicet periit vsq; ad Dibon, & vastauimus (eos) vsq; ad Nophe, quæ (pertingit) ad Medeba.*

31 *Habitauit itaque Israel in terra Amorrhæorum.*

32 *Et Moses misit ad explorandum Iaaser: ceperuntque viculos eius, & eiecit Amorrhæum qui erat illic.*

33 *Et versi ascenderunt viam Basan: & egressus Og rex Basan occurrit eis, ipse & vniuersus populus eius, vt præliaretur in Edrei.*

11 Vel, in torrente Zared.
12 [illegible] nondum enim transierant.
13 Prominens (vel, protensus) vsq; ad fines regni Amorrhæorum.
14 Vrbem Vaheb (subaudi, deleuit vel expugnauit Deus) in turbine, & torrentes [illegible] adiacent Arnoni. vel, Vrbem Vaheb (deleuit Deus) magno cum impetu, & valles quæ adiacent ipsi Arnoni.
15 Heb. Et effusio [illegible] torrentium quæ pergunt vt quiescant in Ar, innititurque termino Moab id est, Expugnauit regionem per quam defluunt amnes, ab Arnone vsque ad Ar, defluuntque in regionem Moabitidem.
16 Et illinc (subaudi profecti sunt) in Beer: id est puteus de quo dixerit &c.
17 Ascende putee, canite (vel, concinnite) illi, Putee inquam quem foderunt &c. Principium carminis est, Ascende putee: quod non absolutum. Ascende, inquit id est, Exaltare [illegible] Moab.
19 In vertice collis, & exaduersum respicit deserti. Vel, aspicit contra desertum.
20 Sub. gratis.
21 Vel, vt transires per partem suam.
22 Vel, bene munita erat regio Ammonitarum.
23 Id est, minoribus vrbibus. Erat enim Hesebon vrbs regia. Filias etiam vocat villas & pagos, hoc est, vrbes quæ sunt sub metropoli.
24 Siquidem [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] pugnauerat contra [illegible]

gem Moab primum. Id est, Expugnauerat regem Moabitarum, cum qui primus rex Moabitarum fuerat. Vel, priorem hoc est, qui prius regnauerat ante Balac. 25 [illegible] circo dicunt parabolantes. Id est, qui [illegible] [illegible] [illegible] sunt parabolis [illegible] [illegible] [illegible]. Vel, [illegible] [illegible]. 26 [illegible] cat, Vos vicistis, restaurate mœnia vrbis Sehon. 27 Instauretur. 28 Egressus est ex Hesebon. [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] Hesebon ceperunt. alii vero copias. Chaldæus paraphrastes vertit, quia ventus [illegible] [illegible] [illegible], egressus est de Hesebon [illegible] [illegible] [illegible] sicut flamma [illegible] ciuitate Sehon. 29 Chaldæus paraphrastes, occiderunt populum qui habitabat in Ar Moab. 30 Vel, vrbem Moab. 31 Chaldæus paraphrastes, & sacerdotes qui habitant in domo Deorum altarium Arnon.

32 Vel, ô popule (qui colis) Chamos. Chamos, Idolum est, Moabitarum, vt vides 3. Reg. 11. b. Declarat autem quam inualidæ fuerint vires ipsius idoli.

33 Dedit filios suos euasores, & filias suas in captiuitatem. Id est, Permisit Chamos vt cultores sui verterentur in fugam, [illegible] [illegible] [illegible] tibi fuga. permi-

sit præterea, vt qui adorabant eum, abducerentur in captiuitatem: dedit inquam eas regi Amorrhæorum, nempe ipsi Sehon. 34 Et nouale eorum periit ab Hesebon vsq; ad Dibon. Alii vertunt Et iacula [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] victoria. Superauimus et

go eos, & periit Hesebon vsque ad Dibon, & ad nihilum redegimus omnia vsque ad Nophe quæ protenditur vsque Medaba.

34 *Et dixit Dominus ad Mosen, ne metuas eum: in manum enim tuam dedi eum, & vniuersum populum eius, atq; regionem eius. fac ei quemadmodum fecisti Sihoni regi Amorrhæorum, qui habitauit in Hesbon.*

35 *Percusserunt igitur eum & filios eius, & vniuersum populum eius, vt nullus ei superesset, occupaueruntq; regionem eius.*

34 Dixitq; Dominus ad Moysen, Ne timeas eũ, quia in manu tua tradidi illum, & omnem populũ. ac terram eius: faciésq; illi sicut fecisti Sehon regi Amorrhæorum habitatori Hesebon.

35 Percusserunt igitur & hunc cum filiis suis, vniuersúmq; populum eius vsq; ad internecionem, & possederunt terram illius.

CAPVT XXII.

1 in campestrib. Chaldæus paraphrastes vertit, in planitie.
2 citra Iordanẽ Iericho. i. qui labitur circa Iericho vel nõ procul à Iericho fluit.
3 angustiaq; (vel mœstitia) affect' est.
4 Nunc lambendo absumet congregatio ista vniuersas regiones nobis finitimas, sicut lambendo depascere solet bos herbam agri virentem.
5 iuxta flumen terræ, &c. i. in vrbe quę dicebatur Pethor, quæ sita erat ad flumen Euphratem in Syria, hoc Mesopotamia in patria ipsius Balaam.
6 e regione mei. i. imminet regno meo.
7 & in gratiam mei maledic populo isti.
8 vel, si forte percutere eum atque, &c. Aut potius, forte euadam superior, percutiam eum & eiiciam eum è terra.
9 (quòd) cui benedixeris, benedictus erit: & cui maledixeris, maledictus erit.
10 Vel, portantes secum mercedem quam pro diuinatione darent.
11 vel, responsum quemadmodum loquetur mecum Dñs.
12 i. Angelus bonus vel mal'.
13 apud te.
14 vel, operit.
15 benedictus est vel, benedicti illi.
16 Hebr. prohibeas te ne venias ad me: honorando enim honorabo te valde, & omnia quæ dixeris mihi faciã. veni igitur, in gratiam meam maledic populo isti.
Aliter, Ne caueas quippiam quominus venias ad me: nam glorificabo te,

1 *ET proficiscentes filii Israel castrametati sunt* [1] *in vastis locis Moab,* [2] *cis Iordanem [ex opposito] Hiericho.*

2 *Balac autem filius Zipor vidit omnia quæ fecerat Israel Amorrhæis.*

3 *Metuitque sibi Moab valde à populo illo, multus enim erat:* [3] *& pertæsus fuit Moab propter filios Israel.*

4 *Dixit ergo Moab ad seniores Midian,* [4] *Depascet nunc exercitus ille quidquid circum nos est, quemadmodum bos viridia campi depascit. Imperitabat autem Moabitis tunc temporis Balac filius Zipor.*

5 *Misit ergo legatos ad Bileam filium Beor in Pethor, qua est* [5] *iuxta fluuium in terra filiorum populi sui, qui vocarent eum huiusmodi verbis, En populus egressus est ex Ægypto, qui operit superficiem terræ, habitatq;* [6] *contra me.*

6 *Veni igitur quæso,* [7] *& execrare mihi populum istum, potentior enim me est,* [8] *si quo modo eum cædere atque eiicere è terra possim: nam certò noui* [9] *eum felicem fore, cui tu bona precatus: eum rursus execratũ, cui tu mala imprecatus fueris.*

7 *Abierunt itaque seniores Moab, & seniores Midian,* [10] *eratque pretium diuinationis in manu eorum: qui venientes ad Bileam, recensuerunt ei mandata Balac.*

8 *Is autem respondit eis, Manete hic noctem istam, & referam vobis* [11] *sermonem quem Dominus loquutus ad me fuerit.*

9 *Manserunt itaque principes Moab apud Bileam. Et veniens* [12] *Deus ad Bileam, dixit, Qui sunt viri isti qui* [13] *tecum [sunt?]*

10 *Respondit Bileam Deo, Balac filius Zipor rex Moab misit ad me,*

11 *En populus egressus ex Ægypto, qui* [14] *operuit faciem terræ, veni igitur & execrare mihi illum, si quo pacto eum debellare atq; eiicere queam.*

12 *Ait autem Deus ad Bileam, Ne eas cum eis, neq; execreris populum hunc, quoniam* [15] *faustus est.*

13 *Et surgens Bileam sub lucem, dixit ad principes Balac, Ite in terram vestram: Dominus enim non permittit, vt vobiscum vadam.*

14 *Surgentes itaq; principes Moab, venerunt ad Balac, sic renunciantes, Noluit Bileam venire nobiscum.*

15 *Rursus ergo misit Balac plures principes & honoratiores prioribus.*

16 *Qui venientes ad Bileam dixerunt ei, Sic dicit Balac filius Zipor, Ne quæso* [16] *recuses, quin venias ad me:*

17 *Magnificentissimè enim te tractabo, & faciam quæcunq; dixeris mihi: adesto obsecro, & execrare mihi populum istum.*

18 *Et respondens Bileam, dixit ad seruos Balac, Si daret mihi Balac domum suam argento & auro plenam, non tamen transgredi possum verbum Domini Dei mei,* [17] *vt vel paruum vel magnum faciam.*

19 *Nunc igitur manete hic quæso & istam noctem, vt intelligam quid Dominus porro loquuturus sit mecum.*

20 *Veniens igitur Deus noctu ista ad Bileam, dixit, Si viri illi venerunt te vocatum, surgẽs vade cum eis, attamen verbum quod ad te fuero loquutus, hoc facias.* 21 *Surrexit itaq; Bileam mane, & strauit asinam suam, &*
abiit cum principibus Moab.

1 PRofectique castrametati sunt in campestribus Moab, vbi trans Iordanem Iericho sita est. A *Rex Balac mittit ad Balaam vt maledicat populo.*

2 Videns autem Balac filius Sephor omnia quæ fecerat Israel Amorrhæo.

3 Et quòd pertimuissent eum Moabitæ, & impetum eius ferre non possent.

4 Dixit ad maiores natu Madian, Ita delebit hic populus omnes qui nostris finibus commorantur, quomodo solet bos herbas vsque ad radices carpere. Ipse autem erat eo tempore rex in Moab.

5 Misit ergo nuncios ad Balaam filium Beor ariolum, qui habitabat super flumẽ terræ filiorum Ammon, vt vocarent eum, & dicerent, Ecce egressus est populus ex Ægypto, qui operuit superficiem terræ, sedens contra me. *Iosu.24.b* B

6 Veni igitur & maledic populo huic, quia fortior me est: si quo modo possim percutere, & eiicere eum de terra mea: noui enim quòd benedictus sit cui benedixeris, & maledictus in quem maledicta congesseris.

7 Perrexeruntq; seniores Moab, & maiores natu Madian habentes diuinationis precium in manibus: cúmq; venissent ad Balaam, & narrassent ei omnia verba Balac.

8 Ille respondit, Manete hic nocte, & respondebo quicquid mihi dixerit Dominus.

9 Manentibus autem illis apud Balaam, venit Deus, & ait ad eum; Quid sibi volunt homines isti apud te?

10 Respondit, Balac filius Sephor rex Moabitarum misit ad me, dicens, C *Balaam prohibet Deus maledicere Israelitis.*

11 Ecce populus qui egressus est de Ægypto, operuit superficiẽ terræ: veni, & maledic ei, si quo modo possim pugnans [a] abigere eum. *a abiicere.*

12 Dixitq; Deus ad Balaam, Noli ire cum eis, neque maledicas populo, quia benedictus est.

13 Qui mane consurgens dixit ad principes, Ite in terram vestram, quia prohibuit me Dominus venire nobiscum.

14 Reuersi principes dixerunt ad Balac, Noluit Balaam venire nobiscum.

15 Rursum ille multo plures & nobiliores quàm antè miserat, misit.

16 Qui cum venissent ad Balaam, dixerunt, Sic dicit Balac filius Sephor, Ne cuncteris venire ad me:

17 Paratus sum honorare te, & quicquid volueris dabo tibi: veni, & maledic populo isti.

18 Respondit Balaam, Si dederit mihi Balac plenam domum suam argenti & auri, non potero immutare verbum Domini Dei mei, vt vel plus, vel minus loquar. D *infra 24. c Balaam nõ potest maledicere contra Domini voluntatem.*

19 Obsecro vt hic maneatis etiã hac nocte, & scire queam quid mihi rursum respondeat Dominus.

20 Venit ergo Deus ad Balaam nocte, & ait ei, Si vocare te venerint homines isti, surge, & vade cum eis ita duntaxat, vt quod tibi præcepero facias.

21 Surrexit Balaam mane, & strata asina sua profectus est cum eis. *Balaam euntẽ ad maledicendum occurrit Angelus. 2. Pet. 2. c Iuda 1. d.*

honorabo te maximè, & quæcunque dixeris, dabo tibi amplissimas opes. 17 vel, vt faciam (aliquid) siue paruum illud sit, siue magnum.

22 Et iratus est Deus: stetitq́; Angelus Domini in via contra Balaam, qui insidebat asinæ, & duos pueros habebat secum.

Domini.

23 ¶ Cernens asina Angelum * stantem in via euaginato gladio, auertit se itinere, & ibat per

E agrum. Quam cum verberaret Balaam, & vellet ad semitam reducere.

24 Stetit Angelus in angustiis duarum maceriarum, quibus vineæ cingebantur.

25 Quem videns asina, iunxit se parieti, & attriuit sedentis pedem. At ille iterum verberabat eam:

26 Et nihilominus Angelus ad locum angustum transiens, vbi nec ad dexteram nec ad sinistram poterat deuiari, obuius stetit.

27 Cumq; vidisset asina stantem Angelum, concidit sub pedibus sedentis: qui iratus, vehementius cædebat fuste latera eius.

Loquitur asina.

28 Aperuitq; Dominus os asinæ, & locuta est, Quid feci tibi? cur percutis me ecce iam tertio?

F 29 Respondit Balaam, Quia commeruisti, & illusisti mihi: vtinam haberem gladium vt te percuterem.

30 Dixit asina, Nónne animal tuum sum, cui semper sedere consueuisti vsq; in præsentem diem? dic quid simile vnquam fecerim tibi. At ille ait, Nunquam.

31 Protinus aperuit Dominus oculos Balaam, & vidit Angelum stantem in via euaginato gladio, adorauitq; eum pronus in terram.

verberasti.

32 Cui Angelus, Cur, inquit, tertio * verberas asinam tuam? Ego veni vt aduersarer tibi, quia peruersa est via tua, mihiq; contraria.

33 Et nisi asina declinasset de via, dans locũ resistenti, te occidissem, & illa viueret.

34 Dixit Balaam, Peccaui, nesciens quòd tu stares contra me: & nunc si displicet tibi vt vadam, reuertar.

35 Ait Angelus, Vade cum istis, & caue ne aliud quàm præcepero tibi, loquaris. Iuit igitur cum principibus.

G 36 Quod cum audisset Balac, egressus est in occursum eius in oppido Moabitarum, quod situm est in extremis finibus Arnon.

Balac rex magnifice excipit Balaam.

vocarem.

37 Dixitq; ad Balaam, Misi nuncios, vt * vocarent te: cur non statim venisti ad me? an quia mercedem aduentus tuo reddere nequeo?

Initium cap. XXIII. iuxta aliquos.

38 Cui ille respondit, Ecce adsum, numquid loqui potero aliud, nisi quod Deus posuerit in ore meo?

39 Perrexerunt ergo simul, & venerunt in vrbem quæ in extremis regni eius finibus erat.

40 Cúmque occidisset Balac boues, & oues, misit ad Balaam, & principes qui cum eo erant, munera.

41 Mane autẽ facto duxit eum ad excelsa Baal, & intuitus est extremam partem populi.

Ibidem.

22 *Et excanduit ira Dei quod proficisceretur ipse: collocauitq; se Angelus Domini [18] in viam, vt impediret eum. ipse autem sedit super asina sua, habebatq; secum [19] duos pueros suos.*

23 *Videns autem asina Angelum Domini stantem in via, districtúmq; gladium eius in manu eius, deflexit asina de via, iuitq; in agrum: & Bileam verberauit asinam, vt rediret in viam.*

24 *Stetit autem Angelus Domini in angusta semita vinearum, eratq; ex vtraq; parte maceria.*

25 *Videns autem Angelo Domini asina [20] ad materia* (sic) *coarcta pressit pedem Bileam ad maceriam: is autem rursus eam verberauit eam.*

26 *[21] Angelus autem Domini perrexit, & in loco angusto stetit, [22] vt nulla esset via declinandi, neque ad dexteram, neq; ad sinistram.*

27 *Cernens igitur asina Angelum Domini, succubuit sub Bileam. & iratus Bileam virga percussit asinam.*

28 *Et aperuit Dominus os asinæ & dixit ad Bileam, Quid feci tibi quod me iam ter verberasti?*

29 *Et ait Bileam ad asinam, Quòd mihi illusisti: [23] si gladium manu haberem, iam te interficerem.*

30 *Et ait asina ad Bileam, An non ego sum asina tua, [24] qua vehere ab eo tempore in hodiernum vsque diem? num tale quidpiam facere tibi solita sum? Et dixit: [Bileam], Non.*

31 *[25] Retexit autem Dominus oculos Bileam, vt videret Angelum Domini stantem in via gladiúmq; districtum in manu eius: inclinata ergo vertice procidit in faciem suam.*

32 *Et dixit ad eum Angelus Domini, Cur iam ter verberasti asinam tuam? En ego egressus sum [26] vt te impedirem: [27] aberrat enim via tua coram me.*

33 *Et videns me asina, declinauit a me iam ter: quæ [28] si non declinasset coram me, te interfecissem, ipsam incolumem seruassem.*

34 *Et ait Bileam ad Angelum Domini, Peccaui, quoniam non noui quòd tu aduersum me in via stares: [29] quod si tibi displicet, reuertar.*

35 *Ait Angelus Domini ad Bileam, Vade cum viris illis. At verbum quod ego fuero ad te loquutus, loqueris. profectus est itaq; Bileam cum principibus Balac.*

36 *Audiens autem Balac venisse Bileam, obuiam ei egreditur ad ciuitatem Moab, [30] quæ est in termino Arnon in extremis finibus.*

37 *Et ait Balac ad Bileam, An non misi ad te, vt te accerserem, cur ergo non venisti ad me? [31] nimirum quod te non satis honorifice possim tractare?*

38 *Et respondit Bileam ipsi Balac, En veni nunc ad te [32] num vero loqui quidquam potero? verbum quod posuerit Deus in ore meo, hoc loquar.*

39 *Et abiens Bileam cum Balac venerunt in ciuitatem [33] platearum.*

40 *Et mactans Balac boues & oues, [34] misit [35] ipsi Bileam & principibus qui cum eo erant.*

41 *Sequenti luce factum est, vt apto Bileam, duxit eum [1] in excelsa Baal vt istinc videret partem extremam populi.*

18 in ipsa via, in aduersarium illi. i. vt illi aduersaretur, ne porro pergeret.
19 duos famulos suos.
20 vel, iungens se ad parietem, attriuit.
21 Heb. Et addidit angelus Domini transire.
22 vbi nulla erat.
23 vtinam gladius esset in manu mea, profecto nunc te interficerem.
24 Heb. super quã sedisti a tempore præcedenti tuo, vsque ad diem hanc: nunquid consueui facere tibi sic vsq; nunc?
25 Tunc detexit Dominus oculos Balaam. Alii vertunt, Tunc Dominus reddidit oculos Balaã perspicatiores.
26 Hebr. in aduersarium tibi. i. vt tibi aduersarer.
27 quia declinauit a via, coram me. Duæ voces subaudiendæ, Quia declinauit (cor tuum) à via recta, me inspectante.
28 nisi declinasset a me, (subaudi scito, aut aliquid simile) quod nunc interfecissem te, & eam seruassem incolumem. Ex hoc loco colligimus asinam mortuã fuisse postquam locuta est.
29 nunc igitur si malum fuerit in oculis tuis, reuertar mihi. i. si displicet tibi, reuertar in domũ meam, vel in patriam meam.
30 quæ erat cõtermina Arnon, quæ (scilicet Arnon) erat in termino, vel in terminis, in extremis finibus regni Moabitarum.
31 an vere non possum glorificare te? i. putásne me non posse te augere multis muneribus, vel magno honore?
32 sub. pro voto meo, vel, nisi illud quod Deus voluerit?
33 Husoth nomen proprium.
34 sub. munera.

CAPVT XXIII.

A [1] Dixitquè Balaam ad Balac, Ædifica mihi hîc septem aras, & para totidem vitulos, eiusdémq; numeri arietes.

Balaam construit aras.

2 Cúmq; fecisset iuxta sermonem Balaam, imposuerunt simul vitulum & arietem super aram.

3 Dixitque Balaam ad Balac, Sta paulisper iuxta holocaustum tuum, donec vadam, si forte occurrat mihi Dominus, & quodcunque imperauerit, loquar tibi.

[1] *Et ait Bileam ad Balac, Extrue mihi hic septem aras, & para mihi septem boues, & septem arietes.*

2 *Fecit ergo Balac quemadmodum Bileam iusserat, [2] sacrificauitque Balac & Bileam bouem & arietem in ara.*

3 *Et dixit Bileam ad Balac, Sta tu iuxta holocaustum tuum, & ego vadam, si fortè Dominus mihi obuiam fiat, & quicquid mihi ostenderit, id indicabo tibi. & ascendit [3] in excelsa.*

35 propter Balaam & propter principes qui erant cum eo. Vt scilicet eum laute acciperent. CAP. XXIII. 1 in Bamoth Baal, i. in excelsis Baal.
2 imposueruntq; Balac & Balaam vitulum & arietem in altari. i. per singulas aras mactauerunt vnum arietem & vnum bouem. 3 vel, in locum sublimiorem. aptiorem scilicet contemplationi. Alii vertunt, Abiit solus siue solitarius.

3 i. suggessit ipsi Balaam quod responderet.
4 i. exorsus propheticũ sermonem, qa improphetiis sunt parabolæ. Ideo parabola accipitur pro sermone prophetico.
5 vel, deducendũ curauit, aut, accersiuit.
6 vel, maledic in gratiam mei ipsi Iacob.
7 Cur maledicã.
8 vel, petrarum, aut, montium.
9 vel, contemplatus sum eum. Hoc dicit propter legẽ Israeli in mõte datã.
10 vel, salua.
11 i. solitarius, i. seorsum ab aliis gentibus habitaturus est propter religionem.
12 vel, non reputabitur, i. non mutabit religionem suam, vt misceatur cum aliis gentibus.
13 Chaldæus paraphrastes vertit, Quis numero æquaturus est puluerem terræ Iacob?
15 sub. populi Israelitici, i. Moriar vt isti iusti morituri sunt: & mihi contingat vt illis.
14 fecisti.
15 Heb. benedicendo benedixisti.
16 Heb. Nónne quod ponet Dominus in ore meo, id studiose conabor dicere? q. d. id solum possum dicere. Seipsum interpretatur quum dicit capite sequenti. Si dederit mihi Balac plenam domum, &c.
17 vnde videas illum tantũ extremitatem eius vidisti, & totum illum nõ vidisti) & maledic ei illum in gratiam mei. Obseruãda est ista parẽthesis: alioqui locus est obscurissimus.
18 Heb. in Sedesophim: nomen loci locum speculatorum significans.
19 Heb. vt ego

Quum verò ipsi Bileam obuiam factus fuisset Deus.

4 Ait [Bileam] ad eum, Septem aras instruxi, & sacrificaui in vnaquaq; bouem & arietem.

5 Dominus verò [3] indidit sermonem ori Bileam, & ait.

6 Reuertere ad Balac, & sic loquere. Quúmq; rediisset ad eum, en stabat ille iuxta holocaustum suum, ipse & omnes principes Moab.

7 Is autem [4] sumpta parabola dixit, De Aram [5] duxit me Balac rex Moabitarum, de montibus Orientalibus, Veni, [6] execrare mihi Iacob, & veni, inquam, detestare Israelem.

8 [7] Quomodo mala imprecabor ei cui mala non imprecatur Deus? aut quomodo detestabor eum quem non detestatur Dominus?

9 Quoniam de summitate [8] silicum vi[d]eo eum, atq; de collibus [9] intueor eum: ecce populus [10] seorsim habitabit & inter Gentes [11] sese non reputabit.

10 [12] Quis numeret puluerem Iacob, & numerum quartæ partis Israelis? Moriatur anima mea morte iustorum, & sit extremum meum quemadmodum [13] illius.

11 Dixit verò Balac ad Bileam, Quid [14] fecisti mihi? accersiui te vt mala imprecareris hostibus meis, tu verò [15] strenue fausta imprecaris.

12 Qui respondens, ait, [16] Annon obseruare debeo, vt loquar istud quod Dominus ori meo indidit?

13 Et ait ad eum Balac, Veni quæso mecum ad alium quempiam locum, [17] vnde [populum] istum videre possis, vel partem duntaxat, totum verò non videas, vt istinc execreris mihi eum.

14 Adduxit ergo eum [18] in Agrum speculatorum, in verticem collis, & extruxit septem aras, sacrificans in singulis singulos boues & arietes. Dixit autem ad Balac,

15 Sta hic iuxta holocaustum tuum, [19] ego istic si mihi occurratur [expectabo.]

16 Obuiam itaq; factus est Dominus ipsi Bileam, & [20] indidit ei sermonem in os eius, & dixit, Reuertere ad Balac, & loquere ad hunc modum.

17 Et quum venisset ad eum, ecce is stabat iuxta holocaustum suum, & principes Moab cum eo. & dixit ad eum Balac, Quid loquutus est Dominus?

18 Qui [21] sumpto sermone ænigmatico, respondit, Surge Balac & audi, ausculta me fili Zipor.

19 Deus non vir est vt mentiatur, aut filius hominis vt [22] pœniteat: num ipse [23] dicit, & non facit? num loquitur, & non [24] ratum faciet?

20 [25] En cœpi bona ac fausta imprecari, fausta inquam imprecatus, nec vertam illa.

21 [26] Nihil vanitatis videtur in Iacob, neq; quidquam molestiæ in Israele, Dominus Deus eius est cum eo, & [27] iubilus regis in eo.

22 Deus, qui eduxit eos ex Ægypto, est ei veluti robur [28] rhinocerotis.

23 [29] Non est incantatio in Iacob, neq; diuinatio in Israele. [30] quum fuerit opportunum dicitur ipsi Iacob & Israeli quid Deus operetur.

24 En populus [ille] consurget vt [31] leæna, & veluti sese eriget: non accubabit, [32] donec comedat prædam, & sanguinem occisorum bibat.

25 Et dixit Balac ad Bileam, [33] Nec execreris eum, neq; fausta ei imprecteris.

26 Et respondens Bileam, dixit ad Balac, Annon loquutus sum ad te, Quidquid Dominus loquutus fuerit, id ipsum faciam?

Cumq; abiisset, velociter occurrit illi Deus.

4 Locutúsque ad eum Balaam, Septem, inquit, aras erexi, & imposui vitulum & arietem desuper.

5 Dominus autem posuit verbum in ore eius, & ait, Reuertere ad Balac, & hæc loquêris. Reuersus inuenit stantem Balac iuxta holocaustum suum, & omnes principes Moabitarum. *Deus dat Balaam quod loquatur.*

7 Assumptáq; parabola sua, dixit, De Arã adduxit me Balac rex Moabitarum, de montibus Orientis. Veni, inquit, & maledic Iacob: propera & detestare Israel. *Balaam benedicit semini Israelis.*

8 Quomodo maledicam, cui non maledixit Deus? qua ratione detester, quem Dominus non detestatur? B

9 De summis silicibus videbo eum, & de collibus considerabo illum: populus solus habitabit, & inter Gentes non reputabitur.

10 Quis dinumerare possit puluerem Iacob, & nosse numerum stirpis Israel? Moriatur anima mea morte iustorum, & fiant nouissima mea horum similia.

11 Dixitq; Balac ad Balaam, Quid est hoc quod agis? vt malediceres inimicis meis, vocaui te: & tu è contrario benedicis eis.

12 Cui ille respondit, Num aliud possum loqui nisi quod iusserit Dominus?

13 Dixit ergo Balac, Veni mecum in alterum locum, vnde partem Israel videas, & totum videre nõ possis, inde maledicito ei.

14 Cumq; duxisset eum in locum sublimem, super verticem montis Phasga, ædificauit Balaam septem aras, & impositis supra vitulis atq; arietibus, dixit ad Balac, C

15 Sta hic iuxta holocaustum tuum, donec ego obuius pergam.

16 Cui cum Dominus occurrisset, posuissetq; verbum in ore eius, ait, Reuertere ad Balac, & hæc loquêris ei.

17 Reuersus inuenit eum stantem iuxta holocaustum suum, & principes Moabitarum cum eo. ad quem Balac, Quid, inquit, locutus est Dominus?

18 At ille assumpta parabola sua, ait, Sta Balac & ausculta, audi fili Sephor.

19 Non est Deus quasi homo vt mentiatur, nec vt filius hominis vt mutetur. Dixit ergo, & non faciet? locutus est, & non implebit?

20 Ad benedicendũ adductus sum, benedictionem prohibere non valeo.

21 Non est idolum in Iacob, nec videtur simulachrum in Israel. Dominus Deus eius cum eo est, & clangor victoriæ regis in illo.

22 Deus eduxit illum de Ægypto, cuius fortitudo similis est rhinocerotis. *infra 24.b*

23 Non est augurium in Iacob, nec diuinatio in Israel: tẽporibus suis dicetur Iacob & Israeli quid operatus sit Deus. D

24 Ecce populus vt leæna consurget, & quasi leo erigetur: non accubabit nisi deuoret prædam, & occisorum sanguinem bibat.

25 Dixitq; Balac ad Balaam, Nec maledicas ei, nec benedicas.

26 Et ille ait, Nónne dixi tibi, quòd quicquid mihi [a] Deus imperaret, hoc facerem? *[a] Dominus.*

occurram illi: Subaudi, Deo. i. vt ego consulam Deum. 20 i. suggessit illi quod loqueretur, siue responderet. 21 i. cum cepisset more Prophetarum dicere. vel, Tunc exorsus sermonem propheticum, dixit. 22 sub. eum promissi. vel, vt mutet sententiam. 23 [illegible] 24 vel, præparabit sub quod promisit. 25 ecce, benedictionem accepi, [illegible] & non reuocabo illam. Hoc est, mandatum accepi a Domino, siue missus sum a Domino vt benedicerem. ipse Dominus benedixit: neque possum benedictionem illam reuocare. 26 Non aspexit iniquitatem in Iacob, neque vidit calumniam, &c. i. Dominus peccatum Israeli non imputat, propter fidem: peccat quidem fidelis, sed statim condonatur ei peccatum. 27 i. similis clangori regis victoris. q. d. vincet hic populus Israeliticus inimicos suos. 28 vnicornis. 29 Heb. Quia non est augurium in, &c. i. Israelitæ non sunt dediti auguriis & diuinationibus. vel, non opus habent accedere ad augures. 30 sicut hoc tempore dicetur de Iacob & de Israele quid fecerit Dominus. i. simili tempore hoc posthac narrabitur quanta fecerit Dominus pro Israele. 31 vel, leo natu grandis. 32 i. donec spoliet omnibus bonis inimicos. 33 Heb. Etiam maledicendo ne maledicas ei, etiam benedicendo ne benedicas ei. Si nolis ei maledicere, ne agitur benedicas ei.

27 Et ait Balac ad eum, Veni, & ducam te ad a-
lium locum: si fortè placeat Deo vt inde maledi-
cas eis.
28 Cumq; duxisset eum super verticem montis
Phogor, qui respicit solitudinem,
29 Dixit ei Balaam, Ædifica mihi hic septẽ aras,
& para totidem vitulos, eiusdemq; numeri arietes.
30 Fecit Balac vt Balaam dixerat: Imposuitque
vitulos & arietes per singulas aras.

27 Et dixit Balac ad Bileam, Veni quaso, ducam te
in alium locum, si fortasse Deo [14] visum fuerit, vt inde
execreris mihi populum.
28 Assumpto igitur Balac Bileam in verticem Peor,
[15] qui visitur e regione deserti.
29 Et dixit Bileam ad Balac, Extrue mihi hic septem
aras, & para mihi hic septem boues, atq; septem arietes.
30 Et fecit Balac quemadmodum iusserat Bileam,
sacrificauitq; singulos boues & arietes in singulis aris.

14 vel, placeat, aut, rectum sit. 15 qui respicit contra faciẽ Iesimon. nomen deserti in quo erant Israelitæ.

CAPVT XXIIII.

A *Balaã prophetat de futuro regno Israel.*

1 CVmq; vidisset Balaam quòd placeret Domino
vt benediceret Israeli, nequaquã abiit vt ante
perrexerat, vt augurium quæreret: sed dirigens cõ-
tra desertum vultum suum,
2 Et eleuans oculos vidit Israel in tentoriis com-
morantem per tribus suas: & irruente in se Spiritu
Dei, Assumpta parabola ait,
3 Dixit Balaam filius Beor, dixit homo cuius
obduratus est oculus,
4 Dixit auditor sermonum Dei, qui visionem
Omnipotentis intuitus est, qui cadit, & sic aperiun-
tur oculi eius.
5 Quàm pulchra tabernacula tua Iacob, & ten-
toria tua Israel!
6 Vt valles nemorosæ, vt horti iuxta fluuios ir-
rigui, vt tabernacula quæ fixit Dominus, quasi ce-
dri prope aquas.
B 7 Fluet aqua de situla eius, & semen illius erit
in aquas multas. tolletur propter Agag, rex eius,
& auferetur regnum illius.
Supra 23. d 8 Deus eduxit illum de Ægypto, ‖ cuius forti-
tudo similis est rhinocerotis: deuorabunt Gentes
hostes illius, ossaque eorum confringent, & perfo-
rabunt sagittis.
9 Accubans dormiuit vt leo, & quasi leæna, quã
suscitare nullus audebit. Qui benedixerit tibi, erit
& ipse benedictus: qui maledixerit *in maledictio
ne reputabitur.
10 Iratúsq; Balac cõtra Balaam, complosis ma-
nibus ait, Ad maledicendum inimicis meis vocaui
te, quibus è contrario tertio benedixisti.
11 Reuertere ad locum tuum: decreueram qui-
dem magnificè honorare te, sed Dominus priuauit
te honore disposito.
C 12 Respondit Balaam ad Balac, Nõnne nunciis
tuis, quos misisti ad me, dixi,
Supr. 22. d 13 ‖ Si dederit mihi Balac plenam domum suã
argenti & auri, non potero præterire sermonem
Domini Dei mei, vt vel boni quid, vel mali profe-
ram ex corde meo: sed quicquid Dominus dixerit,
hoc loquar?
14 Verumtamen pergens ad populum meum,
dabo *consilium quid populus tuus populo huic
faciat extremo tempore.
15 Sumpta igitur parabola, rursum ait, Dixit
Balaam filius Beor, dixit homo cuius obduratus
est oculus, Dixit auditor sermonum Dei,
16 Qui nouit doctrinam Altissimi, & visiones
Omnipotentis videt, qui cadens apertos habet o-
culos; Videbo eum, sed non modo:
17 Intuebor illum, sed non propè ‖ ORIETVR
STELLA ex Iacob, & consurget virga de Israel: &
D percutiet duces Moab, vastabitq; oẽs filios Seth.
18 Et erit Idumæa possessio eius: hæreditas Seir
cedet inimicis suis: Israel verò fortiter aget.

* *tibi.*
Balac irascitur in Balaam.
* *tibi.*
Christi aduentum prædicit Balaam.
IESVS. Matth. 2. a

1 *VIdens autem Bileam quòd placeret in oculis Domi-*
ni vt faustis imprecaretur Israeli, non profectus est
vt antea [1] vt occurreret incantationibus, sed versa facie
sua versus desertum Bileam.
2 Subleuatisq; oculis suis, vidit Israelem ha[2] tantem
secundum tribus suas, [3] & Spiritus Dei incubuit in
eum, Vt instituto sermone ænigmatico sic loqueretur.
3 [3] Dixit Bileam filius Beor, dixitq; vir [4] obscura-
tus oculo.
4 Dixit auditor eloquiorum Dei, qui visum Omni-
potentis vidit, [5] cui cadenti oculi reuelati sunt.
5 Quàm [6] pulchra sunt tentoria tua ô Iacob, habita-
tiones tuæ ô Israel!
6 [7] Quemadmodum torrentes extenduntur, & sicut
horti ad flumina, sicut aloe quam plantauit Dominus, &
sicut cedri iuxta aquas.
7 Stillas aquæ [8] de situla eius, & semen eius erit,
[9] velut in aqua multa. [10] altus erit rex eius ab Agag, ma-
gnificabiturq; regnum eius.
8 Deus educit eum ex Ægypto, robur eius vt rhino-
cerotis: deuorabit Gentes hostes suos, & ossa eorum arro-
det, [11] sagittasq; suas confringet.
9 Accubat, iacetq; vt leo, & quasi leæna: [12] quis ex-
citaret eum? Qui tibi faustè imprecabitur, fausta im-
precabuntur eidem: qui verò te execratur, erit & is exe-
cratus.
10 Et [13] incaluit nasus Balac aduersus Bileam,
[14] complicuitq; manibus dixit Balac ad Bileam, Voca-
ui te, vt hostibus meis mala imprecareris, & en iam ter
illis sedulo fausta es imprecatus.
11 Fuge igitur ad locum tuum. statueram quidem
omnino [15] te magno te honore afficerem; at Dominus
obstitit, quo minus te honorem.
12 Respondit Bileam ipsi Balac, Annon legatis tuis,
quos ad me miseras, dixeram?
13 Si Balac dederit mihi domum suam argento &
auro plenam, non possum transgredi imperium Domini,
vt faciam vel bonum vel malum ex corde meo, sed quod
Dominus fuerit loquutus, hoc loquar, sicenne?
14 Nunc igitur proficiscor ad gentem meam, adesto
*igitur * consulam tibi [17] quid facturus sit populus iste*
populo tuo, idq; non primis diebus.
15 [18] Sumpto itaq; sermone ænigmatico dixit, Dixit
Bileam filius Beor, & dixit vir obscuratus oculo. Dixit
auditor eloquiorum Dei.
16 Et qui nouit scientiam Altissimi, qui visum vi-
dit Omnipotentis, cui cadenti retecti sunt oculi. [19] Videbo
eum, sed non modo:
17 Intuebor eum, sed non cominus. [20] INCEDET
STELLA ex Iacob, & surget sceptrum ex Israele,
& confringet proceres Moab, & diruet omnes [21] filios
Seth.
18 Et erit Idumæa possessa, [22] & Seir cedet hostibus
suis in possessionem, & Israel [23] fortiter aget.

1 In occursum auguriorum, vt captaret auguria. 2 Heb. & Spiritus Dei fuit super eum, Et leuauit parabolã suam, & eq. i. sublata voce prophetauit, dicens. 3 Procemio vtitur more prophetarum, q. d. Prophetia Balaam, filii Beor, prophetia hominis, &c. 4 cui aperti sunt oculi, scil. mẽtis, q. d. Prophetia inquam veri Prophetæ. 5 vel, qui cadit, & oculos habet apertos. i. q corpore dormitat & sopore, & tamen habet oculos mẽtis reuelatos. 6 vel, elegantia sunt (sunt futura sunt) tabernacula, quum scil. aduenerit Christus. 7 Sicut amnes q late sediffundũt, sicut horti siti iuxta fluuium. (i. Euphratem.) vt arbores aromaticæ quas plantauit Deus, quæ iuxta similes cedris, q crescunt prope aquas: sic horti irrigui &c. pro, Arbores aromaticæ quas plantauit: vertit potest, vt tẽtoria q fixit Deus, quæ similia sunt cedris, &c. 8 Alii vertũt, de ramis eius i. tribus eius q irrigatur aqua frequẽter. 9 in aquis multis. i. erit fœcundus: & semina eius capient magnum incrementum, vt solẽt germina in locis irriguis. Hoc est, omni ancestor, a ad hanc vitã, copioso affluent ei. 10 excellens erit

19 *Qui dominatur erit ex Iacob, & perdet reliquias*
24 *ex ciuitate.*

20 *Cumq́; [25] vidisset Amalec, sumpto sermone [26] ænigmatico, dixit, [27] Principium Gentium Amalec, [28] at postremum eius prorsus peribit.*

21 *Cenæum verò videns, [29] sumpto sermone ænigmatico, dixit, Robusta est habitatio tua, [30] & ponis in petra nidum tuum.*

22 *[31] Etenim Cenæus comburetur, donec Assur captiuum te abduxerit.*

23 *Instituto q́; sermone ænigmatico suo, ait, Heu quis viuet quum Deus [id] fecerit?*

24 *Et naues [33] ex partibus Chitim affligent Assur, deinde affligent & [34] Eber, [35] qui & ipse perpetuo peribit.*

25 *Surgens autem Bileam abiit, & reuersus est in locum suum. Sed & Balac abiit viam suam.*

19 De Iacob erit qui dominetur, & perdat reliquias ciuitatis.

20 Cumq; vidisset Amalec, assumens parabolam, ait, Principium Gentium Amalec, cuius extrema perdentur.

21 Vidit quoque Cinæum: & assumpta parabola ait, Robustum quidem est habitaculum tuū: sed si in petra posueris nidum tuum,

22 Et fueris electus de stirpe Cin, quamdiu poteris permanere? Assur enim capiet te.

23 Assumptaq; parabola iterum locutus est, Heu quis victurus est quando ista faciet Deus?

24 Venient in trierib. de Italia superabunt Assyrios, vastabuntq; Hebræos, & ad extremum etiam ipsi peribunt.

25 Surrexitque Balaam, & reuersus est in locum suum. Balac quoque via qua venerat, rediit.

Amalecitarū interitus. Cinæorum deletio. De Romano imperio vaticinium.

CAPVT XXV.

1 [1] *HAbitauit autem Israel in Sitim, & cœpit [2] populus scortari cum filiabus Moab:*

2 *Quæ cum populum ad sacrificia deorum suorum inuitarent, edit populus, & adorarunt deos earum.*

3 *[3] Et coniugatus est Israel ipsi Baal-Peor, & incanduit ira Domini aduersus Israelem. Et dixit Dominus ad Mosen,*

4 *[3] Tolle omnia capita populi, & suspende [4] eos [5] Domino [6] aduersus Solem, vt recedat furor Domini ab Israele.*

5 *Tunc dixit Moses ad iudices Israelis, [7] trucidate quisque viros suos qui [8] sese coniugarunt Baal-Peor.*

6 *Et ecce vir quidam ex Israelitis venit, & adduxit ad fratres suos Madianitidem quandam, idque in oculis Mosis, atq; vniuersæ multitudinis filiorum Israel, qui flebant ante ostium tentorii constitutionis.*

7 *Cumq́; (hoc) videret Pinhas filius Eleazari sacerdotis, surrexit e medio concionis, & accepta hasta in manum suam,*

8 *Secutus virum Israelitam [9] in fornicem, vtrosq; & Israelitam & ipsam Madianitidem transfixit [10] per ilia eius, & cohibita est cædes à filiis Israel.*

9 *Perierunt autem in clade ista vigintiquatuor millia.*

10 *Loquutus est autem Dominus ad Mosen in hanc sententiam,*

11 *Pinhas filius Eleazari filii Aharonis sacerdotis [11] auertit furorem meum a filiis Israel, [12] eo quod zelo quodam (vt ius est) indignationem meam inter eos, vt non absumerem filios Israel in mea indignatione.*

12 *Dic igitur, En ego [13] feriam cum eo fœdus meum, pacem.*

13 [14] *Habebitq́; tàm ipse quàm semen eius post eum, fœdus sacer[dotii] perpetui, eo quod zelum habuit pro Deo suo, & [15] purgauit pro filiis Israel.*

14 *Porrò nomen viri Israelitæ occisi, qui cum Madianitide occisus est, fuit Zimri filius Salu, qui fuit princeps [16] in domo patris (tribus) Simeonis.*

15 *Nomen vero mulieris Madianitidis interfectæ erat Cozbi, quæ fuit filia Zur, [17] qui caput fuit populorum in domo patris Madianitarum.*

16 *Et loquutus est Dominus ad Mosen in hanc sententiam,*

1 MOrabatur autem eo tempore Israel in Setim, & fornicatus est populus cum filiabus Moab,

2 Quæ vocauerunt eos ad sacrificia sua: at illi comederunt & adorauerunt deos earum.

3 Initiatusq; est Israel Beel Phegor: & iratus Dominus, ait ad Moysen,

4 ‖ Tolle cunctos principes populi, & suspende eos contra Solem in patibulis: vt auertatur furor meus ab Israel.

5 Dixitq; Moyses ad iudices Israel, Occidat vnusquisque proximos suos, qui initiati sunt Beel-Phegor.

6 Et ecce vnus de filiis Israel intrauit corā fratribus suis ad scortum Madianitidem vidente Moyse, & omni turba filiorum Israel, qui flebant ante fores tabernaculi.

7 ‖ Quod cum vidisset Phinees filius Eleazar filii Aaron sacerdotis, surrexit de medio multitudinis, & arrepto pugione,

8 Ingressus est post virum Israelitam in lupanar, & perfodit ambos simul, virum scilicet & mulierem in locis genitalibus. cessauitque plaga à filiis Israel.

9 Et occisi sunt viginti quatuor millia hominū.

10 Dixitque Dominus ad Moysen,

11 Phinees filius Eleazari filii Aaron sacerdotis auertit iram meam à filiis Israel: quia zelo meó commotus est contra eos, vt non ipse delerem filios Israel in zelo meo.

12 Idcirco loquere ad eum, ‖ Ecce do ei pacem fœderis mei,

13 Et erit tam ipsi quàm semini eius pactum sacerdotii sempiternū: quia zelatus est pro Deo suo, & expiauit scelus filiorum Israel.

14 Erat autem nomen viri Israelitæ qui occisus est cum Madianitide, Zambri filius * Salumi dux de cognatione & tribu Simeonis.

15 Porro mulier Madianitis, quæ pariter interfecta est, vocabatur Cozbi filia Sur principis nobilissimi Madianitarum.

16 Locutusque est Dominus ad Moysen, dicens,

A *Fornicatur populus cum filiabus Moab.*

Ios. 22. d Deut. 4. a

B *Phinees occidit Zambri & Cozbi.*

1. Macha. 2. c Psal. 105. c 1. Cor. 10. b

C *Pactū Dei cum Phinees.*

1. Mach. 2. f Eccl. 45. d

D *Zambri.* * *Salu.* *Cozbi.* *Madianitas iubet Deus occidi.* Infr. 31. a

24 de qualibet vi[ta] subaudi, Infideli. i. Faciet Christus vt omnes infideles sint fideles. 25 spiritu scilicet prophetiæ. 26. i. prophetico. 27 Primitiæ. i. Primi Amalecitæ inuaserunt filios Israel postquā egressi sunt ex Ægypto. 28 Vel, & finis eius erit vsque ad internecionem. i. tandem perdetur prorsus, & peribit. 29. i. cœpit prædicere quæ Cinæo euentura essent. 30 etiam si ponas in rupe nidū tuū. i. etiamsi habites in rupe tutissima. Subaudiendū, superaberis tamen. 31 Heb. Sed erit ad expellendum Cinæus, vsquequo te captiuū abducat Assyrius. Mutatio secundæ personæ in tertiam, & rursum tertiæ in secundam: antecedens itē pro relatiuo, obscurū reddunt sensum. sic clarius vertas, Certe expellendus Cinæus, abducerisque captiuus ab Assyriis. Futuri tēporis est expelleris & abduceris. Illud vsquequo, perinde valet acsi dicas, non tātum expelleris, sed etiam abduceris captiuus. Vel, ita expelleris, vt abducaris captiuus ab Assyrio. 32 Vel, (ista,) id est, quum ista euenient? 33 de littore Cithim. i. de littore, Italico. vel, de littore Græcorum, aut Tusco. Chaldæus paraphrastes, de littore Romano. 34 Vel, Hebræos. 35 Heb. etiam ille (subaudi, imperium Romanū) [erit] ad internecionem. i. tandem peribit.

CAP. XXV. 1 Cum aliquamdiu [moratus] fuisset Israel in Sitim, cœpit &c. 2 Vel, Adiunxitq; se Israel idolo Phegor. Id est, relicto cultu veri Dei, secuti sunt cultum idoli quod colebatur in monte Phegor, de quo supra capite XXIII. 3 Vel, Conuoca (subaudi, ad te) quotquot è principibus fornicati fuerint. 4 Quidam referunt à [illegible] ... aliis referunt ad populum. 5 Id est, ad placandum iram Domini. 6 Vel, coram sole. i. publice. Gallice, en plein iour. 7 i. Quisq; [illegible] ... hoc est, subditos suos, aut viros suos, Principes alloquitur. 8 Vel, adiunxerunt sese idolo Phegor relicto cultu veri Dei, secuti sunt cultum idoli. 9 In tentorium, In quod scilicet introduxerat Madianitidem. 10 Vel, in ventrem eius subaudi, mulieris. siue, in pudendis eius. 11 Vel, reuocauit. Id est, reconciliauit me filiis Israel. 12 Quum zelatus est zelum meum in medio eorum, & non consumpsi filios Israel zelo meo. [illegible] ... amore pro honore meo, non timuit occidere principem qui tam impudenter scortum introduxit vnde factum est vt non consumpserim filios Israel. 13 Daturus sum illi pactum meum, nempe pacis, quasi dicat, Dic illi, ne [illegible] ne timeas tibi a fratribus interfecti [illegible] non [illegible] tibi mortem.

14 Id est, Dignitatem sacerdotalem habiturus est tam ipse quam filii eius fœdere perpetuo & irreuocabili. 15 Expiauit filios Israel, id est, scelus & idololatriam eorum. 16 Heb. familiæ [illegible] Simeonitarum.

17 Princeps populorum erat ipse, & princeps familiæ patris in Madian.

17 Hostes vos sentiant Madianitæ, & percutite eos: quia & ipsi hostiliter egerunt contra vos & decepere insidiis per idolum Phogor & Cozbi filiam ducis Madian sororem suam, quæ percussa est in die plagæ pro sacrilegio Phogor.

17 [12] *Hostiliter impetere Madianitas conuenit, trucidate ergo eos: nam & illi hostiliter egerunt vobiscum insidiis suis, quas insidiosè tetenderunt vobis in negocio Peor, & in negocio Cozbi filiæ principis Madianitarum sororis suæ, quæ interfecta est in die cladis, (quæ facta est) propter negocium Peor.*

CAPVT XXVI.

Numerantur rursum filii Israel Terrā Chanaan ingressuri

A 1 POstquam noxiorum sanguis effusus est, dixit Dominus ad Moysen & Eleazarum filium Aaron sacerdotem,

2 Numerate omnem summam filiorum Israel à viginti annis & supra, per domos & cognationes suas, cunctos qui possunt ad bella procedere.

3 Locuti sunt itaque Moyses & Eleazar sacerdos, in campestribus Moab super Iordanem contra Iericho,

4 Ad eos qui erant à viginti annis & suprà, sicut Dominus imperauerat, quorum iste est numerus:

Ruben. Gene. 46. b Exod. 6. b 1. Para. 5. a

5 Ruben primogenitus Israel huius filius, Henoch, à quo familia Henochitarū: & Phallu, à quo familia Phalluitarum:

6 Et Hesron, à quo familia Hesronitarū: & Charmi, à quo familia Charmitarum.

7 Hæ sunt familiæ de stirpe Ruben: quarum numerus inuentus est quadraginta, tria millia & septingenta & triginta.

8 Filius Phallu, Eliab.

Sup. 16. a. g

9 Huius filii Namuel & Dathan & Abiron. isti sunt Dathan & Abiron principes populi, qui surrexerunt contra Moysen & Aaron in seditione Core, quando aduersus Dominum rebellārunt:

B 10 Et aperiens terra os suum deuorauit Core morientibus plurimis, quando combussit ignis ducentos quinquaginta viros.

11 Et factum est grande miraculum, vt Core pereunte, filii illius non perirent.

Simeon.

12 Filii Simeon per cognationes suas: Namuel, ab hoc familia Namuelitarum: & Iamin, ab hoc familia Iaminitarum: Iachin, ab hoc familia Iachinitarum:

13 Zare, ab hoc familia Zareitarum: Saul, ab hoc familia Saulitarum.

14 Hæ sunt familiæ de stirpe Simeon, quarum omnis numerus fuit viginti duo millia * ducentorum.

** ducenti*

Gad.

15 Filii Gad per cognationes suas: Sephon, ab hoc familia Sephonitarū: Aggi, ab hoc familia Aggitarum: Suni, ab hoc familia Sunitarum:

** Heri,*

16 Ozni, ab hoc familia Oznitarum: * Her, ab hoc familia Heritarum:

17 Arod, ab hoc familia Aroditarum: Ariel, ab hoc familia Arielitarum.

18 Istæ sunt familiæ Gad, quarum omnis numerus fuit quadraginta millia * quingentorum.

** quingenti.*

Iuda. Gen. 38. a. b

19 Filii Iuda, Her & Onan, qui ambo mortui sunt in Terra Chanaan.

C 20 Fueruntque filii Iuda per cognationes suas: Sela, à quo familia Selaitarum: Phares, à quo familia Pharesitarum: Zare, à quo familia Zareitarum,

21 Porrò filii Phares: Hesron, à quo familia Hesronitarum: & Hamul, à quo familia Hamulitarum.

22 Istæ sunt familiæ Iuda, quarum omnis numerus fuit septuaginta sex millia quingentorum.

Issachar.

23 Filii Issachar per cognationes suas: Thola, à quo familia Tholaitarum: Phua, à quo familia Phuaitarum; 24 Iasub, à quo familia Iasubitarum: Semran, à quo familia Semranitarum.

1 *POst cladem istam loquutus est Dominus ad Mosen & ad Eleazar filium Aharonis sacerdotis in hanc sententiam.*

2 [1] *Agite censum [2] vniuersi cœtus filiorum Israel, ab iis qui viginti sunt annorum & supra, iuxta domos patrum suorum, omnem scilicet qui aptus est in Israele ad militiam.*

3 *Et loquutus est ad eos Moses & Eleazar sacerdos in vastis campis Moab, [3] iuxta Iordanem Iericho, his verbis:*

4 *(Cum hi scilicet loquuti sunt) qui erant viginti annorum & supra, quemadmodum præceperat Dominus [3] Mosi. Et filii Israel, qui egressi sunt ex terrâ Ægypto (hi sunt,)*

5 *Ruben primogenitus Israelis: filii vero Ruben, Hanoch, hinc familia Hanochitarum: & Pallu, vnde familia Palluitarum.*

6 *De Hetzron familia Hetzronitarum: de Charmi familia Charmitarum.*

7 *Hæ sunt familiæ Rubenitarum, fueruntque in censu suo quadraginta tria millia, septingenta & triginta.*

8 [4] *Porro filii Pallu, Eliab.*

9 *Filii autem Eliab, Nemuel, Dathan &, Abiram: iste est Dathan & Abiram [5] nobiles in cœtu, qui aduersus Mosen & Aharonem [6] eiaculabantur (verba contentiosa) [7] in cœtu Corah, [8] quum eiacularentur (verba contentiosa) aduersus Dominum.*

10 *Et tellus aperiebat os suum & degluttiit [9] eos. Deinde & Corah. [qui periit] in morte cōgregationis, quum ignis deuoraret ducentos & quinquaginta viros.*

11 [10] *Vt fierent exemplum, Filii autem Corah non sunt mortui.*

12 *Filii Simeon iuxta familias suas: [11] ipsi Nemueli fuit familia Nemuelitarum: de Iamin familia Iaminitarum: Iachin, vnde familia Iachinitarum.*

13 *De Zerah familia Zarhitarum: & de Saul familia Saulitarum.*

14 *Istæ sunt familiæ Simeonis, viginti duo millia ducenti.*

15 *Filii Gad iuxta familias suas. Zephon, vnde familia Zephonitarum: Haggi, vnde familia Haggitarum: Schuni, vnde familia Schunitarum.*

16 *Osni, vnde familia Osnitarum: Eri, vnde familia Eritarum.* 17 *Arod, vnde familia Aroditarum: De Arieli familia Arielitarum.*

18 *Istæ sunt familiæ filiorum Gad [12] iuxta censum suos, quadraginta millia & quingenti.*

19 *Filii Iehuda, Er & Onan: mortuusque est Er & Onan in terra Chanaan.*

20 *Fuerunt autem filii Iehudæ iuxta familias suas, Sela, vnde familia Selanitarū: Peretz, vnde familia Partzitarum: Zerah, vnde familia Zarhitarum.*

21 *Porro filii Peretz fuerunt Hetzron, vnde familia Hetzronitarum: Hamul, vnde familia Hamulitarum.*

22 *Istæ sunt familiæ Iehuda [13] iuxta censum suos, septuaginta sex millia & quingenti.*

23 *Filii Issachar iuxta familias suas: Thola, vnde familia Tholaitarum: Pua, vnde familia Puitarum:*

24 *Iasub, vnde familia Iasubitarum. Simron, vnde familia Simronitarum.*

17 Affige Madianitas, & percute illos: quia ipsi vos affixerunt dolis suis quib. (s. sunt aduersū vos &c. i. quib. vos illiciebāt ad adorandū idolū Phogor, & fornicandum cū Corbi quæ percussa est tempore quo misit Dominus plagam propter cultum idoli Phogor. Negotio Phogor, vocat, & pertinentē ad idolum Phogor, eo-rum quem ipsi idolo exhibuerat Israelitæ.

CAP. XXVI.

1 Capite. summ. s.
1. Numerate.
2. i. parte quæ nō procul abest a Ierichonte.
3 de se loquitur Moses in tertia persona.
4 vel, De filiis Phallu, fuit Eliab.
5 aut. nobilissimi congregationis. vel, magnæ dignitatis homines, & consultissimi: quorum consilio vtebatur cōgregatio. Vox Hebræa significat eos qui ad res regni vocātur Gallicè Du côté d'estroict.
6 Rixati sunt. vel, litigauerūt. Aut. litigare fecerunt populum Israel cum Mose.
7. i. in seditione quam excitarat Core.
8 quum rixarētur contra Dominū. vel, qui fuerunt authores rixæ &c. 9 eos (Dathan sc. Abiron & Core,) quum mortua est congregatio
10 & fuerunt in signum i. exēplo aliis filiis Israel non esse rixandum siue litigandum cōtra Dominum.
11 a Nemuel (scil. fuit) familia Nemuelitarum: a Iamin &c. sic in reliquis vertēdum.
12 iuxta numeratos eorum,

25 Ista sunt familia Issachar iuxta census suos, sexagintaquatuor millia & trecenti.

26 Filii Zebulon iuxta familias suas, Sered, unde familia Sereditarum: Elon, unde familia Elonitarum: Iahleel, unde familia Iahleelitarum.

27 Ista sunt familia Zebulonitarum per census suos, sexaginta millia & quingenti.

28 Filii Ioseph per familias suas, Manasse & Ephraim.

29 Filii Manasse, Machir, unde familia Machiritarum. Machir vero genuit Gilead, & a Gilead familia Gileaditarum.

30 Isti sunt filii Gilead, Ihezer, unde familia Ihezeritarum: Helec, unde familia Helekitarum:

31 Asriel, unde familia Asrielitarum: Sechem, unde familia Sichemitarum.

32 Semida, unde familia Semidahitarum: Hepher, unde cognatio Hepheritarum.

33 Zelaphead vero filius Hepher non habuit filios, sed filias Et nomina filiarum Zelaphead, Mahla, Noa, Hagla, Milca & Thirza.

34 Ista sunt familia Manasse & census eorum: quinquaginta duo millia & septingenti.

35 Isti vero sunt filii Ephraim iuxta familias suas, Suthela, unde familia Suthelitarum: Becher, unde familia Becheritarum: Tahan, unde familia Tahanitarum.

36 Hi vero sunt filii Suthela, Eran, unde familia Eranitarum.

37 Ista sunt familia Ephraim iuxta census suos, trigintaduo millia & quingenti, & hi sunt filii Ioseph secundum familias suas.

38 Filii vero Beniamin iuxta familias suas, Bela, unde familia Belahitarum: Asbel, unde familia Asbelitarũ: Ahiram, unde familia Ahiramitarum:

39 Sepupham, unde familia Sepuphamitarum: Hupham, unde familia Huphamitarum.

40 Fuerunt autem filii Bela, Ard & Naeman, unde familia Arditarum, & de Naeman familia Naemanitarum.

41 Isti sunt filii Beniamin iuxta familias suas, & secundum census suos, quadraginta quinque millia & sexcenti.

42 Isti sunt filii Dan secundum familias suas, Suhã, unde familia Suhamitarum. Ista inquam sunt familia Dan iuxta familias suas.

43 Omnes familia Suhamitarum iuxta census suos, sexaginta quatuor millia & quadringenti,

44 Filii Aser secundum familias suas, Iimna, unde familia Iimnitarum: Iisui, unde familia Iisuitarum: Beriah, unde familia Berihitarum:

45 Heber, unde familia Heberitarum: Malkiel, unde familia Malkielitarum.

46 Nomen vero filia Aser, Serah.

47 Ista sunt familia filiorum Aser iuxta census suos: quinquagintatria millia & quadringenti.

48 Filii Naphtali secundum familias suas, Iachzeel, unde familia Iachzeelitarum: Guni, unde familia Gunitarum:

49 Iezer, unde familia Iezritarum: Sillem, unde familia Sillemitarum.

50 Ista sunt familia Naphtali secundum familias suas & census eorum, quadragintaquinque millia & quadringenti.

51 [13] Isti sunt census filiorum Israel, sexcenta millia, mille, septingenti & triginta.

52 Et loquutus est Dominus ad Mosen, dicens

53 Istis distribuatur terra [14] in hæreditatem iuxta numerum nominum

54 [15] Quorum multi sunt, his augebis hæreditatem suam: qui vero pauciores, iis minorem dabis hæreditatem: cuique dabitur hæreditas [16] iuxta censum suum.

25 Hæ sunt cognationes ex Issachar, quarũ numerus fuit sexagintaquatuor millia* trecentorum. *trecenti.

26 Filii Zabulon per cognationes suas: Sared, à quo familia Sareditarum: Elon, à quo familia Elonitarum: Ialel, a quo familia Ialelitarum. *Zabulon.*

27 Hæ sunt cognationes Zabulon, quarum numerus fuit sexaginta millia quingentorum.

28 Filii Ioseph per cognationes suas: Manasse & Ephraim. *Ioseph.* D

29 De Manasse ortus est Machir, à quo familia Machiritarum. Machir genuit Galaad, à quo familia Galaaditarum.

30 Galaad habuit filios: Iezer, à quo familia Iezeritarum: & Helec, à quo familia Helecitarum:

31 Et Asriel, à quo familia Asrielitarum: & Sechem, à quo familia Sechemitarum:

32 Et Semida, à quo familia Semidaitarum: & ‖ Hepher, à quo familia Hepheritarum. ‖ Infr. 27. a

33 Fuit autem Hepher pater Salphaad, qui filios non habebat, sed tantum filias, quarum ista sunt nomina, Maala, & Noa, & Hegla, & Melcha, & Thersa. *Filiæ Salphaad*

34 Hæ sunt familiæ Manasse, & numerus earũ, quinquagintaduo millia septingentorum.

35 Filii autem Ephraim per cognationes suas fuerunt hi: Suthala, à quo familia Suthalaitarũ: Becher, à quo familia Becheritarum: Thehen, à quo familia Thehenitarum. *Ephraim.*

36 Porrò filius Suthala fuit Heran, à quo familia Heranitarum.

37 Hæ sunt cognationes filiorum Ephraim: quarum numerus fuit trigintaduo millia quingentorũ. Isti sunt filii Ioseph per familias suas. E *Ioseph.*

38 Filii Beniamin in cognationibus suis: Bela, à quo familia Belaitarum: Asbel, à quo familia Asbelitarum: Achiram, à quo familia Achiramitarum:

39 Supham, à quo familia Suphamitarum: Hupham, à quo familia Huphamitarum.

40 Filii Bela, Hered & Noeman. De Hered, familia Hereditarũ: de Noeman familia Noemanitarum.

41 Hi sunt filii Beniamin per cognationes suas, quorum numerus fuit quadragintaquinque millia sexcenti.

42 Filii Dan per cognationes suas: Suham, à quo familia Suhamitarum. Hæ sunt cognationes Dan per familias suas: *Dan.*

43 Omnes fuere Suhamitæ, quorum numerus erat sexagintaquatuor millia quadringentorum.

44 Filii Aser per cognationes suas: Iemna, à quo familia Iemnaitarum: Iessui, à quo familia Iessuitarum: Brie, à quo familia Brieitarum: *Aser.*

45 Filii Brie Heber, à quo familia Heberitarũ: & Melchiel, à quo familia Melchielitarum.

46 Nomen autem filiæ Aser, fuit Sara.

47 Hæ cognationes filiorum Aser, & numerus eorum quinquaginta tria millia quadringẽtorum.

48 Filii Nephthali per cognationes suas: Iesiel, à quo familia Iesielitarum: Guni, à quo familia Gunitarum: F *Nephthali.*

49 Iezer, à quo familia Iezeritarum: Sellem, à quo familia Sellemitarum.

50 Hæ sunt cognationes filiorum Nephthali per familias suas: quorum numerus quadragintaquinque millia quadringentorum.

51 Ista est summa filiorum Israel qui recensiti sunt, sexcenta millia, & mille septingenti triginta.

52 Locutusq. est Dominus ad Moysen, dicens,

53 Istis diuidetur Terra iuxta numerum vocabulorum in possessiones suas.

54 Pluribus maiorem partem dabis, & paucioribus minorem: singulis sicut nunc recensiti sunt tradetur possessio.

23 Heb. Hi sunt enumerati &c. Hi numerati fuerunt filii Israel ab exitu de Ægypto: qui primo numerati fuerant, nõ sunt ingressi terram promissam: quia Mose qui legem refert, non deduxit in terram promissam. Qui vero secundo loco numerati sunt, illam ingressi sunt duce Iosue, qui typus erat Christi.

24 Vt possideatur ab illis iure hæreditario: tribus familias & cognationes quæ nominib. distingui solent siue pro numero familiarum, quæ solent habere diuersa nomina.

25 Heb. Numerositas, imbzadi, tribui.

26 pro ratione numeratorum suorum.

55 Ita dumtaxat vt sors Terram tribubus diuidat & familiis.

56 Quicquid sorte contigerit, hoc vel plures accipiant, vel pauciores.

Numerus filiorum Leui. *Exod.6.c*

57 Hic quoque est numerus filiorum Leui, per familias suas: Gerson, à quo familia Gersonitarum:

G Caath, à quo familia Caathitarum: Merari, à quo familia Meraritarum.

58 Hæ sunt familiæ Leui: familia Lobni, familia Hebroni, familia Maholi, familia Musi, familia Core.

Exod.6.c

59 At verò Caath genuit Amram: ‖ qui habuit vxorem Iochabed filiam Leui, quæ nata est ei in Ægypto. hæc genuit Amram viro suo, filios, Aaron & Moysen, & Mariam sororem eorum.

60 De Aaron orti sunt Nadab & Abiu & Eleazar & Ithamar:

Sup.3.a *Leui.10.a* *1.Para.24.a*

61 ‖ Quorum Nadab & Abiu mortui sunt, cum obtulissent ignem alienum coram Domino.

62 Fueruntque omnes qui numerati sunt, viginti tria millia generis masculini ab vno mense & suprà: * qui * non sunt recensiti inter filios Israel, nec eis cum cæteris data possessio est.

** quia*

63 Hic est numerus filiorum Israel, qui descripti sunt à Moyse & Eleazaro sacerdote in campestribus Moab supra Iordanem contra Iericho.

1.Cor.10.a

64 ‖ Inter quos nullus fuit eorum qui ante numerati sunt à Moyse & Aaron in deserto Sinai.

Supr.14.d

65 ‖ Prædixerat enim dominus quòd omnes morerentur in solitudine: nullusque remansit ex eis, nisi Caleb filius Iephone, & Iosue filius Nun.

55 Verumtamen sorte diuidetur terra, & secundum nomina tribuum patrum suorum hereditatem accipient.

56 Per sortem [17] diuidetur hæreditas eius inter multos & paucos.

57 [18] Porrò isti sunt census Leuitarum iuxta familias suas: Gerson, vnde familia Gersonitarum: Cahath, vnde familia Cahathitarum: Merari, vnde familia Meraritarum.

58 Istæ sunt familiæ [19] Leuitarum, familia Libnitarum, familia Hebronitarum, familia Mahlitarum, familia Musitarum familia Corithitarum.

59 Cahath verò genuit Amram. Porrò nomen vxoris Amram [20] Iochebed [21] filia Leui, quam [22] peperit ipsi Leui in Ægypto. Et peperit ipsi Amram Aharonem, & Mosen, & Mariam sororem eorum.

60 Aharoni verò natus est Nadab & Abihu, Eleazar & Ithamar.

61 Mortuus autem est Nadab & Abihu quum afferrent ignem alienum coram Domino.

62 Fuerunt autem [23] censi eorum, viginti tria millia, omnes scilicet mares ab eo quod vnum mensem erat natus & supra: non enim [24] censi erant inter filios Israel, eo quòd non esset illis data hæreditas inter filios Israel.

63 Hi sunt [25] censi quando Moses & Eleazar sacerdos recensuerunt filios Israel in vastis campis Moab [26] ad Iordanem Iericho.

64 Et inter istos nullus fuit ex his quos recensuerunt Moses & Aaron sacerdos, quando recensuerunt filios Israel in deserto Sinai.

65 Dixerat enim de eis Dominus, Omnino morientur in deserto. nec vnus quidem ex eis reliquus fuit, nisi Caleb filius Iephunne, & Iehosua filius Nun.

17 Diuidetur possessio vniuscuiusque inter numerosum & paucum, i. tam inter eos qui multi fuerint, quam qui pauci.
18 Illi qui sunt numerati Leuitarum, i. isti sunt Leuitæ qui numerati fuerunt.
19 i. quæ habuerunt originem à Leui.
20 Fuerunt duæ Iochabed vna filia, altera neptis.
21 i. neptis.
22 Sub. vxor, vel mater eius.
23 Numerati.
24 Numerati fuerant.
25 Numerati Mosis & Eleazari sacerdotis, qui recensuerunt &c.
26 Id est, qua parte labitur iuxta Iericho, vel, qua parte parum distat à Iericho.

CAPVT XXVII.

A

Lex hæreditatis filiarum Salphaad. *Supr.26.d* *Infr.36.a* *Iosue 17.a*

1 Accesserunt autem ‖ filiæ Salphaad, filii Hepher, filii Galaad, filii Machir, filii Manasse, qui fuit filius Ioseph: quarum sunt nomina, Maala & Noa & Hegla & Melcha & Thersa.

2 Steteruntque coram Moyse & Eleazaro sacerdote, & cunctis principibus populi ad ostium tabernaculi fœderis, atque dixerunt,

Supr.16.a.c

3 Pater noster mortuus est in deserto, nec fuit in seditione quæ concitata est contra Dominum sub Core, sed in peccato suo mortuus est: hic non habuit mares filios.

4 Cur tollitur nomen illius de familia sua quia non habet filium? date nobis possessionem inter cognatos patris nostri.

B

5 Retulitque Moyses causam earum ad iudicium Domini.

6 Qui dixit ad eum, Iustam rem postulant filiæ Salphaad:

7 Da eis possessionem inter cognatos patris sui, & ei in hæreditatem succedant.

De hæreditate lex.

8 Ad filios autem Israel loqueris hæc, Homo cum mortuus fuerit absque filio, ad filiam eius transibit hæreditas.

9 Si filiam non habuerit, habebit successores fratres suos.

10 Quòd si & fratres non fuerint, dabitis hæreditatem fratribus patris eius.

11 Sin autem nec patruos habuerit, dabitur hæreditas his qui ei proximi sunt, eritque hoc filiis

C Israel sanctum lege perpetua, sicut præcepit Dominus Moysi.

Ostenditur Moysi Terra promissionis. *Deuter.32.g*

12 Dixit quoque Dominus ad Moysen, Ascende in montem istum Abarim, & contemplare inde Terram quam daturus sum filiis Israel,

13 Cumque videris eam, ibis & tu ad populum tuum, sicut iuit frater tuus Aaron,

1 Accesserunt autem filiæ Zelaphhad, filii Hepher, filii Gilead, filii Machir, filii Manasse, de familia Manasse filii Ioseph: suntque hæc nomina filiarum eius, Mahela, Noa, Hegla, Milcha & Thirsa.

2 Stantes verò ante Mosen & ante Eleazarum sacerdotem, atque ante principes eorum, & vniuersum cœtum, iuxta ostium tentorii constitutionis, dicebant,

3 Pater noster mortuus est in deserto, nec tamen fuit [1] in cœtu conspiratorum aduersus Dominum, in cœtu scilicet Corah, sed mortuus est [2] in peccato suo, nec habuit filios.

4 Cur ergo abstrahetur nomen patris nostri è medio familiæ suæ, propterea quòd non habet filium? da [igitur] nobis possessionem inter [3] fratres patris nostri.

5 Retulit autem Moses causam illarum ad Dominum.

6 Et Dominus loquutus est ad Mosen, dicens verbum, Probe loquutæ sunt filiæ Zelaphhad,

7 Omnino dabis illis [4] possessionem hæreditatis inter fratres patris sui, & [5] transferes hæreditatem patris sui ad eas.

8 Ad filios autem Israel loqueris sic, Si quispiam mortuus fuerit absque filio, transferetis hæreditatem eius ad filiam eius.

9 Si verò nec filiam habuerit, dabitis hæreditatem eius fratribus eius.

10 Et si nec fratres ei fuerint, dabitis hæreditatem eius fratribus patris eius.

11 Quòd si pater eius fratres nullos habuerit, dabitis hæreditatem eius consanguineo eius propinquiori qui fuerit de familia eius, ut possideat eam: & sit hoc filiis Israel statutum [6] legitimum, quemadmodum præcepit Dominus Mosi.

12 Et dixit Dominus ad Mosen, Ascende in montem istum Abarim, & contemplare terram quam dedi filiis Israel.

13 Postquam verò eam contemplatus fueris, [7] colligeris ad populos tuos, etiam tu, quemadmodum collectus est Aaron, frater tuus.

1 De congregatione illa quæ congregata fuit aduersus Dominum in cœtu seditiosorum Core: i. inter eos qui seditiose conuenerunt in seditioso cœtu quem concitauit Core.
2 Vel, ob peccatum suum quum fuit et murmurauit cum aliis in deserto qui morsibus serpentum interierunt.
3 i. consanguineos
4 i. Possessionem hæreditariam, quam iure hæreditario possideant.
5 Id est, dabis illis quod possessurus erat pater earum, si mortuus non fuisset.
6 Heb. iudicii, i. Secundum hanc legem de huiusmodi iudicabunt iudices inter filios Israel: hoc ius obseruabunt iudices inter filios Israel
7 Hebraismus, pro, morieris, sicut mortuus est Aaron.

14 [8] *Eo quòd exacerbastis os meum in deserto Zin, in contentione multitudinis, ne sanctificar. tu me in aquis coram oculis eorum. Hæ sunt aquæ [9] contentionis in Cades in deserto Zin.*

15 *Et Moses loquutus est ad Dominum dicens,*

16 *Præficiat Dominus [10] Deus spirituum vniuersæ carnis virum super hunc cœtum,*

17 [11] *Qui egrediatur ante eos, quiq; ingrediatur ante eos: qui educat eos, & qui introducat eos: vt non sit cœtus Domini velut oues quæ pastorem non habent.*

18 *Et dixit Dominus ad Mosen, Assume tibi ipsum Iehosua filium Nun, virum in quo est Spiritus, &* [12] *impone manum tuam super eum.*

19 *Et statues eum coram Eleazaro sacerdote, & coram vniuersa multitudine,*

20 *Et* [13] *da illi mandata illis spectantibus. Dabis quoq; ei* [14] *de decore tuo, vt omnes in cœtu filiorum Israel* [15] *audiant.*

21 *Et stabit ante Eleazarum sacerdotem, qui* [16] *interrogabit pro ipso secundum ritum Vrim, idq; coram Domino: & iuxta verbum eius egredientur, iuxtaque verbum eius ingredientur, tam ipse quàm vniuersi filii Israel, & vniuersus cœtus cum eo.*

22 *Fecit autem Moses quemadmodum præceperat ei Dominus, tulitq; Iehosua, & statuit eum ante Eleazarũ sacerdotem, atq; ante vniuersum cœtum.*

23 *Et imposuit ei manibus suis* [17] *mandata dedit ei, quemadmodum Dominus loquutus fuerat per Mosen.*

14 † Quia offendistis me in deserto Sin, in contradictione multitudinis, nec sanctificare me voluistis coram ea super aquas. Hæ sunt aquæ contradictionis in Cades * deserti Sin.

15 Cui respondit Moyses,

16 Prouideat Dominus Deus spirituum omnis carnis, hominem qui sit super multitudinem hanc:

17 Et possit exire & intrare ante eos, & educere eos vel introducere: ne sit populus Domini sicut oues absq; pastore.

18 Dixitque Dominus ad eum, Tolle Iosue filium Nun virum in quo est Spiritus Dei & pone manum tuam super eum.

19 Qui stabat coram Eleazaro sacerdote & omni multitudine,

20 Et dabis ei præcepta cunctis videntibus, & partem gloriæ tuæ, vt audiat eum omnis synagóga filiorum Israel.

21 Pro hoc siquid agendum erit, Eleazar sacerdos consulet Dominum. Ad verbum eius egredietur & ingredietur ipse, & omnes filii Israel cum eo, & cætera multitudo.

22 Fecit Moyses vt præceperat Dominus: cumque tulisset Iosue, statuit eum coram Eleazaro sacerdote & omni frequentia populi.

23 Et impositis capiti eius manibus cuncta replicauit quæ mandauerat Dominus.

Supr. 20. b

* *in deserto.*

D *Constituitur Iosue dux populi pro Moyse.* Deut. 3. d.

8 Quemadmodũ conciliastis ori meo in deserto Sin in iurgio cõgregationis, ad sanctificandum me in aquis illis coram oculis. Id est, cum murmurantis, et rebelles facti mandatis meis in deserto Sin, cum contenderent filii Israel, & belles inquam iussis dare mihi gloriam in aquis illis quas eduxi ex petra, illis præsentibus, quasi dicat, quẽadmodum recusastis extollere me & celebrare potentiam meã quum populus tam vehementer postularet aquas, ita etiam non dignabor vos terra quam daturus sum filiis Israel.

9 Vel, controuersiæ (habitæ) in Cades in deserto Sin.

10 Id est, qui nouit corda omnium hominum. 11 Id est, qui præsit illis in omnibus, regat & gubernet eos in omnibus rebus agendis: qui deducat eos ad bellum, & reducat ad vrbem. 12 Vt ratificentur solenniter illum constituere principem populi Dei. 13 Id est, doce eum quid agere debeat. 14 Vel, de gloria tua aut, Partem gloriæ tuæ impertire. Hoc est, Transferas in eum gloriam tuam, ornando & commendando eum verbis, ostendasque eum diuinitus constitutum, vt autoritatem habeat, vt ei pareant quemadmodum & tibi. 15 Id est, morem gerant. 16 Interrogabit eum de iudicio Vrim coram Domino, id est, consulet pontificem de rebus agendis, tanquam consiliarium voluntatis Dei de rebus inquam quas reuelabit ei agendas Dominus, propter præsentiam nominis sui, quod ipse sacerdos gestat in pectorali. Hic Vrim, pro summo pontifice accipitur, vt sit antecedens pro relatiuo, Interrogabit eum de iudicio Vrim, id est, pontificis, hoc est, suo: interrogabit sacerdotem de iudicio sacerdotis: interrogabit sacerdotem sententiam suam, quid Dominus velit fieri, quasi dicat, Cum aliquid agere voles, interrogabit summum pontificem qui gestat Vrim & Thummim in pectorali. Vel, interrogabit eum de iudicio, id est, sententia Vrim, id est, illuminationum, hoc est de sententia Dei illuminantis & illuminantis & dirigentis omnia: vt Deus hic dicatur Vrim, id est, Lucem mundi se dicit Christus in Euangelio Iohannis. Coram Domino autem, id est, in tabernaculo coram arca Domini, vbi ipse dabat responsa. Vbicunque mentio fit Vrim pectoralis, semper contingitur eidem Thummim. vt Esd. 2. Nehemiæ 7. Deuter. 33. Exod. 28. Excipitur hic locus & 1. Reg. 28. vbi vrim pro summo pontifice ponitur. 17 Id est, instituit eum, & docuit quæ agenda illi essent, vt dixerat Dominus instituendum esse.

CAPVT XXVIII.

1 L*Oquutusq; est Dominus ad Mosen, dicens,*

2 [1] *Præcipe filiis Israel, & dic eis ad eos. Sacrificium meum* [2] *panis mei quod fit ad sacrificium ignitum in odorem suauéolentem, custodietis, vt sacrificetis mihi statuto suo tempore.* [3] *Dicesq; ad eos,*

3 *Hoc est sacrificium quod igne consit, quod sacrificabitis Domino: agnos anniculos* [4] *integros duos quotquam die in holocaustum continuum:*

4 *Agnum vnum facies mane, alterum autem agnũ facies* [5] *inter vesperas.*

5 *Decimam quoq; partem ephi similaginis* [6] *pro sacrificio cibario, quæ mixta sit oleo* [7] *contuso, quarta scilicet parte hin.*

6 [8] *Holocaustũ hoc iuge quale factũ est in mõte Sinai, in odorẽ suaueolentẽ,* [9] *sacrificiũ quod igne cõsit Domino.*

7 *Libatio verò eius sit quarta pars hin pro agno vno, in sanctuario* [10] *fac libari siceram Domino,*

8 *Agnum verò alterum facies inter vesperas (cuius sacrificium cibarium & libamen sit quemadmodum eius qui mane fuit sacrificatus,)* [11] *sacrificium quod igne cõsit in odorem suauéolentem Domino.*

9 *Die autem sabbathi duos agnos anniculos integros, & duas* [12] *decimas similaginis* [13] *pro sacrificio cibario, quæ commixta sit oleo, cum libamine suo.*

10 [14] *Holocaustũ hoc sabbathi, quod singulis sabbathis fieri debet supra holocaustum continuũ & libamen eius.*

1 D*Ixit quoque Dominus ad Moysen,*

2 Præcipe filiis Israel, & dices ad eos. Oblationem meam & panes, & incensum odoris suauissimi offerte per tempora sua.

3 Hæc sunt sacrificia quæ offerre debetis. Agnos anniculos immaculatos duos quotidie in holocaustum sempiternum:

4 Vnum offeretis mane, & alterum ad vesperum:

5 Decimam partem ephi similæ, quæ conspersa sit oleo purissimo, & habeat quartam partem hin.

6 Holocaustum iuge est quod obtulistis in monte Sinai in odorem suauissimum incensi Domini.

7 Et libabitis vini quartam partem hin per agnos singulos in sanctuario Domini.

8 Alterum q; agnum similiter offeretis ad vesperam iuxta omnẽ ritum sacrificii matutini, & libamentorum eius oblationem suauissimi odoris Domino.

9 † Die autem Sabbathi offeretis duos agnos anniculos immaculatos, & duas decimas similæ oleo conspersæ in sacrificio & liba:

10 Quæ rite funduntur per singula Sabbatha in holocaustum sempiternum.

A *Quid quoquã tempore offerendum.* *Quotidie.*

B *Die sabbathi.* Matth. 12. a

1 Instituerat Dominus sacrificia, vt reuocaret ab idololatria populum suum, vtque eum contineret in vero cultu. Præterea vt iam tum admoneret illos sacrificii & immolationis Christi futuræ.

2 Escam meam, incensa mea odorem quietis meæ custodite, offerendo (ea) mihi &c. q. d. Oblationem meam, ritum offerendi à me præceptum, carnes meas & victimas meas, quæ cremantur vt incensa mihi fiant gratissima, quibus excitetur mihi odor gratissimus, custodite, offerte ea mihi vt præcepi.

3 Dic inquam ad eos, Illud est sacrificium incensum quod offeretis Domino, &c. q. d. Iste est ritus sacrificii tui quod suo tempore offeretis Domino. 4 Vel, perfectos & immunes ab omni labe, carentes omni macula. 5 Inter duas vesperas. Prima vespera [illegible] 6 In oblationem. Vel an manus. 7 Id est, expressi ex oleis et oliuis. [illegible] capitur. 8 Id est, Hoc [illegible] de sacrificio holocausti perpetui quod fieri solitum est in monte Sinai. 9 Vel, incensum quod fiat in honorem Domini. 10 Liba libamen ex vino Domino. 11 In incensum odoris quietis (i. gratissimi) Domino. 12 Intellige decimas mensuræ ephi. 13 Pro munere subaudi, adiungendo ei [illegible] 14 Heb. Illud est h[olocau]stum sabbathi in sabbatho eius, super holocaustum iuge, & oblationem eius. Id est, Ista est ratio holocausti quod fieri debet per singula sabbatha, vltra holocaustum sacrificii iugis & libamen eius.

Calendis.

11 In Calendis autem, id est, in mensium exordiis, offeretis holocaustum Domino, vitulos de armento duos, arietem vnum, agnos anniculos septem immaculatos:

12 Et tres decimas similæ oleo conspersæ in sacrificio per singulos vitulos: & duas decimas similæ oleo conspersæ per singulos arietes:

13 Et decimam decimæ similæ ex oleo in sacrificio per agnos singulos. Holocaustum suauissimi odoris atq; incensi est Domino.

14 Libamenta autem vini quæ per singulas fundenda sunt victimas, ista erunt media pars hin per singulos vitulos, tertia per arietem, quarta per agnum. Hoc erit holocaustum per omnes menses, qui sibi anno vertente succedunt.

C 15 Hircus quoq; offeretur Domino pro peccatis in holocaustum sempiternum cum libamentis suis.

Mense primo. Exod.12.c Leuit.23.a

16 ¶Mense autem primo, quartadecima die mensis, Phase Domini erit,

17 Et quintadecima die solennitas: septem diebus vescentur azymis.

18 Quarum dies prima venerabilis & sancta erit: omne opus seruile non facietis in ea.

19 Offeretisque incensum holocaustum Domino vitulos de armento duos, arietem vnum, agnos anniculos immaculatos septem:

20 Et sacrificia singulorum ex simila quæ conspersa sit oleo, tres decimas per singulos vitulos, Et duas decimas per arietem,

21 Et decimam decimæ per agnos singulos, id est, per septem agnos.

22 Et hircum pro peccato vnum, vt expietur pro vobis:

23 Præter holocaustum matutinum quod semper *offeretis.

offerės.

D 24 Ita facietis per singulos dies septem dierum in fomitem ignis, & in odorem suauissimum Domino, qui surget de holocausto & de libationibus singulorum.

25 Dies quoque septimus celeberrimus & sanctus erit vobis: omne opus seruile non facietis in eo.

Die primitiuorum.

26 Dies etiam primitiuorum quando offeretis nouas fruges Domino, expletis hebdomadibus, venerabilis & sancta erit: omne opus seruile non facietis in ea.

27 Offeretisque holocaustum in odorem suauissimum Domino, vitulos de armento duos, arietem vnú, *agnos anniculos immaculatos septem:

* &

28 Atque in sacrificiis eorum similæ oleo conspersæ tres decimas per singulos vitulos: per arietes, *duas:

subaudi, decimas,

29 Per agnos, decimam decimæ, qui simul sunt agni septem.

30 Hircú quoq; *qui mactatur pro expiatione:

vnum.

31 Præter holocaustum sempiternum & libationes. Immaculata offeretis omnia cum libationibus suis.

11 *In initiis quoq; mensium vestrorum sacrificabitis Domino* [15] *holocaustum, nempe duos iuuencos ex bobus, & arietem vnum, agnos anniculos integros septem.*

12 *Tres etiam decimas similaginis* [16] *in sacrificium cibarium, quæ conspersa sit oleo,* [17] *pro iuuenco vno: & duas item decimas similaginis in sacrificium cibarium, quæ sit oleo conspersa,* [18] *pro ariete vno.*

13 *Et pro singulis agnis* [19] *singulas decimas similaginis oleo conspersæ in sacrificium cibarium,* [20] *holocaustum in odorem suauolentem, & sacrificium quod igne consit Domino.*

14 *Libamina verò eorum medium hin pro iuuenco, tertia pars hin pro ariete, & quarta pars hin vini pro agno. Hoc sit holocaustum* [21] *singulis mensibus, in mensibus anni.*

15 *Sed & hircus ex capris vnus pro hostia peccati fiet Domino,* [22] *supra holocaustum iuge, cum libamine suo.*

16 *In mense primo,* [23] *decimoquarto die mensis est* [24] *Pasah Domini,*

17 *Et in quintodecimo die mensis eiusdem festus dies est, per septem dies placentæ infermentatæ edentur.*

18 *Primo die* [25] *conuocatio sancta sit, nullum opus seruile facietis,*

19 *Sed* [26] *offeretis sacrificium quod igne consit Domino in holocaustum, nempe iuuencos e bobus duobus, arietem vnum, & septem agnos anniculos, qui integri vobis fuerint.*

20 [27] *Cibarium autem sacrificium eorum fiat ex similagine oleo conspersa, & facietis tres decimas pro iuuenco vno, & duas decimas pro ariete vno.*

21 *Singulas quoque decimas pro singulis agnis,* [28] *quorum sunt septem.*

22 [29] *Caprum denique pro peccato vnú, ad expiandum pro vobis.*

23 *Ista facietis præter holocaustum matutinum, quod sit in iuge holocaustum.*

24 *Ad hunc modum per singulos dies septem dierum facietis panem sacrificii est quod igne consit Domino in odorem suauolentem, vltra iuge holocaustum cum libamine suo, fiat.*

25 *Septimo die* [30] *conuocationem sanctam habebitis, nullum opus seruile facietis.*

26 [31] *In die porro primitiuorum fructuum,* [32] *quum attuleritis Domino* [33] *cibarium sacrificium nouum* [33] *in hebdomadibus vestris, debet vobis esse sancta conuocatio, nec vllum opus seruile in eo facietis.*

27 *Et afferetis holocaustum in odorem suauolentem Domino, iuuencos ex bobus duos, arietem vnum, & septem agnos anniculos.*

28 [34] *Cibarium sacrificium eorum fiat de similagine oleo conspersa, nempe tres decimas pro iuuenco vno, & duas decimas pro ariete vno:*

29 *Pro singulis autem agnis, quorum sunt septem, singulas decimas.*

30 *Hircus ex capris vnus pro expiatione vestri.*

31 *Hæc facietis,* [35] *excepto iugi holocausto, & sacrificio suo cibario: eruntque vobis integra* [36] *cum libaminibus suis.*

15 (in) holocaustum. 16 pro munere. vel, vt munus siue sacrificium adornetur. 17 Vel, in singulos vitulos: 18 Vel, in singulos arietes. 19 Hebr. decimã decimam. 20 (in) holocaustum odoris gratissimi, & incensum Domino. 21 Hebr. mense in mensem. 22 Vltra holocaustum iuge fiet vna cum libamine suo. Vocat holocaustum iuge siue sempiternum, quod intermittere non licebat. 23 id est, exacta decimaquarta die, in principio decimæquintæ diei eiusdem mensis. 24 Pascha Domino, id est, ritè sacrificabitur agnus paschalis Domino. 25 Erit solennitas celeberrima. siue, celebritas sancta. aut, solennitas proclamata & indicta. Feste comandée. 26 Offeretis incensum (&) holocaustum Domino: 27 Munus eorũ erit simula. vel, Oblatio eorum erit simula. 28 Vel, per septé illos agnos. 29 vel, Hircum denique expiationis vnum, ad expiandum vos. Expiationis hircus vocabatur, vnde ducebat sacrificium pro expiatione peccati. 30 Erit solennitas indicta vobis. Aut, festiuitas celeberrima. siue, proclamata festiuitas. 31 Id est, die prima nouarum frugum sic dictus fuit dies ille, quod in ipso primitiui panis propositionis confectus ex nouis frugibus. fuerat autem is dies institutus ad commemorationem legis datæ simili die. 32 Munus nouum. Id est, panes ex nouis frugibus. 33 Id est, Expletis septem hebdomadibus quas numerare debetis. 34 Munus. 35 Præter holocaustum iugis sacrificii, & libamen eius: 36 Id est, cum iis quæ fieri solent in talibus sacrificiis.

CAPVT XXIX.

A

Quid prima die septimi mensis sit offerendũ.

1 MEnsis etiam septimi prima dies venerabilis & sancta erit vobis, omne opus seruile non facietis in ea, quia dies clangoris est & tubarum.

1 IN mense verò septimo, in prima die [1] mensis, erit vobis [2] conuocatio sancta, nullum opus [3] seruile facietis, dies [4] clangoris erit vobis.

1 Hebraismus, pro, eiusdem. 2 Hebr. proclamatio sanè erit, i. solennitas sanctissima, siue celeberrima, vel, festum proclamatum. 3 Id est, quod ad Deum non pertinet, sed ad hominem: vt est victus & alia. 4 Clangoris tubarum. Id est, hoc die celebrabitis festum tubarum, in cuius rei clangetis propter liberationem illam, & vt p[...] animi Iudæorum ad reliqua festa.

5 Id est, è iuuencis, ariete &c.
6 i. in quibus nihil sit vitii quod reprehendi possit.
7 Munus eorum.

8 Calendarum.

9 i. iuxta consuetudinem qua illa fieri solita sunt.
10 Heb. in odorē quietis & incensum Domino.
11 Vel, solennitas celeberrima. aut, festum proclamatum.
12 Affligere animas pro ieiunare dixit.

2 Et facietis holocaustum in odorem suaueolentem
Domino, iuuencum vnum [5] è bobus, arietem vnum, a-
gnos anniculos [6] integros septem.
3 [7] Cibarium sacrificium eorum fiat de similagine
oleo conspersa, nempe tres decimæ pro iuuenco vno, &
duæ decimæ pro ariete:
4 Et pro singulis agnis, quorum sunt septem, decima
vna:
5 Et hircus caprarum vnus pro peccati hostia, ad
vestri expiationem.
6 Præter holocaustum [8] mensis, & eius sacrificium
cibarium, & præter holocaustum iuge & eius sacrificium
cibarium & libamina eorum, quæ [9] ritu suo [10] fiant Do-
mino, in odorem suaueolentem sacrificii quod igne
consit.
7 Decima die huius mensis septimi, erit vobis [11] con-
uocatio sancta, [12] affligetisque animas vestras, &
nullum opus facietis.
8 Afferetis autem Domino holocaustum in odorem
suaueolentem, iuuencum ex bobus vnum, arietem v-
num, agnos anniculos septem, qui integri erunt vobis.
9 Cibarium eorum sacrificium erit de similagine oleo
conspersa, nempe tres decimæ pro iuuenco, & duæ deci-
mæ pro ariete vno:
10 Et pro singulis agnis, quorum sunt septem, sin-
gula decima:
11 Hircus ex capris vnus pro hostia peccati, præter
hostiam peccati quæ fit pro expiatione, & præter iuge ho-
locaustum, Et sacrificium eius cibarium, & libamina
eorum.

13 Vocantur conuocationes sanctæ, quod in illis omnes masculi tenerentur conuenire in templum Domini. Licet & aliæ quæ-dam solennitates celebres sic vocentur, in quibus populus à labore abstinere iubebatur, & conuenire ad lectionē legis diuinæ.
14 Holocaustum & incensum.
15 Munus vero eorum &c.

12 Decimoquinto die mensis septimi erit vobis [13]
conuocatio sancta, nullum opus seruile facietis, & festū
diem agetis Domino septem diebus.
13 Et afferetis Domino [14] holocaustum quod igne
consit in odorem suaueolentem, iuuencos è bobus tre-
decim, duos arietes, agnos anniculos, qui sint integri,
quatuordecim.
14 [15] Sacrificium vero eorum cibarium erit de simi-
lagine oleo permixta, nempe tres decimæ pro singulis ex
tredecim iuuencis, duæ decimæ pro ariete vno, ex duo-
bus arietibus.
15 Singula decima pro singulis agnis qui sunt qua-
tuordecim.
16 Hircus ex capris vnus pro hostia peccati, præter
holocaustum iuge. Et eius sacrificium cibarium, & li-
bamen eius.
17 Die autem secundo duodecim iuuencos ex bobus,
arietes duos, agnos anniculos integros quatuordecim.
18 Porro sacrificia eorum cibaria, & libamina eo-
rum, pro iuuencis scilicet, arietibus & agnis, fiant pro
numero eorum, & pro ritu suo.
19 Hircum quoque ex capris vnum pro hostia peccati,
præter iuge holocaustum, & cibarium eius sacrificium,
& libamina eorum.
20 Tertio die vndecim iuuencos, duos arietes, agnos
anniculos integros quatuordecim.
21 Cibarium sacrificium eorum, & libamina eorum
pro iuuencis, arietibus & agnis fiat iuxta numerum eo-
rum vt conuenit.
22 Fiat & hircus pro peccato vnus, præter iuge ho-
locaustum, Et sacrificium eius cibarium & libamen
eius.
23 Die quarto iuuencos decem, arietes duos, agnos an-
niculos integros quatuordecim.
24 Sacrificium eorum cibarium & libamina eorum
pro iuuencis, arietibus & agnis fiat secundum numerum
eorum, vt ritus habet.
25 Fiat & hircus ex capris vnus pro hostia peccati,
præter holocaustum iuge, & cibarium eius sacrificium,
& libamen eius. 26 Quinto die iuuencos nouem, arietes duos, agnos anniculos integros quatuordecim.
27 Sacrificium eorum cibarium & libamina eorum pro iuuencis, arietibus & agnis fiat iuxta numerum eorum,
& pro ritu.

2 Offeretisq; holocaustum in odorem suauissi-
mum Domino, vitulum de armento vnum, arietē
vnum, & agnos anniculos immaculatos septem.
3 Et in sacrificiis eorum, similæ oleo conspersæ
tres decimas per singulos vitulos, duas decimas
per arietem,
4 Vnam decimam per agnum, qui simul sunt
agni septem:
5 Et hircum pro peccato, qui offertur in expia-
tionem populi
6 Præter holocaustum Calendarum cum sacri-
ficiis suis & holocaustum sempiternum cum liba-
tionibus solitis eisdem ceremoniis offeretis in o-
dorem suauissimum, incensum Domino.
7 Decima quoq; dies mensis huius septimi e- Leui. 16. g & 23. e
rit vobis sancta atq; venerabilis, & affligetis animas
vestras: omne opus seruile non facietis in ea.
8 Offeretisq; holocaustum Domino in odorē
suauissimum, vitulum de armento vnum, arietem
vnum, agnos anniculos immaculatos septem.
9 Et in sacrificiis eorum, similæ oleo conspersæ
tres decimas per singulos vitulos, duas decimas
per arietem,
10 Decimam decimæ per agnos singulos, qui
sunt simul agni septem:
11 Et hircum pro peccato: absq; his quæ offerri
pro delicto solent in expiationem: & holocaustum
sempiternum. Et sacrificio & libaminibus eorum.
12 Quintadecima verò die mensis septimi, quæ
vobis sancta erit atq; venerabilis, omne opus ser-
uile non facietis in ea: sed celebrabitis solennitatē
Domino septem diebus.
13 Offeretisq; holocaustum in odorem suauis-
simum Domino, vitulos de armēto tredecim, arie-
tes duos, agnos anniculos immaculatos quatuor-
decim:
14 Et in libamentis eorum similæ oleo conspersæ
tres decimas per vitulos singulos, qui sunt simul
vituli tredecim: & duas decimas arieti vno, id est,
simul arietibus duobus.
15 Et decimam decimæ agnis singulis, qui sunt
simul agni quatuordecim.
16 Et hircum pro peccato: absq; holocausto sem-
piterno, Et sacrificio, & libamine eius.
17 In die altero offeretis vitulos de armento
duodecim, arietes duos, agnos anniculos immacu-
latos quatuordecim:
18 Sacrificiaq; & libamina singulorum per vi-
tulos & arietes & agnos rite celebrabitis.
19 Et hircum pro peccato: absq; holocausto sem-
piterno, sacrificioq;, & libamine eius.
20 Die tertio offeretis vitulos vndecim, arietes du-
os, agnos anniculos immaculatos quatuordecim:
21 Sacrificiaq; & libamina singulorum per vi-
tulos & arietes & agnos rite celebrabitis:
22 Et hircum pro peccato: absque holocausto
sempiterno, sacrificioq;, & libamina eius.
23 Die quarto offeretis vitulos decē, arietes duos,
agnos anniculos immaculatos quatuordecim:
24 Sacrificiaq; & libamina singulorum per vi-
tulos & arietes & agnos rite celebrabitis.
25 Et hircum pro peccato, absque holocausto
sempiterno, sacrificioq; eius & libamine.
26 Die quinto offeretis vitulos nouem, arietes
duos, agnos anniculos immaculatos quatuor-
decim:
27 Sacrificiaq; & libamina singulorum per vi-
tulos & arietes & agnos rite celebrabitis:

28 Et hir-

28 Et hircum pro peccato: absq; holocausto
D. sempiterno, sacrificioq; eius & libamine.
29 Die sexto offeretis vitulos octo, arietes duos, agnos anniculos immaculatos quatuordecim:
30 Sacrificiaq. & libamina singulorum per vitulos & arietes & agnos rite celebrabitis:
31 Et hircũ pro peccato: absq; holocausto sempiterno, sacrificioq; eius & libamine.
32 Die septimo offeretis vitulos septem, & arietes duos, agnos anniculos immaculatos quatuordecim:
33 Sacrificiaq; & libamina singulorum per vitulos & arietes & agnos rite celebrabitis:
34 Et hircum pro peccato: absque holocausto sempiterno, sacrificioq; eius & libamine.
35 Die octauo qui est celeberrimus, omne opus seruile non facietis,
36 Offerentes holocaustum in odorem suauissimum Domino, vitulum vnum, arietem vnum, agnos anniculos immaculatos septem:
37 Sacrificiaq; & libamina singulorum per vitulos & arietes & agnos rite celebrabitis:
38 Et hircum pro peccato: absque holocausto sempiterno sacrificioq; eius & libamine.
39 Hæc offeretis Domino in solennitatibus vestris, præter vota & oblationes spontaneas in holocausto, in sacrificio, in libamine, & in hostiis pacificis.

28 *Fiat & hircus pro peccato vnus, præter holocaustum iuge, Et cibarium eius sacrificium & libamen eius.*
29 *Sexto die iuuencos octo arietes duos, agnos anniculos integros quatuordecim,*
30 *Et sacrificium eorum cibarium, & libamina eorum pro iuuencis, arietibus & agnis pro numero illorum, & vt mos habet.*
31 *Hircus denique pro peccato vnus fiat, præter holocaustum iuge. Et sacrificium eius cibarium, & libamen eius.*
32 *Septimo die septem iuuencos, duos arietes, agnos anniculos integros quatuordecim.*
33 *Et sacrificia eorum cibaria, & libamina eorum pro iuuencis, arietibus & agnis, iuxta numerum eorum & pro ritu.*
34 *Et hircus pro peccato vnus fiat, præter holocaustum iuge, & sacrificium eius cibarium, & libamen eius.*
35 *Octauo demum die sit vobis [16] concio: nullum opus seruile in eo facietis.*
36 *Afferatis autem holocaustum quod igne confiat Domino in odorem suaue quietem, nempe iuuencum vnum, arietem vnum, agnos anniculos integros septem.*
37 *Sacrificia eorum cibaria, & eorum libamina pro iuuenco, ariete & agnis, iuxta numerum eorum [17] vt consuetum est.*
38 *Et hircus fiat pro peccato vnus, præter holocaustum iuge, Et sacrificium eius cibarium, Et libamen eius.*
39 *Hæc facietis Domino in statis vestris feriis, (præter vota vestra, & voluntaria vestra sacrificia;) [18] pro holocaustis vestris, & pro cibariis sacrificiis vestris, & pro libaminibus vestris, & pacificis vestris.*

16 Collectio, siue, retentio. i. solennitas. Festum sic dicebatur, quod retinerentur qui venerant ad festum vsque ad diem octauum: vel quod qui venerant ad festũ, prohiberentur operari.
17 iuxta normã. vel, secundum consuetudinem.
18 In holocaustis vestris, in muneribus vestris, de libaminibus vestris, & sacrificiis vestris pacificis. i. quæ sponte offeretis in holocaustis &c. q. d. sacrificia ordinaria non excludent extraordinaria.

CAPVT XXX.

Vota quando reddenda.

A 1 NArrauitq; Moyses filiis Israel omnia quæ ei Dominus imperârat. Et locutus est ad principes tribuum filiorum Israel,
2 Iste est sermo quem præcepit Dominus.
3 Siquis virorum votum Domino vouerit, aut se constrinxerit iuramento: non faciet irritum verbum suum, sed omne quod promisit, implebit.

Puella vouens.

4 Mulier si quippiam vouerit, & se constrinxerit iuramento, quæ est in domo patris sui, & in ætate adhuc puellari:
5 Si cognouerit pater votum quod pollicita est, & iuramentum quo obligauit animam suam, & tacuerit, voti rea erit: quicquid pollicita est & iurauit, opere complebit.
B 6 Sin autem statim vt audierit, contradixerit pater: & vota & iuramenta eius irrita erunt, nec obnoxia tenebitur sponsioni, eo quod cõtradixerit pater.
7 Si maritum habuerit, & vouerit aliquid, & semel de ore eius verbum egrediens animam eius obligauerit iuramento:
8 Quo die audierit vir, & non contradixerit, voti rea erit, redderq; quodcunq; promiserat.
C 9 Sin autem audiens statim contradixerit, & irritas fecerit pollicitationes eius, verbaque quibus obstrinxerat animam suam: propitius erit ei Dominus.
10 Vidua & repudiata quicquid vouerint, reddent.
11 Vxor in domo viri cum se voto constrinxerit & iuramento,
12 Si audierit vir, & tacuerit, nec contradixerit sponsioni, reddet quodcunque promiserat:

1 *ET narrauit Moses filiis Israel omnia quæ præcepit Dominus Mosi. Loquutus est Moses cum primoribus tribuum [1] filiorum Israel hisce verbis.*
2 *Hoc est verbum quod præcepit Dominus.*
3 *[2] Si vouerit quispiam votum Domino, aut aliquo iuramento [3] animam suam obstrinxerit, is verbum suum [4] non infirmet sed quodcunq; egressum est ex ore eius, hoc faciet.*
4 *Mulier verò si vouerit votum Domino, [5] obstringendo se [6] in domo patris sui, eáq; in adolescentia sua,*
5 *Si pater eius votum eius audiuerit, aut [7] vinculum eius quo animam suã obstrinxit, [8] illudq; dissimulauerit, [9] rata erunt omnia vota illius, ratumque erit, quidquid tandem sit, quo animam suam obstrinxit.*
6 *Quod si pater eius [10] renuerit illud eodem die, quo ipse omnia vota eius, & vincula eius quibus animam suam obstrinxit, audierit, non ratum erit, & Dominus [11] propitius erit ei, quia pater illud renuerit.*
7 *Si verò (mulier) [12] marito desponsa fuerit, [13] quæ super se vota aliqua habet, [14] aut quid in antime labiis eius excidit, quo animam suam obstrinxit, audieritq; (hoc) maritus eius,*
8 *Et eodem die quo audierit, dissimulârit hoc tacendo: [15] vota eius rata erunt, sed & obligationes eius, quibus animam suam obligauit, [16] firmabuntur.*
9 *Quod si eodem die quo maritus eius audierit, renuerit illud [17] irritumque fecerit votum eius quod super se habet, & id quod incautius labiis eius excidit, quo animam suam obligauit, propitius erit ei Dominus.*
10 *[18] Votum verò viduæ aut repudiatæ, quodcunque tandem illud fuerit quo animam suam obstringit, ratum sit super eam.*
11 *Quid si [19] familia alicuius vouerit, aut omnino animam suam iuramento obstrinxerit.*
12 *[20] Illeq; audiens tacuerit, nec illud prohibuerit, rata erunt omnia vota eius, deinde & omnes obligationes eius, quibus animam suam obstrinxit, [21] firmabuntur.*

1 Vel, de filiis Israel. Id est, pro filiis Israel, hoc est, vt dicerent filiis Israel.
2 Cum vouerit.
3 Id est, seipsum.
4 Heb. non polluet, iuxta omne quod &c. i. tenebitur præstare quicquid verbo pollicitus fuerit.
5 Obstringendo se obligatione aliqua, i. si iurãdo abbibito aliquid promiserit.
6 Id est, quum adhuc est sub cura patris.
7 hoc, obligationem eius qua &c.
8 Heb. & tacuerit.
9 vel, stabilita, ratum factum fuerit.
11 vel, parcet ei, quia irritauit illud pater eius. Id est, irritum declarauit quod promisit.
12 Heb. viro fuerit. i. si nupserit.
13 Hebr. & vota eius super ipsam. i. & vouere cœperit.
14 Aut prolatio labiorum eius fuerit qua obligauerit animam suã, quo die &c. i. aut dixerit aliquid quo obligauerit se suam.

15 Tunc vota eius &c. 16 Rata erunt. 17 Tunc reddet [illegible] votum illius quod erat super eam, & prolationem labiorum eius, qua obstrinxerat animam suam, & Dominus propitius erit ei. [illegible] tunc soluet, [illegible] votum quo [illegible] obstrinxerat, & promissum quo [illegible] obstrinxerat [illegible] suam pater eius [illegible] Dominus [illegible] non [illegible] 18 [illegible] attinet ad votum viduarum & repudiatarum, [illegible] Quicquid illud fuerit quod ipsa vouerit [illegible] reddere. 19 Heb. (in) domo viri [illegible] 20 Heb. Et audierit vir eius, (sub. mulieris,) & tacuerit, tacendo [illegible] eam. 21 [illegible] rata erunt.

13 [22] *Si vero paterfamilias plane [vota] ista resciderit, eo scilicet die quo audierit omne illud quod incautius labiis familiæ suæ exciderit, & vota eius, & obligationem animæ eius: haudquaquam firma erunt, paterfamilias irrita ea fecit. & Dominus propitius erit familiæ.*

14 *[Breuiter,] omne votum atque omne iuramentum, quod obligat [23] vt affligatur anima, [24] hoc potest paterfamilias vel confirmare, vel irritum facere.*

15 [25] *[Sic videlicet,] si omnino tacendo dissimulaverit diebus aliquot paterfamilias, rata habet omnia vota familiæ: deinde & omnes obligationes eius quas habet super se, quum scilicet tacuerit eodem die quo audiuit illud.*

16 *Sin postea quam audiuerit, omnino irrita ista fecit, feret ipse [26] pœnam familiæ.*

17 *Hæc sunt statuta quæ præcepit Dominus Mosi, inter maritum & vxorem eius, atque inter patrem & filiam eius, quæ in puellari adhuc ætate est, [26] [&] in domo patris sui.*

13 Sin autem extemplo contradixerit, non tenebitur promissionis rea: quia maritus contradixit, & Dominus ei propitius erit,

14 Si vouerit & iuramento se constrinxerit, vt per ieiunium vel cæterarum rerum abstinentiam affligat animam suam: in arbitrio viri erit siue faciat, siue non faciat.

15 Quòd si audiens vir tacuerit, & in alteram diem distulerit sententiam: quicquid vouerat atque promiserat, reddet: quia statim vt audiuit, tacuit.

16 Sin autem contradixerit postquam rescivit, portabit ipse iniquitatem eius.

17 Istæ sunt leges quas constituit Dominus Moysi inter virum & vxorem, inter patrem & filiã quæ in puellari adhuc ætate est, vel quæ manet in parentis domo.

D *Affligere animam.*

CAPVT XXXI.

1 *ET loquutus est Dominus ad Mosen in hanc sententiam,*

2 *Persequere iniurias filiorum Israel de Madianitis, post hoc [1] colligeris ad populos tuos.*

3 *Loquutus est igitur Moses ad populum hisce verbis, Instruite viros e vobis ad prælium, qui pugnent aduersus Madianitas, sumantque vltionem Domini de eis.*

4 *De singulis tribubus [deligantur] mille, [3] vt ex omnibus tribubus Israel mittatis ad prælium.*

5 [4] *Delecti sunt itaque ex singulis tribubus mille ex millibus Israel, duodecim videlicet millia instructi ad prælium.*

6 *Misit ergo Moses eos ad prælium, nempe ex singulis tribubus mille, eos inquam, & Pinhas filium Elhazari sacerdotis, [5] vna cum vasis sanctuarii, [erantque] tubæ quibus classicum canitur, in manu eius.*

7 *Pugnarunt itaque contra Madianitas, quemadmodum præcepit Dominus Mosi, & trucidarunt omnem marem.*

8 *Et reges quoque Madian interfecerunt [6] cum vulneratis suis, nempe Eui, Rekem, Zur, Hur atque Reba, quinque reges Madian. & Bileam filium Beor trucidarunt gladio.*

9 *Captiuas quoque duxerunt filii Israel mulieres Madian atque paruos eorum, & cuncta iumenta eorum, omnia pecora eorum, & [7] omnem substantiam, diripuerunt.*

10 *Sed & cunctas vrbes eorum [8] in quibus fuerunt habitationes eorum, & arces eorum exusserunt igne.*

11 *Acceperunt itaque vniuersa spolia, & cuncta præda tam hominum quam iumentorum.*

12 *Abduxerunt [9] captiuos, prædam & spolia ad Mosen & ad Eleazarum sacerdotem, & ad multitudinem filiorum Israel in castra quæ erant in campis Moab iuxta [10] Iordanem [e regione] Iericho.*

13 *Egressi sunt itaque Moses & Eleazar sacerdos atque omnes principes multitudinis extra castra illis obuiam.*

14 *Et Moses iratus est contra præfectos exercitus, nempe contra tribunos & centuriones qui venerant e prælio belli. Dixitque ad eos Moses,*

15 [12] *Omnes fœminas vos viuas seruastis?* 16 *En istæ [13] fuerunt filiis Israel, [14] iuxta consilium Bileam, [15] occasio, vt præuaricarentur aduersus Dominum in negotio Peor, vt fieret clades in cœtu Domini.*

1 LOcutusque est Dominus ad Moysen, dicens,

2 § Vlciscere prius filios Israel de Madianitis, & sic colligeris ad populum tuum.

3 Statimque Moyses, Armate, inquit, ex vobis viros ad pugnã, qui possint vltionem Domini expetere de Madianitis.

4 Mille viri de singulis tribubus eligantur ex Israel qui mittantur ad bellum.

5 Dederuntque millenos de singulis tribubus, id est, duodecim millia expeditorum ad pugnam.

6 Quos misit Moyses cum Phinees filios Eleazari sacerdotis, vasaque sancta, & tubas ad clangendum tradidit ei.

7 Cumque pugnassent contra Madianitas atque vicissent, omnes mares occiderunt.

8 ‖ Et reges eorum Eui & Recem & Sur & Hur & Rebe, quinque principes gentis. Balaam quoque filium Beor interfecerunt gladio.

9 Ceperuntque mulieres eorum & paruulos, omniaque pecora & cũctam supellectilem quicquid habere potuerant, depopulati sunt.

10 Tam vrbes, quam viculos & castella flamma consumpsit.

11 Et tulerunt prædam, & vniuersa quæ ceperant tam ex hominibus quam ex iumentis,

12 Et abduxerunt ad Moysen & Eleazarum sacerdotem, & ad omnem multitudinem filiorum Israel. reliqua autem vtensilia portauerunt ad castra in campestribus Moab, iuxta Iordanem contra Iericho.

13 Egressi sunt autem Moyses & Eleazar sacerdos, & omnes principes synagogæ in occursum eorum extra castra.

14 Iratusque Moyses principibus exercitus, tribunis & centurionibus qui venerant de bello, ait,

15 Cur fœminas reseruastis?

16 Nonne istæ sunt quæ ‖ deceperunt filios Israel ad suggestionem Balaam, & præuaricari vos fecerunt in Dominum super peccato Phogor, vnde & percussus est populus.

A *Madianitæ interficiuntur, & vrbes ipsorum comburuntur.* Sup. 25. d

Iosue 13. e

B *Balaam interficitur.*

Prædã afferunt Israelitæ ad Moysen & Aaron.

C

Sup. 25. a

22 Heb. Quod si irritando irritauerit ea vir eius, eo die quo audierit illud: omne egressum labiorum eius in votis eius & in obligatione animæ eius, erit infirma: vir eius dissipauit illa: & condonabit illi Dominus. Id est, Si maritus declarauerit irrita quæ vxor vouerat, quicquid dixerit vouendo & obligando animã suã, irritum erit, quia maritus contradixit: neque peccauerit in Dominũ, si non reddiderit vota illa.
23 Vel, ad affligendam animam. Affligere animam, est castigationem aliquam seu abstinentiam suscipere.
24 Vir eius, siue, maritus eius.
25 Heb. Quod si tacendo tacuerit vir eius de die in diem: (id est, differendo in aliam diem improbationem voti,) tunc statuet omnia vota eius & omnes obligationes eius quæ sunt super eam, ratas habebit: omnia promissa, quæ illa promisit, rata habebit: quia tacuit die quo audiuit [illegible]. Quod si aliquot diebus postea quam audiuit, dissipauerit illa, [illegible] se non habere rata, tunc feret iniquitatem eius: id est, pœnas dabit pro illa, si ea fuerint irrita, nec præstiterit illa vota mulier. Statuere vota, id est, rata habere.
26 1. quando est in cura paterna.
CAP. XXXI.
1 Id est, morieris.
2 Heb. Accingimini ex vobis aliqui ad pugnam, & sint in Madianitas ad ponendum vindictam Domini in Madian. Hebraica phrasis, pro, vt impetum faciant in Madianitas, & vlciscantur Dominum de Madianitis.
3 & ex omnibus &c.
4 Et tradentur.
5 Heb. vasaque sancta, & tubæ clangoris erant in manu eius: habebat secum vasa sancta, id est, tubas quibus clangere solebant in honorem Dei, quibus etiam signum dabatur in bello. Hebræi per vasa etiam intelligunt arcã fœderis.
6 Vel, cum occisis eorum: vna cum militibus eorum qui vltra milites occisos, occisi sunt etiam reges.
7 Vel, cunctas opes.
8 Heb. per habitationes eorum: quæ erant in locis habitabilibus.
9 Heb. captiuitatem. Id est, mulieres & paruulos captiuos.
10 Heb. Iordanem Iericho. i. qua parte non procul abest a Iericho.
11 Hebraismus, pro, a prælio illo suscepto contra Madianitas.
12 Heb. Nonne viuificastis omnes mulieres? id est, Debuerat ne alicui mulieri parcere? q. d. non.
13 Id est, fecerunt filios Israel suo corpori potestatem. Similis modus loquendi legitur capite præcedenti Si erit viro, pro quo interpres verus transtulit, Si maritum habuerit. Alii vertunt, fuerunt filiis Israel ad tradendum i. fuerunt in causa cur in idololatriã inciderint.
14 Heb. per verbũ Balaam i. consilio Balaã.
15 Heb. vt darent præuaricationem in Dominum in negotio Phegor, vnde orta est illa plaga in congregatione Domini. Id est, vt præuaricaremini in Dominum adorando idolum Phegor: propter quod vos qui estis congregatio Domini, afflicti fuistis.

Mulieres interficiuntur.

17 Ergo cunctos interficite quicquid est generis masculini etiam in paruulis: & mulieres quæ nouerunt viros in coitu, iugulate:

Virgines reseruantur.

18 Puellas autem & omnes fœminas virgines reseruate vobis.

19 Et manete extra castra septem diebus: qui occiderit hominem, vel occisum tetigerit, lustrabitur die tertio & septimo.

20 Et de omni præda, siue vestimentum fuerit, siue vas, & aliquid in vtensilia præparatum, de caprarum pellibus & pilis & ligno expiabitur.

D 21 Eleazar quoque sacerdos ad viros exercitus, qui pugnauerant, sic locutus est. Hoc est præceptũ

Leui. 6. d. 11. e legis quod mandauit [a]Deus' Moysi.

[a] *Dominus*

22 Aurum & argentum & æs & ferrũ & plumbum & stannum,

Ignis.

23 Et omne quod potest transire per flammas, igne purgabitur. quicquid autem ignem non potest sustinere, aqua expiationis sanctificabitur.

Aqua.

24 Et lauabitis vestimenta vestra die septimo, & purificati postea castra intrabitis.

25 Dixit quoq; Dominus ad Moysen,

26 [b]Tollite' summam eorum quæ capta sunt, ab homine vsque ad pecus, tu & Eleazar sacerdos & omnes' principes vulgi:

[b] *Tolle*

Præda ex æquo diuiditur omnibus.]

27 Diuidesq; ex æquo prædam inter eos qui pugnauerunt, egressiq; sunt ad bellum, & inter omnẽ reliquam multitudinem.

28 Et separabis partem Domino ab his qui pugnauerunt & fuerunt in bello, vnam animam de quingentis, tam ex hominibus quàm ex bobus & asinis & ouibus,

E 29 Et dabis eam Eleazaro sacerdoti, quia primitiæ Domini sunt.

30 Ex media quoque parte filiorum Israel accipies quinquagesimum caput hominũ & boum & asinorum & ouium, cunctorumq; animantium: & dabis ea Leuitis, qui excubant in custodiis tabernaculi Domini.

31 Feceruntq; Moyses & Eleazar, sicut præceperat Dominus.

Numerus prædæ.

32 Fuit autem præda, quam exercercitus ceperat, ouium sexcenta septuaginta quinq; millia,

33 Boum septuaginta duo millia,

34 Asinorum sexaginta millia & mille:

35 Animæ hominum sexus fœminei, quæ non cognouerant viros triginta duo millia.

36 Dataq; est media pars his qui in prælio fuerant, ouiũ trecenta triginta septẽ millia quingentæ.

F 37 E quibus in partem Domini supputatæ sunt oues sexcentæ septuaginta quinque.

38 Et de bobus triginta sex millibus, boues septuaginta & duo:

39 De asinis triginta millibus quingentis, asini sexaginta vnus.

40 De animabus hominum sedecim millibus, cesserunt in partem Domini triginta duæ animæ.

41 Tradiditq; Moyses numerũ primitiarũ Domini Eleazaro sacerdoti sicut fuerat ei imperatum,

42 Ex media parte filiorum Israel, quam separauerat his qui in prælio fuerant.

43 De media verò parte quæ contigerat reliquæ multitudini, id est de ouibus trecentis triginta septem millibus quingentis,

44 Et de bobus triginta sex millibus,

45 Et de asinis triginta millibus quingentis,

46 Et de hominibus sedecim millibus,

47 Tulit Moyses quinquagesimum caput, & de-

G dit Leuitis qui excubabant in tabernaculo Domini, sicut præceperat Dominus.

17 Interficite igitur omnem marem è pube, interficiteque omnem fœminam quæ virum concubitu experta est.

18 [16] Ex pube autem quæcunque puellæ viri concubitum experta non sunt, seruentur vobis viuæ.

19 Vos verò manete extra castra septem diebus: quicunque animam interfecit, & qui tetigit cadauer, purificetur die tertio, & septimo, tã vos quàm captiui vestri.

20 Omnis quoque vestis, & quicquid est pelliceum, omne quoq; opus ex pellibus caprinis, & omne vas ligneum [17]expiabitur.'

21 Et ait Eleazar sacerdos ad viros [18] exercitus' qui ad prælium profecti erant, Hoc est [19] decretũ legis,' quod præcepit Dominus Mosi,

22 Verumtamen aurum, argentum, æs, ferrum, stannum & plumbum,

23 Quicquid denique [20]ignem fert,' per ignem traducatis, vt mundetur, [21]verumtamen in aqua aspersionis expietur. [22] quidquid verò ignem non fert,' traducatis per aquas.

24 Eluetis insuper vestimenta vestra septimo die, & mundabimini, & tum demum in castra ingrediemini.

25 Ait verò Dominus ad Mosen in hæc verba,

26 [23]Age censum' capræ prædæ tam in hominibus quàm in iumentis, tu & Eleazar sacerdos, & [24] præcipui patres multitudinis,'

27 Et diuide prædam inter eos qui in prælium profecti bellum gesserunt, & inter totam multitudinem.

28 [25] Leuando autem tolles Domino portionem' de militibus qui profecti sunt in prælium, nempe animam vnam ex quingentesima quaq;, tam in hominibus quàm in armentis, asinis & gregibus.

29 Tolletisq; de portione eorum, vt des Eleazaro sacerdoti [26] therumã' Domini.

30 De portione verò dimidia filiorum Israel accipies portionem vnam de quinquagesimo quoque, tam ex hominibus quàm ex armentis, asinis; gregibus, & cunctis iumentis, & dabis illa Leuitis, [27] qui obseruant custodias tabernaculi' Domini.

31 Feceruntq; Moses & Eleazar sacerdos quemadmodũ præceperat Dominus Mosi.

32 Fuitq; præda [28] [talis,] præterquam quod diripuit populus exercitus,' ouium sexcenta millia, & septuaginta quinque millia:

33 Boum septuaginta duo millia:

34 Asinorum, vnum & sexaginta millia:

35 Animæ autem humanæ ex mulieribus quæ viros concubitu expertæ non erant, omnium inquam animarũ triginta duo millia.

36 Dimidia pars verò eorum qui in bellum profecti erant in numero ouium trecenta millia & triginta septem millia, & quingenta.

37 Portio verò Domini de ouibus illis, sexcenta & septuaginta quinque.

38 Porrò boum triginta sex millia, & portio de illis pro Domino septuaginta duo.

39 Asinorum triginta millia quingenti, de quibus portio Domini sexaginta vnus.

40 Animarũ verò humanarũ sedecim millia, de quibus portio Domini erat triginta duæ animæ.

41 Dedit ergo Moses [29]portionem therumæ Domini,' Eleazaro sacerdoti, quemadmodũ præceperat Dominus Mosi.

42 [30]Porrò dimidia pars filiorum Israel, quam segregauerat Moses de militibus,

43 Dimidia scilicet pars multitudinis habuit ouium trecenta millia, & triginta septem millia & quingenta.

44 Boum triginta sex millia,

45 Asinorum triginta millia quingenta,

46 Animarum verò hominum sedecim millia.

47 De ista dimidia parte filiorum Israel accepit Moses portionem vnam de quinquagesimo quoque, tam ex hominibus quàm ex iumentis, & dedit' eam Leuitis, qui [31] obseruabant custodiam tabernaculi' Domini quemadmodum præceperat Dominus Mosi.

16 Heb. & omnes paruulæ inter mulieres quæ non cognouerint concubitum maris,
17 vel, purificabitur.
18 Heb pugnæ. i. ad milites.
19 vel, statutum legis. Id est, scriptum in lege
20 vel, vim ignis sustinere potest. Vt sunt metalla, quæ impuritatẽ contrahunt.
21 vel potius, attamen lege, vt prius aqua lustratoria purificetur. subaudi, quàm transeat per ignem.
22 i. quicquid solet deuri, & igni absumi: siue quod vim ignis sustinere nõ potest.
23 Cape summã, siue, numerum capitalem.
24 Heb. capita auorũ vel, principes patrum,
25 Tolles præterea censum (aut, vectigal) quod offeras Domino
26 oblationem.
27 i. qui magno studio curant tabernaculum.
28 Heb. residuũ prædæ quã prædati fuerant populus bellator. Per appositionẽ dictũ, pro, Fuitque præda residua de præda quã milites diripuerant.
29 vel, partem Domino consecratam, subaudi, ex præda.
30 De media verò parte eorum quæ acceperunt filii Israel, quam partitus acceperat Moses ab hominib qui pugnauerant, (fuit autem media pars quam accepit congregatio, de ouibus, trecenta triginta septem millia quingenta, Et de bobus triginta sex millia, & de asinis triginta millia quingenta, Et de hominibus sedecim millia;) Tulit inquã Moses de media ista parte filiorũ Israel vnum de quinquaginta, ex hominibus & ex iumentis, & dedit &c.
31 i. studiosissimè curabant negocia tabernaculi.

48 *Accedentes autem ad Mosen [12] hi qui præfecti erant super millia exercitus, nempe tribuni & centuriones, Dixerunt ad Mosen,*

49 *Serui tui [13] egerunt censum militum qui sunt sub manu nostra nec desideratur ex eis ne vnus quidem.*

50 *Offerimus itaq; [14] donum Domino, quod quisque adquisiuit ornamentorum aureorum, tibialia, armillas, annulos, inaures, & torques, vt expiemus animas nostras coram Domino.*

51 *Accepit itaq; Moses & Eleazar sacerdos aurum istud ab eis, [15] ornamentaq; omnia ex eo facta.*

52 [16] *Vniuersi autem auri, quod tbruma Domino separarunt à tribunis & centurionibus, sedecim mille, septingenti, & quinquaginta sicli.*

53 [17] *Militum autem qui fuerant in exercitu rapuerat quisque pro se.*

54 *Accipiens igitur Moses & Eleazar sacerdos aurũ à tribunis & centurionibus, intulit illud in tentorium [18] constitutionis in monimentum filiis Israel coram Domino.*

48 Cumque accessissent principes exercitus ad Moysen, & tribuni, centuriones q;, dixerunt,

49 Nos serui tui recensuimus numerũ pugnatorum, quos habuimus sub manu nostra: & ne vnus quidem defuit.

50 Ob hanc causam offerimus in donariis Domini singuli quod in præda auri potuimus inuenire, periscelides & armillas, annulos & dextralia ac murenulas, vt depreceris pro nobis Dominum.

51 Susceperuntque Moyses & Eleazar sacerdos omne aurum in diuersis speciebus,

52 Pondo sedecim millia septingentos quinquaginta siclos, à tribunis & centurionibus.

53 Vnusquisque enim quod in præda rapuerat, suum erat.

54 Et susceptũ intulerunt in tabernaculũ testimonii, in monimentũ filiorũ Israel corã Domino.

Gratiarum actio à filiis Israel, quod ex eis nullus in bello cecidisset.

CAPVT XXXII.

1 PORRÒ filii Ruben fuerunt [1] pecora multa, & filii Gad copia admodum multa,

2 *Qui viderunt terram Iazer atq; terram Gilead, & en locus commodus pecori. Venerunt ergo filii Ruben, & filii Gad, dixeruntq; ad Mosen, & ad Eleazarum sacerdotem, atque ad principes multitudinis,*

3 *Ataroth, & Dibon, Iahzer, & Nimrah, Hesbon, & Elcale, Sebam, Nebo, & Beon,*

4 *Regio scilicet, quam percussit Dominus ante cætũ Israelis, regio est commoda pecoribus,*

5 *Et serui tui habent pecora. Et addiderunt, [2] Si impetramus fauorem coram te, detur regio ista seruis tuis vt eam possideant, neque ducas nos vltra Iordanem.*

6 *Respondit autem Moses filiis Gad, & filiis Ruben, Num ergo fratres vestri ad pugnam ibunt, & vos hic sedebitis?*

7 *Cur [3] retrahitis cor filiorũ Israel, quo minus transeant in terram quam dedit eis Dominus?*

8 *Sic quoque fecerunt patres vestri, quum mitterem eos ex Cades-barnea vt perlustrarent terram illam.*

9 *Ascenderant enim vsque ad Torrentem Eschol lustrantes terram, sed [4] retraxerunt cor filiorum Israel, [5] vt renuerent ingredi terram quam dedit eis Dominus.*

10 *Et exarsit ira Domini eodem die, ita vt iuraret hisce verbis,*

11 *Non videbunt viri illi qui ascenderunt ex Ægypto, ab eo qui viginti natus est annos & suprà, terram quam iuraui Abrahamo, Isaac & Iacob, eo quod [6] non perfecerunt post me.*

12 *Præter Caleb filium Iephune Kenizæum, & Iehosua filium Nun: [7] nam hi perfectè sequuti sunt Dominum.*

13 *Et exarsit ira Domini aduersus Israel, [8] ita vt circumduceret eos in deserto annis quadraginta, donec consumeretur [9] totum hoc seculum quod peccauerat coram Domino.*

14 *Et en [10] vos loco patrum vestrorum surrexistis, [11] additamentum scilicet hominum peccatorum, vt adderetis amplius ad furorem Domini aduersus Israelem.*

15 *Si post eum auersi fueritis, permittet vt hi quoque diutius in deserto maneant, suq; totum populum istum perdetis.*

16 *Et accedentes ad eum dixerunt, Septa ouium extruemus hic pecoribus nostris, & oppida pro pube nostra:*

17 *Nos autem armati festinabimus ante filios Israel, donec introduxerimus eos in locum suum: pubes verò nostra manebit in oppidis munitis, [12] vt tuta sint ab habitatoribus terra.*

1 Filii autem Ruben & Gad habebãt pecora multa, & erat illis in iumentis infinita substantia.

2 Cumq; vidissent Iazer & Galaad aptas animalibus alendis terras, venerunt ad Moysen & ad Eleazarum sacerdotem, & principes multitudinis, atque dixerunt,

3 Ataroth, & Dibon, & Iazer, & Nemra, Hesebon, & Eleale, & Sabam, & Nebo, & Beon,

4 Terra quam percussit Dominus in conspectu filiorum Israel, regionis vberrimæ est ad pastum animalium:

5 Et nos serui tui habemus iumenta plurima: Precamurq; si inuenimus gratiam coram te, vt des nobis famulis tuis eam in possessionem, nec facias nos transire Iordanem.

6 Quibus respondit Moyses, Numquid fratres vestri ibunt ad pugnam, & vos hic sedebitis?

7 Cur subuertitis mentes filiorũ Israel, ne transire audeant in locum quẽ eis daturus est Dominus?

8 Nonne ita egerunt patres vestri, quando misi de Cades-barne ad explorandam Terram?

9 ‖Cúmque venissent vsq; in Vallem botri, lustrata omni regione, subuerterunt cor filiorum Israel, vt non intrarẽt fines quos eis Dominus dedit. supr.13.a

10 Qui iratus iurauit, dicens,

11 ‖Si videbunt homines isti qui ascenderũt ex Ægypto à viginti annis & suprà, Terram quam sub iuramento pollicitus sum Abraham, Isaac, & Iacob: & noluerunt sequi me, supr.14.e

12 Præter Caleb filium Iephone Cenezæum, & Iosûe filium Nun: isti impleuerunt voluntatem meam.

13 Iratúsq; Dominus aduersum Israel, circumduxit eum per desertum quadraginta annis, donec consumeretur vniuersa generatio quæ fecerat malum in conspectu eius.

14 Et ecce, inquit, vos surrexistis pro patribus vestris, incrementa, & alumni hominum peccatorum, vt augeretis furorem Domini contra Israel.

15 Quòd si nolueritis sequi eũ, in solitudine populũ derelinquet, & vos causa eritis necis omniũ.

16 At illi propè accedentes, dixerunt, Caulas ouium fabricabimus, & stabula iumentorum, paruulis quoq; nostris vrbes munitas:

17 Nos autem ipsi armati & accincti pergemus ad prælium ante filios Israel, donec introducamus eos ad loca sua. Paruuli nostri & quicquid habere possumus, erunt in vrbibus [a] muratis propter habitatorum insidias.

18 Non

A *Ruben & Gad, & dimidia tribus Manasse petunt sibi dari possessionem trans Iordanem ad Orientem.*

B *Rubenitæ & Gaditæ corripiuntur à Moyse, quod periculis se nolint obiicere cum fratribus.*

C

Rubenitæ & Gaditæ promittunt se reducturos fratres in Terram promissionis.

D

[a] *munitis*

12 Heb. principes millium, ad Mosen, tribuni & centuriones. 13 Heb. acceperunt numerum capitalem. vel, recensuerunt summam capitalem. 14 Heb. oblationem Domino, vnusquisque quod inuenit, vasa aurea, brachiola, & armillas, annulos, inaures, & subligacula mulierum ad expiandas &c. 15 Hebr. omne vas operis. i. omnia vasa affabre facta. 16 Heb. Fuit igitur omne aurũ oblationis quod obtulerunt Domino tribuni & centuriones, 17 Milites diripuerunt quisq; sibi. i. quod prædati sunt, retinuerunt sibi, neque dederunt centurionibus suis. 18 fœderis. Vel, conuentus.

CAP. XXXII.

1 vel, peculium admodum grande quod constabat pecoribus, 2 Heb. Si inuenimus gratiam in oculis tuis, 3 Heb. frangitis cor. vel, animum &c. i. Cur deterretis filios Israel. 4 Heb. fregerũt cor. Vel, animos. 5 ita vt non auderent ingredi &c. 6 i. non impleuerunt (sub. voluntatẽ meam) sequendo me, 7 isti enim impleuerunt (sub. voluntatẽ meã) sequendo Dominũ. i. me Hebraismus. 8 Heb. & vagari fecit eos. 9 Heb. tota generatio illa quæ fecerat malum in oculis Domini. 10 i. successistis patribus vestris. 11 Heb. proles hominum improborũ, ad augendam adhuc indignationem furoris Domini contra Israelem. Quod si reuertamini si post eũ, (i. deseritis sequi eum,) addet adhuc illum deserere in deserto, &c. i. rursum deseret Israelem, & eritis causa necis totius huius populi. 12 Heb. propter incolas terræ, id est, propter insidias incolarum.

18 Non reuertemur in domos nostras, vsq; dum possideant filii Israel hæreditatem suam:

19 Nec quicquam quæremus trans Iordanem, quia iam habemus nostram possessionem in Orientali eius plaga.

20 Quibus Moyses ait, ‖ Si facitis quod promittitis, expediti pergite coram Domino ad pugnam:

21 Et omnis vir bellator armatus Iordanem transeat, donec subuertat Dominus inimicos suos,

E 22 Et subiiciatur ei omnis Terra: tunc eritis inculpabiles apud Dominum & apud Israel, & obtinebitis regiones quas vultis coram Domino.

23 Sin autem quod dicitis non feceritis, nulli dubium est quin peccetis in Deum: & scitote quoniam peccatum vestrum apprehendet vos.

24 Ædificate ergo vrbes paruulis vestris, & caulas & stabula ouibus ac iumentis: & quod polliciti estis, implete.

25 Dixeruntq; filii Gad & Ruben ad Moysen Serui tui sumus, faciemus quod iubet Dominus noster.

26 Paruulos nostros & mulieres, & pecora ac iumenta relinquemus in vrbibus Galaad:

27 Nos autem famuli tui omnes expediti pergemus ad bellum, sicut tu domine loqueris.

28 ‖ Præcepit ergo Moyses Eleazaro sacerdoti, & Iosue filio Nun, & principibus familiarum * tribus Israel, & dixit ad eos.

F 29 Si transierint filii Gad, & filii Ruben vobiscum Iordanem omnes armati ad bellum coram Domino, & vobis fuerit Terra subiecta: date eis Galaad in possessionem.

30 Sin autē noluerint transire armati vobiscū in Terram Chanaan, inter vos habitādi accipiāt loca.

31 Responderuntq; filii Gad, & filii Ruben, Sicut locutus est dominus seruis *suis, ita faciemus:

32 Ipsi armati pergemus coram Domino in Terram Chanaan, & possessionem iam suscepisse nos confitemur trans Iordanem.

33 Dedit itaque Moyses filiis Gad & Ruben, & dimidiæ tribui Manasse filii Ioseph regnum Sehon regis Amorrhæi, & regnum Og regis Basan, & terram eorum cum vrbibus suis per circuitum.

G 34 Igitur extruxerunt filii Gad, Dibon, 35 Et Ataroth, & Aroer, & Roth, & Sopham, & Iazer, & Iegbaa,

36 Et Beth nemra, & Bath aran, vrbes munitas, & caulas pecoribus suis.

37 Filii vero Ruben ædificauerunt Hesebon, & Eleale, & Cariathaim,

38 Et Nabo, & Baalmeon versis nominibus, Sabama quoque, imponentes vocabula vrbibus quas extruxerant.

39 ‖ Porrò filii Machir, filii Manasse perrexerunt in Galaad, & vastauerunt eam interfecto Amorrhæo habitatore eius.

40 Dedit ergo Moyses Terram Galaad Machir filio Manasse, qui habitauit in ea.

41 Iair autem filius Manasse abiit, & occupauit vicos eius, quos appellauit Hauoth Iair, id est Villas Iair.

42 Nobe quoque perrexit, & apprehendit Canath cum viculis suis: vocauitque eam ex nomine suo Nobe.

18 *Non reuertemur ad domos nostras, donec quisque ex filiis Israel occupet suam hæreditatem.*

19 *Nam nos nullam recipiemus hæreditatem cum eis trans Iordanem & vltra: quandoquidem ad nos peruenit hæreditas nostra cis Iordanem ad Orientem solem.*

20 *Moses ergo dixit ad eos, Si rem istam feceritis, [13] vt proficiscamini antepilani coram Domino in bellum,*

21 *Transieritq; quisque ex vobis armis instructus Iordanem [14] coram Domino, tantisper dum ipse expulerit hostes suos ante se.*

22 *Terraq; subacta fuerit coram Domino: tum tandem reuerti poteritis, eritisq; [15] innoxii apud Dominum & apud Israelem, [16] eritq; terra ista in possessionem vobis [17] coram Domino.*

23 *Si vero non sic feceritis, en [18] peccastis in Dominū, [19] & intelligetis peccatum vestrum quum apprehenderit vos.*

24 *Extruite vobis oppida pubi vestræ, & septa gregibus vestris, quodq; ex ore vestro prodiit facite.*

25 *Responderunt ergo Gaditæ & Rubenitæ Mosi, [20] & dixerunt, Serui tui facient quemadmodum dominus meus iubet.*

26 *Pubes nostra, vxores nostræ, pecora nostra, & cuncta iumenta nostra manebunt hic in vrbibus Gilead.*

27 *Serui autem tui transibunt omnes armati ad pugnam ac bellum [21] coram Domino, quemadmodum dominus meus loquitur.*

28 *Et præcepit eis Moses, nempe Eleazaro sacerdoti, Iehosuæ filio Nun, & præcipuis patribus tribuum filiorum Israel. Dixitque Moses ad eos,*

29 *Si transierint filii Gad & filii Ruben vobiscum Iordanem, omnes scilicet ad bellum accincti [21] coram Domino, vt terra coram vobis subiiciatur, dabitis eis terram Gilead in possessionem.*

30 *Si vero non transierint vobiscum armati, capient hæreditatem in medio vestri in terra Chanaan.*

31 *Et responderunt filii Gad & filii Ruben in hunc modum, Quod loquutus est dominus seruis suis, sic faciemus.*

32 *Transibimus armati coram Domino in terram Chanaan, [22] vt nobis maneat possessio hæreditatis nostræ cis Iordanem.*

33 *Dedit itaq; illis Moses, scilicet Gaditis, Rubenitis, & dimidiæ tribui Manasse filii Ioseph, regnum Sihonis regis Amorrhæorū, & regnū Og regis Basan, terrā cū ciuitatibus eius [23] in finibus, & ciuitates istius terræ circūquaq;.*

34 *Et ædificarunt filii Gad, Dibon*

35 *Et Ataroth atque Aroer. Item Atroth, Sophan, Iahzer, Iogbeha,*

36 *Bethnimra, & Betharam ciuitates munitas, & septa gregum.*

37 *Filii vero Ruben extruxerunt Hesbon, Eleale, Kiriathaim,*

38 *Nebo & Baalmeon, mutātes nomen, & Sibma, & [24] vocarūt nominibus nomina vrbiū quas [25] extruxerat.*

39 *Et abeuntes filii Machir filii Manasse in Gilead, ceperunt eam, expellentes Amorrhæum qui in ea habitabat.*

40 *Deditque Moses Gilead ipsi Machir filio Manasse, & habitauit in ea.*

41 *Iair verò filius Manasse abiit, & cepit viculos eorum, vocauitq; eos Hauoth Iair.*

42 *Nobah quoque abiit, & cepit Kenath & viculos eius, vocauitq; eam Nobah ex nomine suo.*

CAPVT XXXIII.

A 1 HÆ sunt mansiones filiorum Israel, qui egressi sunt de Ægypto per turmas suas in manu Moysi & Aaron,

2 Quas descripsit Moyses iuxta castrorum loca, quæ Domini iussione mutabant.

3 ‖ Profecti igitur de Ramesse mense primo,

1 *ISta sunt profectiones filiorum Israel, qui egressi sunt de terra Ægypti [1] iuxta copias suas [2] sub manu Mosis & Aharonis.*

2 *Et [3] scripsit Moses egressus eorumq; profectiones iuxta Domini. Et sunt istæ profectiones iuxta egressus eorum.*

3 *Profecti itaque sunt de Raemses in [4] primo mense*

Iof.1.a

Iof.4.c

* per

* suis,

Rubenitis & Gaditis datur possessio trans Iordanem ad Orientem.

Iof.13.b.22.a

Deut.3.b

Gen.50.d

Amorrhæus occiditur Manasse possessio.

Deut.3.b

Iair possess.

Nobe poss.

Numerantur 42 mansiones filiorum Israel.

Exod.12.f

13 vt armemini ante Dominum ad bellum. i. vt accingamini armis ante arcam Domini. Dominus pro arca Domini, per intellectionem.

14 i. ante arcam Domini.

15 inculpabiles

16 q.d. hac lege terram hanc possidebitis.

17 i. Deo aspirante.

18 præteritum pro futuro.

19 & cognoscite peccatum vestrū quod inueniet vos. i. perpendite quale sit futurū peccatū, pro quo dabitis pœnas.

20 Heb. Et dixit vauē filius Gad & filius Ruben,

21 i. ante arcam Domini.

22 vel, cum iam apud nos sit possessio hæreditatis nostræ citra Iordanem. Aut, quamuis hæreditatem acceperimus citra Iordanem. Alii vertūt vt in potestate nostra maneat hæreditas quam apprehendimus citra Iordanem: Terra Galaad, iis qui erant in ipsa terra Galaad erat citra Iordanem: iis autem qui in Ierusalem vltra Iordanem.

23 secundum terminos, & vrbes regionis per circuitum. Hoc est, Dedit eis terram eorum cum vrbibus eorum, vt erat terminis circumcepta. i. Dedit eis vrbes regionis per circuitum.

24 Hebræismus, pro, indiderunt nomina vrbibus à se extructis.

25 vel, instaurauerant.

CAP. XXXIII.

1 vel, turmatim

2 i. duce Mose & Aharone. Hebr.

3 i. descripsit quibus e locis egressi, ad quæ loca peruenerint, iussu Domini. Hæc sunt inquam loca e quibus egressi sunt, & ad quæ peruenerunt.

4 Hic, mensis primus, dicitur Hebræis Nisan, nobis Martius.

se quintadecima die primi mensis [5] postridie Pasah e-
gressi sunt [6] filii Israel [6] manu excelsa, coram oculis cun-
ctorum Ægyptiorum.
4 [7] *Quum Ægyptii sepelirent eos quos percusserat*
Dominus in eis, nempe omnia primogenita, & in diis eo-
rum ediderat iudicia Dominus.
5 *Soluentes itaque filii Israel de Raemses, castra [8] fixe-*
runt in Succoth.
6 *Et profecti de Succoth, mouerunt castra in [8] Etham,*
quæ est in extremitate deserti.
7 *Et de Etham profecti, reflectunt ad Pi-hahiroth quæ*
est è regione Baal-Zephon: posuerúntque castra ante [9] turrim.
8 *Et proficiscentes de Hahiroth, transierunt per me-*
dium maris in desertum: & euntes iter trium dierum in
deserto Etham castrametati sunt in Mara.
9 *Soluentes vero de Mara, venerunt in Helim. Porrò*
in Helim fuerunt duodecim fontes aquarum, & septua-
ginta palmæ, & ibi castra fixerunt.
10 *Et profecti ex Elim, castrametati sunt [10] ad mare*
carectosum.
11 *Soluentes autem à mari carectoso, castra fixerunt*
in deserto [11] Sin.
12 *De [11] Sin profecti, castrametati sunt in Daphca.*
13 *Et proficiscentes de Daphca, posuerunt castra in*
Alus.
14 *De Alus autem profecti, castrametati sunt in Ra-*
phidim, vbi nulla fuit aqua vt populus biberet.
15 *Proficiscentes autem ex Raphidim, castrametati*
sunt in deserto Sinai.
16 *De deserto Sinai soluerunt, & castra fixerunt in*
Kibroth hataasa.
17 *Et proficiscentes de Kibroth-hataasa, castra po-*
suerunt in Hazeroth.
18 *Proficiscentes de Hazeroth, castra posuerunt in*
Rithma.
19 *Et de Rithma proficiscentes, castrametati sunt in*
Rimon-paretz.
20 *Profecti de Rimon paretz, castrametati sunt in*
Libna.
21 *De Libna profecti, castrametati sunt in Rissa.*
22 *De Rissa soluentes castra fixerunt in Kehelatha.*
23 *Profecti autem de Kehelatha, castrametati sunt in*
monte Sepher.
24 *Et proficiscentes de monte Sepher, castra fixerunt*
in Harada.
25 *Et proficiscentes de Harada, castra fixerunt in*
Macheloth.
26 *Profecti de Macheloth, castrametati sunt in Tha-*
hath.
27 *Et proficiscentes de Thahath, castra fixerunt in*
Thara.
28 *De Thara soluerunt, & castra mouerunt in*
Mithca.
29 *Proficiscentes de Mithca, castrametati sunt in*
Hasmona.
30 *Et profecti de Hasmona, castra fixerunt in Mo-*
seroth.
31 *De Moseroth profecti, castrametati sunt in Bene-*
iaacon.
32 *Et soluentes de Bene iaacon, castra fixerunt in*
Hor gidgad.
33 *Profectique de Hor-gidgad, castra fixerunt in Iat-*
batha.
34 *De Iatbatha soluentes, castrametati sunt in Ab-*
rona.
35 *Proficiscentes de Abrona, castra fixerunt in E-*
zion gaber.
36 *Et proficiscentes de Ezion-gaber, castrametati*
sunt in deserto [12] Zin, quæ est Cades.
37 *De Cades soluentes, castra fixerunt in monte Hor, qui est in finibus terræ Edom.* 38 *In quem montem Hor*
Aharon ascenderat [13] iuxta os Domini, ibique mortuus erat, anno quadragesimo exitus filiorum Israel de terra Ægy-
pti, in mense quinto, primo die [14] mensis. 39 *Eratque Aharon natus centum & viginti tres annos, quum moreretur*
in monte Hor.

quintadecima die mensis primi, altera die
Phase, filii Israel in manu excelsa, videntibus cun-
ctis Ægyptiis
4 (Et sepelientibus primogenitos, quos percus-
serat Dominus: nam & in diis eorum exercuerat vl-
tionem)
5 Castrametati sunt in Socoth.
6 Et de Socoth venerunt in Etham, quæ est in
extremis finibus solitudinis.
7 ‖Inde egressi venerunt contra Phi hahiroth, Exod. 13. d
quæ respicit Beel sephon, & castrametati sunt ante
Magdalum. Exod. 4. a. c
8 ‖Profectique de Phi-hahiroth, transierunt per
medium mare in solitudinem: & ambulantes tribus
diebus per desertum Etham, castrametati sunt in
Mara.
9 ‖Profectique de Mara, venerunt in Elim, vbi Exod. 15. d
erant duodecim fontes aquarum, & palmæ septua-
ginta: ibique castrametati sunt.
10 Sed & inde egressi, fixerunt tentoria super
Mare rubrum.
11 ‖Profectique de Mari rubro, castrametati sunt Exod. 16. a
in deserto [a] Sinai. [a] Sin.
12 Vnde egressi, venerunt in Daphca.
13 Profectique de Daphca, castrametati sunt in
Alus.
14 ‖Egressique de Alus, Raphidim fixere tento- Exod. 17. a
ria, vbi populo defuit aqua ad bibendum.
15 ‖Profectique de Raphidim, castrametati sunt Exod. 19. a
in deserto Sinai.
16 Sed & de solitudine Sinai egressi, venerunt ad
Sepulchra-concupiscentiæ. supr. 11. a
17 ‖Profectique de Sepulchris-concupiscentiæ,
castrametati sunt in Haseroth. supr. 11. d
18 ‖Et de Haseroth venerunt in Rethma.
19 Profectique de Reth-ma, castrametati sunt in
Remmon phares. supr. 13. a
20 ‖Vnde egressi venerunt in Lebna.
21 De Lebna castrametati sunt in Ressa.
22 Egressique de Ressa, venerunt in Ceelatha.
23 Vnde profecti, castrametati sunt in monte
Sepher.
24 Egressi de monte Sepher, venerunt in Harada.
25 Inde proficiscentes castrametati sunt in Ma-
celoth.
26 Profectique de Maceloth, venerunt in Thá-
hath.
27 De Tháhath castrametati sunt in Thare.
28 Vnde egressi, fixere tentoria in Methca.
29 Et de Methca castrametati sunt in Hesmona.
30 ‖Profectique de Hesmona, venerunt in Mose- Deut. 10. b
roth.
31 Et de Moseroth castrametati sunt in Bene-
iaacan.
32 Profectique de Bene-iaacan, venerunt in
montem Gadgad.
33 Vnde profecti, castrametati sunt in Ietebátha.
34 Et de Ietebátha venerunt in Hebrona.
35 Egressique de Hebrona, castrametati sunt in
Asion-gamber.
36 Inde profecti, venerunt in desertum Sin, hæc
est Cades.
37 ‖Egressique de Cades, castrametati sunt in supr. 20. a
monte Hor in extremis finibus Terræ Edom.
38 ‖Ascenditque Aaron sacerdos in montem supr. 20. d
Hor iubente Domino: & ibi mortuus est anno qua- Deut. 32. g
dragesimo egressionis filiorum Israel ex Ægypto,
mense quinto, prima die mensis,
39 Cum esset annorum centum viginti trium.

5 i. postera die qua immolatus fuerat agnus paschalis, profecti sunt.
6 i. diuina virtute, non humana.
7 interim autè Ægyptii sepeliebant quos percusserat Dominus inter illos: percusserat autè omnia primogenita, & in idolis eorum exercuerat iudicia Dominus. Egressi sunt, inquam, filii Israel de Raemses, & castra &c.
8 Nomen vrbis vel loci, à quo denominatū est desertum Etham
9 Migdol.
10 i. littus Maris Rubri.
11 Hoc loco Hebr. per samech scribitur Sin.
12 Hebraice scribitur per Sade, צ
13 i. iubente Domino
14 sub. eiusdem.

B C D E

Supr.21.a 40 ‖ Audiuitq; Chananæus rex Arad, qui habitabat ad Meridiem, in Terram Chanaan venisse filios Israel.

41 Et profecti de monte Hor, castrametati sunt in Salmona,

42 Vnde egressi, venerunt in Phunon.

Supr.21.b 43 ‖ Profectiq; de Phunon, castrametati sunt in Oboth.

44 Et de Oboth venerunt in Ie-abarim, quæ est in finibus Moabitarum.

45 Profectique de Ie abarim, fixêre tentoria in Dibon gad.

F 46 Vnde egressi, castrametati sunt in Helmon-deblathaim.

47 Egressiq; de Helmon-deblathâim, venerunt ad montes Abarim contra Nabo

48 Profectiq; de montibus Abarim, transierunt ad campestria Moab, supra Iordanem contra Iericho.

49 Ibiq; castrametati sunt de Beth-simoth vsq; ad Abel-satim in planioribus locis Moabitarum,

Chananæos iubet Deus occidere.

50 Vbi loquutus est Dominus ad Moysen,

51 Præcipe filiis Israel, & dic ad eos, Quando transieritis Iordanem, intrantes Terram Chanaan,

52 Disperdite cunctos habitatores Terræ illius: confringite titulos, & statuas comminuite, atque G omnia excelsa vastate, mundantes Terram.

53 Et habitantes in ea. ego enim dedi vobis illã in possessionem:

54 Quam diuidetis vobis sorte: pluribus dabitis latiorem, & paucioribus angustiorem. singulis vt sors ceciderit, ita tribuetur hæreditas. per tribus & familias possessio diuidetur.

55 Sin autem nolueritis interficere habitatores Terræ: qui remanserint, erunt vobis quasi claui in oculis, & lanceæ in lateribus, & aduersabuntur vobis in Terra habitationis vestræ:

56 Et quicquid illis cogitaueram facere, vobis faciam.

40 Et audiuit Chananæus rex Arad, qui habitabat versus Merid ẽ in terra Chanaan, aduentũ filiorũ Israel.

41 Et profecti sunt de monte Hor, castrametatiq; sunt in Zalmona.

42 De Zalmona profecti sunt, & fixerunt castra in Phunon.

43 De Phunon profecti, castra fixerunt in Oboth.

44 De Oboth soluẽtes, castrametati sunt in Iie abarim, in termino Moab.

45 Profecti[15] de Iim, castrametati sunt in Dibon-gad.

46 Et profecti de Dibon gad, castra fixerunt in Almon diblataim.

47 Soluentes autem de Almon diblataim, castrametati sunt in montibus Abarim coram Nebo.

48 Et proficiscentes de montibus Abarim, castrametati sunt in campis Moabiticis [16] ad Iordanem Iericho.

49 Posuerunt autem castra ad Iordanem a Beth iesimoth vsque ad Abel-sittim in campis Moabiticis. Porrò in campis Moabiticis ad Iordanem scilicet Iericho,

50 Locutus est Dominus ad Mosen in hanc sententiã,

51 Loquere ad filios Israel, & dices ad eos, Quandoquidẽ iam Iordane transmisso, terram Chanaan intrabitis,

52 Expelletis omnes habitatores regionis illius ante vos, & perdetis omnia simulachra eorum, & omnes fusiles imagines eorum confringetis, & omnia excelsa eorum diruetis. Accepta autem terra in hæreditatem,

53 [17] Habitabitis in ea: nam ego dedi vobis illã terram, vt eam possideatis.

54 Distribuetis autem terram in hæreditatem, idq; sorte[18] secundum familias vestras:[19] quorum multi sunt, his augebitis hæreditatem suam: & quorum sunt pauci, iis minorem dabitis hæreditatem. [20] vt cuique illic sors educta fuerit, sic maneat ei,' & diuidetis hæreditatem secundum tribus patrum vestrorum.

55 Quòd si habitatores illius terræ non eieceritis ante vos, futurum est vt hi quos residuos ex his feceritis, sint [21] sudes præacutæ in oculis vestris, & [22] lanceæ lateribus vestris: affligentq; vos in terra quam incoletis.

56 Tum fiet vt vobis faciã quæ illis facere decreuerã.

[15] vel, de Iie (abarim,)

16 i. qua parte vergit ad Ierichountem: vel, qua parte alluit Ierichountem.

17 Heb. Expelletis inquam incolas eius regionis, & habitabitis in ea. ego enim &c.

18 vel, nomine familiarũ & cognationum vestrarum.

19 Heb. multo multiplicabitis hæreditati eius, & pauco diminuetis hæreditatem eius. i. pluribus dabitis ampliorem hæreditatẽ, & paucioribus minorẽ assignabitis portionem.

20 in loco, in quo egressa fuerit sors alicuius, ei erit. sub. in eo loco hæreditas: i. hæreditas erit ei in eo loco in quem sors ceciderit.

21 tribuli. Aut, vepres. q. d. oculos vobis exsculpent.

22 spinæ. Quibus pungentur latera vestra. hoc est, erunt vobis molesti.

CAP. XXXIV.

1 Quia iam ingressuri estis terram Chananæorũ, (ea autem est regio quæ vobis sortibus obueniet vobis in hæreditatem, terra scilicet Chanaan per fines suos) Pars Meridiana erit &c. Obueniet in hæreditatem: quam iure hæreditario possidebitis. Per fines, siue limites suos. q. d. Hæc est absoluta Terræ sanctæ descriptio.

2 per Sade scribitur apud Hebræos.

3 iuxta terminos Edom. i. Idumææ propinquo.

4 erit inquam vobis terminus Australis siue Meridianus.

5 Ita significat in eo montium. Hic terminũ generalem describit, postea specialẽ descripturus.

6 Circumibitq; vobis terminus à Meridie vsque

CAPVT XXXIV.

A 1 Locutusq; est Dominus ad Moysen, dicens,

Terra promissionis fines & termini.

2 Præcipe filiis Israel, & dices ad eos, Cum ingressi fueritis Terram Chanaan, & in possessioné vobis sorte ceciderit, his finibus terminabitur,

Iosue 15.a 3 ‖ Pars Meridiana incipiet à solitudine Sin, quæ est iuxta Edom: & habebit terminos cõtra Orientem mare salsissimum.

4 Qui circumibunt Australẽ plagam per Ascensum * scorpionis, ita vt transeant in Senna, & peruenient ad Meridiem vsque ad Cades barne, vnde egredientur confinia ad villam nomine Adar, & tendent vsque ad Asemona,

scorpionum,

5 Ibiq; per gyrum terminus ab Asemona vsque B ad torrentem Ægypti, & magni maris littore finietur.

6 Plaga autem Occidentalis à mari magno incipiet, & ipso fine claudetur,

7 Porrò ad Septentrionalẽ plagam à mari magno termini incipient, peruenientes vsq; ad montem altissimum,

8 A quo venient in Emath vsque ad terminos Sedada.

9 Ibuntq; confinia vsque ad * Ebrona, & villam Enan. hi erunt termini in parte Aquilonis.

Zephrona,

10 Inde metabuntur fines contra Orientalem plagam de villa Enan vsque Sephan,

1 Et loquutus est Dominus ad Mosen, dicens,

2 Præcipe filiis Israel, & dices ad eos, [1] Quum vos veneritis in terram Chanaan, sit hæc terra quæ cedet vobis in hæreditatem, terra scilicet Chanaan cum limitibus suis.

3 Sit autem latus Meridianum à deserto [2] Zin' [3] secundum Edom,' [4] & sit vobis limes Meridianus à fine maris' salsi' ad Orientem.

4 [5] Et circumeat vobis limes à Meridie ad Ascensum acrabim,' & transeat vsq; ad Zin: [7] sintq; exitus eius' ab Austro in Cades Barnea, exeatq; in Hazar Adar, & transeat in Azmon.

5 Reflectat iam limes ab Azmon ad [8] torrentem' Ægypti,' [9] termineturq; mari.'

6 Porrò occidentis limes sit vobis mare magnum: is sit vobis limes occidentis.

7 Hic verò erit vobis limes Septentrionalis: à mari magno signabitis vobis montem [10] Hor, de monte verò Hor [11] describetis,

8 [12] Vbi itur' in Hamath, [13] eruntque exitus limitis Zedad.'

9 Et exibit limes ad Ziphron, [14] terminabiturq; Hazar enan. is sit vobis limes Septentrionalis.

10 [15] Signabitis deinde vobis limitem Orientis,' ab Hazar-enan in Sepham.

ad Maale-acrabim, 7 excurret. 8 Sunt qui eo hoc loco fluuium Rhinocorura intelligant. Aliis placet fluuium fuisse sine nomine: propterea Moysen non addidisse nomen. 9 & egressus eius in mare magnum. i. illinc excurret vsque in mare Mediterraneum. 10 Nomen promontorii est, non illius montis nomen in quo mortuus est Aaron. 11 sub. limitem. 12 pergendo. 13 inde excurret vsque ad Sedad. 14 illinc procurret vsque adeo, 15 vel, Describetis (sub. lineam quandam) vobis in termino Orientali,

16 vel, deuerget

17 i. qua parte non procul distat ab Iericho.
18 Heb. qui hæreditario iure accipiet pro vobis terram. vt scilicet eã postea vobis per familias distribuant.
19 Heb. ad possidendam terrã. vt eam scilicet postea diuidant.

CAP. XXXV.
1 i. ea parte qua non multum distat ab Iericho.
2 i. pascua adiacentia vrbibus.
3 Agri circumfusi vrbib. quas dabitis Leuitis, a mœnibus vrbis & forinsecus (erunt) mille cubitorum omni ex parte. Duas hic Moses ponit species agri publici: prima in qua nihil licet plantare, secunda in qua licebat serere & ædificare. eos agros non licebat Leuitis vendere. Primam significat per mille cubitos, secundam per bis mille cubitos.
4 à parte Orientali.
5 Heb. Ista erit (ratio) illis agrorum publicorum vrbiũ. vel, ista erit mensura suburbanorũ vrbium ipsorũ.
6 (dabitis) & suburbana eorum. sunc, & agros publicos eorũ, sub. oppidorum.
7 Heb. à multo multiplicabitis, & a pauco diminuetis. i. ab eo qui plures vrbes habuerit, plures accipietis: ab eo autem qui pauciores possessiones habuerit, pauciores vrbes accipietis.
8 i. pro rata portione hæreditatis suæ.
9 Hebraismus, pro, quenquam.
10 vel, vltore. i. à cognato vltore sanguinis occisi.
11 i. donec tota congregatio cognouerit de tota causa.

11 *Et descendet limes de Sepham in Ribla ab Orien-*
te Ain, & [16] *descendet limes, pertingetq; ad latus maris*
Cinereth ad Orientem. Et rursus descendet limes ad Iar-
danem, [14] *terminabiturq; ad mare* [5] *salsum: atq; hæc sit*
vobis terra cum limitibus suis circumquaque.
12 *Præcepit itaque Moses filiis Israel, dicens, Hæc est*
terra quam sorte distribuetis, quam iussit Dominus da-
ri nouem tribubus, atque dimidia tribui.
13 *Nam acceperant tribus filiorum Ruben iuxta do-*
mos patrum suorum, & tribus filiorum Gad iuxta do-
mos patrum suorum,
14 *Atq; dimidia tribus Manasse, acceperant inquã*
hæreditatem suam. Duæ tribus & dimidia inquam tri-
bus acceperant hæreditatem suam [17] *cis Iordanem Ieri-*
cho ad Orientem Solem.
15 *Loquutusq; est Dominus ad Mosen hisce verbis,*
16 *Hæc sunt nomina virorum* [18] *qui distribuent vo-*
bis terram: Eleazar sacerdos, & Iehosua filius Nun.
17 *Singulos quoque principes ex singulis tribubus ac-*
cipietis [19] *ad distribuendam terram.*
18 *Hæc verò sunt nomina virorum. De tribu Iuda,*
Caleb filius Iephune.
19 *De tribu filiorũ Simeon, Samuel filius Amihud.*
20 *De tribu Beniamin, Elidad filius Cislon.*
21 *De tribu filiorum Dan, princeps Bucci filius Iagli.*
22 *De filiis Ioseph, pro tribu filiorum Manasse, prin-*
ceps Haniel filius Ephod.
23 *De tribu verò filiorum Ephraim, princeps Ke-*
muel filius Siphtan.
24 *De tribu filiorum Zebulon, princeps Elizaphan fi-*
lius Parnach.
25 *De tribu filiorum Isaschar, princeps Paltiel fi-*
lius Azan.
26 *De tribu filiorum Aser, princeps Abihud filius Schlomi.* 27 *De tribu filiorum Naphtali, princeps Pedahel*
filius Amihud. 28 *Isti sunt quibus præcepit Dominus vt hæreditatem diuiderent filiis Israel in terra Chanaan.*

11 Et de Sephama descendent termini in Re-
blatha contra fontem Daphnim: inde peruenient
contra Orientem ad mare Cenereth, & tendent vs-
que ad Iordanem, & ad vltimum salsissimo clau-
dentur mari. Hanc habebitis Terram per fines suos
in circuitu.
12 Præcepitq; Moyses filiis Israel, dicens, Hæc
erit Terra quam possidebitis sorte, & quam iussit
Dominus dari nouem tribubus, & dimidiæ tribui.
13 Tribus enim filiorũ Ruben per familias suas,
& tribus filiorum Gad iuxta cognationũ numerũ,
14 Media quoq; tribus Manasse, id est duæ se-
mis tribus, acceperunt partem suam trans Iordanẽ
contra Iericho ad Orientalem plagam.
15 Et ait Dominus ad Moysen,
16 Hæc sunt nomina virorum qui Terram vo-
bis diuident, Eleazar sacerdos, & Iosue filius Nun,
17 Et singuli principes de tribubus singulis,
18 Quorum ista sunt vocabula. De tribu Iuda,
Caleph filius Iephone.
19 De tribu Simeon, Samuel filius Ammiud.
20 De tribu Beniamin, Elidad filius Chaselon.
21 De tribu filiorum Dan, Bocci filius Iogli.
22 Filiorum Ioseph de tribu Manasse, Haniel fi-
lius Ephod.
23 De tribu Ephraim, Camuel filius Sephthan.
24 De tribu Zabulõ, Elisaphan filius Pharnach.
25 De tribu Issachar dux Phaltiel filius Ozan.
26 De tribu Aser, Ahiud filius Salomi.
27 De tribu Nephthali, Phedael filius Ammiud.
28 Hi sunt quibus præceperat Dominus vt di-
uiderent filiis Israel Terram Chanaan.

Iosue 14. a
Nomina eorum qui Terram debebant diuidere.

C

D

CAPVT XXXV.

1 *Loquutus est Dominus ad Mosen in campis Moabi-*
ticis [1] *iuxta Iordanem Iericho in hanc sententiam,*
2 *Præcipe filiis Israel, vt dent de hæreditate possessio-*
nis suæ Leuitis oppida ad habitandum, & [2] *agros subur-*
banos ad oppida per ambitum eorum dabitis Leuitis.
3 *Oppida ista habebunt, vt in eis habitent: sub vrba-*
nos verò eorum agros habebunt pro iumentis suis, pro fa-
milia sua, & pro cunctis animalibus suis.
4 [3] *Suburbani verò agri quos Leuitis dabitis iuxta*
oppida, [porrigentur] à muro oppidi extra mille cubitis
circumquaque.
5 *Dimetiemini autem foris extra oppidum* [4] *Orien-*
tale latus bis mille cubitos, & latus Meridionale bis mil-
le cubitos, & latus Occidentale bis mille cubitos, & latus
Septentrionale bis mille cubitos: oppidum verò ipsum sit
in medio. [5] *Hi erunt suburbani agri ipsis ad oppida.*
6 *De oppidis autẽ quæ Leuitis dabitis, erunt sex op-*
pida refugii, quæ cõstituetis vt illuc confugiat homicida,
7 *Et vltra hæc dabitis quadraginta duo oppida, vt*
scilicet cuncta oppida quæ Leuitis dabitis, sint quadra-
ginta octo, ipsa [6] *& suburbani agri eorum.*
8 *Et oppida quæ dabitis, erunt de possessione filiorum*
Israel: [7] *qui multa habent, multa dabunt: ab his autem*
qui pauca habent, pauca accipietis: quisq; [8] *iuxta hære-*
ditatem suam quam hæreditate accepit, dabit Leuitis
de oppidis suis.
9 *Et loquutus est Dominus ad Mosen, dicens,*
10 *Loquere ad filios Israel, & dic ad eos, Quum vos*
transmiseritis Iordanem veneritis in terram Chanaan,
11 *Constituetis vobis ciuitates, quæ sint vobis ciuita-*
tes refugii, vt illuc confugiat omnis homicida qui inter-
fecerit [9] *animam per imprudentiam.*
12 *Et erunt vobis ciuitates illæ asyla à* [10] *vindice, vt*
non interficiatur homicida [11] *donec stare possit coram cœ-*
tu ad iudicium.
13 *Ciuitatũ autẽ quas dabitis pro asylo, sint vrbes sex.*
14 *Tres ciuitates dabitis cis Iordanem, & tres ciui-*

1 Hæc quoque locutus est Dominus ad Moysen
in campestribus Moab supra Iordanem, con-
tra Iericho,
2 Præcipe filiis Israel vt dent Leuitis de posses-
sionibus suis vrbes ad habitandum, & suburbana
earum per circuitum:
3 Vt ipsi in oppidis maneant, & suburbana sint
pecoribus ac iumentis.
4 Quæ à muris ciuitatum forinsecus, per circu-
itum, mille passuum spacio tendentur.
5 Contra Orientem duo millia erunt cubiti, &
contra Meridiem similiter erũt duo millia: ad Ma-
re quoq; quod respicit ad Occidentẽ, eadem men-
sura erit, & Septentrionalis plaga æquali termino
finietur. eruntq; vrbes in medio, & foris suburbana.
6 De ipsis autem oppidis, quæ Leuitis dabitis,
sex erunt in fugitiuorum auxilia separata, vt fugiat
ad ea qui fuderit sanguinem:
7 Et exceptis his alia quadraginta duo oppida,
id est simul quadraginta octo cum suburbanis suis.
8 Ipsæq; vrbes quæ dabuntur de possessionibus
filiorum Israel ab his qui plus habent, plures aufe-
rentur: & qui minus, pauciores singuli iuxta men-
suram hæreditatis suæ dabunt oppida Leuitis.
9 Ait Dominus ad Moysen,
10 Loquere filiis Israel, & dices ad eos, Quan-
do trãsgressi fueritis Iordanẽ in Terram Chanaan,
11 Decernite quæ vrbes esse debeant in præsi-
dia fugitiuorum, qui nolẽtes, sanguinem fuderint:
12 In quibus cum fuerit profugus, cognatus oc-
cisi non poterit eum occidere, donec stet in cõspe-
ctu multitudinis, & causa illius iudicetur.
13 De ipsis autem vrbibus quæ ad fugitiuorum
subsidia separantur,
14 Tres erunt trans Iordanem, & tres in Ter-
ra Cha-

A
Vrbes Leuitis dandæ.
Iosue 21. a

B

Iosue 20. a
Deut. 4. g

Vrbes perfugii.
Deut. 19. a
Iosue 20. a

ra Chanáan,
15 Tam filiis Israel, quàm aduenis atq; peregri-
Lex homicidii. nis, vt cōfugiat ad eas qui nolens, sanguinē fuderit.
C 16 Si quis ferro percusserit, & mortuus fuerit
qui percussus est: reus erit homicidii, & ipse morie-
tur.
17 Si quis lapidem iecerit, & ictus occubuerit: si-
militer punietur.
18 Si ligno percussus interierit: percussoris san-
guine vindicabitur.
19 Propinquus occisi homicidam interficiet:
interficiet. statim vt apprehenderit eum, *interficietur.*
Deut. 19.a 20 Si per odium quis hominem impulerit, vel
iecerit quippiam in eum per insidias:
21 Aut cum esset inimicus, manu percusserit, &
ille mortuus fuerit: percussor, homicidii reus erit,
cognatus occisi statim vt inuenerit eum, iugulabit.
22 Quòd si fortuitu, & absq; odio, & inimici-
tiis quicquam horum fecerit,
23 Et hoc audiente populo fuerit comprobatū,
24 Atq; inter percussorem & propinquum san-
guinis quæstio ventilata:
25 Liberabitur innocens de vltoris manu, & re-
ducetur per sententiam in vrbem ad quam confu-
gerat, manebitq; ibi, donec sacerdos magnus, qui
D oleo sancto vnctus est, moriatur.
26 Si interfector extra fines vrbium quæ exuli-
bus deputatæ sunt, fuerit inuentus,
27 Et percussus ab eo qui vltor est sanguinis,
absque noxa erit qui eum occiderit.
28 Debuerat enim profugus vsque ad mortem
Pontificis in vrbe residere. postquam autem ille
obierit, homicida reuertetur in Terram suam.
29 Hæc sempiterna erunt, & legitima in cunctis
Vnius testimo- habitationibus vestris.
nio nullus con- 30 Homicida sub testibus punietur: ad vnius te-
demnandus. stimonium nullus condemnabitur.
31 Non accipietis precium ab eo qui reus est
sanguinis, statim & ipse morietur.
32 Exules & profugi ante mortem Pontificis
nullo modo in vrbes suas reuerti poterunt:
33 Ne polluatis Terram habitationis vestræ quæ
insontium cruore maculatur: nec aliter expiari po-
test, nisi per eius sanguinem qui alterius sanguinē
fuderit.
34 Atque ita emundabitur vestra possessio me
commorante vobiscum. ego enim sum Dominus
qui habito inter filios Israel.

tates dabitis in terra Chanaā, & hæ ciuitates asyli erūt.
15 Sex istæ ciuitates asyli erunt tam filiis Israel, quā
incolis & inquilinis qui inter eos habitant, vt illuc con-
fugiat quicunque cædem animæ perpetrauerit per im-
prudentiam.
16 Si quispiā autē ferit aliquem telo ferreo ita vt mo-
riatur, is homicida est, morte mulctetur homicida talis.
17 Et si ferit illum [12] lapide manuario, quo quis mori
potest, vt moriatur, is est homicida, debetq; homicida
talis morte mulctari.
18 Aut si telo ligneo, [13] quo quis mori potest, illum fe-
rierit vt moriatur, homicida est, & morte mulctetur ho-
micida talis.
19 [14] Vindex sanguinis ipse interficiet homicidā il-
lum, [15] quum scilicet in eum incurrerit, interficiet eum.
20 Quòd si odio eum [16] pulsauerit, aut [quidpiam]
in eum iecerit ex insidiis, & is mortuus fuerit,
21 Aut ex inimicitia manu sua percusserit eum ita
vt moriatur morte mulctetur [17] homicida. homicida e-
nim est: vindex sanguinis [18] interficiat homicidam illum,
vbicunque deprehenderit eum.
22 Si verò subitò absque inimicitia [19] pulsauerit eū,
aut quodcunq; telum super eum iecerit absque insidiis,
Aut [20] iecerit in eum quemcunq; lapidem, ipso non vi-
dente, quo quis mori possit, vt fuerit mortuus, [21] nec fuit
inimicus eius, nec malum fecit ei machinatus:
23 [Tunc] iudicabit cœtus
24 Inter [22] homicidam & vindicem sanguinis [23] su-
per huiusmodi causis,
25 Eruetq; [24] cœtus homicidam è manu vindicis
sanguinis, & reducet eum cœtus ad ciuitatē refugii sui,
ad quam perfugerat, in qua manebit vsque ad mortem
summi sacerdotis, qui oleo sancto inunctus est.
26 Quòd si omnino homicida talis limitem ciuitatis
asyli sui quo confugerat egressus fuerit, & inuenerit eum
vindex sanguinis extra limitem ciuitatis asyli sui,
27 Et trucidauerit eum vindex sanguinis: [25] reus san-
guinis non agitur.
28 Quoniam manere debebat in ciuitate asyli sui,
donec moreretur sacerdos magnus, & post mortem magni
sacerdotis tum demum homicida in terram possessionis
suæ [26] reuerti.
29 [27] Hæc statuta debent vobis esse legitima, etiā ad
posteros vestros, in cunctis habitationibus vestris.
30 [28] Quicunq; percusserit animam, per testes debet
interfici homicida talis: [29] at vnus testis non debet testi-
ficari vt interficiatur aliquis.
31 Neque recipietis precium redemptionis pro vita
homicidæ, qui [30] ad mortem condemnatus est: sed omnino interfici debet. 32 Nec recipietis precium redemptionis
[31] ab eo qui confugit ad ciuitatē asyli, vt liceat ei redire in terram ante mortem sacerdotis magni sacerdotis. 33 [32] Ne fa-
ciatis vt terra in qua habitatis fallat: sanguis enim insontiū facit vt terra fallat: nec potest terra a sanguine, qui in ea
effusus est, expiari, nisi per sanguinem illius qui sanguinem fudit. 34 Ne igitur contaminetis terram in qua habi-
tabitis, in cuius medio ego habito: ego enim Dominus qui habito in medio filiorum Israel.

12 Heb. lapide manus, quo perierit, & moriatur. Lapidē manus vocat quem manu quis iacit.
13 quem manu gestet, quo interierit, percusserit aliquem, & moriatur.
14 i. Licebit cognato occisi causa cognita homicidam interficere.
15 vel, statim atq; in eum &c.
16 impulerit. sub. in terram. vel, è sublimi præcipitauerit.
17 Per vltorem
18 interficiet. i. interficere poterit.
19 impulerit.
20 Heb vel, quocunq; lapide quo moriatur, non videndo, & cadere fecerit super eum, & mortuus fuerit. i. Aut quemcunque lapidē quo moriatur, cadere fecerit super aliquem quem non videbat, vnde moriatur: si nōn &c.
21 si non prosequebatur eum odio, neq; studebat nocere ei,
22 percussorem
23 iuxta iura hæc. vel, secundum iudicia ista,
24 Intelligunt hic Hebræi per congregationē, non totam multitudinē, sed senatores & summos in vrbe iudices.
25 vel, non sanguinis ... [illegible] ... propinquus.
26 reuersus fuisset.
27 Heb. Hæc erunt vobis in statutum iudicii per ætates vestras in &c. i. Hæc erunt vobis iura, quæ in iudicio exercendo obseruabitis iudices. Sic de his iustitiæ iudicia in iudicio exercenda. Vel, Hæ leges erunt vobis quandiu vixeritis, & vbicunque habitaueritis.

CAPVT XXXVI.

A
Lex connubio- rum filiarum Salphaad.
Supr. 27.a
1 ACcesserunt autem & principes familiarum
Galaad filii Machir, filii Manasse de stirpe fi-
liorum Ioseph: locutiq; sunt Moysi coram princi-
pibus Israel, atq; dixerunt,
2 Tibi domino nostro præcepit Dominus vt
Terrā sorte diuideres filiis Israel, & vt filiabus Sal-
phaad fratris nostri dares possessionē debitā patri:

1 ACcesserunt autē capita patrum de familia filiorum
Gilead filii Machir, filii Manasse, de familia filio-
rum Ioseph, & locuti sunt coram Mose, & coram princi-
pibus & præcipuis patribus filiorum Israel. Et dixerunt,
2 Dominus præcepit domino meo vt daretur filiis Is-
raël terra in hæreditatem, idq; per sortem: ad hæc domino
meo præceptū est à Domino, [1] vt detur hæreditas fratris
nostri Zalphead filiabus suis,

28 Hebr. Quicunque percusserit aliquem, ad verbum testium occidet homicidam. Hoc de iudice intelligitur, quasi dicat, Magistratus neminem morti adiudicabit solo teste producto, sed pluribus. Sequentibus verbis scriptum declarat, At vnus testis &c. 29 Heb. & testis vnus non testificabitur in animam (i. quenquam) vt moriatur. i. nullus morietur vnius testimonio. 30 Heb. impius est ad moriendum. Impium ad moriendum vocat tropo Hebræo, impium dignum morte. 31 Heb. ad confugiendum in ciuitatem asyli sui, vt reuertatur ad habitandum in terra (sub. asyli sui) donec moriatur &c. Huius versus interpretatio petenda est ex verbis paulo superioribus, vbi de eo qui imprudēs occidisset hominem, loquitur his verbis ex Hebræo, Liberabit congregatio homicidam e manu propinqui occisi, reducetq; eum in vrbem ad quam confugerat: manebitque ibi donec &c. 32 Heb. Nec polluetis terram in qua fueritis: quia sanguis (i. homicidium) polluit regionem.
CAP. XXXVI. 1 vt daret hæreditatem.

3 *Quas si aliquis ex filiis tribuum filiorum Israel duxerit vxores, auferetur hæreditas earum ab hæreditate patrum nostrorum,* [1] *adiiceturque hæreditati illius tribus, in quam peruenerunt, & à sorte hæreditatis nostra separabitur.*

4 [3] *Deinde quum aduenerit annus iubilæus filiis Israel, accedet hæreditas earum ad hæreditatem illius tribus in quam illa peruenerint: & sic* [4] *separabitur illarum hæreditas ab hæreditate patrum nostrorum.*

5 *Et præcepit Moses filiis Israel secundum imperium Domini, dicens, Recte loquuntur filii de tribu Ioseph.*

6 *Hoc ergo verbum est quod præcepit Dominus* [5] *filiabus Zalphead, dicens,* [6] *Nubant quibus voluerint, modo familia tribus patris sui nubant. Sic enim hæreditas filiorum Israel de tribu in tribum non transferetur.*

7 *Quum scilicet quisque ex filiis Israel in hæreditate tribus patrum suorum hæserit.*

8 *Quin quæcunque filia hæreditatem [*[8] *aliquam] possederit in tribu filiorum Israel, nubat vni ex familia tribus patris sui, vt filii Israel quisque possideat hæreditatem patrum suorum,*

9 *Et non transferatur hæreditas de tribu vna in aliam:* [9] *sed quisque adhæreat hæreditati suæ [quam habet] in tribubus filiorum Israel.*

10 *Quemadmodum itaque Dominus præcepit Mosi, sic fecerunt filiæ Zalphead.*

11 *Nupseruntque Mahla, Thirza, Hagla, Milcha, & Noa filiæ Zalphead filiis patruorum suorum.*

12 *Hi videlicet qui erant de familia filiorum Manasse filii Ioseph nupserunt, mansitque hæreditas earum apud tribum familiæ patris earum.*

13 *Hæc sunt præcepta & iudicia quæ præcepit Dominus per manum Mosis filiis Israel in campis Moabiticis iuxta Iordanem [*[10] *è regione] Hiericho.*

1 & addetur hæreditati tribus eorum quibus nupserint, & de possessione nostra quæ nobis sorte obuenerit, diminuetur.
3 Heb. Et quum erit iubileus
4 imminuetur
5 vel, ob filias
6 Hebr. Bono in oculis suis nubent i. ei qui placebit eis.
7 Heb. nam filii Israel singuli adhærebunt tribui patrum suorum.
8 subaudiendum potius (paternam.)
9 Hebr. quia tribus filiorum Israel adhærere debent singuli hæreditati suæ.
10 (qua parte non procul abest à) Iericho.

3 Quas si alterius tribus homines vxores acceperint, sequebatur possessio sua, & translata ad aliam tribum de nostra hæreditate minuetur. B

4 Atque ita fiet, vt cum iubilæus, id est quinquagesimus annus remissionis aduenerit, confundatur sortium distributio, & aliorum possessio ad alios transeat.

5 Respondit Moyses filiis Israel, & Domino præcipiente ait. Rectè tribus filiorum Ioseph locuta est.

6 Et hæc lex super filiabus Salphaad à Domino promulgata est, Nubant quibus volunt, tantum vt suæ tribus hominibus: Ne commisceatur possessio filiorum Israel de tribu in tribum: C

7 Omnes enim viri ducent vxores de tribu & cognatione sua:

8 Et cunctæ fœminæ de eadem tribu maritos accipient: vt hæreditas permaneat in familiis,

9 Nec sibi misceantur tribus, sed ita maneant vt à Domino separatæ sunt.

10 Feceruntque filiæ Salphaad vt sibi fuerat imperatum: D

11 Et nupserunt Maala & Thersa, & Hegla, & Melcha, & Noa filiis patrui sui,

12 De familia Manasse, qui fuit filius Ioseph & possessio quæ illis fuerat attributa, mansit in tribu & familia patris earum.

13 Hæc sunt mandata atque iudicia quæ mandauit Dominus per manum Moysi ad filios Israel, in campestribus Moab supra Iordanem contra Iericho.

Iubilæus.
Tob. 7. d
Viris è sua tribu ducēdo vxor mulieribus similiter nubendum.

DEVTERONOMIVM, HEBRAICE Elle Haddebarim.

Quintus liber Mosis Græce dicitur τὸ δευτερονόμιον, à δεύτερον, id est secundo: & νόμος, id est lex: quòd in eo æquissimus ille & absolutissimus Decalogus, qui propriè nomine τοῦ νόμου, id est legis, intelligitur, promulgetur ab integro & sanciatur, ipso Mose præcone & interprete. Hebraice verò nomen habet ELLE HADDEBARIM, vltimus hic Mosis liber, à primis illius vocibus.

CAPVT I.

1 HÆc sunt verba quæ loquutus est Moses ad omnem Israelem [1] *trans Iordanem,* [2] *in deserto* [3] *in locis vastis* [4] *è regione [maris]* [4] *carectosi, inter Paran, & inter Tophel, Laban, Hazeroth atque Dizahab,*

2 [5] *Itinere vndecim dierum ab Horeb, via montis Seir ad Kades barnea.*

3 *Et factum est in quadragesimo anno, mense vndecimo, primo die mensis: quòd loqueretur Moses ad filios Israel,* [6] *iuxta omnia quæ Dominus per ipsum mandauit ad eos,*

4 *Postquam percussisset Sihō regem Amorrhæorum, qui habitauerat in Hesbon & Og regē Basan, qui habitauerat in Astharoth, in* [7] *Edrei* [8] *Cis Iordanem in terra Moab.*

5 [9] *Statuit Moses apud se explanare legem hāc, & dixit,*

6 *Dominus Deus noster loquutus est ad nos in Horeb in hāc sententiam,* [10] *Sat superque mansistis apud montē istū.*

7 [11] *Conuertite vos, & proficiscimini ad montem Amorrhæorum, & ad omnia loca ei vicina, siue sint in planicie, siue in montanis siue in* [12] *vallibus, siue* [13] *in locis steribilibus, siue in* [14] *littore maris, ad terram Chananæorum, & ad Libanum, vsque ad flumium illum magnum, flumium inquam Euphratem.*

8 *En tradidi in conspectu vestro terram,* [15] *venite occupate terram quam* [16] *iurauit Dominus patribus vestris*

CAPVT I.
1 vel, trans. sic in Terra sancta fuerit.
2 Subaudienda commoratio, & in deserto.
3 in planicie campestri vel, in loco campestri
4 Heb. i. maris rubri.
5 vndecim dies sunt. Chaldæus paraphrastes vertit, vndecim dierum iter est ab Horeb, & ē Horeb est Sinai, vel mons ei propinquus.
6 idest, prorsus vt præceperat eis Dominus &c.
7 Quidam referunt illud Edrai, ad principium versus. Posteaquam percussisset Dominus in [illegible] Num. 21.
8 vel, Trans
9 [illegible] vel, sedit animo) Moses eo demisssiore, eam possidere.

1 HÆc sunt verba quæ locutus est Moyses ad omnem Israel trans Iordanem in solitudine campestri, contra Mare rubrum, inter Pharan & Thophel & Laban & Haseroth, vbi auri est plurimum: A

2 Vndecim diebus de Horeb per viam montis Seir vsque ad Cades-barne.

3 Quadragesimo anno, vndecimo mense, prima die mensis locutus est Moyses ad filios Israel omnia quæ præceperat illi Dominus vt diceret eis:

4 Postquam percussit Sehon regem Amorrhæorum, qui habitauit in Hesebon & Og regem Basan, qui mansit in Astaroth, & in Edrai, trans Iordanem in Terra Moab.

5 Cœpitque Moyses explanare legem, & dicere. B

6 Dominus Deus noster locutus est ad nos in Horeb, dicēs Sufficit vobis quòd in hoc mōte mansistis:

7 Reuertimini, & venite ad montem Amorrhæorum, & ad cætera quæ ei proxima sunt, campestria atque montana & humiliora loca cōtra Meridiem, & iuxta littus maris, Terram Chananæorum, & Libani vsque ad flumen magnum Euphraten.

8 En, inquit, tradidi vobis: ingredimini & possidete eam, super qua iurauit Dominus patribus vestris

Breuis repetitio gestorum, à mansione in monte Horeb, vsque ad mansionem in Cades barne.
Num. 21. c
Moyses legem explanat.

10 vel, vsitis iat vobis hactenus habitasse in monte hoc, 11 vel, Discedite, (aut Mutate locum.) & proficiscimini, & ingredimini 12 vel, locis [illegible] 13 vel, in loco Australi. 14 portubus, id est, in littoribus maris in quibus sunt portus. 15 vel, Videte, polucante vos terram. q. d. Licet vobis 16 Hebraismus, pro iuraui ego. Et paulo post, Vt daret. pro, Me daturum. Mutatio personæ primæ in tertiam.

Moyses nõ valens so[lus] admi nistrare populũ cõstituit secum & alios.
Exod. 18. c.

& [illegible]

Principes quales esse debeant.

Iudicium iustũ
Iohan. 7. d.
Iosu. 16. d.
Leuit. 19. c.
Prouerb. 24. c.
Eccles. 42. a.
Iacob. 2. a.

noster datur[us] est nobis.

Mittuntur exploratores.
Num. 13. a.

Populus incredulus non vult ascendere
vestri.

stris Abrahã, Isaac, & Iacob, vt daret illam eis, & semini eorum post eos.

9 Dixiq; vobis illo in tempore, Non possum solus sustinere vos:

10 Quia Dominus Deus vester multiplicauit vos, & estis hodie sicut stellæ cœli, plurimi.

11 (Dominus Deus patrum vestrorum addat ad hunc numerum multa millia & benedicat vobis sicut locutus est.)

12 Non valeo solus negocia vestra sustinere, & pondus ac iurgia.

C

13 Date ex vobis viros sapiẽtes & gnaros, quorum conuersatio sit probata in tribubus vestris, vt ponam eos vobis principes.

14 Tunc respondistis mihi, Bona res est, quàm vis facere.

15 Tuliq; de tribubus vestris viros sapientes & nobiles, & constitui eos principes, tribunos, & cẽturiones, & quinquagenarios ac decanos, qui docerent vos singula.

16 Præcepiq; eis, dicens, Audite illos, & quod iustum est iudicate: siue ciuis sit ille, siue peregrinus.

17 Nulla erit distantia personarum, ita paruum audietis vt magnum: nec accipietis cuiusquã personam, quia Dei iudicium est. Quòd si difficile vobis visum aliquid fuerit, referte ad me, & ego audiam.

18 Præcepiq; omnia quæ facere deberetis.

D

19 Profecti autem de Horeb, transiuimus per eremum terribilem & maximam solitudinem, quam vidistis per viam montis Amorrhæi, sicut præceperat Dominus Deus noster nobis. Cumq; venissemus in Cades-barne,

20 Dixi vobis, Venistis ad montem Amorrhæi, quem Dominus Deus vester daturus est vobis.

21 Vide terram, quam Dominus Deus tuus dabit tibi, ascende & posside eam sicut locutus est Dominus Deus noster patribus tuis: noli timere, nec quicquam paueas.

22 Et accessistis ad me omnes, atq; dixistis, Mittamus viros qui considerent terram, & renuncient per quod iter debeamus ascendere, & ad quas pergere ciuitates.

23 Cumq; mihi sermo placuisset, misi ex vobis duodecim viros, singulos de tribubus suis.

24 Qui cum perrexissent, & ascendissent in mõtana, venerunt vsq; ad Vallem botri: & considerata terra,

25 Sumentes de fructibus eius, vt ostenderent vbertatem, attulerunt ad nos, atque dixerunt, Bona est terra quam Dominus Deus noster daturus est nobis.

E

26 Et noluistis ascendere, sed increduli ad sermonem Domini Dei nostri murmurastis in tabernaculis vestris, atq; dixistis,

27 Odit nos Dominus, & idcirco eduxit nos de Terra Ægypti, vt traderet nos in manu Amorrhæi, atq; deleret.

28 Quo ascendemus? nuncii terruerunt cor nostrum dicẽtes, Maxima multitudo est, & nobis statura procerior: vrbes magnæ, & ad cælum vsq; munitæ, filios Enacim vidimus ibi.

29 Et dixi vobis, Nolite metuere, nec timeatis eos.

30 Dominus Deus qui ductor est vester, pro vobis ipse pugnabit, sicut fecit in Ægypto cunctis videntibus.

31 Et in solitudine ipsi vidistis: portauit te Dominus Deus tuus, vt solet homo gestare paruulum filium suum, in omni via per quam ambulastis, donec veniretis ad locum istum.

F

32 Et nec sic quidẽ credidistis Domino Deo vestro.

stris Abraham, Isaac & Iacob, vt daret [eam] ipsis, & semini eorum post eos.

9 [17] *Tum dicebam ad vos hæc verba, Non possum* [18] *vos solus sustinere.*

10 *Iam Dominus Deus vester auxit vos:* [19] *nam estis hodie sicut stellæ cæli.*

11 *(Dominus Deus patrum vestrorum* [20] *auctiores vos reddat, vt sitis millecuplo plures quã nunc, &* [21] *bena imprecetur vobis, quemadmodum pollicitus est vobis.)*

12 *Et nunc quomodo ferrem solus molestiam vestram, onus vestrum, & lites vestras?*

13 [22] *Adhibete ex vobis sapientes, prudentes, &* [23] *spectatæ [integritatis] viros* [24] *secundum tribus vestras, &* [25] *constituam eos, vt præsint vobis.*

14 *Tum respondistis mihi & dixistis, Placet sermo iste quem loquutus es, vt faciamus.*

15 *Tuli itaq; capita ex tribubus vestris sapientes, & spectatæ integritatis viros, & constitui eos vt essent principes super vos, tribunos, centuriones, quinquagenarios, decuriones ac præfectos* [26] *secundum tribus vestras.*

16 *Ad hæc præcepi iudicibus vestris tunc temporis, & dixi, Audite [causas] inter fratres vestros, & iudicate iustè* [27] *inter virum & fratrem eius, & inter peregrinum eius.*

17 [28] *Non agnoscetis facies in iudicio, vt paruum sic vt magnum audiatis: nec quenquam mortalem formidetis:* [29] *iudicium enim hoc Dei est. omnem vero causam difficilem ad me referatis,* [30] *quam ego audiam.*

18 *Eodem quoq; tempore præcepi vobis omnia verba quæ facere debebatis.*

19 *Profecti itaq; de Horeb, per vniuersum desertum vastum & horridum transiuimus,* [31] *quod vidistis per viam Montis Amorrhæi, sicut præcepit nobis Dominus Deus noster, & venimus in Kades barnea.*

20 *Tum dixi, Venistis ad montem Amorrhæi quem Dominus Deus noster nobis daturus est.*

21 [32] *Ecce Dominus Deus tuus dedit coram te terram istam, ascende & occupa, sicut pollicitus est tibi Dominus Deus patrum tuorum: ne timeas neq;* [33] *terrearis.*

22 *Accessistis autem ad me omnes, & dixistis Mittemus ante nos viros qui explorent nobis terram, qui nobis renuncient per quod iter ascendamus, & ciuitates ad quas veniemus.*

23 *Placuit hoc mihi, & tuli ex vobis duodecim viros, ex quaq; tribu vnum.*

24 *Qui versi ascenderunt* [34] *in montem, veneruntque ad torrentem* [35] *Escol, & explorauerunt eam.*

25 *Et accipientes in manus suas de fructibus terræ illius, attulerunt ad nos, renunciaruntq; nobis responsum tale, Bona est terra quam Dominus Deus noster dat nobis.*

26 *At non voluistis ascendere sed exacerbastis os Domini Dei vestri. Et murmurantes in tentoriis vestris, dixistis.*

27 *Quandoquidem Dominus nos odit, ideo eduxit nos de terra Ægypti, vt traderet nos in manum Amorrhæi, & perderet nos.*

28 *Quo ascendemus nos? fratres nostri* [36] *liquefecerunt cor nostrum, in hoc quod dixerunt, Populus ille* [37] *maior & excelsior nobis est habens vrbes magnas, & in cælum vsq; munitas, & vidimus quoque illic* [38] *filios Enacim.*

29 *Tum dixi vobis, Ne sitis animo consternato, neque timeatis ab illis:*

30 *Dominus Deus vester, qui incedit ante vos, ipse pugnabit pro vobis,* [39] *secundum omnia ea quæ fecit vobiscum in Ægypto vobis spectantibus.*

31 *Quin & in deserto quoque vidistis quemodo gestarit te Dominus Deus tuus, quemadmodum gestat homo filium suum in omni via quam iuistis, donec veniretis ad locum istum.*

32 [40] *Et hac in re non credidistis Domino Deo vestro,*

17 Iam verò s[ic] fecerã vobis in illo tempore, vel olim.
18 i. sufficere negociis vestris: explicandis.
19 & ecce estis.
20 Hebr. addat super vos sicut estis mille vicibus i. reddat numerũ vestrum maiorẽ millies.
21 Heb. benedicat vobis i. faueat.
22 vel, Offerte, siue, Date.
23 Hebr. notos,
24 Hebr. de tribubus vestris.
25 Heb. ponam illos in capitibus vestris. i. constituam illos vobis principes.
26 tribuum vestrarum.
27 Id est, inter quemuis & inter ciues & inter peregrinos. Aut, inter quoscunq;, siue ciues fuerint, siue peregrini.
28 i. Qui in iudicando sint, non cuiusquam habitis personam qui litigat, diues sit, an pauper.
29 Id est, dum iudicatis, geritis vices Dei.
30 Id est, & de ea statuam.
31 Id est, quod satis superq; notum est vobis.
32 Vide, q. d. Ecce Dominus offert tibi terram, quam pollicitus est tibi.
33 consterneris animo.
34 sub. Amorrhæi.
35 i. botri: vnde botrum attulerunt filii Israel.
36 vel, fregerũt nobis animos.
37 i. numerosior, q. d. vincit nos populus ille & numero & viribus.
38 filios gigantum. i. gigantes vidimus illic.
39 Vel, non aliter quam fecit.
40 vel, Et ne per hoc quidem.

41 castra figeretis:
42 vel, ostenderet vobis
43 perfecit (vt iret) post Dominum. Hebraismus, pro, perfecit mandata mea sequendo me.
44 i. qui ministrat tibi.
45 Corroborare aliquem, est iubere cum bono esse animo.
46 profecti estis
47 paratique fuistis ascendere in montem. i. dixistis vos paratos esse &c.
48 i. non fauebo vobis.
49 i. repugnantes verbo Domini.
50 temere agentes, vel, superbi elati
51 sub. irritatæ.
52 contriuit nos,
53 vel, quanto tempore habitaueratis illic, i. diebus multis post reditum exploratorum manstis illic, quot dies manseratis ante regressum exploratorum. Hic Cades, pro Cades barnea positum est, vt & Numerorum ca. 13. c dicitur & desertum Pharan.

CAP. II.

1 Desertum Sin intelligit
2 quamuis illemeatus sibi a vobis, caueteramen summopere.
3 Ne irritetis eos ad pugnam. vel, Ne lacessatis eos.
4 Hel. vsque ad detractionem plantæ pedis.
5 Hebr. benedixit tibi in omni &c. Phrasis Hebraica, pro, fauit tibi in omnibus quæ pro tuo consilio tuo, non tuo.
6 ambulare tuum per solitudinem istam magnam &c. i. nouit quod ambulaueris per solitudinem &c.
7 per viam solitudinis campestrem.
8 ne obsideas. vel, oppugnes.
9 vel, decipies eum illis bello.
ne lacessas prælio.

33 *Qui præcessit vos in via, vt exploraret vobis locum vbi* [41] *quiesceretis: nocte quidem [præcessit] in igne vt* [42] *videretis viam in qua incederetis, interdiu autem in nube.*

34 *Audiuit itaque Dominus vocem verborum vestrorum, & indignatione commotus, iurauit in hanc formam.*

35 *Nemo ex istis viris, & ex hac praua generatione videbit terram istam bonam, quam iuraui me daturum patribus vestris,*

36 *Præter Caleb filium Iephune, is videbit eam, atque ei dabo terram quam calcauit, atque filiis suis, eo quòd* [43] *perfectè impleuit post Dominum.*

37 *Sed & contra me sese commouit Dominus vestri causa, vt diceret, Neque tu illuc venies*

38 *Iehosua verò filius Nun,* [44] *qui coram te stat, is introibit in eam,* [45] *hunc corrobora: nam is distribuet hanc terram Israelitis.*

39 *Et pubes vestra quam dixistis prædam fore, & liberi vestri qui hodie inter bonum & malum nihil discernunt, ii ingredientur illuc, & illis dabo eam, ipsi & eam occupabunt.*

40 *Vos autem conuersi* [46] *proficiscimini versus desertum ad viam maris carectosi.*

41 *Et respondentes dixistis mihi, Peccauimus Domino, ascendemus & pugnabimus iuxta omnia quæ præcepit nobis Dominus Deus noster.*

42 *Et accinctus est quisque armis suis bellicis,* [47] *mutuoque adhortati estis ad ascendendum in montem. Et dixit Dominus ad me, Dic eis, Ne ascendatis, neve pugnetis: ego enim* [48] *non sum in medio vestri: ne affligemini ante hostes vestros.*

43 *Loquebar igitur vobis at vos non audiebatis, sed* [49] *exacerbantes os Domini,* [50] *impetu ascendebatis in montem.*

44 *Egressusque Amorrhæus, qui habitabat in monte illo, obuiam vobis, persequutus est vos quemadmodum* [51] *apes facere solent, &* [52] *percussit vos in Seir vsque Horma.*

45 *Et reuersi fleuistis coram Domino, & Dominus non audiuit vocem vestram, & non attendit vos.*

46 *Sedistis itaque in Kades diebus multis,* [53] *secundum dies videlicet quibus mansistis.*

33 Qui præcessit vos in via, & metatus est locum in quo tentoria figere deberetis, nocte ostendens vobis iter per ignem, & die per columnam nubis.

34 Cumque audisset Dominus vocem sermonum vestrorum, iratus iurauit & ait,

35 Non videbit quispiam de hominibus generationis huius pessimæ Terram bonam, quam sub iuramento pollicitus sum patribus vestris:

36 Præter Caleb filium Iephone, ipse enim videbit eam, & ipsi dabo Terram quam calcauit, & filiis eius, quia secutus est Dominum.

37 Nec miranda indignatio in populum, cum mihi quoque iratus Dominus propter vos dixerit, Nec tu ingredieris illuc:

38 Sed Iosue filius Nun minister tuus, ipse intrabit pro te. Hunc exhortare & robora, & ipse sorte Terram diuidet Israeli.

39 Paruuli vestri, de quibus dixistis quòd captiui ducerentur, & filii qui hodie boni ac mali ignorant distantiam, ipsi ingredientur: & ipsis dabo Terram, & possidebunt eam,

40 Vos autem reuertimini & abite in solitudinem per viam Maris rubri.

41 Et respondistis mihi, Peccauimus Domino: ascendemus & pugnabimus, sicut præcepit Dominus Deus noster.

42 Cumque instructi armis pergeretis in montem, ait mihi Dominus, Dic ad eos, Nolite ascendere, neque pugnetis: non enim sum vobiscum, ne cadatis coram inimicis vestris.

43 Locutus sum, & non audistis, sed aduersantes imperio Domini, & tumentes superbia ascendistis in montem.

44 Itaque egressus Amorrhæus, qui habitabat in montibus, & obuiam veniens persecutus est vos, sicut solent apes persequi: & cecidit de Seir vsque Horma.

45 Cumque reuersi ploraretis coram Domino, non audiuit vos, nec voci vestræ voluit acquiescere.

46 Sedistis ergo in Cades-barne multo tempore

Exod. 13. d
Incredulus populus non videbit Terram promissam.
Num. 14. d
Caleb.
Num. 20. b
Moyses ob incredulitatem non est ingressus Terram.
G
Peccatum agnoscit populus.
Num. 14. f
Contra voluntatem Dei ascendens Israel contra Amorrhæum caeditur.
Plorat populus.

CAPVT II.

1 *VErsi igitur profecti sumus in* [1] *desertum viam maris carectosi, quemadmodum Dominus loquutus erat ad me, & circuiuimus montem Seir diebus multis.*

2 *Et loquebatur Dominus ad me, dicens,*

3 *Satis circuiuistis montem istum, vertite ad Aquilonem.*

4 *Et populo præcipe dicens. Vos transibitis limitem fratrum vestrorum filiorum Esau, qui habitant in Seir,* [2] *qui timebunt a vobis,*

5 *Cauete igitur diligenter.* [3] *Ne ostendatis vos feroces contra eos: quoniam non dabo vobis de terra eorum,* [4] *ne vestigium quidem pedis: quoniam dedi montem Seir ipsi Esau possidendum.*

6 *Cibum emetis ab eis pecunia vt comedatis, quin & aquam emetis ab eis argento vt bibatis:*

7 *Nam Dominus Deus tuus* [5] *fausta tibi est imprecatus in omni opere manuum tuarum: nouit* [6] *proficisci tuum in deserto isto vasto: his quadraginta annis fuitque tecum Dominus Deus tuus, ita vt tibi nihil defuerit.*

8 *Transeuntes verò à fratribus nostris filiis Esau habitantibus in Seir* [7] *[a] via plana, ab Elath, & Etzion-gaber, deflexuimus & transiuimus viam deserti Moab.*

9 *Dixitque Dominus ad me, Moabitas* [8] *non premas hostiliter, neque* [9] *ferocias in eos bello, quoniam non dabo tibi de terra eius possessionem [vllam:] quandoquidem filiis*

1 PRofectique inde venimus in solitudinem, quæ ducit ad Mare rubrum, sicut mihi dixerat Dominus: & circuiuimus montem Seir lógo tempore.

2 Dixitque Dominus ad me,

3 Sufficit vobis circumire montem istum: ite contra Aquilonem.

4 Et populo præcipe, dicens. Transibitis per terminos fratrum vestrorum filiorum Esau, qui habitant in Seir, & timebunt vos,

5 Videte ergo diligenter, Ne moueamini contra eos. neque enim dabo vobis de terra eorum quantum potest vnius pedis calcare vestigium: quia in possessionem Esau dedi montem Seir.

6 Cibos emetis ab eis pecunia, & comedetis: aquam emptam haurietis, & bibetis.

7 Dominus Deus tuus benedixit tibi in omni opere manuum tuarum. nouit iter tuum, quomodo transieris solitudinem hanc magnam, per quadraginta annos habitans tecum Dominus Deus tuus, & nihil tibi defuit.

8 Cumque transissemus fratres nostros filios Esau, qui habitabant in Seir, per viam campestrem, de Elath, & de Asion gaber, venimus ad iter quod ducit in desertum Moab.

9 Dixitque Dominus ad me, Non pugnes contra Moabitas, nec ineas aduersus eos prælium: nó enim dabo tibi quicquam de Terra eorum, quia filiis

Lot

A
Præcipitur populo transitura per montem Seir, vt emat cibos & aquam ab eis.
B
Benedictio Dei & prouidentia pro Israelitis.
Israeli præcipitur ne contra Moabitas prælietur.

Possessio filiorũ Lot.

Lot tradidi Ar in possessionem.

10 Emim primi fuerunt habitatores eius populus magnus & validus, & tam excelsus vt de Enacim stirpe:

C 11 Quasi gigantes crederentur, & essent similes filiorum Enacim. Denique Moabitæ appellant eos Emim.

Emim. *Horrhæi.*

12 In Seir autem priùs habitauerũt Horrim: quibus expulsis atq; deletis habitauerũt filii Esau, sicut fecit Israel in terra possessionis suæ, quam dedit illi Dominus.

13 Surgentes ergo vt transiremus torrentem Zared, venimus ad eum.

14 Tempus autem quo ambulauimus de Cadesbarne vsq; ad transitum *torrentis* Zared, triginta & octo annorum fuit: donec consumeretur omnis *generatio* congregatio hominum bellatorum de castris sicut iurauerat Dominus:

15 Cuius manus fuit aduersum eos, vt interirent de castrorum medio.

16 Postquam autem vniuersi ceciderunt pugnatores.

17 Locutus est Dominus ad me, dicens,

D 18 Tu transibis hodie terminos Moab, vrbem nomine Ar:

19 Et accedens in vicinia filiorum Ammon, caue ne pugnes contra eos, nec mouearis ad prælium: non enim dabo tibi de terra filiorum Ammon, quia filiis Lot dedi eam in possessionem.

Ne cõtra Ammonitas pugnet, præcepit Israeli.

20 Terra gigantum reputata est: & in ipsa olim habitauerunt gigantes, quos Ammonitæ vocant Zomzommim,

Zomzommim.

21 Populus magnus, & proceræ longitudinis, sicut Enacim, quos deleuit Dominus à facie eorum: & fecit illos habitare pro eis,

22 Sicut fecerat filiis Esau, qui habitant in Seir, delens Horrhæos, & terrã eorum illis tradẽs, quam possident vsq; in præsens.

23 Heuæos quoque qui habitabant in Haserim vsq; Gazam, Cappadoces expulerunt: qui egressi de Cappadocia deleuerunt eos, & habitauerunt pro illis.

Heuæi à Cappadocibus victi.

24 Surgite, & transite torrentem Arnon: ecce tradidi in manu tua Sehon regem Hesebon, Amorrhæum, & Terram eius incipe possidere, & committe aduersus eum prælium.

25 Hodie incipiam mittere terrorem atque formidinem tuam in populos qui habitant sub omni cælo: vt audito nomine tuo paueant, & in morem parturientium contremiscant, & dolore teneantur.

26 Misi ergo nuntios de solitudine Cademoth ad Sehon regem Hesebon verbis pacificis, dicens,

Sehon denegãs transitũ vincitur. Numer. 21.c.

27 Transibimus per Terram tuam publica *gradiemur via* non declinabimus *neque* ad dexteram, neq; ad sinistram.

transibo *gradiar via: & non declinabo* *mihi, vt vescar:* *bibam Tãtum est mihi* *venia ad Iordanem, & trãseam.*

28 Alimenta precio vende nobis, vt vescamur: aquam pecunia tribue, & sic bibemus. Tantum est vt nobis concedas transitum,

29 Sicut fecerunt filii Esau, qui habitant in Seir, & Moabitæ qui morantur in Ar: donec veniamus ad Iordanem, & transeamus ad Terram quam Dominus Deus noster daturus est nobis.

30 Noluitque Sehon rex Hesebon dare nobis transitum: quia induratuerat Dominus Deus tuus, spiritum eius, & obfirmauerat cor illius, vt traderetur in manus tuas, sicut nunc vides.

31 Dixitque Dominus ad me, Ecce cœpi tibi tradere Sehon & Terram eius, incipe possidere eam.

Amos 2.c.

32 Egressusq; est Sehon obuiam nobis cum omni populo suo ad prælium in Iasa.

Lot dedi Ar possidendum.

10 [10] Emim antea in ea habitauerunt: populus magnus & multus, tum etiam procerus vt [11] Anacim: [12] quos Moabitæ vocant Emim.

11 Gigantes reputati sunt quemadmodum Enacim.

12 In Seir vero olim habitauerunt Horæi, quorum possessionem occuparunt filii Esau, & vastarunt eos ante se, habitaueruntque in loco eorum, sicut fecit Israel [13] terra possessionis suæ, quam eis Dominus dedit.

13 [Dixit itaq;] Surgite igitur, & transite torrentem Zared: & transiuimus torrentem Zared:

14 Et dierum quidem quibus profecti sumus à Kadesbarnea, donec transiremus torrentem Zared, fuerunt triginta octo anni, donec vniuersa ætas virorum qui bello apti erant, consumeretur de medio castrorum, quemadmodum iurauerat eis Dominus.

15 Quin & [14] manus Domini fuit contra eos, vt perderet eos e medio castrorum, donec plane consumpti essent.

16 Quumq; iam omnes viri bello apti consumpti essent, interiissent è populo,

17 Loquutus est Dominus ad me in hanc sententiam.

18 Tu [15] transis hodie limitem Moab nempe Ar:

19 Et quum appropinquaueris filiis Ammon, ne premas eos hostiliter, neq; lacessas eos bello: De terra enim filiorum Ammon nihil dabo tibi vt possideas: filiis enim Lot dedi eam possidendam.

20 Terra [16] Rephaim & ipsa reputatur, sederuntq; in ea iam olim [17] Rephaim quos Ammonitæ vocant [18] Zamzummim.

21 Populus fuit magnus & multus, tum etiam procerus, quemadmodum [19] Enacim, quos Dominus excidit ante eos, & occuparunt eos, habitaruntque [illic] pro ipsis,

22 Quemadmodum fecit filiis Esau habitantibus in Seir, quum extirparet Horæos à facie eorum, vt ipsi possiderent eos, habitarentq; [illic] illorum loco in hunc vsq; diem.

23 Hauæos quoq; habitantes in Hazerim vsq; Gaza [20] Caphtorim egressi ex Caphtor exciderunt eos, & habitarunt ipsi loco illorum.

24 Surgite itaq;, soluite & traiicite torrentem Arnon, ecce dedi in manum tuam Sihon regem Hesbon Amorrhæum, atq; terram eius, incipe possidere, et capesse aduersus eum prælium.

25 Incipiam hoc ipso die immittere pauorem tuum, & terrorem tuum super populos, qui vsq; sub cælo sunt, vt qui vt famam de te audierint, contremiscant, & coram te [21] infremiscant.

26 Misi ergo nuncios à deserto Kademoth ad Sihon regem Hesbon cum mandatis pacificis, nempe huiusmodi.

27 Liceat quæso vt transeam per regionem tuam, [22] viabo: non declinabo neq; ad dexteram, neq; ad sinistram

28 Commeatum pecunia vendes mihi vt comedam, & aquam pecunia dabis mihi vt bibam: [23] liceat saltem vt pedes transeam.

29 Quemadmodum fecerunt mihi filii Esau qui habitant in Seir, & Moabitæ habitantes in Ar, quousq; traiecero Iordanem, in terram quam Dominus Deus noster [24] tradidit nobis.

30 Sihon autem rex Hesbon non permisit vt transiremus [25] per se: nam indurauerat Dominus Deus tuus animum eius & corroborauerat cor eius, vt traderet eum in manum tuam, quemadmodum hodiernus dies declarat.

31 Et dixit Dominus ad me, [26] Ecce cœpi tradere coram te Sihon, & terram eius incipe occupare, vt possideas terram eius.

32 Egressus itaq; obuiam nobis Sihon, ipse & vniuersus populus eius, vt congrederetur [nobiscum] in Iasa.

10 gigantes qui Emim Hebraice dicuntur, quod terrorem omnibus incuterent.

11 Anac, proprium gigantis nomen, deinde Enacim generali vocabulo dicitur.

12 Heb. Gigantes reputabantur etiam ipsi velut Enacim: & Moabitæ vocare solẽt tales, Emim. Pro (Gigantes,) Hebraice legitur Raphaim: quasi gigantes redderent homines animo remisso.

13 vel, in terra quã postea possedit.

14 Manum Domini vocat virtutem ipsius qua perdidit eos per cęteram.

15 vel, transitũ terminũ tuus es.

16 gigantum.
17 gigantes.
18 Id est, flagitiosos.

19 gigantes.

20 vel, Et Cappadoces qui egressi sunt de Cappadocia, perdiderunt eos, & habitauerunt loco ipsorum.

21 expauescant

22 Hebr. via via ibo, i. via regia.

23 Heb. tantummodo transibo &c. i. tantummodo concede vt transeam pedibus meis

24 traditurus est

25 Heb. per se i. per regionem suam.

26 i. Considera & animaduerte quod &c.

33 *Quem tradidit Dominus Deus noster coram nobis, & percussimus eum, & filios eius, atq; cunctum populum eius.*

34 *Cepimus quoq; eodem tempore omnes ciuitates eius, & excidimus ad internecionem vsque omnes ciuitates, viros, mulieres, & pubem, neminem reliquimus superstitem.*

35 [27] *Cæterum[28] iumenta diripuimus nobis, & prædam ciuitatum quas ceperamus,*

36 *Ab Aroer quæ est ad littus torrentis Arnon, & à ciuitate quæ est in torrente vsq; ad Gilead, non fuit ciuitas[28] quæ superior esset nobis,[29] Dominus Deus noster tradidit eas omnes[29] ante nos.*

37 [30] *Duntaxat[31] ad dexteram filiorum Ammon non accessisti, [id est] omnem limitem torrentis Iabok, & ad ciuitates montanas, & ad omnia quæ præcepit Dominus Deus noster.*

33 Et tradidit eũ Dominus Deus noster nobis: percussimusq; eum cum filiis suis & omni populo suo. G

34 Cunctasque vrbes in tempore illo cepimus, interfectis habitatoribus earum, viris ac mulieribus & paruulis non reliquimus in eis quicquam. D

35 Absq; iumentis, quæ in partem venêre prædantium: & spoliis vrbium, quas cepimus.

36 Ab Aroer, quæ est super ripam torrentis Arnon[*], oppido quod in valle situm est, vsque Galaad: non fuit vicus & ciuitas quæ nostras effugeret manus: omnes tradidit Dominus Deus noster nobis.

37 Absq; terra filiorum Ammon, ad quam non accessimus, & cunctis quæ adiacent torrenti Ieboc, & vrbibus montanis, vniuersisq; locis à quibus nos prohibuit Dominus Deus noster.

27 Verum.
28 Hebr. q. exaltauerit, sese à nobis. Id est, quæ ita natura loci munita fuerit, vt à nobis expugnata non fuerit.
29 Id est, in potestate nostra.
30 vel, Verum.
31 I. non inuasisti terram Ammon, nihil cepisti de regione Ammonitarum. Singulare est pro plurali, accessistis.

CAPVT III.

1 *VErsi autem ascendimus per iter Basan. Et egressus rex Basan occurrit nobis, ipse & vniuersus populus eius, vt congrederetur nobiscum in Edrei.*

2 *Tum dixit Dominus ad me, Ne timeas eum,[1] tradidi enim in manum tuam eum, & cunctum populum eius, atq; terram eius: tu facies ei quemadmodum fecisti Sihon regi Amorrhæorum, qui[2] habitauit in Hesbon.*

3 *Tradidit itaq; Dominus Deus noster in manum nostram etiam Og ipsum, regem Basan, & vniuersum populum eius, percussimusq; eum, ita vt non superesset ei reliquus.*

4 *Et cepimus eodem tempore omnes ciuitates eius, nec fuit ciuitas vlla quam non caperemus ab eis, sexaginta [nempe] ciuitates per vniuersum tractum[3] Argob regni Og in Basan.*

5 *Erantq; omnes istæ vrbes altis muris, foribus & [4] repagulis munitæ præter ciuitates quæ muros non habebāt, quarum erant admodum multæ.*

6 *Has ad internecionem vsq; excidimus sicut feceramus Sihon regi Hesbon, vastando funditus omnes vrbes, viros, mulieres & pubem.*

7 *Cuncta tamen iumenta, & spolia ciuitatum diripuimus nobis.*

8 *Ademimus itaq; eodem tempore terram ipsam de manu duorum regum Amorrhæorum quæ erat cis Iordanem à torrente Arnon vsq; ad montem Hermon.*

9 *(Terra Sidonii vocant [montem] Hermon, Sirion, & Amorrhæi vocant eum Senir)*

10 *Omnes [nempe] ciuitates in planicie sitas, & vniuersam Gilead, atque omnem Basan, vsq; ad Salcha & Edrei, quæ erant ciuitates regni Og in Basan.*

11 *Solus enim Og rex Basan remanserat ex reliquiis [5] Rephaim, & en lectus eius erat lectus ferreus,[6] qui ad huc visitur in Rabbath filiorum Ammon: nouem cubitos habet longitudo eius, & quatuor cubitos latitudo eius iuxta[7] cubitum virilem.*

12 *Et hanc quidem terram occupauimus tum, ab Aroer quæ est ad torrentem Arnon, & dimidium montis Gilead, & ciuitates eius dedi Rubenitis & Gaditis.*

13 *Reliquam vero partem Gilead, & vniuersam Basan, regnum videlicet Og, dedi dimidiæ tribui Manasse,[8] omnem scilicet tractum Argob, cum tota Basan, quæ & ipsa vocabatur terra Rephaim.*

14 *Iair filius Manasse[9] occupauit omnem tractum Argob vsq; ad limitem Gessuri & Machati, & nominauit eas [scil.] de nomine suo,[10] Basan, Hauot-Iair vsq; ad hodiernum diem.*

15 *Ipsi Machir verò dedi Gilead.*

16 *Terra Rubenitis & Gaditis dedi de Gilead vsque ad torrentem Arnon,[11] medium torrentis & limitem, vsque ad Iabok torrentem, qui terminus filiorum Ammon.*

17 *[12] Vasta quoque loca & [13] planum Iordanis, atq; limitem à Cinereth vsq; ad mare solitudinis,[14] mare videlicet*

1 ITaq; conuersi ascendimus per iter Basan: egressusque est Og rex Basan in occursum nobis cum populo suo ad bellandum in Edrai. A

2 Dixitq; Domin⁹ ad me, Ne timeas eum: quia in manu tua traditus est cũ omni populo ac terra sua: faciesq; ei sicut fecisti Sehon regi Amorrhæorum, qui habitauit in Hesebon.

3 Tradidit ergo Dominus Deus noster in manibus nostris etiam Og regem Basan, & vniuersum populum eius: percussimúsque eos vsq; ad internecionem.

4 Vastantes cunctas ciuitates illius vno tempore: non fuit oppidum quod non effugeret: sexaginta vrbes, omnem regionem Archob regni Og in Basan.

5 Cunctæ vrbes erant munitæ muris altissimis, portisq; & vectibus, absq; oppidis innumeris quæ non habebant muros.

6 Et deleuimus eos, sicut feceram[*] Sehon regi Hesebon, disperdentes omnem ciuitatem, virósque ac mulieres & paruulos:

7 Iumenta autem & spolia vrbium diripuimus.

8 Tulimusque illo in tempore terram de manu duorum regum Amorrhæorũ, qui erant trans Iordanem: à torrente Arnon vsq; ad montem Hermon: B

9 Quem Sidonii Sarion vocant, & Amorrhæi Sanir:

10 Omnes ciuitates quę sitæ sunt in planicie, & vniuersam Terram Galaad & Basan vsq; ad Selcha & Edrai ciuitates regni Og in Basan.

11 Solus quippe Og rex Basan restiterat de stirpe gigantum. Et monstratur lectus eius ferreus[*], qui est in Rabbath filiorum Ammon, nouẽ cubitos habens longitudinis, & quatuor latitudinis ad mensuram cubiti virilis manus.

12 Terramque possedimus tempore illo ab Aroer, quæ est super ripam torrentis Arnon, vsq; ad mediam partem montis Galaad: & ciuitates illius dedi Ruben & Gad.

13 Reliquam autem partem Galaad, & omnem Basan regni Og, tradidi mediæ tribui Manasse, omnem regionem Argob: cunctaque Basan vocabatur Terra gigantum.

14 Iair filius Manasse possedit omnem regionẽ Argob vsq; ad terminos Gessuri & Machati. Vocauitq; ex nomine suo Basan Hauoth-Iair, id est, Villas-Iair, vsq; in præsentem diem.

15 Machir quoq; dedi Galaad.

16 Et tribubus Ruben & Gad dedi de Terra Galaad vsque ad torrentem Arnon medium torrentis, & confinium, vsq; ad torrentem Ieboc qui est terminus filiorum Ammon:

17 Et planiciẽ solitudinis atq; Iordanẽ & terminos Cenereth vsq; ad mare deserti, quod est salsissimum,[*] ad radices

CAPVT. III
1 vel, traditurus sum illum.
2 habitabat.
3 Chaldæus paraphrastes vertit pro Argob, Trachonitidē regionem, q. d. sexaginta vrbes cepimus, omne scilicet regnum Argob, Id est, regnū Og, qui regnabat in Basan. Trachonitis regio, eadem quæ & Basan.
4 siue, præ grandibus pessulis qui erant instar vectium.
5 gigantum.
6 Hebr. nonne adhuc visitur &c.
7 i. cubitum vulgarem, non plus gigantis.
8 tota regio Argob per totam Basan, vocari solet Terra gigantum Aut tota regio Trachonitis quæ circuit se per omnem regionem Basanitidē, vocari solet in Terra gigantum.
9 filium pro nepote dicit, more Hebraico.
10 i. expugnauit.
11 Aliqui: Basan dimidium est, cuiusmodi vocauit inquam ... vocauitq; eas ... de nomine suo ... vocauit inquam Basan, Hauoth-Iair, &c. Vel sic, Vocauit eas ex nomine suo ... Basan &c.
12 ... internam partem ... & regionem adiacentem vsque ad &c.
13 Solitudinem quoque ... Iordanē, & regionē adiacentem à Cenereth &c. Id est, Solitudinem quæ adiacet Iordani, & propinquam regionem à mari Genezareth, &c.
14 Vel, quod est mare salsi. Id est, mare mortuum.

Og rex Basan occiditur.
Inf. 29. b.
Num. 21. g.
Num. 21. e.
Num. 21. g.
Hermon mons qui & Sarion & Sanir.
Lectus Og regis
Possessio Ruben Gad. & dimedia tribus Manasse.
Numer 32. f.
Basan, Terra gigantum. vocatur.
C
Haneth Iair.

Rubenitis & Gaditis terra pitur & dimatis de Lavanti fratres in Terram Chanaan.

ad radices montis Phasga contra Orientem.

18 Præcepique vobis in tempore illo dicens, Dominus Deus vester dat vobis Terram hanc in hæreditatem, expediti præcedite fratres vestros filios Israel, omnes viri robusti:

19 Absque vxoribus, & paruulis atque iumentis (noui enim quòd plura habeatis pecora) & in vrbibus remanere debebunt, quas tradidi vobis:

20 Donec requiem tribuat Dominus fratribus vestris sicut vobis tribuit: & possideant ipsi etiam Terram quam daturus est ei trans Iordanem: tunc reuertetur vnusquisque in possessionem suam quam dedi vobis.

D

Iosue constituitur dux super Israel. Num.27.d

21 Iosue quoque in tempore illo præcepi dicens, Oculi tui viderunt quæ fecit Dominus Deus vester duobus his regibus: sic faciet omnibus regnis ad quæ transiturus es.

22 Ne timeas eos: Dominus enim Deus vester pugnabit pro vobis.

Orans Moyses, omnipotentiam Dei confessus petit ingredi Terram Chanaan & non exauditur.

23 Precatusque sum Dominum in tempore illo dicens,

24 Domine Deus tu cœpisti ostendere seruo tuo magnitudinem tuam, manumque fortissimam, neque enim est alius Deus vel in cælo, vel in terra, qui possit facere opera tua, & cõparari fortitudini tuæ.

25 Transibo igitur & videbo Terram hanc optimam trans Iordanem, & montem istum egregium, & Libanum.

infr.31.34.a

26 Iratusque est Dominus mihi propter vos, nec exaudiuit me, sed dixit mihi, Sufficit tibi: nequaquam vltrà loquaris de hac re ad me.

Moysi Deus Terrã ostendit.

27 Ascende cacumen Phasgæ, & oculos tuos circumfer ad Occidentem, & ad Aquilonem, Austrumque, & Orientem, & aspice. nec enim transibis Iordanem istum.

28 Præcipe Iosue, & corrobora eũ atque conforta quia ipse præcedet populum istum, & diuidet eis Terram quam visurus es.

29 Mansimusque in valle contra phanum Phogor.

fulis [11] *sub scatebris collis ad Orientem.*

18 Eodem tempore præcepi vobis, dicens, Dominus Deus vester dedit vobis terram istam, ut possideatis eam, [16] *expromto vilo transibitis ante fratres vestros filios Israel,* [17] *omnes scilicet qui viri estis:*

19 Tantum vxores vestra pubes vestra, & pecora vestra (scio enim quod multum pecoris vobis est) manebunt in ciuitatibus vestris quas dedi vobis,

20 Donec Dominus requiem dederit fratribus vestris, sicut vobis, & occupauerint ipsique terram quam Dominus Deus vester dedit eis vltra Iordanem, tum reuertimini quisque ad possessionem suam quam dedi vobis.

21 Et ipsi Iehosua præcepi eodem tempore hisce verbis, Viderunt oculi tui cuncta quæ fecit Dominus Deus vester duobus istis regibus. sic faciet omnibus regnis ad quæ tu [18] *iam transis.*

22 Ne timueritis eos, quia Dominus Deus vester ipse pugnabit pro vobis.

23 Oraui autem illo tempore ad Dominum, dicens,

24 Domine Deus tu cœpisti ostendere seruo tuo magnitudinem tuam, & manum tuam robustam, (quis enim est deus in cælo aut in terra, qui faciat secundum opera tua & [19] *potentiam tuam?)*

25 Liceat quæso ut & ego transeam & videam terram istam bonam quæ est vltra Iordanem, [20] *montemque illum bonum & Libanum.*

26 At Dominus commotus aduersum me vestri causa, non exaudiuit me, sed dixit ad me Dominus, Sat tibi sit, ne quid amplius hac de re ad me loquaris:

27 Ascende in verticem [21] *collis, & sublatis oculis tuis ad Mare, ad Septentrionem, ad Meridiem, & ad Orientem, circumspice oculis tuis, quia non traiicies Iordanem istum.*

28 Et [22] *præcipe ipsi Iehosua, robora & anima eum, quoniam ipse præcedet populum istum, & ipse sorte diuidet eis terram istam quam* [23] *vides.*

29 [24] *Mansimus verò in valle ex regione domus Peor.*

17 vel potius sicc e ffusionib' aquarũ Phasga. i. sub radicibus quæ fõtibus rigari solēt Alii vertunt, sub Asdod-phasga.
16 expediti transibitis. i. instructi armis ducetis primam aciem, præcedentes fratres.
17 vel, quotquot ex vobis poterũt gestare arma:
18 vel, transiturus es.
19 vel, facta fortia [illegible]
20 i. vt videam montẽ illũ optimum, in quo ædificata fuit Ierusalem: & templũ quod constructum fuit ex lignis cedrinis captis in Libano. Hæc dicta sunt in spiritu prophetiæ.
21 vel, Phasga,
22 i. mandatis instrue ipsum so sue de his rebus.
23 vides: quũ scilicet eris in ca umine montis Phasgæ.
24 Mansimus autem in Gai, è regione templi Phogor. Gai, nomen est vallis montis Phasgæ.

CAPVT IIII.

A

Adhortatio ad legem.

1 ET nunc Israel audi præcepta & iudicia quæ ego doceo te: vt faciens ea, viuas & ingrediens possideas Terram quam Dominus Deus patrum vestrorum daturus est vobis.

Verbum Dei.

2 Non addetis ad verbum quod vobis loquor, nec auferetis ex eo: custodite mandata Domini Dei vestri quæ ego præcipio vobis.

Num.25.a *Beel pheger*

3 Oculi vestri viderunt omnia quæ fecit Dominus contra Beelphegor, quomodo contriuerit omnes cultores eius de medio vestri.

Adhærere Deo.

4 Vos autem qui adhæretis Domino Deo vestro, viuitis vniuersi vsque in præsentem diem.

Præcepta obseruanda.

5 Scitis quod docuerim vos præcepta atque iustitias, sicut mandauit mihi Dominus Deus meus: sic facietis ea in Terra quam possessuri estis.

Sapientia & intellectus bonorum.

6 Et obseruabitis, & implebitis opere: hæc est enim vestra sapientia & intellectus coram populis, vt audientes vniuersi præcepta hæc, dicant. En populus sapiens & intelligens, gens magna.

B

** Dominus. Orationibus adest Deus.*

7 Nec est alia natio tam grandis, quæ habeat deos appropinquantes sibi, sicut * Deus noster adest cunctis obsecrationibus nostris.

8 Quæ est enim alia gens sic inclyta, vt habeat ceremonias, iustaque iudicia, & vniuersam legem, quam ego proponam hodie ante oculos vestros?

Operum Dei ne obliuiscamur.

9 Custodi igitur temetipsum, & animam tuam solicitè, ne obliuiscaris verborum quæ viderunt oculi tui, & ne excidant de corde tuo cũctis diebus vitæ tuæ. docebis ea filios ac nepotes tuos,

Filios quid doceas. Exod.19.c

10 Diem in quo stetisti coram Domino Deo tuo in Horeb, quãdo Dominus locutus est mihi dicens,

1 Audi igitur Israel statuta & iudicia quæ ego [1] *doceo vos, vt faciatis, vt que viuatis, intretatis & possideatis terram quam Dominus Deus patrum vestrorum* [2] *dat vobis.*

2 Ad verbum meum quod ego [3] *præcipio vobis, nihil addetetis, nihil item ei detrahetis,* [4] *vt obseruetis præcepta Domini Dei vestri, quæ ego* [3] *præcipio vobis.*

3 Oculi vestri viderunt quæ fecit Dominus [5] *in Baal-peor: nam omnem virum qui incessit post Baal-peor, hunc perdidit Dominus Deus e medio tui.*

4 Vos contra qui adhæsistis Domino Deo vestro, omnes etiamnum hodie viuitis.

5 Ecce docui vos statuta & iudicia, [6] *sicut præcepit mihi Dominus Deus meus, vt sic faciatis in medio terræ ad quam vos venitis vt eam occupetis.*

6 [7] *Custodietis itaque & facietis: hæc enim est sapientia &* [8] *intelligentia vestra* [9] *coram populis qui audient omnia statuta ista, vt dicant, Duntaxat populus sapiens & intelligens est gens hæc magna.*

7 Quæ enim [10] *gens (tam) magna est,* [11] *quæ sic habeat deum sui sibi amicum & familiarem, quemadmodum Dominus Deus noster est in omnib' pro quib'* [12] *inuocam' eũ?*

8 Et quæ gens (tam) magna est, cui sint statuta & iudicia iusta, [12] *secundum vniuersam legem istam quam ego propono vobis hodie?*

9 [13] *Modò caue tibi, & custodi animum tuũ diligẽter, ne vnquam obliuiscaris rerum quæ viderunt oculi tui, & ne forte recedant à corde tuo cunctis diebus vitæ tuæ, sed nota facias ea filiis tuis, & nepotibus tuis:*

10 [14] *Diem præsertim quo stetisti coram Domino Deo tuo in Horeb, quum diceret Dominus ad me, Congrega mihi*

CAP. IIII.
1 vel, docturus sum.
2 daturus est
3 præcepturus sum mox.
4 in hoc vt custodiatis præcepta, sub. puré & syncere.
5 propter idolum Phegor. Chaldæ' paraphra, contra cultores Beelphegor. Ammonitarũ fuit idolũ
6 vel, non aliter quàm
7 vel, Custodite itaque, & facite. sub. ea.
8 vel, prudentia. i. tu genus hæc [illegible] pro sapientibus & prudentibus
9 vel, apud exteras gentes, [illegible] dicunt [illegible] omnia statuta [illegible] [illegible] populus iste sapiens [illegible] est [illegible]
10 vel, alia natio ita [illegible]
11 Hebr. cui sint Dii propinqui, fautores.
12 vel, qualis est tota lex ista quã ego [illegible] &c.
13 Verumtamen
14 Heb. Die quo [illegible] est [illegible] hoc modo, [illegible] viderunt oculi tui die quo stetisti, &c.

15 Heb. vt audire faciam eum verba &c. i. vt illo audiente loquar.
16 vel, vt discant timere me.
17 itaq;
18 Vel, ad radices montis.
19 expolitis, indicastis.
20 vel, conditiones pacti sui vobiscum initi.
21 Græci decem verba, hoc decē fœderis cōditiones, appellāt voce composita δεκάλογον.
22 vel, transituri estis.
23 Hebr animabus vestris. i. vobis. q. d. Cauete ergo, vobis diligenter.
24 corrumpatis (sub. vos,) & faciatis vobis sculptile aliquod, aut similitudinē cuiuscunque simulachri, hoc est, imaginē &c. vel, ne forte corrupti faciatis &c.
25 vel, per cælum. i. per aerem.
26 vel, infra terrā iuxta opinionem eorum qui dicunt aquam esse inferiorem terra.
27 Neue attollas. Mutatio numeri.
28 impellaris, ita vt corruas. Sub. à fide pristina.
29 vel, impertiuit.
30 i. in gratiam omnium populorum hoc est, vt seruiat omnibus populis.
31 i. de seruitute durissima.
32 me non transiturū Iordanē, neque ingressurum.
33 i. quam traditurus est vobis possidendam iure hæreditario.
34 Hebr. Ego enim moriturus sum in hac terra, neq; transiturus sum.
35 vel, quemadmodū prohibuit.
36 i. perdet te, non aliter quam magn⁹ ignis, qui omnia vorat.
37 zelotes. i. qui non patitur riualem, sed vult solus summe coli.
38 corrumpamini (sub. animis.
39 i. in conspectu ante Domino Deo tuo
40 Cælum & terram pro creaturis cælestibus & terrestribus accipit.

ga mihi populū.[15] & faciam vt audiant verba mea[16] quæ discant, vt timeant me cunctis diebus quibus ipsi victuri sunt super terram, & filios suos doceant

11 Accessistis[17] autem & stetistis[18] sub monte (montis autem ardebat igne ad medium cæli vsq; [in quo] erāt tenebræ, nubes & caligo.)

12 Loquebaturq; Dominus ad vos de medio ignis: & quidem vocem verborum vos audiebatis, ac simulacrū nullum videbatis, vltra vocem.

13 Tum[19] promulgabat vobis[20] fœdus suum quod præceperat vobis vt faceretis,[21] decem verba nempe quæ scripsit super tabulas duas lapideas.

14 Mihi verò eodem tempore præcipiebat Dominus vt docerem vos statuta & iudicia, vt faceretis ea in terra, in quam[22] transitis, vt eam possideatis.

15 Cauete ergo accurate,[23] quam chara vobis est anima vestra (quandoquidem nullum omnino simulacrum eodem die, quo loquutus est vobiscum Dominus in Horeb è medio ignis vidistis)

16 Ne fortè[24] peruersè quid agatis, faciendo scilicet vobis sculptile simulachrum cuiuscunq; figuræ, formam maris aut fœminæ,

17 Formam cuiuscunque animantis quæ est in terra, formam cuiuscūq; volucris pennatæ quæ volat[25] in cælo,

18 Formam cuiuscunq; reptantis super terram, formam cuiuscunq; piscis qui est in aquis[26] super terra.

19[27] Et ne fortè attollas oculos tuos in cælos, & visis sole, luna, stellis cum vniuerso exercitu cælorum,[28] prosternaris, & adores, colásq; ea, quæ[29] distribuit Dominus Deus tuus[30] omnibus populis sub vniuerso cælo.

20 Vos autem assumpsit Dominus, atq; eduxit vos[31] de fornace ferrea, de Ægypto scilicet, vt essetis ei in populū & hæreditatem, vt hæc dies [declarat.]

21 Commotúsq; se Dominus aduersum me vestri causa, ita vt iuraret[32] ne trāsirem Iordanem, neq; intrarem in terram illam bonam,[33] quam Dominus Deus tuus dat tibi in hæreditatem.

22[34] Sed morerer in hac terra, & non transirem, Iordanem, vos autem transibitis & possidebitis terram istam bonam.

23 Cauete ergo ne quando obliuiscamini fœderis Domini Dei vestri, quod pepigit vobiscum, ita vt faciatis vobis sculptile, aut simulachrum cuiuscunq; rei[35] quod prohibuit tibi Dominus Deus tuus,

24 Quia Dominus Deus tuus[36] ignis consumens est, & Deus[37] indigne ferens,

25 Si genueris filios & nepotes, & commorantes in terra peruersè egeritis, facendo scilicet quancunq; sculptam imaginem, feceritisq; malum[38] in oculis Dei tui, ita vt ad iram prouoces eum:

26 Obtestor contra vos hodie[40] cælum & terram, quòd subitò peribitis de terra [hac] ad quam vos traiecto Iordane[41] transitis, vt eam possideatis. Nec prolongabitis dies super eam,[42] sed omnino exterminabimini.

27 Dispergétq; vos Dominus[43] in populos, & reliqui eritis pauci numero in Gentibus, ad quas vos Dominus ducturus est.

28 Seruietisq; ibi diis, qui sunt opus manuum hominis, nempe ligno & lapidi, qui non vident, neq; audiunt, neq; comedunt, neq; odorantur.

29[44] Inde tum quæreres Dominum Deum tuum, atq;[45] inuenies, si quidem eum inuestigaueris toto corde tuo, atq; toto animo tuo.

30 Quum fueris in afflictione, & deprehenderint te omnia quæ hic dicuntur,[46] tum tandem reuerteris ad Dominum Deum tuum, & obedies voci eius.

31 (Nam Deus misericors est Dominus Deus tuus,)[47] non faciet te languere, neq; disperdet te, neq; obliuiscetur fœderis patrum tuorum quod illis iurauit. 32 [48] Etenim sciscitare, idque à priscis temporibus quæ an-

Congrega ad me populum, vt audiāt sermones meos, & discant timere me omni tempore quo viuant in terra, doceantq; filios suos.

11 Et accessistis ad radices montis (qui ardebat vsque ad cælum: erantq; in eo tenebræ, & nubes, & caligo.)

12 Locutúsque est Dominus ad vos de medio ignis: vocem verborum eius audistis, & formam penitus non vidistis.

13 Et ostendit vobis pactum suum quod præcepit vt faceretis, & Decem verba quæ scripsit in duabus tabulis lapideis.

14 Mihiq; mandauit in illo tempore vt docerem vos ceremonias & iudicia quæ facere deberetis in Terra quam possessuri estis.

15 Custodite igitur solicite animas vestras, (non vidistis aliquam similitudinem in die qua locutus est vobis Dominus in Horeb de medio ignis:) C

16 Ne forte decepti faciatis vobis sculptam similitudinem, aut imaginem masculi vel fœminæ,

17 Similitudinem omnium iumentorū quæ sunt super terram, vel auium sub cælo volantium,

18 Atque reptilium quæ mouētur in terra, siue piscium qui sub terra morantur in aquis.

19 Ne forte eleuatis oculis ad cælum videas solem & lunam, & omnia astra cæli, & errore deceptus adores ea & colas, quæ creauit Dominus Deus tuus in ministerium cunctis gentibus quæ sub cælo sunt.

20 Vos autem tulit Dominus, & eduxit de fornace ferrea Ægypti, vt haberet populum hæreditarium, sicut est in præsenti die.

21 ‖Iratúsq; est Dominus contra me propter sermones vestros, & iurauit vt non transirem Iordanem, nec ingrederer Terram optimam quam daturus est vobis.

22 Ecce[a] morior in hac humo, non transibo Iordanem: vos transibitis & possidebitis Terram egregiam. D

23 Caue nequādo obliuiscaris pacti Domini Dei tui quod pepigit tecum: & facias tibi sculptam similitudinem eorum quæ fieri Dominus prohibuit.

24 Quia Dominus Deus tuus ignis consumens est, Deus æmulator.

25 Si genueritis filios ac nepotes, & morati fueritis in Terra, deceptiq; feceritis vobis aliquam similitudinem, patrantes malū coram Domino Deo vestro, vt eum ad iracundiam prouocetis:

26 Testes inuoco hodie cælum & terram, citò perituros vos esse de Terra quā transito Iordane possessuri estis. Nō habitabitis in ea longo tempore, sed delebit vos Dominus,

27 Atque disperget in omnes Gentes, & remanebitis pauci in nationibus ad quas vos ducturus est Dominus,

28 Ibique seruietis diis qui hominum manu fabricati sunt, ligno & lapidi, qui non vident, nec audiunt, nec comedunt, nec odorantur. E

29 Cumq. quæsieris ibi Dominum Deum tuum, inuenies eum: si tamen toto corde quæsieris, & tota tribulatione animæ tuæ.

30 Postquam te inuenerint omnia quæ prædicta sunt, nouissimo autem tēpore reuerteris ad Dominum Deum tuum, & audies vocem eius.

31 (Quia Deus misericors Dominus Deus tuus est:) non dimittet te, nec omnino delebit, neq; obliuiscetur pacti, in quo iurauit patribus tuis.

32 Interroga de diebus antiquis, qui fuerunt an-

Dehortatio à quacunq; similitudine adoranda.

Astra.

Hæreditas Dei, populus Israel.
Moyses non ingressurus terrā promissam.
Sup. 1. f.

[a] moriar
Imagines ne fiant quæ adorētur.
Ignis consumēs Deus.
Hebr. 12. g.

Toto corde quærendus Deus in tribulatione.

Misericors Deus.
Deus memor pacti.

41 vel, transituri estis. 42 nam 43 quibus scilicet estis inuisi. 44 vel, Quòd si illinc quæsieris. 45 i. adherebit tibi, & fauebit. 46 Heb. in nouissimis diebus & reuerteris i. si tandem conuertaris ad Dominum Deum tuum, & parueris &c. 47 non derelinquet te. 48 Interroga enim dies antiquos, &c Vox Hebræa IAMIM, pro qua, (dies) vertimus, hic accipitur pro diariis & annalibus. q. d. Consule annales seu diaria prisca quæ continent res gestas ante tua tempora, ex quo creauit Deus hominem &c.

te ex die

Beneficia Dei erga popul'ū Israel, vt cognosceretur esse solus Deus.

te ex die quo creauit Dominus[a] Deus hominem super terram, a summo cælo vsque ad summum eius, si facta est aliquando huiuscemodi res, aut vnquam cognitum est.

[b]vixisti.

33 Vt audiret populus vocem Domini' Dei loquentis de medio ignis, sicut tu audisti, & [b]vidisti.'

34 Si fecit Deus vt ingrederetur & tolleret sibi gentem de medio nationum, per tentationes, signa atque portenta, per pugnam & robustam manum, F extentumq; brachium, & horribiles visiones iuxta omnia quæ fecit pro [c]nobis Dominus Deus noster' in Ægypto, videntibus oculis tuis?

[c]vobis Domin' Deus vester.

35 Vt scires quoniam Dominus ipse est Deus, & non est alius præter [d]vnum.'

[d]eum

36 De cælo te fecit audire vocem suam, vt doceret te: & in terra ostendit tibi ignem suum maximū, & audisti verba illius de medio ignis.

37 Quia dilexit patres tuos, & elegit semen eorū post eos: ‖ eduxitq; te præcedens in virtute sua magna ex Ægypto,

Exod. 13.d.

38 Vt deleret nationes maximas & fortiores te in introitu tuo: & introduceret te, daretq; tibi Terram earum in possessionem, sicut cernis in præsenti die.

Deus Israel solus Deus est.

39 Scito ergo hodie, & cogitato in corde tuo quòd Dominus ipse est Deus in cælo sursum, & in terra deorsum, & non sit alius.

40 Custodi præcepta eius atq; mandata quæ ego præcipio tibi: vt bene sit tibi, & filiis tuis post te, & permaneas multo tempore super Terram quā Dominus Deus tuus daturus est tibi.

Tres ciuitates perfugii G *Numer. 35.a.*

41 Tunc separauit Moyses tres ciuitates trans Iordanem ad Orientalem plagam,

42 Vt confugiat ad eas qui occiderit nolens proximum suum, nec sibi fuerit inimicus ante vnum & alterum diem, & ad harum aliquam vrbium possit euadere:

Iosu. 20.c.

43 ‖ Bosor in solitudine quæ sita est in terra campestri de tribu Ruben: & Ramoth in Galaad, quæ est in tribu Gad: & Golan in Basan quæ est in tribu Manasse.

Aliqui hic inchoant. cap. 5.

44 Ista est lex quam proposuit Moyses coram filiis Israel,

45 Et hæc testimonia & ceremoniæ atq; iudicia quæ locutus est ad filios Israel, quando egressi sunt de Ægypto.

46 Trans Iordanem in valle contra phanū Phogor in terra Sehon regis Amorrhæi, qui habitauit in Hesebon, quem percussit Moyses.

47 Filii quoq; Israel egressi ex Ægypto, possederunt terram eius, & terram Og regis Basan duorum regum Amorrhæorum, qui erāt trans Iordanem ad Solis ortum:

48 Ab Aroer quæ sita est super ripam torrentis Arnon, vsq; ad montem Sion, qui est & Hermon.

Mons Sion qui Hermon.

49 Omnem planiciem trans Iordanem ad Orientalem plagam, vsq; ad mare solitudinis, & vsque ad radices montis Phasga.

te fuerunt ex eo die qua creauit Deus hominem super terram, [47] *& [percutite] ab extremitate cæli vsq; ad extremitatem cæli, si vnquam facta sit huiusmodi res magna, aut audita sit similis huic.*

33 *Num audiuit vnquam populus vocem Dei loquentis de medio ignis, sicut tu audisti, & viuus mansit?*

34 *Aut tentauitne Deus [aliquis]*[50] *vt ingrederetur & tolleret sibi gentem e medio gentis, per tentationes,' signa, prodigia, bella, manum validam, brachium extentum, per q; terrores magnos, iuxta quæ omnia fecit vobis Dominus Deus vester in Ægypto, spectantibus oculis tuis?*

35 [51]*Tu per apparitiones edoctus es Dominum' ipsum esse Deum, nec esse alium præter eum.*

36 *De cælo fecit te audire vocem suam, vt erudiret te, & in terra ostendit tibi ignem suum magnum, & verba eius audiuisti e medio ignis.*

37 *Et quoniam dilexit patres tuos, elegit*[52] *semen eorum post eos,' & eduxit te*[53] *in facie sua' virtute sua magna ex Ægypto,*

38 *Vt gentes magnas & te robustiores ante te eiiceret, atq; te introduceret & daret tibi terram illarum in hæreditatem,'*[54] *id quod hæc [probat] dies.'*

39 *Agnosce igitur hodie, & in cor tuū reuoca quòd Dominus ipse est Deus in cælo superne, & in terra inferne,*[55] *nec est alius.'*

40 *Et custodi statuta eius, & præcepta eius, quæ ego mādo tibi hodie, vt bene tibi sit, & filiis tuis post te, vt prorogés dies super terram, quam Dominus Deus tuus dat tibi,*[56] *cunctis diebus.'*

41 *Tum segregauit Moses tria oppida cis Iordanem ad Solem Orientem.*

42 *Vt illuc confugeret homicida, qui per imprudentiam proximum suum*[57] *occiderat,' neq;*[58] *odio eum fuerit prosequutus*[59] *antea,*[60] *fugeritq; ad vnum ex iis oppidis, vt viuat,*

43 *Nempe Bezer in deserto in terra plana*[61] *Rubenitis,' & Ramoth in Gilead Gaditis, & Golan in Basan Manassitis.*

44 *HÆc*[62] *itaq; lex est quam proposuit Moses in conspectum Israelis,*

45 *Hæc sunt testimonia, statuta & iudicia quæ loquutus est Moses ad filios Israel, quum exiissent ex Ægypto.*

46 *Cis Iordanem*[63] *in valle' iuxta Beth-Peor in terra Sihonis regis Amorrhæorum qui habitauerat in Hesbon, quem percusserat Moses.*

47 *Et filii Israel, quum exiissent ex Ægypto, Et occupauerant terram eius, & terram Og regis Basan, duos reges Amorrhæorum, qui erant cis Iordanem ad exorientem solem,*

48 *Ab Aroer quæ est ad ripam torrentis Arnon, vsq; ad montem Sihon, qui & Hermon,*

49 *Et omnem planiciem cis Iordanem ad Orientem vsque ad mare, quod est in planicie*[64] *sub scatebris collis.*

47 & ab extremo cælo vsq; ad extremū eius. i. ab Oriente in Occidentem, in toto orbe terrarū, h[oc] est omnes homines.
50 vt veniret et caperet sibi gētem aliquam de medio gentis (alterius,) per tentationes, &c.
51 Tibi ostēsum est (sub. à Deo variis signis) vt cognosceres Dominum &c. Quasi dicat, Multis ac variis exēplis cognoscere potuisti quod Domin' &c. Vel, Didicisti multis exemplis Dominū esse verum Deum. Hebraice ad verbum legitur, Tu factus es videre ad cognoscendum.
52 Heb. semen eius post eū. i. delegit semē Iacob, ipso Iacob mortuo.
53 i. quum ipse adesset præsens.
54 vel, vt hoc tēpore res habet.
55 vel, & quod nullus sit alius.
56 Hæc verba (cunctis diebus) rectius referuntur ad verbum præcedens (custodi,) hoc modo, custodi omnibus dieb' statuta eius. Alii referūt hæc verba (cunctis diebus) ad ea quæ paulo ante præcedunt, (vt bene sit tibi,) hoc modo, vt bene sit tibi, hoc multa beneficia [c]ōferat in te Dominus cunctis diebus.
57 [i]nscienter.
58 odisset eum.
59 Heb. ab heri & nudiustertius.
60 fugiatque.
61 vel, de tribu Ruben.
62 Præfatio est in decalogum. Primo anno ab exitu Dominus tulit decem leges filiis Israel per Mosen: quarū memoria, anno quadragesimo post, plebem refricuit, vt hic docet.
63 in Gai.
64 sub. effusionibus aquarū Phasga. Vide Sup. c. 3. num. 15.

CAPVT V.

Refricat Moses decalogum & leges Dei. A *Ex. 19.b.c.*

1 VOcauitq; Moses omnem Israelem, & dixit ad eum, Audi Israel ceremonias atq; iudicia quæ ego loquor in auribus vestris hodie: discite ea, & opere complete.

2 ‖ Dominus Deus noster pepigit nobiscum fœdus in Horeb.

3 Non cum patribus nostris iniit pactum: sed no-

1 V[1]*Ocauitq; Moses' vniuersum Israelē, & dixit ad eos, Audi Israel*[2] *ritus' & iudicia quæ ego*[3] *hodie loquor*[4] *in auribus vestris,' vt discatis ea,' & in hoc seruetis vt faciatis.*

2 [6] *Dominus Deus noster pepigit nobiscum fœdus in Horeb:*

3 [7] *Non cum patrib' nostris*[8] *excidit,' Domin' fœdus hoc,*

CAP V. 1 vel, itaq; accersiuit Moses &c. 2 vel, statuta, id est, leges quæ continent ceremoniā & ritum quo vult coli Deus. Id significat vox Hebræa HVKIM. 3 Hoc erat anno XL. ab exitu Ægypti. 4 Id est, vobis audientibus 5 & custodiatis (ea) faciendo ea, vel, opere complendo (ea.) 6 q.d. Hæc præcepta non sunt ab hominibus inuenta, sed à Deo quem colimus, qui tandem iudicaturus est nos. 7 Subaudiendum est aduerbium TANTVM vel SOLVM, Non tantum cum patribus nostris iniit pactum, sed etiam nobiscum &c. Similis loquendi modus est Gen. 32. f. Non vocabitur nomen tuum Iacob, sed Israel. Pro, Non tantum vocabitur &c, sed etiam &c. Intelligi etiam potest vt Auen Ezra docet, Non cum maioribus nostris qui mortui sunt in Ægypto, sed cum nobis ipsis qui viuimus. Pactum, siue fœdus vocat conditiones fœderis, quæ hic describuntur. q.d. Proposuit nobis in decalogo conditiones quibus inter ipsum & nos fœdus firmum erit, & permanebit, non aliter. 8 pepigit.

sed nob.scum, qui omnes etiamnum hodie hic viuimus.

4 [9] *Facie ad faciem loquutus est Dominus nobiscum in monte de medio ignis.*

5 ([10] *Et ego stans inter Dominum & inter vos eodem tempore, annuncians vobis verbum Domini: vos enim* [11] *timuistis ab igne, nec montem ascendistis)* [12] *sic autem dixit;*

6 *Ego Dominus* [13] *Deus tuus, qui eduxi te de terra Ægypti, de domo* [14] *seruitutis.*

7 [15] *Ne sint tibi dii alii coram me.*

8 *Ne feceris tibi* [16] *statuam cuiuscunq; effigiei [eius] quod est in* [17] *cælo desuper & quod est in terra subtus, & quod in aquis est sub terra.*

9 *Non adorabis ea, neq; coles ea: quia ego sum Dominus Deus tuus* [18] *fortis, indignabundus,* [19] *persequens iniquitatem patrum in filiis, in tertiis, & quartis,* [20] *odientibus [scilicet] me,*

10 [21] *Et prosequens bonitate in mille, his qui me diligunt, & præcepta mea obseruant.*

11 [22] *Non sumes nomen Domini Dei tui* [23] *vane: quia* [24] *nequiquam impunitum dimittet Dominus eum qui nomen eius vane sumpserit.*

12 [25] *Obseruare diem sabbathi [oportet] vt eum sanctifices, quemadmodum præcepit tibi Dominus Deus tuus.*

13 *Sex diebus* [26] *operaberis, & conficies omnia negotia tua:*

14 [27] *Septimo autem die sabbathum est Domini Dei tui: non facies vllum opus, neque tu, neque filius tuus, filia tua, famulus tuus atque ancilla tua, bos tuus, asinus tuus, atq; omnia iumenta tua, sed & peregrinus tuus qui est* [28] *intra portas tuas, vt quiescat seruus tuus, & ancilla tua sicut & tu.*

15 *Et memineris quod & tu seruus fueris in terra Ægypti, & eduxerit te Dominus Deus tuus illinc per manum validam & brachium extentum: idcirco præcepit tibi Dominus Deus tuus vt obserues diem sabbathi.*

16 *Honora patrem tuum & matrem tuam, sicut præcepit tibi Dominus Deus tuus,* [29] *vt prorogentur dies tui, vtq; bene tibi sit in terra quam Dominus Deus tuus dat (tibi.*

17 *Ne occidas.*

18 *Ne sis mœchus.*

19 *Ne fureris.*

20 [30] *Ne respondeas contra proximum tuum falso testimonio.*

21 [31] *Ne concupisces vxorem proximi tui, neue domum proximi tui desideres, nec agrum eius, nec seruum eius, nec ancillam eius, nec bouem eius, nec asinum eius, nec quicquam quod est proximi tui.*

22 *Verba hæc loquutus est Dominus ad cunctam congregationem vestram in monte, de medio ignis, nubis ac caliginis, voce* [32] *magna,* [33] *nec quicquam adiecit; scribens ea in duas tabulas lapideas, tradidit ea mihi.*

23 *Quumq; audiissetis vocem de medio tenebrarum, (monte ipso igne ardente,) accessistis ad me, vna cum omnibus principibus tribuum vestrarum, & seniorum vestrorum, & dixistis,*

24 *Ecce ostendit nobis Dominus gloriam suam &* [34] *magnificentiam suam, & vocem eius audiuimus de medio ignis:* [35] *hoc ipso die vidimus quod Deus cum homine loquitur, illo viuo manente.*

25 [36] *Cur igitur moriemur, vt deuoret nos ignis ille magnus? si* [37] *iterum audierimus vocem Domini Dei nostri, moriemur.*

26 [37] *Quæ enim vnquam caro fuit, quæ* [38] *audierit vocem Dei viuentis, loquentis de medio ignis vt nos,* [39] *& viua manserit?*

9 i. Coram.
10 Ego vero stabam inter Deũ & vos eo tempore, 3. renunciarẽ vobis &c. Hæc per parenthesin legẽda, vsque ad verbum (ascẽdistis.)
11 timebatis.
12 dicendo referendũ istud ad verbũ (loquutus est) quod præcessit.
13 i. quem dixisti te semper habiturum pro Deo
14 seruorum i. de loco vbi seruiebas seruitutẽ durissimam.
15 Hoc est, Nullum Deũ præter me adorauerit, me spectãte, quẽ nihil latet. Futura apud Hebræos quæ verti debent per imperatiuũ, Ne sint, Ne fac, vel feceris. Ecce primum pceptum.
16 vllum sculptile aut vllã effigiem.
17 i. aere.
18 Deus zelotes i. qui tu amore so [illegible] nõ fero, nec patior cõsortem amoris sed solus volo amari & co[illegible]
19 Heb. visitans iniquitatem patrum super filios, & super tertios, & super quartos, eos scil. et qui me oderunt. Visitare, pro in memoriã reuocare, [illegible]
[illegible]

bis̃cum qui impræsentiarum sumus & viuimus.

4 Facie ad faciem locutus est nobis in monte de medio ignis,

5 (Ego sequester & medius fui inter Dominum & vos in tempore illo, vt annuntiarem vobis verba eius. Timuistis enim ignẽ, & nõ ascendistis in montem) & ait,

6 ‖Ego Dominus Deus tuus, qui eduxi te de Terra Ægypti de domo seruitutis.

7 Non habebis deos alienos in conspectu meo.

8 Non facies tibi sculptile, nec similitudinem omnium quæ in cælo sunt desuper, & quæ in terra deorsum, & quæ versantur in aquis sub terra.

9 Non adorabis ea, & nõ coles: ‖ Ego enim sum Dominus Deus tuus, Deus æmulator, reddens iniquitatem patrum super filios in tertiam & quartam generationem his qui oderunt me,

10 Et faciens misericordiam in multa millia diligentibus me, & custodientibus præcepta mea.

11 Non vsurpabis nomen Domini Dei tui frustra: quia non erit impunitus, qui super re vana nomen eius assumpserit.

12 Obserua diem Sabbathi, vt sanctifices eum sicut præcepit tibi Dominus Deus tuus.

13 Sex dieb⁹ operaberis, & facies omnia opa tua.

14 Septimus dies Sabbathi est, id est ‖ requies Domini Dei tui: nõ facies in eo quicquam operis, tu & filius tuus & filia, seruus & ancilla, * bos & asinus, & omne iumentũ tuum, & peregrinus qui est intra portas tuas: vt requiescat seruus * & ancilla tua, sicut & tu.

15 Memento quod & ipse seruieris in Ægypto, & eduxerit te inde Dominus Deus tuus in manu forti, & brachio extento: idcirco præcepit tibi vt obseruares diem Sabbathi.

16 Honora patrem tuum & matrem, sicut præcepit tibi Dominus Deus tuus, vt longo viuas tempore, & bene sit tibi in Terra quam Dominus Deus tuus daturus est tibi.

17 ‖ Non occides.

18 Neq; mœchaberis.

19 Furtũmq; non facies.

20 Nec loqueris contra proximum tuum falsum testimonium.

21 ‖ Non concupisces vxorem proximi tui: nõ domum, non agrum, non seruum, non ancillam, non bouem, non asinum, & vniuersa quæ illius sunt.

22 Hæc verba locutus est Dominus ad omnem multitudinem vestram in monte de medio ignis & nubis, & caliginis, voce magna, nihil addens amplius: & scripsit ea in duabus tabulis lapideis quas tradidit mihi.

23 Vos autem postquam audistis vocem de medio tenebrarum, & montem ardere vidistis, accessistis ad me omnes principes tribuum & maiores natu, atque dixistis,

24 Ecce ostẽdit nobis Dominus Deus noster maiestatem & magnitudinem suam, vocem eius audiuimus de medio ignis, & probauimus hodie, quod loquente Deo cum homine, vixerit homo.

25 Cur ergo moriemur, & deuorabit nos ignis hic maximus? si enim audierimus vltra vocem Domini Dei nostri, moriemur.

26 Quid est omnis caro, vt audiat vocem Dei viuentis, qui de medio ignis loquitur sicut nos audiuimus, & possit viuere?

27 Tu

Mediator.
Moyses.
Deus.
Exod. 20. a.
Leuit. 26. a.
Psal. 96. b.
Sculptile.
Exod. 34. a.
Misericordia.
B
Iuramentum.
Exod. 20. b.
Leuit. 19. c.
Matth. 5. e.
Ezech. 20. b.
Sabbathum.
Exod. 20. b.
Gen. 2. a.
Heb. 4. b.
* &
* tuum
Honorandi parentes.
Ex. 20. c.
Eccl. 3. b.
Mat. 15. a.
C Mat. 7. b.
Eph. 6. a.
‖ Matth. 5. c. d.
‖ Roman. 7. b.
Ingenium legis est, vt mentem terreat.
D

[illegible] 21 vel, faciens misericordiam. 22 vel, Ne vsurpes &c. Periphrasis esse videtur horum verborum Ne peieres. ita hunc locũ [illegible] 23 [illegible] 24 [illegible] nomen [illegible] absoluet 25 [illegible] diem sabbathi [illegible] 26 vel, curabis [illegible] 29 [illegible] 30 Ne dicas [illegible] 31 Non [illegible] proximitas. [illegible] 32 [illegible] non addidit [illegible] 34 ma[illegible] 35 [illegible] nubem illam quæ [illegible] 36 Nunc ergo quare moriemur [illegible] magnus [illegible] vita nostra, [illegible] monstratũ homo. [illegible] iterum, adeundo [illegible] nam si iterum &c. 37 vel, Quid enim est omnis caro, &c. 38 vel, audire possit. 39 [illegible] non statim moriatur?

27 Tu magis accede: & audi cuncta quæ dixerit Dominus Deus noster tibi: loquerisque ad nos, & nos audientes faciemus ea.

Optat Deus vt timeat ipsum populus, & præcepta impleat.

28 Quod cum audisset Dominus, ait ad me. Audiui vocem verborum populi huius quæ locuti sunt tibi: bene omnia sunt locuti.

29 Quis det talem eos habere mentem vt timeant me, & custodiant vniuersa mandata mea in omni tempore, vt bene sit eis & filiis eorum in sempiternum?

30 Vade ergo, & dic eis, Reuertimini in tentoria vestra.

31 Tu verò hic sta mecũ, & loquar tibi omnia mandata mea, & ceremonias atque iudicia: quæ docebis eos vt faciant ea in Terra, quam dabo illis in possessionem.

Verbo Dei adhærendum.

32 Custodite igitur & facite quæ præcepit Dominus Deus vobis: non declinabitis neque ad dexteram, neque ad sinistram.

33 Sed per viam quam præcepit Dominus Deus vester ambulabitis, vt viuatis, & bene sit vobis, & protelentur dies vestri in Terra possessionis vestræ.

27 Accede tu, & audi omnia quæ dicturus est Dominus Deus noster, & tu [40] loqueris ad nos omnia quæ locuturus est Dominus Deus noster ad te, [41] & nos audiemus & faciemus.

28 Audiuit autem Dominus vocem verborum vestrorum quum loqueremini ad me. Et dixit Dominus ad me, Audiui vocem verborum populi huius quæ sunt ad te loquuti, [42] recte se se gesserunt in omnibus quæ sunt loquuti.

29 [43] Vtinam sit tale cor in eis, vt timeant me, & vt seruent omnia præcepta mea cunctis diebus, vt bene sit illis & filiis eorum perpetuo.

30 Vade, dic eis Reuertimini in tentoria vestra,

31 Tu vero asta hic iuxta me, & loquar ad te omnia præcepta, ritus, iudicia quæ doceas illos, vt faciant (ea) in terra quam ego do eis possidendam.

32 Obseruabitis igitur vt opere exequamini sicut præcepit vobis Dominus vester: ne recedatis neque ad dexteram, neque ad sinistram.

33 Per vniuersum iter quod præcepit Dominus Deus vester, incedetis, vt viuatis, & bene sit vobis, prorogetisque dies in terra quam possidebitis.

40 vel, referto.
41 vel, vt audita opere compleamus.
42 vel, recte & probe locuti sunt quæcunque dixerunt.
43 Heb. Quis det vt sit cor eorum hoc eis, vt &c. i. Vtinam esset cor tale in eis hoc est, Vtinam semper habeant talem mentem. Hebraismus. Laudat hic propositum eorum.

CAPVT VI.

A

Expositio primi præcepti.

HÆc sunt præcepta & ceremoniæ atque iudicia quæ mandauit Dominus Deus vester vt docerem vos, * vt faciatis ea in Terra, ad quam transgredimini possidendam,

** &*

2 Vt timeas Dominum Deum tuum, & custodias omnia mandata & præcepta eius, quæ ego præcipio tibi & filiis ac nepotibus tuis cunctis diebus vitæ tuæ, vt prolongentur dies tui.

** Dominus Deus diligendus.*
Matth. 22. d
Mar. 12. c
Luc. 10. e

3 Audi Israel & obserua vt facias quæ præcepit tibi Dominus: & bene sit tibi, & multiplliceris amplius, sicut pollicitus est Dominus Deus patrum tuorum tibi terram lacte & melle manantem.

4 Audi Israel, Dominus Deus noster, * Deus vnus est.

B

Leges Domini & docendæ, & perpetuo memoria repetendæ.
Infra 11. e

5 Et diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota fortitudine tua.

6 Eruntque verba hæc quæ ego præcipio tibi hodie, in corde tuo:

7 Et narrabis ea filiis tuis, & meditaberis sedens in domo tua, & ambulans in itinere, dormiens, atque consurgens.

8 Et ligabis ea quasi signum in manu tua, eruntque & mouebuntur inter oculos tuos.

9 Scribesque ea in limine & ostiis domus tuæ.

10 Cumq; introduxerit te Dominus Deus tuus in Terram pro qua iurauit patribus tuis Abraham, Isaac & Iacob: & dederit tibi ciuitates magnas & optimas quas non ædificasti,

** cunctarum.*

11 Domos plenas * multarum opum quas non extruxisti, cisternas quas non fodisti, vineta & oliueta quæ non plantasti, & comederis, & saturatus fueris:

12 Caue diligenter ne obliuiscaris Domini qui eduxit te de Terra Ægypti, de domo seruitutis.

Deus timendus, & illi seruiendum.
Matth. 4. b
Luc. 4. b
Per eũ iurand.
Dii alieni.

13 Dominum Deum tuum timebis, & illi soli seruies, ac per nomen illius iurabis.

14 Non ibitis post deos alienos cunctarum gentium, quæ in circuitu vestro sunt:

15 Quoniam Deus æmulator Dominus Deus tuus in medio tui: ne quãdo irascatur furor Domini Dei tui contra te, & auferat te de superficie terræ.

1 HÆc autẽ sunt præcepta, ritus, & iudicia, quæ præcepit Dominus Deus vester, vt (ea) vos docerem, vt faciatis ea in terra ad quam vos [1] transitis vt possideatis.

2 Vt (scilicet) timeas Dominum Deum tuum, & custodias omnes ritus eius atque præcepta eius, quæ ego tibi præcipio, tu & filius tuus, atque nepos tuus cunctis diebus vitæ tuæ, vt prorogentur dies tui.

3 Audies igitur Israel, & seruabis [2] vt facias, vt bene tibi sit, & vt [3] augescatis valde, sicut pollicitus est Dominus Deus patrum tuorum tibi terram fluentem lacte & melle.

4 [4] Audi Israel, Dominus Deus noster Dominus vnus est:

5 Diliges itaque Dominum Deum tuum [5] ex toto corde tuo, & tota anima tua, & pro omni [6] virili tua.

6 Sintque verba ista quæ ego tibi hodie præcipio [7] in corde tuo.

7 Et [8] inculces ea filiis tuis, & [9] loquaris de eis quum domi tuæ [10] resides, & quum in via [11] incedis, [12] quum cubitum vadis, & quum surgis.

8 Ligabis denique ea [13] in signum ad manum tuam: eruntque [14] monumenta inter oculos tuos.

9 Scribes quoque ea [15] super postes domus tuæ, & in portis tuis.

10 Quum autem introduxerit te Dominus Deus tuus in terram quam iurauit patribus tuis Abraham, Isaac & Iacob, [16] & dederit tibi ciuitates magnas & bonas quas tu non ædificasti.

11 Domos quoque plenas omnibus bonis quas tu non impleuisti, & [17] puteos excisos quos tu non effodisti, vineas & [18] oliuas quas tu non plantasti, comederisque & satiatus fueris.

12 Caue ne obliuiscaris Domini, qui te eduxit de terra Ægypti, [19] de domo seruorum.

13 Dominum Deum tuum timebis, & illum coles, [20] iurabisque per nomen eius.

14 [21] Ne sequamini deos alienos, deos videlicet populorum qui circum vos habitant,

15 Quoniam Dominus Deus tuus, qui in medio tui est, Deus est [22] indigne ferens: ne forte indignetur vultus Domini Dei tui contra te, & exterminet te de terra.

CAP. VI.
1 vel, transituri estis.
2 vel, faciendo (illa.)
3 vel, multiplicemini valde (quemadmodum locutus est Dominus Deus patrum tuorum tibi) (in) terra fluente, &c. i. abundante omnibus rebus ad victum pertinentibus.
4 Hic versus est appendix ad primum præceptũ.
5 vel, ex toto animo tuo, & ex toto affectu tuo.
6 Quidam referunt ad bona externa i. ex omnibus tuis facultatibus. Alii referunt ad vires animi, id est, quantum a te diligi potest.
7 i. in mente tua, in memoria tua, nunquam excidant mente tua.
8 vel, identidem repetas. Chaldæus paraphrastes, repetes ea. Vox Hebræa SANAN. acuere significat: qua hic vtitur Moses per translationẽ Metaphora ducta a gladio, qui dum acuitur, sæpius impellitur ad cotem. Significat igitur perpetuũ sermonẽ de eis re habendum esse.
9 vel, commentaberis. aut, verba facies de eis.
10 manseris. i. quando domi manebis, vel cõmorabis te domi. Cui contrarium est, ambulare in itinere, sic iter facere. 11 ambulabis. 12 tarẽs in lecto tuo. i. vesperi & mane delineatus de illis verba faciẽs. q. d. domi & foris, mane & vesperi noctu & interdiu. 13 i. vt sint tibi vice signi & brachialis. Vt in ea, tanquam in scopum perpetuò conuertas oculos. Metaphora a sagittariis. lege Esa. 49. versu 15. 14 vt frontalia illa. Hebr. [illegible] facies tibi ex illis frontalia & brachialia, vt redeant tibi in memoriam. Aut versabuntur inter oculos tuos velut frontalia quædam in interstitio quod est inter oculos. 15 in postibus. Vox Hebræa MEZVZOTH, significat [illegible] & ingressus domus. Les iambes de l'huisserie d'vne maison. Hoc præcipiebat Dominus, vt quotiescunque quis ingrederetur domum, videret illa, & reminisceretur. 16 se daturum eam tibi, & ciuitates, &c. 17 vel, fossas effossas quos. 18 vel, oliueta quæ &c. 19 vbi seruiebas. 20 q. d. quando voles aliquid affirmare, aut inire fœdus cum aliquo, quando cogeris iurare a magistratu, vel in vsum pro[illegible] [illegible] honorem alii quam Deo, memoriam Dei facies, non idolorum. 21 i. Ne sectemini cultum deorum quos colunt Gentes. 22 zelotes, i. qui non patitur consortem amoris.

23 q.d. Credetis Deum esse omnipotentem.
24 Nomen loci, id est, in loco qui postea dictus est Massa, à tentatione. Exo. 17.b
25 vt propulset. expellat.
26 à facie tua i. in aduentu tuo vel, sub aduentum tuum.
27 Antecedens pro relatiuo, more Hebraico: Latini sic verterét, & timeamus ipsum.
28 in bonū nostrum. i. vtilitatis nostræ gratia: vt bene esset nobis.
29 vt viuificaret nos secundum diem hanc. i. vt seruaret nos incolumes, vt in hac die sumus.
30 Verbis istis iungenda sunt quæ sequuntur, Coram Domino Deo nostro: et sic legas, Eritq; nobis iustitia coram Domino Deo nostro, si custodierimus & fecerimus omnia præcepta ista, sicut præcepit nobis. i. iusti apparebimus coram Deo, & pro iustis habebit.

CAP. VII.

1 i. innumeras, vel bellicosas.
2 Hoc est, sub aduentum tuū.
3 i. numero te superantes.
4 i. in potestatem tuam.
5 sub. aliquis eorum. vel, hac ratione auocare posset.
6 & delebit te celeriter.
7 Quin potius &c, &c.
8 i. consecratus. Pendet hæc sententia à præcedentibus.
9 i. virtute inuincibili, cui resistere non potuerit quisquam.
10 quem fid... eet Dominus adimpleret suas promissiones.
11 i. ... nemini ... it, nec potest fallere.
12 vel, vsque ad millesimam generationem.
13 ... dum adhuc viuunt.
14 Hebr. Et erit ... audietis &c.
15 Heb. & seruabit tibi.
16 vel, misericordiam.
17 Heb. bene ... erit tibi, & mul-

16 [23] Ne tentetis Dominum Deum vestrum, sicut tentastis [24] in Massa.
17 Diligentissime custodietis præcepta Domini Dei vestri, atque testimonia eius, & ritus eius quæ præcepit tibi:
18 Faciesque quod rectum & bonum est ante oculos Domini, vt bene tibi sit, vt introeas & possideas terram illam bonam, quam iurauit Dominus patribus tuis,
19 [25] Vt pellere possit [26] ante te omnes hostes tuos, quemadmodum loquutus est Dominus.
20 Quumque interrogauerit te posteris temporibus filius tuus, dicens, Quid sibi volunt hæc testimonia, ritus & iudicia quæ præcepit Dominus Deus noster vobis?
21 Respondebis filio tuo, Serui fuimus Pharaonis in Ægypto, & eduxit nos Dominus, ex Ægypto, manu valida.
22 Ediditque Dominus signa & portenta magna & noxia in Ægypto, in Pharaonem & in cunctam familiam eius, idque nobis spectantibus.
23 Nos vero eduxit illinc, vt introduceret nos, & daret nobis terram quam iurauit patribus nostris.
24 Præcepitque nobis Dominus vt faceremus omnia statuta ista, [27] & timeremus Dominum Deum nostrū, idque [28] bono nostro, cunctis diebus, [29] vt viuamus, quemadmodum est hodie.
25 [30] Eritque iustitia nobis, si custodierimus & fecerimus omnia præcepta ista in conspectu Domini Dei nostri sicut præcepit nobis.

16 Non tentabis Dominum Deum tuum, sicut tentasti in loco tentationis.
17 Custodi præcepta Domini Dei tui, ac testimonia & ceremonias, quas præcepit tibi:
18 Et fac quod placitum est & bonum in conspectu Domini, vt bene sit tibi: & ingressus possideas Terram optimam, de qua iurauit Dominus patribus tuis,
19 Vt deleret omnes inimicos tuos coram te, sicut locutus est.
20 Cum interrogauerit te filius tuus cras, dicens, Quid sibi volunt testimonia hæc, & ceremoniæ, atque iudicia, quæ præcepit Dominus Deus noster * nobis?
21 Dices ei, serui eramus Pharaonis in Ægypto, & eduxit nos Dominus de Ægypto in manu forti:
22 Fecitq; signa atque prodigia magna & pessima in Ægypto, contra Pharaonem, & omnem domum illius in conspectu nostro,
23 Et eduxit nos inde, vt introductis daret Terram super qua iurauit patribus nostris.
24 Præcepitq; nobis Dominus vt faciamus omnia legitima hæc, & timeamus Dominum Deum nostrum, vt bene sit nobis, cunctis diebus vitæ nostræ, sicut est hodie.
25 Eritque nostri misericors, si custodierimus & fecerimus omnia præcepta eius, coram Domino Deo nostro, sicut mandauit nobis.

Non tentandus Deus. Matth. 4.b Luc. 4.b Num. 21.b Exod. 14.b

D *Præcepta Dei filiis inculcanda.* * vobis.

CAPVT VII.

1 QVum introduxerit te Dominus Deus tuus in terram ad quam tu proficisceris vt eam possideas, & eiecerit Gentes [1] multas [2] ante te, nempe Hithæum, Gergesæum, Amorrhæum, Chananæum, Pherizæum, Hiuæum, & Iebusæum, septem Gentes [3] maiores & robustiores te:
2 Tradideritque eas Dominus Deus tuus ante te, [4] feries eas, & omnino exterminabis, nec ferietis cum eis pactum, nec [5] misereaaris earum.
3 Ne iungas cum eis affinitatem, filiam tuam ne des filio earum, neque filiam earum despondeas filio tuo,
4 Quoniam [5] auocabit filium tuum à me, seruientque diis aliis, & commouebitur furor Domini contra vos, [6] vt cito te deleat.
5 [7] Sic autem facietis eis, Aras eorum diruetis, statuas eorum confringetis, lucos eorum succidetis, & sculpta eorum simulachra igne comburetis.
6 Nam populus sanctus es tu Domino Deo tuo, te elegit Dominus Deus tuus, vt sis ei populus [8] peculiaris præ omnibus populis qui sunt super faciem terræ.
7 Neque ob id vos tam ardenter dilexit ac elegit Dominus, quod plures essetis aliis populis. (quum essetis paucissimi omnibus populis.)
8 Sed quia dilexit vos & seruare voluit iuramentum, quod iurauit patribus vestris, eduxit vos Dominus valida manu, [9] & redemit te de domo seruitutis (nempe) de manu Pharaonis regis Ægypti.
9 [10] Scias itaque, quod Dominus Deus tuus ipse est Deus, Deus [11] fidelis, seruans fœdus illud, & misericordiam diligentibus se, & seruantibus præcepta eius [12] in mille sæcula.
10 Rependit denique iis qui oderunt eum [13] in facies suas ita vt perdat eos, nec tardat quin iis qui eum oderunt [13] in facies suas rependat:
11 Custodies itaque præcepta, ritus & iudicia, quæ ego præcipio tibi hodie, vt facias ea.
12 [14] Quod si audieritis iudicia ista, & custodieritis atque feceritis ea, [15] seruabit & tibi Dominus Deus tuus & [16] beneficentiam, sicut iurauit patribus tuis.
13 Diliget te, [17] f... te, atque ... plicabit
bus tuis: 13 Et diliget te ac multiplicabit, benedicetq; fructui ventris tui, & fructui terræ tuæ, frumento tuo

1 CVm vero introduxerit te Dominus Deus tuus in Terram quam possessurus * ingrederis, & deleuerit Gentes multas coram te, Hethæum & Gergezæum & Amorrhæum, Chananæum & Pherezæum & Heuæum & Iebusæum, septem Gentes multo maioris numeri quàm tu es, & robustiores te:
2 Tradideritque eas Dominus Deus tuus tibi, percuties eas vsque ad internecionem. Non inibis cum eis fœdus, nec misereberis earum.
3 Neq; sociabis cum eis coniugia: filiam tuam non dabis filio eius, nec filiam illius accipies filio tuo:
4 Quia seducet filium tuum ne sequatur me, & vt magis seruiat diis alienis: irasceturque furor Domini, & delebit te cito.
5 Quin potius hæc facietis eis, Aras eorum subuertite, & confringite statuas, lucosque succidite, & sculptilia comburite.
6 Quia populus sanctus es Domino Deo tuo: te elegit Dominus Deus tuus, vt sis ei populus peculiaris de cunctis populis qui sunt super terram.
7 Non quia cunctas Gentes numero vincebatis, vobis iunctus est Dominus, & elegit vos, cum omnibus sitis populis pauciores.
8 Sed quia dilexit vos Dominus, & custodiuit iuramentum quod iurauit patribus vestris, eduxitque vos in manu forti, & redemit de domo seruitutis, de manu Pharaonis regis Ægypti.
9 Et scies quia Dominus Deus tuus, ipse est Deus fortis & fidelis, custodiens pactum & misericordiam diligentibus se, & his qui custodiunt præcepta eius, in mille generationes.
10 Et reddens odientibus se statim, ita vt disperdat eos, & vltra non differat, protinus eis restituens quod meretur.
11 Custodi ergo præcepta & ceremonias atque iudicia quæ * ego mandabo tibi hodie, vt facias.
12 Si postquam audieris hæc iudicia, custodieris ea & feceris, custodiet & Dominus Deus tuus pactum tibi & misericordiam, quam iurauit patri-

A *Cum Gentibus fœdus non ineundum.* Infra 31.a * ingrederis.

Exo. 23.d. 34.b

Sanctus. Infra 14.a. 26.d

B *Electio à dilectione Dei.* *Iudæi, populus Dei.* *Iuramentum Dei.*

Misericordia.

Benedictio seruantibus præcepta. * mando. *Dilectio & benedictio Dei.*

to tuo atque vindemię, oleo, & armentis, gregibus ouium tuarum super Terram, pro qua iurauit patribus tuis, vt daret eam tibi.

C

Sterilis.
Exo. 23. d

14 Benedictus eris inter omnes populos: non erit apud te sterilis vtriusque sexus, tam in hominibus, quàm in gregibus tuis.

Infirmitates.

15 Auferet Dominus à te omnem languorem: & infirmitates Ægypti pessimas quas nouisti, non inferet tibi, sed cunctis hostibus tuis.

Idololatras praecip. t Deus occidi, & quare.
Scandalum.
Dei potentia & opera renouanda in memoriam.

16 Deuorabis omnes populos quos Dominus Deus tuus daturus est tibi: non parcet eis oculus tuus, nec seruies diis eorum, ne sint in ruinam tui.

17 Si dixeris in corde tuo, Plures sunt gentes istæ, quàm ego, quomodo potero delere eas?

18 Noli metuere, sed recordare quæ fecerit Dominus Deus tuus Pharaoni & cunctis Ægyptiis,

19 Plagas maximas quas viderunt oculi tui, & signa atque portenta, manumque robustam, & extentum bracchium vt educeret te Dominus Deus tuus sic faciet cunctis populis quos metuis.

20 Insuper & crabrones mittet Dominus Deus tuus in eos, donec deleat omnes atque disperdat, qui te fugerint, & latêre potuerint.

D

Exo. 23. e. 33. a
Iosu. 24. c
Paulatim Gentes erant interficiendæ, & quare
Sculptilia siue imagines.
2. Mach. 12. g

21 Non timebis eos, quia Dominus Deus tuus in medio tui est, Deus magnus & terribilis.

22 Ipse consumet nationes has in conspectu tuo paulatim atque per partes: non poteris eas delere pariter: ne forte multiplicentur contra te bestiæ Terræ.

23 Dabitq; eos Dominus Deus tuus in conspectu tuo: & interficies illos, donec penitus deleantur.

24 Traditq; reges eorum in manus tuas, & disperdes nomina eorum sub cælo: nullus poterit resistere tibi, donec conteras eos.

25 Sculptilia eorum igne combures: non concupisces argentum & aurum de quibus facta sunt, neque assumes ex eis tibi quicquam, ne offendas, propterea quia abominatio est Domini Dei tui.

26 Nec inferes quippiam ex idolo in domum tuam, ne fias anathema, sicut & illud est; quasi spurcitiam detestaberis, & velut inquinamentum ac sordes abominationi habebis, quia anathema est.

te, fortunabit quoque fructum ventris tui, & fructum terræ tuæ, frumentum tuum, vinum tuum & oleum tuum, fœtum boum tuorum, & greges pecorum tuorum, in terra quam iurauit patribus tuis [18] vt daret tibi.

14 Fortunatus eris præ omnibus populis, non erit [19] in te [20] sterilis, neque in iumentis tuis.

15 Auferet quoque Dominus a te omnem languorem, & cunctas ægritudines Ægypti malas (21 de quibus tu sci[illegible]) non inferet tibi, sed ponet eas super vniuersos hostes tuos.

16 Tu deuorabis omnes populos, quos Dominus Deus tradet tibi: oculus tuus non parcat eis, neque colas deos eorum. nam id tibi [22] in laqueum foret.

17 Si dixeris in corde tuo, Plures sunt gentes istæ quàm eg[illegible], quomodo possem e[illegible]cere eas?

18 Ne timueris eas, sed diligenter recole quæ fecerit Dominus Deus tuus Pharaoni, & toti Ægypto.

19 [23] Tentationes magnas quas viderunt oculi tui, & signa atque prodigia, & manum validam, atq; [24] brachium ext[illegible]tum, per quæ eduxit te Dominus Deus tuus: sic faciet Dominus Deus tuus cunctis populis, à quibus tu metuis.

20 Sed & [25] crabrones mittet Dominus Deus tuus in eas, donec pereant hi qui reliqui sunt, quique absconditi fuerunt metu tui.

21 Ne consterneris metu illorum, quoniam Dominus Deus tuus [26] est in medio tui, Deus [27] fortis & terribilis.

22 Eiiciet autem Dominus Deus tuus gentes istas paulatim ante te, nec poteris eas subito ex[illegible]ndere, ne forte multiplicentur contra te bestiæ agrestes.

23 Sed Dominus Deus tuus [28] tradet eas coram te, [29] & tumultu magno perdet eas, donec deleuerit eas.

24 Sed & reges earum tradet in manum tuam, & abolebis nomen earum sub cælo. [30] nec quisquam consistere poterit coram conspectu tuo, donec vastaueris eas.

25 Sculptilia deorum ipsorum igne combures, argentum & aurum [31] quod in illis est ne concupiscas, vt tibi tollas: ne fortè impingas [32] in eo: quoniam [33] abominanda res est Domino Deo tuo.

26 Ne ergo inferas [34] abominationem in domum tuam, ne fias [35] herem quemadmodum illud est: omnino exercraris illud, planeq; ab eo horreas: [36] herem enim est

tiplicare faciet te, & benedicet fructui, &c. i. per omnia fauebit tibi, & augebit opes tuas: fauebit item liberis tuis, tuebitur liberos tuos, [illegible] cop a prouentu fa[illegible] frumentum tuum, vinum, oleū, &c.

18 se daturum (eam) tibi.

19 i. in genere tuo.

20 Hebr. infœcundus aut infœcunda,

21 quas tu nosti. i. quibus vidisti Ægyptios laborare.

22 [illegible] cultum idolorum, errabis, siue peccabis.

23 Subaudiendum, recordare inquam.

24 id est, virtutem diuinam insuperabilem.

25 vel, muscas venenatas.

26 i. nunquam te deserit, semper tibi adest, & fauet.

27 maximus,

28 i. permittet eas tuæ voluntati.

29 confringetque eas strage maxima,

30 i. nemo tibi esse impedimento poterit quo minus illos deleas.

31 vel, quo illa tecta fuerint. Alii vertunt, Non concupisces aurum & argentum pro cōl[illegible]

CAPVT VIII.

A

Commemoratio afflictionū ac beneficiorū Dei erga Iudæos.
Tentat Deus.
Cor hominis.
Non solo pane viuit homo.
Matth. 4. a
Luc. 4. a
* viuat.

1 Omne mandatum quod ego præcipio tibi hodie caue diligenter vt facias: vt possitis viuere, & multiplicemini, ingressique possideatis Terram pro qua iurauit Dominus patribus vestris.

2 Et recordaberis cuncti itineris, per quod adduxit te Dominus Deus tuus quadraginta annis per desertum, vt affligeret te, atque tentaret, & nota fierent quæ in tuo animo versabantur, vtrum custodires mandata illius, an non.

3 Afflixit te penuria, & dedit tibi cibum Manna, quod ignorabas tu & patres tui: vt ostenderet tibi quòd non in solo pane * viuit homo, sed in omni verbo quod egreditur de ore Domini.

B

4 Vestimentum tuum quo operiebaris, nequaquam vetustate defecit, & pes tuus non est subtritus, en quadragesimus annus est:

† Infra 16. a
Erudit nos Deus.

5 † Vt recogites in corde tuo quia sicut erudit filium suum homo, sic Dominus Deus tuus erudiuit te,

6 Vt custodias mandata Domini Dei tui, & ambules in viis eius, & timeas eum.

1 Omne præceptum quod ego tibi præcipio hodie, custodietis [1] vt faciatis, [2] vt viuatis & multiplicemini, vt introeatis & possideatis terram, quam iurauit Dominus patribus vestris.

2 Recorderis cuncti itineris, per quod duxit te Dominus Deus tuus [3] hi quadraginta annis per desertum, vt affligeret te, & tentaret te, vt [4] experimento quodam innotesceret quid esset in corde tuo, num scilicet seruares præcepta eius, an minus.

3 Afflixit itaque te, & passus est te fame laborare, aluitque te manna, quod nec tu nec patres tui nouerunt: vt scilicet [5] ostenderet tibi quòd non in solo pane viuit homo, sed [6] in omni eo quod prodit ex ore Domini, homo [7] viuet.

4 Vestimentum tuum super te vetustate non est detritum, nec pes tuus [8] intumuit [9] iste quadraginta annis.

5 [10] Sed & hoc expendas tecum in corde tuo, quod sicut quis [11] castigat filium suum, sic [11] castigat te Dominus Deus tuus.

6 Custodi igitur præcepta Domini Dei tui, vt incedas in viis eius, & vt timeas eum.

[illegible] 32 [illegible] 33 Heb. abominatio est Domino Deo tuo. [illegible] enim maxime abhorret Dominus Deus tuus. 34 i. idolum, à quo nulsquisq; abhorrere debet. 35 anathema, sicut illud, quod sit Deo abominatum, in nihilum quasi redigatur, sicut & ille

populus à quo idola ceperis. 36 quia anathema est, id est, foolia huius generis perdi & ad nihilum redigi debent. CAP. VIII. 1 opere adimplendo, 2 i. vt sitis incolumes & sani, vt diu viuatis, & vt [illegible] multos liberos. 3 vel, iam 4 tentet 5 Heb. cognoscere faceret te. 6 i quacunque re, [illegible] Dominus 7 vel, viuat. 8 tui calcei, calcei tui non fuerunt consumpti vetustate, [illegible] XL. annorum. 9 vel iam. 10 Heb. Recogita ergo, vel, Cogita. 11 vel, erudit.

22 Quando.
24 introduxeris.

24 Heb. oliua olei. i. oliua frugifera.
25 Hebraismus, pro, in qua sunt fodinæ æreæ.

26 non obseruando præcepta eius. vel, ita vt nõ obserues præcepta eius. Hic declarat quid sit obliuisci Dominum: nempe præcepta eius nõ obseruare.
27 vel, eduxit.
28 vel, incognito patribus tuis.
29 vel, probaret te, &c. i. vt fide tua probata, tandem, siue ad extremum te afficeret beneficio non vulgari: vt tandem te mitteret in possessionem terræ sanctæ.
30 vel, sed memineris.
31 Heb. testor (sub. cælum & terram) contra vos hodie, quod certissime peribitis.
32 perditurus est. Præteritum apud Hebræos pro futuro.
33 i. sub aduentum vestrũ. vel, propter vos.

7 [22] *Quoniam Dominus Deus tuus [23] introducet te in terram bonam, terram in qua sunt torrentes aquarum, fontes & abyssi erumpentes ex vallibus & montibus.*

8 *Terram in qua est triticum, & hordeum, vinea, ficus, & mala punica, terram in qua est [24] oleũ oliuarum & mel.*

9 *Terram in qua absque penuria panem comedes, nec quoquam egebis in ea: terram [25] cuius lapides sunt ferrum, & de cuius montibus chalybem effodies.*

10 *Quum igitur comederis, & satur factus fueris, age gratias Domino Deo tuo in terra illa bona quam dedit tibi,*

11 *Caue ne forte obliuiscaris Domini Dei tui, [26] & non custodias præcepta eius atq; iudicia eius, & ritus eius, quæ ego præcipio tibi.*

12 *Ne forte comedas, & satur factus domos pulchras extruas & inhabites:*

13 *Armenta tua & greges tui augescant tibi, aurum & argentum multum sit tibi, & quidquid denique habes augescat,*

14 *Et hinc eleuetur cor tuum, & obliuiscaris Domini Dei tui, qui te eduxit de terra Ægypti, de domo seruitutis,*

15 *Qui dux tuus fuit in deserto magno & horribili, [in quo fuerunt] serpentes vrentes, scorpiones, & siccitas absq; vlla aqua: ipse vero [27] protulit tibi aquam e petra durissima.*

16 *Ipse te aluit manna in deserto [28] quod nescierunt patres tui, vt scilicet affligeret & [29] tentaret te, atq; sic tibi tandem benefaceret.*

17 *Ne diceres in corde tuo, Virtus mea & robur manus meæ parauit mihi hanc opulentiam.*

18 [30] *Memineris itaque Domini Dei tui, quia ipse est qui dat tibi virtutem vt opes tibi pares, vt scilicet cõfirmet fœdus suum quod iurauit patribus tuis, vt testatur dies hæc.*

19 *Si vero omnino oblitus fueris Domini tui, atque sequutus fueris Deos alios, & colueris eos, adoraueris eos, [31] certissime (quod & testor vobis hodie) peribitis.*

20 *Quemadmodum Gentes quas Dominus [32] perdidit [33] ante vos, sic peribitis & vos, eo quòd non obedietis voci Domini Dei vestri.*

7 Dominus enim Deus tuus introducet te in terram bonã, terram riuorum aquarumq́;, & fontium: in cuius campis & montibus erumpunt fluuiorum abyssi:

8 Terram frumenti hordei, ac vinearum, in qua ficus & malogranata & olaueta nascuntur: terram olei ac mellis.

9 Vbi absq; vlla penuria comedes panem tuum, & rerum omnium abundantia perfrueris: cuius lapides ferrum sunt, & de montibus eius æris metalla fodiuntur.

10 Vt cũ comederis, & satiatus fueris, benedicas Domino Deo tuo pro Terra optima quam dedit tibi.

11 Obserua & caue, nequando obliuiscaris Domini Dei tui, & negligas mandata eius atq; iudicia & ceremonias, quas ego præcipio tibi hodie.

12 Ne postquam comederis & satiatus fueris, domos pulchras ædificaueris, & habitaueris in eis,

13 Habuerisq́; armenta boum, & ouiũ greges, argenti & auri, cunctarumq́; rerum copiam,

14 Eleuetur cor tuum, & non reminiscaris Domini Dei tui, qui eduxit te de Terra Ægypti, de domo seruitutis:

15 Et ductor tuus fuit in solitudine magna atq; terribili, in qua erat serpens flatu adurens, & scorpio ac dipsas, & nullæ omnino aquæ: ‖ qui eduxit riuos de petra durissima,

16 ‖Et cibauit te manna in solitudine, quod nescierunt patres tui. Et postquam afflixit ac probauit*, ad extremum misertus est tui.

17 Ne diceres in corde tuo, Fortitudo mea, & robur manus meæ, hæc mihi omnia præstiterunt.

18 Sed recorderis Domini Dei tui, quòd ipse vires tibi præbuerit, vt impleret pactum suum, super quo iurauit patrib. tuis, sicut præsens indicat dies.

19 Sin autem oblitus Domini Dei tui, secutus fueris Deos alienos, colueris\q; illos & adoraueris: ecce nunc prædico tibi quòd omnino dispereas.

20 Sicut Gentes quas deleuit Dominus in introitu tuo, ita & vos peribitis, si inobedientes fueritis voci Domini Dei vestri.

Terra promissionis, qualis.

C
Gratiæ Deo agendæ.

Comedere.
Saturari.

Cor ne eleuetur.

Nume. 20. b 21. b
Exod. 16. d 17. a
D
* te.
Diuitiæ & alia corpori necessaria, misericordiæ Dei tribuenda, non viribus nostris.

CAP. I.
1 vel, transiturus es.
2 filios gigantum, quem (scilicet populum) tu nosti, & de quo tu audisti, (sub. ab exploratoribus quæ sequũtur,) Quis resistet aduersus gigantes?
3 Subaudiendũ est TANQVAM, aut simile aduerbio, tanquam ignis.
4 ipse enim delebit eos, & idem humiliabit eos ante te, & ita expellet eos, & perdes velociter, &c.
5 & propter improbitatem ipsarum gentium expulit eas a facie tua.
6 præsens pro futuro, expulsurus est.
7 confirmaret. stabiliret.
8 vel daturus est.
9 duræ. i. rebellis, qui non paret Domino Deo tuo.
10 donec venistis.

CAPVT IX.

1 *AVdi Israel, tu [1] transibis hodie Iordanem, vt ingrediaris, & possideas Gentes magnas & robustiores te, ciuitates magnas & munitas in cælum vsque,*

2 *Populum [inquam] magnum & proceritate, [2] filios Enacim, de quibus tu nosti & audisti, Quis stabit coram filiis Anac?*

3 *Scias itaque hodie, quod Dominus Deus tuus ipse est qui præcedit te, [3] ignis deuorans: [4] ipse delebit eos, & ipse prosternet eos ante te, ipse exterminabit eos, atq; cito perdes eos, quemadmodum pollicitus est tibi Dominus.*

4 *Ne in corde tuo, cum expulerit eos Dominus Deus tuus ante te, sic cogites. Propter iustitiam meam introduxit me Dominus, vt possiderem terram hanc. [5] nam propter impietatem gentium istarum Dominus expellet eas ante te.*

5 *Non propter iustitiam tuam, & propter rectitudinem cordis tui, tu venis vt possideas terram earum: sed propter impietatem gentium istarum Dominus Deus tuus [6] expellet eas ante te, vt scilicet verbum quod iurauerat patribus tuis, Abrahamo, Isaac & Iacob, [7] inconcussum seruaret.*

6 *Scias igitur quòd non propter iustitiam tuam [8] dat tibi Dominus Deus tuus terram istam bonam possidendam, quum sis populus [9] præfracta ceruicis.*

7 *Reuoca in mentem, & ne obliuiscaris quomodo irritaueris Dominum Deum tuum in deserto, ab eo die que egressus es de terra Ægypti, [10] & venisti ad hunc*

1 AVdi Israel, tu [1] transgredieris hodie Iordanem, vt possideas nationes maximas & fortiores te, ciuitates ingentes, & ad cælum vsq; muratas,

2 Populum magnum atq. sublimem, filios Enacim quos ipse vidisti, & audisti, quibus nullus potest ex aduerso resistere.

3 Scias ergo hodie quòd Dominus Deus tuus ipse transibit ante te, ignis deuorans atque consumens, qui conterat eos & deleat atq; disperdat ante faciem tuam velociter, sicut locutus est tibi.

4 Ne dicas in corde tuo cum deleuerit eos Dominus Deus tuus in conspectu tuo, Propter iustitiam meam introduxit me Dominus vt Terram hanc possiderem, cum propter impietates suas istæ deletæ sint nationes.

5 Neq; enim propter iustitias tuas, & æquitatem cordis tui [a] ingredieris vt possideas Terras eorum: sed quia illæ egerunt impiè, introeunte te deletæ sunt: & vt compleret verbum suum Dominus quod sub iuramento pollicitus est patribus tuis, Abraham, Isaac & Iacob.

6 Scito ergo q; non propter iustitias tuas Dominus Deus tuus dederit tibi terram hanc optimã in confessionẽ, cum durissimæ ceruicis sis populus.

7 Memento, & ne obliuiscaris quomodo ad iracundiã prouocaueris Dominũ Deũ tuũ in solitudine: & ex eo die quo egressus es ex Ægypto vsq; ad locum

A
[1] transgredieris (præs. temp.
Non propter iustitiam & æquitatem cordis tribuit quicquam Deus hominibus.

Iustitia hominum.
Æquitas cordis.
[a] ingredieris (præs. temp.

B
Reducit Moyses in memoriã Israelitis quã peccatores sint, vt bonitatem Dei cognoscant.

locum istum semper aduersum Dominum contendisti.

Moysis in monte Horeb. Exod. 17. 19. 31. 32.

8 Nam & in Horeb prouocasti eum, & iratus delere te voluit,

Duæ tabulæ Domini.

9 Quando ascendi in montem, vt acciperem duas tabulas lapideas pacti q. pepegit vobiscum Deus: & perseueraui in monte quadraginta diebus ac noctibus, panem non comedens, & aquam non bibens.

10 Deditq; mihi Dominus duas tabulas lapideas scriptas digito Dei, & continẽtes omnia verba quæ vobis locutus est in monte de medio ignis, quando concio populi congregata est.

11 Cumq; transissent quadraginta dies, & totidem noctes, dedit mihi Dominus duas tabulas lapideas, tabulas fœderis,

12 Dixitque mihi, Surge & descende hinc citò: quia populus tuus quem eduxisti de Ægypto, deseruerunt velociter viam quam demonstrasti eis, feceruntq; sibi conflatile.

C

13 Rursumq; ait Dominus ad me, Cerno quòd populus iste duræ ceruicis sit:

14 Dimitte me vt cõteram eum, & deleam nomen eius de sub cælo, & constituam te super Gentem quæ hac maior & fortior sit.

Tabulas confringit Moyses.

15 Cumq; de monte ardente descenderem, & duas tabulas fœderis vtraq; tenerem manu,

Deserere viam Dei.

16 Vidissemq; vos peccasse Domino Deo vestro, & fecisse vobis vitulum conflatilem, ac deseruisse velociter viam eius quam vobis ostenderat:

17 Proieci tabulas de manibus meis, confregiq; eas in conspectu vestro.

Oratio Moysi cum ieiunio.

18 Et prócidi ante Dominum sicut prius, quadraginta diebus & noctibus panem nõ comedens, & aquam non bibens, propter omnia peccata vestra quæ gessistis contra Dominum, & eum ad iracundiam prouocastis.

19 Timui enim indignationem & iram illius, qua aduersum vos concitatus, delere vos voluit. & exaudiuit me Dominus etiam hac vice.

Iratus Deus contra Aaronem.

20 Aduersum Aaron quoq; vehementer iratus, voluit eum cõterere, & pro illo similiter deprecatus sum.

21 Peccatum autem vestrum quod feceratis, id est, vitulum, arripiens, igne combussi, & in frusta comminuens, omninoque in puluerem redigens, proieci in torrentem qui de monte descendit.

D

22 In incendio quoq;, & in Tentatione, & in Sepulchris concupiscentiæ prouocastis Dominum:

Sepulchra concupiscentiæ. Exod. 17. b Nume. 11. a

23 Et quando misit vos de Cades-barne, dicens, Ascendite, & possidete Terram quã dedi vobis, & contempsistis imperium Domini Dei vestri, & non credidistis ei: neq; vocem eius audire voluistis,

Infidelitas.

24 Sed semper fuistis rebelles à die qua nosse vos cœpi.

25 Et iacui coram Domino quadraginta diebus ac noctibus, quibus eum suppliciter deprecabar, ne deleret vos vt fuerat comminatus.

Oratio Moysi pro Israelitis.

26 Et orans dixi, Domine Deus, ne disperdas populum tuum, & hæreditatem tuam, quam redemisti in magnitudine tua, quos eduxisti de Ægypto in manu forti.

27 Recordare seruorum tuorum Abraham, Isaac, & Iacob: ne aspicias duritiam populi huius, & impietatem atq; peccatum.

28 Ne forte dicant habitatores Terræ, de qua eduxisti nos, Nõ poterat Dominus introducere eos in Terram quam pollicitus est eis, & oderat illos: idcirco eduxit, vt interficeret eos in solitudine.

istum, quum fuistis rebelles aduersus Dominum.

8 Sed & in Horeb ad iram concitastis Dominum, & iratus Dominus [11] contra vos, voluit vos excindere,

9 Quum scilicet ascenderem in montẽ, vt acciperem tabulas lapideas, tabulas [12] fœderis quod Dominus ferijt vobiscum, [13] & manerem in monte quadraginta dies & quadraginta noctes: [14] [quando] nec panem comedi, nec aquam bibi.

10 Et dedit quidem mihi Dominus duas tabulas lapideas, scriptas [15] digito Dei: erantq; in eis omnia verba quæ loquutus erat Dominus vobiscum in monte de medio ignis, in die [16] comitiorum.

11 Exactis tandem quadraginta diebus & quadraginta noctibus, dedit mihi Dominus duas tabulas lapideas, tabulas fœderis.

12 Dixitq; mihi Dominus, Surge, & festinanter hinc descende, quoniam [17] perperam egit populus tuus quem eduxisti de Ægypto, recesserunt cito de via quam [18] præscripseram eis: fecerunt [enim] sibi simulachrum fusum.

13 Et rursum dixit Dominus ad me in hæc verba, [19] Vidi populũ istũ, & en populus est præfractæ ceruicis,

14 Sine vt excindam eos [20] & deleam nomen eorum sub cœlo, & [21] faciam te in gentem robustiorem & maiorem quàm sint illi.

15 Vertens itaq; descendi de monte, mons autem igne ardebat, erantq; tabulæ fœderis in ambab. manibus meis:

16 [22] Et vidi, & ecce peccaueratis in Dominũ Deum vestrum, & feceratis vobis vitulum fusum, recesseratis citò de via quam vobis præscripserat.

17 Et apprehensis duabus tabulis, abieci eas de ambabus manibus meis, atq; confregi eas vobis spectantibus.

18 Prostratus ergo coram Domino, vt antea, quadraginta dies & quadraginta noctes, nec panem comedi, nec aquam bibi, propter omnia peccata vestra quæ perpetraueratis, faciendo malum in oculis Domini, vt eum ad iram prouocaretis.

19 [23] Expaui enim à naso & calore Domini quo indignabatur Dominus contra vos, vt etiam statuerit vos perdere, sed exaudiuit me Dominus etiam tunc.

20 Et aduersum Aharonem quoq; exarsit Dominus valde, [24] volens delere eum: tum supplicabam & pro Aharone illo ipso tempore.

21 Peccatum quoq; vestrum quod feceratis, nempe vitulum, tuli, & igne illum combussi, & contudi eum molendo, idq; bene, donec puluis fieret tenuis, abiecíq; puluerem eius in torrentem qui [25] è monte defluit.

22 Et in [26] Tabera quoq;, in Massa, & in Kibroth-haaba irritastis Dominum:

23 Et quum Dominus mitteret vos de [27] Kades barnea, huiusmodi mandatis, Ascendite, & occupate terram quam dedi vobis: exacerbastis os Domini Dei vestri, & non credidistis ei, neq; auscultastis voci eius.

24 [28] Amari fuistis in Dominum à die quo vos cognoui.

25 Prócidi itaque coram Domino per quadraginta dies & quadraginta noctes, [29] quibus meipsum prostraui, quoniam decreuerat Dominus quod vellet vos delere.

26 Oraui igitur ad Dominum, & dixi, Domine Deus, ne perdas populum tuum & hæreditatem tuam, quam redemisti [30] magnitudine tua, atq; de Ægypto manu valida eduxisti.

27 Recordare seruorum tuorum Abraha, Isaac & Iacob, & ne respicias ad duritiam huius populi, ad impietatem eius, & ad peccatum eius.

28 Ne fortè dicant [31] in terra de qua eduxisti nos, [32] Nõ potest eos Dominus introducere in terram quam pollicitus est eis, [33] odio habuit eos, & ob hoc eduxit eos, vt interficeret eos in deserto.

11 Heb. mansit vos ad delendos vos id est, iratus est ita vt interminaretur, se deleturum vos.
12 id est, in quibus scriptum erat pactum quod pepigerat, &c.
13 vel, tunc remansi.
14 vel, (vbi.)
15 i. diuinitus. Digito Dei, pro digito suo. Hebraismus.
16 congregationis. id est, die quo cõgregati estis, vt audiretis conditiones pacti, quod inire volebat vobiscum.
17 Heb. corrupit sese. id est, lapsus est populus in idololatriam.
18 præceperam. Legem intelligit qua vetatur idololatria.
19 vel, Contemplatus sum populum hunc, & sane populus duræ ceruicis est i. immorigerus & rebellis.
20 i. faciam vt amplius non nominentur sub cælo.
21 id est, faciam vt ex te prodeat gens numerosior & robustior illo populo Israelitico.
22 vel, Cumque aspexissem, deprehendi vos peccasse.
23 Timebam enim propter iram & indignationem qua.
24 vel, ita vt paratus esset.
25 sub. Sinai, siue Horeb.
26 Locorum nomina ex euentu imposita. Tabera, conflagrationem significat: Massa, tentationem: Kibroth-hataaba, sepulchra concupiscẽtiæ. q. d. In eo loco qui dictus fuit conflagratio, propter combustionem in eo factam, Nume. 11. a. & in eo loco qui postea & dictus est Tentatio, Exod. 17. b. & in alio loco qui postea cognominatus est Sepulchra concupiscentiæ, Num. 11. a. 27 De Cades-barne missi sunt exploratores: & quando redierunt, adhuc populus erat in Cades-barne. 28 vel, Rebelles. 29 q. d. tanto autem temporis spacio corrui antè Deum, vt orarem. 30 i. viribus tuis insuperabilibus. Declarat id, quum statim post dicit, in manu forti. 31 incolæ terræ. 32 Quia non potuit. 33 quod odio habuisset eos, ipse eos eduxit.

[illegible] [illegible] fecit, [illegible] lignea non putrescunt putredinem.
3 Praecide. vel, dolato.
4 vel, quae prius scripta erant.
5 congregatione, i. die quo congregati estis vt audiretis conditiones pacti quod inire volebat vobiscum.
6 profecti sunt.
7 i. ex Cades, vt Nume. 20. d. legitur. nam locus habent diuersa nomina.
8 Hic locus dicitur Nume. 20. d. Hor mons.
9 Non eo anno mortuus est Aaron, quo peccauit, sed quadragesimo anno post.
10 Hic locus dicitur & Oboth, Nume. 21.
11 i. parte in qua multi sunt amnes.
12 Hic non est nomen propriũ, sed appellatiuũ. Leuitas intelligit qui non erant sacerdotes.
13 sub. populo Vade Nume. 6. ad finem capitis.
14 i. inuocato eius nomine.
15 substiti. vel, steteram.
16 Tandem dixit.
17 ipsum. Hebraismus.
18 vel, totis mentibus.
19 i. toto affectu.
20 Custodiendo.
21 Eadem voce hic [illegible] [illegible] caelis q. d. caeli [illegible] qui sese latissime porrigunt. vel, & caelis caelorum. i. & omnia quae in illis sunt.
22 Veruntamẽ (vel. Tantummodo) in patrib. tuis bene placitũ est Domino [illegible] [illegible] [illegible], & dilexit [illegible] Solum patres tuos vehementissime dilexit, non alios [illegible] & propter eos solos te delegit quem amat et [illegible] beneficiis omnis generis cumulaui.
23 i. ipsis mortuus.

29 En ipsi populus tuus & haereditas tua, quos virtute tua magna & brachio extento eduxisti.

CAPVT X.

1 IN illo tempore dixit Dominus ad me, [1] Sculpe tibi duas tabulas lapideas instar priorum, & ascende ad me in montem, facies que tibi arcam ligneam.
2 Et scribam in tabulas illas verba illa quae fuerant in prioribus tabulis quas cõfregisti, ponesq; eas in eã arcam.
3 Feci igitur arcam de lignis [2] sittim, & [3] sculpsi duas tabulas lapideas instar priorum, ascendique in montem, habens duas tabulas in manu mea.
4 Et scripsit in tabulis [4] secundum priorem scripturam, decem verba quae locutus fuerat Dominus ad vos in monte de medio ignis in die [5] conuentorum, dedit que eas Dominus mihi.
5 Et conuersus descendi de monte, & posui tabulas in arcam quam extruxeram, & sunt ibi, quemadmodum praeceperat mihi Dominus.
6 Filii autem Israel [6] proficiscebantur [7] de Beeroth filiorum Iaacan in [8] Mosera, [9] vbi mortuus est Aharon atque sepultus, & functus est sacerdotio pro eo Eleazar filius eius.
7 Hinc proficiscebantur in [10] Gudgoda, & de Gudgoda in Iotbata [11] terram quae torrentes habet aquarum.
8 Tunc temporis separauit Dominus tribum [12] Leui, vt portaret arcam foederis Domini, (&) vt astaret coram Domino administrandum ei, [13] benedicereque [14] in nomine eius vsque in praesentem diem.
9 Ob hanc causam non cepit Leuita partem & haereditatem cum fratribus suis, sed Dominus est haereditas illorum sicut Dominus Deus tuus illis loquutus est.
10 Ego autem [15] steti in monte iuxta priores dies, quadraginta inquam dies & quadraginta noctes, exaudiuitque me Dominus etiam tum, & noluit te Dominus perdere.
11 [16] Et dixit Dominus ad me, Surge & praecede in profectione populum istum, vt ingrediantur & possideant terram quam iuraui patribus eorum vt traderẽ eis.
12 Et nunc Israel, quid Dominus Deus tuus petit à te nisi vt timeas [17] Dominum Deum tuum, & incedas in cunctis viis eius, diligas eum, & seruias Domino Deo tuo [18] toto corde tuo, & [19] tota anima tua?
13 [20] Vt scilicet custodias praecepta & statuta eius, quae ego praecipio tibi hodie bono tuo.
14 En Domini Dei tui caelum est, [21] & caeli caelorum, terra quoque & quicquid in ea est,
15 [22] Dumtaxat tamẽ in patres tuos amorem effudit Dominus vt eos diligeret, & elegerit semen eorum [23] post eos, nempe vos, prae omnibus populis, vt hodie (videre licet.)
16 [24] Circumcidite igitur praeputium cordis vestri, & [25] ceruicem vestram amplius ne induretis,
17 Quia Dominus Deus vester [26] ipse est Deus deorum, & [27] Dominus Dominantium, Deus magnus, fortis & metuendus qui personam non recipit, [28] neque accipit munus.
18 Ipse iustum dicit pupillo & viduae, atque amat peregrinum, [29] vt det illi victum & vestitum.
19 Diligite igitur & vos peregrinum, quia peregrini fuistis in terra Aegypti.
20 Dominum Deum tuum time, & ei serui, adhaere ei, & iura [30] per nomen eius.
21 Ipse est [31] laus tua, & Deus tuus, qui fecit [32] tecum magnalia haec, & terribilia illa quae viderunt oculi tui.
22 Cum septuaginta animabus descenderunt patres

29 Qui sunt populus tuus & haereditas tua, quos eduxisti in fortitudine tua magna, & in brachio tuo extento.

CAPVT X.

1 IN tempore illo dixit Dominus ad me, Dola tibi duas tabulas lapideas, sicut priores fuerunt, & ascende ad me in montẽ, faciesq; arcam ligneam,
2 Et scribam in tabulis verba quae fuerunt in his quas ante confregisti, ponesque eas in arca.
3 Feci igitur arcam de lignis setim: cumque dolassem duas tabulas lapideas instar priorum, ascendi in montem, habens eas in manibus.
4 Scripsitque in tabulis iuxta id quod prius scripserat, Verba decem, quae locutus est Dominus ad vos in monte de medio ignis, quando populus congregatus est: & dedit eas mihi.
5 Reuersusque de monte, descendi, & posui tabulas in arcam quam feceram, quae hucusque ibi sunt, sicut mihi praecepit Dominus.
6 ‖Filii autem Israel mouerunt castra ex Beroth filiorum-Iacan in Mosera, ‖vbi Aaron mortuus & sepultus est, pro quo sacerdotio functus est Eleazar filius eius.
7 Inde venerunt in Gadgad: de quo loco profecti, castrametati sunt Getebatha, in terra aquarum atque torrentium.
8 Eo tempore separauit tribum Leui, vt portaret arcam foederis Domini, & staret coram eo in ministerio, ac benediceret in nomine illius vsque in praesentem diem.
9 Quam ob rem non habuit Leui partem, neque possessionem cum fratribus suis: quia ipse Dominus possessio eius est, sicut promisit ei Dominus Deus tuus.
10 Ego autem steti in monte, sicut prius, quadraginta diebus ac noctibus: exaudiuitque me Dominus etiam hac vice, & te perdere noluit.
11 Dixitque mihi, Vade, & praecede populum, vt ingrediatur, & possideat Terram quam iuraui patribus eorum, vt traderem eis.
12 Et nunc Israel quid Dominus Deus tuus petit à te, nisi vt timeas Dominum Deum tuum, & ambules in viis eius, & diligas eũ, ac seruias Domino Deo tuo in toto corde tuo, & in tota anima tua:
13 Custodiasq; mãdata Domini, & ceremonias eius quas ego hodie praecipio tibi, vt bene sit tibi?
14 En Domini Dei tui caelum est, & caelum caeli, terra, & omnia quae in ea sunt:
15 Et tamen patribus tuis conglutinatus est Dominus, & amauit eos, elegitque semen eorum, post eos, id est vos, de cunctis Gentibus, sicut hodie comprobatur.
16 Circumcidite igitur praeputium cordis vestri, & ceruicem vestram ne induretis amplius:
17 Quia Dominus Deus vester ipse est Deus deorum, & Dominus dominantium, Deus magnus & potens, & terribilis, ‖ qui personam non accipit, nec munera.
18 Facit iudicium pupillo & viduae, amat peregrinum, & dat ei victum atque vestitum.
19 Et vos ergo amate peregrinos, quia & ipsi fuistis aduenae in Terra Aegypti.
20 ‖Dominum Deum tuum timebis, & ei soli seruies: ipsi adhaerebis, iurabisq; in nomine illius.
21 Ipse est laus tua, & Deus tuus, qui fecit tibi haec magnalia & terribilia quae viderunt oculi tui.
22 † In septuaginta animab. descenderũt patres

A Instauratio tabularum. Exod. 34. a
Arca in qua tabulae.
Moyses ascendit in montem cum tabulis.
B Nume. 33. d
Nume. 20. d
Tribus Leui, ministerio Domini praeficitur.
C Moyses in mõte 40 diebus.
Timere Deum.
Ambulare in viis Dei.
Diligere.
Seruire Deo.
Magnitudo & bonitas Dei.
Amor Dei.
Electio.
D Circumcisio cordis.
Deus personam accipit.
1. Par. 19. c
Iob. 34. b
Rom. 2. b
Gala. 2. b
Timor Dei.
supra 6. c
Matth. 4. b
Lucae 4. b
Iuramentum.
Laus.
† Gene. 46. c

24 i. Tollite velum & operimentum quo impeditur cor vestrum & mens vestra ne videat. Curate vt videat cor vestrum, & cernat res agendas vobis. 25 Hoc est, ne posthac renuetis Domino obsequi. 26 i. solus est Deus, qui primas tenet inter omnes deos. 27 q. d. longe maior, & potentior est iis quos idololatrę deos vocant. 28 sub. vt iniuste iudicet. 29 dando ei. 30 i. [illegible], non autem per nomen idoli cuiuscunque. 31 Hebraismus. i, de quo gloriari debes, iactando eius beneficia erga te. 32 i. tua causa. In gratiam tuam fecit has res [illegible]. A quo tanta beneficia accepisti. 33 i. Cum patres tui descenderunt in Aegyptum, tantum erant septuaginta personae. Heb. animae.

tui in Ægyptum & ecce nunc multiplicauit te Dominus Deus tuus sicut astra cæli.

tres tuus in Ægyptũ,[13] & nunc posuit te Dominus Deus tuus[14] & multiplicauit te veluti stellas cæli.

CAPVT XI.

A *Exhortatio ad primum præceptum seruandum. Amor Dei. Opera Dei erga Israelem.*

1 AMa itaque Dominum Deum tuum, & obserua præcepta eius & ceremonias, iudicia atque mandata omni tempore.

2 Cognoscite hodie (quæ ignorant filii vestri qui non viderunt) disciplinam Domini Dei vestri, magnalia eius & robustam manum, extentúmque bracchium.

3 Signa & opera quæ fecit in medio Ægypti Pharaoni regi, & vniuersæ terræ eius.

4 Omniq; exercitui Ægyptiorum, & equis ac curribus: quomodo operuerint eos aquæ Maris rubri, cum vos persequerentur, & deleuerit eos Dominus vsq; in præsentem diem:

5 Vobísque quæ fecerit in solitudine, donec veniretis ad hunc locum:

Dathan & Abiron. Num. 16. c.

6 Et Dathan atque Abiron filiis Eliab, qui fuit filius Ruben: quos aperto ore suo terra absorbuit cum domibus & tabernaculis, & vniuersa substantia eorum, quam habebant in medio Israel.

7 Oculi vestri viderunt omnia opera Domini magna quæ fecit.

vt

8 Vt custodiatis vniuersa mandata illius, quæ ego hodie præcipio vobis, & possitis introire, & B possidere Terram ad quam ingredimini.

Iuramentum Dei.

9 Multóq; in ea viuatis tempore: quam sub iuramento pollicitus est Dominus patribus vestris, & semini eorum, lacte & melle manantem.

ingrederis

Terra promissionis, qualis.

10 Terra enim ad quam ingredieris possidendam, non est sicut Terra Ægypti de qua existi, vbi iacto semine in hortorum morem aquæ ducuntur irriguæ:

11 Sed montuosa est & campestris, de cælo expectans pluuias.

Oculi Dei.

12 Quam Dominus Deus tuus semper inuisit, & oculi illius in ea sunt à principio anni vsque ad finem eius.

13 Si ergo obedieritis mandatis meis, quæ ego hodie præcipio vobis, vt diligatis Dominum Deũ vestrum, & seruiatis ei in toto corde vestro, & in tota anima vestra:

Toto corde Deo seruiendum. Abundantia temporalium.

14 Dabit pluuiam terræ vestræ temporaneã & serotinã, vt colligatis frumẽtum, & vinũ, & oleum.

15 Fœnúmq; ex agris ad pascenda iumenta, & vt ipsi comedatis ac saturemini.

16 Cauete ne forte decipiatur cor vestrum, & recedatis a Domino, seruiatísque diis alienis, & adoretis eos:

Idololatria fugienda.

17 Iratúsq; Dominus claudat cælum, & pluuiæ non descendant, nec terra det germen suum, pereatísq; velociter de Terra optima quam Dominus C daturus est vobis.

Verbum Dei in corde & ob oculos semper habendum. Supra 6. b.

18 Ponite hæc verba mea in cordib. & in animis vestris, & suspendite ea pro signo in manibus, & inter oculos vestros collocate.

19 Docéte filios vestros, vt illa meditentur, quando sederis in domo tua, & ambulaueris in via, & accubueris atq; surrexeris.

20 Scribes ea super postes & ianuas domus tuæ:

Filii docendi verbum Dei.

21 Vt multiplicentur dies tui, & filiorum tuorũ in Terra quam iurauit Dominus patribus tuis vt daret eis quamdiu cælum imminet terræ.

Diligere Deũ. Ambulare in via Dei.

22 Si enim custodieritis mandata quæ ego præcipio vobis, & feceritis ea, vt diligatis Dominum Deum vestrum, & ambuletis in omnibus viis eius, adhærentes ei.

23 Disperdet Dominus omnes Gẽtes istas ante

1 Dilige itaq; Dominum Deum tuum, & [1] obserua custoditionem eius, ritus eius, iudicia eius, & præcepta eius, idq; cunctis diebus.

2 [2] Cognoscite hodie (quoniam [3] non sunt filii vestri, qui non cognouerunt neq; viderunt, [4] disciplinam Domini Dei vestri, [5] magnalia eius, [6] manum eius validam, & bracchium eius extentum.

3 Signa eius & opera eius, quæ fecit inter Ægyptios, Pharaoni regi Ægypti. Et vniuersæ regioni eius,

4 Quæ denique fecit copiis Ægypti, equis eius, atq; curribus eius, [7] quomodo redundare fecerit aquas maris carectosi super eos, dum illi insectarentur vos a tergo, perdideritq; eos Dominus vsque in præsentem diem:

5 Sed & quæ fecit [8] vobis [9] in deserto donec veniretis ad locum istum:

6 Item quæ fecit ipsis Dathan & Abiram, & filiis Eliab filii Ruben, dum terra os suum aperiret, & deuoraret eos, simulq; domus eorum, & tentoria eorum, & cunctam substantiam eorum, [?] quam habebant in medio vniuersi Israelis.

7 [10] Etenim oculi vestri viderunt vniuersum opus Domini magnum quod fecit.

8 Custodite igitur omnia præcepta, quæ ego præcipio tibi hodie, vt corroborati introeatis & possideatis terram, ad quam vos transitis possidendam.

9 Et vt prorogetis dies super terram quam iurauit Dominus patribus vestris, [11] vt daret illis, atq; semini eorum terram fluentem lacte & melle.

10 Quoniam terra ista ad quã tu iam proficisceris vt occupes eam, non est sicut terra Ægypti de qua egressi estis, vbi seminabas semen tuum, & [12] rigabas pedibus tuis quemadmodum hortum olerum.

11 Terra autẽ ista ad quã vos transitis vt eã possideatis, montes habet & valles, & [13] ex aquis cælestibus irrigatur.

12 Hanc terram Dominus Deus tuus [14] inuisit, suntq; oculi Domini Dei tui iugiter super eam, ab initio anni ad finem vsq;.

13 Si itaq; diligenter audieritis præcepta mea, quæ ego præcipio vobis hodie, [15] vt diligatis Dominum Deum vestrum, & seruiatis ei toto corde vestro, & toto animo vestro.

14 [16] Dabo pluuiam terræ vestræ suo quoq; tempore, pluuiam [17] temporaneam & serotinam, vt colligas frumentum tuum, vinum tuum, & oleum tuum.

15 Dabo insuper herbam in agro tuo pro iumentis tuis, vt & tu comedas & satieris.

16 Cauete autem ne cor vestrum seducatur, vt recedatis & seruiatis diis aliis, adoretisq; eos.

17 Et exardescat ira Domini contra vos, claudatq; cælum ne veniat pluuia, & terra non det prouentum suum, pereatisq; cito de terra ista bona, quam Dominus dat vobis.

18 [18] Reponite itaq; verba ista mea in cor vestrũ, & in animum vestrum, eaq; vt signum ligate in manu vestra, vt sint [20] veluti monumentum inter oculos vestros.

19 Docete etiam ea filios vestros, [21] vt semper loquantur de eis, quum sedes domi tua, & quum es in itinere, quum cubitum vadis, quum surgis.

20 Scribes quoq; ea super postes domus tuæ, & in portis tuis.

21 Vt prorogẽtur dies vestri, & dies filiorũ vestrorum super terram, quam iurauit Dominus patribus vestris, [22] vt daret eis, [23] tanti per dum dies cæli sunt super terram.

22 Nam si diligenter custodieritis omnia præcepta illa quæ ego præcipio vobis, vt faciatis ea, nempe vt diligatis Dominum Deum vestrum, & ambuletis in omnibus viis eius, adhæreatisq; ei.

23 Tunc exterminabit Dominus cunctas Gentes istas

stellas. 14 Hebr. [illegible] 8. semper [illegible] respicit si quid desit. 15 vel, [illegible] Dominum Deum vestrum, & colendo eum 16 [illegible] sue temporanea vocatur quæ [illegible] semente [illegible]

Serotina autẽ [illegible] in Martio, quum iam [illegible] 18 vel, sed ponite. 19 [illegible] animum & affectum [illegible] 20 vel, frontalia

21 vt loquamini de eis [illegible] quando ambulabis per viam [illegible] q. d. omni tempore

22 quod tandem eis [illegible] daret, 23 tamdiu [illegible] quamdiu cæli imminebunt terræ, hoc est in æternum.

ad i. sub adventum vestrum.
23 q. d. à deserto Sin Meridionali, & Libano qui est in parte Septentrionali, & Euphrate Orientali, vsque ad &c. Tempore Salomonis ditio Hebræorum protensa est in Euphratem, nec ante.
26 i. mediterraneum.
27 Heb. Nullus stabit coram vobis. i. Nemo resistet vobis.
28 Hebraismus, pro, Dominus reddet vos formidabiles incolis omnium terrarum quas calcaturi estis.
29 vel, propositurus sum
30 vel, fœlicitatem & infœlicitatem.
31 Quorum vises non estis experti, neque eorum miracula vidistis.
32 vel, dabis. i. te hortatore & auspice curabit Iosue pronunciandam benedictionem à Leuitis: cui respõdebunt tribus quæ erunt in monte Garizim. Lege autem capitis XXVII. huius libri, & Iosue VIII. caput.
33 Hebræi per interrogationem legunt, an non isti sunt trans Iordanem &c. qua interrogatione affirmant.
34 vel, in latere viæ quæ vergit ad occasum
35 vel, campestribus
36 Liene. Locus est iuxta Sichem.
37 vel, daturus est

CAP. XII.
1 vel, Hæ sunt ceremoniæ & leges quas
2 Intendo (ea)
3 Subaudiendum, (quæ in-quam facere debetis.) postea sequatur, cunctis diebus &c.
5 quæ facere debetis toto tepore quo vixeritis in

[23] à facie vestra, & vos occupabitis Gentes magnas, & quæ robustiores sunt vobis.

24 Omnis locus quem planta pedis vestri calcauerit, vester erit, [25] à deserto & Libano, à fluuio inquam Euphrate, vsque ad mare [26] vltimum, erunt limites vestri.

25 [27] Nemo audebit vobis resistere quoniam [28] pauorem vestrum & timorem vestrum dabit Dominus Deus vester super faciem totius terræ, quam calcaturi estis, sicut loquutus est vobis.

26 En ego [29] pono hodie in conspectu tuo [30] benedictionem & execrationem.

27 Benedictionem (quidem,) si obtemperaueritis præceptis Domini Dei vestri, quæ ego præcipio vobis hodie.

28 Execrationem vero, si non obedieritis præceptis Domini Dei vestri, sed recesseritis à via quam ego præcipio vobis hodie, vt sequamini deos alios, [31] quos non nouistis.

29 Quum itaq; Dominus Deus tuus introduxerit te in terram, ad quam tu proficisceris vt eam possideas, [32] pones benedictionem super montem Garizim, & execrationem super montem Ebal.

30 [33] Qui sunt trans Iordanem [34] post viam occasus Solis in terra Chananæi, qui habitat in [35] planicie e regione Gilgal, iuxta [36] querceta More.

31 Nam vos transibitis Iordanem, vt intrantes possideatis terram, quam Dominus Deus vester [37] dat vobis, hæreditatéque accipietis eam, & habitabitis in ea.

32 Obseruate ergo vt faciatis omnia statuta & iudicia quæ ego hodie vobis propono.

facie vestram, & possidebitis eas quæ maiores & fortiores vobis sunt.

24 § Omnis locus quem calcauerit pes vester, vester erit. à deserto, & à Libano, à & flumine magno Euphrate vsq; ad mare Occidentale erunt termini vestri.

25 Nullus stabit contra vos: terrorem vestrum & formidinem dabit Dominus Deus vester super omnem terram quam calcaturi estis, sicut locutus est vobis.

26 En propono in conspectu vestro hodie benedictionem & maledictionem:

27 Benedictionem, si obedieritis mandatis Domini Dei vestri, quæ ego hodie præcipio vobis:

28 Maledictionem, si non obedieritis mandatis Domini Dei vestri, sed recesseritis de via quam ego nunc ostẽdo vobis, & ambulaueritis post deos alienos, quos ignoratis.

29 Cum verò introduxerit te Dominus Deus tuus in Terram ad quam pergis habitandam, pones benedictionem super montem Garizim, maledictionem super montem Hebal:

30 Qui sunt trans Iordanem post viam quę vergit ad Solis occubitum in Terra-Chananæi, qui habitat in campestribus cõtra Galgalam, quæ est iuxta vallem tendentem & intrantem procul.

31 Vos enim transibitis Iordanem, vt possideatis Terram quam Dominus Deus vester daturus est vobis, vt habeatis & possideatis illam.

32 Videte ergo vt impleatis ceremonias atque iudicia quæ ego hodie ponam in conspectu vestro.

Iosue. 1. a.
à
D
Benedictio obedientib' verbo Dei, maledictio non credentibus.
Garizim mons Hebal mons.
infra. 27. b. c. d.

CAPVT XII.

1 [1] HÆc sunt statuta & iudicia, quæ custodietis [2] vt faciatis in terra quam Dominus patrum tuorum tibi dedit vt illam possideas, [3] cunctis diebus quibus victurus es super terram.

2 Omnino vastabitis omnia loca in quibus coluerunt Gentes ([4] quas vos occupabitis) deos suos, super montes excelsos super colles, & sub omni arbore frondosa.

3 Diruetis aras earum, & statuas eorum confringetis, atque lucos eorum igne comburetis, & sculptilia deorum quos habent concidetis, & [5] abolebitis nomen eorum de loco illo.

4 Vos non [6] sic facietis Domino Deo vestro.

5 Sed eum locum (quem elegerit Dominus Deus vester ex cunctis tribubus vestris, [7] vt ponat nomen suum ibi, [8] habitetq; illic) quæretis, atq; illo venietis.

6 Illuc afferetis holocausta vestra, victimas vestras, decimas vestras, [9] munus liberale manus vestræ, vota vestra, voluntaria vestra munera, atq; primogenita armentorum, & gregum vestrorum.

7 Ibiq; epulabimini coram Domino Deo vestro, & [10] lætabimini in omnibus (ad quæ admoliti eritis manum vestram) vos & domus vestra, [11] in quibus benedixit te Dominus Deus tuus.

8 [12] Ne feceritis iuxta omnia quæ nos [13] hodie [14] hic facimus, vnusquisq; scilicet quod sibi visum fuerit.

9 Nec enim adhuc venistis ad requiem & hæreditatem, quam Dominus Deus tuus daturus est tibi.

10 [15] Quum vero transmisso Iordane in terra habitaueritis, quam Dominus Deus vester tradidit vobis possidendam (& requiem vobis dederit de cunctis hostibus vestris qui circumquaque sunt, sederitisque securi.)

11 Ad locum quem elegerit Dominus Deus vester,

1 HÆc sunt præcepta atque iudicia quæ facere debetis in Terra quam Dominus Deus patrũ tuorum daturus est tibi, vt possideas eam, cunctis diebus quibus super humum gradiêris.

2 Subuertite omnia loca in quibus coluerunt Gentes (quas possessuri estis) deos suos, super mõtes excelsos, & colles, & subter omne lignum frondosum.

3 Dissipate aras earum, & confringite statuas, lucos igne comburite, & idola comminuite: disperdite nomina earum de locis illis.

4 Non facietis ita Domino Deo vestro:

5 Sed ad locum quem elegerit Dominus Deus vester de cunctis tribubus vestris, vt ponat nomen suum ibi, & habitet in eo, venietis:

6 Et offeretis in loco illo holocausta & victimas vestras, decimas & primitias manuum vestrarum, & vota atq; donaria, primogenita boum & ouium.

7 Et comedetis ibi in conspectu Domini Dei vestri: ac lætabimini in cunctis ad quæ miseritis manum vos & domus vestræ, in quibus benedixerit vobis Dominus Deus vester.

8 Non facietis ibi quæ nos hic facimus hodie, singuli quod sibi rectum videtur.

9 Neq; enim vsque in præsens tempus venistis ad requiem, & possessionem quam Dominus Deus vester daturus est vobis.

10 Transibitis Iordanem, & habitabitis in Terra quam Dominus Deus vester daturus est vobis, vt requiescatis à cunctis hostibus per circuitum: & absq; vllo timore habitetis.

11 In loco quem elegerit Dominus Deus ve-

A
Fugienda idololatria.
Comedendum in loco quem elegerit Dominus in Terra promissionis.
Faciendũ quod Deus præcipit, non quod rectũ nobis videtur.
B

Terra quam dederit vobis. 4 vel, quarum possessiones adituri estis. Alii colebant idola in montibus altissimis, alii in collibus, alii in locis frondosis & opacis. 5 i. ita subuertite locum, vt ne memoria quidem idolorum relinquatur in eo 6 i. talia qualia faciunt Gentes. q. d. Non vbi vnque libuerit, colere Deum vestrum, sed contenti eritis vos ad eum locum quem &c. 7 i. vt illic colatur 8 vel, & tabernaculum suum. Chaldæus para. & domum habitationis suæ. 9 vbiationem i. primitias vestras, quas soletis offerre Deo. Sic in sequentibus intelligendum. 10 i. posteaquam sic feceritis, prospere succedet vobis quicquid tractaueritis, quia Deus benedicet vobis. 11 Potius vertendum, quia benedicet 12 i. Non facietis omnino vt nos &c. 13 Ante ingressum scilicet Terræ Gaffa 14 i. extra Terram sanctam. 15 vel, Sed transibitis Iordanem, & habitabitis in terra quam Dominus Deus vester daturus est vobis iure hæreditario, & abiq; vobis requiem ab omnibus inimicis vestris per circuitum, habitabitisq; confidenter. Erit autem, ad locum &c. vel, Ad eum autem locum quem &c.

Exc. Vt

*vestra.
*commoratur (sing.num.
A sanguine abstinendum.
Decima vbi comedebantur.
*filia tua.
†manet (singul. num.
Leuita alendi.
Gene 28.c
Esaia 29.c
Sanguis non comedendus.
*tuarum.
Idololatria fugienda.
*ingrederis.

ket. vt sit nomen eius in eo, illuc omnia quæ
præcipio, conferetis, holocausta, * & hostias ac
decimas, & primitias manuum vestrarum: & quic-
quid præcipuum est in muneribus quæ vouistis
Domino.
12 Ibi epulabimini coram Domino Deo vestro,
vos & filii ac filiæ vestræ, famuli & famulæ atque
Leuites, qui in vrbibus vestris * cõmorantur. neq;
enim habet aliam partem & possessionẽ inter vos.
13 Caue ne offeras holocausta tua in omni lo-
co quem videris:
14 Sed in eo quem elegerit Dominus, in vna
tribuum tuarum offeres hostias, & facies quæcun-
que præcipio tibi.
15 Si autem comedere volueris, & te esus car-
nium delectauerit, occide, & comede iuxta benedi-
ctionem Domini Dei tui, quam dedit tibi in vrbi-
bus tuis: siue immũdum fuerit, hoc est maculatũ &
debile: siue mundũ, hoc est integrũ & sine macula,
quod offerri licet, sicut capream & ceruũ comedes.
16 Absque esu dumtaxat sanguinis, quem super
terram quasi aquam effundes.
C 17 Non poteris comedere in oppidis tuis deci-
mam frumenti, & vini & olei tui, primogenita ar-
mentorum & pecorum, & omnia quæ voueris, &
sponte offerre volueris, & primitias manuũ tuarũ:
18 Sed coram Domino Deo tuo comedes ea in
loco quem elegerit Dominus Deus tuus, tu & filius
tuus & * filia, & seruus & famula, atque Leuites,
qui † manent in vrbibus tuis: & lætaberis & refi-
cieris coram Domino Deo tuo in cunctis ad quæ
extenderis manum tuam.
19 Caue ne derelinquas Leuiten in omni tem-
pore quo versaris in Terra.
20 Quando dilatauerit Dominus Deus tuus ter-
minos tuos, sicut locutus est tibi, & volueris vesci
carnibus quas desiderat anima tua:
21 Locus autem quem elegerit Dominus Deus
tuus, vt sit nomen eius ibi, si procul fuerit, occides
de armentis & pecoribus quæ habueris, sicut præ-
cepi tibi, & comedes in oppidis tuis, vt tibi placet.
22 Sicut comeditur caprea & ceruus, ita vesce-
ris eis: & mundus & immundus in commune ves-
centur.
23 Hoc solum caue, ne sanguinem comedas.
sanguis enim eorum pro anima est: & idcirco non
debes animam comedere cum carnibus.
24 Sed super terram fundes quasi aquam,
D 25 Vt bene sit tibi & filiis tuis post te, cum fece-
ris quod placet in conspectu Domini.
26 Quæ autem sanctificaueris, & voueris Do-
mino, tolles, & venies ad locum quem elegerit
Dominus:
27 Et offeres oblationes tuas carnem & sangui-
nem super altare Domini Dei tui: sanguinem ho-
stiarum * fundes in altari, carnib autẽ ipse vesceris.
28 Obserua, & audi omnia quæ ego præcipio
tibi, vt bene sit tibi & filiis tuis post te in sempiter-
num, cum feceris quod bonum est & placitum in
conspectu Domini Dei tui.
29 Quando disperdiderit Dominus Deus tuus
ante faciem tuam gentes ad quas * ingredieris pos-
sidendas, & possederis eas, atq; habitaueris in Ter-
ra earum:
30 Caue ne imiteris eas, postquam te fuerint in-
troeunte subuersæ, & requiras ceremonias earum,
dicens, sicut coluerunt gentes istæ deos suos, ita &
ego colam.
31 Nõ facies similiter Domino Deo tuo. omnes

vt in eo ponat nomen suum, adducetis omnia quæ ego
præcipio vobis, nempe holocausta vestra, sacrificia vestra,
decimas vestras, munus liberale manus vestræ, omnia
vota vestra selecta quæ voueritis Domino.
12 *Et [16] lætabimini coram Domino Deo vestro, vos*
& filii vestri, filiæ vestræ, & ancillæ vestræ, sed & Leuita
[17] *qui est intra portas vestras: quoniam ei nec partem*
nec hæreditatem habet vobiscum.
13 *Caue ne fortè sacrifices holocausta tua in omni lo-*
co quem videris,
14 *Sed in loco quem elegerit Dominus in vna tri-*
buum tuarum, ibi inquam sacrifices holocausta tua, &
illic fac quæcunque ego præcipio tibi.
15 *Verumtamen pro omni animi tui desiderio [18] ma-*
ctabis, & comedes carnem, iuxta [19] benedictionem Do-
mini Dei tui quam dedit tibi, [20] in omnibus portis tuis:
tam immundus quàm mundus ex eo comedent, quemad-
modum capream aut ceruum:
16 [21] *Modo sanguinem ne edatis, sed in terram effun-*
datis veluti aquam.
17 *Non poteris comedere [22] in portis tuis decimam*
frumenti tui, nec musti tui, nec olei tui, nec primogenita
armentorum tuorum, & gregum tuorum, sed nec omnia
vota tua quæ tu voueris, nec voluntaria tua, nec [23] mu-
nus magnificum manus tuæ,
18 *Sed coram Domino Deo tuo comedes ea, in loco*
quem elegerit Dominus Deus tuus, tu & filius tuus, at-
que filia tua, seruus tuus & ancilla tua, atque Leuita
qui est intra portas tuas: [24] lætaberisque coram Domi-
no Deo tuo in cunctis ad quæ [25] admoueris manũ tuam.
19 *Caue ne fortè deseras Leuitam cunctis diebus tuis*
super terram tuam.
20 *Quum dilatauerit Dominus Deus tuus [26] limi-*
tem tuum, quemadmodum pollicitus est tibi, & dixeris,
Comedam carnes, (habet enim animus tuus desiderium
edendi carnem) poteris pro omni desiderio animi tui car-
nes edere.
21 *Si verò procul à te fuerit locus quem elegerit Do-*
minus Deus tuus, vt illuc ponat nomẽ suum, mactabis de
armentis tuis & gregibus tuis quæ dederit tibi Dominus,
quemadmodum præcepi tibi, & comedes in portis tuis
[27] *pro omni desiderio animi tui,*
22 [28] *Et sicut caprea comeditur, atq; ceruus, sic co-*
medes illa: mũdus & immũdus [29] pariter vescentur illis.
23 [30] *Modo in hoc sis firmus, ne sanguinem edas.*
(nam sanguis est [31] ipsa anima,) ne ergo comedas ani-
mam cum ipsa carne.
24 *Ne inquam comedas ipsum, sed eum in terram*
[32] *vt aquam effundes.*
25 *Ne comedas ipsum, vt bene tibi sit, & filiis tuis*
post te, [33] sed fac quod rectum est in oculis Domini.
26 [34] *Attamen sancta tua quæ fuerint tibi, & vo-*
ta tua tolles, & venies ad locum quem elegerit Dominus.
27 *Faciesque holocausta tua, [35] carnem & sangui-*
nem super aram Domini Dei tui: sanguis verò sacrificio-
rum tuorum effundetur iuxta aram Domini Dei tui, &
carnem ipsam comedes.
28 *Obserua & audi omnia verba ista quæ ego præci-*
pio tibi, vt bene tibi sit, atque filiis tuis post te perpetuò.
(id q; fiet) si feceris quod bonum & rectum est in oculis
Domini Dei tui.
29 *Quando succiderit Dominus Deus tuus [36] ante*
te gentes ad quas tu venies, vt eas possideas, sicq; eas oc-
cupes, & in terra earum habites:
30 *Caue tibi nequando [37] quum iam deuastatæ sunt)*
[38] *sectando eas illaquearis: [39] ne scilicet requiras deos ea-*
rum, dicens, Quemadmodum gentes illæ Deos suos [40] co-
luerunt, sic ego quoque faciam.
31 [41] *Nequaquam sic facies Domino Deo tuo: nam*

16 vel, epulabimini cum lætitia.
17 i. qui habitat in vrbibus vestris.
18 sub. animalia munda. q. d. Si quando libuerit comedere carnes, occide, & manduca.
19 Benedictionem pro opibus ponit i. secundum opes tuas.
20 i. in quacunque vrbe habitaueris, vbicunque locorum fueris.
21 Ita dumtaxat, vt sanguinem non comedatis, verum effundatis illum in terram tanquam aquam. i. vt solet effundi aqua. Ceruus & caprea mundæ erant animalia, sed Deo non solebant offerri.
22 Ierosolymis poterant comedere, non autem in aliis vrbib. Altera pars decimarum debebatur Leuitis qui extra Ierusalem agebant, & altera his qui Ierosolymis erant. Et Ierosolymis tum licebat edere cũ Leuitis de decimis & primogenitis. Lege infra. CAP. XIV.
23 oblationem.
24 vel, epulaberis cum gaudio.
25 miseris. i. in omnibus facultatibus tuis.
26 vel, regionẽ tuam. Vox enim Hebræa G V E B V L terminum significat & regionem, quod regio finibus & terminis circũscribi soleat.
27 i. prorsus vt vt desideraris, & quantumcunq; libuerit.
28 verum ea lege vt quemadmodum comedi solet caprea, &c.
29 Aut, simul. i. sine discrimine vesci poterunt his carnibus, quia Deo non sunt oblatæ.
30 Sed roborare, vt ne &c. i. robustus esto, vel constanter abstine ab esu sanguinis, aut forti animo abstine.
31 i. sedes animæ quia sanguine alitur & seruatur vita, animam vocat vitam. 32 vt scilicet ebibatur à terra, non aliter quam aqua. 33 quum feceris. vel, facies enim quod placet, &c. 34 Verumtamen sanctificata tua quæ fuerint apud te. i. ea quæ consecraueris Domino Deo tuo. 35 ex carne & sanguine. 36 i. sub. aduentum tuum: 37 postquam deletæ fuerint à facie tua, 38 te in laqueum conijcias post eas. i. ne imiteris cultum illarum gentium. 39 i. ne inquiras de cultu idolorum illarum gentium, 40 colebant, &c. Præteritum perfectum pro imperfecto. 41 i. Non afficies Dominum hac contumelia vt cum eo vnà colas deos alienos.

quidquid abominandum est Domino, quodq́ odit, fecerunt diis suis: [41] etenim & filios suos & filias suas igne diis suis [41] combusserunt.

32 Quidquid ego vobis pracipio, id obseruabitis vt faciatis: ad hoc nihil addes, ab eo nihil detrahes.

CAPVT XIII.

1 SI [1] surrexerit in medio tui propheta, aut [2] qui somnium somniet, [3] dederitque tibi aut signum aut portentum,

2 Eueneritque signum [4] & [5] portentum quod pradixit tibi, atque is dixerit, Eamus post deos alios (quos non nouisti.) & [5] seruiemus eis:

3 Non audies verba propheta illius, aut eius qui somniauerit huiusmodi somnium, quia tentat vos Dominus Deus vester, [6] num sitis amantes Domini Dei vestri in toto corde vestro, & in tota vestra anima.

4 Incedite post Dominum Deum vestrum, illum timete, illius pracepta custodite, illius vocem audite, illi seruite atque illi adharete.

5 Propheta autem talis, aut somniorum somniator interfici debet, eo quòd [7] defectionem loquutus sit à Domino Deo vestro (qui eduxit vos de terra Ægypti, & redemit te de domo seruitutis.) vtque te depelleret a via quam [8] praescripsit tibi Dominus Deus tuus, vt in ea ambulares [9] & ideo exterminabis malum e medio tui.

6 [10] Si te clanculum solicitauerit frater tuus [11] filius matris tua, aut filius tuus, aut filia tua, aut vxor [12] gremii tui, aut [13] proximus quem vt propriam vitam (amas.) [14] dicendo, Eamus, & seruiamus diis aliis, quos nec tu nouisti, nec patres tui,

7 Fuerintque ex diis [15] populorum qui circum vos sunt, siue prope fuerint tecum, siue procul a te, ab vna extremitate terra, ad aliam extremitatem terra:

8 Ne acquiescas ei, neque audies eum, nec parcat ei oculus tuus, [16] neque indulgeas, neque abscondas eum,

9 Sed omnino occidas eum, & manus tua prima sit in eo [18] vt occidatur talis, deinde & manus totius populi.

10 Obrue eum lapidibus donec moriatur: hoc enim molitus est, vt depelleret te a Domino Deo tuo, qui te eduxit de terra Ægypti, de domo seruitutis.

11 Hoc omnes Israelita audiant & timeant, ne vltra designent rem tam nephandam in medio tui.

12 Si [19] in aliqua vrbium tuarum, quam Dominus Deus tuus dat tibi vt in eis habites, audieris (hanc famã,)

13 Egressi sunt viri [20] Belial è medio tui, & sollicitarunt ciues vrbis sua hisce verbis, Eamus, & seruiamus diis aliis quos non nouistis:

14 Inquiras, inuestiges & interroges diligenter: & si verum est & certum verbum illud, quod ab istiusmodi abominatio facta sit in medio tui,

15 Omnino feries inhabitatores illius ciuitatis gladio, & vastato eam gladio, & quicquid in ea est, etiam iumenta eius.

16 Vniuersa autem spolia eius comportabis in medium [21] fori eius, & succendes vrbem igne, & in vniuersum omnia spolia eius [22] Domino Deo tuo, vt sit perpetuò [23] aceruus, nec reedificetur amplius.

17 Nec harebit in manu quidquã de illo [24] herem: vt reuertatur Dominus a furore ira sua, [25] & intimos affectus erga te commoueatur, misereaturque tui, & multiplicet te, quemadmodum iurauit patribus tuis.

18 [26] Audies itaq. vocem Domini Dei tui, [27] vt custodias omnia pracepta eius qua ego pracipio tibi hodie, vt [28] quod rectum est in oculis Domini Dei facias.

CAPVT XIV.

1 Filii estis vos Domini Dei vestri, ne ergo [2] laceretis vosipsos, [3] neque ponetis caluitium inter oculos vestros propter mortuum.

---

enim abominationes quas auersatur Dominus, fecerunt diis suis, offerentes filios & filias, & comburentes igni. — *Filios comburentes.*

32 Quod praecipio tibi, hoc tantum facito Domino: nec addas quicquam, nec minuas. — *Verbum Dei.* Sup. 3. d Prouerb. 30. b

CAPVT XIII.

1 SI surrexerit in medio tui prophetes, aut qui somnium vidisse se dicat, & praedixerit signum atq; portentum, — A *Pseudopropheta miraculis à verbo Dei abducens.*

2 Et euenerit quod locutus est, & dixerit tibi, Eamus, & sequamur Deos alienos (quos ignoras) & seruiamus eis:

3 Non audies verba prophetae illius aut somniatoris: quia tentat vos Dominus vester, vt palàm fiat vtrum diligatis eum an non, in toto corde, & in tota anima vestra. — *Miraculis tentat fidem nostram Deus.*

4 Dominum Deum vestrũ sequimini, & ipsum timete, & mãdata illius custodite, & audite vocem eius: ipsi seruietis, & ipsi adhaerebitis.

5 Propheta autem ille aut fictor somniorum interficietur: quia locutus est vt vos auerteret a Domino Deo vestro, qui eduxit vos de Terra Ægypti, & redemit vos de domo seruitutis: vt errare te faceret de via quã tibi praecepit Dominus Deus tuus: & auferes malum de medio tui. — B

6 Si tibi voluerit persuadere frater tuus filius matris tuae, aut filius tuus vel filia, siue vxor quae est in sinu tuo, aut amicus quem diligis vt animam tuam, clàm dicens, Eamus, & seruiamus Diis alienis, quos ignoras tu & patres tui, — *Occidendus qui à fide & fiducia in Deum abducere tentet, etiamsi sit vxor.*

7 Cunctarum in circuitu Gentiũ quae iuxta vel procul sunt, ab initio vsq; ad finem terrae:

8 Non acquiescas ei, nec audias, neq; parcat ei oculus tuus, vt miserearis & occultes eum,

9 Sed statim interficies: sit primùm manus tua super eũ, & post te omnis populus mittat manum. — Infr. 17. b C

10 Lapidibus obrutus necabitur: quia voluit te abstrahere à Domino Deo tuo, qui eduxit te de Terra Ægypti de domo seruitutis.

11 Vt omnis Israel audiens timeat, & nequaquã vltrà faciat quippiam huius rei simile.

12 Si audieris in vna vrbium tuarum, quas Dominus Deus tuus dabit tibi ad habitandum, dicentes aliquos, — *Ciuitatem à fiducia in Deũ abductam, iubet ipse Deus comburere, & habitatores occidere.*

13 Egressi sunt filii belial de medio tui, & auerterunt habitatores vrbis suae, atq; dixerunt, Eamus, & seruiamus Diis alienis quos ignoratis:

14 Quaere solicitè & diligenter rei veritate perspecta, si inueneris certũ esse quod dicitur, & abominationem hanc opere perpetratam,

15 Statim percuties habitatores vrbis illius in ore gladii, & delebis eam, omniaq; quae in illa sunt vsq; ad pecora.

16 Quicquid etiam supellectilis fuerit, congregabis in medio platearũ eius, & cũ ipsa ciuitate succẽdes, ita vt vniuersa consumas Domino Deo tuo, & sit tumulus sempiternus: non aedificabitur amplius. — D

17 Et non adhaerebit de illo anathemate quicquam in manu tua: vt auertatur Dominus ab ira furoris sui, & misereatur tui, multiplicetq; te, sicut iurauit patribus tuis,

18 Quando audieris vocem Domini Dei tui, custodiens omnia praecepta eius quae ego praecipio tibi hodie, vt facias quod placitum est in conspectu Domini Dei tui.

CAPVT XIV.

1 Filii estote Domini Dei vestri: non vos incidetis, nec facietis caluitium super mortuo: — A *Non imitandus ritus Gentium super mortuum.*

---

41. item etiam filios. 43 comburebãt.
CAP. XIII. 1 vel, extiterit. 2 somnians somnium, i. fictor somniorum. q.d. Si quis inter vos dicat se praeditũ prophetia, aut somniandi arte. 3 i. ediderit aliquod miraculũ. 4 aut. 5 vel, seruiamus. 6 vt sciatur (aut palàm fit) an diligatis Dominũ Deum vestrum 7 vel, auersionẽ contra Dominum, &c. i. verbis voluit vos auocare a cultu Dei. 8 praecepit. 9 & auferes malum, &c. i. delebis hominẽ huiusmodi, ne amplius tecum versetur. 10 vel, Si tibi voluerit suadere. 11 i. vterinus 12 i. quae dormire solet in sinu tuo. vel, quã amplecti soles. 13 vel, amicus. 14 Heb. in occulto (siue clam) dicendo. 15 quos colunt populi qui circa te habitant, siue sint tibi vicini, siue procul à te absint, ab extremo vno terrae (siue regionis) vsq; ad aliud extremum: 16 neque misereatis [illegible] quia [illegible] non parcat ei oculus tuus quũ dicit, neq. miserearis q. d. non parcat ei oculus tuus, id est, ne miserearis eius. 17 vel, neque rem silentio transigas. 18 vt interficias illum. i. tu primus in eum iacies lapidem vt interficias illum. 19 de aliqua. 20 i. homines impii & nihil de congregatione tua. 21 vel, plateae. 22 i. in honorẽ Domini Dei tui 23 [illegible] 24 anathemate. i. non retinebis apud te quicquã [illegible] ac facultatibus [illegible] debes & prorsus perdi. 25 Heb. & det tibi [illegible] [illegible] 26 Quando [illegible] Pendet à praecedenti versu. 27 custodiendo. 28 i. quod gratum est Domino. CAP. XIV. 1 vel, Cum [illegible] Morem [illegible] esse docet hic Moses. 2 incidatis. Cultris scilicet, aut vnguibus [illegible] 3 quasi [illegible] non tondebitis partem anteriorem capitis, quae est inter oculos vestros, sicut Gentes faciunt quae spem non habent.

Sup.7.a infr.26.d.
Animalia munda.
Leuit.11.a

2 Quoniam populus sanctus es Domino Deo
tuo: & te elegit vt sis ei in populum peculiarem de
cunctis gentibus quæ sunt super terram.
3 Ne comedatis quæ immunda sunt.
4 Hoc est animal quod comedere debetis, Bo-
uem & ouem, & capram,
5 Ceruum & capream, bubalum, tragelaphum,
pygargum, orygem, camelopardalum.
6 Omne animal quod in duas partes findit vn-
gulam & ruminat, comedetis.

Immunda.

7 De his autem quæ ruminant, & vngulam nō
findunt, hæc comedere non debetis, camelum, lé-
porem, chœrogryllum: quia ruminant, & non di-
uidunt vngulam, immunda erunt vobis.

B

8 Sus quoq; quoniam diuidit vngulam, & non
ruminat, immunda erit. carnibus eorum nō vesce-
mini, & cadauera non tangetis.

Pisces mundi & immundi.
Aues immundæ.

9 Hæc comedetis ex omnibus quæ morantur in
aquis, Quæ habēt pinnulas, & squamas, comedite:
10 Quæ absq; pinnulis & squamis sunt, ne co-
medatis, quia immunda sunt.
11 Omnes aues mundas comedite.
12 Immundas ne comedatis: Aquilam scilicet,
& gryphem, & haliæetum,
13 Ixon, Et vulturem ac miluum iuxta genus
suum:
14 Et omne coruini generis,
15 Et struthionem, ac noctuam & larum, atque
accipitrem iuxta genus suum:
16 Herodium ac cygnum, & ibin,
17 Ac mergulū, porphyrionem, & nycticoracē,
18 Onocrotalum, & charadrium, singula in ge-
nere suo: vpupam quoq; & vespertilionem.
19 Et omne quod repit & pennulas habet, im-
mundum erit, & non comedetur.

C

20 Omne quod mundum est, comedite.

Morticina non comedenda.
Peregrinus.
Exod. 23.c 34.d

21 Quicquid autem morticinum est, ne vesca-
mini ex eo: peregrino qui intra portas tuas est, da
vt comedat, aut vende ei. quia tu populus sanctus
Domini Dei tui es. ¶ Non coques hœdum in lacte
matris suæ.
22 Decimam partē separabis de cunctis fructib.
tuis quæ nascuntur in terra per annos singulos.
23 Et comedes in conspectu Domini Dei tui, in
loco quem elegerit vt in eo nomen illius inuoce-
tur, decimam frumēti tui & vini, & olei, & primo-
genita de armentis & ouibus tuis: vt discas timere
Dominum Deum tuum omni tempore.

D

24 Cum autē longior fuerit via, & locus quem
elegerit Dominus Deus tuus, tibique benedixerit,
nec potueris ad eum hæc cuncta portare:
25 Vendes omnia, & in pretium rediges, por-
tabisq; manu tua, & proficiscēris ad locum quem
elegerit Dominus Deus tuus:
26 Et emes ex eadem pecunia quicquid tibi
placuerit, siue ex armentis, siue ex ouibus, vinum
quoque, & siceram, & omne quod desiderat anima
tua: & comedes coram Domino Deo tuo, & epula-
beris tu & domus tua,
27 Et Leuita qui intra portas tuas est: caue ne
derelinquas eum, quia non habet aliam partem in
possessione tua.

Leuita, peregrini, pupilli & viduæ alenda.

28 Anno tertio separabis aliam decimam ex o-
mnibus quæ nascuntur tibi eo tempore: & repones
intra ianuas tuas.
29 Venietq; Leuites qui aliam non habet par-
tem nec possessionem tecum, & peregrinus ac pu-

2 Nam populus[4] sanctus es Domino Deo tuo, & te e-
legit Dominus, vt sis ei populus peculiaris præ omnibus
populis qui sunt super superficiem terræ.
3 Nihil ergo quod [5]abominandum est[5] comedas.
4 [6]Hoc est pecus quod comedetis, bouem, pecudem
ouium, & pecudem caprarum,
5 Ceruum, capream, [7]ibicem, [8]hircoceruum, [9]vni-
cornem, [10]vrum, & [11]tarandum.
6 Et omne animal quod separat vngulam, & findit
fissuram vtriusq; vngulæ, [12]ruminationem sursum reuo-
cans [13]in pecoribus, hoc comedetis.
7 Hoc tamen non comedetis ex his quæ ruminationem
sursum reuocant, & ex his quæ vngulam separant [14]ad
fissuram; nempe camelum, léporem, & cuniculum, quæ
quidem ruminationem reuocant, at vngulam non sepa-
rant, immunda ergo erunt vobis.
8 [15]Et sus tametsi vngulam separat, non tamen rumi-
nat, ideo immundus sit vobis. [16]De carne talium non co-
medetis, & cadauer eorum non tangetis.
9 Hoc verò comedetis ex omnibus quæ in aqua sunt.
Quidquid pinnulas habet & squamas, comedetis:
10 Quidquid verò pinnulas & squamas non habet,
non comedetis, immundum sit vobis.
11 Omnem auem mundam comedetis.
12 Hæc verò sunt de quibus non comedetis, Aquila,
[17]accipiter, aquila marina,
13 [18]Vultur, [19]pica & miluus iuxta speciem suam.
14 Omnis quoq; coruus iuxta speciem suam,
15 [20]Struthio, noctua, [21]cuculus, nisus iuxta speciē
suam.
16 [22]Nicticorax, [23]bubo, porphyrio, [24]ibis, pelecan[9],
17 Et mergulus,
18 Ciconia, [25]graculus iuxta speciem suam, vpupa,
& vespertilio.
19 Quicquid ex volucribus repit, immundum sit
vobis, nec comedatur.
20 Omnem verò volucrem mundam edere potestis.
21 Ne edatis vllum morticinū, sed peregrino qui est
intra portas tuas dabis illud, vt ipsum comedat, aut ven-
das ipsum alieno, quia tu populus [26]sanctus es Domino
Deo tuo. [27]Ne coquas hœdum in lacte matris suæ.
22 [28]Exactè decimabis cunctos prouentus sementis
tuæ, quos ager singulis annis profundet.
23 Et comedes[29] coram Domino Deo tuo (in loco quē
elegerit[30] vt nomen suum illic ponat) [31]decimam fru-
menti tui, vini tui, & olei tui, atq; primogenita armen-
torum tuorum, & gregem tuorum, vt discas timere Do-
minum Deum tuum cunctis diebus.
24 [32]Quod si longior fuerit via quàm tu sis ferendo,
quandoquidem procul est à te locus ille quem elegerit
Dominus Deus tuus, vt ponat nomen suum illic, [33]fortu-
naritq; te Dominus Deus tuus,
25 [34]Dabis pro pecunia, & colligata pecunia in fas-
ciculum in manum tuam, ibis ad locum quem elegerit
Dominus Deus tuus.
26 Et [35]expendes pecuniam pro omnibus quæ desiderat
animus tuus pro bobus & pro ouibus, pro vino & sicera,
pro cunctis denique quæ auet animus tuus, & comedes ibi
coram Domino Deo tuo, & lætaberis tu atque domus
tua.
27 Et Leuitam qui est [36]intra portas tuas [37]ne dese-
ras quia nec partem nec hæreditatem tecum habet.
28 A fine tertii anni [38]selige omnes decimas annona
tuæ illius anni, & repones intra [39]portas tuas.
29 Venietq; Leuita, qui non habet partem & hære-
ditatem tecum, & peregrinus, pupillus atque vidua, qui

4 i. consecratus.
5 i. de carnibus cuiuslibet animalis immundi.
6 Hæc sunt animalia, quorum carnibus vesci potestis:
7 vel, bubalum. siue, bouem syluestrem,
8 hircum syluestrem. vel, tragelaphum,
9 LXX. pygargum verterunt, qui species est aquilæ. Hic autem loquitur de gressilibus terrestribus: vnde rectius vertas damam.
10 siue, bouem syluestrem,
11 capram rupicolam.
12 reuocans cibum. ruminans.
13 in genere animantium.
14 fissam i. ex habentibus vngulam diuisam & fissam.
15 Neque porcū (sub. comedetis:) quia.
16 Hic satis declarat quid immundum animal vocet, vt etiam statim post.
17 ossifraga.
18 Ixos. A videndo nomen habet Hebraice, quod acie oculorum valeat. è genere vulturum est, sed minor, albus,
19 vultur.
20 vel, Struthio camelus.
21 vel, larus & accipiter. Græcè ibpuš Vng. facte.
22 vel, Bubo, aut, Vlula.
23 vel, Ibes & cygnus.
24 vel, Et onocrotalus & porphyrio.
25 vel, charadrium.
26 i. cōsecratus.
27 i. Non elixabis hœdillum vnà cum matre. nam crudele esset. vel, Non parabis hœdillum in ea re quæ illi vnicum alimentum & vitæ profugium esse solet, quod est lac caprarum hoc enim crudele esset.

28 Decimam partem dabis omnis fructus seminis tui quod prodierit ex agro.

tuo. 29 i. in Ierusalem, non extra Ierusalem: quod verbis sequentibus declarat, cum dicit, in loco quem elegerit, &c. 30 i. vt illic colatur. 31 Per decimam frumenti, intellige eam portionem quæ e decima debebatur Leuitis Ierosolymitanis. Edebant autem de has portione Ierosolymis qui decimas persoluebant. 32 Heb. Quod si creuerit præ te via. Scriptum continens sequentibus verbis exponit, nempe, quod non possis ferre illam (decimam) quoniam procul, &c. 33 Heb. benedixerit i. copiosas opes tibi dederit. 34 i. commutabis illas decimas pecunia. 35 i. eme quicquid voles. Pecunia quam contraxerant e decima & primogenitis diuenditis emebant Israelitæ Ierosolymis quæ offerrent Domino. Præterea eadem pecunia emebant quod ederent coram Domino Ierosolymis cum Leuitis suis & tota familia. Lege secundum caput Iohannis. 36 i. consistentem tuum. 37 ne negligas. 38 vel, promes omnes decimas prouentus tui anno ipso. 39 Heb. in vrbibus tuis.

40 I., comedent ad saturitatem. Hebraismus. 41 Heb. benedicat. i. vt det Dominus fœlicem successum operibus tuis.

CAP. XV.

2 Heb. In extremitate. scilicet priore. i. Initio septimi anni: siue Septimo tandem anno. Cum septimus annus aduenerit. Vox Hebræa KES, significat extremitatem, quod non solum de enim rei, sed & de initio intelligendum est. 2 facies. i. remittetis debita debitoribus qui non fuerint soluendo. 3 regula. i. Hoc autem pacto remittentur debita. 4 Heb. dominus debiti. vel, mutui. 5 id quod manu sua dederit (vel, crediderit) socio suo, non repetet (vel, non poterit exigere) a socio suo. aut a fratre suo: quia promulgata est remissio Domino. vel, quia promulgauit. sub. is qui promulgare debet, siue hoc munere fungi debet, præco nempe, remissionem in honorem Domini. 6 Hebr. at id quod fuerit tibi apud fratrem tuum remittet manus tua. 7 Præterquam si non sit pauper in te. i. in vrbe tua. vel, Præterquam quum nō erit pauper in te. Aut, Nisi quū non erit pauper, &c. i. Nisi frater tuus sit diues. q. d. Pauperibus fratribus remittes pecuniam creditam: verum diuites fratres excipio, quibus non remittes quod mutuum dederis, quum habeant vnde reddere possint.

sunt intra portas tuas, & [40] comedent atq; saturabuntur, Vt [41] locupletet te Dominus Deus tuus in cunctis opere manus tuæ quod feceris.

pillus, & vidua, qui intra portas tuas sunt, & comedent, & saturabuntur: vt benedicat tibi Dominus Deus tuus in cunctis operibus manuum tuarum quæ feceris.

CAPVT XV.

1 *A [1] Principio septimi anni [2] facias remissionem. Hæc verò sit [3] ratio remissionis.*

2 *Omnis [4] creditor [5] remittere debet manum suam, scilicet qui mutuo dedit proximo suo, neq; vrgeat proximum suum aut fratrem suum: nam indicta est remissio Domino.*

3 *Ab alienigena poteris exigere: [6] qui verò frater tuus est, hunc requiescere finat manus tua.*

4 *[7] Omnino non sit in te inops: quoniam [8] vbertim locupletabit te Dominus in terra quam Dominus Deus tuus dat tibi, vt eam hæreditate possideas,*

5 *[9] Modo diligenter audias vocem Domini Dei tui, vt custodias [10] & facias totum istud præceptum, quod ego tibi hodie præcipio.*

6 *Quandoquidem Dominus Deus tuus [11] te locupletauit quemadmodum pollicitus est tibi: [12] mutuo dabis multis gentibus, tu verò [13] mutuo nihil accipies: dominaberis gentibus multis, ipsæ verò tibi non dominabuntur.*

7 *Si fuerit in te pauper aliquis, scilicet ex fratribus tuis, intra vnam [14] portarum tuarum, in terra tua, quā Dominus Deus tuus dabit tibi: ne obfirmes cor tuum, neque [15] contrahas manum tuam a fratre tuo paupere.*

8 *Sed [16] liberaliter aperias illi manum tuam. & [17] des illi mutuum quod satis sit penuriæ eius qua laborat.*

9 *Caue [18] ne fortè subeat cor tuum cogitatio impia, talis scilicet, Accelerat annus septimus, annus videlicet remissionis, & ob hoc [19] malignus sit oculus tuus erga fratrem tuum pauperem, ita vt non des ei, & ille clamet cōtra te ad Dominum, [20] fiatq; tibi peccatum.*

10 *Omnino dabis ei, [21] & non sit pectus tuum malignum quum tu das ei: nam huius rei gratia Dominus Deus tuus [22] locupletabit ac fortunabit te in cunctis operibus tuis, & in cunctis ad quæ admoueris manum tuam.*

11 *Quoniam nunquam deerunt [23] pauperes in terra: proinde præcipio tibi, dicens, [24] Liberaliter aperi manum tuam fratri tuo, pauperi tuo atq; inopi tuo in terra tua.*

12 *Si venditus fuerit tibi frater tuus Ebræus aut Ebræa, seruieritq; tibi sex annis, anno septimo [25] manumittes eum à te.*

13 *Quum eum à te manumittes, ne amandes eum vacuum.*

14 *Sed [26] munifice eum circumcingas de gregibus tuis, de horreo tuo, atq; de torculari tuo, quibus te [27] locupletauit Dominus Deus tuus vt des illi.*

15 *Reuoca in memoriam quòd & tu seruus fuisti in terra Ægypti, & quòd te liberauerit Dominus Deus tuus: ob quam causam ego tibi [28] hoc præcipio hodie.*

16 *Quod si dixerit ad te, Non egrediar a te: diligo enim te & familiam tuā eo quòd [29] fuerit ei bene apud te.*

17 *Sumes subulam, [30] & transfiges eo aurem ad ostium, seruietq; tibi perpetuo, quin & famulæ tuæ [31] sic facies.*

1 Septimo anno facies remissionem, quæ hoc ordine celebrabitur. A *Remissio debitorum anno septimo.*

2 Cui debetur aliquid ab amico vel proximo ac fratre suo, repetere non poterit, quia annus remissionis est Domini.

3 A peregrino & aduena exiges: ciuem & propinquum repetendi non habebis potestatem.

4 Et omnino indigens & mendicus non erit inter vos, vt benedicat tibi Dominus Deus tuus in Terra quam traditurus est tibi in possessionem. *Alendi pauperes, neq; permittendum vt mendicent.*

5 Si tamen audieris vocem Domini Dei tui, & custodieris vniuersa quæ iussit. Et quæ ego hodie præcipio tibi,

6 Benedicet tibi, vt pollicitus est: fœnerabis Gentibus multis, & ipse à nullo accipies mutuum. Dominaberis nationibus plurimis, & tui nemo dominabitur.

7 Si vnus de fratribus tuis, qui morantur intra portas ciuitatis tuæ in terra quam Dominus Deus tuus daturus est tibi, ad paupertatem deuenerit, non obdurabis cor tuum, nec contrahes manum. *De fratre in paupertatem redacto.* B

8 Sed aperies eam pauperi, & 3 dabis mutuum quo eum indigere perspexeris. *Mutuum dandum etiamsi nō sit spes recipiendi.* Matth. 5. g Luc. 6. c

9 Caue ne fortè subrepat tibi impia cogitatio, & dicas in corde tuo, Appropinquat septimus annus remissionis, & auertas oculos tuos à paupere fratre tuo, nolens ei quod postulat mutuum commodare: ne clamet contra te ad dominum, & fiat tibi in peccatum.

10 Sed dabis ei: nec ages quippiam callidè in eius necessitatibus subleuandis: vt benedicat tibi Dominus Deus tuus in omni * tempore, & in cunctis ad quæ manum miseris. * *opere,*

11 ‖ Non deerunt pauperes in Terra habitationis tuæ: Idcirco ego præcipio tibi vt aperias manum fratri tuo egeno & pauperi, qui tecum versatur in terra. *Pauperes semper futuri.* Matth. 26. a C

12 Cùm tibi venditus fuerit frater tuus Hebræus, aut Hebræa, & sex annis seruierit tibi, in septimo anno dimittes eum liberum. *Serui & ancillæ Hebræi anno septimo libertate donandi.* Exod. 21. a Iere. 34. c

13 Et quem libertate donaueris, nequaquam vacuum abire patieris.

14 Sed dabis viaticum de gregibus, & de area & torculari tuo, quibus Dominus Deus tuus benedixerit tibi.

15 Memento quòd & ipse seruieris in Terra Ægypti, & liberauit te Dominus Deus tuus, & idcirco ego nunc præcipio tibi.

16 Sin autem dixerit, Nolo egredi, eo quòd diligat te, & domum tuam, & bene sibi apud te esse sentiat:

17 Assumes subulam, & perforabis aurem eius in ianua domus tuæ, & seruiet tibi vsque in æternum: ancillæ quoque similiter facies. *Auris perforata seruis quid significet.*

8 Heb. benedicendo benedicet. Sub. si hoc feceris. 9 Si tamen vel. Quod ita demum fiet, si audieris, &c. 10 opera implendo. 11 Hebr. benedicet tibi. Vertī possunt hæc ad hunc modum. Cum autem Dominus Deus tuus benedicet tibi, sicut pollicitus est, tum accepto pignore dabis mutuum gentibus, &c. 12 tum accepto pignore mutuabis. 13 vel, nihil mutuaberis dato pignore. 14 vrbium. 15 vel, claudas. 16 Heb. aperiendo aperias. 17 Heb. accepto pignore mutuo dabis ei. ... sententiam inopiæ eius quo inhibuerit. i. Sed aperta manu accepto pignore dabis illi mutuo id quo indiguerit. Posterioribus verbis declarat quid intelligendum per hæc præcedentia, Aperiendo aperies illi manum. 18 Heb. ne sit aliquid cum corde tuo impium, dicendo, Propinquus est. 19 vel, improbus. i. Caue ne auertas oculos tuos a fratre tuo paupere, vt solent qui nolunt misereri pauperum. Esa. 58. ex Hebræo, Cum videris nudum, operi eum: & à carne tua ne abscondas te. Improbo oculo opponitur benignus, Prouerb. 22. ex Hebræo, Benignus oculo, & ipse benedicetur, quia ipse dedit de pane suo pauperi. 20 sitque in te peccatum. Sed, &c. i. & punieris. 21 nec malignum erit cor tuum dando illi. vel, nec grauetur animus tuus dando illi. aut molestia afficiatur. i. ne grauare, molesto, siue ægre taueas illum. 23 Heb. benedicet tibi. 24 His locus de priuatis pauperibus intelligitur, quia apud Iudæos nulli erat mendici publici. 25 Hebr. aperiendo aperi. 25 Heb. dimittes liberum a te. i. donabis eum libertate, & sines eū ire quo volet. 26 Heb. onerando onerabis eum, &c. i. dabis illi oues frumentum, &c. 27 Heb. benedixerit. Hoc est, dabis illi de iis quæ Dominus sua liberalitate impenderit tibi. 28 nempe de seruis. 29 Heb. bonum sit illi tecum, i. sentiat sibi bene esse apud te. 30 vel, & tam per eius aurem in portam adiges. 31 i. ancillam donabis libertate quemadmodum & seruum. De libertate donanda ancilla loquitur: non autem de perforanda illi aure, non enim perforabantur aures ancillarum.

18 Non auertas ab eis oculos tuos quãdo dimiseris eos liberos: quoniam iuxta mercedem mercenarii per sex annos seruiuit tibi: vt benedicat tibi
D Dominus Deus tuus in cunctis operibus quæ agis.

Primogenita Deo sanctificanda qualia esse debeant.

19 De primogenitis quæ nascuntur in armentis, & ouibus tuis, quicquid est sexus masculini, sanctificabis Domino Deo tuo: non operaberis in primogenito bouis, & non tondebis primogenita ouium.

Leuit. 22. a. Eccl. 35. b.

20 ‖ In conspectu Domini Dei tui comedes ea per annos singulos in loco quem elegerit Dominus, tu & domus tua.

21 Sin autem habuerit maculam, & vel claudũ fuerit vel cœcum, aut in aliqua parte deforme vel debile, non immolabitur Domino Deo tuo.

22 Sed intra portas vrbis tuæ comedes illud: tam mundus quàm immundus similiter vescentur eis quasi caprea, & ceruo.

23 Hoc solum obseruabis, vt sanguinẽ eorum non comedas, sed effundes in terram quasi aquam.

CAPVT XVI.

Tria Iudæorũ festa primaria.

Phase.

A 1 Obserua mensem nouarum frugum, & verni primum temporis, vt facias Phase Domino Deo tuo: quoniam in isto mense eduxit te Dominus Deus tuus de Ægypto nocte.

2 Immolabisque Phase Domino Deo tuo de ouibus, & de bobus in loco quem elegerit Dominus Deus tuus, vt habitet nomen eius ibi.

3 Non comedes in eo panem fermentatum: septem diebus comedes absq; fermento afflictionis panem: quoniam in pauore egressus es de Ægypto: vt memineris diei egressionis tuæ de Ægypto omnibus diebus vitæ tuæ.

4 Non apparebit fermentatum in omnibus terminis tuis septem diebus, & non remanebit de carnibus eius quod immolatum est vespere in die primo, vsque mane.

5 Non poteris immolare phase in qualibet vrbium tuarum, quas Dominus Deus tuus daturus
B est tibi:

** immolabis, † sine contaminatione.*

6 Sed in loco quẽ elegerit Dominus Deus tuus, vt habitet nomen eius ibi: * immolabisq.† phase vespere ad solis occasum, quando egressus es de Ægypto.

7 Et coques, & comedes in loco, quem elegerit Dominus Deus tuus, manéque consurgens vades in tabernacula tua.

8 Sex diebus comedes azyma: & in die septima, quia collecta est Domini Dei tui, non facies opus.

Pentecoste.

9 Septem hebdomadas numerabis tibi ab ea die qua falcem in segetem miseris.

10 Et celebrabis diem festum hebdomadarum Domino Deo tuo, oblationem spontaneam manus tuæ, quam offeres iuxta benedictionem Domini Dei tui:

11 Et epulaberis coram Domino Deo tuo, tu & filius tuus, & filia tua, & seruus tuus, & ancilla tua, & Leuites qui est intra portas tuas, & aduena ac
C pupillus & vidua, qui morantur vobiscum: in loco quem elegerit Dominus Deus tuus, vt habitet nomen eius ibi.

12 Et recordaberis quoniã seruus fueris in Ægypto: custodiesq; ac facies quæ tibi præcepta sunt.

Festum tabernaculorum.

13 Solennitatem quoque tabernaculorum celebrabis per septem dies quando collegeris de area & torculari fruges tuas:

18 [32] Ne grauetur tuum manumittere à te: quoniam [33] duplex est merces mercenarii sex illis annis quibus tibi seruiuit, & Dominus Deus tuus [34] dabit tibi rerum successum & fœlicitatem in omnibus quæ feceris.

19 Omne primogenitum quod natum fuerit in armento tuo, in grege tuo quod masculum est [35] consecrabis Domino Deo tuo [36] neq; operaberis primogenito bouis tui, neq; tondebis primogenitum gregis tui.

20 In conspectu Domini Dei tui comedes illud per singulos annos, in loco quem elegerit Dominus, tu & domus tua.

21 Quòd si vitium aliquod fuerit in eo, nempe si fuerit claudum, vel cæcum, vel habuerit aliud malum vitium, non mactabis illud Domino Deo tuo.

22 Sed [37] intra portas tuas comedes illud: tam immundus quàm mundus [38] pariter, [39] vt capream & ceruum.

23 [40] Modo ne sanguinem eius edas, sed in terram eum vt aquam fundas.

1 Obserua mensem [1] Abib, vt facias Passah Domino Deo tuo: quoniam in mense [2] Abib Dominus Deus tuus de Ægypto noctu te eduxit.

2 Sacrificabis igitur [3] Passah Domino Deo tuo, oues & boues in loco quem elegerit Dominus, [4] vt illic nomen suum ponat.

3 Non comedas [5] in eo fermentatum, sed septem diebus placentas infermentatas comedes, [6] panes afflictionis: eo quòd [7] festinanter egressus sis de terra Ægypti, [8] vt recorderis dies exitus tui de terra Ægypti cunctis diebus vitæ tuæ.

4 Nec videbitur [9] tibi fermentum in omnibus finibus tuis septem diebus, neque pernoctet ad lucem vsque de carne quam mactasti in vespera prioris diei.

5 Non poteris mactare Passah [10] intra vnam portarum tuarum quas Dominus Deus tuus [11] dederit tibi.

6 [12] Duntaxat in loco quem elegerit Dominus Deus tuus vt collocet nomen suum, illic mactabis Passah ad vesperam, quum Sol occidit [13] stato tempore quo egressus es ex Ægypto.

7 Coques itaque & comedes in loco quem elegerit Dominus Deus tuus, mane reuerteris & ibis ad tentoria tua.

8 Sex diebus comedes infermentatas placentas, die verò septimo [14] sit cœtus Domino Deo tuo, nullum opus facias.

9 Numerabis deinde tibi [15] septem hebdomadas: postquam cœperis falcem (mittere) in segetem, incipies numerare septem hebdomadas.

10 Faciésq; festum diem hebdomadum Domino Deo tuo: [16] voluntarium munus dabit manus tua, quemadmodum fortunârit te Dominus Deus tuus.

11 Et lætaberis [17] coram Domino Deo tuo, & tu filius tuus, filia tua, seruus tuus, ancilla tua, atque Leuites qui est intra portas tuas, sed & peregrinus, pupillus & vidua qui tecum versantur, [18] in loco quem eleget Dominus Deus tuus, [19] vt habitet nomen suum illic.

12 Memineris quod & tu seruus fuisti in Ægypto; ideo custodies & facies [20] ritus illos.

13 Facies deinde tibi festum diem tabernaculorum septem dies, [21] quum collegeris de area tua, atq; de torculari tuo.

32 Heb. Ne grauetur in oculis tuis quũ dimiseris eum à te donatum libertate. i. Non erit tibi molestum dimittere illũ donatum libertate, vt discedat quocunque volet.
33 duplo mercedis mercenarii seruiuit tibi sex annis: bis tanto tempore seruiuit tibi quam seruire soleat mercenarius: nempe sex annis. Mercenarii enim serui apud Hebræos operas suas locabant in tres annos.
34 Heb. benedicet tibi &c. i. fœcundabit omnia opera tua.
35 i. velut rem sacram Deo offeres.
36 i. non vteris opera primogeniti generis bubuli.
37 i. in vrbibus in quibus habitaueris.
38 vel, sine discrimine;
39 i. quemadmodum comedere possunt capream & ceruum.
40 Verùm ea lege ne &c.
CAP. XVI.
1 i. primarum aristarum, & fac Pascha Domino &c. i. Mensem Martium, vel Aprilem obserua & custodi, in quo aristæ efflorere solent: in eo mense macta agnum paschale Domino Deo tuo.
2 i. nouarum spicarum. Antecedens pro relatiuo. i. in isto mense primo, quia mensis incendium nostro Martio respondet, interdũ Aprili.
3 i. hostias paschales
4 i. vt illic colatur & inuocetur: vt illic habitet cum populo suo.
5 [illegible]
6 Per appositionem [illegible] monumenta afflictionis quã tulisti in Ægypto.

7 cum ingenti trepidatione q. d. cum tanta trepidatione & festinatione, vt non licuerit tibi commiscere fermentum tuæ conspersioni. 8 Rursum subaudiendum, comedes [illegible] panes, vt memineris &c. 9 i. apud te. 10 i. in aliqua vrbium tuarum. 11 daturus est 12 Sed 13 vel, eo mense quo &c. 14 erit solennitas Domino Deo tuo i. septimus dies celebrabitur in honorẽ Domini Dei tui. 15 De festo pentecostes loquitur in quo agebantur Deo gratiæ ob messem [illegible] Heb. quantum [illegible] erit quod abs te secundum quod benedixerit tibi Dominus Deus tuus. Et epulaberis &c. i. pro opibus tuis, vel, [illegible] facultates [illegible] 17 [illegible] vrbe in qua fuerit tabernaculum Domini. 18 Subaudi, celebrabis in quam, in loco &c. 19 vt ibi nomen suum [illegible] colatur. 20 Statuta hæc. 21 i. quum frumenta tua collegeris, & vinum tuum.

14 *Lataberisq; in die festo tuo, tu & filius tuus,*
filia tua, seruus tuus, atque ancilla tua, Leuita, pe-
regrinus, pupillus atque vidua, qui sunt intra portas
tuas.

15 *Septem diebus festum diem ages Domino Deo*
tuo, in loco quem elegerit Dominus, [22] quoniam fœli-
cem rerum successum dedit tibi Dominus Deus tuus in
cunctis [23] prouentibus tuis, & in omni opere manuum
tuarum, [24] omnino igitur sis latus.

16 *Ter in anno apparebit omnis mas tuus coram Do-*
mino Deo tuo, in loco quem elegerit, nempe in die festo in-
fermentatorum, in die festo hebdomadum, & in die festo
tabernaculorum, nec [25] apparebit in conspectu Domini
vacuus.

17 [26] *Quisque iuxta donum manus sua, & iuxta*
benedictionem Domini Dei tui, quod dedit tibi.

18 *Iudices & [27] apparitores constitues tibi secun-*
dum tribus tuas in omnibus ciuitatibus tuis, quas Do-
minus Deus tuus dat tibi, qui iudicent populum [28] iusto
iudicio. Ne flectas iudicium,

19 *Neque agnoscas [29] personas, neq; accipias mu-*
nus: quoniam munus excæcat oculos sapientum, & per-
uertit [30] causas iustas.

20 [31] *Iustitiam iustitia persequaris, vt viuas,*
& possideas terram quam Dominus Deus tuus dat
tibi.

21 *Non plantabis tibi lucum ex vllis arboribus iux-*
ta aram Domini Dei tui quam facies tibi.

22 *Neque eriges tibi statuam quam odit Dominus*
Deus tuus.

14 Et epulaberis in festiuitate tua, tu & filius tuus,
& filia, & seruus tuus & ancilla, Leuites quoque, &
aduena, & pupillus ac vidua qui intra portas tuas
sunt.

15 Septem diebus Domino Deo tuo festa cele-
brabis in loco quem elegerit Dominus: benedicét-
que tibi Dominus Deus tuus in cunctis frugibus
tuis, & in omni opere manuum tuarum, eris'que in
lætitia.

16 Tribus vicibus per annum apparebit omne *Primogenita*
masculinum tuum in conspectu Domini Dei tui
in loco quem elegerit, in Solennitate azymorum,
& in Solennitate hebdomadarum, & in Solennita- D
te tabernaculorum. ‖ Non apparebit ante Domi- Exo. 23. b. 34. c.
minum vacuus: Eccl. 16. d.

17 Sed offeret vnusquisq; secundum quod ha-
buerit iuxta benedictionem Domini Dei sui, quam
dederit ei.

18 Iudices & magistros constitues in omnibus *Quales magi-*
portis tuis, quas Dominus Deus tuus dederit tibi, *stratus esse de-*
per singulas tribus tuas: vt iudicent populum iusto *beant.*
iudicio, nec in alteram partem declinent.

19 ‖ Non accipies personam nec munera: quia supra 1. c.
munera excæcant oculos sapientum, & mutant Leuit. 19. c.
verba iustorum. Exod. 23. a.
Eccl. 20. d.

20 Iuste quod iustum est persequeris: vt viuas,
& possideas Terram quam Dominus Deus tuus de-
derit tibi.

21 Non plantabis lucum & omnem arborem
iuxta altare Domini Dei tui.

22 Nec facies tibi atq; constitues statuam: quæ
odit Dominus Deus tuus.

CAPVT XVII.

1 *NOn sacrificabis Domino Deo tuo bouem aut pecu-*
dem, in quibus sit vitium aut vllum malum, quo-
niam abominatur hoc Dominus Deus tuus.

2 *Quando inuentus fuerit in medio tui intra vnam*
[1] *portarum tuarum quas Dominus Deus tuus dat tibi,*
vir siue mulier, qui fecerit quod malum est in oculis
Domini Dei tui, ita vt transgrediatur [2] fœdus eius.

3 [3] *Ieritq; & coluerit deos alios, & adorauerit eos,*
velut solem aut lunam aut quemcunq; exercitum calo-
rum, [4] de quo non præcepi:

4 [5] *Illudq; indicatum tibi [6] & tu audieris, diligen-*
ter inquire, & en si verum & certum est, factam esse istã
abominationem in Israel.

5 *Educes virum huiusmodi aut mulierem talem qui*
perpetrarunt rem istam malam, ad portas tuas, (educes
inquam) virum aut mulierem, & obrues eos lapidibus,
[7] *& moriantur.*

6 [8] *Iuxta os duorum aut trium testium [9] morte*
mulctetur. iuxta os vnius testis non interficiatur.

7 *Manus testium prima erit contra eum ad interfi-*
ciendum eum, deinde manus totius populi, extermina bis-
que [10] malum e medio tui.

8 [1] *Si causa aliqua insolita & difficilior, quàm vt te*
ex ea expedire possis, in iudicio subor ta fuerit inter san-
guinem & sanguinem, inter litem & litem, & inter pla-
gam & plagam [12] in actionibus iudicialibus in portis
tuis, surge & ascende ad locum quem elegerit Dominus
Deus tuus.

9 *Veniesq; ad sacerdotes Leuitici generis, & ad iu-*
dicem qui in diebus illis [13] erit, & [14] inquire, illiq;
indicabunt tibi [15] quod æquum est & iustum.

10 *Tuq; ages [16] iuxta præscriptum quod tibi indi-*
cauerint de loco illo quem elegit Dominus, & obserua, vt
facias secundum omnia quæ te docuerint.

11 *Iuxta legem quam tibi præscribent, & iuxta sen-*
tentiam quam dicent tibi, ages, nec declinabis à verbo
quod tibi annuntiauerint, neque ad dexteram, neque ad sinistram.

1 NOn immolabis Domino Deo tuo bouem &
ouem, in quo est macula aut quippiam vitii: A
quia abominatio est Domino Deo tuo. *Vitiosa hostia*

2 Cumq; reperti fuerint apud te intra vnã por- *non offerenda.*
tarum tuarum, quas Dominus Deus tuus dabit ti- *Pœna idolola-*
bi, vir aut mulier qui faciant malum in conspectu *træ.*
Domini Dei tui, & transgrediantur pactum illius,

3 Vt vadant & seruiant diis alienis, & adorent
eos, solem & lunam, & omnem militiam cæli, quæ
non præcepi:

4 Et hoc tibi fuerit nunciatum, audiénsque in-
quisieris diligenter, & verum esse repereris, & abo-
minatio facta est in Israel:

5 Educes virum ac mulierem qui rem scelera-
tissimam perpetrarunt ad portas ciuitatis tuæ, & la-
pidibus obruentur.

6 ‖ In ore duorum aut trium testium peribit qui *Testes.*
interficietur: nemo occidatur, vno contra se dicen- infra 19. d.
te testimonium. Matth. 18. b.
[illegible]

7 Manus testium prima interficiet eum, & ma- supra 13. c.
nus reliqui populi extrema mittetur: vt auferas ma- B
lum de medio tui.

8 Si difficile & ambiguum apud te iudicium es- *Ambiguam &*
se perspexeris inter sanguinem & sanguinem, cau- *difficiliorem*
sam & causam, lepram & non lepram, & iudicum *causam referat*
inter portas tuas videris verba variari: surge, & *index ad sacer-*
ascende ad locum quem elegerit Dominus Deus *dotes, aut ad*
tuus. *supremum iu-*

9 Veniesq; ad sacerdotes Leuitici generis, & ad *di cem. summũ*
iudicem qui fuerit illo tempore: quæréisq; ab eis, *sacerdotem.*
qui iudicabunt tibi iudicii veritatem.

10 Et facies quodcunque dixerint qui præsunt 2. Para. 19. c.
loco quem elegerit Dominus, & docuerint te iux-
ta legem eius.

11 Sequerisq; sententiam eorum, nec declinabis C
ad dexteram, neq; ad sinistram.

22 quum bene-
dixerit. i. tuas
facultates tuas
auxerit.
23 frugibus
24 tum (vel, v-
tique) eris læ-
tus, siue tantum-
modo eris lætus.
i. nihil aliud
quam lætitiæ
indulgebis.
25 sub. quisquã.
26 i. Quisq; of-
feret quæ po-
terit, & pro mo-
do facultatum
suarum, quas de-
derit illi Domi-
nus.
27 præfectos. i.
sapientes homi-
nes qui præsint
iuri dicendo.
28 Heb. iudicio
iustitiæ. i. qui
summa æquita-
te ius dicant po-
pulo.
vel, Non incli-
nabis iudicium.
Hoc est, Tu qui
iudicio præfe-
ctus es, non in-
clinabis in alte-
ram partem a-
more aut odio.
29 i. dignitatem
litigantis.
30 Heb. verba
iustorum.
31 Heb. iustitiã
iustitiam seque-
ris. i. Quod ma-
xime iustum est.
Nihil aliud
quàm iustitiam
loqueris, siue
absoluas, siue
condemnes.
CAP. XVII.
1 [illegible]
2 [illegible]
[illegible]
3 [illegible]
[illegible]
loco ponitur, [illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
&c.
4 quod
5 vel, Et renun-
ciatum fuerit ti-
bi, sub priuatim,
6 aut audieris.
sub publice
7 vel, ita vt mo-
riatur.
8 [illegible]
[illegible]
9 [illegible]
[illegible]
10 [illegible]
[illegible]
11 Heb. [illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
centem & inno-
centem, qui aliis
[illegible] vide-
tur tibi esse in-
nocens, ab aliis nocens: inter litem actoris & litem defensoris, siue in causa ciuili, aut de vulnere inflicto 12 Heb. In rebus [illegible], vel, controuersis 13 Sub. se-
premus iudex. 14 vel, consule [illegible] quam sententiam ferre debeas, quid sis pronunciaturus 16 Heb. iuxta sermonem verbi [illegible]
[illegible] iudicauerit &c. i. iudicabis vt te docuerit iudicandum.

22 Qui

Rebellis & cōtumax puniendus.

12 Qui autem superbierit, nolens obedire sacerdotis imperio, qui eo tempore ministrat Domino Deo tuo: ex decreto iudicis morietur homo ille, & auferes malum de Israel:

13 Cunctusq; populus audiens timebit, vt nullus deinceps intumescat superbia.

Institutio Regis, & eius officium.

14 Cum ingressus fueris Terrā quam Dominus Deus tuus dabit tibi, & possideris eam, habitaueris que in illa, & dixeris, Constituam super me regem, sicut habent omnes per circuitum nationes.

15 Eum constitues quem Dominus Deus tuus elegerit de numero fratrum tuorum. Non poteris alterius gentis hominem regem facere, qui non sit frater tuus.

16 Cumq; fuerit constitutus, non multiplicabit

D sibi equos, nec reducet populum in Ægyptum, equitatus numero subleuatus, Præsertim cum Dominus præceperit vobis vt nequaquam amplius per eandem viam reuertamini.

17 Non habebit vxores plurimas quæ alliciant animum eius, neque argenti & auri immensa pondera.

Rex legat Deuteronomium Moysi.

18 Postquam autem sederit in solio regni sui, describet sibi Deuteronomium legis huius in volumine, accipiens exemplar à sacerdotibus Leuiticæ tribus,

19 Et habebit secum, legetq; illud omnibus diebus vitæ suæ: vt discat timere Dominum Deum suum, & custodire verba & ceremonias eius, quæ in Lege præcepta sunt.

20 Nec eleuetur cor eius in superbiā super fratres suos, neq; declinet in partem dexteram vel sinistram, vt longo tempore regnet ipse & [a]filius eius super Israel.

a filij

12 At si quis [17] contumaciter & superbè egerit, ita vt nolit audire sacerdotem qui astat coram Domino Deo tuo, vt ibi ministret, aut [18] iudicem, vir talis morietur, & exterminabis [19] malum ex Israele.

13 Idq; audiant omnes in populo, timeantq; ne vltra contumaciter agant.

14 Quum veneris in terram quam Dominus Deus tuus dat tibi, possederisq; eam, & in ea habitaueris, & [20] dicturus es, Constituam super me regem, quemadmodum omnes gentes quæ circum me sunt:

15 Omnino regem super te pones quem elegerit Dominus Deus tuus, de medio fratrum tuorum constitues super te regem: non autem præficere tibi poteris hominem alienum, qui non est frater tuus.

16 [21] Modo ne sibi talis equos multos paret, neque populum in Ægyptum reducat [22] vt equos multiplicet: [23] nam Dominus dixit vobis, Ne vltra redeatis per viam istam.

17 Deinde ne sibi multas mulieres paret, ne [24] recedat cor eius: neq; multiplicet sibi multum auri & argenti.

18 [*] Quum sederit in solio regni sui, [25] describet sibi exemplar huius legis in libro [26] coram sacerdotibus Leuitici generis,

19 Eritq; illud penes eum, vt legat in eo cunctis diebus vitæ suæ: vt scilicet discat timere Dominum Deum suum, & seruare omnia verba legis huius atq; statuta ista, [28] vt faciat ea.

20 [29] Et ne extollat cor suum super fratres suos, neq; recedat à præcepto neq; ad dexteram, neq; ad sinistram, vt proroget dies in regno suo, ipse & filij eius in medio Israelis.

CAPVT XVIII.

A

Leuitis nulla datur possessio.
Sup. 10. b
Num. 18. c. d
1. Cor. 9. b
Num. 18. e

1 NOn habebunt sacerdotes & Leuitæ, & omnes qui de eadem tribu sunt, partem & hæreditatem cum reliquo populo Israel, quia sacrificia Domini, & oblationes eius comedent.

2 Et nihil aliud accipient de possessione fratrum suorum: Dominus enim ipse est hæreditas eorum, sicut locutus est illis.

Leuitis quid dabatur.

3 Hoc erit iudiciū sacerdotum à populo, & ab his qui offerunt victimas: siue bouem, siue ouem immolauerint, dabunt sacerdoti armum ac ventriculum:

4 Primitias frumenti, vini & olei, & lanarum partem ex ouium tonsione.

5 Ipsum enim elegit Dominus Deus tuus de cūctis tribubus tuis, vt stet & ministret nomini Domini Dei tui ipse & filij eius in sempiternum.

B 6 Si exierit Leuites ex vna vrbium tuarum ex omni Israel in qua habitat, & voluerit venire, desiderans locum quem elegerit Dominus,

7 Ministrabit in nomine Domini Dei sui, sicut omnes fratres eius Leuitæ, qui stabunt eo tempore coram Domino.

8 Partem ciborum eandem accipiet quam & cæteri: excepto eo quod in vrbe sua ex paterna ei successione debetur.

Fugienda omnis idololatria.
Leuit. 20. d

9 Quando ingressus fueris in Terrā quam Dominus Deus tuus dabit tibi, caue ne imitari velis abominationes illarum Gentium.

10 Nec inueniatur in te qui lustret filium suum, aut filiam, ducens per ignem: aut qui ariolos sciscitetur, & obseruet somnia atq; auguria. nec sit maleficus.

1. Reg. 28. b

11 Nec incantator, neq; qui pythónes cōsulat, nec diuinos, & quærat à mortuis veritatem.

1 Sacerdotes Leuitici generis, & tota tribus Leui nec partem nec hæreditatem habebunt cum Israelitis, [sed] [1] sacrificia quæ igne consumunt Domino, & [2] hæreditatem eius comedent,

2 Et ob id nullam hæreditatem habebunt in medio fratrum suorum, sed Dominus est hæreditas eorum, sicut pollicitus est eis.

3 [3] Porrò ius sacerdotum, quod eis à populo, nempe ab his qui sacrificant sacrificia, siue bos sit, siue pecus, debetur, hoc est, Dabunt sacerdoti armum, & vtramq; maxillam atq; ventriculum.

4 Primitias quoq; frumenti tui, vini tui, & olei tui, atq; primitias velleris ouium tuarum dabis ei.

5 Nam illum elegit Dominus Deus tuus ex cunctis tribubus tuis, vt stet ad ministrandum [4] in nomine Domini, ipse & filij eius cunctis diebus.

6 Et si venerit Leuita ex vna ciuitatum tuarum ex vniuerso Israele, vbicunq; ipse commoretur, [5] venerit in quam ex omni desiderio animi sui, ad locum quem elegerit Dominus.

7 [6] Ministrabit [7] in nomine Domini Dei sui, quemadmodum omnes fratres sui Leuitæ, qui illic [8] stant in conspectu Domini.

8 [9] Æquales portiones comedent, [10] præter venditiones suas quas habent à patribus.

9 Quum tu veneris in terram quam Dominus Deus dat tibi, ne [11] assuescas facere [12] iuxta abominandos ritus Gentium istarum.

10 Non inueniatur in te [13] qui traducat filium suum aut filiam suam per ignem: nec diuinus qui diuinando futura prædicit, nec [14] mathematicus, nec veneficus, nec maleficus,

11 Nec incantator, nec consulens pythonem, nec magus, nec à mortuis sciscitans.

17 Heb. fecerit per superbiam vt non audiat sacerdotē. i. si quis per arrogantiam nolit obedire sacerdoti qui ibi steterit vt iudicet, &c.
18 intellige summum sacerdotē.
19 i. hominem perniciosum.
20 dixeris. id est, constitueris apud te.
21 Heb. ita duntaxat ne multiplicet sibi equos, &c. vel, Verumtamen ne, &c.
22 i. vt sibi amplum equitatum comparet.
23 vel, Præsertim quum Dominus dixerit, &c.
24 sub. à lege Dei.
* i. Quum cœperit regnare.
25 i. curabit sibi describi exemplar legis huius. vulgo, transumptū. Vng double de ceste loy.
26 i. ad exemplar libri sacerdotum Leuitarum q. d. ad exemplar castigatissimum, ad exemplar eorum qui sunt periti in ea lege, quales sunt Leuitæ.
27 vel, assuescat.
28 vel, opere illa complendo.
29 Vt non eleuetur cor suum. Sub. Leget in quam legem, vt, &c.

CAP. XVIII.
1 sacrificia vstulata (siue, incensa) Domino.
2 i. id quod iure hæreditario pertinebit ad eum.
3 Heb. Hoc autem erit ius sacerdotū, &c. Dabūt, &c. Hoc autem sacerdotes iure suo capient à populo qui offert victimas.
4 vel, nomine Domini. i. Domino.
5 tunc veniet toto desiderio animæ suæ. i. tunc venire poterit pro voto suo, siue prout voluerit.
6 Et ministrabit.
7 i. Domino Deo suo.
8 stabunt. stare pro ministrare ponitur: sed emphasis quadam indicat magnam observationem diligentiamque esse debere in ministris Dei.
9 Heb. Partem vt partem comedent. id est, Partem similem parti aliorum, eandem partem ciborum capient vt alij.
10 I. [illegible] maiores eorum vendiderint ius posterorum suorum, vel, præter ius illud quod venditum fuit tempore maiorum.
11 vel, discas.
12 Heb. iuxta abominationes.
13 Id est, qui cremet filium, aut filiam suam in honorem idoli alicuius.
14 præstigiator, nec augur.

12 *Abominatur enim Dominus quicunque ista facit, & ob istas abominationes excindit eos Dominus Deus tuus ante te.*
13 *Sis igitur* [15] *integer* *cum Domino Deo tuo.*
14 *Nam gentes istæ,* [16] *quas tu iam occupabis,* *audiunt mathematicos & diuinos:* [17] *tibi verò sic facere nō permittit Dominus Deus tuus.*
15 PROPHETAM [18] *de medio tui* (*nempe*) *ex fratribus tuis* [19] *sicuti me,* *excitabit tibi Dominus Deus tuus, illum audietis.*
16 [20] *Iuxta omnia quæ postulasti à Domino* *Deo tuo in Horeb* [21] *in die congregationis,* *quando dicebas,* [22] *Non vltra audiam* *vocem Domini Dei mei, & magnum hunc ignem non videbo amplius, ne moriar.*
17 *Dixitq́ Dominus ad me,* [23] *Benè egerunt in hoc quod loquuti sunt.*
18 *Prophetam excitabo eis de medio fratrum suorum, sicut te:* [24] *ponamq́ verba mea in os eius,* *& loquetur ad eos quæ mandauero* [25] *illi.*
19 *Et homo qui non audierit verba mea quæ loquetur in nomine meo,* [26] *in illum ego inquiram.*
20 *Propheta autem qui præsumpserit loqui verbum in nomine meo, quod vt loqueretur ego non præcepi: aut qui loquetur in nomine aliorum deorum: morietur propheta talis.*
21 *Quod si in corde tuo dixeris,* [27] *Quomodo scire poterimus verbum quod non loquutus est Dominus?*
22 *Quando scilicet propheta talis loquetur in nomine Domini, & non factum fuerit verbum, neq́ euenerit: hoc verbum est quod non loquutus est Dominus, sed propheta ille* [28] *temerè* *loquutus est: ne igitur metuas* [29] *ab eo.*

12 Omnia enim hæc abominatur Dominus, & propter istiusmodi scelera delebit eos in introitu tuo. C
13 Perfectus eris, & absque macula cum Domino Deo tuo.
14 Gentes istæ quarum possidebis Terram, augures & diuinos audiunt: tu autem a Domino Deo tuo aliter institutus es.
15 ‖ PROPHETAM de gente tua & de fratribus tuis sicut me, suscitabit tibi Dominus Deus tuus: ipsum audies.
16 Vt petisti à Domino Deo tuo in Horeb, quādo concio congregata est, atque dixisti, ‖ Vltrà non audiam vocem Domini Dei mei, & ignem hunc maximum amplius non videbo, ne moriar.
17 Et ait Dominus mihi, Benè omnia sunt locuti.
18 ‖ Prophetam suscitabo eis de medio fratrum suorum similē tui: & ponam verba mea in ore eius, loquetúrque ad eos omnia quæ præcepero illi. D
19 Qui autem verba eius quæ loquetur in nomine meo, audire noluerit, ego vltor existam.
20 Prophéta autem qui arrogantia deprauatus voluerit loqui in nomine meo, quæ ego non præcepi illi vt diceret, aut ex nomine alienorum deorum, interficietur.
21 Quòd si tacita cogitatione responderis, Quomodo possum intelligere verbum quod Dominus non est locutus?
22 Hoc habebis signū, Quod in nomine Domini propheta ille prædixerit, & nō euenerit: hoc Dominus non est locutus, sed per tumorem animi sui propheta confinxit: & idcirco non timebis eum.

PROPHETA CHRISTVS promittitur. Ioan. 1. g. Act. 3. d. 7. e.
Exod. 20. d.
Iohan. 1. g.
Propheta aliud quam verbum Dei prædicās, interficiendus.
Pseudopropheta quomodo dignoscendus.

15 Heb. perfectus: perfecto & sincero corde & mente pura cole Dominum Deum tuum.
16 vel, quarum hæreditates adituri es.
17 Heb. tu autē non sic: dabit tibi Dominus Deus tuus. Concisa oratio, in qua sunt multa subaudienda, hoc modo, Tu autem non sic facies, non consules diuinos: quia daturus est tibi Dominus Deus tuus terrā illarum Gentiū in hæreditatem, propterea quod diuinos consulunt.
18 è medio tui. Id est, de populo tuo.
19 vel, similem mei: Id est, quo interprete alloquetur te ipse Deus, quemadmodum me interprete alloquutus est vos in hunc vsq; diē. In typo intelligitur Iosue: veritate ipsa Christus, quem debemus audire.
20 Repetendū verbum præcedens, Suscitabit, inquam, prorsus vt petisti à Domino &c.
21 i. tempore illo quo concio illa celebris in qua lex [illegible] data fuit, coacta erat.
22 Vtinam ne vltra audiā &c.
23 Id est, & quæ dixerunt, [illegible] conuenienter.
24 Id est, per quem loquar, & qui futurus est interpres meus.
25 Id est, vnicuique eorum.
26 requiram ab eo. i. sumam pœnas de illo.
27 Id est, Qua ratione cognoscam Dominum non iussisse loqui rem id quod propheta aliquis dixerit?
28 per superbiā.
29 Heb. verbū, ne timueris tibi ab illa propheta.

CAPVT XIX.

1 *QVum exciderit Dominus Deus tuus Gentes, quarum terram Dominus Deus tuus daturus est tibi, & possederis eas, habitaueriśq in ciuitatibus earum, atq́ in domibus earum.*
2 *Separabis tibi tria oppida in medio terræ tuæ, quā Dominus Deus tibi possidendam dabit.*
3 [1] *Muniésq tibi viam,* *& in tres partes diuides limitem terræ tuæ, quam Dominus Deus tuus* [2] *dat tibi in hæreditatem,* *vt scilicet illuc confugiat omnis homicida.*
4 [3] *Hæc verò causa homicidæ illuc confugiat, vt vitam seruet,* *si scilicet quis percusserit proximum suum per imprudentiam, nec odio prosequutus sit eum antea.*
5 [6] *Vt quum quis cum proximo suo proficiscitur* *in syluam, vt ligna cædat, &* [7] *fugiente manu eius cum securi vt succidat arborem, elabatur* *ferrum è capulo, &* [8] *feriens proximum eius vt moriatur,* *is tamen fugiat* *ad vnum ex his oppidis, vt* [9] *seruet vitam.*
6 *Ne fortè* [10] *vindex* *sanguinis insequens homicidam, quum incaluerit cor eius, eum apprehendat, & quia via longa est,* [11] *vitam illius tollat:* *qui tamen iudicium mortis non (commeruit,) eo quod non est eum prosequutus odio antea.*
7 *Proinde ego præcipio tibi, dicens, Tria oppida separabis tibi.*
8 *Quod si Dominus Deus tuus limitem tuum dilatauerit, quemadmodum iurauit patribus tuis, dederitq́ tibi vniuersum terram quam pollicitus est se daturum patribus tuis,*
9 [12] *Tu custodies* *vniuersum præceptum istud, vt facias ipsum quod ego tibi hodie præcipio, vt scilicet*

1 CVm disperdiderit Dominus Deus tuus Gentes, quarum tibi traditurus est Terram, & possederis eam, habitaueriśque in vrbibus [1] eius & in ædibus: A
2 Tres ciuitates separabis tibi in medio Terræ, quam Dominus Deus tuus dabit tibi in possessionem.
3 Sternens diligenter viam: & in tres æqualiter partes totam Terræ tuæ prouinciam diuides: vt habeat è vicino qui propter homicidium profugus est, quò possit euadere.
4 Hæc erit lex homicidæ fugientis, cuius vita seruanda est, Qui percusserit proximum suum nesciens, & qui heri & nudiustertius nullum contra eum odium habuisse comprobatur:
5 Sed abiisse cum eo simpliciter in syluam ad ligna cædenda, & in succisione lignorum securis fugerit manu, ferrumq́ lapsum de manubrio, amicum eius percusserit, & occiderit: hic ad vnam supradictarum vrbium confugiet, & viuet: B
6 Ne forsitan proximus eius, cuius effusus est sanguis, dolore stimulatus, persequatur, & apprehendat eum si longior via fuerit, & percutiat animam eius qui non est reus mortis: quia nullum contra eum qui occisus est, odium prius habuisse monstratur.
7 Idcirco præcipio tibi vt tres ciuitates æqualis inter se spacii diuidas.
8 Cum autē dilatauerit Dominus Deus tuus terminos tuos, sicut iurauit patribus tuis, & dederit tibi cunctam Terram ‖ quam eis pollicitus est.
9 (Si tamen custodieris mandata eius & feceris quæ hodie præcipio tibi, vt diligas Dominum

Ciuitates perfugii homicidis causa. Num. 35. b. Iosue. 20. a.
[1] *earum*
Qui homicida innocentes
Gen. 28. a.

CAP. XIX.
1 vel, Sternésq; tibi viam sub. ad illas vrbes.
2 vel, daturus est tibi iure hæreditario possidendam.
3 Heb. Hæc est [illegible] homicidæ, qui fugiet illuc, & viuet: [illegible] illud est propter quod fugiet: vt quum illuc fugerit, [illegible] nempe si percusserit &c.
6 Quique venerit cum proximo suo [illegible]
7 Heb. impulsa fuerit manus eius in securim, ad scindendam arborem, & elabatur &c. [illegible] manu sua securim ad scindendam [illegible]
8 Heb. [illegible] proximum suum & moriatur: ipse fugiet &c. i. cadat super proximum, & ita lædat vt [illegible]
9 Heb. viuat. i. non interficiatur à iudice.
10 propinquus, cognatus eius, cuius sanguis est effusus.
11 Heb. percutiat eum percussione animæ i. lethali vulnere.
12 Si custodieris &c. Repetendum est [illegible] & daturum inquam, si custodieris.

Iosu. 20.c

Deum tuum, & ambules in viis eius omni tempore) addes tibi ‖ tres alias ciuitates, & supradictarum
C trium vrbium numerum duplicabis:

10 Vt non effundatur sanguis innoxius in medio Terræ, quam Dominus Deus tuus dabit tibi possidendam, ne sis sanguinis reus.

Voluntarius homicida occidendus à magistratibus.
Num. 35.c

11 Siquis autem odio habens proximum suum, insidiatus fuerit vitæ eius, surgensque percusserit illum, & mortuus fuerit, fugeritque ad vnam de supradictis vrbibus:

12 Mittent seniores ciuitatis illius, & arripient eum de loco effugii, tradentque in manu proximi, cuius sanguis effusus est, & morietur.

* *innoxium.*

13 Non misereberis eius, & auferes * noxium' sanguinem de Israel, vt bene sit tibi.

Termini non transferendi.

14 Non assumes, & transferes terminos proximi tui, quos fixerunt priores, In possessione tua, quam Dominus Deus tuus dabit tibi in terra quam acceperis possidendam.

Vno teste nullus condemnandus.
Supr. 17.b
Matth. 18.b
Iohan. 8.b

15 Non stabit testis vnus contra aliquem, quicquid illud peccati, & facinoris fuerit: sed in ore
D duorum aut trium testium stabit omne verbum.

Pœna falsi testis.

16 Si steterit testis mendax contra hominem, accusans eum præuaricationis,

2. Cor. 13.a
Heb. 10.e

17 Stabunt ambo, quorum causa est, ante Dominum in conspectu sacerdotum & iudicum qui fuerint in diebus illis.

18 Cumque diligentissimè perscrutantes inuenerint falsum testem dixisse contra fratrem suum mendacium:

Dan. 13.g

19 ‖ Reddent ei sicut fratri suo facere cogitauit, & auferes malum de medio tui:

Lex talionis.

20 Vt audientes cæteri timorem habeant, & nequaquam talia audeant facere.

Matth. 5.f
Exod. 21.c
Leui. 24.a

21 Et non misereberis eius, ‖ sed animam pro anima, oculum pro oculo, dentem pro dente, manum pro manu, pedem pro pede exiges.

diligas Dominũ Deũ tuũ, & ambules in viis eius cunctis diebus, [13] addasque tibi' adhuc tria oppida præter tria ista,

10 Ne scilicet effundatur sanguis innoxius in medio terræ tuæ, quam Dominus Deus tuus daturus est tibi in hæreditatem, [14] & ne sit super te sanguis.

11 Quòd si quispiam oderit proximum suum, & insidians ei, insurrexerit aduersus eum, [15] percusseritque animam eius' ita vt mortuus fuerit: ac deinde confugerit ad vnum istorum oppidorum,

12 Mittent seniores oppidi illius, & abripient eum illinc, tradentque eum in manum [16] vindicis' sanguinis, vt moriatur.

13 [17] Ne parcat ei oculus tuus,' sed [18] excindas' sanguinem innoxium ex Israele, vt bene sit tibi,

14 Ne transferas limitem proximi tui quo delimitarunt priores, in hæreditate tua quam tu occupabis in terra quam Dominus Deus tuus dat tibi possidendam.

15 Ne [19] surgat' testis vnus contra aliquem in quacunque iniquitate, in quocunque peccato, & [20] in quacunque noxa, in qua peccatum fuerit: [sed] [21] in ore duorum testium, aut in ore trium testium [22] actio confirmabitur.

16 Si surrexerit testis [23] iniquus' contra aliquẽ [24] respondendo contra illum defectionem,'

17 Stabunt ambo illi homines [25] quibus lis est,' in conspectu Domini [26] coram sacerdotibus,' & iudicibus qui fuerint illis diebus,

18 Et inuestigabunt iudices diligenter, & [27] ecce, si testis hic testis mendax fuerit, mendacium respondens' contra fratrem suum:

19 Facietis ei quemadmodum ipse scelerate cogitauerat facere fratri suo, & [28] exures' malum è medio tui.

20 Vt reliqui id audiant & timeant, neque audeant amplius designare [29] rem hanc malam' in te.

21 [30] Nec parcet oculus tuus:' [31] animam pro anima, oculum pro oculo, dentem pro dente, manum pro manu, pedem pro pede.

13 Addes tibi. Sine coniunctione legendum, quum principiũ versus versatur sic, Quando Dominus &c.
14 Heb. & sint super te sanguines. Id est, ne tibi imputetur effusio illa sanguinis, siue cædes. Hoc est, ne Deus pœnas sumat de te pro homicidio illo ne luas pœnas homicidii.
15 Percutere animam, est lethale vulnus infligere, ita vt quis moriatur.
16 Propinqui, consanguinei mortui.
17 i. Ne miserearis illius.
18 auferes. Id est, cum abis peccatum sanguinis innocentis: tolles de Israele effundentem sanguinem innocentem. Sanguinem innocentem, pro interfectore innocentis posuit.
19 Stet, id est, Testimonium vnius non est recipiendũ, quodcunque fuerit scelus.
20 In quocunque scelere.
21 Id est, ob testimonium.

22 Stabit accusatio, id est, accusatio ipsa erit stabilis & rata, si duo aut tres testimonium dixerint. 23 Heb. iniuriæ, id est, mendax & falsus. 24 Vt accuset eum rebellionis. Vel, defectionis. sub. à Deo. Aut, accusans eum auersionis, id est, impietatis: quod se a Deo auerterit. 25 Vel, qui inter se litigant. 26 Exponit quod dixerat, ante Dominum: id est, ante sacerdotes & iudices qui vicem Dei obeunt. 27 Si ille fuerit falsus testis, (&) testimonium falsum dixerit. 28 Auferes. 29 Id est, aliquid mali huic simile. 30 Instrumentum affectus pro affectu hic ponitur. Id est, Non misereberis eius. 31 Sub. exiges. Id est, eam pœnam ab eo exiges qua affectus fuisset is, in quem dixit falsum testimonium, si conuictus fuisset.

CAPVT XX.

A

Israelitis pugnã initur[i] fiducia in Deum annunciatur.

1 SI exieris ad bellum contra hostes tuos, & videris equitatus & currus, & maiorem quam tu habeas, aduersarii exercitus multitudinem, non timebis eos: quia Dominus Deus tuus tecum est, qui eduxit te de Terra Ægypti.

2 Appropinquante autem iam prælio, stabit sacerdos ante aciem, & sic loquetur ad populum,

Adhortatio qua vtebatur sacerdos imminente prælio.

3 Audi Israel, vos hodie contra inimicos vestros pugnam committitis, non pertimescat cor vestrum, nolite metuere, nolite cedere, nec formidetis eos:

4 Quia Dominus Deus vester in medio vestri est, & pro vobis cõtra aduersarios dimicabit, vt eruat vos de periculo.

Qui ad bellum procedere non debeant.
1. Mach. 3.g

5 Duces quoque per singulas turmas audiente exercitu proclamabunt, Quis est homo qui ædificauit domum nouam, & non dedicauit eam? vadat, & reuertatur in domum suam: ne fortè moriatur in bello, & alius dedicet eam.

B

Leuit. 19.c

6 Quis est homo qui plantauit vineam, ‖ & necdum fecit eam esse communem, de qua vesci omnibus liceat? vadat, & reuertatur in domum suam: ne fortè moriatur in bello, & alius homo eius fungatur officio,

7 Quis est homo q̃ despõdit vxorẽ, & nõ accepit

1 QVum egressus fueris ad bellum contra hostes tuos, & videris equos, currus, & populum te [1] maiorem: ne metuas ab eis, quia Dominus Deus tuus tecum est, qui eduxit te de terra Ægypti.

2 Quum [2] estis in [3] propinquo ad pugnam, accedet sacerdos, & loquetur ad populum, & dicet ad eos,

3 Audi Israel, vos hodie [3] congredimini cum hostibus vestris in pugna [4] ne ergo mollescat cor vestrum,' neque timeatis, ne [5] festinetis', neque paueatis à facie eorum,

4 Quoniam Dominus Deus vester proficiscitur vobiscum, vt pugnet pro vobis contra hostes vestros, & [6] seruet' vos.

5 [7] Præcones' quoque loquantur ad populum, dicentes, [8] Qui' extruxit domum nouam, nec eam [9] initiauit,' abeat & reuertatur in domum suam: ne fortè in prælio occumbat, & alius quispiam [10] initiet' eam.

6 Qui plantauit vineam, & nondum [11] prophanauit eam,' abeat & reuertatur in domum suam: ne fortè in bello cadat, & alius quispiam [12] prophanet eam.'

7 Qui [13] sibi vxorem despondit,' & nondum [14] accepit

1 Vel, numerosiorem.
2 Heb. eritis propinqui &c. Id est, Cum imminebit bellum.
3 Hebr. propinqui estis ad pugnam cum hostibus vestris,
4 Id est, ne sitis animo remisso.
5 Vel, trepidetis.
6 Eripiat. sub. de periculo.
7 Præfecti.
8 Hebraice per interrogationem legitur, Quis &c. Sic in sequentibus.
9 Dedicauit? Id est, & in ea nondum habitauit?
10 Dedicet. Id est, incolat eam primus.
11 Vel, violauit eam. Id est, non vindemiauit ei, vt vuis eius vesci liceat omnibus. Ante quintum
13 Id est, in alie-

[illegible] annum non licebat frui fructu cuiusuis rei plantatæ, vnde quum incipiebat frui ea dominus, dicebatur prophanare. 12 Id est, vindemiet eam. [illegible] fidem dedit. 14 Heb. duxit eam. Sub. in domum suam. Vel, in vxorem.

eam, abeat & reuertatur in domum suam: ne fortè in bello cadat, & alius quispiam accipiat eam.

8 Addant praeterea [7] praecones, loquanturque ad populum huiusmodi verba, Quis formidolosus est & [15] pusillanimis, abeat & reuertatur in domum suam: ne [16] liquefaciat cor fratrum suorum, quemadmodum est cor suum.

9 Quum [7] praecones cessauerint loqui ad populum, constituant principes [17] exercitus in caput populi.

10 Quum autem accesseris ad ciuitatem vt illam oppugnes, [18] offeras ei pacem.

11 Si [19] pacate responderit tibi, aperueritque tibi, omnis populus qui in ea inuentus fuerit, sint tibi tributarii, seruiantque tibi.

12 Quod si nullam tecum fecerit pacem, sed pugnauerit contra te, [20] oppugnabis eam.

13 Et quum Dominus Deus tuus tradiderit eam in manum tuam feries in ea gladio omnem marem.

14 Dumtaxat mulieres, puberm, iumenta, & quidquid fuerit in ciuitate, [21] sed & omnia spolia eius tibi diripies, & [22] frueris spoliis hostium tuorum, quos tradiderit tibi Dominus Deus tuus.

15 Sic facies omnibus ciuitatibus [23] quae procul à te sunt, quae non sunt de vrbibus istarum gentium.

16 [24] Veruntamen de ciuitatibus istorum populorum, quas Dominus tibi dedit in haereditatem, [25] nihil viuum permittas quod spirat,

17 Sed omnino vastabis eos ad internecionem vsque, nempe Hithaeum Amorrhaeum, Chananaeum, Pherisaeum Hiuaeum & Iebusaeum, quemadmodum praecepit tibi Dominus Deus tuus,

18 Ne scilicet doceant vos facere secundum cunctas suas abominationes, quas ipsi fecerunt diis suis, & peccetis in Dominum Deum vestrum.

19 Quum obsederis ciuitatem diebus multis, & pugnaueris contra eam vt occupes eam, ne perdas arbores eius vt impellas securim in eas, [26] sed comedas ex eis, & non succidas: num enim arbor campi homo est, vt veniat coram te in obsidionem?

20 [27] Dumtaxat illam arborem, quam noscis [28] esse arborem quae fructum non ferat, ne eius aptam, illam inquam perdes & succides, atque extrues [29] propugnaculum contra istam ciuitatem quae contra te belligerat, [30] donec subiicias eam.

eam, vadat, & reuertatur in domum suam: ne forte moriatur in bello, & alius homo accipiat eam.

8 His dictis addent reliqua & loquentur ad populum. Quis est homo formidolosus, & corde pauido? vadat, & reuertatur in domum suam: ne pauere faciat corda fratrum suorum, sicut ipse timore perterritus est.

9 Cumque siluerint duces exercitus, & finem loquendi fecerint, vnusquisque suos ad bellandum cuneos praeparabit. C

10 Si quando accesseris ad expugnandam ciuitatem, offeres ei primùm pacem.

11 Si receperit, & apperuerit tibi portas, cunctus populus qui in ea est, saluabitur, & seruiet tibi sub tributo.

12 Sin autem foedus inire noluerit, & coeperit contra te bellum, oppugnabis eam.

13 Cumque tradiderit Dominus Deus tuus illam in manu tua, percuties omne quod in ea generis masculini est, in ore gladii,

14 Absque mulieribus & infantibus, iumentis & ceteris quae in ciuitate sunt, omnem praedam exercitui diuides, & comedes de spoliis hostium tuorũ, quae Dominus Deus tuus dederit tibi.

15 Sic facies cunctis ciuitatibus, quae à te procul valde sunt, & non sunt de his vrbibus quas in possessionem accepturus es. D

16 De his autem ciuitatibus quae dabuntur tibi, nullum omnino permittes viuere,

17 Sed interficies in ore gladii, Hethaeum videlicet, & Amorrhaeum, & Chananaeum, Pherezaeum, & Heuaeum, & Iebusaeum, sicut praecepit tibi Dominus Deus tuus:

18 Ne forte doceant vos facere cunctas abominationes quas ipsi operati sunt diis suis, & peccetis in Dominum Deum vestrum.

19 Quando obsederis ciuitatem multo tempore, & munitionibus circũdederis, vt expugnes eam, non succides arbores de quibus vesci potest, nec securibus per circuitum debes vastare regionem: quoniam lignum est, & non homo, nec potest bellantium contra te augere numerum.

20 Si qua autem ligna non sunt pomifera, sed agrestia & in caeteros apta vsus, succide, & instrue machinas, donec capias ciuitatem quae contra te dimicat.

Iudicum 7. a

Quid agendũ in oppugnatione.

Ius belli erga expugnatas vrbes.

Chananaei & huiusmodi penitus occidi iubet Deus.

Arbores frugiferas non vult Deus excindi à militibus.

[15] Hebr. tener (vel, mollis) corde, i. animo pauidus. [16] Liquefaciat. [illegible] [17] Vel, [illegible] in capite populi [illegible] [illegible] Perfecti constituent principes [illegible] populum [illegible], vel qui [illegible] caput populi, [illegible] designabunt principes populi. In capite populi, pro super populum, Hebraismus. [18] Heb. clamabis ad eam pro pace. Id est, inuitabis eam ad deditionem. [19] Vel, pacem responderit. Id est, [illegible] Si pacem [illegible] [20] Obsidebis. [21] [illegible] sed & omnia [illegible] Hebraice; & (omnia spolia) per appositionem legenda, hoc modo, quicquid fuerit in ciuitate, nempe omnia spolia &c. [22] Heb. comedes [illegible] [23] [illegible] plurimum distant. [24] Verum. [25] Hebr. non sines viuere [illegible] [26] Quia ex illis comedes [illegible] fructum, [illegible] illas non succides: [illegible] arbores agri [illegible] sunt (vita hominis,) vt veniant à facie tua in obsidionem. Vt veniat, inquit, subaudi, vrbs illa, in obsidionem. Hoc est, Non succides arbores pomiferas, vt illis faceas machinas, quarum ope expugnes vrbem quã oppugnas: arbores enim illae terrae victus hominis. [27] Vel, verùm. [28] Heb. non esse arborem [illegible] [29] Machinas obsidionales. [30] Donec corruat. Vel, donec expugnes [illegible]

CAPVT XXI.

1 SI in terra quam Dominus Deus tuus dat tibi possidendam, [1] interfectus inuentus fuerit iacens in campo, [2] neque sciatur quis eum occiderit,

2 Egredientur seniores tui atque iudices tui, & [3] metientur vsque ad ciuitates quae sunt circum interfectum:

3 Ciuitas quae propior fuerit interfecto, illius ciuitatis seniores vitulam ex armento accipiant, cum qua adhuc nihil operis factum est, quaeque iugum non traxit,

4 Et deducant seniores illius ciuitatis vitulam illam in vallem [4] solidam, quae nec colitur, nec seritur, & ibi incidant ceruicem in (ea) valle.

5 Accedentque sacerdotes filii Leui, ([5] quos elegit Dominus Deus tuus vt ministrent ei, & [6] benedicant in nomine Domini, [†] & iuxta quorum os omnis forensis actio & plaga finitur)

6 Et omnes seniores ciuitatis illius, [7] qui accesserint ad interfectum illum, lauabunt manus suas super vitulam cuius incisa est ceruix in ea valle, [8] Respondebuntque dicentes,

1 QVando inuentum fuerit in terra quam Dominus Deus tuus daturus est tibi, hominis cadauer occisi, & ignorabitur caedis reus, A

2 Egredientur maiores natu, & Iudices tui, & metientur a loco cadaueris singularum per circuitum spatia ciuitatum:

3 Et quam viciniorem caeteris esse perspexerint, seniores ciuitatis illius tollent vitulam de armento, quae non traxit iugum, nec terrã scidit vomere.

4 Et ducent eam ad vallem asperam atque saxosam, quae nunquam arata est, nec sementem recepit, & caedent in ea ceruices vitulae.

5 Accedentque sacerdotes filii Leui (quos elegerit Domin⁹ Deus tuus, vt ministrent ei, & benedicãt in nomine ei⁹, & ad verbũ eorũ omne negociũ pẽdeat: & quicquid mundum vel immundũ est, iudicetur.) B

6 Et venient [*] maiores natu ciuitatis illius ad interfectum, lauabuntque manus suas super vitulam quae in valle percussa est. Et dicent,

Lex expurgationis super occiso, cuius author ignoratur.

[*] omnes.

CAP. XXI. [1] Heb. cadauer occisi inuentum. [2] (Et) ignotum sit. [3] Sub. interuallum à loco in quo inuentum fuerit cadauer. [4] Asperam, id est, saxosam. [5] Eos enim elegit, &c. Per parenthesin. [6] Benedicant. Sub. populo. [†] Vel à iuxta quorum [illegible] & omnis plaga, id est, iuxta sententiam eorum terminabitur omnis controuersia, & omnis species leprae. [7] Viciniores illi cadaueri. [8] Affirmabuntque.

7 Manus nostræ non effuderunt sanguiné hunc, nec oculi viderunt.

8 Propitius esto populo tuo Israel, quem redemisti, Domine, & ne reputes sanguinem innocentem in medio populi tui Israel. Et auferetur ab eis reatus sanguinis:

9 Tu autem alienus eris ab innocentis cruore qui fusus est, cum feceris quod præcepit Dominus.

Quomodo ducenda captiua in uxorem.

10 Si egressus fueris ad pugnam contra inimicos tuos, & tradiderit eos Dominus Deus tuus in manu tua, captiuosque duxeris.

11 Et videris in numero captiuorum mulierem pulchram, & adamaueris eam, volueriśq; habere vxorem:

12 Introduces eam in domum tuam: quæ radet cæsariem & circumcidet vngues,

13 Et deponet vestem in qua capta est: sedensq; in domo tua, flebit patrem & matrem suam vno mense: & postea intrabis ad eam, dormiesque cum illa, & erit vxor tua.

C

14 Si autem postea non sederit animo tuo, dimittes eam liberam, nec vendere poteris pecunia, nec opprimere per potentiam: quia humiliasti eam.

Ius primogenituræ non dandum pro animi libidine.

15 Si habuerit homo vxores duas, vnam dilectã, & alteram odiosam, *genuerintq; ex eis liberos, & fuerit filius odiosæ primogenitus.

** genuerintque ex eo.*

16 Volueritq; substantiam inter filios suos diuidere: non poterit filium dilectæ facere primogenitum, & præferre filio odiosæ,

1. Para. 5.a

17 Sed filium odiosæ agnoscet primogenitum: dabitq; ei de his quæ habuerit cuncta duplicia. Iste est enim principium liberorum eius, & huic debentur primogenita.

De filio proteruo.

D

18 Si genuerit homo filiũ contumacem & proteruum, qui non audierit patris ac matris imperiũ, & coercitus obedire contempserit.

** educent.*

19 Apprehendent eum, & *ducent ad seniores ciuitatis illius & ad portam iudicii,

20 Dicentq; ad eos, Filius noster iste proteruus & contumax est, monita nostra audire contemnit, comessationibus vacat, & luxuriæ atque conuiuiis.

21 Lapidibus eum obruet populus ciuitatis, & morietur, vt auferatis malum de medio vestri, & vniuersus Israel audiens pertimescat.

De suspensis in patibulo.

22 Quando peccauerit homo quod morte plectendum est, & adiudicatus morti appensus fuerit in patibulo:

Galat. 3. b

23 Non permanebit cadauer eius in ligno, sed in eadem die sepelietur: quia maledictus a Deo est qui pendet in ligno. & nequaquam contaminabis Terram tuam, quam Dominus Deus tuus dederit tibi in possessionem.

7 Manus nostra non fuderunt sanguinem istum, nec oculi nostri videbunt.

8 [9] Propitius esto populo tuo Israel, quem redemisti Domine, & [10] ne imputes sanguinem innoxium in medio populi tui Israel. [11] vt expientur a sanguine.

9 [12] Et tu expurgabis sanguinem innocentem de medio tui, si volueris facere quod rectum est in oculis Domini.

10 Quando egressus fueris in bellum contra hostes tuos, tradideritq; eos Dominus Deus tuus in manum tuam, [13] vt ducas eos captiuos:

11 Viderisq; inter captiuos mulierem forma venustam, deperierisque eam, [14] poteris eam tibi accipere in vxorem.

12 Introduces ergo eam in domum tuam, illaq; radet caput suum, [15] aptabitq; vngues suos.

13 Auferet quoque vestimentum [16] captiuitatis suæ a se, & sedebit in domo tua, deplorabitque patrem suum & matrem suam [17] integrum mensem: & tum tandem introibis ad eam, & eris maritus eius, ipsaque erit tibi vxor.

14 [18] Sin tibi non placuerit, [19] patieris eam abire pro voto suo, neque eam pecunia vendere, neq; [20] ad opus vti ea poteris, eo quod [21] oppressisti eam.

15 Si viro alicui fuerint duæ vxores, altera dilecta, altera exosa, genuerintq; ei filios, tam dilecta quam odiosa, & filius odiosæ fuerit primogenitus.

16 Adueneritq; dies [22] quo distributurus est filiis suis quas habet, hæreditatem suam: non poterit [23] primogenitum facere filium dilectæ, [24] donec superstes est primogenitus filius odiosæ:

17 Sed filium odiosæ agnoscet primogenitum, [25] dabitque ei portionem duplicem de omnibus quæ possidet: quandoquidem [26] is principium est virtutis eius, (& ob hoc) debetur ei ius primogeniturum.

18 Si quispiam filium habuerit desertorem & rebellem qui vocem patris sui & vocem matris suæ audire noluerit: quamquam castigauerint eum, noluerit eis obtemperare:

19 Apprehendent [eum] eum pater eius & mater eius, educentq; eum ad seniores ciuitatis illius, & ad portam eius loci.

20 Dicentq; ad seniores ciuitatis illius, Filius hic noster desertor est & rebellis, nec vult audire vocem nostrã, comessator est & potator.

21 Lapidibusque eum obruent omnes ciues illius ciuitatis, donec moriatur: & expurgabis malum de medio tui vt omnes Israelitæ audientes [27] timeant.

22 Quando fuerit in aliquo peccatum [28] morte dignum, [29] & interfectus fuerit, age eum in crucem,

23 Cadauer vero eius non permanebit in ligno, sed [30] mox sepelies illud illo eodem die, [31] quoniam vt maledictio Dei est suspensus: [32] & non pollues terram tuam quam Dominus Deus tuus [33] dat tibi in hæreditatem.

9 Sub. Tunc dicēt sacerdotes, Propitius esto &c. 10 Heb. ne des. 10 ne imputes eadem huius innocentis populo tuo Israel. 11 & dimittetur illis [illegible] 12 Tu autem remouebis sanguinem innocentem [illegible], quia feceris quod est gratum Domino, Sanguinem innocentem vocat pœnam hominis [illegible] innocentis. 13 Heb. & captiuabit [illegible] captiuorum, id est, ex eis captiuos aliquot abduxeris. 14 ceperisq; eam tibi. 15 præscidetque. 16 in qua capta fuerit. 17 Heb. per mensem dierum, id est mente integro, constante omnibus suis diebus. 18 Vel, Quod si non delectaueris eam, sub. postea. 19 dimittes liberam abire quocunque volet. 20 nec [illegible] eam, id est, nulla ratione poteris eam retinere, aut commutare. Gallicè, Vous ne pourrez faire marchandise d'elle. Vel, non vteris opera eius vt ancillæ. 21 Id est, quia per vim rem habuisti cum ea. 22 Instituet hæredes filios suos eorum rerum quas habuerit. 23 Id est, dare ius primogenituræ filio dilectæ. 24 Hebr. in conspectu filii odiosæ. Hoc est, viuente filio odiosæ. 25 Heb. vt det ei. 26 Id est, primum illum genuit pater fortis & fecundus. 27 i. timore contineantur in officio. 28 Heb. iudicii mortis, i. quod morte plecti debeat. 29 & suspenderis eum in cruce,

CAPVT XXII.

Res proximi perdita, non negligenda.

A

Exod 23.a

1 NOn videbis bouem fratris tui, aut ouem errantem, & præteribis: sed reduces fratri tuo.

2 Etiamsi nõ est propinquus frater tuus, nec nosti eum: duces in domum tuam, & erunt apud te quamdiu quærat ea frater tuus, & recipiat.

3 Similiter facies de asino, & de vestimento, & de omni re fratris tui quæ perierit. si inueneris eam, ne negligas quasi alienam.

1 [1] SI videris bouem aut pecudem fratris tui fugatos ne dissimules occultando te ab eis, sed plane reduces eos ad fratrem tuum.

2 Quod si frater tuus [2] non est prope apud te, nec nosti eum, [3] assumes illos in domum tuam, vt sint tecum donec quæsierit eos frater tuus, restituasq; eos illi.

3 Sic quoq; facies asino eius, & sic ages cum vestimento eius, sic quoq; facies cum omni eo quod amisit frater tuus, quod perdiderit, & tu inueneris illud: [4] neque enim id dissimulare aut celare poteris.

non pernoctabit cadauer eius [illegible] 30 Heb. sepeliendo sepelies. 31 quamuis maledictio Dei sit suspensus, i. quamuis Deo admodum execrabilis sit qui vitam [illegible] tamen suis sepulturæ non est [illegible], nec [illegible] cadauer eius pernoctare in patibulo. Suspendium fuit grauissimum supplicium apud Iudæos [illegible] in crucem agebantur ab Israelitis blasphemi & idololatræ. Quia igitur istam suspendio finiebant, erant Deo execrabiles [illegible] suspendium. Erat autem hoc genus supplicii non [illegible] vlitarum & famulare, [illegible] Romani [illegible] in Verrem [illegible] Ægyptios, vt Genesi [illegible] 32 Vel, et non polluas Terram [illegible], quando ita etiam fiebat, pernoctauerit in patibulo contra Dei voluntatem. 33 [illegible] CAP. XXII. 1 Heb. Non videbis bouem fratris tui, aut pecus eius abertans [illegible] via,)& abscondes te ab eis, &c. 2 Heb. non [illegible] 3 Deduc sub. audi, tametsi [illegible] etiamsi procul a te habitet, nec noueris eum, tamen deduces [illegible] in domum tuam. 4 Heb. non abscondes te ab eis, id est, noli dissimulare, quasi eam non videris.

5 Non abscondes te ab eis. Id est, non dissimulabis te videre illos.

6 Vel, abigas.

7 Quia inhumanũ est matrem nihil sibi metuentem capere cũ pullis.

8 murum tecto tuo. Vox Hebræa MAAACE significat murum altũ tres pedes cũ dimidio. In Palæstina, tecta domorum sunt plana. Verti potest, claustra, vel cancellos, aut septum.

9 Si ceciderit cadens ex eo, sub tecto, i. ne sis causa necis in domo tua, si corruerit aliquis è tecto tuo.

10 Vel, diuerso semine. Id est, Non seminabis in interuallis quæ sunt in vitibus, duas species seminis, vt triticum cum siligine, aut auenam cum hordeo. Quia enim Palæstina calida est, seminabatur semper aliquid inter ordines ipsos vitium.

11 Sanctificetur. Id est, polluatur. per antiphrasin dictum. Hoc est, ne pereant tibi fruges certæ è diuersis seminibus, & cum illis fructus vineæ.

12 Id est, Arando non iunges bouem cum asino: quia vires eorum sunt inæquales: sed iunges boues bobus, & asinos asinis.

13 Quod non vult hic Deus res confundi, vitari vult in hominibus confusionem simul duplices mores siue animos tarat.

14 Vel, Fimbrias facies tibi in quatuor angulis pallii tui quo operiris. Id est, in quatuor partibus inferioribus. Gallice. Es quatre pans. Vox Hebræa GVEDILIM, pro qua fimbrias vertimus, significat funiculos intricatos, intortos, & artificio catenarum concinnatos.

4 Si videris asinum fratris tui aut bouem eius caden-
tes in itinere, [5] ne dissimules abscondendo te ab eis, quin
subleuando subleues eos cum illo.

5 Mulier ne gerat arma viri, neque vir induatur ve-
stimento muliebri, quoniam abominandus est Domino
Deo tuo quisquis illa fecerit.

6 Quando occurrerit conspectui tuo in itinere nidus a-
uium, in quacunque arbore, aut in terra in quo sint pulli
aut oua, matre incubante aut pullis ipsis, aut ouis, nõ tol-
las matrem cum pullis.

7 Sed omnino [6] dimittas [7] matrem, pullos vero ca-
pies tibi: vt scilicet bene tibi sit, & prorogés dies.

8 Quum extrues domum nouam, facias [8] loricam te-
cto tuo, ne ponas sanguinem in domum tuam, [9] quum
quispiam ceciderit ex ea,

9 Ne conseras vineam tuam [10] diuersis generibus, ne
forte [11] sanctifices vniuersum semen quod conseris, atque
vineæ prouentum:

10 [12] Non arabis cum boue & asino simul.

11 [13] Ne induas vestem quæ ex lana & lino simul con-
texta est.

12 [14] Fimbriolas crassiores facito tibi in quatuor alis
vestimenti tui quo te operis.

13 Si quispiam vxorem duxerit, [15] accesseritque ad
eam, & odisse eam cœperit,

14 [16] Obtruserit que ei technas verborum, diuulgans
de ea famam malam, vt si dicat, Duxi hanc mulierem,
& quum essem ad eam ingressus, non inueni in ea [17] si-
gna virginitatis:

15 Tunc [18] tollent pater puellæ & mater eius, & pro-
ferent signa virginitatis puellæ ad seniores ciuitatis qui
sunt in porta,

16 Dicetque pater puellæ ad seniores, Hanc filiam
meam dederam viro isti vxorem, cœpitque eam odisse,

17 Et [19] en obtrudit ei commenta verborum, & di-
cit, Non inueni in filia tua virginitatem: hæc vero sunt
signa virginitatis filiæ meæ, & expandent [20] vestimen-
tum coram senioribus ciuitatis.

18 Tollentque seniores ciuitatis illius virum illum, &
castigabunt eum,

19 Damnabuntque eum centum (siclis) argenti, quos
dabunt patri puellæ, eo quod [21] sparserit famam malam de
virgine Israelitica, habebitque eam in vxorem, nec po-
terit eam dimittere cunctis diebus suis.

20 Quod [22] si verum est verbum illud, & signa vir-
ginitatis in puella non fuerint inuenta:

21 Educent puellam ad ostium domus patris sui, ob-
ruentque eam ciues [23] illius ciuitatis lapidibus, vt moria-
tur: quia fecit nephas in Israel, scortando in domo patris
sui: & [24] exures malum e medio tui.

22 [25] Si deprehenditur quispiam qui dormierit cum
muliere quæ habet maritum, morientur ambo illi, tam
vir qui iacuit cum muliere, quàm mulier ipsa: & [24] ex-
ures malum ex Israele.

23 Si fuerit alicui desponsa puella virgo, inuenerit-
que eam quispiam in ciuitate, & dormierit cum ea,

24 Tunc educetis vtrumque ad portam ciuitatis illius,
& obruetis eos lapidibus vt moriantur: puellam quidem,
quod non clamauit in ciuitate: virum autem quod oppresserit
vxorem proximi sui. [24] exuresque malum e medio tui.

25 Si in agro deprehenderit vir puellam desponsam,
& vim illi intulerit, dormieritque cum ea, morietur vir
qui dormierit cum ea, solus:

4 Si videris asinum fratris tui aut bouem ceci-
disse in via, non despicies, sed subleuabis cum eo.

5 Non induetur mulier veste virili, nec vir vte-
tur veste feminea: abominabilis enim apud Deum
est qui facit hæc.

6 Si ambulans per viam, in arbore vel in terra
nidum auis inueneris, & matrem pullis vel ouis
desuper incubantem: non tenebis eam cum filiis.

7 Sed abire patieris, captos tenens filios, vt bene
sit tibi, & longo viuas tempore.

8 Cum ædificaueris domum nouam, facies mu-
rum tecti per circuitum, ne effundatur sanguis in
domo tua, & sis reus labente alio, & in præceps
ruente.

9 Non seres vineam tuam altero semine: ne &
sementis quam seuisti, & quæ nascuntur ex vinea,
pariter sanctificentur.

10 Non arabis cum boue simul & asino.

11 Non indueris vestimento quod ex lana lino-
que contextum est.

12 Funiculos in fimbriis facies per quatuor an-
gulos pallii tui, quo operiris.

13 Si duxerit vir vxorem, & postea odio habue-
rit eam,

14 Quæsieritque occasiones quibus dimittat eã,
obiiciens ei nomen pessimum, & dixerit, Vxorem
hanc accepi, & ingressus ad eam non inueni virgi-
nem:

15 Tollent eam pater & mater eius, & ferent se-
cum signa virginitatis eius ad seniores vrbis qui
in porta sunt:

16 Et dicet pater, Filiam meam dedi huic vxorẽ:
quam quia odit,

17 Imponit ei nomẽ pessimum, vt dicat, Non in-
ueni filiam tuam virginem: & ecce hæc sunt signa
virginitatis filiæ meæ: expandent vestiméta coram
senioribus ciuitatis.

18 Apprehendentque senes vrbis illius, virum &
verberabunt illum,

19 Condemnantes insuper centum siclis argen-
ti, quos dabit patri puellæ, quoniã diffamauit no-
men pessimum super virginem Israel: habebitque
eam vxorem, & non poterit dimittere [a] omnib. die-
bus vitæ suæ.

20 Quòd si verum est quod obiicit, & non est
in puella inuenta virginitas:

21 Eiicient eam extra fores domus patris sui, &
lapidibus obruent viri ciuitatis illius, & morietur
quoniam fecit nefas in Israel, vt fornicaretur in do
mo patris sui: & auferes malum de medio tui.

22 Si dormierit vir cum vxore alterius, vterque
morietur, id est, adulter & adultera: & auferes ma-
lum de Israel.

23 Si puellam virginem desponderit vir, & in-
uenerit eam aliquis in ciuitate, & concubuerit
cum ea,

24 Educes vtrumque ad portam ciuitatis illius, &
lapidibus obruentur: puella, quia nõ clamauit, cũ
esset in ciuitate: vir, quia humiliauit vxorem pro-
ximi sui. & auferes malum de medio tui.

25 Sin autem in agro reppererit vir puellã quæ de-
sponsata est, & apprehendens concubuerit cum ea,
ipse morietur solus.

Mulier veste viril. ne vtatur

De nido inuento.

Tectum domus, muro cingendum.

B

Vinea.

Arare.

Vestimentum.

Fimbria.

Num. 15. d

De vxore non inuenta virgine.

C

[a] eam.

Pœna adulterii.

Leuit. 20. a

De virgine desponsata oppressa in ciuitate vel agro.

D

15 Ingressusque, fuerit. Ingredi ad vxorem, pro rem habere cum ea, positum. 16 Heb. imposueritque ei occasiones verborum, & eduxerit aduersus eam nomen malum. Id est, dederit [illegible] eam, ipsique diffamauerit eam. 17 Heb. virginitates, id est, sanguinem [illegible] virginitatis, id est, non [illegible]. 18 [illegible] signa virginitatis, id est, lintea infecta sanguine super hymeneo, indice virginitatis, in quibus congressum [illegible] seruare solebant. [illegible] qui post primum congressum [illegible]. 19 Ponit occasiones verborum contra eam [illegible] au- [illegible] 20 Vel, [illegible] in quo se primum congressi fuerant. 21 Heb. eduxit nomen malum contra virginem Israel [illegible] 23 Ciuitatis eius, sub. puellæ, concives eius. 24 Auferes malum, id est, occasionem peccati. 25 Si deprehendens fuerit a[illegible] conmunens, [illegible] cum &c.

26 Puella

26 Puella nihil patietur, nec est rea mortis: quo-
niam sicut latro consurgit contra fratrem suum, &
occidit animam eius, ita & puella perpessa est.
27 Sola erat in agro: clamauit, & nullus affuit
qui liberaret eam.
Lex viri opprimentis virginem non desponsatam. 28 Si inuenerit vir puellam virginem, quæ non
habet sponsum, & apprehendens concubuerit cum
illa, & res ad iudicium venerit:
29 ‖ Dabit qui dormiuit cum ea, patri puellæ
Exod.22.c quinquaginta siclos argenti, & habebit eam vxo-
rem, quia humiliauit illam: non poterit dimittere
eam cunctis diebus vitæ suæ.
Vxor patris nõ ducenda. 30 Non accipiet homo vxorem patris sui, nec
reuelabit operimentum eius.

26 Puellæ nihil facies,[16] culpam mortis non habeat:
quoniam sicut consurgit quis contra proximum suum, &
[17] interficit animam eius, sic se habet res ista.
27 Nam in agro inuenit eam, clamauitque puella de-
sponsa, & non fuit qui eam liberaret.
28 Si inuenerit vir puellam virginem quæ non-
dum desponsa est, apprehensáque ea dormierit cum ea, &
deprehensi fuerint:
29 Dabit vir ille qui cum ea concubuit, patri puellæ
quinquaginta [18] argenteos, habebítque eam vxorem, eo
quòd oppresserit eam, nec poterit eam dimittere cunctis die-
bus suis.
30 [19] Nemo ducet vxorem patris sui, neque [30] alam
patris sui reteget.

16 Hebr. non est puellæ peccatum mortis. Id est, non admisit facinus dignum morte.
17 Hebr. interficit (cum ista) animæ, i. quo anima separatur à corpore.
18 Chaldæus paraphr. vertit, siclos argenteos.
19 Id est, Nemo poterit ducere in vxorem nouercam suam, patre. Scilicet mortuo. 30 Angulum vestis patris. Id est, operimentum quo turpitudo patris tegebatur. Turpitudinem patris vocat verenda vxoris patris. Vox Hebræa CANAPH, pro qua vertimus angulum vestis, significat eam partem vestis quæ terram contingit.

CAPVT XXIII.

Eunuchus. A 1 NOn intrabit eunuchus attritis vel amputatis
testiculis, & abscisso veretro, Ecclesiam Do-
mini.
Mamzer. 2 Non ingredietur Mamzer, hoc est de scorto
natus, in Ecclesiam Domini vsque ad decimam ge-
nerationem.
Moabitæ & Ammonitæ ne ducantur mulieres Israelitica. 3 Ammonites & Moabites etiam post decimam
generationem non intrabunt Ecclesiam Domini,
in æternum:
4 Quia noluerunt vobis occurrere cum pane &
aqua in via quando egressi estis de Ægypto: & quia
Numer.13.a conduxerunt contra te ‖ Balaam filium Beor de
Numer.22.a Mesopotamia Syriæ, vt malediceret tibi.
5 Et noluit Dominus Deus tuus audire Balaam,
vertitque maledictionem eius in benedictionem tu-
am, eo quòd diligeret te.
B 6 Non facies cum eis pacem, nec quæras eis bo-
Idumæi & Ægyptii non abominandi. na cunctis diebus vitæ tuæ, in sempiternum.
7 Non abominaberis Idumæum, quia frater tu-
us est: nec Ægyptium, quia aduena fuisti in terra
Bellum. eius.
8 Qui nati fuerint ex eis, tertia generatione in-
trabunt in Ecclesiam Domini.
9 Quando egressus fueris aduersus hostes tuos
in pugnam, custodies te ab omni re mala.
Pollutio nocturna. 10 Si fuerit inter vos homo qui nocturno pol-
lutus sit somnio, egredietur extra castra.
11 Et non reuertetur, Priusquam ad vesperá la-
uetur aqua: & post Solis occasum regredietur in
castra.
Extra castra venter leuandus. 12 Habebis locum extra castra ad quem egredi-
aris ad requisita naturæ,
13 Gerens paxillum in balteo. cumque sederis,
fodies per circuitum, & egesta humo operies quo
releuatus es.
C 14 Dominus enim Deus tuus ambulat in me-
** interim* dio castrorum *, vt eruat te, & tradat tibi inimicos
tuos. Et sint castra tua sancta, & nihil in eis appa-
reat fœditatis, ne derelinquat te.
Seruus fugitiuus non tradendus Domino suo. 15 Non trades seruum domino suo, qui ad te
confugerit.
16 Habitabit tecum in loco qui ei placuerit, &
in vna vrbium tuarum requiescet: ne contristes
eum.
Meretrix & scortator: 17 Non erit meretrix de filiabus Israel, nec scor-
tator de filiis Israel.

1 *NOn introibit [1] qui laceratus est [testiculis] attri-*
tus, aut excido veretro, in cœtum Domini.
2 *[2] Manser non ingredietur in cœtum Domini, [3] ne*
decima quidem generatione introibit sibi in cœtum Do-
mini.
3 *[4] Ammonites & Moabites in congregationem Do-*
mini non introibit: ne decima quidem generatione quis-
piam ex ipsis ingredietur in cœtum Domini, idque perpe-
tuo.
4 *Causa, quòd non [5] anteuerterunt vos pane & a-*
qua in via quum exiretis ex Ægypto: & quòd [6] con-
duxerit aduersum te Bileam filium Beor de Pethor [7] Aram
Naharaim, vt te execraretur.
5 *At noluit Dominus Deus audire Bileam, quin*
potius conuertit Dominus Deus tuus execrationem tibi
in benedictionem: nam diligit te Dominus Deus tuus.
6 *Ne quæras [8] quod ad eorum pacem ac salutem per-*
tineat cunctis diebus tuis in seculum.
7 *Edumæum ne abomineris, quia frater tuus est: nec*
abomineris Ægyptium, quandoquidem peregrinus fu-
isti in terra eius.
8 *Filii qui ex eis nati fuerint, tertia tandem genera-*
tione [9] in cœtum Domini venient.
9 *Quum egressus fueris [10] exercitu contra hostes tuos,*
custodias te ab omni re mala.
10 *Si fuerit in te vir, qui non sit mundus ex euentu a-*
liquo nocturno, is egrediatur extra castra.
11 *Nec reuertatur in castra, sed sub vesperam lauet*
se [11] aqua, & post Solis occasum ingrediatur iterum in
castra.
12 *Locus quoque sit tibi extra castra, ad quem foras*
egrediaris,
13 *[12] Lignumque praeacutum in balteo, [13] cum quo*
foras sedens fodias, conuersúsque operias excrementum
tuum.
14 *Nam Dominus Deus tuus versatur in medio ca-*
strorum tuorum, vt te eripiat, & tradat hostes tuos ante
te, & ob hanc causam castra tua sancta sint, [14] ne quam
rem obscœnam videat, & se à te auertat.
15 *[15] Ne includas seruum hero suo, qui [16] ereptus ad*
te [venit] [17] ab hero suo.
16 *Tecum habitabit in medio tui, vbicunque elegerit*
locum in vna ciuitatum tuarum, [18] vt sibi fuerit visum,
nec inferas ei vim.
17 *Ne sit scortum de filiabus Israel, neque [19] pathicus*
sit de filiis Israel.

1 Vel, qui contusione fractos (testiculos) habet, & amputata virilia. Ecclesiam Ingredi Ecclesiam Domini, est habere commercium cum populo Dei, & hinc etiam discendi Israelitidem. De lege enim & fide nulla hic mentio. Lege 3. Regum. 11. & Exodi 34. quæ dicat, Virgines Israelitica non nubent iis qui fractos habent testiculos, & pudenda amputata. Ingredi in generandum non ducent Israelitidas in vxores.
2 Id est, Spurius, hoc est scorto natus.
3 Id est, nunquam poterit ducere Israelitidem in vxorem.
4 Id est, Filias vestras non elocabitis Ammonitis aut Moabitis in æternum. Hoc de maribus, non de mulieribus intelligitur: propter Ruth, quæ cum esset Moabitis, nupsit viro Israelitæ.
5 Exceperunt vos cum pane vel præuenerunt vos. non occurrerunt vobis obuiam.
6 Subaudi, Ammonitas.
7 Id est, Syria fluuiorum, hoc est Mesopotamiæ.
8 Pacem eorum, & vtilitatem eorum. Id est, Non curabis tranquillitatem eorum & vtilitatem. 9 Id est, erunt de consortio populi sancti. 10 Hebr. (in) castris, id est, cum exercitu. 11 Subaudi, expiatoria. quæ scilicet in id præparata est. 12 Et paxillum habebis cum armis tuis. Id est, cum ense tuo. 13 Hebr. & eris, quando sedebis, fodies, id est, quando voles desidere vt egeras, fodias eo terram, &c. 14 Vt non videat rem vllam turpem in te, & deserat te. Non &c. Vel, ne si viderit in te rem aliquam turpem, deserat te. 15 Ne tradas. 16 Hebr. eripuerit se ad te. Id est, confugerit ad te. 17 Subaudi, Gentili. nam spes est quòd ex idololatra fiat vnus Dei cultor. 18 Hebr. in bono sibi, id est, in loco sibi gratissimo. Gallice, Où bon luy semblera. 19 Scortum masculum. Vel, puer meritorius.

20 offeras &c. Quæ iniustè parta sunt, nullo modo offerri debent Deo.
21 i. animal datū pro commutatione canis. Canis enim est animal immūdum, vile & impudicum.
22 i. pro quocunque voto adornando.
23 Per morsum Hebræi fœnus intelligunt quo nocemus proximo. Vertendum, Non fœnerabis fratri tuo fœnus pecuniæ, id est, &c. Non exiges à fratri tuo fœnus ad vsuram.
24 i. Heb. fœnus frugum fœnus cuiuscunque rei quæ sit aut parata, id est, neque frugis ad vsuram, neque quamcunque rem quæ aliquam pariat.
25 Extero fœnerabis, at fratri tuo non fœnerabis.
26 Id est, pœna peccati, hoc est, te mulctaverit.
27 Id est, nō peccabis, vel, non mulctaberis.
28 Postea quam locutus es ore tuo, i. postea quā id pollicitus es.
30 Id est, Quum locaverit operam tuam tempore vindemiæ proximo tuo. Chaldæus paraph. vertit, Si mercenarius fueris in vineam fratris tui. De vindemiatoribus intelligitur.
30 Hebraice legitur, secundum animam tuam saturitate. Id est, pro desiderio tuo ad saturitatem vsque.
31 i. ne efferas vuas in sporta tua.
32 Id est, Si quid tu terra velis, manu colliges, non falce. De messoribus intelligitur qui tempore messis locant operas suas. Chaldæus paraph. vertit, Si conductus fueris in messem proximi tui.

18 Ne [20] inferas mercedem meretricis aut [21] precium canis in domum Domini Dei tui [22] in quocunque voto: quoniam abominatio est Domino Deo tuo vtrumque.

19 Ne [23] morsum inferas fratri tuo fœnore pecuniæ, [24] [aut] fœnore alimentorum, imo fœnore cuiuscunque rei, quæ mordere possit.

20 [25] Alienum mordebis fœnore, fratrem autem tuum non mordebis, vt fortunet ac fortunet te Dominus Deus tuus in omni re, ad quam extendis manum tuam, in terra ad quam tu proficisceris, vt eam possideas.

21 Quum votum voueris Domino Deo tuo, ne differas præstare illud: nam Dominus Deus tuus omnino requiret hoc a te, ne fiat tibi [26] peccatum.

22 Si vero à vouendo cessas, [27] non erit in te peccatum.

23 Siquidem egressum est è labiis tuis, fac vt serues & præstes, sicut vouisti Domino Deo tuo sponte, [28] & quemadmodum loquutus es ore tuo.

24 [29] Quum veneris in vineam proximi tui, vuas comede [30] pro animi tui desiderio, quantum satis est: at [31] in vas tuum nihil reponas.

25 [32] Si veneris in segetem proximi tui spicas manu tua decerpas: falcem autem segeti proximi tui ne admoueas.

18 Non offeres mercedem prostibuli, nec precium canis in domo Domini Dei tui, quicquid illud est quod voueris: quia abominatio est vtrumque apud Dominum Deum tuum. *Merces prostibuli.*

19 Non fœnerabis fratri tuo ad vsuram pecuniā, nec fruges, nec quamlibet aliam rem: *Non fœnerandum.*

20 Sed alieno: fratri autem tuo absque vsura id quo indiget, commodabis: vt benedicat tibi Dominus Deus tuus in omni opere tuo in Terra, ad quam ingredieris possidendam. *Vsura.* D

21 Cum votum voueris Domino Deo tuo, non tardabis reddere, quia requiret illud Dominus Deus tuus: & si moratus fueris, reputabitur tibi in peccatum. *ingrederis Votum reddendum.*

22 Si nolueris polliceri, absq; peccato eris.

23 Quod autem semel egressum est de labiis tuis obseruabis, & facies sicut promisisti Domino Deo tuo, & propria voluntate & ore tuo locutus es.

24 Ingressus vineam proximi tui, comede vuas quantum tibi placuerit: foras autem ne efferas tecum. *De vinea & segete proximi.*

25 Si intraueris segetem amici tui, franges spicas, & manu conteres: falce autem non metes.

CAPVT XXIIII.

1 Qvum quispiam duxit vxorem, [1] maritauerit que eam sibi, euenit autem [2] vt hæc nihil gratiæ in oculis eius inueniret, [3] vt si inuenerit in ea rem aliquam fœdam, [4] scribat ei libellum abscissionis, quem det ei in manum & eiiciat eam è domo sua.

2 [5] Quæ exierit e domo eius, si abiens alij viro nupserit,

3 Ac si posterior maritus ceperit eam odisse, scripseritq; & ipse ei libellum [6] abscissionis, tradideritque ei in manum eius, amandaueritq; eam de domo sua, aut si vir ille posterior, qui illam vxorem duxerat, mortuus fuerit:

4 Non poterit eam maritus prior, qui illam à se repudiarat, rursus ducere sibi vxorem, [7] quandoquidem polluta est, nam abominatio hæc est coram Domino, & ne facito peccare terram, quam Dominus Deus tibi dat, vt hæreditate eam possideas.

5 Quum duxerit quispiam vxorem nouam ne egrediatur in militiam, [8] nec quidquam aliud ei iniungatur, sed immunis sit pro domo sua anno vno, læteturq; cum vxore sua quam duxit.

6 Nemo pignoris loco accipiat [9] inferiorem & superiorem molarem: nam is [10] vitam oppignorauit.

7 Si deprehensus fuerit quispiam qui fuerit furatus [11] animam ex fratribus suis de filiis Israel, & [12] ad opus suum fuerit eo vsus, & vendiderit eum, morietur fur talis, [13] exciresq; malum e medio tui.

8 [14] Sis cautus in macula lepræ, obseruaq; diligenter, facitoq; iuxta omnia quæ docuerint vos sacerdotes Leuitici generis: quemadmodum præscripsi eis, [15] sic obseruabitis & facietis.

1 Si acceperit homo vxorem, & habuerit eam, & non inuenerit gratiam ante oculos eius, propter aliquam fœditatem: scribet libellum repudii, & dabit in manu illius, & dimittet eam de domo sua: A *Permissio repudii.* Matth. 5. c. 19. a. Mar. 10. a.

2 Cumque egressa alterum maritum duxerit:

3 Et ille quoq; oderit eam, dederitq; ei libellū repudii, & dimiserit de domo sua, vel certe mortuus fuerit:

4 Non poterit prior maritus recipere eam in vxorem: quia polluta est, & abominabilis facta est coram Domino: ne peccare facias Terram tuam quam Dominus Deus tuus tradiderit tibi possidendam.

5 Cum acceperit homo nuper vxorem, nō procedet ad bellum, nec ei quippiam necessitatis iniungetur publicæ, sed vacabit absque culpa domui suæ, vt vno anno lætetur cum vxore sua. *Indulgentia nuper coniugatis.* B

6 Non accipies loco pignoris inferiorem & superiorem molam: quia animam suam apposuit tibi. *Pignus.*

7 Si deprehensus fuerit homo solicitans fratrem suum de filiis Israel, & vendito eo acceperit precium, interficietur, & auferes malum de medio tui. *Prædo vendens hominem.*

8 Obserua diligenter ne incurras plagam lepræ, sed facies quæcunque docuerint te sacerdotes Leuitici generis iuxta id quod præcepi eis, & imple solicite *Commendatur à lepra.*

CAP. XXIIII. 1 & coierit cum ea. 2 Vt hæc non inueniat gratiam ante oculos eius. Id est, non sit ei grata. 3 Quod inuenerit. 4 Scripseritque ei libellum repudii, & dederit ei in manum, eieceritque &c. Non est hæc sententia absoluta: sed debet hic versus iungi verbis sequentibus, Non poterit prior &c. Libellum repudii, Hebraice dicitur libellus succisionis, quod eo libello veluti excindebatur a domo mariti vxor. Formulam libelli repudii non tradunt Sacræ literæ. Magistri autem Hebræorum in h[...] vtuntur hac forma, In quarta sabbathi, in vicesima mensis Siuan, anno quinquies millesimo ducentesimo nonagesimo tertio à creatione mundi, hic & in hac ciuitate, ego Iacob, sic cognominatus filius Rabi Isaac, volui ex animo, atque citra vllam coactionem dimisi, & eieci hanc quæ hactenus fuit vxor mea, filia illius Rabi, deque ei facultatem & potestatem, [...] sententia [...] voluerit, ducatque posthac ab alio quocunque viro, nec eam quisquam prohibeat. In cuius rei testimonium dedi ei libellum repudii [...] amissionis, atque signaculum obtentu, iuxta constitutionem Mosis & Israelis. Formula autem libelli repudii qua vsi sunt veteres Romani, fuit hæc: Res tuas tibi curato, res tuas tibi habeto. Lege tractatum de diuortiis.
5 Et egressa è domo eius, abierit, aliique. 6 Repudii. 7 Postea quam polluta est (concubitu scilicet secundi mariti,) quoniam abominabilis res est Domino: & non polluas terram, &c. 8 Heb. nec transeat super illum vlla res, immunis erit domui suæ anno vno, & exhilarabit vxorem suam &c. Id est, nullum iniungetur ei publicum negocium, sed in domo sua manebit immunis ab omni officio publico, & vacabit voluptati honestæ cum vxore sua.
9 Vel, vtramque molam, imo ne superiorem quidem, quæ [...], tantum abest vt possit capere vtramque molam, vt molam superiorem leuiorem & viliorem capere non debeat. Vox Hebræa pro qua vtramque molam [...] est, dualis est numeri. 10 Animam caperet pro pignore, id est, quia caperet id vnde ille, a quo pignus illud acciperet, sibi victum quærit. H. anima pro vita, & vita pro victu quo vita sustentatur. 11 Id est, personam aliquam.
12 Heb. negociatus fuerit cum eo, i. cum ea persona. Gallice, Et aura faict marchandise de luy. 13 Id est, que
14 Caue in plaga lepræ, vt custodias solicite. Id est, Vide diligenter ne transgrediaris leges, quas tuli in gratiam leprosorum.
15 Heb. custodietis ad custodiendum.

Numer.12.a

Memento quæ fecerit Dominus Deus tuus.

Quomodo accipiendum pignus, & quando reddendum. C

9 ¶ Mementote quæ fecerit Dominus Deus vester Mariæ in via cum egrederemini de Ægypto.

10 Cum repetes a proximo tuo rem aliquam, quam debet tibi, non ingredieris domum eius vt pignus auferas:

11 Sed stabis foris, & ille tibi proferet quod habuerit.

12 Sin autem pauper est, non pernoctabit apud te pignus,

13 Sed statim reddes ei ante Solis occasum, vt dormiens in vestimento suo, benedicat tibi, & habeas iustitiam coram Domino Deo tuo.

Non retinenda merces. Leuit.19.c Tob.4.c

14 Non negabis mercedem indigentis, & pauperis fratris tui siue aduenæ qui tecum moratur in Terra, & intra portas tuas est:

15 Sed eadem die reddes ei precium laboris sui ante Solis occasum, quia pauper est, & ex eo sustentat animam suam: ne clamet contra te ad Dominum, & reputetur tibi in peccatum.

Boni pro malis non puniendi. 4.Reg.4.b 2.Paralip.25.b Ezech.18.e

16 Non occidentur patres pro filiis, nec filii pro patribus: sed vnusquisq; pro peccato suo morietur.

17 Non peruertes iudicium aduenæ & pupilli: nec auferes pignoris loco viduæ vestimentum.

D

Reliquiæ in agro, vin. &c. oliueto, pupillis, aduenis & viduis relinquendæ.

18 Memento quod seruieris in Ægypto, & eruerit te Dominus Deus tuus inde. Idcirco præcipio tibi vt facias hanc rem.

19 Quando messueris segetem in agro tuo, & oblitus manipulum reliqueris, non reuerteris vt tollas illum: sed aduenam, & pupillum, & viduam auferre patieris, vt benedicat tibi Dominus Deus tuus in omni opere manuum tuarum.

20 Si fruges collegeris oliuarum, quicquid remanserit in arboribus, non reuerteris vt colligas: sed relinques aduenæ, pupillo, ac viduæ.

21 Si vindemiaueris vineam tuam non colliges remanentes racemos, sed cedent in vsus aduenæ, pupilli, ac viduæ.

22 Memento quod & tu seruieris in Ægypto, & idcirco præcipio tibi vt facias hanc rem.

9 [16] *Meminisse oportet quid Dominus Deus tuus fecerit Mariæ in itinere* [17] *cum egrederemini ex Ægypto.*

10 *Quum mutuo dederis aliquid proximo tuo, ne introeas domum eius, vt* [18] *pignus illinc tollas.*

11 *Sed sta foris, & vir ille cui tu mutuo dedisti,* [19] *proferat ad te pignus foras.*

12 *Quod si vir huiusmodi pauper est, non dormies* [20] *in pignore eius,*

13 *Omnino reddito ei pignus* [21] *quum Sol occidit, vt is dormiat* [22] *in vestimento suo,* [23] *bene q; tibi ac fausta imprecetur, atq;* [24] *[id] iustitia tibi erit corã Domino Deo tuo.*

14 [25] *Ne negato aut vi retineas mercenariis pauperis & inopi, siue sit de fratribus tuis, siue de peregrinis tuis qui sunt in terra tua atq;* [26] *intra portas tuas.*

15 [27] *Die suo dabis ei mercedem suam, neq; Sol occidat* [28] *super eum: quoniam pauper est, & ad eam [mercedem] attollit* [29] *animum suum: ne contra te ad Dominum clamet,* [30] *& cedat tibi in peccatum.*

16 *Non interficientur patres pro filiis, nec filii occidentur pro patribus, sed quisq; pro peccato suo* [31] *interficietur.*

17 *Ne declines iudicium peregrini,* [32] *& pupilli, neq; pignoris loco vestem viduæ accipias.*

18 *Quin potius memineris quod & tu seruus fuisti in Ægypto, & redemit te Dominus Deus tuus inde: idcirco præcipio tibi, vt hanc rem facias.*

19 *Quum messueris messem tuam in agro tuo, & oblitus fueris manipuli in agro tuo, ne reuertaris vt illum tollas, sed erit peregrini, pupilli & viduæ,* [33] *vt felicitet & locupletet te Dominus Deus tuus in omni opere manus tuæ.*

20 *Quum* [34] *strinxeris oleam tuam, ne diligentius stringas post te: peregrini pupilli & viduæ erit.*

21 *Quum vindemiaueris vineam tuam, ne racemationem facias post te: Erit peregrini, pupilli & viduæ.*

22 *Et memineris te quoque seruum fuisse in terra Ægypti: Idcirco ego præcipio tibi vt hanc rem facias.*

16 Recordare. Memento.
17 Posteaquam egressi estis.
18 Pignus eius accipias. Id est, id quod [illegible] est [illegible] pignus. Hæc dicit, ne [illegible] gressu suo creditor faciat [illegible] debitorem.
19 Id est, egredietur foras [illegible] pignore illo. Hic docetur mutua charitas.
20 Cum pignore, id est, [illegible] manebit pignus eius apud te nocte sequente [illegible] diem quo accepit, reddes.
21 Vel, ad occasum Solis.
22 Quod scilicet dederat tibi loco pignoris.
23 Hebr. benedicatq; tibi. Id est, bene precetur tibi.
24 Id est, hoc tibi reputabitur ad iustitiam, & opus tuum probabit Dominus, habebitque opus tuum pro bono & iusto.
25 Heb. Non opprimes mercenarium pauperem & egenum, &c. Id est, Non retinebis per vim, aut per calumniam mercedem mercenarii pauperis.
26 Id est, in vna [illegible]
27 Id est, [illegible] die.
28 Super eum. [illegible] mercedem [illegible]
29 Animam suam, id est, [illegible] spem [illegible] collocat in ea mercede [illegible]
30 [illegible]
31 Sententia [illegible]
Hanc legem tu- [illegible]

CAPVT XXV.

A

Depœnis delinquentium.

1 SI fuerit causa inter aliquos, & interpellauerint iudices: quem iustum esse perspexerint, illi iustitiæ palmam dabunt: quem impium, condemnabunt impietatis.

2 Sin autem eum qui peccauit, dignum viderint plagis: prosternent, & coram se facient verberari. Pro mensura peccati, erit & plagarum modus:

2.Cor.11.f

3 Ita dumtaxat vt quadragenarium numerum non excedant: ne fœde laceratus ante oculos tuos, abeat frater tuus.

Merces laborantis reddenda. 1.Cor.9.a 1.Tim.5.c

4 Non ligabis os bouis terentis in area fruges tuas.

Lex suscitandi semen fratrum. Matth.22.c Marc.12.b Luc.20.d

5 Quando habitauerint fratres simul, & vnus ex eis absque liberis mortuus fuerit, vxor defuncti non nubet alteri: sed accipiat eam frater eius, & suscitabit semen fratris sui:

B

6 Et primogenitum ex ea filium nomine illius appellabit, vt non deleatur nomen eius ex Israel.

1 *Si fuerit altercatio inter aliquos,* [1] *venient ad iudicium, & iudicent eos, iustumq; pronuncient eum qui iustus est, impium vero condemnent.*

2 *Quod si impius cædendus est, prosternat eum iudex, & iubeat eum cædi in conspectu suo iuxta impietatem eius, idq;* [2] *[certo] numero.*

3 *Quadragenis (plagis) verberet eum, nec vltra addat,* [3] *ne forte si verberando plura hisce verbera addita fuerint, frater tuus vilis reddatur in oculis tuis.*

4 [4] *Ne obtures (os) bouis in tritura sua.*

5 *Si habitauerint vna fratres, mortuusque fuerit alter eorum absque filio, ne nubat vxor demortui* [5] *alieno viro foris,* [6] *sed leuir eius ingrediatur ad eam, & ducat eam sibi vxorem, cognationisq; iure erga eam vtatur.*

6 *Et primogenitus quem illa pepererit,* [7] *succedet in nomen fratris sui defuncti, vt non deleatur nomen eius ex Israele.*

sis Deus iudicibus. 32 Vel, et pupilli. 33 Hebr. vt benedicat tibi. Id est, reddat te fœlicem. 34 Vel, [illegible] oleas tuas, ne decutias (quod) a tergo tuo (relinqueris). Gallice, Quand tu auras batu tes oliues. Hebraice ad verbum legitur pro (ne decutias,) non ramificabis post te, id est, ramos ex quibus oliuæ sunt decussæ, iterum concuties, non consistes ramos iam verberatos.

CAP. XXV. 1 Hebr. & accesserint ad iudicium, & iudicauerint eos. Iustificauerint autem iustum, & condemnauerint impium. Siquidem fuerit filius [illegible] percussionis impius: tunc prosternet eum iudex, & cædere faciet eum coram se. Id est, si accesserint ad iudices, & de iure eorum [illegible] pronunciauerint autem secundum iustum, & condemnauerint impium: siquidem cædendus fuerit improbus, tunc iudex curabit eum prosternendum, & [illegible] le præsente. 2 Qui scilicet definitus est a lege. 3 Vel, ne si auserit percutere eum vltra plagas istas multas, vilescat frater tuus in oculis tuis. Id est, ne pluribus plagis [illegible] percussus, moriatur coram te vt aliquod animal vile. 4 Vel, Non frenabis os bouis quum triturat. Subaudi area tua. Id est, Non alligabis [illegible] aut instrumentum aliquod quo prohibeatur spicas carpere inter triturandum fruges tuas. Gallice, Tu ne luy bailleras point de muselière. 5 Viro [illegible] Id est, transeundo in alienam familiam. 6 Cognatus eius ingredietur ad eam & ducet eam in vxorem, & affinitatem contrahet cum ea. Hoc est, capiet eam in vxorem tanquam cognatam suam. Et ducet: (& [illegible]) prius id est, positum.

7 Hebr. stabit in nomine fratris sui. Id est, dicetur filius mortui, & ad eum pertinebit defuncti hæreditas. Quidam prostabit, vertunt vocabitur, de nomine fratris sui: eadem semper sententia, primogenitum illum censeri filium defuncti.

8 Heb. cognatam suam.
9 Portam vocat curiam, in qua erant senatores.
10 Heb. nec vult affinitatem contrahere mecum.
11 Tunc accersent.
12 i. senatores & iudices.
13 Heb. & stabit & dicet.
14 E loco de pede eius, spuat in faciem eius. Chaldæus paraphrastes, in natea eius.
15 Hebr. loquaturque & dicat.
16 i. familiam. Hoc est, ei qui noluerit suscitare semen fratri suo.
17 Sub. i cognata sua, ab vxore fratris sui mortui.
18 Hebr. vir & frater eius.
19 Hebr. confusiones eius. Honestatem seruare præcipit Dominus.
20 Tunc præcides. id est, Tunc curabis manum eius resecandam. 8 iudex.
21 Heb. lapis & lapis. vel, pondus & pondus, id est, diuersa pondera.
22 Hebr. epha & epha, id est, diuersi modii.

7 Quòd si vir ille [8] vxorem fratris sui ducere noluerit, ascendat fratria eius ad [9] portam dicatq; senioribus, Leuir meus recusat fratri suo suscitare semen in Israel, [10] nec vult me iure propinquitatis ducere.
8 [11] Quem vocabunt [12] seniores ciuitatis sua, & loquentur cum eo. [13] quòd si perstet dicendo, Non placet mihi vt eam ducam,
9 Accedat fratria eius ad eum in conspectu seniorum & detracto calceo [14] leuiri sui de pede eius, spuat coram eo, [15] conceptisq; verbis dicat, Sic fiat viro qui non ædificat [16] domum fratris sui.
10 Vocabiturq; nomen eius in Israel: Domus [17] spoliati calceo.
11 Si rixati fuerint viri inter se, [18] alter scilicet cum altero, accesseritque alterius vxor vt eripiat maritum suum de manu percutientis eum, missaq; manu sua [19] verenda eius apprehenderit,
12 [20] Abscindas manum eius, nec parcet oculus tuus.
13 Ne sint tibi in sacculo tuo [21] diuersi lapides, magnus scilicet & paruus.
14 Ne sint tibi in domo tua [22] diuersa epha, magnū scilicet & paruum.
15 Quin pondus æquum & iustum sit tibi, & Epha æquum & iustum sit tibi, vt prorogentur dies tui super terram quam Dominus Deus daturus est tibi.
16 Nam abominatio Domino Deo tuo est quicunque ista facit, & quicunque iniquitatem perpetrat.
17 Memineris quæ fecerit tibi Amalec in via quum exires ex Ægypto,
18 Quomodo occurrerit tibi in itinere, & [23] detruncârit in extremo agmine tuo lassos quosque, & qui erant in extrema parte exercitus tui, cum tu esses lassus & defessus, & non timuerit Deum.
19 Quum igitur Dominus Deus tuus tibi requiem dederit de omnibus hostibus tuis qui circum te sunt, in terra quam Dominus Deus tuus dat tibi hæreditatem, vt possideas eam delebis memoriam Amalec [24] sub cælo, ne obliuiscaris.

7 Sin autem noluerit accipere vxorem fratris sui
quæ ei lege debetur, perget mulier ad portam ciui-
tatis, & interpellabit maiores natu, dicetque, Non Ruth.4.b
vult frater viri mei suscitare [a] semen fratris sui in Is- [a] nomen.
rael: nec me in coniugium sumere.
8 Statimque accersiri eum facient, & interroga-
bunt. Si responderit, Nolo eam vxorem accipere:
9 Accedet mulier ad eum coram senioribus, &
tollet calceamentum de pede eius, spuetq; in faci-
em illius, & dicet, Sic fiet homini qui non ædificat C
domum fratris sui.
10 Et vocabitur nomen illius in Israel, domus *Domus discalceati.*
discalceati.
11 Si habuerint inter se iurgium viri duo, & v- *Mulieris manus abscindenda, quæ pudenda hominis apprehendit.*
nus contra alterum rixari cœperit: volensq; vxor
alterius eruere virum suum de manu fortioris, mi-
seritq; manum & apprehenderit verenda eius:
12 Abscindes manum illius, nec flectêris super
eam vlla misericordia.
13 Non habebis in sacculo diuersa pondera, ma-
ius & minus:
14 Nec erit in domo tua modius maior & mi-
nor.
15 Pondus habebis iustū & verum, & modius D
æqualis & verus erit tibi: vt multo viuas tempore *Pondera æqua & mensura.*
super terram quam Dominus Deus tuus dederit
tibi.
16 Abominatur enim Dominus tuus eum qui
facit hæc, & auersatur omnem iniustitiam,
17 Memento quæ fecerit tibi Amalec in via quā- *Iubetur Amalec occidi.*
do egrediebaris ex Ægypto: Exod.17.c
18 Quomodo occurrerit tibi, & extremos ag-
minis tui, qui lassi residebant, ceciderit, quan-
do tu eras fame & labore confectus, & non ti-
muerit Deum.
19 Cum ergo Dominus Deus tuus dederit ti-
bi requiem, & subiecerit cunctas per circuitum
nationes in Terra quam tibi pollicitus est: delebis
nomen eius sub cælo, caue ne obliuiscaris.

23 Heb. caudam percusserit in te omnes debiles post te, id est, percusserit extremum agmen in quo erant omnes debiles qui sequebantur te.
24 Hebr. de sub cælo, id est, de mundo, de animis hominum. Ita delebis eos vt nemo postea meminerit eos vixisse.

CAPVT XXVI.

1 Vel, in canistro.
2 Vel, elegerit.
3 i. vt illic colatur, & inuocetur.
4 Heb. Annunciaui. Ponitur annunciare pro profiteri, confiteri, agnoscere. vt 1. Corinth. 11. Annunciare mortem Domini, pro laudare & celebrare. Præteritū est pro præsenti, profiteor.
5 Iuraueras, q.d. Vere Deum fuisse promissis. habito enim in terra quā promiserat nobis.
6 Heb. loqueris & dices. Chaldæus paraphrastes respōdebis, & dices. Iubendi sacerdoti interroganti sequentia, Quid gestas in canistro
7 Syrus ille peritura laborans, fuit pater meus. Alii vertunt, Syrus quasi interemit, vt persequeretur patrem meum. Verum prior interpretatio est verior. q. d. Has diuitias non accepimus à parentibus, à patre nostro Iacob, sed a Deo nostro. Nam pater noster Iacob, qui habitauit in Syria, & illic laborauit peritura, vt Laban seruiret, postea in Terra Chanaan [illegible] inopia descendit in Ægyptum [illegible] famis, &c. [illegible] tenduat vt ostendat Moyses alios Israel non accepisse Terram sanctam iure hæreditario sed dono Dei.
8 Heb. cum hominibus paucissimis.
9 i. quod nimium vrgerent nos Ægyptii.

1 QVum ingressus fueris in terram quam Dominus Deus tuus daturus est tibi hæreditatem, possederisque eam, et habitaueris q; eam,
2 Tolles de primitiis cunctorum fructuum telluris, quos inuehis de terra tua, quam Dominus Deus tuus dat tibi: & pones [1] in sporta, proficisceris ad locum quem [2] elegit Dominus Deus tuus, [3] vt collocet nomen suum illic.
3 Veniensq; ad sacerdotem qui in diebus illis fuerit, dices ad eum, [4] Agnosco hodie Domino Deo tuo, quòd veni in terram quam Dominus patribus nostris daturū se nobis [5] iurauit.
4 Accipietq; sacerdos sportam de manu tua, & reponet eam coram ara Domini Dei tui.
5 Et tu [6] conceptis verbis perges dicere coram Domino Deo tuo [7] Syrus pater meus periturus erat, & descendit in Ægyptum, ibiq; peregrinatus fuit [8] cum valde paucis hominibus: at auctus est illic in gentem amplissimam, fortem & multam,
6 Affixeruntq; nos Ægyptii, & subiugarunt nos, posueruntq; super nos durissimam seruitutem.
7 Et quum clamassemus ad Dominum Deum patrum nostrorum, exaudiuit Dominus vocem nostram, viditq; afflictionem nostram, laborem nostrum & [9] oppressionem nostram.
8 Et eduxit nos Dominus de Ægypto robusta manu, extentoq; brachio & terrore magno, signis & prodigiis.

1 CVmque intraueris Terram quam Dominus A
Deus tuus tibi daturus est possidendam, &
obtinueris eam, atque habitaueris in ea,
2 Tolles de cunctis frugibus tuis primitias, & *Primitiæ grati animi symbolum.*
pones in cartallo, pergesq; ad locum quem Do-
minus Deus tuus elegerit, vt ibi inuocetur nomen
eius:
3 Accedesq; ad sacerdotem qui fuerit in diebus
illis, & dices ad eum, Profiteor hodie coram Do-
mino Deo tuo, quòd ingressus sum in Terram, pro
qua iurauit [a] patribus nostris vt daret eam nobis.
4 Suscipiensq; sacerdos cartallum de manu [b] e- [a] *Dominus.*
ius, ponet ante altare Domini Dei tui. [b] *tua.*
5 Et loqueris in conspectu Domini Dei tui, Sy-
rus persequebatur patrem meum, qui descendit in
conspectu Domini Dei tui, Syrus persequebatur.
Ægyptum, & ibi peregrinatus est in paucissimo
numero: creuitq; in gentem magnam ac robustā
& infinitæ multitudinis.
6 Afflixeruntq; nos Ægyptii, & persecuti sunt B
imponentes onera grauissima.
7 Et clamauimus ad Dominum Deum patrum
nostrorum, qui exaudiuit nos, & respexit humili-
tatem nostram, & laborem, atq; angustiam:
8 Et eduxit nos de Ægypto in manu forti, &
bracchio extento, in ingenti pauore, in signis atq;
portentis:

9 Et intro-

9 Et introduxit ad locum istum, & tradidit nobis Terram lacte & melle manantem.

10 Et idcirco nunc offero primitias frugum Terræ quã Dominus dedit mihi. & dimittes eas in cõspectu Domini Dei tui, & adorato Domino Deo tuo,

11 Epulaberis in omnibus bonis quæ Dominus Deus tuus dederit tibi, & domui tuæ, tu & Leuites & aduena qui tecum est.

Primitiæ tertio quoq; anno Leuitis, pupillis, viduis & aduenis persolutæ.

12 Quando compleueris decimam cunctarum frugum tuarum, anno decimarum tertio dabis Leuitæ & aduenæ, & pupillo & viduæ, vt comedãt intra portas tuas, & saturentur:

13 Loquerisq; in conspectu Domini Dei tui. Attuli quod sanctificatum est de domo mea, & dedi illud Leuitæ & aduenæ, & pupillo ac viduæ, ‖ sicut iussisti mihi: non præterij mandata tua, nec sum oblitus imperii tui.

Sup. 14. d

14 Non comedi ex eis in luctu meo, nec separaui ea in qualibet immunditia, nec expendi ex his quicquam in re funebri: obediui voci Domini Dei mei, & feci omnia sicut præcepisti mihi.

Esa. 63. d
Baruch. 2. d

15 ‖ Respice de sanctuario tuo, & de excelso cælorum habitaculo, & benedic populo tuo Israel, & Terræ quam dedisti nobis, sicut iurasti patrib. nostris, Terræ lacte & melle mananti.

16 Hodie Dominus Deus tuus: præcepit tibi vt facias mandata hæc atque iudicia: vt custodias & impleas ex toto corde tuo, & ex tota anima tua.

Sup. 7. a.

17 ‖ Dominum elegisti hodie, vt sit tibi Deus, & ambules in viis eius, vt custodias ceremonias illius, & mandata atque iudicia, & obedias eius imperio.

** Et Iudæi in gloriã Dei assumpti in populum.*

18 * En' Dominus elegit te hodie vt sis ei populus peculiaris, sicut locutus est tibi, & custodias omnia præcepta illius:

19 Et faciet te excelsiorem cunctis gẽtibus quas creauit, in laudem, & nomen, & gloriam suam: vt sis populus sanctus Domini Dei tui, sicut locutus est.

9 Et introducens nos in locum istum, dedit nobis terram hanc fluentem lacte & melle.

10 Nunc igitur [10] affero primitiuos fructus telluris, quam dedisti mihi Domine. tu vero [11] dimissis illis coram Domino Deo tuo, adorabis coram Domino Deo tuo.

11 Et [12] lætaberis in omni bono, quod dedit Dominus Deus tuus tibi & domui tuæ, tu & Leuita atque peregrinus qui est in medio tui.

12 Quumq; compleueris dare decimas, omnes scilicet decimas prouentus tui, in anno tertio, [13] qui est annus decimarum, [14] dabis Leuitis, peregrinis, pupillis & viduis, [15] vt comedant intra portas tuas & saturentur:

13 [16] Dicesq; coram Domino Deo tuo, [17] Sustuli sanctum de domo, [18] dedique [19] ipsum Leuitis, peregrinis, pupillis & viduis, iuxta vniuersa præcepta tua quæ præcepisti mihi: non sum transgressus præcepta tua, nec obliuioni tradidi.

14 Non comedi [20] in dolore meo ex eo, nec sustuli quidquam [21] ex eo in immunditiam, neque dedi ex eo quid [22] mortuo, sed audiui vocem [23] Domini Dei mei, & [24] feci iuxta omnia quæ præcepisti mihi [25] Domine.

15 Aspice de habitaculo [26] sancto tuo de cælis, & benedic populum tuum Israel, atque terram quam dedisti nobis, quemadmodum [27] iurasti patribus nostris, terram lacte & melle manantem.

16 Hodie Dominus Deus tuus præcipit tibi vt facias statuta ista atq; iudicia, vt serues & facias ea [28] toto corde tuo, & tota anima tua.

17 [29] Tu hodie fecisti dicere Dominum quod velit esse Deus tuus: vtq; ambules in viis eius, [30] & obserues statuta eius, præcepta eius atq; iudicia eius, audiasque vocem eius.

18 [31] Dominus rursum te fecit dicere hodie, vt esses ei populus peculiaris, sicut loquutus est tibi, [32] & custodias omnia mandata eius,

19 Et vt ponat te excelsiorem cunctis gentibus quas fecit, [33] (vt sis) in laudem, & celebre nomen, vt & in gloriam, & sis populus [34] sanctus Domino Deo tuo, sicut loquutus est.

10 q. d. in memoriam tanti beneficii offero tibi primitias.
11 relicto eo. sub. calatho.
12 i. frui poteris reliquis aliis quæ non obtuleris.
13 i. in quo decimæ dari debent pauperibus. Singulis enim annis decimæ Leuitis tantum: at tertio quoq; anno pauperibus dabantur & Leuitis.
14 He. & dederis.
15 & comederint intra portas tuas, & saturati fuerint: Intra portas tuas, i. in vrbibus tuis quas inhabitas: in aliqua vrbium tuarum.
16 Tunc dices. Agendo sc. gratias, ingenue fateberis. Sic dices, Gratias ago Deo, quod persoluerim decimam &c.
17 Extuli rem sacram e domo, i. decimam ipsam quæ Deo sacrata est. I'ay mis hors de ma maison.
18 Hebr. & etiam dedi.
19 i. rem ipsam sacram, nempe decimam.
20 In luctu meo, i. in calamitate mea. Vel, in paupertate mea, siue egestate pressus non comedi aliquid ex ipsis decimis.
21 Vel, ex ea pro re immunda, id est, vt insumerem in rem immundã & prophanã. Nihil enim ex decimis in re prophana expendi debebat, quod Deo sacræ essent.
22 i. in exequiis, curando funere, & parentando.
23 Antecedẽ. pro relatiuo: Latine diceretur, audiui sui vocem tuæ.
24 i. impleui præceptum de decimis persoluẽdis.
25 Quidam codices Hebræi nõ legunt Domine.
26 He. sanctitatis tuæ, de cælo ipso. His declarat quid vocet habitaculũ Dei sanctũ: nempe cælum.

CAPVT XXVII.

A

Iubet Moyses vt transmisso Iordane, filii Israel aliquot lapides excitent in quibus describatur decalogus.

1 PRæcepit autem Moyses & seniores Israel populo, dicentes, Custodite omne mandatum quod præcipio vobis hodie.

2 Cumq; transieritis Iordanem in Terram quam dominus Deus tuus dabit tibi, eriges ingentes Lapides, & calce leuigabis eos.

3 Vt possis in eis scribere omnia Verba legis huius, Iordane transmisso, vt introeas Terram quã Dominus Deus tuus dabit tibi, Terram lacte & melle manantem, sicut iurauit patribus tuis,

Exod. 20. d
Iosue. 8. f

4 ‖ Quando ergo transieritis Iordanem, erigite lapides quos ego hodie præcipio vobis in monte Hebal, & leuigabis eos calce.

B

5 Et ædificabis ibi altare Domino Deo tuo de lapidibus quos ferrum non tetigit,

6 Et de saxis informibus & impolitis: & offeres super eo holocausta Domino Deo tuo,

7 Et immolabis hostias pacificas, comedésque ibi, & epulaberis coram Domino Deo tuo.

1 PRæcepitq; Moses & seniores Israel populo, dicentes, Custodite omnia præcepta quæ ego præcipio vobis hodie.

2 Hoc vero fiet, quum transieritis Iordanem, [veneritisq;] in terram quam Dominus Deus tuus dat tibi, eriges [1] tibi lapides magnos, & [2] obduc eos calce.

3 Scribesq; super eos [3] omnia verba legis huius quando transieris, [4] eo quod veneris in terram quam Dominus Deus tuus dat tibi, terram fluentem lacte & melle, sicut loquutus est Dominus Deus patrum tuorum [4] tibi.

4 Quando itaque Iordanem transieritis, erigetis lapides istos, quos ego hodie vobis [5] præcipio in monte Ebal, & obducetis eos calce.

5 Ædificabis quoq; ibi aram Domino Deo tuo, aram [inquam] de lapidibus, super quos ferrum non leuabis.

6 De lapidibus [6] integris ædificabis aram Domini Dei tui. & sacrificabis super eam holocaustum Domino Deo tuo.

7 Sacrificabis quoq; pacifica sacrificia, & comedes ibi, lætaberisq; [7] coram Domino Deo tuo.

27 Id est, pollicitus fueras adhibito iuramento. 28 i. Sponte, libenter, & ex animo. 29 Vel potius, Tu hodie extulisti (vel, exaltasti) Dominum vt sit tibi Deus i. magnificasti hodie Dominum, seruando præcepta eius: ipse quoque te exaltauit, vt sit tibi Deus. Quidam (hodie) intelligunt pro eo die quo Dominus se populo, & populus se Deo obstrinxit & addixit, Exod. 19. & 20. & sic legunt, Tu eodem die addixisti te Domino Deo tuo, vt esset Deus tuus: rursus Deus addixit se tibi eodem die vt tu sis ei populus peculiaris, Sensus in idem recidit. Deus enim addixit se nobis fœdere perpetuo se fore Deum nobis: nos addiximus et nos ipsos, quum promisimus fore nos populum suum. aut contra, nos petimus vt sit Deus noster, ipse petit vt simus populus eius: omnia tamen ex ipso sunt, ipso dicente & efficiente omnia sunt, ex amore scilicet eius erga nos. 30 [illegible] id est, positum est: declarat enim quod diceret, ambulare in viis eius: nempe custodire statuta eius & mandata &c. 31 Vel potius, Etiam Dominus exaltauit te, Vel, [illegible] Deus eius &c. 32 & vt custodias. Extulit inquam te, vt etiam custodias. 33 Id est, fecit te superiorem in laudem suam, hoc est, vt propter te laudetur, &c. 34 Id est, dicatus.

CAP. XXVII. 2 Vel, lini, id est, dealbare [illegible] decalcare. 3 Vt intres vel, vt penetrare possis. 4 i. in gratiam tui, siue pro te. 5 Sub. erigendos. 6 Vel, perfectis, id est, non sectis. Gallice, Toutes entieres, non taillees. 7 Agendo scilicet gratias ob beneficia accepta.

8 Hebr. explicando bene. Vel, litera bene pi[illegible]. Sed vnguenti [illegible], litera legibili.

9 Verti potest, Istæ tribus stabunt super montem Garizim, vt populo audienti recitentur benedictiones. Aut, Istæ tribus stabunt in monte Garizim ad audiendam benedictionem. Lege Numerorũ cap. 17. & 18.

10 Ioseph ponitur pro duabus tribubus, Ephraim & Manasse.

11 propter maledictionem, id est, ad maledictionem audiendam. Vel, vt illis audientibus recitentur maledictiones.

12 Heb. loquentur & dicent, &c. Isti erant in valle, in medio duorum istorum montium, omnis autem populus, & omnes maiores natu, necnon [illegible] stabant ex vtraque parte arcæ in conspectu sacerdotum. Iosue 8. Aut hic intelligendæ sunt [illegible] tribus [illegible] Num. 1[illegible]

13 vel, Maledictus. Aut, Infaustus. Infelix. Nam verba Hebræa ARVA & BARVCH, opponuntur: alterum infaustum significat & infœlicem: alterum faustum & fœlicem.

14 id est, quod detestatur Dominus.

15 vel, in loco remoto. Vel, dicet [illegible] illud, & non publice.

16 id est, Veritas sit hoc. Verum sit illud quod dicit, Maledictus sit qui [illegible] Concessionis vel optantis est particula.

8 *Et scribes super lapides omnia verba legis huius,*
ita vt luculenter & clare.

9 *Loquutus est Moses & sacerdotes Leuitici generis ad vniuersum Israelem in hunc modum.*

10 *Israel ausculta & audi, Hodie factus es populus Domini Dei tui: audies igitur vocem Domini Dei tui, & facies præcepta eius, atque statuta eius quæ ego præcipio tibi hodie.*

11 *Præcepitque Moses populo, illo die, dicens.*

12 [9] *Hi stabunt ad benedicendum populo super montem Garizim, [illegible] transieritis Iordanem, Simeon, Leui, Iehuda, Isaschar,* [10] *Ioseph & Beniamin.*

13 *Et isti stabunt* [11] *ad execrandum in monte Ebal, Ruben, Gad, Aser, Zabulon, Dan & Naphthali.*

14 *Leuitæ quoque conceptis verbis dicent ad cunctos Israelitas sublata voce,*

15 [13] *Execratus vir ille quicunque fecerit sculptile aut fusile simulachrum,* [14] *abominationem Domini, opus manuum artificis, posueritque illud* [15] *in abscondito. & respondebunt vniuersi de populo, & dicent,* [16] *Amen.*

16 *Execratus est qui* [17] *maledicit patri suo aut matri suæ. & dicet omnis populus, Amen.*

17 *Execratus qui* [18] *mouet limitem proximi sui. & dicet omnis populus, Amen.*

18 *Execratus qui cæcum errare aut impingere facit in itinere. & dicit vniuersus populus, Amen.*

19 *Execratus* [19] *qui declinare facit iudicium peregrini, pupilli & viduæ. & dicet vniuersus populus, Amen.*

20 *Execratus qui* [20] *dormit cum vxore patris sui, quoniam* [21] *retegit alam patris sui. & dicet omnis populus, Amen.*

21 *Execratus qui cubat cum vllo iumento. & dicet omnis populus, Amen.*

22 *Execratus qui concumbit cum sorore sua,* [22] *filia patris sui, aut filia matris suæ. & dicet vniuersus populus, Amen.*

23 *Execratus qui dormit cum socru sua. & dicet vniuersus populus, Amen.*

24 *Execratus qui proximum suum clam percutit. & dicet omnis populus, Amen.*

25 † † † † †

26 *Execratus qui accipit munus vt percutiat* [23] *animam, sanguinem innocentem. & dicet vniuersus populus, Amen.*

27 *Execratus* [24] *qui non perfecte præstat verba huius legis vt faciat ea. & dicet vniuersus populus, Amen.*

8 Et scribes super lapides omnia verba legis huius plane & lucide.

9 Dixeruntque Moyses & sacerdotes Leuitici generis ad omnem Israelem.

10 Attende, & audi Israel, Hodie factus es populus Domini Dei tui. audies vocem eius, & facies mandata atque iustitias quas ego præcipio tibi*.

11 Præcepitque Moyses populo in die illo, dicens:

12 Hi stabunt ad benedicendum * Domino* super montem Garizim, Iordane transmisso: Simeon, Leui, Iudas, Issachar, Ioseph, & Beniamin.

13 Et e regione isti stabunt ad maledicendum in monte Hebal: Ruben, Gad, & Aser, & Zabulon, Dan, & Nephthali.

14 Et pronunciabunt Leuitæ, dicentque ad omnes viros Israel excelsa voce:

15 Maledictus homo qui* facit* sculptile & conflatile, abominationem Domini, opus manuum artificum, ponetque illud in abscondito. & respondebit omnis populus, & dicet, Amen.

16 Maledictus qui non honorat patrem suum, & matrem *. & dicet omnis populus, Amen.

17 Maledictus qui transfert terminos proximi sui. & dicet omnis populus, Amen.

18 Maledictus qui errare facit cæcum in itinere. & dicet omnis populus, Amen.

19 Maledictus qui peruertit iudicium aduenæ, pupilli & viduæ. & dicet omnis populus, Amen.

20 Maledictus qui dormit cum vxore patris sui, & reuelat operimentum lectuli eius. & dicet omnis populus, Amen.

21 Maledictus qui dormit cum omni iumento. & dicet omnis populus, Amen.

22 Maledictus qui dormit cum sorore sua, filia patris sui, vel matris suæ. & dicet omnis populus, Amen.

23 Maledictus qui dormit cum socru sua. & dicet omnis populus, Amen.

24 Maledictus qui clam percusserit proximum suum. & dicet omnis populus, Amen.

25 *Maledictus qui dormit cum vxore proximi sui. & dicet omnis populus, Amen.*

26 Maledictus qui accipit munera, vt percutiat animam sanguinis innocentis. & dicet omnis populus, Amen.

27 Maledictus qui non permanet in sermonibus legis huius, nec eos opere perficit. & dicet omnis populus, Amen.

* hodie.
Benedictiones in Garizim. Maledictiones in Hebal.
* populo.
C
Iosue 8. c
* facit.
* suam.
D
Galat. 3. b

CAPVT XXVIII.

1 SI diligenter audieris vocem Domini Dei tui, & custodieris, faciendo omnia præcepta mea, quæ ego præcipio tibi hodie, ponet te Dominus Deus tuus [1] excelsiorem cunctis nationibus terræ.

2 Venientque super te omnes [2] benedictiones istæ, & apprehendent te, si tamen audieris vocem Domini Dei tui.

3 [3] Faustus eris in vrbe, faustus in agro.

4 [4] Faustus fructus ventris tui, fructus telluris tuæ, atque fœtus iumentorum tuorum, fœtus boum tuorum, & gregum ouium tuarum.

5 [5] Fausta sporta tua, atque reliquiæ tuæ.

1 SI autem audieris vocem Domini Dei tui, vt facias atque custodias omnia mandata eius quæ ego præcipio tibi hodie, faciet te Dominus Deus tuus excelsiorem cunctis gentibus quæ versantur in terra.

2 Venientque super te vniuersæ benedictiones istæ, & apprehendent te: si tamen præcepta eius audieris.

3 Benedictus tu in ciuitate, & benedictus in agro.

4 Benedictus fructus ventris tui, & fructus terræ tuæ, fructusque iumentorum tuorum, greges armentorum tuorum, & caulæ ouium tuarum.

5 Benedicta horrea tua, & benedictæ reliquiæ tuæ.

6 Bene-

A
Successus eorũ qui mandata Dei seruanerint.

17 Spernit. Vel, ignominia afficit. 18 vel, transfert. 19 id est, qui peruerse & inique pronunciat aduersus aduenam, &c. 20 vel, cum habet rem nouercæ suæ. 21 id est, operit angulum pallii patris sui, id est, operimentum quo turpitudo patris tegebatur. Turpitudinem patris vocat pudenda nouercæ. 22 Id est, siue sit soror ex parte patris, siue ex parte matris. 23 (plaga) animæ, sanguinem innocentem, id est, plaga lethali hominem innocentem. Sanguinem pro homine ponit. 24 qui non confirmauerit (vel, qui non ostenderit se rata habere) verba legis huius faciendo illa. CAP. XXVIII. 1 ita vt custodias & facias, id est, fideliter faciendo. 2 vel, superiorem. 3 Benedictio pro omni fœlicitate & prosperitate ponitur in corpore, animo, fortunis. 4 Benedictus. Id est, Abundabis omnibus rebus necessariis, siue vrbem incolas, siue agrum. Aut, Fœlix eris, siue res vrbanas tractes, siue rusticas. 5 Hoc est, Abundabis liberis, & terra giguet tibi copiosum fructum, abundabis iumentis, armentis, & grege. 6 vel, Benedictum canistrum tuum, & benedicta arca panaria tua, id est, Calathi tui in quibus reponere soles fructus arborum, nunquam erunt vacui, & semper erit panis in arca tua panaria.

6 Benedictus eris ingrediens & egrediens.

7 Dabit Dominus inimicos tuos qui * consurgent* aduersum te, corruentes in conspectu tuo: per vnam viam venient contra te, & per septem fugient à facie tua.

8 Emittet Dominus benedictionem super cellaria tua, & super omnia opera manuum tuarum. benedicetq; tibi in terra quam acceperis,

9 Suscitabit te Dominus sibi in populum sanctũ, sicut iurauit tibi: si custodieris mandata Domini Dei tui, & ambulaueris in viis eius.

10 Videbuntque omnes terrarum populi quòd nomen Domini inuocatum sit super te, & timebunt te.

B 11 Abundare te faciet Dominus omnibus bonis, fructu vteri tui, & fructu iumentorum tuorum, fructu Terræ tuæ quam iurauit Dominus patribus tuis vt daret tibi.

12 Aperiet Dominus thesaurum suum optimũ, cælum, vt tribuat pluuiam terræ tuæ in tempore suo: benedicetq; cunctis operibus manuum tuarum. Et fœnerabis gentibus multis, & ipse à nullo fœnus accipies.

13 Constituet te Dominus Deus tuus in caput, & non in caudam: & eris semper suprà, & non subter: si tamen audieris mandata Domini Dei tui, quæ ego præcipio tibi hodie, & custodieris & feceris,

14 Ac non declinaueris ab eis nec ad dexteram nec ad sinistram, nec secutus fueris deos alienos, neque colueris eos.

15 Quòd si audire nolueris vocem Domini Dei tui, vt custodias & facias omnia mandata eius & ceremonias quas ego præcipio tibi hodie, venient super te omnes maledictiones istæ, & apprehendẽt te.

16 Maledictus eris in ciuitate, maledictus in agro.

17 Maledictum horreum tuum, & maledictæ reliquiæ tuæ.

18 Maledictus fructus ventris tui, & fructus terræ tuæ, armenta boum tuorum, & greges ouium tuarum.

C 19 Maledictus eris ingrediens, & maledictus egrediens.

20 Mittet Dominus super te famem & esuriem & increpationem in omnia opera tua quę tu facies donec conterat te & perdat velociter, propter adinuentiones tuas pessimas in quibus reliquisti me.

21 Adiungat tibi Dominus pestilentiam, donec consumat te de Terra ad quam * ingredieris* possidendam.

22 Percutiat te Dominus egestate, febri & frigore, ardore & æstu, & aëre corrupto ac rubigine, & persequatur donec pereas.

23 Sit cælum quod supra te est, æneum: & terra quam calcas, ferrea.

24 Det Dominus imbrem terræ tuæ puluerem, & de cælo descendat super te cinis, donec conteraris.

25 Tradat te Dominus corruentem ante hostes tuos: & per vnam viam egrediaris contra eos, & per septem fugias & dispergaris per omnia regna terræ.

26 Sitque cadauer tuum in escam cunctis volatilibus cæli & bestiis terræ, & non sit qui abigat.

Left margin notes: * consurgunt. — Calamitates eorum qui Dei mandata non seruauerint. Leuit. 26.b Thre. 2.f Malac. 2.a Baruch. 1.d — * ingredieris gręc. temp.

6 [7] *Faustus eris quum ingredieris, faustus quum exieris.*

7 *Efficiet Dominus vt hostes tui qui aduersum te insurgunt, ante te [8] corruant: per iter vnum egredientur aduersum te, & per [9] septem vias fugient ante faciem tuam.*

8 [10] *Mandabit Dominus vt super te [veniat] benedictio in promptuaria tua, atq; in omnia ad quæ admolitus fueris manum tuam, fortunabitq; te in terra quam [11] Dominus Deus tuus dat tibi.*

9 [12] *Eriget te Dominus sibi in populum sanctum, sicut iurauit tibi, si tamen mandata Dei tui custodieris, & in viis eius incesseris.*

10 *Tum demum omnes populi terræ [13] videbunt quod nomen Domini inuocatum sit super te, & timebunt sibi à te.*

11 *Dominus quoq; te [14] reliquum faciet, idque bono [tuo] in [15] fructu ventris tui, in fœtu iumentorum tuorũ, & in prouentu telluris tuæ, in terra quam iurauit Dominus patribus tuis, se daturum [eam] tibi.*

12 *Aperiet tibi Dominus thesaurum suum bonum, nempe cælum, [16] vt det pluuiam terræ tuæ suo tempore, & [17] vt benedicat vniuerso operi manus tuæ, vt possis mutuo dare gentibus multis, tu vero nihil mutuo accipias.*

13 [18] *Ponet quoq; te Dominus in caput, & non in caudam, [19] erisq; dumtaxat supra, neq; vnquam eris infra: si modo audieris præcepta Domini Dei tui, quæ ego præcipio tibi hodie, vt custodias & facias.*

14 [20] *Ne deflectas à cunctis sermonibus quos ego præcipio vobis hodie, neq; ad dextram neq; ad sinistrã, vt eas post deos alios, & eos colas.*

15 *Quod [21] si vocem Domini Dei tui non audieris, [22] vt custodias & facias cuncta præcepta eius & statuta eius quæ ego tibi præcipio hodie, venient super te omnes execrationes istæ, & apprehendent te.*

16 [23] *Execratus eris tu in vrbe, execratus in agro.*

17 [24] *Execrata erit sporta tua, & reliquiæ tuæ.*

18 [25] *Execratus fructus ventris tui, & fructus telluris tuæ, fœtus boum tuorum, & greges ouium tuarum.*

19 [26] *Execratus in introitu tuo, execratus in exitu tuo.*

20 *Mittet Dominus in te [27] egestatem, conturbationem & increpationem, in omnia [28] quæ insti[tu]eris & quæ feceris, [29] donec deleat te, & perdat te subito, propter malitiam studiorum tuorum, qui[bus] me deseruisti.*

21 [30] *Adhærescere faciet tibi Dominus pestem, donec consumat te de superficie terræ, in quam venis vt eam possideas.*

22 *Percutiet te Dominus [31] tabe, ardore, inflammatione, æstu, consumptione, siccitate, robigine, aurigine, & insequentur te donec pereas.*

23 *Erunt tibi cæli [super caput tuum] [32] ærei, & tellus quæ sub te est ferrea.*

24 *Dabit Dominus terræ tuæ pro pluuia [33] arenam & puluerem, de cælis descendet super te donec fueris deletus.*

25 *Dabit quoq; te Dominus [34] prostratum ante hostes tuos: ad eos vno itinere egredieris, & per septem itinera coram eis fugies, erisq; [35] vt caput (super te) commouent omnia regna terræ.*

26 *Erit præterea cadauer tuum cibus omni volucri cæli & bestiæ terræ, nec erit [36] qui absterreat.*

Right margin notes: 7 Hoc est, Ingressus tuus in locum aliquem, & egressus ex loco aliquo, erit fœlix. 8 Percutiantur, id est, permittet vt cædes eos. 9 Numerus certus pro incerto. 10 Vel, Præcipiet, id est, Dominus vt tibi, ita & cellariis tuis benedicet, & omnibus rebus quibus admoueris manum. 11 Id est, ipse. Antecedens pro relatiuo. 12 Id est, Faciet vt sis ei populus sanctus. Hæc est spiritualis benedictio ac promissio. 13. i. intelligent te vocari de nomine Dei vel te vocari populum Dei, & esse. 14 abundare faciet in bonum (i. fœliciter) fructu. 15. i. liberis. 16 Dando. 17 benedicendo. 18 Hebraismus, pro, Faciet te Dominus primum, & non vltimum. primum omnium populorum, & non abiectissimum. 19 Vel, eris tantummodo in summo, & non [illegible] superior semper eris, & non inferior. 20 Et ne declines. 21. i. si recesseris à cultu veri Dei, colendo idola. 22 Vel, custodiendo & faciendo. Aut, ita vt custodias & facias [illegible], ita vt solum facias. 23. i. Infœlix [illegible] rebus [illegible] gerendis & [illegible] bus [illegible]. 24 Maledictus calathus tuus, & [illegible] panaria tua. Calathus tuus [illegible] arca panaria tua in qua [illegible] seruatur panis [illegible]. Tu premeras [illegible] me. 25 Hoc est, Peribunt liberi tui, [illegible] fruges [illegible] tua [illegible] entur, & [illegible] penoriam & [illegible] ad quæ [illegible]

pecorum peribunt. 26. i. Infœlix eris, siue aliquo profisciscaris, siue domum reuertaris. 27 Maledictionem & confractionem, & correptionem Vel, penuriam & contractionem, & internecionem. Vox Hebræa, pro qua vertimus confractionem, significat strepitum terribilem, in quo omnia turbatione sunt plena. 28 [illegible] manum tuam subiecta facias. 29 Vel, ita vt perdaris & pereas. 30 Vel, Adhærere faciet q.d. Dominus mittet tibi pestem, quæ tam firmiter adhærebit tibi, vt à te separari non possit. 31 macie (vel, phthisi) & febri, & ardore, & æstu, & gladio, & rubigine, & aurigine, &c. Posuit febrem & ardorem & æstu pro febri ardenti [illegible] & æstuante. Gladius, bellum significat. Rubigo, morbus segetum qui oritur vento Orientali [illegible] [illegible] Aurigo, Gallicè [illegible]. 32 Vocat cælum æneum, quod non pluet. & terra ferrea, quæ aratri non [illegible] Nulla aqua [illegible] terra [illegible]. 33 pulueren & [illegible] sulphureus de cælis [illegible] pluuiæ [illegible] puluis [illegible] [illegible]. 34 casurum. Permittet Dominus vt inimici te cædant [illegible] per multas vias. 35 [illegible] [illegible] regna terræ. 36 Heb. terrens, id est, qui terreat, vel abigat.

37 s. vlcere quo percussit Ægyptios quando noluerunt permittere egredi Israelem.
38 & infirmitatibus a [illegible]: & scabie & prurigine. Scabiem siccam vocat De la gratelle. Pruriginē intelligit impetiginem quæ coniuncta est prurigini. Per morbos ani, intellige hemorrhoides, & mariscas, & reliquos morbos ani.
39 cæcitate, ac stupore cordis. Cæcitatē mentis intelligit. Stuporē cordis, quū homo totus attonitus redditur.
40 Intelligitur de palpatione animi. q. d. cæcutie in te tā clara. quàm est lux Meridiana. i. eris omnium excæcatissimus.
41 Heb. neque secundabis vias tuas. i. non poteris efficere vt prosperentur viæ tuæ. q. d. omnia infœliciter tibi succedent.
42 Eris etiā tantūmodo oppressus & spoliatus omni tēpore, &c. i. nihil aliud quā opprimeris, & spoliaberis toto vitæ tempore, nec erit qui suppetias tibi ferat. Verti posset, i. et te etiam opprimētis, &c.
43 vel, Vxores dabis [illegible] futuras [illegible].
44 Hebraice legitur adverbum, tu non deus gi[illegible] primus non vindemiabis eam.
45 nec erit tibi seruator. i. non erit qui illas eripiat e manibus inimicorum, & reducat ad te.
46 propter illos. i. oculi tui consumentur, circumspiciendo quotidie an reuertantur.
47 Heb. & non erit fortitudo in manu tua. i. non poteris liberare filios tuos é manu illorum gētis.

27 *Percutiet quoque te Dominus [37] vlcere Ægyptiaco, [38] ficu, scabie scissa, & scabie sicca, ita vt sanari non possis.*

28 *Percutiet te Dominus amentia, [39] cæcitate & subita conturbatione cordis.*

29 *Et eris [40] palpans in meridie, quemadmodum palpat cæcus in tenebris, [41] neq; prosper eris in viis tuis: [42] Et omnino talis eris, qui vim & iniuriam patiatur, quiq; diripiatur, idq; cunctis diebus, nec erit qui eripere possit.*

30 *[43] Vxorem [tibi] despondebis, & alius cum ea concumbet: domum extrues, & non habitabis in ea: vineam quoq; plantabis, & [44] non prophanabis eam.*

31 *Bos tuus mactabitur spectantibus id oculis tuis, & tu non comedes ex eo: asinus tuus rapietur à conspectu tuo, nec reuertetur ad te: oues tuæ tradentur hostibus tuis, [45] nec erit qui tibi auxilium ferat.*

32 *Filii tui & filiæ tuæ tradentur populo alii, & oculi tui spectantes hoc tabescent [46] super his tota die, [47] nec erit tantum virium vt sis ferendo.*

33 *Fructum terræ tuæ, & vniuersum laborem tuum comedet populus quem tu non nouisti, [48] erisq; omnino talis qui vim & iniuriam patiatur, ac conquassetur omnibus diebus.*

34 *[49] Vesanus quoq; eris propter ea quæ oculis tuis videre cogeris.*

35 *Percutiet te Dominus vlcere noxio in genibus & cruribus, quod curari haudquaquam poterit, à planta pedis tui vsq; ad verticem tuum.*

36 *Ducet te Dominus, regemq; tuū, quem constitueris super te, ad gentem, quam nec tu nouisti, nec patres tui: & [50] seruies illic diis aliis, nempe lapidi & ligno.*

37 *Erisq; [51] vt à te stupeant, te exemplo vtantur, de te linguam acuant omnes populi, ad quos te Dominus [52] duxerit.*

38 *Multum seminis [53] proferes in agrum, parum colliges: quia vastabit illud locusta.*

39 *Vineas plantabis & coles, sed vinum non bibes neque colliges, eo quòd vermis sit illud absumpturus.*

40 *Oleæ erunt tibi per cunctos fines tuos, & tamen nō vnges te oleo, quia [54] excutietur olea tua.*

41 *Filios & filias generabis, & nullos habebis, quia abibunt in captiuitatem.*

42 *Omnes arbores tuas, & fructus terræ perdet [55] ærugo.*

43 *Peregrinus qui tecum habitat, [56] ascendet, & te sublimior erit, & tu longe infra desidebis.*

44 *[57] Ipse tibi mutuo dabit, & tu illi nihil dabis mutuo: [58] Ipse erit in caput, & tu eris in caudam.*

45 *Venient denique in te omnes execrationes istæ, quæ & insequentur te, & apprehendent te, donec consumaris, eo quod non audiuisti vocem Domini Dei tui, vt custodires præcepta eius atq; statuta eius quæ præcepit tibi.*

46 *[59] Erunt in signum & in portentum in te & in semine tuo perpetuo.*

47 *Eo quod non seruieris Domino Deo tuo in lætitia & [60] bonitate cordis tui, [61] quum tamen tibi omnia affluerent.*

48 *Seruies igitur hosti tuo quem immittet Dominus tibi, in fame, siti, nuditate, & omnium rerum penuria: & ponet iugum ferreum super collum tuum, donec te deleat.*

27 Percutiat te Dominus vlcere Ægypti, & partem corporis per quam stercora egeruntur, scabie quoque & prurigine, ita vt curare nequeas.

28 Percutiat te Dominus amentia & cæcitate ac furore mentis.

29 Et palpes in meridie, sicut palpare solet cæcus in tenebris, & non dirigas vias tuas. Omniq; tempore calumniam sustineas, & opprimaris violentia, nec habeas qui liberet te.

30 Vxorem accipias, & alius dormiat cum ea. Domum ædifices, & non habites in ea: plantes vineam, & non vindemies eam.

31 Bos tuus immoletur coram te, & non comedas ex eo: asinus tuus rapiatur in conspectu tuo, & non reddatur tibi: oues tuæ dentur inimicis tuis, & non sit qui te adiuuet. D

32 Filii tui & filiæ tuæ tradantur alteri populo, videntibus oculis tuis, & deficientibus ad conspectum eorum tota die, & non sit fortitudo in manu tua.

33 Fructus terræ tuæ, & omnes labores tuos comedat populus quem ignoras: & sis semper calumniam sustinens, & oppressus cunctis diebus.

34 Et stupens ad terrorem eorum quæ videbunt oculi tui.

35 Percutiet te Dominus vlcere pessimo in genibus & in suris, sanariq; non possis à planta pedis vsque ad verticem tuum.

36 [a] Ducetq; te Dominus, & regem quem constitues super te, in gentem quam ignoras tu & patres tui: & seruies ibi diis alienis, ligno & lapidi. [a] *Ducet.*

37 Et eris perditus, in prouerbium ac fabulam omnibus populis, ad quos te introduxerit Dominus.

38 ‖ Sementem multam facies in terram, & modicum congregabis: quia locustæ deuorabunt omnia. Mich. 6. d Aggæi 1. b

39 Vineam plantabis & fodies, & vinum non bibes, nec colliges ex ea quippiam: quoniam vastabitur vermibus.

40 Oliuas habebis in omnibus terminis tuis, & non vngeris oleo: quia defluent & deperibunt.

41 Filios generabis & filias, & non frueris eis: quoniam ducentur in captiuitatem.

42 Omnes arbores tuas & fruges terræ tuæ rubigo consumet.

43 Aduena qui tecum versatur in Terra, ascendet super te, eritq; sublimior: tu autem descendes, & eris inferior.

44 Ipse fœnerabit tibi, & tu non fœnerabis ei: ipse erit in caput, & tu eris in caudam.

45 Et venient super te omnes maledictiones istæ, & persequentes apprehendent te, donec intereas: quia non audisti vocem Domini Dei tui, nec seruasti mandata eius & ceremonias quas præcepit tibi.

46 Et erunt in te signa atque prodigia, & in semine tuo vsque in sempiternum:

47 Eo quod non seruieris Domino Deo tuo in gaudio, cordisq; lætitia, propter rerum omnium abundantiam. *Seruire Deo in gaudio.*

48 Seruies inimico tuo quem immittet tibi Dominus, in fame, & siti, & nuditate, & omni penuria, & ponet iugum ferreum super ceruicem tuam, donec te conterat.

48 Heb. & eris tantummodo oppressus & confractus. i. nihil aliud quam opprimeris, siue perpetuo opprimeris. 49 vel, Corripieris quoque insania ob visionem oculorum tuorum quam videbis. 50 [illegible] hominibus [illegible] alienos, hoc est, deos ligneos ac lapideos. 51 Hebr. in stuporem & parabolam, & [illegible] omnibus populis [illegible] obstupescent omnes populi externi, omnes alios infœlices compa[illegible] tibi, [illegible] 52 abducent, id est ad quos authore & duce Domino commigrabis. 53 sub. ex hortis tuis, quod [illegible] quam colligeris, & ad maturitatem perueniat. 55 locusta. Vel, [illegible] ho[illegible] 54 [illegible] 56 Heb. ascendet super te sursum sursum, tu autem descendes deorsum deorsum. Heb. [illegible] pra[illegible] 57 [illegible] longe distor te, ita vt [illegible] 58 [illegible] 59 [illegible] in te vice prodigiorum. q. d. Hæc nota & infamia durabit perpetuo. 60 vel, hilaritate. 61 [illegible] abundantia omnium rerum.

49 Adducet Dominus super te gentem de longinquo, & de extremis terræ finibus in similitudinem aquilæ volantis cum impetu: cuius linguam intelligere non possis.

50 Gentem procacissimam, quæ non deferat seni, nec misereatur paruuli.

51 Et deuoret fructum iumentorum tuorum, ac fruges terræ tuæ, donec intereas: & non relinquat tibi triticum, vinum & oleum, armenta boum, & greges ouium: donec te disperdat.

52 Et conterat in cunctis vrbibus tuis, & destruantur muri tui firmi atq; sublimes, in quibus habebas fiduciam in omni Terra tua. Obsideberis intra portas tuas in omni Terra tua quam dabit tibi Dominus Deus tuus:

53 Et comedes fructum vteri tui, & carnes filiorum tuorum & filiarum tuarum, quas dederit tibi Dominus Deus tuus, in angustia & vastitate qua opprimet te hostis tuus.

54 Homo delicatus in te, & luxuriosus valde inuidebit fratri suo, & vxori quæ cubat in sinu suo.

55 Ne det eis de carnibus filiorum suorum quas comedet: eo quod nihil aliud habeat in obsidione & penuria qua vastauerint te inimici tui intra omnes portas tuas.

56 Tenera mulier & delicata, quæ super terram ingredi nō valebat, nec pedis vestigium figere propter mollitiem & teneritudinem nimiam, inuidebit viro suo qui cubat in sinu eius, super filii & filię carnibus,

57 Et illuuie secundinarum quę egrediuntur de medio fœminum eius, & super liberis qui eadem hora nati sunt. comedent enim eos clàm propter rerum omniū penuriam, in obsidione & vastitate qua opprimet te inimicus tuus intra portas tuas.

58 Nisi custodieris, & feceris omnia verba legis huius quæ scripta sunt in hoc volumine, & timueris nomen eius gloriosum & terribile, hoc est, Dominum Deum tuum:

59 Augebit Dominus plagas tuas, & plagas seminis tui, plagas magnas & perseuerantes, infirmitates pessimas & perpetuas.

G 60 Et conuertet in te omnes afflictiones Ægypti, quas timuisti, & adhærebunt tibi.

61 Insuper & vniuersos languores, & plagas quę non sunt scriptæ in volumine legis huius, inducet Dominus super te, donec te conterat.

62 Et remanebitis pauci numero, qui prius eratis sicut astra cæli præ multitudine: quoniam non audisti vocem Domini Dei tui.

63 Et sicut antè lætatus est Dominus super vos, bene vobis faciens, vosq; multiplicans: sic lætabitur disperdens vos atq; subuertens, vt auferamini de Terra ad quam ingrederis possidendam.

64 Disperget te Dominus in omnes populos à summitate terræ vsque ad terminos eius: & seruies ibi diis alienis quos & tu ignoras & patres tui, lignis & lapidibus.

65 In gentibus quoque illis non quiesces, neq; erit requies vestigio pedis tui. dabit enim tibi Dominus ibi cor pauidum, & deficientes oculos, & animam consumptam mœrore.

66 Et erit vita tua quasi pendens ante te: timebis noctè & die, & non credes vitæ tuæ.

49 Excitabit contra te Dominus gentem è longinquo ab extremitate terræ, quæ inuolabit [62] vt aquila gentem cuius linguam tu non capies.

50 Gentem [63] impudentē facie, quæ faciem senis non venerebitur, nec miserebitur adolescentis.

51 Hæc comedet fœtum iumentorum, & fructum telluris tuæ, donec te deleat, [64] vt nihil reliquum faciat tibi, neque frumenti, neque vini, neque olei, neque fœtus boum tuorum, neque gregis ouium tuarum, donec te perdat.

52 Et [65] premet te in omnibus [66] portis tuis, donec deiecerit muros tuos sublimes, & munitiones in quas tu per totam terram tuam fiduciam collocas: [67] & premet te in omnibus vrbibus tuis per vniuersam terram tuam, quam dedit tibi Dominus Deus tuus.

53 Et in hac obsidione & [68] afflictione, quibus te affliget hostis tuus [69] comedes fructum ventris tui carnē filiorum tuorum, & filiarum tuarum, quos dedit tibi Dominus Deus tuus.

54 [70] Oculus viri teneri & valde delicatuli qui in te est, inuidebit fratri suo, atq; vxori gremii sui, & his qui ex filiis eius reliqui sunt.

55 Ne scilicet det alicui eorum de carnibus filiorum suorum quos comedet, quandoquidem ex omnibus [71] sibi nihil aliud reliquum est in obsidione & afflictione, quibus te affliget hostis tuus in cunctis vrbibus tuis.

56 [Mulier] quoque [72] tenera & delicatula, quæ in te est, [73] quæ præ deliciis & teneritudine nunquam tentauit plantam pedis sui super terram collocare, [74] inuidebit oculo suo viro gremii sui, filio suo & filiæ suæ.

57 Fœlicitati quoq; suæ recens à se editæ, & filiis suis quos gignet: quoniam comedet eos in secreto, quum iam omnia desunt, in obsidione & afflictione, quibus te affliget hostis tuus in portis tuis.

58 Si non seruaueris [75] vt facias omnia verba legis huius, quæ scripta sunt in libro isto, & non [76] timueris nomen hoc gloriosum & tremendum, [hoc est] Dominum Deum tuum.

59 [77] Noua quædam rara & magna atq; durabilia verbera, tum etiam infirmitates malas & durabiles, infliget Dominus tibi & semini tuo.

60 Reducetq; in te omnem morbum Ægypti, à quibus tu metuisti, & adhærescent tibi.

61 Omnem quoq; languorem, & omnes afflictiones, quæ non sunt scripta in libro legis huius, adducet Dominus super te, donec te deleat.

62 Et pauci numero [ex vobis] reliqui erunt, quum essetis antea multi vt stellæ cæli, quòd non audiuisti vocem Domini Dei tui.

63 Fietq;, vt sicut Dominus lætatus est [78] de vobis vt vobis benefaceret, & vos multiplicaret: sic lætabitur Dominus de vobis vt perdat vos, & vt deleat vos, atque euellemini à superficie terræ in quam tu venis, vt eam possideas.

64 Dissiciet quoque te Dominus in omnes populos, [79] à fine terræ vsq; ad finem terræ: ibi seruies diis aliis, quos neq; tu, neq; patres tui nouerunt, [80] ligno nempe & lapidi.

65 Et apud gentes huiusmodi requiem non inuenies, neq; erit [81] quo plantam pedis tui colloces, & dabit tibi Dominus cor [82] palpitans, [83] consumptionem oculorum, & mœrorem animi.

66 Et pendebit vita tua ante te, pauebis nocte & interdiu, [84] nec fidere poteris vitæ tuæ.

62 Heb. quemadmodū volare solet aqla. i. celerrime & citissime.
63 Heb. fortem facie. i. barbarā & inhumanam, frontisq; plātæ.
64 (gētem inq̄) quæ non relinquet triticum, mustum, &c.
65 obsidebit.
66 Portæ pro vrbibus.
67 cinget inquā te obsidione in omnibus vrbibus tuis.
68 vel, angustia. Vel, tempore obsidionis & angustiæ qua anget te inimicus tuus.
69 sub. antequā vrbes expugnentur. Fructus vteri vocat filios & filias: vt statim dicit.
70 Vir mollis in te, & delicati plurimum oculus erit nequam in fratrem suum, & in vxorē gremii sui, & in reliquas filiorum suorum qui supfuerint, Ne det, &c. i. Mollissimus & delicatissimus quisque, qui nisi lautissimus & delicatissimis cibis vescitur, inuidebit fratri suo, & vxori suæ q̄ dormit in sinu suo, & reliquis suis liberis, ita vt illos non faciat participes carnium filiorum suorum quibus vescitur. Malignum & nequam esse oculū alicuius, est illū illiberalem esse, tenacem & inuidum.
71 nihil sibi reliquerit. i. eo q̄ omnia absumpserit, præ metu obsidionis & angustiæ. Vel [illegible] quia nihil [illegible] ipsi reliquerit [illegible].
72 vel, mollissima & delicatissima apud te.
73 i. quæ p̄ mollitie vix autem terram attingebat pedibus suis, ne [illegible].
74 maligne habebit oculum in virum, [illegible] qui dormit in [illegible] sinu

eius, & in filium suum, atque in filiam suam, & et in secundinas, quæ egrediuntur è pedibus eius, & in filios suos, quos pepererit: quia deuorabit eos in penuria omnium rerum, clam, in obsidione & angustia, qua premet te inimicus tuus in vrbibus [illegible] illæ [illegible] tenax [illegible] non te [illegible] libros [illegible] rum factum [illegible], neque [illegible] sit participem [illegible] eorum, filios & filias, siue paruuli fuerint illi, siue nati grandiores. Per secundinas hic intelligit [illegible] & adultos. Quod vero ait, è pedibus eius, est Hebraismus: pro, è medio [illegible]. 75 faciendo. 76 timendo. 77 Heb. Mirabiles [illegible] & augebit Dñs plagas tuas, & plagas seminis tui, plagas magnas & firmas (vel, perseuerantes) & infirmitates pessimas & perpetuas. 78 propter [illegible] benefaciendi vobis, & augendi vos. sic lætabitur Dominus super vos perdendo vos & delendo vos & extirpabit vos. 79 [illegible] ab vno angulo terræ vsq; ad alterum angulum. Vel ab vna extremitate, vsq; ad alteram extremitatem terræ. 80 [illegible] & lapidi [illegible]. 81 quo plantæ pedum tuarum. 82 vel, pauidum. 83 & defectum oculorum [illegible] spem & expectationem [illegible] vt non possis [illegible].
84 Heb. nec credes (vel, fides) in vita tua. i. desperabis de vita.

85 i. Vtinam esset vespera. Hebraismus.
86 vel, præ pauore cordis tui quo pauebis: & præ visione oculorum quam videbis. i. ob visionem quam viderunt oculi tui.
87 Heb. & quæretis vendere ibi inimicis tuis. i. dabitis operam vt vendamini hostibus vestris, putabitis recte agi vobiscum, si vendamini hostibus vestris.
CAP. XXIX.
1 i. Istæ sunt conditiones fœderis.
2 i. oculos videntes. Sic & in Euangelio, Qui habet aures ad audiendum. i. aures audientes.
3 computruit. ita scilicet vt cogeretis abiicere eu.
4 Israelitæ non viuebant pane in desertis, sed manna, quod illis vice panis erat, & aliorum ciborum.
5 q. d. quod ego curã vestri habeo.
6 i. conditiones & leges huius fœderis.
7 Heb. prosperari faciatis. i. vt fœlicia sint quæcunque facturi estis. Vel, vt fœlicia reddatis & prospera quæcunque, &c.
8 i. coram arca fœderis Domini Dei vestri.
9 i. principes tribuum vestrarum. Quo ordine habet Israelitæ ante arcã fœderis.
10 præfecti.
11 Pueri vestri.
12 vel, ab eo qui cædit ligna vestra, vsque ad eum qui haurit aquã vestram. Necessariã scil. [illegible] tam nobiles, quã mediastini [illegible]
13 Subaudiendo [illegible] Vt ei [illegible] Domini, & iuramentum eius, i. Vt ineas fœdus cum Deo tuo, secundum [illegible] eius iureiurando confirmati. Vel, quod fœdus iurando firmabitur.
14 fœdus hoc quod iureiurando confirmabo.

67 *Mane dices,*[85] *Quis dabit vesperum? vesperi dices, Quis dabit mane?*[86] *propter pauorem cordis tui, quo pauebis, & propter visum oculorum quod videbis.*
68 *Et reducet te Dominus in Ægyptum nauibus, per viam quam dixi tibi, Non videbis eam amplius.*
[87] *& venum exponêris ibidem hostibus tuis in seruos & ancillas, & non erit qui emat.*

67 Mane dices, Quis mihi det vesperum? & vespere, Quis mihi det mane? propter cordis tui formidinem qua terreberis, & propter ea quæ tuis videbis oculis.
68 Reducet te Dominus classibus in Ægyptum per viam de qua dixit tibi, vt eam amplius non videres: ibi venderis inimicis tuis in seruos & ancillas, & non erit qui emat.

CAPVT XXIX.

1 *HÆc*[1] *sunt verba fœderis quod præcepit Dominus Mosi, vt feriret cum filiis Israel in terra Moab, præter fœdus illud quod ferit cum eis in Horeb.*
2 *Vocato autem omni Israele Moses, dixit ad eos, Vos vidistis omnia quæ fecit Dominus vobis spectantibus in terra Ægypti, Pharaoni & omnibus seruis eius atque vniuersæ terræ eius.*
3 *Tentationes magnas quas viderũt oculi tui, signaque illa magna atque portenta.*
4 *Nec dedit vobis Dominus cor ad intelligendum, &*
[2] *oculos ad videndum, atque aures ad audiendum vsque in præsentem diem.*
5 *Ego quidem duxi vos quadraginta annis per desertum, nec sunt vetustate attrita vestimenta vestra super vos, nec calceamentum tuum vetustate*[3] *consumptũ est in pede tuo.*
6 [4] *Panem non edistis, nec vinum aut siceram bibistis, vt sciatis*[5] *quod ego sum Dominus Deus vester.*
7 *Et venistis ad locum istum, egressusque obuiam nobis Sihon rex Hesbon, & Og rex Basan egressus est [nobiscũ,] quos percussimus.*
8 *Accipientes autem terram eorum, dedimus eam in hæreditatem Rubinitis & Gaditis, & dimidiæ tribui Manasse.*
9 *Custodietis itaque*[6] *verba fœderis huius, vt faciatis ea, vt*[7] *prudenter agatis omnia quæ facturi estis.*
10 *Vos omnes hodie statis*[8] *coram Domino Deo vestro,*[9] *capita vestra, tribus vestræ, seniores vestri, &*[10] *præcones vestri, atque omnes viri Israelitæ:*
11 [11] *Pubes vestra, vxores vestræ, & peregrinus tuus qui est in castris tuis,*[12] *a lignatore tuo vsque ad aquatores tuos.*
12 [13] *Vt transeas in fœdus Domini Dei tui, & in iuramentum eius, quod Dominus Deus tuus hodie ferit tecum.*
13 *Vt erigat te hodie sibi in populum, & ipse sit tibi Deus, quemadmodum pollicitus est tibi, & quemadmodum iurauit patribus tuis, Abrahamo scilicet, Isaac & Iacob.*
14 *Non autem vobis solum dumtaxat ego ferio*[14] *pactum istud & iuramentum istud.*
15 *Sed &*[15] *cum omni eo qui hodie apud nos hic stat coram Domino Deo nostro, & cum eo qui hodie non est hic nobiscum.*
16 *Vos enim scitis qualiter habitauerimus in terra Ægypti, & quomodo transiuerimus per medias gentes, per quas transistis.*
17 *Vidistis quoque abominationes earum, & idola earum, & idola earum lignum & lapidem, argentum & aurum,*[16] *quæ apud illos erant.*
18 *Ne fortè sit in vobis vir aut mulier, familia aut tribus aliqua, cuius cor se auertat hodie a Domino Deo nostro,*[17] *vt abeat & seruiat diis gentium istarũ, & ne fortè sit in vobis*[18] *radix germinans fel & absynthium.*
19 *Sed & quũ audierit*[19] *verba execrationis huius,*
[20] *fœlicitatem sibi promittat in corde suo, dicens,*[21] *Pax erit mihi,*[22] *etiamsi incessero iuxta libidinẽ cordis mei, vt finiatur ebria cum sitiente.*

1 HÆc sunt verba fœderis quod præcepit Dominus Moysi vt feriret cum filiis Israel in Terra Moab: præter illud fœdus quod cum eis pepigit in Horeb.
2 Vocauitque Moyses omnem Israel, & dixit ad eos, Vos vidistis vniuersa quæ fecit Dominus corã vobis in Terra Ægypti Pharaoni, & omnibus seruis eius, vniuersæque terræ illius.
3 Tentationes magnas quas viderunt oculi tui, signa illa portentaque ingentia.
4 Et non dedit vobis Dominus cor intelligens, & oculos videntes, & aures quæ possunt audire, vsque in præsentem diem.
5 ‖ Adduxit vos quadraginta annis per desertũ: non sunt attrita vestimenta vestra, nec calceamẽta pedum [a]vestrorum vetustate consumpta sunt.
6 Panem non comedistis, vinum & siceram non bibistis: vt sciretis quia ego sum Dominus Deus vester.
7 ‖ Et venistis in hunc locum: egressúsque est Sehon rex Hesebon, & Og rex Basan, occurrentes nobis ad pugnam. Et percussimus eos:
8 Et tulimus Terram eorum, ac tradidimus possidendam Ruben & Gad, & dimidiæ tribui Manasse.
9 Custodite ergo verba pacti huius, & implete ea: vt intelligatis vniuersa quæ facitis.
10 Vos statis hodie cuncti coram Domino Deo vestro, principes vestri, & tribus, ac maiores natu, atque doctores, omnis populus Israel.
11 Liberi & vxores vestræ, & [b]aduenæ qui tecum morantur in castris, exceptis lignorum cæsoribus, & his qui comportant aquas:
12 Vt transeas in fœdere Domini Dei tui, & in iureiurando quod hodie Dominus Deus tuus percutit tecum:
13 Vt suscitet te sibi in populum, & ipse sit Dominus Deus tuus sicut locutus est tibi, & sicut iurauit patribus tuis Abraham, Isaac, & Iacob.
14 Nec vobis solis ego hoc fœdus ferio, & hæc iuramenta confirmo.
15 Sed cunctis præsentibus & absentibus.
16 Vos enim nostis quomodo habitauerimus in Terra Ægypti, & quomodo transierimus per medium nationum.
17 Quas transeuntes vidistis abominationes & sordes, id est, idola eorum, lignum & lapidem, argentum & aurum: quæ colebant.
18 Ne forte sit inter vos vir aut mulier, familia aut tribus cuius cor auersum est hodie à Domino Deo nostro: vt vadat & seruiat diis illarum gentiũ, & sit inter vos radix germinans fel & amaritudinem.
19 Cumque audierit verba iuramenti huius, benedicat sibi in corde suo, dicens, Pax erit mihi, & ambulabo in prauitate cordis mei: & assumat ebria sitientem.

A *Commemoratione beneficiorum Dei, ad mandata seruanda hortatur populus per Moysen.*
Exod. 19. a
supra 8. a
[a] *suorum.*
supr. 3. a
B
[b] *aduenæ qui tecũ morantur.*
C

15 i. cum natis iam, & nascituris. 16 Heb. quæ cum illis [illegible] coluntur. 17 vel, vt digressa (à Dño) colat deos [illegible] 18 radix aliqua producens toxicum & absynthiũ. i. ne anima aliqua pereat grauissime [illegible] peccata. 19 [illegible] malediction[illegible] & scripta in hoc libro [illegible] Maledictus [illegible] non [illegible] 20 Heb. benedicat sibi, & [illegible] 21 i. Non contingent mihi hæ maledictiones, [illegible] 22 vel, [illegible] ita vt [illegible] Non [illegible] mihi hæ maledictiones, etiamsi [illegible] ea ad quæ animus meus inclinatus est, ita vt pars concupiscibilis animæ det primas, quæ inebriatur rebus huius mundi, postea [illegible] es autem parti rationali.

20 Et Dominus non ignoscat ei: sed tunc quam maxime furor eius fumet, & zelus contra hominem illum: & sedeant super eum omnia maledicta quæ scripta sunt in hoc volumine: & deleat Dominus nomen eius sub cælo.

21 Et consumat eum in perditionem ex omnibus tribubus Israel, iuxta maledictiones quæ in libro legis huius ac fœderis continentur.

22 Dicetque sequens generatio, & filii qui nascentur deinceps, & peregrini qui de longe venerint, videntes plagas Terræ illius, & infirmitates quibus eam afflixerit Dominus.

D

23 Sulphure, & Solis ardore comburens, ita vt vltra non seratur, nec virens quippiam germinet, in exemplũ] subuersionis Sodomæ & Gomorrhæ, Adamæ & Seboim, quas subuertit Dominus in ira & in furore suo.

Gen.19.e

24 Et dicent omnes gentes, Quare sic fecit Dominus Terræ huic? quæ est hæc ira furoris eius immensa?

Causa furoris Domini in populum.

25 Et respondebunt, Quia dereliquerunt pactũ Domini quod pepigit cum patribus eorum, quando eduxit eos de Terra Ægypti:

3.Reg.9.b Ierem.22.c

26 Et seruierunt diis alienis, & adorauerunt eos quos nesciebant, & quibus non fuerant attributi:

27 Idcirco iratus est furor Domini contra Terram istam, vt induceret super eam omnia maledicta quæ in hoc volumine scripta sunt.

28 Et eiecit eos de Terra sua in ira & in furore, & indignatione maxima, proiecitque in Terrã alienam sicut hodie comprobatur.

29 Abscondita, Domino Deo nostro: quæ manifesta sunt, nobis & filiis nostris vsque in sempiternum, vt faciamus vniuersa verba legis huius.

Dei est occultam idololatriã punire: apertã verò, hominũ.

20 [23] *Non volet Dominus huic propitius esse, sed tunc [24] fumabit furor Domini & indignatio eius aduersus virum talem, & cubabit super eum omnis execratio quæ scripta est in hoc libro, delebitque Dominus nomen eius sub cælo.*

21 *Separabitque Dominus eum [25] ad malum ex omnibus tribubus Israel, iuxta omnes execrationes fœderis, [26] quod scriptum est in libro huius legis.*

22 *Et dicet generatio posterior, [scilicet] filii vestri, qui post vos exorientur, & alienus qui veniet de terra remota, [27] quũ visuri sunt verbera huius terræ, & languores quibus Dominus illam languere fecit.*

23 [28] *Sulphure & sale exarentibus vniuersam terram eius, vt seminari non possit, non germinante neque exoriente in ea vlla herba, sicut in loco subuersionis Sodomæ & Æmoræ, Adma & Zeboim, quas subuertit Dominus in ira sua atque in furore suo.*

24 [29] *Dicent inquam omnes gentes, Cur Dominus huic terræ sic fecit? [30] quæ est ira furoris tam immensi?*

25 *Et respondebunt, Quod fœdus Domini Dei patrum suorum deseruerint, quod pepigit cum eis quum eduxeret eos de terra Ægypti:*

26 *Nam abierunt & seruierunt diis aliis, adorauerunt que eos, deos quos non cognouerunt, & quos non [31] diuisit eis,*

27 *Et exarsit furor Domini contra terram istam, vt induceret super eam omnem execrationem quæ scripta est in libro isto:*

28 *Et euulsit eos Dominus de terra eorum in ira, furore & indignatione magna, deiecitque eos in terram aliã, [32] vt testatur hæc dies.*

29 [33] *Abscondita Domino Deo nostro, reuelata vero ad nos & ad filios nostros [attinent] dum durat seculum, vt faciamus omnia verba legis huius.*

23 Nolet Dominus parcere illi. 24 i. irascetur grauissime. 25 vel, in perniciem. 26 scriptas. vel, quæ in singulis scriptæ sunt.) 27 vel, & videbũt plagas regionis huius, & morbos quibus afflixerit Dominus eam. 28 (Nã) sulphur & salsugo, & ardor erit omne solum eius, non recipiet semẽtem, neque germinabit neque nascetur in eo vlla herba, vt in subuersione Sodomæ & Gomorrhæ, &c. i. totũ solum eius regionis vertetur in sulphur: hoc est, omnino erit adustum, ita vt nihil in eo nascitorum sit, sicut nec quicquã in eo loco, in quo subuersa est Sodoma, germinat neque crescit. [29] Mutat numerum. prius enim dixerat, Dicetque sequens generatio Quia autem longa sententia interiecta est, nunc repetit, Dicent itaque. 30 vel, quid sibi vult indignatio ista magna? 31 vel, tribuit illis. sub. Deus. Potius vertendum, & qui nihil impertiti erãt illis, i. à quibus nulla beneficia acceperant. 32 vel, vt hodie res habet. 33 Occulta, Dñi Dei sunt: aperta sũt, nostra sunt, & filiorum nostrorum in seculum, vt, &c. i. Dei est punire idololatriam occultam: ad nos aut pertinet punire idololatriam apertam, neque solum ad nos, sed etiam ad posteros nostros vsque in æternum. Debemus autem hæc facere, si volumus implere legẽ hanc.

CAPVT XXX.

A

1 CVm ergo venerint super te omnes sermones isti, benedictio siue maledictio quam proposui in conspectu tuo: & ductus pœnitudine cordis tui in vniuersis gentibus, in quas disperserit te Dominus Deus tuus.

Pœnitentibus promittitur misericordia. Psalm.105.d

2 Et reuersus fueris ad eum, & obedieris eius imperiis, sicut ego hodie præcipio tibi, cum filiis tuis, in toto corde tuo, & in tota anima tua:

3 Reducet [a] te Dominus Deus tuus de captiuitate tua, ac miserebitur tui, & rursum congregabit te de cunctis populis in quos te ante dispersit.

[a] Dominus De[us] tuus captiuitatem tuam.

4 Si ad cardines cæli fueris dissipatus, inde te retrahet Dominus Deus tuus,] & assumet.

2.Mach.1.f & 2.c

B

5 Atque introducet in Terram quam possederunt patres tui, & obtinebis eam: & benedicens tibi, maioris numeri te esse faciet, quam fuerint patres tui.

6 Circumcidet Dominus Deus tuus cor tuum, & cor seminis tui: vt diligas Dominum Deum tuum [b] ex toto corde tuo, & in tota anima tua, vt possis viuere

Purificat Deus cor nostrum, vt possimus eum diligere. [b] in

7 Omnes autem maledictiones has conuertet super inimicos tuos, & eos qui oderunt te, persequuntur.

8 Tu autem reuerteris, & audies vocem Domini Dei tui: faciesque vniuersa mandata quæ ego præcipio tibi hodie:

9 Et abundare te faciet Dominus Deus tuus in cunctis operibus manuum tuarum, in sobole vteri tui, & in fructu iumentorum tuorum, in vbertate

1 *Quum itaque venerint super te omnia ista, [nempe] benedictio & execratio, quæ ego posui ante faciem tuam, & [1] reuocabis ad cor tuum, apud cunctas gentes, ad quas te [2] propulerit Dominus Deus tuus.*

2 *Conuersusque fueris ad Dominum Deum tuum, vociqúe eius obedieris iuxta omnia quæ ego præcipio tibi hodie, tu & filii tui, [3] toto corde tuo atque tota anima tua.*

3 [4] *Conuertet quoque Dominus Deus tuus [5] captiuitatem tuam, & intimo visceribus miseratione afficietur erga te, & [6] conuersus colliget te ex cunctis populis, in quos te dispersit Dominus Deus tuus.*

4 [7] *Etiamsi fueris eiectus tu vsque ad fines cælorum, illinc te colliget Dominus Deus tuus, atque inde te tollet.*

5 *Et [8] introducet te Dominus Deus tuus in terram quam possederunt patres tui, & possidebis eam, benefaciet que tibi & multiplicabit te magis quam patres tuos.*

6 *Et circumcidet Dominus Deus tuus cor tuum, & cor seminis tui, vt diligas Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, [9] vt viuas.*

7 *Ponet quoque Dominus Deus tuus omnes execrationes istas super hostes tuos, & super eos qui te oderunt, & [10] qui te persequuntur:*

8 [11] *Siquidem tu reuersus audieris vocem Domini, atque feceris omnia præcepta eius quæ ego mando tibi hodie.*

9 *Et [12] eximium te faciet Dominus Deus tuus in omni opere manus tuæ, in fructu ventris tui, & in fœtu iumentorum tuorum, & in fructu terræ tuæ [13] ad bonũ:* Terræ tuæ, & in rerum omnium largitate.

CAP. XXX. 1 sub. ea: i. reuocabis ea in memoriam tuam. 2 vel, coegerit migrare. 3 i. ex animo, & ex toto affectu tuo. 4 vel, Tunc reducet, aut cessare faciet [illegible]. Reducet captiuos tuos in patriam tuam. 5 captiuitatem pro captiuis. 6 i. mutata sententia congregabit. 7 Hebr. si fuerit expulsus tuus in extremitate cæli. i. Si qui ex vobis expulsi e patria, fuerint in extremo orbe. vel, qui ex te fuerint coacti migrare alio, fuerint in extremitate orbis. 8 vel, reducet te. 9 propter vitam, i. vt as vitam [illegible]. 10 qui te persecuti fuerint. 11 Hebr. Tu ergo conuerteris, & audies vocem Domini, & facies, &c. Vel, Cum tantã sit misericordia Dei, resipisce igitur, & obedi vocanti, &c. 12 [illegible] 13 [illegible] Dominus multiplicabit.

quoniam reuertetur Dominus, vt lætetur super te [24] bono (tuo) sicut lætatus est super patres tuos,
10 Si modo audieris vocem Domini Dei tui, [15] vt custodias præcepta eius, & statuta eius quæ scripta sunt in libro legis huius, [16] (&) si conuersus fueris ad Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua.
11 [17] Etenim præceptum istud quod ego tibi præcipio hodie, [18] non est absconditum à te, nec remotum.
12 Non est in cælis, [19] vt dicas, Quis ascendet [20] nobis in cælos, vt ipsum nobis afferat, [21] annunciétque nobis illud, vt faciamus ipsum?
13 Nec est vltra mare, vt dicas, Quis traiiciat [20] nobis mare, & afferet ipsum nobis, [21] & annunciet nobis vt ipsum faciamus?
14 [22] Sed valde propinquum est tibi verbum [23] in ore tuo [est.] & in corde tuo vt facias [illud.]
15 Ecce * posui hodie ante te vitam atque bonum mortem denique & malum.
16 [24] Nam ego præcipio tibi hodie, vt diligas Dominum Deum tuum, vt incedas in viis eius, atque custodias præcepta eius, statuta eius atque [25] iudicia eius, vt viuas & [26] multipliceris, [27] fortunétque te Dominus Deus tuus in terra, ad quam tu iam venis, vt eam possideas.
17 [28] Sin retrospexerit cor tuum, & non obedieris, sed [29] impulsus adoraueris deos alios, seruierísque eis,
18 Denuncio vobis hodie quod certissime peribitis, nec prorogabitis dies super terram, ad quam tu transmisso Iordane iam venis, vt eam possideas.
19 Obtestor hodie aduersum vos cælum & terram, [quod] vitam & mortem proposui vobis, benedictionem & execrationem: elige igitur vitam, vt viuas tu & semen tuum,
20 Vt scilicet diligas Dominum Deum tuum, & obedias voci eius, adhæreásque ei (quoniam ipse est vita tua, & longitudo dierum tuorum) vt habites super terram, quam iurauit Dominus patribus tuis, Abrahamo, Isaac & Iacob, [30] vt (ipsis) eam daret.

Reuertetur enim Dominus vt gaudeat super te in omnibus bonis, sicut gauisus est in patribus tuis: C
10 Si tamen audieris vocem Domini Dei tui, & custodieris præcepta eius & ceremonias, quæ in hac lege conscripta sunt: & reuertaris ad Dominum Deum tuum in toto corde tuo, & in tota anima tua.
11 Mandatum hoc quod ego præcipio tibi hodie, non supra te est, neque procul positum: *Præciditur hic Iudæis occasio citandi ignorantiam legis.* Rom. 10. b
12 Nec in cælo situm, vt possis dicere, Quis nostrum valet ad cælum ascendere, vt deferat illud ad nos, vt audiamus, atque opere compleamus?
13 Neque trans mare positum: vt causeris, & dicas, Quis è nobis poterit transfretare mare, & illud ad nos vsque deferre: vt possimus audire, & facere quod receptum est?
14 Sed iuxta te est sermo valde, in ore tuo & in corde tuo, vt facias illum.
15 Considera quod hodie proposuerim in conspectu tuo vitam & bonum, & econtrario mortem & malum: *Vita dilectio Dei. Mors, inobedientia.*
16 Vt diligas Dominum Deum tuum, & ambules in viis eius, & custodias mandata illius ac ceremonias atque iudicia: & viuas, atque multiplicet te, benedicatque tibi in Terra ad quam * ingredieris possidendam. D *ingredieris.*
17 Si autem auersum fuerit cor tuum, & audire nolueris atque errore deceptus adoraueris deos alienos, & seruieris eis: *In inobedientes Dei verbo.*
18 Prædico tibi hodie quod pereas, & paruo tempore moreris in Terra, ad quam Iordane transmisso ingredieris possidendam.
19 Testes inuoco hodie cælum & terram, quod proposuerim vobis vitam & * bonum, benedictionem & maledictionem: elige ergo vitam, vt & tu viuas, & semen tuum. * *mortem.*
20 Et diligas Dominum Deum tuum, atque obedias voci eius, & illi adhæreas, (ipse est enim vita tua, & longitudo dierum tuorum) vt habites in terra, pro qua iurauit Dominus patribus tuis, Abraham, Isaac, & Iacob, vt daret eam illis. *Vita.*

24 in bonum, i. benefaciendo tibi. 25 custodiendo. 26 Vel, (hoc est) quum conuersus fueris. 27 Quoniam præceptum hoc. Hic versiculus pendet ab illo præcedenti, Tu autem reuertere. 28 Vel, non est separatum à te, neque in loco à te remoto. Tollitur his verbis occasio citandi ignorantiam legis. 29 Vel, vt dicere possis, i. vt causeris & dicas, &c. His verbis declarat quod prius dixerat, non est separatum à te, neque in loco à te remoto, quasi dicat, Illa præcepta non sunt in cælo, vt sint separata à te, & tibi occulta. 20 Pro nobis, i. in gratiam nostri. 21 Hebr. & audire faciat nos, id est, recitet nobis. 22 Vel, non verbum (hoc) est tibi valde propinquum, 23 Quasi dicat, Propinqua tibi est lex, nam est in ore tuo id est, tibi illa frequenter recitatur, & velut in os ingeritur à Leuitis. Gallice, Tu n'ois parler d'autre chose. Hoc dicit propter frequentem recitationem quæ in os fit. De recitatione legis, lege Act. 15. In corde dicit, quia legem [illegible] Dominus, [illegible] tabulis [illegible] lapideis decalogum insculpsit. Possis & sic intelligi. In ore tuo: id est, in ore Leuitarum, qui [illegible] tuis. Nam labia sacerdotis custodiunt scientiam, & legem ex ore eius requirent. Malach. 2. Præterea [illegible] 31 [illegible] Leuitis cura docendi populum. Posuit igitur legem in ore sacerdotum & Leuitarum qui sunt è tuis popularibus, vt ab illis requiras, quæ ad bene viuendum pertinent, & illi te doceant [illegible]. Hunc locum accommodauit ad rem suam D. Paulus ad Rom. cap. X. nam quum proprie hic locus pertineat ad decalogum, transfertur eleganter & erudite a Paulo ad fidem, quæ ea requirit, [illegible] promulgetur & cor, vt corde credamus. * Id est, propono tibi præceptum quod si feceris, non interficieris [illegible] 24 Quando Declarat versum superiorem [illegible] Vitæ & boni, mortem item & mali propono in conspectu tuo, quando [illegible] tibi [illegible] Domino [illegible] contra, mortem. 25 Vel, leges. 26 i. abundes liberis & aliis reb. 27 Heb. benedicatque tibi. 28 Quod si auersatus [illegible] 29 Impulsus per errorem. Vel, impulsus [illegible] Persuasionib. quibusdam [illegible]. 30 Se daturum eis illis. CAP. XXXI. 1 i. non possum vltra [illegible] non possum amplius egredi ad militiam [illegible] & c [illegible] ad castra. [illegible] 2 Præterea dixit 3 Cum ergo tradiderit eas [illegible] Quum potestati vestræ eas tradiderit, & permiserit [illegible] facietis eis proinde vt præcepi vobis. 4 Heb. fortitudine vos [illegible] forti animo forti. 5 Pergit tecum (id est, futurus est dux tuus,) neque derelinquet te.

CAPVT XXXI.

1 Abiens itaque Moses, loquutus est verba ista ad omnem Israelem. Et dixit ad eos,
2 Ego hodie sum natus centum & viginti annos, [1] nec possum vltra egredi: [2] & dixit Dominus ad me, Tu non transibis Iordanem istum.
3 Dominus Deus tuus ipse transibit ante te, & delebit gentes istas ante te, tu vero possidebis eas. Iehosua quoque ille præcedet te, quemadmodum loquutus est Dominus.
4 Et faciet Dominus eis quemadmodum fecit Sihon & Og regibus Amorrhæorum, atque terræ eorum, quos ipse exterminauit.
5 [3] Tradetque eos Dominus ante faciem vestram, vt faciatis eis iuxta totum hoc præceptum, quod mandaui vobis.
6 [4] Fortes igitur estote & agite gnauiter, ne timeatis, neque terreamini ab ipsis, quia Dominus Deus tuus ipse [5] comitatur te, non faciet te remissum, neque deseret te.

1 Abiit itaque Moyses, & locutus est omnia verba hæc ad vniuersum Israel Et dixit ad eos, A *Moyses præparat se ad mortem.*
2 Centum viginti annorum sum hodie, non possum vltra egredi & ingredi, præsertim cum & Dominus dixerit mihi, ‖ Non transibis Iordanem istum. Num. 27. c Sup. 3. d
3 Dominus ergo Deus tuus transibit ante te. ipse delebit omnes gentes has in conspectu tuo, & possidebis eas: & Iosue iste transibit ante te, sicut locutus est Dominus. *Gentes delendæ.*
4 Facietque Dominus eis ‖ sicut fecit Sehon & Og regibus Amorrhæorum, & Terræ eorum, * delebitque eos. Num. 21. e * *deleuitque* (*præt. temp.*)
5 Cum ergo & hos tradiderit vobis, similiter facietis eis sicut præcepi vobis.
6 ‖ Viriliter agite, & confortamini: nolite timere, nec paueatis ad conspectum eorum: quia Dominus Deus tuus ipse est ductor tuus, & non dimittet, nec derelinquet te. Sup. 7. a B

Iosue cōstituitur dux populi.

7 Vocauitq; Moyses Iosue, & dixit illi coram omni Israel. Confortare, & esto robustus: tu enim introduces populum istum in Terram, quam daturum se patribus eorum iurauit Dominus: & tu eam sorte diuides.

8 Et Dominus qui ductor est vester, ipse erit tecum: non dimittet, nec derelinquet te: noli timere, nec paueas.

Scribitur Deuteronomium.

9 Scripsit itaque Moyses legem hanc, & tradidit eam sacerdotibus filiis Leui, qui portabant arcam fœderis Domini, & cunctis senioribus Israel.

C

Præcipitur legi septimo quoq; anno omni populo Deuteronomium.

10 Præcepitq; eis, dicens, Post septem annos anno remissionis, in Solennitate tabernaculorum,

11 Conuenientibus cunctis ex Israel, vt appareant in conspectu Domini Dei tui in loco quem elegerit Dominus: leges verba legis huius coram omni Israel, audientibus eis,

12 Et in vnum omni populo congregato, tam viris quàm mulieribus, paruulis & aduenis qui sunt intra portas tuas: vt audientes discant, & timeant Dominum Deum vestrum, & custodiant, impleantq; omnes sermones legis huius.

a vestrum

13 Filii quoque eorum qui nunc ignorant: vt audire possint, & timeant Dominū Deum [a]suum cunctis diebus quibus versantur in Terra, ad quam vos Iordane transmisso pergitis obtinendam.

D

Mosi & Iosue prædicit Deus futurum vt Moyse mortuo populus conuertatur ad idola.

Fornicantes à Deo.

b ingreditur

14 Et ait Dominus ad Moysen, Ecce propè sunt dies mortis tuæ: voca Iosue, & state in tabernaculo testimonii, vt præcipiam ei. Abierunt ergo Moyses & Iosue, & steterunt in tabernaculo testimonii:

15 Apparuitq; Dominus ibi in columna nubis, quæ stetit in introitu tabernaculi.

16 Dixitq; Dominus ad Moysen, Ecce tu dormies cum patribus tuis, & populus iste consurgens fornicabitur post deos alienos in Terra ad quam [b]ingreditur vt habitet in ea: ibi derelinquet me, & irritum faciet fœdus quod pepigi cum eo.

17 Et irascetur furor meus contra eum in die illo: & derelinquam eum & abscondā faciem meam ab eo, & erit in deuorationem: inuenient eum omnia mala & afflictiones: ita vt dicat in illo die, Verè quia non est Deus mecum, inuenerunt me hæc mala.

E

18 Ego autem abscondā, & celabo faciē meam in die illo propter omnia mala quæ fecit, quia secutus est deos alienos.

Canticum siue cantilena iubet Deus à Moyse componi de futura Israelitarū idololatria & afflictionibus eorundem. Saturitas.

19 Nunc itaque scribite vobis canticum istud, & docete filios Israel vt memoriter teneant, & ore decantent, & sit mihi carmen pro testimonio inter filios Israel.

20 Introducā enim eum in Terrā pro qua iuraui patribus eius, lacte & melle manantē. cúmq; comederint, & saturati, crassiq; fuerint, auertentur ad deos alienos, & seruiēt eis, detrahéntq; mihi, & irritum facient pactum meum.

F

c suo.

21 Postquam inuenerint eum mala multa & afflictiones, respondebit ei canticum istud pro testimonio, quod nulla delebit obliuio ex ore seminis [c]tui. Scio enim cogitationes eius, quæ facturus sit hodie, antequam introducam eum in Terrā quam ei pollicitus sum.

d ergo

22 Scripsit [d]quoque Moyses canticum, & docuit filios Israel. Præcepitq; Dominus Iosue filio Nun, & ait,

23 Confortare, & esto robustus: tu enim introduces filios Israel in Terram quam pollicitus sum, & ego ero tecum.

7 *Vocauit autem Moses Iehosua, & dixit ad eum in oculis totius Israelis, [6]Fortis esto, & gnauiter age: quoniam ingredieris cum populo isto in terram, quam iurauit Dominus patribus eorum [7]vt daret eis, & tu [8]diuides eis eam in hæreditatem.*

8 *Sed & Dominus ipse [9]præcedet te, [&]ipse aderit tibi, [10]nec remissum te faciet, nec te deseret: ne ergo timeas, neque [11]animo frangaris.*

9 [12] *Et scripsit Moses legem istam, & tradidit eam sacerdotibus filiis Leui, [13]qui portabant arcam fœderis Domini, atq; cunctis senioribus Israel.*

10 *Præcepitq; Moses eis hisce verbis. [14]A fine septem annorum [15]in statuto festo anni remissionis in solennitate tabernaculorum,*

11 *Quando conuenerit cunctus Israel, vt appareat in conspectu Domini Dei tui, in loco quem sibi elegerit, leges hanc legem coram vniuerso Israele [16]ipsis audientibus.*

12 *Congregabis autem populum, viros, mulieres, & pubem, sed & peregrinum tuum [17]qui est intra portas tuas, vt audiant, & vt discant, timeantq; Dominum Deum vestrum, custodiántq; & obseruent omnia verba legis huius.*

13 *Filii quoque eorum [18]qui nihil nouerunt, audiāt & discant, [19]vt timeant Dominum Deum vestrum cunctis diebus quibus viuetis super terram, in quam vos traiecto Iordane introitis, vt eam possideatis.*

14 *Et dixit Dominus ad Mosen, Ecce appropinquarunt dies tui vt moriaris, voca igitur Iehosua & collocate vos in tentorium constitutionis, [20]vt demus mandata. Abiit ergo Moses & Iehosua, & statuerunt se in tentorium constitutionis.*

15 *Et apparuit Dominus in tentorio [21]in columna nubis, stetitq; columna nubis super ostio tentorii.*

16 *Et dixit Dominus ad Mosen, Ecce tu [22]dormies cum patribus tuis, & surget populus iste & scortabitur [sequendo] deos [23]alios, huius terræ scilicet in quam venit, deseret me, & irritum faciet fœdus meum quod pepigi cum eo.*

17 [24] *Et irascetur furor meus in eum in die illo, deseramq; eos, & abscondam faciem meam ab eis, [25]eritq; in deuorationem, & [26]apprehendent eum multa mala, & afflictiones, vt dicturus sit illo die, Annon ideo me ista mala apprehendunt, quod Deus non est in medio mei?*

18 *Eodem die ego omnino abscondam faciem meam propter vniuersum malū quod facit, nempe quod se conuertit ad deos alios.*

19 *Nunc igitur [27]scribite vobis canticum istud, & doce ipsum filios Israel & [28]insere hoc ori ipsorum, vt sit mihi canticum istud in testem [29]contra filios Israel.*

20 *Nam introducam eum in terram quam iuraui patribus eius, fluentem lacte & melle, & comedent satiabitur & pinguescet, conuertetq; se ad deos alios, & seruiēt eis, [30]& irritabunt me, & irritū facient fœdus meum.*

21 *Cúmq; acciderint ei multa mala atque afflictiones, [31]respondebit ei canticum istud coram eo tanquam testis: quoniam nunquam excidet semini eius ex ore. Nam cognoui [32]figmentum cordis eius, quod ipse hodie facit, antequam introducam in terram [33]quam iuraui.*

22 *Scripsit igitur Moses canticum istud eadem die, & docuit ipsum filios Israel. [34]Præcepitq; Iehosua filio Nun, dicens,*

23 *Corroborare & esto robustus, quoniam tu introduces filios Israel in terram quam iuraui eis, & ego [35]ero tecum.*

R

6 vel, Esto robustus.
7 se daturum illis.
8 sorte illis eam diuides. Vel, tu trades eam illis iure hæreditario possidendam.
9 qui ambulabit ante te. vel, qui præcedet te.
i. qui erit tibi vice ducis.
10 nec te derelinquet,
11 expauescas.
12 vel, Iam autem scripserat Moses legē hanc, (id est, Deuteronomium,) & tradiderat eam &c. Non enim seruatur series rerū gestarum in libris Sacris.
13 i. quorū munus erat portare humeris suis arcam in qua erāt tabulæ illæ continentes conditiones fœderis Domini.
14 vel, In principio septimi anni. Siue, Ineunte septimo anno. Aut, Septimo quoque anno. Nam vox Hebræa KES, tam finē, quàm principium significat. anni enim sunt duæ extremitates: & hæc vox pro vtraque accipitur.
15 tempore anni remissionis.
16 Heb. in auribus eorum i. audientibus eis. q. d. clara voce, nō submissa.
17 i. qui habitauerit in vrbe tua.
18 qui non nouerunt (sub. legem hanc,) audiant.
19 vel, timere.
20 Heb. & præcipiam illi. i. dabo ei aliquot præcepta.
21 i. in nube quę erat instar columnæ. Erat autē signum præsentiæ Dei.
22 i. breui morituru es.
23 Heb. alienigenæ terræ ad quam ingreditur in medium eius. i. deos alienigenarum habitantium in ea terra ad quam pergit vt habitet in medio eius: subaudi, terræ.

24 vel, Irascetur itaque. 25 i. finem illum deuorari absolus. 26 i. conficietur malis & angustiis multis. 27 vel, curate scribendum vobis. Mosen & Iosue alloquitur Dominus q. d. Vt hac ratione rem [illegible] scribendum canticum illud quod sequitur. 28 i. fac vt ipsum memoria teneant, & ore decantent. 29 cum ii [illegible] ceciderint in idololatriam. 30 vel, spernent q; me. 31 Heb. tunc respondebit canticum hoc in conspectu eius pro testimonio. Vel, vt testimonii. i. tunc carmen hoc testabitur illos deliquisse, & a me defecisse quum videas, vt sibi ea mala accidisse quæ in ipso prædicuntur desertoribus meis. 32 Heb. imaginationem eius. [illegible] quod facit hodie antequam introducam [illegible] cogitationes, siue ingenium eius, & id quod facere solet. 33 i. quam iuraui me daturum illis. Hic Moses in persona Dei loquitur. Aut verba sunt Dei. Aut hæc dicit Moses, quasi faret hoc Deo reuelante. 34 i. Deus præcepta quædam ipsi Iosue. 35 i. semper tibi adero.

36 Hebr. donec compleuit ea. i. vsque ad finem eorum. Deuteronomium sua manu descriptū tradidit Leuitis Moses.
37 i. noui te propensum esse ad contentionē & rebellionem.
38 du[illegible] contumaciam, quàm impatiens sis imperii & iugi.
39 Hebr. ecce adhuc me viuente vobiscum hodie rebelles fuistis Domino, [illegible]
40 i. vt ecce loquar ipsis audientibus.
41 & testes inuocem. q.d. Volo creaturas permanentes citare testes [illegible] vt semper ferre possint testimonium aduersum idololatriam vestram.
42 Heb. corrumpendo corrumpetis vos, Vel, corrumpemini,
43 cum feceritis malum in conspectu Domini, (vel, inspectante Domino,) irritando illum opere manuum vestrarum. i. idōla fingendo.
44 Locutus itaque est.
45 vel, vsque ad finem eorū. Sub. verborum.

24 *Factúmque est vt cessasset Moses scribere verba legis huius in libro,[36] & consummasset ea.*
25 *Præcepit Moses Leuitis portantibus arcam fœderis Domini, dicens,*
26 *Accipite librum legis huius, & reponite eum in latere arcæ fœderis Domini Dei vestri, vt sit ibi contra te in testimonium.*
27 *Ego enim[37] noui rebellionem tuam, & ceruicem tuam[38] præfractam:[39] etenim etiamnum hodie quum adhuc sum vobiscū viuens, estis rebelles Domino, quanto ergo magis post mortem meam?*
28 *Congregate ad me omnes seniores tribuum vestrarum, & præfectos vestros,[40] vt loquar in auribus eorum verba ista,[41] & obtester aduersum eos cælum & terram.*
29 *Noui enim quòd post mortem meam[42] certissime perperam agetis, & desicietis de via quam præcepi vobis, occurrétque vobis tandem malum in nouissimis diebus,[43] quoniam perperam agetis in oculis Domini, vt prouocetis eum per opus manus vestræ.*
30 *[44] Loquutusque est Moses in auribus totius cœtus Israelitici verba cantici huius,[45] donec complesset ea.*

24 Postquam ergo scripsit Moyses verba legis huius in volumine, atque compleuit,
25 Præcepit Leuitis qui portabant arcam fœderis Domini, dicens,
26 Tollite librum istum, & ponite eum in latere arcæ fœderis Domini Dei vestri: vt sit ibi contra te in testimonium. G
27 Ego enim scio contentionem tuam, & ceruicem tuam durissimam. adhuc viuente me & ingrediente vobiscum, semper contentiosè egistis contra Dominum: quanto magis cum mortuus fuero?
28 Congregate ad me omnes maiores natu per tribus vestras, atque doctores, & loquar audientibus eis sermones istos, & inuocabo contra eos cælum & terram.
29 Noui enim quòd post mortem meam inique agetis, & declinabitis cito de via quam præcepi vobis: & occurrent vobis mala in extremo tempore, quando feceritis malum in conspectu Domini, vt irritetis eum per opera manuum vestrarum.
30 Locutus est ergo Moyses audiente vniuerso cœtu Israel verba carminis huius, & ad finē vsque compleuit.

Liber Deuteronomii reponi iubetur in latere arcæ.

Moyses, conuocatis principibus Israel, prædicit eos à Deo recessuros.

CAPVT XXXII.

CAP. XXXII.
1 & loquar. i. me loquente, attendite ad ea quæ dicturus sum. q.d. Vos cæli, & [illegible] terra, estote testes eorū quæ sum dicturus.
2 Descendat sicut pluuia. Sub. in corda Israelitarum. q.d. Vtinā doctrina mea efficiat, quod in agris aqua: vt ea non sit vana, sed fructum afferat.
3 destillat. In animos scilicet

1 *AVdite cæli,[1] nam loquar: audiátque terra verba oris mei.*
2 *[2] Stillabit velute pluuia doctrina mea,[3] fluet vt ros eloquium meum, sicut imber pluuius[4] super herbam,[5] & sicut stillæ super plantulas.*
3 *[6] Quoniam inuocabo nomen Domini, tribuite magnificentiam Deo nostro.*
4 *[7] Opus Petra illius solidum est, quoniam omnes viæ eius sunt[8] iudicium, Deus[9] verax,[10] absque vanitate, iustus & rectus est.*
5 *[11] Peruersa hæc & detorta generatio corrupit sibi, non filii eius in mæculis suis.*
6 *[12] Hoccine rependitis Domino? popule stulte & nō sapiens: annon ipse est pater tuus qui[13] te comparauit? qui te fecit? quique[14] te firmauit?*
7 *Memineris dierum[15] priscorum,[16] expendite animo annos patrum seculorum: interroga patrem tuum, &[17] annunciabit tibi:[18] senes tuos, & dicent tibi.*
8 *[19] Quum Altissimus possessiones distribueret gentibus, quumque dispergeret filios hominum, constituit limites populorum pro numero filiorum Israel.*
9 *[20] Quoniam pars Domini populus eius, & Iacob[21] funiculus hæreditatis eius.*
10 *[22] Inuenit eum in terra solitudinis,[23] in vasto [loco] vlulatus & deserto: circumduxit eum, &[24] erudiuit eum, custodiuitque eum perinde ac pupillā oculi sui.*
11 *Quemadmodum aquila[25] excitans nidū suum, & super pullos suos volitans, expandensque alas suas[26] tollit illum, &[27] portat eum super alas suas.*
12 *[28] Solus Dominus duxit eum,[29] & non fuit cum eo deus alienus.*

1 AVdite cœli quæ loquor, audiat terra verba oris mei, A
2 Concrescat in pluuiam doctrina mea, fluat vt ros eloquium meum, quasi imber super herbam, & quasi stillæ super gramina.
3 Quia nomen Domini inuocabo: date magnificentiam Deo nostro.
4 Dei perfecta sunt opera, & omnes viæ eius iudicia: Deus fidelis, & absque vlla iniquitate, iustus & rectus.
5 Peccauerunt ei & non filii eius in sordibus, generatio praua atq; peruersa.
6 Hæccine reddis Domino popule stulte & insipiens? numquid non ipse est pater tuus, qui possedit te, & fecit, & creauit?
7 Memento dierum antiquorum, cogita generationes singulas: interroga patrem tuum, & annunciabit tibi: maiores tuos, & dicent tibi.
8 Quando diuidebat Altissimus gentes: quando separabat filios Adam, constituit terminos populorum, iuxta numerum filiorum Israel: B
9 Pars autem Domini, populus eius: Iacob funiculus hæreditatis eius.
10 Inuenit eum in terra deserta, in loco horroris, & vastæ solitudinis: circumduxit eum, & docuit: & custodiuit quasi pupillam oculi sui.
11 Sicut aquila prouocans ad volandum pullos suos, & super eos volitans expandit alas suas: & assumpsit eum, atq; portauit in humeris suis.
12 Dominus solus dux eius fuit: & nō erat cum eo Deus alienus.

13 Consti-

Canticū Moysi.
Doctrina.
Opera Dei.
Hortatur Moyses populum, vt consideret Dei beneficia erga se.

audientium, vt ros gratissimus qui terram fœcundare solet. 4 super gramen. Vox Hebræa significat herbam recentem & teneram. 5 vel, quasi imber densus & minutus super herbam. Multis verbis eandem rem [illegible], Vtinam doctrina mea, & sermo meus non sit inutilis in vobis. 6 Quando nomen Domini prædico, (vel, celebro,) magnificate (inter [illegible]) Deum nostrum. [illegible] in cordibus vestris. Hic est finis proœmii. Alloquitur autem non solum cælum & terram, sed & omnes auditores. 7 Dei perfecta sunt opera. Commendat Deum ab operibus. q.d. Nulla ratione culpari & reprehendi possunt opera Dei. Vox Hebræa SVR, per [illegible], propriè significat rupem. Vocat autem Scriptura [illegible] rupem, ob stabilitatem, immutabilitatem, & perseuerantiam, qua stat promissis suis. 8 vel, æquitas. i. omnia opera eius sunt iusta & æqua. 9 in promissionibus scilicet. 10 Heb. & non iniquitas [illegible]. i. alienus ab iniquitate. 11 Heb. Corrupit sese illi non filii eius, macula eorum, generatio praua & peruersa. Difficilis est locus, propter dictionum ordinem inuersum. Sic autem construi debet & verti, Generatio praua atque peruersa, quæ non sunt filii [illegible] ignominiam suam corrupit sese illi. i. Generatio praua & peruersa, appositiuè quæ non est [illegible] eius, quæ non habet Deum pro patre, non agnoscit Deum [illegible] corrupit se, deprauauit ingenium suum, in ignominiam [illegible], scilicet Dei: hoc est, in dedecus Dei. Vel, in ignominiam suam: hoc est, [illegible] 13 q.d. Quorsum [illegible] agnoscere creatorem tuum, & gratias agere? 13 i. asseruit te in libertatem. Alludit ad seruitutem Ægyptiacam. 14 vel, [illegible] tibi eam formam quam habes. 15 Heb. perpetuorum. i. Reuoca in memoriam dies [illegible] prisca secula. 16 Heb. intellige annos generationis & generationis. i. annos multarū generationū, annos priscos. 17 [illegible] in hanc gentem. 18 sub. interroga 19 i. Quando Altissimus diuisit [illegible] & regiones, & assignauit eas cunctis gentibus [illegible] Israel terram [illegible] populorū, quos sub aduentum [illegible] Terra Chanaan. Vel, tunc dedit septem gentibus [illegible] tantam regionis planitiem, quæ numero filiorum Israel sufficeret. 20 vel, [illegible] Domini q.d. Non est mirum quod [illegible] Israel populus eius, & quidē tam proprius [illegible] portio hæreditaria 21 [illegible] portio. [illegible] 22 [illegible] Apparuit illi Dominus in nube [illegible] 23 Heb. & in vastitate [illegible] in vasto & horrido deserto. 24 vel, docuit sub legem. 25 vel, prouocans [illegible] pullos suos [illegible] 26 vel, assumit [illegible] 27 quum scilicet suas adhuc volandi experces. 28 Subaudiendum adiectiuum solitudinis (sic) 29 i. solus deduxit [illegible], ne quis iuuaret illum illius deorum alienigenarum.

13 Constituit eum super excelsam Terram: vt comederet fructus agrorum, ut sugeret mel de petra, oleumque de saxo durissimo:

C 14 Butyrum de armento, & lac de ouibus cum adipe agnorum, & arietum filiorum Basan, & hircos cum medulla tritici, & sanguinem vuæ [a] biberet meracissimum.

[a] biberet

Saturatus Israel, ingratus, conuertitur ad idola.

15 Incrassatus est dilectus, & recalcitrauit: incrassatus, impinguatus, dilatatus, dereliquit Deum factorem suum, & recessit à Deo salutari suo.

16 Prouocauerunt eum in diis alienis, & in abominationibus ad iracundiam concitauerunt.

17 Immolauerunt dæmoniis & non Deo, diis quos ignorabant: noui recentesque venerunt, quos non coluerunt patres eorum.

18 Deum qui te genuit dereliquisti, & oblitus es [b] Domini creatoris tui.

[b] Dei

Minatur afflictiones Deus Iudæis ingratis.

19 Vidit Dominus, & ad iracundiam concitatus est: quia prouocauerunt eum filii sui & filiæ.

20 Et ait, Abscondam faciem meam ab eis, & considerabo nouissima eorum: generatio enim peruersa est, & infideles filii.

Rom. 10. d

21 Ipsi me prouocauerunt in eo qui non erat Deus, & irritauerunt in vanitatibus suis: & ego prouocabo eos in eo qui non est populus, & in gente stulta irritabo illos.

D 22 Ignis succensus est in furore meo, & ardebit vsque ad inferni nouissima: deuorabitque terram cum germine suo, & montium fundamenta comburet.

23 Congregabo super eos mala, & sagittas meas complebo in eis.

24 Consumentur fame, & deuorabunt eos aues morsu amarissimo: dentes bestiarum immittam in eos, cum furore trahentium super terram, atque serpentium.

25 Foris vastabit eos gladius, & intus pauor, iuuenem simul ac virginem, lactentem cum homine sene.

26 Et dixi, Vbinam sunt? cessare faciam ex hominibus memoriam eorum.

27 Sed propter iram inimicorum distuli: ne forte superbirent hostes eorum, & dicerent, Manus nostra excelsa, & non Dominus, fecit hæc omnia.

28 Gens absque consilio est, & sine prudentia.

29 Vtinam saperent, & intelligerent, ac nouissima prouiderent.

[c] persequatur

E 30 Quomodo [c] persequebatur vnus mille, & duo fugarent decem millia? nonne ideo quia Deus suus vendidit eos, & Dominus conclusit illos?

13 [30] *Inuexit eum in sublimitatibus terræ, vt comederet prouentus agrorum,* [31] *deditque ei vt sugeret mel de petra, oleumque è durissimo saxo.*

14 [32] *Butyrum boum, & lac ouium, cum adipe agnorum,* [33] *& arietum pinguium, & hircorum, cum adipe delicatissimi tritici: & sanguinem vuæ* [34] *biberet meracum.*

15 *Et pinguis factus* [35] *recalcitrauit: crassus factus es, obesus & adipe* [36] *obductus: dereliquit Deum factorem suum,* [37] *& ingratus fuit Petræ salutis suæ.*

16 [38] *Ad indignationem eum alienis [diis] prouocauerunt,* [39] *abominationibus eum ad iracundiam concitarunt.*

17 *Sacrificarunt cacodæmonibus,* [40] *non deo, diis* [41] *quos non nouerunt,* [42] *[nempe] nouis qui nuper exorti sunt, quos patres vestri nihil reueriti sunt.*

18 [43] *Petræ quæ te genuit oblitus es,* [44] *excidit tibi Deus qui te parturiit.*

19 [45] *Et vidit Dominus, & irritatus est, propter prouocationem filiorum suorum & filiarum suarum.*

20 *Et dixit, Abscondam faciem meam ab eis,* [46] *spectabo quid tandem [facturi sint] illi: quoniam generatio est* [47] *peruersa, filii in quibus nulla est fides.*

21 *Ipsi* [48] *prouocauerunt me ad indignationem in eo qui non est Deus, ad iracundiam me concitarunt* [49] *vanitatibus suis, & ego quoque* [50] *prouocabo eos in eo qui non est populus,* [51] *in gente stulta irritabo eos.*

22 *Quoniam ignis succensus est in furore meo, & exardescet* [52] *ad infimos inferos vsque,* [53] *deuorabitque terram cum fructu eius, & inflammabit fundamenta montium.*

23 [54] *Congregabo super eos mala, sagittas meas* [55] *exhauriam in eos.*

24 [56] *Adusti fame,* [57] *& consumpti ardenti lue, & amara ægritudine, quin & dentes bestiarum immittam in eos,* [58] *cum furore serpentium in puluere.*

25 *Foris orbabit gladius,* [59] *in penetralibus terror, tam iuuenem quàm* [60] *virginem, lactentem cum viro cano.*

26 [61] *Statueram quidem quod dispergere vellem eos per angulos [terræ,]* [62] *tollerèque memoriam eorum è mortalibus,*

27 *Nisi* [63] *ferociam hostium veritus essem: ne fortè hostes eorum* [64] *sibi id arrogarent, ne fortè dicerent,* [65] *Manus nostra excelsa, & non Dominus operatus est* [66] *vniuersum hoc.*

28 *Quoniam gens est* [67] *quæ perdit consilia, neque est eis intelligentia vlla.*

29 [68] *O si saperent intelligerentque hoc, expenderentque quid tandem futurum sit ipsis.*

30 [69] *Quomodo persequeretur vnus mille, & duo fugarent decem millia, nisi Petra eorum vendidisset eos, & Dominus conclusisset eos?*

30 Heb. Equitare fecit eum super excelsa, in regione excelsa & alta. Hoc dicit, quòd Terra sancta sit in meliore climate mundi. Potest igitur cum [illegible] orbis. Obiter autem describit situm Terræ sanctæ.
31 Hic [illegible] pro [illegible] [illegible] prophetia. Fœcunditatem Terræ sanctæ describit. In rupibus apes & oliuæ, & oleum ex oliuis. q.d. Illi [illegible] dus & vacuus [illegible] bus [illegible] & [illegible] [illegible] pibus ipsis sunt oliuæ & mel.
32 Butyrum bouis. Subaudi: fecit vt comederet.
33 Heb. & arietes filios Basan, & hircos, vna cum adipe renũ (vel, testium) tritici. Sub. comedit. q.d. comedit arietes educatas in Basan regione fertilissima & hircos, cum farina granorum tritici, quæ præ se ferunt speciem testis & renunculi. Hoc est, cum fama optima tritici.
34 bibisti merũ. Succum vuæ vocat sanguinem, quòd pro [illegible] sanguis. [illegible] autem per appositionem [illegible] Merum vinum bibit [illegible] Præterit pro futuro, vt alibi est. Hoc est, vinum optimum & rubrum.
35 Saturatus, & recal[illegible]

1. Deo rebelles sunt. 36 operuisti, & dereliquit &c. Mutatio personæ est, operuisti pro operuit. subaudiendum, eos suum. i. Animus eius pinguedine [illegible] 37 & despexit [illegible] Dei salutis suæ [illegible] conatus est Deum qui seruauerat ipsum. 38 vel, Ad æmulationem prouocauerunt eum in extraneis [illegible] diis [illegible] hoc est, Dederunt operam vt inuideret Deus diis alienis: nam summo studio coluerunt eos. Vel, Non stetit per eos quin transcerent [illegible] [illegible] 39 propter abominationes. Colendo scilicet idola. 40 non diis [illegible] qui non erant dii, quorum nullus est Deus. 41 [illegible] [illegible] 42 Hoc est, quorum fama non est antiqua: quorum nomen nuper ad homines ipsos peruenit. 43 Dei. Vox Hebræa [illegible], vt supra [illegible] [illegible] propter firmitatem. 44 vel, oblitus es Dei qui &c. Hæc leguntur admiratiue. q.d. Qui [illegible] Deum qui parturiuit te, & genuit te? 45 Cum autem vidisset Dominus, abominatus est propter iram filios suos & filias suas. i. [illegible] 46 & videbo quid [illegible] sub faciem. q.d. vt fugiant in calamitate aliqua, velabo oculos meos, ne videam calamitatem eorum: & videbo quid [illegible] facturi sint. 47 inconstans. instabiles. quæ huc atque illuc statim vertitur. 48 me inuidere fecerunt ei qui non est Deus. [illegible] qui non erant dii. 49 i. idolis [illegible] 50 subaudi inuidiam. i. faciam vt inuideant populo ei, qui non est populus [illegible] ipse autem populus Dei [illegible] 51 i. efficiam vt gens imperita & stulta vincat eos, & superet: & [illegible] 52 i. vsque ad terræ infimum & penetralia, Hyperbole est, pro, Etiam profunda & infima terræ loca [illegible] 53 Hoc est quod dicit [illegible], Dabo terram eorum sulphur. Vertam fœcunditatem eius in summam sterilitatem. 54 v. [illegible] 55 vel, consumam [illegible] in eos omnes sagittas meas. 56 sub. [illegible] i. Peribunt fame. 57 & deuorabuntur carbonibus & excidione amara [illegible] morbo calido [illegible] pestilentia [illegible] 58 cum veneno repentium in terra. Hoc est, cum animalibus venenatis. 59 [illegible] q.d. Non solum cruciabuntur qui erunt in bellis, sed [illegible] et qui erunt in cubiculis. 60 [illegible] 61 Dixissem, [illegible] [illegible] Abigam hanc gentem Israeliticam [illegible] & exstinguam ex hominibus memoriam eorum. [illegible] [illegible] 63 Heb. [illegible] 64 [illegible] 65 [illegible] Nostris viribus superauimus hanc gentem. 66 [illegible] Israelitarum. 67 Heb. perdens consilia. Id est, gens perdit consilium: hoc est, [illegible] 68 Si sapuissent, intellexissent [illegible] suum intellexissent. i. Si prudentes fuissent, intellexissent vt diuina [illegible] nempe quod ego gentem hanc [illegible] perdiderim [illegible] intellexissent præterea quis finis [illegible] intellexissent eadem [illegible] 69 vel, Qui[illegible] persequeretur mille (sub. homines Israelitas,) & duo verterent in fugam decem millia [illegible] nisi quod Deus eorum vendiderat eos, & Dominus tradiderat eos [illegible] Melius per futurum, quòd prophetiam contineat [illegible] persequetur (olim) vnus (Gentilis) mille (Israelitas,) & duo verterent in fugam decem millia, nisi quod Deus eorum vendiderit eos, & Dominus tradiderit eos [illegible] colliguntur de supplicio quod tandem sumet Dominus de Israelitis idololatris.

70 deus eorum non est vt Deus noster,
71 quòd scilicet dii eorum non sunt similes Deo nostro omnipotenti.
72 q.d. Sicuti deus hostium nostrorum non est conferendus cũ Deo nostro: ita ipsi nobis non sunt comparandi, quia nati sunt patrib. iniquis, qualis erant Sodomitæ & Gomorrhæi. vel, quia studia Sodomitarum imitantur. Doctioribus magis placet hæc interpretatio.
73 ex vitibus sub. est vitis eorum.
74 racemi eorũ sunt racemi venenati, & vuæ amaritudinum sunt illis. Id est, ferũt vuas amarissimas. Pessima sunt eorum opera.
75 Venenum eorum est simile [illegible]. Repentino [illegible] idem [illegible] significantibus.
76 crudelis [illegible] tò enecat.
77 Subaudi vinum. Quasi dicat, Certe vinũ eorum conditũ est apud me: hæc omnia novi, & eorum memor ero suo tempore.
78 i. in pectore meo: ita vt mihi excidere non possit?
79 vel, Vltio mea est. i. Sumã de illis pœnas, quum id tempus [illegible].
80 retributio [illegible] [illegible] Idem [illegible] [illegible] debe [illegible] tem ace [illegible] dem.

31 Nam [70] Petra eorum non est vt Petra nostra,
[71] [huiusq; rei,] & hostes nostri iudices sunt.
32 [72] Quoniam de vinea Sodomorum vitis eorum,
atque [73] de arvis Amorrhæ: [74] vua eorum vua fellis, botrus amarissimus eis.
33 [75] Virus draconum vinum eorum, & fel aspidũ
[76] sævum.
34 Annon [77] hoc repositum est apud me, & obsignatum [78] in thesauris meis?
35 [79] Vltio [enim] mihi est & [80] repensio ad tempus, labetur pes eorum: appropinquat dies quo perdantur ipsi, & [81] festinant quæ imminent illis.
36 Quoniam [82] iudicabit Dominus populum suum,
[83] & in servis suis se solabitur: nam videbit vires eorum abiisse, & in nihilum abiisse conclusum & derelictum.
37 [84] Et dicet, Vbi sunt dii eorum, [85] petra in quam speraverunt.
38 Quorum adipem ex sacrificiis comederunt, & quorum vinum in libaminibus biberunt? surgant & opitulentur vobis, [86] sint vobis in latibulum.
39 [87] Videte igitur quod ego, ego inquam ipse sum Dominus, & non est Deus præter me: ego [88] occido, & rursus vivifico: ego vulnus infligo, & ego medeor, nec est qui e manibus meis eripere possit:
40 [89] Quoniam sublata manu mea in cælum, dicam, Vivo ego in æternum,
41 [90] Quum exacuero [91] fulgorẽ gladii mei [92] tum manus mea apprehendet iudicium, rependamq; vltionem hostibus meis, simulq; odientibus me rependam.
42 [93] Inebriabo sagittas meas sanguine, & [94] gladius meus devorabit carnes, [95] propter sanguinem occisorum, præcipueque captivos, [96] vt hostibus summas etiam vltiones rependam.
43 [97] Excitate ô gentes ad iubilum populum eius: quoniam sanguinem servorum suorũ vlciscetur, & vindictam rependet hostibus suis, & [98] propitius erit terra sua & populo suo.
44 Veniens itaque Moses, loquutus est omnia verba cantici huius [99] in auribus populi, ipse & Hosea filius Nun.
45 [100] Et cum finem fecisset Moses, quũmq; loquutus esset omnia verba hæc ad vniversum populũ Israel,
46 Dixit ad eos, [101] Ponite cor vestrum ad omnia verba, quæ ego [102] testificor vobis hodie, [103] præcipietisq; ea filiis vestris, vt custodiant & faciant omnia verba legis huius:
47 [104] Nec sit vobis hic sermo vanus, quoniam est vita vestra, & in hoc verbo prolongabitis dies super terram, ad quam vos transmisso Iordane proficiscemini vt eam possideatis.
48 Et loquutus est Dominus ad Mosen eodem die in hac verba.
49 Ascende montem istum Abarim, [105] montem Nebo, qui est in terra Moab e regione Iericho, & contemplare terram Chanaan quam do filiis Israel possidendam.

31 Non enim est Deus noster vt dii eorum: & inimici nostri sunt iudices.
32 De vinea Sodomorum, vinea eorum, & de suburbanis Gomorrhæ: vua eorum vua fellis, & botri amarissimi.
33 Fel draconum vinum eorum, & venenum aspidum insanabile.
34 Nonne hæc condita sunt apud me, & signata in thesauris meis?
35 Mea est vltio, & ego retribuam eis in tempore, vt labatur pes eorum: iuxtà est dies perditionis, & adesse festinant tempora. *Vltio, Dei est.* Eccles.28.a Rom.12.d Heb.10.e
36 Iudicabit Dominus populũ suum, & in servis suis miserebitur: videbit quòd infirmata sit manus, & clausi quoque defecerunt, residuiq; consumpti sunt. *Misericordia.*
37 Et dicet, Vbi sunt dii eorum, in quibus habebant fiduciam,
38 De quorum victimis comedebant adipes, & bibebant vinum libaminum? surgant, & opitulentur vobis, & in necessitate vos protegant. F
39 Videte quòd ego sim solus, & non sit alius Deus præter me: ego occidam, & ego vivere faciam: percutiam, & ego sanabo, & non est qui de manu mea possit eruere. *Deus noster. Deus solus est.* 1.Reg.2.b Tob.13.a Sap.16.b
40 Levabo ad cælum manum meam, & dicam, Vivo ego in æternum,
41 Si acuero vt fulgur gladium meum, & arripuerit iudicium manus mea: reddam vltionem hostibus meis, & his qui oderunt me, retribuam.
42 Inebriabo sagittas meas sanguine, & gladius meus devorabit carnes, de cruore occisorum, & de captivitate nudati inimicorum capitis.
43 Laudate gentes populum eius, quia sanguinem servorum suorum vlciscetur: & vindictam retribuet in hostes eorum, & propitius erit terræ populi sui. 2.Mach.7.b
44 Venit ergo Moyses, & locutus est omnia verba cantici huius in auribus populi, ipse & Iosue filius Nun.
45 Compleuitq; omnes sermones istos, loquẽs ad vniversum Israel. G
46 Et dixit ad eos, Ponite corda vestra in omnia verba mea quæ ego testificor vobis hodie: vt mãdetis ea filiis vestris custodire & facere, & implere vniversa quæ scripta sunt in volumine legis huius. *Cor ad verba Dei.*
47 Quia non incassum præcepta sunt vobis, sed vt singuli in eis viverent, quæ facientes longo perseveretis tempore in Terra ad quam Iordane transmisso ingredimini possidendam.
48 Locutusq; est Dominus ad Moysen in eadẽ die, dicens,
49 Ascende in montem istum Abarim, id est, transituum, in monte Nebo, qui est in Terra Moab contra Iericho: & vide Terram Chanaan, quam ego tradam filiis Israel obtinendam. *Moyses scandit montem Abarim, consideraturus Terram promissam.*

50 Et

81 festinabunt quæ euentura sunt illis. Id est, propediem interibunt: citò accident quæ eventura sunt illis. 82 Hoc est, vlciscetur Dominus populum suum de inimicis suis. Consolatio succedere solet minis in prophetiis. 83 [illegible] Rectius sic vertas, [illegible] quum videbit quòd abierit manus, [illegible] & derelictus. Hoc est, [illegible] id est, robur populi sui abiisse, hoc est, [illegible] quod omnes sunt expugnati: & neminem derelictum, qui non ab hostibus sit in captivitatem [illegible]. 84 [illegible] Quum dicet hostis [illegible] Vbi sunt dii &c. plurali numero [illegible] veritatem Dei. 85 [illegible] &c. 86 [illegible] deus ille protegat vos. 87 Videte nunc. Quasi dicat, [illegible] quòd ego ipse sum solus Deus, & præter me non est alius [illegible] quòd non habeam parem & consortem divinitatis. 88 vel, occido & vita tribuo [illegible] humana potentia. 89 [illegible] manum meam in cælum [illegible] & dicam, Vivo &c. Vel, Cum elevavero manum [illegible] veram manum [illegible] & vitturum in secula. 90 [illegible] 91 [illegible] meum fulgentem. 92 [illegible] manus mea [illegible] hostibus meis. 93 [illegible] sagittas meas sanguine sub [illegible] 94 [illegible] corpora eorum [illegible] 95 [illegible] & captivorum [illegible] sagittas meas sanguine [illegible] 96 [illegible] capitibus [illegible] hostibus meis, [illegible] gladius meus devorabit carnes [illegible] capita [illegible] inimicorum. [illegible] 97 Laudate [illegible] gentes populum [illegible] Verba sunt Mosis. [illegible] populo. 100 [illegible] omnia &c. 101 Hebraice, [illegible] omnia verba mea. 102 testificor [illegible] 103 vt præcipiatis 104 Non enim est res vana [illegible] vita vestra, & hac re longo vivetis tempore in terra ad &c. Prior pars verti potest, Non enim est res vilior quàm vt illam audiatis. 105 i. vt eas in montem Nebo. Est autem Nebo, pars montis Abarim.

Num. 20. d. 33. e

50 Et morere in monte, quem cõscendens iungēris populis tuis, sicut mortuus est Aaron frater tuus in monte Hor, & appositus populis suis:

Nu. 20. a. 27. c

51 Quia prævaricati estis contra me in medio filiorum Israel ad Aquas-contradictionis in Cades deserti Sin: Et non sanctificastis me inter filios Israel.

52 E contra videbis Terram, & non ingredieris in eam quam ego dabo filiis Israel.

50 Et [106] morere in monte in quē tu ascendis, [107] colligerisq; ad populos tuos, quemadmodum mortuus est Aharon frater tuus in monte Hor, & collectus est ad populos suos.

51 Eo quòd prævaricati estis contra me in medio filiorum Israel iuxta [108] aquas Meribæ in Kades deserti Zin, Quòd [109] me non sanctificastis in medio filiorum Israel.

52 E regione spectabis terram hanc, illuc autem non venies, ad terram inquam quam ego do filiis Israel.

106 Imperatiũ pro futuro.
107 & apponēris populis tuis. i. maioribus tuis.
108 i. Aquas iurgii, aut contentionis.
109 i. non impendistis mihi honorem, quia non credidistis me omnia posse.

CAPUT XXXIII.

A *Moyses moriturus benedicit singulis tribubus Israel.*
A Deo docentur, qui ei se submittunt.
Sap. 3. b

1 Hæc est benedictio qua benedixit Moyses homo Dei filiis Israel ante mortem suam. Et ait,

2 Dominus de Sinai venit, & de Seir ortus est nobis: apparuit de monte Pharan, & cum eo sanctorum millia: in dextera eius ignea lex.

3 Dilexit populos, omnes sancti in manu illius sunt: & qui appropinquāt pedibus eius, accipient de doctrina illius.

4 Legem præcepit nobis Moyses, hæreditatem multitudinis Iacob.

5 Erit apud rectissimum rex, congregatis principibus populi cum tribubus Israel.

Ruben.
6 Viuat Ruben, & non moriatur, & sit paruus in numero.

Iuda.
7 Hæc est Iudæ benedictio, Audi Domine vocē
B Iudæ, & ad populum suum introduc eum: manus eius pugnabunt pro eo, & adiutor illius contra aduersarios eius erit.

Leui.
8 Leui quoque ait, Perfectio tua, & doctrina tua * viro sancto tuo, quem probasti in tentatione, & iudicasti ad Aquas-contradictionis.

9 Qui dixit patri suo, & matri suæ, Nescio vos: & fratribus suis, Ignoro illos: & nescierunt filios suos. Hi custodierunt eloquium tuum, & pactum tuum seruauerunt.

⁎ holocaustum
10 Iudicia tua ô Iacob, & legem tuam ô Israel: ponent thymiama in furore tuo, & ⁎ holocausta super altare tuum.

11 Benedic Domine fortitudini eius, & opera manuum illius suscipe. Percute dorsa inimicorum eius: & qui oderunt eum, non consurgant.

Beniamin.
12 Et Beniamin ait, Amantissimus Domini habitabit confidenter in eo: quasi in thalamo tota die morabitur, & inter humeros illius requiescet.

Ioseph.
13 Ioseph quoque ait, De benedictione Domi-
C ni terra eius, de pomis cœli, & rore, atque abysso subiacente.

1 Hæc [1] est benedictio qua benedixit Moses [2] vir Dei filios Israel [3] ante mortem suam, dixitq;,

2 Dominus [4] de Sina venit, & ortus est eis ex Seir. [5] Illuxit de monte Pharan, [6] & venit cum decem millibus sanctorum, [7] à dextris ignea lex ad eos.

3 [8] Et vehementer diligit populos, omnes sancti eius [9] sunt in manibus tuis. [10] Et ipsi inserti intra pedes tuos, accipient ex verbis tuis.

4 Legem [11] præcepit nobis Moses [12] hæreditariam cœtui Iacob.

5 [13] Et fuit æquabilis rex, quum se congregarunt capita populi, simulq; tribus Israel.

6 Viuat Ruben, & non moriatur, [14] sintq; homines illius pauci numero.

7 [15] Et hæc fuit [benedictio] Iudæ: & dixit, [16] Audi Domine vocem Iudæ, & [17] ad populum suum duc eum: manus eius [18] multæ erunt ei, & tu opem ei feres contra hostes suos.

*8 Et [19] [ad] Leui sic dixit. * Thummim sunt tui, tui sunt Urim, viro qui in te pius fuerit, quem tentasti in Massa, & quem ad contentionem prouocasti ad aquas Meriba.*

9 [20] Qui dicit patri suo & matri suæ, Non vidi eum, & fratres suos non cognoscit, neque filios suos agnoscit: quoniam [21] custodierunt eloquia tua, & fœdus tuum tenaciter seruauerunt.

10 [22] Docebunt ipsum Iacob iudicia tua, & Israelem legem tuam: incensum ponent coram naribus tuis, & holocaustum in aram tuam.

11 Benedic Domine [23] opibus eius, & opus manuum eius tibi [24] probetur. [25] Contunde lumbos eorum qui insurgunt aduersus eum, & eorum qui odio eum habent, ne insurgant.

12 [26] Ad Beniamin dixit, [27] Dilectus Domini securus habitabit iuxta eum, inumbrabit super eum tota die, & inter humeros eius habitabit.

13 [28] Ad Ioseph dixit [29] Benedicta est à Domino terra eius à delicatissimis & dulcissimis fructibus cæli, à rore, & ab abysso inferne cubante.

CAP. XXXIII.

1 Hæc autem est benedictio. Hoc caput continet in principio & fine benedictionē vniuersalem totius populi: in medio benedictionem particularem, & commendationem beneficiorum Dei quæ contulit in patriarchas.
2 Id est, vir propheta, spiritu prophetico præditus.
3 sub. mortem suam. Hoc est, paulo antè quā moreretur. Dicunt Hebræi has benedictiones factas fuisse die mortis Mosis. Ex cōtextu tamē nō liquet, verū ipso die quo mortuus est, benedixerit filiis Israel, an pridie sui obitus, an pluribus antè diebus.
4 in Sinai venit, & ortus est in Seir. i. Dominus cœpit exercere vires suas, & ostendere virtutē suam quando in Sinai dedit legē suam: & in monte Seir qui est in finibus Idumæorum, ostēdit claritatem suam vt Sol quando apparere solet mundo. Ex hoc monte allocutus est Dominus Moysen, quum illi præcepit vt serpentē æneum fabricaret. Nu. 21. b. 5 i. ostendit gloriam suam in monte Pharan. Ex hoc monte alloquutus est Dominus Moysen quū illi coturnices est pollicitus. Nu. 11. g. 6 venit inquā cum myriadibus sanctitatis i. cum multis myriadibus sanctorū angelorū. 7 i. & in dextera eius erat ignis legis illis. Hoc est, lex ignea quam daturus erat illis: quæ data fuit in fulgure cum signis mirabilibus: vt ostenderet eam terrere homines, nō aliter quàm ignis cælestis. 8 Etiā diligit populos. i. veros Israelitas. 9 sub. Domine, q. d. tutaris illos. 10 Ipsi adiunxerunt se pedibus tuis, & sumpserunt de verbis tuis: i. Ipsi quoque sectati sunt vestigia tua, & memoriæ mandauerunt bonam partem verborum tuorum. 11 Vt eam scilicet custodiremus. 12 hæreditatem &c. Hoc per appositionem positum: Id est, quæ quasi iure hæreditario transiret ad posteros Iacob: quam seruaret sibi synagoga tanquam ad se pertinentem iure hæreditario. 13 Fuit autem (sub. Moyses) in Israele (tanquam) rex, quando congregata sunt &c. (sub. ad eum.) 14 & (non) sit populus eius numerus. Hoc est, Ruben viuat in hoc mundo, & non moriatur morte æterna: sintq; nepotes eius innumeri. 15 vel, Sic autem benedixit Iudam: & dixit hoc, dicendo, 16 vel, Exaudi Domine deprecationem Iudæ, 17 i. da illi partem Terræ sanctæ quam daturus es illi. Aut reduc eum, cum exierit in bellum. q. d. sit victor. 18 sufficient illi. q. d. non egebit humano auxilio, modo illi tauens: neminem timebit, modo illi auxilieris aduersus hostes eius. 19 vel, de Leui. Aut, de tribu Leui: * Perfectiones tuæ & doctrinæ tuæ fuerunt viro misericordi tuo, (vel, sancto tuo,) quem tentasti in Massa, & permisisti vt contenderet &c. Hoc est, Dedisti vestem sacerdotalem viro Aaroni, qui fuit sanctus tuus, id est, vir sanctissimus: vestem inquam in qua erant perfectiones tuæ & doctrinæ tuæ, id est Urim & Thummim: Leuit. 8. b. qui vir fuit sanctissimus, præterquam quod lapsus est in loco qui dicitur Massa, qui propterea dictus est Aquæ-Meriba, id est, Aquæ-contradictionis. Quasi dicas, Tu dederas dignitatem sacerdotalem homini Leuitici generis, Aaroni, qui erat alioqui vir sanctissimus: præterquàm quòd peccauit in hoc, quòd contendit apud Aquas-contradictionis. 20 Qui dixisset de patre suo & de matre sua se non agnoscere illos, & qui non agnouisset fratres suos, neque filios suos. Hi custodierunt &c. q. d. erat iudex æquissimus, non accipiebat personam litigantis: etiamsi pater & mater, fratres, aut filii eius contendissent, ipso iudice, eos iudicasset, si iniusta fuisset eorum causa. 21 Moses scilicet & Aaron. 22 Ad totam tribum Leui refertur, verum rectius per præteritum vertes: vt de Mose & Aarone intelligatur. Docuerunt iudicia tua ipsum Iacob (i. omnes Israelitas,) & legem tuam ipsum Israelem: posuerunt suffitum in nare tuo, & holocaustum in altari tuo, q. d. Moses & Aaron obtulerunt coram te incensum. 23 substantiæ eius. Scilicet tribus Leuitici generis. Hoc intelligitur de tota tribu. Quasi dicat, Auge gratias tuas in ea tribu, & opus manuum eius accepta. 24 vel, gratum sit & acceptum. 25 Vulnera in renibus aduersarios eius, & osores eius ita vt postea insurgere nequeant. 26 vel, Et de Beniamin ait. Subticetur benedictio Simeonitarum, quod fuerint idololatræ, quod perdiderint ducem: quòd etiam benedictio Leuitarum videtur ad eos pertinere: etenim Iacob illis simul benedixit. 27 Charus Domino habitabit securus iuxta illum: sit integer omni tempore faciat præterea vt in medio tribus Beniamin ædificetur templum Domini: quod factum est. Est autem Hebraismus, inter humeros, pro, in medio, nam quod est inter humeros, est in medio. 28 vel, De Ioseph. 29 Benedicta sit (vel, erit) à Domino terra (vel, patria) eius, ob delicias cæli, ob rorem & ob abyssum cubantem subter. Delicias cæli vocat rorem. quasi dicat, Benedicta erit terra eius ob rorem delicatissimum quo supernè irrigabitur, tempore id exigente: item ob fontes è terra scaturientes & erumpentes.

30 Et propter delicias prouentuum Solis, & ob delicias influentiæ Lunæ. Id est, propter fructus [illegible] solent [illegible] Solis: & ob fructus delicias [illegible] Lunæ [illegible] noctu [illegible]. 31 ob delicias primorum montium antiquorum, & ob delicias collium æternorum, & ob delicias terræ et plenitudinis eius. & ob fauorem [illegible] [illegible] mundi. [illegible] eandem sententiam aliis verbis, cum dicit, Ob [illegible] collium [illegible] [illegible] Item propter fauorem eius qui habitauit in rubo, veniat (sub. benedictio hæc) in caput Ioseph, & in verticem separati a fratribus suis. Hoc est, propter fauorem Dei altissimi qui apparuit Mosi in rubo, veniat benedictio hæc vestra super totam tribum Ioseph, qui separatus fuit e fratribus suis, quum ab eis venditus fuit [illegible] & abductus in Ægyptum.

14 [30] *A delicatissimis & dulcissimis fructibus Solis, & a dulcissimis ac delicatissimis fructibus mensium.*

15 *Et [31] a capitibus montium Orientalium, & a delicatissimis fructibus collium qui iam olim fuerunt.*

16 *A fructu delicatissimo terræ, & a copia eius [32] & fauor habitantis in rubo, veniat in caput Ioseph, & in verticem Nazaræi inter fratres suos.*

17 *[33] Decor eius vt primogeniti bouis illius, & [34] cornua illius vt cornua vnicornis, quibus populos [35] deturbabit pariter vsque ad fines terræ. [36] atque hæc sunt decem millia Ephraim & ista millia Manasse.*

18 *Ad Zebulon ait, Lætare Zebulon [37] in exercitu tuo, & [38] Issaschar in tabernaculis tuis.*

19 *Populos ad [39] montem vocabunt, vbi sacrificabunt [40] sacrificia iustitiæ: [41] quoniam inundationem marium sugent, & reconditos thesauros arenæ.*

20 *Et [42] ad Gad dixit, Benedictus qui [43] dilatat Gad. [44] vt leo moratur, qui lacerat bracchium cum vertice.*

21 *[45] Primum sibi prospexit, quòd illic esset portio legislatoris laqueata, & veniet cum principibus populi, & faciet iustitiam Domini, atque iudicia eius cum Israele.*

22 *Ad Dan ait, Dan [46] catulus leonis, desilit ad Basan.*

23 *Et [47] ad Nephthali [48] satur est [diuino] beneplacito, atque plenus benedictione Domini, Occidentem & Meridiem occupabit.*

24 *[49] Ad Aser quoque ait, Aser benedictus [50] ob filios, gratus fratribus [51] suis, [52] in oleo tinget pedem suum.*

25 *Ferrum & æs [53] sub calceamentis tuis, [54] & longæuus eris in senectute tua.*

26 *[55] Non est [deus] vt Deus Israelis, qui cælos inequitat, [56] auxiliator tuus, & magnificentia eius æther est,*

27 *[57] Qui iam olim habitatio Dei est, & inferne bracchia in mundo [extendit.] Et expellet ante faciem tuam hostem, & dicet, [58] Vastato*

28 *[59] Habitabat itaque solus Israel [60] securus, [61] oculus Iacob [62] ad terram frumenti & vini: quin & [63] cæli eius stillabunt rorem.*

29 *Beatus es tu ô Israel, quis tui similis ô popule? [64] saluus in Domino, qui est clypeus auxilii tui, & gladius [65] gloriationis tuæ: [66] & mentientur tibi inimici tui, & tu calcabis in excelsis eorum.*

14 De pomis fructuum Solis ac Lunæ,

15 De vertice antiquorum montium, de pomis collium æternorum,

16 Et de frugibus terræ, & de plenitudine eius. benedictio illius ‖ qui apparuit in rubo, veniat super caput Ioseph, & super verticem Nazaræi inter fratres suos. Exod. 3. a

17 Quasi primogeniti tauri pulchritudo eius, cornua rhinocerotis cornua illius, in ipsis ventilabit Gentes vsque ad terminos terræ. hæ sunt multitudines Ephraim, & hæc millia Manasse.

18 Et Zabulon ait, Lætare Zabulon in exitu tuo, & Issachar in tabernaculis tuis. *Zabulon.*

19 Populos vocabunt ad montem: ibi immolabunt victimas iustitiæ: qui inundationem maris quasi lac sugent, & thesauros absconditos arenarum.

20 Et Gad ait, Benedictus in latitudine, Gad: quasi Leo requieuit, cepitque bracchium & verticem. *Gad.*

21 Et vidit principatum suum, quòd in parte sua, doctor esset repositus: qui fuit cum principibus populi, & fecit iustitias Domini, & iudicium suum cum Israel.

22 Dan quoque ait, Dan catulus leonis, fluet largiter de Basan. D *Dan.*

23 Et Nephthali dixit, Nephthali abundantia perfruetur, & plenus erit benedictionibus Domini: Mare & Meridiem possidebit *Nephthali.*

24 Aser quoque ait, Benedictus in filiis Aser, sit placens fratribus suis, & tingat in oleo pedem suum. *Aser.*

25 Ferrum & æs calceamentum eius: sicut dies iuuentutis tuæ, ita & senectus tua.

26 Non est Deus alius vt Deus rectissimi: ascensor cæli auxiliator tuus: magnificentia eius discurrunt nubes.

27 Habitaculum eius sursum, & subter brachia sempiterna: eiiciet à facie tua inimicum, dicetque, Conterere.

28 ‖ Habitabit Israel confidenter & solus, oculus Iacob, in terra frumenti & vini, cælique caligabunt rore. Iere. 33. b

29 Beatus es tu Israel, quis similis tui popule, qui saluaris in Domino? scutum auxilii tui, & gladius gloriæ tuæ. negabunt te inimici tui, & tu eorum colla calcabis.

CAPVT XXXIV.

A *Moyses monte conscenso considerat terram promissam.*

1 [1] *Ascendit itaque Moses ex campis planis Moab in montem [2] Nebo, in verticem collis [Pisgæ] qui est*

1 Ascendit ergo Moyses de campestribus Moab super montem Nebo, in verticem Phasga contra 1. Mach. 1. a

33 Heb. Primogenitus bos eius decor erit ei. i. Ephraim primogenitus ipsius Ioseph, erit tam robustus quàm bos, erit etiam [illegible] 34 Per cornua intelligit fortitudinem, q. d. erit insuperabilis. 35 inuadet. Hoc est, Ea fortitudine inuadet populos, & dilatabit imperium suum vsque ad finem terræ. 36 erunt enim decem millia Ephraim, & millia Manasse. Tribuuntur myriades ipsi Ephraim primogenito benedictione, & chyliades ipsi Manasse primogenito natura: quod Ephraim maior futurus erat fratre suo Manasse, & infinitis populis dominaturus. Lege Gen. 48. vbi de benedictione Ephraim & Manasse. 37 vel, cum egrediens. Sub. ad bellum. significat eum futurum bellicosum. q. d. promitto tibi victoriam quum ad bellum profectus eris. 38 q. d. tu Issachar eris amator pacis & quietis. 39 Dei scilicet [illegible] tribus inuitabunt, vt eant secum ad montem Domini, vt eum adorent & colant. 40 Id est, sacrificia quæ secundum legem fieri debent. 41 quoniam [illegible] maris sugent, & thesauros absconditos arenæ. [illegible] erunt opulentissimi ratione maris, ita vt [illegible] thesauros [illegible] arena. Vel, [illegible] vt etiam in arena abscondant opes suas. Sunt qui hoc referant ad fodinas, [illegible] terra arenosa effodient aurum. 42 vel, de Gad. 43 vel, dilatare faciens Gad [illegible] ipsi Gad qui non resistent ei. 44 similis leoni habitabit: rapiet brachium & caput. Hoc est, in terra sua non erit aliter atque leo, quem reliqua animalia timent [illegible] præterea interficiet principes & reges qui ei resistent. 45 Et vidit primitias, quia illic erat pars legislatoris [illegible] Hoc est, Iam petiuit a me portionem & partem terræ quam habitaret, nempe terram Sehon regis Amorrhæorum, & Og regis Basan, quæ citra Iordanem est ad Orientem Terræ sanctæ: quod illic videret multas arces tectas materia preciosa: erant enim illic palatia legislatorum, principum. Per legislatorem intelligit principem quod principis sit condere leges. Non habitauit autem illic ante quam venisset vna cum principibus [illegible] terram quam Dominus [illegible] pollicitus [illegible] [illegible] Dei cum ipsis. [illegible] quemadmodum illi præceperat Dominus vt faceret cum fratribus [illegible] Dominus vt comitaretur fratres suos in Terram sanctam, & iuuaret eos in debellandis Chananæis, quod se [illegible] Deus, & vt Deo propitiissimus nos facturos. 46 (sicut catulus leonis [illegible]) [illegible] Basan [illegible] Dicit autem Dan futurum fortissimum vt leonem [illegible] & bellicosissimum. 47 vel, de Nephthali. 48 Per vocabulum vertit debet, satur [illegible] & repletus benedictione diuina. [illegible] vocat Dei [illegible] 49 De Aser. 50 (sub. erit vel es) ob nepotes, 51 Transitus a secunda persona ad tertiam [illegible] & [illegible] in oleo [illegible] erit oleum [illegible] in patria eius, præ abundantia, ita vt etiam in eo lauet pedes. 53 calceamenta tua [illegible] Quicquid calcaueris calceamentis tuis, erit ferrum & æs. Est autem Hebraismus, pro, In regione tua erunt metalla ferri & æris. 54 Heb. & [illegible] dies tuos erit [illegible] Hebraica phrasis, pro, quamdiu vixeris [illegible] fortitudines tuæ tamdiu durabunt, quamdiu viues. 55 Nullus est similis Deo, [illegible] Iacob. Hic pro Israelitico populo accipitur. Incipit commendare Deum. 56 in auxilium tuum, & in magnificentia sua nubes [illegible] Deus tuus habitat in cælo, vnde fert tibi opem. Nubes conscendit, & illis insidet, vt properet ad opem tibi ferendam. [illegible] nubibus, siue cælis. 57 (Vt habitaculum est Deus æternus: & subter, brachia sempiterna. i. infatigabilis. q. d. Deus æternus protegit populum suum, velut tugurium defendit habitatores suos ab iniuria cæli. sub populo Israelitico sunt brachia infatigabilia. A vertice ad calcem diligenter [illegible] 58 [illegible] 59 Hoc est, Non admiscebuntur aliis gentibus. 60 [illegible] 61 [illegible] Iacob. [illegible] vocat Israelem, fontem Iacob, & progeniem. q. d. populus Israeliticus qui est velut riuus deductus à Iacob qui est fons. 62 [illegible] 63 [illegible] in terram illam, vt fæcunda [illegible] 64 seruate. vel, qui seruaris in Domino. i. ope diuina. 65 vel, excellentiæ tuæ. i. clypeus est vnde prouenit tibi auxilium, & gladius quo paratur tibi gloria, maiestas & splendor. 66 propterea subiicientur inimici tui tibi, tu autem super excelsa eorum ambulabis. Per excelsa intelligit principes. q. d. Tu calcabis ceruicem regum inimicorum tuorum. CAP. XXXIV. 1 vel, Ascendit ergo. Dicunt Hebræi, hoc caput scriptum fuisse à Iosue, spiritu prophetico. 2 Nebo est pars montis Abarim: cuius vertex dicitur Phasga, qua parte respicit Iericho: qua autem parte respicit Moabiticam regionem, dicitur Gai, id est, vallis.

Supr.3.d contra Iericho: ostenditque ei Dominus omnem Terram Galaad vsque Dan.

2 Et vniuersum Nephthali, Terramque Ephraim & Manasse, & omnem Terram * Iuda vsque ad mare nouissimum,

3 Et Australem partem, & latitudinem campi Iericho ciuitatis palmarum, vsque Segor.

Gen.12.b.15.d B 4 Dixitque Dominus ad eum, Hæc est terra, pro qua iuraui Abraham Isaac, & Iacob, dicens, Semini tuo dabo eam vidisti eam oculis tuis, & non transibis ad illam.

Moritur Moyses & sepelitur a Domino.

5 Mortuusque est ibi Moyses seruus Domini, in Terra Moab, iubente Domino.

Iudæ 1. 6 Et sepeliuit eum in valle Terræ Moab contra Phogor: & non cognouit homo sepulchrum eius vsque in præsentem diem.

7 Moyses centum & viginti annorum erat quando mortuus est: non caligauit oculus eius, nec dentes illius moti sunt.

C 8 Fleueruntque eum filii Israel in campestribus Moab triginta diebus: & completi sunt dies planctus lugentium Moysen.

Fletur Moyses ab Israelitis, Iosue substituitur.

9 Iosue verò filius Nun repletus est Spiritu sapientiæ, quia Moyses posuit super eum manus suas: & obedierunt ei filii Israel, feceruntque sicut præcepit Dominus Moysi.

10 Et non surrexit vltra propheta in Israel sicut D Moyses, quem nosset Dominus facie ad faciem.

11 In omnibus signis atque portentis, quæ misit per eum, vt faceret in Terra Ægypti Pharaoni & omnibus seruis eius, vniuersæque terræ illius,

12 Et cunctam manum robustam, magnaque mirabilia quæ fecit Moyses coram vniuerso Israel.

e regione Iericho, ostenditque illi Dominus vniuersam terram, [3] *Gilead vsque Dan,*

2 Et omnem Naphtali, & terram Ephraim atque Manasse, & omnem terram Iuda vsque ad [4] *mare nouissimum.*

3 Meridiem denique, & campestrem [5] *planiciem Iericho, quæ est ciuitas palmarum, vsque Zoar.*

4 Et ait Dominus, & ad eum, Hæc est terra quam iuraui Abrahamo, Isaac, & Iacob, & dixi, [6] *Semini tuo dabo eam,* [7] *ostendi tibi eam vt oculis tuis videres, illuc verò non intrares.*

5 Mortuus igitur est Moses seruus Domini [8] *in terra Moab* [9] *iuxta os Domini.*

6 Et [10] *sepeliuit eum in valle, in terra Moab contra* [11] *domum Peor, & nullus hominum cognouit* [12] *sepulchrum eius in hunc vsque diem.*

7 Erat autem Moses natus centum & viginti annis quum moreretur: oculi eius non caligarunt, [13] *maxillæ eius non defecerant.*

8 Defleruntque itaque filii Israel Mosen in planicie campestri Moab triginta diebus: & completi sunt dies fletus & luctus Mosis.

9 Iehosua verò filius Nun repletus est spiritu sapientiæ, eo quod [14] *posuerat Moses manus suas super eum, obedieruntque sibi Israelitæ, &* [15] *fecerunt sicut præceperat Dominus Mosi.*

10 Et [16] *non surrexit propheta amplius in Israel sicut Moses,* [17] *quem nosset Dominus facie ad faciem,*

11 Secundum omnia signa & prodigia, propter quæ miserat eum Dominus, vt faceret in terra Ægypti, coram Pharaone & omnibus seruis eius, atque coram vniuersa terra eius,

12 [18] *Et secundum cunctam manum robustam, & omnem terrorem magnum quem fecit Moses in oculis totius Israelis.*

3 Subaudienda est præpositio, a Galaad vsque Dan.
4 Mare Occidentale, id est Mediterraneum, quod in parte Occidentali erat, id est, Terræ sanctæ.
5 planiciem vallis Iericho, vrbis palmarum. Subaudiendæ sunt [illegible] quæ, hoc modo planiciem vallis [illegible] Iericho vrbi quæ abundat palmis. [illegible]
7 [illegible] oculis tuis videre [illegible]
8 Subaudi, qui [illegible] erat in terra Moab.
9 vel, ad verbum Domini. Vel, de sententia Domini. Dicebat enim Dominus [illegible] montem, & morere.
10 Aut aliquem pro passiuo suppositum est, Sepultus est. aut [illegible] (Deus,) vel angelus Dei, in [illegible] sepultus fuit [illegible] in valle quæ erat in vertice

montis Nebo, qua parte respicit terram Moab, non Terram sanctam [illegible] phanum Beelphegor idoli Moabitarum. Quidam Hebræorum aiunt sepeliuisse semetipsum. [illegible] pressus est [illegible] quæ [illegible] 11 phanum vel, ædes 13 vel, locum sepulturæ. 14 Nec emarcuerat vigor eius. Quasi dicat, [illegible] & facies ei fuit semper succulenta. Gallice, Il auoit tousiours le visage frais. Solet enim senectus [illegible] 14 [illegible] per impositionem manuum Mosis Iosue acceperat Spiritum sanctum. 15 Paruerunt ipsi Iosue tanquam principi & substituto à Mose ex mandato Domini. 16 Hoc est, [illegible] 17 quia agnouerat Dominum facie ad faciem. In omnibus signis & prodigiis, ad quæ miserat eum Dominus, facienda in terra &c. Vel, propter omnia signa & prodigia [illegible] quæ facienda miserat eum Dominus in terram Ægypti. Nosse Dominum facie ad faciem, est de facie eius [illegible] In omnibus signis: subaudienda sunt præcedentia, Non surrexit inquam vllus propheta similis Mosi [illegible] 18 [illegible] Et propter omnem manum fortem, & propter omnem terrorem magnum, quæ (sub. omnia) fecit Moses &c. Manum fortem dicit ob ea quæ facta sunt in Mari rubro. Terrorem autem, propter legem quam Dominus dedit in monte Sinai.

LIBER IOSVE, HEBRAICE IEHOSVA.

Hieronymi in Iosue præfatio.

TANDEM finito Pentateucho Moysi velut grandi fœnore liberati, ad Iesum filium Naue manum mittimus: quem Hebræi IEHOSVA BEN NVN, id est Iosue filium Nun, vocant: & ad Iudicum librum, quem SOPHTIM appellant: ad Ruth quoque & Esther, quos eisdem nominibus efferunt. Monemusque lectorem vt syluam Hebraicorum nominum, & distinctiones per membra diuisas diligens scriptor conseruet: ne & noster labor, & illius studium pereat. Et vt in primis, quod sæpe testatus sum, sciat me non in reprehensionem veterum noua cudere, sicut amici mei criminantur, sed pro virili parte offerre linguæ meæ hominibus, qui tamen nostra diligunt, vt pro Græcorum hexaplis, quæ & sumptu & labore maximo indigent, editionem nostram habeant. Et sicubi in antiquorum voluminum lectione dubitarint, hæc illis conferentes inueniant quod requirunt: maxime cum apud Latinos tot sint exemplaria, quot codices: & vnusquisque pro arbitrio suo vel addiderit vel subtraxerit quod ei visum est: & vtique non possit verum esse quod dissonat. Vnde cesset arcuato vulnere contra nos insurgere scorpius, & sanctum opus venenata carpere lingua desistat: vel suscipiens, si placet, vel contemnens, si displicet: memineritque illorum versuum, Os tuum abundauit nequitia, & lingua tua concinnabat dolos. Sedens aduersus fratrem tuum loquebaris: & aduersus filium matris tuæ ponebas scandalum. hæc fecisti, & tacui. Existimasti inique quod ero tui similis: arguam te, & statuam contra faciem tuam. Quæ enim audientis vel legentis vtilitas est, nos laborando sudare, & alios detrahendo laborare? dolere Iudæos quod calumniandi eis & irridendi Christianos sit ablata occasio: & Ecclesiæ homines despicere, imo lacerare, vnde aduersarius torqueatur? Quod si veterum tantum interpretatio placet, quæ & mihi non displicet, & nihil est quod ultra requiramus, cur ea quæ sub asteriscis & obelis vel addita sunt vel amputata, legunt, & negligunt? Quare Danielem iuxta Theodotionis translationem, Ecclesiæ susceperunt? Cur Origenem mirantur, & Eusebium Pamphili, cunctas editiones similiter disserentes? Aut qua fuit stultitia, postquam vera dixerint, proferre quæ falsa sunt? Vnde autem in nouo testamento probare poterunt assumpta testimonia, quæ in libris Veteribus non habentur? Hæc dicimus, ne omnino calumniantibus tacere videamur. Cæterum post sanctæ Paulæ dormitionem, cuius vita virtutis exemplum est, & hos libros quos Eustochiæ virgini CHRISTI negare non potui, decreuimus dum spiritus hos regit artus, prophetarum explanationi incumbere: & omissum iamdiu opus, quasi quodam postliminio, repetere: præsertim cum & admirabilis, sanctusque vir Pammachius hoc idem literis flagitet: & nos ad patriam festinantes, mortiferos Sirenarum cantus surda debeamus aure transire.

Argumentum in librum Iosue.

Iesus filius Naue, typum Domini non solum in gestis, verum etiam in nomine gerens, transit Iordanem, hostium regna subuertit, diuidit terram victori populo: & per singulas vrbes, viculos, montes, flumina, torrentes, atque confinia ecclesiæ, cœlestisque Ierusalem spiritualia regna describit.

CAPVT I.

CAP. I.
1 Pender principium huius libri a fine Deuteronomii: quod Iosue qui hunc librũ scripsit, scripserit quoque finem Deuteronomii, ab eo scilicet loco vbi scriptura cõmemorat mortuũ Mosen. Et hinc est quod hic liber incipit à coniunctione copulatiua. Ingressus filiorum Israel in Terram sanctam hic describitur quæ cælum adũbrat. Fides promissorum Christi ostenditur. Iesus Christũ adũbrat qui fuit tribus Ioseph. Chaldæus paraph. Postea quam mortuus est Moses &c.
2 sub. Dabo regionem quæ est à deserto &c.
3 i. quẽ conspicitis, autẽ inclyto.
4 Ex septem populis ponitur nomen Hethæorum, quòd in enumeratione eorũ septem populorũ hic sit primus, & quod in Occidẽte habitarent Hethæi.
5 i. Nemo tibi resistet.
6 non dimittam te. Esse cum aliquo, est illi adesse, hoc est fauere. Chaldæus paraph. adiuuabo.
7 me daturum.
8 Tantummodo esto fortis animo.
9 vel, ab eo. subaudi, Mose siue libro legis.
10 Ire ad dexteram, est addere verbo Dei. Ire ad sinistram, detrahere.
11 fœlix sis. Vox Hebr. SACHAL, propriè significat intelligere. at qui sapiunt, assequuntur vota, ob id prosperari significat. Qui prudentes sunt, fœliciter res suas administrant, atque hoc pacto voti compotes euadunt.
12 in omni (loco) ad quem perrexeris.
13 fœlix eris.
14 Vox Hebræa HALO, adhortantis potius quam interrogantis.

1 F[1]Actũ verò est post mortem Mosis serui Domini, vt loqueretur Dominus ad Iehosuam filium Nun ministrum Mosis in hanc sententiam.
2 Moses seruus meus mortuus est: surge itaque, & traiice Iordanem istum, tu & omnis populus iste, in terram quam ego do eis, nempe filiis Israel.
3 Omnem locum quem calcauerit planta pedis vestri, tradidi vobis, quemadmodum loquutus sum ad Mosen,
4 [2] A deserto & Libano[3] isto, vsque ad fluuium magnum, fluuium inquam Euphraten: omnis terra [4] Hethæorum vsque ad mare magnum contra occasum Solis erit limes vester.
5 [5] Non se statuet quisquam contra faciem tuam cunctis diebus vitæ tuæ: quemadmodum fui cum Mose [sic] ero tecum,[6] non faciam te remissum, neque deseram te.
6 Sis igitur fortis & robustus: tu enim diuides in hæreditatem populo huic terram quam iuraui patribus eorum,[7] vt darem [eam] illis.
7 [8] Modo tu sis fortis & admodum robustus, vt custodias & agas secundum vniuersam legem quam præcepit tibi Moses seruus meus. ne recedas [9] ab ea neque [10] ad dexteram, neque ad sinistram, vt [11] prudenter agas [12] in omnibus in quibus incedis.
8 Non recedat liber legis huius ab ore tuo, sed meditaberis in eo die noctuq; vt custodias & agas iuxta omne illud quod scriptum est in eo: tunc enim prosperam reddes iter tuum, tunc [13] prudenter ages.
9 [14] Annon præcepi tibi, Sis fortis & robustus, ne formides, neue animo frangaris? quoniam ego Dominus Deus tuus adsum tibi in omnibus ad quæ tu proficisceris.
10 Præcepit igitur Iehosua præfectis populi, dicens,
11 Transite per media castra, & præcipite populo in hanc sententiam, Parate vobis viaticum: adhuc enim [15] intra tres dies traiicietis Iordanem hunc,[16] vt veniatis in terram, eamque occupetis, quam Dominus Deus vester daturus est vobis vt possideatis eam.
12 Ad Rubenitas quoque & Gaditas, atque ad dimidiam tribum Manasse loquutus est Iehosua, dicens,
13 [17] Meminisse [oportet] verbi quod præcepit vobis Moses seruus Domini, hisce verbis Dominus Deus vester quietem dedit vobis, deditque vobis terram hanc.
14 Vxores vestræ, pubes vestra, & pecora vestra manebunt in terra quam dedit vobis Moses cis Iordanem: vos autem [18] quicunque viri sunt fortes, transibitis [19] in primipilari ordine ante fratres vestros, auxiliumq; illis feretis,
15 Donec Dominus [20] requiem dederit fratribus vestris sicut vobis, & possideant quoque ipsi terram quam Dominus Deus vester dat eis, & tunc redibitis ad terram hæreditatis vestræ possidebitisq; eam, quam dedit vobis Moses seruus Domini cis Iordanem ad Solem orientem.
16 Et responderunt ipsi Iehosua dicentes, Omnia quæ præcepisti nobis faciemus, & ad omnia ad quæ miseris nos ibimus:
17 Sicut obediuimus in omnibus Mosi, sic quoque obediemus tibi,[21] modò sit Dominus Deus tuus tecum sicut fuit cum Mose.
18 Quicunque rebellis fuerit ori tuo, & verbis tuis non obedierit in omnibus quæ ei mandaueris, [22] interficiatur,[23] modò age fortiter & strenuè.

1 ET factum est post mortem Moysi serui Domini, vt loqueretur Dominus ad Iosue filium Nun, ministrum Moysi, & diceret ei,
2 Moyses seruus meus mortuus est: surge & transi Iordanem istum tu & omnis populus tecum, in Terram quam ego dabo filiis Israel,
3 ‖ Omnem locum quẽ calcauerit vestigium pedis vestri, vobis tradam, sic locutus sum Moysi.
4 A deserto & Libano vsque ad fluuium magnum Euphraten, omnis Terra Hethæorum vsque ad mare magnum cõtra Solis occasum erit terminus vester.
5 Nullus poterit vobis resistere cunctis diebus vitæ tuæ: sicut fui cum Moyse, ita ero tecum: ‖ non dimittam nec derelinquam te.
6 Confortare & esto robustus: tu enim sorte diuides populo huic Terram pro qua iuraui patribus [a]tuis vt traderem eam illis.
7 Confortare igitur, & esto robustus valde: vt custodias, & facias omnem legem quam præcepit tibi Moyses seruus meus: ne declines ab ea ad dexteram vel ad sinistram, vt intelligas cuncta, quæ agis.
8 Non recedat volumen legis huius ab ore tuo: sed meditaberis in eo diebus ac noctibus, vt custodias, & facias omnia quæ scripta sunt in eo: tunc diriges viam tuam, & intelliges eam.
9 Ecce præcipio tibi, confortare, & esto robustus: noli metuere, & noli timere: quoniam tecum est Dominus Deus tuus in omnibus, ad quæcunque perrexeris.
10 Præcepitq; Iosue principibus populi dicens,
11 Transite per medium castrorum, & imperate populo, ac dicite, Pręparate vobis cibaria: quoniam post diem tertium transibitis Iordanem, & intrabitis ad possidendam Terram, quam Dominus Deus vester daturus est vobis.
12 Rubenitis quoque, & Gaditis, & dimidiæ tribui Manasse ait,
13 Mementote sermonis ‖ quem præcepit vobis Moyses famulus Domini dicens, Dominus Deus vester dedit vobis requiem, & omnem Terram.
14 Vxores vestræ, & filii, ac iumenta manebunt in Terra, quam tradidit vobis Moyses trans Iordanem: vos autem transite armati ante fratres vestros, omnes fortes manu, & pugnate pro eis,
15 Donec det Dominus requiem fratribus vestris sicut & vobis dedit, & possideant ipsi quoque Terram quã Dominus Deus vester daturus est eis: & sic [b]reuertimini in Terram possessionis vestræ, & habitabitis in ea quam vobis dedit Moyses famulus Domini trans Iordanem contra Solis ortum.
16 Responderuntq; ad Iosue, atque dixerunt, Omnia quæ præcepisti nobis, faciemus: & quocunque miseris, ibimus.
17 Sicut obediuimus in cunctis Moysi, ita obediemus & tibi: tantum sit Dominus Deus tuus tecum, sicut fuit cum Moyse.
18 Qui contradixerit ori tuo, & non obedierit cunctis sermonibus quos præceperis ei, moriatur. tu tantum confortare, & viriliter age.

A *Dominus inflammat Iosue ad inuadendam Terram promissam.*
Terminus Terræ promissionis. Deut. 11.c
Heb. 13.a
B
[a] *suis*
Præcipit continuam lectionem Deuteronomii.
C
Iubet Iosue cibaria praeparare.
Tribum Rubẽ, Gad, & dimidiam Manassé hortatur ad auxilium fratrũ. Num. 32.d
D
[b] *reuertemini*

CAPVT II.

1 MIsit[1] itaque Iehosua filius Nun de[2] Sittim duos viros, qui arte quadam & occulte explorarent,[3] hi-

1 MIsit igitur Iosue filius Nun de Setim duos viros exploratores in abscondito: & dixit eis, Ite,

A *Iosue mittit exploratores in Iericho.*

Repetit: quoniam humana fides est infirma. 15 vel, post triduum transituri estis. i. parati estis transire, non comprehenso scilicet [illegible] 16 vt intretis ad possidendam terram. 17 Mementote eius rei quam. 18 omnes potentes virtute. i. quotquot viribus valent. 19 armati 20 vel, sedes quietas 21 Heb. tantum 22 vel, adiudicabitur morti, sub. a iudicibus. 23 Heb. tantum corroborare & viriliter age. i. esto fortis ac robusto animo. CAPVT II. 1 Miserat autem 2 Nomen loci in campestribus Moab non longe à Iordane. 3 Heb. exploratores clam. Chaldæus paraph. in secreto. Alii vertunt, qui explorarent tacitè. Alii, qui explorarent cogitationem populi, i. quo animo essent. Vox enim Hebræa significat etiam cogitare.

Isa. 2. d
Hebr. 11. f
Ite, & considerate Terram, vrbemq; Iericho. ‖ Qui
pergentes ingressi sunt domum mulieris meretricis.
nomine Rahab, & quieuerunt apud eam.
2 Nunciatumq; est Regi Iericho, & dictum, Ecce
viri ingressi sunt huc per noctem de filiis Israel, vt
explorarent Terram.
3 Misitque rex Iericho ad Rahab meretricem,
dicens, Educ viros qui venerunt ad te, & ingressi
sunt domum tuam: exploratores quippe sunt, &
omnem Terram considerare venerunt.
4 Tollensque mulier viros, abscondit, & ait Fa-
Exploratores absconduntur à Rahab.
teor venerunt ad me, sed nesciebam vnde essent.
5 Cumque porta clauderetur in tenebris, & illi
pariter exierunt, nescio quo abierunt: persequimini
cito, & comprehendetis eos.
6 Ipsa autem fecit ascendere viros in solarium
domus suæ, operuitque eos stipula lini, quæ ibi
erat.
B
7 Hi autem qui missi fuerant, secuti sunt eos per
¹ vada
viam quæ ducit ad ¹ vadum Iordanis: illisque egres-
sis statim porta clausa est.
8 Nec dum obdormierant qui latebant, & ecce
mulier ascendit ad eos, Et ait,
Rahab agnoscit Deum Israel esse summum Deum.
9 Noui quòd Dominus tradiderit vobis Terram:
etenim irruit in nos terror vester, & elanguerunt
omnes habitatores Terræ.
Num. 21. e
10 Audiuimus quòd siccauerit Dominus aquas
Maris rubri ad vestrum introitum, quando egressi
estis ex Ægypto: ‖ & quæ feceritis duobus Amor-
rhæorum regibus qui erant trans Iordanem, Sehon
& Og, quos interfecistis.
11 Et hæc audientes pertimuimus, & elanguit
cor nostrum, nec remansit in nobis spiritus ad in-
troitum vestrum: Dominus enim Deus vester ipse
est Deus in cœlo sursum, & in terra deorsum.
Petit Rahab sui & suorum rationem haberi, expugnata Iericho.
12 Nunc ergo iurate mihi per Dominum, vt quo-
modo ego misericordiam feci vobiscum, ita & vos
faciatis cum domo patris mei: detisque mihi verum
signum,
13 ² Vt saluetis patrem meum & matrem, fratres
C
ac sorores meas, & omnia quæ illorum sunt, &
² &
eruatis animas nostras à morte.
14 Qui responderunt ei, Anima nostra sit pro vo-
bis in mortem: si tamen non prodideris nos: cumq;
tradiderit nobis Dominus Terram, faciemus in te
misericordiam & veritatem.
15 Demisit ergo eos per funem de fenestra: do-
mus enim eius hærebat muro. Dixitque ad eos.
16 Ad montana conscendite, ne forte occurrant
vobis reuertentes: ibique latitate tribus diebus do-
nec redeant, & sic ibitis per viam vestram.
17 Qui dixerunt ad eam, innoxii erimus à iura-
mento hoc quo adiurasti nos,
18 Si ingredientibus nobis Terram, signum fue-
rit funiculus iste coccineus, & ligaueris eum in fe-
nestra, per quam demisisti nos: & patrem tuum ac
matrem, fratresque, & omnem cognationem tuam
D
congregaueris in domum tuam.
19 Qui ostium domus tuæ egressus fuerit, ³ reus
³ innoxii.
sibi erit: sanguis ipsius erit in caput eius, & nos
erimus ⁴ alieni. cunctorum autem sanguis qui te-
cum in domino fuerint, redundabit in capute no-
strum, si eos aliquis tetigerit.
20 Quod si nos prodere volueris, & sermonem
istum proferre in medium, erimus mundi ab hoc
iuramento, quo adiurasti nos.

sic mandatis, Ite & perspicite terram [4] atque Iericho.
Qui abeuntes diuerterunt in domum cuiusdam mulieris
[5] quæ erat cauponæ meritoria, cui nomen fuit Rahab,
& [6] qui ¹ ierunt illic.
2 Annunciatum est autem regi Iericho hisce verbis,
En venerunt huc viri ista nocte de filiis Israel, vt terram
explorent.
3 Misit itaque rex Iericho ad Rahab huiusmodi
mandatis. Profer viros qui [7] tecum diuerterunt, quiq;
ingressi sunt domum tuam: venerunt enim vt vniuersam
terram explorent.
4 ([8] Tollens autem mulier duos viros, abscondit eos)
dixitq;, Sic est, venerunt quidam viri ad me, [9] sed ignora-
ui vndenam essent.
5 [10] Quumq; iam tenebresceret, claudendaq; iam es-
set porta, egressi sunt viri, nec scio quò abierint viri illi,
insequimini eos festinanter, apprehendetis nimirum eos.
6 At ipsa [11] duxit eos sursum super tectum, [12] ab-
sconditq; eos [13] sub cauliculis lini qui structi erant [14] ei
sub tecto.
7 Ciues verò insequuti sunt eos per viam Iordanis ad
vada vsque. porta autem clausa est [15] posteaquam egres-
si sunt qui eos insequebantur.
8 Porrò antequam [16] quieti se dedissent viri illi,
[mulier] ascendit ad eos supra tectum, Dixitq; ad viros,
9 Noui quòd Dominus tradiderit vobis hanc terram:
[17] Irruit enim terror vester super nos, omnesque terra hu-
ius habitatores [18] consternati sunt metu vestri.
10 Siquidem audiuimus qualiter exiccauerit Domi-
nus aquas maris carellosi ante vos quum exiretis ex Æ-
gypto, & quæ feceritis duobus regibus Amorrhæorum,
qui vltra Iordanem fuerunt, nempe ipsi Sihon & Og, quos
omnino excidistis:
11 Quo audito, [19] liquefactum est cor nostrum, ne-
que [20] perstat amplius spiritus in quoquam, metu vestri;
quoniam Dominus Deus vester ipse est Deus in cælis su-
pernè, & subtus in terra.
12 Nunc igitur iurate mihi quæso per Dominum,
quandoquidem ego [21] in vos benigna fui, vos quoque be-
neficium sitis præstituri domui patris mei, [huiusq; rei]
detis mihi [22] symbolum haud fallax:
13 [23] Conseruate in vita patrem meum & matrem
meam, fratres meos & sorores meas, & quidquid illi ha-
bent, [24] eripite animas nostras à morte.
14 Viri verò illi responderunt ei, [25] Animas nostras
pro vobis morti [deuouemus] præstituros nos & [26] be-
neficium & [27] fidem tibi, quum Dominus tradiderit
nobis terram istam, [28] modo ne prodatis [29] negocium
nostrum.
15 Demisit itaq; eos fune per fenestram, quandoqui-
dem domus eius erat [30] iuxta mœnia [vrbis], habitabat
enim ipsa prope murum. Dixit autem ad eos,
16 Ite montem versus, ne forte obuiam vobis fiant qui
vos sunt insequuti: ibiq; abscensi latitate tres dies, donec
persequutores redierint, tum demum persequimini iter
vestrum.
17 Viri verò illi dixerunt ad eam, Nos [31] fidem no-
stram liberabimus ab hoc iuramento quo nos adegisti
18 Si ingressis nobis in regionem, coccineum istum fu-
nem ligaueris in fenestra per quam nos [32] demittis, inq;
domum tuam congregaueris ad te patrem tuum, ma-
trem tuam, & fratres tuos, quin & totam familiam pa-
tris tui.
19 Quicunque egressus fuerit foras extra ostia do-
mus tuæ, [33] ipsius sanguis sit super caput eius, & nos
[34] innoxii erimus: quicunq; verò tecum fuerit in do-
mo, [35] si huic vis inferatur, sanguis eius sit super caput
nostrum. 20 Quod [36] si hoc negocium nostrum prodis, liberati erimus ab hoc iuramento tuo, [37] quo nos adegisti.

4 vel, præsertim Iericho.
5 cauponariæ, siue, hospitæ. In hac significatione Vox Hebræa ZONA, à ZVN, id est frumento siue specie frumenti, aut esca: quòd hospita escas præparet & vendat. Chaldæus paraphrastes sic exponit. Potest & ZONA, à ZANA deduci, quod fornicari significat: tùc meretricem significabit.
6 vel, ieceruunt. siue, dormierunt
7 ad te
8 Acceperat autem mulier duos viros illos, & abdiderat vnumquemq; eorum, Nã seorsum eos abdiderat. Per parenthesin hæc legenda.
9 nec tamen sciebam.
10 Hebr. Et fuit porta ad claudendum in tenebris. vel, Quum iam nox esset atra. id est, Cum autem esset claudenda porta subaudi, vrbis, vel domus Rahab, quòd nox esset atra.
11 ascendere fecerat eos
12 abdideratq;
13 Hebr. in lignis stipulæ. Inuersa dictione, pro, in stipulis lini. i. in calamis, siue stipulis linei.
14 à se in solario siue tecto.
15 vel, paulo post quam
16 vel, cœpissent dormire
17 Heb. & quod ceciderit &c. i. territi sumus propter vos.
18 vel, dissoluti. i. præ timore sûc animo remisso.
19 vel, dissolutũ
20 remansit
21 Heb. fecit vobiscũ misericordiam, id est, prior contuli in vos beneficium.
22 vel, signum verum:
23 & vita donabitis
24 & eripietis
25 Hebr. Anima nostra pro vobis ad moriendum, & faciemus &c. i. seruabimus vos etiamsi nobis sit moriendum, faciemusq; vobiscum misericordiam &c.
26 misericordiam. Præstat misericordiam qui prior confert beneficium. 27 veritatem Præstat veritatem, qui beneficium refert. 28 ea lege si non 29 vel, hos sermones nostros. quibus scilicet pollicemur nos seruaturos te & domum patris tui. 30 Hebr. in pariete muri, & in muro ipsa habitabat. i. domus eius hærebat vrbis muro, & in ea parte domus habitabat quæ proxima erat muro vrbis. 31 Hebraice legunt quasi dicas Latine, Absoluti erimus à iuramento isto tuo quo adiurasti nos. 32 demisisti, 33 reus causa suæ mortis. 34 vel, insontes 35 Hebr. si manus fuerit in eum, id est, si quis eum læserit. 36 id est, si leges istas reuelaueris. 37 quo nos adiurasti.

R 5

38 Hebr. quæ inuenerant ipsos.
39 Hebr. & etiã à facie nostra cõsternati (vel, prostrati) sunt omnes habitatores terræ.

CAPVT. III.
1 Nona die Martii scilicet. Asserunt Hebræi Mosen mortuum fuisse septima die Februarij, & septima Martii sequentis, nempe sub finem triginta dierum luctus, Dominum allocutum Iosue, & eodem die promulgationẽ factã populo de parandis cibis. Quinta verò die eiusdem missos fuisse exploratores, & octaua ipsos reuersos fuisse. Nona autem die filios Israel profectos à Sittim, & deuenisse ad ripas Iordanis. Ac decima diei trãsijsse Iordanem ipsum.
2 vel, A fine triũ dierum transierũt præfecti. A promulgatione scilicet de parandis cibis.
3 vel, ad mensuram sub. sacram, vel regiam.
4 accedatis propius. Prohibet Dominus ne non minus vel accedãt vel recedat ab arca, vt & ad montẽ Sinai ...
5 Heb. ab heri & nudiustertius ...
6 Dixeratq; cũ ...
7 vel, Sanctificate ...
8 Dominus ...
9 Hebr. ...

21 Et respondit, Quemadmodum loquuti estis, sic fiat. Et dimisit eos, abieruntq́. Ipsa verò ligauit funem coccinum in fenestra.

22 Abeuntes autem peruenerunt in montem, ibiq́ delituerunt tres dies, donec rediissent persequutores: quæsierant autem eos persequutores per omnem viam, nec inuenerant.

23 Conuersi ergo duo illi viri, descenderunt de monte traiecerunt éq, venerunt ad Iehoshuam filium Nun, & narrauerunt ei omnia[38] quæ eis acciderant. Dixerunt autem ad Iehoshuam.

24 Dominus tradidit vniuersam hanc terram in manum nostram,[39] metu nostri omnes habitatores terræ isti us diffluxerunt.

21 Et illa respondit, Sicut locuti estis, ita fiat. Dimittensq; eos vt pergerent, appẽdit funiculum coccineum in fenestra.

22 Illi verò ambulantes peruenerunt ad montana, & manserunt ibi tres dies, donec reuerterentur qui fuerant persecuti: quærentes. n. per omnem viam, non repererunt eos.

23 Quibus vrbem ingressis, reuersi sunt, & descenderunt exploratores de monte: & transmisso Iordane venerunt ad Iosue filium Nun, narrauerúntq; ei omnia quæ acciderant sibi, Atque dixerunt,

24 Tradidit Dominus omnem Terram hanc in manus nostras, & timore prostrati sunt cuncti habitatores eius.

Reuertuntur exploratores.

CAPVT III.

1 Svrgente verò diluculo Iehoshua, mouerunt è Sittim, perueneruntq́ ad Iordanem, ipse & cuncti filii Israel, per noctâruntq́ ibi priusquam traiicerent.

2 [2] Post tertium diem transibant præcones per media castra,

3 Præceperuntq́ populo hisce verbis, Quũ videritis arcã fœderis Domini Dei vestri, & sacerdotes Leuitas illam ferentes, [3] fìmetu & vos è loco vestro, proficiscemini q́ post illam.

4 Sic tamen, vt spacium sit inter vos & illam, circiter duo millia cubitorum[3] in mensura, ne & eam[4] appropinquetis: vt sciatis qua via vobis sit incedendum: nam hac via antea non incessistis.

5 [6] Dixitq́ Iehoshua ad populum,[7] Consecrate vos ipsos: nam cras faciet Dominus in medio vestri admiranda quædam.

6 [8] Loquutus est deinde Iehoshua ad sacerdotes hisce verbis, Tollite arcam fœderis, & transite ante populum. hi autem tollentes arcam fœderis, præcesserunt populum.

7 [9] Et dixit Dominus ad Iehoshuam, Hodie incipiam te magnificare in oculis totius Israelis, vt intelligant me tecum fore quemadmodum fui cum Mose.

8 [10] Et tu præcipies sacerdotibus ferentibus arcam fœderis, in hanc sententiam, Cum veneritis[11] ad primam partem aquarum Iordanis, consistetis[12] in ipso Iordane.

9 Dixitq́ Iehoshua ad filios Israel, Huc adeste, & audite verba Domini Dei vestri.

10 Et addidit Iehoshua: In hoc cognoscetis quòd Deus viuens sit in medio vestri,[13] & omnino expellat ante vos Chananæum, & Hittæum, & Hiuæum, & Pherizæum, & Gergesæum, & Amorrhæum, & Iebusæum.

11 Ecce arca fœderis dominatoris totius terræ[14] transit ante vos in Iordanem.

12 Nunc igitur tollite vobis duodecim viros ex tribubus Israel, ex singulis tribubus singulos viros.

13 Et quum constiterint plantæ pedum sacerdotum qui portant arcam Domini dominatoris vniuersæ terræ intra aquas Iordanis; aquæ Iordanis[15] scindentur, & aquæ illæ quæ supernè descendunt, stabunt sicut[16] instar muri.

14 [17] Factum est autem quum proficisceretur populus è tabernaculis suis, vt transiret Iordanem, (ibant) ante populum sacerdotes qui portabant arcam fœderis.

15 Quumq́ hi, qui arcam fœderis portabant, ingrederentur Iordanem, pedesq́ sacerdotum qui arcam ferebant, tincti essent in extrema parte aquarum, ([18] fuit enim Iordanis super omnes ripas suas cunctis diebus messis eius)

16 Constiterunt aquæ quæ supernè defluebant[19] instar muri, valde procul à ciuitate Adam, quæ erat à latere Zarthan: quæ verò[20] infra erant (aquæ) defluebant

1 Igitur Iosue de nocte consurgens mouit castra: egredientesq; de Setim, venerunt ad Iordanem ipse & omnes filii Israel, & morati sunt ibi per tres dies.

2 Quibus euolutis transierunt præcones per castrorum medium,

3 Et clamare cœperunt, Quando videritis arcam fœderis Domini Dei vestri, & sacerdotes stirpis Leuiticæ portantes eam, vos quoq; consurgite, & sequimini præcedentes:

4 Sitq; inter vos & arcam spacium cubitorum duûm millium: vt procul magis videre possitis, & nosse per quam viam ingrediamini: quia prius non ambulastis per eam. Et cauete ne appropinquetis ad arcam.

5 Dixitq; Iosue ad populum, Sanctificamini: cras enim faciet Dominus inter vos mirabilia.

6 Et ait ad sacerdos, Tollite arcam fœderis, & præcedite populum. qui iussa complentes tulerunt, & ambulauerunt ante eos.

7 Dixitque Dominus ad Iosue, Hodie incipiam exaltare te corã omni Israel: vt sciant quòd sicut cũ Moyse fui, ita & tecum sim.

8 Tu autem præcipe sacerdotibus, qui portant arcam fœderis, & dic eis, Cum ingressi fueritis partem aquæ Iordanis, state in ea.

9 Dixitq; Iosue ad filios Israel, Accedite huc, & audite verbum Domini Dei vestri.

10 Et rursum, In hoc, inquit, scietis, quòd Dominus Deus viuens in medio vestri est, & disperdet in cõspectu vestro Chananæum & Hethæum, Heuæum & Pherezæum, Gergesæum quoq; & Iebusæum, & Amorrhæum.

11 Ecce, arca fœderis Domini omnis terræ antecedet vos per Iordanem.

12 Parate duodecim viros de duodecim tribubus Israel, singulos per singulas tribus.

13 Et cum posuerint vestigia pedum suorum sacerdotes qui portant arcam fœderis Domini Dei vniuersæ terræ in aquis Iordanis, aquæ quæ inferiores sunt, decurrent atq; deficient: quæ autem desuper veniunt, in vna mole consistent.

14 Igitur egressus est populus de tabernaculis suis, vt transiret Iordanem: & sacerdotes qui portabãt arcam fœderis, pergebant ante eum.

15 Ingressisque eis Iordanem, & pedibus eorum in parte aquæ tinctis, (Iordanis autem ripas alueí sui tempore messis impleuerat.)

16 Steterunt aquæ descendentes in loco vno, & ad instar montis intumescentes apparebant procul ab vrbe quæ vocatur Edom vsque ad locum Sarthan. quæ autem inferiores erant, in Mare

A *Venit Iosue cum populo ad Iordanem.*

Arcam portãt Leuitæ præcedãtes populum.

B

Miraculis ostendit Deus, se esse cum Iosue & deducere populum.

C

Psal. 113. a.
Transit populus Iordanem.
D
Actor. 7. f.
Eccles. 24. c.
Siccatur alueus Iordanis.

* *Adam*
* *latus,*

10 Hoc ratione siue Hoc pacto. 13 Heb. expellẽdo expellet. 14 ... 15 vel, deficient aut intercidentur. 16 in vna mole, vel, ... vno ... assurgent, ... Postra ... 17 ... 18 Heb. ... portus Iordanis ... plenus ... ripas suas ... 19 Heb. ... 20 defluebant, (vel, descendebant) in mare campestrium mare salsum, defecerunt, (&) consumpta sunt. q. d. totus alueus ab eo loco vsq; ad mare mortuum siccatus est.

solue-

solitudinis (quod nunc vocatur mortuum) descenderunt vsquequo omnino deficerent.

Iericho:

17 Populus autem incedebat contra Iordanem: & sacerdotes qui portabant arcam fœderis Domini, stabant super siccam humum in medio Iordanis accincti, omnisque populus per arentem alueum transibat.

ad mare solitudinis, mare scilicet salis separatæ defecerunt,

17 Transitq; populus è regione Iericho. Stabant autem sacerdotes, qui portabant arcam fœderis Domini, [21] in sicco in medio Iordane [22] præparati, & cunctus Israel transibat in sicco, donec vniuersus populus [23] perfecte transisset Iordanem.

21 sub. alueo.
22 .i. de industria. Aut verte, pede fixo.
23 finem fecisset transeundi.

CAPVT IV.

A

Duodecim lapides ex alueo eriguntur in monumentum siccati Iordanis.

1 QVibus transgressis dixit Dominus ad Iosue,

2 Elige duodecim viros singulos per singulas tribus,

3 Et præcipe eis vt tollant de medio Iordanis alueo, vbi steterunt pedes sacerdotum, duodecim durissimos lapides, quos ponetis in loco castrorum vbi fixeritis hac nocte tentoria.

4 Vocauitq; Iosue duodecim viros, quos elegerat de filiis Israel singulos de singulis tribubus, Et ait ad eos:

5 Ite ante arcam Domini Dei vestri ad Iordanis medium & portate inde singuli singulos lapides in humeris vestris, iuxta numerum filiorum Israel,

6 Vt sit signum inter vos: & quando interrogauerint vos filii vestri cras, dicentes, Quid sibi volunt isti lapides?

B

7 Respondebitis eis, Defecerunt aquæ Iordanis ante arcam fœderis Domini, Cum transiret eum: Idcirco positi sunt lapides isti in monimentum filiorum Israel vsq; in æternum.

8 Fecerunt ergo filii Israel sicut præcepit eis Iosue, portantes de medio Iordanis alueo duodecim lapides, vt Dominus ei imperauerat, iuxta numerũ filiorum Israel, vsque ad locum in quo castrametati sunt, ibiq; posuerunt eos.

9 Alios quoque duodecim lapides posuit Iosue in medio Iordanis alueo, vbi steterunt sacerdotes, qui portabant arcam fœderis Domini: & sunt ibi vsq; in præsentem diem.

10 Sacerdotes autem qui portabant arcam, stabant in Iordanis medio, donec omnia complerentur quæ Iosue, vt loqueretur ad populum, præceperat Dominus: & dixerat ei Moyses, festinauitq; populus, & transiit.

vt

C

11 Cumque transissent omnes, transiuit & arca Domini, sacerdotes quoq; pergebant ante populũ.

Rubenitæ, Gaditæ & dimidia tribus Manassæ armati præcedunt fratres suos.
Num. 32. d.

12 Filii quoq; Ruben & Gad, & dimidia tribus Manasse, armati præcedebant fratres suos filios Israel sicut eis præceperat Moyses.

13 Et quadraginta pugnatorum millia per turmas, & cuneos, incedebant per plana atq; campestria vrbis Iericho.

14 In die illo magnificauit Dominus Iosue coram omni Israel, vt timerent eum, sicut timuerant Moysen dum adhuc viueret.

15 Dixitq; ad eum:

16 Præcipe sacerdotibus qui portant arcam fœderis Domini vt ascendant de Iordane.

Iordanis alueũ reuertitur.

17 Qui præcepit eis dicens, Ascendite de Iordane.

18 Cumque ascendissent portantes arcam fœderis Domini, & siccam humum calcare cœpissent, reuersæ sunt aquæ in alueum suum, & fluebant sicut ante consueuerant.

D

19 Populus autem autem ascendit de Iordane decimo die mẽsis primi, & castrametati sunt in Galgalis contra Orientalem plagam vrbis Iericho.

20 Duodecim quoque lapides, quos de Iordanis alueo sumpserant, posuit Iosue in Galgalis, & dixit ad filios Israel,

21 Quando interrogauerint filii vestri cras patres suos, & dixerint eis, Quid sibi volunt lapides isti.

1 COntigit autem posteaquã vniuersa multitudo plenè Iordanem transiisset, ([1] vt loqueretur Dominus ad Iehosuam dicens,

2 Tollite ex populo duodecim viros, de singulis tribubus vnum,

3 Et præcipite illis in hanc sententiam, Tollite vobis hinc de medio Iordanis, à loco vbi stant pedes sacerdotum [2] præparatorum, duodecim lapides, quos transferetis vobiscum, & [3] relinquatis eos eo loci, vbi hac nocte estis permansuri.)

4 Vocauitq; Iehosua duodecim viros, quos ordinauerat de filiis Israel, singulos de singulis tribubus. Et dixit eis Iehosua:

5 Transite arcam Domini Dei vestri per medium Iordanis, & tollat quisq; vestrum lapidem vnum super humerum suum, iuxta numerum tribuum filiorum Israel.

6 Vt sit inter vos signum: [6] vt quum interrogauerint filii vestri [7] cras patres suos, dicentes, Quid sibi volunt hi lapides [8] apud vos?

7 Respondebitis eis, [9] Quomodo intercisæ fuerunt aquæ Iordanis, ante arcam fœderis Domini. Quum enim illa transiret Iordanem, [10] scissæ sunt aquæ Iordanis. [11] factiq; sunt lapides isti [12] in monimentũ filiis Israel perpetuo.

8 Fecerunt autem [13] filii Israel sic, quemadmodum præceperat Iehosua, & sustulerunt duodecim lapides de medio Iordanis, sicut Dominus loquutus fuerat ad Iehosua, iuxta numerum tribuum filiorum Israel, transtuleruntq; illos secum [14] ad locum vbi pernoctarunt, & reposuerunt eos illic.

9 Duodecim quoq; lapides erexit Iehosua in medio Iordane, eo loci vbi steterant pedes sacerdotũ qui portabant arcam fœderis, [15] vbi manent in hunc vsque diem.

10 Sacerdotes vero ferentes arcam consistebant in medio Iordanis donec perficeretur quidquid præceperat Dominus Iehosua, vt loqueretur ad populum, iuxta omnia [16] quæ præceperat Moses Iehosua, & festinantes populi transierunt.

11 Quumq; iam transisset omnis populus, [17] transiuit & arca Domini & sacerdotes [18] ante populum.

12 Transierunt autem filii Ruben filii Gad, dimidiaq; tribus Manasse [19] præmuniti ante filios Israel, quemadmodum præceperat eis Moses:

13 Circiter quadraginta millia accincti ad bellũ, transierunt ante Dominum ad pugnandum in planitiem Iericho.

14 Eodem die [20] illustrem fecit Dominus Iehosuam in oculis totius Israelis, timueruntq; illum sicut timuerant Mosen cunctis diebus vitæ eius.

15 [21] Et dixit Dominus ad Iehosuam hisce verbis.

16 Præcipe sacerdotibus portantibus arcam testimonii, vt ascendant e Iordane.

17 Præcepit ergo Iehosua sacerdotibus dicens, [22] Ascendite e Iordane.

18 Factumq; est cum ascendissent sacerdotes ferentes arcam Domini e medio Iordanis, [23] extractaq; essent plantæ pedum sacerdotum in siccum, reuersæ sunt aquæ Iordanis in locum suum, inundaruntq; super omnes ripas eius [24] sicuti heri & nudius tertius.

19 Ascenderunt vero populi è Iordane decima die mensis [25] primi, posueruntq; castra in Gilgal in extremitate Orientali Iericho.

20 Et duodecim istos lapides, quos tulerant de Iordane, erexit Iosua in Gilgal. Loquutusq; est ad filios Israel hisce verbis. 21 Quum interrogauerint cras filii vestri patres suos, & dixerint, Quid sibi volunt lapides isti?

CAPVT. IV.
1 dixerat autem. Principiũ parenthesis.
2 vel, stantium pede fixo.
3 collocetis eos in hospitio in quo pernoctabitis nocte, sub. sequente .i. in quo figetis tẽtoria nocte sequenti. Finis est parenthesis.
4 Tunc vocauit
5 .i. quod reuocabit vobis in memoriam tantum beneficium.
6 cumq; interrogabunt.
7 .i. posthac in futurum.
8 vobis?
9 Quòd defecerunt. vel, intercisæ sunt.
10 vel, defecerunt.
11 proinde erũt
12 vel, vice memorialis.
13 .i. illi duodecim qui erãt è filiis Israel.
14 ad diuersorium. vel, in eum locum in quo castrametati tunc
15 fueruntq; illic.
16 Moses enim præceperat Iosue vt per omnia Deo pareret.
17 i. cœpit moueri loco.
18 (sub. quærẽt) ante populũ. Vel vt quidẽ Hebræorum volunt, (ante populum) significat spectãte populo.
19 armati.
20 Heb. magnificauit.
21 Dixerat autẽ
22 .i. Venite in ripam vlteriorẽ.
23 Aut translata .i. quum excessissent ex alueo.
24 .i. vt antea.
25 .i. Martij.

26 vel, propter vos.
27 Heb. Suph. i. rubro.
28 Hebr. quòd fortis sit. i. Vt cognoscerent vires Domini esse summas.
CAPVT. V.
1 vltra.
2 i. in parte Occidentali.
3 vel, dissolutũ .i. ceperunt animo esse remisso & soluto.
4 Heb. à facie. i. propter filios Israel. siue, ob aduentum filiorum Israel.
5 Hebr. cultros acierum, & reuertere, & circumcide filios Israel secundo. i. resume circumcisionem iamdiu intermissam, quæ fuerat omissa post celebratũ pascha secũdo anno egressionis. Transierũt filii Israel Iordanem incircumcisi, ne hoc suæ circumcisioni & meritis tribuerent. Cultros acierum vocat cultros per ditos acie acutissima. Chaldæus paraphrastes vertit nouaculas acutas.
6 Nomẽ loci sic denominati ob solennem istam circumcisionem.
7 posteaquã egressi essent.
8 Hebr. eos non visuros.
9 ie daturum illam.
10 vel quos suffecit in locũ eorum
11 quod nõ circumcidissent illos in ipso itinere.
12 .i. vniuersus populus circũcisus esset.
13 i. Abstuli opprobrium siue ignominiam Ægypti, hoc est, præputium, cui ignominiæ obnoxii eratis propterea quod diu habitaueratis in Ægypto. Quidam Hebræorum interpretatur (ignominiam,) opinionẽ quam alii habebant quod deos Ægyptiacos coleretis. Potius intelligo hebeam ignominiam A probrum quod Ægyptus iacebit in [illegible] nempe Deum noluisse eos perducere in terram, cum [illegible]

22 Declarabitis filiis vestris dicentes, Israel in isto Iordane per siccum transiuit.
23 Nam siccauit Dominus Deus vester aquas Iordanis[26] ante vos donec transiretis, quemadmodum prius fecerat Dominus Deus in mari[27] carecto, quod exsiccauit ante nos donec transiremus,
24 Vt cognoscerent omnes populi terræ manum Domini,[28] quæ tam valida est, & vt timeretis Dominũ Deum vestrum cunctis diebus.

22 Docebitis eos, atq; dicetis, Per arentem alueum transiuit Israel Iordanem illum,
23 Siccante Domino Deo * nostro aquas eius in conspectu nostro, donec transiretis: sicut fecerat prius in Mari-rubro, quod siccauit donec transiremus: — * vestro. a. e. in e vestro. Exod. 14. c.
24 Vt discant omnes terrarum populi fortissimam Domini manum, vt & vos timeatis * Deũ vestrum omni tempore. — * Dominum.

CAPVT V.

1 QVumq; omnes reges Amorrhæorũ, qui erant[1] trans Iordanem ad Occidentem, omnésque reges Chananæorum qui erant[2] ad mare audiuissent, quod exsiccasset Dominus aquas Iordanis ante filios Israel, donec transissent,[3] liquefactum est cor eorum, nec fuit amplius spiritus in eis[4] metu filiorum Israel.
2 Tunc temporis dixit Dominus ad Iehosuam, Fac tibi[5] cultros acutos, & effice denuo vt filii Israel secundò circumcidantur.
3 Et Iehosua fecit sibi cultros acutos, & circumcidit filios Israel in[6] Colle-præputiorum.
4 Hæc verò causa est cur circumcidit Iehosua vniuersum populum qui egressus fuerat ex Ægypto, mares videlicet, [quòd] omnes viri bello apti mortui erant in deserto, in itinere[7] cum egrederentur ex Ægypto. Circumcisi enim erant omnes de populo qui egressi erant:
5 Cunctus autem populus qui nati fuerant in deserto, in ipso itinere[7] quum ex Ægypto egrederentur, non erant circumcisi.
6 Nam filii Israel quadraginta annos oberrarunt in deserto, donec tota gẽs virorum bello aptorum qui ex Ægypto egressi fuerant, consumpta esset. eo quòd non audierant vocem Domini, [&] quod Dominus iurauerat illis,[8] se non ostensurum illis terram quam iurauerat patribus eorum,[9] vt daret nobis terram fluentem lacte & melle.
7 Filios itaq; illorum,[10] quos suscitauit pro eis, circumcidit Iehosua, quoniam habebant adhuc præputia,[11] nec fuerant in itinere circumcisi.
8 Factum est autem cum iam[12] tota natio plenè circumcisa esset, manserunt in eodem loco in castris donec sanarentur.
9 Et ait Dominus ad Iehosuam,[13] Deuolui hodie à vobis probrum Ægypti: hinc loci illius nomen appellatum est Gilgal in hunc vsq; diem.
10[14] Manserunt itaq; filii Israel in Gilgal, & celebrârũt Passah decimoquarto die[15] mensis ad vesperam, in planis campis Ierecho.
11 Comederunt quoq; de frumento superioris anni huius terræ, id q;[16] postridie paschatis, placentas infermentatas, & spicas nouas tostas, ipso eodem die.
12 Et defecit Man postridie[17] eius diei, quo cœperant[18] comedere de frumento terræ, nec habuerunt vltra filii Israel Man, sed de prouentu terræ Chanaan anno illo comederunt.
13 COntigit autem, quum esset Iehosua prope Ierecho, vt sublatis oculis suis videret virum stantem contra se, habentem gladium destrictum in manu sua.[19] abiit autem Iehosua ad eum, & dixit ei,[20] Nobisne [aduenisti], an aduersariis nostris? Et dixit,
14 Non: etenim ego dux exercitus Domini nunc adueni. & procidens Iehosua pronus in terram adorauit, dixitq; ad eum, Quid Dominus meus[21] loquitur ad seruum suum? Respondit dux exercitus Domini, Iehosua,
15 Tolle calceamentum tuum de pede tuo: locus enim in quo stas[22] sanctuarium est. fecitq; sic Iehosua.

1 POstquam ergo audierunt omnes reges Amorrhæorum, qui habitabant trans Iordanem ad Occidentalem plagam, & cuncti reges Chanáan, qui propinqua possidebant magni maris loca, quod siccasset Dominus fluenta Iordanis coram filiis Israel donec transirent, dissolutum est cor eorum, & non remansit in eis spiritus, timentium introitum filiorum Israel, — A *Incolæ Chanáan timent aduentum Israelitarum, auditis mirabilibus Dei.*
2 Eo tempore ait Dominus ad Iosue, Fac tibi cultros lapideos, & circumcida secundò filios Israel. — *Secũda circumcisio sub Iosue, & quam ob rẽ.*
3 * Fecit quoq; quod iusserat Dominus, & circumcidit filios Israel in Colle-præputiorum. — * Fecitque.
4 Hæc autem causa est secundæ circumcisionis, Omnis populus qui egressus est de Ægypto generis masculini, vniuersi bellatores viri, mortui sunt in deserto per longissimos viæ circuitus, qui omnes circumcisi erant. — B
5 Populus autem qui natus est in deserto, per quadraginta annos itineris latissimæ solitudinis, incircumcisus fuit:
6 Donec consumerentur qui non audierant vocem Domini, & quibus ante iurauerat * vt ostenderet eis Terram lacte & melle manantem. — * vt non
7 Horum filii in locum successerunt patrum, & circumcisi sunt à Iosue: quia sicut nati fuerãt, in præputio erant, nec eos in via aliquis circumciderat. — C
8 Postquam autem omnes circumcisi sunt, manserunt in eodem castrorum loco, donec sanarẽtur.
9 Dixitque Dominus ad Iosue, Hodie abstuli opprobrium Ægypti à vobis, vocatumque est nomen loci illius Galgala, vsq; in præsentem diem. — *Galgala.*
10 Manseruntque filii Israel in Galgalis, & fecerunt Phase quartadecima die mensis ad vesperum in campestribus Iericho:
11 Et comederunt de frugibus Terræ die altero, & azymos panes, & polentam eiusdem anni.
12 Defecitque manna postquam comederunt de frugibus Terræ, nec vsi sunt vltra cibo illo filii Israel, sed comederunt de fructibus præsentis anni terræ Chanáan. — *Deficit manna. Initium cap. 6. iuxta aliquorũ sententiam.*
13 CVM autem esset Iosue in agro vrbis Iericho, leuauit oculos, & vidit virum stantem contra se, euaginatum tenentem gladium, perrexitq; ad eum, & ait, Noster es, an aduersariorum? Qui respondit, — D *Angelus Domini qui præesse erat exercitui Israelitico.* Exod. 23. c.
14 Nequaquam, sed sum princeps exercitus Domini, & nunc venio. cecidit Iosue pronus in terram: & adorãs ait, Quid Domin' me' loquitur ad seruũ suũ:
15 Solue, inquit, calceamentum tuum de pedibus tuis: locus enim in quo stas, sanctus est. Fecitq; Iosue vt sibi fuerat imperatum.

CAPVT VI.

(1 ERat[1] autẽ Iericho clausa, probe inquam clausa erat metu filiorũ Israel, ita vt nemo nec egredi nec ingredi posset.)

(1 IEricho autem clausa erat atq; munita, timore filiorũ Israel, & nullus egredi audebat aut ingredi:) — A *De' dat vrbem Iericho Iosue.*

nisse ipsos Israelitas vt eos perderet. quod verum non fuit, & cessauit probrum quum ipse Dominus induxit eos in terram promissam. 14 Castrametati autem erant. 15 scilicet primi i. Martii. 15 .i. decimaquinta Martii. nam non est diei sequentis Potest tamen postridie paschæ accipi pro decimaquinta, vt in Numeris, c. 33. a [illegible] iussisse filios Israel decimaquinta die mensis, postridie paschæ. 17 scilicet paschæ. 18 Non licebat Iudæis vesci frugibus nouis antequam obtulissent ex ipsis primitias Domino. 19 accessit 20 vel, Pro nobis. Quidam Hebræorum dicunt id accessisse ipsi Iosue per visionem, dum scilicet ipse cogitaret de expugnanda vrbe. 21 dicturus est 22 sanctum est siue, sanctus est. sub. ob meam præsentiam. CAP. VI. 1 Heb. Et Iericho erat claudens se & clausa. i. diligentissime clausa erat.

2 Dixitque Dominus ad Iosue, Ecce dedi in manus tuas Iericho, & regem eius, omnesq; fortes viros.

3 Circumite vrbem cuncti bellatores semel per diem: sic facietis sex diebus.

4 Septimo autem die sacerdotes tollent septem buccinas, quarum vsus est in Iubilæo, & præcedent arcam fœderis: septiesque circumibitis ciuitatem, & sacerdotes clangent buccinis.

5 Cúmque insonuerit vox tubæ longior atque concisior, & in auribus vestris increpuerit, conclamabit omnis populus vociferatione maxima, & muri funditus corruent ciuitatis, ingredientúrque singuli per locum contra quem steterint.

Iosue, cum sacerdotibus, inuadit Iericho.

6 Vocauit ergo Iosue filius Nun sacerdotes, & dixit ad eos, Tollite arcam fœderis: & septem alii sacerdotes tollant septem iubileorum buccinas, & incedant ante arcam Domini.

7 Ad populum quoque ait, Ite, & circumite ciuitatem, armati præcedentes arcam Domini.

supr.1.e

8 Cumque Iosue verba finisset, & septem sacerdotes, septem buccinis clangerent ante arcam fœderis Domini,

B

9 Omnisque populus præcederet armati exercitus, reliquum vulgus arcam sequebatur, ac buccinis omnia concrepabant.

Omnisq; præcederet armatus

10 Præceperat autem Iosue populo, dicens, Non clamabitis, nec audietur vox vestra, neque vllus sermo ex ore vestro egredietur: donec veniat dies in quo dicam vobis Clamate & vociferamini.

11 Circumiuit ergo arca Domini ciuitatem semel per diem, & reuersa in castra, mansit ibi.

12 Igitur Iosue de nocte consurgente, tulerunt sacerdotes arcam Domini,

13 Et septem ex eis, septem buccinas, quarum in Iubileo vsus est: præcedebantque arcam Domini ambulantes atque clangentes: & armatus populus ibat ante eos, vulgus autem reliquum sequebatur arcam, & buccinis personabat.

14 Circumieruntq; ciuitatem secundo die semel, & reuersi sunt in castra. Sic fecerunt sex diebus.

15 Die autem septimo diluculo consurgentes, circumierunt vrbem, sicut dispositum erat, septies.

16 Cúmque septimo circuitu clangerent buccinis sacerdotes, dixit Iosue ad omnem Israel, Vociferamini: tradidit enim vobis Dominus ciuitatem.

C

17 Sitque ciuitas hæc anathema: & omnia quæ in ea sunt, Domino. sola Rahab meretrix viuat cum vniuersis qui cum ea in domo sunt: abscondit enim nuncios quos direximus.

Supr.2.b

18 Vos autem cauete ne de his quæ præcepta sunt vobis quippiam contingatis, & sitis præuaricationis rei, & omnia castra Israel sub peccato sint atque turbentur.

19 Quicquid autem auri, aut argenti fuerit, & vasorum æneorum ac ferri, Domino consecretur, repositum in thesauris eius.

20 Igitur omni populo vociferante, & clangentibus tubis, postquam in aures multitudinis vox sonitusque increpuit, muri illico corruerunt: & ascendit vnusquisque per locum qui contra se erat: ceperúntque ciuitatem.

Iericho capitur.
Heb.11.f
2.Mac.12.c

21 Et interfecerunt omnia quæ erant in ea, à viro vsque ad mulierem, ab infante vsque ad senem. Boues quoque & oues, & asinos in ore gladii percusserunt.

Seruatur Rahab meretrix.
Supr.2.c
Heb.11.f

22 Duobus autem viris, qui exploratores missi fuerant, dixit Iosue, Ingredimini domum mulieris meretricis, & producite eam, & omnia quæ illius sunt, sicut illi iuramento firmastis.

2 *Et dixit Dominus ad Iehosuam, En Iericho & regem eius viros fortissimos in manum tuam tradidi.*

3 *Circumambitis autem vrbem omnes qui bello apti sunt, circumeundo scilicet vrbem semel, idq; facietis sex diebus.*

4 *Et septem sacerdotes ferant septem cornua arietina ante arcam: septimo verò die circumibitis ciuitatem septies, clasicumq; canent sacerdotes cornibus.*

5 *Cúmque cornu arietino sonum incesserint, vosq; sonum cornu audieritis, vociferetur vniuersus populus magno clasico, tunc corruet murus vrbis subtus se, ascendatq; populus, quisque ante se.*

6 *Vocans igitur Iehosua filius Nun sacerdotes, dixit ad eos, Tollite arcam fœderis, & septem sacerdotes ferant septem cornua arietina ante arcam Domini.*

7 *Ad populum autem dixit, Transite & circumdate ciuitatem, primipilaris autem ordo transeat ante arcam Domini.*

8 *Postea quam autem Iehosua locutus esset ad populum, tulerunt septem sacerdotes septem cornua arietina, & transeuntes ante arcam Domini clanxerunt cornibus, sequebaturq; eos arca fœderis Domini.*

9 *Et primipilares præcedebant sacerdotes, qui clasicum canebant cornibus, (extremum autem agmen ibat post arcam eundo & clangendo cornibus.)*

10 *Et præcepit Iehosua populo hisce mandatis, Ne iubilum aliquem aut sonum voce edatis, neque egrediatur vel verbum ex ore vestro, vsque ad eum diem quo dixero vobis, Vociferamini: tum iubilum edite.*

11 *Circumdedit itaq; arcã Domini circũeundo ciuitatẽ semel: & redeuntes in castra pernoctarunt in castris.*

12 *Sub lucem surrexit Iehosua, tulerunt que sacerdotes arcam Domini:*

13 *Septem quoque sacerdotes ferentes septem cornua arietina præcedebant arcam Domini, & clasicum canebant cornibus, primipilares verò præcedebant eos, & extremum agmen arcam Domini sequebatur, quã præcedebat cum clangore cornuum.*

14 *Circumierunt ergo vrbem & altero die semel, & reuersi sunt in castra: feceruntq; sic sex diebus.*

15 *Illucescente septimo die manè surrexerunt quum aurora exoriretur, & circumierunt ciuitatem (vt constitutum erat) septies, dumtaxat videlicet hoc die circumierunt ciuitatem septies.*

16 *Quumq; iam septima fieret, clangebant sacerdotes cornibus: dixerat enim Iehosua ad populum, Vociferamini, quia tradidit Dominus vobis ciuitatem.*

17 *Sit verò vrbs herem Domino ipsa vrbs scilicet, & omnia quæ in ea sunt: dumtaxat Rahab caupona meretoria in vita seruetur, ipsa videlicet & omnes qui sunt cum ea in domo: nã abscondit nuncios quos miseramus.*

18 *Verumtamen vos cauete ab herem, ne forte vastantes capiatis de herem, faciatisq; castra Israel in herem, turbetisque ea.*

19 *Quicquid est argenti, auri, æreorum atque ferreorum vasorum, consecratum sit Domino, atque [in] thesaurum Domini veniat.*

20 *Iubilans igitur populus clanxerunt cornibus: quumque audisset populus sonum cornu, vociferabatur & ipse populus iubilo magno, & corruit murus subter se, ascenditque populus in vrbem, quisque suo loco, & ceperunt ciuitatem.*

21 *Trucidarunt quoque gladio omnia quæ erant in ciuitate, tam viros quàm mulieres, tam pueros quàm senes, boues, pecudes & asinos.*

22 *Duobus autem viris qui terram explorauerant, præcepit Iehosua, Introite domum mulieris meretricis, ducite q; illinc mulierem ipsam, & omnia quæ habet, quemadmodum ei iureiurando affirmastis.*

23 *Ingressi*

2 sub. per angelum.
3 subaudienda coniunctio, & viros.
4 singulis scilicet diebus.
5 vel, præcedentes arcam
6 prolatius clanxerint.
7 vel, vociferabitur
8 vociferatione ingenti,
9 l. absorbebitur intus in terra.
10 l. per partem sibi oppositam.
11 l. tubas factas ex cornu arietino.
12 & armati præcedant &c. i. Tribus Ruben & Gad, & dimidia Manasse.
13 qui erant armati,
14 qui clangebant tubis (& populus qui erat in extremo agmine sequebatur arcam) eundo & clangendo tubis. i. Interea dum ibant sacerdotes & clangebant tubis. Aut verte, ibant & clangebant tubis. sub. sacerdotes. tunc infinitiuus est apud Hebræos pro præterito.
Extremũ agmen (vt ait Chaldæus paraph.) erat tribus Dan, vt etiã ex 10. cap. Num. videre est, vbi sic legitur ex Hebr. Profectum est & vexillum castrorum filiorum Dan, colligens omnia agmina.
15 præceperat.
16 Non vociferabimini, neque audietur vox vestra.
17 prima die scilicet.
18 vel, Summo mane
19 & incedebant & clangebant tubis. sub. [illegible]
20 Heb. secundum modum hunc vel, iuxta hunc morem,
21 & erit
22 Vox Hebr. quam Gr. vertere solent interpretes, nec anathema. [illegible] esse anathema, est eam pro [illegible], [illegible], ac [illegible]
23 Vox [illegible] perfecerunt [illegible]
24 anathemate
25 aliquo [illegible] anathemate [illegible]

...tingatis, & tollatis [illegible] castrorum Israel [illegible] 28 Conclamauit igitur populus postquam clanxerant (sacerdotes) cornibus: accidit [illegible] & vociferatus [illegible] maxima corruit [illegible] 29 in locum suo: hoc est, absorptus est in terram. sic supr. versu 4. [illegible] 30 vel, tunc ingressus est. 31 Heb. è regione sua. Id est, per partem sibi oppositam. 32 caupo[naria]. 37 Heb. sanctitas sunt Domino, (in) ærarium Domini [illegible] tanquam [illegible]

23 Ingressi itaq; iuuenes illi exploratores, eduxerunt Rahab & patrem eius, matrem eius, fratres eius, & omnia quæ habebat, sed & omnes [33] familias eius eduxerunt, & reposuerunt eos extra castra Israelitica.

24 Porro ciuitatem ipsam succenderunt igni, cum omnibus quæ fuerunt in ea: dumtaxat argentum & aurum vasa ænea & ferrea posuerunt in [34] thesaurum domus Domini.

25 Rahab verò cauponam & domum patris eius, & omnia quæ habebat, [35] seruauit Iehosua: habitauitq; ipsa inter Israelitas in hunc vsque diem, eo quòd abscondisset nuncios quos miserat Iehosua ad explorandum Iericho.

26 Tunc temporis [36] iurauit Iehosua hisce verbis, [37] Execratus vir coram Domino, [38] qui surrexerit & readificauerit urbem hanc, nempe Iericho: in primogenito suo fundamentum eius iaciet, & in minimo natu suo [39] collocabit portas eius.

27 Fuit itaque Dominus cum Iehosua, & fama eius diuulgata est per vniuersam terram.

23 Ingressique iuuenes, eduxerunt Rahab, & paréntes eius, fratres quoque, & cunctam supellectilem ac cognationem illius, & extra castra Israel manere fecerunt. D Heb. 11. f

24 Vrbem autem & omnia quæ inuenta sunt in ea, succenderunt: absque auro & argento, & vasis æneis, ac ferro quæ in ærarium Domini consecrarunt. *Iericho comburitur.*

25 Rahab verò meretricem, & domum patris eius, & omnia quæ habebat, fecit Iosue viuere, & habitauerunt in medio Israel vsque in præsentem diem: eo quòd absconderit nuntios quos miserat, vt explorarent Iericho. *Rahab cum suis habitat inter filios Israel.*

26 In tempore illo imprecatus est Iosue dicens, Maledictus vir coram Domino, qui suscitauerit, & ædificauerit ciuitatem Iericho: in primogenito suo fundamenta illius iaciat, & in nouissimo liberorum ponat portas eius. *Maledicitur readificator vrbis Iericho.* 3. Reg. 16. g

27 Fuit ergo Dominus cum Iosue, & nomen eius vulgatum est in omni Terra.

CAPVT VII.

1 PRæuaricati sunt autem filii Israel præuaricationem, idque in [1] harem: Achan enim filius Charmi, filii Zabdi, filii Zerah de tribu Iuda abstulit de harem, & exarsit ira Domini contra filios Israel.

2 [2] Misitq; Iehosua viros de Iericho ad [3] Hai, quæ erat iuxta Beth auen ab Oriente ipsi Beth-el, & dixit ad eos hæc verba, Ascendite & explorate terram, ascenderunt ergo viri illi, & explorauerunt Hai.

3 Et reuersi ad Iehosuam, dixerunt ei, Ne ascendat vniuersus populus, sed ascendant circiter duo aut [4] circiter tria millia virorum qui ferient Hai: [6] ne fatiges [mittendo] populum vniuersum [vsque] illuc: quia illorum pauci sunt.

4 Ascenderunt itaque illuc de populo circiter tria millia virorum, & fugerunt a facie virorum Hai.

5 Percusseruntq; eius Hai ex illis circiter triginta sex viros, persecutique sunt eos a porta vsque Sebarim, trucidaruntq; eos [7] in descensu: cor ergo populi liquefactum est factumque quasi aqua.

6 Et Iehosua scindens vestimenta sua, procidit in faciem suam super terram coram arca Domini vsque ad vesperam, ipse & seniores Israelis: & [8] sparserunt puluerem super capita sua.

7 Dixitq; Iehosua, Ah Domine Deus, cur sic traduxisti populum tuum istum vltra Iordanem, vt traderes nos in manum Amorrhæi, [9] & perderes nos? [10] ô si libuisset nobis manere cis Iordanem.

8 Quid dicam mi Domine, postquam Israel coram hostibus suis terga vertit?

9 [11] Vt audient Chananæi & omnes habitatores terræ huius, [12] circumuallabunt nos, & excindent nomen nostrum de terra, & [13] quid facies nomini tuo magno?

10 Et dixit Dominus ad Iehosuam, Surge, cur sic cadis super faciem tuam?

11 Israel peccauit, & etiamsi pactum meum quod præcepi eis transgressi sunt, & etiam acceperunt de [14] harem, & etiam furati sunt, & etiam mentiti, [15] reponentes in supellectili sua.

12 Et [ideo] non poterunt stare filii Israel coram hostibus suis sed terga vertent ante inimicos suos, [16] eo quod harem facti sunt, nec amplius ero vobiscum, [17] si non exciderit is harem de medio vestri.

13 Surge, sanctifica populum, & dic, [18] Sanctificate vos in crastinum diem, quoniam sic iussit Dominus Deus Israel, [19] harem in medio tui ô Israel, [idcirco] stare aduersum hostes tuos nequaquam poteris, donec abstuleritis harem de medio vestri.

14 Accedite ergo mane [20] secundum tribus vestras, &

1 FIlii autem Israel præuaricati sunt mandatum, & vsurpauerunt de anathemate. nam Achan filius Charmi, filii Zabdi, filii Zare de tribu Iuda, tulit aliquid de anathemate: iratúsque est Dominus contra filios Israel. A *Achan vsurpat de anathemate.* Infr. 22. d

2 Cumque mitteret Iosue de Iericho viros contra Hai, quæ est iuxta Beth auen, ad Orientalem plagam oppidi Beth-el, dixit eis, Ascendite, & explorate Terram. Qui præcepta complentes explorauerunt Hai. *Exploratur Hai.*

3 Et reuersi dixerunt ei, Non ascendat omnis populus, sed duo vel tria millia virorum pergant, & deleant ciuitatem: quare omnis populus frustra vexabitur contra hostes paucissimos?

4 Ascenderunt ergo tria millia pugnatorum. Qui statim terga vertentes, percussi sunt à viris vrbis Hai. *Populus Hai percutit Israelem.*

5 Et corruerunt ex eis triginta & sex homines: persecutique sunt eos aduersarii de porta vsque ad Sabarim, & ceciderunt per prona fugientes: pertimuitq; cor populi, & ad instar aquæ liquefactum est.

6 Iosue verò scidit vestimenta sua, & pronus cecidit in terram coram arca Domini vsque ad vesperam, tam ipse quàm omnes senes Israel: miseruntq; puluerem super capita sua. *Iosue flet coram Domino.*

7 Et dixit Iosue, Heu Domine Deus, quid voluisti traducere populum istum Iordanem fluuium, vt traderes nos in manus Amorrhæi, & perderes? vtinam vt cœpimus mansissemus trans Iordanem. B *Conqueritur Iosue coram Domino Israelem superatum.*

8 Mi Domine Deus, quid dicam, videns Israelem hostibus suis terga vertentem?

9 Audient Chananæi, & omnes habitatores Terræ, & pariter conglobati circumdabunt nos, atque delebunt nomen nostrum de Terra: & quid facies magno nomini tuo?

10 Dixitque Dominus ad Iosue, Surge, cur iaces pronus in terra?

11 Peccauit Israel, & præuaricatus est pactum meum tuleruntque de anathemate, & furati sunt atque mentiti, & absconderunt inter vasa sua.

12 Nec poterit Israel stare ante hostes suos, eosque fugiet: quia pollutus est anathemate. non ero vltra vobiscum, donec conteratis eum qui huius sceleris reus est.

13 Surge, sanctifica populum, & dic eis, Sanctificamini in crastinum: hæc enim dicit Dominus Deus Israel, Anathema in medio tui est Israel: non poteris stare coram hostibus tuis, donec deleatur ex te qui hoc contaminatus est scelere.

14 Accedetisq; mane singuli per tribus vestras: & C quamcun

33 i. affines & cognatos.
34 siue, ærarium.
35 Heb. viuificauit. i. seruauit incolumia. alii referunt ad victum q.d. victum ipsi Rahab dedit vnde viuere posset.
36 adiurauit (subaudi, filios Israel) Iosue, dicendo. i. imprecando, vel, imprecatus est Iosue, dicendo,
37 Maledictus erit, vel, sit.
38 i. qui studebit siue conabitur instaurare.
39 vel, statuet. aut appendet q. d. quum incipiet eam instaurare, etiamsi tum multos liberos habuerit, quum tamen finem operi imponet, paucos habebit, aut certe vnicum: hoc est, cladet orbus & priuabitur liberis: quemadmodum accidit ipsi Hiel, 3. Reg. 16.
CAP. VII.
1 anathemate.
2 vel, Miseratq;
3 Duplex est Hai, altera Amorrhæorum, altera Ammonitarum: Amorrhæorum hæc fuit, quæ maior erat, [illegible] tam ad gentes eius situ [illegible]
4 ad summum
5 & expugnabunt
6 vel, ne cogas ire populum.
7 i. in loco declitu.
8 more scilicet lugentium.
9 vt perdas
10 vel, vtinam voluissemus habitare.
11 Audientque
12 vertent se in nos, vel, impetu facient in nos.
13 qui scilicet [illegible] daturam nobis terram hanc, dicentq; gentes te non potuisse id facere q. d. tuo [illegible] nomini [illegible]
14 anathemate.
15 Heb. Acetiam reposuerunt inter vasa sua i. cum supellectile sua
16 quoniam fuerunt in anathemate. i. polluti sunt, retinendo de anathemate.
[illegible] posteà dicit, Anathema est in medio tui Israel.

17 vel, nisi disperdatis anathema. 18 vel, Præparati estote 19 i. aliquid de anathemate. 20 ad, vel, per.

quamcunq; tribum sors inuenerit, accedet per cognationes suas, & cognatio per domos, domusque per viros.

Comburi iubet Deus furem rerũ anathematis addictarum.

15 Et quicunq; ille in hoc facinore fuerit deprehensus, comburetur igni cum omni substantia sua: quoniam præuaricatus est pactum Domini, & fecit nephas in Israel.

16 Surgens itaq; Iosue mane, applicuit Israel per tribus suas, & inuenta est tribus Iuda.

17 Quæ cum iuxta familias suas esset oblata, inuenta est familia Zare: illam quoq; per domos offerens, reperit Zabdi.

18 Cuius domum in singulos diuidens viros, inuenit Achan filium Charmi, filii Zabdi, filii Zare de tribu Iuda.

19 Et ait Iosue ad Achan, Fili mi, da gloriam Domino Deo Israel, & confitere, atq; indica mihi quid feceris, ne abscondas.

Achan & ipsi furtum de anathemate fatetur.

20 Responditque Achan Iosue, & dixit ei, Verè ego peccaui Domino Deo Israel, & sic & sic feci.

21 Vidi enim inter spolia pallium coccineũ valde bonũ, & ducentos siclos argenti, regulamq; auream quinquaginta siclorum: & concupiscens abstuli, & abscondi in terra contra medium tabernaculi mei, argentumq; fossa humo operui.

D 22 Misit ergo Iosue ministros: qui currentes ad tabernaculum illius, repererunt cuncta abscondita in eodem loco, & argentum simul.

23 Auferentesq; de tentorio tulerunt ea ad Iosue, & ad omnes filios Israel, proieceruntque ante Dominum.

24 Tollens itaq; Iosue Achan filiũ Zare, argentumq; & pallium, & aureã regulam, filios quoq; & filias eius, boues & asinos & oues, ipsumq; tabernaculum, & cũctam supellectilem: (& omnis Israel cum eo) duxerunt eos ad Vallem Achor.

Achan lapidatur, & omnes facultates ipsius comburantur.

25 Vbi dixit Iosue, Quia turbasti nos, exturbet te Dominus in die hac. lapidauitque eum omnis Israel: & cuncta quæ illius erant, igne consumpta sunt.

26 Congregaueruntq; super eum aceruum magnum lapidum, qui permanet vsque in præsentem diem. & auersus est furor Domini ab eis. vocatumque est nomẽ loci illius, Vallis Achor, vsq; hodie.

tribus [21] quam deprehenderit Dominus accedet secundum familias suas, & familia quam deprehenderit Dominus accedet [22] secundum domos: & domus quam deprehenderit Dominus, accedet viritim.

15 Et qui deprehensus fuerit [23] in furem, igni comburetur tam ipse quam omnia quæ habet, eo quod transgressus est fœdus Domini, & quod perpetrauerit scelus in Israele.

16 Mane igitur consurgens Iehosua, [24] applicuit Israelem secundum tribus suas, & deprehensa est tribus Iuda,

17 Deinde quum applicaret [25] familias Iuda, deprehendit familiam Zarhitarum: rursum applicans familiam Zarhitarum viritim, deprehensus est Zabdi.

18 Et applicans domum eius viritim, deprehensus est Achan filius Charmi, filii Zabdi, filii Zerah de tribu Iuda.

19 Et dixit Iehosua ad Achan, Fili mi, [26] da quæso gloriam Domino Deo Israelis, & [27] da illi confessionem, indicaq; mihi quid feceris, ne celes me.

20 Respondens Achan dixit ad Iehosuam in hanc sententiam. Reuera ego peccaui contra Dominum Deum Israelis, sic enim & sic feci.

21 Vidi inter spolia chlamydem Babylonicam vnam eamq; pretiosam, ducentos siclos argenti, et [28] linguam auream vnam, cuius pondus erat quinquaginta siclorum: hæc concupiscens rapui, & ecce abscondita sunt sub terra in medio tentorii mei, & pecunia est [29] sub illa.

22 Misit itaq; Iehosua nuncios: qui quum excurrissent ad tentorium eius, ecce abscondita iacebant in tentorio eius, & pecunia [29] sub illa.

23 Tollentes igitur ea ex tentorio, attulerunt ad Iehosuam, & ad cunctos filios Israel, ponentes [30] ante Dominum.

24 Tollens igitur Iehosua Achan filium Zerah, & pecuniam, & chlamydem, & linguam auream, filios quoq; eius & filias eius, boues eius, & asinos eius, & oues eius, tentorium quoq; eius, quin omnia quæ habuit, [31] vnà cum vniuerso Israele, deduxerunt ea in vallem Achor.

25 Et ait Iehosua, [32] Quandoquidem conturbasti nos, conturbabit te Dominus in die isto. lapidibusq; eum obruentes cuncti Israelitæ, exusserunt eos igne:

26 Et [33] quum eos lapidibus adobruissent, Erexerunt super eos aceruum lapidum magnum, (qui durat) in hunc vsq; diem & auersus est Dominus ab ira furoris sui, & ob hoc vocatum est nomen loci illius Vallis [34] Achor in hunc vsq; diem.

21 i. quæ deprehendetur indicante Domino, accepisse de anathemate. hoc est, super quam sors tẽperata a Domino ceciderit.
22 vel, per cognationes: & cognatio.
23 i. habere quod de anathemate reseruatum est.
24 vel, accedere fecit sub. coram arca Domini.
25 tribum.
26 quod glorificat Deum cuius numen cecidit sors super te.
27 i. fatere peccatum in gloriam eius & laudem.
28 ligulam laminam.
29 sub illa. sub. chlamydem.
30 i. ante arcam Domini.
31 i. vniuersus Israel.
32 Quare turbasti nos, turbet.
33 Hebr. & lapidauerunt eos lapidibus. Et erexerunt &c. vel, postea quam lapidibus ea obruissent & combussissent illos, siue illa, postea quã lapidassent. Alii exponunt, Et coniecit in eum vniuersus Israel lapidem: & cum scil. iaceretur ad supplicium, & combusserunt eos igni, & coniecerunt super illos i. super cineres illorum magnam vim lapidum.
34 i. turbationis

CAPVT VIII.

A

Deus dat vrbem Hai in manus Iosue.

1 DIXIT autem Dominus ad Iosue, Ne timeas, neq; formides: tolle tecum omnem multitudinem pugnatorum, & consurgens ascende in oppidũ Hai. ecce tradidi in manum tuam regem eius, & populum, vrbemq; & Terram.

Sup. 6. d.

2 Faciesq; vrbi Hai, & regi eius, sicut fecisti Iericho, & regi illius. prædam vero, & omnia animãtia diripietis vobis: pone insidias vrbi post eam.

Iosue composito exercitu profi ciscitur ad Hai.

3 Surrexitque Iosue, & omnis exercitus bellatorum cum eo, vt ascenderent in Hai: & electa triginta millia virorum fortium misit nocte, præcepitq; ei, dicens,

4 Ponite insidias post ciuitatem: nec longius recedatis, & eritis omnes parati.

B

a ascendemus.

5 Ego autem, & reliqua multitudo, quæ mecum est, ascendemus ex aduerso contra vrbem. cumq; exierint contra nos, sicut ante fecimus, fugiemus, & terga vertemus:

6 Donec persequentes ab vrbe longius protrahantur: putabunt enim nos fugere sicut prius.

7 Nobis ergo fugientibus, & illis persequentibus, consurgetis de insidiis, & vastabitis ciuitatem: tradetq; eã Dominus Deus vester in manus vestras.

a vrbem

8 Cumq; ceperitis, succendite eam, & sic omnia facietis vt iussi.

9 Dimisitq; eos, & perrexerunt ad locum insidia-

1 AIt autem Dominus ad Iehosuam, Ne metuas, neq; animo frangaris, tolle tecum omnem populum militia aptum, & consurgens ascende ad Hai, [1] en tradidi in manum tuam regem Hai, atq; populum eius, ciuitatem eius, atq; terram eius.

2 Tu facies Hai atq; regi eius, quemadmodum Iericho & regi eius fecisti: [2] prædam tamen eius, & iumenta, eius diripietis vobis, pones quoq; insidias ciuitati [3] post eã.

3 Surrexit itaq; Iehosua & omnis populus qui bello aptus erat, vt ascenderet in Hai, & delegit Iehosua triginta millia virorum [4] fortium, dimisitq; eos noctu Præcepitq; eis dicens,

4 [5] En collocabitis insidias vrbi, sed post vrbẽ, non tamen nimis remotè ab vrbe, sitisq; omnes parati:

5 Ego verò & cunctus populus qui mecum est, appropinquabimus vrbi quumq; illi exierint, vt occurrant nobis quemadmodum antea fecerunt, fugiemus coram eis.

6 Illi autem exibunt, nosq; insequentur, [6] donec eiecerimus illos ex vrbe, nam dicturi sunt, Fugiunt a facie nostra sicut antea.

7 Nam nos fugiemus coram eis, Vos verò interim consurgetis ex insidiis [7] occupabitis vrbem: tradet enim eam Dominus Deus vester in manum vestram.

8 Quumq; obtinueritis vrbem, incendetis eam igne, iuxta verbum Domini facietis [8] ecce præcepi vobis.

9 [9] Misit igitur illos Iehosua, qui abeuntes ad locum

1 Heb. vide, cõsidera.
2 veruntamen prædam.
3 vel, a tergo eius, i. ad plagam Occidentalem.
4 strenuorum, i. arte militari clarorum.
5 Heb. Videte, Attendite.
6 Heb. donec abduxerimus
7 Hebr. expelletis habitatores ciuitatis i. eos qui relicti fuerint præsidio.
8 attendite (quod) præcepi vobis
9 Miserat itaq; eũ.

insidiarum, manserunt inter Beth-el & inter Hai, ab Occidente vrbis Hai: Iehosua verò mansit nocte illa in medio populi.

10 *Et consurgens summo mane Iehosua recensuit populum ascenditque, ipse & seniores Israel ante populum contra Hai.*

11 *Omnes quoque ex populo qui bello apti erant, qui scilicet cum eo erat ascenderunt, accedentesque, venerant* [10] *ad vrbem, castra ponentes* [11] *ab Aquilone Hai,* [12] *vt esset vallis inter eos & inter Hai.*

12 *Et accepit fermè virorum quinque millia, collocauitque eos in insidiis inter Beth-el & inter Hai ab Occidentali plaga vrbis.*

13 [13] *Et populi collocarunt omnia castra quae erat ab Aquilone vrbis, & insidias suas [quae erant] ab Occidente, contra vrbem, & profectus est Iehosua* [14] *eadem nocte in medium vallem.*

14 *Quumque id videret rex Hai, festinanter consurrexerunt, idque mane, & ciues illius vrbis erumpentes, occurrerunt Israeli, vt pugnarent, tam ipse quam omnis populus eius, ad praestitutum tempus ante planiciem, ignorans quod insidiae ei essent collocatae post vrbem.*

15 *Iehosua verò & vniuersus Israel* [15] *simulaverant se caesos ante illos, fugeruntque per viam* [16] *solitudinis.*

16 *Et conuocati sunt omnes populi qui erant in ciuitate, vt insequerentur eos, insequutique sunt Iehosuam,*

17 *Fallelli scilicet ex vrbe, Vt non reliquus esset vir, ne vnus quidem, in Hai & Beth-el, qui non egressus esset post Israelem: dimiseruntque ciuitatem apertam, & insequuti sunt Israelem.*

18 *Et ait Dominus ad Iehosuam,* [17] *Extende* [18] *telum quod est in manu tua* [19] *contra Hai, quoniam in manum tuam tradam eam, & * [20] *extendit Iehosua telum quod habebat in manu sua contra vrbem,*

19 *Et illae consurgentes quae in insidiis erant de loco suo,* [21] *properauerunt quum extenderet ille manum suam, veneruntque in vrbem, occuparunt eam, & illico incenderunt eam igne.*

20 *Verò ciues Hai retrospectantes viderunt fumum ciuitatis in caelum vsque ascendentem, neque facultas fuit eis effugiendi, neque huc neque illuc: & populus qui fugiebat versus solitudinem, conuersus est in persequentes.*

21 *Iehosua verò & omnis Israel animaduertentes quod insidiae cepissent ciuitatem, & quod fumus ciuitatis in sublime iret, conuersi sunt, & percusserunt viros Hai.*

22 *Et illi egressi sunt ex vrbe obuiam illis,* [22] *vt essent [hostes] inter Israelitas, hinc illinc, ipsis verò istinc existentibus.*

23 *Et percusserunt eos donec nullus ex eis superesset, neque effugeret. Regem verò Hai viuum ceperunt, & adduxerunt eum ad Iehosuam.*

24 *Quumque iam cessarent Israelitae trucidare cunctos ciues [Hai] in planicie* [23] *solitudinis, vbi persequuti erant eos, [&] cecidissent vniuersi gladio* [24] *ad internecionem vsque,* [25] *reuersique sunt omnes Israelitae in Hai, & percusserunt eam quoque gladio.*

25 *Cunctorum verò qui eo die ceciderant, tam virorum quam mulierum, fuerunt duodecim millia,* [26] *& illi homines omnes fuerunt ex Hai.*

26 *Iehosua vero non retraxit manum suam* [26] *quam cum telo extenderat, donec funditus vastasset omnes habitatores Hai.*

27 *Verumtamen iumenta & spolia ciuitatis illius diripuerunt Israelitae sibi, iuxta verbum Domini quod mandauerat Iehosuae.*

28 *Et exussit Iehosua Hai, redegitque eam in* [27] *aceruum perpetuum, [& in] solitudinem vsque in hunc diem.*

29 *Regem verò Hai* [28] *in arborem suspendit vsque ad tempus vespertinum:* [29] *quumque Sol occideret, iussit Iehosua vt cadauer eius deponerent de arbore, & proiicerent ipsum ad fores portae vrbis, excitarentque super ipsum aceruum magnum lapidum, qui manet vsque in praesentem diem.*

10 è regione vrbis.
11 vel, ad partem Septentrionalem vrbis Hai,
12 & erat.
13 Hebr. Et propius accessit ad vrbem populus, (id est, vniuersus exercitus qui erat in parte Septentrionali, & insidiae eius quae erant ad Occasum vrbis i. coniunxerunt sese insidiae quinque millium cum castris, ne alii existimarent esse alias insidias
14 quae scil. propius vrbem accesserant.
15 Heb. percussi sunt i. finxerunt se resistere non posse.
16 .i. quae ducit ad desertum.
17 vel, Eleua, Erige.
18 hastam. lanceam in qua scilicet erat signum.
19 in signum scil. insidiis.
20 erexit Iosue hastam (lanceam) quam &c.
21 cucurrerunt quum eleuasset
22 .i. intercepti fuerunt ab Israelitis.
23 Heb. in deserto [illegible]
24 [illegible]
25 [illegible]
26 [illegible]
27 Heb. [illegible] hoc est desolationem perpetuam, quae durauit vsque &c.
28 [illegible]
29 Vide Deut. 21.

rum, sederuntque inter Beth-el & Hai, ad Occidentalem plagam vrbis Hai: Iosue autem nocte illa in medio mansit populi.

10 Surgensque diluculo recensuit socios, & ascendit cum senioribus in fronte exercitus, vallatus auxilio pugnatorum.

11 Cumque venissent, & ascendissent ex aduerso ciuitatis, steterunt ad Septentrionalem vrbis plagam, inter quam & eos erat vallis media. C

12 Quinque autem millia viros elegerat, & posuerat insidiis inter [a] Bethauen & Hai ex Occidentali parte eiusdem ciuitatis. *[a] Beth-el*

13 Omnis verò reliquus exercitus ad Aquilonem aciem dirigebat, ita vt nouissimi multitudinis Occidentalem plagam vrbis attingerent. abiit ergo Iosue nocte illa & stetit in vallis medio.

14 Quod cum vidisset rex Hai, festinauit mane, & egressus est cum omni exercitu ciuitatis, direxitque aciem contra desertum, ignorans quòd post tergum laterent insidiae.

15 Iosue verò, & omnis Israel cesserunt loco, simulantes metum, & fugientes per solitudinis viam. *Iosue fugam simulat.*

16 At illi vociferantes pariter, & se mutuo cohortantes, persecuti sunt eos.

17 Cumque recessissent à ciuitate, & ne vnus quidem in vrbe Hai, & Beth-el remansisset qui non persequeretur Israel (sicut eruperant aperta oppida relinquentes.) D

18 Dixit Dominus ad Iosue, Leua clypeum qui in manu tua est contra vrbem Hai, quoniam tibi tradam eam, cumque eleuasset clypeum ex aduerso ciuitatis. *Deus consulit ipsi Iosue quid agat.*

19 Insidiae quae latebant, surrexerunt confestim: & pergentes ad ciuitatem, ceperunt, & succenderunt eam.

20 Viri autem ciuitatis qui persequebantur Iosue, respicientes & videntes fumum vrbis ad caelum vsque conscendere, non potuerunt vltrà huc illucque diffugere: praesertim cum hi qui simulauerant fugam, & tendebant ad solitudinem, contra persequentes fortissime restitissent. *Hai succenditur.*

21 Vidensque Iosue & omnis Israel quòd capta esset ciuitas, & fumus vrbis ascenderet, reuersus percussit Hai. E *Hai populus occiditur.*

22 Siquidem & illi qui ceperant & succenderant ciuitatem, egressi ex vrbe contra suos, medios hostium ferire coeperunt.

23 Cum ergo ex vtraque parte aduersarii caederentur, ita vt nullus de tanta multitudine saluaretur, Regem quoque vrbis Hai apprehenderunt viuentem, & obtulerunt Iosue. *Rex Hai comprehensus ducitur ad Iosue.*

24 Igitur omnibus interfectis, qui Israelem ad deserta tendentem fuerant persecuti, & in eodem loco gladio corruentibus, reuersi filii Israel percusserunt ciuitatem.

25 Erant autem qui in eodem die conciderant à viro vsque ad mulierem, duodecim millia hominum, omnes vrbis Hai. *12000 millia occisa.*

26 Iosue vero non contraxit manum, quam in sublime porrexerat, tenens clypeum, donec interficerentur omnes habitatores Hai.

27 Iumenta autem & praedam ciuitatis diuiserunt sibi filii Israel, sicut praeceperat Dominus Iosue. F

28 Qui succendit vrbem, & fecit eam tumulum sempiternum: *Praeda diuiditur.*

29 Regem quoque eius suspendit in patibulo vsque ad vesperam & Solis occasum: praecepitque Iosue, & deposuerunt cadauer eius de cruce: proieceruntque in ipso introitu ciuitatis, congesto super eum magno aceruo lapidum, qui permanet vsque in praesentem diem. *Rex Hai suspenditur.*

30 Tunc

Construitur altare lapidibus integris, sicut scribitur Deuteronomium.

Josue benedicit populo Israel.

30 Tunc ædificauit Josue altare Domino Deo Israel in monte Hebal,

31 Sicut præceperat Moyses famulus Domini filiis Israel, & scriptum est in volumine legis Moysi, Altare de lapidibus impolitis quos ferrum non tetigit: & obtulit super eo holocaustum Domino, immolauitq; pacificas victimas.

32 Et scripsit super lapides Deuteronomium legis Moysi, quod ille digesserat coram filiis Israel.

33 Omnis autem populus, & omnes maiores natu, ducesq; ac iudices stabant ex vtraq; parte arcæ, in conspectu sacerdotum qui portabant arcam fœderis Domini, vt aduena, ita & indigena. Media pars eorum iuxta monte Garizim, & media iuxta montem Hebal, sicut præceperat Moyses famulus Domini, & primum quidem benedixit populo Israel.

34 Post hæc legit omnia verba benedictionis & maledictionis, & cuncta quæ scripta fuerant in legis volumine. (*erant*)

35 Nihil ex his quæ Moyses iusserat, reliquit intactum, sed vniuersa replicauit corã omni multitudine Israel, mulieribus ac paruulis & aduenis qui inter eos morabantur.

30 Tum extruxit Iehosua aram Domino Deo Israelis in monte Ebal,

31 Sicut præceperat Moses seruus Domini filiis Israel, & sicut scriptum est in libro legis Mosis, aram videlicet de lapidibus integris, super quos nemo ferrum leuauit, sacrificaueruntq; super eam holocausta Domino, & sacrificauerunt hostias gratulatorias.

32 Scripsit quoq; ibi super lapides secundariam legem Mosis, quam scripserat ante filios Israel.

33 Et omnis Israel atq; seniores eius, præfecti & iudices stabant vtrinque circa arcam coram sacerdotibus Leuiticis generis portantibus arcam fœderis Domini, aduena quoque & indigena. Dimidia pars illorum [stabat] versus montem Gerizim, & dimidia pars illorum versus montem Ebal, quemadmodum Moses seruus Domini antea præceperat, nempe vt benedicerent populo Israel primum.

34 Postea legit omnia verba legis, benedictiones & execrationes, iuxta omnia quæ scripta sunt in libro legis.

35 Nec fuit vllum verbum ex omnibus quæ præceperat Moses, quod non legerit Jehosua coram tota congregatione Israelis, [stantibus] mulieribus & paruulis atq; peregrinis aduenientibus in medio eorum.

30 expugnata scilicet vrbe.
31 Vide Deuteron. 27.
12 i. naturalibus, non politis, non cæsis.
13 pacificas.
14 i. decalogum qui habetur in Deuteronomio.
15 Alii referunt hoc ad Iosue, alii ad Mosen. Qui ad Iosuam, legunt scripsit.
16 vel, vt indigenæ ita & peregrini.
17 vel, curauit legenda per sacerdotes.
18 incedentibus. i. qui versabantur inter illos, & conuersi erant ad fidem illorum.

CAPVT IX.

Congregantur Reges aliquot contra Josue.

Gabaonitæ callidè petunt pacem à Josue.

A

1 QVibus auditis, cuncti Reges trans Jordanem qui versabantur in montanis & campestribus, in maritimis ac littore Magni-maris: Hi quoq; qui habitabant iuxta Libanum, Hethæus & Amorrhæus, Chananæus, Pherezæus, & Heuæus, & Iebusæus.

2 Congregati sunt pariter, vt pugnarent contra Josue & Israel vno animo, eademq; sententia.

3 At hi qui habitabant in Gabaon, audientes cuncta quæ fecerat Iosue, Jericho & Hai:

4 Et callidè cogitantes tulerunt sibi cibaria, saccos veteres asinis imponentes, & vtres vinarios scissos atq; consutos.

5 Calceamentaq; perantiqua quæ ad indicium vetustatis pittaciis consuta erant, induti veteribus vestimentis: panes quoq; quos portabant ob viaticum, duri erant, & in frusta comminuti.

6 Perrexeruntq; ad Josue qui tunc morabatur in castris Galgalæ, & dixerunt ei, atq; simul omni Israeli, De terra longinqua venimus, pacem vobiscum facere cupientes.

7 Responderuntq; viri Israel ad eos, atque dixerunt, Ne forte in Terra quæ nobis sorte debetur, habitetis, & non possimus fœdus inire vobiscum.

B

8 At illi ad Iosue, Serui, inquiunt, tui sumus. Quibus Iosue ait, Quinam estis vos? aut vnde venistis?

9 Responderunt, De Terra longinqua valde, venerunt serui tui in nomine Domini Dei tui: audiuimus enim famã potentiæ eius, Cuncta quæ fecit in Ægypto,

Num. 21. c

10 Et duobus Regibus Amorrhæorum qui fuerunt trans Jordanem, Sehon, Regi Hesebon, & Og Regi Basan, qui erant in Astaroth:

11 Dixeruntq; nobis seniores, & omnes habitatores Terræ nostræ, Tollite in manibus cibaria ob longissimam viam, & occurrite eis, & dicite, Serui vestri sumus, (*vestris*)

12 Fœdus inite nobiscum. En panes, quando egressi sumus de domibus nostris, vt veniremus ad vos, calidos sumpsimus: nunc sicci facti sunt, & vetustate nimia comminuti.

13 Vtres vini nouos impleuimus, nunc rupti sunt & soluti: vestes & calceamenta quibus induimur, & quæ habemus in pedibus, ob longitudinem longioris viæ trita sunt, & penè consumpta.

1 FActumq; est vt audirent hæc cuncti Reges qui erant trans Jordanem, in montanis & locis planis, atq; in vniuerso littore maris magni è regione Libani, nempe Hithæi, Amorrhæi, Chananæi, Pherezæi, Hiuæi & Iebusæi.

2 Congregati sunt vnà, vt pugnarent contra Iehosuã & contra Israelem vno consensu.

3 Gibeonitæ verò quum audiuissent quæ fecerat Jehosua ipsi Jericho & Hai,

4 Egerunt & ipsi vafricie quadam: abierunt enim præ se ferentes ac si peregre missi venissent, ferentes saccos veteres in asinis suis, vtresq; vini veteres, laceros & resartos,

5 Calceamenta quoq; vetera & commaculata in pedibus suis, vestimenta deniq; habebant vetera super se, & omnis panis, [quem pro] viatico suo [acceperant,] aridus erat & mucidus.

6 Venerunt ergo ad Jehosuam in castris Gilgal, dixeruntq; ad eum, & ad viros Israel, Venimus ex terra admodum remota: pangite ergo nobiscum fœdus.

7 Respondit quispiam ex Israelitis ipsi Hiuæo, Forte tu habitas in medio mei: quomodo ergo fœdus tecum ferirem?

8 Et dixerunt ad Jehosuam, Nos serui tui sumus. Quibus rursum ait Jehosua, Quinam estis vos? & vnde venitis?

9 Responderunt ei, Serui tui venerunt de remotis valde terris propter famam Domini Dei tui: siquidem famam eius audiuimus, & quæcunq; in Ægypto fecit,

10 Sed & cuncta quæ fecit duobus Regibus Amorrhæorum, qui fuerunt vltra Jordanẽ, [nempe] Sihon Regi Hesbon, & Og Regi Basan qui [fuit] in Astaroth,

11 Vnde dixerunt nobis seniores nostri, & omnes inhabitatores terræ nostræ in hanc sententiam, Tollite in manu vestra viaticum ad iter, & ite illis obuiam, diciteq; illis, Serui vestri sumus,

12 Pangite ergo nobiscum fœdus. Hic panis noster quo aluimus nosipsos, interim dum absumus a domibus nostris, calidus fuit eo die quo egrediebamur vt proficisceremur ad vos, & ecce nunc aridus est & mucidus.

13 Isti quoque vtres vini quos nouos impleuimus, ecce rupti sunt: sed & vestimenta hæc nostra atque calceamenta nostra vetustate detrita sunt ob iter tam longum & immensum.

CAP. IX.
1 siue, vltra conspectu campestrium Moab.
2 i. in toto illo tractu qui adiacet mari mediterraneo, & respicit Libanon, qui scilicet est in parte Septentrionali.
3 i. Asin & ipsi vsi sunt vt & Iosue fuerat vsus astu in expugnatione Hai,
4 Heb. ostendentes se legatos esse. i. finxerunt se esse legatos.
5 i. strauerunt asinos suos saccis putridis.
6 colligatos. propter rupturas scilicet.
7 resarta. i. quæ varia frusta corio assuta habebant, Gallicé, rabobinez.
8 vel, putrida.
9 Hebr. panis viaticum eorum.
10 in (Galgal.) i. quæ erant in Galgalis.
11 Hebr. Et respondit vir Israel. singulare pro plurali.
12 i. Gabaonitis qui erant Hiuæi.
13 i. in hac terra quam Dominus mihi possidendam dedit.
14 Subaudiendum pogna (regnabant)
15 Heb. Hic (est) panis noster, calidum pro viatico, accepimus e domibus nostris, & ecce adhuc calente viaticum adornauimus.
16 vel, nunc autem iam. 17 sub. præ vetustate. 18 Heb. præ longinquitate viæ admodum.

19 i. comederũt de viatico eorum in signum fœderis ictis.
20 Heb. & os Domini non interroguuêrunt.
21 Heb. ad viuificandum eos.

14 Et[19] acceperunt viri illi [Israelitæ] de viatico illorum[20] inconsulto Domino.

15 Fecit itaq; Jehoshua cum eis pacem, & ferijt cum eis fœdus,[21] vt seruaret eos viuos, & principes cœt[?] iurauerunt eis.

16 Exactis tribus diebus postea quam fœdus inierant, audierunt illos esse vicinos suos, habitareq; in medio ipsorum.

17 Et profecti filij Israel, peruenerunt tertiô die ad ciuitates illorum, (erant autem ciuitates eorum, Gibeon, Kephira, Beeroth & Kiriath-iearim.)

22 vel, murmurauit itaque.

18 Nec percusserunt eos filij Israel, eo quòd eis principes cœtus per Dominum Deum Israelis iurassent:[22] & murmurabat totus cœtus contra principes.

23 vel, eos attingere.

19 Dixerunt verò cuncti principes ad vniuersum cœtum, Nos iurauimus illis per Dominum Deum Israelis, idcirco non possumus[23] eos irruere.

24 sub. Domini.

20 Hoc verò faciemus eis, seruabimus eos viuos, ne veniat super nos[24] indignatio propter iuramentum quo iurauimus eis.

25 vel, Et addiderunt illis.
26 vel, dummodo sint excisores lignorum & haustores aquarum.
27 de illis.

21 [25]Dixeruntque rursus ad eos principes, Viuant, [26] & sint cæsores & lixæ pro toto cœtu, quemadmodum loquuti [27] sunt eis principes.

22 Et vocatis eis Jehoshua, loquutus est ad eos in hanc sententiam, Quare imposuistis nobis hisce verbis, Valde remoti habitamus à vobis: quum tamen in medio nostri habitetis?

23 Execrati igitur eritis vos, nec excindetur è vobis seruus & qui ligna cædant, & aquatio hauriant domui Dei.

24 Qui respondentes Jehoshuæ, dixerunt, Quoniam certissime indicatum est seruis tuis, quod præceperit Dominus Deus tuus Mosi seruo suo, quòd daturus esset vobis vniuersam hanc terram, & quòd excisurus esset cunctos habitatores terræ ante vos: ob hoc timuimus vehementer animabus nostris à vobis, & fecimus rem istam,

28 Heb. Nunc ergo ecce sumus.

25 [28] En sumus in manu tua, quod tibi videtur bonum & rectum nobis facere, hoc facito.

26 Et fecit eis sic, liberauitq; eos è manu filiorum Israel, vt non occiderent eos.

29 sub. Dominus.

27 Et constituit eos Jehoshua eodem die, vt essent lignatores & aquatores in cœtu, & pro ara Domini in hunc vsq; diem, in loco quem [29] elegerit.

14 Susceperunt igitur de cibariis eorum, & os Domini non interrogauerunt. C

15 Feceritque Iosue cum eis pacem, & inito fœdere pollicitus est, vt non occiderentur; principes quoq; multitudinis iurauerunt eis. 2. Reg. 21. a.

16 Post dies aũt tres initi fœderis, audierunt quòd in vicino habitarent, & inter eos futuri essent.

17 Moueruntque castra filij Israel, & venerunt in ciuitates eorum die tertio, quarum hæc vocabula sunt, Gabaon & Caphira & Beroth & Cariathiarim.

18 Et non percusserunt eos, eo quòd iurassent eis principes multitudinis in nomine Domini Dei Israel. Murmurauit itaq; omne vulgus cõtra principes Israel.

19 Qui responderunt eis, Jurauimus eis in nomine Domini Israel, & idcirco non possumus eos contingere.

20 Sed hoc faciemus eis, Reseruentur quidem vt viuant, ne contra nos Domini ira concitetur, si peierauerimus.

21 Sed sic viuant, vt in vsus vniuersæ multitudinis ligna cædant, aquasq; comportent. *eis Gabaonitæ proscinduntur ligna cædendo & aqua portando.* D

22 Quibus hæc loquentibus, vocauit Gabaonitas Josue, & dixit eis, Cur nos decipere fraude voluistis vt diceretis, Procul valde habitamus à vobis: cum in medio nostri sitis?

23 Itaq, sub maledictione eritis, & non deficiet de stirpe vestra ligna cædens, aquasq; comportans in domum Dei mei.

24 Qui responderunt, Nunciatum est nobis seruis tuis, quòd promisisset Domin' Deus tuus Moysi seruo suo, vt traderet vobis omnem Terram, & disperderet cunctos habitatores eius: timuimus igitur valde, & prouidimus animabus nostris, vestro terrore compulsi & hoc consilium iniuimus.

25 Nunc autem in manu tua sumus: quod tibi bonum & rectum videtur, fac nobis.

26 Fecit ergo Josue vt dixerat, & liberauit eos de manu filiorum Israel, vt non occiderentur.

27 Decreuitq; in illo die eos esse in ministerio cuncti populi & altaris Domini, cædentes ligna, & aquas comportantes, vsq; in præsens tempus, in loco quem Dominus elegisset.

CAPVT X.

CAP. X.
1 expugnasset.
2 Heb. quemadmodum enim fecerat Ierisho & Regi eius, sic fecit Hai & Regi eius. Hæc per parenthesin legenda sunt.
3 Heb. & quoniam maior erat.

1 Qvum verò Adonizedec Rex Hierosolymorum audisset quòd Jehoshua obtinuisset[1] Hai, & eã vastasset[2] (& vt fecisset Jericho & Regi eius, ita quoq; Hai & Regi eius fecisset,) quodq; pacem iniissent ciues Gibeon cum Israelitis, & essent inter eos,

2 Timuerunt valde, quoniam Gibeon vrbs fuit magna, sicut vna ex regalibus vrbibus,[3] maior Hai, & ciues eius omnes viri erant fortissimi.

3 Misit ergo Adonizedec Rex Hierosolymorum ad Hoham Regem Hebron, & ad Piream Regem Jarmuth, & ad Japhiam Regem Lachis, & ad Debir Regem Eglon, huiusmodi mandatis:

4 Ascendite ad me, & auxilio mihi sitis, vt percutiamus Gibeon, quoniam pacem inierunt cum Jehoshua & cum filiis Israel.

5 Congregati igitur ascenderunt quinque Reges Amorrhæorum, Rex Hierosolymorum, Rex Hebron, Rex Jarmuth, Rex Lachis, Rex Eglon, ipsi cum vniuersis castris suis castrametati sunt contra Gibeon, vt oppugnarent eam.

6 Miserunt ergo ciues Gibeon ad Jehoshuam in castra quæ erant in Gilgal, hisce mandatis, Ne retrahas manũ tuam a seruis tuis, ascende illico ad nos, & serua nos, opemq; fer nobis, quoniam congregati sunt contra nos omnes Reges Amorrhæorum qui habitant in montibus.

1 Qvæ cum audisset Adoni-sedec Rex Jerusalẽ, quòd scilicet cepisset Josue Hai, & subuertisset eam (sicut enim fecerat Jericho & Regi eius, sic fecit Hai, & Regi illius) & quòd transfugissent Gabaonitæ ad Israel, & essent fœderati eorum, A *Gabaonitis bellum infertur ab Amorrhæis, quod cum Iosue pacem fecissent.*

2 Timuit valde. vrbs enim magna erat Gabaon, & vna ciuitatum regalium, & maior oppido Hai, omnesq; bellatores eius fortissimi.

3 Misit ergo Adoni-sedec Rex Jerusalẽ ad Oham Regem Hebron, & ad Pharam Regem Jerimoth ad Japhia quoque Regem Lachis, & ad Dabir Regem Eglon, dicens:

4 Ad me ascendite, & ferte præsidium, vt expugnemus Gabaon, quare transfugerit ad Iosue, & ad filios Israel.

5 Congregati igitur ascenderunt quinque Reges Amorrhæorum: Rex Jerusalem, Rex Hebron, Rex Jerimoth, Rex Lachis, Rex Eglon, simul cum exercitib. suis, & castrametati sunt circa Gabaon, oppugnantes eam.

6 Habitatores autem Gabaon vrbis obsessæ miserunt ad Josue, qui tunc morabatur in castris apud Galgalam, & dixerunt ei. Ne retrahas manus tuas ab auxilio seruorum suorum: ascende cito, & libera nos, ferq; præsidium: conuenerunt enim aduersum nos omnes Reges Amorrhæorum qui habitant in montanis. B *Gabaonitæ petunt auxilium à Iosue.*

7 Ascen-

viriquè.

Iosue expugnat Amorrhaeos.

7 Ascenditque Iosue de Galgalis, & omnis exercitus bellatorum cum eo *viri fortissimi.
8 Dixitque Dominus ad Iosue, Ne timeas eos: in manus enim tuas tradidi illos: nullus *enim ex eis tibi resistere poterit.
9 Irruit itaque Iosue super eos repente, tota nocte ascendens de Galgalis.
10 Et conturbauit eos Dominus à facie Israel: contriuitque plaga magna in Gabaon, ac persecutus est eos per viam ascensus Beth-horon, & percussit vsque Azeca & Maceda.

C *Pluit lapides.*

11 Cumq; fugerent filios Israel, & essent in descensu Beth-horon, Dominus misit super eos lapides magnos de cælo vsq; ad Azeca: & mortui sunt multo plures lapidibus grandinis, quàm quos gladio percusserant filii Israel.

Sistitur Sol, & prolongatur dies. Esa. 28. f. Eccles. 46. a

12 Tunc locutus est Iosue Domino in die qua tradidit Amorrhæum in conspectu filiorum Israel, dixitque coram eis. ¶ Sol contra Gabaon ne mouearis, & Luna contra Vallem Aialon.
13 Steteruntq; Sol & Luna, donec vlcisceretur se gens de inimicis suis. Nonne scriptum est hoc in libro iustorum? Stetit itaque in medio cæli, & non festinauit occumbere spacio vnius diei.
14 Non fuit antea & postea tam longa dies, obediente Domino voci hominis, & pugnante pro Israel.

Reges quinque latitantes in spelunca.

15 Reuersusque est Iosue cum omni Israel in castra Galgalæ.
16 Fugerant enim quinque reges, & se absconderant in spelunca vrbis Maceda.

D

17 Nunciatumque est Iosue quòd inuenti essent quinque reges latentes in spelunca *vrbis Maceda.
18 Qui præcepit socus, & ait, Voluite saxa ingentia ad os speluncæ, & ponite viros industrios qui clausos custodiant:
19 Vos autem nolite stare, sed persequimini hostes, & extremos quosque fugientium cædite: nec dimittatis eos vrbium suarum intrare præsidia, quos tradidit Dominus Deus in manus vestras.
20 Cæsis ergo aduersariis plaga magna, & vsq; ad internecionem pene consumptis, hi qui in Israel effugere potuerunt, ingressi sunt ciuitates munitas.
21 Reuersusque est omnis exercitus ad Iosue in Maceda, vbi tunc erant castra, sani & integro numero: nullusq; contra filios Israel mutire ausus est.
22 Præcepitque Iosue, dicens, Aperite os speluncæ, & producite ad me quinque reges qui in ea latitant.

adduxerunt.

23 Feceruntque ministri vt sibi fuerat imperatum: & * adduxerunt ad eum quinque reges de spelunca, regem Ierusalem, regem Hebron, regem Ierimoth, regem Lachis, regem Eglon.

adducti.

24 Cumque *adducti essent ad eum, vocauit omnes viros Israel, & ait ad principes exercitus qui secuti erant, Ite, & ponite pedes super colla regum istorum. qui cum perrexissent, & subiectorum colla pedibus calcarent,

E

25 Rursum ait ad eos, Nolite timere, nec paueatis, confortamini & estote robusti: sic enim faciet Dominus cunctis hostibus vestris aduersum quos * dimicabitis.

Quinque reges suspenduntur.

26 Percussitque Iosue, & interfecit eos, atque suspendit super quinque stipites: fueruntq; suspensi vsque ad vesperum.

7 *Et ascendit Iehosua ex Gilgal, ipse & totus populus qui bello aptus erat cum eo, & cuncti viri fortes.*
8 *Et ait Dominus ad Iehosuam, Ne timeas ab eis, quoniam tradidi eos in manum tuam, nec stabit quispiam ex eis coram te.*
9 [4] *Venit autem Iehosua subito ad illos (nam ascenderat tota nocte ex Gilgal.)*
10 *Et [5] conturbauit eos Dominus [6] ante Israelitas, percussitque eos cæde magna [7] in Gibeon, & insequutus est eos per viam [8] ascensus Beth-oron, percussitque eos vsque in Azeca & Maceda.*
11 *Quumque fugerent [9] ante Israelitas, & essent in descensu Beth-oron, deiecit Dominus super eos lapides grandes de cælo, vsque in Azeca: mortuique sunt multo plures eorum qui [10] lapidibus grandinis interierunt, quam fuerunt illorum quos interfecerant filii Israel gladio.*
12 [11] *Tūc loquutus est Iehosua ad Dominū eo die quo Dominus [12] tradidit Amorrhæum ante Israelitas, [13] & ait præsentibus Israelitis, Sol siste gradum [14] in Gibeon, & Luna in valle [15] Aialon.*
13 [16] *Constitit itaq; Sol & Luna stetit, donec se [17] gens de hostibus suis vlcisceretur. an non [18] hoc in libro [19] iusti scriptum est? [20] Constitit itaque Sol [21] in medio cæli, nec festinauit ad occasum fere integro die.*
14 *Nec fuit talis dies ante illum nec post illum, [22] vt exaudiret Dominus [23] vocem hominis: quoniam Dominus [24] pugnauit pro Israele.*
15 *Reuersusque [25] est Iehosua & omnis Israel cum eo ad castra in Gilgal.*
16 [26] *Fugerunt autem quinque reges isti, & absconditi [illegible] in quadam spelunca in Maceda.*
17 *Et nunciatum est Iehosuæ [illegible], inuenti sunt quinque reges absconditi in spelunca in Maceda.*
18 *Et ait Iehosua, Voluite lapides grandes ad os speluncæ, & constituite viros circa eam qui eos custodiant,*
19 *Vos verò ne consistatis, sed insequimini hostes vestros, & cædite extremum agmen, neque permittatis ut ingrediantur ciuitates suas, quia tradidit eos Dominus Deus vester in manum vestram.*
20 *Et factum est, quum cessasset Iehosua atque filii Israel a cædendo illos [illegible] cæde ad internecionem vsque, vt reliqui qui ex illis superfuerant, ingrederentur in vrbes munitas.*
21 *Et reuersus est vniuersus populus saluus in castra ad Iehosuam in Maceda, [27] vt nemo [illegible] lingua sua contra filios Israel.*
22 *Dixit autem Iehosua, Aperite os speluncæ, & educite ad me ex spelunca quinque istos reges.*
23 *Et fecerunt sic, eduxeruntque ad eum ex spelunca quinque istos reges, nempe regem Ierosolymorum, regem Hebron, regem Iarmuth, regem Lachis, & regem Eglon.*
24 *Quumque eduxerunt reges istos ad Iehosuam, vocauit Iehosua cunctos viros Israel, dixitque ad principes [28] qui præerant bello, qui que cum eo profecti erant, Huc accedite & ponite pedes vestros super colla regum istorum. illi ergo accedentes [29] restiterunt pedibus suis in ceruicibus regum istorum.*
25 *Et ait ad eos Iehosua, Ne metuatis neque paueatis, [30] quin viriliter & fortiter agatis: quoniam sic faciet Dominus cunctis inimicis vestris contra quos [31] pugnatis.*
26 *Post hæc trucidauit eos, Iehosua & interfectos suspendit in quinque [32] arboribus, & manserunt suspensi in arboribus vsq; ad vesperam.*

4 vel, Aggressus est autem eos Iosue repente.
5 vel, fregit.
6 i. aggressus est cum Israelitis.
7 i. iuxta Gabaon.
8 qua ascenditur.
9 vel, persequente Israele.
10 i. grandine quæ constabat lapidum.
11 Chaldæus paraph. Tunc laudauit Dominum vel, gratias egit Domino.
12 i. effecit vt Amorrhæi venirent in potestatem filiorum Israel.
13 dixerat autem [illegible] hanc orationem præsentibus Israelitis, Sol, &c.
5 [illegible] permitte vt sol & luna non deficiant donec de [illegible] vlciscamur hostes nostros.
14 i. in agro Gabaonitarum. Hoc dixit in meridie.
15 Aialon erat in tribu Dan: Gabaon autem in tribu Beniamin. Hoc dixit aduentante nocte.
16 Quidam Hebræorum dicunt hic esse initium cantici.
17 i. Israelitica.
18 i. canticum illud.
19 Iasar i. rectitudinis siue [illegible] Quidam dicunt canticum illud hic non memoratum, sed in libro Iasar, qui quidem [illegible] [illegible] Alii [illegible] [illegible] fol, &c. Chaldæus paraph. [illegible] esse [illegible] legis [illegible] [illegible] Hebræos [illegible]

dicere illud miraculum. 20 Stetit ergo. 21 [illegible] media scilicet [illegible] Hebræa [illegible] solem & lunam [illegible] Israelitæ [illegible] hostes suos [illegible] [illegible] hostem, quanto sol hodie stabat supra Gabaon, & luna stat nocte supra Aialon. Doctor [illegible] intelligit diem [illegible] quanta scilicet [illegible] 22 vel, in qua exaudiret. 23 [illegible] 24 pugnabat. 25 vel fuerat. Hic [illegible] per anticipationem, & repetitur in fine capitis [illegible] [illegible] quisquam linguam suam, i. nemo, vel verbo [illegible] filios Israel. 27 Heb. Viros belli, bellatorum. [illegible]

30 [illegible] 31 vel, pugnaturi estis. 32 vel, palis [illegible]

27 Quum tempus appeteret vt Sol occideret, iussit Jehosua vt depositos de arboribus proiicerent eos in speluncam in qua delituerant, & posuerunt lapides grandes ad os speluncæ, qui [manent] in hunc vsq; diem.

31 quo scilicet iussit interfici Reges.

28 Et Maceda cepit Jehosua[13] eadem die, & percussit eam gladio, Regemq; eius interfecit, [14] cum omni eo quod in ea viuebat. nihil fecit reliquum, sed fecit Regi Maceda quemadmodum fecerat Regi Jericho.

34 Hebr. cum eis: & omnem animam quæ erat in ea. i. interfecit Regem vnà cum propugnatoribus eius, & omnes homines qui erant in vrbe.

29 Transiuit deinde Jehosua & cunctus Israel cum eo à Maceda in Libna, pugnauitq; contra Libna.

30 Et Dominus tradidit eam & Regem eius in manum Israelis, quam percussit gladio, simulq; quidquid in ea vitam habebat: nihil fecit in ea reliquum, sed fecit Regi eius quemadmodum Regi Jericho fecerat.

31 Transiit deinde Jehosua & omnis Israel cum eo à Libna in Lachis, castraq; fixit contra eam, & oppugnauit eam.

32 Et tradidit Dominus Lachis in manum Israelis, qui capiens eam postero die, percussit[15] eam gladio; & quicquid viuum in ea erat, quemadmodum fecerat in Libna.

35 i. propugnatores eius.

33 Tunc ascendit Horam Rex Geser vt suppetias ferret ipsi Lachis, quem percussit Jehosua & populum eius, ita vt nemo ex eis reliquus esset.

34 De Lachis transiuit Jehosua & omnis Israel cum eo ad Eglon, positisq; castris contra eam, oppugnarunt eam. & expugnarunt eam eodem die.

35 Percusseruntq; eam gladio, atq; omne illud quod in ea vitam habebat interemit eodem die, quemadmodum fecerat in Lachis.

36 Ascendens autem Jehosua & omnis Israel cum eo de Eglon in Hebron, oppugnarunt eam,

37 Captamq; percusserunt gladio, Regem scilicet eius, & cunctas ciuitates[16] eius, quidquid denique in ea viuebat, nec fecit quidquam reliquum, sed fecit ei iuxta omnia quæ fecerat Eglon. Et[17] peremit eam, & quidquid fuit in ea viuum.

36 i. ei subditas.

37 deleuit.

38 Et reuersus Jehosua atq; omnis Israel cum eo in Debir, oppugnauit eam.

39 Quumq; eam cepisset, & Regem eius, atq; cuncta oppida eius, percusserunt eos gladio, & internecioni dedit quidquid in ea viuum fuit: nihil fecit reliquum: quemadmodum fecerat Hebron, sic faciebat & Dabir, & Regi eius: & quemadmodum fecerat Libna & Regi eius.

38 Percussit itaque.

39 & campestrē, & decliuia siue decliuitatem. i. regionem quæ erat in decliuitate montium.

40 [38] Et percussit Jehosua vniuersam regionem montanam, & Meridianā, [39] & valles sinuatas, & cunctos Reges eorum: nihil fecit ex eis reliquum, quidquid spirauit, dedit internecioni, quemadmodū præceperat Dominus Deus Israelis.

40 Altera est terra Gosen in Ægypto.

41 i. vnico bello, non interrupto.

41 Percussit autem eos Jehosua à Kades-barnea vsque ad Asam, & vniuersam terram[40] Gosen vsq; Gibeon. Cunctos hos Reges & terram eorum cepit Jehosua[41] semel:

42 i. ad locum castrorum, vbi scilicet erat tabernaculum, vt illic agerent gratias Deo de tanta victoria.

42 Quoniam Dominus Deus Israelis pugnauit pro Israele. Et reuersus est Jehosua atque omnis Israel in castra quæ erant[42] in Gilgal.

27 Cumque occumberet Sol, præcepit sociis, vt deponerent eos de patibulis, qui depositos proiecerunt in speluncam in qua latuerant, & posuerūt super os eius saxa ingentia, quæ permanent vsque in præsens.

28 Eodem die Macedam quoq; Josûe, & percussit in ore gladij, regemq. illius interfecit, & omnes habitatores eius: non dimisit in ea saltem paruas reliquias: fecitque Regi Maceda sicut fecerat Regi Jericho. Maceda vrbs capitur.

29 Transiuit autem cum omni Israel de Maceda in Lebna, & pugnabat contra eam. F Lebna.

30 Quam tradidit Dominus cum Rege suo in manus Israel: percusseruntq; vrbem in ore gladij, & omnes habitatores eius. non dimiserunt in ea vllas reliquias. feceruntque Regi Lebna, sicut fecerant Regi Jericho. Supra 6.

31 De Lebna transiuit in Lachis cū omni Israel: & exercitu per gyrum disposito oppugnabat eam. Lachis.

32 Tradiditq; Dominus Lachis in manus Israel, & cepit eam die altero, atq; percussit in ore gladij, omnemq; animam quæ fuerat in ea. sicut fecerat Lebna.

33 Eo tempore ascendit Horam Rex Gazer, vt auxiliaretur Lachis: quē percussit Josûe cum omni populo eius vsq; ad internecionem. Horam Rex Gazar occiditur.

34 Transiuitque de Lachis in Eglon, & circumdedit atq; expugnauit eam in eadem die: Expugnatur Eglon.

35 Percussitq, in ore gladij omnes animas quæ erant in ea iuxta omnia quæ fecerat Lachis.

36 Ascendit quoque cum omni Israel de Eglon in Hebron, & pugnauit contra eam: Hebron. G

37 Cepitque, & percussit in ore gladij. Regem quoque eius, & omnia oppida regionis illius, vniuersasque animas quæ in ea fuerant commoratæ: non reliquit in ea vllas reliqas: sicut fecerat Eglon, sic fecit & Hebron, cuncta quæ in ea reperit, consumens gladio.

38 Inde reuersus in Dabir, cepit eam, atque vastauit: Dabir.

39 Regem quoq; eius atque omnia per circuitū oppida percussit in ore gladij: non dimisit in ea vllas reliquias: sicut fecerat Hebron & Lebna & Regibus earum, sic fecit Dabir & Regi illius.

40 Percussit itaque Josûe omnem Terram montanam & Meridianam, atque campestrem, & Asedoth cum Regibus suis: non dimisit in ea vllas reliquias, sed omne quod spirare poterat interfecit, sicut præceperat ei Dominus Deus Israel à Cadesbarne vsq; Gazam.

41 Omnem Terram Gosen vsque Gabaon, vniuersosq. Reges & regiones eorum vno impetu cepit atque vastauit:

42 Dominus enim Deus Israel pugnauit pro eo. Reuersusq. est cum omni Israel ad locum castrorum in Galgala. Deus pugnat pro Josue.

CAPVT XI.

CAP. XI.

1 Qvum autem hæc audisset Jabin Rex Hazor, misit ad Jobab Regem Madon & ad Regem Simron, & ad Regem Achsaph,

2 Sed & ad Reges qui erant ad Aquilonem in montanis & in loco campestri contra Meridiem[1] Cinereth, & in locis[2] planis, atque in[3] regionibus Dor ab Occidente.

1 i. maris Genesareth.

2 vel, humilioribus.

3 climatibus. tractibus.

3 [Et ad] Chananæum qui erat ab Oriente & Occidente, & ad Amorrhæum, Hethæum, Pherizæum & Jebusæum in montano, & ad Hiuæum qui erat sub Hermon in terra Mizpa.

4 Illi egressi sunt atque vniuersa castra cum eis, populus multus nimis, vt arena quæ est in littore

1 QVæ cum audisset Jabin Rex Asor, misit ad Jobab Regem Madon, & ad Regem Semeron, atque ad Regem Achsaph: A Congregantur aliquot Reges contra Josue.

2 Ad Reges quoque Aquilonis, qui habitabant in montanis & in planicie contra Meridiem Ceneroth, in campestribus quoque & regionibus Dor iuxta mare:

3 Chananæum quoque ab Oriente & Occidente, & Amorrhæum atque Hethæum ac Pherezæum & Jebusæum in montanis: Heuæum quoq. qui habitabat ad radices Hermon in Terra Maspha.

4 Egressique sunt omnes cum turmis suis, populus multus nimis sicut arena quæ est in littore maris.

matis, equi quoq; & currus immẽsæ multitudinis.

B *Deus tradit Iosue omnes Reges qui conspirauerant in eum.*

5 Conueneruntq; omnes Reges isti in vnum ad Aquas-Merom, vt pugnarent contra Israel.

6 Dixitq; Dominus ad Iosue, Ne timeas eos: cras enim hac eadẽ hora ego tradam omnes istos vulnerandos in cõspectu Israel: equos eorum subnerbabis, & currus igne combures.

Iosue occidit Heuæos, Iebusæos, & reliquos.

7 Venitq; Iosue, & omnis exercitus eius cum eo aduersus illos ad Aquas-merom subitò, & irruerunt super eos.

8 Tradiditque illos Dominus in manus Israel: qui percusserunt eos, & persecuti sunt vsque ad Sidonem magnam & Aquas-maserephot, campúmque Maspha, qui est ad Orientalem illius partem: Itaque percussit omnes, vt nullas dimitteret ex eis reliquias:

9 Fecitque sicut præceperat ei Dominus, equos eorum subneruauit, currusq; combussit igni.

Vrbs Asor percutitur.

10 Reuersusq; statim cepit Asor: & Regem eius percussit gladio. Asor enim antiquitus inter omnia regna hæc, principatum tenebat.

C

11 Percussitq; omnes animas quæ ibidem morabantur: non dimisit in ea vllas reliquias, sed vsq; ad internecionẽ vniuersa vastauit, ipsamq; vrbem [b]peremit incendio.

[b] combussit.

12 Et omnes per circuitum ciuitates, reges quoq; earum cepit, percussit atque deleuit, ‖ sicut præceperat ei Moyses famulus Domini. *Deut. 7. a*

13 Absq; viribus quæ erant in collibus & in tumulis sitæ, cæteras succẽdit Israel, vnam tantum Asor munitissimam flamma consumpsit.

14 Omnemque prædam istarum vrbium ac iumenta diuiserunt sibi filij Israel, cunctis hominib. interfectis.

Prædam partiuntur inter se Israelitæ. *Exod. 34. b* *Deut. 7. a*

15 ‖Sicut præceperat Dominus Moysi seruo suo, ‖ita præcepit Moyses Iosue, & ille vniuersa cõpleuit: non præteriit de vniuersis mandatis, nec vnum quidem verbum quod iusserat Dominus Moysi.

Iosue omnia implet quæ præcepit ei Moyses.

16 Cepit itaq; Iosue omnem Terram, montanã & Meridianam: Terramque Gosen, & planitiem & Occidentalem plagam, montemq; Israel, & campestria eius:

17 Et partem montis, quæ ascendit Seir vsque Baal-gad per planitiem Libani subter montem Hermon: omnes reges eorum cepit, percussit, & occidit.

D

18 Multo tempore pugnauit Iosue contra reges istos.

19 Non fuit ciuitas quæ se non traderet filiis Israel, præter Heuæum qui habitabat in Gabaon: omnes enim bellando cepit.

Heuæus.

20 Domini enim sententia fuerat, vt indurarentur corda eorum, & pugnarent contra Israel, & caderent: & non mererentur vllam clementiã, ac perirent, sicut præceperat Dominus Moysi.

Indurata à Deo Gentes.

21 In illo tempore venit Iosue, & interfecit Enacim de montanis Hebron, & Dabir, & Anab, & de omni monte Iuda & Israel, vrbesque eorum deleuit.

Enacim interfecti.

22 Non reliquit vllum de stirpe Enacim in Terra filiorum Israel: absq; ciuitatibus Gaza & Geth, & Azóto, in quibus solum relicti sunt.

23 Cepit ergo Iosue omnem Terram, sicut locutus est Dominus ad Moysen, & tradidit eam in possessionem filiis Israel secundum partes & tribus suas: quieuitq; Terra à prœliis.

maris, [4] equites & currus valde multi.

5 Isti Reges omnes congregati sunt, & venientes iunxerunt castra apud aquas Merom, vt congrederentur cum Israelitis.

6 Et ait Dominus ad Iehosuam, Ne metuas ab illis, quoniam cras [5] iuxta hoc tempus ego tradam eos omnes saucios coram Israele, equis eorũ [6] neruos incidas, & currus eorum igni combures.

7 Venit itaq; Iehosua & cunctus populus bello aptus cum eo, aduersum illos iuxta aquas Merom, repente irruentes, in eos.

8 Et tradidit eos Dominus in manum Israelis, percusseruntq; eos, & insequuti sunt eos vsq; Zidonẽ [7] maiorem, & vsq; ad [8] calefactiones aquarum, & vsque ad vallem Mitzpa, quæ est ad Orientem, percutientes eos, [9] ita vt neminem ex eis reliquum facerent.

9 Fecitq; eis Iehosua quemadmodum præceperat ei Dominus equis eorum [10] neruos incidit, & currus eorum igne combussit.

10 Et reuersus Iehosua eodem tempore cepit Hazor, & Regem eius ferijt. Etenim Hazor [11] ante fuerat caput omnium istorum regnorum.

11 Percusserunt insuper gladio [12] quidquid in ipsa vitam habebat, [cuncta vastantes: [13] nihil reliquũ facientes quod spirabat, Hazor quoq; ipsam igne succendit.

12 Omnes quoque ciuitates Regum istorum, & vniuersos Reges earum cepit Iehosua, & percussit eos gladio, & internecioni dedit eos, quemadmodum præceperat Moses seruus Domini.

13 Verumtamen omnes vrbes, quæ stabant [14] in tumulis suis non combussit Israel, præter Hazor solam quã incendit Iehosua.

14 Et vniuersa spolia ciuitatum istarum atq; iumenta diripuerunt sibi filii Israel: omnes tamẽ homines percusserunt gladio, donec excinderent eos, nec quidquam quod spirabat reliquum fecerunt.

15 Quemadmodum Dominus præceperat Mosi seruo suo, sic Moses præceperat Iehosuæ, & Iehosua sic fecit, [15] ita vt non demeret quidquam ex omnibus quæ præceperat Dominus Mosi.

16 Occupauit itaq; Iehosua vniuersam terrã illam, montanam & vniuersam Meridionalem, atque omnem terram Gosen, decliuia atq; campestria loca, montẽ quoque Israel & loca eius humiliora,

17 A monte [16] diuisionis, qui [17] ascendit in Seir, vsque ad Baal gad in conualle Libani [18] infra ad montem Hermon: cunctos quoq; Reges earum cepit, percussit eos atq; trucidauit eos,

18 Diebus multis bellum gessit Iehosua cum omnibus Regibus istis.

19 Nec fuit vlla ciuitas quæ pacem [19] iuerit cum filiis Israel, excepto Hiuæis qui habitabant in Gibeon, [sed] bello omnes [ciuitates] obtinuerunt.

20 Siquidem a Domino [hoc] fuit, [20] qui confortabat cor illorum, vt bello resisterent Israeli, vtq; illi eos internecioni darent, nec vlla eis misericordia exhiberetur, [21] sed excinderentur, quemadmodum præceperat Dominus Mosi.

21 Eodem verò tẽpore venit Iehosua, & excidit [22] Enacim ex montibus ab Hebron, Debir, Anab, & de cunctis montanis Iehuda, & de cunctis montanis Israel, vastauit inquam [eos] Iehosua cum ciuitatibus eorum.

22 Nullus ex Enacim relictus est in terra filiorum Israel, dumtaxat in Asa, Gath, & in Asdod relicti sunt.

23 Cepit itaque Iehosua vniuersam terram, [23] iuxta omnia quæ loquutus fuerat Dominus ipsi Mosi. Et Iehosua tradidit eam Israelitis in hæreditatem iuxta diuisiones & tribus eorum: quieuitq; terra [24] a bello.

4 vel, equi.
5 vel, hac ipsa hora.
6 vel, suffragines, siue, crura. Gallicé, Tu leur couperas les iarrets, ne possint scilicet vtensis alijs in bello & sic ductam pœnas in eis.
7 vel, populosam.
8 i. vsq; ad salinas. Docti inter Hebræos exponit etiam aquas calidas. i. locum in quo scaturiunt aquæ calidæ: & hac ratione locũ istum vocatum fuisse Misrephothmaim.
9 Hebr. ita vt nõ reliquerit eis reliquias. i. nullum reliquit superstitem.
10 vel, crura. siue, suffragines.
11 vel, olim erat.
12 Hebr. omnes animas quæ fuerunt in ea. i. omnes personas.
13 Heb. non remansit vlla anima.
14 i. vt sitæ erãt. Verti potest, in robore suo. i. quæ non erant adhuc dirutæ.
15 q. d. non prætermisit quicquã quod non faceret vt imperatũ erat à Mose.
16 Halac. i. glabro, siue detonso, in quo nullæ erant arbores. Chaldæus paraphrast. A monte diuiso.
17 i. ascẽdendo tendit versus Seir quem dicit esse in deserto Sin, per inde sic cap. sequenti, versu 7.
18 ad radices montis.
19 vel, obtulerit.
20 vt induraret.
21 Hebr. nam (hoc factum est) vt deleret eos.
22 i. gigantes siue tyrannos fortissimos.
23 omnino vt dixerat.
24 i. a bello intestino.

A *Catalogus Regum percussorũ à filiis Israel trans Iordanem Sehon.*

CAPVT XII.

[1] HI sunt Reges quos percusserunt filii Israel, & possederunt Terram eorum trans Iordanẽ ad

HI sunt Reges terræ illius quos percusserunt filij Israel, & possiderunt terram eorum [1] cis Iordanem

CAP. XII.
1 vltra Retpe. Ou lo[...] in quo erant castrationes.

ad exorientem Solem, à torrente Arnon vsq. ad montem Hermon, & ad omnem planitiem Orientalem.

2 Sihon Rex Amorrhæorum qui habitabat in Hesbon & imperitabat ab Aroer, quæ est iuxta ripam torrentis Arnon, & à medio torrentis, & dimidia Gilead vsque ad Iabbok torrentem, qui est limes filiorum Ammon.

3 Et planitie quoq. vsque ad mare Cinereth, ad Orientem, & vsq. ad mare solitudinis, mare inquam salis ad Orientem, via Beth-iesimoth, & à Meridie subter scatebras collium,

4 Et limitem Og Regis Basan, qui reliquus erat ex Rephaim, habitabatq. in Astaroth & Edrai.

5 Et imperitabat in monte Hermon, & in Salcha, atque in vniuersa Basan, vsq. ad limitem Gessuri & Maachati, & dimidii [montis] Gilead, qui limes erat Sihon Regis Hesbon.

6 Hos percusserunt Moses seruus Domini & filij Israel, tradiditq. illam [terram] Moses seruus Domini possidendam Rubenitis, Gaditis, & dimidiæ tribui Manasse.

7 Isti verò sunt Reges terræ quos percussit Iehosua & filij Israel vltra Iordanem ad Occidentem à Baal Gad quæ est in valle Libani vsq. ad montem diuisionis, qui ascendit in Seir, quam dedit Iehosua Israeli possidendam per portiones suas.

8 In montibus & conuallibus, in planicie, & fluuiis, in deserto, & in Meridie, Hithæus, Amorrhæus, Chananæus, Pherizæus, Hiuæus & Iebusæus.

9 Rex Iericho vnus, Rex Hai, quæ est à latere Beth-el, vnus:

10 Rex Hierosolymorum vnus, Rex Hebron vnus,
11 Rex Iarmuth vnus, Rex Lachis vnus,
12 Rex Eglon vnus, Rex Gezer vnus,
13 Rex Debir vnus, Rex Geder vnus,
14 Rex Herma vnus, Rex Arad vnus,
15 Rex Libna vnus, Rex Adullam vnus,
16 Rex Maceda vnus, Rex Beth-el vnus,
17 Rex Tapua vnus, Rex Hepher vnus,
18 Rex Aphec vnus, Rex Saron vnus,
19 Rex Madon vnus, Rex Hazor vnus,
20 Rex Simron Meron vnus, Rex Achsaph vnus,
21 Rex Taanach vnus, Rex Megido vnus,
22 Rex Kedesch vnus, Rex Iacneam de Charmel vnus,
23 Rex Dor de regione Dor vnus, Rex Goim in Gilgal vnus,
24 Rex Thirza vnus. Omnium Regum triginta vnus.

Solis ortum, à Torrente Arnon vsque ad montem Hermon, & omnem Orientalem plagam quæ respicit solitudinem.

2 Sehon Rex Amorrhæorum, qui habitauit in Hesebon, dominatus est ab Aroer quæ sita est super ripam Torrentis Arnon, & mediæ partis in valle, dimidiæq. Galaad, vsq. ad Torrentem Ieboc qui est terminus filiorum Ammon.

3 Et a solitudine vsq. ad Mare Ceneroth contra Orientem & vsque ad Mare deserti, quod est mare salsissimum, ad Orientalem plagam per viam quæ ducit Beth-simoth, & ab Australi parte, quæ subiacet Asedoth, vsq. Phasga.

4 Terminus Og Regis Basan, de reliquiis Raphaim, qui habitauit in Astaroth, & in Edrai.

5 Et dominatus est in monte Hermon, & in Salecha, atq. in vniuersa Basan, vsq. ad terminos Gessuri, & Machati, & dimidiæ partis Galaad, & terminos Sehon Regis Hesebon,

6 Moyses famulus Domini, & filij Israel percusserunt eos, tradiditq. Terram eorũ Moyses in possessionem Rubenitis, & Gaditis, & dimidiæ tribui Manasse.

7 Hi sunt Reges Terræ, quos percussit Iosue & filij Israel trans Iordanem ad Occidentalem plagã, à Baal-gad in campo Libani, vsq. ad montem Libani, cuius pars ascendit in Seir: tradiditq. eam Iosue in possessionem tribus Israel,

8 Singulis partes suas, tam in montanis, quàm in planis atq. campestribus. In Asedoth, & in solitudine ac in Meridie Hethæus fuit & Amorrhæus, Chananæus & Pherezæus, Heuæus & Iebusæus.

9 Rex Iericho vnus: Rex Hai, quæ est ex latere Beth-el, vnus:

10 Rex Ierusalem vnus, Rex Hebron vnus,
11 Rex Ierimoth vnus, Rex Lachis vnus,
12 Rex Eglon vnus, Rex Gazer vnus,
13 Rex Dabir vnus, Rex Gader vnus,
14 Rex Herma vnus, Rex Hered vnus,
15 Rex Lebna vnus, Rex Adullam vnus,
16 Rex Maceda vnus, Rex Beth-el vnus,
17 Rex Taphua vnus, Rex Opher vnus,
18 Rex Aphec vnus, Rex Saron vnus,
19 Rex Madon vnus, Rex Asor vnus,
20 Rex Semeron vnus, Rex Achsaph vnus,
21 Rex Thenac vnus, Rex Mageddo vnus,
22 Rex Cedes vnus, Rex Iachanam Charmeli vnus, 23 Rex Dor, & prouinciæ Dor vnus, Rex Gentium Galgal vnus, 24 Rex Thersa vnus: omnes Reges triginta vnus.

CAPVT XIII.

1 Quum igitur iam Iehosua consenuisset, processissetq. ætate, dixit Dominus ad eum, Tu iam senex factus es, processistiq. ætate, reliqua autem adhuc admodum multa terra quam occupetis.

2 Hæc vero est terra quæ adhuc restat, Omnes limites Philistinorum, & vniuersa Gessuri.

3 De Schihor qui est coram Ægypto, vsq. ad limitem Ekron ad Aquilonem, quæ inter Chananæos reputatur, quinq. scilicet satrapiæ Palæstinorum, nempe Azathæa, Asdodæa, Ascalonæa, Gethæa, Ekronæa & Auæa.

4 Ab Australi quoq. parte tota terra Chananæorũ, & declime latus ad Zidonios vsq. Aphec, ad limitem Amorrhæi.

5 Et terra Giblæorum, & vniuersus Libanus ad orientem Solem, à Baal-gad subtus montem Hermon, donec venitur ad Hemath,

6 Omnes habitantes in montanis à Libano vsque ad exustiones aquarum, omnes Zidonios ego exterminabo à facie filiorũ Israel, modo inijce eã diuidas Israeli, vt hæreditate [accipiat] quemadmodum præcepi tibi.

1 Iosue senex prouectæq. ætatis erat, & dixit Dominus ad eum, Senuisti, & longæuus es, Terraq. latissima derelicta est,

2 Quæ necdum sorte diuisa est: omnis videlicet Galilæa Philisthiim, & vniuersa Gessuri,

3 A fluuio turbido qui irrigat Ægyptum, vsque ad terminos Accaron contra Aquilonem, Terra Chanaan: quæ in quinq. regulos Philisthiim diuiditur, Gazæos, & Azotios, Ascalonitas, Gethæos, & Accaronitas.

4 Ad Meridiem verò sunt Heuæi, omnis Terra Chanaan, & Maara Sidoniorum, vsque Apheca & terminos Amorrhæi, eiusq. confinia.

5 Libani quoq. regio contra Orientem à Baalgad, sub monte Hermon, donec ingrediaris Emath.

6 Omnium qui habitabant in monte à Libano, vsq. ad Aquas maserephoth, vniuersiq. Sidonij: ego sum qui delebo eos a facie filiorũ Israel. veniat ergo in partẽ hæreditatis Israel, sicut præcepi tibi.

3 vel, campestrium. 1 torrentis [illegible]
3 vel, declinatio. Palga (montis) 1. vel radices montis Phasga.
4 Gessuræorum & Maachathæorum,
5 dimidium Gilead,
6 vel, planicies.
7 Halac. i. glabrũ, siue detonsum, quia nullæ erant arbores.
8 1. assurgendo tendit.
9 vel, campestribus,
10 locis declibus.
11 Ista sunt nomina vrbiũ metropolitanarum quæ habebant alias sub se.
12 Lasaron.
13 1. quæ erat iuxta Meron.
14 Charmeli, quæ erat iuxta Charmel.
15 prouinciæ Dor.
16 vel, Gentiũ.

CAP. XIII.
1 Hebr. & venisset in dies suos. Venisse in dies, est consenuisse. & esse confectum senio. 2 Heb. & venisti in dies. 3 ad possidendũ eam. 1. Supereft maxima pars Terræ quæ debellãda est, & possidenda. 4 [illegible] 5 sub regio Gessurorum, 6 vel, Ab amne turbido. 1. riuulo quodam Nili, qui [illegible] mare Pelusiacũ ad Ostium. Vel à Nilo qui est contra Ægyptum. 1. qui terminus est [illegible] Terræ [illegible] quæ respicit Ægyptum, ab Austro [illegible] Sic Hebr. 7 Recenset [illegible] satrapias, quas [illegible] Heuæa [illegible] satrapia [illegible] enumerari quinque [illegible] probat [illegible]
8 Meharo [illegible]
9 [illegible]

habitabat B *Og.* *terminum*

C *Reges à Iosue occisi. 31.*

Asedoth

D *Hepher* *Lasarona* *Madon* *Meron.*

A *Iubet Dominus Iosue vt dominandos reliquos Terram Israelitis.*

habitantes

[illegible] ... vsq. ad Aphec, hoc est, vsq. ad limites Amorrhæi [illegible] vel [illegible] ad radices montis Hermon. 11 vel, exustiones. Heb. Misrephot-maim. [illegible] vt est Chaldæus paraphr. 12 1. propter [illegible] filiorum Israel. 13 Heb. tantum cadere facito eam. 1. tantum diuidas sortibus [illegible]

B 7 Et nunc diuide Terram in possessionem nouem tribubus, & dimidiæ tribui Manasse.

8 Cum qua Ruben & Gad possederunt Terram, quam tradidit eis Moyses famulus Domini trans fluenta Iordanis, ad Orientalem plagam: — *Nume. 32.f*

9 Ab Aroer quæ sita est in ripa torrentis Arnon, & in vallis medio, vniuersaque campestria Medaba, vsque Dibon:

10 Et cunctas ciuitates Sehon regis Amorrhæi, qui regnauit in Hesebon vsque ad terminos filiorum Ammon.

11 Et Galaad, ac terminum Gessuri & Machati, & omnem montem Hermon, & vniuersam Basan, vsque ad Salecha.

12 Omne regnum Og in Basan, qui regnauit in Astaroth & Edrai, ipse fuit de reliquiis Raphaim: percussitque eos Moyses, atque deleuit.

13 Nolueruntque disperdere filii Israel Gessuri & Machati: & habitauerunt in medio Israel vsque in præsentem diem. — *Gessuri. Machati.*

14 Tribui autem Leui non dedit possessionem: sed sacrificia & victimæ Domini Dei Israel ipsa est eius hæreditas, sicut locutus est illi. — *Tribui Leui non datur possessio. Num. 18.c*

15 Dedit ergo Moyses possessionem tribui filiorum Ruben iuxta cognationes suas. — *Possessio filiorum Ruben.*

C 16 Fuitque terminus eorum ab Aroer, quæ sita est in ripa torrentis Arnon, & in valle eiusdem torrentis media: vniuersam planiciem, quæ ducit Medaba.

17 Et Hesebon, cunctosque viculos * earum qui sunt in campestribus Dibon quoque, & Bamoth baal, & oppidum Baal meon, — ** eius.*

18 Et Iassa, & Cedimoth, & Mephaath,

19 Et Cariathaim, & Sabama, & Sarathasar in monte conuallis.

20 Beth phogor & Asedoth, Phasga & Beth-iesimoth,

21 Et omnes vrbes campestres, vniuersaque regna Sehon regis Amorrhæi, qui regnauit in Hesebon, quem percussit Moyses cum principibus Madian: Heuæum, & Recem & Sur, & Hur, & * Rebe duces Sehon habitatores Terræ. — *Nume. 31.a* — ** Rebe.*

22 Et Balaam filium Beor ariolum occiderunt filii Israel gladio cum cæteris interfectis. — *Balaam occisus.*

23 Factusque est terminus filiorum Ruben Iordanis fluuius. Hæc est possessio Rubenitarum per cognationes suas vrbium & viculorum.

24 Deditque Moyses tribui Gad & filiis eius per cognationes suas possessionem, — *Possessio tribus Gad.*

25 Cuius hæc diuisio est: Terminus Iazer, & omnes ciuitates Galaad, & dimidiam partem Terræ
D filiorum Ammon: vsque ad Aroer quæ est contra Rabba.

26 Et ab Hesebon vsque * Ramoth, Masphe & Betonim: & a Manaim vsque ad terminos Dabir. — ** Ramath.*

27 In valle quoque Beth aram, & Beth nemra, & Socoth, & Saphon reliquam partem regni Sehon regis Hesebon: huius quoque finis, Iordanis est vsque ad extremam partem maris Cenereth trans Iordanem ad Orientalem plagam.

28 Hæc est possessio filiorum Gad per familias suas, & ciuitates, & villæ earum.

29 Dedit & dimidiæ tribui Manasse, filiisque eius iuxta cognationes suas possessionem, cuius hoc principium est: — *Possessio dimidiæ tribus Manasse.*

30 A Manaim vniuersam Basan, & cuncta regna Og regis Basan, omnesque vicos Iair, qui sunt in

7 Tu itaque diuide terram istam in hæreditatem nouem tribubus, & dimidiæ tribui Manasse.

8 [14] Cum ea enim Rubenitæ & Gaditæ acceperunt hæreditatem suam quam dedit eis Moses, [15] cis Iordanem ad Orientem, quemadmodum tradidit eis Moses seruus Domini,

9 Ab Aroer quæ est ad ripam torrentis Arnon, & [16] ab vrbe quæ est in medio torrentis, & vniuersam planiciem Medeba vsque Dibon.

10 Omnes quoque ciuitates Sihon regis Amorrhæorum qui regnauit in Hesbon, vsque ad limitem filiorum Ammon.

11 Gilead quoque, & limitem Gessuri atque Maachati, & omnem montem Hermon, cum vniuersa Basan vsque ad Salcha,

12 Totum regnum Og [17] in Basan, qui regnauit in Astaroth & Edrai, quique superfuit ex reliquiis [18] Rephaim, hos inquam percussit Moses & expulit eos.

13 [19] Gessuri autem & Maachati non expulerunt filii Israel, sed habitauit [20] Gessur & Maachat inter Israelitas in hunc vsque diem.

14 [21] Tribui vero Leui non dedit hæreditatem, (sed) sacrificia Domini Dei Israelis quæ igne consumunt, hæreditas eius est sicut [22] loquutus est [23] illi.

15 Dedit autem Moses tribui filiorum Ruben [24] iuxta familias suas,

16 [25] Fuitque limes eorum ab Aroer, quæ sita est ad ripam torrentis Arnon, & [26] ab vrbe, quæ est in medio torrentis, & tota planicies vsque Medeba,

17 Hesbon cum vniuersis oppidis suis [27] quæ sunt in planicie, [28] Dibon, & Bamoth-baal, Beth-baal meon.

18 Iahza, & Kedemoth, Mephaath,

19 Kiriathaim, Sibma, & Zereth-sahar [28] in monte vallis,

20 [29] Domum Peor, & [30] scatebras collis, sed & Beth iesimoth.

21 Omnes quoque ciuitates planiciei, & vniuersum regnum Sihon regis Amorrhæi, qui regnauit in Hesbon quem percusserat Moses cum principibus Midiam, Eui, & Rekem, Zur, Hur atque Reba, qui principes fuerunt Sihon, habitantes in ea terra.

22 Bilaam quoque filium Beor diuinatorem occiderunt filii Israel gladio [31] cum interfectis eorum.

23 Et fuit limes filiorum Ruben Iordanis [32] cum termino suo. Hæc fuit hæreditas filiorum Ruben secundum familias suas, id est ciuitates & villæ earum.

24 Dedit insuper Moses tribui Gad, nempe filiis Gad per familias suas.

25 Fuit autem limes eorum Iaezer, & omnes ciuitates Gilead, & [33] dimidia pars terræ filiorum Ammon, vsque ad Aroer quæ est e regione Rabba.

26 Et ab Hesbon vsque Ramath [34] Mizpe, & Betonim, & a Mahanaim vsque ad limitem Debir.

27 [35] In valle quoque Beth aram, & Beth nimra, Succoth, & Zaphon [36] reliquum regni Sihon regis in Hesbon, [37] ad Iordanem & limitem eius vsque ad extremitatem maris Cinnereth [38] cis Iordanem ad Orientem.

28 Hæc est hæreditas filiorum Gad per familias suas, ciuitates & villæ earum.

29 Dedit insuper Moses dimidiæ tribui Manasse, & [39] fuit dimidiæ tribui filiorum Manasse per familias suas.

30 Limes eorum fuit a Mahanaim, vniuersa Basan, totum regnum Og regis Basan, omnesque vi-

14 i. Cum illa dimidia tribu Manasse.
15 Vltra.
16 [illegible]
17 i. qui habebat solium suum in Basan.
18 vel, gigantum.
19 vel, Nec Gessuræos nec Machathæos expulerunt.
20 i. Gessuræi & Machathæi.
21 Tantum tribui, vel, Verum tribui, &c.
22 dixerat.
23 sub. Mosi. Vel potius illi tribui, siue de illa tribu Leui.
24 singulis nempe pro rata parte.
25 Fuitque illis limes.
26 vrbs.
27 & omnes in planicie sita.
28 vel, quæ sita est in tumulo plano.
29 Et Beth peor.
30 Asdoth-phasga.
31 i. vna cum aliis a se trucidatis.
32 i. cum regione illi adiacente.
33–39 [illegible]

et Iair, qui sunt in Basan, sexaginta ciuitates.

31 Dimidiaque Gilead, Astaroth, & Edrai ciuitates regni Og [42] in Basan, [41] filiorum Machir, filii Manasse, dimidia scil. parti filiorum Machir iuxta familias suas.

32 Hæc sunt quæ hæreditate distribuit Moses in campestribus locis Moab trans Iordanem [42] (e regione) Iericho ad Orientem.

33 Tribui verò Leui non dedit Moses hæreditatem, (quoniam) Dominus Deus Israel [43] est hæreditas eorum, [44] vt pollicitus est eis.

Basan, sexaginta oppida:

31 Et dimidiam partem Galaad, & Astaroth, & Edrai vrbes regni Og in Basan: filiis Machir, filii Manasse dimidiæ parti filiorum Machir iuxta cognationes suas.

32 Hanc possessionem diuisit Moyses in campestribus Moab, trans Iordanem contra Iericho ad Orientalem plagam.

33 Tribui autem Leui non dedit possessionem: quoniam Dominus Deus Israel ipse est possessio eius, vt locutus est illi. Num. 18. c.

CAPVT XIV.

1 HÆc verò sunt quæ hæreditate acceperunt filii Israel in terra Chanaan, quæ distribuerunt illis Eleazar sacerdos, & Iehosua filius Nun, atque capita patrum de tribubus filiorum Israel.

2 [1] Sorte autem hæreditatem illam suam (acceperunt,) quemadmodum præceperat Dominus [2] per Mosen [3] (vt daret) nouem tribubus atque dimidia tribui.

3 Nam duabus tribubus & dimidia tribui dederat Moses hæreditatem cis Iordanem: Leuitis autem nullam dedit hæreditatem inter illos.

4 Etenim filii Ioseph facti sunt [4] duæ tribus, nempe Manasse & Ephraim: [5] ideo non dederunt partem Leuitis in terra, nisi ciuitates ad habitandum, cum agris earum suburbanis pro pecoribus & [6] possessione eorum.

5 Quemadmodum præceperat Dominus Mosi, sic [7] fecerunt filii Israel [8] diuidentes terram.

6 Accedentibus autem filiis Iehudah ad Iehosuam in Gilgal, Caleb filius Iephunne Kenesæus dixit ad eum, Tu nosti sermonem quem loquutus est Dominus ad Mosen virum Dei, mei & tui gratia in Kades-barnea.

7 Natus eram quadraginta annos quum mitteret me Moses seruus Domini ex Kades-barnea ad explorandum terram, & retuli rem ipsam sicut erat in corde meo.

8 Fratres autem mei qui ascenderant mecum, [9] liquefecerunt cor populi, ego verò [10] perfecte sequutus Dominum Deum meum.

9 Iurauitque Moses eodem tempore hisce verbis, [11] Certè terra quam calcauit pes tuus, tibi & filiis tuis cedent in hæreditatem perpetuam, eo quod [12] perfecte sequutus es Dominum Deum.

10 Et en seruauit me Dominus in vita, sicut loquutus [13] est, iste quadragintaquinque annis, ex eo tempore quo loquutus est Dominus sermonem hunc ad Mosen, [14] quo profectus est Israel in deserto. [15] nunc igitur hodie sum natus octoginta quinque annos.

11 [16] Hactenus tam validus, quam fui eo die quo misit me Moses: vt fuit robur meum tum, ita & nunc est robur meum siue belligerandum, [17] siue egrediendum siue etiam ingrediendum sit.

12 Nunc igitur da mihi montem istum, de quo loquutus est Dominus die illa. tu enim audisti eodem die, quod [18] Anacim sunt ibi, & ciuitates magnæ & munitæ: forte Dominus mihi adfuerit, vt possim eos expellere, quemadmodum Dominus pollicitus est.

13 [19] Benedixit vero ei Iehosua, & dedit Caleb filio Iephunne [20] Hebron in hæreditatem.

14 Atque hinc Hebron cessit ipsi Caleb filio Iephunne Kenesæo in hæreditatem in hunc vsque diem, eo quod [12] perfecte sequutus sit Dominum Deum Israelis.

15 Porrò nomen Hebron antea fuit Kiriatharba fuit enim (Arba) homo [21] magnus inter Anacim. & terra [22] quietem habuit à bello.

1 HOc est quod possederunt filii Israel in Terra Chanaan, quam dederūt eis Eleazar sacerdos, & Iosue filius Nun, & principes familiarum per tribus Israel: A

2 Sorte omnia diuidētes, sicut præceperat Dominus in manu Moysi, nouem tribubus, & dimidiæ tribui Manasse. Num. 34. d.

3 Duabus enim tribubus, & dimidiæ dederat Moyses trans Iordanem possessionem: absque Leuitis, qui nihil terræ acceperunt inter fratres suos.

4 Sed in eorum [a] successerant locum filii Ioseph in duas diuisi tribus, Manasse & Ephraim: nec acceperunt Leuitæ aliam in terra partem, nisi vrbes ad habitandum, & suburbana earum ad alenda iumenta & pecora sua. B

5 Sicut præceperat Dominus Moysi, ita fecerūt filii Israel, & diuiserunt Terram.

6 Accesserunt itaque filii Iuda ad Iosue in Galgala, locutusque est ad eum Caleb filius Iephone Cenezæus, Nosti quid locutus sit Dominus ad Moysen hominem Dei de me & te in Cades-barne.

7 Quadraginta annorum eram quando misit me Moyses famulus Domini de Cades barne, vt considerarem Terram, nunciauique ei quod mihi verum videbatur. Num. 14. d.

8 Fratres autem mei qui ascenderant mecum, dissoluerunt cor populi: & nihilominus ego secutus sum Dominum Deum [a] tuum. C

9 Iurauitque Moyses in die illo, dicens, Terra quam calcauit pes tuus, erit possessio tua, & filiorum tuorum in æternum: quia secutus es Dominum Deum [a] tuum.

10 Concessit ergo Dominus vitam mihi, sicut pollicitus est vsque in præsentem diem. quadraginta & quinque anni sunt, ex quo locutus est Dominus verbum istud ad Moysen, quando ambulabat Israel per solitudinem: hodie octoginta quinque annorum sum.

11 Sic valens, vt eo valebam tempore quando ad explorandum missus sum: illius in me temporis fortitudo vsque hodie perseuerat, tam ad bellandum quam ad gradiendum. D

12 Da ergo mihi montem istum, quem pollicitus est Dominus, te quoque audiente, in quo Enacim sunt, & vrbes magnæ atque munitæ: si forte sit Dominus mecū, & potuero delere eos: sicut promisit mihi.

13 Benedixitque ei Iosue: & tradidit ei Hebron in possessionem.

14 Atque ex eo fuit Hebron Caleb filio Iephone Cenezæo vsque in præsentem diem: quia secutus est Dominum Deum Israel.

15 Nomen Hebron antè vocabatur Cariath-arbe: Adam maximus ibi inter Enacim situs est: & Terra cessauit à prœliis.

Num. 18. c. — Num. 34. d. — [a] *successerunt Manasse & Ephraim, vice Leuitarum accipiunt hæreditatem.* — *Caleb postulat sibi promissam hæreditatem.* — Num. 14. d. — [a] *meum.* — supra 4. A. — [a] *meum.* — Eccl. 46. b. — *Traditur ei Hebron.* — 1. Mach. 2. f.

40 sub qui regnabat in Basan

41 i. nepotum Machir. sub. fuerunt.

42 i. qua parte non procul distat à Ierichunte.

43 i. est illis vice hæreditatis.

44 vt dixit de illis.

CAP. XIV.

1 Heb. Per sortem hæreditatis suæ. Hoc mutatur præcedenti. i. quæ possederunt missis sortibus, siue per sortem, quæ assignabat singulis suam hæreditatem.

2 Heb. in manu Mosis i. Mose internuncio.

3 vel, vt daret hæreditatem.

4 sub. inter quas non comprehenditur tribus Leui, & tamen supersunt adhuc nouem.

5 nec dederunt

6 gregibus

7 sub. diuidendo vel, in diuisione terræ.

8 &c. ita; partim fuit

9 dissoluerunt. i. ademerunt illis animum.

10 Heb. adimpleui (voluntatem, eundo) post Dominum &c. i. adimpleui voluntatem Domini, eundo post eum, hoc est sequendo ipsum. Feci voluntatem Domini dum conatus sum animos addere populo.

11 Heb. Si non. Sub. dispeream, aut aliquid simile, si non terra &c.

12 Heb. adimplesti (voluntatem eundo) post Dominum eius fuerat.

14 (cum) quo vagatus est Israel per desertum vel, quibus (quadraginta quinque annis) vagatus est Israel &c.

15 & nunc ecce

16 Heb. Adhuc hodie fum (ita) fortis, 17 i. ad iter capessendum. Gallice, soit à aller, soit à venir. 18 gigantes 19 Benedicere hic pro collaudare poni videtur 21 semper aptum & proceritatem cum vrbibus quæ ei sunt sub eius ditione, nam Hebron fuit vrbs perfugii. 21 vel, maximus gigantum. i. clarissimus inter eos. 22 i. non fuit amplius vexata prœliis, sed quieuit ad tempus.

CAP. XV.

CAPVT XV.

A 1 IGitur sors filiorum Iudæ per cognationes suas ista fuit: A termino Edom vsque ad desertum Sin contra Meridiem, & vsq; ad extremam partem Australis plagæ.

Sors filiorum Iuda. Num. 34. a.

2 Initium eius à summitate maris salsissimi, & à lingua eius quæ respicit Meridiem.

3 Egrediturque contra Ascensum-scorpionis, & pertransit in Sina: ascenditque in Cades-barne, & peruenit in Esron, ascendens ad Addar, & circuiens [a] Cariathaa.

[a] Carcaa,

4 Atque inde pertransiens in Asemona, & perueniens ad Torrentem-Ægypti: eruntque termini eius Mare-magnum. hic erit finis Meridianæ plagæ.

5 Ab Oriente verò erit initium mare salsissimũ vsque ad extrema Iordanis: & ea quæ respiciũt ad Aquilonem à lingua maris vsque ad eundem Iordanis fluuium.

B 6 Ascenditq; terminus in Beth hagla, & transit ab Aquilone in Beth-araba: ascendens ad Lapidem-boen filii Ruben.

7 Et tendens vsque ad terminos Debera de Valle-achor, contra Aquilonem respiciens Galgala, quæ est ex aduerso Ascensionis-adommim, ab Australi parte torrentis: transitque aquas quæ vocantur Fon-solis: & erunt exitus eius ad Fontem-rogel.

8 Ascenditq; per [b] conuallem filii Ennom ex latere Iebusæi ad Meridiem, hæc est Ierusalem: & inde se erigens ad verticem montis qui est contra Ge-ennom ad Occidentem in summitate Vallis-raphaim contra Aquilonem

[b] vallem

9 Pertransitq; à vertice montis vsq; ad fontem
C aquæ Nephtoa: & peruenit vsq; ad vicos montis Ephron: inclinaturq; in Baala, quæ est Cariath-iarim, id est vrbs syluarum.

10 Et circuit de Baala contra Occidentem, vsq; ad montem Seir: transitq; iuxta latus montis Iarim ad Aquilonem in Cheslon: & descendit in Beth-sames, transitq; in Thamna.

11 Et peruenit contra Aquilonem partis Accaron ex latere: inclinaturque Sechrona, & transit montem Baala: peruenitque in Iebneel, & magni maris contra Occidentem fine concluditur.

12 Hi sunt termini filiorum Iuda per circuitum in cognationibus suis.

Sors Caleb.

13 Caleb verò filio Iephone dedit partem in medio filiorum Iuda, sicut præceperat ei Dominus: Cariath-arbe patris Enac, ipsa est Hebron.

Iud. 1. b.

14 ‖ Deleuitq; ex ea Caleb tres filios Enac, Sesai
D & Ahiman & Tholmai de stirpe Enac.

15 Atque inde conscendens venit ad habitatores Dabir, quæ prius vocabatur Cariath-sepher, id est ciuitas literarum.

16 Dixitque Caleb, Qui percusserit Cariath-sepher, & ceperit eam, dabo ei Axam filiam meam vxorem.

17 Cepitque eam Othoniel filius Cenez frater Caleb iunior: deditque ei Axam filiam suam vxorem.

18 Qui cum pergerent simul, suasa est à viro suo vt peteret à patre suo agrum, suspirauitque vt sedebat in asino. Cui Caleb, Quid habes, inquit?

Axa filii Caleb petit à patre Terram irriguam.

1 HÆc verò fuit sors tribus filiorum Iehuda per familias suas, nempe (versus) limitem Edom [1] deserti Zin [2] ad Meridiem, [3] ab extremitate Australi. [3]

2 Fuitque limes eorum Meridianus, ab extremitate maris [3] salsi, [4] à petra [5] respiciente Meridiem.

3 Et [5] egreditur [6] ad (locum qui fuit) à Meridie ad ascensum Acrabim: [6] pertransiens (illinc) vsque [7] Zin, [8] ascendensq; à Meridie ad [9] Kades-barnea, [9] transiens Hetzron, atque ascendens ad Addar, reflectit se ad Carcaa.

4 Hinc transit in Atzmon, exitq; ad torrentem Ægypti & sunt exitus huius limitis in Occidua plaga. atq; hic sit vobis limes Meridionalis.

5 Limes verò Orientalis est mare salsum [10] vsque ad extremitatem Iordanis: [10] & limes in angulo Aquilonari [11] à lingua [11] maris & [12] ab extremitate Iordanis. [12]

6 Ascenditq; limes iste in Beth-hogla, & transit ab Aquilone ad Beth-araba, & hinc ascendit limes iste ad lapidem Behan filii Ruben.

7 Rursus ascendit hic limes in Debir à valle Achor, & versus Aquilonem respicit Gilgal, quæ est iuxta ascensum Adumim, [13] quæ est ab Austro torrentis: pertransitq; limes iste ad [14] aquas Enschemes, [14] & fines eius sunt iuxta fontem [15] Rogel.

8 Ascenditque hic limes [16] per vallem [16] filii Hinnom, iuxta latus Iebusæi à Meridie, [17] hæc est Ierosolyma, [18] rursum ascendit [18] hic limes in verticem montis qui est e regione vallis filii Hinnon ad Occidentem, [19] quique est [19] in extremitate vallis Rephaim ad Aquilonem.

9 [20] Deflectit [20] autem limes iste à vertice montis ad fontem aquæ Nephtoah, egrediturq; ad ciuitates montis Ephron, & hinc vergit limes iste in Baala quæ est [21] Kiriath iearim. [21]

10 Et [22] circuit [22] limes iste à Baala versus Occidentem vsque ad montem Seir, & (illinc) transit ad latus montis Iearim, ab Aquilone quæ est Chesalon, descenditque in Bethschemes, transitq; in Thimna.

11 Et rursum egreditur limes iste ad [23] latus [23] Ecron versus Aquilonem, & deflectit idem limes in Siccron, pertransitq; montem Baala, exiens illinc in Iabneel, definiuntq; fines huius limitis ad mare Occidentale.

12 Limes verò Occidentalis est mare magnum, [24] isq; [25] limes est filiorum [25] Iehuda per circuitum in familiis suis.

13 Porrò Caleb filio Iephunne dedit (Iehosua) partem in medio filiorum Iehuda [26] iuxta os Domini ad Iehosuam: [26] nempe Kiriath-arba patris [27] Anac, [27] quæ est Hebron.

14 Et Caleb [28] eiecit [28] inde tres filios [29] Anac, [29] scilicet Sesai, Ahiman atq; Thalmai, qui filii fuerunt Anac.

15 Hinc ascendit ad habitatores Debir: & fuit nomẽ Debir antea [30] Kiriath-seper. [30]

16 Et ait Caleb, Qui percusserit Kiriath-sepher, & eam ceperit, huic dabo Achsam filiam meam vxorem.

17 Cepitque eam Othniel [31] filius [31] Kenas [32] fratris [32] Caleb, & dedit ei vxorem filiam suam Achsam.

18 Factum est autem quum [33] ingrederetur ipsa, [33] suasit ei vt postularet à patre suo [34] agrum. [34] & demisit (sese) ex asino. Dixitq; ad eam Caleb, Quid [35] tibi?

1 (&) desertum Sin &c. Idumæa & desertum Sin erant pro termino Australi.
2 in extremitate Austri. i. in latere illo quod aspicit Austrum. q. d. tribus illa à parte Australi habuit pro limite Idumæam & desertum Sin. per Sade.
3 i. mortui.
4 Heb. (id est) à lingua &c. Linguam vocat promontorium, quod excurrens in mare figuram linguæ habeat. Chaldæus paraphr. vertit promontorium. Alii dicunt significare excursum maris in terram, quod longitudine & strictius instar linguæ excurrat in eam.
5 i. hinc excurrit.
6 ad (locum qui est) ad Meridiem (loci qui dicitur) Maale-acrabim. i. Ascensus scorpionum, montana sunt quæ se in modũ scorpionum incuruant.
7 vrbs est quæ deserto Sin per Sade, nomen dedit.
8 vel, progrediensque
9 Alia est Cades-barnea in deserto Pharan: hæc verò est tribus Iudæ.
10 i. vsque ad eum locum qua influit Iordanis in mare salsum.
11 i. à promontorio altero. subincipit.
12 i. ex parte qua Iordanis influit in mare salsum.
13 Qui est in plaga Orientali ipu Nahal
14 vel, Fontem solis,
15 Significat hæc vox fullonẽ, quod pedibus mundet vestes fullo.
16 ad vallem
17 i. Ierusalem est in eo latere quod attribuitur Iebusæis: non est igitur

tribus Iuda, sed Beniamin. 18 vel, & progreditur 19 quæ est 20 Heb. Circuibat. Describit lineam circularem i. Circuit. 21 i. Vrbs nemorum. 22 vel, vertit se. tendit 23 vel, extremitatem 24 Heb. & terminus: regio finitima mari magno, hoc est mediterraneo. 25 iste est terminus filiorum &c. q. d. hisce montis describitur regio assignata tribui Iuda. 26 i. de mandato Domini facto ad Iosue. 27 gigantum. i. celeberrimi inter gigantes. 28 mortuo scilicet Iosue. Hæc sequentia de Caleb, per anticipationem dicuntur: nam mortuo Iosue facta fuerunt, vt legitur in lib. Iudic. cap. 1. 29 gigantum i. tres gigantes. 30 i. ciuitas literarum, hoc est, academia. 31 i. nepos: igitur eodem patre nati. Alii dicunt hic fratrem pro cognato accipi. Doctiores filium, nepotem interpretantur, & filiũ Kenas, Kenaz. 32 fratris. Hi erant fratres ex parte matris. 33 deduceretur. sub. in domũ sponsi. 34 sub. fertilem. i. regionem aliquã arabilẽ ac fertilẽ. 35 sub. vis, vel est.

36 Heb. benedictionem. i. munus aliquod. Chald. paraph. hæreditatē versit.
37 Heb. siccitatis, siticulosam & arentem.
38 fontes (vel, scaturigines) aquarum. Vnde scilicet possim irrigare terram arentem.
39 fontes superiores (partis agri) agrum in quo erant fontes in parte superiore & inferiore. Quidam scaturigines superiores interpretantur fontes erumpentes e terra & inferiores scaturigines, puteos.
40 ab extremitate tribus.
41 iuxta limitem, &c. Hic enumerantur triginta octo vrbes, quarum nouem ex illis erant de tribu Simeonis, quæ quidē possessionem habebat intra limites tribus Iudæ. Postea enumerantur quindecim, dicunt tamen Gadara & Gedorothaim eandem vrbem esse.

42 I. oppida q. ... illi subiecta.
43 siue, Gaza.
44 Heb. & terminus fuit eius i. vrbes illi adiacentes.

45 ... in deserto ...
46 Heb. & vrbs salis ...

19 Et respondit illa, Da mihi [36] donum aliquod: quandoquidem terram mihi [37] siccaneam dedisti, da mihi quoque [38] irriguam aquis. & dedit ei [39] irrigua superiora, & irrigua inferiora.

20 Hæc itaque est hæreditas tribus filiorum Iehuda per familias suas.

21 Fuerunt autem ciuitates [40] in extremitatibus ipsi tribus filiorum Iehuda: [41] ad limitem Edom ad Austrum, Kabzeel, Eder, Iagur.

22 Kina, Dimona, Adada.

23 Kedes, Hazor, Iithnan.

24 Ziph, Telem, Bealoth,

25 Hazor, Hadatha, Kerioth, Hetzron, quæ est Hazor.

26 Amam, Sema, Molada.

27 Hazar-gadda, Hesmon, Beth-palet.

28 Hazar-sual Beersheba, Bisiothia,

29 Baala, Hiim, Azem.

30 Eltholad, Chesil, Horma.

31 Ziglag, Madmana, Sansanna.

32 Lebaoth, Silhim, Ain & Rimon. omnium ciuitatum viginti nouem cum villis earum.

33 In campestribus vero loci Esthaol, Zarea, Asna.

34 Zanoa, Enganim, Tapua, Enam.

35 Iarmuth, Adulam, Socho, Azeka.

36 Saaraim, Adithaim, Gadara & Gederothaim, ciuitates quatuordecim cum villis earum.

37 Zenan Hadasa, Migdal-gad.

38 Dilean, Mitzpa, Iaktheel.

39 Lachis Botzkath, Eglon.

40 Chabbon, Lachmam, Chithlish,

41 Gederoth, Beth-dagon, Naama, & Makeda sedecim ciuitates cum villis earum.

42 Libna, Æther, Asan.

43 Iiptah, Asna, Netzib,

44 Keila, Achsib, & Maresa, ciuitates nouem cum villis earum.

45 Ækron cum [42] filiabus suis & villis suis.

46 Ab Ækron & Occidente omnes quæ sunt ad latus Asdod cum villis suis.

47 Asdod cum filiabus suis: [43] Aza cum filiabus suis, & villis suis vsque ad torrentem Ægypti, & mare magnum [44] limes est.

48 In montanis porrò Samir, Iathir, Socho.

49 Danna, Kiriath sanna, quæ est Debir.

50 Anab, Esthemo, Anim.

51 Gosen, Holon & Gilo. vndecim ciuitates cum villis earum.

52 Arab, Duma, Esean.

53 Ianum, Beth-tappuah, Apheka.

54 Humta, & Kiriath-arba quæ est Hebron, atque Zior. ciuitates nouem cum villis earum.

55 Maon, Charmel, Ziph, Iutah.

56 Iisreel, Iokdeam, Zanoah,

57 Cain, Gibea & Thimna, ciuitates decem cum villis earum.

58 Halhul, Beth-zur, & Gedor.

59 Maarath, Beth-anoth, & El-tekon, ciuitates sex cum villis earum.

60 Kiriath-baal, ipsa est Kiriath-iearim & Rabba, ciuitates duæ cum villis earum.

61 [45] In deserto Beth-araba, Middin, Sechacha.

62 Et Nibsan, [46] ciuitas salis, & En gedi, ciuitates sex cum villis earum.

63 Iebusæos vero habitatores Hierosolymorum

19 At illa respondit, Da mihi benedictionem: Terram Australem & arentem dedisti mihi, iunge & irriguam. dedit itaque ei Caleb irriguum superius & inferius.

20 Hæc est possessio tribus filiorum Iuda per cognationes suas.

21 Erantque ciuitates ab extremis partibus filiorum Iuda iuxta terminos Edom à Meridie, Cabseel & Eder & Iagur.

22 Et Cina & Dimona & Adada.

23 Et Cedes & Asor & Iethnan.

24 Ziph & Telem & Baloth,

25 Asor noua & Carioth, Heston, hæc est Asor.

26 Amam, Sama, & Molada,

27 Et Aser-Gadda, Et Hassemon & Bethphelet.

28 Et Haser-sual & Ber-sabee & Baziothia.

29 Et Baala & Im & Esem.

30 Et Eltholad & Cesil & Harma.

31 Et Siceleg & Medemena & Sensenna.

32 Lebaoth & Selim & Aen & Remon. omnes ciuitates viginti nouem, & villæ earum,

33 In campestribus verò: Esthaol & Sarea & Asena.

34 Et Zanoe & En gannim & Taphûa & Enaim.

35 Et Jerimoth, Et Adullam, Socho & Azeca,

36 Et Saraim & Adithaim & Gedera & Gederothaim: vrbes quatuordecim, & villæ earum.

37 Sanan & Hadassa & Magdal gad.

38 Delean & Masepha & Iecthel.

39 Lachis & Baschath & Eglon.

40 Chebbon & Leheman & Cethlis,

41 Et Gideroth & Beth-dagon & Naama & Maceda: ciuitates sedecim, & villæ earum.

42 Labana & Ether & Asan,

43 Iephtna & Esna & Nesib,

44 Et Ceila & Achzib & Maresa: ciuitates nouem, & villæ earum.

45 Accaron cum vicis & villulis suis.

46 Ab Accaron vsque ad mare: omnia quæ vergunt ab Azotum & viculos eius.

47 Azotus cum vicis & villulis suis. Gaza cum vicis & villulis suis, vsque ad Torrentem Ægypti & Mare magnum terminus eius.

48 Et in monte: Samir & Jether & Socoth.

49 Et Danna & Cariath-senna, hæc est Dabir.

50 Anab & Istemo & Anim.

51 Gosen & Olon & Gilo: ciuitates vndecim, & villæ earum.

52 Arab & Ruma & Esaan.

53 Et Janum & Beth-thaphûa & Apheca.

54 Athmatha & Cariath arbe, hæc est Hebron, & Sior: ciuitates nouem, & villæ earum.

55 Maon & Charmel & Ziph & Jota,

56 Jezrael & Jucadam & Zanoe,

57 Accain, Gabaa & Thamna: ciuitates decem, & villæ earum.

58 Halhul, & Beth-sur, & Gedor.

59 Mareth, & Beth-anoth, & Elthecon: ciuitates sex, & villæ earum.

60 Cariath baal, hęc est Cariath-iarim vrbs syluarum, & Arebba: ciuitates duæ, & villæ earum.

61 In deserto: Beth-araba, Meddin, & Sachacha.

62 Et Nebsan, & Ciuitas salis, & En-gaddi: ciuitates sex, & villæ earum: sunt simul centum quindecim.

63 Jebusæum autē habitatorē Jerusalem nō potuerunt

E catalogus maiorum vrbium tribus Iudæ & minorum eius ... earum.

fuerunt filii Iuda delere: habitauitque Iebusæus cum filiis Iuda in Ierusalem, vsque in præsentem diem.

non potuerunt filii Iehuda exterminare, sed mansit [47] Iebusæus cum filiis Iehudæ Ierosolymis vsque in præsentem ætatem.

CAPVT XVI.

A Sors Ephraim.
1 Cecidit quoque sors filiorum Ioseph ab Iordane contra Iericho & aquas eius, ab Oriente: solitudo quæ ascendit de Iericho ad montem Beth-el.
2 Et egreditur de Beth-el Luzam: transitque terminum Archi, Ataroth.
3 Et descendit ad Occidentem iuxta terminum Iephleti, vsque ad terminos Beth-horon inferioris, &
B Gazer: finiunturque regiones eius Mari magno.
4 Possederuntque filii Ioseph, Manasses & Ephraim: & factus est terminus filiorum Ephraim per cognationes suas.
5 Et possessio eorum contra Orientem Ataroth-addar vsque Beth-horon superiorem.
C 6 Egrediunturque confinia in mare: Machmethath verò Aquilonem respicit, & circumit terminos contra Orientem in Thanat-selo: & pertransit ab Oriente Ianoe.
7 Descenditque de Ianoe in Ataroth & Naaratha: & peruenit in Iericho, egrediturque ad Iordanem.
8 De Taphua pertransit contra mare in Vallem arundineti, suntque egressus in mare salsissimum.
D hæc est possessio tribus filiorum Ephraim per familias suas.
9 Vrbesque separatæ sunt filiis Ephraim in medio possessionis filiorum Manasse, & villæ earum.
Chananæus.
10 Et non interfecerunt filii Ephraim Chananæum qui habitabat in Gazer: habitauitque Chananæus in medio Ephraim vsque in diem hanc tributarius.

1 Et [1] obuenit autem sors pro filiis Ioseph à Iordane [2] Iericho vsque ad [3] Aquas-Iericho ad Orientem, [4] (& [5]) desertum quod ascendit de Iericho in montem [1] Beth-el.
2 Egrediturque à Beth-el ad Luzam, & transit [6] ad terminum [7] Arci in Ataroth.
3 Et rursus descendit versus mare ad terminum [8] Iaphleti vsque ad terminum Beth-horon inferioris, & vsque ad Gaser, & fines eius desinunt ad mare.
4 Acceperunt igitur hæreditatem filii Ioseph Manasse & Ephraim: fuitque limes filiorum Ephraim secundum familias suas.
5 Fuit inquam limes hæreditatis eorum ab Orientali plaga Ataroth-ad-dar, vsque ad Beth-horon superiorem.
6 Et exit limes iste ad mare, & ad Michmat a Septentrione, reflectiturque idem limes in Orientem ad Taanath-silo, & hinc transit ab Oriente in Ianoah.
7 Et descendens à Ianoah in Ataroth atque Naarath, pertingit ad Iericho, & exit ad Iordanem.
8 De Tappuah vero [9] vergit limes ille contra mare ad torrentem Kanna, suntque exitus eius versus [10] mare: hæc est hæreditas tribus filiorum Ephraim secundum familias suas.
9 Ciuitates vero segregatæ pro filiis Ephraim fuerunt in medio hæreditatis filiorum Manasse, omnes inquam ciuitates cum villis suis.
10 Et non expulerunt Chananæum habitantem in Gaser, sed mansit Chananæus in medio Ephraim vsque in hunc diem, fuitque [11] vectigalis.

CAPVT XVII.

A Sors dimidiæ tribus Manasse.
1 Cecidit autem sors tribui Manasse: (ipse enim est primogenitus Ioseph.) Machir primogenito Manasse patri Galaad, qui fuit vir pugnator, habuitque possessionem Galaad & Basan.
Num. 26. d.
2 Et reliquis filiorum Manasse iuxta familias suas: filiis Abiezer, & filiis Helec, & filiis Esriel, & filiis Sechem, & filiis Hepher, & filiis Semida. isti sunt filii Manasse filii Ioseph, mares, per cognationes suas.
Salphaad filiabus datur possessio.
3 Salphaad verò filio Hepher filii Galaad filii Machir filii Manasse non erant filii, sed solæ filiæ: quarum ista sunt nomina, Maala & Noa & Hegla & Melcha & Thersa.
Num. 27. a. 36. a.
4 Veneruntque in conspectum Eleazari sacerdotis, & Iosue filii Nun, & principum, dicentes, Dominus præcepit per manum Moysi, vt daretur nobis possessio in medio fratrum nostrorum. deditque eis iuxta imperium Domini possessionem in medio fratrum patris earum.
B 5 Et ceciderunt funiculi Manasse, decem, absque Terra Galaad & Basan trans Iordanem.
6 Filiæ enim Manasse possederunt hæreditatem in medio filiorum eius. Terra autem Galaad cecidit in sortem filiorum Manasse qui reliqui erant.
7 Fuitque terminus Manasse ab Aser, Machmethath, quæ respicit Sichem: & egreditur ad dextrâ iuxta habitatores Fontis-taphuæ.
8 Etenim in sorte Manasse ceciderat Terra-taphuæ, quæ est iuxta terminos Manasse filiorum Ephraim.
9 Descenditque terminus Vallis-arundineti in Meridiem torrentis ciuitatum Ephraim, quæ in medio sunt vrbium Manasse: terminus Manasse ab Aquilone torrentis, & exitus eius pergit ad mare:

1 Hæc [1] fuit sors tribus Manasse, qui fuit [2] primogenitus Ioseph, Machir [3] primogenitus Manasse, & pater Gilead, qui fuit strenuus miles, & possedit Gilead & Basan.
2 [3] Obtigit quoque [4] reliquis filiis Manasse secundum familias suas, nempe filiis Abi-eser, filiis Heles, filiis Asriel, filiis Sechem, filiis Hepher filiis Semida. hi enim fuerunt filii Manasse filii Ioseph mares per familias suas.
3 Porro Zelaphead filius Hepher, filii Gilead, filii Machir, filii Manasse, non habuit filios, sed filias, quarum nomina hæc sunt, Mahla, Noa, Hagla, Milca, Thirsa.
4 Accesserunt autem in conspectum Eleazar. sacerdotis, atque in conspectum Iehosuæ filii Nun, & in conspectum principum, dicentes, Dominus præcepit Mosi vt daret nobis hæreditatem inter fratres nostros: dedit ergo eis iuxta [6] os Domini hæreditatem inter fratres patris earum.
5 Et [7] ceciderunt funiculi Manasse decem, præter terram Gilead & Basan quæ est ad Iordanem.
6 Nam filiæ Manasse possederunt hæreditatem inter filios eius, fuitque terra Gilead reliquorum filiorum Manasse.
7 Fuit autem limes Manasse ab Aser [ad] Michmethath, quæ erat e regione Sechem, [8] vergitque limes iste versus dextram ad habitatores En tappuah.
8 Fuit autem ipsius Manasse terra Tappuah: [9] est enim Tappuah iuxta terminum Manasse filiorum Ephraim.
9 Et hinc [10] descendit limes ad torrentem [11] Kanna versus Meridiem [12] ad torrentem ciuitatum istarum Ephraim, & inter ciuitates Manasse. [13] & limes Manasse est ab Aquilone [14] ad torrentem & exitus autem eius ad mare.

47 Iebusæi illi non poterant de medio populorum illorum ... & Philisthæorum.
CAP. XVI. 1 Egreditur autem sors filiorum Iosephi ... 2 i. quæ fuit prope Iericho. 3 nomen loci. 4 ... 6 vel iuxta regionem 7 i. Archi 8 Iaphleti 9 vel, progreditur 10 Mare, ... 11 Heb. in tributum seruiens.
CAP. XVII. 1 Heb. Et fuit sors tribui Manasse ... 2 primogenitum Manasse ... 3 sub sorte. 4 i. alteri dimidiæ tribui. 5 i. cognatio. 6 i. mandatum. 7 i. habuit decem portiones. ... 8 vel, & hinc procedit 9 ...

pwah quæ est contermina Manasse, est filiorum Ephraim. 10 retrocedendo scilicet, id est reuertendo vnde venerat. 11 Larundinis, Nomen loci. 12 ... ciuitates istæ tribus Ephraim, sunt in medio vrbium &c. quæ continentur in tribu Manasse. 13 at limes 14 ipsius torrentis;

10 [25] *Ipsi Ephraim ad meridiem, &* [26] *Manasse ad Aquilonem: mare vero est limes eius, & in Aser* [27] *contingūt (sese) ab Aquilone, in Issachar autem ab Oriente.*

11 *Et habuit Manasse in Issachar & in Aser, Beth-sean & vicos eius, Iibleam & vicos eius, habitatores Dor & vicos eius, habitatores En-dor & vicos eius, habitatores Thaenach & viculos eius, habitatores Megiddo & vicos eius,* [28] *tres regiones.*

12 *Et filii Manasse* [29] *non potuerunt* [30] *occupare has ciuitates:* [31] *quum tamen Chananæus animum hanc terram inhabitandi despondisset.*

13 *Contigit tamen quum vires sumerent filii Israel, vt Chananæum* [32] *vectigalem facerent,* [33] *sed funditus non exciderunt eum.*

14 [34] *Loquutique sunt filii Ioseph ad Iehosuam, dicentes, Quare dedisti mihi* [35] *possidendam vnam tantum sortem &* [36] *vnum funiculum, quum sim populus tam multus,* [37] *& Dominus me hactenus tam vbertim locupletauerit?*

15 *Respondit illis Iehosua, Quandoquidem tu multus es populus, ascende ergo* [38] *in syluam, &* [39] *para tibi illic in terra Pherizæi, atque* [30] *Rephaim,* [31] *quandoquidem mons Ephraim tibi angustior est.*

16 *Dixerunt autem filii Ioseph,* [32] *Non possumus montem istum assequi,* [33] *quandoquidem ferreos currus habent omnes Chananæi habitantes in terra* [34] *conuallium & hi qui sunt in Beth sean atque in oppidulis eius, & hi qui sunt in* [35] *valle Israel.*

17 *Et dixit Iehosua ad domum Ioseph, nempe ad Ephraim & Manasse, populus quidem multus es, & robur habes magnū, ideirco non habebis* [36] *vnam (tantū) sortē.*

18 [37] *Sed mons ille tuus erit* [38] *in quo est sylua:* [39] *hanc para,* [40] *eruntque fines eius tui,* [41] *siquidem Chananæum istum eiicerus, licet ferreos currus habeat ipse, & valde robustus sit.*

10 Ita vt possessio Ephraim sit ab Austro, & ab Aquilone Manasse, & vtramque claudat mare, & coniungantur sibi in tribu Aser ab Aquilone, & in tribu Issachar ab Oriente.

11 Fuitque hæreditas Manasse in Issachar & in Aser, Beth san & viculi eius, & Ieblaam cum viculis suis, & habitatores Dor cum oppidis suis, habitatores quoq; Endor cū viculis suis: similiterq; habitatores Tenac cū viculis suis & habitatores Mageddo cū viculis suis, & tertia pars vrbis Nopheth.

12 Nec potuerūt filii Manasse has ciuitates subuertere, sed cœpit Chananæus habitare in terra *sua.

13 Postquam autem conualuerunt filii Israel, subiecerunt Chananæos, & fecerunt sibi tributarios, nec interfecerunt eos.

14 Locutique sunt filii Ioseph ad Iosue, & dixerunt, Quare dedisti mihi Terram in possessionem sortis & funiculi vnius, cum sim tantæ multitudinis, & benedixerit mihi Dominus?

15 Ad quos Iosue ait, Si populus multus es, ascende in syluam, & succide tibi spacia in Terra Pherezæi & Raphaim: quia angusta est tibi possessio montis Ephraim.

16 Cui responderunt filii Ioseph, Non poterimus ad montana conscendere, quum ferreis curribus vtantur Chananæi qui habitant in Terra campestri, in qua sitæ sunt Beth san cum viculis suis, & Iezrael mediam possidens vallem.

17 Dixitque Iosue ad domum Ioseph & Ephraim & Manasse, Populus multus es, & magnæ fortitudinis, non habebis sortem vnam,

18 Sed transibis ad montem, & succides tibi, atque purgabis ad habitandum spatia: & poteris vltra procedere cum subuertère Chananæum, quem dicis ferreos habere currus & esse fortissimum.

CAPVT XVIII.

1 *CONgregata est vniuersa concio filiorum Israel in Silo, ibique collocarunt tentorium* [1] *constitutionis:* [2] *quandoquidem terra* [3] *subacta erat coram eis.*

2 *Remanserant autem ex filiis Israel, vel qui,* [4] *quibus hæreditatem suam nondum distribuerant, nempe septem tribus.*

3 *Et ait Iehosua ad filios Israel, Quousque* [5] *estis cessatores, quo minus eatis & occupetis terram quam dedit vobis Dominus Deus patrum vestrorum?*

4 *Date tres viros ex quaque tribu, vt mittam eos, qui surgant & perambulent terram, & describant eam* [6] *iuxta hæreditatem suam: reuertanturque ad me,*

5 [7] *Diuidantque eam in septem partes: stabitque Iehuda in limite suo a Meridie, & qui sunt de domo Ioseph stabunt in limite suo a Septentrione.*

6 [8] *Vos itaque describetis terram in septem partes, & referetis huc ad me, &* [9] *iaciam vobis sortem hic coram Domino Deo nostro,*

7 *Leuitæ autem nullam partem habent inter vos, quoniam* [10] *sacerdotium Domini est hæreditas eorum: Gad quoque & Ruben, & dimidia tribus Manasse iam acceperunt hæreditatem suam* [11] *cis Iordanem ad Orientem, quam dedit illis Moses seruus Domini.*

8 *Surgentes itaque* [12] *viri abierunt, præcepitque Iehosua abeuntibus vt describerent terram, dicens, ite, & perambulate terram, &* [13] *deformate eam: & reuertimini ad me, vt hic proiiciam vobis sortem coram Domino in Silo.*

9 *Abeuntes ergo viri illi, pertransierunt terram, deformantes eam in libro, facientes septem partes oppidatim, reuersique sunt ad Iehosuam in castra quæ erant in Silo:*

1 Congregatique sunt omnes filii Israel in Silo, ibique fixerunt tabernaculum testimonii, & fuit eis Terra subiecta.

2 Remanserant autem filiorum Israel septem tribus, quæ needum acceperant possessiones suas.

3 Ad quos Iosue ait, Vsq; quo marcescetis ignauia & non intratis ad possidendam Terram, quam Dominus Deus patrum vestrorum dedit vobis?

4 Eligite de singulis tribubus ternos viros vt mittam eos, & pergant atque circumeant Terram, & describant eam iuxta * numerum vniuscuiusq; multitudinis: referantq; ad me quod descripserint.

5 Diuidite vobis Terram in septem partes. Iudas sit in terminis suis ab Australi plaga, & domus Ioseph ab Aquilone:

6 Mediam inter hos Terram in septem partes describite: & huc venietis ad me, vt coram Domino Deo vestro mittam vobis hic sortem:

7 Quia non est inter vos pars Leuitarum, sed sacerdotium Domini, est eorum hæreditas. Gad autem & Ruben, & dimidia tribus Manasse iam acceperant possessiones suas trans Iordanem ad Orientalem plagam: quas dedit eis Moyses famulus Domini.

8 Cumque surrexissent viri vt pergerent ad describendam Terram, præcepit eis Iosue, dicens, Circuite Terram, & describite eam, ac reuertimini ad me: vt hic coram Domino Deo vestro, in Silo mittam vobis sortem.

9 Itaque perrexerunt: & lustrantes eam, in septem partes diuiserunt, scribentes in volumine. reuersique sunt ad Iosue in castra Silo.

25 sub. est sors. 26 Ipsi Manasse (sub est sors.) 27 vel, conueniunt. 28 siue, tria climata. Dor scilicet. 29 sub. initio. 30 Hebr. expellere vrbes illas. i. ciues illarum vrbium. 31 Heb. voluitque (vel, optauit) Chananæus habitare in terra ipsa. 32 Hebr. in tributum. i. redderint Chananæos tributarios contra præceptū Domini. 33 nec expulerunt eos. 34 vel, Expostulauerunt autem filii Ioseph cum Iosue. 35 pro hæreditate. 36 vel, vnam portionem. 37 Hebr. ita quòd hactenus benedixerit mihi Dominus? 38 i. ad montem plenum arboribus. 39 sub. locum habitationis. Alii vertunt, & excide tibi. sub. locum ad habitandum. Alii, & frange tibi. sub. arbores vt nobis cedat ille 30 gigantum, 31 quod steriliatus tibi angustus mons Ephraim, inuade vicinas gentes. 32 Non sufficiet nobis mons iste. sub. ad habitandum 33 & ferreos, &c. 34 planities in regione plana & campestri, vltra montem 35 vel, planitie. 36 sun. [illegible] sam, siue [illegible] [illegible] non possis. 37 Nam. 38 quia sylua. [illegible] 39 [illegible] ergo illam 40 [illegible] 41 Heb. nam [illegible]

*ista. Chananæi tributarii.

D Filii Ioseph, Manasse & Ephraim petunt maiorem possessionem:

A Mittuntur qui describant Terrā pro reliquis septem tribubus inter filios Ioseph & Iudæ.

* terminium.

B

[illegible] Chananæos, nam possent aliqui [illegible] quia currus ferrei sunt illis, & fortes sunt hoc est, quos dicis habere currus ferreos, eosque fortes esse. CAP. XVIII. 1 [illegible] 2 Heb. [illegible] 3 fuit. 4 Heb. quorum dum diuiserant possessiones suam 5 Hebr. [illegible] 6 i. in tot partes in quot hæreditas eorum diuidenda est. 7 Heb. Diuidentque sese in [illegible] eam [illegible] sibi septem partes. 8 [illegible] 9 i. mittam sortem dabo singulis suam hæreditatem. 10 i. habebunt decimas & cætera quæ in Leuitico continentur. [illegible] oblata a fratribus vestris. 11 vltra. 12 qui [illegible] obiaia fuerant. 13 vel, describite.

Sors filiorum Beniamin.

10 Qui misit sortes coram Domino in Silo, diuisitque Terram filiis Israel in septem partes.

11 Et ascendit sors prima filiorum Beniamin per familias suas, vt possiderent Terram inter filios Iuda & filios Ioseph.

12 Fuitque terminus eorum contra Aquilonem à Iordane: pergens iuxta latus Iericho Septentrionalis plagæ, & inde contra Occidentem ad montana conscendens, & perueniens ad solitudinem Beth-auen.

Luza quæ & Beth-el. *[b] Ataroth*

13 Atque pertransiens iuxta Luzam ad Meridiem, ipsa est Beth-el: descenditque in [b] Astaroth-addar in montem qui est ad Meridiem Beth-horō inferioris:

C

14 Et inclinatur circuiens contra mare ad Meridiem montis qui respicit Beth-horon contra Africum: suntque exitus eius in Cariath-baal, quæ vocatur & Cariath-iarim, vrbem filiorum Iuda. hæc est plaga contra mare, ad Occidentem.

Cariath-baal.

15 A Meridie autem ex parte Cariath-iarim egreditur terminus contra mare, & peruenit vsq; ad fontem aquarum Nephtoa.

16 Descenditque in partem montis qui respicit Vallem-filiorum-Ennom: & est contra Septentrionalem plagam in extrema parte Vallis raphaim. Descenditque in Ge-ennom (id est Vallem Ennō,) iuxta latus Iebusæi ad Austrum: & peruenit ad Fontem Rogel.

17 Transiens ad Aquilonem, & egrediens ad En-semes, id est Fontem-Solis: & pertransit vsq; ad tumulos qui sunt è regione Ascensus-adommim:

D

descenditque Aben-boen, id est lapidem Boen filii Ruben.

18 Et pertransit ex latere Aquilonis ad cāpestria:

19 Descenditque in planiciem, & prætergreditur contra Aquilonem Beth-hagla: suntque exitus eius contra linguam maris salsissimi ab Aquilone in fine Iordanis ad Australem plagam:

20 qui est terminus illius ab Oriente.

20 Hæc est possessio filiorum Beniamin per terminos suos in circuitu, & familias suas.

21 Fueruntque ciuitates eius, Iericho & Beth-hagla & Vallis-casis.

22 Beth-araba & Samaraim & Beth-el

23 Et Auim & Aphara & Ophera.

24 Villa-hemona & Ophni & Gabee: ciuitates duodecim, & villæ earum.

25 Gabaon & Rama & Beroth

26 Et Mesphe, & Caphara & Amosa.

27 Et Recem, Iarephel & Tharela.

28 Et Sela, Eleph & Iebus, quæ est Ierusalem, Gabaath & Cariath: ciuitates quatuordecim, & villæ earū. Fuerūtq; omnes ciuitates viginti sex. Hæc est possessio filiorum Beniamin iuxta familias suas.

10 *Et iecit eis Iehosua sortem in Silo coram Domino, distribuitq́; ibi Iehosua terram pro filiis Israel secundum portiones suas.*

11 *Et ascendit sors tribus filiorum Beniamin per familias suas,* [14] *exiitq́; limes sortis eorum inter filios Iehuda, & inter filios Ioseph.*

12 *Factus est autem limes eorum ad angulum Aquilonarem à Iordane, & ascendit ille limes* [15] *ad latus Iericho ab Aquilone, & ascēdit in montē contra Occidentē,* [16] *extremitates eius fuerunt ad desertū Beth-auen.*

13 *Et illinc transit terminus ille in Luzam, ad latus* [17] *Luzæ versus Meridiem, ipsa est Beth-el: & (rursus) descendit (idem) limes in Athrotadar, ad montem qui est ad Meridiem Beth-horon inferioris.*

14 *Et (hinc)* [18] *vergit limes iste, circuitq́; (ad) angulum maris ad Meridiem, à monte qui est contra Beth-horon ad Meridiem, desinuntq́; fines eius ad Kiriath-baal, ipsa est Kiriath-iearim, ciuitas filiorum Iehuda, hic est angulus Occidentalis.*

15 *Angulus verò Meridianus est ab extremitate Kiriath-iearim,* [19] *exiitq́; terminus iste ad Occidentem, & exit ad fontem aquæ Nephtoah.*

16 *Et descendit terminus iste ad extremitatem montis qui est coram valle filii Hinnon,* [20] *in valle Rephaim ad Aquilonem, & descendit in vallem Hinnon ad latus Iebusæi ad Meridiem, descendens ad fontem Rogel.*

17 [21] *Reflectit verò ab Aquilone, & egreditur ad En-semes, & inde egreditur (ad loca) Geliloth, quæ sunt* [22] *iuxta ascensum Adumim, descendens ad lapidem Bohan filii Ruben.*

18 *Et pertransiens ad latus (quod est) e regione* [23] *Araba* [24] *Septentrionalis, descendit in campestria.*

19 *Et rursum transiens idē limes versus latus Beth-hagla* [25] *ad Aquilonem, desinuntq́; fines limitis eiusdem* [26] *ad linguam maris salsi contra Aquilonem, ad extremitatem Iordanis* [27] *Meridionalem, & hic est limes Meridianus. Iordanis verò terminat hunc limitem in angulo Orientali.*

20 *Atque hæc est hæreditas filiorum Beniamin, iuxta limites suos in circuitu per familias suas.*

21 *Fuerunt autē ciuitates tribus filiorum Beniamin per familias suas, Iericho, Beth-hagla, & vallis Hemek-keziz.*

22 *Beth-araba, Zemaraim, Beth-el.*

23 *Auim, Parah & Ophrah.*

24 [28] *Cephar-amonai, Ophni & Geba, ciuitates duodecim cum villis earum.*

25 *Gibeon, Rama, Beeroth.*

26 *Mitzpa, Cephira, Moza.*

27 *Rekem, Irpeel, Tarela.*

28 *Zela, Eleph, &* [29] *Iebusi, ipsa est Ierusalem, (&) Gibeath (&) Kiriath, ciuitates quatuordecim cum villis earum. Hæc est hæreditas filiorum Beniamin secundum familias suas.*

14 i. exiuit eis primum ipsi assignata fuerit inter tribum Iuda & tribum Ephraim, hanc ad Aquilonem, illā ad Austrum.
15 i. ascendit ad latus Septentrionale Iericho. ergo Iericho erat citra lineam huiusce tribus, tendit ad Occidentem per montana Iericho.
16 Exitusq; eius sunt ... peruenitq; vsq; ad desertum, hoc est campestria.
17 ... Luz exc... tribus Beniamin. Duplex est Bethel, altera filiorum Beniamin, altera tribus Ephraim, quæ est Luz.
18 vel, circuit & tendit, ducendo scilicet lineam obliquam.
19 itaq; egreditur terminus Occidentalis, egreditur inquā ... quiq; est in planicie. i. in parte Aquilonari ipsi Rephaim, ob id Rephaim est tribus Iudæ.
21 vel, Circuit lineam circularē ducit relinquēdo lineam Aquilonarem, tendēdo versus Austrū.
22 e regione ascensus
23 vel, planiciē
24 vel, ad Aquilonem. in tribu Iuda est enim alia ab hac.
25 sub. tribus Iudæ.
26 i. ad locum in quo longius excurrit mare salsum.
27 quæ scil. est tribus Beniamin
28 vicus Amonæi,
29 Iebusæorū. sub. vrbs i. quam Iebusæi incolūt, quæ alio nomine dicitur Ierusalem cuius maior pars est in tribu Beniamin, minor vero in tribu Iuda, vt nonnulli aiunt.

CAPVT XIX.

A

Sors Simeon.

1 ET egressa est sors secunda filiorum Simeon per cognationes suas:

2 Fuitque hæreditas eorum in medio possessionis filiorum Iuda: Ber-sabee & Sabee & Molada.

3 Et Haser-sual, Bala & Asem.

4 Et Eltholad, Bethul & Harma.

5 Et Siceleg & Beth-marchaboth & Haser-susa.

6 Et Beth-lebaoth & Sarohen: ciuitates tredecim, & villæ earum.

7 Ain & Remmon & Athar & Asan: ciuitates quatuor, & villæ earum.

8 Omnes viculi per circuitum vrbium istarum vsque ad Baalath, Beer, Ramath contra Australem plagam. Fueruntq; omnes ciuitates decē & septem: hæc est hæreditas filiorum Simeon iuxta cognationes suas.

9 In possessione & funiculo filiorum Iuda: quia

1 *EGressa est sors* [1] *alia* [2] *pro Simeone, pro tribu inquam filiorum Simeon per familias suas, fuitq́; hæreditas eorum* [2] *inter hæreditatem filiorum Iehuda.*

2 *Et habuerunt illi in hæreditate sua Bersaba,* [3] *& Seba, Molada.*

3 *Hazar-sual, Bala, Azem.*

4 *Eltholad, Bethul & Horma.*

5 *Ziklag, Beth-marcaboth, &* [4] *Hazar susa.*

6 *Beth-lebaoth, & Saruhen, ciuitates tredecim cum villis earum.*

7 *Ain, Rimon, & Ether, & Asan, ciuitates quatuor cum villis earum.*

8 *Et omnes villæ quæ erant per circuitum ciuitatum istarum vsque ad Baalath-beer, & Ramath* [5] *ad Austrum. Hæc est hæreditas tribus filiorum Simeon iuxta familias suas.*

9 *De funiculo filiorum Iehuda ... hæreditas filiorum*

CAP. XIX.
1 secunda
2 Heb. in medio possessionis
3 (&) pro id est q. d. quæ alio nomine dicitur Seba.
4 vel, ... Susa.
5 Heb. ... nomē vrbis, aut est ... Ramath ... capta.

rum Simeon: nam pars filiorum Iehuda maior fuit [7] quã
illorum, [8] vt hæreditatem caperent filii Simeon in hære-
ditate ipsorum.)
10 Educta est sors tertia filiis Zebulon per familias
suas, fuitq; limes hæreditatis eorum vsq; ad Sarid.
11 Et ascendit limes eorum versus mare (Occidenta-
le) & ad Marlea, pertingitq; Dabeseth, & inde pertin-
git ad torrentem qui est e regione Iacneam.
12 Et reflectens de Sarid versus [9] exorientem Solem,
ad limitem Kisloth-thabor, exit in Dabrath, ascendens
ad Iaphia.
13 Et illinc transiens ad [10] plagam Orientalem in
[11] Githa-hepher, [12] Itacazin, & exit [13] in Rimon Me-
toar, & hinc in Nea.
14 Et idem limes [14] circuit ab Aquilone in Nathõ,
vt sint exitus eius [15] vallis Iephtah-el.
15 Et Katath, Nahalal, & Simron, & Iidala, &
[16] Beth-lehem, ciuitates duodecim cum pagis earum.
16 Hæc est hæreditas filiorum Zebulon per familias
suas, atq; hæ sunt ciuitates cum pagis earum.
17 Porrò pro Isaschar educta sors est quarta filiis in-
quam Isaschar pro familiis suis.
18 Fuit autẽ limes eorũ Isreela, Kesuloth, & Sunem.
19 Hapharaim, Sion, Anaharath.
20 Harabith, Kision, Abeth.
21 Remeth, & En-gannim, En hadda & Beth-pazez.
22 Pertingitq; limes iste in Thabor, & Sahazima,
atq; Beth-semes, & desinunt fines limitis eorum in Ior-
danem, ciuitates sedecim cum villis earum.
23 Hæc est hæreditas tribus filiorum Isaschar per fa-
milias suas, [17] & hæ sunt ciuitates cum pagis earum.
24 Et educta est sors quinta pro tribu filiorum Aser
per familias suas.
25 Fuit autẽ limes eorũ, Helcath, Hali, Betẽ, Achsaph
26 Et Alamelec, & Amead, & Misal: pertingitq;
in Charmel ad Occidentem, & [18] in Sihor-libnath.
27 Et reflectens ad exortum Solis in Beth-dagon, per-
tingit in Zebulon & in vallem Iiphtael ad Septentrio-
nem (& in) Beth emec & Nehiel: egrediturq; in Kabul
[19] ad sinistram.
28 [20] Ad Hebron quoq;, Rehob, Hammon & Kana
vsq; ad Zidonem magnam.
29 Reflectit deinde limes hic in Rama, & vsq; ad ci-
uitatem munitam [21] Zor, rursus reflectit hic limes in
Hosa, exitúsq; eius sunt versus mare [22] a funiculo Ach-
ziba.
30 Vma quoq;, Aphec, & Rehob, ciuitates viginti-
duæ cum pagis earum.
31 Hæc est hæreditas trib[9] filiorum Aser per familias
suas, [23] & hæ sunt ciuitates cum pagis earum.
32 Pro filiis Naphtali educta est sors sexta, Pro filiis
inquam Naphtali per familias suas.
33 Fuitq; limes eorum ab Heleph, (&) ab Elon [24] in
Zaanannim, & Adami, Neceb, & Iabneel, vsq; Lacũ:
exitúsq; eius versus Iordanem.
34 Reflectens inde limes iste versus Occidentem in As-
noth-thabor, vergit illinc in Hucoc, [25] pertingitq; ad Ze-
bulon a Meridie: ad Aser vero pertingit ab Occidente,
ad Iehudam [26] ad Iordanem ab ortu Solis.
35 Ciuitates vero munitæ [27] sunt, Ziddim, Zer,
Hammath, Racath, & [28] Chinnaret.
36 Et Adama, & Harama, & Hazor.
37 Et Kedes, Edrei, & En hazor.
38 Et Ireon, Migdael, Horem, Beth hanath, &
Beth-semes, ciuitates vndeuiginti cum villis earum.
39 Ista est hæreditas tribus filiorum Naphtali per
familias suas, [29] & hæ ciuitates atque villæ earum.
40 Pro tribu vero filiorum Dan per familias suas
educta est sors septima.
41 Fuitque limes hæreditatis eorum Zorah, & E-
staol, & Ir semes.

7 Heb. ipsis. i. quam pro numero ipsorũ, & quam coli & occupari posset à filiis Iuda.
8 Heb. & possessionem habuerunt filii Simeon in medio hæreditatis eorum.
9 Heb. Orientẽ, ad ortum solis. Per appositionẽ dictum. d. q. ad partem mundi anteriorem, id est ortum.
10 Eadem verba Hebraica quæ numero præcedenti.
11 Gath-hepher, hinc Iona propheta oriundus fuit.
12 Ittha (&) Casin,
13 in Rimon quæ per lineam obliquam tendit ad Nea.
14 vel, vertit sese
15 ad Gie-iphta-el,
16 Alia enim in Iuda. vnde apud Matthæum, in Bethlehem Iudæ.
17 (id est) vrbes istæ
18 vel, Sihor (&) Libnath.
19 i. ad Aquilonem.
20 Heb. Et Hebron, & Rehob. &c. sub audiendum, Præterea in ea regione sunt vrbes Hebron, &c.
21 petræ. siue, saxi. i. quæ erat sita in rupe alta.
22 i. de tractu in quo sita est Achzib. Alii vertunt, tandem deuenit pergendo versus mare ab Hebel &c. Achzib.
23 ciuitates istæ
24 i. quæ vrbes sunt in regione Zaanannim.
25 i. à Austrum habet conterminam Zebulon.
26 vel, iuxta Iordanem q. d. non magna distantia incurrit in Iordanem ipsum.
27 sub. in ea regione.
28 Ab hac denominatum fuit mare Cinereth, siue Genesareth.
29 ciuitates istæ

maior erat. & idcirco filii Simeon possederunt in
medio hæreditatis [a] eius. [a] eorum.
10 Ceciditque sors tertia filiorum Zabulon per Zabulon.
cognationes suas: & factus est terminus possessio-
nis [b] filiorum Zabulon vsque Sarid. [b] eorum
11 Ascenditque de mari & [c] Medalaa, & perue- [c] Merala.
nit in Debbaseth: vsque ad torrentem, qui est con-
tra Ieconam.
12 Et reuertitur de Sarid contra Orientem in fi-
nem Cheseleth thabor: & egreditur ad Dabereth,
ascenditque contra Iaphie.
13 Et inde pertransit vsque ad Orientalem pla-
gam Geth-hepher & Tacasin: & egreditur in Rem-
mon, Amthar & Noa.
14 Et circuit ad Aquilonem Hanathon: súnt- B
que egressus eius Vallis-iephtael.
15 Et Cateth & Naalol & Semeron & [d] Iedaba [d] Iedala
& Bethlehem: ciuitates duodecim, & villæ earum.
16 Hæc est hæreditas tribus filiorum Zabulon
per cognationes suas, vrbes, & viculi earum.
17 Issachar egressa est sors quarta per cogna- Issachar.
tiones suas:
18 Fuitq; ei[9] hæreditas Iezrael & Casaloth & Suné.
19 Et Hapharaim & [e] Senon & Anaharath. [e] Seon
20 Et Rabboth & Cesion, Abes,
21 Et Rameth & En-gannim & En hadda &
Beth-pheses.
22 Et peruenit terminus eius vsque Thabor &
Sehesima & Beth-semes: eruntque exitus eius Ior-
danis: ciuitates sedecim, & villæ earum.
23 Hæc est possessio filiorũ Issachar per cogna-
tiones suas, vrbes, & viculi earum.
24 Ceciditque sors quinta tribui filiorum Aser Aser.
per cognationes suas:
25 Fuitque terminus eorum Halcath & Chali &
Beten & Axaph.
26 Et Elmélech & Amaad & Messal: & peruenit
vsq; ad Carmelum maris & Sihor & Labanath.
27 Ac reuertitur contra Orientem Beth-dagon:
& pertransit vsque Zabulon & Vallem-iephtahel
contra Aquilonem in Beth-émec & Nehiel. Egre-
diturque ad leuam Cabul.
28 Et Abran & Rohob & Hamon & Cana vsq; C
ad Sidonem magnam.
29 Reuertiturque in Horma vsque ad ciuitatem
munitissimam Tyrum, & vsque Hosa: eruntq; exi-
tus eius in mare de funiculo Achziba:
30 Et Amma & Aphec & Rohob: ciuitates vi-
ginti duæ, & villæ earum.
31 Hæc est possessio filiorum Aser per cogna- Nephthali.
tiones suas, vrbésque & viculi earum.
32 Filiorum Nephtali sexta [f] pars cecidit per [f] sors
familias suas:
33 Et cœpit terminus de Heleph & Elon [g] Saa- [g] in
nanim & Adami, quæ est Neceb, & Iebnael vsque
Lecum: & egressus eorum vsque ad Iordanem
34 Reuertiturque terminus contra Occidentem
[h] & Azanoth-thabor, atque inde egreditur in Hu- [h] in
cuca, & pertransit in Zabulon contra Meridiem,
& in Aser contra Occidentem, & in Iuda ad Iorda-
nem contra Ortum Solis.
35 Ciuitates munitissimæ, Assedim, Ser & E-
math & Reccath & Cenéreth.
36 Et Edema & Arama, Asor.
37 Et Cedes & Edrai En-hasor.
38 Et Ieron & Magdalel, Horem & Beth-anath &
Beth sames: ciuitates decẽ & noué, & villæ earum.
39 Hæc est possessio tribus filiorum Nephthali
per cognationes suas, vrbes & viculi earum.
40 Tribui filiorum Dan per familias suas egres- Dan.
sa est sors septima. D
41 Et fuit terminus possessionis eius Saraa, & Esthaol, & Hir-semes, id est Ciuitas Solis.

42 Sele-

42 Selebin & Aialon & Iethela.
43 Elon & Themna & Acron.
44 Elthece, Gebbethon & Balaath.
45 Et Iud & Bane & Barac & Geth-remmon:
46 Et aquæ Iercon & Arecon, cum termino qui respicit Ioppen, & ipso fine concluditur.
47 Ascenderúntque filii Dan, & pugnauerunt contra Lesem, ceperuntq; eam: & percusserunt eā in ore gladii, & possederunt, & habitauerunt in ea, vocantes nomen eius Lesemdan, ex nomine Dan patris sui.
48 Hæc est possessio tribus filiorum Dan, per cognationes suas, vrbes & viculi earum.
Possessio Iosue. 49 Cumq; complesset sorte diuidere Terram singulis per tribus suas, dederunt filii Israel possessionem Iosue filio Nun in medio sui.
50 Iuxta præceptum Domini, vrbem quam postulauit, Thamnath-sara in monte Ephraim: & ædificauit ciuitatem, habitauitq; in ea.
51 Hæ sunt possessiones quas sorte diuiserunt Eleazar sacerdos, & Iosue filius Nun, & principes familiarum, ac tribuum filiorum Israel, in Silo, coram Domino ad ostium tabernaculi testimonii, partitiq; sunt Terram.

42 *Et Saa'albim, Aialon, Iithla.*
43 *Et Elon, Timnatha, Ekron.*
44 *Et El-thece, Gibthon, Baalath.*
45 *Et Iehud, & Bne-berac, Gath-rimmon.*
46 *Et Me-iarcon, & Haracon, [12] cum termino qui est è regione Iapho: [13] & ab his exit limes filiorum Dan.*
47 *Et ascenderunt [14] filii Dan, & oppugnarunt Lesem: capientésq; eam, percusserunt eam gladio, atq; possederunt eam, incolentes eam, appellaueruntq; eam Lesem dan, iuxta nomen Dan patris sui.*
48 *Hæc est hæreditas tribus filiorum Dan per familias suas, [11] & hæ ciuitates & villæ earum.*
49 *Cessauerunt itaq; sorte diuidere terram per limites eius: dederuntq; filii Israel hæreditatem ipsi Iehoschuæ filio Nun in medio eorum.*
50 *Iuxta [14] os Domini dederunt ei ciuitatem quam postulauerat, nempe Timnath-serah in monte Ephraim: & instaurans ciuitatem illam, habitauit in ea.*
51 *Istæ igitur sunt hæreditates [15] quas sorte diuiserūt Eleazar [16] sacerdos, & Iehoschua filius Nun, & capita patrum [17] ex tribubus filiorum Israel in Silo coram Domino ad ostium tentorii constitutionis, cessaueruntq; diuidere terram.*

12 vel, (cum (terminis) regionis quæ erat è regione (sunt, quæ adiacebat) Iaphus. hoc est Ioppe.
13 Heb. & exiuit terminus filiorum Dan ab ipsis. i. suberrantes suis ab illis, desiit terminus filii Dan. q. d. non habuerunt regionem capacem tantæ multitudinis.
12 i. aliquot ex illis.
13 Heb. ciuitates istæ
14 i. præceptum
15 Heb quas per sortem tradiderunt possidendas
16 siue, summus pontifex.
17 tribubus, dativo casu.

CAPVT XX.

A *Ciuitates refugii.* *Num. 35. a.* *Deut. 19. a.*
1 Et locutus est Dominus ad Iosue, dicens,
2 Loquere filiis Israel, & dic eis, Separate vrbes fugitiuorum, ‖ de quibus locutus sum ad vos per manum Moysi,
3 Vt confugiat ad eas quicunq; animam percusserit nescius: & possit euadere iram proximi qui vltor est sanguinis.
4 Cum ad vnam harum confugerit ciuitatum:
B stabitq; ante portam ciuitatis, & loquetur senioribus vrbis illius ea quæ se comprobent innocentē: sicq; suscipiēt eū, & dabunt ei locum ad habitandū.
5 Cumque vltor sanguinis eum fuerit persecutus, non tradent in manus eius: quia ignorans percussit proximum eius, nec ante biduum, triduumve eius probatur inimicus.
C 6 Et habitabit in ciuitate illa, donec stet ante iudicium causam reddens facti sui, & moriatur sacerdos magnus qui fuerit in illo tempore: tunc reuertetur homicida, & ingredietur ciuitatem & domum suam de qua fugerat.
7 Decreueruntq; Cedes in Galilæa montis Nephthali, & Sichem in monte Ephraim, & Cariath-arbe, ipsa est Hebron in monte Iuda.
Deut. 4. g. 8 Et trans Iordanem contra Orientalem plagā Iericho, ‖ statuerunt Bosor, quæ sita est in cāpestri
D solitudine de tribu Ruben, & Ramoth in Galaad de tribu Gad, & Gaulon in Basan de tribu Manasse.
9 Hæ ciuitates constitutæ sunt cunctis filiis Israel, & aduenis qui habitant inter eos: vt fugeret ad eas qui animam nescius percussisset, & non moreretur in manu proximi effusum sanguinem vindicare cupientis, donec staret ante populum expositurus causam suam.

1 *Et loquutus est Dominus ad Iehoschuam, dicens,*
2 *Loquere ad filios Israel hisce verbis, Date ex vobis ciuitates [1] confugii, de quibus loquutus sum ad vos per Mosen.*
3 *Vt illuc scilicet confugiat homicida, qui [2] hominem cædit [3] in perplexitate, & per imprudentiam: [4] erunt (hæ ciuitates) vobis confugia à vindice sanguinis.*
4 *Qui ergo confugerit ad aliquam ex iis ciuitatibus, stabit ad ostium portæ ciuitatis, loqueturq; audientibus senioribus ciuitatis illius causas suas, illiq; [5] recipient eum ad se intra ciuitatem, & [6] dent ei locum vt cum iis habitet.*
5 *Quòd si [7] vindex sanguinis eum insequitur, ne tradant homicidam in manum eius, quoniam per imprudentiam [8] percussit proximum suum, nec odio est eū prosequutus antea.*
6 *Manebit itaq; in ciuitate illa, donec [9] in iudicio sistat coram cœtu, & vsque ad mortem summi sacerdotis qui tum fuerit: tum tandem reuertatur homicida ille, & veniat in ciuitatem suam & ad domum suam, & ad ciuitatem, ex qua fugerat.*
7 *Et [10] consecrarunt Kedes in Galilæa in monte Naphtali, & Sechem in monte Ephraim, atq; Kiriath arba, [11] quæ est Hebron, in monte Iehudæ.*
8 *Cis Iordanem verò [12] (è regione) Iericho ad Orientem, constituerunt Bezer in deserto in planicie de tribu Ruben, & Ramoth in Gilead de tribu Gad, atq; Golan in Basan de tribu Manasse.*
9 *Istæ fuerunt vrbes [13] constitutæ pro omnibus filiis Israel, & pro peregrino qui commoratur inter eos, vt ad eas confugeret quicunque hominem percussisset per imprudentiam, neque moreretur [14] per manum vindicis sanguinis donec sisteretur coram [15] cœtu.*

CAP. XX.
1 siue, susceptionis aut, recollectionis hoc enim significat vox Hebræa.
2 interfecerit animam, i. aliquem.
3 Heb per errorem, absq; scientia. hoc est, imprudenter.
4 atq; erunt perfugium à proximo sanguinis. i. interfecti.
5 vel, admittent
6 vel, dabunt
7 proximus interfecti. Sanguinem pro interfecto posuit.
8 i. dixit & exposuit se interfecisse.
9 vt subiret de causa eius cognitionem.
10 statuerunt. vel, assignarunt
11 vel, quæ alio nomine dicitur
12 vel, (qua parte non procul abierunt ab)
13 Heb. conuentionis i. perfugii, siue refugii
14 manu propinqui mortui
15 concilio. i. donec causa eius esset agitata coram maioribus.

CAPVT XXI.

A *Ciuitates Leuitis tradita.*
1 Accesseruntque principes familiarum Leui ad Eleazarum sacerdotem, & Iosue filium Nun, & ad duces cognationum per singulas tribus filiorum Israel:
Num. 35. a. 2 Locutiq; sunt ad eos in Silo Terræ-Chanaan, atque dixerunt, ‖ Dominus præcepit per manum Moysi, vt darentur nobis vrbes ad habitandum, & suburbana earum ad alenda iumenta.
3 Dederūtq; filii Israel de possessionib. suis iuxta imperium Domini, ciuitates & suburbana earū.
Sors Caathitarum. 4 Egressaque est sors in familiam Caath filiorū Aaron sacerdotis de tribu Iuda & Simeon & Beniamin, ciuitates tredecim.

1 *Accesserunt autem capita patrum Leuitarum ad Eleazarum sacerdotem, & ad Iehoschuam filium Nun, & ad capita patrum qui erant super tribus filiorū Israel.*
2 *Loquutiq; sunt ad eos in Silo in terra Chanaan, hisce verbis, Dominus præcepit per Mosen, vt darentur nobis oppida ad habitandum cum agris suburbanis eorum [1] pro iumentis nostris.*
3 *Dederūt itaque filii Israel Leuitis de possessionib. [2] suis, iuxta os Domini oppida ista cū suburbanis agris suis.*
4 *Educta est itaq; sors pro familia Kehathita: ita ut venientiq; per sortem (data) filiis Aharonis sacerdotis (qui erant) de Leuitis, à tribu Iehuda, à tribu Simeonis, & à tribu Beniaminis tredecim oppida.*

1 Sub. alendis.
2 i. de mandato Domini

5 Et[3] reliquis[*] filiis Kahath, à familiis tribus Ephraim, & à tribu Dan, atque dimidia tribu Manasse sorte data sunt decem oppida.

6 Porrò filiis Gerson, à familiis tribus Issachar, & à tribu Aser, & à tribu Naphthali, atque à dimidia tribu Manasse in Basan data sunt per sortem tredecim oppida.

7 Filiis Merari per familias suas à tribu Ruben, & à tribu Gad, atque à tribu Zebulon data sunt duodecim oppida.

8 [4] Dederunt itaque[*] filii Israel Leuitis oppida ista cum suburbanis agris eorum per sortem, vt praeceperat Dominus per Mosen.

9 Dederunt verò filii de tribu Jehuda, & filii de tribu Simeon oppida ista, quae nominatim sic [5] vocantur.

10 [6] Filiorum verò Aharonis de familia Kahath, qui erant de filiis Leui prima sors fuit.

11 Quibus dederunt Kirath-arba [7] patris Anoc[*], ipsa est Hebron in monte Juda cum suburbanis agris eius per circuitum eius.

12 ([8] Agrum verò[*] illius ciuitatis & villas eius dederunt Caleb filio Jephunna pro sua possessione.)

13 [9] Filiis autem[*] Aharonis sacerdotis dederũt oppidum confugii pro homicidis, Hebron & agros eius suburbanos, Libna quoque & agros eius suburbanos,

14 Et Iathir & agros eius suburbanos, Estemoa & agros eius suburbanos,

15 Et Holon & agros eius suburbanos, Debir & agros eius suburbanos.

16 Et Ain & agros eius suburbanos, Iuta & agros eius suburbanos, Beth-semes & agros eius suburbanos, oppida nouem à tribubus istis.

17 De tribu verò Beniamin, Gibeon & agros eius suburbanos, Geba & agros eius suburbanos,

18 Et Anathoth & agros eius suburbanos, Almon & agros eius suburbanos, oppida quatuor.

19 Omnia oppida filiorum Aharonis sacerdotum tredecim oppida sunt cum agris suis suburbanis.

20 Familiis verò filiorum Kahath Leuitarum, qui residui erant ex filiis Kahath ([10] sortem suam oppidorum à tribu Ephraim)

21 Dederunt eis oppidum confugii pro homicida Sechem, & agros eius suburbanos in monte Ephraim, & Gezer & agros eius suburbanos,

22 Et Kibzaim & agros eius suburbanos, [11] Beth horon[*] & agros suburbanos[*] oppida quatuor.

23 De tribu verò Dan, Eltheke & agros eius suburbanos, Gibethon & agros eius suburbanos,

24 Et Aialon & agros eius suburbanos, Gath rimmon & agros eius suburbanos, oppida quatuor.

25 De dimidia tribu Manasse, Thanach & agros eius suburbanos, & [12] Gath-rimmon[*] cum suburbanis praediis suis, oppida duo.

26 Omnia oppida decem cum [illegible] suis [illegible] pro familiis reliquis filiorum Kahath.

27 Porrò filiis Gerson, qui [illegible] erant de familiis Leuitarum, à tribu Manasse dimidia [illegible] oppidum confugii pro homicida: Golan in Basan cum praediis suis suburbanis, & Beeschthera cum praediis suis suburbanis, oppida duo.

28 Et de tribu Issachar, Kision & agros eius suburbanos, Dabrath & agros eius suburbanos,

29 Et Jarmuth & agros eius suburbanos, En gannim & agros eius suburbanos, oppida quatuor.

30 Et de tribu Aser, Misal & agros eius suburbanos, Abdon & agros eius suburbanos,

31 Et Helcat & agros eius suburbanos, Rehob & agros eius suburbanos, oppida quatuor. 32 De tribu Nephtali, oppidum confugii pro homicida, Kedes [13] in Galil[*] & praedia eius suburbana, Hamoth dor & praedia eius suburbana, Carthan & agros eius suburbanos, oppida tria. 33 Omnium oppidorum Gersonitarum per familias suas, tredecim oppida cum praediis suis suburbanis.

34 Reliquis familiis filiorum Merari, qui & ipsi Leuitae erant à tribu Zebulon (data sunt Iocneam & agros eius suburbanos, Cartha & agros eius suburbanos.

3 i. filiis ab Aharonitis, qui tantummodo erant Leuitae, quique non descendebant ex Amram.

4 vel, Dederunt itaque.

5 Heb. appellat. sub. is qui appellat, i. vocantur.

6 Heb. Fueruntque filii Aaron de cognationibus Caathitarũ de filiis Leui, (illis enim sors primo loco egressa est) dederuntque illis.

7 i. maximi gigantum.

8 Agrum autem &c. Per occupationem hoc dicitur. Dominium vrbis habebat Caleb, habitanda autem data est Leuitis.

9 Filiis itaquam.

10 Heb. (vrbes autem quas in sortibus acceperunt, fuerunt de tribu Ephraim.) Dederunt itaquam.

11 sub. inferiorem.

12 Dux erant Gathrimmon. Multę enim sunt vrbes in Terra sancta iisdem nominibus.

13 i. quae sita erat in Galilaea.

5 Et reliquis filiorum Caath, id est Leuitis qui superfuerant, de tribubus Ephraim, & Dan, & [*] dimidiae tribus[*] Manasse ciuitates decem.

6 Porrò filiis Gerson egressa est sors, vt acciperent de tribubus Issachar & Aser & Nephthali, dimidiaque tribu Manasse in Basan ciuitates numero tredecim.

7 Et filiis Merari per cognationes suas de tribubus Ruben & Gad & Zabulon vrbes duodecim.

8 Dederuntque filiis Israel Leuitis ciuitates & suburbana earum, sicut praecepit Dominus per manum Moysi, singulis sorte tribuentes.

9 De tribubus filiorum Iuda & Simeon dedit Iosue ciuitates: ‖ quarum ista sunt nomina.

10 Filiis Aaron per familias Caath Leuitici generis (prima enim sors illis egressa est)

11 Cariath-arbe patris Enac, quae vocatur Hebron, in monte Iuda, & suburbana eius per circuitum.

12 (‖ Agros verò, & villas eius dederat Caleb filio Jephone ad possidendum.)

13 Dedit ergo filiis Aaron sacerdotis Hebron confugii ciuitatem, ac suburbana eius: & Lobnam cum suburbanis suis:

14 Et Jether, & [*] Estemo,

15 Et Holon, & Dabir,

16 Et Ain, & Ieta, & Beth-sames, cum suburbanis suis: ciuitates nouem de tribubus, vt dictum est, duabus.

17 De tribu autem filiorum Beniamin, Gabaon & Gabae.

18 Et Anathoth & Almon, cum suburbanis suis: ciuitates quatuor.

19 Omnes simul ciuitates filiorum Aaron sacerdotis tredecim, cum suburbanis suis.

20 Reliquis verò per familias filiorum Caath Leuitici generis haec est data possessio.

21 De tribu Ephraim vrbes confugii Sichem cum suburbanis suis in monte Ephraim, & Gazer,

22 Et Cibsaim & Beth-horon, cum suburbanis suis, ciuitates quatuor.

23 De tribu quoque Dan: Eltheco & Gabathon.

24 Et Aialon & Gethremmon, cum suburbanis suis, ciuitates quatuor.

25 Porrò de dimidia tribu Manasse, Thanach & Geth-remmon, cum suburbanis suis, ciuitates duę.

26 Omnes ciuitates decem, & suburbana earum, datae sunt filiis Caath inferioris gradus.

27 Filiis quoque Gerson Leuitici generis dedit de dimidia tribu Manasse confugii ciuitates, Gaulon in Basan, & Bosram, cum suburbanis suis, ciuitates duas.

28 Porrò de tribu Issachar: Cesion, & Dabereth,

29 Et Jaramoth, & En-gannim, cum suburbanis suis, ciuitates quatuor.

30 De tribu autem Azer, Messal & Abdon,

31 Et Helcath, & Rohob, cum suburbanis suis, ciuitates quatuor.

32 De tribu quoque Nephthali ciuitates confugii, Cedes in Galilaea, & Hammoth dor, & Carthan, cum suburbanis suis, ciuitates tres.

33 Omnes vrbes familiarum Gerson, tredecim, cum suburbanis suis.

34 Filiis autem Merari Leuitis inferioris gradus per familias suas data est de tribu Zabulon, Iecnam & Cartha.

[*] dimidiae tribus.

Gersonitarum.

Meraritarum.

B Ciuitates Caathitarum, 1. Paral. 4. d

supra 14. d

[*] Estemoa.

C

Gersonitarum.

Meraritarum.

35 Et

D 35 Et Damna & Naalol, ciuitates quatuor cum suburbanis suis.
36 De tribu Gad ciuitates confugii, Ramoth in Galaad, & Manaim.
37 Et Hesebon & Iazer, ciuitates quatuor, cum suburbanis suis.
38 De tribu Ruben vltra Iordanem contra Iericho ciuitates refugii, Bosor in solitudine, Misor & Iazer.
39 Et Iethson & Mephaath, ciuitates quatuor cum suburbanis suis.
40 Omnes vrbes filiorum Merari per familias & cognationes suas duodecim.
41 Itaque ciuitates vniuersæ Leuitarum in medio possessionis filiorum Israel fuerunt quadraginta octo cum suburbanis suis.
42 Singulæ per familias distributæ.

Initium Cap. XXII. iuxta aliquorum sententiam.

43 Deditque Dominus Deus Israel omnem Terram, quam traditurum se patribus eorum iurauerat: & possederunt illam, atque habitauerunt in ea.

Promissiones de Terra Chanaã impleta.

Pax Israelitis.

44 Dataque ab eo pax in omnes per circuitum nationes: nullusque eis hostium resistere ausus est, sed cuncti in eorum ditionem redacti sunt.
45 Ne vnum quidem verbum, quod illis præstiturum se esse promiserat, irritum fuit, sed rebus expleta sunt omnia.

35 Dimna & agri eius suburbani, Nahalal & agri eius suburbani, oppida quatuor.
36 De tribu quoque Gad oppidum confugii pro homicida, Ramoth in Gilead & agri eius suburbani, Mahanaim & agri eius suburbani.
37 Et Hesbon & agri eius suburbani, Iaazer & agri eius suburbani, omnium oppidorum quatuor.
38 De tribu Ruben, Bezer & agri eius suburbani, Iaza & agri eius suburbani.
39 Et Kedemoth & agri eius suburbani, Mephaath & agri eius suburbani, oppida quatuor.
40 Omnium quoque oppidorum filiorum Merari per familias suas, qui reliqui erant ex familiis Leuitarum, [14] fuerunt iuxta sortem eorum oppida duodecim.
41 Vniuersorum autem oppidorum Leuitarum [15] in possessionibus filiorum Israel, fuerunt oppida quadraginta octo cum pascuis suis suburbanis.
42 [16] Fuerunt que hæc oppida singula seorsum posita, circum vero illa agri suburbani, idque de singulis his oppidis [intelligite.]
43 Dedit itaque Dominus Israeli omnem terram quam iurauerat se daturum patribus eorum, possederuntque eam, & habitarunt in ea.
44 Et Dominus dedit eis [17] requiem circumquaque, [18] iuxta omnia quæ iurauerat patribus eorum, & non restitit eis quispiam in faciem ex omnibus inimicis eorum, omnes hostes eorum tradidit Dominus in manus eorum.

45 [19] Non excidit vel vnum verbum de omni verbo bono quod loquutus fuerat Dominus ad domum Israel, vniuersa euenerunt.

14 i. missa sorte tib. habuerũt oppida duodecim.
15 in medio possessionis.
16 H.b. Fuerũt vrbes istæ singulæ & suburbana eaũ per circuitũ suum: ita se res habuit per oẽs vrbes istas: singulæ harum vrbium habuerunt sua suburbana, omnibus enĩ vrbibus illis assignata fuerũt sua suburbana.
17 i. summã pacem & tranquillitatem.
18 vel, prorsus vt iurauerat, &c.
19 i. Deus oẽs promissiones suas adimpleuit Israelitis.

CAPVT XXII.

Tribus Ruben, Gad, & dimidia tribus Manasse, remittũtur in suam possessionem.

Pax Israelitis.

A 1 Eodem tempore vocabat Iosue Rubenitas, & Gaditas, & dimidiam tribum Manasse, Dixitq; ad eos.
2 Fecistis omnia quæ præcepit vobis Moyses famulus Domini: mihi quoque in omnibus obedistis.
3 Nec reliquistis fratres vestros longo tempore, vsque in præsentem diem, custodientes imperiũ Domini Dei vestri.
4 Quia igitur dedit Dominus Deus vester fratribus vestris quietem & pacem, sicut pollicitus est: reuertimini, & ite in tabernacula vestra, & in terrã possessionis, quam tradidit vobis Moses famulus Domini trans Iordanem.

Num. 32. f

5 Ita dumtaxat, vt custodiatis attente, & opere compleatis mandatum & legem quam præcepit vobis Moyses famulus Domini, vt diligatis Dominum Deum vestrum, & ambuletis in omnibus viis eius, & obseruetis mãdata illius, adhæreatisq; ei, ac seruiatis in omni corde, & in omni anima vestra.
B 6 Benedixitq; eis Iosue, & dimisit eos. Qui reuersi sunt in tabernacula sua.

Sors filiorum Manasse.

7 Dimidiæ autem tribui Manasse possessionem Moyses dederat in Basan: & idcirco mediæ quæ superfuit, dedit Iosue sortẽ inter cæteros fratres suos trans Iordanem ad Occidentalem eius plagam.

Vt parti prædæ dimidiat fratribus Rubenitæ, Gaditæ, & Manassitæ, iubet Iosue.

8 Cumq; dimitteret eos in tabernacula sua, & benedixisset eis, dixit ad eos, In multa substãtia atque diuitiis reuertimini ad sedes vestras, cũ argento & auro, ære ac ferro, & veste multiplici: diuidite prædam hostium cum fratribus vestris.
9 Reuersiq; sunt, & abierunt filii Ruben, & filii Gad, & dimidia tribus Manasse a filiis Israel de Silo, quæ sita est in Chanaan, vt intrarent Galaad Terrã
C possessionis suæ, quam obtinuerant iuxta imperiũ Domini in manu Moysi.

Altare immẽsæ magnitudinis ædificatur ab eis in monimẽtũ religionis.

10 Cumque venissent ad tumulos Iordanis, in Terram Chanaan, ædificauerunt iuxta Iordanem altare infinitæ magnitudinis.
11 Quod cum audissent filii Israel, & ad eos certi

1 Tum vocabat Iehoschua Rubenitas, Gaditas, & dimidiam tribum Manasse, Dixitque ad eos,
2 Vos custodiuistis omnia quæ præcepit vobis Moses famulus Domini, & obediuistis voci meæ in omnibus quæ præcepi vobis,
3 Non reliquistis fratres vestros [1] istis multis diebus in hunc vsque diem, sed [2] custodiuistis diligenter præceptum Domini Dei vestri.
4 Quandoquidem igitur Dominus Deus vester requiem dedit fratribus vestris, quemadmodum pollicitus erat eis, reuertimini & redite ad vestra, ad tentoria vestra, ad terram possessionis vestræ, quam dedit vobis Moses seruus Domini citra Iordanem.
5 [3] Modo diligenter custodiatis & faciatis præceptũ & legem quam Moses seruus Domini vobis præcepit, vt diligatis Dominum Deum vestrum, & eatis in omnibus viis eius, vt custodiatis præcepta eius, & vt adhæreatis ei, seruiatisque ei ex toto corde vestro, & ex tota anima vestra.
6 Quumque [4] eos Iehoschua collaudasset, dimisit eos, abieruntque ad tentoria sua.
7 Et dimidiæ tribui Manasse [5] dederat Moses in Basan, & alteri dimidiæ dedit Iehoschua inter fratres suos [6] citra Iordanem ad Occiduam plagam:
8 [7] Proinde & hos dimisit Iehoschua ad tentoria sua, [postquam] eis [8] valedixisset. Et ait ad eos hæc verba, Vos reuertimini ad tentoria vestra cum opibus multis, & cum ingenti copia pecoris, [onusti] argento, auro, ære, ferro, vestimentisque multis: [9] diuidite prædam hostium vestrorum cum fratribus vestris.
9 [10] Versi igitur filii Ruben, & filii Gad, & dimidia tribus Manasse abierunt a filiis Israel de Silo quæ est in terra Chanaan, vt venirent in terram Gilead, ad terram possessionis suæ, [11] quam obtinuerant iuxta os Domini [12] per Mosen.
10 Et venerunt [13] ad limites Iordanis qui est in terra Chanaan; extruxeruntque filii Ruben, filii Gad, & dimidia tribus Manasse ibidem aram iuxta Iordanem, aram [14] magnificam & spectabilem.
11 Et audierunt filii Israel [15] quod diceretur, Ecce ædificauerunt filii Ruben, filii Gad, & dimidia tribus

1 vel, à multo tempore.
2 Heb. custodiuistis custodiam præcepti.
3 Ita dumtaxat, vt, &c.
4 Hebr. benedixisset eis Iosue, &c. Hoc per anticipationem dicitur.
5 sub. possessionem.
6 vel, vltra.
7 Heb. & etiam. vel, præterea.
8 Heb. benedixisset.
9 i. partimini inter vos spolia quæ tulistis ab inimicis vestris, & accipiat partem vestram.
10 vel, Reuersi.
11 cuius facti fuerant possessores.
12 Heb. in manu Mosis.
13 i. in regionẽ quæ adiacet Iordani.
14 Hebr. magnã visu, i. spectandæ magnitudinis.
15 Heb. dicere, i. aliquem renũciasse, hoc, &c.

Manasse aram è regione terra Chanaan in limitibus Ior-
danis è regione filiorum Israel.
12 *Quod cum audissent filij Israel, congregati sunt*
vniuersa multitudo filiorum Israel in Silo, vt ascenderēt
contra eos & belligerarent.
13 *Et miserunt filij Israel ad filios Ruben, ad filios*
Gad, & ad dimidiam tribum Manasse in terram Gile-
ad, Pinhas filium Eleazari sacerdotis:
14 *Sed & decem principes cum eo, de quaq; tribu Is-*
rael vnum principem iuxta domos patrum, qui singuli
capita erant [16] *secundum familias patrum suorum in*
millibus Israel.
15 *Venientes itaq; ad filios Ruben, ad filios Gad, &*
ad filios dimidia tribus Manasse in terram Gilead, lo-
quuti sunt cum eis in hac verba,
16 [17] *Dixerunt vniuersus cœtus Domini,* [18] *Quæ*
est ista perfidia, qua perfidi estis in Deum Israelis, [19] *vt*
recederetis hodie a Domino, [20] *quum extruxistis vobis*
aram, vt rebelles essetis contra Dominum?
17 [21] *Num parua ducitur nobis iniquitas Peor, à qua*
nondum purificati sumus in hunc vsque diem, propter
quam facta est clades magna in cœtu Domini?
18 [22] *Et vos quidem auersi estis hodie à Domino,* [23]
fietq; vt quum vos hodie rebelles fueritis aduersus Do-
minum, [24] *ipse cras contra vniuersam multitudinē Is-*
raelis [25] *irascatur.*
19 *Porro si terra possessionis vestra* [26] *immunda est,*
transite ad terram possessionis Domini, in qua manet ta-
bernaculum Domini, & possessionem occupate inter nos,
& ne rebelles sitis aduersus Dominum, neq; [27] *contra nos*
rebelles sitis, vt extruatis vobis aram, præter aram Do-
mini Dei nostri,
20 *Annon Achan filius Zarah prævaricationē præ-*
varicatus est [28] *in harem, & ira desæuit in vniuersum*
cœtum Israelis: [29] *qui tametsi esset vir vnus, non tamen*
[solus] periit in iniquitate sua.
21 *Responderunt filij Ruben, filij Gad, & filij dimi-*
dia tribus Manasse, & loquuti sunt ad capita millium
Israel,
22 [30] *Deus deorum Dominus, Deus deorum Domi-*
nus [31] *ipse nouit, & Israel quoq; cognoscet, si per rebellio-*
nem, aut per prævaricationem contra Dominum [hoc fa-
ctum est,] ne [32] *serues nos hodie.*
23 [33] *Vt scilicet extrueremus nobis aram ad rece-*
dendum à Domino, aut ad sacrificandum super ea holo-
caustum & [34] *sacrificium cibarium, aut si vt facere-*
mus super eam sacrificia pacificorum, Dominus ipse [35]
requirat.
24 [36] *Si non magis ex solicitudine ac cura huius rei*
fecimus illud, quod scilicet diximus, Dicent [37] *ali-*
quando filij vestri ad filios nostros hoc verbo, [38] *Quid*
vobis cum Domino Deo Israelis?
25 [39] *Limitem posuit Dominus inter nos & inter*
vos, ô filij Ruben & filij Gad, [nempe] Iordanem, atque
ideirco non est vobis [40] *pars in Domino: & sic* [41] *filij*
vestri occasionem dabunt filijs nostris, quo minus timeant
Dominum.
26 *Idcirco* [42] *diximus,* [43] *Age extruamus nunc no-*
bis aram, non pro holocausto neque pro sacrificio.
27 *Sed* [44] *vt sit testis inter nos & vos, atq; inter*
posteritates nostras post nos, vt [45] *exequamur cultum*
Domini coram eo in holocaustis nostris, in sacrificiis no-
stris & non dicant [46] *aliquando filij vestri filijs nostris, Non est vobis pars in Domino. Diximus igitur,*

nuncii detulissent ædificasse filios Ruben, & Gad,
& dimidiæ tribus Manasse, altare in Terra Chanaan
super Iordanis tumulos, contra filios Israel:
12 Conuenerunt omnes in Silo, vt ascenderent,
& dimicarent contra eos.
13 Et interim miserunt ad illos in Terram Ga-
laad Phinees filium Eleazari * sacerdotem. — * *sacerdotis.*
14 Et decem principes cum eo, singulos de sin- — *Reprehenduntur à cæteris filijs Israel.*
gulis tribubus.
15 Qui venerunt ad filios Ruben, & Gad, & di-
midiæ tribus Manasse in Terram Galaad, dixerūt-
que ad eos,
16 Hæc mandat omnis populus Domini, Quæ
est ista transgressio? cur reliquistis Dominum Deū
Israel, ædificantes altare sacrilegum, & à cultu il-
lius recedentes?
17 An parum vobis est quod ‖ peccastis in Beel- — D
phegor, & vsq; in præsentem diem macula huius — Num. 25. a
sceleris in * vobis permanet, multique de populo — * *nobis.*
corruerunt?
18 Et vos hodie reliquistis Dominum, & cras in
vniuersum Israel ira eius deseuiet.
19 Quod si putatis immundam esse terram pos-
sessionis vestræ, transite ad Terram in qua taberna-
culum Domini est, & habitate inter nos: tantum vt
à Domino, & à nostro consortio non recedatis, æ-
dificato altari præter altare Domini Dei nostri.
20 ‖ Nonne Achan filius Zare præteriit manda- — Sup. 7. a
tum Domini, & super omnem populum Israel ira
eius incubuit? & ille erat vnus homo, atq; vtinam
solus periisset in scelere suo.
21 Responderuntque filii Ruben, & Gad, & * di- — *Purgant se filij tribus.*
midiæ tribus Manasse principibus legationis Is- — * *dimidia.*
rael:
22 Fortissimus Deus Dominus, * ipse nouit, & — * *fortissimus Deus Dominus.*
Israel simul intelliget: si prævaricationis animo — E
hoc altare construximus, nō custodiat nos, sed pu-
niat nos in præsenti:
23 Et si ea mente fecimus vt holocausta, & sacri-
ficiū, & pacificas victimas super eo imponeremus,
ipse quærat & iudicet:
24 Et non ea magis cogitatione atq; tractatu,
vt diceremus, Cras dicent filii vestri filiis nostris,
Quid vobis & Domino Deo Israel?
25 Terminum posuit Dominus inter nos & vos
ô filii Ruben, & filii Gad Iordanem fluuium: & id- — B
circo partem non habetis in Domino. & per hanc
occasionem auertent filii vestri filios nostros à ti-
more Domini.
26 Putauimus itaque melius, & diximus, Extrua-
mus nobis altare, non in holocausta, neq; ad victi-
mas offerendas,
27 Sed in testimonium inter nos & vos, & so-
bolem nostram, vestramq; progeniem, vt seruia-
mus Domino, & iuris nostri sit offerre & holocau-
sta, & victimas, & pacificas hostias: & nequaquam
dicant cras filii vestri filiis nostris, Non est vobis
pars in Domino.
28 Quod si voluerint dicere, respondebunt eis,
Ecce altare Domini quod fecerunt patres nostri,
non in holocausta, neq; in sacrificium, sed in testi-
monium nostrum ac vestrum.

28 [47] *Si futurū est vt, sic dicat aliquando ad nos & ad posteritates nostras:* [48] *dicemus, Videte exemplar aræ Domini,*
quod fecerunt patres nostri non vt sibi sacrificent holocausta aut sacrificia, [49] *sed vt esset testis inter nos & inter vos.*

16 Familiarum.
17 dicunt.
18 Heb. Quid (subaudi) ista prævaricatio qua prævaricati estis, id est, quam admisistis &c.
19 vel, desciscendo.
20 Vel, extruendo.
21 Heb. an parum nobis est iniquitas Peor &c. id est, An debet nobis videri parua: quasi dicat, Nonne contenti esse debemus illa iniquitate, quam in colendo idolo Moabitarum admisistis? illa fuit tanta vt necdum Deus sit placatus, tametsi multi perierunt.
22 Vos autem deseretis hodie Dominum,
23 Hebr. vos quidem rebellabitis hodie.
24 [illegible]
25 irascetur.
26 sub. opinione vestra.
27 Vel, a nobis deficiatis, extruendo.
28 in anathemate,
29 Hebr. & ille vir, solus non &c. sub. quanto magis propter peccata multorum multi peribunt?
30 Id est, qui vnicus est Deus. Repetitur autem ad maiorem confirmationem.
31 quo scilicet animo id fecerimus.
32 sub. ô Deus, si ea mente fecimus, vt deficeremus à Deo, & prævaricaremur in eum.
33 Heb. (Si cogitauimus) extruere nobis aram vt auerteremur vel post Dominum, id est, vt deseremus eum.
34 Vel, muneris oblationem,
35 sub. in nos, & poenas animaduertat.
36 Hebr. Et non pot [illegible] id est, eo animo, [illegible] huius rei [illegible]
37 Heb. cras, id est, posthac in posterum.
38 Quasi dicat, Nihil est vobis commune cum Domino, [illegible] Deus [illegible]
39 Heb. [illegible] Limitem [illegible] Vel, Cum limitem posuerit
40 [illegible] id est, Dominus [illegible] Deum.
41 [illegible] filios nostros vt non timeant [illegible] à cultu Dei.
42 sub. [illegible]
43 Heb. [illegible]
44 erit.
45 Compleamus exerceamus.
46 Heb. cras id est, post [illegible]
47 [illegible] habetis portionem in Domino.
48 Id est, [illegible]
49 [illegible]

29 Absit à nobis hoc scelus vt recedamus à Domino, & eius vestigia relinquamus extructo altari ad holocausta, & sacrificia, & victimas offerendas, præter altare Domini Dei nostri quod extructum est ante tabernaculum eius.

30 Quibus auditis, Phinees sacerdos, & principes legationis Israel, qui erant cũ eo, placati sunt: & verba filiorum Ruben, & Gad, & dimidiæ tribus Manasse, libentissime susceperunt.

31 Dixitq; Phinees filius Eleazari sacerdos ad eos, Nunc scimus quòd nobiscũ sit Dominus, quoniam alieni estis à prævaricatione hac, & liberastis filios Israel de manu Domini.

in Terram.

32 Reuersusq; est cum principibus à filiis Ruben & Gad de Terra Galaad, [a]finium Chanaan ad filios Israel, & retulit eis.

33 Placuitque sermo cunctis audientibus: Et laudauerunt Deum filii Israel, & nequaquam vltrà dixerunt vt ascenderent contra eos atque pugnarent, & delerent Terram possessionis eorum.

34 Vocaueruntq; filii Ruben, & filii Gad altare quod extruxerant, Testimonium nostrum, quòd Dominus ipse sit Deus.

29 [10] Absit longe à nobis vt rebelles simus aduersus Dominum, & vt auertamur hodie à Domino, [11] vt ædificaremus aram pro holocaustis, pro sacrificiis eucharisticis, aut [aliis] hostiis aliam ab ara Domini Dei nostri quæ est coram tabernaculo eius.

30 Audiens verò Pinhas sacerdos, & principes multitudinis & capita millium Israelis, qui cum eo erant, verba ista quæ loquuti fuerant filii Ruben, filii Gad, & filii Manasse, [12] placuit eis.

31 Dixitque Pinhas filius Eleazari sacerdotis ad filios Ruben, ad filios Gad, & ad filios Manasse, Iam cognoscimus quòd Dominus sit inter nos: quandoquidem non designastis prævaricationem istam aduersus Dominum, nunc liberastis filios Israel de manu Domini.

32 Reuersus est itaq; Pinhas filius Eleazari sacerdotis & principes à filiis Ruben, a filiis Gad de terra Gilead ad terram Chanaan ad aliquos filios Israel, & retulerunt illis responsum.

33 Placuit hæc res filiis Israel, & [13] gratias egerunt Deo filii Israel, nihilq; ùs [amplius] dixerunt de ascendendo contra eos ad prælium, & de vastando terram quã inhabitabant filii Ruben atq; filii Gad.

34 Et vocauerunt filii Ruben & filii Gad aram istam [14] Hed, [dicentes,] Testimonium nostrum est quòd Dominus [sit] Deus.

10 Heb. Prohibitio (sit) nobis ab hoc, sub. ilo scelere. q. d. absit a scelere. Gallice, Ja Dieu ne plaise que facions tel cas.
11 ædificando.
12 Sub. responsio.
13 Heb benedixerunt Deum.
14 Hed: (dicentes,) Quia testis est inter nos q Dñs (est) Deus. sub. verus. Hed, significat testem, (quia) vacat hoc loco.

CAPVT XXIII.

A

Iosue dehortatur populum à commercio & falsa religione Gentium.

1 EVoluto autem multo tempore, postquam pacem dederat Dominus Israeli, subiectis in gyro nationibus vniuersis, & Iosue iam longæuo, & persenilis ætatis.

[b] iudices.

2 Vocauit Iosue omnem Israelem, maioresque natu, & principes, ac [b] duces, & magistros, dixitq; ad eos, Ego senui, & progressioris ætatis sum:

3 Vosq; cernitis omnia quæ fecerit Dominus Deus vester cũctis per circuitum nationibus, quomodo pro vobis ipse pugnauerit:

[c] diuisi.

4 Et nunc quia vobis sorte [c] diuisit omnem Terram, ab Orientali parte Iordanis vsque ad Mare magnum, multæque adhuc supersunt nationes:

5 Dominus Deus vester disperdet eas, & auferet

B à facie vestra, & possidebitis Terram, sicut vobis pollicitus est.

6 Tantum cõfortamini, & estote solliciti, vt custodiatis cuncta quæ scripta sunt in volumine legis Moysi: & non declinetis ab eis neque ad dexteram neque ad sinistram.

Non iurandum per nomina idolorum.

7 Ne postquam intraueritis ad Gentes, quæ inter vos futuræ sunt, iuretis in nomine deorum earum, & seruiatis eis, & adoretis illos:

8 Sed adhæreatis Domino Deo vestro, quod fecistis vsque in diem hanc.

Pugnat Deus pro iis qui ipsi fidunt.

9 Et tunc auferet Dominus Deus in conspectu vestro gentes magnas & robustissimas, & nullus vobis resistere poterit.

C

10 Vnus e vobis persequetur hostium mille viros: quia Dominus Deus vester pro vobis ipse pugnabit, sicut pollicitus est.

Diligendus Deus.

11 Hoc tantum diligentissime præcauete, vt diligatis Dominum Deum vestrum.

12 Quod si volueritis gentium harum quæ inter vos habitant, erroribus adhærere, & cum eis miscere connubia, atque amicitias copulare:

[d] erunt.

13 Iam nunc scitote quod Dominus Deus vester non eas deleat ante faciem vestram, sed [d] sint vobis in foueam ac laqueum, & offendiculum ex latere vestro, & sudes in oculis vestris, donec vos auferat atque disperdat de Terra hac optima quam tradidit vobis.

1 ET factum est post dies multos, postea quam Dominus requiem præstitisset Israeli ab omnibus hostibus eorum circumquaque, vt Iehosua [1] consenesceret senioq; grauaretur.

2 Vocauit ergo Iehosua vniuersum Israelem, seniores eius, principes eius, iudices eius, & præfectos eius, dixit ad eos, Ego senex iam sum & [2] prouecta ætatis.

3 Et vos vidistis omnia quæ fecit Dominus Deus vester cunctis gentibus istis [3] in conspectu vestro, [4] quomodo Dominus Deus vester [5] pugnauerit pro vobis.

4 [6] En ego prostraui vobis gentes istas reliquas, vt accipiatis eas hæreditate tribubus vestris, a Iordane, & omnes gentes quas [7] excidi, [8] & mari magno ad Solis occasum.

5 Et Dominus Deus vester expellet eas ante vos, atque [9] exterminabit eas a conspectu vestro, & vos possidebitis terram illarum, quemadmodum pollicitus est Dominus Deus vester vobis.

6 Estote ergo [10] vehementer fortes, [11] vt custodiatis & faciatis omne quod scriptum est in libro legis Mosis, [12] ne recedatis ab eo neque ad dexteram, neque ad sinistram.

7 [13] Ne quum veneritis inter gentes istas, istas inquam quæ vobiscum superfuerint, commemoretis aut iuretis per nomen deorum earum, & ne colatis eos, neq; adoretis eos.

8 Sed adhæreatis Domino Deo vestro, sicuti fecistis in hunc vsq; diem.

9 [14] Et expellet Dominus ante vos gentes [15] multas atq; fortes, [16] quemadmodum & in hunc vsq; diem nemo potuit stare coram facie vestra.

10 Vir vnus e vobis [17] persequetur mille: quoniam Dominus Deus vester [18] ipse pugnabit pro vobis, sicut pollicitus est vobis.

11 [19] Obseruate ergo quàm chara est vobis anima vestra, vt diligatis Dominum Deum vestrum.

12 Etenim si reuersi fueritis, & reliquiis illarum gentium quæ vobiscum [derelictæ] sunt adhæseritis, si iunxeritis cum eis connubia, si ingressi fueritis ad eas, & ipsæ ad vos.

13 [20] Certo experiemini quòd Dominus Deus vester amplius non expellet omnes gentes istas a facie vestra, sed erunt vobis in laqueum & offendiculum, & [21] flagelli [22] lateribus vestris, & spinæ oculis vestris: donec [23] pereatis de terra hac bona quam dedit vobis Dominus Deus vester.

CAP. XXIII.
1 Heb. senex esset, & prouectæ ætatis.
2 Heb. ingressus in dies.
3 Heb. à conspectu vero. i. propter vos.
4 nam.
5 pugnauit.
6 Heb. Videte. sub. oculis mentis. i. Perpendite animo.
7 vel, deleui.
8 vsq; ad mare magnum.
9 propulsabit.
10 vel, fortis admodum animo.
11 vel, in obseruando, & opere complendo.
12 vt non recedatis.
13 Heb. Vt (nõ) commisceamini cum gentibus istis quæ reliquæ sunt vobiscum, & nomen deorũ earum non memoretis, neque iurare faciatis, neque seruiatis, neq; adoretis alios per nomen illorum deorum.
14 Propterea expulit.
15 magnas.
16 & robustas, &c.
17 persequutus est.
18 ipse est qui pugnat.
19 Præcauete ergo vobis diligentissime: Pro (vobis,) Hebraice legitur, in animabus vestris.
20 Scitote iam nunc.
21 flagellum.
22 i. quo percutiuntur latera vestra, & in spinas quibus oculi vestri pungentur. q. d. admirum in modum affligẽt vos.
23 i. euciamini.

24 siue, ingressurus sum, &c. moritur[a] sum vt constitutum est omnib. hom inib.
25 scitote ergo in toto corde fideliter.
26 vel, intercidit
27 i. promissionibus.
28 intercidit ex eis.
29 i. quicquid malorū comminatus est vobis.
30 abieritis.

14 Et ecce ego hodie [24] ingredior viam vniuersæ terræ, [25] & vos scitis in toto corde vestro atque tota anima vestra, quòd non [26] irritum fuit vel verbum vnum vnum de cunctis [27] sermonibus bonis, quos loquutus est Dominus Deus vester de vobis, [sed quod] omnia euenerunt vobis, non [28] cecidit ex eo verbum illum.

15 Quemadmodum verò omne verbum bonum, quod loquutus est Dominus Deus vester ad vos, venit super vos: sic adducet quoq; Dominus super vos [29] omne verbū malum, donec deleat vos de terra hac bona quam dedit vobis Dominus Deus vester.

16 Quum perfidè transgressi fueritis fœdus Domini Dei vestri quod præcepit vobis, [si scilicet] [30] ieritis atq; colueritis deos alios, adoraueritisq; eos, tunc irascetur furor Domini contra vos, & peribitis ilico de terra hac bona quam dedit vobis.

14 En ego hodie ingredior viam vniuersæ terræ, ‖& toto animo cognoscetis quod de omnibus verbis quæ se Dominus præstiturū vobis esse pollicitus est, vnum non prætierit incassum. D

15 Sicut ergo impleuit opere quod promisit, & prospera cuncta venerunt: sic adducet super vos quicquid malorum comminatus est, donec vos auferat atque disperdat de Terra hac optima quam tradidit vobis.

16 Eo quòd præterieritis pactum Domini Dei vestri, quod pepigit vobiscum, & seruieritis diis alienis, & adoraueritis eos: cito atq; velociter consurget in vos furor Domini, & auferemini ab hac Terra optima quam tradidit vobis.

Via vniuersæ terræ.

Promissiones suas Iosue fuctus impleuit Deus.

Mala que minatur desertoribus ipsum, irrogaturus Deus.

CAPVT XXIIII.

1 vel, maiores natu. quos scil. habebat a consiliis. Secundò conuocat populum Iosue, cōmemorās beneficia Dei vt facilius colendum Dom persuadeat.
2 i. coram arca Dei, quæ tū erat in Sichem. Eo tempore fuerat translata arca fœderis è Silo in Sichem, ad tēpus, vt ante arcam initetur fœdus, q deprehendisse é [illegible] libri. Nam liber erat cōclusus in arca fœderis [illegible] eum scripsisse in libro legis.
3 i. Sic vos alloquitur Dominus per me.
4 i. Euphraten.
5 vel, habitabāt.
6 vel, initio.
7 Hebr. de vltra flumine. i. de regione quæ erat vltra Euphraten.
8 vel, duxi illum per, &c.
9 i. prout, siue [illegible]
[illegible]
11 [illegible] plagas.
[illegible]
[illegible] patres vestros.
12 siue, Rubrū.
13 vel, [illegible]
14 & p[illegible]
15 [illegible]
16 [illegible] & animo.
17 [illegible]
18 malediceret vobis.
19 [illegible] Non pugnauit [illegible] Iericho, sed [illegible] [illegible] & restiterunt [illegible] tuonis [illegible].

1 Congregans autem Iehosua vniuersas tribus Israel in Sichem, vocauit [1] seniores Israelis, & principes, eius, iudices eius atque præfectos eius, steterúntque [2] coram Deo.

2 Et ait Iehosua ad vniuersum populum, [3] Sic dicit Dominus Deus Israel, Trans [4] fluuium [5] habitarunt, [6] olim patres vestri, nempe Therah pater Abraha & pater Nahor, seruierúntq; diis aliis.

3 Et ego tuli patrem vestrum Abraham [7] trans fluuium, & [8] duxi illum per vniuersam terram Chanaan, & auxi semen eius, & dedi ei Isaac.

4 Sed & ipsi Isaac dedi Iacob atq; Esau: & tradidi ipsi Esau montem Seir, vt possideret eum: Iacob autem & filii eius descenderunt in Ægyptum.

5 Misique Mosen & Aaronem, & afflixi Ægyptum, [9] quemadmodum feci in medio eius, & [10] tandem eduxi [11] vos.

6 Eduxi inquam patres vestros ex Ægypto: & quum venissent ad mare, insequuti sunt Ægyptii patres vestros vsque ad mare [12] [illegible] cum curribus & equitatu.

7 Et quum clamassent ad Dominum, posuit caliginē inter vos & Ægyptios, & adduxit super eos mare, & [13] operuit eos, & oculi [illegible] quæ feceram in Ægypto: [illegible] in deserto [illegible]:

8 Et [illegible] Amorrhæorum qui habitant trans Iordanem [illegible] contra vos, tradidiq; eos in manum [illegible], [illegible] terrā eorum, exterminauiq; eos [illegible] à facie vestra.

9 Surrexit deinde Balac filius Zippor rex Moabitarū, [16] [illegible] contra Israelem, [17] & mittens vocauit Bileam filium Beor, [18] qui vos deuoueret.

10 [illegible] Bileam, quin benedicendo benedixit [illegible], & ego eripui vos de manu eius.

11 Transito [illegible] Jordane venistis ad Jericho, & pugnauerunt contra vos [19] domini Jericho, Amorrhæi nempe, Pherezæi, Chananæi, Hithæi, Girgasæi, Hiuæi & Jebusæi, tradidiq; eos in manum vestram.

12 Misi [illegible] [20] crabrones ante faciem vestram, qui [illegible] confpectum vestrum, nempe duos reges Amorrhæorum. [21] non autem gladio tuo, aut arcu tuo.

13 Et dedi vobis terram [22] pro qua nihil laborastis, & vrbes quas non extruxistis, in quibus vos habitatis: vineas & o[illegible] quas non plantastis, [23] de quibus vos vescimini.

14 Nunc igitur timete Dominum, & seruite illi cum integritate & [24] fide, & tollite deos quos coluerunt patres vestri [25] trans flumen & in Ægypto, & seruite Domino.

1 Congregauitq; Iosue omnes tribus Israel in Sichem, & vocauit maiores natu, ac principes, & iudices, & magistros: steterúntque in conspectu [a] Domini. A

2 Et ad populum sic locutus est, Hæc dicit Dominus Deus Israel, ‖ Trans Fluuium habitauerunt patres vestri ab initio, Thare pater Abraham & Nachor: seruierúntq; diis alienis.

3 Tuli ergo patrem vestrum Abraham de Mesopotamię finibus: & adduxi eum in Terram Chanaan: multiplicauiq; semen eius, ‖ & dedi ei Isaac.

4 Illiq; rursum dedi Iacob & Esau. ‖ è quibus, Esau dedi montem Seir ad possidendum: ‖ Iacob verò, & filij eius descenderunt in Ægyptum.

5 ‖ Misique Moysen & Aaron, & percussi Ægyptum multis signis atq; portentis.

6 ‖ Eduxiq; vos & patres vestros de Ægypto, & venistis ‖ ad mare: persecutiq; sunt Ægyptii patres vestros cum curribus & equitatu, vsque ad Mare rubrum. B

7 Clamarunt autem ad Dominum filii Israel: qui posuit tenebras inter vos & Ægyptios: & adduxit super eos mare, & operuit eos. Viderunt oculi vestri cuncta quæ in Ægypto fecerim, & habitastis in solitudine multo tempore:

8 Et introduxi vos in Terram Amorrhæi, qui habitabat trans Iordanem. ‖ cúmq; pugnarent cōtra vos, tradidi eos in manus vestras, & possedistis Terram eorum, atq; interfecistis eos.

9 ‖ Surrexit autē Balac filius Sephor rex Moab, & pugnauit contra Israelem. Misitq; & vocauit Balaam filium Beor, vt malediceret vobis: C

10 Et ego nolui audire eum, sed è contrario per illum benedixi vobis, & liberaui vos de manu eius.

11 Transistisq; Iordanem, & venistis ad Iericho. ‖ pugnaueruntq; contra vos viri ciuitatis eius, Amorrhæus & Pherezæus & Chananæus & Hethæus & Gergesæus & Heuæus & Iebusæus: & tradidi illos in manus vestras.

12 ‖ Misique ante vos crabrones: & eieci eos de locis suis, duos reges Amorrhæorum, non in gladio & in arcu tuo.

13 Dedique vobis Terram in qua non laborastis, & vrbes quas non ædificastis, vt habitaretis in eis, vineas & oliueta quæ non plantastis.

14 Nunc ergo timete Dominum, & seruite ei perfecto corde atq; verissimo, & auferte deos quibus seruierunt patres vestri in Mesopotamia & in Ægypto, ac seruite Domino.

Iosue cōmemoratis Dei beneficiis hortatur populū ad legis obseruantiam.
a Dei.
Gen. 11. d
Gen. 12. a. 25. d
Gen. 36. a
Gen. 46. a
Exod. 3. e
Exod. 12. f
Exod. 14. a
Num. 21. a
Num. 22. a
sup. 3. d. 6. a. 2. a
sup. 11. d

[illegible] aut [illegible] dent [illegible] 20 siue, muscam venenatam. 21 quod non viribus vestris sed diuino auxilio. 22 In qua id est, fructum terræ, in qua nemo vestrum laborauit. 23 vel, quas comeditis. i. quarum oleatum fructum comeditis. 24 veritate. sine hypocrisi. 25 vltra fluuium, hoc est, in Mesopotamia.

15 Sin

D 25 Sin autem malum vobis videtur vt Domino seruiatis, optio vobis datur: eligite hodie quod placet, cui seruire potissimum debeatis, verum diis quibus seruierunt patres vestri in Mesopotamia, an diis Amorrhæorum, in quorum Terra habitatis: ego autem & domus mea seruiemus Domino.

16 Responditque populus, & ait, Absit à nobis vt relinquamus Dominum, & seruiamus diis alienis.

17 Dominus Deus noster ipse eduxit nos & patres nostros de Terra-Ægypti, & de domo seruitutis: fecitque videntibus nobis signa ingentia, & custodiuit nos in omni via per quam ambulauimus, & in cunctis populis per quos transiuimus.

18 Et eiecit vniuersas Gentes, Amorrhæum habitatorem Terræ quam nos intrauimus. seruiemus igitur Domino, quia ipse est Deus noster.

19 Dixitque Josue ad populum, Non poteritis seruire Domino: Deus enim sanctus & fortis æmulator est, nec ignoscet sceleribus vestris atque peccatis.

20 Si dimiseritis Dominum, & seruieritis diis alienis, conuertet se, & affliget vos, atque subuertet postquam vobis præstiterit bona.

E 21 Dixitque populus ad Josue, Nequaquam ita vt loqueris, erit, sed Domino seruiemus.

22 Et Josue ad populum, Testes, inquit, vos estis, quia ipsi elegeritis vobis Dominum vt seruiatis ei. Responderuntque, Testes.

Corda inclinanda ad Deum.

23 Nunc ergo, ait, auferte deos alienos de medio vestri, & inclinate corda vestra ad Dominum Deum Israel.

24 Dixitque populus ad Josue, Domino Deo nostro seruiemus, & obedientes erimus præ-
F ceptis eius.

Fœdus populi cum Domino.

25 Percussit ergo Josue in die illo fœdus, & proposuit populo præcepta atque iudicia in Sichem.

26 Scripsit quoque omnia verba hæc in volumine legis Domini: & tulit lapidem pergrandem, posuitq; eum subter quercum quæ erat in sanctuario Domini.

Lapis in testimonium erectus.

27 Et dixit ad omnem populum, En lapis iste erit vobis in testimonium quòd [a] audieritis omnia verba Domini quæ locutus est vobis: ne forte postea negare velitis, & mentiri Domino Deo vestro.

[a] audierit.

28 Dimisitque populum, singulos in possessionem suam.

Moritur Josue.

29 Et post hæc mortuus est Josue filius Nun seruus Domini, centum & decem annorum:

30 Sepelieruntque eum in finibus possessionis
G suæ in Thamnath-sare, quæ est sita in monte Ephraim, à Septentrionali parte montis Gaas.

Israel seruit Deo.

31 Seruiuitque Israel Domino cunctis diebus Josue & seniorum, qui longo vixerant tempore post Josue, & qui nouerant omnia opera Domini quæ fecerat in Israel.

Ossa Joseph sepeliuntur. Gen. 50. d Gen. 33. d

32 Ossa quoque Joseph, ‖ quæ tulerant filii Israel de Ægypto, sepelierunt in Sichem, in parte agri quem emerat Jacob ‖ à filiis Hemor patris Sichem, centum nouellis ouibus, & fuit in possessionem filiorum Joseph.

Eleazar moritur.

33 Eleazar quoque filius Aaron mortuus est: & sepelierunt eum in Gabaath Phinees filii eius, quæ data est ei in monte Ephraim.

15 Quòd si vobis seruire Domino [26] displicuerit, eligite vobis hodie cui seruiatis, diisne quibus seruierunt patres vestri qui fuerunt [27] trans flumium, an diis Amorrhæorum in quorum terra vos habitatis: ego quidem & domus mea seruiemus Domino.

16 Respondit populus, & ait, Absit à nobis vt relinquamus Dominum, & seruiamus diis aliis:

17 Quoniam Dominus Deus noster ipse est qui eduxit nos & patres nostros ex terra Ægypti, & [28] de domo seruitutis, qui & in oculis nostris fecit hæc signa magna, custodiens nos in omni via per quam profecti sumus, & in omnibus populis per quos transiuimus.

18 Eiecit quoq; Dominus [29] ante nos omnes populos, & Amorrhæum habitantem in terra. seruiemus ergo & nos Domino, quoniam ipse est [30] Deus noster.

19 Et ait Jehosua ad populũ, [31] Non poteritis seruire Domino: Deus enim sanctus est ipse, & Deus [32] vindex, [33] vt non ferat prævaricationem vestram, & peccata vestra.

20 Si deserueritis Dominum, atq; diis alienis seruieritis, [34] conuersus affliget vos, exterminabitq; vos, postea quam vobis benefecit.

21 Et ait populus ad Jehosuam, Minime, quia Domino seruiemus.

22 Et ait Jehosua ad populum, Testes [35] estis contra vosipsos [36] quòd elegeritis vobis Dominum vt illi seruiatis. Et dixerunt, Testes vtique.

23 Auferte igitur [37] deos alienos qui sunt inter vos, & inclinate cor vestrum ad Dominum Deum Israelis.

24 Dixit populus ad Jehosuam, Domino Deo nostro seruiemus, & voci eius obediemus.

25 Ferit itaq; Jehosua fœdus cum populo eodem die, & [38] proposuit ei ceremonias & iudicia in Sichem.

26 Scripsit quoq; Jehosua verba ista in [39] libro legis Dei: & accipiens lapidem magnum, erexit eum ibidem subter quercum, quæ erat [40] in sanctuario Domini.

27 Et ait Jehosua ad vniuersum populum, Ecce lapis iste erit [41] nobis [42] testis, quoniam [43] audiuit omnia [44] verba Domini quæ loquutus est nobiscum, eritq; testis contra vos, ne forte [45] abnegetis Deum vestrum.

28 Dimisit itaque Jehosua populum, quemq; ad hæreditatem suam.

29 Postea quam verò hæc gesta [46] essent, mortuus est Jehosua filius Nun, seruus Domini, quum esset natus centum & decem annos.

30 Sepelieruntq; eum intra terminũ possessionis suæ in Thimnath sarah, quæ sita est in mõte Ephraim, a Septentrione montis Gaas.

31 Et seruiuit Israel Domino cunctis diebus Jehosuæ, & cunctis diebus seniorum [47] qui post Jehosuam dies suos prorogarunt, & qui nouerant omnia opera Domini quæ fecerat Israeli.

32 Sed & ossa Joseph, quæ tulerant filii Israel ex Ægypto, sepelierunt in Sechem in parte agri quem emerat Jacob a filiis Hemor patris Sechem centum [48] nummis. [49] & fuerunt filiis Joseph in hæreditatem.

33 Eleazar quoq; filius Aharonis mortuus est, quem sepelierunt [50] in colle Pinhas filii eius, [51] qui datus est ei in monte Ephraim.

26 Heb. malũ est in oculis vestris.
27 i. vltra Euphraten.
28 i. e loco vbi seruiebamus durissimam seruitutem.
29 Heb. a facie nostra.
30 i. quẽ colere debemus.
31 vel, potestis. sub. cum simulachris.
32 zelotes. i. nõ patitur riualẽ in amore: si ita loqui liceat dicere.
33 non feret.
34 i. mutata sententia hoc est, pro eo q bene vobis facere volebat.
35 vel, eritis.
36 vel, vos eum elegistis.
37 i. simulachra quæ cepistis expugnatis vrbibus, aut carulistis ex Ægypto.
38 statuit ei statuta, &c. i. proposuit præcepta moralia & ceremonialia. nihil adiecit legi, sed conditiones huius fœderis docuit eos.
39 qui scilicet erat in arca.
40 i. in loco vbi erat arca Dñi, qui sanctificabatur præsentia arcæ. propterea sanctuariũ vocat.
41 inter nos.
42 i. vice testimonii teriabitur [illegible] cum Domino vt eum coleretis.
43 q.d. leges fuerunt latæ iuxta lapidem istum, [illegible] accusabit vos: ne postea dicatis vos non pepigisse fœdus his legibus cum Domino.
44 id est, verba pacti initi.
45 mentiamini cõtra Deum vestrum, i. ne postea inficiemini vos fœdus iniisse his legibus cum Domino.
46 fuerunt.
47 i. qui diu vixerũt post mortem Iosue.
48 vel, agnis. forte quod nummi illi formam haberent agnæ impressam.
49 q.d. atque ita factum est vt filii Ioseph haberent eius ossa in sua portione.
50 i. Gibeath Pinhas. nomen vrbis.
51 quæ (Gibeath) data fuerat (sub. a synagoga) ei. sub. Pinha.

LIBER IVDICVM, HEB. SOPHTIM.

Argumentum in librum Iudicum.

Librum Iudicum statum Reipubl. Israelitarum inde à temporibus Iosuæ vsq; ad Helim Sacerdotem, peccata eorum in genere, renouamenta Dei partim meritis, partim iudiciis, postremo singularia duo exempla impudentissima Israelitarum describit: vt ex illis corruptissima in Religione & moribus Reip. imago conspiciatur. Estq; historia annorum à morte Iosuæ ducentorum nonaginta nouem.

CAPVT I.

1 vel, consulerent. Samuel, vt aiūt Hebræi, author est huius libri, in quo delicta Israelis, & Dei misericordia & prouidentia conspiciuntur. Simul describitur ratio qua Dominus remp. Israeliticam administrauit ante reges. Iudices enim dicebantur hi quorum opera Deus gubernabat populum, regebatque ipsum sub eo.
2 Hebr. contra Chananæos in principio ad pugnandum contra eum? i. Quis primus nostrū parabit expeditionem in Chananæos?
* Iuda, pro tota tribu Iuda accipi debet.
3 vel, tradam.
4 i. regionem q̃ Chananæi occupant. nam eam vin. et.
5 Veni ergo.
6 i. ad tribū Simeonitarum Simeonitæ quód essent propinquiores tribui Iudæ & ulter inclusi terminis, vocantur
7 in sortem meā. i. Veni mecū expugnemus eos q̃ partem nobis sorte assignatam occupant.
8 in sortē tuam. i. adiuuabo te in expugnādis iis qui partiam tibi assignatam occupant.
9 i. in agro vicino vrbi besec.
10 sub. q̃ iuua. h. Adoni-besec.
11 vel, regulos.
12 manuum & pedum pollices amputauerat, vt hac ratione essēt inepti bello, & et alios a bello deterreret.

OST mortem Jehosuæ factum est, vt [1] interrogarent filii Israel Dominum hisce verbis, Quis ascendet nobis, [2] quo duce geramus bellum contra Chananæos?

2 Et respondit Dominus, * Jehuda ascēdat, en [3] tradidi [4] terram in manum eius.

3 [5] Et dixit Jehuda ad [6] Simeonem fratrem suum, Ascende mecum [7] in sorte mea, vt bellum geramus contra Chananæum & ego quoq; tecum ibo [8] in sorte tua. & abiit cum eo Simeon.

4 Ascendit itaque Jehuda, & tradidit Dominus Chananæum & Pherizæum in manus eorum, & percusserunt ex eis [9] in Besec decem millia virorum.

5 Et inuenientes Adoni besec in Besec, pugnauerunt contra eum, percusseruntque [10] Chananæum & Pherizæum.

6 Fugit autem Adoni-besec, quem persequuti sunt, & apprehendentes eum, resecuerunt pollices manuum eius atq; pedum eius.

7 Et ait Adoni-besec, Septuaginta [11] reges amputatis pollicibus manuum atque pedum eorum [12] colligebant sub mensa mea: quemadmodum feci, sic mihi Deus rependit. & introducentes eum in Jerusalem, ibidem mortuus est.

8 [13] Quumq; Jerosolyma oppugnarent filii Jehuda, ceperunt eam, percusseruntq; [eam] gladio, & iniecerunt ignem in ciuitatem.

9 [14] Postea descenderunt filii Jehuda, vt oppugnarent Chananæum habitantem in montanis & ad Meridiem, & in campestribus.

10 Profectus est autem Jehuda contra Chananæum habitātem in Hebron (nomen autem antea fuit Kiriatharba) & percusserunt Sesai, Abiman atq; Thalmai.

11 Hinc profectus ad habitatores Debir. nomen autem Debir antea fuit Kiriath sepher.

12 Et ait [15] Caleb, Qui percusserit Kiriath sepher, ceperitque eam, huic dabo Achsam filiam meam vxorem.

13 Cepit verò eam Othoniel [16] filius Cenez fratris Caleb qui natu illo minor erat, & dedit ei Achsam filiam suam vxorem.

14 Quum verò illa [17] ingrederetur, suasit vt postularet a patre suo agrum. Et quum [18] dimitteret se ex asino, dixit ei Caleb, [19] Quid tibi?

15 Ipsa vero dixit ei, Da mihi [20] donum aliquod: quoniam terram [21] siccaneam dedisti mihi, da mihi etiā [22] irrigua. & dedit ei Caleb [23] [24] irrigua superiora & inferiora.

16 Filii autem [25] Kenæi affinis Mosis, [26] ascenderunt de ciuitate Palmarum cum filiis Jehuda in desertum Jehuda, quod est in Meridie Arad, [27] abeuntesq; habitauerunt [28] cum populo.

POST mortem Josue consuluerunt filii Israel Dominum, dicētes. Quis ascendet ante nos contra Chananæum, & erit dux belli? A

2 Dixitq; Dominus, Judas ascendet: ecce tradidi Terram in manus eius.

3 Et ait Judas Simeoni fratri suo, Ascende mecū in sortem meam, & pugna contra Chananæum, vt & ego pergam tecum * in sorte tua. & abiit cum eo Simeon.

4 Ascenditq; Judas, & tradidit Dominus Chananæum, ac Pherezæum in manus eorum: & percusserunt in Bezec, & pugnauerunt cōtra eum, ac percusserunt in Bezec decem millia virorum.

5 Inueneruntq; Adoni bezec in Bezec, & pugnauerunt contra eum, ac percusserunt Chananæū & Pherezæum. B

6 Fugit autem Adoni-bezec, quem persequuti comprehenderunt, cæsis summitatibus manuum eius ac pedum.

7 Dixitq; Adoni-besec, Septuaginta reges amputatis manuum ac pedum summitatibus, colligebant sub mea mensa ciborū reliquias: sicut feci, ita reddidit mihi Deus. adduxeruntq; eum in Jerusalē, & ibi mortuus est.

8 Oppugnantes ergo filii Juda Jerusalem, ceperunt eam, & percusserunt in ore gladii, tradentes cunctam incendio ciuitatem.

9 Et postea descendentes pugnauerunt contra Chananæum qui habitabat in montanis, & ad Meridiem in campestribus.

10 Pergensq; Judas contra Chananæum qui habitabat in Hebron, (cuius nomen fuit antiquitus Cariath-arbe) percussit Sesai, & Ahimā, & Thomal: C

11 Atq; inde profectus abiit ad habitatores Dabir, cuius nomen vetus erat Cariath-sepher, id est, ciuitas literarum.

12 Dixitq; Caleb, Qui percusserit Cariath-sepher, & vastarit eam, dabo ei Axam filiam meā vxorem.

13 Cumq; cepisset eam Othoniel filius Cenez frater Caleb minor, dedit ei Axam filiam suam coniugem.

14 Quam pergentem in itinere monuit vir suus vt peteret à patre suo agrum. Quæ cum suspirasset sedens in asino, dixit ei Caleb, Quid habes?

15 At illa respondit. Da mihi benedictionem: quia terram arentem dedisti mihi, da & irriguam aquis. dedit ergo ei Caleb irriguum superius & irriguum inferius. D

16 Filii autem Cinæi cognati Moysi ascenderūt de Ciuitate-palmarum, cum filiis Juda in desertum sortis eius, quod est ad Meridiem Arad, & habitauerunt cum eo.

Tribus Juda, dux belli constituitur.
* *in sortem tuā.*
Judas cum Simeone expugnat Chananæos.
Adoni-bezec cōprehenditur.
Jerusalem oppugnatur.
Iosue 15. d
Dabir capitur.
Othoniel.
Axa filia dat Caleb terram irriguam.

13 Heb. erant colligentes. sub. panem vel micas. 13 Iam autē pugnauerant filii Iuda contra Ierusalem, expugnaueruntq; eam, & percusserant eam (i. ciues eius) ense, & iniecerant vrbem in ignem. [illegible] in ignem ciuitatem: hoc est, [illegible]. 14 Ierusalem erat in loco edito, ob id ait descenderunt. His, inquit, gestis descenderunt, &c. 15 princeps [illegible] tribus Iuda, & cui promissa erat Hebron. Per anticipationem hæc eadem narratur historia cap. 15. Iosue. 16 (i. Cenezæus) frater Caleb. Vide Iosue 15. hæc eadem. 17 iter. vel, deduceretur. sub. in domum mariti. 18 vel, delaberet. 19 i. Quid hoc tecū est quod suspiras? 20 Heb. benedictionem i. munus q̃ à te petam. 21 Heb. Australem. i. siticulosum agrum & arentem. 23 scaturigines (vel, fontes) aquarū i. locum [illegible] arentem aquis. 24 Heb. fontes superiores (partis agri,) & fontes inferiores (partis agri.) 25 i. Iethro. Nepotes Iethro Kenæi habitabant in agro Ierichuntino, vt interpretatur Chaldæus paraphrast. Moti autem gloria & felicitate tribus Iudæ, abierunt ex agro Ierichuntino. 26 vel, abierunt. 27 Hebraice singulariter legitur, abiit, & habitauit, sub. princeps, vna cum populo. 28 i. cum filiis Iuda.

Herma.
Gaza.
Ascalon.
Accaron.

17 Abiit autem Iudas cum Simeone fratre suo, & percusserunt simul Chananæum qui habitabat in Sephath, & interfecerũt eum. vocatumq; est nomen vrbis, Horma, id est, anathema.

18 Cepitq: Iudas Gazam cum finibus suis, & Ascalõnem, atque Accaron cum terminis suis.

E 19 Fuitq; Dominus cum Iuda, & montana possedit: nec potuit delere habitatores vallis, quia falcatis curribus abundabant.

Num. 14. d

20 Dederuntq; Caleb Hebron, sicut dixerat Moyses, qui deleuit ex ea tres filios Enac.

Iebusæus habitat Ierusalem. Beth-el quæ & Luza, expugnatur a filiis Ioseph.

21 Iebusæum autem habitatorem Ierusalẽ non deleuerunt filii Ben-iamin: habitauitq: Iebusæus cũ filiis Ben iamin in Ierusalem vsque in præsentem diem.

22 Domus quoq; Ioseph ascendit in Beth el, fuitque Dominus cum eis.

23 Nam cum obsiderent vrbem quæ prius Luza vocabatur,

24 Viderunt hominem egredientem de ciuitate dixeruntq; ad eum, Ostende nobis introitum ciuitatis, & faciemus tecum misericordiam.

F 25 Qui cum ostendisset eis, percusserunt vrbem in ore gladii hominem autem illum, & omnẽ cognationem eius dimiserunt.

Luza.
** Tanach.*

26 Qui dimissus, abiit in Terram Hethim, & ædificauit ibi ciuitatem, vocauitq; eam Luzam: quæ ita appellatur vsque in præsentem diem.

27 Manasses quoq; non deleuit Beth-san, & * Thanach cum viculis suis, & habitatores Dor, & Ieblaam, & Mageddo cum viculis suis, cœpitque Chananæus habitare cum eis.

Chananæi tributarii.

28 Postquam autem confortatus est Israel, fecit eos tributarios, & delere noluit.

29 Ephraim etiam non interfecit Chananæum qui habitabat in Gazer, sed habitauit cum eo.

** Cetron,*
** Naalok*

30 Zabulon non deleuit habitatores * Cethron, & * Naalon: sed habitauit Chananæus in medio eius, factusque est ei tributarius.

G 31 Aser quoq; non deleuit habitatores Accho, & Sidonis, Ahalab, & Achazib, & Helba, & Aphec, & Rohob.

32 Habitauitq; in medio Chananæi habitatoris illius Terræ, nec interfecit eum.

33 Nephthali quoque non deleuit habitatores Beth-semes, & Beth anath: & habitauit inter Chananæum, habitatorem Terræ, fueruntq; ei Bethsemitæ, & Bethanitæ tributarii.

34 Arctauitq; Amorrhæus filios Dan in monte, nec dedit eis locum vt ad planiora descenderent:

** testatio.*

35 Habitauitq; in monte Hares, quod interpretatur * testatio, in Aialon & Salebim. & aggrauata est manus domus Ioseph, factusque est ei tributarius.

36 Fuit autem terminus Amorrhæi ab Ascensu scorpionis, Petra, & superiora loca.

17 *Sed & Iehuda abiit cum Simeone fratre suo, & percusserunt Chananæum habitantem in Zephath, [29] vastaruntque eam: [30] & appellauit nomen eius [31] Horma.*

18 *Cepit insuper Iehuda Gazam atq; limitem eius, & Ascalon, limitemque eius, Accaron & limitem eius.*

19 [32] *Et Dominus affuit Iudæ vt expelleret montanos, qui vero in vallibus habitabant nõ potuit expellere, quod ferratos habebant currus.*

20 *Ipsi Caleb dederunt Hebron, quemadmodum locutus fuerat Moses qui & illinc expulit tres filios [33] Anac.*

21 *Iebusæum vero qui Ierosolymis habitabat, non expulerunt filii Beniamin, quin Iebusæus habitat cum filiis Beniamin in Ierusalem in hunc vsq; diem.*

22 *Qui de domo Iosephi erãt, [34] ascenderũt in Bethel: & [35] fuit Dominus cum eis. Hi vero qui de domo Iosephi erant,*

23 [36] *Explorauerunt Beth el (cuius vrbis nomen antea erat Luza:)*

24 *Quiq; obseruabant, viderunt virum quendam egredientem ex vrbe, ad quem dixerunt, Ostende nobis quæso [37] aditum ad hanc vrbem, & [38] beneficio te afficiemus.*

25 *Qui quum aditum eis ad vrbem indicasset, percusserunt vrbem gladio, virum autem illum & omnem familiam eius [39] ablegarunt.*

26 *Abiens vero vir ille in terram Hithæorum, extruxit ciuitatem, vocauitq; nomen eius Luz, & hoc est nomen eius in hunc vsq; diem.*

27 *Manasse quoq; non [40] vastauit Beth-sean & [41] filias eius, [42] Thaenach & filias eius, habitatores Dor & filias eius, habitatores Iibleam & filias eius, & habitatores Megiddo & filias eius: [43] licet animum Chananæus in terra ista habitandi despondisset.*

28 *Hoc tamen factum est vt Israel quum [44] inualuisset, Chananæo tributum imponeret, [45] sed funditus non excideret eum.*

29 *Sed & Ephraim non expulit Chananæum habitantem in Gazer, sed habitauit Chananæus in medio eius, nempe in Gazer.*

30 *Zebulon quoq; non expulit habitatores Kitron, & habitatores Nahalol, sed Chananæus habitauit in medio eius, [46] tributariiq; facti sunt coacti.*

31 *Sic Aser non expulit habitatores Acco, & habitatores Zidon, & Achlab, Achzib atque Helba, Aphik & Rehob.*

32 [47] *Et Aseræi habitauit inter Chananæos habitantes in terra, quoniam non [potuit] eiicere eum.*

33 *Naphthali non expulit habitatores Beth semes, & habitatores Beth anath, sed habitauit inter Chananæos habitantes in terra factiq; sunt habitatores Beth semes & Beth anath illis tributarii.*

34 *Amorrhæi [48] afflixerunt filios Dan vsque in montem, [49] nec permiserunt illis vt descenderet in vallem,*

35 *Tametsi Amorrhæus habitandi in monte Heres, in Aialon, & in Saalbim animum despondebat: inualescente autem manu domus Iosephi, (Amorrhæi) tributum ferre coacti sunt.*

36 *Porro limes Amorrhæi fuit [50] ab Ascensu scorpionum, [51] à Petra ipsa & supra.*

29 Vel, funditus euerterunt.
30 Vel, propterea appellauit.
31 i. anathema, quod funditus deleuissent vrbem.
32 Vel, Dominus autem aderat Iudæ, & expulit (tantum montanos: quia non potuit) expellere eos qui habitabant in campestribus,
33 gigantum, i. tres potentissimos tyrannos.
34 i. expeditionẽ mouerunt contra Beth-el.
35 i. expugnarunt eam ope Domini.
36 exploratores constituerunt in Beth-el,
37 i. qua parte vrbs hæc facile capi potest.
38 Heb. faciemus tecum misericordiam.
39 vel, dimiserunt. i. pepercerunt ei.
40 Heb. expulit Beth-sean, i. ciues Beth-sean. i. ciues Beth-sean & viculorũ eius.
41 Id est, viculos, siue villas.
42 (sub. habitatores) Thaenach, & villarum eius.
43 Heb. optauitque Chananæus habitare in terra ista constus est vt cum illis habitare. Chaldæus paraphr. cepitq, Chaldæus paraph. cœpitque Chananæus &c.
44 Vel, fortior euasisset,
45 & non expulit eum.
46 Heb. & fuerunt (Chananæi) in tributum. sub. Zabulonitis.
47 Aser igitur.
48 compulerunt sub se recipere.
49 Heb. non enim permittebat eum descendere in campestria. Operauitq, Amorrhæus habitare in monte Heres, in Aialon, & in Saalbim, & aggrauata est manus domus Ioseph, & fuerunt in tributum, vel, Cum aut Amorrhæus totis viribus conaretur habitare in &c. & cum aggrauata est &c. i. filii Ioseph superarunt Amorrhæos, illi ipsis filiis Ioseph Amorrhæi [illegible]

CAPVT II.

Angelus exprobrat Israelitis quod cum Chananæis fœdus fecerint.

A 1 Ascenditq; angelus Domini de Galgalis ad Locum flentium, & ait, Eduxi vos de Ægypto, & introduxi in terram pro qua iuraui patrib9 vestris: & pollicitus sum vt non facerem irritũ pactũ meum vobiscum in sempiternum:

2 Ita duntaxat vt non feriretis fœdus cum habitatoribus Terræ huius, & arces eorũ subuerteretis: & noluistis audire vocem meam cur hoc fecistis?

1 *Ascendit autem [a] angelus Domini de Gilgal in Bochim, & ait, Adduxeram vos ex Ægypto, & introduxeram vos in terram quam iuraui patribus vestris dixeramq;, Nunquam faciam irritum fœdus meũ (quod pepigi) vobiscum,*

2 *Modo vos ne feriatis fœdus cum habitatoribus huius terræ, quin potius aras eorum diruatis. at vos non audistis vocem meam, cur hoc fecistis?*

tributarii. 50 à Maale-acrabim. Hic locus erat in parte Australi Terræ sanctæ. 51 (Imo) à Sela & vltra. Sela, vrbs Arabiæ q. d. Multum procedebatur dominium Amorrhæorum, neque vsque &c. porrigebaturque versus Septentrionem vsque ad Dan.

CAP. II. a Vel legatus, propheta missus a Deo. Hebræi aiunt hunc fuisse Phineem.

3 *Ego quoq; dixi. Non eiiciam eos ante vos, sed erunt vobis [a] in spinas, & dii eorum offendiculo*

4 *Factumque est quum loqueretur angelus Domini verba ista ad omnes filios Israel, ut populus sublata voce flerent.*

5 *Vocaueruntq; nomen illius loci [3] Bochim, & sacrificauerunt ibidem Domino.*

6 *Nam quum dimisisset Jehosua populum, abierunt filii Israel quisq; in hæreditatem suam, ut occuparent terram.*

7 *Et seruiuit populus Domino cunctis diebus Jehosua, atq; cunctis diebus seniorum, [5] qui prorogarunt dies post Jehosuam, qui scilicet viderant vniuersum opus Domini magnum quod fecerat Israeli.*

8 *Et mortuus est Jehosua filius Nun seruus Domini, quum esset natus centum & decem annos.*

9 *Sepelieruntq; eum in termino hæreditatis suæ in Thimnath heres in monte Ephraim a Septentrione montis Gaas.*

10 *Sed & cunctum hoc seculum collectum est [6] ad patres suos surrexitq; alia generatio post illos, quæ Dominum & opus quod fecerat Israeli, [7] non cognouit.*

11 *Fecerunt ergo filii Israel malum [8] in oculis Domini, seruieruntque Baalim.*

12 *Et deserentes Dominum Deum patrum suorum qui eduxit eos de terra Ægypti, abierunt post deos alios, [9] post deos populorum qui erant circum eos, & adorauerunt eos, atque ad iram concitauerunt Dominum.*

13 *Et derelicto Domino, coluerunt Baal atque [10] Astaroth.*

14 [11] *Incaluit furor Domini aduersus Israelem, [12] tradiditq; eos in manum diripientium eos, qui diripuerunt eos, &* [13] *vendidit eos in manum hostium eorum qui circum eos erant, nec potuerunt amplius [14] stare coram hostibus suis.*

15 *Quum [15] quocunq; egrederentur, [16] manus Domini fuit contra eos ad malum, quemadmodum minatus fuerat Dominus, sicutq; iurauerat eis Dominus. (in summa) afflixit eos grauiter.*

16 *Suscitauit autem Dominus iudices qui liberarent eos de manu diripientium eos.*

17 *Sed & iudices suos audire renuerunt, quin potius scortati sunt post deos alios, & adorauerunt eos, defeceruntque cito a via qua incesserant patres eorum, [17] ut obedirent mandatis Domini, (sed) non fecerunt [18] sic.*

18 *Quumq; Dominus iudices eis [19] excitasset, affuit Dominus iudici, [20] seruauitq; eos de manu hostium eorum cunctis diebus illius iudicis. Nam [21] pœnitudine ducebatur Dominus propter suspiria illorum (quæ emittebant) metu opprimentium & affligentium eos.*

19 *Mox ut iudex [22] moreretur, resiliebant, & [23] corruptiores erant quam patres eorum, sectantes alios deos, [24] quos colerent, quosq; adorarent, nihilq; diminuerunt de studiis suis, deque via sua dura.*

20 [25] *Tum rursus exæstuauit nasus Domini aduersus Israelem, ita ut diceret, Quandoquidem gens ista transgreditur fœdus meum quod [26] mandaui patribus eorum, nec audierunt vocem meam.*

21 *Nec ego ultra expellam aliquem ante eos, ex his gentibus quas moriens Jehosua [27] reliquit.*

22 *Ut [28] Israel ipsis tentetur, custodiantne viam Domini incedantque in ea, sicut patres eorum custodierunt, necne.*

23 *Reliquit ergo Dominus gentes illas, nec cito exterminauit eas, neque tradidit eas in manum Jehosuæ.*

3 Quam ob rem nolui delere eos à facie vestra, vt habeatis hostes, & dii eorum sint vobis in ruinam.

4 Cumq; loqueretur angelus Domini hæc verba ad omnes filios Israel, eleuauerunt vocem suam, & fleuerunt.

5 Et Vocatum est nomen loci illius, Locus flentium siue lachrymarum: immolaueruntq; ibi hostias Domino.

6 Dimisit ergo Josue populum, & abierunt filii Israel vnusquisq; in possessionem suam, vt obtinerent eam:

7 Seruieruntq; Domino cunctis diebus eius, & seniorum, qui longo post eum vixerunt tempore, & nouerant omnia opera Domini quæ fecerat cũ Israel.

8 Mortuus est autem Josue filius Nun famulus Domini, centum & decem annorum.

9 Et sepelierunt eum in finibus possessionis suæ in * Thamnath-sare in monte Ephraim, à Septentrionali plaga montis Gaas:

10 Omnisq; illa generatio congregata est ad patres suos. & surrexerunt alii, qui non * nouerunt Dominum, & opera quæ fecerat cum Israel.

11 Feceruntq; filii Israel malum in conspectu Domini & seruierunt Baalim.

12 Ac dimiserunt Dominum Deum patrum suorum, deduxerat eos de Terra Ægypti: & secuti sunt deos alienos, * qui deos quoq; populorũ qui habitabant in circuitu eorum, & adorauerũt eos: & ad iracundiam concitauerunt Dominum,

13 Dimittentes eum, & seruientes Baal & Astharoth.

14 Iratusque Dominus contra Israel, tradidit eos in manus diripientium: qui ceperunt eos, & vendiderunt hostibus qui habitabant per gyrum: nec potuerunt resistere aduersariis suis,

15 Sed quocunque pergere voluissent, manus Domini super eos erat, sicut locutus est, & iurauit eis: & vehementer afflicti sunt.

16 Suscitauitq; Dominus iudices qui liberarent eos de vastantium manibus:

17 Sed nec eos audire voluerunt, fornicantes cum diis alienis, & adorantes eos. Cito deseruerunt viam per quam ingressi fuerant patres eorum: & audientes mandata Domini, omnia fecère contraria.

18 Cumq; Dominus iudices suscitaret, in diebus eorum flectebantur misericordia, & audiebat afflictorum gemitus, & liberabat eos de cæde vastantium.

19 Postquam autem mortuus esset iudex, reuertebantur, & multo faciebant [illegible] quam fecerãt patres eorum, sequentes deos alienos, seruientes eis, & adorantes illos, non dimiserũt adinuentiones suas, & viam durissimam per quam ambulare consueuerant.

20 Iratusque est furor Domini in Israel, & ait, Quia irritum fecit gens ista pactum meum quod pepigeram cum patribus eorum, & vocem meam audire contempsit,

21 Et ego non delebo gentes quas dimisit Josue & mortuus est:

22 Vt in ipsis experiar Israel, vtrum custodiant viam Domini, & ambulent in eas sicut custodierunt patres eorum, an non.

23 Dimisit ergo Dominus omnes nationes has, & cito subuertere noluit, nec tradidit in manus Josue.

Populo incredulo, idola relinquit Deus in ruinam.

B

Iosue 24. B

* *Thamnath-heres.*

Israelita qui opera Dei nõ nouerant, adorant idola.

* *nouerant.*

C

* *deosque.*

Traduntur in manus hostium.

Iudices constituit Deus super Israelem, ut ipsum liberent.

Fornicatio.

D

Sequuntur suas adinuentiones.

A

a Heb. In laterib. [illegible] vobis [illegible] quibus [illegible] latera vestra. Abiecerunt, in laqueos.
3. i. flentes.
4 Iam ante dimiserat. aut, Postea quam scil. missis sortib. diuisit terram. Hæc n. dicitur per recapitulationem.
5 i. qui superstites fuerant post Iosue.
6 Heb. Et etiam omnis generatio illa cõgregata est
7 non cognouerant. vel, cognoscebant.
8 i. quod displicebat Domino cuncta intuenti.
9 Heb. quæ erãt de diis gentium quæ &c.
10. Astaroth significat simulachra quæ habebant effigiem ouium.
11 vel, iratus est.
12 i. fecit ut vincerentur, & venirent in manus hostium.
13. i. more vẽdẽtis tradidit.
14. i. resistere inimicis.
15. i. quocunq; se verterent.
16. i. vincebantur Domino authore.
17 obediendo.
18 quemadmodũ scilicet fecerunt patres eorum.
19 suscitauerat, aderat.
20 eripiebatque.
21 Vel, mutabat sententiam.
22 mortuus fuerat, reuertebãtur
23 Vel, deteriora committebant.
24 dum colerent eas. vel, seruiendo illis.
25 Proinde irascebatur furor.
26 Vel, præcepi. sub. seruandum.
27 sub. inultas & intactas.
28 experiar (vel tentẽ) per eas (filios) Israel, sintne seruaturi.

CAPVT III.

Hæ *autem sunt gentes quas reliquit Dominus, ut tentaret illis Israelem, nempe omnes qui [1] non nouerant vniuersa prælia Chanaan,*

1 Hæ sunt gentes quas Dominus dereliquit, vt erudiret in eis Israelem: & omnes qui nõ nouerant bella Chananæorum:

Chananæi, Amorrhæi, & huiusmodi, onera relicti a Deo inter Iudæos.

1. i. qua ratione [illegible] bella [illegible] contra Chananæos.

2. Et

2 Et postea discerent filii eorum certare cum hostibus, & habere consuetudinem præliandi:

[a] *habitabant.*

3 Quinque satrapas Philistinorum, omnemq; Chananæum, & Sidonium atq; Heuæum qui [b] habitabat[a] in monte Libano, de monte Baal-hermon vsq; ad introitum Emath.

4 Dimisitque eos, vt in ipsis experiretur Israelem, vtrum audirent mandata Domini quæ præceperat patribus eorum per manum Moysi, an non.

Israelitæ miscent connubia cum idololatris, & ob id irascitur Deus.

5 Itaque filii Israel habitauerunt in medio Chananæi, & Hethæi, & Amorræi, & Pherezæi, & Heuæi, & Iebusæi:

6 Et duxerunt vxores filias eorum, ipsisq; filias suas filiis eorũ tradiderunt, & seruierunt diis eorũ.

7 Feceruntque malum in conspectu Domini, & obliti sunt Dei sui, seruientes Baalim & Astharoth.

8 Iratusque contra Israel Dominus, tradidit eos in manus Chusan rasathaim regis Mesopotamiæ, seruieruntq; ei octo annis.

B. 9 Et clamauerunt ad Dominum: qui suscitauit eis Saluatorem, & liberauit eos, Othoniel videlicet filium Cenez, fratrem Caleb minorem:

Othoniel liberat populum. Spiritus Dei in iudice.

10 Fuitque in eo Spiritus Domini, & iudicauit Israel. Egressusque est ad pugnam, & tradidit Dominus in manus eius Chusan rasataim regem Syriæ, & oppressit eum.

11 Quieuitque Terra quadraginta annis, & mortuus est Othoniel filius Cenez.

Israelitæ conuersi ad idola firmant Eglon regi Moab.

12 Addiderunt autem filii Israel facere malum in conspectu Domini: qui confortauit aduersum eos Eglon regem Moab: quia fecerunt malum in conspectu eius.

13 Et copulauit ei filios Ammon, & Amalec: abiitque & percussit Israel, atque possedit Vrbem palmarum.

14 Seruieruntq; filii Israel Eglon regi Moab decem & octo annis.

Aod liberat populum per cusso rege.

15 Et postea clamauerunt ad Dominum: qui suscitauit eis saluatorem vocabulo Aod, inclytum[a] filium Gera filii Iemini, qui vtraq; manu pro dextera vtebatur. Miseruntque filii Israel per illum munera Eglon regi Moab.

C 16 Qui fecit sibi gladium ancipitem, habentem in medio capulum longitudinis palmæ manus, & accinctus est eo subter sagum in dextro femore.

17 Obtulitque munera Eglon regi Moab. erat autem Eglon crassus nimis.

18 Cumq; obtulisset ei munera, prosecutus est socios qui cum eo venerant.

19 Et reuersus de Galgalis, vbi erant idôla, dixit ad regem, verbum secretum habeo ad te ô rex. Et ille imperauit silentium: egressisq; omnibus qui circa eum erant,

20 Ingressus est Aod ad eum. sedebat in æstiuo cœnaculo solus, Dixitque, Verbum Dei habeo ad te. qui statim surrexit de throno.

21 Extenditque Aod sinistram manum, & tulit sicam de dextro femore suo, infixitq; eam in ventrem eius.

22 Tam validè vt capulus sequeretur ferrum in vulnere, ac pinguissimo adipe stringeretur. Nec eduxit gladium, sed ita vt percusserat, reliquit in corpore: statimque per secreta naturæ alui stercora proruperunt.

23 Aod autem clausis diligentissimè ostiis cœnaculi, & obfirmatis seris, per posticũ egressus est.

D 24 Seruique regis ingressi viderunt clausas fores cœnaculi, atque dixerunt, Forsitan purgat aluũ in æstiuo cœnaculo.

2 [1] *Tantum in hoc,*[a] *vt* [3] *generatio*[a] *filiorum Israel nosset, vtque* [4] *doceret eos*[a] *belligerare,* [5] *eos duntaxat qui antea non norunt.*[a]

3 *Quinque nempe satrapæ Palesthinorum, & cuncti Chananæi, atque Zidonii, & Hiuæi, qui scilicet habitabant in monte Libano* [6] *à monte Baal hermon,*[a] *vsq; dum venias in Hemath.*

4 *Fuerunt hi inquam,* [7] *per quos tentabat* [*Dominus*] *Israelem, vt manifestum fieret,*[a] *audirentne mandatum Domini quod præceperat patribus eorum per Mosen.*

5 *Quumque sic habitarent filii Israel inter Chananæos, Hithæos Amorrhæos, Pherizæos, Hiuæos & Iebusæos,*

6 *Duxerunt sibi filias eorum vxores, filiasq; suas dederunt filiis eorum, seruieruntq; diis eorum.*

7 *Et fecerunt filii Israel malum in oculis Domini, oblitiq; Domini Dei sui, coluerunt Baalim & Aseroth.*

8 *Et exarsit ira Domini aduersus Israelitas,* [8] *vt venderent eos in manus* [9] *Chusan Riscathaim*[a] *regis* [10] *Aram-Naharaim,*[a] *seruieruntq; filii Israel ipsi Chusan Riscathaim octo annis.*

9 *Et quum clamassent filii Israel ad Dominum, excitauit Dominus seruatorem filiis Israel, atque liberauit eos*[a] *nempe Othonielem* [11] *filium Kenas fratris Caleb,*[a] *qui illo minor natu erat.*

10 [12] *Fuitq; eit super eum Spiritus Domini,*[a] *&* [13] *iudicauit*[a] *Israelem, & egressus est in prælium, tradiditq; Dominus in manum eius Chusan Riscathaim regem Syriæ, praua [illegible] manus eius contra Chusan Riscathaim.*

11 *Et* [14] *quieuit terra*[a] *quadraginta annis, & mortuus est Othoniel filius Kenas.*

12 *Rursus fecerunt filii Israel* [15] *malum in oculis Domini,*[a] *roborauitq; Dominus Eglon regem Moabitarum contra Israelem, eo quod fecissent malum in oculis Domini.*

13 *Congregauit autem ille ad se filios Ammon atq; Amalec, & abiens percussit Israelem, & occupauerunt* [16] *Ciuitatem palmarum.*[a]

14 *Seruierunt ergo filii Israel Eglon regi Moabitico decem & octo annis.*

15 *Quumq; clamarent filii Israel ad Dominum, excitauit eis Dominus seruatorem Ehud filium Gera, filii Iemini,* [17] *qui vir erat clausa manu dextra.*[a] *Miseruntque filii Israel per ipsum munus ipsi Eglon regi Moab.*

16 *Fecerat autem Ehud sibi gladium [illegible] acutum longitudine cubitali, accinctusq; eo sub* [18] *tunica sua stricta*[a] *in dextro femore,*

17 *Obtulit munus ipsi Eglon regi Moab. fuit autem Eglon homo valde obesus.*

18 *Quumq; iam obtulisset munus,* [19] *ablegauit populum,*[a] *nempe eos qui munus portauerant.*

19 *Ipse verò reuersus a* [20] *simulachris* [21] *in Gilgal,*[a] *dixit: [illegible] verbum quoddam secretum ad te o rex. Is autem [illegible] [illegible] ab eo omnes qui stabant circa eum.*

20 *Ehud verò introiuit ad eum, sedebatq; ibi solus in cœnaculo [illegible].*[a] *Et dixit Ehud,* [24] *Est mihi verbum Dei ad te.*[a] *[illegible] surrexit [illegible].*

21 *Ehud verò [illegible] manu sua sinistra, prehendit sicam de dextro femore suo, defixitq; eam in ventrem eius.*

22 *Adeo [illegible] capulus laminam [illegible].* [25] *adepsq; laminam concluderet,*[a] *neq; eum* [26] *extraxit e ventre eius &* [27] *egressum est stercus.*[a]

23 *Et egressus Ehud* [28] *per atrium versus, venit ad [illegible],*[a] *clausisq; post se foribus cœnaculi obseratis.*

24 *Quo egresso, venerunt serui eius, videntesq; fores cœnaculi obseratas, dixerunt, Certe* [29] *regit pedes suos* [30] *in conclaui [illegible].*[a]

2 Sub. reliquit eas gentes insuperatas.
3 Idest, Posteri.
4 Doceret (sub. Dominus) eos, i. filios Israel, hoc est, vt in illis Israelitæ discerent à Deo eos cogente qua ratione deberent gerere bella.
5 Verum (vel, tantum) qui antea (sub. fuerant vel vixerant tempore Iosue) non nouerant. sub. eam artem bellicam: quòd scilicet Dominus pugnaret pro eis.
6 Idest, à monte qui situs est in valle Hermon, id est, ab Antilibano.
7 Hebr. ad probandum per eas Israelem, vt sciret. sub. Dominus.
8 Et vendidit, id est, more vendentis seruos, tradidit eos.
9 Doctus inter Hebræos ait esse nomen regis Mesopotamiæ. Alii dicunt. Chusan qui erat de Riscathaim. Chaldæus paraphrast. vertit, Chusan impii.
10 Vel, Syriæ fluuiorum. hoc est Mesopotamiæ.
11 Cenezæum fratrem Caleb.
12 Id est, Cœpit agi spiritus fortitudinis Domini, excitauit Dominus animũ eius, & fortitudine donauit eum.
13 Idest, rexit. Alii exponunt pro liberauit.
14 Idest, summa pace.
15 Id est, rem non gratam [illegible] [illegible] erat.
16 Chaldæus paraphrastes [illegible] vrbem Iericho. Alii [illegible] non procul abfuisse a Iericho.
17 Id est, qui dextera non poterat vti.
18 vestibus suis.
19 Prosecutus est (vel, deduxit) populum. siue socios.
20 Lapicidinis.
21 Quæ erant iuxta Galgala.

22 Heb. dixit, Tace, sub. dum recesserint ipsi. 23 refrigerationis, siue æstiuo. 24 Id est, Dicturus sum tibi verbum Dei. 25 Adepsque conclude [illegible], sub. vulnus, [illegible] post ferrum. siue laminam, id est, adacto ferro. 26 Educere poterat. 27 Sub. per vulnus. 28 Ad vestibulum. 29 Gestus siue habitus est egerentis, pro, purgat aluum. 30 In cubiculo refrigerationis siue æstiuo.

31 Donec cunctaretur.
32 Sub. aperire.
33 Latrinas.
34 Lustitan Seirath.
35 id est, Cum peruenisset ad eum.
36 Propter Moabitas: ne ipsi auxilium ferrent suis opem.
37 Pingues. vel, luculenti.
38 Subactaque (vel, Humiliata) fuit Moab. sub. regio, aut congregatio. i. Moabitae venerunt in potestatem filiorum Israel.
39 i. Vixerunt habitatores terrae in pace.
40 i. Palaestinis.

25 *Quumque iam expectassent [31] donec erubescerent, nec ipse fores cenaculi aperiret, sumpta claue aperuerunt: & ecce herus eorum mortuus iacebat in terra.*

26 *Interim verò dum illi [32] cunctantur, euadit Ehud, & transiens [33] sculptilia, [34] seruatus est inter condensa veprium.*

27 *Contigit autem [35] quum ingrederetur, vt cornu classicum canaret in monte Ephraim, descenderuntque cum eo filii Israel de monte, proficiscebanturque ipse ante eos.*

28 *Et ait ad eos, Sequimini me: nam tradidit Dominus hostes vestros, nempe Moabitas, in manum vestram. Qui descendentes post ipsum, vada Iordanis, vbi transitur [36] ad Moabitas, occupant, nec quemquam transire sinunt.*

29 *Percusserunt itaque eodem tempore ex Moabitis virorum circiter decem millia, qui omnes fuerunt [37] obesi, omnesque strenui milites, ne vnus quidem euasit.*

30 [38] *Subactus est itaque Moab in die illo sub manu Israel, [39] quieuitque terra octoginta annis.*

31 *Post hunc fuit Samgar filius Anath, qui [40] in Palaestina percussit sexcentos viros stimulo boum, qui & ipse Israelem seruauit.*

25 Expectantesque diu donec erubescerent, & videntes quod nullus aperiret, tulerunt clauem: & aperientes inuenerunt dominum suum in terra iacentem mortuum.

26 Aod autem dum illi turbarentur, effugit. & pertransiit Locum-idolorum vnde reuersus fuerat.

27 Venitque in Seirath: & statim insonuit buccina in monte Ephraim: descenderuntque cum eo filii Israel, ipso in fronte gradiente.

28 Qui dixit ad eos, Sequimini me: tradidit enim Dominus inimicos nostros Moabitas in manus nostras. Descenderuntque post eum, & occupauerunt vada Iordanis quae transmittunt in Moab: & non dimiserunt transire quemquam,

29 Sed percusserunt Moabitas in tempore illo, circiter decem millia, omnes robustos & fortes viros: nullus eorum euadere potuit.

30 Humiliatusque est Moab in die illo sub manu Israel: & quieuit Terra octoginta annis à praeliis.

31 Post hunc fuit Samgar filius Anath, qui percussit de Philisthiim sexcentos viros vomere: & ipse quoque defendit Israel.

Moabitas tradit Deus in manus Israel, & occiduntur.

Samgar percutit Philisthiim vomere.

CAPVT IV.

2 Id est, tradidit eos in manus Iabin more vendentium seruos.
3 Regnauerat. sub. in patre, nam rex Hasor fuit occisus a Iosue. hoc est, cuius pater regnauerat in Hasor, huic cuius nomen regnauerat &c.
4 Id est, In sylua Gentium: quia ibi locus abundabat turribus & munitionibus. Chaldaeus paraphrastes fortitudinem [illegible].
5 Habebat.
6 i. diuinae legis gratia, populo petenti, responsa ex oraculo Dei, dabat.
6 Quidam dicunt Lapidoth coniugem esse cum Barac, nempe maritum ipsius Deborae: sed quum ipsa agebatur spiritu prophetico, cum procul ad tempus habitare ab illa. Alii exponunt mulierem lapidoth. i. quae concinnabat ellychnia siue myxas lucernarum tabernaculi. Verior est prior opinio.
7 Vel habitabat sub palma Deborae. i. quae palma dicta est postea palma Deborae.
8 Heb. ad iudicium sub. audiendum. nam dirimebat lites.

1 *Filii verò Israel porrò fecerunt malum in oculis Domini.*

2 *Et mortuo Ehud [2] vendidit eos Dominus in manum Iabin regis Chanaan, qui [3] regnauit in Hazor, qui habuit imperatorem exercitus nomine Siseram, & is habitabat [4] in Haroscheth gentium.*

3 *Clamabant autem filii Israel ad Dominum: nam [5] habuit ille nongentos currus ferratos, afflixitque filios Israel vehementer, idque annis viginti.*

4 *Iudicabat autem Israelem illius temporis mulier, Debora nempe, [6] prophetis vxor Lapidoth: & ipsa quidem.*

5 [7] *Debora habitabat sub palma inter Rama & Beth el in monte Ephraim: ascendebantque ad eam filii Israel [8] vt iudicium [peterent.]*

6 *Quae [9] mittens accersiuit Barac filium Abinoam de Kedes [10] Naphtali, dixitque ad eum. [11] Annon praecepit [tibi] Dominus Deus Israel, Vade & [12] contrahe [exercitum] in montem Thabor, & accipias tecum decem millia virorum de filiis Naphtali, atque de filiis Zebulon?*

7 [13] *Ego verò [14] contraham ad te ad torrentem Cisson Siseram ducem exercitus Iabin, cum curribus eius & copiis eius, tradamque eum in manus tuas.*

8 *Dixit verò Barac ad eam, Si mecum ieris, proficiscar: si verò non profecta fueris mecum, non ibo.*

9 *Quae ait, Ibo tecum certissimè. Veruntamen gloria non erit tua [15] hac profectione qua iam proficisceris, quoniam in manum mulieris [16] vendet Dominus Siseram. Surgens itaque Debora, profecta est cum Barac in Kedes.*

10 [17] *Vocauit autem Barac Zebulon & Naphtali in Kades, [18] ascendit pedes cum decem millibus virorum, ascenditque cum eo Debora.*

11 *Heber autem Kenaeus de [19] filiis Hobab affinis Mosis, [20] abscesserat de Kain, tetenderatque tentorium suum [21] propter quercetum in Zenaim [22] quae est iuxta Kades.*

12 *Nunciatumque est Sisera quòd ascendisset Barac filius Abinoam in montem Thabor.*

13 *Tunc congregauit Sisera omnes currus suos, nempe nongentos currus ferratos, & vniuersum populum quem habebat, ab Haroscheth gentium ad torrentem Kisson.*

1 Addideruntque filii Israel facere malum in conspectu Domini post mortem Aod,

2 Et tradidit illos Dominus in manus Iabin regis Chanaan, qui regnauit in Asor: habuitque ducem exercitus sui nomine Sisaram, ipse autem habitabat in Haroseth-gentium.

3 Clamaueruntque filii Israel ad Dominum. Nongentos enim habebat falcatos currus, & per viginti annos vehementer oppresserat eos.

4 Erat autem Debora prophetis vxor Lapidoth, quae iudicabat populum in illo tempore.

5 Et sedebat sub palma, quae nomine illius vocabatur, inter Rama & Beth el in monte Ephraim: ascendebantque ad eam filii Israel in omne iudiciū.

6 Quae misit, & vocauit Barac filium Abinoem de Cedes Nephtali: dixitque ad eū, Praecepit tibi Dominus Deus Israel Vade, & duc exercitum in mōtem Thabor, tollesque tecum decem millia pugnatorum de filiis Nephthali, & de filiis Zabûlon.

7 Ego autem adducam ad te in loco torrentis Cison, Sisaram principem exercitus Iabin, & currus eius, atque omnem multitudinem, & tradam eos in manu tua.

8 Dixitque ad eam Barac, Si venis mecum, vadam: si nolueris venire mecum, non pergam.

9 Quae dixit ad eum, Ibo quidem tecum, sed in hac vice victoria non reputabitur tibi, quia in manu mulieris tradetur Sisara. Surrexit itaque Debora, & perrexit cum Barac in Cedes.

10 Qui accitis Zabulon & Nephthali, ascendit cum decem millibus pugnatorum, habens Deboram in comitatu suo.

11 Haber autem Cinaeus recesserat quondam à caeteris Cinaeis fratribus suis filiis Hobab, cognati Moysi: & tetenderat tabernacula vsque ad vallem quae vocatur Sennim, & erat iuxta Cedes.

12 Nunciatumque est Sisarae quod ascendisset Barac filius Abinoem, in montem Thabor.

13 Et congregauit nongentos falcatos currus, & omnem exercitum de Haroseth-gentium ad Torrentem-cison.

A *Israelitae ad idola conuersi traduntur in manus Iabin.*

Debora iudicat Israelem.

Mittit Barac ad expugnandum Sisaram.

B

9 Sub. nuncios. 10 Id est, quae erat in tribu Nephthali. 11 Interrogatio est certa asseueratio, quae probatione non eget. 12 Id est, duc eorum in montem. 13 Sub. Dominus. 14 Id est, Efficiam vt descendat Sisara dux. 15 Hebr. in via per quam ambulaturus es, id est, id non erit tuo honori in expeditione quam paras contra illum. 16 Id est, dicetur vendidisse & tradidisse, non in manum tuam. 17 Vel, Congregauit. 18 Hebr. [illegible] ad pedes suos (i. secum) decem millia 19 Id est, nepotibus soceri. 20 Id est, discesserat a cognatione Kenaeorum, qui a Cain [illegible] habitabant in deserto Iuda. 21 Vsque ad Elonsaanaim. nomen loci. q.d. suis tentoriis occupabat magnam partem agri Kades. 22 Vel, qui locus erat.

14 Dixitque

C

Sisara pergit obuiã Debora.
Sisara exercit⁹ occiditur à Deo.
Psal. 82. c
Sisara fugit.

14 Dixitq; Debora ad Barac, Surge: hæc est enim dies in qua tradidit Dominus Sisaram in manus tuas: en ipse ductor est tuus. Descendit itaque Barac de monte Thabor, & decem millia pugnatorum cum eo.

15 Perterruitque Dominus Sisaram, & omnes currus eius, vniuersamque multitudinem in ore gladii ad conspectum Barac: in tantum vt Sisara de curru desiliens, pedibus fugeret,

16 Et Barac persequeretur fugientes currus, & exercitum vsque ad Haroseth gentium, & omnis hostium multitudo vsque ad internecioné caderet.

Iahel mulier occidit Sisarã, defixo per tempora clauo.
° Intra.

17 Sisara autem fugiens peruenit ad tentorium Iahel vxoris Haber Cinæi. Erat autem pax inter Iabin regem Azor, & domum Haber Cinæi.

18 Egressa igitur Iahel in occursum Sisaræ, dixit ad eum, Intra ad me domine mi, °ne timeas. qui ingressus tabernaculum eius, & opertus ab ea pallio, dixit ad eam,

19 Da mihi obsecro paululum aquæ, quia sitio valde. quæ aperuit vtrem lactis, & dedit ei bibere, & operuit illum.

20 Dixitq; Sisara ad eam, Sta ante ostium tabernaculi: & cum venerit aliquis interrogans te, & dicens, Nunquid hic est aliquis? Respondebis, Nullus est.

21 Tulit itaq; Iahel vxor Haber, clauum tabernaculi, assumens pariter & malleum: & ingressa abscõdite & cum silentio posuit supra tempus capitis eius clauum, percussumq; malleo defixit in cerebrum vsq; ad terram: qui soporem morti socians defecit, & mortuus est.

22 Et ecce Barac sequens Sisaram veniebat: egressaq; Iahel in occursum eius, dixit ei, Veni, & ostendam tibi virum quem quæris. qui cum intrasset ad eam, vidit Sisaram iacentem mortuum, & clauum infixum in tempore eius.

23 Humiliauit ergo Deus in die illo Iabin regem Chanaan coram filiis Israel:

24 Qui crescebant quotidie & forti manu opprimebant Iabin regem Chanaan, donec delerent eum.

14 *Tum dixit Debora ad Barac, Surge, quoniam hæc est dies in qua Dominus* [23] *tradidit Siseram in manum tuam: annon Dominus egressus est ante te? Et descendit Barac de monte Thabor, decemq; millia virorum sequebantur eum.*

15 *Et* [24] *conturbauit Dominus Siseram & omnes currus eius, & vniuersum exercitum eius gladio* [25] *coram Barac, ita vt descenderet Sisera de quadriga, & pedes effugeret.*

16 *At Barac insequutus est currus & exercitum vsq; ad Harosceth gentium, ceciditq; vniuersus exercitus Sisera gladio vt ne vnus quidem superesset.*

17 *Porro Sisera pedes effugerat ad tentorium Iael vxoris Heber Kenai, quòd pax esset inter Iabin* [27] *regem Hazor, & inter domum Heber Kenai.*

18 *Egressa ergo Iael obuiam ipsi Siseræ, ait ad eum. Cõcede mi domine, concede ad me, nec metuas. qui quum ad eam in tentorium concessisset, illa operuit eum* [28] *quodam tegumento. Et [Sisera] dixit ad eam.*

19 *Potum mihi præbe aquæ paululum, quoniam sitio. illa vero aperiens vtrem* [29] *lactis, dedit illi potum, rursusque operuit eum.*

20 *Ille autem ad eam dixit, Sta in ostio tentorii: & si quispiam venerit teq; hisce verbis interrogauerit, Estne hic quispiam? dicas, Nemo.*

21 *Porrò Iael vxor Heber* [30] *accepit* [31] *clauum tentorii: ponensq; malleum in manu sua, venit ad eum* [32] *tacitè, transfixitq; clauum per tempora eius, atq; in terram* [33] *depegit. ipse vero sopore oppressus & lassus, mortuus est.*

22 *Quumq; Barac Siseram insequeretur, egressa est Iael obuiam ei, & dixit ad eum, Veni, & ostendam tibi virum quem tu quæris. qui quum ingressus esset ad eam, ecce iacebat Sisera mortuus, eratq; clauus in tempore eius.*

23 [34] *Subegit itaq; Deus illo die Iabin regem Chanaan coram filiis Israel,*

24 *Et manus Israelitarum* [35] *promouit fortiter, &* [36] *inualuit contra Iabin regem Chanaan, donec Iabin regem Chanaan excinderent.*

23 Vel, traditurus est.
25 Contriuit, perdidit.
26 Id est, ad impressionem. Barac.
27 Id est, cuius maiores regnauerant in Hasor, sibi qui quem [illegible] Hasor pertinebat.
28 Stragula villosa.
29 Potrexit lac tradit potus suauior, & induceret illi somnum.
30 quum scilicet sensit illum somno pressum
31 Vel, paxillum.
32 Vel, sensim. secreto.
33 Infixit, (ille autem erat pressus sopore & lassus [illegible] lassitudine, & mortuus est.
34 Vel, Humiliauit.
35 Vel, cœpit augescere. sumere vires manus [illegible] bat [illegible] [illegible] fuit. vel, fortior, ac si dicat, ex eo tempore vsque adeo cœperunt augescere vires filiorum Israel, tamq; fortes & potentes euaserunt, vt regem Chanaan exterminauerint & perdiderint.

CAPVT V.

A

Canticũ & gratiarum actio Debora & Barac post victoriam.

1 CEcineruntq; Debora & Barac filius Abinoem in illo die, dicentes,

2 Qui sponte obtulistis de Israel animas vestras ad periculum, benedicite Domino.

3 Audite reges, auribus percipite principes: Ego sum, ego sum quæ Domino canam, psallam Domino Deo Israel.

4 Domine cum exires de Seir, & transires per regiones Edom, terra mota est, cæliq; ac nubes distillauerunt aquis.

5 Montes fluxerunt à facie Domini, & Sinai à facie Domini Dei Israel.

6 In diebus Samgar filii Anath, in diebus Iahel quieuerunt semitæ: & qui ingrediebantur per eas, ambulauerunt per calles deuios.

° Deus,

7 Cessauerunt fortes in Israel, & quieuerunt: donec surgeret Debora, surgeret mater in Israel.

8 Noua bella elegit ° Dominus, & portas hostium ipse subuertit: clypeus & hasta si apparuerũt in quadraginta millibus Israel.

1 *CEcinit vero Debora atq; Barac filius Abinoã eodem die* [1] *tale canticum,*

2 [2] *Quandoquidem persequutus est iniurias Israeli illatas, cõuenit vt vos qui voluntarii estis in populo, gratias agatis Domino.*

3 *Audite reges, auribus percipite principes, ego Domino canam, psallam Domino Deo Israelis.*

4 *Quum* [3] *exires ô Domine ex Seir, quum* [4] *incederes de agro Edom, terra contremuit, & cæli stillarunt, adeoque & nubes ipsæ stillarunt aquas.*

5 *Montes fluxerunt* [5] *à facie Domini* [6] *[vt] Sinai iste ante Dominum Deum Israelis.*

6 *In diebus Samgar filii Anath, in diebus Iael* [8] *erant viæ desolatæ:* [9] *qui iter faciebant, declinabant per semitas obliquas.*

7 [10] *Defecerant pagani in Israele inquam defecerant donec ego Debora surgerem, surgerem* [11] *mater in Israele.*

8 *Simulac deos nouos* [12] *eligebat, bellum in portis [erat:]* [13] *nec tamen clypeus nec hasta visa sunt in quadraginta millibus Israelis.*

CAP. V.
1 Heb. dicendo.
2 Heb. Dum vlciscitur vltiones in Israele, (&) dum sponte se [illegible] populus, laudate Dominum. i. Dū [illegible] pœnas Deus de Israele propter peccata, & dum populus sponte sua arma sumit vt se defendat contra inimicos, qui tempore [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] quando [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] tempore calamitoso & infelici, laudate Dominum & gratias illi agite.
3 Egressus es.
4 Te [illegible] quasi [illegible] [illegible] cœpemus vltra procedere, Domino

... præcedente, habitatores regionis Idumæorum tremuerunt, etiam cælum fuit obscuratum & plenum nubibus: hoc est principes & duces cœperunt despondere animum. Alii interpretantur, etiam principes præ timore adacti sunt ad lachrymas. 5 Id est, in aquam versi sunt. 6 Vel, ad aduentum Domini, id est, filiorum Israel cum quibus erat Dominus.

7 Sub. tremuit, quasi dicat, si mons cœpit tremere quæ est creatura sine sensu: quanto magis homines? 8 Cessauerant peregrinationes, id est, nemo audebat peregre proficisci. 9 Heb. & euntes per semitas, id est, peregre proficiscentes ibant per calles deuios.

10 Defecerant (vel, Desertæ erant) villæ, id est, vrbes non munitæ, 11 Sub. [illegible] tanquam mater. 12 Sub. Israel, id est, Quam primum incipiebat colere idola, opprimebatur bello. 13 Heb. (dispeream) si clypeus videbatur aut hasta inter quadraginta millia Israel, id est, Dispeream siquis inter quadraginta millia hominum ausus erat assumere arma, quasi dicat, nullus [illegible] [illegible] [illegible] arma contra hostes, adempto illis à Deo animo, quod deserebant Deum in [illegible] suis ab hoste [illegible], nec audebant [illegible].

24 Principes Hebraice dicuntur HOKERIM, quod habeant potestatem legũ condendarum. deinde ascendi... Ex animo dicat, Ex animo di... 30 principes, qui tam strenue pugnauerunt, l... animo se exposuerunt periculo pugnantes cum Israele.
25 Qui tam strenue (siue prompto animo) pugnauerũt vna cum populo. i. inter ceteros milites Israelitas.
26 (sub. dico illis,) laudate Dominum i. hortor vt laudẽt Dominũ quod animũ illis restituerit.
27 Equitantes asinas albas, vel, Qui ascẽditis &c. O vos mercatores qui equitatis asinas albas q in precio habentur.
28 He. qui habitatis iuxta Middin. i. qui estis vicini loco isti qui infestabatur frequẽtia hostium, Middin aliquando nomen vrbis, vt in Iosue legimus, cap. 15. aliquando nomen vile, vt hic.
29 i. q solet... peditea facere iter.
30 Loquimini. i. gratias agite Deo quod liceat vobis libere ire.
31 Propter strepitum sagittantium in locis in quibus hau... ... Propter strepitu hostiũ sagittantiũ qui iam sopitus est, nec amplius auditur &c.
32 Narrent iustitias Domini & iustitias villarum eius, &c.

9 *Cor meum ad* [24] *præsides legum qui sunt in Israele,*
[25] *vos qui voluntarii estis in populo,* [26] *gratias agite Domino.*
10 [27] *Vecti mulis nitidis,* [28] *qui præsidetis iudicio,*
[29] *quique per itinera incedi tis,* [*hæc*] [30] *enarrate.*
11 [31] *A voce iaculatorum inhaurientes, ibi* [32] *acute disserent de iustitiis Domini, de iustitiis inquam (Domini,) rusticantis hominis eius in Israele:* [33] *tunc* [34] *descendet populus Domini in portas.*
12 [35] *Expergiscere, expergiscere, Debora, expergiscere, expergiscere,* [36] *cane canticum: surge Barac; &* [37] *captos duc captiuos tuos fili Abinoam.*
13 *Tunc* [38] *dominabitur qui reliquus fuerit magnificus populi, quia Dominus dominabitur mihi per gigantes.*
14 [39] *De Ephraim radix illorum contra Amalec,* [40] *post te* [41] *Beniamin in populis tuis: ex Machir* [42] *descenderunt* [43] *legulatores: & ex Zebulon* [44] *trahentes in baculo scribæ.*
15 *Principes quoque in Issachar* [45] *cum Debora, sed &* [46] *Issachar,* [47] *quemadmodum Barac in valle missus vt pedes:* [48] *in diuisionibus Ruben (viri) magni decretarii cordis.*
16 *Cur* [39] *sedisti inter duos* [40] *limites, vt audires* [41] *balatus gregum?* [42] *ad diuisiones Ruben magnorum (virorum) qui erant decretarii cordis.*
17 *Gilead citra Iordanem* [43] *quieuit: & Dan cur apud naues* [44] *degit? Aser* [45] *sedit in statione nauium apud maria, & in rupturis suis* [46] *manet.*
18 *Populus Zebulon* [47] *deuouit vitam suam in mortem, sic & Nephtali* [48] *in excelsis campi.*
19 [49] *Venerunt reges, & pugnauerunt: tunc pugnauerunt reges Chanaan in Taenach* [50] *ad aquas Megiddo: at* [51] *lucrum pecuniæ nullum abstulerunt.*
20 *De cælo* [52] *pugnatum est, stellæ inquam* [53] *e stationibus suis pugnauerunt cum Sisera.*
21 *Torrens Kison* [54] *depoluit illos, torrens* [55] *Kedumim torrens:* [56] *calcabis fortiter ô anima mea.*
22 *Tunc* [57] *concussæ sunt* [58] *vngulæ equorum propter* [59] *vehementem impetum* [60] *fortium eius.*
23 *Maledicite* [61] *Meros, dixit* [62] *angelus Domini, omnino maledicite habitatoribus eius, quoniam non adfuerunt* [63] *auxilio Domino, auxilio inquam Domino* [64] *cum fortibus.*
24 [65] *Laudetur supra mulieres Iael vxor Heber Kenæi, supra mulieres* [66] *in tentorio laudetur.*
25 *Aquam quum ille peteret, lac illa dedit,* [67] *in phiala magnatum obtulit* [68] *butyrum.*

9 Cor meum diligit principes Israel: qui propria voluntate obtulistis vos discrimini, benedicite Domino. B
10 Qui ascenditis super nitentes * asinos, & * sedetis super in iudicio, & ambulatis in via, loquimini.
* asinas.
* sedetis super iudicium.
11 Vbi collisi sunt currus, & hostium suffocatus est exercitus, ibi narrentur iustitiæ Domini, * & clementiæ fortis Israel: tunc descendit populus Domini ad portas, & obtinuit principatum.
* clementia in fortes.
12 Surge, surge Debora, surge, surge, & loquere canticum: surge Barac, & apprehende captiuos tuos fili Abi-noem.
13 Saluatæ sunt reliquiæ populi, Dominus in fortibus dimicauit.
14 Ex Ephraim deleuit eos in Amalec, & post eum ex Ben-iamin in populos tuos ô Amalec: de Machir principes descenderunt, & de Zabulon qui exercitum ducerent ad bellandum.
15 Duces Issachar fuere cum Debora, & Barac vestigia sunt secuti, qui quasi in præceps ac barathrum se discrimini dedit: diuiso contra se Ruben, magnanimorum reperta est contentio.
16 Quare habitas inter duos terminos, vt audias sibilos gregum? diuiso contra se Ruben, magnanimorum reperta est contentio. C
17 Galaad trans Iordanem quiescebat, & Dan vacabat nauibus: Aser habitabat in littore maris, & in portubus morabatur.
18 Zabulon verò & Nephthali obtulerunt animas suas morti in regione Merome.
19 Venerunt reges & pugnauerunt, pugnauerunt reges Chanaan in * Thane, iuxta Aquas-Mageddo, & tamen nihil tulere prædantes.
* Tanach.
20 De cælo dimicatum est contra eos: stellæ manentes in ordine & cursu suo, aduersus Sisaram pugnauerunt.
21 Torrens cison traxit cadauera eorum, Torrens-cadumim, Torrens-cison, côculca anima mea robustos.
22 Vngulæ equorum ceciderunt, fugientibus impetu, & per præceps ruentibus fortissimis hostium.
23 Maledicite Terræ Meroz, dixit angelus Domini, maledicite habitatoribus eius, quia non venerunt ad auxilium Domini, in adiutorium fortissimorum eius.
24 Benedicta inter mulieres Iahel vxor Haber Cinæi, & benedicatur in tabernaculo suo. D
25 Aquam petenti lac dedit, & in phiala principum obtulit butyrum.

...q. d. quotquot egrediuntur ad hauriendam aquam, dicant Dominum fuisse iustissimum qui perdidit [illegible] narrent præterea iustitiam Domini qui effecit vt [illegible] postea sine timore habitent in villis: qui restituit Israeli villas suas quas antea non audebant [illegible] præ metu hostium suorum. 33 [illegible] 34 Descendit populus Domini in portas, vt scilicet egrederetur [illegible] populo [illegible] periculo belli & timore egredi [illegible] 35 vel, Surge, surge Debora, surge, surge, &c. q. d. [illegible] Dominum: quoniam [illegible] multos captiuos abduxisti. 36 Loquere. i. lauda Dominum 37 Abduc (vel, [illegible]) [illegible] in triumphum, quos cepisti ope Domini. 38 [illegible] bello seruauerat Dominus, dominari fecit in [illegible] superiores fortibus [illegible] Sisara. 39 [illegible] tempore scil. Saulis. Deest verbum apud Hebræos, pugnauit, vel dominatus est. De Ephraim, (qui) radix illorum [illegible] 40 sub. Ephraim. 41 Beniamin sub. pugnabit contra populos [illegible] contra populos a te olim superatos, nempe Amalecitas [illegible] vnà cũ populis tuis. i. tota tribus, hoc est, omnes alii, alacritate bellandi, venit ad bellum [illegible] 42 sub. filiis. [illegible] Machir [illegible] descenderunt vt scil. ferrent opem fratribus. 43 Principes [illegible] Legislatores dicuntur, quod ipsorum sit leges condere. 44 [illegible] filium, &c. q. d. & principes, imo etiam ipsi scribæ dediti studiis, ceperunt arma, & venerunt in auxilium fratrum. 45 sub. descenderunt. 46 [illegible] etiam Barac in valle commiserat se [illegible] tanta alacritate venit in bellum, vt veniret pedes. 47 de [illegible] Rubenitis Iordane separatis ab [illegible] vehementer miror quod non venerint vt opẽ ferrent fratrib. suis. 49 [illegible] 41 Sibilos. q. d. in tam alto ocio [illegible] in ingenti esse periculo. 42 [illegible] Ruben magnæ sunt inquisitiones (vel,) [illegible] cordis. i. cogitationes. q. d. vehementer miror cur [illegible] 43 vel, [illegible] interrogatiue, q. d. non. 44 [illegible] ille qui manebat vltra Iordanem, venit in auxilium? [illegible] 45 Habitauit ad littus (vel portũ) maris. 46 Habitarunt. Rupturas vocat [illegible] Non habebant [illegible] & longe habitabant [illegible] non venerunt. 47 [illegible] posuit animam suam [illegible] 48 vel super altitudines [illegible] 49 Vt oppugnarent [illegible] Israelem. 50 [illegible] contra aquas, [illegible] q. d. venerant cum maximo exercitu, vt qui cõplecteretur [illegible] quæ est inter Taenach & Megiddo. vel, oppugnarunt Taenach, postea Megiddo. 51 i. [illegible] argenti non accipiebant [illegible] nemini parcebant, etiã oblata pro redẽptione quacunq; pecunia. 52 [illegible] pugnauerunt [illegible] 53 de [illegible] q. d. facile filii Israel expugnauerunt Siseram [illegible] pugnabant. 54 Heb. scopauit i. more scoparũ abstulit eos. 55 Antiquitatũ i. torrens inquam Kison qui est torrens de numero priscorũ [illegible] q. d. in hoc a Deo [illegible] fuit torrens Kison vt in eo [illegible] 56 Calcasti autem illũ (o anima mea in) fortitudine [illegible] q. d. me vero mulierẽ interficere Chananæi [illegible] 57 Contusæ, quassatæ 58 vel, plantæ calces 59 Crebras concussiones. 60 sub. equitum, aut equorũ 61 [illegible] 62 Loquens scil. per me. 63 vel, ad auxilium Domini. 64 Contra fortes sub. Chananæos qui fortiter pugnabant contra filios Israel. 65 Heb. Benedicta sit. 66 (Quæ) in tentoriis, habitant.) 67 i. in huiusmodi cratere in quo bibere solent nobiles homines. 68 (Lac) butyri. i. e quo fuerat expressum butyrum.

26 Sinistram

26 Sinistram manum misit ad clauum, & dexteram ad fabrorum malleos, percussitque Sisaram quærens in capite vulneri locũ, & tempus validè perforans.

27 Inter pedes eius ruit, defecit, & mortuus est: voluebatur ante pedes eius, & iacebat exanimis & miserabilis.

28 Per fenestram respiciens, vlulabat mater eius: & de cœnaculo loquebatur, Cur moratur regredi currus eius? quare tardauerunt pedes quadrigarum illius?

29 Vna sapientior cæteris vxoribus eius, hæc socrui verba respondit.

30 Forsitan nunc diuidit spolia, & pulcherrima fœminarum eligitur ei: vestes diuersorum colorũ Sisaræ traduntur in prædam, & supellex varia adornanda colla congeritur.

31 Sic pereant omnes inimici tui Domine: qui autem diligunt te, sicut Sol in ortu suo splendet, ita rutilent. Quieuitque Terra per quadraginta annos.

26 [69] Manu sua arripuit clauum, & dextera sua malle laborum, percutiens Siseram, amouit caput eius. [70] vulnerauit & perfodit tempora eius.

27 [71] Inter pedes eius incuruatus corruit & iacuit: inter pedes eius inquam incuruatus corruit: quo loco [72] recubuerat, illic corruit [73] interemptus.

28 Mater Siseræ per fenestram [74] prospiciens eiulat, per cancellos inquam, (dicens) Cur [75] frustratur (me) currus eius quo minus veniat? cur tardant [76] rotæ quadrigarum eius?

29 Sapientes [77] quæq; ex præcipuis mulieribus, quæ erant apud ipsam, [78] respondebant illi: quin & ipsa sibiipsi [79] reddebat verba,

30 [80] Annon inuenerunt & diuidunt spolia [81] cuique militi forti amicam vnam vel duas, prædam vestiũ varicolorum Siseræ: prædam inquam varicolorum vestium & acupictorum, sed & prædam vestiu varicolorũ vtrinque acupicta ad collã?

31 Sic [82] pereant omnes hostes tui, ô Domine: qui vero d. li unt [83] eum (fint) sicuti Sol quum oritur [85] in fortitudine sua. Porrò terra ipsa [86] secura & tranquilla fuit quadraginta annis.

69 Heb. Manus eius (sinistra) ad clauum, (vel, paxillum,) & dextera eius ad malleum laborantium (vel, fabrorum) miserunt sese, (i. requisierunt clauum & malleum,) & contudit, id est, amputauit illi caput.
70 perforauit, postquam perfoderat tempora eius.
71 Exprimit celeritatem mortis.
72 Vel, inclinauerat sese.
73 Heb. spoliatus. sub. vita.
74 desiderio scilicet filii.
75 cunctatur. vel, moratur.
76 Hebr. pedes (sub. equorum trahentium) currus eius?
77 Heb principum eius, id est, Mulieres principes sapientes & prudentes quæ illi famulabantur.
78 Id est, consolabantur illam verbis singulæ prudentiores.
79 Hebr. respondebat, id est, seipsam solabatur. Verti potest, quinetiam ipsa respondebat sibimetipsi, (id est, seipsam solabatur,) his verbis, Nonne &c.
80 Id est, Nonne diuidunt spolia quæ inuenerunt?
81 Heb. puella vna aut duæ puellæ dabuntur) singulis. spolia colorum ipsi Siseræ: spolia inquam colorum acupicta, (vel, ante gemmaria,) color, ex vtraque parte acupictæ in collum spolii. q.d. Spolia colorum, id est, colorata, in[...] & tincta precioso colore, referet

CAPVT VI.

A *Israelitæ ad idola conuersi opprimuntur à Madian septem annis.*

1 FEcerunt autem filii Israel malum in conspectu Domini: qui tradidit illos in manu Madian septem annis.

2 Et oppressi sunt valde ab eis. Feceruntque sibi antra & speluncas in montibus, & munitissima ad repugnandum loca.

3 Cumq; seuisset Israel, ascendebat Madian & Amalec, cæteriq; Orientalium nationum:

4 Et apud eos figẽtes tentoria, sicut erant in herbis cuncta vastabant vsq; ad introitum Gazæ: nihilque omnino ad vitam pertinens relinquebant in Israel, non oues, non boues, non asinos.

5 Ipsi enim & vniuersi greges eorum veniebant cum tabernaculis suis, & instar locustarum vniuersa complebant, innumera multitudo hominum, & camelorum quicquid tetigerant deuastantes.

6 Humiliatusq; est Israel valde in conspec. Madian:

7 Et clamauit ad Dominum postulans auxilium contra Madianitas.

B *Angelus apparet Gedeoni.*

8 Qui misit ad eos virum prophetam, & locutus est, Hæc dicit Dominus Deus Israel. Ego vos feci conscendere de Ægypto & eduxi vos de domo seruitutis, & liberaui de manu Ægyptiorum,

9 Et omnium inimicorum qui affligebant vos: eieciq; eos ad introitum vestrum, & tradidi vobis Terram eorum.

10 Et dixi, Ego Dominus Deus vester, ne timeatis deos Amorrhæorum, in quorum Terra habitatis. Et noluistis audire vocem meam.

11 Venit autem angelus Domini, & sedit sub quercu, quæ erat in Ephra, & pertinebat ad Ioas patrem familiæ Ezri. cumq; Gedeon filius eius excuteret atque purgaret frumenta in torculari, vt fugeret Madian.

1 Filii autem Israel (iterum) malè egerunt in oculis Domini, tradiditque eos Dominus in manum Madian septem annis.

2 [1] Inualuit ergo manus Madianitarum contra Israelitas: ita vt fecerent sibi filii Israel metu Madianitarum [2] in montibus receptus (quo confugerẽt,) [3] specus quoque, & [4] arces.

3 Nam quum seminasset Israel, ascendebant Madianita & Amalekita, [5] Orientales quoque.

4 Pariter inquam ascendebant aduersus [6] eum. Castraque ponentes contra [7] eos vastabant prouentum telluris vsquedum venias [8] Asa: nullum victum fecerũt reliquum Israelitis, neq; in pecudibus, neq; in bobus, neque in asinis.

5 Nam ascendebant & ipsi, & pecora eorum, veniebantq; cum tentoriis suis, idq; magna multitudine instar locustarum, vt non esset numerus ipsorum & camelorum ipsorum, [9] veniebantque in terram, vt vastarent eam.

6 Et attenuatus est Israel vehementer [10] à Madianitis,

7 [11] Clamaueruntq; filii Israel ad Dominum. Factum ergo est quum [12] clamarent filii Israel ad Dominum propter Madianitas,

8 Misit Dominus [13] prophetam quendam ad filios Israel, qui ait ad eos, [14] Sic dicit Dominus Deus Israel, Ego ed. xi vos de manu Ægyptiorum.

9 Et de manu omnium qui vos afflixerunt, & eieci eos ante faciem vestram, dedique vobis terram eorum.

10 Et dixi ad vos, Ego sum Dominus [15] Deus vester, ne [16] metuatis deos Amorrhaeorum, in quorum terra vos habitatis: sed non obediuistis voci meæ.

11 [17] Venit autem & angelus Domini, & sedit sub [18] vlmo quæ est in [19] Ophra, [20] quæq; erat Ioas patris Esri, cuius filius Gedeon, qui triticum in torculari [21] excutiebat, vt [22] absconderet a Madianitis.

bitum, spolia inquam e tornata arte plumaria, & color, id est, vestes coloratæ, & vtrinque acupictæ erunt in collum, hoc est caput spolii, id est, separabuntur vt deuius principi, [...] spolii, id est, principi exercitus.

82 Videlicet pereat Sisara quem a acie [...] victorem: 83 Nempe Dominum. Mutatio personæ, tertia pro secunda. 84 Siue, (proficiant & fumant vites.) 85 Qu[...] subinde luci [...] eudat. 86 Heb. quieuit.

CAP. VI. 1 Id est, superiores fuerunt Israelitis. 2 Antra illa quæ erant (vel, visuntur) in montibus. Speluncas intelligit quæ habent os [...] lumen ingreditur. 3 Speluncas. 4 Loca munita. 5 Hebr. filii quoque kedem, id est, Orientales. 6 Sub. Israelem. 7 Nempe Israelitas. 8 Siue, in Gazam: 9 Vel, inuadebantque terram, 10 Propter Madianitas, id est, propter incursiones Madianitarum frequentes. 11 Vel, tandem ingemuerunt. 12 Ingemiscere cœperunt. 13 Hebr. dicunt fuisse Phinees. 14 Id est, Verba sunt Domini quæ dicturus sum vobis. 15 Id est, quem colere debetis. 16 Hoc est, reuereamini. 17 Pro, Misit & angelum suum Dominus, 18 Vel. quercu. 19 Est & alia Ophra in tribu Beniamin. 20 Quæ erat Ioas Abiezeritæ, id est, quæ spectabat ad Ioas qui erat de familia Abiezer. 21 Vel, excutiebat flagello. Locus erat amplus in quo erat torcular, & horreum in quo fruges reponebantur. 22 Heb. fugere faceret ad aduentum Madianitarum: hoc est, vt eo aleret familiam paternam fugiente m Madianitas.

12 *Apparensq; illi angelus Domini, dixit ad eum, Sit Dominus tecum vir fortissime.*

13 *Cui respondit Gedeon, Mi domine, [23] si Dominus est nobiscum, cur nobis vniuersum istud accidit? & vbi sunt omnia miracula eius, quæ [24] narrauerunt nobis patres nostri hisce verbis, Annon ex Ægypto eduxit nos Dominus? [25] Nunc vero dereliquit nos Dominus, & tradidit nos in manum Madianitarum.*

14 *Et respiciens ad eum [26] Dominus, dixit, Vade [27] in hac virtute tua, & seruabis Israelem de manu Madianitarum: [28] annon ego misi te?*

15 *Qui respondit ei, Mi domine, quo seruabo Israelem? [29] tribus mea millenaria tenuis est in Manasse, & ego quoq; [30] paruus sum in domo patris mei.*

16 *Et dixit ad eum Dominus, [31] Quia ego ero tecum, percutiesque Madianitas [32] tanquam virum vnum.*

17 *Cui ille respondit, Quæso [33] si impetraui gratiam coram te, ede mihi signum quod tu [34] loquutus sis mecum.*

18 *Ne recedas quæso hinc donec ad te rediero, & [35] eduxero sacrificium meum cibarium, & ponam illud ante te. Qui ait, Ego manebo donec redieris.*

19 *Ingressus itaq; Gedeon parauit hædum ex capris, & [36] epha farinæ, placentas infermentatas: cum carne posuit in canistro, ius vero carnium in olla: quumq; hæc [37] ad illum extulisset, obtulit ei sub vlmo.*

20 *Et dixit ad illum angelus Dei, Tolle carnem & placentas infermentatas, & repone ea super [38] petram istam, & [39] effunde ius.*

21 *Hoc sic fecit. Et mittens angelus Domini extremitatem baculi quem manu tenebat, tetigit carnem & panes infermentatos. Ascenditq; ignis de petra, & absumpsit carnem & placentas infermentatas: angelusq; Domini abiit a conspectu eius.*

22 [40] *Et videns Gedeon quod angelus Domini esset, ait, Ah Domine Deus, [41] vidi angelum Domini facie ad faciem.*

23 *Et dixit ad eum [42] Dominus, Pax tibi, ne timeas, non morieris.*

24 *Et ædificans ibi Gedeon aram Domino, vocauit eam [43] Dominus pax: quæ durat in hunc vsque diem in Ophrath [44] patris Ezri.*

25 *Factumq; est [45] eadem nocte vt Dominus diceret ad eum, Accipe iuuencum [46] ex armento patris tui, & [47] alium iuuencum [48] septem annorum, & dirue aram Baal quam habet pater tuus: lucum quoq; qui est iuxta eam, succide.*

26 *Et extrue aram Domino Deo tuo in vertice [49] huius rupis [50] in loco apto: tollensq; iuuencum [51] alium, sacrifica eum in holocaustum [52] super ligna luci, quem succides.*

27 *Accepit itaq; Gedeon decem viros ex seruis suis, & fecit quemadmodum iusserat eum Dominus. metuens autem id facere interdiu, ob domum patris sui, & ob homines illius ciuitatis, fecit nocte.*

28 *Mane quum surrexissent homines illius ciuitatis, ecce ara Baal erat diruta, lucusq; iuxta ipsam succisus, iuuencus quoq; secundus in holocaustum sacrificatus super ara extructa.*

29 *Dixerunt ergo alter ad alterum, Quis fecit rem istam? Et quum [53] inquirerent & interrogarent, [54] dixerunt, Gedeon filius Ioas fecit hanc rem. Ciues ergo illius ciuitatis dixerunt ad Ioas,*

30 *Educ filium tuum vt interficiatur, quoniam destruxit aram Baal, & lucum qui fuit iuxta eam succidit.*

23 Heb. estne Dominus nobiscum? quare ergo apprehendit nos totum hoc?
24 Vel, narrata sunt.
25 Quum nunc deserat nos.
26 Id est, angelus Domini.
27 Quasi dicat, esto contentus verbis quæ dixi tibi & virtute quam Dominus tradidit tibi.
28 Quasi dicat, nonne ita res habet quod Dominus Deus per me misit te? ne igitur hæsites, sed crede.
29 Heb. sane chiliadis mea est debilissima (omnium chiliadum quæ sunt) in Manasse. Chilias mea, id est, in qua, familia mea enumeratur.
30 Minimus sum, i. inbecillissimus.
31 Quasi dicat, Auxilio meo & virtute diuinâ seruabis populum.
32 Id est, tam facile quàm solet vinci vnicus.
33 Id est, si tibi gratus sum.
34 Sub. verbis vel nomine Domini.
35 Reducam munus meum, id est, offeram.
36 (De) modio.
37 Heb. extulisset ad illum sub quercum illam, & obtulit.
38 Vel, rupem.
39 Sub. supra carnem.
40 Vel, Timuit ergo Gedeon quod angelus Domini esset, dixitque.
41 Heb. nam propterea quod vidi angelum Domini coram. Sub. actum est de me, vel, moriturus sum.
42 Id est, angelus Domini.
43 Domini (est) pax, id est, author est salutis.
44 Filius Ioas Abiezritæ.

C

Gedeon queritur Deo Israelem tradi Madianitis.

12 Apparuit ei angelus Domini, & ait, Dominus tecum virorum fortissime.

13 Dixitq; ei Gedeon, Obsecro mi domine, si Dominus nobiscum est, cur ergo apprehenderunt nos hæc omnia? vbi sunt mirabilia eius quæ narrauerunt patres nostri, atque dixerunt. De Ægypto eduxit nos Dominus? Nunc autem reliquit nos Dominus, & tradidit in manus Madian.

Mittit Deus Gedeonem vt liberet Israelem. 1.Reg.12.b

14 Respexitq; ad eum Dominus, & ait, Vade in hac fortitudine tua, & liberabis Israel de manu Madian: scito quod miserim te.

15 Qui respondens ait, Obsecro mi Domine in quo liberabo Israel? ecce familia mea infima est in Manasse, & ego minimus in domo patris mei.

Signum à Deo petit Gedeon, quo certus sit se ab eo mitti.

16 Dixitq; ei Dominus, Ego ero tecum, & percuties Madian quasi vnum virum.

17 Et ille, Si inueni, inquit, gratiam coram te, da mihi signum quòd tu sis qui loqueris ad me.

D

18 Nec recedas hinc, donec reuertar ad te portans sacrificium, & offerens tibi. Qui respondit. Ego præstolabor aduentum tuum.

Gedeon offert Deo holocaustum, quod ignis totum absumit.

19 Ingressus est itaque Gedeon, & coxit hædũ, & de farinæ modio azymos panes: carnesq; ponens in canistro, & ius carnium mittens in ollam, tulit omnia sub quercu & obtulit ei.

20 Cui dixit angelus Domini, Tolle carnes & azymos panes, & pone supra petrã illam & ius desuper funde.

21 Cumque fecisset ita, extendit angelus Domini summitatem virgæ quam tenebat in manu, & tetigit carnes & panes azymos: ascenditque ignis de petra, & carnes, azymosque panes consumpsit: angelus autem Domini euanuit ex oculis suis.

Timet Gedeon quod angelum facie ad faciem viderit.

22 Vidensque Gedeon quod esset angelus Domini, ait, Heu mi Domine Deus: quia vidi angelum Domini facie ad faciem.

23 Dixitq; ei Dominus, Pax tecum: ne timeas, non morieris.

Altare.

E

24 Ædificauit ergo ibi Gedeon altare Domino, vocauitq; illud, Domini-pax, vsque in præsentem diem.

Iubetur Gedeon euertere aram Baal & altare Deo construere.

25 Cumq; adhuc esset in Ephra quæ est familiæ Ezri, nocte illa dixit Dominus ad eum, Tolle taurum patris tui, & alterum taurum annorum septẽ, destruesque aram Baal quæ est patris tui: & nemus quod circa aram Baal est, succide.

26 Et ædificabis altare Domino Deo tuo in summitate petræ huius, super quam ante sacrificium posuisti: tollesque taurum secundum, & offeres holocaustum super struem lignorum quæ de nemore succideris.

27 Assumptis ergo Gedeon decem viris de seruis suis, fecit sicut præceperat ei Dominus. timens autem domum patris sui, & homines illius ciuitatis, per diem noluit facere, sed omnia nocte compleuit.

28 Cumq; surrexissent viri oppidi eius mane, viderunt destructam aram Baal, lucumq; succisum & taurum alterum impositum super altare quod tunc ædificatum erat.

F

Ioas pater Gedeonis consulendo saluti filii sui consulit.

29 Dixeruntq; adinuicem, Quis hoc fecit? Cumque perquirerent authorem facti, dictum est, Gedeon filius Ioas fecit hæc omnia. Et dixerunt ad Ioas:

30 Produc filium tuum huc, vt moriatur: quia destruxit aram Baal, & succidit nemus.

45 Insequente. 46 Heb. bouis quem pater tuus sub alit, id est, taurum illum insignem tam grandem & adultum quem curat & alit & tandem sacrificaturus idolo Baal. 47 Secundum, sub. ab illo: hoc est, iuniorem, non ita magnum nec conferendum cum primo. 48 Vt ait Chaldæus paraph. qui a septennio saginatur. 49 Vel, arcis huius. 50 In plano ac ad libellam æquata. Gallicè, Mis au niueau. 51 Secundum. 52 Cum lignis. 53 Inuestigarent & requirerent, id est, cum diligenter perquisissent. 54 Illi scilicet qui renuntiarunt.

31 Quibus

Gedeon, Ierobáal dictus.

G *Spiritu Dei indutus Gedeon, procedit ad bellum.*

ª *Deum.*

ᵇ *facies.*

Fides eius in promissione Dei, signo in vellere corroboratur.

ᶜ *Deum.*

ᵈ *Deus.*

31 Quibus ille respondit, Numquid vltores estis Baal, vt pugnetis pro eo? qui aduersarius est eius, moriatur antequam lux crastina veniat: si Deus est, vendicet se de eo qui suffodit aram eius.

32 Ex illo die vocatus est Gedeon, Ierobáal: eo quòd dixisset Ioas, Vlciscatur se de eo Báal, qui fodit aram eius.

33 Igitur omnis Madian & Amalec, & Orientales populi congregati sunt simul, & transeuntes Iordanem castrametati sunt in Valle-Iezrael.

34 Spiritus autem Domini induit Gedeon, qui clangens buccina conuocauit domum Abiézer, vt sequeretur se.

35 Misitque nuncios in vniuersum Manassen, qui & ipse sequutus est eum: & alios nuncios in Azer & Zabúlon & Nephthali, qui occurrerunt ei.

36 Dixitque Gedeon ad ªDominum,' Si saluum ᵇfacis' per manum meam populum Israel, sicut locutus es:

37 Ponam hoc vellus lanæ in area: si ros in solo vellere fuerit, & in omni terra siccitas, sciã quòd per manum meã, sicut locutus es, liberabis Israel.

38 Factumq; est ita. & de nocte consurgens expresso vellere, concham rore impleuit.

39 Dixitque rursus ad ᶜDominum,' Ne irascatur furor tuus contra me si adhuc semel tentauero, signum quærens in vellere. Oro vt solum vellus siccum sit, & omnis terra rore madens.

40 Fecitque ᵈDominus' nocte ita vt postulauerat: & fuit siccitas in solo vellere, & ros in omni terra.

31 Respondit Ioas omnibus illis qui iuxta se stabant, Num vos [55] agetis causam Baal? [56] vos ne seruabitis ipsum? quicunque [57] egerit causam Baal, [58] antequam lucescat,' morietur. si Deus est, [59] vindicet sese Baal de eo qui diruit aram eius.'

32 Vocatus est itaq; ille die Ierubaal: eo quòd dixisset, [60] Vindicet sese Baal de eo qui' diruit aram eius.

33 Vniuersi autem Madianitæ, Amalecitæ & Orientales, congregati sunt pariter: & [61] transeuntes,' castra posuerunt in valle Israel.

34 Spiritus autem Domini induit Gedeonem, & cũ cornu classicum cecinisset, [62] vocatus est' Abieser vt sequeretur eum.

35 Misit præterea nuncios ad vniuersum Manassen, qui [63] & ipse vocatus, sequutus est eum.' deinde misit nuncios ad Aser, Zebulon & Nephtali, qui ascenderunt [64] illis' obuiam.

36 Et dixit Gedeon ad Deum, Seruabisne Israelem per manum meam, sicut loquutus es?

37 En ego ponam vellus lanigerum in area: quòd si ros fuerit duntaxat in vellere, reliqua humo sicca manente, tunc cognoscam [65] Israelem liberandum esse' per manum meam quemadmodum loquutus es.

38 Atq; ita factum est: nam quum postero die mane surgeret, [66] excutiens' vellus illud, expressit rorem ex vellere phialam plenam aquæ.

39 Ait autem Gedeon rursus ad Deum, Ne quæso excandescat ira tua aduersum me. [67] si adhuc semel' loquar. [68] nam tentabo adhuc' semel illo vellere: sit quæso siccitas in solo vellere, & super vniuersam terram sit ros.

40 Fecitq; Deus sic nocte ista: nam fuit siccitas in solo vellere, & in omni terra fuit ros.

55 Litigabitis pro Baal: id est, litigare debetis.
56 Sub. an ipsum Baal.
57 Hebr. litigabit pro eo, id est, Qui tantum sibi sumet vt audeat litigare pro eo.
58 Hebr. vsque mane, id est, crastina die mane. quasi dicat, interficietur, sed non ante dictã crastinam, ita Chaldæus paraph.
59 Hebr. litiget sibi: quoniam subuertit aram suam, id est, causam suam tueatur quod ara eius sit euersa, quasi dicat, si Deus est vt vos existimatis, non eget vestro patrocinio.
60 Litiget contra illum Baal, quòd &c.
61 Sub. Iordanem.
62 Congregatus est, id est, adiunxit se illi familia Abiezeritarum.
63 Aggregatus est etiam ipse post eum.
64 Qui scilicet iam congregati erant.
65 Quod seruaturus es Israelem.
66 Comprimens.
67 Saltem (adhuc) hac vice. vel, certe hac vice.
68 Hebr. tentabo nunc tantum.

CAPVT VII.

A *Deus volens omnia sibi soli tribui, iubet bellatorum numerum minui.*

Deut. 20. b
1. Mach. 3. g

B *Probantur ad aquas, quos velit Dominus pergere cum Gedeon.*

ª *ipse.*

C *Gedeon cum trecentis procedit ad bellum contra Madianitas.*

1 Igitur Ierobáal qui & Gedeon, de nocte consurgens, & omnis populus cum eo, venit ad fontem qui vocatur Harad. erant autem castra Madian in valle ad Septentrionalem plagam collis excelsi.

2 Dixitque Dominus ad Gedeon, Multus tecũ est populus, nec tradetur Madian in manus eius: ne glorietur contra me Israel, & dicat, Meis viribus liberatus sum.

3 Loquere ad populum, & cunctis audientibus prædica. Qui formidolosus & timidus est, reuertatur. Recesseruntque de monte Galaad, & reuersi sunt ex populo viginti duo millia virorum, & tantum decem millia remanserunt.

4 Dixitq; Dominus ad Gedeon, Adhuc populus multus est: duc eos ad aquas, & ibi probabo illos: & de quo dixero tibi vt tecum vadat, ipse pergat: quem ire prohibuero,' reuertatur.

5 Cumque descendisset populus ad aquas, dixit Dominus ad Gedeon, Qui ªmanu &' lingua lambuerint aquas, sicut solent canes lambere, separabis eos seorsum: qui autem curuatis genibus biberint, in altera parte erunt.

6 Fuit itaq; numerus eorum qui manu ad os proiiciente, lambuerant aquas, trecenti viri: omnis autem reli qua multitudo flexo poplite biberat.

7 Et ait Dominus ad Gedeon, In trecentis viris qui lambuerunt aquas, liberabo vos, & tradam in manu tua Madian: omnis autem reliqua multitudo reuertatur in locum suum.

8 Sumptis itaque pro numero cibariis & tubis, omnem reliquam multitudinem abire præcepit ad tabernacula sua: & ipse cum trecentis viris se certamini dedit, castra autem Madian erant subter in valle.

1 Mane consurgens Ierubaal (qui idem & Gedeon) & omnis populus qui erat cum eo, castrametati sunt iuxta [1] En harod,' castra autem Madianitarum erant illis a Septentrione [2] a colle More in valle.

2 Dixitq; Dominus ad Gedeonem, [3] Populus' qui tecum est, maior est quam vt tradam Madianitas in manum eorum: ne forte glorietur Israel contra me, dicatq; [4] Manus mea liberauit me.'

3 Clama igitur audiente populo, & dic, [5] Qui timidus est aut formidolosus,' reuertatur, Summoq; mane abeat [6] à monte Gilead.' & [7] reflexerunt' ex populo viginti duo millia, relictis decem millibus.

4 Et dixit Dominus ad Gedeonem, Adhuc populus multus est. deduc eos ad aquas, & illic [8] separabo' tibi: de quocunque dixero tibi, Iste tecum ibit: tecum eat. de quocunque verò dixero, Is non proficiscatur tecum: ne proficiscatur.

5 Deduxit itaque populum ad aquas. & ait Dominus ad Gedeonem, Quicunque lingua sua lamberit aquas quemadmodum canis lambit, eum seorsum statues: & omnem qui procumbet pronus super genua sua [9] vt bibat.'

6 Fuerunt ergo lambentium aquam manu ad os admota: numero trecenti viri, totus vero reliquus populus curuatis genibus suis aquam bibebat.

7 Et ait Dominus ad Gedeonem, Trecentis istis viris qui [10] lambuerunt' seruabo vos, tradamq; Madianitas in manum tuam: omnis autem [11] populus abeat, quisq; ad locum suum.

8 Sumserunt itaque populus viaticum in manus suas, & [12] cornua sua,' dimisitque omnes Israelitas, quemque ad tentoria sua. & retinuit trecentos illos viros: castra autem Madianitarum erant [13] ei' infra in valle.

CAP. VII.
1 Vel, fontem Harod.
2 Vel, citra collem.
3 Id est, Numerus populi.
4 Id est, Memet meis viribus me seruaui.
5 Heb. Quis timidus est & formidolosus?
6 Qui scilicet erat in tribu Manasse circa Iordanem respectu Ierusalem.
7 Reuersi sunt.
8 Secernam, vel, probabo eum.
9 Sub. separabis.
10 Vel, lambendo biberunt.
11 Sub. reliquus.
12 Vel, tubas suas.
13 Sibi illo in loco demissiori, quam esset ea certatio[illegible]

9 Eadem

14 Nocte insequente.
15 Contra castra. sub. Madianitarum. Inuade castra Madianitarum. Descendas dicit, quod castra Madianitarum essent in valle, vt dictum est.
16 Sub. vt pugnes.
17 Vel, famulus.
18 Vt audias.
19 Heb. & descendas in castra, id est, vt quum fuerint confortatæ manus tuæ, descendas vt oppugnes castra.
20 Heb. ad partem armatorum qui erant in castris, id est, ad partem illam castrorum vbi erant armati milites. si enim hi qui tam probe armati erant, & in quibus tota spes exercitus erat reposita, tantum sibi timebant: quo animo essent reliqui, facile erat colligere.
21 Præ multitudine, i. instar innumeræ multitudinis locustarū.
22 Sicut (neq;) arenæ quæ est iuxta littus maris, præ multitudine.
23 Id est, visus sum audire strepitum panis hordeacei volventis se &c.
24 q. d. ad tentorium elegantissimam omnium & fortissimum.
25 Ab imo sursum.
26 Heb. fractionem eius. Metaphora a nuce, id est, enucleationem & expositionem.
27 Id est, Deo gratias egit ita Chaldæus paraphr.
† q. d. Rumpite moras, cito capite arma.
28 Id est, nam procul dubio traditurus est.
29 Hydrias vacuas, & tædas (vel, titiones ardentes) intra hydrias.
30 Heb. Ex me videbitis, id est, Vt me videbitis [illegible]
31 Clangam e[illegible] buccina ego [illegible] 34 hydrias quas &c. [illegible] erant. 40 [illegible] quæ est [illegible] vel [illegible] post sic vocata est ab

9 Factumq́; est[14] nocte illa vt Dominus ei diceret, Surge, descende[15] in castra: quoniam tradidi ea in manum tuam.

10 Quod si[16] descendere times, descende tu & Pura[17] puer tuus ad castra.

11 [18] Audies enim quid isti loquantur, & cum corroborabuntur manus tua, [19] vt in castra descendas. descendit itaq; ipse & Pura puer eius[20] ad armatos qui erant in finibus castrorum [excubantes.]

12 Midiam autē & Amalec, & omnes Orientales iacebant fusi in valle instar locustarum[21] multi, & cameli eorum innumeri erant, [22] & multi veluti arena quæ est in littore marino.

13 Quumq; accessisset Gedeon, vir quidam recensebat proximo suo insomnium, & dicebat, Ecce somnium somniaui, [23] & ecce strepitus panis hordeacei sese devolventes ad castra Madianitarum, venitq́; [24] ad tentorium, & percussit illud ita vt caderet, & subuertit illud[25] superne, & cecidit tentorium.

14 Respondit proximus eius, & dixit, Nihil hoc aliud est nisi gladius Gedeonis filii Ioas Israelitæ: tradidit namque Deus Madianitas in manum eius, & omnia castra.

15 Quum verò Gedeon audisset enarrationem somnii simulq;[26] interpretationem eius, [27] adorauit: reuersusq; in castra Israelitarum, ait, † Surgite: [28] quoniam tradidit Dominus castra Madianitarum in manum vestram.

16 Et distributis trecentis viris in tres ordines, tradidit cornua in manus singulorum, & [29] vacuos cados, in cadorum autem medio faces.

17 Dixit autem ad eos, [30] Me spectetis, & sic agite: ecce ergo, quum venero ad primam partem castrorum, quod fecero, hoc idem & vos facite.

18 [31] Quumq; cornu classicum cecinero ego, omnesq; qui mecum sunt, & vos cornibus clasi[cum canetis] per ambitum omnium castrorum, & [dicetisque], [32] Domino & Gedeoni.

19 Venit itaque Gedeon, & [33] cum eo centum viri ad primam castrorum partem ab initio [34] mediæ vigiliæ, [35] subito excitantes vigiles: [clangentes cornibus col]lidentesq; cados quos manu sua [gestabant].

20 [Clanxerunt itaq;] tres isti ordines cornibus & [36] confringebant cados tenentes sinistra sua manu [37] faces, dextra verò manu sua cornua quibus clangebant, & clamabant, [38] Gladius Domini & Gedeonis.

21 [39] Stabant autem quisq; suo loco per ambitum castrorum: concurrerunt autem omnia castra vociferantes & fugientes.

22 Trecenti autem illi clangebant cornibus, direxitque Dominus cuiusque gladium in proximum suum, [40] idq; per omnia castra. Et fugit turma vsq; ad Beth-sita in Zeredath, vsque ad limitem [41] Abel mehola, [42] & vsq; in Tabbath.

23 [43] Euocati itaque Israelitæ de Napthali, & de Aser, & de omni Manasse persequuti sunt Madianitas.

24 Misit quoq; Gedeon nuncios ad vniuersum montem Ephraim hisce mandatis, Descendite, [44] præuertite Madianitas, & præripite eis aquas vsque ad Beth-bara & Iordanem. Et [45] conuocati omnes ex Ephraim, [46] ceperunt aquas vsq; ad Beth-bara & Iordanem.

25 Apprehenderunt autem duos principes Madianitarum Oreb & Zeb, & occiderunt Zereb[46] in petra Oreb, & Zeeb interfecerunt in [47] torculari Zeb: insequuti sunt autem Madianitas, [48] allatis capitibus Oreb & Zeeb ad Gedeonem trans Iordanem.

9 Eadem nocte dixit Dominus ad eum, Surge, & descende in castra: quia tradidi eos in manu tua. *Descendit Gedeon in castra Madian.*

10 Sin autem solus ire formidas, descendat tecum Phara puer tuus.

11 Et cum audieris quid loquantur, tunc confortabuntur manus tuæ, & securior ad hostium castra descendes. descendit ergo ipse & Phara puer eius in partem castrorum, vbi erant armatorum vigiliæ.

12 Madian autem & Amalec, & omnes Orientales populi fusi iacebant in valle, vt locustarum multitudo: cameli[a] autem innumerabiles erant, sicut arena quæ iacet in littore maris. D

[a] *quoque.*

13 Cumque venisset Gedeon, narrabat aliquis somnium proximo suo: & in hunc modum referebat quod viderat, Vidi somnium, & videbatur mihi quasi subcinericius panis ex hordeo volui, & in castra Madian descendere: cumque peruenisset ad tabernaculum, percussit illud atq; subuertit, & terræ funditus coæquauit. *Audita somnii interpretatione victoriam omnino sibi promittit Gedeon.*

14 Respondit is cui loquebatur, Non est hoc aliud, nisi gladius Gedeonis filii Ioas viri Israelitæ. tradidit enim Dominus in manus eius Madian, & omnia castra eius.

15 Cumque audisset Gedeon somnium, & interpretationem eius, adorauit: & reuersus est ad castra Israel, & ait, Surgite. tradidit enim Dominus in manus nostras castra Madian. E *Gedeoni quem comitabantur trecenti viri tradit Deus Madianitas.*

16 Diuisitque trecentos viros in tres partes, & dedit tubas in manibus eorum, lagenasq; vacuas, ac lampades in medio lagenarum.

17 Et dixit ad eos, Quod me facere videritis, hoc facite: ingrediar partem castrorum, & quod fecero, sectamini.

18 Quando personuerit tuba in manu mea, vos quoq; per castrorum circuitum clangite, & conclamate, Domino & Gedeoni.

19 Ingressusque est Gedeon, & trecenti viri qui erant cum eo in partem castrorum, incipientibus vigiliis noctis mediæ, & custodibus suscitatis, cœperunt buccinis clangere, & complodere inter se lagenas. F

20 Cumq; per gyrum castrorum in tribus personarent locis, & hydrias confregissent, tenuerunt sinistris manibus lampades, & dextris sonantes tubas, clamaueruntq́, Gladius Domini & Gedeonis:

21 Stantes singuli in loco suo per circuitum castrorum hostilium. omnia itaque castra turbata sunt, & vociferantes, vlulantesq; fugerunt:

22 Et nihilominus insistebant trecenti viri buccinis personantes. † Immisitq; Dominus gladium in omnibus castris, & mutua se cæde truncabant, fugientes vsq; ad[b] Beth-secca, & crepidinem Abel-mehula in Tebbath. *Psalm. 82.*

[b] *Beth-sitta.*

23 Conclamantes autem viri Israel de Nephthali & Aser, & omni Manasse persequebantur Madian. G

24 Misitq; Gedeon nuncios in omnem montē Ephraim, dicens, Descendite in occursum Madian, & occupate aquas vsq; Beth-bera atq; Iordanem. clamauitque omnis Ephraim, & præoccupauit aquas atq; Iordanem vsq; Beth-bera.

25 Apprehensosque duos viros Madian, Oreb & Zeb: interfecit Oreb in Petra oreb, Zeb vero in Torculari zeb. Et persecuti sunt Madian, capita Oreb & Zeb portantes ad Gedeon trans fluenta Iordanis. *Oreb & Zeb principes occiduntur.* [illegible] *Psal. 82.*

32 Sub. [illegible] victoria. Vincet Dominus & Gedeon. 33 Heb. centum viri quos secum ducebat, ad partem castrorum, in capite, id est, Veru[m] [illegible] quum [illegible] quæ [illegible] vigiliæ præerant. 35 Clanxeruntque tubis, & superunt [illegible] 38 Vel, [illegible] apprehenderunt 37 Vel, [illegible] 38 Sub. vincet inimicos 39 Sub. illi trecenti. id est, Constiterunt eo [illegible] Dominus vt mutua cæde se perimerent 41 Chaldæus paraphr. planiciei Mehola. 42 In Tabbath, id est, [illegible] Tabbath. 43 Vel, Congregati. 44 Vt occurratis Madianitis, & occupate vada. 45 [illegible] fuerunt vada. 46 Id est, in rupe quæ [illegible] interfecto ibi Oreb. 47 Chaldæus paraphrast. planitiæ. 48 Hæc per occupationem dicuntur.

CAP. VIII.

CAPVT VIII.

A *Viri Ephraim insurgunt in Gedeonē, quos lenit laudando eos.*

1 DIxerúntq; ad eum viri Ephraim, Quid est hoc quod facere voluisti, vt nos nó vocares, cum ad pugnam pergeres cótra Madian? iurgantes fortiter, & propé vim inferentes.

2 Quibus ille respondit, Quid enim tale facere potui, quale vos fecistis? nonne melior est racemus Ephráim, vindemiis Abi-ézer?

Deus

3 In manus vestras Dominus tradididit principes Madian, Oreb & Zeb: quid tale facere potui, quale vos fecistis? Quod cum loquutus esset, requieuit spiritus eorum, quo tumebant contra eum.

Socothita negant panes Gedeoni persequēti Zébee & Salmana.

4 Cúmq; venisset Gedeon ad Iordanem, transiuit eum cum trecentis viris qui secum erant: & præ lassitudine, fugientes persequi non poterant.

5 Dixitq; ad viros Socoth, Date, obsecro, panes populo qui mecum est, quia valde defecerunt: vt possimus persequi Zébee & Salmana reges Madian.

B

Ironia.

6 Responderunt principes Socoth, Forsitan palmæ manuū Zébee & Salmana in manu tua sunt, & idcirco postulas vt demus exercitui tuo panes.

7 Quibus ille ait, Cum ergo tradiderit Dominus Zébee & Salmana in manus meas, & cum reuersus fuero victor in pace, conteram carnes vestras cum spinis, tribulisq; deserti.

Negant & ciues Phanuel.

8 Et inde conscendens, venit in Phanuel: locutúsq; est ad viros loci illius similia. Cui & illi responderunt, sicut responderant viri Socoth.

9 Dixit itaq; eis, Cum reuersus fuero victor in pace, destruam turrim hanc.

C

10 Zébee autem & Salmana requiescebant cum omni exercitu suo. Quindecim enim milia viri remanserant ex omnibus turmis Orientalium populorum, cæsis centū viginti millibus bellatorum, & educentium gladium.

Osee 10.d

11 Ascendénsq; Gedeon per viam eorum qui in tabernaculis morabantur ad Orientalem partē Nobe, & Iegbaa, percussit castra hostium, qui securi erant, & nihil aduersi suspicabantur.

12 Fugerúntque Zébee & Salmana, quos persequens Gedeon comprehendit, turbato omni exercitu eorum.

13 Reuerténsq; de bello ante Solis ortum,

14 Apprehendit puerum de viris Socoth: interrogauitq; eum nomina principum & seniorū Socoth. & descripsit septuaginta septem viros.

D

Socothita luūt pœnas immisericordia sua.

15 Venitq; ad Socoth, & dixit eis, En Zébee & Salmuna super quibus exprobrastis mihi, dicentes, Forsitan manus Zébee & Salmana in manibus tuis sunt, & idcirco postulas vt demus viris qui lassi sunt & defecerunt, panes.

16 Tulit ergo seniores ciuitatis, & spinas deserti ac tribulos, & contriuit cum eis, atque cóminuit viros Socoth.

Phanuel habitatores occiduntur.

17 Turrim quoque Phanuel subuertit, occisis habitatoribus ciuitatis.

Zébee & Salmana interficiuntur.

18 Dixitq; ad Zébee & Salmana, Quales fuerunt viri quos occidistis in Thabor?

19 Qui responderunt, Similes tui, & vnus ex eis quasi filius regis.

20 Quibus ille respondit. Fratres mei fuerunt, filii matris meæ. viuit Dominus, quia si seruassetis eos, non vos occiderem.

---

1 *EPhraimitæ autem dixerunt ad eum, [2] Quid hoc est quod nobis fecisti, vt nos non vocares quum proficisceretis in prælium contra Madianitas? & vehementer expostularunt cum eo.*

2 *Quibus ille respondit, Quid ego nunc feci [4] quod vestro facto æquari possit? annon racematio [5] Ephraim præstantior est vindemia Abiesri?*

3 *Deus tradidit in manus vestras Oreb & Zeeb principes Madian: [6] quid verò ego facere potuissem quod huic facto vestro simile esset? Tunc [7] remisit spiritus illorum ab illo quum loqueretur hoc verbum.*

4 *Venit itaque Gedeon ad Iordanem, vt transiret ipse & trecenti viri qui erant cum eo, [8] fatigati quidem & insequentes.*

5 *Et dixit ad ciues Succoth, Date quæso populo [9] qui comitatur me [10] globos panum: [11] lassi enim sunt: vt ego persequar Sebah & Zalmuna reges Madianitarum.*

6 *[12] Responderunt autem primores vrbis Succoth, Num [13] vola Sebah & Zalmuna iam est in manu tua, vt demus exercitui tuo panes?*

7 *Gedeon ait, Quum [14] igitur Dominus tradiderit Sebah & Zalmuna in manum meam, atteram carnem vestram spinis ac tribulis deserti.*

8 *Ascendit autem illinc in Pnuel, loquutúsq; est ad eos eisdem verbis. Et responderunt ei ciues Pnuel quemadmodum responderant ciues Succoth.*

9 *Dixit autē & ad ciues Pnuel in hanc sententiam, Quum reuersus fuero [15] saluus, diruam turrim istam.*

10 *Erant autem Sebah & Zalmuna in [16] Carcor, habentes secum castra sua circiter quindecim millia [virorum,] qui omnes reliqui fuerant ex vniuersis castris Orientalium: [17] quum cecidissent centū & viginti millia virorum, stringentium gladium.*

11 *Et ascendens Gedeon per viam eorum qui degebant in tentoriis ab Orientali plaga Noba & Iagbeha, percussit exercitum: [18] erat enim exercitus securus.*

12 *Et quum fugerent Sebah & Zalmuna, insequutus est eos, apprehensísque duobus regibus Madianitarum Sebah & Zalmuna, [19] disturbauit vniuersum exercitum.*

13 *Et reuersus est Gedeon filius Ioas è prælio [20] à loco accliui ad Orientalem plagam.*

14 *Cepit autem puerum quendam ex ciuibus Succoth, & [21] interrogauit eum, [22] annotauit illi primores Succoth & seniores eius, nempe septuaginta septem viros.*

15 *Ingrediens autem ad ciues Succoth, dixit En [vobis] Seba & Zalmuna, [23] qui mihi insultando dixistis, Num vola Sebah & Zalmuna nunc est in manu tua, [24] vt demus panes sociis tuis defatigatis?*

16 *Accepit itaque seniores ciuitatis, spinas atq; tribulos deserti, & [25] docuit illis ciues Succoth.*

17 *Turrim quoque Pnuel diruit, & interfecit ciues vrbis.*

18 *Dixit autem ad Sebah & Zalmuna, [26] Quales fuerunt viri illi quos interfecistis in Thabor?*

19 *Et responderunt, [27] Tibi similes erant illi, vnus forma similis regis filiis.*

20 *Et dixit, Fratres mei fuerunt, & [28] filii matris meæ: viuit Dominus, si viuos seruassetis eos, non trucidarem vos.*

CAP. VIII.

1 Hæc etiam videntur dicta per anticipationem.
2 q.d. Cur adeo nos contempsisti, vt &c.
3 vel, rixati sunt.
4 Heb. sicut vos? i. tale quale vos fecistis?
5 i. Gedeonis, q.d. maiorem gloriam reportantis ex hoc certamine vos, qui aduenitis confecto bello, quā ego qui illud incœpi. Chaldæus paraphra. Infirmissimi tribus Ephraim præstantiores sunt robustissimis familię Abiezer.
6 Heb. quid quod potui facere sicut vos?
7 vel, quiescere cœpit ira eorum in illum. i. cœperunt esse animo æquiore erga illum hoc dicto.
8 q.d. quāuis fessi erant, adhuc tamen persequebantur.
9 Heb. qui est in pedibus meis. i. quem duco.
10 vel, buccellas.
11 i. præ nimia fatigatione, penè deliquium animi patiuntur.
12 Singularis numeri est verbum, Respondit: vt subaudiendū sit (vnus). Respondit autē vnus ex principibus. Alii dicūt singulare esse pro plurali.
13 manus, q.d. Videris loqui quasi iam victor euaseris, quum nondum eos viceris. nondū illos vicisti, vt audeas petere à nobis dari exercitui tuo panē.
14 i. quia renuitis.
* vel, triturabo. aut, conteram. i. percutiam corpus vestrum ouū spinis. Chaldæus paraph. legit, super spinas.
15 Heb. in pace.
16 Erat vrbs vltra Ior. anem

ad Orientem. 17 qui autem ceciderant, erant. 18 id est, nihil tale suspicabatur. 19 vel, terruit. 20 ante ascensum Solis, id est, antequam Sol ascenderet [illegible] Chaldæus paraphrastes, antequam [illegible] esset Sol. Hoc bellum vna nocte fuit inceptum & confectum. quod refertur ad laudem Dei.
21 [illegible] principes & [illegible] 22 Heb. scripsit. 23 super quibus exprobrastis mihi dicendo, 24 Hebr. quia (postulas) vt demus &c.
25 vel, [illegible] Succoth. sub peccatum suum, id est, ita cæsi nouerunt peccatum suum. Alii vertunt, contriuit illis ci[illegible] Chaldæus paraphrastes, Qualiter se habebant? vel, Quales erant? 27 vel, Qualis tu, tales & ipsi, vna [illegible] erat omnibus: erant formosi vt filii regum. Chaldæus paraph. vertit, vnus ex eis æquabat filios regum. 28 i. ex parte matris, non fratres mei.

21 *Dixit ergo ad Iether primogenitum suum, Surge, trucida eos. puer autem non distrinxit gladium suum,* [29]*metiebat enim nempe,' quia puer.*

22 *Et ait Sebah & Salmuna. Surge tu, & irrue in nos:* [30] *vt enim vir est, [sic] est fortitudo eius.' Surgens itaque Gedeon, interfecit Sebah & Zalmana, tulitque* [31] *areas bullatas' qua erant in collis camelorum eorum.*

23 *Dixerunt verò Israelita ad Gedeonem,* [32] *Imperita nobis, & tu & filius tuus atque nepos tuus* [33] *quoniam liberasti nos de manu Madianitarum.*

24 *Gedeon autem respondit illis, Non imperitabo super vos, neq, filius meus imperitabit vobis, Dominus* [33] *imperitabit' vobis.*

25 *Et dixit ad eos Gedeon, Postulationem à vobis postulo, vt detis mihi quisque inaurem è spolio suo:(*[34] *habebant' enim inaures aureas quum essent Ismaelita.)*

26 *Et responderunt, Omnino dabimus. & expandentes vestem, proiecerunt illuc quisque inaurem ex spolio suo.*

27 *Fuitq, pondus inaurium aurearum quas postulauerat, mille & septingentorum* [35] *aureorum,' prater* [36] *bullas' &* [37] *ollaria,' vestésq, purpureas, quas habuerant reges Madian, & prater torques qua fuerant in collis camelorum ipsorum.*

28 *Fecit autem Gedeon ex illis ephod, & reposuit illud in ciuitate sua Ophra. scortatiq, sunt* [38] *post ipsum' omnes Israelita in loco isto, & factum est ipsi Gedeoni & domui eius in offendiculum.*

29 *Subactus est itaque Madian coram filiis Israel. nec amplius extulerunt caput suũ,* [39] *quieuitq, terra' quadraginta annis in diebus Gedeonis.*

30 *Abiens igitur Ierubaal filius Ioas, habitauit in domo sua.*

31 *Habuit autem Gedeon septuaginta filios, qui egressi erant ex fœmore eius: habuerat enim plures vxores.*

32 *Et concubina eius qua erat in Sechem peperit ei quoque filium, & imposuit ei nomen Abimelech.*

33 *Mortuus verò est Gedeon filius Ioas* [40] *in senectute bona,' sepultúsq, in sepulchro Ioas patris sui in Ophra* [41] *quæ fuit patris Esritarum.'*

34 *Contigit autem post mortem Gedeonis vt auerterentur filii Israel, & scortarentur post Baalim, posuerintque sibi Baal-berith in deum.*

35 *Nec recordati sunt amplius Israelita Domini Dei sui, qui liberauerat eos de manu inimicorum hostium suorum qui erant circum ipsos.*

36 [42] *Nec praestiterunt beneficia in domum' Ierubaal Gedeonis,* [43] *iuxta omne bonum quod' ipse praestiterat Israelitis.*

21 Dixitq; Iether primogenito suo, Surge, & interfice eos. qui non eduxit gladium: timebat enim, quia adhuc puer erat.

22 Dixerúntq; Zébee & Salmana, Tu surge, & irrue in nos: quia iuxta ætatem robur est hominis. Surrexit Gedeon, & interfecit Zébee & Salmana: & tulit ornamenta ac bullas quibus colla regalium camelorum decorari solent.

23 Dixerúntque omnes viri Israel ad Gedeon, Dominare nostri tu & filius tuus, & filius filii tui: quia liberasti nos de manu Madian.

24 Quibus ille ait, Non dominabor vestri, nec dominabitur in vos filius meus, sed dominabitur *Dominus.

25 Dixitq; ad eos, Vnam petitionem postulo à vobis, Date mihi inaures ex præda vestra (inaures enim aureas Ismaelitæ habere consueuerant)

26 Qui responderunt, Libentissimè dabimus. expandentésq; super terram pallium, proiecerunt in eo inaures de præda:

27 Et fuit pondus postulatarum inaurium, mille septingenti auri sicli, absque ornamentis, & monilibus, & veste purpurea, quibus reges Madian vti soliti erant, & præter torques aureas camelorũ.

28 Fecitq; ex eo Gedeon ephod, & posuit illud in ciuitate sua Ephra. fornicatúsq; est omnis Israel in eo, & factum est Gedeoni & omni domui eius in ruinam.

29 Humiliatus est autem Madian coram filiis Israel, nec potuerunt vltrà ceruices eleuare: sed quieuit terra per quadraginta annos quibus Gedeon præfuit.

30 Abiit itaque Ierobáal filius Ioas, & habitauit in domo sua:

31 Habuitq; septuaginta filios, qui egressi sunt de fœmore eius, eo quòd plures haberet vxores.

32 Concubina autem illius, quam habebat in Sichem, genuit ei filium nomine Abimelech.

33 Mortuúsq; est Gedeon filius Ioas in senectute bona, & sepultus est in sepulchro Ioas patris sui in Ephra de familia Ezri.

34 Postquam autem mortuus est Gedeon, auersi sunt filii Israel, & fornicati sunt in Baalim. Percusseruntq; cum Baal fœdus, vt esset eis in Deum:

35 Nec recordati sunt Domini Dei sui, qui eruit eos de manibus inimicorum suorum omnium per circuitum.

36 Nec fecerunt misericordiã cũ domo Ierobáal Gedeon iuxta omnia bona quæ fecerat Israeli.

Psal.82.c

Dominari Israeli Deum, nõ se, vult Gedeon.

* vobis

Dantur inaures aurea Gedeoni à populo.

Ephod Gedeonis in offendiculum Israeli.

Septuaginta filii Gedeonis. Abimelech. Moritur Gedeon.

29 Heb. timebat enim. i. præ timore.
30 i. tu hue respondet ætati & staturæ: ille est paruus, non habet id roboris, vt possit nos interficere.
31 monilia. torques. bullasque referebant speciem Lunæ,
32 q.d. Dignus es quicum potens dominetis in nos.
33 vel, dominabitur. i. erit tantummodo rex vester.
34 sub. hostes victi.
35 sub. siclorũ Sicluo, aut aliud ponderis nomen frequenter omittitur ab Hebræis: quod & Latinis familiare est.
36 vel, torques.
37 monilia. Al. thecas auteas vertunt in quibus scilicet gestabant balsamũ, quod mederet se omnibus vulneribus.
38 sub. Gedeonem. id est, mortuo Gedeone. vel, post ipsũ ephod. i. fuit causa idololatriæ Israelis.
39 i. fuit summa pax & tranquillitas.
40 i. iam senio confectus.
41 Heb. Abiezrai. ad Ioas refertur. i. qui erat de cognatione Abiezer.
42 Heb. Nec fecerunt misericordiam cum domo &c. i. Neque rependerũt beneficium acceptum familiæ Gedeonis.
43 vel, iuxta omnia beneficia quæ &c.

CAPVT IX.

1 *ABiens autem Abimelech filius Ierubaal in Sechẽ ad fratres matris sua, loquutus est cum eis, &* [1] *cum vniuersa familia domus patris matris sua' in hac verba,*

2 [2] *Loquimini' quæso audientibus cunctis* [3] *ciuibus' Sechẽ, quid vobis præstabilius, an vt dominentur vobis septuaginta viri omnes filii Ierubaal, an vt imperet vobis vir vnus? meminerstis [interim,* [4] *me esse os vestrum, carnemq, vestram.'*

3 *Loquuti sunt itaq, auunculi eius de eo in aures omnium* [5] *ciuium Sechem vniuersos sermones istos:* [6] *inclinatúmq, est cor eorum post Abimelech, ita vt dicerent Frater noster est.'*

4 *Dederuntq, insuper ei septuaginta* [7] *argenteos' ex phano Baal berith, quibus conduxit Abimelech* [8] *perditos' &* [9] *vagos' homines, qui eum sequuti sunt.*

5 *Et veniens in domum patris sui in Ophra, trucidauit fratres suos filios Ierubaal,* [10] *septuaginta' nempe viros super lapide vno: reliquus vero factus est Iotham filius Ierubaal minimus natu,* [11] *qui absconditus fuit.'*

1 ABiit autem Abimélech filius Ierobáal in Sichem ad fratres matris suæ, & locutus est ad eos, & ad omnem cognationẽ domus patris *matrísq; suæ dicens,

2 Loquimini ad omnes viros Sichem, Quid vobis est melius, vt dominentur vestri septuaginta viri omnes filii Ierobáal, an vt dominetur vobis vnus vir? simúlque considerate quod os vestrum, & caro vestra sum.

3 Locutiq; sunt fratres matris eius de eo, ad omnes viros Sichem vniuersos sermones istos, & inclinauerunt cor eorum post Abimélech, dicentes, Frater noster est.

4 Dederúntq; illi septuaginta pondera argenti de phano Baal-berith. qui conduxit sibi ex eo viros inopes & vagos, secutiq; sunt eum.

5 Et venit in domum patris sui in Ephra, & occidit fratres suos filios Ierobáal septuaginta viros, super lapidem vnum: remansitq; Ioatham filius Ierobáal minimus, & absconditus est.

6 Congre-

Abimelech filius Gedeonis occidit septuaginta fratres suos.

* matris

Ioatham minimus euadit.

CAP. IX.

1 i. ad cognatos suos ex parte matris.
2 i. Habete concionem.
3 dominis. proceribus vibis Sichem.
4 Chaldæus paraphrastes [illegible] quam vestrum.
5 [illegible]
5 dominorum.
6 i. proposuerit eñ prius quàm alium, ... quòd esset cognatus ipsorum.
7 i. siclos argenti.
8 vacuos. ociosos.
9 Chaldæus paraphrast. contemptibiles. i. nihili. 10 sub. circiter. non enim interfecit Iotham, nec se. 11 quod abscondisset se.

Abimelech cõstituitur rex.

6 Congregati sunt autem omnes viri Sichem, & vniuersæ familiæ vrbis Mello: abierúntq; & cõstituerunt regem Abimelech, iuxta quercum quæ stabat in Sichem.

B 7 Quod cum nunciatum esset Ioatham, iuit, & stetit in vertice montis Garizim: eleuatáq; voce, clamauit & dixit, Audite me viri Sichem, ita vt audiat vos [a]Dominus.

Ioatham, proposita lignorum parabola, prædicit interitum Sichimitarum & Abimelech.
[a] Deus.

8 Ierunt ligna, vt vngerent super se regem: dixerúntq; oliuæ, Impera nobis.

9 Quæ respondit, Numquid possum deserere pinguedinẽ meam, qua & dii vtuntur, & homines: & venire vt inter ligna promouear?

10 Dixerúntq; ligna ad arborem ficum, Veni, & super nos regnum accipe.

11 Quæ respõdit eis, Numquid possum deserere dulcedinem meam, fructúsq; suauissimos, & ire vt inter cætera ligna promouear?

12 Locutáq; sunt ligna ad vitem, Veni, & impera nobis.

13 Quæ respondit eis, Numquid possum deserere vinum meum, quod lætificat Deum & homines, & inter ligna cætera promoueri?

14 Dixeruntq; omnia ligna ad rhamnum, Veni, & impera super nos.

15 Quæ respondit eis, Si verè me regem constituitis, venite, & sub vmbra mea requiescite. si autem non vultis, egrediatur ignis de rhamno, & deuoret cedros Libani.

C 16 Nunc igitur si rectè, & absque peccato constituistis super vos regem Abimelech, & bene egistis cum Ierobaal, & cum domo eius, & reddidistis vicem beneficiis eius.

17 (Qui pugnauit pro vobis, & animam suam dedit periculis, vt erueret vos de manu Madian,

18 Qui nunc surrexistis contra domum patris mei, & interfecistis filios eius septuaginta viros super vnum lapidem, & constituistis regem Abimélech filium ancillæ eius super habitatores Sichem, eo quòd frater vester sit)

19 Si ergo rectè, & absque vicio egistis cum Ierobáal, & domo eius, hodie lætemini in Abimélech, & ille lætetur in vobis.

20 Sin autem peruersè, egrediatur ignis ex eo, & consumat habitatores Sichem, & oppidum Mello: egrediatúrq; ignis de viris Sichem, & de oppido Mello, & deuoret Abimelech.

21 Quæ cum dixisset, fugit, & abiit in Bera, habitauítq; ibi ob metum Abimélech fratris sui.

22 Regnauit itaque Abimélech super Israel tribus annis.

Dominus immittit spiritũ odii inter Sichimitas & Abimelech, eique insidiantur.
[a] Deus

23 Misítq; [a]Dominus spiritum pessimum inter Abimélech, & habitatores Sichem: qui cœperunt eum detestari,

24 Et scelus interfectionis septuaginta filiorum Ierobáal, & effusionem sanguinis eorũ conferre in Abimélech fratrem suum, & in cæteros Sichimorum principes qui eum adiuuerant.

D 25 Posuerúntq; insidias aduersum eum in summitate montium: & dum illius præstolabantur aduentum, exercebant latrocinia, agentes prædas de prætereuntibus. nunciatum q; est Abimélech.

Gaal pugnat contra Abimelech.

26 Venit autem Gaal filius Obed cum fratribus suis, & transiuit in Sichimam.

6 Collectis autem omnibus [11]ciuibus Sechem, [12]vniuersaq; domo Mello, abierunt, & eg[illegible]runtq; Abimelech regem [14]sub quercu [15]prope Sichem sita.

7 Quod quum Iotham nunciassent, abiit, & stans in vertice montis Garizim, sublata voce sua clamauit, dixitq; ad eos, Audite me, ô viri Sichem, audiatq; vos Deus,

8 Ibant aliquando arbores vt regem super se innungerent: dixerunt ergo ad oleam, Imperita nobis.

9 Olea autem respondit eis, [16]Num relicta pinguedine mea, [17]quam in me & dii & homines magnificamus, [18]ibo & satagam super arbores?

10 Dixerunt ergo arbores ad ficum, Age tu, imperita super nos.

11 Quibus ficus respondit, Num deserta dulcedine mea & fructu meo bono, ibo vt [19]satagam super arbores?

12 Arbores ergo ad vineam dixerunt, Age tu, imperita nobis.

13 Quibus dixit vinea, Num deserto musto meo quo exhilaro & deos & homines, vadam vt [19]satagam super arbores?

14 Dixerunt ergo vniuersa arbores ad [20]dumum, Veni tu, & imperita nobis.

15 Respondit dumus arboribus, Si [21]bona fide [22]vngitis me vobis regem, venite, & confidite sub [23]vmbra mea: quod si minus, exeat ignis ex dumo, & deuoret [24]cedros Libani.

16 Nunc igitur si [25]bona fide & candidè agitis in constituendo Abimelech regem, & si bene egistis cum Ierubaal & cum domo eius: & si [26]pro merito suo rependitis ei:

17 (Quandoquidem pater meus pro vobis pugnauit, & [27]obiecit animam suam ex opposito, eripuitq; vos de manu Madianitarum,

18 Et vos insurrexistis contra domum patris mei hodie, trucidastisque filios eius, viros nempe septuaginta super [28]vno lapide, & præfecistis super [29]ciues Sechem regem Abimelech filium ancillæ eius, eo quòd frater vester est)

19 Si inquam [30]bona fide & candidè cum Ierubaal & cum domo eius hodie egistis, lætamini [31]cum Abimelech, lætetúrque ipse [32]vobiscum:

20 Sin minus, egrediatur ignis ab Abimelech, & deuoret ciues Sechem atque [33]domum Millo: Egrediatur rursus ignis de viris Sechem & de domo Millo, & deuoret Abimelech.

21 Discedens igitur Iotham fugit, & abiit Beera, mansitq; ibi metu Abimelechi fratris sui.

22 Quumque Abimelech iam tribus annis dominiũ exercuisset in Israelitas,

23 [34]Misit Deus spiritum malum inter Abimelech & inter ciues Sechem, ita vt ciues Sechem desicerent ab Abimelech,

24 [35]Vt scilicet iniuria [illata] septuaginta filiis Ierubaal veniret, & vt [36]sanguinem eorum [37]deuolueret [Deus] super Abimelech fratrem eorum qui eos occiderat, adeoq; & super ciues Sechem, [38]qui manus eius roborauerant, vt occideret fratres suos.

25 Collocarunt autem ei Sechimitæ [39]insidias in verticibus montium, [40]diripientes eos omnes qui illac apud eos transirent, nunciatum est autem hoc ipsi Abimelech.

26 Et venit Gaal filius Æbed cum fratribus suis, [41]transieruntq; in Sichem,

11 principibus 12 Commune principibus ad quos negotia publica [illegible], qui [illegible] congregati [illegible] Mello [illegible], La maison de la ville. Potest hic accipi contentum pro continente, locus pro viris. I. vniuersa curia. Mello potest hic accipi pro loco conuentuum vbi de negotiis publicis consultabatur, vt erat in Ierusalem. Alii aiunt Millo vrbẽ fuisse propinquã Sichem. 14 in plantitie statuæ. i. in platea in qua erat quædam statua, nomen loci. 15 Heb. in Sichem. Quidam vertunt, quæ erat in (agro iuxta) Sichem. 16 Deserendæ possum (aut, debeo) pinguedinem meam, oleum meo. vel, Destituamne (i. Efficiamne vt priuer) pinguedine mea, &c. q. d. Debeone ego [illegible] fortem meam quæ optima est, qua &c. 17 qua per me honore prosequuntur Deum (in lucernis scilicet & oblationibus) & homines [illegible] munera reg[illegible]. 18 & ibo vt promouear super &c. vel, trascendam alias arbores? Chaldæus paraph. vt dominarem temp. arborum? Per oleam intelligunt Othonielem vt per ficum, D. boram. 19 promouear. Vinea, Gedeon erat. Alii dicunt Oleam, ficum, & vitem significare filios Gedeonis. 20 rhamnum. Genus rubi odorati serentis [illegible]. Gallicè, Eglantier. 22 Heb. in veritate. i. serio. 23 vel, vocturi estis. 23 id est, pro-

tectione mea. 24 id est, vos omnes, & optimos quosque. 25 Hebr. in veritate & simplicitate. 26 Hebr. iuxta retributionem manuum eius &c, id est, si rependitis vicem pro beneficiis acceptis. 27 Hebr. proiecit animam suam longe (à se) id est, & se periculo mortis exposuit. 28 vel, eundem lapidem, 29 Heb dominos. 30 Hebr. in veritate & simplicitate. sub. cordis 31 de Abimelech. 32 de vobis, 33 Vide suprà numerum decimum tertium. 34 id est, obortæ est magna dissensio [illegible] illos, Deo permittente, vt puniret vtrosque. 35 id est, vt iniuriam [illegible] in caput Abimelech: hoc est, puniret eum propter iniuriam illatam 36 id est, crimen cædis. 37 poneret 38 id est, qui adiuuerant illum in cæde fratrum. 39 vt scilicet illum occiderent, si illac pertransiret. 40 Heb. & latrocinia exercuerunt in omnem transeuntem. 41 mutata scilicet priore habitatione.

42 Heb. & spem suam posuerunt in eo ciues Sichē. i. erecti sunt in ipsum maiorem aduentu illius.
43 ii scilicet qui prius se continebant in vrbe.
44 Heb. fecerūtque lætitias. i. choreas, vt fieri solet tempore vindemiarum.
45 inter epulas scilicet.
46 q.d. Præstantiòne est Abimelech ipso Sechem, vt &c. Tantusne est &c.
47 scilicet Abimelech.
48 i. iis qui traxerunt originem ab Hemor.
49 Hebr. quis vt iste populus sit sub manu mea? pro, O si contingeret mihi imperium super populum illum?
50 abigerem tūc
51 Dicebatq; &c. absenti scilicet tanquam præsenti insultans, vel coram præfecto eius.
52 i. Cape tecum quantumlibet [illegible]
53 furor eius. i. vehementer iratus est.
54 vel, cante, & [illegible] Aliꝰ legunt in Thorma, vt eadem sit vrbs quæ Aruma.
55 Gallice, Ils [illegible] la ville forte contre toy.
56 vel, in agris i. extra vrbem delitesce.
57 Et primo mane ad exortum solis (vel, exoriente Sole) surges inuades vrbem.
58 & facies illi vt inueniet manus tua. i. quod facere poteris.
59 cum quatuor turmis, id est, diuisi in quatuor turmas.
60 q.d. Falleris, tantum est vmbra quæ refert homines.
61 Hebr. de vmbilico, id est, de eminentiore loco, ex vertice montium. Nam montes sunt in summo, vt est in homine vmbilicus.

27 [42] *Qua viro ciues Sechem* [illegible] *.*[43] *Egressi ergo in agrum, vindemiauerunt vineas suas, atque calcârunt,* [44] *hymnosq; concinnebant.* *Ingressiq; phanum dei sui* [illegible] *suorum* [*publicis epulis* [illegible]] *comederunt & biberunt, &* [45] *maledixerunt ipsi Abimelech.*

28 *Gaal autem filius Æbed dixit,* [46] *Quis est Abimelech, & quis est Sechem vt seruiamus* [47] *ei? an non est filius Ierubaal & Sebul præfectus eius? seruite* [*potius*] [48] *viris Hemor patris Sechem: cur enim seruiremus illi?*

29 [49] *Vtinam detur populus iste sub meam potestatem.* [50] [*mox*] *tollam Abimelech,* [51] *Et dixit ipsi Abimelech,* [52] *Auge copias tuas, & egredere.*

30 *Audiens autem Sebul præfectus vrbis verba Gaal filii Æbed, incaluit* [53] *nasus eius.*

31 *Et* [54] *clam misit nuncios ad Abimelech, huiusmodi ei significauit, En Gaal filius Æbed & fratres eius venerunt in Sechem, &* [55] *occupant ciuitatem contra te.*

32 *Surge igitur noctu, tu & populus qui tecum est, & colloca insidias* [56] *in campo.*

33 [57] *Quumque mane Sol illuxerit, diluculo consurgas, & ad vrbem tendas: Ipse verò & populus quem tecum habet egredientur contra te,* [58] *facias ergo vt vsus feret.*

34 *Surgens itaque Abimelech & omnis populus qui cum ipso fuit, noctu, collocârunt insidias contra Sechem* [59] *quatuor ordinibus.*

35 *Egressus ergo Gaal filius Æbed, stetit in foribus portæ ciuitatis: surrexitq; Abimelech & populus qui cum eo erat, ex insidiis.*

36 *Et videns Gaal populum, dixit ad Sebul, En populus descendit de verticibus montium. Sebul autem dixit ad eum,* [60] *Vmbram montium tu vides quasi homines.*

37 *Gaal verò rursus loquutus est, & dixit, En populus descendit* [61] *è medio terræ, Adhac acies vna venit de via* [62] *quercus augurum.*

38 *Cui respondit Sebul,* [63] *Vbi nunc est os tuum, quo dicebas, Quis est Abimelech, vt seruiamus ipsi? annon hic populus est quem* [64] *contempsisti? egredere nunc, & pugna aduersus eum.*

39 *Egressus itaque Gaal* [65] *ante viros Sechem, pugnauit contra Abimelech.*

40 *Et persequutus est eum Abimelech,* [66] *fugitq; ante eum, & ceciderunt multi vulnerati vsque ad fores portæ.*

41 [67] *Et habitauit Abimelech in Aruma, & Sebul eiecit Gaal & fratres eius, ne* [*posthac*] *habitarent in Sechem.*

42 *Contigit postero die vt populus egrederetur* [68] *in campum,* [69] *idq; nuntiarunt Abimelech.* [70] *Qui tollens populum, distribuit eum in tres turmas, & collocauit insidias in campo.*

43 *Et quum videret, en populus egrediebatur è ciuitate, consurgensque contra eos, percussit eos. Et Abimelech quidem &* [71] *turmæ quæ cum ipso erant,* [72] *extenderunt se, steteruntque in foribus portæ ciuitatis:* [73] [*aliæ*] *verò duæ turmæ irruerunt super omnes qui in campo erant, & percusserunt eos.*

44 *Et Abimelech quum toto illo die oppugnasset ciuitatem, cepit eam, trucidauitq; populum qui in ea erat, ciuitatémque ipsam diruit, &* [74] *sale eam seminauit.*

45 *Quod audientes* [75] *cuncti ciues qui erant in turre Sechem,* [76] *ingressi sunt arcem phani Dei Berith.*

46 *Nunciatumq; est Abimelech, omnes* [77] *ciues turris*

27 Ad cuius aduentum erecti habitatores Sichē, egressi sunt in agros vastantes vineas, vuásque calcantes: & factis cantantium choris ingressi sunt phanum dei sui, & inter epulas & pocula maledicebant Abimelech,

28 Clamante Gaal filio Obed, Quis est iste Abimelech, & quę est Sichem, vt seruiamus ei? nūquid non est filius Ierobaal, & constituit principem Zebul seruum suum super viros Emor patris Sichem? cur ergo seruiemus ei?

29 Vtinam daret aliquis populum istum sub manu mea, vt auferrem de medio Abimelech. Dictúmque est Abimelech, Congrega exercitus multitudinem, & veni.

30 Zebul enim princeps ciuitatis auditis sermonibus Gaal filii Obed, iratus est valde,

31 Et misit clam ad Abimelech nuncios, dicens, Ecce, Gaal filius Obed venit in Sichimam cum fratribus suis, & oppugnat aduersum te ciuitatem.

32 Surge itaque nocte cum populo qui tecum est, & latita in agro.

33 Et primo mane oriente sole, irrue super ciuitatem illo autem egrediente aduersum te cum populo suo, fac ei quod potueris.

34 Surrexit itaque Abimelech cum omni exercitu suo nocte, & tetendit insidias iuxta Sichimam in quatuor locis.

35 Egressúsque est Gaal filius Obed, & stetit in introitu portæ ciuitatis: surrexit autem Abimelech, & omnis exercitus cum eo de insidiarum loco.

36 Cumque vidisset populum Gaal, dixit ad Zebul, Ecce de montibus multitudo descendit. Cui ille respondit, Vmbras montium vides quasi capita hominum, & hoc errore deciperis.

37 Rursúmque Gaal ait, Ecce populus de vmbilico terræ descendit, & vnus cuneus venit per viam quæ respicit quercum.

38 Cui dixit Zebul, Vbi est nunc os tuum, quo loquebaris, Quis est Abimelech vt seruiamus ei? nónne hic populus est, quem despiciebas? egredere, & pugna contra eum.

39 Abiit ergo Gaal, * expectante Sichimorum populo, & pugnauit contra Abimelech, — *Expugnatur exercitus Gaal ab Abimelech.* * *spectãte Gaal dicitur cū Sichem.*

40 Qui persecutus est eum fugientem, & in vrbem compulit: cecideruntque ex parte eius plurimi vsque ad portam ciuitatis.

41 Et Abimelech sedit in Ruma, Zebul autem, Gaal, & socios eius expulit de vrbe, nec in ea passus est commorari.

42 Sequenti ergo die egressus est populus in campum. Quod cum nunciatum esset Abimelech, tulit exercitum suum, & diuisit in tres turmas, tendens insidias in agris. — *Abimelech destruit vrbem Sichem, interfectis habitatoribus eius.*

43 Vidensque quòd egrederetur populus de ciuitate, surrexit, & irruit in eos, cum cuneo suo, oppugnans & obsidens ciuitatem: duæ autem turmæ palantes per campum, aduersarios persequebantur.

44 Porrò Abimelech omni die illo oppugnabat vrbem: quam cepit, interfectis habitatoribus eius, ipsáq; destructa, ita vt sal in ea dispergeret.

45 Quod cum audissent qui habitabant in turre Sichimorum, ingressi sunt phanum dei sui, Berith, vbi fœdus cum eo pepigerant, & ex eo locus nomen acceperat, qui erat munitus valde. — *Turris Sichem cum 1000 hominibus comburitur.* Supr. 8. g

46 Abimelech quoque audiens viros turris

Sichi

62 [illegible] Meonenim. 63 Chaldæus paraphrastes. Vbinam sunt verba tua, quasi dicat, Vbinam illa tua magnifica verba quibus te tantopere [illegible] 64 [illegible] 65 id est, spectante populo Sichem. 66 id est, postea quam fugere cœperat, versus in fugam. 67 [illegible] 68 [illegible] ad sua scilicet negocia peragenda. 69 quod iam renunciauerant futurum [illegible] Abimelech. 70 vel, itaque assumens multitudinem [illegible] cum [illegible] 71 Hebr. capita, id est, principes qui cum eo erant, quasi dicat, nobilissimi milites ac bellicosissimi. 72 [illegible] id est, [illegible] recta ad portas vrbis. 73 Hebr. [alia] verò duo capita. 74 ne scilicet postea illic aliquid nasceretur, & esset sterilis. 75 Heb. omnes domini arcis vel, habitatores. vrbem scilicet esse captam. 76 vel, receperunt se in arcem Beth-el, pro templo. ita Chaldæus paraphr. id est, vt inirent fœdus cum illis qui erant in arce. 77 dominos arcis.

Sichimorum pariter conglobatos,

48 Ascendit in montem Selmon cum omni populo suo: & arrepta securi præcidit arboris ramū, impositumq; ferens humero, dixit ad socios, Quod me vidistis facere cito facite.

49 Igitur certatim ramos de arboribus præcidentes, sequebantur ducem Qui circundantes præsidium, succenderunt: atque ita factum est, vt fumo & igne mille hominum necarentur, viri pariter & mulieres, habitatorum turris Sichem.

Abimelech oppugnans ciuitatem Thebes, à muliere vulneratur.

50 Abimélech autem inde proficiscēs venit ad oppidum Thebes, quod circundans obsidebat exercitu.

51 Erat autem turris excelsa in media ciuitate, ad quam confugerant simul viri ac mulieres, & omnes principes ciuitatis, clausa firmissimè ianua, & super turris tectum stantes per propugnacula.

52 Accedensq; Abimélec iuxta turrim, pugnabat fortiter: & appropinquans ostio, ignem supponere nitebatur:

2.Reg.11.c

53 Et ecce vna mulier fragmen molæ désuper iaciens, illisit capiti Abimélech, & confregit cerebrum eius.

54 Qui vocauit cito armigerum suum, & ait ad eum, Euagina gladium tuum, & percute me: ne fortè dicatur quod à fœmina interfectus sim. qui iussa perficiens, interfecit eum.

55 Illo quoque mortuo, omnes qui cum eo erant de Israel, reuersi sunt in sedes suas:

56 Et reddidit Deus malum quod fecerat Abimélech contra patrem suum, interfectis septuaginta fratribus suis.

57 Sichimitis quoque quod operati erant, retributum est, & venit super eos maledictio Ioatham filii Ierobáal.

Sechem congregatos esse.

48 Ascendit ergo Abimelech montem Salmon, ipse & omnis populus qui cum eo erat, accepitq; Abimelech secures in manum suam, & succidit [78] arborum ramos, quos sublatos imposuit humero suo. Dixitq; populo qui cum eo erat, Quod me vidistis facere, vos festini facite quemadmodum ego feci.

49 [79] Succidentes igitur cuncti illi viri qui erant in populo ramos, sequuti sunt Abimelech: & admouerunt ad arcem, incenderuntq; [80] hisce ramis arcem igni, [81] ita vt morerentur etiam omnes viri qui erant in turri Sechem, [82] ferme virorum & mulierum mille.

50 Abiit ergo Abimelech ad [83] Thebetz, & posuit castra contra Thebetz, & expugnauit eam.

51 Erat autem in medio illius vrbis turris fortissima, quo confugerunt omnes viri & mulieres, & omnes ciues vrbis, clausisq; post se ostiis, ascenderunt tectum turris.

52 Veniens autem Abimelech ad turrim oppugnabat eam: & quum accessisset ad ostium turris, vt eam igni incenderet,

53 Deiecit mulier quædam fragmen [84] lapidis molaris in caput Abimelech, confregitq; illi caluariam.

54 Qui mox accersito puero suo armigero, dixit ad eum, Distringe gladium tuum, & interfice me: ne fortè dicant de me, mulier interfecit eum. perfodit itaq; eum puer eius & mortuus est.

55 Videntes autem Israelitæ mortuum esse Abimelech, abierunt, quisque ad locum suum.

56 Rependit itaq; Deus Abimelech malum quod contra patrem suum designârat, interficiendo septuaginta fratres suos.

57 Sed & cunctum malum ciuium Sechem reddidit Deus in caput eorum, venitq; super eos [85] exsecratio Iothami filii Ierubaal.

78 Heb. ramum arborum, (i. vnius arboris,) quem sublatum superposuit,
79 Succidit itaque etiam cunctus populus, quisque ramum (suum,) secutiq;
80 Heb. supra illos arcem, id est, succenderunt arcem in qua ipsi erant inclusi. Verti potest, cū illis arcem &c.
81 i. vt etiam Sichē mortui fuerint. Aut, quemadmodum & hi cum his qui seruabant eam arcem, mortui sunt.
82 i. egregiter mille homines vtriusque sexus.
83 Ea defecerat propinqua ipsi Sichem.
84 molæ superioris.
85 maledictio. i. ita accidit vt fuerat imprecatus illis.

CAPVT X.

Thola, dux Israel constituitur.

A 1 POst Abimélech surrexit dux in Israel Thola filius Phua patrui Abimélech, vir de Issachar, qui habitauit in Samir montis Ephraim:

2 Et iudicauit Israel viginti & tribus annis, mortuusq; est, ac sepultus in Samir.

Huic succedit Iair.

3 Huic successit Iair Galaadites, qui iudicauit Israelem per viginti & duos annos,

4 Habens triginta filios sedentes super triginta pullos asinarum, & principes triginta ciuitatum, quæ ex nomine eius sunt appellatæ Auothiair, id est oppida Iair, vsque in præsentem diem in Terra galaad.

B 5 Mortuúsq; est Iair: ac sepultus in loco cui est vocabulum Camon.

Ob idololatriā filii Israel traduntur in manus Philisthinorum.

6 Filii autem Israel peccatis veteribus iungentes noua, fecerunt malum in conspectu Domini, & seruierunt idôlis, Baalim & Astaroth, & diis Syriæ ac Sidônis & Moab & filiorum Ammon & Philisthiim: dimiseruntq; Dominum, & non coluerunt eum.

7 Contra quos Dominus iratus, tradidit eos in manus Philisthiim & filiorum Ammon.

8 Afflictiq; sunt, & vehementer oppressi per annos decē & octo, omnes qui habitabant trans Iordanem in Terra Amorrhæi, quæ est in Galaad:

9 In tantum vt filii Ammon Iordane transmisso vastarent Iudam & Beniamin & Ephraim: afflictúsq; est Israel nimis.

C

Confitentes Deo peccatum suū, clamant ad ipsum.

10 Et clamantes ad Dominum, dixerunt, Peccauimus tibi, quia dereliquimus Dominū Deum nostrum, & seruiuimus Baalim.

Arguit Israelitas ingratitudinis Deus.

11 Quibus locutus est Dominus, Numquid non Ægyptii & Amorrhæi, filiiq; Ammon & Philisthiim,

12 Sidonii quoque & Amalec & Chanáan op-

1 SVrrexit [1] autem post Abimelech Thola filius Puach, [2] filius Dodo, vir de Issaschar ad seruandum Israelem, habitauitq; in Samir in monte Ephraim.

2 Et iudicauit Israelem viginti tribus annis, & mortuus, sepultus est in Samir.

3 Post hunc surrexit Iair Gileadites, qui iudicauit Israelem viginti duobus annis.

4 Hic habuit triginta filios qui vehebantur super triginta [3] pullis: [4] habuerunt & triginta oppida, quæ vocantur Hauoth Iair in hunc vsq; diem, & sunt in terra Gilead,

5 Mortuus est autem Iair, & sepultus in Camon.

6 Filii autem Israel rursus fecerunt malum in oculis Domini, colueruntq; Baalim, & [5] Astaroth, & deos [6] Aram, deos Zidon, & deos Moabitarum, & deos filiorum Ammon, deos denique Philisthæorum, & [8] reliqueruntque Dominum, & non seruierunt ei.

7 Et incaluit [7] nasus Domini aduersus Israelē, ita vt venderet eos in manum Philisthæorum, & in manum filiorum Ammon.

8 Et attriuerunt ac confregerunt filios Israel [9] illo anno, idque decem & octo annis, cunctos scilicet filios Israel qui erant cis Iordanem, in terra Amorrhæi quæ est in Gilead.

9 Sed & filii Ammon traiecerunt Iordanem vt dimicarēt contra Iudam, Beniamin, & domum Ephraim. [10] [res] itaq; Israelitarum supra modum angustæ fuerunt.

10 Et clamauerunt filii Israel ad Dominum hisce verbis, Peccauimus tibi, [11] & sane deseruimus Deum nostrum, coluimúsque Baalim.

11 Dixit itaque Dominus ad filios Israel, Annon [12] Ægyptii, Amorrhæi, filii Ammon, & Philisthini,

12 [13] Sed & Zidonii, & Amalec, & Maon afflixerūt

CAP. X.
1 vel, Successit autem ipsi Abimelech.
2 vel, filii Dodo, hominis de, tribu Issachar.
3 sub asinarum. vehebantur mulis egregiis & iuuenibus.
4 i. præerant triginta vrbibus.
5 Astaroth, idola erant quæ habebant speciem ouium.
6 Aram, Syriam interpretatur.
7 furor. i. grauissime iratus est.
8 quo scilicet desciuerūt à cultu diuino. Alii, quo mortuus est Iair.
9 sub. quæ olim fuerat
10 Heb. fuit itaq; afflictio Israeli valde. siue, atq; ita vehemēter afflictus fuit Israel.
11 Heb. & quia deseruimus Deū nostrum, & quia coluimus
12 Heb. de Ægypto, & ab Amorrhæis, & Ammonitis & a Philisthinis, sub liberaui vos? Aposiopesis irato cōuenit.
13 Heb. Et Sidonii, & Amalecitæ, & Maonitæ oppresserūt vos, & clamauistis ad me, & liberaui vos de eorū manu) vel, potestate.

14 l. quos mihi antepofuiftis.
15 liberabunt. hoc dicit ironicè. Aut fic audi, & videte an ipfi liberabunt vos. Improbatio eft.
16 vel, fatemur nos peccaffe.
17 Heb. iuxta omne bonum in oculis tuis.
18 vel, tantum.
19 Heb. di. hac.
20 toto corde fcilicet.
21 Heb. & abbreuiata eft anima eius propter laborem &c. i. doluit fuper afflictione Ifraelis. q. d. non potuit vltra æquo animo ferre miferiā Ifraelis. ad eum opponitur longanimitati ac patientiæ: & eft anthropopathia.
22 Congregati.
23 Dixitq; populus (&) principes.
24 Heb. ftatice per interrogationē, Quis ille eft qui incipiet præliari contra Ammonitas, (&) erit in principé omnibus habitantibus Galaad?

vos, & liberaui vos de manu eorum, quum ad me clamaretis?
13 *At vos me dereliquiftis, & coluiftis deos alios: hac de caufa vos vltra non eripiam.*
14 *Ite & clamate ad deos* [14] *quos elegiftis,* [15] *si vos feruent in tempore afflictionis veftræ.*
15 *Et filii Ifrael dixerunt ad Dominum,* [16] *Peccauimus, fac tu nobis* [17] *quidquid tibi vifum fuerit,* [18] *modo eripias nos* [19] *de præfenti periculo.*
16 *Abftulerunt verò à fe deos alienos, &* [20] *feruierūt Domino,* [21] *vt animus eius iram remitteret propter afflictionem Ifraelis.*
17 *CONuocati autem filii Ammon caftrametati funt in Gilead, fed & filii Ifrael congregati caftrametati funt in Mizpa.*
18 [22] *Et dixerunt primores populi de Gilead, quifque ad proximum fuum,* [24] *Quicunque bellum contra Ammonitas aufpicabitur, is caput erit fuper cunctos habitatores Gilead.*

preſſerunt vos: & clamaſtis ad me, & erui vos de manu eorum?
13 Et tamen reliquiſtis me, & coluiſtis deos alienos: Idcirco non addam vt vltra vos liberem.
14 Ite, & inuocate deos quos elegiſtis: ipſi vos liberent in tempore anguſtiæ.
15 Dixerúntq; filii Iſrael ad Dominum, Peccauimus, redde tu nobis quicquid tibi placet: tantum nunc libera nos.
16 Quæ dicentes, omnia de finibus ſuis alienorum deorum idola proiecerunt, & ſeruierunt Domino Deo: qui doluit ſuper miſeriis eorum.
17 ITaque filii Ammon conclamantes, in Galaad fixere tentoria: contra quos congregati filii Iſrael, in Maſpha caſtrametati ſunt.
18 Dixerúntq. principes Galaad ſinguli ad proximos ſuos, Qui primus ex nobis cōtra filios Ammon cœperit dimicare, erit dux populi Galaad.

D *Non ceſſantiū confiteri peccatum, & ſemper clamantium, miſeretur Deus.*
Initium Cap. XI. iuxta quorundam ſententiam.

CAPVT XI.

CAP. XI.
1 Heb. potens viribus. vel, virtute bellica.
2 i. concubinæ. Meretrices dicebantur concubinæ nulla autem obſeruatione ceremoniarum recipiebantur à viris: quæ legitima vxore adhibebantur: hoc excepto erant vxores legitimæ. Chaldæus paraphraſt. vertit, cauponariæ.
3 Heb. genueratq; Galaad ipſum Iephte. ſub. ex illa muliere.
4 Omnes ſilii eſſēt hæredes, exceptis filiis ancillarum.
5 Heb. vacui. i. otioſi.
6 egreſſi ſunt. i. ſecuti ſunt eum, & comites illi fuerunt.
7 miſſis ſcilicet ab aliis.
8 i. qui præiudio, & iniuſtè expuliſtis me de domo &c.
9 vt pugnem &c. i. vt reducamus te in patriam
10 i. in poteſtatem meam.

1 IEphte Gileadites heros fuit [1] *fortis,* *filius cuiuſdam mulieris* [2] *meretricis.* [3] *ſuſcep it hunc Iephte, Gilead.*
2 *Sed & vxor Gilead filios ei pepererat, qui cum adoleuiſſent, Iephte eiecerunt, dixeruntq; ad eum, Non eris* [4] *hæres in domo patris noſtri: filius enim es ex aliena muliere.*
3 *Fugiens igitur Iephte metu fratrum ſuorum, habitauit in terra Tob, collectiq; ſunt ad eum homines* [5] *perditi qui cum eo* [6] *egrediebantur.*
4 *Factumq; eſt vt poſt dies [aliquot] Ammonitæ pugnarent contra Iſraelitas.*
5 *Quumq; pugnarent Ammonitæ aduerſus Iſraele,* [7] *profecti ſunt ſeniores Gilead, vt reducerent Iephte de terra Tob. Dixeruntq; ad Iephte,*
6 *Veni, & ſis dux noſter, vt bellum geramus contra Ammonitas.*
7 *Iephte reſpondit ſenioribus Gilead, Annon vos eſtis* [8] *qui me odiſtis, adeóque me è domo patris mei eieciſtis? quid ergo nunc ad me veniſtis quum in afflictione eſtis?*
8 *Dixerunt ſeniores Gilead ad Iephte, Et hanc ob cauſam iam reuerſi ſumus ad te,* [9] *vt eas nobiſcum, & bellum geras contra Ammonitas, ſiſq; nobis caput, omnibus ſcilicet qui in Gilead habitamus.*
9 *Reſpondit Iephte ſenioribus Gilead, Si me reducitis vt bellum geram contra Ammonitas, tradideritq; eos Dominus* [10] *coram me, egóne ero caput veſtrum?*
10 *Dixerunt autem ſeniores Gilead ad Iephte,* [11] *Audiat Dominus inter nos, ſi non fecerimus iuxta ſermonē tuum.*
11 *Abiit itaque Iephte cum ſenioribus Gilead, præfecitq; eum populus ſibi in caput & in principem:* [12] *Locutuſq; eſt Iephte omnes ſermones ſuos* [13] *coram Domino in Mizpa.*
12 *Miſit itaq; Iephte legatos ad regem Ammonitarum hiſce mandatis, Quid mihi eſt negocii tecum quòd ad me veniſti,* [14] *& belligeras in terra mea?*
13 *Rex autem Ammonitarum reſpondit legatis Iephte, Quoniam Iſrael occupauit terram meam quum ex Ægypto aſcenderet, ab Arnone ſcilicet vſque ad Iabok, & vſque ad Iordanem, nunc ergo reſtitue eas* [15] *in pace.*
14 *Iephte rurſum miſit alios legatos ad regem Ammonitarum, dixitq; illi,*
15 *Sic dixit Iephte, Iſrael non accepit terram Moab, nec terram filiorum Ammon:*

1 FVit itaque illo in tempore Iephte Galaadites vir fortiſſimus atque pugnator, filius mulieris meretricis, qui natus eſt de Galaad.
2 Habuit autem Galaad vxorem, de qua ſuſcepit filios: qui poſtquam creuerant, eiecerunt Iephte, dicentes, Hæres in domo patris noſtri eſſe non poteris, quia de [b] adultera matre natus es.
3 Quos ille fugiens atq; deuitans, habitauit in Terra Tob: congregatiq; ſunt ad eum viri inopes, & latrocinantes, & quaſi principem ſequebantur.
4 In illis diebus pugnabant filii Ammon contra Iſrael.
5 Quibus acriter inſtantibus perrexerunt maiores natu de Galaad, vt tollerent in auxilium ſui Iephte de Terra-Tob: Dixerúntq; ad eum,
6 Veni, & eſto princeps noſter, & pugna contra filios Ammon.
7 Quibus ille reſpondit, Nonne vos eſtis qui odiſtis me, & eieciſtis de domo patris mei, & nunc veniſtis ad me neceſſitate compulſi?
8 Dixerúntq; principes Galaad ad Iephte, Ob hanc igitur cauſam nunc ad te venimus, vt proficiſcaris nobiſcum, & pugnes cōtra filios Ammon, ſiſq; dux omnium qui habitant in Galaad.
9 Iephte quoq; dixit eis, Si verè veniſtis ad me, vt pugnem pro vobis contra filios Ammon, tradideritq; eos Dominus in manus meas, ego ero veſter princeps?
10 Qui reſponderunt ei, Dominus qui hæc audit, ipſe mediator ac teſtis eſt quòd noſtra promiſſa faciemus.
11 Abiit itaq; Iephte cum principibus Galaad, fecitq; eum omnis populus principem ſui. Locutúſq; eſt Iephte omnes ſermones ſuos coram Domino in Maſpha.
12 Et miſit nuncios ad regem filiorum Ammon, qui ex perſona ſua dicerent, Quid mihi & tibi eſt, quia veniſti contra me, vt vaſtares terram meam?
13 Quibus ille reſpondit, Quia tulit Iſrael terram meam, quando aſcendit de Ægypto à finibus Arnon vſque Iaboc atque Iordané: nunc ergo cum pace redde mihi eam.
14 Per quos rurſum mandauit Iephte, & imperauit eis, vt dicerent regi Ammon,
15 Hæc dicit Iephte, Non tulit Iſraël Terram Moab, nec Terram filiorum Ammon:

16 Sed

A *Iephte, meretrice matre natus, eiicit fratres ſuos.*
[b] *alterna*
Iephte conſtituitur ſuper Iſraelem.
B
Petit Iephte per nuncios ab Ammonitis
C *quare Iſraelitas affligant.*
Num. 21. [illegible]
Ammon repetit terras ſuas.

11 q. d. Deus qui audit omnia, erit teſtis auritus huiuſce rei quam tibi pollicemur: ſumetq; debitas de nobis pœnas, ſi non præſtiterimus. 12 i. recenſuit omnia verba ſupradicta, & conditiones prædictas. 13 i. pro concione & audiente populo. Vbi ſunt duo aut tres congregati in nomine meo, ibi ſum in medio eorum. 14 vt oppugnares patriam meam? vel, bellum inferres patriæ meæ? 15 i. ſine bello.

16 Sed quando de Ægypto conscenderunt, ambulauit per solitudinem vsque ad Mare rubrum, & venit in Cades.

Num.20.c

17 Misitque nuncios ad regem Edom, dicens, Dimitte me vt transeam terram tuam. Qui noluit acquiescere precibus eius. Misit quoque ad regem Moab, qui & ipse transitum præbere contempsit.

contra Num.21.c.&

18 Mansit itaq; in Cades, & circumiuit ex latere Terram Edom, & Terram-Moab: venitq; ad Orientalem plagam Terræ-Moab. & castrametatus est

D

trans Arnon: nec voluit intrare terminos Moab: Arnon quippe confinium est Terræ-Moab.

19 Misit itaque Israel nuncios ad Sehon regem Amorrhæorum, qui habitabat in Hesebon, & dixerunt ei, Dimitte vt transeam per terram tuam vsque ad fluuium.

20 Qui & ipse Israel verba despiciens, non dimisit eum transire per terminos suos: sed infinita multitudine congregata egressus est contra eum in Iasa & fortiter resistebat.

21 Tradiditque eum Dominus in manus Israel cum omni exercitu suo, & percussit eum.

22 Et possedit omnem terram Amorrhæi habitatoris regionis illius, Et vniuersos fines de Arnon vsque Ieboc, & de solitudine vsque ad Iordanem.

23 Dominus ergo Deus Israel subuertit Amorrhæum, pugnante contra illum populo suo Israel, & tu nunc vis possidere terram eius?

24 Nonne ea quæ possedit Chamos Deus tuus, tibi iure debentur? quæ autem Dominus Deus noster victor obtinuit, in nostram cedent possessionem.

Num.22.a

25 Nisi fortè melior es Balac filio Sephor rege Moab: aut docere potes, quòd iurgatus sit contra Israel, & pugnauerit contra eum.

Arnon.

26 Quando habitauit in Hesebón, & viculis eius & in Aroer, & villis illius, vel in cunctis ciuitatibus iuxta Iordanem, per trecentos annos quare tanto tempore nihil super hac repetitione tentastis?

27 Igitur non ego pecco in te, sed tu contra me malè agis, indicens mihi bella non iusta. iudicet Dominus arbiter huius diei inter Israel, & inter filios Ammon.

Ammonitæ superbi.

28 Noluitque acquiescere rex filiorum Ammon verbis Iephte, quæ per nuncios mandauerat.

Spiritu Dei accensus Iephte, inuadit Ammonitas.

29 Factus est ergo super Iephte Spiritus Domini, & circumiens Galaad & Manasse, Maspha quoque Galaad, & inde transiens ad filios Ammon,

30 Votum vouit Domino, dicens, Si tradideris filios Ammon in manus meas:

F

Votum Iephte

31 Quicunque primus fuerit egressus de foribus domus meæ, mihiq; occurrerit reuertenti cum pace à filiis Ammon, eum holocaustum offeram Domino.

Vincuntur Ammonitæ ab Iephte.

32 Transiuitq; Iephte ad filios Ammon, vt pugnaret contra eos: quos tradidit Dominus in manus eius.

33 Percussitque ab Aroer vsque dum venias in Mennith, viginti ciuitates, & vsque ad Abel, quæ est vineis consita, plaga magna nimis. humiliatique sunt filii Ammon a filiis Israel.

Iephte reuertenti occurrit filia ipsius.

34 Reuertenti autem Iephte in Maspha domum suam, occurrit ei vnigenita filia sua cum tympanis & choris. non enim habebat alios liberos.

35 Qua visa scidit vestimenta sua, & ait, Heu me filia mi, decepisti me, & ipsa decepta es. aperui enim

G

os meum ad Dominum, & aliud facere non potero.

36 Cui illa respondit, Pater mi, si aperuisti os tuũ ad Dominum, fac mihi quodcunque pollicitus es,

16 Sed quum ipsi ascenderent ex Ægypto, proficiscerétur, ut Israel per desertum ad mare [16] carectosum, venit in Cades.

17 Tum Israel legatos misit ad regem Edom, qui dicerent, Liceat mihi quæso transire per regionem tuam: sed noluit audire rex Edom. Misit quoque [legatos] ad regem Moab neq; is voluit.

18 Mansit itaque Israel in Cades. Cumque proficisceretur per desertum, circumiuit terram Edom, & terram Moab: & veniens ab exortu Solis ad terram Moab, castrametatus est cis Arnonem. nec voluit ingredi limitem Moab (siquidem Arnon limes est Moab)

19 Misit itaque Israel legatos ad Sihon regem Amorrhæorum, [&] regem Hesbon, significauitq; illi Israel his ferè verbis, Liceat quæso nobis transire per regionem tuam, donec venerimus ad locum nostrum.

20 At Sihon [17] non fidit Israeli, vt daret ei transitum per limitem suum quin Sihon congregans vniuersum populum suum, castrametatus est in Iahza, & pugnauit contra Israelem.

21 Dominus ergo Deus Israelis tradidit Sihonem & vniuersum populum eius in manum Israelis. Israel itaque [18] percussit eos,

22 Et occupauit vniuersam terram Amorrhæi, qui terram illam incoluit. Occupauerunt insuper omnem limitem Amorrhæi. ab Arnon vsque ad Iabac, & à deserto vsque ad Iordanem.

23 Dominus ergo Deus Israel eiecit Amorrhæos ante populum suum Israel, & tu [19] conaris possidere eum?

24 Quod si daret tibi aliquid possidendum Chamos Deus tuus, an tu id non possideres? [20] possidebimus ergo & nos quæ nobis possidenda tradidit Dominus Deus noster coram nobis.

25 An vero tu [21] plus iuris habes quàm Balac filius Zipor rex Moab? [22] num litem habuit is cum Israele? num pugnauit contra eos?

26 Ad hæc Israel, trecentis annis, inhabitauit Hesbon & viculos eius, Aroer & viculos eius, omnes denique ciuitates quæ sunt ad ripas Arnonis, cur tum non [23] asseruistis eas?

27 Ego itaque in te nihil peccaui, tu verò inique mecum agis pugnando contra me. iudicet Dominus, [24] qui iudex est, hodie inter filios Israel & inter filios Ammon.

28 At rex Ammon tamen non audiit verba Iephte, quæ [per legatos] ei mandauerat.

29 [25] Factus verò est super Iephte Spiritus Domini, [26] vt transiret ad Gilead atque ad Manasse, & hinc transiit ad Mizpa. Gilead transiuit ad Ammonitas.

30 Vouit autem Iephte votum Domino, & ait, Si omnino tradideris Ammonitas in manum meam,

31 [27] Quodcunq; egressum fuerit mihi obuiam è foribus domus meæ, quum ab Ammonitis [28] saluus rediero, [29] Domini erit. [30] sacrificaboq; illud holocaustum.

32 Transiuit itaque Iephte ad filios Ammon vt bellum contra eos institueret, tradidit q; Dominus eos in manum eius.

33 Et percussit eos cæde admodum magna, ab Aroer vsque dum venias in Minnith viginti ciuitates, & vsque [31] Abel Keramim, subactiq; sunt Ammonitæ coram filiis Israel.

34 Veniens autem Iephte in Mizpa ad domum suam, en filia eius egreditur ei obuiam cum tympanis & choris, [32] quam vnicam & dilectam habebat, [33] nec enim habuit alios liberos.

35 Quũ hãc vidisset, scidit vestimẽta sua, & dixit, Heu mi filia, [34] omnino prosternis me & perturbas me: [35] etenim aperui os meum ad Dominum, neque recantare possum.

36 Quæ respondit illi, Mi pater, [si] aperuisti os tuum ad Dominum, fac [36] mihi iuxta id quod egressum

16 Suph.
17 i. non tantum credidit Israeli vt sineret eum transire per patriam suam.
18 vel, deuicit.
19 potiudebis eum? i. illos, n[illegible] pe patria Amorrhæorum q. d. quum Dominus expulerit Amorrhæos sub aduentum Israelitarũ, tunc debes tibi vendicare eam patriam? non certe.
20 Hebr. sic possidebimus omnẽ quem expulit &c. q. d. sic patriã omnium quos expulerit Deus noster propter nos, dicemus nostram esse iure hæreditario.
21 Heb. bon[illegible] plus quam &c. i. Nunquid melior es, siue præstantior quam &c.
22 numquid rixando rixatus est cum Israele? aut quid præliatus est cõtra eos? sub Israelitas. q. d. nunquid prima ista est ab eo controuersia.
23 eripuistis, vel, tentastis eripere.
24 i. ad quẽ pertinet omnium rerum iudicium & arbitrium.
25 i. Cœpit agi [illegible] Spiritu Domini.
26 & [illegible] q. d. [illegible] Spiritu Dei per[illegible] Chaldæus paraphrastes [illegible] fortitudinis [illegible] fecit Dominus vt ille fortis animo inuaderet ipsos Ammonitas.
27 vel, Quicunque egredietur foris.
28 Heb in pace. i. incolumis, victis Ammonitis.
29 i. consecrabitur Domino [illegible] [illegible] perpetuo seruiet Domino.
30 aut certe sacrificabo. Votum istud est conditionale, sub distinctione. [illegible] homines non sacrificabuntur Domino, nec id Deus vult nec est anathema nam hæc [illegible] imperata Domino.
31 i. planities vinearum.
32 Hebr. [illegible] tum: [illegible] ea, forte [illegible] tabia. Hæc dum [illegible] Angiitur in modo depressisti me.

dicuntur ad maiorem oppressionem q. d. quam vnicam habebat. 33 Hebr. non erat illi ex [illegible] filius aut filia. i. alius filius, aut alia filia. 34 Hebr. Angustiando depressisti me, & tu es de deturbantibus me. Ac si dicas, eram nuper elatus ea victoria quam reportaueram de Ammonitis superatis: tu verò depressisti me, imo vero prorsus perdidisti, ac exterminasti: Actum enim est de posteritate mea. 35 vel, quum ego aperuerim os meum Domino, neque potero retractare. i. mutare sententiam. Aperire os suum Domino, pro vouere. 36 vel, de me vt exiuit &c. i. vt vouisti.

est de ore tuo, [37] quandoquidem Dominus vltus est te de hostibus tuis, nempe de Ammonitis.

37 Dixitq; ad patrē suum, [38] Fiat mihi hac res, [39] sed absiste à me duobus mensibus vt eam, [40] descendamque ad montes, deplorémque [42] virginitatē meam, ego scilicet cum sodalibus meis.

38 Qui ait, Vade. dimisitq; eam duobus mensibus. Abiit igitur illa cum sodalibus suis, & deplorauit virginitatem suam in montibus.

39 Exactis duobus mensibus, reuersa est ad patrem suum, qui fecit ei iuxta votum suum quod vouerat. [43] Et ipsa virum non cognouit:

40 Et facta est cōsuetudo in Israele, Vt [44] annua vice venirent filiæ Israel vt [45] disserent cum filia Iephte Gileaditæ, quatuor scilicet diebus in anno.

cōcessa tibi vltione atque victoria de hostibus tuis.

37 Dixitq; ad patrem, Hoc solum mihi præsta quod deprecor, dimitte me vt duobus mensibus circumeam montes, & plangam virginitaté meam cum sodalibus meis.

38 Cui ille respondit, Vade. & dimisit eam duobus mensibus. Cúmq; abiisset cum sociis ac sodalibus suis flebat virginitatem suam in montibus.

39 Expletisque duobus mensibus, reuersa est ad patrem suum, & fecit ei sicut vouerat, quæ ignorabat virum.

40 Exinde mos increuit in Israel, & consuetudo seruata est, Vt post anni circulum conueniant in vnum filiæ Israel, & plangant filiam Iephte Galaaditæ diebus quatuor.

CAPVT XII.

1 [1] Conuocati viri Ephraim, transierunt versus Aquilonem, & dixerunt ad Iephte, Quare profectus es in prælium contra Ammonitas, nos verò non appellasti, vt proficisceremur tecum? incendemus domum tuam tecum igne.

2 Quibus respondit Iephte, [2] Grauis disceptatio fuit mihi & populo meo cum Ammonitis: & quum vocarem vos, non [3] asseruistis me de manu eorum.

3 Videns verò quod tu [4] seruator non esses, [5] posui animam meam in manum meam, & transiui contra filios Ammon, tradiditque eos Dominus in manū meam. cur ergo hodie contra me ascendistis, vt bellum mihi inferatis?

4 Congregauit ergo Iephte vniuersos viros Gilead, pugnauit contra Ephraim, percusseruntque viri Gilead [illegible] [6] dixerant, vos fugitiui estis Ephraim, Ephraim, vos [illegible] Gileaditæ inter Ephraim & Manasse.

5 Ceperúntque Gileaditæ vada Iordanis [7] ante Ephraim: & fiebat [10] quum dicerent hi qui ex Ephraim [11] effugerant, [12] Traiiciam. [13] dixerunt ei viri Gilead, Esne Ephrataus? Dicebatq; is, Non.

6 Tunc aiebant ad eum, Profer quæso [14] Schibboleth: tunc dixit, [15] Sibboleth, [16] non enim recte enunciare poterat: tum apprehenso eo, trucidabant eum apud vada Iordanis: cecideruntq; ex Ephraim eodem tempore quadraginta duo millia.

7 Iudicauit autem Iephte Israel sex annis, mortuúsque est Iephte Gileadites, & sepultus [17] in ciuitatibus Gilead.

8 Post hunc iudicauit [18] Ibzan de Beth lehem Israelem.

9 Habuitq; triginta filios, & triginta filias, quas elocauit foras, & ab externis triginta filias filiis suis accersiuit: iudicauitq; Israelem septem annis.

10 Et mortuus Ibzan, sepultus est in Beth lehem.

11 Post eum iudicauit Israelem Elon Zebulonites, iudicauitq; Israelem septem annis.

12 Et mortuus est Elon Zebulonites, atque sepultus in Aialon in terra Zebulon.

13 Post hunc iudicauit Israelem Abdon filius Hillel, Pirhathonites.

14 Hic habuit quadraginta filios, & triginta nepotes, [19] vehētes super septuaginta [20] pullos: iudicauitque Israelem octo annis.

15 Mortuus est autem Abdon filius Hillel Pirhathonites, & sepultus est in Pirhathon in terra Ephraim in monte Amalec.

1 Ecce autē in Ephráim orta est seditio, nam transeuntes contra Aquilonem, dixerūt ad Iephte, Quare vadens ad pugnam contra filios Ammon, vocare nos noluisti, vt pergeremus tecum? igitur incendemus *domum tuam.

A *Seditio Ephraim contra Iephte.* * te &

2 Quibus ille respondit, Disceptatio erat mihi & populo meo contra filios Ammon vehemens: vocauiq; vos vt præberetis mihi auxilium, & facere noluistis.

3 Quod cernens, posui animam meam in manibus meis, transiuiq; ad filios Ammon & tradidit eos Dominus in manus meas. quid commerui, vt aduersum me consurgatis in prælium?

4 Vocatis itaque ad se cunctis viris de Galaad, pugnabat contra Ephráim: percusseruntq; viri Galaad Ephráim, quia dixerat, Fugitiuus est Galaad de Ephráim, & habitat in medio Ephráim & Manasse.

B *Pugna Iephte contra Ephraim.*

5 Occupaueruntq; Galaaditæ vada Iordanis, per quæ Ephraim reuersurus erat. Cúmq; venisset ad ea de Ephráim numero, fugiens, atq; dixisset, Obsecro vt me transire permittas: dicebāt ei Galaaditæ, Numquid Ephrathæus es? Quo dicente, Non sum:

6 Interrogabant eum, Dic ergo Schibbóleth, quod interpretatur spica. Qui respondebat, Sibbóleth: eadem litera spicam exprimere non valens. Statimq; apprehensum iugulabant in ipso Iordanis transitu. & ceciderunt in illo tempore de Ephráim quadraginta duo millia.

C

7 Iudicauit itaq; Iephte Galaadites Israel sex annis: & mortuus est, ac sepultus in ciuitate sua Galaad.

Moritur Iephte.

8 Post hunc iudicauit Israel Abesan de Beth-lé-hem.

Abesan iudicat Israelem.

9 Qui habuit triginta filios, & totidem filias: quas emittens foras, maritis dedit, & eiusdem numeri filiis suis accepit vxores, introducens in domum suam. qui septem annis iudicauit Israel.

D

10 Mortuúsq; est, ac sepultus in Beth léhem.

11 Cui successit *Ahialon Zabulonites: & iudicauit Israel decem annis.

Elon ei successit. * Elon

12 Mortuúsq; est ac sepultus in Zabûlon.

13 Post hunc iudicauit Israel Abdon, filius Elel Pharathonites:

Abdon successit Elon.

14 Qui habuit quadraginta filios, & triginta ex eis nepotes, ascendentes super septuaginta pullos asinarum & iudicauit Israel octo annis.

15 Mortuúsq; est ac sepultus in Pharathon terræ Ephráim, in monte Amalec.

CAPVT

37 quando, vel postquam.
38 i. Concedatur hoc mihi quod à te peto.
39 dimitte me. vel, sine me.
40 i. pergamq; in montes. Alii aiunt domum Iephte fuisse in arduo monte: aut intercessisse vallem inter domum eius & montem.
42 quam scilicet perpetuo sum seruatura. Nam, vt nonnulli volunt, fuit reclusa.
43 i. dicauit eā cultui diuino.
44 vel, itaq; ipsa virum non &c. i. perpetuam seruauit virginitatem, innuptaq; mansit.
44 Heb. de diebus in dies. i. de anno in annum: hoc est, quotannis.
45 loquerētur fiue, colloquerentur. Alii, consolarentur filiā &c. quod scilicet esset coacta, propter votum patris, seruare perpetuam virginitatem. Quatuor enim diebus in anno patebat ad eam accessus. Alii vertunt, ad lamentandum filiam &c. siue, vt plangerent filiam &c.

CAP. XII.
1 vel, Congregati sunt.
2 Heb. Vir rixæ fui ego & populus meus, & filii Ammon valde. i. Magna contentio seu rixa orta est inter me & populares meos, & Ammonitas.
3 seruastis.
4 vel, nolles ferre (mihi) auxilium.
5 Hebraismus, pro, exposui vitā meam periculo.
6 sub. antea. vel, dicere soliti essent antea.
7 abiecti. q.d. abiectissimi [illegible], hoc est, [illegible] ex filiis Ephraim, qui habitatis Galaad
8 vos estis Galaaditæ, nihil aliud [illegible] quam Galaaditæ. Gallicè, Vous estes Galaadites, pour tout potage homines obscuri & ignobiles, ac nullius nominis, habitantes inter duas tribus clarissimas & nobilissimas, ac maximi nominis.

CAPUT XIII.

A

Idololatra filii Israel traduntur Philisthaeis. Samsonis natiuitas praenunciatur Manue patri eius.

Samson Nazaraeus liberaturus Israelem.

B

Petit Manue quid agere debeat de filio nascituro.

[a] *Deus*

Angelus apparet Manue

C

[b] *Dixitque*

Angelus non vult sibi afferri holocaustum, sed Deo.

Manue offert Deo holocaustum.

D

[c] *viderunt.*

1 RVrsumque filii Israel fecerunt malum in conspectu Domini: qui tradidit eos in manus Philisthinorum quadraginta annis.

2 Erat autem quidam vir de Saraa, & de stirpe Dan, nomine Manue, habens vxorem sterilem.

3 Cui apparuit angelus Domini, & dixit ad eam, Sterilis es & absque liberis: sed concipies & paries filium.

4 Caue ergo ne bibas vinum ac siceram, nec immundum quicquam comedas:

5 Quia concipies, & paries filium, cuius non tanget caput nouacula: erit enim Nazaraeus Dei ab infantia sua, & ex matris vtero, & ipse incipiet liberare Israel de manu Philisthinorum.

6 Quae cum venisset ad maritum suum, dixit ei, Vir Dei venit ad me, habens vultum angelicum, terribilis nimis. quem cum interrogassem, quis esset & vnde venisset, & quo nomine vocaretur, noluit mihi dicere:

7 Sed hoc respondit, Ecce concipies & paries filium: caue ne vinum bibas nec siceram, & ne aliquo vescaris immundo: erit enim puer nazaraeus Dei ab infantia sua, & ex vtero matris suae, vsque ad diem mortis suae.

8 Orauit itaque Manue dominum, & ait, Obsecro Domine, vt vir Dei quem misisti, veniat iterum, & doceat nos quid debeamus facere de puero qui nasciturus est.

9 Exaudiuitque[a] Dominus deprecantem Manue, & apparuit rursum angelus Dei vxori eius sedenti in agro. Manue autem maritus eius non erat cum ea.

10 Quae cum vidisset angelum, festinauit, & cucurrit ad virum suum: nunciauitque ei, dicens, Ecce apparuit mihi vir quem antè videram.

11 Qui surrexit, & secutus est vxorem suam: veniensque ad virum, dixit ei, Tu es qui locutus es mulieri? Et ille respondit, Ego sum.

12 Cui Manue, Quando, inquit, sermo tuus fuerit expletus, quid vis vt faciat puer? aut a quo se obseruare debebit?

13 Dixitque angelus Domini ad Manue, Ab omnibus quae locutus sum vxori tuae, abstineat se:

14 Et quicquid ex vinea nascitur non comedat: vinum & siceram non bibat, nullo vescatur immundo: & quod ei praecepi, impleat atque custodiat.

15 [b] Dixitque Manue ad angelum Domini, Obsecro te vt acquiescas precibus meis, & faciamus tibi hoedum de capris.

16 Cui respondit angelus, Si me cogis, non comedam panes tuos: si autem vis holocaustum facere, offer illud Domino. Et nesciebat Manue quod angelus Domini esset.

17 Dixitque ad eum, Quod est tibi nomen, vt si sermo tuus fuerit expletus, honoremus te?

18 Cui ille respondit, Cur quaeris nomen meum, quod est mirabile?

19 Tulit itaque Manue hoedum de capris, & libamenta, & posuit super petram offerens Domino qui facit mirabilia: ipse autem & vxor eius intuebantur.

20 Cumque ascenderet flamma altaris in caelum, angelus Domini pariter in flamma ascendit. quod cum [c] vidissent Manue & vxor eius, proni ciderunt in terram.

21 Et vltra eis non apparuit angelus Domini,

1 Filii Israël rursus [1] designarunt malum in oculis Domini, [2] tradiditque eos Dominus in manus Philisthinorum quadraginta annis.

2 Erat autem vir quidam de Zarcah, de familia Dan, nomen eius erat Manoah: cuius vxor sterilis fuit, [2] nec peperit.

3 Huic mulieri apparuit angelus Domini, dixitque ad eam, Ecce tu sterilis es, nec [3] paris, concipies verò & paries filium.

4 [4] Caue ergo ne vinum bibas aut siceram, & nihil quod immundum est comedas:

5 Quoniam tu [5] impregnata paries filium, [6] cuius capiti nouacula nulla admoueatur: nam puer ille, [7] nazir Dei erit [8] ex ipso vtero, [9] incipiet seruare Israëlem de manu Philisthinorum. Veniens autem mulier illa narrauit (hoc) marito suo eiusmodi verba.

6 [10] Vir Dei venit ad me, cuius aspectus erat quemadmodum aspectus angeli Dei admodum [11] venerandus: nec interrogans eum vndenam esset, nec ipse nomen suum indicans mihi.

7 Is dixit mihi, Ecce tu concipies & paries filium? [12] ne ergo bibas vinum aut siceram, & nihil immundi comedas, quoniam puer iste [13] ex vtero nazir erit Dei, vsque ad diem mortis suae.

8 Precatus est itaque Manoah Dominum, & dixit, Mi Domine, vir Dei quem misisti, rursum quaeso veniat ad nos, doceatque nos quid faciamus puero [14] nato.

9 Exaudiuit autem Dominus vocem Manoah: venit enim angelus Dei denuo ad mulierem illam [15] dum esset in agro: Manoah marito eius absente.

10 Festinans ergo mulier cucurrit, & nunciauit marito suo, dicens ad eum, En vir ille qui hodie ad me venerat, apparuit mihi.

11 Et surgens Manoah, secutus est vxorem suam, veniensque ad virum illum, ait illi, Es tu vir ille qui loquutus es ad hanc mulierem? Et ait, Ego sum.

12 Dixit Manoah, Fiat igitur quod dixisti. [sed] quid erit [16] praescriptum pueri & opus eius?

13 Respondit angelus Domini ipsi Manoah, Caueto vxor ab omnibus de quibus loquutus sum ei.

14 Quidquid de vite vinifera exit, ipsa non edet: vinum & siceram non bibet, nihil immundi comedet: [in summa,] quidquid praecepi ei, obseruabit.

15 Manoah dixit ad angelum Domini, Sine quaeso, vt te detineamus, interim [17] parabimus coram te hoedum ex capris.

16 Angelus autem Domini respondit Manoah, [Etiamsi] detineas me, non [tamen] comedam de [18] pane tuo: quod si holocaustum facere volueris, [19] Domino sacrificabis. [20] Nesciebat autem Manoah ipsum esse angelum Domini.

17 Dixit ergo Manoah rursum ad angelum Domini. [21] Quod est nomen tuum? [22] vt honorare te possimus quum euenerit quod dixisti.

18 Respondit angelus Domini, [23] Quur hoc quaeris de nomine meo, quum ipsum sit [24] reconditum?

19 Tulit itaque Manoah hoedum ex capris, & [25] sacrificium cibarium, & sacrificauit super petram Domino, & [26] mire secit, videntibus Manoah & vxore eius.

20 Factum est enim quum flamma ascenderet ex ara caelum versus, vt angelus Domini in flamma arae ascenderet, videntibus [id] Manoah & vxore eius, qui & in faciem suam ceciderunt super terram.

21 Angelus autem Domini denuo non apparuit

V 5

CAP. XIII.
1 i. perpetrarunt rem ingratam Domino omnia intuenti.
2 nec pepererat. sub. hactenus.
3 peperisti. Hoc fecit Dominus in gratiam eorū qui non inciderant in idololatriam: quos tamen omnino nō liberauit.
4 Heb. Et nunc caue nūc ne &c. pro, Nunc igitur caue posthac ne &c. Cum res ita se habeat, caue posthac &c.
5 praegnans eris (vel concipies) & paries &c.
6 Heb. & nouacula non ascendet super caput. i. nouacula non radentur capilli capitis eius. Alii legunt, non faciet ei enuere nouaculam. sub. tonsor.
7 vel, nazaraeus
8 i. ab ortu, siue natiuitate.
9 q. d. primus omnium liberabit Israelem. Hic videtur ostendere, hanc liberationem non absolutum iri ab eo.
10 i. Diuinus quidam propheta.
11 Heb. terribilis:
12 nunc ergo ne bibas.
13 vel, à natiuitate nazaraeus
14 vel, nascituro.
15 ea autem sedebat &c. i. rusticabatur.
16 Heb. [illegible] i. quaenam erit: ratio educationis pueri, & quid opus eius: quid de eo facturi simus, quomodo tractabimus eum
17 vel faciemus id: it, hircum coctum offeremus tibi de quo comedas.
18 id est, cibis tuis
19 sub. non mihi, neque [illegible].
20 Haec iunguntur cum praecedente, sic. [illegible] te detineas [illegible] interim parabimus coram te hoedum.
21 Truncata locutio Hebraice, pro, Quis es? & quod est nomen tibi?
22 Heb. quoniam veniet verbum, & honorabimus te.
23 vel, Quamobrem quaeris nomen meum
24 vel, occultum id est, quum non sit familiare ac notum hominibus, nec, inter homines.
25 oblationem. vel, munus,
26 Heb. mirificauit facere sub. angelus, id est, fecit miraculum, nam de petra eduxit ignem.

Manoah & vxori eius: tunc cognouit Manoah quòd angelus Dei fuisset.

22 Et dixit Manoah ad vxorem suam,[27] Certissime moriemur:[d] nam Deum vidimus.

23 Cui vxor sua respondit, Si voluisset Dominus nos occidere, non accepisset de manu nostra holocaustum &[28] cibarium sacrificium,[29] neq. ostendisset nobis ista omnia,[e] neque[30] secundum tempus nunciasset nobis hoc.

24 Peperit itaque mulier illa filium, &[30] vocauit nomen eius Samson, Creuitq. puer, & benedixit eum Dominus.

25 Et cœpit[31] Spiritus Domini[32] per vices eum agitare in castris Dan, inter Zarea & Esthaol.

statimque intellexit Manue angelum Domini esse.

22 Et dixit ad vxorem suam, Morte moriemur, quia vidimus[f] Dominum.

23 Cui respondit mulier. Si Dominus nos vellet occidere, de manibus nostris holocaustum & libamenta non suscepisset, nec ostendisset nobis hæc omnia, neque ea quæ sunt ventura, dixisset.

24 Peperit itaque filium, & vocauit nomen eius Samson. Creuitque puer, & benedixit ei Dominus.

25 Cœpitque Spiritus Domini esse cum eo in castris Dan inter Saraa & Esthaol.

f Deum.

Nascitur Samson.

27 Heb. Moriendo moriemur. q. d. Actum est de nobis breui morituri sumus. Erat hæc vulgi opinio.

28 i. non eduxisset nobis videntibus ignem ex petra.

29 tempore isto. i. non prædixisset nobis talia.

30 sub. mater. Verbum fœmininum apud Hebræos.

31 i. Spiritus fortitudinis. hoc est donauit eũ Dominus robore. cœpitq. a Spiritu diuino.

32 cum agitare in Mahone Dan. Hic locus dictus est Castra Dan, quòd Danitæ quum in vrbem Lais educerent exercitum, in eo castra posuerunt.

CAPVT XIIII.

1 *Samson descendit in Thimnath, vidensq. in Thimnath mulierem de filiabus Philisthinorum,*

2 *Ascendit & indicauit patri suo atque matri suæ hisce verbis, Vidi in Thimnath[1] de filiabus Philisthinorum,[2] quam [precor] mihi adiungatis vxorem.[a]*

3 *Ad quem ait pater suus & mater sua, An nulla est inter filias fratrum tuorum, & in vniuerso populo meo mulier,[3] vt tu vadas accipere vxorem de Philisthinis incircumcisis istis? Respondit Samson patri suo. Adiunge mihi illam, quoniam placet mihi.*

4 *Pater autem eius & mater eius non sciebant quòd hoc esset à Domino, & quòd occasionem ipse quæreret[4] à Philisthinis:[b] nam eo tempore Philisthini imperitabant Israelitis.*

5 *Descendit itaque Samson cum patre suo & matre sua in Thimnath: quumque venissent ad vineas Thimnath, en catulus leonum robustior rugiebat[5] occurrens ei.[c]*

6 *Et Spiritus Domini[6] prosperè egit in eo,[d] ita vt discerperet eum, vt si solet discerpi hœdus,[7] nec quidquam habebat in manu sua.[e] Et non[8] indicauit neque patri suo, neque matri suæ quod fecerat.*

7 *Descendens autem loquutus est[9] cum muliere:[10] placuit enim Samsoni.[f]*

8 *Reuersus autem post aliquot dies, vt illam acciperet, declinauit vt videret cadauer leonis, & ecce examen apum erat in[11] corpore leonis &[12] mel.[g]*

9 *Quod accipiens in manus suas abiit, edens inter eundum: & perueniens ad patrem suum & matrem suam dedit eis vt & ipsi comederent: nec indicauit eis quòd accepisset mel ex corpore leonis.*

10 *[13] Et descendit pater eius ad mulierem & Samson parauit ibi conuiuium: sic enim[14] iuuenes facere solebant.[h]*

11 *Factumq. est quum[15] illi vidissent eum, acceperunt triginta sodales qui essent cum eo.*

12 *Et dixit ad eos Samson, Proponam vobis[16] quasi ænigma, si planè ipsum mihi septem diebus conuiuii aperueritis, &[17] inueneritis,[i] dabo vobis triginta sindones, & triginta vestes mutatorias.*

13 *Si verò explicare mihi non poteritis, dabitis vos mihi triginta sindones, & triginta vestes mutatorias. qui responderunt ei, Propone nobis ænigma tuum, vt audiamus ipsum.*

14 *Et ait ad eos, De[18] comedente[k] exiuit cibus, & de forti egressa est dulcedo. nec potuerunt explicare ænigma illud tribus diebus.*

15 *[19] Septimo ergo die[l] dixerunt ad vxorem Samsonis,[20] Induc maritum tuum,[m] vt nobis ænigma istud aperiat, ne igne te & domum patris tui incendamus: an verò nos huc vocastis[21] vt ad inopiam nos redigeretis?*

16 *Et fleuit vxor Samsonis[22] apud eum,[n] & dixit: Duntaxat odis me, nec diligis me: quandoquidem ænigma*

1 Descendit ergo Samson in Thamnatha. vidensq; ibi mulierem de filiabus Philisthiim,

2 Ascendit, & nunciauit patri suo, & matri suæ, dicens, Vidi mulierem in Thamnatha de filiabus Philisthinorum: quam quæso vt mihi accipiatis vxorem.

3 Cui dixerunt pater & mater sua, Nunquid non est mulier in filiabus fratrum tuorum, & in omni populo tuo, quia vis accipere vxorem de Philisthiim, qui incircumcisi sunt? Dixitque Samson ad patrem suum, Hanc mihi accipe: quia placuit oculis meis.

4 Parentes autem eius nesciebant quòd res à Domino fieret, & quæreret occasionem contra Philisthiim. eo enim tempore Philisthiim dominabantur Israeli.

5 Descendit itaque Samson cum patre suo & matre in Thamnatha: cumque venissent ad vineas oppidi, apparuit catulus leonis sæuus, & rugiens, & occurrit ei.

6 Irruit autem Spiritus Domini in Samson, & dilacerauit leonem, quasi hœdum in frusta decerperet, nihil omnino habens in manu: & hoc patri & matri noluit indicare.

7 Descenditque, & locutus est mulieri quæ placuerat oculis eius.

8 Et post aliquot dies reuertens vt acciperet eam declinauit vt videret cadauer leonis, & ecce examen apum in ore leonis erat ac fauus mellis.

9 Quem cum sumpsisset in manibus, comedebat in via: veniensque ad patrem suum & matrem, dedit eis partem, qui & ipsi comederunt: nec tamen eis voluit indicare quòd mel de corpore leonis assumpserat.

10 Descendit itaque pater eius ad mulierem, & fecit filio suo Samson conuiuium. sic enim iuuenes facere consueuerant.

11 Cum ergo ciues loci illius vidissent eum, dederunt ei sodales triginta qui essent cum eo.

12 Quibus locutus est Samson. Proponam vobis problema: quod si solueritis mihi intra septem dies conuiuii, dabo vobis triginta sindones, & totidem tunicas.

13 Sin autem non potueritis soluere, vos dabitis mihi triginta sindones, & eiusdem numeri tunicas. Qui responderunt ei, Propone problema, vt audiamus.

14 Dixitque eis, De comedente exiuit cibus, & de forti egressa est dulcedo. nec potuerunt per tres dies propositionem soluere.

15 Cumque adesset dies septimus, dixerunt ad vxorem Samson, Blandire viro tuo, & suade ei vt indicet tibi quid significet problema. quod si facere nolueris, incendemus te, & domum patris tui. an idcirco vocastis nos ad nuptias vt spoliaretis?

16 Quæ fundebat apud Samson lachrymas, & querebatur dicens, Odisti me, & non diligis: idcirco proble-

A

Samson ducit vxorem de filiabus Philisthæorum.

B

Samson leonis catulum dilacerat.

Mel cum apum examine in corpore leonis.

Nuptiæ Samsonis.

C

Samson sodalibus suis proponit ænigma de leone quem occiderat, è cuius cadauere mel enatum fuerat.

D

CAP. XIIII.

1 sub. quam depreco.

2 Hebr. nunc ergo capite eam mihi in vxorem.

3 vel, quòd tu eas.

4 i. inuadendi Philisthinos.

5 Videtur secessisse aliquo Samson, aut certe præcedebat parentes.

6 irruit in eum. Chaldæus paraph. vocat spiritum fortitudinis. q. d. roboratus est à Deo factus est solito audacior & robustior.

7 i. quum careret omnibus armis.

8 vel, narrauit.

9 de muliere sub. apud parentes eius

10 & placuit Samsoni. q. d. acquieuit precibus eius Heb. [illegible] Samsonem conuertisse ad fidem Israelis eam mulierem.

11 cadauere.

12 mel cum cera

13 descendit itaque Præcesserat pater vt nunciaret nuptias vt se præpararet

14 qui solebant ducebāt vxores.

15 tempe ciues [illegible]

16 nunc

17 sub. solutionem eius.

18 vel de vorante.

19 sub. hebdomadis i. quarto ab ænigmate, & quarto conuiuii: nam sabbathum incidebat in diem quartum conuiuii. 20 Blandire viro tuo: vel, Blandis verbis persuade viro tuo, q. d. Allice virum tuum: vt indicet tibi ænigma, quod tu postea renuncies nobis. 21 Ita Chaldæus paraph. Hebraicè legitur, vt possideretis nostram substantiam nostram. hoc est, vt spoliaretis nos.

22 super (vel iuxta) eum.

problema quod proposuisti filiis populi mei, non vis mihi exponere, At ille respondit. Patri meo, & matri nolui dicere: & tibi indicare potero?

Vxori exponit ænigma.

17 Septem igitur diebus conuiuii flebat ante eum: tandémq; die septimo cum ei esset molesta, exposuit. quæ statim indicauit ciuibus suis.

18 Et illi dixerunt ei die septimo ante Solis occubitum, Quid dulcius melle, & quid fortius leone? Qui ait ad eos, Si nõ arasseris in vitula mea, non inuenissetis propositionem meam.

19 Irruit itaq; in eum Spiritus Domini, descenditque Ascalonem, & percussit ibi triginta viros: quorum ablatas vestes dedit iis qui problema soluerant. iratusq; nimis ascendit in domũ patris sui.

Vxor Samsonis alteri datur.

20 Vxor autem eius accepit maritum vnum de amicis eius & pronubis.

propositum populo meo, mihi non explicas. Qui ait, Ecce patri meo & matri meæ non indicaui, & tibi indicarem?

17 *Fleuit itaq; apud eum*[23] *septem diebus,*[24] *quibus conuiuiũ durabat: septimo verò die indicauit ei, quandoquidẽ*[25] *vrsit eũ: ipsa verò enarrauit ænigma populo suo.*

18 *Septimo ergo*[26] *die antequam Sol occideret, ciues vrbis dixerunt ad illum, Quid dulcius melle? quid leone*[27] *fortius? Qui ait ad eos,*[28] *Nisi vitula mea arassetis, non inuenissetis ænigma meum.*

19 *Et Spiritus Domini*[29] *prosperè egit in eo, vt descenderet in Ascalon*[30] *& caderet ex eis viros triginta,*[31] *exuuiasq; eorum tollens, mutatorias vestes his qui ænigma explicuerant, dedit. & incaluit*[32] *nasus eius, ascenditq; in domum patris sui.*

20 *Vxor verò Samson i*[33] *data est alii ex æqualibus suis, quem sodalem sibi habuerat.*

23 i. vsq; ad sextum diem. n. iam inceperat quarto flere.
24 Hebr. quo (tempore) erat illis conuiuium, id est, celebrabatur ab eis conuiuium nuptiale.
25 vel, premebat eum aut, molesta erat ei.
26 cõuiuii scil.
27 ingenere cẽpe animantium.
28 i. Nisi vxoris meæ opera fuisses vsi, non potuissetis inuenire solutionem problematis mei.
30 Heb. irruit in eũ. (vel, insilijt in eũ,) & venit &c.
31 tam factus est fortior solito & audacior.
30 & interfecit
31 i. vestes
32 ira eius. i. vehementer iratus est quod vxor sua reuelasset solutionem ænigmatis.
33 Heb. fuit sodali eius quẽ associauerat sibi, id est, quem sibi adiunxerat socium ac comitem. hoc est, viro qui antea charissimus fuerat Samsoni.

CAPVT XV.

A

Samson propter ablatam vxorem, segetes Philisthinorũ exurit.

1 POST aliquantulum autem temporis cum dies triticeæ messis instarent, venit Samson inuisere volens vxorem suam, & attulit ei hœdum de capris. Cumq; cubiculum eius solito vellet intrare, prohibuit illum pater illius, dicens,

2 Putaui quòd odisses eam, & ideo tradidi illam amico tuo: sed habet sororẽ, quæ iunior & pulchrior illa est, sit tibi pro ea vxor.

3 Cui Samson respondit. Ab hac die non erit culpa in me contra Philisthæos: faciam enim vobis mala.

4 Perrexitq; & cepit trecentas vulpes, caudasque earum iunxit ad caudas, & faces ligauit in medio:

5 Quas igne succendens dimisit vt huc illucque discurrerent: q̃ statim perrexerunt in segetes Philisthinorũ: quibus succensis, & comportatæ iam fruges, & adhuc stantes in stipula, concrematæ sunt, in tantum vt vineas quoq;, & olieta, flamma consumeret.

B

6 Dixerũtq; Philisthiim, Quis fecit hanc rem? Quibus dictũ est, Samson gener Thamnathæi, quia tulit vxorem eius, & alteri tradidit, hæc operatus est. Ascenderuntq; Philisthiim: & combusserunt tam mulierem quam patrem eius.

Cremantur vxor Samsonis à Philisthæis,

7 Quibus ait Samson, Licet hæc feceritis, tamen adhuc ex vobis expetam vltionem, & tunc quiescam.

8 Percussitq; eos ingenti plaga, ita vt stupentes suram femori imponerent. Et descendens habitauit in spelunca petræ Etham.

9 Igitur ascendentes Philisthiim in terram Iuda castrametati sunt in loco, qui postea vocatus est Lechi, id est maxilla: vbi eorum fusus est exercitus

10 Dixeruntq; ad eos de tribu Iuda, Cur ascendistis aduersum nos? Qui responderunt, vt ligemus Samson venimus, & reddamus ei quæ in nos operatus est.

C

Samson ligatus traditur Philisthæis.

11 Descenderunt ergo tria millia virorum de Iuda, ad specum silicis Etham, dixeruntq; ad Samson, Nescis quod Philisthiim imperent nobis? quare* hoc facere voluisti? Quibus ille ait, Sicut fecerunt mihi, sic feci eis.

*ergo

12 Ligare, inquiunt, te venimus, & tradere in manus Philisthinorum. Quibus Samson, Iurate, ait, & spondete mihi quòd non occidatis me.

1 *Contigit post dies aliquot in diebus triticeæ messis, vt Samson inuiseret vxorem suã cum hœdo*[1] *caprarum, diceretque, Ingrediar ad vxorem meam in*[2] *cubiculum. at pater vxoris non permisit ei vt ingrederetur. Dixit autem pater vxoris,*

2 [3] *Omnino mihi persuaseram, te illam certo odisse: dedi ergo eam sodali tuo: soror verò eius minor natu annon pulchrior ista est? habeas ergo eam loco illius.*

3 *Samson dixit ad eos,*[4] *Innocentior sum semel Philisthæis, vt eis malum inferam.*

4 *Abiit ergo Samson, & cepit trecentas vulpes, accepitq;*[5] *facibus, &*[6] *conuunctis earum caudis, posuit*[7] *facem vnam inter duas caudas,*

5 *Accensisq; facibus igni, misit [vulpes] in stantes segetes Palæsthinorum. & incendit non*[8] *aceruos modo sed & stantem segetem, &*[9] *vineas [&] oleas.*

6 *Et dixerunt Philisthæi, Quis hoc fecit? Et*[10] *dixerunt, Samson gener*[11] *Thimnæi, quod abstulerit vxorem eius, dederitq; eam sodali*[12] *suo. Ascendentes itaque Philisthæi, combusserunt eam & patrem eius igne.*

7 *Quibus ait Samson,*[13] *Quandoquidem hoc fecistis, vindictam de vobis sumam, & tandem cessabo.*

8 [14] *Et percussit eos*[15] *ab armo ad femur vsq; cæde magna: & descendens sedit*[16] *in prærupta petræ Etham.*

9 *Ascenderunt ergo Philisthæi, & castrametati sunt in Iuda,*[17] *sparsi in*[18] *Lehi,*

10 *Et dixerunt viri Iehuda,*[19] *Quare ascendistis ad nos? Responderunt, Vt*[20] *ligemus Samsonem ascendimus, vt faciamus illi quemadmodum ipse nobis facit.*

11 *Descenderunt ergo tria millia virorum de Iehuda*[21] *ad prærupta petræ Etham. & dixerunt ad Samsonem, Annon scis quod Philisthæi nobis dominantur? cur igitur hoc nobis fecisti? Respondit eis, Sic fecerunt mihi, sic ego feci eis.*

12 *Ad quem illi dixerunt, Nos descendimus vt te ligemus, & tradamus te in manum Philisthæorum. Respondit eis Samson, Iurate mihi*[22] *quod non sitis irruituri in me.*

13 *Et dixerunt ei, Non: sed*[23] *omnino ligabimus te, & trademus te in manum eorum,*[24] *at occidendo non interficiemus. ligaueruntq; eum duobus nouis funibus,*[25] *& duxerunt eum de petra.*

14 *Cumque ipse venisset vsque ad Lehi, & Philisthæi iubilarent ei obuiam venientes, Spiritus Domini*

CAPVT XV.
1 i. ferens hœdum.
2 secretius scil.
3 Heb. Dixi (in corde meo) quod odiendo odisses eã. i. Putaui quod odisses eam, ideirco &c.
4 Innocens ero hac vice à Philisthæis: facturus sum cum illis malum. i. culpa carebo posthac, etiã si petiam Philisthæos. Ethiam innocentia mea, quod [illegible] factum [illegible] hac [illegible], idque [illegible], nempe ab his [illegible] [illegible] [illegible] lam [illegible] [illegible] si fecero [illegible] [illegible] [illegible] a [illegible]
5 vel, [illegible] ibus, [illegible]
7 vel, titionem.

Maxilla asini, Spiritu Dei motus, mille viros occidit.

13 Dixerunt, Non te occidemus, sed vinctum trademus. Ligaueruntq; eum duobus nouis funibus, & tulerunt eum de petra Etham.

14 Qui cum venisset ad Locum Maxillæ, & Philisthiim vociferantes occurrissent ei, irruit Spiritus Do-

8 i. fruges positas per per aceruos 9 vel. vineas iunctas ol ueris. 10 sub. alii. 11 i. ejus è Thimnah 12 illius 13 Heb. si fecissetis rem talem: sed (vel, nisi) vl ciscar de vobis, & postea cessabo. Verba hominis irati, ob id multa subintelligenda, hoc modo, Si fecissetis tale quid ratio quum primũ fe. adeo ipsa fuit mihi vxor mea, fuissem placatus: certe nõ mihi satisfecero, nisi pœnas adhuc de vobis sumpsero. Vel, sed vlciscar me de vobis prius quam desistã. Chaldæus paraphr. vertit, [illegible] tam pedites quam equites, quod doctis non probatur. 14 Percussit ergo. 15 Heb. (in) crure vna cum femore [illegible] cruribus quam [illegible] q. d. vehementer & acriter. Gallice dicimus, Il les batit dos & ventre. 16 in promontorio saxi. i. in parte rupis quæ excurrebat longius. 17 vel, [illegible] 18 [illegible] quæ postea fuit vocatus ab euentu rei. 19 i. Quare cepistis arma contra nos? 20 i. ligatum abducamus. 21 in promontorium [illegible] 22 Heb. ne irruatis in me vos i. ne quum ligatus fuero irruatis in me. 23 Heb. ligando ligabimus te. i. diligenter te ligabimus. 24 Heb. at occidendo non occidemus te. 25 & ascendere fecerunt de rupe, id est, adduxerunt.

26 Irruit in eum, i. factus est solito fortior.
27 i. quibus erāt brachia eius constricta.
28 i. similia funibus ex ligno vstulato.
29 dissoluta sunt, i. absoluta dissilierunt.
30 humentē recentem, i. adhuc succulentam, & nōdū siccam maxillam asini mortui.
31 Heb. aceruus (vnus factus est, &) aceruj duo, i. feci vnum & alterum cumulum cadauerum. Vel, aceruum vnum & alterum, sub. feci ex hominibus quos occidi.
32 i. protectionē maxillæ.
33 in quam scil. incidā interficiendo Philistinos.
34 vel, moriar, & incidam.
35 vel, rupit.
36 concauitatē quæ erat &c. vel, locum concauum qui erat &c. Locus ille referebat mortarium siue pilā. Chaldæus paraphrast. vertit petram, quę scilicet similis erat mortario, hoc est saxum quoddā cōcauum. Alii cauitatē interpretantur locum, in quo erat dēs molaris, quæ erat in maxilla.
37 & exierunt.
38 Heb. reuersus est spiritus eius, &c. i. recepit vires & recreatus est.
39 vel, implorātis. sub. opem diuinam.
CAP. XVI.
1 cauponariam. Nulla hic mentio quod Samson hanc amauerit ob id vertendum cauponariam.
2 ad quam diuertit.
3 Hebr. dicendo Deest verbū (renunciatum est) vt intelligatur illico fuisse renunciatum Gazitis (inquit) renunciatū est dicendo
3 i. Collocantes insidias per loca. vel, Munientes loca per quę posset euadere.
4 in porta i. claudendo portā vrbis.

[26] prospere egit in ipso,' factiq. sunt funes [27] qui erant in brachiis eius, [28] vt ligna igne combusta,' & [29] diffluxerūt' vincula eius è manibus eius.

15 Et inueniens maxillam asini [30] putrescentem,' misaque manu sustulit illam, & percussit cum ea mille viros.

16 Et ait Samson, Maxilla asini [31] [trucidaui] aceruum [hostium,] imo duos aceruos,' asini maxilla cecidi mille viros.

17 Cumque finiissent sermones, abiecit mandibulam è manu sua, & vocauit locum illum [32] Ramath-lehi.'

18 Quum autem vehementer sitiret, clamauit ad Dominum, & ait, Tu effecisti magnam hanc salutem per manum serui tui, & nunc [33] siti [34] enecer, & incidā in manum incircumcisorum.

19 Tum [35] diffecuit' Dominus [36] molarem qui erat' in Lehi, [37] vt prosilerent' ex eo aqua, quas dum biberet, [38] refocillatus est,' & reuixit. Et hinc vocatum est nomen eius, Fons [39] inuocantis: qui in Lehi est vsque in hunc diem.

20 Iudicauitq. Israel in diebus Philisthinorum viginti annis.

mini in eum: & sicut solent ad * odorem ignis ligna' consumi, ita vincula quibus ligatus erat, dissipata sunt & soluta.

15 Inuentamque maxillam, id est mandibulam asini, quæ iacebat arripiens, interfecit in ea mille viros,

16 Et ait, In maxilla asini, in mandibula pulli asinarum deleui eos, & percussi mille viros.

17 Cumque hæc verba canens complesset, proiecit mandibulam de manu, & vocauit nomen loci illius Ramath-lechi, quod interpretatur eleuatio maxillæ.

18 Sitiensque valde, clamauit ad Dominum, & ait, Tu dedisti in manu serui tui salutem hanc maximam atq. victoriam: & en siti morior, incidamq; in manus incircumcisorum.

19 Aperuit itaque * Dominus molarem dentem in maxilla asini, & egressę sunt ex eo aquæ, Quibus haustis refocillauit spiritum, & vires recepit. Idcirco appellatum est nomē loci illius, Fons inuocantis de-maxilla, vsq; in præsentem diem.

20 Iudicauitq; Israel in diebus Philisthiim viginti annis.

* ardorem ignis ligna. D

Victoriam Deo tribuit.

* Deus.
Aquis è dente molari asini sitim leuat.

CAPVT XVI.

1 Abiit Samson in Gasa, vidit illic mulierem [1] meretricem, [2] ingressusq. est ad eam.'

2 Afortheu autem' dictum est,' Venit Samson huc. [3] Circumeuntes' ergo, insidiasque instruentes tota illa nocte [4] in porta' ciuitatis, [5] simularunt se mutos & surdos' tota illa nocte, [6] hoc consilio, vt eum mane sub lucem occiderent.'

3 Dormiens itaque Samson ad medium vsq. noctis, media nocte surrexit, & apprehendens foras portæ ciuitatis cum duobus postibus, [7] amouit eas' vna cum [8] vecte [9] impositaq. humeris suis, portauit [10] eas' in cacumen montis, qui est e regione Hebron.

4 Contigit post hæc vt amaret mulierem quandam [11] iuxta torrentem Sorec, cuius nomen erat' [12] Dalila.'

5 Ad quam quum ascendissent principes Philisthinorum, dixerunt ad eam, [13] Illecta eum verbis, & [14] experire' in quo sit robur eius tam magnum, & qua in re possimus ei esse superiores, vt ligatum affligamus: dabitq. tibi quisq. nostrum mille & centum [15] argenteos.'

6 Dixit ergo Dalila ad Samsonem, Indica mihi, quæso, in quo sit robur tuum tam magnum & [16] quo' possis ligari [17] atq. subigi.'

7 Respondit ei Samson, [18] Si ligauerint me septem [19] funibus recentibus qui nondum sicci sunt, [20] ero debilis sicut cæteri homines.'

8 Attulerunt ergo ad eam principes Philisthinorum septem recentes restes, qui nondum sicci erant, illaq. ligauit eum hisce [restibus]

9 ([21] Insidiantes interim sedebant ipsi Dalila in cubiculo') dixit ergo Dalila ad eum,' Philisthini [22] imminent tibi o Samson. [23] qui illico rupit funes illos,' vt rumpi solet funis stuppeus dum ignem sentit: [24] neq. cognitum est robur eius.

10 Dixitq. Dalila ad Samsonem, En fefellisti me, & loquutus es mihi mendacia, indica ergo [25] nunc' mihi quo possis vinciri.

11 Et dixit ad eam, Si me fortiter vinciant [26] rudentibus' nouis, quibus nihil operæ adhuc factum sit, [27] ero infirmus,' & sicut [28] alius quispiam.

12 Accepit igitur Dalila rudentes nouos, & vinxit eum illis, dixitq. ad eū, Philisthini [29] imminent tibi o Samson: (erant autem insidiæ delitescentes in conclaui) & abrupit eos a brachiis suis tanquam filum.

1 Abiit quoq; in Gazam, & vidit ibi mulierem meretricem, ingressusq. est ad eam.'

2 Quod cum audissent Philisthiim, & percrebuisset apud eos, intrasse vrbem Samson, circumdederūt eum, positis in porta ciuitatis custodibus: & ibi tota nocte cum silentio præstolantes, vt facto mane exeuntem occiderent.

3 Dormiuit autem Samson vsq; ad medium noctis: & inde consurgens apprehendit ambas portæ fores cum postibus suis & sera, impositasq; humeris suis portauit ad verticem montis qui respicit Hebron.

4 Post hæc amauit mulierem, quæ * habitauit' in Valle sorec, & vocabatur Dalila.

5 Veneruntq. ad eum principes Philistinorum, atq; dixerunt, Decipe eū, & disce ab illo in quo habeat tantam fortitudinem, & quomodo eum superare valeamus, & vinctum affligere: quod si feceris, dabimus tibi singuli mille & cētum argenteos.

6 Locuta est ergo Dalila ad Samson, Dic mihi, obsecro, in quo sit tua maxima fortitudo, & quid sit quo ligatus erumpere nequeas.

7 Cui respondit Samson, Si septem neruiceis funibus necdum siccis, & adhuc humentibus ligatus fuero, infirmus ero vt cæteri homines

8 Attuleruntq. ad eam satrapæ Philistinorum septem funes, vt dixerat: quibus vinxit eum,

9 Latentibus apud se insidiis, & in cubiculo finem rei expectantibus: clamauitq. ad eum, Philisthiim super te Samson. qui rupit vincula, quomodo si rumpat quis filum de stupa tortū sputamine, cum odorem ignis acceperit: & non est cognitū in quo esset fortitudo eius.

10 Dixitque ad eum Dalila, Ecce illusisti mihi, & falsum locutus es: saltem nunc indica mihi quo ligari debeas.

11 Cui ille respondit, Si ligatus fuero nouis funibus, qui nunquam fuerunt in opere, infirmus ero, & aliorum hominum similis.

12 Quibus rursum Dalila vinxit eum, & clamauit, Philisthiim super te Samson, in cubiculo insidiis præparatis qui ita rupit vincula quasi fila telarum.

A
Samson ingreditur ad mulierem meretricē.

Portas Gazæ in montem defert.

* habitabat.
Samson amat Dalilam, quā sæpe deludit potentē in quo esset eius maxima fortitudo. B

C

5 conticuerunt. quasi scilicet essent muti, nullum tumultum fecerunt, ne id sentiret Samson. 6 Heb. dicentes, Vsq; ad lucem mane (sub. expectabimus:) tunc demum interficiemus eum. 7 detulit illa. 8 significat vectem siue obicem quo fores occluduntur. Gallice, Labarre. 9 impositaque. 10 illa. 11 in Nahalsorec, id est, in valle Sorec. 12 Hebræi aiunt Dalilam fuisse edoctam a Samsone legem Mosis, antequam commercium haberet cum ea. 13 Decipe illum blanditiis, 14 Heb. vide i. disce ab eo. 15 sub. siclos. Chaldæus paraph. argenteos siclos. 16 in quo i. qua ratione. 17 Heb. ad astringendum te, ita vt facile sit te affligere 18 sub. Potero superari, si &c. 19 vel, vinculis. Vincula sunt retorta quæ ex ligno confecta erant adhuc viridi. Docti inter Hebræos vincula talia fieri dicunt ex arbore molli, & lenta, qualia sunt quibus colliguntur fasciculi. 20 Heb. & ero sicut vnus ex hominibus. 21 Insidiæ autem erant dispositæ (vel, delitescebant) apud illam in penetrali, 22 Heb. super te. q. d. Serua te, nā en Palæstini volunt irruere in te. Hoc dicit vt terreat & periculum faciat an possit rumpere vincula. 23 qui rupit vincula illa 24 i. non potuit deprehendere qua re constaret fortitudo eius. 25 vel tandem 26 funibus crassioribus, qui scilicet tribus funiculis aliis constent. 27 i. destituar virtute mea. 28 Heb. vnus ex hominibus. 29 Heb. super te i. parati sunt te inuadere, consule tibi.

13 Dixitq; Dalila rursum ad eum, Vsquequo decipis me, & falsum loqueris? Ostende quo vinciri debeas. Cui respondit Samson, Si inquit septem crines capitis mei cum licio plexueris,

14 Et clauum hi circumligatum terræ fixeris, infirmus ero. Quod cum fecisset Dalila, dixit ad eũ, Philisthiim super te Samson. Qui consurgens de somno extraxit clauum cum crinibus & licio.

D

Samson tãdem indicat Dalila in quo sit sua fortitudo, & decipitur.

15 Dixitq; ad eum Dalila, Quomodo dicis quòd amas me, cum animus tuus non sit mecum, per tres vices mentitus es mihi & noluisti dicere, in quo sit maxima fortitudo tua.

16 Cũq; molesta esset ei, & per multos dies iugiter adhæreret, spacium ad quietem non tribuens, defecit anima eius, & ad mortem vsq; lassata est.

17 Tunc aperiens veritaté rei, dixit ad eam, Ferrum nunquam ascendit super caput meum, quia Nazaræus, id est consecratus Domino sum de vtero matris meæ: si rasum fuerit caput meum, recedet à me fortitudo mea, & deficiam, eroque sicut cæteri homines.

Dei.

18 Vidensq; illa quòd confessus ei esset omnem animum suum, misit ad principes Philisthinorum

E

ac mandauit, Ascẽdite adhuc semel, quia nunc mihi aperuit cor suum. Qui ascenderunt assumpta pecunia quam promiserant.

19 At illa dormire eum fecit super genua sua, & in sinu suo reclinare caput. Vocauitq; tonsorem, & rasit septem crines eius, & cœpit abigere eum, & à se repellere: statim enim ab eo fortitudo discessit:

Samsoni deficit fortitudo.

20 Dixitque, Philisthiim super te Samson. Qui de somno consurgens, dixit in animo suo, Egrediar sicut ante feci, & me excutiam, nesciens quòd recessisset ab eo Dominus.

Apprehensum Sãsonẽ excæcãt Philisthiim.

21 Quem cum apprehendissent Philisthiim, statim eruerunt oculos eius, & duxerunt Gazam vinctũ catenis, & clausum in carcere molere fecerunt.

22 Iamq; capilli eius renasci cœperant,

23 Et principes Philisthinorum conuenerunt in vnum vt immolarẽt hostias magnificas Dagon deo suo, & epularentur, dicentes, Tradidit deus noster inimicum nostrum Samson in manus nostras.

Dagoni idolo tribuũt Gazitæ, quod capt⁹ sit Samson.

F

24 Quòd etiam populus videns, laudabat Deum suum, eadémque dicebat, Tradidit Deus noster aduersarium nostrum in manus nostras. qui deleuit terram nostram, & occidit plurimos.

25 Lætantesq; per conuiuia, sumptis iam epulis, præceperunt vt vocaretur Samson, & ante eos luderet. qui adductus de carcere ludebat ante eos, feceruntq; eum stare inter duas columnas.

Illudunt Samsoni Philisthiim

26 Qui dixit puero regenti gressus suos, Dimitte me, vt tangam columnas quibus omnis imminet domus & recliner super eas, & paululum requiescã.

27 Domus autem erat plena virorum ac mulierum, & erant ibi omnes principes Philisthinorum, ac de tecto & solario circiter tria millia vtriusque sexus spectantes ludentem Samson.

G

28 At ille inuocato Domino ait, Domine Deus meus memento mei, & redde mihi nunc fortitudinem pristinam Deus meus, vt vlciscar me de hostibus meis, & pro amissione duorum luminum vnam vltionem recipiam.

Orat Sãson reddi sibi fortitudinem.

29 Et apprehendens ambas columnas, quibus innitebatur domus, alteramq; earum dextera, & alteram leua tenens, Ait,

Moritur cum principib⁹ Philisthinorũ & reliqua multitudine.

30 Moriatur anima mea cum Philisthiim. Concussisq; fortiter columnis, cecidit domus super omnes principes & cæterã multitudinẽ quæ ibi erat.

13 *Dixitq; Dalila ad Samsonem: Hactenus fallis me, & mẽdaciis mecum agis,* [30] *indica mihi quo possis vinciri. At ille ait ad eam, Si septem cincinnos capitis mei* [31] *iugo textorio intexueris.*

14 [32] *Infigens illa clauum,* [33] *dixit ad eum, Philisthini* [34] *imminent tibi ò Samson. Et expergiscens è somno suo, clauum* [34] *textura cum iugo extraxit.*

15 *Dixitque rursum ad eum, Quomodo dicis, Amo te: quum † cor tuum non sit mecum? iam ter me fefellisti, nec indicasti mihi in quo sit robur tuum ingens.*

16 *Factumq; est, quum illa verbis suis singulis diebus * vrgeret eum, † negocium q; ei facesseret, vt anima eius tantum non enecaretur.*

17 *Indicans ergò ei totum cor suum, dixit ei, Nouacula nũquam admota est capiti meo, sum enim Nasir Dei ab vtero matris meæ: si fuero rasus, recedet à me robur meum,* [36] *infirmatusq; ero similis omnibus cæteris hominibus.*

18 *Animaduertens autem Dalila, quòd ei totum cor suum indicasset, misit accersitum principes Philisthinorum hisce verbis,* [37] *Ascendite adhuc semel quoniam indicauit mihi totum cor suum. Ascenderunt igitur principes Philisthinorum, ferentes* [38] *pecuniam in manu sua.*

19 *Effecit autem [Dalila] vt dormiret super genua eius, & vocato* [39] *viro,* [40] *detondit septem* [41] *cincinnos capitis eius, cœpitq; affligere eum, & recessit robur eius ab eo.*

20 *Et ait, Philisthini* [42] *imminent tibi ò Samson. Qui è somno suo expergiscens, cogitauit, Egrediar* [42] *etiam nunc sicut aliàs,* [43] *vt excutiam [me,]* [44] *ignorans quòd Dominus recessisset ab eo.*

21 *Apprehendentes autem eum Philisthini, effoderunt oculos eius. Duxeruntq; eum in Gasa, & vinxerunt eum duab⁹* [45] *aneis catenis, vt moleret in loco vinctorum.*

22 *Cœpit verò capillus capitis sui renasci,* [46] *vt rasus fuerat.*

23 *Satrapæ autem Philisthinorum congregati, vt sacrificium magnũ sacrificarent Deo suo Dagon, & vt lætarentur, dixerunt, Tradidit Deus noster in manus nostras Samsonem hostem nostrum.*

24 *Et populus quoq; quum vidissent eum, laudauerunt deum suum, dicentes, Deus noster tradidit hostem nostrum in manum nostram, & vastatorem terræ nostræ,* [47] *qui ex nobis multos interfecit,*

25 *Contigit autem, quum cor eorum lætum esset, vt dicerent, Vocate Samsonem,* [48] *vt risum nobis exhibeat. Vocarunt ergo Samsonem è carcere, & ludebat coram eis: collocaruntq; eum* [49] *inter columnas.*

26 *Et ait Samson ad puerum qui ducebat eum manu sua, Duc me* [50] *vt attingam columnas * quibus domus sustinetur, vt innitar eis.*

27 *Porro domus ipsa referta erat viris & mulieribus, aderantq; omnes satrapæ Philisthinorum, quin & super tectum erat ferè tria millia virorum & mulierum spectantium ludentem Samsonem.*

28 *Samson autem clamans ad Dominum, dixit, Domine Deus, memento mei quæso, & corrobora me quæso* [51] *vel nunc ò Deus,* [52] *vt vnam vltionem sumam de Philisthinis pro duobus oculis meis.*

29 *Complexus itaq; est Samson duas columnas intermedias, quibus domus ipsa nitebatur,* [53] *& quibus fulciebatur,* [54] *alteram dextera sua, alterã sinistra sua, Simulq; dixit Samson.*

30 *Moriatur anima mea cum Philisthinis. Et quum se* [56] *toto robore inclinaret, cecidit domus ipsa super satrapas, supérque omnem populum qui erant in ea.*

30 Hebr. indica nunc (vel, tãdẽ) mihi.
31 cum tela quæ est inuoluta circum iugum liciatorium, &c. Iugũ textorium significat lignũ teres quo textores telam confectã inuoluunt. Crines habebat Sãson oblõgos, & crispos, intricatos & contortos. Septẽ cincinnos vocat partem capillorum conglobatam.
32 Heb. (sub. Et ita attexuit.) & stabiliuit clauo i. Obfirmauit iugũ liciatoriũ vecte, siue clauo. (Gallice, d'vne cheuille,) ne scil. commoueretur facile enim rotatur.
33 vel, exclamauit,
34 iugi liciatorii, & etiam inuolutam circum iugum, abstulit. q. d. traxit secum omnia.
† vel, sis alieno à me animo?
* coarctaret. penè cogeret. pergeret verbis esse molesta.
† obtunderetq; eum: tunc clangit animus eius ad moriendum i. cœpit animo esse remissiore solito, ita vt optaret mortem. cœpit eum tædere vitæ
† resecando scil. capillos.
35 vel, Nazaræus i. separatus.
36 .i. fortitudo mea minuetur, neq; erunt mihi maiores vires quàm cæteris hominibus.
37 Hoc verbo videtur habitasse Samson in loco superiore aut certe intermedio [illegible].
38 .i. argentum promissum [illegible].
39 sub. tonsore.
40 totondit. vel, radi iussit.
41 quibus scilic. con[illegible] tota eius calamitas [illegible] in septem cincinnos i. capillos oblongos & contortos.
42 Hebr. vt vice (alia,) hac quoque vice.
43 sub. de manibus eorum.
44 i. nesciebat se destitutum robore illo quod habuerat à Deo.

45 compedibus sub. ferreis. Chaldæus paraph. catenis ferreis. 46 vel, postquam tonsus fuit. 47 Heb. qui multiplicauit occisos nostros. 48 Heb. [illegible] quo nos [illegible] nostro [illegible]. 49 inter (duas) columnas. vt scilicet eum spectarent, & deluderent. 50 vel, ad columnas [illegible] 51 aut, tantum hac vice. 52 Heb. vt vlciscar vltionem de vno è duobus oculis meis ex Philisthinis. i. vt sumam vindictam de altero ex [illegible] meis, hoc est, de amissione vnius ex oculis meis, 53 & innixus est illis. 54 sub. tenebat. 55 vel, potius, [illegible]. 56 Heb. cum virtute, id est, cum magno nixu impelleret.

56 vel, Descenderunt ergo.
58 Hebr. ascendentesque. vel, reuersique.
59 Hæ sunt in tribu Dan.

Fueruntq; ex mortuis plures quos moriens interfecit, quàm quos in vita sua occiderat.

31 [57] Descenderuntq; fratres eius, & vniuersa domus patris eius, & tulerunt eum, [58] ducentesque eum sepelierunt [59] inter Zarea & inter Esthaol in sepulchro Manoah patris sui. Et ipse quidem iudicauerat Israelem viginti annis.

Multoque plures interfecit moriens, quàm antè viuus occiderat.

31 Descendentes autem fratres eius, & vniuersa cognatio, tulerunt corpus eius, & sepellerunt inter Saraa & Esthaol in sepulchro patris sui Manue: iudicauitque Israel viginti annis.

CAPVT XVII.

CAP. XVII.
1 sub. conquerentem de sublata pecunia. Quidā Hebræorum dicit hoc accidisse mortuo Samsone, dum interregnum esset. alij tempore Othonielis.
2 Heb. maledixisti, id est, propter quam dira imprecata es
3 ... quæ dixisti in auribus meis. i. me audiente, ei scilicet qui surripuerat.
4 i. Omnia tibi fausta eueniant, authore Deo.
5 Hebr. Consecrando sanctificaui. Dudum consecraueram.
6 i. Decreueram tibi filio meo tradere eam pecuniam cōsecratam Domino.
7 Reddidit pecuniam ne videretur reus furti, aut quod nollet ex ea fieri simulachrum.
8 sub. ex illa pecunia.
9 sub. siclos.
10 deorum.
11 Per ephod, intelligunt omnes vestes sacerdotales. Hic Michas erat partim veri Dei cultor, partim idololatra.
12 Theraphim, erant imagines referentes speciē humanam. Potest hic intelligi omne instrumētum istius religionis false.
13 Heb. impleuit offerēdo scilicet sacrificia opera illius. hoc est cōsecrauit eum sacerdotem. significat enim implere manum alicuius, introducere eum in possessionem alicuius rei, Gallice Mettre en possession.
14 Hebr. id. i. erant velut interregnum, nullus erat iudex in Israele.
15 sub. impune.
16 vel, tribu. De

1 Vir fuit de monte Ephraim, cuius nomen Micha, qui
dixit [1] ad matrem suam,
2 Mille & centum argentei qui surrepti sunt tibi, &
tu [2] diris deuouebas, [3] loquebarisq; me audiente: en inquam, ea pecunia apud me est, ego surripui eam. Et ait
mater eius, [4] Benedictus sis Domino mi fili.
3 Quumq; restituisset mille & centum illos argenteos
matri suæ, ait mater eius, [5] Consecraui hanc pecuniam
Domino de manu mea [6] tibi filio meo, vt facias sculptile
& fusile [simulachrum:] nunc igitur eam tibi restituo.
4 Quum verò ille matri suæ pecuniam [demum] [7] restituisset, [8] accepit mater eius ducentos [9] argenteos, & dedit eos fusori, qui fecit ex eis sculptile [simulachrum] & fusile, fuitq; tamen in domo Micha.
5 Fuit & apud virum illum Micha ædes sacra [10] Deorum: fecit quoque [11] ephod & [12] theraphim, & [13] consecrauit manum vnius ex filiis suis, qui factus est ei sacerdos.
6 In istis diebus non erat [14] magistratus legitimus in Israele, sed quisque quod sibi rectum videbatur, [15] faciebat.
7 Fuit autem adolescens de Beth-lehem Iuda, de [16] familia quoque Iudæ & hic Leuita erat, [17] commorabaturq; ibi.
8 Hic abiit de ciuitate Beth lehem Iuda, vt commoraretur vbi [locum] inueniret: & venit in mōtem Ephraim vsque ad domum Micha, [18] vt pergeret via sua.
9 Ad quem dixit Micha, Vnde venis? Cui respondit Leuites, Ego [19] sum de Beth-lehem Iuda, & vado vt commorer vbicunque [20] potero.
10 Ad quem Micha ait, Mane apud me, & esto mihi [21] pater & sacerdos, ego verò dabo tibi decem [22] argenteos [23] cum fuerit opus, & [24] demensum vestimentorum, & alimoniam tuam: & [25] iuit Leuita.
11 Et Leuita [26] constituit in animo suo quòd vellet manere cum viro illo, factusq; est ei puer ille ac si fuisset quispiam ex filiis suis.
12 Et [13] consecrauit Micha manum Leuitæ, factusq; est ei adolescens ille [27] sacerdos, [28] & fuit in domo Micha.
13 Dixit autem Micha, Nunc scio quòd benefaciet mihi Dominus, quòd Leuita [29] factus est sacerdos meus.

1 Fuitque eo tempore vir quidam de monte Ephraim nomine Michas qui dixit matri suæ,
2 Mille & centum argenteos quos separaueras tibi, & super quibus me audiente iuraueras, ecce ego habeo, & apud me sunt. Cui illa respondit, Benedictus filius meus Domino.
3 Reddidit ergo eos matri suæ, quæ dixerat ei, Consecraui, & voui hoc argentum Domino, vt de manu mea suscipiat filius meus, & faciat sculptile atque conflatile: & nunc trado illud tibi.
4 Reddidit igitur eos matri suæ quæ tulit ducentos argenteos, & dedit eos argentario, vt faceret ex eis sculptile atque conflatile, quod fuit in domo Michæ.
5 Qui ædiculam quoque in ea Deo separauit, & fecit ephod, & theraphim, id est vestem sacerdotalem, & idôla: impleuitque vnius filiorum suorum manum, & factus est ei sacerdos.
6 In diebus illis non erat rex in Israel, sed vnusquisque quod sibi rectum videbatur, hoc faciebat.
7 Fuit quoque in tempore illo alter adolescens de Beth lehem Iuda ex cognatione eius: eratque ipse Leuites, & habitabat ibi.
8 Egressúsque de ciuitate Beth lehem, peregrinari voluit vbicunque sibi commodum reperisset. Cúmque venisset in montem Ephraim iter faciens, & declinasset parumper in domum Michæ,
9 Interrogatus est ab eo vnde venisset. Qui respondit, Leuita sum de Beth lehem Iuda, & vado vt habitem vbi potuero, & vtile mihi esse prospexero.
10 Dixitque Michas, Mane apud me, & esto mihi parens ac sacerdos: dabóque tibi per annos singulos decem argenteos, ac vestem duplicem, & quę ad victum sunt necessaria.
11 Acquieuit, & mansit apud hominem, fuitque illi quasi vnus de filiis.
12 Impleuitque Michas manum eius, & habuit puerum sacerdotem apud se,
13 Nunc scio, dicens, quòd benefaciet mihi * Deus habenti Leuitici generis sacerdotem.

A *Micha mater curat sibi faciendū idôla duo: alterum conflatile, alterum sculptile.*
B
C *Adolescentem Bethlehemitā sumit sibi Michas in sacerdotem.*
D
* *Dominus*

CAPVT XVIII

1 Illis diebus (inquam) non erat [1] magistratus legitimus in Israele, & tribus Dan iisdem diebus quærebat sibi possessionem in qua habitaret: [2] nam hactenus sibi [sors hæreditatis] non ceciderat inter tribus Israel.
2 Miserunt ergo filii Dan ex familia sua quinque viros è finibus suis, viros inquam fortes ac strenuos, de Zarea & de Esthaol qui terram explorarent atque [3] peruestigarent eam: dixeruntque ad eos, Ite, & explorate terram. Qui quum venissent ad montem Ephraim, vsque ad domum Micha, pernoctarunt illic.
3 [4] Quumq; venissent ad domum Micha, agnouerunt vocem adolescentis Leuitæ: quumq; illuc diuertissent, dixerunt ad eum, Quis te huc adduxit? & quid hic agis? & [5] quid tibi hic [negotii]?
4 Respondit eis, Sic & sic fecit mihi Micha, mercedéq; me conduxit vt sim ei sacerdos.

1 In diebus illis nō erat rex in Israel, & tribus Dan quærebat possessionem sibi, vt habitaret in ea. Vsque ad illum enim diem inter cæteras tribus sortem non acceperat.
2 Miserunt ergo filii Dan, stirpis & familiæ suæ quinque viros fortissimos de Saraa & Esthaol, vt explorarent terram, & diligenter inspicerent. dixeruntque eis, Ite, & considerate terram. Qui cum pergentes venissent in montem Ephraim, & intrassent domum Michæ, requieuerunt ibi:
3 Et agnoscentes vocem adolescentis Leuitæ, vtentesque illius diuersorio, dixerunt ad eum, Quis te huc adduxit? quid hic agis? quam ob causam huc venire voluisti?
4 Qui respondit eis, Hæc & hæc præstitit mihi Michas, & me mercede conduxit, vt sim ei sacerdos.

5 Roga

A *Tribus Dan quærit sibi possessionem amplorem.*
Ingrediuntur exploratores in domum Micha

tribu Iudæ cohæret cum Bethlehem Iuda, ad maiorem expressionem, nempe quæ erat sita in tribu Iuda. 17 peregrinatusq; fuerat, q.d. qui quum Leuita esset, habitauerat tanquam peregrinus ibi. 18 Heb. ad faciendum iter suum. i. vt illac transiret hoc est, cœpit iter facere iuxta domum Micha. 19 sum, (sub. & venio de) 20 inuenero. sub. sedem commodam. 21 i. vice patris & sacerdotis. 22 sub. siclos. 23 Heb. ad dies. i. in singulos annos. 24 Heb. ordinem. i. duas vestes hybernam aliam, & alteram æstiuam. Chald. par vestium. 25 i. sequutus est illum. 26 Heb. acquieuit (voluit) habitare 27 in sacerdotem, 28 vel, itaque habitauit 29 Heb. sit mihi in sacerdotem i. propterea quòd habeam sacerdotem Leuitici generis. CAP. XVIII. 1 rex. i. erat velut interregnum. 2 Heb. quia non ceciderat illi (tota hæreditas) vsque in eum diem. i. sorte non erat illi assignata tota hæreditas nam vt videre Iosue 19, fines Danitarum breuiores erant quam vt capere eam tribum possent. 3 vel, scrutarentur 4 Qui quum essent iuxta domum &c. 5 q. d. quamobrem hic latitas

Deum

5 Rogauerunt autem eum vt consuleret Dominum, & scire possent an prospero itinere pergerent, & res haberet effectum.
6 Qui respondit eis, Ite cum pace, Dominus respicit viam vestram, & iter quo pergitis.

Veniunt Lais.

7 Eunttes igitur quinq; viri venerunt Lais: videruntq; populum habitantem in ea absq; vllo timore iuxta cõsuetudinem Sidoniorum, securũ & quietem, nullo ei penitus resistente, magnarumque opum, & procul à Sidône atq; à cunctis hominibus separatum.

C

Reuersi fratribus narrant qd egissent.
ascendamus.

8 Reuersiq; ad fratres suos in Sarâ & Esthaol, & quid egissent sciscitantibus responderunt:
9 Surgite, & eamus ad vos. vidimus enim terram valde opulentam & vberem: nolite negligere, nolite cessare. eamus, & possideamus eam, nullus erit labor.
10 Intrabimus ad securos in regionem latissimam, traderque nobis Dominus locum, in quo nulli rei est penuria eorum quæ gignũtur in terra.

Deus
Proficiscuntur 600 de cognatione Dan in Lais.
id est

11 Profecti igitur sunt de cognatione Dan, de Saraa & Esthaol sexcenti viri accincti armis bellicis,
12 Ascendentesq; manserunt in Cariath-iarim Iudæ: qui locus ex eo tempore Castrorum-Dan, nomen accepit, & est post tergum Cariath-iarim.

D

Et

13 Inde transierunt in montem Ephraim. cumq; venissent ad domum Michæ,
14 Dixerunt quinque viri, qui prius missi fuerant ad considerandam Terram Lais, cæteris fratribus suis, Nostis quod in domibus istis sit ephod, & theraphim, & sculptile atq; conflatile: videte quid vobis placeat.
15 Et cum paululũ declinassent, ingressi sunt domum adolescentis Leuitę, qui erat in domo Michę: salutaueruntq; eum verbis pacificis.
16 Sexcenti autem viri ita vt erant armati, stabant ante ostium.
17 At illi qui ingressi fuerant domum iuuenis, sculptile & ephod & theraphim atq; conflatile tollere nitebantur, & sacerdos stabat ante ostium, sexcentis viris fortissimis haud procul spectantibus.

E

Auferunt idola Micha, & sacerdotem eius.

18 Tulerunt igitur qui intrauerant, sculptile, ephod, & idola, atq; cõflatile, quibus dixit sacerdos, Quid facitis?
19 Cui responderunt, Tace, & pone digitum super os tuum: veniq; nobiscum, vt habeamus te patrem ac sacerdotem. Quid tibi melius est, vt sis sacerdos in domo vnius viri, an in vna tribu & familia in Israel?
20 Quod cum audisset, acquieuit sermonibus eorum, & tulit ephod & idola ac sculptile, & profectus cum eis.
21 Qui cum pergerent, & ante se ire fecissent paruulos ac iumẽta, & omne quod erat preciosum:
22 Iamq; à domo Michæ essent procul viri qui habitabant in ædibus Michæ, conclamantes secuti sunt:

F

23 Et post tergum clamare cœperunt. Qui cum respexissent, dixerunt ad Michan, Quid tibi vis? cur clamas?
24 Qui respondit, Deos meos quos mihi feci, tulistis, & sacerdotem, & omnia quæ habeo & dicitis, Quid tibi est?
25 Dixeruntq; ei filii Dan, Caue ne vltrà loquaris ad nos, & veniant ad te viri animo concitati, & ipse cum omni domo tua pereas.

5 Et illi dixerunt ad eum, Interroga, quæso,[6] Deum, vt intelligamus an[7] prosperum sit iter nostrum quo proficiscimur.
6 Respondit eis sacerdos, Ite[8] in pace,[9] Dominus præsens est itineri vestro in quo proficiscimini.
7 Abierunt ergo quinque illi viri, & venerunt in Lais, videruntq; populum qui in ea erat securè habitantem, iuxta morem Zidoniorum, ociosum ac[10] securum,[11] nemo erat in ea regione qui pudefaceret [quenquam aliqua] in re, nec erat apud quem esset rerum summa: deinde erant diremti à Zidoniis,[12] nec erat eis negocium cum quoquam hominum.
8 Venientes itaq; [exploratores] ad fratres suos in Zareah ac Esthaol, dixerunt ad eos fratres eorum,[13] Quid vos? Illi dixerunt,
9[14] Surgite ascendemus contra eos, contemplati sumus istam regionem, & ecce admodum bona est: vos autem[15] desidetis,[16] ne sitis ignaui quin proficiscamini, vt veniatis & occupetis istam terram.
10[17] Quum fueritis profecti, venietis ad populum securum,[18] & regio ipsa spaciosa est vtring, & hanc dabit Deus in manu vestras: terra inquam est[19] in qua nihil desideratur quod est in terra.
11 Soluentes itaq; ex Danitis illinc de Zareah & Esthaol viri sexcenti, accincti armis bellicis.
12 Ascenderunt castrametantes in Kiriath-iearim, quæ est in Iuda, vnde &[20] locus ille nomen accepit, Castra Dan, ad hunc vsq; diem,[21] post Kiriath-iehearim.
13 Illinc transeuntes in montem Ephraim, venerunt vsq; ad domum Micha.
14 Responderunt verò quinq; illi viri qui ierant ad explorandum terram Lais, & dixerunt ad fratres suos,[22] Nostis quod in domibus istis est ephod, & theraphim, & sculptile & fusile simulachrum?[23] deliberate ergo quid[24] faciatis.
15 Et[25] concedentes illuc venerunt in domum adolescentis Leuitæ,[26] nempe in domum Micha, &[27] interrogauerunt eum num rectè haberent [omnia.]
16 Porro sexcenti illi viri Danitæ accincti armis suis bellicis, stabant[28] ad ostium portæ.
17 Et ascendentes quinq; illi viri, qui erant exploratum terram, venerunt illuc, & acceperunt sculptile, &[29] ephod, & theraphim & fusile simulachrum stante sacerdote in ostio portæ, iuxta sexcentos illos viros qui erant instructi armis bellicis.
18 Intraeuntes igitur illi domum Micha tulerunt[30] sculptile, ephod, theraphim, & fusile. ad quos ait sacerdos, Quid vos facitis?
19 Cui responderunt, Tace,[31] impone manum ori tuo, & veni nobiscum, vt sis pater & sacerdos noster: num melius est[32] vt sis sacerdos domus vnius hominis, an vt sacerdos sis tribui & familiæ Israelitica?
20[33] Oblectatus ergo animo sacerdotis, & accipiens ephod, & theraphim & simulacrum,[34] profectus est cum populo.
21 Conuersi verò abierunt, ordinaruntq;[35] pubem, pecora &[36] impedimenta ante se.
22 Quumq; iam procul à domo Micha venissent[36] conuocati sunt viri[37] qui fuerant in domibus quæ fuerunt prope domum Micha, & insequebantur Danitas.
23 Clamantibus igitur eis post Danitas, vertentes illi facies suas, dixerunt ad Micha, Quid tibi vis,[38] quod sic vociferaris?
24 Et respondit, Deos meos quos[39] feci abducitis vna cum sacerdote, & abitis,[40] quid verò mihi vltra est?[41] & quid hoc quod dicitis mihi, Quid tibi vis?
25 Ad quem dixerunt Danitæ,[42] Caue ne quis audiat vocem tuam post nos: ne fortè[43] milites qui sunt animo amarulento irruant in vos, &[44] perdas simul vitam tuam & vitam familiæ tuæ.

6 vel, deos. siue simulachra: nã hæc idola existimabant facta esse in honorẽ Dei.
7 secundetur. vel potius, prosperabitur. i. vt sciam an futura sit prospera & fœlix peregrinatio nostra quam suscepim⁹.
8 q.d. bonis auibus.
9 Heb. corã Domino est iter vestrum i. fauet vestræ peregrinatione.
10 vel, confidentem.
11 (quod) nemo esset in ea regione qui ignominia eis afficeret vlla in re, (& quod) nõ esset qui possideret regnum, deinde (quod) erant remoti.
12 & (quod) negocium nullũ esset illis.
13 sub. dicitis? aut, bene affectos?
14 Imperatiuus pro aduerbio hortãtis. vel est singulare apud Hebræos pro plurali, aut est infinitiuus pro futuro.
15 Heb. silentis. i. cessatis, quiescitis, aut segnes estis.
16 Hebr. nolite tardi esse vt eatis ad pergẽdum, ad possidendum &c. i. nolite cunctari quin eatis & ingrediamini terram, vt possideatis eam.
17 Cum (cõ) Perveneritis,
18 & terram latam situ: quando quidem tradidit eam.
19 Heb. nulla est penuria vllius rei quæ in terra sit.
20 vocauerũt locum illum.
21 sub. locus ille est.
22 Scitisne
23 vel, videte
24 aut, tacuis. ...tis.
25 vel, declinantes.
26 (quæ erãt in) dom...
27 Heb. interrogarũt ad pacem. Vel rogarunt in pacem illi pacem, siue salutem.
28 in introitu
29 per hum... rectem ... & aliæ vestes intelliguntur.

30 i. simulachrum in cuius honorem fa... vestes sacerdotales. 31 i. digito compesce labellum. 32 Heb. Et lætatum est cor &c. q.d. Quo audito, cœpit esse animo hilari. 33 Heb. venit in medium populi, ingressus est turbam. 34 paruulos, 35 siue, supellectilem. 36 congregati sunt. 37 qui habitabant. 38 quod congregatus es. 39 vel, curaui faciendos. 40 i. quid mihi putatis esse reliquum? q.d. abstulistis quæ erant mihi charissima. 41 q.d. habetis tamen ... 42 Heb. Ne audire facias vocem tuam apud nos. vel, Ne audias vocem tuam nobiscum, id est, nobis audientibus, q.d. tace si sapis. 43 viri animo amari. i. animo concitati, hoc est iracundi, qui facile irascuntur: Gallicè, Gens de cholere. 44 Heb. recolligas animam tuam &c. ...Deus recolligat apud se animam tuam: hoc est, tu sis causa quòd pereas cum tota familia tua.

45 vel, quiescentem, siue, cessantem. 46 .i. nihil tale timentem. 47 Heb. nec erat illis commercium cum quouis homine. 48 vel, quæ (est in regione) Beth-rehob. 49 .i. descēs sc. ille Leuita. 50 in ratione quidem, non natura. fuit enim cultor idolorum. Hebræi Mosen intelligunt, cuius filius fuit Gersom. Nā in hac dictione מנשה. ponitur נ supra dictionē משה. nā hic

26 Quumq́; Danitæ proficiscerentur itinere suo, & Micha videret quòd fortiores se essent, conuersus rediit in domum suam.

27 Illi igitur auferentes ea quæ fecerat Micha, vnà cum sacerdote quem ille habuerat, venerunt in Lais, ad populum[45] otiosum & [46] securum, percusseruntq́; eos gladio, ciuitatémq; exusserunt igni,

28 Nec erat qui eos liberaret, quoniam longè aberant à Zidone, [47] nec fuit eis negocium cum quoquam hominum: sitáq; erat in valle [48] quæ [protenditur ad] Beth-rehob, Et instaurantes ibidem ciuitatem, habitarunt in ea.

29 Vocârunt autem nomen ciuitatis illius Dan, iuxta nomen Dan patris sui, qui natus fuerat ipsi Israeli, quum antea nomen ciuitatis illius Lais fuerit.

30 Filii autem Dan erexerunt sibi simulachrū sculptile. [49] Ionathan autem filius Gersom, filii [50] Manasse, ipse atq; filii eius fuerunt sacerdotes in tribu Dan, vsq; ad diem [51] transmigrationis terræ.

31 Erexerunt inquam sibi simulachrum Michæ, quod ipse fecerat, [52] cūctis diebus quibus domus Dei fuit in Silo.

26 Et sic cœpto itinere pertexerunt. Videns autem Michas quòd fortiores se essent, reuersus est in domum suam.

27 Sexcenti autem viri tulerunt sacerdotem, & quę suprà diximus: veneruntq; in Lais ad populum quiescentem atq; securum, & percusserunt eos in ore gladii: vrbemq; incendio tradiderunt,

28 Nullo penitus ferente præsidiū, eo quòd procul habitarent à Sidône, & cum nullo hominū haberent quicquam societatis ac negocii. Erat autem ciuitas sita in regione Rohob: quam rursum extruentes habitauerunt in ea.

29 Vocato nomine ciuitatis Dan, iuxta vocabulum patris sui quem genuerat Israel, quæ prius Lais dicebatur.

30 Posueruntq; sibi sculptile, & Ionathan filium Gersom filii Moysi, ac filios eius sacerdotes in tribu Dan, vsq; ad diem captiuitatis suæ.

31 Mansitq́; apud eos idôlum Michæ omni tempore quo fuit domus Dei in Silo. in diebus illis non erat rex in Israel.

Lais incendunt quã rursum extruentes habitant in ea. G *Gersom.*

erat nepos Mosi. Et vt consulerēt honori Mosis, adiecerunt נ in dictione מנשה. & dicitur filius Manasse, non quidem (vt dictum est) natura, sed imitatione. Nam Manasse fuit etiam idololatra. 51 captiuitatis terræ .i. quo abducti fuerunt captiui qui habitabant in Terra sancta. Hoc intelligitur de captiuitate quando arca fuit capta tempore Heli, quo tempore multi ex filiis Israel abducti fuerunt captiui. Quod ex sequenti versu cognoscitur. Hoc idolum Samuel deiecit. 52 .q.d. tamdiu mansit idolum illud, nempe vsque ad tempora Heli.

CAPVT. XIX. — CAPVT XIX.

1 In diebus illis quum nō essent rex in Israel. vel, quum in Israele esset velut interregnum. 2 vt peregrinus habitans. 3 .i. in vno laterum. 4 vel, apud ipsum .i. quum apud alium maneret. Aut, eo vidēte fornicata est alii. Illa quum fornicata esset, & id viro innotuisset, & ab eo increpata, abiit. Alii vertunt, & spreuit illum concubina sua. Chaldæi paraph. quæ spreuit illū. 5 vel, annum vnum, (&) menses quatuor. 6 Heb. vt loqueretur ad cor eius i. vt blandiretur ei. 7 Heb. apprehēdit .i. amplexatus est eum. 8 vel, stomachū pusillo cibo. 9 Heb. Veni nunc pernoctare, vt lętetur cor tuum. q.d. Placeat tibi adhuc hodie in lætitia pernoctare apud me. 10 Heb. & conuersus pernoctauit ibi, i. nolentem & inuitum retinuerunt. 11 vel, stomachum tuum. 12 tardauerunt itaq;. 13 q.d. bibendo pere[illegible] transierunt.

1 *IN[1] diebus quibus nullus legitimus magistratus erat in Israele, fuit Leuites quidam[2] qui commorabatur aduena[3] in lateribus montis Ephraim, duxitq́; vxori concubinam de Beth-lehem Iuda,*

2 Et scortata est concubina eius[4] contra eum, discessitq́; ab eo ad domum patris sui in Beth-lehem Iuda, mansitq́; illic dies aliquot, nempe quatuor menses.

3 Surgens itaq; vir eius, sequutus est eam, [6] vt amicè loqueretur ad eam, eamq́; reduceret, habens secum puerum suum, & duos asinos. Illa ergo introduxit eum in domum patris sui:

4 Vidénsque eum pater puellæ, lætus ei occurrit. Et [7] retinuit eum socer eius, pater scilicet puellæ, mansitq́; cum eo tres dies, comedentes, bibentes, ac ibidem pernoctantes.

5 Die quarto quum mane surrexissent, surrexit Leuita vt abiret: pater autem puellæ dixit ad generum suum, Corrobora[8] cor tuum buccella panis, & tum demum abitis.

6 Considentes igitur comederunt & biberunt duo illi simul: dixitq́; pater puellæ ad virū illū, [9] Assentire quæso, vt hic pernoctes, iucundúmq; sit cor tuum,

7 Quum verò vir ille surgeret vt abiret, coegit eum socer eius, [10] vt reuersus illic ea nocte maneret.

8 Quinto die mane consurgens vt abiret, ait pater puellæ, Corrobora quæso[11] cor tuum. [12] moram itaq; nectunt donec inclinaret dies. [13] simulq́; ederunt duo isti.

9 Consurgit autem vir ille, vt abiret ipse & concubina eius, atq; puer eius: dixit itaq; pater puellæ socer eius ad eum, En [14] dies [15] remisit. [16] vergitq́; ad vesperam. pernoctate quæso, en [17] dies occumbit. pernocta hic, vt [18] lætum sit cor tuū: cras surgetis mane, vt prosequamini iter vestrum, [19] eatq́; in tentoria tua,

10 At vir ille noluit pernoctare, sed surgens abiit, venitq́; [20] prope Iebus, quæ est Ierosolyma: & cum eo erant [21] bini asini, & concubina eius.

11 Quúmque essent[22] apud Iebus, dies descenderat valde, dixitq́; puer ad dominum suum, [23] Veni quæso, diuertamus ad ciuitatem istam Iebusæorum, vt pernoctemus in ea.

1 FVit quidam vir Leuites, habitans in latere mōtis Ephraim, qui accepit vxorem de Bethlehem Iuda:

2 Quæ reliquit eum, & reuersa est in domum patris sui in Beth-lehem, mansitq; apud eum quatuor mensibus.

3 Secutusq; est eam vir suus, volens reconciliari ei, atq; blandiri, & secum reducere, habens in comitatu Puerum & duos asinos: quæ suscepit eum, & introduxit in domum patris sui.

4 Quod cum audisset socer eius, eumq; vidisset, occurrit ei lætus, & amplexatus est hominē. Mansitq; gener in domo soceri tribus diebus, comedēs cum eo & bibens familiariter.

5 Die autem quarto de nocte consurgens, proficisci voluit. quem tenuit socer, & ait ad eum, Gusta prius pusillum pânis, & conforta stomachum, & sic proficiscêris,

6 Sederúntq; simul, ac comederunt & biberunt. dixitq; pater puellæ ad generum suum. Quæso te vt hodie hic maneas, pariterq; lætemur.

7 At ille consurgens, cœpit velle proficisci: & nihilominus obnixè eum socer tenuit, & apud se fecit manere.

8 Mane autem facto, parabat Leuites iter. Cui socer rursum, Obsecro, inquit, vt paululum cibi capias, & assumptis viribus, donec increscat dies, postea proficiscaris. comederunt ergo simul.

9 Surrexitq; adolescens, vt pergeret cum vxore sua & puero. cui rursum locutus est socer, Considera quòd dies ad occasum decliuior sit, & propinquat ad vesperum: mane apud me etiam hodie, & duc lætum diem, & cras proficisceris vt vadas in domum tuam.

10 Noluit gener acquiescere sermonibus eius: sed statim perrexit, & venit contra Iebus, quæ altero nomine vocatur Ierusalem, ducens secum duos asinos onustos, & concubinam.

11 Iamque aderant iuxta Iebus, & dies mutabatur in noctem: dixitq; puer ad dominum suum, Veni, obsecro, declinemus ad vrbem Iebusæorum, & maneamus in ea.

A *Vxor cuiusdam Leuitæ reuertitur in domum patris,* B C *Reducit eam maritus. Iebus quæ & Ierusalem.* *surrexit,*

24 Per diem intelligit aut solem, aut calorem diei. 25 sine, remissior facta est, 16 Heb. ad occidendum .i. ita vt dies propinqua sit vespere [illegible] procul abest occasus solis. aut, propinquat dies [illegible] vesperam, quo tempore [illegible] ciuitatem ad hospitium quum [illegible] 19 [illegible] solis [illegible] 20 [illegible] venit vsque ad locum qui erat è regione eius, relinquebat Iebus ad latus 21 clitellati, onusti. Arab. Gallice, bâtes & bates. 22 iuxta. 23 .i. age, vel, Age,

12 Cui respondit dominus, Non ingrediar oppidum gentis alienæ, quæ non est de filiis Israel.

13 Sed transibo vsq; Gabaa, & cum illuc peruenero, manebimus in ea, aut certe in vrbe Rama.

Diuertunt in Gabaa, & suscipiuntur à sene quodam.

14 Transierunt ergo Iebus, & cœptum carpebant iter, occubuitq; eis Sol iuxta Gabaa, quæ est in tribu Beniamin:

D 15 Diuerteruntque ad eam, vt manerent ibi. quò cum intrassent, sedebant in platea ciuitatis, & nullus eos recipere voluit hospitio.

16 Et ecce, apparuit homo senex, reuertens de agro & de opere suo vesperi, qui & ipse de monte erat Ephraim, & peregrinus habitabat in Gabaa. homines autem regionis illius erant filii Iemini.

17 Eleuatisq; oculis vidit senex sedentem hominem cum sarcinulis suis in platea ciuitatis: & dixit ad eum, Vnde venis? & quò vadis?

18 Qui respondit ei, Profecti sumus de Beth-léhem Iuda, & pergimus ad locum nostrum, qui est in latere montis Ephraim, vnde ieramus in Beth-léhem: & nunc vadimus ad domum ᵃ Dei, nullusque sub tectum suum nos vult recipere.

ᵃ Domini,

E 19 Habentes paleas & fœnum in asinorum pabulum, & panem ac vinum in meos & ancillæ tuæ vsus, & pueri qui mecum est: nulla re indigemus, nisi hospitio.

20 Cui respondit senex, Pax tecum sit, ego præbebo omnia quæ necessaria sunt: tantum quæso, ne in platea maneas.

21 Introduxitque eum in domum suam, & pabulum asinis præbuit: ac postquam lauerunt pedes suos, recepit eos in conuiuium.

Gabaonitæ abutuntur vxore Leuitæ.

22 Illis epulantibus, & post laborem itineris, cibo & potu reficientibus corpora, venerunt viri ciuitatis illius filii belial, id est absque iugo, & circumdantes domum senis, fores pulsare cœperunt, clamantes ad dominum domus, atque dicentes, Educ virum qui ingressus est domum tuam, vt abutamur eo.

F 23 Egressusq; est ad eos senex, & ait, Nolite fratres, nolite facere malum hoc: quia ingressus est homo hospitium meum, & cessate ab hac stultitia.

24 Habeo filiam virginem, & hic homo habet concubinam, educam eas ad vos, vt humilietis eas, & vestram libidinem compleatis: tantum, obsecro, ne scelus hoc contra naturam, operemini in virum.

25 Nolebant acquiescere sermonibus illius: quod cernens homo, eduxit ad eos concubinam suam, & eis tradidit illudendam: qua cum tota nocte abusi essent, dimiserunt eam mane.

26 At mulier recedentibus tenebris, venit ad ostium domus, vbi manebat dominus suus: & ibi corruit.

Maritus vxor Leuitæ.

27 Mane facto, surrexit homo, & aperuit ostiũ, vt cœptam expleret viam: & ecce concubina eius G iacebat ante ostium sparsis in limine manibus.

28 Cui ille, putans eam quiescere, loquebatur, Surge ᵇ & ambulemus. Qua nihil respondente, intelligens quòd erat mortua, tulit eam, & imposuit asino, Reuersusq; est in domum suam:

ᵇ &

Maritus in duodecim partes eam partitur, mittens eas ad filios Israel.

29 Quam cum esset ingressus, arripuit gladium, & cadauer vxoris cum ossibus suis in duodecim partes ac frusta concidens, misit in omnes terminos Israel.

30 Quod cum vidissent singuli conclamabant, Nunquam res talis facta est in Israel ex eo die quo ascenderunt patres nostri de Ægypto, vsque in præsens tempus: ferte sententiam, & in commune decernite quid facto opus sit.

12 *Respondit ei dominus eius, Non diuertemus* [24] *in vrbem alienam, (eorum) qui non sunt ex filiis Israel.*

13 *Sed transibimus vsq; Gibea. Et dixit puero suo, Age accedamus ad alterum (istorum) locorum, vt pernoctemus in Gibea, aut in Rama.*

14 *Transeuntes igitur iuerunt, & occubuit eis Sol iuxta Gibea, quæ est Beniamitarum.*

15 [25] *Diuertentes ergo illuc, ingressi sunt vt in Gibea pernoctarent: & introiens sedit in platea ciuitatis, nec erat qui* [26] *reciperet eos in domum in qua pernoctarent.*

16 [27] *Et ecce vir quidam senex veniebat sub vesperam ab opere suo è rure, qui & ipse erat de monte Ephraim, peregrinusq; commorabatur in Gibea: ciues autem illius loci* [28] *filii Iemini erant.*

17 *Is itaq; sublatis oculis suis, vidit virum istum* [29] *qui de via venerat, in platea ciuitatis: dixitq; senex ille, Quò vadis? & vnde venis?*

18 *Respondit ei, Transimus de Beth-lehem Iuda ad* [30] *latera montis Ephraim, vnde ego sum, & profectus sum in Beth-lehem Iuda: nunc verò ad domum Domini vado, nec est qui me hospitio accipiat:*

19 [31] *Habemus nos & paleas & pabulum pro asinis nostris, deinde panis & vinum est mihi & ancillæ tuæ, & puero qui est cum seruo tuo, nihilq; deest.*

20 *Vir ille senex dixit,* [32] *Bono sis animo, ego faciam quidquid tibi deest, modo ne in platea pernoctes.*

21 *Introducens igitur eum in domum suam, præbuit pabulum asinis, &* [33] *lauantes pedes suos, comederunt atq; biberunt.*

22 *Quumq; exhilararent cor suum, ecce viri ciuitatis,* [34] *qui erant filii belial, circumdantes domum,* [35] *impetu ferebantur ad ostium, dixeruntq; ad virum illum senem, ad* [36] *patrem familias scilicet hisce verbis, Profer virum istum qui ingressus est in domum tuam, vt* [37] *cognoscamus eum.*

23 *Et egressus vir ille,* [38] *pater nempe familias, & dixit ad eos, Ne quæso fratres, ne hoc malum designetis:* [39] *quandoquidem vir ille ingressus est domum meam, ne designetis scelus hoc horrendum.*

24 *En filia mea virgo, & concubina eius, educam nunc eas,* [40] *has humiliate, & facite eis quod vobis videtur, modo* [41] *in virum hunc ne tam horrendum scelus designetis.*

25 *At verò illi audire eum noluerunt: apprehendens itaque vir ille concubinam suam, eduxit (eam) foras ad eos: qui cognoscentes eam,* [42] *illuserunt ei tota nocte vsque mane, cum aurora exoriretur eam dimittentes.*

26 *Sub lucem venit mulier, & cecidit ante ostium domus viri illius in qua erat maritus eius, donec illucesceret.*

27 *Mane itaque consurgens* [43] *herus eius, aperuit fores domus, egressusq; est vt proficisceretur itinere suo, & en* [44] *vxor concubina eius iacebat ante ostium domus, manusq; eius super inferum limen.*

28 *Dixitq; ad eam, Surge, vt eamus. quæ non respondit. Vir ergo ille sublata ea super asino, surrexit, & abiit in locum suum.*

29 *Veniens autem in domum suam, accepto cultro, prehensaq; concubina sua, in frusta concidit* [45] *eum ossibus suis, nempe in duodecim frusta, & misit eam in omnes terminos Israelis.*

30 *Fiebat verò vt quicunque videret, diceret, Nihil tale neque factum est neque visum, ab eo tempere quo ascenderunt filii Israel de terra Ægypti in hunc vsque diem,* [46] *expendite hanc rem,* [47] *consulite* [48] *loquimini.*

24 ad vllam vrbem alienigenarum quæ &c. q. d. Non diuertemus ad vrbem istam, neque ad vllam aliarum quæ non sunt filiorum Israel.
25 Heb. Et diuerterunt vt ingrederentur ad pernoctandum. i. vt ingrederentur vrbem, ibi pernoctatent.
26 Heb. colligeret
27 vel, Interea autem
28 i. erant de tribu Beniamin.
29 viatorem
30 vel, latus. aut, fines
31 Heb. Et etiã palea &c. pro, Cum etiam palea & pabulum sit mihi
32 Heb. Pax tibi, tantum, omnis indigentia tua super me: tantum ne &c. q. d. Salue, de nulla re sis sollicitus, dabo tibi omnia necessaria, si modo nolis hic manere.
33 lauerunt pedes suos, comederuntq; &c. vel, lauerunt pedes eorum sub famuli.
34 i. homines nebulones, & improbi. Gallice, Gens qui ne valent rien.
35 insolenter pulsauerunt fores,
36 Heb. dominum domus
37 Hoc significat venerem masculam.
38 dominus domus,
39 posteaquam
40 abutimini illis vel, vim inferatis eis,
41 huic viro ne faciatis rem ignominiosam huius ignominiosam hanc; tantum obsecro ne exerceatis tam nefariam venerem.
44 vel, abusi sunt illa, opus abominabile fecerunt in eam.
[illegible] maritus [illegible]
45 vel, vna cum [illegible].
46 Heb. apponite [illegible] super illud.
47 date consilium,
48 vel, dicite.
sub vestram sententiam. i. adhibito diligenter consilio decernite quid facto opus sit.

CAPVT XX.

1 a Heb. ſecundum ſub. vſque 2 terra Gilead ſub. vſque ad mare mediterraneum.
2 Cum quid decernendum erat, conueniebant Iſrael ita in Miſpa, quod Dominus illic oraculum reddere ſoleret [illegible] quum reges in eo loco pugnarent contra Iſraelitas. Erat ibi praeterea locus orationis, & menſa Domini [illegible]
3 vel, aſſuerunt.
4 i. primores, & capita populi. [illegible] vt anguli in domo ſunt praecipui, ſic primates in populo.
5 Heb. ducentiſſimum [illegible]
6 ſub. principes.
7 vel, qua ratione.
8 Heb. ſuper me domum. i. in meam perniciem.
9 Heb. cogitantes me interficere. i. abuſi mea praepoſtera libidine vſque ad mortem.
10 Heb. date vobis verbum & conſilium. [illegible]
[illegible] & date conſilium quid ſit opus facto.
20 Heb. ſicut vir vnus [illegible]
21 ſub. priuſquam viri fuerimus hoc facturi.
23 propter Gabaa, contra eam facere ſub. eſt ordinamus. i. mittemus ſortem quinam ſint pugnaturi contra eam.
24 ad alterandum. vel, vt comportent.
25 Heb. vt facere ſub. populus) cum perueneriit ad.
26 Heb iuxta omnem [illegible] [illegible] ſunt [illegible] ignominiam, &c. [illegible] Iſrael illi quod meretur pro tanto ſcelere.
27 Heb. tanquam vir vnus, [illegible] animi conſenſu, & eadem mente.
28 [illegible] quatuor. Erat in tribu Beniamin duodecim familiae.

1 *EGreſſi ſunt itaque omnes filii Iſrael, & concio ad vnum coacta eſt, à Dan vſque Beer ſeba [1] vſque ad terram Gilead, ad Dominum in [2] Mitzpa.*

2 *Et [3] ſtatuerunt ſe [4] anguli totius populi, omnium ſcilicet tribuum Iſrael, in concionem populi Dei, nempe quadringenta millia peditum [5] bello aptorum.*

3 *(Audierunt autem Beniamitae quod filii Iſrael aſcendiſſent in Mitzpa.) [6] dixeruntque, Filii Iſrael, dicite [7] quomodo factum ſit malum illud.*

4 *Et reſpondens vir Leuita, maritus mulieris interfectae, ait, Ego veni in Gibea Beniamitarum vna cum concubina mea, vt illic pernoctarem.*

5 *Inſurgentesque aduerſus me ciues Gibea, cinxerunt [8] me & domum noctu, [9] prae ſe ferentes ac ſi vellent me interficere, quin concubinam meam oppreſſerunt ita vt mortua ſit.*

6 *Arripiens itaque concubinam meam, conſcidi eam in fruſta, circummiſique eam in omnem regionem poſſeſſionis Iſrael, quoniam fecerunt ſcelus & nephandum flagitium in Iſraele.*

7 *Ecce vos omnes filii eſtis Iſrael, [10] curate negocium hoc, & deliberate in rem praeſentem.*

8 *Surrexit itaque [11] ad vnum vniuerſus populus, & dixerunt, Non ibimus quiſque in tentorium ſuum, nec [12] recedemus hinc quiſque in domum ſuam.*

9 *Quin hoc faciemus [13] contra Gibea (aſcendemus) contra eam per ſortem.*

10 *Accipiemus decimum quenque ex centum per ſingulas tribus Iſrael, & ex mille centeſimum quemque, ex decem millibus milleſimum quemque, [14] qui accipiant commeatum pro populo [15] qui hoc facturus eſt, qui veniat contra Gibea Beniamitarum [16] propter vniuerſum hoc ſcelus quod patrauit in Iſraele.*

11 *Et congregati ſunt omnes Iſraelitae contra vrbem, [17] ad vnum conſociati.*

12 *Miſerunt autem tribus Iſrael viros [18] per vniuerſam tribum Beniamin, qui dicerent, Quod eſt hoc malum quod factum eſt [19] in vobis?*

13 *Tradite igitur viros illos filios belial, qui ſunt in Gibea, vt occidamus eos, & [20] excindamus malum ex Iſraele. at Beniamitae noluerunt audire vocem fratrum ſuorum filiorum Iſrael.*

14 *Quin congregati ſunt Beniamitae ex ciuitatibus, (aliis) in Gibea, vt egreſſi pugnarent contra filios Iſrael.*

15 *[21] Recenſiti ergo ſunt [22] eadem die filii Beniamin ex ciuitatibus (aliis) viginti ſex millia virorum, [23] qui bello fuerunt apti, exceptis habitatoribus Gibea, [24] quorum cenſi ſunt ſeptingenti viri electi.*

16 *In vniuerſo autem populo illo ſelecto, fuerunt ſeptingenti viri, [25] quorum dextra manus inepta erat, & illi omnes iaculando è funda lapidem, pilum capitis ferire potuiſſent, nec aberraſſent.*

17 *Seorſim deinde recenſiti ſunt Iſraelitarum, praeter Beniamin quadringenta millia virorum, qui gladium diſtringere poterant: hi omnes milites fuerunt bellorum gnari.*

18 *Conſurgentes itaque aſcenderunt [26] domum Dei, conſuluerunt que Deum, & dixerunt filii Iſrael, Quis aſcendet nobis, [27] quo duce geramus bellum contra Beniamitas? & reſpondit Dominus, Iehuda [28] erit in primo pilo.*

19 *Surgentes igitur filii Iſrael mane, poſuerunt caſtra contra Gibea.*

20 *Egreſſi enim erant filii Iſrael vt pugnarent cum Beniamin: & Iſraelitae inſtruxerunt aciem bellicam contra eos cum iuxta Gibea.*

21 *Egreſſi vero Beniamitae de Gibea, ex Iſraelitis eo die virorum viginti duo millia ad terram proſtrauerunt.*

22 *Et corroborantes ſeſe populus Iſraeliticus, rurſus inſtruunt aciem in eo loco, quo primo die aciem inſtruxerant.*

23 *[29] Aſcenderant autem filii Iſrael & fleuerant coram Do-*

1 EGreſſi itaque ſunt omnes filii Iſrael, & pariter congregati quaſi vir vnus, de Dan vſque Berſabee, & Terra-Galaad ad Dominum in Maſpha: A

Filii Iſrael congregantur in Maſpha ob vxorem Leuitae.
Ose 10. c

2 * Omnes quoque anguli populorum, & cunctae tribus Iſrael in eccleſiam populi Dei conuenerunt * quadraginta millia peditum pugnatorum.

** omneſque.*
** quadringenta.*

3 (Nec latuit filios Beniamin quod aſcendiſſent filii Iſrael in Maſpha) interrogatuſque Leuita maritus mulieris interfectae, quomodo tantum ſcelus perpetratum eſſet.

4 Reſpondit, Veni in Gabaa Beniamin, cum vxore mea, illucque diuerti.

5 Et ecce, homines ciuitatis illius circumdederunt nocte domum in qua manebam, volentes me occidere, & vxorem meam incredibili furore libidinis vexantes, denique mortua eſt.

6 Quam arreptam, in fruſta concidi, miſique partes in omnes terminos poſſeſſionis veſtrae: quia nunquam tantum nefas, & tam grande piaculum factum eſt in Iſrael.

7 Adeſtis omnes filii Iſrael, decernite quid facere debeatis.

8 Stanſque omnis populus, & quaſi vnius hominis ſermone reſpondit: Non recedemus in tabernacula noſtra, nec ſuam quiſquam intrabit domum.

9 Sed hoc contra Gabaa in commune faciemus. B

10 Decem viri eligantur è centum, ex omnibus tribubus Iſrael, & centum de mille, & mille de decem millibus, vt comportent exercitui cibaria, & poſſimus pugnare contra Gabaa Beniamin, & reddere ei pro ſcelere quod meretur.

11 Conuenitque vniuerſus Iſrael ad ciuitatem, quaſi homo vnus eadem mente, vnoque conſilio.

12 Et miſerunt nuncios ad omnem tribum Beniamin, qui dicerent, Cur tantum nefas in vobis repertum eſt?

Beniaminitae negant ſe dedituros homines: qui ſcelus perpetraſſent, ſed contra defendunt Gabaonitas 25700 ex Beniamin.

13 Tradite homines de Gabaa, qui hoc flagitium perpetrarunt, vt moriantur, & auferatur malum de Iſrael qui noluerunt fratrum ſuorum filiorum Iſrael audire mandatum:

14 Sed ex cunctis vrbibus quae ſortis ſuae erant, conuenerunt in Gabaa, vt illis ferrent auxilium, & contra vniuerſum populum Iſrael dimicarent.

15 Inuentique ſunt viginti quinque millia de Beniamin educentium gladium, praeter habitatores Gabaa, C

16 Qui ſeptingenti erant viri fortiſſimi, ita ſiniſtra vt dextra praeliantes: & ſic fundis lapides ad certum iacientes, vt capillum quoque poſſent percutere, & nequaquam in alteram partem ictus lapidis deferretur.

17 Virorum quoque Iſrael, abſque filiis Beniamin, inuenta ſunt * quadraginta millia educentium gladios, & paratorum ad pugnam.

** quadringenta 400000 Iſraelitae.*

18 Qui ſurgentes venerunt in domum Dei, hoc eſt in Silo: conſulueruntque Dominum, atque dixerunt, Quis erit in exercitu noſtro princeps certaminis contra filios Beniamin? quibus reſpondit Dominus, Iudas ſit dux veſter.

Iſraelitae conſulunt Deum contra Beniamin pugnaturi & vincuntur.

19 Statimque filii Iſrael ſurgentes mane caſtrametati ſunt iuxta Gabaa.

20 Et inde procedentes ad pugnam contra Beniamin, vrbem oppugnare coeperunt.

21 Egreſſique filii Beniamin de Gabaa, occiderunt de filiis Iſrael die illo viginti duo millia virorum.

22 Rurſum filii Iſrael & fortitudine, & numero confidentes, in eodem loco in quo prius certauerant, aciem direxerunt.

Rurſum conſulto Domino, vincuntur.

23 Ita tamen vt prius aſcenderent, & flerent co- D

[illegible] 19 [illegible] 21 Numerati. i. Habitus eſt delectus 22 vel, [illegible] 23 Heb. educentium gladium, 24 qui nomine [illegible] 25 Heb. clauſi [illegible] [illegible] dextra 26 [illegible] 27 [illegible]
28 Heb. aſcendet [illegible] tribus Iuda primo omnium [illegible] 29 [illegible] Paulo tamen [illegible] ſub. ad [illegible] Dei filii Iſrael [illegible] [illegible] ſub. [illegible] in tribu Dan. [illegible]

D tã Domino vsq; ad noctẽ: cõsulerẽntq; eũ, & dice-
rent,[1] Debemus vltrà procedere ad dimicandũ cõ-
tra filios Beniamin fratres [2] nostros, an non? Qui-
bus ille respondit, Ascẽdite ad eos, & inite certamẽ.
24 Cúmq; filii Israel altera die cõtra filios Ben-
iamin ad prælium processissent:
25 Eruperunt filii Beniamin de portis Gabaa:
& occurrentes eis tãta in illos cæde bacchati sunt,
vt decem & octo millia virorum educentium gla-
dium prosternerent.
26 Quam ob rem omnes filii Israel venerunt in
domum Dei, & sedentes flebant coram Domino:
ieiunauerúntq; die illo vsque ad vesperam, & ob-
tulerunt ei holocausta, atq; pacificas victimas.
27 Et super statu suo interrogauerunt: (eo tem-
pore ibi erat arca fœderis Domini.
28 Et Phinees filius Eleazari filii Aaron præpo-
situs domus) Consuluerunt igitur Dominum, atq;
dixerunt, Exire vltrà debemus ad pugnam contra
filios Beniamin fratres nostros, an quiescere? Qui-
bus ait Dominus, Ascendite: cras enim tradam
eos in manus vestras.
29 Posueruntq; filii Israel insidias per circuitũ
vrbis Gabaa:
30 Et tertia vice, sicut semel & bis, contra Ben-
iamin exercitum produxerunt.
31 Sed & filii Beniamin audacter eruperunt de
E ciuitate, & fugientes aduersarios longius persecu-
ti sunt: ita vt vulnerarent ex eis sicut primo die &
secundo, & cæderent per duas semitas vertentes
terga, quarum vna ferebatur in Beth-el, & altera in
Gabaa atq; prosternerent triginta circiter viros.
32 Putauerunt enim solito eos more cædere: qui
fugam arte simulantes inierunt consilium vt abs-
traherent eos de ciuitate, & quasi fugientes ad su-
pradictas semitas perducerent.
33 Omnes itaq; filii Israel surgentes de sedibus
suis, tetenderunt aciem in loco qui vocatur Baal-
thamar: insidiæ quoque quæ circa vrbem erant,
paulatim se aperire cœperunt, & ab Occidentali
vrbis parte procedere.
34 Sed & alia decem millia virorum de vniuerso
Israel habitatores vrbis ad certamina prouocabãt:
Ingrauatúmq; est bellum contra filios Beniamin:
& non intellexerunt quòd ex omni parte illis in-
staret interitus.
35 Percussitq; eos Dominus in cõspectu filiorũ Is-
rael, & interfecerũt ex eis in illo die viginti quinque
millia, & centum viros, omnes bellatores & edu-
centes gladium.
F 36 Filii autem Beniamin cum se inferiores esse
vidissent, cœperunt fugere. quod cernentes filii Is-
rael, dederunt eis ad fugiendum locũ, vt ad præpa-
ratas insidias deuenirẽt, quas iuxta vrbẽ posuerãt.
37 Qui cum repẽte de latibulis surrexissent, &
Beniamin terga cædentibus darẽt, ingressi sunt ciui-
tatem, & percusserunt eam in ore gladii.
38 Signum autem dederant filii Israel his quos
in insidiis collocauerant, vt postquam vrbem ce-
pissent, ignem accenderent: vt ascendente in altum
fumo, captam vrbem demonstrarent.
39 Quod cum cernerent filii Israel in ipso cer-
tamine positi (putauerunt enim filii Beniamin eos
fugere, & instantius persequebantur, cæsis de exer-
citu eorum triginta viris.)
40 Et viderũt quasi columnã fumi de ciuitate cõ-
scendere, Beniamin quoq; respiciens retro, cum ca-
ptam cerneret ciuitatem, & flammas in sublime ferri:
41 Qui prius simulauerant fugam, versa facie
fortius resistebant: quod cum vidissent filii Beniamin, in fugam versi sunt.
42 Et ad viam deserti ire
cœperunt, illuc quoque eos aduersariis persequentibus. sed & hi qui vrbẽ succenderant, occurrerũt eis.

no vsq; ad vesperam, & consuluerant Dominũ hisce ver-
bis, An rursus congrediar cũ fratre meo, nẽpe filiis Benia-
min? Et dixerat Dominus, Ascendite contra eum.
24 Cõgressi sunt ergo Israelitæ cũ Beniamitis postero die.
25 Egressi Beniamitæ obuiam illis de Gibea postero
die, & ex filiis Israel adhuc decem & octo millia viro-
rum in terram prostrauerunt,[10] qui omnes distringere
gladium potuerunt.
26 Ascenderunt igitur omnes filii Israel, atq; vni-
uersus populus, & venerunt in domum Dei flentes & se-
dentes illic coram Domino: ieiunauerunt denique die illo
vsq; ad vesperam, sacrificarunt quoq; holocausta & pa-
cifica in conspectu Domini.
27 Et interrogauerunt Israelitæ Dominum (erat e-
nim illis diebus illic arca fœderis Domini Dei:
28 Et Pinhas filius Eleazari filii Aharonis stabat in
conspectu [11] eius illis diebus,) hisce verbis. Rursumne e-
grediar in prælium aduersus fratrem meum, filios, nem-
pe Beniamin, an cessabo? Dominus ait, Ascendite quo-
niam cras tradam eum in manum tuam.
29 Collocauit itaq; Israel insidias per circuitũ Gibea:
30 Et ascendentes filii Israel contra filios Beniamin
die tertio; aciem instruxerunt contra Gibea [12] quemad-
modum semel atque iterum.
31 Et egressi filii Beniamin obuiam populo, extracti
scilicet ex vrbe, cœperuntq; populum ferire atq; vulnera-
re [12] sicut semel atq; iterum fecerant in semitis, quarum
vna ascendit Beth-el, & altera in Gibea [13] per agrum,
circiter triginta viros de Israel.
32 Nam dixerant filii Beniamin, [14] Corruent ante
nos vt antea: & filii Israel dixerant, Fugiemus & [15] pro-
trahemus eos ex vrbe [16] in semitas.
33 Surgentes itaq; omnes Israelitæ de loco suo, aciem
instruxerunt in Baal thamar: Sed & insidiæ Israelitarũ
egressæ sunt de loco suo, nempe de [17] vireto Gaba.
34 Venerunt itaq; contra Gibea decem millia viro-
rum electorum ex omni Israele, & prælium [18] incende-
batur, nec norant illi tantum sibi imminere periculum.
35 Percussit itaq; Dominus Beniamitas ante Israeli-
tas, & trucidarunt filii Israel de Beniamin in die illa
virorum vigintiquinque millia & centum qui omnes [19] a-
pti erant bello.
36 [40] Quum igitur vidissent filii Beniamin quòd
corruissent (dederunt enim Israelitæ Beniamitis locum:
nam fisi sunt insidiis quas collocauerant prope Gibea:
37 Et qui in insidiis fuerunt, festinantes extenderunt
se versus Gibea, extractique sunt ex insidiis, & trucidarũt
totam vrbem gladio.
38 Symbolum enim constitutum fuerat inter Israe-
litas, & inter eos qui collocati erant in loco insidiarum,
vt ipsi, interficerent gladio, quum illis excitarent elatio-
nem fumi ab vrbe.
39 (Versi enim sunt filii Israel in pugna,) cœpit Ben
iamin trucidare vulneratos ex Israelitis circiter trigin-
ta viros: [41] dixeruntq; Profectò [42] corruunt ante nos
[43] vt antea.
40 Cum verò fumus cœpisset ascendere ex vrbe, [44] co-
lumna, scilicet fumi, respiciebat Beniamin post se,
& ecce [45] vniuersa ciuitas ascendebat cælum ver-
sus.
41 Quumq; verterentur Israelitæ, territi sunt Ben-
iamitæ, videntes sibi imminere periculum.
42 [46] Versi ergo coram Israelitis versus viam de-
serti prælium insequutum est eum grauiter: & qui de
vrbibus (ex erant,) trucidabant eos in medio i-
psius:

Margin notes:

[1] Debemus
[2] meos,

Tertiò consu-
lunt Deum, &
traduntur
Beniamitæ
in manus ipso-
rum.

[10] i. qui erant viri bellatores.
[11] nempe Domini, i. fungebatur dignitate sacerdotali.
[12] vel, vt alias, & hac, quoque vice,
[13] in agro,
[14] Heb. Cæsi sunt. q. d. Superiores sumus.
[15] abducemus, auellemus
[16] Vsq; ad bi-uium illud. vel, ad coniunctiones semitarum.
[17] vox Hebræa propriè significat locum herbidum.
[18] vel, acrius ag. cœperat,
[19] Heb. erant educentes gladium.
[40] Ex Hebræo tres sequentes versus sic verti debent, Viderunt autem (i. intellexerunt) filii Beniamin quòd cæsi essent (i. inferiores adeo:) dederunt autem filii Israel locũ ipsi Beniamini: nam confidebãt in insidiis quas disposuerant contra Gabaa: Quæ quidem insidiæ festinantes irruerunt in Gabaa, ipsæque cœperunt clangere (sub. buccina, alii, proripuerunt sese,) & percusserunt vrbem totam gla- [illegible]
[41] dicebant e-nim
[42] inferiores sunt.
[43] Heb. sicut in conflictu priore.

47 vel, persequi eos facientes, i. hortantes se mutuo ad conculcandos eos. 48 in loco quietis, magna diligentia côculcauerunt, vsq, (ad locum qui erat) è regione Gibea. Locum quietis vocat in quo prius quiescebant I egi potest, à loco quietis abduxerunt eos vsque, &c. i. coegerunt eos fugere vsque &c. 49 vel, Dantes ergo terga, fugere cœperunt. 50 i. palantes & in diuersa loca tendentes trucidauerunt. 51 persecuti sunt illos vsque &c. i. fugitiores persequendo vsque ad Gideon assecuti sunt. 52 Omittit centum qui fuerunt enumerati in summa vniuersali, quod paruus esset numerus, quodque id iam dixerat. Omittuntur item mille qui fuerant enumerati in ipso delectu, qui ceciderant in prioribus prœlijs duobus. 53 qui scilicet reliqui erant. 54 etiam in &c. 55 i. quæ adhuc extabant.

43 *Circumdederant enim Beniamitas* [47] *strenue eos insequentes,* [48] *viam ne præripientes eis, ne tutum locum inuenirent, vsque ad Gibea' ab exortu solis*

44 *Ceciderunt verò ex Beniamitis decem & octo millia virorum, qui omnes fuerant strenui milites.*

45 [49] *Versi ergo fugerunt' desertum versus ad Petram-rimon. Et* [50] *racemationem fecerunt ex ipsis in semitis,' virorum quinque millia. &* [51] *adhæserunt illis vsque' in Gideon, percutientes ex ipsis duo millia virorum.*

46 *Omnium autem virorum qui ceciderunt ex Beniamitis ea die* [52] *fuerunt' vigintiquinque millia, qui stringere gladium potuerunt, quique omnes strenui fuerunt milites.*

47 *Versi itaque fugerunt in desertum ad Petram rimon, sexcenti scilicet viri, manseruntque in Petra-rimon quatuor mensibus.*

48 *Porrò Israelitæ reuersi sunt* [53] *ad filios Beniamin, & percusserunt eos gladio, tam homines in vrbibus quam iumenta, quidquid denique inueniebatur,* [54] *& in' omnes ciuitates* [55] *inuentas' immiserunt ignem.*

43 Atque ita factum est, vt ex vtraque parte ab hostibus cæderentur, nec erat vlla requies morientium: ceciderunt atq; prostrati sunt ad Orientalem plagam vrbis Gabaa. C

44 Fuerunt autem qui in eodem loco interfecti sunt, decem & octo millia virorum, omnes robustissimi pugnatores.

45 Quod cum vidissent qui remanserant de Beniamin, fugerunt in solitudinem: & pergebant ad petram, cuius vocabulum est Remmon. In illa quoque fuga palantes, & in diuersa tendentes, occiderunt quinque millia viros. Et cum vltra tenderent, persecuti sunt eos, & interfecerunt etiam alia duo millia.

46 Et sic factum est, vt omnes qui ceciderant de Beniamin in diuersis locis, essent vigintiquinque millia, pugnatores ad bella promptissimi.

47 Remanserunt itaque de omni numero Beniamin, qui euadere potuerunt & fugere in solitudinem sexcenti viri: sederuntque in Petra-remmon mensibus quatuor.

Ex filiis Beniamin, 600 tantum superfunt.

48 Regressi autem filii Israel, omnes reliquias ciuitatis à viris vsque ad iumenta gladio percusserunt, cunctasque vrbes & viculos Beniamin vorax flamma consumpsit.

CAPVT XXI.

CAP. XXI.

1 vel, iurauerant. 2 vel, dabit. 3 i. in Silo. 4 manserunt. 5 vel, deberat hodie in Israel. 6 & ædificauerunt ibi altare (nouum,) & obtulerunt holocaustum & hostias pacificas. Cum Dominum consulere volebant, nouum altare solebant extruere. 7 in congregationem. 8 pro eo (vel, de eo) iuramento [illegible] 9 [illegible] dicendo, Morte [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] non [illegible] [illegible] cœtus [illegible] 10 [illegible]

1 *Iurauerunt' autem Israelitæ in Mitzpa hisce verbis, Nemo ex nobis* [2] *dabit' filiam suam Beniamitis vxorem.*

2 *Venitque populus* [3] *in domum Dei,' &* [4] *sederunt' illic vsque ad vesperam coram Domino sublataque voce sua fleuerunt fletu magno, & dixerunt.*

3 *O Domine Deus Israel, cur factum est istud in Israel, vt* [5] *desideretur hodie de Israel' vna tribus?*

4 *Postero die mane surrexerunt populi,* [6] *vt extruerent aram illic, sacrificarentque holocausta & gratulatoria.' & dixerunt filii Israel.*

5 *Quis est qui non ascendit* [7] *in comitia' ad Dominum ex omnibus tribubus Israel? (erat enim factum iuramentum magnum* [8] *illi qui non ascenderet' ad Dominum in Mitzpa,* [9] *nempe, quod is morte mulctaretur.)*

6 *Et* [10] *pœnitudine ducti sunt Israelitæ propter Beniamin' fratrem suum, & dixerunt. Excisa est hodie tribus vna de Israel. Quid faciemus eis qui reliqui sunt,* [11] *vt vxores habeant?'*

7 *Nos iurauimus per Dominum,* [12] *ne demus' illis filias nostras vxores.*

8 [13] *Et dixerunt.' Estne aliqua ex tribubus Israel qui non ascendit ad Dominum in Mitzpa? Et ecce ex Iabis Gilead ne vir quidem venerat in castra & in* [14] *comitia.*

9 [15] *(Numeratus enim est' populus, & en ne vir quidem aderat ex habitatoribus Iabis-Gilead.)*

10 *Miserunt ergo illuc exercitum, nempe duodecim millia virorum,* [16] *qui erant strenui milites,' præceperuntque eis, dicentes. Ite & trucidate habitatores Iabes Gilead gladio, tam mulieres quam pubem.*

11 [17] *Sic autem facietis, Omnem marem, atque omnem mulierem quæ experta est concubitum viri, excindetis.*

12 *Inuenerunt autem de habitatoribus Iabes-Gilead quadringentas puellas virgines, quæ non cognouerant virum* [18] *concubitu maris. has adduxerunt ad castra (in) Silo,* [19] *quæ erant' in terra Chanaan.*

13 *Miserunt itaque tota concio,* [20] *loquuti' ad filios Beniamin qui erant in Petra rimon,* [21] *reuocaueruntque eos in pace.*

1 Iurauerant * quoque filii Israel in Maspha, & dixerunt, Nullus nostrum dabit filiis Beniamin de filiabus suis vxorem. A

2 Veneruntque omnes ad domum Dei in Silo: & in conspectu eius sedentes vsque ad vesperam leuauerunt vocem, & magno vlulatu cœperunt flere, dicentes,

3 Quare Domine Deus Israel factum est hoc malum in populo tuo, vt hodie vna tribus auferretur ex nobis?

4 Altera autem die diluculo consurgentes, extruxerunt altare: obtuleruntque ibi holocausta, & pacificas victimas & dixerunt:

5 Quis non ascendit * in exercitu Domini de vniuersis tribubus Israel? grandi enim iuramento se constrinxerant, cum essent in Maspha, interfici eos qui defuissent.

6 Ductique pœnitentia filii Israel super fratre suo Beniamin, cœperunt dicere, Ablata est tribus vna de Israel, vnde vxores accipient?

7 Omnes enim in commune iurauimus non daturos nos his filias nostras. B

8 Idcirco dixerunt, Quis est de vniuersis tribubus Israel, qui non ascendit ad Dominum in Maspha? Et ecce inuenti sunt habitatores Jabes Galaad in illo exercitu non fuisse.

9 (Eo quoque tempore cum essent in Silo, nullus ex eis ibi repertus est.)

10 Miserunt itaque decem millia viros robustissimos, & præceperunt eis, Ite, & percutite habitatores Jabes-Galaad in ore gladii, tam vxores quam paruulos eorum.

11 Et hoc erit quod obseruare debebitis, Omne generis masculini, & mulieres quæ cognouerunt viros, interficite, * virgines autem reseruate.

12 Inuentæque sunt de Jabes-Galaad quadringentæ virgines, quæ nescierunt viri thorum, & adduxerunt eas ad castra in Silo, in terram Chanaan.

13 Miseruntque nuncios ad filios Beniamin qui erant in Petra remmon, & præceperunt eis vt * eas' susciperent in pace.

Filii Israel iurant se non daturos filias suas vel: quia filiis Beniamin.
* *Iurauerant.*
* *in exercitu.*
Habitatores Jabes-Galaad percutiuntur.
Virgines eorum 400 dantur Beniamin.
* *eos.*

[illegible] Beniamin. 11 id est, qua ratione dabimus eis vxores? 12 non daturos nos. 13 Dixerunt inquam. 14 cœtum, siue, congregationem. 15 Numeratus autem fuerat. 16 Hebr. ex filiis virtutis, id est, qui erant fortissimi milites. 17 vel, Tamen hoc. 18 Hebr. in concubitu viris, id est, quæ non [illegible] [illegible] 19 [illegible] quæ erant castra [illegible] 20 ad [illegible] eius ex tota congregatione remanserant vltra in terra Chanaan. 20 sub (legatos) qui verba facerent. 21 Hebr. appellarunt eos in pace, id est, ut pace cum illis egerunt.

C 14 Veneruntque filii Beniamin in illo tempore, & datæ sunt eis vxores de filiabus Iabes Galaad: alias autem non repererunt, quas simili modo traderent.

Filii Israel dolent super interfectione Beniamin.

15 Vniuersusque Israel valde doluit, & egit pœnitentiam super interfectione vnius tribus ex Israel.

16 Dixeruntque maiores natu, Quid faciemus reliquis, qui non acceperunt vxores?

17 Omnes in Beniamin fœminæ conciderunt, & magna nobis cura, ingentique studio prouidendum est, ne vna tribus deleatur ex Israel.

18 Filias enim nostras eis dare non possumus, constricti iuramento & maledictione qua diximus, Maledictus qui dederit de filiabus suis vxorem Beniamin.

Virgines Silo rapiuntur à Beniamin.

19 Ceperuntque consilium, atque dixerunt, Ecce solennitas Domini est in Silo anniuersaria, quæ sita est ad Septentrionem vrbis Beth el, ad Orientalem plagam viæ quæ de Beth el tendit ad Sichimam, & ad Meridiem oppidi Lebona.

D 20 Præceperuntque filiis Beniamin, atque dixerunt, Ite, & latitate in vineis.

21 Cumq; videritis filias Silo ad ducendos choros ex more procedere, exite repente de vineis, & rapite ex eis singuli vxores singulas, & pergite in Terram Beniamin.

22 Cumque venerint patres earum, ac fratres, & aduersum vos queri cœperint, atque iurgari, dicemus eis, Misereamini eorum: non enim rapuerunt eas iure bellantium atque victorum, sed rogantibus vt acciperent, non dedistis, & a vestra parte peccatum est.

23 Feceruntque filii Beniamin vt sibi fuerat imperatum: & iuxta numerum suum rapuerunt sibi de his quæ ducebant choros, vxores singulas: abieruntque in possessionem suam, ædificantes vrbes & habitantes in eis.

24 Filii quoque Israel reuersi sunt per tribus, & familias in tabernacula sua. 25 In diebus illis non erat rex in Israel: sed vnusquisq; quod sibi rectum videbatur, hoc faciebat.

14 *Reuersi sunt igitur Beniamitæ in tempore illo, & dederunt eis vxores, quas viuas seruauerant ex mulieribus Iabes-Gilead,* [21] *sed non suffecerunt eis.*

15 *Et doluit populus propter Beniamin,* [22] *quod Dominus rupturam fecisset in tribubus Israel.*

16 [24] *Dixerunt itaque seniores multitudinis, Quid faciemus reliquis,* [25] *vt & ipsi vxores habeant.*

17 [26] *Muliebris enim sexus in Beniamin vastatus erat. Et dixerunt,* [27] *Hæreditas in Beniamin eorum erit qui euaserunt, & non delebitur tribus vna ex Israele.*

18 *Porro nos non poterimus eis dare vxores de filiabus nostris, (* [28] *iurauerant enim filii Israel hisce verbis, Execratus qui dederit Beniamitæ vxorem.)*

19 [29] *Dixerunt ergo, Ecce quotannis* [30] *solennitas Domini est in Silo,* [31] *quæ est ab Aquilone ipsi Beth el, Et ad exortum solis ad viam quæ ascendit ab Beth-el in Sechem, & a Meridie Lebona.*

20 *Præceperunt ergo filiis Beniamin hisce verbis, Ite & ponite insidias* [32] *in vineis.*

21 [33] *Et quum videritis filias egredientes Silo, & choros ducentes, exibitis vos è vineis, & rapietis vobis, quisque scilicet sibi vxorem de filiabus Silo,* [34] *abitisque in terram Beniamin.*

22 *Et cum venerint patres earum, aut fratres earum nobiscum expostulatum, dicemus ad eos,* [35] *Impertite eis hanc gratiam: quandoquidem nos in* [36] *prælio illo non accepimus vnicuique vxorem:* [37] *nec vos dedistis eis, ita vt hoc tempore* [38] *delinquatis.*

23 *Fecerunt ergo sic filii Beniamin, acceperuntque vxores iuxta numerum suum, rapientes ex his quæ choros ducebant, & abeuntes reuersi sunt ad hæreditatem suam, & instaurantes ciuitates, habitarunt in illis.*

24 [39] *Abierunt quoque inde eodem tempore filii Israel, quisque ad tribum suam & ad familiam suam, exeuntes illinc, singuli quisque ad suam hæreditatem.*

25 *Istis diebus* [40] *non erat legitimus magistratus in Israele, quisque* [41] *quod sibi videbatur rectum, faciebat.*

21 Hebr. & non inuenerunt sic. ... omnibus vxores. 22 quòd perdidisset vnam ex tribubus Israel. 23 Hæc dicuntur per recapitulationem, de omnibus illis supra dictis ... ne sequentis ... intelligatur quæ prius dicta fuerunt de hac materia. Vel ista intelligantur de ducentis illis reliquis eorum, qui non habuerunt vxores ... in hoc verba (velut ...) interpretaberis, ducentis ... 25 Heb. pro... 26 Heb. deleta est n. de Beniamin mulier. 27 Heb. Hæreditas euasionis ... Beniamin ... est, vel ... tribu Beniamin ... qui sunt ... hæreditatis ... 28 i. maled. ... ne ... 29 sub seniores. Omittitur id, quo pacto sit factum tradita vxores Iabes-Galaad. 30 vel, festum Domini celebrari solet. 31 In loco qui est ad Aquilonem domus Dei ... ipsius Silo. Describunt eis locum in quo virgines solebant ducere choros ... 33 subaudi propterea ... 34 Heb. ...

LIBER RVTH.

Argumentum libri Ruth.

Ruth Moabitis priore marito (cui premente fame in agrum Moabitarum profecto nupserat) defuncto ... & pietatis studio, socrum in ... reuertentem sequuta, Bohazi secundis nuptiis, iure propinquitatis coniungitur: cui parit Hobedum Dauidis auum. Vnde Christus secundum carnem genus suum ducit. Matth. 1.

CAPVT I.

A 1 IN diebus vnius iudicis, quando iudices præerant, facta est fames in Terra, abiitque homo de Beth lehem Iuda, vt peregrinaretur in regione Moabitide cum vxore sua, ac duobus liberis.

Elimelech Bethlehemita cum vxore Noemi & duobus filiis peregrinatur in regione Moabitide.

2 Ipse vocabatur Elimelech, & vxor eius Noemi: & duo filii, alter Mahalon, & alter Chelion, Ephrathæi de Beth lehem Iuda. ingressique regionem Moabitidem, morabantur ibi.

Moritur Elimelech.

3 Et mortuus est Elimelech maritus Noemi: remansitque ipsa cum filiis.

4 Qui acceperunt vxores Moabitidas, quarum vna vocabatur Orpha, altera vero Ruth. manseruntque ibi decem annis,

5 Et ambo mortui sunt, Mahalon videlicet, &

1 [1] IN [1] diebus iudicum fames exorta est in terra, & abiit vir quidam de Beth-lehem Iuda, vt peregre habitaret [2] in agro Moab ipse & vxor eius atque duo filii eius.

2 *Erat autem nomen viri illius Elimelech, & nomen vxoris suæ Naomi: & nomina duorum filiorum eius Mahlon, & Chelion: Ephrathæi erant de Beth-lehem Iehudæ: venientesque in* [3] *regionem Moab,* [4] *degebant illic.*

3 *Et mortuo Elimelech marito Naomi, superstes mansit ipsa, & duo filii eius.*

4 *Et duxerunt sibi vxores Moabitidas: nomen vnius erat Orpha, & nomen alterius Ruth,* [5] *habitaueruntque illic fermè decem annis.*

5 *Mortui sunt & duo illi Mahlon & Chelion* [6] *reli-*

... 32 ... sub ... 33 Heb. ... 34 ... Ita ... 35 ...

35 Misereamini nostri pro illis ... Non poterimus ... dare illis vxores. Aut verte, Date nobis illas, sub. mulieres pro eis. q. d. ... in gratiam totius Israelis illas habere eas mulieres. 36 ... Galaad, in quo non accepimus tot virgines quot sunt viri. 37 & quia vos non dedistis, ... 38 delinquatis. 39 Abierunt itaque illinc ... eo tempore ... 40 nullus erat rex. i. erat velut interregnum. 41 Heb. quod rectum ... [illegible] 1 Heb. Et accidit in diebus quibus iudicabant iudices, tunc fuit fames in terra ... 2 Heb. in agro ... in regione. 3 Heb. agrum, regionem. 4 habitauerunt. 5 sub. illic. 6 Hebr. & relicta est mulier illa a duobus gnatis suis & a marito ...

Itaq; fuit vidua illa post duos filios suos, & post maritum suum.

6 *Consurgens ergo ipsa cum nuribus suis, reversa est è regionibus Moab: audiverat enim in Regionibus Moab, quòd Dominus invisisset populum suum, cibumque eis dedisset.*

7 *Egressa est itaq; è loco [in] quo degerat, duaeq; nurus eius cum ea: profectae in via, ut redirent ad terrā Iehudae. Dixit autem Naemi duabus nuribus suis,*

8 *Ite, revertimini quaeq; in domum matris suae, Dominus benefaciat vobis, quemadmodū vos [pietatem] exhibuistis & mortuis & mihi.*

9 *Det vobis Dominus ut requiem inveniatis, quaeq; in domo mariti sui. & osculata est eas: illae verò sublata voce sua fleverunt, Dixeruntq; ad eam,*

10 *Revertemur tecum ad populum tuum. Et ait Naemi,*

11 *Revertimini filiae meae, cur mecum iretis? num sibi mihi sunt in utero ultra, qui vobis esse possint mariti?*

12 *Revertimini filiae meae, & abite, quoniam senior sum quàm ut [uxor] fiam marito. & si [maxime] dicerem, Spes mihi est, ut hac nocte nubam viro, simulq; filios pariam, Num vos expectabitis eos donec adolescant?*

13 *Num vos superstites manebitis propter eos, quo minus nubatis viro? minime, filiae meae: nam aliquanto plus satis doleo vestri gratia, quòd manus Domini me divexavit.*

14 *Illae autem sublata voce rursum fleverunt, & Orpha osculata est socrum suam, Ruth verò adhaesit ei. Et [socrus] ait,*

15 *En fratria tua reversa est ad populum suum, & ad Deos suos, sequere tu & fratriam tuam. Et respondit Ruth,*

16 *Ne obstes mihi ut te deserta revertar, quin quocunq; ieris, ego quoq; ibo: & ubicunq; degas, ego quoque degam: populus tuus populus meus, & Deus tuus Deus meus:*

17 *Ubi tu mortua fueris, ibi & ego moriar, ibiq; sepeliar: siquidem Dominus sic mihi fecerit, porroq; facturus est [sola] mors me à te separabit.*

18 *Videns itaq; illam firmiter apud sese statuisse quòd vellet ire cum ea,*

19 *Destitit loquendo ei obstrepere. Ibant ergo duae illae donec venirent Beth-lehem: factumq; est, ut intrantibus eis Beth-lehem, urbs tota [strepitu quodam] illarum gratia commoveretur, ut dicerent, Annon haec est Naemi? Quae respondit eis,*

20 *Ne vocetis me Naemi, quin potius Maram me vocatis, quòd supra modum omnipotens me dimoeraverit.*

21 *Ego opulenta abibam, vacuam me reduxit Dominus: quid ergo me Naemi vocatis, quum Dominus me deiecerit, & Omnipotens me divexaverit?*

22 *Sic ergo reversa est Naemi & Ruth Moabitis nurus eius cum ea, reversa inquam ex regione Moab, veneruntque Beth-lehem quum messis hordeacea inciperet.*

Chelion: remansitq; mulier orbata duobus liberis ac marito.

6 Et surrexit ut in patriam pergeret cum utraq; nuru sua de regione Moabitide: audierat enim quod respexisset Dominus populum suum, & dedisset eis escas.

7 Egressa est itaq; de loco peregrinationis suae cum utraq; nuru: & iam in via revertendi posita in Terram-Iuda, Dixit ad eas,

8 Ite in domum matris vestrae, faciat vobiscum Dominus misericordiam, sicut fecistis cū mortuis & mecum.

9 Det vobis invenire requiem in domibus virorum, quos sortiturae estis. & osculata est eas: quae elevata voce flere coeperunt, Et dicere,

10 Tecum pergemus ad populum tuum. Quib. illa respondit,

11 Revertimini filiae mi, cur venitis mecū? num ultrà habebo filios in utero meo, ut viros ex me sperare possitis?

12 Revertimini filiae mi, & abite: Iam enim senectute confecta sum, nec apta vinculo coniugali etiam si possem hac nocte concipere, & parere filios,

Si eos expectare velitis donec crescant,

13 Et annos pubertatis impleant, antè eritis vetulae quàm nubatis. Nolite quaeso filiae mi facere hoc: quia vestra angustia magis me premit, & egressa est manus Domini contra me.

14 Elevata igitur voce, rursum flere coeperunt: Orpha osculata est socrum, ac reversa est: Ruth adhaesit socrui suae. Cui dixit Noemi,

15 En reversa est cognata tua ad populum suum, & ad Deos suos, vade cum ea. Quae respondit,

16 Ne adverseris mihi ut relinquā te & abeam: quocunq; enim perrexeris, pergam: & ubi morata fueris, & ego pariter morabor. populus tuus populus meus, & Deus tuus Deus meus.

17 Quae te terra morientem susceperit, in ea moriar: ibiq; locum accipiam sepulturae. haec mihi faciat Deus, & haec addat, si non sola mors me & te separaverit.

18 Videns ergo Noemi, quod obstinato animo Ruth decrevisset secum pergere, adversari noluit,

19 Nec ad suos ultrà reditum persuadere. Profectaeq; sunt simul, & venerunt in Beth-lehem: quibus urbem ingressis, velox apud cunctos fama percrebuit: dicebantq; mulieres, Haec est illa Noemi. Quibus ait,

20 Ne vocetis me Noemi, id est, pulchrā: sed vocate me Mara, id est amaram, quia amaritudine valde replevit me Omnipotens.

21 Egressa sum plena, & vacuā reduxit me Dominus, Cur ergo vocatis me Noemi, quam Dominus humiliavit, & afflixit Omnipotens?

22 Venit ergo Noemi cū Ruth Moabitide nuru sua, de terra peregrinationis suae: ac reversa est in Beth-lehem, quando primum hordea metebantur.

Margin notes: 7 ab agris. 8 Heb. in agro. 9 Heb. ad dare illis panem pro, ut daret vel cando dis cibum. 10 & ambulaverunt per viam, i. commiserunt se itineri. 11 nempe in Beth-lehem. 12 Heb. faciat vobiscum misericordiam. vel, clementiam. 13 id est, in filios meos maritos vestros. 14 sub. futuri. 15 etiam si hac nocte essem cum viro, & etiam parerem filios. 16 retardabimini. 17 Hebr. amaritudo (est, vel esset) mihi valde (magis) quam vobis. id est, plus mihi doleret quam vobis. 18 Heb. egressa est in me. i. quia afflixit me Dominus. 19 id est, coniuncta est cum, nec recessit ab ea. 20 cognata tua. id est, uxor fratris mariti tui. 21 revertere & tu post cognatam tuam. 22 Heb. Ne roges me ut te deseram, & recedam a te. Alii legunt, Ne occurras mihi ut &c. id est, Ne facias mihi ut te, &c. 23 sub. erit. 24 Heb. sic faciat mihi Dominus, & sic addat (sub. si deseruero te:) quoniam mors (sola) separabit inter me & te. vel, separabit me a te. 25 Hebr. quod tumultuata est omnis civitas super eas, dixitque loquens illam. 26 a mulieribus 27 Mara id est, amaram. Naemi, significat dulcem, iucundam & amoenam. 28 amaritudine me affecerit vel, molestia. 29 Hebr. plena (sub. divitiis & filiis) abii. sub. hinc.

B Noemi defuncto marito & duobus filiis revertitur in patriam.

mi, & abite

C

Ruth adhaeret socrui suae revertenti.

Dominus

D

Veniunt in Beth-lehem.

CAPUT II.

1 *Habuit autem maritus Naemi consanguineum quendam fortem, opulentum, qui scilicet erat de familia Elimelech, cuius nomen erat Boaz.*

2 *Et dixit Ruth Moabitis ad Naemi, Ire sinat me quaeso ut eam in arvum, & colligam spicas post [eum scilicet] in cuius oculis gratiam impetravero.*

3 *Et illa respondit ei, Vade filia mea. Abiens igitur pervenit [in agrum,] & collegit in agro post messores:*

1 Erat autem viro Elimélech cōsanguineus, homo potēs, & magnarum opū, nomine Booz.

2 Dixitq; Ruth Moabitis ad socrum suam, Si iubes, vadam in agrum, & colligam spicas quae fugerint manus metentium, ubicunq; clementis in me patrisfamiliâs repperero gratiam.

3 Cui illa respondit, Vade filia mi. Abiit itaq; & colligebat spicas post terga metentium. Accedit autem

E Ruth colligit spicas in agro Booz cognati Elimelech.

30 vel, vocabitis. 31 Heb. locutus sit (vel, testatus sit) contra me, & malefecerit mihi i. afflixit me? Huiusmodi genera dicendi leguntur plurima in libro Iob. 32 ... 33 Hebr. ab agro. CAP. II. 1 At apud Naemi cognatus ... eius ... ut possent divitiis.

rem vt ager ille haberet dominum nomine Booz, qui erat de cognatione Elimelech.

4 Et ecce, ipse veniebat de Beth-lehem, dixitque messoribus, Dominus vobiscum, qui responderunt ei, Benedicat tibi Dominus.

5 Dixitque Booz iuueni qui messoribus præerat, Cuius est hæc puella.

6 Cui respondit, Hæc est Moabitis quæ venit

B cum Noemi, de regione Moabitide,

Ruth inuenit gratiam coram oculis Booz.

7 Et rogauit vt spicas colligeret remanentes, sequens messorum vestigia: & de mane vsque nunc stat in agro, & ne ad momentum quidem domum reuersa est.

Benignitas Booz erga Ruth.

8 Et ait Booz ad Ruth, Audi filia, ne vadas in alterum agrum ad colligendum, nec recedas ab hoc loco: sed iungere puellis meis,

9 Et vbi messuerint, sequere. mandaui enim pueris meis vt nemo molestus sit tibi: sed etiam si sitieris, vade ad sarcinulas, & bibe aquas de quibus & pueri mei bibunt.

10 Quæ cadens in faciem suam, & adorans super terram, dixit ad eum. Vnde mihi hoc, vt inuenirem gratiam ante oculos tuos, & nosse me dignareris peregrinam mulierem?

11 Cui ille respondit, Nunciata sunt mihi omnia quæ feceris socrui tuæ post mortem viri tui: & quòd reliqueris parentes tuos, & terram in qua nata es, & veneris ad populum quem antea nesciebas.

C 12 Reddat tibi Dominus pro opere tuo, & plenam mercedem recipias à Domino Deo Israel, ad quem venisti, & sub cuius confugisti alas.

a inueniam.

13 Quæ ait, a Inueni gratiam apud oculos tuos domine mi, qui consolatus es me, & locutus es ad cor ancillæ tuæ, quæ non sum similis vnius puellarum tuarum.

14 Dixitq; ad eam Booz, Quando hora vescendi fuerit, veni huc, & comede panem, & intinge buccellam tuam in aceto. sedit itaq; ad messorum latus, & congessit polentam sibi, comeditq;, & saturata est, & tulit reliquias.

15 Atque inde surrexit, vt spicas ex more colligeret: præcepit autem Booz pueris suis, dicens, Etiamsi vobiscū metere voluerit, ne prohibeatis eam:

16 Et de vestris quoq; manipulis proiicite de industria, & remanere permittite, vt absque rubore colligat & colligentem nemo corripiat.

D 17 Collegit ergo in agro vsque ad vesperam: & quæ collegerat virga cædens & excutiens, inuenit hordei quasi Ephi mensuram, id est tres modios.

Ruth collectas spicas excutit.

18 Quos portans reuersa est in ciuitatem, & ostendit socrui suæ: Insuper protulit, & dedit ei de reliquiis cibi sui quo saturata fuerat.

19 Dixitque ei socrus sua, Vbi hodie collegisti, & vbi fecisti opus? sit benedictus qui misertus est tui. indicauitque ei apud quem esset operata: & nomen dixit viri, quod Booz vocaretur.

20 Cui respondit Noemi, Benedictus sit à Domino: quoniam eandem gratiam quam præbuerat viuis, seruauit & mortuis. Rursumque ait, Propinquus noster est homo.

Ruth rursum ad agrum Booz reuersa, spicas colligit.

21 Et Ruth, hoc quoque, inquit, præcepit mihi, vt tamdiu messoribus eius iungerer, donec omnes segetes meterentur.

22 Cui dixit socrus, Melius est filia mi, vt cum puellis eius exeas ad metendum, ne in alieno agro quispiam resistat tibi.

[2] fortequè fortunā in agrum Boaz inciderat qui (erat) [3] de familia Elimelech.

4 Et ecce Boaz veniens è Bethlehem, dixit ad messores Dominus vobiscum. & responderunt ei, Benedicat tibi Dominus.

5 Boaz rursum dixit ad puerum suum, qui [4] stabat iuxta messores, Cuius est hæc puella?

6 Respondit puer qui [4] astabat messoribus, & ait, puella est Moabitica, quæ reuersa est cum Naemi [5] ex regione Moab.

7 [6] Dixitque, Liceat quæso mihi colligere & congregare spicas inter manipulos post messores: & ingressa, perstitit iam inde à mane vsque nunc: [7] quod sedit in tugurio, perpusillum est.

8 Dixit autem Boaz ad Ruth, Audisne filia mea? [8] ne vadas vt colligas in alio agro, neque hinc transeas, [8] quin potius hic hæreas puellis meis,

9 Oculi tui sint ad agrum quem demetunt, sequaris eas: [9] nonne præcepi pueris ne te [10] lædant: [10] præterea si sitieris, vade ad vasa, & bibe de eo quod hauserint pueri.

10 Illa autem procidens in faciem suam [11] prona inclinat, dixitque ad eum, [12] Cur gratiam impetraui in oculis tuis, quod tu me agnoscas, quum sim aliena?

11 Et respondens Boaz, dixit ad eam, Indicando indicatum est mihi totum illud quod fecisti socrui tuæ post obitum mariti tui, quod scilicet patre tuo & matre tua, quin & [13] patrio solo tuo deserto, concesseris ad populum quem non cognouisti [14] antea.

12 Rependat Dominus operi tuo, & fiat merces tua [15] solida à Domino Deo Israelis, quæ venisti vt [16] sub alas eius confugeres.

13 Illa verò dixit, [17] Impetrem gratiam coram te, mi domine, qui consolatus es me, & loquutus es in cor ancillæ tuæ, quum ego ne quidem sim vt vna ex ancillis tuis.

14 Et dixit ei Boaz, Quum tempus est edendi, concede huc, & comede de pane, & intinge [18] buccellam tuam in acetum. Sedit itaque illa à latere messorum, & [19] porrexit ei (sat) tostum: quæ comedit ad satietatem, & reliquum fecit.

15 Rursus surrexit, vt colligeret. Boaz autem præcepit [20] pueris suis hisce verbis, [21] Et inter manipulos ipsos ei colligere liceat, neque eam [22] pudefaciatis.

16 Quin & [23] de industria ei transmittite ex manipulis, [24] & relinquite vt colligat, neque eam increpetis.

17 Collegit igitur illa in agro vsque ad vesperam, & excussit id quod collegerat, fuitque fere Epha hordei.

18 Et baiulans ingressa est ciuitatem: quumque socrus eius vidisset quod collegerat, [25] protulit Ruth: (& id quoque [26] quod residua reliquum fecerat, dedit ei.

19 Socrus autem eius dixit ad eam, Vbi collegisti hodie? & vbi operata es? sit ille qui te agnouit benedictus. Indicauit autem illa socrui suæ, [27] quo pacto se gessisset erga eum, dixitque, Nomen viri apud quem hodie operata es, est Boaz.

20 Et ait Naemi ad nurum suam, Sit ille Benedictus à Domino, qui non [28] desistit à pietate sua neque erga viuos, neque erga mortuos. & rursum dixit ad eam Naemi, Propinquus noster est vir ille, & † ex his qui vindices sunt nostri.

21 Dixit ergo Ruth Moabitis: Loquutus est insuper ad me, Hæreas pueris meis quos habeo, donec perfecerint totam messem meam.

22 Et respondit Naemi Ruth nurui suæ, [29] Placet filia mea quod cum puellis eius egrederis, ne quis tibi in agro obsistet.

2 Heb. & euenit euentus eius: portio agri (erat) ipsi Boaz, qui (Boaz erat) &c. i. contigit forte vt incideret in eam partem agri quæ erat ipsius Boaz.
3 constitutus erat super messores.
4 Constitutus erat super messores.
5 Heb. ab agro.
6 [illegible] Constituit apud se vt colligeret, &c.
7 Heb. istæ (est) sedere eius (in) domo pauco tempore. vel, hæc est sessio eius, &c. q.d. Hinc apparet eam non diu domi desidere.
8 Heb. & hic adhærebis, &c. i. ne discedas à puellis meis.
9 Hebraice per interrogationē, quæ vehementer asseuerat, Annon præcepi, &c. q.d. certissime præcepi.
10 Heb. tangere.
11 Heb. incuruauit se ad terram.
12 Vnde hoc, quod inuenit gratiam, &c.
13 Heb. terra natiuitatis tuæ.
14 Heb. heri & nudiustertius.
15 plena, perfecta, integra.
16 speratas sub alis eius.
17 Heb. Inueniam gratiam in oculis tuis, mi domine, quia consolatus es me, & quia locutus es super cor [illegible] [illegible] [illegible] gratia [illegible]
[illegible] perpetuam apud te gratiam: nam consolatus es me. [illegible] placentia [illegible]
18 [illegible]
19 sub. quis. [illegible] ptam ex messoribus.
20 vel, seruis.
21 Etiam inter manipulos colligat.
22 Pudefacere [illegible] [illegible]

30 vel, lunxit se igitur.
31 habitauit.

23 [30] Haesit itaque [Ruth] puellis Boaz colligendo [spicas] donec messis hordeacea & messis triticea plenè perficeretur. caeterum apud socrum suam [31] versabatur.

23 Iuncta est itaq; puellis Booz: & tamdiu cum eis messuit, donec hordea & triticum in horreis conderentur.

CAPVT III.

1 ET dixit ad eam Naómi socrus eius, [1] Quaeram tibi ô mea filia requiem, vt bene sit tibi.

2 An ergo non Boaz propinquus noster est, cum cuius puellis tu fuisti? En is ventilat [2] in area hordeum hac nocte.

3 Lauabis igitur, & te vnges, [3] amicieris̨ vestimentis tuis & descendes in horreum, [4] vt nemo sentiat te [adesse,] [5] donec ille plenè ederit & biberit.

4 [6] Quumq; ille quieti se dabit, [7] animaduerte locum in quo [8] recumbet, & illuc accedes, discooperiesq; [9] locum pedum eius, & [ibi] iacebis, ipse verò indicabit tibi quid facias.

5 Ad quam illa dixit, Quaecunq; mandaueris mihi, faciam.

6 Descendens itaq; in aream, fecit quaecunq; praeceperat illi socrus eius.

7 Et, cum comedisset & bibisset Boaz, [10] exhilerassetq; cor suum, & ingressus esset vt dormiret in extrema parte [11] aceruis, venit illa clam, & retexit [circa] pedes eius, [12] accubuitq;.

8 Et factum est circa medium noctis, vt expauesceret vir ille: & quum [13] contrectasset, ecce mulier iacebat ad pedes eius. Dixitq;

9 Quis es tu? Respondit illa, Ego sum Ruth ancilla tua, [14] expande alam tuam super ancillam tuam, quia [15] vindex es.

10 At ille ait, [16] Benedicta tua filia mea Domino, [17] amplia sti pietatem tuam posteriorem supra priorem, quum non sequuta es adolescentes, siue pauperes fuerint siue diuites.

11 Ne ergo metuas filia mea. quaecunq; dixeris faciam tibi: siquidem [18] totum forum populi mei nouit quod mulier sis [19] virtute praedita.

12 Nunc [20] itaque verum est quòd ego sum vindex, est tamen & alius [21] vindex propinquior.

13 Pernocta igitur [hic] hac nocte, fietq; quum illucescet, si is tibi ius [22] vindicis praestiterit, bene, praestet: si verò ei non placuerit vt tibi ius vindicis praestet, ego ius tibi vindicis praestabo, viuit Dominus: quiesce igitur vsq; manè.

14 Quieuit itaq; iuxta pedes eius vsq; manè, & surrexit antequā quisquam [23] alium nosse posset, dixit autem ille, [24] Ne palàm fiat mulierem venisse in horreum.

15 Et addidit, [25] Adhibe pallium [26] quod super te est, & tene illud. & quum illud teneret [Ruth, Boaz] demensus est sex [epha] hordei, & imponens [27] ei, ingressus est ciuitatem.

16 Quumq; illa venisset ad socrum suam, dixit [socrus eius,] [28] Quid tibi filia mea? & hac exposuit ei quaecunq; fecerat ei vir [29] ille.

17 Et dixit, Sex [Epha] hordei ista dedit mihi: nā dixit mihi [30] Non venies vacua ad socrum tuam.

18 Tum illa ait, [31] Sede filia mea, [32] dum resciscas quomodo [33] cadat haec res: siquidem vir ille haudquaquam conquiescet, donec hoc ipso die negotium effecerit.

1 POstquam autem reuersa est ad socrum suam, audiuit ab ea, Filia mi, quaeram tibi requiem, & prouidebo vt bene sit tibi.

2 Booz iste, cuius puellis in agro iuncta es, propinquus noster est, & hac nocte aream hordei ventilat.

3 Lauare igitur, & vngere, & induere cultioribus vestimentis, & descende in aream. non te videat homo, donec esum potumq; finierit.

4 Quando autem ierit ad dormiēdum, nota locum in quo dormiat: veniesq; & discooperies pallium quo operitur à parte pedum, & proiicies te, & ibi iacebis: Ipse autem dicet tibi quid agere debeas.

5 Quae respondit, Quicquid praeceperis, faciam.

6 Descenditq; in aream, & fecit omnia quae sibi imperauerat socrus.

7 Cumq; comedisset Booz, & bibisset, & factus esset hilarior, iissetq; ad dormiēdum iuxta aceruum manipulorum, venit abscondité, & discooperto pallio à pedibus eius, se proiecit.

8 Et ecce, nocte iam media expauit homo, & conturbatus est: viditq; mulierem iacentem ad pedes suos, & ait illi,

9 Quae es? Illaque respondit, Ego sum Ruth ancilla tua: expande pallium tuum super famulam tuam, quia propinquus es.

10 Et ille, Benedicta, inquit, es à Domino, filia, & priorem misericordiam posteriore superasti: quia non es secuta iuuenes pauperes, siue diuites.

11 Noli ergo metuere, sed quicquid dixeris mihi, faciam tibi. Scit enim omnis populus, qui habitat intra portas vrbis meae, mulierē te esse virtutis.

12 Nec abnuo me propinquum, sed est alius me propinquior.

13 Quiesce hac nocte: & facto manè, si te voluerit propinquitatis iure retinere, bene res acta est: sin autem ille noluerit, ego te absq; vlla dubitatione suscipiam, viuit Dominus: dormi vsque manè.

14 Dormiuit itaq; ad pedes eius, vsq; ad noctis abscessum. Surrexit itaq; antequam homines se cognoscerent mutuo. & dixit Booz, Caue ne quis nouerit quod huc veneris.

15 Et rursum, Expande, inquit, pallium tuum, quo operiris, & tene vtraq; manu. Qua extendente, & tenente, mensus est sex modios hordei, & posuit super eam.

16 Quae portans ingressa est ciuitatem, & venit ad socrū suam, quae dixit ei, Quid egisti filia? Narrauitq; ei omnia quae sibi fecisset homo.

17 Et ait, Ecce sex modios hordei dedit mihi, & ait, Nolo te vacuam reuerti ad socrum tuam.

18 Dixitque Noemi, Expecta filia, donec videamus quem res exitum habeat. neque enim cessabit homo, nisi compleuerit quod locutus est.

A *Ruth socrus suae suasu proficiscitur ad Booz.*

B

Dormit ad pedes Booz.

C *Booz agnoscit se esse propinquū ipsi Ruth.*

D

Ruth sex hordei modios refert ad socrum.

CAP. III.
1 Heb. hic per interrogationē legitur. Nonne quaeram, &c. vt magis affirmet. Requiem vocat nuptias.
2 Heb. aream hordeorum. id est hordeum quod est in area.
3 sub. elegantioribus, quibus scilicet vteris diebus festis.
4 (& vide) ne te moram facias viro illi.
5 Heb. finierit edere & bibere.
6 Erit autem, quum ille cubuerit.
7 scito, cognosce.
8 i. iacebit.
9 Heb. pedes. id est, inferiorem partem lecti.
10 Heb. bonumque esset cor eius, id est, exhilaratumque esset, &c.
11 vel, acerui.
12 sub. iuxta pedes illius.
13 inclinasset se. vel, concussisset.
14 Alam expandere super aliquem, metaphora est sumpta à volucribus, est eum in tutelam suam suscipere.
15 redemptor. i. tu ille es qui marito meo defuncto debes suscitare semen.
16 id est, Dominus fauore suo te prosequatur.
17 Heb. meliorem fecisti gratiam tuam posteriorem priore. vel, potius, praestantiorem reddidisti pietatem tuam posteriorem priore, &c.
18 Heb. omnis porta. In portis erant iudicia & fora. i. omnis senatus.
19 fortitudine. robore.
20 (sub. agnosco) quod verum est, quod certe redemptor sum, siue propinquus.
21 redemptor. siue, propinquus.
22 redemptoris. Hebr. si redimet te, bonum est, redimat: & si non voluerit te redimere, redimam te. q. d. si te voluerit accipere in vxorem, tanquam qui illud facere debeat, iure propinquitatis, recte est. si verò nolit te ducere, ... 23 socium suum agnoscere posset. 24 sc. Ne cognoscatur. id est, Da operam ne quis resciscat te huc venisse. 25 Affer. 26 id est, quo ... 27 super eam. 28 Quis (es) tu. 29 Boaz. 30 Ne ... 31 id est, sis quieta. 32 donec. 33 cadet. id est, ... hoc negotium.

CAPVT IV.

1 ASCendens autem Boaz ad portam, consedit illic, & ecce praeteriit [1] vindex ille de quo Boaz di-

1 ASCendit ergo Booz ad portā, & sedit ibi. Cūmque vidisset propinquum praeterire, de quo

A *Booz accipit Ruth in vxorē.*

CAPVT IV. 1 redemptor. vel, propinquus.

prius

prius sermo habitus est, dixit ad eum, Declina paulisper, & sede hic: vocans eum nomine suo. Qui diuertit, & sedit.

2 Tollens autem Booz decem viros de senioribus ciuitatis, dixit ad eos, Sedete hic. quibus residentibus locutus est ad propinquum.

3 Partem agri fratris nostri Elimélech [a] vendet Noemi, quæ reuersa est de regione Moabitide. quod audire te volui, & tibi dicere coram cunctis sedentibus, & maioribus natu de populo meo.

4 Si vis possidere iure propinquitatis: eme, & posside. sin autem displicet tibi hoc ipsum, indica mihi, vt sciam quid facere debeam. nullus enim est propinquus excepto te, qui prior es: & me, qui secundus sum.

5 At ille respondit, Ego agrum emam. Cui dixit
B Booz, Quando emeris agrum de manu mulieris, Ruth quoque Moabitidem, quæ vxor defuncti fuit, debes accipere: vt suscites nomen propinqui tui in hæreditate sua.

6 Qui respondit, Cedo iuri propinquitatis: neque enim posteritatem familiæ meæ delere debeo. tu meo vtere priuilegio, quo me libenter carere profiteor.

7 ‖ Hic autem erat mos antiquitus in Israel inter propinquos, vt siquando alter alteri suo iuri cedebat: vt esset firma concessio, soluebat homo calceamentum suum, & dabat [b] propinquo suo. hoc erat testimonium cessionis in Israel.

8 Dixit ergo propinquo suo Booz, Tolle calceamentum. [c] Quod statim soluit de pede suo.

9 At ille maioribus natu, & vniuerso populo, Testes vos, inquit, estis hodie, quod possederim o-
C mnia quæ fuerunt Elimélech & Chelion & Mahalon, tradente Noemi:

10 Et Ruth Moabitidem, vxorem Mahalon, in coniugium sumpserim, vt suscitem nomen defuncti in hæreditate sua, ne vocabulum eius de familia sua, ac fratrib⁹ & populo deleatur. vos, inquam, huius rei testes estis.

11 Respondit omnis populus qui erat in porta, & maiores natu, Nos testes sumus: faciat Dominus hanc mulierem, quæ ingreditur domum tuam, sicut Rachél, & Liam, quæ ædificauerunt domum Israel: vt sit exemplum virtutis in Ephratha, & habeat celebre nomen in Beth-léhem:

12 Fiatq; domus tua, sicut domus Pharès, (‖ quē Thamar peperit Iudæ.) de semine quod tibi dederit Dominus ex hac puella.
D
13 Tulit itaq; Booz Ruth, & accepit vxorem: ingressusque est ad eam. & dedit illi Dominus vt conciperet, & pareret filium.

14 Dixerúntque mulieres ad Noemi, Benedictus Dominus qui nō est passus vt deficeret successor familiæ tuæ, & vocaretur nomē eius in Israel:

15 Et habeas qui consoletur animam tuam, & enutriat senectutem. de nuru enim tua natus est, qui te [d] diliget: & multo tibi melior est. quam si septem haberes filios.

16 Susceptumq; Noemi puerum posuit in sinu suo, & nutricis ac gerulæ fungebatur officio.

17 Vicinæ autem mulieres congratulantes ei, & dicentes, Natus est filius Noemi: vocauerunt nomē eius Obed: hic est pater Isai, patris Dauid.

18 Hæ sunt generationes Phares: ‖ Phares genuit Esron. Esron genuit [e] Aram. Aram genuit Aminadab. Aminadab genuit Nahasson. Nahasson genuit Salmon. Salmon genuit Booz. Booz genuit Obed. Obed genuit Isai, Isai genuit Dauid.

[a] *vendit*

Deut. 25. b.

Calceamentum suum soluere.

[b] *proximo*

[c] *[illegible]*

Ædificare domum.

Gen. 38.

Ruth parit filium Obed nomine.

[d] *diligit:*

Ex quibus ortus Dauid, Matth. 1. a.

[e] *Ram, Ram*

vocat, cui ait, Accede [1] *quisquis tandem sis, & sede hic. qui* [2] *concedens sedit.*

2 *Et accepit decem viris ex senioribus vrbis, dixit, Consedete hic. & consederunt. Dixitque ad* [4] *vindicem.*

3 *Partem illius agri quam habuit frater noster Elimelech, vendere (cogitat) Naemi, quæ rediit de regione Moab: ego vero* [5] *cogitaui vt hæc tibi significarem, dicerémq; vt* [6] *vendicares:*

4 *Si ergo vendicare volueris, vendica coram sedentibus illis, & coram senioribus populi mei; si vero* [7] *vendicare nolueris, indica mihi vt sciam: non est enim præter te qui* [8] *vendicet, & ego post te.*

5 *Et dixit,* [9] *Vendicabo. Addidit Boaz, Eodem die quo agellum* [10] *possederis de manu Naemi,* [11] *possidebis & Ruth Moabitidem vxorem defuncti, vt* [12] *excuscites nomen demortui* [13] *in hæreditate sua.*

6 *Respondit* [14] *vindex, Non possum mihi* [15] *vendicare, ne forte* [16] *vastem* [17] *hæreditatem meam.* [18] *vendica tu tibi ius propinquitatis meæ, quoniam ego* [19] *redimere non potero.*

7 *Erat autem iam olim hæc (consuetudo) in Israele, in* [20] *vendicatione, & in commutatione ad firmandum negocium quodcunque, vt aliquis detraheret calceum suum, daretq; proximo suo: &* [21] *hæc fuit obtestatio in Israele.*

8 *Dixit igitur propinquus ad Boaz* [22] *posside tibi. simulq; detraxit calceamentum suum.*

9 *Et ait Boaz ad seniores, & ad cunctum populum, Testes vos estis hodie, quod* [23] *possederim omnia quæ fuerunt Elimelech. & omnia quæ fuerunt Chilon & Mahlon de manu Naemi.*

10 *Sed & Ruth Moabitidem vxorem Mahlon acquisiui mihi vxorem, vt suscitem nomen defuncti in hæreditate sua, vt non excindatur nomen demortui de fratribus suis, & de porta loci eius: testes (inquam) vos estis hodie.*

11 *Et dixerunt omnes qui ex populo erant in porta cum senioribus, Testes. Dominus faciat huic mulieri quæ ingreditur domum tuam, sicut Raheli & Leæ, quæ duæ ædificauerunt domum Israel, & tu* [24] *strenue age in Ephrata, &* [25] *sis magni nominis in Bethlehem.*

12 *Fiat domus tua vt domus Parez (quem peperit Thamar ipsi Iudæ) de semine quod tibi Dominus ex hac puella dederit.*

13 *Duxit itaq; Boaz Ruth, & facta est ei vxor. Et quum ingressus esset ad eam, dedit* [26] *ei Dominus vt conciperet, pareretque filium.*

14 *Et dixerunt mulieres ad Naemi, Laudandus Dominus, qui non* [27] *permisit vt deficeret tibi hodie vindex, quo minus vocaretur nomen eius in Israele.*

15 [28] *Qui sit tibi reductor animæ tuæ, &* [29] *sustentator senectutis tuæ: quoniam nurus tua quæ te dilexit genuit eum, & hæc ipsa* [30] *melior est tibi quam septem filii.*

16 *Accipiens autem Naemi filium, posuit eum in gremio suo, fuitq;* [32] *nutrix eius.*

17 *Et vicinæ* [33] *imposuerunt ei nomen, dicentes, Natus est Naemi filius.* [34] *vocaruntq; nomen eius Obed. Ipse est pater Isai patris Dauidis.*

18 *Sunt autem istæ generationes Parez. Parez genuit Hesron. Hezron autem genuit Ram. Ram autem genuit Amminadab. Amminadab vero genuit Nahasson: Nahasson autem genuit Salma. Salma genuit Boaz: Boaz genuit Obed. Porro Obed genuit Isai, & Isai genuit Dauid.*

1 Hebraicè, Peloni Almoni. voces quæ nihil significant apud Hebræos tantum vice alicuius proprii nominis ponuntur quoties tacetur, quasi dicas corrupto sermone, tu talis sede. Vide 1. Reg. 21. a.
2 vel, accedens
4 illum redemptorem. vel, propinquum,
5 Heb. dixi, (sub. apud me,) Reuelabo aurē tuam,
6 Heb. acquireres illum agrum coram sedentibus illis & coram senioribus populi mei si redimere vis redimendo. Sedentes vocat eos qui cum eo sedebant, aut iudices. Alii vertunt, coram habitatoribus.
7 redimere
8 redimere possit,
9 Redimam.
10 acquisieris
11 acquisieris, vel, acquisiuisti
12 vel, erigas
13 ad possessionem eius.
14 redemptor. vel, propinquus,
15 redimere,
16 vel, perdam
17 i. posteros meos.
18 redime tibi tu redemptionē meam, i. redime tibi agrum illum quem ego redimere possum.
19 redimere
20 redēptione,
21 hoc fuit testimonium. subscelerosit
22 Acquire, Compara
23 acquisierim. compatauerim
24 compara facultates. Aut potius, virum te fortem & strenuum præbe vocans tibi famā.
25 Heb. voca nomen. i. compara tibi nomē, acquire tibi famam. Chaldæus paraph. fac vocis tibi famam.
26 sub mulieri.
27 Heb. cessare fecit tibi redemptorem (vel, propinquum) hodie, & vocabitur nomen eius &c. celebre erit nomen eius

in Israele. 28 Heb. Et erit in restaurantem animam [illegible] de prole quam nunquam ne sperasses quidem. 29 nutriat 30 vel, [illegible]
31 [illegible]

LIBER PRIMVS SAMVELIS, QVEM nos primum Regum dicimus.

Hieronymi in libros Regum præfatio.

VIGINTI & duas literas esse apud Hebræos, Syrorum quoq; & Chaldæorũ lingua testatur, quæ Hebrææ magna ex parte cõfinis est. Nam & ipsi viginti duo elementa habẽt eodem sono, sed diuersis characteribus. Samaritani etiam pentateuchũ Moysi totidem literis scriptitant, figuris tantum, & apicibus discrepantes. certúmq; est Esdram scribam, legisq; doctorem, post captã Ierosolymam & instaurationem templi sub Zorobabel, alias literas reperisse quibus nunc vtimur: cum ad illud vsque tempus iidẽ Samaritanorum & Hebræorum characteres fuerint. In libro quoque Numerorum hæc eadem supputatio, sub Leuitarũ, ac sacerdotum censu, mysticè ostenditur. Et nomen Domini, Tetragrammaton, in quibusdam Græcis voluminibus vsque hodie, antiquis expressum literis inuenimus. Sed & Psalmi tricesimusséxtus, & centesimusdecimus, & centesimus vndecimus, & centesimusdecimusoctauus, & centesimusquadragesimusquartus, quanquam diuerso scribantur metro, tamen eiusdem numeri texuntur alphabeto. Et Ieremiæ lamentationes, & oratio eius. Salamonis quoq; in fine prouerbia, ab eo loco in quo ait, Mulierem fortem quis inueniet? iisdẽ alphabetis vel incisionibus supputantur. Porro quinq; literæ duplices apud Hebræos sunt: Caph, Mem, Nun, Pe, Sade. aliter enim scribũtur per has principia, medietatésq; verborum, aliter fines. Vnde & quinq; a plerisq; libri, duplices æstimãtur, Samuel, Melachim, Dibre haiamim, Esdras, Ieremias, cu Cinoth, id est lamentationibus suis. Quomodo igitur viginti duo elemẽta sunt per quę scribimus Hebraicè omne quod loquimur, & eorũ initiis vox humana comprehẽditur: ita viginti duo volumina supputãtur, quibus quasi literis & exordiis [illegible] tenera adhuc & lactẽs viri iusti eruditur infantia. Primus apud eos liber vocatur BERESITH, quem nos Genesin dicimus. Secundus, VEELLE SEMOTH, qui Exodus appellatur. Tertius, VAIICRA, id est, Leuiticus. Quartus, VAIEDABBER, quem Numeros vocamus. Quintus, ELLE HADDEBARIM, qui Deuteronomium prænotatur. Hi sunt quinque libri Moysi quos propriè THORAH, id est legem appellant. Secundum Prophetarum ordinem faciunt, & incipiunt ab Iesu filio Naue, qui apud eos IEHOSVA BEN-NVN dicitur. Deinde subtexunt SOPHETIM, id est, Iudicum librum. Et in eundem compingunt RVTH: quia in diebus iudicum, facta eius narratur historia. Tertius sequitur SAMVEL, quem nos Regum primum & secundum dicimus. Quartus MELACHIM, id est Regum: qui tertio & quarto Regum volumine continetur. Meliúsq; multo est MALACIM, id est Regum, quàm MELACOTH, id est regnorum, dicere. Non enim multarum gentium describit regna: sed vnius Israelitici populi, qui tribubus duodecim continetur. Quintus, est ESAIAS. Sextus, IEREMIAS. Septimus, IEZECHIEL. Octauus, liber duodecim Prophetarum: qui apud illos vocatur THEREASAR. Tertius ordo, hagiographa possidet: & primus liber incipit ab IOB. Secundus a DAVID, quem quinq; incisionibus, & vno Psalmorum volumine comprehendunt. Tertius est SALOMON, tres libros habens, Prouerbia quæ illi MISLE, id est parabolas, appellant. Quartus, Ecclesiasten, id est COHELETH. Quintus, Cãticum canticorum, quẽ titulo SIRHASSIRIM prænotant. Sextus, est DANIEL. Septimus, DIBRE HAIAMIM, id est verba dierum: quod significantius Chronicon totius diuinæ historiæ possumus appellare, qui liber apud nos Paralipomenon primus & secundus inscribitur. Octauus, ESDRAS: qui & ipse similiter apud Græcos & Latinos, in duos libros diuisus est. Nonus, ESTHER. Atque ita fiunt pariter veteris legis libri viginti duo: id est Moysi quinque, & Prophetarum octo, hagiographorum nouem. Quanquam nonnulli RVTH & CINOTH inter hagiographa scriptitẽt, & hos libros in suo putẽt numero supputandos: ac per hoc esse priscæ legis libros vigintiquatuor: quos sub numero vigintiquatuor seniorum Apocalypsis Iohannis inducit adorantes Agnum, & coronas suas prostratis vultibus offerentes. stantibus coram quatuor animalibus oculatis retro & antè, id est in præteritum & in futurum: & indefessa voce clamantibus, Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus Deus omnipotens, qui erat, & qui est, & qui futurus est. Hic prologus, Scripturarũ quasi galeatũ principium, omnibus libris quos de Hebræo vertimus in Latinum, conuenire potest: vt scire valeamus quicquid extra hos est, inter apocrypha esse ponendum. Igitur Sapientia quæ vulgò Salomonis inscribitur, & Iesu filii Sirach liber, & Iudith, & Tobias, & pastor, non sunt in canone. Machabæorum primum librum Hebraicum reperi. Secundus Græcus est: quod ex ipsa quoque phrasi probari potest. Quæ cum ita se habeant, obsecro te lector, ne laborem meum, reprehensionem existimes antiquorum. In templo Dei offert vnusquisque quod potest: alii aurum & argentum & lapides preciosos, alii byssum & purpuram & coccũ offerunt & hyacinthum: nobiscum bene agetur, si obtulerimus pelles & caprarum pilos. Et tamen Apostolus contemptibiliora nostra magis necessaria iudicat. Vnde & tota illa tabernaculi pulchritudo, & per singulas species ecclesiæ præsentis, futuræq; distinctio, pellibus tegitur & ciliciis: ardorésq; solis & iniuriam imbrium ea quæ viliora sunt prohibent. Lege ergo primum Samuel & Malachim meum, meum, inquam, meum. quicquid enim crebrius vertendo, & emendando sollicitius, & didicimus & tenemus, nostrum est. Et cùm intellexeris quod antea nesciebas, vel interpretem me existimato, si gratus es: vel paraphrasten, si ingratus. quanquam mihi omnino conscius non sim mutasse me quippiam de Hebraica veritate. Certè si incredulus es, lege Græcos codices & Latinos, & confer cum his opusculis, & vbicunq; discrepare inter se videris, interroga quemlibet Hebræorum, cui magis accommodare debeas fidem. Et si nostra firmauerit, puto quod eum non existimes coniectorem, vt in eodem loco mecum similiter diuinarit. Sed & vos famulas CHRISTI rogo, quæ Domini discumbentis preciosissimo fidei myrrho vngitis caput, quæ nequaquam Saluatorem quæritis in sepulchro, quibus iam ad Patrem CHRISTVS ascendit: vt contra latrantes canes qui aduersum me rabido ore desæuiunt, & circumeunt ciuitatem, atq; in eo se doctos arbitrantur, si aliis detrahant, orationum vestrarum clypeos opponatis. Ego sciens humilitatem meam, illius semper sententiæ recordabor, Dixi, custodiam vias meas: vt non delinquam in lingua mea. Posui ori meo custodiam, cum consisteret peccator aduersum me. Obmutui, & humiliatus sum: & silui a bonis.

Argumentum in primum librum Samuelis.

Duos hosce priores libros vocant Hebræi libros Samuelis, quòd contineant conceptionem, natiuitatem, & res gestas Samuelis: posteriores verò vocant libros Regum, quòd complectantur res gestas regum Israelis. Quatuor hosce vocant Latini libros Regum, quod in prioribus, vt in posterioribus, regum gesta narrentur. Dicunt hunc librum subiectum libro Iudicum, quod Eli & Samuel fuerint duo postremi iudices, Hebræi tamen afferunt alias rationes. Atq; ita primus liber Samuelis res gestas sub Heli & Samuele, ac Rege Saule describit Ebliq; historia octoginta annorum.

CAPVT I.

FVit vir[1] quidam ex[2] Ramathaim Zophim, [3] ex monte Ephraim, cuius nomen [4] Elcana, filius Ierohami filii Elihu filii Tohu filii Zuph, [5] Ephrathæus: & is duas habuit vxores, nomẽ vnius fuit Hanna, alterius nomen Peninna:

2 *Peninna filios habuit, Hanna nulli fuerunt liberi.*

3 *[6] Ascẽdit vir ille [6] quotãnis, [5] de ciuitate sua, vt adoraret & sacrificaret Domino [6] exercituũ in Silo, vbi erãt duo filii Eli, Hophni & Pinhas [7] sacerdotes Domini.*

4 *[8] Et quum esset dies ille (festus,) immolauit El-*

FVit vir vnus de Ramathaim-sophim, de monte Ephraim, & nomen eius Elcana, filius Ieroham, filii Eliu, filii Thohu, filii Suph, Ephrathæus: & habuit duas vxores, nomen vni: Anna, & nomen secundæ Phenenna. A

2 Fueruntq; Phenennæ filii: Annæ autem non erant liberi.

3 Et ascendebat vir ille de ciuitate sua statutis diebus, vt adoraret & sacrificaret Domino exercituum in Silo. Erant autem ibi duo filii Heli, Ophni & Phinees, sacerdotes Domini.

4 Venit ergo dies, & immolauit El-

Elcana duas vxores habet, Annam & Phenennam.

Ophni & Phinees, filii Heli.

1 vel, Fuit vir ex [illegible] 2 Ramathaim [illegible] est dua[illegible] Hebræ[illegible] [illegible] duo [illegible] oppi[illegible] [illegible] Dilucide [illegible] Rama [illegible] ea quæ dicebatur Sophim, i. speculatorũ, in qua habitabant speculatores, hoc est, prophetæ & [illegible] Hebræa [illegible], quæ pro de [illegible] ponitur, repetẽda est, de Ramatha de Sophim. Chaldæus paraph. vertit, de altero oppidorũ Ramatha, [illegible] habitabant discipuli prophetarũ. Pro Sophim, [illegible] de altero oppido [illegible]. Rama [illegible] Duo [illegible] oppida Ramoth, [illegible] speculabantur siue [illegible]. 3 vel, in monte Ephraim, [illegible] 4 Fuit vir iste Leuita de nepot[illegible] Core [illegible] doceret habitasse in [illegible] qui habitabat in tribu Ephraim [illegible] Paral. 6. 5 [illegible] de tribu Ephraim & habitabat in ipso monte Ephraim [illegible] Alii vertunt, Ephrateus, [illegible] Ephratæ [illegible] 6 Ascendebat sub ter [illegible] in anno [illegible] numerat, quod [illegible] habitauerit in monte Ephraim. [illegible] ducebat secũ [illegible] 6 Chaldæus paraph. vertit, [illegible] liquet ascendere mares [illegible] 7 vel, sacerdotes Domino [illegible] 8 Quum autẽ venisset [illegible] Deo eius omnia [illegible] Quo scilicet solebat Elcana [illegible] immolare hostias pacificas. Quidã dicunt [illegible] tabernaculorum.

cana, deditq; Phenennæ vxori suæ, & cunctis filiis eius, & filiabus partes:

5 Annę autē dedit partē vnam tristis, quià Annā diligebat. Dominus autē concluserat vuluam eius.

Phenenna exprobrat Annæ sterilitatem.

6 Affligebat quoq; eam æmula eius, & vehementer angebat, in tantum vt exprobraret quòd
B Dominus conclusisset vuluam eius:

7 Sicq; faciebat per singulos annos, cū redeunte tēpore ascenderēt ad templum Domini: & sic prouocabat eā. porrò illa flebat. & non capiebat cibū.

8 Dixit ergo ei Elcana vir suus, Anna cur fles? & quare nō comedis? & quā ob rem affligitur cor tuum? numquid non ego melior tibi sum, quàm decē filii?

9 Surrexit autem Anna postquam comederat, & biberat in Silo. & Heli sacerdote sedente super sellam ante postes domus Domini:

10 Cum esset Anna amaro animo, orauit ad Dominum flens largiter.

Anna petit à Domino filiū.

11 Et votū vouit, dicēs, Domine exercituū, si respiciēs videris afflictionē famulę tuæ, & recordatus mei fueris, nec oblitus ancillę tuę, dederisq; seruę tuæ sexū virilē: dabo eū Domino omnibus diebus vitæ eius, & nouacula non ascendet super caput eius.

12 Factum est autē cum illa multiplicaret preces coram Domino, vt Heli obseruaret os eius.

Oratio in corde.

13 Porrò Anna loquebatur in corde suo, tātumque labia illius mouebantur, & vox penitus non
C audiebatur. æstimauit ergo eam Heli temulentam.

Heli reputat Annā ebriā.

14 Dixitq; ei, Vsquequo ebria eris? digere paulisper vinum quo mades.

15 Respondens Anna, Nequaquam, inquit, domine mi: nam mulier infœlix nimis ego sum. vinumq; & omne quod inebriare potest, non bibi, sed effudi animam meam in conspectu Domini.

16 Ne reputes ancillam tuam quasi vnam de filiabus Belial: quia ex multitudine doloris, & mœroris mei locuta sum vsque in præsens.

17 Tunc Heli ait ei, Vade in pace, & Deus Israel det tibi petitionem tuam, quam rogasti eum.

18 At illa dixit, Vtinā inueniat ancilla tua gratiā in oculis tuis. Et abiit mulier in viā suam, & comedit, vultusq; illius non sunt amplius in diuersa mutati.

19 Et surrexerunt mane, & adorauerunt coram Domino: reuersiq; sunt, & venerunt in domum suam in Ramatha. cognouit autem Elcana Annam vxorem suam: & recordatus est eius Dominus.

Anna parit filium, quē vocauit Samuel.

20 Et factum est post circulum dierum, concepit Anna, & peperit filium, vocauitq; nomen eius Samuel: eo quòd à Domino postulasset eum.

D 21 Ascēdit autē vir eius Elcana, & omnis domus eius, vt immolaret Domino hostiā solennē, & votū suū.

22 Et Anna nō ascēdit: dixit enim viro suo, Non vadā, donec ablactetur infans: & ducam eū, vt appareat ante conspectū Domini, & maneat ibi iugiter.

23 Et ait ei Elcana vir suus, Fac quod bonū tibi videtur, & mane donec ablactes eum: precorq; vt impleat Dominus verbum suum. Mansit ergo mulier, & lactauit filium suū donec amoueret eum à lacte.

cana, deditq; Peninnæ vxori suæ & cunctis filiis eius, atq; filiabus eius [9] partes.

5 Hannæ vero vnam duntaxat [10] partem dabat dimissis vultu: nam diligebat Hannam. [11] Dominus autē concluserat vterum eius.

6 [12] Porro deuexatrix eius etiā ad iram concitauit eam, propterea quod Dominus clauserat vterum eius.

7 [13] Quumq; in annua vice sic faceret, quum ista quoque ascenderet ad domum Domini, illam quoq; deuexabat: qua flebat, nihilque comedebat.

8 Dixit autem ad eam Elcana maritus eius, Hanna cur fles? & quare non edis? quid vero [14] turbatur cor tuū? annon ego [15] apud te potior sum quā decem filii?

9 Surrexit itaq; Hanna postquam [16] comedisset in Silo, & postquam bibisset, & Eli sacerdos sedebat super [17] solium [18] iuxta postem [19] templi Domini.

10 Ipsa vero quum esset [20] mœsto animo, [21] precata est Dominum, abundeq; fleuit.

11 Votū deinde vouit, dicens, Domine exercituum, si [22] respexeris afflictionē ancillæ tuæ, & recordatus fueris mei, neq; fueris oblitus ancillæ tuæ, sed dederis ancillæ tuæ [23] filium, [24] dedicabo eum Domino cunctis diebus vitæ suæ, [25] neq; nouacula admouebitur capiti eius.

12 Quumq; [26] constanter oraret coram Domino, Eli obseruabat [27] os eius.

13 Hanna autem loquebatur in corde suo, & duntaxat labia eius mouebantur, vox autem eius non audiebatur. Eli ergo eam temulentam esse iudicabat.

14 Dixitq; ad eam Eli, [28] Quousq; ebria eris? depone vinum tuum à te.

15 Respondit Hanna, & ait, Minime mi domine, ego mulier sum [29] ægro animo, vinum & [30] siceram non bibi, sed [31] effudi animam meam coram Domino.

16 [32] Ne ꝯnumeres me ancillam tuam inter filias Belial: Nam [33] ex multitudine meditationis meæ & turbationis meæ hactenus loquuta sum.

17 Cui Eli respondens, ait, Vade in pace, Deus Israel præstet tibi petitionem tuam quam petisti ab eo.

18 Quæ ait, [34] Impetret ancilla tua gratiam apud te. Abiens ergo mulier itinere suo, comedit, [35] neq; fuit amplius mœsta.

19 [36] Consurgentes igitur mane, adorauerunt [37] coram Domino: & reuersi venerunt in domum suam in Ramatha. Cognouit itaq; Elcana Hannam vxorem suam, & Dominus [38] recordatus est eius.

20 Nā factū est, vt [39] reuolutis aliquot dieb., conciperet Hanna & filium pareret, cui ut nomen vocauit [40] Samuel, (dicens nempe,) Quoniam à Domino postulaui eum.

21 Ascēdit autē vir ille Elcana, & tota familia eius, vt sacrificaret Domino sacrificium [40] dierū & [41] votum suum.

22 Hanna verumtamen non ascendit, sed dixit marito suo, [42] Quum puer fuerit ablactatus, tunc ducam eum, vt [43] appareat coram Domino, & maneat ibi perpetuo.

23 Respondit ei Elcana maritus eius, Fac [44] quod tibi videtur, mane donec ablactes eum, modo Dominus [45] firmet verbum suum. Mansit itaque mulier, & lactauit filium suum, donec eum ablactaret.

9 vel, portiunculas. Offerēti edebant partem hostiarum corā Domino in atrio exceptione tabernaculi fœderis. 10 Heb. partem [illegible] (vel, vultus) dabat. i. partē [illegible] [illegible] [illegible] esse tristē quod esset sterilis. Chaldæus paraph. electam. [illegible] summa diligentia ex aliis omnibus, in quā [illegible] oculos cōiceret. vel, quā etiā in conuiuio lauto apponi posset [illegible] conuiuum. Alii, partē tristē vel [illegible] i. quā cum tristitia dabat & mœstus. Alii portionē [illegible] interpretātur, i. portionē quæ daretur illi ad [illegible] eam iram. 11 vel, quamuis Dominus [illegible] [illegible] &c. [illegible] 12 Heb. Prouocabat autē eā æmula sua [illegible] [illegible] vt tristitia (& mœrore) afficeret eā quod Dominus [illegible] &c. 13 Heb. Sic autē facere solebat (sub Elcana) [illegible] (&) quum illa (Phenēna) ascēderet in domum Domini, sic prouocare solebat eā (sub. Annā:) flebat ergo, &c. i. sic quotannis Elcana ascendebat in tabernaculum Domini, & [illegible] 14 vel, affligitur, i. turbato animo agis? 15 melior sum tibi [illegible] q. d. nōne deberes me pluris facere quam decem filios? [illegible] pullum multo

[illegible] in te beneficia cōferre quam decē liberi? 16 comedissent in Silo & bibissent: Eli autē &c. [illegible] [illegible] atrio, sed extra atriū [illegible] [illegible] fuerat ne quis [illegible] per [illegible] 17 vel, sedē siue, in magno [illegible] illo erat [illegible] summus pontifex. 18 i. ad alterum ex postibus ad alterum atrii latus. 19 i. loca in quo erat tabernaculum Domini. Per [illegible] intellige atrium, aut totū illud ædificiū quod atriū & tabernaculum fœderis complectebatur. Sacerdotibus neq; [illegible], neq; sedere licebat in atrio, sed extra atriū. 20 Heb. amaro 21 sub. [illegible] ante tabernaculum fœderis. 22 Heb. videndo videris. i. si dignatus fueris contēplari. 23 Heb. semē virile i. masculū Chaldæus paraph. [illegible] semē inter filios hominū. 24 vt fuisset Domino [illegible] [illegible] 25 i. capillus eius nunquā [illegible] [illegible] [illegible] Tēpli minister fuerit Samuel, [illegible] Chaldæus paraph. pro; nouacula vertit terrorē [illegible] Hebræa haberet aleph in hac מורא, quæ significat terrorē. terror nō ascēdet &c. i. imperium hominis [illegible] terror hominis [illegible] [illegible] præter quam Deo. Rectius tamē [illegible] 26 Heb. multiplicaret ad orandū [illegible] [illegible] Deo hoc est versus eā partē in qua Dominus se præsentē exhibebat. 27 i. [illegible] [illegible] [illegible] 29 Heb. dura spiritu, i. ægra animo: quam [illegible] [illegible] [illegible] Chaldæus paraph. vertit, neq; vinū [illegible] 30 [illegible] 31 Heb. Ne ponas me coram filio [illegible] q. d. Noli me habere pro muliere temulenta, & improba. 32 [illegible] [illegible] & ægritudinis [illegible] [illegible] querelas, & ægretes [illegible] 33 [illegible] 34 Heb. [illegible] omnē tristitia. Vultum [illegible] [illegible] 35 [illegible] 36 [illegible] [illegible] 37 Verbis mutuis [illegible] templum declarat 38 [illegible] 39 Etymologia non sunt semper exigenda ad regulas grammaticas. Aliter autē [illegible] nomina in Hebræa, aliter à Latinis. [illegible] enim in cōpositis Hebraicis ceruantur tantum prima literæ vocum e quibus vocabulum cōponitur, vt ex hoc nomine Samuelis [illegible] quod impositum est à muliere, à nō à viro docto. retinetq; primā tantū literā verbi שאל, quod postulauit significat. 40 i. quod facere solebat singulis annis. 41 sub. offerret. 42 Heb. Nō ascendā donec ablactatus fuerit infans vt deducā &c. 43 vel, cōspiciatur. i. sistatur ante Dominū 44 Heb. quod bonū est in oculis tuis. 45 adimpleat. q. d. [illegible] à Deo, vt [illegible] quæ à nobis promisit per Heli. [illegible] [illegible] [illegible]

*Chald. par. Rem adhu. lactant.
46 Immolato autem iuuenco,
47 Assueratiomis genus. q. d. Tam vera quæ dictura sum, quã verum est te viuere. Gallicè dicimus, Aussi vray que tu es icy ou là. vel Tam vera sunt quæ ego dictura sum, quàm verum est quod ego opto vitam tuam.
48 iuxta te, (vel, apud te,) adorãdū. aut, orando.
49 commodaui. vel, mutuaui. i. vt mihi à Deo donatus est, ita etiam ego illi ipsum dono. vel, decreui, & voui me traditurum illum utendum Domino.
50 omnibus diebus quibus erit commodatus Domino. i. quãdiu erit superstes, profecto datus est Domino.
51 sub. Heli. q. d. tunc Heli acquieuit precibus mulieris quæ petebat vt ipse Deo gratias ageret. ille gratias egit de beneficio quod illa accepisset.

CAP. II.
1 q. d. Orancia Anna, hoc est a Deo petierat filium: quem quia ab eo acceperat, nunc dicit hic gratias agit. Aut, Precata est Deum Anna vt accentum haberet Samuelem: postea gratias agit de tanto beneficio accepto. vel, Orauit autẽ. i. fudit preces, & gratias egit. &c.

24 *Quumq; ablactasset eum, duxit illum secum, cum tribus iuuencis, & epha farina, atq; vtre vini, & introduxit eum in domum Domini in Silo,* ° *eratque admodum puer.*

25 [46] *Mactantes autem iuuencum,* ° *adduxerunt puerum ad Eli.*

26 *Ipsaq; dixit, Mi Domine,* [47] *viuit anima tua mi Domine, ego sum mulier illa, que hic stabam* [48] *coram te, vt orarem ad Dominum.*

27 *Pro puero isto oraui, deditq; mihi Dominus petitionem meam, quam ab eo petieram.*

28 *Et ego quoque* [49] *mancipaui cum Domino* [50] *cunctis diebus quibus ipse mancipatus erit Domino.* ° *&* [51] *gratias egit Domino.*

24 Et adduxit eum secum, postquam ablactauerat, in vitulis tribus, & [b] tribus modiis farinæ & amphora vini, & adduxit eum ad domum Domini in Silo. puer autem erat adhuc infantulus:

25 Et immolauerunt vitulum, & obtulerunt puerum Heli.

26 Et ait Anna, Obsecro mi Domine, viuit anima tua, ° ego sum illa mulier quæ steti coram te hic orans Dominum.

27 Pro puero isto oraui, & dedit mihi Dominus petitionem meam, quam postulaui eum.

28 Idcirco & ego cõmodaui eum Domino cunctis diebus, quibus fuerit accõmodatus Domino. & adorauerunt ibi Dominum. & orauit Anna, & ait.

Offertur à matre puer Samuel Domino, iuxta votum.
[b] *vno modio*
° *Domine,*

CAPVT II.

1 ORauit [1] ergo Hanna, & ait, [2] *Exultat cor meum* [3] *in Domino*, [4] *cornu meum exaltatur in Domino:* [5] *dilatatũ est os meum super inimicos meos, quoniam lætata sum* [6] *in salute tua.*

2 [7] *Non est sanctus vt est Dominus, quoniam* [8] *nihil est præter te, & non est* [9] *petra vt Deus noster.*

3 [10] *Ne sitis multi in loquendo magnifica ac superba,* [11] *cesset asperior sermo ex ore vestro, quia Deus* [12] *scientiarum Dominus est, [&* [13] *cogitatus eius perficiuntur.*

4 [14] *Arcus fortium contritus est, &* [15] *qui impingebant, accinxerunt robur.*

5 [16] *Saturi cibo, coacti sunt pro mercede seruire: & famelici* [17] *cessarunt,* [18] *donec sterilis peperit septem, & quæ multa erat liberis, infirmaretur.*

6 *Dominus* [19] *necê dat, & vita restituit: deiicit in [extremum] barathrum, [rursusq;] eruehit.*

7 *Dominus* [20] *pauperem facit, & locupletat:* [22] *deiicit & sublimem facit.*

8 [23] *Excitat* [23] *e puluere* [24] *tenuem, & inopem* [25] *è stercore extollit, vt collocet cum principibus, facitque* [26] *vt hæreditate capiant solium gloriæ: quoniam Domini sunt columnæ terræ, &* [27] *posuit super eas orbem.*

9 *Pedes* [28] *honorum suorum seruabit, impij verò in tenebris* [29] *compescẽtur: quoniam non in robore* [30] *validus erit quispiam.*

10 [31] *Hostes Domini conterentur, & super* [32] *ipsos* [33] *in cælis tonabit: Dominus* [34] *iudicat fines terræ, & dabit robur* [35] *Regi suo, exaltabitq;* [36] *cornu Christi sui.*

11 [37] *Abiit itaque Elcana in Ramath in domum suam: puer verò ministrabat Domino* [38] *coram Eli* [39] *sacerdote.*

1 EXultauit cor meum in Domino, & exaltatum est cornu meum in [a] Deo meo: dilatatum est os meum super inimicos meos: quia lætata sum in salutari tuo.

2 Non est sanctus vt est Dominus: neque enim est alius extra te, & non est fortis sicut Deus noster.

3 Nolite multiplicare loqui sublimia, gloriantes recedant vetera de ore vestro: quia Deus scientiarum Dominus est, & ipsi præparantur cogitationes.

4 Arcus fortium superatus est, & infirmi accincti sunt robore.

5 [b] Repleti prius pro panibus se locauerunt: & famelici saturati sunt, donec sterilis peperit plurimos: & quæ multos habebat filios, infirmata est.

6 Dominus mortificat & viuificat, deducit ad inferos & reducit.

7 Dominus pauperem facit & ditat, humiliat & subleuat.

8 Suscitat de puluere egenum, & de stercore eleuat pauperem: vt sedeat cum principibus, & soliũ gloriæ teneat. Domini enim sunt cardines terræ, & posuit super eos orbem.

9 Pedes sanctorum suorum seruabit, & impij in tenebris conticescent: quia non in fortitudine sua roborabitur vir.

10 Dominum formidabunt aduersarij eius, super ipsos in cælis tonabit: Dominus iudicabit fines terræ, & imperium Regi suo, & sublimabit cornu Christi sui.

11 Et abiit Elcana in Ramatha, in domum suam: puer autem erat minister in conspectu Domini ante faciem Heli sacerdotis.

A
Canticum Annæ, in quo gratias agit Deo quòd ex sterili fœcunda reddita sit.
[a] *Domino*
[b] *Saturati*
B
Deut. 32. f
Tob. 13. a
Sap. 16. b
C
Christi regnum.

2 1. Animus meus repletus est lætitia spirituali & diuina. 3 vel, per Dominum, i. auxiliante Domino, & illius beneficio. 4 Cornu pro gloria. Metaphora ab animalibus cornigeris quæ cornibus tuentur vitam suam, vnde & propter cornua gloriari solent. [illegible]

Filii Heli, filii nequam.
Peccatum filiorum Heli sacerdotis.

12 Porrò filii Heli filii Belial, nescientes Dominũ.

13 Neq; officium sacerdotum ad populum: sed quicunque immolasset victimam, veniebat puer sacerdotis dum coquerentur carnes, & habebat fuscinulam tridentem in manu sua.

14 Et mittebat eam in lebetem, vel in caldariam, aut in ollam, siue in cacabum: & omne quod leuabat fuscinula, tollebat sacerdos sibi, sic faciebant vniuerso Israeli venientium in Silo.

15 Etiam antequam adolerent adipem, veniebat puer sacerdotis, & dicebat immolanti, Da mihi carnem, vt coquam sacerdoti: non enim accipiam à te carnem coctam, sed crudam.

D 16 Dicebatque illi immolans, Incendatur primùm iuxta morem hodie adeps, & tolle tibi quantumcunq; desiderat anima tua. Qui respondens aiebat ei, Nequaquam: nunc enim dabis, alioquin tollam vi.

17 Erat ergo peccatum puerorum grande nimis coram Domino: quia detrahebant homines sacrificio Domini.

Samuel ministrat Domino.

18 Samuel autem ministrabat ante faciem Domini, puer, accinctus ephod lineo.

19 Et tunicam paruam faciebat ei mater sua, quam afferebat statutis diebus, ascendens cum viro suo, vt immolaret hostiam solennem & votum suum.

Benedictio Heli.

20 Et benedixit Heli Elcanę & vxori eius: dixitque ei, Reddat tibi Dominus semen de muliere hac, pro fœnore quod commodasti Domino. & abierunt in locum suum.

E

Anna parit tres filios & duas filias.

21 Visitauit ergo Dominus Annam, & concepit, & peperit tres filios, & duas filias: & magnificatus est puer Samuel apud Dominum.

22 Heli autem erat senex valde, & audiuit omnia quæ faciebant filii sui vniuerso Israeli: & quomodo dormiebant cum mulieribus quæ obseruabant ad ostium tabernaculi, & dixit eis:

Heli corripit filios suos.

23 Quare facitis res huiuscemodi, quas ego audio, res pessimas, ab omni populo?

24 Nolite filii mei: non enim est bona fama quam ego audio, vt transgredi faciatis populum Domini.

25 Si peccauerit vir in virum, placari ei potest Deus: si autem in Dominum peccauerit vir, quis orabit pro eo? Et non audierunt vocem patris sui: quia voluit Dominus occidere eos.

F 26 Puer autem Samuel proficiebat, atque crescebat, & placebat tam Deo quam hominibus.

Arguitur Heli indulgentia erga filios.
** essent.*

27 Venit autem vir Dei ad Heli, & ait ad eum, Hæc dicit Dominus, Numquid non apertè reuelatus sum domui patris tui, cum * essent in Ægypto in domo Pharaonis?

28 Et elegi eum ex omnibus tribubus Israel mihi in sacerdotem, vt ascenderet ad altare meũ & adoleret mihi incensum, & portaret ephod coram me. & dedi domui patris tui omnia de sacrificiis filiorum Israel.

12 Porrò filii Eli, filii erant [40] Belial, nec [41] cognouerunt Dominum,

13 [42] Nec ius quod sacerdotes habuerunt erga populum: quicunque sacrificabat sacrificium, mox aderat puer sacerdotis quum [43] caro (adhuc) [44] coquebatur, fuscinulam tridentem manu sua gestans.

14 [45] Quam incutiebat in lebetem aut ahenũ, in cacabum aut ollam: quidquid ergo fuscinula educebat, [46] accipiebat sacerdos [47] sibi. ad hunc modum faciebant omnibus Israelitis qui veniebant in Silo.

15 [48] Etiam antequam [49] adolerent [50] adipem, veniebat puer sacerdotis, & dicebat sacrificanti, Da [51] carnem vt coquam sacerdoti: neque enim accipiet à te carnem coctam sed crudam.

16 Vir immolans respondebat ei, [52] Omnino incendens adipem, iuxta hoc quod hac die solet, & tunc accipe tibi iuxta animi tui desiderium. qui [53] respondit, [54] Quin iam dabis: sin minus, vi tollam.

17 Fuit itaque peccatum [55] puerorum grande nimis coram Domino, quòd homines [56] despicatui haberent sacrificia Domini.

18 Samuel verò puer [57] ministrabat coram Domino, amictus [58] ephod lineo.

19 [59] Faciebatq; ei mater eius [60] interulã paruam, & singulis annis afferebat quum ascenderet cum viro suo, vt immolaret victimam [61] decretam.

20 [62] Eli autem bona imprecatus est Elcanæ & vxori eius hisce verbis, Det tibi Dominus semen de ista vxore [63] pro ista petitione quam postulauit à Domino, abieruntque ad locum suum.

21 [64] Etenim Dominus visitauit Hannam, vt conciperet & pareret tres filios & duas filias: creuitque puer Samuel [65] coram Domino.

22 Eli autem erat valde senex, audiuitque omnia quæ faciebant filii sui vniuerso Israeli, & quòd dormirent cum mulieribus [66] quæ excubabant ad ostium tentorii constitutionis, dixitque ad eos:

23 Quamobrem facitis res istas? nam ego audio ab vniuerso populo isto [67] negocia vestra mala.

24 [68] Ne filii mei: non enim bona est fama quam audio, [69] (quod) transgredi facitis populum Domini.

25 Si peccauerit [70] homo in hominem, [71] iudices de hoc iudicant: quod si quis contra Dominum [72] peccat, quis sese arbitrum interponet? sed non audierunt vocem patris sui quia Dominus voluit eos interficere.

26 Puer autem Samuel [73] proficiendo crescebat, [74] meliorque euadebat tam apud Deum quàm apud homines.

27 Venit autem [75] vir Dei ad Eli, & ait ad eum, Sic dicit Dominus, Annon domui patris tui manifestè reuelatus sum quum [76] essent in Ægypto, in domo Pharaonis?

28 Eligendo scilicet eum ex omnibus tribubus Israel mihi in sacerdotem, vt offerret super aras meas, & adoleret incensum, atque portaret ephod [77] coram me, & dedi domui patris tui [78] omnia sacrificia filiorum Israel quæ igne consumũt.

40 improbi. destituti religione, pietate, & omni probitate.
41 agnoscebant i. legi erat non parebant.
42 principium versus apud Hebræos sic autem vertendum, Cõsuetudo recens inducta à sacerdotibus cum populo, (talis erat) Quicunque, &c. q. d. Hãc nouam consuetudinem introduxerant populo filii Eli & alii sacerdotes, legem Dei immutantes. nam secundum legem Domini sacerdotes è pacificis hostiis iẽtum accipere debebant armum & pectusculum: illi maiorẽ portionem accipiebant. Leu. 7.
43 sub. hostiæ pacifi. &.
44 siue, elixabatur.
45 Hebr. & percutiebat (sub. carnes quæ erãt) in concha, aut olla, aut lebete, aut cacabo, &c. i. conabatur arripere, aut apprehendebat carnes, &c.
46 vel capere solebat.
47 ex eo. i. ex illis carnibus.
48 vel, & Adhuc. Præterea.
49 cremauissent
50 sub. victimæ pacificæ.
51 carnes quas assemus.
52 Heb. incendẽdo (siue Cremando) incendant hodie adipẽ sub. hostiæ q. d. Quũ sacerdotes cremauerint adipem, vt secundũ consuetudinem adolere solet, tũc accipies, &c. Moris erat vt sacerdos carnem elixam acciperet ab offerente.
53 respondebat.
54 Heb. Nequaquam: sed nunc.

55 id est, filiorum Eli. 56 vel incipiebant abhorrere. ab offerendis scilicet victimis, conspecta auaritia sacerdotum. 57 id est, fungebatur suo officio sine culpa. 58 [illegible] vestis breuissima qua [illegible] solebant qui [illegible] Domino, non quidem omnino dissimilis superhumerali summi sacerdotis, sed neque etiam [illegible] 59 Feceratque [illegible] 60 tunicam breuem, siue, paruum breue habita ratione pueri, quo ornaretur festis diebus. 61 id est, solennem. 62 vel, Et benedicere solebat Eli. 63 vel, loco huius petitionis, (hoc est, Samuelis) quem [illegible] petiuit à Domino. Verti etiam potest, pro commodato [illegible] (vterque vestrum) Domino, id est, pro Samuele quem tradidit [illegible] Domino. 64 Redundat hæc vox, quæ pro כִּי Hebraico posita est. [illegible] vertendum, Visitauit autem Dominus. Nisi malis aliquid subaudire, hoc pacto, Et reuersi sunt domum læti, quia scilicet crediderunt verbis Eli quæ adhibuerat [illegible]
65 Heb. cum Domino, vel, apud Dominum, id est, ministrans Domino. 66 Hebr. congregãtes turmatim scilicet. Hebræi intelligunt puerperas quæ veniebant turmatim vt purgarentur & [illegible] Deum. 67 gesta. 68 sub. ita faciatis. Aposiopesis quæ iratis conuenit. 69 vel, (quod) abigitis (scilicet) populum Domini i. efficitis [illegible] victimas. Alii legunt, fama quam audio, (quam) transire facit (spargit) populus Domini, sub. de vobis. 70 vel, quis in alium. 71 [illegible] 72 Si vocetur in ius, habebit etiam patronum qui defendat eum coram iudice. Alii legunt minus rectè, iudicabit eum Deus. [illegible] peccauerit, [illegible] nullus est excusationi locus quum peccatur in Dominum. Alii legunt, quis rogabit pro eo? 73 Heb. ambulabat & crescebat, id est, proficiebat [illegible] & bonitate, bonaque fama crescebat.
75 Heb. [illegible] vir quidam nullus [illegible] propheta [illegible] vir diuinus. Quidam aiunt fuisse Eliam, alii angelum specie humana. Hebræi autem fuisse Phineen, alii Elcanam. [illegible] sub. filii Israel. Incipit à [illegible] sententia [illegible], vt ostendat eum ingratum: quod fere fit in huiusmodi imprecationibus.
77 id est, in tabernaculo meo. 78 id est, portionem quandam ex victimis omnibus quas filii Israel oblaturi erant, quam ego volui pertinere ad sacerdotem.

29 *Quare* [79] *conculcatis sacrificium meum, &* [80] *sacrificium meum cibarium, quæ* [81] *præcepi in* [82] *habitaculo?* *& honorasti filios tuos plus quam me, vt saginaretis vos de primitiis* [83] *omnium sacrificiorum populi mei Israel?*

30 *Propterea dicit Dominus Deus Israel, Omnino ita* [84] *decreueram, [quod] domus tua & domus patris tui* [85] *incederet coram me perpetuò: iam verò dicit Dominus, Absit à me,* [86] *quin honore prosequar eos qui me honore prosequuntur: & qui me contemnunt,* [87] *ignominia afficientur.*

31 *Ecce dies venient,* [88] *vt succidam brachium tuũ, & brachium patris tui,* [89] *vt non sit senex in domo tua.*

32 *Et aspicies æmulũ* [90] *in habitaculo,* [91] *in omnibus in quib. benefecerit Israeli,* [92] *nec erit senex in domo tua cunctis diebus.*

33 *Nec tamen virum tibi de ara mea* [93] *excindam, vt* [94] *deficiant oculi tui, animusq́; tuus tabescat, & omnes qui in domo tua multiplicantur, viri morientur.*

34 [95] *Et hoc erit, tibi signum quod eueniet duobus filiis tuis Hophni & Pinhas vno die morientur ambo.*

35 *Suscitaboq́; mihi* [96] *sacerdotem fidum, qui iuxta cor meum, & iuxta animum meum agat, & ædificabo ei domum* [97] *fidelem,* [98] *incedetq́; coram christo meo cũctis diebus.*

36 *Et erit, vt quicunque residuus manserit in domo tua,* [99] *veniat vt sese illi prosternat pro obolo argenteo, &* [100] *globo panis, dicatq́;,* [101] *Coopta me quæso vni alicui* [102] *ex sacerdotiis, vt comedam buccellam panis.*

29 Quare calce abiecistis victimam meam, & munera quæ præcepi vt offerrentur in templo: & magis honorasti filios tuos quàm me, vt comederetis primitias omnis sacrificij Israel populi mei?

30 Propterea ait Dominus Deus Israel, Loquẽs locutus sum vt domus tua, & domus patris tui ministraret, in conspectu meo, vsque in sempiternum. nunc autem dicit Dominus, Absit hoc à me: sed quicunque honorificauerit me, glorificabo eum: qui autem contemnunt me, erunt ignobiles.

31 Ecce dies veniunt, & præcidam brachium tuum, & brachium domus patris tui, vt non sit senex in domo tua.

32 Et videbis æmulum tuum in templo, in vniuersis prosperis Israel: & non erit senex in domo tua omnibus diebus.

33 Verumtamen non auferam penitus virum ex te ab altari meo: sed vt deficiant oculi tui, & tabescat anima tua. & pars magna domus tuæ morietur cum ad virilem ætatem venerit.

34 Hoc autem erit tibi signum q. venturum est duob. filiis tuis Ophni & Phinees, In die vno morientur ambo.

35 Et suscitabo mihi sacerdotem fidelem, qui iuxta cor meum, & animam meam faciet: & ædificabo domum fidelem, & ambulabit coram Christo meo cunctis diebus.

36 Futurum est autem vt quicunq; remanserit in domo tua, veniat vt oretur pro eo, & offerat nummum argenteum & tortam panis, dicatque, Dimitte me obsecro ad vnam partem sacerdotalem, vt comedam buccellam panis.

[79] vel, quasi calcibus abiecistis. i. contempsistis & pessum dedistis. [80] oblationem meam, &c. vel, Quare abigitis à domo mea eos qui offerunt victimas & oblationes, &c. [81] sub. offerri. [82] vel, tabernaculo (meo.) [83] Heb. omnis doni (vel, oblationis) Israelis ante populum meum: i. maiore honore affecisti filios tuos, ante populum meum, hoc est, vidente populo meo. [84] Heb. dixeram dicendo. i. ita statueram. [85] ambularent coram me. i. fungerentur officio summi pontificis in tabernaculo meo, &c. [86] vel, sed. aut, nam. [87] Heb. vilescẽt. erunt viles & abiecti sua culpa. [88] vel, (in quibus) præcidam. i. instat tempus quo adimam tibi dignitatem sacerdotalem, quã plerumque consideras & superbis. Brachium pro fortitudine. [89] i. ne perueniat ad senium familia tua. Vel per senium [illegible]

3. Reg. 2.

Sadoc sacerdos fidelis coram vncto Dei Salomone.

CAPVT III.

1 PVer autem Samuel ministrabat Domino coram Eli, *&* sermo Domini *pretiosus erat in diebus illis, neq; visio diuulgata.*

2 *Factum est autem* [4] *quodam tempore,* [5] *vt Eli iaceret* [6] *in loco suo, (oculi autem eius incipiebant caliginosi esse.*

3 *(Ita vt* [7] *videre non posset,)* [8] *Et Samuel iaceret, in templo Domini quo fuit arca, antequam Lucerna Dei extingueretur.*

4 *Vocauit itaq; Dominus Samuelem. qui ait, Ecce adsum.*

5 *Et currens ad Eli, dixit, Ecce adsum, quoniam vocasti me. Qui dixit, Non vocaui, reuertere,* [9] *quiesce. qui abiit & quieti se dedit.*

6 *Rursum vocauit Dominus Samuelem: & consurgens Samuel abiit ad Eli, dixitq́;, En præsto sum, vocasti enim me. qui dixit, Non vocaui fili mi, reuertere & dormi.*

7 *Samuel autem* [10] *nondum nouerat Dominum, nec adhuc reuelatum fuerat ei* [11] *verbum Domini.*

8 *Et Dominus tertio vocauit Samuelem. qui surgens abiit ad Eli, & ait, En adsum, vocasti enim me.*

1 PVer autem Samuel ministrabat Domino coram Heli (& sermo Domini erat preciosus in in diebus illis, non erat visio manifesta.)

2 Factum est ergo in die quadam, Heli iacebat in lectulo suo, & oculi eius caligauerant.

3 Nec poterat videre lucernam Dei antequam extingueretur (Samuel autem dormiebat) in templo Domini, vbi erat arca Dei.

4 Et vocauit Dominus Samuel. Qui respondens ait, Ecce ego.

5 Et cucurrit ad Heli, & dixit, Ecce ego: vocasti enim me. Qui dixit, Non vocaui te fili: reuertere & dormi: & abiit & dormiuit.

6 Et adiecit Dominus rursum vocare Samuelẽ. Consurgensq́; Samuel abiit ad Heli, & dixit, Ecce ego quia vocasti me. Qui respondit, Non vocaui te fili mi: reuertere & dormi.

7 Porrò Samuel necdum sciebat Dominum, neque reuelatus fuerat ei sermo Domini.

8 Et adiecit Dominus, & vocauit adhuc Samuelem tertio. qui consurgens abiit ad Heli, & ait, Ecce

A Tempore Heli in Israel rari Prophetæ, & qui voluntatẽ Dei prædicarent.

Quater vocatur Samuel à Domino, vt fit propheta ipsi.

B Heli docet Samuele quid respondeat Deo vocanti.

93 vel, exscindam [illegible] sed semper aliquis [illegible] ministrabit in altari meo. 94 tabescere faciam oculos tuos, & dolere afficiam animum tuum, [illegible] affligam animum tuum in prosperis [illegible] quum videbunt [illegible] 96 nempe Sadoc, depulso Abiathar. 97 [illegible] 99 supplicaturus [illegible] tanquam maior [illegible] 101 vel, Aggrega me. 102 vel, ex officiis sacerdotalibus [illegible] minorum sacerdotum, vt mihi [illegible] partem.

CAPVT III. 1 idest, præmonstrante & instruente eum Eli. Chaldæus paraphrast. viuente Eli. 2 vel, rarus. id est, rarò erant prophetæ qui verbum [illegible] populo, raro Dominus reuelabat arcana sua. Hoc dicit vt quodammodo exaltetur Samuel, & hoc per parenthesin. 3 [illegible] prophetia quæ publice innotesceret. 4 Heb. [illegible] Chaldæus paraphrast. [illegible] 6 idest, in interiore parte atrij quæ erat propinquior [illegible] Domini. [illegible] sacerdotes [illegible] Leuitæ [illegible] 7 sub. [illegible] 8 Heb. & lucerna Dei prius [illegible] in templo Domini [illegible] & Samuel [illegible] dormiret [illegible] lucernæ quæ erant in templo Domini, vbi erat arca Dei [illegible] nondum nouerat nomen Domini [illegible] suos prophetas. 11 Chaldæus paraphr. [illegible] Domini.

ego:

ego: quia vocasti me. Intellexit ergo Heli, quia Dominus vocaret puerum:

9 Et ait ad Samuelem, Vade, & dormi. & si deinceps vocauerit te, dices, Loquere Domine, quia audit seruus tuus. abiit ergo Samuel, & dormiuit in loco suo.

10 Et venit Dominus, & stetit: & vocauit sicut vocauerat secundò, Samuel, Samuel. Et ait Samuel, Loquere Domine, quia audit seruus tuus.

11 Et dixit Dominus ad Samuelem, Ecce ego facio verbum in Israel, quod quicunque audierit, tinnient ambæ aures eius.

C

Prædicit Deus Samueli pœnā Heli ob peccatum filiorum.

12 In die illa suscitabo aduersum Heli, omnia quæ locutus sum super domum eius: incipiam & complebo.

13 Prædixi enim ei quòd iudicaturus essem domum eius in æternum, propter iniquitatem, eo quòd nouerat indignè agere filios suos, & non corripuerit eos.

14 Idcirco iuraui domui Heli, quòd non expietur iniquitas domus eius victimis & muneribus vsque in æternum.

15 Dormiuit autem Samuel vsque mane, aperuitque ostia domus Domini. Et Samuel timebat indicare visionem Heli.

16 Vocauit ergo Heli Samuelem, & dixit, Samuel fili mi? Qui respondens, ait, Præstò sum.

D

17 Et interrogauit eum. Quis est sermo quem locutus est Dominus ad te? oro te ne celaueris me. Hæc faciat tibi Deus, & hæc addat, si absconderis à me sermonem, ex omnibus verbis quæ dicta sunt tibi.

Indicat Samuel visionem ipsi Heli.

18 Indicauit itaque ei Samuel vniuersos sermones, & non abscondit ab eo. Et ille respondit, Dominus est: quod bonum est in oculis suis faciat.

19 Creuit autem Samuel, & Dominus erat cum eo, & non cecidit ex omnibus verbis eius in terrā.

20 Et cognouit vniuersus Israel à Dan, vsque Bersabee, quòd fidelis Samuel esset propheta Domini.

21 Et addidit Dominus vt appareret in Silo: quoniam reuelatus fuerat Dominus Samueli in Silo, iuxta verbum Domini. Et euenit sermo Samuelis vniuerso Israeli.

& intellexit Eli quòd Dominus vocasset puerum.

9 Dixit igitur Eli ad Samuelem, Vade & quiesce: quòd si denuo [12] vocauerit te, dices, Loquere Domine, quoniam [13] audit seruus tuus. abiit ergo Samuel, & quieuit [14] in loco suo.

10 Venit itaque Dominus & [15] stetit, & vocauit [16] vt semel atque iterum, Samuel, Samuel: Respondit Samuel, Loquere Domine, quoniam audit seruus tuus.

11 Et ait Dominus ad Samuelem, En ego faciā verbum in Israele, [17] vt quicunque audierit, ambæ aures eius tinniant.

12 In illa die suscitabo contra Eli omnia quæ loquutus sum super domum eius: [18] (ab initio) incipiam & perficiam.

13 [19] Indicaui autem ei [20] quòd iudicaturus sim domum eius perpetuò, propter iniquitatem quam ipse non ignorauit, quòd scilicet filij eius [21] contemptores fuerunt, [22] nec ipse mœrore eos affecit.

14 Et hanc ob causam iuraui domui Eli, [23] quòd iniquitas domus Eli non sit expianda perpetuò, neque victimis, neque [24] sacrificio cibario.

15 Dormiuit autem Samuel vsque mane, aperuit quoque ostia domus Domini. Et Samuel quidem veritus est indicare visionem ipsi Eli.

16 Vocauit ergo Eli Samuelem, dixit, Samuel fili mi. Qui respondit, Præsto sum.

17 Dixit ille, Quod est verbum [25] quod loquutus est ad te? Ne quæso me celes: [26] sic faciat tibi Deus, & sic addat, si [27] celes me vel verbum ex omni sermone quem loquutus est ad te.

18 Indicauit itaque Samuel ei omnia verba, & nihil celauit eum: qui ait, Ipse est Dominus, quod sibi bonum videtur faciat.

19 [28] Creuit autem Samuel, & Dominus fuit cum eo, neque [29] procecit in terram ex omnibus verbis suis.

20 Cognouit autem omnis populus a Dan vsque ad Bersaba, quod Samuel fidelis esset [30] propheta Domini.

21 Dominus [31] porrò apparuit in Silo, [32] quoniam reuelatus est Dominus Samueli in Silo [33] per verbum Domini.

12 [illegible] ille qui prius te vocauit. 13 i. paratus est tibi obsequi. q. d. ego attendo. 14 i. in atrio Leuitarum: quòd non erat illud de quo fit mentio in lege, sed appendix ad tabernaculum. 15 Astitit illi, & apparuit in forma quadam. 16 Heb. vt (alia) vice, & hac (quoque.) 17 quam qui audierit, tinnient illi ambæ aures. i. quæ incutiet terrorē audienti. Prædicit captiuitatem arcæ [illegible]. 18 i. cum [illegible] incipiam, & deducam ad finem. Præstabo [illegible], quod verbis minitor. 19 indicabo. 20 [illegible] quum scilicet signum quod dixit illi propheta, euenerit. 21 contemnebant [illegible] Prius scriptum erat apud Hebræos, contemnebant eum i. [illegible] ponebant honorem suum [illegible] quia hoc durum erat, [illegible] detrahens honori Dei, correxerunt illud [illegible] Hebræi [illegible] impia dictum est. 22 Heb. & non [illegible] eos. i. non reprehendit eos acriter. 23 Heb. Si expiabitur (vel, condonabitur) iniquitas familiæ Eli. 24 oblatione. 25 [illegible] qui vocabat te nocte. 26 Formula est admirandi & obtestandi apud [illegible]. 28 q. d. Vt Pa-

CAPVT IV.

A

Cæditur Israel à Philisthæis.

1 ET factum est in diebus illis, conuenerunt Philisthiim in pugnam. egressus est namque Israel obuiam Philisthiim in prælium, & castrametatus est iuxta Lapidem-adiutorij: porrò Philisthiim venerunt in Aphec.

2 Et instruxerunt aciē contra Israel. inito autem certamine, terga vertit Israel Philisthæis: & cæsa sunt in illo certamine passim per agros, quasi quatuor millia virorum.

Affertur arca in castra.

3 Et reuersus est populus ad castra: dixeruntque maiores natu de Israel, Quare percussit nos Dominus hodie coram Philisthiim? afferamus ad nos de Silo arcam fœderis Domini, & veniat in medium nostri, vt saluet nos de manu inimicorū nostrorū.

4 Misit ergo populus in Silo, & tulerunt inde arcam fœderis Domini exercituum sedentis super cherubim: erantque duo filij Heli cum

1 FVit [1] autem verbum Samuelis ad omnem Israelem: & egressus est Israel obuiam Palæstinis in prælium castraque metati sunt propè [2] Eben-ezer. Palæstini autem castrametati sunt in Aphec.

2 Et aciem instruxerunt Palæstini contra Israelem: [3] extentoque prælio, [4] terga dedit Israel coram Palæstinis percusseruntque in acie [5] per campum circiter quatuor millia virorum.

3 Et veniente populo in castra, dixerūt seniores Israelis, Quare [6] strauit nos hodie Dominus coram Palæstinis? [7] adducamus ad nos de Silo arcam fœderis Domini, vt ille veniens inter nos, seruet nos de manu hostium nostrorum.

4 Misit itaque populus in Silo, & attulerunt illinc arcam fœderis Domini exercituum, [8] sedentis inter cherubim. Erant quoque ibi duo filij Eli iuxta

Hebræos sensus est, [illegible] ne celes vel, male tibi contingat, &c. 27 Heb. absconderis à me. 28 q. d. Vt [illegible] promouit, ita [illegible] Dei. 29 Heb. cadere fecit. i. nullum verbum protulit Samuel quod esset vanum & inane: impleta fuerunt quæcunque dixit. Alij [illegible] Deum, [illegible] illum verbum eius irritum fieret. Metaphora à liquidis, quæ si effundantur in terram, pereunt. aut ab ædificijs collapsis. [illegible] propheta Domini id est, quod aptus esset ac idoneus qui aliquando euaderet in prophetam. Chaldæus paraphrastes vertit, quòd esset fidelis in prophetia Domini. [illegible] 31 rursum. 32 apparuerat enim. vel, apparuit enim. 33 vel, in verbo Domini. Antecedens loco relatiui, pro, cum verbo suo. [illegible] vel præcipiens Samuel quædam diceret Israeli.

CAPVT IV. 1 [illegible] vniuerso Israeli quæ audiuerat à Domino, nempe de resistendo Palæstinis, & suscipienda expeditione aduersus eos. Nonnulli [illegible] Samuelem consuluisse Dominum an deberent Israelitæ suscipere expeditionem Palæstinos inuadentes filios Israel. Dominum autem [illegible] atque id [illegible] quod [illegible] Et factum est verbum. &c. Hinc postea dicunt seniores Israel, Cur percussit nos Deus [illegible] Deo [illegible] coram nos affligere? 2 Hoc dicitur per anticipationem [illegible] ille locus sic postea dictus est ab euentu, [illegible] 3 dilatatoque [illegible] quum cœpissent [illegible] & explicare milites ipsi. 4 percussus est. i. cœpit Israel terga vertere Palæstinis. [illegible] 6 percussit [illegible] & essemus inferiores Palæstinis? 7 Hebr. capiamus. i. mittamus in Silo qui adducant hanc arcam [illegible]. 8 Hoc dicit propter propitiatorium in quo erant duo cherubim.

arcam fœderis Dei, Hophni scilicet & Pinhas.

5 Factumq́; est cum venisset arca fœderis Domini in castra, vociferatus est cunctus Israel magno iubilo, ita vt terra tremeret.

6 Audientes autem Palesthini vocem iubili, dixerũt, [9] Quænam est vox istius magna vociferationis in castris Ebræorum? [10] & innotuit eis quod arca Domini venisset in castra.

7 Metuentq́; Palesthini [11] dixerunt, [12] venit Deus [13] in castra. rursumq́; dixerunt,

8 [14] Væ nobis, quoniam non [15] erit sicut heri & nudiustertius: Væ nobis, quis eruet nos è manu Deorum istorum fortium? isti sunt Dij, qui percusserunt Ægyptum, [16] tot plagis [17] in deserto,

9 [18] Confirmamini, estoq́; [19] viri, ô Palesthini, ne quando seruire cogamini Ebræis, quemadmodum ipsi seruierunt vobis: [20] este ergo viri, & pugnate.

10 Pugnauerunt itaque Palesthini, & Israelitæ cæsi sunt, fugeruntq́; singuli in tentoria sua, & cædes facta est vehementer magna, ita vt caderent ex Israele triginta millia peditum.

11 Sed & arca Dei capta fuit, & duo filij Eli mortui Hophni scilicet & Pinhas.

12 Currens autem quidam ex Beniamin de acie, venit eodem die in Silo, cuius vestes scissæ erant, & terra super caput eius.

13 [21] Quumq́; veniret, ecce Eli sedebat super sellam [22] respiciens versus viam: cor enim eius erat [23] consternatum propter arcam Dei. & vbi vir ille venisset in ciuitatem & nunciasset, vociferata est tota ciuitas.

14 Et audiens Heli vocem clamoris, dixit, [24] Quæ est vox huius tumultus?

15 Vir autem ille festinanter venit & indicauit Eli. Erat autẽ Eli natus nonaginta & octo annos, [25] stabantq́; oculi eius, ita vt non posset [26] videre.

16 Et ait vir ille ad Eli, [27] Ego venio de acie, ego inquam hodie fugi ex acie. Et ait ille, Quid rei fuit fili mi?

17 Respondit nuncius ille, & ait, Fugit Israel coram Palesthinis, & etiam cædes magna facta est in populo: sed & duo filij tui Hophni & Pinhas mortui sunt, & arca Dei capta est.

18 Et factum est, simul ac ille arcæ Dei mentionem faceret, vt caderet retrorsum è sella [28] pone portam, fractaq́; ceruice moreretur: erat enim vir senex & [29] grauis: iudicauitq́; Israelem quadraginta annis.

19 Nurus autem eius vxor Pinhas, [30] quæ ad partum grauida erat, audiens rumorem quòd & arca Dei capta esset, quodq́; mortuus esset socer suus & maritus suus, [31] incuruauit se & peperit: [32] versi enim erant in eã anxij dolores eius.

20 [33] Quumq́; adesset tẽpus vt moreretur ipsa, dicebant quæ ei astabant, [34] Ne metuas, quoniam peperisti filium. sed non respondit, [35] nec apposuit cor suum.

21 Et vocauit puerum I-chabod, dicens, [36] Transmigrauit gloria de Israele: (ob captam arcam Dei, [37] ob socerum eius & maritum eius.)

22 [38] Et rursum ait, Transmigrauit gloria de Israele. [39] quoniam capta est arca Dei.

arca fœderis [a] Domini, Ophni & Phinees.

5 Cumque venisset arca fœderis Domini in castra, vociferatus est omnis Israel clamore grandi, & personuit terra,

6 Et audierunt Philisthiim vocem clamoris, dixeruntque, Quænam est hæc vox clamoris magni in castris Hebræorum? Et cognouerunt quòd arca Domini venisset in castra.

7 Timueruntq́; Philisthiim, dicẽtes, Venit Deus in castra. & ingemuerunt, dicentes, Væ nobis: non enim fuit tanta exultatio heri & nudiustertius:

8 Væ nobis, quis nos [b] saluabit de manu Deorũ sublimium istorũ. hi sunt Dij qui percusserunt Ægyptum omni plaga, in deserto.

9 Confortamini, & estote viri, Philisthiim: ne seruiatis Hebræis, sicut & illi seruierunt nobis: cõfortamini, & bellate.

10 Pugnauerunt ergo Philisthiim, & cæsus est Israel, & fugit vnusquisq; in tabernaculum suum: & facta est plaga magna nimis: & ceciderunt de Israel triginta millia peditum.

11 Et arca Dei capta est: duo quoque filij Heli mortui sunt, Ophni & Phinees.

12 Currens autem vir de Beniamin ex acie, venit in Silo in die illa, scissa veste, & conspersus puluere caput.

13 Cumq; ille venisset, Heli sedebat super sellã contra viam [c] expectans. erat [d] autem cor eius pauẽs pro arca Dei. vir autem ille postquã ingressus est, nunciauit vrbi: & vlulauit omnis ciuitas.

14 Et audiuit Heli sonitum clamoris, dixitque, Quis est hic sonitus tumultus huius?

15 At ille festinauit, & venit, & nunciauit Heli. Heli autem erat nonaginta & octo annorum, & oculi eius caligauerant, & videre non poterat.

16 Et dixit ad Heli, Ego sum qui veni de prælio, & ego qui de acie fugi hodie. Cui ille ait, Quid actũ est fili mi?

17 Respondens autem ille qui nunciabat, Fugit, inquit, Israel coram Philisthiim, & ruina magna facta est in populo: insuper & duo filij tui mortui sunt, Ophni & Phinees: & arca Dei capta est.

18 Cumq́; ille nominasset arcam Dei, cecidit de sella retrorsum iuxta ostium, & fractis ceruicibus mortuus est. senex enim erat vir & grandæuus: & ipse iudicauit Israel quadraginta annis.

19 Nurus autem eius vxor Phinees, prægnans erat, vicinaq; partui: & audito nuncio quòd capta esset arca Dei, & mortuus esset socer suus, & vir suus, incuruauit se & peperit. irruerãt enim in eam dolores subiti.

20 In ipso autem momento mortis eius, dixerunt ei [e] qui stabant circa eam, Ne timeas, quia filium peperisti. Quæ nõ respondit eis, neq; animaduertit.

21 Et vocauit puerum, I-chabod, dicens, Translata est gloria Domini de Israel, (quia capta est arca Dei, & pro socero suo, & pro viro suo)

22 [f] Ait, Translata est gloria ab Israel eo quòd capta esset arca Dei.

Marginal notes (left): 9 Quid sibi vult strepitus vociferationis gentis huius. 10 cognouerunt autem. 11 (dixerunt enim (exploratores,) Venit Deus in castra,) dixerunt, Væ, &c. 12 Verba sunt exploratorum qui hæc in castris Hebræorum audierant, nam dicitur Venit, non, Venerunt: quod est idololatrarum, qui credebant Israelem colere deos & idola. 13 sub. Hebræorum. 14 q. d. Actum est de nobis. 15 fuit tale quidpiam heri, i. non fuit hereditatis exultatio in castris Hebræorum. q. d. ratio bellandi mutata est, nam pugnabamus antea cum hominibus, nunc cum Deo pugnabimus. 16 Hebr. in omni plaga, id est, multis plagis. 17 Subaudienda coniunctio, (&) in deserto, i. in mari Rubro quod scilicet adiacebat deserto. Chaldæus paraphrast. quoniam hic locus videretur repugnare his quæ sunt in lege, addunt aliquot verba, Et populo suo in deserto fecit multa miracula. Quidam putant במדבר significare דבר [illegible], quod pulchre conuenit. q. d. qui solo verbo percussit Ægyptios. In ea significatione [illegible] [illegible] eorum fuit. 18 vel, estote fortes. 19 i. est, animo viri & fortes. [illegible] 20 este inquam. 21 [illegible] &c.

Marginal notes (right): [a] Dei, Clamor magnus in aduentu arcæ. B Timent Philisthiim audientes arcam ei esse cum Israelitis. [b] seruabit Secundo caduntur Israelitæ. Arca capitur. Ophni & Phinees cæsi. C Nunciatur ciuitati & ipsi Heli arcam esse captam. [c] spectans. [d] enim D Moritur Heli. Nascitur Ichabod. [e] qua [f] Et A Arca iuxta Dagon a Philisthæis collocata, corruit ipse Dagon.

CAPVT V.

1 Porrò Palesthini acceptã arca Dei, [1] duxerunt illam ab Eben-ezer in Asotum.

1 Philisthiim autem tulerũt arcam Dei, & asportauerunt eum a Lapide-adiutorij in Azôtum.

&c. 22 Heb. in loco viæ aspiciens. id est, iuxta viam quæ ducebat ad castra, respiciens & expectans nuncium. 23 Hebr. timidum. id est, timebat ex animo arcæ Dei. 24 Quid sibi vult sonitus. 25 vel, extabant. id est, cœperant fugere retrorsum. solent enim in senio nerui contrahi. Alij [illegible] vertunt, caligare cœperant: iam habebat oculos hebetes. 26 sub. exactè siue, bene. 27 q. d. Sum vera dicturus: nam spectator et [illegible] fui quæ dicturus sum. 28 iuxta locum ostij id est, in loco qui adiacebat ostio: hoc est iuxta ostium. 29 vel, non agilis, vt solent senes esse. Aut [illegible] [illegible] 30 quæ prægnans erat & vicina partui, ita Chaldæus paraphrast. Alij, vicina eiulatui. id est, proximis clamoribus quos solent emittere mulieres parturientes. [illegible] vel, decubuit. composit[illegible] corpus suum in modum parturientis.

31 quoniam effusi erant super eam dolores sui. i. subitis partus doloribus erat oppressa. Metaphora sumpta ab aqua quæ [illegible] 32 vel, Tempore autem quo [illegible] Sub articulum temporis quo mortuus est. 34 [illegible] 35 [illegible] 36 vel, Translata est [illegible] 37 & quod mortuus [illegible] socer eius & maritus eius. 38 Dixit inquam. 39 [illegible] authoris huius libri [illegible] 1 vel, abduxerunt illam ab Æben-ezer, i. à Lapide-adiutorij. Loci nomen qui ab euentu postea sic dictus est. Vide supra cap. 7. c.

2 Tuleruntque Philisthiim arcam Dei, & intulerunt eam in templum Dagon, & statuerunt eā iuxta Dagon.

3 Cumque surrexissent diluculo Azotii altera die, ecce Dagon iacebat pronus in terra ante arcam Domini: & tulerunt Dagon, & restituerunt eum in locum suum.

4 Rursumq; mane die altera consurgentes, inuenerunt Dagon iacentem super faciem suam in terra coram arca Domini: caput autem Dagon & duæ palmæ manuum eius abscissæ erant super li-
B men: porrò Dagon solus truncus remanserat in loco suo.

5 Propter hanc causam non calcant sacerdotes Dagon, & omnes qui ingrediuntur templum eius, super limen Dagon in Azoto, vsq; in hodiernum diem.

Psalm. 77. d
6 Aggrauata est autem manus Domini super Azotios, & demolitus est eos: ‖ & percussit in secretiori parte natium Azotum, & fines eius. ⁻Et ebullierunt villæ & agri in medio regionis illius, & nati sunt mures, & facta est confusio mortis magnę in ciuitate.'

Percutiuntur mariscis Philisthæi.

7 Videntes autem viri Azotii huiuscemodi pla-
C gam, dixerunt: Non maneat arca Dei Israel apud nos: quoniam dura est manus eius super nos, & super Dagon Deum nostrum.

8 Et mittentes congregauerunt omnes satrapas Philisthinorum ad se, & dixerunt, Quid faciemus de arca Dei Israel? Responderuntque Gethæi: Circumducatur arca Dei Israel. & circumduxerunt arcam Dei Israel.

9 Illis autem circumducentibus eam, fiebat manus Domini ⁻Dei' per singulas ciuitates interfectionis magnæ nimis: & percutiebat viros vniuscuiusque vrbis: à paruo vsque ad maiorem, & computrescebant prominentes extales eorū. ⁻Inieruntque Gethæi consiliū, & fecerūt sibi sedes pelliceas.'

D
10 Miserunt ergo arcam Dei in Accaron, exclamauerunt Accaronitæ, dicentes, Adduxerunt ad nos arcam Dei Israel, vt interficiat nos & populū nostrum.

Arcam reiiciunt de finibus suis Accaronitæ.

11 Miserunt itaq; & congregauerunt omnes satrapas Philisthinorum: qui dixerunt, * Dimittite arcam Dei Israel, vt reuertatur in locum suum, & non interficiat nos cum populo nostro. Fiebat enim pauor mortis in singulis vrbibus, & grauissima valde manus Dei.

** Dimittite.*

12 Viri quoq; qui mortui non fuerant, percutiebantur in secretiori parte natium: & ascendebat vlulatus vniuscuiusque ciuitatis in cælum.

2 Rursum sumpserunt Palæsthini arcam Dei, & introduxerunt eam in Domum Dagon, collocaueruntq; eam iuxta Dagon.

3 Et quum Asdtii postero die mane surrexissent, ecce Dagon iacebat ante eam in terra, nempe ante arcam Domini, tollentesque Dagon restituerunt eum in locum suum.

4 Et quum postera luce iterum mane surrexissent, ecce iacebat Dagon coram ea in terra, coram arca scilicet Domini. & caput Dagon atque duæ palmæ manuum eius recisa erant super limen, duntaxat Dagon relictus erat [2] in eo.'

5 Hinc sacerdotes Dagon, & omnes qui ingrediuntur phanum Dagon, non calcant limen Dagon, in Asdod, [3] in præsentem vsq; diem.

6 [4] Manus autem Domini grauis fuit in Asdtios,' & perdidit eos, percussitq; eos [5] in podicibus, [6] nam Asdtum duntaxat sed & limites eius.

7 Et videntes ciues Asdoti [7] sic fieri,' dixerunt, Ne maneat arca Dei Israelis nobiscum, [8] quoniam dura est manus eius super nos, & super Dagon Deum nostrum.

8 Mittentes itaque congregauerunt omnes satrapas Palæsthinorum ad se, dixeruntque, Quid faciemus [9] arca Dei' Israelis? Responderunt, [10] Transeat' arca Dei Israelis in Gath. [11] circumduxerunt' ergo arcam Dei Israelis.

9 Et factum est quum eam transtulissent, [12] vt manus Domini immineret vrbi admodum vehementi impetu,' percuteretq; homines vrbis illius, [13] non obscuros modo & humiles, sed & magnos, vt laterent eis morbi.

10 Miserunt ergo arcam Dei in Accaron: Cumq; venisset arca Dei Accaron, clamarunt ciues Accaron hisce verbis: [14] Circumduxerunt' arcam Dei Israelis ad me, vt me, & populum meum interficiant.

11 Miserunt ergo & congregarunt omnes satrapas Palæsthinorum, dicentes, Amandate arcam Dei Israelis, vt redeat in locum suum, [15] neque' perdat me & populum meum (fuit enim [16] grassatio' mortis [17] in tota ciuitate,' nimisque illic inualuerat [18] manus' Dei.)

12 Porrò viri qui non moriebantur, [19] mulctati sunt in podicibus,' ita vt clamor ciuitatis [20] in cælos vsque ascenderet.

1 Vel, apud se. Dagon diminutiuum erat à Dag, quoniam infima parte erat forma piscis. q. d. sola ea pars idoli quæ referebat piscem remanserat. Chaldæus paraphrast. tantummodo corpus, i. truncus eius remanserat, tantum truncus sine capite & manibus.
3 Istud refertur ad tempus quo iste liber fuit scriptus.
4 [illegible] est, cœpit Dominus affligere Azotios.
5 Vitiis sedis, siue podicis. Vox Hebræa עֹפֶל, significat partem extantem & prominentem. Dicitque Doctus inter Hebræos ita vocari per antiphrasin. quòd minime extet. Medici tamen dicunt eum extare propter morbu, nempe quando procidit.
6 Asdod & omnes fines eius, id est, ciues Azoti, & habitantes in agro Asdod, siue Azoti.
7 Quòd sic esset. rem sic habere, se scilicet confici sedis vitiis.
8 Idest, quòd nos mire affligat & Deum nostrum.
9 Vel, de arca Dei.
10 Abducatur vel, Deuoluatur.
11 Abduxerunt, reuerti fecerunt.
12 Hebr. vt manus Domini contra ciuitatem fuerit (cum) contritione quam maxima. vel (&) contritio, aut, (in) contritione, idest, fuit plaga in ciues vrbis Gath ita vt atterentur. Statim seipsum exponit, cum dicit, percuteretque &c.
13 Hebr. à paruo vsque ad magnu & absconsa fuerunt illis sedis vitia, id est, contrahebant illis vitia in parte secreti-

CAPVT VI.

A
1 FVit ergo arca Domini in regione Philisthinorum septem mensibus.

Philisthæi consulunt sacerdotes suos quid de arca Dei faciendum sit.

2 Et ⁻post hæc' vocauerunt Philisthiim sacerdotes & diuinos, dicentes, Quid faciemus de arca Domini? Indicate nobis quomodo remittamus eam in locum suum.

3 Qui dixerunt, Si remittitis arcam Dei Israel, nolite dimittere eam vacuam, sed quod debetis, reddite ei pro peccato, & tunc curabimini: & scietis quare non recedat manus eius à vobis.

4 Qui dixerunt, Quid est quod pro delicto reddere debeamus ei? Responderuntq; illi, Iuxta numerum prouinciarum Philisthinorum quinque anos aureos facietis, & quinq; mures aureos: quia plaga vna fuit omnibus vobis, & satrapis vestris.

Ani aurei.
Mures aurei.

1 FVit ergo arca Domini in agro Palæsthinorum septē mensibus.

2 Et vocantes Palæsthini [1] sacerdotes' & diuinos, dixerunt, Quid faciemus [2] arca' Domini? indicate nobis [3] quonam remittamus' illam ad locum suum.

3 Qui dixerunt, Si [4] remittitis' arcam Dei Israelis, ne [5] vacuam' eam remittatis, sed omnino reddetis ei sacrificium expiatorium pro delicto, tum demum sanabimini, notumque fiet vobis cur manus eius non recesserit à vobis.

4 Et dixerunt, [6] Quod verò sacrificium illud expiatorium pro delicto erit: quod illi reddemus? Responderunt, Iuxta numerum satraparum Palæsthinorum quinque podices aureos, & quinque mures aureos: eadem enim plaga est omnibus & principibus vestris.

ore interstitiol recti. laborauerunt vitiis sedis in parte ipsius sedis non patente, tam parui quam magni. 14 Abduxerunt, id est, Amandauerunt à se ad nos. 15 Et non. 16 Contritio. Vel, luctus, id est, maxima clades. & in omnibus ciuitatibus grassabatur, multi mortui erant in ciuitate. 17 Quidam legunt in omni ciuitate, ac si morbus fuisset in omnibus vrbibus Palæsthinorum, quod doctoribus nostris probatur. 18 Idest, plaga, hoc est, grauissime affligebat Dominus eam vrbem. 19 Percussi sunt vitiis sedis. [illegible] 20 Hyperbole est, exauditus est eiulatus maximus ciuium eius [illegible] CAP. VI. 1 Subaudi, Dagon. 2 De arca. 3 [illegible] (vel, qua ratione) remittere debeamus. 4 Vel, remissuri estis, id est, Si statuistis remittere. 5 Idonariis. 6 Id est, Quam oblationem dabimus illi pro peccato?

5 Facietis igitur [7] imagines anorum vestrorum, & imagines [8] murium vestrorum qui vastant terram, & [9] [ita] dabitis gloriam Deo Israelis, [10] si fortè remittat manum eius a vobis, a diis vestris, & a [11] terra vestra.

6 [12] Cur induratis cor vestrum, quemadmodum Ægyptii & Pharao induraverunt cor suum? annon [13] quum malis affecit eos, (tandem) dimiserunt eos ut abirent?

7 Capite igitur & facite plaustrum unum novum & buculas duas [14] lactantes, [15] quibus iugum nondum est impositum, iungite [16] buculas illas plaustro, reducite vitulos earum [17] ab eis domum.

8 Tollite deinde arcam Domini, & imponetis illam plaustro, simulque vasa aurea, quæ [18] redditis ei [19] sacrificium expiatorium, ponite in arculam ad latus eius, & dimittetis eam ut abeat.

9 Et [20] videte, [21] si via termini sui ascenderit in Beth-semes, [22] ipse nos omni malo hoc ingenti affecit: sin minus, certi sumus manum eius nos non [23] mulctasse, sed [24] casu nobis hoc accidisse.

10 Fecerunt ergo viri illi sic, tollentes duas buculas lactantes, iunxeruntque eas plaustro, vitulosque earum [25] domi incluserunt.

11 Porro arcam Domini imposuerunt plaustro, [26] arculam quoque, cum muribus aureis, atque cum imaginibus [27] colerum suorum.

12 Buculæ ergo recta per viam incedebant, per viam scilicet [quæ ducebat ad] Beth semes, & quidem [28] eadem semita incedebant, eundo & [29] mugiendo, [30] ita ut neque ad dexteram neque ad sinistram deflecterent: sed & satrapæ Palæsthinorum sequebantur eas usque ad limitem Beth semes.

13 Bethsemitæ vero demetebant messem tritici [31] in valle, sublatisque oculis suis [32] viderunt arcam, gavisique sunt quum vidissent.

14 Venit itaque plaustrum in agrum Iehosua Bethsemesitæ, & illic constitit: fuit enim illic lapis magnus. Et concidentes ligna plaustri atque buculas, [33] obtulerunt holocaustum Domino.

15 Porro Levitæ [34] deposuerunt arcam Domini, & arculam quæ penes eam erat, in qua erant [35] aurea illa instrumenta, posueruntque super lapidem magnum: cives autem Beth semes sacrificarunt holocausta, & immolaverunt [36] victimas Domino eadem die.

16 [37] Quod videntes quinque principes Palæsthinorum, Accaron eadem die reversi sunt.

17 [38] Et isti sunt ani aurei quos [39] restituerunt Palæsthini Domino pro sacrificio expiatorio delicti. Pro Asoto unum, pro Gasa unum, pro Ascalon unum, pro Gath unum, & pro Accaron unum.

18 Et mures insuper aureos iuxta numerum omnium civitatum Palæsthinorum, [40] nempe secundum quinque satrapas. [41] tam urbium quæ munitæ fuerunt, quam pagorum qui non fuerunt muniti, ad (Lapidem) usque luctus magnum, super quem reposuerant arcam Domini, [42] usque in præsentem diem in agro Iehosua Bethsemitæ.

19 Porro [43] cives Bethsemes percussit [Dominus:] quod intro respexissent in arcam Domini, percussit inquam in populo septuaginta viros, & quinquaginta millia virorum. Populus vero luxit, quod Dominus populum tanta clade percussisset.

20 Dixerunt ergo cives Beth-semes, Quis stare poterit coram Domino Deo isto [44] sancto? & ad quem ascendet a nobis?

21 Et misso nuncio ad cives Kiriath iearim dixerunt, Palæsthini reduxerunt arcam Domini, descendite ergo, & deducite eam ad vos.

5 Facietisque similitudines anorum vestrorum, & similitudines murium qui demoliti sunt terram & dabitis Deo Israel gloriam: si fortè relevet manum suam à vobis, & à diis vestris, & à terra vestra:

6 Quare aggrauatis corda vestra, sicut aggrauauit Ægyptus, & Pharao cor suum? nonne postquam percussus est, tunc dimisit eos, & abierunt? Exod. 12. A B

7 Nunc ergo arripite & facite plaustrum nouum vnum: & duas vaccas fœtas, quibus non est impositum iugum, iungite in plaustro, & recludite vitulos earum domi.

8 Tolletisque arcam Domini, & ponetis in plaustro, & vasa aurea quę exoluistis ei pro delicto, ponetis in capsellam ad latus eius: & dimittite eam vt vadat.

9 Et aspicietis: & si quidem per viam finium suorum ascenderit contra Beth-sames, ipse fecit nobis hoc malum grande. sin autem minime: scimus quia nequaquam manus eius tetigit nos, sed casu accidit.

Vaccæ reducunt arcam.

10 Fecerunt ergo illi hoc modo: & tollentes duas vaccas quæ lactabant vitulos, iunxerunt ad plaustrum, vitulosque earum concluserunt domi.

11 Et posuerunt arcam * Dei super plaustrum, & capsellam quæ habebat mures aureos & similitudinem anorum. ** Domini.* C

12 Ibant autem in directum vaccæ per viam quæ ducit Beth sames, & itinere vno gradiebantur, pergentes & mugientes: & non declinabant neque ad dexteram neque ad sinistram: sed & satrapæ Philisthiim sequebantur vsque ad terminos Beth sames.

13 Porro Bethsamitæ metebant triticum in valle: & eleuantes oculos suos, viderunt arcam, & gauisi sunt cum vidissent. *Bethsamitæ visa arca lætantes holocausta offerunt.*

14 Et plaustrum venit in agrum Iosue Bethsamitæ, & stetit ibi. Erat autem ibi lapis magnus, & conciderunt ligna plaustri, vaccasque imposuerunt super ea holocaustum Domino.

15 Leuitæ autem deposuerunt arcam * Dei, & capsellam quæ erat iuxta eam, in qua erant vasa aurea, & posuerunt super lapidem grandem. viri autem Bethsamitæ obtulerunt holocausta, & immolauerunt victimas in die illa Domini. ** Domini.*

16 Et quinque satrapæ Philisthinorum viderunt, & reuersi sunt in Accaron in die illa. D

17 Hi sunt autem ani aurei, quos reddiderunt Philisthiim pro delicto, Domino: Azotus vnum, Gaza vnum, Ascalon vnum, Geth vnum, Accaron vnum. *Quinque ani aurei Palæsthinorum, & mures aurei totidem.*

18 Et mures aureos secundum numerum vrbium Philisthiim, quinque prouinciarum, ab vrbe murata vsque ad villam quæ erat absque muro, & vsque ad Abel magnum super quem posuerunt arcam Domini, quæ erat vsque in die illa in agro Iosue Bethsamitis.

19 Percussit autem Dominus de viris Bethsamitibus, eo quod vidissent arcam Domini: & percussit de populo septuaginta viros, & quinquaginta millia plebis. Luxitque populus, eo quod Dominus percussisset plebem plaga magna. *Bethsamitæ percutiuntur quod intra arcam aspexissent. Sanctus Deus Israel.*

20 Et dixerunt viri Bethsamitæ, Quis poterit stare in conspectu Domini Dei sancti huius? & ad quem ascendet a nobis?

21 Miseruntque nuncios ad habitatores Cariathiarim, dicentes, Reduxerunt Philisthiim arcam Domini, descendite, & * reducite eam ad vos. ** Ducite.*

7 Vel, simulachra. 8 Percusserat Dominus Palæsthinam non solum vitiis sedis, sed etiam muribus, qui terram ipsam suffodiebant, & ita ineptam reddebant frugibus gignendis. 9 i. ita fatebimini vos victos fuisse a Deo Israel, cuius honorem detraxistis quum cepistis arcam eius: ita restituentes gloriam Deo Israelis, & illum honore afficietis. 10 Heb. forte leviorem faciet manum suam. i. forte desinet vos affligere vel, levius vos affliget. 11 Hinc licet intelligere terram interea dum hæc sunt fuisse a muribus subvastam. 12 Hebr. Sed quare aggravabitis &c. q.d. cur obstinate & pertinaciter resistetis. Cur non redditis arcam istam? q.d. nolite pertinaciter retinere arcam, ut Ægyptii populum Israeliticum retinuerunt. 13 quando mira operatus est in eos, tum demum dimiserunt eos, & abierunt. Id est, nonne quando vires suas deprompsit in eos, tandem etiam inviti dimiserunt filios Israel, & abierunt. 14 vel, fœtas. 15 i. quæ nunquam traxerunt iugum. 16 Vel, vaccas. 17 Heb. a tergo earum id est, sequentes ipsas. 18 Exsolvitis. 19 (pro) expiatione peccati. 20 Vel, considerate sub quod contigerit. 21 i. si recta pergendo, versus terminos suos & fines terræ Israel, ascenderit ipsa arca in urbem Bethsemes. 22 Heb. Dominus Deus Israelis. 23 [illegible] tetigisse. 24 Heb. accidens est (quod accidit nobis vel, casus est &c.

25 i. in stabulo solito, ut catera. [illegible] ad locum suum. 26 Vel capsulam in qua [illegible] intestinum crassum rectum significat. Verte [illegible] 28 Heb. itinere uno [illegible] 30 neque declinabant ad dexteram neque ad sinistram: 31 q.d. in amœnitate [illegible] valle in qua erat Beth semes. 32 [illegible] holocaustum in honorem Domini. 34 id deposuerant 35 i. d. [illegible] 36 i. hostias pacificas. 37 nempe arcam Domini [illegible] Beth semes. 38 [illegible] Hæc autem sunt donaria & anathemata quæ offerebant speciem anorum quæ exsolverunt pro expiatione peccati. 39 reddiderunt exsolverunt 40 (pertinentes) ad quinque [illegible] quinque satrapæ. 41 (pertinentes) ab urbe munita usque ad villam rusticam, & usque ad lapidem magnum, &c. [illegible] omnes urbes & villæ vicinæ Beth semes usque [illegible] arca, venerunt donaria. Alii vertunt & usque ad planctum (lapidis illius) magni, i. in qua erat lapis ille magnus, &c. Alii, usque ad Abel-magnum, locum sic dictum ob luctum magnum [illegible] 42 [illegible] usque in præsentem diem [illegible] 43 i. aliquot ex [illegible] 44 q.d. [illegible] exigere a nobis [illegible]

A

CAPVT VII.

Reducunt viri Cariath-iarim arcam in domum Abinadab.

1 VEnerunt ergo viri Cariath-iarim, & reduxerunt arcam Domini, et intulerunt eam in dominum Abinadab in Gabaa: Eleazarum autem filium eius sanctificauerunt, vt custodiret arcam Domini.

2 Et factum est, ex qua die mansit arca Domini in Cariath iarim, multiplicati sunt dies: erat quippe iam annus vicesimus: et requieuit omnis domus Israel post Dominum.

Samuelis oratio ad populum ingentem. Cor. seruiendum soli Deo. Deut. 6. c Matth. 4. d

3 Ait autem Samuel ad vniuersam domum Israel, dicens, Si in toto corde vestro reuertimini ad Dominum, auferte Deos alienos de medio vestri, Baalim & Astaroth: et præparate corda vestra Domino, et seruite ei soli, et eruet vos de manu Philisthiim.

4 Abstulerunt ergo filii Israel Baalim et Astaroth, et seruierunt Domino soli.

D

Orat Samuel pro populo. Ieiunium & lacryma. Confeßio peccatorum.

5 Dixit autem Samuel, Congregate vniuersum Israel in Masphath, vt orem pro vobis Dominum.

6 Et conuenerunt in Masphath: hauseruntque aquam, et effuderunt in conspectu Domini, & ieiunauerunt in die illa, atq; dixerunt ibi, Peccauimus Domino. Iudicauitq; Samuel filios Israel in Masphath.

Philisthæi ascendunt contra Israel, & a Deo percutiuntur.

7 Et audierunt Philisthiim quòd congregati essent filii Israel in Masphath, et ascenderunt satrapæ Philisthinorum ad Israel. quod cum audissent filii Israel, timuerunt à facie Philisthinorum.

C

8 Dixeruntq; ad Samuelem, Ne cesses pro nobis clamare ad Dominum Deum nostrum, vt saluet nos de manu Philisthinorum.

9 Tulit autem Samuel agnum lactentem vnum, et obtulit illum holocaustum integrum Domino: et clamauit Samuel ad Dominum pro Israel, et exaudiuit eum Dominus.

Orans Samuel pro Israelitis, exauditur.

10 Factum est autem, cum Samuel offerret holocaustum, Philisthiim inire prælium contra Israel: intonuit autem Dominus fragore magno in die illa super Philisthiim, et exterruit eos, et cæsi sunt à filiis Israel.

Eccles. 46. d
° viri

11 Egressiq; ° filii Israel de Masphath persecuti sunt Philisthæos, et percusserunt eos vsq; ad locum qui erat subter Beth-car.

° eius.

12 Tulit autem Samuel lapidem vnum et posuit eum inter Masphath et inter Sen: et vocauit nomen ° loci illius Lapis adiutorii. Dixitque, Hucusque auxiliatus est nobis Dominus.

D

13 Et humiliati sunt Philisthiim, nec appofuerunt vltra vt venirent in terminos Israel. Facta est itaque manus Domini super Philisthæos, cunctis diebus Samuelis.

14 Et redditæ sunt vrbes quas tulerant Philisthiim ab Israel, Israeli, ab Accaron vsq; Geth, et terminos suos: liberauitque Israel de manu Philisthinorum, Eratq; pax inter Israel et Amorrhæum.

Pax in Israel. ° *Iudicauit.*

15 ° Iudicabat quoq; Samuel Israelem cunctis diebus vitæ suæ:

16 Et ibat per singulos annos circuiens Beth-el et Galgala et Masphath, et iudicabat Israelem in supradictis locis.

17 Reuertebaturque in Ramatha. ibi enim erat domus eius, et ibi iudicabat Israelem: ædificauit etiam ibi altare Domino.

1 VEnerunt itaq. ciues Kiriath-iearim. & [1] reducentes arcam Domini, introduxerunt eam in domum Abinadab [2] in Gibea. & Eleazar filium eius [3] consecrarunt, vt custodiret arcam Domini.

2 (Et factum est a die quo mansit arca in Kiriath iearim, vt multi transirent dies, viginti nempe anni. [4] & lamentatione quadam post Dominum vniuersa domus Israel anhela fuit.)

3 Et dixit Samuel ad vniuersam domum Israel hisce verbis, Si toto corde vestro reuertimini ad Dominum, auferte Deos alienos & Astaroth e medio vestri, et præparate cor vestrum ad Dominum, et ei soli seruite, tum liberabit vos è manu Palesthinorum.

4 Abstulerūt ergo filii Israel [5] Baalim et Astaroth, & soli Domino seruiuerunt,

5 Dixit vero Samuel, Congregate vniuersum Israelem in [6] Mizpa, & orabo pro vobis ad Dominum.

6 Qui quum conuenissent in Mizpa, [7] hauserunt aquam, & effuderunt [eam] coram Domino: ieiunaueruntque die illo, & dixerunt ibi, peccauimus Domino. Et [8] iudicauit Samuel filios Israel in Mizpa.

7 Audientes autem Palæsthini quòd congregati essent filii Israelis in Mizpa, ascenderunt principes Palæsthinorum [9] ad Israel. quod quum audirent Israelitæ, timuerunt à Palæsthinis.

8 Dixeruntque filii Israel ad Samuelem, Ne sileas [10] quo minus clames pro nobis ad Dominum Deum nostrum, vt seruet nos de manu Palesthinorum.

9 Et Samuel accepto agno lactenti vno, sacrificauit illum Domino, holocaustum [11] integrum: clamauitq. Samuel ad Dominum pro Israele, & exaudiuit eum Dominus.

10 Factumque est quum Samuel sacrificaret holocaustum, vt Palesthini appropinquarent congressuri cum Israelitis: at Dominus ingenti sonitu illo die super Palesthinos intonuit, & [12] conturbauit eos, vt cæderentur coram Israel.

11 Egressi igitur filii Israel de Mizpa, insequuti sunt Palesthinos, & percusserunt eos vsque ad locum qui est sub Beth car.

12 Samuel autem accepit lapidem [13] quendam, & posuit eum inter Mizpa & inter [14] Secunnam, & vocauit nomen eius Æben-æser, dicens, Hucusq. auxiliatus est nobis Dominus.

13 Et humiliati sunt Palesthini, nec venerunt amplius in limitem Israelis. [15] Fuitque manus Domini contra Palesthinos cunctis diebus Samuelis.

14 Restitutæ quoque sunt Israelitis ciuitates quas abstulerant Palesthini Israelitis, ab Accaron vsque Gath cum terminis earum: [16] asseruitque eas Israel de manu Palesthinorum. Et fuit pax inter Israelem & [17] Amorrhæum.

15 Iudicauit autem Samuel Israelem cunctis diebus vitæ suæ.

16 Ibat verò singulis annis, & circumibat Beth-el, Gilgal & Mizpa, [18] iudicauitque Israelem [19] in cunctis hisce locis.

17 Redibatque in Rama: quoniam illic erat domus eius, & ibi quoque [20] iudicauit Israelem, & [21] ædificauit ibi aram Domino.

1 Vel, abducentes.
2 (qui habitabat) in Gabaa. Gabaa, para erat vrbis Cariath iearim, nempe collis. Est descriptio verbis: vel hoc additur, quia multi erant alii hoc nomine.
3 Heb. sanctificauerunt. Chaldæus paraphrast. præfecerunt custodiæ arcæ.
4 Hebr. & lamentata est vniuersa domus Israel post Dominum, id est, vniuersi Israelitæ pœnitentia ducti, conuersi sunt ad Dominum.
5 Baalim, masculinum est: Astharoth, fœmininum: & videntur his vocibus significari dii, deæque Gentium.
6 In Mispha Deo iuuante reges deuicerunt Israelitæ: ob id congregantur illic. nam præponitur voci Mispha, apud Hebræos litera quæ illis est vice articuli, quasi dicas, in illa Mispha, quæ insignis est ea victoria quæ legitur in Iosue, cap. 11.
7 Doctus inter Hebræos dicit hanc haustionem & effusionem aquæ fuisse in signum bacs remissionis peccatorum, dicentes, Euanescant peccata nostra. Alius inter eos, in signum humiliationis, inquit, q. d. certe nos sumus coram te sicut aqua ista effusa. Qui doctiores sunt, Chaldæum interpretem sequuntur, qui dicit, hauserunt aquas e puteo cordis sui, & abunde lachrymati sunt coram Domino, resipiscentes.
8 Id est, dirimebat lites & controuersias quæ erant inter Israelitas.

9 Contra Israelem. 10 Hebr. à nobis clamando &c. id est, Ne cesses orare pro nobis. ne desistas opere tuo quam præstare potes clamando ad Dominum. 11 Id est, prorsus absolutum, in quo tota hostia flammis absumi solebat. Curauit illum offerendum Samuel per sacerdotem aliquem: non enim erat Leuita. Supra cap. 1. videmus Samuelem fuisse ministrum templi: quod munus ad Leuitas quidem pertinebat, sed non ad Aaronitas. 12 Attriuit, confregit eos, percussit, ita ut [illegible] ab Israele. 13 Vnum. 14 Promontorium, siue pars rupis quæ procurrebat longius. 15 Id est, Quamdiu vixit Samuel, [illegible] Palesthinos. 16 eripuitque. 17 Amorrhæi nomen generale est, [illegible] omnibus Palesthinis [illegible] rebus, & etiam earum quæ erant in circuitu. 18 Iudicabatque. 19 Id est, iudicabat habitatores istarum [urbium]. 20 Iudicabat. 21 Ædificarat.

CAPVT VIII.

1 *[1] FActum est autem Samuel postea quam iam senuisset,[1] filios suos iudices constitueret super Israelem.[1]*

2 Fuitq; nomen primogeniti filii sui Ioel, & nomen secundi Abia: hi erant iudices in Beer-siba,

3 Nec incesserunt in viis eius, sed declinarunt post auariciam, accipientes munus, & [2] peruertentes iudicium,[2]

4 Congregati sunt igitur cuncti seniores Israel, & accesserunt ad Samuelem in Rama.

5 Dixeruntq; ad eum, En tu senuisti, & filii tui non incedunt in viis tuis: constitue igitur nobis regem, qui nos iudicet, [3] iuxta morem omnium gentium[3].

6 Displicuit autem sermo iste Samueli, quod dixissent, Da nobis regem qui nos iudicet & [4] precatus est Samuel Dominum.

7 Dixitq; Dominus ad Samuelem, Audi vocem populi in omnibus quæ [5] dicunt tibi[5], non enim te [6] reprobant[6], sed me reprobarunt, ne regnem super eos.

8 Secundum omnia opera quæ fecerunt ab eo die, quo eduxi eos ex Ægypto, in hunc vsq; diem, [7] (quum scilicet me dereliquerent, & diis aliis seruirent,) ita[8] tibi quoq; faciunt.

9 [9] Audi igitur[9] vocem illorum. verumtamen [10] sancte obtesteris eos, [11] iusq;[11] regis qui regnaturus est super illos, [12] indicato[12] illis.

10 Et dixit Samuel cuncta verba Domini populo, qui regem ab eo postulauerat. [13] Et dixit[13],

11 Hoc erit [14] ius[14] regis qui regnabit super vos. Filios vestros accipiet, & [15] ponet eos sibi in currum suum. [16] vt sint equites eius,[16] & currant ante currum eius.

12 Ponet quoque eos sibi in tribunos, & quinquagenarios, & qui arent agros suos, & metant messem suam, atque qui conficiant arma bellica, & instrumenta [17] curruum eius[17].

13 Filias deinde vestras tollet, vt sint vnguentariæ, [18] cupedinariæ & pistrices.[18]

14 Agros quoq; vestros, vineta vestra, & oliueta vestra optima tollet, & tradet seruis suis.

15 Semina vestra, & vineas vestras decimabit, dabitque Eunuchis suis ac seruis suis.

16 Seruos vestros, & ancillas vestras, iuuenes quoque vestros [19] elegantes[19], & asinos vestros accipiet, illisq; sua opera conficiet.

17 Quin & gregem vestrum decimabit, [20] eritisque[20] ei serui.

18 Et clamabitis eo die [21] propter regem vestrum[21] quem elegeritis vobis, & Dominus non exaudiet vos illo die.

19 Populus vero noluit audire vocem Samuelis, sed dixerunt, [22] Minime,[22] sed regem habebimus nos.

20 Et erimus nos quoq; vt (reliquæ) omnes gentes [23] vt ius dicat nobis[23] rex noster, & [24] exeat ante nos, & bella nostra gerat[24].

21 Audiuit itaq; Samuel cunctos sermones populi, [25] retulitq;[25] eos ad aures Domini.

22 Et ait Dominus ad Samuelem, Audi vocem eorum, & præfice eis regem. Et dixit Samuel ad Israelitas, Ite quisque ad ciuitatem suam.

1 FActum est autem cum senuisset Samuel, posuit filios iudices in Israel. — *A Samuel constituit filios suos Iudices super Israelem.*

2 Fuitq; nomen filii eius primogeniti Ioel: & nomen secundi Abia, iudicum in Ber-sabee.

3 Et non ambulauerunt filii illius in viis eius: sed declinauerunt post auariciã, acceperuntq; munera, & peruerterunt iudicium. — *Iudices auari.*

4 Congregati ergo vniuersi maiores natu Israel, venerunt ad Samuelem in Ramatha. — *Regem petunt Israelitæ abiicientes Deum.*

5 Dixeruntq; ei, Ecce tu senuisti, & filii tui non ambulant in viis tuis: constitue nobis regẽ, vt iudicet nos, sicut & vniuersæ habent nationes. — Osee. 9. b. 13. d Act. 13. c

6 Displicuitque sermo in oculis Samuelis, eo quod dixissent, Da nobis regem, vt iudicet nos. Et orauit Samuel ad Dominum. — B *Orat Samuel.*

7 Dixit autem Dominus ad Samuelem, Audi vocem populi in omnibus quæ loquuntur tibi. non enim te abiecerunt, sed me, ne regnem super eos.

8 Iuxta omnia opera sua quæ fecerunt à die qua eduxi eos de Ægypto vsque ad diem hanc: sicut dereliquerunt me, & seruierunt diis alienis, sic faciũt etiam tibi.

9 Nunc ergo vocem eorum audi: verumtamen contestare eos, & prædic eis ius regis qui regnaturus est super eos.

10 Dixit itaq; Samuel omnia verba Domini ad populum qui petierat à se regem, & ait.

11 Hoc erit ius regis qui imperaturus est vobis. Filios vestros tollet, & ponet in curribus suis, facietq; sibi equites & præcursores quadrigarum suarum, — *Regis ius.* C

12 Et constituet sibi tribunos & centuriones, & aratores agrorum suorum, & messores segetũ, & fabros armorum & curruum suorum.

13 Filias quoque vestras faciet sibi vnguentarias, & focarias, & panificas.

14 Agros quoq; vestros, & vineas, & oliueta optima tollet, & dabit seruis suis.

15 Sed & segetes vestras & vinearum reditus addecimabit, vt det Eunuchis & famulis suis.

16 Seruos etiam vestros, & ancillas, & iuuenes optimos, & asinos auferet, & ponet in opere suo.

17 Greges quoq; vestros addecimabit, vosque eritis ei serui.

18 Et clamabitis in die illa à facie regis vestri quem elegistis vobis: & non exaudiet vos Dominus in die illa, quia petistis vobis regem. — D

19 Noluit autem populus audire vocem Samuelis, sed dixerunt, Nequaquam. rex enim erit super nos, — *Gentium more regem volunt habere.*

20 Et erimus nos quoque sicut omnes gentes: & iudicabit nos rex noster, & egredietur ante nos, & pugnabit bella nostra pro nobis.

21 Et audiuit Samuel omnia verba populi, & locutus est ea in auribus Domini.

22 Dixit autem Dominus ad Samuelem, Audi vocem eorum, & constitue super eos regem. Et ait Samuel ad viros Israel, Vadat vnusquisque in ciuitatem suam.

CAPVT IX.

1 *VIr quidam erat de Beniamin cuius nomen Kis, filius Abiel, filii Zeror, filii Becorath filii Aphiah, filii [1] viri Iemini, [2] heros fortis.[2]*

2 Qui filium habebat cui nomen Saul, iuuenis erat & pulcher, nec erat inter filios Israel illo pulchrior: (nam) ab humero suo & [3] supra [4] procerior erat omni populo.

1 ET erat vir de Beniamin, nomine Cis filius Abiel, filii Seor, filii Bechorath, filii Sareth, filii Aphia, filii viri Iemini, fortis robore: — A *Saul filius Cis quærit asinas patris.*

2 Et erat ei filius vocabulo Saul, electus & bonus: & non erat vir de filiis Israel melior illo: ab humero & sursum eminebat super omnem populum.

1 q. d. Cum autem non esset adeo valens vt ita circumire posset vrbes Israelis, reddendi iuris gratia, quemadmodum antea facere solebat: constituit &c.
2 Id est, ita factum est vt malè iudicarent.
3 sicut omnes gẽtes, sub. regem habent.
4 i. consuluit Dominum præmissa oratione.
5 dixerint tibi. vel, petierint à te.
6 Vel, reiiciunt,
7 Vel, dereliquerunt autem me, & coluerunt deos alienos. A quibus scilicet nulla beneficia acceperunt.
8 i. deserunt te, & petunt alium iudicem.
9 Nunc ergo audi.
10 Quum fueris contestatus diligenter (sub. Deum & homines) in eos.
11 Vel, iudicium aut consuetudinem. i. mores. Hac ratione volebat Deus deterrere eos à rege petendo, vt nonnulli Hebræorum dicunt. Alii existimant hæc regib' esse licita.
12 Vel, annunciaui, prædic.
13 Dixit inquam,
14 Vel, iudicium, quasi dicat, His moribus & hac consuetudine vtentur erga vos reges.
15 Id est, præficiet curru suo militari, faciet aurigas suos.
16 & inter equites suos. i. ex eis faciet equites.
17 Vel, curruum suorum. i. fabros lignarios faciet.
18 Vel, focarias (siue coquinarias) & panificas.
19 Hebr. bonos. i. elegantes, formosos, & præstantes.
20 & eritis. q. d. & vt vno verbo dicam, eritis ei serui.
21 Heb. à facie regis vestri. i. propter iniurias quibus afficiet vos rex vester.

22 Vel, Nequaquam. sub. mutabimus sententiam. 23 & iudicabit nos. i. reget nos suis legibus. 24 egredietur ante nos, & pugnabit bella nostra. i. erit nobis imperator & [illegible] bella gerendo. 25 Heb. [illegible] Dei oratione sua. CAP. IX. 1. i. de tribu Beniamin.
2 Fortis robore, id est, bellicosus, & [illegible] clarus. 3 Sursum. [illegible] 4 Eminebat super vniuersum populum.

3 Perierant

3 Perierant autem asinæ Cis patris Saul, & dixit Cis ad Saul filium suum, Tolle tecum vnum de pueris, & consurgens vade, & quære asinas.
4 Qui cum transissent per montem Ephraim, & per Terram Salisa, & non inuenissent, transierunt etiam per Terram Salim, & non erant: sed & per Terram Iemini, & minime repererunt.
5 Cum autem venissent in Terram Suph, dixit Saul ad puerum * qui erat cum eo, Veni, & reuertamur, ne forte dimiserit pater meus asinas, & sollicitus sit pro nobis.
6 Qui ait ei, Ecce vir Dei est in ciuitate hac, vir nobilis: omne quod loquitur, sine ambiguitate venit. nunc ergo eamus illuc, si forte indicet nobis de via nostra propter quam venimus.
7 Dixitque Saul ad puerum suum, Ecce ibimus: quid feremus ad virum Dei? panis defecit in cistarcis nostris: & sportulam non habemus, vt demus homini Dei, nec quicquam aliud.
8 Rursum puer respondit Sauli, & ait, Ecce inuenta est in manu mea quarta pars stateris argenti, demus homini Dei, vt indicet nobis viam nostram.
9 (Olim in Israel sic loquebatur vnusquisque, vadens consulere Deum, Venite, & eamus ad videntem. qui enim propheta dicitur hodie, vocabatur olim videns.)
10 Et dixit Saul ad puerum suum, Optimus sermo tuus: veni, eamus. & ierunt in ciuitatem in qua erat vir Dei.
11 Cumque ascenderent cliuum ciuitatis, inuenerunt puellas egredientes ad hauriendam aquam, & dixerunt eis, Num hic est videns?
12 Quæ respondentes, dixerunt illis, Hic est: ecce ante te. festina nunc: hodie enim venit in ciuitatem, quia sacrificium est hodie * populi in excelso.
13 Ingredientes vrbem, statim inuenietis eum antequam ascendat excelsum ad vescendum. neque enim comesturus est populus donec ille veniat. Quia ipse * benedicet hostiæ, & deinceps * comedent qui vocati sunt. nunc ergo conscendite, quia hodie reperietis eum.
14 Et ascenderunt in ciuitatem. cumque * ambularent in medio vrbis, apparuit Samuel egrediens obuiam eis vt ascenderet in excelsum.
15 [] Dominus autem reuelauerat auriculam Samuelis ante vnam diem quam veniret Saul, dicens:
16 Hac ipsa hora, quæ nunc est, cras mittam virum ad te de Terra Beniamin, & vnges eum ducem super populum meum Israel: & saluabit populum meum de manu Philisthinorum: quia respexi populum meum, venit enim clamor eorum ad me.)
17 Cumque aspexisset Samuel Saulem, Dominus dixit ei, Ecce, vir quem dixeram tibi, iste dominabitur populo meo.
18 Accessit autem Saul ad Samuelem in medio Portæ, & ait, Indica, oro, mihi, vbi est domus videntis.
19 Et respondit Samuel Sauli, dicens, Ego sum videns: ascende ante me in excelsum, vt * comedas mecum hodie, & dimittam te mane: & omnia quæ sunt in corde tuo, indicabo tibi.
20 Et de asinis quas nudius tertius perdidisti, ne sollicitus sis, quia inuentæ sunt. & cuius erunt optima quæque Israel? nonne tibi & omni domui patris tui?

* suum.
Pueri suasu vadit ad Samuelem.
Propheta, olim dicebatur Videns.
Saul consulturus Videntem, ascendit.
* populo.
* benedicit.
* comedunt.
Samuel occurrit Sauli.
* illis.
C
Samueli præcipit Deus vt Saulem vngat in regem.
Actor. 13. c.
Samuel per Spiritum Dei cognoscit Saulem.
* comedatis.
Saulis indicat Samuel asinas inuentas, & ipsum regem futurum.

3 *Perierant autem asinæ Kis patris Saul, dixitque Kis ad Saul filium suum, Assume quæso tecum aliquem e [5] pueris, & consurgens vade ac quære asinas.*
4 *Transiuit ergo montem Ephraim, deinde transiuit [6] per terram Salissa,' & non inuenerunt. transierunt igitur per terram Schaalim, & non [erant:] & transierunt per terram [7] Iemini,' nec inuenerunt.*
5 *Quum vero venissent [8] in terram Zuph,' dixit Saul puero suo quem secum habebat, Veni, reuertamur ne forte pater meus [9] relicta [cura] asinarum,' de nobis sit sollicitus.'*
6 *Qui dixit ei, En nunc vir Dei est [10] in ista ciuitate,' & vir est [11] honorabilis, [12] quidquid loquitur, certissime euenit:' eamus ergo illuc, [13] si forte indicet nobis viam nostram quam eamus.'*
7 *Respondit Saul puero suo, Ibimus ergo, quid vero [14] feremus viro? [15] panis enim nullus est amplius in vasis nostris, nec munus est quod feramus viro Dei, [16] quid enim habemus?'*
8 *Rursum ergo respondit puer Sauli hisce verbis, En [17] inuenta est' in manu mea quarta (pars) sicli argenti quam dabo viro Dei, vt indicet nobis [18] viam nostram.'*
9 *[Sic dicebat olim quisque in Israele, [19] qui inquisiturus Deum proficiscebatur,' Venite, [20] ibimus ad videntem. qui enim hodie propheta dicitur, antea ([21] dictus est') videns.]*
10 *Dixit ergo Saul ad puerum suum, [22] Recte loqueris,' age, [23] ibimus.' profecti sunt itaque in ciuitatem, in qua erat vir Dei.*
11 *[24] Cum autem ascenderent cliuum vrbis, inuenerunt' puellas egredientes ad hauriendum aquam: quibus dixerunt, [illegible] hoc in loco videns?*
12 *Quæ respondentes eis, dixerunt, Est. En ante te est: festina ergo, quoniam hodie [25] venit in ciuitatem;' siquidem sacrificium est hodie [26] [illegible] [27] in excelso.'*
13 *Quamprimum [28] veneritis' in ciuitatem, ibi eum inuenietis eum antequam ascendat ad excelsum, [29] [illegible] comedet' neque enim comedet populus, donec [30] ipse venerit' [illegible] enim [31] eo [illegible] sacrificio, & post hoc comedunt' inuitati: nunc igitur ascendite, quoniam [32] hodie' inuenietis eum.*
14 *Ascenderunt ergo in ciuitatem, [33] veneruntque in medium' vrbis, & ecce [34] Samuel exiit eis obuiam ascensurus in excelsum.'*
15 *([illegible] pridie quam venisset Saul, [35] indicauerat Dominus Samueli ad hunc modum,*
16 *Cras [36] iuxta istud tempus mittam ad te virum de terra Beniamin, quem vnges in principem super populum meum Israel, [37] vt liberet populum meum de manu Palæstinorum, quoniam respexi [38] populum meum, quando quidem [39] clamor eorum venit ad me.)*
17 *Quumque Samuel [40] vidisset Saulem, [41] suggessit ei Dominus, En hic est vir de quo tibi dixeram, [42] [illegible] continebit populum meum.*
18 *Accedens ergo Saul ad Samuelem [43] in media porta,' dixit, Indica quæso mihi vbi sit domus videntis.*
19 *Samuel respondit Saul & dixit, Ego sum videns, ascende [44] mecum in excelsum, & epulaturus hodie mecum: [45] cras dimittam te (& quidquid est in corde tuo, indicabo tibi.*
20 *De asinabus vero [46] perditis tibi die ab hinc tertio, [47] ne sis anxius in corde tuo,' nam sunt inuentæ ad quem vero (attinet) [48] quidquid expetibile est in Israele? annon tibi & toti domui patris tui?*

5 Vel, famulis.
6 Chaldæus paraph. in terram Australem
7 Tribus Beniamin.
8 Chaldæus paraph. in terram in qua erat prophetia. Sunt qui dicant regionem in qua erat Ramath-Suphim, vocatam fuisse Suph. Terram qua habitabat Samuel vbi habitabat Suph.
9 Heb. ab asinabus.
10 nempe Ramathaim-Suphim.
11 vel, clarus, insignis.
12 Hebr. omnia quæ dixerit, veniendo veniunt
13 Heb. forte indicabit nobis viam nostram per quam ambulauimus, i. causa viæ nostræ ob quam hoc iter suscepimus, q. d. indicabit nobis vbi sint asinæ patris tui quarum causa hoc iter suscepimus.
14 Portabant enim prophetam Dei acciperent munera, sicut illum [illegible].
15 Heb. panis [illegible] vasis [illegible]
16 [illegible]
17 [illegible]
18 [illegible] iter suscepimus.
19 [illegible] consulere Deum.
20 Et eamus vsque ad [illegible].
21 (vocabatur.)
22 Heb. Rectus est sermo tuus.
23 Pergamus.
24 Cum autem [illegible] cliuum [illegible]
25 [illegible]
26 vel, a populo, [illegible] populus celebraturus est hodie conuiuium ex reliquiis hostiarum pacificarum [illegible]
27 [illegible]
28 [illegible]

[illegible] Bama, locus erat prope altare, situs in parte editiore vrbis, aut ædificium eminens, vbi ex reliquiis hostiarum immolatarum epulaturi accumbebant. 28 [illegible] 29 Heb. [illegible] 30 Veniet. 31 Heb. [illegible] post hoc comedent [illegible] gratias agit Deo [illegible] 8 [illegible] epulas [illegible] cibum [illegible] Chaldæus paraph. [illegible] memorat, [illegible] Christo [illegible] accepit panem, & [illegible] 32 Heb. secundum diem [illegible] hora hoc ipso temporis articulo. 33 Ipsique [illegible] 34 [illegible] Samuel egrediebatur [illegible] in excelsum. [illegible] 35 Heb. reuelauerat Dominus autem Samuelis [illegible] 36 hoc ipso tempore. 37 qui seruaturus est. 38 [illegible] afflictionem populi mei. 39 sub implorantium [illegible] 40 vel, oculis conie[illegible] in Saulem. 41 Heb. [illegible] 42 dominabitur populo meo. 43 intra portam. In vrbe ipsa, non procul tamen a porta vrbis [illegible] Samuel in Saulem. 44 ante me. [illegible] 45 summo mane. 46 [illegible] perierunt tibi, [illegible] quas vt perditas requiris. 47 Heb. de eis ne ponas in cor tuum. [illegible] asinabus. 48 Heb. omnis desiderium Israelis i. q. d. [illegible] Israelis.

21 *Responsit autem Saul, & dixit, Annon* [49] *filius Iemini ego sum,* [50] *de minima tribu Israel? sed & familia mea minor est omnibus familiis tribus Beniamin, cur igitur* [51] *tale mecum* [52] *loqueris?*

22 *Apprehendens itaq. Samuel Saulem & puerum eius, introduxit eos in* [53] *cameram, dedit q. eis locum* [54] *præcipuum inter eos qui inuitati erant, quorum fermè erant triginta viri.*

23 *Dixit autem Samuel ad* [55] *coquum, Da partem quam dedi tibi, de qua dixeram ut eam* [56] *apud te reponeres.*

24 *(* [57] *Sustollens itaq. coquus* [58] *armum & quod super ipsum erat, apposuit Sauli) & ait [Samuel,] Ecce quod* [59] *reliquum est, pone ante te & comede: nam ad tempus constitutum seruatum est tibi,* [60] *quum dicerem, Inuitaui* [61] *populum. epulatus est igitur Saul eo die cum Samuele.*

25 *Et quum descenderent de excelso in ciuitatem, loquutus est cum Saule* [62] *super tectum.*

26 *Mane quum surrexissent, aurora exoriente, vocauit Samuel Saulem super tectum, & dixit,* [63] *Surge, ut dimittam te. & Saul* [64] *surrexit, egressiq. sunt ambo, ipse & Samuel foras.*

27 *Et descendentibus ipsis* [65] *parte aliqua ciuitatis, dixit Samuel ad Saul, Loquere ad puerum ut antecedat nos, & prætereat. Et tu consiste* [66] *ad tempus ut indicem tibi verbum Dei.*

49 I. Beniaminita.
50 Hebr. de minimis tribubus.
51 Hebr. iuxta verbum hoc.
52 Dixisti?
53 Triclinium.
54 Hebr. in capite inuitatorum.
55 Qui scilicet diuiserat hostiã.
56 I. seorsim, vt eam diligenter seruares.
57 Sustolensq;.
58 Vox Hebræa SOK, per sin, propriè significat crus, cui armus est propinquus.
59 Vel, seruatum erat.
60 Quum dixi. Sub. lanio.
61 I. alios præter hos triginta.
62 In solario, id est scilicet familiariter illi loquebatur: solebant autem de ambulare præcipue post cœnam in tecto, nam erant plana tecta, non similia nostris.
63 I. Para te itineri.
64 I. accinxit se itineri.
65 In extrema parte, id est, quũ iam deuenissent in extremã partem vrbis.
66 Hebr. secundum tempus, id est, paulisper. vel, nunc.

21 Respondens autem Saul, ait, Numquid non filius Iemini ego sum de minima tribu Israel, & cognatio mea nouissima inter omnes familias de tribu Beniamin? quare ergo locutus es mihi sermonem istum?

22 Assumens itaque Samuel Saulem & puerum eius, introduxit eos in triclinium, & dedit eis locũ in capite eorum qui fuerant inuitati. erant enim quasi triginta viri. D *Samuel & loco & cibo honorat Saulem.*

23 Dixitq; Samuel coco, Da partem quam dedi tibi, & præcepi vt reponeres seorsum apud te.

24 (Leuauit autem cocus armum, & posuit ante Saul.) dixitque Samuel, Ecce quod remansit, pone ante te, & comede: quia de industria seruatum est tibi, quando populum vocaui. & comedit Saul cum Samuele in die illa.

25 Et descenderunt de excelso in oppidum, & locutus est cum Saule in solario: ⁻ Strauitque Saul in solario, & dormiuit.

26 Cumque mane surrexissent, & iam * dies lucesceret, vocauit Samuel Saulem in solario, dicẽs, Surge, vt dimittam te, & surrexit Saul: egressique sunt ambo, ipse videlicet & Samuel. * *elucesceret.* * *&*

27 Cumque descenderent in extrema parte ciuitatis, Samuel dixit ad Saul, Dic puero vt antecedat nos, & transeat: tu autem subsiste paulisper, vt indicem tibi verbum * Domini. * *Dei.*

CAPVT X.

1 *Accipiens verò Samuel* [1] *vasculum olearium, fudit super caput eius, & osculatus est eum, dixitque,* [2] *Annon Dominus vnxit te ducem super hæreditatem suam?*

2 *Hodie, simulatque à me discesseris, reperies duos viros* [3] *ad sepulchrum Rahel, in limite Beniamin in Zelzal, qui dicent ad te, Asinæ sunt inuentæ quas tu quæsitum ieras: pater q. tuus* [4] *abiecta asinarum ratione, solicitus est pro vobis vt dicat, Quid faciam* [5] *de filio meo?*

3 [6] *Illinc progressus porrò, venies ad querc etum Thabor, vbi incident in te tres viri ascendentes* [7] *ad Deum Beth el, vnus portans tres hœdos, alter ferens tres* [8] *gibbos panis, tertius gestans lagenam vini.*

4 [9] *Qui te salutato in pace, dabunt tibi duos panes, quos accipies de manu eorum.*

5 *Post hæc venies ad collem* [10] *Dei, vbi sunt* [11] *stationes Palæstinorum. Quumq. ingressus fueris illuc [in] vrbem, obuium habebis chorum* [12] *prophetarum descendentium* [13] *de excelso, antéque eos* [14] *psalterium, tympanum, tibia & cithara, & hi* [15] *prophetabunt.*

6 *Et Spiritus Domini* [16] *prompte te inuadet, vt* [17] *prophetes & tu cum eis,* [18] *muterisq. in virum alium.*

7 *Quum itaque tibi hæc signa euenerint,* [19] *fac tibi quæcunque in manum tuam inciderint, quoniam Deus* [20] *est tecum.*

8 [21] *Descendes quoq. ante me in Gilgal, & ecce ego* [22] *descendam ad te, vt sacrificem holocausta, & vt immolem* † *sacrificia gratulatoria. septem dies expectabis, donec ego venerim ad te,* [23] *ostenderimque tibi quid facias.*

CAP. X.
1 Phialam paruam olei, siue vnguẽti aromatici, h. e. phialã plenã balsamo. Heb. aiũt Saulẽ nõ fuisse vnctũ oleo vnctionis, quo illi soli vncti sunt qui fuerunt è domo Dauid
2 Quasi dicat, Vngo te nomine Dei, & vngendo, ducẽ te cõstituo.
3 (Sub. qui nũc sunt) iuxta &c.
4 Deseruerat negocium asinarum, (antequam scilicet essent inuentæ,) & cœperat esse solicitus de vobis. (vel, pro vobis,) dicendo.
5 Vel, propter filium meũ q. d. Timeo ne filius meus perierit
6 Cumque inde abieris, & vltra (progressus fueris,) ac veneris in planitiem Thabor, tunc inuenient te (siue occurrent tibi.) 7 Id est, vt orent Deum in Beth-el, vbi erat adhuc altare Iacob, & quia tabernaculum erat desolatum, licebat illic sacrificare, neque solum illic, sed & [illegible] 8 [illegible] 9 Id est, [illegible] 10 Id est, vrbis [illegible] 11 [illegible] Philisthinorum, [illegible]
13 Id est, de loco [illegible] 14 [illegible] 15 [illegible] 16 [illegible] 17 Id est, [illegible] 18 [illegible] 19 Hebr. [illegible] 20 [illegible]
21 [illegible] 22 Id est, [illegible] 23 Et ostendam, id est, [illegible]

1 TVlit autem Samuel lenticulam olei, & effudit super caput eius, & deosculatus est eum, & ait, ‖ Ecce vnxit te Dominus super hæreditatem suam in principem, ⁻ & liberabis populum suum de manibus inimicorum eius qui in circuitu eius sunt. & hoc tibi signum, quia vnxit te Deus in principem. A *Saul vngitur in regem super Israel.* Actor. 13. c Osee 9. d

2 * Cumque abieris hodie à me, inuenies duos viros iuxta sepulchrum Rachel in finibus Beniamin, in Meridie, dicentque tibi, Inuentæ sunt asinæ, ad quas ieras perquirendas: & intermissis pater tuus asinis, solicitus est pro vobis, & dicit, Quid faciam de filio meo? * *Cum* *Signa quibus credat Saul se a Deo vnctum in regem.*

3 Cumque abieris inde, & vltra transieris, & veneris ad quercum Thabor, inuenient te * tres viri ascendentes ad Deum in Beth-el, vnus portans tres hœdos, & alius tres tortas panis, & alius portans lagenam vini. * *ibi*

4 Cumque te salutauerint, dabunt tibi duos panes, & accipies de manu eorum.

5 Post hæc venies in collem Dei, vbi est statio Philisthinorum. Et cum ingressus fueris ibi vrbem, obuium habebis gregem prophetarum descendẽtium de excelso, & ante eos psalterium & tympanum, & tibiam, & citharam, ipsosque prophetantes. *Propheta laudem Dei canentes cum musicis instrumentis.* B

6 Et insiliet in te Spiritus Domini, & prophetabis cum eis, & mutaberis in virum alium. *Spiritus Dei innouat corda.*

7 Quando ergo euenerint signa hæc omnia tibi, fac quæcunque inuenerit manus tua, quia * Dominus tecum est. * *Deus.*

8 Et descendens ante me in Galgala (ego quippe descendam ad te) vt offeras oblationem, & immoles victimas pacificas: septem diebus expectabis, donec veniam ad te, & ostendam tibi quid facias.

Cor Saulis immutat Deus.

9 Itaque cum auertisset humerum suum vt abiret à Samuele, immutauit ei Deus cor aliud, & venerunt omnia signa hæc in die illa.

Prophetat Saul.
** Dei.*

10 Veneruntque ad prædictum collem, & ecce cuneus prophetarum obuius ei: & insiluit super eũ Spiritus * Domini, & prophetauit in medio eorũ.

11 Videntes autem omnes qui nouerant eum heri & nudiustertius, quòd esset cum prophetis, & prophetaret, dixerunt adinuicem, Quænam res accidit filio Cis? num & Saul inter prophetas?

** quis pater eorum? Prouerbium. Infr. 19.d*

12 Responditque alius ad alterum, dicens, Et * Cis pater eius? Propterea versum est in prouerbium, Num & Saul inter prophetas?

C

13 Cessauit autem prophetare, & venit ad excelsum.

14 Dixitque patruus Saul ad eum, & ad puerum eius, Quò abistis? Qui responderunt, Quærere asinas: quas cum non reperissemus, venimus ad Samuelem.

15 Et dixit ei patruus suus, Indica mihi quid dixerit tibi Samuel.

16 Et ait Saul ad patruum suum, Indicauit nobis quia inuentæ essent asinæ. De sermone autem regni non indicauit ei quem locutus fuerat ei Samuel.

Docet populum Samuel quam grauiter peccarit petendo regem.

17 Et conuocauit Samuel populum ad Dominum in Maspha.

18 Et ait ad filios Israel, Hæc dicit Dominus Deus Israel. Ego eduxi Israel de Ægypto, & erui vos de manu Ægyptiorum, & de manu omnium regum qui affligebant vos.

19 Vos autem hodie proiecistis * Dominum Deum vestrum qui solus saluauit vos de vniuersis malis & tribulationibus vestris & dixistis, Nequaquam, sed regem constitue super nos. Nunc ergo state coram Domino per tribus vestras, & per familias.

D

** tribus.*

20 Et applicuit Samuel omnes tribus Israel, & cecidit sors * super tribum Beniamin.

Eligitur Saul in regem.
** cognatio.*

21 Et applicuit tribum Beniamin & cognationes eius, & cecidit * sors super cognationem Metri, & peruenit vsque ad Saul filium Cis. Quæsierunt ergo eum, & non est inuentus illic.

22 Et consuluerunt post hæc Dominum vtrũnam venturus esset illuc. Respondítque Dominus, Ecce absconditus est domi.

23 Cucurrerunt itaque, & tulerunt eum inde: stetitque in medio populi, & altior fuit vniuerso populo ab humero & sursum.

24 Et ait Samuel ad omnem populum, Certe videtis quem elegit Dominus, quoniam non sit similis illi in omni populo, & clamauit omnis populus, & ait, Viuat rex.

Viuat rex. Sup. 8.c.

25 Locutus est autem Samuel ad populum legem regni, & scripsit in libro, & reposuit coram Domino:

26 Et dimisit Samuel omnem populum, singulos in domum suam. Sed & Saul abiit in domum suam in Gabaa: & abiit cum eo pars exercitus, quorum tetigerat Deus corda.

Corda tangit Deus.
** verò.*

27 Filii vero Belial dixerunt, Num saluare nos poterit iste? Et despexerunt eum, & non attulerunt ei munera ille * enim dissimulabat se audire.

9 Factum est itaq; quum ille vertisset humerum suum abiretq; a Samuele, vt Deus [34] cor eius aliter immutaret, [35] venirentq; omnia signa illa in die illo.

10 Et quum venisset illuc nempe [36] ad collem, ecce chorus [37] prophetarum venit ei obuiam, [38] promptęq; eum inuasit Spiritus Dei, [39] vt prophetaret inter eos.

11 Factumq; est vt omnes qui eum ab heri & nudius tertius nouissent, aspicerent eum, & ecce prophetabat cum prophetis.

12 Dixit ergo populus, nempe quisq; ad proximum suum [30] Quid est hoc, quod factum est filio Kis? num & Saul [31] inter prophetas? Et quidam [32] illinc respondens dixit, Et quis est pater [33] eorum? propterea cessit in prouerbium, [34] Num & Saul est inter prophetas?

13 Cessauit autem [35] prophetare, & venit [36] ad excelsum.

14 Et [37] patruus Saulis dixit ad eum & ad puerum eius, Quo aberatis? Respondit, Quæsitum asinas: quumq; vidissemus quod non [essent,] venimus ad Samuelem.

15 Et ait patruus Saulis, Indica quæso mihi, quid dixit vobis Samuel.

16 Respondit Saul patruo suo, [38] Constanter affirmabat nobis asinas esse inuentas. Cæterum de negotio regni de quo loquutus fuerat Samuel, [39] nihil indicauit ei.

17 Et conuocauit Samuel populum ad Dominum in Mizpa.

18 Dixitq; ad filios Israel, Sic dicit Dominus Deus Israelis, [40] Ego eduxi Israelem de Ægypto, & liberaui vos de manu Ægyptiorum, & de manu omnium [41] regnorum qui vexarunt vos.

19 Vos autem [42] reprobastis hodie Deum vestrum, qui vos [43] seruauit ex cunctis afflictionibus vestris, & pressuris vestris, & dixistis [44] ei, Præfice nobis regem. [45] nunc ergo state [46] coram Domino secundum tribus vestras, & secundum chiliades vestras.

20 Et quum Samuel [47] applicasset cunctas tribus Israel, [48] deprehensa est tribus Beniamin.

21 Et quum rursum applicasset tribum Beniamin [49] iuxta familias suas, [50] deprehensa est familia Matri, [51] deprehensusq; Saul filius Kis. Quumq; illum quæsissent, non est inuentus.

22 [52] Interrogauerunt igitur rursus Dominum, an adhuc [53] vir ille venturus esset illuc. Et respondit Dominus, Ecce [54] inter arma latitat.

23 Currentes igitur, tulerunt eum inde, & constitutus in medio populi, super omnem populum ab humero [55] & supra [56] eminebat.

24 Dixitq; Samuel ad vniuersum populum, Viditis-ne quem [57] elegit Dominus, [58] & quod ei non sit similis in omni populo? & vociferans vniuersus populus, dixerunt, [59] Viuat rex.

25 Et loquutus est Samuel ad populum [60] ius regni, & scripsit in libro, reposuitq; [61] coram Domino.

26 Et dimisit Samuel vniuersum populum, quemq; ad domum suam. Saul quoque abiit ad domum suam in Gibea, & [62] comitati sunt eum de exercitu, quorum Deus cor tetigerat.

27 Porro filii [63] Belial dixerunt, [64] Quid iste nos seruaret? Et contemnentes eum, [65] non obtulerant ei munus. Is vero fuit [66] tanquam dissimulans.

24 q.d. immisit illi mentem aliã, & cor regium, sicut regem [illegible]. 25 [illegible] 26 Sub. Cariath-iearim.

27 Per prophetas Hebræi intelligunt discipulos prophetarum, studiosos Sacrarum literarum. 28 Et irruit (vel transiit) in eũ, i. corripit agit Spiritu diuino.

29 Et prophetauit. Chaldæus paraph. & laudabat Deum cum eis illis & canebat cãtica in honorem Dei. 30 Vel, Quid nã accidit? 31 Sub. erat antea q.d. qui hic nunc prophetet. Qui nõ erat antea propheta [illegible] tatio fuit admodum repentina. 32 i. de illo loco, qui illic aderat, ex populo illo, qui sciebat antea Saulem non fuisse prophetam. 33 Aliorum prophetarum [illegible] cet. quis docuit eos prophetiam? qui fuit magister eorum? non putatis eum prophetam, quod pater eius non sit propheta? an patres aliorum [illegible] prophetæ, vt sit necesse illius patrem esse prophetam vt sit propheta? Chaldæus paraph. sic interpretatus, Et quis est magister [illegible] [illegible]

34 Vel, [illegible]

[illegible]

35 [illegible] Dei.

36 [illegible] domum [illegible]

37 Chaldæus paraph. frater patris, &c. Quidam aiunt patruum Saulis fuisse in loco illo Cariath-iearim. alii aiunt Scripturam reticere multa, quomodo illuc abierit. 38 Hebr. [illegible] 39 Hoc tribuitur modestiæ Saulis. 40 Solus & non alius. 41 Sub. [illegible] 42 Repudiastis, [illegible] 43 Seruauit vel, eripere solet. 44 [illegible] sed Sic Chaldæus paraph. minus recte, Nam [illegible] rex [illegible] 45 [illegible] 46 [illegible] quod adduxerant [illegible] 47 Accedere fecit. admouisset. 48 Capta est, vel, forte electa est. 49 Sub. processit sortes super eas, &c. 50 Id est, sors cecidit super [illegible] 51 Id est, sorsque cecidit super Saulem. 52 Vel, consuluerunt. 53 Id est, electus Saul 54 Hebraice inter vasa, id est, impedimenta & supellectilem. 55 Sursum versus. 56 Vel, altior erat. 57 q.d. vt eum [illegible] 58 Hebr. non enim est similis illi. 59 Chaldæus paraph. [illegible] 60 Id est, ius quod habet in subditos qui regiam dignitatem obtinet. 61 Id est, ad latus arcæ Domini. Hic liber [illegible] multa alia, non continebat iura tyrannidis, sed iura regni & æqua [illegible] 62 Chaldæus paraph. abiit [illegible] populi [illegible] timebat Dominum, & [illegible] Dominus [illegible] 63 [illegible] improbitatis, filii improbi. 64 [illegible] Quasi ratione tueatur & defendet nos [illegible] 65 Sub. illum tanquam regi: quo eum regem agnoscerent. Chaldæus paraph. non venerunt eum, [illegible] debet, quæ [illegible] 66 tacens. Vel, rem dissimulabat. q.d. ille probe hoc dissimulauit. [illegible] erant ad [illegible] obsurdum Saul ad omnia quæ dicebantur ipsi de hostibus suis.

CAPVT XI.

1 Postquam scil. fuit constitutus rex. Quidā aiunt Israelitas regem petisse, quod audirent hunc regem copias parare in se.
2 q.d. Parati sumus nos dedere, si velis nos habere confœderatos
3 Vel, ejuro,
4 Hebr. & ponam illud probrum super omnē Israel. i. hac ratione ignominia afficiā Israelem.
5 Ita Chaldæus paraph. Hebraicè legitur, Dimitte nos septem dies.
6 Vt mittamus:
7 defendat.
8 i. deditemus nos tibi.
9 Vel, sequens boues,
10 Irruit ergo Spiritus Dei in Saulem. Chaldæus paraph. Spiritus fortitudinis missus est à Deo in Saulē. i. reddidit eum Deus fortiorem quam prius erat.
11 iratus est furor eius. i. excanduit vehemēter.
12 Adiiciit Samuelē, quod nōdum esset rex approbatus ab omnibus.
13 i. terruit eos Deus, quo factū est vt secutus sit populus Saulem, timens Deum.
14 Heb. quasi vnus vir. i. vnanimi consensu.
15 Heb. qui fuerant egressi ad bellum.
16 Sic rectè. Alii minus rectè vertunt per calculos. i. intectis in vnum acceruum calculis quot numerati sunt postea Saul.
17 i. faciemus deditionem.
18 Vt facias.
19 in tres turmas,
20 Vel, impressionemque facientes, vel, inuadentesque.
21 Nox apud Hebræos modo in quatuor vigilias diuiditur, modo in tres, vt hoc loco. Vigiliam matutinam vocat vltimam, non per sub auroram.

1 [1] Ascenderat[2] autem Nahas Ammonites, & castra fixerat contra Iabes Gilead, dixerunt ergo omnes ciues Jabes ad Nahas,[3] Feri nobiscum fœdus, seruiemusque tibi.

2 Respondit eis Nahas Ammonites, Hac lege fœdus vobiscum feriam, si omnium vestrum oculum dextrum [4] effodero, [4] probrumque hoc vniuerso Israeli impegero.

3 Ad quem seniores Jabes dixerunt, [5] Inducias da nobis septem dies, [6] & mittemus nuncios in omnes limites Israelis: & si nemo fuerit qui [7] asserat nos, [8] egrediemur ad te.

4 Venientes igitur nuncii in Gibea Saulis, loquuti sunt hæc verba in auribus populi: omnisque populus sublata voce sua fleuit.

5 Et ecce Saul veniebat ex agro [9] post pecus, & ait Saul, Quid est populo quod (sic) flent? & recensuerunt ei verba virorum Jabes.

6 [10] Irrupit ergo inuasit Spiritus Dei Saulem, quum huiusmodi verba audisset, & [11] incaluit nasus eius vehementer.

7 Assumensque par boum, in frusta concidit eos, & misit per omnes limites Israelis per manum nunciorum, dicens, Quicunque non fuerit egressus post Saulem & post [12] Samuelem, sic fiet bobus eius. & [13] cecidit pauor Domini super populum, egressique sunt [14] ad vnum vsque.

8 Et recensuit [15] eos [16] in Bezec, fueruntque filiorum Israel trecenta millia, & virorum Jehuda triginta millia.

9 Dixeruntque ad nuncios qui venerant, Sic dicetis ciuibus Jabes-Gilead, Cras cum Sol incaluerit, erit vobis salus. Et venerunt nuncii, indicaueruntque ciuibus Jabes, & gauisi sunt.

10 Et dixerunt ciues Jabes, Cras [17] egrediemur ad vos, [18] & facietis nobis iuxta omnia quæ vobis bona videntur.

11 Postera die factum est vt Saul ordinaret populum [19] in tria capita, [20] venientesque in media castra [21] in vigilia matutina, percusserunt Ammonitas, donec [22] incalesceret dies, quique reliqui fuerunt, adeo sparsi sunt, vt ne duo quidem ex eis [23] simul relinquerentur.

12 Dixitque populus ad Samuelem, Quis est [24] qui dixit, [25] Regnaretne super nos? Date viros illos, & interficiemus eos.

13 Et dixit Saul, Non interficietur quispiam hoc die, quoniam hodie [26] salutem operatus est Dominus in Israele.

14 Dixit autem Samuel ad populum, Venite, eamus in Gilgal, [27] & innouemus ibi regnum.

15 Et iuit vniuersus populus in Gilgal, & [28] inaugurarunt illic Saulem regem [29] coram Domino in Gilgal, sacrificaruntque ibi [30] sacrificia gratulatoria coram Domino: & lætati sunt ibi admodum Saul & cuncti Israelitæ.

1 Et factum est quasi post mensem, ascendit Naas Ammonites, & pugnare cœpit aduersum Jabes Galaad. Dixeruntque omnes viri Jabes ad Naas, Habeto nos fœderatos, & seruiemus tibi.

2 Et respondit ad eos Naas Ammonites, In hoc feriam vobiscum fœdus, vt eruam omnium vestrū oculos dexteros, ponamque vos opprobrium in vniuerso Israel.

3 Et dixerunt ad eum seniores Jabes, Concede nobis septem dies, vt mittamus nūcios ad vniuersos terminos Israel: & si nō fuerit qui defendat nos, egrediemur ad te.

4 Venerunt ergo nuncii in Gabaa Saulis: & locuti sunt verba hæc audiente populo: & leuauit omnis populus vocem suam, & fleuit.

5 Et ecce Saul veniebat, sequens boues de agro, & ait, Quid habet populus quod plorat? Et narrauerunt ei verba virorum Jabes.

6 Et insiliuit Spiritus *Domini* in Saul, cum audisset verba hæc, & iratus est furor eius nimis.

7 Et assumens vtrumque bouem, concidit in frusta, misitque in omnes terminos Israel per manum nunciorum, dicens, Quicunque non exierit, & secutus fuerit Saul & Samuel, sic fiet bobus eius. Inuasit ergo timor Domini populum, & egressi sunt quasi vir vnus.

8 Et recensuit eos in Bezec: fueruntque filiorum Israel trecenta millia, virorum autem Juda triginta millia.

9 Et dixerunt nunciis qui venerant, Sic dicetis viris qui sunt in Jabes Galaad, Cras erit vobis salus cum incaluerit Sol. Venerunt ergo nuncii, & annūciauerunt viris Jabes: qui lætati sunt.

10 Et dixerunt, Mane exibimus ad vos: & facietis nobis omne quod placuerit vobis.

11 Et factum est, cum dies crastinus venisset, cōstituit Saul populum in tres partes: & ingressus est media castra in vigilia matutina, & percussit Ammon vsque dum incalesceret dies: reliqui autem dispersi sunt, ita vt non relinquerentur * in* eis duo pariter.

12 ‖ Et ait populus ad Samuelem, Quis est iste qui dixit, Saul num regnabit super nos? Date viros & interficiemus eos.

13 Et ait Saul, Non occidetur quisquam in die hac, quia hodie fecit Dominus salutem in Israel.

14 Dixit autem Samuel ad populū, Venite, & eamus in Galgala, & innouemus ibi regnum.

15 Et perrexit omnis populus in Galgala, & fecerunt ibi regem Saul coram Domino in Galgala, & immolauerunt ibi victimas pacificas coram Domino: & lætatus est ibi Saul, & cuncti viri Israel nimis.

A Naas Ammonitas obsidet Jabes Galaad.
Jabenitæ petūt auxilium à Saule.
B Saul Spiritu Dei accensus, promittit Jabenitis auxilium.
* Dei.
Timor Dei
C
330000 bellatorum.
Saul occidit Ammonitas
D
* ex
Sup. 10. d
Vindictā prohibet Saul, & victoriā Deo tribuit.
Innouatio regni Saulis.
Initiū cap. 12. iuxta aliquorū mentem.

CAPVT XII.

1 Samuel vero dixit ad vniuersum Israelem, Ecce [1] auscultaui voci vestræ in omnibus quæ loquuti estis ad me, & præfeci vobis regem:

2 Nunc igitur ecce rex ipse [2] incedit ante vos. Etenim ego senex sum & canus, (filii vero mei [3] vobiscum sunt,) & [4] versatus sum coram vobis a pueritia mea in hunc vsque diem.

3 [5] En ego, [6] testificabimini de me [7] coram Domino,

1 Dixit autem Samuel ad vniuersum Israel, Ecce audiui vocem vestram iuxta omnia quæ locuti estis ad me, & constitui super vos regem:

2 Et nunc rex graditur ante vos. Ego autem senui, & incanui: porro filii mei vobiscum sunt: itaque conuersatus coram vobis ab adolescentia mea vsque ad hanc diem.

3 Ecce præsto sum, ‖ loquimini de me coram

A Samuel iudex integer.
Boni iudicis forma, principum exemplum.
Eccl. 46. d

22 Id est, vigeret æstus solis. 23 sub[illegible] [illegible] ita Chaldæus paraph. 24 qui dicebat nuper. Hoc dicitur ironice qui dice[illegible] bant ante partam victoriam. 25 Regnabit&c. q.d. nequaquam. 26 Id est, victoriam & insignem victoriam Israeli de[illegible] [illegible]. Exemplum [illegible] Saulis. 27 Id est, vt sublatis [illegible] denuo Saulem [illegible] regiam, & confirmemus eum regem. 28 constituerunt 29 Id est, coram altari Domini, quod erat [illegible] in Gilgal. 30 Victimas pacificas. CAP. XII. 1 Id est, acquieui petitioni vestræ. 2 graditur [illegible] [illegible] [illegible]. 3 [illegible] [illegible] meum potestatis [illegible]. 4 Hebraismus, pro, [illegible] [illegible]. 5 Vel, [illegible] [illegible] [illegible]. 6 Testificamini [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]. 7 Sic apud Deum.

Domino, & coram Christo eius, verum bouem cuiusquam tulerim, aut asinum, si quempiam calumniatus sum, si oppressi aliquem, si de manu cuiusquam munus accepi, & contemnam illud hodie, restituamq; vobis.

4 Et dixerunt, Non es calumniatus nos, neque oppressisti, neque tulisti de manu alicuius quippiam.

5 Dixitque ad eos, Testis est Dominus aduersum vos, & testis Christus eius in die hac, quia non inueneritis in manu mea quippiam. Et dixerunt, Testis.

Arguit Samuel populū ingratitudinis erga Deū, quod pro Deo rege, homină regē petierit.

6 Et ait Samuel ad populum, Dominus qui fecit Moysen & Aaron, & eduxit patres nostros de Terra Ægypti, adest.

7 Nunc ergo state, vt iudicio contendam aduersum vos coram Domino de omnibus misericordiis Domini, quas fecit Dominus vobiscum, & cum patribus vestris.

B

Gen. 46. a

8 ‖ Quomodo Jacob ingressus est in Ægyptum, & clamauerunt patres vestri ad Dominum: & misit Dominus Moysen & Aaron, & duxit patres vestros de Ægypto, & collocauit eos in loco hoc.

Iudicum 4. a

9 ‖ Qui obliti sunt Domini Dei sui, & tradidit eos in manus Sisaræ magistri militiæ regis Hasor, & in manu Philisthinorū, & in manu regis Moab, & pugnauerunt aduersum eos.

10 Postea autem clamauerunt ad Dominum, & dixerunt, Peccauimus, quia dereliquimus Dominum, & seruiuimus Baalim & Astaroth: nunc ergo erue nos de manu inimicorum nostrorum, & seruiemus tibi.

11 Et misit Dominus Jerobaal & Badan, & Samson, & Barac, & Jephte & Samuel, & eruit vos de manu inimicorum vestrorum per circuitum, & habitastis confidenter.

C

12 Videntes autem quòd Naas rex filiorum Ammon venisset aduersum vos, dixistis mihi, Nequaquā, sed rex imperabit nobis: cum Dominus Deus vester regnaret in vobis.

13 Nunc ergo præstò est rex vester, quem elegistis & petistis: ecce dedit vobis Dominus regem.

14 Si timueritis Dominum, & seruieritis ei, & audieritis vocē eius, & non exasperaueritis os Domini, eritis & vos, & rex qui imperat vobis, sequentes Dominum Deum vestrum.

15 Si autem non audieritis vocem Domini, sed exasperaueritis sermones eius, erit manus Domini super vos, & super patres vestros.

Deus miraculo cogit dura corda fateri peccatum.

16 Sed & nunc state, & videte rem istam grandem, quam facturus est Dominus in conspectu vestro.

Lex.

17 Numquid non messis tritici est hodie? Inuocabo Dominum, & dabit voces, & pluuias: & scietis & videbitis quia grande malum feceritis vobis in conspectu Domini, petentes super vos regem.

18 Et clamauit Samuel ad Dominum, & dedit Dominus voces, & pluuias in illa die. Et timuit omnis populus nimis Dominum & Samuelem.

Oratio.

19 Et dixit vniuersus populus ad Samuelem, Ora pro seruis tuis ad Dominum Deum tuum, vt nō moriamur. addidimus enim vniuersis peccatis nostris malum, vt peteremus nobis regem.

Pœnitentia.

Fides.

Opera.

20 Dixit autem Samuel ad populum, Nolite timere, (vos fecistis vniuersum malum hoc: veruntamen nolite recedere à tergo Domini, sed seruite Domino in omni corde vestro.

21 Et nolite declinare post vana, quæ non pro-

& coram ⁸ vncto eius,' cuius bouem ⁹ accepi? cuius verò asinum accepi? ¹⁰ cui vim intuli? aut quem ¹¹ contriui? de cuius verò manu ¹² accepi munus expiatorium, ¹³ vt ei oculis meis conniuerem? & restituam vobis.

4 Dixerunt, Non ¹⁴ intulisti nobis vim, nec ¹⁵ confregisti nos, nec accepisti ¹⁶ quidquam de manu vllius hominis.

5 Et dixit ad eos, Testis est Dominus contra vos, & testis est vnctus eius in die hac, quòd nō inuenistis in manu mea quidquam. Et ait [¹⁷ populus.] Testis.

6 Dixitq; Samuel ad populum, Dominus, ¹⁸ qui fecit Mosen & Aharonem, & qui eduxit patres vestros ex terra Ægypti.

7 Nunc igitur state, ¹⁹ sistámq; me iudicio vobiscum coram Domino de omnibus ²⁰ iustitiis Domini, quas fecit vobiscum, & cum patribus vestris.

8 Quum Jacob ingressus esset in Ægyptum, & clamassent patres vestri ad Dominum, ²¹ misit Dominus Mosen & Aharonem, qui eduxerunt patres vestros ex Ægypto, ²² collocarūntq; eos in istum locum.

9 Et quum oblitti essent Domini Dei sui, vendidit eos in manum Siseræ ducis exercitus Hasor, & in manū Palæstinorum, & in manum regis Moab, qui bellum gesserunt cum eis.

10 Et clamauerunt ad Dominum, dixeruntq;, Peccauimus, quoniam deseruimus Dominum, & coluimus Baalim & Astaroth: nunc ergo eripe nos de manu hostiū nostrorum, & seruiemus tibi.

11 Tunc misit Dominus Jerubbaal, & Bedan, Jephte, & Samuel, & eripuit vos de manu hostium vestrorum qui circum vos erant, ²³ vt tutò habitaretis.

12 ²⁴ Sed & vidistis quod Nahas rex filiorum Ammon venit contra vos, ²⁵ & dixistis ad me, ²⁶ Non, sed rex imperitabit nobis. quum tamen Dominus Deus rex vester esset.

13 Nunc igitur en rex vester, quem elegistis, quem postulastis, en Dominus constituit super vos regem.

14 Si timueritis Dominum, & seruieritis ei, atq; vocem eius audieritis, neq; rebelles fueritis ²⁷ ori Domini, tam vos quam rex qui imperat vobis, ²⁸ eritis post Dominum Deum vestrum.

15 Quòd si vocem Domini non audieritis, oriq; Domini rebelles fueritis, ²⁹ erit manus Domini contra vos, ³⁰ & contra ³¹ patres vestros.

16 Sed & nunc consistite & spectate rem istam grandem, quam Dominus ³² facit coram oculis vestris.

17 ³³ Annon hodie messis est tritici? ³⁴ Clamabo ad Dominum, & edet tonitrua & pluuiam, vt cognoscatis & videatis quòd malitia vestra magna sit, quam fecistis in oculis Domini, postulando vobis regem.

18 Et clamauit Samuel ad Dominum, & edidit Dominus tonitrua & pluuiam in die illa. vnde timuit populus vehementer Dominum & Samuelem.

19 Et dixit vniuersus populus ad Samuelem, Precare pro seruis tuis ad Dominum Deum ³⁵ tuum, ne moriamur: quoniam omnibus peccatis nostris [hoc] malum adiecimus, vt peteremus nobis regem.

20 Et ait Samuel ad populum, Ne metuatis, (vos quidem vniuersum hoc ³⁶ malum designastis, verumtamen ³⁷ ne recedatis à Domino, quin potius seruite Domino in toto corde vestro.

21 Ne ³⁸ recedatis inquam (præsertim) post vana, quæ

8 i. Saule quem eius iussu vnxi in regem.
9 sub. in vsum meum.
10 quem calumniatus sum? i. quem satis opib. castigaui iniuste?
11 vel, pulsaui? hoc, pulsandum curaui? i. quem lædi aut in pecunia, aut in corpore ipso?
12 redemptionē i. munus pro redemptione.
13 Hebr. & texi oculos meos propter illud vt scil. dissimularē me videre peccatum eius.
14 calumniatus es nos.
15 vel, contudisti. sub. in corpore.
16 sub. quod esset nostrum.
17 vel, vnus pro omnibus sic certendum dixerūt, sub. omnes vna voce.
18 i. qui reddidit eos claros & nobiles, siue magnificauit eos, & docuit. Chaldæ paraphrast. qui fecit miracula per eosdem. Ita autem ecliptice deest enim, est testis. q. d. habeo innocentiæ meæ Deum testē grauissimum, qui Mosen clarū, &c.
19 Hebr. disceptaboq; vel, vt disceptem. i. vt contendam aduersum vos iudicio, ipso Deo iudice.
20 i. beneficia. Iustitiā pro beneficio Hebræi aliquando accipiunt, siue pro clementia: & homines iustos declarat.
21 misertus videlicet illorum.
22 habitareque fecerunt. i. statuerunt, vt ibi domicilium suam vt illic sederent.
23 & habitastis securè, i. in magna securitate animi.
24 Et (tamen) quum vidissetis.
25 dixisti, siue coniunctione, propter (tamen) præcedens.
26 vel, Nequaquā, sub. acquiescemus

aut tibi, quum scil. dehortarer vos à rege petendo. 27 i. mandatis. 28 i. diu permanebitis, siue diutissime viuetis colentes Deum vestrū. 29 hoc est, affliget vos vt maiores vestros quando fuerunt inobedientes. Chald. paraphr. vertit, plaga Dñi contra vos. 30 & pro vestris [illegible]. 31 Quidam Hebræorum interpretatus patres, reges. nam quid est pater [illegible]. 32 facturus est. 33 Hebræi aiunt tempore messis non solere pluere in Terra sancta. Alii, à 27. Martii [illegible] ad mensem [illegible] [illegible] habeat, erat sudum quum hæc dicebantur. 34 sub. [illegible] clamabo. 35 Non dicit nostrum: quod [illegible]. 36 Chaldæus [illegible] hoc intelligit [illegible] fuistis causa huius tantæ pluuiæ & tonitrui. Docti inter Hebræos, intelligit petendo regem, [illegible] malum petendo regem. 37 i. ne deseratis [illegible] Deum. 38 recedatis, inquam (à Dño) post vana: (quia cum sequeremini, siue adhæreretis) post vanitatem, [illegible]. Alii vertunt, & ne recedatis post eos [illegible].

nil proderunt, nec eripient, quandoquidem [39] vana sunt.

22 Etenim Dominus non deseret populum suum, id que [40] propter nomen suum magnum [41] quandoquidē animum adiecit (ad hoc) Dominus: vt vos sibi faciat in populum.

23 Et á me quoq; procul absit, vt peccem contra Dominum, [42] cessemq; pro vobis supplicare. [43] quin potius dirigam vos in via bona & recta.

24 Modo timeatis Dominum, & seruiatis ei in veritate, in toto corde vestro. et. enim considerate [44] quam magnifica vobis fecerit.

25 Quod si pergitis malefacere, & vos & rex vester peribitis.

derunt vobis, neque eruent vos, quia vana sunt.

22 Et non derelinquet Dominus populum suum, propter nomen suum magnum: quia iurauit Dominus facere vos sibi populum. — *Propter promissiones suas parcit Deus.*

23 Absit autem a me hoc peccatum in Domino, vt cessem orare pro vobis, & docebo vos viam bonam & rectam. — *Oratio. Via recta.*

24 Igitur timete Dominum, & seruite ei in veritate & ex toto corde vestro. vidistis enim magnifica, quæ in vobis gesserit Dominus. — *Seruire Deo.*

25 Quod si perseuerauerit is in malitia: & vos & rex vester pariter peribitis.

CAPVT XIII.

1 [1] SAul fuit in regno suo (quemadmodum) puer (vnius) anni, ([2] sicque regnauit duobus annis super Israelem.)

2 [3] Elegit autem sibi Saul tria millia ex Israele, duo millia fuerunt cum Saule in Michmas, & in monte Bethel: mille vero fuerunt cum Ionathan in Gibea beniamin: reliquum vero populum amandauit, quemq; [4] ad tentoria sua.

3 Et Ionathan percussit [5] stationem Palæsthinorum quæ erat in colle: audieruntq; id Palæsthini. & Saul cornu canebat per vniuersam terram, dicens, [6] Audiant (hoc) Hebræi.

4 Et omnes Israelitæ audierunt quod diceretur, [7] Percussit Saul [8] stationem Palæsthinorum, & etiam quod [9] fœteret Israel apud Palæsthinos. conuocatus est itaque populus post Saulem in Gilgal.

5 Et Palæsthini quidem congregati sunt vt pugnarent cum Israele, triginta scilicet millia [10] curruum, sex millia equitum, & populus (multus) quasi harena quæ est in littore maris, præ multitudine: ascenderunt, & castrametati sunt in Michmas [11] ex opposito [12] Bethauen.

6 Viri autem Israelitæ videntes sese in angustias redacto (populus enim [13] pressus erat,) absconderunt se populi in speluncas, in [14] spineta, in petras, in [15] arces, atq; in foueas.

7 [17] Porro trans Iordanem traiecerunt Iordanem [18] in terram Gad & Gilead. Saul autem [19] adhuc erat in Gilgal, omnisque populus [20] sequutus eum territus est.

8 Et expectauit septem dies [21] vsq; ad tempus constitutum a Samuele. [22] sed non venit Samuel in Gilgal, diffluxitq; populus ab eo.

9 Et dixit Saul, Afferte ad me holocaustum & pacifica sacrificia. & sacrificauit holocaustum.

10 Quumque iam confecisset holocausta, [23] Samuel venit, & egressus est Saul ei obuiam, [24] vt gratularetur aduentus eius.

11 Samuel ergo ait, Quid fecisti? Respondit Saul, Quandoquidem vidi quod populus a me dilaberetur, neque tu venires ad tempus [25] dierum, & quod Palæsthini congregati essent in Michmas: Cogitaui,

12 Descendent nunc Palæsthini ad me in Gilgal, [26] nedum Dominum consulueram, [27] ausus ergo sum (vel munitus) sacrificare holocaustum.

13 Et ait Samuel ad Saul, Stultus [28] factus es, [29] non obseruasti præceptum Domini Dei tui quod ille tibi [30] præcepit. [31] equidem parauerat Dominus regnum tuum super Israelem [32] perpetuo.

CAPVT XIII.

1 Filius vnius anni erat Saul cum regnare cœpisset, duobus autem annis regnauit super Israel. — *A Percutiuntur Philisthæi à Saule & Ionatha.*

2 Et elegit sibi Saul tria millia de Israele: & erant cum Saul duo millia in Machmas, & in monte Beth-el: mille autem cum Ionatha in Gabaa Beniamin porro ceterum populum remisit vnumquemque in tabernacula sua. — *Infr. 15 d*

3 Et percussit Ionathas stationem Philisthinorum, quæ erat in Gabaa. quod cum audissent Philisthiim, Saul cecinit buccina in omni terra, dicens, Audiant Hebræi.

4 Et vniuersus Israel audiuit huiuscemodi famam, Percussit Saul stationem Philisthinorum: & erexit se Israel aduersus Philisthiim. clamauit* ergo populus post Saul in Galgala. — ** autem*

5 Et Philisthiim congregati sunt ad præliandū contra Israel, triginta millia curruum, & sex millia equitum, & reliquum vulgus, sicut arena quæ est in littore maris plurima. & ascendentes castrametati sunt in Machmas ad Orientem Beth-auen. — *Philisthæi congregatur, pauidi Israel se abdunt in cauernas.*

6 Quod cum vidissent viri Israel se in arcto positos, (afflictus enim erat populus) absconderūt se in speluncis, & in abditis, in petris quoq; & in antris, & in cisternis. — *B*

7 Hebræi autem transierunt Iordanem in terram Gad & Galaad. Cumq; adhuc esset Saul in Galgala, vniuersus populus perterritus est, qui sequebatur eum. — *Saul clamore, relinquitur à suis.*

8 Et expectauit septem diebus iuxta placitum Samuelis, & non venit Samuel in Galgala, dilapsusque est populus ab eo. — *Saul contra præceptum Dei, nō expectato Samuele sacrificat, vnde & abiicitur a Deo.*

9 Ait ergo Saul, Afferte mihi holocaustum, & pacifica. & obtulit holocaustum.

10 Cumq; compleuisset offerens holocaustum, ecce Samuel veniebat: & egressus est Saul obuiā ei, vt salutaret eum.

11 Locutusque est ad eum Samuel, Quid fecisti? Respondit Saul, Quia vidi quod populus dilaberetur a me, & tu non veneras iuxta placitos dies, porro Philisthiim congregati fuerāt in Machmas: dixi — *C*

12 Nunc descendent Philisthiim ad me in Galgala, & faciē Domini non placaui. necessitate cōpulsus, obtuli holocaustum Domino.

13 Dixitq; Samuel ad Saul, Stultè egisti, nec custodisti mandata Domini Dei tui, quæ præcepit tibi Quod si non fecisses, iam nunc præparasset Dominus regnum tuum super Israel in sempiternum.

Vel, mera vanitas. 39 i. propter famam suam celebrem nam bene audit apud Gentes: apud quas male audiret si [illegible] vos. 41 Heb. quia voluit Dominus [illegible] vos sibi in populum. i. statuit vos sibi esse populum. q.d. propter nomen suum magnum [illegible] Gētes quæ audierunt, quid ipse [illegible] vos facere [illegible] populum. 42 Cessando. 43 (sub. orabo quidē pro vobis) & docebo vos (in cedere) per viam bonam & rectā: Verumtamē [illegible] Dominum, [illegible] 44 [illegible] magnificauit facere vobiscum. i. vide [illegible] mirabilia quæ fecit ante vos, vel in gratiam vestri.

CAP. XIII. 1 Heb. Filius anni (vnius) erat Saul quū regnaret: i. ea quo regnāre cœpit, hoc est, iam regnauerat anno vno ab [illegible] suo, [illegible] innouationem regni sui & annum alterū ab ipsa innouatione regni vsque ad [illegible] horum trib millib [illegible]. Chald. paraph. ait fuisse [illegible] innocentem, ob id [illegible] Saulis [illegible] anni [illegible] in quo nulla sunt peccata, quo regnare cœpit [illegible] doctiores. 2 Heb. & duobus (postea vel tantū) annis regnauit super Israelē. Per parenthesin. post quos scil. [illegible] est quidem dignitate regia: mansit tamē apud eū administratio Reip. pluribus annis. 3 tam [illegible]. 4 [illegible] vos [illegible]. 5 [illegible] Palæsthinorum qui erat in colle sub.

ea in colle, sub [illegible], vbi erat arca Domini. Illud intelligitur ex præcedenti decimo capite, Venies in collem Dei, vbi sunt præsidia Philisthinorum. 6 nempe præsidiū Palæsthinorum [illegible] cæsum a Ionatha. Hoc dicebat [illegible] 7 [illegible] Ionathas. 8 præsidium. 9 Palæsthinis [illegible] ab Israelitis tanquam [illegible]. 10 sub. falcatorum. 11 Vel, ad Orientem. 12 [illegible] vocat ob idolorum cultum, alias [illegible] Bethel [illegible] 13 afflictus, vel, constrictus. 14 Vel, munitiones, 15 Vel, alta loca & præcipitia, 16 Vel, [illegible] 17 Hebræi autē quod [illegible] Dominus [illegible] 18 [illegible] petiuerunt terram Gad &c. 19 à tempore scilicet innouationis regni. 20 trepidans [illegible] (aliquis) [illegible] 21 [illegible] recepit [illegible] ad illum. 22 iuxta tempus quod dixerat Samuel; 22 cum autem non veniret Samuel in Gilgal, [illegible] 23 ecce Samuel [illegible] 24 Heb. vt benediceret illi. Chaldæus paraphr. vt diceret illi salutem. 25 sub [illegible] hoc est, ad [illegible] Samuelem aduentare. 26 Heb. & faciem Domini non sum deprecatus. Faciem Domini deprecari est [illegible] 27 [illegible] me, & obtuli holocaustū. i. tū obstinaui animū, hoc est, [illegible] reclamante & repugnante animo obtuli holocaustū. [illegible] 28 vel, fuisti [illegible] 29 & non obseruasti [illegible] positum. 30 præcepit [illegible] per me. 31 nunc enim (vel, quia iam nunc) stabiliuisset. 32 i. longo tēpore. Vox [illegible] עולם propriè significat tēpus quod est intermedium inter duo iubilæa. longo igitur tempore [illegible] regnum [illegible] Iudæ debebatur.

Regnū Dauidis prædicitur. *Act. 13. d*

14 Sed nequaquam regnum tuum vltrà consurget: quæsiuit Dominus sibi virum iuxta cor suum: & ‖ præcepit ei Dominus vt esset dux super populum suum, eo quòd non seruaueris quæ præcepit Dominus.

15 Surrexit autem Samuel, & ascendit de Galgalis in Gabaa Beniamin. ⁻Et reliqui populi ascenderunt post Saul obuiam populo, qui expugnabant eos venientes de Galgala in Gabaa, in colle Beniamin.ʼ Et recensuit Saul populum, qui inuenti fuerant cum eo, quasi sexcentos viros.

D

16 Et Saul & Jonathas filius eius, populusq; qui inuentus fuerat cum eis, erat in Gabaa Beniamin: porrò Philisthiim consederant in Machmas.

ᵃ prædandum Philisthæi descendunt contra Israelitas. *ᵇ Ephra.* *ᶜ Saul.*

17 Et egressi sunt ad ᵃprælliandumʼ de castris Philisthinorum tres cunei. vnus cuneus pergebat contra viam ᵇ Ephraimʼ ad Terram- ᶜSaul.ʼ

Astutia Philisthinorū carentes gladio & armis Israelitæ.

18 Porrò alius ingrediebatur per viam Bethhoron. tertius autem verterat se ad iter termini ⁻in Terra Sabaaʼ imminentis valli Seboim contra desertum.

19 Porrò faber ferrarius non inueniebatur in omni Terra Israel. cauerant enim Philisthiim, ne fortè facerent Hebræi gladium aut lanceam.

20 Descēdebat ergo omnis Israel ad Philisthiim, vt exacueret vnusquisq; vomerem suum, & ligoné, & securim⁻& tridentem,ʼ & sarculum.

21 Retusæ itaq; erant acies vomerum, & ligonum, & tridentum, & securium, vsq; ad stimulum corrigendum.

22 Cumq; venisset dies prælii, non est inuentus ensis & lācea in manu totiᵉ populi qui erat cū Saule & Jonatha, excepto Saul & Jonatha filio eius.

Initium Cap. XIIII. iuxta multorum opinionem.

23 EGressa est autem statio Philisthiim, vt transcenderet in Machmas.

14 *Sed iam non*[33] *firmum eritʼ regnum tuum: quæsiuit Dominus sibi virum iuxta cor suum, cui præcepit Dominus vt dux sit super populum suum: quoniam tu non obseruasti quæ præcepit tibi Dominus.*

15 *Et*[34] *surgens Samuelʼ ascendit de Gilgal in Gibea Beniamin, & Saul recensuit populum*[35] *qui [adhuc] inueniebatur apud eum,ʼ ferè sexcentos viros.*

16 *Manserunt ergo Saul & Jonathan filius eius, atque populus*[36] *qui sibi erat,ʼ*[37] *habitantes in colle Beniamin:ʼ Palæsthini verò*[38] *castrametati suntʼ in Michmas.*

17 *Et egressus est vastitor ille ex castris Palæsthinorum*[39] *[cum] tribus agminibus:ʼ vnum agmen*[40] *vergebat*[41] *versusʼ Aphra ad terram*[42] *Sual.ʼ*

18 *Aliud agmen*[43] *vergebat itinereʼ Beth-horon: porrò, tertium agmen*[44] *vertebat ad viam termini qui conspicitur supra vallem*[45] *Zeboimʼ versus desertum.*

19 *Nec inueniebatur per totam terram Israel*[46] *faber:ʼ dixerant enim Palæsthini, Ne fortè faciant Hebræi gladium aut lanceam.*

20 *Quin omnes Israelitæ*[47] *descenderuntʼ ad Palæsthinos, quisq; scilicet ad*[48] *reficiendumʼ cultrum suum [*[49] *aratri,] vomerem suum,*[50] *securimʼ suam, & sarculum suum fossorium:*

21 [51] *Quandoquidem acies cultrorum [aratri,] vomerum, furcarum tridentium, & securium obtusæ erant: & ad reficiendum stimulum.ʼ*

22 *Quando igitur*[52] *imminebatʼ dies prælii, non inueniebatur nec*[53] *gladiusʼ nec lancea in manu totius populi qui fuit cum Saule & cum Jonathan, Sauli tamen & Jonathan filio eius*[54] *inueniebatur.*

23 *ET egressa est statioʼ Palæsthinorum*[56] *ad transitum Michmas.*

33 constitit.
34 sub. cum Saule.
35 Heb. qui erat cum ipso.
36 Heb. qui repertus est cum ipsis.
37 Heb. in colle Beniamin. sub. expectantes Palæsthinos.
38 castra posuerant.
39 (in) tribus capitibus, i. turmis. q. d. Tres cunei siue turmæ prædatorum egressi sunt de exercitu Philisthæorum, vt scili. vastarent totā regionem.
40 vertebat, scilic. vel pergebat, siue, [illegible].
41 Heb. per viā.
42 Chal. [illegible] parabit. Sic [illegible] Soalem.
43 incedebat versus.
44 [illegible]debat (gradiebatur) versus regioné q respicit vallem, i. quæ imminet valli.
45 i. regulorum. siue, basiliscorum.
46 sub. ferrarius. Hoc eò pertinet, vt planum fiat non esse victoriā in potestate humanum sitam.
47 descendebāt.
48 acuendum.
49 vel, (aratorium.)

50 Securis eo tēpore duas habebat acies, acutā alteram, alteram latam [illegible] cultellatam. Gallice, besague.

51 Hebr. Fuit[illegible] limatu (acuendum) cultris aratoriis, vomeres, furcas tridenti, & bipennes [illegible] & ad infigendum (vel collocandū) aculeum. Stimulus [illegible] boum [illegible] portabat enim stimulum esse acutum ea parte qua [illegible]ferebatur in sustem.

52 vel, aderat. Hebraice, Et erat in die prælii.

CAPVT XIIII.

A

Fiducia in Deū Jonathas armigero comite profligat Philisthæos.

1 ET accidit in quadam die vt diceret Jonathas filius Saul ad adolescentem armigerum suum, Veni, & transeamus ad stationem Philisthinorum, quæ est trans locum illum. patri autem suo hoc ipsum non indicauit.

ᵇ Magron: *Achias.*

2 Porrò Saul morabatur in extrema parte Gabaa sub malo granato, quæ erat in ᵃagro Gabaa:ʼ & erat populus cum eo quasi sexcentorum virorum.

Sup. 4. d

3 Et Achias filius Achitob fratris Ichabod filii Phinees, ‖ qui ortus fuerat ex Heli sacerdote Domini in Silo, portabat ephod. sed & populus ignorabat quo iuisset Jonathas.ʼ

4 Erant autem inter ascensus, per quos nitebatur Jonathas transire ad stationem Philisthinorum, eminentes petræ ex vtraque parte, & quasi in modum dentium scopuli hinc inde prærupti. nomen vni Boses, & nomen alteri Sene:

5 Vnus scopulus prominens ad Aquilonem ex aduerso Machmas, & alter ad Meridiem contra Gabaa.

6 Dixit autem Jonathas ad adolescentem armigerum suum, Veni, transeamus ad stationem incircumcisorum horum, si fortè faciat Dominus pro nobis: quia non est Domino difficile saluare vel in multis, vel in paucis.

Victoria, Dei est.

B

7 Dixitq; ei armiger suus, Fac omnia quæ placent animo tuo: perge quò cupis, ⁻& ʼero tecum vbicunque volueris.

1 *ACcidit verò quadam die, vt diceret Jonathan filius Saul ad puerum suum qui ferebat arma sua, Veni,*[1] *penetrabimus*[2] *præsidiumʼ Palæsthinorum, quod est*[3] *è regione huius [loci. hic verò] patri suo non indicauit.ʼ*

2 *Saul autem habitabat in extremitate Gibea sub*[4] *Rimon quæ est in Migron, & populus qui cum eo, erat circiter sexcentos viros.*

3 *Et Ahias filius Abitob*[5] *fraterʼ Ichabod filii Pinhas, filii Eli,*[6] *erat sacerdosʼ Domini in Silo,*[7] *ferebatqueʼ ephod, nec sciebat populus quod abiisset Jonathan.*

4 *Erat autem inter transitus,*[8] *[illegible] Jonathan conabatur*[9] *penetrareʼ ad [illegible],*[10] *prærupta petra*[11] *in transitu hinc, [illegible] petra prærupta*[11] *in [illegible], nomen vnius erat Boses, nomen alterius Sene.*

5 *[illegible] vnus stabat ab Aquilone è regione Michmas, alter verò à Meridie è regione Gaba.*

6 *Dixit itaque Jonathan ad adolescentem armigerum suum, Age,*[12] *penetrabimusʼ in præsidium [illegible] [illegible], [illegible]*[13] *si fortè Dominus faciatʼ pro nobis: quoniam*[14] *non fuerit Domino difficile seruare in multitudine aut paucitate.*

7 *Et [illegible] ei armiger eius, Fac*[15] *omni quid est in corde tuo,*[16] *inclinaʼ tibi, en adsum tibi*[17] *pro voto tuo.ʼ*

53 vel, ensis. Vtebantur fundis, arcubus, & fustibus præustis. 54 vel, Inuentus est. i. soli duo habebant gladios. 55 Exiuitʼ autem [illegible]. 56 [illegible] vlteriorem partem quæ erat inter Michmas & Gabaa Beniamin, præsidium transtulerant. Gallice, au passage de Michmas.

CAP. XIIII. 1 [illegible] vel, transeamus. 2 Vox Hebræa significat congregationem militum fortissimorum & armatorum egregie collocatorum in primo [illegible] impetus. 3 in latere illo: (remoto [illegible]) patriq; suo non renunciauit, [illegible] quod agere proposuerat. 4 malo granato quod erat. 5 fra[illegible] [illegible] [illegible]. 7 gestabat [illegible] indutus erat. 8 per quem [illegible] via per quā [illegible], &c. 9 transire. 10 Hebr. dens petræ. i. acutus scopulus, duæ petræ [illegible] dentium canum promin[illegible] excurrebant. 11 vel, in latere vno. 12 transeamus. 13 forte Dñs faciet. i. p[illegible] [illegible]. 14 Heb. non est prohibitio (i. difficile) Dno vt seruet cum multis, aut cum paucis, q. d. qui potest defendere cum paucis hostes [illegible] multis. 15 i. quicquid lubet. 16 Hebr. declina, perge quo voles. 17 Heb. secundum cor tuum. q. d. te sequar quocunq; ire voles.

28 q.d. Iam certum est nos trāsituros ad eos, et ostendamus nos illis. Gallice, Nous nous descouurirōs eulx.
* & ostendemus nos.
† vel, pertingam
* eritq; ♀ sit. Dñs tradet eos nobis. Hoc enim spiritu prophetico: aut ♀ ita flagitet animus eius.
19 ostēderūs sese
20 siue, præsidio.
21 & indicabimus vobis aliqd. Gallice, Nous auons quelque chose à vous dire.
22 enim dixit.
23 siue, traditurus est.
24 super manus suas, & pedes suos. i. repens manibus & pedibus. [illegible]
25 [illegible] per hostes.
26 Hebr. par boum. [illegible] spacij quod [illegible] est pars media [illegible] per integrum iugerum [illegible] vocat Gallice [illegible] spacio interiecto [illegible] viginti.
27 vel, prædabātur.
28 vel, commota est.
29 Hebr. & fuit in trepidatione Dei. [illegible] a Deo, aut magna
30 vel, [illegible]
31 [illegible]
32 Hebr. & abibat, & frangebatur [illegible] Stragis.
33 Hebr. ad sacerdos.
34 vel, Admoue. [illegible]

8 *Et dixit Jonathan, [18] nos transibimus ad viros istos,* *reuelabimurq; eis.*

9 *Quod si dixerint hoc nobis, Consistite donec † venerimus ad vos: tunc consistemus in loco nostro, nec ascendemus ad eos.*

10 *Sin autem ita dixerint, Ascendite ad nos: tunc ascendemus, quoniam tradidit eos Dominus in manus nostras: * sitque hoc nobis signum.*

11 *Ambo ergo illi [19] reuelati sunt [20] stationi Palæsthinorum: dixeruntq; Palæsthini, En Ebræi prorepunt e cauernis in quibus sese abdiderant.*

12 *Responderunt itaq; viri qui erant in statione ipsi Jonathan & armigero eius, dixeruntq;, Ascende ad nos, [21] & ostendemus vobis rem [22] Atque Jonathan ad armigerum suum, Ascende post me: quoniam Dominus [23] tradidit eos in manum Israelis.*

13 *Ascendit itaque Jonathan [24] manibus suis & pedibus suis, sequebaturq; eum armiger eius: qui que coram Jonathane [25] ceciderunt, hos armiger eius trucidabat post eum.*

14 *Fuit hæc prima strages, in qua Jonathan vna cum armigero suo percussit circiter viginti viros, idq; fermè in dimidio sulco [26] iugeri (in agro.*

15 *Factus est autem pauor in castris, tum in agro, tum in omni populo qui erat in præsidio. quin & hi qui [27] grassabatur territi sunt: terraq; ipsa [28] tremuit, [29] & inde fit pauor Dei.*

16 *Speculatores autem Saulis viderunt in Gibea Beniamin, & ecce [30] diffluxit [31] multitudo, [32] vltro citroq; discurrens.*

17 *Dixit ergo Saul ad populum quem secum habebat, Recensete quæso, & dispicite quisnam ex nobis abierit. cumque recensuissent, en aberat Jonathan & armiger eius.*

18 *Atque Saul ad [33] Achiam, [34] Applica arcam Dei: ([35] fuit enim [36] eodem die arca Dei cum filiis Israel).*

19 *Factumque est, [37] loquente adhuc Saule cum sacerdote, vt tumultus qui erat in castris Palæsthinorū, augesceret, increscerétq; vehementer. dicebat ergo Saul ad sacerdotem, [38] Retrahe manum tuam.*

20 *Clamore itaque conuocatus est Saul & omnis populus qui cum eo erat, veneruntq; [39] in prælium, & ecce gladius cuiusq; [40] stringebatur in proximū suum, eratq; [41] tumultus valde magnus.*

21 *Porrò Ebræi qui [42] cum Palæsthinis erant, nempe qui heri & nudiustertius vndequaque ascenderant cum eis in castra, & hi etiam reuertebantur vt essent cum Israelitis qui fuerunt cum Saule & Jonathan.*

22 *Omnes quoq; Israelitæ qui sese absconderant in monte Ephraim, audientes quod Palæsthini fugerent, insequuti sunt & ipsi eos [43] in prælio illo.*

23 *Et seruauit Dominus Israelem in die illa, [44] pertransiitq; pugna (vsque) Beth-auen.*

24 *[45] Coactis eodem die Israelitis, ausus est Saul populum iuramento adstringere his verbis, Quicunque panem comederit vsq; ad vesperam, donec vltus fuero de inimicis meis, sit execratus. populus itaq; vniuersus [46] non gustauit panem.*

25 *Et [47] vniuersa terra venit [48] in syluam, & erat mel in superficie campi.*

26 *[49] Et venit populus in syluam, & ecce [50] fluxus mellis, nullus autem [51] reducebat manum suam ad os suum: verebatur enim populus [52] iuramentum.*

8 Et ait Jonathas, Ecce nos transimus ad viros istos.

9 Cumq; apparuerimus eis, si taliter locuti fuerint ad nos, Manete, donec veniam[a] ad vos: stemus in loco nostro, nec ascendamus ad eos.

10 Si autem dixerint, Ascendite ad nos: ascendamus ad eos, quia tradidit eos Dominus in manibus nostris, * hoc erit nobis signum.

11 Apparuit igitur vterq; stationi Philistinorū: dixeruntq; Philisthiim, En Hebræi egrediuntur de cauernis, in quibus absconditi fuerant.

12 Et locuti sunt viri de statione ad Jonathan, & ad armigerum eius, dixeruntq;, Ascēdite ad nos, & ostendemus vobis rem. & ait Jonathas ad armigerum suum, Ascendamus, sequere me: tradidit enim Dominus eos in manu Israel.

13 Ascendit autem Jonathas manibus & pedib. reptans, & armiger eius post eum. itaq; cum vidissent faciem Jonathæ, alii cadebant ante Jonathan, alios armiger eius interficiebat sequens eum.

14 Et facta est plaga prima, qua percussit Jonathas & armiger eius, quasi viginti virorum in media parte iugeris, quam par boum in die arare consueuit.

15 Et factum est miraculum in castris, & per agros: sed & omnis populus stationis eorum, qui ierant ad prædandum obstupuit, & cōturbata[b] sunt castra, & accidit quasi miraculum à Deo.

16 Et respexerunt speculatores Saul, qui erant in Gabaa Beniamin, & ecce multitudo prostrata, & huc illucq; diffugiens.

17 Et ait Saul populo qui erat cum eo, Requirite, & videte quis abierit ex nobis. cumque requisissent, repertum est non adesse Jonathan, & armigerum eius.

18 Et ait Saul ad Achiam, Applica arcam [c]Domini. (erat enim ibi arca Dei in die illa cum filiis Israel.)

19 Cumq; loqueretur Saul ad sacerdotē, tumultus magnus factus est in castris Philisthinorū: crescebatq; paulatim, & clarius[d] resonabat. & ait Saul ad sacerdotem, Contrahe manum tuam.

20 Conclamauit ergo Saul, & omnis populus, qui erat cum eo, & venerunt vsq; ad locum certaminis: & ecce versus fuerat gladius vniuscuiusq; ad proximum suum, & cædes magna nimis.

21 Sed & Hebræi qui fuerant cum Philisthiim heri & nudiustertius, ascenderantq; cum eis in castris, reuersi sunt vt essent[e] cum Israel & iis qui erāt cum Saul & Jonatha. D

22 Omnes quoq; Israelitæ qui se absconderant in monte Ephraim, audientes quòd fugissent Philisthæi, sociauerunt se cum suis in prælio.

23 Et erant cum Saul, quasi decem millia virorum. Et saluauit Dominus Deus in die illa Israel. pugna autem peruenit vsq; ad Beth auen.

24 Et viri Israel sociati sunt sibi in die illa: adiurauit autem Saul populum, dicens, Maledictus vir qui comederit panem vsq; ad vesperam, donec vlciscar de inimicis meis. Et non manducauit vniuersus populus panem:

25 Omneq; terræ vulgus venit in saltum, in quo erat mel super faciem agri.

26 Ingressus est itaque populus saltum, & apparuit fluens mel, nullusq; applicuit manum ad os suum: timebat enim populus iuramentum.

Signo vult certior reddi Jonathas de victoria Dei.
* *&*
Conspectu Jonatha exterriti diffugiunt Philistæi.
C
[b] *est terra.*
Persequitur Saul Philisthæos.
[c] *Dei.*
[d] *reboabat.*
[e] *cum Israele qui erat.*
Victoria Deo tribuitur.
Iuramento astringit Saul populum, ne quicquam gustet ante victoriam.

27 Porrò

35 [illegible] nunc est mihi notum consilium Dūi. 39 vel, vsq; ad locū certaminis. 40 vel, conuersus erat. 41 vel, cædes, aut strages 42 [illegible] pro Palæsthinis [illegible] qui ascenderant cu illis in castris, [illegible] & etiam ipsi conuersi sunt vt essent cū Israele qui erant, & [illegible] pugna [illegible] contra fratres suos, [illegible] Palæsthinos [illegible] 43 [illegible] 44 [illegible] transierant persequendo Palæsthinos, &c. 45 [illegible] Israel coacti fuerunt, vel as[illegible] Saul populum [illegible] &c. Porro hoc factum esse, quo [illegible] in loco certaminis & Gabaa-ben iamin [illegible] Jonathan [illegible] 46 [illegible] 47 [illegible] 48 [illegible] 49 [illegible] 50 [illegible] mellis, siue, decurrebat mel sub terram. 51 siue, applicabat, siue admouebat, [illegible] manu sua [illegible] paulum mellis. 52 siue [illegible]

Jonathas edicti paterni ignar[us], mel degustat.

27 Porrò Jonathas non audierat cum adiuraret pater eius populum: extenditque summitatem virgæ, quam habebat in manu, & intinxit in fauum mellis: & conuertit manum suam ad os suum, & illuminati sunt oculi eius.

28 Respondensque vnus de populo, ait, Iureiurando constrinxit pater tuus populum, dicens, Maledictus vir qui comederit panem hodie (defecerat autem populus.)

E 29 Dixitque Jonathas, Turbauit pater meus terram: vidistis ipsi quia illuminati sunt oculi mei: eo quòd gustauerim paululum de melle isto:

30 Quanto magis si comedisset populus de præda inimicorum suorum, quam reperit? nónne maior plaga facta fuisset in Philisthiim?

Populus fatigatus comedit carnes, quarũ totus sanguis non effluxerat, quod fecit contra Dei præceptum.
Deut. 12.

31 Percusserunt ergo in die illa Philisthæos à Machmis vsque in Aialon. Defatigatus est autem populus nimis.

32 Et versus ad prædam tulit oues, & boues, & vitulos, & mactauerunt in terra: comeditque populus cum sanguine.

33 Nunciauerunt autem Sauli dicentes quòd populus peccasset Domino, comedens cum sanguine. quia ait, Præuaricati estis: voluite ad me iam nunc saxum grande.

34 Et dixit Saul, Dispergimini in vulgus, & dicite eis, vt adducat ad me vnusquisque bouem suum & arietem, & occidite super istud, & vescimini, & non peccabitis Domino comedentes cum sanguine. adduxit itaque omnis populus vnusquisque bouem in manu sua vsque ad noctem, & occiderunt ibi.

Altare Domino ædificat Saul.
[a] Domini.

35 Ædificauit autẽ Saul altare Domino: túncque primùm cœpit ædificare altare[a] Domino.

36 Et dixit Saul, Irruamus super Philisthæos nocte, & vastemus eos vsque dum illucescat mane, nec relinquamus ex eis virum. dixitque populus, Omne quod bonum tibi videtur in oculis tuis, fac. & ait sacerdos, Accedamus huc ad

F Deum.

[b] Deum.
Saul consulit Dominũ cõtra Philisthæos.

37 Et consuluit Saul [b] Dominum, Num persequar Philisthiim? Si trades eos in manus Israel? & non respondit ei in die illa.

38 Dixitque Saul, Applicate huc vniuersos angulos populi: & scitote, & videte per quem acciderit peccatum hoc hodie.

39 Viuit Dominus Saluator Israel, quia si per Jonathan filium meum factum est, absque retractatione morietur. ad quod nullus contradixit ei de omni populo.

40 Et ait ad vniuersum Israel, Separamini vos in partem vnam, & ego cum Jonatha filio meo ero in parte altera. Respõditque populus ad Saul, Quod bonum tibi videtur in oculis tuis, fac.

41 Et dixit Saul ad Dominum Deum Israel, Domine Deus Israel, da indicium, quid est quod non responderis seruo tuo hodie. Si in me aut Jonatha filio meo est iniquitas hæc, da ostensionem. aut si hæc iniquitas in populo tuo, da sanctitatem.

Jonathas quẽ pater occidere vult, ob degustatũ mel, a populo liberatur.

42 Et deprehensus est Jonathas & Saul, populus autem exiuit. Et ait Saul, Mittite sortem inter me, & inter Jonathan filium meum. & captus est Jonathas.

43 Dixit autem Saul ad Jonathan, Indica mihi quid feceris. Et indicauit ei Jonatha, & ait, Gustans gustaui in summitate virgæ, quæ erat in manu mea, paululum mellis, &, ecce ego morior?

G 44 Et ait Saul, Hæc faciat mihi Deus, & hæc addat, quia morte morieris Jonatha.

27 *Jonathan autem non audierat, quum pater eius populum sacramento iurisiurandi adstrinxerat: extendit itaque extremitatem virgæ, quam manu gestabat, intingens eam in fauum mellis, admouitque manum suam ori suo, [53] clarioréque redditi sunt oculi eius.*

28 *[54] Respondens autem quidam è populo, dixit, Omnino iureiurando obstrinxit pater tuus populum, dicens, Execratus sit vir qui comederit cibum hodie. (populus autem [55] labore delassatus erat.)*

29 *Et dixit Jonathan, Pater meus turbauit [56] terram, videte quæso [57] vt illustrati sint oculi mei: quòd parum mellis istius gustauerim.*

30 *Quanto verò magis si comedendo comedisset populus hodie de præda hostium suorum, quam inuenit? [58] an verò non maior strages edita esset in Philisthinos?*

31 *Percusserunt itaque eodem die Palæsthinos à Michmas vsque Aialon. Defatigatusque est populus vehementer.*

32 *Et [59] irruit populus in prædã, acceperúntque oues, & boues, & vitulos, mactaueruntque in terram, [60] comeditque populus cum sanguine ipso.*

33 *Et annunciantes Sauli dixerunt, Ecce populus peccat Domino comedens cum sanguine. qui ait, [61] Præuaricati estis, voluite ad me iam lapidem magnum.*

34 *Et rursum dixit Saul, [62] Dispergimini in populum, & dicite eis, Adducite ad me quisque [65] bouem suum & quisque pecudem suam, & mactate [63] hic, & comedite, [64] ne peccetis contra Dominum, comedendo cum sanguine. & adduxerunt vniuersus scilicet populus, quisque [65] bouem suum manu sua, [idque] nocte ista, & mactarunt ibi.*

35 *Extruxit quoque Saul [66] aram Domino, & [67] eã quidem cœpit ædificare vt esset ara Domini.*

36 *Et ait Saul, Descendamus nocte post Palæsthinos, [68] prædabimurque eos vsque ad lucem matutinam, [69] ne quemquam faciamus ex eis reliquum. & dixerũt, Quod tibi videtur bonum, facito. & ait sacerdos, [70] Accedamus hic ad Deum.*

37 *Et [71] interrogauit Saul Deum, An non descendam post Palæsthinos? Tradesne eos in manus Israelis? at Dominus eo die nihil respondit ei.*

38 *Dixitque Saul, Adeste huc omnes [72] anguli populi, cognoscite, & videte [73] per quem hodie hoc peccatum commissum sit.*

39 *Viuit enim Dominus qui seruat Israelem, quòd [74] si fuerit in Jonathan filio meo, certissime morietur. nemóque erat in vniuerso populo qui responderet ei.*

40 *Dixit itaque ad omnem Israelem, Vos eritis in latere vno, ego verò & Jonathan filius meus erimus in altero latere. Dixerunt ergo populus ad Saulem, Quod bonum tibi visum fuerit, facito.*

41 *Et dixit Saul ad Dominũ Deum Israelis, [75] Decerne integritatem.*

42 *Et deprehensus est Jonathan atque Saul, populus verò [76] euasit. Saul ergo ait, [77] Jacite inter me & inter Jonathan filium meum, [78] deprehensusque est Jonathan.*

43 *Dixit ergo Saul ad Jonathan, Indica mihi quid feceris. Et indicauit ei Jonathan, & dixit, Gustans gustaui cum extrema parte virgæ quam manu mea gestaui paulum mellis, & [79] en [80] moriar?*

44 *Respondit Saul, [81] Sic faciat mihi Deus, sicque addat, quod certissime morieris Jonathan.*

53 vel, illuminatique sunt, &c. qui scilicet caligabant prius fame.
54 Heb. Dixitque aliquis de populo in hunc modum, Adiurando adiurauit i. Serio adiurauit.
55 defecerat, [i.] fame scilicet & lassitudine.
56 i. populũ terræ Israeliticæ.
57 quòd lumen recœperint.
58 vel, nunc enim.
59 diuertit.
60 Iugulabant enim humi boues, & ita caro ebibebat expressum sanguinem. Vel, populus nõ expectabat quòd sanguis fluxisset, quod verius videtur. Alii, comedit iuxta sanguinem, vt idololatræ: quod erat prohibitum. Alii, nondũ sanguis effusus erat. Ostendit quanta fame pressi essent.
61 i. Vos estis transgressi legẽ.
62 vel, spargite vos.
63 i. super hoc saxum.
64 & non peccabitis.
65 nomine bouis, intelligũtur & alia animalia.
66 vt scilicet qui vellent immolare victimas pacificas, offerrent.
67 Heb. eã cœpit ædificare arã Domino. i. fuit primum altare quod extruxit Saul.
68 & prædam ex illis agemus.
69 nec relinquemus ex illis virũ.
70 i. Prius consulamus Dominũ.
71 i. consuluit.
72 i. principes. nam quot sunt anguli in domo, idem principes in populo.
73 Heb. in qua. i. qua re.
74 sub. peccatũ illud.
75 Da perfectionem. i. sortem veram. Chaldæus paraphrast. fac venire sortẽ pro veritate. i. fac sors cadat super peccatorem.
76 egressus est. i. absolutus est a sorti[bus] [illegible]. Ostendit Dominus per sortes, peccatum istud non pertinere ad populum. 77 sub. sortem. 78 i. sors cecidit super Jonathan. 79 i. in quo peccaueri[m]. 80 Chaldæus paraphr. ait [illegible] 81 i. Hoc & hoc mihi eueniat nisi moriaris. Vel, Hæc, imò etiam multa maiora faciat mihi Deus, [si non] i. Dispeream ego nisi moriaris. sub. quandoquidem ita Ramus.

45 Et ait populus ad Saulum,[81] Num Jonathan morietur, qui fecit salutem hanc magnam in Israele? Absit, viuit Dominus [82] si ceciderit de pilo capitis eius in terram, quandoquidem cum Deo [84] egit hodie. liberauit itaq; populus Jonathan vt non interficeretur.

46 Ascendit autem Saul [85] posteaquam insequutus esset Palesthinos, abieruntq; Palesthini [86] in locum suum.

47 Porrò Saul [87] nactus regnum Israel, bella gessit aduersus omnes hostes suos circumcirca, contra Moab, contra Ammonitas, contra Edom, contra reges Zoba, & contra Palesthinos,[88] & in omni ad quod se vertebat, perfracte agebat.

48 Parauit quoq; exercitum, & [89] percussit Amalec,[90] vindicauitq; Israelem è manu diripientium eum.

49 Fuerunt autem [91] filii Saul, Jonathan,[92] Iisui, & Malchi sua. Nomina vero duarum filiarum eius, nomen primogenita Merab, nomen vero minoris natu Michal.

50 Nomen vxoris Saul Ahinoam, qua erat filia Ahimaaz; nomen verò imperatoris exercitus sui, Abner, filius fuit Ner patrui Saulis.

51 Porrò Kis [fuit] pater Saulis: & Ner, pater Abner: [93] filii fuerunt Abiel.

52 Erat autem bellum [94] graue contra Palesthinos cunctis diebus Saulis: & quemcunque vidisset Saul virum fortem & [95] militia aptum, hunc sibi adiungebat.

45 Dixitque populus ad Saul, Ergóne Jonathas morietur, qui fecit salutem hāc magnam in Israel? Hoc nefas est: viuit Dominus, si ceciderit capillus de capite eius in terram, quia cum Deo operatus est hodie. liberauit ergo populus Jonathan, vt non moreretur.

46 Recessitq; Saul, nec persecutus est Philisthiim: porrò Philisthiim abierunt in loca sua.

47 Et Saul cōfirmato regno super Israel, pugnabat per circuitum aduersus omnes inimicos eius, contra Moab & filios Ammon, & Edom, & reges Soba, & Philisthæos: & quocunque se verterat, superabat. *Saulis bella.*

48 Congregatoq; exercitu percussit Amalec, & eruit Israel de manu vastatorum eius.

49 Fuerunt autem filii Saul, Jonathas, & Jessui, & Melchi-sua: & nomina duarum filiarum eius, nomen primogenitæ Merob, & nomen minoris Michol. *Saulis filii.*

50 Et nomen vxoris Saul Achinoam, filia Achimaas: & nomen principis militiæ eius Abner, filius Ner, patruelis Saul. *Achinoam. Abner.*

51 Porrò Cis fuit pater Saul, & Ner pater Abner, filius Abiel.

52 Erat autem bellum potens aduersum Philisthæos omnibus diebus Saul. Nam quemcunque viderat Saul virum fortem, & aptum ad prælium, sociabat eum sibi. *Saul viros robustos sibi adiungit.*

CAPUT XV.

1 Dixit autem Samuel ad Saulem, Dominus misit me vt vngerem te in regem super populum suum [1] Israel: [2] audi ergo vocem verborum Domini.

2 Sic dicit Dominus exercituum,[3] Recensui quid fecerit Amalec Israeli,[4] & quid posuerit ei in via quum ascenderet ex Ægypto.

3 Vade ergo & [5] cæde Amalec, & [6] excindetis quacunq; habet, nec misericordia erga eum moueatis, interfice [7] tam virum quàm mulierem, infantem & sugentem, bouem & pecudem, camelum & asinum.

4 Et conuocans populum Saul, recensuit eos [8] in Telaim, ducenta millia peditum, & decem millia virorum Jehuda.

5 Et veniens Saul ad ciuitatem Amalec,[9] duxit exercitum in vallem.

6 [10] Dixit quoq; Saul [11] ad Kenæum,[12] Ite, recedite & descendite e medio Amalekitarum, ne forte te cum illo [13] perdam: [14] tu enim beneficentiam exercuisti cum omnibus filiis Israel quum ascenderent ex Ægypto. recessit itaq; Kenæus ab Amalekitis.

7 Et Saul percussit Amalec ab Hauila [15] pertinente te Sur quæ est è regione Ægypti.

8 Agag quoq; regem Amalec viuum apprehendit, cunctum autem populum interfecit [16] gladio.

9 Saul autem pepercit [17] cum populo ipsi Agag, & [18] præstantioribus gregibus,[19] pinguioribusque armentis [20] atque agnis,[21] & cunctis quæ præstantia fuerunt, nec voluerunt ea excindere: vniuersum verò quod [22] contemptum erat & flaccidum, exciderunt.

10 Factum est itaq; verbum Domini ad Samuelem in hanc sententiam:

11 Pœnitet me quod regem constituerim Saulem, quoniam [23] auersus est a me, nec verba mea [24] rata ha-

1 ET dixit Samuel ad Saul, Me misit Dominus, vt vngerem te in regem super populū eius Israel: nunc ergo audi vocem Domini. A *Jubet Deus vt Saul deleat Amalec vsq; ad internecionem.* Exod. 17. c

2 Hæc dicit Dominus exercituum, Recensui quæcunq; fecit Amalec Israeli, quomodo restitit ei in via cum ascenderet de Ægypto.

3 Nunc ergo vade, & percute Amalec, & demolire vniuersa eius: non parcas ei, & non concupiscas ex rebus ipsius aliquid: sed interfice à viro vsq; ad mulierem, & paruulum atq; lactentem, bouem & ouem, camelum & asinum.

4 Præcepit itaq; Saul populo, & recensuit eos quasi agnos: ducenta millia peditū, & decem millia virorum Juda.

5 Cumq; venisset Saul vsque ad ciuitatem Amalec, tetendit insidias in torrente. B

6 Dixitq; Saul Cinæo, Abite, recedite, atq; discedite ab Amalec: ne forte inuoluam te cum eo. tu enim fecisti misericordiam cum omnibus filiis Israel, cum ascenderent de Ægypto. & recessit Cinæus de medio Amalec. *Cinæo misericordi fit misericordia.*

7 Percussitq; Saul Amalec ab Heuila, donec venias ad Sur, quæ est è regione Ægypti.

8 Et apprehendit Agag regem Amalec viuum: omne autem vulgus interfecit in ore gladii. *Peccat Saul, prædam ex Amalekitis reseruans & regem Agag.*

9 Et pepercit Saul & populus, Agag, & optimis gregibus ouium & armentorum, & vestibus, & arietibus, & vniuersis quæ pulchra erant, nec voluerunt disperdere ea. quidquid [a] ergo vile fuit & reprobum, hoc demoliti sunt. *a vero*

10 Factum est autem verbum Domini ad Samuel, dicens: *Pœnitere Dei.*

11 Pœnitet me quod constituerim Saul regem: qui dereliquit me, & verba mea opere non impleuit. C

82 vel, Ergone Jonathan morietur. 83 vel, quoniam non cadet de capillis. 84 vel, operatus est authore Deo hanc salutē. Chaldæus paraphr. interpretatur, coram Deo manifestum est quod peccauerit per ignorantiam. Vel vt alii, fretus ope Dei fecit hāc magnam salutē. 85 Heb. a tergo Palæsthinorum. i. retulit pedem a persequendis Palæsthinis. 86 i. in patriam suam. 87 vendicans sibi vel, vsurpans sibi. aut vt alii confirmatus in regnum. 88 & quocunq; se vertebat, superabat. sub. inimicos suos Chaldæus paraphrast. perdebat tanquā boues scil. Alii, terrebat, perterrefaciebat. 89 vel, vicit. 90 eripuitque. 91 Omittitur Isboseth. quoniam non erat aptus bello: quibus hic sola sit mentio. 92 Hic dicitur Abinadab, vbi enumerantur filii Saul qui ceciderunt cum eo in prælio. Vide inf. cap. 31. a 93 filius Abiel. i. qui Ner erat filius Abiel. 94 vel, fortem, q. d. acerrime bellatum est contra Palæsthinos. 95 Heb. filiū militiæ. i. bellica virtute clarum, pugnacem & robustum.

CAP. XV. 1 Heb. super Israelem. expositionis loco additum. q. d. super populum suum, hoc est, super Israelem. 2 q. d. pare mandato diuino. 3 Memini. vel, recordor. 4 Heb. qui opposuit (sub. insidias) ei. Chaldæ paraph. quæ insidiatus est illi. [illegible] Hebræorū [illegible] Visitabo [illegible] repondam quæ fecit Israeli: opposuit enim sese illi. i. restitit. 5 vel, deleto. 6 delete, disperdite. 7 Heb. a viro vsque ad mulierem, à puero vsque ad lactentem, à boue vsque ad agnum, a camelo vsque ad asinum. 8 Nomen loci. Chaldæus paraphr. cum agnis paschalibus. Doctiores Hebræi [illegible] vertunt, cum agnis, quia singuli adducebant agnum, ex [illegible] numero noscebatur numerus militum: non enim licebat populum numerare, ne Deus esset iratus. 9 & tetendit insidias in valle. i. torrente, adiacente vrbi [illegible] Al. contendit, siue certauit. Chaldæus paraphr. disposuit [illegible] instruxit aciem. 10 Dixit autem. Vel vt alii [illegible]. 11 i. ad nepotes Jethro soceri Mosis. 12 i. Cito discedite hinc. Cinæi habitabant in [illegible] ideo frequenter locum mutabant. 13 vel, deleam. 14 vel, cum tamen feceris misericordiam [illegible] præclaro beneficio affeceris propter consilium [illegible] Mosi [illegible]. 15 vel, cum [illegible] regionis in Sur. 16 Heb. acie gladii. 17 & populus. 18 Heb. [illegible] parti ouium [illegible] gregib. 19 Heb. & a [illegible] Chald. paraph. [illegible] foris natura scil. Alii vertunt, & [illegible] Alii [illegible]. 20 & [illegible] maioribus natu [illegible]. 21 Coniunctio &, perinde accipiendi ac si dicas, Et vt summatim dicam. 22 vile erat & marcidum. 23 Heb. versus est de me post me. 24 impleuit opere.

pleuit. Cōtristatusq; est Samuel, & clamauit ad Dominum tota nocte.

12 Cumque de nocte surrexisset, vt iret ad Saul mane, nūciatum est Samueli, eo quod venisset Saul in Carmelum, & erexisset sibi fornicem triumphalem, & reuersus transisset: descendissetque in Galgala.

Samuel cum Saule expostulat, quod contra preceptum Dei pradam reseruasset, & regem Agag.

13 Venit ergo Samuel ad Saul, & Saul offerebat holocaustum Domino de initiis prædarū quæ attulerat ex Amalec. Et cum venisset Samuel ad Saul, dixit ei Saul, Benedictus tu Domino, impleui verbum Domini.

14 Dixitq; Samuel, Et quæ est hæc vox gregum quæ resonat in auribus meis, & armentorū quam ego audio?

D

15 Et ait Saul, De Amalec adduxerunt ea: pepercit enim populus melioribus ouibus & armentis vt immolarentur Domino Deo tuo, reliqua vero occidimus.

16 Ait autem Samuel ad Saul, Sine me, & indicabo tibi quæ locutus sit Dominus ad me nocte. Dixitque ei, Loquere.

Sup. 13. a

17 Et ait Samuel, Nonne cum paruulus esses in oculis tuis, caput in tribubus Israel factus es, vnxitque te Dominus in regem super Israel?

* pugna.

18 Et misit te Dominus in viam, & ait, Vade, & interfice peccatores Amalec, & * pugnabis contra eos vsque ad internecionem eorum.

19 Quare ergo non audisti vocem Domini: sed versus ad prædā es, & fecisti malum in oculis Domini?

E

20 Et ait Saul ad Samuelem, Imo audiui vocem Domini, & ambulaui in via per quā misit me Dominus, & adduxi Agag regem Amalec, & Amalecitas interfeci.

21 Tulit autem de præda populus oues & boues primitias eorum quæ cæsa sunt, vt immolet Domino Deo * suo in Galgalis.

* tuo.

Obedientia præfertur victimis.

Eccl. 4. d
Osee 6. c
Matth. 9. b

22 Et ait Samuel, Numquid vult Dominus holocausta & victimas, & non potius vt obediatur voci Domini? melior est enim obedientia quā victimæ: & auscultare, magis quàm offerre adipem arietum.

23 Quoniam quasi peccatum ariolandi, est repugnare: & quasi scelus idololatriæ, nolle acquiescere. Pro eo ergo quod abiecisti sermonem Domini, abiecit te Dominus ne sis rex.

Saul abiicitur a Deo.

Confitetur peccatum suum.

24 Dixitq; Saul ad Samuelē, Peccaui, quia præuaricatus sum sermonem Domini, & verba tua, timens populum, & obediens voci eorum.

25 Sed nunc porta quæso peccatum meum: & reuertere mecum vt adorem Dominum.

26 Et ait Samuel ad Saul, Non reuertar tecum, quia proiecisti sermonē Domini, & proiecit te Dominus, ne sis rex super Israel.

Aufertur regnū Israel Sauli, & datur Dauidi.

27 Et conuersus est Samuel vt abiret: ille autē apprehendit summitatem pallii eius, quæ & scissa est.

Deus nūquam pœnitudine ducitur.

28 Et ait ad eum Samuel, Scidit Dominus regnū Israel a te hodie, & tradidit illud proximo tuo meliori te.

29 Porro Triumphator in Israel non parcet, & pœnitudine non flectetur: neq; enim homo est vt agat pœnitentiam:

buit. Samuel autem [25] exæstuans dolore, [26] clamauit ad Dominum tota illa nocte.

12 Cumq; diluculo surrexisset Samuel vt mane obuiam iret Sauli, nunciatum est Samueli in hanc sententiam, Saul venit in Carmel, & ecce statuit sibi [27] trophæū [28] & versus transiit in Gilgal.

13 Venit ergo Samuel ad Saulem: dixitq; ei Saul, Benedictus tu [29] Domino, [30] ratum habui verbum Domini.

14 Samuel ait, Et [31] quis balatus gregum istorum in auribus meis, & armentorum boatus quem ego audio?

15 Respondit Saul, [32] De Amalec adduxerunt ea, quoniam populus pepercit præstantissimis ouibus & bobus, vt ea immolent Domino [33] Deo tuo, reliqua vero [34] excidimus.

16 Ait ergo Samuel ad Saulem, [35] Sine, indicabo tibi id quod loquutus est Dominus ad me hac nocte. & dixit ei, Loquere.

17 Dixit ergo Samuel, Annon [36] quum paruus esses in oculis tuis, caput factus es tu in tribub. Israel, vnxitq; te Dominus regem super Israelem?

18 Et misit te Dominus [37] in expeditionem, & ait, Vade, & [38] excinde peccatores Amalec, & bellum gere contra eos, donec eos [39] conficias:

19 Cur ergo non [40] audisti vocem Domini? quin ad prædam versus, [41] designasti quod malum est in oculis Domini,

20 Et dixit Saul ad Samuelem, Imo audiui vocem Domini, iuique ea via qua me miserat Dominus: [42] adduxi autem Agag regem Amalec: Amalekitas autem excidi.

21 Porro populus accepit de præda oues & boues, [43] præcipua ipsius hærem, vt [44] sacrificet ea Domino Deo tuo in Gilgal.

22 Et dixit Samuel, [45] Num tam volupe est Domino in holocaustis, & victimis, quàm quum auditur vox Domini? Ecce [46] obedire præstat sacrificiis: & auscultare, præstat arietum adipi.

23 Quoniam [47] contumacia, peccatum est magiæ: & [48] obfirmare animum peccatum est idololatriæ, quandoquidem ergo tu abiecisti verbum Domini, [49] abiecit & ipse te, ne sis rex.

24 Et dixit Saul ad Samuelem, Peccaui, quod transgressus sum [50] os Domini, & verba tua, quoniam timui populum: acquieuique voci eorum:

25 [51] Fer itaq; quæso peccatum meum, & reuertere mecum, vt adorem Dominum.

26 Et ait Samuel ad Saulem, Non reuertar tecū, quoniam [52] reprobasti verbum Domini, & Dominus te [53] reprobauit, ne sis rex super Israelem.

27 Quumq; verteret se Samuel vt abiret, [54] tenuit ille [55] alam pallii eius, & [56] scindebatur.

28 Et dixit ad eum Samuel, [57] Scidit Dominus hodie regnum Israelis a te, & dedit illud proximo tuo qui te melior est,

29 [58] Neque fallet Victor Israelis, [59] neq; pœnitudine ducetur: quandoquidem non est homo, vt pœnitudine ducatur.

25 iratus,
26 Vt scilicet eum placaret.
27 Heb. manum. i. locum, collocando scilicet exercitus, vt diuideret illis spolia & prædam. Alii vertunt, arcum triumphalem.
28 Heb. & quod conuersus transisset & descendisset in Galgala.
29 Vel, apud Dominum. i. Dominus te plurimum diligit & prosequitur magno fauore.
30 opere adimpleui.
31 Vel, quid sibi vult.
32 Vel, De Amalecitarum regione.
[illegible] i. quem colis, & qui tibi sua [illegible]
34 Vel, deleuimus
35 sub. me [illegible]
36 quamuis [illegible] [illegible] infimæ [illegible] tuo iudicio, quātus videreris tibi paruus.
37 Heb. per viam. i. vt accingeres te itineri.
38 vel, perde.
39 vel, perdas, siue, consumas.
40 i. paruisti præcepto.
41 i. fecisti rem q summopere displicet Domino.
42 sub. captiuū, neque permisi vt faceret quod liberet.
43 Heb. primitias anathematis, id est, optima quæque, animalia præstantissima quæ delenda erant & perdenda. Chaldæus [illegible] in principio anathematis, id est, postquam [illegible] [illegible]
44 [illegible] Deo de victoria.
45 Hebr. Numquid [illegible] est Domino [illegible] victimis, [illegible] Domini? Perinde ne grata sunt holocausta Deo, atque parere præcepto eius?

46 Id est, rectius facit qui paret præcepto Domini quam qui illi satisficat & adolet adipem. 47 Peccatum diuinationis rebellio, id est, rebellio est tam [illegible] peccatum quàm diuinatio: vel vt alii, tam grauis punitio debetur rebellioni quàm diuinationi. 48 Iniquitas & theraphim est transgredi, sub. voluntatem Dei, [illegible] transgredi voluntatem Dei, a [illegible] præcepto eius, tam graue est peccatum, quam velle scire futura per simulachra. Vox Hebræa AVEN, pro qua iniquitatem [illegible] significat iniquitatem & mendacium, [illegible] Gentium idola quæ aliud non sunt quàm mendacium, fallentia homines. Theraphim vocat simulachra per quæ futura sciuntur. Qui transgreditur præceptum Dei, id est, addit aliquid, videtur negare Deum esse prudentissimum & se Deo ipso facit prudentiorem. 49 Id est, [illegible] regno priuat, quasi dicat, denuncio tibi iussu Dei quod posthac non eris rex Israel. 50 Id est, præceptum. 51 Dimitte. 52 Vel, spreuisti. 53 Vel, reiecit. 54 Vel, arripuit.

55 Vel, oram. Gallice le pan. Vox Hebræa significat alteram partium anteriorum vestis, alam scilicet. 56 Scissa est. sub. ora pallii. 57 Quasi dicat, Vt palli pars abrupta est, sic Dominus hodie abstulit à te regnum Israelis priuauitque te regno. 58 Heb. Et etiam Victoria Israelis non mentietur, id est, Deus qui est author victoriarum quibus potitus est Israel, qui protexit ac defendit Israelem, triumphator ille maximus in Israele, Deus, non mentietur illi cui dedit regnum tuum. [illegible] Et etiam [illegible] Israelis non faciet [illegible] sub. Dominus, id est, Neque tamen destituet Dominus Israelem pristina virtute.

59 Id est, neque mutabit sententiam.

30 *Ait ille, Peccaui: sed nunc [60] id honoris mihi exhibe quaso coram senioribus populi mei, & coram Israele, & reuertere mecum, vt adorem Dominum Deum tuum.*

31 [61] *Versus itaq; Samuel post Saulem, adorauitq; Saul Dominum.*

32 *Dixit autem Samuel, Adducite ad me Agag regem Amalec. venitq; ad eum Agag [62] delicatus. Et dixit Agag, Profecto [63] recessit amaror mortis.*

33 *Et dixit Samuel, Quemadmodum gladius tuus orbauit mulieres sic orba erit mater tua præ mulieribus. & [64] dissecuit Samuel ipsum Agag coram Domino in Gilgal.*

34 *Abiit verò Samuel in Rama, Saul verò ascendit in domum suam [65] in Gibea Saul.*

35 *NEque [66] posthac vidit Samuel Saulem vsq; ad diem mortis suæ, quoniam [67] lugendo se conterebat Samuel propter Saulem, [68] quod Dominum pœnituisset quòd constituisset Saulem regem super Israel.*

30 At ille ait, Peccaui: sed nunc honora me coram senioribus populi mei, & coram Israel, & reuertere mecum, vt adorem Dominum Deum tuū.

31 Reuersus ergo Samuel secutus est Saulem: & adorauit Saul Dominum.

32 Dixitque Samuel, Adducite ad me Agag regem Amalec. & oblatus est ei Agag pinguissimus & tremens. Et dixit Agag, Siccine separat amara mors?

33 Et ait Samuel, Sicut fecit absque liberis mulieres gladius tuus, sic absque liberis erit inter mulieres mater tua. & in frusta concidit eum Samuel coram Domino in Galgalis.

34 Abiit autem Samuel in Ramátha. Saul verò ascendit in domum suam in Gabaa *.

35 ET non vidit Samuel vltra Saul vsq; ad diem mortis suæ: verumtamen lugebat Samuel Saulem, quoniam Dominum pœnitebat quòd constituisset regem Saul super Israel.

CAPVT XVI.

1 *DIxit verò Dominus ad Samuelem, Quousque tu luges Saulem, quum ego reprobauerim eum ne regnet super Israelem? imple cornu tuum [1] oleo, & [2] vade, mittam te ad Isai Bethlehemitam: quoniam [3] in filiis eius prouidi mihi regem.*

2 *Et dixit Samuel, Quomodo irem? si Saul [4] audierit, interficiet me. respondit Dominus, Accipe [5] buculam in manus tuas, & dic, [6] Ad sacrificandum Domino veni.*

3 *Et voca Isai [7] ad sacrificium, [8] & ego ostendam tibi quid facias, vngesque [9] mihi quem ego dixero tibi.*

4 *Samuel itaque fecit sicut loquutus est Dominus: quumq; venisset Beth-lehem, [10] obstupuerunt seniores vrbis, obuiam ei facti. & ait [quispiam ex eis,] [11] Saluusne aduenis?*

5 *Respondit, [12] Saluus, venio sacrificatum Domino. [13] sanctificamini igitur, & venite mecum [14] ad victimam. [15] sanctificauitq; Isai & filios eius, euocauit eos ad sacrificium.*

6 *Factum est autem, quum illi venissent, vt ipse videret Eliab, [16] dixitq;. [17] Certe coram Domino est Christus eius.*

7 *Et ait Dominus ad Samuelem, Ne respicias ad formam eius, & ad proceritatem staturæ eius, quoniam [18] reprobaui hunc: non enim quod [19] videt homo: nomo enim videt quod oculis [20] obuersatur, sed Dominus intuetur ipsum cor.*

8 *Vocauit igitur Isai Abinadab, & [21] traduxit eum coram Samuele: qui dixit, Nec hunc elegit Dominus.*

9 *Post hoc [22] traduxit Isai Samma & ait, Etiam hunc non elegit Dominus.*

10 [23] *Curauit itaq; Isai vt transirent septem filii sui coram Samuele. & dixit Samuel ad Isai, Dominus non elegit istos.*

11 *Rursumq; dixit Samuel ad Isai, [24] Adsuntne omnes pueri? qui ait, Est adhuc reliquus minimus natu, qui certe pascit oues. Et ait Samuel ad Isai, Mitte, & adduc eum: non enim discumbemus donec iste huc venerit.*

12 [25] *Misit ergo, & [26] adduxit eum: eratq; ille rufus, [27] pulchra forma, & læta facie. Et ait Dominus, Surge & vnge eum: hic enim [28] est.*

13 *Accepit igitur Samuel cornu [29] olei, & vnxit eū [30] in medio fratrum eius: ab illo die & deinceps [31] Spiritus Domini agitare cœpit, surgens verò Samuel abiit in Rama.*

1 DIxitq; Dominus ad Samuelem, Vsquequo tu luges Saul, cū ego proiecerim eum ne regnet super Israel? imple cornu tuū oleo, & veni, vt mittam te ad Isai Bethlehemiten: prouidi enim in filiis eius mihi regem.

2 Et ait Samuel, Quomodo vadam? audiet enim Saul, & interficiet me. & ait Dominus, Vitulum de armento tolles in manu tua, & dices: Ad immolandum Domino veni.

3 Et vocabis Isai ad victimam, & ego ostendam tibi quid facias, & vnges quemcunque monstrauero tibi.

4 Fecit ergo Samuel sicut locutus est ei Dominus: venitq; in Beth-lehem. & admirati sunt seniores ciuitatis, occurrentes ei, dixeruntq;, Pacificúsne est ingressus tuus?

5 Et ait, Pacificus: ad immolandum Domino veni. sanctificamini, & venite mecum vt immolem. sanctificauit ergo Isai & filios eius, & vocauit eos ad sacrificium.

6 Cumq; ingressi essent, vidit Eliab, & ait, Num coram Domino est Christus eius?

7 * Dixit Dominus ad Samuelem, Ne respicias vultum eius, neq; altitudinem staturæ eius: quoniā abieci eum. nec iuxta intuitum hominis ego iudico. homo enim videt ea quæ parent. Dominus autem intuetur cor.

8 Et vocauit Isai Abinadab, & adduxit eum coram Samuele. qui dixit, Nec hunc elegit Dominus.

9 Adduxit autem Isai Samma, de quo ait, Etiam hunc non elegit Dominus.

10 Adduxit itaque Isai septem filios suos coram Samuele: & ait Samuel ad Isai, Non elegit Dominus ex istis.

11 Dixitq; Samuel ad Isai, Numquid iam completi sunt filii? qui respondit, Adhuc reliquus est paruulus, & pascit oues. Et ait Samuel ad Isai Mitte, & adduc eum: nec enim discumbemus prius quàm huc ille veniat.

12 Misit ergo, & adduxit eum, erat autem rufus, & pulcher aspectu: decoraq; facie. Et ait Dominus, Surge, & vnge eum: ipse est enim.

13 Tulit ergo Samuel cornu olei & vnxit eum in medio fratrum eius: & directus est spiritus Domini a die illa in Dauid, & deinceps: surgensq; Samuel abiit in Ramatha.

60 Honora me ipso, Vel, honore me affice.
61 i. Reuersus itaq; Samuel sequutus est Saulē.
62 Heb. deliciarum, vel, (cum) voluptatibus. i. gestu & incessu regio ac superbo. Alii gaudens & hilaris. quod scil. præferret mortē vitæ. Alii (cum) vinculis. i. vinctus.
63 Præ se ferre videtur hoc sermone contemptū mortis. q. d. non moriar. Sic quidam Hebræorum. Alii secus vertunt, venit. vel irruit in me. q. d. actum est de me, iam moriar.
64 i. in frusta concidit.
65 sic dicitur, quia illic erat eius regia.
66 i. Nec post ea inuisit Samuel Saulem, nec alloquutus est.
67 Heb. lugebat Samuel Saulem. i. erat in cōtinuo luctu propter depositionē Saulis.
68 pœnituerat enim Dom. suam ita ei sententiā.
CAP. XVI.
1 sub. vnctionis.
2 veni.
3 ex filiis. i. decreui creare mihi regem ex filiis eius vnum.
4 vel, intellexerit.
5 Heb. vitulam bouis. i. ex armēto.
6 sub. hæc verba.
7 i. ad cōuiuium quod fiet de carnib. victimæ. Chald. paraphr. vertit, conuiuium.
8 ego vero.
9 i. ad mandatū meum.
10 trepidauerūt, i. trepidantes occurrerunt ei. timebant enim ne Samuel huc aduenisset vt peccatum eius animaduerteret in quēpiā. Quidā Hebræorum vertunt, admirantes occurrerunt ei. Chaldæus paraphr. congregati sunt in occursum eius. i. concursum obuiam ei processerunt honoris causa.
11 Pacificusne est aduentus tuus?
12 Heb. Pacifice.
13 i. Præparate vos vt veniatis.
14 i. ad conuiuiū de victima. 15 i. præparatos esse iussit Isai & filios eius, & inuitauit eos ad conuiuium quod factum erat de carnibus victimæ. 16 dixitq;. 17 q. d. Dñe quam magnus est Christus [illegible] Aut, Dñs erit cum Christo suo. Vel, Coram Dño sit Christus eius. i. Cui oleo [illegible] Christus futurus [illegible] Pulchre prouidit Deus de eo [illegible] 18 repudiaui eum. 19 vel, aspicere soles. sub aspectu, siue conspectu. 20 subiectum est. [illegible] conspectum Samuelis. 23 vel, Procurauit itaq; Isai septem filios suos. 24 Heb. Numquid desiti, &c. q. d. Nullumne præterea filium habes [illegible] 25 sub. aliquem qui vocaret eum. 26 introduxit. 27 pulcher oculis, & elegans specie. 28 sub. quem volo regnare. 29 sub. vnctionis. 30 i. vnum ex omnibus fratribus.
31 Spiritum fortitudinis, prophetiæ & prudentiæ intelligit.

Samuel occidit Agag regem Amalec.
** Saulis. Initium Cap. XVI. pro sententia multorum.*
Samuel luget Saulem.
Samuelem timidum mittit Deus ad vngēdum Dauidem.
Prætextu sacrificii vngit Samuel Dauidē.
B
** Et. Homines iuxta faciē iudicant.* Psalm. 7. c *Cor intuetur Deus.*
C
Dauid puer vngitur. 2 Reg. 7. b Psalm. 77. d. 88. b Act. 7. f. 13. d
Spiritus Dei in Dauide.

Deus immittit spiritū malum in Saulem.

14 Spiritus autem Domini recessit à Saul, & exagitabat eum spiritus nequam, à Domino.

15 Dixeruntq; serui Saul ad eum, Ecce spiritus Dei malus exagitat te.

Psaltes quaritur pro Saule.
[b] *Dei*

16 Iubeat dominus noster rex,' & serui tui qui coram te sunt, quærent hominem scientem psallere cithara: vt quando arripuerit te spiritus [b]Domini' malus, psallat manu sua, & leuius feras.

17 Et ait Saul ad seruos suos, Prouidete ergo mihi aliquem bene psallentem, & adducite eum ad me.

Dauid laudatur. D

18 Et respondens vnus de pueris, ait, Ecce vidi filium Isai Bethlehemitem scientē psallere, & fortissimum robore, & virum bellicosum, & prudentem in verbis, & virum pulchrum: & Dominus est cum eo.

19 Misit ergo Saul nuncios ad Isai, dicens, Mitte ad me Dauid filium tuum, qui est in pascuis.

Dauid armiger Saulis.

20 Tulit itaq; Isai asinum plenum panibus, & lagenam vini, & hœdum de capris vnum, & misit per manum Dauid filii sui Sauli.

Psallente Dauide recedit spiritus à Saule.
[b] *Dei arripiebat.*

21 Et venit Dauid ad Saul, & stetit coram eo: at ille dilexit eum nimis, & factus est eius armiger.

22 Misitq; Saul ad Isai, dicens, Stet Dauid in cōspectu meo: inuenit enim gratiam in oculis meis.

23 Igitur quandocunq; spiritus [b]Domini malus accipiebat' Saul, Dauid tollebat citharam, & percutiebat manu sua, & refocillabatur Saul, & leuius habebat. recedebat enim ab eo spiritus malus.

14 Porrò à Saule recessit [32]spiritus' Domini, [33]turbauitq;' eum spiritus malus [34]a Domino.'

15 Et dixerunt serui Saulis ad eum, En spiritus Dei malus [35]turbat' te,

16 Dicat quaeso dominus noster [36]seruis tuis qui coram te sunt,' vt quærant aliquem qui nerit cithara canere: vt quum fuerit super te spiritus Dei malus, ille ludat manu sua, & [37]bene sit tibi.'

17 Respondit Saul seruis suis, Dispicite ergo mihi aliquem qui egregie moduletur, & [38]afferte' [eum] ad me.

18 Respondit autem vnus ex pueris, dicens, En vidi filium Isai Bethlehemitam, qui psallendi peritus est, ad hac [39]vir fortis, virtute praditus,' strenuusq; bellator, prudens in [gerendis] rebus, vir denique formosus, & cum quo est Dominus.

19 Misit igitur Saul nuncios ad Isai hisce mandatis, Mitte ad me Dauidem filium tuum, qui cum ouibus est.

20 Accipiens ergo Isai [40]asinum, panem,' & lagenam vini, hædumq; vnum ex capris, misit ad Saulem per manum Dauidis filii sui.

21 Veniens autem Dauid ad Saulem, [41]stetit coram eo, & dilexit eum valde, factusq; est armiger eius.

22 Mittens autem Saul ad Isai, ait, [42]Stet quaeso Dauid coram me: inuenit enim gratiam in oculis meis.'

23 Factum ergo est, quoties spiritus Dei erat super Saulem, Dauid accepta cithara, [43]pulsabat' manu sua, & tum refrigerium fiebat Sauli, meliusq; habebat, recedebatq; ab eo spiritus malus.

32 sub. bonus. 33 territauitq; vel, exagitauit. aut exagitareq; cœpit. 34 i. ita permittente Domino aut immittente. Mox dicit, spiritus Domini malus pro eodem. i. qui facit voluntatem Dei, aut creatus à Deo. 35 discruciat, exagitat. 36 Hoc modo si transferas, Lamed Hebraicū subintelligitur. Doctioribus magis probatur vt hæc per parenthesin legantur, (nam serui tui, ante te) i. præsto adsunt ad imperata facienda. 37 i. leuius feras. 38 adducite. 39 fortis robore, 40 Heb. asinum panis. i. onustum pane. 41 i. astitit illi ministrando. 42 i. Mihi adsis & ministres. iste enim mihi gratissimus. 43 psallebat, i. ad citharam carmina quædam canebat.

CAPVT XVII.

A

Philisthiim cōgregantur contra Israelem.
[a] *Socho*

1 Congregantes autem Philisthiim agmina sua in prælium, conuenerunt in [a]Sochot' Iudæ: & castrametati sunt inter 'Sochot' & Azeca in finibus Dommim.

2 Porrò Saul & filii Israel congregati venerunt in Vallem-terebinthi, & direxerunt aciem ad pugnandum contra Philisthiim.

3 Et Philisthiim stabant super montem ex parte hac, & Israel stabat super montem ex altera parte, vallisq; erat inter eos.

Goliath qualis, & arma ipsius.

4 Et egressus est vir spurius de castris Philisthinorum nomine Goliath, de Geth, altitudinis sex cubitorum & palmi:

5 Et cassis ærea super caput eius: & lorica hamata induebatur: porrò pondus loricæ eius, quinq; millia siclorum æris erat.

6 Et ocreas æreas habebat in cruribus: & clypeus æreus tegebat humeros eius.

7 Hastile autem hastæ eius erat quasi liciatoriū texentium: ipsum autem ferrum hastę eius sexcentos siclos habebat ferri: & armiger eius antecedebat eum.

Goliath superbus prouocat ad singulare certamen.

8 Stansq; clamabat aduersum phalangas Israel, & dicebat eis, Quare venistis parati ad prælium? numquid ego non sum Philisthæus, & vos serui Saul? eligite ex vobis virum, & descendat ad singulare certamen. B

9 Si quiuerit pugnare mecū, & percusserit me, erimus vobis serui: si autem ego præualuero, & percussero eum, vos serui eritis, & seruietis nobis.

10 Et aiebat Philisthæus, Ego exprobraui agminibus Israel hodie. Date mihi virum, & ineat mecū singulare certamen.

Timidi Israelitæ.

11 Audiens autem Saul, & omnes Israelitæ sermones Philisthæi huiuscemodi, stupebant & metuebant nimis.

12 Dauid autem erat filius viri Ephrathæi, de

1 Congregantes Palæsthini copias suas ad prælium, collecti sunt in Socho, quæ est in Iehuda, posueruntq; castra inter Socho, & inter Asecca in termino Dammim.

2 Sed & Saul & viri Israelitici congregati sunt, castrametatiq; sunt in valle quercus, & instruxerunt aciē [1]aduersus' Palæsthinos.

3 Et Palæsthini quidem stabant super montem [2]hinc,' Israelitæ autem super montem stabant illinc, vallisque inter eos.

4 Egressus autem est vir [3]inter duas acies' ex castris Palæsthinorum, Goliath erat nomen eius de Gath, altitudo eius erat sex cubitorum & [4]palmi.'

5 Galea [5]chalybea' erat in capite eius, & lorica [6]squamata' induebatur: pondus autem loricæ habuit quinque millia siclorum [7]chalybis.'

6 [8]Ocreas chalybeas habuit in pedibus suis,' [9]clypeus chalybeus' erat inter scapulas eius.

7 [10]Contus' lanceæ eius vt iugum texentium, lamina verò lanceæ eius habuit sexcentos siclos ferri: præcedebatque ante eum ferens [11]hastam.'

8 Qui stans prouocabat ordines Israeliticos, & dixit eis, Cur [12]egressi estis, congredi scilicet prælio? annon ego sum Palæstinus [13]ille' & vos serui Saulis? eligite [14]vobis' virum [15]qui ad me descendat,'

9 Si poterit pugnam inire mecum, & me trucidare, erimus serui vestri: si autem ego superauero eum, percusseroq; eum, eritis vos serui nostri, seruietisq; nobis.

10 Addiditq; Palæsthinus, Ego hodie probro affeci castra Israelitica, [dicens,] Date mihi virū, vt pugnam simul ineamus.

11 Audiens autem Saul, cunctiq; Israelitæ, verba ista Palæsthini, perculsi sunt pauore, timueruntque vehementer.

12 Dauid autem erat filius cuiusdam Ephrataei de

Z

CAP. XVII.

1 in occursum. i. vt essent parati occurrere. 2 i. ex vna parte. 3 Heb. intermedius. i. qui stare solebat inter duo castra. 4 vel, palmorū trium. 5 vel, ærea. 6 squamis æreis operta. 7 vel, æris. 8 Heb. Et ocreæ ferreæ erant super pedes eius i. crura eius muniebantur ocreis quæ etiam tegebant pedes eius. MISEHATH Hebræis dictæ quòd haberent similitudinem frondaliū. Alii, Et lamina lata. 9 vel, clypeus æreus. i. humeri eius tegebantur clypeo æreo. cassis enim siue galea illa habebat appendicem quandam quæ demittebatur vsque ad humeros. vel hoc erat ex parte clypei. Vox enim Heb... scutum, clypeum, ... armatus.

...brea significat partem illam quæ tuetur dorsum. q.d. erat a tergo optimé armatus. 10 Hastile. i. æquabat crassitie iugum liciatorium. 11 armam. 12 egredimini (vel, exitis) ad instruendam aciem? i. Quare prodistis instructa acie ad bellum? q.d. Non est opus vt egrediamini omnes. 13 sub. clarissimus, 14 ex vobis. 15 ad singulare certamen scilicet.

16 nempe Isai. 17 i. prouectus 17 at inter homines q. d. annumerabatur senibus, eratque de numero senum ac decrepitum. Chald. paraph. annumeratus inter electos. i. inter fortes atq; inclytos.
18 sub. ad Saulem.
19 Accedebat.
20 sub. inter duas acies.
21 i. vt feras ad fratres tuos.
22 vel, polentæ istius,
23 Heb. in pace, & pignus eorum tolle. i. vt scias qua sint valetudine: & si defuerit eis pecunia, acceperintque mutuo dato pignore, redimes pignus. Alii vertunt, & commissionem eorũ capies. i. scies sub quo militent. nõ est tamen verisimile patrem eorum nescisse sub quo militarent. Chaldæus paraphrast. vertit, negocia eorum.
24 iuxta custodem. commendauit gregem custodi.
25 i. ad locum in quo tentoria fixerant Israelitæ.
26 ad exercitũ, qui egressus erat. vel, ad vallum: exercitus autem egressus erat &c.
27 in acie ipsa.
28 dereliquit sarcinam (deposuitque de super se in manu custodis vasorũ, & concurrit &c. i. deposuit sarcinã suam apud eum qui præerat impedimentis custodiendis.
29 de copiis
30 i. quæ supra dicta sunt.
31 vel, videtis
32 i. qui quotidie prodit?
33 nam vt probro afficiat Israelem, ascẽdit.
34 faciet liberã. immunem a tributo. Chaldæus paraph. claram & nobilem.
35 iuxta ipsum.
36 i. Quid consequetur vir ille.
37 quod
38 vel, acies.
39 i. eadem verba supra dicta.

Beth lehem Iehuda, cuius nomen erat Isai, qui habuit octo filios, eratq; [16] *hic vir in diebus Saulis senex, &* [17] *veniebat inter homines.*

13 *Profecti autem erant tres filii Isai maiores [natu] sequuti Saulem in militiam, & nomina trium filiorum eius qui ad bellum profecti erant, Eliab primogenitus, secundus Abinadab, tertius verò Samma:*

14 *David autem erat minimus [natu.] profecti itaque erant tres maiores post Saulem.*

15 *Porrò David* [18] *iuerat & redierat à Saule, vt pasceret oues patris sui in Beth lehem.*

16 [19] *Accessit itaque Palesthinus ille mane quum illucesceret dies, simulq; sub vesperam,* [20] *statuebatque se [sic] dies quadraginta.*

17 *Dixit autem Isai ad Davidem filium suum, Cape quæso* [21] *fratribus tuis epha* [22] *tosti huius frumenti, decemq; panes illos, & defer cito in castra ad fratres tuos.*

18 *Decem insuper istos lacteos caseos fer tribuno militum, inuisesq; fratres tuos,* [23] *num recte valeant, accipe denique diuersi generis quadam quæ illis [adferas.]*

19 *Porrò Saul, illi & omnes Israelitæ erant in valle quercus belligerantes cum Palesthinis.*

20 *Consurgens autẽ David mane, dimisit oues* [24] *custodi. & acceptis [his,] abiit, quemadmodum Isai præceperat ei, venitq;* [25] *in vallum* [26] *castrorum. egressus enim erat exercitus vt acies instruerent, clasicumq; canebant* [27] *ad pugnam.*

21 *Instruxerant inquam tam Israelita quàm Palesthini aciem, vt esset acies contra aciem.*

22 *David ergo* [28] *abiectis armis a se in manum cuiusdam custodientis arma, cucurrit in aciem: veniensque interrogat de fratribus suis, num salui essent.*

23 *Loquente autem illo cum eis, ecce vir ille intermedius (nomen eius erat Goliath, Palesthinus de Gath) ascendebat* [29] *ex ordinibus Palesthinorum, loquebaturq;* [30] *huiusmodi verba quæ audiebat David.*

24 *Quicunque autem ex Israelitis virum illum vidissent, fugerunt a facie eius, timueruntq; vehementer.*

25 *Et dixit quisque ex Israelitis, Annon* [31] *vidistis virum illum* [32] *ascendentem?* [33] *nempe quòd ascendit, vt probrum obiiciat Israeli? Et rex quidem ditabit eum magnis opibus, qui istum trucidarit, tradetque ei filiam suam, tum & domum patris sui* [34] *libertate donabit.*

26 *Dixit ergo David ad viros qui stabant* [35] *cum eo in hanc sententiam,* [36] *Quid fiet viro illi qui percusserit istum Palesthinũ, probrumque abstulerit ab Israele? nam quis Palesthinus iste incircumcisus,* [37] *qui contumeliis afficit* [38] *ordines Dei viuentis?*

27 *Respondit ei populus* [39] *secundum istud verbum, dicendo, Sic fiet tali viro qui eum percusserit.*

28 *Audiens autem Eliab frater eius maior natu illũ loquẽtem cum viris illis, succensuit ira Eliab in Davidem, & dixit, Cur huc descendisti? & apud quem abiecisti paucas illas oues in deserto? egonon noui arrogantiam tuam, malitiamque cordis tui,* [40] *quod in hoc scilicet descendisti vt prælium spectares.*

29 *Et dixit David,* [41] *Quid igitur feci?* [42] *annon is sermo est?*

30 [43] *Versus igitur ab illo, obuiam fit alii, & loquutus est* [44] *vt antea. responderuntq; ei [quidam] e populo iuxta priorem sermonem.*

31 *Auditaq; sunt verba quæ* [45] *loquebatur David, &* [46] *quæ relata sunt coram Saule,*

32 *Qui & accersiuit eum: Et ait David ad Saulem,* [47] *Ne concidat vllius hominis cor in seipso, seruus tuus* [48] *ibit & depugnabit cũ Palesthino isto.*

33 *Et dixit Saul ad Davidem, Non poteris ire aduersus Palesthinum illum, vt cum eo congrediaris, quoniam*

quo supra dictum est, de Beth-lehem Iuda, cui nomen erat Isai, qui habebat octo filios, & erat vir in diebus Saul senex, & grandæuus inter viuos. *supr. 16. a* *David humilis & abiectus.*

13 Abierunt autem tres filii eius maiores post Saul in prælium: & nomina trium filiorũ eius qui perrexerunt ad bellum, Heliab primogenitus, & secundus Abinadab, tertius quoque Samma: *Tres filii Isai bellatores.*

14 David autem erat minimus. tribus ergo maioribus secutis Saulem,

15 Abiit David, & reuersus est à Saul, vt pasceret gregem patris sui in Beth-lehem. *David pascit greges patris.*

16 Procedebat verò Philistæus mane & vespere, & stabat quadraginta diebus.

17 Dixit autem Isai ad David filium suum. Accipe fratribus tuis ephi polentæ, & decem panes istos, & curre in castra ad fratres tuos, *Dei prouidentia mittitur David ab Isai ad fratres.*

18 Et decem formellas casei, has deferes ad tribunum: & fratres tuos visitabis, si recte agant: & cum quibus ordinati sunt, disce. C

19 Saul auté, & illi, & omnes filii Israel, in Valle terebinthi pugnabant aduersum Philisthiim

20 Surrexit itaq; David mane, & commendauit gregem custodi: & onustus abiit, sicut præceperat ei Isai, & venit ad locum Magala, & ad exercitum qui egressus ad pugnam vociferatus erat in certamine.

21 Direxerat enim aciem Israel, sed & Philisthiim ex aduerso fuerant præparati.

22 Derelinquens ergo David vasa quæ attulerat, sub manu custodis ad sarcinas, cucurrit ad locũ certaminis, & interrogabat si omnia recte agerentur erga fratres suos. *David currit ad castra.*

23 Cúmq; adhuc ille loqueretur eis, apparuit vir ille spurius ascendens, Goliath nomine, Philisthæus, de Geth, de castris Philisthinorum: & loquente eo hæc eadem verba audiuit David.

24 Omnes autem Israelitæ, cum vidissent virũ, fugerunt à facie eius, timentes eum valde.

25 Et dixit vnus quispiam de Israel, Num vidistis virum hunc qui ascendit? ad exprobrandum enim Israeli, ascendit. virum ergo qui percusserit eum, ditabit rex diuitiis magnis, & filiam suam dabit ei, & domum patris eius faciet absque tributo in Israel. *Præmiũ percutienti Goliath.* D

26 Et ait David ad viros qui stabant secum, dicens, Quid dabitur viro qui percusserit Philistæũ húc, & tulerit opprobrium de Israel? quis est enim hic Philisthæus incircumcisus qui exprobrauit [a] aciem Dei viuentis? *[a] acies*

27 Referebat autem ei populus eundem sermoné, dicens, Hæc dabuntur viro qui percusserit eum. *David Spiritu tractus quærit occasionem vt à rege vocetur cõtra Goliath.*

28 Quod cũ audiuisset Heliab frater eius maior, loquente eo cum aliis, iratus est contra David, & ait, Quare venisti, & quare dereliquisti pauculas oues illas in deserto? ego noui superbiam tuam, & nequitiam cordis tui: quia vt videres prælium, descendisti.

29 Et dixit David, Quid feci? numquid nõ verbum est? *David fratris inuidiam & contumeliam contemnit.*

30 Et declarauit paululum ab eo ad alium: dixitq; eundem sermonem. & respondit ei populus verbum sicut prius.

31 Audita sunt autem verba quæ locutus est David, & annunciata in conspectu Saul. *Davidis fides & Saulis dispensatio.*

32 Ad quem cum fuisset adductus, locutus est ei. Non concidat cor cuiusquã in eo: ego seruus tuus vadam, & pugnabo aduersus Philisthæum.

33 Et ait Saul ad David. Non vales resistere Philisthæo isti, nec pugnare aduersus eum: quia puer

ei, hic

Dabuntur ei qui &c. 40 nam 41 Quid nunc? 42 nonne sermo est? sub. quod dixi? q. d. Merus sermo est quem dixisse hoc tantum verbum feci, nihil gessi: sermo est sine facto. 43 Diuertit igitur ab illo versus alium: i. relicto accessit ad alium. 44 Heb. secundum verba illa. i. eadem iterum rogauit. 45 dixerat. 46 i. quæ indicata sunt. 47 i. Nemo sit animo remisso. 48 i. paratus est inire singulare certamen.

Eccl. 47. a
Davidis fides experta Dei adiutoriũ contra leonem & ursum non diffidit adfuturum ei contra Goliath.

es, hic autem vir bellator est ab adolescentia sua.

34 ‖ Dixitq; David ad Saul, Pascebat servus tuus patris sui gregem, & veniebat leo vel ursus, & tollebat arietem de medio gregis.

35 Et persequebar eos, & percutiebam, eruebámq; de ore eorum. & illi consurgebant adversum me. & apprehendebam mentum eorum, & suffocabam, interficiebámq; eos.

36 Nam & leonem & ursum interfeci ego servus tuus: erit igitur & Philisthæus hic incircumcisus, quasi unus ex eis. Nunc vadam & auferã opprobriũ populi: quoniam quis est iste Philisthæus incircumcisus? *quia* qui ausus est maledicere exercitui Dei viventis.

37 Et ait David, Dominus qui eripuit me de manu leonis, & de manu ursi, ipse me liberabit de manu Philisthæi huius. Dixit autem Saul ad David, Vade, & Dominus tecum sit.

David reiectis armis Saulis, Dei potentia confisus, procedit contra Philisthæum cum baculo & lapidibus.

38 Et induit Saul David vestimentis suis, & imposuit galeam æream super caput eius, & vestivit eum lorica.

39 Accinctus ergo David gladio eius super vestem suam, cœpit tentare si armatus posset incedere: non enim habebat consuetudinem. Dixitq; David ad Saul, Non possum sic incedere, quia non usum habeo.

40 Et deposuit ea, Et tulit baculum suum quem semper habebat in manibus: & elegit sibi quinque limpidissimos lapides de torrente, & misit eos in peram pastoralem quam habebat secum,

41 Et fundam manu tulit: & processit adversum Philisthæum.

F 42 Ibat autem Philisthæus incedens, & appropinquans adversum David: & armiger eius ante eum. Cumq; inspexisset eum Philisthæus, & vidisset David, despexit eum. erat autem adolescens rufus, & pulcher aspectu.

Maledictio Goliath David.

43 Et dixit Philisthæus ad David, Numquid ego canis sum, quod tu venis ad me cum baculo? Et maledixit Philisthæus David in diis suis.

44 Dixitq; ad David, Veni ad me, & dabo carnes tuas volatilibus cæli & bestiis terræ.

Arma David, potentia Dei.
Hodie dabit.

45 Dixit autem David ad Philisthæum, Tu venis ad me cum gladio, & hasta & clypeo: ego autẽ venio ad te in nomine Domini exercituum, Dei agminum Israel, quibus exprobrasti hodie,

46 Et dabit te Dominus in manu mea, & percutiam te, & auferam caput tuum à te: & dabo cadavera castrorũ Philisthiim hodie volatilibus cæli, & bestiis terræ: ut sciat omnis terra quia est Dominus Deus in Israel.

Deus absq; gladio salvat.

47 Et noverit universa ecclesia hæc quia non in gladio, nec in hasta salvat Dominus: ipsius enim est bellum, & tradet vos in manus nostras.

48 Cum ergo surrexisset Philisthæus, & veniret, & appropinquaret cõtra David, festinavit David, & cucurrit ad pugnam ex adverso Philisthæi.

49 Et misit manum suam in peram, tulitq; unũ lapidem, & funda iecit, & circumducens percussit eum in fronte: & infixus est lapis in fronte eius,
G & cecidit in faciem suam super terram.

Interficitur Goliath, & caput eius abscinditur.
Philisthæum.
1. Mach. 4. d.
Psal. 77. d.

50 ‖ Prævaluitq; David adversum Philisthæum in funda & lapide, percussumq; Philisthæum interfecit.

51 Cumq; gladium non haberet in manu David, cucurrit, & stetit super Philisthæum, & tulit gladium eius, & eduxit eum de vagina sua: & interfecit eum, præciditq; caput eius. videntes autẽ Philisthiim, quod mortuus esset fortissimus eorum, fugerunt.

adolescens es tu: ipse autem vir est bellandi gnarus, idque ab adolescentia sua.

34 *Respondit David ipsi Sauli, Servus tuus pascebat oves patris sui. Irruit autem leo & ursus, abripuitq; pecudem de grege.*

35 *Egressus ego post illum, trucidavi eum, [49] eripuique ex ore eius: quumq; insurgeret adversum me, apprehendi eum fortiter barba cum mandibula, percussi eum, & interfeci eum.*

36 [50] *Non leonem ergo dumtaxat, sed & ursum interfecit servus tuus: erit itaque Palesthinus iste incircumcisus [51] tanquam unus ex illis: quoniam [52] contumeliose insultavit ordinibus viventis Dei.*

37 *Addiditq; David, Dominus qui liberavit me [53] de violentia leonis, & de ferocia ursi, is eripiet quoque me e manu Palesthini istius. Et dixit Saul ad Davidem, Vade, & Dominus sit tecum.*

38 *Et induit Saul Davidem vestimentis suis, imposuitque capiti eius galeam chalybæam, induitq; eum lorica.*

39 *Cinxit quoque David [54] gladium eius super vestimenta sua, conatúsque est incedere, quandoquidem periculum nunquam fecerat. Et dixit David ad Saulem, Non possum [55] in istis incedere, quandoquidem periculum nunquam feci.*

40 *Abiecit ergo David à se illa, Et accepto baculo suo in manum suam, elegit sibi quinque [56] leves lapides è torrente, posuitq; eos in instrumentum pastorale quod habuit, [57] inq; peram.*

41 *Et funda eius erat in manu eius, [58] accessitque ad Palesthinum.*

42 *Ibat & Palesthinus, incedens & appropinquans ad Davidem, virque ferens [59] hastam præcedebat [60] eum. Quumque Palesthinus intuitus esset, vidissetque Davidem, despexit eum: [61] fuit enim iuvenis & [62] rubicundus cum forma elegantiæ.*

43 *Atq; Palesthinus ad Davidem, Num ego canis sum, quòd tu venis ad me cum baculis? [63] devovitq; Palesthinus Davidem diis suis.*

44 *Dixitque Palesthinus ad Davidem, Accede ad me, [64] & dabo carnem tuam volatili cæli, & bestiæ agri.*

45 *Dixit David ad Palesthinum, Tu [quidem] venis ad me cum gladio, lancea & clypeo: ego autem venio [65] ad te in nomine Domini exercituum, qui Deus est [66] ordinum Israelitarum, cui tu insultasti.*

46 [67] *Concludet te Dominus hoc die in manũ meã, percutiamque te, atque auferam caput tuum a te. & tradam [68] cadavera castrorum Palestinorum hodie volucribus cæli, & feræ terræ, [69] ut sciant omnes qui sunt super terram, [70] quod Deus est in Israele.*

47 *Sciet insuper universa congregatio ista, quòd Dominus non [71] servat [72] gladio & hasta: etenim [73] Domini est prælium, ipseque tradet vos in manus nostras.*

48 *Factum itaque est quum [74] consurrexisset Palesthinus ut proficisceretur, [75] congrederetúrque cum Davide, festinavit & David, & [76] cucurrit in conflictum obviam Palesthino.*

49 *Mittens ergo David manum suam in peram, tulit inde lapidem [unum,] [77] fundamq; contorsit, feritque Palesthinum [78] in fronte eius, [79] infixitq; lapis in fronte eius, concidítq; in faciem suam super terram.*

50 *Superiorque evasit David Palesthino funda &* [80] *lapide, feritque Palesthinum, interfecitq; eum,*

51 *Quum non esset gladius in manum Davidis, Currens præterea David, stetit super Palesthinum, & accipiens gladium illius, extrahénsq; ipsum e vagina sua, interfecit eum, eodemque caput eius abscidit. videntes autem Palesthini quod mortuus esset gigas eorũ fugerunt.*

49 sub. eum.
50 Heb. etiam leonem, etiam ursum.
51 i. tam facile interficietur, quam alterutrum istorũ.
52 probro affecit exercitum.
53 Heb. de manu leonis, & de manu Ursi.
54 vel gladium suum.
55 i. ita his rebus onustus.
56 vel, nõ asperos, politos.
57 & in pera. Et pro, id est, positũ. nam instrumentum pastorale interpretatus peram. Sunt tamen qui dicunt eum gestasse sacculum præter peram.
58 vel, processitq.
59 clypeum.
60 nempe Palæsthinum.
61 quod esset
62 rufus.
63 vel, maledixitq: (sive, male precatus est) Davidi per deos suos. tanquam diceret, Dagon aut alius deus meus te perdat.
64 vel, tradam.
65 i. congressurus tecum, fretus ope divina.
66 vel, copiarũ Israel quas probro & ignominia affecisti.
67 Tradet.
68 cadaver castrorũ Palesthinorum. i. tuũ cadaver qui es Palæsthinus.
69 Heb. & cognoscet universa terra. i. habitatores huius regionis.
70 i. quod Israel Deũ habeat qui suos eripiat a periculis.
71 vel, servare solet.
72 vel, ense & lancea.
73 i. a Domino est victoria, quæ scilicet reportatur ex bello. ita Chaldæus paraphr. cui subs, dat Deus victoriam.
74 vel, procedere cœpisset.
75 Heb. & accederet in occursum Davidis & accederet contra David im.
76 i. prodiit in medium certaturus cum ipso.
77 quem funda conieceit. sub. in illum.

78 i. in parte inermi, everterat enim partem illam galeæ quæ tegit frontem. Vel, in parte armata. i. cuius arma non potuerunt resistere ictui lapidis. 79 vel, insuffixque est. 80 quem scilicet primum eduxerat e pera.

52 *Surgentes itaque viri Israel & Iehuda,*[81] *clamore bellico insequuti sunt Palesthinos, donec venias*[82] *in vallem, & vsque ad portas Accaron, cecideruntq́; vulnerati ex Palesthinis, in via Saarim, vsque ad Gath & Accaron.*

53 *Et reuersi filii Israel*[83] *ab insequutione Palesthinorum,*[84] *vastarunt castra eorum.*

54 *Tollens itaque David caput Philisthini, portauit illud in Ierusalem: arma verò eius posuit*[85] *in tabernaculo suo.*

55 *Quumque Saul vidisset Davidem*[86] *prodire obuiam Philisthino, dixerat ad Abner imperatorem exercitus,*[87] *Cuius filius est Adolescens ille ô Abner? Respondit Abner,*

56 [88] *Viuit anima tua ô rex, si noui. Dixitq́; rex, Interroga tu cuius filius sit adolescens ille.*

57 *Quum verò reuerteretur David à cæde Palesthini, tulit eum Abner, & duxit eum in conspectum Saulis, habentem caput Palesthini in manu sua.*

58 *Et ait ad eum Saul, Cuius filius es tu adolescens? Respondit David, Filius sum serui tui Isai Bethlehemita.*

52 Et consurgentes viri Israel & Iuda vociferati sunt, & persequuti sunt Philisthæos vsque dum venirent in vallem, & vsque ad portas Accaron, cecideruntque vulnerati de Philisthiim in via Saraim, & vsque ad Geth, & vsque ad Accaron. *Fugientes Philisthæi occiduntur ab Israelitis*

53 Et reuertentes filii Israel postquam persecuti fuerant Philisthæos, inuaserunt castra eorum.

54 Assumens autem David caput Philisthæi, attulit illud in Ierusalem: arma verò eius posuit in tabernaculo suo. *Caput Goliath in Ierusalem delatum.*

55 Eo autem tempore quo viderat Saul David egredientem contra Philisthæum, ait ad Abner principem militiæ suæ. De qua stirpe descendit hic adolescens? Dixitque Abner, *Abner*

56 Viuit anima tua, rex, si noui. Et ait rex, Interroga tu, cuius filius sit iste puer.

57 Cumque egressus esset David, percusso Philisthæo, tulit eum Abner, & introduxit coram Saule, caput Philisthæi habentem in manu sua. *David coram Saule.*

58 Et ait ad eum Saul, De qua progenie es ô adolescens? Dixitque David, Filius serui tui Isai Bethlehemitæ ego sum.

CAPVT XVIII.

1 *POsteaquam cessasset [David] loqui ad Saulem,*[1] *animus Ionathan conglutinatus est animo Davidis, vt diligeret eum Ionathan vt animam propriam.*

2 *Accepitq́; eum Saul eodem die, neque permisit eum redire in domum patris sui.*

3 *Ferijt itaque Ionathan & David fœdus, quum diligeret eum vt propriam animam.*

4 *Exuit autem Ionathan tunicam*[2] *qua erat indutus, & dedit eam Davidi,*[3] *sed & interiorem vestem suam deinde,*[4] *& gladium suum & arcum suum cum baltheo suo.*

5 *Et egressus David, quocunque illum mittebat Saul,*[5] *prudenter [rem] gessit. & præfecit eum Saul militibus, eratque acceptus in oculis totius populi, simúlque in oculis seruorum Saulis.*

6 *Factum autem est, quum ipsi*[6] *venirent, rediretq́; David à cæde Palesthini,*[7] *egressæ sunt mulieres ex cunctis ciuitatibus Israel*[8] *cum canticis & tibiis, obuiam Saulis regi, cum tympanis,*[9] *cum lætitia &*[10] *fidibus.*

7 [11] *Alternis autem canebant mulieres ludentes, & dixerunt*[12] *percussit Saul suos mille, & David suos decem mille.*

8 *Hoc Sauli vehementer iram commouit. displicuitq́; hoc verbum in oculis eius, ita vt diceret, Dederunt Davidi decem millia, mihi autem dederunt millia,*[13] *& porrò profectò illi regnum.*

9 *Saul ergo*[14] *malignè intuebatur Davidem ex hoc die, & deinceps.*

10 *Postero die contigit, vt spiritus Dei malus Saulem inuaderet, vtque*[15] *prophetaret intra domum. David autem psalleret manu sua, sicut cæteris diebus, & esset lancea in manu Saulis.*

11 [16] *Tollens igitur Saul lanceam,*[17] *Cogitauit,*[18] *Traiecto Davide infigam lanceam parieti. declinauit autem David a facie eius bis:*

12 *Timuitque sibi Saul à Davide, quod Dominus esset cum eo, recepissétque à Saule.*

13 *Amandauit igitur Saul eum à se, constituitque eum tribunum militum,*[19] *vt egrederetur & ingrederetur coram populo.*

A
1 ET factum est: cum complesset loqui ad Saul, anima Ionathę conglutinata est animæ David, & dilexit eum Ionathas quasi animam suam. *Ineunt fœdus David & Ionathas amicissimi.*

2 Tulitque eum Saul in die illa, & non concessit ei vt reuerteretur in domum patris sui.

3 Inierunt autem David & Ionathas fœdus: diligebat enim eum quasi animam suam.

4 Nam exspoliauit se Ionathas tunica qua erat indutus, & dedit eam David, & reliqua vestimenta sua vsque ad gladium & arcum suum, & vsque ad baltheum.

5 Egrediebatur quoque David ad omnia quæcunque misisset eum Saul, & prudenter se agebat: posuitque eum Saul super viros belli, & acceptus erat in oculis vniuersi populi, maximeque in conspectu famulorum Saul. *David prudens, amatur à populo.*
B

6 Porrò cum reuerteretur percusso Philisthæo David, & ferret caput eius in Ierusalem, egressæ sunt mulieres de vniuersis vrbibus Israel, cantantes, chorosq́; ducentes in occursum Saul regis, in tympanis lætitiæ & in sistris. *Mulieres occurrunt Sauli & Davidi cũ tympanis.* Eccles. 47. a

7 Et præcinebant mulieres ludentes, atq; dicentes, Percussit Saul mille, & David decem millia.

8 Iratus est autem Saul nimis, & displicuit in oculis eius sermo iste: dixitque, Dederunt David decem millia, & mihi mille dederunt: quod ei superest, nisi solum regnum?
C

9 Non rectis ergo oculis Saul aspiciebat David à die illa, & deinceps.

10 Post diem autem alteram, inuasit spiritus Dei malus Saul, & prophetabat in medio domus suæ: David autem psallebat manu sua, sicut per singulos dies. *Inuaditur Saul à Spiritu malo. Psallit David*

11 Tenebatque Saul lanceam, Et misit eam, putans quòd configere posset David cum pariete: & declinauit David à facie eius secundò. *Saul tentat occidere Davidem, & quare.*

12 Et timuit Saul David: eo quòd Dominus esset cum eo, & à se recessisset.

13 Amouit ergo eum Saul à se, & fecit eum tribunum super mille viros: & egrediebatur, & intrabat in conspectu populi.

81 vociferati sunt, & cœperunt persequi. vel, sublato clamore persequuti sunt. 82 i. vsque ad introitum vallis in qua sita erat Accaron. 83 a persequendo Palæsthinos. 84 diripuerunt. 85 i. in domo sua quæ erat in Bethlehem. 86 vt scilicet cõgrederetur cum Palæsthino. 87 David non satis erat notus Sauli, quod frequenter rediret ad oues pascendas. Præterea sũt complures principes, vt qui detinentur multis negotiis. Alii tęsserunt ad perturbationem animi Saulis. Aut certè rogat cuius sit tribus, & ex qua familia, quod satis intelligitur ex postremo verbo huius capitis, cum dicit Bethlehemitæ. Alioqui si quæsisset solum de patre, satis erat dicere, Isai te esse filium. 88 i. iuro per animam tuam quòd non &c.

CAP. XVIII.

1 Heb. anima Ionathæ alligata est animæ Davidis, & dilexit eũ &c. Anima pro toto homine. Anima Ionathæ, i. ipse Ionathan. Dilexit eum vt animam suam. i. vt seipsum. 2 Hebr. quæ super eum, 3 sed & alias vestes suas. sub. dedit inquam. 4 Heb. vsque ad ensem. 5 prospere (rem) gerebat vel, magna felicitate negotium conficiebat. 6 redirent. subaudi, ex bello. 7 tunc egressæ 8 Hebr. ad canendum, & fistulæ. sub. in manibus eorum, id est, tenentes fistulas. q. d. canentes ore & fistulis carmina in laudem victoriæ Davidis. 9 cum (sub. organis) lętitiæ. i. musicis, quibus excitari solet lætitia. 10 sistris. vel, cimbalis. Vox Hebræa significat instrumenta quæ constant tribus [illegible]. Alii aiunt esse carmina eximia. 11 Præcinebant atque mulieres canentes, 12 q. d. Mulos quidem percussit Saul, at David multo plures. Quidam vertunt, David percussit in myriadibus. q. d. Tot homines percussit quasi fuisset adiutus hominum myriadibus. 13 Hebr. & vltra illi tantummodo regnum. sub. superest. Chaldæus paraphrastes, nihil relinquitur & superest habendum præter regnum. 14 vel, toruo oculo. 15 Prophetare dicuntur stulti, quod non intelligunt ea quæ dicunt: quales sunt vaticinationes prophetarum, quæ absurda & ridiculæ videntur iis qui Spiritu Dei carent. Chaldæus paraphrastes, desipiebat i. more desipientium aliena atque absurda loquebatur, quod prophetæ videantur etiam absurda dicere, quæ scilicet a nobis haud facile intelliguntur. 16 Contorquens, vel, Iaculatus 17 sub. apud se. 18 Heb. percutiam in Davidem & in parietem. i. Vno ictu confosso Davide lanceam parieti infigam. 19 Heb. & egrediebatur, & ingrediebatur ante populum. i. educebat populum ad bellum, & reducebat, vt imperatores solent facere.

14 In

D

David prudẽs cum quo Deus erat, diligitur à populo.

[a] *enim*

14 In omnibus quoque viis Dauid prudenter agebat, & Dominus erat cum eo.

15 Vidit itaque Saul quod prudens esset nimis, & cœpit cauere eum.

16 Omnis autem Israel & Iuda diligebat Dauid: ipse [a] autem' ingrediebatur & egrediebatur ante eos.

Promissam Dauidi Merob, alteri dat Saul. Hypocrita Saul. E

17 Dixitq; Saul ad Dauid', Ecce filia mea maior Merob, ipsam dabo tibi in vxorẽ: tantummodo esto vir fortis & præliare bella Domini. Saul autem reputabat, dicens, Non sit manus mea in eum, sed sit super eum manus Philisthinorum.

18 Ait autem Dauid ad Saul; Quis ego sum? aut quæ est vita mea, aut cognatio patris mei in Israel, vt fiam gener regis?

19 Factum est autem tempus cum deberet dari Merob filia Saul Dauid, data est Hadrieli Molathitæ vxor.

[b] Diligit autẽ Michol filia Saul altera, Dauid: Michol promittitur Dauidi.

20 [b] Dilexit autem Dauid Michol filiam Saul alteram:' & nunciatum est Saul, & placuit ei.

21 Dixitq; Saul, Dabo eam illi, vt fiat ei in scandalum, & sit super eum manus Philisthinorũ. Dixitq. Saul ad Dauid, In duabus rebus gener meus eris hodie.

22 Et mandauit Saul seruis suis, Loquimini ad Dauid clam me, dicens, Ecce places regi, & omnes serui eius diligunt te: nunc ergo esto gener regis.

23 Et locuti sunt serui Saul in auribus Dauid omnia verba hæc: & ait Dauid, Num parum videtur vobis generum esse regis? ego autem sum vir pauper & tenuis.

24 Et renunciauerunt serui Saul, dicentes, Huiuscemodi verba locutus est Dauid.

Saul petit à Dauide centũ præputia Philisthinorum.

25 Dixit autem Saul, Sic loquimini ad Dauid, Non habet rex sponsalia necesse, nisi centum præputia Philisthinorum, vt fiat vltio de inimicis regis. Porro Saul cogitabat tradere Dauid in manus Philisthinorum.

26 Cumq; renunciassent serui eius Dauid verba quæ dixerat Saul, placuit sermo in oculis Dauid, vt fieret gener regis.

Affert ea Dauid ad regem, & accipit Michol vxorem.

27 Et post paucos dies surgens Dauid, abiit in Accaron' cum viris qui sub eo erant. Et percussit ex Philisthiim ducentos viros: & attulit eorũ præputia, & annumerauit ea regi, vt esset gener eius. dedit itaq; Saul ei Michol filiam suam in vxorem.

G

Deus cum Dauide, vnde timetur a Saulo.

28 Et vidit Saul, & intellexit quòd Dominus esset cum Dauid: Michol autem filia Saul, diligebat eum.

29 Et Saul magis cœpit timere Dauid: factusque est Saul inimicus Dauid cunctis diebus.

[c] *serui*

30 Et egressi principes Philisthinorum. à principio autem egressionis eorum, prudentius se gerebat Dauid, quam omnes [c] viri' Saul, & celebre factũ est nomen eius nimis.

14 *Dauid autem* [20] *in omnibus viis suis prudenter agebat.' Dominusq; erat cum ipso.*

15 *Quùmque vidisset Saul* [21] *quod supra modum prudens esset,' metuit sibi ab eo.*

16 *Vniuersus autem Israel & Iuda diligebat Dauidem,* [22] *quoniam ipse egrediebatur & ingrediebatur ante eos.*

17 *Et ait Saul ad Dauidem, Ecce dabo Merob filiam meam maiorem natu tibi vxorem,* [23] *modo sis mihi' vir fortis,'* [24] *belligeresque bella Domini.' Saul tamen cogitabat,* [25] *Non erit manus mea contra eum, sed manus Palestinorum erit contra eum.'*

18 *Et ait Dauid ad Saulem, Quis sum ego, & qua vita mea, aut familia patris mei in Israele, vt gener fiam regis?*

19 *Factumq; est in tempore quo danda erat Merob filia Saulis ipsi Dauidi, vt daretur Adrieli Meholathito vxor.*

20 *Amauit autem Dauidem Michal filia Saulis, indicaruntque id Sauli: qua res placuit Sauli.*

21 *Dixit ergo Saul, Dabo eam illi, vt sit ei in* [26] *laqueum,'* [27] *vtque sit contra eum manus Palestinorũ.' Dixitq; Saul ad Dauidem,* [28] *In alterutra' eris mihi gener hodie.*

22 *Mandauitq; Saul seruis suis, Loquimini clàm ad Dauidem in hanc sententiam, En* [29] *fauet tibi' rex omnésque serui eius amant te: fias ergo gener regis.*

23 *Et loquuti sunt serui Saulis verba ista in auribus Dauidis. Dixitq; Dauid, Num vero leue vobis videtur, generum fieri regis, quum ego sim vir pauper &* [30] *abiectus?'*

24 *Et renunciarunt serui Saulis ipsi, dicentes, Iuxta hæc verba loquutus est Dauid.*

25 *Et ait Saul, Sic dicetis Dauidi,* [31] *Rex non delectatur donatione propter nuptias, nisi centum' præputiis Palestinorum, vt vindicta sumatur de hostibus regis. Saul autem cogitabat* [32] *hoc effectũ iri vt Dauid per manum Palestinorum prosterneretur.'*

26 *Quum q; serui eius indicassent verba ista Dauidi, placuit hæc res in oculis Dauidis, vt gener fieret regis.* [33] *necdum exacti erant dies.'*

27 [34] *Dauid surrexit & abiit' vnà cum viris suis, percussit ex Palestinis ducentos viros, quorum præputia Dauid attulit: &* [35] *impleuerunt' ea regi, vt scilicet gener fieret regi: deditq; Saul Michal filiam suam ei in vxorem.*

28 *Videns autem Saul, animaduerténsq; quòd Dominus esset cum Dauide, quódque Michal filia Saulis eũ diligeret,*

29 *Plus metuit sibi Saul à Dauide, fuitque Saul hostis Dauidis* [36] *cunctis diebus.'*

30 *Et* [37] *egressi' sunt principes Palestinorum: quùmque egrederentur ipsi, Dauid* [38] *prudentius egit' quàm omnes serui Saulis,* [39] *vt fieret nomen eius valde illustre.'*

20 i. in negotiis quæ gerebat, e. rat mire felix. 21 vel, quòd prospere admodum res gereret. Aut, magna fœlicitate negocia conficeret. 22 i. quòd copias eorum fœlicissime ac magno successu educeret ad bellum, & inde reduceret. 23 tantum mihi esto &c. i. ea lege vt sis dux & imperator mei exercitus. 24 Sub. contra Palæsthinos 25 q.d. Non occidam eum, sed interficietur à Palæsthinis. 26 vel, offendiculum ruinam. i. propter eã cadet, occasio erit ruinæ & casus. Hoc dicit propter Palæsthinos quos erat interfecturus ante nuptias. 27 q.d. ita veniet in potestatem Palæsthinorum, sicq; occidetur. 28 vel, per alteram. sub. filiarũ &c. i. Contrahes mecũ affinitatẽ in altera duarũ filiarum mearũ. 29 vel, deamat te 30 Heb. despectus? siue, despicabilis? 31 Heb. Nõ bene placitũ est regi in dote, sed in centũ &c. i. Rex non quærit aliã dotem, quàm centũ præputia Philisthinorũ. Non delectatur alia dote quàm centum &c. 32 Heb. tradere (vel, conterere) Dauidem in manũ Palæsthinorũ 33 i. nondũ autem impletum erat tempus præstitutum dandi præputia illa. 34 Quum surrexisset Dauid, abiit &c. 35 vel, ad plenũ tradiderunt. i. numerauerunt ea omnia. q.d. numero perfecto & completo tradiderunt ea. 36 sub. postea. 37 vt scilicet bellum inferrẽt Israelitis 38 [illegible] admin[illegible]abat. 39 prouide [illegible] tare [illegible] nomẽ eius admodum.

CAPVT XIX.

Saul iubet occidi Dauidem. Ionathas indicat Dauidi patris insidias. A

[a] *fueris:*

[b] peccet rex in seruum suum.

1 LOcutus est autẽ Saul ad Ionathan filiũ suum, & ad omnes seruos suos, vt occiderent Dauid. porrò Ionathas filius Saul, diligebat Dauid valde.

2 Et indicauit Ionathas Dauid, dicens, Quærit Saul pater meus occidere te: quapropter obserua te quæso mane, & manebis clam, & absconderis.

3 Ego autem egrediens, stabo iuxta patrẽ meum in agro, vbicunq. [a] fueris.' & ego loquar de te ad patrẽ meum: & quodcunq; videro, nunciabo tibi.

4 Locutus est ergo Ionathas de Dauid bona ad Saul patrem suum: dixitq. ad eum, Ne [b] pecces rex in seruum tuum' Dauid, quia non peccauit tibi, & opera eius bona sunt tibi valde.

1 *ET loquutus est Saul ad Ionathan filium suum, & ad cunctos seruos suos, vt occiderent Dauidem: sed Ionathan filius Saulis* [1] *egregio fauore Dauidem prosequebatur.'*

2 *Nunciauit itaque Ionathan Dauidi, dicens, Saul pater meus quærit [occasionem] vt te interficiat:* [2] *caue igitur quæso vsque mane,'* [3] *sedénsque' in occulto absconde te:*

3 *Ego verò egrediar, &* [4] *stabo ad manum patri meo' in agro in quo tu* [5] *fueris,' loquarque* [6] *pro te ad patrem meum. & si quid videro, indicabo' tibi.*

4 [7] *Loquutusque est' Ionathan bonum* [8] *pro Dauide' ad Saulem patrẽ suum, & dixit ad eum,* [9] *Ne peccet rex in seruum suum Dauidem,' quoniam nihil designauit aduersus te sed* [10] *opera eius valde vtilia tibi fuerunt:*

CAP. XIX.

1 Heb. complacuit admodum in Dauide: i. deamabat Dauidem. 2 nunc ergo caue tibi obs[illegible] (crastino die) mane. 3 manéque. 4 q.d. astabo lateri patris mei. Potius vertendum, in loco patris mei. i. in loco ad quem exire solet mane pater meus, animi causa. 5 sub. delitescens. 6 de te ad patrẽ meum, & videbo (quid ee spondeat mihi,) & renunciabo. 7 Locutus est igitur. 8 de Dauide. 9 i. Ne faciat iniuriam seruo suo Dauidi. 10 i. singula quæ gessit, profuerunt tibi plurimũ

5 [13] *Posuit enim animam suam in manum suam,' &*
percussit Palesthinum, & fecit Dominus salutem magnã
uniuerso Israeli: tu [12] vidisti & gauisus es, cur ergo pec
cares contra [13] sanguinem innocentem,' vt interficeres
Dauidem absque causa?
6 [14] *Audiens autem Saul vocem Ionathan, iura*
uit,' Viuit Dominus, si interficiatur.'
7 *Et Ionathan vocauit Dauidem, indicauitque ei cuncta*
verba ista, introduxitq́ Dauidem ad Saulem, [16] vt esset
coram eo' sicut heri & nudiustertius.
8 *Factum est autem rursus bellum, & egressus Da*
uid pugnauit contra Palesthinos, percussitq́ eos cæde ma
gna, fugeruntq́ coram eo.
9 [17] *Factus est autem spiritus Domini malus in Sau*
le,' sedebatque in domo sua, habẽs lanceam in manu sua,
Dauid vero [18] ludebat' manu.
10 *Et conatus est Saul traiecto Dauide lanceam de*
figere in parietem: at ille [19] subduxit se coram eo,' & de
fixit lanceam in parietem, & Dauid fugiens, ereptus est
eadem nocte.
11 *Misit ergo Saul nuncios ad domum Dauidis, qui*
eum [20] obseruarent,' atque mane eum interficerent. in
dicauit [hoc] Dauidi Michal vxor eius hisce verbis,
[21] *Nisi tu serues animam tuam' hac nocte, cras interfe*
ctus eris.
12 *Demisit ergo Michal Dauidem per fenestram,*
qui abiens effugit, atque ereptus est.
13 *Tollens autem Michal [22] imagines,' posuit super*
lectum, & [23] vittam ex pellibus caprinam ad capita ipsa
rum, [24] operuitq́' veste.
14 *Et quum Saul misisset nuncios vt tollerent Daui*
dem, dicebat illa, Ægrotus est.
15 *Rursum misit Saul nuncios [25] vt viderent' Da*
uidem, dicens, Afferte eum ad me in lecto, vt eum in
terficiam.
16 *Quúmque nuncii essent ingressi, ecce [26] imagines*
iacebant' in lecto, & [27] vitta ex pellibus caprinis ad ca
pita ipsarum.'
17 *Ait autem Saul ad Michal, Cur mihi sic impo*
suisti, & dimisisti inimicum meum vt euaderet? Re
spondit Michal Sauli, Quoniam ipse dixit mihi, Omit
te me. [28] ne forte te interficiam.'
18 *Dauid igitur fugiens ereptus est, & venit ad Sa*
muelem in Rama, indicauitq́ ei omnia quæ fecerat sibi
Saul: & abiit ipse & Samuel, & habitauerunt in
[29] *Naioth.*
19 *Nunciatúmque est Sauli hisce verbis, Ecce Da*
uid est [30] in Naioth in Rama.'
20 *Et misit Saul [31] nuncios' qui adducerent Daui*
dem. & [32] vidit' cuneum prophetarum [33] prophetan
tium,' & Samuelem stantem [34] antistitem super eos:
[35] *factusq́ est' Spiritus Dei super nuncios Saulis, vt &*
ipsi prophetarent.
21 *Et nunciarunt [hoc] Sauli: is misit alios nun*
cios, [36] qui & ipsi prophetarunt:' Saul autem rursus
misit tertios nuncios, & hi quoque prophetarunt.
22 *Abiens ergo & ipse in Rama, venit ad puteum*
magnum qui est in Sechu, & interrogans ait, Vbi sunt
Samuel & Dauid? Et respondit [quidam,] Ecce in Na
ioth in Rama.
23 *Et abiit illuc in Naioth in Rama: & venit super*
ipsum quoque Spiritus Dei, & [37] eundo ibat atque pro
phetabat, donec veniret in Naioth in Rama.
24 *Ipse quoque exuit [38] vestibus suis,' [39] corã Samuele*

5 Et posuit animam suam in manu [a] sua,' & per-
cussit Philisthæum, & fecit Dominus salutem ma-
gnam vniuerso Israeli: vidisti, & lætatus es. quare
ergo peccas in sanguine innoxio, interficiens Da-
uid, qui est absque culpa?
6 Quod cum audisset Saul, placatus voce Iona-
thæ, iurauit, Viuit Dominus, quia non occidetur.
7 Vocauit itaq; Ionathas Dauid, & indicauit ei
omnia verba hæc: & introduxit Ionathas Dauid
ad Saul, & fuit ante eũ, sicut fuerat heri & nudius-
tertius.
8 Motum est autem rursum bellum: & egressus
Dauid, pugnauit aduersum Philisthiim: percussitq;
eos plaga magna, & fugerunt á facie eius.
9 Et factus est spiritus Domini malus in Saul: se-
debat auté in domo sua, & tenebat lanceam: porrò
Dauid psallebat manu.
10 Nisusq; est Saul configere Dauid lancea in
pariete, & declinauit Dauid á facie Saul: lancea au-
tem casso vulnere perlata est in parietem. & Dauid
fugit, & saluatus est nocte illa.
11 Misit ergo Saul satellites suos [b] nocte' in do-
mum Dauid vt custodirent eum, & interficeretur
mane. Quod cum annunciasset Dauid Michol v-
xor sua, dicens, Nisi saluaueris te nocte hac, cras
morieris:
12 Deposuit eum per fenestram: porrò ille abiit
& aufugit, atque saluatus est.
13 Tulit autem Michol statuam, & posuit eam
super lectum, & pellem pilosam caprarum posuit
ad caput eius, & operuit eam vestimentis.
14 Misit auté Saul apparitores qui raperent Da-
uid: & responsum est quod ægrotaret.
15 Rursumque misit Saul nuncios vt viderent
Dauid, dicens, Afferte eum ad me in lecto, vt oc-
cidatur.
16 Cúmq; venissent nuncii, inuentum est simu-
lachrum super lectum, & pelles caprarum ad caput
eius.
17 Dixit Saul ad Michol, Quare sic illusisti mi-
hi, & dimisisti inimicum meum vt fugeret? Et re-
spondit Michol ad Saul, Quia ipse locutus est mi-
hi, [-] dicens,' Dimitte me, alioquin interficiam te.
18 Dauid autem fugiens, saluatus est, & venit
ad Samuel in Ramatha, & nunciauit ei omnia quæ
fecerat sibi Saul & abierunt ipse & Samuel, & mo-
rati sunt in Naioth.
19 Nunciatum est autem Sauli à dicentibus, Ec-
ce Dauid in Naioth in Ramatha.
20 Misit ergo Saul lictores, vt raperent Dauid:
qui cum vidissent cuneum prophetarũ vaticinan-
tium, & Samuelem stantem super eos, factus est
etiam Spiritus Domini [a] in illis,' & prophetare cœ-
perunt etiam ipsi.
21 Quod cum nunciatum esset Sauli, misit & a-
lios nuncios: prophetauerunt autem & illi. & rur-
sum misit Saul tertios nũcios: qui & ipsi propheta-
uerunt.
22 [-] Et iratus iracundia Saul,' abiit etiam ipse
in Ramatha, & venit vsque ad cisternam magnam
quæ est in Socho, & interrogauit, & dixit, In quo
loco sunt Samuel & Dauid? Dictúmq; est ei, Ecce
in Naioth sunt in Ramatha.
23 Et abiit in Naioth in Ramatha, & factus est
etiã super eũ Spiritus [b] Domini,' & [c] ambulauit' in-
grodiens, & prophetabat vsquedũ veniret in Naioth in Ramatha. 24 Et expoliauit etiã ipse se in vestimẽ-
tis suis

[a] *sua.*
Saul iurat se non occisurum B *Dauidem.*
Dauid percutit Philisthæos
Saul nititur confodere Dauidem psallentem.
Fugit Dauid.
Michol prouidentia Dei seruat Dauidem, per fenestram illum demittit. C
D *Dauid fugiens venit ad Samuelem.*
Saul, & ministri eius persequentes Dauidem, prophetant cum prophetis
[a] *super nuncios Saul.*
[b] *Dei*
[c] *ambulabat*

12 i. Exposuit se periculo.
11 sub. quæ dicis.
13 Sanguinem innocentem in [illegible] hominis insontem, [illegible] nullo pacto [illegible].
14 i. Acquiescẽs monitis.
15 formula iurandi ecliptica, Si pro Non.
16 & fuit in cõspectu eius. i. astitit, & ministrauit ei.
17 i. immisit autem Saul eius spiritum Domini malus. i. à Domino immissus.
18 vel, pulsabat cithararn, vt scilicet leniret dolorem Saul per Dauidem, velut per instrumentũ, sedabat Deus dolorem Saulis.
19 vel, declinauit à facie eius.
20 ne scilicet caueret.
21 i. Nisi fuga consulueris tibi.
22 i. statuam, imagines, hoc est imaginem vnam. Vox Hebræa hic pro quauis effigie referentẽ speciẽ hominis accipitur; siue sit lignea, siue argentea, siue lapidea. Alibi in malam partẽ accipitur.
23 [illegible] puluinar caprinum posuit ceruical eius. i. puluinar ex pilis caprinis factum, vel ex pelle adhuc villosa, supposuit vice ceruicalis ipsi imagini siue statuæ. Chaldæus paraphr. vertit pro puluinari, vtrem: quod puluinar referat vtrem. Hoc faciebat vt sueterim Dauid consuleret saluti suæ in loco tuto.
24 ne scilicet quum ingressi essent milites, deprehenderẽt, esse statuam.
25 an scilicet ægrotaret.
26 potius, simulachrũ siue statua iacebat.
27 puluinar caprinũ (erat) ceruical eius. sub. statuæ. i. quod erat ipsi simulacro pro ceruicali.

28 Heb quare interficiam te? i. alioqui te interficiam. 29 Naioth locum esse situm in agro Ramah aiunt quidam Hebræorum: alii locum vicinum Ramah significare [illegible] locum studiosorum. 30 i. in agro vrbis Ramah. 31 vel, lictores. 32 sub. [illegible] lictorum, vel singuli viderunt. 33 Chaldæus paraph. laudantium Deum. 34 i. præfectum illis: docentem eos: vel, Samuel præfectus illis erat docebat eos. 35 [illegible] 36 & prophetauerunt etiam ipsi, i. celebrarunt & laudarunt Deum. 37 i. ambulabat [illegible] prophetabat. 38 Quidam Hebræorum intelligunt hoc de ornatu regio. Alii aiunt [illegible] vestimenta, & recte [illegible] Dei adimit omnem pudorem [illegible] ipsi [illegible]. 39 Samuel tamen non [illegible], neque adiit illum, neq; etiam dignatus est eum alloqui, iuxta id quod prius [illegible] Samuelem vitæ non visurum illum ante mortem suam.

cecidit *Prouerbium.* *Sapr.10.c*

tis suis, & prophetauit cum cæteris coram Samuele, & cecinit nudus tota die illa & nocte. vnde & exiuit prouerbium, Num & Saul inter prophetas?

prophetauit, & [40] procidit nudus tota illa die, & tota nocte. hinc dicitur, [41] Estne Saul inter prophetas?

CAPVT XX.

A *David conqueritur apud Ionathan.*

1 FVgit autem Dauid de Naioth quæ est in Ramatha, veniensque locutus est coram Ionatha, Quid feci? quæ est iniquitas mea, & quod peccatum meum in patrem tuum, quia quærit animam meã?

2 Qui dixit ei, Absit a te non morieris: neque enim faciet pater meus quicquam grande vel paruum, nisi prius indicauerit mihi: hunc ergo celauit a me pater meus sermonem tantummodo? nequaquam enim erit istud.

Rursum iurat fœdus Ionathas cum Davide.

3 Et iurauit rursum Dauidi: & ille ait, Scit profecto pater tuus quia inueni gratiam in oculis tuis, & dicet, Nesciat hoc Ionathas, ne forte tristetur. quinimo viuit Dominus, & viuit anima tua, quia vno tantum (vt ita dicam) gradu, ego morsque diuidimur.

4 Et ait Ionathas ad Dauid, Quodcunque dixerit mihi anima tua, faciam tibi.

Fallit David Saulem.

5 Dixit autem Dauid ad Ionathan, Ecce Calendæ sunt crastino, & ego ex more sedere soleo iuxta regem ad vescendum: dimitte ergo me vt abscondar in agro vsque ad vesperam diei tertiæ.

6 Si respiciens requisierit me pater tuus, respondebis ei, Rogauit me Dauid vt iret celeriter in Bethlehem ciuitatem suam: quia victimæ solennes ibi sunt vniuersis contribulibus suis.

B

7 Si dixerit, Bene: pax erit seruo tuo. Si autem fuerit iratus, scito quia completa est malitia eius.

8 Fac ergo misericordiam in seruum tuum: quia fœdus Domini me famulum tuum tecum inire fecisti: si autem est iniquitas aliqua in me, tu me interfice, & ad patrem tuum ne introducas me.

a te.

9 Et ait Ionathas, Absit hoc a me: neque enim fieri potest, vt si certe cognouero completam esse patris mei malitiam contra te, non annunciem tibi.

10 Responditque Dauid ad Ionathan, Quis renunciabit mihi, si quid forte responderit tibi pater tuus dure de me?

C

11 Et ait Ionathas ad Dauid, Veni, & egrediamur foras in agrum. Cumque exissent ambo in agrum,

Signo trium sagittarum, promittit Ionathas Davidi se indicaturum voluntatem patris.

addas

ait Ionathas Dauid,

12 Domine Deus Israel, si inuestigauero sententiam patris mei crastino vel perendie: & aliquid boni fuerit super Dauid, & non statim misero ad te, & notum tibi fecero,

13 Hæc faciat Dominus Ionathæ, & hæc augeat. Si autem perseuerauerit patris mei malitia aduersum te, reuelabo aurem tuam, & dimittã te, vt vadas in pace, & sit Dominus tecũ, sicut fuit cũ patre meo.

14 Et si vixero, facies mihi misericordiam Domini:

15 Si vero mortuus fuero, non auferes misericordiam tuam a domo mea vsque in sempiternum, quando eradicauerit Dominus inimicos Dauid, vnumquemq. de terra: Auferat Ionathan de domo sua, & requirat Dominus de manu inimicorum Dauid.

16 Pepigit ergo Ionathas fœdus cum domo Dauid: & requisiuit Dominus de manu inimicorum Dauid.

1 FVgiens vero David de Naioth in Rama, venit & dixit coram Ionathan, Quid feci? iniquitas mea? aut quod peccatum meum [1] coram patre tuo, [2] quod quærit animam meam?

2 Qui dixit ei, Absit, nequaquam morieris: en pater meus nihil [3] facit, siue magnum sit siue paruum, [4] quod aures meas non reuelet, [5] quomodo ergo clam haberet me pater meus hanc rem? nequaquam hoc.

3 Et David [6] rursum iurauit, dicens, Scit plane pater tuus [7] quod gratus sum tibi, ideo cogitat, Ne resciscat hoc Ionathan, ne forte dolore afficiatur. & profecto viuit Dominus, & viuit anima tua, [8] vix passus inter me & mortem intercessit.

4 Et ait Ionathan ad Davidem, [9] Quidquid pro voto desideras, faciam tibi.

5 Respondit David ipsi Ionathan, Ecce cras Neomeniæ erunt, quum [10] omnino deberam cum rege ad mensam discumbere: tu vero dimittas me, vt abscondar in agro vsque ad vesperam tertia diei.

6 Si pater tuus [11] accurate de me perquisierit, dicas, Obnixe precatus est a me, vt curreret festinato ire in Bethlehem ciuitatem suam: quoniam sacrificium gentilitium [12] est ibi solenne toti familiæ.

7 Si sic dixerit, Bene est: [13] recta habent res serui tui. Quid si ira fuerit concitatus, [14] plane noueris apud ipsum consummatam esse malitiam.

8 [15] Hoc ergo beneficium præsta seruo tuo, quoniam [16] in fœdere Domini adduxisti seruum tuum ad te. quod si est aliqua iniquitas in me, interfice tu me, [17] quid enim ad patrem tuum me introduceres?

9 Et dixit Ionathan, [18] Absit a te, quoniam si cognouero consummatam esse malitiam patris mei, vt super te veniat, annon [putas] quod tibi sim indicaturus?

10 Et dixit David ad Ionathan, Quis mihi [19] indicabit? aut si dure responderit tibi pater tuus?

11 Et ait Ionathan ad Davidem, Age, egrediamur [20] in agrum. egressique sunt ambo in agrum: & dixit Ionathan ad Davidem,

12 [21] Dominus Deus Israel, [22] si explorauero patrem meum cras iuxta hoc tempus, aut perendie, [23] itaque beneuolus sit erga Davidem [ostenderit,] si non tunc misero ad te, reuelaroque tibi.

13 Dominus inquam faciat sic Ionathan, [24] sicque addat, quod si [ipsum fuerit patri meo, vt te malo afficiat,] id quoque tibi reuelabo. [25] Dimittamque te [27] vt in pace abeas, [28] sitque Dominus tecum quemadmodum fuit cum patre meo.

14 [29] Si id non præstitero, nec mihi viuo, nec mortuo beneficium Domini præstiteris.

15 [30] Et si non [fecero] hoc, succides beneficentiam tuam a domo mea perpetuo: si inquam non [fecero] hoc quum Dominus exciderit hostes Davidis e terra.

16 [31] Excindat & David Ionathan vna cum domo [sua,] requiratque [id] Dominus de manu hostium Davidis.

qu cecidit. sub. [illegible] ter [illegible] cuit, ut & alii qui ce [illegible] erant ac [illegible] Spiritu illo [illegible] non enim iungebantur sensus exteriores officiis suis.

41 Nunquid etiã &c. Hoc prouerbium pertinet ad summam laudẽ potentiæ Dei, quum volumus ostendere ipsum multa facere præter hominũ opinionem. De eo quæ prima fronte videbatur absurda, dicebatur hoc prouerbium. Sẽsus est, Nonne Saul propheta est & Spiritu Dei arreptus est, quum prophetas velles perdere q [illegible] prophetauit. Vel, Nõ Saul propheta est, [illegible] coram Samuele in Rama prophetauit.

CAP. XX.

1 vel, contra patrem tuum,

2 i. quòd vult me perdere?

3 vel, facere solet. q. d. pater meus non decreuit te interficere: alioqui eum indicasset mihi. quod si te voluit interficere, [illegible] erat correptus [illegible] spiritu.

4 i. quod non indicet mihi, & mecum communicet.

5 quare ergo celaret.

6 i. eadem adhibito iuramento confirmauit.

7 Heb. [illegible]

[illegible]

9 Heb. [illegible]

Quid [illegible] me [illegible]

12 Heb. ergo fe-

Z 4

[illegible] soleo cum rege ad vescendum: [illegible] recordando recordatus fuerit mei. Chald. paraph. si quærat [illegible] Solenne (vel, annuũ) [illegible] futurum [illegible] nouo. [illegible] vel, Nam ergo misericordiam fac cum [illegible] in fœdus Domini [illegible] quisam seruus tuus per quod fœdus coram Domino. [illegible] quid ne me adduces ad patrem tuum [illegible] tua [illegible] Verum sic cum sequenti [illegible] apud Heb. [illegible] me [illegible] Heb. [illegible] certe si bene [illegible] bene loquatur de te [illegible] hoc addat [illegible] aliquid grauius [illegible] aliquid grauius mihi [illegible] malum super te, [illegible] pater meus te perdere, indicabo tibi. [illegible] Vide diligenter hunc versum cum duobus sequentibus, [illegible] Et [illegible] si fuero [illegible] misericordiã Domini. [illegible] ne [illegible] misericordiam tuam [illegible] a domo mea vsque in seculum, ne [illegible] quum exterminabit Dominus [illegible] terra [illegible] Itaque pepigit fœdus Ionathan cum domo David, dicens, [illegible] requirat Dominus &c. [illegible] familiam Davidis, dicendo, Requirat Do. de manu inimicorum Davidis, de manu mea, si mea culpa acciderit aliquid malum vlli ex familia Davidis.

17 [32] *Adhuc iurauit Ionathan Dauidi, per dilectionem nempe qua illum diligebat. diligebat autem eum vt propriam animam.*

18 *Et dixit ei Ionathan, Cras sunt Neomenia, túque* [33] *desideraberis.* [34] *vacabit enim locus in quo tu accumbere soles.*

19 [35] *Tertio autem die descendes continuo, venies& in locum vbi latitaueras* [36] *die profesto,* [37] *sedebisque iuxta lapidem Asel.*

20 *Iaciamque tres sagittas ad* [38] *latus, iaciendo scilicet* [39] *mihi* [40] *ad scopum.*

21 *Mittam deinde* [41] *puerum, [cui dicam,] Vade,* [42] *quære iacula. si igitur dixero ad puerum, En sagitta* [43] *a te [iacent] huc versus: cape* [44] *eum, & veni:* [45] *res enim tuæ saluæ sunt, & nihil est negocii,* [46] *viuit Dominus.*

22 *Quòd si sic dixero adolescenti, En sagitta à te & vltra [promissa iacent:] vade,* [47] *quoniam amandauit te Dominus.*

23 *Porrò, verbi quod ego & tu loquuti sumus,* [48] *sit Dominus inter me & inter te [testis] perpetuo.*

24 *Latuit ergo Dauid in agro, & facta sunt Neomenia, discubuitque rex vt ederet panem.*

25 *Sedebat autem rex in solio suo, quemadmodum alias, in solio* [49] *scilicet ad parietem: &* [50] *surrexit Ionathan, seditq; Abner ad latus Saulis, vacauitq; locus Dauidis.*

26 *Illo die nihil loquutus est Saul: cogitabat enim,* [51] *Forte accidit ei quidpiam, vt non sit mundus.*

27 *Contigit autem crastino, hoc est altero die post nouam lunam, vt vacaret locus Dauidis, diceretque Saul ad Ionathan filium suum, Quare non venit filius Isai, nec heri nec hodie* [52] *ad panem?*

28 *Et respondit Ionathan Sauli, Obnixe precatus est à me Dauid, vt liceret ei ire in Beth lehem.*

29 *Dixit enim, Dimitte me quæso, habet enim sacrificium famil[ia] nostra in ciuitate. & [hoc ipsum]* [53] *mandauit mihi frater meus: si igitur* [54] *hanc gratiam impetro apud te,* [55] *sine quæso vt abeam, inuisamq; fratres meos: & hæc causa est cur non venerit ad mensam regis.*

30 [56] *Incaluit autem nasus Saulis contra Ionathan dixitque ad eum, Fili mulieris* [57] *rebellis, annon id intelligo, te filium Isai* [58] *elegisse,* [59] *vt & te & matrem tuam ignominiosè pudefacias?*

31 *Nam cunctis diebus quibus filius Isai super terram vixerit, neque tu firmaberis, neque regnum tuum. mitte igitur & affer eum ad me, quoniam* [60] *mortis est obnoxius.*

32 *Respondit autem Ionathan Sauli patri suo, & dixit ad eum, Cur occidetur? quid fecit?*

33 *Iecit ergo Saul contra eum lanceam, vt eum transfigeret: animaduertitq; Ionathan quod omnino constitutum esset a patre suo interficere Dauidem.*

34 *Surrexit ergo Ionathan a mensa vehementer iratus, neque comedit panem altera die post nouam lunam: erat enim dolore affectus propter Dauidem, & quod pater suus* [61] *pudefecisset eum.*

35 *Mane facto egressus est Ionathan in agrum* [62] *ad locum quem Dauidi constituerat, eratque puer paruus cum eo.*

36 *Et ait ad puerum suum, Curre & quære sagittas quas eiaculor. cumque curreret puer, ipse* [63] *sagittas traiiciebat vltra puerum.*

37 *Veniente autem puero ad locum sagittæ quam* [64] *iaculabat Ionathan, clamauit Ionathan post puerum, & dixit, Annon sagitta* [65] *vltra te est?*

38 *Et rursum clamauit Ionathan post puerum, Festina celeriter, ne stes, colligens ergo puer Ionathan sagittas,*

17 Et addidit Ionathas deierare Dauid, eo quòd diligeret illum: sicut enim animam suam, ita diligebat eum. D

18 Dixitque ad eum Ionathas, Cras Calendæ sunt, & requirêris: requiretur enim sessio tua vsque perendie.

19 Descendes ergo festinus, & venies in locum vbi celandus es in die quando operari licet, & sedebis iuxta lapidem, cui nomen est Ezel.

20 Et ego tres sagittas mittam iuxta eum, & iaciam quasi exercens me ad signum.

21 Mittam quoque & puerum, dicens ei, Vade, & affer mihi sagittas. Si dixero puero, Ecce sagittæ intra te sunt, tolle eas: tu veni ad me, quia pax tibi est, & nihil est mali, viuit Dominus.

22 Si autem sic locutus fuero puero, Ecce sagittæ vltra te sunt. vade in pace, quia dimisit te Dominus.

23 De verbo autem quod locuti sumus ego & tu, sit Dominus inter me & te, vsque in sempiternum.

24 Absconditus est ergo Dauid in agro, & venerunt Calendæ, & sedit rex ad comedendum panem.

Absconsus Dauid, requiritur à Saule.

25 Cúmque sedisset rex super cathedram suam (secundum consuetudinem) quæ erat iuxta parietem, surrexit Ionathas, & sedit Abner ex latere Saul, vacuusque apparuit locus Dauid. E

26 Et non est locutus Saul quicquam in die illa: cogitabat enim quòd forte euenisset ei vt non esset mundus, nec purificatus.

27 Cumque illuxisset dies secunda post Calendas, rursus apparuit vacuus locus Dauid: dixitque Saul ad Ionathan filium suum, Cur non venit filius Isai nec heri, nec hodie ad vescendum?

Ionathan excusantem Dauidem vult Saul occidere.

28 Respondítq; Ionathas Sauli, Rogauit me obnixe vt iret in Beth lehem.

29 Et ait, Dimitte me, quoniam sacrificium solenne est in ciuitate mea, vnus de fratribus meis accersiuit me: nunc ergo si inueni gratiam in oculis tuis, vadam cito, & videbo fratres meos. ob hanc causam non venit ad mensam regis.

30 Iratus autem Saul aduersum Ionathan, dixit ei, Fili mulieris virũ vltro rapientis, nunquid ignoro quia diligis filium Isai in confusionem tuam, & in confusionem ignominiosæ matris tuæ? F

31 Omnibus enim diebus quibus filius Isai vixerit super terram, non stabilieris tu, neque regnum tuum. Itaque iam nunc mitte & adduc eum ad me: quia filius mortis est.

32 Respondens autem Ionathas Sauli patri suo, ait, Quare morietur? quid fecit?

33 Et arripuit Saul lanceam vt percuteret eum: & intellexit Ionathas quòd definitum esset à patre suo vt interficeretur Dauid.

interficeretur. Ionathas tribus missis sagittis liberat Dauidem à morte.

34 Surrexit ergo Ionathas à mensa in ira furoris, & non comedit in die Calendarum secunda panem. contristatus est enim super Dauid, eo quòd confudisset eum pater suus.

35 Cumq; illuxisset mane, venit Ionathas in agrũ iuxta placitum Dauid, & puer paruulus cum eo. G

36 Et ait ad puerum suum, Vade, & affer mihi sagittas quas ego iacio. cumque puer cucurrisset, iecit aliam sagittam trans puerum.

37 Venit itaque puer ad locum iaculi, quod miserat Ionathas: & clamauit Ionathas post tergum pueri, & ait, Ecce ibi est sagitta porro vltra te.

38 Clamauitque iterum Ionathas post tergum pueri, dicẽs, Festina velociter, ne steteris, collegit autem

32 Heb. Et addidit Ionathan vt adiuraret ipsum Dauid, eo quod diligeret ipsum. 33 Heb. memoraberis. i. memor tui erit pater meus. requireris à patre meo. 34 Hebr. quoniã vacuus erit locus tuus. vel, quum futurus sit inanis locus tuus. i. in quo sedere soles. 35 Hebr. Tertia bis igitur & descendes valde. i. Tribus diebus abdes te in loco humili atq; demisso valde. 36 Heb. die operis. i. instituendi, siue promissionis qua iureiurãdo adhibito pollicitus est pater meus se non interfecturum. 37 vel, monabetis iuxta lapidem viæ. i. indicem itineris. Lapidem Mercurialem intelligit. 38 sub. lapidis 39 Vacat mihi. 40 i. ad illum lapidem tanquam ad scopum. 41 sub. quẽ mecum duxero. 42 Hebr. inueni. i. quære sagittas quas immisi. 43 i. citra te. 44 sub. puerum. 45 Heb. quoniã pax tibi, (i. salus) & non est quicquam, (sub. mali.) 46 q. d. iuro per Deum quod nequaquam te fallam. 47 q. d. hoc erit signi quod Dominus iubeat te discedere. 48 vel, erit. q. d. sis memor fœderis nostri. 49 [illegible] parietis. [illegible] 50 [illegible] surrexit sub [illegible] Abner. 51 Heb. [illegible] est [illegible] quod est [illegible] [illegible]

autem puer Ionathę sagittas, & attulit ad dominum suum:

39 Et quid ageretur, penitus ignorabat: tantummodo enim Ionathas & Dauid rem nouerant.

Post oscula data Ionatha aufugit Dauid.

40 Dedit ergo Ionathas arma sua puero, & dixit ei, Vade, & defer in ciuitatem.

41 Cúmque abiisset puer, surrexit Dauid de loco qui vergebat ad Austrum, & cadens pronus in terram, adorauit tertiò: & osculantes se alterutrum, fleuerunt pariter, Dauid autem amplius.

42 Dixit ergo Ionathas ad Dauid, Vade in pace: quæcunque iurauimus ambo in nomine Domini, dicentes, Dominus sit inter me & te, & inter semen tuum & semen meum vsque in sempiternum.

43 Et surrexit Dauid, & abiit: sed & Ionathas ingressus est ciuitatem.

venit ad Dominum suum.

39 (Porro puer nihil huius nouerat, dumtaxat Ionathan & Dauid rem nouerant.)

40 Tradidit itaque Ionathan arma sua puero qui cum eo erat, dixitque ei, Vade, & fer in ciuitatem.

41 Et quum abiisset puer, surrexit Dauid [66] à parte Meridionali, cadensque pronus in terram, ter incuruat: & mutuo osculantes, fleuerunt quisque coram altero, [67] quousque Dauid plus fleret.

42 Dixit ergo Ionathan ad Dauidem, Vade in pace, [68] & quæ nos ambo iurauimus per nomen Domini his verbis, Dominus sit inter me & inter te, inter semen meum, & inter semen tuum, [69] [firma sint] perpetuò.

43 Surgens igitur [Dauid] abiit, Ionathan verò ingressus est ciuitatem.

66 sub. lapidis victoris. Ionathā miserat sagittas ad latus Septentrionale, ne puer incurreret in Dauidem.
67 Hebr. ita vt Dauid magnificaueris. sub. fletum. i. abunde fleuerit.
68 Eclipsis quæ mire conuenit dolentibus. sub. & esto memor eorum quæ &c.
69 Hæc non erūt subaudienda, si in priore parte subintelligas, memor sis.

CAPVT XXI.

A

David fugiens venit in Nobe ad Achimelech.

1 VEnit autem Dauid in Nobe ad Achimelech sacerdotem: & obstupuit Achimelech, eo quòd venisset Dauid, & dixit ei, Quare tu solus, & nullus est tecum?

2 Et ait Dauid ad Abimelech sacerdotem, Rex præcepit mihi sermonem, & dixit, Nemo sciat rem propter quam missus es à me, & cuiusmodi præcepta tibi dederim: nam & pueris meis condixi in illum locum.

Laicus panis

3 Nunc ergo si quid habes ad manum, vel quinque panes, da mihi, aut quicquid inueneris.

4 Et respondens sacerdos ad Dauid, ait illi, Non habeo laicos panes ad manum, sed tantum panem

B

sanctum: si mundi sunt pueri, maxime à mulieribus manducent.

David comedit panes propositionis. Exponitur locus iste à Christo. Matth.12.a

5 Et respondit Dauid sacerdoti, & dixit ei, Et quidem si de mulieribus agitur, continuimus nos ab heri & nudiustertius, quando egrediebamur, & fuerunt vasa puerorum sancta. porrò via hæc, polluta est. sed & ipsa hodie sanctificabitur in vasis.

6 Dedit ergo ei sacerdos sanctificatum panem. neque enim erat ibi panis, nisi tantum panes propositionis, qui sublati fuerant à facie Domini, vt ponerentur panes calidi.

Doeg.

7 Erat autem ibi vir quidam de seruis Saul, in die illa, intus in tabernaculo Domini: & nomen

C

eius Doeg Idumæus potentissimus pastorum Saul: hic pascebat mulas Saul.

Arma requirit Dauid qui sub protectione Dei erat.

8 Dixit autem Dauid ad Abimelech, Si habes hic ad manum hastam aut gladium? da mihi, quia gladium meum, & arma mea non tuli mecum. sermo enim regis vrgebat.

9 Et dixit sacerdos, Ecce hic gladius Goliath Philisthæi, quem percussisti in Valle terebinthi, est inuolutus pallio post ephod: si istum vis tollere, tolle: neque enim hic est alius absque eo. & ait Dauid, Non est huic alter similis, da mihi eum.

Ephod.

10 Surrexit itaque Dauid, & fugit in die illa à facie Saul, & venit ad Achis regem Geth,

D

11 Dixeruntque serui Achis ad eum cum vidissent Dauid, Numquid non iste est Dauid rex Terræ? nónne huic cantabant per choros, dicentes, Percussit Saul mille, & Dauid decem millia?

Dauid apud regem Achis insaniam simulat.

12 Posuit autem Dauid sermones istos in corde suo, & extimuit valde à facie Achis regis Geth.

° ergo

CAPVT XXI.

1 ET [1] venit Dauid in Nob ad Abimelech sacerdotem: Abimelech autem [2] occurrens Dauidi, obstupuit, dixitque ad eum, Cur solus es tu, nemoque tecum?

2 Et ait Dauid ad Abimelech sacerdotem, Rex mandauit mihi quoddam negocium, dixitque mihi, Nemo quidquam resciat huius rei, ob quam te amādo, & quam tibi mandaui: ad hæc pueris indicaui locum [3] quendam certum.

3 Nunc igitur quid [4] habes in potestate tua? Da mihi panes quinque in manum meam, vel quidquid inuentum fuerit.

4 Et respondens sacerdos Dauidi, ait, Non est panis [5] laicus sub manu mea, sed dumtaxat sacrum habeo panem: [6] si seruati sint pueri, præsertim [7] à mulieribus.

5 Respondit Dauid sacerdoti, & ait ad eum, [8] Mulieres quidem reclusæ nobis fuerunt, tam heri quàm nudiustertius quum exirem fueruntque [9] vasa puerorum sancta, [10] & hic publicus mos est, quanto vero magis hodie [11] sanctificatur [panis] in vase?

6 Dedit itaque ei sacerdos sacrum [panem:] nec enim erat ibi panis alius quam panes [12] facierum, qui erant amoti à conspectu Domini, vt ponerentur panes [13] recentes eo die quo illi amouebantur.

7 Erat autem ibidem quidam ex seruis Saulis [14] eodem [15] detentus coram Domino, cuius nomen erat Doeg, [16] Ædomæus, [17] præfectus præpotens pastorum quos habebat Saul.

8 Ait autem Dauid ad Ahimelech, An non est hic [18] in manu tua lancea aut gladius? gladium enim meum & arma mea non accepi in manum meam, nam [19] verbum regis festinatum erat.

9 Et dixit sacerdos, Gladius quidem Goliath Pelesthæi, quem tu percussisti in valle quercus, en inuolutus est velo quodam [20] post ephod: si illum vis tibi accipere accipe, quia præter illum nullus alius hic est. & ait Dauid, [21] Non est quale illius, da eum mihi.

10 Et surgens Dauid die illa, fugit à facie Saulis, venitque ad Achis regem Gath.

11 Dixerunt autem serui Achis ad eum, Annon hic est Dauid rex [22] terræ? annon huic canebant in choris huiusmodi verbis, Percussit Saul suos mille, & Dauid suos decem mille?

12 [23] Voluebat autem Dauid hæc verba in corde suo, & timuit valde à facie Achis regis Gath.

CAP. XXI.
1 vel. Peruenit autem
2 trepidans venit illi obuiam.
3 Hebraice legitur Peloni-almoni, quæ duo voces idem significant Hebræis, nempe quod Græcis δεῖνα i. quendam, aliquam, vel, talē. q.d. ad locum talem & talem quē in præsentia non nominabo. locū certum significabat siue domum certi cuiusdam hominis, quem tamen non nominat. subaudi autem, vbi reperiam eos. Vide Ruth vltimo. Gallice dicimus, La maison d'vn quidam. His nominibus vtuntur Hebr. cum nominibus propriis parcere volunt.
4 Hebr. est sub manu tua? i. quid habes ad manū?
5 i. non sacer. q.d. Non habeo panem prophanū. sed sacrum. Dicunt enim consecrati [illegible] ex [illegible], quod [illegible] cum magna tamen [illegible].
6 i. tamen seruauerint [illegible] Honoris causa tantum mentionem facit famulorum Dauidis Ahimelech, nam per seruos Dauidem intelligit.
7 i. à pollutione quæ contrahitur cum muliere.
8 Heb. certe mulier prohibita

Z 5

fuit nobis, id est, remota fuit & procul à nobis q.d. Quod ad mulieres attinet, abstinuimus ab illis. 9 id est, vestes q.d. curauimus, more eorum qui [illegible] [illegible] committere, vestes seruarum sed corum [illegible]. 10 cum tamen via sit prophana: quamuis hanc profectionem hucque peregrinationem negotij [illegible] [illegible] 11 sanctificabitur, q.d. Licet hanc viam negocij prophani causa susceperimus, tamē curauimus vt vestes nostræ purificarentur: quanto magis ergo hodie seruabimus in puritate [illegible] sanctimoniam [illegible] in quo reponetur? hoc est, maiore diligentia seruabimus in puritate sua vasa nostra. vel, curabimus [illegible] sanctitatem [illegible]. Alij, quanto magis hodie sanctificabitur (via nostra) in vasis ipsis? 12 vel, propositionis. 13 Heb. calidos [illegible] panibus propositionis. 14 quo scilicet hæc gesta fuerunt. 15 qui [illegible] [illegible] sese &c. vt scilicet adoraret ad tabernac[illegible] 16 habitatione, non genere. qui habitauerat vel habitabat in Idumæa, [illegible] habebat. 17 princeps. vel, potentissimus. 18 [illegible], in promptu. 19 Heb. mandatum (vel, negocium) regis vrgebat. i. cogebat me discedere. 20 i. post eum locum in [illegible] ephod [illegible] vestis [illegible]. Alij intelligunt de veste pontificia. 21 i. Quum nullum alium habeas, &c. 22 vel, huius regionis: i. ad quem [illegible] huius regionis, propter [illegible] erat, vt victor possideret regionem victi. q.d. quum ad illum videamus regionem, [illegible] Achis pertinere, cur admittis? 23 Posuit. i. alta mente reposita transferunt verba ista Dauidi.

13 [24] Immutauit itaq; habitum suum [25] in oculis eorum, simul insaniuit[?] furere inter manus eorum, [26] exarauitque [vngebat] in valuis portarum [27] defluens salivam suam in barbam suam.

14 Dixit itaq; Achis ad seruos suos En [28] videtis hominem [29] vel insanum more sese affictantem, cur ergo induxistis eum ad me?

15 Num sum insipiens [30] carens [31] vt adduceretis istum quoque, vt vesanorum more sese afflictaret? [32] num is veniet in domum meam?

13 Et immutauit os suum coram Achis, & collabebatur inter manus eorum: & impingebat in ostia portæ, defluebantque saliuæ eius in barbam. *[a] ab,*

14 Et ait Achis ad seruos suos, Vidistis hominem insanum: quare adducis eum ad me?

15 An desunt nobis furiosi, quòd introduxistis istum, vt fureret me præsente? [b] ingrediatur domum meam. *[b] hiccine ingreditur.*

CAPVT XXII.

1 DAuid ergo inde abiens, effugit in speluncam Adullam, audientes id fratres eius, & vniuersa domus patris eius illuc ad eum descenderunt.

2 [1] Confluxeruntque ad eum omnes viri afflicti, & [2] qui cunque obærati erant alieno ære. Cuncti denique qui amaro erant animo: factusque est eorum princeps: habuit itaque secum circiter quadringentos viros.

3 Et abiens inde Dauid in Mizpe Moab, dixit ad regem Moab, Egrediatur quæso pater meus & mater mea [3] ad vos, donec sciam quid facturus sit [4] mihi Deus.

4 Et duxit eos in conspectum regis Moabitici, habitaruntque cum eo cunctis diebus quibus Dauid fuit [5] in arce.

5 Dixit verò Gad propheta ad Dauidem, Noli desidere in arce ista, sed proficiscere in terram Iehuda. abiens ergo Dauid, venit in sylvam Harets.

6 Audiuit autem Saul [6] prodiisse Dauidem, virosque qui cum eo erant. Saul autem [7] sedebat in Gibea subter arborem [8] in Rama, habens lanceam suam in manu sua, & cuncti serui sui stabant iuxta eum.

7 Dixitque Saul ad seruos suos qui eum circumstabant, Auscultate obsecro [9] filii Iemini, [10] num dabit filius Isai omnibus vobis agros & vineas, & constituet omnes vos tribunos & centuriones?

8 Quandoquidem conspirastis vos omnes contra me, nec est qui reuelet auri meæ [11] quòd & filius meus [fœdus] pepigerit cum filio Isai: nemo insuper ex vobis est [12] quem id mecum male habeat, [13] quique indicet mihi quod filius meus excitauit seruum meum contra me, vt struat insidias, [14] quemadmodum hodie [videre est.]

9 Respondens Doeg Idumæus, qui & ipse [14] stabat inter seruos Saulis, dixit, Vidi filium Isai venientem in Nob ad Abimelech filium Achitob.

10 Qui consuluit pro eo Dominum, deditque ei commeatum, dedit ei insuper gladium Goliath Philisthini.

11 Mittens autem rex vt accerserent Abimelech filium Achitob sacerdotem, & omnem domum patris eius, sacerdotes videlicet qui erant in Nob: veneruntque omnes ad regem.

12 Tunc dixit Saul, Audi quæso fili Achitob. & dixit, En adsum domine.

13 Et ait ad eum Saul, Quare conspirastis aduersum me, & tu & filius Isai, in hoc quòd dedisti ei panem & gladium, consuluisti pro eo Deum, vt insurgeret aduersum me, [15] strueretque insidias, vt hodie [est videre?]

14 Respondit Abimelech regi, & ait Et quis est inter omnes seruos tuos fidelis vt Dauid, qui & gener regis est, [16] qui ad iussa tua recedit, & inclytus est in domo tua?

15 Num hodie [primum] cœpi pro eo [17] consulere Deum? Absit hoc à me, ne imputet rex rem [hanc] seruo tuo [18], in vniuersa domo patris mei [19] nihil enim sciuit seruus tuus de toto isto negocio nec paruum nec magnum.

16 Et ait rex, Omnino morieris Abimelech, tu & omnis domus patris tui.

17 Dixitque rex ad [20] emissarios qui stabant iuxta

1 ABiit ergo Dauid inde, & fugit in speluncam Odollam. quod cum audissent fratres eius, & omnis domus patris eius, descenderunt ad eum illuc. *A — Ad Davidem latitantem, ære alieno oppressi congregantur.*

2 Et conuenerunt ad eum omnes qui erant in angustia constituti, & oppressi ære alieno, & amaro animo: & factus est eorum princeps: fueruntque cum eo quasi quadringenti viri.

3 Et profectus est Dauid inde in Maspha, quæ est Moab: & dixit ad regem Moab, Maneat oro pater meus & mater mea vobiscum, donec sciam quid faciat mihi Deus. *Fugit ad regem Moab, cum quo habitauerunt parentes ipsius.*

4 Et reliquit eos ante faciem regis Moab: manseruntque apud eum cunctis diebus quibus Dauid fuit in præsidio.

5 Dixitque Gad propheta ad Dauid, Noli manere in præsidio: proficiscere, & vade in terram Iuda. & profectus est Dauid, & venit in Saltum hareth. *Gad propheta monitu fugit in Hareth.*

6 Et audiuit Saul quòd apparuisset Dauid, & viri qui erant cum eo. Saul autem cum maneret in Gabaa, & esset in nemore quod est in Rama, hastam manu tenens, cunctique serui eius circumstarent eum,

7 Ait ad seruos suos qui assistebant ei, Audite me nunc filii Iemini: numquid omnibus vobis dabit filius Isai agros & vineas, & vniuersos vos faciet tribunos, & centuriones: *B — Saul suos accusat coniurationis.*

8 Quoniam coniurastis omnes aduersum me, & non est qui mihi renunciet maximè cùm & filius meus fœdus inierit cum filio Isai? nó est qui vicem meam doleat ex vobis, nec qui annunciet mihi: eo quòd suscitauit filius meus seruum meum aduersum me, insidiantem mihi vsque hodie.

9 Respondens autem Doeg Idumæus qui assistebat, & erat primus inter seruos Saul, Vidi, inquit, filium Isai in Nobe apud Achimélech filium Achitob sacerdotem. *Doeg Davidis innocentis proditor.*

10 Qui consuluit pro eo Dominum, & cibaria dedit ei: sed & gladium Goliath Philisthæi dedit illi.

11 Misit ergo rex ad accersendum Abimélech sacerdotem filium Achitob, & omnem domum patris eius, sacerdotum, qui erant in Nobe, qui vniuersi venerunt ad regem. *Accersitus Achimelech, accusatur coniurationis à Saule impio.*

12 Et ait Saul ad Achimélech, [a] Audi fili Achitob. qui respondit, Præsto sum Domine. *C*

13 Dixitque ad eum Saul, Quare coniurastis aduersum me tu & filius Isai, & dedisti ei panes & gladium, & consuluisti pro eo [b] Dominum, vt consurgeret aduersum me, insidiator vsque hodie permanens? *[b] Deum.*

14 Respondensque Achimélech regi, ait, Et quis in omnibus seruis tuis, sicut Dauid fidelis, & gener regis, pergens ad imperium tuum, & gloriosus in domo tua?

15 Num hodie cœpi pro eo consulere [a] Dominum? Absit hoc à me: ne suspicetur rex aduersus seruum suum rem huiuscemodi, in vniuersa domo patris mei. non enim sciuit seruus tuus quicquam super hoc negocio, vel modicum vel grande. 16 Dixitque rex, Morte morieris tu, & omnis Abimélech, domus patris tui. 17 Et ait rex emissariis qui circumstabant eum, Con- *[a] Deum.*

24 Hebr. mutauit istum sensum suum, vel, mutabat. Relatiuum ante suum antecedens, pro mutauit sensum illum suum, vel mentem suam. i. finxit insaniam. 25 stultum esse. 26 vel, pingebat. i. scribebatque more scil. stulti. 27 demittens. 28 vidistis. 29 insanientem. furentem. 30 vel, destitutor, quasi diceret, Gallicè, N'ay-ie point assez de fols ou insensez &c. 31 quod introduxistis istum, vt insaniam ageret me præsente. 32 i. hiccine dignus est qui ingrediatur domum meam? q. d. procul hunc hominem abigite: non enim est dignus qui regiam meam ingrediatur.

CAPVT XXII. 1 i. Congregabantque sese &c. vt ibi solamen aliquod inuenirent. 2 Hebr. omnis vir cui est creditor. 3 i. vt maneant vobiscum. 4 vel, de me. 5 i. in Maspha, quæ erat firmissima. 6 quod notus esset Dauid & homines &c. i. Audiuit famam esse aliquot homines adiunxisse se Dauidi. 7 vel, habitabat. 8 i. in loco edito illius vrbis quæ dicebatur Rama. 9 i. Beniamitæ. 10 Hebr. etiam daturus est. Ironicè q. d. non est mirum quod cum Dauide aduersum me coniurastis: nam creditis vos plura beneficia accepturos ab eo, quàm à me. 11 qui filius meus pepigerit (fœdus) cum &c. 12 qui doleat propter me. 13 Hebr. hodie. 14 sub ... ... 14 ... 15 Hebr. in insidias, i. struendis insidiis. 16 Hebr. & qui pergit ad obedientiam tuam. vel, ad mandatum tuum, i. qui promptus est ad tib. parendum. 17 quum scil. e... deducturus copias ... aliquò. 18 (&) toti familiæ. 19 non enim agnoscit seruus tuus in omni eo re rem paruam aut magnam. i. in omnibus quæ dicis non agnoscit seruus tuus rem vllam aliquod paruum aut magnum quod admiserit contra te. 20 cursores.

Occiduntur sacerdotes quod susceptissent Dauidem.

uertimini, & interficite sacerdotes Domini: nam manus eorum cum Dauid est: scientes quòd fugisset, & non indicauerunt mihi. noluerunt autem serui regis extendere manus suas in sacerdotes Domini.

18 Et ait rex ad Doeg, Conuertere tu, & irrue in sacerdotes Domini. Conuersusq; Doeg Idumæus, irruit in sacerdotes, & trucidauit in die illa octogintaquinq; viros vestitos ephod lineo.

Nobe percutitur à Saule. Fuga Abiathar ad Dauidem.

19 Nobe autem ciuitatem sacerdotum percussit in ore gladii, viros & mulieres, & paruulos, & lactantes, bouemq; & asinum, & ouem in ore gladii.

20 Euadens autem vnus filius Achimélech filii Achitob, cuius nomē erat Abiathar, fugit ad Dauid.

21 Et annunciauit quòd occidisset Saul sacerdotes Domini.

22 Et ait Dauid ad Abiathar. Sciebam enim in die illa, quòd cum ibi esset Doeg Idumæus, proculdubio annunciaret Sauli: ego sum reus omnium animarum patris tui.

domus.

23 Mane mecum, ne timeas: siquis quæsierit animam meam, quæret & animam tuam, mecumque seruaberis.

eum, (circumdate [illos,] & interficite sacerdotes Domini, quoniam & [21] aliorum manus est cū Dauide, & quum cognouissent ipsum fugisse, non reuelarunt id mihi. At serui regis noluerunt inferre manus suas, ut irruerent in sacerdotes Domini.

18 Tunc ait rex ad Doeg, Verte tu, & [22] irrue in sacerdotes. Et versus Doeg Ædumæus, irruit in sacerdotes interfecitq; eodem die octogintaquinq; viros, [23] ferētes ephod lineum.

19 Ipsam quoq; Nob percussit gladio, tam viros quàm mulieres, infantes quoq; & lactantes, boues & asinos, pecudes quoq; gladio.

20 [24] Seruatus est autem [25] filius vnus Achimélech [26] filii Achitob, Abiathar, fugitq; post Dauidem.

21 Et nunciauit Abiathar Dauidi quomodo Saul occidisset sacerdotes Domini.

22 Et ait Dauid ad Abiathar, Sciebā eo die [27] quum illic esset Doeg Ædumæus, quòd certissime esset nunciaturus Sauli, ego [28] occasio fui omnium interfectorum ex domo patris tui.

23 Mane apud me, ne metuas: [29] quicunq; enim animam meam quæsierit, animam quoq; tuam quæret: [30] nam apud me custoditus eris.

21 [illegible] 22 [illegible] 23 Non quod ii [illegible] fecerēt quum iussi essent, sed quod essent in ea ætate, eoq; ordine ut ferre possent: hoc est, ut ministrarēt in sacerdotio Domini. 24 vel, Euasit. 25 i. ex filiis Achimelech. 26 filii. 27 quum ibi esset. 28 Heb. causam præbui [illegible] omnē animam [illegible] &c. 29 q. d. commune habemus hostem Saulem, qui nititur perdere me, quæret & te perdere. 30 He. (&) quoniā custodia (vel, depositū) tu eris apud me, i. ego te perinde seruabo atque meipsum, velutiq; rem depositā apud me.

CAPVT XXIII.

A

Dauid consulto bis Domino, liberat Ceilam à Philisthæis.

1 ET annunciauerunt Dauid dicentes, Ecce Philisthiim oppugnant Ceilam, & diripiunt areas.

2 Consuluit ergo Dauid Dominum, dicens, Nū vadam, & percutiam Philisthæos istos? Et ait Dominus ad Dauid, Vade, & percuties Philisthæos, & Ceilam saluabis.

3 Et dixerunt viri qui erant cum Dauid, ad eū, Ecce nos hic in Iudæa consistentes timemus, quanto minus si ierimus in Ceilam aduersum agmina Philistinorum?

4 Rursum ergo Dauid consuluit Dominum. qui respondens, ait ei, Surge, & vade in Ceilam: ego enim tradam Philisthæos in manu tua.

5 Abiit ergo Dauid, & viri eius in Ceilam, & pugnauit aduersum Philisthæos, & abegit iumenta eorum, & percussit eos plaga magna: & saluauit Dauid habitatores Ceilæ.

Abiathar cum ephod Ceilæ.

6 Porrò eo tempore, quo fugiebat Abiathar filius Achimélech ad Dauid in Ceilam ephod secum habens descenderat.

B

Saul descendit contra Dauid in Ceilam.

7 Nunciatum est autem Sauli quòd venisset Dauid in Ceilam: & ait Saul, Tradidit eum Dominus in manus meas, conclususq; est introgressus vrbem in qua portæ & seræ sunt.

Deus

8 Et præcepit Saul omni populo, vt ad pugnam descēderet in Ceilā, & obsideret Dauid & viros eius.

9 Quod cum Dauid rescisset quia qui præpararet ei Saul clam malum, dixit ad Abiathar sacerdotem, Applica ephod.

Consultus à Dauide Dominus respondet eos quos ipse libe rasset, traditu ros ipsum Sauli, nisi fugeret.

10 Et ait Dauid, Domine Deus Israel, audiuit famam seruus tuus quòd disponat Saul venire in Ceilam, vt euertat vrbem propter me.

11 Si tradent me viri Ceilæ in manus eius? & si descendet Saul sicut audiuit seruus tuus? Domine Deus Israel indica seruo tuo. Et ait Dominus, Descendet.

12 Dixitque rursum Dauid, Si tradent me viri Ceilæ & viros qui sunt mecum, in manus Saul? & dixit Dominus, Tradent.

13 Surrexit ergo Dauid & viri eius quasi sexcenti, & egressi de Ceila, huc atque illuc vagabantur incerti: nunciatumque est Sauli quod fugisset Dauid de Ceila & saluatus esset: quam ob rem dissimulauit exire.

1 NUnciauerunt autem Dauidi dicentes, En Palesthini oppugnant Keilam, & diripiunt horrea.

2 Consuluit ergo Dauid Dominum, dicens, Vadámne & percutiam Philisthinos istos? Et Dominus respondit Dauidi, Vade, tu percuties Philisthinos, liberabisq; Keilam.

3 Et dixerunt viri qui erant cum Dauide ad eum, [3] Ecce nos hic in Iehuda metuimus, quanto magis si Keilam profecti fuerimus [4] ad exercitum Palesthinorum?

4 Dauid secundo consuluit Dominum responditq; ei Dominus, & dixit, Surge, descende in Keilam: dabo enim Philisthinos in manum tuam.

5 Abiit ergo Dauid [5] & milites eius in Keilam, pugnauitq; contra Philisthinos, & abegit [6] pecora eorum, & percussit eos cæde magna: seruauitque Dauid ciues Keila.

6 Quum autem Abiathar filius Achimelech fugisset ad Dauidem in Keilam, contigit vt & ephod in manu eius descenderet.

7 Nunciatum est ergo Sauli Dauidem venisse in Keilam, & ait Saul, Tradidit eum Deus in manum meam, quoniam conclusus est, [8] quum se contulit in ciuitatem [illegible] [munitam.]

8 Saul ergo [illegible] conuocauit vniuersum populum ad prælium, vt descenderet in Keilam, obsideretq; Dauidem, militesq; eius.

9 Animaduertens autem Dauid, quod Saul contra eum meditaretur malum, dixit ad Abiathar sacerdotem, [9] Applica ephod.

10 Aitq; Dauid, Domine Deus Israelis, seruus tuus certo audiuit quod Saul conetur venire contra Keilam, vt perdat ciuitatem propter me.

11 Tradentne [10] ciues Keilæ me in manum eius? descendétne Saul, quemadmodū audiuit seruus tuus? Domine Deus Israel, indica quæso seruo tuo. Et dixit Dominus, [11] Descendet.

12 Dixitq; Dauid, Tradentne [10] ciues Keilæ me & milites meos in manum Saulis? & respondit Dominus, Tradent.

13 Surrexit ergo Dauid & milites eius fermè sexcenti viri, & egressi sunt de Keila, profectiq; sunt [12] quocunq; proficisci [illegible] quumq; nunciatum esset Sauli Dauidem e Keila effugisse, [13] destitit ab expeditione.

CAP. XXIII. 1 Vrbs est in tribu Iuda. 2 areas. 3 q. d. Nos quidem hic in media tribu tuti esse[illegible]mus quanto magis timebimus quum perrexerimus in Ceilā vt defendere eā à Philisthinis? 4 aduersus. 5 He. cum hominibus suis. 6 i. Palesthina, sc. nam illuc vsque fugientes persequeri [illegible] pecora quæ secū adduxerant ad alendum exercitum. 7 vel, incideret. q. [illegible] 8 [illegible] porta[illegible] [illegible] vrbem claudens portis & vectib. 9 vel, [illegible] Admoue. In ephod erat rationale, in quo erat Vrim & Thummim. 10 Heb. domini, i. primores magistratus. Gallicè, Les seigneurs. 11 vel, Parat descendere. 12 vel, quo po[illegible]

gebant, i. atq; illuc vagabantur incerti, quò visum erat pergebant, nec vllam certam viam tenebant. 13 Heb. cessauit egredi.

14 vel, petris inaccessis, i. in locis natura munitis.
15 vt perderet.
16 fortificauitque, i. iussit eum bono esse animo ac forti, quia Deum haberet sibi fauentem.
17 Heb. & etiam Saul pater meus scit ita. i. nouit ita futurum.
18 i. Domino teste.
19 Heb. Nunc igitur iuxta omne desiderium animæ tuæ, ô rex, de scendendo descende, i. prout cupis descendere descende.
20 He. Benedicti .i. Dominus prosequetur vos singulari fauore.
21 .i. diligenter & exactè disquirite adhuc.
22 i. vbi habitet.
23 Hebr. dixit enim mihi (sub. animus meus), quòd callendo callidus est. i. quod astu & calliditate sua vtatur erga nos. præsagit mihi animus, cum calliditate sua elapsurum. Chaldæus paraphr. vertit, dixerunt. i. renunciatum est mihi. Alij, dixit enim mihi, sub. Dauid, quòd [illegible] calliditate [illegible] mihi [illegible].
24 vel, perpendite.
25 vel, ex omnibus latibulum in quo [illegible].
26 cum re certa .i. cum certo nuncio.
27 i. in ea regione.
28 cum omnibus millibus &c. i. assumptis millibus Iuda inquiram eum.
29 i. ad Meridionalem partem.
30 audientu scil. Saulis.
31 in rupe. Vallis erat media ex eo loco in quo erat Dauid in rupem in quam volebat ire. q. d. descendit in vallem quæ erat inter locum in quo erat ipse Dauid & rupem illam.
32 i. in rupe illa.
33 [illegible] i. quantum poterat [illegible] parabat discedere à Saule.

14 *Manebat autem Dauid in deserto in*[14] *arcibus,*
habitauitq́; in monte in deserto Ziph, & quærebat eum
Saul cunctis diebus, sed non tradidit eum Deus in ma-
num eius.
15 *Videns itaq; Dauid quod egressus esset Saul,*[15] *quæ-*
reretq́; animam eius, manebat ipse Dauid in deserto Ziph
in sylua.
16 *Consurgens autem Ionathan filius Saulis, profectus*
est ad Dauidem in syluam,[16] *confirmauitq́; manum eius*
in Deo,
17 *Dixitq́; ad eum, Ne metuas, quoniam non depre-*
hendet te manus Saulis patris mei. & tu quidem regnabis
super Israelem. & ego ero à te secundus,[17] *& hoc certum*
esse nouit pater meus.
18 *Pepigeruntq́; ambo isti fœdus*[18] *coram Domino:*
Dauid autem mansit in sylua, & Ionathan rediit in do-
mum suam.
19 *Ascenderunt autem Ziphæi ad Saulem in Gibea,*
dicentes, Annon Dauid sese occultat apud nos in arcibus
in sylua, quæ est iuxta collem Achila, qui est à dextra [de-
serti] Iesimon?
20[19] *Descende igitur ô rex: poteris enim pro omni vo-*
to tuo descendere, nos verò trademus eum in manũ regis.
21 *Dixitq́; Saul,*[20] *Laudandi vos a Domino, quòd vos*
mei miseret.
22 *Ite quæso, &*[21] *adhuc apparate, animaduertite*
& videte locum eius[22] *in quo fuerit pes eius, [&] quis*
viderit eum ibi:[23] *mihi enim dictum est, eum esse vehe-*
menter callidum.
23 *Considerate ergo, &*[24] *rescite*[25] *omnia latibula in*
quibus sese abscondit, tunc redite ad me,[26] *ad certũ [tem-*
pus] & ibo vobiscum: si[27] *in terra fuerit, scrutabor eum*
[28] *per omnia millia Iehuda.*
24 *Surgentes illi abierunt in Ziph ante Saulem, Da-*
uid verò & milites eius erant in deserto Maon, in planicie
quæ est[29] *ad dexteram Iesimon.*
25 *Profectus est & Saul cum viris suis ad quærendũ:*
et[30] *nunciauerunt Dauidi hinc descẽdis*[31] *in petram, ha-*
bitauitq́; in deserto Maon. Quod cum audisset Saul, in-
sequutus est Dauidem[32] *in desertum Maon.*
26 *Ibat itaque Saul ex latere montis vno, & Dauid*
cum viris suis in latere montis altero,[33] *festinauitq́; Da-*
uid præcipitanter vt effugeret ante Saul. Saul & viri eius
cingebant Dauidem & milites eius, vt eos apprehenderent.
27 *Venit autem nuncius ad Saulem, dicens, illico ve-*
ni, quoniam impetu quodam irruerunt Philistini in ter-
ram.
28[34] *Versus ergo Saul ab insequutione Dauidis, pro-*
fectus est obuiam Philistinis: ob hoc nomen adeptus est lo-
cus ille[35] *Sela Hamahlecoth.*

14 Morabatur autem Dauid in deserto in locis
firmissimis, mansitq; in monte solitudinis Ziph in
monte opaco, quærebat eum tamen Saul cunctis
diebus & non tradidit eum Dominus in manus eius.
15 Et vidit Dauid quòd egressus esset Saul vt quæ-
reret animam eius, porrò Dauid erat in Deserto-
Ziph in sylua.
16 Et surrexit Ionathas filius Saul, & abiit ad
Dauid in syluam, & confortauit manus eius in
Deo.
17 Dixitq; ei, Ne timeas: neq; enim inueniet te
manus Saul patris mei, & tu regnabis super Israel,
& ego ero tibi secundus, sed & Saul pater meus scit
hoc.
18 Percussit ergo vterque fœdus coram Domi-
no: mansitq; Dauid in sylua, Ionathas autem reuer-
sus est in domum suam.
19 Ascenderunt autem Ziphæi ad Saul in Gabaa,
dicẽtes, Nónne ecce Dauid latitat apud nos in lo-
cis tutissimis syluæ, in Colle-hachila, quæ est ad
dexteram deserti?
20 Nunc ergo sicut desiderauit anima tua vt de-
scenderes, descende. Nostrum autem erit vt trada-
mus eum in manus regis.
21 Dixitq; Saul, Benedicti vos à Domino, quia
doluistis vicem meam.
22 Abite ergo oro, & diligentius præparate, &
curiosius agite, & considerate locum vbi sit pes e-
ius, velociter, vel quis viderit eum ibi, vbi dixi-
stis, Recogitat enim de me, q. callidè insidier ei.
23 Considerate, & videte omnia latibula eius, in
quibus absconditur: & reuertimini ad me ad rem
certam, vt vadam vobiscum: quòd si etiam in ter-
rã se obstruxerit, perscrutabor eum in cunctis mil-
libus Iuda.
24 At illi surgentes abierunt in Ziph ante Saul:
Dauid autem & viri eius erant in Deserto Maon, in
campestribus ad dexteram Iesimon.
25 Iuit ergo Saul & socii eius ad quærendum e-
um & nunciatum est Dauid, statimq; descendit ad
petram, & versabatur in Deserto-Maon. Quod cum
audisset Saul persecutus est Dauid in Deserto Maon.
26 Et ibat Saul & viri eius ad latus montis ex
parte vna, Dauid autem & viri eius erant in latere mõtis
ex parte altera: porrò Dauid desperabat se posse e-
uadere à facie Saul: itaque Saul, & viri eius in mo-
dum coronæ cingebant Dauid & viros eius, vt ca-
perent eos.
27 Et nuncius venit ad Saul, dicens, Festina, & ve-
ni, quoniam infuderũt se Philisthiim super terram.
28 Reuersus est ergo Saul desistens persequi Dauid, & perrexit in occursum Philisthiinorum. propter
hoc vocauerunt locum illum Petram diuidentem.

C
Moratur Dauid in solitudine Ziph.
Deus
Confortatur Ionathan Dauidem.
Percutit fœdus cum Ionatha.
Proditur à Ziphæis.
qui
D
Persequitur Saul Dauidẽ.
Immissis Philisthæis contra Saulem, liberat Deus Dauidẽ.

CAPVT XXIV.

A

1 *Tunc ascendit illinc Dauid, & habitauit in*[1] *arci-*
bus En-gedi.
2 *Contigit verò quum Saul reuerteretur*[2] *ab insequu-*
tione Philisthinorum, vt nunciarent [quidam] ei, dicen-
tes: En Dauid est in deserto En-gedi.
3 *Assumptis igitur tribus millibus delectorum mili-*
tum ex omni Israele, Saul abiit vt inuestigaret Dauidem
& viros eius in summitatibus rupium[4] *quas conscendunt*
rupicapræ.
4 *Venit itaque ad septa ouium [quæ erant] in iti-*
nere vbi erat spelunca, quam ingressus est Saul[5] *exone-*
randi ventris gratia. Dauid autem & milites sui in inte-
rioribus speluncæ sedebant.

1 Ascendit ergo Dauid inde: & habitauit in locis
tutissimis En-gaddi.
2 Cumq; reuersus esset Saul, postquam persecu-
tus est Philisthæos, nunciauerunt ei, dicentes, Ecce
Dauid in deserto est En-gaddi.
3 Assumens ergo Saul tria millia electorum vi-
rorum ex omni Israel, perrexit ad inuestigandum
Dauid & viros eius, etiam super abruptissimas pe-
tras, quæ solis ibicibus peruiæ sunt.
4 Et venit ad caulas ouium, quæ se offerebant vi-
anti, eratq; ibi spelunca, quam ingressus est Saul,
vt purgaret ventrem. porrò Dauid & viri eius in in-
teriore parte speluncæ latebant,

Dauid habitat in En-gaddi.
Iterum persequitur Saul.
Latet Dauid in spelunca cum suis.

34 Itaque reuersus Saul a persequendo Dauide. 35 i. Rupes diuisionum, vel [illegible]ationum, id est, variarum sententiarum. Quod [illegible] referunt ad Saulem, cuius animus distrahebatur in partes varias, capturusne esset prius Dauidem, an [illegible] in occursum [illegible]. Alij referunt ad milites [illegible] quorum [illegible] sententia [illegible].

CAP. XXIIII. 1 i. [illegible] 2 vel, munitionibus deserti quod dicebatur En-gaddi. 3 i. Philisthinis, id est, de prœlio quo coegit Philisthinos recipere se in patriam [illegible] 4 ibices, vel, capreæ, [illegible] in quibus solent habitare ibices. hoc est super rupes abruptissimas solis ibicibus peruias. 5 Heb. vt tegeret pedes suos. Hac forma loquendi exprimit gestum & habitum egerentis.

5 Et

Dauid timens Deum, pro malo reddit bonū inimico Sauli in manus eius à Deo tradito.

5 Et dixerunt serui sui Dauid ad eum, Ecce dies de qua locutus est Dominus ad te, Ego tradam tibi inimicum tuum, vt facias ei sicut placuerit in oculis tuis. surrexit ergo Dauid, & præscidit oram chlamydis Saul silenter. B

6 Posthæc percussit cor suum Dauid, eo quòd abscidisset oram chlamydis Saul,

7 Dixitque ad viros suos, Propitius sit mihi Dominus, ne faciam hanc rem domino meo Christo Domini, vt mittam manū meam in eum, quia Christus Domini est.

8 Viuit Dominus, quia nisi Dominus percusserit eum, aut dies eius venerit vt moriatur, aut descendens in prælium perierit: propitius mihi sit Dominus, vt non mittam manum meam in Christum Domini. Et confregit Dauid viros suos sermonibus istis, & non permisit eos vt consurgerent in Saul: porrò Saul exurgens de spelunca, pergebat cœpto itinere.

Verbis blandis prohibuit Dauid ne Saul occideretur à suis

9 Surrexit autem Dauid post eum: & egressus de spelunca, clamauit post tergum Saul, dicens, Domine mi rex. & respexit Saul post se: et inclinans se Dauid pronus in terram adorauit.

10 Dixitq; ad Saul, Quare audis verba hominum loquentium, Dauid quærit malum aduersum te?

Dauid ostendit misericordiam suam Saulis.

11 Ecce hodie viderunt oculi tui quod tradiderit te Dominus in manu mea in spelunca et cogitaui vt occiderem te, sed pepercit tibi oculus meus: dixi enim, Non extendam manum meam in dominum meum, quia Christus Domini est, C

12 Quin potius pater mi, vide et cognosce oram chlamydis tuæ in manu mea: quoniam cum præscinderem summitatem chlamydis tuæ, nolui extendere manum meam in te, animaduerte, et vide quoniam non est in manu mea malum, neque iniquitas, neque peccaui in te: tu autem insidiaris animæ meæ, vt auferas eam.

13 Iudicet Dominus inter me et te, vt vlciscatur me Dominus ex te: manus autem mea non sit in te,

Vindictam Deo reseruat Dauid

14 Sicut et in prouerbio antiquo dicitur, Ab impiis egredietur impietas: manus ergo mea non sit in te.

Prouerbium.
egreditur.

15 Quem persequeris rex Israel? quem persequeris? canem mortuum persequeris, & pulicem vnum.

16 Sit Dominus iudex, et iudicet inter me et te: et videat, & iudicet causam meam, & eruat me de manu tua.

17 Cum autem complesset Dauid loquens sermones huiuscemodi ad Saul, dixit Saul, Numquid vox hæc tua est fili mi Dauid? Et leuauit Saul vocem suam, & fleuit. D

18 Dixitque ad Dauid, Iustior tu es, quàm ego: tu enim tribuisti mihi bona, ego autem reddidi tibi mala.

Saul cum fletu agnoscit Dei manum, Dauidis innocentiā, suamq; iniquitatem.

19 Et tu indicasti mihi hodie quæ feceris mihi bona quomodo tradiderit me Dominus in manum tuam, & non occideris me.

dimittit.

20 Quis enim cum inuenerit inimicum suum, dimittet in eum in via bona? Sed Dominus reddat tibi vicissitudinem hanc pro eo quod hodie operatus es in me.

Iurat Dauid Sauli.

21 Et nunc quia scio quòd certissimè regnaturus sis, & habiturus in manu tua regnum Israel: 22 Iura mihi in Domino ne deleas semen meum post me, neq; auferas nomen meum de domo patris mei. 23 Et iurauit Dauid Sauli. abiit ergo Saul in domum suam: & Dauid, & viri eius ascenderunt ad tutoria loca.

5 *Dixerunt ergo viri Dauidis ad eum, En hic est dies de quo loquutus est ad te Dominus, Ecce ego[6] trado hostes tuos in manus tuas, faciesq; ei quod visum fuerit tibi. surgens autem Dauid, clam abscidit[7] alam paludamenti quod habebat Saul.*

6 *Post hoc[8] reprehendit Dauidem cor suum, quod abscidisset[7] alam [paludamenti] Saulis.*

7 *Dixitq; ad viros suos,[9] Seruet me Dominus, ne rem istam designem contra dominum meum messiam Domini, vt scilicet inferā ei manum meam: est enim vnctus Domini.*

8[10] *Auulsit itaq; Dauid milites suos verbis. nec permisit vt insurgerent contra Saulem. porrò Saul surgens è spelunca, abiit itinere [suo.]*

9 *Post hæc surrexit & Dauid, & egressus è spelunca, clamauit[11] post Saulem hisce verbis, Domine mi rex, & quum Saul respexisset post se, Dauid inclinato vertice pronus sese incuruat.*

10 *Dixitq; Dauid ad Saulem,[12] Cur audis verba hominum qui ita loquitur, Ecce Dauid quærit malum contra te?*

11 *En hodie viderunt oculi tui, quod Dominus hodie te in manum meam in ipsa spelunca tradiderit: &[13] fuerunt quidam qui dicerent vt te occiderem, at[14] parcitum est tibi: dixi enim, Non inferam manum meam domino meo quandoquidem vnctus Domini est.*

12 *Vide pater mi,[15] vide quoque alam paludamenti tui in manu mea: abscidi enim[16] alam paludamenti tui, nec tamen te occidi: cognosce igitur & vide[17] quod nihil mali molior, nihil præuaricationis, nihil in te pecco: tu verò[18] venaris animam meam, vt tollas eam.*

13 *Iudicet Dominus inter me & te, vindicétque me Dominus,[19] vt manus mea in te non sit.*

14[20] *Quemadmodum veteris prouerbio dicitur, Ab impiis egreditur impietas:[21] manus itaque mea non sit in te.*

15 *Post quem egressus est rex Israelis?[22] aut quem demum persequitur? [nimirum] mortuum canem, & pulicem[23] aliquem.*

16[24] *Sit igitur arbiter Dominus, & iudicet inter me & te. Ipse inspiciat, &[25] agat causam meā,[26] liberetq; me è manu tua.*

17 *Factum est autem quum Dauid complesset loqui hæc verba ad Saulem, vt Saul diceret, Annon hæc vox tua fili mi Dauid? sublataq; voce sua Saul fleuit.*

18 *Et dixit ad Dauidem, Tu me iustior, retribuisti enim mihi bonum, quum ego te malo affecerim.*

19 *Et tu quidem[27] hodie satis indicasti, quanta bonitate sis me prosequutus, quod me, quum Dominus me in manum tuam conclusisset, non interfeceris.*

20[28] *Etenim, quis deprehenso hoste suo, incolumem eum abire permitteret? Dominus rependat tibi bonum pro isto die,[29] quo mihi benefeceris.*

21[30] *Equidem scio quod certissime regnaturus sis, quódque firmum futurum sit regnum Israelis in manu tua,*

22 *Iura igitur mihi per Dominum, quod non excides semen meum post me, neque delebis nomen meum de domo patris mei.*

23 *Iurauit itaq; Dauid Sauli. & abiit Saul in domum suam, sed & Dauid atque milites sui ascenderunt[31] in arcem.*

6 vel, traditurus sum.
7 oram.
8 Heb. percussit cor Dauid eum.
9 Heb. Absit mihi à Domino, si fecero hanc rem &c. i. Prohibeat Dominus ne id faciam, vel ne permittat vt id faciam: disperеam si fecero rem istam domino meo, vncto Domini.
10 vel, Consc... aut, Reuocauit à. Depulit eos de sententia. Legi potest, Peccauit.
11 vel, à tergo Saulis.
12 q.d. Cur credis delatoribus, dicentibus, &c.
13 He. dixit. Sub. qui mecum erāt. i. adhortati sunt me q; mecū erant.
14 pepercit sub. animus meus, vel oculus meus.
15 etiam vide oram.
16 oram.
17 Heb. quòd nō est in manu mea malum, neque præuaricatio, neque peccaui tibi.
18 i. more venātium insidiaris animæ meæ.
19 & manus &c. nunquam afferā tibi manus violentas
20 Hebr. vt dicit parabola authoris antiqui, Ab impiis &c. pro, Ab impiis egredietur, vel egreditur, hoc egredi solet impietas: vt est in vetusto prouerbio q.d. Suo se gladio iugulabunt impii: committēt aliquid ob quod peribunt. ac si dicat, Tu tibi tandem eris causa interitus, nisi resipueris. Vel sic alii, Sint impii, impie acturos, tāquam dicat, licet scirem te impie acturum, non tamē vim tibi intuleram.
21 Heb. & manus mea nō erit in te q.d. Tametsi sciam te impium esse, & te impie agere, nō tamen afferam tibi manus violentas.
22 quem persequeris?
23 vnum. q.d. hominē debilem.

firmum & abire tutissimum, si tecum conferatur, persequeris. ita Chaldæus paraph. 24 vel, Erit ergo iudex Do. & iudicabit &c. 25 Hebr. i. iudicabit.
26 id est, eruet me de manu tua i. suo iudicio liberabit me.
27 Heb. indicasti hodie quomodo fecisti bonum mecum.
28 Heb. Nunquid (vel, Anne) inueniet quispiam inimicum suum, & dimittet eum per viam bonam? i. An sinet eum redire saluum & incolumem?
29 Heb. quod fecisti mihi i. pro eo quod fecisti mihi hodie.
30 Heb. Et nunc, noui enim te regnaturum & fore stabile ac firmum apud te regnum Israel) nunc inquam iura,
31 quo solebant se recipere solebant.

CAP. XXV.

1 Vel, Habitabat autem quidam in Maon. Nomē loci mutata deserto Pharan.
2 cuius opus in Carmelo, vel, cuius opes in &c. Aut, cuius peculium, siue peculia erant in Carmelo.
3 ditissimus.
4 Heb. bona intellectu. i. prudens.
5 vel, difficilis,
6 Heb. malus operibus,
7 i. de genere Caleb.
8 Tunc audiuit
9 Heb. quæretis in nomine meo ad pacem: i. optate, siue dicite illi verbis meis salutem.
10 Heb. Sic (tibi) viuenti: & pax tibi, & familiæ tuæ pax, & omnibus quæ tua sunt sit pax. i. Ita tibi viuo siue viuenti proximo anno contingat facere, tēpe vt incolumis tondeas oues: sisque saluus & familia tua, quicquid præterea tuum est, sit saluum. Hic genere sermonis longiorem vitā imprecari solēt Hebræi, vt & Galli quum dicunt, Ie prie à Dieu que d'aujourd'huy en vng an vous en puissiez faire autant. Vel vt alii, Sic tibi accidat quādiu vixeris, vt sis saluus & familia tua sit salua, & quicquid habes sit saluū. vt (&) sine Vau Heliiaticū, exponitur vertatur. Aut, Vale bonū sit tibi per vitam tuam, his opibus abundes quādiu vixeris, sisque saluus &c.
11 Nunc autem intellexi multos annos [illegible] ... totum saluam seruauit &c.
12 iam pastores &c. Gallice, Or les pasteurs &c. [illegible] pere causam.
13 vel, nihil cum versati sunt,
14 vel, pudore et [illegible]

CAPVT XXV.

1 MOrtuus est autem Samuel, & congregati sunt omnes Israelitæ, & planxerunt eum, sepelientes eum in domo sua in Rama. surgens autem Dauid abiit in desertum Paran.

2 [1] Et erat vir quidam in Maon, [2] cuius opera fuerunt in Carmelo, eratq; vir ille [3] præpotens, habens ouium tria millia, milleq; capras, factumq; est vt oues suas tonderet in Carmel.

3 Porro nomen illius viri erat Nabal, & nomen vxoris suæ Abigail: fuitq; mulier illa [4] claro ingenio, & venusta forma: vir autem erat [5] durus, & [6] malis studiis præditus, eratq; [7] Calebita.

4 [8] Audiuit itaque Dauid in deserto quòd Nabal tonderet oues suas.

5 Misit ergo Dauid decem pueros, & ait ad pueros ipsos, Ascendite in Carmel, & venientes ad Nabal, [9] salutabitis eum meo nomine.

6 Dicetisque, [10] Vitam, pacem & incolumitatem [optamus] & tibi & domui tuæ, omnibúsq; quæ habes.

7 [11] Audiui igitur quòd tonsores habeas, [12] nunc autem pastores quos habes [13] fuerunt apud nos, quos nunquam [14] ignominia affecimus, neque illis quidquam [15] defuit cunctis diebus quibus fuerunt in Carmel.

8 Interroga pueros tuos, qui et indicabunt tibi: inueniant ergo hi pueri gratiam in oculis tuis, quandoquidem [16] opportuno tempore venimus: da quæso quodcunq; [17] deprehenderit manus tua, seruis tuis, & filio tuo Dauidi.

9 Quumque venissent pueri Dauidis, loquuti sunt ad Nabal omnia verba ista nomine Dauidis, & [18] siluerunt.

10 Et respondens Nabal seruis Dauidis ait, Quis est Dauid? & [19] quis est filius Isai? (multi sunt hodie serui qui sese ab heris suis [20] abrumpunt)

11 Num acciperem panem meum, aquas meas, & [21] obsonium meum quod mactaui tonsoribus meis, [22] & darem viris qui vnde sint nescio?

12 Versi igitur pueri Dauidis [23] itinere suo, redierunt, & [24] venientes indicarunt ei [25] omnia verba ista.

13 Et ait Dauid ad viros suos, Accingat quisq; gladium suum. & accincti sunt singuli gladio suo, sed & Dauid accinctus est gladio suo, & [26] sequuti sunt Dauidem ferme quadringenti viri. Ducenti autem manserunt apud [27] impedimenta.

14 Porrò puer quidam ex [reliquis] pueris indicauit Abigail vxori Nabal hisce verbis, En misit Dauid nuncios ex deserto [28] salutatum herum nostrum, qui [29] inuectus est in eos.

15 [30] Homines verò illi magno vsui nobis fuerunt, [31] nec nos vnquam læserunt, neq; [32] defuit nobis quidquam cunctis diebus quibus conuersati sumus cum eis: dum fuimus [33] in agro.

16 [34] Fuerunt nobis vice muri & nocte & interdiu, cunctis diebus quibus cum eis oues pauimus.

17 Nunc igitur [35] delibera & despice quid facias: nam malum plene conceptum est contra herum nostrum, & contra vniuersam domum eius [36] & ipse perditus homo est, nec sana ratione præditus. ita vt nemo cum illo vel loqui audeat.

18 Festinans ergo Abigail, accepit ducentos panes, duos vtres vini, quinque oues paratas, & quinq; sata [37] tosti farris, centum denique [38] ligaturas vuarum passarum, & ducentas [39] massas ficuum, & imposuit [ista] asinis.

1 MOrtuus est autem Samuel, & congregatus est vniuersus Israel, & planxerunt eum nimis, & sepelierunt eum in domo sua in Ramatha. Consurgensque Dauid, descendit in desertum Pharan. A

Moritur Samuel Eccles. 46. d *Nabal impius.*

2 Erat autem vir quispiam in Solitudine Maon, & possessio eius in Carmelo, & homo ille magnus nimis: erantque ei oues tria & mille capræ: & accidit vt tonderetur grex eius in Carmelo.

Abigail sapiēs & pulchra.

3 Nomen autem viri illius erat Nabal: & nomen vxoris eius, Abigail, eratque mulier illa prudentissima & speciosa: porrò vir eius durus, & pessimus, & malitiosus: erat autem de genere Caleb.

4 Cum [b] autem audisset Dauid in deserto, quod tonderet Nabal gregem suum,

[b] *ergo Dauid mittit seruos suos ad Nabal pro cibis.*

5 Misit decem iuuenes, & dixit eis, Ascendite in Carmelum, & venietis ad Nabal, & salutabitis eum ex nomine meo pacificè.

6 Et sic dicetis, Sit fratribus meis, & tibi pax, & domui tuæ pax, & omnibus quæcūq; habes, sit pax. B

7 Ex multis annis saluos faciens tuos, & omnia tua. Audiui quod tonderent pastores tui greges tuos qui erant nobiscum in deserto: nunquam eis molesti fuimus, nec aliquando defuit quicquam eis de grege omni tempore quo fuerunt nobiscum in Carmelo.

8 Interroga pueros tuos, & indicabūt tibi: nunc ergo inueniant pueri tui gratiam in oculis tuis: in die enim bona venimus, quodcunq; inuenerit manus tua, da seruis tuis & filio tuo Dauid.

9 Cúmque venissent pueri Dauid, locuti sunt ad Nabal omnia verba hæc ex nomine Dauid: & siluerunt.

10 Respondens autem Nabal pueris Dauid, ait: quis est Dauid? & quis est filius Isai? hodie increuerunt serui qui fugiunt dominos suos.

Superba Nabal responsio seruis Dauidis.

11 Tollam ergo panes meos, & aquas meas, & carnes pecorum quæ occidi tonsoribus meis, & dabo viris quos nescio vnde sint?

12 Regressi sunt itaque pueri Dauid per viam suam, & reuersi venerunt, & annunciauerūt ei omnia verba quæ dixerat Nabal.

Descendit Dauid vt vlciscatur se de impio Nabal.

13 Tunc ait Dauid [c] pueris suis, Accingatur vnusquisque gladio suo, & accincti sunt singuli gladiis suis, accinctusque est & Dauid ense suo: & sequuti sunt Dauid quasi quadringenti viri: porrò ducenti remanserunt ad sarcinas. C

[c] *viris.*

14 Abigail autem vxori Nabal nunciauit vnus de pueris suis, dicens, Ecce Dauid misit nuncios de deserto, vt benedicerent domino nostro, & auersatus est eos.

Iustitia Dauidis, à rebus fratrum, etiam in necessitate abstinentis.

15 Homines isti, boni satis fuerunt nobis, & non molesti nec quicquam aliquando periit omni tempore quo fuimus conuersati cum eis in deserto.

16 Pro muro erant nobis tam in nocte quam in die, omnibus diebus quib[us] pauimus apud eos greges.

17 Quamobrem considera, & recogita quid facias: quoniam completa est malitia aduersum virum tuum, & aduersum domum tuam, & ipse est filius belial, ita vt nemo possit ei loqui.

18 Festinauit igitur Abigail, & tulit ducentos panes & duos vtres vini, & quinque arietes coctos, & quinque sata polentæ, & centum ligaturas vuæ passæ, & ducentas massas caricarum, & posuit super asinos, 19 Di-

Abigail it obuiam Dauidi cum cibariis.

quum peteuerunt 1 nobis aliquid, nō fuerunt passi repulsam. [illegible] Nabal, vt illum benigniorem erga Dauidem reddant. 15 vel, periit 16 Heb. in die bona [illegible] 17 inuenerit i. quod habet is in promptu. 18 Heb. quieuerunt i. siluerunt [illegible] 19 q. d. est iste [illegible] 20 subducunt, Vt tollam panem &c. [illegible] & quis est filius Isai, vt tollam &c. 21 carnem meam quam præparaui. 22 & dem 23 vel, per viam qua venerant, 24 [illegible] 25 [illegible] 26 Heb. ascenderunt post Dauidem, 27 vel, sarcinas 28 Heb. vt benediceret 29 vel, aut [illegible] 30 [illegible] 31 [illegible] nunquam passi fuimus repulsam [illegible] 32 [illegible] 33 [illegible] 34 Heb. fuerunt [illegible] 35 Heb. completa est malitia vel, decretum est malum [illegible] 36 [illegible] 37 [illegible] 38 [illegible] 39 caryca rū, sub. massas, vel, libras, Caryeas vocat ficus aridas, siccatas ad solem. Chald. paraph. libras [illegible]

D 19 Dixitq; pueris suis, Præcedite me, & ecce, ego post tergum sequar vos. Viro autem suo Nabal non indicauit.

20 Cùm ergo ascendisset asinum, & descenderet ad radicem montis, Dauid & viri eius descendebāt in occursum eius: quibus & illa occurrit.

Humanus Dauidis affectus.

21 Et ait Dauid, Verè frustra seruaui omnia quæ huius erat in deserto, & non periit quicquam de cūctis quę ad eum pertinebant: & reddidit mihi malum pro bono.

22 Hęc faciat Deus inimicis Dauid, & hęc addat si reliquero de omnibus quæ ad ipsum pertinent vsq; mane, mingentem ad parietem:

Oratio Abigáil ad Dauid.

23 Cum autem vidisset Abigáil Dauid, festinauit, & descendit de asino, & procidit coram Dauid super faciem suam,

24 Et adorauit super terram, & cecidit ad pedes eius & dixit, In me sit domine mi hæc iniquitas: loquatur obsecro ancilla tua in auribus tuis, & audi verba famulæ tuæ.

25 Ne ponat oro dominus meus rex cor super virum istum iniquum Nabal: quoniam secundum nomen suum stultus est, & stultitia est cum eo: ego autem ancilla tua nō vidi pueros tuos domine mi,

E quos misisti.

Deus obstitit ne Dauid occideret Nabal.

Benedictio pro muneribus.

26 Nunc ergo domine mi, viuit Dominus, & viuit anima tua, qui prohibuit te ne venires in sanguinem, & saluauit manum tuam tibi: & nunc fiant sicut Nabal inimici tui, & qui quęrunt domino meo malum.

27 Quapropter suscipe benedictionem hanc, quā attulit ancilla tua tibi domino meo: & da pueris qui sequuntur te dominum meum.

Peccatum viri trāsfert in se Abigail.

28 Aufer iniquitatem famulæ tuæ: faciens enim faciet Dominus tibi domino meo domum fidelem, quia prælia Domini domine mi, tu prœliaris: malitia ergo non inueniatur in te omnibus diebus vitæ tuæ.

29 Si enim surrexit aliquando homo persequens te, *vel quærens animam tuam, erit anima domini mei custodita quasi in fasciculo viuentium apud Dominum Deum tuum: porrò inimicorum tuorum anima rotabitur, quasi in impetu & circulo fundæ.

30 Cùm ergo fecerit Dominus tibi domino meo omnia hęc quæ locut? est bona de te, & constituerit te ducem super Israel.

31 Non erit tibi hoc in singultum, & in scrupulum cordis domino meo, quod effuderis sanguinem innoxium, aut ipse te vltus fueris: & cum benefecerit Dominus domino meo, recordaberis ancillæ tuæ, & tu benefacies ei.

F

Gratias agit Deo ipse Dauid quod prohibuerit ne Nabal occideret.

32 Et ait Dauid ad Abigail, Benedictus Dominus Deus Israel qui misit hodie te in occursum meum.

33 Et benedictum eloquium tuum, & benedicta tu, quæ prohibuisti me hodie ne irem ad sanguinem, & vlciscerer me manu mea.

34 Alioquin viuit Dominus Deus Israel, qui prohibuit me ne malum facerem tibi, nisi citò venisses in occursum mihi, non remansisset Nabal vsque ad lucem matutinam, mingens ad parietem.

19 Et ait ad pueros suos, Præcedite faciem meam, en ego vos sequar: marito autem suo Nabal non indicauit.

20 Et [40] conscenso asino, descendit [41] clam montem: & en Dauid & milites eius descēdebant ei obuiam, ipsumq; obuia facta est illis.

21 [42] Dixerat autem Dauid, Profectò [43] vanum est quod custodiui omnia quæ habet ille in deserto, vt nihil desideratum sit ex omnibus quæ habet, & is rependet mihi malum [44] pro bono.

22 [45] Sic faciat Deus hostibus Dauidis, sicq; addat, [46] si ad matutam vsq; mingentem ad parietem reliquero ex omnibus quæ habet.

23 Quumq; Abigail vidisset Dauidem, ilico descendit ab asino, procidensq; prona coram Dauide,

24 Incuruauit se ad terram usq;: Procidens inquam ad pedes eius, dixit, Mi domine, [47] in me sit hæc iniquitas, sine loquatur famula tua in auribus tuis, & audi verba ancillæ tuæ.

25 Ne ponat quæso dominus meus cor suum contra virum istum [48] Belial, contra Nabal inquam. [49] nam nomini suo respondet: Nabal est nomen eius, & stultitia est cum eo: ego verò ancilla tua non videram pueros domini mei quos miseras.

26 Nunc ergo mi domine [50] viuit Dominus, & viuit anima tua: [51] en prohibuit te Dominus, [52] ne eò vsq; erumperes, vt sanguinem funderes, seruauitq; tibi manum tuam: sint igitur quemadmodum Nabal hostes tui, & quicunq; machinantur domino meo malum.

27 Nunc igitur [53] donum hoc quod attulit famula tua domino meo, detur pueris [54] qui à pedibus sunt domini mei:

28 Remitte obsecro transgressionem famulæ tuæ. nam omnino [55] domum firmam faciet Dominus domino meo: bella gerit Domini, nihil mali [56] hactenus dum vixisti, inuentum est in te.

29 [57] Insurgat licet homo vt te persequatur, insidieturq; vitæ tuæ: erit tamē anima domini mei [58] ligata in fasciculo viuentium cum Domino Deo tuo, animam verò hostium tuorum [59] eiaculabitur [60] in medio vela funda.

30 [61] Quumq; Dominus prosequutus fuerit dominum meum omni bonitate, quemadmodum tibi pollicitus est, præceperitq; tibi vt dux sis super Israelem,

31 Tunc erit tibi domino meo [62] hoc in [63] vacillationem, & offendiculum cordis, [64] vt scilicet effunderes sanguinem [65] absq; causa, [66] dominus meus se seruet: [67] quumque benefecerit Dominus domino meo, memineris ancillæ tuæ.

32 Et ait Dauid ad Abigail, [68] Laudandus Dominus Deus Israel, qui effecit vt mihi hodie obuiam venires.

33 [69] Gratiam habeo moribus tuis [sc. firmis,] tibiq; beneficium debeo, quæ me hodie [70] coercuisti, ne manus sanguinem funderem, [71] liberaremque me manu mea.

34 Etenim, viuit Dominus Deus Israel, qui prohibuit, me ne malè te afficerem: nam si non festinasses, venissesq; mihi obuiam [72] vsq; ad matutam non factus fuisset reliquus ipsi Nabal mingens ad parietem.

40 vel, sedēre eo super asinum.
41 Heb. per partem montis occultam. Chaldæus paraph. per latus montis. non enim vidit procul Dauid venientem.
42 priusquā scilicet aduenisset ac contigeret, aut in ipso itinere.
43 frustra custodiui
44 vel, pro beneficio accepto.
45 imprecandi modus, in quo est defectio, pro, Sic faciat mihi Deus et opto, nempe vt me interficiat, aut multo deteriora faciat. Cōuertit autem imprecationē à prima in tertiā personam.
46 Hebr. si reliquero ex omnib9 quę sunt eius vsque ad diem crastinam, mingentem ad parietem q. d. Perdat me Dominus si non euertero omnia quæ habet Nabal intra lucem crastinam: & si reliquero tanquā mingentem ad parietem: ne canibus quidem eius (hi parietem solent meiere te si quos habet, parcā. vel, & filius eius qui iā possunt ad parietē meiere, non parcam. Melius hic locus intelligitur de canibus custodibus. Gallicè dici solet, L'on n'y a laisse ne chien, ne chat.
47 i. reputa me peccasse: esto peccatum, tamen attinet me. Hebraice legitur, In me, ego domine, sub. peccaui, hæc iniquitas, q. d. In me [illegible] peccaui, sit iniquitas ô domine.
48 improbum.
49 He nam iuxta nomen suum sic est.
50 sub. res ita habet q. d. per Dei viuum non vidi pueros tuos.

51 Hebr. (viuit inquam) Dominus qui prohibuit te 52 Heb. ne venires in sanguinem, & ne seruaret te manus tua i. ne effunderes sanguinem innocentem, & ne vlcisceris [illegible] manu tua [illegible] sanguinem. 53 Heb. ista benedictio quam. 54 Heb. qui ambulant in pedibus domini [illegible] domino meo [illegible] famulis tuis qui inseruiunt tibi. 55 i. familiam regiam. 56 Hebr. diebus tuis i. ex quo viuis. 57 Heb. Et si tamen surrexit quidam, nempe Saul, vt persequatur te, & quærat animam tuam, (i. vt te perdat,) sic erit. 58 i. dominus meus diutissime viuet colendo Dominum Deum. Alii vertunt, apud Dominum, id est, in vita æterna. Minus probat et maior. Vel, dabit tibi Dominus prolem quæ diutissime viuet, & diu sedebit super solium tuum 59 vel, quasi funda procul emittet sub cælo ex vita. 60 in medio sedis. Partem fundæ latiorem intelligit, ad quam religantur duo funes 61 Hebr. Erit autem, quum fecerit Dominus domino meo iuxta omne quod locutus est bonum super te, id est, quum Dominus te affecerit super summo illo beneficio quod tibi est pollicitus hoc est, quum te regem constituerit. 62 Id est, effusio sanguinis. 63 offendiculum. siue, offensionem, id est, non te anget quod profuderis sanguinem innoxium, & quod sumpseris pœnas ex hostibus tuis. 64 vt effundas, id est, quod effunderis &c. 65 id est, innocentem. 66 Hebr. & vt se dominus meus seruet i. vlciscatur. sub. de inimicis suis, id est, & quod ipse te vltus fueris de &c. 67 cum ergo i. postquam te regem constituerit. 68 Heb. Benedictus. 69 Heb. Et benedicta [illegible] sententia tua, benedicta prudentia, &c. Vox Hebræa significat prudentiam, consilium, sermonem, & etiam gustum. Chaldæus paraph. vertit prudentiam 70 prohibuisti. 71 Heb. & quæ seruaret me manus mea, id est, ne vlciscerer me manu mea.
72 Hebr. non remansisset ipsi Nabal vsq; ad lucem matutinam meiens ad parietem i. [illegible] totam familiam Nabal, neque reliquus factus fuisset canis vllus qui solet meiere ad parietem.

35 *Suscepit ergo David de manu eius quod attulerat ei, simulq; dixit ei,* [73] *Ascende in pace in domum tuam,* [74] *en* [75] *exaudiui vocē tuam,* [76] *suscepitq; faciem tuam.*

36 *Venit itaq; Abigail ad Nabal, & en habebat is conuiuium in domo sua* [76] *veluti conuiuium regum, & cor ipsius Nabal erat hilare in ipso, eratq;* [77] *satis ebrius: ipsa verò non* [78] *indicabat ei quidquam, nec paruum nec magnum vsq; ad lucem* [79] *posteri diei.*

37 *Factum est igitur mane,* [80] *quum Nabal vinum concoxisset, retulit ei vxor eius* [81] *negocium illud, emortuumque est cor eius in ipso, ita vt fieret tanquam lapis.*

38 *Post decem deinde dies percussit Dominus ipsum Nabal, ita vt moreretur.*

39 *David autem quum audiret mortuum esse Nabal, ait, Laudandus Dominus qui vindicauit causam opprobrii mei de manu Nabal, & seruum suum prohibuit à malo, rependitq; malitia Nabal Dominus in caput ipsius. misit insuper David, loquutusq; est cum Abigail, vt acciperet eam sibi in vxorem.*

40 *Venientes itaq; serui Davidis ad Abigail in Carmel, loquuti sunt cum ea in hanc sententiam, David misit nos ad te, vt ducat te sibi vxorem.*

41 *Quæ* [82] *surgens pronam sese incuruat, dicens, Ecce* [83] *sit ancilla tua famula, vt lauet pedes seruorum domini mei.*

42 *Ilicò ergo surgens Abigail, inscendit asinum* [84] *sequutaque sunt vestigium eius quinque puellæ eius; ipsa autem sequuta est nuncios Davidis, & facta est ei vxor.*

43 *Sed & Ahinoam duxit David de Iesreel, fueruntq; ambæ vxores eius.*

44 *Saul enim dederat Michal, filiam suam Davidis vxorem, Phalti filio Lais, qui fuit de Gallim.*

35 Suscepit ergo Dauid de manu eius omnia quæ attulerat ei, dixitq; ei, Vade pacifice in domum tuā, ecce, audiui vocē tuam, & honoraui faciem tuam.

36 Venit autem Abigail ad Nabal: & ecce erat ei conuiuium in domo eius quasi conuiuium regis, & cor Nabal iucundum: erat enim ebrius nimis: & non indicauit ei verbum pusillum aut grande vsq; mane.

37 Diluculo autem cum digessisset vinum Nabal, indicauit ei vxor sua verba hæc, & emortuum est cor eius intrinsecus, & factus est quasi lapis.

38 Cumq; pertransissent decē dies, percussit Dominus Nabal, & mortuus est.

39 Quod cum audisset Dauid mortuum Nabal, ait, Benedictus Dominus qui iudicauit causam opprobrii mei de manu Nabal, & seruum suum custodiuit à malo, & malitiam Nabal reddidit Dominus in caput eius. misit ergo Dauid, & locutus est ad Abigail, vt sumeret eam sibi in vxorem.

40 Et venerunt pueri Dauid ad Abigail in Carmelum, & locuti sunt ad eam, dicentes, Dauid misit nos ad te, vt accipiat te sibi in vxorem.

41 Quæ consurgens adorauit prona in terram, & ait, Ecce famula tua sit in ancillam, vt lauet pedes seruorum domini mei.

42 Et festinauit, & surrexit Abigail, & ascendit super asinum, & quinq; puellæ ierunt cum ea pedissequæ eius, & secuta est nuncios Dauid: & facta est illi vxor.

43 Sed & Achinoam accepit Dauid de Iezrahel: & fuit vtraq; vxor eius.

44 Saul autem dedit Michol filiam suam vxorem Dauid alio viro Phalti, filio Lais, qui erat de Gallim.

CAPVT XXVI.

1 *Ziphæi venerūt ad Saulem in* [1] *Gibea,* [2] *dicentes, Annon David abdidit sese in colle Hachila, quæ est è regione deserti?*

2 *Surgens igitur Saul, descendit in desertum Ziph habens secum tria millia virorum delectorum ex Israele, vt quæreret Davidem in deserto Ziph.*

3 *Et castrametatus est Saul in colle Hachila, qui est è regione deserti iuxta viam. David autem manebat in deserto:* [3] *viditque quod Saul insequeretur eum in desertum.*

4 *Misit igitur David exploratores, intellexitq; Saulem* [4] *ad certum [negotium] venisse.*

5 *Et surgens David, venit ad locum vbi Saul castra posuerat,* [5] *viditq; David locum in quo* [6] *dormiuit Saul & Abner filius Ner imperator exercitus eius: Saul autem dormiebat iuxta vallum, populus verò in castris, erat circum eum.*

6 *Et respondens David, ait ad Ahimelech Hithæum, & ad Abisai filium Zeruia fratrem Ioab in hæc verba, Quis descendet mecum ad Saulem in castra? & dixit Abisai, Ego descendam tecum.*

7 *Venit itaq; David & Abisai ad populum noctu, & ecce Saul dormiens iacebat intra vallū, & lancea eius fixa erat in terra* [7] *ad caput eius: Abner autem & populus iacebant circum eum.*

8 *Ait ergo Abisai ad Davidem, Tradidit Deus hodie hostem tuum in manum tuam,* [8] *sine obsecro vt vno ictu defigam eum lancea in terram, nec iterem.*

9 *Dixit autem David ad Abisai, Ne interficias eum: quis enim* [9] *impunè manum suam inferret vncto Domini?*

10 *Addiditq; David,* [10] *Viuit Dominus, nisi Dominus percutiat eum, aut dies eius veniat vt obeat, aut in prælium descendens intereat.*

1 ET venerunt Ziphæi ad Saul in Gabaa, dicentes, Ecce, Dauid absconditus est in Colle-hachila, quæ est ex aduerso solitudinis.

2 Et surrexit Saul, & descendit in desertū Ziph, & cum eo tria millia virorum de electis Israel, vt quæreret Dauid in Deserto Ziph.

3 Et castrametatus est Saul in Gabaa hachila, quę erat ex aduerso solitudinis in via: Dauid autem habitabat in deserto. videns autem quod venisset Saul post se in desertum,

4 Misit exploratores, & didicit quod illuc venisset certissimè.

5 Et surrexit Dauid clam, & venit ad locum vbi erat Saul: cúmque vidisset locum in quo dormiebat Saul, & Abner filius Ner, princeps militiæ eius, & Saulem dormientem in tentorio, & reliquum vulgus per circuitum eius.

6 Ait Dauid ad Achimelech Hethæū, & Abisai filium Saruiæ, fratrem Ioab, dicens, Quis descendet mecum ad Saul in castra? dixitque Abisai, Ego descendam tecum.

7 Venerunt ergo Dauid & Abisai ad populum nocte, & inuenerunt Saul iacentem & dormientem in tentorio, & hastam fixam in terra ad caput eius: Abner autem & populū dormiētes in circuitu eius.

8 Dixitq; Abisai ad Dauid, Conclusit Deus inimicum tuum hodie in manus tuas: nunc ergo perfodiam eum lancea in terra, semel, & secundo opus non erit.

9 Et dixit Dauid ad Abisai, Ne interficias eum: quis enim extendet manum suam in Christum Domini, & innocens erit?

10 Et dixit Dauid, Viuit Dominus, quia nisi Dominus percusserit eum, aut dies eius venerit vt moriatur, aut in prælium descendens perierit.

73 .i. Recipe te in domum tuam salua & incolumis.
74 Heb. vide. cōsidera.
75 .q.d. acquieui petitioni tuæ, cōdonauiq; tibi omnia, quū sis mihi gratissima. vel, gratissima mihi fuerunt quæ dixisti, & quę attulisti.
76 .i. tale quale regi alicui celebrari solet. q. d. celebrabat domi suæ conuiuium splēdidissimum.
77 valde.
78 indicauit.
79 matutinam. i. vsq; in sequentem diem, donec scilicet crapulam.
80 Heb. quū vinū exiisset à Nabal, i. quum crapulam edormisset.
81 verba ista. i. quæ supradicta sunt.
82 vel, assurgens sub. seruis Dauidis.
83 Hebr. ancilla tua, vt sit ancilla ad lauandum &c. q. d. parata est ancilla tua vt ministra sit lauandis pedibus &c.
84 Heb. & quinque puellę (quę) incedebāt ad gressum eius. i. pedissequæ.
CAPVT XXVI.
1 Beniamin scil.
2 Iesimon.
3 cognouitque. sine, intellexitq;
4 pro certo. Chaldæus paraph. pro vero.
5 i. designauit oculis.
6 iacebat. vel, dormiret.
7 ad ceruical eius:
8 Heb. nūc ergo percutiam eū ob secro hasta, & in terram vno ictu, & non iterabo illi. i. vt ipso transfosso hasta. infigā hastam ipsam terræ, vt non sit opus ferire eū denuo.
9 Heb. & erit innocens,
10 Hebr. Viuit Deus: sed Dominus percutiet eum, aut dies eius veniet, & morietur aut in prælium descendet, & interficietur. q. d. Iuro ergo per Deum viuentem, sub. quod non mittam manū in Christum Domini. [illegible] percutiet eum, aut periodus vitæ eius veniet, &c. Alii vertunt. Viuit Dom. quod Dominus percutiet &c. q. d. Non est opus vt eum interficiam: nam breui morietur &c.

ergo Nabal ebrius.
G
Nabal occiditur à Deo.
Gratiarum actio Davidis ob mortuū Nabal.
David ducit Abigail in vxorem.
Achinoam.
Michol, vxor David, datur Phalti.
A
Ziphæi produnt Davidem Sauli.
qui Saul Davidem persequutur.
Parcit secundò David inimico Sauli dormiēti.
B hastam & scyphum eius auferens.

11 Propitius sit mihi Dominus ne extendam
manum meam in Christum Domini. nunc igitur
tolle hastam quæ est ad caput eius, & scyphum a-
quæ, & abeamus.
12 Tulit igitur Dauid hastam, & scyphum a-
quæ, qui erat ad caput * eius, & abierunt: & non
erat quisquam qui videret, & intelligeret, & euigi-
laret, sed omnes dormiebant, quia sopor Domini
irruerat super eos.
13 Cumque transisset Dauid ex aduerso, & ste-
tisset in vertice montis de longe, & esset grande in-
teruallum inter eos, Clamauit Dauid ad populum,
& ad Abner filium Ner, dicens,
14 Nonne respondebis Abner? & respondens
C Abner, ait, Quis es tu qui clamas, & inquietas regē?
15 Et ait Dauid ad Abner, Nunquid non vir tu
es? & quis alius similis tui in Israel? quare ergo non
custodisti Dominum tuum regem? ingressus est e-
nim vnus de turba vt interficeret regem dominum
tuum.
16 Non est bonum hoc quod fecisti: viuit Do-
minus quoniam filii mortis estis vos, qui non cu-
stodistis dominum vestrum Christum Domini.
nunc ergo vide vbi sit hasta regis, & vbi sit scyphus
aquæ, qui erat ad caput eius.
17 Cognouit autem Saul vocem Dauid, & di-
xit, Numquid vox hæc tua fili mi Dauid? Et ait Da-
uid, Vox mea domine mi rex.
18 Et ait, Quam ob causam dominus meus per-
sequitur seruum suum? quid feci? aut quod est ma-
lum in manu mea?
19 Nunc ergo audi oro domine mi rex verba
D serui tui, Si Dominus incitat te aduersum me, odo-
retur sacrificium. si autem filii hominum: maledi-
cti sunt in conspectu Domini: * qui eiecerunt me
hodie, vt non habitem in hæreditate Domini, di-
centes, Vade, serui diis alienis.
20 Et nunc non effundatur sanguis meus in ter-
ra coram Domino: quia egressus est rex Israel vt
quærat pulicem vnum, sicut persequitur perdix in
montibus.
21 Et ait Saul, Peccaui, reuertere fili mi Dauid:
nequaquam enim vltra tibi malefaciam, eo quòd
pretiosa fuerit anima mea in oculis tuis hodie: ap-
paret enim quòd stultè egerim, & ignorauerim
multa nimis.
22 Et respondens Dauid, ait, Ecce hasta regis:
transeat vnus de pueris regis, & tollat eam.
23 Dominus autem * retribuet vnicuique se-
cundum iustitiam suam & fidem: tradidit enim te
Dominus hodie in manum meam, & nolui exten-
dere manum meam in Christum Domini.
24 Et sicut magnificata est anima tua hodie in
oculis meis, sic magnificetur anima mea in oculis
Domini & liberet me de omni angustia.
25 Ait ergo Saul ad Dauid, Benedictus tu fili
mi Dauid: & quidem faciens facies, & potens poteris. Abiit autem Dauid in viam suam, & Saul reuersus
est in locum suum.

Prouidentia Dei opprimitur somno Saul cum suis.
* Saul,
Dauid exprobrat Abner somnolentiam.
* quia.
Agnoscit Saul peccatum, & misericordiam à Dauide sibi factam.
* retribuat.

11 [11] *Seruet me Dominus, ne manum meam infe-*
ram vncto Domini: quin lanceam quæ [12] ad caput eius
est accipe, & vrceum aquarium, [13] & abeamus.
12 *Tulit itaque Dauid lanceam & vrceum aqua-*
rium de capite Saulis, & abierunt illi, nemine vidente,
nemine id aduertente, nemine que euigilante: quoniam o-
mnes dormiebant, nam [14] grauissimus sopor a Domino
in eos irruerat.
13 *Et transiens Dauid [15] in vlteriorem locum, stetit*
in vertice montis eminus, existente multo spacio inter
eos. Et clamauit Dauid ad populum, & ad Abner filium
Ner, in hæc verba,
14 [16] *Nihil respondes Abner? respondet Abner, &*
dixit, Quis es tu, qui clamas [17] ad regem?
15 *Et dixit Dauid ad Abner, Annon [18] vir es tu? &*
quis similis tui in Israele? Cur igitur non custodiuisti do-
minum tuum regem? Ingressus enim est quispiam ex po-
pulo, vt perderet dominum tuum regem.
16 *Hoc omnino bonum non est quod fecisti: viuit*
Dominus, [19] digni estis extremo supplicio, quòd non cu-
stodiuistis dominum vestrum, nempe vnctum Domini.
nunc igitur vide vbi sit lancea regis, & vas aquarium,
quæ [20] ad caput eius erant.
17 *Et cognoscens Saul vocem Dauidis, ait, Annon*
hæc vox tua est fili mi Dauid? Et dixit Dauid, Vox mea
est domine mi rex.
18 *Et ait, Quare Dominus meus sic persequitur ser-*
uum suum? quid enim [21] designaui? [22] quid vero mali est
in manu mea?
19 *Nunc ergo audiat quæso dominus meus rex ver-*
ba serui sui, Si Dominus [23] incitat te contra me, [24] odo-
retur sacrificium placatorium: si autem filii hominum,
execrati sint [25] in conspectu Domini: nam eiiciunt me
hodie, [26] ne consociare me possim hæreditati Domini,
[27] *in hoc quod dicunt, Vade, cole deos alios.*
20 [28] *Ne itaque cadat sanguis meus in terram co-*
ram Domino, quoniam egressus est rex Israelis, vt puli-
cem vnum quærat, perinde ac si quis perdicem in monti-
bus persequatur.
21 *Et dixit Saul, Peccaui, reuertere fili mi Dauid,*
nihil mali tibi vltra inferam, eo quod anima mea [29] pre-
tiosa hodie fuerit in oculis tuis: en stulte egi, & [30] erra-
ui admodum valde.
22 *Et respondens Dauid, ait, En lancea regis, trans-*
eat vnus ex pueris, & tollat eam.
23 *Dominus autem [31] rependat vnicuique iuxta iu-*
stitiam suam, & iuxta fidem suam: quoniam tradide-
rat te Dominus hodie in manum meam, [32] ego vero no-
lui manum meam inferre vncto Domini.
24 *Et ecce quemadmodum [33] anima tua hodie ma-*
gnifica fuit in oculis meis, sic magnifica sit anima mea
in oculis Domini, [34] qui eripiat me ex omni afflictione.
25 *Et dixit Saul ad Dauidem, [35] Laude dignus es tu*
fili mi Dauid: & [36] facies, & [37] omnino perficies. Da-
uid autem abiit itinere suo, & Saul in locum suum re-
uersus est.

CAPVT XXVII.

1 ET ait Dauid in corde suo. Aliquando incidam
vna die in manus Saul: nonne melius est vt fu-
giam, & saluer in Terra-Philistinorum, vt desperet
Saul, cesseque me quærere in cunctis finibus Israel?
fugiam ergo manus eius.

1 COgitauit autem Dauid in corde suo, [1] Incidam v-
na dierum in manum Saulis: ideo [2] nihil mihi
consultius, [3] quàm vt fuga euadam in terram Palæsti-
norum, vt Saul à me absistat, neque vltra me per omnes
terminos Israelis inuestiget, effugiamque manus eius.

11 Hebr. absit à me à Domino, vt manum, &c. i. Ne permittat Dominus vt occidam vnctum Domini.
12 ad ceruical.
13 & discedamus. Dauid hæc accipit: nam timebat ne Abisai afferret illi manus violentas.
14 Heb. sopor Domini i. immissus à Do. vel, sopor magnus, vt Chaldæus paraph. vertit. nam omnia fortia & magna Deo tribuuntur: vt mõtes Dei. i. excelsi.
15 in latus oppositum.
16 Videtur iam prius vocasse Abner.
17 Iuxta regem Chaldæus paraph. ad caput regis? i. qui tuo clamore obtundis regem? aut, qui audeas excitare regem?
18 q. d. clarus & insignis. Ironia.
19 Heb. filii estis mortis. i. digni morte.
20 iuxta ceruical.
21 feci? vel, quid commisi?
22 i. quid admisi?
23 vel, incitauerit.
24 vel, olfaciat sacrificium. i. sit mihi propitius quum offeram illi munera. Aut, olfaciet sacrificium. i. placabo iram eius sacrificio.
25 i. apud Dominum.
26 ne habitem in hæreditate, &c. i. cogunt me discedere ex hac hæreditate Domini, &c. i. Terra sancta.
27 dicendo. i. quasi dicerent. q. d. Perinde faciunt ac si dicant mihi, Vade, &c.
28 i. Nunquam obliuiscatur Dominus sanguinis mei effusi in terram, si interficias me, sed sit semper in conspectu eius, & sequatur illud, & vlciscatur.
29 i. magno æstimata apud te.

hoc est, eo quod pepercerit mihi. 30 persequendo scilicet hominem Deo gratum. 31 Heb. reddat vnicuique suam iustitiam & fidem suam. i. habeat rationem vitæ qui iuste & fideliter vixerit, qui iuste egerit, & fidem seruauerit vt ego seruaui. 32 vel, & tamen. 33 i. vita tua magno æstimata fuit. 34 & eripiat.
35 Heb. Benedictus es tu. i. Summa laude dignus es, aut Fœlicissimus es. 36 Heb. faciendo facies. i. præclara opera facies, res præclaras gesturus es. 37 Hebr. valendo valebis. i. magnis viribus pollebis. CAPVT XXVII. 1 Hebr. tandem absumar quadam die per manum, &c. i. Tandem vitæ meæ finem inueniam, incidens in manum Saulis. 2 Heb. nullum est mihi bonum. sub. hic. i. nulla est mihi quies, nunquam conquiescit animus meus. Gallicè, Je n'ay point de bien ici. 3 Heb. si euadam (vel effugero, salutis scilicet causa) in terram Palæsthinorum, tum demum desperabit de me Saul (sub. se consequuturum) vt non quærat me vltra per omnem terminum Israelis: & (ita) eruam de manu eius. vel, seruabo me de potestate eius.

4 vel, quæsiuis. 5 gratiam i. Si tibi sum gratus & charus. 6 vrbium agrestium, 7 vel, annus vnus & menses quatuor. 8 Hebr. habitabant terram (vel, regionem) quæ fuerat à seculo, (i. antiquitùs, & ideò populosam,) ex quo ingressus & e Chaldæus paraph. ab ingressu. 9 percutiebat. 10 i. non parcebat viris, &c. 11 vel, Quò irruistis hodie? 12 vrbs tribus Iuda in latere Meridionali. 13 vel, adducerer. 14 Heb. dicendo. 15 credebat. sub. dicenti Dauidi, ad plagam Meridianam Iuda, &c. 16 Hebr. fecit fœtere (sub. opera sua) in populo suo Israeli. i. Reddidit opera sua inuisa, ieque odiosum Israelitis suis. Fecit quæ displicent popularibus suis. Vel, Reddidit se fœtidum in populo suo. i. teutrum & odiosum, quòd abhorreamus à re fœtida, putrida, & male olente.

2 Surgens itaque Dauid, transit ipse & sexcenti viri qui cum ipso erant, ad Achis filium Maoch regem Gath.

3 Et habitauit Dauid apud Achis in Gath, ipse & milites eius, quisque cum domo sua: sed & duæ vxores eius, Achinoam Iesreelitis, & Abigail Carmelitis, vxor scilicet ipsius Nabal.

4 Nunciatumque est Sauli quod Dauid fugisset in Gath, nec vltra [4] inuestigauit eum.

5 Dixit autem Dauid ad Achis, Si nunc inueni [5] fauorem in oculis tuis, detur mihi locus in aliqua [6] vrbium agror, ut ibidem habitem: cur enim habitares seruus tuus tecum in vrbe regia?

6 Dedit itaque ei Achis in die illa Ziclag. hinc Ziclag facta est regum Iehuda vsque in hunc diem.

7 Fuit verò numerus dierum quibus commorabatur Dauid in agro Palæstinorum, [7] quatuor menses & dies aliquot.

8 Ascendit autem Dauid & milites eius, & irruperunt in Gessuræos, Girsæos, & Amalecitas: hæ enim (gentes) [8] iam olim regionem istam incoluerant, vbi itur in Sur vsque ad terram Ægypti.

9 Et [9] percussit Dauid regionem, [10] non permisit viuere nec virum, nec mulierem: abegit quoque oues & boues, asinos atque camelos & vestes: & reuersus venit ad Achis.

10 Et ait Achis, [11] vbi fecistis hodie impressionem? Et dixit Dauid, Ad Meridiem Iehuda, & ad Meridiem [12] Ierahmeel, & ad Meridiem Kenæi.

11 Nec virum, nec mulierem viuos seruabat Dauid, vt [13] induceret in Gath: [14] hoc nempe consilio, Fortè annunciarent de nobis (aliquid,) dicendo, Sic fecit Dauid & hic mos eius erat omnibus diebus quibus commorabatur in regione Palæstinorum.

12 Et [15] credidit Achis ipsi Dauidi, cogitans, [16] Omnino fœdet illi gens sua Israelitica, eritque seruus meus perpetuò.

2 Et surrexit Dauid, & abiit ipse, sexcenti viri
cum eo, ad Achis filium Maoch regem Geth.
3 Et habitauit Dauid cum Achis in Geth, ipse &
viri eius, * & domus eius, * & duæ vxores eius, A-
chinoam Iezrahelitis, & Abigail vxor Nabal Car-
meli.
4 Et nunciatum est Sauli quòd fugisset Dauid in
Geth, & non addidit vltrà quærere eum.
5 Dixit autem Dauid ad Achis, si inueni gra-
tiam in oculis tuis, detur mihi locus in vna vr-
bium regionis huius, vt habitem ibi: cur enim ma-
net seruus tuus in ciuitate regis tecum?
6 Dedit itaque ei Achis in die illa Siceleg: pro-
pter quam caussam facta est Siceleg regum Iuda,
vsque in diem hanc.
7 Fuit autem numerus dierum quibus habita-
uit Dauid in regione Philisthinorum, quatuor
mensium.
8 Et ascendit Dauid, & viri eius, & agebant præ-
das de Gessuri, & de Gerzi, & de Amalecitis: hi e-
nim pagi habitabantur in terra antiquitus, euntí-
bus Sur vsque ad Terram Ægypti.
9 Et percutiebat Dauid omnem terram illo-
rum, nec relinquebat viuentem virum & mulie-
rem, tollensque oues, & boues, & asinos, & came-
los, & vestes, reuertebatur, & veniebat ad Achis.
10 Dicebat autem ei Achis, in quem irruisti ho-
die? Respondebat Dauid, Contra Meridiem Iudæ,
& contra Meridiem Ierameel, & contra Meridiem
Ceni.
11 Virum & mulierem non viuificabat Dauid,
nec adducebat in Geth, dicens, Ne forte loquantur
aduersum nos, Hæc fecit Dauid, & hoc erat decre-
tum illi omnibus diebus quibus habitauit in re-
gione Palesthinorum.
12 Credidit ergo Achis Dauid, dicens, Multa
mala operatus est contra populum suum Israel: E-
rit igitur mihi seruus sempiternus.

Dauid in angustia rerum constitutus fugit ad Achis regem Geth.
* viri.
* Dauid.
B
Siceleg ciuitas datur Dauidi in habitationem.
C
Dauid excurrit ad prædam, Philisthæos occidens.
Dauid fallit regem Achis.
D

CAPVT XXVIII.

CAP. XXVIII.

1 copias suas militares. vel, ad militiam. 2 Heb. Sciendo scias. i. Certò scias. 3 Propterea tu videas. q. d. Si sta decreueris, vide quid me velis facere. 4 Ideirco ponam, &c. Hac de causa quem tu videris paratu esse ad obsequium. 5 Heb. in vrbe sua, in Rama in qua habitabat. nam etiam duo ibi erto. & nomine A. i. . ferunt hoc ad verbum eo. euerunt plangentes eum in Rama & in vrbe sua Israelitæ q. d. id in Ramam, quâ in alia vrbibus Alii sepeliuerunt eum in ipsa vrbe Rama, non extra vrbe.

1 Contigit vt in diebus illis Palæstini congregarent [1] turmas suas, exercitumque (conscriberent, vt pugnarent contra Israelitas. dixit ergo Achis ad Dauidem, [2] Persuasissimum hoc tibi esto, quod mecum egressurus sis in prælium, tu & viri tui.

2 Et ait Dauid ad Achis, [3] Cognosces ergo & tu quid facturus sit seruus tuus. Rursumque dixit Achis ad Dauidem, [4] Ponam igitur te custodem capitis mei cunctis diebus.

3 Porrò Samuel mortuus erat, planxerantque eum omnes Israelitæ sepelierantque eum in Rama [5] ciuitate sua: [6] et Saul eiecerat e terra [7] pythones & diuinos.

4 Congregati igitur Palæstini, venerunt & castrametati sunt in Sunem: congregauitque & Saul vniuersum Israelem & castrametati sunt in Gilboa.

5 Videns autem Saul castra Palæstinorum, timuit, & trepidauit cor eius supra modum.

6 Quumque Saul consuluisset Dominum, non respondit ei Dominus, neq; per somnia, neque [8] per Vrim, neque per Prophetas.

7 Dixit ergo Saul ad seruos suos, Quærite mihi mulierem quæ habeat pythonem, vt vadam ad eam, [9] sciscitérque ex ea. Et dixerunt serui eius ad eum, Ecce est mulier in En-dor, quæ spiritum habet pythonis.

8 Saul ergo commutato habitu, indutus est aliis vestimentis, abiitque ipse & duo viri cum eo, veneruntque ad mulierem illam nocte, & ait, Diuina mihi quæso [10] in pythone, & [11] fac mihi ascendere quem dixero tibi.

1 Factum est autem in diebus illis congregaue-
runt Philisthiim agmina sua vt præpararentur
ad bellum contra Israel: dixitque Achis ad Dauid,
Sciens nunc scito quoniam mecum egredieris in
castris tu & viri tui.
2 Dixitque Dauid ad Achis, Nunc scies quæ fa-
cturus est seruus tuus. Et ait Achis ad Dauid, Et ego
custodem capitis mei ponam te cunctis diebus.
3 Samuel autem mortuus est, planxitque eum
omnis Israel, & sepelierunt eum in Ramatha vrbe
sua. Et Saul abstulit magos & hariolos de Terra:
~ & interfecit eos, qui Pythones habebant in
ventre.
4 Congregatique sunt Philisthiim, & venerunt,
& castrametati sunt in Sunam: congregauit autem
& Saul vniuersum Israel, & venit in Gelboe.
5 Et vidit Saul castra Philisthiim, & timuit, &
expauit eius cor nimis.
6 Consuluitque Dominum, & non respondit ei
neque per somnia, neque per sacerdotes, neque per
prophetas.
7 Dixitque Saul seruis suis, Quærite mihi mu-
lierem habentem pythonem, & vadam ad eam, &
sciscitabor per illam. Et dixerunt serui eius ad eum,
Est mulier pythonem habens, in En-dor.
8 Mutauit ergo habitum suum, vestitusque est
aliis vestimentis, & abiit ipse, & duo viri cum eo,
veneruntque ad mulierem nocte, & ait illi, Diuina
mihi in pythone, & suscita mihi quem dixero tibi.

A
Dauid constituitur custos regis Achis in bello.
Samuel mortuus.
Supra 25. a
Saul aufert magos & hariolos.
B
Saul Philisthæis contra se congregatis nihil ipsi respondente Deo, pythonissam consulit.

6 Saul autem expulerat. ~ vel, magos. 7 i. per sacerdotes. Nam summus pontifex gerebat Vrim & Thummim in hoshen siue pectorali, ante pectus. 9 Sub. quod facere oportet. 10 i. ope spiritus Pythonici quo es instructa. 11 vel, fac mihi ascendere.

 9 Et

9 Et ait mulier ad eum, Ecce tu nosti quanta fecerit Saul, & quomodo erasetit magos, & hariolos de terra: quare ergo insidiaris animæ meæ, vt occidar?

10 Et iurauit ei Saul in domino, dicens, Viuit Dominus quia non eueniet tibi quicquam mali propter hanc rem.

11 Dixitque ei mulier, Quem suscitabo tibi? qui ait, Samuelem mihi suscita.

12 Cum autem vidisset mulier Samuelem, exclamauit voce magna, & dixit ad Saul, Quare imposuisti mihi? tu es enim Saul.

13 Dixitque ei rex, Noli timere: quid vidisti? & ait mulier ad Saul, *Deos vidi ascendentes de terra.

14 Dixitque ei, Qualis est forma eius? quæ ait, Vir senex ascendit, & ipse amictus est pallio. Et intellexit Saul quód Samuel esset, & inclinauit se super faciem suam in terra, & adorauit.

15 Dixit autem Samuel ad Saul, Quare inquietasti me vt suscitarer? & ait Saul, Coarctor nimis: siquidem Philisthiim pugnant aduersum me, & Deus recessit a me, & exaudire me noluit neque in manu Prophetarum, neque per somnia: vocaui ergo te, vt ostenderes mihi quid faciam.

16 Et ait Samuel, Quid interrogas me, cum Dominus recesserit a te, & transierit ad æmulũ tuum?

17 Faciet enim tibi Dominus sicut locutus est in manu mea, & scindet regnum tuum de manu tua, & dabit illud proximo tuo Dauidi:

18 Quia non obedisti voci Domini, neque fecisti iram furoris eius in Amalec. idcirco quod pateris, fecit tibi Dominus hodie.

19 Et dabit Dominus etiam Israel tecum in manus Philisthiim: cras *autem tu & filii tui mecum eritis: sed & castra Israel tradet Dominus in manus Philisthiim.

20 Statimque Saul cecidit porrectus in terram: extimuerat enim *verba Samuelis, & robur non erat in eo, quia non comederat panem tota die illa.

21 Ingressa est itaque mulier ad Saul, *(conturbatus enim erat valde) dixitque ad eum, Ecce obediuit ancilla tua voci tuæ, & posui animam meam in manu mea: & audiui sermones tuos quos locutus es ad me.

22 Nunc igitur audi & tu vocem ancillæ tuæ, & ponam coram buccellam panis, vt comedens conualescas & possis iter agere.

23 Qui renuit & ait, Non comedam. coegerunt autem eum serui sui & mulier, & tandem audita voce eorum surrexit de terra, & sedit super lectum.

24 Mulier autem illa habebat vitulum pascualem in domo, & festinauit, & occidit eum: tollensque farinam, miscuit eam, & coxit azyma:

25 Et posuit ante Saul, & ante seruos eius: & qui cum comedissent, surrexerunt, & ambulauerunt per totam noctem illam.

9 *Et ait mulier ad eum, En tu nosti quid fecerit Saul, quo modo exciderit [12] è terra Pythones & diuinos: cur ergo [13] tu laqueum tendis vitæ meæ, vt me mortis periculo exponas?*

10 *Et iurauit ei Saul per Dominum, dicens, Viuit Dominus, [14] si quid culpæ tibi hac ex re imputetur.*

11 [15] *Et dixit mulier, Quem [16] euocabo tibi? respondit, [17] Euoca mihi Samuelem.*

12 *Et videns mulier [18] Samuelem sublata voce clamauit, dixitque mulier illa ad Saulem hæc verba, Cur fefellisti me? tu enim es Saul.*

13 *Et ait ad eam rex, Ne metuas: quid vidisti? dixit mulier ad Saulem, [19] Deos vidi ascendentes de terra.*

14 *Qui dixit ei, Quæ est forma eius? & dixit illa, Vir senex ascendit, isque amictus est pallio. Intellexit autem Saul quód Samuel esset, [20] inclinauitque pronus, & procidit.*

15 *Dixit autem [21] Samuel ad Saulem, Cur [22] inquietum me reddidisti vt me reduceres? & dixit Saul, Valde sum anxius, nam Palæstini pugnant contra me, & Deus recessit à me, nec vltra respondet mihi, neque [23] per manum prophetarum, neque per somnia, & euocaui te, vt ostendas mihi quid sim facturus.*

16 *Et ait Samuel, Et quare me interrogas, quum Dominus a te recesserit, [24] factusque sit hostis tuus?*

17 *Et Dominus quidem [25] fecit quemadmodum locutus est [26] in manu mea, & scidit Dominus regnum de manu tua, deditque illud proximo tuo Dauidi.*

18 *Quandoquidem enim non obediuisti voci Domini, nec perfecisti [27] iram furoris eius in Amalec, idcirco fecit tibi Dominus hodie rem istam.*

19 *Tradetque Dominus Israelem tecum in manum Palæstinorum, & cras tu & filii tui mecum eritis: sed & castra Israelitica tradet Dominus in manum Palæstinorum.*

20 *Et illico corruit Saul in terram [29] quantus quantus erat, timuitque vehementer à verbis Samuelis, [30] ita vt nullum robur esset amplius in eo. Tota enim die totaque nocte [31] nihil comederat.*

21 *Veniens autem mulier ad Saul, videnſque eum vehementer [32] territum, ait ad eum, Ecce obediuit famula tua voci tuæ, [33] & deposui vitam meam, [34] audiuique verba tua quæ ad me loquutus es.*

22 *Audi igitur & tu obsecro vocem ancillæ tuæ, proponam tibi buccellam panis, vt comedas, [35] vt sit in te robur, vt via tua proficiscaris.*

23 *Qui renuens ait, Non edam. At serui eius simul cum muliere [36] flagitando effecerunt vt obtemperaret eis. Surgens itaque de terra, sedit super lectum.*

24 *Habebat autem mulier illa domi vitulum pinguem, quem illico mactauit: acceptaque farina, subegit, coxitque ex ea azymos panes.*

25 *Attulitque ante Saul & ante seruos eius: & quum comedissent surrexerunt, & profecti sunt nocte illa.*

CAPVT XXIX.

1 Congregata sunt ergo Philisthiim vniuersa agmina in Aphec: sed & Israel castrametatus est super fontem qui erat in Iezrahel.

2 Et satrapæ quidem Philisthiim incedebant in centuriis & millibus: Dauid autem & viri eius erant in nouissimo agmine cum Achis.

3 Dixeruntque principes Philisthiim ad Achis, Quid sibi volunt Hebræi isti? Et ait Achis ad principes Philisthiim, Num quid ignoratis Dauid, qui fuit seruus Saul regis Israel, & est apud me, multis diebus vel annis, & non inueni in eo quicquam mali ex die qua transfugit ad me, vsque ad diem hanc.

1 *Congregauit itaque Palæstini cum vniuersis copiis suis in Aphec. Israelitæ castrametati sunt in Ain quæ est in Iesreel.*

2 *Porro principes Palæstinorum incedebant per centurias & chiliadas. Dauid & milites eius incedebant in postremo agmine cum Achis.*

3 *Dixerunt ergo principes Palæstinorum, [1] Qui sunt Ebræi isti? Respondit Achis principibus Palæstinorum, Annon hic Dauid est seruus Saulis regis Israel qui mecum fuit [2] hisce diebus aut hisce annis? [4] non deprehendi in eo quidquam, ab eo die quo [5] defecit, vsque in hunc diem.*

Suscitatus Samuel annunciat Sauli mortem, & Philisthiim victoriam potituros.

* Deum.

C

Eccles.46.6

Supra 15.6

Saul quare abscissus a Deo.

Ira furoris Domini Dei.

* enim.

Saulis angustia & desperatio.

* valde.

* & vidit.

A

David cum Philisthiim contra Saulem pugnaturus, ab exercitu remittitur prouidentia Dei.

12 i. ex hac regione.

13 Heb. studes esse offendiculo animæ meæ vt cures me interficiendam.

14 (quód) non eueniet tibi pœna (vel, punitio) propter hanc rem. i. nihil mali contiget tibi ob id.

15 Dixit ergo.

16 suscitabo. vel, vt Hebraicè, faciam ascendere tibi.

17 Fac ascendere. vel, Suscita. Hebræi aiunt nõ vere Samuelem suscitatum fuisse: enim erat spectrum quod apparuit: quod sentit & D. Augustinus.

18 i. spectrum & similitudinem Samuelis.

19 Deum vidi [illegible] i. hominem [illegible] [illegible] Relatiuum singulare quod sequitur, ostendit Elohim plurale, vertendum esse per singulare, Deum, nõ Deos.

20 Heb. inclinauitque sese in faciem in terram & adorauit. i. inclinato in terram vultu adorauit.

21 i. spiritus pythonicus qui induerat speciem Samuelis. Samuel tamen visus est dixisse Sauli. Mulier videbat Samuelem, neque tamen audiebat eum alloquentẽ Saulem [illegible] ne. Saul videbat Samuelem, hoc est illusionem illam diabolicam, quæ [illegible] illi Samuel [illegible] [illegible]

22 [illegible] [illegible]

23 Gallicè, Par le moyen des Prophetes.

24 [illegible] [illegible]

25 Fodunt hæc [illegible] [illegible] vel cæterer

26 i. per me.

[27] Quemadmodum. [28] i. quod præceperat iratus contra Amalec. [29] Heb. de plenitudine staturæ suæ. i. corruit totum corpus [illegible] Gallicè, Il [illegible] de [illegible] [30] [illegible] non erat [illegible] [31] [illegible] non comederat panem. [32] vel, conturbatum. [33] Heb. & posui animam meam in manu mea [illegible] [34] [illegible] [35] & erit. [36] [illegible] CAPVT XXIX. 1 [illegible] [illegible] 2 Heb. Quid [illegible] Hebræi isti? Quid sibi volunt, &c. 3 Heb. [illegible] diebus, vel iam annis, dies aliquot, imo vero annos aliquot [illegible] annis: [illegible] Heb. capoam, [illegible] apud me annos aliquot. 4 nec. 5 [illegible] Saule ad me.

6 redibit (vel, redire poterit) in gratiam cum domino suo annon per capita, &c.
7 vel, cui canebant, &c. i. quē laudabant.
8 es & bonus in oculis meis, (&) egressus tuus & ingressus in castra. sub. placent.
i. Per Deum viuum quē colis, habeo te pro viro probo & integro:& commercium tuum, siue conuersatio tua & vita quam in castris meis vixisti, mihi grata fuit.
9 i. satrapis meis non es gratus
10 vel, facias: i. nec [illegible] aliquid quod non sit gratum principibus meis
11 i. Scio te mihi esse tam gratum & videri tā bonum, quam angelus Dei est.
CAP. XXX.
1 ab egressu eius scilicet.
2 i. vastauerant. Meminit mulierum solum, quia viri iuerant cum Dauide ad exercitum.
3 a paruo vsque ad magnum.
4 i. reuersi fuerant.
5 angustiis affectus est: nam populus cogitauerat.
6 [illegible]
7 Dixit autem.
8 i. Profer in medium.
9 [illegible]
10 Consuluit ergo Dauid.
11 [illegible]
12 qui lassi fuerant [illegible]
13 [illegible]
14 vel, fragmentum.

4 Et irati sunt contra eum satrapa Palæsthinorum: dixeruntq; ad eum satrapa Palæsthinorum, Remitte virum istum, vt redeat ad locum suum quē illi destinasti, nec descendat nobiscum in prælium, ne sit nobis in prælio aduersarius. qua enim re [6] sese gratum exhiberet domino suo, nisi capitibus virorum istorum?

5 Annon hic est Dauid, [7] de quo alternis canebant in choris huiusmodi verba, Percussit Saul millia sua, & Dauid decem millia sua?

6 Vocauit itaq; Achis Dauidem, & ait ad eum, Viuit Dominus quoniam rectus [8] fuisti tu & bonus coram me siue exires, siue ingredereris mecum in castris, nec deprehendi in te malum, à die quo venisti ad me, vsque in hunc diem: at [9] in oculis principum tu non es bonus.

7 Reuertere igitur, & abi in pace, nec male quidpiā
[10] designes in oculis principum Palæsthinorum.

8 Et ait Dauid ad Achis, Quid feci? quid deprehendisti in seruo tuo, à die quo versatus sum tecum in præsentem vsq; diem, vt non proficiscar & bella geram aduersus hostes domini mei Regis?

9 Et respondens Achis ait ad Dauidem, [11] Scio quod bonus es, in oculis meis perinde ac angelus Dei: at principes Palæsthinorum dixerunt, Non ascendes is nobiscum in prælium.

10 Surge igitur summo mane; & serui domini tui qui venerunt tecum, & mane consurgentes quum illuxerit, abite,

11 Surrexit igitur Dauid mane, ipse & milites eius, vt abirent ac reuerterenturq; in terram Palæsthinorum: Palæsthini autem ascenderunt in Iesreel.

4 Irati sunt autem aduersus eum principes Philisthiim, & dixerunt ei, Reuertatur vir, & sedeat in loco suo, in quo constituisti eum: & non descendat nobiscū in prælium, ne fiat nobis aduersarius, cum præliari cœperimus: quomodo enim aliter poterit placare dominum suum, nisi in capitibus nostris? B 1. Para. 12. d

5 Nónne iste est Dauid cui cantabant in choris, dicentes, Percussit Saul in millibus suis, & Dauid in decem millibus suis?

6 Vocauit ergo Achis Dauid, & ait ei, Viuit Dominus, quia rectus es tu, & bonus in cōspectu meo: & exitus tuus, & introitus tuus mecū est in castris: & non inueni in te quicquam mali ex die qua venisti ad me, vsq; in diē hanc: sed satrapis nō places. C David laudatur ab Achis.

7 Reuertere ergo, & vade in pace, & non offendas oculos satraparum Philisthiim.

8 Dixitque Dauid ad Achis, Quid enim feci, & quid inuenisti in me seruo tuo à die qua fui in cōspectu tuo vsq; in diem hanc, vt non veniam, & pugnem contra inimicos domini mei Regis? D

9 Respondens autē Achis, locutus est ad Dauid, Scio quia bonus es tu in oculis meis, sicut angelus Dei: sed principes Philisthinorum dixerunt, Non [a] ascendet nobiscum in prælium. [a] ascendat Gentiles hic meminit Dei veri & angeli.

10 Igitur consurge mane, tu & serui domini tui, qui venerunt tecum: & cum de nocte surrexeritis, & cœperit dilucescere, pergite.

11 Surrexit itaq; de nocte Dauid ipse & viri eius, vt proficiscerentur mane, & reuerterentur ad Terram Philisthiim: Philisthiim autem ascenderunt in Iezrahel.

CAPVT XXX.

1 Quum autem venisset Dauid & milites eius in Ziclag [1] tertio die, Amalecita irruperant in Meridiem, & ad Ziclag, [2] percusserantq; Ziclag, & incenderant eam igni.

2 Porro mulieres quæ in ea erant abduxerant captiuas, [3] à parua ad grandem vsq;, neminem tamen occiderant sed abegerant, [4] iterq; suum profecti erant.

3 Venit itaq; Dauid & milites eius ad oppidum, & ecce erat igne exustum, vxores verò eorum, filij eorum, atq; filia eorum erant abacta.

4 Dauid itaq; & populus qui cum eo erat, voce sua sublata adeò fleuerunt, vt nullum esset amplius in eis robur flendi.

5 Duæ quoq; vxores Dauidis captæ erant, nempe Ahinoam Iesreelitis, & Abigail vxor Nabal Carmelita.

6 Et Dauid [5] fuit valde anxius, nam populus cogitabat quomodo eum lapidibus obrueret, erat enim totius vniuersus animo exacerbato, quisq; propter filios suos, & propter filias suas, Dauid autem [6] corroborauit sese in Domino Deo suo.

7 [7] Aitq; Dauid ad Abiathar sacerdotem filium Ahimelech, [8] Applica quæso mihi ephod. & Abiathar [9] applicuit ephod ad Dauidem.

8 [10] Et Dauid interrogauit Dominum, dicens, Insequárne turbam istam militarem? assequárne eam possim? Et dixit ei Insequere, nam certissime apprehendes, & [11] plane asseres.

9 Profectus itaque est Dauid, ipse & sexcenti viri qui cum eo erant, & venerunt vsq; ad torrentem Besor: reliqui autem constiterunt.

10 Insequutus est itaque Dauid cum quadringentis viris, ducenti autem viri constiterunt, [12] nempe qui resederunt ne transirent torrentem Besor.

11 Et [13] deprehenderunt virum Ægyptium in campo, quem captum adduxerunt ad Dauidem, dederuntq; ei panem vt comederet, dederunt quoq; ei bibere aquam,

12 Dederunt ei insuper [14] fragmentum massæ caricarum, & duas ligaturas vuarum passarum. Quumq;

1 Cumque venisset Dauid & viri eius in Siceleg die tertia, Amalecitæ impetū fecerant ex parte Australi in Siceleg, & percusserāt Siceleg, & succenderant eam igni. A David Siceleg succensam inuenit.

2 Et captiuas duxerant mulieres ex ea, à minimo vsq; ad magnum: & non interfecerant quenquam, sed secum duxerant, & pergebant itinere suo.

3 Cum ergo venisset Dauid & viri eius ad ciuitatem, & inuenissent eam succēsam igni, & vxores suas, & filios suos, & filias ductas esse captiuas,

4 Leuauerunt Dauid & populus qui erat cum eo, voces suas, & planxerunt donec deficerent in eis lachrymæ.

5 Siquidem & duæ vxores Dauid captiuæ ductæ fuerant, Achinoam Iezrahelitis, & Abigail vxor Nabal Carmeli. Vxores Dauidis captæ.

6 Et contristatus est Dauid valde: volebat enim eum populus lapidare, quia amara erat anima vniuscuiusq; viri super filiis suis, & filiabus: confortatus est autem Dauid in Domino Deo suo. B Lapidare. Confortatur Dauid in Domino.

7 Et ait ad Abiathar sacerdotem filium Achimelech, Applica ad me ephod. & applicauit Abiathar ephod ad Dauid,

8 Et consuluit Dauid Dominum, dicens, Persequar latrunculos hos, & comprehendam eos, an non? Dixitq; ei Dominus, Persequere: absq; dubio enim comprehendes eos, & excuties prædam. Dauid consulto Domino, persequitur Amalecitas successores.

9 Abiit ergo Dauid ipse & sexcenti viri qui erāt cum eo, & venerunt vsq; ad Torrentem Besor: & lassi quidam substiterunt.

10 Persecutus est autem Dauid ipse & quadringenti viri cum eo: substiterant enim ducenti, qui lassi transire non poterant Torrentem Besor. C

11 Et inuenerunt virum Ægyptium in agro, & adduxerunt eum ad Dauid: dederuntq; ei panem, vt comederet, & biberet aquam, Prouidentia Dei occurrit seruus Amalecita, qui Dauidem ducit ad eos qui succenderant Siceleg.

12 Sed & fragmen massæ caricarum, & duas ligaturas vuæ passæ. Qui cum comedisset, reuersus est spiritus eius, & refocillatus est: non enim

come-

comederat panem, neq; biberat aquam, tribus diebus & tribus noctibus.

D 13 Dixit itaque ei Dauid, Cuius es tu? vel vnde? & quò pergis? Qui ait, Puer Ægyptius ego sum, seruus viri Amalecitæ: dereliquit autem me Dominus meus, quia ægrotare cœpi nudiustertius.

14 Siquidem nos erupimus ad Australem plagã Cerethi, & contra Iudam, & ad Meridiem Caleb, & Siceleg succendimus igni.

Ægyptius meminit Dei veri.

15 Dixitq; ei Dauid, Potes me ducere ad cuneum istum? Qui ait, Iura mihi per Deum, quòd non occidas me, & non tradas me in manus Domini mei, & ego ducam te ad cuneum istum.

16 Et iurauit ei Dauid. Qui cum duxisset eum, ecce illi discumbebant super faciem vniuersæ terræ comedentes & bibentes, & quasi festũ celebrantes diem, pro cuncta præda & spoliis quæ ceperant de Terra-Philisthiim, & de Terra-Iuda.

Dauid occisis Amalecitis, reducit prædam.

E 17 Et percussit eos Dauid à vespere vsque ad vesperã alterius diei, & non euasit ex eis quisquam, nisi tantum quadringenti viri adolescentes, qui ascenderant camelos, & fugerant.

18 Eruit ergo Dauid omnia quæ tulerant Amalecitæ, & duas vxores suas eruit.

quisquam

19 Nec defuit quisquam à paruo vsque ad magnum, tam de filiis quam de filiabus, & de spoliis, & quæcunq; rapuerant, omnia reduxit Dauid.

20 Et tulit vniuersos greges & armenta, & minauit ante faciem suam: dixeruntque, Hæc est præda Dauid.

21 Venit autem Dauid ad ducentos viros, qui lassi substiterant, nec sequi poterant Dauid, & residere eos iusserat in Torrente-besor: qui egressi sunt obuiam Dauid, & populo qui erat cũ eo. Accedens autem Dauid ad populum, salutauit eos pacifice.

Salutare pacifice.

F 22 Respondensq; omnis vir pessimus, & iniquus de viris qui ierant cum Dauid, dixit, Quia non venerunt nobiscum, non dabimus eis quicquam de præda quam eruimus: sed sufficiat vnicuiq; vxor sua & filij, quas cum acceperint, recedant.

Prædam ex æquo diuidi iubet Dauid.

23 Dixit autem Dauid, Non sic facietis fratres mei de his quæ tradidit nobis Dominus, & custodiuit nos, & dedit latrunculos qui eruperãt aduersum nos, in manus nostras.

24 Nec audiet vos quisquã super sermone hoc. æqua enim pars erit descendentis ad prælium, & remanentis ad sarcinas, & similiter diuident.

G 25 Et factum est hoc ex die illa, & deinceps cõstitutum & præfinitum, & quasi lex in Israel vsq; in diem hanc.

Ex præda gratificatur Dauid omnibus amicis.

26 Venit ergo Dauid in Siceleg, & misit dona de præda senioribus Iuda proximis suis, dicens, Accipite benedictionem de præda hostium Domini:

27 His qui erant in Beth el, & qui in Ramoth ad Meridiem, & qui in Gether,

28 Et qui in Aroer, & qui in Sephamoth, & qui in Esthamo.

29 Et qui in Rachal, & qui in vrbibus Ierameel, & qui in vrbibus Ceni,

Harama.

30 Et qui in Rama, & qui in lacu Asan, & qui in Athach,

31 Et qui in Hebron: & reliquis qui erant in his locis in quibus cõmoratus fuerat Dauid & viri ei⁹.

comedisset, [15] rediit ad sese: nam neq; panem ederat, nec aquam biberat tribus diebus & tribus noctibus.

13 Et ait ad eum Dauid, Cuius es tu? & vnde tu? Respondit q; iuuenis Ægyptius, Seruus sum cuiusdam Amalecitæ, & dereliquit me herus meus, quòd tribus diebus ægrotassem.

14 [16] Vastatores nos irrupimus ad Meridiem & ad eam partem [17] quæ est Jehudæ, & ad Meridiem Caleb, incendimusq; Ziclag igni.

15 Et ait ad eum Dauid, [18] Potesne me deducere ad turmam illam militarem? Et ait, Iura mihi per Deum ne me interficias, néue me tradas in manum heri mei, & deducam te ad turmam illam.

16 Deduxit ergo eum, & ecce [19] dissolutè iacebant super vniuersam terram, comedentes & bibentes, atq; festum agentes diẽ propter vniuersam illam prædam ingentem, quam abduxerant è terra Palæsthinorum, & è terra Jehudæ.

17 Et percussit eos Dauid [20] à crepusculo vsq; ad vesperam [posterioris diei, & vsq;] ad crastinum illarum, ita vt ne vnus quidem ex eis elaberetur præter quadringentos iuuenes, qui camelos conscenderant & effugerant.

18 Et [21] asseruit Dauid omnia quæ abduxerant Amalecitæ, sed & duas vxores suas liberauit Dauid,

19 [22] Vt nihil desideraretur ab eis neq; paruũ neq; magnum, tam de filiis quàm de filiabus, de præda ac omnibus quæ eis abstulerant, omnia ista reduxit Dauid.

20 Et tulit Dauid omnes [23] greges & armẽta, duxeruntq; ea [24] ante res illas, & dixerunt, [25] Hæc est præda Dauidis.

21 Venit autem Dauid ad ducentos viros, [26] qui residerant ne sequerentur Dauidem, quos [27] manere iusserant ad torrentem Besor, & qui egressi sunt obuiam Dauidi, obuiamq; populo qui cum illo erat. Accessit ergo Dauid ad populum, salutauitq; illos in pace.

22 [28] Iniqui autem & perditi inter milites qui cum Dauide profecti erant, respondentes dixerunt, Quandoquidem hi nobiscum non sunt profecti, nihil dabimus eis de præda quam [29] asseruimus nisi cuiq; vxorem suam, & filios suos, quos abducant & abeant.

23 Et ait Dauid, Ne sic feceritis [30] fratres mei de his quæ dedit nobis Dominus, qui seruauit nobis, militarem istam turbam quæ in nos irruit, tradidit in manus nostras.

24 Quis verò audiret vos hac in re? etenim [31] æqua debet esse pars & eorum qui descendunt in prælium, & eorum qui manent ad impedimenta: simul partiantur.

25 [32] Fuit enim ab hoc die & iam olim constitutus hic mos & ritus in Israele vsq; in præsentem diem.

26 Veniens autem Dauid in Ziclag, misit de præda senioribus Iehudæ, nempe [33] amicis suis, huiusmodi mandatis, En vobis [34] donum de præda hostium Domini.

27 His videlicet qui in Beth el, & in Ramoth ad Meridiem, & iis qui erant in Iathir.

28 His quoque qui erant in Aroer, & qui in Siphemoth, & in Esthemoa.

29 His denique qui erant in Rachal, & qui in ciuitatibus Ierahmeel, & qui in ciuitatibus Kenæi.

30 Sed & his qui erant in Horma, & qui in Bor-asan, & qui in Athach.

31 Et his qui in Hebron, & in omnibus locis in quibus erat versatus Dauid & milites eius.

15 Heb. reuersus est spiritus eius in eum.
16 Nos fecera. mus impetum (vel, Nos irrupimus) in partem Australẽ Cherethæorum. Gens est in Palæstina.
17 i. quæ pertinet ad tribũ Iudæ, hoc est, in agrum Iudæ.
18 Heb. Deducésne me.
19 vel, strati, siue, diffusi.
20 sub noctuerno. i. percussit eos à vespera vsque ad vesperam diei sequentis & vsq; in crastinum diem illarum vesperarum, hoc est vsq; ad diem sequentem duas illas vesperas. q. d. toto triduo percussit eos.
21 eripuit.
22 Nec defuit illis à minimo vsque ad maximũ.
23 Intelligit ea quæ Amalecitæ abegerant de Iuda & aliis regionibus.
24 ante pecus. i. ante greges & armenta quæ abegerant Amalecitæ de Siclag. Distribuerant greges in duas partes, nempe eos quos abegerant Amalecitæ ex Iuda & aliis vrbibus, & in eos quos abegerant ex Siclag. Gregem autem Siclag non appellabant prædam: nam ea restituebantur suis dominis.
25 q. d. Præter vestra quæ restituuntur vobis, hæc adauxit Dauid.
26 qui lassi erãt ita vt non possent sequi, &c. vel, quos piguerat sequi Dauidem. Hoc est qui præ lassitudine siue vera siue ficta non fuerant sequuti, &c.
27 ad custodiendas scilicet sarcinas.
28 i. Pessimi quique.
29 eruimus.
30 i. commilitones. Loquitur more imperatoris.
31 Heb. qualis est pars descendentis in prælium, (sub. talis esse debet eius qui remanet ad sarcinas:) & qualis portio remanentis ad sarcinas, (sub. talis esse debet eius qui descendit in certamen: nam) pariter partientur. i. ex æquo partiti se diuidere prædam solent, vel debent. Verti etiam potest, qualis est pars descendentis in prælium, talis & portio (esse debet) remanentis ad sarcinas.
32 Heb. Fuit atque ab eo die & supra, & posuit illud in statutum & consuetudinem, &c. i. Id obseruatum fuerat ab initio mundi vsque in eum diem: & Dauid constituit ab eo die eam legem, quæ consuetudo seruatur & hodie quoq; in Israele.
33 vel, sodalibus.
34 Heb. benedictio, i. munus.

CAPUT XXXI.

Philisthiim occidunt Israelitas.
1. Paral. 10. a

A 1 Philisthiim autem pugnabant aduersum Israel: & fugerunt viri Israel ante faciem Philisthiim, & ceciderunt interfecti in monte Gelbóe.

2 Irrueruntq; Philisthiim in Saul & in filios eius,

1 Palæsthini autem congressi sunt cum Israelitis, fugeruntq; viri Israelitæ coram Palæsthinis, & corruerunt vulnerati in monte Gilboa.

2 Palæsthini autem sectati Saulem & filios eius,

i. interfecerunt. 2 inuenerunt. i. telis suis apprehenderunt Saulem. 3 Heb. homines cum arcu. i. periti arcis sagittandi, sagittarii. Vel, cum arcu. i. gestantes arcum. 4 timuitque sibi admodum à iaculatoribus. 5 vel, incubuit. 6 vel, pene mortuum. 7 i. qui in eo certamine erant illi propinqui. 8 vltra.

percusserunt Palæstini Jonathan, Abinadab atque Malchisua filios Saulis.

3 Inualescebat autem prælium contra Saulem, & deprehenderunt eum iaculatores, viri scilicet qui arcu valebant, vulneratusque grauiter est a sagittarus.

4 Dixit ergò Saul ad armigerum suum, Distringe gladium tuum, & eo me transfodias, ne præputiati isti venientes, me transfodiant, mihique cum probro illudant. Armiger autem eius nolebat, quoniam vehementer metuebat. accepto igitur gladio Saul, irruit in eum.

5 Videns autem armiger eius Saulem mortuum ruit & ipse in ensem suum, & obiit cum eo.

6 Mortuus est itaque Saul & tres filij eius, armiger eius, omnes denique viri eius eodem die simul.

7 Et videntes Israelitæ qui erant citra vallem, quique erant citra Iordanem, quod fugissent Israelitæ, quodque mortui essent Saul & filij eius, relictis vrbibus fugerunt. venientes igitur Palæstini inhabitarunt eas.

8 Contigit vero postero die, vt venirent Palæstini ad exuendum interfectos. Inuenerunt ergo Saulem & tres filios eius, iacentes in monte Gilboa.

9 vel, (victoriã) 10 affixerunt, clauis scilicet. 11 quos scilicet obsidione liberarat Saul initio regni sui. 12 tantum scilicet vsque ad ossa: erant enim putrida corpora, plena vermibus: 13 sub illa arbore, insigni scilicet, & pulcherrima. Alii vertunt, sub vlmo.

9 Et præcidentes caput eius, exuentesque arma eius, miserunt ad terram Palæstinorum circumquaque, vt nunciarent [id] in phano idolorum suorum, atque in populo.

10 Et reponentes arma eius in phanum Astaroth, corpus eius in muro Beth san suspenderunt.

11 Audientes hoc ciues Jabes [in] Gilead quod fecerant Palæstini Sauli,

12 Surrexerunt omnes viri fortes, profectique sunt tota illa nocte, & abstulerunt corpus Saulis, atque corpora filiorum eius de muro Beth san, & venientes in Iabes combusserunt ea ibi.

13 Accipientesque ossa eorum sepelierunt subter arborem in Jabes, & ieiunauerunt septem diebus.

& percusserunt Jonathan & Abinadab & Melchisúa filios Saul.

3 Totumque pondus prælij versum est in Saul: & consecuti sunt eum viri sagittarij, & vulneratus est vehementer á sagittariis.

4 Dixitque Saul ad armigerũ suum, Euagina gladium tuum, & percute me: ne fortè ueniant in circumcisi isti, & interficiant me illudentes mihi. Et noluit armiger eius: fuerat enim nimio terrore perterritus. arripuit itaque Saul gladium suum, & irruit super eum.

5 Quod cum vidisset armiger eius, videlicet quod mortuus esset Saul, irruit etiam ipse super gladium suum, & mortuus est cum eo.

6 Mortuus est ergo Saul, & tres filij eius, & armiger illius, & vniuersi viri eius in die illa pariter.

7 Videntes autem filij Israel qui erant trans vallem & trans Jordanem, quòd fugissent viri Israelitæ, & quòd mortuus esset Saul, & tres filij eius, reliquerunt ciuitates suas, & fugerunt: veneruntque Philisthiim, & habitauerunt ibi.

8 Facta autem die altera, venerunt Philisthiim, vt exspoliarent interfectos, Et inuenerunt Saul & tres filios eius iacentes in monte Gelbóe.

9 Et præciderunt caput Saul, & exspoliauerunt eum armis: & miserunt in Terram Palæstinorum per circuitum, vt annunciaretur in templo idolorum, & in populis.

10 Et posuerunt arma eius in templo Astaroth, corpus vero eius suspenderunt in muro Beth san.

11 Quod cum audissent habitatores Jabes-Galaad, quæcunque fecerant Philisthiim Saul.

12 Surrexerunt omnes viri fortissimi, & ambulauerũt tota nocte, & tulerunt cadauer Saul, & cadauera filiorũ eius de muro Beth san: veneruntque viri Iabes Galaad, & combusserunt ea igni:

13 Et tulerunt ossa eorum, & sepelierunt in nemore Jabes, & ieiunauerunt septem diebus.

Saul & filij eius occiduntur.

B

Saul seipsum occidit.

Armiger Saulis seipsum occidit.

Israelitæ fugientes.

viri

C

Philisthiim spoliato Saule, deferunt caput eius in terram suam.

suorum

D

Habitatores Jabes-galaad comburunt Saulem, & ossa sepeliunt.

Reg. in Sepultura.

Jeiunium.

LIBER SECVNDVS SAMVELIS, quem nos secundum Regum dicimus.

Argumentum in secundum librum Samuelis.

Posterior hic liber Samuelis res gestas a morte Saulis, vsque ad finem Regni Dauidis describit. Estque historia quadraginta annorum.

CAPVT I.

1 a castris in quibus egerat cum Saule. 2 incuruauit se honoris gratia scilicet Saulis.

3 vel, Quid rei accidit?

4 veni vel, erã. 5 cum cuspide hastæ, ob obsessum autem. 6 equitibus vel, temone equorum. 7 Heb. Sta super me. i. Sustine super me, interfice me. 8 capitis scilicet. Vel, vestimentum tremulum, vel trepidatio.

CONtigit autem, vt post mortem Saulis Dauid reuerteretur de cæde Amalec, mansitque duos dies in Ziklag.

2 Contigit ergo die tertio, vt veniret quidam ex castris ab ipso Saule, cuius vestimenta scissa erant, terraque super caput eius: quumque venisset ad Dauidem, procidit in terram, & honorem exhibuit.

3 Dixit autem ad eum Dauid, Vnde venis? qui ait ad eum, Euasi ex castris Israeliticis.

4 Dixit ergo Dauid ad eum, Quid verò rei fuit? indica obsecro mihi. qui respondit, Populus fugit è prælio, multique ex populo ceciderunt, & mortui sunt: adhæc mortuus est Saul & Jonathan filius eius.

5 Ait ergo Dauid ad adolescentem illum qui [hæc] ei nunciabat, Qui scire potes quod Saul mortuus sit, Jonathanque filius eius?

6 Respondit adolescẽs qui nunciabat ei, Fortè fortuna delatus sum in monte Gilboa, & ecce Saul innixus erat hastæ suæ, insequentib. curribus & equitum præfectis.

7 Quumque versus retro spectasset, videns me, vocauit me: dixique, Ecce præsto sum.

8 Et dixit mihi, Quis es tu? dixique ad eum, Ego sum Amalecita.

9 Rursusque dixit ad me, Insiste mihi quæso, & trucida me, apprehendit enim me tormina, quamuis tota adhuc anima mea est in me.

FActum est autem postquã mortuus est Saul, vt Dauid reuerteretur à cæde Amalec, & maneret in Siceleg duos dies.

2 In die autem tertia apparuit homo veniens de castris Saul veste conscissa, & puluere conspersus caput. & vt venit ad Dauid, cecidit super faciem suam, & adorauit.

3 Dixitque ad eum Dauid, Vnde venis? qui ait ad eum, De castris Israel fugi.

4 Et dixit ad eum Dauid, Quod est verbũ quod factum est? indica mihi. qui ait, Fugit populus ex prælio, & multi corruentes è populo mortui sunt: sed & Saul & Jonathas filius eius interierunt.

5 Dixitque Dauid ad adolescẽtem qui nunciabat ei, Vnde scis quia mortuus est Saul & Jonathas filius eius?

6 Et ait adolescẽs qui nunciabat ei, Casu veni in montem Gelbóe, & Saul incumbebat super hastam suam. porro currus & equites appropinquabant ei,

7 Et conuersus post tergum suum, vidensque me vocauit. cui cum respondissem, Adsum:

8 Dixit mihi, Quisnam es tu? & aio ad eum, Amalecites ego sum.

9 Et locutus est mihi, Sta super me, & interfice me: quoniam tenent me angustiæ, & adhuc tota anima mea in me est.

10 Stans-

A

Vestis conscissa, & puluis sursum iactatus, signa luctus.

Annunciatur Dauidi mors Saulis & Jonathæ.

B

Dauidis tristitia ob mortem Saulis & Jonathæ.

Fletus.

Jeiunium.

Occidi iubet Dauid eum qui mortis fuerat se conscium dixit Saulem.

C

10 Stansque super eum, occidi illum: sciebam enim quod viuere non poterat post ruinam: & tuli diadema quod erat in capite eius, & armillam de brachio illius, & attuli ad te Dominum meum huc.

11 Apprehendens autem Dauid vestimenta sua, scidit, omnesque viri qui erant cum eo,

12 Et planxerunt, & fleuerunt, & ieiunauerunt vsque ad vesperam super Saul, & super Ionathan filium eius, & super populum Domini, & super domum Israel eò quod corruissent gladio.

13 Dixitque Dauid ad iuuenem qui nunciauerat ei, Vnde es tu? qui respondit, Filius hominis aduenæ Amalecitæ ego sum.

14 Et ait ad eum Dauid, Quare non timuisti mittere manum tuam, vt occideres Christum Domini?

15 Vocansque Dauid vnum de pueris suis, ait, Accedens irrue in eum. qui percussit illum, & mortuus est.

16 Et ait ad eum Dauid, Sanguis tuus super caput tuum: os enim tuum locutum est aduersum te, dicens, ego interfeci Christum Domini.

17 Planxit autem Dauid planctum huiuscemodi super Saul, & super Ionathan filium eius.

arcum,

18 (Et præcepit vt docerent filios Iuda * planctum, sicut scriptum est in libro iustorum.)

Lamentatio Dauidis super Saulem & Jonathan.

19 Et ait, Considera Israel pro his qui mortui sunt super excelsa tua vulnerati. Inclyti Israel, super montes tuos interfecti sunt. quomodo ceciderunt fortes?

20 Nolite annunciare in Geth, neque annuncietis in compitis Ascalonis: ne fortè lætentur filiæ Philisthiim, ne exultent filiæ incircumcisorum.

D

21 Montes Gelboë, nec ros, nec pluuia veniant super vos, neque sint agri primitiarum: quia ibi abiectus est clypeus fortium, clypeus Saul, quasi non esset vnctus oleo.

22 A sanguine interfectorum ab adipe fortium, sagitta Ionathæ nunquam rediit retrorsum, & gladius Saul non est reuersus inanis.

23 Saul & Ionathas amabiles, & decori valdè in vita sua, in morte quoque non sunt diuisi: aquilis velociores, leonibus fortiores.

24 Filiæ Israel super Saul flete, qui vestiebat vos coccino in deliciis, qui præbebat ornamenta aurea cultui vestro.

at (secunda persona.

25 Quomodo ceciderunt fortes in prælio? Ionathas in excelsis tuis occisus * est.

26 Doleo super te frater mi Ionatha decore nimis, & amabilis super amorem mulierum.

27 Sicut mater vnicum amat filium suum, ita ego te diligebam.

28 Quomodo ceciderunt robusti, & perierunt arma bellica.

10 *Institi ergo ei, & trucidaui eum: sciebam enim quod non esset victurus postquam cecidisset: & accepi coronam quæ erat in capite eius, & armillam quæ fuit in brachio eius, & apportaui ea huc ad dominum meum.*

11 *David autem apprehensis vestimentis suis, scidit ea, simulque omnes viri qui cum ipso erant.*

12 *Luxerunt ergo & fleuerunt, ieiunaueruntque vsque ad vesperam propter Saulem, & propter Jonathan filium eius, propter populum denique Domini, & propter domum Israel, quod gladio corruissent.*

13 *Et dixit David ad adolescentem qui ei [hæc] nunciabat, Vnde es tu? & respondit, Ego sum filius exteri cuiusdam, nempe Amalecita.*

14 *Dixitque ad eum David, Quomodo verò non veritus es inferre manum tuam ad perdendum christum Domini?*

15 *David ergo vocato vno ex iuuenibus, dixit, Adesto, & impetum fac in illum. Percussit ergo eum, & mortuus est.*

16 *Et dixit ad eum David, Sanguis tuus super caput tuum: quandoquidem os tuum testatum est contra te, dicens, Ego interfeci christum Domini.*

17 *Lamentatus est autem David huiusmodi lamentatione Saulem & Jonathan filium eius:*

18 *Et dixit, vt docerent filios Jehudæ arcum: ecce [id] scriptum est in libro iusti.*

19 *Decus Israelis, in excelsis tuis vulneratum est, quomodo corruerunt heroes!*

20 *Ne nuncietis [ista] in Gath, ne prædicetis in plateis Ascalonis: ne forte lætentur filiæ Palæstinorum, ne forte exultent filiæ incircumcisorum.*

21 *Montes Gilboa, ne [veniat] super vos ros, neque pluuia, neque agri oblationum, quoniam illic clypeus heroum ignominiose abiectus est, clypeus Saulis, ac si non esset vnctus oleo.*

22 *A sanguine vulneratorum, à pinguedine heroum, arcus Ionathan nunquam reflexit, neque gladius Saulis redit vacuus.*

23 *Saul & Ionathan amabiles & iucundi in vita sua, in morte quoque sua non sunt separati: velociores fuerunt aquilis, fortioresque leonibus.*

24 *Filiæ Israel flete Saulem, qui vos vestiebat coccino, idque delicate, quique vestimentis vestris induebat aurea ornamenta.*

25 *Quomodo ceciderunt heroes in medio prælio, Ionathan, in excelsis tuis vulneratus (cadit.)*

26 *Doleo tua causa frater mi Ionathan, fuisti mihi supra modum iucundus, mihi præstantior fuit amor tuus, quàm amor mulierum.*

28 *Quomodo ceciderunt heroes, & perierunt arma bellica!*

9 Heb. [illegible] eum. [illegible] caqua incubuerat super gladium suum.
10 vel, diadema.
11 quam gestabat in brachio suo.
12 i. Quoniam in loco habitas.
13 vel, aduenæ, siue, proselytæ.
14 vel, irrue.
15 i. Sanguis [illegible] causa est tuæ mortis. Chaldæus paraph. Peccatum [illegible] commissæ reuertatur in caput tuum.
16 vel, vnctum, i. Saulem vnctum iussu Domini in regem.
17 Sed (prius) dixit, &c. Sed antè hortatus est [illegible] ut docerent filios [illegible] arcem [illegible] ne desperarent propter mortem Saulis & Ionathæ, quod [illegible] arte bellica, et habetur [illegible] Homerus [illegible] artem militarem intelligit.
18 in Sepher iaschar, i. in eo libro qui sic dicitur, nec extat. Alii vertunt, in libro legis, quod contineat [illegible] saluti [illegible] signifi- cat. Alii, in libro Geneseos, quòd in eo contineantur gesta patriarcharum qui fuerunt recti & probi.
19 vel, Gloria, siue, Prudentia, [illegible] lamentationis, & [illegible] [illegible]
20 [illegible]

A

CAPVT II.

David consulto Domino, ascendit in Hebron.

1 Igitur post hæc consuluit Dauid Dominum, dicens, Num ascendam in vnam de ciuitatibus Iuda, & ait Dominus ad eum, Ascende. Dixitque

1 *Post hæc factum est vt David consuleret Dominum [illegible], Ascendamus in vnam ex ciuitatibus Jehudæ? Et ait Dominus ad eum, Ascende.*

Quomodo ceciderunt super tumulos vel excelsa tua interfecti [illegible] 22 vel, [illegible] [illegible] 23 [illegible] [illegible]

ſumque ait David. Quo aſcendam? & dixit, In Hebron.

2 *Aſcendit igitur illuc David, & etiam duæ uxores eius, Achinoam Iſreelita, & Abigail quæ fuerat uxor Nabal Carmelita.*

3 *Adduxit quoque David viros qui cum eo fuerant, ſingulos cum familia ſua, & habitaverunt in civitatibus Hebron.*

4 *Et venientes viri Iehudæ unxerunt Davidem in regem ſuper domum Iehudæ. nunciaruntque Davidi hiſce verbis, Viri Iabes Gilead ſunt qui ſepelierunt Saulem.*

5 *Miſit ergo David legatos ad cives Iabes Gilead, dixitque ad eos, Laudati vos Domino, qui hanc pietatem exhibuiſtis domino veſtro, nempe Sauli, & ſepeliſtis eum.*

6 *Dominus igitur & vos beneficio & veritate proſequatur: ſed & ego beneficium tale præſtabo vobis qui hanc rem feciſtis:*

7 *Confirmentur ergo manus veſtræ, ſitiſque filii fortes, quandoquidem mortuus eſt dominus veſter Saul, meque unxerunt ſuper ſe regem hi qui de domo Iehudæ ſunt.*

8 *Abner autem filius Ner imperator exercitus quem habuerat Saul, tulit Iſ-boſeth filium Saulis, & tranſtulit illum in Mahanaim.*

9 *Conſtituitque eum regem ſuper Gilead, & ſuper Aſuri, & ſuper Iſreel, Ephraim, Beniamin, & ſuper totum Iſraelem.*

10 *Quadraginta annos natus fuit Iſ-boſeth filius Saulis, cum regnare inciperet ſuper Iſraelem, regnavitque duobus annis: dumtaxat domus Iehudæ ſequebatur Davidem.*

11 *Fuit autem numerus dierum quibus David rex fuit in Hebron ſuper domum Iehudæ, ſeptem annorum & ſex menſium.*

12 *Egreſſuſque Abner filius Ner, & ſervi Iſ-boſeth filii Saulis de Mahanaim in Gibeon.*

13 *Ioab vero filius Zeruiæ, ſervique Davidis egreſſi obviam facti ſunt illis iuxta piſcinam Gibeon pariter, conſtiteruntque hi ad piſcinam hinc, & illi ad piſcinam illinc.*

14 *Dixitque Abner ad Ioab, Conſurgant quæſo adoleſcentes, & ludant coram nobis. & dixit Ioab, Conſurgant (ſanè).*

15 *Conſurrexerunt ergo, & tranſierunt numero duodecim de Beniamin & de Iſ-boſeth filio Saulis, & duodecim ex ſervis Davidis.*

16 *Apprehendit autem quiſque caput proximi ſui, (fixitque) enſem ſuum in latus comparis ſui, conciderunt que pariter: vocatuſque eſt locus ille Helcat-hazzurim, qui eſt in Gibeon.*

17 *Fuitque eſt prælium ſatis acre eodem die: nam inferior fuit Abner & milites Iſraelis coram ſervis Davidis.*

18 *Fuerunt illic tres filii Zeruiæ, nempe Ioab, Abiſai & Aſael: Aſael autem erat velox pedibus ſuis, quemadmodum caprea in aperto campo.*

19 *Et inſequutus eſt Aſael ipſum Abner, nec declinabat eundo, neque ad dexteram, neque ad ſiniſtram, quin Abner hæreret.*

20 *Abner autem versus retroſpexit, & ait, Anne tu es Aſael? reſpondit, Ego plane.*

21 *Ait ad eum Abner, Declina ſive ad dextram tuam, ſive ad ſiniſtram tuam, & apprehende tibi aliquem ex adoleſcentibus, ut capias tibi armaturam eius. & Aſael noluit deſiſtere a perſequendo eum.*

22 *Rurſuſque dixit Abner ad Aſaelem, Recede à me, quid enim te humi ſternam? quomodo vero attollerem faciem meam coram fratre tuo Ioab.*

23 *Quum verò nollet abire, ferit eum Abner poſteriore parte lanceæ ad viſcera vitalia, ita ut exiret lan-*

i. viri qui erant de tribu Iehuda.
Poteſt & ſic legi ex Hebræo, hiſce verbis viri Iabes-Galaad quòd ſepeliviſſent Saulem.
4 Audita ſcilicet humanitate & officio erga principem ſuum
5 Heb. Benedicti eſtis Domino i. apud Dominũ, q.d. Vos digni eſtis quos Dominus ſuo favore proſequatur.
6 Heb. Nunc ergo faciet Dominus vobiſcum miſericordiam, & fidem. i. Poſthac ergo Dominus rependet vobis hoc beneficium, & hanc fidem præſtitam & ſervatam domino & regi veſtro.
7 quale ſcilicet præſtitiſtis Sauli.
8 quoniam.
9 Heb. filii roboris. i. eſtote forti & bono animo
10 Chaldæus paraphraſtes, ſuper domum Aſer. Alii aliud intelligunt.
11 excepta ſcilicet tribu Iuda.
13 vel, cæteram.
13 i. ubi fuerunt omnes congregati.
14 i. deſcendant ſo ſingulare certamen, ut oſtendant an ſint pe... regi à ſtato...
15 vel, prodierunt in medium.
16 vel certo numero.
17 i. mortui ſunt, confoſſi mutuis vulneribus
18 Heb. & vocatur ſub ... hoc nomen ... illum.
19 i. Ager acierum gladii. vel, Ager robuſtorum
20 vel, Proinde ortum eſt
21 & victus eſt.
22 Erant autem ibi. i. in eo prælio.
23 Heb. poſt Abner. i. aſſequi Abner ...

David, Quò aſcendam? & reſpondit ei, In Hebron.

2 Aſcendit ergo David, & duæ uxores eius, Achinoam Iezrahelites, & Abigail uxor Nabal Carmeli:

3 Sed & viros qui erant cum eo, duxit David ſingulos cum domo ſua: & manſerunt in oppidis Hebron.

4 Veneruntque viri Iuda, & unxerunt ibi David, ut regnaret ſuper domum Iuda, & nunciatum eſt David, quòd viri Iabes Galaad ſepeliſſent Saul.

5 Miſit ergo David nuncios ad viros Iabes Galaad, dixitque ad eos, Benedicti vos à Domino, qui feciſtis miſericordiam hanc cum domino veſtro Saul, & ſepeliſtis eum.

6 Et nunc retribuet vobis quidem Dominus miſericordiam & veritatem: * & ego reddam gratiam, eo quòd feciſtis verbum iſtud.

7 Confortentur manus veſtræ, & eſtote filii fortitudinis: licet enim mortuus ſit dominus veſter Saul, tamen me unxit domus Iuda in regem ſibi.

8 Abner autem filius Ner princeps exercitus Saul, tulit Iſboſeth filium Saul, & circumduxit eum per caſtra,

9 Regemque conſtituit ſuper Galaad, & ſuper Geſſuri, & ſuper Iezrahel, & ſuper Ephraim, & ſuper Beniamin, & ſuper Iſrael univerſum.

10 Quadraginta annorum erat Iſboſeth filius Saul, cum regnare cœpiſſet ſuper Iſrael, & duobus annis regnavit: ſola autem domus Iuda ſequebatur David.

11 Et fuit numerus dierum quos commoratus eſt David, imperans in Hebron ſuper domum Iuda, ſeptem annorum, & ſex menſium.

12 Egreſſuſque eſt Abner filius Ner, & pueri Iſboſeth filii Saul de caſtris in Gabaon.

13 Porrò Ioab filius Sarviæ & pueri David egreſſi ſunt, & occurrerunt eis iuxta piſcinam Gabaon. & cum in unum convenſſent, è regione ſederunt: hi in una parte piſcinæ, & illi ex altera.

14 Dixitque Abner ad Ioab, Surgant pueri, & ludant coram nobis. & reſpondit Ioab, Surgant.

15 Surrexerunt ergo, & tranſierunt numero duodecim de Beniamin, ex parte Iſboſeth filii Saul, & duodecim de pueris David.

16 Apprehenſoque unuſquiſque capite comparis ſui, defixit gladium in latus contrarii, & ceciderunt ſimul: vocatumque eſt nomen loci illius, Ager robuſtorum, in Gabaon.

17 Et ortum eſt bellum durum ſatis in die illa: fugatuſque eſt Abner, & viri Iſrael à pueris David.

18 Erant autem ibi tres filii Sarviæ, Ioab, & Abiſai, & Aſael: porrò Aſael curſor velociſſimus fuit, quaſi * unus de capreis quæ morantur in ſylvis.

19 Perſequebatur autem Aſael Abner, & non declinavit ad dexteram neque ad ſiniſtram omittens perſequi Abner.

20 Reſpexit itaque Abner poſt tergum ſuum, & ait, Tune es Aſael? qui reſpondit, Ego ſum.

21 Dixitque ei Abner, Vade ad dexteram, ſive ad ſiniſtram, & apprehende unum de adoleſcentibus, & tolle tibi ſpolia eius. noluit autem Aſael omittere quin urgeret eum.

22 Rurſumque locutus eſt Abner ad Aſael, Recede, & noli me ſequi, ne forté compellar confodere te in terram, & levare non potero faciem meam ad Ioab fratrem tuum.

23 Qui audire contempſit, & noluit declinare: percuſſit ergo eum Abner averſa haſta in inguine,

Ungitur in regem ſuper Iudam
1. Mach. 2. f
Miſericordia Iabenitarum.
1. Reg. 31. d
B
* *ſed.*
Iſboſeth conſtituitur rex ſuper Iſraelem.
C
David quamdiu regnavit ſuper Iudam.
Duorum exercituum temeritas. Vincunt viri exercitus Domini.
D
Abner fugatur.
* *una.*
Aſael perſequitur ipſum Abner.
E
Aſael velocitate ſua confiſus occiditur.

24 reſpexit poſt ſe. 25 ſub. quum ſequuntur, vel, ſiſte retrò ... a reditu tuo. 26 & cape exuvias eius q. d. quod ſi ... ab eo timeas, detrahe illi ... baltheum ... Luc cingulum eius ... cultum quo eſt accinctus. 27 declinare ab eo ... ſive, recedere. 28 Heb. quare te percutiam ... ad terram? q.d. ne ſorte cogar te ... 29 ſub. ſi id fecero, q.d. ſi hoc ... non audebo aſpicere fratrem tuum. 30 i. averſa lancea. 31 Heb. ad quintam coſtam ... ad partem illam corporis in qua eſt quinta coſta, quæ ſedes eſt fellis & iecoris.

& tranſ-

& transfodit, & mortuus est in eodē loco: omnesque qui transibant per locum illum in quo ceciderat Asael, & mortuus erat, subsistebant.

F 24 Persequentibus autem Joab & Abisai fugientem Abner, Sol occubuit, & venerunt vsq; ad Collem aquæductus, qui est ex aduerso vallis, & itineris deserti in Gabon.

Joab & Abisai persequuntur ipsum Abner

25 Congregatiq; sunt filij Ben jamin ad Abner: & conglobati in vnum cuneum, steterunt in summitate tumuli vnius.

26 Et exclamauit Abner ad Joab, & ait, Num vsque ad internecionem tuus mucro desæuiet? an ignoras quòd periculosa sit desperatio? vsquequo non dicis populo vt omittat persequi fratres suos?

[a] *Dom.*

27 Et ait Joab. Viuit[a] Dominus, si locutus fuisses, manè recessisset populus persequens fratrem suum.

28 Insonuit ergo Joab buccina, & stetit omnis

G exercitus; nec persecuti sunt vltrà Israel, neq; iniere certamen.

29 Abner autem & viri eius abierunt per campestria Moab, tota nocte illa: & transierunt Jordanem, & lustrata omni Beth-horon, venerunt ad Castra.

30 Porrò Joab reuersus omisso Abner, congregauit omnem populum: & defuerunt de pueris Dauid decem & nouem viri, excepto Asaele.

31 Serui autem Dauid percusserunt de Ben jamin, & de viris qui erant cum Abner trecentos sexaginta[b], qui & mortui sunt.

[b] *viros.*

Sepelitur Asael.

32 Tuleruntq; Asael, & sepelierunt eum in sepulchro patris sui in Beth léhem. & ambulauerūt tota & Joab, & viri qui erant cum eo, & in ipso crepusculo peruenerunt in Hebron.

[Versio altera]

one à tergo eius, cecidit ergo ibidem, locoque suo mortuus est. Fiebat autem, vt quicunque venirent ad locum illum vbi ceciderat, mortuusq; fuerat Asael, consisterent.

24 *Ioab autem & Abisai insequuti sunt ipsum Abner, occubuitq; Sol quum venissent ad collem*[32] *Amma,* [33] *qui est è regione Giah, iuxta viam deserti Gibeon.*

25 *Congregatique sunt filii Beniamin post Abner conglobati in agmen vnum, steteruntque in vertice cuiusdam collis.*

26 *Clamans verò Abner ad Ioab, dixit,*[34] *An perpetuo deuorabit gladius? ignoras amaritudinem tandem sequuturam? quousque non dicis populo, vt reuertatur ab insequendo fratres suos?*

27 *Et ait Ioab. Viuit Deus,*[34] *nisi loquutus fuisses, iamdudum subductus fuisset populus quisque ab insequutione patrui sui.*

28 *Receptui ergo cecinit Ioab cornu, & constitit vniuersus populus, nec vltra insequutus est Israelitas, nec vltra pugnauit.*

29 *Porro Abner & milites eius abierunt per*[35] *campum planum tota illa nocte, traieceruntque Jordanem, &*[36] *profecti sunt per vniuersam Bithron, veneruntque*[37] *Manahaim.*

30 *Ioab quoque reuersus ab insequendo ipsum Abner, quum congregasset cunctum populum,*[38] *desiderati sunt ex seruis Dauidis vndeuiginti viri,*[39] *& Asael.*

31 *Serui autem Dauidis trucidarant ex Beniamin &*[40] *militibus Abner trecentos viros & sexaginta, qui mortui erant.*

32 *Et tollentes Asaelem, sepelierunt eum in sepulchro patris sui in Beth-lehem: &*[41] *profecti sunt tota nocte Ioab & viri eius,*[42] *& diluculabat eis (quum venissent) in Hebron.*

32 Nomen loci, significat aquæductum, siue riuum.
33 i. Desiluisse tandem à cæde ad internecionem vsque cædes hanc populum intelligitne quòd tandem finis belli erit amarus?
34 quòd nisi dixisses, (sub. Surgant pueri, & c.) nisi prouocasses me,) quòd inquam iam inde à matutino tempore ascendisset (i. recessisset) populus quisque à tergo fratris sui.
35 desertum. Chaldæus paraph.
36 peragrarunt.
37 vbi scilicet erat Is-boseth.
38 vel, defuerunt.
39 vel, præter.
40 (sub. aliquot, vel multo plures) trecenti & sexaginta viri perierunt.
41 iter fecerunt
42 & illuxit illis in Hebron i. prima luce, siue diluculo peruenerunt in Hebron.

CAPVT III.

A 1 FActa est ergo longa concertatio inter domum Dauid, & inter domum Saulis: Dauid proficiens & semper se ipso robustior, domus autem Saul decrescens quotidie.

Sors regni Saulis & Dauidis

2 Natiq; sunt filij Dauid in Hebron. fuitq; primogenitus eius Amnō de Achinóam Iezraëhelitide.

Filii Dauid in Hebron. 1. paral. 3. a.

3 Et post eum Cheleab de Abigail vxore Nabal Carmeli: porrò tertius Absalom filius Maacha filię Tholmai Regis Gessur.

4 Quartus autem Adonias filius Haggith: & quintus Saphatia filius Abital.

5 Sextus quoq; Jethraam de Egla vxore Dauid hi nati sunt Dauid in Hebron.

6 Cum ergo esset prælium inter domum Saul & domū Dauid, Abner filius Ner regebat domum Saul.

7 Fuerat autē Sauli concubina nomine Respha, filia Aia, ingressusq; est ad eam Abner. Dixitq; Is-

B bóseth ad Abner, Quare ingressus es ad concubinam patris mei?

Is boseth irascitur in Abner.

8 Qui iratus nimis propter verba Is bóseth, ait, Numquid caput canis ego sum aduersum Judá hodie, qui fecerim misericordiam super domum Saul patris tui, & super fratres & proximos eius, & non tradidi te in manus Dauid, & tu requisisti in me quod argueres pro muliere hodie?

9 Hæc faciat Deus Abner, & hæc addat ei, nisi quomodo iurauit Dominus Dauid, sic faciam cum eo. 10 Vt transferatur regnum de domo Saul. Et eleuetur thronus Dauid super Israel, & super

Abner sentit pro Dauide.

CAPVT III.

1 *Diuturnum itaque bellum fuit inter domum Saulis, & inter domum Dauidis:*[1] *promouit interim Dauid & confortabatur, domus Saulis autem*[2] *magis magisque attenuabatur.*

2 *Porro Dauidi nati sunt filii in Hebron, primogenitus eius fuit Ammon ex Ahinoam Jesreelitide.*

3 *Secundus (filius) eius fuit*[3] *Chileab ex Abigail, quæ fuerat vxor Nabal Carmelita: tertius Absalom filius Maachæ filiæ Thalmai regis Gesshur.*

4 *Quartus Adonia filius Haggith: quintus Sephatia filius Abital.*

5 *Et sextus Jithream de*[4] *Egla vxore Dauidis isti nati sunt Dauidi*[5] *in Hebron.*

6 *Quumque esset bellum inter domum Saulis, & inter domum Dauidis, factum est vt Abner*[6] *confortaret sese in domo Saulis.*

7 *Habuerat autem Saul*[7] *pellicem nomine Rizpa, quæ fuit filia Aia, dixit ergo (Is-boseth) ad*[8] *Abner, Quare ingressus es ad*[7] *pellicem patris mei?*

8 *Abner autem vehementer commotus est propter verba Isboseth, & dixit, Num caput*[9] *canis ego sum, qui contra Jehudam hodie beneficium præstiti erga domum Saulis patris tui, fratres eius & amicos, neque tradidi te in manus Dauidis, & tu*[10] *inquiris hodie in me iniquitatem huius mulieris.*

9 *Sic faciat Deus Deus Abner, si quæ*[11] *addat ei,*[12] *quoniam sicut iurauit Dominus Dauidi, si faciam ei.*

10 *Vt*[13] *transferatur regnum de domo Saulis.*[14] *firma*[illegible]

CAPVT III.

1 Heb. & Dauid ibat, & confortabatur. i. porrò Dauid se ipso fortior euadebat.
2 Heb. ibat, & attenuabatur. i. quotidie debilior fiebat.
3 Hic 1. paral. 3. vocatur Daniel: habuit ergo duo nomina.
4 Egla non erat nobilis, nec vllo alio nomine nota, nec celebris, nisi quòd vxor esset Dauidis, neque hæc est Michal nam Michol nullos liberos genuit Dauidi.
5 i. dum regnaret super Iudam in Hebron.
6 viriliter ageret pro domo Saulis, sub defensione (summa ope defenderet. Totis viribus incumbebat de fendere domum [illegible]

Saulis. 7 concubinam. 8 quem scilicet suspicabatur habere commercium cum Rispa. Non est autem certum an Abner rem habuerit cum Rispa: nihil enim traditur in Scriptura. 9 caninum (singulare, pro plurali) [illegible] pertinent [illegible] cum domo Saulis patris tui, cum fratribus eius, & amicis eius [illegible] hoc est, canum [illegible] qui est de tribu Iuda sumne tam vilis & abiectus [illegible] & tamen ita me parui pendis, ac si nullus [illegible] 10 Heb. [illegible] & tamen [illegible] cum muliere, quam debueris ad hoc committere. Vel, ita me interpellas quasi verum sit me rem habuisse cum ea. 11 [illegible] reliqua [illegible] 12 nempe quod iurauit Dominus Dauidi quod inquam ut faciam, &c. 13 transferam vel, curam transferendum sub. in domum Dauidis. 14 & stab. mem.

meturque filium Dauidis super Israelem & super Je-
huda, a Dan vsque Beer scba.
11 *Et ne verbum quidem potuit vltra respondere ipsi*
Abneri, quandoquidem eum metuebat.
12 *Misit itaque Abner nuncios ad Dauidem* [21] *pro*
se hisce mandatis, [26] *Cuius est terra? quique dicerent,*
Feri foedus tuum mecum, & ecce [27] *manus mea erit te-*
cum, & reducam ad te vniuersum Israelem.
13 *Qui ait,* [28] *Bene, feriam tecum foedus, verumta-*
men rem vnam postulo ego a te, nempe, [29] *Ne videas fa-*
ciem meam, ni prius adducas Michol filiam Saulis,
[30] *cum veneris videre faciem meam.*
14 *Misit praeterea Dauid nuncios ad Is-boseth filium*
Saulis hisce mandatis, Redde vxorem meam Michol,
[31] *quam mihi centum praeputiis Palaesthinorum de-*
spondi.
15 *Misit ergo Is-boseth, & tulit eam a marito, nem-*
pe a Paltiel filio Lais.
16 *Maritus autem eius profectus est cum ea,* [22] *eun-*
do vsque licet flens post eam vsque Bahurim: & ait ad
eum Abner, Vade, reuertere & reuersus est.
17 *Porrò Abner sermonem habuit cum senioribus Is-*
rael in hanc sententiam, [23] *Tam heri quam nudiuster-*
tius hoc agebatis vt Dauid esset rex vester.
18 *Nunc igitur* [24] *satagite, quoniam Dominus lo-*
quutus est ad Dauidem hisce verbis, Per manum serui
mei Dauidis seruabo populum meum Israel de manu
Palaesthinorum, & de manu omnium inimicorum eius.
19 [25] *Neque solum loquutus est Abner (haec) in auri-*
bus Beniamin: sed & abiit Abner [26] *vt loqueretur in*
auribus Dauid in Hebron, quidquid visum fuerat Israe-
litis, & vniuersae domui Beniamin.
20 [27] *Et venit Abner ad Dauidem in Hebron, &*
cum eo viginti viri. Dauid autem apparauit ipsi Abner,
& viris qui cum eo venerant, conuiuium.
21 *Dixitque Abner ad Dauidem, Surgam, ibo &*
congregabo ad dominum meum regem cunctum Israe-
lem, vt tecum foedus feriant, [28] *& tu omnibus pro o-*
mni animi tui voto imperes. & amandauit Dauid i-
psum Abner, abiitque [29] *in pace.*
22 [30] *Et ecce serui Dauidis & ipse Ioab veniebat*
[31] *ab excursione, afferentes secum magnam praedam:*
[32] *& Abner non erat cum Dauide in Hebron: nam a-*
mandauerat eum, abieratque in pace.
23 *Quumque Ioab atque omnis exercitus qui cum*
eo erat venissent, nunciarunt ipsi Ioab dicentes, Venit
Abner filius Ner ad regem, & dimisit eum, abiitque
salutis.
24 *Veniens ergo Ioab ad regem, dixit, Quid fecisti?*
ecce [33] *venit Abner ad te, cur ergo* [34] *dimisisti eum vt*
abiret?
25 *Tu nosti Abner filium Ner, quod ideo venerit*
vt tibi imponat, sciatque [35] *exitum tuum & introitum*
tuum, omniaque quae tu agis [36] *exploraret.*
26 *Egressus itaque Ioab à Dauide, misit nuncios*
post Abner qui reduxerunt eum de puteo Sira, ignorante
Dauide.
27 *Quumque Abner reuersus esset in Hebron, ab-*
duxit eum Ioab ad medium portae vt cum eo [37] *silenter*
loqueretur, feritque eum ibi [38] *in quinta costa, & mor-*
tuus est [39] *propter sanguinem Asahel fratris* [40] *eius.*
28 *Hoc quum Dauid postea audiisset, dixit,* [41] *Inno-*
cens ego sum, & regnum meum [42] *a Domino in perpe-*
tuum a sanguine Abner filii Ner.
29 [43] *Recidat in caput Ioab, & super vniuersam*
domum patris sui, [44] *ita vt non excindatur e domo*
Ioab [45] *fluxum patiens, & leprosus, & qui* [46] *baculo*
innitatur, cadens gladio, & pane carens.
30 *Ioab igitur & Abisai frater eius occiderunt Ab-*
ner, quod interfecisset Asahelem fratrem eorum in Gibeon in praelio.

Dauid super Israel, & super Judam, à Dan vsque
Ber sabee.
11 Et non potuit respondere ei quicquam: quia
metuebat illum.
12 Misit ergo Abner nuncios ad Dauid in He- *Abner transfugit ad Dauid.*
bron, pro se dicentes, Cuius est terra? & vt loque-
rentur, Fac mecum amicitias, & erit manus mea te- C
cum, & reducam ad te vniuersum Israel.
13 Qui ait, Optimè: ego faciam tecum amici-
tias: sed vnam rem peto a te, dicens, Non videbis
faciem meam antequam adduxeris mihi Michol
filiam Saul: & sic venies, & videbis me.
14 Misit autem Dauid nuncios ad Is-boseth fi- *Dauid repetit*
lium Saul, dicens, Redde vxorem meam Michol *Michol vxo-*
quam despondi mihi centum praeputiis Philisthiim *rem suam. 1. Reg. 18. g*
15 Misit ergo Is-boseth, & tulit eam a viro suo
Phaltiel, filio Lais.
16 Sequebaturque eam vir suus, plorans vsque
Bahurim: & dixit ad eum Abner, Vade, & reuerte-
re. qui reuersus est.
17 Sermonem quoque intulit Abner ad senio- *Hortatur Ab-*
res Israel, dicens, Tam heri quam nudiustertius *ner Israelitas*
quaerebatis Dauid vt regnaret super vos. *vt suscipiant*
18 Nunc ergo facite: quoniam Dominus locu- *Dauidem.*
tus est ad Dauid, dicens, In manu serui mei Dauid
saluabo populum meum Israel de manu Philisthi-
im, & omnium inimicorum eius.
19 Locutus est autem Abner etiam ad Benia- D
min: & abiit vt loqueretur ad Dauid in Hebron o-
mnia quae placuerant Israeli & vniuerso Beniamin.
20 Venitque ad Dauid in Hebron cum viginti *Conuiuium ei*
viris: & fecit Dauid Abner & viris eius qui vene- *celebrat Da-*
rant cum eo, conuiuium. *uid.*
21 Et dixit Abner ad Dauid, Surgam, vt congre-
gem ad te dominum meum regem, omnem Israel,
& ineam tecum foedus, & imperes omnibus, sicut
desiderat anima tua. Cum ergo deduxisset Dauid
Abner, & ille iuisset in pace,
22 Statim pueri Dauid & Joab venerunt caesis la-
tronibus, cum praeda magna nimis: Abner autem
non erat cum Dauid in Hebron, quia iam dimise-
rat eum, & profectus fuerat in pace.
23 Et Joab & omnis exercitus qui erant cum *Ioab occidit i-*
eo, postea venerant: nunciatum est itaque Ioab a *psum Abner.*
narrantibus, Venit Abner filius Ner ad regem, & *3. Reg. 2. a*
dimisit eum, & abiit in pace. E
24 Et ingressus est Joab ad regem, & ait, Quid
fecisti? ecce venit Abner ad te, quare dimisisti eum,
& abiit & recessit?
25 Ignoras Abner filium Ner, quoniam ad hoc
venit ad te vt deciperet te, & sciret exitum tuum
& introitum tuum, & nosset omnia quae agis?
26 Egressus itaque Joab a Dauid, misit nuncios
post Abner, & reduxit eum a Cisterna Sira, igno-
rante Dauid.
27 Cumque rediisset Abner in Hebron, seorsum
adduxit eum Joab ad medium portae, vt loquere-
tur ei, in dolo: & percussit illum ibi in inguine, &
mortuus est in vltionem sanguinis Asael fratris
eius.
28 Quod cum audisset Dauid rem iam gestam, *Dauid male-*
ait Mundus ego sum, & regnum meum apud Deum *dicit ipsi Ioab*
vsque in sempiternum a sanguine Abner filii Ner. *ob occisum*
29 Et veniat super caput Joab, & super omnem *Abner.*
domum patris eius: nec deficiat de domo Joab flu- * *Demittam*
xum seminis sustinens, & leprosus, & tenens fu- F
sum, cadens gladio, & indigens pane.
30 Igitur Joab & Abisai frater eius interfece-
runt Abner, eo quod occidisset Asael fratrem eo-
rum in Gabaon in praelio.

[illegible] vel potius, [illegible] Aut, in loco suo. Galilaeae, Sam bouges de la [illegible].
20 q. d. Haec regio tua est, non liberatum Saulis.
27 [illegible] iuuabo, pro vasallus recurram ad te, &c.
28 q. d. Placet consilio.
29 i. Ne audeas me inuisere, quin prius, &c.
30 i. quum voles me inuisere
31 i. quam magno [illegible] compensaui, tempe [illegible] centum praeputiis, &c.
22 Hebr. eundo & flendo, i. plorando incessanter, [illegible].
23 i. Antea desiderastis, &c.
24 facite, sub. vt regnet super vos, nunc [illegible]
25 Heb. Locutus est etiam Abner in auribus Beniamin, i. Habuit orationem ad Beniamitas, apud quos erat dignitas regia.
26 i. vt diceret praesente Dauide omnia quae placebant Israeli.
27 Venit itaque
28 & tu [illegible] regas in omnibus quae concupiscis animo [illegible] omnibus quae voles. Vertere potest, vt percupis [illegible], &c.
29 i. saluus & incolumis.
30 q. d. statim atque abiit [illegible] ner, venerunt serui Dauidis, &c.
31 e castris,
32 Abner autem.
33 vel, venerat.
34 vel, permisisti illum abire?
35 i. quomodo geras.
36 vel, explo-ret.
37 [illegible]
39 vel, in sanguine, i. propterea quod interfecisset.
[illegible]

Occisum Abner plangit David cum populo.

31 Dixit autem David ad Ioab, & ad omnem populum qui erat cum eo, Scindite vestimenta vestra, & accingimini saccis, & plangite ante exequias Abner. porrò rex David sequebatur feretrum.

32 Cumq; sepelissent Abner in Hebron, leuauit rex David vocem suam, & fleuit super tumulum Abner: fleuit autem & omnis populus.

33 Plangénsq; rex & lugens Abner, ait, Nequaquam vt mori solent ignaui, mortuus est Abner.

34 Manus tuæ ligatæ non sunt, & pedes tui non sunt aggrauati: sed sicut solent cadere coram filiis

G iniquitatis, sic corruisti. congeminansq; omnis populus fleuit super eum.

Iuramentum David.

35 Cumque venisset vniuersa multitudo cibum capere cum David, clara adhuc die iurauit David, dicens, Hæc faciat mihi Deus, & hæc addat, si ante occasum solis gustauero panem vel aliud quicquam.

36 Omnisque populus audiuit, & placuerunt eis cuncta quæ fecit rex in conspectu totius populi.

37 Et cognouit omne vulgus, & vniuersus Israel in die illa quoniam non actum fuisset à rege vt occideretur Abner filius Ner.

38 Dixit quoque rex ad seruos suos, Num ignoratis quoniam princeps & maximus cecidit hodie in Israel?

39 Ego autem adhuc delicatus, & vnctus rex: porrò viri isti filii Saruiæ duri sunt mihi: retribuat Dominus facienti malum iuxta malitiam suam.

31 *Dixit autem David ad Ioab & ad cunctum populum qui secum erat, Discindite vestimenta vestra, & accingite vos saccis, & plangite [47] Abner: rex vero David ibat post feretrum.*

32 *Et sepelierunt Abner in Hebron, attollénsque vocem suam rex, fleuit ad sepulchrum Abner, fleuit etiam omnis populus.*

33 *Et lamentabatur rex ipsum Abner, [48] & ait, Num Abner morte [49] stultorum [50] moreretur?*

34 *Manus tuæ [51] non sunt vinctæ, nec pedes tui cōpedibus [52] contracti, (sed) sicut qui cadit ante iniquos homines, sic cecidisti. & vniuersus populus rursum deplorauit [53] ipsum.*

35 *Cumque vniuersus populus venisset [54] vt comederet panem cum Davide, clara adhuc die iurauit David, dicens, Sic faciat mihi Deus, & sic addat, si ante occasum solis gustem panem, vel aliud quid quam.*

36 *Vniuersus ergo populus [55] cognouit & placuit (hoc) in oculis eorum, [56] & quidquid rex faciebat, bonum videbatur in oculis totius populi.*

37 *Et omnis populus atq; vniuersus Israel cognouerunt eodem die, non esse a rege quod Abner filius Ner occisus esset.*

38 *Et ait rex ad seruos suos, An non cognoscitis quod imperator & quidem magnus cecidit hodie in Israel?*

39 *Ego autem [57] etiamnum [58] tener sum, & rex vnctus: & viri isti filii Zeruiæ [59] mihi satis duri sunt: [60] rependat Dominus facienti malum iuxta malitiam suam.*

CAPVT IV.

A

Israel turbatur ob mortuum Abner

1 Audiuit autem Is-bóseth filius Saul quòd cecidisset Abner in Hebron, & dissolutæ sunt manus eius, omnisq; Israel perturbatus est.

Baana. Rechab. Beroth.

2 Duo autem viri principes latronum erant filio Saul, nomen vni Baana, & nomen alteri Rechab, filii Remmon Berothitæ de filiis Beniamin: siquidem & Beroth reputata est in Beniamin.

3 Et fugerunt Berothitæ in Gethaim, fueruntq; ibi aduenæ vsque ad tempus illud.

Miphibóseth filius Ionathæ.

4 Erat autem Ionathæ filio Saul filius debilis pedibus: quinquennis enim fuit, quando venit nun-

B cius de Saul & Ionatha ex Iezrahel. tollens itaque eum nutrix sua, fugit: cumq; festinaret vt fugeret, cecidit, & claudus effectus est: habuitq; vocabulū Miphibóseth.

Baana & Rechab occidunt Is-bóseth.

5 Venientes igitur filii Remmon Berothitæ, Rechab & Baana, ingressi sunt feruente die domum Is-bóseth: qui dormiebat super stratū suū meridie.

6 Et ostiaria domus purgans triticum, obdormiuit. Ingressi sunt autem domum latenter assumentes spicas tritici, & percusserunt eum in inguine Rechab & Baana frater eius, & fugerunt.

C 7 Cum autem ingressi fuissent domum, ille dormiebat super lectum suum in conclaui, & percutientes interfecerūt eum: sublatóq; capite eius, abierunt per viam deserti tota nocte.

Caput Is-bóseth quo afferunt ad Davidem, iussu eius occiduntur.

8 Et attulerunt caput Is-bóseth ad David in Hebron: dixeruntq; ad regem, Ecce caput Is-bóseth filii Saul inimici tui, qui quærebat animam tuam: & dedit Dominus domino meo regi vltionem hodie de Saul, & de semine eius.

1 *QVumq; audisset filius Saulis mortuum esse Abner in Hebron, remiserunt manus eius, omnesq; Israelitæ territi sunt.*

2 *Habuit autem filius Saulis duos viros qui erant præfecti latronum: vnius fuit nomen Baana, alterius vero nomen erat Rechab: filii erant Rimmon Beerothitæ, de filiis Beniamin: siquidem & Beerothita censi sunt ad Beniamin.*

3 *Fugerant autem Beerothitæ illi in Githaim, commorati que sunt illic vsque in hunc diem.*

4 *Habuit quoque Ionathan filius Saulis filium claudum pedibus, quinque natum annos quum fama Saulis & Ionathan venisset ex Iesreel: tollénsque eum nutrix sua fugit: in fuga autem quum festinaret, cecidit (super,) claudus effectus, huius nomen erat Mephibóseth.*

5 *Profecti autem filii Rimmon Beerothitæ, nempe Rechab & Baana, ingressi sunt, quum ferueret dies, domum Is-bóseth, qui super lectum suum meridie quiescebat.*

6 *Venerunt autem ad medium domus accepturi triticum, & percusserunt eum in viscera vitalia: Rechab autem & Baana frater eius fuga elapsi sunt.*

7 *Quum enim ingressi fuissent domum, iacebat ille super lecto suo in cubiculo vbi cubare solebat, & trucidantes illum interfecerunt, abscideruntq; caput eius, & capite accepto, abierunt tota nocte per viam campestrem.*

8 *Attuleruntq; caput Is-bóseth ad David in Hebron, dicentes ad regem, Ecce caput Is-bóseth filii Saulis inimici tui, qui insidiatus est vitæ tuæ: sed vltus est hodie dominum meum regem de Saule & de semine eius.*

47 [illegible] Abner, i. [illegible] fu[illegible] Abner. 48 dicendo, 49 ignauorū, hoc improborum. 50 Futurum pro præterito, mortuus est? vel, mori debuit? 51 non erant &c. sub. quare ergo non te defendisti? 52 admoti vel, vincti: q. d. cur ergo, si eras inferior, non fugiebas? 53 Heb. super-plorauit propter illius mortem. 54 vt cibaret Davidem pane. i. efficeret vt Dauid comēderet. 55 sub. rem illam non fuisse factam consilio regis. 56 Heb. vt omnia quæ faciebat rex, (sub. placebant populo: ita hoc quoque) bonum erat: quòd scilicet tam ægre tulit eius mortem. 57 hodie 58 vel, tenellus. q. d. Nunc primum mihi videor hodie esse rex: quasi hodie primum vnctus sum in regem. Nam Abner cōuerterat mentem Israelitarū ad Davidem. Ego (inquit) hodie sum tenellus & exiguarum virium, quamuis vnctus sim rex super Iudam & quum parum sit me nō esse potentem viribus, tamen isti filii Saruiæ sunt inclementiores quam [illegible] meorum [illegible] quod non potest nō impedire successum regni mei. [illegible] hoc rem sumptam esse [illegible] ne illis qui [illegible] [illegible] id debebat [illegible] Davidis potest [illegible] leuari, neque indecens fieret. [illegible] vertant, facilis vel clementius, quauis [illegible]

Dus sum in regem: & illi qui sunt tantum nepotes mei, inclementiores me sunt: ego enim pepercissem ipsi Abner, illi autem non pepercerunt. [illegible] [illegible] ita [illegible] A. [illegible] S A N A, pro qua [illegible] opponuntur [illegible] siue [illegible], & difficilius duro. Hæc [illegible] quod hic plurimum [illegible] (vel, [illegible] quam conuenit [illegible], vel quam prudentia [illegible] esse [illegible] rependet [illegible] Abner. CAP. IV. 1 vel, dissolutæ sunt. 1. cœpit [illegible] animum. 2 [illegible] [illegible] malefici, & scelere pascuntur. [illegible] Beniamin [illegible] 4 Audita scilicet morte Saulis [illegible] Palæstinorum. 5 sub. morte [illegible] [illegible] 7 Postquam [illegible] de [illegible] 8 Heb. in cubiculo [illegible] in quo solebat dormire [illegible] tempore. Vel, dormiebat [illegible] meridianam [illegible] quo dormire solent reges. 9 Heb. Ingressi sunt autem in medium domus, [illegible] specie mercatorum tritici. Alii, (cum) [illegible] tritici. 10 [illegible] in quintam [illegible] Abner [illegible] Is-bóseth, postea plurimi. Hoc autem per anticipationem dicitur. 11 in penetrali cubiculi sui. 12 [illegible]

9 *Respondens autem Dauid Rechab & Baana fratri eius filiis Rimmon Beerothita, dixit ad eos, Viuit Dominus, qui redemit animam meam de omni afflictione.*

10 *Quoniam quum quidam nunciaret mihi & diceret, En Saul mortuus est, ([13] & is quidem sibi videbatur faustum quiddam nunciare) hunc apprehensum trucidaui in Ziclag, [14] vt darem ei præmium pro nuncio.*

11 *Quanto magis [15] quum viri impii occiderunt virum iustum in domo sua, & super lectum suum? [16] annon requirerem sanguinem eius de manu vestra, & vos è terra [17] exinderem?*

12 *Præcepit itaque Dauid iuuenibus, qui interfecerunt eos, absciderunt que manus eorum atque pedes, & suspenderunt super piscinam [18] in Hebron, caput verò Isboseth acceperunt, & sepelierunt in sepulcro Abner in Hebron.*

9 Respondens autē Dauid Rechab, & Baana fratri eius filiis Rēmon Berothitæ, dixit ad eos, Viuit Dominus qui eruit animam meam de omni angustia.

10 Quoniam eum qui annunciauerat mihi, & dixerat, Mortuus est Saul: qui putabat se prospera nunciare, tenui, & occidi eum in Siceleg, cui oportebat mercedem dare pro nuncio:

11 Quanto magis nunc cum homines impii interfecerunt virum innoxium in domo sua, super lectum suum, non quæram sanguinem eius de manu vestra, & auferam vos de terra?

12 Præcepit itaque Dauid pueris suis, & interfecerunt eos: præcidentésque manus & pedes eorū, suspenderunt eos super piscinam in Hebron: caput autem Isbóseth tulerunt, & sepelierunt in sepulchro Abner in Hebron.

Liberator Deus

D supra 1. b.

Suspendere. Sepelitur Isbóseth.

13 Heb. itautem erat vt nuncius in oculis suis. i. videbatur sibi nuncius esse lætæ.
14 Heb. qui (venerat) vt darem &c.
15 (curabo interficiendos) homines improbos (qui) interfecerunt
16 Heb. nunc ergo nonne requiram. i. debeo ne requirere sanguinem &c. hoc est vos interficere, quod occideritis illum?
17 tollam?
18 i. quæ erat in agro Hebron.

CAPVT V.

1 *VEnerunt itaque omnes tribus Israel ad Dauidem in Hebron, dicentes, [1] Ecce nos sumus os tuum, & caro tua.*

2 *Sed & heri & nudiustertius, quum Saul regnaret super nos, tu eras educens & [2] introducens Israelem: atque Dominus ad te, Tu [3] pasces populum meum (nempe) Israel, & tu eris princeps super Israelem.*

3 *[4] Venerunt ergo omnes seniores Israelis ad regem in Hebron, & pepigit rex Dauid fœdus cum eis in Hebron [5] coram Domino, & vnxerunt Dauidem regem super Israelem.*

4 *Dauid erat natus triginta annos quum rex fieret, regnauitque quadraginta annis.*

5 *In Hebron regnauit super Iehudam septem annis & sex mensibus: Ierosolymis autem regnauit triginta tribus annis super vniuersum Israelem & Iehudam.*

6 *Abiit autem rex & viri eius in Ierusalem [6] ad Iebusæum habitatorem eius regionis, qui loquutus est ad Dauidem dicens, [7] Non ingredieris huc, nisi abstuleris [8] cæcos & claudos, [9] qui dicunt, [10] Non veniet huc Dauid.*

7 *Cepit ergo Dauid arcem Zion, [11] quæ ciuitas est Dauidis.*

8 *Et ait Dauid eodem die, Quicunque percusserit Iebusæum, & [12] accesserit ad imbrices, & claudos ac cæcos (percusserit) [13] odiosos animæ Dauidis. [idcirco] hoc [14] dixerunt, cæcus & claudus non introibit [15] domum.*

9 *Habitauit autem Dauid in arce illa, vocauitque ipsam Ciuitatem Dauidis, & ædificauit per circuitum à [16] Millo [17] & intra.*

10 *[18] Promouit itaque Dauid, & promouendo magnus fit, & Dominus exercituum erat cum eo.*

11 *Misit quoque Hiram rex [19] Zor ad Dauidem [20] legatos simulque ligna cedrina, fabros lignarios & [21] latomos ac murarios fabros, qui extruxerunt [22] domum Dauidi.*

12 *Et cognoscens Dauid quòd Dominus confirmasset eum regem super Israelem, & quòd [23] exaltatum esset regnum eius propter populum eius Israel,*

1 ET venerunt vniuersæ tribus Israel ad Dauid in Hebron, dicentes, Ecce nos os tuum, & caro tua sumus.

2 Sed & heri & nudiustertius cum esset Saul rex super nos, tu eras educens & reducens Israel: dixit autem Dominus ad te, Tu pasces populum meū Israel, & tu eris dux super Israel.

3 Venerunt quoque & seniores Israel ad regem in Hebron, & percussit cum eis rex Dauid fœdus in Hebron coram Domino: vnxeruntque Dauid in regem super Israel.

4 Filius triginta annorum erat Dauid, cum regnare cœpisset, & quadraginta annis regnauit.

5 In Hebron regnauit super Iudam septem annis, & sex mensibus: in Ierusalem autem regnauit triginta tribus annis super omnem Israel & Iudam.

6 Et abiit rex, & omnes viri qui erant cum eo, in Ierusalem ad Iebusæum habitatorem terræ: dictumque est Dauid ab eis: Non ingredieris huc, nisi abstuleris cæcos & claudos, dicentes, Non ingredietur Dauid huc.

7 Cepit autem Dauid arcem Sion, hæc est ciuitas Dauid.

8 Proposuerat enim Dauid in die illa præmium, qui percussisset Iebusæum, & tetigisset domatum fistulas, & abstulisset cæcos & claudos odientes animam Dauid: idcirco dicitur in prouerbio, Cæcus & claudus non intrabunt in templum.

9 Habitauit autem Dauid in arce Sion, & vocauit eam, Ciuitatem Dauid: & ædificauit per gyrum à Mello & intrinsecus.

10 Et ingrediebatur proficiens atque succrescens, & Dominus Deus exercituum erat cum eo.

11 Misit quoque Hiram rex Tyri nuncios ad Dauid & ligna cedrina, & artifices lignorum, artificésque lapidum ad parietes: & ædificauerunt domum Dauid.

12 Et cognouit Dauid quoniam confirmasset eum Dominus regem super Israel, & quoniam exaltasset regnum eius super populum suum Israel:

A
Vngitur Dauid in regem super Israelem.
1. paralip. 11. a.
Pasces populum.

3. Reg. 2. c.

B
Dauid autem arcem Sion.
Præmium occidentis Iebus.
Vrbs vbi Ciuitas Dauid.

Deus cum Dauid.

1. Paral. 14. a.
Domus Dauidi confirmato ædificatur

C

CAP. V.
1 i. cognati tui sumus. Chaldæus, paraph. propinqui tui.
Precantur veniam, quòd fauerint Isboseth, accersuntque ipsum regem paulo post mortem ipsius Isboseth.
2 reducens. sub. à bello parta victoria, q. d. tu eras princeps super Israelem.
3 vel, reges
4 Venerant autem &c. antequam scilicet tribus venirent.
5 i. coram arca Domini. Aut, Deo teste & eo in testimonium vocato. Aut, coram Domino: nam ibi sunt duo vel tres congregati in nomine meo, ibi sum in medio eorum.
6 aduersus Iebusæum
7 i. Non poteris capere hanc arcem.
8 quibus scilicet tradidimus arcem defendendam contra tuas [illegible] tam munita [illegible] ipsa vt [illegible] pugnari [illegible] à solis cæcis & claudis perdis igitur operam tuo quantumuis forti exercitu, non opponentur fortes, sed tantum debiles & inualidi: quòd locus ipse [illegible] prætium tutare se [illegible] 9 Heb. dicendo, i. quasi dicerent. 10 [illegible] 11 i. quæ postea dicta est ciuitas &c. 12 [illegible] quibus pluuia tectis excipitur [illegible] 13 [illegible] habet anima &c. Quattuor [illegible] in Genesi [illegible] sunt verba quæ 1. paralip. [illegible] 14 vel, dicere solet 15 [illegible] Dauid nunquam sinet ingredi in arcem [illegible] cæcus & claudus 16 Quidam [illegible] Millo significare locum constructum, quia illic congregaretur populus ad consultandum de rebus agendis. Alii intelligunt aggerem [illegible] circa arcem, quod aqua implebatur. 17 [illegible] 18 Heb. [illegible] crescendo, i. Eundo quotidie fortior euadebat. 19 Tyrum exponunt 20 qui sibi de regno congratularentur 21 Heb. [illegible] (aptos ad [illegible] muros [illegible]) 22 i. regiam. 23 exaltasset regnum eius propter populum suum, nempe Israelem.

13 Accepit

C

Ducit vxores Filii eius in Ierusalem nati
1. para. 3. b.

13 ¶ Accepit ergo Dauid adhuc concubinas & vxores de Ierusalem, postquam venerat de Hebron: natique sunt Dauid & alii filii & filiæ:

14 Et hæc nomina eorum qui nati sunt ei in Ierusalem, Samua & Sobab & Nathan & Salomon.

15 Et Iebehar & Elisua & Nepheg.

16 Et Iaphia & Elisama & Elioda & Eliphalet.

Consulto Domino profligat Philisthæos.

17 Audierunt ergo Philisthiim quòd vnxissent Dauid in regem super Israel: & ascenderunt vniuersi vt quærerent Dauid, quod cum audisset Dauid, descendit in præsidium.

1. par. 14. b. c. d.

18 Philisthiim autem venientes, diffusi sunt in Valle-raphaim.

19 Et consuluit Dauid Dominum, dicens, Si ascendam ad Philisthiim? & si dabis eos in manu mea? Et dixit Dominus ad Dauid, Ascende, quia tradens dabo Philisthiim in manu tua.

Isa. 28. f.

D

° *diuiduntur*

20 ¶ Venit ergo Dauid in Baal-pharasim, & percussit eos ibi, & dixit, Diuisit Dominus inimicos meos coram me, sicut ° diuiduntur aquæ. Propterea vocatum est nomen loci illius Baal-pharasim.

Rursum consulto Domino percutit Philisthæos.

21 Et reliquerunt ibi sculptilia sua: quæ tulit Dauid, & viri eius.

22 Et addiderunt adhuc Philisthiim vt ascenderent, & diffusi sunt in Valle-raphaim.

Deus instruit Dauidem ad prælium, & Philisthæos ipse percutit.

23 Consuluit autem Dauid Dominum, Si ascendam contra Philisthæos, & tradas eos in manus meas? qui respondit, Non ascēdas contra eos, sed gyra post tergum eorum, & venies ad eos ex aduersu pyrorum.

24 Et cum audieris sonitum gradientis in cacumine pyrorum, tunc inibis prælium: quia tunc egredietur Dominus ante faciem tuam, vt percutiat castra Philisthiim.

25 Fecit itaq; Dauid sicut præceperat ei Dominus, & percussit Philisthiim de Gabaa, vsque dum venias Gezer.

13 Duxit Dauid adhuc concubinas & vxores de Ierusalem, postquam venerat de Hebron, natiq; sunt Dauidi adhuc filii & filiæ.

14 Et hæc sunt nomina eorum qui nati sunt ei in Ierusalem, Sammua, Sobab, Nathan, & Selomon:

15 Gibhar, Elisua, Napheg.

16 Iaphia, Elisama, Eliada, & Eliphalet.

17 Audientes autem Palæsthini quòd vnxissent Dauidem regem super Israelem, ascenderunt cuncti Palæsthini [24] vt quærerent Dauidem; quod quum audisset Dauid, descendit in arcem.

18 Venerunt autem Palæsthini, & diffuderunt se in Valle [25] Rephaim.

19 Consuluit igitur Dauid Dominum, dicens, Ascendámne contra Palæsthinos? tradésne eos in manum meam? Dominus autem respondit ipsi Dauidi, Ascende, quoniam certissime tradam Palæsthinos in manus tuas.

20 Veniens itaque Dauid [25] in Baal-perazim, percussit eos ibi Dauid, & dixit, [26] Dissipauit Dominus hostes meos coram me [27] instar aquarum quæ dissipantur: ideo nomen loci illius vocatum est [28] Baal-perazim.

21 Et reliquerunt ibi sculptilia sua, quæ tulit Dauid & viri eius.

22 Rursum ascenderunt Palæsthini, [29] diffuderuntque se in Vallem Rephaim.

23 Et quum Dauid consuluisset Dominum, respondit, Non ascendes, sed circumeas posteros, veniésq; ad eos è regione mororum.

24 Quumq; audieris sonitum [30] incessus in apicibus mororum, tum [31] grauiter rem geras: nam tunc [32] Dominus egressus erit ante conspectum tuum, vt percutiat castra Palæsthinorum.

25 Et Dauid fecit sic quemadmodum ei præceperat Dominus, & percussit Palæsthinos à Gabaa, vsquedum veniat in [33] Gaser.

24 i. vt certarēt cum Dauide, aut inuaderent eum.
25 Chaldæus paraph. in planitiem gigantum. Voces Hebrææ, Baal-perasim, significant Planitiem rupturarum. Nomen loci ab euentu postea sic impositum.
26 Fregit
27 iuxta aquarum fracturam. i. quemadmodum aqua omnia perrumpunt. solet enim aqua tempore inundationis suæ ripas alueiq; sui rumpere.
28 i. Planities fracturarum, siue rupturarum, in memoriam videlicet præteritæ victoriæ.
29 i. castrametati sunt.
30 vel, gressus in cacuminibus &c.
31 mouebis te. i. procedes.
32 i. angelus Domini egressus præcedet te.
33 vrbem scilicet quam tum occupabant Palæsthini. erat tamen in tribu Beniamin.

CAPVT VI.

A

Reducit Dauid arcam de domo Abinadab, neglectam à Saule.

1 Congregauit autem rursum Dauid omnes electos ex Israel, triginta millia.

2 ¶ Surrexitque Dauid, & abiit, & vniuersus populus qui erat cum eo de viris Iuda, vt adducerent arcam Dei, super quam inuocatum est nomen Domini exercituum, sedentis in cherubim super eam.

1. paralip. 13. b.

° *quæ (sub. domus.*

1. Reg. 7. a.

3 Et imposuerunt arcam Dei super plaustrum nouum: tuleruntque eam de domo Abinadab, ° qui erat in Gabaa: Oza autem & Ahio filio Abinadab, minabant plaustrum nouum.

Ludit Dauid coram Domino instrumentis.

4 ¶ Cumq; tulissent eam de domo Abinadab, qui erat in Gabaa, custodiens arcam Dei Ahio præcedebat arcam Dei:

5 Dauid autem, & omnis Israel ludebant coram Domino in omnibus lignis fabrefactis, & citharis, & lyris, & tympanis, & sistris, & cymbalis.

° *Nachon;*

Oza occiditur à Deo.

1. par. 13. b.

6 ¶ Postquam autem venerunt ad Aream ° Nachor, extendit Oza manum ad arcam Dei, & tenuit eam: quoniam calcitrabant boues & declinauerunt eam.

7 Iratusque est indignatione Dominus contra Ozam, & percussit eum super temeritate: qui mor-

1 Dauid autem congregauit rursum omnem delectū (militem) in Israele, nempe triginta millia.

2 Et exurgens Dauid, abiit vnà cum omni populo qui secum habebat ex [1] Baale Iehuda, [2] vt transferret illinc arcam Dei, [3] cuius nomen vocatur nomen Domini exercituum, [4] habitantis super ipsam inter cherubim.

3 Vexerunt ergo arcam Dei super plaustro nouo, & tulerunt eam de domo Abinadab, quæ erat [5] in colle: Vsa autem & Ahio filii Abinadab deducebant plaustrum illud nouum.

4 [6] Quumq; ducerent illud cum arca Dei de domo Abinadab quæ erat in colle, præcedebat Ahio arcam ipsam.

5 Dauid verò & vniuersa domus Israelitica [7] ludebant coram Domino [8] variis (instrumentis) ligneis ab igno, citharis, nablis, tympanis, sistris, & cymbalis.

6 Quumq; venissent [9] in aream paratam, misit Vsa (manum) ad arcam Dei, [10] tenuitque eam, [11] declinabant enim boues.

7 Et incanduit furor Domini in Vsam, percussitque eum ibi Deus propter [12] temeritatem istam præcipite.

CAP. VI.
1 Vrbs erat in tribu Iuda, quæ alias dicitur Cariath-iearim, vt exponitur Iosue 15. c. Baala, quæ alio nomine dicitur Cariath-iearim. Dicitur & Baalim, plurali numero.
2 (quo ibi erant) vt transferrent
3 Heb. (super) quam inuocatur nomen, nomen inquam &c. i. quæ vocatur arca Domini.
4 Quia illic dabat responsa.
5 in Gabaa pars erat vrbis Cariath-iearim dicta, quia ille locus erat eminentior in ea vrbe

6 Heb. Tuleruntque illā de domo Abinadab quæ erat in Gabaa, cū arca Domini (illam) relatiuū est pro antecedente, quod capsulam refert in qua erant reposita [illegible] [illegible] Chaldæus paraph. ludabant. 8 Heb. cum omnibus lignis abie[illegible] [illegible] calcitrabant [illegible] [illegible] vnde area [illegible] Sagax [illegible]

& [illegible] ibi [13] coram arca Dei.
8 *[14] Et exæstuauit David dolore, quòd Dominus*
[15] dirupisset rupturam in Vza, & vocauit locum illum
Perez-Vsa vsque in hunc diem.
9 *Et timuit David Dominum in die illa, dixit, Quomodo [16] ad me veniret arca Domini?*
10 *Noluit itaq. David deducere ad se arcam Domini, (id est) in ciuitatem Dauidis, sed abduxit eam*
David in domum Obed-edom [17] Gethæi.
11 *Et mansit arca Domini in domo Obed-edom Githæi tribus mensibus, [18] fortunauitq. Dominus Obed-edom, & vniuersam domum eius.*
12 *Nunciatumque est regi Dauidi in hæc verba,*
Dominus fortunauit domum Obed-edom & omnia quæ habet, propter arcam Dei. & abiens David, [19] adduxit arcam Dei de domo Obed edom, in Ciuitatem Dauidis cum lætitia.
13 *Et factum est, quum progressi essent illi qui ferebant arcam Domini [20] sex passibus, sacrificauit bouem, & pecus pingue.*
14 *David autem [21] saltauit toto robore coram Domino, eratque David amictus ephod lineo.*
15 *David igitur & omnis domus Israel ducebant arcam Domini cum iubilo & voce tubæ.*
16 *Contigit autem quum arca Domini veniret in ciuitatem Dauidis, vt Michol filia Saulis prospiceret per fenestram, & videret regem Dauidem [22] grauiter saltantem coram Domino, vilipenditq. eum in corde suo.*
17 *Et introducentes arcam Domini, collocauerunt eam in locum suum, in medio tentorii, quod tetenderat ei David, & sacrificauit David holocausta & [23] gratulatoria sacrificia [24] coram Domino.*
18 *Quumque David absoluisset holocausta & sacrificia gratulatoria, bene imprecatus est populo in nomine Domini exercituum.*
19 *Et distribuit vniverso populo, & vniuersæ multitudini Israelis, tam viris quam mulieribus, singulis placentam panis vnam, & frustum carnis vnum [25] pulterem vnam: & abiit omnis populus, quisque in domum suam.*
20 *Reuersus est autem David [26] vt salutaret domum suam: & egressa Michol obuiam Dauidi, ait,*
[27] Quam gloriosus fuit hodie rex Israel, qui hodie [28] nudus incessit coram ancillis seruorum, [29] ac si incessimus quisque nudus incederet.
21 *Et ait David ad Michol, Coram Domino (scilicet) ludam, qui me elegit præ patre tuo atque vniuersa domo eius, [30] qui me mihi mandauit vt essem præcepi super populum Domini, nempe super Israelem.*
22 *Quin [illegible] [31] ero quàm nunc, [32] eroque humilis [illegible]: & [33] cum ancillis de quibus dixisti, cum illis [illegible] [34] [illegible].*
23 *Ipsi Michol [illegible] non fuit filius vsque in diem mortis suæ.*

suus est ibi iuxta arcam Dei.
8 Contristatus est autem David, eo quòd per- B
cussisset Dominus Ozam, & vocatum est nomen
loci illius, Percussio-Ozæ: vsque in diem hanc.
9 Et extimuit David Dominum in die illa, dicens, Quomodo ingredietur ad me arca Domini?
10 Et noluit diuertere ad se arcam Domini in Ciuitatem David: sed diuertit eam in domum, Obed-edom Gethæi.
11 Et habitauit arca Domini in domo Obed-edom Gethæi tribus mensibus: & benedixit Dominus Obed-edom, & omnem domum eius.
12 ¶ Nunciatumque est regi David quòd benedixisset Dominus Obed-edom, & omnia eius propter arcam Dei. Dixitque David, Ibo & reducam arcam cum benedictione in domum meam. abiit ergo David, & adduxit arcam Dei de domo Obed-edom in Ciuitatem David cum gaudio:
13 Et erant cum David septem chori, & victima vituli. Cumque transcendissent, qui portabant arcam Domini sex passus, immolabat bouem & ouem & arietem. C
14 Et David percutiebat in organis armigatis, & saltabat totis viribus ante Dominum: porrò David erat accinctus ephod lineo.
15 Et David, & omnis domus Israel ducebant arcam testamenti Domini in iubilo, & in clangore buccinæ.
16 Cumq. intrasset arca Domini in Ciuitatem David, Michol filia Saul prospiciés per fenestram, vidit regem David subsilientem, atque saltantem coram Domino: & despexit eum in corde suo.
17 Et introduxerunt arcam Domini, & imposuerunt eá in loco suo in medio tabernaculi, quod tetenderat ei David: & obtulit David holocausta, & pacifica coram Domino.
18 Cumq. compleuisset offerens holocausta & pacifica, benedixit populo in nomine Domini exercituum.
19 Et partitus est vniuersæ multitudini Israel tam viro quam mulieri singulis collyridam panis vnam, & assaturam bubalæ carnis vnam, & similam frixam oleo: & abiit omnis populus, vnusquisque in domum suam. D
20 Reuersusq. est David vt benediceret domui suæ: & egressa Michol filia Saul in occursum David ait, Quam gloriosus fuit hodie rex Israel! discooperiens se ante ancillas seruorum suorum, & nudatus est, quasi si nudetur vnus de scurris.
21 Dixitq. David ad Michol, Viuit Dominus quia ludam, Ante Dominum qui elegit me potius, quam patrem tuum, & quam omnem domû eius, & præcepit mihi vt essem dux super populum Domini in Israel. & ludam.
22 Et vilior fiam plus quàm factus sum: & ero humilis in oculis meis: & cum ancillis, de quibus locuta es, gloriosior apparebo.
23 Igitur Michol filiæ Saul non est natus filius vsque in diem mortis suæ.

Ducitur arca in domum Obed-edom.
Benedictio Dei.
Ducit David arcam in arcê Sion cum gaudio.
1. paral. 15. d.
David saltantem despicit Michol.
Holocausta.
Benedicit David populo.
holocaustum
Michol arguit Davidê quod coram Domino saltauerit.
Initium capitu 7. iuxta aliquos græcos interpretes.

CAPVT VII.

1 *Factum est autem [illegible] in domo sua, & [illegible] Dominus [illegible] ab vniuersis inimicis suis.*
2 *Ait ergo rex ad prophetam Nathan, En ego nunc habito in domo cedrina, arca autem Domini manet intra aulæum.*
3 *Et ait Nathan ad regem, Vade, & fac quidquid est in corde tuo, quoniam Dominus est tecum.*
4 *Factum est autem ea nocte,*
5 *[illegible] Domini ad Nathan [illegible]: [illegible] ait Dominus, Num tu [illegible] habitem?*

1 Factum est autem cum sedisset rex in domo sua, & Dominus dedisset ei requiem vndique ab vniuersis inimicis suis. A.
2 Dixit ad Nathan prophetam, Videsne quòd ego habitem in domo cedrina, & arca Dei posita in medio pellium?
3 Dixitq. Nathan ad regem, Omne quod est in corde tuo, vade fac: quia Dominus tecum est.
4 Factum est autem in illa nocte:
5 Et ecce sermo Domini ad Nathá dicés Vade, & loquere ad seruú meú David, Hæc dicit Dominus, Numquid tu ædificabis mihi domû ad habitandû?

David cogitat ædificare domum Domino.
1. paral. 17. a.
David prohibetur per Nathan, ædificare domum Domino.

Left-margin notes:
13 [illegible]
14 Et [illegible] lit David quòd &c.
15 i. interfecisset Vzam.
16 i. in vrbem meam. q. d. Timeo mihi plurimum ab arca: quo ergo introducam eam?
17 Gethæus dictus quòd aliquando peregrinatus fuisset in Geth, Leuita enim & ostiarius & cantor.
18 benedixitq.
19 [illegible] omnia illi prospere cesserunt eo tépore.
19 sub. per Leuitas.
20 [illegible] eo loco vnde cœperant gestare arcam Leuitæ.
21 tripudiabat
22 exultantem (vel, gestientem præ lætitia) & tripudiantem.
23 pacificas hostias
24 i. coram arca Dei.
25 lagená. sub. vini.
26 Hebr. vt benediceret domui suæ: i. vt bene precaretur suis sicuti populo benè precatus fuerat
27 Hoc ironice dicitur. q. d. Quam decenter se gessit hodie rex Israel.
28 nudauit [illegible]
29 vt nudaret se vnus ex vdonis, [illegible] nudare se solent vilissimi & abiectissimi quique.
30 præcipiendo mihi hoc, ita vt præciperet mihi
31 Heb. ham adhuc [illegible]
[illegible]

6 Neq; enim habitaui in domo ex die illa, qua eduxi [*]Israel de Terra Ægypti, vsq; in diem hanc: sed ambulabam in tabernaculo, & in tentorio.

filios

7 Per cuncta loca quæ transiui, cum omnibus filiis Israel, numquid loquēs locutus sum ad vnam de tribubus Israel, cui præcepi vt pasceret populū meum Israel, dicens, Quare non ædificastis mihi domum cedrinam?

Nihil vult Deus agi, sine verbo suo.

8 Et nunc hæc dices seruo meo Dauid, Hæc dicit Dominus exercituum, Ego tuli te de pascuis sequētem greges, vt esses dux super populum meum Israel:

B

1. Reg. 16. c

9 Et fui tecum in omnibus vbicunq; ambulasti, & interfeci vniuersos inimicos tuos à facie tua: fecíq; tibi nomen grande, iuxta nomen magnorum qui sunt in terra.

Commemoratione beneficiorum ostendit Deus se omnia hominibus præstare.

10 Et ponam locum populo meo Israel, & plantabo eum, & [*]habitabo cum eo, & non turbabitur amplius: nec addēt filij iniquitatis vt affligant eum sicut prius.

[*] habitabit sub eo,

11 Ex die qua constitui iudices super populum meum Israel: & requiem dabo tibi ab omnibus inimicis tuis. prædicitq; tibi Dominus quòd domū faciat tibi Dominus.

4. Reg. 8. e

12 Cumq; completi fuerint dies tui, & dormieris cum patribus tuis, suscitabo semen tuum post te, quod egredietur de vtero tuo, & firmabo regnum eius.

3. Reg. 5. a

13 Ipse ædificabit domum nomini meo, & stabiliam thronum regni eius vsq; in sempiternum.

1. Paral. 22. c

14 EGO ERO EI IN PATREM, & ipse erit mihi in filium: qui si iniquè aliquid gesserit, arguam eum in virga virorum, & in plagis filiorum hominum.

Promittitur CHRISTVS qui ædificaturus erat Ecclesiam.

Heb. 1. b

15 Misericordiam autem meam non auferā ab eo, sicut abstuli à Saul, quem amoui à facie [*]mea.

[*] tua.

C

16 Et fidelis erit domus tua, & regnum tuum vsq; in æternum ante faciem tuam, & thronus tuus erit firmus iugiter.

17 Secundum omnia verba hæc, & iuxta vniuersam visionem istam, sic locutus est Nathan ad Dauid.

18 Ingressus est autem Rex Dauid, & sedit corā Domino, & dixit, Quis ego sum Domine Deus, & quæ domus mea, quia adduxisti me hucusque?

Laudat fidelis Dauid benignitatem Dei, ob promissum sibi Christum.

19 Sed & hoc parum visum est in conspectu tuo Domine Deus, nisi loquereris etiam de domo serui tui in longinquum: Ista est enim lex Adam Domine Deus.

20 Quid ergo addere poterit adhuc Dauid, vt loquatur ad te? tu enim scis seruum tuum Domine Deus.

Promissiones.

21 Propter verbum tuū, & secundum cor tuum fecisti omnia magnalia hæc: ita vt notum faceres seruo tuo.

22 Idcirco magnificatus es Domine Deus, quia non est similis tui, neq; est Deus extra te, in omnibus quæ audiuimus auribus nostris.

D

23 Quæ est autem vt populus tuus Israel, gens in terra, propter quam iuit Deus, vt redimeret eam sibi in populum, & poneret sibi nomen, faceretque eis magnalia, & horribilia super terram

6 Etenim non habitaui in domo ab ea die qua [1] vexi filios Israel ex Ægypto in hunc vsque diem sed fui [*] deambulans in tentorio & tabernaculo.

7 Et in omnibus [locis] in quibus ambulaui cum omnibus filiis Israel, num loquutus sum verbum [5] vni ex aliqua tribuum Israelis, cui præceperim vt pasceret populum meum Israel, vt dicerem, Quare non ædificastis mihi domum cedrinam?

8 Nunc ergo hæc dices ad seruum meum Dauidem Sic ait Dominus exercituum, Ego tuli te de [*]septo[*] quum sequereris oues, vt esses princeps super populum meum, nempe super Israelem,

9 Et fui tecum in omnibus [locis] quæcunq; ambulasti: excidi insuper omnes hostes tuos ante te, feciq; tibi nomen [6] celebre, vt nomen [habent] celeberrimi in terra.

10 Constituam quoque [7] locum populo meo Israeli, & plantabo eum, vt habitet in [8] loco suo: neque [9] tumultuabitur amplius, filij quoq; iniqui vltra eum non affligent vt antea,

11 Ab ea scilicet die, qua constitueram iudices super populum meum Israel: requiem insuper tibi dabo ab omnibus hostibus tuis. præterea Dominus tibi nunciat quòd [10] & tibi quoq; facere domum velit Dominus.

12 Quum exacti fuerint dies tui, dormierisq; cum patribus tuis, [11] excitabo semen tuum post te, quod egredietur de vtero tuo, regnumq; eius firmabo.

13 Is extruet domum nomini meo, & ego confirmabo solium regni eius perpetuò:

14 EGO ERO EI [VT] PATER, & ipse erit mihi [vt] filius: quem quum inique egerit, castigabo virga [12] virorum, & verberibus filiorum hominum.

15 [13] Beneficentia autem mea non recedet ab eo, quemadmodum abstuli à Saule, quem sustuli [14] à facie tua.

16 Et firmabitur domus tua & regnum tuum perpetuò [15] coram facie tua, firmumq; erit solium tuum perpetuò.

17 [16] Iuxta omnia hæc verba, & iuxta omnem hanc visionem, sic loquutus est Nathan ad Dauidem.

18 Ingressus itaq; Dauid, sedit [17] coram Domino, & dixit, Quis sum ego Domine Deus, & quæ [18] domus mea, quòd [19] me tantopere auxeris?

19 Quin & [20] hoc tibi parum adhuc visum est Domine Deus, [21] nisi & porro in longinquum pollicitationem faceres ad domum serui tui, & hæc est directio ipsius Adæ Domine Deus.

20 [22] Quid vero vltra addere possit Dauid vt ad te loquatur? & tu cognouisti seruum tuum Domine Deus.

21 [23] Omnia ista magnifica fecisti [24] propter verbum tuum, & [25] iuxta cor tuum, vt [26] nota faceres ea seruo tuo.

22 [27] Idcirco [28] magnificatus es Domine Deus: quoniam non est similis tui, & non est Deus præter te, [29] iuxta omnia quæ audiuimus auribus nostris.

23 [30] Quæ verò gens est in terra, quemadmodum populus tuus Israel, cuius Deus iret vt sibi [31] in populum redimeret, sibiq; nomen [32] poneret, faceretque [33] vobis magnifica & stupenda opera [34] in terra

4 i. vagatus sum tanquam in tentorio.
5 vel, caula ouium quia [illegible] et mihi non sit ædificatum templum, tamē non propterea tibi persuadere debes te à me non amari: nam quod mihi charus sis, arguunt plurima beneficia quæ à me accepisti.
6 Heb magnum secundum nomē magnorum qui sunt in terra. i. dedi tibi famam quæ æquaret famam & nomine maximos quosque.
7 insignem scilicet & felicem.
8 apud se. Gallicè, Chez soy.
9 commouebitur, vel, agitabitur.
10 tibi facere domum, &c. Facere domum, Hebraica locutione, est dare sobolem & amplificare familiam. q. d. daturus est tibi prolem quæ accipiat dignitatem regiam.
11 vel, erigam.
12 Id est, quibus homines patres solent castigare filios suos, hoc est, humano more, pœna humana & clementi.
13 vel, Misericordia autem mea quā interim miserebor eius.
14 i. vt regnares.
15 i. te viuente & vidente.
16 q. d. Fideliter Nathan retulit omnia verba Dei ad Dauidem.
17 i. in loco vbi erat arca Domini. Meminit lector [illegible] sedentem orare Deum, præterquam regi.
18 i. familia patris mei [illegible] adhuc Dauidis exaltatio in Dei beneficia.
19 Heb. me adduxeris vsque huc: id est, ad tantam dignitatem.

20 nempe quòd dederis mihi regnū. 21 Heb & loquutus es de domo serui tui in futurum. & hæc est lex vel conditio hominis, &c. Dauid [illegible] [illegible] etiam loquereris de his quæ euentura sunt posteris meis. Aut, nisi etiam pollicereris [illegible] posteris meis [illegible] magnitudinem & excellentiam, [illegible] forte viri præclari & excellentis, non hominis vilis & abiecti qualis ego sum, q. d. [illegible], solum decet hominem præclarum & insignem. 22 q. d. plura dicere non potest seruus tuus, quum tu noueris seruum, &c. 23 Vt mentiam amplitudinem [illegible], dignitatem regiam. 24 i. vt impleres promissionem [illegible]. 25 hoc est, pro arbitrio tuo, imo vltro: quoniam ita tibi placuit. 26 Heb. [illegible] faceres seruum tuum. id est, vt notam faceres seruo tuo eam amplitudinem & dignitatem.

27 i. Propterea quod intelligo mentem tuam. 28 sub apud me id est, magnus mihi visus es. 29 vel, quemadmodum audiuerimus aliis narrantibus.

30 Heb. [illegible] populo tuo, [illegible] est similis Israeli gens vna in terra, propter quam iuit Deus [illegible], &c. 31 id est, vt esset illi populus. 32 vel, constitueret vt celebris haberet & gloriosus. 33 sub. ô Israelitæ. 34 propter terram tuam. In Paralipomenis subauditur eiiciendo Gentes, & subsequitur, propter populum tuum. Musæ numerum.

tua,' propter populum tuum quem redemisti tibi ex Ægypto,[11] Gentem cum iudicibus eius?

24 [16] *Firmasti' tibi populum tuum Israel, vt esset populus tuus perpetuò, & tu Domine factus es eorum Deus.*

25 *Nunc igitur Domine Deus,[17] verbum quod loquutus es ad seruum tuum,' & ad domum eius,[18] excita in seculum,' & fac[19] quod' loquutus es:*

26 *Sic enim magnificabitur nomen tuum perpetuò, [40] vt dicatur,' Dominus exercituum est Deus super Israelem: & domus serui tui Dauidis firma erit ante faciem tuam.*

27 *Tu enim Domine exercituum Deus Israel, reuelasti auri serui tui hoc verba,[41] Domum' extruam tibi. (&) ob hanc causam seruus tuus inuenit[42] corde suo, vt oraret ad te' istam precationem.*

28 *Nunc ergo Domine Deus, (tu es[43] Deus,' & verba tua erunt vera,[44] quæ loquutus es' ad seruum tuum bonum hoc.)*

29 [45] *Et nunc adhibe animum, & benedic' domui serui tui, vt[46] perpetuò sit' ante faciem tuam. (quoniā tu Domine Deus[47] loquutus es,') & benedictione tua[48] benedicatur' domus serui tui perpetuò.*

à facie populi tui, quem redemisti tibi ex Ægypto, [a] Gentem, & deum' eius?

24 Firmasti enim tibi populum tuum Israel in populum sempiternum: & tu Domine Deus factus es eis in Deum.

25 Nunc ergo Domine Deus verbum quod locutus es super seruum tuum, & super domum eius, suscita in sempiternum: & fac sicut locutus es.

26 Vt magnificetur nomen tuum vsque in sempiternum, atq; dicatur, Dominus Deus' exercituū, Deus super Israel. & domus serui tui Dauid erit stabilita coram Domino.

27 Quia tu Domine exercituum Deus Israel reuelasti aurem serui tui, dicens, Domum ædificabo tibi: propterea inuenit seruus tuus cor suum vt oraret te oratione hac.

28 Nunc ergo Domine Deus, (tu es Deus, & verba tua erunt vera: locutus es enim ad seruum tuum bona hæc)

29 Incipe ergo, & benedic domui serui tui, vt sit in sempiternum coram te: quia tu Domine Deus es, [b] benedictione tua benedicetur domus serui tui in sempiternum.

[a] *Gentibus & diis*

Vt promissiones suas impleat, erat Dauid Dominum.

[b] *&*

CAPVT VIII.

1 *POst hæc percussit Dauid Palæsthinos, &[1] subegit' eos, ademitq; Dauid[2] Frenum-frontis' de manu Palæsthinorum.*

2 *Percussit quoque Moabitas, mensusque est eos fune,[3] prostrauit' eos in terram, &[4] mensus est eos duobus funiculis ad interficiendum scilicet, & integrum funem ad seruandum in vita,' factiq; sunt Moabitæ Dauidi serui pendentes vectigal.*

3 *Adhac percussit Dauid Hadarasser filium Rehob regem Zoba, quum proficisceretur vt[5] reduceret potentiam suam' ad Euphratem.*

4 *Cepit autem Dauid ex eis mille & septingentos equites, & viginti millia virorum peditum: adhæc[6] inutiles reddidit' Dauid omnes currus,[7] centum tamen currus' ex eis reliquos fecit.*

5 *Quumq; venisset[8] Aram Damasci,' vt opem ferret ipsi Hadarasser regi Zoba, percussit Dauid ex Syris viginti duo millia virorum.*

6 *Et constituit Dauid præfectos in Syria Damasci, factiq; sunt Syri serui Dauidi, tributaque expenderunt. & seruauit Dominus Dauidem in omnibus (locis) ad quæ profectus est.*

7 *Accepit quoque Dauid clypeos aureos quos habuerant serui Hadarasser, & intulit eos Ierosolymas.*

8 *De Betha autem & Berothai ciuitatibus Hadarasser, tulit rex Dauid æs admodum multum.*

9 *Audiens autem Thoi rex Hamath quod Dauid percussisset omnes copias Hadarasser.*

10 *Misit Thoi Ioram filium suum ad regem Dauidem[9] pro ambienda pace, gratulatumque quod' bello adortus esset Hadarasser. quodque trucidasset eum: quoniam Thoi hostis erat infensus ipsi Hadarasser:[10] erantq; in manu eius,' vasa argentea, vasa aurea, & vasa ænea.*

11 *Quæ dedicauit Dauid rex Domino, cum auro & argento quod dedicauerat ex omnibus gentibus quas subegerat.*

12 *Nempe de Syris, de Moabitis, de Ammonitis, de Palæsthinis, de Amalekitis, & de præda Hadarasser filii Rehob regis Zoba.*

1 FActum est autem post hæc percussit Dauid Philisthiim, & humiliauit eos, & tulit Dauid Frenum-tributi de manu Philisthiim.

2 Et percussit Moab, & mensus est eos funiculo, coæquans terræ: mensus est autem duos funiculos, vnum ad occidendum, & vnum ad viuificandum: factúsque est Moab Dauid seruiens sub tributo.

3 Et percussit Dauid Adarézer filium Rohob regem Soba, quādo profectus est vt dominaretur super flumen Euphraten.

4 Et captis Dauid ex parte eius mille septingentis equitibus, & viginti millibus peditum, subneruauit omnes iugales curruum: dereliquit autem ex eis centum currus.

5 Venit quoque Syria Damasci, vt præsidium ferret Adarézer regi Soba: & percussit Dauid de Syria viginti duo millia virorum.

6 Et posuit Dauid præsidium in Syria Damasci: factaque est Syria Dauid seruiens sub tributo: seruauitq; Dominus Dauid in omnibus ad quæcunq; profectus est.

7 Et tulit Dauid arma aurea, quæ habebant serui Adarézer, & detulit ea in Ierusalem.

8 Et de Bete, & de Beroth ciuitatibus Adarézer tulit Rex Dauid æs multū nimis, de quo fecit Salomon omnia vasa ærea in templo: & mare æneū, & columnas, & altare.'

9 Audiuit autem Thou rex Emath, quòd percussisset Dauid omne robur Adarézer.

10 Et misit Thou Ioram filium suum ad regem Dauid, vt salutaret eum congratulans, & gratias ageret: eo quòd expugnasset Adarézer, & percussisset eum. Hostis quippe erat Thou Adarézer, & in manu eius erant vasa aurea, & vasa argentea, & vasa ærea:

11 Quæ & ipsa sanctificauit rex Dauid Domino cum argento & auro, quæ sanctificauerat de vniuersis gentibus quas subegerat de Syria.

12 Et Moab, & filiis Ammon, & Philisthiim, & Amalec, & de manubiis Adarezer filii Rohob regis Soba.

A *Dauid vincit Philisthæos.* 1. paral. 18. a.

Percutitur Adarézer.

B *Syria' Dauidi tributaria.*

Thou rex Emath, petit à C *Dauide pacem.*

35 (& de) Gentibus, & (de) diis eius? sub. Ægypti. Alii, (& percussisti) Gentes & deos earum. Alii, (quæ redemisti, siue in libertatem asseruisti tibi ex Ægypto) Gentes (i. Israelem, quod constet pluribus tribubus ac familiis,) ac deos earum. i. viros magnos & primores. Alii, & Deum earum i. te ipsum, quod videaris affligi, quum tui affliguntur. 36 vel, Stabilisti 37 i. promissionem quam promisisti seruo tuo. 38 adimple. confirma, 39 Heb. secundum quod 40 vel, vt dicant. sub. posteri ita vt dictum sint. 41 i. Familiam regiam. q. d. Dabo tibi regnum perpetuum. 42 cor suum (sub. paratum) ad orandum coram te. 43 sub verus. 44 & locutus es i. fecisti hanc bonam promissionem. 45 Nunc inquā velis, & benedic i. placeat tibi benedicere. 46 i. permaneat, & perpetuò regnum obtineat domus mea. 47 vel, dixisti. sub. de futurum. 48 vel, benedicatur.

CAP. VIII. 1 humiliauit 2 Heb. Metheg-amma. Est nomen vrbis aut regionis, ita dicta i. freno tributi, aquæductu. Chald. paraphr. i. Fauratio aquæ ductus. In Paralipomenis, dicitur Gath & oppida eius. Frenum enim dicitur ab Heb. [illegible] quæ ductus eam per canalem ducimus aquam quo volumus, vt freno equum. 3 prostratos. vel, coæquando eos terræ q. d.

[illegible] Moabitas, & emensurauit eos fune, hoc est, eos mensura certissima, numeroq; certissimo & eo numero quo voluit interfecit, & veluti ad funiculū exegit eos quos interficere voluit. Gallice, Il les a tuez à la mesure qu'il luy a pleu. 4 q. d. duas partes interfecit, tertiæ parti pepercit. 5 produceret terminum suū [illegible] [illegible] flumine Euphrate, siue vt vendicaret sibi regionem adiacentem Euphrati quā antea ceperat. 6 [illegible] i. fregit crura omnibus equis curruum, [illegible] partem quæ est [illegible], ne essent tam [illegible] ad bellum, non autem vt ne omnino graderentur. 7 i. quadringentos equos. 8 i. Syri qui [illegible] hoc est, habitantes in Syria. 9 Heb. vt salutaret eum pacifice, & benediceret ei quod &c. i. vt salutem illi diceret, & congratularetur ei, vel offerret munera amplissima propterea quod &c. 10 afferebat ipse Ioram secum &c.

ea Fecit

Idumæa seruit Dauid.

13 Fecit quoque sibi Dauid nomen, cum reuerteretur capta Syria in Valle-salinarum, cæsis decem & octo millib. & in Gebelé ad viginti tria millia.

D 14 Et posuit in Idumæa custodes, statuitq; præsidium: & facta est vniuersa Idumæa seruiens Dauid. & seruauit Dominus Dauid in omnibus ad quæcunque profectus est.

Initium Cap. IX. iuxta aliquorum sententiam.

15 ET regnauit Dauid super omnem Israel: faciebat quoque Dauid iudicium & iustitiam omni populo suo.

16 Joab autem filius Saruiæ erat super exercitum: porrò Josaphat filius Ahilud, erat a commentariis:

17 Et Sadoc filius Achitob, & Achimelech filius Abiathar, erant sacerdotes: & Saraias, scriba.

18 Banaias autem filius Joiadæ super Cerethi & Phelethi: filii autem Dauid sacerdotes erant.

13 *Quumq; Dauid reuerteretur, percussissetq; ex Syris decem & octo millia in valle salis,* [11] *illustrauit sibi nomen.*

14 *Constituit denique Dauid præfectos in Ædom, per totam Ædom inquam præfectos constituit,* [12] *ita vt omnes Ædomitæ serui essent Dauidis. & seruauit Dominus Dauidem in omnibus [locis] ad quæ proficiscebatur.*

15 *REgnauitq; Dauid super vniuersum Israelem,* [13] *decebatq; Dauid ius, & administrabat iustitiam vniuerso populo suo.*

16 *Porrò Ioab filius Zeruia imperator erat exercitus, Josaphat autem filius Ahilud* [14] *erat a commentariis.*

17 *Zadoc filius Ahitub, & Ahimelech filius Abiathar erant sacerdotes, Seraia* [15] *scriba.*

18 *Benaia filius Jehoiadæ erat super* [16] *Creti & Pleti. & filii Dauidis erant* [17] *primarii.*

CAPVT IX.

Siba seruus Saulis.

A 1 ET dixit Dauid, Putásne est aliquis qui remanserit de domo Saul, vt faciam cum eo misericordiam propter Jonathan?

2 Erat autem de domo Saul seruus, nomine Siba: quem cum vocasset rex ad se, dixit ei, Túne es Siba? & ille respondit, ego sum seruus tuus.

3 Et ait rex, Numquid superest aliquis de domo Saul, vt faciam cum eo misericordiam Dei? Dixitque Siba regi, Superest filius Jonathæ, debilis pedibus.

B 4 Vbi, inquit, est? Et Siba ad regem, Ecce, ait, in domo est Machir filii Ammiel in Lo-dabar.

Dauid Miphiboseth filio Jonathæ omnes Saulis agros restituit.

5 Cum autem venisset Miphiboseth filius Jonathæ filii Saul ad Dauid, corruit in faciem suam, & adorauit. Dixitq; Dauid, Miphiboseth? qui respondit, Adsum seruus tuus.

6 Et ait ei Dauid, Ne timeas, quia faciens faciam in te misericordiam propter Jonathan patrem tuum,

C & restituam tibi omnes agros Saul patris tui, & tu comedes panem in mensa mea semper.

7 Qui adorans eum, dixit, Quis ego sum seruus tuus, quoniam respexisti super canem mortuum similem mei?

8 Vocauit itaq; rex Sibam puerum Saul, & dixit ei, Omnia quæcunque fuerunt Saul, & vniuersam domum eius, dedi filio domini tui.

9 Operare igitur ei terram tu, & filii tui, & serui tui: & inferes filio domini tui cibos, vt alatur:

D Miphiboseth autem filius domini tui comedet semper panem super mensam meam. Erant autem Sibæ quindecim filii, & viginti serui.

10 Dixitq; Siba ad regem, Sicut iussisti domine mi rex seruo tuo, sic faciet seruus tuus: & Miphiboseth comedet super mensam meam quasi vnus de filiis regis.

Micha.

11 Habebat autem Miphiboseth filium paruulum nomine Micha: omnis verò cognatio domus Sibæ seruiebat Miphiboseth.

12 Porrò Miphiboseth habitabat in Jerusalem: quia de mensa regis iugiter vescebatur: & erat claudus vtroque pede.

1 *DIxit autem Dauid, Estné quispiam adhuc reliquus de domo Saulis, vt benefaciam illi propter Jonathan?*

2 *Erat verò in domo Saulis seruus quidam, cuius nomen Ziba: quem quum vocassent ad Dauidem, ait rex ad eum, Tune es Ziba? qui ait,* [1] *Seruus tuus.*

3 *Et dixit rex, Nemone amplius vel quis est ex domo Saulis, cui exhibeam* [2] *beneficentiam Dei? dixitque Ziba ad regem, Restat adhuc filius Jonathan, claudus pedibus.*

4 *Dixit ergo ad eum rex, Vbi verò is est? Dixit Ziba ad regem, En est in domo Machir filii Ammiel de Lo debar.*

5 *Misit itaq; rex Dauid, & tulit eum de domo Machir filii Ammiel de Lo debar. Veniens autem Mephiboseth filius Jonathan filii Saulis ad Dauidem, procidit in faciem suam incuruatus. Et ait Dauid, Mephiboseth: qui respondit, Ecce præsto sum seruus tuus.*

6 *Ait ad eum Dauid, Ne metuas: omnino enim benefaciam tibi propter Jonathan patrem tuum, restituamq; tibi* [3] *cunctos agros Saulis* [4] *patris tui, tuq;* [5] *comedes panem ad mensam meam perpetuo.*

7 *Et reuerenter se inclinans, dixit,* [6] *Quis est seruus tuus, quod respicis ad canem mortuum, qualis ego sum?*

8 *Vocauit itaq; rex Zibam seruum Saulis, & dixit ad eum, Quæ omnia Saulis fuerunt, totiusq; domus eius, tradidi* [7] *filio domini tui.*

9 *Coles igitur fundum illius tu, filii tui, & serui tui,* [8] *colligesq; prouentus, vt cedant* [9] *filio domini tui in cibum, quo vescatur: ceterum Mephiboseth filius domini tui perpetuo edet panem in mensa mea. erant autem ipsi Ziba quindecim filii, & viginti serui.*

10 *Aitq; Ziba ad regem, Iuxta omnia quæ* [10] *præceperit dominus meus rex seruo suo, sic faciet seruus tuus.* [11] *[Dixit rex.] Mephiboseth edet in mensa mea, quemadmodum [vnusquisque ex] filiis regis.*

11 *Habebat autem Mephiboseth filium paruum nomine Micha: quisquis verò habitabat in domo Ziba, mancipatus erat seruitio Mephiboseth.*

12 *Porro Mephiboseth habitabat in Jerusalem, quoniam comedebat iugiter super mensam regis, & erat claudus vtroq; pede.*

CAPVT X.

Mittit Dauid seruos ad consolandum Hanon.

1. Paral. 19. a

Ad seruandum consolari.

A 1 FActum est autem post hæc, vt moreretur rex filiorum Ammon, & regnauit Hanon filius eius pro eo.

2 Dixitq; Dauid, Faciam misericordiam cum Hanon filio Naas, sicut fecit pater eius mecum misericordiam. Misit ergo Dauid, consolans eum per seruos suos super patris interitu. Cum autem venissent serui Dauid, in terram filiorum Ammon,

1 *COntigit post hæc vt moreretur rex Ammonitarum, regnauitq; Hanon filius eius pro eo.*

2 *Aitq; Dauid,* [1] *Beneficentia prosequar Hanonem filium Nahas, quemadmodum pater eius mecum egit beneficentia. Misit itaque Dauid* [2] *legatos suos, vt consolarentur [eum] propter [mortem] patris sui. Venerunt itaque legati Dauidis in regionem Ammonitarum.*

11 vel, comparauit sibi famam.
12 & fuerunt omnes Idumæi serui.
13 Hebr. faciebatq; Dauid iudicium & iustitiam suis vniuersisque reddebat, neq; quenquam lædebat. Iudicium ad eos referre quos lis erat, refertur: iustitia verò æquitatem & beneuolentiam erga omnes significat. Vel, fuit seuerus in quos oportuit, & misericors.
14 i. scribebat res gestas.
15 i. scribebat leges.
16 Duæ cognationes quæ nunquam recedebant ab aula Dauidis. illis enim erat commissa cura corporis regii. Quidam dicunt Cerethæos fuisse sagittarios, Phelethæos autem, funditores.
17 vel, principes & magnates, siue aulæ primarii.

CAP. IX.

1 sub. sum. q. d. sum Siba, seruus tuus.
2 misericordiam Dei i. beneficium optimum & maximum, & quod erit Deo gratum?
3 Chald. paraph. vniuersam possessionem. Ea erat fisco addicta propter rebellionem Isboseth.
4 i. aui.
5 i. eris mihi assiduus conuiua.
6 Quid, &c q. d. Non sum tanti, vt [illegible]
7 i. nepoti.
8 Heb. inferesq; tale in horrea prouentus terræ.
9 i. nepoti, h. e. ex prouentu alatur Miphiboseth.
10 vel, præcepit.
11 Heb. [illegible] Quasi Miphiboseth edens solet de mensa mea tanquam vnus ex [illegible] q. d. Quasi haberet alterum regis [illegible] Miphiboseth.

CAP. X.

1 Heb. faciam beneficentiam cum Hanon filio Nahas, quemadmodum pater eius mecum fecit misericordiam.
[illegible] benigne egi [illegible] Hanone filio Nahas, sicut benigne egit pater eius mecum, sunt quæ [illegible] faciebat [illegible]
2 Heb. seruos.

[illegible] fratribus meis, eo tempore quo rex Moab occidebat parentes meos & fratres. Ita Hebræi.

3 *Dixerunt ergo principes Ammonitarum ad Hanonem herum suum, Num David [3] consolatores ad te misit, ut patrem tuum honoret coram te? annon magis misit David servos suos ad te in hoc ut exploret atque perscrutetur urbem, subvertatq; eam?*

4 *Tulit itaque Hanon servos Davidis, rasitque partem [4] quandam barbæ eorum, & præscidit indumenta eorum [5] partim ad nates eorum usque, & amandavit eos.*

5 *Quod quum nunciassent Davidi, misit obviam eis (erant enim viri illi magna ignominia affecti:) dixitque rex, Manete in Jericho, donec repullulet barba vestra, tum revertimini.*

6 *Animadvertentes autem Ammonitæ [6] invisos esse Davidi, miserunt iidem Ammonitæ, & mercede conduxerunt Syros de [7] domo Rehob & Syros Zoba viginti millia peditum, & a rege Maacha mille viros, & ab [8] Is-tob duodecim millia virorum.*

7 *Quod quum audisset David, misit Joab & universum exercitum strenuorum bellatorum.*

8 *Egressi autem Ammonitæ, aciem instruxerunt ad ostium portæ, erantq; Syri de Zoba & Rehob, & Is-tob, & Maacha seorsim in campo.*

9 *Videns autem Joab prælium & à fronte & à tergo sibi imminere, delegit [9] ex omni iuventute quæ erat in Israele, & instruxit [aciem] contra Syros.*

10 *Reliquum verò populum tradidit sub manum Abisai fratris sui, [10] eumque instruxit contra Ammonitas.*

11 *Aitq; Si fuerint Syri me [11] validiores, opem mihi feres: sin filii Ammon tibi prævaluerint, adero ego tibi auxilium laturus.*

12 *Sis ergo fortis, quin & nos [12] simus pro populo nostro, & pro civitatibus Dei nostri: cæterum Dominus [13] faciat quod sibi bonum videatur.*

13 *Accessit itaq; Joab & populus quem secum habebat, ut manum consereret cum Syris, illi autem conspecto eo fugerunt.*

14 *Porrò Ammonitæ videntes quòd Syri fugissent, fugerunt & ipsi à facie Abisai, veneruntque in civitatem. Reversus ergo Joab a filiis Ammon, venit Jerosolyma.*

15 *Et videntes Syri sese coram Israelitis corruisse, rursus collecti sunt.*

16 *Mittensq; Hadarezer, [14] eduxit Syros qui erant trans [15] flumium, & venerunt [16] cum copiis suis, præcedente eos Sobach, qui erat imperator exercitus Hadarezer.*

17 *Hoc quum nunciatum esset Davidi, congregavit universum Israelem, & traiecto Jordane venit in Helam: Syri autem instruentes aciem adversus Davidem, pugnam inierunt cum eo.*

18 *Syrus autem fugit coram Israele, percussitque David ex Syris septingentos [17] currus, & quadraginta millia equitum, ipsum quoq; Sobach imperatorem exercitus illius percussit, qui & ibi mortuus est.*

19 *Videntes autem [18] universi reges, servi scilicet Hadarezer, quod corruissent coram Israele, pace inita cum Israelitis, servierunt eis, veritiq; sunt Syri opem ferre amplius Ammonitis.*

3 honore afficit patrem tuum in oculis tuis, quia misit ad te consolatores? i. Putasq; quòd honore afficerit David patrem tuum, quum misit, &c. In oculis tuis. i. tua sententia.
4 mediam.
5 in medio. Gallice, par la belle moitié.
6 Heb. quòd fœtidi essent in(parribus) Davidis. i. eorem plane ingratam Davidi admisissent.
7 Beth-rehob & de Aram-soba.
8 Is-tob, ea est regio quæ Tob dicitur unde accersitus Jephte.
9 ex omnibus electis qui erant.
10 instruxitque (aciem) in occursum Ammonitarum. i. ut pugnaret contra Ammonitas.
11 fortiores.
12 pugnemus fortiter.
13 q.d. det victoriam cui volet.
14 I. accersiuit ad se.
15 Nomine fluminis in Scriptura intelligitur Euphrates.
16 in Helam.
17 I. milites qui aliis curribus vehebantur.
18 hoc, omnes reguli: qui scil. fauebant ipsi Hadarezer.

3 Dixerunt principes filiorum Ammon ad Hanon dominum suum, Putas quòd propter honorem patris tui miserit David ad te consolatores, & non ideo ut [a] investigaret, & exploraret civitatem, & everteret eam, misit David servos suos ad te?

4 Tulit itaque Hanon servos David, rasitq; dimidiam partem barbæ eorum, & præscidit vestes eorum medias usq; ad nates, & dimisit eos.

5 Quod cum nunciatum esset David, misit in occursum eorum: (erant enim viri confusi turpiter valde,) & mandavit eis David, Manete in Jericho, donec crescat barba vestra, & tunc revertimini.

6 Videntes autem filii Ammon, quòd iniuriam fecissent David, miserunt, & conduxerunt mercede Syrum Rohob, & Syrum Soba, viginti millia peditum, & à rege Maacha mille viros, & ab Is-tob [b] decem millia virorum.

7 Quod cum audisset David, misit Ioab & omnem exercitum bellatorum.

8 Egressi sunt ergo filii Ammon, & direxerunt aciem ante ipsum introitum portæ: Syrus autem Soba, & Rohob, & Is-tob, & Maacha seorsum erant in campo.

9 Videns igitur Joab quòd præparatum esset adversum se prælium, & ex adverso & post tergum, elegit sibi ex omnibus electis Israel, & instruxit aciem contra Syrum:

10 Reliquam autem partem populi tradidit Abisai fratri suo, qui direxit aciem adversus filios Ammon.

11 Et ait Joab, Si prævaluerint adversum me Syri, eris mihi in adiutorium: si autem filii Ammon prævaluerint adversum te, auxiliabor tibi.

12 Esto vir fortis, & pugnemus pro populo nostro, & civitate Dei nostri: Dominus autem faciet quod bonum est in conspectu suo.

13 Iniit itaque Joab & populus qui erat cum eo, certamen contra Syros: qui statim fugerunt à facie eius.

14 Filii autem Ammon videntes quia fugissent Syri fugerunt & ipsi a facie Abisai, & ingressi sunt civitatem: reversusq; est Joab a filiis Ammon, & venit Jerusalem.

15 [c] Videntes igitur filii Ammon quoniam Syrus expavit, & quoniam corruissent coram Israel, congregati sunt pariter.

16 Misitque Adarézer, & eduxit Syros qui erant trans Fluvium, & adduxit eorum exercitum: Sobach autem magister militiæ Adarézer, erat princeps eorum.

17 Quod cum nunciatum esset David, contraxit omnem Israelem, & transivit Jordanem, venitq; in Helam: & direxerunt aciem Syri ex adverso David, & pugnaverunt contra [d] Israel.

18 Fugeruntq; Syri à facie Israel, & occidit David de Syris septingentos currus, & quadraginta millia equitum: & Sobach principem militiæ percussit, qui statim mortuus est.

19 Videntes autem universi reges qui erant ex præsidio Adarézer, se victos esse ab Israel, expugnaverunt & fugerunt quinquaginta & octo millia coram Israel. & fecerunt pacem cum Israel: & servierunt eis, timueruntq; Syri auxilium præbere [e] filiis Ammon.

Ignominia affecti remittuntur.
B
Ammoniti cum Syris congregantur in prælium contra Davidem, quos debellat David.
[b] *duodecim.*
C
D
[c] *Videntes igitur Syri quoniam corruissent.*
Sobach princeps exercitus Adarézer, occiditur, & currus trucidantur.
[d] *eum.*
Syri serviunt Davidi.
[e] *ultra.*

CAPUT XI.

1 *FActum est autem,* [1] *anno revertente,* [2] *sub id tempus quo solent reges* [2] *egredi, ut mitteret David Joab atq; servos suos cum eo, quin & universum Israelem,* [3] *ut vastarent Ammonitas, oppugnarentq; Rabbam: David verò remansit in Jerusalem.*

1 Sequente anno.
2 sub ad bellum. i. tempore æstivo.
3 & vastarunt Ammonitas, & obsiderunt.

1 FActum est [a] autem, vertente anno, eo tempore quo solent reges ad bella procedere, misit David Joab, & servos suos cum eo, & universum Israel, & vastaverunt filios Ammon, & obsederunt Rabba: David autem remansit in Jerusalem.

A
[a] *ergo.*
Rabba obsidetur.
1. Paral. 20.

a Dum

Davidis adulterium cum Beth-sabee.

2 Dum hæc agerentur, accidit quadam die ut surgeret David de stratu suo post meridiem, & deambularet in solario domus regiæ: viditq; mulierem se lavantem, ex adverso, super solarium suum: erat autem mulier pulchra valde.

3 Misit ergo rex, & requisivit quæ esset mulier. Nunciatumq; est ei quod ipsa esset Beth-sabee filia Eliam, uxor Uriæ Hethæi.

4 Missis itaq; David nunciis tulit eam: quæ cum ingressa esset ad illum, dormivit cum ea: statimque sanctificata est ab immunditia sua: & reversa est in domum suam Concepto fœtu:

5 Mittensq; nunciavit David, & ait, Concepi.

Uriam ab exercitu revocat David, ut cum uxore dormiat, & celetur adulterium suum.

6 Misit autem David ad Joab, dicens, Mitte ad me Uriam Hethæum. Misitq; Joab Uriã ad David.

7 Et venit Urias ad David, quæsivitque David quàm recte ageret Joab, & populus, & quomodo administraretur bellum.

8 Et dixit David ad Uriam, Vade in domum tuam, & lava pedes tuos. Et egressus est Urias de domo regis, secutusq; est eum cibus regius.

B

9 Dormivit autem Urias ante portam domus regiæ, cum aliis servis domini sui, & nõ descendit ad domum suam.

10 Nunciatumq; est David à dicentibus, Non ivit Urias in domum suam. & ait David ad Uriam, Numquid non de via venisti? quare non descendisti in domum tuam?

11 Et ait Urias ad David, Arca Dei & Israel, & Juda habitant in papilionibus, & dominus meus Joab, & servi domini mei super faciem terræ manent: & ego ingrediar domum meam, ut comedam & bibam, & dormiam cum uxore mea? per salutẽ tuam, & per salutem animæ tuæ non faciam rem hanc.

12 Ait ergo David ad Uriam, Mane hic etiã hodie, & cras dimittam te. mansit [*] Urias in Jerusalem in die illa & altera.

[*] autem

C

Urias perfert literas suæ mortis.

13 Et vocavit eum David ut comederet coram se & biberet, & inebriavit eum. Qui egressus vespere, dormivit in strato suo cum servis domini sui, & in domum suam non descendit.

14 Factum est ergo mane, & scripsit David epistolam ad Joab: misitque per manum Uriæ.

15 Scribens in epistola, Ponite Uriã ex adverso belli, ubi fortissimum est prælium: & derelinquite eum, ut percussus intereat.

Joab impius timet perdere principis gratiam.

16 Igitur cum Joab obsideret urbem, posuit Uriam in loco ubi sciebat viros esse fortissimos.

17 Egressiq; viri de civitate, bellabant adversum Joab, & ceciderunt de populo servorum David, & mortuus est etiam Urias Hethæus.

Mors Uriæ. Nuncius Joab nunciat Davidi mortem Uriæ.

18 Misit itaq; Joab, & nunciavit David omnia verba prælii,

19 Præcepitq; nuncio, dicens, Cum compleveris universos sermones belli ad regem,

20 Si eum videris indignari, & dixerit, Quare accessistis ad murum, ut præliaremini? an ignorabatis quod multa desuper ex muro tela mittantur?

Judic. 9. g *[*] Jerobo-seth*

21 Quis percussit Abimélech filium [*] Jerobaal nónne mulier misit super eum fragmen molæ de muro, & interfecit eum in Thebes? Quare iuxta murum accessistis? dices, Etiam servus Urias Hethæus occubuit.

22 Abiit ergo nuncius, & venit, & narravit David omnia quæ ei præceperat Joab.

23 Et dixit nuncius ad David, Prævaluerunt adversum nos viri, & egressi sunt ad nos in agrũ: nos autem facto impetu persecuti eos sumus usque ad portam civitatis.

2 Contigit autem sub tempus vespertinum ut surgeret David [4] de lecto suo, deambularetq; super [5] tectum domus regiæ & [6] videret de tecto mulierem quandam [7] lavantem se, quæ forma erat supra modum venusta.

3 Et misit David, sciscitans [8] de muliere illa, [9] dicens, Estne hæc Bath-saba filia Eliam, uxor Uriæ [10] Hithæi?

4 Et misit nuncios David, tulit eam: quæ quum ingressa esset ad eum, dormivit ille cum ea: ipsa autem [11] sanctificaverat se ab immunditia sua, reversaq; est in domum suam. [12] Hæc mulier concepit,

5 Et mittens indicavit (hoc) Davidi hisce verbis, Gravida facta sum.

6 Et misit David ad Joab (hisce mandatis,) Mitte ad me Uriam Hithæum. misit itaque Joab Uriam ad Davidem.

7 Veniens autem Urias ad eum, interrogavit eum David [13] quomodo valeret Joab populusq;, & num recte haberet bellum.

8 Et ait David ad Uriam, Descende in domum tuam, & lava pedes tuos. Egresso autem Uria de domo regis, sequutum est eum [14] donum regis.

9 Dormivitq; Urias iuxta ostium domus regiæ, (cũ) omnibus servis domini sui, neque descendit in domum suam.

10 Hoc quum nunciassent Davidi, dicentes, Urias non descendit in domum suam: ait David ad Uriam, [15] Annon ex itinere venisti? cur ergo non descendisti in domum tuam?

11 Respondit Urias Davidi, Arca & Israel, & Jehuda sunt sub tentoriis, & dominus meus Joab atq; servi domini mei (iacent) in superficie campi, & ego ingrediar domum meam, ut comedam & bibam, atq; dormiã cum uxore mea? [16] per vitam tuam, & per vitam animæ meæ, rem illam non faciam.

12 Et ait David ad Uriam, Mane hic etiã per hunc diem, cras amandabo te. & mansit Urias in Jerusalem eodem die & crastino.

13 Et quum [17] vocasset eum David, comedit coram eo, & bibit, [18] inebriavitq; eum. Et egressus est vespere ut dormiret in strato suo cum servis domini sui, domum vero suam non descendit.

14 Mane facto, scripsit David epistolam ad Joab, quam misit per manum Uriæ.

15 Scripsit autem in epistola huiusmodi verba, Constituite Uriam è regione imminentis [19] valde pugnæ, vosq; recedite [20] post eum, ut feriatur, & moriatur.

16 Factum est ergo quum Joab [21] observaret civitatem, [22] ut poneret Uriam in eum locum ubi [23] persuasum haberet viros esse fortissimos.

17 Egressi ergo cives illius urbis, pugnaverunt cum Joab, ceciderantque [aliquot] de populo, id est, de servis Davidis, mortuus est etiam Urias Hithæus.

18 Et mittens Joab nunciavit Davidi de omnibus negotiis belli,

19 Præcipiens nuncio dicens, Quum cessaveris loqui ad regem de cunctis negotiis belli,

20 [24] Si contingat regem vehementi ira commoveri, dixeritque tibi, (Cur) pugnando tam prope ad urbem accessistis? annon expectatum habuistis iaculaturos eos è muro?

21 Quis [25] ferit Abimelech filium Jerubeseth? annon mulier deiecit fragmentum [26] lapidis molarii è muro, & [27] interfecit in Thebez? cur accessistis ad murum? tum dices, Etiam servus tuus Urias Hithæus mortuus est.

22 Abiit ergo nuncius, & veniens nunciavit Davidi omnia, propter quæ illum miserat Joab.

23 Et dixit nuncius ad Davidem, [28] Vehementi impressione in nos irruerunt hostes, egressi ad nos in campum, nos vero illos insequuti sumus usq; ad fores portarum.

4 postquam somnum meridianum sive pomeridianũ dormierat, ut dicitur suprà de Isboseth. 5 Tecta Terræ sanctæ plana sunt, ut ex Deuteronomio videmus, cap. XXII. b, ubi legimus tectum domus muro esse muniendum, ne quis decideret. 6 Per fenestram nempe domus in qua lavabat se mulier. 7 sub septimo die immunditiæ suæ. Levitici 15 id est, domi suæ lavacro purgantem immunditiam menstruorum. 8 quænam ea esset iubere. 9 [illegible] 10 Hethæum dicit aũt habitatione aut genere, sed qui postea fuisset conversus ad fidem Israeliticam. 11 pugnaverat se, sabbato, a pollutione mensium, q. d. commisit tantum adulterium, non autem peccatum quod rem habuerit cum muliere immundam [illegible] quod peccatum fuisset duplex. 12 vel, Quæ cum sentiret se concepisse, misso nuncio indicavit [illegible] 13 Heb. de salute Joab, & salute populi, & salute [illegible] militum 14 [illegible] Chaldæus paraphrastes [illegible] 16 [illegible] & futuram &c. [illegible] 19 [illegible]

milítibus fortissimis pugnantibus. 20 à tergo eius. 21 Chaldæus paraph. obsideret. 22 posuit. 23 sciebat. 24 Si tempestas irascetur. 25 Interfecit. 26 molæ superioris. 27 mortuus est. 28 Prævaluerunt adversum nos viri.

29 iaculati sunt.
30. i. Ne hoc tibi sit molestum. Ne ægre feras.
31 absumere solet q.d. varius est belli euentus, vt nunc cæditur, nunc alii.
32 fortifica (vel, robora) milites tuos. i. iube eos esse bono animo
33 nempe Ioab, verbis tuis.
34 Vel, introduxitq; aut, recepitque.
35. Vel, fecerat.

24 Et [29] deiecerunt iaculatores in seruos tuos è muro, mortuiq; sunt aliqui de seruis regis, mortuusq; est seruus tuus Vrias Hittheus.

25 Et ait Dauid ad nuncium, Sic dices ad Ioab, [30] Ne tibi displiceat hæc res, sic enim, & sic [31] deuorat gladius, [32] intende bellum tuum contra vrbem, vt eam subruas, & corrobora [33] eum.

26 Audiens autem vxor Vriæ quod mortuus esset Vrias maritus eius, luxit maritum suum.

27 Quumq; luctus transiisset, misit Dauid, [34] transtulitq; eam in domum suam, factaq; est ei vxor, & peperit ei filium. at hæc res quam [35] designauit Dauid, displicuit Domino.

24 Et direxerunt iacula sagittarii ad seruos tuos ex muro desuper: mortuique sunt de seruis regis, quin etiam seruus tuus Vrias Hethæus mortuus est.

25 Et dixit Dauid ad nuncium, Hæc dices Ioab, Non te frangat ista res: varius enim euentus est belli, & nūc hunc, & nunc illum consumit gladius: cōforta bellatores tuos aduersus vrbem, vt destruas eam, & exhortare eos.

26 Audiuit autem vxor Vriæ quod mortuus esset Vrias vir suus, & planxit eum.

27 Transactoq; luctu misit Dauid, & introduxit eam in domum suam, & facta est ei vxor, peperitq; ei filium: & displicuit verbum hoc quod fecerat Dauid, coram Domino.

CAPVT XII.

CAP. XII.
1 Apud eum.
2 comedebat.
3 i. portione.
4 bibebat.
5 i. diligebat eā vnice tanquā filiam. Hoc dicit, quod Vrias esset ei carior.
6 i. peregrinus.
7 Heb. pepercerat [illegible] de ouibus suis & de bobus suis, vt pararet (scilicet cœnam)
8 Hebr. iratus est furor.
9 Vel, is reddet agnam bis quadruplicatā, i. pro agna illa reddet bis quaternas oues. Rabini dicunt eum dedisse pœnas in quatuor liberis. Fures tenebantur reddere quadruplum: hic autem quoniam diues erat, addit alterum quaternarium numerum, nam reddit octo oues.
10 de Egla & Michal, vel Rispha & Michal intelligunt Hebræi.
11 Heb. & sipotissimum [illegible] pectasses, nec peccasses
12 Heb. secundum hæc, & secundum hæc. i. maiora his dedissem.
13 q. d. gladio [illegible]: qua magna est [illegible]
14 i. Tui perabunt cuse.
15 sp. euerti me.
16 vel, suscitaturus sum
17 sodali tuo. i. filio.
18 i. palam, & publice.
19 blasphemare fecisti inimicos Dominum: vel, Dominus fecisti [illegible] Dominus male audire apud inimicos [illegible]

1 Misit autem Dominus Nathan ad Dauidem: qui veniens ad eum, dixit ei, Erant duo viri in ciuitate eadem, alter diues, alter autem Pauper.

2 Diues habebat oues & boues admodum multos.

3 Pauper vero nihil habebat omnino, præter vnicam ouiculam, quam emerat, quamq; nutrierat, adoleueratq; [1] cum eo, simulque cum liberis suis [2] comedit de [3] bucella eius, & de poculo eius [4] bibit: sed & dormiebat in gremio eius, [5] eratq; ei instar filiæ.

4 Quumq; veniret [6] quispiam iter faciens ad virum diuitem, [7] pepercit ille ouibus & bobus suis, ne caperet de his ad mactandum peregre venienti ad se, quin rapuit ouiculam viri illius pauperis, & preparauit eā viro qui peregre venerat ad se.

5 [8] Exæstuauit autem nasus Dauidis vehementer aduersus hunc virum, & dixit ad Nathan Viuit Dominus, [illegible] qui hoc designauit morte dignus est.

6 [9] Reddatq; [illegible] quadruplo, quod hanc tantam rem designauit, quodque [illegible] pepercit.

7 Dixit autem Nathan ad Dauidem, Tu es vir ille: sic dixit Dominus Deus Israelis, Ego vnxeram te regem super Israelem, ego [illegible] eram que te de manu Saulis.

8 Ego dederam tibi domum domini tui, & [10] vxores domini tui in gremium tuum: dederam insuper tibi domum Israel & Iehudæ: [11] hoc si parum fuerit, adiecissem tibi [12] multo plura.

9 Cur ergo [illegible] verbum Domini, vt coram oculis [illegible] faceres? Vriam [illegible] gladio trucidasti, & vxorem illius duxisti tibi vxorem: interfecisti autem eum [13] gladio Ammonitarum.

10 [14] Non igitur recedet gladius de domo tua perpetuo, eo quod [15] non digne æstimaueris me, & rapueris vxorem Vriæ Hittheai, vt esset tibi vxor.

11 Sic ait Dominus, Ecce ego [16] exsuscito super te malum de domo tua, accipiamque vxores tuas te vidente, & dabo [illegible] [17] amico tuo, qui dormiet cum vxoribus tuis [18] in conspectu Solis huius.

12 Tu quidem clam hoc designasti, ego vero faciam rem istam coram toto Israele, & coram sole hoc.

13 Dixit ergo Dauid ad Nathan, Peccaui Domino. Et ait Nathan ad Dauidem, Et Dominus transtulit peccatum tuum, non morieris.

14 Quandoquidem vero [illegible] [19] omnino hostibus Domini [illegible] adhibuisti blasphemandi, morietur etiam certissime filius qui natus est tibi.

15 Abiit vero Nathan in domum suam, & Dominus percussit puerum quem pepererat vxor Vriæ Dauidi, [20] ita vt de eo actum esset.

16 Dauid autem flagitauit Deum pro puero, ieiunauitque Dauid ieiunium, & ingressus pernoctauit dormiens in terra.

1 Misit ergo Dominus Nathan ad Dauid: qui cū venisset ad eum, dixit ei, Responde mihi iudicium. Duo viri erant in ciuitate vna, vnus diues, & alter pauper.

2 Diues habebat oues & boues plurimos valde.

3 Pauper autem nihil habebat omnino, præter ouem vnam paruulam quam emerat & nutrierat, & quæ creuerat apud eum cum filiis eius simul, de pane illius comedens, & de calice eius bibens, & in sinu illius dormiens eratque illi sicut filia.

4 Cum autem peregrinus quidam venisset ad diuitem, parcens ille sumere de ouibus & de bobus suis, vt exhiberet conuiuium peregrino illi qui venerat ad se, tulit ouem viri pauperis, & præparauit cibos homini qui venerat ad se.

5 Iratus autem indignatione Dauid aduersus hominem illum nimis, dixit ad Nathan, Viuit Dominus, quoniam filius mortis est vir qui fecit hoc.

6 Ouem reddet in quadruplum, eo quod fecerit verbum istud, & non pepercerit.

7 Dixit autem Nathan ad Dauid, Tu es ille vir qui fecisti hanc rem. Hæc dicit Dominus Deus Israel, Ego vnxi te in regem super Israel, & ego erui te de manu Saul.

8 Et dedi tibi domum domini tui, & vxores domini tui in sinu tuo, dediq; tibi domum Israel & Iuda: & si parua sunt ista, adiiciam tibi multo maiora.

9 Quare ergo contempsisti verbum Domini vt faceres malum in conspectu meo? Vriam Hethæum percussisti gladio, & vxorem illius accepisti in vxorem tibi, & interfecisti eum gladio filiorum Ammon.

10 Quam ob rem non recedet gladius de domo tua vsq; in sempiternum, eo quod despexeris me, & tuleris vxorem Vriæ Hethæi, vt esset vxor tua.

11 Itaque hæc dicit Dominus, Ecce ego suscitabo super te malum de domo tua, & tollam vxores tuas in oculis tuis, & dabo proximo tuo, & dormiet cum vxoribus tuis in oculis Solis huius.

12 Tu enim fecisti abscondite: ego autem faciā verbum istud in conspectu omnis Israel, & in conspectu Solis huius.

13 Et dixit Dauid ad Nathan, Peccaui Domino. Dixitq; Nathan ad Dauid, Dominus quoque transtulit peccatum tuum: non morieris.

14 Veruntamen quoniam blasphemare fecisti inimicos nomen Domini propter verbum hoc: filius qui natus est tibi, morte morietur.

15 Et reuersus est Nathan in domum suam: percussit quoq; Dominus paruulum quem peperit vxor Vriæ Dauid, & desperatus est.

16 Deprecatusq; est Dauid Dominum pro paruulo: & ieiunauit Dauid ieiunio, & ingressus seorsum, iacuit super terram.

A Proposita similitudine pauperis & diuitis, Nathan a Dauide extorquet sententiam aduersus seipsum.
B
Exod. 22. 1
Lex.
Contemnere verbum Dei.
C
Pœna & crux Dauidis, imposita a Deo.
Infra 16. d
Dauidem pœnitet pe. cati.
Eccl. 47. b
D
Peccatum condonatur reseruata cruce.
pererat: al Ægrotat infans.
Deum Orat, & ieiunat Dauid.

[illegible] non enim constituisse regem impetu [illegible] populi [illegible] Chaldæus paraphrastes, Quia apertiendo aperuisti os inimicorum Domini, in hoc negocio, id est, dedisti ansam inimicis Domini, loquendi contra ipsum propter hanc rem. 20 i. grauiter ægrotauit.

17 Venerunt

Moritur infans. — *vidisset.* — *vestem.* — *Nascitur Salomon.* Matth. 1. a — [illegible] — *Expugnatur Rabbath.* 1. Paral. 20. a — [illegible] — *Ammonitarũ pergrauis afflictio.*

17 Venerunt autem seniores domus eius, cogentes eum vt surgeret de terra: qui noluit, nec comedit cum eis cibum.

18 Accidit autem die septima vt moreretur infans: timueruntque serui Dauid nunciare ei quòd mortuus esset paruulus. dixerunt enim, Ecce cum paruulus adhuc viueret, loquebamur ad eũ, & non audiebat vocem nostram: quanto magis si dixerimus, Mortuus est puer, se affliget?

E 19 Cum ergo Dauid [a]audisset[a] seruos suos mussitantes, intellexit quòd mortuus esset infantulus: dixitq; ad seruos suos, Num mortuus est puer? qui responderunt ei, Mortuus est.

20 Surrexit ergo Dauid de terra, & lotus, vnctusque est: cumq; mutasset [b]vestem,[b] ingressus est domum Domini: & adorauit, & venit in domũ suam, petiuitq; vt ponerent ei panem, & comedit.

21 Dixerunt autem ei serui sui, Quis est sermo quem fecisti propter infantẽ, cum adhuc viueret, ieiunasti & flebas: Mortuo autem puero surrexisti & comedisti panem.

22 Qui ait, Propter infantem dum adhuc viueret, ieiunaui & fleui, dicebam enim, Quis scit si fortè donet eum mihi Dominus, & viuat infans?

F 23 Nunc autem quia mortuus est, quare ieiuno? numquid potero eum reuocare amplius? ego vadã magis ad eum: ille verò non reuertetur ad me.

24 Et consolatus est Dauid Beth sabee vxorem suam: ingressusq; ad eam, dormiuit cum ea: quæ genuit filium, & vocauit nomen eius Salomon, & Dominus dilexit eum.

25 Misitq; eum in manu Nathan prophetæ, & vocauit nomen eius, Amabilis-Domino, eò quod diligeret eum Dominus.

26 Igitur pugnabat Joab contra Rabbath filiorum Ammon, & expugnabat vrbem regiam.

27 Misitq; Joab nuncios ad Dauid, dicens, Dimicaui aduersum Rabbath, & capienda est Vrbs aquarum.

G 28 Nunc igitur congrega reliquam partem populi, & obside ciuitatẽ, & cape eã: ne cum a me vastata fuerit vrbs, nomini meo ascribatur victoria.

29 Congregauit itaq; Dauid omnem populum, & profectus est aduersus Rabbath: cumq; dimicasset, cepit eam.

30 Et tulit diadema regis eorum de capite eius, pondo auri talentum, habens gemmas pretiosissimas, & impositũ est super caput Dauid. sed & prędam ciuitatis asportauit multam valde.

31 Populum quoq; eius adducẽs serrauit, & circumegit super eos ferrata carpenta, diuisitq; cultris, & traduxit in typo laterum: sic fecit vniuersis ciuitatibus filiorum Ammon: & reuersus est Dauid, & omnis exercitus in Jerusalem.

17 *Consurrexerunt autem seniores domus suæ ad eũ [21] vt erigerent eum è terra: at ipse noluit, nec voluit cibum cum eis capere.*

18 [22] *Septimo autem die puer moritur, nec audebant serui ei nunciare quod puer esset mortuus: [23] dicebant enim, Quum puer adhuc viueret, loquuti sumus ad eum, nec voluit audire vocem nostram: quomodo ergo [24] si dixerimus ad eum, Puer mortuus est, quin grauiter feret?*

19 *Animaduertens autem Dauid, quòd serui sui [inter se] mussitarent, intellexit infantem esse mortuum, dixitq; Dauid ad seruos suos, Mortuus ẽstne puer? illi autem dixerunt, Mortuus est.*

20 *Surgens ergo Dauid è terra, lauit, & vnxit se, cõmutata veste sua, & ingressus domum Domini [26] adorauit: veniens deinde in domum suam, [27] poposcit: & apposuerunt ei panem, & comedit.*

21 *Tunc dixerunt ad eum serui eius, Quid hoc est, quod fecisti? propter infantem, quum adhuc viuus esset, ieiunasti & fletui te dedisti: quo mortuo, surgis & comedis panem.*

22 *Qui ait, Viuente adhuc puero ieiunaui & fleui, sic cogitans, Quis scit si miserebitur mei Deus vt puer viuus maneat?*

23 *Nunc autem quum sit mortuus, quid ieiunarem? num potero eum [28] reuocare vltra? ego vado ad eum, at ille non redibit ad me.*

24 *Et consolatus est Dauid Bath-sabam vxorem suam: ingressusq; ad eam, dormiuit cum ea: quæ peperit filium, [29] vocauitq; nomen eius [30] Salomo. & Dominus dilexit eum.*

25 [31] *Misitq; per manũ Nathan prophetæ: & [32] vocauit nomen eius Jedidia, [33] propter Dominum.*

26 *Porrò Joab pugnabat contra Rabba filiorũ Ammon, [34] obtinuitq; vrbem [35] regni.*

27 *Et misit Joab nuntios ad Davidem hisce verbis, Pugnaui contra Rabba, & cepi [36] vrbem aquarum.*

28 *Nunc igitur congrega reliquum populum, & pone castra ad vrbem ipsam, vt tu capias eam: ne ego capiam vrbem vocetur[que] [37] meo nomine.*

29 *Congregauit igitur Dauid cunctum populum, profectusq; est contra Rabba, oppugnauitq; eam, & cepit eam.*

30 *Et tulit coronam regis eorum de capite eius, (cuius pondus erat talentum auri, erantq; in ea lapides preciosi) impositaq; fuit capiti Dauidis: quin & prædam valde ingentem è ciuitate asportauit.*

31 *Populum verò qui in ea erat eduxit, & [38] posuit sub serras & sub tribulas ferreas, sub ferreas secures, coniecitq; eas in fornacem [39] [illegible]: [illegible] fecit vniuersis ciuitatibus Ammonitarum, reuersusq; est Dauid cum vniuerso populo Jerosolymam.*

[21] i. & constituunt erigere illũ. [22] subaudi, a natiuitate. [23] sub. apud se, vel inter se. [24] Heb. dicemus illi, Mortuus est puer: & faciet malum (sibi) q. d. si dixerimus ei, metuendum ne quid in se asse ger. [26] sub. Dominum. [27] sub. escam sibi apponi. [28] [illegible] [29] sub. Beth [illegible] Vel [illegible] lectione [illegible] eam, Dominus. [30] Selomo, significat studiosum pacis. [31] i. id enim mandauerat Dominus Dauidi per Nathan Prophetam 1. Paral. [illegible] [32] sub. Dauid sua sponte. [33] i. quia Dominus diligebat eum. [34] i. oppugnatã, vel pugnando expugnauit. [35] regiam, i. quæ erat sedes regni, sine qua vix poterat capi Rabbath. [36] i. vrbem regiam, paruã quidem vrbem, sed quæ inexpugnabilis penè erat propter ingentẽ vim aquarũ, qua cingebatur. [37] nomen meũ super eam, i. ne si forte vrbem cepero, mihi tribuatur victoria. [38] i. serris secuit, tribulis siue trahis, quæ ab equis trahebantur, proterendos curauit, & securibus interfecit. [39] [illegible] siue lateraria.

CAPVT XIII

Incestus Amnon filii Dauid cum Thamar sorore Absalom.

A 1 FActum est autem post hæc, vt Absalom filii Dauid sororem speciosissimã vocabulo Thamar, adamaret Amnon filius Dauid,

2 Et deperiret eam valde, ita vt propter amorem eius ægrotaret: quia cum esset virgo, difficile ei videbatur vt quippiam inhonestè ageret cum ea.

3 Erat autem Amnon amicus nomine Jonadab filius Semmaa fratris Dauid, vir prudens valde.

4 Qui dixit ad eum, Quare sic attenuaris macie fili regis, per singulos dies? cur non indicas mihi? dixitque ei Amnon, Thamar sororem fratris mei Absalom amo.

5 Cui respondit Jonadab, Cuba super lectum tuum, & languorem simula: cumq; venerit pater

1 *Post hæc [1] contigit vt Amnon filius Dauidis deperiret sororem Absalomi filii Dauidis venustam, nomine Thamar:*

2 *[[2] Quare] ita cruciabat Amnonem, vt sororis suæ Thamar gratia ferè in morbum concideret: [3] erat enim virgo, [4] impossibileq; videbatur Amnoni vt faceret ei quicquam.*

3 *Habebat autem Amnon amicum nomine Jonadab, filium Simea fratris Dauidis, eratq; Jonadab vir valde [5] vafer.*

4 *Is dixit ei, Cur tu ô fili regis, sic macilentus es, idq; singulis [diebus] [6] mane? annon indicabis mihi? respondit ei Amnon, Ego amore Thamar sororis Absalomi fratris mei captus sum.*

5 *Dixit ergo ad eum Jonadab, Recumbe super lectum*

1 Heb. Factum autẽ postea quũ Absalom filius Dauidis esset soror (ex eadem matre scilicet) formosa, nomine Thamar, vt deperiret eam Amnon filius Dauidis, ex alia matre scilicet.) Eadem Maaca genuerat Absalom & Thamar. hęc Maaca capta fuit in bello quã cogeret Dauid antequam conuenisset adhuc Israelitici, postea duxit eam vxorem: vnde Absalom genitus. Hæc Hebræi. 2 Heb. Et angustus affectus est Amnon, ita vt. 3 q. d. quæ domi continebatur more virginum. 4 arduumq; 5 Hebr. prudens, astutus & callidus. 6 Propter animam scil. cogitationẽ qua noctu vexabatur, magis macer videbatur.

tuum, & assimula te ægrotum: quumq́ venerit pater tuus vt te inuisat, dic ad eum: Veniat quæso Thamar soror mea, vt me cibo reficiat, faciatq́ me spectante [7] ferculum, vt quum [8] videro, edam e manu eius.

6 Decubuit ergo Amnon & morbum simulauit, venit q́ rex vt eum inuiseret. ait autem Amnon ad regem, Veniat quæso Thamar soror mea, & coquat me spectante duo [9] liba, quæ comedam e manu eius.

7 Misit ergo Dauid ad Thamar [10] in domum eius, [11] & ait, [12] Vade quæso in domum Amnonis fratris tui, & para ei [13] ferculum.

8 Abiit ergo Thamar in domum Amnonis fratris sui, [14] (qui decubuit) & accepta farina subegit, & coxit eo vidente, coxit inquam [15] liba.

9 Et tollens sartaginem, [16] effudit coram eo: ipse verò nolebat edere. dixitq́ Amnon, Expellite omnes viros à me. & egressi sunt omnes viri ab eo. Et dixit Amnon ad Thamar:

10 [17] Infer ferculum in cubiculum, vt edam è manu tua. accepit igitur [18] liba quæ coxerat Thamar, intulit Amnoni fratri suo in cubiculum.

11 Et quum ea illi [19] admoueret vt ederet, apprehendit ille eam, aitq́ ad eam: Veni, dormi mecum soror mea.

12 Illa autem respondit ei, Nequaquam frater mi, ne opprimas me: quoniam sic non fit in Israele: [20] ne scelestum hoc facinus designes.

13 Quò enim [21] confugerem cum probro meo? quin & tu fieres quemadmodum [22] scelestorum aliquis in Israele. nunc ergo loquere quæso ad regem. non enim negabit me tibi.

14 At ille noluit audire vocem eius, [23] quin ea apprehensa oppressit eam, atq́ concubuit cum ea.

15 Et exosam habuit eam Amnon vehementi & ingenti odio, ita vt odium quo eam prosequebatur, maius esset amore quo eam amauerat. dixit ergo Amnon ad eam: Surge, & abi.

16 Quæ respondit ei: [24] Quamobrem? hoc malum maius est altero quod in me admisisti, quod me expellis. at ille noluit illi auscultare.

17 Sed accersito puero suo, qui ei ministrabat, ait, Amanda istam a me foras, & obserato ostium post eam.

18 Habebat autem [Thamar] tunicam [25] variam super se: talibus enim palliis indutæ erant filiæ regis virgines & expellens eam minister eius foras, obserauit ostium post eam.

19 Thamar verò accepto cinere, posuit super caput suum: & tunicam illam [25] variam, qua erat induta, scidit. & posita manu sua super caput suum, celeriter ibat & vociferabatur.

20 Et ait ad eam Absolom frater eius, Amnon Amnon frater tuus [26] fuit tecum? Nunc ergo tace soror mea, frater tuus est, [27] ne magnopere crucies te propter hanc rem. & mansit Thamar [28] desolata in domo Absolomis fratris sui.

21 Rex verò Dauid audiens ista omnia, vehementer indignatus est.

22 Absolom autem neq́ mali quippiam, neq́ boni loquutus est cum Amnone: odio enim prosequebatur Amnonem, propterea quod Thamar sororem suam compressisset.

23 Post duos autem annos contigit vt Absolom haberet tonsores in Baal hazor, quæ est iuxta [tribum] Ephraim, inuitaretq́ Absolom omnes filios regis.

24 Venit quoq́ Absolom ad regem ipsum, & ait, En seruus tuus habet tonsores, [29] eat quæso rex & serui eius cum seruo [30] tuo.

25 Respondit rex Absolomi, [31] Non fili mi, non ibimus omnes, ne grauemus te [32] quumq́ ille flagitando ei instaret, neq́ vellet ire: Absolom valedixit ei.

26 Et dixit, An ergo non iret nobiscum Amnon frater meus? & respondit ei rex, Cur iret tecum?

7 Vox Hebræa significat omne ciborum.
8 paratam scil. ab ea escam.
9 lagana.
10 in qua scil. habitabat.
11 qui dicerent.
12 i nunc.
13 escam.
14 (ipse autem iacebat.)
15 lagana.
16 sub. lagana ea (vt quidam Hebræorum aiunt) primo detrahebantur in aquã feruentẽ, deinde frigebantur in sartagine.
17 Affer escã in cubiculum secretius.
18 laganis quæ præparauerat.
19 offerret.
20 Hebr. ne facias stultitiam hanc.
21 Heb. abire faciam opprobrium meum? q. d. Quomodo me probro liberabo, si mecum rem habueris?
22 stultorum.
23 sed quũ præualeret ei, &c.
24 Heb. Ne (sint) causæ mali huius magni magis q quod fecisti mihi, vt eiicias me. i. Ne cõmittantur causæ mali huius quod futurum est maius altero quod admisisti aduersum me, eiiciẽdo me, hoc est, quod admittes si me eieceris. iungitur enim cum præcedenti.
25 Heb. frustrorum, siue, particularũ. i. variorũ & diuersorum colorum.
26 i. rem habuit tecum?
27 Heb. ne ponas cor tuum ad hanc rem.
28 vel, solitaria.
29 veniat.
30 i. suo. Mutatio personæ.
31 Vel, Ne fili mi, ne inquam eamus, &c.
32 Heb. cumque cogeret eum, noluit venire: sed beneprecatus est illi. Et dixit Absalom, Quòd si (sub. nõ sis venturus,) veniat obsecro nobiscũ Amnon frater meus.

tuus vt visitet te, dic ei, Veniat, oro, Thamar soror mea, vt det mihi cibum, & faciat pulmentum, vt comedam de manu eius.

6 Accubuit itaque Amnon, & quasi ægrotare cœpit: cúmq; venisset rex ad visitandum eum, ait Amnon ad regem. Veniat, obsecro, Thamar soror mea, vt faciat in oculis meis duas sorbitiũculas, & cibum paratum capiam de manu eius. B

7 Misit ergo Dauid ad Thamar domum, dicens: Veni in domum Amnon fratris tui, & fac ei pulmentum.

8 Venitque Thamar in domum Amnon fratris sui, (ille autem iacebat) quæ tollens farinam commiscuit, & liquefaciens, in oculis eius coxit sorbitiunculas.

9 Tollensq; quod coxerat, effudit, & posuit coram eo, & noluit comedere. dixitq; Amnon, Eiicite vniuersos à me. cúmque eiecissent omnes, Dixit Amnon ad Thamar:

10 Infer cibum in conclaui, vt vescar dè manu tua. tulit ergo Thamar sorbitiũculas quas fecerat, & intulit ad Amnon fratrem suum in conclaui.

11 Cúmq; obtulisset ei cibum, apprehendit eã, & ait: Veni, cuba mecum soror mea. C

12 Quæ respondit ei, Noli frater mi, noli opprimere me: neq; enim hoc fas est in Israel: noli facere stultitiam hanc.

13 Ego enim ferre non potero opprobrium meum, & tu eris quasi vnus de insipientibus in Israel: quin potius loquere ad regem, & non negabit me tibi.

14 Noluit autem Amnon acquiescere precibus eius, sed præualens viribus oppressit eam, & cubauit cum ea. *Amnon expellit ipsam Thamar cum ingenti odio.*

15 Et exosam eam habuit *Amnon* odio magno nimis: ita vt maius esset odiũ quo oderat eam, amore quo antè dilexerat. dixitq; ei Amnon: Surge, & vade.

16 Quæ respondit *ei*, Maius est hoc malum quod nũc agis aduersum me, quàm quod antè fecisti, expellens me. & noluit audire eam:

17 Sed vocato puero, qui ministrabat ei, dixit, Eiice hanc à me foras: & claude ostium post eam. D

18 Quæ induta erat talari tunica: huiuscemodi enim filiæ regis virgines vestibus vtebantur. eiecit itaq; eã minister illius foras: clausitq; fores post eã. *Thamar dolens, cinere aspersa capite manet apud Absalom.*

19 Quæ aspergens cinerem capiti suo, scissa talari tunica, impositisq; manibus super caput suum, ibat ingrediens, & clamans.

20 Dixit autem ei Absalom frater suus, Numquid Amnon frater tuus concubuit tecum? sed nunc soror tace, frater tuus est: neq; affligas cor tuum pro hac re. mansit itaq; Thamar contabescens in domo Absalom fratris sui.

21 Cum autem audisset rex Dauid verba hæc, contristatus est valde. & noluit contristare spiritum Amnon filii sui, quoniam diligebat eum, quia primogenitus erat ei.

22 Porrò non est locutus Absolom ad Amnon nec malum, nec bonũ: oderat enim Absalom Amnon, eo quòd violasset Thamar sororem suam.

23 Factum est autem post tempus biẽnii, vt tonderentur oues Absalom in Baal-hasor, quæ est iuxta Ephraim: & vocauit Absalom omnes filios regis. E

24 Venitq; ad regem, & ait ad eũ. Ecce tõdentur oues serui tui: veniat oro rex cum seruis suis ad seruum suum.

25 Dixitq; rex ad Absalom, Noli fili mi, noli rogare vt veniamus omnes, & grauemus te. cum autẽ cogeret eum, & noluisset ire, benedixit ei.

26 Et ait Absalom ad Dauid, Si non vis venire, veniat obsecro nobiscũ saltem Amnõ frater meus. dixitq; ad eum rex, Non est necesse vt vadat tecum.

27 Coegit

* autem.

27 Coegit* itaq; Absalom eum, & dimisit cum eo Amnon & vniuersos filios regis.

28 Feceratq; Absalom conuiuiũ quasi conuiuium regis. Præceperat autem Absalom pueris suis, dicens: Obseruate cum temulentus fuerit Amnon vino, & dixero vobis, percutite eum, & interficite: nolite timere: ego enim sum qui præcipio vobis: roboramini, & estote viri fortes.

F

Absalom conuiuio celebrato in tonsione omniũ occidit fratrem suum Amnon.

29 Fecerunt ergo pueri Absalom aduersum Amnon, sicut præceperat eis Absalom: surgentesq; omnes filii regis ascenderunt singuli mulas suas, & fugerunt.

30 Cumq; adhuc pergerent in itinere, fama peruenit ad Dauid, dicens: Percussit Absalom omnes filios regis, & non remansit ex eis saltem vnus.

31 Surrexit itaq; rex Dauid, & scidit vestimenta sua, & cecidit super terram: & omnes serui illius qui assistebant ei, sciderunt vestimenta sua.

32 Respondens autem Ionadab filius Semmaa fratris Dauid, dixit, Ne æstimet dominus meus rex quod omnes pueri* regis occisi sint: Amnon solus mortuus est, quoniam in* odio Absalom erat positus ex die, qua oppressit Thamar sororem eius.

* filii.
* ore.

G

33 Nunc ergo ne ponat dominus meus rex super cor suum verbum istud, dicens, Omnes filii regis occisi sunt: quoniam Amnon solus mortuus est.

Fugit Absalom.

34 Fugit autem Absalom. & eleuauit puer speculator oculos suos, & aspexit, & ecce popul⁹ multus veniebat per iter deuium ex latere montis.

35 Dixit autem Ionadab ad regem, Ecce filii regis adsunt: iuxta verbum serui tui sic factum est.

36 Cumq; cessasset loqui, apparuerunt & filii regis: & intrātes leuauerunt vocem suam, & fleuerunt: sed & rex & omnes serui eius fleuerunt ploratu magno nimis.

Tristis Dauid ob mortem Amnonis.

37 Porro Absalom fugiens, abiit ad Tholomai filium Ammiud regem Gessur. Luxit ergo Dauid filium suum Amnon* multis diebus.

* cunctis.
† Initiũ cap. 14 iuxta græcos interpretes.

38 Absalom autem cum fugisset, & venisset in Gessur, fuit ibi tribus annis.

39 †Cessauitque rex Dauid persequi Absalom, eo quod consolatus esset super Amnon interitu.

27 *Et quum [33] instaret ei Absalom, dimisit cum eo Amnonem, & cunctos filios regis.*

28 *Præceperat autem Absalom pueris suis, dicens, Obseruate quæso quum Amnon à vino hilari fuerit animo, quumq; ego vobis dixero, Percutite Amnonem, [34] vt interficiatis eum: neq; metuatis, [35] annon ego præcepi vobis? [36] confortamini ergo, & estote [37] viri fortes.*

29 *Fecerunt ergo pueri Absalomis Amnoni sicut præceperat Absalom. surgentes itaq; omnes filii regis, inscenderunt quisq; mulum suum & fugerunt.*

30 *Quumq; essent adhuc in itinere, rumor peruenit ad Dauidem, hisce verbis: Percussit Absalom omnes filios regis, vt ne vnus quidem ex iis sit reliquus.*

31 *Surgens itaq; Dauid discidit vestimenta sua, & [38] iacuit in terra: astabantq; ei omnes serui eius discissis vestibus.*

32 *Respondens autem Jonadab filius Simeah fratris Dauidis, ait, Ne dicat dominus meus quod omnes filios regis interfecerint: nam solus Amnon, mortuus est: [39] ad præceptum enim Absalomis constitutum fuit, ab eo die quo Amnon oppressit Thamar sororem eius.*

33 [40] *Ne sit igitur rex solicitus de hoc, vt dicat, Omnes filii regis mortui sunt. nam solus Amnon periit.*

34 *Et Absolom fugit. sublatis autem oculis suis puer qui erat in specula, circumspexit, & ecce turba multa veniebat [41] in via post eum de latere montis.*

35 *Et ait Jonadab ad regem, Ecce filii regis veniunt: sic enim habet res quemadmodum seruus tuus dixit.*

36 *Quumq; cessasset loqui, ecce filii regis venerunt, & sublata voce sua fleuerunt: sed & rex ipse, cunctique serui eius fleuerunt fletu admodum magno.*

37 *Porro Absolom fugit, & abiit ad Thalmai filium Ammihud regem Gessur: & [Dauid] luxit propter filiũ suum [42] cunctis diebus.*

38 *Absolom vero quum fugisset, venissetq; in Gessur, fuit ibi tribus annis.*

39 *ET [43] cessauit [ira] Dauidis, ne vltra educeret exercitum ad quærendum Absolom: consolationem enim acceperat super Amnone [44] qui mortuus erat.*

33 Hebr. coegerat eum. 34 tum trucidate. 35 i. nonne id est factum meo imperio?
36 i. estote bono animo.
37 Hebr. filii fortitudinis.
38 in signum sc. mœroris.
39 quoniam in ore Absalom erat posita. sub. cædes Amnon. i. decreuerat interficere illum.
40 Heb. Nunc ergo ne ponat dominus meus rex in corde suo verbum, dicendo. i. ne credat quod sequitur. Omnes &c.
41 i. per viã quæ erat post montẽ per latus mõtis. Cœpit eos speculator videre, qui fuerunt in latere montis. erat. n. veniendum illac in vrbem.
42 quibus sc. luxit: hoc est, tribus annis. Alii, multo tempore.
43 Heb. desiderauit (sub. animus) Dauidis regis egredi propter Absalom. i. cœpit rex teneri maximo desiderio Absalomis absentis, subinde suspirabat quum meminerat filii. Quidã Hebræorũ (quod doctis minus probatur) dicit, Et desiderauit regis Dauidẽ (sub. vxor sua) filius. i. curauit vt egrederetur aliquis quem mitteret ut reuocaret Absalom exulem.
44 quod mortuus esset. i. super Amnone mortuo.

CAPVT XIIII

A

INtelligens autem Joab filius Saruiæ, quod cor regis versum esset ad Absalom:

Astu mulieris Thecuitis in reuocatur Absalom.

2 Misit* Thecuam, & tulit inde mulierem sapientem, dixitq; ad eam: Lugere te simula, & induere veste lugubri, & ne vngaris oleo, vt sis quasi mulier iam plurimo tempore lugens mortuum:

3 Et ingredieris ad regem, & loqueris ad eum sermones huiuscemodi. (posuit autem Joab verba in ore eius.)

4 Itaq; cum ingressa fuisset mulier Thecuitis ad regem, cecidit coram eo super terram, & adorauit, & dixit, Serua me rex.

E

5 Et ait ad eam rex. Quid causæ habes? Quæ respondit. Heu mulier vidua ego sum: mortuus est enim vir meus.

6 Et ancillæ tuæ erãt duo filii: qui rixati sunt aduersum se in agro nullusq; erat qui eos prohibere posset: & percussit alter alterum, & interfecit eum.

B

7 Et ecce consurgens vniuersa cognatio aduersum ancillam tuam, dixit: Trade eum qui percussit fratrem suum, vt occidamus eum pro anima fratris sui quem interfecit, & deleamus hæredem. Et quærunt extinguere scintillam meam quæ relicta est, vt non supersit viro meo nomen, & reliquiæ super terram.

ANimaduertit autem Joab cor regis [1] (pronum) esse ad Absalom.

2 *Mittens igitur Joab in Thecoa, tulit inde mulierem [2] vafram, dixitq; ad eam. Simula quæso te lugentem, deinde & vestibus lugubribus induere, ne oleo vngaris, quin potius similis sis mulieris, [3] quæ se pro mortuo diebus multis luctu confecerit:*

3 *Ingressa autem ad regem, loquaris cum eo in hanc formam, ([4] præiuit autem Joab verbis quæ loqueretur.)*

4 [5] *Loquuta est ergo mulier illa Thecoitis ad regem, procidens, scilicet super faciem suam in terram, [6] & reuerentiam exhibens regi, ait, [7] Serua ô rex:*

5 *Ad quam rex ait, Quid tibi vis? Respondit illa, Equidem mulier vidua ego sum, & maritus meus obiit.*

6 *Habuit autem ancilla tua duos filios hiq; duo rixati inter sese in agro sunt, [8] nemo neq; præsente qui (litem) inter eos dirimeret, percussit alter alterum, & interfecit eum.*

7 *Et ecce insurrexit vniuersa familia aduersus ancillam tuam, & dicunt: Trade illum qui interfecit fratrem suum, vt supplicium de eo sumamus, pro vita fratris sui quem trucidauit: insuper exscindamus etiam [9] hæredem. Sic extinguere [conantur] [10] scintillam meam quæ relicta est, [11] ne supersint marito meo nomen & reliquiæ super terram.*

CAP. XIIII
1 Heb. esse ad Absalom. i. quam teneretur desiderio Absalom.
2 Heb. prudentẽ.
3 Heb. quæ iã inde a multo tẽpore luget super mortuum.
4 Heb. posuitque Joab verba in ore eius. i. dixit illi quæ esset dictura regi.
5 Legitur & Hebraice, ingressa est.
6 Heb. & adorãs. vel, incuruans se.
7 Vel, Fer mihi opem.
8 Heb. & quum non esset liberator inter eos, id est, qui litem componeret ortam inter eos, & prohiberet quominus inter se sæuirent. Querimoniam huius mulieris iustam facit, quod fratrem fratrum interfecit sine testibus. Lex autem vetat nequis interficiatur sine duorum testimonio. Deut. 16. 9 Id est, illum superstitem qui alioqui est futurus hæres. 10 prunas meas quæ relictæ sunt.
11 Heb. vt non ponant viro meo nomen & reliquias, id est, vt deleatur memoria viri mei quæ in filio poterit conseruari.

8 *Et ait rex ad mulierem, Vade in domum tuam,*[32] *ego causa tua mandabo.*

9 *Dixitq; mulier illa Thecuitis ad regem, Domine mi rex,*[33] *scelus hoc mihi immineat domuiq; patris mei, rex & thronus eius sine culpa erunt.*

10 *Et ait rex,*[34] *Siquis vel verbo contra te egerit, duc illum ad me, [efficiam] nequid te amplius*[35] *ledat.*

11 *Qua ait,*[36] *Iuret queso rex per Dominum Deum tuum (siquidem multi sunt vindices sanguinis, qui perdere [tentant] ne excindant filium meum. Et respondit [rex,]*[37] *Viuit Dominus, si ceciderit de capillo filii tui in terram.*

12 *Ait mulier, Liceat queso ancille tue verbum loqui ad dominum meum regem. & ait, Loquere.*

13 *Dixit mulier,*[18] *Cur ergo cogitasti huiusmodi aduersus populum Dei?*[19] *annon rex delinquit qui loquitur tale verbum, ne reducat rex expulsum suum?*

14 *Siquidem*[20] *certissime morimur, & instar aque que in terram*[21] *defluunt, que*[22] *colligi non possunt:*[23] *nec aufert Deus animam,*[24] *sed omnino cogitat, ut ne reiiciat a se qui reiectus est.*

15 [25] *Veni itaq; ut loquerer ad regem dominum meũ sermonem hunc, etiamsi deterruerint me quidam e populo: at ancilla tua dixit,*[26] *Loquar nunc ad regem, si forte faciat rex hoc quod postulat ancilla tua.*

16 * *Quoniam exaudiet rex, ut liberet ancillam suam de manu illius viri, qui excindere vult*[27] *me & filiũ meum simul ex hereditate Dei.*

17 *Dixitque ancilla tua, Sit quaso verbum domini mei regis*[28] *ad tranquillitatem: quoniam sicut angelus Dei, sic est dominus meus rex,*[29] *ut audiat bonum & malum. &*[30] *erit Dominus Deus tuus tecum.*

18 *Et respondit rex, & dixit ad mulierem, Ne queso cela a me quidquam quod ego*[31] *te interrogo. & ait mulier,*[32] *Loquatur dominus meus rex.*

19 *Et dixit rex, Annon*[33] *hec omnia egit* [illegible] *consilio Joabi? Respondens mulier ait,* [illegible] *tua domine mi rex,*[34] [illegible] *Joab seruus tuus, per omnia* [illegible] *dominus meus rex.*[35] *ipse precepit* [illegible] *ancille tue omnes sermones istos,*

20 *Vtq;* [illegible][36] *circumiret* [illegible] *orationis,* [illegible] *Joab seruus tuus* [illegible] *sapiens est*[37] *iuxta sapientiam angeli Dei, ut sciat*[38] *omnia que sunt in terra.*

21 *Et dixit rex ad Joab, En feci*[39] *rem hanc, vade & reuoca puerum Absalom.*

22 [illegible] *faciem suam in terram,*[40] *& gratias agens benedixit regi. Dixitque Joab, Hodie cognoscit seruus tuus quod*[41] *impetrarim fauorem in oculis* [illegible] *domine mi rex, siquidem prastitit rex petitionem serui sui.*

23 *Surgens itaq; Joab abiit in Gesur, & reduxit Absalom in Jerusalem.*

24 *Et ait rex, Abeat in domum suam, neq; videat faciem meam*[42] *reuersus est* [illegible] *Absalom in domum suam, regia vultu faciem regis* [illegible]

8 Et ait rex ad mulierem, Vade in domũ tuam, & ego iubebo pro te.

9 Dixitq; mulier Thecuitis ad regem, In me domine mi rex sit iniquitas, & in domum patris mei: rex autem & thronus eius sit innocens.

10 Et ait rex, Qui contradixerit tibi, adduc eum ad me, & vltra non addet vt tangat te. C

11 Quæ ait, Recordetur rex, Domini Dei sui, vt nõ multiplicentur proximi sanguinis ad vlciscendum, & nequaquam interficiant filium meũ. Qui ait, Viuit Dominus, quia non cadet de capillis filii tui super terram.

12 Dixit ergo mulier, Loquatur ancilla tua ad dominum meum regem verbum & ait, Loquere.

13 Dixitq; mulier, Quare cogitasti huiuscemodi rem contra populum Dei, & locutus est rex verbum istud vt peccet, & non reducat eiectum suum?

14 Omnes morimur, & quasi aquæ dilabimur in terram, quæ non reuertuntur: ‖ nec vult Deus perire animam, sed retractat, cogitans ne penitus pereat qui abiectus est. Ezec. 18. g. 33. c

15 Nunc igitur veni vt loquar ad dominum meum regem verbũ hoc præsente populo. & dixit ancilla tua, Loquar ad regem, si quo modo faciat rex verbum ancillæ suæ.

16 Et audiuit rex verba, vt liberaret ancillam suam de manu omnium qui volebant de hæreditate Domini delere me, & filium meum simul. D

17 Dicat ergo ancilla tua, vt fiat verbum Domini mei regis sicut sacrificium. Sicut enim angelus Domini, sic est dominus meus rex, vt nec benedictione, nec maledictione moueatur: vnde & Dominus Deus tuus est tecum. * Dei * Dei

18 Et respondens rex, dixit ad mulierem, Ne abscondas a me verbum quod te interrogo. dixitq; ei mulier, Loquere domine mi rex. E

19 Et ait rex, Numquid manus Joab tecum est in omnibus istis? Respondit mulier, & ait, Per salutem animæ tuæ domine mi rex, nec ad sinistram, nec ad dexteram est ex omnibus his quæ locutus est dominus meus rex: seruus enim tuus Joab, ipse præcepit mihi, & ipse posuit in os ancillę tuę omnia verba hæc.

20 Vt verterem figuram sermonis huius, seruus enim tuus Joab præcepit istud: tu autem domine mi rex, sapiens es, sicut habet sapientiam angelus Dei, vt intelligas omnia super terram.

21 Et ait rex ad Joab, Ecce placatus feci verbum tuum: vade ergo, & reuoca puerum Absalom.

22 Cadensq; Joab super faciem suam in terram, adorauit, & benedixit regi: & dixit Joab, Hodie intellexit seruus tuus quia inueni gratiam in oculis tuis domine mi rex. fecisti enim sermonem domine mi rex serui tui. F

David renuit videre Absalom.

23 Surrexit ergo Joab, & abiit in Gessur, & adduxit Absalom in Jerusalem.

24 Dixit autem rex, Reuertatur in domum suã, & faciem meam non videat. [42] reuersus est itaque Absalom in domum suam, & faciem regis non vidit.

32 i. iubebo filio tuo nihil mali fieri, præcipiamq; cognatis tuis, ne sint tibi molesti. 33 pœna iniquitatis sit in me & in familiã patris mei & rex & thronus eius (sit) innocens. i. exsors pœnæ iniquitatis. q. d. si quid mihi interim acciderit, te negligente querimoniam meam, lues tu pœnas, si quid sinistri accidat filio meo. Retorsit enim in se, quod erat tribuendum regi, honoris causa.

34 Qui dixerit aliquid contra te: adduc tu &c. Verbũ illud adduc, ad vnum e pueris Dauidis refertur, quẽ alloquitur, quemque dat mulieri comitem. est. n. secundæ personæ masculini generis apud Hebræos.

35 Heb. attingat. 36 Heb. [illegible] ris quæso [illegible] Domini Dei tui, ne multiplices propinquos mortui ad perdendũ, neve disperdant &c. Vult regem promissione sua iurejurando cõfirmare. q. d. si interdixeris vni tantum, statim emerget alius qui filium meum occidat: ita eris causa quod effundatur sanguinis effusi [illegible] multi. Sit ergo rex, edictum tuum generale, [illegible] iurejurando [illegible] Prohibe iussu [illegible] iurejurando adhibito, ne quis [illegible] filium meum. [37] Per Deum viuentem, ne pilus quidem cadet de capite filii tui.

38 q. d. Quomodo cogitas [illegible] populum [illegible] [illegible] tenet, nempe eos [illegible] quum illud damnes, cur igitur idem facis, neq; animaduertis te locutum contra teipsum: non enim reuocas Absalom. 19 Loquitur enim, si loqui [illegible] videtur) [illegible] verbum hoc quasi imprudens, (quod [illegible] filium meum, [illegible] quod non reuocet rex expulsum suum Absalom qui filii sui [illegible] n aduertit teipsum condemnare, qui non reuocet Absalom. 20 Heb. moriendo morimur [illegible] [illegible] celeres [illegible] vita hominum fluxa est. 21 Confunduntur. 22 non recolliguntur [illegible] a nobis, neq; [illegible] 23 Heb. neq; suscipit Deus (sub. faciem, vel personam) cuiusquam [illegible] persona. 24 Heb. sed cogitat [illegible] non repellat a se repulsum [illegible] leges, non repellendi a se eiectum [illegible] 25 Nunc ergo quod veni vt loquerer cum rege [illegible] populus, sub. qui [illegible] declararem, fore vt excandesceres. 26 [illegible] Aut [illegible] sub. verba mea, siue parabolam meam. 27 [illegible] in meo [illegible] 28 in quietem [illegible] 29 [illegible] bonum [illegible] iustum & iniustum. 30 [illegible] Deus si feceris quod postulo. 31 Vel [illegible] 33 Heb. manus Joab tecum fuit in omnibus istis? Numquid Joab [illegible] 34 [illegible] neq; ad dexteram neq; ad sinistram ab omnibus quæ &c. q. d. [illegible] Gallice. Ie [illegible] qu'il faut [illegible] aut ad dexteram aut ad sinistram ex omnibus [illegible] Joab &c. 35 Heb. [illegible] seruus tuus Joab ipse præcepit sub. mihi, [illegible] Vel, verteret tibi [illegible] ante oculos [illegible] Joab, eumq; hæc narrarem, intelligeres fabulam [illegible] 38 [illegible] etiam aliena quæcunq; geruntur. 39 sub. quam petis. 40 Heb. & incuruauit se, & benedixit regi. 41 [illegible] 42 secessitque vel, recepitque se.

25 Porro

Pulcher Absalom.

25 Porrò sicut Absalom, vir non erat pulcher in omni Israel, & decorus nimis: a vestigio pedis vsq; ad verticem non erat in eo vlla macula.

Cæsaries eius.

26 Et quando tondebat capillum (semel autem in anno tondebatur, quia grauabat eum cæsaries) ponderabat capillos capitis sui ducentis siclis, pondere publico.

Thamar, filia Absalom.

27 Nati sunt autem Absalom filii tres. & filia vna, nomine Thamar, elegantis formæ.

28 Mansitque Absalon in Ierusalem duobus annis, & faciem regis non vidit.

29 Misit itaque ad Ioab, vt mitteret eum ad regem: qui noluit venire ad eum. Cumque secundò misisset, & ille noluisset venire ad eum.

G

Absalom messem Ioab succendit.

30 Dixit seruis suis. Scitis agrum Ioab iuxta agrum meum, habentem messem hordei: ite igitur, & succendite eum igni. succenderunt ergo serui Absalom segetem igni.

31 Et venientes serui Ioab, scissis vestibus suis, dixerunt, Succenderunt serui Absalom partem agri igni. Surrexitque Ioab, & venit ad Absalom in domum eius, & dixit, Quare succenderunt serui tui segetem meam igni?

32 Et respondit Absalom ad Ioab. Misi ad te obsecrans vt venires ad me, & mitterem te ad regem, & diceres ei, Quare veni de Gessur? melius mihi erat ibi esse: obsecro ergo vt videam faciem regis: quod si memor est iniquitatis meæ, interficiat me.

Absalom osculatur Dauid.

33 Ingressus itaque Ioab ad regem, nunciauit ei omnia: vocatusque est Absalom, & intrauit ad regem, & adorauit super faciem terræ coram eo: osculatusq; est rex Absalon.

25 *Non fuit vir tam elegans vt Absolom in omni Israele.* [43] *qui* [*sic*] *laudaretur supra modum, a planta pedis sui in verticem vsq; non fuit* [44] *quicquam reprehensibile in eo.*

26 *Quum tonderet* [45] *caput suum,* ([46] *quod fiebat singulis annis ad finem anni, quod scil. tonderet, eo quod* [*capillitium*] *grauaret ipsum,*) [47] *pendebat capillitium capitis sui ducentis siclis pondere reg[is]*

27 *Nati q; sunt Absalom tres filii, & filia vna, cuius nomen erat Thamar: fuit hæc mulier pulchro aspectu.*

28 *Mansit itaq; Absalom in Ierusalem duobus annis, vt faciem regis non videret.*

29 *Misit ergo Absolom ad Ioab, vt mitteret eum ad regem: at* [*Ioab*] *noluit venire ad eum, neque quum secundò* [*ad eum*] *misisset, venire voluit.*

30 *Dixit ergo* (*Absolom*) *ad seruos suos, En agrum Ioab* [48] *quem habet penes me, in quo est hordeum ite & succendite eum igne. succenderunt ergò serui Absolomis agrum igne.*

31 *Surgens itaq; Ioab venit ad Absolom in domum eius, dixitq; ad eum, Quare succenderunt serui tui agrum meum igni?*

32 *Respondit Absolom ipsi Ioab, En misi ad te, dicens, Veni huc, vt mittam te ad regem:* [49] *dixi enim, Cur veni ad Gesur? satius esset me adhuc illic esse, effice igitur vt videam faciem regis: quod* [50] *si est in me iniquitas, interfice me.*

33 *Venit igitur Ioab ad regem, &* [51] *indicabat ei* (*hæc*) *vocauit itaq;* (*rex*) *Absolom, & is venit ad regem, inclinatq; facie sua terram versus, coram rege, rex osculatus est Absolom.*

43 Heb. ad laudandum (eum), i. ita vt laudarent eum homines vehementer. hoc est, qui dignus esset vt maxime laudaretur.
44 In eo macula, siue, vitium.
45 Vel, cæsariem suam.
46 Heb. (erat) in fine anni in annum quod tondebat eam: quod grauaret ipsum, curabat tondendam eam,) i. solebat autē quotannis tondere eam, quoniam grauis illi esset.
47 Tunc ponderabat cæsariem.
48 Vel, qui est vicinus loco meo.
49 Vt dicas.
50 i. si iniquè egi interficiendo Amnon, quod violasset sororē meam, si conuincar cædis.
51 Renunciauit sub. prædicta.

CAPVT XV.

A

Absalom ambiens regnum, animos populi sibi conciliat.

1 IGitur post hæc fecit sibi Absalom currus & equites, & quinquaginta virōs qui præcederēt eū.

2 Et mane consurgens Absalō, stabat iuxta introitum portæ in via, & omnem virum qui habebat negocium vt veniret ad regis iudicium, vocabat Absalō ad se & dicebat, De qua ciuitate es tu? q respondens aiebat, Ex vna tribu Israel ego sum seruus tuus.

3 Respondebatque ei Absalom, Videntur mihi sermones tui boni & iusti, sed non est qui te audiat constitutus a rege.

4 Dicebatque Absalom, Quis me constituat iudicem super terram, vt ad me veniant omnes qui habent negocium, & iuste iudicem?

5 Sed & cum accederet ad eum homo vt salutaret illum, extendebat manum suam, & apprehendens, osculabatur eum.

B

6 Faciebatque hoc omni Israel venienti ad iudicium vt audiretur a rege, & solicitabat corda virorum Israel.

Absalō comminiscitur sacrificiū & votum dum hypocrysi & fraude regnum quærit.

7 Post quadraginta autem annos, dixit Absolom ad regem David, vadam, & reddam vota mea quæ voui Domino, in Hebron.

8 Vouens enim vouit seruus tuus, cum esset in Gessur Syriæ, dicens, Si reduxerit me Dominus in Ierusalem, sacrificabo Domino.

9 Dixitque ei rex David, Vade in pace, & surrexit, & abiit in Hebron.

Coniuratio Absalom.

10 Misit autem Absalō exploratores in vniuersas tribus Israel, dicens, Statim vt audieritis clangorem buccinæ, dicite.

** Regnauit.*

11 * Regnabit Absalon in Hebron. Porrò cum Absalon ierunt ducenti viri de Ierusalem vocati, euntes simplici corde, & causam penitus ignorantes.

1 *POst hæc contigit vt Absolom pararet sibi* [1] *currum & equitatum, & quinquaginta* [2] *celeres qui eum stiparent.*

2 [3] *Ante lucem verò surgens Absolom, stabat ad latus* [4] *viæ quo itur ad portas. omnemque virum qui causam habebat, veniebatq; ad regem* [5] *vt disceptaret,* [6] *accersebat Absolom ad se, & dicebat, E qua ciuitate es tu? cumq; is responderet, Ex* [7] *aliqua tribuum Israel est seruus tuus.*

3 [8] *Aiebat ad eum Absolom,* [9] *En, tu habes bonam & iustam causam, at nemo est a rege (constitutus) qui te audiat*

4 [10] *Dixitq; Absolom, O si ego essem iudex in terra, vt ad me veniat quicunque litem habet* [11] *& ius petit,* [12] *vt pro eo sententiam dicam.*

5 *Adhæc, quum quis accederet* (*eum*) *& inclinaret se ei,* [13] *exerta manu prehensabat eum, et osculabaturq; eum.*

6 *Ad hunc modum* [14] *fecit Absolom vniuersis Israelitis, qui veniebant ad regem* [15] *disceptandi gratia:* [16] *furatusq; est Absolom cor virorum Israel.*

7 *Contigit autem* [17] *appetente anno quadragesimo, vt diceret Absolom ad regem, Liceat quæso mihi vt eam & persoluam votum meum in Hebron, quod Domino voui:*

8 *Vouit enim seruus tuus votum quum degerem in Gesur in Syria hisce verbis, Si Dominus me omnino reduxerit in Ierusalem,* [18] *cultum exhibeb. Domino.*

9 *Dixitq; ad eum rex,* [19] *Vade in pace. qui surgens, profectus est in Hebron.*

10 *Misit autem Absolom exploratores per omnes tribus Israel hisce mandatis, Quum audieritis sonum buccinæ, dicite,*

11 [20] *Regnat Absolom in Hebron. Porrò cum Absolom abierant de Ierusalem ducenti viri* (*ab eo*) *vocati, ierantque in simplicitate sua,* [21] *nih. l omnino scientes.*

1 Singulare pro plurali, currus.
2 Viros qui currebant ante eum id est, qui præcedebāt eum. Gallice, Auant coureurs por descouurir le pais. Celeres vocauerunt Latini, quos nunc satellites dicimus.
3 Mane.
4 Viæ portæ, id est, secus viam portæ regiæ.
5 Pro iudicio, id est, ad ius audiendum.
6 Vocare solebat.
7 Vna.
8 Dicebat.
9 Heb. Vide, sermones tui sunt boni & recti.
10 Dicebatque Absalom, Quis constituat me iudicem.
11 Et controuersiam.
12 Et iuste iudicem illum, i. dicam iam recte causas illorum.
13 Extensa.
14 Faciebat.
15 Ad iudicium, sub audiendum.
16 Furabatur & subtrahebat regi etiam ab Israelitis, & animos Israelitarum sibi conciliabat.
17 Heb. i. fine quadraginta annorum. i. Exactis autem quadraginta annis ex eo scilicet tempore quo petierunt Israelitæ regem a Samuele, decimo anno imperii scilicet sexto regni Dauidis, tam tribus annis ante David, Israelitæ petierant regem.
18 Heb. seruiam Domino, sacrificando illi scilicet.
19 quasi tu ei a tua protectio.
20 i. Absolom creatus est rex.
21 Rerum scilicet quas Absalom moliebatur.

22 I. subinde maior multitudo sequebatur Absalom.
23 Venitq; nuncius ad Dauidem dicens.
24 Heb. non enim erit nobis effugium a facie Absalom.
25 Hebr. impellatq; super nos malum. i. magno impetu nos perdat.
26 Heb. quæ elegerit dominus meus rex.
27 Heb. ad pedes eius. i. cum eo, quem tota familia sequuta est.
28 Vel, regiam.
29 Egressus est inquam.
30 Heb. substiterũt in loco remoto. sub. ab vrbe.
31 Ad latus eius. i. iuxta illum.
32 Vel, Cherethæi, & Phelethæi. Dicunt Hebræi Cherethæos & Phelethæos fuisse duas cognationes in Israele quę ingiter versabantur in aula, & quibus cõmissa erat custodia corporis regii. Chaldæus parap. vertit, sagittarios & funditores. Alii dicunt eos fuisse homines doctos ac legisperitos: & alii ... fuisse vocatos Cherethæos, quod ... [illegible] ...
33 Gethæi ... dum quod ii fuerunt Gentiles cõuersi ad fidem Israeliticã. alii aiũt fuisse Iudæos in Geth natos. Cũ Dauid pugnaret in Palæstinos, consedit in Siceleg, vnde illos Gethæos adduxit.
34 Heb. ad pedes eius. i. cũ eo Dauide, vt opem illi ferrent. nam non constat ex Scriptura quãndo hæc ... Vel, ... nẽpe Ithai ... pro antecessente.
35 q. d. Non venies
37 Nouo scilicet, & nuper creato Absalom.

12 *Accersiuit quoque Absalom Abitophel Gilonitam, qui erat a consiliis Dauidis, è ciuitate sua Gilo, interim dum ipse sacrificabat sacrificia, factaq; est conspiratio valida, [22] populus (enim) confluxit ad Absolom, auctusq; is est.*

13 *[23] Venit quidam qui (hæc) nunciaret Dauidi, his ce verbis,ʼ Cor Israelitarum (inclinat) post Absolom.*

14 *Tum ait Dauid cunctis seruis suis qui erant cum eo in Ierusalem. Surgite, fugiamus: [24] nam nullus nostrum euadet: si expectauerimus Absolom:ʼ properate vt abeamus, ne fortè ipse properans nos apprehendat, [25] periculoq; nos inuoluat,ʼ feriatq; vrbem gladio.*

15 *Dixerunt ergo serui regis ad regem, En serui tui præsto sunt ad omnia [26] quæ domino regi placent.ʼ*

16 *Egressus est ergo rex cum tota domo sua.[27] & quidem pedibus suis.ʼ & reliquit rex decem mulieres concubinas, vt custodirent [28] domum.ʼ*

17 *[29] Egressus itaq;ʼ rex & omnis populus [27] pedibus suis. [30] steterunt procul à domo,ʼ*

18 *Cuncti autem serui eius transibant [31] ad manum eius,ʼ sicut & omnes [32] Crethi, atque omnes Plethi,ʼ & omnes [33] Githæi,ʼ viri nempe sexcenti, qui venerant [34] pedites de Gath, qui præcedebant faciem regis.*

19 *Dixitq; rex ad Ithai Githæum, [35] Cur & tu proficisceris nobiscum? reuertere, & mane cum [36] rege: [37] es enim aduena, [38] simulq; exul [39] extra patriam tuam.ʼ*

20 *Heri aduenisti, [40] cur te vt nobiscum proficiscereris, hodie extrem? ego quidem proficiscor [41] quocunque tandem profectus fuero:ʼ tu reuertere, & reduc [42] fratres tuos.*

21 *[43] Tecum bonitas & fides.ʼ*

22 *Ithai respondit regi, dicens, Viuit Deus, & viuit dominus meus rex, vbicunq; fuerit dominus meus rex, [44] siue hoc ad mortem siue ad vitam [fuerit,ʼ] illic erit & seruus tuus. Tum dixit Dauid ad Ithai, Veni igitur, & transito, transiit itaque Ithai Githæus omnesq; milites eius, omnisq; pubes quæ cum ipso erat.*

23 *Et flebat tota terra voce magna, omnisq; populus transibat: deinde & rex ipse transiuit torrentem [45] Kidron,ʼ & omnis populus transibat via quæ ducebat ad desertum.*

24 *Et ecce Zadoc & omnes Leuitæ cum eo ferebant arcam fœderis Dei, [46] collocaruntq; arcam fœderis Dei. ascendit autem Abiathar, donec cunctus populus plene transisset ex vrbe.*

25 *Et ait rex ad Zadoc, Reduc arcam Dei in vrbem, si nactus fuero fauorem coram Domino, me restituet, ostendetq; mihi [47] & se & habitaculum suum.ʼ*

26 *Quod si dixerit [48] Nihil te delector,ʼ præsto sum, faciat mecum quod sibi bonum visum fuerit.*

27 *Et dixit rex ad Zadoc sacerdotem, [49] Annon es tu videns?ʼ reuertere tu incolumis in vrbem, sintq; duo filii vestri vobiscum, nempe Ahimaaz filius tuus, & Ionathan filius Abiathar:*

28 *Despicite, ego [50] moram nectô in campis deserti, donec nuncium à vobis veniat, quod me certiorem reddat.*

29 *Reduxit ergo Zadoc & Abiathar arcam Dei in Ierusalem, & manserunt illic.*

30 *Porro Dauid ascendit cliuum [montis] oliuarum, [51] ascendens videlicet & flens,ʼ incedens [52] operto capiteʼ & nudis pedibus: quin & omnis populus quem secum habebat, operuerunt quisque caput suum & ascenderunt, ascendendo flentes.*

12 Accersiuit quoque Absalom Achitóphel Gilonitem consiliarium Dauid, de ciuitate sua Gilo. * cumque immolaret victimas: factaʼ est coniuratio valida, populusque concurrens augebatur cum Absalom. C — *cum immolaret victimas, & facta est*

13 Venit igitur nuncius ad Dauid dicens, Toto corde vniuersus Israel sequitur Absalom.

14 Et ait Dauid seruis suis qui erant cum eo in Ierusalem, Surgite, fugiamus: neq; enim erit nobis effugium à facie Absalom: festinate egredi, ne fortè veniens occupet nos, &* impleatʼ super nos ruinam, & percutiat ciuitatem in ore gladii. — *Fugit Dauid à facie Absalom.* — * *impellat.*

15 Dixeruntque serui regis ad eũ, Omnia quæcunque præceperit dominus noster rex, libenter * exequimurʼ serui tui. — * *exequemur (fut. temp.*

16 Egressus est ergo rex, & vniuersa domus eius pedibus suis: & reliquit rex decem mulieres concubinas ad custodiendam domum. D

17 Egressusq; rex & omnis Israel pedibus suis, stetit procul à domo:

18 Et vniuersi serui eius ambulabant iuxta eum, & legiones Cerethi & Phelethi, & omnes Gethæi pugnatores validiʼ sexcẽti viri qui secuti eum fuerant de Geth pedites, præcedebant regem.

19 Dixit autem rex ad Ethai Gethæum, Cur venis nobiscum? reuertere, & habita cum rege, quia peregrinus es, & egressus es de loco tuo. — *Ethai proselytus, sequitur Dauidem fugientem.*

20 Heri venisti, & hodie compellèris nobiscum egredi? ego autem vadam quo iturus sum: reuertere, & reduc tecum fratres tuos,

21 Et Dominus faciet tecum misericordiam & veritatem, quia ostendisti gratiam & fidem.ʼ

22 Et respondit Ethai regi, dicens, Viuit Dominus, & viuit dominus meus rex: quoniam in quocunque loco fueris domine mi rex, siue in morte, siue in vita, ibi erit seruus tuus. Et ait Dauid Ethai, Veni, & transi, & transiuit Ethai Gethæus, & omnes viri qui cum eo erant, & reliqua multitudo. E

23 Omnesq; flebant voce magna & vniuersus populus trãsibat: rex quoq; transgrediebatur Torrentem Cedron, & cunctus populus incedebat contra viam oliuæ quæ respicit ad desertum.

24 Venit autem & Sadoc sacerdos,ʼ & vniuersi Leuitæ cum eo, portantes arcam fœderis Dei, & deposuerunt arcam fœderis Dei: & ascendit Abiathar, donec expletus esset omnis populus qui egressus fuerat de ciuitate. — *Sadoc sacerdotem in vrbem remittit Dauid.*

25 Et dixit rex ad Sadoc, Reporta arcam Dei in vrbem: si inuenero gratiam in oculis Domini, reducet me, & ostendet mihi eam & tabernaculum suum.

26 Si autem dixerit mihi, Non places: præstò sum, faciat * quod bonum est coram se. F — *Vera sui mortificatio, & abnegatio.* — * *mihi.*

27 Et dixit rex ad Sadoc sacerdotem, O videns reuertere in ciuitatem in pace: & Achimaas filius tuus, & Ionathan filius Abiathar duo filii vestri, sint vobiscum.

28 Ecce ego abscondar in campestribus deserti, donec veniat sermo à vobis, indicans mihi.

29 Reportauerunt ergo Sadoc & Abiathar arcam Dei in Ierusalem, & manserunt ibi.

30 Porro Dauid ascendebat Cliuum oliuarum, scandens & flens, nudis pedibus incedens, & operto capite, sed & omnis populus qui erat cum eo, operto capite ascendebat plorans.

37 Alienigena es, natus scil. in Gath aut quod esset Gentilis aut proselytus. 38 Et etiam vagus, siue profugus, certas sedes non habẽs, qui nondum apud nos habitationẽ tuam satis confirmasti, huc cõmigrasti longioris habitationis causa: ne ergo me sequaris. 39 In locum tuum, sub. reuertere in quẽ in Ierusalem, vbi nuper habitare cœpisti. 40 Heb. & hodie mouere te faciam loco nobiscum ad eundũ? i. te abducam nobiscũ? 41 Heb. quò vado. i. proficiscor ad locum ... quem. 42 i. milites. 43 tecũ erit misericordia & veritas vel, fides. q. d. rependã tibi postea, memor scil. beneficii in me collati, & fidei quã seruasti mihi quod volueris me sequi etiã fugientem. Vel potius, tecũ est misericordia & veritas: i. mihi nota est gratitudo animi tui, & fides. 44 i. siue fuero in loco pleno discriminis, siue tuto. 45 Cedron ... dicitur ab obscuritate. Torrens Cedron erat situs in loco aliquo opaco, obscuro, & vmbroso. Recta tendebat populus ad desertum: Dauid autem parum ... vt transiret per torrentem Cedron. 46 vel, deposueruntq; i. collocarunt in loco idoneo. 47 Et eam (sub. arcã,) & domicilium eius, in quo reponitur arca. 48 Heb. Non est mihi beneplacitum in te. i. Non es mihi gratus. 49 Vel, Videns. i. Vales consilioq. q. d. Si valeas consilio, reuertere: plus enim profueris mihi redeundo, quam manendo. Chaldæus paraph. Propheta es. Si Dominus à te consultus responderit tibi redeundũ esse domũ, redito. 50 subsistã. vel, remansurus sum, sub. aliquot dies. 51 vel, ascendens flendo. 52 more sc. lugentium. 53 Nunciarunt

* & Oratio Dauidis contra Achitophel.

31 Nonciatum est autem Dauid quòd * Achi-
tóphel esset in coniuratione cum Absalom, dixitq;
Dauid, Infatua quæso Domine consilium Achitó-
phel.

G

* D.n.w. Chusai remittit Dauid in Ierusalem.

32 Cumq; ascenderet Dauid summitatem mõ-
tis in quo adoraturus erat * Dominum, ecce occur-
rit ei Chusai Arachites, scissa veste, & terra pleno
capite.

33 Et dixit ei Dauid, Si veneris mecum, eris mi-
hi oneri:

34 Si autem in ciuitatem reuertaris, & dixeris

* ego.

Absalom. Seruus tuus sum * rex, patere me viue-
re: sicut fui seruus patris tui, sic ero seruus tuus: dis-
sipabis consilium Achitóphel.

35 Habes autem tecum Sadoc & Abiathar sa-
cerdotes: & omne verbum quodcunq; audieris

* de

* in * domo regis, indicabit Sadoc & Abiathar sa-
cerdotibus.

36 Sunt enim cum eis duo filii eorum Achima-
as filius Sadoc, & Ionathan filius Abiathar: & mit-
tetis per eos ad me omne verbum quod audieritis.

37 Veniente ergo Chusai amico Dauid in ciui-
tatem, Absalom quoq; ingressus est Ierusalem.

*31 Nunciauit autem [quispiam] Dauidi, dicens,
Abitophel quoque est cum his qui conspirarunt cum
Absolom. tum ait Dauid, [53] Irritum fac ô Domine con-
silium Abitophel.*

*32 Quumq; peruenisset Dauid ad [54] verticem, vt il-
lic adoraret Deum, venit ei obuiam Husai Archites,
[55] discissaque sunt eius vestis, humum habens super ca-
put suum.*

*33 Ad quem ait Dauid, Si mecum [56] transmiseris,
eris mihi oneri:*

*34 Si verò redieris in vrbem, dixerisq; ad Absolom,
Seruus tuus [57] ero, ô rex quemadmodum [58] hactenus ser-
uus fui patris tui, sic ero nunc seruus tuus: hac ratione ir-
ritum facies [59] mihi consilium Abitophel.*

*35 Annon illic tecum erit Zadoc & Abiathar sacer-
dotes? quidquid ergo [60] e domo regis audieris, nunciabis
Zadoc & Abiathar sacerdotibus:*

*36 Cum his quoque illic sunt duo filii eorum, Achi-
maaz, qui est ipsius Zadoc, & Ionathan, qui est ipsi-
us Abiathar: per illorum manus mittetis ad me quod-
quid audieritis.*

*37 [61] Venit itaq; Husai amicus Dauidis in ciuita-
tem: venit & Absolom in Ierusalem.*

53 Vel, Infatua, aut, Perde.
54 Id est, montis.
55 Scissam habens tunicam suam.
56 transieris, i. si me sequaris.
57 sub. posthac.
58 He. tui seruus patris tui: ex tunc, [i. ex multo tempore,] & nunc ... posthac.
59 i. in commodum meum.
60 vel, in aula.
61 q. d. Statim atque ingressus est Chusai amicus Dauidis in vrbem, ingressus quoque est Absalom in Ierusalem.

CAPVT XVI.

CAP. XVI.

A

Siba mendax, Dauidi occurrens, dantur bona Miphibóseth.

* vtre.

1 CVmq. Dauid transisset paululùm montis ver-
ticem, apparuit Siba puer Miphibóseth, in oc-
cursum eius, cum duobus asinis, qui onerati erant
ducentis panibus, & centum alligaturis vuæ pas-
sæ, & centum massis palatharum, & * vtribus
duobus vini.

2 Et dixit rex Sibæ, Quid sibi volunt hæc? Re-
spondítque Siba, Domine mi rex, asini, dome-
sticis regis vt sedeant, & panes & palathæ ad ve-
scendum pueris tuis: vinum autem vt bibat si quis
defecerit in deserto.

Infr. 19. e

3 ‖ Et ait rex, Vbi est filius domini tui? Respon-
dítque Siba regi, Remansit in Ierusalem, dicens,
Hodie restituet mihi dominus Israel regnum pa-
tris mei.

4 Et ait rex Sibæ, Tua sint omnia quæ fuerunt
Miphibóseth. Dixitq; Siba, Oro vt inueniam gra-
tiam coram te domine mi rex.

Semei maledicit Dauidi fugienti.
3. Reg. 2. b

5 ‖ Venit ergo rex Dauid vsq; Bahurim: & ecce
egrediebatur inde vir de cognatione domus Saul,
nomine Semei, filius Gera, procedebatq; egrediens,
& maledicebat.

B

6 Mittebatq; lapides contra Dauid: & contra
vniuersos seruos regis Dauid, omnis autem popu-
lus, & vniuersi bellatores à dextro & à sinistro la-
tere regis incedebant.

7 Ita autem loquebatur Semei cum maledice-
ret regi, Egredere, egredere vir sanguinum, &
vir belial.

8 Reddidit tibi Dominus vniuersum sangui-
nem domus Saul: quoniam inuasisti regnum pro
eo, & dedit Dominus regnum in manu Absalom
filii tui: & ecce premunt te mala tua, quoniam vir
sanguinum es.

9 Dixit autem Abisai filius Saruiæ, regi, Quare
maledicit canis hic moriturus domino meo regi?
vadam, & amputabo caput eius.

Mortificata voluntas. Fides.

10 Et ait rex, Quid mihi & vobis est filii Saruiæ?
dimittite eum vt maledicat: Dominus enim præce-
pit ei vt malediceret Dauid: & quis est qui audeat
dicere quare sic fecerit?

* nunc. C

Dauid iniuriã quod à Deo esset, non vlciscitur.
Afflictio.

11 Et ait rex, Abisai, & vniuersis seruis suis,
Ecce filius meus, qui egressus est de vtero meo, quæ-
rit animam meam: quanto magis * hic filius Iemini
maledicet mihi? dimittite eum vt maledicat iuxta præceptum Domini,

12 Si fortè respiciat Dominus afflictionem meam, & reddat mihi Dominus bonum pro maledictio-
ne hac, die hodierna.

*1 QVum verò Dauid paululum transisset [1] è vertice,
en Ziba [2] puer Mephibóseth venit ei obuiam. si-
mulq; par asinorum stratorum, super quos erant ducenti
panes, centum ligatura uuarum passarum, & centum
[massæ] [3] fructuum æstiuorum, & lagena vini.*

*2 Et ait rex ad Ziba, [4] Quid tibi hæc? Respondit
Ziba, Asini sunt pro domo regis, [5] vt eis vehantur, pa-
nes verò & [6] fructus æstiui sunt pro pueris vt edant:
vinum vt bibant [7] qui fatigati sunt in deserto.*

*3 Atq; rex, Vbi est filius domini tui? [8] Respondit Zi-
ba regi, En [9] sedet in Ierusalem: quoniam dixit, Hodie
restituent mihi Israelitæ regnum patris mei.*

*4 Dixit ergo rex ad Ziba, En [10] tua sint quæcunque
habet Mephibóseth. Et ait Ziba, [11] Gratias ago, nanci-
scar fauorem in oculis domini mei regis.*

*5 Venit itaque rex Dauid [12] Bahurim vsque: &
ecce illinc egrediebatur quidam de familia domus Sau-
l [illegible], nomine Semei, filius Gera. Is egrediendo egredie-
batur, & [13] maledixit.*

*6 Adhæc lapidibus petiit Dauidem, omnesque ser-
uos regis Dauidis: [14] omnem populum, heroesque omnes,
qui erant ei à dextra & à sinistra.*

*7 Sic autem dicebat Semei quum malediceret ei: E-
gredere, egredere [15] sanguinarie, [illegible] belial.*

*8 Dominus rependit tibi vniuersum sanguinem do-
mus Saulis [illegible], cuius loco tu regnasti, tradidit q; Dominus
regnum in manum filii tui Absolomi, [16] [illegible] tuo malo,
quoniam sanguinarius es.*

*9 Ait autem Abisai filius Zeruiæ ad regem, Cur ma-
ledicit [17] canis iste mortuus domino meo regi? sine obsecro
vt abeam, & [illegible] caput eius.*

*10 Et ait rex, [18] Quid mihi vobiscum negotii
filii Zeruiæ? maledicat sic, [illegible] Dominus
iussit ei vt Dauidi maledicat: quis igitur dicat, Cur
sic fecisti?*

*11 Dixitque Dauid ad Abisai & ad omnes ser-
uos suos: Ecce filius meus qui egressus est è [illegible]
meis insidiatur vitæ meæ; quanto igitur magis [19] filius
iste Iemini permittitur vt maledicat, quoniam Domi-
nus præcepit ei.*

*12 Fortassè Dominus respiciet afflictionem meam,
rependetque mihi Dominus bonum pro maledictis illius
hoc eodem die.*

1 Vel, vlna verticem.
2 vel, famulus.
3 Caricarum.
4 Gallice, Que veulx tu faire de ceci?
5 He. ad equitandum, i. super quos equitabunt familiares regis, & reliqui.
6 Caricæ.
7 q. de eccisus.
8 menteens fil. ... remãsit, affectãs nẽpe regnum.
10 q. d. do tibi, ... her tu posside.
11 Supplex oro, ... in eã gratiã apud te, dñe mi rex. ... gratias agũt, ... aliquo signo externo solẽt animi gratitudinem ostẽdere. Chald. par. Gratias ago, inueniã &c. q. d. vtinã semper ita me ames.
12 i. in agrũ Bahurim: h. e. quã tã nõ lõge abesset a Bahurim. Hic locus dicitur in Paralip. Almah. Hoc vero per anticipationẽ dicitur ... quæ postea illã ... expo-nuntur.
13 maledicebat. vel, cœpit maledicere.
14 omnis autem populus & oẽs potẽtes (siue fortes) erãt à dextra eius & à sinistra i. oẽs viri militares erãt ad dextrũ latus Dauidis & ad sinistrum.
15 He. vir sanguinũ, & vir impie, i. homo ... improbe.
16 He. & ecce in malo tuo i. calamitate & afflictione opprimeris, quonia sanguinẽ humanum effudisti.
17 q. d. abiectissimus iste homo, qui nõ plurus est

quàm canis mortuus, 18 q. d. Quid habeo commune vobiscum? Gallice, Vous a'uez qu'a faire de mon cas. 19. i. Beniaminites.

13 *Quumq. David & viri eius per viam incederent, ibat Semei in latere montis e regione illius, ibat inquam & maledicebat, iaciebatq. lapides [20] contra eum simulque spargebat pulverem.*

14 *Venerunt autem rex & cunctus populus qui erat cum eo fatigati, & ibi [21] refecit sese.*

15 *Absolom autem & omnis populus [22] Israeliticus venerunt in Ierusalem, cumq. eo Ahitophel.*

16 *Quumq. venisset Husai Archites amicus Davidis ab Absolom, dixit Husai ad Absolom, [23] Vivat rex, vivat rex.*

17 *Dixit autem Absolom ad Husai, [24] Haeccine beneficium tuum amico tuo (r. pendis?) cur non profectus es cum amico tuo?*

18 *Respondit Husai ipsi Absolom, Nequaquam sed quem elegerit Dominus & populus iste, nempe universus Israel, illius ero, & cum illo manebo.*

19 [25] *Adhaec cui ego [26] inserviré, annó [27] corá filio [28] eius? quéadmodú servivi corá patre tuo, sic ero coram te.*

20 *Et dixit Absolon ad Ahitophel, Agitedum proferte consilium, quid faciamus.*

21 *Et dixit Ahitophel ad Absolom. Ingredere ad concubinas patris tui, quas reliquit ut domum custodirent: audietq. universus Israel [29] quód odiosus sis factus patri tuo: sic roborabuntur manus omnium [30] qui tecum sunt.*

22 *Tetenderunt ergo ipsi Absolom tentorium super [31] tectum, & ingressus est Absolom ad concubinas patris sui in oculis totius Israelis.*

23 *Etenim consilium quod dedit Ahitophel illis diebus, [32] fuit acsi quis consuluisset [34] oraculum Dei: sic fuit omne consilium Ahitophelis, tam apud Davidem, quam apud Absolom.*

13 Ambulabat itaq; Dauid, & socij eius per viam cum eo. Semei autem per iugum montis ex latere, contra illum gradiebatur, maledicens, & mittens lapides aduersum eum, terramq; spargens.

14 Venit itaq, rex David, & vniuersus populus cum eo lassus, & * refocillati sunt ibi. * refocillatus est.

15 Absalom autem & omnis populus eius ingressi sunt Ierusalem, sed & Achitophel cum eo.

16 Cum autem venisset Chusai Arachites amicus Dauid ad Absalom, locutus est ad eum, Salue rex, salue rex. *Chusai iuxta Davidis consilium defiest ad Absalom.*

17 Ad quem Absalon, Hæc est, inquit, gratia tua ad amicum tuum? quare non iuisti cum amico tuo? D

18 Respondítque Chusai ad Absolom, Nequaquam: quia illius ero quem elegit Dominus, & omnis hic populus & vniuersus Israel, & cum eo manebo.

19 Sed vt & hoc inferam, cui ego seruiturus sum? nónne filio regis? sicut parui patri tuo, ita parebo & tibi.

20 Dixit autem Absalom ad Achitóphel, Inite consilium, quid agere debeamus. *Consilium Achitophel.*

21 Et ait Achitophel ad Absaló, ingredere ad concubinas patris tui quas dimisit ad custodiendú domú: vt cum audierit omnis Israel quod fœdaueris patrem tuum, roborentur tecum manus eorum.

22 Tetenderunt ergo Absalom tabernaculum in solario, ingressúsque est ad concubinas patris sui coram vniuerso Israel. *Absalon cum concubinis patris concumbit.* Sup. 12. c.

23 Consilium autem Achitóphel, quod dabat in diebus illis, quasi si quis consuleret Deum: sic erat omne consilium Achitóphel, & cum esset cum Dauid, & cum esset cum Absalom.

CAPVT XVII.

1 *Ait verò Achitophel ad Absolom, Deligam nunc duodecim millia virorum, & consurgens persequar Davidem noctu,*

2 *Irruamq. in eum [1] quum ipse sit lassus & [2] remissus manibus; terreboq. eum, ut fugiat omnis populus qui cum eo est, feriamq. solum regem.*

3 *Populum vero universum reducam ad te: [2] quumque omnes viri quos tu quaeris ad te reversi fuerint, pax erit universo populo.)*

4 *Is sermo [3] visus est rectus in oculis ipsius Absolom, & in oculis omnium seniorum Israelis.*

5 *Dixit autem Absolom, Vocato & ipsum Husai Architen, ut audiamus ipsum quoque [4] quid dicat.*

6 *Quumque venisset Husai ad Absolom, loquutus est Absolom ad eum dicens, [5] Sic loquutus Ahitophel. obsequemurne consilio eius? Sin minus, [6] dic tu.*

7 *Tum dixit Husai ad Absolom, Consilium quod [7] in praesentia dedit Ahitophel, non est bonum.*

8 *Addiditq. Husai, Tu nosti quod pater tuus milesque eius viri sint strenui & fortes, atque [8] amaro animo, non secus ac ursus in campo (catulis suis) orbatus. [9] Iam pater tuus vir est bellandi gnarus, nec pernoctat cum populo.*

9 *En ipse iam latitat, sive in aliqua spelunca sive in alio quopiam [10] loco. [11] Si tum ad primum congressum ex eis ceciderint aliqui, omnine fama haec spargetur, & dicetur cladem factam esse in exercitu Absolomis.*

10 [12] *Hinc petus & leonis fortes etiam ... sunt, & qui posthac habent ... timore ... [13] nam ... universus Israel ... patrem tuum virum esse fortem [13] militesque eius viros bellicosos.*

1 Dixit ergo Achitóphel ad Absalom, Eligam mihi duodecim millia virorum, & consurgens persequar Dauid hac nocte. A *Consilium Achitophel.*

2 Et irruens super eum, (quippe qui lassus est, & solutis manibus) percutiam eum, cum que fugerit omnis populus qui cum eo est, percutiam regem desolatum.

3 Et reducam vniuersum populum, quomodo vnus homo reuerti solet: vnum enim virum tu quæris: & omnis populus erit in pace.

4 Placuitq; sermo eius Absalom, & cunctis maioribus natu Israel.

5 Ait autem Absalom, Vocate * Chusai Arachiten, & audiamus quid etiam ipse dicat. * &

6 Cumq; venisset Chusai ad Absalom, ait Absalom ad eum, Huiuscemodi sermonem locutus est Achitóphel. facere debemus an non? quod das consilium? B

7 Et dixit Chusai ad Absalom, Non est bonum consilium quod dedit Achitóphel hac vice. *Dissipatur à Deo consilium Achitophel per Chusai.*

8 Et rursum intulit Chusai. Tu nosti patrem tuum, & viros qui cum eo sunt esse fortissimos & amaro animo, veluti si vrsa raptis catulis in saltu sæuiat. Sed & pater tuus vir bellator est, nec morabitur cum populo.

9 Forsitan nunc latitat in foueis, aut in vno quo voluerit loco: & cum ceciderit vnus quilibet in principio, audiet quicunque audierit, & dicet Facta est plaga in populo qui sequebatur Absalom. C

10 Et fortissimus * quisque, cuius cor est quasi leonis, pauore soluetur: scit enim omnis populus Israel fortem esse patrem tuum, & robustos omnes qui cum eo sunt. * ipse.

20 Hebr. e regione eius. i. cum esset e regione illius.
21 Vel, refocillatus est.
22 Heb. viri Israel. per appositionem dictum.
23 Chaldæus paraph. Prospera fortuna vtatur rex.
24 Heb. Hæc est gratia tua in amicum tuum? q. d. Hæc rependis amico tuo pro beneficiis? vel, Estne hæc gratia erga amicum tuum?
25 Hebr. Et secunda. sub. ratio.
26 Seruiturus sum?
27 Vacat istud (coram) & duo sequentia.
28 sub. amici mei
29 Hebr. quòd fœtidum te & male olentem reddideris patri &c. i. quod sceleste defeceris à patre.
30 i. qui tuas partes sequuntur.
31 Sub. regiæ domus.
32 Dabat.
33 Erat.
34 Heb. verbum &c. i. tantæ erat authoritatis, quantum est responsum & oraculum diuinum.
CAP. XVII.
1 Heb. ... manibus ... remissus animo.
2 (&) quum reuersi fuerint, (nam) vir ille est is quem quæris) omnis populus erit saluus. vel, nam is quem quæris, est vir ipse, i. caput & dux. q. d. tu enim solum principem & ducem quæris.
3 Placuit, nam quæ recta sunt placent.
4 Heb. quid sit in ore etiam ipsius.
5 Heb. iuxta hunc sermonem. i. Talia consuluit.
6 sub. sententiam tuam ...
7 Heb. ...
8 i. maxime irati.
9 ...
10 ...
11 Heb. ... (sub. ... tumultum ... qui ... dicet, Facta est plaga in populo qui sequitur Absalom. i. Victus est populus qui sequitur partes Absalom. 12 Heb. Et etiam filius (sub. ille qui audierit) vir fortis, cuius cor sit sicut cor leonis, ... do liquescet. Quidam Hebræorum hoc intelligit de Achitophel, hoc modo, & ipse Achitophel, quamuis sit fortissimus, trepidabit. 13 Hebr. cuique ... sunt, esse robustissimos.

Consilium Chusai.

11 Sed hoc mihi videtur rectum esse consilium. Congregetur ad te vniuersus populus Israel, à Dan vsq; Bersabee, quasi arena maris innumerabilis: & tu eris in medio eorum.

12 Et irruemus super eum in quocunq; loco inuentus fuerit: & operiemus eum, sicut cadere solet ros super terram: & non relinquemus de viris qui cum eo sunt, ne vnum quidem.

13 Quòd si vrbem aliquam fuerit ingressus, circumdabit omnis Israel ciuitati illi funes, & trahemus eam in torrentem, vt non reperiatur ne calculus quidem ex ea.

D 14 Dixitq; Absalom, & omnes viri Israel, Melius est consilium Chusai Arachitæ, cõsilio Achitophel. Domini autem nutu dissipatum est consilium Achitophel vtile, vt induceret Dominus super Absalom malum.

Chusai consiliũ Achitophel Dauid aperit.

15 Et ait Chusai Sadoc & Abiathar sacerdotib⁹, Hoc & hoc modo consilium dedit Achitophel Absalom, & senioribus Israel: & ego tale & tale dedi consilium.

16 Nunc ergo mittite cito, & nunciate Dauid, dicentes, Ne moreris nocte hac in campestribus deserti, sed absq; dilatione transgredere: ne forte absorbeatur rex & omnis populus qui cum eo est.

E 17 Ionathan autem & Achimaas stabant iuxta Fontem-rogel: abiit ancilla & nunciauit eis: & illi profecti sunt, vt referrent ad regem Dauid nuncium: non enim poterant videri, aut introire ciuitatem.

Achimaas & Jonathas absconsi in puteo, falluntur seruos Absalom.

18 Vidit autem eos quidam puer & indicauit Absalom: illi vero concito gradu ingressi sunt domum cuiusdam viri in Bahurim, qui habebat puteum in vestibulo suo, & descenderunt in eum.

19 Tulit autem mulier, & expandit velamen super os putei, quasi siccans ptisanas: & sic latuit res.

20 Cumq; venissent serui Absalom in domum ad mulierem, dixerunt, Vbi est Achimaas & Ionathas? & respondit eis mulier, Transierunt festinanter, gustata paululum aqua. At hi qui quærebant, cùm non reperissent, reuersi sunt in Ierusalem.

21 Cumq; abiissent, ascenderunt illi de puteo, & pergentes nunciauerunt regi Dauid, & dixerunt,
F Surgite, & transite cito fluuium: quoniam huiuscemodi dedit consilium contra vos Achitophel.

22 Surrexit ergo Dauid, & omnis populus qui cum eo erat, & transierunt Iordanem donec dilucesceret, antequam denudaretur verbum: & ne vnus quidem residuus fuit qui nõ transisset fluuiũ.

Achitophel laqueo morte sibi consciscit.

23 Porro Achitophel videns quod non fuisset factum consilium suum, strauit asinum suum, surrexitq; & abiit in domum suam & in ciuitatem suam: & disposita domo sua, suspendio interiit, & sepultus est in sepulchro patris sui.

Absalom persequitur Dauidem.

Amasa.

24 Dauid autem venit in Castra, & Absalom transiit Iordanem, ipse & omnes viri Israel cũ eo.

25 Amasam vero constituit Absalom pro Ioab super exercitum: Amasa autem erat filius viri, qui vocabatur Iethra de Iesraeli, qui ingressus est ad Abigail filiam Naas, sororem Saruiæ quæ fuit mater
G Ioab.

26 Et castrametatus est Israel cum Absalom in Terra Galaad.

Prouidentia Dei, cibi afferuntur ad Dauidem in desertum.

27 Cumque venisset Dauid in Castra, Sobi filius Naas de Rabbath filiorum Ammon & Machir filius Ammiel de Lo dabar, & Berzellai Galaadites de Rogelim,

28 Obtulerunt ei stratoria & tapetia, & vasa fictilia, frumentum & hordeum & farinam & polentam & fabam & lentem, & frixum cicer.

29 Et mel & butyrum, oues & pingues vitulos dederuntq; Dauid, & populo qui cum eo erat, ad vescendum: suspicati enim sunt populum fame & siti fatigari in deserto.

11 [14] Et enim ego consulo' ut ad te citissime congregetur vniuersus Israel, a Dan vsq; ad Beersaba, [15] qui multitudine arenam maris aequat: [16] tu ipse praesens adsis in conflictu?

12 Tum [17] irruemus in eum, vbicunq; tandem locorum fuerit inuentus: irruemus inquam in eum, quemadmodum ros cadit super terram, nec vnum quidem, neque ex eo, neq; ex his qui cum eo sunt, faciemus reliquũ.

13 Quod si se receperit in vrbem aliquam, [18] admonebunt omnes Israelita funes illi vrbi, & trahemus ea vsq; ad torrentem, vt ne lapillus ibi inueniatur.

14 Ait itaq; Absolom & omnes Israelita, Consilium Husai Arachita melius est quam consilium Ahitophelis. Siquidê Dominus [19] ordinauerat vt consiliũ Ahitophelis bonum irritum fieret, vt Dominus induceret malum super Absolon.

15 Dixit vero Husai ad Zadoc & Abiathar sacerdotes, Sic & sic consuluit Anitophel ipsi Absolom & senioribus Israel: tale vero consilium ego dedi.

16 Nunc ergo [20] per nuncios indicate Dauidi huiusmodi verba, Ne pernoctes hac nocte in campestribus locis deserti, sed mox traiice, ne forte absorbeatur & rex, & vniuersus populus qui cum ipso est.

17 Porro Jonathan & Ahimaaz stabant iuxta [21] Fontem-rogel, [22] abiit ergo [23] ancilla quadã, & [24] indicauit eis, [25] ipsiq; abeuntes renunciauerunt regi Dauid: illi enim palàm vrbem ingredi non audebant.

18 Videns autem eos puer, nunciauit ipsi Absolom: atq; illi duo properanter abierunt, veneruntq; in domum cuiusdam viri in Bahurim, qui puteum habebat in atrio suo in quem descenderunt.

19 Tollensq; velum quoddam [26] mulier, expandit super puteum, & sparsit super ipsum [27] hordeum contusum [28] ne res haec innotesceret.

20 Et venientes serui Absolom in domum ad [29] mulierem, dixerunt, Vbi est Ahimaaz & Jonathan? Respondit eis mulier, Transierunt [30] vadũ aquarũ. quumq; quaesiuissent, & non inuenissent, reuersi sunt in Jerusalem.

21 Factum ergo est, postquam illi abiissent, vt ascenderent hi de puteo, irentq; & nunciarent regi Dauidi, dixerunt q; ad Dauidẽ, Surgite, & propere transite [31] aquas: quoniam sic consuluit contra vos Ahitophel.

22 Surrexit itaq; Dauid & omnis populus qui erat cum eo, & transierunt Jordanem [32] antequam aurora exoriretur, ita vt ne vnus quidem [33] desideraretur qui non transisset Jordanem.

23 Porro Ahitophel videns non [34] successisse consiliũ suum, strauit asinum, & consurgens abiit in domum suã, [35] & ad ciuitatem suam [36] dispositaq; domo sua, [37] strangulatus est, & mortuus est, sepultusq; in sepulchro patris sui.

24 Dauid vero venit in Mahanaim, & Absolom Jordanem transmisit ipse & cum eo omnes Israelita.

25 Et constituit Absolom Amasam pro Joab super exercitum: erat autem Amasa filius cuiusdam [38] viri Israelitae nomine Jithra, [39] qui ingressus erat ad Abigail filiam Nahas sororem Zeruia matris Joab.

26 Castrametatus est itaq; Israel & Absolom in terra Gilead.

27 Cumq; venisset Dauid in Mahanaim, (attulerũt) [41] Sobi filius Nahas de Rabba Ammonitarũ, Machir filius Ammiel de Lodebar, & Barsillai Gileadites de Roglim,

28 Lectos [42] vel [illegible], vasa fictilia, triticum, & hordeum, farinam, & [43] spicas tostas, fabas, lentem atq; [44] far tostum,

29 Mel, butyrum, oues, & caseos vaccinos, quo attulerunt Dauidi & populo qui cum eo erat, vt comederent: dixerunt enim, Populus iste famelicus est, & delassatus, & sitiens [45] in deserto.

14 Sed consulo ... [illegible]
15 Heb. tanquã arena maris q est ad mare, p multitudine. i. si multitudinẽ spectes.
16 Heb. & facies tuæ eant ad prælium:
17 Heb. veniem⁹ ad eum ad quẽdã locum in quo reperti poteris, & irruemus in eũ.
18 Heb. comportabunt omnes Israelitæ funes ad eam vrbem.
19 præceperat (sub. angelis) vt dissiparent consilium Ahitophel quod boni erat.
20 mittite (sub. filios testos) & renunciate.
21 Hen-rogel. i. fontem fullonis
22 quo abiit &c.
23 missa fuisset ab illis pontificibus.
24 supradicta scilicet.
25 ipsi autem ituri erant, & renunciaturi regi Dauid. non n. poterant sese ostẽdere ingrediẽdo vrbem. i. stabant ad fonte Rogel. non n. audebant ingredi vrbem, ne viderentur.
26 vel, vxor (illius)
27 grana frumẽti contusi.
28 Heb. & non deprehensa fuit hæc res. i. transacta.
29 matremfamilias.
30 riuu. decursum. Chaldæus paraph. Iordanẽ.
31 i. Iordanem.
32 Heb. vsquedum illucit mane.
33 defuerit.
34 factum fuisse.
35 i. quæ erat in vrbe sua nã habebat alias domos, quæ sitæ cõ erãt in eadẽ vrbe
36 He. præcepit datis familiæ suæ, quo man dasset aliqua de his q vellet fieri se mortuo.
37 strangulauit sese, i. laqueo.
39 filius iste erat Israelita genere, & habitatione Ismaelita ita eidem vocatur in libro Paralipomenon quod fuisset aliquando habitasset apud Ismaelitas.
40 Forte ante nuptiales ceremonias genuerat Amasam [illegible] sororem Abigail
41 Alius Hebræi Sobi fuisse Israelitam [illegible] Rabbath [illegible] Nahas, quem superstitem [illegible] Rabbath. Alii, aliquem Hanon.
42 vel, hydrias.
43 polentam [illegible]
44 polentam ex leguminibus,
45 Vel, ex desertis [illegible]

CAPVT XVIII.

1 *DAuid recensuit populum quem secum habebat, & constituit super eos tribunos & centuriones.*

2 *Porro tertiam populi partem misit sub manum Ioab. Rursus tertiam partem sub manum Abisai filii Zeruiæ fratris Ioab, & tertiam denide partem sub manum Ithai Githæi. & ait rex ad populum,* [1] *Omnino & ego vobiscum egrediar.*

3 *Populus vero dixit Nequaquam egredieris, nam si nos fugerimus,* [2] *nullam nostrum habebunt rationem: quin si ex nobis dimidia pars perierit,* [3] *non multum pensi habebunt* [4] *etenim nostrum ferme sunt decem millia,* [5] *& melius est vt tu nobis ex vrbe opem feras.*

4 *Dixit ergo ad eos rex, Quod vobis bonum videtur faciam. Constitit itaque rex* [6] *apud portam, egrediente vniuerso populo per centurias & chiliades.*

5 *Et præcepit rex ipsi Ioab, Abisai & Ithai, dicens, Leniter (agatis)* [7] *mihi cum puero Absolom. Audiuit hoc omnis populus quod rex præciperet omnibus ducibus* [8] *de Absolom.*

6 *Egressus est itaq; populus in campum congressurus cum Israelitis: factumque est prælium in sylua* [9] *Ephraim.*

7 *Corruit autem illic populus Israel coram seruis Dauidis, & facta est illic clades magna eodem die, nempe viginti millium.*

8 *Disperso prælio illic super faciem vniuersæ terræ: pluresq; e populo* [10] *sylua perdidit eo die, quam vorarit gladius.*

9 [11] *Datus est autem Absolom conspectui seruorum Dauidis, qui Absolom vehebatur super mulum, mulusque ipse venit subter* [12] *densam quercum, eamq; magnam:* [13] *quæ quercu caput eius retentum est, vt penderet ipse inter cælum & inter terram,* [14] *transeunte mulo cui insederat.*

10 *Quod quum quidam vidisset, nunciauit ipsi Ioab, & dixit, Ecce vidi Absolom pendentem ad quercum.*

11 *Dixit ergo Ioab ad virum qui hoc ipsi nunciauerat sibi,* [15] *Si vidisti, cur non illic ad terram eum* [16] *prostrauisti?* [17] *ego dedissem tibi decem argenteos (siclos,) & baltheum vnum.*

12 *Vir autem ille dixit ad Ioab,* [18] *Nequaquam ego, si penderes in manus meas mille argenteos (siclos,) non inquam inferrem manum meam filio regis: nobis enim audientibus rex præcepit tibi, Abisai, & Ithai, dicens, Cauete, nequis lædat puerum Absolom.*

13 [19] *Aut si fecissem, cur mentirer cum periculo vitæ meæ,* [20] *quum regem nihil celare possit, an vero tu ex opposito te collocares?*

14 *Et dixit Ioab,* [21] *Non sic expectabo coram te: & tollens* [22] *tria spicula manu sua, defixit ea in* [23] *cor Absolom,*

15 *Quum adhuc viueret, in medio quercus. Et* [24] *circumdantes decem adolescentes, armigeri scilicet Ioab, percusserunt Absolom, & interfecerunt eum.*

16 *Quumq; buccina vero tubicecinisset Ioab, reuersus est populus ne insequeretur Israelem,* [25] *quoniam pepercit Ioab populo.*

1 IGitur considerato Dauid populo suo constituit super eos tribunos & centuriones.

2 Et dedit populi tertiam partem sub manu Ioab, & tertiam partem sub manu Abisai filii Saruiæ fratris Ioab, & tertiam partem sub manu Ethai, qui erat de Geth: dixitq; rex ad populum, Egrediar & ego vobiscum.

3 Et respondit populus, Non exibis: siue enim fugerimus, non magnopere ad eos de nobis pertinebit: siue media pars ceciderit è nobis, non satis curabunt: quia tu vnus solus pro decem millibus computaris: melius est igitur vt sis nobis in vrbe præsidio.

4 Ad quos rex ait. Quod vobis videtur rectum, hoc faciam. Stetit ergo rex iuxta portam: egrediebaturque populus per turmas suas centeni & milleni.

5 Et præcepit rex Ioab & Abisai & Ethai, dicens, Seruate mihi puerum Absalom. Et omnis populus audiebat præcipientem regem cunctis principibus pro Absalom.

6 Itaq; egressus est populus in campum contra Israel, & factum est prælium in saltu Ephraim.

7 Et cæsus est ibi populus Israel ab exercitu Dauid, factaq; est plaga magna in die illa, viginti millium.

8 Fuit autem ibi prælium dispersum super faciem omnis terræ, & multo plures erant quos saltus consumpserat de populo quàm hi quos vorauerat gladius in die illa.

9 Accidit autem vt occurreret Absalom seruis Dauid, sedens mulo: cumque ingressus fuisset mulus subter condensam quercum & magnam, adhæsit caput eius quercui: & illo suspenso inter cælum & terram, mulus cui insederat, pertransiuit.

10 Vidit autem hoc quispiam, & nunciauit Ioab, dicens, Vidi Absalom pendere de quercu.

11 Et ait Ioab viro qui nunciauerat ei, Si vidisti, quare non confodisti eum cum terra, & ego dedissem tibi decem argenti siclos, & vnum balteum?

12 Qui dixit ad Ioab, Si appenderes in manibus meis mille argenteos, nequaquam mitterem manum meam in filium regis: audientibus enim nobis præcepit rex tibi, & Abisai & Ethai, dicēs, Custodite mihi puerum Absalom.

13 Sed & si fecissem contra animam meam audacter, nequaquam hoc regē latere potuisset, & tu stares ex aduerso.

14 Et ait Ioab, Non sicut tu vis, sed aggrediar eum coram te. tulit ergo tres lāceas in manu sua, & infixit eas in corde Absalom:

15 Cumq; adhuc palpitaret hærens in quercu, cucurrerunt decem iuuenes armigeri Ioab, & percutientes interfecerunt eum.

16 Cecinit autem Ioab buccina, & retinuit populum, ne persequeretur fugientem Israel, volens parcere multitudini.

A *Præparat Dauid exercitum contra Absalom.*

Dauid præcipit ne occidatur Absalom.

B *Vincitur exercitus Absalom.*

Absalom de quercu pendens confoditur à Ioab.

C

D

1 Heb. Egrediendo egrediar etiā ego vobiscū, sub. ad prælium.
2 Heb. non apponent ad nos cor suum, sub. hostes, i. ne curabūt magnopere, non arbitrabuntur se fecisse rem præclaram.
3 Heb. non ponent super nos cor, q. d. nō magnifacient eam victoriam, nihil curabunt.
4 Heb. nunc autem es sicut nos decem millia, i. pro decem millibus nobis si milibus computaris, q. d. te solum tanti faciēt quanti facerent decem millia hominum similium nobis. Quidam Hebræorum ita vertunt, Etiamsi nunc perierint decem millia virorum similium nobis, non curabunt: etiamsi numerus interfectorum ascendat vsq; ad decem millia.
5 igitur, q. d. præstat igitur vt præsidiis & consilio feras nobis opem ex vrbe.
6 Alii, in loco portæ: in eo loco vbi sedere solebant spectaturi transeuntes.
7 i. in meam gratiam, q. d. Leniter mea causa incurrite in illum, nolite sæuire in illum, sed parcite illi.
8 ne scilicet eum perderent.
9 Sylua hæc, Ephraim dicebatur, quod transmisso Iordane Ephraitæ illuc pecora ded[u]cebant: [illegible] nomen [illegible].

10 Alii aiunt feras multos discerpsisse: alii, ob crebras scrobes multos occubuisse. 11 Forte fortuna incidit Absalom in seruos. 12 Heb. densitatem quercus, id est, densam & perplexam ramos quercum. 13 Heb. & adhæsit caput eius in ramis perplexis quercus. 14 Vel, mulus autem qui erat sub eo, transiit, quo vehebatur, iam præterierat. 15 Heb. Et ecce vidisti, pro, Cum videres, 16 Hebr. percussisti, id est, ita percussisti vt ad terram decideret. 17 Heb. & super me dare, pro, tam meum fuisset dare. 18 Heb. Etiamsi ego appenderem in manibus meis, id est, iam appensos numerarem in manibus &c.

19 Heb. Aut fecissem contra animam meam rem iniquam, siue facinus occultum & latens. vel potius, Sed & si fecissem, (fecissem) in perniciem meam rem iniquam. Nam contra mentem fecissem præceptio regis.

20 Heb. Et omnis res non absconditur a rege, & tu stares eminus, id est, nihil latere solet regem, omnia resciit: totum quod fecissem, nihil illum latuisset. nec accessisses propius ad liberandum me de manibus ipsius regis, sed fuisses me intuitus. 21 Heb. Non est bonum (vel, rectum, quod te expectem coram te, sub. vt interficiam eum, ne eripias eum. vel, Non est bonum quod præsentia tua retineat me a cæde Absalom, quasi dicat, Interficiam Absalom, neque verebor tuam præsentiam. Verti etiam potest, Non sic, (sub. faciam vt tu fecisti, non) morabor etiam te spectante. sub. interficere Absalom, quasi dicat, Sine mora interficiam Absalom, te etiam præsente: vt scias me non exigere a te quod facere nolim. 22 Vel, tria tela aut, tres lanceas.

23 Cor pro sede cordis, hoc est, pectore. transfixit pectus Absalom in medio quercus, quum adhuc ipse viueret. 24 sub. arborem. 25 quoniam prohibuerat Ioab populum. vel, continuerat, id est, ex dedit signum populo vt se reciperet.

17 Et

Monimentum Absalom.

17 Et tulerunt Absalom, proiecerunt eum in saltu in foueam grandem, & comportauerunt super eum aceruum lapidum magnum nimis: omnis autem Israel fugit in tabernacula sua.

18 Porrò Absalom erexerat sibi, cum adhuc viueret, titulum, qui est in Valle regis: dixerat enim, Non habeo filium, & hoc erit monimentum nominis mei. Vocauitque titulum nomine suo, & appellatur, Manus-Absalom: vsque ad hanc diem.

19 Achimaas autem filius Sadoc, ait: Curram, & nunciabo regi, quia iudicium fecerit ei Dominus de manu inimicorum eius.

20 Ad quem Ioab dixit, Non eris nuncius in hac die, sed nunciabis in alia: hodie nolo te nunciare. filius enim regis est mortuus.

B

Chusi nunciat Dauidi victoriam, & mortuum Absalom.

21 Et ait Ioab Chusi, Vade, & nuncia regi quæ vidisti. adorauit Chusi Ioab, & cucurrit.

22 Rursus autem Achimaas filius Sadoc dixit ad Ioab, Quid impedit si etiam ego curram post Chusi? dixitque ei Ioab, Quid vis currere fili mi? veni huc, non eris boni nuncii baiulus.

23 Qui respondit, Quid enim si cucurrero? & ait ei, Curre. currens ergo Achimaas per viam compendii, transiuit Chusi.

24 Dauid autem sedebat inter duas portas: speculator verò qui erat in fastigio portæ super murum, eleuans oculos, vidit hominem currentem solum.

25 Et exclamans indicauit regi: dixitque rex, Si solus est, bonus est nuncius in ore eius.

26 Properante autem illo, & accedente propius, vidit speculator alterum hominem currentem, & vociferans in culmine ait, Apparet mihi alter homo currens solus. dixitque rex, Et iste bonus est nuncius.

27 Speculator autem, Contemplor, ait, cursum prioris, quasi cursum Achimaas filii Sadoc. Et ait rex, Vir bonus est: & nuncium portans bonum venit.

28 Clamans autem Achimaas, dixit ad regem, Salue rex. & adorans regem coram eo pronus in terram, ait: Benedictus Dominus Deus tuus, qui conclusit homines qui leuauerunt manus suas contra dominum meum regem.

29 Et ait rex, Estne pax puero Absalom? Dixitque Achimaas, Vidi tumultum magnum, cum mitteret Ioab seruus tuus, ô rex, me seruum tuum: nescio aliud.

C

30 Ad quem rex, Transi, ait: & sta hic. Cumque ille transisset, & staret,

31 Apparuit Chusi: & veniens ait, Bonum apporto nuncium domine mi rex: iudicauit enim pro te Dominus hodie de manu omnium qui surrexerunt contra te.

32 Dixit autem rex ad Chusi, Estne pax puero Absalom? Cui respondens Chusi, Fiant, inquit, sicut puer, inimici domini mei regis, & vniuersi qui consurgunt aduersus eum in malum.

Dauid accepto nuncio mortis Absalom, plangit.

In fronte capitis XIX. pro sententia Græcorum.

33 Contristatus itaque rex ascendit in cœnaculum portæ, & fleuit. Et sic loquebatur, vadens, Fili mi Absalom, Absalom fili mi: quis mihi tribuat vt ego moriar pro te Absalom fili mi, fili mi Absalom?

17 *Accepto autem Absalom, abiecerunt eum in foueam [26] magnam in sylua & [27] posuerunt super eum aceruum lapidum ingentem, fugeruntque omnes Israelitæ in tabernacula sua.*

18 [28] *Et Absalom dum adhuc viueret, accepta pyramide, collocauit eam sibi, quæ est in Valle regis: [29] dixerat enim, Non est mihi filius, [30] vt relinquam memoriam nominis mei, vocauitque pyramidem illam suo nomine: vocata enim est. [31] Monimentum Absalomi in hunc vsque diem.*

19 *Ahimaaz autem filius Zadoc dixit, [32] Liceat mihi quæso vt curram & nunciem regi, quòd Dominus [33] eum asseruit de manu hostium eius.*

20 *Et ait ad eum Ioab, Hodie [34] nō eris fausti nuncius, nunciabis [35] alio die: hac die non nunciabis, quandoquidem filius regis mortuus est.*

21 *Et ait Ioab ad [36] Chusi, Vade tu, & significa regi quæ videris. incuruans ergo se [37] Chusi coram Ioab, cucurrit.*

22 *Ahimaaz filius Zadoc rursus dixit ad Ioab, [38] Quid verò fiered, si & ego post Chusi currerem? Ait Ioab, Fili mi cur tu curreres? [39] nihil præmii de isto nuncio referes.*

23 [40] *(Rursus dixit,) [41] Quid verò si curram? ait ad eum. Curre. Cucurrit igitur Ahimaaz per [42] iter campestre, & anteuertit ipsum Chusi.*

24 *Porrò Dauid considebat inter duas portas, & iuerat speculator super tectum portæ [43] in muro: attollens autem oculos suos vidit, & ecce quidam currebat solus.*

25 *Clamauit ergo speculator, & nunciauit regi: dixitque rex, Si solus est, [44] nuncium est in ore eius.*

26 [45] *Is verò celerrime ibat, & cominus appropinquabat. Speculator vidit alium quendam currentem, clamauitque speculator ad portæ custodem, dicens, Ecce vir quidam solus currit. & dixit rex, Et hic nunc[ius] est bonus.*

27 *Addidit speculator, Video cursum prioris ac si esset cursus Ahimaaz filii Zadoc. Rex ait, Hic bonus vir est, venitque [46] vt faustum nunciet.*

28 *Clamans itaque Ahimaaz dixit ad regem, Salue. simulque pronus procidit coram rege in terram, dixitque, Laudandus Dominus Deus tuus, qui conclusit viros illos, qui manus suas contrà dominum meum regem sustulerunt.*

29 *Dixitque rex Saluúsne est puer Absalom? Respondit Ahimaaz, Vidi [47] magnū tumultum, cū Ioab [48] seruus regis mitteret seruū tuum, nec scio quid [49] [fuerit.]*

30 *Dixit autem rex, [50] Circumi & collocato illic. [51] circumiuit ergo & constitit.*

31 [52] *Et ecce venit Chusi, dixitque Chusi. [53] Gaudeat dominus hodie [54] vindicat te de manu omnium qui contra te insurrexerant.*

32 *Dixit ergo rex ad [55] Chusi, Saluúsne est puer Absalom? respondit Chusi, Fiant quemadmodum puer ille, hostes domini mei regis, omnesque qui insurgunt aduersum te [56] vt noceant.*

33 *Tum rex commotus ascendit in cœnaculum portæ, & fleuit, eundoque sic dicebat, O fili mi Absalom, fili mi, fili mi Absalom, vtinam pro te mortuus essem, Absalom fili mi, fili mi.*

26 Vel, altam, siue, profundam.
27 Erexerunt.
28 Heb. Ceperat autem (sub. hoc consilium) Absalom, & erexerat sibi in vita sua arcū triumphalem (vel pyramidem) qui situs est &c. i. inito consilio erexerat sibi &c. Hoc citat obiter author huius libri vt ostendat manifesto argumento Absalom fuisse superbum, & laudis nimis quam auidum. Aut ironice hęc dicuntur, quòd congestis lapidibus illi pyramis fuerit excitata à militibus Dauidis, multo alia ab ea quam sibi dum viueret, excitauerat.
29 i. cogitauerat.
30 Qui conseruet. Chaldæus paraph. Non habeo filium superstitem.
31 Heb. Locus.
32 Heb. Curram nunc.
33 Hebr. iudicauit eum i. suo iudicio liberauit.
34 Hebr. non es homo nuncii. i. non es aptus hodie ad perferendum nuncium.
35 Vbi scilicet euenerit nuncium lætius.
36 Æthiopem, id est, viro cuidā Æthiopi, aut natione, aut propter nigrorem faciei. Non est nomen propriū.
37 Æthiops.
38 Heb. Sit quicquid (erit,) curram nunc ergo post Æthiopem. q. d. In omnem euentum currā. Gallice, Aduienne comme il en pourra aduenir.
39 Heb. non est tibi nuncium tese offerens, id est, quum nullum habeas nuncium, quod sese tibi offerat perferendum. Ita Chaldæus paraphrast. Dictum inter Hebræos, cum nulla tibi merces pro hoc nuncio erit parata, q. d. curris gratis.

CAPVT XIX.

A 1 Nunciatum est autem Ioab quòd rex fleret, & lugeret filium suum.

1 *Nunciatum est autem ipsi Ioab, Ecce rex flet & [1] in luctu se conficit propter Absalom.*

40 Subaudiendum fuit illud, aut, Cui respondit Ahimaaz. 41 Heb. Sit quicquid erit, curram, id est, In omnem euentum curram. 42 Nempe facilius & compendiosius. 43 Id est, super coronam quæ excipiebatur murus. 44 Id est, nuncium affert. 45 Heb. & ibat eundo, & accedendo, id est, subinde propius accedebat. 46 Cum bonus nuncius, quasi dicat, solet afferre nuncium bonum nuncium. 47 Turbam magnam, siue, multitudinem congregatam. 48 Mitteret seruum regis (euenerit vltra) 50 Diuerte, scilicet ad laterum alterum. 51 Diuertit. 52 Et statim venit Æthiops, dixitque Æthiops. 53 Nuncium accipiat dominus meus rex, quod. 54 Heb. iudicauit, id est, iudicio suo eruit. 56 Heb. in malum.

CAP. XIX. 1 Lugere videtur. vel, rex infert luctum. lugentis habitum præ se fert.

2 Vel, victoria.
3 vel, aliquem dicentem.
4 Hoc est, Vrbē furtim sunt ingressi, non cum triumpho vt victores solent, sed vt ij qui fuga elapsi sunt, & victi.
5 Præ pudore scilicet, ne videretur flere.
6 i. visus es renunciare quòd serui tui non sint tibi curæ.
7 Quod tunc esses recta esset in oculis tuis, id est grata tibi esset.
8 Hebr. loquere ad cor. i. loquere quæ futura sint grata seruis tuis.
9 Heb. displicebit, vel, molestū erit.
10 sub. vrbis. i. in eo loco quo omnes conuenire solebant.
11 i. omnes qui sequuti fuerant partes Absalom.
12 i. certatim côtéderet, de reducendo rege scilicet.
13 siue, eripuit.
14 Et nuper fugerat.
15 Sub. literas, vel nuncius.
16 Enim. [illegible]
17 q. d. dum hæc [illegible] nuncius, acceperit [illegible] ab [illegible]. Alij [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] Israelis [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] in patriā
18 i. cōlanguinei.
19 Os meum, & caro mea.
20 i. Hac ratione [illegible] [illegible] Sadoc, vel Abiathar [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] Iuda in [illegible] sententiā de reducendo rege in patriā suā, [illegible] [illegible] repugnaret [illegible] Hebræorū de Amasa [illegible]. Alij de [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] Sadoc & Abiathar, flexit animos omnium.
21 sub. in patriā tuam.
22 i. vt comitaretur regē transeuntem vel traduceret regem in transeundo Iordanē.

2 Conuersa itaq; est [2] salus illius diei in luctum v-
niuerso populo: audiuit enim populus eodem die [3] vt di-
ceretur, Dolore afficitur rex ob filium suum.
3 [4] Subduxit ergo se furtim populus eo die ingredien-
do vrbem, perinde ac populus subducere se solet, qui pu-
dore afficitur quum terga vertit in prælio.
4 Porrò rex [5] obuoluta facie clamauit voce magna
voce, Fili mi Absolon, Absolon fili mi fili mi.
5 Ingressus ergo Ioab domum ad regem, ait. Pudefe-
cisti hodie vultus omnium seruorum tuorum, qui hodie
eripuerunt animam tuam, & animam filiorum tuorum,
& filiarum tuarum: deinde animam vxorum tuarum,
& animam concubinarum tuarum.
6 Diligendo videlicet eos qui te odio prosequuti sunt,
& odiendo eos qui te diligunt: etenim [6] declarasti hodie ni-
hili tibi esse principes & seruos, equidē intelligo hodie, si
Absolon modo viueret, etiamsi nos omnes hodie inter-
fecti essemus, [7] tum demum tuo iudicio rem rectè ha-
bere.
7 Surge igitur, egredere, & [8] demulce verbis cor ser-
uorum tuorum: nam id tibi iuro per Dominum, si non e-
gressus fueris, ne vnus quidem hac nocte tecum hærebit:
atq; hoc malum plus [9] incommodabit tibi, quàm omnia
mala quæ tibi euenerunt à iuuentute tua in hunc vsque
diem.
8 Surrexit itaq; rex & consedit [10] in porta: quod in-
dicatum est vniuerso populo his verbis, En sedet rex in
porta. venit itaque cunctus populus ad regem: [11] Israel
autem fugerat quisq; in tentoria sua.
9 Factum est autem vt omnis populus [12] disceptaret
in omnibus tribubus Israel, diceretq;, Rex liberauit nos
è manu hostium nostrorum, idemq; [13] eripuit nos de ma-
nu Palesthinorum: [14] nunc verò cogitur fugere è terra
metu Absolonis.
10 Et Absolon quem vnximus super nos, mortu-
us est in prælio: cur igitur cessatis, quo minus regem re-
stituatis?
11 Rex verò David [15] misit ad Zadoc, & ad Abia-
thar sacerdotes, hisce mandatis, Loquimini ad, [illegible]
Iehuda in hanc sententiam. Quare vos [16] estis postremi
ad reducendum regem in domum suam? [17] siquidem ser-
mo totius Israelis venit ad regem in domum suam;
12 Fratres mei vos estis, [18] os meum & caro mea
vos estis, quare ergo [19] estis vos postremi in reducendo
regem?
13 Cæterum ad Amasam dicite, Annon tu quoque
es [19] de osse meo, & de carne mea? Sic faciat mihi Deus,
& sic addat, si non imperator exercitus sis futurus coram
me loco Ioab cunctis diebus.
14 [20] Et flexit cor omnium virorum Iehuda, velut
viri vnius, ita vt mitterent ad regem, hisce mandatis,
[21] Reuertere tu, & omnes serui tui.
15 Reuersus est igitur rex, & venit ad Iordanem
vsq;: Iehuda autem venit in Gilgal, vt descenderet ob-
uiam regi, [22] traduceretq; regem per Iordanem.
16 Porro Semei filius Gera, [23] filius Iemini, qui erat
de Bahurim, properè descendit cum viris Iehuda obui-
am regi Dauidi,
17 Cumq; eo mille viri ex Beniamin: [24] item Ziba
puer domus Saulis, atq; quindecim filij eius, et viginti
serui eius cum eo. [25] prosperè traiecerunt Iordanem ante
regem. [26] Transijt deinde nauis,
18 Vt traduceret familiam regis, atq; faceret quod
[27] ei placeret: Semei verò filius Gera procidit coram re-
ge quum ille [28] traiiceret Iordanem.
19 Et dixit ad regem, Ne imputet mihi dominus
meus iniquitatem, neq; memineris eorum quæ peruersè
egit seruus tuus eo die quo egressus est dominus meus ex
Ierusalem, [29] vt rex hoc corde volutet.

2 Et versa est victoria in luctum in die illa omni
populo: audiuit enim populus in die illa dici, Do-
let rex super filio suo.
3 Et declinauit populus in die illa ingredi ciui-
tatem, quomodo declinare solet populus versus, et
fugiens de prælio.
4 Porrò rex operuit caput suum, & clamabat
voce magna, Fili mi Absolom, Absolom fili mi. *
5 Ingressus ergo Ioab ad regem in domum, di-
xit. Confudisti hodie vultus omnium seruorum
tuorum qui saluam fecerunt animam tuam, & ani-
mam filiorum tuorum, & filiarum tuarum, & ani-
mam vxorum tuarum, & animam concubinarum
tuarum.
6 Diligis odientes te, & odio habes diligentes
te: & ostendisti hodie quia non curas de ducibus
tuis & de seruis tuis: & verè cognoui modò, quia
si Absalom viueret, & omnes nos occubuissemus,
tunc placeret tibi.
7 Nunc igitur surge & procede: & alloquens
satisfac seruis tuis: iuro enim tibi per Dominum,
quòd si non exieris, ne vnus quidem remansurus
sit tecum nocte hac: & peius erit hoc tibi, quàm o-
mnia mala quæ venerunt super te ab adolescentia
tua vsque in præsens.
8 Surrexit ergo rex, & sedit in porta: & omni
populo nunciatum est, quòd rex sederet in porta:
venit vniuersa multitudo coram rege, Israel autem
fugit in tabernacula sua.
9 Omnis quoque populus certabat in cunctis
tribubus Israel dicens. Rex liberauit nos de manu
inimicorum nostrorum, ipse saluauit nos de manu
Philisthinorū: & nūc fugit de terra propter Absalō.
10 Absalom autem quem vnximus super nos,
mortuus est in bello. vsque quo siletis, & non re-
ducitis regem?
11 * Et consilium totius Israel venit ad regem.
Rex verò Dauid misit ad Sadoc & Abiathar sacer-
dotes, dicens, Loquimini ad maiores natu Iuda, di-
centes, Cur venitis nouissimi ad reducendum regē
in domum suam? (Sermo autem omnis Israel per-
uenerat ad regem in domo eius.) * quia dixerat rex,
Hæc dicetis ad populum Iuda,
12 Fratres mei vos, os meum, & caro mea vos:
quare nouissimi reducitis regem?
13 Et Amasæ dicite, Nōnne os meum, & caro
mea es? Hæc faciat mihi Deus, & hæc addat, si non
magister militiæ fueris coram me omni tempore
pro Ioab.
14 Et inclinauit cor omnium virorum Iuda,
quasi viri vnius: miseruntq; ad regem dicentes, Re-
uertere tu, & omnes serui tui.
15 * Et reuersus est rex: & venit vsq; ad Iorda-
nem, & omnis Iuda venit vsq; in Galgala, vt oc-
curreret regi, & traduceret eum Iordanem.
16 Festinauit autem Semei filius Gera filij Iemi-
ni de Bahurim, & descendit cum viris Iuda in oc-
cursum regis Dauid
17 Cum mille viris de Beniamin, & Siba puer de
domo Saul: & quindecim filij eius, ac viginti serui
erant cum eo: & irrumpentes Iordanem, ante re-
gem transierunt vada,
18 Vt traducerent domū regis, & facerent iuxta
iussionem eius. Semei autem filius Gera prostratus
coram regem, cum iam transisset Iordanem,
19 Dixit ad eum, * Ne reputes mihi domine mi
iniquitatem, neq; memineris iniuriarum serui tui
in die qua egressus es domine mi rex de Ierusalem,
neq; ponas rex in corde tuo.

Ioab consolatur regem flentem Absolō filium.
* fili mi.
B
David sedet in porta ciuitatis in signum luctus depositi.
Increpat populus stultitiam suā, quod Absalom cōstituisset regem.
C
Iudam hortatur Dauid de se reducendo.
Amasa constituitur princeps pro Ioab. Iuda reducit regem.
3. Reg. 2. b
Semei occurrit Dauidi.
D
Veniam rogat Semei, & iurat ei rex se non occisurum eum. sup. 16. a.

23 i. de tribu Beniamin. 24 Et Siba vel, præterea Siba. 25 Heb. & transierunt Iordanem coram rege [illegible] [illegible] ad salutarem regem qui erat in [illegible] [illegible] Iordanis. Vel, præcipitanter [illegible] [illegible] [illegible], antequam. 26 Sub. in [illegible] ripam. 27 [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] transiret, paulo ante quam transiret. 29 Heb. vt ponat rex in corde suo, sub. eam iniuriam, i. vt curet de iniuria accepta.

20 Agnosco

20 Agnosco enim seruus tuus peccatū meum? & idcirco hodie primus veni de omni domo Ioseph, descendiq. in occursum domini mei regis.

21 Respondens vero Abisai filius Saruiæ, dixit, Numquid pro his verbis non occidetur Semei, quia maledixit Christo Domini?

22 Et ait Dauid, Quid mihi & vobis filii Saruiæ? cur efficimini mihi hodie in Satan tergóne hodie interficietur vir in Israel? an ignoro hodie me factum regem super Israel?

E 23 Et ait rex Semei, Non morieris. iurauitq; ei.

Miphibóseth regi occurrit. 24 Miphibóseth quoq. filius Saul descendit in occursum regis illotis pedibus, & intonsa barba: vestesq. suas non lauerat à die qua egressus fuerat rex, vsque ad diem reuersionis eius in pace.

** Ierusalem* 25 Cúmq; *occurrisset regi, dixit ei rex, Quare non venisti mecum Miphibóseth? Et respondens ait,

26 Domine mi rex, seruus meus cōtempsit me: dixiq. ei ego famulus tuus vt sterneret mihi asinū, & *descendens' abirē cum rege: claudus enim sum seruus tuus. ** ascendens*

Supr.16.a 27 ‖ Insuper & accusauit me seruum tuum ad te dominum meum regem: tu autem domine mi rex, sicut angelus Dei es, fac quod placitum est tibi.

28 Neque enim fuit domus patris mei, nisi morti obnoxia domino meo regi: tu autem posuisti me seruum tuum inter conuiuas mensæ tuæ: quid ergo habeo iustæ querelæ? aut quid possum vltra vociferari ad regem?

Supr.16.a 29 Ait ergo ei rex, Quid vltrà loquêris? ‖ fixum est quod locutus sum: tu & Siba diuidite possessiones

30 Respondítq; Miphibóseth regi, Etiam cuncta accipiat, postquam reuersus est dominus meus rex pacifice in domum suam.

F 31 ‖ Berzellai quoque Galaadites, *senex valde,' descendens de Rogelim, traduxit regem Iordanem, paratus etiam vltra fluuium prosequi eum. *3.Reg.2.b* *Berzellai vir nobilis & diues non vult sibi quicquam rependi pro beneficio suo erga regem.*

32 * Erat autem Berzellai Galaadites senex valde, id est octogenarius, & ipse præbuit alimenta regi, cum moraretur in castris: fuit quippe vir diues nimis. ** Supr.17.g*

33 Dixit itaq; rex ad Berzellai, Veni mecum, vt requiescas securus mecum in Ierusalem.

34 Et ait Berzellai ad regem, Quot sunt dies annorū vitæ meæ, vt ascendā cum rege in Ierusalem?

35 Octogenarius sum hodie: numquid vigent sensus mei ad discernendum suaue aut amarū? aut delectare potest seruum tuum cibus *aut' potus? vel audire possum vltra vocem cantorū atq; cantatricum? quare seruus tuus sit oneri domino regi? ** &*

36 Paululum *procedam' famulus tuus ab Iordane tecum: non indigeo hac vicissitudine. ** procedas*

37 Sed obsecro vt reuertar seruus tuus, & moriar in ciuitate mea, *& sepeliar' iuxta sepulchrum patris mei & matris meæ

38 Est autem seruus tuus Chamaam, ipse vadat tecum domine mi rex, & fac ei quicquid tibi bonū

G videtur. Dixit itaque ei rex, Mecum transeat Chamaam, & ego faciam ei quicquid tibi placuerit: & omne quod petieris à me, impetrabis. *Chamaam filius Berzellai comitatur regem.*

39 Cúmque transisset vniuersus populus & rex Iordanem, *restitit:' osculatus est rex Berzellai, & benedixit ei: & ille reuersus est locum suum. *Osculans.*

40 Transiuit ergo rex in Galgalā, & Chamaam cum eo: omnis autem populus Iuda traduxerat

20 *Etenim ego seruus tuus agnosco me peccasse, & hodie primus veni ex omni* [10] *domo Ioseph,' vt descenderem obuiam domino meo regi.*

21 *Abisai autem filius Zeruia respondens dixit, An* [11] *ob hanc rem' Semei non interficeretur,* [12] *quòd scilicet maledixit' Christo Domini?*

22 *Dauid ait,* [13] *Quid mihi vobiscum filii Zeruia? Estis enim mihi hodie impedimento,' num hodie quispiā in Israële interficeretur?* [14] *annon agnosco me hodie regem in Israele?'*

23 *Dixitq; rex ad Semei, Non morieris. & iurauit ei rex.*

24 *Porrò Mephibóseph filius Saulis descendit obuiā regi, non lauerat pedes suos, neq; raserat* [15] *barbam' suā, sed & vestes suas non lauerat, ab eo videlicet die quo egressus erat rex, vsque in eum diem quo rex saluus rediret.*

25 *Quúmq; venisset Ierosolyma obuiam regi, dixit rex ad eum,* [16] *Quare non profectus es mecum' Mephibóseth? Respondit,*

26 *Domine mi rex, seruus meus dolo mecum egit,* [17] *quoniam dixerat' seruus tuus, Sternam mihi asinum, & equitabo illo, ibóq; ad regem, (nam claudus est seruus tuus.)*

27 *Sed* [*falsò*] *traduxit* [*me*] *seruum tuum coram domino meo rege. equidē dominus meus rex est* [38] *quemadmodum angelus Dei:' fac igitur* [39] *quod tibi videtur.'*

28 *Nam vniuersa domus patris mei obnoxia fuit morti coram domino meo rege, tu verò posuisti seruum tuum inter conuiuas mensæ tuæ: quid igitur* [40] *iuris' vltra habeo, vt consequar amplius aduersus regem?*

29 *Et dixit ei rex,* [41] *Quid opus est pluribus verbis?' pronunciaui vt tu & Ziba* [42] *agros' diuidatis.*

30 *Et ait Mephibóseth ad regem,* [43] *Quin' ipse vniuersa accipiat, postquam dominus meus rex incolumis rediit in domum suam.*

31 *Sed & Barsilai Gileadites descenderat de Roglim, & transierat cum rege in Iordanem, vt eum* [44] *per Iordanem' deduceret.*

32 *Eratq; Barsilai admodum senex, nempe octoginta natus annos, qui* [45] *cibos administrauerat' regi quùm maneret in Mahanaim, erat enim vir* [46] *prapotens.'*

33 *Dixit itaque rex ad Barsilai, Tu transi mecum, & alam te apud me in Ierusalem.*

34 *Et ait Barsilai ad regem,* [47] *Quales' sunt dies annorum vitæ meæ, vt ascenderem cum rege Ierosolymam?*

35 *Natus sum hodie annos octoginta. num discernere possum* [48] *inter bonum & malum?* [49] *num seruus tuus gustare poterit quæ comedo & quæ bibo?* [50] *num audirē amplius vocem cantorum & cantatricum? cur verò seruus tuus domino meo regi esset oneri esset?*

36 *Seruus tuus transibit paululum Iordanem cum rege,* [51] *cur enim' tantam retributionem mihi rependeret rex?*

37 *Liceat quæso seruo tuo vt redeam, vtq; moriar in ciuitate mea apud sepulchrum patris mei & matris meæ:*

38 *En est seruus tuus Chimham, is transeat cum domino meo rege, huic fac quod tibi bonum visum fuerit. Dixit itaque rex, Transeat ergo Chimham mecum, & ego faciam ei quod mihi bonum visum fuerit: quidquid verò tu* [52] *postulaueris à me, faciam tibi.*

39 *Transiuit itaq; vniuersus populus Iordanem, sed & rex transiuit atque osculatus est rex ipse Barsilai, &* [53] *valedixit ei:' Isq; reuersus est ad locum suum.*

40 *Transiit ergo rex in Gilgal, & Chimham transiit cum eo atque cunctus populus Iehuda* [54] *deduxerunt' re-*

Cc

10 Per domum Ioseph quidam intelligunt Israelem. q.d. primus omnium Israëlitarum. nam Ioseph videtur fuisse author domus Israel. Alii intelligunt tribum Ephraim, Beniamin & Manasse: quæ tribus militabant sub vexillo, quod gestabatur ab Ephraim tribu q.d. primus eorum qui militant sub vexillo Ioseph, primus trium tribuum veni. vtrumq; probari potest.

11 I. propter hāc supplicationem.

12 maledixit enim

13 Heb. Quid mihi & vobis, filii Saruiæ, quod sitis mihi hodie aduersarii?

14 q.d. mihi enim hodie [illegible] restitutum regnū Israel.

15 sub. superioris labri.

16 I. Quare non es abeuntem secutus?

17 vel, nam dicebat.

38 sub. quod ad sapientiam attinet.

39 Hebr. quod bonum est in oculis tuis.

40 iustitiæ. vel, iustæ querelæ. i. quid possum vltra de te cōqueri?

41 Hebr. Quid loqueris vltra verba tua? q.d. Stat sententia.

42 id est, hæreditatem paternam.

43 Heb. Etiam &c. q.d. Placet mihi.

44 vltra Iordanem.

45 vel, alimenta præbuerat.

46 vel diues admodum. Hæc fuerūt dicta antequam transiret Iordanem.

47 Quot

48 Vel potius, inter sanæ & insanæ? hoc enim refertur ad sensum corporis, non mentis.

49 id est, an possim discernere quod edo & bibo? q.d. non: gustus meus iam est obtusus. Hæc faciunt à la senectute tam ætatem affectam. at si liceat, iam non vigent sensus mei.

50 an audire possem. quasi dicat, hæc ætas non capitur his quæ audiuntur in aulis principum.

51 vel, [illegible]

52 Heb. eligeris. id est, quæ volueris me facere.

53 Hebr. benedixit. id est, bene precatus est.

54 traduxerunt. sub. Iordanem.

55 vel, aliqua pars &c. hi sunt qui secuti fuerant Dauidem dum fugeret, & mille illi de Beniamin, quos adduxerat Simei.
56 Heb. furati te sunt. id est, clam nobis tuerunt tibi comites in te reducendo?
57 Heb. respondit omnis vir Iuda viro Israel. i. Responderunt omnes viri Iuda omnibus Israelitis.
58 Heb. Quoniam propinquus est rex nobis. Hoc dicit, quòd Dauid habitaret in tribu Iuda.
59 quorsum debetis indignari? nam ex hac re nihil emolumenti accepimus à rege.
60 dedit? Gallice, Nous a il faict quelque gratuité plus qu'à vous pour cela?
61 i. Decé partibus ad nos pertinet rex. sumus enim decem tribus, super quas regnat.
62 Heb. supra te. sub. complaceo. i. praeterea Dauidem diligo magis quàm tu, tametsi non sit de tribu mea, sed de tua.
63 durior. i. arrogantius Iudaei loquuti sunt quàm caeteri qui erant ex aliis tribubus.

CAP. XX.

1 i. iniquus & nebulo.
2 i. de tribu Beniamin.
3 q. d. illi dicût, aut facto ostendunt Dauidem ad nos nulla ratione pertinere: abeant ergo singuli nostrum in sua tentoria: & Dauidem, tanquam rem alienam, abiiciamus.
4 ô Israel.
5 Heb. à tergo Dauidis. i. relicto Dauide secuti sunt Seba.
6 Hebr. posuit eas in domo custodiae. i. carcere.

gem, simulq; [55]dimidia pars' populi Israel.

41 *Et ecce omnes viri Israel veniebant ad regem, dixerúntque ad regem. Quare viri Iehuda fratres nostri [56]furtim te subduxerunt,' traduxerúntque regem & familiam eius vltra Iordanem, & omnes viros Dauidis cum eo?*

42 [57]*Respondit quisq; ex Iehuda Israelitis,' [58]Rex est mihi arctiore amicitia iunctus:' cur verò hac re hactenus tibi motus? [59]num cibus à rege accepimus nos?' num verò donatiuum aliquod nobis [60]accepimus?'*

43 *Dixerunt viro Israelitae ad Iudaeos huiusmodi verba, [61]Ego habeo in rege decem portiones,' & in ipso quoque Dauide [62]te superè,' cur igitur me spreuisti? annon ego prior verba feci de reducendo rege meo? at sermo virorum Iehuda [63]vehementior' fuit quàm sermo Israelitarum.*

regem, & media tantum pars affuerat de populo Israel.

41 Itaq; omnes viri Israel concurrentes ad regem dixerunt ei, Quare te furati sunt fratres nostri viri Iuda, & traduxerût regem & domum eius Iordanem, omnesq; viros Dauid cum eo?

42 Et respondit omnis vir Iuda ad viros Israel, Quia mihi propior est rex: cur irasceris super hac re? numquid comedimus aliquid ex rege, aut munera nobis data sunt?

43 Et respondit vir Israel ad viros Iuda, & ait, Decem partibus maior ego sum apud regem, magisq; ad me pertinet Dauid, quàm ad te: cur fecisti mihi iniuriam, & non mihi nunciatum est priori, vt reducerem regem meum? durius autem responderunt viri Iuda viris Israel.

Israel cum Iuda contendit, quòd non fuerit vocatus ad reducendum regem.

CAPVT XX.

1 *IBi oblatus forte fortuna vir quidam [1]Belial,' cuius nomen Seba, qui fuit filius Bichri, [2]vir Iemini,' is classicum cecinit tuba,[3] simúlque ait,' Non est nobis pars in Dauide,' neq; haereditas in filio Isai, [recipiat] se quisque [4]ex Israel' in tentoria sua.*

2 *Ascendit itaque omnis Israel[5] ab ipso Dauide,' & sequebatur Seba filium Bichri: qui autem erant ex Iehuda, adhaerebant regi suo a Iordane vsque Ierusalem.*

3 *Venit itaque Dauid in domum suam in Ierusalem, accepitq; rex decem mulieres concubinas, quas ad custodiendam domum reliquerat, & [6]tradidit eas in domum quandam custodiendas,' cibumq; administrauit eis, sed non est ingressus ad eas. manebantq; conclusae vsque ad diem mortis suae, [7]viuentes viduae.'*

4 *Ait autem rex ad Amasam, Conuoca mihi viros Iehuda in diem tertium, & tu quoque hic adsis.*

5 *Abiit autem Amasa vt conuocaret Iehudam, [8]distulitq;' vltra tempus quod ei constitutum erat.*

6 *Tunc dixit Dauid ad Abisai, Seba filius Bichri magis nunc incommodabit quàm Absalom: tu igitur accipe seruos domini tui; & eum insequere, ne [9]occupet' ciuitates munitas, & subducat se ex conspectu nostro.*

7 *Egressi sunt itaque post eum viri Ioab, & Crethi & Plethi, & fortissimi quique. Egressi sunt autem è Ierusalem, vt insequerentur Seba filium Bichri.*

8 *Quúmq; essent apud lapidem magnum qui est in Gibeon, & Amasa praecederet eos, erat Ioab accinctus tunica sua [10]qua erat indutus,' super quam succinctus erat gladio,[11] qui in vagina iugi in modum ad lumbos eius pendebat, sic vt facile exiret & excideret.'*

9 *Et ait Ioab ad Amasam, Num recte vales frater mi? & tenuit dextera ipsius Ioab barbam Amasae [12]vt oscularetur' eum.*

10 *Amasa verò [13]non obseruabat gladium,' quem manu tenebat Ioab, & ferit eum gladio [14]in vitalia viscera,' & effudit viscera eius in terram, neque iterauit in eo [ictum,] & concedit. Porrò Ioab & Abisai frater eius insequuti sunt ipsum Seba filium Bichri.*

11 *Constitit autem quidam ex pueris Ioab [15]apud interfectum,' [16]& dixit, Qui fauet ipsi Ioab, quiq; Dauidi, sequatur ipsum Ioab.'*

12 *Amasa autem [17]volutabatur' in sanguine in*

1 ACcidit quoque vt ibi esset vir Belial nomine Seba filius Bochri, vir Iemineus: & cecinit buccina, & ait, Non est nobis pars in Dauid, neque haereditas in filio Isai: ⁻reuertere' in tabernacula [a]tua' Israel.

2 Et separatus est omnis Israel à Dauid, secutúsque est Seba filium Bochri: viri autem Iuda adhaeserunt regi suo à Iordane vsque Ierusalem.

3 Cúmq; venisset rex in domum suam in Ierusalem, tulit decem mulieres concubinas, quas dereliquerat ad custodiendam domum, & tradidit eas in custodiam, alimenta eis praebens: & non est ingressus ad eas, sed erant clausae vsque in diem mortis suae in viduitate viuentes.

4 Dixit autê rex Amasae, Conuoca mihi omnes viros Iuda in diem tertium, & tu adesto praesens.

5 Abiit ergo Amasa vt conuocaret Iudam, & moratus est extra placitum quod ei constituerat ⁻rex.'

6 Ait autem Dauid ad Abisai, Nunc magis afflicturus est nos Seba filius Bochri, quàm Absalom: tolle igitur seruos Domini tui, & persequere eum, ne fortè inueniat ciuitates munitas, & effugiat nos.

7 Egressi sunt ergo cum eo viri Ioab, Cerethi quoque, & Phelethi: & omnes robusti exierunt de Ierusalem ad persequendum Seba filium Bochri.

8 Cúmq; illi essent iuxta lapidem grandem qui est in Gabaon, Amasa veniens occurrit eis, porrò Ioab vestitus erat tunica stricta ad mensuram habitus sui, & désuper accinctus gladio dependente vsque ad ilia, in vagina, qui fabricatus leui motu egredi poterat, & percutere.

9 Dixit itaque Ioab ad Amasam, Salue mi frater. & tenuit manu dextera mentum Amasae, quasi osculans eum.

10 Porrò Amasa non obseruauit gladiû, quem habebat Ioab: qui percussit eum in latere, & effudit intestina eius in terram, ⁻& mortuus est,' nec secundum vulnus apposuit. Ioab autê, & Abisai frater eius persecuti sunt Seba filium Bochri.

11 Interea quidam viri, cum stetissent iuxta cadauer Amasae, de sociis Ioab, dixerunt, Ecce qui esse voluit pro Ioab comes Dauid.

12 Amasa autem conspersus sanguine, iacebat in me-

A
Seba separat Israelem a Dauide.
[a] *sua*

Concubinas suas decem includit Dauid.

B
Amasa conuocat Iudam côtra Sebam.

Abisai persequitur Sebam

C
Ioab dolose interficit Amasam.

D

7 Hebr. in viduitate vitae. id est, viuente marito suo Dauide. Alia enim est viduitas mortis, quum moritur maritus.
8 moratusque est. 9 Hebr. inueniat sibi. 10 Hebr. vestimenti sui, id est, quo induebatur in expeditione militari.
11 adhaerente lumbis eius in vagina sua. is ergo egressus est & cecidit. 12 i. simulans se osculari. 13 non cauebat sibi à gladio,
14 in inguine. in latere. in quinta costa. 15 iuxta ipsum. sub. Amasam mortuum.
16 qui dicebat, Quis est qui amat Ioab, & quis est qui sit pro Dauide? post Ioab. sub. eat. quasi dicat, Qui amat Dauidem, & fouet partes Dauidis, sequatur Ioab.
17 voluta... vel, Amasa qui versabatur in sanguine suo, erat in media via.

in media via. vidit hoc quidam vir quòd subsisteret omnis populus ad videndum eum, & amouit Amasam de via in agrum: operuitque eum vestimento, ne subsisterent transeuntes propter eum.

Seban persequitur Ioab.

13 Amoto ergo illo de via, transibat omnis vir sequens Ioab ad persequendum Seba filium Bochri.

E

**fuerant*

Obsidetur Abela.

14 Porro ille transierat per omnes tribus Israel vsque in Abelam, & Beth-maacha: omnesque viri electi congregati *fuerunt* ad eum.

15 Venerunt itaque, & oppugnabant eum in Abela, & in Beth maacha, & circumdederunt munitionibus ciuitatem, & obsessa est vrbs: omnis autem turba quæ erat cum Ioab, moliebatur destruere muros.

16 Et exclamauit mulier sapiens de ciuitate, Audite, Audite, dicite Ioab. Appropinqua huc, & loquar tecum.

F

17 Qui cum accessisset ad eam, ait illi. Tu es Ioab? & ille respondit, Ego. ad quem sic locuta est. Audi sermones ancillæ tuæ qui respondit, Audio.

18 Rursumque illa, Sermo, inquit, dicebatur in veteri prouerbio: Qui interrogant, interrogent in Abela: & sic proficiebant.

19 Nónne ego sum quæ respondeo veritatem in Israel, & tu quæris subuertere ciuitatem & euertere matrem in Israel? quare præcipitas hæreditatem Domini?

20 Respondensque Ioab, ait, Absit, absit hoc à me: non præcipito, neque demolior.

G

Caput Seba traditur Ioab.

21 Non sic se habet res, sed homo de monte Ephraim Seba, filius Bochri cognomine, leuauit manum suam contra regem Dauid: tradite illum solum, & recedemus à ciuitate. Et ait mulier ad Ioab, Ecce caput eius mittetur ad te per murum.

Ordo aula Dauidis. Supr.8.d

22 Ingressa est ergo ad omnem populum, & locuta est eis sapienter: qui abscissum caput Sebæ filii Bochri proiecerunt ad Ioab & ille cecinit tuba, & recesserunt ab vrbe, vnusquisque in tabernacula sua: Ioab autem reuersus est Ierusalem ad regem.

23 Fuit ergo Ioab super omnem exercitum Israel: Banaias autem filius Ioiadæ super Cerethæos & Phelethæos.

24 Aduram verò super tributa: porrò Iosaphat filius Ahilud, à commentariis.

25 Siua autem, scriba. Sadoc verò & Abiathar sacerdotes. Ira autem Iairites erat sacerdos Dauid.

media via, videns autem [18] *quidam quod omnis populus consisteret, amoto Amasa ex itinere in agrum, proiecit super eum vestimentum: quandoquidem videbat quod omnes venientes iuxta illum consisterant.*

13 *Cùmque iam è via amotus esset, præteriit quisque* [19] *sequutus Ioab ad insequendum Seba filium Bichri.*

14 *Et* [20] *pertransiit omnes tribus Israel, Abel & Beth-maacha, & omnia [loca quæ dicebantur] Berim.* [21] *Isti vero congregati insequuti sunt* [22] *eum.*

15 *Venientes igitur obsederunt eum in Abel (quæ erat iuxta) Beth maacha, & effuderunt aggerem ad vrbem* [23] *& stetit mulier sapiens in propugnaculo, (omnis autem populus qui cum Ioab erat, valebant vastare & deijcere murum.)*

16 *Et clamauit ex vrbe, Audite, audite, dicite quæso ad Ioab, Accede huc propius vt loquar tecum.*

17 *Qui cum accessisset ad eam, dixit mulier. Esne tu Ioab? respondit, Ego sum, quæ dixit ad eum, Audi verba ancillæ tuæ. & respondit, Audio.*

18 *Illa rursum loquuta est in hanc sententiam,* [24] *Omnino primum loquendum erat cum Abel, deinde repetundo agendum sibi, peragenda postulatio.*

19 *Ego sum ex pacificis &* [25] *fidelibus Israel, tuque quæris interficere ciuitatem, & [quidem]* [26] *matrem in Israele, cur [mihi tu]* [27] *deuorare* [28] *hæreditatem Domini?*

20 *Respondit Ioab, dicens, Absit, absit procul à me,* [29] *vt vel deuorem, vel vastem:*

21 *Res non sic habet, sed homo quidam de monte Ephraim, cuius nomen est Seba filius Bichri, sustulit manum suam aduersus regem, nempe contra Dauidem, hunc vnum date, & absedam ab vrbe. Ait ergo mulier ad Ioab En caput eius deijcietur ad te e muro.*

22 *Et* [30] *venit mulier illa ad cunctum populum cum sapientia sua: illi ergo abscisso capite Seba filii Bichri, deiecerunt ad Ioab: qui cum buccina receptui caneret, [milites]* [31] *dilapsi sunt ab vrbe, quisque in tabernaculum suum, Ioab Ierosolyma ad regem reuersus.*

23 [32] *Præfectus autem fuit Ioab vniuerso exercitui Israelitico, Benaia autem filius Iehoiadæ super* [33] *Cerethi & Pelethi.*

24 *Adoram* [34] *fuit quæstor ærarius, Iehosaphat filius Ahilud [fuit] à commentariis.*

25 *Seua autem scriba, Zadoc atque Abiathar sacerdotes. Et etiam Ira Iairites fuit* [1] *sacerdos Dauidis.*

18 vir ille
19 qui sequebatur.
20 sub. Ioab, sub Seba.
21 sub. Israelitæ.
22 sub. Ioab.
23 Heb. & stetit (sub. bellum) in antemurali: omnis populus qui erat cum Ioab, moliebatur subuertere murum. Et exclamauit mulier quædam, prudens &c. stetit bellum, id est, milites cœperunt pugnare in antemurali.
24 Hebraice Loquendo loqui solent initio, dicendo, (sic) interrogando in Abel & sic finiuissent. Multa subaudienda, Qui venirent oppugnatum aliquam vrbem, solent loqui cum ea, quam oppugnent, eam, interrogando num velint recipere leges pacis, Deuteronomii. 20. scriptæ, & se dedere. Si interrogassent duces, siue milites tui, ciues vrbis Abel quam oppugnas, tunc [illegible] statim iliae iamdudum finiuisset bellum, hac est tradidissent se potestati tuæ, & recepissent leges pacis antè propositas.
25 i. qui fidem seruarunt regi, [illegible] d. Perth[illegible], nec deficiat a rege: cur ergo me oppugnas? Loquitur in persona vrbis vel ciu[illegible].
26 i. metropolitanam.
27 vel, euertere.
28 q. d. & nos qui [illegible] pertinemus ad Deum, quemadmodum [illegible] & alii.)
29 Heb. [illegible] dare & [illegible] reuolo. sub. [illegible] peccatum.
30 i. [illegible] tacitione egregiam & prudentem habuit orationem.
31 recesserunt sine abolitione vrbis.
32 Hoc dicit quia regnum recepit Dauid, vt antea cum fuit rex pacificus. Aut hic præerat pecuniæ

C A P V T XXI.

C A P V T XXI.

A

Fames trium annorum, ob violatam a Saule cum Gabaonitis fidem, sedatur morte septem filiorum Saulis.

Iosue.9.c

1 FActa est quoque fames in diebus Dauid tribus annis iugiter. & consuluit Dauid, oraculum Domini Dixitque Dominus, Propter Saul, & domum eius sanguinum, quia occidit Gabaonitas.

2 Vocatis ergo Gabaonitis rex, dixit ad eos (Porro Gabaonitæ non erant de filiis Israel sed reliquiæ Amorrhæorum: Filii quippe Israel iurauerant eis: Et voluit Saul percutere eos zelo, quasi pro filiis Israel & Iuda.)

3 Dixit ergo Dauid ad Gabaonitas, Quid faciam vobis? & quod erit vestri piaculum, vt benedicatis hæreditati Domini?

4 Dixeruntque ei Gabaonitæ, Non est nobis super argento & auro quæstio, *sed* contra Saul

1 *DAuidis temporibus oborta est fames, idque annos tres continuos. Consuluit autem Dauid Dominum. Dixitque Dominus,* [1] *Propter Saulem, & propter domum [eius] sanguinariam,* [2] *eo quod interfecit Gibeonitas.*

2 *Vocatis itaque Gibeonitis rex, loquutus est cum eis. (Gibeonitæ vero non fuerunt de filiis Israel sed de reliquiis Amorrhæorum, quibus filii Israel iurauerant. Saul autem molitus est eos occidere,* [2] *zelo videlicet quodam, [quem habuit] pro filiis Israel & Iehuda.)*

3 [3] *Dixit autem Dauid ad Gibeonitas, Quid faciam vobis, & quare* [3] *expiabo,* [4] *vt fausta imprecemini hæreditati Domini?*

4 *Responderunt ei Gibeonitæ,* [5] *Non [possumus] nobis aurum aut argentum à Saule & à domo eius,* [6] *neque*

repetere, quia Dauid pollicitus erat se Amasam præfecturum militibus. 33 Cerethæos & Phelethæos, 34 erat super tributum, id est, recipiendæ. 35 princeps consiliarius [illegible] le premier [illegible] l'homme de sa chambre. Vel, amicus intimus & consiliarius.

C A P V T XXI. 1 id est, propter Saulem homicidam, qui effudit sanguinem innocentem. 2 id est, quum vellet hæreditatem Gabaonitarum adiicere ad tribum Iuda, & alias [illegible] 3 placabo. sub. vos. 4 Heb. & benedicetis 5 Heb. Non est nobis quæstio [illegible] pecunia aut auro cum Saule &c. q. d. Nostra controuersia non versatur circa pecuniam & aurum Chaldæus paraph. Non est mihi opus vt argentum aut aurum det mihi [illegible] Saulis Vous [illegible] pro omnibus quæ [illegible] quærimus pecuniam a Saule, nec eo paupertatis deuenimus.

6 Heb. nec nobis vir ad interficiendum. i. neque vllus est quem velimus interficere.

hos vigemus, vt aliquis ex Israele interficiatur.' Ait ille, Quid ergo dicitis quod faciam vobis?

5 *Responderunt regi, [7] Virum illum,' qui perdidit nos, & [8] cogitauit insidiose contra nos, [9] perdemus ne extet in omnibus terminis Israel.'*

6 *Dentur nobis septem viri de [10] filiis' eius, quos agemus in crucem [11] Domino' in Gibeath Saulis, [12] electi Domini.' Dixit rex, Ego dabo.*

7 *Pepercit autem rex Mephiboseth filio Ionathan filii Saulis, propter iuramentum Domini quod fuit inter eos, inter Dauid scilicet & Ionathan filium Saulis.*

8 *Sed accepit rex duos filios Rizpa filiæ Aia, quos pepererat Sauli, nempe Armoni & Mephiboseth, deinde & quinque filios Michol filiæ Saulis, quos pepererat Adriel filio Barsillai Mehelathitæ,*

9 *Tradiditque eos in manum Gibeonitarum, & egerunt eos in crucem in monte coram Domino, [13] ceciderúntque' septem illi pariter: [14] occidebantúrque in diebus messis ab initio, quum primum metebantur hordea.*

10 *Tollens autem Rizpa filia Aia [15] saccum,' expandit eum sibi [16] super petram' ab initio messis, donec [17] stillauit' aqua super eos de cælo, nec permisit volucrem cæli super eos desidere interdiu, aut [18] bestias agri' noctu.*

11 *Nunciatumque est Dauidi [19] quid fecerat' Rizpa filia Aia concubina Saulis.*

12 *Abiit ergo Dauid, & tulit ossa Saulis, atque ossa Ionathan filii eius à ciuibus Iabes Gilead, qui clam tulerant eos de [20] platea' Beth san, in qua suspenderant eos Palesthini eo tempore quo Palesthini percusserant Saulem in Gilboa,*

13 *Sustulit inquam ossa Saulis & ossa Ionathan filii eius,*

14 *Et ossa eorum qui suffixi erant collegerunt, sepelierúntque ossa Saulis & Ionathan filii eius, in terra Beniamin in Zela in sepulchro Kis patris eius, & fecerunt omnia quæ præceperat rex: post hæc Deus [21] propitius factus est' terræ.*

15 *Rursus factum est prælium Palesthinorum contra Israelitas. '' descenditque' Dauid & serui eius cum eo, & bellum gesserunt cum Palesthinis,*

16 *Dauid autem fatigatus est. Et [22] Isbi in Nob,' qui [23] natus fuit ex Rephaim,' (pondus lanceæ eius habebat trecentos siclos [24] chalybis,' ipseque [25] nouo' [gladio] accinctus erat:) is dixerat se occisurum [26] Dauidem.'*

17 *Sed Abisai filius Zeruiæ tulit ei opem, percussitque [27] Palesthinum,' eumque interfecit. Tunc viri Dauidis iurantes dixerunt, Nunquam posthac egredieris nobiscum in pugnam, [28] ne extinguas lucernam Israelis.'*

18 *Post hæc contigit, vt instauraretur bellum in Nob cum Palesthinis, tunc trucidauit Sibbechai Husathites ipsum Saph, qui erat [29] ex Rephaim.*

19 *Factum deinde & aliud prælium in Gob cum Palesthinis, vbi Elhanan filius Iaare [30] Orgim' Bethlehemites, [31] Goliath quendam Githæum' trucidauit, cuius hastæ lignum erat instar [32] iugi' textoris.*

20 *Aliud deinde fuit prælium in Gath: fuit illic vir quidam [33] monstrosa magnitudine,' qui digitos manuum habuit duodecim, & pedum digitos item duodecim, numero videlicet viginti quatuor, qui & ipse natus erat ex [34] Rephaim.'*

21 *Is cum probra iaceret in Israelitas, trucidauit eum Ionathan filius Simeæ fratris Dauidis.*

22 *Quatuor illi nati sunt ipsi [35] Rapha' in Gath: ceciderúntque per manum Dauidis, & per manum seruorum eius.*

& contra domum eius: neque volumus vt interficiatur homo de Israel. Ad quos rex ait, Quid ergo vultis vt faciam vobis?

5 Qui dixerunt regi, Virum qui attriuit nos & oppressit iniquè, ita delere debemus, vt ne vnus quidem residuus sit de stirpe eius in cunctis finibus Israel.

6 Dentur nobis septem viri de filiis eius, vt crucifigamus eos Domino in Gabaa Saul quondam electi Domini. Et ait rex, Ego dabo. B

7 Pepercitque rex Miphiboseth filio Ionathæ filii Saul, propter iusiurandum *quod fuerat inter Dauid, & inter Ionathan filium Saul.

Dauid præstat iuramentum quod Ionathæ iurauerat.
1. Reg. 18. a
* Domini

8 Tulit itaque rex duos filios Respha filiæ Aia, quos peperit Sauli, Armoni, & Miphiboseth: & quinque filios Michol filiæ Saul, quos genuerat Hadrieli filio Berzellai, qui fuit de Molathi,

9 Et dedit eos in manum Gabaonitarum: qui crucifixerunt eos in monte coram Domino: & ceciderũt hi septem simul occisi in diebus messis primis, incipiente messione hordei.

Septem filii Saulis suspenduntur.

10 Tollens autem Respha filia Aia, cilicium, substrauit sibi supra petram ab initio messis, donec stillaret aqua super eos de cælo: & non dimisit aues lacerare eos per diem, neque bestias per noctem.

Respha materna viscera.

11 Et nunciata sunt Dauid quæ fecerat Respha, filia Aia, concubina Saul. C

12 Et abiit Dauid, & tulit ossa Saul, & ossa Ionathæ filii eius à viris Iabes Galaad, qui furati fuerãt ea de platea Beth san, in qua suspenderãt eos Philisthiim cum interfecissent Saul in Gelboe.

Dauid sepelit ossa Saulis & Ionathæ.
1. Reg. 31. a

13 Et asportauit inde ossa Saul, & ossa Ionathæ filii eius:

14 Et colligentes ossa eorum, qui affixi fuerant, Sepelierunt ea cum ossibus Saul, & Ionathæ filii eius in Terra Beniamin, in latere, in sepulchro Cis patris eius: feceruntque omnia quæ præceperat rex, & repropitiatus est Deus terræ post hæc.

15 Factum est autem rursum prælium Philisthinorum aduersum Israel, & descendit Dauid & serui eius cum eo, & pugnabant contra Philisthiim.

Quatuor insignia bella Dauid cõtra Philisthæos.
I.

16 Deficiente autem Dauid, Iesbi benob, qui fuit de genere arapha (cuius ferrum hastæ trecentas vncias appendebat, & accinctus erat ense nouo,) visus est percutere Dauid.

Iesbi benob interficitur.

17 Præsidioque ei fuit Abisai filius Saruiæ, & percussum Philisthæum interfecit. tunc iurauerunt viri Dauid, dicentes, Iam non egredieris nobiscum in bellum, ne extinguas lucernam Israel.

18 Secundum quoque bellũ fuit in Gob contra Philisthæos: tunc percussit Sobochai de Husathi, Saph de stirpe arapha de genere gigantium.

II.
1. Paral. 20. c
Saph.
III.

19 Tertium quoque fuit bellum in Gob contra Philisthæos, in quo percussit Adeodatus filius Saltus polymitarius Bethlehemites Goliath Gethæũ, cuius hastile hastæ erat quasi liciatorium texentiũ.

Goliath.
IV.

20 Quartum bellum fuit in Geth, in quo vir fuit excelsus qui senos in manibus pedibúsque habebat digitos, id est viginti quatuor, & erat de origine arapha.

Geth.

21 Et blasphemauit Israel: percussit autem eum Ionathan filius Samaa fratris Dauid.

22 Hi quatuor nati sunt de Arapha in Geth, & ceciderunt in manu Dauid, & seruorum eius.

CAP. XXII.

7 Virille. sub. est Saul.
8 machinatus est.
9 (&) deleti sumus, ita vt non (postea) subsistamus in vllo termino Israel. Vel, ita quod deleti sumus, vt (postea) non cõsistamus &c.
10 id est, nepotibus.
11 i. ad placandum Dominum.
12 q. d. qui tamen iussu Domini electus fuerat rex.
13 id est, mortui sunt. Qui moriuntur, dicuntur cadere: vnde & Cadauer Latinis.
14 illi antẽ mortui (vel, interfecti) sunt tempore messis, in primis diebus, in principio messis hordei, quæ scilicet est prima.
15 cilicium,
16 in rupe. Ex illo cilicio fecit sibi tentorium propter æstum: Erat enim illic totos dies & totas noctes, vt peteret à Domino vt supplicio filiorum suorum ostẽderet se placatum esse.
17 stillaret id est, donec nubes soluta fuit in aquam. Tamen tenetur propter siccitatem: vnde placatum Deum nouit Respha ex pluuia.
18 sub. dilaniare eos.
19 quæ fecisset.
20 Chaldæus paraphr. muro. Fortasse erat platea adiacens muro in qua fuerant suspensi.
21 placatus est. vel, reconciliatus.
22 sub. in certamen.
23 Isbi-benob,
24 erat de filiis gigantis,
25 xiii. Leuius ferrum hastæ pendebat 300. siclos æreos: qui maioris erant ponderis, quam sclli sacri.
* i. optimo. Calice, siue forgé & elmoulu.

26 [illegible] scilicet videbat lassum & cedentem ex acie. 27 nempe Isbi-benob. 28 i. ne tecum pereat gloria & splendor Israelis. Chaldæus paraph. ne pereat tecum [illegible] 29 ex filiis [illegible] Palæsthin. nomine gigant [illegible] vel, ex filiis gigantum i. gigas. Per gigantes, intellige homines ingentis proceritatis & fortitudinis. 30 [illegible] 31 [illegible] Githæum, vel potius alterum Goliath Githæum, qui æquabat [illegible] 32 [illegible] est [illegible] 33 Heb. mensuræ, id est, staturæ proceræ. 34 gigante, id est, ex Palæsthino illo cognominato gigas. 35 giganti. i. Hi filii erant illius giganti qui habitabat in Gath.

CAPVT XXII.

A [1] Locutus est autem Dauid Domino verba carminis huius, in die qua liberauit eum Dominus de manu omnium inimicorum suorum, & de manu Saul. Et ait: *Canticum Dauid pro liberatione ab omnibus inimicis.*

2 Dominus petra mea, & robur meum, & saluator meus.

3 Deus-Dominus' fortis meus sperabo in eum: scutum meū & cornu salutis meæ: eleuator meus: & refugium meum: saluator meus: de iniquitate liberabis me.

Psal. 17. a 4 Laudabilem inuocabo Dominum, & ab inimicis meis saluus ero.

5 Quia circumdederūt me contritiones mortis: torrentes Belial terruerunt me.

6 Funes inferni circumdederunt me: præuenerunt me laquei mortis.

7 In tribulatione mea inuocabo Dominum, & ad Deum meum clamabo: & exaudiet de templo -sancto' suo vocem meam, & clamor meus veniet ad aures eius.

8 Commota est & cōtremuit terra, fundamenta montium concussa sunt & conquassata, quoniam iratus est -eis.'

9 Ascendit fumus de naribus eius, & ignis de ore eius [b] vorauit: carbones succensi sunt ab eo. *[b] vorabit*

10 Et inclinauit cœlos, & descendit: & caligo sub pedibus eius.

11 Et ascendit super cherubim, & volauit: & lapsus est super pennas venti.

12 Posuit tenebras in circuitu suo latibulum:

B cribrans aquas de nubibus cælorum.

13 Præ fulgore in conspectu eius, -nubes' succensi sunt carbones ignis.

14 Tonabit de cælo Dominus, & Excelsus dabit vocem suam.

15 Misit sagittas-suas,' & dissipauit eos: fulgur, & consumpsit eos.

16 Et apparuerunt effusiones maris, & reuelata sunt fundamenta orbis ab increpatione Domini, ab inspiratione spiritus furoris eius.

17 Misit de cælo, & assumpsit me, & extraxit me de aquis multis.

18 Liberauit me ab inimico meo potētissimo, & ab his qui oderant me: quoniā robustiores me erāt.

19 Præuenit me in die afflictionis meæ, & factus est Dominus firmamentum meum.

20 Et eduxit me in latitudinem: liberauit me, quia complacui ei.

21 Retribuet mihi Dominus secundū iustitiam meam, & secundū munditiam manuum mearum reddet mihi.

22 Quia custodiui vias Domini, & non egi impiè à Deo meo.

23 Omnia enim iudicia eius in conspectu meo, & præcepta eius non amoui à me.

24 Et ero perfectus [c] coram' eo, & custodiā me ab iniquitate mea. *[c] cum*

C 25 Et restituet mihi Dominus secundum iustitiam meam: & secundum munditiam manuum mearum, in conspectu oculorum suorum.

26 Cum sancto sanctus eris, & cum robusto perfectus.

27 Cum electo electus eris, & cum peruerso peruerteris.

28 Et populum pauperem saluum facies, oculisq; tuis excelsos humiliabis.

29 Quia tu lucerna mea Domine, & tu Domine illuminabis tenebras meas.

30 In te enim curram accinctus, in Deo meo transiliam murum.

1 Porrò Dauid loquutus est ad Dominum verba huius cantici, eo tempore quo eripuerat eum Dominus è manu omnium hostium eius, & de manu Saulis: Et dixit.

2 Dominus petra mea, propugnaculum meum & ereptor meus.

3 Deus rupes mea, illo nitar, clypeus meus, & cornu salutis meæ, arx mea, & asylum meum, seruator meus, à violentia asseres me.

4 Dominum laude dignum inuocabo, & ab inimicis meis seruabor.

5 Quum circumdedissent me mortalis contritiones, torrentesq; Belial terruissent me.

6 [Quum] me funes sepulchri cinxissent, laqueiq; mortis me præuertissent:

7 [Quum] angustum esset mihi, inuocabam Dominum, atque ad Deum meum clamabam, & exaudiuit de templo suo vocem meam, vt primum clamor meus ad aures eius [peruenit:]

8 Commouebatur & contremiscebat terra, fundamenta cælorum fremebant & conquassabantur, quoniā ipse irascebatur.

9 Ascendebat fumus è naribus ipsius, & vorans ignis ex ore eius, ita vt de eo carbones incenderentur.

10 Flectebat cælos ac descendebat, sub pedibus eius caligo.

11 Vehebatur sub cherub, & volabat, ferriq; videbatur alis pernicibus.

12 Circumquaque iuxta se tenebras posuerat instar tabernaculorum, aquas atras, & densissimas nubes.

13 De fulgore qui coram eo erat, prunæ ardentes incendebantur.

14 Tonabat è cælo Dominus, Altissimúsq; edebat vocem suam.

15 Sagittas eiaculabatur, disiciebatq; eos, fulgur mittebat, & consternatos reddidit eos.

16 Tum apparebant profundissima aquarum receptacula, retegebantur orbis fundamenta ab increpatione Domini, à respiratione flatus nasi sui.

17 E sublimi demissa [manu] arripiebat me, atque extrahebat ex aquis vehementibus.

18 Eripiebat me ab hostibus potentibus, nempe de osoribus meis, qui me superiores erant:

19 Qui me tempore calamitatis meæ præuerterant, at Dominus fuit mihi fulcrum.

20 Educebat me in locum spatiosum, eripiebat me, fauebat enim mihi.

21 Rependebat mihi Dominus iuxta iustitiam meam & iuxta puritatem manuum mearum retribuebat mihi:

22 Obseruaueram enim vias Domini, neque impiè defeceram a Deo meo.

23 Ante enim oculos meos cuncta instituta eius tenes, & mores eius à me non abieci.

24 Integrè & candidè versor coram illo, & seruo me ne quid prauè designem.

25 Rependit itaque mihi Dominus iuxta iustitiam meam, iuxta puritatem meam coram oculis eius.

26 Qui bonitati studet, ei benignè facies: & erga virum simpliciter integrum, integrum te exhibet.

27 Cum candido candidè agis: cum eo verò qui prauus & incuruus incedit, tu quoque peruersè incedis.

28 Etenim populum afflictum tu seruas, oculi verò tui super elatos vt eos deprimas.

29 Tu siquidem lucerna mea es ô Domine, tenebras meas illustrat Dominus.

30 Quoniam in te cuneos militares perrumpo, & in Deo meo transilio murum.

CAP. XXII. 1 Loquutus est ergo Dauid &c. i. Propterea agendo gratias Deo cecinit, aut certe hoc in gloriam Domini. Refert hic accepta Deo victorias suas Dauid. Hic idem Psalmus, est decimus septimus secundum LXX. siue decimus octauus [illegible] Hebræ [illegible] Psal [illegible] Dauidis [illegible] illinc petendæ sunt tibi annotationes.

31 Dei via integra est, eloquium Domini repurgatum, scutum est omnium in se sperantium.

32 Quis enim Deus praeter Dominum? aut quis est petra praeter Deum nostrum?

33 Deus est qui me virtute roborat, & facit viam meam expeditam:

34 Pedes meos pares facit [pedibus] ceruarum, & in editis meis collocat me.

35 Instruit manus meas ad pugnam, adeoque vt arcum chalybeum brachiis meis confringam.

36 Tu protendis mihi clypeũ salutis meae, & ex mansuetudine tua augustum me facis:

37 Dilatas passum meum subtus me, ne vacillent vertebrae meae.

38 Persequar hostes meos, & exscindam eos, nec reuertebar donec eos internecioni darem.

39 Funditus perdebam eos, ac vulnerabam [adeo,] vt subsistere non possent, cadebantq́ subtus pedes meos.

40 Virtute heroica me ad bellum instruis, & prosternis sub me quotquot contra me insurgunt.

41 Efficis vt terga mihi vertant hostes mei, & vt perdam osores meos.

42 Quocunque se vertunt, non est qui seruet eos: ad Dominum, nec respondet eis.

43 Contundo eos vt puluerem terrae, vt lutum platearum comminuo eos, atteroq́ eos.

44 Tu eripis me de contentionibus populi mei, seruas me vt sim caput Gentium, populi quos non noueram seruiunt mihi.

45 Exteri mendaciter sese mihi [subiiciebant:] mox vt auribus percipiebant seruiliter mihi supplices fiebant.

46 Alienigenae marcescebant, pauebantq́ in penetralibus suis.

47 Viuat Dominus, & laudatus sit qui est petra mea, altus vehatur Deus, qui est petra salutis meae.

48 Is inquam Deus, qui donat mihi vt vltionem sumam, & subiicit mihi populos.

49 Qui educis me ex hostibus meis, tu [ô Domine] in sublime ducis me ab his qui contra me insurgunt, eripis me ab eo viro qui mihi vim & iniuriam intentat.

50 Hanc ob causam gratias tibi agam inter Gentes ô Domine, & nomini tuo psallam,

51 Propter magnitudinem salutis qua regem tuum [ditas,] & quod beneficiis prosequeris christum tuum David, & semen eius in perpetuum.

31 Deus, immaculata via eius, eloquium Domini igne examinatum: scutum est omnium sperantium in se.

32 Quis est Deus praeter Dominũ, & quis Deus fortis, praeter Deum nostrum?

33 Deus qui ᵃaccinxit me fortitudine, & complanauit perfectam viam meam, — ᵃ accingis.

34 Coaequans pedes meos ceruis, & super excelsa mea statuens me.

35 Docens manus meas ad praelium, & componens quasi arcum aereum brachia mea.

36 Dedisti mihi clypeum salutis tuae, & mansuetudo ᵇmea multiplicabit me. — ᵇ tua

37 Dilatabis gressus meos subtus me, & nõ deficient tali mei.

38 Persequar inimicos meos, & conteram, & non conuertar donec consumam eos. D

39 Consumam eos & confringam, vt non consurgant: cadent sub pedibus meis.

40 Accinxisti me fortitudine ad praelium, ᶜincuruasti resistentes mihi super me. — ᶜ incuruabis

41 Inimicos meos dedisti mihi dorsum: odientes, & disperdam eos:

42 Clamabunt, & non erit qui saluet, ad Dominum, & non erit qui audiet eos.

43 Delebo eos vt puluerem terrae: quasi lutum platearum cõminuam eos atq; confringam.

44 Saluabis me à cõtradictionibus populi mei: custodies me in caput Gentium: populus quem ignoro, seruiet mihi. — Abiectio Iudaeorũ, & Gentium electio.

45 Filii alieni resistent mihi, auditu auris obedient mihi.

46 Filii alieni defluxerunt, & contrahentur in angustiis suis.

47 Viuit Dominus, & benedictus Deus meus, & ᵈexaltabitur Deus fortis salutis meae. — ᵈ exaltetur.

48 Deus qui das vindictas mihi, & deiicis populos sub me.

49 Qui educis me ab inimicis meis, & à resistẽtibus mihi eleuas me: à viro iniquo liberabis me.

50 Propterea confitebor tibi Domine in Gentibus, & nomini tuo cantabo. — Rom. 15. b

51 ᵉMagnificanti salutem populi sui, & facienti misericordiam christo suo David, & semini eius in sempiternum. — ᵉ Magnificans salutes regis sui, & faciens

CAPUT XXIII.

1 HAec sunt verba ¹ quae David postremis temporibus locutus est: dixit David filius Isai, & ait vir ille ² qui constitutus erat vt esset vnctus Dei Iacob, ³ gratissimus psaltes in Israele.

2 Spiritus Domini ⁴ loquutus est per me, & eloquium eius ⁵ [fuit] in lingua mea.

*3 Deus Israel ⁶ dixit mihi, loquutus est * Petra Israelis, ⁷ dominator super homines iustus sit, dominator [habeat] timorem Dei.*

4 Et sicut ⁸ lux matuta quum Sol oritur, matuta inquam quae non habet nubes prae fulgore suo, propter pluuiam virescet quae herbam e terra [emittit]

5 Non ⁹ inquam sic erit domus mea cum Deo, quoniam foedus perpetuum pepigit mecum, quod per omnia ¹⁰ ordinatum est & ¹¹ seruatum: quandoquidem omnis ¹² salus mea ¹³ & omnis voluntas [firma est,] ¹⁴ neque vt [germen] crescit.

6 Contra ¹⁵ vir perditus erit vt spina in vniuersum euulsa, ¹⁶ quam nemo manu attrectat.

1 HAec autẽ sunt verba nouissima quae dixit David filius Isai: dixit vir cui constitutum est de christo Dei Iacob, egregius psaltes Israel. A

2 Spiritus Domini locutus est per me, & sermo eius per linguam meam. — Spiritus Dei locutus est per Davidem.

3 Dixit Deus Israel mihi, locutus est fortis Israel, Dominator hominum, iustus dominator in timore Dei.

4 *Sicut lux aurorae oriente Sole, mane absque nubibus rutilat, & sicut pluuiis germinat herba de terra. — * Et

5 Nec tanta est domus mea apud Deum, vt pactum aeternum iniret mecum firmum in omnibus atque munitum. cuncta enim salus mea, & omnis voluntas: nec est quicquam ex ᶠea quod non germinet. — ᶠ eo

6 Praeuaricatores autem quasi spinae euellentur vniuersi: quae non tolluntur manibus?

7 Et si

CAP. XXIII.

1 Davidis nouissima. i. Haec sunt quae postquam edidit omnes psalmos, dixit David. Asserit se omnes psalmos scripsisse per Spiritum Dei, & se diuina voluntate creatum regem.
2 qui est constitutus (à Deo) in loco sublimi, (i. in magna dignitate.) constitutus inquam vnctus &c.
3 suauissimus in canticis Israel, suauissimus Israelis, nam composuit psalmos suauissimos quibus in laudando Deo vtitur Israel.
4 i. me organo vsus est in psalmis.
5 per linguam meam. sub. factũ est. i. locutus est per me psalmos Spiritus sanctus.
6 sub. promittens quod essem rex constitutus q. d. Pollicitus fuerat se constituturum me regem Dominum per Samuelem.
* siue, rupes, id est, Deus fortissimus quem Israel colit.
7 imperabit hominibus iustus, & dominans in timore Dei, id est, praedixit me futurum regem iustum & timentem Deum.
8 lumen temporis matutini orto iã Sole, temporis inquã matutini non nubilosi, (& quod nõ constat) ex splendore & pluuia (descendente super) gramen (qd egreditur) è terra. q. d. dixit inquã splendorem regni mei fore similem lumini temporis matutini quod maturo inde fit, & lucidius, quodque coniungitur accentu nubium, & quod ni constat splendore & pluuia descendente super gramen quod germinat, vel egreditur e terra: hoc [illegible], in quo Sol partim lucet, partim non lucet: siue quod partim est splendidum, partim nebulosum, cadente pluuia super gramen. Loquitur de pluuia quae non est grata herbis, sed quae est causa [illegible]. 9 cum sic se habeat familia mea apud Deum. i. [illegible] familia mea. 10 Hoc dicit vt opponat [illegible] quod conspurcatur [illegible] nubium. Omnia haec sunt intelligenda de Christo. 11 vel, inuiolabile. 12 sub. ipse est. 13 & omne desiderium [illegible] à Deo pendet. 14 quoniam non producet vel creabit, alium scilicet [illegible] regem qui non sit de familia mea q.d. Regnum [illegible] familia mea. Hoc dicit propter Christum qui manet in aeternum. 15 homines improbati sicut spinae quae propelluntur, [illegible] vel baculo [illegible] permanebunt [illegible] meos & [illegible] familia mea misericordiam [illegible]. 16 nam nequaquam manu capere [illegible] [illegible] eo [illegible] que [illegible] ne [illegible] fuerunt.

Catalogus fortium Dauid. c.Para.11.b

7 Et si quis tangere voluerit eas, armabitur ferro & ligno lanceato, igneque succensæ comburentur vsque ad nihilum.

8 Hæc nomina fortium Dauid. Dauid sedens in cathedra sapientissimus princeps inter tres, ipse est quasi tenerrimus ligni vermiculus, qui octingentos interfecit impetu vno.

B

Eleazar Philisthæos. [a] *viri.*

9 Post hunc Eleazar filius Patrui eius Ahohites inter tres fortes, qui erant cum Dauid, quando exprobrauerunt Philisthiim, & congregati sunt illuc in prælium.

10 Cúmque ascendissent[a] filii Israel, ipse stetit & percussit Philisthæos, donec deficeret manus eius, & obrigesceret cum gladio: fecítque Dominus salutem magnam in die illa: & populus qui fugerat, reuersus est ad cæsorum spolia detrahenda.

Semma.

11 Et post hunc, Semma filius Age de Arari: & congregati sunt Philisthiim in statione: erat quippe ibi ager lente plenus. cúmque fugisset populus à facie Philisthiim,

12 Stetit ille in medio agri, & tutus est eum, percussítque Philisthæos: & fecit Dominus salutem magnam.

Victoria Deo tribuitur.

13 Necnon & antè descenderant tres, qui erant principes inter triginta, & venerant tempore messis ad Dauid in speluncam Odollam: castra autem Philisthinorum erant posita in Valle gigantum.

Dauid sitiens non vult bibere aquam quam principes cum vita periculo hauserant inter Philisthæos.

14 Et Dauid erat in præsidio: porro statio Philisthinorum erant in Beth lehem.

15 Desiderauit ergo Dauid aquam de lacu, & ait. O si quis mihi daret potum aquæ de cisterna quæ est in Beth lehem iuxta portam.

16 Irruperunt ergo tres fortes castra Philisthinorum, & hauserunt aquam de cisterna Beth lehem, quæ erat iuxta portam, & attulerunt ad Dauid. at ille noluit bibere, sed libauit eam Domino dicens,

C

17 Propitius sit mihi Dominus, ne faciam hoc: num sanguinem hominum istorum qui profecti sunt, & animarum periculum bibam? Noluit ergo bibere. hæc fecerunt tres robustissimi.

Abisai. [b] *ipse* [c] *illis*

18 Abisai quoque frater Ioab filius Saruiæ, princeps erat de tribus: [b] ipse est, qui leuauit hastam suam contra trecentos, quos interfecit,

19 [illegible] nominatus in [c] tribus; & inter tres nobilior, erat que eorum princeps, sed vsque ad tres primos non peruenerat.

D

Banaias

20 Et Benaias filius Ioiadæ viri fortissimi, magnorum operum de Cabseel: ipse percussit duos leones Moab, & ipse descendit, & percussit leonem in media cisterna in diebus niuis.

21 Ipse quoque interfecit virum Ægyptium, virum dignum spectaculo habentem in manu hastam: itaque cum descendisset ad eum in virga, vi extorsit hastam de manu Ægyptii, & interfecit eum hasta sua.

22 Hæc fecit Benaias filius Ioiadæ. Et ipse nominatus inter tres robustos,

23 Qui erant inter triginta nobiliores: verumtamen vsque ad tres non peruenerat: fecítque eum sibi Dauid auricularium a secreto.

7 *Quòd si quis eas* [17] *attingere* [*cogatur,*] *armet* [*manum suam*] *ferro, aut ligno hasta, aut certè igne quo eas in stirpe sua exurat.*

8 *Hæc sunt nomina* [18] *heroum quos habuit Dauid* [19] *quum sederet in solio* [20] *sapientiæ, præcipuus inter tres hic fuit, qui* [21] *excitabat hastam suam semel super octingentos vulneratos.*

9 *Huic succedit Eleasar filius Dodi* [22] *filii Ahohi,* [23] *inter tres heroes* [*qui fuerunt*] *cum Dauide, quum* [24] *probris lacessèrent Palesthinos,* [25] *collecti scilicet illic ad prælium ascendentibus Israelitis.*

10 [26] *Is exsurgens percussit Palesthinos, donec defatigaretur manus eius,* [27] *obrigesceretq́ manus eius ad gladium atque illo ipso die Dominus* [28] *magnam salutem edidit,* [29] *reuersúsque est populus ipsum sequutus, duntaxat ad prædam excurrens.*

11 *Post hunc Samma filius Age Hararites,* [30] *congregatis Palesthinis in globum:* [31] *fuit ibi ager lentium plenus, fugitque populus metu Palesthinorum.*

12 *Tum is constitit in medio agro, & eripuit* [32] *populum. trucidauitq́ Palesthinos.* [33] *edente Domino ingentem salutem.*

13 [34] *Descenderunt verò tres* [35] *principes, qui erant ex triginta præcipuis ducibus, veneruntq́ tempore messis ad Dauidem in speluncam Adullam: agmen verò Palesthinorum castra sua habuit in valle* [36] *Rephaim.*

14 *Dauid tum erat in* [37] *arce: & præsidium Palesthinorum tum erat in Beth-lehem.*

15 [38] *Accensus ergo Dauid desiderio quodam dixit,* [39] *Utinam quispiam mihi ex aqua fontis illius qui est in Beth lehem ad portam potum ferat:*

16 *Tum tres illi heroes penetrarunt castra Palesthinorum, haurientésq́ aquam è fonte Beth-lehemitico qui erat ad portam, ferebant illam, & attulerunt ad Dauidem: ipse vero noluit eam bibere, sed* [40] *libauit eam Domino, dicens:*

17 [41] *Procul sit hoc à me Domino adiuuante, ne istud committam:* [42] *annon hic sanguis est virorum, qui cum periculo vitæ suæ* [*illuc*] *profecti sunt?* [43] *Nec volebat eam bibere. & hæc quidem fecerunt hi tres* [44] *heroes.*

18 *Porrò Abisai frater ipsius Ioab filius Zeruiæ* [45] *caput ternarii: is* [46] *excitauit lanceam suam super trecentos,* [47] *quos strauit,*

19 *Et in ista triade* [*præcipuum*] *habuit nomen.* [48] *In triade ista excelluit tanquam gloria, eratque eis princeps: at non pertigit ad tres* [*priores*]

20 *Benaia deinde filius Iehoiada,* [49] *filius cuiusdam strenui hominis,* [50] *insignis rebus gestis, de Kabzeel: is percussit* [51] *duos leones Moab:* [52] *is ipse descendit atque percussit leonem in media fouea,* [53] *quum esset tempus niuis.*

21 *Et is idem percussit Ægyptium quendam præstanti forma virum: erat autem in manu Ægyptii hasta, is autem descendit ad eum cum baculo: & vi rapta hasta de manu Ægyptii ferit eum cum hasta ipsius.*

22 *Hæc patrauit Benaia filius Iehoiada, habuitq́ nomen inter tres* [54] *heroes.*

23 *Ex* [55] *triginta præstantissimus fuit. ad* [56] *tres autem non peruenit, hunc constituit Dauid* [57] *vt esset audiens ei.*

17 attingere velit, cp[illegible]etur ferro & hastili lanceæ & igni comburêtur in loco suo. i. siquis velit eas attingere, capiet instrumentum ferreum, quo incidat illas, aut hastile lanceæ quo abigat easque asportanti [illegible] in ipso loco, in quo sunt cóburit eas. sic tractantur impii, & talis erit eorum finis.
18 vel, virorum fortium,
19 sedens in cathedra, more eorum scilicet qui alios consulunt.
20 sapiens, caput principum (vel, princeps primus) fuit Adino Heznæus. [illegible] litem primus à sapientia commendat, deinde à virtute bellica q.d. consilio valebat & virtute bellica.
21 Heb. suit super octingentos occisos vice vna. i. qui in vno prælio manu sua trucidauit octingentos.
22 i. Ahohæus, siue de familia Ahohæorum.
23 i. qui vnus fuit e trium fortium qui erant &c.
24 irruerent cum periculo vitæ in Palæsthinos. Vox Hebræa HARAPH, significat discrimini se exponere.
25 qui congregati erant ibi &c. i. qui Palæsthinis congregati erant [illegible] Dauid, vt dimicarent [illegible] [illegible]
26 [illegible]
27 adhæsit [illegible]

Sonuerat flictu, [illegible] est tendonum contractio, quæ aliquando fit incarnatione, hoc est quum per nimio [illegible] [illegible], & resilitur. 28 [illegible] magnam [illegible] [illegible] tribuitur Deo, v[illegible] [illegible] 29 Hebr. & reuersus populus sequutus est illum, tantum ad detrahenda spolia [illegible]. 30 congregati [illegible] Palæsthini in [illegible] [illegible] quibus hæc gesta sunt. 31 eratq́ illic modicum agri [illegible] plenus lente, & populus fugerat à facie [illegible] Palæsthinorum. 32 [illegible] sub lente [illegible], quæ erat in agro illo. 33 [illegible] dante [illegible] insignem victoriam Israelitis. 34 Descenderant, Hic tertio [illegible] [illegible] describitur. 35 ex primis, qui primarius. i. qui primum locum obtinebant apud Dauidem. 36 gigantum [illegible] [illegible] spelunca Adullam. 37 i. loco munito in rupe. 38 Heb. Et desiderauit (præ cupiditate scilicet) Dauid, & dixit. 39 Heb. Quis potabit me aqua de cisterna Beth lehem quæ est iuxta portam sub. vtbis. i. Vtinam aliquis efficeret vt biberem &c. 40 i. consecrauit eam in terram, in honorem Dei. 41 Heb. Absit à me, ô Domine, vt hoc committam: 42 numquid (bibam) sanguinem [illegible] quam allatam cum discrimine vitæ &c.
43 Itaque noluit bibere de illa. 44 [illegible] 45 [illegible] tenebat inter illos tres [illegible] fortes. 46 vel, vibrauit hastam [illegible] occisi [illegible] quos occidit. 48 Heb. Tutum [illegible] gloriosus erat [illegible] [illegible] [illegible] 49 vel, filii viri [illegible] 50 [illegible] circa [illegible] magnarum rerum patrator. 51 [illegible] [illegible] expugnauit, quorum vterque dicebatur Ariel, i. fortis [illegible] habitabant in [illegible] fortissimi [illegible] [illegible] 52 [illegible] 53 quo tempore [illegible] 54 [illegible] fortes [illegible] annumerabatur inter tres illos fortes qui attulerant aquam. Sic, [illegible] septimum [illegible] [illegible] 55 [illegible] qui sequuntur. 56 sub. priores. q.d. ad gloriam & dignitatem trium priorum fortium non peruenit. 57 [illegible] [illegible] cum viris suis [illegible] abdicantibus, hoc est Cerethæis & Phelethæis, qui hic dicuntur [illegible] obedientes eius. Quidam minus rectè exponunt, [illegible] eum consultum, auricularium, & à secretis.

58 inter triginta (fuit) i. fuit vnus ex triginta fortibus qui sequuntur 59 de torrente. i. de loco qui dicebatur Torrens-gaas.
60 (ex) filius.i. filius.
61 filius Maachatiarum i. vir Maachatites.
62 tot fuerunt viri illustres & fortes qui militauerunt cū Dauide. Sex fortes duarum illarum triadum, & hi triginta & vnus, cōstituunt numerū triginta & septē virorum fortium. Hæc opinio. optima est omnium, & contextui sacro maxime consentanea.

24 *Asael quoque frater ipsius Ioab*[58] *inter triarios*
(recensetur:) Elhanan filius Dodi Bethlehemites,
25 *Samma Harodaeus Elica Harodaeus.*
26 *Haletz Paltites, Ira filius Ikesch Thecoites.*
27 *Abiezer Anethothites, Mebunnai Husatites.*
28 *Salmon de Ahoha, Maharai Netophathites.*
29 *Heleb filius Baana Netophathites Ithai filius Ri-*
bai de Gibeath filiorum Beniamin.
30 *Benaia Pirathonites, Hiddai*[59] *de torrentibus*
Gaas.
31 *Abialbon Arbatites, Asmaueth Barhumaeus.*
32 *Eliahba Saalbonaeus,*[60] *filii Iasen Iehonatan.*
33 *Samma Hararites, Ahiam filius Sarar Hara-*
rites.
34 *Eliphelet filius Ahasbai,*[61] *filii Maachati, E-*
liam filius Ahitophel Gelonites.
35 *Hezrai Carmelites, Paarai Arbites.*
36 *Igal filius Nathan de Zoba, Bani Gadites.*
37 *Zelec Ammonites, Naharai Beerothites, qui ar-*
miger fuit Ioab filii Zeruia.
38 *Ira Ithrites, Gareb Ithrites.*
39 *Vria Hithaeus.*[62] *vniuersi, triginta septem.*

24 Asael frater Ioab inter triginta, Elehanan fi- D
lius Patrui eius de Beth-lehem.
25 Semma de Harodi, Elica de Harodi.
26 Heles de Phalti, Hira filius Acces de Thecua.
27 Abi ezer de Anathoth, Mobonnai de Husati.
28 Selmon Ahohites, Maharai Netophathites.
29 Heleb filius Baana, & ipse Netophathites, Ithai
filius Ribai de Gabaath filiorum Beniamin.
30 Banaia Pharathonites, Heddai de Torrente-
gaas.
31 Abi albon Arbathites Azmaueth de Beromi.
32 Eliaba de Salaboni. filii Iassen Ionathan.
33 Semma de[a] Orodi, Abiam filius Sarar Ara-
rites.
34 Eliphelet filius Aasbai filii Machati, Eliam
filius Achitophel Gelonites.
35 Hesrai de Carmelo, Pharai de Arbi,
36 Igaal filius Nathan de Soba.[b] Bonni de Gadi.
37 Selec de Ammoni, Naharai Berothites armi-
ger Ioab filii Saruiæ.
38 Ira Iethrites, Gareb & ipse Iethrites.
39 Vrias Hethæus: omnes triginta septem.

[a] Orori
[b] Bani

CAPVT XXIIII.

CAP. XXIIII.

1 vt scilicet populo ante quam immiserat famem ob Gabaonitas.
2 Permisit Dominus vt Dauid tentaretur à diabolo, & succūberet, vt ipse totos pariter Israelem vt ex 21. cap. 1 Paralip. apparet. Hebræi referūt hoc ad homines: nam homines proni sunt ad peccandum, nisi freno gratiæ Dei retineantur. Quidam Hebræorum non male subaudit concitauit cor Dauidis Dauidē. q.d. Dauid a propria concupiscētia fuit tentatus.
3 in eorum perniciem.
4 sub exercitum. Aut verte, qui secum erat cum eo.
5 Discurre nūc (vel quæso) Per omnes tribus Israel.
6 Heb. sicut hi & sicut hi, centum vicibus i. centies maiorem quam nunc est. q.d. reddat tribum Iuda centies maiorem quam nunc est, & reliquas tribus centies maiores quā nunc sunt.
7 verbum
8 præualuit, id est, vicit verba Ioab & omnes qui eum dehortabantur.

1 F*Uror Domini*[1] *rursus concitatus est aduersus Israe-*
lem, &[2] *incitauit Dauidem*[3] *in eu, vt diceret, Va-*
de, numera Israelem & Iehudam.
2 *Ait itaq; rex ad Ioab imperatorem exercitus*[4] *quem*
habuit, Circumi Israelem a Dan vsq; ad Beer-seba, &
recensete populum vt sciam numerum populi.
3 *Et dixit Ioab ad regem, Adiiciat Dominus Deus*
tuus ad populum[6] *aliquot centurias, quas oculi Domi-*
ni mei regis videant: cur vero Dominus meus rex istius
rei cupidine flagrat?
4 *At regis*[7] *imperium erga Ioab & duces exercitus*
[8] *praeualebat. egressus itaque est Ioab vna cum ducibus*
exercitus a conspectu regis vt recenserent populum Is-
rael.
5 *Et transeuntes Iordanem, manserunt in Aroer, ad*
dexteram ciuitatis[9] *quae est in medio torrente Gad,*
6 [10] *Et ad Iaaser. Deinde venerunt in Gilead &*[11] *in*
terram inferiorem Hadschi: tum venerunt in Dan-Iaan,
&[12] *circumi Zidon.*
7 *Veneruntq́;*[13] *ad munitionem Tyri, & ad cunctas*
ciuitates Hiuaeorum & Chananaeorum, egressi ad Meri-
diem Iehuda in Beer-seua.
8 *Quumq́; peragrassent vniuersam terram, reuersi*
sunt Ierusalem exactis nouem mensibus & viginti diebus.
9 *Deditque Ioab*[14] *numerum & summam populi ip-*
si regi: fuit autem (summa) Israelis octingenta millia vi-
rorum fortium[15] *bello aptorum: virorum autem Iehuda*
fuerunt quingenta millia virorum.
10 *Postquam autem Dauid populum sic numerasset,*[16] *doluit cor eius, aitque Dauid ad Dominum: Insi-*
piēter peccaui[17] *in hoc quod feci. nunc ergo*[18] *transfer*
quaeso ô Domine, iniquitatem serui tui, quoniam vehe-
menter stulte egi.
11 *Quum igitur mane surrexisset Dauid factum est ver-*
bum Domini ad Gad prophetam,[19] *qui erat videns ip-*
sius Dauidis, in hanc sententiam:
12 *Vade, & loquere ad Dauidem hoc verbum. Sic di-*
cit Dominus. Tria tibi[20] *dispono: tu ex his vnum tibi eli-*
gito, quod tibi faciam.
13 *Veniens igitur Gad ad Dauidem, nunciauit ei,*
dixitque ad eum,[21] *Visne vt veniant tibi septem anni fa-*
mis in terra tua: an vt ipse fugias tribus mensibus coram

1 ET addidit furor Domini irasci contra Israel, A
commouitque Dauid in eis dicentem ad Ioab
Vade, numera Israel & Iudam.
2 Dixitq; rex ad Ioab principem exercitus sui,
Perambula omnes tribus Israel a Dan vsque Ber sa-
be, & numera populum, vt sciam numerum eius.
3 Dixitq; Ioab regi, Adaugeat Dominus Deus
tuus ad populum tuum, quantus nunc est, iterumq́;
centuplicet in conspectu domini mei regis: sed quid
sibi dominus meus rex vult in re huiuscemodi?
4 Obtinuit autē sermo regis verba Ioab, & prin-
cipum exercitus: egressusque est Ioab, & principes
militum à facie regis, vt numerarent populum Is-
rael.
5 Cumq́; pertransissent Iordanem, venerunt in
Aroer ad dexteram vrbis, quæ est in Valle-gad.
6 Et per Iazer transierunt in Galaad, & in terram
Inferiorem Hadsi, & venerunt in Dan syluestria.
7 Circumeuntesque iuxta Sidonem, transie-
runt prope mœnia Tyri, & omnem terram Heuæi
& Chananæi, veneruntq́; ad Meridiem Iuda in Ber-
sabee.
8 Et lustrata vniuersa terra affuerunt post no- B
uem menses & viginti dies, in Ierusalem.
9 Dedit ergo Ioab numerum descriptionis po-
puli regi & inuenta sunt de Israel octingenta millia
virorum fortium, qui educerent gladium: & de Iu-
da quingenta millia pugnatorum.
10 Percussit autem cor Dauid eum, postquam
numeratus est populus: & dixit Dauid ad Domi-
num, Peccaui valde in hoc facto: sed precor Domi-
ne, vt transferas iniquitatem serui tui, quia stultè
egi nimis.
11 Surrexit itaque Dauid mane, & sermo Do-
mini factus est ad Gad prophetam & videntem Da-
uid, dicens:
12 Vade, & loquere ad Dauid, Hæc dicit Domi-
nus, Trium tibi datur optio, elige vnum quod vo-
lueris ex his, vt faciam tibi.
13 Cumque venisset Gad ad Dauid, nunciauit ei,
dicens: Aut septem annis veniet tibi fames in terra
tua: aut tribus mensibus fugies aduersarios tuos, &
IIII

Commouetur Dauid à Deo, vt numeret populum, vnde puniatur ipse populus, contra quem iratus erat ipse Deus.
[h] *numerato*

800000 *viri Israel.*
500000 *viri Iuda.*
Pœnitet Dauidem.

Ipsi tria pœnarum genera proponuntur.

Famem.
Bellum.

9 (in loco) qui erat [illegible] 10 id est, [illegible] Iaaser. [illegible] 11 in regionem Tahtim-hodsi.
13 id est, ad loca [illegible] 14 Heb. [illegible] numerum [illegible] populi numerati
15 Heb. educentium [illegible] 16 Heb. [illegible] in animo suo
[illegible] 17 [illegible] 19 [illegible] voluntatem Dei. 20 Heb. impono. [illegible]
[illegible] in Paralip. [illegible] quia esset fames [illegible] hoc pacto sunt septem.

Pestis. C

illi te persequentur: aut certè tribus diebus erit pe-
stilentia in terra tua, nunc ergo delibera, & vide
quem respondeam ei, qui me misit, sermonem.

Pestem eligit.

14 Dixit autem Dauid ad Gad, Coarctor nimis:
sed melius est vt incidam in manus Domini (multæ
enim misericordiæ eius sunt) quàm in manus ho-
minum.
15 Immisitque Dominus pestilentiam in Israel,
de mane vsque ad tempus constitutum, & mortui
sunt ex populo à Dan vsque ad Ber-sabee septua-
ginta millia virorum.

Septuaginta millia virorum cadunt peste.

16 Cumq; extendisset manum suam angelus
Domini super Ierusalem vt disperderet eam, miser-
tus est Dominus super afflictionem, & ait angelo
percutienti populum, Sufficit: nunc contine ma-
num tuam. erat autem angelus Domini iuxta ar-
eam Areuna Iebusæi.

Dolet Dauid propter se occidi populum, cum ipse sit qui peccauerit.

17 Dixitque Dauid ad Dominum cum vidisset
angelum cædentem populum. Ego sum qui pecca-
ui, & ego inique egi: isti qui oues sunt, quid fecerũt?
vertatur obsecro manus tua contra me, & contra
domum patris mei.

D

Cessat pestis, oblatione a Dauide facta.

18 Venit autem Gad propheta ad Dauid in die
illa, & dixit ei, Ascende & constitue altare Domino
in area Areuna Iebusæi.
19 Et ascendit Dauid iuxta sermonem Gad, quem
præceperat ei Dominus.
20 Conspiciensque Areuna, animaduertit regem
& seruos eius transire ad se: & egressus adorauit re-
gem prono vultu in terram, & ait:
21 Quid causæ est vt veniat dominus meus rex
ad seruũ suum? cui Dauid ait, Vt emam à te aream,
& ædificem altare Domino, & cesset interfectio
quæ grassatur in populo.

Gratis non accipit Dauid, quæ aufert quod offerat Deo.

22 Et ait Areuna ad Dauid, Accipiat, & offerat
dominus meus rex, sicut placet ei: habes boues in
holocaustum, & plaustrum & iuga boum in vsum
lignorum.
23 Omnia dedit Areuna regi: dixitq; Areuna ad
regem, Dominus Deus tuus suscipiat votum tuum.
24 Cui respondens rex, ait, Nequaquam vt vis,
sed emam pretio à te, & non offeram Domino Deo
meo holocausta gratuita. Emit ergo Dauid aream
& boues, argenti siclis quinquaginta:
25 Et ædificauit ibi Dauid altare Domino, & ob-
tulit holocausta & pacifica: & propitiatus est Do-
minus terræ, & cohibita est plaga ab Israel.

hostibus tuis & te persequantur? an vt sit pestis tribus die-
bus in terra tua? delibera nunc, & dispice quid referam ei
qui me misit.
14 *Ait ergo Dauid ad Gad, Supra modum angor,*
[22] *incidam quaso in manum Domini, (quoniam multa*
sunt miserationes eius,) in manus hominum ne cadam.
15 *Misit itaque Dominus pestilentiam in Israelem*
à mane [23] *vsque ad tempus definitum: & mortui sunt*
ex populo à Dan vsque Beersebah septuaginta millia vi-
rorum.
16 *Et quum* [24] *extendisset angelus manum suam su-*
per Ierusalem, vt illam quoque [25] *affligeret, pœnitudine*
ductus est Dominus super malo, & dixit ad angelum [26]
vastantem populum, [27] *Sat iam, remitte manum tuam.*
& angelus Domini [iam] erat iuxta [28] *horreum Araf-*
na Iebusæi.
17 *Dixitq; Dauid ad Dominum quum vidisset an-*
gelum percutientem populum, dixit inquam, Ego pecca-
ui, ego inique egi: [29] *oues autem istæ quid fecerunt? sit*
quæso manus tua contra me, & contra domum patris
mei.
18 *Et venit Gad ad Dauidem in* [30] *die illa, & ait*
ad eum, Ascende, [31] *excita aram Domino in area A-*
rafna Iebusæi.
19 *Et ascendit Dauid iuxta verbum Gad quod præ-*
ceperat Dominus.
20 [32] *Respiciensq; Arafna, vidit regem & seruos*
eius transeuntes ad se, & [33] *egressus Arafna incuruauit*
se coram rege pronus in terram.
21 *Et dixit Arafna, cur venit dominus meus rex ad*
seruum suum? respondit Dauid, Vt emam a te [34] *horreum,*
vt extruam aram Domino, & [35] *arceatur clades a po-*
pulo.
22 *Tunc dixit Arafna ad Dauidem, Accipiat & sa-*
crificet dominus meus rex quod ei bonum videtur: en bo-
ues in holocaustum, & [36] *plaustra, &* [37] *instrumenta*
boum in ligna.
23 *Omnia* [38] *dedit rex* [39] *Arafna* [40] *regi.* [41] *dixitq;*
Arafna ad regem Dominus Deus [42] *sit tibi propitius.*
24 *Et dixit rex ad Arafnam, Nequaquam, sed omni-*
no emam a te precio, nec [43] *sacrificabo Domino Deo meo*
holocausta [44] *gratis. Emit itaque Dauid* [45] *horreum &*
[46] *boues* [47] *quinquaginta siclis argenteis.*
25 *Et extruens ibi aram Domino Dauid, sacrificauit*
holocausta & [48] *gratulatoria,* [49] *propitiusque factus est*
Dominus terræ, & cohibita est [50] *clades ab Israele.*

22 q.d. eligo pestem.
23 i. vsq; ad vesperam: nam eo tempore offerebantur holocausta, vt & mane. Hoc commendat misericordiam Dei, qui pro tribus diebus, vnũ tãtum diem immiserit pestem.
24 vel, pararet extendere
25 perderet,
26 perdentem.
27 Satis est nunc, cohibe.
28 aream. Hæc erat Ierosolymis sita in monte Moria, in quo Abraham voluit immolare filium suum Isaac. lege 1. Paralip. 21.
29 Isti autem (qui sunt) oues
30 prima scilicet sub vesperam.
31 vel, extrue
32 exerto scilicet capite aspexit. nam delitescebat metu angeli.
33 sub. de loco in quo delitescebat.
34 aream istam,
35 vel, cohibeatur, ne vltra puniatur populus.
36 vel, tribulæ. Vox Hebræa significat instrumẽta, quibus teritur triticum, & terræ glebæ cõminuuntur.
37 sub alia.
38 vel, dat
39 Arafna siue Araunna, erat rex Iebusæorum antequam Ierusalem caperetur, verum erat tributarius.
40 idest, tibi qui nunc es rex.

41 vel, addiditque Arafna, dicendo 42 Heb. complaceat tibi, id est, te gratum habeat, & tua sacrificia sint illi accepta. 43 offeram 44 i. ex rebus alienis. 45 aream 46 Singulare pro plurali, boues. 47 Heb. argento (id est) quinquaginta siclos. Alii aiunt emisse solum eam partem cum bobus, in qua altare ædificaret: deinde reliquam partem eius areæ. quoniam in Paralip. legitur sexcentis siclis. 48 pacificas hostias, 49 reconciliatusque est.
50 vel, plaga. hoc est, pestis quæ grassabatur in Israelem.

LIBER REGVM TERTIVS, SECVNDVM HEBRÆOS, PRIMVS MALACHIM.

Argumentum huius libri.

Hi duo libri appellantur libri Regum, quòd vt priores continent res gestas duorum regum tantum, sic hi multorum regum gesta complectuntur. Nam primus liber Regum res gestas quinque Regum Iehudæ, Salomonis, Roboami, Abiami, Asæ, Iosaphat [illegible] Regum Israelis, Ieroboam, Nadab, Baasa, Ela, Zambri, Thebni, Amri, & Achab continet. Eaque historia centum [illegible] annorum: [illegible] quibus primi quadraginta Salomonis fuerunt: Cæteri nimirum septuaginta reliquorum regnantium in Iuda & in Israele.

CAPVT I.

1 Heb. venissetq; in dies. i. confectus esset senio. Tũ erat sexagenarius Dauid. qui tã cito senuerat, propter labores quos tulerat persequente Saule, & pp alia bella. Anno 477. ab exitu de Ægypto, hæc gesta sunt.
2 Heb. & nõ calorilli q. d. & tamen non calefiebat. Nam calor natiuus in eo penè erat extinctus.
3 q.d. liceat nobis per te quæramus, vel iube q̃ramus.
4 Hoc dicit q̃ virgines plus caloris habeant quã quæ pepererunt.
5 Chaldæus paraph. seruiat vel ministret regi.
6 id est, calefaciat vestis potest, v ultatem afferat illi calefaciendo illum scil. Chaldæus paraphr. sit ei propinqua, id est, admouens se, siue corpus suum corpori regis vt eum calefaciat. quidam Hebræo rum interpretantur, vt custodiat thesauros eius.
† i.e. Sunem è tribu Issachar.
7 Heb. fouens regem [illegible], & ministrat ei.
8 vel, verum rex non cognoscebat eam. Aiunt Dauidẽ tunc habuisse decem & octo vxores, vltra quem numerum non licebat habere. Verùm & hoc pertinet ad laudem Dauidis.
9 q. d. affectauit regnum, secumbente patre.
10 currẽtes, &c. i. satellites, qui præcedentes eũ, gestarent arma, vt qui sunt a corpore regio.
11 Heb. non cõtristauit eum [illegible] diebus [illegible] quando. q. d. nõ increpauit eũ pater suus quãdiu vixit. Taxat enim [illegible] indulgentiã Dauidis.

Vum Dauid iam senex esset[1] profectaq; ætate, texerunt eum vestimentis,[2] at non poterat calefieri.
2 Dixerunt igitur ei serui sui,[3] Quærant domino meo regi puellam[4] virginem,[5] quæ[6] astet regi, & eum foueat, dormiatq; in gremio tuo, vt calefiat dominus meus rex.
3 Quærentes itaq; puellam pulchram in omnibus terminis Israel, inuenerunt Abisag † Sunamitidem, & adduxerunt eam ad regem.
4 Erat autem hæc puella admodum venusta, fuitq;[7] fouens regem, & ministrauit ei.[8] & rex non cognouit eam.
5 Porrò Adonias filius Hagith sese efferens[9] dixit, Ego regnabo, fecitq; sibi currus & equites quinquaginta viros[10] currentes ante se.
6 Pater vero ipsius[11] noluit eum mœrore afficere toto ævo suo, vt diceret, Cur sic feceras?[12] etiam valde pulchro aspectu,[13] genueratq; eum post[14] Absalom.
7[15] Communicabat autem res suas cum Ioab filio Zeruiæ & cum Abiathar sacerdote, qui[16] opem suam tulerunt ipsi Adoniæ.
8[17] Zadoc autem sacerdos, & Benanias filius Iehoiada, Nathan propheta, Semei atq; Rei, & proceres quos habuit Dauid non steterunt ab Adonia.
9 Mactauit autem Adonias oues & boues, & pinguia [pecora] iuxta lapidem Zoheleth, qui situs erat pone fontem Rogel, inuitauitq; omnes fratres suos, filios scilicet regis, atq; cunctos viros Iehuda seruos regis.
10 Nathan verò prophetam, & Benaiam & alios[18] proceres, & Salomonem fratrem suum non inuitauit.
11 Dixit igitur Nathan ad Bath-sebam matrem Salomonis in hanc sententiam, Annon audiuisti quod[19] regnat Adonias filius Hagith, ignorante id domino nostro Dauide?
12 Adsis ergo, & dabo tibi consilium,[20] vt serues animam tuam, & animam filii tui Salomonis.
13 Vade & ingredere ad regem Dauidem, & dic ad eum, Domine mi rex, annon iurasti famulæ tuæ his verbis, Salomon filius tuus regnabit post me, & ipse sedebit super solium meum? cur ergo regnat Adonias?
14 Ecce te adhuc loquente ibi ad regem, ingrediar ego post te, &[21] colophonem addam verbis tuis.
15 Ingressa est itaq; Bath-seba ad regem in conclaue,[22] eratq; rex valde senex, & Abisag Sunamitis ministrabat regi.
16 Bath-seba[23] inclinato vertice procumbit regi, dixitq; rex, Quid tibi [petis]?
17 Respondit ei, Domine mi, tu iurasti per Dominum Deum tuum famulæ tuæ, Salomon filius tuus regnabit post me, ipseq; sedebit super solium meum.
18 Et en Adonias occupat nunc regnum, & nunc domine mi rex [hæc] ignoras.
19 Nam mactauit boues, saginatum pecus, & oues multas, inuitauitq; omnes filios regis, Abiathar sacerdotem, & Ioab imperatorem exercitus, Salomonem autem seruum tuum non inuitauit.
20[24] Ad te autem domine mi rex oculi omnium

T rex Dauid senuerat, habebatque ætatis plurimos dies: cumq; operiretur vestibus, non calefiebat.
2 Dixerunt ergo ei serui sui, Quæramus domino nostro regi adolescentulã virginem, & stet coram rege, & foueat eum, dormiatq; in sinu[a] suo, & calefaciat dominum nostrũ regem.
3 Quæsiuerunt igitur adolescentulã speciosam in omnibus finibus Israel, & inuenerunt Abisag Sunamitidem, & adduxerunt eam ad regem.
4 Erat autem puella pulchra nimis, dormiebatque cum rege, & ministrabat ei. Rex verò non cognouit eam.
5 Adonias autem filius Haggith eleuabatur, dicens, Ego regnabo, fecitque sibi currus & equites, & quinquaginta viros qui currerent ante eum.
6 Nec corripuit eum pater suus aliquando, dicens, Quare hoc fecisti? erat autem & ipse pulcher valde, secundus natu post Absalom.
7 Et sermo eius[b] cũ Ioab filio Saruiæ, & cum Abiathar sacerdote, qui adiuuabant partes Adoniæ.
8 Sadoc verò sacerdos, & Banaias filius Ioiade, & Nathan propheta, & Semei, & [c] Cerethi & Phelethi, & omne robur exercitus Dauid non erat cum Adonia.
9 Immolatis ergo Adonias arietibus & vitulis, & vniuersis pinguibus iuxta Lapidem-zoheleth, qui erat vicinus Fonti-rogel, vocauit vniuersos fratres suos filios regis, & omnes viros Iuda seruos regis.
10 Nathan autem prophetam, & Banaiam, & robustos quosque, & Salomonem fratrem suum non vocauit.
11 Dixit itaque Nathan ad Beth-sabee matrem Salomonis, Num audisti quòd regnauerit Adonias filius Haggith & dominus noster Dauid hoc ignorat?
12 Nunc ergo veni, accipe consilium à me, & salua animam tuam, filiiq; Salomonis.
13 Vade, & ingredere ad regem Dauid, & dic ei, Nõne tu domine mi rex iurasti mihi ancillæ tuæ, dicens, Quòd Salomon filius tuus regnabit post me & ipse sedebit in solio meo? quare ergo regnat Adonias?
14 Et adhuc ibi te loquente cum rege, ego veniam post te, & complebo sermones tuos.
15 Ingressa est itaq; Beth-sabee ad regem in cubiculo: rex autẽ senuerat nimis, & Abisag Sunamitis ministrabat ei.
16 Inclinauit se Beth-sabee, & adorauit regem. ad quam rex, Quid tibi, inquit, vis?
17 Quæ respondens ait, Domine mi rex, tu iurasti per Dominum Deum tuum ancillæ tuæ, Salomon filius tuus regnabit post me & ipse sedebit in solio meo.
18 Et ecce nunc Adonias regnat, te domine mi rex ignorante.
19 Mactauit boues & pinguia quæq;, et arietes plurimos, et vocauit omnes filios regis, Abiathar quoque sacerdotem, et Ioab principem militiæ, Salomonem autem seruum tuum non vocauit.
20 Verumtamen domine mi rex, in te oculi respi-

A
Seni Dauidi frigido datur Abisag puella, quæ eum tacentẽ calefaciat.
[a] *sinu.*
Adonias inscio patre, sine Dei verbo occupat regnum, immolatis victimis.
[b] *et.*
B
[c] *Rei.*
Consilio Nathã Beth sabee indicat Dauidi Adoniam regnare.

12 [illegible] scilicet Absalom. 13 sub Haggith. 14 iam natu [illegible] Absalone, qui erat mortuus. Ad hunc ergo videbatur pertinere regnum, sed Deus [illegible] quibus vult. 15 Heb. Fueruntq; verba eius cum [illegible] 16 Heb. adiuuerunt [illegible] Adoniam [illegible] Adoniæ sequendo partes eius. 17 [illegible] maius [illegible] Dauid, reiecto Abiathar. 18 Heb. [illegible] robur [illegible] Dauid. 19 Heb. regnauit, id est, regnum occupauit. 20 Id est, quo [illegible] salutem tuæ & filii consulere. 21 complebo verba tua, id est, [illegible] Adoniam. 22 [illegible] erat admodum præ senio.
23 inclinauit se, demittens [illegible] et caput, [illegible] totum nempe corpus incuruando, [illegible] ingressa est cubiculum regium, verticem inclinauit honoris causa & quum parum progressa esset, [illegible] Prima Vox Hebræa C A D A D, significat verticem demittere. Orientales non possunt tam facile aperire caput, [illegible] regant illud quum [illegible] Secunda vox, H I S T A H A V A, a S A H A, est totum corpus incuruare. Alia est vox B A R A C H, quæ significat genu flectere nostro more. Psalmus 94. continet has tria genera exhibendi honorem.
24 Heb. Tu autem domine mi rex, [illegible] quòd oculi totius Israelis super te (sunt.) vel, Nunc autem oculi &c. in hac scilicet ætate vicina morti. q. d. Vniuersus Israel coniicit oculos in te, vt sciat quis sit post te regnaturus.

cinã

ciunt totius Israel, vt indices eis quis sedere debeat
in solio tuo domine mi rex post te.
21 Eritq; , cũ dormierit Domin[9] meus rex cũ pa-
Salomon. tribus suis, erimus ego & filius meus * peccatores.
22 Adhuc illa loquente cum rege, Nathan pro-
pheta venit.
23 Et nunciauerunt regi, dicentes, Adest Nathan
propheta. cúmq; introisset in conspectum regis, &
adorasset eum pronus in terram,
24 Dixit Nathan, Domine mi rex, tu dixisti A-
donias regnet post me, & ipse sedeat super thro-
D num meum?
25 Quia descendit hodie, & immolauit boues
& pinguia & arietes plurimos, & vocauit vniuer-
exercitus sos filios regis, & principes, * Abiathar quoq; sacer
dotem: illisq; vescentibus & bibentibus coram eo,
& dicentibus, Viuat rex Adonias,
26 Me seruum tuum & Sadoc sacerdotem, & Ba-
naiam filium Ioiadæ, & Salomonem famulum tuũ
non vocauit.
27 Numquid à domino meo rege exiuit hoc ver-
bum, & mihi non indicasti seruo tuo quis sessurus
esset super thronum domini mei regis post eum?
Dauid præcipit Salomonem vngi in regem super Iudã & Israelem. 28 Et respondit rex Dauid, dicens, Vocate ad me
Beth-sabee. quæ cum fuisset ingressa coram rege, &
stetisset ante eum,
29 Iurauit rex, & ait, Viuit Dominus. qui eruit
animam meam de omni angustia.
30 Quia sicut iuraui tibi per Dominum Deum
Israel, dicens, Salomon filius tu[9] regnabit post me,
& ipse sedebit super solium meum pro me: sic faci-
am hodie.
E 31 Summissoq; Beth-sabee in terram vultu, a-
dorauit regem, dicens, Viuat Dominus meus Dauid
in æternum.
32 Dixit quoque rex Dauid, Vocate mihi Sadoc
sacerdotem, & Nathan prophetam, & Banaiam fi-
lium Ioiadæ. Qui cum ingressi fuissent coram rege,
dixit ad eos:
33 Tollite vobiscũ seruos domini vestri, & im-
ponite Salomonẽ filium meum super mulam me-
am, & ducite eum in Gihon:
34 Et vngat eum ibi Sadoc sacerdos, & Nathan
propheta in regem super Israel: & canetis buccina,
atq, dicetis, Viuat Rex Salomon.
venies 35 Et ascendetis post eum, & * venietis in Ieru-
salem, & sedebit super solium meum, & ipse regna-
bit pro me: illiq; præcipiam vt sit dux super Israel
& super Iudam.
36 Et respondit Banaias filius Ioiadæ, regi, di-
cens, Amen: sic loquatur Dominus Deus domini
mei regis.
37 Quomodo fuit Dominus cum domino meo
rege, sic sit cum Salomone, & sublimius faciat soli-
um eius a solio domini mei regis Dauid.
Salomon vngitur in regem. 38 Descendit ergo Sadoc sacerdos & Nathan
propheta, & Banaias filius Ioiadæ, & Cerethi, &
Phelethi: & imposuerunt Salomonem super mulã
regis Dauid, & adduxerunt eum in Gihon.
39 Sumpsitque Sadoc sacerdos cornu olei de ta-
bernaculo, & vnxit Salomonem: & cecinerunt
F buccina, & dixit omnis populus, Viuat rex Salo-
Fugit Adonias, audiens Salomonem vnctũ in regem. mon.
40 Et ascendit vniuersa multitudo post eum, &
populus canẽtium tibiis, & lætantium gaudio magno, & insonuit terra a clamore eorum.
41 Audiuit autem Adonias, & omnes qui inuitati fuerant ab eo, iamque conuiuium finitum erat:

Israelitarum intenti sunt, vt indices eis quis sedere debeat super solium domini mei regis post ipsum.
21 Atqui futurum est, quum dormierit dominus meus Rex cum patribus suis, vt & ego & filius meus Salomon peccatores[25] reputemur.
22 Quumq; adhuc loqueretur illa cum rege, en Nathan propheta[26] venit.
23 Et nunciauerunt regi, dicentes, En propheta Nathan adest. & quum ad regem ingrederetur, procubuit ante regem pronus facie sua versus terram,
24 Atq; Nathan, Domine mi rex, tunc dixisti, Adonias regnabit post me, ipseq; sedebit super solium meum?
25 Descendit enim hodie & mactauit boues & saginatum pecus, & oues multas, inuitauitq; omnes filios regis, & duces exercitus, sed & Abiathar sacerdotem, & & ecce[27] epulantur & bibunt coram eo, dixeruntq;, Viuat rex Adonias.
26 Me vero seruum tuum, & Zadoc sacerdotem, Benaiam filium Iehoiada, & Salomonem seruum tuum non inuitauit.
27 Nũ à domino meo Rege negocium hoc mandatũ est, nec indicasti seruo tuo quis sessurus sit super solium domini mei regis post eum?
28 Et respondens rex Dauid, ait, Vocate mihi Bathsebam, quæ ingressa in conspectum regis, stetit ante regem.
29 Et iurauit, rex, dicens,[28] Viuit Dominus, qui[29] redemit animam meam ab omni afflictione.
30 Quod sicut iuraui tibi per Dominum Deum Israelis, dicendo Filius tuus Salomon regnabit post me, ipseq; sedebit super solium meũ loco mei, quod inquam sic faciam hodierno die.
31[30] Inclinauit ergo se Bathsebæ facie versus terram,[31] & quum genu flexisset regi, dixit, Viuat Dominus meus rex Dauid in seculum.
32 Et ait rex Dauid, Vocate mihi ipsum Zadoc sacerdotẽ, Nathan prophetam, & Benaiam filium Iehoiada. Et quum venissent ad regem, dixit Rex eis:
33 Sumite vobiscum seruos[32] domini vestri, & vehite Salomonem filium meum[33] mula mea, & deducite eum[34] ad Gihon.
34 Illicq; vngat eũ Zadoc sacerdos & Nathan propheta regem super Israelem, clangetisq; cornu, dicentes, Viuat rex Salomon.
35 Vos autem ascendetis[35] post eum, vt veniat & sedeat in solio meo.[36] nã ipse regnabit pro me:[37] nam de illo mandaui vt sit princeps super Israelem, & super Iehudam.
36 Respondit ergo Benaias filius Iehoiada ipsi regi, & dixit,[38] Amẽ,[39] sic dixit Domin[9] De[9] domini mei regis.
37 Quemadmodum Dominus fuit cum domino rege, sic sit cum Salomone,[40] augeatq; faciat solium eius, quam fuerit solium domini mei regis Dauidis.
38 Descendit itaq; Zadoc sacerdos, Nathan propheta, Benaias filius Iehoiada Cerethiq; Plethi, & vexerunt Salomonem super mulã regis Dauidis, duxeruntq; eum[41] ad Gihon.
39 Et tollens Sadoc sacerdos cornu[42] olei ex tentorio, vnxit Salomonem, clanxeruntq; cornu, omnisq; populus clamauit, Viuat rex Salomon.
40 Ascenditq; post ipsum omnis populus, & populi canebant tibiis, lætabanturq; gaudio magno,[43] ita vt terra præ clamore eorum decisceret,
41 Et audiuit Adonias, omnesq; inuitati qui erant cum eo, qui iam ediendi finem fecerant, audiuit & Ioab

25 Heb. simus. i. quasi peccatores peribimus, & interficient nos Adonias, si ante mortem non designatis regẽ. Hebræi exponunt, erimus falsi & frustrati, hoc est, frustrabimur spe nostra, quasi aberrantes a scopo. filius non regnabit vt speculabamur. Alij exponunt. Tunc dicent filium meũ non fuisse dignũ regno propter culpam nostram, quod tibi nupserim viro viuente.
26 ingressus est. sub. atrium.
27 Iaccumbunt. comedunt.
28 .i. Iuro p Deum viuentem.
29 .vel, eruit.
30 vel, Demisit ergo caput B... se prona in terram,
31 Hebr. incuruasset totum corpus regis
32 .i. meos.
33 quia lectam veh. mula regia nisi rex esset. ... que illa sceptrũ continere licebat, nisi regi.
34 Chal. ... paraphrastes ... Si-loe, ... erat in parte Occidentali vrbis Dauid, cuius aqua erat perennis. ab extrahendo sic dictus, quod eius aqua irrigarentur horti. Iussit Dauid Salomonem vngi in regẽ, iuxta fontem Gihon, cuius aqua (vt dictum est) erat perennis, vt votum suum vel hac ratione aperiret optabat ... vt regnum Salomonis esset perpetuum & perenne quasi Dauid diceret, O Domine ... vt regnum ... meum Salomonis sit perenne. In hanc ... sitiemẽ ... quia est Chaldæus ... non ... nomini eadẽ est significatio
35 sequentes eũ scilicet.
36 & ipse idem regnabit.
37 nam (tam) illi præcepi.
38 idest, Verum sit, fiat, ita fit. 39 ita dicat, id est, iubeat eu...re ita vt præcipis. q. d. vtinam quod dicis & iubes, dicat & iubeat etiam Dominus sententiam & decretum, vt Salomon vnctus in regem, possit in regno perseuerare.
40 Heb. reddatque maius.
41 Locus est, in Siloe.
42 sub. vnctionis.
43 Loc. est, terra videbatur findi clamore excitato.

44 Hebr. Quare (auditur) strepitus vrbis tumultuantis?
45 Heb. virtutis i. strenuus & probus.
46 bonū annunciabis.
47 Ita Chaldæus paraphr. Alij, (Nō nuncio prospera.) at vero dominus &c.
48 iuxta fronte Siloe.
49 vel, strepitu repleta est.
50 Heb. benedicere, id est, bene precarentur.
51 Heb. Bonum reddat illustriorem reddat famam. Clarius reddat nomen Salomonis &c.
52 maius
53 adorauit (sub. Deum) rex in lecto. Agendo ei gratias, tanquam rem gratissimam audiuit.
54 Sic etiam
55 i. quisque recepit se in domū suam.
56 vel, arripuit.
57 quod sc. Dauid extruxerat in vrbe sua nam altare quod extruxerat Moses extruendum in deserto adhuc erat in Gabaon. 1. Paral. 21. d.
58 Hebr. filius virtutis i. amans virtutis, hoc est, probus. Chaldæus paraph. Si fuerit homo timens peccare. Vel, Si sit fortis animo ad superandas animi perturbationes: si possit imperare animo suo, & sibi parcere.
59 Heb. incuruauit se &c. i. summo honore affecit eum, toto corpus curuando sci.

sonitum cornu, & ait, [44] Cur vrbs sic strepitu tumultuatur?

42 Adhuc eo loquente, en Ionathan filius Abiathar sacerdotis venit, ad quem dixit Adonias, ingredere, quoniam vir es [45] frugi, & [46] nimirum fausta nuncias.

43 Respondens Ionathan dixit Adoniæ, [47] Profectò dominus noster rex Dauid constituit regem Solomonem.

44 Misitq; cum eo Rex Zadoc sacerdotem, & Nathan prophetam, atq; Banaiam filium Iehoiada, sed & Cerethi & Pelethi, & vexerunt eum mula regia.

45 Vnxerunt denique eum [48] in Gihon Zadoc sacerdos & Nathan propheta, vt sit rex: & ascenderunt inde lætantes, & [49] commota est civitas: & hic strepitus est quem audistis.

46 Sedit insuper Solomon super solium regni.

47 Quin & serui regis venerunt, vt [50] gratularentur domino nostro regi Dauid dicentes, [51] Decoret Deus tuus nomen Solomonis supra nomē tuum, & [52] augustius reddat solium eius, quam fuerit solium tuum, & [53] procubuit rex ad lectum.

48 [54] Sicq; loquutus est rex, Laudandus Dominus Deus Israelis, qui dedit hodie [aliquem] qui sedeat in solio meo videntibus oculis meis.

49 Illi verò territi sunt, & surrexerunt omnes inuitati qui cum Adonia erant, [55] abieruntq; quisq; sua via.

50 Porrò Adonias metuens faciem Solomonis surrexit & abiit, [56] tenuitq; cornua [57] aræ.

51 Nunciatumq; est Solomoni hisce verbis: En Adonias metuit regem Solomonem: nam tenet cornua aræ, dicens: Iuret mihi hac ipsa die rex Solomon, quod non trucidet seruum suum gladio.

52 Et dixit Solomon, Si fuerit [58] homo frugi, nihil cadet de capillitio eius in terram, si verò malum fuerit in eo deprehensum, morietur.

53 Misit itaq; rex Solomon, & abduxerunt eum ab ara: & veniens [59] gratias egit regi Solomoni. Dixitq; ad eum Solomon, Vade in domum tuam.

sed & Ioab, audita voce tubæ, ait, Quid sibi vult clamor ciuitatis tumultuantis?

42 Adhuc illo loquente, Ionathan filius Abiathar sacerdotis venit: cui dixit Adonias, Ingredere, quia vir fortis es, & bona nuncians.

43 Respondítq; Ionathan Adoniæ, Nequaquam: dominus enim noster rex Dauid regem constituit Solomonem.

44 Misítq; cum eo Sodoc sacerdotem, & Nathan Prophetam, & Banaiam filium Ioiadæ, & Cerethi & Phelethi, & imposuerūt eum super mulam regis.

45 Vnxeruntque eum Sodoc sacerdos, & Nathan propheta regem in Gihon: & ascenderunt inde lætantes, & insonuit ciuitas. hæc est vox quam audistis.

46 Sed & Salomon, sedet super solium regni.

47 Et ingressi serui regis benedixerunt domino nostro regi Dauid, dicentes, Amplificet Deus nomen Salomonis super nomen tuum, & magnificet thronum eius super thronum tuū, & adorauit rex in lectulo suo.

48 Insuper & hæc locutus est, Benedictus Dominus Deus Israel, qui dedit hodie sedentem in solio meo, videntibus oculis meis.

49 Territi sunt ergo, & surrexerunt omnes qui inuitati fuerant ab Adonia, & iuit vnusquisq; in viam suam.

50 Adonias autem timens Salomonem surrexit, & abiit in tabernaculum Domini, [a] tenuitque cornu altaris.

51 Et nunciauerunt Salomoni, dicentes, Ecce Adonias timens regem Salomonem, [a] tenuit cornu altaris, dicens, Iuret mihi rex Salomon hodie quòd non interficiat seruum suum gladio.

52 Dixitq; Salomon Si fuerit vir bonus, non cadet ne vnus quidem capillus eius in terram: sin autem malum inuentum fuerit in eo, morietur.

53 Misit ergo rex Salomon, & eduxit eum ab altari, & ingressus adorauit regem Salomonem: dixitq; ei Salomon, Vade in domum tuam.

a tenet.

CAPVT II.

1 i. mandata aliqua dedit.
2 h.e. viā habitātiū in terra. q. d. Moriturus sum vt cæteri homines.
3 vel, Custodi custodiam. i. præcepta, quæ iussit custodiri & obseruari Deus.
4 [illegible]

1 Appropinquauerunt autem dies Dauidis vt moreretur, [1] præcepitq; Solomoni filio suo, dicens:

2 Ego vado [2] viam vniuersæ terræ, fortis esto, & sis vir.

3 [3] Obserua obseruationem Domini Dei tui, [4] vt ambules in viis eius, [5] & custodias statuta atq; [6] præcepta eius, iudicia eius, atq; [7] testimonia eius, quemadmodum scriptum est in Lege Mosis, vt [8] prudenter agas quæcunq; aggrediaris, & [9] ad quæcunq; te [illegible] verteris.

4 [Et] vt Dominus [10] ratum habeat verbum suum quod loquutus est ad me hisce verbis, Si custodierint filii tui [11] viam suam, vt coram me ambulent [12] bona fide, toto scil. pectore & toto animo, [14] hoc affirmo quòd tibi non excindetur [15] vir de solio Israelis.

5 Iam tu nosti quid Ioab filius Zeruiæ mihi fecerit, quæ scilicet fecerit duobus imperatoribus exercituum Israel, nempe ipsi Abner filio Ner, & Amasa filio Iether, [16] quos occidit, [17] sanguinem bellicum fundens in pace, [18] ponensq; sanguinem bellicum in baltheo suo qui erat super lumbos suos, atq; [19] in calceamento suo qui erat in pedibus suis.

1 Appropinquauerunt autem dies Dauid vt moreretur, præcepítq; Salomoni filio suo dicens:

2 Ecce ego ingredior viam vniuersæ terræ: confortare, & esto vir fortis.

3 Et obserua custodias mandata Domini Dei tui, vt ambules in viis eius & custodias ceremonias eius, & præcepta eius, & iudicia, & testimonia, sicut scriptum est in lege Moysi: vt intelligas vniuersa quæ facis, & quocunq; te verteris: Deut. 17. d.

4 Vt confirmet Dominus sermones suos, quos locutus est de me dicens: Si custodierint filii tui [b] vias meas, & ambulauerint coram me in veritate, in omni corde suo & in omni anima sua, non auferetur tibi vir de solio Israel.

5 Tu quoque nosti quæ fecerit mihi Ioab filius Saruiæ, quæ fecerit duobus principibus exercitus Israel, Abner filio Ner, & Amasæ filio Iether: quos occidit, & effudit sanguinem belli in pace, & posuit cruorem prælii in baltheo suo, qui erat circa lumbos eius, & in calceamento suo quod erat in pedibus eius.

A Mandata dat Dauid filio Salomoni.

b viam suam.

Ioab occidi præcepit. 2. Reg. 3. e. 2. Reg. 20. c.

4 [illegible] quantum potest homo Deo assimilari. 5 vel, custodiendo. 6 Id est, leges. 7 Testimonia sunt ea quæ reuocant nobis in memoriam Dei beneficia, [illegible] 8 [illegible] omnibus quæ [illegible] 9 in omnibus [illegible] ad quæ [illegible] considera. Vacat [illegible] Hebraismo. 10 vel adimpleat, [illegible] mihi. 11 Id est, nepotes. 12 Id est, Si perpetuo [illegible] viam bonam. 13 [illegible] id est, sine hypocrisi. 14 Hebr. hisce inquam verbis [illegible] &c. 15 ex nepotibus scilicet. q. d. Semper erit aliquis de nepotibus tuis qui sedeat in solio regio. 16 Heb. & interfecit eos [illegible] quod intelligendum [illegible] 17 Id est, quos interfecit in pace, hoc est, incautos, & [illegible] sanguinem eorum, (sanguinem) belli, id est, cædem eorum non minus [illegible] quam si interfecisset eos in prælio. Vel, interfecit eos in pace, [illegible] in tempore [illegible] sanguinem prælii in pace. Aut vt exponit [illegible] Hebræos, effudit sanguinem belli, hoc est, reputauit cædem factam [illegible] nempe [illegible] Abner interfecerat tanquam [illegible] quasi interfectus fuisset tempore pacis. q. d. vltus est necem fratris sui qui interfectus fuerat in conflictu, non minori flagitio quam si interfectus fuisset tempore pacis.
18 Id est, ense quo faceret cædem, de industria se accinxit. 19 Sub. posuit sanguinem, id est, occidit eos in ipso loco, ita vt mortui corruerint ad pedes eius.

6 Tu

B

Berzellai filiis reddi gratiam præcipit.
2. Reg. 19. f

6 Facies ergo iuxta sapientiam tuam, & non deduces canitiem eius pacifice ad inferos.

7 Sed & filiis Berzellai Galaaditis reddes gratiam, eruntque comedentes in mensa tua: occurrerunt enim mihi quando fugiebam à facie Absalon fratris tui.

Semei occidi præcipit.
2. Reg. 16. b
2. Reg. 19. d

8 Habes quoque apud te Semei filium Gera filii Iemini de Bahurim, qui maledixit mihi maledictione pessima, quando ibam ad Castra: sed quia descendit mihi in occursum cum transirem Iordanem, & iuraui ei per Dominum, dicens, Non te interficiam gladio:

ᵃ & scies
Moritur David.
Act. 2. e, 13. e

9 Tu noli pati eum esse innoxium: vir autem sapiens es ᵃut scias quæ facies ei, deducesque canos eius cum sanguine ad inferos.

10 Dormiuit igitur Dauid cum patribus suis, & sepultus est in Ciuitate Dauid.

1. Paral. 29. f
ᵇ vero
3 Reg. 3. a

11 Dies autem quibus regnauit Dauid super Israel, quadraginta anni sunt: in Hebron regnauit septem annis, in Ierusalem ᵇ, triginta tribus.

12 Salomon autem sedit super thronum Dauid patris sui, & firmatum est regnum eius nimis.

C

Adonias petit Abisag in uxorem.

13 Et ingressus est Adonias filius Haggith ad Beth sabee matrem Salomonis, quæ dixit ei, Pacificusne est ingressus tuus? qui respondit, Pacificus.

14 Addiditque, Sermo mihi est ad te. cui ait, Loquere. Et ille,

15 Tu inquit, nosti quia meum erat regnum, & me præposuerat omnis Israel sibi in regem: sed translatum est regnum, & factum est fratris mei: à Domino enim constitutum est ei.

16 Nunc ergo petitionem vnam precor à te, ne confundas faciem meam. quæ dixit ad eum, Loquere.

17 Et ille ait, Precor vt dicas Salomoni regi (neque enim negare tibi quicquam potest) vt det mihi Abisag Sunamitidem vxorem.

18 Et ait Bethsabee, Bene, ego loquar pro te regi.

19 Venit ergo Beth-sabee ad regem Salomonem, vt loqueretur ei pro Adonia: & surrexit rex in occursum eius, adorauitque eam, & sedit super thronum suum: positusque est thronus matri regis, quæ sedit ad dexteram eius.

D

20 Dixitque ei, Petitionem vnam paruulam ego deprecor à te, ne confundas faciem meam. & dixit ei rex, Pete mater mea: neque enim fas est vt auertam faciem tuam.

21 Quæ ait, Detur Abisag Sunamitis Adoniæ fratri tuo vxor.

22 Responditque rex Salomon, & dixit matri suæ, Quare postulas Abisag Sunamitidem Adoniæ? postula ei & regnum: ipse est enim frater meus maior me, & habet Abiathar sacerdotem, & Ioab filium Saruiæ.

23 Iurauit itaque rex Salomon per Dominum dicens, Hæc faciat mihi Deus, & hæc addat, quia contra animam suam locutus est Adonias verbum hoc.

24 Et nunc viuit Dominus qui firmauit me, & collocauit me super solium Dauid patris mei, & qui fecit mihi domum, sicut locutus est, quia hodie occidetur Adonias.

Occiditur Adonias.
Abiathar priuatur sacerdotio.

25 Misitque rex Salomon per manum Banaiæ filii Ioiadæ, qui interfecit eum, & mortuus est.

26 Abiathar quoque sacerdoti dixit rex, Vade in

E

Anathoth ad agrum tuum, & quidem vir mortis es:

6 Tu facies pro sapientia tua: ne deducas canos eius [20] in foueam in pace.

7 Porrò filiis Barsillai Gileaditæ, [21] benefacias, vt sint [22] conuiuæ mensæ tuæ: [23] illi enim ad me venerunt quum fugerem præ metu Absolam fratris tui.

8 Deinde tecum est Simei filius Gera [24] filii Iemini de Bahurim, qui maledixit mihi acerbissima maledictione, eo die quo proficiscebar Mahanaim: [25] descendit tamen obuiam mihi ad Iordanem, & iuraui ei per Dominum, dicens, Non interficiam te gladio.

9 [26] Verum ne illi sinas hoc impune abire, [27] quandoquidem vir sapiens es tu, non ignarus qualiter illi facere debeas, vt deducas canos eius in sepulchrum [28] in sanguine.

10 Dormiuit itaque Dauid cum patribus suis, sepultusque est in ciuitate Dauidis.

11 Porrò dies quibus regnauit Dauid super Israelem, fuerunt quadraginta anni: septem annis regnauit in Hebron, in Ierusalem autem regnauit triginta tribus annis.

12 [29] Sedit igitur Solomon in solio Dauidis patris sui, & [30] firmatum est regnum eius vehementer.

13 Venit autem Adonias filius Hagith ad Bath-sabam matrem Solomonis, dixitque illa, [31] Venisne pacatus? qui respondit, [32] Pacatus.

14 Simulque dixit, [33] est mihi aliquid quod loquar tecum. ipsa ait, Loquere. Et dixit,

15 Tu nosti quod regnum mihi debebatur, [34] huc respexisse cunctos Israelitas, vt ego regno inaugurarer, at regnum translatum est, obuenitque fratri meo: nam à Domino [35] ordinatum est ei.

16 [36] Peto ergo à te petitionem [37] quandam, [38] ne mihi eam neges. quæ ait ad eum, Loquere.

17 Et dixit, Loquere quæso cum Solomone rege! [39] qui tibi nihil negat) vt det mihi Abisag Sunamitidem vxorem.

18 Et ait Bath saba, Bene, loquar pro te cum rege.

19 Venit ergo Bath saba ad regem Solomonem, vt loqueretur ei pro Adonia. Rex surgit vt ei obuiam iret, & [40] honoris gratia se ei inclinat: rursusque consedit in solio suo, & [41] positum est solium pro matre regis, consedítque ad dexteram ei.

20 Quæ ait, Petitionem quandam paruulam ego peto à te, [42] quam ne neges mihi. Porro dixitque rex ei, Postula mater mea, neque enim [43] negare possum.

21 Quæ dixit, Detur Abisag Sunamitis vxor fratri tuo Adoniæ.

22 Et respondit rex Solomon, dixitque ad matrem suam, Cur postulas Abisag Sunamitidem Adoniæ? [44] postula ei & regnum: nam ipse est frater meus natu maior me, [45] & [illegible] Abiathar sacerdotem, atque Ioab filium Zeruiæ.

23 Iurauitque rex Solomon per Dominum, dicens, [46] Sic faciat mihi Deus, & sic addat, quoniam [47] contra animam suam loquutus est Adonias verbum istud.

24 Nunc igitur viuit Dominus, qui [48] ordinauit me, atque collocauit me super solium Dauidis patris mei, & qui [49] fecit mihi domum, quemadmodum pollicitus fuerat, interficietur hodie Adonias.

25 Misit igitur rex Solomon [50] per manum Benaiæ filii Iehoiadæ, & irruit in eum, atque mortuus est.

*26 Porrò ad Abiathar sacerdotem dixit rex, [51] Vade in Anathoth [52] ad agros tuos: es enim * morti obnoxius:*

20 in sepulchrum i. non sines eum senio confectum mori morte naturali.
21 Hebr. fac misericordiam. i. magnis beneficiis cumules.
22 ex comedentibus.
23 Heb. sic enim. nempe cum muneribus magnis.
24 i. Beniaminitæ.
25 at ipse idem descendit.
26 Heb. Et nunc ne absolues eum i. quum nunc sis rex, ne sinas eum impunitum.
27 q. d. quum sis sapiens, tantam intelliges, qua possis eum plectere.
28 i. per cædem. q. d. illum licet senem cura interficiendum.
29 pro, Cui successit Solomon,
30 vel, stabilitum est. quod scilicet vultus fuerit in regem patre viuente, & à summo pontifice, sanctissimisque exercitus Israel. Vel dicitur per anticipationem, mortuis nempe inimicis eius, vt est in fine huius capitis.
31 Hebr. Pacificusne est aduentus tuus? i. Venisne pacis ergo?
32 Pacificus.
33 Heb. Verbum est mihi ad te.
34 Heb. & in me posuerant vniuersus Israel faciem suam i. coniecerant in me oculos, sperantes me fore regem.
35 erat ipsius i. ita volente & iubente Domino fuit fratris mei. Verti potest, à Domino enim factum est (illud) [illegible] regnum.
36 Nunc autem petitionem [illegible]
37 vnam.
38 Heb. ne [illegible]
39 Heb. [illegible] faciem tuam [illegible] alienum, est enim [illegible]

lere, quasi remittere [illegible] vacuum, & denegare quod petit [illegible] contrarium est, Suscipere faciem eius. 40 inclinauit se ei, toto scilicet corpore. 41 Hebr. [illegible] 42 Heb. [illegible] 43 Heb. [illegible] 44 [illegible] vindicare regnum. 45 Hebr. & illi [illegible] Abiathar [illegible] & Adoniæ [illegible] Abisag [illegible] ad eum deberet [illegible] 46 i. Hæc patiar, & multo grauiora, [illegible] 47 in [illegible] 48 stabiliuit, vel, confirmauit [illegible] 49 [illegible] 50 Heb. [illegible] Misit rex Benaiam vt interficeret Adoniam. 51 vel, O [illegible] Anathoth [illegible] O Anathothites vade. 52 q. d. recipe te in domum tuam * i. vir mortis, dignus es morte.

53 Heb. afflictus es (sive, laborasti) in omnibus quibus afflixit se (sive, laborem sustinuit) ...
54 i. Privavit eū dignitate sacerdotali.
55 vel, de familia
56 sub. cædis Adoniæ factæ iussu Salomonis.
57 at post Absalom non declinaverat, q. d. Ioab fidelis fuerat inter initia regni Davidis tandem tamen in eum coniurauit.
58 more scilicet confugientium ad aras.
59 iuxta aram:
60 vel, irrue, i. interfice eum.
61 tentorium
62 sub. in sepulchro maiorum suorum.
63 Sanguis pro culpa, i. libera me & posteros omnes Davidis culpa cædis perpetratæ, efficeque ut posthac mihi aut patri imputetur cædes illorum ducum.
64 i. ab iis qui mecum originē ducunt a Davide.
65 Heb. Reuertique facit ...

*verum hodie non interficiam te, quoniam portasti arcam
Domini Dei coram Davide patre meo, deinde[53] afflictus es in omnibus quibus afflictus est pater meus.
27 [54] Eiecit ergo Salomon Abiathar ne esset sacerdos
Domini, ut perficeretur verbum Domini quod loquutus
fuerat [55] super domum Eli in Silo.
28 Venit autem[56] rumor usque ad Ioab: (nam &
Ioab declinaverat post Adoniam, [57] licet post Absalom
non declinarit, fugitq; Ioab ad tentorium Domini, &
[58] tenuit cornua aræ.
29 Nunciatumq; est regi Salomoni, quod fugisset Ioab
ad tentorium Domini, & quòd esset[59] pone aram: misitque Salomon Benaiam filium Iehoiada hisce mandatis,
Vade, & [60] impetum fac in eum.
30 Ingressus igitur Benaias [61] templum Domini, dixit ad eum, Sic præcipit rex, Egredere. qui ait, Non, sed
hic moriar. Benaias retulit regi hoc verbum, dicens, Sic
loquutus est Ioab, & sic respondit mihi.
31 Dixitq; ei rex, Fac sicut loquutus est, impetu irrue
in eum, atque [62] sepeli eum, & amove [63] sanguinem a
me & [64] a domo patris mei, quem temere ac sine causa
effudit Ioab.
32 [65] Reddetq; Dominus [66] sanguinem eius super
caput eius, qui tam, etiam facto irruit in duos viros, qui eo
iustiores & meliores erant, ferens eos gladio, ignorante
Davide patre meo, nempe ipsum Abner filium Ner imperatorem exercitus Iuda.
33 Revertetur itaque[67] sanguis eorum in caput Ioab,
& in caput seminis sui [68] perpetuo, super Davidem autem, & super semen eius, atque super solium eius erit perpetuo [69] pax a Domino.
34 Ascendens igitur Benaias filius Iehoiada, irruit
in eum, atque interfecit eum, & sepultus est in domo sua
[70] in deserto.
35 Constituitq; rex Benaiam filium Iehoiada loco eius
super exercitum, & Zadoc sacerdotem constituit rex pro
Abiathar.
36 Et mittens rex accersivit Simei, dixitq; ad eum,
Ædifica tibi domum in Ierusalem, & habita ibi, nec
egrediaris illinc, sive huc, sive illuc.
37 Quacunque enim die egressus fueris, transierisque [71] torrentem Kidron, tibi certissime scias quod [72] occidione occideris, [73] eritq; sanguis tuus super caput
tuum.
38 Et ait Simei ad regem, [74] Recte habet res, quemadmodum loquutus est dominus meus rex, sic faciet servus tuus.
39 Habitavit itaque Simei Ierosolymis multis diebus.
Contigit autem post tres annos, ut aufugerent ipsi Simei
duo servi, ad Achis filium Maacha regem Gath: quod
nunciarunt [quidam] Simei, dicentes, En servi tui sunt
in Gath.
40 Et surgens Simei instrato asino suo, profectus est in
Gath ad Achis, ut quæreret servos suos. [75] profectus est
itaque Simei, & reduxit servos suos ex Gath.
41 Nunciatum est autem Salomoni quòd abiisset Simei ex Ierusalem in Gath, redissetq;.
42 Tum rex misit & accersivit ipsum Simei, & dixit
ad eum, Annon [76] iureiurando te adstrinxi per Dominum, [77] obtestatusq; sum te, dicens, Quacunq; die egressus fueris, & huc seu illuc ieris, certo certius scias quod
occidione occideris? & dixisti ad me, Bene habet res.
[78] audivi.
43 Cur igitur non servasti iuramentum [79] Domini,
& præceptum quod tibi præcepi?
44 Et dixit rex ad Simei, Tu nosti omne malum, cuius conscium est cor tuum, quod commisisti in patrem meum
Davidem, [80] rependet igitur Dominus malum in caput tuum.

sed hodie te non interficiā, quia portasti arcam Domini Dei coram David patre meo, & sustinuisti laborem in omnibus, in quibus laboravit pater meus.
27 Eiecit ergo Salomon Abiathar, ut non esset sacerdos Domini, ut impleretur sermo Domini 1. Reg. 2. f
quem locutus est super domum Heli in Silo.
28 Venit autem nuncius ad Salomonem quòd * Ioab Interficitur Ioab.
Ioab declinasset post Adoniam, & post Salomonem
non declinasset: fugit ergo Ioab in tabernaculum
Domini, & apprehendit cornu altaris.
29 Nunciatumque est regi Salomoni quòd fugisset Ioab in tabernaculum Domini, & esse iuxta
altare: misitque Salomon Banaiam filium Ioiadæ,
dicens, Vade, interfice eum.
30 Et venit Banaias ad tabernaculū Domini, &
dixit ei, Hęc dicit rex, Egredere. qui ait, Nō egrediar,
sed hic moriar. Renunciavit Banaias regi sermoné,
dicés, Hæc locut⁹ est Ioab, & hæc *locutus est mihi. * respondit
31 Dixitq; ei rex, Fac sicut locutus est: & interfice
eum, & sepeli, & amovebis sanguinem innocentem
qui effusus est à Ioab, à me, & à domo patris mei.
32 Et reddet Dominus sanguinem eius super F
caput eius, quia interfecit duos viros iustos, melioresq; se: & occidit eos gladio, patre meo David ignorante: Abner filium Ner principem militiæ Israel, 2. Reg. 3. e
& Amasam filium Iether principem exercitus Iuda: 2. Reg. 20. c
33 Et revertetur sanguis illorum in caput Ioab,
& in caput seminis eius in sempiternum: David autem & semini eius, & domui & throno illius sit pax
usque in æternum à Domino.
34 Ascendit itaque Benaias filius Ioiadæ, & aggressus eum interfecit, sepultúsque est in domo sua
in deserto.
35 Et constituit rex Benaiam filium Ioiadæ pro
eo super exercitum, & Sadoc sacerdotem posuit
pro Abiathar.
36 Misit quoque rex, & vocavit Semei, dixitque Semei interficitur.
ei, Ædifica tibi domum in Ierusalem, & habita ibi:
& non egredieris inde huc, atque illuc.
37 Quacunque autem die egressus fueris, &
transieris Torrentem cedron: scito te interficiendum: sanguis tuus erit super caput tuum.
38 Dixitq; Semei regi, Bonus sermo: sicut locutus est dominus meus rex, sic faciet servus tuus.
39 Habitavit itaque Semei in Ierusalem diebus
multis. Factum est autem post annos tres ut fugerent servi Semei ad Achis filium Maacha regem
Geth: nunciatumq; est Semei quòd servi eius issent G
in Geth.
40 Et surrexit Semei, & stravit asinum suum, ivitque ad Achis in Geth ad requirendum servos
suos, & adduxit eos de Geth.
41 Nunciatum est autem regi Salomoni quòd
isset Semei in Geth de Ierusalem, & rediisset.
42 Et mittens vocavit eum, dixitque illi, Nónne
testificatus sum tibi per Dominum, & prædixi tibi, * iuravi
Quacunque die egressus fueris huc & illuc, scito
te esse moriturum: & respondisti mihi, Bonus sermo quem audivi.
43 Quare ergo non custodisti iusiurandum Domini, & præceptum quod præceperam tibi?
44 Dixitq; rex ad Semei, Tu nosti omne malum,
cuius tibi conscium est cor tuum, quod fecisti David patri meo: reddidit Dominus malitiam tuam in
caput tuum.
45 Et

66 ... ab ... cædis ...
72 i. poena cædis eorum.
73 in sæculum.
74 ... intelligit ... & prospera omnia quæ Davidis familiæ ... , & regi ... omnia accident prospera.
70 i. extra urbē, in loco nec arabili nec consito arboribus. Hoc enim significat etiam vox Hebr. MIDBAR, pro qua desertū vertunt interpretes.
71 Hic locus ... Cedron ... obscura ... Torrens Cedron ... Nomina Hebræa ... speciem

nominum eorum quæ à Latinis dicuntur composita. quare censent doctores Torrens-cedron scribi debere per maccaph. 72 Heb. morte morieris i. certo scias te ... 73 ... caput tuum ... 74 Heb. Sermo bonus ... Placet mihi ... 75 abiit ... 76 ... 77 testificatus ... 78 i. intellexi quæ præcepisti. 79 id est, quod iurasti per Dominum.
80 & convertit. Hebraice legitur quasi dicas, reciprocare fecit, i. effecit Dominus ut ... tuo.

45 Et rex Salomon benedictus, & thronus Dauid erit stabilis coram Domino vsq; in sempiternum.

[a] egressus

46 Iussit itaq; rex Banaiæ filio Ioiadæ: qui [a] aggressus, percussit eum, & mortuus est.

A

CAPVT III.

2. Par. 1. a.

Salomon ducit filiam Pharaonis in vxorem

1 CONfirmatum est igitur regnum in manu Salomonis, & affinitate coniunctus est Pharaoni regi Ægypti: accepit namq; filiam eius, & adduxit in ciuitatem Dauid, donec compleret ædificans domum suam, & domum Domini, & murum Ierusalem per circuitum.

Excelsa,

2 Attamen populus immolabat in excelsis: non enim ædificatum erat templum nomini Domini vsq; in diem illum.

Dilectio Dei.

3 Dilexit autem Salomon Dominum, ambulans in præceptis Dauid patris sui, excepto quod in excelsis immolabat & accendebat thymiama.

Oratio Salomonis, qua petit à Deo sapientiam sibi dari.

4 Abiit itaq; Salomon in Gabaon, vt immolaret ibi. Illud quippe erat excelsum maximum: mille hostias in holocaustum obtulit Salomon super altare illud in Gabaon.

5 Apparuit autem Dominus Salomoni per somnium noctu, dicens, Postula quod vis, vt dem tibi.

6 Et ait Salomon, Tu fecisti cum seruo tuo Dauid patre meo misericordiam magnam, sicut ambulauit in cõspectu tuo in veritate & iustitia & recto corde tecum: custodisti ei misericordiam tuam

B grandem, & dedisti ei filium sedentem super thronum, [a] sicut est hodie.

[a] eius

[b] meus

7 Et nunc Domine Deus [b] tu regnare fecisti seruum tuum pro Dauid patre meo: ego autem sum puer paruulus, & ignorans egressum & introitum meum.

8 Et seruus tuus in medio est populi, quem elegisti, populi infiniti, qui numerari & supputari non potest præ multitudine.

9 Dabis ergo seruo tuo cor docile, vt populum tuum iudicare possit, & discernere inter bonum & malũ: quis enim poterit iudicare populum istum, populum tuum hunc multum?

10 Placuit ergo sermo coram Domino quòd, Salomon postulasset huiuscemodi rem.

[a] Deus

11 Et dixit Dominus Salomoni, Quia postulasti verbum hoc, & non petisti tibi dies multos, nec diuitias, aut animas inimicorum tuorum, sed postulasti tibi sapientiam ad discernendum iudicium:

Exponitur hic quod. Matth. 6. *Primum quærite regnum Dei, &c.* Sap. 7. b.

12 Ecce feci tibi secundum sermones tuos, & dedi tibi cor sapiens & intelligens, in tantum vt nullus ante te similis tui fuerit, nec post te surrecturus sit.

C

13 Sed & hæc quæ non postulasti dedi, diuitias scilicet & gloriam, vt nemo fuerit similis tui in regibus cunctis retro diebus.

14 Si autem ambulaueris in viis meis, & custodieris præcepta mea & mandata mea, sicut ambulauit [a] pater tuus longos faciam dies tuos.

[a] Dauid.

15 Igitur euigilauit Salomon, & intellexit quòd esset somnium: cumq; venisset Ierusalem, stetit coram arca fœderis Domini, & obtulit holocausta, & fecit victimas pacificas, & grande conuiuium vniuersis famulis suis.

45 *Rex autem Salomon benedictus, & solium Dauidis erit firmum [31] in conspectu Domini perpetuò.*

46 *Præcepit itaq; Rex ipsi Benaiæ filio Iehoiadæ, qui egressus irruit in eum [32] ut moreretur. [33] & confirmatum est regnum in manu Salomonis.*

CAPVT III.

1 *SOlomon autem affinitatem contraxit cum Pharaone rege Ægypti; duxit enim filiam Pharaonis, & introduxit eam in ciuitatem Dauidis, donec [1] plene ædificaret [2] domum suam & domum domini, atq; muros Ierusalem circumquaq;.*

2 *[2] Tantum populus sacrificabat in excelsis, [3] quoniam nondum erat extructa [3] domus [4] nomini Domini [5] vsq; ad dies illos.*

3 *Solomon autem dilexit Dominum, [5] ambulans in [6] institutis Dauid patris sui, [7] duntaxat in excelsis sacrificabat & adolebat.*

4 *Ibat autem Rex in Gibeon, ([8] illud enim erat [9] præcipuum excelsum,) & sacrificabat illic mille holocausta sacrificabat Solomon super illa ara.*

5 *Dominus autem visus est Salomoni in Gibeon per somnium in ipsa nocte, dixitq; Deus, Postula quod dem tibi.*

6 *Et dixit Salomon, Tu [10] ingentibus beneficiis prosequutus es seruum tuum Dauidem patrem meum, [11] quemadmodum & ipse ambulauit coram te [12] in veritate, [13] in iustitia & rectitudine cordis [14] tecum, & seruasti illi magnam hanc beneficentiam, [15] ut dares illi filium qui sederet in solio eius, [16] vt hæc dies [declarat.]*

7 *Nunc igitur Domine Deus meus, tu constituisti [17] seruum tuum regẽ pro Dauide patre meo, [18] ego vero puer sum paruus, [19] ignorans egredi & intrare.*

8 *Et [tamen] seruus tuus [20] est in medio populi tui quẽ elegisti, & quidem populus est multus, qui numerari non potest, nec [21] recenseri præ multitudine.*

9 *Da igitur seruo tuo [22] cor audiens, [23] ad iudicandũ populum tuum, (&) vt discernam [24] inter bonum & malum: quis enim [25] populum hunc tuum tam præcellentem & amplum iudicare possit?*

10 *Placuit hæc res coram Domino, quòd Salomon postulasset rem huiusmodi.*

11 *Et dixit Deus ad eum, Quandoquidem postulasti rem talem, & non postulasti tibi dies multos, neq; petiisti tibi diuitias, neq; petiisti [26] animam hostium tuorum, sed postulasti tibi [27] vt intelligeres, & audire posses iudicium,*

12 *En ego feci iuxta verba tua, en ego dedi tibi cor sapiens & intelligens, [28] ita vt similis tui ante te non fuerit, neq; post te talis surrecturus sit qualis tu es.*

13 *Quin & quæ non postulasti dedi tibi, nempe diuitias & gloriam adeo vt tui similis nullus fuerit inter reges cunctis diebus tuis.*

14 *Quòd si in viis meis ambulaueris, [29] custodiens statuta & præcepta mea, quemadmodum ambulauit pater tuus Dauid prorogabo dies tuos.*

15 *Quumque Salomon expergefactus, [30] & en fuit somnium, venitq; Ierusalem, & [31] stetit coram [32] arca fœderis Domini, sacrificauit holocausta & faciens hostias pacificas, instruxitq; conuiuium cunctis seruis suis.*

31 i. fauente Domino q. d. faciet Dominus vt diu bene administrẽ regnum quod à Patre meo accepi. Vel, corã Domino, i. sub cœlo hoc est in terra. nam videtur Deus ex alto prospicere terram.
32 & mortuus est sive periit.
33 q.d. Sic re posito omni metu tenuit regnũ Israel Salomon, occisis Adonia, Ioab & Semei, h. sine æmulis regnare cœpit.
CAPVT III.
1 Heb. finem faceret extruendi. i. compleret ædificare.
2 q.d. Tunc tantum. vel, Cæterum populus immolabat victimas (Deo) in excelsis i. altaribus ante extructis & ad ed ordinatis.
3 sub. vlla.
4 in honorẽ Domini.
5 vel, ambulando.
6 vel, præscripta quæ [illegible] pater sub tẽpus mortis [illegible].
7 vel, cæterum. Hoc loco non taxatur Salomon, tunc enim illi licebat, quod in altari Mosaico immolare non posset quod erat in Gabaon.
8 sub. quod illic erat.
9 He. maximum i. præstantiss. mũ altare, nempe altare illud æreum quod curauerat Moses faciendũ iussu Domini.
10 Heb. magna [illegible]
11 Heb. [illegible] [illegible] lauit corã [illegible] etiam in [illegible] multa beneficia contulisti.
12 [illegible] similitudinẽ [illegible].
13 Proximũ [illegible] [illegible] & bonum [illegible].
14 id est, in [illegible] ad honorem [illegible]

pertinent. Deum respicit. 15 Heb. & dedisti, id est, quòd dederis q. d. quæ beneficentia est, quòd dedisti, &c. 16 Heb. secundum diem hanc, id est, vt hodie [illegible] 17 nempe me. 18 [illegible] tamen seruus tuus est in medio &c. 19 Id est, [illegible] quomodo me gerere debeam in administratione tanti regni ac tantæ Reip. Egredi & ingredi sumpta metaphora à pastoribus qui [illegible] domo ante gregem [illegible] & ante gregé domum ingrediuntur. Aut [illegible] 20 [illegible] in me [illegible] populi curam habere. sumpta metaphora ab [illegible] operum. 21 [illegible] supputari. 22 vel mentem docilem, id est, Deo & [illegible] 23 [illegible] hunc populũ iudicare valeam. 24 [illegible]
25 posset [illegible] 26 Id est, interitum inimicorum. 27 intelligentiam ad audiendum (i. intelligendum) iudicium. Quæ intelligentia [illegible] accipiatur, id est, vt populo ius reddas ex æquo & bono. 28 q. d. superbis omnes reges Israel sapientia. Non enim [illegible] tantum, vt ex sequentibus videre est. non est igitur quærendum an fuerit sapientior [illegible] Salomon [illegible] fuisse prudentiorem. 29 vel, custodiendo.
30 Id est, [illegible] somnium cum magnifica promittentis. Ostendit hic locus somnia non semper esse vana & aspernanda [illegible] Deum aliquando vera prædicere [illegible].
31 Deo [illegible] gratias. 32 In Ierusalem erat arca, sed tentorium quod curarat extruendum Moses, erat in Gabaon.

33 postquam somnauit scilicet.
34 Chaldæ' paraphr. cauponarię. Docti viri existimant has mulieres fuisse aut cauponarias, quarum mariti tum forte abessent, negotiationis ergo. Vox Hebræa, & meretricem & cauponariam significat. Si vero hæ mulieres erant meretrices, pepererunt præter meretricum consuetudinem: quæ enim parere non solent, quod si pariant, fœtum necare cōsueuerũt. Hæ vero præter aliarum morē & pariunt, & fœtus suos amant.
35 He. externus illius.
36 Heb. (non erat inquam) præter nos duas in ea domo.
37 He. quia dormiebat super eũ. i. quia dormiens suffocauit eum.
38 Heb. de iuxta me. Gallice, D'aupres de moy.
39 Heb. & consideraui diligētissime illum mane, & ecce non erat filius meus.
40 filius meus (est is) qui viuit, & filius tuus (est is) qui mortu' est.
41 filius tu' (est is) qui mortuus est, & filius meus (est is) qui viuit:
42 Filius meus (est iste) qui viuit, at filius tuus (est ille) qui mortuus est:
43 tuus est filius (is qui) mortuus (est, & filius me' (est, is) qui viuit.
44 eũ qui viuit.
45 erat is qui viuebat.
46 vel, commota fuerant, i. [illegible] amore erga filium
47 sui [illegible] puero. Refertur [illegible] Postea con[illegible] sermonem suum ad satellites, date &c.
48 Heb. diuidite, sub [illegible]
49 sub. malefacere.
50 vel, propter regis, propter sapientiam regis,

16 [33] *Tunc venerunt duæ mulieres [34] meretrices ad regem, steteruntque coram eo, atq; vna ex his mulieribus,*

17 *Domine mi rex, ego & ista hæc mulier iisdem ædibus cohabitabamus peperiq; apud eam domi.*

18 *Contigit autem tertio die quam ego peperissem, vt & hæc eadem etiam pareret: habitabamusq; simul nos, nec [35] alius quispiam nobiscum erat in domo, [36] vtriq; nobis exceptis.*

19 *Mortuus est autem filius mulieris huius noctu, [37] quum ipsa incubuisset super eum.*

20 *Hæc autem nocte media consurgens, tulit filium meum [38] de me, ancilla tua dormiente, posuitq; eum in gremium suum, filium autem suum mortuum posuit in gremium meum.*

21 *Quumq; surrexissem mane, vt filium meum lactarem, en mortuus erat: [39] quumq; mane illucesceret, diligenter eo considerato, intellexi meum non esse filium quem ego pepereram.*

22 *Porrò altera mulier dixit, Non, sed [40] filius meus viuit, & filius tuus mortuus est. rursum verò illa ait, Non sed [41] filius tuus mortuus est, meus autem filius viuit: sicq; altercabantur coram rege.*

23 *Rex vero ait, Hæc dicit, [42] Filius meus viuit, & filius tuus mortuus est: illa dicit, Haudquaquam sed [43] filius tuus mortuus est, meus autem filius viuit.*

24 *Dixit ergo rex, Afferte mihi gladium.*

25 *Et attulerunt gladium ad regem. Tum rex ait, Dissecate puerum [44] viuum in duas [partes.] & date dimidium vni, & dimidium alteri.*

26 *Et dixit mulier ea, cuius filius [45] erat viuus, ad regem, ([miserat enim] enim [46] incaluerant viscera eius ob filium suum) dixit inquam, Obsecro [47] mi domine, date huic puerum viuum, occidione ne occidatis eum: contra altera dixit, Neq; mihi, neque tibi detur, sed [48] dissecetur.*

27 *Et rex respondens, dixit, Date illi natum viuum, neq; occidione occidatis eum: hæc enim est mater eius.*

28 *Audierunt itaq; omnes Israelitæ iudicium illud quod iudicauerat rex, & [49] timuerunt [50] à rege, quod viderent sapientiam Dei esse in eo [51] in iudicando.*

16 Tunc venerunt duæ mulieres meretrices ad regem, steteruntq; coram eo, quarum vna ait,

17 Obsecro mi domine, ego & mulier hæc habitabamus in domo vna: & peperi apud eam in cubiculo.

18 Tertia autem die postquam ego peperi, peperit & hæc: & eram [9] simul, nullusq; alius nobiscum in domo, exceptis nobis duabus.

19 Mortuus est autem filius mulieris huius nocte: dormiens quippe oppressit eum.

20 Et consurgens intempestæ noctis silentio, tulit filiũ meũ de latere meo ancillæ tuæ dormientis, & collocauit in sinu suo: suum autem filium, qui erat mortuus, posuit in sinu meo.

21 Cúmque surrexissem mane vt darem lac filio meo, apparuit mortuus: quem diligentius intuens clara luce, deprehendi non esse meum quem genueram.

22 Responditq; altera mulier, Non est ita vt dicis, sed filius tuus mortuus est, meus autem viuit. econtrariò illa dicebat, Mentiris: filius quippe meus viuit, & filius tuus mortuus est. atq; in hunc modũ contendebant coram rege.

23 Tunc rex ait, Hæc dicit, Filius meus viuit, & filius tuus mortuus est: & ista respondit, Non, sed filius tuus mortuus est, meus autem viuit.

24 Dixit ergo rex, Afferte mihi gladium,

25 Cumq; attulissent gladium coram rege, Diuidite, inquit, infantem viuum in duas partes, & date dimidiam partem vni, & dimidiam partem alteri

26 Dixit autem mulier cuius filius erat viuus, ad regem, (commota sunt quippe viscera eius super filio suo) Obsecro domine date illi infantem viuum, & nolite interficere eum. Econtrariò illa dicebat, Nec mihi, nec tibi sit, sed diuidatur.

27 Respondit rex & ait, Date huic infantem viuum, & non occidatur: hæc est [b] autem mater eius.

28 Audiuit itaq; omnis Israel iudicium quod iudicasset rex, & timuerunt regem, videntes sapientiam Dei esse in eo ad faciendum iudicium.

Iudicium eius de duabus meretricibus.

D

b enim

CAPVT IV.

1 F[1]*Actus est itaq; rex Salomon, rex super omnem Israelem.*

2 *Hi verò fuerunt principes [2] eius, [3] Azarias, [4] filius Zadoc [5] sacerdotis.*

3 *Eli-horeph & Ahiba filii Sisa, [6] scribæ: Iehosaphat filius Ahilud [7] à commentariis.*

4 *Benaias fili[8] Iehoiada erat [8] super exercitum, & Zadoc atq; [9] Abiathar [10] sacerdotes.*

5 *Azarias filius Nathan [11] erat super præfectos, & Zabud filius Nathan [12] sacerdos familiaris regis.*

6 *Porrò Ahisar erat [13] præfectus palatio, & Adoniram filius Abda [14] erat super tributa.*

7 *Habuit autē Salomon duodecim præfectos super cunctum Israelem, [15] qui annonam parabant pro rege & domo eius, [16] singuli: videlicet singulis mensibus anni annonam pro victu administrabant.*

8 *Hæc autem sunt nomina eorum,*

9 [17] *Filius Hur [18] in monte Ephraim,*

10 [19] *Filius Deker in Makaz, & in Saalbim, atq; Bethsemes, Elon & Beth hanan.*

1 ERat autem rex Salomon regnās super omnem Israel:

2 Et hi principes quos habebat: Azarias filius Sadoc [a] sacerdotis:

3 Elihóreph & Ahia filii Sisa, scribæ: Iósaphat filius Ahilud, à commentariis.

4 Banaias filius Ioiadæ, super exercitũ: Sadoc autem & Abiathar, sacerdotes.

5 Azarias filius Nathan, super eos qui assistebant regi: Zabud filius Nathan, sacerdos amicus regis.

6 Et Ahisar præpositus domus: & Adoniram filius Abda super tributa.

7 Habebat autem Salomon duodecim præfectos super omnem Israel qui præbebant annonam regi, & domui eius: per singulos enim menses in anno, singuli necessaria ministrabant.

8 Et hæc nomina eorum: Ben-hur, in monte Ephraim.

9 Ben-décar, in Macces, & in Salebim, & in Beth-sames & in Elon, & in Beth-hanan.

10 Beth-hésed in Aruboth: ipsius enim erat Socho, & omnis terra Epher.

A

Salomonis principes & præfecti.

a sacerdotes

51 ad faciendum iudicium. CAP. IIII. 1 q.d. Magno omnium consensu regnauit, fuit[illegible] vniuersus Israel subiectus, [illegible] refertur ad Dauidē, nempe regnauit super totum Israelem [illegible] Salomonis. 4 [illegible] 6 [illegible] 8 Gallicè, Le [illegible] 9 He. Abiathar [illegible] 12 [illegible] principes [illegible] Gallicè, Le [illegible] 13 Heb. [illegible] Gallicè, Le [illegible] 14 [illegible] 15 Heb. [illegible] regem & domum. 16 Heb. [illegible] 17 Subintelligitur huius nomen qui [illegible] partis, qui [illegible] nostro patet. 18 sub præfectus. 19 vel, ben-decer.

11 Benabinadab, cuius omnis Nephath-doi, Japheth filiam Salomonis habebat vxorem.

B 12 Bana filius Achilud regebat Thanach & Mageddo, & vniuersam Bet-san, quæ est iuxta Sarthana subter Jezrahel, à Beth-san vsq. Abel-mehula è regione Jecmaam.

13 Bengaber in Ramoth-galaad: habebat Auothiair filij Manasse in Galaad, ipse *præerat* erat in omni regione Argob, quæ est in Basan, sexaginta ciuitatibus magnis atq; muratis, quæ habebât seras æreas.

14 Ahinadab filius Addo præerat in Manáim.

15 Achimáas in Nepthali: sed & ipse habebat Básemath filiam Salomonis in coniugio.

16 Báana filius Husi, in Aser, & in Baloth.

17 Jósaphat filius Pharúe in Issachar.

18 Semei filius Ela in Beniamin.

19 Gaber filius Vri, in terra Galaad, & in terra Sehon Regis Amorrhæi, & Og Regis Basan, super omnia quæ erant in illa terra.

20 Juda & Israel innumerabiles, sicut arena maris in multitudine: comedentes, & bibentes, atque lætantes.

C 21 ‖ Salomon autem erat in ditione sua, habens omnia regna secum, à flumine Terræ Philisthiim vsque ad terminum Ægypti: offerentium sibi munera, & seruientium ei cunctis diebus vitæ eius. *Eccles. 47. c*

Apparatus ciborum Salomonis. 22 Erat autem cibus Salomonis per dies singulos triginta cori similæ, & sexaginta cori farinæ.

23 Decem boues pingues, & viginti boues pascuales, & centú arietes, excepta venatione ceruorú, caprearum, atq; bubalorum, & auium altilium.

24 Ipse enim obtinebat omnem regionem quæ erat trans Flumé, quasi à Thaphsa vsq; ad Gazam, & cunctos Reges illarum regionum: & habebat pacem ex omni parte in circuitu. *Pax sub ipso.*

Nullus timor. 25 Habitabatq; Juda & Israel absq; timore vllo vnusquisque sub vite sua, & sub ficu sua, à Dan vsq; Bersabee cunctis diebus Salomonis.

Numerus equorum. 26 Et habebat Salomon ‖ quadraginta millia præsepia equorum curriliúm, & duodecim millia equestrium. *2. Paral. 9. f*

D 27 Nutriebantque eos supradicti Regis præfecti: sed & necessaria mensæ Regis Salomonis cum ingenti cura præbebant in tempore suo.

28 Hordeum quoq;, & paleas equorú & iumentorum deferebant in locum vbi erat Rex, iuxta cóstitutum sibi.

Dona Dei in Salomonem collata. 29 Dedit quoq; Deus sapientiam Salomoni, & prudentiam multam nimis, & latitudinem cordis, quasi arenam quæ est in littore maris. *Eccles. 47. c*

Sapientia Salomonis. 30 Et præcedebat sapientia Salomonis sapientiam omnium Orientalium, & Ægyptiorum:

31 Et erat sapientior cunctis hominibus: sapientior Ethan Ezrahite, & Heman & Chalcol, & Dorda filijs Mahol: & erat nominatus in vniuersis géntibus per circuitum.

Numerus parabolarum & carminum. 32 Locutus est quoq; Salomon tria millia parabolas: & fuerunt carmina eius quinq; millia.

33 Et disputauit super lignis à cedro, quæ est in Libano, vsq. ad hyssopum quæ egreditur de pariete: & disseruit de iumentis & volucribus, & reptilibus & piscibus.

34 Et veniebant de cunctis populis ad audiendam sapientiam Salomonis, & ab vniuersis regibus terræ, qui audiebant sapientiam eius.

[20] Filius Hesed in Arubboth, [21] cuius erat & Socho, atq; vniuersa terra Hepher.

11 Filius Abinadab [22] in vniuerso termino Dor, qui Taphath filiam Salomonis habuit vxorem.

12 Baana filius Ahilud [erat super] [23] Taanach & [24] Megiddo, & super totá Beth-san, quæ est iuxta Zarthanam subter Jesrael à Beth san vsq; ad planitiem Mehola, [25] vsq; ad locum qui est cú Jacmeam.

13 Filius Gaber in Ramoth gilead, cuius erant & oppida Jair filij Manasse, quæ sunt in Gilead: ad eum quoq; pertinebat tractus [26] Argob, quæ est in Basan, sexaginta ciuitates magnæ, muris, repagulis [27] & seris [munitæ.]

14 Abinadab filius Hiddo [præfectus erat] Mahanáim.

15 Ahimaaz in Naphthali: qui etiam duxit Basmath filiam Salomonis vxorem:

16 Baana filius Husai, [28] in Aser atq; Aloth.

17 Et Jehosaphat filius Paruah in Jissachar.

18 Simei filius Ela in Beniamin.

19 Gaber filius Vri in terra Gilead, [29] [id est] terra Sihon Regis Amorrhæorum, & Og Regis Basan. adhuc erat præfectus vnus super eam [terram.]

20 Erant enim Jehuda & Israel multi [aucti videlicet] vt arena [30] maris, comedentes, bibentes & lætantes.

21 Dominabatur itaq; Salomon super vniuersa regna a [31] flumine illo, [vsq; ad terram] [32] Palesthinorum, [33] & ad limitem Ægypti: & ferebant munera, seruebantq; Salomoni cunctis diebus vitæ eius.

22 Fuit autem cibus Salomonis [34] pro die vno, triginta cori [35] similaginis, & sexaginta cori farinæ.

23 Decem boues saginati, & viginti boues [36] pascuales, centumq; oues, præter ceruos, capreas, [37] ibices, [38] saginata & altilia.

24 Quoniá ipse imperabat in omni regione [39] trás fluuiú, a Tipsa vsq; ad Azza, [id est] super oés reges [40] trans fluuiú, pacemq; habuit [41] cú omnib. seruis suis a circuitú.

25 Degebat quoq; Jehuda & Israel [42] in tuto, quisq; videlicet, sub vite sua, atq; sub ficu sua, [43] a Dan vsque Beersibam cuncto tempore quo vixit Salomon.

26 Habuit insuper Salomon [44] quadraginta millia septa equorum ad rem suam currulem, & duodecim millia equorum cataphractorum.

27 Atq; hi præfecti [45] annonam suppeditarunt Regi Salomoni, & omnibus qui veniebant ad mensam Regis Salomonis, quisq; suo mense, [46] vt nihil deesset.

28 Hordeú quoq; & paleas equis & [47] iumentis adue hebant ad locum vbi erat [Rex,] quisq; [48] iuxta demensum suum.

29 [49] Concessit Deus Salomoni sapientiam & prudentiam amplam, & [50] latitudinem cordis, [51] perinde ac arenam quæ est in littore maris.

30 [52] Ita vt excelleret sapientia Salomonis omnium qui eum antecesserant sapientiam, simulq; omnem sapientiam Ægypti:

31 Quin cunctis hominibus sapientior fuit, etiam ipso Ethan [53] Esraita, & ipso Heman, & Chalcol, atque Darda filijs [54] Mahol: fuitq; nomen eius in omnib. gentibus circumquaq;.

32 [55] Loquutus quoque est ter mille [56] parabolas, & [57] carminum eius fuerunt quinq; supra mille.

33 Disseruit etiá sapienter de [58] lignis, a cedro [59] quæ est in Libano, vsque ad hyssopum quæ progerminat ex pariete, simulq; disseruit de animantibus, de volucribus, de reptilibus atq; piscibus.

34 Ita vt veniret ex cunctis populis auditum sapientiam Salomonis, [60] ex omnibus etiam regibus orbis, ad quos fama sapientiæ eius peruenerat.

20 vel, Benhesed. 21 sub. ditionis i. ad ditionem eius pertinebat: regebat siue administrabat & Socho. 22 (sub. eius erat) tota regio Dor. 23 Hæc erat in tribu Manasse. 24 Hæc in tribu Iuda. 25 vsq; trans. 26 Chald. para. Traconitidis. 27 æneis. Per repagula ænea intellige portas firmatas repagulis. 28 sub. pecuniam exegit ad regé alendú. 29 q. d. in tota regione Sihon & Og fuit vnicus præfectus. Hic est 12. præfectus. Salomon diuisit Terram sanctá in 12. præfecturas: qua in re non habuit rationé diuisionis Iosue, sed facultatum singularum tribuum: vnde hi aliquando in hac diuisione [illegible] vrbes aliarum tribuú alijs adijciantur tribubus. Quidá legunt, Præterea erat vnus qui præerat in (tota) terra. sub. Israel, nempe cui subiecti erant XII. præfecti illi. 30 Heb. quæ est ad mare in multitudine. i. plurima. 31 Nomine fluuij, Euphratem intellige. Describitur latitudo imperij Salomonis, ab Euphrate qui est ad Orientem Terræ sanctæ. 32 Hæc est pars Occidentalis. 33 (& à terra Palæsthinorum) vsq; ad terminum Ægypti. Hæc est pars Meridionalis. Septentrionalis paulo post mentio fit. 34 (in) singulos dies. 35 i. farinæ tenuioris. Corus continet triginta sata siue modios paruos. 36 i. non saginati, quales reducúe à pascuis. 37 vel, boues syluestres. 38 vel, capros saginatos. Alij aues Barbaras i. é barbaria allatas. Chaldæus paraph.

aues altiles. 39 quæ erat vltra fluuium. i. Euphraté. 40 vltra fluuium. hoc est, Euphratem. 41 Heb. ex omnibus lateribus eius. i. ex omni parte. q. d. vicini eius nó audebant quicquã moliri aduersus eum. 42 in fiducia. i. in magna animi securitate. 43 comedendo videlicet fructus earú. Hoc ostendit Iudæos tam tempore [illegible] non timuisse ab hostibus: nam qui ab hostibus sibi timent, non versantur ruri tam libere tamq; intrepide. 44 quadragies mille equorum, [illegible] quibus pro curribus suis. In quolibet equili decem equi erant. hoc pacto quatuor millia equilium habuit, vt scribitur in Paralipomenis. 45 Heb. aluerunt regé, &c. 46 Heb. non [illegible] debant deesse quicquá. 47 vel, dromedarius. 48 iuxta constitutum sibi, [illegible] pro more suo. 49 Dedit. 50 i. capacissimú animum, multa comprehendentem, siue intelligentia. 51 In comparatione hac [illegible] locum quem arena continet, q. d. tam amplam mentem, quam amplum locum occupat arena quæ est iuxta mare vel, [illegible] tate dedit mentem illi, [illegible] multa intelligentem & complectentem instar arenæ quæ spaciosum locú obtinet. 52 Heb. & multiplicata est [illegible] sapientia Salomonis sapientia omnium filiorú Orientalium: sapientior fuit omnibus Orientalibus. 53 i. filio Ezrah. 54 i. Ezrah. fuit enim binominis. nam & Mahol & Ezrah di cebatur. 55 vel, Dixit quoq; i. Edidit, siue Composuit. 56 i. sententias obscuras. Perierunt nobis hi libri. 57 Liber carminum Salomonis quem ediderat, complectebatur mille & quinq; odas. 58 arboribus, de natura stirpiú, siue arború. 59 i. q. plurima crescit in Libano. 60 (multi) ab omnibus regibus.

1 l. legationem, quæ illi gratularetur, & offerret omnia sua, vt solent reges.
2 (viros) belli (i. bellatores) quibus premebatur vndique. Probabilis est hæc ratio, tamē hæc non est vera: noluit enim detegere peccatum patris.
3 Heb. posuit illos (sub. viros bellatores) sub plantis pedū ei*.
4 illius aduersarius aut occursus malus .i. qui infestet patriam meam incursionibus. non est quisquam qui me inuadat & cuius occursum timeam.
5 vel, Quapropter ego meditor extruere ædem nomini Dñi. i. in honorem Dei quem colo.
6 sub. seruis tuis.
7 .i. qui tanta arte, tam scite & apposite nouerit scindere ligna.
8 sub. nuncios.
9 .i. quod ad materiam cedrinam spectat.
10 vel, abiegnis.
11 dissoluam .i. curabo dissoluenda & extrahenda in littus.
12 Heb. voluntatem meam, dando cibum domui meæ .i. quo possis nutrire eos ex familia mea qui tibi ligna cædēt.
13 vel, abiegna
14 dabat
15 .i. purissimi & optimi, nempe qui sua sponte defluit contusis oleis, exprimiturq; citra operam preli
16 quamdiu scilicet egit illius opera, dum extrueret tēplum.
17 Heb. Et ascendere fecit rex Salomon tributum ex vniuerso Israele, & fuit tributum &c. i. Indixit tributū hominum, hoc est, vt ex omni Israele darentur illi viri triginta millia
18 Heb. illi tributo .i. omnibus illis

CAPVT V.

1 *Misit quoque Hiram rex Tyri [1] seruos suos ad Solomonem: audiuerat enim quod vnxissent eum regem pro patre suo: etenim Hiram dilexerat Dauidem cunctis diebus*
2 *Tum misit Solomon ad Hiram hisce mandatis.*
3 *Tu nosti quomodo Dauid pater meus non potuit ædificare ædem nomini Domini Dei sui, ob [2] bella quæ eū vndique cinxerant, donec Dominus [3] hostes eius pedibus eius subiecerit.*
4 *Nunc verò requiem præstitit mihi Dominus Deus meus circumquaque, ita vt non sit [4] qui se mihi opponat, aut malum obiiciat.*
5 *[5] Et en ego statuo quidem ædificare ædem Domini Dei, mei quemadmodum loquutus est Dominus ad Dauidem patrem meum, hisce verbis. Filius tuus quē pro te collocabo in solium tuum, ipse ædificabit ædem illam nomini meo.*
6 *[6] Iube igitur nunc vt succidant mihi cedros ex Libano: erunt autem serui mei seruis tuis sociis, daboque ego tibi mercedem pro seruis tuis, quidquid tu ipse dixeris. tu enim haud ignarus es, neminem inter nos esse [7] qui cædendorū lignorum gnarus sit quemadmodum Zidonii.*
7 *Quum igitur Hiram verba Salomonis audisset, vehementer gauisus est, dixitque, Laudandus Dominus hodie, qui dedit Dauidi filium sapientem, vt præsit populo huic tam ingenti.*
8 *[8] Misitque Hiram ad Salomonem huiusmodi mandatis, Intellexi ea quæ ad me misisti, ego faciam quæcunque tibi grata sunt, cum lignis scilicet [9] cedrinis, & lignis [10] piceis.*
9 *Serui mei deuehent (ea) ex Libano ad mare, tum componam ea in rates, (vehens) ea in mari ad eum vsque locum quem tu mihi significaueris, illic ea [11] exponam, tuque tolles: tu rursus facies [12] quæ mihi grata sunt, si cōmeatum mihi dederis.*
10 *Factum itaque est, vt Hiram daret Solomoni ligna cedrina, & ligna [13] picea pro omni voto eius.*
11 *Solomon vero [14] darit Hiram viginti mille coros tritici in cibum pro domo eius & viginti coros olei [15] contusi: hæc dabat Salomon ipsi Hiram [16] singulis annis.*
12 *Dedit quoque Dominus sapientiā Solomoni, quēadmodū ei pollicitus fuerat: fuitque pax inter Hiram & inter Solomonem, pepigeruntque duo illi fœdus inter se.*
13 *[17] Extraxit quoque Solomon summā ex omni Israele, fuitque summa illa [18] triginta millia virorum.*
14 *Quos misit in Libanum, decem millia videlicet per mensem alternatim: quum per mensem fuissent in Libano, manebant duobus mensibus domi suæ: Adoniram autem [19] huic summæ præerat.*
15 *Habuit insuper Solomon septuaginta millia eorum [19] qui baiulabant onera, & octoginta millia [20] fabrorum in monte:*
16 *Præter [21] eos quos Solomon habuit præfectos operi, numero tria millia & trecentos, qui præerant [22] multitudini, quæ faciebat opus.*
17 *Præcepitque rex vt asueherēt lapides magnos, lapides [23] preciosos, [24] lapides denique politos pro fundamēto ædis.*
18 *Quos scalpserunt ædificatores Solomonis, & ædificatores Hiram, & [25] Giblim, [26] parabantque ligna & lapides ad ædificandum ædem.*

Misit quoq; Hiram rex Tyri seruos suos ad Salomonem: audiuit enim quòd ipsum vnxissent regem super Israel pro patre eius: quia amicus fuerat Hiram Dauid omni tempore.
2 Misit autem Salomon ad Hiram, dicens:
3 Tu scis voluntatem Dauid patris mei, & quia non [a] potuit ædificare domū nomini Domini Dei sui propter bella imminentia per circuitum, donec daret Dominus eos sub vestigio pedum eius.
4 Nunc autē requiē dedit [b] Deus meus mihi per circuitum: & non est satan, neque occursus malus.
5 Quam ob rem cogito ædificare tēplum nomini Domini Dei mei, sicut locutus est [c] Dauid patri meo, dicens, Filius tuus quem dabo pro te super solium tuum, ipse ædificabit domum nomini meo.
6 Præcipe igitur vt præcidant mihi serui tui cedros de Libano, & serui mei sint cū seruis tuis: mercedem autem seruorum tuorum dabo tibi quamcunq; petieris: scis enim quomodo nō est in populo meo vir qui nouerit ligna cædere sicut Sidonii.
7 Cum ergo audisset Hiram verba Salomonis, lætatus est valde, & ait, Benedictus Dominus Deus hodie, qui dedit Dauid filium sapientissimum super populum hunc plurimum.
8 Et misit Hiram ad Salomonem, dicens: Audiui quæcunq; mandasti mihi. ego faciam omnem voluntatem tuam in lignis cedrinis & abiegnis.
9 Serui mei deponent ea de Libano ad mare: & ego componam ea in ratibus in mari, vsque ad locum quem significaueris mihi, & applicabo ea ibi, & tu tolles ea: præbebisq; necessaria mihi, vt detur cibus domui meæ.
10 Itaq; Hiram dabat Salomoni ligna cedrina, & ligna abiegna, iuxta omnem voluntatem eius.
11 Salomon autem præbebat Hiram viginti millia coros tritici in cibum domui eius, & viginti coros purissimi olei: hæc tribuebat Salomon Hiram per singulos annos.
12 Dedit quoque Dominus sapientiam Salomoni, sicut locutus est ei: & erat pax inter Hiram & Salomonem, & percusserunt ambo fœdus.
13 Elegitq; rex Salomon operarios de omni Israel, & erat indictio triginta millia virorum.
14 Mittebatq; eos in Libanum, decem millia per menses singulos vicissim, ita vt duobus mensibus essent in domibus suis, & Adoniram erat super huiuscemodi indictionem.
15 [d] Fueruntq; Salomoni septuaginta millia eorum qui onera portabant, & octoginta millia latomorum in monte:
16 Absq; præpositis qui præerant singulis operibus, numero trium millium, & trecentorum præcipientium populo, & his qui faciebant opus.
17 Præcepitq; rex vt tollerent lapides grandes, lapides preciosos in fundamentum templi, & quadrarent eos:
18 Quos dolauerunt cæmentarii Salomonis, & cæmentarii Hiram: porro Giblii præparauerunt ligna & lapides ad ædificandam domum.

A
Hiram mittit seruos vt gratulentur Salomoni.
Salomon petit ligna ab Hiram in ædificationem templi.
[a] *potuerit*
[b] *Dominus*
1. Reg. 7. b.
2. par. 22. c.
[c] *Dominus*
B
Hiram Gentilis agnoscit nomen Dei.
C
supra 3. b.
Numerus artificum.
D
[d] *Fueruntque*

CAPVT VI.

1 *Factum itaque est in anno octogesimo super quadringentesimum [1] ab egressu filiorum Israel de terra Ægypti, anno quarto [2] (mense Sif, is est mensis secundus) quo Solomon regnauit super Israelem, ædificare cœpit ædem Domini.*

1 Factum est ergo quadringentesimo & octogesimo anno egressionis filiorum Israel de Terra Ægypti, in anno quarto (mense Zio, ipse est mensis secundus) regni Salomonis super Israel, ædificare cœpit domum Domino.

A
1. Paralip. 3. a.
Fabrica & forma templi.

19 .i. deferebant lapides è latumiis ad locum ex quo curribus euehi possent. Per montem significat latumias & lapicidinas. 20 latomorum. excidentium lapides. Hi latomi & baiuli erant proselyti, quia erant Ierusalem. 21 Heb. principes præfectorum Salomonis qui erant super opus .i. Præter principes & præfectos quos Salomon præfecerat operi. 22 populo qui 23 .i. optimos & magni precii. 24 Heb. ad struendum fundamenta domus, & lapides dolatos, (vel, politos) Quos dolauerunt architecti &c. 25 .i. ciues Gebal, qui erant optimi latomi. 26 & (alii) parauerunt
CAP. VI. 1 vel, postquam egressi sunt filii Israel. 2 .i. mense Aprili: qui Zio vel Ziu Hebraice dicitur a splendore. Est autem mensis secundus apud Hebræos. Chaldæus paraphrastes vocat mensem operationis florum.

2 Domus autem quam ædificabat rex Salomon Domino, habebat sexaginta cubitos in longitudine, & viginti cubitos in latitudine, & triginta cubitos in altitudine.

3 Et porticus erat ante templum viginti cubitorum longitudinis, iuxta mensuram latitudinis templi: & habebat decem cubitos latitudinis ante faciem templi.

4 Fecitque in templo fenestras obliquas.

5 Et ædificauit super parietem templi tabulata per gyrum, in parietibus domus per circuitum templi & oraculi: & fecit latera in circuitu.

6 Tabulatum quod subter erat, quinque cubitos habebat latitudinis, & medium tabulatum sex cubitorum latitudinis, & tertium tabulatum septem habens cubitos latitudinis. Trabes autē posuit in domo per circuitum forinsecus, vt non hærerent muris templi.

7 Domus autem cum ædificaretur, de lapidibus dolatis atque perfectis ædificata est: & malleus, & securis, & omne ferramentum non sunt audita in domo cum ædificaretur.

*parte

8 Ostium lateris medii in *pariete erat domus

B dextræ: & per cochleam ascendebant in medium cœnaculum, & à medio in tertium.

9 Et ædificauit domum, & consummauit eam: texit quoque domum laquearibus cedrinis.

10 Et ædificauit tabulatum super omnem domum quinque cubitis altitudinis, & operuit domum lignis cedrinis.

Diuturnus domus splendor Salomoni à Deo promittitur, si leges eius seruauerit.

11 Et factus est sermo Domini ad Salomonē, dicēs:

12 Domus hæc quam ædificas, si ambulaueris in præceptis meis, & iudicia mea feceris, & custodieris omnia mandata mea, gradiens per ea: firmabo sermonem meum tibi, quem locutus sum ad Dauid patrem tuum.

2.Reg. 7.c. 2.par.22.b.c.

13 Et habitabo in medio filiorum Israel, & non derelinquam populum meum Israel.

14 Igitur ædificauit Salomon domum, & consummauit eam.

15 Et ædificauit parietes domus intrinsecus, tabulatis cedrinis: à pauimento domus vsq; ad summitatem parietum, & vsq; ad laquearia, operuit lignis cedrinis intrinsecus: & texit pauimentum domus tabulis abiegnis.

16 Ædificauitq; viginti cubitorum ad posteriorem partem templi tabulata cedrina, à pauimento vsq; ad superiora: & fecit interiorem domum oraculi in Sanctum sanctorum.

17 Porrò quadraginta cubitorum erat ipsum templum pro foribus oraculi.

18 Et cedro omnis domus intrinsecus vestiebatur,

C habēs tornaturas, & iuncturas suas fabrefactas, & cęlaturas eminētes: omnia cedrinis tabulis vestiebātur, nec omnino lapis apparere poterat in pariete.

Oraculum.

19 Oraculum autē in medio domus, in interiori parte fecerat, vt poneret ibi arcā fœderis Domini.

20 Porrò oraculum habebat viginti cubitos lon-

2 Et ea quidem ædes quam ædificauit rex Salomon [3] Domino, habuit sexaginta cubitos sua longitudine, viginti latitudine sua, atque triginta cubitos altitudine sua.

3 [4] Porticus erat ante [5] structuram ædis, cuius longitudo viginti cubitorum erat [6] secundum latitudinem ædis: latitudo autem eius decem fuit cubitorum [7] ante ædem.

4 Fecit insuper [8] ædi fenestras lumina videlicet valuata.

5 Extruxit [9] deinde ad parietem ædis ambitus circumquaq; cum parietibus ædis circumquaq;, tam ipsi templo quàm ipsi adyto: & fecit [10] latera circumquaq;.

6 [11] Ambitus infimus quinq; fuit cubitorum latitudine sua. [12] medius latitudo sex habuit cubitos: [13] tertius verò latitudine sua septem habuit cubitos: nam seru desectiones ædi fecerat per ambitum, ne [14] apprehenderent parietes ædis.

7 Cæterum ipsa ædes quum extrueretur, extruebatur lapide integro [15] vt erat aduectus, ita vt in extruenda ea, neque mallei, neq; secures in æde audirentur, nihil denique ferreorum instrumentorum.

8 Ostium [16] lateris intermedii erat in dextro ædis latere, ascendebaturq; per cochleas ad [17] intermedium, & ab intermedio in tabulata superiora.

9 Extruxit itaque ædem [18] absoluitq; eam. [19] contignauitq; ædem fornicis in modum ordinibus (asserū) cedrinorum.

10 [20] Ædificauit quoq; ad totā illam ædem ambitus, altitudine quinq; cubitorū harētes ædi ligno cedrino.

11 Et [21] factum est verbum Domini ad Salomonem in hanc sententiam.

12 Hæc ædes quā extruis tu, si ambulaueris in [22] institutis meis, & [23] iusta mea feceris, seruaueris; præcepta mea, incedendo videlicet in eis, [24] firmabo ego verbum meum tecum, quod loquutus sum ad Dauidem patrem tuum.

13 [25] Habitaboq; in medio filiorum Israel, neq; deseram populum meum Israel.

14 Extruxit itaque Salomon ædem, & absoluit eam.

15 Et [26] extruxit parietes ædis intus tabulis cedrinis, a pauimento ædis [27] ad contignationem vsq; laquearem obduxit ligno intus, ipsum pauimentum obduxit intus ligno [28] pineo.

16 Ædificauit etiam viginti [29] cubitis à lateribus ædis asseribus cedrinis a pauimento ad parietes, interius ad adytum Sancti sanctorum.

17 Ædes ipsa habuit quadraginta cubitos, [30] nempe ipsum sanctum per se.

18 [31] Porro (asseres) ipsi cedrini qui erant intus in æde extruebant nodos, [illegible], floresque apertos: omnia [32] ex cedro erant, vt lapis nullus videretur.

19 Iam adytum ipsum intra ædem interius præparauit, [illegible] illic poneret arcam fœderis Domini.

20 [33] Quod adytū per se habuit viginti cubitos longi-

3 i. In honorem Domini.
4 aut, Vestibulum. Tota structura diuidebatur in duas partes, nempe DEVIR i. adytum, siue oraculum, quod alio nomine dicitur Sanctum sanctorum: in quo erat arca fœderis. Altera pars peculiari vocabulo dicebatur ECHAL, id est templum, quod in tabernaculo sanctum appellabatur, in quo candelabrū, altare thymiamatis, & panes propositionis.
5 templum ædis eius. i. antesecundā partē ædis
6 ante faciem longitudinis ædis vel domus. Id est, res, onde- bat latitudini ædis. q. d. Tam longum erat vestibulum quā erat lata domus ipsa.
7 ante frontem domus. i. sumendo latitudinem secundum longitudinem templi.
8 in domo fenestras apertas clausas, vel, arctas. i. latiores intrinsecus, extrinsecus arctas. Hebræi contrario modo exponunt.
9 etiā iuxta murum domus appendicē per circuitū, iuxta inquam parietes domus, per circuitum templi & oraculi. Oraculum vocat, quod in tabernaculo Sanctum sanctorum [illegible] in quo arca testamenti. Cum domum dicit, præcipue Sanctum & Sanctū sanctorum intelligit, vt hoc loco videt.
10 thalamos per circuitum. sub. templi & oraculi.
11 Appendix inferior, id est, Appendicis infima pars. 12 mediæ partis sub appendicis. 13 tertia verò pars. n. i retractiones posuerat in domo per circuitū parte externa. Retractiones siue cōtractiones [illegible] quando [illegible] superior Gallice, Les retraictes d'vne muraille. 14 sub [illegible] 15 Heb. lapide adductionis. i. vt allati fuerant lapides. Cum essent integri lapides, [illegible] Dolabantur autem lapides [illegible] 16 [illegible] appendicis. 17 [illegible] 18 [illegible] per edentium. 19 & texit domū [illegible] 20 Ædificauit autem & appendicē circum domum [illegible] quinq; cubitos [illegible] & erant tres, erat quinq; [illegible] ratione potuerint esse fenestræ: quod intelligitur ex altitudine murorum. 21 Heb. [illegible] ad Salomonem [illegible] per [illegible] prophetā. 22 vel, decretis 23 vel, leges meas 24 [illegible] 25 [illegible] 26 i. vestiuit tabulis cedrinis [illegible] parietes domus internē [illegible] 27 [illegible] lignis intrinsecus. [illegible] solo domꝰ vsq; ad tectū, quod erat planū. Tabulatum & tectum [illegible] 28 abiegnis. 29 cubitos [illegible] tabulis cedrinis, à pauimēto vsq; ad parietes (sub tecto.) ædificauitq; sibi in domo oraculi [illegible] parte domus interna. 30 ea est templū oppositū, Sub. oraculo. [illegible] erat ante oppositū oraculo. [illegible] 31 Heb. [illegible] interna, habēs cælaturas [illegible] & cælaturas florū. Id est domus interna [illegible] Gallice, Ouurage de couperes. 32 Heb. tota domꝰ vestita erat tabulis cedrinis. 33 in parte igitur interna erat oraculū [illegible]

tudinis, & viginti cubitos latitudinis, & viginti cubitos altitudinem, quod 34 obduxit auro 35 optimo: & 36 aram obduxit cedro.

21 *37 Obduxit etiam Salomon ædem ipsam ab intus auro optimo, 38 traducens repagula auro obducta ante adytum, & obduxit [parietem] illum auro.*

22 *Quin totam ædem auro obduxit, 39 donec totam ædem absolueret: sed & totam aram quæ erat 40 pene adytum obduxit auro.*

23 *Fecit insuper in ipso adyto duos cherubim ex lignis 41 pineis, altitudo vtriusq; decem fuit cubitorum.*

24 *Vna ala vnius cherub habuit quinq; cubitos, altera quoq; ala ipsius cherub quinq; cubitos, ita vt essent decem cubiti 42 ab extremitate alarum eius.*

25 *Sic & alter cherub decem habuit cubitos: erat enim vtriq; cherubim 43 eadem statura, eademq; forma.*

26 *Nam altitudo vnius erat decem cubitorum, sicq; alterius cherub.*

27 *Collocauit autem ipsos cherubim 44 intra domum interiorem, expandebantq; cherubim alas 45 suas: vnius ala 46 attigit parietem, alterius deinde cherub ala 46 attigit alterum parietem, alaq; eorum altera alteram 46 attigit in medio adyti.*

28 *Obduxit insuper cherubim auro.*

29 *Et omnes parietes ædis 47 circumducens exsculpsit sculpturis extantibus, nempe cherubim, & palmis, 48 floribusq; apertis, & intus & foris.*

30 *Quin & pauimentum ædis auro obduxit 49 intus scilicet & foris.*

31 *Porro ad ostium adyti fecit 50 fores de lignis pineis, limine & postibus quinquangulis.*

32 *51 Duæ ianuæ erant de lignis pineis, exsculpsitque in eis extantes cherubim & palmas, apertos flores, obduxitq; auro, & obduxit cherubim & palmas 52 bracteis aureis tenuibus.*

33 *Sic quoq; fecit ad ostium 53 basilicæ, nempe postes de lignis 54 pineis, sed 55 quadrangulos.*

34 *Duæ 56 ianuæ erant de lignis 57 piceis, [&] duo latera 58 volubilia vnius ianuæ, & duo latera volubilia alterius ianuæ.*

35 *In his exsculpsit cherubim, palmas, 59 flores apertos, obduxitque 60 antepagmenta auro iustificato.*

36 *61 Extruxit insuper atrium interius tribus ordinibus lapidum 62 politorum, & vno ordine 63 cedrorum dedolatarum.*

37 *64 Quarto anno in mense 65 Sif, 66 fundata est ædes Domini.*

38 *Et in anno vndecimo, in mense 67 Bul, (is est mensis octauus.) absoluta est ædes 68 secundum omnes rationes suas, & secundum omnia quæ ad eam pertinebant, ædificauitq; eam 69 septem annis.*

gitudinis, & viginti cubitos latitudinis, & viginti cubitos altitudinis, & operuit illud atque vestiuit auro purissimo. sed & altare vestiuit cedro.

21 Domum quoq; ante oraculum operuit auro purissimo, & affixit laminas clauis aureis.

22 Nihilq; erat in templo quod non auro tegeretur: sed & totum altare oraculi texit auro.

23 Et fecit in oraculo duos cherubim de lignis oliuarum decem cubitorum altitudinis.

24 Quinq; cubitorum ala cherub vna, & quinque cubitorum ala cherub altera: id est, decem cubitos habentes, à summitate alæ vnius vsq; ad alæ alterius summitatem.

25 Decem quoq; cubitorum erat cherub secundus: in mensura pari, & opus vnum erat in duobus cherubim,

26 Id est, altitudinem habebat vnus cherub decem cubitorum, & similiter cherub secundus.

27 Posuitq; cherubim in medio templi interioris: extendebant autem alas suas cherubim, & tangebat ala vna parietem, & ala cherub secundi tangebat parietem alterum: alæ autem alteræ in media parte templi se inuicem contingebant. D

28 Texit quoq; cherubim auro.

29 Et omnes parietes templi per circuitum sculpsit variis cælaturis & torno: & fecit in eis cherubim, & palmas, & picturas varias, quasi prominentes de pariete & egredientes.

30 Sed & pauimentum domus texit auro intrinsecus & extrinsecus.

31 Et in ingressu oraculi fecit duo ostiola de lignis oliuarum, postesq; angulorum quinque.

32 Et duo ostia de lignis oliuarum: & sculpsit in eis picturam cherubim, & palmarum species, & anaglypha valde prominentia. & texit ea auro: & operuit tam cherubim, quàm palmas, & cętera auro.

33 Fecitq; in introitu templi postes de lignis oliuarum quadrangulatos:

34 Et duo ostia de lignis abiegnis altrinsecus: & vtrumq; ostium duplex erat: & se inuicem tenens, aperiebatur.

35 Et sculpsit cherubim, & palmas, & cælaturas valde eminentes: operuitq; omnia laminis aureis opere quadro ad regulam.

36 Et ædificauit atrium interius tribus ordinibus lapidum politorum, & vno ordine lignorũ cedri. *Atrium interius.*

37 Anno quarto fundata est domus Domini in mense Zio:

38 Et in anno vndecimo mense Bul (ipse est mensis octauus) perfecta est domus in omni opere suo, & in vniuersis vtensilibus suis: ædificauitque eam annis septem,

34 Vel, vestiuit. Hic loquitur de parte altitudinis quæ erat tecta auro: vt dicunt doctissimi Hebræorum: nam viginti cubiti erant tecti solo auro: alii decem erant tecti lapillis preciosis.
35 Aurum quod fit defæcatissimum, SEGOR vocant Hebræi, ita fortasse dictum quod ab auaris clauditur & custodiatur.
36 Sub. thymiamatis.
37 Texit igitur
38 & occlusit ostium oraculi (vel, oraculum) catenis aureis: obduxitq; te auro. Sub. septum illud quod distinguebat oraculum a reliqua parte domus. Catenis aureis clausit vice pessulorum.
39 i. ita quod tota domus fuerit vestita auro
40 ante oraculum. i. ante ostiũ oraculi. erat enim altare thymiamatis e regione ostii oraculi erat in medio septi transuersarii.
41 Chaldæus paraph. oliuarũ.
42 i. ab extremitate alæ vnius vsq; alæ alterius eiusdem cherub extremitatem.
43 quantitas vna, & sculptura vna i. erant eiusdem staturæ ambo cherubim, & eodem modo sculpti erant.
44 intra oraculũ
45 Heb. cherubim. Antecedens pro relatiuo, cherubim extendebant alas cherubim, pro, alas suas.
46 Rectius vertas per præteritum imperfectũ, attingebat.
47 per circuitũ sculpsit cælaturis sculpturarum. id est, cælaturis & sculpturis. Hoc est ornauit variis sculpturis & cælaturis. 48 Sculpturisque florum intrinsecus & extrinsecus i. in parte interna, in oraculo & in parte externa, templo & [illegible] 49 id est, tam in adyto siue oraculo, quam in templo & sancto 50 valuas [illegible] [illegible], superliminare & postes: omnia illa fecit pentagona. id est, quinque laterum. Gallice. [illegible] Omnia illa fecit ex quinta parte. id est, latitudo eorum omnium erat æqualis quintæ parti valuarum. Gallice, De la largeur de la cinquieme [illegible] Chaldæus paraph. [illegible] valuas pineas 51 Heb. autem est, quod sic verti debet, Porrò duabus valuis oleaginis (vel pineis) sculpsit [illegible] 52 Heb. auro. 53 templi. 54 vel, oleagineis. 55 Id est, quatuor laterum, figura quadrata. vel, ex quarta parte. [illegible], latitudo postium erat æqualis quartæ parti valuarum.

56 valuæ 57 vel, abiegnis. 58 valuæ vnius erant rotunda, facta opere tornatili, & duo latera valuæ alterius rotunda. id est, facta opere tornatili, [illegible] 59 cælaturas florum 60 [illegible] in quo insculptum erat. [illegible] 61 De[illegible] quartam partem templi. Atrium illud sacerdotum erat, quod interius vocabatur, respectu atrii magni in quo populus orabat. 62 vel, sectorum. aut, cæsurum. 63 [illegible]

64 [illegible] regni Salomonis. 65 vel, Zio. id est Aprili. 66 fundari cœpit. 67 id est, Octobri ab imbre dicitur hic mensis Bul, quasi בול. id est, diluuium. 68 cum omnibus vtensilibus eius, & omnibus quæ, &c. 69 Supple & sex mensibus, [illegible] ad annum vndecimum, sed ad annum duodecimum. [illegible] CAPVT VII. 1 vel, regiam suam. aut, regias suas [illegible] Post absolutum scilicet templum. prius enim templum quam domum suam extruxit. Consumpsit autem viginti annos in constructione vtriusque, vt infra [illegible] cap. 9.

CAPVT VII.

1 *Salomon extruxit etiam 1 suam domum, id; in 2 tredecim annis, absoluens totam domum suam.*

1 Domum autem suam ædificauit Salomon tredecim annis, & ad perfectum vsque perduxit: A *Ædificatio domus Salomonis in saltu.* Infr. 9. b

2 Ædificauit quoq; domũ saltus Libani centum cubitorum longitudinis, & quinquaginta cubitorum latitudinis, & triginta cubitorum altitudinis:
b deambulatoria & quatuor b deambulatoria inter columnas cedrinas: ligna quippe cedrina exciderat in columnas.
3 Et tabulatis cedrinis vestiuit totam camerã, quæ quadragintaquinque columnis sustẽtabatur.
4 Vnus autem ordo habebat columnas quindecim contra se inuicem positas.
5 Et eregione se respicientes, æquali spacio inter columnas, & super columnas quadrangulata ligna in cunctis æqualia.
6 Et porticum columnarum fecit quinquaginta cubitorũ lõgitudinis, & triginta cubitorum latitudinis: & alteram porticũ in facie maioris porticus: & columnas, & epistylia super columnas fecit.
7 Porticum quoq; solii, in qua tribunal est, fecit: & texit lignis cedrinis a pauimento vsque ad summitatem.
h sedebatur 8 Et domuncula in qua h sederetur ad iudicandum, erat in media porticu simili opere. domum
Domus filiæ Pharaonis quoque fecit filiæ Pharaonis (‖ quam vxorẽ duxerat Salomon) tali opere, quali & hanc porticum.
supra 3. a. 9 Omnia lapidibus preciosis, qui ad normam
B quandam atque mensuram tam intrinsecus quàm extrinsecus serrati erant: a fundamento vsque ad
i extrinsecus summitatem parietum, & i intrinsecus vsque ad atrium maius.
10 Fundamenta autem de lapidibus preciosis, lapidibus magnis decem siue octo cubitorum.
11 Et desuper lapides preciosi æqualis mensuræ secti erant, similiterq; de cedro.
Atrium maius templi. 12 Et atrium maius rotundum trium ordinum de lapidibus sectis, & vnius ordinis de dolata cedro: necnon & in atrio domus Domini interiori,
Atrium interius templi. & in porticu domus.
Hiram artifex fundit pro Salomone. 13 Misit quoq; rex Salomõ, & tulit Hirã de Tyro.
14 Filium mulieris viduæ de tribu Nephthali, patre Tyrio, artificem ærarium, & plenum sapientia & intelligentia, & doctrina ad faciẽdum omne opus ex ære. Qui cum venisset ad regem Salomonem, fecit omne opus eius.
Forma columnarum ænearũ Iere. 52. c. 15 Et finxit duas columnas æreas, decem & octo
C cubitorum altitudinis columnam vnã: & ‖ linea duodecim cubitorũ ambiebat columnã vtramq;.
16 Duo quoque capitella fecit, quæ ponerentur super capita columnarum fusilia ex ære: quinque cubitorum altitudinis capitellum vnum, & quinque cubitorum altitudinis capitellum alterum:
17 Et quasi in modum retis, & catenarum sibi inuicem miro opere contextarum: vtrumq; capitellum columnarum fusile erat: septena versuum retiacula in capitello vno, & septena retiacula in capitello altero.
18 Et perfecit colũnas, & duos ordines (per cir-

2 Extruxit quoque [3] domum saltus Libani, cuius longitudo centum fuit cubitorum, latitudo vero eius quinquaginta cubitorum, altitudo eius triginta cubitorum,
[4] super quatuor ordines columnarum cedrinarum, erantque cedrinæ trabes dedolatæ super columnas.
3 [5] Contabulatumque fecit cedrinum superne ad illas trabes quæ fuerant positæ super columnas quadragintaquinque:
4 Nam vnusquisq; ordo habuit quindecim.
5 [6] Lumina deinde erant triplici ordine, vt fenestra
[7] fenestræ esset iuncta, idq; tribus [8] parietibus. [9] Omnia foramina fenestrarum postesq; quadrata erant, fenestraq; fenestræ vicina iuncta tribus parietibus.
6 Et fecit porticum [10] columnarum, cuius longitudo fuit quinquaginta cubitorum, latitudo verò eius triginta cubitorum: [11] & porticus erat ante ipsas, columnæque & trabes crassæ ante eas.
7 Et porticum [12] fecit solii, vbi ius diceret nempe porticum iudicii, & [13] contignauit eam cedro a pauimento ad pauimentum.
8 [14] Domus verò eius in qua habitabat, aliud atriũ habuit à domo ad porticum simili opere. domum quoque ad ficauit filia Pharaonis quam duxerat Salomon, [15] quẽadmodum porticum illam.
9 Omnia illa fuerunt [16] ex lapidibus preciosis, [17] & ad normam velutis expoliti sen quadrati, serraq; secti, [18] tam intus quàm foris, à fundamento [19] vsque ad suggrundia sic extra vsq; ad atrium magnum.
10 Fuit vero fundatum lapidibus [20] preciosis lapidibusq; magnis, è quibus quidam lapides decem erant cubitorum, quidam octo cubitorum:
11 [21] Superne erant lapides pretiosi, & ad quandã normam quadrati, atq; cedri.
12 [22] Atrium quoq; magnum circumquaq; triplici ordine quadratorum lapidum, ordineq; vno dolatarum cedrorum: (sic erat) & atrium ædis Domini [23] interius, & [24] porticus ædis.
13 Misitq; rex Salomon, accersiuitq; Hiram de Tyro.
14 Qui erat filius viduæ de tribu Naphtali, pater eius fuit vir Tyrius: fabrum ærarium, imbutum sapientia, intelligentia & scientia in faciundo omni opere ex ære: is venit ad Salomonem regem, & fecit vniuersum opus eius.
15 Finxit autem is duas columnas æneas, altitudo columnæ [25] vnius erat decem & octo cubitorum: & [26] vtramq; columnam ambiebat [27] circuitus duodecim cubitorum.
16 Fecit & duo [28] epistylia sphærica, quæ ponerentur super capita columnarum quæ fusa erant ex ære: quinq; cubitorum erat altitudo vnius epistylii, quinque cubitorum altitudo alterius epistylii.
17 (Fecit insuper) cãcellos opere reticulato, & [29] zonas opere concatenato ad epistylia quæ [30] erant in capite columnarum, septenas videlicet vtriq; epistylio.
18 [31] Quũq; fecisset columnas, addidit operi retia

3 Vocat domum saltus Libani, non quod in monte Libano fuerit sita, sed quia locus ille amœnitate & pulchritudine certare poterat cum Libano vel quod locus ille ob copiam materiæ cedrinæ, saltus Libani dici poterat. Hanc domum fuisse ædificatam à Dauide atque sibi etiam testatur Chaldæus paraphrastes. Locus iste non procul erat a Ierusalem.
4 In singulis ordinibus erant quindecim columnæ: quod probari potest ex tabulato primo primæ mansionis. nam dicere manifesto superius fuisse quindecim columnas totidem ergo erant in singulis ordinibus. Trabẽ erant dispositæ secundum latitudinem, non secundum longitudinem.
5 vel, Et erat tecta cedro sursum super trabes quæ erant &c. i. super columnas erant collocatæ trabes: super trabes tigna, quæ Gallice Soliueaulx appellamus: super tigna autem erant tabulæ cedrinæ. In inferiori parte domus erant quatuor ordines columnarum, vt possent sustinere pondus: in superiori verò erant tres tantum ordines, quia futurum erat vt multi eo venirent ad regem, oportebat igi-

que propterea locum esse capaciorem. impediunt autem columnæ. 6 Fenestra 7 ad fenestram esset, 8 vicibus. i. tres erant fenestrarum ordines qui respondebant ternis ordinibus fenestrarum in altera parte. 9 Heb. Et omnes portæ & postes erant quatuor laterum cum fenestris: & eregione fenestra erat ad fenestram tribus vicibus. [illegible] omnia superliminaria portarum & postes cum lignis fenestrarum erant figuræ quadratæ: omniaq; ligna fenestrarum sibiinuicem respondebant triplici ordine, nam in singulis lateribus erant terni ordines fenestrarum, quæ respondebant alterius lateris fenestris. 10 i. domus Libani quæ constabat multis columnis. 11 erat itaque porticus illa ante faciem illarum, & columnæ & trabes erant ante faciem illarum. Subaudi columnarum. Hebraismus est, pro, porticus illa constabat [illegible] & trabibus, quæ quidem columnæ & trabes erant in conspectu columnarum domus saltus, hoc est, porticus illa obiecta erat domui saltus Libani. 12 [illegible] in qua iudicaturus esset, id est porticum iudicii fecit. Hanc porticum fecit iuxta regiam quæ erat in Ierusalem. 13 i. texit tabulis cedrinis ab imo parietis vsque ad [illegible] alterius parietis q. d. omnes parietes cum tabulati fuerant tecti tabulis cedrinis.
14 Et in domo eius in qua habitabat, atrium alterum intra porticum illam, iuxta opus hoc erat. i. factum simili opere quo facta erat porticus solii. Cum alterum dicit, oportet duas fuisse porticus in regia. Ex domo igitur regia [illegible] atrium, ex atrio in porticum solii intrabat & domum. 15 i. opere simili operi porticus illius iudicii scilicet. Domus hæc filiæ Pharaonis non erat coniuncta cum ipsa regia, sed ab illa exiguo interuallo separata. 16 i. ex optimis lapidibus. & commendatis [illegible] 17 Heb. secundum mensuras lapidum [illegible] serratorum serra i. lapidibus quæ habebant lapidum excisorum & quadratorum magnitudinem. Quam autem magnitudinem haberent hi lapides, incertum est. 18 i. non solum parte interna ædificii, sed etiam externa. 19 vsque ad lapides quibus incumbunt trabes, & [illegible] lapides quibus incumbunt trabes, Gallice vocamus Corbeaux. q. d. parte interna omnia constructa erant lapidibus arte summa elaboratis, sic & [illegible] quibus incumbebant trabes. à parte externa vsq; ad eam partem quæ respiciebat atrium magnum in quo populus orabat. 20 i. optimis 21 At sursum [illegible] erant [illegible] quantitates lapidum serratorum, & cedrus. i. super fundamentum erant lapides pretiosi, hoc est optimi, qui habebantur in precio, & tabulæ cedrinæ. 22 At in porticu magna per omnia latera, tres erant ordines lapidum serratorum, & ordo vnus trabium cedrinarum. Porticus ista magna erat in qua populus [illegible] quæ non erat tecta, quod 2 Paralip. 4 dicitur Atrium magnum. 23 i. atrium sacerdotum, 24 i. atrium quod erat ante tabernaculum in vestibulo templi. [illegible] atrium sacerdotum, & atrium populi fuisse continua siue continentia ædificia. 25 Quod de vna columna dicitur, de altera quoq; est intelligendum. 26 [illegible] Intellige etiam primam ex [illegible]. Ea enim erat crassities vnius quæ alterius. Peripheria. i. linea ambiens, erat duodecim cubitorum [illegible] linea dimetiens, erat quatuor, quia in gyro sunt duodecim cubiti, in diametro sunt quatuor. est enim a. peripheria ad diametrum proportio [illegible] diametri, & septimã eius partẽ, vt 22 ad 7. 27 linea. vel, filũ 28 vel, coronamẽta. siue, capitella, 29 vel funes 30 [illegible] proponeretur [illegible] 31 Fecit igitur colũnas, & duos &c. De prædictis columnis intelligit. est. n. recapitulatio.

[illegible]

late alterius (columnæ) duos ordines malorum punicorum, [35] quæ inumbrarent & tegerent epistylia quæ erant in summo (columnarum:) similiter fecit epistylio alterius (columnæ).

19 *Epistylia quæ [36] erant in capite columnarum, opus habebant liliaceum, quale fuit in porticu, quatuor cubitis.*

20 [37] *Habuerunt & epistylia quæ erant supra duas columnas, desuper e regione ventris extra opus reticulatum, ordines ducentorum malorum punicorum, idque per ambitum utriusque epistylii.*

21 *Erexit deinde columnas illas ante [38] porticum basilicæ: quumque erigeret columnam dexteram, vocavit nomen eius [39] Iachin: erigens vero columnam sinistram, vocavit nomen eius Boaz.*

22 *In fastigio columnarum erat opus [38] liliaceum: sicque absolutum est opus columnarum.*

23 *Porro mare fecit fusum, decem cubitorum a labro eius, ad labrum eius, rotundum [39] per ambitum: altitudo eius erat quinque cubitorum, & [40] linea triginta cubitorum cingebat ipsum per ambitum.*

24 [41] *Sub labro eius erant nodi per ambitum qui cingebant ipsum mare, decem uno cubito, duo scilicet ordines nodorum, qui erant fusi cum ipso mari.*

25 *Stabat super duodecim boves, tres respiciebant ad Aquilonem, tres respiciebant versus mare, tres item vertebant facies ad Meridiem, & tres respiciebant ad Orientem: super hos stabat mare desuper: posteriora autem eorum omnia erant introrsus.*

26 *Crassities eius palmum habebat, & labium eius [42] erat fabrefactum ut labium crateris germinans lilio, capiebatque duo millia batorum.*

27 *Et fecit decem [43] machinas æneas, cuiusque [44] machinæ longitudo quatuor fuit cubitorum, latitudo eius quatuor cubitorum, & altitudo eius trium cubitorum.*

28 [45] *Si vero fabrefactæ fuerunt machinæ. Abaces habuerunt intra limbos conclusos.*

29 [46] *Atque in abacis illis intra limbos inclusis, leones erant, boves, & cherubim: item supra limbos per erat superne, ad eorum infimam partem item leones erant & boves, tum etiam additamenta quædam opere ductili facto.*

30 *Singulæ [47] machinæ habebant rotas æneas quatuor, & tabulas æneas: deinde erant in quatuor angulis [48] eius [49] humeri [50] sub labro ipso ad latera uniuscuiusque qui humeri fusi erant, quisque e regione alterius pone additamentum.*

31 *Os eius [51] intra coronamentum & supra cubitum habebat, osque eius rotundum erat ut opus pedis, habens sesquicubitum: & supra os eius erant extantes noduli, quorum abaci quadrati erant non rotundi.*

32 *Quatuor illæ rotæ [52] erant sub abacis axesque rotarum in machina ipsa: [53] altitudo erat sesquicubiti.*

33 *Erat autem factura rotarum ut factura rotæ currus: [54] axes earum, modioli earum, radii earum, & canthi earum, omnia hæc [55] fusa erant.*

circuitum retiaculorum singulorum, ut tegerent capitella quæ erant super summitatem, malogranatorum: eodem modo fecit & capitello secundo.

19 Capitella autem quæ erant super capita columnarum, quasi opere lilii fabricata erant in porticu, quatuor cubitorum.

20 Et rursum alia capitella in summitate columnarum desuper iuxta mensuram columnæ contra retiacula: malogranatorum autem ducenti ordines erant in circuitu capitelli secundi. *Porticus templi.*

21 Et statuit duas columnas in porticu templi: cumque statuisset columnam dexteram, vocavit eam nomine Iachin: similiter erexit columnam secundam, & vocavit nomen eius Booz. *Iachin.* *Booz.*

22 Et super capita columnarum opus in modum lilii posuit: perfectumque est opus columnarum.

23 Fecit quoque mare fusile decem cubitorum a labio usque ad labium rotundum in circuitu: quinque cubitorum altitudo eius, & resticula triginta cubitorum cingebat illud per circuitum. D *Mare fusile*

24 Et sculptura subter labium circuibat illud decem cubitis ambiens mare: duo ordines sculpturarum striatarum erant fusiles.

25 Et * stabant super duodecim boves, e quibus tres respiciebant ad Aquilonem, & tres ad Occidentem, & tres ad Meridiem, & tres ad Orientem: & mare super eos desuper erat: quorum posteriora universa intrinsecus latitabant. ** stabat.*

26 Grossitudo autem luteris, trium unciarum erat: labiumque eius, quasi labium calicis, & folium repandi lilii: duo millia batos capiebat. & tria millia metretas.

27 Et fecit decem bases æneas, quatuor cubitorum longitudinis bases singulas, & quatuor cubitorum latitudinis, & trium cubitorum altitudinis. *Bases æneæ*

28 Et ipsum opus basium, interrasile erat: & sculpturæ inter iuncturas.

29 Et inter coronulas & plectas, leones & boves & cherubim: & * in iuncturis similiter desuper: & subter leones & boves quasi lora ex ære dependentia. ** inter iuncturas.*

30 Et quatuor rotæ per bases singulas, & axes ærei: & per quatuor partes quasi humeruli subter luterem fusiles, contra se invicem respectantes. *Later.*

31 Os quoque luteris intrinsecus erat in capitis summitate: & quod forinsecus apparebat, unius cubiti erat, totum rotundum, pariterque habebat unum cubitum & dimidium: in angulis autem columnarum variæ cælaturæ erant: & media intercolumnia, quadrata non rotunda. E

32 Quatuor quoque rotæ, quæ per quatuor angulos basis erant, cohærebant sibi subter basim: una rota habebat altitudinis cubitum & semis.

33 Tales autem rotæ erant quales solent in curru fieri: & axes earum, & radii, & canthi, & modioli, omnia fusilia.

34 Hebr. in circuitu [illegible] ... 34 Hebraice sic legitur, ipsa capitella quæ erant super duas columnas, etiam desuper e regione ventris capitelli, qui venter est e regione reticuli [illegible] ... [illegible] in duobus ordinibus [illegible] in capitello secundo [illegible] Quod secundum capitellum vocat, intellige primum, [illegible] utroque capitello. 35 vestibulum templi. 36 Hæc vox significat Confirmet [illegible] Dominus hanc domum. 37 Significat hæc vox fortitudinem & vigorem [illegible] 38 [illegible] capitellum [illegible] 39 [illegible] Hoc mare erat rotundum a summo ad imum [illegible] 40 [illegible] 41 [illegible] ... 42 erat secundum opus [illegible] & floris lilii [illegible] 43 bases quæ scilicet supponendæ erant decem conchis. 44 basis. 45 [illegible] ... 46 [illegible] ... 47 bases. 48 sub basis 49 humeruli [illegible] 50 [illegible] 51 [illegible] 52 [illegible] 53 [illegible] 54 Declarat quomodo rotæ basis similes erant rotis curruum [illegible] 55 [illegible]

34 Nam

34 Nam & humeculi illi quatuor per singulos angulos basis vnius, ex ipsa basi fusiles & coniuncti erant.

35 In summitate autem basis erat quædam rotunditas vnius & dimidii cubiti, ita fabrefacta, vt luter desuper posset imponi, habens cælaturas suas, variasque sculpturas ex semetipsa.

36 Sculpsit quoque in tabulatis illis quæ erant ex ære, & in angulis, cherubim, & leones, & palmas, quasi in similitudinem hominis stantis, vt nõ cælata, sed apposita per circuitum viderentur.

37 In hunc modum fecit decem bases, fusura vna, & mensura, sculpturaq; consimili.

Luteres decem aneos. 38 Fecit quoque decem luteres æneos: quadraginta batos capiebat luter vnus, eratq; quatuor cubitorum: singulos quoq; luteres per singulas, id est decem bases, posuit.

39 Et constituit decem bases, quinque ad dexteram partem templi, & quinque ad sinistram: Mare autem posuit ad dexteram partem templi contra Orientem ad Meridiem.

[b] quoque [b] lebetas. 40 Fecit [b] ergo Hiram [b] lebetes, & scutras, & amulas, & perfecit omne opus regis Salomonis in templo Domini.

41 Columnas duas, & funiculos capitellorum super capitella columnarum duos: & retiacula duo, vt operirent duos funiculos, qui erant super capita columnarum.

42 Et malogranata quadringenta in duobus retiaculis: duos versus malogranatorum in retiaculis singulis, ad operiendos funiculos capitellorum qui erant super capita columnarum.

43 Et bases decem, & luteres decẽ super bases.

44 Et mare vnum, & boues duodecim subter mare.

45 Et lebetes, & scutras, & amulas. omnia vasa quæ fecit Hiram regi Salomoni in domo Domini, de aurichalco erant.

46 In campestri regione Iordanis fudit ea rex in argillosa terra, inter Sochoth & Sarthan.

47 Et posuit Salomon omnia vasa in domo Domini: propter multitudinem autem nimiam non erat pondus æris.

48 Fecitq; Salomon omnia vasa in domo Domini: altare aureum, & mensam super quam ponerentur panes propositionis, auream:

49 Et candelabra aurea, quinq. ad dexteram, & quinq; ad sinistram contra oraculum ex auro

[b] primo: [b] puro: & quasi lilii flores, & lucernas desuper aureas: & forcipes aureos.

50 Et hydrias, & fuscinulas, & phialas, & mortariola, & thuribula de auro purissimo: Et cardines ostiorum domus interioris Sancti sanctorum, & ostiorum domus templi, ex auro erant.

a. Paral. 5. a. [b] rex 51 ¶ Et perfecit omne opus quod faciebat [a] Salomon in domo Domini, & intulit quæ sanctificauerat Dauid pater suus, argentum, & aurum, & vasa, reposuitq; in thesauris domus Domini.

34 Quatuor insuper [56] humeri, ad quatuor angulos [57] machinæ cuiuslibet: [58] atq; hi humeri iam ex machina procedebant.

35 [59] Et supra machinam altitudo erat semicubiti rotunda circumquaque, & in summa machina limites eius & abaci eius ex ipsa.

36 [60] Exsculpserat enim super tabulas limbos, & super abacos eius cherubim, leones & palmas, quemadmodum in abaco quolibet & additamento circumquaque.

37 Ad hunc modum fecerat decem [61] machinas, eodem modo fusas, eadem mensura, eademq; [62] formatura omnibus.

38 Fecit præterea decem labra area, singula labra capiebant quadraginta batos, simulq; labra quatuor erant cubitorum, [63] singulisque machinis singula labra imposuit.

39 Et collocauit quinq; [64] machinas ad latus [65] adis dextrum, & quinq; ad latus adis sinistrum. [66] Lacum verò posuit [67] a latere adis dextro ad Orientem, Meridiem versus.

40 Fecit quoque Hiram [68] lebetes, scapas, [69] pelues sparsorias: & absoluit vniuersum opus quod ipsi Salomoni fecit pro ade Domini.

41 Nempe columnas duas, [70] & epistylia rotunda cum coronamentis super capita columnarum duarum, retia duo quæ tegerent duos globos coronatos in summo columnarum.

42 Mala quoque punica quadringenta super duo [71] retia, duos scilicet ordines malorum punicorum in quolibet [72] reti, [73] et tegerent globos duos coronatos in summo columnarum.

43 [74] Machinas item decem & labra decem super [74] machinas.

44 Mare vnum, & boues duodecim sub mari.

45 Lebetes quoque, & scapas pelues sparsorias, & omnia vasa huiusmodi quæ fecit Hiram regi Salomoni pro ade Domini ex ære [75] polito.

46 [76] In æquore plano Iordanis fudit ea rex, in argilla densa, inter Succoth & Zarthan.

47 [77] Et reliquit Salomon omnia vasa, [78] quod vehementer multa essent, nec æris pondus inuestigari potuerit.

48 Fecit itaque Salomon omnia vasa quæ pertinebant in ædem Domini, [79] aram auream, & mensam super quam erant panes [80] facierum, ex auro.

49 Candelabra quinque ad dexteram, & quinque ad sinistram ex auro purissimo [81] ante adytum: & [82] flores, [83] lucernas, & emunctoria ex auro:

50 [84] Crateres [illegible] pelues sparsorias, cochlearia, & [illegible] ex auro purissimo: Cardines quoq; [illegible] Sanctitatis et sanctorum, & [illegible] ex auro [illegible]

51 Absoluit itaque vniuersum opus quod [86] fecit rex Salomõ [87] in ade Domini, & [88] intulit ea [89] Salomon quæ dedicauerat pater eius, argentum scilicet, aurum, atque vasa, reposuitq; ea in thesauros adis Domini.

56 sine, [illegible] 57 basis 58 ex ipsa autem basi erant ipsa fulcra, [illegible] la siue fulcra. Id est, malleis producebantur ex ipsa massa æris [illegible] basas, nec erant [illegible] Gallice, De la mesme piece. 59 In summitate autem basis (quadratæ) erat [illegible] cubiti in altitudine, rotundum per circuitum, & in summitate basis parvæ [illegible] rant prominentia & cinctura eius, quæ erant [illegible] In basi illa quadrata erat columnella quædam rotunda, cuius altitudo erat dimidii cubiti. & in columnella illa parua, ut superposita magnæ basi erat, erant prominentia & cinctura ex ipsa basi producta, non adiectitia. Gallice, faictes de la mesme piece. 60 Fecit & cælaturas in tabulis prominentiarum eius (sub. paruæ basis,) & in cincturis sub. singularum paruarum basium sculpsit cherubim, leones, & palmas, secundum [illegible] additamentorũ circumquaque. Vel, quæ erant [illegible]

CAPVT VIII.

A 1 TVnc ¶ congregati sunt omnes maiores natu Israel cum principibus tribuum & duces familiarum filiorum Israel ad regem Salomonem

3 Par. 5. a.

1 TVnc conuocauit Salomon seniores Israelis, omnia capita tribuum (id est) eos qui [a] primates erant patrum filiorum Israelis [b] regem Salomonem Ieru-

[illegible] atrii sacerdotum quod erat templo contiguum. 66 Mare [illegible] 67 [illegible] iuxta latus templi [illegible] quod opponitur Meridiei [illegible] Ingressus templi [illegible] Mare [illegible] lauabantur, [illegible] faciebant [illegible] manus & pedes [illegible] frigida sumpta ex concha per labra [illegible] 68 [illegible] 69 Vasa erant [illegible] aqua [illegible] 70 & vasa rotunda capitellorum quæ (scil. et capitella) erant in summitate columnarum, [illegible] capitellorum, quæ capitella erant super caput columnarum. Vasa rotunda duo vocat bina hemisphæria, dimidias pilas, [illegible] 71 [illegible] 72 [illegible] 73 ad tegendum vasa rotunda (vel, bina hemisphæria) quæ erant super faciem columnarum. Hic accipit faciem pro apice. 74 Basis 75 vel, tersio. 76 In planitie [illegible] rex. 77 Heb. Dimisit autem [illegible] 78 [illegible] pondus æris. 79 Hæc ara erat in sancto. 80 vel, propositionis: qui proponebantur faciei Dei, hoc est arcæ. 81 vel, ante [illegible] 82 vel, lilia. 83 & lucernas, & forcipes ex auro: 84 Hydriæ & psalteria [illegible] 85 [illegible] templi, 86 [illegible] 87 pro domo 88 [illegible] templum. 89 Heb. Salomon sanctitates patris sui. CAP. VIII. a Primores, [illegible] duces patrum, sunt duces familiarum antiquarum. b Antecedens pro relatiuo, ad se.

2 vel, quæ alio nomine dicitur Sion.
4 i. fortiũ. Mensis est Septembris, qui sic dicitur propter fructus arborum & fruges, quæ collectæ, eo mense reponuntur in horrea. fructibus siquidem confirmatur cor hominis, humana quoq; vita roboratur. Vel, propter crebra & magna festa quæ in ipso mense celebrantur, festum nempe tabernaculorum, dies expiatorios, & festum ædificationis.
5 Venerunt inquam.
6 sub. in Sanctũ sanctorum. Sacerdotes ter arcam fœderis tulerunt, Cum trãsierunt Iordanem, Cum circuiuerunt Iericho, Et cum eam reduxit Dauid. Quarto hic in templum. nam erat Leuitarum hoc deferendæ arcæ fœderis munus: non licebat autẽ illis intrare in Sanctum sanctorum. quod si potuisset pontifex solus deferre, nõ fuisset usus opera sacerdotum. In Paralipomenis dicitur Leuitas arcam intulisse quod nomẽ est generale tam ad sacerdotes, quam ad alios. Vel Leuitæ tulerunt usq; ad Sanctum sanctorum, postea intulerunt sacerdotes.
7 fœderis. quod Moses curarat extruendum in deserto. Vel cõuentus. quod illuc frequenter conuenirent filii Israel, aut quod illic Deus suam exhiberet præsentiam, haberetque commercium cum hominibus.

solyma, vt adducerent arcam fœderis Domini, de ciuitate [2] Dauid. [3] ea est Zion.

2 *Congregatiq; sunt ad Regem Salomonem omnes viri Israelis in mense [4] Ethanim in die festo: is est mensis septimus.*

3 *[5] Veneruntq;* cuncti seniores Israelis,*

4 *Et sacerdotes [6] tulerunt arcam.* Et adduxerunt arcam Domini, & tentorium [7] constitutionis,* & omnia vasa sacra quæ erant in tentorio. adduxerunt inquam ea [8] sacerdotes & Leuitæ.*

5 *Et Rex Salomon atq; vniuersus cœtus Israelis, qui ad eum conuenerant, cum eo [erant] ante arcam, sacrificantes oues & boues, qui præ multitudine nec numerari nec [9] recenseri* potuerunt.*

6 *Intuleruntq; sacerdotes arcam fœderis Domini in locum suum, in adytum ædis, in Sanctum sanctorum subter alas cherubim.*

7 *Nam cherubim expandebant alas super locum arcæ, [10] circumdabantq;* cherubim tam arcam quàm vectes eius è supernis.*

8 *[11] Effecerunt quoque vt prominerent* vectes, ita vt viderentur capita vectium [12] de sancto* [13] ante adytum, [14] foris autem non videbantur,* fueruntq; ibi in hunc vsque diem.*

9 *In arca [15] nihil erat nisi duæ tabulæ lapideæ,* quas illic reposuerat Moses in Horeb, [16] quas exciderat* Dominus cum filiis Israel, quum ipsi [17] exirent* è terra Ægypti.*

10 *Quumq; egrederentur sacerdotes [18] ex sancto,* [19] nubes* impleuit domum Domini.*

11 *Nec potuerunt sacerdotes stare ac ministrare propter nubem: nam impleuerat [20] gloria Domini domum Domini.*

12 *Tum dixit Salomon, Dominus [21] dixit* se habitaturum in caligine.*

13 *Omnino ædificaui domum habitationem tibi, vt habites [ibi] [22] perpetuo.**

14 *Et [23] versa* facie sua Rex, collaudauit, [24] bonaq; imprecatus est* vniuersæ congregationi Israelis. totaq; congregatio Israel [25] stetit:*

15 *[26] Dixitq;* Laudandus Dominus Deus Israel, qui ore suo loquutus est ad Dauidem patrem meũ, [27] manuque sua [28] exequutus,* dicens,*

16 *Ab eo die quo eduxi populum meum Israelem ex Ægypto, non elegi ciuitatem ex omnibus tribubus Israelis ad ædificandum domum, [29] in qua esset nomen meum, [30] sed Dauidem elegi,* vt præesset populo meo Israel.*

17 *[31] Equidem pater meus Dauid cor de suo conceperat* extruere scilicet ædem [32] pro nomine Domini Dei* Israel.*

18 *Sed Dominus dixit ad Dauidem patrem meum, Quandoquidem [33] statueras in corde tuo* extruere ædem nomini meo, bene quidem fecisti quod hoc [34] corde tuo statueras.**

19 *Attamen tu non extrues ædem, sed filius tuus qui de lumbis tuis egredietur, is extruet ædem nomini meo.*

20 *[35] Confirmauit itaq; Dominus verbum suũ quod loquutus est,* & surrexi ego pro Dauide patre meo, sedens in solio Israel, quemadmodum loquutus est*

in Ierusalem: vt deferrent arcam fœderis Domini de ciuitate Dauid, id est, de Sion. *Collocatur arca in templo.*

2 Conueniteq; ad Regem Salomonem vniuersus Israel in mense [a] Bethanim in solenni die, ipse est mensis septimus. *[a] Ethanim*

3 Veneruntq; cuncti senes de Israel,

4 Et tulerunt arcam sacerdotes, & portauerunt arcam Domini, & tabernaculum fœderis, & omnia vasa sanctuarij quæ erant in tabernaculo: & ferebant ea sacerdotes & Leuitæ.

5 Rex autem Salomon, & omnis multitudo Israel quæ conuenerat ad eum, gradiebatur cum illo ante arcam, & immolabant oues & boues absque æstimatione & numero.

6 Et intulerunt sacerdotes arcam fœderis Domini in locum suum, in oraculum templi, in Sanctum sanctorum subter alas cherubim.

7 Siquidem cherubim expandebant alas super locum arcæ, & protegebant arcam, & vectes eius desuper.

8 Cumq; eminerent vectes, & apparerent summitates eorũ foris sanctuarium ante oraculum, nõ apparebant vltrà extrinsecus, qui & fuerunt ibi vsque in præsentem diem.

9 In arca autem non erat aliud | nisi duæ tabulæ lapideæ,| quas posuerat in ea Moyses in Horeb, quãdo pepigit Dominus fœdus cum filiis Israel, cum egrederentur de Terra Ægypti. *Quid ex Pentateucho fuerit in arca.* Heb. 9. a Exod. 34. a

10 Factum est autem, cum exiissent sacerdotes de sanctuario, nebula impleuit domum Domini,

11 Et non poterant sacerdotes stare & ministrare propter nebulam: impleuerat enim gloria Domini domum Domini. B *Nebula implet templum.*

12 Tunc ait Salomon, Dominus dixit vt habitaret in nebula. 2. Par. 6. a

13 Ædificans ædificaui domum [b] & habitaculum tuum, firmissimum solium tuum in sempiternum. *[b] in*

14 Conuertitque Rex faciem suam, & benedixit omni Ecclesiæ Israel. omnis enim Ecclesia Israel stabat.

15 Et ait Salomon, Benedictus Dominus Deus Israel qui locutus est ore suo ad Dauid patrem meum, & in [c] manibus eius perfecit, dicens, *Salomon benedicit congregationi, post gratias agit Deo.* *[c] manu sua*

16 A die qua eduxi populum meum Israel de Ægypto, nõ elegi ciuitatem de vniuersis tribubus Israel, vt ædificaretur domus, & esset nomen meum ibi: sed elegi Dauid, vt esset super populum meum Israel. *Electus Dauid.*

17 | Voluitque Dauid pater meus ædificare domum nomini Dei Israel: 2. Reg. 7. a

18 Et ait Dominus ad Dauid patrẽ meum, Quòd cogitasti in corde tuo ædificare domum nomini meo, bene fecisti hoc ipsum mente tractans.

19 Verumtamen tu non ædificabis [d] mihi domum, sed filius tuus qui egredietur de renibus tuis, ipse ædificabit domum nomini meo.

20 Confirmauit Dominus sermonem suum, quem locutus est: stetiq; pro Dauid patre meo, & sedi super thronum Israel, sicut locutus est Do- *Promissiones suas impleuit Deus.*

8 Sacerdotes intulerunt arcam, & Leuitæ reliqua. Aut Leuitæ tulerunt arcam in Sanctum, & sacerdotes in Sanctum sanctorum. 9 supputari. 10 teg [illegible] 11 [illegible] sub. in partem anteriorem adyti, [illegible] 15 sub. e libro legis. q. d. ex tota lege nihil [illegible] in arca præter præcepta [illegible] virgam Aaron & vrnam in qua erat manna, quæ in arca erant reposita. 16 quod (fœdus) pepigerat, &c. Tabulas [illegible] fœdus [illegible] Aut certe, quando pepigit fœdus Dominus, &c. Aut in quibus continebatur fœdus quod pepigerat, &c. Chald. [illegible] 18 [illegible] sanctorum, vel, adyto. 19 per nubem & caliginem [illegible] decreuit & [illegible] q. d. per hanc nubem intelligo Deum delegisse [illegible] Chaldæus [illegible] stas sua habitet in Ierusalem [illegible] extructo Ierosolymis. 22 [illegible] 25 [illegible] 26 [illegible] 27 [illegible] 28 [illegible] 29 [illegible] nomen meum ibi [illegible] 30 [illegible] plum. Vel, sed elegi Ierusalem vt in ea coleret [illegible] 31 Heb. Fuit autem cum corde Dauidis patris mei [illegible] 33 Heb. erat cum corde tuo. 34 Heb. fuit cum corde tuo. 35 [illegible] promissum.

minus

minus: & ædificaui domum nomini Domini Dei
Israel.
21 Et constitui ibi locū arcæ, in qua fœdus Do-
mini est, quod percussit cum patribus nostris quā-
do egressi sunt de Terra-Ægypti.
C 22 Stetit autem Salomon ante altare Domini in
Oratio Salomonis ut exaudiantur orantes in templo. conspectu ecclesiæ Israel, & expandit manus suas
in cælum, Et ait:
23 ‖ Domine Deus Israel, nō est similis tui Deus
2. Macab. 2. b. in cælo desuper, & super terram deorsum: qui cu-
stodis pactum & misericordiam seruis tuis qui am-
bulant coram te in toto corde suo.
24 Qui custodisti seruo tuo Dauid patri meo,
quæ locutus es ei: ore locutus es, & manibus per-
fecisti, vt hæc dies probat.
25 Nunc igitur Domine Deus Israel, conserua
famulo tuo Dauid patri meo quæ locutus es ei, di-
1. Reg. 7. b. c. cens, ‖ Non auferetur de te vir coram me, qui sedeat
super thronum Israel: ita tamen si custodierint filii
tui viam suam, vt ambulent coram me sicut tu am-
bulasti in conspectu meo.
26 Et nunc Domine Deus Israel firmentur ver-
ba tua quæ locutus es seruo tuo Dauid patri meo.
27 Ergóne putandum est quòd verè Deus habi-
tet super terram? si enim cælum, & cæli cælorum
te capere non possunt, quanto magis domus hæc
quam ædificaui?
28 Sed respice ad orationem serui tui, & ad pre-
ces eius Domine Deus meus: audi hymnum & ora-
tionem quam seruus tuus orat coram te hodie,
29 Vt sint oculi tui aperti super domum hanc
Deut. 12. b. nocte ac die: super domum de qua dixisti, ‖ Erit
nomen meum ibi: vt exaudias orationem, quam
orat in loco isto ad te seruus tuus,
30 Vt exaudias deprecationem serui tui & po-
puli tui Israel quodcunque orauerint in loco isto;
& exaudies in loco habitaculi tui in cælo: & cum
exaudieris, propitius eris.
D 31 Si peccauerit homo in proximum suum, &
Iuramentum. habuerit aliquod iuramentum quo teneatur astri-
ctus: & venerit propter iuramentum coram altari
tuo in domum tuam,
32 Tu exaudies in cælo: & facies, & iudicabis
seruos tuos, condemnans impium, & reddens viā
suam super caput eius, iustificansque iustum, & re-
tribuens ei secundum iustitiam suam.
2. Paral. 33 Si fugerit populus tuus Israel inimicos suos
quia peccaturus est tibi: & agentes pœnitentiam,
& confitentes nomini tuo venerint, & orauerint,
& deprecati te fuerint in domo hac:
34 Exaudi in cælo, & dimitte peccatum populi
tui Israel, & reduces eos in terram quam dedisti pa-
tribus eorum.
Pluuia. 35 Si clausum fuerit cælum, & non plùerit pro-
pter peccata eorum, & orantes in loco isto pœni-
tentiam egerint nomini tuo, & a peccatis suis con-
uersi fuerint propter afflictionem suam:
36 Exaudi eos in cælo, & dimitte peccata seruo-
rum tuorum, & populi tui Israel: & ostende eis viā
bonam per quam ambulent, & da pluuiam super
° *tuam* terram ° quam dedisti populo tuo in possessio-
nem.
Fames. Pestis. 37 Fames si oborta fuerit in terra, aut pestilētia,

Dominus, & ædificaui domum nomini Domini Dei Is-
raelis.
21 *Posui quoq; ibi locum pro arca, in qua est* [36] *fœ-*
dus Domini, quod pepigit cum patribus nostris, quum
ipse [37] *educeret eos ex Ægypto.*
22 [38] *Constitit autem Salomon* [39] *ante aram Do-*
mini, coram vniuerso cœtu Israelis: & expandens manus
suas in cælum, Dixit:
23 *Domine Deus Israelis, non est tibi similis Deus*
neque in cælo superne, neq; in terra inferne, qui seruas
fœdus & [40] *beneficentiam seruis tuis ambulantibus co-*
ram te toto corde suo.
24 *Qui seruasti seruo tuo Dauidi patri meo quæ pol-*
licitus es ei, quæ loquutus es ore tuo, [41] *manu tua præsti-*
tisti, vt (testatur) hic dies.
25 *Nunc igitur Domine Deus Israelis, serua Daui-*
di patri meo seruo tuo, quæ pollicitus es ei, hisce verbis:
Non [42] *excindetur tibi vir coram me, qui sedeat in so-*
lio Israelis, [43] *si modo filii tui obseruauerint viam* [44] *suā,*
vt ambulent coram me quemadmodum tu ambulasti in
conspectu meo.
26 [45] *Nunc igitur ô Deus Israelis,* [46] *firmum quæso*
sit verbum tuum quod loquutus es ad seruum tuum Da-
uidem patrem meum:
27 [47] *Itane verè Deus habitat* [48] *in terra? En cæ-*
li, cæliq; cælorum te non capiunt, quanto minus ædes ista
quam extruxi?
28 *At tu* [49] *respicies ad orationem serui, tui & ad*
precationem eius Domine Deus meus, [50] *vt audias vo-*
tum & orationem, quam seruus tuus orat hodie corā te.
29 [51] *Vt sint oculi tui aperti ad domum istam nocte*
& die, ad locum scilicet hunc de quo dixisti, [52] *Erit no-*
men meum illic: [53] *(vt) audias orationem quam* [54] *o-*
rat seruus tuus in loco isto.
30 *Audies quoque precationem serui tui, & populi*
tui Israel: [55] *quum orauerint in loco isto,* [56] *exaudiesq;*
in loco habitationis tuæ [57] *in cælo: (neq;) exaudies (tan-*
tum, sed) & [58] *propitius eris.*
31 [59] *Quum peccauerit quispiam aduersus proxi-*
mum suum, [60] *susceperitque super se iuramentum, quo*
sese obstringit, veneritq; [61] *iuramentum coram ara tua*
in hac domo.
32 *Tu quidem* [62] *audies in cælo, & facies atq; iu-*
dices seruos tuos, vt impium ostendas eum qui impius est,
[63] *dando scilicet viam eius in caput eius:* [64] *atq; iustum*
pronuncies iustum, dando scilicet ei iuxta iustitiam eius.
33 *Quum corruerit populus tuus Israel coram hoste,*
eo quod peccauerint in te: [65] *reuersi autem fuerint ad*
te, & [66] *laudauerint nomen tuum, orauerint atque*
suppliciter rogauerint te in domo ista.
34 *Tu exaudies in cælo,* [67] *propitiusq; eris peccato*
populi tui Israel, & [68] *reduces eos in terram quam dedi-*
sti patribus eorum.
35 *Quum cælum fuerit clausum ita vt non sit plu-*
uia, eo quod in te [69] *peccauerint, si precati fuerint* [70] *hoc*
in loco, [71] *confessiq; fuerint nomini tuo,* [72] *reuersi scilicet*
a peccatis suis, quum loquuti es eos affligas:
36 *Tu exaudies in cælo, propitiusque eris peccato*
seruorum tuorum, [73] *atq; populo tuo Israel,* [74] *dirigens*
eos in viam bonam qua [75] *incedant, dabisq; pluuias su-*
per terram tuam, quam dedisti populo tuo in hæredi-
tatem.
37 *Porrò si fames fuerit in terra aut pestilentia, aut*

36 i. tabulæ in quibus erant præcepta, & conditiones fœderis.
37 eduxisset
38 genibus scilicet flexis in atrio orationis populi.
39 i. coram altari magno quod erat in atrio sacerdotum.
40 vel, misericordiam. i. qui seruas pactum quod nobiscum iniisti per tuam misericordiam.
41 i. liberalitate, vel potius potentia.
42 vel, auferetur. i. Non deerit de prole tua in Israele quem oculis meis intueri soleo. Sic Comedere coram Domino, Deut. 12. est comedere in Ierusalem, qui locus erat in quem Deus convertere solebat oculos suos.
43 vel, ita duntaxat, aut, ita tamen si &c.
44 i. quam custodire debent, quæ est vt ambulent coram me.
45 Nunc inquam
46 Heb. verificetur quæso. i. confirmetur & eueniat.
47 vel, Verumne est quod Deus habitaturus sit &c. Dictiones præpostero ordine positæ hoc loco apud Hebræos Mirabundus exclamat.
48 i. in hoc pusillo templo?
49 vel, respice
50 exaudiendo clamorem vel laudem aut orationem quæ fit clara voce.
51 sub. hæc, vel Precatio. Petitio est.
52 i. illic colar. Vide Deuterono. 12 a. q. d. Ego operabor in eo mirabilia. illic gloria mea innotescet.
53 (&) audias

54 orabit siue, oraturus est 55 qui oraturi sunt 56 vel, exaudi tanquam 57 (id est) e cælo 58 condonabis, vel condona: parce peccatis. 59 i. si aliquis [illegible] 60 Heb. & detulerit illi [illegible] iudex statuerit illum iuraturum, ita vt cogas eum iurare.
61 Heb. [illegible] iuramentum [illegible] qui per sententiam iudicis iurare debet 62 exaudi [illegible] orationem eius qui iustam causam habuerit. 63 i. reddendo ei iustam malum meritum, affligendo eum pro [illegible] 64 Heb. iustificando [illegible] qui iustam habet causam. 65 sub. illi qui domi remanserant [illegible] in bellum profectis, [illegible] quorum fuga conuersi fuerint ad te. & Deum laudauerint. 66 agnoscendo scilicet scelera sua. 67 parcesque pecca[illegible]
68 [illegible] 70 Chaldæus paraph. versus locum hunc i. conuersi ad hunc locum. 71 i. te agnouerint Deum, & laudauerint [illegible] 72 Heb. & a peccato reuersi fuerint, quum loci tui fuerint ad hos. sub. per prophetas. A peccato [illegible] per quem eos redarguerit. 73 Heb. & populi tui & pro id est. 74 Heb. quum docueris eos viam. q. d. exaudies [illegible] postquam edocti fuerint a te per prophetas. 75 ambulaturi [illegible] docebis eos quid agere debeant.

76 Triticum spicarum, quum vertuntur spicæ in cinerem forde dum vento Orientali. Gallicè, quand le blé est niellé.
77 Vox Hebræa significat vitium segetum gramius priore, quum tota seges perit, nullas prorsus spicas producēs.
78 i. in propria regione.
79 Hoc intelligitur de priuata & peculiari oratione.
80 Hebr. (&) ab vniuerso, de publica oratione intelligit.
81 Heb. qui sentiet quisque plagam cordis sui. vel, quum quisque senserit dolorem, & c Plagam cordis vocat dolorem animi nō mediocrem. Suscipimus enim orationem, quum sentimus nos dolore affici.
82 Nam extensio siue eleuatio manuum est gestus supplicum & orantium.
83 (cuius tu nosti cor:)
84 subaudi, exaudias inquam.
85 q.d. Quinetiam quod ad alienigenam attinet, siue exteras gentes. Hactenus de populo Israelitico, nunc pro exteris.
86 i. auditâ fama eorum quæ fecisti.
87 Cum intellexerint, &c. Vox Hebræa audire significat, hic pro intelligere accipiendum: nam auditum est nobilius intellectus.
88 i. promittentibus te foredi auxilii, & . [illegible] gratiam ac [illegible] dom auxilium quo præditus es.
89 veniet in [illegible] orationem. vel, & suderit preces.
90 ad domum [illegible] dotem. [illegible] Chald. paraph. nam non licebat externis ingredi templum, ne populo quidem Israelitico, sed in atrio orabant.

si fuerit 76 rubigo, 77 aurigo, locusta (aut) bruchus si fuerit, (aut si hostis eius eum obsederit 78 in terra portarum suarum, (in summa) quacunque tandem afflictio, aut quicunque morbus (inciderit.)

38 Omnem orationem omnemque supplicationem quæ facta fuerit 79 a quocunque homine 80 ex vniuerso populo tuo Israeli: 81 vt quisque norit afflictionem cordis sui, 82 si expanderit manus suas ad domum istam.

39 Tu exaudies in cœlis, (nempe) in habitaculo mansionis tuæ, propitiusque eris, & facies, & dabis vnicuique iuxta omnes vias suas, (83 quandoquidem tu cor eius nosti:) tu enim solus nosti cor omnium filiorū hominum,

40 84 Vt scilicet timeant te cunctis diebus quibus ipsi viuūt in superficie terræ quam dedisti patrib. nostris.

41 85 Sed & alienum qui non est de populo tuo Israel, qui è longinqua regione 86 propter nomen tuum venerit:

42 (87 Audient enim nomen tuum magnum, manum tuam robustam, atque 88 brachium tuum extentum) 89 venientque oraturi 90 in domo ista.

43 Audies tu in cœlis (nempe) in habitaculo mansionis tuæ facięsque 91 omnia pro quibus alienigena clamauerit ad te, vt cognoscant vniuersi populi terræ nomen tuum, & timeant te sicut populus tuus Israel, sciantque 92 quod nomen tuum inuocatum est super domum istam quam ædificaui.

44 Si egressus fuerit populus tuus Israel ad bellum contra hostem suum, ea scilicet via qua tu eos miseris, orauerintque ad Dominum 93 versus vrbem quam tu elegisti, & versus domum quam ædificaui nomini tuo:

45 Tu in cœlis exaudies orationem eorum, & supplicationem eorum, 94 dirigeque eorum [illegible].

46 Si 95 peccauerint in te, (quandoquidem non est homo qui non peccet) & iratus fueris contra eos, tradideris que eos coram hostibus, ita vt abducant eos qui eos ceperunt, in terram hostium, siue illa procul fuerit siue prope,

47 96 Reuocauerintque ad cor suum, in terra in quam captiui abducti sunt: si inquam resipuerint supplicauerintque tibi in terra eorum qui eos captiuos tenent, dixerintque, Peccauimus peruersè egimus, impiè fecimus.

48 Conuersique (inquam) fuerint ad te toto corde suo, totoque animo suo in terra hostium suorum, qui eos captiuos abduxerunt, & orauerint ad te versus terram suam quam dedisti patribus eorum, (id est) versus ciuitatem quam elegisti, & versus ædem quam ædificaui nomini tuo:

49 Tu exaudies in cœlis (nempe) in habitaculo firmo mansionis tuæ orationem eorum, atque supplicationem eorum, 94 & ius reddes eis:

50 97 Propitiusque eris populo tuo, qui peccauerat contra te, & omnibus præuaricationibus eorum, quibus præuaricati sunt contra te, & 98 conciliabis eis gratiam coram illis qui eos captiuos tenent, vt misericordia erga eos moueantur.

51 99 Ipsi enim sunt populus tuus & hæreditas tua, quos eduxisti ex Ægypto e medio fornacis 100 ferreæ:

52 101 Sint ergo oculi tui aperti ad precationem serui tui, atque ad precationem populi tui Israel, vt exaudias eos 102 in omnibus pro quibus ad te clamauerint.

53 Quoniam tu 103 segregasti eos tibi 104 in hæreditatem 105 ex omnibus populis terræ, 106 quemadmodum loquutus es per manum serui tui Mosis 107 quando eduxisti patres nostros de Ægypto Domine Deus.

54 Eratque Salomon cùm desisset orare ad Dominum vniuersam orationem & precationem istam surrexit 108 ante

aut corruptus aer, aut ærugo, aut locusta, vel rubigo, & afflixerit eum inimicus eius portas obsidens, omnis plaga vniuersa infirmitas.

38 Cuncta deuotatio, & imprecatio quæ acciderit omni homini de populo tuo Israel: si quis cognouerit plagam cordis sui; & expanderit manus suas in domo hac.

39 Tu exaudies in cœlo in loco habitationis tuæ, & repropitiaberis, & facies vt des vnicuique secundum omnes vias suas, sicut videris cor eius (quia tu nosti solus cor omniū filiorū hominum)

40 Vt timeant te cunctis diebus quibus viuunt super faciem terræ quam dedisti patribus nostris.

41 Insuper & alienigena, qui non est de populo tuo Israel, cum venerit de terra longinqua propter nomen tuum.

42 (Audietur enim nomen tuum magnum, & manus tua fortis, & brachium tuum extentum vbique) cum venerit ergo, & orauerit in hoc loco,

43 Tu exaudies in cœlo, in firmamento habitaculi tui, & facies omnia pro quibus inuocauerit te alienigena: vt discant vniuersi populi terrarum nomen tuum timere, sicut populus tuus Israel, & probent quia nomen tuum inuocatum est super domum hanc quam ædificaui.

44 Si egressus fuerit populus tuus ad bellum contra inimicos suos, per viam, quocunque miseris eos, orabunt te contra viam ciuitatis, quam elegisti, & contra domū quam ædificaui nomini tuo,

45 Et exaudies in cœlo orationes eorum, & preces eorum, & facies iudicium eorum.

46 Quod si peccauerint tibi, (non est enim homo qui non peccet, & iratus tradideris eos inimicis suis, & captiui ducti fuerint in terram inimicorum longè vel propè,

47 Et egerint pœnitentiam in corde suo in loco captiuitatis, & conuersi deprecati te fuerint in captiuitate sua, dicentes: Peccauimus, iniquè egimus, impiè gessimus:

48 Et reuersi fuerint ad te in vniuerso corde suo, & tota anima sua in terra inimicorum suorum, ad quam captiui ducti fuerint: & orauerint te contra viam terræ suæ quam dedisti patribus eorum & ciuitatis quam elegisti, & templi quod ædificaui nomini tuo:

49 Exaudies in cælo, in firmamento solii tui orationes eorum, & preces eorum, & facies iudicium eorum:

50 Et propitiaberis populo tuo qui peccauit tibi, & omnibus iniquitatibus eorum quibus præuaricati sunt in te: & dabis misericordiam coram eis qui eos captiuos habuerint, vt misereantur eis.

51 Populus enim tuus est, & hæreditas tua, quos eduxisti de Terra-Ægypti, de medio fornacis ferreæ.

52 Vt sint oculi tui aperti ad deprecationem serui tui, & populi tui Israel, & exaudias eos in vniuersis pro quibus inuocauerint te.

53 Tu enim separasti eos tibi in hæreditatē de vniuersis populis terræ, sicut locutus es per Moysen seruum tuum, quando eduxisti patres nostros de Ægypto, Domine Deus.

54 Factum est autem, cū compleuisset Salomon orans Dominum omnem orationē, & deprecationem hanc, surrexit de conspectu altaris Domini:

Ærugo.

E

Corda Deus solus nouit.

Alienigena.

Nomen Dei vbiq. auditū.

Bellatores orātes victoriam.

Peccatores omnes.
2. Par. 6. 8
1. Io. 1. 8
Eccles. 7. c

Populus captiuus ductus. Confessio.

F

Salomon rursum benedicit omni Israel.

91 omnia [illegible] 92 i. quod domus hæc dicitur tua: intelligant hanc esse domum tuam, & eam de nomine tuo dici. inuocari [illegible] Deus [illegible] 93 Hebr. ad viam vrbis

94 Heb. & facies iudicium eorum. i. vlciscere [illegible] eorum. 95 [illegible] Israelitæ. 96 i. meminerintque peccatorum ob quæ fuerint abducti. 97 vel, Parcesque. 98 Heb. dabis eos in misericordias [illegible] consequantur. 99 q.d. Non sunt [illegible] pro exteris, sed [illegible] 100 i. quæ similis [illegible] vt durissimum ferrum [illegible], hoc est, de loco in quo fuit [illegible] afflictionibus. 101 Vt [illegible] 102 in omni tempore, quo. 103 vel, separasti. 104 i. vt [illegible] 105 vel, præ omnibus [illegible] 106 [illegible] habes authorem grauissimum & testimonium. 107 quum eduxisses. 108 a conspectu altaris, genu flectendo, super genua sua. [illegible] flexis genibus.

vtrumque

vtrumq; enim genu in terram fixerat, & manus expanderat in cælum.

55 Stetit ergo, & benedixit omni Ecclesiæ Israel voce magna, dicens:

56 Benedictus Dominus qui dedit requiem populo suo Israel, iuxta omnia quæ locutus est: non cecidit ne vnus quidem sermo ex omnibus bonis quæ locutus est per Moysen seruum suum.

57 Sit Dominus Deus noster nobiscũ sicut fuit cum patribus nostris, non derelinquens nos, neq; proiiciens.

58 Sed inclinet corda nostra ad se, vt ambulemus in vniuersis viis eius, & custodiamus mandata eius, & ceremonias eius, & iudicia quæcunque mandauit patribus nostris.

59 Et sint sermones mei isti quibus deprecatus sum coram Domino, appropinquantes Domino Deo nostro die ac nocte, vt faciat iudicium seruo suo, & populo suo Israel per singulos dies:

vt 60 Et sciant omnes populi terræ quia Dominus ipse est Deus, & non est vltra absq; eo.

61 Sit quoq; cor nostrum perfectum cum Domino Deo nostro, vt ambulemus in decretis eius, & custodiamus mandata eius, sicut & hodie.

Mactantur victimæ.

62 Igitur Rex & omnis Israel cum eo, immolabant victimas coram Domino.

63 Mactauitq; Salomon hostias pacificas, quas immolauit Domino, boum viginti duo millia, & ouium cẽtum viginti millia: & dedicauerunt templum Domini Rex & filij Israel. *omnes*

Dedicatur templum.

64 In die illa sanctificauit Rex medium atrij, quod erat ante domum Domini: fecit quippe holocaustum ibi, & sacrificium, & adipẽ pacificorum: quoniam altare æreum quod erat coram Domino, minus erat, & capere non poterat holocaustum, & sacrificium, & adipem pacificorum.

Fit ingens celebritas.

65 Fecit ergo Salomon in tempore illo festiuitatem celebrem, & omnis Israel cum eo, multitudo magna ab introitu Emath vsq; ad Riuum Ægypti, coram Domino Deo nostro, septem diebus & septem diebus, id est, quatuordecim diebus.

66 Et in die octaua dimisit populos, qui benedicẽtes regi profecti sunt in tabernacula sua lætãtes, & alacri corde super omnibus bonis quæ fecerat Dominus Dauid seruo suo, & Israel populo suo.

coram Domini, nec vltra flexit genua sua, [109] nec manus suas expandit in cælum,

55 Sed stans bene precatus est vniuersæ Ecclesiæ Israelis magna voce, dicens:

56 [110] Laudandus Dominus, qui dedit [111] requiem populo suo Israel, [112] iuxta omnia quæ loquutus est, [113] nõ cecidit verbum vllum ex omni sermone eius bono, quem loquutus est per Mosen seruum suum.

57 [114] Sit Dominus Deus noster nobiscum, quemadmodum fuit cum patribus nostris, ne derelinquat nos, neque deserat nos.

58 Vt inclinet cor nostrum ad se, vt ambulemus in viis eius, [115] & custodiamus præcepta eius, statuta eius atq; iudicia eius, quæ præcepit patribus nostris.

59 [116] Sintq; verba mea ista quibus precatus sum coram Domino ad Dominum Deum nostrum die ac nocte, [117] vt ius dicat seruo suo & populo suo Israeli [118] singulis diebus iuxta rationem suam.

60 Vt sciant vniuersi populi terræ, quòd Dominus est [119] Deus, & non alius.

61 [120] Sit igitur cor vestrum perfectum cum Domino Deo nostro, [121] vt ambuletis in statutis eius & [122] custodiatis præcepta eius, vt hodierno [123] die.

62 Porrò Rex & omnis Israel cum eo immolabant hostias coram Domino.

63 Et sacrificauit Salomon [124] sacrificium gratulatorium quod sacrificauit Domino, nempe duo & viginti millia boum, & centum atque viginti millia ouium, & [125] initiabant domum Domini Rex, & cuncti filiĩ Israel.

64 Eodem die [126] sanctificauit Rex mediũ atrij quod erat ante ædem Domini: quoniã fecit illic holocausta & [127] cibarium sacrificium, & adipes [128] pacificorum: eo quòd [129] ara ærea quæ erat coram Domino, minor erat quàm vt caperet holocausta, & sacrificia cibaria, atque adipes pacificorum.

65 [130] Et fecit Salomon eodem tempore solennitatem, omnisq; Israel cum eo, cœtus magnus, [131] ab eo quo itur in Hemath vsq; ad torrentem Ægypti, [132] coram Domino Deo nostro [133] septenis diebus, nempe [134] quatuordecim diebus.

66 Octauo verò die [135] dimisit populum, ipsiq; [136] gratulantes regi, [137] abierunt in tentoria sua lætantes & hilari corde, pro vniuersis beneficiis [138] quæ contulerat Dominus Dauidi seruo suo, & Israeli populo suo.

109 Heb. & palmæ eius expãsæ [illegible] versus cælum. Et stetit, benedixitque, vel, Stansq; benedixit, &c. Cum Salomon oraret, erat incuruatus in altare. Cum verò orandi finem fecit, erexit se, & obuertit se versus populum, aliquè bene precatus est.
110 Præmittit gratiarum actionem benedictioni.
111 vel, sedes quietas.
112 prorsus vt promiserat.
113 i. non fuit irritum verbum vllum, ex omnibus promissionibus bonis quas pollicitus erat per, &c.
114 Hic benè precatur populo.
115 & pro, id est.
116 Heb. Suntq; verba mea ista quibus deprecatus sum, appropinquantia Domino Deo nostro, &c. i. Sit memor orationum, quas modo vsus sum.
117 vt iudicium faciat serui sui, & iudicium populi sui Israelis. i. vt det mihi necessaria seruo, &c.
118 Heb. rẽ diei in die suo. i. pro dierum ratione, vt singula fiant suo tempore.
119 i. Deus ille verus.
120 i. Toto corde & ex animo eum colite.
121 ambulando.
122 custodiendo.
123 sub. facitis, sicut iam in presentia.
124 hostias pacificas quas mactabat.
125 dedicauerunt.
126 i. sanctificãdum curauit per pontificẽ internam partem atrij sacerdotum, quæ erat ante vestibulum templi. Latini videntur intelligere de altari Salomonis. Hebræi verò aiunt pauimentũ lapideum atrii sacerdotũ fuisse consecratum: nam altare nequaquam potuisset tantã copiam victimarum continere. 127 oblationes, vel, incensum. 128 [illegible] 129 [illegible] intellige, vestitũ ære. Hoc Latini intelligunt de altari Mosis quod erat in vestibulo. Heb. autẽ hac ratione, aliter sentiunt, hoc debere intelligi de magno altari Salomonis. nam nominatim in Paralipomenis dicitur & exprimitur [illegible] Salomonis. 130 [illegible] templi. 131 (qui conuocatus fuerat) ab introitu, &c. Hemath est terminus Septentrionalis [illegible] Terræ sanctæ. Ex tota Iudæa coierat populus Ierusalem. 132 [illegible] 133 [illegible] septem diebus ob dedicationem, & septem ob festum tabernaculorum. Intra [illegible] in quo ita gratias egerunt Domino, & cum ea dispensatione, vt verisimile est, comederunt etiã [illegible] vsq; ad vesperam eiusdem [illegible] 134 ab initio festi tabernaculorum scilicet. 135 [illegible] populum. Octauo die [illegible] Scenopegia fiebat concio, & pro concione Rex aut qui populo præerat [illegible] 137 postero scilicet die, nempe vicesima tertia. 138 i. quod impleuisset Dominus promissionem factam Dauidi, [illegible] Salomone, sicuti pollicitus fuerat Dauidi, 2. Reg. 7. CAP. IX. 1 domum regiam [illegible] vitæ. [illegible] ponendo, hoc est, vocando ædem [illegible] de nomine meo. 4 i. coniiciam oculos meos in eam, semper [illegible] & erit mihi semper chara. 5 faciendo.

CAPVT IX.

Deus secundo per quietem apparet Salomoni.
a 2. Paralip. 7. c
Sup. 3. a

1 Factum est autem cum perfecisset Salomon ædificium domus Domini, & ædificium Regis, & omne quod optauerat & voluerat facere:

2 Apparuit ei Dominus secundò, sicut apparuerat ei in Gabaon.

3 Dixitq; Dominus ad eum: Exaudiui orationẽ tuam & deprecationem tuam, quam deprecatus es coram me: sanctificaui domum hanc, quã ædificasti, vt ponerem nomen meum ibi in sempiternum, & erunt oculi mei & cor meum ibi cunctis diebus.

Dauid.

4 Tu quoq; si ambulaueris coram me, sicut ambulauit pater tuus, in simplicitate cordis, & in æquitate: & feceris omnia quæ præcepi tibi, & legitima mea & iudicia mea seruaueris:

1 Qumq; Salomon absoluisset ædificium ædis Domini, & [1] ædes regias, vniuersumq; quod Salomon facere voluit,

2 [2] Visus est Dominus Salomoni secundo, quemadmodum apparuerat ei in Gibeon.

3 Dixitq; Dominus ad eum. Exaudiui orationem tuam & precationem tuam, quam precatus es in conspectu meo: sanctificaui [enim] domum istam quam ædificasti, [3] vt ponerem nomen meum ibi in æternum, [4] eruntque ibi oculi mei & cor meum cunctis diebus.

4 Et tu si ambulaueris coram me, quemadmodum ambulauit pater tuus in integritate cordis & in æquitate, [5] & feceris omnia quæ præcepi tibi, seruaueriśq; statuta mea, & iudicia mea:

6 i. de genere tuo, & stirpe tua. Hoc est, Semper erit aliquis de genere tuo qui sit rex super Israelem.
7 q.d. non solum regnum ei auferam, sed etiam regionem ipsam.
8 q.d. alii populi vtentur parabola Israelitarum, quum volent loqui de miseria quibusdam & infœlicibus hominibus, & iugiter de eis fabulabuntur, siue loquentur.
9 erat. i. quæ vsque ad tempus futura est in summo honore, tandem destruetur, ita vt quicunque, &c.
10 i. præ stupore prosequetur illam sibilis. Etiam nos Galli in admiratione velut sibilare solemus.
11 i. magno studio cœperunt colere.
12 Fuit autem, elapsis viginti annis quibus ædificauit Salomon duas illas domos, nempe domum Domini, & domum regiam, (Hiram rex Tyri donauerat vel, cumulauerat, &c.
13 abiegna.
14 Hebr. secundum voluntatem eius i. tantum, quantum voluit.
15 Hebr. & non fuerunt recta in oculis eius.
16 Heb. Quid. i. Quanti putas esse.
17 i. regionem lutosam luto tenaci. Alii regionem arenosam i. in fertilem, quæ appellatio durat vsque in hanc diem.
18 Miserat autem prius (scilicet [illegible]) pi[illegible] illas vrbes.
19 Hebr. Et hæc est res quam ascendere fecit rex Salomon

5 Confirmabo solium regni tui super Israel in perpetuo, quemadmodum pollicitus sum Dauidi patri tuo bisce verbis. Non succedetur tibi vir de solio Israelis.

6 Quod si omnino auersi fueritis vos & filii vestri à me, & non custodieritis præcepta mea & statuta mea quæ proposui vobis, sed abieritis & colueritis Deos alios, eosque adoraueritis,

7 Succidam ego Israelem [7] è superficie terræ, quam tradidi eis, & domum hanc quam sanctificaui nomini meo, abiiciam a conspectu meo, [8] eritque Israel prouerbium & fabula apud omnes populos.

8 Et domus ista quæ excelsa [9] erat: quicunque eam præterierit, [10] obstupescet & sibilabit, dicetque, Cur Dominus huic terræ & huic domui sic fecit?

9 Respondebiturque, Eo quòd dereliquerunt Dominum Deum suum, qui eduxit patres eorum de terra Ægypti, & [11] apprehenderunt deos alios, adorauerunt que eos, & seruierunt eis, propterea inquam induxit Dominus super eos vniuersum malum istud.

10 [12] Et post viginti annos, quũ Solomon absoluisset extructionẽ vtriusque ædis, nempe ædis Domini, & ædis regiæ,

11 (Hiramque rex Tyri attulisset Solomoni ligna cedrina, ligna [13] picea, aurum, [14] & quidquid ille desiderabat) tunc Solomon rex dedit ipsi Hiram viginti ciuitates in terra Galilææ.

12 Et egressus est Hiram de Tyro vt videret ciuitates, quas dederat ei Solomon [15] nec placuerunt ei.

13 Dixitque, [16] Quæ sunt istæ ciuitates quas dedisti mihi frater? vocauitque eas [17] terram Chabul in hunc vsque diem.

14 [18] Misitque rex Hiram regi centum & viginti talenta auri.

15 [19] Et hæc summa est vectigalis quod Solomon rex exegit quum ædificaret ædem Domini, [20] & ædes suas, deinde & [21] Millo, & murum Jerusalem, Hazor, & Megiddo, atque Gazer.

16 [Pharao (autem) rex Ægypti ascenderat, & ceperat Gazer, igni que eam succenderat, Chananæum præterea, qui inhabitator erat vrbis, interfecerat, tradideratque eam [22] nomine dotis filiæ suæ vxori Solomonis.

17 Solomon itaque rursus extruxit Gazer, & Beth horon inferiorem.

18 Baalath quoque & Thadmor in deserto [23] in terra.

19 Adhuc omnes ciuitates thesaurorum quas habuit Solomon, sed & ciuitates [24] curruum, & ciuitates [25] equitum, [26] quidquid denique pro voto suo Solomon ædificare voluit in Ierusalem, in Libano, & in vniuersa terra imperii sui.]

20 Omnibus populis qui reliqui fuerunt ex Amorrhæis, Hethæis, Pherezæis, Hiuæis, Iebusæis, qui non fuerant ex filiis Israel,

21 Filiis inquam eorum qui reliqui facti sunt in terra post eos, quos [27] exterminare filii Israel non potuerant. [28] His Solomon tributum ac seruitutem imperauit in hanc vsque diem.

22 Porro ex filiis Israel Solomon neminem in seruitutem redegit, quum potius milites erant, ministri eius, principes eius, duces eius, principes curruum eius, & equites eius.

23 [29] Et hi præfecti erant & præpositi à Solomone super opus, quingenti nempe & quinquaginta,

5 Ponam thronum regni tui super Israel in sempiternum, ‖ sicut locutus sum Dauid patri tuo, dicens, Nõ auferetur vir de genere tuo de solio Israel. 2. Reg. 7. b. c 1. par. 22. b. c

6 Si autem auersione auersi fueritis vos & filii vestri, non sequẽtes me, nec custodientes mandata mea, & cæremonias quas proposui vobis, sed abieritis, & colueritis deos alienos, & adoraueritis eos:

7 Auferam Israel de superficie terræ quam dedi eis, & templum quod sanctificaui nomini meo proiiciam a conspectu meo, eritque Israel in prouerbium, & in fabulam cunctis populis. B

8 Et domus hæc erit in exemplum: omnis qui transierit per eam, stupebit & sibilabit, & dicet, ‖ Quare fecit Dominus sic terræ huic & domui huic? Deut. 29. d Iere. 22. c

9 Et respondebunt, quia dereliquerunt Dominum Deum suum, qui eduxit patres eorum de Terra Ægypti & secuti sunt Deos alienos, & adorauerunt eos, & coluerunt eos: idcirco induxit Dominus super eos omne malum hoc.

10 Expletis autem annis viginti postquam ædificauerat Salomon duas domos, id est domum Domini & domum regis, *Salomõ dat oppida Hirã regi.* 2. Par. 8. a

11 (Hiram rege Tyri præbente Salomoni ligna cedrina & abiegna, & aurum iuxta omne quod opus habuerat:) tunc dedit * Salomon Hiram viginti oppida in Terra Galilææ. ** Rex*

12 Et egressus est Hiram de Tyro, vt videret oppida quæ dederat ei, Salomon, & nõ placuerunt ei.

13 Et ait, Hæccine sunt ciuitates quas dedisti mihi, frater? Et appellauit eas Terram Chabul, vsque in diem hanc. C

14 Misit * ergo Hiram ad regem Salomonem centum viginti talenta auri. ** quoque. 120 talenta auri.*

15 Hæc est summa expensarum, quam obtulit rex Salomon ad ædificandam domum Domini & domum suam, & Mello, & murum Jerusalem, & Heser, & Mageddo, & Gazer.

16 (Pharao rex Ægypti ascendit, & cepit Gazer, succenditque eam igni: & Chananæum, qui habitabat in ciuitate, interfecit, & dedit eam in dotem filiæ suæ vxori Salomonis. *Gazer succensa, Chananæo occiso.*

17 Ædificauit ergo Salomon Gazer, & Bethhoron inferiorem, *Gazer, Bethoron, Baalath, Palmira ædificata sunt cum pagis.*

18 Et Baalath & Palmiram in terra solitudinis.

19 Et omnes vicos qui ad se pertinebant, & erant absque muro muniti, & ciuitates curruum, & ciuitates equitum, & quodcunque ei placuit vt ædificaret in Jerusalem, & in Libano & in omni terra potestatis suæ.)

20 Vniuersum populum qui remanserat de Amorrhæis, & Hethæis, & Pherezæis, & Heuæis, & Iebusæis qui non sunt de filiis Israel: *Facit Salomon Chananæos & reliquos tributarios.*

21 Horum filios, qui remanserant in terra, quos scilicet non potuerant filii Israel exterminare: Fecit Salomon tributarios vsque in diem hanc.

22 De filiis autem Israel non constituit Salomon seruire quenquam, sed erant viri bellatores, & ministri eius & principes & duces, & præfecti curruum & equitum. D

23 Erant autẽ principes super omnia opera Salomonis præpositi, quingẽti & quinquaginta, qui

quum, &c. Vel, Hæc est res tributi, propter quam exegit rex Salomon, &c. nempe vt ædificaret. i. Hæc est autem causa ob quam tributum exegit, id est, vt ædificarentur. Vel potius, Hæc est ratio tributi quod [illegible] Chananæis Salomon, nempe vt ædificaret, &c. [illegible] Salomon [illegible] in domum Domini. Versus iste pertinet ad versum sequentem, cuius initium est Omnibus populis, &c. 20 & [illegible] 21 [illegible] eorum populus Israel [illegible] de rebus ad publicam [illegible] pertinentibus [illegible] populo [illegible] plectetur. Locus [illegible] 22 Heb. pro muneribus, siue, munere [illegible] 23 [illegible] 24 [illegible] 25 [illegible] equites [illegible] tempore pacis. 26 Heb. [illegible] quidquid habebat in votis, & ædificare voluit in Ierusalem [illegible], &c. 27 [illegible] 28 Hebr. Hos [illegible] in tributum [illegible] i. tributarios reduxit, exigens ab eis partim operas, partim nummos. 29 [illegible] quos [illegible] operi Salomon.

habebant

550 præfecti. 2.Par.8.b.c

habebant subiectum populum, & statutis operibus imperabant.

14 ‖ Filia autem Pharaonis ascendit de Ciuitate-Dauid in domum suam quam ædificauerat ei Salomon: tunc ædificauit Mello. *Mello.*

Salomonis oblationes.

25 Offerebat quoque Salomon tribus vicibus per annos singulos holocausta, & pacificas victimas super altare quod ædificauerat Domino, & adolebat thymiama coram Domino, perfectumque est templum.

Mittit classem causa auri.

26 Classem quoque fecit rex Salomon in Asion Gaber, quæ est iuxta Ailath in litore Maris-rubri, in Terra-Idumææ.

27 Misitque Hiram in classe illa seruos suos viros nauticos & gnaros maris, cũ seruis Salomonis.

420 talenta auri.

28 Qui cum venissent in Ophir, sumptum inde aurum quadringentorum viginti talentorum, detulerunt ad regem Salomonem.

[30] qui regebant populum, & operas imperabant.

24 Cæterum filia Pharaonis ascendit de ciuitate David in ædes suas quas ædificauerat ei (Salomon:)[31] ædificauit etiam tunc Millo.

25 Et [32] sacrificauit Salomon ter in anno holocausta & pacifica super aram quam extruxerat Domino: & [33] adoleuit præter ista, suffimenta quæ erant coram Domino (postea quam) absoluisset [34] ædem.

26 Parauit insuper rex Salomon naues in [35] Ezeon Gaber, quæ est iuxta [36] Eloth ad littus maris [37] carectosi, in terra Edom.

27 [38] Quibus Hiram seruos suos misit nautas, & gnaros maris, cum seruis Salomonis.

28 Qui [39] proficiscentes in [40] Ophir, tulerunt illic auri talenta [41] quadringenta & viginti, adduxeruntque ad regem Salomonem.

[30] Hebr. qui præerant populo laborantium in eo opere. i. qui continebant turbam operarum in officio, in illis ædificiis extruendis. Hebræi scribunt in constructione templi præfectorum operũ fuisse tres ordines. Infimũ, qui constabat millenis & trecentis, suprà cap. quinto, in fine. Hic autem ordo qui erat numerosissimus, constabat proselytis. Medium, qui capiebat trecentos etiam proselytos. Et supremum, in quo numerabantur ducenti & quinquaginta, qui erant Israelitæ. Comprehendit ergo numerus huius capitis medium & supremum ordinem. nam si trecentis addas 250. constitues 550. Ita conciliatur 2.Paral.8. huic capiti. Etenim in Paralip. numerantur 250. præfecti. nam 2. Paralip. 2. recensentur 3600. præfectorum: de quo numero trecenti deducendi sunt, qui pertineant ad medium ordinem. Numerus igitur præfectorum operis fuit trium millium, trecentorum, & quinquaginta.
[31] i. cinxit muro.
[32] offerebat.
[33] cremabat super illud (subaudi altare suffitus. Relatiuum pro antecedente) aromata, quod erat coram, &c. i. in templo S. hal. quod erat proximum oraculo.
[34] Chaldæus paraph. omnem cultum domus.
[35] Vrbs est in littore maris Rubri in sinu Elanitico, quæ Stephano dicitur [illegible], scripta diphthongo secundum Dionysium est in Arabia Ælanon. Doctores existimant propter [illegible] Hiram misisse seruos suos [illegible] Tyro, quæ adiacebat mari mediterraneo, sed de vrbe [illegible] quæ erat in sinu Elanitico [illegible] mare Rubrum. Aut [illegible] quæ erat ipsius Hiram regis Tyri, in qua [illegible] de qua hic scribitur. 36 Elanam. 37 vel, Rubri. 38 Cum classe, vel, In illa classe. 39 [illegible] 40 Ophir, insula est remotissima a sinu Elanitico [illegible] anno reuertebantur inde. Vocatur hodie Spagniola, sic nominata a Christophoro C[illegible] in Occidente est, in terra inuenta nuper. [illegible] 41 2.Paral.8 numerantur viginta talenta vltra hanc summam, quæ fuerunt [illegible] in vsus [illegible] illa autem in manus Salomonis [illegible]

CAPVT X

Regina Saba venit ad audiendum sapientiam Salomonis.
2.Par.9.a
Matth.12.d
Luc.11.d

A 1 SEd & regina Saba audita fama Salomonis in nomine Domini, venit tentare eum in ænigmatibus.

2 Et ingressa Ierusalem multo cum comitatu, & diuitiis, camelis portantibus aromata, & aurum infinitum nimis, & gemmas preciosas, venit ad regem Salomonem, & locuta est ei vniuersa quæ habebat in corde suo.

° proposuerat.

3 Et docuit eam Salomon omnia verba quæ ° proposuit: non fuit sermo qui regem posset latere, & non responderet ei.

4 Videns autem regina Saba omnem sapientiam Salomonis, & domum quam ædificauerat, Et cibos mensæ eius,

5 Et habitacula seruorum, & ordine ministrantium, vestesque eorum, & pincernas, & holocausta quæ offerebat in domo Domini: non habebat vltra spiritum.

6 Dixitque ad regem, Verus est sermo quem audiui in terra mea super sermonibus tuis, & super sapientia tua.

7 Et non credebam narrantibus mihi, donec ipsa veni, & vidi oculis meis, & probaui quòd media pars mihi nunciata non fuerit: maior est sapientia & opera tua, quàm rumor quem audiui.

B 8 Beati viri tui, & beati serui tui hi, qui stant coram te semper, & audiunt sapientiam tuam.

9 Sit Dominus Deus tuus benedictus, cui complacuisti, & posuit te super thronum Israel eo quòd dilexerit Dominus Israel in sempiternum, & constituit te regem vt faceres iudicium & iustitiam.

Dat Salomoni munera.

10 Dedit ergo regi centum viginti talenta auri, & aromata multa nimis, & gemmas preciosas: non sunt allata vltrà aromata tam multa, quam ea quæ dedit regina Saba regi Salomoni.

11 (Sed & classis Hiram, quæ portabat aurum de Ophir, attulit ex Ophir ligna thyina multa nimis, & gemmas preciosas.

12 Fecitque rex de lignis thyinis fulcra domus

1 POrrò regina Saba posteaquam audiisset [1] famam Salomonis ex nomine Domini, venit vt tentaret eum [2] acutis quæstionibus.

2 Venit autem Ierosolymam cum exercitu maximo, cum camelis portantibus odores, & magnam vim auri, lapides quoque preciosos. Quumque venisset ad Salomonem, locuta est cum eo quidquid [3] corde suo conceperat.

3 Et exposuit ei Salomon omnia verba eius: [4] nihil omnino fuit absconditum regi, quod ei non explicaret.

4 Quumque regina Saba [5] vidisset omnem [6] sapientiam Salomonis, & domum quam [7] ædificauerat, Sed & cibum mensæ eius,

5 [8] Mansionem seruorum eius, & [9] statum eorum qui ei ministrabant, & vestes eorum, & [10] potum eius, & holocausta eius quæ sacrificabat in æde Domini, [11] nõ erat vltrà spiritus in ea.

6 Dixitque ad regem, [12] Vera fuit fama quam [13] audiui in terra mea, de rebus tuis, atque de sapientia tua.

7 [14] Nec fidem habui, donec venirem, viderentque oculi mei, & ne dimidium quidem mihi nunciatum est, [15] addes excessum sapientiæ & elegantiæ, vltrà famam quam audieram.

8 Beati [16] viri tui, & beati serui illi tui qui astant iugiter coram te, & audiunt [17] sapientiam tuam.

9 Sit Dominus Deus tuus [18] laudandus, [19] qui te fauore complexus est, vt poneret te super solium Israelis, [20] certe quod Dominus dilexit Israelem in perpetuum, & [21] constituit te regem, vt ius diceres, & iustitiam administrares.

10 Adhæc dedit regina illa regi centum & viginti talenta auri, & odoramentorum magnam vim, lapides quoque preciosos: [22] huiusmodi odores, tantaque copia quales dedit regina Saba regi Salomoni, vltra nunquam [23] venerunt.

11 (Porrò classis Hiram quæ [24] portabat aurum de Ophir, aduehebat & ligna [24] almugim valde multa ex Ophir, simul que lapides preciosos.

12 Rex autem fecit [25] ex lignis almugim [26] fulcra [27] pro æde Domini, pro-

CAPVT X. 1 i. famam eorum quæ faciebat in nomine Domini, non idolorum ope. 2 vel, [illegible] interrogando eum de rebus [illegible] difficilibus. 3 Heb. erat in corde suo. vel, animo. 4 i. nihil eum latuit quod non eliceret. 5 vel, [illegible] diligenter 6 vel, peritiam. 7 [illegible] domum Domini. 8 i. quo ordine sederent in mensa. alii referunt ad habitationem. 9 de quo habitu & gestu astarent ministrando ei. 10 pincernas eius. Chal[illegible] paraph. pocula vasa potoria. 11 i. extra se rapta est præ admiratione & stupore. 12 Heb. Veritas est sermo ille quem. 13 audiueram. 14 Nec [illegible] donec ego ipsa veni, & viderim. 15 Hebr. addidisti sapientiam & bonitatem super famam. q. d. tanc sapientia tua & benignitas tua superant, &c. 16 [illegible] qui tecum habitant. 17 i. sermones tuos sapientissimos. 18 laudatus q. d. omni laude dignissimus est. 19 Heb. qui complacuit in te. vel, cui complacitum est [illegible] qui tot tanto amore prosequutus est vt te posuerit, &c. 20 eo quòd Dominus (i. ipse) dilexerit. 21 constituerit. 22 Heb. nõ venit sicut aromata illa præ multitudine, quam dedit regina Saba regi Salomoni. i. non venit postea in Iudæam tanta copia aromatum, quantam dedit, &c. 23 attulerat. adduxerat. 24 [illegible] D[illegible] inter Hebræos existimat vocem Hebræam significare Gallicè du bresil. 25 id est, ex corallis. 26 quæ scilicet vtraque parte gradus [illegible] 27 [illegible] domum. sub quibus ascendebatur in domum, &c.

quæ ædibus regiis, citharas quoque & nabla cantoribus: [28] *non venerunt unquam huiusmodi ligna almugim:* *nec visa sunt usque in hunc diem.)*

13 *Iam rex Salomon reginæ Saba dedit* [29] *quodcunque pro voto suo expetiisset, & quidquid postulasset:* *præterquam quod donauit ei Salomon* [30] *pro regia munificentia (ac liberalitate) Reuersa igitur abiit in regionem suam, ipsa videlicet & serui eius.*

14 *Porrò pondus auri quod* [31] *venit* *Salomoni singulis annis fuit* [32] *sexcenta & sexagena* *sex talenta auri.*

15 *Excepto eo quod (*[33] *accepit*) *à mercatoribus,* [34] *à negociatoribus atque aromatariis,* *ab omnibus regibus Arabiæ, & principibus* [35] *terrarum.*

16 *Fecit quoque Salomon* [36] *ducentas hastas* *ex auro* [37] *ductili,* [38] *singula hasta habebant sexcentas (minas) auri.*

17 *Et trecenta* [39] *scuta* *ex auro ductili, ternas* [40] *minas* *auri insumpsit ad singula scuta, quæ rex posuit rex in domo saltus Libani.*

18 *Fecit deinde rex solium magnum eburneum, obduxitque illud auro* [41] *optimo:*

19 *Sex gradus (ascendebatur) ad solium, & summum solii rotundum erat* [42] *à tergo,* *utrinque* [43] *ad locum sedis reclinatoria erant,* *&* [44] *bini leones stabant* [45] *prope reclinatoria.*

20 *Stabant quoque duodeni leones illic* [46] *in sex gradibus* *utrinque, huiusmodi factum non est in uniuersis regnis.*

21 *Omnia denique pocula regis Salomonis aurea erant, sic & cuncta vasa domus saltus Libani ex auro erant puro: nam temporibus Salomonis* [47] *non erat argentum: quippe nihili pendebatur.*

22 *Siquidem classis* [48] *marina* *regi erat in mari cum classe Hiram: ternis annis semel* [49] *veniebat classis in mari,* *referens aurum, argentum, ebur, simias, & pauones.*

23 *Et præcelluit rex Salomon omnes reges orbis, tum diuitiis, tum sapientia.*

24 [50] *Vniuersa terra quærebat vultum Salomonis,* *ut audiret sapientiam eius, quam indiderat Dominus cordi eius.*

25 *Et hi quidem adferebant quisque munus suum, nempe vasa argentea, vasa aurea, vestimenta, arma bellica, odores, equos & mulos,* [51] *idque singulis annis.*

26 *Congregauit Salomon currus & equites,* [52] *ut essent ei* *mille & quadringenti currus, & duodecim millia equitum,* [53] *quos posuit* *in ciuitatibus curruum, & cum rege in Ierusalem.*

27 *Et* [54] *adduxit rex argentum Ierosolyma* *ut lapides, & cedros* [55] *adduxit* *ut moros,* [56] *quæ in planis campis abundant.*

28 [57] *Porrò equi Salomonis educti sunt ex* *Ægypto:* [58] *nam societas mercatorum regiorum accipiebat byssum per commutationem.*

29 [59] *Ascendit itaque & exiuit* *quadriga ex Ægypto* [60] *sexcentis argenteis,* *&* [61] *equus* *centum & quinquaginta.* [62] *sic educebant manibus suis omnibus regibus Hethæorum, & regibus Aram.*

Domini, & domus regiæ, & cytharas, lyrasque cantoribus: non sunt allata huiuscemodi ligna thyina, neque visa vsque in præsentem diem.

13 Rex autem Salomon dedit reginæ Saba omnia quæ voluit, & petiuit ab eo: exceptis his, quæ vltrò obtulerat ei munere regio. quæ reuersa est, & abiit in terram suam cum seruis suis.

14 Erat autem pondus auri, quod afferebatur Salomoni per annos singulos, sexcentorum sexaginta sex talentorum auri, C

15 Excepto eo quod afferebant viri, qui super vectigalia erant, & negociatores, vniuersique scuta vendentes, & omnes reges Arabiæ, ducesque terræ.

16 Fecit quoque rex Salomon ducenta scuta de auro purissimo, sexcentos auri siclos dedit in laminas scuti vnius.

17 Et trecentas peltas ex auro probato: trecentæque minæ auri vnam peltam vestiebant: posuitque eas rex in domo saltus Libani.

18 Fecit etiam rex Salomon thronum de ebore grandem: & vestiuit eum auro fuluo nimis.

19 Qui habebat sex gradus: & summitas throni rotunda erat in parte posteriori: & duæ manus hinc atque inde tenentes sedile: & duo leones stabant iuxta manus singulas.

20 Et duodecim leunculi stantes super sex gradus hinc atque inde: non est factum tale opus in vniuersis regnis.

21 Sed & omnia vasa, de quibus potabat rex Salomon, erant aurea: & vniuersa supellex domus saltus Libani de auro purissimo: non erat argentum, nec alicuius precii putabatur in diebus Salomonis.

22 Quia classis regis per mare cum classe Hiram semel per tres annos ibat in Tharsis, deferens D inde aurum & argentum, & dentes elephantorum, & simias, & pauos.

23 Magnificatus est ergo rex Salomon super omnes reges terræ diuitiis & sapientia.

24 Et vniuersa terra desiderabat vultum Salomonis, vt audiret sapientiam eius, quam dederat Deus in corde eius.

25 Et singuli deferebant ei munera, vasa argentea & aurea, vestes & arma bellica, aromata quoque, & equos, & mulos, per annos singulos.

26 Congregauitque Salomon currus & equites, & facti sunt ei mille quadringenti currus, & duodecim millia equitum: & disposuit eos per ciuitates munitas, & cum rege in Ierusalem.

27 Fecitque vt tanta esset abundantia argenti in Ierusalem, quanta & lapidum: & cedrorum præbuit multitudinem quasi sycomoros, quæ nascuntur in campestribus.

28 Et educebantur equi Salomoni de Ægypto & de Coa. Negociatores enim regis emebant de Coa, & statuto precio perducebant.

29 Egrediebatur autem quadriga ex Ægypto sexcentis siclis argenti, & equus centum quinquaginta. Atque in hunc modum cuncti reges Hethæorum & Syriæ equos venundabant.

Census pecuniæ Salomonis annuus.
666. talenta auri.
200 scuta.
Thronus Salomonis.
Omnia vasa aurea.
Argentum nihil æstimatum tempore Salomonis.
1400 currus.
12000 equites.

28 non venit lignum tanta copia coralii. Vel, non venerunt tam magna coralia.
29 Heb. omnem voluntatem suã, & quidquid petiuit. i. quidquid habuit in votis.
30 Hebr. manu regia.
31 obueniebat.
32 sexcenta & sexaginta.
33 (obueniebat illi.)
34 & negociatione aromatariorum.
35 terræ. sub. Israeliticæ.
36 ducentos clypeos. Gallicè, Targes, clypei maiores.
37 vel, optimo & sequaci.
38 Heb. sexcentos aureos insumpsit in clypeos singulos.
39 scuta erant quasi lunata.
40 i. libras. Minas aliquando pro centum aureis accipitur, vt ait doctus inter Hebræos.
41 vel, purissimo.
42 Gallice, au dossier.
43 in loco sedis erant fulcra. Gallice, appuis quibus nitebantur brachia regis.
44 qui scilicet sustinebant fulcrum.
45 iuxta fulcra. i. in extremo fulcrorum.
46 super sex illos gradus.
47 i. nulla erant vasa argentea inter illa, quod pro nihilo ducerentur.
48 Ta. hi. Infra est hic loco in Oceano ad Occidentem. Chaldæus paraph. [illegible] i. rex habebat classem quæ per [illegible] Oceanum [illegible] cum classe Hiram
49 [illegible] Tarsis.

50 i. vniuersæ terræ incolæ magno studio visebant Salomonem. 51 Heb. rem anni [illegible] anno. 52 & habuit. 53 & deduxit illa. 54 posuit rex argentum in Ierusalem, [illegible] quanta [illegible] lapidum. 55 [illegible] vel, [illegible] effecit vt tanta copia cedrorum esset, quanta & sycomororum. 56 vel, quæ [illegible] in campestribus præ copia. Vt postremæ verba referantur ad præcedens, Dedit cedros vt sycomoros præ copia, quæ crescunt in campestribus.
57 Heb. Porro egressus equorum [illegible] Salomonis [illegible] de [illegible] quoque equum ex Ægypto. 58 [illegible] congregatio [illegible] mercatorum [illegible] Ægypto [illegible] equorum [illegible] Porrò [illegible] Salomonis erat ex Ægypto, & tela byssina. mercatores regis [illegible] telam byssinam [illegible] Negociatores [illegible] Salomone [illegible] quod [illegible] Pharao Salomonis [illegible] Ægyptum, qui equos [illegible] & telas byssinas quæ erant in maximo pretio eo tempore. Gallice, Il luy bailloit [illegible] de chevaux & de [illegible].
59 [illegible] egrediebatur. 60 sub. [illegible] certo, nempe sexcentorum aureorum. 61 equus, i. singuli equi emebantur centenis & quinquagenis argenteis.
62 Heb. & sic omnibus regibus Hethæorum, & regibus Syriæ manum per manum eorum educebant. i. hoc pacto reges illi accipiebant, habebantque equos ex Ægypto: nam [illegible] mercatorum [illegible]

CAPVT XI.

CAPVT XI.

A

Deut. 17. d.
Ecclesiast. 47. c
Amore excaecatus Salomon idololatriam fert in Terra sancta.
Exod. 34. b

700. vxores Salomonis.
300. concubinae.

Astarthe.

B

Chamos.
Moloch.
Vxores quidem sacrificauerunt idolis, non Salomon.
Iratus Deus Salomoni, quod contra praecepta fecerit.
Sup. 9. a
& 6. b
Salomonis regnum diuidendum.
Infr. 12. d

C

Suscitat Dominus Adad aduersarium Salomoni.
2. Reg. 8. d

Adad fugit à facie Dauidis vastantis Idumaeam.

1 REx autem Salomon adamauit mulieres alie-
nigenas multas, filiam quoque Pharaonis, &
Moabitidas, & Ammonitidas, Idumaeas, & Sidoni-
as, & Cethaeas:
2 De gentibus super quibus dixit Dominus fi-
liis Israel. Non ingrediemini ad eas, neq; de illis in
gredientur ad vestras: certissimè enim auertent cor
da vestra vt sequamini Deos earum. His itaque co-
pulatus est Salomon ardentissimo amore.
3 Fueruntq; ei vxores quasi reginae septingen-
tae, & concubinae trecentae: & auerterunt mulieres
cor eius.
4 Cumq; iam esset senex, deprauatum est cor e-
ius per mulieres, vt sequeretur Deos alienos: nec e-
rat cor eius perfectum cum Domino Deo suo, sic-
ut cor Dauid patris eius.
5 Sed colebat Salomon Astarthen deam Sido-
niorum, & Chamos Deum Moabitarum, & Mo-
loch idolum Ammonitarum.
6 Fecitq; Salomon quod non placuerat coram
Domino, & non adimpleuit vt sequeretur Domi-
num, sicut Dauid pater eius.
7 Tunc aedificauit Salomon phanum Chamos
idolo Moab, in monte qui est contra Ierusalem, &
Moloch idolo filiorum Ammon.
8 Atq; in hunc modum fecit vniuersis vxoribus
suis alienigenis quae adolebant thura & immola-
bant Diis suis.
9 Igitur iratus est Dominus Salomoni, quòd a-
uersa esset mens eius à Domino Deo Israel, qui
apparuerat ei secundò,
10 Et praeceperat de verbo hoc ne sequeretur
Deos alienos, & custodiuit quae mandauit ei Do-
minus.
11 Dixit itaq; Dominus Salomoni, Quia habui-
sti hoc apud te, & non custodisti pactum meum, &
praecepta mea quae mandaui tibi, disrumpens scin-
dam regnum tuum, & dabo illud seruo tuo.
12 Verumtamen in diebus tuis non faciam pro-
pter Dauid patrem tuum: de manu filij tui scindam
illud, nec totum regnum auferam,
13 Sed tribum vnam dabo filio tuo propter Da-
uid seruum meum, & Ierusalem quam elegi.
14 Suscitauit autem Dominus aduersarium Sa-
lomoni Adad Idumaeum de semine regio, qui erat
in Edom.
15 Cum enim esset Dauid in Idumaea, & ascen-
disset Ioab princeps militiae ad sepeliendum eos
qui fuerant interfecti, & occidisset omne masculi-
num in Idumaea:
16 (Sex enim mensibus ibi moratus est Ioab, &
omnis Israel, donec interimeret omne masculinũ
in Idumaea.)
17 Fugit Adad ipse, & viri Idumaei de seruis pa-
tris eius cum eo, vt ingrederetur Aegyptum: erat
autem Adad puer paruulus.
18 Cumq; surrexissent de Madian, venerunt in
Pharan, tuleruntque secum viros de Pharan, & in-
troierunt Aegyptum ad Pharaonem Regem Aegy
pti: qui dedit ei domum, & cibos constituit, & ter-
ram delegauit.

1 *ADamauit verò Rex Salomon mulieres alienigenas
multas,[1] & filiam Pharaonis, Moabitidas, Am-
monitidas, Zidonias, & Hethaeas.*
2 *[2] De gentibus scilicet de quibus praeceperat Domi-
nus filiis Israel, [3] Ne ingrediamini ad eas & hae non ingre-
diantur ad vos (profectò inclinabunt corda vestra post
Deos suos) [4] iis inquam adhaesit Salomon amore.*
3 *Habuitq; vxores [5] regias septingentas, & concubi-
nas trecentas: itaq; vxores eius cor eius auerterunt.*
4 *Nam quum iam senio confectus esset Salomon, vxo
res eius [6] inclinarunt cor eius post Deos alios, ita vt cor
eius non esset [7] syncerum cum Domino Deo suo, sicut cor
Dauid patris eius.*
5 *Nam [8] abiit Salomon post Astharoth Deum Zi-
doniorum, & post [9] Malcom [10] abominationem Ammo-
nitarum.*
6 *Designauitq; Salomon quod displicuit Domino,
[11] neq; perfectè sequutus est Dominum, quemadmodum
pater eius Dauid.*
7 *Tunc aedificauit Salomon excelsum ipsi Chamos a-
bominationi Moab, in monte qui est è regione Ierusalem,
& Moloch abominationi filiorum Ammon.*
8 *Et in hunc modum fecit vniuersis vxoribus suis a-
lienigenis, quae adolebant, & sacrificabant Diis suis.*
9 *Iratus ergo est Dominus contra Salomonem, quòd
auersum esset cor eius à Domino Israelis, qui ei bis ap-
paruerat.*
10 *Deq; hac re ei praeceperat, ne sequeretur Deos a-
lios, & non seruauerat quod mandauerat ei Dominus.*
11 *Dixit itaque Dominus ad Salomonem, Quando
quidem [12] hoc apud te fuit, nec obseruasti foedus meum, &
statuta mea quae tibi praecepi, [13] omnino rescindam à te
regnum, & tradam illud seruo tuo.*
12 *Verumtamen [14] te viuente illud non faciam, pro-
pter Dauid patrem tuũ: at de manu filij tui scindam il-
lud. Nec tamen totum regnum scindam,*
13 *Sed [15] tribum vnam dabo filio tuo propter Dauid
seruum meum, & propter Ierusalem quam elegi.*
14 *Et excitauit Dominus Salomoni aduersarium,
nempe Hadad Edomaeum, qui erat de regio semine, qui
erat in Edom.*
15 *Quum enim Dauid esset in Edom, & ascenderet
Ioab Imperator exercitus, vt [16] sepeliret interfectos, [17] per-
cussit ille omnes mares in Edom.*
16 *(Nam sex mensibus habitauit ibi Ioab & omnis
Israel, donec excideret omnem marem in Edom.)*
17 *[18] Et fugerat Hadad ipse [19] & viri Edomaei de ser-
uis patris eius cum eo, vt venirent in Aegyptum: eratq;
Hadad puer paruus.*
18 *Et surgentes de Midian, venerunt in Paran: tollen-
tesq; secum viros de Paran, venerunt in Aegyptum ad
Pharaonem Regem Aegypti, qui dedit ei domum, &
[20] constituit ei cibum, insuper & regionem assignauit ei.*
19 *Nactus est ergo Hadad plurimum fauorem coram
Pharaone, adeo vt daret ei sororem vxoris suae vxorem,
sororem inquam Thaphenes [21] reginae.*
20 *Peperit autem ei soror Thaphenes Genubath fi-
lium suũ, quem [22] educauit Thaphenes [23] intra domum
Pharaonis, eratq; Genubath [24] de familia Pharaonis
inter filios Pharaonis.*

D

19 Et inuenit Adad gratiam coram Pharaone valde, in tantum vt daret ei vxorem, sororem vxoris
suae germanam Taphnes reginae. 20 Genuitq; ei soror Taphnes Genubath filium, & nutriuit eum Ta-
phnes in domo Pharaonis: eratq; Genubath habitans apud Pharaonem cum filiis eius.

1 vel, maximè, aut, praesertim: quod ea praecipuas partes teneret in auertendo eo à vero Dei cultu.
2 vel, De quibus gentibus.
3 Chald. paraph. Non misceabitis vos cum illis.
4 i. miscuit se illis ita vt eas diligeret.
5 reginas vel, principes. Salomon primum peccauit quod duxisset vxores alienigenas: deinde quod extra ciem numerum vxorum duxisset: postremo quod illas ita amauerit, vt sineret ab illis constitui aras in honorem Deorum suorum. Legitur 2. Reg. 1. Dauidem habuisse sex vxores. Regibus Israel licuit ducere vxores vsq; ad septenarium, Hebraeorum sententia: sed effrenatũ & immodicum vxorum numerum habere non licuit.
6 Hoc dicitur non quòd Salomon idola coluerit, illisque sacrificauerit: sed quòd fuerit illis erat constitui in Palaestina ab vxoribus suis alienigenis. Inclinarunt igitur cor eius. i. effecerunt vt ille fineret constitui, &c.
7 vel, perfectũ. i. non coluit professus eo animo Dominum vt Dauid.
8 i. sequutus est Salomon cultum idolorum, hoc est, permisit, vt vxores suae Sidoniae extruerent aras idolo suo.
9 Infra vocatur Molech.
10 i. idolum: quod ab idolo abhorrere debemus.
11 Heb. neque adimpleuit, vt iret post, &c. i. non adimple-uit praeceptum Domini sequendo Dominum. q. d. non permansit in vero illius cultu.

12 nempe peccatum. propterea quod peccatum inuentum est apud te. 13 vel, abrumpam, siue, euellam. 14 Heb. in diebus tuis. 15 Tribus Iuda & tribus Beniamin reputabantur pro vna tribu, quòd tribus Beniamin permista esset tribui Iuda. 16 i. curaret sepeliendos Idumaeos interfectos.
17 i. percussisset: i. postea quam percusserat. 18 Tunc aufugerat. 19 i. comitatus viris Idumaeis seruis patris sui. 20 Hebr. escam impetrauit ei. 21 i. principis. Nam omnia dicit: i. ostendat eum maximo odio prosequutum Israelitas. 22 ablactauit. i. ablactatum eum, & ab vbere depulsum, educauit. 23 Hebr. in medio domus, i. in regia ipsa. 24 Heb. in domo. i. versabatur in aula.

25 q.d. Da mihi facultatem vt abeam in patriã meam.
26 deest. i. Quare nunc indiges apud me, quod nunc optas reuerti in patriam tuam?
27 Heb. Non. Nequaquam. sub. acquiescam verbis tuis.
28 i. reliquerat herum suum in conflictu, quum videret inclinatam esse aciem.
29 interfecisset eos. quum positus esset victoria contra Hadarezer & milites eius. Relatiuum sine antecedente.
30 i. inuaserunt Damascum, qua expugnata regnauerunt in ea. præcipua erat vrbs Syriæ quæ erat Dauidis.
31 quibus scilicet Salomon fauit idololatriæ.
32 & malû fuit (cum malo) quod (fecit) Hadad. i. afflictio eius adiuncta fuit cum afflictione quam fecit Hadad. q. d. ipse quoque Razon afflixit Israelem [illegible]
33 & abhorruit ab Israele. vel, contemptui habuit Israelem, i. Razon spreuit Israelem, & semper contra eum exercuit inimicitias.
34 in Syria [illegible] Salomoni.
35 i. de tribu Ephraim
36 q.d. quum esset seruus Salomonis, rebellis fuit aduersus eum.
37 Potius, Et hoc est verbum

21 *Quumq; audisset Hadad in Ægypto, quòd dormisset Dauid cum patribus suis, quodque mortuus esset Ioab imperator exercitus, dixit Hadad ad Pharaonem,* 25 *Dimitte me vt vadam ad terram meam.*

22 *Cui dixit Pharao, Quid verò* 26 *defuit tibi apud me? Et en (occasionem) quæris eundi in terram tuam. qui respondit,* 27 *Nihil, verum omnino me dimittas.*

23 *Excitauit ei insuper Deus aduersarium Rason filium Eliada, qui* 28 *fugerat ab hero suo Hadadaser rege Zoba.*

24 *Collectisque ad se viris, factus est dux turmæ militaris, quum Dauid* 29 *percuteret eos,* 30 *abieruntq; Damascum, habitarúntq; illic, regnarúntque in Damasco.*

25 *Fuit is aduersarius Israeli cunctis* 31 *diebus Salomonis* 32 *cũ ea afflictione quam (ei intulit) Hadad* 33 *qui mulctauit Israelem, regnauitq;* 34 *super Aram.*

26 *Ieroboam quoque filius Nebat* 35 *Ephrataus de Zareda (cuius matris nomen erat Zeruha, mulier fuit vidua)* 36 *seruus Solomonis leuauit manum suam contra regem.*

27 37 *Et hæc fuit causa quod manum sustulit contra regem:* 38 *Solomon* 39 *ædificabat Millo, claudens* 40 *rupturam ciuitatis Dauidis patris sui.*

28 *Et vir iste Ieroboam robustus erat & strenuus: vidénsque Solomon adolescentem, quòd is* 41 *faciundo operi: (instaret,)* 42 *præfecit eum vniuerso* 43 *oneri domus Ioseph.*

29 *Factum est illo tempore vt Ieroboam egrederetur Ierosolymis, inuenirétq; eum Ahia Silonites propheta in ipsa via, & erat* 44 *is opertus pallio nouo, erántq; ambo illi soli in agro.*

30 *Et apprehendens Ahia pallium illud nouum quo erat amictus, discidit illud in duodecim frusta.*

31 *Dixítq; ad Ieroboam. Cape tibi decem* 45 *partes, quoniam sic ait Dominus Deus Israelis. Ecce ego* 46 *scindo regnum de manu Solomonis, & dabo tibi decem tribus:*

32 *Habebítq;* 47 *ille* 48 *vnam duntaxat tribum, idq; propter Dauidem seruũ meum, & propter Ierusalem ciuitatem quam ex omnibus tribubus Israelis elegi.*

33 *Eo quòd me deserto, adorauerint Astaroth Deam Zidoniorum & Chamos Deum Moab atq; Malchom Deum Ammonitarum, neque ambulauerint in viis meis,* 49 *vt facerent quod rectum esset in oculis meis, neque statuta mea &* 50 *iudicia mea, sicut Dauid pater eius.*

34 51 *Non tollam* 52 *totum regnum de manu eius, sed ducem ponam eum cunctis diebus vitæ eius, propter Dauidem seruum meum quem elegi,* 53 *qui custodiuit præcepta mea atq; statuta mea.*

35 54 *Tollam autem regnum de manu filii eius, & dabo ipsum tibi, nempe decem tribus.*

36 *Et filio eius dabo tribum vnam, vt sit* 55 *lucerna Dauidi seruo meo cunctis diebus ante faciem meam in Ierusalem, ciuitate quam elegi mihi,* 56 *vt ponerem nomen meum illic.*

37 *Porro te assumam, & regnabis* 57 *iuxta omnia quæ desiderat anima tua, & eris rex super Israelem.*

38 *Quòd si audieris omnia quæ præcepero tibi, & ambulaueris in viis meis, feceris; quod rectum est in oculis meis,* 58 *vt custodias statuta mea & præcepta mea.*

21 Cúmque audisset Adad in Ægypto, dormiisse Dauid cum patribus suis, & mortuum esse Ioab principem militiæ, dixit Pharaoni, Dimitte me vt vadam in terram meam. *Adad reuertitur in Israel.*

22 Dixitq; ei Pharao, Qua enim re apud me indiges, vt quæras ire ad terram tuam? at ille respondit, Nulla: sed obsecro te vt dimittas me.

23 Suscitauit quoque ei Deus aduersarium Razon filium Eliada, qui fugerat Adarezer regem Soba dominum suum: *Razon aduersarius Dauidi suscitatur à Deo.*

24 Et congregauit contra eum viros, & factus est princeps latronum cum interficeret eos Dauid: abieruntque Damascum, & habitauerunt ibi, & constituerunt eum regem in Damasco.

25 Eratq; aduersarius Israeli cunctis diebus Salomonis: & hoc est malum Adad, & odium contra Israel, regnauitq; in Syria. B

26 Ieroboam quoque filius Nabat, Ephrathæus, de Sareda, seruus Salomonis, (cuius mater erat nomine Serua, mulier vidua:) leuauit manum contra regem. *Ieroboam rebellat Salomoni.*

27 Et hæc est causa rebellionis aduersus eum, quia Salomon ædificauit Mello, & coæquauit voraginem ciuitatis Dauid patris sui.

28 Erat autem Ieroboam, vir fortis & potens: vidénsq; Salomon adolescentem bonæ indolis & industrium, constituerat eum præfectum super tributa vniuersæ domus Ioseph.

29 Factum est igitur in tẽpore illo, vt Ieroboam egrederetur de Ierusalem, & inueniret eum Ahias Silonites propheta, in via, opertus pallio nouo: erant autem duo tantum in agro. *Ahias propheta tradid. decem tribus*

30 Apprehendénsq; Ahias pallium suum nouũ, quo coopertus erat, scidit in duodecim partes. F *Ieroboam.*

31 Et ait ad Ieroboam, Tolle tibi decem scissuras: hæc enim dicit Dominus Deus Israel, * Ego scindam regnum de manu Salomonis, & dabo tibi decem tribus. ** Ecce*

32 Porrò vna tribus remanebit ei propter seruum meum Dauid, & Ierusalem ciuitatem quam elegi ex omnibus tribubus Israel:

33 Eo quòd dereliquerit me, & adorauerit Astarthen deam Sidoniorum, & Chamos deum Moab, & Moloch deum filiorum Ammon: & non ambulauerit in viis meis vt faceret iustitiam coram me, & præcepta mea, & iudicia sicut Dauid pater eius.

34 Nec auferam omne regnum de manu eius, sed ducem ponam eum cunctis diebus vitæ suæ, propter Dauid seruum meum quem elegi, qui custodiuit mandata mea & præcepta mea.

35 Auferam autem regnum de manu filii eius, & dabo tibi decem tribus:

36 Filio autem eius dabo tribum vnam, vt remaneat lucerna Dauid seruo meo cunctis diebus coram me in Ierusalem ciuitate quam elegi vt esset nomen meum ibi.

37 Te autem assumam, & regnabis super omnia quæ desiderat anima tua, erísq; rex super Israel. G

38 Si igitur audieris omnia quæ præcepero tibi, & ambulaueris in viis meis, & feceris quod rectũ est corã me, custodiens mandata mea & præcepta mea.

(i. ne, sermo) quo malum [illegible] ita oblocutus est Salomoni. 38 Nomine proprio reprehenditur per contemptum. Verba sunt Ieroboam rebellantis contra Salomonem. 39 ædificauit [illegible] prudentiorem patre suo, qui [illegible] libertatem publicam [illegible] domos aliquot ad familiam [illegible] in platea Millo, in qua [illegible] conueniebat & postium obturauit quo poterat [illegible] populo [illegible] Gallicè la posterne. Hoc pacto volebat odium populi [illegible] in Salomonem. [illegible] 42 præfecerat 43 tributo quod scilicet ab [illegible] 44 nempe Ahia 45 Heb. fragmenta [illegible] 46 [illegible] profuturo [illegible] tribus Ephraim & Manasse. [illegible] Iuda & Beniamin [illegible] 49 vel faciendo 50 vel, leges meas. 51 Non tamen tollam 52 [illegible] 53 quique [illegible] 55 [illegible] 56 i. quæ decreturus mea, & in qua inuocaretur nomen meum. 57 Heb. in omnibus quæ desiderabit [illegible] 58 custodiendo.

pta mea.

cepta mea, sicut fecit David servus meus: ero tecũ,
& ædificabo tibi domum fidelem, quomodo ædi-
ficavi David domum, & tradam tibi Israel.
39 Et affligam semen David super hoc, verum-
tamen non cunctis diebus.
Fugit Ieroboam Salomonem.
40 Voluit ergo Salomon interficere Ieroboam:
qui surrexit & aufugit in Ægyptum ad Sesac regem
Ægypti, & fuit in Ægypto vsque ad mortem Salo-
monis.
41 Reliquum autem verborum Salomonis, &
omnia quæ fecit, & sapientia eius: ecce vniuersa
scripta sunt in Libro verborum dierum Salomo-
nis.
Moritur Salomon.
42 Dies autem quos regnauit Salomon in Je-
rusalem super omnẽ Israel, quadraginta anni sunt.
Regnat Roboam.
43 Dormiuitq; Salomon cum patribus suis, &
sepultus est in ciuitate David patris sui, regnauitq;
Roboam filius eius pro eo.

quemadmodum fecit David servus meus, ero tecum, &
ædificabo tibi [59] domum firmam, quemadmodum Da-
uidi ædificaui, & tradam tibi Israelem,
39 Et affligam semen Dauidis propter hoc, attamen
[60] non cunctis diebus.
40 Quæsiuit ergo Salomon vt interficeret Jeroboam.
surgens itaq; Jeroboam, fugit in Ægyptum ad Sisac re-
gem Ægypti, mansitque in Ægypto vsq; ad mortem
Salomonis.
41 Reliqua autem verborum ac gestorum Salomo-
nis, & omnia quæ fecit, & sapientia eius, annon scripta
sunt in libro [61] rerum Salomonis?
42 Porro dies quibus Salomon regnauit in Jerusalem
super omnem Israelem fuerunt quadraginta anni.
43 [62] Dormiuitq; Salomon cum patribus suis, & se-
pultus est in ciuitate Dauidis patris sui: regnauitq; Re-
habeam filius eius pro eo.

59. i. Familiã superstitẽ quæ longo tempore permaneat, hoc est, nepotes qui sufficientur in solium, succedẽtque tibi in regno.
60. i. non perpetuo spoliabo semen Dauidis regno duarum tribuum.
61 Heb. verborũ. i. in libro scripto de gestis eius.
62. i. Mortuus est sicut & maiores sui.

CAPVT XII.

A

Roboam constituitur rex a populo.
2. Paralip. 10. 2
Petit populus à Roboam vt tributum à Salomone indictũ minuat.
1 VEnit autem Roboam in Sichem: illuc enim
cõgregatus erat omnis populus Israel ad cõ-
stituendum eum regem.
2 At verò Jeroboam filius Nabat, cũ adhuc es-
set in Ægypto profugus à facie regis Salomonis,
audita morte eius, reuersus est de Ægypto.
3 Miseruntque, & vocauerunt eum: venit ergo
Jeroboã, & omnis multitudo Israel, & locuti sunt
ad Roboam, dicentes:
4 Pater tuus durissimum iugum imposuit nobis
tu itaque nunc imminue paululum de imperio pa-
Consilium seniorum
tris tui durissimo, & de iugo grauissimo quod im-
posuit nobis, & seruiemus tibi.
5 Qui ait eis, Ite vsque ad tertium diem, & reuer-
timini ad me.
6 Cumq; abiisset populus, iniit consilium rex
B Roboam cum senioribus, qui assistebant corã Sa-
lomone patre eius, cum adhuc viueret, & ait, Quod
datis mihi consilium, vt respondeam populo huic?
7 Qui dixerũt ei, Si hodie obedieris populo huic,
& seruieris, & petitioni eorum cesseris, locutusque
fueris ad eos verba lenia, erunt tibi serui cunctis
diebus.
Consilium iuuenum.
8 Qui dereliquit consilium senum quod dede-
rant ei, & adhibuit adolescentes qui nutriti fuerant
cum eo, & assistebant illi, dixitque ad eos:
9 Quod mihi datis consilium, vt respondeã po-
pulo huic, qui dixerũt mihi, Leuius fac iugũ quod
imposuit pater tuus super nos?
10 Et dixerunt ei iuuenes qui nutriti fuerant
cum eo, Sic loquere populo huic, qui locuti sunt
ad te, dicentes, Pater tuus aggrauauit iugũ nostrum
C tu releua nos: sic loqueris ad eos, Minimus digi-
Eccl. 47. 6
tus meus grossior est dorso patris mei.
11 Et nunc pater meus posuit super vos iugum
graue, ego autem addam super iugum vestrum: pa-
ter meus cecidit vos flagellis, ego autem cædã vos
scorpionibus.
Roboam secut' consilium iuuenũ, durn verbis cũ populo agit.
12 Venit ergo Jeroboam, & omnis populus ad
Roboam die tertia, sicut locutus fuerat rex, dicens,
Reuertimini ad me die tertia.
13 Respponditq; rex populo dura, derelicto cõ-
silio seniorum quod ei dederant.
14 Et locutus est eis secundum consilium iuue-
num, dicens, Pater meus aggrauauit iugum vestrũ,
ego autẽ addã iugo vestro: pater meus cecidit vos
flagellis, ego autem cædam vos scorpionibus.
D 15 Et non acquieuit rex populo: quoniã auersa-
Sup. 11. f
Scissio regni Israel.
tus fuerat eum Dominus, vt suscitaret verbũ suum
quod locutus fuerat in manu Abiæ Silonitæ, ad
Jeroboam filium Nabat.

1 PRofectus est autem Rehabeam in Sechem, quoniã
vniuersus Israel [1] veniebat in Sechem, vt eum [2] regno
inaugurarent.
2 Et factum est, quum id audiret Jeroboam filius Ne-
bat (qui adhuc erat in Ægypto: fugerat enim metu Sa-
lomonis regis, habitabatque in Ægypto.)
3 [3] Miserunt & accerserunt eum, venerunt ergo Jero-
beam & omnis cœtus Israelis, & loquuti sunt ad Reha-
beam in hunc modum:
4 Pater tuus adgrauauit iugum nostrum, [4] tu itaq;
[5] remitte aliquid de præduta illa seruitute, & de iugo il-
lo graui [6] quibus nos pressit, tibique seruiemus.
5 Qui ait ad eos, Ite adhuc tres dies, & reuertimini
ad me abiit ergo populus.
6 Iniit autem consilium rex Rehabeam cum senio-
ribus qui coram Salomone patre suo, quum adhuc viue-
ret, [7] ministrauerãt, & ait, Quid consulitis vos, quod re-
spondeam huic populo?
7 Et loquuti sunt ad eum, dicentes, Si hodie [8] morem
gesseris isti populo, eiq; inseruieris, & respondẽdo eis, verba
[9] bona eis fueris loquutus, inseruient tibi cunctis diebus.
8 At is derelicto consilio seniorum quod ei dederant,
iniit consilium cum iuuenibus qui cum eo adoleuerant,
quiq; coram eo [10] ministrabant, Aitq; ad eos:
9 Quid vos consulitis quod respondeam huic populo?
[11] quandoquidem dixerunt ad me hæc verba, [12] Re-
mitte quidpiam de iugo quod pater tuus posuit super
nos.
10 Iuuenes vero qui cum eo [13] adoleuerant loquuti
sunt ad eum in hanc sententiam, Sic loqueris ad populum
istum, qui loquutus est ad te huiusmodi sermones: Pater
tuus [14] aggrauauit iugum nostrum, tu vero remitte no-
bis aliquid: sic inquam loqueris ad eos, [15] Exiguus meus
crassior erit lumbis patris mei.
11 Pater itaq; meus [16] pressit vos onere, & imposuit
vobis graue iugum, ego quidem adiiciam iugo vestro:
præterea pater meus castigauit vos flagellis, ego autem ca-
stigabo vos [17] flagris aculeatis.
12 Venit itaq; Jeroboam & vniuersus populus ad
Rehabeam die tertio, quemadmodum loquutus fuerat
rex, dicens, Reuertimini ad me die tertio.
13 Et respondit rex populo aspere, relicto consilio se-
num quod ei dederant:
14 Loquutus est autem ad eos iuxta consilium iuue-
num, dicens, Pater meus aggrauauit iugum vestrum, ego
vero adiiciam iugo vestro: pater meus castigauit vos fla-
gellis, ego autem castigabo vos flagris aculeatis.
15 Nec auscultauit rex populo, quoniam fuit [18] re-
uolutio a Domino, vt confirmaret [19] verbum suũ quod
loquutus fuerat Dominus ministerio Ahiæ Silonitæ ad
Jeroboam filium Nebat.

CAP. XII.
1 conuenerat.
2 regem constituerent.
3 Miserant aũt & accersiuerãt eũ. (sub. in Sechem.) venit Jeroboam.
4 tu autẽ nunc. i. in principio regni tui.
5 vel, minue aliquid.
6 Heb. quod posuit super nos.
7 Heb. steterãt. i. famuli eius fuerant.
8 Heb. seruus fueris. i. obsecutus fueris.
9 vel, lenia, id est reddideris eis responsum lene.
10 Hebr. stabant.
11 Qui.
12 vel, Minue aliquid de tributo quod imposuit nobis pater tuus.
13 vel, creuerant. i. educati fuerãt.
14. i. curauit vt graue tributum nobis imponeretur per præfectos suos. Vide sup. cap. 4.
15 Hebr. Minim' (digitorũ) meorũ crassior est. vel, Minimum membrorum meorum crassius euasit lumbis & toto corpore q. d. Regnum ac maiestas mea est multo excellentior dignitate ac maiestate patris mei, multo fortior sum patre meo.
16 Heb. agg auauit vos grauitudine quod dicitur esse graue.
17 vel, subis aculeatis. Gallicé, scorpiones. Chal. d. 3. paraph.
18 causa. i. proueniebat causa authore & ita volẽte ac permittente Domino.
19 vel promissionem suam.

16 *Videntes itaq; vniuersus populus quod rex eis non adquieuisset, respondit populus regi sermonem dicentes, Quæ [20] pars nobis in Dauide non est [21] hæreditas in filio Isai: [22] ad tentoria tua ò Israel: prouide nunc domui tuæ [23] Dauid. & abiit Israel in tentoria sua.*

17 *Porro Rehabeam regnauit super filios Israel qui habitabant in ciuitatibus Jehudæ.*

18 *Misit autem rex Rehabeam Adoram qui erat [constitutus] super vectigal, quem cuncti Israelitæ lapidibus obruerunt, ita vt moreretur. rex autem Rehabeam [24] satagit vt conscenderet currum, & fugeret Jerosolymam.*

19 *[25] Desecerunt ergo Israelitæ à domo Dauidis in hunc vsque diem.*

20 *Et factum est, quum audisset vniuersus Israel quod reuersus esset Jeroboam, miserunt accersiuerunt eum in cœtum, constitueruntq; eum regem super vniuersum Israelem, nec fuit vlla tribus quæ sequeretur domum Dauidis, præter [26] solam tribum Jehudæ.*

21 *Quumq; venisset Rehabeam Jerosolymam, congregauit vniuersam domum Jehudæ, & tribum Beniamin, centum scilicet & octoginta millia electorum [27] qui bellum gerere potuerunt, vt pugnaret contra domum Israel, & reduceret regnum ad Rehabeam filium Salomonis.*

22 *Factus est ergo sermo Dei ad Semahiam [28] virum Dei in hanc sententiam,*

23 *Dic ad Rehabeam filium Salomonis regem Jehudæ, & ad cunctam domum Jehudæ atq; Beniamin, & ad reliquum populum huiusmodi verba:*

24 *Sic dicit Dominus, Ne ascendatis, neque pugnetis contra fratres vestros filios Israel, reuertimini quisque in domum suam. hæc enim res à me facta est. audierunt ergo verbum Domini, & reuersi sunt, vt abirent iuxta verbũ Domini.*

25 *[29] Ædificauit autem Jeroboam Sechem in monte Ephraim, habitauitq; in ea, & egressus illinc ædificauit Phenuel.*

26 *Cogitauit autem Jeroboam in corde suo, Reuertetur [30] nunc regnum ad domum Dauid,*

27 *Si populus iste ascenderit sacrificatum in domo Domini in Jerusalem, [31] reuertetur q; cor populi istius ad dominum suum, ad Rehabeam regem Jehudæ, & occident me, reuertenturq; ad Rehabeam regem Jehudæ.*

28 *Consilio ergo inito, rex fecit duos vitulos aureos: dixitq; ad eos, [32] Satis iam ascendistis Jerosolymam, en [33] dii tui qui te ascendere fecerunt de terra Ægypti.*

29 *Posuit autem vnum in Beth el, & alterum posuit in Dan.*

30 *[34] Deditq; hæc res occasionem peccato: [35] nam populus abiit coram vno vsque in Dan.*

31 *Fecit etiam domum excelsorum, & fecit sacerdotes [36] de fece populi, qui non fuerunt de filiis Leui.*

32 *Instituit quoq; Jeroboam solennitatem in mense [37] octauo, nempe decimaquinta die mensis, [38] iuxta solennitatem quæ est in Jehuda, & sacrificabat super ara: sic [39] fecit in Beth el, vt sacrificaret vitulis quos fecerat constituitque in Beth el sacerdotes excelsorum quæ fecerat.*

33 [40] *SAcrificabat insuper holocausta super arã quam fecerat in Beth el decimo quinto die mensis octaui, in mense videlicet quem ipse in corde suo excogitauerat fecitq; solennitatem filiis Israel, & sacrificauit in ara, adoleuitq; incensum.*

16 Videns itaque populus quod noluisset eos audire rex, respondit ei, dicens, Quæ nobis pars in Dauid? vel quæ hæreditas in filio Isai? Vade in tabernacula tua Israel, nunc vide domum tuã Dauid. & abiit Israel in tabernacula sua.

17 Super filios autem Israel, quicunq; habitabant in ciuitatibus Juda, regnauit Roboam.

18 Misit ergo rex Roboam Aduram qui erat super tributa: & lapidauit eum omnis Israel, & mortuus est. porro rex Roboam festinus ascendit currũ & fugit in Jerusalem.

19 Recessitq; Israel à domo Dauid, vsq; in præsentem diem.

20 Factum est autem cum audisset omnis Israel quod reuersus esset Jeroboam, miserunt, & vocauerunt eum congregato cœtu, & constituerunt eũ regem super omnẽ Israel. nec secutus est quispiam domum Dauid præter tribum Juda solam.

21 Venit autem Roboam Jerusalem, & congregauit vniuersam domũ Juda, & tribum Beniamin, centum octoginta millia electorum virorum, & bellatorum, vt pugnarent contra domum Israel, & reducerent regnum Roboam filio Salomonis.

22 ‖ Factus est autem sermo *Domini ad Semeiam virum Dei, dicens:

23 Loquere ad Roboam filiũ Salomonis regem Juda, & ad omnem domum Juda, & Beniamin, & reliquos de populo, dicens:

24 Hæc dicit Dominus, Non ascendetis, neque bellabitis contra fratres vestros filios Israel: reuertatur vir in domum suam, à me enim factũ est verbum hoc. audierunt sermonem Domini, & reuersi sunt de itinere sicut eis præceperat Dominus.

25 Ædificauit autem Jeroboam Sichem in mõte Ephraim, & habitauit ibi: & egressus inde ædificauit Phanuel.

26 Dixitq; Jeroboam in corde suo, ‖ Nunc reuertetur regnum ad domum Dauid.

27 Si ascenderit populus iste vt faciat sacrificia in domo Domini in Jerusalem: & conuertetur cor populi huius ad dominum suum Roboam regem Juda, interficientque me & reuertentur ad eum.

28 Et excogitato consilio, fecit duos vitulos aureos, & dixit eis, Nolite vltra ascendere in Jerusalem, ‖ ecce dii tui Israel, qui te eduxerunt de Terra Ægypti.

29 Posuitque vnum in Beth-el, & alterum in Dan:

30 Et factum est verbum hoc in peccatum: ibat enim populus ad adorandum vitulum, vsque in Dan.

31 Et fecit phana in excelsis, ‖ & sacerdotes de extremis populi, qui non erant de filiis Leui.

32 Constituitq; diem solennem in mense octauo, quintadecima die mensis, in similitudinem solennitatis quæ *celebratur in Juda. Et ascendens, altare similiter fecit in Beth-el, vt immolaret vitulis quos fabricatus fuerat: constituitq; in Beth el, sacerdotes excelsorum quæ fecerat.

33 ET ascendit super altare quod extruxerat in Beth el, quintadecima die mensis octaui, quẽ finxerat de corde suo: & fecit solennitatem filiis Israel, & ascendit super altare, vt adoleret incensum.

Roboã regnat super Judam. Aduram lapidatur. E

Jeroboã regnat super Israelem.

Roboam dehortatur Deus, ne bellet cõtra fratres Israelitas. 2. Paralip. 11. a

* *Dei*

F

Sichem. Jeroboam beneficii Dei immemor facit duos vitulos aureos. Sup. 11. f

Exod. 32. b

G

2. Paralip. 11. c

* *celebrabatur*

Initiũ cap. 13. hoc esse res ipsa docet.

20 pars nobis in Dauide? &c. Quid possidemus? Non enim nos sumus ipsi ex tribu sua & genere Dauidis, q. d. nihil. Alii, Quid ad nos spectat (vel, pertinet) genus Dauidis.
21 Pars siue portio & hæreditas pro vtilitate & emolumento. affert enim hæredi vtilitatem portio hæreditaria.
22 Verba sunt seniorum.
23 Nomen auis pro nomine nepotis, ò nepos Dauid Roboam.
24 Hebr. roborauit se, id est, assumpto animo ascendit currum, vel, animo præsente vsus est ascendendo &c.
25 Hebr. Præuaricati sunt.
26 quæ tamen comprehendebat etiam tribum Beniamin: quod sequente versu facilè deprehenditur.
27 Heb. facientiũ bellum i. aptorum bello.
28 i. diuinũ. piũ admodũ, qui colebat verè Deũ.
29 i. Perficiens ædificauit, Vel, Cinxit muro fortiore.
30 [illegible] q. d. Nisi consuluero rebus meis, facile regnum ad Judam redibit.
31 Coniunctio (quæ) vacat. cõuertetur. i. facilè reconciliabitur.
32 Hebr. Satis sit vobis quod ascẽdistis. i. Satis hactenus itum est à vobis in Jerusalẽ. Chald. paraph. Longior est via quam vt eatis. i. Non sine magno labore itis quotannis &c.
33 vel, De⁹ tuus. hac ratione fecit illos facti. Nam vitulo referũt Deũ qui eduxit vos quod fecit & Aaron, volens exprimere præsentiam Dei. Hi vituli erant facti vt admonerent eos Dei qui pro Deo postea coli cœperunt. 34 i. Ob id lapsus est Israel in idololatriam. 35 [illegible] ex Beth-el in Dan & vice versa, ex Dan in Beth el [illegible] populi [illegible] quib⁹ quũ fuissent positi in duob⁹ terminis vituli, à [illegible] remotiorẽ à [illegible] qui de Dan esset, [illegible] in Beth el qui e Beth [illegible] vituli qui erat in Dan 36 partem populi. Vt rem populo gratam faceret, creauit sacerdotes ex aliqua parte vulgi, reiectis Leuitis. Vertit [illegible] de extremitatibus populi. i. de extremis ordinibus populi tam de diuitibus, quam de pauperibus [illegible] sacerdotes. Quidam putant expulsos Leuitas quod noluissent [illegible] vitulis 37 Id est, Octobris. solennitatem tabernaculorum quæ septimo mense celebrari debebat, octauo mense instituit: quia [illegible] Aut ne obloquerentur qui vellent ire in Jerusalem, quod eo tempore [illegible] Israel, quum esset eundum in Jerusalem 38 Id est, festum simile ei quod celebrabatur Jerosolymis. 39 nempe festum. 40 Heb. Ascenderat autem ad altare quod fecerat in Beth el, decima quinta die mensis octaui [illegible] mense quem [illegible] corde suo, & faciebat festum filiis Israel, ascenderat itaquam ad altare vt adoleret thura, Quem eduxerat è corde suo. i. mense quem [illegible] solennitatem [illegible] mandata in lege.

CAP.

CAPVT XIII.

A *Ieroboam sacrificans vitulis, increpatur à propheta. Iosias rex prænunciatur.* 4.Reg.23.d

1 ET ecce vir Dei venit de Iuda in sermone Domini in Beth-el, Ieroboam stante super altare, & thus iaciente.

2 Et exclamauit contra altare in sermone Domini, & ait, Altare, altare hæc dicit Dominus, Ecce filius nascetur domui Dauid, Iosias nomine, & immolabit super te sacerdotes excelsorum, qui nunc in te thura succendunt, & ossa hominum super te incendet.

Signum.

3 Deditq; in illa die signum, dicens: Hoc erit signum quòd locutus est Dominus, Ecce altare scindetur, & effundetur cinis qui in eo est.

Extensa manus Ieroboam in prophetam arescit.

4 Cumq; audisset rex sermonem hominis Dei quem inclamauerat contra altare in Beth-el, extendit manum suam de altari, dicens apprehendite eũ. & exaruit manus eius quam extenderat contra eũ: nec valuit retrahere eam ad se.

B

5 Altare quoq; scissum est, & effusus est cinis de altari, iuxta signum quod prædixerat vir Dei in sermone Domini.

Orante propheta, restituitur manus Ieroboam.

6 Et ait rex ad virum Dei, Deprecare faciem Domini Dei tui, & ora pro me, vt restituatur manus mea mihi, *Orauit vir Dei faciẽ Domini, & reuersa est manus regis ad eũ, & facta est sicut prius fuerat.

** Orauitq;. Propheta nihil suscipit à contemnente verbum Dei.*

7 Locutus est autem rex ad virum Dei, Veni mecum domum vt prandeas, & dabo tibi munera.

8 Responditque vir Dei ad regem, Si dederis mihi mediam partem domus tuæ, nõ veniam tecum, nec comedam panẽ, neq; bibam aquã in loco isto:

9 Sic enim mandatum est mihi in sermone Domini præcipientis, Non comedes panem, neque bibes aquam, nec reuerteris per viam qua venisti.

C

10 Abiit ergo per aliam viam, & non est reuersus per iter quo venerat in Beth-el.

Mendax propheta.

11 Propheta autem quidam senex habitabat in Beth-el, ad quem *venerunt filii sui, & narrauerunt ei omnia opera quæ fecerat vir Dei illa die in Beth-el, & verba quæ locutus fuerat ad regem, *& narrauerunt patri suo.

** venit filius suus, & narrauit.*

12 Et dixit eis pater eorum, Per quam viam abiit? *Ostenderunt ei filii sui viam per quam abierat vir Dei qui venerat de Iuda.

** &*

13 Et ait filiis suis, Sternite mihi asinum. qui cũ strauissent, ascendit.

14 Et abiit post virum Dei, & inuenit eum sedentem subtus therebinthum: & ait illi, Tune es vir Dei qui venisti de Iuda? respondit ille, Ego sum.

** Dixit.*

15 *Dixitque ad eum, Veni mecum domum,

D

vt comedas panem.

16 Qui ait, Nõ possum reuerti, neq; venire tecũ, nec comedam panẽ, neq; bibam aquã in loco isto:

17 Quia locutus est Dominus ad me in sermone Domini dicens, Non comedes panem, & non bibes aquam ibi, nec reuerteris per viam qua ieris.

18 Qui ait illi, Et ego propheta sum similis tui: & angelus locutus est mihi in sermone Domini dicens, Reduc eum tecum in domum tuam, vt comedat panem, & bibat aquam. fefellit eum.

19 Et reduxit secum: comedit ergo panem in domo eius, & bibit aquam.

20 Cumque sederent ad mensam, factus est sermo Domini ad prophetam qui reduxerat eum.

E

Propheta verbo Dei inobediens, occiditur a leone immisso à Deo.

21 Et exclamauit ad virum Dei, qui venerat de Iuda, dicens. Hæc dicit Dominus, Quia non obediens fuisti ori Domini, & non custodisti mandatum quod præcepit tibi Dominus Deus tuus:

22 Et reuersus es, & comedisti panem, & bibisti aquam in loco in quo præcepit tibi ne comederes panem, neq; biberes aquam, non inferetur cadauer tuum in sepulchrum patrum tuorum.

1 *ET ecce vir Dei,[1] iussu Domini venit de Iehuda in Beth-el, stanteq; Ierobeam ad aram vt adoleret.*

2 *Clamauit contra aram ex mandato Domini, & ait, Ara, ara, sic dicit Dominus, Ecce filius [2] nascetur domui Dauidis, Iosias nomine, qui super te sacrificabit sacerdotes excelsorum, qui thura super te adolent, & humana ossa super te [3] comburent.*

3 *Dedit insuper [4] eadem die [5] portentum, dicens, Hoc est portentum quod [6] loquutus est Dominus, ecce ara [7] finditur, effundeturq; cinis qui super eam est.*

4 *Quum ergo rex audisset verbum viri Dei, qui clamauerat contra aram in Beth-el, [8] exerta manu sua Ierobeam de ara, dixit, Apprehendite eum: & manus eius quam contra eum extenderat, arescebat ita vt eam ad se retrahere non posset.*

5 *Ara insuper [9] fissa est, & effusus cinis ex ara iuxta portentum quod dederat vir Dei [10] secundum verbum Domini.*

6 *[11] Respondens autem rex, dixit ad virum Dei, Precare obsecro faciem Domini Dei tui, & supplica pro me, vt restituatur mihi manus mea. Et precatus est vir Dei faciem Domini, reuersaq; est manus regis ad eum, & facta est vt antea.*

7 *Et loquutus est rex ad virum Dei, Veni mecum domum [12] vt reficiaris, munusq; tibi dabo.*

8 *Et dixit vir Dei ad regem, Si dares mihi dimidium domus tuæ, non irem tecum, nec ederem panem, nec aquam biberem in loco isto.*

9 *Quoniam sic [13] præceptum est mihi per verbum Domini in hanc sententiam, Ne comedas panem neque bibas aquam, neq; reuertaris per viam qua [14] venisti.*

10 *Abiit itaque per aliam viam, nec est reuersus via qua venerat in Beth-el.*

11 *[15] Habitauit autem in Beth-el senex quidam [16] propheta, cuius filius venit, & narrauit totum negotium quod fecerat vir Dei eadem die in Beth-el, [deinde &] verba quæ loquutus fuerat ad regem, hæc [17] narrarunt patri suo.*

12 *Dixit ergo pater eorum ad eos, Qua via abiit? & [18] ostenderunt ei filii sui viam qua abierat vir Dei qui venerat de Iehuda.*

13 *Qui ait ad filios suos, Sternite mihi asinum. & strauerunt ei asinum, inscenditq; eum.*

14 *[19] Sequutus ergo virum Dei, inuenit eum sedentem sub [20] ipsa quercu, dixitq; ad eum, Es tu vir Dei qui venisti de Iehuda? qui dixit, Ego.*

15 *Et dixit ad eum, Proficiscere mecum domum, [21] & ede panem.*

16 *Respondit, [22] Non est mihi integrum vt reuertar tecum & vt tecum proficiscar: adhæc nec edam panem, nec bibam aquam tecum in loco isto,*

17 *[23] Quoniam mandatum habeo ex verbo Domini, Ne comedas panem, nec bibas aquam ibi, nec reuertaris vt proficiscaris ea via qua [24] venisti.*

18 *Qui dixit ad eum, Et ego propheta sum sicut tu, loquutusq; est ad me angelus iussu Domini in hanc sententiam, Reduc eum tecum in domum tuam, vt comedat panem, & bibat aquam: at mentitus est ei.*

19 *Reuersus est itaque cum eo, & comedit panem in domo eius, atque bibit aquam.*

20 *Quumq; sederent ad mensam, factum est verbum Domini ad prophetam qui reduxerat eum.*

21 *Et clamauit ad virum Dei qui venerat de Iehuda, Sic dicit Dominus, Quandoquidem rebellis fuisti ori Domini, neq; custodiuisti præceptum quod præcepit tibi Dominus Deus tuus,*

22 *Sed [25] reuersus es, & comedisti panem, atque bibisti aquam in loco de quo Dominus tibi dixerat, ne edes panem, neque aquam bibas: non venies [26] funus tuum in sepulchrum patrum tuorum.*

1 Heb. de verbo Domini. i. mandato. Vel, cum verbo Domini. Beth-el de qua hic loquitur, non est ea quæ aliter dicitur Luza. nã illa est in tribu Beniamin: quum hæc sit in regno decem tribuum.
2 Præsens pro futuro, nascetur.
3 sub iussu Iosiæ. Hæc quidam intelligunt de ossibus Ieroboã.
4 Heb. vel, mox.
5 i. adiecit signũ quo probaret sua verba non esse ficta ab homine.
6 sub. se dicturũ.
7 rumpet sese, sua scilicet sponte, nullo deturbante.
8 extendens manũ suã Ieroboã (retractã) de altari. i. quã habebat super altare. Manu signũ dabat populo vt apprehenderetur vir Dei.
9 Rupit sese sponte sua.
10 Heb. in verbo Domini. i. verbo Dei.
11 Loquutus est autẽ rex & dixit.
12 Et prãde. vel, vt prãdeas, vt cõfortes vires corporis esca. Vult aliquo officio compensare beneficium, non tamen resipiscit.
13 præcepit. sub. angelus qui mihi apparuit.
14 iueram. sub. illuc.
15 Habitabat.
16 Erat pseudopropheta, q verũ prophetam decepit.
17 Colligitur inde eum habuisse multos filios.
18 Heb. viderunt. i. explorauerunt.
19 vel, insequutus.
20 Insignẽ arborẽ significat quã-dã [illegible]
21 vel, vt comedas.
22 Nõ potero reuerti tecũ, nec tecum proficisci.
23 Heb. Quoniã verbũ ad me de verbo Domini. i. Quoniam mandatum mihi fuit iussu Domini.
24 iuerã.
25 sub. in Bethel.
26 vel, cadauer tuum [illegible] antequam [illegible] in [illegible]

27 Et erat cadauer eius.
28 Astabat iuxta ipsum, astabatque.
29 Et ecce quidam transeuntes (illas) viderunt cadauer.
30 Sub. in vrbem.
31 Vel. Dei (est, qui interfectus est,) quoniam rebellis fuit.
32 Sub. per me.
33 Heb. non comedit leo cadauer (sub. hominis) neque interfecit asinum.
34 Hebr. ad vrbem prophetæ antiqui (i. suam.)
35 Sub. ipse cum illis.
36 i. verbis Dei.
37 Vide annotationem capitis præcedentis, numero 36.
38 Quem volebat, consecrabat manum suam, eratque ex (numero) sacerdotum excelsorum.
39 i. hæc idololatria fuit imputata familiæ Ieroboam: nam Dominus eam postea excidit, & euertit funditus. Vel peccatum, pro pœna peccati q. d. ob hoc periit domus Ieroboam.
40 Ad extirpandam & perdendam eam.)

23 Posteaquam igitur comedisset panem, bibissetque aquam ille, strauit ei asinum propheta ille qui reduxerat eum.

24 Quumque abiisset, inuenit eum leo in via, & interfecit eum. [27] contigit ergo quum esset funus eius stratum in via, asinusque [28] astaret iuxta ipsum, astaretque & leo iuxta funus.

25 [29] Vt viri transirent, viderentque funus stratum in via, & leonem astantem iuxta funus: qui [30] venientes, dixerunt [hæc] in ciuitate, in qua propheta senex habitabat.

26 Audiens autem propheta qui eum de via reduxerat, dixit, Hic vir [31] Dei rebellis fuit sermoni Domini. ideo tradidit eum Dominus leoni, qui discerpens eum interfecit eum, iuxta verbum Domini quod [32] loquutus est ad eum.

27 Loquutusque ad filios suos, dixit, Sternite mihi asinum.

28 Qui strauerunt. Ille verò abiens, inuenit funus eius stratum in via, asinus autem & leo astabant iuxta funus, [33] vt leo neque funus deuorarit, nec asinum discerpserit.

29 Tollens ergo propheta funus viri Dei, imposuit illud asino, & reduxit illud. Et venit senex ille propheta [34] in ciuitatem, vt lugeret & sepeliret eum.

30 Posuit autem corpus eius in sepulchrum suum, & [35] planxerunt eum, [dicentes,] Heu frater mi.

31 Quumque sepeliisset eum, loquutus est cum filiis suis, dicens, Quum ego mortuus fuero, sepelite me in sepulchrum in quo vir Dei sepultus est, reponite ossa mea iuxta ossa illius.

32 Nam certissime eueniet hoc ipsum quod clamauit [36] in sermone Domini contra aram quæ est in Bethel, & contra omnes domos excelsorum quæ sunt in vrbibus Samariæ.

33 Post hoc negocium Ieroboam non recessit à via sua mala, sed conuersus fecit sacerdotes excelsorum [37] de fece plebis: & [38] qui ei placebat, illum consecrabat, vt fieret sacerdos excelsorum.

34 Quæ res cessit in [39] peccatum domui Ieroboam, [40] vt excinderet & deleret eam, è terra.

23 Cumque comedisset & bibisset, strauit asinũ suum * propheta quem reduxerat.

* Propheta seductor.

24 Qui cum abiisset, inuenit eum leo in via, & occidit, & erat cadauer eius proiectum in itinere: asinus autem stabat iuxta illum, & leo stabat iuxta cadauer.

Prouidentia Dei non fortuna, occisus à leone propheta seruatur ab asino & leone ipso.

25 Et ecce, viri transeuntes viderunt cadauer proiectum in via, & leonem stantem iuxta cadauer. Et venerunt, & diuulgauerunt in ciuitatem, in qua prophetes ille senex habitabat.

26 Quod cum audisset propheta ille qui reduxerat eum de via, ait: Vir Dei est, qui inobediens fuit ori Domini, & tradidit eum Dominus leoni, & confregit eum, & occidit iuxta verbum Domini quod locutus est ei. F

27 Dixitque ad filios suos, Sternite mihi asinum.

28 Qui cum strauissent, & ille abiisset, inuenit cadauer eius proiectum in via, & asinum & leonem stantes iuxta cadauer: non comedit leo de cadauere, nec læsit asinum.

29 Tulit ergo prophetes cadauer viri Dei, & posuit illud super asinum, & reuersus intulit in ciuitatem * prophetæ senis, vt plangerent eum.

Sepelitur propheta.

* *prophetes senex.*

30 Et posuit cadauer eius in sepulchro suo: & planxerunt eum, Heu heu mi frater.

Planctus.

31 Cumque planxissent eum, dixit ad filios suos: Cum mortuus fuero, sepelite me in sepulchro, in quo vir Dei sepultus est: iuxta ossa eius ponite ossa mea

Sepultura. G

32 Profectò enim veniet sermo quem prædixit in sermone Domini contra altare quod est in Bethel, & contra omnia phana excelsorum quæ sunt in vrbibus Samariæ.

33 Post verba hæc non est reuersus Ieroboam de via sua pessima, sed econtrario fecit de nouissimis populi sacerdotes excelsorum: quicunque volebat, implebat manum suam, & fiebat sacerdos excelsorum.

Ieroboam impius non conuertitur.

34 Et propter hanc causam peccauit domus Ieroboam, & euersa est, & deleta de superficie terræ.

CAPVT XIIII.

1 Ægrotauit, vel, ægrotare cœpit.
2 Heb. teque istam muta, id est, vestes tuas & ornatum. Gallice, Desguise toy.
3 Ferebant munera consultoris prophetas.
4 Crustula. aut, dulciarios panes. Gallice, des gaudies. nam solebant illis imprimere formam quandam in qua erant foramina.
5 Vel, lagenam. Gallis vns ferlinet.
6 Caligauerant. ita Chaldæus paraphrast.
7 Heb. & erit, quum veniet ipsa, & ipsa erit dissimulans se. vel, aliam se ostendet, id est, dissimulabit se esse quæ sit, dabitque operam ne à te agnoscatur. Gallice, elle sera desguisee.

1 Eodem tempore [1] ægrotabat Abia filius Ieroboam.

2 Tum dixit Ieroboam ad vxorem suam, Surge quæso [2] teque aliam simula, ne cognoscant te esse vxorem Ieroboam, proficiscereque in Silo: illic enim est Ahia ille propheta, qui loquutus est mihi quòd futurus essem rex super populum istum.

3 [3] Accipe autem in manu tua panes decem, & [4] placentas atque [5] vasculum mellis, & vade ad eum, vt indicet tibi quid euenturum sit puero.

4 Vxor Ieroboam sic fecit, surrexit enim & abiit in Silo, venitque in domum Ahia: Ahia autem non poterat videre, quoniam [6] obriguerant oculi eius præ senecta eius.

5 Dixerat autem Dominus ad Ahiam, Ecce vxor Ieroboam veniet vt sciscitetur à te verbum pro filio suo, (ægrotat enim,) tu igitur sic & sic loquaris ad eum.

6 [7] Contigit ergo quum ingrederetur ipsa vt alienam se simularet. Quum verò Ahia audisset strepitum pedum eius quæ ingrediebatur per ostium, ait: Ingredere vxor Ieroboam. quare te simulas alienam? [8] ego verò asperam legationem affero.

7 Vade, dic ad Ieroboam, Sic dicit Dominus Deus Israelis, Quandoquidem euexi te è medio populi, & constitui te principem super populum meum Israel,

8 [9] Sciditque regnum de domo Dauidis, & tibi tradidi. tu verò non fuisti sicut Dauid seruus meus, qui custodiuit

1 In tempore illo ægrotauit Abia filius Ieroboam. A

Vxor Ieroboam consulit Ahiam prophetam super filio suo ægroto.
Sup. 11. f

2 Dixitque Ieroboam vxori suæ, Surge, & commuta habitum, ne cognoscaris quòd sis vxor Ieroboam: & vade in Silo, vbi est Ahias propheta qui locutus est mihi quòd regnaturus essem super populum hunc.

3 Tolle quoque in manu tua decem panes, & crustulam, & vas mellis, & vade ad illum: ipse enim indicabit tibi quid euenturum sit puero huic.

4 Fecit vt dixerat, vxor Ieroboam: & consurgens abiit in Silo, & venit in domum Ahiæ: at ille non poterat videre, quia caligauerant oculi eius præ senectute.

5 Dixit autem Dominus ad Ahiam, Ecce vxor Ieroboam ingreditur, vt consulat te super filio suo qui ægrotat: hæc & hæc loquèris ei. B

6 Cum ergo illa intraret, & dissimularet se esse quæ erat, Audiuit Ahias sonitum pedum eius introeuntis per ostium, & ait: Ingredere vxor Ieroboam, quare aliam te esse simulas? ego autem missus sum ad te durus nuncius.

7 Vade, & dic Ieroboam, Hæc dicit Dominus Deus Israel. Quia exaltaui te de medio populi, & dedi te ducem super populum meum Israel:

Ieroboã se funditus euersurũ propter idololatriam prædicit Deus per prophetam.

8 Et scidi regnum domus Dauid, & dedi illud tibi, & non fuisti sicut seruus meus Dauid, qui custodiuit

8 Heb. cum ego missus sim ad te cum visione dura; id est, vt tibi dura renunciem? 9 Chaldæus paraph. Transtulique.

Laudatur Dauid à Deo.

Signum, mortuus Abia.

* *ad Dominum Deum.*

Israel periturus propter idololatriam.

Abia, filius Ieroboam moritur.

Moritur Ieroboam.
Regnat Nadab.
2.Par.12.d

Idololatria Iuda.

Sesac, rex Ægypti, diripit domum Domini.
Supr.10.c

mandata mea, & secutus est me in toto corde suo,
faciens quod placitum esset in conspectu meo:
9 Sed operatus es male super omnes qui fuerunt
C ante te, & fecisti tibi Deos alienos & conflatiles,
vt me ad iracundiam prouocares, me autem proie-
cisti post corpus tuum:
10 Idcirco ecce ego inducam mala super domũ
Ieroboam, & percutiam de Ieroboam mingentem
ad parietem, & clausum, & nouissimum in Israel:
& mundabo reliquias domus Ieroboam, sicut mũ-
dari solet fimus vsq; ad purum.
11 Qui mortui fuerint de Ieroboam in ciuitate,
comedent eos canes: qui autem mortui fuerint in
agro vorabunt eos aues cæli: quia Dominus locu-
tus est.
12 Tu igitur surge, & vade in domum tuam: &
in ipso introitu pedum tuorum in vrbem, morie-
tur puer,
D 13 Et planget eum omnis Israel, & sepeliet: iste
enim solus inferetur de Ieroboam in sepulchrum,
quia inuentus est super eo sermo bonus * à Domi-
no Deo' Israel, in domo Ieroboam.
14 Constituet autem sibi Dominus regem su-
per Israel, qui percutiet domum Ieroboam in hac
die, & in hoc tempore:
15 Et percutiet Dominus Deus Israel, sicut mo-
ueri solet arundo in aqua: & euellet Israel de Terra
bona hac, quam dedit patribus eorum, & ventila-
bit eos trans Flumen: quia fecerunt sibi lucos, vt ir-
ritarent Dominum.
16 Et tradet Dominus -Deus' Israel propter pec-
cata Ieroboam, qui peccauit, & peccare fecit Israel.
17 Surrexit itaq; vxor Ieroboam, & abiit, & ve-
nit in Thersa: cumque illa ingrederetur limen do-
mus, puer mortuus est, & sepelierunt eum.
18 Et planxit eum omnis Israel iuxta sermo-
nem Domini, quem locutus est in manu serui sui
Ahiæ prophetæ.
19 Reliqua autem verborum Ieroboã, quomo-
E do pugnauerit, & quomodo regnauerit, ecce scri-
pta sunt in Libro verborum dierum regum Israel.
20 Dies autem quibus regnauit Ieroboam, vi-
ginti duo anni sunt: & dormiuit -Ieroboam' cum
patribus suis: regnauitq; Nadab filius eius pro eo.
21 ¶ Porrò Roboam filius Salomonis regnauit
in Iuda: quadraginta & vnius anni erat Roboam,
cum regnare cœpisset: decem & septem annos re-
gnauit in Ierusalem ciuitate, quam elegit Dominus
vt poneret nomen suum ibi, ex omnibus tribubus
Israel. Nomen autem matris eius Naama Amma-
nitis.
F 22 Et fecit Iudas malum coram Domino, &
irritauerunt eum super omnibus quæ fecerant pa-
tres eorum in peccatis suis quæ peccauerunt.
23 Ædificauerunt enim & ipsi sibi aras, & sta-
tuas, & lucos super omnem collem excelsum, &
subter omnem arborem frondosam:
24 Sed & effeminati fuerunt in terra, feceruntq;
que omnes abominationes Gentium, quas attriuit
Dominus ante faciem filiorum Israel.
25 In quinto autem anno regni Roboam, ascẽ-
dit Sesac rex Ægypti in Ierusalem,
26 Et tulit thesauros domus Domini, & thesau-
ros regios, & vniuersa diripuit:
27 Scuta quoque aurea quæ fecerat Salomon:
pro quibus fecit rex Roboam scuta ærea: & tradi-
G dit ea in manum ducum scutariorum, & eorum qui
excubabant ante ostium domus regis.

præcepta mea, quiá ambulauit post me toto corde suo, vt
faceret dumtaxat [10] quod rectum erat in oculis meis.'
9 *Tu vero [11] maiora designasti super omnes' qui fue-*
runt ante te: iuisti enim ac fecisti tibi Deos alios, &
fusiles, vt irritares me, & proiecisti me post tergum
tuum.
10 *Ob hoc ecce ego adduco afflictionem super domum*
Ieroboam, & exscindam ipsi Ieroboam, [12] [vsque ad]
mingentem ad parietem, [13] clausum & derelictum' in
Israele, & [14] expurgabo' posteros domus Ieroboam,
quemadmodum stercus [15] expurgatur,' donec [16] plane
consumetur.'
11 *Qui mortuus fuerit ipsi Ieroboam in ciuitate, hunc*
comedent canes: & qui mortuus fuerit in agro, hunc come-
dent aues cæli, quoniam Dominus [17] loquutus est.
12 *Tu itaque surge, vade in domum tuam: quum*
ingressus fuerit pes tuus in ciuitatem, morietur puer.
13 *Et lugebunt eum omnes Israelitæ, & sepelient*
eum: solus enim ille de Ieroboam in sepulchrum veniet,
quòd boni aliquid in [18] eo' inuentum sit erga Dominum
Deum Israelis in domo Ieroboam.
14 *Suscitabit insuper Dominus sibi regem super Is-*
raelem, qui exscindet domum Ieroboam [19] qua hodie est.'
quid verò si iam?
15 *Percutiet enim Dominus Israelem, vt si arundo*
agitetur [20] in aquis,' & euellet Israelem de terra hac
bona quam dederat patribus eorũ, & disperget eos vltra
[21] fluuium,' eo quod fecerint sibi lucos, quibus ad iram pro-
uocauerunt Dominum.
16 *[22] Tradetq;' Israelem propter peccata Ieroboam,*
qui peccauit, & qui peccare fecit Israelem.
17 *Surrexit itaq; vxor Ieroboam, & abiit & venit*
in [23] Thirzá 'quumq; venisset ad limen domus, mortuus
est puer. Et sepelientes eum,
18 *Planxerunt eum omnes Israelitæ, iuxta verbum*
Domini quod loquutus fuerat per Ahiam prophe-
tam.
19 *Reliqua gesta Ieroboam, nempe qualiter bella ges-*
serit, quomodoq; regnauerit, en hæc scripta sunt in libro
annalium regum Israelis.
20 *Tempora dies quibus regnauit Ieroboam, sunt vigin-*
tiduo anni. quum [24] obdormiuisset cum patribus suis,'
regnauit pro eo Nadab filius eius.
21 *Rehabeam autem filius Salomonis regnauit in*
Iehuda: quadraginta vnum annos fuit Rehabeam
natus quum esset rex factus, regnauitque septende-
cim annis in Ierusalem ciuitate quam [25] elegit'
Dominus, [26] vt ibi poneret nomen suum' præ omni-
bus tribubus Israel. nomen matris eius fuit Naama [27]
Ammonitis.'
22 *Et fecit Iehuda malum in oculis Domini & ir-*
ritauerunt eum [28] super omnia,' quæ designauerant pa-
tres eorum in peccatis suis quæ peccauerunt.
23 *Nam extruxerunt etiam ipsi sibi excelsa, statuas*
& lucos in omni colle alto, & subter omnem [29] frondo-
sam' arborem.
24 *Fuerunt etiam [30] catamiti' in terra, feceruntque*
iuxta omnes abominationes Gentium, quas profligauit
Dominus [31] ante' filios Israel.
25 *Factum est autem anno quinto regis Reha-*
beam, vt ascenderet [32] Sisac' rex Ægypti contra
Ierusalem,
26 *Tulitque thesauros ædis Domini, & thesauros do-*
mus regiæ, [33] & vniuersa diripuit.'
27 *Accepit denique [34] omnia scuta aurea quæ' fece-*
rat Salomon. Rehabeam fecit eorum loco scuta chaly-
bea, [35] commisitq;' manibus [36] eorum, qui præerant satel-
litibus obseruantibus' ostium domus regiæ.

10 i. quod mihi erat gratissimum.
11 vel, pessime fecisti omnium.
12 i. omnes mingentes ad parietem. vel, omnes [illegible] vsq; ad canes ne [illegible] quidem parcam.
13 sub. in munitionibus. i. opes quæ recluduntur: & peculium, h.e. oues & boues, quæ relinquuntur in agro. q.d. non solum liberos, sed & omne peculiũ. Alii, quicunque eos qui clauduntur in munitionibus, & qui relicti fuerint vsque ad finem belli i. reliquias familiæ tuæ q.d. tandem omnes peribunt.
14 Exciam.
15 Ecci solet.
16 Heb. terminatur. i. donec finem eiciendi fecerit qui illud eiicit. q.d. tam diligenter quam excitere solent ex domibus stercora, ita exterminabo vt nihil remaneat.
17 i. ita statuit.
18 sub. filio mortuo. Bonum illud quod fecerit filius Ieroboam, nõ exprimitur in Scriptura Vel, in eo. i. in familia Ieroboam. quod exprimitur in hac illa [illegible].
19 & id quoq; quod futurum est. i. qua familia ista quæ nunc est, & qui postea nascentur liberos Ieroboã occidet. Aut vere, delebit domũ Ieroboã hoc tempore, i. breui vel eo tempore quo [illegible] Dominus [illegible] quid [illegible] i. sed quid dicet [illegible] laborantẽ [illegible] q. d. parua est in terra qui accipit Ieroboam in filio mortuo, sequẽtes erũt multo g. [illegible]
20 i. in aqua decurrente. q. d. percutiet ab omnibus host. b. vt ab omni [illegible] agitatur arũdo. Aut aliud [illegible] percussionem intelligit, vt arundo est in [illegible] mota.
21 i. Euphratem.
22 sub in maledictionẽ & desolationem.

Ierusalẽ i. Perdet Israelem. 23 Fortasse mutauerunt locũ habitationis: & puer inciderat in morbum in ea vrbe. 24 i. vita functus, illatus fuisset in sepulchrũ maiorũ. 25 [illegible] 26 i. vt diceretur vrbs Dei. 27 Erat [illegible] eius mater vnde eius meminit. & [illegible] idololatriæ [illegible] 28 præ omnibus [illegible] quam fecerant maiores eorum. 29 virentem. 30 vel, scorta mascula. 31 vel, propter. 32 Quidam aiunt hunc fuisse Pharaonem Necho, qui magno dolio [illegible] tenebatur solii eburnei quod construxerat Salomon, vt quidam dicunt. 33 vel, & vt semel dicam, omnia cepit. 34 vel, omnes peltas aureas quas. 35 vel, mandauit. 36 principum cursorum (vel, stipatorum) qui custodiebant &c. i. eorum qui erant a corpore regio, qui stipabant regem euntem & redeuntem.

28 Et factum est, vt satellites eum portarent [17] quoties rex ingrederetur in ædem Domini, [18] & tum reportabant ea in thalamum satellitum.

29 Reliquum verborum Rehabeam, & omnia quæ fecit, annon hæc scripta sunt in annalibus regum Jehudæ?

30 Fuit autem bellum inter Rehabeam & inter Jerobeam [19] cunctis diebus.

31 Dormiuitq; Rehabeam cum patribus suis, & sepultus est cum patribus suis in ciuitate Dauidis: nomen matris eius fuit Naama, quæ fuit Ammonitis. regnauitque pro eo filius eius Abiam.

28 Cumq; ingrederetur rex in domum Domini, portabant ea qui præeundi habebant officium: & postea reportabant ad armamentarium scutariorum,

29 Reliqua autem sermonū Roboam, & omnia quæ fecit, ecce scripta sunt in Libro sermonum dierum regum Juda.

30 Fuitq; bellum inter Roboam & Jeroboam cunctis diebus. *Moritur Roboam.*

31 Dormiuitq; Roboam cum patribus suis, & sepultus est cum eis in Ciuitate David: nomen autem matris eius Naama Ammanitis: & regnauit Abiam filius eius pro eo.

CAPVT XV.

1 ANno decimo octauo regis Jerobeam filii Nebat [1] regnauit [2] Abiam super Jehuda.

2 Is regnauit tribus annis Jerosolymis: nomen matris eius fuit Maacha, filia fuit [3] Abisalom.

3 Ambulauit autem [Abia] in omnibus peccatis patris sui quæ fecerat [4] ante eum, nec fuit cor eius perfectum cum Domino Deo suo, sicut cor David patris sui.

4 At propter Dauidem dedit ei Dominus Deus eius [5] lucernam in Jerusalem, [4] vt suscitaret filium eius post eum, [5] vtq; firmaret Jerusalem,

5 Quod David fecisset quod rectum erat in oculis Domini, à nulloq; deflexisset quod ei præceperat, idque omnibus diebus vitæ suæ, præterquam in [6] facinore quod commisit aduersum Vriam Hethæum.

6 [7] Fuit autem bellum inter Rehabeam, & inter Jerobeam cunctis diebus [8] vitæ suæ.

7 Reliquum verborum Abiam, & omnia quæ fecit, annon hæc scripta sunt in libro annalium regum Jehuda? [9] Fuitq; bellum inter Abiam & inter Jerobeam.

8 Dormiuit autem Abiam cum patribus suis, sepelieruntq; eum in ciuitate Dauidis, regnauitq; Asa filius eius pro eo.

9 Anno itaq; vigesimo ipsius Jerobeam, regnauit Asa super Jehudam.

10 Regnauit autem annis quadraginta vno in Jerusalem. nomen [10] matris eius Maacha filia Abisalom.

11 Asa autem fecit quod rectum fuit in oculis Domini, quemadmodum David [11] pater eius.

12 Sustulit enim [12] catamitos è terra, & amouit cunctas † fœditates quas fecerant patres eius.

13 Sed & Maacha [13] matrem suam loco mouit, ne [14] domina esset, eo quod fecerat [15] lucum ipsi Miplezeth, & [16] excidit Asa [17] Miplezeth matris suæ, & exussit iuxta torrentem Kidron.

14 Veruntamen [18] excelsa non sustulerunt, [19] duntaxat cor Asa [20] perfectum fuit cum Domino omnibus diebus suis.

15 Intulit quoq; [21] sanctificata patris sui, & sanctificata sua in ædem Domini aurum, argentum, & [22] vasa.

16 Fuit autem bellum inter Asa & inter Baasa regē Israelis cunctis diebus eorum.

17 [23] Ascendit autem Baasa rex Israel contra Jehuda, [24] & muniuit Rama, [25] ne daret commeatum ad Asam regem Jehuda.

18 Et tollens Asa omne argentum & aurum, quod reliquum erat in thesauris ædis Domini, & [26] thesauros domus regiæ, tradiditq; ea in manus seruorum suorum. misitq; eos rex Asa ad Ben-hadad filium Tabrimmon, filii Hezion, regem Syriæ, qui habitabat in Damasco, hisce mandatis:

A

1 IGitur in octauodecimo anno regni Jeroboā filii Nabat, regnauit Abiam super Judam. *Abiam impiè regnat super Judam.*

2 Tribus annis regnauit in Jerusalem: nomē matris eius Maacha filia Abessalom.

3 Ambulauitq; in omnibus peccatis patris sui, quæ fecerat ante eum: nec erat cor eius perfectū cū Domino Deo suo, sicut cor David patris eius.

4 Sed propter David dedit ei Dominus Deus suus lucernam in Jerusalem, vt suscitaret filium eius post eum, & statueret Jerusalem: *Laus Davidis.*

B

5 Eo quod fecisset David rectum in oculis Domini, & non declinasset ab omnibus quæ præceperat ei, cunctis diebus vitæ suæ, ‖ excepto sermone Vriæ Hethæi. 2. Reg. 11.

6 Attamen bellum fuit inter * Abiam & Jeroboā omni tempore vitæ eius. * *Roboam.*

7 Reliqua autem sermonū Abiam, & omnia quæ fecit, nōne hæc scripta sunt ‖ in Libro verborū dierum regum Juda? Fuitq; prælium inter Abiā & inter Jeroboam. 2. Paralip. 13. a.

8 Et dormiuit Abiam cum patribus suis, & sepelierunt eum in Ciuitate David: regnauitq; Asa filius eius pro eo. *Moritur Abiam.*

9 In anno ergo vicesimo Jeroboam regis Jsrael regnauit Asa rex Juda: *Succedit pius Asa.*

10 Et quadraginta & vno anno regnauit in Jerusalem. nomen matris eius Maacha, filia Abessalom. 2. Paralip. 14. a.

C

11 Et fecit Asa rectum ante conspectum Domini, sicut David pater eius:

12 Et abstulit effeminatos de terra, purgauitq; vniuersas sordes idolorum, quæ fecerant patres eius.

13 Insuper & Maacham matrem suam amouit, ne esset princeps in sacris Priapi, & in luco eius quē consecrauerat: subuertitq; specum eius, & cōfregit simulachrum turpissimum, & combussit in Torrēte cedron:

14 Excelsa autem non abstulit. Veruntamen cor Asa perfectum erat cum Domino Deo suo cūctis diebus suis:

15 Et intulit ea quæ sanctificauerat pater suus, & vouerat, in domum Domini, argentum & aurum, & vasa.

16 Bellum autem erat inter Asa & Baasa regē Jsrael cunctis diebus eorum. *Bellum inter Asa & Baasa.*

17 Ascendit quoq; Baasa rex Jsrael in Judam, & ædificauit Rama, vt non posset quispiam egredi vel ingredi de parte Asa regis Judæ. *Rama ædificatur.*

18 Tollens itaq; Asa omne argentum & aurum quod remanserat in thesauris domus Domini, & in thesauris domus regiæ, dedit illud in manus seruorum suorum: & misit ad Ben-adad filium Tabremon, filii Hezion, regem Syriæ, qui habitabat in Damasco, dicens, *Asa, missis muneribus petit auxilium a Benadad.*

D

16 vel, quo tempore. 17 quæ referebāt ... [illegible] ... 29 i. quamdiu vixerunt, præterquam initio.

CAP. XV.

1 cœpit regnare. 3 Hic & Absalom dicitur filius Salomonis. 2. Paral. 11. d. 3 i. ante eius tempora. 4 i. filiū qui regnaret in tribu Iuda. 5 i. dando illi et regnum eo mortuo. 5 vel, confirmaret, stabiliendo in statu pristino. 6 ... negocio. i. in cæde Vriæ Hethæi. q. d. hoc vno excepto quod fuit causa necis Vriæ Hethæi. 7 Fuerat. 8 vitæ illius. sub Roboam, qui conabatur perpetuo recipere regnū quod occupauerat Ieroboā: vnde ortū est bellū inter reges Iudæ & Israel. 9 Vt scilicet inter patrē & Ieroboā. 10 vel, auiæ eius, quæ erat impia, quæ hic fuit educata apud auiā impiā, nec tamē eius mores secuta est. 11 i. proauus. 12 masculi scortatores. [illegible] 13 i. auiā. 14 vel, principem. i. ne haberet in regno suo authoritatē vllā regināe, aut imperādi: priuauit eā omni dignitate. Gallice l'oy osta la regence du pais. 15 simulachrum Priapi in luco. Vox Hebræa significat tremorē membrorū, & timorem animi: quod idololatræ deos suos timeāt & reuereantur. 16 Vel, exterminauit. 17 Hebr. idolum eius. 18 Excelsa erāt altaria priuata, in quib. solebant sacrificia etiā in honorē Dei, maxime ex eo tēpore quo fuerat tabernaculum in Silo vsq, ad templum Salomonis. Hæc autem rex in hoc falsus est qui ea reliquit: nam ea quæ erant idolis consecrata, euertit: quæ autem in honorem Dei, reliquit. debuerat enim in vniuersum omnia euertere, ne in alio loco ferent sacrificia quàm in loco a Deo præscripto, nempe in templo Salomonis.

19 attamen. 20 i. Deum toto corde coluit neq; putauit se peccare quod relinqueret excelsa in quibus licuerat aliquando immolare Deo. 21 i. quæ donarat Deo pater suus. 22 i. tam argentea quam aurea vasa. 23 i. Conscripsit milites & exercitum eduxit vt arcem extrueret inexpugnabilem prope, quæ ab altitudine vocabatur Rama. i. arx. Aut certè est nomē proprium. Hæc per anticipat. dicuntur, quoniam Baasa regnauit mortuo Nadab qui successerat Ieroboam. 24 vt ædificauit. 25 Heb. ne permitteret egredientem & ingredientem (de regno) Asa regis Iudæ, i. vt prohiberet ne quispiam ab Asa egredi posset, aut Asam adire. 26 vel, (in) thesauris.

19 Fœdus.

19 Fœdus est inter me & te, & inter patrem meum & patrem tuum: Ideò misi tibi munera, argentum & aurum: & peto vt venias, & irritum facias fœdus quod habes cum Baasa rege Israel, & recedat à me.

Ben-adad oppugnat Israeli.

20 Acquiescens Ben-adad regi Asa, misit principes exercitus sui in ciuitates Israel, & percusserunt Ahion & Dan & Abel domum maacha, & vniuersam Genneroth, omnem scilicet Terram Nephthali.

21 Quod cum audisset Baasa, intermisit ædificare Rama, & reuersus est in Thersa.

E

Destruitur Rama. Gabaa Beniamin.

22 Rex autem Asa nuncium misit in omnem Iudam, dicens, Nemo sit excusatus, & tulerunt lapides de Rama, & ligna eius, quibus ædificauerat Baasa, & extruxit de eis rex Asa Gabaa-Beniamin, & Maspha.

** fortitudinis genit. casus. Maspha. Moritur Asa.*

23 Reliqua autem omnium sermonum Asa, & vniuersæ * fortitudines eius, cuncta quæ fecit, & ciuitates quas extruxit, nónne hæc scripta sunt in Libro verborum dierum regum Iuda? verumtamẽ in tempore senectutis suæ doluit pedes.

24 Et dormiuit cum patribus suis, & sepultus est cum eis in Ciuitate Dauid patris sui. regnauitq; Iosaphat filius eius pro eo.

F

25 Nadab verò filius Ieroboam regnauit super Israel anno secundo Asa regis Iuda: regnauitq; super Israel duobus annis.

26 Et fecit quod malũ est in conspectu Domini, & ambulauit in viis patris sui, & in peccatis eius quibus peccare fecit Israel.

Baasa occidit Nadab, regnatq; pro eo.

27 Insidiatus est autem ei Baasa filius Ahiæ de domo Issachar, & percussit eum in Gebbethon, quę est vrbs Philisthiinorum. siquidem Nadab, & omnis Israel obsidebant Gebbethon.

28 Interfecit ergo illum Baasa in anno tertio Asa regis Iuda, & regnauit pro eo.

Domus Ieroboam destruitur. Sup. 14. c

29 Cumq; regnasset, percussit omnem domum Ieroboam: non dimisit ne vnam quidem animam de semine eius, donec deleret eum ‖ iuxta verbum Domini quod locutus fuerat in manu serui sui Ahiæ Silonitis,

G

30 Propter peccata Ieroboam quæ peccauerat, & quibus peccare fecerat Israel: & propter delictum quo irritauerat Dominum Deum Israel.

31 Reliqua autem sermonum Nadab, & omnia quæ operatus est: nónne hæc scripta sunt in Libro verborum dierum regum Israel?

32 Fuitque bellum inter Asa & Baasa regem Israel cunctis diebus eorum.

Tertium Cap. XVI. esse res ipsa ostendit.

33 ANno tertio Asa regis Iuda regnauit Baasa filius, Ahiæ, super omnem Israel in Thersa viginti quatuor annis.

34 Et fecit malum coram Domino, ambulauitque in viis Ieroboam, & in peccatis eius, quibus peccare fecit Israel.

19 [27] *Fœdus esto inter me & inter te, vt [fuit] inter patrem meum, & inter patrem tuum: & en mitto ad te [28] munus argenti atque auri, [29] vt venias, irritumq; facias fœdus tuum cum Baasa rege Israelis vt [30] a me abscedat.*

20 *Morem itaq; gessit Ben-hadad regi Asa, & misit imperatores exercituum quos habuit, contra ciuitates Israeliticas, & [31] percussit Hion, & Dan, atque Abel, Beth-maacha, & vniuersam [regionem] Cinnereth, cum omni terra Naphtali.*

21 *Quumq; hæc audisset Baasa, cessauit munire Ramam, mansitque in Thirza.*

22 *Porro rex Asa [32] diuulgauit [hoc] per vniuersum Iehuda, [33] nemo exemptus fuit: & sustulerunt lapides atq; ligna de Rama, quibus [34] muniebat Baasa, & ædificauit cum eis rex Asa collem Beniamin & Mizpa.*

23 *Reliquum omnium gestorum Asa, [35] & vniuersa magnificentia eius, atq; omnia quæ fecit, & ciuitates quas ædificauit, annon hæc scripta sunt in libro annaliũ regum Iehuda? verumtamen tempore senectæ suæ ægrotauit pedibus suis.*

24 *Dormiuitq; Asa cum patribus suis, & sepultus est cum patribus suis in Ciuitate Dauidis patris sui, [36] regnoq; inauguratus est pro eo Iehosaphat filius eius.*

25 *Nadab verò filius Ieroboam regnauit super Israelem secundo anno [regni] Asa regis Iehuda, regnauitq; super Israelem [37] annis duobus.*

26 *Et [38] fecit malum in oculis Domini, [39] ambulans in via patris sui, atq; in peccato eius quo peccare fecit Israelem.*

27 *Contra eum conspirationem fecit Baasa filius Ahiæ, qui erat [40] de domo Issachar, percussitq; eum Baasa in Gibethon quæ [41] est Palæstinorum (quoniam Nadab & omnis Israel obsidebant Gibethon.)*

28 *Interfecit autem eum Baasa anno tertio Asa regis Iehuda, & regnum occupauit pro eo.*

29 *Factumq; est quum ipse regnaret, vt percuteret vniuersam domum Ieroboam [42] ita vt nihil spirans de Ieroboam faceret reliquum, donec deleret eum, iuxta verbum Domini quod loquutus fuerat per Ahiam Silonitam seruum suum,*

30 *Propter peccata scilicet Ieroboam quæ ipse peccauerat & quibus peccare fecerat Israelem, propterq; [43] irritationem suam, qua irritauerat Dominum Deum Israelis.*

31 *Reliquum gestorum Nadab & omnia quæ fecit, annon hæc scripta sunt in libro annalium regum Israelis?*

32 *Fuitq; bellum inter Asa & inter Baasa regem Israelis cunctis diebus eorum.*

33 *ANno igitur [44] tertio Asa regis Iehuda regnauit Baasa filius Ahiæ super omnem Israelem in Thirza viginti quatuor annis.*

34 *Et fecit malum in oculis Domini, ambulans in via Ieroboam & in peccato eius quo peccare fecerat Israelem*

27 vel, Fœdus est inter me & te, quod etiã (fuit) inter patrẽ meũ & tuum. q. d. non nouum, sed antiquum.
28 vel, vice muneris argentum & aurum.
29 Heb. vade, dissipa:
30 i. desinat me oppugnare.
31 i. expugnauit.
32 congregauit (vel, conuocauit) vniuersum, &c.
33 vel, nemine excepto.
34 ædificauerat, i. quæ infumserat Baasa in extruenda Rama.
35 Heb. & omne robur eius. Robur militare intelligit, i. quantas copias conscribere potuerit. 2. Paral. 14. b.
36 regnauitque.
37 Pacificè quidem duobus annis: & octo annis in afflictione.
38 i. fecit quod erat ingratum Domino, non paruit legibus eius.
39 i. imitatus est impietatem paternam.
40 i. de tribu
41 erat i. quæ est occupabatur a Palæstinis.
42 Heb. non reliquit vllam animam ipsi Ieroboam, i. neminẽ reliquit superstitem.
43 i. idolelatriã.
44 [illegible] bellum quæ gessit Asa rex [illegible] contra [illegible] Non [illegible] [illegible]

CAPVT XVI.

Iehu prædicit Baasa interitũ propter idololatriam.

A

1 FActus est autem sermo Domini ad Iehu filium Hanani contra Baasa, dicens:

2 Pro eo quòd exaltaui te de puluere, et posui te ducem super populum meum Israel. tu autem ambulasti in via Ieroboam, & peccare fecisti populum meum Israel, vt me irritares in peccatis eorum:

Supr. 15. g

3 Ecce, ego demetam posteriora Baasa, & posteriora domus eius: et faciam domum tuam ‖ sicut domum Ieroboam filii Nabat.

4 Qui mortuus fuerit de Baasa in ciuitate, comedent eum canes: & qui mortuus fuerit ex eo in regione, comedent eum volucres cæli.

1 [1] *FActum est autem verbum Domini ad Iehu filiũ Hanani contra Baasa in hunc modum.*

2 *Quando quidem extuli te de [2] cœno, & posui te principem super populum meum Israel, tu autem ambulasti in via Ieroboam, & fecisti peccare populum meum Israel, [3] vt prouocares me in peccatis eorum.*

3 *En ego [4] excindam posteros Baasa, & posteros domus eius, & ponam domum tuam sicut domum Ieroboam filii Nebat.*

4 *Qui de Baasa mortuus fuerit [5] in ciuitate, hunc [6] comedent canes: & qui ex eo mortuus fuerit in agro, hunc comedent volucres cæli.*

CAP. XVI.
1 Vel, Postquam locutus est Deus cum Iehu filio, &c.
2 Vel, puluere, i. statu [illegible] humili.
3 prouocando me per peccata eius sub populo Israelitico.
4 Heb. a tergo [illegible] Baasa, & a tergo [illegible] familiam eius, i. propellendo eos a tergo, tollere è terra paratus sum. [illegible] domum tuam [illegible] aliter quam Ieroboam.

miliam Ieroboam cuius studia imitatus es. 5 Sub. regia in qua tu regnas. 6 Hoc genere dicendi significat eos carituros sepultura. q. d. nullus sepelietur.

ſortitudo i quæ egregie & fortiter geſsit.
8.1. Prædixerat etiam Iehu interitum filii eius, Ieroboam ſc. Quidam Hebræorum refert hæc verba (domum eius) ad Ahiam. q. d. non ſolū per Iehu interitus familiæ huius fuit prædictus, ſed & per Ahiam.
9 fecerat.
10 prouocādo eū ad iram.
11 (prædixit verbū Dei) fore vt eſſet ſimilis domui Ieroboā, & propterea quod percuſsiſſet illum. Nadab ſcil. Vel, quod tandem eſſet familia Baaſa vt familia Ieroboā, & quod percuſsiſſet &c. Minatus eſt Deus exterminis exitiū familiæ Baaſa duabus de cauſis: primū ob idololatriam: deinde quod ille Nadab dominū ſuū interfeciſſet. Patet pro filio aliquādo ponitur. Ergo illū, i. Ieroboam, hoc eſt filiū Ieroboā Nadab. Vel dicēdū eſt eſſe relatiuū ſine antecedente expreſſo.
12 ſub ab geſtis bellis, ſiue initio ſumpto ab eo anno quo Aſa cœpit gerere bellū cum Zara, id eſt, XXXVI. regni Aſa.
13 pacifice ſc. nā regnum tenuit decē annos Scriptura recenſet annos turbulentos.
14 Chald. paraph. vertit in templo Arza. (i. idoli quod colebat Ela) quod templum erat iuxta regiā. Hebræi Arsa dicunt fuiſſe nomē proprium præfecti aulæ regiæ.
15 ſub. in locum vbi Ela erat temulentus.
16 Vel ſuo.
17 i. nullū marē reliquit: vel, omnia perdidit, etiam ipſos canes. hyperbole.
18 Vel, ſocios.
19 prouocando ad iram.
20 Vel, Reliqua geſta.
21 Heb. contra, i. vt obſideret Gebbethon quæ tūc occupabatur à Palæſthinis.

5 Reliquum verum Baaſa, & quæ fecit, atq; [7] virtus eius, annon hæc ſcripta ſunt in libro annalium regum Iſrael?

6 Dormiuit itaq; Baaſa cum patribus ſuis, & ſepultus eſt in Thirza, regnauitq; Ela filius eius loco eius.

7 Porro etiam verbum Domini[8] per Jehu filii Hanani prophetæ fuit ſuper Baaſa, & ſuper domum eius, atq; ſuper omne malum quod [9] fecit in oculis Domini, [10] vt irritaret eum opere manuum ſuarum, [11] vt fieret ſicut domus Jeroboam, & quoniam occiderat eum.

8 Anno [12] vigeſimoſexto Aſæ regis Jehuda regnauit Ela filius Baaſa ſuper Iſraelem in Thirza, [13] duobus videlicet annis.

9 Et fecit coniurationem cōtra eum ſeruus eius Simri princeps ſuper mediam partem curruum, erat q; (Ela) in Thirza bibens, & inebriatus eſt [14] in domo Arza, qui præfectus erat prætorio in Thirza.

10 [15] Veniensq; Simri, percutiens eum interfecit eum anno vigeſimoſeptimo Aſæ regis Jehuda, & regnum occupauit illius loco.

11 Et factum eſt, quum ipſe regnaret, ſederetque in ſolio [16] eius, vt percuteret omnem domum Baaſa, [17] nec reliquum ex ea faceret mingentem ad parietem, propinquos quoq; eius & [18] amicos eius.

12 Deleuit itaque Simri omnem domum Baaſa, iuxta verbum Domini quod loquutus fuerat contra Baaſa per Jehu prophetam,

13 Propter vniuerſa ſcilicet peccata Baaſa, & peccata Ela filii eius, quæ peccauerant, quibuſq; peccare fecerant Iſraelem, [19] vt irritarent Dominum Deū Iſraelis in vanitatibus ſuis.

14 [20] Reliqua vero Ela, & omnia quæ fecit, annon hæc ſcripta ſunt in libro annalium regum Iſrael?

15 Anno vigeſimoſeptimo Aſæ regis Jehuda, regnauit Simri ſeptem diebus in Thirza: populus interea caſtra fixerat [21] oppugnando Gibbethon Palaſthinorum.

16 Audiuit autem populus (qui erat) in caſtris huiuſmodi verba, Simri fecit coniurationem, & etiam trucidauit regem, ob id conſtituerunt omnes Iſraelitæ ipſum Amri imperatorem exercitus, regem ſuper Iſraelem eodem die in caſtris.

17 Aſcendit ergo Amri & omnis Iſrael cum eo de Gibbethon, & obſederunt Thirzam.

18 Quumq; Simri videret captam ciuitatem, ingreſſus eſt [22] palatium domus regiæ, & [23] combuſſit ſe & domum regiam igni.

19 Et mortuus eſt, Propter peccata ſcilicet ſua quæ peccauit, faciendo malum in oculis Domini, & ambulando in via Jeroboam, atq; peccatis eius quæ fecit, [24] & quibus peccare fecerat Iſraelem.

20 Reliqua geſta Simri, & conſpiratio eius quam excitauit, annon hæc ſcripta ſunt in libro annalium regum Iſraelis?

21 Tunc diuiſus eſt populus Iſrael in duas partes, dimidium populi ſequebatur Thibni filium Ginath, [25] conſtituens eum regem: & aliud dimidium erat poſt Amri.

22 At præualuit populus qui ſequebatur Amri, præ alio qui ſequebatur Thibni filium Ginath: [26] mortuuſq; Thibni, regnauit Amri.

23 Anno [27] trigeſimo primo Aſæ regis Jehuda, regnauit Amri ſuper Iſraelem duodecim annis, in Thirza regnauit ſex annis.

24 Hic emit montem [28] Schomron à quodā [29] Schamer duobus talentis argenti, [30] ædificauitq; montem, & vocauit nomen ciuitatis quam ædificauit, iuxta nomen [29] Schamer, qui dominus fuerat montis, [28] Schomron.

25 Fecit autem Amri [31] quod diſplicuit Domino, [32] peiorq; fuit omnibus, qui eum præceſſerant.

5 Reliqua autem ſermonum Baaſa, & quæcunque fecit, & prælia eius: nonne hæc ſcripta ſunt in Libro verborum dierum regum Iſrael?

6 Dormiuit ergo Baaſa cum patribus ſuis, ſepultuſq; eſt in Therſa: & regnauit Ela filius eius pro eo.

7 Cum autem in manu Jehu filii Hanani prophetæ, verbum Domini factum eſſet contra Baaſa, & contra domum eius, & contra omne malum quod fecerat coram Domino ad irritandum eum in operibus manuum ſuarum, vt fieret ſicut domus Jeroboam: ob hanc cauſam occidit eum, hoc eſt Jehu filium Hanani, prophetam.

8 Anno viceſimo ſexto Aſa regis Juda regnauit Ela filius Baaſa ſuper Iſrael in Therſa duobus annis.

9 Et rebellauit contra eum ſeruus ſuus Zambri, dux mediæ partis equitum: erat autem Ela in Therſa bibens, & temulentus, in domo Arſa præfecti Therſa.

10 Irruens ergo Zambri, percuſſit, & occidit eum anno viceſimoſeptimo Aſa regis Juda, & regnauit pro eo.

11 Cumq; regnaſſet, & ſediſſet ſuper ſoliū eius, percuſſit omnem domum Baſa, & non dereliquit ex ea mingentem ad parietem, & propinquos & amicos eius.

12 Deleuitq; Zambri omnem domum Baaſa, iuxta verbum Domini quod locutus fuerat ad Baaſa in manu Jehu prophetæ,

13 Propter vniuerſa peccata Baaſa, & peccata Ela filii eius, qui peccauerunt, & peccare fecerunt Iſrael, prouocantes Dominum Deum Iſrael in vanitatibus ſuis.

14 Reliqua autem ſermonum Ela, & omnia quę fecit, nonne hæc ſcripta ſunt in Libro verborū dierum regum Iſrael?

15 Anno viceſimo ſeptimo Aſa regis Juda, regnauit Zambri ſeptem diebus in Therſa: porro exercitus obſidebat Gebbethon vrbem Philiſthinorum.

16 Cumq; audiſſet rebellaſſe Zambri, & occidiſſe regē, fecit ſibi regē omnis Iſrael Amri, qui erat princeps militiæ ſuper Iſrael in die illa, in caſtris.

17 Aſcendit ergo Amri & omnis Iſrael cum eo de Gebbethon, & obſidebant Therſa.

18 Videns autem Zambri quod expugnanda eſſet ciuitas, ingreſſus eſt palatium, & ſuccendit ſe cū domo regia:

19 Et mortuus eſt in peccatis ſuis, quæ peccauerat faciens malū corā Domino, & ambulās in via Jeroboā, & in peccato eius quo fecit peccare Iſrael.

20 Reliqua aūt ſermonum Zambri, & inſidiarū eius, & tyrannidis, nōnne hæc ſcripta ſunt in Libro verborum dierum regum Iſrael?

21 Tunc diuiſus eſt populus Iſrael in duas partes: media pars populi ſequebatur Thebni filiū Gineth, vt cōſtitueret eū regem: & media pars, Amri.

22 Præualuit aūt populus qui erat cū Amri, populo qui ſequebatur Thebni filium Gineth: mortuuſq; eſt Thebni, & regnauit Amri.

23 Anno triceſimo primo Aſa regis Juda regnauit Amri ſuper Iſrael, duodecim annis: in Therſa regnauit ſex annis.

24 Emitq; montem Samariæ à * Somer duobus talentis argenti: & ædificauit eū, et vocauit nomen ciuitatis quam extruxerat nomine Semer domini montis Samariæ.

25 Fecit aūt Amri malū in cōſpectu Domini, et operatus eſt nequiter ſuper omnes qui fuerūt ante eum.

B 1. Para 16. a
Baaſa mortuo, ſuccedit Ela.
Zambri occidit Elam. 4. Reg. 9. g
C
Zābri regnans pro Ela, delet domū Baaſa.
D
Contempto Zambri eligitur Amri.
Zambri ſuccendit ſeipſum.
E
Thebni.
* Semer
Samaria montis F

22 i. locū regni [illegible] 23 concuſsit ſuper ſe domū 24 peccare faciendo. 25 vt conſtituerent eū. 26 mortuus eſt aūt Thibni, & regnauit. 27 Hoc intelligitur de regno pacifico. A triceſimoſeptimo Aſa, ad quadrageſimū [illegible] annorū numerus [illegible] eſt meliꝰ, eſt vt accipiatur [illegible] regis [illegible] vt in Scriptura legitur, quodq; [illegible] libro Paralip. (vbi dicitur quod Baaſa [illegible] Rama anno XXXVI. regni Aſa regni ſui [illegible] intelligatur de anno XXXVI. à diuiſione regni, ſiue morte Salomonis, quo tēpore [illegible] Aſa rex Iudæ: [illegible] annus ille annus XVI. regni ipſius. 28 [illegible] eſt [illegible] ſomeron, quæ montē, [illegible] & regia ſignificat. 29 potius, Semer. 30 Chaldæus paraphraſtes [illegible] 31 Heb. malum in oculis Domini. 32 Vel, peſsimus omnium fecit.

36 Ambula-

Moritur Amri. — *Achab impius succedit Amri.* — *Ducit in vxorē Jezabel.* — *Readificatur Jericho.* — Iosue 6. d

26 Ambulauitque in omni via Jeroboam filii Nabat, & in peccatis eius quibus peccare fecerat Israel: vt irritaret Dominum Deum Israel in vanitatibus suis.

27 Reliqua autem sermonum Amri, & prælia eius quę gessit, nónne hęc scripta sunt in Libro verborum dierum regum Israel?

28 Dormiuitq; Amri cum patribus suis, & sepultus est in Samaria: regnauitq; Achab filius eius pro eo.

29 Achab verò filius Amri, regnauit super Israel anno trigesimo octauo Asa regis Juda.

30 Et regnauit Achab filius Amri super Israel in Samaria viginti & duobus annis. Et fecit Achab filius Amri malum in conspectu Domini super omnes qui fuerant ante eum.

31 Nec suffecit ei vt ambularet in peccatis Jeroboam filii Nabat: insuper duxit vxorem Jezabel filiam Ethbaal regis Sidoniorum: & abiit, & seruiuit Baal, & adorauit eum.

32 Et posuit aram in templo Baal, quod ædificauerat in Samaria, & plantauit lucum:

33 Et addidit Achab in opere suo, irritans Dominum Deum Israel super omnes reges Israel, qui fuerunt ante eum.

34 In diebus eius ædificauit Hiel de Beth-el, Jericho: in Abiram primitiuo suo fundauit eam, & in Segub nouissimo suo posuit portas eius: ‖ iuxta verbum Domini quod locutus fuerat in manu Josue filii Nun.

26 Nam [33] *ambulauit in omni via Jeroboam filii Nebat, & in peccatis eius quibus peccare fecerat Israelē, vt ad iracundiam incitaret Dominum Deum Israelis in vanitatibus* [34] *suis.*

27 Reliqua rerum Amri, & omnia quæ fecit, ac fortitudo eius quam [35] *ostendit, annon hæc scripta sunt in libro annalium regum Israel?*

28 Dormiuit itaque Amri cum patribus suis, & sepultus est in Schomrom, regnauitq; Ahab filius eius pro eo.

29 Regnauit ergo Ahab filius Amri super Israelem anno trigesimo octauo Asa regis Juda.

30 Regnauit inquam Ahab filius Amri super Israelem in Schomrom viginti duobus annis. Et fecit Ahab filius Amri [36] *quod displicuit oculis Domini, super omnes qui ante eum fuerant.*

31 [37] *Nam leue ducebat incedere in peccatis Jeroboā filii Nebat: accepit insuper vxorem Isabel filiam Ethbaal regis Zidoniorum,* [38] *iuitq; & coluit* [39] *Baal, &* [40] *adorauit eum.*

32 Erexit etiam ipsi Baal aram in phano Baal, quod extruxerat in [41] *Schomron.*

33 Fecit insuper Ahab lucos: adiecit quoque Ahab facere ea quibus irritaret Dominum Deum Israelis, plus omnibus regibus Israelis qui ante eum fuerant.

34 In diebus eius extruxit Hiel [42] *Bethelites Jericho,* [43] *in Abiram primogenito suo* [44] *fundat eam, & in Segub minimo natu eius* [45] *ponit fores eius, iuxta verbum Domini, quod loquutus fuerat per Jehosua filium Nun.*

33 q.d. pœnula imitatus est illū. 34 Heb. eorum nempe Jerobo & aliorum idololatrarum. 35 Heb. fecit. I. quæ egregie, & fortite. gesit. 36 malum, &c. 37 Heb. Factum est autē (nā nónne leue fuit illi vt ambularet in peccatis Jerobeami?) factū est inq; vt acciperet, &c. vel, nónne parui momenti visum est illi, vt, &c. q. d. parū curauit si imitaretur peccata, &c. Alii legunt, Numqd vile (vel, turpe) fuit illi. i. existimauit turpe, &c. Vt accipiatur interrogatio negatiue. 38 sub. Sidonē. 39 Baal, nomen est appellatiuū, nō propriū, idolum siue simulachrum significat in genere: q illud habeamus vice Dei. 40 inclinauit se (i. totum corpus suum) illi. 41 siue, Samaria. 42 vel, Bethlæ'. 43 vel, sub Abiram. 44 fundauit. i. viuebat adhuc primogenit' eius quum cœpit instaurare Ierecho. Peccatū imputatur Achab q sub eo readificata fuerit Iericho & instaurari vetuerat Dns Iosu. 6. d 45 posuit portas. Ponere portas, hoc loco est imponere finem ædificationi.

CAPVT XVII.

A — *Elias famem prædicit ipsi Achab.* Ecclesi. 48. a Iacob. 5. d — *Vt fugiat hortatur Eliam Deus. Prouidentia Dei.* — *Elias pascitur a coruis.* — B — *Mittitur ad mulierem Sarepthanā pauperrimam.* Luc. 4. d — C

1 ET dixit Elias Thesbites de habitatoribus Galaad, ad Achab, ‖ Viuit Dominus Deus Israel, in cuius conspectu sto, si erit annis his ros & pluuia, nisi iuxta oris mei verba.

2 Et factū est verbum Domini ad eum, dicens,

3 Recede hinc, & vade contra Orientem, & abscondere in Torrente-Carith, qui est contra Jordanem.

4 Et ibi de torrente bibes: coruisq; præcepi vt pascant te ibi.

5 Abiit ergo, & fecit iuxta verbum Domini: cúmq; abiisset, sedit in Torrente-carith, qui est cótra Jordanem.

6 Corui quoq; deferebant ei panem, & carnes mane, similiter panem & carnes vesperi, & bibebat de torrente.

7 Post dies autem aliquantos siccatus est torrens: non enim pluerat super terram.

8 Factus est ergo sermo Domini ad eū, dicens,

9 Surge, & vade in Sarepta Sidoniorum, & manebis ibi: præcepi enim ibi mulieri viduæ vt pascat te.

10 Surrexit & abiit in Sarepta Sidoniorum. Cúmq; venisset ad portā ciuitatis, apparuit ei mulier vidua colligens ligna, & vocauit eam, dixitq; ei, Da mihi paululum aquæ in vase, vt bibam.

11 Cúmq; illa pergeret vt afferret, clamauit post tergum eius, dicens, Affer mihi obsecro & buccellam panis in manu tua.

12 Quæ respondit, Viuit Dominus Deus tuus, quia nō habeo panem, nisi quantū pugillus capere potest farinæ in hydria, & paululū olei in lecytho: en colligo duo ligna, vt ingrediar, & faciam illud mihi & filio meo vt comedamus, & moriamur.

13 Ad quam Elias ait, Noli timere, sed vade, & fac sicut dixisti: verūtamen mihi primum fac de ipsa farinula subcinericium panem paruulum, & affer ad me: tibi autem & filio tuo facies postea.

1 DIxit autem Elias Thisbites ex inquilinis Gilead ad Ahab, [1] *Viuit dominus Deus Israelis,* [2] *coram quo ministro, si fuerit hisce annis ros & pluuia, nisi iuxta* [3] *os meum.*

2 Factumq; est verbum Domini ad eum in hanc sententiam.

3 Vade hinc, & diuerte ad plagā Orientalem, & abscondere in torrente Chrith, qui est e regione Jordanis.

4 [4] *Eritq; vt bibas de torrente, ego verò coruis mandaui vt illic te pascant.*

5 Abiit itaq; & fecit iuxta verbum Domini: abiit inquam, & [5] *sedit iuxta torrentē Carith, qui est e regione Jordanis.*

6 Corui verò [6] *attulerunt ei panem & carnem mane, similiter panem & carnem vespere, & bibebat de torrente.*

7 Post aliquot dies exiccatus torrens, (nam [7] *nihil pluerat super terram.)*

8 Factum est verbum Domini ad eum in hanc sententiam.

9 Surge, & vade in Sareptam quæ est [8] *Zidonis, & illic commorare, en præcepi ibi mulieri viduæ vt te alat.*

10 Surgens itaq; abiit in Sareptam: quumq; venisset ad portam ciuitatis, en erat illic mulier vidua colligens [9] *ligna, & vocans eam, dixit, Adfer mihi obsecro paululum aquæ in vase, vt bibam.*

11 Illa autē abeunte vt ferret, clamauit ille post eam, dicens, Fer quæso mihi & buccellam panis in manu tua.

12 Quæ dixit: [10] *Viuit Dominus Deus tuus, si est mihi panis* [11] *coctus,* [12] *pugillum plenum farinæ habeo in cado, & parū olei in lecytho: & en colligo ligna* [13] *duo,* [14] *vt ingrediar & apparem ipsum mihi atque filio meo, comedamusq; ipsum, deinde moriamur.*

13 Dixitq; ad eum Elias, Ne timeas, vade & [15] *fac iuxta verbum tuum, veruntamen fac mihi prius inde paruum subcinericium panem, & exporta ad me, tibi verò & filio pares postea.*

CAP. XVII. 1 i. Iuro tibi per Deum viuētem. Prædicit Elias penuriā pluuiæ, vt minatus erat Deus in lege si quando Deum reliquissent. 2 Heb. steti. Stare coram aliquo, pro inseruire illi. 3 vel, verbum. i. nisi pareero fore, Deo mihi reuelante. 4. vel, Bibes autē de torrēte, & coruis præcepi. 5 vel, mansit. 6 vel, afferebant. 7 i. iam aliquot diebus nō pluerat in ea regione. 8 i. in regione Sidoniorum. 9 ligna quædā: ea nempe quæ primo obuiam habebat. 10 i. Iuro tibi per Dūm Deum quem colis. 11 subcinericius. 12 i. tantum farinæ quantum manu capi potest. 13 i. paucula 14 i. vt hinc profecta [illegible] sam pane mihi & filio meo. vt vna comedamus illud, moriamur, nam nihil amplius superest. 15 [illegible] panem tibi & filio vt dixisti.

16 Heb. Hydria farinæ non deficiet, & lenticula olei. Pro, Farina hydriæ non deficiet, & oleum lenticulæ, &c. Tribuit continenti quod contento erat tribuendū.
17 Heb. diebus. sub. aliquot.
18 imminutum fuit.
19 siue, halitus.
20 sub. commune. q. d. Quæ in re te vnq̃ læsi?
21 vt (Deum) memorem faceres q. d. forte nō sum tibi famulata pro officio.
22 i. esses causa mortis filii mei.
23 super lectum.
24 diuersor.
25 vel, affligere voluisti.
26 super puerū. i. incubuit puero.
27 in viscera eius.
28 vel, Considera.

14 *Quoniam sic dicit Dominus Deus Israelis,[16] Farina cadi non deficiet, & oleum lecythi non minuetur, vsque ad eum diem quo Dominus pluuiam dederit super faciem terræ.*

15 *Abiit itaque illa, & fecit secundum verbum Eliæ, comeditque ipsa & ipse, & domus eius [17] multo tempore.*

16 [16] *Neq; cessauit farina cadi, nec oleum lecythi*
[18] *defecit iuxta verbum Domini quod loquutus fuerat per Eliam.*

17 *Post hæc gesta contigit, vt ægrotaret filius mulieris illius quæ erat domina domus: fuitque morbus eius tam grauis, vt ne [19] flatus quidem in eo reliquus esset.*

18 *Dixitq; illa ad Eliam,* [20] *Quid mihi tecum est, vir Dei? venisti ad me* [21] *vt reuocares ad memoriam iniquitatem meam,* [22] *interficeresq; filium meum?*

19 *Dixit ad eam, Da mihi filium tuum. & ipse tulit eum de gremio eius, portauitq; eum in cœnaculum, vbi ipse solitus erat habitare, posuitque eum* [23] *in lectum suum.*

20 *Clamauitq; ad Dominum, ait, Domine Deus meus, tu etiam viduam illam, apud quam* [24] *aduena maneo,*
[25] *affligis interficiendo filium eius?*

21 *Et admensus est sese* [26] *ad puerum ter, clamauitq; ad Dominum, & dixit, Domine Deus meus, redeat quæso anima pueri huius intra viscera eius.*

22 *Et exaudiuit Dominus vocem Eliæ, reuersaq; est anima pueri* [27] *in eum, reuixitq;.*

23 *Et tollens Elias puerum, detulit eum de cœnaculo in domum inferiorem, & tradidit eum matri eius. Simulq; dixit Elias,* [28] *En viuit filius tuus.*

24 *Et ait mulier ad Eliam, Nunc demum noui quòd vir Dei es, & [quòd] verbum Domini [quod est] in ore tuo verum est.*

14 Hæc autem dicit Dominus Deus Israel, Hydria farinæ non deficiet, nec lecythus olei minuetur, vsque ad diem in qua Dominus daturus est pluuiam super faciem terræ.
15 Quæ abiit, & fecit iuxta verbum Eliæ: & comedit ipse, & illa, & domus eius:
16 Et ex illa die hydria farinæ non defecit, & lecythus olei non est imminutus, iuxta verbum Domini, quod locutum fuerit in manu Eliæ.
17 Factum est autem post verba hæc, ægrotauit filius mulieris matrisfamilias, & erat languor * fortissimus, ita vt non remaneret in eo halitus.
18 Dixit ergo ad Eliam, Quid mihi & tibi vir Dei? ingressus es ad me, vt rememorarentur iniquitates meæ, & interficeres filium meum?
19 Et ait ad eam Elias, Da mihi filiū tuum. tulitque eum de sinu eius, & portauit in cœnaculum, vbi ipse manebat, & posuit super lectulum suum.
20 Et clamauit ad Dominum, & dixit, Domine Deus meus, etiamne viduā apud quam ego vtcūq; sustentor, afflixisti, vt interficeres filium eius?
21 Et expandit se, atque mensus est super puerum tribus vicibus, & clamauit ad Dominum, & ait, Domine Deus meus reuertatur obsecro anima pueri huius in viscera eius.
22 Et exaudiuit Dominus vocem Eliæ: & reuersa est anima pueri intra eum, & reuixit.
23 Tulitq; Elias puerum, & deposuit eum de cœnaculo in inferiorem domum, & tradidit matri suæ, Et ait illi, En viuit filius tuus.
24 Dixitque mulier ad Eliam, Nunc in isto cognoui quoniam vir Dei es tu, & verbum Domini in ore tuo verum est.

Oratione Eliæ suscitatur filius hospitæ suæ.
* eius.
B

CAPVT XVIII.

1 sub. eius scil. discessu de torrente Carith.
2 Heb. & dabo.
3 erat autem vehemens fames in Samaria.
4 domus eius.
5 in singulis speluncis.
6 i. in qua pascamus equos.
7 vel, seorsum. sub. ab Abdia.
8 vel, seorsum. sub. ab Achab.
9 Tune ipse es, vel, Tune ille es, dñe mi, Elias?
10 peccaui.
11 traditurus es.
12 i. reges & gētes ad quas miserat nuncios.
13 Heb. Accidet autem vt quum, &c.

1 *Multis diebus elapsis,* [1] *tertio demum anno factum est verbum Domini ad Eliam in hanc sententiam, Vade, & teipsum Achab trade conspiciendum:* [2] *dabo enim pluuiam super terram.*

2 *Abiit itaq; Elias, vt se conspiciendum daret ipsi Achab:* [3] *nam vehemens fames erat in Schomron.*

3 *Vocauit autem Achab Abdiam, qui erat præfectus* [4] *prætorio. (Abdias autem vehementer timens fuit Domini.*

4 *Nam quum Isabel excinderet prophetas Domini, tulit Abdias centum prophetas, abscondit que eos quinquagenos viros* [5] *in spelunca, aluitque eos pane & aqua.)*

5 *Et dixit Achab ad Abdiam, Vade per regionem, ad cunctos fontes aquarum, & ad omnes torrentes si forte inueniamus gramen,* [6] *vt viuos conseruemus equos & mulos, ne nos destituamur iumentis.*

6 *Diuiserunt ergo sibi regionem, vt eam peragrarent. Achab* [7] *solus ibat vna via, altera via ibat* [8] *solus Abdias.*

7 *Quumque esset in itinere, obuium habuit sibi Eliam: & quum agnouisset eum, procidit super faciem suam, & dixit,* [9] *Annon tu es dominus meus Elias?*

8 *Respondit ei, Sum: vade & dic hero tuo, En Elias [adest.]*

9 *Qui ait, Quid* [10] *commerui, quod* [11] *tradis seruum tuum in manum Achab, vt me interficiat?*

10 *Viuit Dominus Deus tuus, si gens sit aut regnū, quò non miserit dominus meus te quæsitum quumq; dixissent, Non [adest.]* [12] *regnum & gentem iuramento obstrinxit quod te non inuenisset.*

11 *Nunc verò dicis, Vade, & dic hero tuo, En adest Elias.*

12 [13] *Quumque ego à te recessero, Spiritus Domini te tollet ad locum aliquem quem ego ignoro: ego verò*

1 Post dies multos factum est verbum Domini ad Eliam, in anno tertio, dicens, Vade, & ostende te Achab, vt dem pluuiam super faciem terræ.
2 Iuit ergo Elias vt ostenderet se Achab: erat autem fames vehemens in Samaria.
3 Vocauitque Achab Abdiam dispensatorem domus suæ. (Abdias autem timebat Dominum Deum valde.
4 Nam cum interficeret Iezabel prophetas Domini, tulit ille centum prophetas, & abscondit eos quinquagenos, & quinquagenos in speluncis, & pauit eos pane & aqua.)
5 Dixit ergo Achab ad Abdiam, Vade in terram ad vniuersos fontes aquarum, & in cunctas valles: si forte possimus inuenire herbam, & saluare equos & mulos, & non penitus iumenta intereant.
6 Diuiseruntq; sibi regiones, vt circuirent eas. Achab ibat per viam vnam, & Abdias per viam alteram seorsum.
7 Cumq; esset Abdias in via, Elias occurrit ei: qui cum cognouisset eum, cecidit super faciem suā, & ait, Num tu es, domine mi, Elias?
8 Cui ille respondit, Ego. Et dixit, Vade, & dic domino tuo, Adest Elias.
9 Et ille, Quid peccaui, inquit, quoniam * tradis me seruum tuum in manu Achab, vt interficiat me?
10 Viuit Dominus Deus tuus, quia non est gens aut regnum, quò non miserit Dominus meus te requirens: & respondentibus cunctis, Non est hic: adiurauit regna singula & gentes, eo quòd minime reperireris.
11 Et nunc tu dicis mihi, Vade, & dic domino tuo, Adest Elias.
12 Cumque recessero à te, Spiritus Domini asportabit te in locum quem ego ignoro: & ingressus

A
Elias mittitur ad Achab.
Prouidentia Dei etiam erga ingratos.
Abdias dispēsator domus.
Achab mittitur ad inuestigandam herbam.
Achab quærit herbam.
B
* tradis.
Abdias timens vitæ suæ, non vult renunciare Achab adesse Eliam.

sim nunciabo Achab, & non inuenient te, interficiet me: seruus autem tuus timet Dominum ab infantia sua.

13 Numquid non indicatũ est tibi domino meo quid fecerim cum interficeret Jezabel prophetas Domini, quod absconderim de prophetis Domini centum viros, quinquagenos & quinquagenos in speluncis, & pauerim eos pane & aqua?

14 Et nunc tu dicis, vade, & dic domino tuo, Adest Elias: vt interficiat me.

15 Et dixit Elias, viuit Dominus exercituum, ante cuius vultum sto, quia hodie apparebo ei.

Elias missus à Deo, confidenter arguit Achab.

16 Abiit ergo Abdias in occursum Achab, & indicauit ei: venitque Achab in occursum Eliæ.

17 Et cum vidisset eum, ait, Tune es ille qui conturbas Israel?

18 Et ille ait, Non ego turbaui Israel, sed tu, & domus patris tui, qui dereliquistis mandata Domini, & secuti estis Baalim.

150 falsi prophetæ.

19 Verumtamen nunc mitte, & congrega ad me vniuersum Israel in monte Carmeli, & prophetas Baal quadringentos quinquaginta, prophetasque lucorum quadringentos, qui comedunt de mensa Jezabel.

D

20 Misit Achab ad omnes filios Israel, & congregauit prophetas in monte Carmeli.

Elias corripit falsos prophetas, quod Deo & Baalim seruirent: ostendit Deum Israel, esse verum Deum.

21 Accedens autem Elias ad omnem populum Israel, ait, Vsquequo claudicatis in duas partes? si Dominus est Deus, sequimini eum: si autem Baal, sequimini illum. & non respondit ei populus verbum.

Zelus Eliæ pro Deo.

22 Et ait rursus Elias ad populum, Ego remansi propheta Domini solus: prophetæ autẽ Baal, quadringenti & quinquaginta, prophetæq; lucorum quadringenti viri sunt.

23 Dentur nobis duo boues, & illi eligant sibi bouem vnum, & in frusta cædentes ponant super ligna, ignem autem non supponant. & ego faciam bouem alterum, & imponam super ligna. Ignẽ autem non supponam.

** Domini: Exaudire per ignem.*

24 Inuocate nomina deorum vestrorum, & ego inuocabo nomen * Dei mei. & Deus qui exaudierit per ignem, ipse sit Deus. Respondens omnis populus ait:

25 Optima propositio quam locutus est Elias. Dixit ergo Elias prophetis Baal, Eligite vobis bouem vnum, & facite primi, quia vos plures estis: & inuocate nomina deorum vestrorum, ignemq; nõ supponatis.

E

26 Qui cum tulissent bouem quem dederat eis, fecerunt: & inuocabant nomen Baal de mane vsq; ad meridiem, dicentes: Baal exaudi nos & non erat vox, nec qui respõderet: transiliebantq; altare quod fecerant.

Irridet Elias Baal.

27 Cumq; esset iam meridies, illudebat illis Elias, dicens: Clamate voce maiore: deus enim est, & forsitan loquitur, aut in diuersorio est, aut in itinere, aut certe dormit, vt excitetur.

28 Clamabant ergo voce magna, & incidebant se iuxta ritum suum cultris & lanceolis, donec perfunderentur sanguine.

Altare restituit, & offert holocaustum.

29 Postquam autem transiit meridies, & illis prophetantibus venerat tempus quo sacrificium offerri solet, nec audiebatur vox, nec aliquis respõdebat, nec attendebat orantes.

30 Dixit Elias omni populo, Venite ad me, & accedente ad se populo, curauit altare Domini quod destructum fuerat.

veniens & nuncians ipsi Ahab, quum ille te non inuenerit, occidet me, [14] ego autem seruus tuus metuo Dominum à pueritia mea.

13 Annon indicatum est [tibi] domino meo quid ego fecerim, quum Isabel occideret prophetas Domini, quod absconderim de prophetis Domini centum viros, quinquagenos [15] in speluncis, & eos pane & aqua aluerim?

14 Nunc tamen dicis tu, Vade & loquere ad herum tuum, En Elias adest. [16] vt scilicet occidat me.

15 Et dixit Elias, Viuit Dominus [17] exercituum, coram quo [18] ministro, hodie [19] videbor illi.

16 Abiit igitur Abdias obuiam ipsi Ahab, & [20] indicauit ei: [21] venitq; Ahab obuiam Eliæ.

17 Quumq; Ahab videret Eliam, dixit Ahab ad eũ, Annon tu es ille qui [22] conturbat Israelem?

18 Qui respondit, Ego non [23] turbo Israelem, sed tu & domus patris tui, quum deserueritis præcepta Domini & tu incedis post [24] Baalim.

19 [25] Mitte igitur & congrega ad me omnem Israelem in montem Charmelum, & prophetas Baal quadringentos & quinquaginta: prophetas quoque lucorum quadringentos, [26] qui edunt de mensa Isabel.

20 Misit igitur Ahab ad omnes filios Israel, & congregauit prophetas in montem Charmelum.

21 Et accedens Elias ad omnem populum, ait, Quousq; tandem [27] claudicatis vos in duas partes? Si Dominus [28] est Deus, sequimini eum. si Baal, ite post ipsum. populus autem ne verbum quidem respondit.

22 Dixit ergo Elias rursum ad populum. Solus ego [29] reliquus sum propheta Domini. prophetarum autem Baal sunt quadringenti & quinquaginta:

23 Dentur itaq; nobis duo boues, eligant vero illi sibi bouem [30] vnum, secentq; eum in frusta, ponantq; super ligna. at ignem nullum supponãt: alterum bouem ego parabo, ponamq; [eum] super ligna, & ignem nullum supponam.

24 Tum inuocabitis [31] nomen deorum vestrorum, & ego inuocabo [31] nomen Domini, hac cõditione, vt [32] Deus sit ille [33] qui per ignem responderit. Et respondit vniuersus populus, dicens:

25 [34] Recte habet res. Dixit ergo Elias ad prophetas Baal, Eligite vobis bouem vnum, & facite primũ: vestrum enim plures sunt, & inuocate nomen deorum vestrorum, sed ignem ne supponatis.

26 Acceperunt ergo bouem vnum, quem [35] dedit eis, & parauerunt, inuocaueruntq; nomen Baal, a summo mane ad meridiem vsq; dicentes, O Baal exaudi nos sed [36] nec vox erat, neq; qui [37] responderet. porro ipsi [38] ad aram quam fecerant, [illegible]

27 Adueniente meridie, Elias [39] illusit eis, dicens: Clamate [40] sublata voce. (quandoquidem [41] deus est) [42] fortassis colloquium habet, aut [43] negotium aliquod, aut [44] est in profectione, aut dormit. & [45] expergefiat.

28 Clamauerunt itaque ingenti voce, & incidebant sese cultris & lanceolis [46] suo more, donec [47] sanguinem effunderent super se.

29 Factum ergo est, quum transisset meridies, [48] vt prophetarent vsq; ad tempus sacrificii vespertini, & non erat vox, neq; respondens, neq; auscultans.

30 Tum dixit Elias ad vniuersum populum, Accedite ad me. & accesserunt omnis populus ad eum. Is vero [49] refecit aram Domini quæ diruta erat.

14 Heb. seruus autem tuus timet Dominũ ab adolescentia sua. 15 in singulis speluncis. 16 & interficiet me. 17 i. sub cuius imperio sunt omnia & cuius omnia parent. 18 Heb. Accurro, cui famulor. 19 sub. si prædixerim. 20 sub. aduentum Eliæ. 21 Initque. 22 nam prædixerat Elias futurã penuriam aquæ. 23 turbaui. 24 idola. Tu, inquit, ante alios vbi id vestus singulare. 25 sub. nuncios q. d. Ergo quia dicis me conturbare Israelem, volo probare te eum esse. 26 i. quibus victum dat Iezabel. 27 alternis (more claudorũ) nitimini duabus persuasionibus? Vel, quousq; tandem claudicabitis in duas cogitationes aut opiniones, modo sectãdo Dominum, modo Baal, esse verum Deum. 28 vel, est (verus ille) Deus. 29 Vel, relictus. i. solus sum qui hic tuear gloriam & honorem Domini. 30 Vel, alterum. 31 Heb in nomine. 32 sub. verus. 33 i. demittẽdo ignem de cælo, qui consumat holocaustum. 34 Heb. Bonum est verbũ i. Æquum est quod proponis. 35 sub. Achab, vel is qui adduxerat. 36 i. nulla vox exaudiebatur. 37 vel, exaudiret. 38 transiliebant super aram quã fecerat. sub. vnus eorũ, vel Achab. Vel, insiliebant. aut, saltabãt in qua mente capti, rursus altare quod fecerat. 39 vel, irrisit eos. 40 vel, clara. 41 sub. vt dicitis, & audire potest, sed vox vestra est demissior.

42 Heb quoniam negocium est illi, sub. cum aliquo. 43 Heb. insecutio illi. vel, persecutio, fortasse est occupatus in persequendis hostibus fugientibus. 44 Via est illi, id est, forte abiit aliquò peregre. 45 sub vestro clamore. 46 Id est, de more religionis suæ. 47 Vel, perfunderent se cruore. 48 Heb, & prophetassent, id est, inuocassent nomen Baal, saltando in circuitu, & incidendo se. 49 curauit, Metaphora ab ægrotis.

31 *Elias autem acceptis duodecim lapidibus iuxta*
numerum tribuum filiorum Jacob, [60 ad quem factus
fuerat sermo Domini his verbis, Israel erit tibi no-
men,]
32 *Et [51] extruxit ex lapidibus aram in nomine Do-*
mini. Fecit insuper [52] ductus circum aram [53] qui capiebant
duo sata seminis.
33 *Struxit deinde ligna, & in frusta concidit bouem,*
impositumq; lignis. Et ait,
34 *Implete quatuor [54] cados aqua, & fundite super*
holocaustum, atq; super ligna, & dixit, Denuo hoc facite,
& denuo fecerunt. & dixit, Facite hoc tertio. feceruntq;
tertio.
35 *Currebant itaq; aquae circum aram, [55] impleuitq;*
aqua ductus.
36 *Factumq; est, [56] quum adesset tempus vt sacrifica-*
retur holocaustum, accessit Elias propheta, & ait, Domi-
ne Deus Abraham, Isaac & Israelis, fiat hodie manife-
stum quod tu sis [57] Deus in Israele, & quod ego sim ser-
uus tuus, & quod tuo iussu haec omnia fecerim.
37 *Exaudi me Domine, exaudi me, vt populus iste co-*
gnoscat [58] te solum esse Dominum Deum, [59] quodq; tu tan-
dem reduxisti cor eorum.
38 *Tum decidit ignis Domini, & deuorauit holocau-*
stum, ligna, lapides, & puluerem: sed & aquas quae erant
[60] in ductu, ut lambens.
39 *Hoc quum vidisset vniuersus populus procideruntque*
in facies suas, & dixerunt, Dominus ipse est [61] Deus, [62] Do-
minus ipse est Deus.
40 *Et ait Elias ad eos, Comprehendite prophetas ba-*
al, ita vt nullus ex eis euadat. & apprehenderunt eos, du-
xitque eos Elias [63] ad torrentem Kison, & trucidauit
eos ibi.
41 *Tum dixit Elias [64] ad Ahab, Ascende, comede,*
& bibe: quoniam [65] impetum ingentis pluuiae (audio.)
42 *Ascendit itaq; Ahab vt comederet & biberet, E-*
lias autem ascendit in verticem Charmeli, & prosternens
se in terram, [66] posuit faciem suam inter genua.
43 *Dixitq; ad [67] puerum suum, Ascende [68] quaeso,*
& specta versus mare. & ascendens spectauit, dixitque,
Nihil est. qui rursum ait, Redito septies.
44 *Factum est autem, quum septima (iret) vt diceret,*
En parua nubecula, [69] ac si esset hominis manus, ascen-
dit de mari. qui [70] dixit, [71] Ascende, & dic ipsi Ahab, [72]
Iunge equos currui, & descende, ne te [73] cohibeat plu-
uia.
45 [74] *Interea caeli tenebrescebant nubibus [75] & ven-*
to, & facta est pluuia magna. ascendensq; Ahab venit in
[76] Jesreel.
46 *Et [77] manus Domini facta est super Eliam, vt ac-*
cinctis lumbis suis praecurreret Ahab, [78] quousq; veniret
in Jesreel.

31 Et tulit duodecim lapides iuxta numerum
tribuum filiorum Jacob, ad quem factus est sermo
Domini, dicens, Israel erit nomen tuum. Gen. 32. f
32 Et aedificauit de lapidibus altare in nomine
Domini fecitq; aquae ductum, quasi per duas arati-
unculas in circuitu altaris.
33 Et composuit ligna: diuisitq; per membra bo-
uem, & posuit super ligna, & ait,
34 Jmplete quatuor hydrias aqua, & fundite su-
per holocaustum, & super ligna. rursumq; dixit, e-
tiam secundo hoc facite. qui cum fecissent secun-
do, ait, Etiam tertio idipsum facite, feceruntque
tertio.
35 Et currebant aquae circum altare, & fossa a-
quae ductus repleta est.
36 Cumq; iam tempus esset vt offerretur holo- *Oratio Eliae.*
caustum, accedens Elias propheta, ait, Domine De-
us Abraham, & Jsaac, & Israel, & ego seruus tuus,
& iuxta praeceptum tuum feci omnia verba haec.
37 Exaudi me Domine, exaudi me: vt discat po-
pulus iste quia tu es Dominus Deus, & tu conuer-
tisti cor eorum iterum.
38 Cecidit autem ignis Domini, & vorauit ho- *Igne de caelo*
locaustum, & ligna, & lapides, puluerem quoq; & *misso qui con-*
aquam quae erat in aquaeductu lambens. *sumpsit holo-*
39 Quod cum vidisset omnis populus, cecidit *caustum, ostendit*
in faciem suam, & ait, Dominus ipse est Deus, Do- *Deus se ve-*
minus ipse est Deus. *rum Deum.*
40 Dixitq; Elias ad eos, Apprehendite prophe- G
tas Baal, & ne vnus quidem effugiat ex eis. quos *Elias interficit*
cum apprehendissent, duxit eos Elias ad Torrentem *omnes prophe-*
Cison, & interfecit eos ibi. *tas baal.*
41 Et ait Elias ad Achab, Ascende, comede & bi-
be, quia sonus multae pluuiae est.
42 Ascendit Achab, vt comederet & biberet: E- *Impetrat plu-*
lias autem ascendit in verticem Carmeli. & pronus *uiam.*
in terram posuit faciem suam inter genua sua.
43 Et dixit ad puerum suum, Ascende, & prospi-
ce contra mare. qui cum ascendisset, & contempla-
tus esset, ait illi, Reuertere septem vicibus.
44 In septima autem vice, Ecce nubecula parua
quasi vestigium hominis ascendebat de mari. qui
ait, Ascende, & dic Achab, Junge currum tuum & de-
scende, ne occupet te pluuia.
45 Cumq; se verteret huc atque illuc, ecce caeli
contenebrati sunt, & nubes, & ventus, & facta est
pluuia grandis. Ascendens itaq; Achab abiit in Jez-
rahel,
46 Et manus Domini facta est super Eliam, ac-
cinctisq; lumbis currebat ante Achab, donec veni- *Elias antecur-*
ret in Jezrahel. *rit Achab pro-*
ficiscentem Jez-
rahel.

CAPVT XIX.

1 *A*[1] *Hab indicauit Isabeli omnia quae fecerat Elias, &*
[2] *vniuersum id quod omnes prophetas ense inter-*
fecerat.
2 *Misso igitur nuncio ad Eliam, Jsabel dixit, [2] Sic fa-*
ciant dii, sicque addant, [3] si non cras iuxta id tempus
posuero animam tuam sicut animam alicuius ex illis.

1 NVnciauit autem Achab Jezabel omnia quae A
fecerat Elias, & quomodo occidisset vniuer- *Jezabel perse-*
sos prophetas Baal gladio. *quitur Eliam.*
2 Misitque Jezabel nuncium ad Eliam, dicens,
Haec mihi faciant dii, & haec addant, nisi hac hora
cras posuero animam tuam sicut animam vnius ex
illis.

50 q. d. qui quum Jacob diceretur, dictus est a Domino Israel.
51 Vel, aedificauit lapides in altare. i. aedificando altare, insumpsit lapides &c.
52 Vel, aquaeductum, siue canalem.
53 Heb. secundum domum, (i. locum, siue saccum) duorum satorum &c. hoc est tantae capacitatis quantae est saccus capax duorum satorum. Domus hoc loco pro sacco: vt & alio loco Domus manuum pro chirothecis.
54 Vel hydrias.
55 & etiam aquaeductum curauit implendum aqua.
56 quum offerri solebat sacrificium vespertinum,
57 sub. verus.
58 quod tu o Domine es Deus. sub. ille verus.
59 Heb. quodque conuertisti cor eorum retrorsum. i. quod permisisti eos relinquere te. vel, permisisti eos propter peccata sua incidere in idololatriam.
60 in canali linxit.
61 sub. ille verus.
62 Repetitio ad maiorem affirmationem.
63 ne scilicet sanguine eorum contaminaretur terra sancta.
64 Achab tum erat in torrente, hoc est loco demissiore. aut eius tentorium erat in loco altiore. Quidam Hebraeorum dicit Achab se confecisse inedia, vt impetraret a Deo pluuiam. q. d. esto bono animo: nam Deus dabit pluuiam.
65 Heb. strepitus multitudinis pluuiae. sub. exauditur, id est, iam mihi videor exaudire. vel, mox audiemus strepitum vehementis pluuiae.
66 Hoc pertinet ad humilitatem orantis, & maiorem attentionem orationis. 67 Filium nempe mulieris Sareptanae. 68 Hic NA, vox Hebraea hortantis est. Age, ascende. 69 Magnitudine volae hominis. 70 sub. puer suo. 71 Id est, Vbi descenderis e Carmelo, ascende in eum locum vbi est Achab. 72 Heb. Iunge currum, quasi dicat, Cura currum tuum apparandum. Intelligit se exauditum: ob id mittit puerum ad Achab, vt festinantes domum repetat. 73 Interripiat. Chaldaeus paraph. ne remoretur te. 74 Heb. Et fuit vsque huc & vsque huc, id est, Dum autem, vel interim dum haec gererentur. Chaldaeus paraph. Dum iungerentur equi currui, & ille descenderet. 75 & ventus. sub. obortus est. 76 Haec Iesreel est in regno decem tribuum: altera ab ea est in tribu Iuda. 77 Id est, dedit robur & vires Eliae, confirmauit Eliam. 78 Heb. donec veniat Iesrahel, id est, ad eum locum quo ingreditur Iesrahel. Chaldaeus paraph. donec venit. CAP. XIX. 1 prorsus. vel, omnino quod, id est, praesertim quod &c. 2 Id est, Haec mihi eueniant, imo grauiora, nisi vlciscar mortem prophetarum quia &c. 3 Heb. quia cras hac hora ponam &c. Gallice, A telle heure que sera demain a ceste heure. Chaldaeus paraphr. nisi hoc tempore ponam &c. potius subaudiendum aliquid, cuiusmodi, vlciscar mortem: quia cras &c.

3 Timuit

Elias fugit Jezabelem.

3 Timuit ergo Elias, & surgens abiit quocunq; eum ferebat voluntas: venitq; in Bersabee Juda, & dimisit ibi puerum suum.

4 Et perrexit in desertum viam vnius diei. Cúmque venisset, & sederet subter vnam iuniperum, petiuit animæ suæ vt moreretur, & ait, Sufficit mihi Domine, tolle animam meam: neque enim melior sum quàm patres mei.

Mori optat Elias.

5 Proiecitque se, & obdormiuit in vmbra iuniperi: & ecce angelus Domini tetigit eum, & dixit illi, Surge, & comede.

Ab angelo pascitur.

6 [a] Respexit, & ecce ad caput suum subcinericius panis, & vas aquæ: comedit ergo, & bibit, & rursum obdormiuit.

[a] Et.

B

7 Reuersusq; est angelus Domini secundò, & tetigit eum, dixitq; illi, Surge, comede; grandis enim tibi restat via.

8 Qui cum surrexisset, comedit & bibit, & ambulauit in fortitudine cibi illius quadraginta diebus & quadraginta noctibus, vsq; ad montem Dei Horeb.

Eliæ ieiunium. Quæritur se solum ex prophetis Dei relictum esse.

9 Cumque venisset illuc, mansit in spelunca: & ecce sermo Domini ad eum, dixitq; illi, Quid hic agis Elia?

10 At ille respondit, ‖ Zelo zelatus sum pro Domino Deo exercituum, quia dereliquerunt pactum [b] Domini filii Israel: altaria tua destruxerunt, & prophetas tuos occiderunt gladio, & derelictus sum ego solus, & quærunt animam meam vt auferant eam.

Rom. 11. a
[b] tuum.

11 Et ait ei, Egredere, & sta in monte coram Domino: & ecce Dominus [c] transiit & spiritus grãdis, & fortis subuertens montes, & cõterens petras ante Dominum: non in spiritu Dominus. & post spiritum commotio: non in commotione Dominus.

[c] transit.

C

Signa Dei adpensanta.

12 Et post commotionem, ignis: non in igne Dominus. & post ignem sibilus auræ tenuis.

13 Quod cum audisset Elias, operuit vultum pallio, & egressus stetit in ostio speluncæ, & ecce vox ad eum, dicens, Quid hic agis Elia?

14 Et ille respondit, Zelo zelatus sum pro Domino Deo exercituum, quia dereliquerunt pactum tuum filii Israel: altaria tua destruxerunt, & prophetas tuos occiderunt gladio, & derelictus sum ego solus, & quærunt animam meam vt auferant eam.

15 Et ait Dominus ad eum, Vade & reuertere in viam tuam per desertum in Damascum: cumque perueneris illuc, vnges Hazael regem super Syriam.

Jubetur inungere Hazael, Jehu, & Elisæum in vltionem idololatriæ Israel.

16 Et Jehu filium Namsi vnges regem super Israel: Elisæum autem filium Saphat, qui est de Abelmehula, vnges prophetam pro te.

D

17 ‖ Et erit, quicunq; fugerit gladium Hazael, occidet eum Jehu: & quicunq; fugerit gladium Jehu, interficiet eum Elisæus.

4 Reg. 9. a
Eccles. 48. a
Roman. 11. a
[d] virorum.

18 ‖ Et derelinquam mihi in Israel septem millia [d] virorum quorum genua non sunt incuruata ante Baal, & omne os quod non adorauit eum osculans manum.

Elisæus ex agricultura ad prophetiam vocatur a Deo.

19 Profectus ergo inde Elias, reperit Elisæum filium Saphat, arantem in duodecim iugis boum, & ipse in duodecim iugis boum arantibus vnus erat: cumque venisset Elias ad eum, misit pallium suum super illum.

3 *Quod quum vidisset, surrexit, & abiit [4] quocunq; eum animus [ferebat,] & venit Beer-seba, quæ est [5] in [tribu] Jehuda, vbi puerum suum reliquit.*

4 *Ipse verò ibat in desertum itinere diei, & veniens sedit subter iuniperum [6] quandam, cupiuitq; anima sua vt moreretur, & dixit, [7] Satis [8] iam o Domine, tolle animam meam: quoniam nõ sum [9] melior patribus meis.*

5 *[10] Jacens autem subter vnam iuniperum, obdormiuit. & ecce statim angelus tetigit eum, [11] simulq; dixit ei, Surge & comede.*

6 *Quumq; respexisset, ecce erat [12] ad caput eius placenta super prunas cocta, & vas aquæ: edit itaq; & bibit, & rursum obdormiuit.*

7 *Reuersusq; angelus Domini secundò tetigit eum, dicens, Surge, ede: nam [13] multum itineris tibi reliquum est.*

8 *Surgens ergo edit, & bibit, [14] profectusq; est virtute illius cibi quadraginta diebus & quadraginta noctibus vsq; in montem Dei [15] Horeb.*

9 *[16] Quumq; illuc peruenisset in speluncam, pernoctauit illic, factumq; est verbum Domini ad eum, & dixit ei, Quid hic tibi Elia?*

10 *Qui dixit, [17] Zelo quodam Zelatus sum pro Domino Deo exercituum, [18] quòd filii Israel fœdus tuum dereliquerunt, aras tuas diruerunt, & prophetas tuos gladio occiderunt, & ego solus reliquus sum, quæruntq; animam meam, vt eam tollant.*

11 *Dixitque, Egredere, [19] & sta in monte coram Domino. & en Dominus [20] transiens, & ventus ingens ac fortis diffindens montes, & confringens [21] petras coram Domino: at Dominus [22] non est in vento. & post ventum illum [23] commotio: [24] sed non in commotione Dominus.*

12 *Et post [25] commotionem ignis: neque in igne [erat] Dominus. post ignem autem [26] sibilus erat quietus & tenuis.*

13 *[27] Quem quum audisset Elias, operuit faciem suam pallio suo: [28] & egressus stetit ad ostium speluncæ, & [29] ecce vox facta est ad eum in hunc modum, [30] Quid hic tibi Elia?*

14 *Respondit, Zelo quodam Zelatus sum pro Domino Deo exercituum, quod filii Israel relicto fœdere tuo [31] aras diruerunt, & prophetas tuos gladio occiderunt, & ego solus [32] reliquus sum, quæruntq; animam meam vt tollant eam.*

15 *Et dixit Dominus ad eum, Vade, & reuertere per viam [33] tuam, [34] & per desertum in Damascum, [35] & ingredere vt vngas Hasaelem [36] regem super Syriam.*

16 *Et Jehu filium Nimsi vnge regem super Israelem, Elisæum autem filium Saphat de Abel-mehola vnge vt sit propheta [37] pro te.*

17 *Erit autem qui seruatus fuerit à gladio Hasaelis, hunc interficiet Jehu: & qui euaserit gladium Jehu, hunc interficiet Elisæus.*

18 *Porro in Israele [38] seruabo reliquos [39] septem millia, [40] quorum omnium neq; genua incuruata sunt ante Baal, neq; os osculatum est eum.*

19 *Abiens itaque illinc, inuenit Elisæum filium Saphat agrum colentem, habentemque ante se duodecim iuga boum, [41] ipse quoque ex duodecim erat. transiens autem Elias [42] coram eo, [43] proiecit pallium suum super eum.*

4 Heb. secundũ animam suam. i. sibi. Chaldæ paraphr. vt animam suæ consuleret.
5 i. in tribu Simeon. nam trib Simeonis est permista cum tribu Juda.
6 vel, vnicã. Quidã aiũt fuisse illic vnicã iuniperũ.
7 sub. vixi.
8 nunc.
9 vel, præstatior maioribus meis. sub. qui in ea ætate in qua nunc sum, mortui sũt.
10 Prostratus.
11 vel hoc ipso articulo.
12 ad ceruical, quod erat lapis suppositus capiti.
13 Heb. maius est à te iter. i. maius est quàm pro viribus tuis: siue quàm vt illud illis viribus conficere possis.
14 & ambulauit.
15 in quo scil. data fuit lex.
16 Et ibi subiit speluncam, & ibi pernoctauit.
17 i. Mira zelotypia teneor pro Dño, &c. q. d. Crucior in honorem Dei quadã quasi zelotypia: & quasi sustinerẽ Dei personã crucior quum videã ecclesiam quæ veluti sponsa est, deficere à Deo.
18 quoniam.
19 i. vt stes corã Dño: quia transiturus est in monte Horeb. q. d. senties Deũ prætereuntem. Consolatur Eliã Dñs præsentia sua: postea prædicit illi punitiones fore idololatras.
20 transibat. vel, transiturus erat.
21 rupes. Tam vehemens erat ventus vt montes subuertere posset, & petras cõfringere, vel tam vehemens quàm vehemẽs esse solet ventus montes subuertens. Signa horrenda quæ terribilem Dei præsentiam significabãt. Eadem fere leguntur facta ante aduentũ Spiritus sancti.
22 nõ erat. cum vento non erat Deus, sed hæc eum præcedebant.

23 vel, tremor. siue concussio. sub. montis. 24 nec in tremore erat, &c. 25 vel, concussionem. i. terræ motũ sequebatur ignis. 26 vox tacita (vel, submissa) & gracilis. Cum omnia illa præterierunt, audita est vox submissa, gracilis & tenuis. 27 Cum autem audire cœpisset. sub. signa illa quæ præcedebant Dominum. 28 iam autem egressus erat, (sub. de spelunca,) & stabat. 29 q. d. audire cœpit vocem dicentem, &c.
30 i. Quid habes hîc negocii? 31 vt scil. seruirent idolis. 32 vel, relictus, qui tuearis honorem tuum palam & publicé. 33 i. vnde venis. Reuertere aliquousque vnde venisti, siue quadantenus: & postea vade in desertum Damasci. 34 in desertum Damasci. 35 Heb. & venies, & vnges pro, cum eò perueneris, vnge, &c.
36 vel, in regem Syriæ. 37 vel, in locum tuum. 38 relinquam, efficiam vt maneant mihi superstites quamplurimi qui non adorarunt Baal. 39 i. multa.
40 Heb. (hoc est) omnia genua quæ non curuauerunt sese ipsi Baal, & omne os quod non dedit illi oscula. Prioris tantum Deus à se consolatione prophetæ obedientis causa solemus osculari manum aut aliud eius. sub. cum adoratione ipsum. 41 & ipse erat in duodecimo. i. ipse met arabat & ducebat duodecimum iugum boum.
42 iuxta illum. 43 Per impositionem pallii afflatus fuit Spiritu.

20 *Qui dimissis [1]bobus, [44]cucurrit post Eliam, dixitq. Liceat quæso mihi [45]osculari patrem meum &*
matrem meam, tum te sequar. ad quem ille dixit, Vade,
& reuertere: quid enim [46]fecerim tibi?
21 [47] *Qui quum discessisset ab eo, tulit par boum, &*
mactauit illud: cum [48]instrumentis verò boum coxit eo-
rum carnes dedítq. [49]populo, et comederunt: tum [50]sur-
rexit, & sequutus est Eliam & [51]ministrauit ei.

20 Qui statim relictis bobus cucurrit post Eliã:
& ait, [a]Osculor, oro patrem meum, & matrem
meam, & sic sequar te. dixitq; ei, Vade, & reuertere:
quod enim meum erat, feci tibi.
21 Reuersus autem ab eo, tulit par boum, &
mactauit illud, & in aratro boum coxit carnes, &
dedit populo, & comederunt: consurgensq; abiit,
& secutus est Eliam, & ministrabat ei.

[a] *Osculor. Elisæus, relictis omnibus, sequitur vocantem Deum, ministrátq. Eliæ.*

44 vt scil. illum assequeretur.
45 i. osculando petere facultatẽ abeundi.
46 scil. sub. propter q me sequi debeas? Hoc dicit cum quadam simulatione, volens extorquere ab eo quidnam haberet in animo, & intelligere quo spiritu esset afflatus.
47 Heb. & reuersus est à tergo illius, & tulit, &c. i. Relictis illis reuersus est ad parentes: post accepit par, &c.
48 Instrumenta boum vocat aratra, siue ligna aratri.
49 i. popularib' suis qui sequebantur eum abeuntem: h.e patris, aratri, seruis aratoribus, & reliquæ suorum multitudini.
50 facto scilicet conuiuio.
51 i. fuit minister ac famul' ei.

CAPVT XX.

1 *POrrò Ben hadad rex Syriæ congregauit omnes co-*
pias suas, cúmq. eo triginta duo reges cum equis &
[2]*curribus: sic ascendens obsedit Samariam, [3]bellumque*
intulit ei.
2 *Et misit nuncios ad Ahab regem Israelis in ciuita-*
tem, [4]Dixit ei.
3 *Sic dixit Ben hadad, [4]Argentum tuum & au-*
rum tuum meum est, sed & vxores tuæ, & liberi tui ele-
gantes mei sunt.
4 *Et respondens rex Israelis, dixit: [5]Iuxta verbum*
tuum domine mi rex, tuus sum ego, & [6]quidquid ha-
beo.
5 *Legati autem [7]reuersi sunt, & dixerunt: Sic dicit*
Ben hadad, dicens: [8]Miseram ad te huiusmodi manda-
ta, vt argentumque tuum, & aurum tuum, vxores tuas &
liberos tuos dares mihi.
6 [9] *Verumtamen cras [10]iuxta id tempus mittam ad*
te seruos meos, qui scrutabuntur domum tuam, domosq.
seruorum tuorum, & quidquid desiderabile est in oculis
tuis, accipient in manus suas & tollent.
7 [11] *Conuocatis igitur omnibus senioribus Israelis, rex*
dixit, Cognoscite & videte quæso, quòd [12]malum is
quærat: quandoquidem ad me miserat pro vxoribus meis,
pro liberis meis, pro argento meo & pro auro meo, neque
negaui ei.
8 *Et dixerunt ad eum omnes illi seniores & vniuersus*
ille [13]populus, Ne audias eum, neq. adquiescas ei.
9 *Dixit ergo ad legatos Ben hadad, Dicite domino*
meo regi, [14]Quidquid [misso legatu] a seruo tuo primum
postulaueras, facturus eram: istam autem rem facere ne-
quaquam possum. abierunt itaq. nuncii, retuleruntque
responsum.
10 *Ben hadad rursum misit ad eum, & dixit, Sic*
faciant mihi dii, & sic addant, si sufficerit puluis Sama-
riæ, [15]vt ex vniuerso populo qui me sequitur, quisq. vel
pugillum capiat.
11 *Respondens autem rex Israel, dixit, Dicite, Ne*
glorietur qui accingit [16][balthem,] vt qui iam [17]soluit.
12 *Factum est autem quum audisset sermonem istũ,*
præsertim cũ regibus in tentoriis, vt diceret ad seruos suos,
[18] *Insistite. & [19]insistierunt aduersus ciuitatem.*
13 *Et [20]en propheta quidam accessit ad Ahab re-*
gem Israelis hisce mandatis, Sic ait Dominus, Vidisti
turbam hanc maximam? en ego tradam eam in manum
tuam hoc die, [21]vt scias me esse Dominum.
14 *Et dixit Ahab, [22]Per quem? qui ait, Sic dicit*
Dominus, per adolescentes principũ [23]prouinciarũ. qui
rursum dixit, [24]Quis instruet prælium? & respondit, Tu.
15 *Recensuit ergo adolescentes principum prouincia-*
rum, quorum fuerunt ducenti triginta duo. post hos recen-
suit quoq. vniuersum populum, [id est] omnes filios Is-
rael, septem scilicet millia.
16 [25] *Egressiq. sunt meridie porrò Ben hadad [26]po-*
tans ebrietati indulsit in tentoriis, ipse videlicet & reges,
nempe triginta duo reges, qui ei auxilio venerant.

1 POrrò Ben-adad rex Syriæ, congregauit omnẽ
exercitum suum, & triginta duos reges secum,
& equos, & currus: & ascendens [b]pugnabat contra
Samariam, & [c]obsidebat eam.
2 Mittensq; nuncios ad Achab regem Israel in
ciuitatem, Ait:
3 Hæc dicit Ben-adad, Argentum tuum, & au-
rum tuum meum est: & vxores tuæ, & filii tui opti-
mi, mei sunt.
4 Respondítq. rex Israel, Iuxta verbum tuum
domine mi rex, tuus sum ego, & omnia mea.
5 Reuertentesq. nuncii, dixerũt, Hæc dicit Ben-
adad, qui misit nos ad te, Argentum tuum, & aurum
tuum, & vxores tuas, & filios tuos dabis mihi.
6 Cras igitur hac eadem hora mittam seruos
meos ad te, & scrutabuntur domũ tuam, & domũ
seruorum tuorum: & omne quod eis placuerit, po-
nent in manibus suis & auferent.
7 Vocauit autem rex Israel omnes seniores ter-
ræ, & ait, Animaduertite & videte quoniã insidie-
tur nobis. misit enim ad me pro vxoribus meis, &
filiis, & pro argento & auro: & non abnui.
8 Dixeruntque omnes maiores natu, & vniuer-
sus populus ad eum: Non audias, neque acquie-
scas illi.
9 [d]Respondítque nunciis Ben-adad, Dicite do-
mino meo regi, Omnia propter quæ misisti ad me
seruum tuum in initio, faciam: hanc autem rem
facere non possum. reuersíq; nuncii retulerunt ei.
10 Qui remisit, & ait, Hæc faciant mihi dii, &
hæc addant, si sufficerit puluis Samariæ pugillis o-
mnis populi qui sequitur me.
11 Et respondens rex Israel, ait, Dicite ei, Ne glo-
rietur accinctus, æque vt discinctus.
12 Factum est autẽ cum audisset Ben-adad ver-
bum istud, bibebat ipse & reges in vmbraculis, &
ait seruis suis, Circumdate ciuitatem. & circum-
dederunt eam.
13 Et ecce Propheta vnus accedens ad Achab re-
gem Israel, ait ei, Hæc dicit Dominus, Certe vidisti
omnem multitudinem hanc nimiam? ecce, ego tra-
dam eam in manum tuam hodie: vt scias quia ego
sum Dominus.
14 Et ait Achab, Per quem? dixitque ei, Hæc di-
cit Dominus, per pedissequos principum prouin-
ciarum. Et ait, Quis incipiet præliari? & ille di-
xit, Tu.
15 Recensuit ergo pueros principum prouin-
ciarum, & reperit numerum ducentorum triginta
duorum: & recensuit post eos populum, omnes fi-
lios Israel, septem millia.
16 Et egressi sunt meridie. Ben-adad autem bi-
bebat temulentus in vmbraculo suo, & reges tri-
ginta duo cum eo, qui ad auxilium eius vene-
rant.

17 Egressi

A
Obsidetur Samaria.
[b] *obsidebat.*
[c] *obsedit.*
Achab desperans submittit se Ben-adad.
B
[d] *Respondit itaque.*
Prophetã mittit Deus ad Achab, in desperatis rebus promittens salutẽ.
C
Achab iuxta Dei verbũ, vicit Ben adad, quem conuertit in fugam.

CAP. XX.
1 i. cum è curribus pugnant.
2 & oppugnauit (vel, oppugnare cœpit) eam.
3 sub. vt nuncius illis.
4 Potest etiã legi interrogatiue, Annon argentũ tuum, &c. quasi dicas Gallicè, Ne sont ils pas à mõ commandement?
5 i. Vt decis. q. d. Quæcunq; possideo sunt in tua potestate.
6 q. d. ero tibi tributarius, si voles.
7 sub. ad regem Israel.
8 Heb. Mitto ad te, dicendo, Argẽtum, &c. i. Per nunctos hæc tibi significo.
9 vel, Sed q. d. Dabis illa quidẽ, sed non propterea satisfeceris mihi. His Ben-adad videbatur quærere occasionem belli.
10 hac hora.
11 Heb. Vocauit autẽ rex Israel cũctos seniores terræ, (i. patriæ,) & dixit.
12 i. ansam belli inferendi.
13 qui scil. conuocatus fuerat.

4 Heb. Omnia quæ mandasti seruo tuo principio, (i. in prima legatione,) paratus sum facere. 15 Heb. pugillis vniuersi populi qui est in pedibus. i. ad implendas manus populi quem mecum duco, q. d. magna multitudine vos oppugnabo. Qui in pedibus meis est: i. quem duco vel, post pedes meos. i. qui sequitur pedes meos. 16 vel, fasciã [illegible] pugnaturus videlicet q. d. Ne canat epinicium ante victoriam: ne glorietur qui initurus est prælium, perinde atque is qui iam vicit. 17 sub. balteum. 18 Admouete sub machinas bellicas ad vrbem expugnandam. 19 promouerunt sub eas machinas. 20 quum scil. gererentur hæc. 21 i. vt hac ratione cognoscas me esse omnipotentem. 22 sub. dabis eos in potestatem meam, quum nulli hic mihi milites? 23 sub. tibi [illegible] tatum. i. heri principũ solent educari in aulis regum. 24 vel, aciem i. Quis erit dux? Hoc petit q idololatra esset, sciretq; se odiosum esse Deo. Hebraice ad verbum, Quis ligabit aciem? Metaphora ab iis qui iungunt boues aut equos operis causa. 25 Egressi sunt itaque. 26 i. iam bibebat ad ebrietatem vsque.

17 Egreſſi ſunt autem pueri principum prouinciarum in prima fronte. miſit itaque Ben-adad. Qui nunciauerunt ei, dicentes, Viri egreſſi ſunt de Samaria.

18 At ille ait, Siue pro pace veniunt, apprehendite eos viuos: ſiue vt prælientur, viuos eos capite.

D

**eos.*

19 Egreſſi ſunt ergo pueri principum prouinciarum, ac reliquus exercitus ſequebatur*.

20 Et percuſſit vnuſquiſque virum qui contra ſe veniebat: fugeruntq; Syri, & perſecutus eſt eos Iſrael. fugit quoque Ben-adad rex Syriæ in equo cum equitibus ſuis.

21 Nec non egreſſus rex Iſrael percuſſit equos & currus: & percuſſit Syriam plaga magna nimis.

Propheta præmonet Achab rurſum Ben-adad præliaturum.

22 (Accedens autem propheta ad regem Iſrael, dixit: Vade, & confortare, & ſcito, & vide quid facias: ſequenti enim anno rex Syriæ aſcendet contra te.)

Blaſphemia.

23 Serui verò regis Syriæ dixerunt ei, Dii montium ſunt dii eorum, ideò ſuperauerunt nos: ſed melius eſt vt pugnemus contra eos in campeſtribus, & obtinebimus eos.

**verò.*

24 Tu*ergo verbum hoc fac, Amoue reges ſingulos ab exercitu tuo, & pone principes pro eis:

Inſtaurato exercitu rurſum præliatur contra Iſraelem Ben-adad.

25 Et inſtaura numerum militum qui ceciderunt de tuis, & equos ſecundum equos priſtinos, & currus ſecundum currus quos antè habuiſti, & pugnabimus contra eos in campeſtribus, & videbis quòd obtinebimus eos. credidit cõſilio eorum, & fecit ita.

E

26 Igitur poſtquam annus tranſierat, recenſuit Ben-adad Syros, & aſcendit in Aphec, vt pugnaret contra Iſrael.

27 Porrò filii Iſrael recenſiti ſunt, & acceptis cibariis profecti ex aduerſo, caſtraq; metati ſunt cõtra eos, quaſi duo parui greges caprarum: Syri autem repleuerunt terram.

Propheta annunciat ipſi Achab victoriam de Syris.

28 (Et accedens vnus vir Dei, dixit ad regem Iſrael, Hæc dicit Dominus. Quia dixerũt Syri, Deus montium eſt Dominus, & non eſt Deus vallium: dabo omnem multitudinem hanc grãdem in manu tua, & ſcietis quia ego ſum Dominus.)

Cadit exercitus Ben-adad ob blaſphemiam.

29 Dirigebantque ſeptem diebus ex aduerſo hi, atque illi acies, ſeptima autem die commiſſum eſt bellum: percuſſeruntq; filii Iſrael de Syris centum millia peditum in die vna.

**remanſerant.*

30 Fugerunt autem Syri qui *remanſerunt in Aphec, in ciuitatem: & cecidit murus ſuper viginti ſeptem millia hominum qui remanſerant. porrò Ben-adad fugiens ingreſſus eſt ciuitatem, in cubiculum quod erat intra cubiculum.

Ben-adad miſericordia orat ab Achab.

31 Dixeruntq; ei ſerui ſui, Ecce, audiuimus quod reges domus Iſrael clementes ſint. ponamus itaq; ſaccos in lumbis noſtris, & funiculos in capitibus noſtris, & egrediamur ad regem Iſrael. forſitan ſaluabit animas noſtras.

F

32 Accinxerunt ſaccis lumbos ſuos, & poſuerunt funiculos in capitibus ſuis, veneruntq; ad regem Iſrael, & dixerunt ei, Seruus tuus Ben-adad dicit, Viuat, oro te, anima mea. & ille ait, Si adhuc viuit, frater meus eſt.

Achab non agnoſcens Dei victoriam, ſeruat Ben-adad contra Dei præceptum.

33 Quod acceperunt viri pro omine: & feſtinantes rapuerunt verbum ex ore eius, atque dixerunt, Frater tuus Ben-adad viuit, & dixit eis, Ite, & adducite eum ad me. Egreſſus eſt ergo ad eum Ben-adad, & leuauit eum in currum ſuum.

17 Egreſſi ſunt [37] itaque adoleſcentes principum prouinciarum primi. [38] Miſerat, qui Ben hadad: qui renunciarunt ei dicentes. Egreſſi ſunt [39] viri de Samaria.

18 Qui ait, [30] Seu ad pacem ſint egreſſi, ſeu ad pugnandum apprehendite eos viuos.

19 Hi autem egrediebantur, nempe adoleſcentes principum prouinciarum, & [31] exercitus poſt eos

20 Tum percuſſit quiſq; [32] virum ſuum, Syriq; fugerunt, perſequentibus Iſraelitis, euaſitque rex Syriæ Ben hadad [33] cum equis [34] & equitibus.

21 Rex vero Iſrael [35] egreſſus eſt & percuſſit equos & currus, percuſſit quoq; Syros magna clade.

22 (Accedens autem propheta ad regem Iſraelis, [36] dixit ad eum, Vade, & [37] corroborare, ſcito ac [38] vide quid facturus ſis quantum [39] anno reuertente [40] aſcendet rex Syriæ contra te.)

23 [41] Etenim ſerui regis Syriæ dixerant ad eum, D [42] montium ſunt dii eorum. Ideo nobis facti ſunt ſuperiores [43] ſi pugnandum nobis ſit cum eis in æquore plano, [44] certe ſuperiores illis erimus.

24 Sic igitur facies, [45] Deme reges, quemque è ſuo [46] loco, ſufficéq; pro eis duces.

25 [47] Recenſeq; tibi exercitum qualis fuit exercitus qui tibi cecidit, [48] equos vt [priores] equos: ſic & currus quemadmodum [priores] currus. & dimicabimus cũ eis in patenti campo, [49] nimirum illis erimus ſuperiores. is autem audita eorum voce fecit ſic.

26 Vertente anno Ben hadad Syros recenſit, aſcenditq; in [50] Aphec dimicaturus contra Iſraelem.

27 Sed & filii Iſraelis [51] recenſiti ſunt, & ſumpto commeatu, profecti ſunt illis obuiam, poſueruntque filii Iſrael caſtra contra eos, [52] ac ſi eſſent duo denudati greges caprarum: Syri autem repleuerant terram.

28 (Et accedens vir Dei, [53] dixit ad regem Iſraelis, dixit inquam, Sic dicit Dominus. Quandoquidem Syri dixerunt, Dominus eſt Deus montium, non Deus vallium: tradam vniuerſam iſtam multitudinem ingentem in manum tuam, vt cognoſcatis me eſſe Dominum.)

29 Poſuerunt autem illi caſtra [54] pone iſtos ſeptem diebus. ſeptimóq; die [55] manum prælio conſeruerunt, percuſſeruntq; filii Iſrael ex Syris vno die, peditum centum millia.

30 Reliqui fugerunt in Aphec in vrbem, corruitq; murus ſuper ſeptem & viginti millia virorum, qui reliqui facti fuerant: Ben-hadad autem fugiens venit in ciuitatem [56] de penetrali in penetrale.

31 Dixerunt autem ad eum ſerui eius, En audiuimus de regibus Iſraelis quod ſint [57] facientes reges: accingamus igitur lumbis noſtris [58] ſaccos, & capita noſtra reſtibus iniiciemus, egrediamurque ad regem Iſraelis, [59] ſi fortè te vita donet.

32 Accinxerunt itaque lumbos ſuos ſaccis, iniecerunt que capita ſua reſtibus: venerunt que ad regem Iſraelis, dixerunt, [60] Seruus tuus Ben-hadad dicit, [61] Vita quæſo donetur mihi. qui ait, Viuitne adhuc [62] frater meus eſt.

33 At viri illi [63] ſumptum omen interpretati, et rapuerunt conſilium hoc ab eo, dixeruntque, [64] Frater tuus Ben-hadad & ait, Ite, adducite eum. Et egreſſus eſt ad eum Ben hadad: [65] iuſſitque aſcendere eum in currum.

27 itaque.
28 ſuo nuncios vt ſcirent quid eſſent.
29 q.d. pauci aliquot.
30 Heb. Si pacis cauſa egreſſi ſunt, capite eos viuos: ſi bello, ſiue ... egreſſi ſunt, viuos comprehendite eos.
31 Hic exercitus conſtabat plebe Iſraelitica.
32 i. hoſtem ſuũ cõtra ſe venientem.
33 ſuper equũ. i. opera equi.
34 & equites. i. aliquot equites cum eo.
35 Aiunt regem egreſſum ex vrbe poſtremũ veniſſe iam in fugam hoſtibus.
36 dixerat. ante egreſſum ciuitatis ſcilicet.
37 vel, eſto animo forti.
38 ... vt interficias quotquot venerint in manum tuam. Alii, vide parta victoria vt recedas ab idololatria: nam Syri rediturum te perdant reuertentur.
39 vel, reuoluto anno.
40 ſub. ſi illum nomino feceris.
41 Serui autem regis dixerunt.
42 i. Io cuius poteſtate ſunt montes.
43 vel, verumtamen.
44 Heb. ſi non ſuperabimus eos. Sub. videbis. vel, cura nos perdendos ſi nõ eos ſuperemus.
45 vel, Amoue. ... fugerunt, nimis vix ſua tamen tes.
46 i. dignitate.
47 vel, Numeraque, aut Cõſcribeque.
48 i. tot equos quot erant in priore exercitu.
49 Heb. (& videbis) ſi nõ præualebimus illis.
50 Aphec eſt tribus Iuda. Ben-adad autem erat amicus regis Iſrael.
51 Hebraice perinde legitur ac ſi dicas, & enumerati. i. omnes inuenti. ſub. ſunt qui in priori bello fuerant.
52 q.d. exercitus Iſrael erat ſimilis duobus gregibus caprarum: nam erat diuiſus in duas partes exiguas, nobiles nempe & populum.
53 dixerat.
54 e regione iſtorum.
55 Hebr. appropinquauit prælium, i. prælium factum eſt.
56 in cubiculum quod erat contra cubiculum, i. in intimum cubiculum.
57 miſericordes clementes.
58 vel, cilicia.
59 Heb. ſi forte viuam cuſtodiet animam tuam.
60 Agnoſcit ſe victorem.
61 Hebr. Viuat quæſo anima mea.
62 i. eſt mihi perſonæ charus atque frater.
63 augurium mortis diligenter obſeruabant (ſub. num ab eo excideret verbum aliquod amicum) & feſtinauerunt, & accelerauerunt, vel, vt aliter Hebraice legitur, pro omine acceperunt & feſtinarunt rapere (ſub. verbum) ab eo, ex ore eius. Ita Chald. paraphraſt.
64 ſub. viuit.
65 i. ſedere eum in currum ſuum.

34 [66] *Dixitq; ad eum, Vrbes quas pater meus patri tuo ademit, restituam, [67] ponásq; tibi plateas [68] in Damasco, quemadmodum pater meus posuit in Samaria, [69] téque pacto dimittam. & pepigit cum eo fœdus, dimittens eum.*

35 *Vir quidam de filiis prophetarum dixit ad proximum suum, [70] iussu Domini, Cade me obsecro. vir autem ille nolebat eum cadere.*

36 *Tum dixit ad eum, Quandoquidem vocem Domini non audiuisti, en vt primum a me abieris, feriet te leo. factúmq; est quum ab eo discessisset, offendit eum leo, & ferit eum.*

37 *Inuenit deinde virum alium, ad quem dixit, [71] Cade me quæso. vir autem ille cæcidit eum, & [72] vulnus [cadendo] inflixit.*

38 *Abiens igitur propheta, statuit se ante regem [73] in itinere, immutansq; sese [74] puluere quem asperserat faciei suæ.*

39 *Quúmque transiret rex, clamauit ad regem, & dixit, Seruus tuus [75] egressus est [76] in prælium, & en [77] recesserat vir quem quidam ad me duxit, dicens, Custodi virum istum: si [78] fuerit amissus, erit anima tua pro anima illius, aut talentum argenti pendes.*

40 *Quúmq; seruus tuus [79] huc & illuc se verteret, [80] is nusquam fuit. Et dixit ad eum rex Israelis, Sic erit iudicium tuum, tu [81] pronunciasti.*

41 *Is autem extemplo absterſit [82] puluerem à facie sua, quem rex Israelis agnouit, quod [scilicet] ex prophetis esset.*

42 *Et dixit ad eum, [83] Sic dicit Dominus, Quandoquidem dimisisti e manu tua virum [84] quem ego exscindere iusseram, [85] erit anima tua loco animæ illius, & populus tuus loco populi eius.*

43 *Abiit verò rex Israel in domum suam, [86] abalienatus & indignabundus, venitq; Samariam.*

34 Qui dixit ei, ciuitates quas tulit pater meus à patre tuo, reddam: & plateas fac tibi in Damasco, sicut fecit pater meus in Samaria, & ego fœderatus recedam a te. pepigit ergo fœdus, & dimisit eum.

35 Tunc vir quidam de filiis prophetarum dixit ad socium suum in sermone Domini, Percute me. at ille noluit percutere.

36 Cui ait, Quia noluisti audire vocem Domini, ecce, recedes a me, & percutiet te leo. cúmque paululum recessisset ab eo, inuenit eum leo, atque percussit.

37 Sed & alterum inueniens virum, dixit ad eũ, Percute me. qui percussit eum, & vulnerauit. G

38 Abiit ergo propheta, & occurrit regi in via, & mutauit aspersione pulueris os & oculos suos.

39 Cúmque rex transisset, clamauit ad regem, & ait, Seruus tuus egressus est ad præliandum cominus: cúmque fugisset vir vnus, adduxit eum quidam ad me, & ait, Custodi virũ istum: qui si lapsus fuerit, erit anima tua pro anima eius, aut talentum argenti appendes.

40 Dum autem ego turbatus huc illucque me verterem, subito non comparauit. Et ait rex Israel ad eum, Hoc est iudicium tuum, quod ipse decreuisti.

41 At ille statim absterſit puluerem de facie sua, & cognouit eũ rex Israel quòd esset de prophetis.

42 Qui ait ad eum, Hæc dicit Dominus, Quia dimisisti virum dignum morte de manu tua, erit anima tua pro anima eius, & populus tuus pro populo eius. infr. 22. f

43 Reuersus est igitur rex Israel in domum suam, audire contemnens, & furibundus venit in Samariam.

Achab sententia sua se iugulat.

CAPVT XXI.

1 *POst hæc gesta Naboth Iesraelita vineam habebat in Iesreel pone palatium Ahab regis Samariæ.*

2 *Loquutúsque est Ahab cum Naboth dicens, Da mihi vineam tuam, vt sit mihi [1] hortus [2] olerum: quandoquidem vicina est [&] contigua ædibus meis, daboq; tibi illius loco vineam ista meliorem: aut si mauis, dabo tibi pecuniam precium pro ea.*

3 *Et ait Naboth ad Ahab, [3] Seruet me Dominus, ne dem tibi hæreditatem patrum meorum.*

4 *Venit ergo Ahab domum suam [4] abalienatus & indignabundus propter sermonem quem ei responderat Naboth Iesraelites, quod dixisset, Non dabo tibi hæreditatem patrum meorum: decumbensque in lecto suo, [5] vertit faciem suam, [6] neq; comedit panem.*

5 *Veniens autem ad eum Isabel vxor eius, dixit ad eum, Cur animus tuus sic [7] abalienatus est, cúrq; cibum non vis sumere?*

6 *Ad quam ille ait, [Hac de causa.] quòd loquutus sum cum Naboth Iesraelita, & dixi ad eum, Da mihi vineam tuam pro pecunia: aut si mauis, dabo tibi [8] vineam pro ea: is verò respondit, Non dabo tibi vineam meam.*

7 *Dixitq; ad eum Isabel vxor eius, [9] Tu nunc exercere regnum super Israelem? surge, ede cibum, bulare sit cor tuum, ego dabo tibi vineam Naboth Iesraelitæ.*

1 POst verba autem hæc, in tempore illo vinea erat Naboth Iezrahelitæ quæ erat in Iezrahel, iuxta palatium Achab regis Samariæ. A

2 Locutus est ergo Achab ad Naboth, dicens, Da mihi vineã tuam, vt faciam mihi hortum olerum, quia vicina est, & prope domum meam, daboque tibi pro ea vineam meliorem: aut si commodius tibi putas, argenti precium quantum digna est.

3 Cui respondit Naboth, Propitius sit mihi Dominus, ne dem hæreditatem patrum meorum tibi.

4 Venit ergo Achab in domum suam indignãs, & frẽdens super verbo quod locutus fuerat ad eum Naboth Iezrahelites, dicens, Non dabo tibi hæreditatem patrum meorum. Et proiiciens se in lectulum suum, auertit faciem suam ad parietem, & non comedit panem. B

5 Ingressa est autem ad eum Iezabel vxor sua, dixítque ei, Quid est hoc, vnde anima tua contristata est? & quare non comedis panem?

6 Qui respondit ei, Locutus sum Naboth Iezrahelitæ, & dixi ei, Da mihi vineam tuam, accepta pecunia: aut si tibi placet, dabo tibi vineam meliorem pro ea. & ille ait, Non dabo tibi vineam meam.

7 Dixit ergo ad eum Iezabel vxor eius, Grandis authoritatis es, & bene regis regnum Israel: surge, & comede panem, & æquo animo esto, ego dabo tibi vineam Naboth Iezrahelitæ.

8 Scripsit

Naboth vineã suam denegat regi Achab.

Tristatur Achab.

Impia Iezabelis consolatio.

66 sub. Ben adad
67 i. fora rerum venalium cõstitues tibi, ex quibus vectigalia accipies quasi nundinas.
68 q.d. in vrbe regia: & hac te agnoscam te superiorem.
69 Heb. ego verò (hoc) fœdere sinam te abire. Verba Achab. q.d. his legibus & pactionibus, vt vendas mihi vrbes, & quod Damascus erit mihi tributaria, sinam te abire ô Benadad.
70 Heb. verbis Domini. Parabola, qua Deus ostendit Achab moriturum, & non paruisse Deo eius obedientiam.
71 sub. Dñs ita iubet.
72 i. ita percussit, vt vulneraret eũ.
73 siue, in via ipsa qua trãsibat.
74 amictu capitis super oculos. i. reddidit se ignotum amictu capitis demisso super oculos.
75 sub. vrbe vel domo.
76 in medium prælium.
77 recedens aliquis (è cõflictu,) adduxit ad me quẽdã (captiuũ) dicẽdo, &c. Propheta sustinet personã Achab cui dicit, ad me. cui Deus tradiderat Benadad. nam Achab non iuerat in prælium.
78 Heb. deficiendo defecerit. i. si tibi dilabatur, aut aufugiat.
79 Heb. esset faciens huc & illic. i. occupatus esset circa multa.
80 Hebr. & non fuit. i. disparuit. aut aufugit.
81 sub. sententiã contra te.
82 amictũ capitis
83 i. Per hoc quod gessi vult significare tibi Dns.
84 Heb. anathematis mei. siue occisionis meæ. i. quem volebam occidi, & funditus deleri.
85 i pro eo morieris, & populus tuus pro populo eius.
86 cõmotus. vel, mutatus. sub. à se.

CAP. XXI. 1 in hortum. 2 Vox Hebræa significat herbas virentes, & etiam odoriferas. 3 Heb. Absit mihi à Domino. i. Precor Dominum vt efficiat, ne dem, &c. 4 Hebr. mutatus a se vel, commotus. 5 auertit. sub. ab iis qui erant in cubiculo, & conuertit ad parietem. 6 sub. prætura 7 commotus est. 8 sub. aliam quandam. 9 Tune nunc. i. hac via & ratione, rogando scil. q.d. fieri nequit, vt diu regnes, si ita ad studium subditorum tuorum te demiseris. non est regis rogare & precari, regis est imperare. Aut ironice legendum, vt nulla sit interrogatio.

C 8 Scripsit itaque literas ex nomine Achab, & signauit eas annulo eius, & misit ad maiores natu, & optimates qui erant in ciuitate eius, & habitabant cum Naboth.

Iezabel sub missis falsis testibus lapidari iubet Naboth.

9 Literarum autem hæc erat sententia, Prædicate ieiunium, & sedere facite Naboth inter primos populi,

10 Et submittite duos viros filios Belial contra eum, & falsum testimonium dicant, Benedixit Deû & regem. & educite eum, & lapidate, sicque moriatur.

11 Fecerunt ergo ciues eius maiores natu & optimates qui habitabant cum eo in vrbe, sicut præceperat eis Iezabel, & sicut scriptum erat in literis quas miserat ad eos.

12 Prædicauerunt ieiunium, & sedere fecerunt Naboth inter primos populi.

D 13 Et adductis duobus viris filiis diaboli, fecerunt eos sedere contra eum: at illi, scilicet vt viri diabolici, dixerunt contra eum testimonium coram multitudine: Benedixit Naboth Deum & regem. quam ob rem eduxerût eum extra ciuitatem, & lapidibus interfecerunt.

Achab approbat factum à Iezabel vxore sua.

14 Miserúntq; ad Iezabel, dicentes, Lapidatus est Naboth, & mortuus est

15 Factum est autem, cum audisset Iezabel lapidatum Naboth, & mortuum, locuta est ad Achab, Surge, * posside vineam Naboth Iezrahelitæ, qui noluit tibi acquiescere, & dare eam accepta pecunia: non enim viuit Naboth, sed mortuus est.

16 Quod cum audisset Achab, mortuum videlicet Naboth, surrexit, & descendebat in vineâ Naboth Iezrahelitæ, vt possideret eam.

E 17 Factus est igitur sermo Domini ad Eliâ Thesbiten, dicens,

18 Surge, & descende in occursum Achab regis Israel qui est in Samaria: ecce ad vinea Naboth descendit, vt possideat eam:

Elias increpat Achab, prædicens illi mortem.

19 Et loqueris ad eum, dicens, Hæc dicit Dominus Deus, Occidisti, insuper & possedisti. & post hæc addes, Hæc dicit Dominus, In loco hoc in quo linxerunt canes sanguiné Naboth, lambent quoq; sanguinem tuum:

inimice mi?

20 Et ait Achab ad Eliam, Nû inuenisti me inimicum tibi? qui dixit. Inueni, eo quod venundatus sis vt faceres malum in conspectu Domini.

4. Reg. 9. b.

21 Hæc dicit Dominus, Ecce ego inducam super te malum, & demetam posteriora tua, & interficiam de Achab mingenté ad parietem, & clausum, & vltimum in Israel.

F 22 Et dabo domum tuam sicut domum Ieroboam filii Nabat, & sicut domum Baasa filii Abia: quia egisti vt me ad iracundiâ prouocares, & peccare fecisti Israel.

Supra 15. g. & supr. 16. a.

23 Sed & de Iezabel locutus est Dominus, dicens, Canes comedent Iezabel in agro Iezrahel.

Prædicit & mortem Iezabel.

24 Si mortuus fuerit Achab in ciuitate, comedent eum canes: si autem mortuus fuerit in agro, comedent eum volucres cœli.

4. Reg. 9. g.

25 Igitur non fuit alter talis sicut Achab, qui venundatus est vt faceret malum in conspectu Domini: concitauit enim eum Iezabel vxor sua.

G 26 Et abominabilis factus est, in tantum vt sequeretur idôla quæ fecerant Amorrhæi, quos consumpsit Dominus à facie filiorum Israel.

8 Scripsit itaque literas nomine Achab, & consignauit eas annulo eius signatorio, & misit literas illas ad [10] seniores & viros generosos [11] qui erant in ciuitate eius habitantes cum Naboth.

9 Scripsit autem literas huiusmodi verbis, [12] Indicite ieiunium, & collocate ipsum Naboth [13] primo loco in populo:

10 Collocate insuper duos viros [14] perditos [15] aduersus eum, qui testes sint contra eû, sicq; loquantur: [16] Blasphemasti Deum & regem: & tunc [17] educite eum, atque lapidibus eum petite, vt moriatur.

11 Fecerunt ergo [18] ciues vrbis suæ, nempe [19] senes & generosi qui habitabant in vrbe eius, quemadmodum miserat ad eos Isabel, [&] quemadmodum scriptum erat in literis quas miserat ad eos.

12 [20] Indixerunt ergo ieiunium, collocarúntq; Naboth inter primores populi.

13 Venientes deinde duo viri perditi, sederunt è regione ipsius: tuleruntq; viri illi perditi testimonium contra Naboth coram populo, dicentes, [21] Naboth blasphemauit Deum & regem. educentes ergo eum foras extra ciuitatem, lapidibus eum obruerunt, & mortuus est.

14 Deinde miserunt ad Isabelem, dicentes: lapidibus obrutus est Naboth, atque mortuus.

15 Vt autem Isabel audiuit Naboth lapidibus interemptum esse, dixit eadem Isabel ad Ahab, Surge, posside vineam ipsius Naboth Israelitæ, [22] quam tibi pro pecunia dare noluit, quoniam Naboth non viuit, sed mortuus est.

16 Audiens Ahab mortuum esse Naboth, surrexit Ahab vt descenderet in vineam Naboth Israelitæ, [23] & possideret illam

17 Factum est autem verbum Domini ad Eliam Thisbiten [24] in hanc sententiam,

18 Surge, descende obuiam Ahab regi Israelis qui est in Samaria, en in vinea est Naboth, in quam descendit vt eam possideat.

19 Et loquere ad eum hisce verbis, Sic dicit Dominus. [25] Interfecistine, & possidebis etiam? tum rursum loqueris ad eum hisce verbis, Sic dicit Dominus, [26] Eodem loco quo linxerût canes sanguinem Naboth, lingent quoque canes sanguinem tuum, [27] tuum inquam.

20 Et ait Ahab ad Eliam, [28] Deprehendisti me hostis meus: qui ait, Deprehendi, [29] quandoquidem teipsum vendidisti [30] ad malum designare in oculis Domini,

21 En ego abducam super te [31] malum, & [32] expurgabo post te, & exscindam [33] ipsi Ahab [34] mingentem ad parietem, [35] reclusum & derelictum in Israele.

22 Et tradam domum tuam vt domum Ieroboam filii Nebat, & sicut domum Baasa filii Ahia, propter irritationem qua [36] irritasti, & effecisti vt peccaret Israel.

23 Sed & de Isabele loquutus est Dominus in hanc sententiam, Canes comedent Isabelem [37] in propugnaculo Iesreel.

24 Qui [38] ipsi Ahab mortuus fuerit in ciuitate, [39] hunc canes comedent: qui vero in agro fuerit mortuus, hunc comedent aues cæli.

25 [40] Veruntamen nullus fuit Ahab similis, qui sese [41] venderet malum designare in oculis Domini, eo quod incitaret eum Isabel vxor sua.

26 Is enim fecit supra modum res abominandas, [42] quum impura stercora sequutus est, iuxta omnia quæ fecerunt Amorrhæi, quos eiecit Dominus [43] ante filios Israel.

10 certos intelligit, quos ipsa sciebat esse impios, & etiam sibi morigeros.
11 i. qui habitabant in eadem ciuitate in qua Naboth.
12 Hoc dicit quia die ieiunii solerent inquirere flagitia et facinora populi, & dei opus ò perditis hominibus pœna. Itaque, potest legi, Conuocate concionem.
13 Heb. in capite populi. i. statuite inter primos populi, hoc est, primates vrbis.
14 Heb. belial. i. improbos, vel impios.
15 i. e regione ipsius.
16 Heb. benedixit. i. maledixit. [illegible]
17 subex vrbe.
18 i. conciues sui.
19 vel maximi natu & nobilissimi, vel, optimates.
20 i. Decreuerunt fieri quodâ die.
21 Heb. benedixit Naboth Deo & regi. id est, Maledixit.
22 vel, qui.
23 Gallice, pour en prendre possession.
24 vel, dicentis.
25 Nûne occidisti, & possedisti? q.d. Non satis tibi fuit occidisse illû, nisi & possessionem eius inuaderes? Vel, Nonne satis tibi esse debuit, occidisse Naboth, nisi &c.
26 Non de eodé loco particulari, sed vniuersim intelligit q.d. In hac parte idé tibi continget quod côtigit Naboth. Alii legunt, propter id quod linxerunt &c.
27 Heb. etiam tuum. Gallice, voire ue toy
28 Heb. i. Num inuenisti inimice mi? i. Numquid inuenisti eo me quod carpere possis tu qui semper mihi aduersarius?
29 id est, quasi

te vendideris ad hoc ipsum, dedisti operam, & propensa semper animo fuisti ad ea perpetranda quæ Deo ingrata erant. Gallice tu t'es abandonné a &c. 30 Heb. ad faciendum malum. 31 vel, [illegible] 32 auferam, i. quæ tollam te de medio velut [illegible] propellens. 33 i. de domo Achab. 34 q. d. [illegible] omnia de domo Achab, [illegible] condonaturus sim vitam. 35 id est eos qui [illegible] munitissima, & si quis [illegible] constitutus, siue natu siue summi ordinis, siue infimi. 36 tubinas. 37 vel, an antemurale aut iuxta antemurale [illegible] Gallice, es fosses de la ville. 38 i. de domo Achab. 39 i. carebit sepultura. 40 vel, Certe 41 [illegible] sed sua sponte seipsum tradiderit male faciendo, quod ingratissimum est Domino. 42 Heb. vt iret post idola. i. eundo post idola, colendo ea. 43 i. à facie filiorum &c. i. quos expulit patria, et eam dedit filiis Israel.

27 *Factum est autem quum audiret Ahab verba i-*
sta, vt scissis vestibus suis, & carni suæ sacco imposito ie-
iunaret, dormiretq; in [44] sacco, & [45] nudis pedibus in-
cederet.
28 *Tum factus est sermo Domini ad Eliam Thisbi-*
ten in hunc modum,
29 *Annon vidisti quòd Ahab [46] humilis sit factus*
coram me? quandoquidem ergo humilis factus est coram
me, non inducam afflictionem illam suis diebus, [sed] in
diebus filiorum suorum adducam afflictionem super do-
mum eius.

27 Itaque cum audisset Achab sermones istos,
scidit vestimenta sua, & operuit cilicio carnẽ suam:
ieiunauitque, & dormiuit in sacco, & [a] ambulauit
demisso capite.
28 Et factus est sermo Domini ad Eliam Thes-
biten, dicens,
29 Nonne vidisti humiliatum Achab coram
me? quia igitur humiliatus est mei causa, non in-
ducam malum in diebus eius, sed ‡ in diebus filii
sui inferam malum domui eius.

Ag't pœnitentiam. [a] *ambulabat* ‡ Reg. 9. t

CAPVT XXII.

1 [1] *SEderunt* [1] *ergo tribus annis, vt nullum esset bellum*
inter Syros & inter Israelem
2 *Anno autem tertio factum est vt Iosaphat rex Iu-*
da descenderet ad regem Israelis.
3 *Tum dixit rex Israel ad seruos suos, Scitisne quòd*
nostra sit Ramoth Gilead? Nos autem [2] socordes sumus,
quòd non tollimus eam de manu regis Syriæ.
4 *Et ait ad Iosaphat, Visne proficisci mecum bellatu-*
rus contra Ramoth-Gilead? Iosaphat respondit regi Is-
raelis, [3] Quemadmodum ego, sic & tu: quemadmodũ po-
pulus meus, sic & populus tuus: quemadmodum equi
mei, sic & equi tui.
5 *Dixitq; Iosaphat ad regem Israelis, Consule quæso*
hodie [4] verbum Domini.
6 *Congregauit ergo rex Israel prophetas ferè quadrin-*
gentos viros, dixit ad eos, Proficiscarne in bellum contra
Ramoth Gilead, an omittam? illi dixerunt, Ascende:
nam tradet [eam] Dominus in manum regis.
7 *Et ait Iosaphat, Estne [5] adhuc hic propheta Do-*
mini, vt per eum [6] inquiramus?
8 *Et ait rex Israel ad Iosaphat, Est adhuc vir qui-*
dam per quem possemus Dominum [7] quærere, (at ego
prosequor eum odio, quoniam nunquam prophetat mihi
bonum, sed dumtaxat malum) nempe Micheas filius
Iemla. dixitq; Iosaphat, [8] Ne loquatur rex sic.
9 *Vocauit itaq; rex Israelis quendam [9] ex cubicula-*
riis, & dixit, Adduc confestim Michaam filiũ Iemla.
10 *Ceterum rex Israel & rex Iosaphat rex Iehuda cõ-*
sidebant vterq; in solio suo, induti [10] vestibus, in [11] area
iuxta ostium portæ Samariæ, vniuersiq; prophetæ pro-
phetabant in conspectu eorum.
11 *Fecerat autem Zedecias filius Chanaana sibi cor-*
nua ferrea, & ait, Sic dicit Dominus, [12] Istis [13] feries tu
Syros, [14] donec in vniuersum eos conficias.
12 *Omnes quoque prophetæ ad hunc modum pro-*
phetabant, dicentes, Ascendito in Ramoth Gilead, &
[15] feliciter ages, [15] quoniã tradet [eam] Dominus in ma-
num tuam.
13 *Porrò nuncius qui ierat Micheam vocatum: lo-*
cutus est ad eum, dicens, En vaticinia prophetarum vno
ore fausta regi [prædicunt,] sit quæso verbum tuum con-
sonum [17] illorum verbis, [18] vaticinare & tu fausta.
14 *Micheas dixit, Viuit Dominus, quòd quodcunq;*
dixerit Dominus ad me, hoc loquar.
15 *Et venit ad regem, dixitq; rex ad eum, Michea,*
proficiscemurne bellaturi contra Ramoth Gilead, an
[19] omittemus? is vero dixit ad eum, Ascende, [20] feliciter
rem geres: tradet enim [eam] in manum regis.
16 *Dixitq; ad eum rex, [21] Quoties te iureiurando*
adigam, vt non loquaris ad me præter veritatem, [22] in
nomine Domini?
17 *Tum dixit [Micheas,] Vidi vniuersum Israelem*
dispersum in montibus veluti oues quibus non est pastor.
[23] dixitq; Dominus, Illi non habent dominum: reuer-
tatur quisq; domum suam [24] incolumis.

1 TRansierunt igitur tres anni absque bello inter
Syriam & Israel.
2 In anno autem tertio, descendit Iosaphat rex
Iuda ad regem Israel.
3 (Dixitq; rex Israel ad seruos suos, Ignoratis
quòd nostra sit Ramoth-Galaad, & negligimus
tollere eam de manu regis Syriæ?)
4 Et ait ad Iosaphat, veniésne mecum ad præ-
liandum in Ramoth-Galaad? Dixitque Iosaphat
ad regem Israel, Sicut ego sum, ita & tu: [b] populus
meus, & populus tuus vnum sunt: & equites mei,
equites tui.
5 Dixitq; Iosaphat ad regem Israel, Quære, oro
te, hodie sermonem Domini.
6 Congregauit ergo rex Israel prophetas, qua-
dragintos circiter viros, & ait ad eos, Ire debeo in
Ramoth Galaad ad bellandum, an quiescere? qui
responderunt, Ascende, & dabit eam Dominus in
manu regis.
7 Dixit autem Iosaphat, Non est hîc propheta
Domini quispiam, vt interrogemus per eum?
8 Et ait rex Israel ad Iosaphat, Remansit vir v-
nus, per quem possumus interrogare Dominũ: sed
ego odi eum, quia non prophetat mihi bonum, sed
malum, Michæas filius Iemla. cui Iosaphat ait, Ne
loquaris ita rex.
9 Vocauit ergo rex Israel eunuchum quendam,
& dixit ei, Festina adducere Michæam filiũ Iemla.
10 Rex autem Israel & Iosaphat rex Iuda sede-
bant vnusquisq; in solio suo vestiti cultu regio, in
area iuxta ostium portæ Samariæ, & vniuersi pro-
phetæ prophetabant in conspectu eorum.
11 Fecit quoque sibi Sedecias filius Chanaana
cornua ferrea, & ait, Hæc dicit Dominus, His ven-
tilabis Syriam, donec deleas eam.
12 Omnesq; prophetæ similiter prophetabant,
dicentes, Ascende in Ramoth-Galaad, & vade pro-
sperè, & tradet Dominus in manus regis.
13 Nuncius verò qui ierat vt vocaret Michæam,
locutus est ad eum dicens, Ecce sermones prophe-
tarum ore vno regi prædicant: sit ergo [c] sermo tuus
similis eorum, & loquere bona.
14 Cui Michæas ait, Viuit Dominus, quia quod-
cunque dixerit mihi Dominus, hoc loquar.
15 Venit itaque ad regem, & ait illi rex, Michæa,
ire debemus in Ramoth Galaad ad præliandum, an
cessare? cui ille respondit, Ascende, & vade prospe-
rè, & tradet Dominus in manus regis.
16 Dixit autem rex ad eum, Iterum atq; iterum
adiuro te, vt non loquaris mihi nisi quod verũ est,
in nomine Domini.
17 Et ille ait, Vidi cunctum Israel dispersum in
montibus quasi oues non habentes pastorem: &
ait Dominus, Non habent isti dominum: reuerta-
tur vnusquisq; in domum suam in pace,

18 (Di-

A *Iosaphat petit ab Achab suppetias aduersus Ramoth-Galaad.* 2. Par. 18. a
[b] *& sicut populus meus, & populus tuus: & sicut equi mei, ita & equi tui.*
400. pseudoprophetæ.
Iosaphat requirit verbum Dei.
B *Michaam vnicum Dei prophetã odit Achab, quòd vera dicat.*
Sedecias falsus propheta imitatur veros prophetas.
Propheta Dei verbum Dei loquitur.
[c] *&*
C *Ironia Michææ & imitatio pseudoprophetarum.*

44 vox Hebræa SAC, ... vestem vetustam & asperam, vt quæ contexta sit ex ea materia è qua contexi solent sacci.
45 ita vertit Chaldæus paraphrast. Alii legũt ex Hebræo, lentum. siue, pedetentim & lente, more scilicet lugentium ac mœrentium.
46 vel, deiecit sese. Alii dicunt deiectionem, siue pœnitentiam Achab fuisse veram, alii dicunt simulatã: sed nec ... fuisse pœnitentia vera, sed temporaria.

CAP. XXII.
1 Habitarunt. i. A fœdere inito cum Ben-adad fuit pax in Israele tribus annis. Anni pars pro toto hîc accipitur.
2 Heb. tacemus ab accipiendo eam &c. vel, silemus, siue cessamus tamẽ tollere illam, &c. Ramoth fuerat occupata a regibus Syriis ante partẽ Ben-adad: vnde ex fœdere non tenebatur Ben-adad eam reddere.
3 q. d. idem sum facturus quod tu: popul' meus itidem est, quò populus tuus, vel popul' meus & tuus idẽ sunt: equi mei ibunt quo tui sunt ituri, erit nobis cõmune periculũ.
4 i. Dominum.
5 Iosaphat dissimulat hic se scire prophetas Achab esse falsos & adulteri nos prophetas.
6 sub. verbum Domini.
7 consulere,
8 q. d. vaticinabitur prospera.
9 cubiculum,
10 sub. regiis.
11 sub. quadam. Tum prope vrbes erant areæ, ob incursiones hostium.
12 sub. cornibus.
13 Chald. paraphrast. interficies Syros,
14 sub. neq; fe-
sire desines, donec memoriam eorum aboleas. 15 i. expugnabis eam. 16 Heb. & dabit eam Dominus in manũ regis. i. tuam. 17 sermoni vnius eorum, 18 Heb. & vaticinare fœlicia. & , pro, id est, positum. 19 vel, desinemus. 20 Hoc ironicè dictũ. 21 Heb. Vsq; ad quot vices. i. Quoties patieris me ... adiurare te, q. d. Iterum atq; iterum te adiuro vt &c. 22 Hæc verba iungenda sunt cum præcedentibus (te iureiurando adigam) i. Quoties patieris me te adiurare ... in nomine Domini, ne nõ loquaris mihi nisi quod verum fuerit? Sensit itaque Achab, qui non addidit hoc, Hæc dicit Dominus, vt veri prophetæ solent. 23 sub. mihi. 24 Heb. in pace.

18 (Dixit ergo rex Israel ad Iosaphat, Numquid
non dixi tibi quia non prophetat mihi bonum, sed
semper malum?)

Prædicit dispergendum populum in prælio, & Achab occidendum.

19 Ille verò addens, ait. Propterea audi sermo-
nem Domini, Vidi Dominum sedentem super so-
lium suum, & omnem exercitum cæli assistentem
ei à dextris & à sinistris.

20 Et ait Dominus, Quis decipiet Achab regem
Israel, vt descendat, & cadat in Ramoth-Galaad? &
dixit vnus verba huiuscemodi, & alius aliter.

Deus opera pseudoprophetarum, seducit interdum eos qui verbum contemserunt.

21 Egressus est autem spiritus, & stetit coram
Domino, & ait, Ego decipiam illum. cui locutus
est Dominus, In quo?

22 Et ille ait, Egrediar, & ero spiritus mendax
in ore omnium prophetarum eius. Et dixit Domi-
nus, Decipies, & præualebis: egredere, & fac ita.

D

23 Nunc igitur ecce dedit Dominus spiritum
mendacii in ore omnium prophetarũ tuorum, qui
hic sunt, & Dominus locutus est contra te malum.

Percutitur Michæas propheta.

24 Accessit autem Sedecias filius Chanaana, &
percussit Michæam in maxillam, & dixit, Méne er-
go dimisit Spiritus Domini, & locutus est tibi?

25 Et ait Michæas, Visurus es in die illa quando
ingredieris in cubiculum intra cubiculum, vt abs-
condaris.

26 Et ait rex Israel, Tollite Michæam, & maneat
apud Amon principem ciuitatis, & apud Ioas filiũ
*Amélech, & dicite eis,

** Appellatiuũ nomen est, non proprium, filiũ amélech, id est, filium regis.*

27 Hæc dicit rex, Mittite virum istum in carce-
rem, & sustentate eum pane tribulationis & aqua
angustiæ, donec reuertar in pace.

Incarceratur Michæas.

28 Dixitq; Michæas, Si reuersus fueris in pace,
non est locutus in me Dominus. & ait, Audite po-
puli omnes.

29 Ascendit itaq; rex Israel & Iosaphat rex Iu-
da in Ramoth Galaad.

Achab pugnãs cõtra Ramoth-Galaad, iuxta verbum Dei occiditur.

30 Dixit itaque rex Israel ad Iosaphat, Sume ar-
ma, & ingredere prælium, & induere vestibus tuis.
porrò rex Israel mutauit habitum suum, & ingres-
sus est bellum.

E

31 Rex autem Syriæ præceperat principibus
curruum triginta duobus, dicens, Non pugnabitis
contra minorem & maiorem quempiam, nisi con-
tra regem Israel solum.

32 Cum ergo vidissent principes curruum Io-
saphat, suspicati sunt quòd ipse esset rex Israel, &
impetu facto pugnabant contra eum: & exclama-
uit Iosaphat.

33 Intellexerúntq; principes curruum quòd nõ
esset rex Israel, & cessauerunt ab eo.

34 Vir autem quidam tetendit arcum, in incer-
tum sagittam dirigens, & casu percussit regem Is-
rael inter pulmonem & stomachum. At ille dixit
aurigæ suo, Verte manum tuam, & eiice me de
exercitu, quia grauiter vulneratus sum.

Achab moritur.

35 Commissum est ergo prælium in die illa. &
rex Israel stabat in curru suo cõtra Syros, & mor-
tuus est vespere: fluebat autem sanguis plagæ in si-
num currus.

36 Et præco insonuit in vniuerso exercitu an-
tequam Sol occumberet, dicens, Vnusquisq; reuer-
tatur in ciuitatem *, & in terram suam.

** suam*

37 Mortuus est autem rex & perlatus est in Sa-
mariam: sepelierúntq; regem in Samaria.

38 Et lauerunt currum eius in piscina Samariæ,

18 (Et ait rex Israel ad Iosaphat, Annon [25] dixe-
ram tibi, Is nihil [26] boni vaticinatur mihi, sed malum
duntaxat?)

19 Tu dixit, Audi ergo verbum Domini, Vidi Do-
minum sedentem in solio suo, & [27] omnem exercitum cæ-
lorum stabat iuxta eum ad dexteram eius, & ad sini-
stram eius.

20 Dicebatq; Dominus, Quis persuadebit Ahab vt
ascendat & [28] cadat in Ramoth-Gilead? [29] quumq;
alius aliud diceret.

21 [30] Egrediebatur spiritus quidam, & stans coram
Domino, ait, Ego [31] persuadebo ei. aitq; Dominus ad eũ,
Qua in re?

22 Is ait, Egrediar, eroq; spiritus mendax in ore o-
mnium prophetarum eius. [32] Dixit ergo, [33] Persuadebis,
simulq; efficies: egredere itaque, & fac sic.

23 Et nunc, en Dominus dedit spiritum mendacem
in ore omnium prophetarum tuorum istorum, loquutusq;
est Dominus super te malum.

24 Accedens autem Zedecias filius Chnaana, [34] per-
cussit Michæam in maxillam, & ait, [35] Vbinam transi-
uit Spiritus Domini a me, vt tibi loqueretur?

25 Et ait Michæas, Ecce tu videbis ipso eodem die,
[36] quando de penetrali in penetrale fugeris vt abscondaris.

26 Ait itaque rex Israel, Tolle Michæam, & [37] re-
duc eum ad Amon præfectum ciuitatis, & ad Ioas fi-
lium regis, dicesq;

27 Sic ait rex, Conïicite hunc in carcerem, & [38] date
ei cibum, panem & aquam, vt sit afflictus, donec ego
incolumis redeam.

28 Tum dixit Michæas, Si reuersus fueris incolumis
& saluus, [39] Dominus non est loquutus per me. & simul
dixit, [40] Audite omnes populi.

29 Ascendit itaque rex Israel, & Iosaphat rex Iehu-
da in Ramoth-Gilead.

30 Dixitq; rex Israel ad Iosaphat, [41] Mutandus est
habitus, & eundum in bellum, tu verò indue [42] vesti-
menta tua. [43] immutauitq; rex Israel, & ingressus est
bellum.

31 Rex verò Syriæ præceperat ducibus curruum,
quos habebat triginta duos, dicens, Ne conseratis manus
neque cum magno, neque cum paruo, præterquam cum
solo rege Israelis.

32 Quum igitur duces curruum viderent Iosaphat,
dixerunt, Profectò is est rex Israel. & conuerterunt ad
eum, vt contra eum pugnarent, [44] clamauitq; Iosaphat.

33 Quum verò duces curruum viderent quòd non
esset rex Israel, diuerterunt ab eo.

34 Quidam autem [45] intendens arcum, quàm ma-
xime potuit, ferit regem Israelis [46] inter iuncturas
[thoracis] & inter loricam. Et dixit aurigæ suo, [47] Ver-
sa manu tua, educ me [48] ex castris, quoniam [49] vulne-
ratus sum.

35 [50] Et desiit prælium eo ipso die: porrò rex suffultus
stabat in curru prope Syros, & mortuus est [51] vespere,
effluxitque sanguis ex vulnere in [52] sinum currus.

36 Transiit autem [53] iubilus per castra, sub occasum
Solis in hunc modum, Quisque in ciuitatem, & quisque
in [54] terram suam.

37 [55] Rex autem mortuus est, venitq; Samariam, se-
pelieruntque regem in Samaria.

38 [56] Quidã autẽ perfudit currũ in piscina Samariæ,

25 vel, prædixe-
ram.
26 vel, fœlicia,
sed infœlicia.
aut aduersa.
27 per exercitũ
cæli hoc loco in-
tellige tantum
angelos bonos.
Parabola autem
est qua indica-
tur, sinente &
cõniuente Deo,
nobis imponi a
Satana.
28 i. moriatur.
29 Heb. & dicit
vnus sic, & alius
dicebat sic. Gal-
licè, ainsi & ain-
si.
30 sub. de loco
suo. non enim e-
rat cum exerci-
tu illo cælesti.
Spiritus malus
non habet locũ
cum spiritibus
bonis. Iob. 1. 2.
31 imponam.
32 sub. Domi-
nus.
33 Impones.
34 [illegible]
saphũ Michææ.
35 Qua sub. via.
Chald. para. Qua
hora. i. Quando.
36 Heb. quo in-
grediens (de) cu-
biculo in cubi-
culum. i. in inti-
mum cubiculi.
quoniam nõ in-
ueniet locum in
quo possis satis
tutus esse præ
metu hostium.
37 sub. in vrbẽ.
Alii aiunt eum
fuisse antea in
carcere.
38 Heb. cibate
eum pane tribu-
lationis & aqua
angustiæ. vel, at-
flictionis. i. exi-
guo pane & exi-
gua aqua. Chal.
para. pane qui
erit in afflictio-
ne hoc est, nõ ad
saturitatem, sed
ad necessitatem
tantum.
39 [illegible] tunc pla-
ne [illegible] Do-
minum non esse
locutum per me.
40 Vocauit po-
pulum in teste,
Audite omnes
quæ dico vt quũ
quæ prædixi e-
uenerint, intel-
ligatis me dixis-
se inspiratione
diuina.
41 Mutabo ha-
bitum, & ingre-
diar.
42 sub. regia.
43 sub. vestem,
siue paludamen-
tum.

tum. 44 sub. ad Dominum, visis hostibus. 45 Hebr. emisit sagittam in simplicitate sua. i. in incertum, citra propositum feriendi regem. 46 i. inter an-
nulos quibus constabat lorica. q. d. forte fortuna allapsa est sagitta in foramen quod erat inter annulos. Vel, inter laminas quæ dependent à [illegible] lorica. Doctoribus
magis probatur ista interpretatio. Gallicè, entre les [illegible] des cuissons q. d. fuit percussus in inguine, vbi laminæ [illegible] rex [illegible] qua totum corpus [illegible].
47 i. Flecte habenas. 48 i. de exercitu. 49 Heb. ægrotare factus sum. i. dolore aut morbo correptus sum. vel potius, dolet mihi vulnus quod accepi [illegible]
se non accepisse vulnus. 50 Heb. Incaluerat autem bellum in die illo, & rex erat [illegible] [illegible] [illegible]. i. [illegible] commissum fuerat
eo die quo vulnus accepit Achab, & ipse constantissime pugnabat contra Syros, vnde illum sagitta petere fuit facile. 51 sub. vesperam. sub occasum Solis. 52 Si-
nus est res quæ aliquid capit. 53 vel, clamor. i. Proclamatum fuit voce præconis in castris. 54 sub. reuertatur. 55 Rex inquam. 56 Heb. Et lauit (auriga.)

linxeruntq; canes [57] sanguinem eius, [58] meretricesque lauerunt [eum] iuxta verbum Domini quod loquutus erat.

39 Reliquum gestorum Ahab, & quęcunque fecit, domus quoque eburnea quam extruxit, & omnes ciuitates quas ædificauit, annon hæc scripta sunt in libro annalium regum Israelis?

40 Dormiuit itaque Ahab cum patribus suis, & regnauit Ahasias filius eius pro eo.

41 Porro Iosaphat filius Asa regnare cœpit super Iehuda quarto anno Achab regis Israelis.

42 Eratque Iosaphat natus triginta quinque annos quum regnare cœpisset, & regnauit viginti quinque annis Ierosolymis. Nomen matris eius fuit Azuba filia Silhi.

43 Ambulauit autem in omni via Asa patris sui, nec declinauit ab ea, faciens quod rectum erat in oculis Domini.

44 Verumtamen excelsa non sunt demolita. Adhuc enim populus sacrificabat & adolebat in excelsis.

45 Pacem quoque fecit Iosaphat cum rege Israelis.

46 Reliquum gestorum Iosaphat, & fortitudo eius [59] qua præditus fuit, & bella quæ gessit, annon hæc scripta sunt in libro annalium regum Iehuda?

47 [60] Reliquias quoque catamitorum, qui remanserant in diebus Asa patris sui, ipse sustulit e terra.

48 [61] Tunc non fuit rex in Edom, qui præfectus esset regno.

49 Iosaphat [62] fecit quoque decem [63] naues, quæ per mare veherent in Ophir ut aurum [aduehere]nt: sed non [64] profectæ sunt, quoniam fractæ fuerunt naues illæ [65] in Ezion gaber.

50 [66] Tunc ait Ahasias filius Ahab ad Iosaphat: Eant serui mei cum seruis tuis [67] in nauibus: at Iosaphat noluit.

51 Dormiuit itaque Iosaphat cum patribus suis, & sepultus est cum patribus suis in ciuitate Dauid patris sui: regnauitque Ioram filius eius pro eo.

52 Ahasias filius Ahab [68] regno Israelitico in Samaria inauguratus est anno decimo septimo Iosaphat regis Iehuda: regnauitq; duobus annis super Israelem.

53 Designauit autem malum in conspectu Domini, [69] ambulauitq; in via patris sui, in via matris suæ, atque in via Ierobeam filii Nebat, qui effecerat ut scelerate ageret Israel.

54 Nam coluit Baal, & adorauit eum, irritauitq; Dominum Deum Israelis, [70] iuxta omnia quæ designauerat pater eius.

& linxerunt canes sanguinem eius, & habenas lauerunt, iuxta verbum Domini quod locutus fuerat. F

39 Reliqua autem sermonum Achab, & vniuersa quæ fecit, & domus eburnea quam ædificauit, cunctarumque vrbium quas extruxit, nónne hæc scripta sunt in Libro sermonum dierum regum Israel?

40 Dormiuit ergo Achab cum patribus suis, & regnauit Ochozias filius eius pro eo.

41 Iosaphat verò filius Asa regnare cœperat super Iudam anno quarto Achab regis Israel.

42 Triginta quinque annorum erat cum regnare cœpisset, & viginti quinque annis regnauit in Ierusalem: nomen matris eius Azuba filia Salai.

43 Et ambulauit in omni via Asa patris sui, & non declinauit ex ea: fecitque quod rectum erat in conspectu Domini.

44 Verumtamen excelsa non abstulit: adhuc enim populus sacrificabat, & adolebat incensum in excelsis.

45 Pacemq; habuit Iosaphat cum rege Israel.

46 Reliqua autem verborum Iosaphat, & opera eius quæ gessit, & prælia, nónne hæc scripta sunt in libro verborum dierum regum Iuda?

47 Sed & reliquias effœminatorum, qui remanserant in diebus Asa patris eius, abstulit de terra.

48 Nec erat tunc rex constitutus in Edom.

49 Rex verò Iosaphat fecerat classes in mari, quæ nauigarent in Ophir propter aurum: & ire non potuerant, quia confractæ sunt in Asion gaber. G

50 Tunc ait Ochozias filius Achab ad Iosaphat: Vadant serui mei cum seruis tuis in nauibus. & noluit Iosaphat.

51 Dormiuitq; Iosaphat cum patribus suis, & sepultus est cum eis in Ciuitate Dauid patris sui: regnauitque Ioram filius eius pro eo.

52 Ochozias autem filius Achab regnare cœperat super Israel in Samaria, anno septimodecimo Iosaphat regis Iuda, regnauitque super Israel duobus annis.

53 Et fecit malum in conspectu Domini, & ambulauit in via patris sui & matris suæ, & in via Ieroboam filii Nabat, qui peccare fecit Israel.

54 Seruiuit quoque Baal, & adorauit eum, & irritauit Dominum Deum Israel, iuxta omnia quæ fecerat pater eius.

Supr. 21. e

Ochozias, rex Israel.

Iosaphat pius

Iosaphat mittit in Ophir pro auro.

Iosaphat moritur.

Succedit Ioram

Ochozias impius.

57 sub. cum aqua. nam lambebant canes sanguinem cum aqua qui veniebat ibi [illegible] in piscina. Cum supra, cap. 21. Elias dicit, in loco in quo linxerunt canes sanguinem Naboth [illegible] locus pro regione ponitur. 4. Reg. 9. docet prophetiam Eliæ de lambendo sanguine Naboth, impletam fuisse in Ioram.

58 & arma eius lauerunt, sub. quibus mandatum fuit illud [illegible].

59 Hebr. quam fecit, i. quæ strenue gessit.

60 Porro reliqua scorta mascula quæ

61 q.d. Tempore [illegible] Idumæa erat subiecta regibus Iuda: & [illegible] illic constituebant præfectum [illegible] vices [illegible] regni gereret.

62 [illegible] erat

63 vel, naues maritimas, [illegible] quidam, Africas: [illegible] in Ophir: i. naues Africanas [illegible] quæ ibant in Africam per mare Rubrum, vt iret in Spagnolam. Vel, naues Africanas, i. tales quales erant in Africa. Verum [illegible] Tharsis [illegible] fecit marinas naues, ad differentiam fluuialium. [illegible] Tharsis siue Tarsis significat in scriptura Africam insulam, [illegible] in Oceano ad Occidentem [illegible] & mare ipsum, [illegible]

64 [illegible] in Ophir. [illegible] maternam.

65 [illegible] in portu Ezion-gaber, vel, non procul a portu vrbis Ezion-gaber. 66 classe scilicet Iosaphat attrita. 67 sub. quæ proficiscuntur. 68 regnauit super Israelem in Samaria, [illegible] hic accipiuntur, pars anni pro toto anno. 69 i. [illegible] est impietatem paternam 70 id est, [illegible] siue omnino vt fecerat, [illegible]

LIBER REGVM SECVNDVS,

quem nos quartum Regum dicimus.

Argumentum huius libri.

Secundus liber Regum continet res gestas [illegible] Ioram, Ochoziæ, Athaliæ, Ioæ, Amasiæ, Oziæ, Ioathami, Achaz, [illegible] Ochoziæ, Ioram, Iehu, [illegible] Ioas, Ieroboam, [illegible] Sellum, Manahem, Phaceiæ, Phacee, & Osee. [illegible] historia [illegible] regum [illegible]

CAPVT I

1 [1] Defecit autem Moab ab Israele post mortem Achab.

2 [2] [illegible] Ahasias per [3] cancellos [4] cœnaculi sui quod habuit in Samaria quo [illegible] ægrotauit,

A

1 Præuaricatus est autem Moab in Israel, postquam mortuus est Achab. 2 Ceciditque Ochozias per cancellos cœnaculi sui quod habebat in Samaria, & ægrotauit, misitque

Defectio Moabitarum & casus Ochoziæ è cœnaculo.

CAP. I.

1 i. Defecerunt Moabitæ per defectionem [illegible] Israel mortuo Achab. [illegible]

1 [illegible] defecerunt Moabitæ, & [illegible] fenestram [illegible] lumen in cœnaculum. 3 quæ scilicet [illegible] erant ligna cancellatim & transuersim intertexta. 4 in cœnaculum [illegible] tabulatum superius, Hebraice [illegible] quod ad illud ascendatur.

Eliam quærit interficere prætextu pietatis.

misitq; nuncios, dicens ad eos, Ite, consulite Beel-
zebub deum Accaron, vtrum viuere queam de in-
firmitate mea hac.
3 Angelus autem Domini locutus est ad Eliam
Thesbiten, dicens, Surge, & ascende in occursum
nunciorum regis Samariæ, & dices ad eos, Num-
quid non est Deus in Israel, vt eatis ad consulen-
dum Beel-zebub deum Accaron?
4 Quam ob rem hæc dicit Dominus, De lectu-
lo super quem ascendisti, non descendes, sed morte
morieris. & abiit Elias.
5 Reuersiq; sunt nuncii ad Ochoziam. qui dixit
eis, Quare reuersi estis?
B 6 At illi responderunt ei, Vir occurrit nobis, &
dixit ad nos, Ite, *reuertimini ad regem qui misit
vos, & dicetis ei, Hæc dicit Dominus, Numquid
quia non erat Deus in Israel, mittis vt consulatur
Beel-zebub deus Accaron? Idcirco de lectulo su-
per quem ascendisti, non descendes, sed morte mo-
rieris.

* &

Habitus Eliæ.

7 Qui dixit eis, Cuius figuræ & habitus est vir il-
le qui occurrit vobis, & locutus est verba hæc?
8 At illi dixerunt, Vir pilosus, & zona pellicea
accinctus renibus qui ait, Elias Thesbites est.

Quinquagenaris ad Eliam missi consumuntur igne.

9 Misitq; ad eum quinquagenarium principem,
& quinquaginta qui erant sub eo. Qui ascendit ad
eum: sedentiq; in vertice montis, ait, Homo Dei,
rex præcepit vt descendas.
10 Respondensq; Elias, dixit quinquagenario.
Si homo Dei *sum, descendat ignis de cœlo, & de-
C uoret te, & quinquaginta tuos. descendit itaque i-
gnis de cælo, & deuorauit eum & quinquaginta
qui erant cum eo.

* ego

11 Rursumq; misit ad eum principem quinqua-
genarium alterum, & quinquaginta cum eo. Qui
locutus est illi, Homo Dei, hæc dicit rex, Festina,
descende.
12 Respondens Elias, ait. Si homo Dei ego sum,
descendat ignis de cælo, & deuoret te, & quinqua-
ginta tuos. descendit ergo ignis *de cælo, & deuo-
rauit illum, & quinquaginta eius.

* Dei

13 Iterum misit principem quinquagenarium
tertiũ, & quinquaginta qui erant cum eo. qui cum
venisset, curuauit genua contra Eliam, & precatus
est eum, & ait, Homo Dei, noli despicere animam
meam, & animas seruorum tuorũ qui mecum sunt.
14 Ecce descendit ignis de cælo, & deuorauit
D duos principes quinquagenarios primos, & quin-
quagenos qui cum eis erant: sed nunc obsecro vt
miserearis animæ meæ.
15 Locutus est autem angelus Domini ad Eliã,
dicens, Descende cum eo, ne timeas. surrexit igitur,
& descendit cum eo ad regem.

Elias increpat Ochoziam.

16 Et locutus est ei, Hæc dicit Dominus, Quia
misisti nuncios ad cõsulendum Beel zebub deum
Accaron, quasi non esset Deus in Israel à quo pos-
ses interrogare sermonem, ideò de lectulo super
quem ascendisti, nõ descendes, sed morte morieris.
17 Mortuus est autem iuxta sermonem Domi-
ni quem loquutus est Elias, & regnauit Ioram fra-
ter eius pro eo, anno secundo Ioram filii Iosaphat
regis Iudæ: non enim habebat filium.
18 Reliqua autem verborum Ochoziæ quæ o-
peratus est, nonne hæc scripta sunt in Libro sermo-
num dierum regum Israel?

Moritur Ochozias. Succedit Ioram frater eius.

misit nuncios, mandauitq; eis, Ite, & consulite [5] Baal-
sebub [6] Deum Ecron, sinne conualiturus ab hoc morbo
meo.
3 *Angelus autem Domini loquutus est ad Eliam*
Thesbiten, Surge, ascende obuiam nunciis regis Sama-
riæ, & loquere ad eos, [7] Annon est Deus in Israele, quòd
vos proficiscimini consultum Baal sebub deum Ecron?
4 *Atque ob id sic dicit Dominus. De lecto [8] quem a-*
scendisti non descendes, sed moriendo morieris. sicq́ue
abiit Elias.
5 *Quumq; reuersi essent nuncii ad [9] eum, dixit ad*
eos. [10] Quid ita reuertimini?
6 *Responderunt ei, Ascendit vir quidam obuiam*
nobis, dixitq; ad nos, Ite & reuertimini ad regem qui mi-
sit vos, & loquimini ad eum, Sic dicit Dominus, [11] An-
non est Deus in Israele, quòd tu mittis consultum Baal
sebub deum Ecron? idcirco de lecto quẽ ascendisti non de-
scendes, sed moriendo morieris.
7 *Qui dixit ad eos, Quis habitus viri illius qui vo-*
bis obuiam factus, taliaq; verba locutus est?
8 *Et responderunt ei, Vir ille [12] pilosus fuit, & lum-*
bis suis accinctus zona coriacea, tum ait, Elias est Thes-
bites.
9 *Misitq; [13] ad eum principem super quinquaginta,*
& quinquaginta quos habuit sub se. Is [14] ascendit ad
eum, & ecce sedebat in vertice montis: locutusq; est ad
eum, O [15] vir Dei, rex mandauit vt descendas.
10 *Respondit Elias, & dixit ad principem super*
quinquaginta. [16] Si vir sum Dei ergo, [17] descendat i-
gnis de cælo, deuoretq; te, & quinquaginta tuos. tum
[18] descendebat ignis de cælo, deuorauitq; eum & quin-
quaginta eius.
11 *Rex rursus misit ad eum alium principem quin-*
quagenarium cum quinquaginta viris quos sub se ha-
buit: is quoque [19] respondit, & dixit ad eum, O vir Dei,
sic dixit rex, Descende confestim.
12 *Quibus respondens Elias dixit, Si vir Dei ego*
sum, descendat ignis de cælo, & deuoret te, atque quin-
quaginta tuos. [20] descendebat autem ignis Dei de cælo, &
deuorabat eum cum quinquaginta suis.
13 *Rursus misit [rex] tertium principem quinqua-*
genarium cum quinquaginta quos sub se habuit. & a-
scendens quinquagenarius ille princeps tertius, incurua-
uit se super genua sua ante Eliam, obsecrauitq; eum, &
dixit, [21] O vir Dei, [22] preciosa sit quæso anima mea, &
anima seruorum tuorum, nempe quinquaginta istorũ,
in oculis tuis.
14 *Ecce [23] descendit ignis de cælo, & deuorauit duos*
principes quinquagenarios priores cum quinquagenis eo-
rum. [24] sit itaque anima mea in precio ante oculos tuos.
15 *Et locutus est angelus Domini ad Eliam, Descen-*
de cum eo, [25] ne formides ab eo. qui consurgens descendit
cum eo ad regem,
16 *Locutusque est ad eum, Sic dicit Dominus, Quan-*
doquidem misisti nuncios ad consulendum Baal-sebub
deum Ecron, [26] ac si non esset Deus in Israel: de lecto
quem ascendisti, non descendes, sed moriendo mo-
rieris.
17 *Mortuus est itaque [27] iuxta verbum Domini,*
quod Elias locutus fuerat, & [28] regno inauguratus est
eius loco [29] Ioram (anno scilicet secundo [30] Ioram filii Io-
saphat regis Iehuda) quoniam non habuit filium.
18 *Reliquum gestorum Ahasia quæ fecit, annon*
hæc scripta sunt in libro annalium regum Israel?

5 Baal-zebub. i. dominus muscæ, deus amoliens letales & perniciosissimas muscas, quę incolas agri Accaronitici infestabant. Ita doctores. Alii, rationem nominis sumunt à copia muscarũ, quam hostiarum copiosissimus sanguis gignebat.
6 i. quem colũt Accaronitæ.
7 Heb. Nonne ob non esse Deũ in Israele, proficiscimini &c. i. Nonne propterea quod nullus opinione vestra sit Deus in Israele, &c. siue, eo quod rex vester non putat vllum esse Deum in Israele.
8 sub. morbo coactus.
9 Ochoziam scilicet.
10 vel, Curnam. siue, Quamobrẽ.
11 Heb. Nonne propterea quod non sit Deus in Israele, tu &c. Vide supra numerum septimum.
12 vel, hirsutus.
13 sub. comprehendendum.
14 Elias confugerat in verticẽ montis: quia sibi timebat.
15 Hæc videntur dici per ironiam. q. d. qui te iactas esse virum diuinum.
16 vt scilicet reuerà sum: quanquam virum Dei me irridendo appelles. q. d. Non putas me esse virum Dei, verumque prophetã, sed Deus comprobabit re ipsa.
17 q. d. rogo Deum vt ignis descendat &c. & comprobet me suum esse prophetam
18 descendit.
19 i. verba facere cœpit.
20 descẽdit autem ignis Dei de cælo, & absumpsit &c. Ignis Dei. i. missus à Deo.
21 q. d. Fateor serio te esse prophetam Dei.

22 Solemus parcere rei charæ. q. d. ne despicias vitam meam, & seruorum tuorum. parce vitæ meæ, & meorum: ne perdas me, & milites qui mecum sunt. In Psalmo 115. Preciosa est in conspectu Domini mors sanctorum eius. i. Deus magnifacit suorum mortem. 23 sub. ad preces suas. 24 i. condona mihi vitam. 25 Timebat, quia aduersa regi prædixerat: propterea Iezabel mater regis summo eum odio prosequebatur. 26 He. (nonne quia non esset Deus in Israele, ad interrogandum sermonem eius?) ideirco de lecto &c. i. nonne eo quòd non putares esse vllum Deum in Israele quem consuleres? propter infidelitatem tuam igitur, de lecto &c.
27 i. quemadmodum prædixerat Dominus per Eliam. 28 regnauit. 29 per contractionem dictum, pro Iehoram: quemadmodum & Iosue pro Iehosua. Hic fuit frater Ochoziæ. 30 Ioram filius Iosaphat cœpit regnare cum patre suo, anno XVII. regni eius, quo etiam anno regnare cœpit Ochozias. Hic Ochozias regnauit duobus annis perfectis: pars decimi septimi pro anno, & pars decimi octaui pro anno. Quod per annum secundum intelligere debeamus annum decimum octauum regni Iosaphat, docet initium tertii capitis sequentis. Iosaphat XXV. annis regnauit. Anno XVIII. Iosaphat regnare cœpit Ioram filius eius. ergo VIII. annis & septem, id est, nouem, synecdochicos regnauit cum patre.

1 vel, sublaturus esset.
2 in illo turbine, per quē scilicet sublatus fuit.
3 Elias, ante abitum, adiit primum Galgala, deinde Beth el, tum Iericho, postremò Iordanē.
4 i. iuro per Deū viuentem, & per [illegible] tuam.
5 sunt discipuli prophetarum, vt patres [illegible] magistris accipiuntur.
6 Hel. i. de capite tuo? i. à te? Fam pro toto. Gall. d'auec toy? At edoctus est discipulo velut corona & ornamētum. Ergo, A capite tuo. i. dominum tuum qui tibi non aliter ornamento est, atq; corona capiti.
7 q. d. Dominus mihi reuelauit.
8 Hoc forte fecit vt faceret periculum an diligeretur ab Eliseo.
9 Illic multi erant sectatores prophetarum, vatū pii.
10 i. discipuli.
11 i. prosequuti sunt eos abeuntes, vt viderent finem.
12 nam deerat nauicula quæ transmitteret fluuium.
13 vel, complicans.
14 vel, per siccum sub. vadū.
15 vel, quid velis vt faciam tibi.
16 Heb. duorū i. duplex mensura. hoc est, Da vt duæ partes tui Spiritus diuisi in tres partes, sint meum. Noluit petere tantam sibi fieri gratiā, quantam magistro. q. d. Nolim me esse tantum quantus es, sed da solum mihi duas partes tui Spiritus.
17 vel, arduam.
18 quum tollar. i. si videris me abeuntem.
19 i. quod postulas.

CAPVT II.

1 FActum est autem quum Dominus [1] subuehere vellet Eliam [2] turbine in cælum, vt iret Elias cum Eliseo de [3] Gilgal.

2 Dixeratq; Elias ad Eliseum, Mane quaso hic, quoniam Dominus misit me in Beth el. dixit ergo Eliseus, [4] Viuit Dominus, & viuitq; anima tua [5] si deseram te.

3 Descenderuntq; in Beth el. Et egressi [5] filii prophetarum qui erant in Beth el ad Eliseum, dixerunt ei, Nostine quòd Dominus hodie tollet dominum tuum, [6] ne sit posthac magister tuus? & ait, Etiam, [7] noui ego: tacete.

4 Dixit rursus ad eum Elias, Elisee, [8] mane hic quaso, quoniam misit me Dominus in [9] Iericho. qui ait, Viuit Dominus, viuitq; anima tua si deseram te.

5 Veneruntq; Iericho. Accesseruntq; [10] filii prophetarum qui erant in Iericho ad Eliseum, & dixerunt ad eum, Nostine quòd Dominus hodie tollat à te dominum tuum? Qui respondit, Etiam ego noui, tacete.

6 Dixit Elias ad eum, Mane quaso hic, quoniam Dominus misit me ad Iordanem. qui ait, Viuit Dominus, & viuit anima tua, si deseram te. ibantque duo illi.

7 Porrò quinquaginta viri ex filiis prophetarū [11] venerunt, & steterunt a longe e regione. duo autē illi [12] steterunt iuxta Iordanem.

8 Et sumens Elias pallium suum, & [13] inuoluens illud, percussit aquas, diuisaq; sunt huc & illuc, vt ambo transirent [14] in sicco.

9 Quùmque transissent, dixit Elias ad Eliseum, Postula [15] quod tibi faciam, antequam tollar à te. & ait Eliseus, Sit quaso [16] duplex portio tui Spiritus super me.

10 Qui dixit, Rem [17] difficilem postulasti: si videris me [18] tolli à te, fiet tibi [19] sic: Sin minus, [20] non erit.

11 [21] Factum itaque est quum ita proficiscerentur & confabularentur, vt [22] currus igneus atque equi ignei vtrosque diuiderent, ascenderetq; Elias turbine [23] in cælum.

12 Eliseus verò videns clamabat, [24] Pater mi, pater mi, [25] currus Israelis & equites eius: neque vidit eum amplius. apprehensis autem vestimentis suis, scidit ea in duas partes.

13 Sustulitq; pallium Eliæ quod ceciderat ab illo,

14 Reuersus est, & stetit ad ripam Iordanis. Tollensq; pallium Eliæ quod ceciderat ab illo, [26] percussit aquam, ac dixit, [27] Vbi est Dominus Deus Eliæ, [28] etiā ipse? quumq; percussisset aquas, [29] diuisæ sunt huc atq; illuc. & transiit Eliseus.

15 Videntes autē eum [30] filii prophetarum qui [[31] erant] in Iericho [32] à longe, dixerunt,

16 [33] Spiritus Eliæ quieuit super Eliseo. veneruntque ei obuiam, [34] procubueruntq; in terram coram eo. Dixeruntque ad eum, Ecce [35] sunt cum seruis tuis quinquaginta viri fortes, eant quaso illi & quærant dominum tuum, [36] fortassis sustulit eum Spiritus Domini, proiecitq; eum in aliquem montem, aut in vallem aliquam qui ait, Ne mittatis.

17 At illi [37] flagitarunt eum donec pudore perpelleretur, [38] vt diceret, Mittite. Miserunt ergo quinquaginta viros, qui quæsierunt eum tribus diebus, sed non inuenerunt eum.

1 FActum est autem, cum leuare vellet Dominus Eliam per turbinem in cælum, *ibant Elias & Eliseus de Galgalis.

2 Dixitq; Elias ad Eliseum, Sede hîc, quia Dominus misit me vsque in Beth el. cui ait Eliseus, Viuit Dominus, & viuit anima tua, quia non derelinquam te.

3 Cúmq; descendissent Beth el, egressi sunt filii prophetarū, qui erant in Beth el, ad Eliseū, & dixerunt ei, Numquid nosti quia hodie Dominus tollet dominum tuum à te? qui respondit, Et ego noui: silete.

4 Dixit autem Elias ad Eliseum, Sede hîc, quia Dominus misit me in Iericho. & ille ait, Viuit Dominus, & viuit anima tua, quia non derelinquā te.

5 Cúmq; venissent Iericho, accesserūt filii prophetarum qui erant in Iericho, ad Eliseum, & dixerunt ei, Numquid nosti quia Dominus hodie tollet dominum tuum à te? & ait, Et ego noui: silete.

6 Dixit autem ei Elias, Sede hîc, quia Dominus misit me vsque ad Iordanem. qui ait, Viuit Dominus, & viuit anima tua, quia non derelinquam te. Ierunt igitur ambo pariter.

7 Et quinquaginta viri de filiis prophetarum secuti sunt eos, qui & steterunt econtra, longe: illi autem ambo stabant super Iordanem.

8 Tulitq; Elias pallium suum, & inuoluit illud, & percussit aquas, quæ diuisæ sunt in vtramq; partem, & transierunt ambo per siccum.

9 Cúmq; transissent, Elias dixit ad Eliseum, Postula quod vis vt faciam tibi, antequam tollar à te. dixitq; Eliseus, Obsecro vt fiat in me duplex Spiritus tuus.

10 Qui respondit, Rem difficilem postulasti: attamen si videris me, quando tollar à te, erit tibi quod petisti. si autem non videris, non erit.

11 Cumq; pergerent, & incedentes sermocinarentur, ecce currus igneus, & equi ignei diuiserunt vtrumq.: & ascendit Elias per turbinē in cælum.

12 Eliseus autem videbat, & clamabat, Pater mi, pater mi, currus Israel & auriga eius. & non vidit eum amplius: apprehenditq; vestimenta sua, & scidit illa in duas partes.

13 Et leuauit pallium Eliæ, quod ceciderat ei:

14 Reuersúsq; stetit super ripā Iordanis, Et pallio Eliæ quod ceciderat ei, percussit aquas, & "non sunt diuisæ:" & dixit, Vbi est Deus Eliæ, etiam nūc? percussitq; aquas, & diuisæ sunt huc atque illuc, & transiit Eliseus.

15 Videntes autem * filii prophetarum qui erāt in Iericho econtra, dixerunt,

16 Requieuit Spiritus Eliæ super Eliseum. Et venientes in occursum eius, adorauerunt eum proni in terram, dixerúntq; illi, Ecce, cum seruis tuis sunt quinquaginta viri fortes, qui possunt ire, & quærere dominum tuum, ne forte tulerit eum Spiritus Domini, & proiecerit eum in vnum montium, aut in vnam vallium. qui ait, nolite mittere.

17 Coegerúntq; eum, donec acquiesceret, & diceret, Mittite. Et miserūt quinquaginta viros: qui cum quæsissent eum tribus diebus, non inuenerunt.

A
Eliseus Eliæ indiuiduus comes.
* ibat
Quæ loca adierit Elias priusquam vento illo vehementissimo raperetur in cælum.
B
Elias diuidit aquas pallio.
Duas partes gratiæ Eliæ petit Eliseus, non totam aut maiorem.
Rapitur in cælum Elias.
Eccl. 48. a
C
Eliseus pallio Eliæ diuidit aquas.
* eum.
Quæsitus Elias non inuenitur.

20 hoc est, non eris voti compos. 21 i. Cùm autem alternis progressi essent inter fabulandum. 22 Elias fuit sublatus turbine: currus autem & equi apparuerunt inter vtrumque, q. d. Eliseo, vt intelligeret [illegible] multorum curruum falcatorum, & multorum equitum. 23 [illegible] quem tranquillitatis [illegible] Abraham, qui in acie [illegible] collocandus videtur quàm in terra: non autem raptus fuit in ipsum paradisum [illegible] apertus fuerat [illegible]. In locum cælestem [illegible] raptus fuit, destinatum olim [illegible] raptum fuit, [illegible] & incorruptibile redditum. [illegible] 24 [illegible] qui plus [illegible] currum & equitum multitudo [illegible] Deum [illegible] gratiam [illegible] 31 vel, [illegible] 32 [illegible] 33 [illegible] 34 [illegible] vel, inclinauerunt sese. 35 [illegible] 36 [illegible] 37 rogarunt [illegible] 38 [illegible]

18 Et

18 Et reuersi sunt ad eum: at ille habitabat in Iericho, & dixit eis, Numquid non dixi vobis, Nolite [9] mittere?

19 Dixerunt quoque viri ciuitatis ad Eliseum, Ecce habitatio ciuitatis huius optima est, sicut tu ipse domine [9] prospicis: sed aquæ pessimæ sunt, & terra sterilis.

20 At ille ait, Afferte mihi vas nouum, & mittite in illud sal:

21 Quod cum attulissent, egressus ad fontem aquarum, misit in illum sal, & ait, Hæc dicit Dominus, Sanaui aquas has, & non erit vltrà in eis mors, neque sterilitas.

22 Sanatæ sunt ergo aquæ vsque in diem hanc, iuxta verbum Elisei quod locutus est.

23 Ascendit autem inde Eliseus in Beth el: cúmque ascenderet per viam, pueri parui egressi sunt de ciuitate, & illudebant ei, dicentes, Ascende calue, ascende calue.

24 Qui cum respexisset vidit eos, & maledixit eis in nomine Domini: egressique sunt duo vrsi de saltu, & lacerauerunt ex eis quadraginta duos pueros.

25 Abiit autem inde in montem Carmeli, & inde reuersus est in Samariam.

[9] ire.

[9] perspicis:

Aqua mortifera, immisso per Eliseum sale, salubres redduntur.

Pueri Eliseum irridentes, lacerantur.

2. Mach. 1. F

18 Quumque reuersi essent ad eum, ([39] qui manserat in Iericho,) dixit ad eos, Annon dixeram vobis, Ne iretis?

19 Porrò viri ciuitatis dixerunt ad Elisæum, En [40] habitatio ciuitatis huius commoda est, vt dominus meus videt: at aquæ [41] malæ sunt, & terra [42] sterilis.

20 Tum dixit, Afferte mihi phialam nouam, & ponite in eam sal.

21 Et attulerunt ad eum. Egressus autem ad scaturiginem aquarum, proiecit illuc sal, & ait, Sic dicit Dominus, [43] Sanaui aquas istas, [44] ita vt posthac ex illis neque mors sit, neque sterilitas.

22 Sanatæ itaque sunt aquæ vsque in diem hunc, iuxta verbum Elisei quod loquutus est.

23 Ascendit deinde illinc in Beth-el: quúmque [45] per viam ascenderet, exierunt pueruli ex vrbe, illudentes ei, dicentesque ad eum, [46] Ascende calue, ascende calue.

24 Et respiciens post se, vidit eos, & execratus est eos in nomine Domini. egressæ ergo ex sylua duæ vrsæ, discerpserunt ex eis quadraginta duos [47] pueros.

25 Abiit inde in montem Charmelum, & inde reuersus est in Samariam.

39 h autem habitabat &c.
40 vel, situs vrbis huius elegantissimus est.
41 vel, noxiæ
42 Hebr. orbat. vel, perimit inhabitatores ala... q. d. propter... locus est insalubris. Doctiores existimant a... totius regionis Ierichuntinæ ... esse insalubres.
43 vel, Reddidi salubres, aut, ... has aquas esse salubres.
44 Hebr. & non erit illinc vltra mors, & orban... id est, non erunt posthac letales aquæ, neque hic locus ... las interimet.
45 sub. quando ... cebat in Beth-...
46 Repetitio ... bet irrisionem.
47 sub. calliæ.

CAPVT III.

A

1 Ioram verò filius Achab regnauit super Israel in Samaria anno decimooctauo Iosaphat regis Iudæ. Regnauitque duodecim annis.

2 Et fecit malum coram Domino, sed non sicut pater suus & mater: tulit enim statuas Baal quas fecerat pater eius.

3 Verumtamen in peccatis Ieroboam filii Nabat, qui peccare fecit Israel, adhæsit, nec recessit ab eis.

4 Porrò Mesa rex Moab, nutriebat pecora multa, & soluebat regi Israel centum millia agnorum, & centum millia arietum cum velleribus suis.

5 Cúmque mortuus fuisset Achab, præuaricatus est fœdus, quod habebat cum rege Israel.

6 Egressus est igitur rex Ioram in die illa de Samaria, & recensuit vniuersum Israel.

7 Misítque ad Iosaphat regem Iudæ, dicens, Rex Moab recessit à me, veni mecum contra eum ad prælium. Qui respondit, Ascendam: qui meus est, tuus est: populus meus, populus tuus: & equi mei, equi tui.

8 Dixitque, per quam viam ascendemus? at ille

B respondit, Per desertum Idumææ.

9 Perrexerunt igitur rex Israel, & rex Iuda, & rex Edom, & circuierunt per viam septem dierum, nec erat aqua exercitui & iumentis quæ sequebantur eos.

10 Dixitque rex Israel, Heu heu heu, congregauit nos Dominus tres reges, vt traderet in manu Moab.

11 Et ait Iosaphat, Estne hic propheta Domini, vt deprecemur Dominum per eum? Et respondit vnus de seruis regis Israel, Est hic Eliseus filius Saphat, qui fundebat aquam super manus Eliæ.

12 Et ait Iosaphat, Est apud eum sermo Domini? descenditque ad eum rex Israel, & Iosaphat rex Iuda, & rex Edom.

13 Dixit autem Eliseus ad regem Israel, Quid mihi & tibi est? vade ad prophetas patris tui, & matris tuæ. & ait illi rex Israel, Quare congre-

Ioram, filius Achab, impius.

Mesa rex Moab tributarius regi Israel.

Tribus regibus Israel, Iuda & Edom, pugnaturis contra Moab, deficiũt aqua.

Eliseus pluuiã eis pronunciat, & de Moabitis victoriam.

1 Ioram filius Ahab rex factus est super Israelem in Samaria, anno decimooctauo Iosaphat regis Iehudæ, regnauitque duodecim annis.

2 Fecit autem malum in oculis Domini, attamen non sicut pater eius, & mater eius. nam abstulit statuas baal, quas fecerat pater eius.

3 Verumtamen hæsit in peccatis Ieroboam filii Nebat, qui effecit vt scelerate ageret Israel, nec recessit [1] ab eis.

4 Porrò Mesa rex Moabitarum [2] armentarius erat, pendebatque [vectigal] regi Israelitico, nempe centum millia agnorum, & centum millia arietum cum lana.

5 Mortuo autem Ahab, rex Moabitarum [3] defecit à rege Israelis.

6 Egressus ergo rex Ioram [4] quodam die de Samaria recensuit vniuersum Israelem,

7 [5] Et abiens misit ad Iosaphat regem Iehudæ hisce mandatis, Rex Moabitarum perfide defecit à me; proficiscerisne mecum contra Moabitas in prælium? respondit, Ascendam. [6] vt enim ego sum, sic tu es: & sicut populus meus, sic & populus tuus: sicut equi mei, sic equi tui.

8 Et ait, Quanam via ascendemus? at ille respondit, [7] via deserti Edom.

9 Profectus est itaque rex Israel, & rex Iehudæ, atque [8] rex Edom: quumque circumiissent in itinere septem diebus, non habuerunt aquam exercitus & iumentis [9] quæ eos sequebantur.

10 Dixitque rex Israel, [10] Æha, nimirum Dominus vocauit tres istos reges, vt tradat eos in manum Moabitarũ.

11 Dixit vero Iosaphat, Annon est hic [11] propheta Domini, vt sciscitemur [12] Dominum per eum? respondit quidam ex seruis regis Israelis, & ait, Est hic Elisæus filius Saphat [13] qui aquas fudit super manus Eliæ.

12 Dixitque Iosaphat, [14] Apud hunc est verbum Domini. descenderunt ergo ad eum rex Israel, & Iosaphat, atque rex Edom.

13 Tum ait Elisæus ad regem Israelis, Quid mihi [15] tecum? vade ad prophetas patris tui, & ad prophetas [16] matris tuæ. atque ad eum rex Israel [17] Ne sic,

CAP. III.

1 Hebr. ab illo, sub. peccato, vel, ab illa idololatria. Relatiuum singulare, ante cedens (peccatis) plurale.
2 Hebr. erat pastor. Chald. paraphr. ... habebat multos greges ... erat pecorum.
3 i. noluit pendere tributum solitum regi.
4 ... tempore ... rex ... Moabitarum.
5 i. Cum prope... esset ... in qua ... esset delectum militum.
6 q. d. tu & ego ... sumus, ... & ... meo populo & meis equis æquè vtitor atque tuis. quo tu cum populo tuo & equis ... voles, ... paratus tum ego ... cum populo meo & equis. Sunt ... formis, conditionis, voluntatis aut ... signific... geminatio ... Hebræorum literarum quæ

pro aduerbiis similitudinis sumuntur. 7 Hoc dicit quòd secum vellet assumere regem Idumææ. 8 Hic erat pro rex Idumææ, qui eam regebat vice regis Iuda. 9 Heb. quæ erant in pedibus eorum. 10 vel, Ohe. Vox est admirantis & desperantis. q. d. Hei mihi, res ita habet quod inuitauit nos Deus &c. i. videtur nos conuocasse se ex... ... & ... Chaldæus paraphr. ... 11 vel, aliquis ex prophetis Domini, 12 Heb. (os) Domini ... ... est, vt consulamus Dominum. Rex pius & ab idolorum cultu alienus, ... ad Deum in tribulatione. 13 Chald. paraph. qui famulabatur Eliæ, nam solent ministri fundere aquam manibus dominorum quum vesci ... ... volunt. 14 i. Est verus propheta Dei. Hoc affirmatiue, non interrogatiue dictum. q. d. Si fuerit famulus tanti prophetæ, per eum consulere poterimus Dominum. 15 sub. est communis. 16 quas scilicet alebat prophetas lucorum. 17 i. Ne dicas talia, missa facito hæc, ô domine: ne reiicias nos.

[18] *quandoquidem inuitauit' Dominus tres istos reges, vt tradat eos in manus Moabitarum.*

14 *Elisaus ait, Viuit Dominus exercituum, [19] in cuius conspectu sto,' nisi faciem Iosaphat regis Iehuda [20] vererer,' non dignarer vt te vel aspicerem:*

15 *Nunc verò [21] psaltem' mihi adhibete. quùmque caneret psaltes, [22] facta est super eum manus Domini.'*

16 *Et ait, Sic dicit Dominus, [23] Facite iuxta hunc alueum multos alueos.'*

17 *Quoniam sic dicit Dominus, Non [24] videbitis' ventum vllum, neque pluuiam videbitis, nihilo tamen minus [25] alueus' iste aquis inundabit, vt & vos bibatis, & pecora vestra, atque [26] iumenta' vestra.*

18 [27] *Idq; leue erit in oculis Domini:' dabit insuper Moabitas in manum vestram,*

19 [28] *Feritisq;' omnem ciuitatem munitam, & omnem vrbem electam, atque vniuersas arbores [29] electas' deiicietis, omnes fontes aquarum obturabitis, & omnem agrum fertilem lapidibus [30] inutilem reddetis.'*

20 *Factum autem est mane [31] iuxta id tempus, quo solebat sacrificari sacrificium cibarium,' vt aquæ venirent per viam Edom, [32] terraq; ipsa inundaretur aquis.'*

21 *Cuncti autem Moabitæ audientes quòd ascendissent reges vt pugnarent contra eos, [33] conuocarunt omnes qui expediti erant,' & suprà, steteruntq; [34] ad fines.*

22 [35] *Et mane quum Sol oriretur super aquas, viderunt' Moabitæ [36] è regione' aquas rubras veluti sanguinem.*

23 *Et dixerunt, Sanguis est [37] istud', [38] vastando vastati sunt' reges, [39] mutuo sese confecerunt: [40] ad prædam' nunc igitur o Moab.*

24 *Quùmque [41] peruenissent' ad castra Israelis, insurrexerunt Israelitæ, & percusserunt Moabitas, ita vt fugerent coram eis: [42] at isti insequuti eos', percusserunt Moabitas.'*

25 *Et subuerterunt vrbes, & in singulos agros fertiles singuli proiecerunt lapides suos, & impleuerunt eos, omnes fontes aquarum obstruxerunt, & omnem arborem [43] bonum' deiecerunt, [44] dumtaxat in Kir hareseth reliquos fecerunt lapides eius: [45] funditores' verò circumierunt [eam,] & percusserunt eam.*

26 *Videns autem rex Moabitarum quòd bellum [46] grauius esset quàm quod ipse sustinere posset,' tulit secum septingentos [47] qui gladio vti poterant, [48] vt irrumperent aduersus regem Edom,' sed non potuerunt.*

27 *Arripiens igitur primogenitum suum, qui regnaturus erat pro eo, [49] sacrificauit eum holocaustũ [50] super murum,' factáque est magna indignatio [51] contra Israelem.' soluerunt ergo ab eo, & reuersi sunt in terram suam.*

gauit Dominus tres reges hos, vt traderet eos in manus Moab?

14 Dixitq; ad eum Eliseus, Viuit Dominus exercituum, in cuius conspectu sto, quòd si non vultum Iosaphat regis Iudæ erubescerem, non attendissem quidem te, nec respexissem.

15 Nunc autem adducite mihi psaltem. cumq; caneret psaltes, facta est super eũ manus Domini, C

16 Et ait, Hæc dicit Dominus, Facite alueum torrentis huius fossas & fossas.

17 Hæc enim dicit Dominus, Nõ videbitis ventum, neq; pluuiam: & alueus iste replebitur aquis & bibetis vos, & familiæ vestræ, & iumenta vestra.

18 Parúmq; est hoc in conspectu Domini: insuper tradet etiam Moab in manus vestras.

19 Et percutietis omnem ciuitatem munitam, & omnem vrbem electam, & vniuersum lignũ fructiferum succideritis, cunctosq; fontes aquarum obturabitis, & omnem agrum egregium operietis lapidibus.

20 Factum est igitur mane, quando sacrificium offerri solet, & ecce, aquæ veniebant per viam Edom, & repleta est terra aquis.

21 Vniuersi autem Moabitæ audiẽtes quòd [b] ascendissent' tres' reges vt pugnarent aduersum eos, conuocauerunt omnes qui accincti erant baltheo desuper, & steterunt in terminis.

22 Primóq; mane surgentes, & orto iam Sole ex aduerso aquarum, viderunt Moabitæ è contra aquas rubras, quasi sanguinem, D

23 Dixerúntq;, Sanguis gladii est: pugnauerũt reges contra se, & cæsi sunt mutuò: nunc perge ad prædam Moab.

24 Perrexerúntq; in castra Israel: porrò consurgens Israel, percussit Moab: at illi fugerunt coram eis. venerunt igitur qui vicerant, & percusserunt Moab:

25 Et ciuitates destruxerunt: & omnem agrũ optimum, mittentes singuli lapides, repleuerunt: & vniuersos fontes aquarum obturauerunt: & omnia ligna fructifera succiderunt, ita vt muri tantum fictiles remanerent: & circumdata est ciuitas à fundibulariis, & magna ex parte percussa.

26 Quod cum vidisset rex Moab, præualuisse scilicet hostes, tulit secum septingentos viros educentes gladios, vt irrumperent ad regem Edom: & non potuerunt.

27 Arripiensq; filium suum primogenitum, qui regnaturus erat pro eo, obtulit holocaustum super murum: & facta est indignatio magna in Israel, statimq; recesserunt ab eo, & reuersi sunt in terram suam.

CAPVT IV.

1 MVlier quædam de vxoribus [1] filiorum' prophetarum clamauit ad Elisæum, dicens, Seruus tuus vir meus mortuus est, tu verò nosti quòd seruus tuus metuens fuit Dei. tũ verò venit creditor vt tollat duos filios meos sibi in seruos.

1 MVlier autem quædam de vxoribus prophetarum clamabat ad Eliseum, dicens, Seruus tuus vir meus mortuus est, & tu nosti quia seruus tuus fuit timens Dominum: & ecce creditor venit vt tollat duos filios meos ad seruiendum sibi. A

2 Cui

18 subaudienda quædam, sic (Nũ verum est) quod vocauit &c. i. videtur nos conuocasse, vt &c.
19 i. cui seruio. nam famuli stare solent coram dominis suis, vt eis inseruiant. hinc stare in alicuius conspectu, est ei famulari.
20 Heb. suscipere m. q. d. quæ faciam, agam in gratiã Iosaphat. Gallicè, N'estoit l'honneur de Iosaphat, ie ne te daigneroye regarder.
21 vel, citharœdum. qui canat aliquas laudes Dei ad animum meum excitandum, & eleuandam intentionẽ animi mei ad Deum. nõ enim vtebantur musica prophana, sed sancta.
22 i. afflatus fuit Spiritu Domini. Chaldæus paraphrast. requieuit super eum prophetia.
23 Heb. Facite vallem istam fossas & fossas. Tunc erit in quadam valle. Replete scrobibus hãc vallem: Facite in torrẽte hoc crebras fossas. Nam repetitio frequentem multitudinem intelligit & demonstrat.
24 i. sentietis. tribuit sensui vni quod est alterius.
25 torrens.
26 quæ scilicet vehunt sarcinas vestras.
27 vel, Hoc autẽ est res facilis coram Domino. i. Id autem facile faciet Dominus.
28 vel, Euertetis. aut, Expugnabitis.
29 Heb. bonas. i. fructiferas.
30 vel, affligetis i. obruetis. nam lapides sunt quædam pestes agrorum.

Psalte canente, prophetat Elisæus.

[b] ascendissent. Vincuntur Moabitæ.

Rex cornua sacrificat filium.

Pauperculæ viduæ dat Deus oleũ per Elisæũ, cuius ope æs alienum dissoluit.

31 Heb. quando offertur sacrificium vel, oblatio matutina ad differentiam vespertinæ. 32 i. locus ille repletus fuit aquis. 33 Heb. congregati sunt; sub. ad vocem præconis; ab omni accingente se balthe[illegible] [illegible]. 34 sub. suæ regionis, vt eorum exciperent impetum. 35 Summo autem mane surrexerunt, & Sol ortus erat super aquas, vide[illegible]. [illegible] quum iam Sol mitteret suos radios super illas aquas. 36 vel, eminus. 37 sub. quod videmus. 38 [illegible] i. mutuis vulneribus se interfecerunt. Per verbum Hebraicum deligneatur [illegible] digladiati sunt. i. dimicantes [illegible]. 39 Heb. interfecit quisque socium suum [illegible] quadam causa digladiationis. q. d. oborta seditione, vel aliam ob causam compulsi sunt gladios exerere & confodere se mutuo. 40 sub. [illegible] q. d. amplius [illegible] [illegible] parta est. 41 sub. ordinibus non seruatis, [illegible] festinantes enim venerunt. 42 Heb. & percusserunt eam (sub. congregationem,) & [illegible] Moabitas. Doctus inter Hebræos propter relatiuum [illegible] subaudit (vrbem) & (venit,) hoc modo, & ingressus est vrbem, & percusserunt percutiendo Moabitas. i. Ingressus est Israel singulas vrbes ad quas se receperant Moabitæ [illegible], & percusserunt ipsos Moabitas. 43 i. frugiferam. 44 Heb. ita vt reliquerunt tantum lapides eius in Kir-hareseth, q. d. ita omnia euerterunt in ea vrbe, exceptis Kir hareseth, vt reliquerint solum muros [illegible] quæ erant in circuitu destruxerunt, ita vt soli muri remanerent: [illegible] vrbem acceperant, [illegible] vicina perdiderant. 45 Vox Hebræa CALAIM. non solum significat eos qui funda lapides mittunt, sed etiam tormentis excutiunt ingentes lapides in muros. 46 Heb. præualeret sibi. 47 Heb. viros educentes ensem [illegible] & bellicosos. 48 [illegible] vt rupta acie impetu facto pugnarent [illegible] regem Edom [illegible] erat ab vrbe. 49 sub. rex Moab. Alii non satis recte, de filio regis Edom intelligunt, quẽ in eruptione cepisset. 50 [illegible] Deo suo filium suum immolauit, confugientes ad eos suos viribus [illegible] destitutus, qui viso [illegible] moti abierunt. 51 Heb. in [illegible] ob tam crudele facinus vehementer indignati sunt Israelitæ. q. d. miseriti sunt eius, quod vidissent eo redactum vt immolaret filium. CAP. IV. 1 i. discipulorum.

2 Cui dixit Eliseus, Quid vis vt faciam tibi? dic mihi, quid habes in domo tua? At illa respondit, Non habeo ancilla tua quicquam in domo mea, nisi parum olei quo vngar.

3 Cui ait, Vade, pete mutuò ab omnibus vicinis tuis vasa vacua non pauca.

4 Et ingredere, & claude ostium tuum, cum intrinsecus fueris tu & filii tui, & mitte inde in omnia vasa hæc: & cum plena fuerint, tolles.

5 Iuit itaque mulier, & clausit ostium super se & super filios suos: illi offerebant vasa, & illa infundebat.

6 Cúmque plena fuissent vasa, dixit ad filium suum, Affer mihi adhuc vas. & ille respondit, Non habeo, stetitque oleum.

7 Venit autem illa, & indicauit homini Dei. & ille, Vade, inquit, vende oleum, & redde creditori B tuo: tu autem & filii tui viuite de reliquo.

Mulier diues suscipit hospitio Eliseum.

8 Facta est autem quædam dies, & transibat Eliseus per Sunam ciuitatem: erat autem ibi mulier magna quæ tenuit eum vt comederet panem: cumque frequenter inde transiret, diuertebat ad eam vt comederet panem.

9 Quæ dixit ad virum suum, Animaduerto quòd vir Dei sanctus est iste, qui transit per nos frequẽter.

10 Faciamus ergo ei cœnaculum paruum, & ponamus ei in eo lectulum, & mensam, & sellam, & candelabrum, vt cum venerit ad nos, maneat ibi.

Eliseus hospitæ sterili impetrat a Deo filium pro ministerio.

11 Facta est ergo dies quędam, & veniens diuertit in cœnaculum, & requieuit ibi.

12 Dixitq; ei ad Giezi puerum suum, Voca Sunamitidem istam. qui cum vocasset eam, & illa stetisset coram eo, dixit ad puerum suum,

13 Loquere ad eam, Ecce, sedule in omnibus ministrasti nobis, quid vis vt faciam tibi? numquid habes negotium, & vis vt loquar regi, siue principi C militiæ? Quæ respondit, In medio populi mei habito.

14 Et ait, Quid ergo vult vt faciam ei? dixitque Giezi, Ne quæras: filium enim non habet, & vir eius senex est.

15 Præcepit itaque vt vocaret eam: quæ cum vocata fuisset, & stetisset ante ostium, dixit ad eam?

16 In tempore isto, in hac eadem hora, si vita comes fuerit, habebis in vtero filium. at illa respondit Noli quæso domine mi vir Dei, noli mentiri ancillæ tuæ.

17 Et concepit mulier, & peperit filium in tempore, & in hora eadem qua dixerat [a] Eliseus.

[a] ei

Filio mortuo, hospita currit ad Eliseum.

18 Creuit autem puer, & cùm esset quædam dies & egressus iuisset ad patrem suum, ad messores, ait, patri suo,

19 Caput meum doleo, caput meum doleo At ille dixit puero, Tolle, duc eum ad matrem suam.

20 Qui cùm tulisset, & duxisset eum ad matrem D suam, posuit eum illa super genua sua vsque ad meridiem, & mortuus est.

21 Ascendit autem, & collocauit eum super lectulum hominis Dei, & clausit ostium: & egressa vocauit virum suum, & ait,

22 Mitte mecum, obsecro vnum de pueris, & asinam, vt excurram vsque ad hominem Dei, & reuertar.

23 Qui ait illi, Quam ob causam vadis ad eum? hodie non sunt Calendæ, neque Sabbathum, quæ respondit, Vadam.

24 Strauitq; asinam, & præcepit puero, Mina, & propera, ne mihi moram facias in eundo: & hoc age quod præcipio tibi.

2 *Ad quam dixit Elisæus, Quid faciam tibi? indica mihi quid habeas domi. Quæ dixit, Ancilla tua nihil habet domi quam [1] lecythum olei.*

3 *Cui ait, Vade, & posce tibi vasa foris, [id est] ab omnibus vicinis tuis, vacua [inquam] vasa, ea [3] non pauca.*

4 *Quumq; fueris ingressa, claude post te, postque filios tuos ianuam, & funde [oleum] in omnia vasa ista: quodque fuerit repletum, [4] sepone.*

5 *Abiit itaque mulier ab eo, & clausit ianuam post se & post filios suos, qui [5] adhibebant ei [vasa,] ipsaq; infundebat.*

6 *Quumque iam vasa impleta essent, dixit ad filium suum. [6] Adhibe mihi adhuc [aliud] vas. Is autem ait ad eam, Nullum est amplius vas. [7] constititq; oleum.*

7 *Venit hæc, & nunciauit [8] viro Dei. qui ait, Vade & vende oleum ipsum, & redde [9] creditori: tu & filii tui [10] cum eo quod superest vitam sustinete.*

8 *Contigit autem quodam tempore vt Elisæus transiret Sunem, illic erat mulier quædam [11] insignis, quæ [12] retinuit eum vt ederet cibum: vnde factum est, vt quoties transiret diuerteret illo vt ederet cibum.*

9 *Tum ait illa ad maritum suum, [13] En quæso, nosti quod is qui [14] subinde apud nos præterit, vir Dei sanctus est:*

10 *Faciamus quæso cœnaculum [15] paruo pariete, & ponamus ei in eo lectum, mensam, [16] solium atque candelabrum: vt quum ad nos venerit, illuc diuertat.*

11 *Factum ergo est quadam die, vt veniret illuc, & diuerteret in cœnaculum illud, dormiretq; in eo.*

12 *Tum dixit [Elisæus] ad puerum suum, Voca Sunamitidem illam, quumque eam vocasset, stetit ipsa coram eo. Rursumq; ait [17] ille ad eam,*

13 *Dic ad eam, [18] Inseruiisti nobis omni [19] studio isto ac diligentia, [20] quid faciemus tibi? [21] estne tibi negotium aliquod apud regem, aut imperatorem? Quæ respondit, [22] Ego habito in medio populi mei.*

14 *Dixit ille, Quid ergo ei faciem dum? respondit Gehasi, [23] profecto non habet filium, & maritus eius senex est.*

15 *Dixit [Elisæus,] Voca eam, & is vocauit eam, & [mulier] stetit ad ostium. Dixitq; ille,*

16 [24] *Ad tempus hoc constitutum iuxta tempus animantis, tu amplexaberis filium. at illa dixit, [25] Ne illudas famulæ tuæ mi domine vir Dei.*

17 *Concepit ergo mulier, & peperit filium [26] ad tempus hoc præstitutum iuxta tempus animantis quod definierat ei Elisæus.*

18 *Cumque puer adoleuisset, factum est quodam die vt egrederetur ad patrem suum, [27] ad messores, Diceretque ad patrem suum,*

19 [28] *Caput meum, caput meum [doleo.] & [29] ille ait ad [30] puerum quendam, Fer eum ad matrem suam.*

20 *Qui cum tulisset eum, adduxissetque eum ad matrem suam, sedit super genua eius vsque ad meridiem, & mortuus est.*

21 *Illa verò [31] ascendens, posuit eum super lectum viri Dei, & obserato [foribus] [32] circa eum, exiit. Et vocato marito suo, ait,*

22 *Mitte quæso mecum aliquem ex pueris, [33] & asinam: nam properè proficiscar ad virum Dei, & reuertar.*

23 *Qui ait, Cur proficisceris ad eum hodie, quum nec sit [34] noua luna, nec sabbatum? Respondit illa, [35] Vale.*

24 *Strato asino dixit ad puerum, Duc & [36] proficiscere, [37] ne moram nectas mihi, quo minus vehar, nisi quum dixero tibi.*

1 vel, lagenam
3 Hebraice, quasi dicat, ne pacifices. i. ne pauca mutueris huc pares tibi.
4 sub. & iube alia apportari.
5 vel, admonebant.
6 vel, Admoue
7 vel, fluere desiit
8 i. Eliseo.
9 debita. i. [illegible] alienum quod conflagrat tuus vir.
10 Heb. viue de reliquo.
11 Hebr. magna i. prædiues & opulenta. Chald. paraphr. cauens sibi à peccato.
12 Hebr. vim fecit. compulit
13 Hebr. Ecce nunc
14 Heb. semper
15 Heb. ex parietibus (quatuor) paruum. q. d. faciamus cœnaculum semotum ab aliis ædificiis. Alii (quod parum probatur doctis) exponunt cœnaculum ex pariete perpetuo, paruũ, & intelligũt fornicem, nullam fenestram habentem.
16 sedem
17 sub. Elisæus, ad eum. i. Gazi famulum.
18 Ecce solicita es pro nobis. i. sedulo nobis ministras, magnum sumis laborem vt nobis inseruias.
19 ista solicitudine,
20 quid (sub. optas) vt faciamus
21 Heb. estne (tibi opus) vt alloquatur (aliquis) pro te regem, aut ducẽ exercitus?
22 q. d. Inter cõsanguineos meos habito, qui possunt mihi esse interpretes apud regem, siquid negotii habuerim propter quod sit conueniendus.
23 q. d. Hac opera tua non est illi opus: sed roga Deum vt filium habeat. nõ enim spes est eam posse habere, quod maritus eius senex sit.
24 Heb. in tempore isto, hac ipsa hora, viuens. vel, viuente te. i. Anno proximo, mẽsibus gestationis

veri reuelaris, [illegible] ipsa die (Gallice, en ceste saison) vel continuò, quando tu eris sana & incolumis. aut, eris viuus (& sana,) & amplexaberis &c. Oratio concita. 25 vel, Ne fal[illegible] [illegible]. 26 eo tempore, ea ipsa hora, [illegible] quã dixerat. 27 sub. messes vt inuiseret messores. 28 q. d. Vehementer doleo ob radios solis. 29 sub. pater. 30 vel, [illegible] qui forsitan erat [illegible] 31 sub. [illegible] cœnaculum. 32 sup. [illegible] inclusio. 33. Heb. & vnam asinarum, vt curram 34 Hic diebus [illegible] [illegible] consulere prophetas. 35 Heb. Pax [illegible] [illegible] bonam causa illum adire cupio. 36 vel, [illegible] 37 Heb. ne remoreris mihi [illegible] meam gratiam illam, asinam vt ascendam super eam. Ducebat asinam Elisei causa, non vt ipsa veheretur.

38 q. d. ista quæ solet nos hospitio excipere.
39 Hebr. Paxne en tibi &c.
40 Heb. Pax est. i. Omnia recte habent.
41 ergo vel, inquam.
42 & Dominus.
43 q. d. Cingere, succinge vestem itineris causa.
44 sub. in Sunem.
45 Hebr. ne benedic illi: & si benedixerit tibi quispiam, &c. q. d. ne in viam ages vt eas recta ad puerum. Vide idē Luc. 19. de non tela utando in via.
46 i. ne resalutes eum.
47 Iussit Eliseus vt Giezi acciperet scipionem, vt si forte sanitati restitueretur puer, hac via miraculum non tribueretur Giezi, sed Deo. Eandem ob rem iussit Eliseus vt Naaman se ablueret in Iordane.
48 attentio q. d. neque loquebatur puer, neque videbatur audire quæ dicebantur.
49 vel, non est excitatus.
50 super ambos. i. super se & super eum puerum
51 vel, incubuit puero.
52 & extendit sese super illum, & calefacta est caro pueri. sub. calore prophetæ.
53 aperuit. sub. a puero. i. vicissim & per intervalla relicto puero inambulabat huc & illuc, cogitabundus: postea extendebat se super puerum
54 vel, incuruata in terram vi. que ante illum scilicet Eliseu.
55 i. discipuli.
56 Heb. sedebāt coram eo. vt scilicet aliquid discerent ab eo. nam illum colebant tanquam summum proprium.
57 vel. Dispone. aut, Prapara.
58 vel, pulmentum.
59 i. discipulis, qui mihi semper adsistunt, & me tam sedulo colunt.

25 *Profecta itaque venit ad virum Dei in montem Charmelum. quum autem vir Dei eam vidisset procul, dixit ad Gehasi puerum suum, En [38] Sunamitis ista.*

26 *Curre quæso ei obviam, & dic ad eam. [39] Valesne tu? valetne maritus tuus? valetne puer? quæ respondit, [40] Valent recte.*

27 *Venit [41] autem ad virum Dei in montem & apprehendit pedes eius. accessitque Gehasi vt eam depelleret, & dixit vir Dei, Sine eam, quandoquidem mœsto est animo. [42] quod Dominus me celauit, neque reuelauit mihi.*

28 *At illa dixit, Postulaui ne ego filium à domino meo? annon dicebam, Ne fallas me? Et dixit [Eliseus] ad Gehasi, [43] Accinge lumbos tuos, & tolle baculum meum in manum tuam, & [44] vade.*

29 *Quod si quispiam vel vnus tibi factus fuerit, [45] ne eum salute impertias: si quispiam te salutauerit, [46] ne respondeas ei, & pone [47] baculum meum super faciem pueri.*

30 *Tum dixit mater pueri, Viuit Dominus, & viuit anima tua si dimisero te. surgens ergo sequutus est eam.*

31 *Porro Gehasi præ cesserat eos, & posuerat baculum super faciem pueri, sed nec vox erat, nec [48] sensus: reuersus est ergo ei obuiam, indicauitque ei, dicens, Puer [49] non euigilauit.*

32 *Quumque Eliseus venisset in domum, ecce puer dormiens in morem iacebat mortuus super lectum eius.*

33 *Ingressus ergo clausit ostium [50] post vtrumque, & precatus est Dominum,*

34 *Et ascendens [51] iacuit super puerum, ponens os suum super os eius, & oculos suos super oculos eius, manusque suas super manus eius: [52] quumque sic prostratus incumberet ei, calefacta est caro pueri.*

35 *Et [53] rediens deambulabat in domo iam huc, iam illuc: deinde ascendit, & rursus incubuit ei. tum puer sternutauit septies, aperuitque oculos suos.*

36 *[Eliseus] autem vocato Gehasi ait, Voca Sunamitidem hanc. vocauit igitur eam. quæ quum ingressa esset ad eum, dixit [ille ad eam,] Tolle filium tuum.*

37 *Ingressa itaque procidit ad pedes eius [54] incuruata terram versus: tollensque filium suum, egressa est.*

38 *Eliseus autem reuersus est in Gilgal, fuitque fames in terra, & [55] filii prophetarum [56] versabantur apud eum. Tum dixit ad puerum suum, [57] Appone ollam magnam, & coque [58] pultem [59] filiis prophetarum.*

39 *Egressus ergo vnus in agrum vt colligeret [60] herbas virides, inueniensque [61] fruticem agrestem, collegit ab ea [62] colokintidas agrestes, [63] impleuitque vestem suam, & rediens incidit in ollam [64] pultem, [65] neque enim compertum habebat.*

40 *Et [66] effudit viris vt comederent: quumque de coctione illa ederent, clamabant dicentes, [67] Mors est in olla, ò vir Dei: nec potuerunt comedere.*

41 *At ille ait, Afferte farinam, quam inspersit in ollam & ait, Effunde populo vt comedant: tum nihil mali amplius fuit in olla.*

42 *Porro vir quidam veniebat de Baal salisa, ferens ad virum Dei panes primitiarum, nempe viginti panes hordeaceos, & [68] frumentum recens in folliculis suis, dixitque, Da populo vt comedat.*

43 *Et respondit minister eius, Quid vero dabo istud centum viris? rursum ait ille, Da populo vt comedat: nam sic ait Dominus, Comedent, & supererit.*

44 *Posuit itaque ante eos, & illi comedentes, [69] reliquum fecerunt [70] iuxta verbum Domini.*

25 Profecta est igitur, & venit ad virum Dei in montem Carmeli: cumque vidisset eam vir Dei è cōtra, ait ad Giezi puerum suū, Ecce Sunamitis illa.

26 Vade ergo in occursum eius, & dic ei, Recténe agitur circa te, & circa virum tuum, & circa filium tuum? quæ respondit, Recte.

27 Cúmque venisset ad virum Dei in montem, apprehendit pedes eius. & accessit Giezi vt amoueret eam. & ait homo Dei. Dimitte illam: anima enim eius in amaritudine est, & Dominus celauit à me, & non indicauit mihi. F

28 Quæ dixit illi, Numquid petiui filium à domino meo? numquid non dixi tibi, Ne illudas me? Et ille ait ad Giezi, Accinge lumbos tuos, & tolle baculum meum in manu tua, & vade. *Giezi cum baculo suo mittit Eliseus ad suscitandum puerū. Neminem per viam salutare. Luc. 10.*

29 Si occurrerit tibi homo, non salutes eum: & si salutauerit te quispiam, non respondeas illi: & pones baculum meum super faciem pueri.

30 Porrò mater pueri ait, Viuit Dominus, & viuit anima tua, non dimittam te. surrexit ergo, & secutus est eam.

31 Giezi autem præcesserat ante eos, & posuerat baculum super faciem pueri: & non erat vox, neque sensus: reuersúsque est in occursum eius, & nunciauit ei, dicens, Non surrexit puer.

32 Ingressus est ergo Eliseus domum, & ecce, puer mortuus iacebat in lectulo eius: *Oratione Elisei suscitatur filius hospitæ.*

33 Ingressúsq; clausit ostium super se, & super puerum: & orauit ad Dominum. F

34 Et ascendit, & incubuit super puerum: posuitque os suum super os eius, & oculos suos super oculos eius, & manus suas super manus eius: & incuruauit se super eum, & calefacta est caro pueri.

35 At ille reuersus, deambulabat in domo, semel huc atque illuc: & ascendit, & incubuit super eum: & oscitauit puer septies, aperuitque oculos.

36 Et ille vocauit Giezi, & dixit ei, Voca Sunamitidem hanc. quæ vocata, ingressa est ad eum, qui ait, Tolle filium tuum.

37 Venit illa, & corruit ad pedes eius, & adorauit super terram, tulitque filium suum, & egressa est. & Eliseus reuersus est in Galgala.

38 Erat autem fames in terra, & filii prophetarum habitabant coram eo, dixitque vni de pueris suis, Pone ollam grandem, & coque pulmentum filiis prophetarum. *Eliseus amarū pulmentum dulce reddit.*

39 Et egressus est vnus in agrum vt colligeret herbas agrestes: inuenitque quasi vitem syluestrem, & collegit ex ea colocynthidas agri, & impleuit pallium suum, & reuersus concidit in ollam pulmenti: nesciebat enim quid esset. G

40 Infuderunt ergo sociis, vt comederent: cumque gustassent de coctione, clamauerunt, dicentes, Mors in olla vir Dei. Et non potuerunt comedere.

41 At ille, Afferte, inquit, farinam. [+] cumque tulissent, misit in ollam, & ait, Infunde turbæ, vt comedant. & non fuit amplius quicquam amaritudinis in olla. *+ & misit*

42 Vir autem quidam venit de Baal salisa deferens viro Dei panes primitiarum, [+] & viginti panes hordeaceos, & frumentum nouum in pera sua. at ille dixit, Da populo, vt comedat. *Paucis panibus plurimi hic saturantur precibus Elisei.*

43 Responditque ei minister eius, Quantum est hoc, vt apponam coram centum viris? rursum ille ait, Da populo, vt comedat: hæc enim dicit Dominus, Comedent, & supererit.

44 Posuit itaque coram eis: qui comederunt, & superfuit iuxta verbum Domini.

CAP. V.

60 Quidam existimant vocem Hebræam significare erucam, ab O R A. id est, lumen, quòd conferat claritatem oculorum, vt scribit Plinius lib. 20. cap. 13. 61 vitem &c. id est herbam similem viti agresti. 62 vel, cucurbitas. 63 Hebr. plenitudinem vestis. 64 pulmenti, concisas coniecit fas inciso in ollam. 65 sc. nesciebat colocynthidas esse saporis amari. 66 sub. in vasa, siue scutellas. 67 q. d. Aliquis coniecit venenum in ollam. existimabant subesse venenum, ob amaritudinem. 68 spicas triticeas cum folliculis &c. nondum grana erant excussa ex foliis. 69 reliquerunt, sub. aliquid. 70 quemadmodum Dominus reuelarat prophetæ.

CAPVT V.

Naaman Syrus per Eliseum curatur à lepra ad gloriam Dei Israelis.
** autem*
Captiua in gloriam Dei.

A 1 NAaman* princeps militiæ regis Syriæ, erat vir magnus apud dominum suum, & honorat*: per illum enim dedit Dominus salutem Syriæ: erat autem vir fortis & diues, sed leprosus.

2 Porrò de Syria egressi fuerant latrunculi, & captiuam duxerant de Terra-Israel puellam paruulam, quæ erat in obsequio vxoris Naaman.

3 Quæ ait ad dominam suam, Vtinam fuisset Dominus meus ad prophetam qui est in Samaria profectò curasset eum a lepra quam habet.

4 Ingressus est itaq; Naaman ad dominum suũ, & nunciauit ei dicens, Sic & sic loquuta est puella de Terra-Israel.

B 5 Dixitq; ei rex Syriæ, Vade, & mittam literas ad regem Israel. qui cùm profectus esset, & tulisset secum decem talenta argenti, & sex millia aureos, & decem mutatoria vestimentorum.

6 Detulit literas ad regem Israel, in hæc verba, Cùm acceperis epistolam hãc, scito quòd miserim ad te Naaman seruum meum, vt cures eum à lepra sua.

7 Cumque legisset rex Israel literas, scidit vestimenta sua, & ait, Numquid Deus ego sum, vt occidere possum, & viuificare, quia iste misit ad me, vt curem hominem à lepra sua? animaduertite, & videte quòd occasiones quærat aduersum me.

8 Quod cùm audisset Eliseus vir Dei, scidisse videlicet regem Israel vestimenta sua, misit ad eum, C dicens, Quare scidisti vestiměta tua? veniat ad me, & sciat esse prophetam in Israel.

9 Venit ergo Naaman cum equis & curribus, & stetit ad ostium domus Elisei.

10 Misitq; ad eum Eliseus nuncium dicens, Vade, & lauare septies in Iordane, & recipiet sanitaté caro tua atq; mundaberis.

11 Iratus Naaman recedebat, dicens, Putabam quòd egrederetur ad me, & stans inuocaret nomen Domini Dei sui, & tangeret manu sua locum lepræ, & curaret me.

12 Numquid non meliores sunt Abana & Pharphar fluuii Damasci omnibus aquis Israel, vt lauer in eis & munder?

Lauatur Naaman in Iordane, & sanatur. Luc. 4. c.

D 13 Cum ergo vertisset se, & abiret indignans, accesserunt ad eum serui sui, & locuti sunt ei, Pater, si rem grandem dixisset tibi propheta, certè facere debueras: quantò magis quia nunc dixit tibi, Lauare & mundaberis?

14 Descendit & lauit in Iordane septies iuxta sermonem viri Dei, & restituta est caro eius, sicut caro pueri paruuli, & mundatus est.

Confitetur Dei Israel, & adorat

15 Reuersusq; ad virum Dei cum vniuerso comitatu suo, venit & stetit coram eo, & ait, Verè scio quòd non sit alius Deus in vniuersa terra, nisi tantũ in Israel. Obsecro itaque vt accipias benedictionem à E seruo tuo.

Eliseus non accipit munera, ne videatur Dei donum vendere.

16 At ille respondit, Viuit Dominus ante quem sto, quia nõn accipiam. cumq; vim faceret, penitus non acquieuit.

17 Dixitq; Naaman, Vt vis: sed, obsecro concede mihi seruo tuo, vt tollam onus duorum burdonum de terra. non enim faciet vltra seruus tuus holocaustum, aut victimam diis alienis, nisi Domino.

18 Hoc autem solum est de quo depreceris Dominum pro seruo tuo, Quando ingredietur dominus meus templum Remmon vt adoret & illo innitente super manum meam, si adorauero in tẽplo Rem-

1 NAaman imperator exercitus regis Syriæ fuit vir[1] clarus ac spectatissimus in conspectu domini sui[2], nã Dominus dederat salutem Syriæ per eum, fuitq; vir strenuus, sed leprosus.

2 Egressi autem erant Syri[3] grassatores, & captiuam duxerant de terra Israel paruam quandam puellam,[4] quæ ministrabat vxori domini Naaman,

3 Hæc dicebat ad dominam suam, Vtinam herus meus esset apud prophetam qui est in Samaria,[5] tum enim sanaret eum à lepra sua

4 Et ingressus exposuit [hæc] domino suo, dicens, Sic & sic loquuta est puella quæ est ex terra Israel.

5 Tũ dixit rex Syriæ,[7] Vade & ingredere, mittãq; literas ad regem Israelis. Is autem profectus accepit in manum suam decem argenti talenta, & auri sex millia, decem insuper vestes[8] mutatorias.

6 Tulitq; literas ad regem Israelis in hanc sententiam,[9] Quum peruenerint literæ istæ ad te, en ego misi ad te Naaman seruum meum, vt[10] cures eum a lepra sua.

7 Contigit autem vt rex Israel perlecta epistola, scinderit vestimenta sua, dixeritq;, Egóne Deus sum, vt interficiam, & rursus vita restituam[11] is mittit ad me, vt curem hominem à lepra sua: enimuero aduertite quæso & videte,[12] quam ansam capiet contra me.

8 Quum verò Eliseus vir Dei audisset quod rex Israel[13] conscidisset vestem suam, misit ad regem huiusmodi verbis,[14] Quare conscidisti vestes tuas? veniat igitur ad me, experietur certe prophetam esse in Israele.

9 Venit itaq; Naaman cum comitatu suo, & curru suo, & constitit ad fores domus Elisei.

10 Misitq; Eliseus nuncium ad eum his mandatis, Vade, & laua septies in Iordane, & [15] restituetur tibi caro tua, Adeoq; munda erit.

11 Naaman indignatione commotus abiit & dixit, En cogitaram apud me, Omnino exibit, & stans inuocabit nomen Domini Dei sui,[16] motabitq; manum suam ad locum, & curabit lepram.

12 Annon præstant Abana & Parpar fluuii Damasci omnibus aquis Israelis? [17] annon si lauero in eis, mundus ero?

13 [18] Versus itaq; abiit indignabundus, Accedentes autem serui eius, loquuti sunt ad eum, & dixerunt, [19] Mi pater, si propheta[20] magnam rem tibi mandasset, annon faceres? quanto magis quum dixit ad te, Laua, & mundus eris?

14 Descendit igitur, &[21] tinxit [se] septies in Iordane iuxta verbum viri Dei,[22] mutataq; est caro eius sicut caro pueri parui, & mundatus est.

15 Rediens igitur ad virum Dei ipse & omnis comitatus eius, stetit ante eũ, & dixit,[23] En nunc scio, neminem quod non sit Deus in vniuersa terra, nisi in Israele: accipe quæso munus a seruo tuo.

16 Ille autem dixit, Viuit Dominus, ante quem sto, si accepero, cumq; is[24] flagitasset, renuit ille

17 Tum dixit Naaman,[25] Annon dari poterit seruo tuo de humo hac onus, quantum par mulorum[26] [fert?] siquidem seruus tuus posthac non faciet holocaustum aut sacrificium diis aliis, sed soli Domino.

18 [27] Hac in re propitius sit Dominus seruo tuo, Quum ingressus fuerit dominus meus phanum Rimmon, ibique adoraturus innixus fuerit super manum meam, si & ego[28] procidero in phano Rim-

1 Heb. magnus.
2 patens robore i. bellicosus.
3 He. exercitus. i. cũ aliquot turmis militum.
4 Heb. quæ erat coram vxore &c. i. quæ postea ministrauit vxori &c.
5 He. Orationes domini mei si e coram propheta &c. i. Si dominus meus rogaret prophetam Samariæ: sanabit cũ Chaldæus paraph. i. e. Si esset dominus meus si staret coram propheta, i. si iret ad prophetã qui est &c.
6 cum sanabit.
[illegible] sub. Naaman.
7 i. vade.
8 vel, ad mutandum. i. quibus vteretur propheta quum vellet quotidianam mutare vellet. Vestes elegantiores, & pretiosiores intellige, quibus vtuntur in publico & dieb⁹ solennibus.
9 He. Nunc ergo cum venerint ad te literæ istæ, sane misi &c. q. d. Vbi receperis has literas, cura sanare dum hũc seruum meum Naaman nam &c.
10 Aliis, remoueas, vel eripias eum à lepra sua. Alii, vt recolligas eum i. reduces eum in congregationem sanorum à lepra, nã leprosi extra communionem cæterorum degebant.
11 q. ille mittit.
12 quod occasionem quærat.
13 [illegible] blasphemia Syri.
14 [illegible] vestimenta nesciebat Deus solere suscitare mortuos ad preces hominum, præsertim fidelium &
15 vel, reuertetur.
16 eleuansque manum suã tanget locum affectum.
17 admiratiue. q. d. certe nõ puto.
18 vel, Et quum se vertisset.

19 Id est, Magister mi. Chaldæus paraphr. Domine mi. 20 Id est, arduam. 21 vel, lauit. aut mersit. 22 vel, reuersaq; est &c. 23 vel, Nunc demum scio quòd. 24 Heb. vim faceret vt caperet 25 Heb. Et nonne detur quæso seruo &c. i. est, quamuis recusas munus meum, detur tamen quæso &c. 26 (forte poteris?)
27 vel, Pro hac te parcat &c. ita Chaldæus paraphr. q. d. sis precatus tum vt condonet mihi Dominus [illegible] illam quam coger us officio præstare regi orandi in templo Remmon. Solet enim ille tremulo & imbecilli esse vice scipionis, quum incedit, stat, aut sedet. 28 vel, incuruauero me. vt scilicet accommodem me domino meo inclinanti sese.

mon: [29] si inquam & me procidere contigerit in phano Rimmon, hac re re[30] propitius sit Dominus seruo tuo

10 *Ad quem ille ait,[31] Vade in pace. Quumq; profectus esset ab eo[32] iugerum arui:*

20 *Dixit Gehasi famulus Elisai viri Dei [intra se,] En[33] dominus meus pepercit [rebus] huius Syri Naaman, quo minus acciperet de manu eius quæ attulerat, Viuit Dominus, si non cucurrero post ipsum, & acceperо aliquid ab eo.*

21 *Sequutus est ergo Gehasi ipsum Naaman: quem Naaman videns post se currentem, illico desiluit de quadriga,[34] occurrens ei, & dicens,[35] Rectène [omnia?]*

22 *Respondit ille, Rectè: en dominus meus misit me, dicens. En venerunt modo ad me duo adolescentes de monte Ephraim, qui sunt ex[36] filiis prophetarum, da quæso eis talentum argenti, & duas[37] vestes mutatorias.*

23 *Et ait Naaman,[38] Bone sis animo, cape duo talenta[39] coegitq; eum,[40] vt ligaret duo talenta argenti in duos sacculos, simulq; duas vestes mutatorias, &[41] imposuit [illa] duobus pueris suis, vt portarent ante[42] ipsum.*

24 *Veniens autem[43] in locum quendam secretum, acceptis his de manu ipsorum,[44] reposuit in domo,[45] & viros mandauit vt abirent.*

25 *Porrò ipse ingressus stetit coram domino suo: dixitq; ad eum Elisæus, Gehasi vnde? qui ait, Nusquam abiit seruus tuus.*

26 *Ille verò dixit ad eum,[46] Annon cor meum iuit, quum reuersus est homo de curru suo tibi obuiam?[47] Num tempus est[48] corradendi argentum, & accipiendi vestes, oliueta, vineas, oues & boues, seruos & ancillas?*

27 [49] *Adhærebit igitur lepra ipsius Naaman tibi & semini tuo semper. & egressus est à conspectu eius[50] leprosus sicut nix.*

mon adorante eo in eodem loco, vt ignoscat mihi Dominus seruo tuo pro hac re.

19 Qui dixit ei, Vade in pace. Abiit ergo ab eo electo tempore.

20 Dixitq; Giezi puer viri Dei, Et Pepercit Dominus meus Naaman Syro isti, vt non acciperet ab eo quę attulit: viuit Dominus, quia curram post eum, & accipiam ab eo aliquid:

21 Et secutus est Giezi post tergum Naaman: quem cum vidisset ille currentem ad se, desiliit de curru in occursum eius, & ait, Rectène sunt omnia?

22 Et ille ait, Rectè dominus meus misit me ad te, dicens, Modo venerunt ad me duo adolescentes de monte Ephraim, ex filiis prophetarum da eis talentum argenti, & vestes mutatorias duplices.

23 Dixitque Naaman, Melius est accipias duo talenta. & coegit eum, ligauitque duo talenta argenti in duobus saccis, & duplicia vestimenta, & imposuit duobus pueris suis, qui & portauerunt coram eo.

24 Cumque venisset iam vesperi, tulit de manu eorum, & reposuit in domo, dimisitq; viros, & abierunt.

25 Ipse autem ingressus, stetit coram Domino suo. & dixit Elisæus, Vnde venis Giez? Qui respondit, Non iuit seruus tuus quoquam.

26 At ille ait, Nónne cor meum in præsenti erat, quando reuersus est homo de curru suo in occursum tui? Nunc igitur accepisti argentum, & accepisti vestes, vt emas oliueta, & vineas et oues et boues, & seruos & ancillas,

27 Sed & lepra Naaman adhærebit tibi, & semini tuo, vsq; in sempiternum. & egressus est ab eo quasi nix leprosus.

CAPVT VI.

1 *Dixerunt autem[1] filii prophetarum ad Elisæum, Ecce, locum in quo tecum habitamus, angustior est quàm vt nos capiat*

2 *Liceat ergo nobis quæso vt eamus ad Iordanem, & tollamus inde singuli trabē vnam, faciamusq; nobis locū in quo habitemus & respondit, Ite.*

3 *Dixit autem vnus,[2] Adiice animum quæso vt eas cum seruis tuis, & respondit, Ego ibo.*

4 *Et profectus est cum eis: qui venientes ad Iordanem, sciderunt[3] ligna.*

5 *Contigit autem quum vnum [ex iis][4] arborem deiiceret,[5] vt securis caderet in aquam, clamaretq; & diceret, Heu mi domine,[6] hæc [securis] mutuo accepta est.*

6 *Vir Dei ait, Quò cecidit? is ostendit ei locum. qui[7] præcidens lignum[8] proiecit illuc, & natauit[9] securis.*

7 *Dixit ergo, Tolle. qui extensa manu sua, extraxit eam.*

8 *Rex Syriæ gessit bellum contra Israelem, & inito consilio cum seruis suis dixit[10] Alicubi ad certum locum castra mea erunt.*

9 *Misit ergo vir Dei ad regem Israelis, & dixit, Caue transeas hunc locum: nam Syri[11] illic demissi [latitant.]*

10 *Tum[12] misit Rex Israelis ad eum locum de quo dixerat vir Dei,[13] & dispositis custodiis, obseruari eum iussit, idq; sæpius.*

11 *Turbatū igitur est cor regis Syriæ[14] huius rei gra-*

1 Dixerunt autem filii prophetarum ad Eliseum. Ecce, loc' in quo habitamus coram te, angustus est nobis.

2 Eamus vsq; ad Iordanem, & tollant, singuli de sylua materias singulas, vt ædificemus nobis ibi locum ad habitandum qui dixit, Ite.

3 Et ait vnus ex illis, Veni ergo & tu cum seruis tuis. Respondit, Ego veniam.

4 Et abiit cum eis. cumq; venisset ad Iordanem, cædebant ligna.

5 Accidit autem, vt cum vnus materiam succidisset, caderet ferrum securis in aquam: exclamauitq; ille, & ait. Heu heu heu. domine mi & hoc ipsum mutuò acceperam.

6 Dixit autem homo Dei, Vbi cecidit? at ille mōstrauit ei locum præcidit ergo lignum, & misit illuc: natauitq; ferrum.

7 Et ait, Tolle. Qui extendit manum, & tulit illud.

8 Rex autem Syrię pugnabat contra Israel; consiliumq; iniit cum seruis suis, dicens, in loco illo & illo ponamus insidias.

9 Misit itaq; vir Dei ad regem Israel, dicens, Caue ne transeas in locum illum: quia ibi Syri in insidiis sunt.

10 Misit itaq; Rex Israel ad locum quem dixerat ei vir Dei, & præoccupauit eum, & obseruauit se ibi non semel neque bis.

11 Conturbatumque est cor regis Syriæ pro hac re: & con-

29 Hebr. in adoratione mea. i. & ego quoq; incuruauero me.
30 vel, condonet. i. condonet Dominus seruo tuo hanc adorationē, tum coram regi vi ce scriptonis. Existimant docto res Naaman abstinuisse à commercio regis per id tempus quo lepra laborauit.
31 q. d. Dominus condonabit tibi id: quandoquidē non id studio idololatriæ feceris.
32 vnum miliare,
33 prohibuit herus meus Naamā Syrum hūc, vt acciperet de manu eius quæ attulerat. q. d. noluit dominus meus quicquam accipere è muneribus quæ attulit Naaman.
34 vt occurreret illi.
35 Hebr. Annon pax? Et dixit Pax:
36 i. discipulis.
37 mutatoriæ vestes, quibus vtimur in publico, quas mutam' & deponim' quum domum venim' ad differentiam earū quibus domi vtimur, mutatorias dicit.
38 He. Velis (&) cape, i. Rogo te vt capias. Rem mihi gratam feceris, si acceperis &c. Gallicé, Vostre plaisir soit de prendre &c.
39 i. precibus eū adegit, vt duo talenta acciperet.
40 & ligauit, cōstrinxit.
41 sub. Naaman
42 sub. Giezi.
43 In munitionē. vel, arcem, i. ad locū editum, vnde ipse videri non posset, ait Chaldæ' paraph.
44 i. tradidit seruanda in quadā domo.
45 dimiserat autem homines illos, & abierant. sub. antequā deponeret.
46 q. d Meneitis: nam nunc tunc aderam spiritu, quum &c. 47 q. d. non. 48 accipiendi. sub. ab isto. q. d. Non debueras ab isto qui non est Iudæus, accipere quicquam, quo tibi emeres oliueta, vineas, &c. 49 Id est, laborabis lepra incurabili. 50 Id est, præ lepra candidus vt nix. CAPVT VI. 1 Id est, discipuli Elisæi & reliquorum prophetarum. Dicunt Hebræi studiosos prophetarum homines familiarius versatos fuisse cum Eliseo abiecto Giezi, quam antea: quod Giezi sectatoribus prophetæ esset acerbissimus. 2 Heb. Velis nunc & veni, id est, Rogamus te vt venias &c. 3 vel, [illegible] 4 trabem. 5 Id est, ferrum bipennis. 6 Apostropesis q. d. periit ferrum securis quam mutuo acceperam. 7 Dolauit manubrium alterum ex ligno sicco, non ex viridi. 8 sub. manubrium illud alterum. 9 Id est, ferrum securis. Duo miracula alterum quod secta manubrium incidit in foramen ferri: alterum vero, quod manubrium fecit natare ferrum. 10 Heb. in loco peloni & alemoni castra erunt, id est, in loco illo & illo. Dicunt Hebræi quum nomen proprium loci alicuius aut personæ non succurrit, aut quum illud exprimere nolunt, licet succurrat, apponunt hæc verba Peloni & alemoni. Galli dicunt Tel & tel. Sunt enim singularis numeri. Non est verbum quin rex Syriæ expresserit nomen proprium loci, in quo castrametaturus erat: sed nomen loci illius non succurrebat historiographo quum hæc scripsit. Constituerat Rex Syriæ ponere aliquas insidias [illegible]
11 illuc descenderunt, id est, illic castrametati sunt. 12 sub. exploratores i. Rex [illegible] an propheta Dei vera diceret. 13 Heb. & admonuerat eum: & cauit (se inet) illuc, non semel, neq; duabus vicibus. 14 quum scilicet resciuisset sua consilia prodita esse regi Israelis.

F
terra.
Giezi mendacia munera accepit quæ renuerat dominus eius in gloriam Dei:
G
Giezi cum libero suo lepra percutitur.
leprosus quasi nix.
A
Elisæus ferrum securis natare facit, virtute verbi Dei.
tollamus
Eheu.
Syri moliuntur insidias aduersus Israelem: quas indicat De' regi Israel per prophetam.

conuocatis seruis suis, ait, Quare non indicatis mi-
bi quis proditor mei sit apud regem Israel?
C 12 Dixitque vnus seruorum eius, Nequaquam
Domine mi Rex, sed Eliseus propheta qui est in Is-
rael, indicat regi Israel omnia verba quæcunq; lo-
cutus fueris in conclaui tuo.
13 Dixitq; eis, Ite & videte vbi sit: vt mittam, &
capiam eum. [a]annunciaueruntque ei dicentes, Ecce in
Dothain.
14 Misit ergo illuc equos & currus, & robur ex-
ercitus: qui cum venissent nocte, circundederunt
ciuitatem.
15 Consurgens autẽ diluculo minister viri Dei,
egressus est, viditq; exercitum in circuitu ciuitatis,
& equos & currus: nunciauitque ei, dicens, [b] Heu,
heu heu, domine mi, quid faciemus?
16 At ille respondit, Noli timere: plures enim
nobiscum sunt, quàm cum illis.
D 17 Cumq; orasset Eliseus, ait, Domine aperi ocu-
los pueri huius vt videat. Et aperuit Dominus o-
culos pueri, & vidit: & ecce mons plenus equo-
rum, & curruum igneorum, in circuitu Elisei.
18 Hostes vero descenderunt ad eum: porrò E-
liseus orauit ad Dominum, dicens, Percute, obse-
cro, gentem hanc cæcitate. percussitq; eos Domi-
nus ne viderent, iuxta verbum Elisei.
19 Dixit autẽ ad eos Eliseus, Non est hęc via, neq;
ista ciuitas: sequimini me, & ostendam vobis virũ
quem quæritis. duxit ergo eos in Samariam:
20 Cumque ingressi fuissent in Samariam, dixit
Elisæus, Domine aperi oculos istorum, vt vi-
deant. aperuitq; Dominus oculos eorum, & vide-
runt se esse in medio Samariæ.
E 21 Dixitq; Rex Israel ad Eliseum, cum vidisset e-
os. Numquid percutiam eos pater mi?
22 Et ille ait, Non percuties: neq; enim cepisti eos
gladio, & arcu tuo, vt percutias: sed pone panem, &
& aquam coram eis, vt comedant, & bibant, & va-
dant ad dominum suum.
23 Appositaq; est eis ciborum magna præpara-
tio, & comederunt & biberunt, & dimisit eos, abi-
eruntq; ad dominum suum: & vltra non venerũt
latrones Syriæ in Terram-Israel.
24 Factum est autem post hæc, congregauit Bẽ-
adad Rex Syriæ, vniuersum exercitum suum, & a-
scendit, & obsidebat Samariam.
25 Factaq; est fames magna in Samaria: & tam-
diu obsessa est, donec venundaretur caput asini o-
ctoginta argenteis, & quarta pars cabi stercoris co-
F lumbarum, quinq; argenteis.
26 Cumq; rex Israel transiret per murum, mu-
lier quædam exclamauit ad eum, dicens, Salua me
domine mi rex.
27 Qui ait, Non te saluet Dominus: vnde te pos-
sum saluare? de area, vel de torculari?
28 Dixitq; ad eam rex, Quid tibi vis? quæ respondit:
Mulier ista dixit mihi, Da filium tuum: vt comeda-
mus eum hodie, & filium meum comedemus cras.
29 Coximus ergo filium meum, & comedimus.
dixiq; ei die altera, Da filiũ tuum vt comedamus
eum quæ abscondit filium suum.
30 Quod cum audisset Rex, scidit vestimenta
sua (& transibat per murum: viditq; omnis popu-
G lus cilicium, quo vestitus erat ad carnem intrinsecus)
31 Et ait Rex, Hæc mihi faciat Deus, & hæc
addat si steterit caput Elisei filii Saphat super ipsum hodie.

[a] annunciaueruntq.
Mittit rex Syria qui capiant Eliseum.
[b] Eheu
Eliseus fidens Deo nihil timet
Protegitur Eliseus a Deo.
Syri percussi cæcitate, introducũtur in mediam Samariam.
Rex Israel Syros hostes suos conuiuio excipit author Eliseo.
Syri obsident Samariam.
Fames ingens. Caput asini. Stercus columbinum.
Mulier coquit filium.
Ioram minatur mortem Eliseo.

tia: vocatiq; seruis suis, dixit ad eos. [15] An igitur mihi
non indicaretis quis ex nobis regis Israelis [esset?]
12 Tum dixit vnus ex seruis eius, Nequaquam domi-
ne mi rex, sed Eliseus propheta qui est in Israele, is indi-
cat regi Israelitico verba, quæ tu loqueris in penetrali cu-
biculi tui.
13 Qui ait, Ite & videte vbinam sit, vt mittam &
tollam eum. [16] Indicatumq; est ergo ei his verbis, En est
in Dothan.
14 Misit igitur illuc equos & currus, & exercitum
grauem, qui nocte venientes circumsederunt ciuitatem.
15 Consurgens autẽ mane minister Viri Dei, vt egrede-
retur, en exercitus circumsedebat ciuitatem [17] cum equis
& curribus. Tum dixit puer eius ad eum, [18] Heu domine
mi, quid faciemus?
16 Qui respondit, Ne metuas: nam eorum qui nobi-
biscum plures sunt quàm eorum qui cum illis.
17 Orauitq; Eliseus, & ait, Aperi quæso Domine o-
culos eius [19] vt videat. Et aperuit Dominus oculos pueri,
viditq; & ecce mons plenus erat equis & curribus igneis
circum Eliseum.
18 Cumq; illi [20] descenderent ad eum, orauit Eliseus
ad Dominum, & dixit, Feri quæso gentem istam [21] cæcu-
tientia. & ferit eos cæcutientia iuxta verbum Elisei.
19 [22] Dixit ergo ad eos Eliseus, Hac non est via, neq; hæc
vrbs est. sequimini me, ducamq; vos ad virum quẽ quæ-
ritis. duxit autem eos in Samariam.
20 Factumq; est quum venissent in Samariam, vt di-
ceret Eliseus, Domine aperi oculos istorum vt videant.
aperuitq; Dominus oculos eorum, videruntq;, & ecce [23]
erant in medio Samariæ.
21 Dixit autem Rex Israel ad Eliseum quum eos
vidisset, Annon trucidando trucidabo eos [24] pater mi?
22 Respondit, Ne trucides. [25] Quos vero tu gladio tuo
ceperis, hos trucida: quin appone eis panem & aquam, vt
comedant & bibant, abeantq; ad dominum suum.
23 Apparauit itaq; eis [26] edulium apparatum: quumq;
comedissent & bibissent, dimisit eos. Illi verò abierunt
ad dominum suum: nec vltra venerunt [27] grassatores Syri
in terram Israeliticam.
24 Post hæc contigit, vt [28] Ben adad Rex Syriæ con-
gregato vniuerso exercitu suo, ascenderet, oppugnaretque
Samariam.
25 [29] Fuit verò fames magna in Samaria, (& ecce il-
li [30] obsederunt eam) [31] donec caput asini veniret octogin-
ta [32] argenteis, & quarta pars [33] cabi [34] farraginis colum-
binæ quinq; argenteis.
26 Quumq; Rex Israel transiret [35] ad murum, cla-
mauit mulier quædam ad eum, & dixit, Fer opem domi-
ne mi rex.
27 Qui ait, [36] Quandoquidem Dominus tibi non
fert opem, vnde ego tibi feram opem? [37] an horreone, an de
torculari?
28 Dixitq; ad eam rex [38] Quid tibi [vis?] respondit,
Illa mulier [39] dixit ad me, Da filium tuum comedamus
eum hodie, filium autem meum cras comedemus:
29 Coximus igitur filium meum, & comedimus eũ.
postero die dixi ad eam, Da filium tuum vt comedamus
eum. illa verò abscondit filium suum.
30 Quum ergo rex audisset verba mulieris illius, scidit
vestimenta sua, ([40] transibatq; per murum, [41] vidente
hoc populo: porrò penitus super carnem suam saccum ha-
bebat,)
31 Dixitq;, [42] Sic faciat mihi Deus, sicq; addat, si
caput Elisei filii Saphat steterit hodie super eo.

15 Annon indicabitis mihi.
16 sub. ab exploratoribus quos remiserat &c.
17 i. exercitus qui constabat equitibus & curribus falcatis.
18 vel, Aha
19 sub. angelos qui nobis sunt auxilio.
20 vt scilicet eũ interrogarent. Videntes tunc Eliseum iussu egressum vrbe.
21 vel, cæcitate, aut, hebetudine oculorum.
22 nempe postquã rogatus fuerat ab eis.
23 i. deprehenderunt se esse inter medios hostes.
24 i. magister vel domine.
25 Hebr. nunquid quos cepisti captiuos gladio tuo & arcu tuo, interficere soles? q.d. si hos percuteres, non percuteres homines victos tua opera, sed opera Dei.
26 sub. prophetæ.
27 copiæ (vel, exercitus) Syrorum. i. desieruntque ea tempestate inuadere terrã Israeliticã. Vox (vltra) non excludit totum tempus futurum, sed hoc dicit, quamdiu rex ille vixit, Syri non inuaserũt Terram sanctam.
28 Existimant doctores Ben-adad fuisse nomẽ commune regũ Syriæ, vt Pharao nomen est commune regum Ægypti: aut certe multi eo nomine fuerunt.
29 q.d. Propter obsidionem orta est fames magna in Samaria.
30 obsidebant.
31 vel, ita vt caput &c.
32 sub. nummis.
33 cabus est sexta pars sati, quæ

est tertia pars ephi. 34 stercoris columbarum. Quidam Hebræorum existimat eos stercore columbino vsos esse vice ligni ad ignem fouendum. 35 per mœnia lustrando scilicet vrbem. 36 Hebr. Ne, seruet te Dominus, vnde feram opem tibi? q.d. Dispereas: quare petis a me cibum, quum scias me omni re carere? 37 q.d. nec triticum, nec vinum habeo, quod tibi dare possim: omnia mihi desunt 38 i. Quid tibi est, quare me appellas? 39 vel, dicebat. 40 i. lustrabat vrbem per mœnia [illegible] [illegible]. 41 Heb. [illegible], & ecce saccus erat super carnem eius intrinsecus. i. deprehendit regem gestare cilicium sub veste regia. 42 Ita loquuntur Hebræi, quum [illegible]. Subaudienda [illegible], Si Eliseus vellet mutare oratione populum, posset prohibere tantam inediam, in qua mulieres [illegible] suos partus comedunt, quare [illegible] &c.

43 vel, iuxta illū
44 sub. qui præcideret caput Eliseo.
45 videtis
46 Heb. filius homicidæ, i. filium Achab homicidæ cuius consensu Nabal est occisus q.d. iste qui imitatur mores paternos.
47 reprimite illum in ostio: repellite eum opera ostii, nolite sinere eū ingredi.
48 descendebat. q.d. viderunt ipsi nuncium descendentem.
49 sub. rex, qui antevenerat nuncio quem miserat. Hic locus ostēdit regem Iudæ protinus mutasse sententiam suam, illumque nuncio quem miserat anteuenisse, ita vt illi non licuerit Eliseo præcidere ceruices.
50 expectabo q.d. nulla est spes.

CAP. VII.
1 i. quod reuelauit mihi Deus.
2 vel, hoc articulo temporis
3 i. qui tertius erat a rege. vel, vnus ex ducibus regis.
4 Heb. super cuius manum innitebatur rex.
5 sub. & per illas triticum demitteret, num posset esse tanta vilitas? q.d. Etiam Deus demittat de cœlo triticum, et olim manna, non tamen posset esse tam vile triticum.
6 sub. ob incredulitatem.
7 Erant
8 sub. vrbis, in quo erat habitaculum leprosorū, aut qua [illegible]
9 vel, habitare volumus
10 Heb. Si dixerimus, Ibimus in vrbem.
11 vel, transfugiamus.
12 Heb. si viuificauerint nos, viuemus & si mortificauerint, &c.
13 sub. nocturno. i. prima nocte.
14 Surrexerunt itaq. & fugerunt
15 sub. nocturno

32 (Porrò Eliseus sedebat domi sua, sedebantq́ [41] cum eo seniores.) & præmisit [rex] [44] quendam ante se: qui nuncius antequam veniret ad eum, dixit [Eliseus] ad seniores, Annon [45] vidistis quod [46] latro iste miserit vt tollat caput meum? obseruate, quum venerit nuncius claudite ostium, & [47] premite eum ostio: annon strepitus pedum heri sui sequitur eum?

33 Adhuc eo cum illis loquente, ecce nuncius [48] descendit ad eum, & [49] dixit, En hac afflictio a Domino est, quid vltra [50] expectarem Dominum?

32 (Eliseus autem sedebat in domo sua, & senes sedebant cum eo.) præmisit itaque virum: & antequam veniret nuncius ille, dixit ad senes, Numquid scitis quòd miserit filius homicidæ hic, vt præcidatur caput meum? videte ergo, cum venerit nuncius, claudite ostium, & non sinatis eum introire: ecce enim sonitus pedum domini eius post eum est. *Ioram agnoscit apud Eliseum Deum autorem esse famis.*

33 Adhuc illo loquente eis, apparuit nuncius, qui veniebat ad eum. Et ait, Ecce tantum malum à Domino est: quid amplius expectabo a Domino.

CAPVT VII

1 *Dixit autem Eliseus, Audite [1] verbum Domini, sic dicit Dominus, Cras [2] iuxta hoc tempus satum similaginis siclo [emetur,] & duo sata hordei vno siclo in porta Samariæ.*

2 *Respondit [3] triarius quidam, [4] à quo pendebat rex, viro Dei, & dixit, Ecce si Dominus [5] faceret fenestras in cœlo, num fieret res ista? [Eliseus] dixit, En tu videbis [id] oculis tuis sed ex eo [6] non comedes.*

3 *[7] Fuerunt autem quatuor viri leprosi ad [8] ostium portæ, qui dixerunt inter se, Quid hic [9] sedemus donec moriamur?*

4 *[10] Si statuerimus vrbem hanc ingredi, quandoquidem fames est in vrbe, moriemur ibi: si verò hic manebimus itidem moriemur: agite igitur [11] deficiamus ad castra Syrorum: [12] si nos vita donabunt, viuemus: sin interficient, moriemur.*

5 *Surrexerunt ergo in [13] crepusculo, vt irent in castra Syrorum, & venientes ad prima castra Syrorum, ne vir quidem illic erat.*

6 *(Effecerat enim Dominus vt in castris Syrorum audiretur strepitus curruum, sonitus equorum, [id est] strepitus ingentis exercitus, ita vt diceret quisque ad alium, En rex Israel conduxit aduersum nos reges Hethæorum, & reges Ægyptiorum, vt venirent contra nos.*

7 *[14] Et surgentes fugerunt in [15] crepusculo, relinquentes tentoria sua equos suos, asinos suos, id est castra ipsa vt erant, fugeruntq́ [16] quo voluntas tulit.)*

8 *Quum igitur leprosi ad prima castra venissent, ingressi tentorium vnum, comederunt & biberunt, tuleruntque illinc argentum, aurum, & vestes, & abeuntes absconderunt: & reuersi ingressi sunt aliud tentorium, & illinc quoque tulerunt, & abeuntes absconderunt.*

9 *Dixerunt autem quisque ad proximum suum. Non recte facimus, hodie dies est fausti nuncii, [17] & nos dissimulamus, si expectauerimus ad auroram vsque, deprehendet nos [18] iniquitas: agite igitur, ingrediamur, & annunciemus domui regis.*

10 *Venientes igitur clamauerunt ad custodes portæ ciuitatis, indicaruntq́ [19] illis dicentes, Venimus in castra Syrorum, & ecce ne vir quidem vllus illic erat, nec vox hominis, sed equi ligati, & asini [20] ligati, cæterum castra ipsa [21] vt erant.*

11 *[22] Custodes itaque portarum clamauerunt, & indicauerunt hoc intus domui regis.*

12 *Rex ergo noctu surgens [23] ait seruis suis, indicabo vobis quod fecerunt nobis Syri, sciunt quòd fame laboramus egressi ergo sunt e castris, vt alicubi in agro sese abscondant, [24] hoc consilio, vt nos si vrbem egressi fuerimus, viuos capiant, vrbemq́ ipsi occupent.*

13 *Tum respōdens vnus ex seruis eius dixit, [25] Accipiantur quinque equi qui reliqui sunt in vrbe, ([26] hi enim*

1 Dixit autem Eliseus, Audite verbum Domini. Hæc dicit Dominus, In tempore hoc cras modius similæ vno statere erit, & duo modii hordei statere vno in porta Samariæ. A *Eliseus prædicit Samariæ abundantiam.*

2 Respondens vnus de ducibus, super cuius manum rex incumbebat, homini Dei, ait, Si Dominus fecerit etiam cataractas in cœlo, numquid poterit esse quod loqueris? Qui ait, Videbis oculis tuis, & inde non comedes. *Incredulus dux verbo Dei.*

3 Quatuor ergo viri erant leprosi iuxta introitum portæ: qui dixerunt adinuicem, Quid hic esse volumus donec moriamur? *Primos duos versus cum superioribus cohærere, et ipsa ostendit.*

4 Siue ingredi voluerimus ciuitatem, fame moriemur: siue manserimus hic, moriendum nobis est: venite ergo, & transfugiamus ad castra Syriæ. si pepercerint nobis, viuemus. si autem occidere voluerint, nihilominus moriemur.

5 Surrexerunt ergo vesperi vt venirent ad castra Syriæ, cumque venissent ad principium castrorum Syriæ, nullum ibidem repererunt. B

6 (Siquidem Dominus sonitum [a] audiri fecerat in castris Syriæ, & curruum, & equorum, & exercitus plurimi: dixeruntque adinuicem, Ecce mercede conduxit aduersum nos rex Israel reges [b] Gethæorum, & Ægyptiorum, & venerunt super nos. *a audire secit.* *Fugantur Syri a Deo.* *b Hethæorum.*

7 Surrexerūt ergo, & fugerunt in tenebris, & dereliquerunt tētoria sua, & equos & asinos in castris, fugeruntque, animas tantum suas saluare cupientes.) *Sine hominum manu, Dominus ab obsidione & fame liberat Israelem.*

8 Igitur cum venissent leprosi illi ad principium castrorum, ingressi sunt vnum tabernaculum, & comederunt & biberunt: tuleruntq́; inde argentum, & aurum, & vestes, & abierunt, & absconderunt: & rursum reuersi sunt ad aliud tabernaculum, & inde similiter auferentes absconderunt.

9 Dixeruntque ad inuicem, Non rectè facimus: hæc enim dies boni nuncii est. si tacuerimus, & noluerimus nunciare vsque mane, sceleris arguemur: venite, eamus, & nunciemus in aula regis. C

10 Cumque venissent ad portam ciuitatis, narrauerunt eis, dicentes, Iuimus ad castra Syriæ, & nullum ibidem reperimus hominem, nisi equos, & asinos alligatos, & fixa tentoria. *Leprosi annunciant prouidentiam Dei Israelitis.*

11 Ierunt ergo portarii, & nunciauerunt in palatio regis intrinsecus.

12 Qui surrexit nocte, & ait ad seruos suos, Dico vobis quid fecerint nobis Syri. Sciunt quia fame laboramus, & idcirco egressi sunt de castris, & latitant in agris, dicentes, Cum egressi fuerint de ciuitate, capiemus eos viuos, & tunc ciuitatem ingredi poterimus. *Dei ordinationem non agnoscunt.*

13 Respōdit autē vnus seruorum eius, Tollamus quinque equos, qui remanserunt in vrbe (quia ipsi tantum

15 sub. nocturno 16 Heb. pro anima sua. Chaldæus paraph. vt seruarent animam suam, i. vitam. Vel, & fugerunt sibi, i. fuga saluti suæ consulentes. 17 quòd si tacemus, & expectemus donec illucescat, 18 Iniquitas pro pœna quæ iniquitati debetur. 19 ianitoribus, & illis qui cum illo erant. 20 sub. [illegible] 21 sub. instructa prius. 22 Heb. Et clamauit (sub. vnus ex) ianitoribus, & indicauerunt in aula regis intrinsecus. i. vnus ex ianitoribus clamauit vt excitaret ianitorem aulæ regiæ. i. ianitores clara voce retulerunt ianitoribus aulæ, qui regi indicarunt rem. 23 Suspicaps [illegible] fraudem tacitam. 24 Heb. dicentes, Cum egressi fuerint de vrbe, tunc capiemus illos viuos, & in vrbem introibimus. 25 Heb. Capiant quæso quinque ex equis residuis qui remanserunt in ea. sub. ciuitate. q.d. Mittantur ex nobis quinque cum quinque equis. Vel vt doctus inter Hebræos interpretatur, Capiant aliquot ex illis qui cum equis qui soli remanserunt &c. 26 Heb. (ecce ipsi sunt) sicut omnis multitudo Israel quæ remansit in ea: ecce ipsi (sunt) sicut vniuersa multitudo Israel quæ iam periit [illegible] laborant [illegible] sicut vniuersa multitudo quæ est in vrbe, fame pene confecta est: & illi quidem propediem morituri sunt fame, non aliter quam vniuersa illa multitudo Israelis quæ iam periit. q.d. non magnam iacturam faciemus si perierint illi equi. nam etiamsi in vrbe remanserint, morituri sunt.

tantum sunt in vniuersa multitudine Israel. alii e-
nim consumpti sunt) & mittentes, explorare pote-
rimus.
14 Adduxerunt ergo duos equos, misitq; rex in
castra Syrorum, dicens: Ite, & videte.
D 15 Qui abierunt post eos vsq; ad Iordanem: ec-
ce autẽ omnis via plena erat vestibus, & vasis, quæ
proiecerant Syri cum turbarentur: reuersiq; nuncii
indicauerunt regi.
16 Et egressus populus diripuit castra Syriæ: fa-
ctusq; est modius similæ statère vno, & duo modii
hordei statère vno, iuxta verbum Domini.
17 Porrò rex ducem illum, in cuius manu *incu-
buerat* constituit ad portam: quem cõculcauit tur-
ba in introitu portæ, & mortuus est, iuxta * quod
locutus fuerat vir Dei, quando descenderat rex ad
eum.
18 Factumq; est secundum sermonem viri Dei,
quem dixerat regi, quando ait, Duo modii hordei
statère vno erunt, & modius similæ statère vno.
19 Hoc eodem tempore cras in porta Samariæ:
Quando responderat dux ille viro Dei, & dixerat,
Etiamsi Dominus fecerit cataractas in cælo, num-
quid poterit fieri quod loqueris. Et dixit ei, Videbis
oculis tuis, & inde non comedes.
20 Euenit ergo ei sicut prædictum erat, & con-
culcauit eum populus in porta, & mortuus est.

Dux qui verbo Dei incredulus fuerat, conculcatur à turba.
** incumbebat*
** verbum.*

tãtum efficient quantum vniuersa multitudo Israelitica, si seruentur: rursus perinde erunt vt tota multitudo Israelitica, si pereunt.) quos mittemus, & [27] *explorabimus.*
14 *Acceperunt ergo* [28] *equos ad duos currus, quos misit rex vt sequerentur castra Syrorum, hæc mandans: Ite, & explorate.*
15 *Abeuntes illi secuti sunt eos vsq; ad Iordanem, & ecce omnis via plena erant vestibus & vasis, quæ Syri abiecerant* [29] *in festinatione sua: reuersi igitur nuncii, nũciauerunt regi.*
16 *Et egressus populus, diripuerunt castra Syrorum: tum factum est vt satum similaginis venirent* [30] *siclo, & duo sata hordei siclo, iuxta verbum Domini.*
17 *Porrò rex* [31] *constituit tritarium illum principem, cuius* [32] *humeris innitebatur,* [33] *ad portam, conculcauitq; eum populus in porta, &* [34] *moriebatur, iuxta verbum quod loquutus fuerat vir Dei cum rex descenderet ad eum.*
18 [35] *Factum est inquam quemadmodum loquutus erat vir Dei ad regem in hunc modum, Duo sata hordei siclo [vendentur,] & similaginis satum siclo.*
19 *Cras* [36] *iuxta id tempus in porta Samariæ:* [37] *Ad quod responderat princeps ille viro Dei, & dixerat, Si Dominus faceret fenestras in cælis, num res illa fieret? Dixeratq; ille, En tu videbis oculis tuis, sed inde non comedes.*
20 *Factum est ergo ei sic,* [38] *conculcauitq; eum populus in porta, & mortuus est.*

27 sub. i. fugientia sit fuga.
28 duos equos vectarios.
29 vel, dum trepidantes fugerit.
30 i. pretio stateris vnius.
31 præfecerat principem. vel ducem illum.
32 Heb. manui. i. cui innitebatur dum incederet.
33 porta dat. auxit verbi p... rat. Constituerat eum super portã qua egrediebatur populus ad diripienda castra Syrorum.
34 mortuus est,
35 Cum enim loqueretur vir Dei cum rege.
36 hac hora, hoc tempore.
37 Et responderat.
38 & conculcauit Et, pro Id est positum.

CAPVT VIII.

A 1 Eliseus autem locutus est ad mulierem, cuius
viuere fecerat filium, dicens, Surge, vade tu &
domus tua, & peregrinare vbicunq; reperieris: * vo-
cabit enim Dominus famem, & veniet super ter-
ram septem annis.
2 Quæ surrexit, & fecit iuxta verbum hominis
Dei: & vadens cũ domo sua, peregrinata est in ter-
ra Philisthiim diebus multis.
3 Cumque finiti essent anni septem, reuersa est
B mulier de terra Philisthiim: & egressa est, vt inter-
pellaret regem pro domo sua & pro agris suis.
4 Rex autem loquebatur cum Giezi puero viri
Dei, dicens, Narra mihi omnia magnalia, quæ fecit
Eliseus.
5 Cumq; illi narraret regi quomodo mortuum
suscitasset, apparuit mulier, cuius viuificauerat
filium, clamans ad regem pro domo sua, & pro a-
gris suis: dixitque Giezi, domine mi Rex, Hæc est
mulier, & hic est filius eius quem suscitauit Eliseus.
6 Et interrogauit rex mulierem: quæ narrauit ei
vera esse. Deditq; ei rex eunuchum vnum, dicens,
Restitue omnia quę sua sunt, & vniuersos reditus
agrorum a die qua reliquit terram, vsque ad præ-
sens.
C 7 Venit quoq; Eliseus Damascum, & Ben-adad
rex Syriæ ægrotabat: nunciaueruntq; ei dicentes,
Venit vir Dei huc.
8 Et ait rex ad Hazael, Tolle tecum munera, &
vade in occursum viri Dei, & consule Dominũ per
eũ dicens, Si euadere potero de infirmitate mea hac?
9 Iuit igitur Hazael in occursum ei habens se-
cum munera, & omnia bona Damasci, onera qua-
draginta camelorum. Cúmque stetisset coram eo,
ait, Filius tuus Ben adad rex Syriæ, misit me ad te,
dicens, Si sanari potero de infirmitate mea hac?
10 Dixitq; ei Eliseus, Vade, dic ei, Sanaberis: por-
rò ostendit mihi Dominus, quia morte morietur.
11 Stetitq; cum eo, & conturbatus est vsque ad
suffusionem vultus, fleuitq; vir Dei.

Prædicenti Eliseo famem septẽ annorum, Sunamitis credula fugit in Ægyptum.
Sup. 4. f.
** vocauit*
Reuersa mulieri traduntur possessiones propter Eliseum.
Ben adad ægrotus consulit Eliseum.
Flet Eliseus.

1 *Loquutus est autem Eliseus ad mulierem illam, cuius filium vita restituerat, hisce verbis,* [1] *Surge & vade, tu & domus tua, & peregre cõmorare potes: vbicunq; commorari potes quoniam* [2] *vocauit Dominus famem* [3] *quæ hisce septem annis veniet super terram.*
2 *Surrexit itaq; mulier illa, & fecit iuxta verbum viri Dei, abiitq; tam ipsa quam domus eius, & peregre commorata est in terra Palesthina septem annis.*
3 *Quúmq; exacti essent septem anni, reuersa est mulier è terra Phalesthina, egressaq;* [4] *vt postularet apud regẽ domum suam & agrum suum.*
4 *Rex autem loquutus est cum Gehasi ministro viri Dei in hæc verba, Narra quæso mihi* [5] *egregie gesta quæcunq; fecit Eliseus.*
5 *Narrabat ergo ille regi, quomodo vita restituisset mortuum: interim autem mulier cuius filium vita restituerat,* [6] *postulauit apud regem domum suam & agrum suum: dixitq; Gehasi, Domine mi rex, hæc est mulier atque hic est filius eius quem vita restituit Eliseus.*
6 *Quúmq; rex interrogasset mulierẽ, recensebat illa ei: deditque ei rex* [7] *cubicularium quendam, dicens,* [8] *Restitue ei omnia quæ sua sunt, atq; cunctos prouentus agri, a die quo dereliquit terram, vsque in præsens [tempus.]*
7 *Porrò Eliseus profectus est in Damascum, ægrotante Ben-hadad rege Syriæ: quod nunciatum est regi his verbis, Vir Dei venit huc.*
8 *Tum dixit rex ad Hasaelem, Tolle in manu tua munus, & vade obuiam viro Dei, vt consulas Dominum per eum hisce verbis, Conualiturúsne sum ab hoc morbo meo?*
9 *Profectus est Hasael ei obuiam, accepto munere in manum suam,* [9] *omnique bono Damasci, onere scilicet quod quadraginta [ferrent] cameli: & veniens stetit ante eum, dixitq; Filius tuus Ben hadad rex Syriæ misit me ad te his mandatis, Conualiturúsne sum ab hac infirmitate mea?*
10 *Eliseus dixit ad eum, Vade & dic ei,* [10] *Certissime conualesces: ostendit tamen mihi Dominus quod certissime moriturus sit.*
11 *Porrò vir Dei* [11] *firmata facie sua fleuit* [12] *donec pudesieret,* [13] *nam fleuit.*

CAPVT VIII.
1 i. Cito discede.
2 i. inuitauit. Metaphora ab iis qui alios ad conuiuium inuitant. hoc est, missurus est famem.
3 Heb. & etiam venit (vel, veniet Aut certe sequutura est) in terra septem annis.
4 Heb. Vt clamaret ad regem pro domo sua & pro agro suo. i. vt cõquereretur apud regem quod domum suam quã quum ipsa abesset, quidã vacuã reperientes, occupassent.
5 Heb. omnia magnalia. i. res insignes, hoc est miracula.
6 Heb. clamauit ad regem pro domo sua & agro suo.
7 Heb. eunuchũ. i. principem quẽdam: quia eunuchi magnæ authoritatis erat apud principes.
8 i. Cura reddi ei.
9 i. pretiosioribus quibusq; Damascens agri.
10 Heb. Viuendo viues. q. d. dic ei si vis quod victurus sit: est tamen moriturus. Quidam Hebræorum subaudiunt negationem. Viuendo nõ viues.
11 statuit vultũ ab eo. Statuit, sub. in altero latere. i. auertit faciem: nam volebat se continere à lachrymis, & dissimulare mœrorem animi sui.
12 Heb. & apposuit, donec mora. etar. siue cunctaretur ipse. i. manus suas apposuit vultui suo, & illis vultum texit, dissimulans tristitiam aliquandiu, donec cœpit in lachrymas.
13 & fleuit.

12 Tum dixit Hasael, Quare flet dominus meus? cui respondit, Quoniam novi quæ tu facturus sis mala filiis Israelis; [nam] munitiones eorum [14] igne combures, & iuvenes eorum gladio trucidabis, infantes eorum [15] allides, & prægnantes eorum diffindes?

13 Dixit vero Hasael, [16] Quidnam? canis est servus tuus, ut designet facinus istud tam grande? respondit Elisæus, Dominus ostendit mihi te futurum regem super Syriam.

14 Abiit itaque ille ab Elisæo, & venit ad dominum suum, ad quem ille dixit, Quid dixit tibi Elisæus? respondit, Dixit mihi quod certo [illegible] sit convaliturus.

15 [17] Postero die accepit [Hasael] [18] stragulum, & [19] immersum aquæ expandit super faciem [20] eius [21] ut moreretur: regnavitque Hasael pro eo.

16 Anno quinto Ioram filii Achab regis Israelis, [22] Iosaphat regis Iehudæ, regnum accepit Ioram filius Iosaphat regis Iehudæ:

17 Triginta duos annos natus erat [23] quum inauguraretur regno, regnavitque octo annis Ierosolymis.

18 Ambulavit in via regum Israel, sicut fecerunt hi qui fuerunt de domo Achab, nam filia Achab erat uxor eius, fecit malum [24] in oculis Domini:

19 [25] Sed Dominus noluit excindere Iehudam propter Davidem servum suum, sicut promiserat ei, quod daturus esset ei [26] lucernam de [27] filiis suis cunctis diebus.

20 [28] Eodem tempore defecit Edom, [29] quum esset sub manu Iehudæ: [30] nam constituerunt super se regem.

21 Transiit ergo Ioram [31] Zair, ipse & omnes [32] currus eius secum: consurgensque noctu percussit Edomæos qui eum circumsederant [33] una cum principibus curruum, & fugit [34] populus in tentoria sua.

22 [35] Sic defecit Edom quominus esset sub potestate Iehudæ usque in hunc diem: [36] tunc etiam defecit Libna eodem videlicet tempore.

23 Reliquum verborum Ioram, & omnia quæ fecit, annon hæc scripta sunt in Libro annalium regum Iehudæ.

24 Dormivit itaque Ioram cum patribus suis, & sepultus est iuxta patres suos in civitate Davidis, regnumque obtinuit pro eo Achazias filius eius.

25 Anno duodecimo Ioram filii Achab regis Israel [37] regno inauguratus est Achazias filius Ioram regis Iehudæ:

26 Natus erat viginti duos annos Achazias quum [38] regnare cœpisset, regnavitque [39] anno uno Ierosolymis, nomen matris eius erat Athalia, quæ fuit [40] filia Amri regis Israelis.

27 [41] Ambulavit autem in via domus Achab, fecitque malum in oculis Domini, sicut domus Achab: erat enim [42] affinitate iunctus domui Achab:

28 Profectus est quoque Ioram filius Achab in bellum contra Hasaelem regem Syriæ in Ramoth Gilead, percusseruntque Syri ipsum Ioram.

29 Reversusque est Ioram rex, ut mederetur in Iesreel vulneribus quæ inflixerant Syri ante Ramoth [Gilead,] quum bellum gesserat contra Hasaelem regem Syriæ, descenditque Achazias filius Ioram rex Iehudæ, ut inviseret Ioram filium Achab in Iesreel nam (ille) ægrotabat.

12 Cui Hazael ait, Quare dominus meus flet? at ille dixit, Quia scio quæ facturus sis filiis Israel mala, Civitates eorum munitas igne succendes, & iuvenes eorum interficies gladio, & parvulos eorum elides, & prægnantes divides.

13 Dixitque Hazael, Quid enim sum servus tuus canis, faciam rem istam magnam? & ait Eliseus, Ostendit mihi Dominus te regem Syriæ fore.

14 Qui cum recessisset ab Eliseo, venit ad dominum suum: qui ait ei, Quid dixit tibi Eliseus? At ille respondit, Dixit mihi, recipies sanitatem.

15 Cumque venisset dies altera, tulit stragulum, & infudit aquam, & expandit super faciem eius: quo mortuo regnavit Hazael pro eo.

16 Anno quinto Ioram filii Achab regis Israel, [*] regnavit Ioram filius Iosaphat, rex Iuda.

17 Triginta duorum annorum erat, cùm regnare cœpisset, & octo annis regnavit in Ierusalem.

18 Ambulavitque in viis regum Israel, sicut ambulaverat domus Achab: filia enim Achab erat uxor eius: & fecit quod malum est in conspectu Domini.

19 Noluit autem Dominus disperdere Iudam propter David servum suum, [b] sicut promiserat ei, ut daret illi lucernam, & filiis eius cunctis diebus.

20 In diebus illis recessit Edom, ne esset sub Iuda, & constituit sibi regem.

21 Venitque Ioram Seira, & [*] omnis exercitus cum eo: & surrexit nocte, percussitque Idumæos, qui eum circumdederant, & principes curruum, populus autem fugit in tabernacula sua.

22 Recessit ergo Edom ne esset sub Iuda, usque ad diem hanc. tunc recessit & Lobna in tempore illo.

23 Reliqua autem sermonum Ioram, & universa quæ fecit, nonne hæc scripta sunt in Libro verborum dierum regum Iuda?

24 Et dormivit Ioram cum patribus suis, sepultusque est cum eis in Civitate David, & regnavit Ochozias filius eius pro eo.

25 Anno duodecimo Ioram filii Achab regis Israel regnavit Ochozias filius Ioram regis Iudæ.

26 Viginti duorum annorum erat Ochozias cum regnare cœpisset, & uno anno regnavit in Ierusalem. nomen matris eius Athalia filia Amri regis Israel.

27 Et ambulavit in viis domus Achab: & fecit quod malum est coram Domino, sicut domus Achab: gener enim domus Achab fuit.

28 Abiit quoque cum Ioram filio Achab, ad præliandum contra Hazael regem Syriæ in Ramoth-Galaad, & vulneraverunt Syri Ioram.

29 Qui reversus est ut curaretur, in Iezrahel: quia vulneraverunt eum Syri in [*] Ramoth præliantem contra Hazael Regem Syriæ. Porrò Ochozias filius Ioram rex Iuda descendit invisere Ioram filium Achab in Iezrahel, quia ægrotabat ibi.

CAPUT IX.

1 Elisæus propheta vocato quodam ex filiis prophetarum ait illi, [b] Accinge lumbos tuos, & accipe [2] vasculum illud olearium [3] in manum tuam, et vade in Ramoth-Gilead.

2 Et quum illuc veneris, dispice illic ubi sit Iehu filius Iosaphat filii Nimsi: cæterum ingressus, iube ut surgat e medio [4] fratrum suorum, & introduc eum [5] in abstrusissimum aliquem locum.

1 Eliseus autem propheta vocavit unum de filiis prophetarum, & ait illi, Accinge lumbos tuos, & tolle lenticulam olei hanc in manu tua, & vade in Ramoth Galaad.

2 Cumque veneris illuc, videbis Iehu filium Iosaphat filii Namsi: & ingressus suscitabis eum de medio fratrum suorum, & introduces in interius cubiculum.

Hazaeli prædicit quæ mala ipse facturus esset Israeli.

Hazael suffocat Benadad, & pro eo regnat.

Regnat Ioram filius Iosaphat.

E

1. Paral. 21. b.

* & Iosaphat regis Iuda.

2. Reg. 7. b.

Edom recedit à Iuda, constituto sibi rege.

F

* omnes currus.

Lobna.

Mortuo Ioram succedit Ochozias filius impius.

2. Paral. 22. 8

G

Bellum Ioram & Ochoziæ contra Hazael.

* Rama.

A

Iehu ungitur in regem Israel.

3. Reg. 19. c

14 Heb. conicies in ignem. Ordo præposterus, pro, coniicies ignem in munitiones eorum.
15 sub. ad parietem vel ad solum.
16 Heb. Quid. n. servus tuus canis ut faciat hanc rem magnam. Subaudiendum est aliquid, cuiusmodi, ne dicas hoc servo tuo: quantus .n. est servus tuus qui non plenius faciendus est quam canis mortuus, servus tuus [illegible], quis me facturum rem tam grandem?
[illegible] Heb. vivendo vives .i. convalesces.
17 quam scilicet ille redierat.
18 vel, pannum crassum,
19 Laborabat febre ardentissima Hoc igitur fecit, ut ardor febris leniretur.
20 vel, suam nam alii referunt ad Ben-adad, qui ipse rogavit ut daretur ei pannus intinctus in aquam frigidam, quo ipse vultum suum tegeret, ut leniret ret[illegible] gestum. Alii ad Hasaelem referunt. Doctus inter Hebræos ait hoc Hasaelem fecisse de industria. Alii, per imprudentiam quum moreretur rex de calore febris, correxisse pannum humentem.
21 & mortuus est.
22 Heb. Iosaphat autem rex Iuda, sub. mortuus erat. Per parenthesin legendum.
23 Heb. quum regnare cœpit,
24 .i. spectante Domino, quem nihil latet.
25 vel, noluit tamen Dominus.
26 i. splendorem regnum. dignitatem regiam.
27 .i. nepotibus.
28 Heb. Eius .i. Eo regnante.
29 Hebr. vel sub manu Iudæ .i. ab imperio Iudæ defecit esse subditus regi Iuda.
30 Heb. & constituerunt
31 in vers. sub. montem.
32 sub. falcati.
33 vel, & principes curruum, sub. falcatorum percusserunt Idumæos. 34 sub. Idumæorum. 35 Hebr. Et defecit (sub. iterum) Edom de sub manu Iudæ. 36 hac posteriore scilicet defectione. 37 regnare cœpit. 38 hac .n. [illegible] patre. 39 sub. [illegible] patre, XLII. annorum. 40 Heb. neptis [illegible]
41 .i. imitatus est in Idolatria familiam Achab. 42 Heb. gener [illegible] CAPUT IX. 1 [illegible] 2 [illegible] litteri, [illegible] hoc enim [illegible] quando [illegible] 3 Heb. [illegible] vel, [illegible] 4 Qui hic fratres dicuntur, paulo inferius principes appellantur .i. e medio collegarum suorum 5 vel, in cubiculum [illegible]

3 Te-

3 Tenensque lenticulam olei, fundens super ca-
put eius, & dices. Hæc dicit Dominus, Vnxi te regẽ
super Israel. aperiesque ostium, & fugies, & non ibi
subsistes.
Fuga. 4 Abiit ergo adolescens puer Prophetæ in Ra-
moth-Galaad.
5 Et ingressus est illuc: ecce autem principes ex-
ercitus sedebant, & ait, Verbum mihi ad te ô prin-
ceps. Dixitque Jehu, Ad quem ex omnibus nobis?
at ille dixit, Ad te ô princeps.
6 Et surrexit, & ingressus est cubiculũ: at ille fu-
dit oleũ super caput eius, & ait, Hęc dicit Dominus
B De⁹ Israel, Vnxi te regẽ super populũ Domini Israel,
7 Et percuties domum Achab domini tui, vlcis-
car sanguinem seruorum meorum Prophetarum,
Iezabel. & sanguinem omnium seruorum Domini ‖ de ma-
3. Reg. 21. f nu Jezabel.
Achab. 8 Perdamq́ue omnem domum Achab: & inter-
ficiam de domo Achab mingentem ad parietem,
& clausum, & nouissimum in Israel.
9 Et dabo domum Achab, ‖ sicut domum Jero-
boam, filii Nabat, ‖ & sicut domum Baasa filii Ahia
3. Reg. 15. g 10 Jezabel quoq; comedent canes in agro Jez-
3. Reg. 16. a rahel, nec erit qui sepeliat eam. aperuitq́; ostium &
fugit.
Iehu constitui- 11 Jehu autem * ingressus est ad seruos domi-
tur rex. ni sui: qui dixerunt ei, Recténe sunt omnia. quid
** egressus.* venit insanus iste ad te? Qui ait eis, Nostis homi-
nem, & quid locutus sit.
12 At illi responderunt, Falsum est, sed magis
C narra nobis. qui ait eis. Hæc & hæc locut⁹ est mihi:
& ait, Hęc dicit Dominus, Vnxi te regẽ super Israel.
13 Festinauerunt itaque, & vnusquisque tollens
pallium suum posuerunt sub pedibus eius, in simi-
litudinem tribunali, & cecinerunt tuba, atque di-
xerunt, Regnauit Jehu.
14 ‖ Coniurauit ergo Jehu, filius Josaphat filii
Namsi contra Joram: porrò Joram obsederat Ra-
Iehu interficit moth-Galaad, ipse & omnis Israel contra Hazael
Ioram regem regem Syriæ:
Israel, & Ocho- 15 Et reuersus fuerat, vt curaretur, in Jezrahel,
ziam regem propter vulnera, quia percusserant eum Syri, præ-
Iuda. liantem contra Hazael regem Syriæ. Dixitque Jehu,
Supra 8. f Si placet vobis, nemo egrediatur profugus de ci-
uitate, ne vadat, & nunciet in Jezrahel.
16 Et ascendit, & profectus est in Jezrahel: Jo-
ram enim ægrotabat ibi, & Ochozias rex Juda de-
scenderat ad visitandum Joram.
17 Igitur speculator qui stabat super turrim Jez-
rahel, vidit globum Jehu venientis, & ait, Video
D ego globum. Dixitque Joram: Tolle currum, & mit-
te in occursum eorum, & dicat vadens, Recténe
sunt omnia?
18 Abiit ergo qui ascenderat currum, in occur-
sum eius, & ait, Hæc dicit rex, Pacatáne sunt o-
mnia? dixitque Jehu, quid tibi & paci? transi, & se-
quere me. Nunciauit quoque speculator, dicens,
Venit nuncius ad eos, & non reuertitur.
19 Misit etiam currum equorum secundum: ve-
nitq́; ad eos, & ait, Hæc dicit rex, Numquid pax est?
& ait Jehu, Quid tibi & paci? transi, & sequere me.
20 Nunciauit autem speculator, dicens, Venit
vsq; ad eos & non reuertitur: est autem incessus
quasi incessus Jehu filii Namsi: præceps enim graditur.
E 21 Et ait Joram, * Iungite currum, * Iunxerunt-
** iunge.* que currum eius, & egressus est Joram rex Israel, & Ochozias rex Juda, singuli in curribus suis, egressi-
** iunxit.* que sunt in occursum Jehu, & inuenerunt eum in agro Naboth Jezrahelitæ.

3 *Deinde accipe vasculum* [6] *olei, effunde super ca-*
put eius, & dic. Sic ait Dominus, Vnxi te regem super
Israelem. aperitoque ostio fuge, [7] *nec moram nectas.*
4 *Abiit itaque* [8] *minister Prophetæ in Ramoth-*
Gilead.
5 *Et quum esset ingressus, ecce* [9] *imperatores exerci-*
tus considebant, & dixit. Habeo aliquid quod tecum lo-
quar, ô [10] *imperator. Tum dixit Iehu, Ad quem ex o-*
mnibus nobis? qui dixit, Ad te imperator.
6 *Et surgens ingressus est* [11] *in cubiculum, fuditque*
ille oleum super caput eius, & dixit ad eum, Sic dicit
Dominus Deus Israelis. [12] *Vnxi te regem super populum*
Domini, nempe super Israelem:
7 *Tu trucidabis domum Achab domini tui, vt vlcis-*
car [13] *sanguinem seruorum meorum Prophetarum, &*
sanguinem cunctorum seruorum Domini de manu
Isabelis.
8 [14] *Interibit namque vniuersa domus Achab:* [15] *ex-*
scindam enim ipsi Achab mingentem ad parietem, [16] *con*
clusum & derelictum in Israele.
9 [17] *Ponamque domum Achab sicut domũ Ierobeam*
filii Nebat, & sicut domum Baasa filii Ahia.
10 *Porrò Isabelem comedent canes* [18] *in agro Iesreel,*
nec erit qui sepeliat. & aperuit ostium & fugit.
11 *Iehu verò egressus est ad seruos domini sui, & di-*
xit (quidam) ei, [19] *Rectène res habent? quam ob caussam*
ingressus est ad te [20] *vesanus ille? Qui ait eis, Nostis*
hominem illum, [21] *& qua sit loquacitate eius.*
12 *Dixerunt illi* [22] *Mentiris, indica nobis. at ille ait,*
[23] *Sic & sic loquutus est ad me, dicens, Sic ait Domi-*
nus, Ego vnxi te regem super Israelem.
13 *Mox acceperunt quisque vestem suam, & posue-*
runt [24] *super eum* [25] *ad tumulum graduum, clan-*
xeruntque cornu, & dixerunt, Iehu [26] *regnat.*
14 *Coniurationem itaque fecit Iehu filius Iosaphat*
filii Nimsi contra Ioram, [27] *(quum Ioram obsideret*
Ramoth-Gilead, ipse & vniuersus Israel [28] *coram Ha-*
sael, rege Syriæ:
15 *Reuersusque* [29] *esset rex Ioram vt mederetur in*
Iesreel vulneribus quæ inflixerant ei Syri, quum dimi-
caret contra Hasaelem regem Syriæ.) Dixit ergo Iehu,
[30] *Si vobis cordi est, nemo exibit nec euadet* [31] *ex vrbe,*
qui vadat & [32] *nunciet in* [33] *Iesreel.*
16 *Ascendens itaque Iehu currum, abiit in Iesreel*
[34] *vbi Ioram decumbebat. Descenderat quoque Aha-*
sias rex Jehuda illuc, vt inuiseret Ioram.
17 *Porrò speculator qui stabat in turri Iesreel, vidit*
[35] *globum Iehu incedentem, & dixit, Ego video globum.*
& ait Ioram, Accipe [36] *equitem, & mitte eis obuiam,*
[37] *qui exploret num rectè habeant res.*
18 *Profectus est itaque eques obuiam ei, & dixit, Rex*
quærit, [38] *num pax sit. & dixit Iehu,* [39] *Quid tibi cum*
pace? [40] *reflecte post me. Speculator autem nunciauit*
dicens, Nuncius venit vsque ad illos, nec reuertitur.
19 *Misit igitur alium equitem, qui veniens ad eos*
ait, Sic dicit rex, Estne pax? respondit Iehu, Quid tibi &
paci? [41] *retrocede post me.*
20 *Rursus nunciauit speculator, dicens, Et is ad eos*
venit, nec reuertitur: incessus autem est vt incessus ipsius
Iehu filii Nimsi, nam [42] *insane incedit.*
21 [43] *Dixit Ioram,* [44] *iunge equos & iunxit equos*
currui suo, egressusque Ioram rex Israel, & Ahasias rex
Jehuda, quisque suo curru: exierunt inquam obuiam
ipsi Iehu, [45] *deprehenderunt eum in agro Naboth Ies-*
reelitæ.

6 vel, opobalsa-mi.
7 Heb. & non exspectabis vt scilicet quicquã dicat tibi.
8 Hebr. puer, puer inquam Prophetæ.
9 vel, principes
10 vel, princeps.
11 Heb. in domum. i. in cubiculum aliquod domus interius.
12 q. d. sic iste Iom regem hac effusione balsami.
13 i. eadem.
14 Peribitque.
15 & exterminabo.
16 i. tam eos qui receperint se in arces munitas, quam eos qui derelicti fuerint a militibus ob eorum obscuritatem: hoc est tam eos qui possunt se recipere in arces, quam eos qui non habent arces quo se recipiant.
17 i. Non aliter perdam familiam Achab quã familiam Ierobeam.
18 vbi scilicet fuerat occisus Naboth.
19 Hebr. Pax ne est? i. Prædictisne prosperam Prophetæ vt plerique praedicunt aduersa.
20 vel, furiosus. Prophetæ semper habiti profestatis: quod cũ essent afflati Spiritu nec audiebant, nec sentiebant.
21 & sermonem eius. i. quid solebat dicere. q. d. quod mihi dixit parum est firmum & stabile, nullius momenti erat.
22 vel, Falsum dicis q. d. Non dicis quæ dixit.
23 q. d. Interalia quæ dixit, hæc quoque dixit.
24 sub. sedentem.
25 in fastigio graduum i. in supremo gradu, in eminentissimo & præstantissimo loco.
26 i. designatus est rex.
27 Hebr. porrò Ioram erat custodiens, &c. i. paulo ante hanc coniurationem

defenderat ipsam vrbem, quæ tum erat in potestate Israelis. 28 vel, propter Hazaelem regem. 29 erat. 30 Heb. si est voluntas vestra. i. Si opinatis eregnem. 31 sub. Ramoth-Gilead. 32 sub. quod gerimus. 33 illic enim erat rex. 34 Hebr. nam Ioram iacebat ægrotus illic. 35 vel, turmam illi, comitatum. 36 cursorem equestrem. 37 Heb. dicatque, Num est pax? i. Pacatáne sunt omnia? 38 i. num pacata sunt omnia. 39 sub. commune. 40 [illegible] go, sequere me vna cum comitatu. 41 q. d. accipe te in comitatum meum. 42 præceps solet incedere, Gallicè, Il cheuauche roide. Minus rectè Chaldaicus paraph. quoniam lente incedit. 43 sub. aurigæ. 44 sub. currus. 45 Heb. inuenerunt eum.

48 Effaetrine sunt omnia.
47 Heb. Quæ pax (peruenire potest) vsq; ad fornicationes Iezabelis matris tuæ, &c. i. Quæ conditio pacis peruenire debeat: vsq; ad, &c. q. d. neq; tu vlla pace dignus es, neque mater tua venefica & perniciosissima mulier, quæ non minus nocet quam mulier quæuis venefica.
48 vertens manum suam. i. habenas equorum suorum
49 vel, Insidiæ sunt. sub. paratæ nobis.
50 Heb. repleuit manum suam arcu. i. adduxit neruum arcus quantum potuit & percussit.
51 Heb. & egressa est sagitta è corde eius, & corruit (scilicet mortuus) in curru suo.
52 i. tertium à Rege, aut alio. vel, ducem, siue principem.
53 in hæreditatem.
54 memento. Chaldæus tamen paraphr. ego recordor.
55 (eramus ch) ... qui equitabant bini (i. simul siue pariter) post Achab, &c. i. quū eramus aliquando in comitatu Achab.
56 i. prædixisse aduersum hunc hanc prophetiã.
57 Heb (Nõ habeat posthac verum) si nõ cædem Naboth & cædẽ filiorum eius vidi heri, dixit Dominus itaq; reddam, &c. i. ab memor sum sanguinis Naboth nuper effusi. propterea in eodem agro interficietur in quo eum occidi iussisti. Licet 1. Reg. 21. nulla fiat mentio cædis filiorum Naboth. Nã tamen lectu credere Naboth habuisse filios qui etiam interfecti sunt à Iezabele aliquo patri mortuo illi successissent, neq; vineam optatam consecutus fuisset Achab.

22 Et factum est, quum vidisset Joram ipsum Jehu, dixit, [46] Estne pax Jehu? qui respondit, [47] Quæ pax, quãdiu [supersint] Isabelis matris tuæ artes meretricia, & veneficia eius tam multa?

23 Tum Joram [48] manibus suis versis, fugit, & simul ad Ahasiam dixit, [49] Proditio est ô Ahasia.

24 Jehu autem [50] prehenso arcu manu sua, ferijt Joram inter scapulas, [51] vt penetraret sagitta cor eius, concideretq; ipse incuruus in curriculum suum.

25 Tum dixit [Jehu] ad Bidcar [52] triarium suum, Tolle, & deijce eum [53] in partem agri Naboth Jesreelitæ: [54] memini enim (quum ego & tu [55] simul curru vecti sequeremur Ahab patrem eius) Dominum [56] sustulisse onus hoc super eum, quum diceret Dominus:

26 [57] Nisi cruorem sanguinis Naboth, & sanguinis filiorum eius, quos heri vidi, ait Dominus, rependam tibi in prædio isto. tolle igitur eum, & abijce eum in agrum iuxta verbum Domini.

27 Porro Ahasias Rex Jehuda hoc videns, fugit [58] per viam domus horti: quẽ [59] insequutus Jehu dixit, Ferite & hũc in quadriga, in [60] cliuo Gur iuxta Jibleam: qui fugiens Megiddo, ibid em defunctus est.

28 Serui autem eius [61] vexerunt eum curru Jerosolymam, sepelieruntq; eum illic cum patrib. suis in sepulchro suo in ciuitate Dauidis.

29 [62] Anno vndecimo, anno scilicet Jorami filij Achab, [63] regnauerat Ahasias super Jehudam.

30 Quumq; proficisceretur Jehu ad Jesreel, audiuit hoc Isabel, [64] fucoq; pinxit faciem suam, & [65] ornauit caput suum, prospiciens è [66] fenestra. Et ingrediente Jehu portam,

31 Dixit illa, [67] Num prospere cessit hoc Simri, quòd trucidauit herum suum?

32 Ille verò sublata facie sua versus fenestram, dixit, Quis est [68] apud me, quis? [69] hoc attenderunt duo vel tres eunuchi,

33 Quibus dixit, Præcipitate eam. & præcipitarunt eam, ita vt de sanguine eius spargeretur ad parietem, & [70] ad equos, & [71] conculcauit eam.

34 [72] Ingressus verò comedit & bibit, dixitq; Inuisite [73] obsecro execratam hanc, & sepelite eam, quia filia Regis est.

35 Abeuntes itaque vt eam sepelirent, nihil inuenerunt de ea, nisi caluariam, & pedes, atq; [74] volas ambarum manuum.

36 Reuersi igitur nunciârunt ei, quia ait, Verbũ Domini hoc est, quod loquutus est per seruum suum Eliam Thisbitem, dicens, In agro Jesreel comedent canes carnem Isabelis.

37 Erit itaq; cadauer Isabelis quasi [75] stercus super faciem agri in prædio Jesreel, ita vt nemo dicere possit, Hæc est Isabel.

22 Cumq; vidisset Joram Jehu, dixit, Pax est Jehu? at ille respondit, Quæ pax? adhuc fornicationes Jezabel matris tuæ, & veneficia eius multa vigent.

23 Conuertit autem Joram manum suam, & fugiens ait ad Ochoziam, Insidiæ Ochozia.

24 Porrò Jehu tetendit arcum manu, & percussit Joram inter scapulas: & egressa est sagitta per cor eius, statimq; corruit in curru suo.

25 Dixitq; Jehu ad Badacer ducem, Tolle, proiice eũ in agro Naboth Jezrahelitæ: memini enim (quando ego & tu sedentes in curru sequebamur Achab patrem huius,) quòd Dominus onus hoc leuauerit super eum, dicens:

26 ‖Si non pro sanguine Naboth, & pro sanguine filiorum eius, quem vidi heri, ait Dominus, reddam tibi in agro isto, dicit Dominus. Nunc ergo tolle, & proiice eum in agrũ iuxta verbũ Domini. 1. Reg. 21. F

27 Ochozias autem Rex Juda videns hoc, fugit per viam domus horti: persecutusq; est eum Jehu, & ait, Etiã hunc percutite in curru suo. Et percusserunt eum in ascensu Gaber qui est iuxta Jeblaam: qui fugit in Mageddo, & mortuus est ibi.

28 Et imposuerunt eum serui eius super currum suum, & tulerunt in Jerusalẽ: sepelieruntq; eum in sepulchro cum patribus suis in Ciuitate David.

29 Anno vndecimo Joram filij Achab Regis Israel, regnauit Ochozias super Judam. *Præcipitatur Jezabel, moritur.*

30 Venitq; Jehu in Jezrahel. Porrò Jezabel introitu eius audito, depinxit oculos suos stibio, & ornauit caput suum, & respexit per fenestram ingredientem Jehu per portam.

31 Et ait, Numquid pax potest esse Zambri, ‖qui interfecit dominum suum? 1. Reg. 16. c G

32 Leuauitq; Jehu faciem suam ad fenestram: & ait, Quæ est ista? & inclinauerunt se ad eum duo vel tres eunuchi.

33 Et dixerunt, Hæc est illa Jezabel. At ille dixit eis, Præcipitate eam deorsum. & præcipitauerunt eam, aspersusq; est sanguine paries, & equorum vngulæ conculcauerunt eam.

34 Cumq; introgressus esset vt comederet, biberetque, ait, Ite, & videte maledictam illam, & sepelite eam: quia filia Regis est. *Comeditur à canibus, iuxta verbum Dei.*

35 Cumq; iuissent vt sepelirent eam, non inuenerunt nisi caluariam, & pedes, & summas manus.

36 Reuersiq; nunciauerunt ei: & ait Jehu, Sermo Domini est, ‖quem locutus est per seruum suum Eliam Thesbiten, dicens, In agro Jezrahel comedent canes carnes Jezabel, 3. Reg. 21. f

37 Et erunt carnes Jezabel sicut stercus super faciem terræ in agro Jezrahel, ita vt prætereuntes dicant, Hæccine est illa Jezabel?

CAPVT X.

A

[1] Habuit verò Ahab septuaginta filios in Samaria, scripsitq; Jehu literas, & misit in Samariam ad primores Jesreel, ad seniores, & ad nutritios Ahab, huiusmodi mandatis:

2 Mox quum venerit hæc epistola ad vos (penes quos sunt filij domini vestri, item currus atq; equi sunt apud vos, habetis insuper vrbem munitam & arma,)

3 Dispicite quis sit [a] melior & [b] æquior ex filijs domini vestri, hunc ponite in solium patris sui, & pugnate pro domo domini vestri.

4 Timuerunt ergo illi admodum vehementer, & di-

1 Erant autem Achab septuaginta filij in Samaria: scripsit ergo Jehu literas, & misit in Samariam, ad optimates ciuitatis, & ad maiores natu, & ad nutritios Achab, dicens. *Jehu occidit septuaginta filios Achab, & omnem domum Achab.*

2 Statim vt acceperitis literas has, (qui habetis filios domini vestri, & currus & equos, & ciuitates firmas, & arma,)

3 Eligite meliorem, & eum qui vobis placuerit de filijs domini vestri, & eum ponite super solium patris sui, & pugnate pro domo domini vestri.

4 Timuerunt illi vehementer, & dixerunt, Ecce

58 i. per hortos, per viam arboribus consitam, ideo secretiorẽ. 59 sub. vsq; in Samariam. 60 vel, ascensu Gur, qui ascensus est iuxta Iebleam. 61 imposuerunt eum in currum (vel illum efferrent) in Ierusalem. 62 vel, Anno autẽ, id est, vndecimo anno Ioram, &c. Repetit autẽ hoc, vt intelligamus eum propter scelera non diu regnasse. 63 regnare cœpit. 64 Alij, & ornauit fuco oculos suos, Quoniam aiunt vt placeret Iehu. Alij vt dignitatem regiam vsq; ad mortem tueretur, se ornasse, quod doctis magis placet. nam erat ista superba & arrogantissima: itaq; quasi exprobrans hoc dixit. 65 sub. more regio. 66 qua scilicet poterat conspicere Iehu intrantem in vrbem. 67 Num fuit pax erga (id est qui es alter) Zimri, interfector domini sui? 68 mecum. i. pro me. q. d. Quis illic cum illa qui a parte mea sit? 69 Heb. & respexerunt ad eum. i. per fenestram exhibuerunt se videndos, ostendentes se eius partibus fauere. 70 i. ad equum cui insidebat Iehu, & ad reliquos qui erant in comitatu eius. 71 sub. Iehu. 72 sub palatium, vel vrbem. 73 vel, quæso. 74 extremitates 75 vel, fimus. q. d. insepultum manebit cadauer. CAP. X. 1 vel, præstantiores. 2 qui magis placet. i. aptissimum regno. Hoc forte non dixit Iehu, sed vt tentaret animos eorum qui erant cum filijs Achab.

duo reges non potuerunt stare coram eo, & quomodo nos valebimus resistere?

5 Miserunt ergo præpositi domus, & præfecti ciuitatis, & maiores natu, & nutritii ad Jehu, dicentes, Serui tui sumus, quæcunque iusseris faciemus, nec constituemus nobis regem. Quæcunque tibi placent, fac.

B

6 Rescripsit autem eis literas secundò, dicens. Si mei estis, & obeditis mihi, tollite capita filiorum domini vestri, & venite ad me hac eadem hora cras in Jezrahel. (porrò filii regis, septuaginta viri apud optimates ciuitatis nutriebantur.)

7 Cumque venissent literæ ad eos, tulerunt filios regis, & occiderunt septuaginta viros, & posuerunt capita eorum in cophinis, & miserunt ad eum in Jezrahel.

8 Venit autem nuncius ad eum, & indicauit ei, dicens, Attulerunt capita filiorum regis. qui respondit, Ponite ea ad duos aceruos iuxta introitum portæ vsque mane.

9 Cumque diluxisset, egressus est, & stans dixit ad omnem populum, Justi estis: si ego coniuraui contra dominum meum, & interfeci eum, quis percussit omnes hos?

3. Reg. 21. 8

10 Videte ergo nunc quoniam non cecidit de sermonibus Domini in terram, quos locutus est Dominus super domum Achab, & Dominus fecit quod locutus est in manu serui sui Eliæ.

C

11 Percussit igitur Jehu omnes qui reliqui erant de domo Achab in Jezrahel, & vniuersos optimates eius, & notos & sacerdotes, donec non remanerent ex eo reliquiæ.

Occidit & 42. fratr. Ochoziæ regis.

12 Et surrexit & venit in Samariam: cumque venisset ad Cameram pastorum, in via inuenit fratres Ochoziæ regis Juda, dixitque ad eos,

13 Quinam estis vos? qui responderunt, Fratres Ochoziæ regis sumus, & descendimus ad salutandos filios regis, & filios reginæ.

14 Qui ait, Comprehendite eos viuos. quos cum comprehendissent viuos, iugulauerunt eos in cisterna iuxta Cameram, quadraginta duos viros, & non reliquit ex eis quemquam.

D

Jonadab filius Rechab pius, iungitur cum Jehu ad delendam idololatriam.

15 Cumq; abiisset inde, inuenit Jonadab filium Rechab in occursum sibi, & benedixit ei. & ait ad eum, Numquid est cor tuum rectum cum corde meo, sicut cor meum cum corde tuo? & ait Jonadab, Est. Si est, inquit, da mihi manum tuam. qui dedit ei manum suam: at ille leuauit eum ad se in currum.

16 Dixitque ad eum, Veni mecum, & vide zelum meum pro Domino. & impositũ in curru suo,

17 Duxit in Samariam: & percussit omnes qui reliqui fuerant de Achab in Samaria, vsque ad vnũ, iuxta verbũ Domini quod locutus est per Eliam.

18 Cõgregauit ergo Jehu omnem populum, & dixit ad eos, Achab coluit baal parum, ego autem colam eum amplius.

Omnes sacerdotes baal, astutia Jehu interficiuntur. 3. Reg. 16. 3

19 Nunc igitur omnes prophetas baal, & vniuersos seruos eius, & cunctos sacerdotes ipsius vocate ad me: nullus sit qui nõ veniat: sacrificium enim grande est mihi baal: quicunque defuerit, non viuet (porro Jehu faciebat hoc insidiose, vt disperderet cultores baal.)

E

20 Et dixit, Sanctificate diem solemnem baal. vocauitque.

21 Et misit in vniuersos terminos Israel, & venerunt cuncti serui baal: non fuit residuus ne vnus quidẽ qui non veniret. & ingressi sunt templum baal: & repleta est domus baal à summo vsq; ad summũ.

nerunt, Ecce duo reges non potuerunt stare coram eo, quomodo nos staremus?

5 Misit ergo [3] præfectus prætorio, & qui ciuitati præerat, [4] & seniores, & nutritii ad Jehu huiusmodi mandata. Serui tui sumus, quidquid mandaueris nobis, faciemus, neque regem eligemus, tu quod tibi bonum videtur, facito.

6 Scripsit ergo secundo literas ad eos huiusmodi verbis, Si mei estis, sique voci meæ vultis obtemperare, tollite capita virorum qui sunt filii domini vestri, & venite cras [5] iuxta id tempus ad me in Jesreel; (erant autem filii regis septuaginta viri, erantque apud magnates vrbis qui eos educabant.)

7 Quumque epistola venisset ad eos, tulerunt filios regis, & trucidarunt septuaginta viros, posuerunt que capita eorum in sportis, & miserunt ad eum in Jesreel.

8 Venient itaque nuncius, indicauit ei, dicens, [6] Attulerunt capita filiorum regis. qui ait, Ponite ea in duos aceruos in introitu portæ vsque mane.

9 Mane facto egressus est, & stans dixit ad vniuersum populum, [7] Vos estis iusti, ecce ego conspiraui contra dominum meum, occidique eum, [8] quis verò illos omnes trucidauit?

10 Hic discite, quòd sermo Domini quem locutus est super domum Ahab, [9] non irritus fit, [10] quandoquidem Dominus fecit quæ loquutus est per seruum suum Eliam.

11 Percussit itaque Jehu omnes qui reliqui erant de domo Ahab in Jesreel, omnes magnates eius, omnes [11] notos eius, & sacerdotes eius, ita vt nemo reliquus ei superesset.

12 Surgens deinde, profectus est, & venit in Samariam: [12] Erat ibi in itinere casa pastoralis, Vbi deprehendit Jehu [13] fratres Ahasiæ regis Jehudæ, atque.

13 Quis estis vos? & dixerunt, [14] Fratres sumus Ahasiæ, descendimusque vt salutemus filios regis, & filios reginæ.

14 Qui ait, Prehendite eos viuos. quos quum cepissent viuos, trucidarunt eos iuxta [15] puteum [16] casæ pastoralis, nempe quadraginta duos viros, nec fecit quemquam ex eis reliquum.

15 Discedens inde, inuenit Jonadab filium Rechab sibi obuium, salutatoque eo, dixit ad eum, [17] Estne cor tuum rectum, sicut cor meum rectum est cum corde tuo? respondit Jonadab, [18] Omnino est. (Cedo igitur, inquit,) manum tuam. & præbuit ei manum suam. Tum iussit eum ascendere ad se in currum.

16 Et dixit, Veni mecum & vide zelum meum [19] pro Domino: [20] vexeruntque eum in curru suo.

17 Quumque venisset Samariam, trucidauit omnes qui de Ahab reliqui erant in Samaria, donec deleret [21] eum, iuxta verbum Domini quod loquutus fuerat ad Eliam.

18 Congregans verò Jehu vniuersum populum, dixit ad eos, Ahab parum coluit ipsum † baal, Jehu autem [22] augustius eum colet.

19 Vocate igitur mox ad me omnes Prophetas baal, omnes cultores eius, atque cunctos sacerdotes eius, ne quisquam desit, quoniam magnum est mihi sacrificium (peragendum) ipsi baal: quicunque igitur defuerit, non viuet (hoc autem astu fecit Jehu, vt perderet cultores baal.)

20 Dixitque Jehu, [23] Indicite cœtum ipsi baal: & conuocarunt.

21 Misit deinde Jehu in omnem Israelem, & venerunt omnes cultores baal, nec defuit quisquam qui non veniret: ingressique sunt phanum baal, & repletum est phanum baal [24] vndique.

3 Hebr. qui erat super domum, (sub. regiam) & qui super ciuitatem,
4 vel, maiores natu consulesue sunt,
5 hoc tempore, hac hora.
6 Noctu hæc capita sunt allata: qui autem ea deferebant, portaro clausam inuenerunt. Vnde illæ quæ porta præerat, iussit qui denunciaret hæc regi. tempestiue enim clauduntur portæ vrbium sunt nocte.
7 q.d. Putatis vos esse iustos, & me iniustum qui coniuraui contra dominum meum. Oratio concisa, deest, vt hos non interfecistis, sed Dominus: sic dominum meum non interfeci, sed Dominus.
8 q.d. non sum, sed vos.
9 Hebr. non cadet. i. nihil erit irritum q.d. certe hoc totum factum est de voluntate Domini. Metaphora ab iis rebus quæ vbi deciderunt, pereunt: vt sunt aniex, & ea quæ in flumen aut alio quopiam decidunt, & colligi nequeunt.
10 quod; Dominus.
11 vel, familiares & necessarios
12 Hebr. is autẽ erat iuxta domum ligationis pastorum quæ erat in via. Domũ ligationis vocat tonstrinam, in qua ligabantur oues tondendæ. Chald. paraph. vocat domum congregationis, quod ibi conuenirent pastores, omnium tondendarum causa.
13 i. nepotes ex fratribus. Vt pater & auus est, ita fratres & nepos.
14 i. Nepotes.
15 vel, cisternã.
16 Hebr. domus ligationis. i. tonstrinæ ouium.
17 i. Amásne me ex animo tege set
18 Heb. Est est

q.d. Proculdubio te diligo ex animo. 19 erga Dominum. i. quanta sim feruidus in honorem Domini. 20 & imposuerunt eum in currum eius. [illegible] conscendentem. 21 i. totam eius familiam. † baal, appellatiuum est nomen, significans dominum in genere. Hic autem, & 3. Reg. 16. & 22 pro idolo Sidoniorum accipitur, quod alicubi vocatur Astarthe, siue Ashtaroth. 22 Heb. multum. i. erit plurimum additus cultui eius. 23 Ino. [illegible] sacerdotes baal iubere et conuocare cultores baal per [illegible] causa. 24 Heb. os ore ad os, vel, ab ore ad oram. Metaphora a vase quod repletur aqua [illegible] Gallice, De bout à bout.

25 id est, vestes quibus vti solebant qui colebant baal.
26 collocauerat sibi.
27 venire faciam q.d. Qui me reliquerit, siuerit quempiam abire, is morietur pro eo.
28 sub. summus sacerdos baal.
29 vel, Irrumpite.
30 Heb. cursores, id est, milites leuioris armaturæ.
31 vsque ad vrbem phani baal, id est, vsque ad vrbem quandam vicinam Samariæ, in qua templum habebat baal.
32 latrinas, id est, loca in quibus populus solueret aluum.
33 Heb. benefecisti ut faceres quod rectum est, id est, studio sic fecisti quod &c.
34 vel, præcidere Authore Domino. res Israeliticæ fuerunt accisæ.
35 vel, superauit, id est, in omni termino Israel expugnauit aliquas vrbes.
36 quæ est ad torrentem.
37 i. quæcunq; strenue & fortiter gessit.

22 *Tum dixit ad eum qui præfectus erat sacris vestibus, Profer vestes omnibus cultoribus baal. & protulit eis* [25] *vestes.*

23 *Ingressus itaq; Jehu & Jonadab filius Rechab, phanum baal, dixit ad cultores baal, Dispicite & videte forte hic sit inter vos quisquam ex cultoribus Domini, sed soli cultores ipsius baal.*

24 *Cumque ingressi essent vt facerent sacrificia & holocausta,* [26] *collocauit Jehu foris octoginta viros, quibus dixit, Quicunque euaserit de viris illis quos ego* [27] *adduxi in manus vestras, erit anima illius pro anima eius.*

25 *Quum verò* [28] *absoluisset sacrificia holocaustorum, dixit Jehu satellitibus & ducibus,* [29] *ingredimini & trucidate eos, ne quis euadat: & percusserunt eos gladio, abieceruntque (cadauera eorum)* [30] *satellites & duces, & abierunt* [31] *in ciuitates (aliàs, vbi erant) templi baal.*

26 *Et efferentes statuas adis baal, combusserunt eas. Confregerunt quoque statuam baal.*

27 *Et diruerunt ædem baal, & fecerunt eam* [32] *latrinam vsque hodie.*

28 *Sic deleuit Jehu ipsum baal de Israele,*

29 *Verumtamen a peccatis Ieroboam filii Nebat, qui effecit vt Israel scelerate ageret, non recessit Jehu quo minus ea sequeretur, nempe vitulis aureis qui erant in Beth-el & in Dan.*

30 *Dixit ergo Dominus ad Jehu, Quandoquidem* [33] *studio quodam rectum fecisti in oculis meis, (&) iuxta omnia quæ fuerunt in corde meo fecisti domui Achab, sedebunt tibi filii super solium Israelis, in quartam vsque generationem.*

31 *Cæterum Jehu non obseruauit, vt ambularet in lege Domini Dei Israelis toto corde suo non recessit a peccatis Jeroboam, qui effecit vt scelerate ageret Israel.*

32 *Sub id tempus cœpit Dominus* [34] *truncare Israelem,* [35] *percussitque eos Hasael in omnibus terminis Israelis.*

33 *A Iordane ad exortum solis, omnem terram Gilead Gaditas, Rubenitas, & qui erant de Manasse, ab Aroer* [36] *vsque ad torrentem Arnonem, Gilead nempe & Basan.*

34 *Reliquum gestorum Jehu, & omnia quæ fecit, atque* [37] *robur eius, annon hæc scripta sunt in libro annalium Israelis?*

35 *Dormiuitque Jehu cum patribus suis, & sepelierunt eum in Samaria, & regnauit Jehoahaz filius eius pro eo.*

36 *Porrò dies quibus regnauit Jehu super Israelem in Samaria, viginti & octo sunt anni.*

22 Dixitque his qui * præerant super vestes, Proferte vestimenta vniuersis seruis baal. & protulerunt eis vestes. * erant.

23 Ingressusque Jehu, & Jonadab filius Rechab templum baal, ait cultoribus baal, Perquirite, & videte ne quis forte vobiscum sit de seruis Domini, sed vt sint serui baal soli.

24 Ingressi sunt igitur vt facerent victimas & holocausta: Jehu autem præparauerat sibi foris octoginta viros, & dixerat eis, Quicunque fugerit de hominibus his quos ego adduxero in manus vestras, anima eius erit pro anima illius.

F

25 Factum est autem cum completum esset holocaustum, præcepit Jehu militibus & ducibus suis, Ingredimini, & percutite eos, nullus euadet. percusseruntque eos in ore gladii, & proiecerunt, milites & duces: & ierunt in ciuitatem templi baal.

Baal comminuitur. Ex eius templo latrinas facit Iehu.

26 Et protulerunt statuam de phano baal, & combusserunt, Et comminuerunt eam:

27 Destruxerunt quoque ædem baal, & fecerunt pro ea latrinas, vsque in diem hanc.

28 Deleuit itaque Jehu baal de Israel.

29 Verumtamen à peccatis Jeroboam filii Nabat, qui peccare fecit Israel, non recessit, nec dereliquit vitulos aureos qui erant in Beth el & in Dan.

30 Dixit autem Dominus ad Jehu, Quia studiose egisti quod rectum erat, & placebat in oculis meis, & omnia quæ erant in corde meo fecisti contra domum Achab: ‖ filii tui vsque ad quartam generationem sedebunt super thronum Israel.

Mercedem temporalem dat Deus ipsi Iehu. Infra 15.c

31 Porrò Jehu non custodiuit vt ambularet in lege Domini Israel in toto corde suo: non enim recessit à peccatis Jeroboam, qui peccare fecerat Israel.

G

32 In diebus illis cœpit Dominus tædere super Israel: percussitque eos Hazael in vniuersis finibus Israel.

Israel percutitur ab Hazael.

33 A Iordane contra Orientalem plagam, omnem Terram Galaad & Gad & Ruben & Manasse, ab Aroer quæ est super Torrentem Arnon, & Galaad & Basan.

34 Reliqua autem verborum Jehu, & vniuersa quæ fecit, & fortitudo eius, nonne hæc scripta sunt in Libro verborum dierum regum Israel?

35 Et dormiuit Jehu cum patribus suis, sepelieruntque eum in Samaria: & regnauit Joachaz filius eius pro eo.

Iehu moritur. Succedit Ioachaz.

36 Dies autem quos regnauit Jehu super Israel, viginti & octo anni sunt, in Samaria.

CAPVT XI.

1 occidebantur.
2 subaudi, ex. 2. Par. 22 & abdidit ipsum, &c.
3 q.d. in aliquo penetrali vbi erant lecti Locus erat vbi dormiebant sacerdotes Leuitæ inter appendices templi.
4 cum ea. sub. nutrice.
5 vel, assumpsit.
6 Hi erant de genere Leuitarum.
7 duces & cursores. i. milites leuis armaturæ.
8 quibus scilicet cōsilia non proderet.
9 nō enim sciebat eum viuere.
10 vel, facturi estis. Hic habenda est ratio functionum officio, & defunctiorum. Qui obituri erant suam hebdomadam, non ferunt diuisi in varias portas: sed pars eorum constituta fuit [illegible] qua aditus patebat ad regiam id est, portæ atrii Septentrionali: pars vero altera de dit operam templo. Qui vero tum functuri erant [illegible] hebdomadam, [illegible] duas classes nam & [illegible] porta Orientali, alii vero portæ Australi. Omnes [illegible] [illegible] Leuitæ [illegible] tres partes [illegible] per vices [illegible] hebdomadam [illegible] Locus dictum de Athalia.

1 *Porrò Athalia mater Ahasiæ videns quòd mortuus esset filius suus, surrexit & perdidit omne semen regium.*

2 *Tollens autem Jehoseba filia regis Joram, soror Ahasiæ, ipsum Joas filium Ahasiæ, clàm surripuit eum è medio filiorum regis qui* [1] *occisi erant,* [2] *ipsum scilicet & nutricem eius* [3] *in cubiculo lectorum,* [4] *& absconderunt eum metu Athaliæ, itaque non est occisus.*

3 *Fuit autem* [4] *apud eam absconditus in domo Domini sex annis, regnante Athalia super terram.*

4 *Anno deinde septimo misit Jehoiadas, &* [5] *accersiuit* [6] *centuriones* [7] *vt milites essent & cursores: & introduxit eos ad se in domum Domini, iniit cum eis fœdus, iureque iurando eos* [8] *adstringens in domo Domini,* [9] *ostendit eis filium regis.*

5 *Præcepitq; eis, dicens, Hoc est quod* [10] *facere debetis:*

1 Athalia verò mater Ochoziæ, videns mortuū filium suum, surrexit, & interfecit omne semen regium.

A

Athalia interficit omne semen regium.

2 Tollens autem Josaba filia regis Joram, soror Ochoziæ, Joas filium Ochoziæ, furata est eum de medio filiorum regis qui interficiebantur, & nutricem eius, de triclinio: & abscondit eum à facie Athaliæ vt non interficeretur.

2. Paral. 22 d. *Ioas filius Ochoziæ, absconditur.*

3 Eratque cum ea sex annis clam in domo Domini: porrò Athalia regnauit super terram septem annis.

4 ‖ Anno autem septimo misit Joiada, & assumēs cēturiones, & milites introduxit ad se in templum Domini, pepigitq; cum eis fœdus: & adiurans eos in domo Domini; ostendit eis filium regis.

2. Parol. 23. a. *Ioas fit rex.*

5 Et præcepit illis, dicens, Iste est sermo quem facere debetis, Tertia pars vestrum introeat sabbatho, & obseruet excubias domus regis.

B

6 Tertia

* Seir. 6 Tertia autem pars sit ad portam *Seir:* & tertia pars sit ad portam quæ est post habitaculum scutariorum: & custodietis excubias domus, messa.

7 Duæ verò partes è vobis, omnes egredientes sabbatho, custodiant excubias domus Domini circa regem.

8 Et vallabitis eum habentes arma in manibus vestris. si quis autem ingressus fuerit septum templi, interficiatur: eritisque cum rege introeunte & egrediente.

9 Et fecerunt centuriones iuxta omnia quæ præceperat eis Joiada sacerdos: & assumentes singuli viros suos, qui ingrediebantur *sabbathum,* cum his qui egrediebantur e sabbatho, venerunt ad Joiadam sacerdotem.

** sabbatho.*

10 Qui dedit eis hastas, & arma regis David, quæ erant in domo Domini.

11 Et steterunt singuli habentes arma in manu sua a parte templi dextera usq; ad partem sinistram altaris, & ædis, circum regem.

12 Produxitq; filium regis, & posuit super eum diadema & testimonium: feceruntque eum regem, & unxerunt: & plaudentes manu, dixerunt. Vivat rex.

Occiditur Athalia. 13 Audiuit autem Athalia vocem populi currentis: & ingressa ad turbas in templum Domini.

** tubas.* 14 Vidit regem stantem super tribunal iuxta morem, & cantores & *turbas* prope eum, omnemque populum terræ lætantem, & canentem tubis: & scidit vestimenta sua, clamauitque, Coniuratio, coniuratio.

** sacerdos.* 15 Præcepit autem Joiada *centurionibus qui erant super exercitum, & ait eis: Educite eam extra septa templi, & quicunque eam secutus fuerit, feriatur gladio. dixerat enim sacerdos, Non occidatur in templo Domini.

** regis.* 16 Imposueruntque ei manus, & impegerunt eam per viam introitus equorum, iuxta palatium*, & interfecta est ibi.

D 17 Pepigit ergo Joiada fœdus inter *Deum* & inter populum, ut esset populus Domini, & inter regem & populum.

Fœdus in quo Ioas & populus promittunt se obsequuturos Deo, & populus se morigerū fore regi.

** Dominum.*

18 Ingressusque est omnis populus terræ templum baal, & destruxerunt aras eius, & imagines contriuerunt validè: Mathan quoque sacerdotem baal, occiderunt coram altari. Et posuit sacerdos custodias in domo Domini.

Mathan sacerdos baal interficitur. 19 Tulitque centuriones, & Cerethi & Phelethi legiones, & omnem populum terræ, deduxeruntque regem de domo Domini: & venerunt per viam portæ scutariorum in palatium, & sedit super thronum regum.

Lætitia. 20 Lætatusque est omnis populus terræ, & ciuitas conquieuit: Athalia autem occisa est gladio in domo regis.

Initium ca. 12. pro ratpsa. 21 Septemque annorum erat Joas, cum regnare cœpisset.

6 *Tertia pars vestrum* [11] *ingredientur sabbatho, &* [12] *ex. ubabunt excubias adis Domini.* Et tertia pars erit in [13] *porta Sur,* tertia deinde pars ad portam [14] *posteriorem qua est celerum,* & custodietis custodiam domus [15] *massa.*

7 *Duæ verò partes ex vobis,* [16] *omnes scilicet qui sabbatho exeunt,* [17] *obseruabitis custodiam domus Domini* [18] *iuxta regem.*

8 *Et circumdabitis regem circumquaque, quisque habeat arma in manu sua: quicunque vero* [19] *intra septa fuerit ingressus, trucidetur: vt sitis cum rege* [20] *siue fuerit egressus siue ingressus.*

9 *Fecerunt ergo centuriones iuxta omnia quæ præceperat Ieboiada* [21] *sacerdos, acceperuntque singuli viros suos* [22] *qui sabbatho ingressuri erant, cum his qui sabbatho* [23] *exituri erant, & venerūt ad Ieboiada sacerdotem.*

10 *Dedit autem* [24] *sacerdos centurionibus hastas & scuta regis Davidis* [25] *quæ erant in domo Domini.*

11 *Steteruntque* [26] *celeres, & habuit quisque arma sua in manu sua,* [27] *a latere domus dextero, vsque ad latus domus* [28] *sinistrum,* [29] *iuxta altare & templum circum regem,* [30] *per circuitum.*

12 [31] *Educens autem filiū regis, imposuit ei* [32] *coronam, & (dedit ei)* [33] *testimonium, & regem eum constituerunt,* [34] *ungentes eum, & complosis manibus dixerunt,* [35] *Vivat rex.*

13 *Audiens autem Athalia* [36] *vocem currentis populi, ingressa est ad populum in templum Domini.*

14 *Cumque* [37] *vidisset, ecce rex stabat pro more* [38] *prope columnam,* [39] *cantores vero & tubæ iuxta regem, & cunctus populus terræ lætabatur & clangebat tubis. Tum Athalia scissis vestimentis suis, clamauit,* [40] *Coniuratio, coniuratio.*

15 *Præcepit ergo Jeboiada sacerdos centurionibus qui præfecti erant exercitui, & dixit ad eos, Educite eam extra templum* [41] *ad septa. & si quis eam fuerit* [42] *sequutus, interficiatur gladio: præceperat enim sacerdos ne interficeretur in templo Domini.*

16 *Fecerunt ergo ei* [43] *spacium,* [44] *& venit in viam per quam equi ingrediebantur in domum regis, & illic est interfecta.*

17 *Pepigit autem Jeboiada fœdus inter Dominum & inter regem atque inter populum,* [45] *vt scilicet esset populus Domini,* [46] *deinde & inter regem & populum.*

18 *Et ingressus est vniuersus populus in phanum baal, & diruerunt illud, altaria quoque eius, & imagines eius* [47] *fustillatim confregerunt. Mathan quoque* [48] *sacrificum baal occiderunt coram altaribus, & posuit* [49] *sacerdos* [50] *custodiam super domum Domini.*

19 *Tulit deinde centuriones, duces & satellites, atque cunctum populum terræ & deduxerunt regem de domo Domini, & venerunt per viam portæ* [51] *satellitum ad domum regis, seditque super solium regum.*

20 *Et lætatus est cunctus populus terræ,* [52] *conquieuitque ciuitas,* [53] *interfecta Athalia gladio iuxta domum regis.*

21 *Ioas* [54] *quum regno inauguraretur, natus erat septem annos.*

11 Heb. [illegible] ... ingrediuntur sabbatho ... proximo sabbatho ... 12 i. obseruabunt portam quæ qui habitāt in regia, solent ingredi ... populi ... neque prodeant e regia, cum rex coronabitur, & illum interficiant.

13 Porta Sur, porta fundamēti dicitur. i. præcipua: maxima porta atrii templi hæc sola, postea duæ illi additæ, Meridionalis & Aquilonaris.

14 quæ est post (portam) cursorum. i. militum & satellitum. Portam Australem intelligit. Præterea milites eos qui foris custodiebant & cingebāt templum, hoc est hecal & deuir.

15 à desertione. i. cauebitis diligenter ne quis locum deserat alsignatum in ordine.

16 i. omnes qui officio suo defuncti fuerint ea hebdomade. Hos, quia minus erant occupati, diuidit in duas turmas.

17 obseruabunt vel, custodient.

18 super regem. i. custodient diligenter regem quum erit in templo.

19 in ordines ipsius. i. in vos sic dispositos, in acie in ita instructam.

20 Heb. quum egredietur templo & quum ingredietur. sup. templum.

21 vel, summus pontifex.

22 i. qui functuri erant officio suo in templo proximo sabbatho. 23 exierant, id est, qui iam defuncti erant sua hebdomade. 24 Pontifex. 25 id est, quæ consecrauerat Dauid Domino.

26 vel, cursores. 27 id est, a latere Meridionali in qua parte erat ostium atrii sacerdotum. 28 id est, Septentrionale, 29 id est, circum templum & partem in qua erat magnum altare Salomonis Chaldi paraph. per templum, siue domum, intelligit deuir.

30 id est, in circuitu regis. 31 sub. [illegible] ... 32 qua scilicet reges Dauidis coronabantur. 33 ornamentum. sub. regium vestem regiam.

34 [illegible] ... quod contrauersia deesset de regno: Athalia enim volebat regnare hac pacto vnctus fuit & Salomon. 35 Chaldeus paraphr. Omnia prospere succedant huic nouo regi. 36 strepitum militum (&) populi. 37 vel, circumspicere cœpisset.

38 id est, in solio regio quod erat iuxta columnam quandam insignem, in quo solebant sedere reges & magnates. 39 principes. vel, magnates. 40 q. d. [illegible] ... me.

41 per medios ordines, siue acies. sub. militum. 42 sub. vt eam opituletur. 43 locum. sub. per acies. 44 quum iret pes. 45 id est, se futuros morigeros Domino.

46 Hoc fœdere rex promittebat se facturum omni æquitate: populus vero iurabat se facturum quæ imperaret. 47 exacte. vel, diligenter. 48 principem sacerdotum. 49 vel, pontifex summus.

50 [illegible] 51 vel, militum, siue, cursorum. 52 vel, pacataque fuit, hoc est, sine tumultu. 53 Athaliam autem iam interfecerant gladio in (introitu) regis. 54 quum creatus est rex.

CAPUT XII

3 regnare cœpit Ioas,
2 i. quod erat gratissimum Domino.
3 docuit.
4 summus pontifex:
5 i. non fuerunt sublata.
6 in honorem scilicet Dei, quod tamen non erat gratum ipsi Deo.
7 i. quæ consecratur Domino
8 i. inferri solet.
9 Hebr. transeuntis, hominis pecuniam animarum æstimationis eius, &c. Pecuniam transeuntis, siue transeuntium sub in numerum, siue inter numeratos qui numerantur cum aliis, hoc est, qui iam attigerant vicesimum annum. hi dabant in singula capita dimidium sicli, vnde comparabant victimas quibus fiebat sacrificium illud iuge & perpetuum. Vocat pecuniam census quam dabat qui reputabantur inter numeratos. Pecunia hominis animarum æstimationis eius, siue pecunia pretii [illegible] hominis [illegible] [illegible] Triplex pecunia inferebatur in templum. Prima earum qui attigerant vicesimum annum. Secunda earum quam quisque [illegible] Domino [illegible] [illegible] æstimatus esset à sacerdote [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] Heb. [illegible]

1 Anno septimo ipsius Jehu[1] inauguratus est Jehoas rex, [2] quadraginta autem annis regnauit in Jerosolymis. Nomen matris eius fuit Zibia de Beer sheba.

2 Fecit autem Jehoas[2] rectum in oculis Domini cunctis diebus suis quibus eum[3] direxit Jehoiada[4] sacerdos.

3 Attamen excelsa[5] non recedebant: populus enim adhuc[6] immolabat & adolebat in excelsis.

4 Dixit autem Jehoas ad sacerdotes, Omnem pecuniam[7] sanctificatorum quæ[8] illata est in domum Domini, nempe pecuniam virorum qui in censum[9] transeunt, pecuniam animarum (quam quisque dat) pro æstimatione sua, omnem pecuniam denique[10] quam singuli sponte conferunt in domum Domini.

5 Accipiant sibi sacerdotes[11] quisque de noto suo, & hi instaurent[12] sarta tecta ædis, vbicunque inuenitur aliqua ruina.

6 Factum est autem vt in anno vigesimo tertio regis Jehoas sacerdotes[13] sarta tecta ædis non instaurassent.

7 Vocans igitur rex Jehoas Jehoiadam pontificem & sacerdotes, dixit ad eos,[13] Cur non instauratis sarta tecta ædis? ne igitur accipiatis vos pecuniam de[14] notis vestris, sed[15] ad sarta tecta ædis construenda date eam.

8 [16] Obsignatum itaque est sacerdotibus, ne acciperent pecuniam à populo, neque instaurarent sarta tecta, ædis.

9 Sed[17] sacerdos Jehoiada accepta arcula[18] vnius, in operculo eius foramen perforauit, posuitque eam iuxta aram ad dexteram[19] vbi ingressus est in templum Domini, posueruntque illuc sacerdotes[20] qui limen obseruabant, omnem pecuniam quæ illata erat in ædem Domini.

10 Contigit autem vt quum pecuniam viderent multam esse in arcula, ascenderet scriba regius & summus sacerdos, qui numeratam pecuniam inuentam in æde Domini[21] colligarunt.

11 Pecuniamque[22] certam dederunt in manus eorum qui faciebant opus,[23] & eorum qui inspectores erant ædis Domini.

12 Qui expendebant eam fabris lignariis, & structoribus qui reficiebant ædem Domini,[24] muratoribus quoque fabris, lapicidis, & his qui comparabant ligna, & lapidum scissoribus,[25] quibus confirmarentur sarta tecta ædis Domini. (In summa, ad omne[26] quod pertinebat ad instaurationem templi.)

13 Veruntamen de pecunia illa illata in ædem Domini non fiebant[27] phialæ argenteæ, nec musica instrumenta, nec pelues sparsoria, nec tubæ, nullum inquam vas neque aureum, neque argenteum[28] fiebat pro templo Domini.

14 [29] Quoniam dabant eam (pecuniam) his qui faciebant opus, & qui ea reficiebant ædem Domini.

15 Nec ratio exigebatur a viris illis consimodi, in quorum manus pecunia illa data erant, vt ipsi darent eam his qui faciebant opus: nam bona fide[30] agebant.

16 Cæterum[31] pecunia pro delicto, & pecunia pro peccatis, non inferebatur in ædem Domini, quod sacerdotum esset.

17 [32] Tunc ascendit Hasael rex Syriæ, & bellum gessit

1 Anno septimo Jehu regnauit Joas: quadraginta annis regnauit in Jerusalem. Nomen matris eius Sebia, de Bersabee. A *Joas pius, magistro Joiada, pie.*

2 Fecitque Joas rectum coram Domino cunctis diebus quibus docuit eum Joiada sacerdos.

3 Veruntamen excelsa non abstulit: adhuc enim populus immolabat, & adolebat in excelsis incensum.

4 Dixitque Joas ad sacerdotes, Omnem pecuniam sanctorum quæ illata fuerit in templum Domini à prætereuntibus, quæ offertur pro precio animæ, & quam sponte & arbitrio cordis sui inferunt in templum Domini: *Iubet Joas sacerdotes instaurare templum.*

5 Accipiant illam sacerdotes iuxta ordinem suum, & instaurent sarta tecta domus, siquid necessarium viderint instauratione.

6 Igitur vsque ad vicesimum tertium annum regis Joas, non instaurauerunt sacerdotes sarta tecta templi. *Joas, sacerdotibus non curantibus templum, instaurari curat ipse.*

7 Vocauitque rex Joas Joiadam pontificem & sacerdotes, dicens eis, Quare sarta tecta non instauratis templi? nolite ergo amplius accipere pecuniam iuxta ordinem vestrum, sed ad instaurationem templi reddite eam. B

8 Prohibitique sunt sacerdotes vltra accipere pecuniam à populo, & instaurare sarta tecta *domus. ** templi.*

9 Et tulit Joiada pontifex gazophylacium vnum, aperuitque foramen desuper, & posuit illud iuxta altare ad dextram ingredientium domum Domini, mittebantque in eo sacerdotes qui custodiebant ostia, omnem pecuniam quæ deferebatur ad templum Domini.

10 Cumque viderent nimiam pecuniam esse in gazophylacio, ascendebat scriba regis & pontifex, effundebantque & numerabant pecuniam quæ inueniebatur in domo Domini:

11 Et dabant eam iuxta numerum atque mensuram in manu eorum qui præerant cæmentariis domus Domini: qui impendebant eam in fabris lignorum & in cæmentariis iis qui operabantur in domo Domini, C

12 Et sarta tecta faciebant: & in iis qui cædebant saxa, & vt emerent ligna & lapides qui excidebantur: Ita vt impleretur instauratio domus Domini in vniuersis quæ indigebant expensa ad muniendam domum.

13 Veruntamen non fiebant ex eadem pecunia hydriæ templi Domini, & fuscinulæ & thuribula & tubæ, & omne vas aureum & argenteum, de pecunia quæ inferebatur in templum Domini.

14 Iis enim qui faciebant opus, dabatur, vt instauraretur *templum Domini: ** ex eo.*

15 Et non fiebat ratio iis hominibus qui accipiebant pecuniam vt distribuerent eam artificibus, sed in fide tractabant eam.

16 Pecuniam verò pro delicto, & pecuniam pro peccatis non inferebant in templum Domini quia sacerdotum erat.

17 Tunc ascendit Hazael rex Syriæ & pugnabat D

11 [illegible] familiaribus suis. 12 fissuras rupturas. Iam agebatur annus centesimus quinquagesimus quintus ex quo templum fuerat extructum: vnde aliquid [illegible] Quinimo [illegible] templum tum fuisse [illegible] à [illegible] ab Athalia, & [illegible] in domo Domini [illegible] [illegible] Paral. [illegible] Athal [illegible] rupturas in domo Domini. 13 [illegible] sacerdotes [illegible] pecuniam [illegible] 14 vel, familiaribus. 15 [illegible] 16 [illegible] sacerdotes 17 pontifex. 18 i. calculum [illegible] 19 [illegible] templum, &c. [illegible] [illegible] Aquilonem [illegible] templi [illegible] 21 [illegible] 22 [illegible] 23 [illegible] templi [illegible] 24 [illegible] 25 ad instaurandas [illegible] 26 quod insumebatur [illegible] 29 vel, eam. 30 [illegible] distribuebant eam pecuniam. 31 [illegible] pro delicto [illegible] pro peccato, [illegible] quam Ioas [illegible] Zachariam [illegible] Ioiada [illegible] mortuo Ioiada, vt scribitur 2. Paral. quæ causa fuit [illegible]

COELEA

Hazael accepta grandi pecunia a Joas, desistit oppugnare Jerusalem.

contra Geth, cepitque eam: & direxit faciem suam vt ascenderet in Ierusalem.

18 Quam ob rem tulit Ioas rex Iuda omnia sanctificata, quæ consecrauerat Iosaphat, & Ioram, & Ochozias patres eius reges Iuda, & quæ ipse obtulerat: & vniuersum argentum quod inueniri potuit in thesauris templi Domini, & in palatio regis: misitq; Hazaeli regi Syriæ, & recessit ab Ierusalem.

consecrauerant
aurum

19 Reliqua autem sermonum Ioas, & vniuersa quæ fecit, nonne hæc scripta sunt in Libro verborum dierum regum Iuda?

Joas interficitur a duobus seruis suis.

20 Surrexerunt autem serui eius, & coniurauerunt inter se, percusseruntq; Ioas in Domo-mello in descensu Sella.

21 Iosachar namque filius Semaath, & Iozabad filius Somer serui eius, percusserunt eum, & mortuus est: & sepelierunt eum cum patribus suis in Ciuitate David, regnauitq; Amasias filius eius pro eo.

Succedit Amasias.

CAPVT XIII.

Joachaz cum populo Israel traditur à Deo in manus Syrorum.

A 1 ANno vicesimotertio Ioas filii Ochoziæ regis Iudæ, regnauit Ioachaz filius Iehu super Israel in Samaria, decem & septem annis.

2 Et fecit malum coram Domino, secutusq; est peccata Ieroboam filii Nabat, qui peccare fecit Israel, & non declinauit ab eis.

3 Iratusq; est furor Domini contra Israel, & tradidit eos in manu Hazael regis Syriæ, & in manu Ben-adad filii Hazael, cunctis diebus.

Orante rege, liberat eos Deus.

4 Deprecatus est autem Ioachaz faciem Domini, & audiuit eum Dominus: vidit enim angustiam Israel, quia attriuerat eos rex Syriæ:

5 (Et dedit Dominus saluatorem Israeli, & liberatus est de manu regis Syriæ: habitaueruntq; filii Israel in tabernaculis suis sicut heri & nudiustertius.

6 Verumtamen non recesserunt à peccatis domus Ieroboam qui peccare fecit Israel, sed in ipsis ambulauerunt: siquidem & lucus permansit in Samaria)

7 Et non sunt derelicti Joachaz de populo, nisi

B quinquaginta equites, & decem currus, & decem millia peditum: interfecerat enim eos rex Syriæ, & redegerat quasi puluerem in tritura areæ.

8 Reliqua autem sermonum Ioachaz, & vniuersa quæ fecit, & fortitudo eius, nonne hæc scripta sunt in Libro sermonum dierum regum Israel?

Mortuo Joachaz, succedit Joas filius.

9 Dormiuitq; Joachaz cum patribus suis, & sepelierunt eum in Samaria: regnauitque Ioas filius eius pro eo.

10 Anno tricesimoseptimo Joas regis Juda regnauit Joas filius Joachaz super Israel in Samaria sedecim annis.

11 Et fecit quod malum est in conspectu Domini: non declinauit ab omnibus peccatis Jeroboam filii Nabat, qui peccare fecit Israel, sed in ipsis ambulauit.

12 Reliqua autem sermonum Joas, & vniuersa quæ fecit, & fortitudo eius, quomodo pugnauerit contra Amasiam regem Juda, nonne hæc scripta sunt in Libro sermonum dierum regum Israel?

Joa mortuo regnat Jeroboam.

13 Et dormiuit Joas cum patribus suis: Jeroboam autem sedit super solium eius. porro Joas sepultus est in Samaria cum regibus Israel.

Elisæus ægrotus prædicit regi Joas quoties victor futurus esset contra Syros.

C 14 Eliseus autem ægrotabat infirmitate, qua & mortuus est: descenditq; ad cum Joas rex Israel, & flebat coram eo, dicebatque, Pater mi, pater mi, currus Israel & auriga eius.

contra [13] Gath, cepitq; eam, [14] statuitq; apud se Hasael ascendere contra Ierusalem.

18 Tulit ergo rex Iehuda tulit [15] omnia sanctificata quæ consecrauerant Iosaphat, Ioram, & Ahasias patres eius reges Iehudæ, [16] quæq; ipse consecrauerat, atq; omne aurum quod repertum fuit in thesauris ædis Domini, & in domo regis, misitq; Hasaeli regi Syriæ, & [17] recessit à Ierusalem.

19 Reliquum gestorum Iehoas, & omnia quæ fecit, annon hæc scripta sunt in libro annalium regum Iehudæ?

20 Insurrexerunt autem serui eius, & coniurantes conspirarunt, trucidaruntq; Iehoas in [18] Beth-millo, quum descenderet in Silla.

21 [19] Iosabar filius Simeath, & Iehosabad filius Somer serui eius trucidarunt eum, & mortuus est, sepelieruntq; eum cum patribus suis in ciuitate Dauidis, regnauitq; pro eo filius eius Amazias.

1 ANno vicesimotertio [1] Joas filii Ahasiæ regis Jehudæ, [2] Jehoachas filius Jehu super Israelem in Samaria regnauit decem & septem annis.

2 Designauitq; malum in oculis Domini incedens post peccata Jerobeam filii Nebat, (qui effecit vt scelerate ageret Israel,) nec destitit ab eis.

3 [3] Excitatus fuit ergo Domini contra Israelitas, tradidit eos in manum Hasael regis Syriæ, & in manum Ben-hadad filii Hasaelis [4] cunctis diebus.

4 Precatus est ergo Iehoahas faciem Domini, & exaudiuit eum Dominus, quoniam [5] aspexit afflictionem Israelis, [6] qua rex Syriæ afflixit eos.

5 (Deditq; Dominus Israeli [7] seruatorem, [8] ne plus subessent manui Syrorum, habitaueruntq; Israelitæ [9] in tentoriis suis, [10] quemadmodum retro temporibus.

6 Verumtamen non recesserunt à peccatis domus Jerobeam, qui effecit vt scelerate ageret Israel, sed [11] ambularunt in eis: adhuc [12] perseuerauit lucus in Samaria.)

7 Nam non [13] fecit reliquum ipsi Jehoahas populum, nisi quinquaginta equites, & decem currus & decem millia peditum, quandoquidem rex Syriæ perdidit eos, & [14] reddidit eos velut puluerem exterendo.

8 Reliquum gestorum Jehoahas, & quidquid fecit, deinde & [15] robur eius, annon hæc scripta sunt in libro annalium regum Israel?

9 Dormiuit ergo Jehoahas cum patribus suis, sepelieruntq; eum in Samaria, & regnauit pro eo Joas filius eius.

10 Anno tricesimo septimo Joas regis Jehudæ regnauit Iehoas filius Jehoahas super Israelem in Samaria [16] sedecim annis.

11 Et designauit malum in oculis Domini, (id est) non recessit ab omnibus peccatis Jerobeam filii Nebat, qui effecit vt scelerate ageret Israel, (sed) [17] in his ambulauit.

12 Reliquum gestorum Joas, & quæcunque fecit, ac robur eius quo bellum gessit contra Amasiam regem Jehudæ, annon hæc scripta sunt in libro annalium regum Israel?

13 Dormiuit itaq; Joas cum patribus suis, [18] occupauitq; Jerobeam sedem eius, & sepultus est Joas in Samaria cum regibus Israelis.

14 [19] Porro Elisæus laborabat morbo suo, quo & mortuus est, [20] descenditque ad eum Joas rex Israel, & flens coram eo, dixit, [21] Pater mi, pater mi [22] currus & equites eius.

13 Vrbs erat sub potestate regum Iuda, quam Dauid ceperat. 14 Heb. & posuit Hazael faciē suam .i. conuertit se ex victoria elatus, vt ascenderet &c. cœpit adornare profectionem in Ierusalem. 15 omnes consecrationes. omnia donaria 16 .i. omnia donaria sua. 17 .i. desiit venire ad oppugnandum Ierusalem: nō enim venit in Ierusalem. Sequenti tamen anno Hazael rediit op[illegible] gnatum Ioas: cui quū occurrisset, ab eo est vulneratus: cūq; in lectica referretur Ierusalem, coniuratione facta interemptus est à seruis Israelis. 2. Par. 24. 18 Non loquitur de cāpo Millo qui erat in Ierusalē, sed aberrat ab vrbe. quod vt intelligamus, additur, quū descenderet in Silla. q.d. in Beth-millo qui locus erat in [illegible] loco nuncupato Silla. vt intelligatur Beth-millo fuisse in edito. 19 Vel vt alii legunt, Iosachar

CAP. XIII. 1 Hebraice legitur Ioas & Iehoas pro eodem filio Iehoahas. 2 Heb. regnare cœpit Iehoahas filius Iehu super Israelem in Samaria: (regnauitq; decē &c. 3 .i. ab illo peccato [illegible]. 3 Proinde iratus [illegible] vehementer iratus est. 4 toto illo tempore quo [illegible] regnauit Ioachas. 5 vel, considerauit 6 Heb. nam affligebat eos rex Syriæ. 7 nempe filium huius vindicem. Hæc pars versiculi, deditque Dominus &c. refertur ad verba præcedentia, exaudiuit eū &c. 8 Heb. & exierunt de vel sub manu Aram.

9 [illegible] fuit rediturus, [illegible] 10 Heb. sicut heri & nudiustertius 11 Heb in eo ambulauit. In eo, sub peccato [illegible] in singulis peccatis Ierobeam [illegible] Israeli. 12 .i. lucum plantatum in honorē baal, nō exciderunt 13 reliquerat Versus respondet paulo superiori versui in quo dicitur, aspexit afflictionem Israelis qua rex Syriæ afflixit eos. Nā &c. 14 Heb. posuerat eos velut puluerē ad triturandū vel conculcandū .i. conculcauit eos velut lutū platearum conculcari solet. 15 .i. egregia eius facinora 16 subaudi regnauitq; 17 vel, in eo sub peccato Ieroboam. q. d. coluit & ipse eos vitulos quos erexerat Ieroboam. 18 & Ierobeam sederat super sedē &c. vel sedere cœperat vnde aiunt eū regnasse viuente patre. nō dixit, regnauit mortuo patre. 19 vel, Cum autē Eliseus ægrotaret infirmitate sua qua mortuus est, descenderet &c. 20 descendit. sub. de regia sua vt eū inuiseret. 21 .i. Magister. Repetitio pertinet ad affectum. q.d. Domine mi, quam dolens nos! Aposiopesis. 22 .i. cuius oratio plus iuuat Israelē, quā currus & equites quos habet. vel, qui orationis plus potes, quam omnes milites armis suis.

23 Heb. Equitare facito manum tuam super arcū. & equitare fecit manum suam super arcum. i. Superpone manum tuam arcui. & superposuit manū suam arcui.
24 posuit manus suas super manus regis vt scilicet signo ipsum confirmaret, & prædictionem: vt signo isto doceret prædictionem fore ratam.
25 Dixerat verò. sub. Regi, anteq̃ Rex imposuisset manum arcui. vel, Et dixit. sub. Eliseus, cuidam astantium
26 i. fenestram illam quæ spectat ad Orientem, hoc est, ad Syriā, quæ ad Orientem erat.
27 sub. regi.
28 vel, salutifera Domino. sub. erit isto Israeli. i. significat Dominum fore auxiliatorem Israelitarum contra Syros.
29 Hæc vrbs erat tribus Iuda, in qua Achab vicerat Syros, occisis centum millibus peditum. q. d. Insignem cladem acceperunt Syri: ita quoque abs te cædentur. Reg. 20. c.
30 sub. iam tibi oblatas
31 i. Percute sagittis terram.
32 postquam scilicet ter iaculatus est:
33 Heb. Percutere (debueras.)
34 i. superabis. q. d. quia forte non credidisti te toties Syros superaturum quot sagittas habebas, idcirco vices eos solū ter.
35 copiæ militares Moab.
36 ipsi (Israelitæ) vellent sepelire quendam.
37 derepente viderunt copias illas (sub. Moabitarum,) & proiecerunt.
38 q. d. quod forte fortuna erat sepulchrum Elisei:

15 *Tum dixit ad eum Elisæus, Accipe arcum [aliquē] & sagittas.*
16 *Et accepit sibi arcum & sagittas. Dixit ergo ad Regem Israelis, [23] Dirigito arcum manu tua. direxit q; manu sua: Elisa[?] autem [24] posuit manib. suis super manus Regis, [25] Ait.*
17 *Aperi [26] fenestram Ortum versus: quumq; aperuisset, [27] dixit Elisæus, Eiaculare. & iacit eo [sagittā.]*
18 *Dixit [Elisæus,] Sagitta [28] salutis Domini, & sagitta salutis contra Syros: nā tu percuties Syros in [29] Aphec, donec eos penitus perdas. Rursus ait. Accipe [30] sagittas: & quum caperet, dixit ad Regem Israelis, [31] Feri terram. ferituq; ter, & [32] & tum destitit:*
19 *Tum vir Dei indignatus ei, dixit, [33] Si ferivisses quinquies aut sexies, percussisses Syros ad internecionem vsq;: nunc verò ter [34] percuties Syros.*
20 *Mortuo Elisæo sepelierunt eum: eodem ipso anno [35] grassatores Moabitæ irruerunt in terram.*
21 *Contigit autem, quum [36] quidam sepelirent hominem, [37] viderentq; globum grassatorū, vt proiicerent hominem illum in [38] sepulchrum Elisæi, [39] qui deuolutus attigit ossa Elisæi, & reuixit, [40] erectus in pedes suos.*
22 *Porrò Hasael Rex Syriæ afflixit Israelitas cunctis diebus Jehoahas, [41] Dominus antē benigne fecit eis.*
23 *Misertusq; illorum respexit eos, idq; propter fœdus suum cum Abrahamo, Isaac & Jacob, neq; voluit eos excindere, neq; abiicere eos [42] à facie sua vsq; nunc.*
24 *Mortuus est autem Hasael Rex Syriæ, regnauitque Ben-hadad filius eius pro eo.*
25 *Et [43] versus Jehoas filius Jehoahas, tulit vrbes de manu Ben-hadad filii Hasaelis, quas ille acceperat de manu Jehoahas patris sui in bello. nam ter [44] percussit eum Joas, & [45] restituit ciuitates Israelis.*

15 Et ait illi Eliseus, Affer arcum & sagittas.
16 Cumq; attulisset ad eum arcum & sagittas, Dixit ad Regem Israel, Pone manum tuam super arcum, & cum posuisset ille manum suam, superposuit Eliseus manus suas manibus Regis. Et ait:
17 Aperi fenestram Orientalem. cumq; aperuisset, dixit Eliseus, Iace sagittam. & iecit.
18 Et ait Eliseus, Sagitta salutis Domini, & sagitta salutis contra Syriam: percutiesq; Syriā in Aphec, donec cōsumas eam. Et ait, Tolle sagittas. qui cum tulisset, rursum dixit ei, Percute iaculo terram. & cum percussisset tribus vicibus, & stetisset:
19 Iratus est vir Dei contra eum, & ait, Si percussisses quinquies, aut sexies, siue septies, percussisses Syriam vsq; ad consummationem: nunc autem tribus vicibus percuties eam. D
20 Mortuus est ergo Eliseus, & sepelierunt eū. latrunculi autem de Moab venerunt in terram in ipso anno. *Moritur Eliseus.*
21 Quidam autem sepelientes hominem, viderunt latrunculos, & proiecerunt cadauer in sepulchro Elisei. Quod cum tetigisset ossa Elisei, reuixit homo, & stetit super pedes suos. *Ad contactum ossium Elisei, suscitatur mortuus.* Eccles. 48. b.
22 Igitur Hazael Rex Syriæ afflixit Israel cunctis diebus Joachaz:
23 Et misertus est Dominus eorum, & reuersus est ad eos propter pactum suū quod habebat cum Abraham & Isaac & Jacob: & noluit disperdere eos, neq; proiicere penitus, vsq; in præsens tēpus. *Promissionum suarum memor miseretur Israelis Deus.*
24 Mortuus est autem Hazael Rex Syriæ, & regnauit Ben-adad filius eius pro eo. *Hazael Rex Syriæ moritur, regnat Ben-adad pro eo.*
25 Porrò Joas filius Joachaz tulit vrbes de manu Ben-adad filii Hazael, quas tulerat de manu Joachaz patris sui iure prælij: tribus vicibus percussit eum Joas, & reddidit ciuitates Israel.

CAPVT XIV.

39 Heb. & abiit & tetigit: quod subitò deuenit in fundū, & tetigit, &c.
40 & erexit sese.
41 Tandem misertus est Dominus eorū, i. Israelitarum.
42 i. de terra, [illegible] & [illegible] transmigrarēt.
43 vel, reuersus est & tulit. [illegible] eius exercitu aduersus Syros.
44 [illegible]
45 [illegible]

1 Anno secundo Joas filij Jehoahas Regis Israel, [1] inauguratus est regno Amasias filius Joas Regis Jehudæ.
2 Viginti quinq; annos fuit natus quum cœpisset regnare, & regnauit viginti nouem annis in Jerusalem. nomen matris eius Iohadan [2] de Jerusalem.
3 Is [3] fecit quod rectum erat in oculis Domini, [4] at non vt Dauid pater eius: iuxta omnia quæ fecerat Joas pater eius, fecit.
4 Dumtaxat excelsa [5] non recesserant; [nam] populus adhuc sacrificabat & adolebat in excelsis.
5 Quumq; regnum [6] firmatum esset in manu eius, percussit seruos suos qui trucidauerant Regem patrem suum.
6 Cæterum filios homicidarum non interfecit, quemadmodum scriptum est in libro legis Mosis, in quo præcepit Dominus hisce verbis, Ne interficiantur patres pro filiis, neque interficiantur filij pro patribus, sed quisq; ob peccatum suum moriatur.
7 Is etiam percussit Idumæorum decem millia in valle Salis, & [7] obtinuit [8] petram in bello, & vocauit nomen eius [9] Jaktheel vsq; in hunc diem.
8 [10] Tunc misit Amasias legatos ad Jehoas filium Jehoahas filij Jehu Regem Israelis, hisce mandatis, Age [11] spectemus nos mutuo coram.
9 Tum misit Jehoas Rex Israel ad Amasiam Regem Jehudæ huiusmodi responsionem, [12] Annon carduus

1 In anno secundo Joas filij Joachaz Regis Israel regnauit Amasias filius Joas Regis Juda. A *Amasias Rex Juda interficit occisores patris sui.*
2 Vigintiquinque annorum erat, cum regnare cœpisset: viginti autem & nouem annis regnauit in Jerusalem. nomen [*] matris eius Joadan, de Jerusalem. 2. Paral. 25. a [*] *autem*
3 Et fecit rectum coram Domino, verumtamen non vt Dauid pater eius. iuxta omnia quæ fecit Joas pater suus fecit:
4 Nisi hoc tantum quòd excelsa non abstulit: adhuc enim populus [*] adolebat & immolabat incēsum in excelsis. B [*] *Immolabat & adolebat.*
5 Cumq; obtinuisset regnum, percussit seruos suos qui interfecerant Regem patrem suum:
6 Filios autem eorum qui occiderant, non occidit, iuxta quod scriptum est in libro legis Moysi, sicut præcepit Dominus, dicens, Non morientur patres pro filiis, neq; filij [*] pro patribus: sed vnusquisq; in peccato suo morietur. Deut. 24. c. Ezech. 18. e. [*] *morientur.*
7 Ipse percussit Edom in Valle-salinarum, decem millia, & apprehendit Petram in prælio, vocauitq; nomen eius [*] Jezechel vsque in præsentem diem. *Amasias percutit Edom.* [*] *Jectehel,* *Capitur a Joa Rege Israel.*
8 Tunc misit Amasias nuncios ad Joas filium Joachaz, filij Jehu Regis Israel, dicens. Veni, & videamus nos. C
9 Remisitque Joas Rex Israel ad Amasiam Regem Juda, dicens, Carduus Libani misit ad cedrum,

CAP. XIV. 1 regnare cœpit 2 [illegible] 3 i. fecit quæ recta erant [illegible] Domino 4 [illegible] 5 [illegible] 6 [illegible] 7 [illegible] 8 [illegible] 9 [illegible] 10 [illegible] 11 Heb. videamus nos facie. [illegible] Amasiam [illegible] 12 Hebræa litera ה, [illegible] voci חוח quæ significat carduus, [illegible] omnium qui nascuntur in Libano. Parabola [illegible] Rex Israelis [illegible] cedro, Regem [illegible] carduo, bestias militibus. q. d. [illegible] legationem pacis causa, non excepissem honorifice [illegible].

quę est in Libano, dicens, Da filiam tuam filio meo vxorem. transieruntq; bestiæ saltus, quę sunt in Libano, & conculcauerunt carduum.

10 Percutiens inualuisti super Edom, & subleuabit te cor tuum: contentus esto gloria, & sede in domo tua: quare prouocas malum, vt cadas tu & Juda tecum?

11 Et non acquieuit Amasias: ascenditque Joas Rex Israel, & viderunt se, ipse & Amasias Rex Juda in Beth-sames oppido Judæ.

12 Percussusque est Juda coram Israel, & fugerunt vnusquisq; in tabernacula sua.

13 Amasiam verò Regem Juda filium Joas filij Ochoziæ, cepit Joas Rex Israel in Beth-sames, & adduxit eum in Jerusalem: & interrupit murũ Jerusalem, á porta Ephraim vsque ad portam anguli, quadringentis cubitis.

Diripitur à Joa templum Domini.

14 Tulitque omne aurum & argentum, & vniuersa vasa quæ inuenta sunt in domo Domini, & in thesauris Regis, & obsides, & reuersus est in Samariam.

15 Reliqua autem verborum Joas quæ fecit, & fortitudo eius, qua pugnauit contra Amasiam Regem Juda, nónne hæc scripta sunt in libro sermonum dierum Regum Israel?

E

Joas moritur. Succedit Jeroboam filius eius.

16 Dormiuitq. Joas cum patribus suis, & sepultus est in Samaria cum Regibus Israel: & regnauit Jeroboam filius eius pro eo.

quindecim

17 Vixit autem Amasias, filius Joas, Rex Juda, postquam mortuus est Joas filius Joachaz regis Israel, viginti quinq. annis.

18 Reliqua autem sermonum Amasiæ, nónne hæc scripta sunt in Libro sermonum dierum Regum Juda?

Occiditur Amasias.

19 Factaq. est contra eum coniuratio in Jerusalem: at ille fugit in Lachis. Miseruntq. post eum in Lachis, & interfecerunt eum ibi.

20 Et asportauerunt in equis, sepultusq. est in Jerusalem cum patribus suis in Ciuitate David.

F

Azarias filius eius constituitur Rex. 2. Paral. 26.

21 Tulit autem vniuersus populus Judæ Azariã annos natum sedecim, & cõstituerunt eum Regem pro patre eius Amasia.

Elath.

22 Ipse ædificauit Ailam, & restituit eam Judæ, postquam dormiuit Rex cum patribus suis.

Per Jeroboam liberat Deus Israelem ab afflictionibus.

23 Anno quintodecimo Amasiæ filij Joas Regis Juda, regnauit Jeroboam filius Joas Regis Israel in Samaria, quadraginta & vno anno:

24 Et fecit quod malum est coram Domino. Non recessit ab omnibus peccatis Jeroboam filij Nabat, qui peccare fecit Israel.

25 Ipse restituit terminos Israel ab introitu Emath, vsq. ad Mare solitudinis iuxta sermonem

G

propheta Hepher

Domini Dei Israel, quem locutus est per seruum suum Jonam filium Amathi prophetam qui erat de Geth quæ est in Opher.

carcere

26 Vidit enim Dominus afflictionem Israel amaram nimis, & quod consumpti essent vsque ad clausos carceris & extremos, & non esset qui auxiliaretur Israeli.

27 Nec locutus est Dominus vt deleret nomen Israel de sub cælo, sed saluauit eos in manu Jeroboam filij Joas.

28 Reliqua autem sermonum Jeroboam, & vniuersa quæ fecit, & fortitudo eius qua præliatus est, & quomodo restituit Damascum, & Emath Judæ in Israel: nónne hæc scripta sunt in Libro sermonum dierum Regum Israel?

qui est in Libano, misit ad cedrum quæ est in Libano huiusmodi verbis, Da filiam tuam filio meo vxorem: & præteriit fera agri quæ in Libano fuit, & conculcauit carduum illum.

10 Cadens cecidisti Edom, hinc eleuatum est cor tuũ: gloriare itaque, & mane domi tuæ: cur enim tuo malo præ te fers tantam ferociam, vt cadas tu & Jehuda tecum.

11 Nec obtemperauit Amasias: ascendit ergo Jehoas Rex Israel, & sese mutuo coram spectarunt, ipse & Amasias Rex Jehuda, in Beth semes quæ est in Jehuda.

12 Corruit autem Jehuda coram Israele, fugeruntq; quisq; in tentorium suum.

13 Sed & Amasiam Regem Jehuda filium Joas filij Ahasiahu, apprehendit Jehoas Rex Israelis in Beth-semes: post hæc venit Jerosolyma, & rupit murum Jerosolymorum à porta Ephraim vsq; ad portam anguli, quadringentis cubitis.

14 Et accepit omne aurum & argentum, omnia vasa quæ inueniebantur in domo Domini, & in thesauris domus Regis, filios quoq; obsides, & reuersus est in Samariam.

15 Reliqua gestorum Jehoas quæ egit, & fortitudo eius, & qualiter bellum gesserit contra Amasiam Regem Jehudæ, annon hæc scripta sunt in libro annalium Regum Israel?

16 Dormiuitq; Jehoas cum patribus suis, & sepultus est in Samaria iuxta Reges Israelis, regnauitq; Jeroboam filius eius pro eo.

17 Vixit autẽ Amasias filius Joas Rex Jehuda post mortem Jehoas filij Jehoahas Regis Israel quindecim annis.

18 Reliqua gestorũ Amasiæ annon hæc scripta sunt in libro annalium Regum Jehuda?

19 Fecerunt autem contra eum conspirationem in Jerosolymis, & quum confugeret Lachis, miserunt post eum in Lachis, & illic trucidarunt eum.

20 Tuleruntq; eum super equis, sepultus est in Jerusalem in ciuitate Dauidis cum patribus suis.

21 Vniuersus itaq; popul. Jehuda accepit Asariam (qui natus erat sedecim annos,) & constituerunt eũ Regem pro Amasia patre suo.

22 Is ædificauit Elath, & reduxit eam ad Jehudam posteaquam Rex dormisset cum patribus suis.

23 Anno decimoquinto Amasiæ filij Joas Regis Jehuda, regnauit Jeroboam filius Joas super Israelem in Samaria quadraginta vnum annos.

24 Et designauit malum in oculis Domini, nec recessit ab omnibus peccatis Jeroboam filij Nabat, qui effecit vt scelerate ageret Israel.

25 Is restituit terminum Israel, ab eo quo itur Hamath, vsque ad mare solitudinis, iuxta sermonem Domini Dei Israel quem loquutus est per seruũ suum Jonam filium Amithai prophetam, qui fuit de Gath-hepher.

26 Siquidem Dominus viderat afflictionem Israelitarũ valde acerbã, & quod pessum iuissent reclusi & derelicti, quodq; nemo esset qui auxiliũ ferret Israeli.

27 Nec loquutus erat Dominus quod vellet delere nomen Israelis sub cælo, ideo seruauit eos per manum Jeroboam filij Joas.

28 Porro reliqua gestorum Jeroboam, & omnia quæ fecit, atq; fortitudo eius qua belligeratus est, deinde qualiter restituerit Judæ & Israeli Damascum & Hemath, annon hæc scripta sunt in libro annalium Regum Israelis?

13 Hebraice præponitur voci cedri, ה quod amplificat. q.d. ad cedrum excellentissimam, omnium cedrorum. 14 aut, versatur. 15 q.d. non es dignus qui a me in amicitiam recipiaris: quomodo ergo me audes ad bellum prouocare? 16 sub. propter victoriam de Idumæis. per me licebit vt glorieris quantum libet, modo te domi contineas. 17 Heb. sed quare te immisceres in malo, vt cadas, &c. i. quare te coniicere cupis in miseriam vltro, & in periculum? 18 Heb. præbuerunt se visendos facie ad faciẽ. i. descenderunt in certamen statuta die. 19 i. quæ ad tribum Juda pertinet. Hoc additũ vt intelligamus Regem Israel venisse obuiam vsque ad regnum alterius. 20 i. per quam ibatur ad Ephraimitas. 21 anguli illius. sub. muri. 22 i. filios nobilium qui erant dati obsides Regi Judæ, ita Chaldæus paraphrast. 23 i. egregia eius facta. 24 facta scilicet coniuratione. 25 Qui hic Hazaria dicitur, in Paralip. vocatur Huziah itaq; hic duo nomina habuit confusa, Consilium Domini, & auxilium Dei. 26 i. Elanona, quæ dicitur Sinus Elaniticus. David totam Idumæam tributariam reddiderat, quæ tamen defecit postea à regibus Juda. 27 Hic quanquã fuerit impius, tamen Deo iuuante, liberauit Israelem vnde miseri ordia Dei colligitur. 28 i. totam eam partiam quæ est a lacu Asphalti-

28. vsque ad fines Syriæ. 29 i. ad lacum Asphaltiten. Hamath est in finibus Syriæ, non procul à Damasco. hæc occupauerant reges Syriæ. 30 vel, fuerat. Hæc prophetia non legitur apud Ionam. quod quo[illegible], ille per[illegible], literis mandata non fuerunt. 31 Hepher additur ad [illegible] Gath quæ est in Palæstina. 32 sub. oculos [illegible]. 33 [illegible] grauior [illegible] paraph. fortem. i. grauem. 34 Heb. & nemo erat clausus, neque derelictus, neque erat qui ferret opem Israeli. id est, nullus erat qui etiam in loco munitissimo, esset tutus: neq; pauper aliquis derelictus, cui etiam parcere solent milites, &c. 35 id est, 9ateras. 36 vel, sed. 37 in Israele. Israel hoc loco etiam tribum Iuda complectitur. Ieroboam Rex Israel restituit Damascum & Hemath tribus Iuda, ita vt essent ditionis Israel, & Iudæ, vt antea fuerant.

29 Dormiuitq́ Jerobeam cum patribus suis, cum regibus Israelis, regnauitq́ Zacharias filius eius pro eo.

CAPVT XV.

1 ANno vicesimo septimo Jeroboam Regis Israelis [1] regnare inauguratus est Asarias filius Amasiæ Regis Jehudæ.

2 Sedecim annos natus erat quum regnum capesseret, regnauitq́ in Jerusalem quinquaginta duobus annis: nomen matris eius Jecholeia [2] de Jerusalem.

3 Hic fecit quod rectum erat in oculis Domini, iuxta omnia quæ fecerat Amasias pater eius.

4 Verum tamen excelsa [3] non recedebant, quin adhuc populus sacrificaret & adoleret in excelsis.

5 Dominus autem afflixit Regem lepra, fuitq́ leprosus usq; ad diem obitus sui, habitans in domo [4] libera: cæterum Jotham filius Regis præfectus erat [5] prætorio, ius que dicebat populo terræ.

6 Reliquum gestorum Asariæ, & omnia quæ fecit, annon hæc scripta sunt in libro annalium regum Jehudæ?

7 Dormiuit itaq; Asarias [6] cum patribus suis, sepelieruntq́ eum ad patres suos in ciuitate Dauidis, regnauitq́ Jotham filius eius pro eo.

8 Anno tricesimo octauo Asariæ Regis Jehudæ, regnauit Zacharias filius Jeroboam super Israelem in Samaria sex mensibus.

9 Et designauit malum in oculis Domini, sicut fecerant patres eius: non recessit à peccatis Jeroboam filij Nebat, [7] qui occasio scelerate agendi fuit Israelitis.

10 Contra hunc coniurauit Sallum filius Jabes, & percutiens eum [8] præsente populo interfecit eum, regnumq́ loco eius occupauit.

11 Reliquum gestorum Zachariæ, [9] en hæc scripta sunt in libro annalium regum Israelis.

12 Et [10] hoc est verbum Domini quod locutus erat ad Jehu, dicens, Sedebunt tibi filij in solio [11] in quartam usq; generationem. & ita factum est.

13 Porro Sallum filius Jabes regnum occupauit anno tricesimo nono Asariæ Regis Jehudæ, & regnauit [12] mensem dierum in Samaria.

14 Ascendens vero Menahem filius Gadi de Thirza, venit Samariam, & percussit Sallum filium Jabes in Samaria, & interfecit eum, occupauitq; regnum pro eo.

15 Reliquum gestorum Sallum, & coniuratio eius quam coniurauit, ecce hæc scripta sunt in libro annalium Regum Israelis.

16 Tunc percussit Menahem [13] Thipsam, & omnes qui erant in ea, etiam fines eius [14] à Thirza: percussit autem eam, eo quod non [15] aperiebant [ei,] & omnes grauidas eius diffidit.

17 Anno tricesimo nono Asariæ Regis Jehudæ regnauit Menahem filius Gadi super Israelem, decem annis [16] in Samaria.

18 Et fecit malum in oculis Domini: non recessit à peccatis Jeroboam filij Nebat, (qui peccandi occasio fuit Israelitis,) cunctis diebus suis.

19 Venit autem Phul Rex Assur [17] in terram, & dedit Menahem ipsi Phul argenti mille talenta, [18] vt ei suppetias ferret, [19] vt confirmaret regnum in manu eius.

20 [20] Emulgebat autem Menahem hoc argentum ab Israele, [21] ex omnibus opulentis, ex singulis, siclos quinquaginta siclos argenti, quod daret Regi Assyrio: reuersusq; est Rex Assyrius, nec mansit illic [22] in terra.

21 Reliquum gestorum Menahem, & quæcunq; fecit, annon hæc scripta sunt in libro annalium Regum Israelis?

22 Dormiuit itaq; Menahem cum patribus suis, & successit in regno Pecahia filius eius.

23 Anno quinquagesimo Asariæ Regis Jehudæ, regnauit Pecahia filius Menahem super Israelem in Samaria duobus annis.

[1] vt regnare cœpit.
[2] i. Ierosolymitana.
[3] vel, non fuerunt sublata.
[4] libera sub. habitationis. i. in domo aliqua separata à commercio hominũ.
[5] vel, palatio.
[6] i. quemadmodum & patres eius mortui sunt.
[7] i. qui proposuit Israelitas adorandos vitulos.
[8] i. palàm siue publicè.
[9] Hebræi H I N N E aduerbio demonstrandi vtuntur loco affirmandi.
[10] q.d. hæc ita euenerunt, quæ sup. cap. 10. Dominus per prophetam prædixerat.
[11] Heb. quartani. i. quartæ generationis filii.
[12] i. mensem constantem suis omnibus diebus, hoc est, integrum mensem.
[13] Hæc vrbs nõ procul distabat à Thirsa.
[14] nam agrestes vrbis pertinebat vsq; ad Thirsa.
[15] aperuerat. sub. portas propositis legibus pacis, subiectam prius ac pacem.
[16] sub. regnauit.
[17] sub. sanctam.
[18] Heb. vt essent manus eius cum eo.
[19] q.d. redimeret suum regnum pecunia, vt tali munere, retinere posset suum regnum illius fauore.
[20] Heb. Fecit exire, [illegible] aut [illegible] pecuniam ab Israele, & eam imperauit.
[21] ab omnibus substantia potentibus, a singulis, &c.
[22] i. in ea regione.

29 Dormiuitq; Jeroboam cum patribus suis regibus Israel, & regnauit Zacharias filius eius pro eo.

Zacharias succedit Jeroboam patri suo.

A

Azarias Rex Juda, leprosus.

1 ANno vicesimo septimo Jeroboam regis Israel regnauit Azarias filius Amasiæ regis Juda.

2 Sedecim annorũ erat, cum regnare cœpisset, & quinquaginta duob. annis regnauit in Jerusalem: nomen matris eius Jechelia, de Jerusalem.

3 Fecitque quod erat placitum coram Domino, iuxta omnia quæ fecit Amasias pater eius.

4 Verumtamen excelsa non est demolitus: adhuc populus sacrificabat, & adolebat incensum in excelsis.

5 ‖Percussit autem Dominus Regem, & fuit leprosus vsq; in diem mortis suæ, & habitabat in domo libera seorsum: Joatham verò filius Regis gubernabat palatium, & iudicabat populum terræ. 2. Paral. 26.

6 Reliqua autem sermonum Azariæ, & vniuersa quæ fecit, nónne hæc scripta sunt in Libro verborum dierum Regum Juda?

B

Moritur Azarias, pro quo regnat Joatham.

7 Et dormiuit Azarias cum patrib. suis: sepelieruntq́; eum cum maioribus suis in Ciuitate Dauid, & regnauit Joatham filius eius pro eo.

8 Anno tricesimo octauo Azariæ Regis Judæ, regnauit Zacharias filius Jeroboam super Israel in Samaria, sex mensibus.

9 Et fecit quod est malum coram Domino, sicut fecerant patres eius: non recessit à peccatis Jeroboam filij Nabat, qui peccare fecit Israel.

Zacharias occiditur a Sellũ.

10 Coniurauit autem contra eum Sellum filius Jabes: percussitq́; eum palam, & interfecit, regnauitq́; pro eo.

C

Promissio facta Jehudæ impleta.

11 Reliqua autem verborum Zachariæ, nónne hæc scripta sunt in Libro sermonum dierum Regum Israel?

12 ‖Iste est sermo Domini quẽ locutus est ad Jehu, dicens, Filij tui vsq; ad quartam generationem sedebunt de te super thronũ Israel. factumq́; est ita. Sup. 10. f.

Sellum regnat pro Zacharia.

13 Sellum filius Jabes regnauit tricesimo nono anno Azariæ Regis Judæ: regnauit autẽ vno mense in Samaria.

Sellum interficitur a Manahem.

14 Et ascendit Manahẽ filius Gadi de Thersa: venitq́; in Samariam. & percussit Sellum filium Jabes in Samaria, & interfecit eum, regnauitq́; pro eo.

15 Reliqua autem verborum Sellum, & coniuratio eius per q̃ tetendit insidias: nónne hæc scripta sunt in libro sermonum dierum Regum Israel?

Thapsa ciuitas percutitur. Prægnantes occisæ.

16 Tunc percussit Manahẽ Thapsam, & omnes qui erant in ea, & terminos eius de Thersa: noluerant enim aperire ei: & interfecit omnes prægnantes eius, & scidit eas.

D

Manahem Rex Israel.

17 Anno tricesimo nono Azariæ Regis Judæ regnauit Manahem filius Gadi, super Israel decem annis in Samaria.

18 Fecitq; quod erat malum coram Domino: non recessit à peccatis Jeroboam filij Nabat, qui peccare fecit Israel cunctis diebus eius.

19 Veniebat Phul Rex Assyriorũ in [a] Thersam, & dabat Manahem Phul mille talenta argenti, vt esset ei in auxilium, & firmaret regnum eius.

[a] terram.

20 Indixitque Manahem argentum super Israel cunctis potentibus & diuitibus, vt daret regi Assyriorum, quinquaginta siclos argenti per singulos: reuersusq́; est Rex Assyriorum, & non est moratus in [b] Thersa.

[b] terra.

Mortuo Manahem succedit Phaceia.

21 Reliqua autem sermonum Manahem, & vniuersa quæ fecit, nónne hæc scripta sunt in Libro sermonum dierum Regum Israel?

22 Et dormiuit Manahem cum patribus suis: regnauitq́. Phaceia filius eius pro eo.

E

23 Anno quinquagesimo Azariæ Regis Judæ regnauit Phaceia filius Manahem super Israel in Samaria biennio:

24 Et fecit quod erat malum coram Domino: non recessit à peccatis Jeroboam filii Nabat, qui peccare fecit Israel.

Phacea interficitur a Phacee.
ᵇ Arie;

25 Coniurauit autem aduersus eum Phacee filius Romeliæ, dux eius, & percussit eum in Samaria in turre domus regiæ iuxta Argob, & iuxta ᵇ Ariph: & cum eo quinquaginta viros de filiis Galaaditarum, & interfecit eum, regnauitque pro eo.

26 Reliqua autem sermonum Phaceiæ, & vniuersa quæ fecit, nónne hæc scripta sunt in Libro sermonum dierum regum Israel?

Phacee, rex Israel. F

27 Anno quinquagesimo secundo Azariæ regis Judæ, regnauit Phacee filius Romeliæ super Israel in Samaria, viginti annis.

28 Et fecit quod erat malum coram Domino: non recessit a peccatis Jeroboã filii Nabat, qui peccare fecit Israel.

29 In diebus Phacee regis Israel venit Teglathphalasar rex Assur, & cepit Aion, & Abeldomum-maacha, & Janoe, & Cedes, & Asor, & Galaad, & Galilæam, & vniuersam terram Nephthali: & trãstulit eos in Assyrios.

Phacee interficitur ab Osee.

30 Coniurauit autem, & tetendit insidias Osee filius Ela contra Phacee filium Romeliæ, & percussit eum, & interfecit: regnauitque pro eo vicesimo anno Joatham filii Oziæ.

31 Reliqua autem sermonum Phacee, & vniuersa quę fecit, nónne hæc scripta sunt in Libro sermonum dierum regum Israel?

Jotham rex Juda.
2. Paralip. 27. 2.

32 ‖ Anno secundo Phacee filii Romeliæ regis Israel, regnauit Joatham filius Oziæ regis Juda.

G 33 Viginti quinque annorum erat cum regnare cœpisset, & sedecim annis regnauit in Jerusalem: nomen matris eius Jerusa filia Sadoc.

ᶜ fecerat

34 Fecitq. quod erat placitum coram Domino: iuxta omnia quæ ᶜ fecit Ozias pater suus, operatus est.

35 Verumtamen excelsa nõ abstulit: adhuc populus immolabat, & adolebat incensum in excelsis: ipse ædificauit portam domus Domini sublimissimam.

36 Reliqua autem sermonum Joatham, & vniuersa quę fecit, nónne hęc scripta sunt in Libro verborum dierum regum Juda?

37 (In diebus illis cœpit Dominus mittere in Judã Rasin regẽ Syriæ, & Phacee filium Romeliæ.)

Mortuo Joatham succedit Achaz.

38 Et dormiuit Joatham cum patribus suis, sepultusque est cum eis in Ciuitate David patris sui, & regnauit Achaz filius eius pro eo.

24 *Et designauit malum coram oculis Domini, non recessit à peccatis Jeroboam filii Nebat, qui peccandi occasio fuit Israelitis.*

25 *Coniurauit autem aduersus eum Paca filius Romelia, qui erat* [23] *triarius princeps eius, & percussit eum in Samaria in* [24] *palatio ædis regiæ* [25] *cum Argob & Aria, & cum eo erant quinquaginta viri ex filiis Gileaditarum,* [26] *& interfecit eum, regnauitq. pro eo.*

26 *Reliqua gestorum Pecahia, & omnia quæ fecit, ecce hæc scripta sunt in libro annalium regum Israel.*

27 *Anno quinquagesimo secundo Asaria regis Jehuda regnauit Paca filius Romelia super Israelem in Samaria viginti annis.*

28 *Et designauit malum in oculis Domini: non recessit a peccatis Jeroboam, qui Israelitis occasio peccandi fuerat.*

29 *In diebus Paca regis Israel venit Tiglat-phileser rex Assyriorum, & cepit Iion, Abel, Beth maacha, Janoah, Kedes, Hazor, Gilead, & Galilæam, atque vniuersam terram Naphtali, & transtulit eos in Assyrios.*

30 *Et fecit coniurationem Hosea filius Ela aduersus Paca filium Romelia, & percutiens eum, interfecit eũ, regnauitq. ipse pro eo anno vigesimo Jotham filii Usia.*

31 *Reliquum gestorum Paca, & omnia quæ fecit, ecce hæc scripta sunt in libro annalium regum Israelis.*

32 *Anno secundo Paca filii Romelia regis Israel regnare cœpit Jotham filius Usia regis Jehuda.*

33 *Viginti quinq. annos fuit natus quum cœpisset regnare, & regnauit sedecim annis Jerosolymis: nomen matris eius fuit Jerusa filia Zadoc.*

34 *Et fecit quod rectum erat in oculis Domini, iuxta omnia quæ fecerat Usias pater eius, ipse quoque fecit:*

35 *Verumtamen excelsa non* [27] *recesserant, quin populus adhuc in excelsis* [28] *sacrificaret & adoleret: is quoque ædificauit* [29] *portam domus Domini superiorem.*

36 *Reliquum gestorum Jotham, & omnia quæ fecit, annon hæc scripta sunt in libro annalium regum Jehuda?*

37 *(*[30] *Sub idẽ tempus cœpit Dominus mittere in Jehudã Rezin regem Syriæ, atq. Paca filium Romelia.)*

38 [31] *Dormiuit vero Jotham cum patribus suis, & sepultus est iuxta patres suos in ciuitate Dauidis patris sui, regnauitq. pro eo filius eius Ahaz.*

CAPVT XVI.

A

Achaz idololatra consecrat filium in igne.
2. Paral. 28. 1.

1 Anno decimoseptimo Phacee filii Romeliæ, regnauit Achaz filius Joatham regis Juda.

2 Viginti annorũ erat Achaz cum regnare cœpisset, & sedecim annis regnauit in Jerusalem: non fecit quod erat placitum in conspectu Domini Dei sui, sicut David pater eius.

3 Sed ambulauit in via regum Israel: insuper & filium suum consecrauit, transferens per ignem secundum idola Gentium, quæ dissipauit Dominus coram filiis Israel.

4 Immolabat quoque victimas, & adolebat incensum in excelsis, & in collibus, & sub omni ligno frondoso.

Jerusalem obsidetur a Rasin & Phacee.
Isa. 7. 1.
ᵇ in Jerusalem ad præliandum;

5 ‖ Tunc ascendit Rasin Rex Syriæ, & Phacee filius Romeliæ rex Israel ᵇ ad præliandum in Jerusalem: cumq. obsiderent Achaz, non valuerunt superare eum.

B 6 In tẽpore illo restituit Rasin rex Syriæ Ailã Syriæ, & eiecit Judæos de Aila: & Idumæi & Syri venerũt in Ailam, & habitauerunt ibi [illegible].

7 Misit autem Achaz nuncios ad Teglath-phala-

1 *Anno decimoseptimo Paca filii Romelia* [1] *regno inauguratus est Ahaz filius Jotham regis Jehuda.*

2 *Viginti annos fuit natus Ahaz quum regnare cœpisset, & regnauit sedecim annis in Jerusalem, & nihil fecit quod rectum esset in oculis Domini Dei sui, quemadmodum (rectum fecerat) David* [2] *pater eius.*

3 *Sed ambulauit in via regum Israelis:* [3] *quin & filium suum traduxit per ignẽ iuxta abominationes Gentium, quas exscidit Dominus* [4] *ante filios Israel.*

4 *Sacrificauit præterea & adoleuit in excelsis & super colles & sub omni arbore* [5] *frondosa.*

5 [6] *Tunc ascendit Rezin rex Syria, & Paca filius Romelia rex Israel Jerosolymam, ut bellum gererent: & obsiderunt Ahaz, sed non potuerunt eum expugnare.*

6 *Eodem tempore recuperauit Rezin rex Syria* [7] *Elath vrbis Syria, & expulit Judæos ex Elath: nam Syri venientes in* [8] *Elath, habitauerunt ibi vsq. ad hæc tempora.*

7 *Tum Ahaz legatos misit ad Tiglat-pileser regem*

23 Vox Hebræa significat eum qui est à rege tertiæ dignitatis, Rectiũ pitur & pro nobili duce.
24 vel, arce .i. in parte munitissima totius domus in qua habitabat rex.
25 q.d. fretus auxilio Argob & Ariæ, quos habuit socios coniurationis.
26 vel, cumque interfecisset eũ, regnauit
27 i. in eo tantum peccauit quod eo regnãte sacrificabatur in altaribus, super quæ nolebat Dominus sibi sacrificari.
28 sacrificabat & adolebat.
29 Intelligendũ est de portis atrii, no tẽpli Salomonis: verum quum hæ: essent contiguæ, dicuntur templum, quum fit mẽtio de portis domus Dni. Etiam vbi in Actis fit mentio portæ speciosæ, non est intelligendum de tẽplo, sed de atrio illo, in quo populus orabat, quæ dicitur tẽplũ: nã omnia illa, atrium, dabir, & hecal, dicuntur templum.
30 nempe sub mortem Jothã. vel, Lo mortua &c. Patet hæc ætas... est Aliquando... .n. versus qui postponi debet, præponitur in Sacris libris
31 Dormierat enim i. iam mortuus erat.

CAP. XVI.

1 regnare cœpit
2 .i. avus
3 q.d. ita vt etiã proprium filium sacrificarit idolis, cremando eũ in honorem idoli Moloch. Alii, transire fecit per ignem, .i. lustrauit igne, per medios ignes, per medium duorũ ignium sc. In Paral. legitur filios suos .i. vnum ex filiis suis.
4 Vel, propter &c. .i. ... regionem illis daret.
5 vel, viridi
6 Regnante scilicet Achaz. Ab ... refertur ad superiora
7 Hæc vrbs erat in Idumæa, subiecta regi Syriæ. Hinc dit Elath... resumunt syriæ. 8 Duo nomina eiusdem vrbis, Elath & Eloth...

9 q.d. Habeo te pro patre. Causa cur relicta fuerit obsidio Ierusalem.
10 .i. aduersantur mihi. q. d. hostium meorũ.
11 vel, pro munere.
12 .i.in regionẽ Cyrenaicam.
13 q.d.ciuibus pepercit, regem interfecit.
14 eximiã quãdam aram intelligit: nam ita verisimile est fuisse, quum esset metropolis. Narrat obiter huius impietatem.
15 principem sacerdotum.
16 vel, exemplar. Gallice, Le patron.
17 vel, cum omni eius opificio. Gallice, Sans rien oublier de sa façon.
18 vel, priusquam
19 sub. matutinũ. Vide paulo infra, vbi dicit, Incende holocaustum matutinum &c. Duo sacrificia quotidie. Exod. 29. Num 28. a
20 oblationem suam .i. holocaustum vespertinum.
21 pacificorum
22 Hoc non licebat facere.
23 sub. Salomonis.
24 .i. ante vestibulum domus Domini.
25 Heb. & appropinquare fecit ante faciem. i. illam suam aram posuit in viciniore loco, quàm eã quæ erat ante templũ. i. propius consistere eam quàm esset ea quam ædificarat Salomon.
26 sub. Salomonis.
27 i. ad dexteram introeuntibus in templum.
28 pontibus.
29 .i. mea, quã-titate, vel dignitate maiore.
30 oblationem eius .i. holocaustum vespertinum.

Assyriorum hisce mandatis,[9] *Seruus tuus & filius tuus*
ego sum,' ascende & assere me de manu regis Syriæ, & de
manu regis Israelis, qui[10] *insurgunt contra me.'*
8 *Tollensq; Ahas argentum & aurum quod inue-*
niebatur in æde Domini, & in thesauris domus regiæ,
misit regi Assyriæ[11] *munus.'*
9 *Obsequutus est ergo ei rex Assyrius, & ascendit*
rex Assyrius contra Damascum: & quum eam cepis-
set, transtulit eam[12] *in Kir,*[13] *& interfecit ipsum*
Rezin.'
10 *Profectus est autem rex Ahas obuiam ipsi Ti-*
glat phileser regi Assyrio in Damascum. illic[14] *visa a-*
ra' quæ erat in Damasco, misit rex Ahas ad Vriam
[15] *sacerdotem' similitudinem &*[16] *deformationem' il-*
lius aræ[17] *iuxta omnem fabrefactionem eius.'*
11 *Vrias autem sacerdos extruxit aram iuxta o-*
mnia quæ miserat rex Ahas ex Damasco: sic inquam
fecit Vrias sacerdos,[18] *donec' veniret rex Ahas ex Da-*
masco.
12 *Veniens itaq; rex de Damasco, vidit aram, & ac-*
cessit rex ad eam, 'sacrificauitq; in ea.
13 *Incendit*[19] *Holocaustũ suũ,' &*[20] *cibarium sacrifi-*
cium suum,' fudit libamen suum, sparsitq; sanguinem
[21] *gratulatoriorum sacrificiorum' suorum,*[22] *iuxta arã.*
14 [23] *Altare' quoq; æneum quod*[24] *coram Domi-*
no' erat,[25] *admouit extra faciem' ædis inter*[26] *altare &*
inter templũ Domini, posuitq; illud ad latus aræ[27] *ver-*
sus Aquilonem.'
15 *Et præcipiens rex Ahas ipsi Vriæ*[28] *sacerdoti,' di-*
xit, In ara[29] *magna' incende holocaustum matutinum,*
& cibarium sacrificium vespertinum, holocaustum
quoque regis, &[30] *cibarium eius sacrificium,' vnà*
cum[31] *holocausto' totius populi*[32] *terræ,' & cum*[33] *ci-*
bario eorum sacrificio, & cum libaminibus eorum, &
omnem sanguinem holocausti, atque omnem sanguinem
hostiæ sparges iuxta aram illam:[34] *de altari vero æneo*
ego curabo.'
16 *Fecit autem Vrias sacerdos iuxta omnia quæ præ-*
ceperat ei rex Ahas.
17 *Resecuit etiam rex Ahas*[35] *abacos machina-*
rum,' & amouit ab eis labra, deinde posuit[36] *lacum' à*
bobus æneis qui erant subter ipsum,[37] *posuitq; ipsum su-*
per pauimentum lapideum.
18 [38] *Pulpitum quoq; sabbathi, quod*[39] *ædificaue-*
rant[40] *in æde,' &*[41] *transitum regis*[42] *exteriorem*
[43] *conuertit' ad domũ Domini*[44] *'in gratiã regis Assyrii.*
19 *Reliquum gestorum Ahas quæ fecit, annon hæc*
scripta sunt in libro annalium regum Iehuda?
20 *Dormiuitq; rex Ahas cum patribus suis, & se-*
pultus est iuxta patres suos in ciuitate Dauidis,[45] *'regno-*
que inauguratus est' Ezechias filius eius pro eo.

far regem Assyriorum, dicens, Seruus tuus, & filius
tuus ego sum: ascende, & saluum me fac de manu
regis Syriæ, & de manu regis Israel, qui consurre-
xerunt aduersum me.
8 Et cum collegisset * argentum & aurum quod
inueniri potuit in domo Domini, & in thesauris
regis, misit regi Assyriorum munera,
9 Qui & acquieuit voluntati eius: ascendit e-
nim rex Assyriorum in Damascum, & vastauit eã:
& transtulit habitatores eius Cyrenen, Rasin autem
interfecit.
10 Perrexitq; rex Achaz in occursum Theglath-
phalasar regi Assyriorum in Damascum. cúmq; vi-
disset altare Damasci, misit rex Achaz ad Vriam sa-
cerdotem exemplar eius, & similitudinem iuxta o-
mne opus eius.
11 Extruxitq; Vrias sacerdos altare: iuxta o-
mnia quæ præceperat rex Achaz, de Damasco, ita
fecit sacerdos Vrias, donec veniret rex Achaz de
Damasco.
12 Cúmq; venisset rex de Damasco, vidit altare,
& veneratus est illud: ascenditq;,
13 Et immolauit holocausta, & sacrificium suũ,
& libauit libamina, & fudit sanguinem pacifico-
rum quæ obtulerat super altare.
14 Porrò altare æreum, quod erat coram Do-
mino, transtulit de facie templi, & de loco altaris,
& de loco templi Domini: posuitq; illud ex latere
altaris ad Aquilonem.
15 Præcepit quoq; rex Achaz Vriæ sacerdoti,
dicens, Super altare maius offer holocaustum ma-
tutinum, & sacrificium vespertinum, & holocau-
stum regis, & sacrificium eius, & holocaustum v-
niuersi populi terræ, & sacrificia eorum, & liba-
mina eorum: & omnem sanguinem holocausti, &
vniuersum sanguinem victimæ super illud effun-
des: altare vero æreum erit paratum ad volunta-
tem meam.
16 Fecit igitur Vrias sacerdos iuxta omnia quæ
præceperat rex Achaz.
17 Tulit autem rex Achaz cælatas bases, & lu-
terem, qui erat desuper: & mare deposuit de bobus
æreis, qui sustentabant illud & posuit super paui-
mentum stratum lapide.
18 Musach quoq; sabbathi, quod ædificauerat
in templo: & ingressum regis exterius, cõuertit in
templum Domini propter regem Assyriorum.
19 Reliqua autem verborum Achaz & omnia
quæ fecit, nonne hæc scripta sunt in Libro sermo-
num dierum regum Iuda?
20 Dormiuitq; Achaz cum patribus suis, & se-
pultus est cum eis in Ciuitate Dauid, & regnauit Ezechias filius eius pro eo.

Achaz petit auxilium à rege Assyriorũ.
* *Achaz.*
Damascus vastatur.
Rasin interficitur.
C
Achaz in gratiam regis Assyriorum, ablato Dei cultu, diis Syriæ sacrificat.
D
Mortuo Achaz, regnat Ezechias.

CAPVT XVII.

1 A[1]*Nno duodecimo' Ahas regis Iehuda*[2] *regnauit'*
Hoseas filius Ela in Samaria super Israelem no-
uem annis.
2 *Et designauit malum oculis Domini, sed non sicut*
reges Israelis qui fuerant ante eum.
3 *Contra hunc*[3] *ascendit' Salmanasar rex Assyrio-*
rum, factusq;[4] *est' ei Hoseas seruus, &*[5] *pendit ei*[6] *tri-*
butum.'
4 *'Deprehendit autem rex Assyrius coniurationẽ in*

1 ANno duodecimo Achaz regis Iuda, regnauit
Osee filius Ela in Samaria super Israel nouem
annis.
2 Fecitq; malum coram Domino: sed non sicut
reges Israel qui ante eum fuerunt.
3 Contra hunc ascendit Salmanasar rex Assy-
riorum, & factus est ei Osee seruus, reddebatq; illi
tributa.
4 Cumq; deprehendisset rex Assyriorum Osee,

A
Osee rex Israel regis Assyriorum tributarius factus.

30 oblationem eius .i. holocaustum vespertinum. 31 .i. sacrificio matutino. 32 .i. regionis huius. 33 oblatione eius sub vespertina. 34 Heb. altare vero æreum erit meum ad [illegible], vel, requirendum, .i. mihi reseruabitur, vt quum venerit mihi in mentem, illic [illegible] Salomon [illegible] 35 limbos [illegible] peripherias [illegible] elaboratas à Salomone [illegible] intelligit extremitates columnarum [illegible] 36 [illegible] mare 37 .i. superponebat lapidea 38 Tentorium [illegible] tectorium sabbathi, sub quo [illegible] sabbatum [illegible] 39 [illegible] 40 .i. in atrio sacerdotum 41 sub. exterius, vel sepulturæ 42 .i. per quem ingrediebatur [illegible] 43 [illegible] 44 vel metu regis Assyrii [illegible] 45 regnauitq; CAP. XVII. 1 Hoc intelligitur à rebellione ipsius Osee contra regem Assyriorum, [illegible] 2 regnare cœpit 3 [illegible] quarto anno regni Achaz [illegible] 4 factus 5 pendebat. sub. vsque ad octauum annum, quo tempore Scriptura dicit eum non regnasse. 6 Heb. munus.

quòd

quòd rebellare nitens, misisset nuncios ad Sua regem Ægypti, ne præstaret tributa regi Assyriorum sicut singulis annis solitus erat, obsedit eum, & vinctum misit in carcerem.

5 Peragrauitq; est omnem terram: & ascendēs
Samariam, obsedit eam tribus annis.

Samaria capitur à rege Assyr. Infra 18.c. ^9 *Halo,*

6 ¶ Anno autem nono Osee, cepit rex Assyriorum Samariam, & transtulit Israel in Assyrios: posuitq; eos in ^9 Hailam, & in Habor iuxta fluuium Gozan, in ciuitatibus Medorum.

Causa captiuitatis Israel, Idololatria. B

7 Factum est enim, cum peccassent filii Israel Domino Deo suo, qui eduxerat eos de Terra-Ægypti, de manu Pharaonis regis Ægypti, coluerunt deos alienos.

8 Et ambulauerunt iuxta ritum Gentium, quas consumpserat Dominus in conspectu filiorum Israel, & regum Israel: quia similiter fecerant.

^q *operuerunt*

9 Et ^q irritauerunt filii Israel verbis non rectis Dominum Deum suum: & ædificauerunt sibi excelsa in cunctis vrbibus suis à Turre-custodum vsque ad Ciuitatem-munitam.

10 Feceruntq; sibi statuas & lucos in omni colle sublimi, & subter omne lignum nemorosum:

11 Et adolebant ibi incensum super aras in morem Gentium quas transtulerat Dominus à facie eorum: feceruntq; verba pessima irritantes Dominum.

^r *præceperat*

12 Et coluerunt immunditias de quibus ^r præcepit eis Dominus, ne facerent verbum hoc.

Ier. 25. b.

13 Et testificatus est Dominus in Israel & in Iuda per manum omnium prophetarum & videntium, dicens. ¶ Reuertimini à viis vestris pessimis,
C & custodite præcepta mea & ceremonias, iuxta omnem legem quam præcepi patribus vestris: & sicut misi ad vos in manu seruorum meorum prophetarum.

14 Qui non audierunt, sed indurauerunt ceruicem suam iuxta ceruicem patrum suorum, qui noluerunt obedire Domino Deo suo.

^s *testificatus*

15 Et abiecerunt legitima eius, & pactum quod pepigit cum patribus eorum, & testificationes quibus ^s contestatus est eos: secutiq; sunt vanitates, & vane egerunt: & secuti sunt Gentes quæ erant per circuitum eorum, super quibus præceperat Dominus eis vt non facerent sicut & illæ faciebant.

Vituli aurei.

16 Et dereliquerunt omnia præcepta Domini Dei sui: feceruntq; sibi conflatiles duos vitulos, & lucos, & adorauerunt vniuersam militiam cæli: seruieruntq; baal:

Filios consecrant per ignē. Diuinationes.

17 Et consecrauerunt filios suos, & filias suas per ignem: & diuinationibus inseruiebant & auguriis: & tradiderunt se vt facerent malum coram Domino vt irritarent eum.

18 Iratusque est Dominus vehementer Israeli, & abstulit eos à conspectu suo, & non remansit nisi tribus Iuda tantummodo.

^t *verum*

19 Sed nec ipse Iuda custodiuit mandata Domini Dei sui: ^t verumtamen ambulauit in erroribus
D Israel, quos operatus fuerat.

20 Proiecitque Dominus omne semen Israel, & afflixit eos, & tradidit eos in manu diripientiū, donec proiiceret eos à facie sua:

3. Reg. 12. c. Ieroboam.

21 ¶ Ex eo iam tempore, quo scissus est Israel à domo Dauid, & constituerunt sibi regem Ieroboā filium Nabat: separauit enim Ieroboam Israel à Domino, & peccare eos fecit peccatum magnum.

22 Et ambulauerūt filii Israel in vniuersis peccatis Ieroboā quę fecerat: & non recesserunt ab eis.

Hoseæ: nam miserat legatos ad So regem Ægypti, nec pendebat ^7 quotannis tributum regi Assyria: ^8 obsedit eum rex Assyrius, ^9 & vinctum eum coniecit in carcerem.

5 ^10 *Ascenditq; rex contra omnem terrā, & ascendēs contra Samariam, oppugnauit eam tribus annis.*

6 *Anno nono Hoseæ cepit rex Assyrius Samariam, & transtulit Israelem in Assyrios, collocans eos in Hala & Habor iuxta fluuium Gosan, & in ciuitatibus Medorum.*

7 *Nam quum filii Israel ^11 peccarent Domino Deo suo, qui eduxerat eos de terra Ægypti, de manu Pharaonis regis Ægypti, & ^12 timerent deos alios.*

8 ^13 *Ambularent insuper ^14 in ceremoniis statutis ac moribus Gentium, quas eiecerat Dominus ^15 à facie filiorum Israel, (& institutis) regum Israelis quæ ipsi fecerant:*

9 *Quumq; filii Israel ^16 clam versarent animo res prauas contra Dominum Deum suum, ita vt ædificarent sibi excelsa in omnibus ciuitatibus suis, ^17 siue turres essent quibus custodes adhibentur, siue vrbes munitæ:*

10 *Erigerent denique sibi statuas & lucos in omni colle excelso, & subter omnem arborem frondosam.*

11 *Adolentes illic suffitum in omnibus excelsis ritu Gentium quas Dominus transtulerat ante eos. (in summa,) designarent res pessimas ad prouocandum Dominum.*

12 *Seruientes (fœdissimis) idolis, de quibus Dominus dixerat eis, Ne committatis ^18 rem tam nephariam.*

13 ^19 *Quumq; Dominus sanctè obtestaretur Israelē & Iehudam per omnes prophetas, per omnes (inquam) videntes, huiusmodi verbis: Reuertimini à viis vestris malis, & custodite præcepta mea, & instituta mea, iuxta omnem legem quam præcepi patribus vestris, & quā misi ad vos per seruos meos prophetas.*

14 ^20 *Noluerunt audire, sed indurarunt ceruicem suam, quemadmodum patres eorum ceruicem (indurauerant,) qui nunquam crediderunt Domino Deo suo.*

15 ^21 *Auersati enim sunt statuta eius, & fœdus eius quod pepigerat cum patribus eorum, ^22 & contestationes eius, quibus contestatus est erga illos: sectantes vanitatem, vnde & ipsi ^23 vani facti sunt, sectantes Gentes quæ circa ipsos vndiq; erant, ^24 quum Dominus vetuisset, ne illarum ritu facerent.*

16 ^25 *Derelinquentes omnia præcepta Domini Dei sui, facientes sibi fusile, (nempe) duos vitulos, facientes & lucum, adorantes cunctā militiam cælorum, seruientesq; ipsi baal.*

17 ^26 *Traducentes insuper filios suos & filias suas per ignem, ^27 vsi diuinationibus & veneficiis, ^28 mancipantes se sceleribus perpetrandis in oculis Domini, vt ipsum ad iram prouocarent.*

18 *Et iratus est vehementer Dominus contra Israelitas, & ^29 eiecit eos a facie sua: nihil reliquum fuit præter ^30 solam tribum Iehudæ.*

19 *Sed & Iehuda non seruauit præcepta Domini Dei sui, sed ambulauerunt in ^31 moribus & institutis Israelitarum, quæ illi fecerant.*

20 ^32 *Fastidiuit ergo Dominus vniuersum semen Israelis, & ^33 afflixit eos, tradiditq; eos in manus ^34 diripientium, donec abiiceret eos ^35 a conspectu suo.*

21 ^36 *Abscidit enim Israel se à domo Dauidis, & constituerunt sibi regem Ierobeam filium Nebat. ^37 abstraxit autem Ierobeam Israelem, quominus sequeretur Dominum, & fecit eos peccare peccatum grande.*

22 *Et filii Israel ambulauerunt in omnibus peccatis Ierobeam quæ ille ^38 fecerat, nec recesserunt ab eis.*

7 .i. vt quotannis facere solebat. Hebraice ad verbum, sicut anno (præterito, ita) anno (præsenti)
8 Heb. & clausit. i. coniecit in carcerem. Per anticipationem hæc dicuntur.
9 & ligauit eum in domo carceris. i. in carcere.
10 Iam autem ascenderat, q. d. iam totam patriam subegerat cum ascendit in Samariam.
11 peccassent
12 timuissent. vel, venerati essent
13 Ambulassent
14 in statutis Gentium. vel, decretis
15 sub aduentum.
16 Heb. occulte dixissent verba quæ non erant vera
17 Heb. à turre custodum, vsque ad vrbem præsidii .i. in vrbibus tam magnis, quàm paruis. Turrim intelligit quæ ædificari solet in agris ad custodiendos fructus adhuc pendētes, & maxime vuas.
18 Heb. hanc rē .i. Ne colatis idola.
19 Hebr. Tunc testatus est Dominus contra Israelem &c. i. testes inuocauit cælum & terram &c. Vocatis testibus admonuit Iudam vt resipisceret
20 Et non sunt obsequuti,
21 vel, Contempserunt
22 & testimonia eius quæ testificatus fuerat cōtra illos .i. vocationes testiū, hoc est, admonitiones factas à Deo testibus adhibitis
23 .i. mendaces cultores, falsæ religionis sectatores.
24 de quibus præceperat illis Dominus,
25 Ac (tandem) deseruerunt
26 .i. Comburentes liberos suos in honorē idolorum suorum.

27 Heb. & diuinarunt diuinationes .i. fuerunt diuini & augures. 28 Heb. & tradiderunt sese vt facerent malum .i. dedita opera malum fecerunt, Gallice, ils se sont [illegible] à tout mal. 29 .i. curauit eos transferendos è Terra [illegible] quā habitabat ipse, & in qua habebat templum ad cultum suæ maiestati. 30 Tribum [illegible] [illegible] intelligit quæ erat appendix tribus Iudæ. 31 [illegible] obseruauerant .i. Eadem fecerant quæ aliæ decem tribus. 32 Abhorruit. vel, Contempsit [illegible] 33 vt scilicet admoneret eos suis [illegible] 34 [illegible] habebat templum, in quo colebatur, & præsentiam suam exhibebat [illegible] 36 sub. Dominus .i. Dirraxit decem tribus de domo & familia Dauidis [illegible] omnes Israelitæ patebant. 37 depulit, sub. de via, quam sequerentur Dominum [illegible]
38 vel, facere solebat, sub. dum viueret.

39 vel, habitare fecit.
40 Forte in eo loco sementa fecerunt, aut vineas plantarunt. nam vrbs erat euersa.
41 propterea immisit.
42 leones immanes.
43 i. quo culeu velit coli Deus eius terræ.
44 & eant sub. Assyrii cum eo sacerdote. nam voluit deductos illos in locum interfectorum à leonibus.
45 doceat. sub. ille sacerdos.
46 vel, venerarentur.
47 Voces Syriacæ & Chaldaicæ quæ significant gallinam cum pullis.
48 i. gallum gallinaceum siue, gallinā sylvestrē,
49 i. hircum sylvestrem, vel lunam. 50 Vox Hebræa quæ canem significat, quod latrare soleat, aut iratus exerat dentes.
51 Lingua Syriorū est asinus.
52 Simplices voces Syræ, quarum prior significat mulum, aut pauonem: altera vero equum aut phasianum.
53 Heb. partem finiū. i. aliquot è suorū numero.
54 quas transmigrare fecerant inde. i. Gentium quos transtulerant è Samaria & Israelitæ. hoc est, Chananæorum.
55 Heb. iuxta prima. i. vt prius. faciebant Samaritani, hoc est, Israelitæ, qui priusquam egrederentur è terra sua, colebant cum Deo idola.
56 perfecto & vero timore. nā illi solum non seruiebant.
57 neque.
58 vel, Ceremonias,
59 faciendo.
60 i. neque habebitis eos pro Diis.
61 vel, faciunt.
62 Heb. quia etiam filii eorum. vel, sed & filii, &c.

23 Donec [tandem] amoueret Dominus Israelem à conspectu suo, quemadmodum minitatus fuerat per omnes seruos suos prophetas: translatusq́ est Israel de terra sua in Assyrios vsq́ in hodiernum diem.

24 Præterea adduxit Rex Assyriorum [homines] de Babel, de Chutta, de Aua, de Hemath, & de Sepharuáim, & [39] collocauit eos in ciuitatibus Samariæ loco filiorum Israel: qui [40] possederunt Samariam, & habitauerunt in ciuitatibus eius.

25 Factum est autem principio quum illic habitare cœpissent, vt non timerent Dominum, [41] mitteretq́ Dominus [42] leones in eos, qui eos occidebant.

26 Dixerunt ergo ad Regem Assyrium, Gentes illæ quas transtulisti & collocasti in ciuitatibus Samariæ, non nouerunt [43] ritum Deorum huius terræ: & immisit in eos leones, & ecce interficiunt eos, eo quod ignorant ritum Deorum huius terræ.

27 Præcepit ergo Rex Assyrius hisce mandatis, Adducite illuc aliquem ex sacerdotibus quos inde transtulistis, [44] qui eant & habitent illic, & [45] doceant eos ritum Deorum huius terræ.

28 Venit itaq́ quidam ex sacerdotibus quos transtulerant de Samaria, & habitauit in Beth-el, docebatq́ eos qualiter [46] timerent Dominum.

29 Fecerunt verò singulæ gentes sibi Deos suos, & reposuerunt in templis excelsorum quæ fecerant Samaritæ, singulæ gentes in ciuitatibus suis in quibus habitabant.

30 Qui ex Babel erant, [fecerunt sibi] [47] Succoth Benoth: & viri qui ex Chut venerant, fecerunt [48] Nergal: viri ex Hemath fecerunt [49] Asima:

31 Auitæ fecerunt [50] Nibhaz & [51] Thartac, & Sepharuitæ comburebant filios suos igne ipsi [52] Adramelech & Anamelech Diis Sepharuaim.

32 Timebant itaq́ Dominum: & ordinarunt sibi [53] ex obscuris hominibus qui inter eos erant sacerdotes excelsorum, qui illis in phanis excelsorum sacrificarent.

33 Et Dominum quidem metuebant, Deos verò suos colebant iuxta ritum Gentium [54] quæ illos illinc transtulerant.

34 Vnde etiamnum hodie [55] iuxta pristinos ritus faciunt, vt neq́ Dominum [56] timeant, neq́ suos ipsorum ritus & ceremonias obseruent, neq́ agant secundum legem & præcepta, quæ mandauerat Dominus filiis Iacob, cui nomen dedit Israeli.

35 Pepigerat quidem Dominus cum eis fœdus, præceperatq́ eis dicens, Ne timueritis alios Deos, neq́ adoretis eos, [57] nec colatis eos, neq́ sacrificetis eis,

36 Sed Dominum, qui eduxit vos de terra Ægypti magna virtute & brachio extento, hunc timete, hunc adorate, huic sacrificate.

37 [58] Statuta, iudicia, legem & præcepta quæ praescripsit vobis, seruate, [59] vt faciatis [ea] cunctis diebus, [60] neq́ timueritis Deos alios.

38 Insuper & fœdus quod excidi vobiscum, ne obliuiscamini, neq́ Deos alios timueritis,

39 Quin Dominum Deum vestrum timete, & ipse liberabit vos de manu omnium inimicorum vestrorum.

40 At illi non obtemperarunt, sed iuxta pristinam consuetudinem suam [61] egerunt.

41 Gentes itaq́ illæ timuerunt Dominum, & simul seruierunt sculptilibus suis: [62] filii eorum & nepotes eorum haud secus fecerunt quam patres eorum sic quoque faciunt in hunc vsq́ diem.

23 Vsquequo Dominus auferret Israel à facie sua, sicut locutus fuerat in manu omnium seruorum suorum prophetarum: translatusq; est Israel de terra sua in Assyrios, vsq; in diem hanc. Ier. 25. b

24 Adduxit autem Rex Assyriorum viros de Babylone, & de Cutha, & de Ahaiath, & de Emath, & de Sepharuaim: & collocauit eos in ciuitatibus Samariæ pro filiis Israel: qui possederunt Samariam, & habitauerunt in vrbibus eius.

Aua. Assyriis habitantibus Samariam pro Israelitis, immisit Deus leones in eos

25 Cumq; ibi habitare cœpissent, non timebant Dominum: & immisit in eis Dominus leones qui interficiebant eos.

26 Nunciatumq; est Regi Assyriorū, & dictum, Gentes quas transtulisti, & habitare fecisti in ciuitatibus Samariæ, ignorant legitima Dei terræ, & immisit in eos Dominus leones: & ecce interficiūt eos, eo quòd ignorent ritum Dei terræ. B

27 Præcepit autem Rex Assyriorum, dicens, Ducite illuc vnum de sacerdotibus quos inde captiuos adduxistis, & vadat, & habitet cum eis: & doceat eos legitima Dei terræ.

28 Igitur cum venisset vnus de sacerdotib. his qui captiui ducti fuerant de Samaria, habitauit in Beth-el, & docebat eos quomodo colerent Dominum.

29 Et vnaquæq; gens fabricata est Deum suum: posueruntq; eos in phanis excelsis quæ, fecerāt Samaritæ, gens & gens in vrbibus suis in quibus habitabat.

Varij Gentium Dij.

30 Viri enim Babylonij fecerunt Soccoth-benoth: viri autem Cuthæi fecerunt Nergel: & viri de Emath fecerunt Asima.

Soccoth-benoth. Nergel. Asima. Nebahaz. Tharthac. Adramelech. Anamelech.

31 Porrò Heuæi fecerunt Nebahaz & Tharthac. Hi autem qui erant de Sepharuáim, comburebant filios suos igni, Adramélech & Anamélech Diis Sepharuáim. B

32 Et nihilominus colebant Dominum: fecerūt autem sibi de nouissimis sacerdotes excelsorum, & ponebant eos in phanis sublimibus.

Deo & dæmonibus seruiunt.

33 Et cum Dominum colerent, Diis quoq; suis seruiebant iuxta consuetudinem Gentium, de quibus translati fuerant Samariam.

34 Vsq; in præsentem diem morē sequuntur antiquum: non timent Dominum, neque custodiunt ceremonias eius, atq; iudicia & legem & mandatū quod præceperat Dominus filiis Iacob, quem cognominauit Israel: Gen. 32. f

35 Et percusserat cum eis pactum, & mandauerat eis, dicens, Nolite timere Deos alienos, & non adoretis eos, neq; colatis eos, & nō immoletis eis. C

36 Sed Dominum Deum vestrum qui eduxit vos de Terra Ægypti in fortitudine magna, & in brachio extento ipsum timete, & illum adorate, & ipsi immolate.

Deus timendus, adorandus, & ei immolandum.

37 Ceremonias quoque, & iudicia & legem & mandatum quod scripsit vobis, custodite, vt faciatis cunctis diebus: & non timeatis Deos alienos.

38 Et pactum quod percussit vobiscum, nolite obliuisci: nec colatis Deos alienos.

Pacti Dei memores.

39 Sed Dominum Deum vestrum timete, & ipse eruet vos de manu omniū inimicorum vestrorum.

40 Illi vero non audierunt, sed iuxta consuetudinem suam pristinam perpetrabant.

41 Fuerunt igitur gentes istæ timentes quidem Dominum, sed nihilominus & idólis suis seruientes: nam & filij eorum, & nepotes, sicut fecerunt patres sui, ita faciunt vsq; in præsentem diem.

Deo & idólis seruiunt.

A

CAPVT XVIII.

CAP. XVIII.
1 i. rebellione.
2 illi etiam tributarius libera...

1 Factum est autem [1] anno tertio Hosea filij Ela Regis Israelis, [2] vt regno inauguraretur Ezechias filius Ahas Regis Iehuda.

2 Viginti annos natus erat quum cœpisset regnare,

1 Anno tertio Osee filij Ela Regis Israel, regnauit Ezechias filius Achaz Regis Iuda.

2 Vigintiquinq; annorum erat cū regnare cœ-

Regnat Ezechias pius post impium Achaz patrem.

...qui fuit tributarius, & 23. anno regni Achaz excussit iugum. Postea regnauit sex annos. Eiusdem bellum gessit in eum rex Assyrius tribus annis. 2 vt regnare incepisset:

2. par. 29. 2.
[b] *Abi*
Serpens Moysi æneus cōfringitur, quem adorabat populus.
Num. 21. c.

Laus Ezechiæ
[c] *Nehustan.*

Salmanasar capta Samaria transfert Israelem in Assyrios.
Supra 17. a.

[d] *Hala*

Ezechias se submittit regi Assyriorum.

2. paral. 32. a.
Esa. 36. a.
Eccl. 48. c.

Sennacherib minatur Ezechiæ.

pisset: & viginti & nouem annis regnauit in Jerusalē: nomen matris eius [b] Abisa' filia Zachariæ.

3 Fecitque quod erat bonum coram Domino, iuxta omnia quæ fecerat Dauid pater eius.

4 Ipse dissipauit excelsa, & contriuit statuas, & succidit lucos, confregitque serpentem æneum, quem fecerat Moyses: siquidem vsque ad illud tēpus filii Israel adolebant ei incensum: vocauitque nomen eius [c] Nohestan.

5 Et' in Domino Deo Israel sperauit: itaq; post eum non fuit similis ei de cunctis regibus Juda, sed neque in his qui ante eum fuerunt:

B 6 Et adhæsit Domino, & non recessit à vestigiis eius, fecitq; mandata eius quæ præceperat Dominus Moysi.

7 Vnde & erat Dominus cum eo, & in cunctis ad quæ procedebat, sapienter se agebat. rebellauit quoq; contra regem Assyriorum, & nō seruiuit ei.

8 Ipse percussit Philisthæos vsque ad Gazam, & omnes terminos eorum, à Turre-custodum vsque ad Ciuitatem munitam.

9 Anno quarto regis Ezechiæ, qui erat annus septimus Osee filii Ela regis Israel, ascendit Salmanasar rex Assyriorum in Samariam, & oppugnauit eam, & cepit.

10 Nam post annos tres, anno sexto Ezechiæ, id est nono anno Osee regis Israel, capta est Samaria:

11 Et transtulit rex Assyriorum Israel in Assyrios, collocauitq; eos in [d] Haila,' & in Habor fluuiis Gozan in ciuitatibus Medorum:

12 Quia non audierunt vocem Domini Dei sui, sed prætergressi sunt pactum eius: omnia quæ præceperat Moyses seruus Domini, non audierunt, neque fecerunt.

C 13 Anno quartodecimo regis Ezechiæ, ascendit Sennacherib rex Assyriorum ad vniuersas ciuitates Juda munitas: & cepit eas.

14 Tunc misit Ezechias rex Juda nuncios' ad regem Assyriorum in Lachis, dicens, Peccaui, recede à me: & omne quod imposueris mihi, feram. Indixit itaque rex Assyriorum Ezechiæ regi Judæ, trecenta talenta argenti, & triginta talenta auri.

15 Deditq; Ezechias omne argentum quod repertū fuerat in domo Domini, & in thesauris regis.

16 In tempore illo confregit Ezechias valuas templi Domini & laminas auri quas ipse affixerat, & dedit eas regi Assyriorum.

17 Misit autem rex Assyriorum Tharthan, & Rab-saris, & Rab-sacem de Lachis ad regem Ezechiam cū manu valida, Jerusalem: qui cū ascendissent, venerunt Jerusalē, & steterunt iuxta aquæductū piscinæ superioris, quæ est in via Agri-fullonis.

D 18 Vocaueruntq; regem: egressus est autem ad eos Eliacim filius Helciæ præposit' domus, & Sobna scriba, & Joahe filius Asaph, à commentariis.

19 Dixitque ad eos Rab-saces, Loquimini Ezechiæ. Hæc dicit rex magnus, rex Assyriorum.

20 Quæ est ista fiducia qua niteris? Forsitan inisti consilium, vt præparares te ad prælium. In quo confidis, vt audeas rebellare?

21 An speras in baculo arundineo atq; confracto, Ægypto, super quem si incubuerit homo, comminutus ingredietur manum eius, & perforabit eā? Sic est Pharao rex Ægypti, omnib. qui confidūt in se.

regnauitq; viginti & nouem annis in Jerusalem. [1] nomen matris eius fuit Abi,' quæ filia fuit Zachariæ.

3 *Fecit autem quod rectum erat in oculis Domini, iuxta omnia quæ fecerat Dauid [4] pater' eius.*

4 *Is abstulit excelsa, confregit statuas, succidit lucos, contriuit denique serpentem æneum quem fecerat Moses: nam ad hæc vsque tempora adolebant ei filii Israelis, & vocatum fuit nomen eius [5] Nehustan.'*

5 *Fiduciam collocauit in Domino Deo Israelis: non fuit eius similis (ante eum nec) post eum in omnibus regibus Jehudæ.*

6 *Adhærebat enim Domino, nec deflexit ab eo, seruans præcepta eius quæ mandauit Dominus Mosi.*

7 *Et fuit Dominus cum eo, [6] vt prospere ageret in omnibus ad quæ egrediebatur.' rebellauitque regi Assyriæ, & [7] non seruiuit ei.'*

8 *Percussit quoque Palesthinos vsque Gasa & terminos eius, [8] siue turres essent quibus custodes adhibentur, siue vrbes munitæ.*

9 *Factum est ergo anno quarto regis Ezechiæ (is est annus septimus Hoseæ filii Ela regis Israel) vt ascenderet Salmanasar rex Assyriorum contra Samariam [9] & oppugnaret eam, [10] ceperuntq; eam.'*

10 [11] *Exactis tribus annis: anno scilicet sexto Ezechiæ, qui nonus erat annus Hoseæ regis Israelis, capta est Samaria.*

11 *Transtulit autem rex Assyriæ Israelem in Assyriam,' collocauitque eos in Hala & Habor iuxta fluuium Gosan, & in ciuitates Medorum.*

12 *Eo quod non audierant vocem Domini Dei sui, sed transgressi fuerant fœdus eius, (id est) cuncta quæ præcepit Moses famulus Domini, nec audierant nec fecerant.*

13 *Anno igitur decimoquarto regis Ezechiæ ascendit Sanherib rex Assyriæ contra omnes ciuitates munitas, & cepit eas.*

14 [12] *Misitque' Ezechias rex Jehuda ad regem Assyriæ in Lachis huiusmodi mandata, [13] Peccaui:' reuertere à me, & quæcunque mihi imposueris, feram. Imposuit ergo rex Assyriorum Ezechiæ regi Jehudæ trecenta talenta argenti, & auri triginta talenta.*

15 [14] *Dedit itaque' Ezechias omne argentum quod inueniebatur in æde Domini, & in thesauris domus regis.*

16 *Eodem tempore [15] expoliauit' Ezechias ianuas templi Domini & [16] postes quos obduxerat' Ezechias rex Jehuda, & dedit [17] ea' regi Assyriorum.*

17 [18] *Tum misit rex Assyriæ Thartan, & Rab-saris, & Rab-sace de Lachis ad regem Ezechiam cum exercitu [19] graui' contra Jerusalem: qui ascendentes venerunt Jerosolymam. ascendentes [20] autem' venerunt & constiterunt [21] ad aquæductum piscinæ superioris,' quæ est in [22] via [23] agri fullonis.*

18 [24] *Et quum clamassent ad regem,' egressus est ad eos Eliakim filius Hilkiæ, qui erat præfectus [25] prætorio,' Sebna scriba, atq; Joah filius Asaph [26] à commentariis.'*

19 *Tum dixit ad eos Rab-sake, Dicite quæso Ezechiæ, Sic dicit rex magnus, rex nempe Assyriorum.*

20 [27] *Quæ' tandē est hæc fiducia qua tu fidis? [28] Dixis, Certe verbis labiorū, at cōsilio & fortitudine (op' erit) gerendo bello.' quo itaq; nunc cōfidis q̄ à me [29] defecisti?*

21 [30] *An niteris fulcro' isto arundineo [31] confracto,' nempe Ægypto: cui si quispiam innixus fuerit, manum eius [32] penetrat,' & eam perforat? Talis est Pharao rex Ægypti omnibus qui illo nituntur.*

3 Ascribitur nomen matris: quia clara erat illis temporibus.
4 i. auus.
5 i. res ænea vile quoddam & contemptum. diminutiuum est quod vim habet contemptus. q. d. quid putatis esse diuinitatis in hoc serpente, qui nihil aliud est quàm æs?
6 Heb. In omnibus ad quæ egrediebatur, foelix erat. vel, prudens. q. d. prudenter cuncta aggrediebatur. aut, foeliciter cedebant illi omnia quæ aggrediebatur.
7 i. desiit illi esse tributarius.
8 Hebr. à turre custodum, vsque ad vrbem munitam. q. d. expugnauit omnes vrbes tam paruas quam magnas.
9 & obsedit eam.
10 sub. ipse & milites eius.
11 in fine trium annorum:
12 Misit ergo
13 quum scilicet à te defeci.
14 Dedit præterea
15 abscīdit vel, concīdit, Chaldæus paraphrast. decorticauit. i. detraxit à valuis laminas quibus superficies valuarum erat obducta.
16 vel, laminas quæ obduxerat. sub. laminis aureis vel argenteis. i. detraxit laminas quibus tecti erant postes.
17 i. eas laminas, vt discederet ab eo.
18 Misit autem. Elapsis aliquot annis, postquam iterum renuit pendere tributum, venit Sennacherib vsque in Lachis vnde hos misit. Ex præcedentibus & sequentibus colligi potest Sennacherib inuasisse rex

fodam. 19 vel, numeroso 20 inquam 21 i. ad canalem in quem destruabatur aqua è piscina superiore. 22 Viam stratā lapidibus intellige. hoc significat vox Hebræa. Gallice, Vne chaussee. 23 fullones ex aquæ piscinæ lauabant vestes, vnde nomen loco. Chaldæus paraphr. ait solitos fuisse fullones ibi expandere pannos madidos. 24 Et quum vocassent (sub. ad colloquium) regem, 25 vel, regiæ, 26 i. qui præerat monumentis: qui edicta eius & gesta literis mādabat. 27 vel, Quanta 28 Heb. Dixisti (apud te.) Certe sermo labiorum (est mihi,) consilium, & magnanimitas ad (gerendum) bellum. q. d. Tu superbis nimium, dixisti apud te, facundia est mihi ad cohortandos milites, consilium ad subitas res, & fortitudo ad sustinendam vtramq; fortunam: putas te his tribus, quæ in imperatore esse debent, posse resistere: at falleris. 29 non soluendo mihi tributum scilicet. 30 Nunc tandem sperasti (vel, confisus es) scipione vel, baculo 31 Vox Hebræa non tantum significat fractum, sed etiam fragile: vt ellychnium extinctum, quod facile extingui potest. 32 vel, perforat. q. d. falleris si speras in Pharaone, qui facile frangi potest, vt arundo, & vinci. Homines quibus fidimus, sunt similes fragili arundini: quæ, quum franguntur, fragmenta acuta solent lædere innitentem ipsi. sic homines plus tandem incommodi nobis afferunt, quàm commodi.

22 *Quòd si mihi dixeritis, Nos fidimus Domino Deo nostro. annon is est, cuius excelsa atq; aras sustulit Ezechias? & dixit ad Jehudam & ad Jerusalem, Coram altari isto adorabitis Jerosolymis.*

23 *Sed nunc quæso,* [33] *obsides da domino meo Regi Assyrio,* *daboq; ego tibi equorum duo millia,* [34] *num tu illis equites imponere poteris?*

24 *Quomodo ergo* [35] *retundes faciem vnius ducis vel minimi inter seruos domini mei* [36] *vt fidas Ægyptiis propter currus & equites?*

25 [37] *Num vero citra consilium & iussum Domini hunc in locum, vt eum vastem, ascendi? quia Dominus dixit ad me, Ascende in hanc terram, & vasta eam.*

26 *Tum dixit Eliacim filius Hilkia, Sobna, & Joah ad Rab-sace, Loquere quæso ad seruos tuos Syriacè, nam* [38] *callemus nos, nec loquaris nobiscum Judaicè,* [39] *vt populus iste audiat qui in muris est.*

27 *Dixitq; ad eos Rab-sace, Num ad dominũ tuum & ad te misit me dominus meus, vt hæc verba loquerer? annon potius ad* [40] *miseros istos qui in muris excubant,* [41] *quo minus stercora sua edere, & vrinam suam vobiscũ bibere cogantur?*

28 *Stans itaque Rab-sace, clamauit voce magna Judaicè, locutusq; est hisce verbis, Audite verbum Regis magni, Regis Assyrij: Sic dixit Rex:*

29 *Ne imponat vobis Ezechias, quoniam non poterit vos* [42] *asserere de manu mea.*

30 [43] *Nec est vt vos Ezechias fidere iubeat Domino, dicens, Indubiè liberabit nos Dominus, ne tradatur vrbs ista in potestatem Regis Assyrij.*

31 *Nolite audire Ezechiam, quoniam sic pollicetur Rex Assur,* [44] *Si mihi obsequuti fueritis, vt exeatis ad me,* [45] *comedet quisq; de vite sua, & de ficu sua, & bibet quisq; aquas putei sui,*

32 *Donec veniam & abducam vos ad terram quæ vestræ terræ similis est, terram quæ habet frumentum & vinum, terram quæ habet panem & vineas, terram quæ habet* [46] *oleas, oleum & mel,* [47] *vt viuatis & non moriamini,* [48] *ne audiatis Ezechiam, quoniam seducit vos quum dicit, Dominus liberabit nos.*

33 *Num liberando liberauerunt Dij Gentium, quisque terram suam de manu Regis Assyrij?*

34 *Vbi est Deus* [49] *Hamath & Arphad? Vbi est Deus* [50] *Sepharuaim, Hena, & Jeuuda? potuerunt ne isti liberare Samariam de manu mea?*

35 *Aut quis est ex omnibus Diis* [51] *nationum, qui regionem suam de manu mea asserere potuerit,* [52] *quòd Dominus liberaret Jerusalem de manu mea?*

36 *Tacuit autem populus, nec responderunt ei verbum; præceptum enim Regis erat, qui dixerat, Ne respondeatis ei.*

37 [53] *Venit autem Eliacim filius Hilkia, qui erat præfectus* [54] *prætorio, Sobna scriba, & Joah filius Asaph à commentariis ad Ezechiam, scissis vestibus, & commemorarunt ei verba Rabsace.*

22 Quòd si dixeritis mihi, In Domino Deo nostro habemus fiduciam: nónne iste est cuius abstulit Ezechias excelsa & altaria: & præcepit Judæ & Jerusalem, Ante altare hoc adorabitis in Jerusalẽ?

23 Nunc igitur transite ad Dominum meum Regem Assyriorum, & dabo vobis duo millia equorum, & videte an habere valeatis ascensores eorum.

24 Et quomodo potestis resistere ante vnum satrapam, de seruis domini mei minimis? An fiduciã habes in Ægypto propter currus & equites?

25 Numquid sine Domini voluntate ascendi ad locum istũ, vt demolirer eum? Dominus dixit mihi, Ascende ad terram hanc, & demolire eam.

26 Dixerunt autẽ Eliacim filius Helciæ, & Sobna scriba, & Joahe, Rab-saci, Precamur vt loquaris nobis seruis tuis Syriacè: siquidem intelligimus hanc linguam: & non loquaris nobis Judaicè, audiente populo qui est super murum.

27 Responditq; eis Rab-saces, dicens, Numquid ad dominum tuum, & ad te misit me dominus meus, vt loquerer sermones hos, & non potius ad viros qui sedent super murum, vt comedant stercora sua, & bibant vrinam suam vobiscum?

28 Stetit itaque Rab-saces, & exclamauit voce magna Judaicè, & ait, Audite verba Regis magni, Regis Assyriorum. Hæc dicit Rex:

29 Non vos seducat Ezechias: non enim poterit eruere vos de manu mea.

30 Neque fiduciam vobis tribuat super Dominum, dicens, Eruens liberabit nos Dominus, & nõ tradetur ciuitas hæc in manu Regis Assyriorum.

31 Nolite audire Ezechiam: hæc enim dicit Rex Assyriorum, Facite mecum quod vobis est vtile, & egredimini ad me: & comedet vnusquisq; de vinea sua, & de ficu sua: & bibetis aquas de cisternis vestris,

32 Donec veniam, & transferam vos in terram quæ similis est terræ vestræ, in terram fructiferam, & fertilem vini, terram panis & vinearum, terram oliuarum, & olei ac mellis: & viuetis, & non moriemini. nolite audire Ezechiam, qui vos decipit, dicens, Dominus liberabit nos.

33 Numquid liberauerunt Dij Gentium terram suam de manu Regis Assyriorum?

34 Vbi est Deus Emath & Arphad? vbi est Deus Sepharuaim, Ana & Aua? numquid liberauerunt Samariam de manu mea?

35 Quinam illi sunt in vniuersis Diis terrarum, qui eruerunt regionem suam de manu mea, vt possit eruere Dominus Jerusalem de manu mea?

36 Tacuit itaque populus, & non respondit ei quicquam: siquidem præceptum Regis acceperant vt non responderent ei.

37 Venitque Eliacim filius Helciæ, præpositus domus, & Sobna scriba, & Joahe filius Asaph, à commentariis, ad Ezechiam scissis vestibus, & nunciauerunt ei verba Rabsacis.

E *Blasphemia.*

F

Sennacherib blasphemus probra affecit Deum viuentem.

G

33 Heb. depositio pignore certa cũ domino meo, (id est) cum Rege Assyrio. 34 si posses dare sessores super eos. i. qui more sessorum peritorum eos agere possint. q. d. Non posses inuenire in regno tuo bis mille equites: quomodo ergo poteris, &c. 35 Heb. reuerti facies. quomodo resistere poteris vel minimo ducum, &c. 36 & (tamen) confidis. i. auius es cõficere, quoniã fidebas curribus Ægyptiis. 37 Heb. Etiam (vel, Denique) numquid sine Domino, &c. i. sine mandato Domini. q. d. Non mittor ab alio Rege quam à vestro Deo qui est iratus cõtra vos. 38 intelligimus. 39 Heb. in auribus huius populi. i. audiente populo. 40 Heb. homines qui sedent super murum. i. qui custodiunt muros. 41 Heb. vt comedant excrementa sua, & bibant aquam pedum suorum vobiscum. Aqua pedum, pro vrina, quæ mittitur ad pedes. 42 eruere. 43 Et ne vos faciat fidere Ezechias in Domino. 44 Heb. Facite mecum benedictionem, & egredimini ad me. Chald. paraph. Pacem accipite, vel, leges pacis quas vobis offero, & dedite vos mihi. 45 q. d. permittam vobis vt liberè exire possitis vrbe vestra, & suo concedere vnusquisque causa & ficu sua. 46 Heb. oleam olei. i. ferentes oleum, hoc est, fertiles. 47 & viuetis & non moriemini. 48 vel, & nolite obsequi Ezechiæ. 49 q. d. vbi heus? Eas expugnaui, nec liberauerunt eas Dij earum.

CAPVT XIX.

1 ET factum est, vt Rex Ezechias, audito his sermone, [illegible] vestimenta sua, & operiret se [1] sacco, ingrederetur q; ædem Domini.

2 Misit interim Eliacim qui erat præfectus prætorio, Sobnam [illegible], & seniores sacerdotum indutos saccis ad Jesaiam prophetam filium Amoz,

3 Qui dicerent ad eum, Sic dicit Ezechias, Hic dies est dies angustiæ, correptionis & [2] irritationis, [3] vt

1 QVæ cum audisset Ezechias Rex, scidit vestimenta sua, & opertus est sacco, ingressusque est domum Domini.

2 Et misit Eliacim præpositum domus, & Sobnam scribam, & senes de sacerdotibus opertos saccis, ad Esaiam prophetam filium Amos.

3 Qui dixerunt ei, Hæc dicit Ezechias, Dies tribulationis, & increpationis, & [illegible] hæc dies

A *Mittit Ezechias nuncios ad Esaiam, ob Sennacherib. Esa. 37. 2.*

50 Vrbium nomina aut prouinciarum quas rebellauerat Assyrius. 51 vel, prouinciarũ sub quas superaui. 52 vt diceret posset [illegible] [illegible] CAP. XIX. 1 veste vilissima, qua animi dolorem [illegible] Judæi [illegible] quia Sennacherib minatur obsidionem [illegible] propter rebellionem [illegible] Dominus [illegible] de manu Regis Assyriæ [illegible] Jerusalem [illegible] tribulationis [illegible] [illegible]

intervenerunt filii vsq; ad partum, & vires non habet parturiens.

4 Si forte audiat Dominus Deus tuus vniuersa verba Rab saces, quem misit rex Assyriorum dominus suus, vt exprobraret Deum viuentem & argueret verbis quæ audiuit Dominus Deus tuus: & fac orationem pro reliquiis quæ repertæ sunt.

B 5 Venerunt ergo serui regis Ezechiæ ad Esaiam.

Promittit Deus victoriam Ezechiæ, & regis Assyriæ mortē prædicit.

6 Dixitq; eis Esaias, Hæc dicetis domino vestro, Hæc dicit Dominus: Noli timere a facie sermonū quos audisti, quibus blasphemauerunt pueri regis Assyriorum me.

7 Ecce ego immittam ei spiritum, & audiet nuncium, & reuertetur in terram suam, & deiiciam eū gladio in terra sua.

8 Reuersus est ergo Rab-saces, & inuenit regem Assyriorum expugnantem Lobnam: audierat enim quod recessisset de Lachis.

9 Cumque audisset de Tharaca rege Æthiopiæ, dicentes, Ecce, egressus est vt pugnet aduersum te: & iret contra eum: misit nuncios ad Ezechiam, dicens,

Blasphemia Sennacherib.

10 Hæc dicite Ezechiæ regi Iuda, Non te seducat Deus tuus, in quo habes fiduciam: neque dicas, Non tradetur Ierusalem in manus regis Assyriorum.

C 11 Tu enim ipse audisti quæ fecerunt reges Assyriorū vniuersis terris, quomodo vastauerunt eas: [8] num ergo solus poteris liberari.

[8] tu.

12 Numquid liberauerunt dii Gentium singulos, quos vastauerunt patres mei, Gozan videlicet, & Haran, & Reseph, & filios Eden, qui erant in Thelassar?

13 Vbi est rex Emath, & rex Arphad, & rex ciuitatis Sepharuaim, Ana & Aua?

Petit Ezechias auxiliū contra regem Assur vt cognoscatur Deus Israel esse Deus solus.

14 Itaq; cum accepisset Ezechias literas de manu nunciorum, & legisset eas, ascendit in domum Domini, & expandit eas coram Domino.

15 Et orauit in conspectu eius, dicens, Domine Deus Israel, qui sedes super cherubim, tu es Deus solus regum omnium terræ: tu fecisti cælum & terram.

16 Inclina aurem tuam & audi: aperi Domine oculos tuos, & vide, & audi omnia verba Sennacherib, qui misit vt exprobraret nobis Deum

D viuentem.

17 Vere Domine dissipauerunt reges Assyriorum gentes, & terras omnium.

18 Et miserunt deos eorum in ignem. non enim erant dii, sed opera manuum hominum ex ligno & lapide, & perdiderunt eos.

19 Nunc igitur Domine Deus noster, saluos nos fac de manu eorum, vt sciant omnia regna terræ quia tu es Dominus Deus solus.

[9] eius.

Esaias consolatur Ezechiam, victoriam nuncians.

20 Misit autem Esaias filius Amos ad Ezechiam, dicens, Hæc dicit Dominus Deus Israel. Quæ deprecatus es me super Sennacherib rege Assyriorum, audiui.

21 Iste est sermo quem locutus est Dominus de eo, spreuit te, & subsannauit te virgo filia Sion: post tergum tuum caput mouit, filia Ierusalem.

22 Cui exprobrasti, & quem blasphemasti? contra quem exaltasti vocem tuam, & eleuasti in excelsum oculos tuos? contra Sanctum Israel.

E 23 Per manum seruorum tuorum exprobrasti Domino, & dixisti, In multitudine curruum meorum

quum fetus ad procinctum partus venit, & parientem vis enitendi deficit.

4 [4] *Nimirum audiuit Dominus Deus tuus omnia verba Rab sace, quem rex Assyriorum, dominus eius, misit vt probra iaceret in Deum viuentem, &* [5] *criminaretur verbis, quæ audiuit Dominus Deus tuus. tu ergo* [6] *intendes orationem pro reliquiis quæ* [7] *adhuc supersunt.*

5 [8] *Venerunt ergo serui regis Ezechiæ ad Iesaiam.*

6 *Quibus Iesaias respondit, Sic dicetis ad dominum vestrum, Sic dicit Dominus: Ne timeas propter verba quæ audiuisti, quibus contra me serui regis Assyrii contumeliose loquuti sunt.*

7 *Ecce ego* [9] *mitto in eum ventum, cuius sonitum protinus vt audierit, reuertetur in terram suam: ego verò curabo vt in terra sua gladio corruat.*

8 *Rab saces autem reuersus, offendebat regem Assyriorum oppugnantem Lobnam: resciuerat enim quod* [10] *à Lachis [eo] profectus esset.*

9 *Rumor enim erat de Tharhaca rege Æthiopum, quòd profectus esset ad pugnandum contra eum.* [11] *qui quum reuersus esset, misit [alios] legatos ad Ezechiam cum hisce mandatis.*

10 *Sic refertis Ezechiæ regi Iehuda; Ne te seducat Deus tuus, quo tu fidis vt dicas, Ierusalem non tradetur in potestatem regis Assyriorum.*

11 *Tu enim audiuisti quænam fecerint reges Assyriorum omnibus nationibus eas excindendo, & tu euaderes?*

12 *Num liberarunt dii Gentium eas quas expugnauerunt maiores mei, Gozan, Haran, Rezeph, & filios Eden qui erant in Thalassar?*

13 *Vbi est rex Hamath, rex Arphad, rex ciuitatis Sepharuaim, Hena & Aua?*

14 *Accepit ergo Ezechias* [12] *epistolam de manu legatorum: & quum legisset eam, ascendit in ædem Domini, & expandit* [13] *eam Ezechias coram Domino.*

15 *Orauitq; Ezechias coram Domino in hunc modum, Domine Deus Israelis, qui* [14] *cherubim inhabitas, tu solus Deus es* [15] *omnium regnorum terræ: tu enim fecisti cælum & terram.*

16 *Præbe Domine aurem tuam & ausculta, aperi oculos tuos & inspice, & exaudi verba Sanherib, qui* [16] *legatione misit [?] probra fecit in Deum viuentem.*

17 *Equidem verum esse agnosco Domine, quòd reges Assyrii vastauerint Gentes & regiones earum.*

18 *Quodq; deos earum igni tradiderint: quandoquidem isti non erant dii, sed opus manuum humanarū e ligno aut lapide, vnde & perdiderunt eos.*

19 *Nunc ergo Domine Deus noster, serua quæso nos de manu Sanherib, vt cognoscant omnia regna terræ te solum esse Dominum Deum.*

20 *Misit autem Iesaias filius Amos ad Ezechiam [nuncios] cum huiusmodi mandato, Sic dicit Dominus Deus Israelis, Ea quæ orando petiuisti a me super Sanherib rege Assyriorum,* [17] *audiui.*

21 *Et hoc est verbum quod Dominus contra eum respondet,* [18] *Contempsit ac subsannauit te [ô rex]* [19] *virgo filia Zion, post te caput* [20] *mouit filia Ierusalem.*

22 *Tu verò cui exprobrasti? cui maledixisti? in quem* [21] *extulisti vocem?* [22] *contra quem sustulisti fastum oculorum tuorum? contra sanctum Israelis.*

23 [23] *Missis enim legatis tuis contumelias iecisti in Dominum, & dixisti, copia* [24] *equitatus mei in su-*

4 Heb. Forte audiet, i. signo aliquo declarabit se audisse.
5 vel increparet nos.
6 Heb. leues orationem, i. orationem.
7 Heb. inuentitur. Reliquias appellat duas tribus, Iuda & Beniamin. nam aliæ decem iam deductæ fuerant in Assyriam.
8 Heb. Iam autē venerant. vel, Cum venissent & dixissent supradicta, Esaias dixit illis.
9 Heb. positurus sum in eo spiritum, & audiet auditum, & reuertetur, &c. id est, daturus sum illi voluntatem reuertendi in patriam audito rumore belli quod in eum geret rex Æthiopiæ.
10 vnde scilicet miserat legatos rex Assyriæ.
11 Multa sunt subaudienda, cuiusmodi, Quod quum audisset, soluta obsidione vertit exercitum in regem Æthiopiæ: quo deuicto rursum obsedit Ierusalem. Reuersus igitur, misit, &c.
12 literas. quæ scilicet continebant tales blasphemias.
13 in qua scilicet erāt blasphemiæ. Apud Hebræos plurale est epistolas: relatiuum autem est singulare, vt intelligas vnam ex illis in qua erant blasphemiæ. Aut dicit singulare pro plurali.
14 inhabitas supra cherubim.
15 vel in omnibus regnis.
16 Hic misit eū vt probra iaceret. Relatiuum sine antecedente, misit eum, pro, misit legatum.
17 exaudiui orationem tuam.
18 Præteritū pro futuro, quia est prophetia. Contemnet te, subsannabit te. Verba Domini prædicentis futura regi Syriæ cum-

que alloquentis. 19 Virginem vocat Ierusalem, quòd tum à nullo fuisset expugnata. 20 agitabit, quum scilicet videbit conatus tuos effugatos, & te abire re infecta. 21 exaltasti. 22 & eleuasti in altum oculos tuos: contra sanctum Israel. i. contra Deum quem sanctè colit Israel, vel cuius nomen est sanctificatum in Israel. Hoc dicit, quod eduxerit eum ex Ægypto. 23 Heb. Per legatos tuos, &c. Respondet. 24 curruum meorum, sub. ferentium.

Oratio Ezechiæ. Ambulare in veritate. Fletus.

2 Qui conuertit faciem suam ad parietem, & orauit Dominum, dicens:
3 Obsecro Domine, memento, quæso, quomodo ambulauerim coram te in veritate, & in corde perfecto, & quod placitum est corã te fecerim. Fleuit itaq; Ezechias fletu magno.

Tempus vitæ Ezechiæ prolongatur.

4 Et antequam egrederetur Esaias mediam partem atrii, factus est sermo Domini ad eum, dicens:
5 Reuertere, & dic Ezechiæ duci populi mei, Hæc dicit Dominus Deus Dauid patris tui, Audiui orationem tuam, & vidi lachrymam tuam: & ecce sanaui te: die tertio ascendes templum Domini.

B *Propter se & promissa saluat Deus.*

6 Et addam diebus tuis quindecim annos: sed & de manu regis Assyriorum liberabo te, & ciuitatem hanc, & protegam vrbem istam propter me, & propter Dauid seruum meum.
7 Dixitq; Esaias, Afferte massam ficorum. Quam cùm attulissent, & posuissent super vlcus eius, curatus est.

Dixit Signum sanitatis accipit Ezechias in horoscopo.

8 Dixerat autem Ezechias ad Esaiam, Quod erit signum quia Dominus me sanabit, & quia ascensurus sum die tertia templum Domini?
9 Cui ait Esaias, Hoc erit signũ à Domino, quòd facturus sit Dominus sermonem quem locutus est: vis vt ascẽdat vmbra decem lineis, aut vt reuertatur totidem gradibus?
10 Et ait Ezechias, Facile est vmbram crescere decem lineis: nec hoc volo vt fiat, sed vt reuertatur retrorsum decem gradibus.

C *Recipit munera a rege Merodach. Isa. 39. a Berodach.*

11 Inuocauit itaq; Esaias propheta Dominum, & reduxit vmbram per lineas, quibus iam descenderat in horologio Achaz, retrorsum decem gradibus.
12 In tẽpore illo misit Merodach Baladan filius Baladan rex Babyloniorum, literas, & munera ad Ezechiam: audierat enim quod ægrotasset Ezechias.
13 Lætatus est autem in aduentu eorum Ezechias, & ostendit eis domum aromatum, & aurum, & argentum, & pigmenta varia, vnguenta quoque, & domũ vasorũ suorũ, & omnia quæ habere poterat in thesauris suis. Non fuit verbũ quod non monstrasset eis Ezechias in domo sua, & in omni potestate sua.

monstraret. Increpatur ab Esaia ob ostentos thesauros.

14 Venit autem Esaias propheta ad regem Ezechiam, dixitq; ei, Quid dixerunt viri isti? aut vnde venerũt ad te? Cui ait Ezechias, De terra longinqua venerunt ad me, de Babylone.
15 At ille respondit, Quid viderunt in domo tua? ait Ezechias, Omnia quæcũq; sunt in domo mea viderunt: nihil est enim quod non mõstrauerim eis in thesauris meis.

quæ Captiuitatem Babylonicam prædicit ei.

16 Dixit itaq; Esaias Ezechiæ, Audi sermonem Domini:
D 17 Ecce dies venient, & auferentur omnia quæ sunt in domo tua, & quæ condiderũt patres tui vsque in diem hanc, in Babylonem: non remanebit quicquam, ait Dominus.

2 *Vertebat ergo [Ezechias] faciem suam ad parietem, & orans ad Dominum, dixit:*
3 *Memento quæso Domine quod ambulaui corã te in fide, & integro corde, & quæ tibi placent feci. Fleuitq; Ezechias magno fletu.*
4 *Antequam vero Jesaias egressus esset medium atrii, factus est sermo Domini ad Jesaiam in hunc modum:*
5 *Reuertere, & dicito ad Ezechiam principem populi mei, Sic dicit Dominus Deus Dauid patris tui, Exaudiui precationem tuam, vidi lachrymas tuas, ecce ego te sanabo, ita vt tertio die ascensurus sis in ædem Domini.*
6 *Addam ad dies tuos quindecim annos, & de manu regis Assyriorum liberabo te & vrbem hanc, & protegam vrbem istam propter me, & propter Dauidem seruum meum.*
7 *Et ait Jesaias, Accipite massam ficuum: quã captam posuerunt super vlcus, & conualuit.*
8 *Dixit autem Ezechias ad Jesaiam, Quodnam signum erit quod Dominus sanaturus sit me, & quod sim tertio die ascensurus in ædem Domini?*
9 *Respondit Jesaias, Hoc erit tibi signum à Domino, quod facturus sit rem istã Dominus quam promisit, Visne vt vmbra decem gradibus progrediatur, an vt decem gradibus retrogradiatur?*
10 *Respondit Ezechias, Facile sit vt declinet vmbrã decem gradibus: at non vt retrocedat decem gradibus.*
11 *Clamauit itaq; Jesaias propheta ad Dominum, & retraxit vmbram per gradus quibus descenderat in hora Ahas.*
12 *Eodem tempore misit Merodach Baladan filius Baladan rex Babyloniæ literas & donatiuum ad Ezechiam: audierat enim quod ægrotasset Ezechias.*
13 *Et lætatus est Ezechias super illis, & ostendit eis omnes cellas aromatum, argenti, auri, odorum, vnguentorum optimorum, vniuersum armamentarium suum, & quid quid erat in thesauris suis: nihil erat quod non ostenderet eis Ezechias, cum domi sua, tum per omne regnum suum.*
14 *Venit autem Jesaias propheta ad regem Ezechiã, dixitq; ad eum, Quid dixerunt viri illi? aut vnde venerunt ad te? cui respondit Ezechias, De terra longinqua venerunt ad me, a Babylone.*
15 *Tum ille rursum dixit, Quid inspexerunt domi tuæ? respondit Ezechias, Quid quid est domi meæ inspexerunt, nihil est in thesauris meis quod non ostenderim eis.*
16 *Tunc dixit Jesaias ad Ezechiam, Audi verbum Domini,*
17 *Ecce venient dies, vt Babylonem auferatur quidquid est domi tuæ, & quidquid recondiderunt patres tui vsque ad hunc diem, nec quidquam fiat reliquum, ait Dominus.*

4 sub. lecti. Chald. paraph. ad parietem templi, vel ad templum vt scilicet maiore attentione animi oraret Dominum, auertendo faciem suã ab his qui adstabãt. 5 Hebr. Obsecro Domine, memento quæso. 6 Ambulare coram Deo, est præcepta eius seruare. Dedi operam vt præcepta tua facerem. 7 in veritate & citra hypocrisin. 8 vel scilicet Deus vitam ei prorogaret. 9 i. [illegible] fuerunt mihi gratæ. 10 Id est, ob honorem nominis mei quod Sennacherib ignominia affecit: & ob fœdus quod initi cum Dauide, vt aparcam vrbis. 11 vel, caryças. Scribunt hebræ aridas habere vim excalefaciendi vnde dura tubercula concoquunt, & flatum digerunt. Ex caryçis fecerunt cataplasma. 12 Dixerat autem. Antequam scilicet imponeretur cataplasma. Hæc præcedunt quæ dicta sunt versu superiore: vnde vt rendum per plusquamperfectum. 13 i. conficiat decem gradus per quos [illegible] [illegible] [illegible]. Chaldæus paraph. decem horas. Loquitur de horologio per quod [illegible] horæ [illegible]: [illegible] horæ: [illegible] dicuntur MAALOTH

Hebraice; id est, gradus per quos horæ designantur. 14 Id est, vt declinando conficiat decem gradus: nam talis inclinatio sequitur motum solis. 15 Heb. (nequaquam id volo,) sed vt reuertatur vmbra retrorsum decem gradibus, vel, horis, id est, volo reuertatur à decima ad primam lineam: nam antea eam tum fuisse horam quam vmbilicus prænotabat. Accipio autem decimam horam ab ortu solis. nam in his horologiis designantur horæ [illegible] quales propter dies longiores: vel æquales, vt [illegible] [illegible] noctis diem accipiunt, illi autem ab ortu solis diem naturalem: [illegible] autem diem fuisse productam decem horis, alii viginti, alii XXXII. Doctus inter Hebræos ait decem horas quas in momento fuit vmbra reducta. [illegible] vero magis placet æqualem fuisse diem [illegible] aliis: nam in horologio erant [illegible] lineæ, quas [illegible] [illegible] designabant. Miraculum fuit vmbram retro [illegible] [illegible] [illegible], nec tamen fole, nec secutam esse vmbram motum solis. 6 hæc reductio fuit momentanea. quamdiu autem illic steterit, nescimus: vmbra autem postea sequuta est motum suum postquam hoc innotuit regi & eius seruis.
16 Reduxit sub Dominus.
17 Hebr. in fossa id in quo descenderat, in cochlea quam fecerat Achaz, retrorsum decem gradibus, id est, in horologio solario in quo descenderat sol, siue vmbra quam fecerat Sol obiectu vmbilici, qui in horologium erat affixum in summitate cochleæ quam fecerat Achaz: reduxit inquam retrorsum decem lineis.
18 Vel, munera vt scilicet gratularetur ei de valetudine recuperata. 19 Heb. Et acquieuit illis Ezechias. Petierant enim vt ostenderet quæ visu erant digna in domo sua. In Paralip. legitur, Et [illegible] propter eos, id est, propter eorum aduentum. 20 Hebr. omnium domum desiderabilium, id est, eam partem domus in qua pretiosa quæque erant reposita. Gallice, Le cabinet de ses ioyaux.
21 Argentum, aurum, & aromata, & oleum bonum, id est, vnguenta odorifera, opobalsamum quo vngebantur reges & sacerdotes. 22 Hebr. domum instrumentorum suorum, sub. bellicorum. 23 Vel, dicunt, id est, Quid noui afferunt. 24 q. d. Ut intellexerunt quam clarum sit regnum meum, propterea venerunt. 25 Vel, in regia tua. 26 Fuit. 27 Id est, quod statutum est tibi Dominus: sententiam quam Dominus ob superbiam & ostentationem opum tulit in te.
28 Quasi dicat, quod dico fore, euenietc nam illud per me dixit Dominus.

18 Quin & ex [29] filiis tuis qui ex te prodibunt, quosque generabis, [30] auferent, & erunt [31] eunuchi in aula regis Babylonis.

19 Dixit autem Ezechias ad Iesaiam, [32] Bene verè est consilium Domini quod expromsisti. & dixit, [33] Modo pacata sint atque tuta res diebus meis.

20 Reliquum gestorum Ezechiæ, & [34] omne robur eius, & quod fecerit piscinam & aquæductum, introduxeritque aquas in [35] ciuitatem, annon hæc scripta sunt in libro annalium regum Iehudæ?

21 Dormiuitque Ezechias cum patribus suis, & regnauit Manasses filius eius pro eo.

18 Sed & de filiis tuis qui egredientur ex te, quos generabis *tollentur, & erunt eunuchi in palatio regis Babylonis. — * tollent.

19 * Dixit Ezechias ad Esaiã, Bonus sermo Domini, quem locutus es: sit tantum pax & veritas in diebus meis. — * Dixitque. Pacem & promissam vitæ tempus quindecim annorum petit.

20 Reliqua autem sermonum Ezechiæ, & omnis fortitudo eius, & quomodo fecerit piscinam, & aquæductum, & introduxerit aquas in ciuitatẽ, nónne hæc scripta sunt in Libro sermonum dierum regum Iuda?

21 Dormiuitque Ezechias cum patribus suis, & regnauit Manasses filius eius pro eo. — *Succedit Manasses.*

CAPVT XXI.

1 DVodecim annos natus [1] fuit Manasses quum inaugurearetur regno, regnauitque quinquaginta annis in Ierusalem, nomen matris eius fuit Hephtziba.

2 [2] Designauit autem quod displicuit Domino iuxta abominationes Gentium, quas eiecerat Dominus ante filios Israel.

3 Nam [3] versus extruxit excelsa quæ demolitus fuerat Ezechias pater eius, & erexit aras ipsi Baal, fecit lucum quemadmodum fecerat Achab rex Israelis, [5] adorauit omnem exercitum cæli, & coluit illa.

4 Ædificauitque quoque aras in æde Domini, de qua dixerat Dominus, [6] In Ierusalem ponam nomen meum.

5 [7] Extruxit insuper aras [8] pro omni militia cæli [9] in duobus atriis domus Domini.

6 Traduxit filium suum per ignem, [10] vacabat arti ariolandi & augurüs, instituit pythones & diuinos, & [11] ingentia mala designauit in oculis Domini, [12] vt eum ad iram concitaret.

7 Posuit [13] sculptile lucum quem fecerat, in domo de qua dixerat Dominus ad Dauidem, & ad Salomonem filium eius, In domo ista & in Ierusalem quam elegi ex omnibus tribubus Israelis, ponam nomen meum [14] perpetuo.

8 Nec [15] vltra sinam vt Israel emigret ex hac terra quam tradidi patribus eorum: modo obseruent [16] & faciant iuxta omnia quæ præcepi eis, & iuxta vniuersam legem quam mandauit eis seruus meus Moses.

9 At illi non audierunt: [17] nam seduxit eos Manasses, vt facerent peiora Gentes quas deleuit Dominus a facie filiorum Israel.

10 [18] Et loquutus est Dominus per seruos suos [19] prophetas in hanc sententiam,

11 Eo quod Manasses rex Iehudæ fecit abominationes istas, [20] & in his omnibus malitia superauit Amorrhæos qui ante eum fuerunt, quoque effecit vt Iehuda peccaret idolis suis,

12 Idcirco sic dicit Dominus Deus Israelis, Ecce ego [21] adduco [22] malum super Ierusalem & Iehudam, [23] ita vt quisquis audierit ambæ aures eius tinniant.

13 Et extendam super Ierusalem [24] regulam Samariæ, & [25] pondus domus Achab. & detergam Ierusalem, quemadmodum quis [26] patinam detergit. [27] & eam vertit.

14 [28] Deseram reliquias [29] hæreditatis meæ, & tradam eas in manum hostium ipsorum, & patebunt direptioni & depopulationi omnium hostium suorum,

15 Eo quod malum designarent in oculis meis, & quod irritauerint me, ab eo die quo egressi sunt patres eorum de Ægypto vsque in hunc diem.

1 DVodecim annorum erat Manasses cùm regnare cœpisset, & quinquaginta quinque annis regnauit in Ierusalem: nomen matris eius Haphsiba. — A

2 Fecitque malum in conspectu Domini iuxta idóla Gentium, quas deleuit Dominus a facie filiorum Jsrael. — *Impius Manasses instaurat idola.* 2.Paral.p.33.a

3 Conuersusque est, & ædificauit excelsa quæ dissipauerat Ezechias pater eius. & erexit aras Baal. & fecit lucos sicut fecerat Achab rex Jsrael: & adorauit omnem militiam cæli, & coluit eam.

4 Extruxitque aras in domo Domini, de qua dixit Dominus, In Jerusalem ponam nomen meum. — 2 Reg.7.b

5 Et extruxit altaria vniuersæ militiæ cæli in duobus atriis templi Domini, — *Duo atria.*

6 Et traduxit filium suum per ignem, & ariolatus est, & obseruauit auguria, & fecit pythones, & aruspices multiplicauit, vt faceret malum corã Domino, & irritaret eum.

7 Posuit quoque idolum luci quem fecerat, in templo Domini, super quo locutus est Dominus ad Dauid, & ad Salomonem filium eius, in templo hoc & in Jerusalem quam elegi de cunctis tribubus Jsrael, ponam nomen meum in sempiternum. — B

8 Et vltra non faciam commoueri pedem Jsrael de terra quam dedi patribus eorum, si * custodierint opera omnia quæ præcepi eis, & vniuersam legem quam mandauit eis seruus meus Moyses. — 2.Reg.7.b 3 Reg.9.b * tamen

9 Illi vero non audierunt: sed seducti sunt à Manasse, vt facerent malum super gentes quas contriuit Dominus a facie filiorum Jsrael.

10 Locutusque est dominus in manu seruorũ suorum prophetarum, dicens,

11 Quia fecit Manasses rex Juda abominationes istas pessimas, super omnia quæ fecerunt Amorrhæi ante eum, & peccare fecit etiam Juda in immunditiis suis: — Iere.15.a

12 Propterea hæc dicit Dominus Deus Jsrael, Ecce ego inducam mala super Jerusalem, & Judam: vt quicunque audierit, tinniant ambæ aures eius.

13 Et extendam super Jerusalem funiculum Samariæ, & pondus domus Achab: & delebo Jerusalem, sicut deleri solent tabulæ: delẽs vertam, & ducam crebrius stilum super faciem eius.

14 Dimittam vero reliquias hæreditatis meæ, & tradam eas in manus inimicorum eius: eruntque in vastitatem & in rapinã cunctis aduersariis suis, — C

15 Eo quod fecerint malũ coram me, & perseuerauerint irritantes me, ex die qua egressi sunt patres eorum ex Ægypto, vsque ad hunc diem.

29 i. nepotibus. 30 Vel, auferent. [illegible] 31 Vel, principes. [illegible] CAP. XXI. [illegible]

[illegible] sculptum [illegible] in domo Domini lucum sculptilem. 14 Id est, vt maneat ibi longo tempore. 15 Heb. addam vt [illegible] commoueri faciam pedem Israel. 16 Heb. [illegible] 17 Vel, seduxit [illegible] 18 [illegible] 21 Præsens pro futuro [illegible] 25 Vel, [illegible] 27 Heb. [illegible] 28 Id est, Non tenebo [illegible] 29 tribuum Iuda & Beniamin intelligit.

implerem.

16 Insuper & sanguinem innoxium fudit Manasses multum nimis, donec [a]impleretur Jerusalem vsque ad os: absque peccatis suis quibus peccare fecit Judam, vt faceret malum coram Domino.

17 Reliqua autem sermonum Manasse, & vniuersa quæ fecit, & peccatum eius quod peccauit: nónne hæc scripta sunt in Libro sermonum dierũ regum Juda?

Moritur Manasses.

18 Dormiuitq; Manasses cum patribus suis, & sepultus est in horto domus suæ, in horto Oza: & regnauit Amon filius eius pro eo.

Amon impii patris impius filius regnat pro Manasse.
[b]Jateba.

D 19 Viginti duorum annorum erat Amon cum regnare cœpisset: duobus quoq; annis regnauit in Jerusalem. nomen matris eius Messalémeth filia Harus de [b]Jeteba.

20 Fecitq; malum in conspectu Domini, sicut fecerat Manasses pater eius.

[c]seruierat.

21 Et ambulauit in omni via, per quam ambulauerat pater eius: seruiuitq; immunditiis, quibus [c]seruierat pater eius, & adorauit eas.

22 Et dereliquit Dominum Deum patrum suorum, & non ambulauit in via Domini.

A seruis interficitur Amon.

23 Tetenderuntq; ei insidias serui sui, & interfecerunt regem in domo sua.

24 Percussit autem populus terræ omnes qui coniurauerant contra regem Amon: & constituerunt sibi regem Josiam filium eius pro eo.

Josias filius Amon constituitur rex.

25 Reliqua autem sermonum Amon quæ fecit, nónne hæc scripta sunt in Libro sermonum dierum regum Juda? 26 Sepelieruntque eum in sepulchro suo, in horto Oza: & regnauit Josias filius eius pro eo.

16 *Sed & [10] sanguinis innoxii plurimum fudit Manasses, donec impleret Jerusalem [11] ad summum vsque, [12] supra peccatum quo peccare fecit Jehudam, [13] vt faceret malum in oculis Domini.*

17 *Reliqua gestorum Manassis, & omnia quæ fecit, & peccatum eius quod peccauit, annon hæc scripta sunt in libro annalium regum Jehuda?*

18 *Dormiuitq; Manasses cum patribus suis, & sepultus est in horto domus suæ, in horto Vsæ, [14] regnoq; inauguratus est Amon filius eius pro eo.*

19 *Viginti duos annos natus erat Amon [15] quum regno fuit inauguratus, & regnauit duobus annis in Jerusalem: fuitq; nomen matris eius, Mesullemeth filia Haruz de Jotba.*

20 *Designauit autem malitiam in oculis Domini, sicut fecerat Manasses pater eius.*

21 *Ambulauitq; in omni via, in qua ambulauit pater eius, colens idola quæ & pater eius coluerat, adorauitque.*

22 *Et dereliquit Dominum Deum patrum suorum, & non ambulauit in via Domini.*

23 *Conspirantesq; contra eum serui Amon, interfecerunt regem in domo sua.*

24 *Et percussit populus [16] terræ omnes qui coniurauerant contra regem Amon, & constituit populus terræ regem Josiam filium eius pro eo.*

25 *Reliquum gestorum Amon quæ fecit, annon hæc scripta sunt in libro annalium regum Jehudæ?*

26 *Sepeliuit autem eum (populus) in sepulchro suo in horto Vsæ, & regnauit Josias filius eius pro eo.*

10 i. quamplurimos innocentes occidit. 11 Heb. de ore ad os. i. ad ostium vsq; Gallice, de bout à bout. Chald. parietibus ab extremo vsque ad extremum. Metaphora a vasis quæ aqua aut alio humore impleri solent. 12 præter peccata sua. 13 faciendo. 14 regnauitq; 15 quando regnare cœpit.

16 i. ipsius regionis.

CAPUT XXII.

Josias pius. 2. Paral. 34. a
[a]Adaiæ.

A 1 Octo annorum erat Josias cum regnare cœpisset, & triginta vno anno regnauit in Jerusalem. Nomen matris eius Idida, filia [a]Phadaia de Besecath.

2 Fecitq; quod placitum erat coram Domino, & ambulauit per omnes vias Dauid patris sui: non declinauit ad dexteram, siue ad sinistram.

Josiæ cura, in instaurando templo.
[b]Asalia.
[c]Hebraice.

3 Anno autem octauo decimo regis Josiæ, misit rex, Saphan filium [b]Aslia, filii Messulam, scribam templi Domini, dicens ei:

4 Vade ad Helkiam sacerdotem magnũ, vt confletur pecunia quę illata est in templo Domini, quã collegerunt ianitores templi à populo.

[d]in domo.

5 Deturq; fabris per præpositos [d]domus Domini: qui & distribuant eam his qui operãtur in templo Domini, ad instaurãda sarta tecta templi.

B 6 Lignariis videlicet & cæmentariis, & iis qui interrupta componunt: & vt emantur ligna, & lapides de lapicidinis ad instaurandum templum Domini.

7 Verumtamen non supputetur eis argentum, quod accipiunt, sed in potestate habeant, & in fide.

Deuteronomium reperitur.

8 Dixit autem Helkias Pontifex ad Saphan scribam, Librum legis reperi in domo Domini. Deditque Helkias volumen Saphan scribæ, qui & legit illud.

[e]à præfectis.

9 Venit quoque Saphan scriba ad regem, & renunciauit ei quod præceperat, & ait: Conflauerũt serui tui pecuniam, quę reperta est in domo Domini: & dederũt vt distribueretur fabris [e]ac præfectis operum templi Domini.

10 Narrauit quoque Saphan scriba regi, dicens: Librum dedit mihi Helcias sacerdos.

11 Quem cum legisset Saphan coram rege, & audisset rex verba libri legis Domini, scidit vestimenta sua.

12 Et præcepit Helkiæ sacerdoti, & Ahicam filio

1 *Octo annos natus fuit Josias quum [1] regno inaugurareturetur, [2] regnauitq; triginta annis & vno in Jerusalem. Nomen matris eius fuit Jedida, quæ filia fuit Adaia de Bozcath.*

2 *Hic fecit quod rectum erat in oculis Domini, ambulauitq; in omni via Dauid patris sui: non recessit, neq; ad dextram, neq; ad sinistram.*

3 *Factumq; est in anno decimo octauo regis Josiæ, vt mitteret rex Saphan filium Azaliæ filii Mesullam scribam [3] in domo Domini huiusmodi mandatis:*

4 *Ascende ad Hilkiam sacerdotem magnum, [4] vt in summam redigant pecuniam quæ illata est in domum Domini, quam collegerunt custodes liminis, a populo.*

5 *[5] Denique eam in manus eorum qui opus faciunt, [5] qui constituti sunt super domum Domini, tradantq; eam iis qui faciunt opus in domo Domini, [6] ad sarcienda sarta tecta templi.*

6 *Fabris nempe (lignariis,) structoribus, & [7] mararis, ad comparandum ligna & lapides sculptos, ad [7] instaurandum templum.*

7 *[8] Verumtamen non exigatur ratio ab illis, in quorum manus pecunia illa datur, sed bona fide agant.*

8 *Dixit autem Hilkias sacerdos summus ad Saphan scribam, [10] Codicem legis inueni in domo Domini. tradiditque Hilkias Codicem ipsi Saphan, vt eum legeret.*

9 *Veniens autem Saphan scriba ad regem, retulit ad regem [11] hoc negotium, & ait, [12] Ordinarunt serui tui pecuniam quæ est inuenta in templo, & tradiderunt eam in manum eorum qui opus faciunt præfecti ædis Domini.*

10 *Indicauit quoq; Saphan scriba regi, dicens, Hilkia sacerdos dedit mihi codicem.*

11 *Legitque in eo Saphan coram rege. Et factum est, quum audisset rex verba codicis legis, scidit vestimenta sua.*

12 *Et mandauit rex ipsi Hilkia sacerdoti, & Ahi-*

1 regnare cœpit. 2 ad Jerusalem. 3 Heb. vt ponat sub. conflatæ. i. perfecte & exacte conflet argentũ rude & non dum percussum. Alii, vt perficiat, i. perfecte exigat argentum ab editoribus, &c. 4 Vt ponant eã. 5 hi qui præsunt operi templi. 6 ad instaurãdas rimas, vel, rupturas. 7 cæmentariis. 8 tribulandum. 9 Heb. Tonsum non supputetur eis argentum quod datur in manum eorum: nam cũ fide faciunt: i. ne exigatur ab eis ratio datæ pecuniæ nam ei fideliter adhibebãt. 10 fine, Librum continentem legem. Hic locus indicat impium Manassem sustulisse libros sacros e medio, adeo vt Josias nõ habuerit harum legis ante eum quem inuenit Helcias. 11 Heb. rem. i. responsum. 12 Conflauerũt. Hic locus ostendit argentũ rude fuisse, & non percussum.

cam filio Saphan, & Achbor filio Michaæ, & Saphan scribæ, atq; Asaia ministro regio, dicens:

13 Ite, & [11] sciscitamini Dominum pro me, & pro populo, & pro universo Jehuda de verbis huius codicis inventi: quoniam furor Domini magnus succensus est in nos, quod patres nostri non audierint verba codicis huius, ut facerent iuxta omne illud quod scriptum est nobis.

14 Abiit itaque Hilkias sacerdos, & Ahicam, & Achbor, & Saphan, atque Asaia ad Huldam prophetissam uxorem Sallum filii Tecua filii Harham custodis vestium, quæ habitabat Jerosolymis [14] in altera parte, & loquuti sunt cum ea.

15 Quæ dixit ad eos, Sic dixit Dominus Deus Israëlis: Dicite viro qui vos ad me misit:

16 Sic dixit Dominus, Ecce, ego adduco calamitatem super locum istum, & super eos qui eum inhabitant, [nempe] omnia verba huius codicis quem [15] legit rex Jehuda.

17 Eo quòd dereliquerunt me, & thus incenderunt diis aliis, ut irritarent me in omni opere manuum suarū. [16] & accendatur furor meus contra locum istum, & non extinguetur.

18 Porro ad regem Jehuda, qui misit vos ut consuleretis Dominum, sic dicetis: Sic dicit Dominus Deus [17] Israëlis:

19 Quandoquidem propter verba quæ audisti emollitum est cor tuum, & humiliatus es coram Domino. Quādo autem audivisti quæ minatus sum contra locum istum, & contra habitatores eius, [18] ut fierent in desolationem & execrationem, & conscidisti vestimenta tua, flevistiq; coram facie mea, en & ego exaudivi, dicit Dominus.

20 Idcirco ecce ego [19] colligam te ad patres tuos, & tu colligēris ad sepulchra tua in pace, ut oculi tui non videant universum malum quod ego adduco super locum istum. Hi vero hanc responsionem retulerunt regi.

Saphan, & Achobor filio [a] Micha, & Saphan scribæ, & Asaio servo regis, dicens:

13 Ite, & consulite Dominum super me, & super populo, & super omni Juda de verbis voluminis istius quod inventum est: magna enim ira Domini succensa est contra nos: quia non audierunt patres nostri verba libri huius, ut facerēt omne quod scriptum est nobis.

14 Ierunt itaque Helkias sacerdos, & Ahicam, & Achobor, & Saphan, & Asaia ad Holdam prophetidem uxorem Sellum filii Thecuæ, filii Araas custodis vestium: quæ habitabat in Jerusalem, in Secundā: locutiq; sunt ad eam.

15 Et illa respōdit eis, Hæc dicit Dominus Deus Israel: Dicite viro qui misit vos ad me.

16 Hæc dicit Dominus, Ecce, ego adducam mala super locum istum, & super habitatores eius, omnia verba legis quæ legit rex Juda.

17 Quia dereliquerunt me, & sacrificaverunt diis alienis, irritantes me in cunctis operibus manuum suarum: & succendetur indignatio mea in loco hoc, & non extinguetur.

18 Regi autem Juda qui misit vos ut consuleretis Dominum, sic dicetis: Hæc dicit Dominus Deus Israel:

19 Pro eo quod audisti verba voluminis, & perterritum est cor tuum, & humiliatus es coram Domino, auditis sermonibus contra locum istum, & habitatores eius, quod videlicet fierent in stuporē & in maledictum. & scidisti vestimenta tua, & flevisti coram me, & ego audivi, ait Dominus:

20 Idcirco colligam te ad patres tuos, & colligēris ad sepulchrum tuum in pace, ut non videant oculi tui omnia mala quæ introducturus sum super locum istum.

[a] *Ali. baia.*

C

Josias consulit Dominum per Holdā prophetissam, de libro Deuteronomii neglecto à patribus.

D

Josias credulus verbis Dei, exauditur.

Ploratus.

CAPUT XXIII.

1 QUumque rex [1] misisset, [2] congregati sunt [3] ad eum omnes seniores Jehuda & Jerusalem.

2 Ascendit autem rex in ædem Domini, unà [1] cum omnibus viris Jehuda, & cunctis habitatoribus Jerusalem, cum sacerdotibus & cum [4] prophetis & omni populo, a minore ad maiorem usque, legitq; audientibus ipsis omnia verba libri fœderis, qui repertus fuerat in æde Domini.

3 Et rex stans [5] iuxta columnam, pepigit fœdus coram Domino, [6] nempe ut ambularent post Dominum, & observarent præcepta eius, testimonia eius, atque statuta eius, toto corde, totaque anima, [7] ut rata haberent verba fœderis huius quæ scripta erant in libro illo. [8] Stabatq; universus populus in fœdere illud.

4 Præcepit insuper rex Hilkiæ sacerdoti magno, & sacerdotibus [9] posterioris ordinis, atq; custodibus liminis, ut efferrent ex templo Domini cuncta vasa quæ facta fuerant ipsi Baal, luco, & universæ militiæ cœli, & combussit ea extra Jerusalem in campis Kidron, [10] tulitque pulverem eorum in Beth-el.

5 Abolevit quoque [11] camarim, quos [12] fundaverant reges Jehuda, ut thura incenderent in excelsis & civitatibus Jehuda [13] circumcirca Jerusalem: similiterque eos qui adolebant ipsi Baal, Soli, Lunæ, [14] sideribus, [15] & omni militiæ cœli.

6 Exemit quoque [16] lucum de domo Domini extra Jerusalem ad torrentem Kidron, & combussit eum ibi ad torrentem Kidron, comminuitq; eum in pulverem, & proiecit pulverem eius super sepulchra [17] filiorum populi.

1 ET renunciaverunt regi quod dixerat. Qui misit & congregati sunt ad eum omnes senes Juda & Jerusalem.

2 Ascenditque rex templum Domini, & omnes viri Juda, universiq; qui habitabant in Jerusalem cum eo sacerdotes & prophetæ, & omnis populus à parvo usque ad magnum: legitq; cunctis audientibus omnia verba libri fœderis, qui inventus est in domo Domini.

3 Stetitq; rex super gradum: & fœdus percussit coram Domino, ut ambularent post Dominum, & custodirēt præcepta eius, & testimonia, & ceremonias in omni corde, & in tota anima, & suscitarent verba fœderis huius, quę scripta erant in libro illo. acquievitq; populus pacto.

4 Et præcepit rex Helkiæ pontifici, & sacerdotibus secundi ordinis, & ianitoribus, ut proiicerent de templo Domini omnia vasa quæ facta fuerant Baal, & in luco, & universæ militiæ cœli: & combussit ea foris Jerusalem in Convalle Cedron, & tulit pulverem eorum in Beth-el.

5 Et delevit aruspices quos posuerant reges Juda ad sacrificandum in excelsis per civitates Juda, & in circuitu Jerusalem: & eos qui adolebant incensum Baal, & Soli & Lunæ, & duodecim signis, & omni militiæ cœli.

6 Et efferri fecit lucum de domo Domini foras Jerusalem in Convalle Cedron: & combussit eum ibi, & redegit in pulverem, & proiecit super sepulchra vulgi.

7 Destru-

A

Josias legit Deuteronomiū coram populo.

2. Paral. 34. 6.

Fœdus percutit cum Domino, cuius conditio est observatio legis.

Demolitur idola.

Vasa dicata Baal.

Eccles. 49. 5.

B

Sacerdotes Baal.

Sol.

Luna.

Lucus.

11 requirite. i. consulite Dom. 14 id est in domo secunda, i. in ea parte urbis in qua erat gymnasium. Locus erat in quo habitant ... alii, sed aliū ... nulli erant libri sacri Jerosolymis. Aut est nomen viri. 15 vel, coram legendum. 16 Aut vacat & sic vertere, propterea inquam. 17 Heb. Israelis verba quæ audivisti. sub. dum legeretur liber legis, eventura quidem erant. Nunc sequitur altera versio, Verum quia emollitum ... &c. 18 i. ut locus iste desolaretur & subiaceret divinæ maledictioni. 19 i. sepeliam te cum maioribus tuis, & deferent te in sepulchrū tuum.

CAP. XXIII. 1 sub. nuncios qui convocarēt. 2 Heb. & congregaverunt. sub. illi nuncii. 3 Hoc intelligi debet de maiore parte. 4 Chald. paraph. scribis. Aiunt, si fuissent prophetæ, quod nō consuluissent sed regis Olda in prophetissa . . . Alii aiunt ... sed convocatos postea à rege. Voce Chaldæus vertit scribæ. 5 iuxta quā scil. stare solebat rex in templo. Vel, in suggesto. aut scoc. hoc ... Columnā vocat suggestum, quod esset paululum à terra sublevata. 6 Heb. ut irent, id est, pollicebatur se ambulaturum post Dominum, & sequentia verba leguntur etiā singulari numero. 7 Heb. ut adimpleret vel, & impleturum. 8 Hebr. & stetit omnis populus in fœdere, i. perstitit, vel acquievit universus popul. in eo fœdere. 9 secundi ordinis sub. à pontifice. 10 i. iussit deferendum cinerem in Beth-el, ut altare ibi erectum pollueret. 11 sacerdotes sub. fanorum: privavit sacerdotali dignitate. 12 constituerant. 13 Heb. & in circuitibus. 14 signis i. Ariete, Tauro, Leone & reliquis, quæ solent notari in Zodiaco. 15 q.d. & ut uno verbo dicam, omni militiæ cœlesti. 16 simulachrum luci sculpti. 17 i. vulgi, qui scil. adoraverat lucum illum.

7 Destruxit quoq. ædiculas effœminatorum, quæ erant in domo Domini, pro quibus mulieres texebant quasi domunculas luci.

Excelsa.

8 Congregauitq; omnes sacerdotes de ciuitatibus Juda, & contaminauit excelsa, vbi sacrificabãt sacerdotes, de Gabaa vsq; Bersabee: & destruxit aras portarum in introitu ostii Josue principis ciuitatis, quod erat ad sinistram portæ ciuitatis.

C

9 Verumtamen non ascendebant sacerdotes excelsorum ad altare Domini in Jerusalem: sed tantũ comedebant azyma in medio fratrum suorum.

Thopheth.

10 Contaminauit quoq. Thopheth, quod est in Conualle filii Ennom: vt nemo consecraret filiũ suum aut filiam per ignem Moloch.

Equi & currus Solis.
Altaria idolorum.

11 Abstulit quoq. equos quos dederant reges Judæ, Soli, in introitu temp'l Domini, iuxta exedrã Nathan-melech eunuchi, q erat in Pharurim: currus autem Solis combussit igni.

12 Altaria quoque quæ erant super tecta cœnaculi Achaz, quæ fecerant reges Juda, & altaria quæ fecerat Manasses in duobus atriis templi Domini, destruxit rex: & cucurrit inde, & dispersit cinerem eorum in Torrentem cedron.

Excelsa.
3.Reg.11.b
Astaroth.

13 Excelsa quoq; quæ erant in Jerusalem ad dexteram partem Montis offensionis, ‖ quæ ædificauerat Salomon rex Israel, Astaroth idolo Sidoniorum, & Chamos offensioni Moab, & Melchom abominationi filiorum Ammon, polluit rex.

14 Et contriuit statuas, & succidit lucos: repleuitq; loca eorum ossibus mortuorum.

3.Reg.12.g
Altare Jeroboam.

15 ‖ Insuper & altare quod erat in Beth-el, & excelsum quod fecerat Jeroboam filius Nabat, qui peccare fecit Israel: & altare illud excelsum destruxit atq. combussit, & comminuit in puluerem, succenditq; etiam lucum.

D
Ossa mortuorum.

16 Et conuersus Josias, vidit ibi sepulchra quæ erant in monte: misitq; & tulit ossa de sepulchris, & combussit ea super altare, & polluit illud iuxta verbum Domini quod locutus est vir Dei, qui prædixerat verba hæc.

Ossa prophetæ Dei seruantur.
3.Reg.13.a

17 Et ait: Quis est titulus ille quem video? responderuntq; ei ciues vrbis illius, Sepulchrum est hominis Dei, ‖ qui venit de Juda, & prædixit verba hæc quæ fecisti super altare in Beth-el.

18 Et ait, Dimittite eum, nemo commoueat ossa eius. Et intacta manserunt ossa illius, cum ossibus prophetæ qui venerat de Samaria.

19 Insuper & omnia phana excelsorum, quæ erant in ciuitatibus Samariæ, quæ fecerant reges Israel ad irritandum Dominum, abstulit Josias: & fecit eis secundum omnia * quæ fecerat in Beth-el.

* Opera.
Occidit oẽs sacerdotes Baal.

20 Et occidit vniuersos sacerdotes excelsorum, qui erant ibi super altaria: & combussit ossa humana super ea: reuersusq; est Jerusalem.

E
Celebrat phase.
2.Par.35.a
3.Esd.1.a

21 ‖ Et præcepit omni populo, dicens: Facite phase Domino Deo vestro: secundum quod scriptũ est in libro fœderis huius.

22 Nec enim factum est phase tale à diebus iudicum, qui iudicauerunt Israel, & omnium dierum regum Israel, & regum Juda.

23 Sicut in octauo decimo anno regis Josiæ factum est phase istud Domino in Jerusalem.

Pythones.
Arioli.

24 Sed & pythones & ariolos, & figuras idolorum, & immunditias, & abominationes quæ fuerant in terra Juda, & Jerusalem, abstulit Josias: vt statueret verba legis, quæ scripta sunt in libro quẽ inuenit Helkias sacerdos in templo Domini.

25 Similis illi nõ fuit ante eum rex, qui reuerte-

7 Diruit deinde domos [18] catamitorum quæ erant [19] iuxta domũ Domini, [20] vbi mulieres texebant [21] domunculas ipsi luco.

8 Et [22] adduxit omnes sacerdotes ex ciuitatibus Jehuda, & [23] comminauit excelsa vbi sacerdotes adolebant, à [24] Geba vsque ad Beersebah, & diruit excelsa [25] portarum, quæ erant ad ostium portæ Jehosuæ præfecti vrbis, quæ ad sinistram erant [26] cuique in porta ciuitatis.

9 Verumtamen [27] non ascenderunt sacerdotes excelsorum [28] ad aram Domini in Jerusalem, sed comedebant placentas infermentatas [29] inter fratres suos.

10 Porro & Tophet prophanauit quod est in valle filiorum Hinnom, ne quis traduceret filium suum aut filiam suam per ignem ipsi Molech.

11 Aboleuit denique equos quos dederant reges Jehudæ Soli in introitu templi Domini, iuxta cœnaculũ Nethan-melech [30] eunuchi [31] qui erat in Parvarim: etiam [32] quadrigas Solis igne combussit.

12 Sed & altaria quæ erant super tectum cœnaculi Achaz quæ fecerant reges Jehudæ, & altaria quæ fecerat Manasses in duobus atriis domus Domini confregit rex, & [33] currens inde projecit puluerẽ in torrentem Kidron.

13 Excelsa quoque quæ erant e regione Jerusalem, (id est) ad dexteram montis [34] vastationis, quæ [35] ædificauerat Salomon rex Israelis ipsi Astoreth [36] idolo Zidoniorum, & ipsi Chamos idolo Moab, & ipsi [37] Milchom idolo filiorum Ammon, prophanauit rex.

14 Confregitq; statuas, & succidit lucos, & impleuit locum eorum [38] ossibus humanis.

15 Sed & altare quod erat in [39] Beth-el, & excelsum quod fecerat Jerobeam filius Nebat, quo ille adduxit ad peccatum Israelem: illud quoque altare & excelsum confregit, & combussit excelsum, comminuitq; in puluerem, & succendit lucum.

16 Versus autem Josias [40] vidit sepulchra quæ illic erant in monte, mittensq; tulit ossa de sepulchris, & concremauit (ea) super altari, [41] et prophanauit illud iuxta verbum Domini quod prædixerat vir Dei, qui verba illa [42] prædixerat.

17 Dixit enim, [43] Quid hoc statua quam ego video? responderuntque ei ciues [44] vrbis, Sepulchrum est viri Dei, qui venit de Jehuda, & [45] prædixerat hæc verba quæ fecisti super altare Beth-el.

18 Qui dixit, Sinite eum quiescere, nemo loco moueat ossa eius. Ita [46] intacta sunt ossa eius cum ossibus [47] prophetæ, qui de Samaria venerat.

19 Omnes denique domos excelsorum quæ erant in ciuitatibus Samariæ quas fecerant reges Israelis ad irritandum Dominum, abstulit Josias, fecitque eis [48] quemadmodum fecerat omnibus in Beth-el.

20 Et mactauit cunctos sacerdotes excelsorum qui erant ibidem super altaribus, atque combussit ossa humana super illis, reuersusque est Jerosolymam.

21 Et præcepit rex vniuerso populo, dicens: Celebrate Pascha Domino Deo vestro, secundum quod scriptum est in libro fœderis huius.

22 Nec [49] fuit tale Pascha à diebus Judicum qui iudicauerunt Israelem, & cunctis diebus regum Israelis, atque regum Jehudæ.

23 Anno decimo octauo regis Josiæ factum est Pascha illud Domino in Jerusalem.

24 Sed & pythones, magos, [50] idola, atque cunctas abominationes quæ conspiciebantur in terra Jehudæ, & in Jerusalem expurgauit Josias, vt [51] rata haberet verba legis quæ scripta erant in codice, quem reperierat Hilkias sacerdos in domo Domini.

25 Ante eum non fuit talis rex, qui conuersus fuerit

18 vel, scortorũ masculorum.
19 Heb. in domo.
20 ... Non solũ Herbas ... sed etiã ... populo ...
21 In quibus &c. Adeo inualuerat cultus luci vt fierent extructæ ædiculæ in templo ... & cum sacerdotib. luci qui operam ... scortatio spiritualis.
22 vel, corripuit.
23 accersiuit.
23 l. polluta declarauit.
24 Hæc erat in tribu Beniamin.
25 l. quæ erant ad portas.
26 sub introitũ.
27 sub. ex eo tempore. Sacerdotes excelsorũ erant de Leuitis & veris sacerdotibus.
28 vt scil. illic sacrificarent.
29 à quib. aliis sacerdotibus comedebãt de oblatis, priuati tamen dignitate sacrificandi in Jerusalem.
30 vel, principis.
31 Qui erat in suburbiis, extra fer. erant Orientem versus. Equi de quib. hic loquitur erant inter veteranos, quibus cum iis eque stres vtuntur, & alius tribubus, qui quando Solem orientem salutabant ...
32 Per currus Solis fortasse intelligendi sunt currus quib. vehebantur cultores eius dii quæ ... ad obeunda ... Solis ...
33 Hebraice ...
34 vel, destructionis. l. Oliueti, ita dicitur ... quia ...
35 l. per miserat extrui.
36 Heb. abominationi.
37 Milchom & Molech sunt nomina eiusdem idoli. 1.Reg.11.
38 vt scil. ea maneret polluta ...

Verbum ... ostium, sacra loca contaminabantur. 39 Intelligit eã Beth-el q̃ est in regno Israel. 3.Reg.13. 40 Verba hæc ... possunt verti per plusq. ... vidit ... 41 & polluerat. 42 vel, clamauerat. 43 ... vult hæc, &c. 44 sub. Beth-el. 45 vel, prædixit. 46 liberauerunt ... effecerunt vt ossa eius intacta remanerent, hi ... in ... regi ... 47 Hic ... ponitur. 48 Heb. iuxta omnia opera quæ fecerat ... fecit iis quæ fecerat illis q erant in Beth-el. 49 sub. celebratum cum tanta ... 50 Heb. ... proprie ... 51 vel, rata efficeret, i. confirmaret, aut constabiliret robur verbis legis.

ad Dominum toto corde suo, tota anima sua, totisq; viribus suis, iuxta vniuersam legem Mosis, nec exortus est post eum talis.

26 Verumtamen Dominus non est auersus ab æstu vehementi furoris sui, quo concitatus erat furor eius aduersus Jehudam propter cunctas irritationes quibus prouocauerat eum Manasses.

27 Dixitq; Dominus, Jehudam quoq; auferam à conspectu meo, quemadmodum abstuli Israelem, & [52] auersabor ciuitatem istã quam elegeram, nempe Jerusalem, & ædem de qua dixeram, Nomen meum erit illic.

28 Reliquum rerum Josiæ, & omnia quæ gessit, annon hæc scripta sunt in libro annalium regum Jehudæ?

29 In diebus eius ascendit Pharao Necho rex Ægypti contra regem Assyriorum ad fluuium Euphraten, cui dum [53] obuiam proficiscitur rex Josias, [54] eo conspectu occidit eum in [55] Megiddo.

30 [56] Serui eius deuehentes eum mortuum de Megiddo, [57] vexerunt eum Jerosolymã, & sepelierunt eum in sepulchro suo.

31 Porrò populus terræ accepit filium Josiæ ipsum Jehoahaz, quem vnctum constituerunt regem pro patre suo. Viginti tres annos natus fuit Jehoahaz [58] quum regno inaugurabatur, regnauitque tribus mensibus in Jerusalem. nomen matris eius fuit Hamutel, filia fuit Jeremiæ de [59] Libna.

32 Is designauit malum in oculis Domini, iuxta omnia quæ designauerant patres sui.

33 [60] Vinxit autem eum Pharao Necho in Ribla [quæ erat] in regione Hamath, [61] quòd regnum occupasset Jerosolymis: imposuit insuper mulctam super terrã, argenti centum talenta, auri vnum.

34 Tum constituit Pharao Necho regem ipsum Eliacim filium Josiæ pro Josia patre eius, mutauitq; ei nomen Jehoiacim. Porrò ipsum Jehoahaz tulit, qui veniens in Ægyptum, illic moritur.

35 Jehoiacim autem [62] pendit Pharaoni argentum hoc & aurum, [63] indicto tamen stipendio regioni, vt daretur pecunia iuxta imperium Pharaonis, à quoque [64] iuxta æstimationem exigens argentum & aurum, idque ab [vniuerso] populo terræ, vt daret [hoc] Pharaoni Necho.

36 Viginti quinque annos natus fuit Jehoiacim [65] quũ inaugurarettur regno, regnauitq; vndecim annis Jerosolymis. Nomen matris eius fuit Sebuda, quæ fuit filia Pedaia de Ruma.

37 Hic designauit [66] malum in oculis Domini iuxta omnia quæ designauerant patres eius.

retur ad Dominum in omni corde suo, & in tota anima sua, & in vniuersa virtute sua iuxta omnem legem Moysi: neq; post eum surrexit similis illi. *Laus Josiæ Toto corde conuer sus ad Deum.* F

26 Verumtamen nõ est auersus Dominus ab ira furoris sui magni, quo iratus est furor eius contra Judam: propter irritationes quibus prouocauerat eum Manasses.

27 Dixit itaque Dominus, Etiam Judam auferã à facie mea, sicut abstuli Israel: & proiiciam ciuitatem hanc quam elegi, Jerusalem, & domum de qua dixi, Erit nomen meum ibi. *Prædicitur hic euersio Juda, de qua infr. 24. a.*

28 Reliqua autem sermonum Josiæ, & vniuersa quæ fecit, nõnne hæc scripta sunt in Libro verborũ dierum regum Judæ?

29 ¶ In diebus eius ascendit Pharao [a] Nechao rex Ægypti contra regem Assyriorum ad flumen Euphraten: & abiit Josias rex Juda in occursum eius: & occisus est in Mageddo cum vidisset eum. *Occiditur Josias.* *2. Paral. 35. a* *a Necho.*

30 Et portauerunt eum serui sui mortuum de Mageddo: & pertulerunt in Jerusalem, & sepelierunt eum in sepulchro suo.

31 ¶ Tulitq; populus terræ Joachaz filium Josiæ: & vnxerunt eum, & constituerunt eum regem pro patre suo. Viginti trium annorum erat Joachaz cũ regnare cœpisset, & tribus mensibus regnauit in Jerusalem: nomen matris eius Amital, filia Jeremiæ de Lobna. *Succedit filius eius Joachaz.* *2. Paral. 36. a* G

32 Et fecit malum coram Domino, iuxta omnia quæ fecerant patres eius.

33 Vinxitq; eum Pharao Nechao in [b] Reblatha, quæ est in terra Emath, ne regnaret in Jerusalem, & imposuit mulctam terræ centum talentis argenti, & talento auri. *b Rebla.* *Capitur Joachaz à Pharaone.*

34 Regemq; constituit Pharao Nechao Eliacim filium Josiæ, pro Josia patre eius: vertitq; nomen eius Joacim. Porrò Joachaz tulit, & duxit in Ægyptum. *Substituitur Eliacim fius Joacim.*

35 Argentum autem, & aurum dedit Joacim Pharaoni, cum indixisset terræ per singulos, vt conferretur iuxta præceptum Pharaonis: & vnumquemque iuxta vires suas, exegit, tam argentum, quam aurum de populo terræ: vt daret Pharaoni Nechao.

36 Viginti quinque annorum erat Joacim cum regnare cœpisset: & vndecim annis regnauit in Jerusalem: nomen matris eius [c] Zebida filia Phadaia de Ruma. *Initiũ est Cap. XXIV. vt contextus ostendit.* *c Zebuda.*

37 Et fecit malum coram Domino iuxta omnia quæ fecerant patres eius.

CAPVT XXIV.

1 Ascendit [1] in diebus eius Nebucad nezar rex Babyloniorum, cui seruus est factus Jehoiacim tribus annis, [2] sed versus defecit ab eo.

2 Misit autem in eum Dominus [3] grassatores Chaldæos, grassatores Syros grassatores Moabitas, & grassatores ex Ammonitis, quos misit in Jehudam vt eum perderent, iuxta verbum Domini quod loquutus erat per seruos suos prophetas.

3 Verumtamen iuxta [4] os Domini hoc factum est contra Jehudam, vt tolleret [eum] à facie sua, cum propter peccata Manassis, iuxta omnia quæ designauerat:

4 Tum etiam propter sanguinem innocentem, quem effuderat, repleueratq; Jerusalem sanguine innoxio, adeo Dominus nolens [6] propitius esse.

5 Reliquum gestorum Jehoiacim, & omnia quæ fecit, annon hæc scripta sunt in libro annalium regum Jehudæ?

1 IN diebus eius ascendit Nabuchodonosor rex Babylonis, & factus est ei Joacim seruus tribus annis: & rursum rebellauit contra eum. A *Joacim fit seruus regi Babyloni.*

2 Immisitq; ei Dominus latrunculos Chaldæorum & latrunculos Syriæ, & latrunculos Moab, & latrunculos filiorum Ammon: & immisit eos in Judam, vt disperderent eum iuxta verbum Domini quod locutus fuerat per seruos suos prophetas.

3 Factum est autem hoc per verbum Domini contra Judam, vt auferret eum coram se propter peccata Manasse vniuersa quæ fecit:

4 Et propter sanguinem innoxium quem effudit, & impleuit Jerusalem cruore innocentium: & ob hanc rem noluit Dominus propitiari.

5 Reliqua autem sermonum Joacim, & vniuersa quæ fecit, nonne hæc scripta in Libro sermonum dierum regum Judæ? B

52 vel, abominabor.
53 incuriosus scilicet aliud agens inuaderent Jerusalem.
54 sub. in armis. i. quum intellexisset eum paratum esse ad pugnandũ. Pharao profic[i]scebatur in Carcemis vrbem sitam apud Euphratem, de qua regem Syriæ expulerat rex Assyriæ, quam hic Pharao vellet restituere regi Syriæ, cũ cepisset copias aduersus regem Assyriæ, & transiuit per Judam. Quod nescientes, aut forte dissimulans se scire Josias, congressus est cum Pharaone in tribu Juda, & ab eo pro Pharaone interfectus fuit.
55 Erat vrbs in tribu Juda.
56 Heb. Et imposuerunt eum in currum serui eius mortuum è Megiddo.
57 & peruexerunt.
58 quum regnare cœpit.
59 Erat vrbs Judæ.
60 i. Coniecit eũ in vincula.
61 Duplex est lectio apud Hebræos, in regnando in Jerusalem, vel, à regnando in, &c. i. dum regnaret, vel ne posset regnare in Jerusalem.
62 i. effecit vt Pharao reciperet mulctam indictam.
63 Hebr. verum [illegible] terram, vt daret pecuniam, &c. q. d. Non detrectauit tributũ, sed [illegible] facultates habuerant in ea regione, vt daret pecuniam.
64 sub. facultatum. i. pro ratione facultatum.
65 quum regnare [illegible]
66 Malum hic [illegible] aut [illegible] aut idololatriam.
CAP. XXIV.
1 i. sub finẽ tertii anni regni eius. Daniel. 1. a. Vel, Quarto anno ab eo quo regnare cœperat Joacim, venit Nabuchodonosor, & cepit ciuitatẽ.

[illegible] Nabuchodonosor [illegible] Joacim annũ vnum in vinculis, postea [illegible] pensione tributo [illegible] post tres annos negauit, vnde [illegible] Nabuchodonosor [illegible] Jerusalem, & sepulturæ [illegible] Paral. [illegible] vel, [illegible] 4 vel, sententiam. i. lata sententia [illegible] Ostendit tubicas sententiam qua prædixerat se abducturum Judam in captiuitatem. 5 repleuerat eum. 6 parcere.

9. Et dos.

Moritur Joacim: Succedit Joachin.

6 Et dormiuit Joacim cum patribus suis: & regnauit Joachin filius eius pro eo.

7 Et vltrà nō addidit rex Ægypti vt egrederetur de terra sua: tulerat enim rex Babylonis à riuo Ægypti, vsq; ad fluuium Euphraten, omnia quæ fuerant regis Ægypti.

8 Decem & octo annorum erat Joachin cum regnare cœpisset: & tribus mensibus regnauit in Jerusalem: nomē matris eius * Nohestha filia Elnathā de Jerusalem.

** Nehusta.*

9 Et fecit malum coram Domino, iuxta omnia quæ fecerat pater eius.

Jerusalem obsidetur à Babyloniis. Danie. 1.a

10 ¶ In tempore illo ascēderunt serui Nabuchodonosor regis Babylonis in Jerusalem, & circumdata est vrbs munitionibus.

C

11 Venitq; Nabuchodonosor rex Babylonis ad ciuitatem * cum seruis suis vt oppugnarent eam.

** quum serui eius oppugnarent.*

12 Egressusq; est Joachin rex Juda ad regem Babylonis, ipse & mater eius, & serui eius, & principes eius, & eunuchi eius, & suscepit eum rex Babylonis anno octauo regni sui.

Joachin se tradit regi Babyloniorum.

13 Et protulit inde omnes thesauros domus Domini, & thesauros domus regiæ: & concidit vniuersa vasa aurea quæ fecerat Salomon rex Jsrael in templo Domini iuxta verbum Domini.

D

14 Et transtulit omnem Jerusalem, & vniuersos principes, & omnes fortes exercitus, decem millia, in captiuitatem, & omnem artificem & inclusorē: nihilque relictum est, exceptis pauperibus populi terræ.

Joachin transfertur in Babylonem. Esth. 2.a

15 ¶ Transtulit quoq; Joachin in Babylonem & matrem eius, & vxores regis, & eunuchos * regis: & iudices terræ duxit in captiuitatem, de Jerusalem in Babylonem.

** eius:*

16 Et omnes viros robustos, septem millia, & artifices & inclusores mille, oēs viros fortes & bellatores: duxitq; eos rex Babylonis captiuos in Babylonem.

*Mathanias, qui & Sedecias Jere. 37. a. & 52. a * Mathaniam Initiū est cap. 25. vt res ipsa ostendit.]*

17 * Et constituit Matthaniā patruum eius pro eo: imposuitq; nomen ei Sedeciam.

18 Vicesimum & primum annum ætatis habebat Sedecias cū regnare cœpisset, & vndecim annis regnauit in Jerusalem: nomē matris eius erat Amital, filia Jeremiæ de Lobna.

19 Et fecit malum coram Domino, iuxta omnia quæ fecerat Joacim.

20 Irascebatur enim Dominus contra Jerusalem & contra Judam, donec proiiceret eos a facie sua: recessitque Sedecias à rege Babylonis.

6 [7] *Dormiuit itaq; Jehoiakim cum patrib. suis, & regnauit Jehoiachin filius eius pro eo.*

7 *Porro rex Ægypti amplius non [8] egressus est terram suam, quoniam rex Babylonis occupauerat omnia quæ erant regis Ægypti, à fluuio Ægypti, vsque ad fluuium Euphraten.*

8 *Jehoiachin natus erat decem & octo annos [9] quum cœpisset regnare, regnauitq; [10] tribus mensibus Jerosolymis. Nomen matris eius Nehusta, quæ filia fuit Elnathan de Jerusalem.*

9 *Designauit & is malum in oculis Domini, iuxta omnia quæ fecerat pater eius.*

10 *Sub idem tempus ascenderunt serui Nebucadnezar regis Babylonis contra Jerusalem, venitq; ciuitas in obsidionem.*

11 *Sed & Nebucadnazar rex Babel venit contra vrbem, [11] & oppugnabant serui eius.*

12 [12] *Egressus est ergo Jehoiachin rex Jehuda ad regem Babylonium, ipse & mater eius, serui eius, principes eius, atq; eunuchi eius, & tulit eum rex Babylonis anno octauo regni sui.*

13 *Et extulit [13] illinc omnes thesauros domus Domini, & thesauros domus regis, & [14] concidit omnia vasa aurea quæ fecerat Solomon rex Israelis in æde Domini, sicut [15] loquutus fuerat Dominus.*

14 *Transtulit deinde omnem Jerosolymam, omnes proceres, & omnes heroes fortes, nempe decem millia, [16] in captiuitatem, omnes artifices atque [17] inclusores: nihil fuit reliquum præter [18] inopem plebem terræ.*

15 *Transtulit & Jehoiachin in Babylonem, & matrem regis, vxores regis, eunuchos eius atque [19] potentes terræ. hos abduxit in captiuitatem de Jerusalem in Babylonem.*

16 *Omnes deniq; viros belli aptos, nempe septem millia, item artifices & [17] inclusores mille, & [20] quidquid roboris erat bello aptum duxit rex Babylonis in captiuitatem Babylonem.*

17 *Constituit autem regem rex Babylonis Mathaniam patruum eius pro eo, & mutauit ei nomen Zedekiam.*

18 *Viginti vnū annos natus erat Zedekias [21] quū inauguraretur regno, regnauitq; vndecim annis in Jerusalē. nomen matris eius fuit Hamital, quæ filia fuit Jeremiæ de Libna.*

19 *Designauit autem malum in oculis Domini iuxta omnia quæ fecerat Jehoiakim.*

20 [22] *Etenim iuxta furorem Domini actum est contra Jerusalem & Jehudam, donec proiiceret eos à conspectu suo, & rebellauit Zedekias aduersus regem Babylonis.*

CAPVT XXV.

A

Rebellante Sedecia, Jerusalē obsidetur à Nabuchodonosor; Iere. 39. a. & 52. b Ramos.

1 Factum est autem anno nono regni eius, mense decimo, decima die mēsis, venit Nabuchodonosor rex Babylonis, ipse & omnis exercitus eius in Jerusalem, & circumdederunt eam: & extruxerunt in circuitu eius munitiones.

2 Et clausa est ciuitas atq; vallata, vsq; ad vndecimum annum regis Sedeciæ.

3 Nona die mensis, præualuitq; fames in ciuitate, nec erat panis populo terræ.

4 Et interrupta est ciuitas: & omnes viri bellatores nocte fugerunt per viam portæ, quæ est inter duplicem murum ad hortum regis (porro Chaldæi obsidebant in circuitu ciuitatem;) fugit itaq; Sedecias per viam quæ ducit ad campestria solitudinis.

B

5 Et persecutus est exercitus Chaldæorū, regē, comprehenditque eum in planitie Jericho: & omnes bellatores qui erant cum eo, dispersi sunt, & reliquerunt eum.

1 *Et factum est anno nono quum regnaret [Zedekias,] mense decimo, decima [die] mensis, vt veniret Nebucad nazar rex Babylonis, ipse & omnis exercitus eius, contra Jerusalem: & obsedit eam, & [1] excitauit aduersus eam [a] munitiones per circuitum.*

2 *Obsessaq; est vrbs vsq; in vndecimum annum [b] Zedekiæ regis.*

3 *Nona [4] mensis inualuit fames in vrbe, [adeo] vt non esset cibus populo terræ.*

4 [3] *Scissa igitur vrbe, [fugerunt] noctu omnes viri bellatores, ea via quæ est ad portam [6] inter duos muros [7] iuxta hortos regios (Chaldæis vrbem circumsidentibus) [8] abiitq; vnus versus campestria.*

5 [9] *Insequutus autem exercitus Chaldæorum, apprehendit regem (Zedekiam) in campis Jericho, quū vniuersus exercitus eius [10] dissipatus esset ab eo.*

7 Hic locus simpliciter pertinet ad mortē Joacim, non etiā ad sepulturā: quia sepultura asinorū sepult⁹ est. Iere. 22. 8 Sub. vt veniret in Terrā sanctā. 9 Sub. mortuo patre. Cū attigisset octo annos, regnare cœpit cū patre suo Joachim, & cū illo decē annos regnauit, quo defuncto solis tres menses regnauit. Anni quibus regnant filii cū parentib. aliquādo filiis tribuuntur. 10 Sub. mortuo patre, tu est, sol[i]. 11 quo obsidebant serui eius. 12 Egred. ab... dederat se ponit... & in potestatē victoris venit. 13 idq; de Jerusalē. 14 Vel, cōcidi fecit... 15 s. prædixerat per Esaiā, ca. 39. huius libri. 16 captiuorū. 17 Chaldæus paraph. inclusores, i. custodes vrbis. vel vt ait doctus inter Hebræos, eos qui stringebant enses, hoc est, milites. Aut potius, inclusores, sub. castrorū. i. per tota castrametanda. Vide Iere. 24. 18 Heb. paupertatem populi. 19 Heb. fortes. de principes. 20 Hebr. omnes fortes bellū facientes. i. bello aptos. siue bellicosos. 21 quum cœpisset regnare. 22 Heb. Nā cū ira Domini erat... sic... gatio in Jerusalē & Juda, donec proiiceret eos à facie sua, tum rebellauit Sedecias. Nā irritato & egrediente Domino, cōgregatio eorū, q. Domini erat, nec abducti fuissent in captiuitatē, erat in Jerusalē & Juda: donec eiceret eos de Terra sancta in qua erat templū. Domini, in quo, facies ipsius Domini erat, siue in quo præsentiam suam exhibebat. prouide rebellauit Sedecias. hoc est, permittente Deo, vt rebellaret Sedecias, ab... ducti fuerunt. Verū

...... Nā tantā irā conceperat Dominus contra Jerusalē, vt permitteret rebellare Sedeciā ... de terra sua in captiuitate. CAP. XXV. 1 extruxerunt. vel extruxerunt sub. fabri. 2 turres ligneas. ... 4 Vel, regni Sedeciæ. 4 Sub. mensis. Vide Iere. 39. 5 crebris scilicet ictibus arietū. Omittitur verbū, vt intelligamus fugā fuisse præcipitem ... 6 subd. porta erat inter &c. Hæc porta erat occulta duob⁹ muris, ad hunc modū postica ... Vnc... per duos muros, intellige murū & antemurale, 7 sub. qui muros erat &c. 8 abiitq; per viā solitudinis, ... regionem campestrem. 9 Insequuti sunt autem exercitus Chaldæorum regem, & ... 10 ... dilapsus esset.

6 Comprehensum ergo regem, adduxerunt eum in Reblam ad regem Babylonium,[11] vbi iure damnauerunt eum.

7 Porro filios Zedekiæ trucidarunt in conspectu eius, & oculos Zedekiæ [12] cæcos reddidit, vinxitq; eum duabus catenis, & perduxit eum Babylone.

8 Mense quinto, septima [13] die mensis, (is erat annus decimusnonus regis Nebucad nezar regis Babylonia,) venit Nebusar adan præfectus [14] rerum capitaliũ, seruus regis Babylonis Jerosolyma.

9 Et incendit ædem Domini, & domum regis, omnes denique domus Jerosolymitanas, & cunctas ædes [15] magnificas incendit igne.

10 Muros insuper Jerosolymorũ qui ambiebant (vrbem,) diruit vniuersus exercitus Chaldæorum, qui erat [16] cum præfecto rerum capitalium.

11 Quis vero reliqui de populo in vrbe facti erant, quiq; profugerant ad regem Babylonis, & qui reliqui facti erant ex vulgo, hos inquam transportauit Nebusar adan præfectus [14] rerum capitalium.

12 [17] Pauperes autem terræ reliquit Nebusar adan præfectus [14] capitalium rerum, vt vineas & agros colerent.

13 Porro columnas æreas quæ erant in æde Domini, [18] machinas, & mare æneum quod erat in æde Domini, comminuerunt Chaldæi, & omne [19] æs eorum tulerunt Babylonem.

14 Lebetes, scopas, [20] cultros, cochlearia, & omnia vasa ænea quibus ministrabatur, tulerunt.

15 [21] Receptacula ignis, peluesq; sparsorias, [22] quarum alia aurea erant, alia vero argentea, tulit præfectus [14] rerum capitalium.

16 [23] Columnarum ambarum, maris æ[nei] vnius, & machinarum, omniumq; vasorum illorum quæ fecerat Salomon pro æde Domini, pondus æris rationem superabat.

17 [24] Erat enim columnæ vnius altitudo decem & octo cubitorum: eratq; [25] epistylium æneum super ipsam, & altitudo epistylii trium erat cubitorum: super epistylio erat [26] rete in circuitu, & mala punica per ambitum: omnia erat ænea. [27] Ad hunc modum erat & altera columna cum reti.

18 Tulit quoq; Nebusar adan præfectus [14] capitalium rerum Sariam primarium sacerdotem, & Zephaniam sacerdotem [28] secundum ab eo, tresq; custodes [29] liminis.

19 Ex vrbe autem tulit Eunuchum vnum, qui erat magister militum, & quinq; viros [30] ministros regis, qui inueniebantur in vrbe: [31] scribam denique exercitus, ex populo terræ in militiam conscribendi officio præfectum, cum sexaginta viris de populo terræ inuentis in vrbe:

20 Tulit hos inquam Nebusar adan præfectus [14] rerum capitalium, & abduxit eos in Reblam ad regẽ Babylonis.

21 [32] Et percussit eos rex Babylonis & occidit eos in Rebla in terra Hamath: [33] sic abduxit Jehudam captiuum è terra sua.

22 Reliquo autem populo, quem reliquum fecit Nebucad nezar rex Babylonis in terra Jehuda, præfecit Gedoliam filium Ahicam filii Saphan.

23 Audientes autem omnes proceres [14] exercitus, ipsi (scilicet & [35] cæteri) viri, quod præfecisset rex Babylonis Gedoliam, venerunt ad Gedoliam in Mizpa, [36] Nimpe Ismael filius Nethaniæ, Johanan filius Karea, Seraia filius Thanhumet Netophathites, & Jaazanias [37] filius Maachati, hi [38] cum militibus suis.

11 Heb. & loquuti sunt cũ eo iudicium. i. acriter eum increpauerunt quod fœdus datum regi violasset.
12 Vel, excæcauit,
13 Antecedẽs pro relatiuo, pro, die eiusdem.
14 Heb. lanionũ. Chald. par. militum. Hebræi vocant milites lanios, ob cædẽ. vt nos Galli dicim' de cæde ingenti, On a fait vne grande boucherie,
15 magnatum.
16 cum principe laniorum.
17 Heb. De paupertate terræ. i. de pauperrimis eius regionis aliquot reliquit &c.
18 bases,
19 æs eorum. i. vnde illa erãt facta, & constabãt.
20 psalteria.
21 vel, acerras.
22 Heb. quæ aurea, aureas quæ argentea, argentea. i. tam aurea quam argentea tulit.
23 Heb. Columnas duas cepit, mare vnum, & bases quas fecerat Salomo. Nullum erat pondus (certum) omnium istorum vasorum, id est, immensum erat pondus.
24 Vt probet, fuisse pondus æris immensum, describit columnarum magnitudinem.
25 Vel, capitellum.
26 Retiaculum,
27 & similia his erant in altera columna vnà cum reticulo.
28 Vel, secundi ordinis, id est, vicarium summi pontificis.
29 vasorum. sub templi.
30 Heb. e' his qui aspiciebant faciem regis, id est, qui regi assistebant. Hic quinque enumerantur, quod essent nobiliores duobus prætermissis.

31 Heb. principem militiæ, qui colligere faciebat populum terræ, id est, primarium scribam militiæ qui conscribebat exercitum e populo eius regionis.

32 Id est, Quos percussit ad mortem rex Babylonis &c.

33 & demigrauit Juda de terra sua, quasi dicat, atque ita completa fuit prophetia, & quæ illis intermin[a]tus fuerat Deus per prophetas.

34 Vel, copiarum,

35 Viri. sub eorum, id est, cum viris suis qui erant illis subditi.

36 Vel, inter quos.

37 hoc est nomen proprium, sed gentile, id est, qui erat de Maacha.

38 Vel, cum comitatu suo. Hebraice, cum viris suis.

6 Apprehensum ergo regem duxerunt ad regem Babylonis in Reblatha: qui locutus est cum eo iudicium.

7 Filios autem Sedeciæ occidit coram eo, & oculos eius effodit: vinxitq; eum catenis, & abduxit in Babylonem.

8 Mense quinto, septima die mensis, (ipse est annus nonusdecimus regis Babylonis) venit Nabuzardan princeps exercitus seruus regis Babylonis, in Jerusalem.

9 ‖ Et succendit domum Domini, & domum regis: & * domos Jerusalem, omnemq; domum * combussit igni.

10 Et muros Jerusalem in circuitu destruxit omnis exercitus Chaldæorum, qui erat cum principe militum.

11 Reliquam autem populi partem, quæ remanserat in ciuitate, & perfugas qui transfugerãt ad regem Babylonis, & reliquum vulgus transtulit Nabuzardan princeps militiæ.

12 ‖ Et de pauperibus terræ reliquit vinitores & agricolas

13 Columnas autem æreas, quæ erant in templo Domini, & bases, & mare æreum quod erat in domo Domini, confregerunt Chaldæi, & transtulerũt æs omne in Babylonem.

14 Ollas quoq; æreas, & trullas, & tridentes, & scyphos, & mortariola, & omnia vasa ærea, in quibus ministrabant, tulerunt.

15 Necnon & thuribula, & phialas: quæ aurea, aurea: & quæ argentea, argentea, tulit princeps militiæ:

16 Id est, columnas duas, mare vnum, & bases quas fecerat rex Salomon in templo Domini, non erat pondus æris omnium vasorum.

17 ‖ Decem & octo cubitos altitudinis habebat columna vna: & capitellum æreum super se altitudinis trium cubitorum: & retiaculum, & malogranata super capitellum columnæ, omnia ærea. similem & columna secunda habebat ornatum.

18 Tulit quoq; princeps militiæ Saraiam sacerdotem primum, & Sophoniam sacerdotem secundum, & tres ianitores.

19 Et de ciuitate Eunuchum vnum qui erat præfectus super bellatores viros. & quinq; viros de his qui steterant coram rege, quos reperit in ciuitate: & Sopher principem exercitus, qui probabat tyrones de populo terræ: & * sex viros e vulgo, qui inuenti fuerant in ciuitate.

20 Quos tollens Nabuzardan princeps militum duxit ad regem Babylonis in Reblatha.

21 Percussitq; eos rex Babylonis, & interfecit eos in Reblatha in terra Emath. & translatus est Iuda de terra sua.

22 ‖ Populo autem qui relictus erat in terra Juda, quem dimiserat Nabuchodonosor rex Babylonis, præfecit Godoliam filium Ahicam filii Saphan.

23 Quod cum audissent omnes duces militum, ipsi & viri qui erant cum eis, videlicet quod constituisset rex Babylonis Godoliam: venerunt ad Godoliam in Maspha, Ismahel filius Nathaniæ, & Johanan filius Carée, & Saraia filius Thanehúmet Netophatites, & Jezonias filius Maachathi, ipsi & socii eorum.

Sedecia capto effodiuntur oculi, & filii occiduntur.
Succenditur Jerusalem & templum.
Psal. 78. b
* *omnes*
* *magnam.*
C
Iere. 39. d
D
3 Reg. 7. b
Iere. 52. e
2. Paral. 3. d
E
* *sexaginta.*
Godolias præfectus super eos qui remanserãt in Jerusalem, occiditur.
Iere. 40. b. c
F

23 Iurauit-

24 Iurauitq; Godolias ipsis & sociis eorum, dicēs, Nolite timere seruire Chaldæis: manete in terra, & seruite regi Babylonis, & bene erit vobis.
25 Factum est autem in mense septimo, venit Ismahel filius Nathaniæ filii Elisama de semine regio, & decem viri cum eo: percusseruntq; Godoliam, qui & mortuus est: sed & Iudæos & Chaldæos qui erant cum eo in Maspha.
26 Consurgensq; omnis populus à paruo vsq; ad magnum, & principes militum venerunt in Ægyptum timentes Chaldæos.
27 Factum est verò in anno tricesimo septimo transmigrationis Ioachin regis Iudæ, mense duodecimo, vicesima septima die mensis: subleuauit Euil-merodach rex Babylonis anno quo regnare cœperat, caput Ioachin regis Iuda de carcere.
28 Et locutus est ei benignè: & posuit thronum eius super thronum regum qui erant cum eo in Babylone.
29 Et mutauit vestes eius quas habuerat in carcere, & comedebat panem semper in conspectu eius cunctis diebus vitæ suæ.
30 Annonam quoq; constituit ei, sine intermissione, quæ & dabatur ei à rege per singulos dies omnibus diebus vitæ suæ.

Ioachin educitur è carcere, exaltatur à rege Babylonis.

24 Iurauitq; illis Godolias & viris ipsorum eorum & dixit ad eos, Ne metuatis a seruis Chaldæorum, habitate in terra, & seruite regi Babylonis, & bene erit vobis.
25 Factum est autem mense septimo, vt veniret Ismael filius Nethaniæ filii Elisama de semine regio, & decem viri cum eo, qui trucidarunt Godoliam ita vt moreretur: Iudæos quoq; & Chaldæos qui fuerant cum eo in Mizpa.
26 [39] Consurgensq; omnis populus, à minori ad maximum vsq;, cum ducibus exercitus, profecti sunt in Ægyptum: metuerunt enim à [40] Chaldæis.
27 Factum verò est in tricesimo septimo anno captiuitatis Iehoiachin regis Iehudæ, mense duodecimo, vicesima septima die [41] mensis, [42] vt Euil-merodach rex Babylonis ipso anno regni sui restitueret capitis dignitatem Iehoiachin regis Iehudæ, & educeret eum de carcere.
28 Loquutus quoq; est cum eo [43] humaniter, & constituit solium eius super solium [reliquorum] regum qui [44] cum eo erant in Babylone.
29 Mutauit & vestes [45] captiuitatis eius. Cibum quoq; sumebat [46] apud eum perpetuò cunctis diebus vitæ eius.
30 [47] Victus quoq; perpetuus dabatur ei à rege certo demenso in singulos dies vitæ eius.

39 i. Confectum igitur.
40 quod scil. timerent regem Babylonis iratum ob cædem Godoliæ perfecti.
41 mensis eiusdem.
42 Hebr. leuauit Euil-merodach rex Babylonis anno (primo) quo regnare cœpit, caput Ioachin regis Iudæ de domo carceris, & eduxit eum e carcere, & fecit ei [illegible] honoribus.
43 Hebr. bona i. blandè est cum alloquutus.
44 sc. captiui.
45 Carceris, i. quib. vti solebat clausus in carcere.
46 He. coram eo. i. in mensa eius.
47 Heb. Cibum eius, cibus assiduitatis dabatur illi à rege, dabatur inquam ei à rege res vniusquisq; diei in die suo, omnibus diebus vitæ eius, i. Cibus quotidianus, sine continuus & sine intermissione, qui illi erat necessarius in singulos dies, dabatur ei à rege quādiu vixit ipse Ioachin, vel Euil-merodach. Res cuiusq; diei i. Cibus & potus. In die suo. i. suo tempore.

LIBER PARALIPOMENON PRIMVS:

HEBRAICE, DIBRE HAIAMIM.

B. Hieronymi in librum Paralipomenon Præfatio.

Si Septuaginta interpretum pura, & vt ab eis in Græcum versa est, editio permaneret, superfluè me, Chromati episcoporum sanctissime atq; doctissime, impelleres, vt Hebræa tibi volumina Latino sermone transferrem. Quod enim semel aures hominum occupauerat, & nascentis Ecclesiæ roborauerat fidem, iustum erat etiam nostro silentio comprobari. Nunc verò cum pro varietate regionum diuersa ferantur exemplaria, & germana illa antiquaq; translatio corrupta sit atq; violata, nostri arbitrii putas, aut è pluribus iudicare quid verum sit, aut nouum opus in veteri opere cudere, illudentibusq; Iudæis, cornicum (vt dicitur) oculos cōfigere. Alexandria & Ægyptus in Septuaginta suis Hesychium laudat authorem. Constantinopolis vsq; Antiochiam, Luciani martyris exemplaria probat. Mediæ inter has prouinciæ Palæstinos codices legunt: quos ab Origene elaboratos Eusebius & Pamphilus vulgauerunt: totusq; orbis hac inter se trifaria varietate compugnat. Et certe Origenes non solum exemplaria composuit quatuor editionum, e regione singula verba describens, vt vnus dissentiens, statim cæteris inter se consentientibus arguatur: sed quod maioris audaciæ est, in editione Septuaginta Theodotionis editionem miscuit, asteriscis designans quæ minus fuerant, & virgulis quæ ex superfluo videbantur apposita. Si igitur aliis licuit non tenere quod semel susceperant, & post Septuaginta cellulas, quæ vulgo sine authore iactantur, singulas cellulas aperuere, hocq; in Ecclesiis legitur, quod Septuaginta nesciuerunt: cur me nō suscipiant Latini mei, qui inuiolata editione veteri ita nouā condidi, vt laborē meum Hebræis, & (quod his maius est) Apostolis authoribus cōprobem? Scripsi nuper librū de optimo genere interpretandi, ostendens illa de Euangelio, Ex Ægypto vocaui filium meū: & Quoniā Nazaræus vocabitur: & Videbunt in quem compunxerunt: & illud Apostoli, Quæ oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascenderūt, quæ præparauit Deus diligentibus illū, cæteraq; his similia in Hebræorū libris inueniri. Certe Apostoli & Euangelistæ Septuaginta interpretes nouerant: & vnde eis hæc dicere, quæ in Septuaginta interpretibus nō habentur? CHRISTVS Dominus noster vtriusq; testamenti conditor, in Euangelio secundo Ioannē, Qui credit, inquit, in me, sicut dicit Scriptura, flumina de ventre eius fluent aquæ viuæ. Vtiq; scriptum est, quod Saluator scriptū esse testatur. Vbi scriptum est? Septuaginta nō habent, apocrypha nescit Ecclesia. Ad Hebræos igitur reuertendū est, vnde & Dominus loquitur, & discipuli exempla præsumunt. Hæc pace veterum loquor, & obtrectatoribus meis tantùm respondeo, qui canino dente me rodunt, in publico detrahentes, & legentes in angulis, iidem & accusatores & defensores, cum in aliis probent, quod in me reprobant: quasi virtus & vitium non in rebus sit, sed cum authore mutetur. Cæterum memini editionē Septuaginta translatorū, olim de Græco emendatā, tribuisse me nostris, nec inimicum debere existimari eorum, quos in conuentu fratrum semper edissero. Et quod nunc DIBRE HAIAMIM, id est, verba dierum interpretatus sum, idcirco feci, vt inextricabiles moras, & syluā nominū, quæ scriptorum confusa sunt vitio, sensuumq; barbariem apertius, & per versuum cola digererem, mihimetipsi & meis iuxta Ismeniam canens, si aures surdæ sunt cæterorum.

Ad Domnionem & Rogatianum in librum Paralipomenon Præfatio eiusdem B. Hieronymi.

Quomodo Græcorum historias magis intelligunt, qui Athenas viderint: & tertiū Virgilii librū, qui a Troade per Leucaten, & Acroceraunia, ad Siciliā, & inde ad ostia Tyberis nauigauerint: ita sanctā Scripturā lucidius intuebitur, qui Iudæā oculis contemplatus sit, & antiquarū vrbiū memorias, locorumq; vel eadē vocabula, vel mutata cognouerit. Vnde & nobis curæ fuit cum eruditissimis Hebræorū hunc laborē subire, vt circuiremus prouinciā, quā vniuersæ Christi Ecclesiæ sonant. Fateor enim mi Domnion & Rogatiane charissimi, nunquam me in diuinis voluminibus, propriis viribus credidisse nec habuisse opinionem meam, sed ea etiam de quibus scire me arbitrabar, interrogare me solitum: quantò magis de his, super quibus anceps eram? Denique, cum à me nuper literis flagitassetis, vt vobis librū Paralipomenon Latino sermone transferrem, de Tyberiade quendā legis doctorē, qui apud Hebræos admirationi habebatur, assumpsi: & contuli cū eo à verticē (vt aiunt) vsq; ad extremum vnguem: & sic confirmatus, ausus sum facere, quod iubebatis. Liberè enim vobis loquor, ita in Græcis & Latinis codicibus hic nominum liber vitiosus est, vt non tā Hebræa quā Barbara quædā, & Sarmatica nomina coniecta arbitrandū sit. Nec hoc Septuaginta interpretib. qui Spiritu sancto pleni, ea quæ vera fuerant, transtulerant, tribuendum: sed scriptorū culpæ ascribendū, dū de emendatis inemendata scriptitant: & sæpe tria nomina subtractis è medio syllabis, in vnū vocabulū cogunt: vel è regione vnū nomen, propter latitudinem suam, in duo vel tria vocabula diuidunt. Sed & ipsæ appellationes, non homines (vt plerique æstimant) sed vrbes, & regiones, & saltus, & prouincias sonant: & obliquæ sub interpretatione & figura eorū, quædā narrantur historiæ: de quibus in Regum libro dicitur, Nonne ecce hæc scripta sunt in Libro verborum dierum regum Iuda? Quæ vtiq; in nostris codicibus non habentur. Hoc primū sciendum quod apud Hebræos, Paralipomenon liber vnus sit, & apud illos vocatur DIBRE HAIAMIM, id est, verba dierū: qui propter magnitudinē apud nos diuisus est, quod nonnulli etiā in Bruto Ciceronis dialogo faciunt, vt eū in tres partes secent, cum vnus à suo authore sit editus. Deinde etiā illud attendendū, quod frequenter nomina, nō vocabula hominū, sed rerū (vt diximus) significantia sonant. Ad extremum quod omnis eruditio Scripturarū in hoc continetur: & historiæ quæ vel prætermissæ sunt in suis locis, vel perstrictæ leuiter, hic per quædā verborum compendia explicantur. Orationū itaq; vestrarū adiutus auxilio, misi librū beneuolis placiturū, tamē inuidis displicaturū esse nō ambigo. Optima enim quæque (vt ait Plinius) malūt contēnere plerique, quā discere. Si quis in hac interpretatione voluerit aliquid reprehendere, interroget Hebræos, suā conscientiā recolat, videat ordinē, textumq; sermonis: & tunc nostro labori, si potuerit, detrahat. Vbicunq; ergo asteriscos, id est, stellas, radiare in hoc volumine videritis, ibi sciatis de Hebræo additū, quod in Latinis codicibus non habetur. Vbi verò obelus, transuersa scil. virga præposita est, illic signatur quid Septuaginta interpretes addiderint, vel ob decoris gratiam, vel ob Spiritus sancti authoritatem, licet in Hebræis voluminibus non legatur.

Argumentum libri primi Paralipomenon.

Hic liber à Græcis dicitur Liber παραλειπομένων id est Liber derelictorum, quòd contineat quædam prætermissa in libris Regum, Hebræi vero, DIBRE HAIAMIM inscribunt, i. Verba dierum. Latine dicas, Diaria, siue Annales, aut Liber annalium, quòd annalibus sit similis. Vnus est autem hic apud ipsos, sed diuisus à nostris. In primo agitur de regno Israel nondum diuiso: in secundo verò de regno iam diuiso. Huius libri author ignoratur: & is de quo fit frequens mentio in libris Regum, non est iste, sed ille ut fortasse vt compendium. est enim breuissimus, & totius Sacræ historiæ compendium. Ponitur ab Hebræis post librum Ezra quòd existiment illum scriptum ab Ezra eo tempore quo populus Iudaicus post captiuitatem Babylonicam duce Zorobabele & sacerdote Iosua, redierat in Ierusalem, id quod colligunt ex fine huius libri. Nam ab historia Dauid in Regnum vedor, eius constitutionem Reip. & Ecclesiæ ab eo factam accuratissime describit, vsque ad regnum Salomonis, id est, ad annum ab orbe condito 2985.

CAPVT I.

a Hic non subauditur genuit, hoc modo, Adam genuit Seth, Seth genuit Enos: sed apud Hebræos ita partiri debet, Adam, Seth filius eius, Enos filius eius, vt & infra leges. Et quodque horum si referatur ad superiora, significat filium: si ad inferiora, patrem.
a sub. genuit tres filios, q. d. Sem, Ham & Iapheth, fuerunt filii Noe. Meminit autem eorum filiorum Noe, quamuis non ex omnibus descenderit Christus aut Abraham: sed ad indicandam dignitatem Noe & eius filiorum qui post diluuium occuparunt & repleuerunt tres partes orbis terrarum, Asiam, Africam, & Europam. Item ubi quatuor quasi in vna & eadem linea sunt sic, Noe, Sem, Ham & Iapheth, non in diuersis lineis, vt superiores, & contrario ordine vtitur nam incipit à Iapheth filiis, quem Iectam postulat.
3 Ab hoc Galatæ: à Magog, Scythæ: à Madai, Medi: à Iauan, Iones seu Græci: à Thubal, Hispani, seu Iberi: à Masech, Cappadoces: à Thiras, Thraces descenderunt.

ADAM, [1] Seth, [2] Enos.
2 Kenan, Mahalaleel, Iared.
3 Hanoch, Metusala, Lamech.
4 [a] Noe, [a] Sem, Ham & Iapheth.
5 Filii Iaphet, [3] Gomer, Magog, Madai, Iauan, Thubal, Meschech, Thiras.
6 Filii Gomer, [4] Askenaz, [5] Diphath, & [6] Thogarma.
7 [7] Filii Iauan: [8] Elischa, Tharsisa, Kithim, & [9] Dodanim.
8 Filii Ham: [10] Cusch, Mizraim Put & Chanaan.
9 Filii Cusch, [11] Seba, Hauila, Sabtha, Raema, & Sabthecha. Filii Raema, [12] Seba & Dedan.
10 Porrò Cusch genuit Nimrod: hic cœpit esse [13] heros violentus in terra.
11 [14] Mizraim genuit Ludim, Anamim, Lehabim, Naphtuhim,
12 Patrusim, & Chasluhim, [15] è quibus egressi sunt, Palæsthini & Capthorim.
13 Chanaan genuit Zidon primogenitum suum,
14 Et Heth, & [16] Iebusæum, Amorrhæum, Girgesæum,
15 Hiuæum, [17] Arkæum, atque Sinæum.
16 Denique [18] Aruadæum, Zemaræum, & Hamathæum.
17 Filii Sem [fuerunt] Elam, [19] Assur, Arphachsad, Lud, Aram.
18 Huius filii, Vz, Hul, Gether atque Mesech.
19 Arphachsad genuit Salah, Salah genuit [20] Eber.
20 Porrò ipsi Eber geniti sunt duo filii. Nomen vnius erat Peleg, quòd in diebus eius [21] diuisa fuisset terra: nomen verò fratris sui erat Iaktan.
21 [22] Iaktan genuit Almodad, Saleph, Hazarmaueth, Iera,
22 Hadoram, Vsal, Dicla,
23 Ebal, Abimael, Seba,
24 Ophir, Hauila, & Iobab: hi omnes fuerunt filii Iaktan.
25 [23] Sem, Arphachsad, Salah,
26 Eber, Peleg, Reu,
27 Serug, Nahor, Tharah,
28 Abram, qui & Abraham.
29 Filii Abraha, Isaac & Ismael.
30 Et hæ sunt generationes eorum. Primogenitus Ismael, Nebaioth, Kedar, Adbeel, Mibsan.

A Brevis repetitio totius genealogiæ Adam vsque ad filios Esau & Iacob.
ADAM, Seth, Enos.
2 Cainan, Malaleel, Iared.
3 Henoch, Mathusále, Lamech.
4 Noe, Sem, Cham, et Iapheth.
5 ‖ Filii Iapheth: Gómer, et Magog et Madai & Iauan, Thubal, Mósoch, Thiras. Gen. 5. b. 4. d. 5. b — Filii Iapheth. Gen. 10. a
6 Porrò filii Gomer: Ascenez et Riphath et Thogorma.
7 Filii autem Iauan: Elisa et Tharsis, Cethim & Dodanim.
8 Filii Cham: Chus et Mesraim et Phut et Chanaán. — Cham.
9 Filii autem Chus: Saba et Heuila, Sabatha et Regma & Sabathacha. Porrò filii Regma: Saba et Dadan.
10 ‖ Chus autem genuit Nemrod: iste cœpit esse potens in terra. — Nemrod. Gen. 10. b
11 Mesráim verò genuit Ludim et Anamim et Laabim et Nephtuim,
12 Phetrusim quoque, et Casluim, de quibus egressi sunt Philisthiim et Caphthorim. — Philisthiim.
13 Chanáan verò genuit Sidonem primogenitum suum — Filii Chanaan.
14 Hethæum quoque, et Iebusæum et Amorrhæum, et Gergesæum, — B
15 Heuæumque, et Aracæum, et [a] Asinæum, — [a] Sinæum.
16 Aradium quoque, et Samaræum, et [b] Hemathæum. — [b] Hamathæum.
17 ‖ Filii Sem: Ælam et Assur et Arphaxad et Lud et Aram. — Sem. Gen. 10. d. 11. b
18 Filii Aram: Hus et Hul et Gether et [c] Mes. — [c] Mosoch.
19 Arphaxad autem genuit Sale, qui et ipse genuit Heber. — Phaleg.
20 Porrò Heber nati sunt duo filii, nomen vni Phaleg, quia in diebus eius diuisa est terra: et nomen fratris eius Iectan.
21 Iectan autem genuit Elmodad et Saleph et Asarmoth et Iare, — Iectan.
22 Aduram quoque et Vzal et Decla,
23 Hebal etiam et Abimael et Saba,
24 Necnon et Ophir et Heuila et Iobab, omnes isti, filii Iectan.
25 Sem, Arphaxad, Sale,
26 Heber, Phaleg, Ragau,
27 Serug, Nachor, Thare.
28 Abram, iste est Abraham. — Filii Abrahæ. Gen. 11. d
29 ‖ Filii autem Abraham, Isaac et Ismahel. — Filii Ismahelis.
30 Et hæ generationes eorum. ‖ Primogenitus Ismahelis, Nabaioth et Cedar et Adbeel et Mabsam, — Gen. 25. b

4 Ab hoc Sarmathæ seu Germani descenderunt. 5 Diphath, per daled legi debet: quamuis in Genesi legatur per res Riphath: ab hoc Paphlagones. 6 Ab hoc Phryges nostro tempore Turcis vocant Iudæi Togharmah. 7 Omnes filii Magog & Madai transit ad filios Iauan. 8 Ab Elisa Æoles: à Tharsis, Cilices: nam & Tharsis est metropolis Ciliciæ. à Kithim, Cypri habitatores descenderunt. 9 Rodanim legendum per res: quamuis in Genesi per daled legatur: ab hoc Rhodii descenderunt. 10 Ab hoc Æthiopes descenderunt. à Mitzraim, Ægyptii: à Put, Aphrici. 11 Ab hoc Arabes Sabæi, seu ... Arabiæ incolæ. ab Hauila, Gethuli: à Sabtha, Sabathenii populi. 12 Ab hoc ciuitas Æthiopiæ vnde regina Saba: à Dedan, Æthiopes quidam. 13 Vel, tyrannus, id est, cœpit imperare & regnare in terra in qua degebat, hoc est, exercere tyrannidem Nimrod, quem prius ... propter insignem nequitiam & improbitatem. fuit author condendæ turris Babel. 14 à Mitzraim sunt patres ... Lybici, &c. Sunt populi aut Ægyptii aut Ægypto vicini. 15 è quibus orti sunt, quasi essent colonia eorum, & ab illis sponte migrassent. 16 Id est, Iebusæus populus qui habitabat in Ierusalem. 17 Arki, à quo Arabes, condidit vrbem in ... quam Stephanus vocat Arcen. 18 Aradii, insula est in mari Sidonio. 19 Assur hic Niniuen condidit: à quo Assyrii: à Lud, Lydi: ab Aram, Syri, quorum metropolis est Damascus. ab Vz, illi qui inter Cœlesyriam & Iudæam, seu Palæsthinam: ab Hul, Armenii: à Gether, Acarnanes: à Masech, Persæ seu Mœones. 20 Ab hoc dicti sunt Hebræi. 21 Id est, diuisi fuissent habitatores terræ secundum diuisionem linguarum, vt scribitur Gen. 11. id est, natus est tempore quo diuisio hæc facta est, vel Eber, propheta erat qui indidit nomen filio à re quæ euentura erat eius tempore. 22 Filii Iactan habitauerunt in Oriente, & occupauerunt maiorem partem Indiæ, sic dictæ à fluuio Indo. 23 Repetitio est, quasi ... per quos descenderit Abraham ... cæteris omissis ... si ... Noe, Sem, Arphaxad, Selah, &c. Tam diligenter ... genealogia Christi, vt sciamus Christum verum hominem habere ex posteritate Adæ natum.

31 Et Mes-

31 Et Masma & Duma, Massa, Hadad & Thema, * Iachur, Naphis, Cedma: hi sunt filii Ismahelis.

* Ietur

C 32 Filii autem Ceturæ concubinæ Abraham, quos genuit: Zamram, Iecsan, Madan, Madian, Iesboc, & Sue. Porrò filii Iecsan: Saba, & Dadan. Filii autem Dadan: Assurim & Latussim & Laomim.

Genes. 25. a

33 Filii autem Madian: Epha & Epher & Henoch & Abida & Eldaa: omnes hi, filii Ceturæ.

34 Genuit autem Abraham Isaac: cuius fuerunt filii Esau & Israel.

Isaac. Gen. 25. e

35 Filii Esau: Eliphaz, Rahuel, Iehus, Ihelon & Core.

Filii Esau. Gen. 36. b

36 Filii Eliphaz: Theman, Omar, Sephi, Gathan, Cenez, Thamna, Amalec.

37 Filii Rahuel: Nahath, Zara, Samma, Meza.

38 Filii Seir: Lotan, Sobal, Sebeon, Ana, Dison, Eser, Disan.

39 Filii Lotan: Hori, * Ahohiman. soror autē Lotan fuit Thamna.

* Homam.

40 Filii Sobal: Alian, & Manahath, & Ebal, Sephi & Onam. Filii Sebeon: Aia & Ana.

41 Filii Ana: Dison. Filii Dison: Hamram, & Eseban & Iethran & Charam.

42 Filii Eser: Balaam & Zauan & Iacan. Filii * Disan: Hus & Aran.

* Dison.

Reges Edom.

D 43 Isti sunt reges qui imperauerunt in Terra-edom, antequam esset rex super filios Israel. * Bale filius Beor: & nomen ciuitatis eius, Denaba.

* Bela.

44 Mortuus est autem * Bale, & regnauit pro eo Iobab filius Zare de Bosra.

45 Cumque & Iobab fuisset mortuus, regnauit pro eo Husam de Terra-themanorum.

46 Obiit quoque & Husam, & regnauit pro eo Adad filius Badad, qui percussit Madian in Terra-moab: & nomen ciuitatis eius Auith.

47 Cumque & Adad fuisset mortuus, regnauit pro eo Semla de Masreca.

48 Sed & Semla mortuus est, & regnauit pro eo Saul de Rohoboth, quæ iuxta amnem sita est.

49 Mortuo quoque Saul, regnauit pro eo Balanam filius Achobor.

50 Sed & hic mortuus est, & regnauit pro eo Adad: cuius vrbis nomen fuit * Phau, & appellata est vxor eius Meetabel filia Matred filiæ Mezaab.

* Phah.

51 Adad autem mortuo, duces pro regibus in Edom esse cœperunt: dux Thamna, dux Alua, dux Ietheth.

52 Dux Oolibama, dux Ela, dux Phinon,

53 Dux Cenez, dux Theman, dux Mabsar,

54 Dux Magdiel, dux Hiram. hi duces Edom.

31 Misma, Duma, Masa, Hadad, Thema, Ietur, Naphis & Kedma. Isti sunt filii Ismaelis.

32 Filii autem Keturæ [24] concubinæ Abrahæ: hæc genuit Zimram, Iacsan, Medan, Midian, Iisbac & Sua. Filii Iacsan fuerunt, Seba & Dedan.

33 Filii Midian, Epha, Epher, Hanoch, Abida, Eldaah: isti omnes fuerunt filii Keturæ.

34 [25] Abraham autem genuit Isaac porrò filii ipsius Isaac, [26] Esau & Israel.

35 Filii Esau, Eliphaz, Rehuel, Iehus, Iaelam, Corah.

36 Filii Eliphaz, [27] Theman, Omar, Zephi, Gaetha, Kenaz, [28] Thimna, & Amalec.

37 Filii Rehuelis, Nahath, Sara, Samma, & Misa.

38 Porrò filii [29] Seir, Lotan, Sobal, Zibeon, Ana, Dison, Ezer, & Disan.

39 Filii verò Lotan, Hori, Homam: soror autem Lotan, Thimna.

40 Filii Sobal, Alian, Manahath, Ebal, Sebi, & Onam. Filii Zibeon, Aia & Ana.

41 Filii Ana, Dison. Filii Dison, Hamran, Æsban, Iithran & Cheran.

42 Filii Ezer, Bilhan, Saauan, & Iaacan. Filii Disan, Vz & Aram.

43 Isti verò sunt [30] reges qui regnauerunt in terra Edom, ante quam regnaret rex aliquis super filios Israelis. Bela filius Beor: nomenque ciuitatis eius fuit Dinhaba.

44 Mortuo Bela, regnauit pro eo Iobab filius Sera de Bosra.

45 Mortuus autem est Iobab, regnauitque pro eo Husam, de terra Themanorum.

46 Et mortuus est Husam, regnauitque pro eo Hadad filius Bedad, qui percussit Madianitas in terra Moabitarum: nomen ciuitatis eius erat Auith.

47 Mortuo Hadad successit ei in regno Samla de Masreca.

48 Mortuus quoque Samla, & regnauit pro eo Saul de [31] Rehoboth fluminis.

49 Mortuo Saul, regnauit pro eo Baal hanan filius Achbor.

50 Mortuus est & Baal-hanan, regnauitque pro eo Hadad cuius vrbis nomen [32] Pahi: nomen verò vxoris eius Mehetabel filia Matred, filiæ Mezaba.

51 Mortuo Hadad, duces facti sunt in Edom. Dux Thimna, dux Alia, dux Ietheth,

52 Dux Aholibama, dux Ela, dux Pinon,

53 Dux Kenaz, dux Theman, dux Mibsar,

54 Dux Magdiel, dux Iram. hi fuerunt duces Edom.

24 Hæc Gen. 25. dicitur vxor. Concubina non sumitur in malam partem, verum vxorem secundariam significat, id est, secundæ notæ ac dignitatis, inferiorem nota & dignitate à prima vxore. Tales autem ducebantur citra dotem & sponsalia, dutiq; poterant etiam prima viuente, sed eius cōsensu. erat enim veræ vxores. At אשה, erat vxor prima quæ solenni apparatu ducebatur cum dote.
25 Abrahamis. qui genuit. vel, Iam autem Abraham genuit. at.
26 Esau, [illegible].
27 Ab hoc Aus fratres [illegible].
28 An sit nomen viri, an vero mulieris, nil certi asserti potest.
29 i. Horæi, qui ante Esau, Idumæam tenuit.
30 Regēs, sunt cum diademate, quo carebant duces. Duces autem proximam regiæ potestati dignitatem habebant.
31 Nomen loci.
32 Gen. 36. d. dicitur Pahu.

CAPVT II.

A 1 Filii autem Israel: Ruben, Simeon, Leui, Iuda, Issachar, & Zabulon,

Filii Iacob. Gen. 29. g. 30. a 35. c. d

2 Dan, Ioseph, Beniamin, Nephthali, Gad, & Aser.

3 Filii Iuda: Her, Onan, & Sela: hi tres, nati sunt ei de filia Sue Chananitide. Fuit autem Her primogenitus Iuda malus coram Domino, & occidit eū.

Filii Iuda. Gen. 38. a. 46. b Infr. 4. a Matth. 1. a

4 Thamar autem nurus eius peperit ei Phares & Zara. omnes ergo filii Iuda, quinque.

5 Filii autem Phares: Hesron & Hamul.

6 Filii quoque Zaræ: Zamri & Ethan & Eman, * Chalchal quoque, & * Darda, simul quinque.

* Chalchol.
* Dara.

7 Filii Charmi: Achar, qui turbauit Israel, & peccauit in furto anathematis.

Iosue 7. a

8 Filii Ethan: Azarias.

9 Filii autem Hesron qui nati sunt ei: Ierameel & Ram & * Calubi.

Hesron.
* Caleb.
Ruth 4. d

B 10 Porrò Ram genuit Aminadab. Aminadab autem genuit Nahasson principem filiorum Iuda.

11 Nahasson quoque genuit Salma, de quo ortus est Booz.

12 Booz verò genuit Obed, qui & ipse genuit Isai.

1 Isti sunt filii Israel: Ruben, Simeon, Leui, Iehuda, Isaschar, Zebulun,

2 Dan, Ioseph, Beniamin, Naphtali, Gad & Aser.

3 Filii Iehudæ, Er, Onan & Sela: tres isti nati sunt ei ex filia [1] Sua Chananitide. Fuit autem Er primogenitus Iehudæ, malus [2] coram Domino, ob idque occidit eum.

4 Porrò Thamar nurus [3] eius peperit ei Perez & Sara, vt omnes filii Iehudæ essent quinque.

5 Filii Parez, Hezron & Hamul.

6 Filii verò Sara, Simri, Ethan, Heman, Chalchal & Dara: omnium fuerunt quinque.

7 Filii Charmi, Achar, qui turbauerat Israelem, [4] quum præuaricaretur in herem.

8 Filii verò Ethan, Asarias.

9 Filii deinde Hezron qui nati sunt ei, Ierahmeel, [5] Ram, & [6] Chelubai.

10 Porrò Ram genuit Aminadab, Aminadab genuit Naason principem filiorum Iehudæ.

11 Naason autem genuit Salma, Salma verò genuit Boaz.

12 Boaz genuit Obed, & Obed genuit Isai.

1 Hic Sua erat pater vxoris Iudæ. filios Iuda potissimum recenset, quod ex eo descendat saluator.
2 coram Domino, quem nihil latet.
3 i. Iudæ.
4 Vel, quum prævaricatus fuerat in anathemate. Manubiarum scilicet Iericho. Iosue 7.
5 Hic à Matthæo dicitur Aram.
6 Alio nomine dicitur Caleb.

7 Hic enumerantur filii naturales Isai, qui tantum erant septem: nam octauus erat adoptiuus.
8 Hic erat genere Israelita, habitatione vero & incolatu erat Ismahelita.
9 Ita, nomina mulierum vxores sunt, Azuba, Isa, & Jerioth.
10 Subaudi Azubæ.
11 Hæc dedit nomen vrbi Ephrata.
12 Nempe postquam illi geniti fuerunt.
13 Id est, principis regionis Galaad.
14 Sub. in concubinam, vel in vxorem.
15 Id est, qui fuit Dominus viginti trium vrbium quas illi dederunt cognati avix eius filiæ Machir.
16 Vel, Cepe[illegible] [illegible] oppida Jair ab [illegible], id est, sub. filiis Jair incolis [illegible] quas postea recepit Dauid [illegible]
17 Id est, vicinia.
18 Iste (Sub. vi[illegible]) [illegible] filiorum.
19 [illegible] Bethlehem Ephratha.
20 Id est, qui postea fuit [illegible] Thecoa.
21 Filii Onam [illegible].
22 Id est, non fuerunt filii viuentes tempore patris [illegible] Ahalai, [illegible] mortuus est ante [illegible] [illegible] hæredes.
23 Redit ad generationem Caleb fratris Jerahmeel & Ram siue Aram filiorum [illegible].
24 Id est, princeps [illegible] Ziph, & [illegible] Maresa [illegible], & pater, id est, princeps Hebron.
25 Fuit ergo Haran, frater Gazez, & pater alterius Gazez.

13 [7] *Isai genuit primogenitum suum Eliab, secundum Aminadab, tertium Simea.*
14 *Quartum Nethaneelem, & Raddai quintum,*
15 *sextum Ozem septimum Dauidem.*
16 *Sorores autem eorum erant Zeruia & Abigail.*
Filii Zeruia, Abisai, Ioab & Asahel, tres nempe.
17 *Porrò Abigail genuit Amasam, pater autem Amasæ Jether [8] Ismaelites.*
18 *Chaleb autem filius Hezron genuit Azubam [9] ex vxore & Jerioth: [illegible] hi filii [10] eius: Jeser, Sobab, Ardon.*
19 *Mortua autem Azuba duxit Chaleb ipsam [11] Ephrath, quæ peperit ei Hur.*
20 *Cæterum Hur genuit Vri. Vri autem genuit Bezaleel.*
21 [12] *Postea venit Hezron ad filiam Machir [13] patris Gilead, [14] duxitque eam quum esset ipse natus sexaginta annos, illaque peperit ei Segub.*
22 *Segub autem genuit Jair, [15] qui habuit viginti tres ciuitates in terra Gilead.*
23 [16] *Cepitque Gesur & Aram Jair ab eis: Kenath cum [illegible] & [17] filias eius, oppida sexaginta. omnes [18] isti fuerunt filii Machir patris Gilead.*
24 *Quumque mortuus esset Hezron, apud [19] Chaleb Ephratæ, vxor Hezron Abia genuit ei Ashur, [20] patrem Thecoæ.*
25 *Fuerunt autem filii Jerahmeelis primogeniti Hezron, primogenitus Ram, Buna, Oren, Ozem, & Ahia.*
26 *Obtigit autem ipsi Jerahmeeli vxor alia nomine Athara, quæ fuit mater Onam.*
27 *Et filii Ram primogeniti Jerahmeelis fuerunt Maas, Jamin & Eker.*
28 *Filii autem Onam fuerunt Sammai & Jada: filii Sammai, Nadab atque Abisur.*
29 *Porrò nomen vxoris Abisur Abihail, peperitque ei Ahban & Molid.*
30 *Filii Nadab, Saled & Appaim. Mortuusque est Saled absque liberis.*
31 *Et filii Appaim Ishi, & filii Ishi, Sesan: & filii Sesan, Ahlai.*
32 *Filii autem Jada fratris [21] Sammai, Jether, & Jonathan: mortuusque est Jether absque filiis.*
33 *Porrò filii Jonathan Paleth & Sasa: hi fuerunt filii Jerahmeelis.*
34 [22] *Sesan non habuit filios, sed filias.*
35 *Habuit quoque Sesan seruum Ægyptium nomine Jarha. Deditque Sesan filiam suam seruo suo Jarha vxorem, quæ peperit ei Athai.*
36 *Athai autem genuit Nathan, Nathan genuit Sabad.*
37 *Sabad genuit Ephlal. Ephlal genuit Obed.*
38 *Obed vero genuit Jehu. Jehu genuit Asariam,*
39 *Asarias genuit Halez. Halez genuit Eleasa.*
40 *Eleasa genuit Sisma, Sisma genuit Salum.*
41 *Porrò Salum genuit Jecamiam, Jecamias vero genuit Elisama.*
42 [23] *Filii autem Chaleb fratris Jerahmeel. Mesa primogenitus eius, qui [24] pater fuit Siph, & filii Maresa patris Hebron.*
43 *Filii Hebron, Cora, Tapua, Rekem, & Samma.*
44 *Samma genuit Raham patrem Jarcam, Rekem verò genuit Samai.*
45 *Cæterum filius Samai, Maon: Maon deinde fuit pater Beth-zur.*
46 *Porrò Epha concubina Chaleb genuit Haran, Mosa & Gazez: [25] Haran autem genuit Gazez.*
47 *Filii autem Jahdai, Regem, Jotham, Gesan, Pelet, Epha & Saaph.*
48 *Concubina Chaleb Maacha, de qua genuit Seber & Thirhana.*

13 ¶ Isai autem genuit primogenitum Eliab, se- *Filii Isai.*
cundum * Aminadab, tertium Simmaa. *1. Reg. 16. b. 17. b*
14 Quartum Nathanael, quintum Raddai, ** Abinadab.*
15 Sextum Asom, septimum Dauid. *Filii Saruiæ.*
16 Quorum sorores fuerunt, Saruia & Abigail.
Filii Saruiæ: Abisai, Joab & Asael, tres.
17 Abigail autem genuit Amasa, cuius pater fuit
Jether Ismahelites.
18 Caleb verò filius Hesron accepit vxorem C
nomine Azuba, de qua genuit Jerioth: fueruntque *Caleb filius*
filii eius Jaser & Sobab & Ardon. *Hesron.*
19 Cumque mortua fuisset Azuba, accepit vxorem
Caleb, Ephratha, quæ peperit ei Hur.
20 Porrò Hur genuit Vri: & Vri genuit Beseleel.
21 Post hæc ingressus est Hesron ad filiam Machir
patris Galaad, & accepit eam cum esset annorum
sexaginta: quæ peperit ei Segub.
22 Sed & Segub genuit Jair, & possedit viginti *Jair.*
tres ciuitates in Terra-galaad.
23 Cepitque Gessur & Aram oppida Jair, & Canath
& viculos eius sexaginta ciuitatum. omnes
isti, filii Machir patris Galaad.
24 Cum autem mortuus esset Hesron, ingressus D
est Caleb ad Ephratha: habuit quoque Hesron vxorem
Abia, quæ peperit ei Ashur patrem Thecuæ.
25 Nati sunt autem filii Jerameel primogeniti *Jerameel.*
Hesron, Ram primogenitus eius, & Buna & Aran,
& Asom & Achia.
26 Duxit quoque vxorem alteram Jerameel, nomine
Atara, quæ fuit mater Onam.
27 Sed & filii Ram primogeniti Jerameel, fuerunt
Moos, Jamin & Achar.
28 Onam autem habuit filios Semei & * Jaddan: ** Jada.*
filii autem Semei: Nabad & Abisur.
29 Nomen vero vxoris Abisur, Abihail quæ peperit
* Ahobban, & Molid. ** al.*
30 Filii autem Nadab fuerunt Saled, & Apphaim.
mortuus est autem Saled absque liberis.
31 Filius vero Apphaim, Jesi: qui Jesi, genuit E
Sesan. Porro Sesan genuit Oholai.
32 Filii autem * Jadai fratris Semei: Jether & Jo- ** Jada.*
nathan: sed et Jether mortuus est absque liberis.
33 Porro Jonathan genuit Phaleth & Ziza. isti
fuerunt filii Jerameel primogeniti Esrom.
34 Sesan autem non habuit filios, sed filias:
35 Et seruum Ægyptium, nomine Jeraa. Deditque
ei filiam suam vxorem: quæ peperit ei Ethei.
36 Ethei autem genuit Nathan, & Nathan genuit
Zabad.
37 Zabad quoque genuit Ophlal. & Ophlal genuit
Obed.
38 Obed genuit Jehu, Jehu genuit Azariam.
39 Azarias genuit Helles, & Helles genuit Elasa.
40 Elasa genuit Sisamoi, Sisamoi genuit Sellum.
41 Sellum genuit * Icamiam, Icamia autem ge- ** Icomiam,*
nuit Elisama. *Icamia.*
42 Filii autem Caleb fratris Jerameel, Mesa pri- F
mogenitus eius, ipse est pater Ziph: & filii Maresa *Filii Caleb filii*
patris Hebron. *Hesron.*
43 Porrò filii Hebron, Core et Taphua et Recem
& Samma.
44 Samma autem genuit Raham patrem Jercaam,
& Recem genuit Sammai.
45 Filius * Sammai, Maon: & Maon pater Beth- ** autem.*
sur.
46 Epha autem concubina Caleb peperit Haran *Epha.*
& Mosa & Gezez: porrò Haran genuit Gezez.
47 Filii autem Jahaddai: Regom & Joathan &
Gesan & Phalet & Epha & Saaph.
48 Concubina Caleb Maacha, peperit Saber & Tharana. *Maacha.*

49 Genuit

49 Genuit autem Saaph pater Madmena, Sue patrem Machbena, & patrem Gabaa. Filia verò Caleb fuit Achsa.

Achsa.

50 Hi erant filii Caleb, filii Hur primogeniti E-
G phratha, Sobal pater Cariath-iarim.

51 Salma pater Beth-léhem, Hariph pater Beth-gader.

52 Fuerunt autem filii Sobal patris Cariath-iarim, qui videbat dimidium Requietionum.

53 Et de cognatione Cariath-iarim, Jethrei & * Aphuthei & Semathei & Maserei. Ex his egressi sunt Saraitæ & Esthaolitæ.

Phuthei.

54 Filii Salma: Beth-léhem, et Netophathi, coronæ domus Joab, & dimidiũ Requietionis Sarai.

55 Cognationes quoque scribarum habitantium in Jabes, Canentes atque Resonantes, & In-tabernaculis-commorantes. Hi sunt Cinæi, qui venerunt de Calore patris domus Rechab.

49 Peperit quoque eadem Saph [26] patrem Madmana, & Seua [27] patrem Machbena, & [26] patrem [27] Gibea. Filia autem Chaleb fuit Achsa.

50 Isti fuerunt filii [28] Chaleb filii Hur [29] primogeniti Ephratæ, Sobal pater Kiriath-iearim.

51 Salma [30] pater Beth-lehem, & Hareph pater Beth-gader.

52 Fuerunt quoq; ipsi Sobal patri Kiriath-iearim filii, [31] qui videbat dimidium Manahitarum.

53 Familiæ autem Kiriath-iearim sunt Jethritæ, Haputhitæ, Hassumathitæ, & Hamisraitæ, ex quibus [32] egressi sunt Zarathitæ & Estaulitæ.

54 Filii Salma, Bethlehemitæ, & Netophatitæ [33] coronæ domus Joab, & dimidium Manahitarum [34] Zareitarum.

55 Familiæ verò [35] scribarum inhabitantium Jabbez, Tirathæi, Simathæi, Suchathæi. Hi sunt Kenæi, venientes ab Hamath patre domus Rechab.

26 i. Principem. 27 [illegible] ab eo qua erat in tribu Juda. 28 Alter Caleb fuit filius Hur, primogeniti Ephratha [illegible] Caleb [illegible] Esrom, qui auus erat huius & hic illius nepos. 29 i. primus filius Hur, fuit Sobal princeps Cariath-iearim. 30 i. princeps ciuium Beth-lehem. 31 Vel, qui contemplabatur. i. curam gerebat, siue princeps erat dimidii loci qui dicebatur Manahitarum. i. requietionum. Forte à [illegible] [illegible] His enim [illegible] contemplari [illegible] suos cõtemplari. 32 Ista egressio aut significat cognationem, & genus: aut coloniam ab illis deductas. 33 [illegible] diademata. 34 Altoribi erat dimidia pars eorum qui habitabant Manahat. 36 i. iurisperitorum. [illegible] abstinebant à vino, vt vides apud Ieremiam.

CAPVT III.

A [1] DAuid verò hos habuit filios, qui ei nati sunt in-Hebron primogenitum Amnon ex Achinoam Jezraelitide: secundum Daniel de Abigaïl Carmelitide,

Filii David.
2. Reg. 3. a

2 Tertium Absalom filium Maacha filiæ Tholmai regis Gessur, quartum Adoniam filium Aggith.

3 Quintum Saphatiam ex Abital, sextum Jethraham de Egla vxore sua.

4 Sex ergo nati sunt ei in Hebron, vbi regnauit septem annis & sex mensibus: triginta autem & tribus annis regnauit in Ierusalem.

B 5 ‖ Porrò in Jerusalem nati sunt ei filii Simmaa & Sobab, & Nathan, & Salomon, quatuor de * Bethsabee * filia Ammiel:

2. Reg. 5. c
* *Beth-sua.*
* *Elisama.*

6 Jebaar quoq; & * Elisua *

7 Et Eliphalet & Noge & Nepheg & Japhia,

8 Necnon Elisama & Eliada & Elipheleth, nouem.

9 Omnes hi filii David, absq; filiis concubinarũ: habueruntq. sororem Thamar.

10 Filius autem Salomonis, Roboam: cuius Abia filius, genuit Asa: de hoc quoque natus est Josaphat pater Joram:

Reges Juda à Salomone, vsq. ad Sedeciam.

11 Qui Joram genuit Ochoziam, ex quo ortus est Joas.

12 Et huius Amasiam: porrò Amasiæ filius Joatham,

C 13 Procreauit Achaz patrem Ezechiæ, de quo natus Manasses.

14 Sed & Manasses genuit Amon patrem Josiæ.

15 Filii autem Josiæ fuerunt primogenitus Johanan, secundus Joacim, tertius Sedecias, quartus Sellum.

Filii Iosiæ.

16 ‖ De Joacim natus est Iechonias & Sedecias.

Matth. 1. b

17 Filii Jechoniæ fuerunt, Asir Salathiel.

18 Melchiram, Phadaia, Senneser & Jecemia, * Sama * & Nadabia.

* *Hosama.*

D 19 De Phadaia orti sunt Zorobabel & Semei. Zorobabel genuit Mosollam, Hananiam, & Salomith sororem eorum.

1 HI fuerunt filii Dauidis, qui nati sunt ei in Hebron: Amnon primogenitus ex Ahinoam Jesreelitide, secundus erat [1] Daniel ex Abigail Carmelitide.

2 Tertius Absalom filius Maacha filiæ Thalmai regis [2] Gessur. quartus Adonias filius Haggith.

3 Quintus Sephatia ex Abitalį sextus Ithream ex [3] Egla vxore sua.

4 Sex illi nati sunt ei in Hebron, regnauitque illic septem annis & sex mensibus: in Jerusalem verò regnauit triginta tribus annis.

5 Porrò in Jerusalem nati sunt ei isti, Simea, Sobab, Nathan, & Salomon, quatuor ex [4] Bath-sua filia Ammiel:

6 Ibhar quoq; & [5] Elisama.

7 Eliphalet, Noga, Nepheg, Iaphia,

8 Elisama, Eliada, & Eliphelet, nouem.

9 Omnes filii Dauidis, [6] excepto filiis concubinarũ, eratq; Thamar [7] soror eorum.

10 Filius autem Salomonis Rehabeam, [[8] cuius] filius fuit Abias, & huius filius Asa, cuius filius Josaphat, qui habuit filium Ioram.

11 Huius filius Ahasias, deinde Joas filius illius.

12 Huius filius Amasias, huius filius Asarias, huius filius [9] Jotham.

13 Huius filius Ahas, huius filius Ezechias, Huius filius Manasses,

14 Huius filius Amon, huius filius Josias.

15 Porro filii Josiæ, primogenitus [10] Johanan, secundus Jehoiakim, tertius Zedekias, & [11] quartus Sallum.

16 Filii autem Iehoiakim, Iechonias filius eius, [12] & Zedekias filius eius.

17 Filii Iechoniæ, Assir, [13] & Sealthiel filius eius,

18 [14] Malkiram quoque & Pedaia Senazar, Iecamia, Hosama, & Nedabaia.

19 Filii autem Pedaia, [15] Serubabel & Semei. [16] Filius Serubabel, [17] Mesullam, Hanania, & [18] Selomith soror eorum.

CAP. III.
1 [illegible] 2. Reg. 3. [illegible] Chileab [illegible] fuisse Carmelitidem, quòd fuisset vxor Nabal Carmelitæ. Quæ huc capite [illegible] buntur, propter [illegible] Christi [illegible] scripta [illegible].
2 [illegible] non procul abest à Damasco Syria.
3 [illegible] In libris Regum dicitur Michol filia Saul.
4 2. Reg. 11. dicitur Bath-seba. erat ergo binomia. & illius pater [illegible] Eliã, [illegible]

Hic vero Ammiel. Hic Salomon quartus est ex filiis Bath-sua; sed tres priores fuerunt filii Vriæ adoptati à Dauide. Solus autem Salomon fuit verè & solus filius naturalis [illegible] adulterio, & mortuus est [illegible] Elisama, [illegible] Eliphelet [illegible] Eliphelet, Elisama, statim post natiuitatem eius mortuus est [illegible] omnes filii mortui ac viuentes in Regno [illegible] 6 Hic non reprehenduntur filii concubinarũ. 7 [illegible] 8 Vox cuius [illegible] 9 Iotham fuit [illegible] nepotem. 10 Hic dicitur 4. Reg. [illegible] Ichoahaz [illegible] primogenitus [illegible] dignitate quia adeptus est regnũ ante fratrem suum Ieh[illegible] Ioakim [illegible] Primogenitus [illegible] in libris Regum [illegible] 12 [illegible] filius fuit Sedekia, qui non fuit rex Israel. 13 [illegible] filius [illegible] Sealthiel [illegible] patrem genuit. 14 Hoc & Melchiram &c. [illegible] Sealthiel [illegible] 15 Matthæus dicit Salathiel genuisse Zorobabelem: hic verò Zorobabel [illegible] genuit [illegible] Salathielem & Pedaiam [illegible] 16 Singulare pro plurali, filii Zorobabel. 17 Alio nomine dicitur Abiud. 18 Hæc fuit soror duorum præcedentium, non sequentium: propterea separatur ab reliquis.

20 *Hasuba quoque, Ohel, Berechia, Hasadia, & Iusabhesed,*[19] *quinq.*

21 [20] *Filius verò Hanania Pelatia & Esaia:* [21] *filii Rephaia, filii Arnan, filii Obadia, filii Sechania.*

22 *Filii deinde Sechania, Semaia: & filii Semaia, Hatus, Igeal, Bariah, Nearia & Saphat,*[22] *sex.*

23 [23] *Filius Nearia, Elioenai, Hiskia, Africam, tres.*

24 *Filii autem Elioenai, Hodias, Eliaschib, Pelaia, Accub, Iohanan, Delaia, & Anani, septem.*

20 Hasabam quoque & Ohol & Barachiam, & Hasadiam, Iosabhésed, quinq;.

21 Filius autem Hananiæ Phaltias pater Iesciæ, cuius filius Raphaia. huius quoq; filius, Arnan, de quo natus est Obdia, cuius filius fuit Sechenias.

22 Filius Secheniæ Semeia: cuius filii Hattus & Iegaal & Baria & Naaria & Saphat, & Sesa, sex numero.

23 Filius Naariæ, Elionenai & Ezechias & Ezricam, tres.

24 Filius Elioenai, Oduia & Eliasub & Pheleia & Accub & Iohanan & Dalaia, & Anani, septem.

CAPVT IIII.

1 Filii Iehuda, Perez,[1] Hezron Charmi, Hur & Sobal.

2 *Reaia verò filius Sobal genuit Iahath, Iahath genuit Ahumai atque Lahad. & hæ sunt familiæ Zorathæorum.*

3 [†] *Ele pater Etham,*[3] *Iisreel, Iisma, & Iidbas: nomen sororis eorum Hazelponi.*

4 *Penuel pater fuit Gedor, Eser pater Husa: & hi filii* [4] *Hur primogeniti Ephrata patris Beth-lehem.*

5 [5] *Assur verò pater Tecoe duas habuit vxores, Helea & Naara.*

6 *Peperitq; ei Naara Ahuzam, Hepher,* [†] *Themni & Ahasthari. isti sunt filii Naara.*

7 *Filii verò Helea, Zareth, Iezohar & Ethnan.*

8 [6] *Porrò Coz genuit Anub & Zobeba,*[7] *& familiam Aharhel filii Harum.*

9 *Et fuit* [8] *Iabez*[9] *honorabilior fratribus suis: vocauitq; mater eius nomen eius Iabez, dicens, Quia in dolore peperi eum.*

10 *Et inuocauit Iabez Deum Israelis, dicens,*[6] *Si benedicendo benedixeris mihi,*[7] *& dilataueris terminum meum,*[7] *fueritq; manus tua mecum,*[8] *feceritq; me [liberum] à malo, vt non noceat mihi,*[9] *dedit itaque Deus quæ postulauerat.*

11 *Chelub autem frater Sua genuit Mehir: qui fuit* [10] *pater Esthon.*

12 [11] *Esthon genuit Beth-rapha, Paseah & Thehinna patrem ciuitatis Nahas. hi sunt viri Recha.*

13 *Filii autem* [12] *Kenaz,*[13] *Othniel & Seraia: & filii Othniel Hathath.*

14 *Porrò Meonothai genuit Ophram, & Seraia genuit Ioab patrem*[13] *Geharasim:*[14] *fuerunt enim fabri.*

15 *Filii autem Chaleb filii*[15] *Iephune,*[15] *Iru, Ela, & Naam* [†] *Filii Ela, Kenaz.*

16 *Filii autem Iehaleel, Siph & Sipha, Thiria, & Asarel.*

17 *Filii Esra, Iether & Mered, Epher & Ialon:* [16] *peperitque*[16] *Miriam & Sammai, atque Iesbah*[17] *patrem*[17] *Esthemoa.*

18 *Et vxor* [†] *eius*[18] *Iehudia peperit Iared patrem Gedor, & Heber patrem Socho, atque Iecuthiel patrem Zanoah. & isti sunt filii Bithiah, filiæ Pharaonis,*[18] *quam duxerat,*[18] *Mered.*

19 *Et filii vxoris*[19] *Hodia sororis Naham patris Keila, Garmi & Esthemoa Maachathites.*

20 *Filii verò Simon, Amnon & Rinna, Ben-hanan & Thilon. filii verò Iishi, Zoheth, & Ben-zoheth.*

21 *Filii Sela, filii Iehuda, Er* [†] *pater*[20] *Lecha, & Laada pater Maresa: & familia domus*[20] *operatorum*[21] *lini in domo Asbea.*

1 Filii Juda: Phares, Hesron & Charmi & Hur & Subal. A

2 Raia verò filius Sobal genuit Jahath, de quo nati sunt Ahumai & Laad. hæ [*] generationes Saraathi.

3 Ista quoque stirps Etam: Jezrahel & Jesema & Jedebos. Nomen quoque sororis eorum, Asalelphuni.

4 Phanuel autem pater Gedor, & Ezer pater Hosa, isti sunt filii Hur primogeniti Ephratha patris Beth-léhem.

5 Assur verò patri Thecuæ erant duæ vxores, Halaa & Naara.

6 Peperit autem ei Naara, Oozam & Hepher & Themani & Ahasthari, isti sunt filii Naara.

7 Porro filii Halaa: Sereth, & Sahar & Ethnan.

8 Cos autem genuit Anob & Soboba, & cognationem Aharehel filii Arum. B

9 Fuit autem Iabes inclytus præ fratribus suis, & mater eius vocauit nomen illius Jabes, dicens, Quia peperi eum in dolore.

10 Inuocauit vero Iabes Deum Israel, dicens, Si benedicens benedixeris mihi, & dilataueris terminos meos, & fuerit manus tua mecum, & feceris me à malitia non opprimi. & præstitit Deus quæ precatus est.

11 Caleb autem frater Sua, genuit Mahir, qui fuit pater Esthon.

12 Porro Esthon genuit Beth-rapha & Phesse & Tehinna patrem vrbis Naas. hi sunt viri Recha.

13 Filii autem Cenez: Othoniel & Saraia. Porrò filii Othoniel, Hathath & Maonathi. C

14 Maonathi genuit Ophra. Saraia autem genuit Joab patrem Vallis-artificum: ibi quippe artifices erant.

15 Filii verò Caleb filii Jephone: Hir & Ela & Naham. [*] filii quoq; Ela: Cenez.

16 Filii quoq; Jaleleel: Ziph & Zipha, Thiria & Asrael.

17 Et filii Ezra: Jether & Mered & Epher & Ialon genuitque Mariam & Sammai & Jesba patrem Esthamo.

18 Vxor quoq; eius Judaia, peperit Iared patrem Gedor, & Heber patrem Socho, & Icuthiel patrem Zanoe. hi autem filii Bethiæ filiæ Pharaonis, quam accepit, Mered.

19 Et filii vxoris Odaiæ sororis Naham patris Ceila, Garmi, & Esthamo qui fuit de Machati. D

20 Filii quoq; Simon: [*] Amon & Rinna[*] filius Hanan, & Thilon & filii Jesi Zoheth & Ben-zoheth.

21 Filii Sela filii Iudæ: Her pater Lecha, & Laada pater Maresa. & cognationes domus operantium byssum in Domo-iuramenti.

Genealogia filiorum Juda.
Supr. 2. a
Gen. 38. d. 46. b
[*] cognationes.
Assur.
Jabes.
Oratio Jabes.
Caleb filius Jephone.
[*] filiq.
[*] Amnon & Rinna.
Filii Sela.
Gen. 38. a

19 Sub. fuerunt filii Zorobabel.
20 Singulare pro plurali, filii &c.
21 Enumerat filios cum patribus, aut patres cum filiis. q. d. Rephaia, Arnan, &c. qui filii eorum dicuntur filii Hananiæ: nam & nepotes dicuntur filii.
22 Comprehenso scilicet patre Semaia. nam quinque filios eius tantum enumerat. Aut dic nomen vnius esse omissum.
23 Singulare pro plurali.
CAP. IIII.
1 Hic fuit filius Perez, non Iudæ. Solus Perez est filius, reliqui nepotes.
[†] Hebr. Et istæ sunt (familiæ) patris, id est, principis Etham. nomen loci. Vertitur etiam potest, Isti autem sunt (filii) principis &c. Pater pro principe etiam in sequentibus.
2 Hur dicitur hic primogenitus [illegible] Caleb, quia [illegible]

[illegible]

22 Et qui stare fecit Solem, virique Mendacii, & Securus & Incedens, qui principes fuerunt in Moab. & Qui reuersi sunt in Lahem: hæc autē verba vetera.

Genealogia filiorū Simeon.

23 Hi sunt figuli habitantes in Plantationibus & in Sepibus, apud regem in operibus eius, commoratiq. sunt ibi.

Gen. 46.b

24 Filii Simeon: Namuel & Iamin, Iarib, Zara, Saul.

25 Sellum filius eius, Mabsam filius eius, Masma filius eius.

26 Filii Masma: Hamuel filius eius, Zachur filius eius.

27 Semei filius eius. Filii Semei sedecim, & filiæ sex: fratres autem eius non habuerunt filios multos, & vniuersa cognatio nō potuit adæquare summam filiorum Iuda.

Habitatio eorum.

28 Habitauerunt autem in Ber-sabee & Molada & Hasar-suhal,

29 Et in Bala, & in Asom, & in Tholad,

30 Et in Bathuel, & in Horma, & in Siceleg,

31 Et in Beth marchaboth, & in Hasar-susim, & in Beth berai, & in Saarim. hæ ciuitates eorum vsque ad regem Dauid.

32 Villæ quoque eorum: Etam & Aen, Remmon & Thochen & Asan, ciuitates quinque.

33 Et vniuersi viculi eorum per circuitum ciuitatum istarum vsque ad Baal. hæc est habitatio eorum, & sedium distributio.

34 Mosobab quoque & Iemlech, & Iosa filius Amasiæ,

35 Et Ioel, & Iehu filius Iosabiæ filii Saraiæ filii Asiel,

36 Et Elioenai & Iacoba & Isuhaia & Asaia & Adiel & Ismiel & Banaia,

37 Ziza quoque filius Sephei filii Allon filii Idaia filii Semri filii Samaia.

38 Isti sunt nominati principes in cognationibus suis, & in domo affinitatum suarum multiplicati sunt vehementer.

39 Et profecti sunt vt ingrederentur in Gador vsque ad Orientem vallis, & vt quærerent pascua gregibus suis.

40 Inueneruntq. pascuas vberes & valde bonas, & terram latissimam & quietam & fertilem, in qua ante habitauerant de stirpe Cham.

Cham stirps deleta a filiis Simeon.

41 Hi ergo venerunt quos supra descripsimus nominatim, in diebus Ezechiæ regis Iuda: & percusserunt tabernacula eorum, & habitatores qui inuenti fuerant ibi, & deleuerunt eos vsque in præsentē diem: habitaueruntq. pro eis, quoniam vberrimas pascuas ibidem repererunt.

Amalecita percussi à filiis Simeon.

42 De filiis quoque Simeon abierunt in montē Seir viri quingenti, habentes principes Phalțiam & Naariam & Raphaim & Oziel filios Iesi:

43 Et percusserūt reliquias quæ euadere potuerant, Amalecitarum, & habitauerunt ibi pro eis vsque ad diem hanc.

22 *Iocin quoque & viri [21] Chozeba, Ioas & Saraph qui [22] dominati sunt in Moab, & Iasubi-lahema: & [23] verba ista vetera sunt.*

23 *Isti sunt figuli illi [24] habitantes Netaim & Gedera cum rege in opere eius ibidem commorantes.*

24 *Filii Simeon, Nemuel, Iamin, Iarib, Zera & Saul.*

25 *Sallum filius eius, Mibsam filius eius, & Misma filius eius.*

26 *Porrò filii Misma, Hamuel filius eius, Sachur filius eius,*

27 *Simei filius eius. Habuit autem Simei sedecim filios & sex filias: fratres autem eius non habuerunt filios multos, [25] sed & vniuersa familia eorum non est aucta vsque ad [numerum] Iehuda.*

28 *Habitaueruntq. in Bersabea, Molada & [26] Hazar-sual,*

29 *In Bilha, in Ezem, in Tholad,*

30 *In Bethuel, in Horma, in Ziclag,*

31 *In Beth marcaboth, in Hazar susim, in Beth-biri atq. in Saraim, [27] Istæ sunt ciuitates eorum, vsq. dum Dauid regnauit.*

32 *Et villæ eorum, Etham & Ain, Rimmon, Thochen, & Asan, oppida quinque.*

33 *Et vniuersi viculi eorum qui fuerunt circum istas ciuitates vsque ad Baal. Hac [28] est habitatio eorū, atque [29] propagatio ipsorum.*

34 *Mesobab, & Iamlech atque Iosa filius Amaziæ.*

35 *Et Ioel, atque Iehu filius Iosibiæ, filii Seraiæ, filii Asiel,*

36 *Et Eliœnai, Iaacoba, Iesohaia, & Asaia, Adiel, Iesimeel, & Benaia.*

37 *Et Siza filius Siphi, filii Allon, filii Iedaia, filii Simri, filii Semaia.*

38 [30] *Hi sunt [31] inclyti principes per familias suas, qui vehementer instaurarunt domum patrum suorum.*

39 [32] *Et abierunt dum itur Geder vsque ad Orientalem plagam vallis, quæsitum pascua gregi suo.*

40 *Inueneruntque autem pinguia & bona pascua, [33] & terram vtrinque spatiosam, quietam insuper & fœlicem: quoniam [34] ex Ham antea illic habitauerant.*

41 *Veneruntq. ij, qui nominatim scripti sunt in diebus Ezechiæ regis Iehudæ, & attriuerunt tentoria atque habitacula [35] eorum qui inuenti sunt illic, exciderunt que eos vsque in præsentem diem, habitaueruntque ipsi [illic] illorum loco: quòd illic essent pascua pro gregibus suis.*

42 *Adhæc profecti sunt quidam ex eis, nempe filiis Simeon ad montem Seir, viri nempe quingenti, [36] quibus præfuerunt Pelatia, Nearia, Rephaia, Vziel, filii Iisci.*

43 *Percusseruntq. reliquias quæ euaserant ex Amalec, & habitauerunt illic in hunc vsque diem.*

21 Nomen loci aut vrbis.
22 vel dominati sunt Moab,
23 i. ista nomina sunt virorum veterum.
24 & qui habitabant inter plātas & sepes &c. i. qui versabantur in hortis cū rege ipso: propter opus eius, vt opus regium administrarent, ibi habitauerunt. Aut locorū sunt nomina a sepibus & hortis, vt doctioribus magis placet. Isti sunt figuli illi clari qui fuerūt in magno precio tempore Dauidis, quia propter opus regis habitabant Netaim & Gedera.
25 Heb. & omnē familiam suam non multiplicauerunt vsque ad filios Iuda.
26 i. vicus vulpium.
27 i. hæ habitauerunt vsque ad tempus quo regnauit Dauid, qui eas restituit Iudæ.
28 sup. q.d. fuit vna habitatio.
29 Heb. genealogia eorū ipsis. q.d. hæc habitatio in genealogia &c. i. hęc fuit vna habitationē eorum.
30 sub. supradicti iam enumerati a verbis istis, Mesobab, & Iamlech, &c.
31 Heb. qui venerunt per nomina principes in familiis suis, & in domo patrum suorū multiplicati sunt in multitudinem. Venerūt per nomina principes. i. nominatim designati sunt principes in cognationibus suis, & domo maiorum suorum, multiplicatique sunt vehementer.
32 Abierunt itaque (sub. propter multitudinem) ad introitum Ghedor vsque ad Orientē vallis illius. sub. insignis quæ erat iuxta Ghedor.
33 Heb. (terra autem illa erat

CAPVT V.

Genealogia Ruben.

Gen. 35.d. 49.a

Regnum datū Iuda, & ius duplicis portionis ipsi Ioseph.

Gen. 49.b

A 1 Filii quoque Ruben primogeniti Israel (ipse quippe fuit primogenitus eius: sed cum violasset thorum patris sui, data sunt primogenita eius filiis Ioseph filii Israel, & nōn est ille reputatus in primogenitum.

2 Porrò Iudas qui erat fortissimus inter fratres suos, de stirpe eius principes eius germinari sunt primogenita autem reputata sunt Ioseph.)

1 *Porrò filii Ruben primogeniti Israelis: sunt [1] (is quū esset primogenitus, violasset lectum patris sui, datum est ius eius primogenitorum [2] filiis Ioseph filii Israelis: [3] ac tamen iuxta hoc ius primogenitorum censa est familia.*

2 *Quoniam Iehuda [4] præualuit fratribus, & princeps [5] fuit ex hoc [tribu,] [6] licet ius primogenitura [maneret] ipsi Ioseph.)*

lata fuerat quieta præterea & tranquilla) Per parenthesin hæc sunt legenda, Terra in qua fuit & inuenerunt pascuum agrum. 34 Heb. habitabant eius (erant de [illegible] Ham &c. 35 sub. filiorum Ham. 36 Heb. & erant in capite eorum. CAP. V. 1. Heb. (ipse enim (fuit) primogenitus: quum autem [illegible] ad duplicem portionem, non quantum ad dignitatem, nam primogeniti duplicem portionem accipiebant. Filiorum Israelis [illegible] Israel; [illegible] 3 non tamen vt attribueretur primogenitura. 2. non tamen vt reputaretur Ioseph primogenitus, quod ad dignitatem [illegible] 4 [illegible] fratres suos, Gen. 49. Non auferetur sceptrum de Iuda. Et, Te adorabunt fratres tui. Igitur primogenitura [illegible] quod ad dignitatem erat Iosephi, quod ad dignitatem, erat Iudæ. 5 Heb. ex eo sub. erat [illegible] promissum fuit regnum ut ex illo regum Christus venturus erat ex tribu Iuda. 6 & primogenitura (data fuit) ipsi Ioseph. Hic primogenitura pro fructu & duplici portione quæ debebatur primogenito.

9 vel, captiuum duxit.
8 In libris Regũ dicitur Tiglath-phi-eser.
9 q.d. per generationes cuiusque.
10 recensiti fuerunt per generationes suas, id est, quando attributi, siue designati fuerunt generationibus suis.
11 ad introitum deserti,
12 Heb. quia pecora eorum multiplicata fuerant.
13 i. cum filiis Agar.
14 i. perierunt manu eorum.
15 sub. Agarenorum.
16 Quidam Hebræorum interpretantur, iuxta illos.
17 hæc erat cõtigua regioni Galaad.
18 hæc erat in Basan.
19 i. secundę dignitatis à Ioel. Recenset eos qui inter Gaditas primas obtinebant.
20 q.d. inter filios Gad, qui erant in regione Basanitide.
21 vel, per domos. i. per familias siue cognationes suas. Núc descendit ; singularum familiarũ principes.
22 Subaudi (&) Et, Abi.
23 Hebr. (fuerunt) caput in domibus &c. i. hi principes fuerũt in domibus maiorum suorum.
24 Basan dicitur & metropolis Basanitidis & tota regio. Hic melius pro metropoli.
25 potius, vsq; ad fines eorum.
26 Per contractionem dicitur Iotham. Integrũ est Ioatham. Vide 4. Reg. 14.
28 Heb. ex filiis virtutis, (&) viris portantibus &c.
29 periti belli. siue, artis bellicæ,
30 Heb. egredientes ad pugnã. i. parati conserere manus cum hoste.
31 Hi fuerunt filii Ismaelis. q.d. cum Iethuræis, Naphiteis, Nodabeis.

3 *Filii inquam Ruben primogeniti Israelis, Hanoch & Palu, Hezron & Charmi.*

4 *Filii Ioel, Semaia filius eius, Gog filius eius, Simei filius eius.*

5 *Micha filius eius, Reaia filius eius, Baal filius eius,*

6 *Beera filius eius, quem* [7] *abduxit* [8] *Thilgath-philnesser rex Assyriorum: is fuit princeps inter Rubenitas.*

7 *Et fratres eius* [9] *per familias suas,* *quando* [10] *genus suum censebant,* *erat princeps Iehiel & Zacharias.*

8 *Porrò Bela filius Asan, filii Sema, filii Ioel: ipse habitauit in Aroer vsque ad Nebo & Baal-meon.*

9 *Ab Oriente quoque habitauit vsque* [11] *dum venitur in desertum* *a flumine Euphrate:* [12] *habuerunt enim pecora multa* *in terra Gilead.*

10 *Et in diebus Saulis bellum gesserunt cum* [13] *Hagaræis,* [14] *cecideruntq; illi in manus eorũ,* *& habitauerunt in tentoriis* [15] *eorum,* *in vniuersa superficie Orientalis [plagæ] Gilead.*

11 *Filii verò Gad* [16] *e regione eorum* *habitarunt in terra* [17] *Basan* *vsque ad* [18] *Salcha.*

12 *Eratq; Ioel caput, & Saphan* [19] *secundus [ab eo,]* *Ianai verò & Saphat* [20] *in Basan.*

13 *Porrò fratres eorum* [21] *pro domo* *patrum suorum, Michael, Mesullam, Seba, Iarai, Iacan, Sia atque Eber, septem.*

14 *Isti sunt filii Abihail, filii Huri, filii Iaroah, filii Gilead, filii Michael, filii Iesisai, filii Iahdo, filii Buz.*

15 [22] *Abi* *filius Abdiel, filii Guni:* [23] *princeps fuit domus* *patrum suorum.*

16 *Habitaueruntq; in Gilead [&] in* [24] *Basan,* *& in viculis eius, atque in omnibus suburbanis locis Saron,* [25] *iuxta exitus eorum.*

17 *Omnes hi recensiti sunt per familias suas in diebus* [26] *Iothan* *regis Iehuda, & in diebus Ierobeam regis Israelis.*

18 *[Fuerunt] autem Rubenitæ, Gaditæ, atque dimidia tribus Manassis* [28] *fortes viri, qui poterant gestare* *scutum & gladium, & tendere arcum,* [29] *assuetique bellis,* *[fuerunt inquam] quadraginta quatuor millia, septingenti & sexaginta* [30] *bello apti.*

19 *Bellum quoque gesserũt cum Hagaræis,* [31] *Iethur, Naphis & Nodab.*

20 *Et* [32] *adiuti sunt* *aduersum illos, datiq; sunt Hagaræi in manus eorum, omnesq;* [33] *qui cum illis erant:* *quoniam clamauerant ad Deum in bello, exaudiuitq; eos, quoniam fisi sunt illi.*

21 *Et* [34] *ceperunt* *pecora eorum, & camelos eorum quinquaginta millia, ouium ducenta & quinquaginta millia, asinorum duo millia,* [35] *& hominum viuentium* *centum millia:*

22 [36] *Multi insuper vulnerati ciciderunt: prælium enim* *illud erat a Deo, habitaueruntque in locis eorum* [37] *vsque ad transmigrationem.*

23 *Et filii dimidiæ tribus Manassis habitauerunt in terra a Basan vsque ad Baal hermon, & Senir, atque montem Hermon vehementer [enim] creuerant.*

24 *Istiq; fuerunt principes* [38] *domus patrum eorum,* *Epher & Iishi,* *Eliel, Asriel, Ieremias, Hodauias atq; Iahdiel viri heroes & bellicosi, adhæc viri* [39] *inclyti,* *& principes* [18] *domus patrum suorum.*

25 *Præuaricatores autem fuerunt aduersus Deum patrum suorum,* [40] *scortantes post deos* *populorum terræ quos exterminauerat Deus a facie eorum.*

26 [41] *Excitauit autem Deus Israelis spiritum Phul*

3 Filii ergo Ruben primogeniti Israel: Enoch & Phallu, Esron & Charmi. — Gen. 46. b. Exod. 6. c. Num. 26. a.

4 Filii Ioel: Samaia filius eius, Gog filius eius, Semei filius eius,

5 Micha filius eius, Reia filius eius, Baal filius eius.

6 Beera filius eius, quem captiuum duxit Thelgad-phalnasar rex Assyriorum, & fuit princeps in tribu Ruben. — *Beera.*

7 Fratres autem eius & vniuersa cognatio eius quando numerabantur per familias suas, habuerunt principes Iehiel & Zachariam.

B

8 Porrò Bala filius Azaz, filii Samma, filii Ioel, ipse habitauit in Aroer vsq; ad Nebo & Beel-meon.

9 Contra Orientalem quoq; plagam habitauit vsque ad introitum erémi & flumen Euphráten. Multum quippe iumentorum numerum possidebant in Terra Galaad. — *Habitatio filiorum Ruben.*

10 In diebus autem Saul prœliati sunt contra Agarenos, & interfecerunt illos, habitaueruntq; pro eis in tabernaculis eorum, in omni plaga quæ respicit ad Orientem Galaad. — *Agareni interfecti.*

11 Filii verò Gad e regione eorum habitauerũt in Terra-Basan vsque Selcha: — *Filiorum Gad habitatio.*

12 Ioel in capite, & Sapham secundus: Ianai autem & Saphat in Basan.

13 Fratres verò eorum secundum domos cognationum suarum, Michael & Mosollam & Sebe & Iorai & Iachan & Zie & Heber, septem.

14 Hi filii Abihail, filii Huri, filii Iara, filii Galaad, filii Michael, filii Iesesi, filii Ieddo, filii Buz.

15 [a] Fratres quoque filii Abdiel filii Guni, [b] principes domus in familiis suis. — [a] *Abi filius.* [b] *princeps.*

16 Et habitauerunt in Galaad & in Basan & in viculis eius, & in cunctis suburbanis Saron, vsque ad terminos.

C

17 Omnes hi, numerati sunt in diebus Ioathan regis Iuda, & in diebus Ieroboam regis Israel.

18 Filii Ruben & Gad & dimidiæ tribus Manasse, viri bellatores, scuta portantes, & gladios, & tendentes arcum, eruditiq; ad prælia, quadraginta quatuor millia, & septingenti sexaginta procedentes ad pugnam. — *Ruben, Gad, & Manasse filii quales.*

19 Dimicauerunt contra Agarenos: Ituræi verò, & Naphis, & Nodab præbuerunt eis auxilium. — *Orantes in fide, dum præliantur vincũt Agarenos.*

20 Traditiq; sunt in manus eorum Agareni, & vniuersi qui fuerant cum eis, quia Deum inuocauerũt cum præliarentur: & exaudiuit eos, eo quòd credidissent in eum.

21 Ceperuntq; omnia quæ possederant, camelorum quinquaginta millia, & ouiũ ducenta quinquaginta millia, & asinos duo millia, & animas hominum centum millia: — *Spolia opima.*

D

22 Vulnerati autem multi corruerunt. fuit enim bellum [c] Domini: habitaueruntq; pro eis vsque ad transmigrationem. — [c] *Dei.*

23 Filii quoq. dimidiæ tribus Manasse possederunt terram a finibus Basan vsque Baal, Hermon & Sanir, & montem Hermon, ingens quippe numerus erat. — *Filii dimidiæ tribus Manasse, habitatio.*

24 Et hi [d] fuerant principes domus cognationis eorum, Epher, [e] Iesi, & Eliel, & Ezriel, & Ieremia, & Odoia, & Iediel viri fortissimi & potentes, & nominati duces in familiis suis. — [d] *fuerunt* [e] *&*

25 Reliquerunt autem Deum patrum suorum, & fornicati sunt post deos populorum terræ, quos abstulit Deus coram eis. — *Rubẽ, Gad & dimidia tribus Manasse, veniunt in potestatẽ Assyriorum.*

26 Et suscitauit Deus Israel spiritum Phul regis

Assyrio-

32 sub. à Deo. q.d. qui virtute diuina superarunt Agarenos. 33 i. qui sequebantur partes Agarenorum. 34 prædati sunt. 35 Heb. & animam hominum humanarum. Anima pro personis. 36 Hebr. nam interfecti multi ceciderunt, quia bellũ. 37 i. vsq; ad illud tempus quo abducti sunt a rege Assyriorum in captiuitatem. 38 i. familiarum suarum. 39 vel, potentes, aut, virtute præditi. 40 vel, fornicando sectantes deos. 41 q.d. Suscitauit animum regis Assyriorum contra illos. Duo illi reges non regnarunt eodem tempore. propterea separauit eos.

rum, ob idololatriam.

Assyriorum, & spiritum Thelgath phalnásar regis Assur: & transtulit Ruben & Gad, & dimidiam tribum Manasse, & adduxit eos in Lahela, & in Habor, & Ara, & flumium Gozan, vsq; ad diem hanc.

regis Assyriorũ, & spiritũ Thilgath-philnesser regis Assyrii, qui transduxit eos, nempe Rubenitas, Gaditas, & dimidiam tribũ Manasse, & duxit eos in Hala, Habor, Hara, & ad flumium Gosan vsq; in hunc diem.

CAPVT VI.

Filii Leui. Gen. 46. b Infr. 23. b

A

1 Filii Leui: Gerson, Caath, & Merari.
2 Filii Caath: Amram, Isaar, Hebron, & Oziel.
Filii Caath.
3 Filii Amram: Aaron, Moyses & Maria filii Aaron: Nadab & Abiu, Eleazar & Ithamar.
Filii Aaron.
4 Eleazar genuit Phinees, & Phinees genuit Abisúe.
5 Abisúe verò genuit Bocci, & Bocci genuit Ozi.
6 Ozi genuit Zaraiam, & Zaraias genuit Meraioth.
7 Porrò Meraioth genuit Amariam, & Amarias genuit Achitob.
8 Achitob genuit Sadoc, & Sadoc genuit Achimaas,
Azarias.
9 Achimaas genuit Azariam, Azarias genuit Iohanan.
10 Iohanã genuit Azariam: ipse est qui sacerdotio functus est in domo, quam ædificauit Salomon in Ierusalem.
11 Genuit autem Azarias Amariam, & Amarias genuit Achitob.
12 Achitob genuit Sadoc, & Sadoc genuit Sellũ.
13 Sellum genuit Helciam, & Helcias genuit Azariam
B
14 Azarias genuit Saraiam, & Saraias genuit Iosedec.
Iosedec.
15 Porrò Iosedec egressus est, quando transtulit Dominus Iudam & Ierusalem per manus Nabuchodonosor.
Exod. 6. c
16 Filii ergo Leui: Gersom, Caath, & Merari.
Gersom.
17 Et hæc nomina filiorum Gersom: Lobni, & Semei.
18 Filii Caath: Amram, & Isaar, & Hebron, & Oziel.
cognationes.
19 Filii Merari: Moholi & Musi. hæ autem generationes Leui secundum familias eorum.
20 Gersom, Lobni filius eius, Iahath filius eius, Zamma filius eius.
21 Ioah filius eius, Addo filius eius, Zara filius eius, Iethrai filius eius.
Caath.
22 Filii Caath, Aminabab filius eius, Core filius eius, Asir filius eius.
23 Elcana filius eius, Abiasaph filius eius, Asir filius eius. Thahath filius eius,
24 Vriel filius eius, Ozias filius eius, Saul filius eius.
25 Filii Elcana: Amasai, & Achimoth. Et Elcana,
26 Filii Elcana, Sophai filius eius, Nahath filius eius,
27 Eliab filius eius, Ieroham filius eius, Elcana filius eius.
28 Filii Samuel: primogenitus Vasseni, & Abia.
Merari.
29 Filius autem Merari Moholi: Lobni filius eius, Semei filius eius. Oza filius eius.
C
30 Sammaa filius eius, Haggia filius eius, Asaia filius eius.
Cantores.
31 Isti sunt quos constituit Dauid super cantores domus Domini, ex quo collocata est arca:
32 Et administrabant coram tabernaculo testimonii, canentes donec ædificaret Salomon domũ Domini in Ierusalem: stabant autem iuxta ordinẽ suum in ministerio.
33 Hi vero sunt qui assistebant cum filiis suis, de filiis Caath, Heman cantor filius Ioel, filii Samuel.
Heman de Caath.
34 Filii Elcana, filii Ieroham, filii Eliel, filii Thohu

1 Filii Leui, Gersõn, Cahath & Merari.
2 Filii autem Cahath, Amram, Iizhar, Hebron & Vsiel.
3 Filii Amram, Aharon & Moses, atque Maria. filii autem Aharonis Nadab, Abihu, Elasar, & Ithamar.
4 Elasar verò genuit Pinhas, Pinhas genuit Abisua.
5 Abisua genuit Buci, Buci genuit Vsi.
6 Vsi autem genuit Seraia, Seraia genuit Meraioth.
7 Meraioth genuit Amariam, Amarias genuit Ahitub.
8 Ahitub genuit Zadoc, Zadoc genuit Ahimaaz.
9 Ahimaaz genuit Asariam, Asarias genuit Iohannan.
10 Iohannan genuit Asariam: [1] is sacerdotio functus est in domo quam extruxit Salomon in Ierusalem.
11 Genuit autem Asarias Amariam, & Amarias genuit Ahitub.
12 Ahitub genuit Zadoc, Zadoc autem genuit Sallum.
13 Sallum genuit Hilciam, Hilcias genuit Asariã.
14 Asarias genuit Seraia, Seraia genuit Iehozadec.
15 Iehozadec autem abiit, quum Dominus [2] captiuos abduceret Iehuda & Ierusalem [3] per manum Nebucad-nezar.
16 [4] Filii inquam Leui, [5] Gersom, Cahath & Merari.
17 Hæc verò sunt nomina filiorum Gersom, Libni & Simei.
18 Filii autem Cahath, Amram, Iizhar, Hebron & Vsiel.
19 Filii Merari, Maheli & Musi. istæ ergo sunt [6] familiæ Leui [7] iuxta patres eorum.
20 [8] Ipsius Gersom, Libni filius eius, Zimma filius eius.
21 Ioah filius eius, Iddo filius eius, Sera filius eius, Ieatrai filius eius.
22 Filii ipsius Cahath, Aminadab filius eius, Cora filius eius, Asir filius eius,
23 Elcana filius eius, Ebiasaph filius eius, & Asir filius eius. Thahath filius eius.
24 Vriel filius eius, Vsia filius eius, & Saul filius eius.
25 Filii Elcana, Amasai & Ahimoth Elcana,
26 [9] Filii Elcana, Zophai filius eius, & Nahath filius eius,
27 Eliab filius eius, Ieroham filius eius, Elcana filius eius
28 [10] Porrò filii Samuelis, primogenitus [11] Vasni & Abia.
29 Filii Merari, Mahali, huius filius Libni, huius filius Simhi, huius filius Vsa,
30 Huius filius Simha, huius filius Haggia, huius filius Asaia.
31 Et hi sunt quos constituit Dauid [12] super cantica ædis Domini, postquam requiem habuit arca.
32 Ministrabant autem [13] coram tabernaculo tentorii constitutionis [14] canticis, donec Salomon extrueret ædem Domini Ierosolymis, steteruntq; in ministerio suo [15] iuxta ritum eius [praescriptum]
33 Hi autem assistebant cum filiis suis, de filiis Cahathitarum, Heman cantor filius Ioel filii Samuel,
34 Filii Elcana, filii Ieroham, filii Eliel, filii Thoa,

CAP. VI.
1 q. d. iste est qui in priore templo strenue functus est officio sacerdotis: quia restitit regi Osee volenti offerre incensum in templo Salomonis.
2 vel, transtulit. sub. in Babylonem.
3 i. ministro Nebuchodonosore.
4 Repetit principium capitis: quia a principio ipse recensuit tantum genealogiam Caath.
5 Gersom, in principio capitis scribebatur per nun, nunc per mem: quod hæ literæ sint inter se affines.
6 vel, cognationes Leuitarum. Hic Leui, pro Leuitis sumitur, nomen est gentile, non proprium.
7 subaudiendũ (domus) i. iuxta domum patrum suorum i. per familias suas.
8 i. Gersomis filius fuit Libni.
9 Hic ponitur antecedens pro relatiuo. Elcana, filii eius. sub. fuerunt qui sequuntur. Hic Elcana videtur fuisse filius Asir.
10 Samuel fuit filius Elcanæ. potest igitur aliquid subaudiri, cuiusmodi, Filius autem eius fuit Samuel, vt postea sequatur, Porrò filii Samuelis, &c.
11 In libro Regũ dicitur Ioel.
12 Hebraismus, cantici. vel, locis cantici. aut, officio cantici i. cantorum. q. d. isti sunt quos Dauid præfecit cantoribus, postquam posita est arca in tabernaculo quod fecerat illic Dauid.
13 vel, coram tentorio tabernaculi conuentus. Ita dicebatur quod omnes eò conueniebant ad colendum Deum.
14 sub. diuinis.

15 iuxta morem suum, i. pro ratione dignitatis suæ, quem morem nacti erant tempore tabernaculi q. d. manserunt in eo ordine & statu quem nacti erant tempore tabernaculi Dauidis,

35 Filii Zuph, filii Elcana, filii Mahath, filii Amasai.

36 Filii Elcana, filii Ioel, filii Asaria, filii Zepania,

37 Filii Thahath, filii Asir, filii Abiasaph, filii Cora,

38 Filii Iizhar filii Cahath, filii Leui, filii Israel.

39 Et [16] frater eius Asaph stabat ad dexteram eius: & fuit Asaph filius Berechia filii Simha.

40 Filii Michaelis, filii Baasia filii Malkia,

41 Filii Ethni filii Sara, filii Adaia,

42 Filii Ethan, filii Sima filii Simei,

43 Filii Iahath, filii Gersom filii Leui.

44 Porrò [17] filii Merari fratres eorum erant ad sinistram, nempe Ethan filius Kisi, filii Abdi, filii Malluch,

45 Filii Hasabia filii Amasia, filii Helkia,

46 Filii Amzi, filii Bani, filii Samer,

47 Filii Mahli, filii Musi, filii Merari, filii Leui.

48 Et fratres [18] eorum [19] Leuitæ [20] donatitii ad omne ministerium tabernaculi ædis Dei.

49 Aharon verò & filii eius adolebant incensum super altare holocausti, atque super altare [21] incensi, [22] ad omne opus [23] Sancti sanctorum, & [24] ad expiandum pro Israelitis, iuxta omnia quæ præceperat Moses famulus Dei.

50 Isti autem sunt filii Aharonis, Eleasar, cuius filius Pinhas, & huius filius Abisua,

51 Huius filius Bukki, huius filius Vsi, huius filius Seraia,

52 Huius filius, Meraioth, huius filius Amaria, huius filius Ahitub,

53 Huius filius Zadoc, huius filius Ahimaas.

54 Et ista sunt habitationes eorum per [25] castella eorum, [26] atque terminos eorum, filiorum scilicet Aharonis [27] per familiam Cahathitarum, nā illis fuit hæc [27] sors.

55 [29] Dederunt enim eis Hebron in terra Iehuda

56 Et suburbanos agros eius circum illam. Agrū autem ciuitatis & villas eius dederunt Chaleb filio Iephune.

57 Filiis vero Aharonis dederunt ciuitates refugii, Hebron videlicet, & Libna cum suburbanis suis:

58 [30] Iathir & Estemoa cum suburbanis suis: [31] Hilen quoq. cum suburbanis eius, Debir cum suburbanis eius:

59 Asan & suburbana eius, Beth semes & suburbana eius.

60 De tribu verò Beniamin; Geba cum suburbanis eius, [32] Allemeth cum suburbanis eius, Anathoth & suburbana eius: omnes ciuitates eorum [33] tredecim ciuitates, per cognationes suas.

61 Reliquis filiis Cahath [34] de familia tribus, de dimidia tribu dimidii Manasse in sorte ciuitates decem.

62 Et [35] filiis Gersom per familias suas, ex tribu Isaschar, ex tribu Aser, ex tribu Naphtali, & ex tribu Manasse in Basan ciuitates tredecim.

63 Et [36] filiis Merari per familias suas, ex tribu Ruben, & ex tribu Gad, & ex tribu Sebulon [37] in sorte duodecim ciuitates.

64 [38] Dederuntq. filii Israel Leuitis ciuitates & suburbana eorum loca.

65 Dederunt inquam per sortem ex tribu filiorum Iehuda, & ex tribu filiorum Simeon, atque ex tribu filiorum Beniamin ciuitates istas [39] quas nominibus vocauerunt.

66 Et his qui erant ex familiis filiorum Cahath, (fuerunt [autem] [40] ciuitates [41] & terminus eorum ex tribu Ephraim)

67 Dederuntq. eis [42] ciuitates refugii, Sechem & suburbana eius in monte Ephraim, Geser & suburbana eius,

68 Et Iocmeam, & suburbana eius, Beth-horon & suburbana eius,

69 Et Aialon & suburbana eius, Gath-rimmon & suburbana eius.

70 Ex dimidia autem tribu Manasse [43] Aner & sub-

35 Filii Suph, filii Elcana, filii Ioel, filii Mahath, filii Amasai,

36 Filii Elcana, filii Iohel, filii Azariæ, filii Sophoniæ.

37 Filii Thahath, filii Asir, filii Abiasaph, filii Core.

38 Filii Isaar, filii Caath, filii Leui, filii Israel. *Asaph de Gerson.*

39 Et frater eius Asaph qui stabat à dextris eius, Asaph filius Barachiæ, filii Samaa,

40 Filii Michael, filii Basaiæ, filii Melchiæ,

41 Filii Athanai, filii Zara, filii Adaia,

42 Filii Ethan, filii Zamma, filii Semei,

43 Filii Ieth, filii Gerson, filii Leui.

44 Filii autem Merari fratres eorum, ad sinistram: Ethan filius Cusi, filii Abdi, filii Maloch, *D* *Ethan de Merari.*

45 Filii Hasabiæ, filii Amasiæ, filii Helciæ,

46 Filii Amasai, filii Boni, filii Somer,

47 Filii Moholi, filii Musi, filii Merari, filii Leui.

48 Fratres quoque eorum Leuitæ, qui ordinati sunt in cunctum ministerium tabernaculi domus Domini. *Leuitæ.* *Dei.*

49 Aaron verò, & filii eius adolebant incensum super altare holocausti, & super altare thymiamatis, in omne opus Sancti sanctorum: & vt precarentur pro Israel iuxta omnia quæ præceperat Moyses seruus Dei. *Aaron.*

50 Hi sunt autem filii Aaron: Eleazar filius eius, Phinees filius eius, Abisue filius eius. *Filii Aaron.*

51 Bocci filius eius, Ozi filius eius, Zarahia filius eius.

52 Meraioth filius eius, Amarias filius eius, Achitob filius eius,

53 Sadoc filius eius Achimaas filius eius.

54 Et hæc habitacula eorum per vicos atque confinia, filiorum scilicet Aaron, iuxta cognationes Caathitarum: ipsis enim sorte contigerant. *Habitacula filiorum Aaron.* *E*

55 Dederunt igitur eis Hebron in terra Iuda, *Caleb habitatio.*

56 Et suburbana eius per circuitum: agros autem ciuitatis, & villas, Caleb filio Iephone. *Iosu. 21. b*

57 Porrò filiis Aaron dederunt ciuitates ad confugiendum, Hebron & Lobna, & suburbana eius,

58 Iether quoque & Esthemo cum suburbanis suis, sed & Helon & Dabir cum suburbanis suis, *Ciuitates filiorum Aaron.*

59 Asan quoq. & Beth semes & suburbana earū.

60 De tribu autem Beniamin, Gabee & suburbana eius, & Almath cū suburbanis suis, Anathoth quoq; cum suburbanis suis: omnes ciuitates, tredecim cum suburbanis suis, per cognationes suas.

61 Filiis autem Caath residuis de cognatione sua dederunt ex dimidia tribu Manasse in possessionem vrbes decem. *Caath.*

62 Porro filiis Gerson per cognationes suas de tribu Issachar, & de tribu Aser & de tribu Nephthali, & de tribu Manasse in Basan, vrbes tredecim. *Gerson.*

63 Filiis autem Merari per cognationes suas de tribu Ruben, & de tribu Gad, & de tribu Zabulon, dederunt sorte ciuitates duodecim. *Merari.*

64 Dederunt quoque filii Israel Leuitis ciuitates, & suburbana earum: *F*

65 Dederuntq. per sortem, ex tribu filiorum Iuda, & ex tribu filiorum Simeon, & ex tribu filiorum Beniamin, vrbes has quas vocauerunt nominibus suis,

66 Et his qui erant de cognatione filiorū Caath, (fueruntque ciuitates in terminis eorum de tribu Ephraim.)

67 Dederunt ergo eis vrbes ad confugiendum, Sichem cum suburbanis suis in monte Ephraim: & Gazer cum suburbanis suis, *Vrbes refugii.* *Iosu. 21. b* *Caath.*

68 Iecmaam quoque cum suburbanis suis, & Beth-horon similiter.

69 Necnon & Helon cum suburbanis suis, & Geth-remmon in eundem modum. *Aialon.*

70 Porro ex dimidia tribu Manasse, Aner & suburbana

16 i. cognatus. nam habuerunt hi vno eodem auum, nēpe Leui.
17 i. Meraritæ.
18 sub. cantorum sup. a dictorum.
19 sub. alii.
20 fuerunt traditi, vel deputati.
21 vel, thymiamatis,
22 i. in omni opere, vel officio.
23 Sanctum sanctorum aliquādo accipitur pro adyto, aliquādo pro partibus templi in quibus versabitur sacerdotes.
24 i. ad reddendū Deum propitium Israeli.
25 Vox Hebræa significat domus lapide factas, & domos insignes.
26 in finibus suis.
[illegible]
quarter, nam ro[illegible] vnlibet est [illegible] & finibus distincta.
[illegible] vel, in cognatione, nam Aaron descendet ex Caath.
28 sub. quæ cecidit super vrbes Iuda, nam nisi fortibus acquisitæ fuerunt vrbes filiis Leui.
29 Dederunt itaque sub. filii Israel filii Aaron.
30 Additur à Iosue, & suburbana eius.
31 Dicitur à Iosue Holen, propter affinitatem litteræ & holem.
32 Hæc dicitur Almon à Iosue.
33 Notandū hic censeri duas vrbes, quum hic dicit tredecim. Vide Iosue.
34 Multa subaudienda, hoc modo, (dederunt) de cognatione tribus (eius) ex dimidia tribu, (id est) de media (parte) Manasse, per sortem vel, missis sortibus &c.
35 sub. dederunt.
36 sub. dederunt filii Israel.
37 vel, ductis sortibus.
38 Dederunt inquam
39 [illegible] d dederunt vrbes supradictas.
40 sub. aliquot.
41 termini eorum &c. q. d. habitabant etiā in tribu Ephraim. Parenthesis est.
42 vel, de vrbibus
43 Hæc vocatur a Iosue Taanac.

urbana eius, Balaam & suburbana eius: his videli-
cet qui de cognatione filiorum Caath reliqui erãt.
Gersom. 71 Filiis autem Gersom de cognatione dimidiæ
tribus Manasse, Gaulom in Basan, & suburbana e-
ius, & Astaroth cum suburbanis suis.
G 72 De tribu Issachar, Cedes & suburbana eius,
& Dabereth cum suburbanis suis,
73 Ramoth quoque & suburbana eius, & Anem
cum suburbanis suis.
74 De tribu verò Aser, Masal cum suburbanis
suis, & Abdon similiter,
ᵇ Hacos. 75 ᵇAsach' quoque & suburbana eius, & Robob
cum suburbanis suis.
76 Porrò de tribu Nephthali, Cedes in Galilæa
& suburbana eius, Hamon cum suburbanis suis, &
Cariathaim & suburbana eius
Merari. 77 Filiis autem Merari residuis: de tribu Zabu-
lon, Remmono & suburbana eius, & Thabor cum
suburbanis suis.
78 Trans Iordanẽ quoq. ex aduerso Iericho cõ-
tra Orientẽ Iordanis, de tribu Ruben, Bosor in soli-
tudine cum suburbanis suis, & Iassa cum suburba-
nis suis.
79 Cademoth quoq; & suburbana eius, & Me-
phaath cum suburbanis suis
80 Necnon & de tribu Gad, Ramoth in Galaad
& suburbana eius, & Manaim cũ suburbanis suis,
81 Sed & Hesebon cum suburbanis suis, & Iezer
cum suburbanis suis.

*urbana eius, Bilaam & suburbana eius pro familia filio-
rum Cahath, qui residui erant.*
71 *Filiis autem Gersom ex familia dimidia tribus
Manasse, Golan in Basan & suburbana eius, Astaroth
& suburbana eius.*
72 *Ex tribu Isaschar, Kedes & suburbana eius, Da-
brath & suburbana eius.*
73 *Et Ramoth & suburbana eius,* [44] *Anem' & sub
urbana eius.*
74 *Ex tribu Aser, Masal & suburbana eius, Abdon
& suburbana eius,*
75 *Et* [45] *Hucoc' & suburbana eius, Rehob & subur-
bana eius loca.*
76 *Ex tribu autem Naphthali, Kedes in Galilaa &
suburbana eius,* [46] *Hammon' & suburbana eius,* [47] *Ki-
riathaim' & suburbana eius.*
77 *Filii verò Merari residuis [dederunt] ex tribu
Zebulon, Rimmono & suburbana eius, Thabor & sub-
urbana eius.*
78 *Et vltra* [48] *Iordanem Iericho' ad Orientem Ior-
danis ex tribu Ruben, Bezer in deserto cum suburbanis
eius, Iahza cum suburbanis eius,*
79 *Et Kedemoth cum suburbanis eius, Mephaath
cum suburbanis eius*
80 *Ex tribu Gad, Ramoth in Gilead cum suburba-
nis eius, Mahanaim cum suburbanis eius,*
81 *Et Hesbon cum suburbanis eius, & Iaser cum sub-
urbanis eius.*

44 A Iosue dici-
tur Hen-g[illegible].
45 Elcath dici-
tur à Iosue.
46 Hamath dor,
in Iosue.
47 Alias dicitur
Cartam apud
Iosue.
48 Iordanis Ie-
richò dicitur,
quia fluit circũ
Iericho.

CAPVT VII.

A 1 Porrò filii Issachar: Thola, & Phua, Iasub & Si-
meron quatuor.
Genealogia filiorum Issachar. Gen. 46. b 2 Filii Thola: Ozi & Raphaia, & Ieriel, & Iemai,
& Iebsem, & Samuel, principes per domos cogna-
tionum suarum. De stirpe Thola viri fortissimi nu-
merati sunt in diebus Dauid, viginti duo millia
sexcenti.
3 Filii Ozi: Izrahia, de quo nati sunt Michael, &
Obadia, & Ioel & Iesia, quinque: omnes principes.
ᵃ Cum. 4 ᵃCum' eis per familias, & populos suos, ac-
cincti ad prælium, viri fortissimi, triginta sex mil-
lia: multas enim habuerunt vxores, & filios.
B 5 Fratres quoque eorum per omnem cognatio-
nem Issachar, robustissimi ad pugnandum, octo-
ginta septem millia numerati sunt.
Beniamin. Gen. 46. c 6 Filii Beniamin: Bela, & Bechor, & Iadihel,
tres. Filii Bela:
7 Esbon & Ozi & Oziel & Ierimoth & Vrai,
quinque principes familiarum, & ad pugnandum
robustissimi: numerus autem eorum, viginti duo
millia & triginta quatuor.
8 Porrò filii Bechor: Zamira, & Ioas, & Eliézer,
& Elioenai, & Amri, & Ierimoth, & Abia, & Ana-
thoth, & Almath omnes hi, filii Bechor.
9 Numerati sunt autem per familias suas prin-
cipes cognationum suarum ad bella fortissimi, vi-
ginti millia & ducenti.
C 10 Porrò filii Iadihel: Balan. Filii autem Balan:
Iehus, & Beniamin, & Aod, & Chanaana, & Zethã,
& Tharsis, Ahisahar.
11 Omnes hi, filii Iadihel, principes cognationũ
suarum, viri fortissimi decem & septem millia, &
ducenti ad prælium procedentes.
12 Sepham quoque & Hapham filii Hir: & Ha-
sim filii Aher.
Nephthali. 13 Filii autem Nephthali: Iasiel, & Guni, & Ié-
ser, & Sellum, filii Bala
ᵇ filii 14 Porro ᵇfilius' Manasse, Esriel: concubina, que

1 *Filii verò Isaschar, Thola,* [1] *Phua, Iasib & Simron,
quatuor.*
2 *Et filii Thola, Vsi, Rephaia, Ieriel, Iahmai, Iibsam
atq. Samuel,* [2] *capita in familia patrum suorum,' Tho-
la, viri fortes per generationes suas: numerus eorum* [3] *in
diebus Dauidis' viginti duo millia & sexcenti.*
3 [4] *Filii' Vsi, Israia: filii Isaraiæ, Michael, Obadia,
Ioel, & Isihia,* [5] *quinque,' omnes principes.*
4 *Erantq.* [6] *cum eis' in generationibus suis. [&]* [7] *se-
cundum familiam patrum suorum,* [8] *cunei militares bel-
lo apti' triginta sex millia, quòd* [9] *multiplicassent vxores
& filios.*
5 [10] *Fratres' quoq. eorum* [11] *secundum omnes fami-
lias Isaschar viri fortes erant & milites numero octogin-
ta & septem millia* [12] *recensiti in vniuersum.*
6 [13] *Beniamin' Bela, Bacher & Iediel, tres. Filii Bela:*
7 *Ezbon, Vsi, Vsiel, Ierimoth & Hiri quinque* [14] *prin-
cipes familia patrum,'* [15] *virorum fortium recensitorum
per genealogias' fuerunt viginti duo millia triginta qua-
tuor*
8 *Filii verò Bacher, Semira, Ioas, Eliezer, Elioenai,
Omri, Ieremoth, Abia, Anathoth & Alameth. hi o-
mnes filii Bacher*
9 [16] *Numerus autem secundum genealogiam genera-
tionesq. suas, & principes familiarum patrum suorũ vi-
rorum fortium' erant viginti millia & ducenti.*
10 *Porrò filii Iediel, Bilhan: & filii Bilhan, Iehus,
Beniamin, Ehud, Chanaena, Setan, Tharsis & Ahisahar.*
11 *Omnes isti fuerunt filii Iediel, principes* [17] *patrũ.'
& viri* [18] *bello apti,' [quorum erant] decem & septẽ mil
lia atq. ducenti,* [19] *qui ad bellum proficisci poterant.*
12 [20] *Suppim' quoq. & Huppim filii* [21] *Hir' &* [22] *Hu-
sim filii Aher*
13 *Filii autem Naphthali Iahziel, Guni, Iezer, &*
[23] *Sellum.'* [24] *filii Bilhæ,*
14 [25] *Filii' Manasse, Asriel quem peperit* [26] *ipsa:'*

CAP. VII.
1 Pro Phua & Iasib, scribitur in Genesi, Phua & Iob. Quare quidam dicunt Iasib eundem esse cum Iob.
2 i. principes familiæ suæ: hoc est familiæ Thola.
3 i. quã numerauit Dauid populum. 2. Reg. 24
4 Plurale pro singulari Filius.
5 comprehenso patre scilicet.
6 sub. principibus.
7 i. per familias suas.
8 Heb. milites (vel turmæ) prælii i. milites apti & parati ad bellum. q. d. generosi & fortes.
9 i. habuerant plurimas vxores, & ex eis genuerunt plurimos liberos.
10 i. Cognati.
11 vel, per omnes &c. q. d. Omnes Ischaritæ.
12 Heb. quando recensiti fuerũt per seriem generationis eorum per omnes. i. per totam cognationem suam. q. d. comprehensis omnibus ascendebãt ad numerũ octoginta &c.
13 sub. & hui.
14 i. principes familiæ suæ.
15 Heb. potentes viribus: & quum fuerunt per seriem generationis recensiti.
16 Heb. Et qui numerati sunt per seriem generationis eorum, (&) per generationes suas, qui erant principes familiæ suæ (&) potentes virtute i. viri fortissimi.
17 familiarum,
18 Heb. fortes viribus,
19 Hebr. egredientes ad mili-

tiam in prælium i. viri militares parati ad prælium q. d. viri militares & bellicosi. 20 In Genesi, cap. 46. dicitur Muppim. 21 Hic Hir, dicitur [illegible] paulo supra in enumeratione [illegible] 22 [illegible] Dan. [illegible] 46. cap. [illegible] 23 [illegible] dicitur Sillem 24 Hæc verba filii [illegible] sunt referenda ad filios Naphthali: sed ad eum [illegible] Beniamin, & ad ipsis Naphthalitis. hos enim esse intelligendos docet [illegible] 46 Geneseos. 25 Plurale pro singulari [illegible] aut subaudiendum præpositum, i. à filiis &c. 26 sub. quæ peperit. i. vxor eius.

concubina eius [27] Aramia' peperit Machir [28] patrem Gilead.'

15 *Machir autem [29] accepit uxores ip[s]i Huppim & ipsi Suppim:' nomen sororis eius Maacha: nomen autem secundi Zelephcad, habuitq; Zeloph. ad filias.*

16 *Peperit autem Maacha uxor Machir filium, & nominauit nomen eius Thares: nomen autem fratris eius Sares: filii autem [30] eius' Vlam & Rakem.*

17 *Et filius Vlam,' Bedan. & hi sunt filii Gilead filii Machir filii Manasse.*

18 *Soror verò [31] eius' Molecheth peperit Isc-hud, Abiezer & Mahela.*

19 *Porro filii Semida fuerunt Ahian Sechem, Lichi & Aniham. [32] Filii' autem Ephraim, Sutalah, huius filius Bered, huius filius Tahath,*

20 *Huius filius Eleada, huius filius Thahath,*

21 *Huius filius Sabad [33] huius filius Sutela, Æser, & Elead.' & occiderunt eos viri Gath [34] nati in illa terra,' eo quòd descenderant vt acciperent pecora eorum.*

22 *Et mœrore affectus est Ephraim [35] pater' eorum multis diebus, veneruntq; [36] fratres' eius vt eum consolarentur.*

23 *Et quum ingressus esset ad vxorem suam, concepit illa & peperit, & vocauit nomen eius, [37] Beria,' [38] quòd calamitas hæc contigisset domui eius.*

24 [39] *Filia' autè eius fuit Seera, quæ ædificauit Beth-horon inferiorem atque superiorem, & Vsen-seera.*

25 [40] *Huius filius fuit Repha, & Reseheph,' huius filius Thela, huius filius Thahan,*

26 *Huius filius Laedan, huius filius Amihud, huius Elisama,*

27 *Huius filius Non, huius filius Iehosua.*

28 *Possessio eorum & habitationes ipsorũ Beth-el, & viculi eius, ad Orientẽ Naaran: & ad Occidentẽ, Gesir & viculi eius, Sichem & viculi eius, Adasa & viculi eius.*

29 *Et [41] ad partes filiorũ Manasse,' Beth-sean & viculi eius, Thanaath & viculi eius, Megiddo & viculi eius, Dor & viculi eius: [42] in istis' habitauerunt filii Ioseph filii Israel.*

30 *Filii Aser, Iimna, Isua, Isuai, & Beria atque Sara soror eorum.*

31 *Filii Beria, Heber & Malciel: is est [43] pater' Birsaith.*

32 *Heber autem genuit Iaphlet, Somer, Hotham, Suaq; sororem eorum.*

33 *Filii Iaphlet, Pasach, Bimhal, Asuath: isti sunt filii Iaphlet.*

34 *Filii Somer, Ahi, Roga, Iehuba & Aram,*

35 [44] *Et filius' Helem fratris [45] eius,' Zophah, Iimna, Seles & Amal.*

36 *Porrò filii Zophah, Sua, Harnepher, Sual, Beri & Iimra,*

37 *Bazer, & Hod, Sama, Silsa, Iithran & Beera.*

38 *Filii verò Iether, Iephune, Pispa & Ara.*

39 *Filii autem Vlla, Ara, Hanniel, & Risia.*

40 *Omnes isti filii Aser, capita [46] domorũ patriarũ,' [47] clari heroes ac bellatores' [48] duces præcipui,' [49] qui sese infirmarunt iuxta genus suum apti bello iuxta numerum suum, virorum nempe' viginti sex millia.*

eius Syra peperit Machir patrem Galaad.

15 Machir autem accepit vxorẽ filiis suis Happhim & Sapham: & habuit sororem nomine Maacha: nomen autem secundi, Salphaad, natæque sunt Salphaad filiæ.

16 Et peperit Maacha vxor Machir filium, vocauitq; nomen eius Phares: porro nomen fratris eius, Sares: & filii eius, Vlam, & Recem. D

17 Filius autem Vlam, Badan. hi sunt filii Galaad, filii Machir, filii Manasse.

18 Soror autem eius Regina peperit Virum-decôrum, & Abiezer, & Mohola.

19 Erant autem filii Semida: Ahin & Sechem, & Leci, & Aniam. Filii autem Ephraim: Suthala, Bared filius eius, Thahath filius eius, *Ephraim.*

20 Elada filius eius, Thahath filius eius, E

21 Et huius filius Zabad, & huius filius Suthála, & huius filius Ezer & Elad: occiderunt autem eos viri Geth indigenæ, quia descenderant vt inuaderent possessiones eorum. *Occisi filii Ephraim.*

22 Luxit igitur Ephráim pater eorũ multis diebus, & venerũt fratres eius vt consolarentur eum.

23 Ingressusq; est ad vxorem suam: quæ concepit, & peperit filium, & vocauit nomen eius Beriá, eo quòd in malis domus eius ortus esset. *Beria.*

24 Filia autem eius fuit Sara, quæ ædificauit Beth-horon inferiorẽ & superiorem, & Ozen-sara.

25 Porrò filius eius Rapha, & Reseph, & Thale, de quo natus est Thaan,

26 Qui genuit Laadan: huius quoq; filius Ammiud, qui genuit Elisama,

27 De quo ortus est Nun, qui habuit filiũ Iosue.

28 Possessio autem eorum & habitatio, Beth-el cum filiabus suis, & contra Orientem Noran, ad Occidentalẽ plagã Gazer & filiæ eius, Sichẽ quoq; cum filiabus suis, vsque ad Aia cum filiabus eius. F

29 Iuxta filios quoq; Manasse Beth-san & filias eius, Thanach & filias eius, Mageddo & filias eius, Dor & filias eius: in his habitauerunt filii Ioseph, filii Israel.

30 ‖ Filii Aser: Iemna, & Iesua, & Iessui, & Baria, & Sara soror eorum. *Aser filii.* Gen. 46. b

31 Filii autem Baria: Heber, & Melchiel: ipse est pater Barsaith.

32 Heber autem genuit Iephlat, & Somer, & Hotham, & Suaa sororem eorum.

33 Filii Iephlat: Phosech, & Chamaal, & Asoth: hi filii Iephlat.

34 Porro filii Somer: Ahi, & Roaga, & Haba, & Aram.

35 Filii autem Helem fratris eius: Supha, & Iemna, & Selles, & Amal. G

36 Filii Supha: Sue, Harnapher, & Sual, & Beri, & Iamra,

37 Bosor, & Hod, & Sãma, & Salusa, & Iethran, & Bera.

38 Filii Iether: Iephone, & Phaspha, & Ara.

39 Filii autem Olla: Aree, & Haniel, & Resia.

40 Omnes hi filii Aser, principes cognationum, electi átq; fortissimi, duces ducũ: numerus autem eorum ætatis quæ apta esset ad belló, viginti sex millia.

27 i. Syra illa. Chald. e, La Syrienne.
28 i. principem, vel patrem incolarum Machir fuit pater viri qui dicebatur Gilead, simulq; princeps regionis Gilead.
29 Sic vertendũ ex 27. cap. Num. qui accepit (sibi) vxorem, (sororem) Huppim & Suppim &c.
30 sub. Sares.
31 sub. Galaad.
32 Filii pro Filius.
33 q.d. Sabad habuit tres filios, Sutela, Æser & Elead.
34 i. indigenæ filius terræ.
35 i. annis.
36 i. cognati & consanguinei. Habebat fratrẽ maiorem se natu, nempe Manasse. Hic vero dicit fratres, significans non illum fratrẽ suũ, sed cognatos.
37 i. in afflictione & dolore.
38 quòd in afflictione fuisset (sub. vxor eius) in domo eius. sub. Ephraim.
39 i. Neptis. Per neptem, eam intellige quæ nata est ex nepotib. q.d. Ex tribu Ephraim duxit ortũ etiam mulier clarissima Seera nomine.
40 q.d. Rapha & Resheph fuerunt filii eius.
41 i. versus eam regionem quam habitabant filii Manasse.
42 sub. vrbibus.
43 i. princeps.
44 [illegible] autẽ.
45 sub. Semer.
46 Heb. domus patrum i. principes familiarum suarum.
47 Heb. potentes viribus.
48 Heb. duces ducum. i. capita ducum.
49 quumq; per generationes eorum fuerunt numerati inter viros militiæ ad bellum, numerus eorum fuit &c.

CAPVT VIII.

1 *BEniamin verò genuit [1] Bela' primogenitum suum, Asbel secundum, Ahrah tertium,*

2 *Noah quartum, & Rapha quintum.*

3 *Fueruntq; filii Bala, Addar, Gera, Abihud,*

4 *Abisua, Naaman & Ahoah,*

5 *Gera, Sephuphan & Huram.*

6 *Isti autem sunt filii Ehud, & hi sunt capita [2] patrũ habitantiu in Gaba, & transtulerũt [3] eos' in Manahath.*

7 [4] *Et' Naaman, & Ahia & Gera, is transtulit eos: genuitq; Vsam & Abihud.*

1 BEniamin autem genuit Bale primogenitum suum, Asbel secundum, Ahara tertium, A *Genealogia filiorum Beniamin.* Gen. 46. c supr. 7. b.

2 Nohaa quartum, & Rapha quintum.

3 Fueruntq; filii Bale: Addar, & Gera, & Abiud,

4 Abisúe quoque, & Naaman, & Ahoe.

5 Sed & Gera, & Sephuphan, & Huram.

6 Hi sunt filii Ahod, principes cognationũ habitantiũ in Gabaa, qui translati sunt in Manahath.

7 Naaman autẽ & Achia, & Gera ipse transtulit eos, & genuit Oza & Ahihud.

8 Porrò

CAP. VIII.
1 Vt describat generationem Saul, describit generationem Beniamin.
2 familiarum.
3 nempe ciues Geba.
4 Vocat Et q.d. Ehud habuit hos filios, Naaman, &c.

8 Porrò Saharáim genuit in regione Moab, postquam dimisit Husim & Bara vxores suas.
9 Genuit autem de Hodes vxore sua, Iobab, & Sebeia, & Mosa, & Molchom.
10 Iehus quoque & Sechia & Marma. Hi sunt filii eius principes in familiis suis.
B 11 Mehusim vero genuit [a]Achitob, & Elpháal.
12 Porrò filii Elpháal: Heber, & Misaam, & Samad: ædificauit Ono, & Lod, & filias eius.
13 Baria autem & Sama principes cognationum habitantium in Aialon: hi fugauerunt habitatores Geth.
14 Et Ahio, & Sesac, & Ierimoth.
15 Et Zabadia, & Arod,
16 Et Heder, Michael quoq; & Iespha, & Ioha filii Baria.
17 Et Zabadia, & Mosollam, & Hezeci, & Heber,
18 Et Iesamari, & Iezlia & Iobab filii Elpháal.
19 Et Iacim, & Zechri, & Zabdi,
20 Et Elioenai & Selethái, & Eliel,
21 Et Adaia, & Baraia, & Samarath filii Semei.
22 Et Iesphan, & Heber, & Eliel,
23 Et Abdon, & Zechri, & Hanan,
24 Et Hanania, & Ælam, & Anathothia,
25 Et Iephdaia, & Phanuel filii Sesac.
26 Et Samsari, & Sohoria, & Otholia,
C 27 Et Iersia, & Elia, & Zechri, filii Ieroham.
28 Hi patriarchæ, & cognationum principes, qui habitauerunt in Ierusalem.
29 In Gabaon autem habitauerunt Abigabaon, & nomen vxoris eius Maacha.
30 Filiusque eius primogenitus Abdon, & Sur, & Cis, & Baal, & Nadab,
31 Gedor quoq; & Ahio, & Zacher, & Macelloth:
32 Et Macelloth genuit Samaa: habitaueruntq; ex aduerso fratrum suorum in Ierusalem cum fratribus suis.
33 Ner autem genuit Cis, & Cis genuit Saul: porro Saul genuit Ionathan, & Melchisua, & Abinadab, & Esbáal.
D 34 Filius autem Ionathan, Merib baal: & Meribbáal genuit Micha.
35 Filii Micha, Phithon, & Melech, & Tharaa, & Ahaz.
36 Et Ahaz genuit Ioada: & Ioiada genuit Alamath, & Azmoth, & Zamri: porro Zamri genuit Mosa.
37 Et Mosa genuit Banaa, cuius filius fuit Rapha, de quo ortus est Elasa, qui genuit Asel.
38 Porrò Asel sex filii fuerunt, his nominibus, Ezricam, Bochru, Ismael, Saria, Obdia, & Hanan: omnes hi filii Asel.
39 Filii autem Esec fratris eius, Vlam primogenitus, & Iehus secundus, Elipháles tertius.
40 Fueruntque filii Vlam viri robustissimi, & magno robore tendentes arcum: & multos habentes filios ac nepotes Vsque ad centum quinquaginta millia. Omnes hi filii Ben-iamin.

[a] Abitob,
Iud. 9.4
Nomina generis Saul. 2. Reg. 14. B cui. 9
Filii Vlam.

8 Sarahaim quoq; genuit in campo Moab, posteaquam dimiserat [5] illas, erantq; vxores eius Husim & Baara:
9 Et sustulit ex vxore sua Hodes, Iobab, Zibiam, Mesam, Malcam,
10 Ieuz, Sachiam atq; Mirmam: hi fuerunt filii eius [6] capita patrum.
11 Porrò ex Husim genuit Abitub & Elpaal.
12 Filii autem Elpaal, Eber, Misham & Samed: (is ædificauit Ono, Lod & viculos eius)
13 [7] Beria vero & Sema fuerunt præcipui patres habitantium Aialon: ipsi effugarunt habitatores Gath.
14 Et Ahio, Sasac, & Ieremoth.
15 Et Zebadia, Arad,
16 Ader, Et Michael, Iispa, Ioha, filii Beria,
17 ([8] Et Zebadia, Mesullam, Hiski, Heber,
18 Et Ismerai, Islia & Iobab filii Elpaal.)
19 Et Iakim, Zichri, Zabdi,
20 Et Elienai, Zilthai, Eliel,
21 Et Adaia, Baraia, Simrath, filii [9] Simhi.
22 Et Iisram, Eber, Eliel,
23 Et Abdon, Zichri, Hanan,
24 Et Hanania, Elam & Anthothia,
25 Et Iiphdeia, & Pnuel filii Sasac,
26 Et Samserai, Seharia, Athalia,
27 Et Iaresia, Elia, & Zichri filii Ieroham.
28 Isti sunt [10] præcipui patres & principes in familiis suis: & isti habitauerunt Ierosolymis.
29 In Gibeon autem habitarunt, [11] Abi Gibeon: & nomen vxoris eius Maacha.
30 Et filius eius primogenitus [12] Abdon: Zur, Kis, Baal, Nadab,
31 Et Gedor, Ahio & [13] Zacher.
32 Porro Mikloth genuit Simeam, qui & ipsi habitarunt e regione [14] fratrum suorum, in Ierusalem cum fratribus suis.
33 [15] Ner genuit Kis, Kis genuit Saulem, Saul genuit Ionathan, Malkisua, Abinadab & [16] Esbaal.
34 Filius Iehonathan, fuit Merib baal, Merib baal genuit Michan
35 Filii autem Micha, Tithon, Melech, Tharea & Ahas.
36 Ahas genuit Iehoadam & Iehoada genuit Alemeth, & Azmaueth atque Simri: Simri autem genuit Moza,
37 Moza genuit Binaam, cuius filius Rapha, cuius filius Azel.
38 Porrò Azel habuit sex filios, quorum nomina sunt Azrican primogenitus eius, & Ismael, Searia, Obadia & Hanan omnes isti filii Azel.
39 Filii autem Esec fratris eius, Vlam primogenitus eius, Iehus secundus, Eliphelet tertius.
40 Fueruntq; filii Vlam viri [17] & heroes fortes, peritissagittandi, qui genuerunt multos filios & nepotes, [18] eorum centum & quinquaginta omnes isti [19] de filiis Beniamin.

5 Relatiuum masculinum est apud Hebræos pro feminino, quod etiam ponitur pro antecedente. Postea quam amandauit illas a se, nempe Husim &c. Habebat duas vxores quas repudiauit propter causas quæ tacentur.
6 i. principes familiarum.
7 Heb. Et Beria, & Sema: ipsi principes familiarum.
8 Hi duo versus legi debent per parenthesin. absoluit enim filios Elpaal, quos prætermiserat.
9 Hic primo supra vocabatur Sema.
10 Hebr. capita patrum (i. principes familiarum) per generationes suas, (&) principes, sub. tribus suæ, hoc est principes tribus Beniamin.
11 princeps Gibeon, sub. cum vxore sua & filiis. Vide hæc eadem in fine capitis noni sequentis.
12 Primogenitus est Abdon, cuius frater fuit Sur.
13 Subaudiendum, & Micloth, vt postea sequitur. Porro Michaloth &c. Id apparet ex fine noni capitis sequentis, in quo hæc eadem leguntur, vt dictum est.
14 i. cognatorum.
15 Dicunt Heb. Ner vocatum fuisse Abiel. Abiel erat proprium nomen, ... Ner autem ... dicebatur quod ... luceret alius
16 Dicitur in libris Regum Isboseth.
17 Hebr. fortes robore.
18 vel, vsque ad centum &c.
19 i. de tribu.

CAPVT IX.

A 1 VNiuersus ergo Israel dinumeratus est: & summa eorum scripta est in Libro regum Israel, & Iuda: translatique sunt in Babylonem, propter delictum suum.
2 Qui autem habitauerunt primi in possessionibus, & in vrbibus suis, Israel, & sacerdotes, & Leuitæ, & Nathinæi.
3 Commorati sunt in Ierusalem de filiis Iuda & de filiis Beniamin, de filiis quoque Ephraim, & Manasse.
4 Othei filius Ammiud, filius Amri, filii Omrai, filii Bonni, de filiis Phares filii Iuda.
5 Et de Siloni: Asaia primogenitus, & filii eius.

De sacerdotibus Leuitisque & officiis eorum.
[b] filii

1 OMnes itaque Israelitæ [1] iuxta genus conscripti sunt in libro regum Israelis [2] & Iehuda: [3] translati
que sunt in Babylonem propter præuaricationem suam
2 [4] Habitatores primi qui fuerunt in possessione sua in ciuitatibus suis, [4] Israelita, sacerdotes, Leuitæ & Nethinæi.
3 In Ierusalem quidem habitarunt [5] ex filiis Iehuda, ex filiis Beniamin, ex filiis Ephraim & Manasse.
4 [6] Vthai filius Amihud, filii Omri, filii Imri, filii Bani, ex filiis Perez filii Iehuda
5 Et [7] de Siloni: Asaia primogenitus, & filii eius.

CAP. IX
1 recensiti per seriem generationum.
2 & Iudæ ... &c. ... qui Iuda translatus fuit &c.
3 Caput istud conferendum est cum vndecimo Esdræ, aut Nehemiæ, in quo eadem habentur: vnde illustrari potest. Generationem enim describit qui redierunt e captiuitate Babylonica.

4 i. aliqui ex Israele, ex sacerdotibus, Leuitis, & Nathinæis. q. d. cum sacerdotibus Leuitis, & Nathinæis, aliquot etiam ex Israele. 5 Ostendit quid per Israelem intelligeret versu præcedente, i. aliquot ex filiis Iuda, &c. qui scilicet aufugerant, quum abducerentur decem tribus. 6 Hi erant ex tribu Iuda. 7 ex (...) Hasiloni,

6 *Et de filiis Serah, Iehuel atque fratres eorum sexcenti nonaginta.*

7 *De filiis verò Ben-iamin, Sallu filius Mesullam filii Hodavia filii Senua.*

8 *Et Iibneia filius Ierokam, atque Ela filius Uzi filii Michri, & Mesullam filius Sephatia filii Rehuel filii Iibneia.*

9 [8] *Fratres autem eorum secundum cognationes suas, nongenti & quinquaginta sex omnes isti viri [9] primarii patresque iuxta domus patrum suorum.*

10 *Ex sacerdotibus quoque Iedaia, [10] Iehoiarib & Iachin.*

11 *Asarias filius Hilkia filii Mesullam, filii Zadoc, filii Meraioth filii Ahitub principis domus Dei.*

12 *Et Adaia filius Ierokam, [1] filii Phashur filii Malkia, & Maasai filius Adiel filii Iachsera filii Mesullam, filii Mesillemith, filii Immer.*

13 *Et [12] fratres eorum [13] capita domus patrum suorum mille & septingenti atque sexaginta, [14] viri strenui [15] [in] opere ministerii domus Dei.*

14 [16] *Et de Levitis, Semaia filius Hasub filii Azrikam filii Hasabia de filiis Merari.*

15 [17] *Bacbacar quoque, & Heres, atque Galal, sed & Mathania filius Micha, filii Sichri, filii Asaph.*

16 *Et [18] Obadia filius [19] Semaia, filii Galal, filii Ieduthun: & Berechia filius Asa filii [20] Elcana, qui habitabat [21] in villis Netophathi.*

17 *Porrò ianitores Sallum, Accub, Talmon, & Ahiman, & fratres eorum: Sallum [22] praecipuus.*

18 *Et [23] usque huc in porta regis, quae erat ad Orientem, illi ianitores fuerunt [24] per mansiones filiorum Levi.*

19 *Et Sallum filius Core, filii Ebiasaph, filii Corah: & fratres [25] eius [26] de domo patris sui Corahitae [27] super opus ministerii, custodientes limina tentorii: & patres eorum [erant] super [28] castra Domini, custodientes [29] introitum.*

20 *Et Pinhas filius Elhasar dux fuit [30] super eos, [quod] antea Dominus fuerat cum eo.*

21 *Porrò Zacharias filius Mesi emia excubias agebat ad portam tabernaculi [31] conventionis.*

22 *Omnes illi [32] clavi erant ad portas & limina, nempe ducenti & duodecim, [33] recensiti per genealogias suas in villis suis.*

23 *Quos constituerat David & Samuel videns, [34] propter fidem eorum. Ipsi igitur & [35] filii eorum [36] ad portas domus Domini, & domus [37] tabernaculi [38] ianitores erant per custodias suas.*

24 [39] *Erant autem ianitores illi ad quatuor ventos, ad Orientem, ad Occidentem, ad Septentrionem, & ad Meridiem.*

25 *Et fratres eorum [manebant] in villis suis, [40] ut venirent septimo quoque die singulis temporibus cum illis.*

26 [41] *Erant illi sub fide [42] quatuor insignium ianitorum, nempe Levitae: qui [constituti] erant super [43] gazophylacia, & super thesauros domus Dei.*

27 *Pernoctabant autem circa domum Dei: nam illis commissa erat [44] custodia, erantque super [45] claves [constituti,] ut singulis diebus mane aperirent.*

28 *Quidam ex eis erant [46] super vasa ministerii: nam [47] numerata inferebant ea, & [47] numerata exportabant.*

29 *Quidam deinde erant constituti super [alia] vasa, & super omnia vasa sanctuarii, [atque] super similam & [48] vinum, super oleum & thus, atque odores.*

6 De filiis autem Zara: Iehuel, & fratres eorum, sexcenti nonaginta.

7 Porrò de filiis Ben-iamin: Salo filius Mosollam, filii Oduia, filii Asana.

8 Et Iobania filius Ieroboam: & Ela filius Ozi, filii Mochori: & Mosollam filius Saphatiae, filii Rahuel, filii Iebaniae.

9 Et fratres eorum per familias suas, nongenti quinquaginta sex: omnes hi principes cognationum per domos patrum suorum.

10 De sacerdotibus autem Iedaia, Ioiarib, & Iachin.

11 Azarias quoque filius Helciae, filii Mosollam, filii Sadoc, filii Maraioth, filii Achitob, pontifex domus Dei.

12 Porrò Adaias filius Ieroham, filii Phassur, filii Melchiae: & Maasai filius Adiel, filii Iezra, filii Mosollam, filii Mosollamith, filii Emmer. C

13 Fratres quoque eorum principes per familias suas, mille septingenti sexaginta, fortissimi robore ad faciendum opus ministerii in domo Dei.

14 De Leuitis autem: Semeia filius Hassub filii Ezricam, filii Hasebia de filiis Merari.

15 Bacbacar quoque carpentarius, & Galal, & Mathania filius Micha, filii Zechri, filii Asaph.

16 Et Obdia filius Semeiae filii Galaal, filii Idithun: & Barachia filius Asa filii Elcana, qui habitauit in atriis Netophati.

17 Ianitores autem: Sellum, & Accub, & Telmon, & Ahiman: & frater eorum Sellum princeps.

18 Vsque ad illud tempus, in porta regis ad Orientem, obseruabant per vices suas de filiis Leui. *Sellum.*

19 Sellum verò filius Core filii Abiasaph, filii Core, cum fratribus suis, & domo patris sui, hi sunt Coritae super opera ministerii, custodes vestibulorum tabernaculi: & familiae eorum per vices castrorum Domini custodientes introitum. D

20 Phinees autem filius Eleazari, erat dux eorum coram Domino. *Phinees.*

21 Porrò Zacharias filius Mosollamia, ianitor portae tabernaculi testimonii. *Zacharias.*

22 Omnes hi electi in ostiarios per portas, ducenti duodecim: & descripti in villis propriis:

23 Quos constituerunt David & Samuel videns, in fide sua tam ipsos, quam filios eorum in ostiis domus Domini, & in tabernaculo vicibus suis. *David & Samuel videns qua ordinauerint.*

24 Per quatuor ventos erant ostiarii: id est ad Orientem, & ad Occidentem, & ad Aquilonem, & ad Austrum.

25 Fratres autem eorum in viculis morabantur, & veniebant in sabbathis suis de tempore vsque ad tempus.

26 His quatuor Leuitis creditus erat omnis numerus ianitorum, & erant super exhedras, & thesauros domus Domini. E

27 Per gyrum quoque templi Domini morabantur in custodiis suis: vt cum tempus fuisset, ipsi mane aperirent fores.

28 De horum grege erant & super vasa ministerii: ad numerum enim & inferebantur vasa, & efferebantur.

29 De ipsis & qui credita habebant vtensilia sanctuarii, praeerant similae, & vino, & oleo, & thuri, & aromatibus.

30 Filii

8 i. Cognati.
9 Hebr. capita patrum per domos patrum suorum principes familiarum per familias suas.
10 in Esdra haec ... habentur, vbi Ben-Ioiarib ... quasi dicat Ioiarib: nam erat hic filius Ioiarib.
11 i. nepotis. Nam hic omittuntur tres inter Ierohā & ... ashur. Vide Nehemiae ca. 11.
12 i. cognati.
13 i. principes in familiis suis.
14 Hebr. fortes robore, i. viri bellicosi.
15 vel, (viri) operis, i. qui restabilitur opere.
16 Pergit explicare singillatim quae posita sunt ... huius capitis.
17 Hebr. Et Bacbacar ... Heres, nomen proprium.
18 ... dicitur ... Abdah à Nehemia 12.
19 Nehemias vocat ... Sammuah.
20 Iste Elcana, non est pater Samuelis.
21 i. in vna villarum.
22 Heb. caput.
23 vel, huc usque sub. manserunt, i. pagi ... illi porta. Porta regia ... vna erat ex portis templi, sic dicta quod per eam rex templum ingrederetur.
24 in turmis, vel inter turmas q. d. Isti ex filiis Leui fuerunt ianitores.
25 sub Sellum
26 Hebr. per domum ... qui erant de familia eius
27 i. praefuerunt operi
28 vel, turmam
29 sub. tabernaculi ... nemine enim licebat ingredi ... sacra praeterquam sacerdotes.
30 Heb. super eos olim (cum quo) Dominus erat ... Deo ...
31 vel, conuentus, siue congregationis.
32 electi in ianitores in ipsis liminibus sub. templi.
33 Heb. ipsi (erant) in villis suis quum dinumerati sunt, vel, per seriem generationum recensiti sunt, i. quum numerus eorum inuentus est talis qui iam dictus est.
34 in munere (vel officio) suo. Vox Hebraea E M V N A, hoc loco accipitur pro officio & munere perpetuo & irreuocabili, fido & permanente.
35 i. nepotes, siue posteri.
36 sub. fuerunt constituti.
37 i. tabernaculi foederis ante aedificationem templi.
38 Heb. per custodias, i. per vices, q. d. certo numero erant.
39 i. Manebant in quatuor partibus templi, siue tabernaculi, respondentibus quatuor partibus orbis.
40 i. vt succederent illis in hoc septem dierum quo fungebantur officio suo septem diebus.
41 Quia in munere erant i. Nam fungebantur officio suo ista, vna videlicet hebdomada.
42 quatuor potentissimi ianitorum ... Leuitae. Quoniam ... omnibus ianitoribus, poterant esse ex genere sacerdotali: qui vero quatuor praeerant aliis, erant necessario Leuitae.
43 cubicula, vel, cathedras
44 ... templi per noctem.
45 Heb. apertionum in mane & mane: i. praeerant apertioni ostiorum domus Dei, quae fiebat singulis matutinis.
46 i. super ... cultus diuini.
47 Heb. in numero: i. ad numerum inferebant illa, & ad numerum depromere solebant eadem: erat certus numerus vasorum, quae praesentabantur ... ad numerum.
48 de quo scilicet fiebat libamen.

30 Filii autem sacerdotum vnguenta ex aromatibus conficiebant.

31 Et Mathathias Leuites primogenitus Sellum Coritæ, præfectus erat eorum quæ in sartagine frigebantur.

32 Porrò de filiis Caath fratribus eorum, super panes erant propositionis, vt semper nouos per singula sabbatha præpararent.

Panes Propositionis.

33 Hi sunt principes cantorum per familias Leuitarum, qui in exhedris morabantur, vt die ac nocte iugiter suo ministerio deseruirent.

34 Capita Leuitarum, per familias suas principes manserunt in Ierusalem.

Supr. 8.c

35 In Gabaon autem commorati sunt pater Gabaon Iehiel, & nomen vxoris eius Maacha.

36 Filius primogenitus eius Abdon, & Sur, & Cis, & Baal, & Ner, & Nadab.

37 Gedor quoque, & Ahio, & Zacharias, & Macelloth.

38 Porrò Macelloth genuit Samaam: isti habitauerunt e regione fratrum suorum in Ierusalem, cum fratribus suis.

39 Ner autem genuit Cis: & Cis genuit Saul: & Saul genuit Ionathan, & Melchi-súa, & Abinádab, & Esbáal.

Familia Saulis Supr. 8.c

40 Filius autem Ionathan, Merib-báal: & Merib-báal genuit Micha.

41 Porro filii Micha, Phithon & Melech, & Tharaa, & Ahaz.

42 Ahaz autem genuit Iara: & Iara genuit Alámath, & Azmoth, & Zamri. Zamri autem genuit Mosa:

43 Mosa verò genuit Banaa: cuius filius Raphaia genuit Elasa, de quo ortus est Asel.

44 Porrò Asel sex filios habuit his nominibus, Ezricam, Bochru, Ismahel, Saria, Obdia, Hanan. hi sunt filii Asel.

10 [49] Ex filiis porro sacerdotum quidam conficiebant vnguenta ex odoramentis.

31 Cæterum Mathathias [50] ex Leuitis (qui primogenitus erat Sallum [51] Coritæ,) [52] bona fide [constitutus] erat super ea quæ fiebant in sartagine.

32 Quidam ex filiis Cahath & [53] de fratribus eorum erant super panes [54] ordinandos, quos scilicet [55] pararent per singula sabbatha.

33 Porro isti cantores [56] præcipui patres Leuitarum erant in [57] exhedris promimentibus, [58] quibus diu noctúque incumbebat opus.

34 Isti [59] sunt præcipui patres Leuitarum, & capita secundum generationes suas habitantes in Ierusalem.

35 In Gibeon autem habitauerunt [60] Abi Gibeon, & Iehiel, nomen vxoris eius Maacha.

36 Filius eius primogenitus erat Abdon, Zur, Kis, Baal, Ner, Nadab,

37 Et Gedor, Ahio, Zacharias, Micloth.

38 Porro Micloth genuit Simeam: qui & ipsi habitauerunt coram fratribus suis in Ierusalem, cum fratribus inquam.

39 Ner genuit Kis, Kis genuit Saulem: Saul genuit Ionathan, Malchisua, Abinadab, & Es-baal.

40 Filius Ionathan fuit Merib-baal, Merib-baal genuit Micham.

41 Filii Michæ fuerunt Pithon, Malech, & [61] Thaberea.

42 Porro Ahaz genuit [62] Iaara: Iaara genuit Alameth, & Azmaueth & Simri: Simri genuit Mozam.

43 Moza genuit Bineam, cuius filius fuit Rephaia, & huius filius Elasa, huius filius Azel.

44 Azel verò sex habuit filios, quorum nomina sunt, Azricam primogenitus eius, Ismael, Saria, Obadia, atque Hanan [63] hi filii Azel.

CAPVT X.

1 Philisthiim autem pugnabant contra Israel, fugeruntque viri Israel Palæsthinos, & ceciderunt vulnerati in monte Gelboe.

Pugnant Saul contra Philisthæos occiditur cum filiis. 1.Reg.31.a

2 Cúmque appropinquassent Philisthæi persequentes Saul, & filios eius, percusserunt Ionathan, & [b] Aminadab, & Melchi-súa filios Saul.

[b] Abinadab.

3 Et aggrauatum est prælium contra Saul, inueneruntque eum sagittarii, & vulnerauerunt iaculis.

4 Et dixit Saul ad armigerum suum, Euagina gladium tuum, & interfice me: ne fortè veniant incircumcisi isti, & illudant mihi. noluit autem armiger eius hoc facere, timore perterritus: arripuit ergo Saul ensem, & irruit in eum.

Saul seipsum interficit.

5 Quod cum vidisset armiger eius, videlicet mortuum esse Saul, irruit etiam ipse in gladium suum, & mortuus est.

6 Interiit ergo Saul, & tres filii eius, & omnis domus illius pariter concidit.

7 Quod cum vidissent viri Israel qui habitabant in campestribus, fugerunt: & Saul ac filiis eius mortuis, dereliquerunt vrbes suas, & huc illucque dispersi sunt: veneruntque Philisthiim, & habitauerunt in eis.

8 Die igitur altero detrahentes Philisthiim spolia cæsorum, inuenerunt Saul, & filios eius iacentes in monte Gelboe.

Philisthiim spoliato Saule, deferunt caput eius in terram suam.

9 Cúmque spoliassent eum, & amputassent caput, armísque nudassent, miserūt in terram suā, vt circumferretur & ostenderetur idolorū templis & populis.

10 Arma autem eius consecrauerunt in phano dei sui, & [b] corpus affixerunt in templo Dagon.

[b] caput

1 Palesthini prælium inierūt cum Israelitis, fugeruntque Israelita [1] metu [2] Palesthinorum, [3] ita vt caderent vulnerati in monte Gelboa.

2 Insequuti autem Palesthini [3] Saulem vrgendo eum & filios eius: trucidarunt Palesthini Ionathan, Abinadab, atque Malchisuam filios Saulis.

3 [4] Inualescebat autem prælium contra Saulem, & deprehenderunt eum iaculatores [h. sagittarii] ... & vulneratus est a sagittariis.

4 Dixit ergo Saul ad armigerum suum, Distringe gladium tuum, & eo me transfodias: ne præputiati isti veniente, mihi cum probro illudant, armiger autem eius nolebat, quoniam timebat vehementer. arrepto igitur gladio Saul, irruit in [5] eum.

5 Videns ergo armiger eius quod mortuus esset Saul, ruit & ipse in ensem, & mortuus.

6 Mortuus est itaque Saul & tres filii eius, & vniuersa [6] domus eius simul cum eo mortui sunt.

7 Quum autem vidissent omnes Israelitæ qui erant in valle quod fugissent, & quod obiissent Saul & filii eius, relictis vrbibus suis fugerunt, veneruntque Palesthini, & inhabitarunt eas.

8 Contigit verò postero die vt venirent Palesthini ad exuendum interfectos, & inuenerunt Saulem & filios eius iacentes in monte Gelboa.

9 Et exuto eo, tulerunt caput eius & arma eius, & miserunt [7] [ea] in [totam] terram Palesthinam circumquaque, [8] vt fausti num illud nunciaret idolis eorum & populo.

10 Posuerunt deinde arma in phano [9] dei sui, capite eius suspenso in [10] phano Dagon.

49 i. Ex sacerdotibus erant aliquot qui conficiebant vnguenta aromatica.
50 i. qui erat de numero Leuitarum.
51 i. qui erat ex nepotibus Core.
52 Hebr. in munere. vel officio. i. fungebatur officio ad quod ipse staret videre diligenter & attendere ad ea quæ fiebant in sartaginibus.
53 i. ex cognatis Leuitarum.
54 propositionis vel, dispositionis i. præerant panibus ordine dispositis ante arcam fœderis.
55 disponerent
56 Heb. principes familiarum per Leuitas. i. in genere Leuitarū.
57 cubiculis immunes. i. alieni ab omni alio officio.
58 Heb. quia interdiu & noctu super eos erat (esse) in opere musices, siue vacare musicæ.
59 Hebr. principes familiarū per Leuitas, per generationes suas, principes inquā: isti inquam habitauerunt &c.
60 vertendum, pater (i. princeps) Gabaon, (nomine) Iehiel, sub. & familiares eius. Aut dic verbum plurale positum pro singulari habitauit. Hæc sequentia ad finem vsque capitis scripta sunt supra capite præcedente.
61 Post istu, addendum Ahaz, ex capite octauo sequenti.
62 Ibi capite octauo dicitur Ioadam.
63 Hucusque descripta sunt genealogiæ. hinc iā incipiet describere gesta & præsertim ipsius Dauidis. hic enim primus liber Paralipomenōn scriptus est maximè in laudem Dauidis.

CAP. X.

1 Heb. à facie
2 & ceciderunt sub. aliquot.
3 Heb. post Saulem & post &c.

4 q. d. Prælius autem prælii versum erat contra Saulem. 5 sub. gladium. 6 i. viri domus eius, hoc est nobiles eius. 7 vel, caput. aut potius nuncios.
8 ad ... victoriam ... 9 Vocabatur Astaroth.
10 vel Beth-dagon ... nam in Regibus vocatur Bethsan. Aut dicendum Bethsan esse nomen vrbis in qua fuerit phanum Dagonis ... & caluariam eius affixerunt in phano Dagon in vrbe Bethsan, vt hic locus conueniat loco Regum.

11 *Audientes autem omnes [cives] Jabes Gilead quod fecerant Palæstini ipsi Sauli.*

12 *Surrexerunt omnes viri fortes, & tulerunt corpus Saulis, & corpora filiorum eius, & intulerunt ea in Jabes, sepelierunt ossa eorum subter quercum illam in Jabes, jejunaruntque septem diebus.*

13 *Mortuus est itaque Saul in transgressione sua, qua transgressus erat contra Dominum, nempe contra verbum Domini quod non custodivit, & quod pythonem consuluit interrogando.*

14 *Neque requisivit Dominum, ob hoc interfecit eum, transtulitque regnum ad Davidem filium Isai.*

11 Hoc cum audissent viri Jabes Galaad, omnia scilicet quæ Philisthiim fecerant super Saul, Galaadita sepeliunt Saulē, & filios ipsius

12 Consurrexerunt singuli virorum fortium, & tulerunt cadauera Saul & filiorum eius: attuleruntque ea in Jabes, & sepelierunt ossa eorum subter quercum quæ erat in Jabes, & ieiunauerunt septem diebus. D

13 Mortuus est Saul, propter iniquitates suas, eò quod præuaricatus sit mandatū Domini quod præceperat, & non custodierit illud: sed insuper etiam pythonissam consuluerit. Jeiunium Saul quare occisus à Deo. 1. Reg. 15. a.

14 Nec sperauerit in Domino, propter quod interfecit eum, & transtulit regnum eius ad David filium Isai. 1. Reg. 28 b.

CAPVT XI.

1 *Congregati sunt autem omnes Israelitæ ad Davidem in Hebron, dicentes, Ecce os tuum, & caro tua nos sumus.*

2 *Sed & heri & nudiustertius, quum Saul adhuc regnaret, tu educebas & introducebas Israelem, atque Dominus Deus tuus ad te, Tu pasces populum meum, nempe Israelem, tuque princeps eris super populum meum Israelem.*

3 *Venerunt itaque omnes seniores Israelis ad regem in Hebron, pepigitque David fœdus cum eis in Hebron coram Domino, unxerunt Davidem regem super Israelem iuxta promissionem Domini [factam] per Samuelem.*

4 *Profectus est autem David & universus Israel in Jerusalem: ipsa est Jebus, habitaruntque illic Jebusitæ in terra.*

5 *Dixerunt autem cives Jebus ad Davidem, Non ingredieris huc: cepit itaque David arcē Zion, quæ civitas est Davidis. Dixitque David:*

6 *Quicunque primus percusserit Jebusæum, is caput erit & princeps. ascendit ergo inprimis Joab filius Zeruiæ, factusque est princeps.*

7 *Et habitavit David in arce, ob hoc vocarunt eam civitatem Davidis.*

8 *Ædificavit autem civitatem illam per circuitum a Mello usque ad circuitum, Joab vero reliquum urbis instauravit.*

9 *Promovit ergo David & promovendo magnus fit, & Dominus exercituum cum eo.*

10 *Hæc sunt capita heroum quos habuit David & qui strenue egerunt cum eo in regno eius, & cum universo Israele, ut regem illum constituerent iuxta verbum Domini super Israelem.*

11 *Et hic numerus est heroum quos habuit David, Jaschabeam filius Hachmoni præstantissimus inter triginta, excitavit semel hastam suam contra trecentos vulneratos.*

12 *Post hunc fuit Eleasar filius Dodo Ahohites (qui erat inter tres heroes.)*

13 *Hic fuit cum Davide in Pas damim, collectis illic Palæstinis in prælium, fuitque pars campi plena hordeo, & fugiente populo, metu Palæsthinorum,*

14 *Statuerunt se in medium agri, & tutati sunt eum percusseruntque Palæsthinos & salutem præstitit Dominus & quidem magnam salutem.*

16 *Descenderunt autem tres de triginta principibus super petram ad Davidem in speluncam Adullam, castra autem Palæsthinorum erant in valle Rephaim,*

15 *Existente tum Davide in præsidio, & statione Palæsthinorum in Beth lehem.*

17 *Accensus ergo David desiderio quodam, dixit,*

1 Congregatus est igitur omnis Israel ad David in Hebron, dicens, Os tuum sumus et caro tua. A Vngitur David in regem. 2. Reg. 5. a

2 Heri quoque et nudiustertius cum adhuc regnaret Saul, tu eras qui educebas et introducebas Israel: tibi enim dixit Dominus Deus tuus, Tu pasces populum meum Israel, et tu eris princeps super eum. Pascere populū.

3 Venerunt ergo omnes maiores natu Israel ad regem in Hebron, et iniit David cum eis fœdus coram Domino: vnxeruntque eum regem super Israel iuxta sermonem Domini quem locutus est in manu Samuel.

4 Abiit quoque David, et omnis Israel in Jerusalem, hęc est Jebus, vbi erant Jebusæi habitatores Terræ. B

5 Dixeruntque qui habitabant in Jebus ad David, Non ingredieris huc. porro David cepit arcem Sihon, quæ est Ciuitas David, dixitque: Jerusalem, quæ & Jebus. Arx Sihon capitur a Dauide, Jebusæum percutienti præmium.

6 Omnis qui percusserit Jebusæum in primis, erit princeps et dux. ascendit igitur primus Joab filius Saruiæ, et factus est princeps.

7 Habitauit autem David in arce, et idcirco appellata est Ciuitas David.

8 Ædificauitque vrbem in circuitu à Mello, vsque ad gyrum Joab autem reliqua vrbis extruxit.

9 Proficiebatque David vadens et crescens, et Dominus exercituum erat cum eo. Deus cum Dauide.

10 Hi principes virorum fortium David, qui adiuuerunt eum, vt rex fieret super omnem Israel, iuxta verbum Domini, quod locutus est ad Israel. Catalogus fortium David.

11 Et iste numerus robustorum David, Jesbaam filius Hachamoni princeps inter triginta: iste leuauit hastam suam super trecentos vulneratos vna vice. C 2. Reg 23 a. Jesbaam.

12 Et post eum Eleazar filius Patrui eius Ahohites, qui erat inter tres potentes. Eleazar.

13 Iste fuit cum David in Phes-domim, quando Philisthiim congregati sunt ad locum illū in prælium: et erat ager regionis illius plenus hordeo: fugeratque populus a facie Philisthinorum.

14 Hi steterunt in medio agri, et defenderunt eum: cumque percussissent Philisthæos, dedit Dominus salutem magnam populo suo. Victoria Dei tribuitur.

15 Descenderunt autem tres de triginta principibus ad petram, in qua erat David, ad speluncam Odollam, quando Philisthiim fuerant castrametati in Valle-raphaim. D

16 Porrò David erat in præsidio, et statio Philisthinorum in Beth-lehem.

17 Desiderauit igitur David aquam, et dixit,

11 Sic dicitur quod ipsa Jabes esset in Galaad. 12 De ea quæ sit in signo, notatque quercu loquitur. Vox Hebræa quibusdam significat vlmum, aliis quercum. Chaldæo paraphrastes vastationem. In lib. Regum ponitur dictio quæ simpliciter significat arborem. 13 more scilicet lugentium. 14 q.d. Deus interfecit eum propter transgressiones suas. 15 vel, præterea interrogando pythonem, consulendo eum. sub. pythonem. 16 consuluit. q.d. quumque non consuluit Dominum, interfecit eum.

CAP. XI. 1 i. cognati & consanguinei tui sumus 2 sub. ad bellum, vrbes suas milites. q. d. eras dux belli. 3 vel, pasce. i. rege. 4 vel, princeps esto. Exponit qd intelligat per pasce. 5 vocat regē antequā vngatur, quia electus erat à Deo in regem. 6 Hoc dicit quod gratum esset Domino, qui omnia videt & cognoscit. 7 Hebr. per manum Samuelis, i. ministerio Samuelis. 8 Heb. & ibi erat Jebusæus habitator terræ. illuc autem habitauit Jebusæus incola illius terræ. 9 i. quæ postea dicta est Ciuitas Dauidis. 10 i. dux & imperator exercitus eius. 11 vel, in principio. i. primus. 12 Ædificare pro instaurare. 13 i. cinxit eam muro. 14 Platea erat in signis in qua fiebant cœtus & congregationes, & conciones. 15 i. vsque ad finē ipsius ciuitatis. 16 i. tentoria & tabernacula circum domum regis. 17 vel, Profecit. Hebraice. Et abiit David eundo & crescendo, i. ab eo tempore David crevit authoritate & dignitate. 18 factus est. 19 Hi autem sunt principes potentium, id est, fortium virorum. 20 Heb. fortificauerunt se, id est, qui pro viribus adiuuerunt eum. 21 i. in negotio regni. 22 vel, Hi autem sunt vel, securi de numero potentium, vel, fortium virorum. 23 principes tertiorum sub a rege. Alia est lectio, princeps inter triginta. 24 vel, agitauit q. d. hastam vibrauit seu lancea sua aggressus est trecentos viros quos interfecit. 25 vel, patrui eius. 26 potentes, i. vnus ex tribus fortibus. Tres fuerunt qui dicti sunt fortes, qui super rupto exercitu Palæsthinorum, attulerunt aquā de cisterna quæ erat in porta vrbis Beth lehem. 27 Heb. possessio. 28 In libro Regum hic ager dicitur fuisse plenus lenticulæ. Doctus inter Hebræos sic soluit hunc locum, ager ille abundauit hordeo & lenticula. Liber Regum meminit lenticulæ, hic autē hordei. 29 sub. ipse Eleasar & aliquot milites cum eo. 30 eripuerunt eum. sub. possessionem. 31 sub. populo suo. 32 Describit aliud egregium facinus Eleasar quod illi commune erat cum aliis duobus. 33 ad rupem. i. ad rupem in qua erat David. 34 i. in arce illa, quo se recipere solebat, persequente Saule.

O si quis daret mihi aquam de cisterna Beth lehem, quę est in porta.

18 Tres ergo isti per media castra Philisthinorum perrrexerunt, & hauserunt aquam de cisterna Beth-léhem quę erat in porta, & attulerunt ad Dauid vt biberet. qui noluit, sed magis libauit illam Domino, dicens:

David sitiens non vult bibere aquam quam principes cum periculo vitæ hauserant.

19 Absit in conspectu Dei mei hoc faciam, & sanguinem istorum virorum bibam: qui in periculo animarum suarum attulerunt mihi aquam. & ob hanc causam noluit bibere. hæc fecerunt tres robustissimi.

20 Abisai quoq; frater Ioab ipse erat princeps trium, & ipse leuauit hastam suam contra trecentos vulneratos, et ipse erat inter tres nominatissimus.

Abisai.

21 Et inter tres secundus inclytus, & princeps eorum: verumtamen vsq; ad tres primos non peruenerat.

22 Banaias filius Ioiadæ [b]viri robustissimi, [c]qui multa opera perpetrarat, de Cabseel: ipse percussit duos Ariel Moab: & ipse descendit, & interfecit leonem in media cisterna tempore niuis.

Benaias, [b]vir robustissimus.

23 Et ipse percussit virum Ægyptium, cuius statura erat quinque cubitorum, & habebat lanceam vt liciatorium texentium: descendit igitur ad eum cum virga, & rapuit hastã quam tenebat manu, & interfecit eum hasta sua.

Gigas à Benaia occisus.

F

24 Hæc fecit Banaias filius Ioiadæ, qui erat inter tres robustos nominatissimus,

25 Inter triginta primus, verumtamen ad tres vsque non peruenerat: posuit autem eum Dauid ad auriculam suam.

26 Porrò fortissimi viri in exercitu, Ahasel frater Ioab, & Elchanan filius Patrui eius de Beth-léhem.

27 Sammoth Arorites, Helles Phalonites,

28 Ira filius Acces Thecuites, Abiézer Anathothites.

29 Sobbochai Husathites, Ilai Ahohites,

30 Maharai Netophathites, Heled filius Baana Netophathites.

31 Ethai filius Ribbai de Gabath filiorum Beniamin, Banaia Pharatonites.

32 Hurai de Torrente Gaas, Abiel Arbathites.

G

33 Azmoth Bauramites, Eliaba Salabonites.

34 Filii Assem Gezonites, Ionathan filius Sage Ararithes.

35 Ahiã filius Sachar Ararites, Eliphal filius Vr.

36 Hepher Mecheratites, Ahia Phelonites,

37 Hesro Carmelites, Naarai filius Azbai.

38 Ioel frater Nathan, Mibahar filius Hagarai.

39 Selec Ammonites, Naharai Berothites armiger Ioab filii Saruiæ.

40 Ira Iethræus, Gareb Iethræus.

41 Vrias Hethæus, Zabad filius Oholi.

42 Adina filius Siza Rubenites princeps Rubenitarum, & cum eo triginta.

43 Hanan filius Moacha, et Iosaphat Mathanites.

44 Ozia Astharothites, Samma et Iehiel filii Hotham Arorites.

45 Iedihel filius Samri, et Ioha frater eius Thosaites.

46 Eliel Mahumites, et Ieribai et Iosaia filii Elnaem, et Iethma Moabites.

47 Eliel et Obed, et Iasiel de Masobia.

Quis potum dabit mihi de aqua [35] ex puteo Beth lehem qui est ad portam?

18 Tum tres illi penetrarunt castra Palæsthinorum, haurientes aquam è fonte Beth chemitico qui est [36] ad illam portam, & tollentes [eam,] attulerunt ad Dauidē: at Dauid noluit eam bibere, sed [37] libauit eam Domino, dixitq.

19 [38] Procul sit hoc à me Domino adiuuante, [39] ne cōmitam istud, num ego sanguinem istorum biberem [40] cum vita ipsorum periculo, [41] qui cum periculo vitæ suæ hanc attulerunt? noluit ergo eam bibere. & hæc quidem fecerunt tres illi heroes.

20 Porro Abisai frater Joab [42] caput ternarii, [43] is excitauit lanceam suam super trecentos [43] vulneratos, & in ista triade [præcipuum] nomen habuit.

21 Quin [44] in ista triade inter duos gloria excelluit, fuitq; illis princeps: at ad tres [priores] nō pertigit.

22 Benaia filius Jehoiadæ, [45] filius cuiusdam strenui hominis, [46] inclytus rebus gestis de Cabzeel: is percussit [47] duos leones Moab: is ipse [48] descendit, & percussit leonem in media [49] fouea, quum esset tempus [50] niuis,

23 Et is idem percussit Ægyptium quendam, virum [51] monstrosæ magnitudinis, [52] cubitis erat quinque. habebat autem Ægyptius ille lanceam instar liciatorii [quo vtuntur] textores. descenditq; [Benaia] ad eum [53] cum virga illa, & rapuit lanceam e manu Ægyptii, interficiens eum sua ipsius lancea.

24 Hæc fecit Benaia filius Jehoiadæ, habuitq; [præclarum] nomen inter tres [54] heroas.

25 Quin & [55] inter triginta gloria præcelluit ipse. tametsi ad [56] tres non pertingeret: hunc constituit Dauid [57] vt esset audiens ei.

26 [58] Fuerunt & illi heroes fortissimi, Asael frater Joab, Elhanan filius Dodo de Beth lehem.

27 Samoth Herodites, Helez Pelonites.

28 Ira filius Icces Jecuites, Abiezer Anthotites.

29 Sibechai Husathites, Ilai Ahohites.

30 Maharai Netophathites, Heled filius Baana Netophathites.

31 Ithai filius Ribai de Gibeath filiorũ Beniamin, Benaia Pirathonites.

32 Hurai de [59] torrentibus Gaas, Abiel Arbathites.

33 Asmaueth Baharumites, Eliaba Saalbonites.

34 Filii Hasem Gisonites, Jonathan filius Sage Hararites.

35 Ahiam filius Sachar Hararites, Eliphal filius Vr.

36 Hepher Mecheratites, Ahia Pelonites.

37 Hesro Carmelites, Naarai filius Ezbai.

38 Joel frater Nathan, Mibhar filius Hagri.

39 Zelec Ammonites, Naharai Berothites armiger Joabi filii Zeruiæ.

40 Ira Jethrites, Gareb Jethrites.

41 Vrias Hethæus, Sabad filius Ahelai.

42 Adina filius Sisa Rubenitha, princeps Rubenitarum, & cum eo triginta.

43 Hanan filius Maacha, & Josaphat Mithnites,

44 Vsias Asterathites, Sama & Jehiel filii Hotam [60] Arorites.

45 Jediahel filius Samri, & Joha frater eius [61] Hatizites.

46 Eliel [62] Mahauimes, Jeribai atq; Josauia filii Elnaam, & Jithma Moabites.

47 Eliel & Obed, atq; Jaasiel [63] Mezobaiathes.

CAPVT XII.

A

1 Hi quoq; venerunt ad Dauid in Siceleg, cum adhuc fugeret Saul filium Cis, Qui erant for-

1 Hi venerunt ad Dauidem in Ziklag, quum adhuc conclusus esset metu Saulis filii Kis: Erantque

35 vel, de cisterna Beth-lehem quæ &c.
36 vel in porta illa, id est in illa eleganti porta, aut munita, in qua erat forsitan præsidium Palæsthinorum.
37 id est consecrauit eam in terra & effudit eam in honorē Domini.
38 Heb. Prohibitio sit mihi à Domino... absit à te Domino. Gallice Dieu l'a ne plaise; &c.
39 Heb. à faciendo istud.
40 cum animabus eorum, id est, aquam quæ cum vitæ hominum istorum periculo allata est.
41 Heb. quia cū animab' suis &c.
42 i. princeps illorum trium.
43 interfectos id est quos interfecit.
44 id est virtute æquabat duos ex illis tribus.
45 vel, filii viri virium, id est, viri robusti.
46 Heb. & multi operis id est, egregiorum facinorū patratoris. Gallice, Hōme d'execution. Potest referri ad Iehoiadam.
47 vel duos fortissimos Moabitas:
48 Sub. in cisternam in quam decideerat leo quidam ferus. De insigni quodã leone loquitur. erat forsitan hic leo notus, quòd magnis incõmodis incolas illius regionis affecisset.
49 quam scilicet pararant ad illum decipiendum.
50 tubalius nec[illegible]
51 Heb. mensuræ sub magnæ.
52 nempe quinque vlnarum.
53 id est, cum scipione illo quo solitus erat vti.
54 fortes.
55 ex triginta illis ipse erat inclytus, vel, præ tribus ac robustis ipse erat inclytus.
56 Illos tres intelligit qui attulerant aqua Dauid sitienti.
57 Heb. ... audientiam suam constituit eū ab ...

[illegible] ipsi Dauid a consiliis. Ita fere Hebræi. Quidam exercet, posuit eum super homines obedientiæ suæ: i. præfecit eum hominibus qui parebant ei nempe super Cerethæos & Pelethæos [illegible] Dauidis [illegible] 58 Heb. [illegible] fortes in exercitu vel, [illegible] fuerunt 59 [illegible] 60 quorum vterq; erat Arorita [illegible] & Iehiel filii Hotam Arorita [illegible] singulare pro plurali 61 vel, Hatizita [illegible] vtrumq; [illegible] 62 Heb. [illegible] Mahauim. 63 Heb. [illegible] Metsobaia. CAP. XII. a [illegible] adhuc [illegible] in Siceleg.

2 Heb. inter potentes auxiliatores belli. i. Erant de numero virorum fortium qui ferre solebant opē Dauidi in bello. q. d. Hi se adiunxerūt socios Dauidi in eo bello contra Saulem.
3 i. vtraq; manu vtentes in missione lapidum funda & in missione sagittarum arcu. q. d. optime mittebant lapides & sagittas.
4 i. ex contribulibus & cognatis.
5 vel, Princeps.
6 vel, fortis inter triginta. sub. fortissimos.
7 i. præerat illis.
8 Corite i. de cognatione Core.
9 separauerunt sese. sub. a Saule, & profugerunt ad &c.
10 vel, ad arcem. siue ad præsidium.
11 potentes viribus. sub. bellicis.
12 Hebr. ad bellum. sub. gerendū apti. siue, ad instruendam aciem.
13 Hebr. disponētes clypeum & scutum. i. in acie vtētes clypeo & scuto.
14 illius sub. aliorum fuit.
15 Heb. vnus (ex illis) pro cētum, nempe minim⁹: & maximus pro mille. i. minimus illorū poterat resistere cent. Maxim⁹ vero poterat resistere mille.
16 i. omnes qui habitabāt in vallibus ad Orientē Iordanis & ad Occidentem, nihil eos terruit plenitudo eius: qui circa id tēpus nō solet capi suas ripas. Vide Iosue 3.
17 i. loquutus est.
18 pacem. i. pacis causa.
19 erit mihi super vos anim⁹ in vnum. i. erit vobiscum eiusdem animi, eadem erit mihi voluntas quæ vobis. vel sic animus me⁹ vobiscum. q. d. perpetuam simul sedes.
20 Heb. propter aduersarios meos, ...

[1] ex heroibus qui auxiliares [eis] fuerunt in rebus bellicis.
2 Instructi autem erat arcu,[3] vtraq; valentes manu in lapidibus, & iaculis arcu,[4] de fratribus Saulis, [id est] Beniamin.
3 [5] Præcipuus erat Ahiezer & Ioas filii Semaa Gibeathitæ. Iesiel atq; Pelet filii Asmaveth, Beracha & Iehu Anthothites.
4 Ismaia Gibeonites[6] fortis inter illos triginta,[7] & super triginta: Iirmeia, Iehasiel, Iohanan, & Iosabad Gederathites.
5 Elhusi, Ierimoth, Bealia, Semarias, & Sephatias, Haruphites.
6 Elcana, Isia, Asreel, Ioaser, Iasabeam[8] Hacorhim:
7 Ioela, Sebadia, filii Ieroham de Gedor.
8 De Gaditis quoq;[9] segregati sunt quidam ad Davidem[10] [cum esset] in præsidio deserti[11] heroes fortes, & viri militares[12] bello apti,[13] instructi lancea & conto: quorum facies, leonum facies referebant, & celeritate capreas in montibus.
9 Eser[14] præcipuus, Obadia secundus, Eliab tertius,
10 Quartus Masmana, Ieremias quintus,
11 Athai sextus, Eliel septimus,
12 Iohanan octavus, Elsabad nonus,
13 Ieremias decimus, Machbanai undecimus.
14 Hi fuerunt ex filiis Gad principes exercitus,[15] minor super centum, maior super mille.
15 Hi sunt qui traiecerunt Iordanem mense primo quum exundaret omnibus ripis suis, & fugarunt[16] omnes [habitatores] vallium ad Ortum & ad Occasum.
16 Venerunt quoq; ex filiis Beniamin atq; Iehuda ad præsidium Davidis.
17 Et David obviam eis egressus,[17] respondit, & dixit ad eos, Si ad[18] salutem & ad auxilium ferendum venistis ad me,[19] erit & cor meum vestrum vobiscum: si vero ut circumveniatis me,[20] hostibus meis tradatis,[21] quum sim iniuria expers, inspiciat Deus patrum nostrorum,[22] atq; [id] aperte prodat.
18 Tum[23] spiritus induit insuper Amasai ducem[24] inter triginta, [ut diceret,][25] Tui ô David, &[26] tecum [erimus,] ô fili Isai,[27] Pacem [optamus,] pacem inquam tibi, & pacem auxiliatoribus tuis, quandoquidem & Deus tuus auxilio tibi est. Suscepit ergo eos David, & constituit eos[28] capita manipulorum.
19 [29] Ceciderunt & quidam de Manasse ad Davidem quum veniret cum Philistæis in prælium contra Saulem, tametsi opem[30] illis non[31] ferrent, quia satrapæ Philisthinorum[32] consulto, eum remittebant, dicentes, [Periculo] capitum nostrorum[33] deficiet ad dominum suum Saulem.
20 Ergo ex Manassitis ad eum[34] defecerunt quum proficisceretur in Ziclag, Adna, Iosabad, Iediael, Michael, Iosabad, Elihu, & Zilthai[35] capita millium Manassitarum.
21 Et hi opem tulerunt Davidi contra[36] grassatores: quandoquidem omnes illi[37] heroes fortes fuerunt, fueruntque imperatores exercitus.
22 [38] Et tum singulis diebus veniebant ad Davidem qui ei suppetias ferrent,[39] donec fieret exercitus ingens instar exercitus Dei.
23 [40] Atq; hic est numerus principum[41] qui instructi erant ad prælium, quique venerunt ad Davidem in Hebron, ut[42] transferret regnum Saulis ad eum iuxta imperium Domini.
24 Filiorum Iehuda qui ferebant[43] lanceam & scutum, sex millia & octingenti, accincti armis ad prælium.

fortissimi & egregii pugnatores.
2 Tendentes arcum, & vtraq; manu fundis saxa iacientes, & dirigentes sagittas: de fratribus Saul ex tribu Beniamin.
3 Princeps Ahiezer, & Ioas filii Samaa Gabaathites: & Iaziel & Phallet filii Azmoth, & Baracha & Iehu Anathotites.
4 Samaias quoq; Gabaonites fortissim⁹ inter triginta & super triginta. Ieremias & Iehaziel & Iohanan & Iezabad Gaderothites.
5 Et Eluzai & Ierimuth, & Baalia, & Samaria & Saphatia Haraphites.
6 Elcana, & Iesia & Azareel & Ioëzer, & Iesbaam de Carehim.
7 Ioela quoq; & Zabadia filii Ierohā de Gedor.
8 Sed & de Gaddi transfugerunt ad David, cum lateret in deserto, viri robustissimi, & pugnatores optimi, tenentes clypeum & hastam: facies eorum quasi facies leonis, & veloces quasi capreę in montibus.
9 Ezer princeps, Obdias secundus, Eliab tertius,
10 Masmana quartus, Ieremias quintus,
11 Ethi sextus, Eliel septimus,
12 Iohanan octavus, Elzebad nonus,
13 Ieremias decimus, Machbanai vndecimus.
14 Hi de filiis Gad principes exercitus: novissimus, centum militibus præerat, & maximus mille.
15 Isti sunt qui transierunt Iordanem mense primo, quando inundare consuevit super ripas suas: & omnes fugaverunt qui morabantur in vallibus ad Orientalem plagam & Occidentalem.
16 Venerunt autē & de Beniamin & de Iuda ad præsidium in quo morabatur David. C
17 Egressusq; est David obviam eis, & ait, Si pacifice venistis ad me, ut auxiliemini mihi, cor meū iungatur vobis. si autem insidiamini mihi pro adversariis meis, cum ego iniquitatem in manibus nō habeam, videat Deus patrum nostrorum & iudicet.
18 Spiritus vero Domini induit Amasai principem inter triginta, & ait, Tui sumus ô David, & tecum fili Isai: Pax pax tibi, & pax adiutoribus tuis. Te enim adiuvat Deus tu⁹. Suscepit ergo eos David, & constituit principes turmæ.
19 Porro de Manasse transfugerunt ad David, quando veniebat cum Philisthiim adversus Saul, ut pugnaret: & non dimicavit cum eis, quia inito cōsilio remiserunt eum principes Philisthinorum, dicentes, Periculo capitis nostri revertetur ad dominum suum Saul.
20 Quando igitur reversus est in Siceleg, transfugerunt ad eum de Manasse, Ednas, & Iozabad, & Iedihel, & Michael, & Ednas, & Iozabad, & Eliu, & Salathi principes[a] militum in Manasse. D
21 Hi præbuerunt auxilium David adversus latrunculos: omnes enim erant viri fortissimi, & facti sunt principes in exercitu.
22 Sed & per singulos dies veniebant ad David ad auxiliandum ei, usq; dum fieret grandis numerus, quasi exercitus Dei.
23 Iste quoque est numerus principum exercitus, qui venerunt ad David, cum esset in Hebron, ut transferrent regnum Saul ad eum, iuxta verbum Domini.
24 Filii Iuda portantes clypeum & hastam, sex millia octingenti expediti ad prælium.

Qui transierit ad David, cum adhuc fugeret Saulem.

Pax.

Adiutor Davidis, Deus.

1. Reg. 29. b.

[a] *millium*

Numerus eorū qui erant cum Davide ut constituerent eum regem.

de increpet. 23 pax adiutori tuo, id est, ... [illegible] ... 21 Hebr. absque iniquitate in manibus meis, id est, cum nihil in eos egerim. 22 & arguat & increpet. 23 sub. auxilium. 24 vel, illorum potentium. 25 sub. ... 26 ... 27 Heb. Pax, pax tibi, ... 28 Heb. inter principes ... 29 transfugerunt. 30 sub. ... 31 sub. Davidi ... 32 ... consilio inito. 33 transfugiet ... sub. Amalecitas ... 34 transfugerunt. 35 Heb. principes millium. 36 turmam, sub. ... 37 ... 38 ... 39 id est, ... 40 ... ex singulis tribubus ... Distribuuntur autem hic numeri particulares, non universales. 41 qui lumbos instructos armis habebant. 42 vel, transferret. 43 clypeum & hastam.

25 De filiis Simeon virorum fortissimorum ad pugnandum, septem millia centum.
26 De filiis Leui quatuor millia sexcenti.
B 27 Ioiada quoque princeps de stirpe Aaron, & cum eo tria millia septingenti.
28 Sadoc etiam puer egregiæ indolis, & domus patris eius principes viginti duo.
29 De filiis autem Beniamin fratribus Saul, tria millia: magna enim pars eorum adhuc sequebatur domum Saul.
30 Porrò de filiis Ephraim viginti millia octingenti, fortissimi robore, viri nominati in cognationibus suis.
31 Et ex dimidia tribu Manasse, decem & octo millia singuli per nomina sua venerunt vt constituerent regem Dauid.
32 De filiis quoq. Issachar viri eruditi qui nouerant singula tempora, ad præcipiendum quid facere deberet Israel, principes ducenti: omnis autem reliqua tribus, eorum consilium sequebatur.
F 33 Porrò de Zabulon qui egrediebantur ad prælium, & stabant in acie instructi armis bellicis, quinquaginta millia venerunt in auxilium, non in corde duplici.
34 Et de Nephthali, principes mille: & cum eis instructi clypeo & hasta, triginta & septem millia.
35 De Dan etiam præparati ad prælium, viginti octo millia sexcenti.
36 Et de Aser egredientes ad pugnam, & in acie prouocantes quadraginta millia.
37 Trans Iordanem autem de filiis Ruben, & de Gad, & dimidia parte tribu Manasse instructi armis bellicis, centum viginti millia.
G 38 Omnes isti viri bellatores expediti ad pugnandum, corde perfecto venerunt in Hebron, vt constituerent regem Dauid super vniuersum Israel: sed & omnes reliqui ex Israel, vno corde erant vt rex fieret Dauid.
Numerus exercitus Dauidis 322822.
39 Fueruntq. ibi apud Dauid tribus diebus comedentes & bibentes: præparauerant enim eis fratres sui.
40 Sed & qui iuxta eos erant, vsq. ad Issachar & Zabulon & Nephthali, afferebant panes in asinis, & camelis, & mulis, & bobus ad vescendum: farinam, palathas, vuam passam, vinum, oleum, boues, arietes ad omnem copiam: gaudium quippe erat in Israel.

25 *Filiorum Simeon[44] heroum fortium ad pugnam septem millia centum.*
26 *De filiis [tribus] Leui quatuor millia sexcenti.*
27 *Ioiada quoq. [45] princeps [de stirpe] Aharonis, & cum eo tria millia septingenti.*
28 *Et Zadoc iuuenis[46] heros fortis, & domus patris eius[47] principes viginti duo.*
29 *De filiis Beniamin[48] fratribus Saulis, tria millia: adhuc enim[49] & vsq. ad illud tempus multi ex eis[50] obseruabant custodiam domus Saulis.*
30 *Porrò de filiis Ephraim, viginti millia & octingenti[51] heroum fortissimorum, qui insignes fuerunt[52] in domo patrum suorum.*
31 *Ex dimidia tribu Manasse, decem & octo millia [virorum,] qui[53] recensiti nominibus[54] venerant ad inaugurandum Dauidem regem.*
32 *Ex filiis Issachar item ducenti principes gnari † temporum, & periti quid faciendum esset Israeli, a quorum ore omnes fratres eorum[55] [pendebant.]*
33 *De Zebulon verò quinquaginta millia, eorũ qui ad bellum egredi [poterant,][56] & instructi erant omni armorum bellicorum genere, ad congressum, idq. haud duplici corde.*
34 *De Nephtali [venerunt] principes mille, cumq. eis triginta septem millia cum lancea & hasta.*
35 *Ex Danitis[57] eorũ qui instructi erant ad bellum, viginti octo millia, & sexcenti.*
36 *De Aser verò eorum qui apti erant bello, &[58] instructi in aciem quadraginta millia.*
37 *Porrò trans Iordanem de Rubenitis, Gaditis atq. dimidia tribu Manasse, centum & viginti millia, omni armorum bellicorum genere [instructa.]*
38 *Hi omnes viri bellicosi &[59] instruentes aciem, corde[60] integro venerunt in Hebron vt constituerent Dauidem regem super omnem Israelem. quin & cuncti reliqui Israelitæ[61] [venerunt] vno corde, vt constituerent Dauidem regem.*
39 *Fueruntq.[61] illic apud Dauidem tribus diebus, edentes & bibentes:[62] præparauerant enim eis[63] fratres eorum.*
40 *Sed & qui illis vicini erant vsq. ad Issachar, Zebulon, & Nephtali, afferebant panem asinis, camelis, mulis & bobus,[64] cibum farinaceum, massas[65] ficuum, & ligaturas vuarum passarum, vinum & oleum, boues, & oues[66] abunde satis. erat enim[67] gaudium in Israele.*

CAPVT XIII.

A 1 INiit autem consilium Dauid cum tribunis & centurionibus, & vniuersis principibus,
Reducitur arca de Cariathiarim.
2 Et ait ad omnem cœtum Israel, Si placet vobis, & à Domino Deo nostro[a] egreditur sermo quem loquor: mittamus ad fratres nostros reliquos in vniuersas regiones Israel, & ad sacerdotes & Leuitas qui habitant in suburbanis vrbium, vt congregentur ad nos.
a egreditur (præsentem.
3 Et reducamus arcam Dei nostri ad nos: non enim requisiuimus eam in diebus Saul.
B 4 Et respondit vniuersa multitudo vt ita fieret: placuerat enim sermo omni populo.
5 Congregauit ergo Dauid cunctum Israel à Sihor Ægypti, vsq. dum ingrediaris Emath, vt adduceret arcam Dei, de Cariathiarim.
2.Reg.6.a
6 Et ascendit Dauid ad omnem virũ Israel ad collem Cariathiarim, qui est in Iuda, vt afferret inde

1 *Dauid autem iniit consilium[1] cum tribunis & centurionibus,[2] in cum omnibus principibus.*
2 *Dixitq. Dauid ad omnem cœtum Israelis. Si vobis bonum [videtur,] &[3] à Domino Deo nostro [est,][4] passim mittemus ad fratres nostros qui residui sunt in omnibus terris Israel, itemq.[5] cum his ad sacerdotes & Leuitas qui sunt in ciuitatibus suis suburbanis, vt congregentur ad nos.*
3[6] *Reducamusq. arcam Dei nostri[7] ad nos: quoniam non requisiuimus eam[8] à diebus Saulis.*
4 *Dixerunt autem omnes qui erant in cœtu,[9] vt fieret sic: nam[10] id videbatur rectum vniuerso populo.*
5[11] *Conuocauit ergo Dauid vniuersum Israelem à[12] Sihor Ægypti, vsq.[13] dum venitur Hemath, vt adducerent arcam Dei[14] de Kiriath iearim.*
6 *Ascendit ergo Dauid & omnis domus Israel[15] in ascensu Kiriath iearim, quæ est in Iehuda, vt[16] illinc*

44 præditorum viribus. i. fortissimorum.
45 sub. Aaron tarum.
46 potens viribus. (sub. venisti) & (de) domo &c.
47 (sub. venerunt.)
48 .i. cognatis & consanguineis. sub. venerunt.
49 Heb. & ecce.
50 .i. sequebantur partes domus Saulis.
51 potentiũ viribus.
52 .i. in suis familiis.
53 designati fuerant nominibus. i. qui nomina dederant. Gallicè, Qui estoyent enroolez.
54 vt venirẽt ad constituendum.
† vel, occasionũ.
55 .i. fratres quo tempore quid esset gerendum, capitis occasionibus.
55 subaudiendum potius, operabantur.
56 Heb. disponẽtes bellum cum omnibus instrumentis belli, & erant ad pugnãdum absq. corde & corde: in acie pugnantes omnibus armis bellicis: quippe parati erant pugnare absq. duplicitate cordis, hoc est puro & sincero corde.
57 Heb. ad disponendam aciem. i. qui in acie ordinatam pugnarent, hoc est, qui nouerant pugnare in ordine seu acie instructa.
58 i. ordinem seruantes i. e. instructa, fraternitates vel, in acie instructa pugnantes.
59 vel, perfecto. i. candido. Gallicè, Tous bien de liberez.
60 Hebr. vnum cor erat (eis) ad constituendũ &c. q. d. Reliquus populus consentiebat vt Dauid constitueretur rex.
61 sub. in Hebron.
62 sub. cibos.
63 i. alij Israelitæ.
64 in cibum: (&) farinam.
65 sive, caricarum.

66 in magna copia. 67 sub. magnum. CAPVT XIII. 1 Heb. cum principibus millium. 2 Heb. per omnes principes. q. d. nullo excepto. 3 .i. placuerit Domino, si ad eum [illegible] usq. & mittemus nuncios [illegible] illac. 5 [illegible] autem [illegible] suburbanis eorum ipsorum vel, in vrbibus (&) suburbanis suis. Omnes sacerdotes sunt Leuitæ [illegible] non enim omnes [illegible] sacerdotes & alios Leuitas. 6 Vt reducamus. 7 Id est, in Ierusalem. 8 tempore [illegible]
9 Id est, [illegible] 10 Heb. [illegible] populi, id est, summopere placuit populo. 11 sub. per nuncios. 12 Id est, Nigro & [illegible] 14 [illegible] 15 ad Baalah (id est) in Kiriath iearim. [illegible] 16 [illegible]

transferrent arcam Domini Dei habitantis inter cherubim,[17] vbi nomen [eius] inuocatur.
7 Vexerunt autem arcam Dei super plaustro nouo de domo Abinadab. [18] Vsa verò & Ahio duxerunt plaustrum.
8 Porrò David & vniuersus Israel [19] ludebant [20] coram Deo totis viribus, canticis, citharis, nablis, tympanis, cymbalis atque tubis.
9 Quumq; venissent in [21] aream Chidon, misit Vsa manum suam ad arcam vt [22] teneret eam. ([23] declinabant enim boues.)
10 Et incanduit furor Domini in Vsam,[24] percussitque eum, quod misisset manum suam in arcam mortuusque est ibi [25] coram Deo.
11 Et [26] excanduit David dolore, quod [27] Dominus diruisset rupturam in Vsa: & [28] vocauit locum eundem [29] Perez Vsa, in hunc vsque diem.
12 Et timens David Dominum eodem die, dixit, Quomodo introducerem ad me arcam Dei?
13 Et non deduxit David arcam ad se, id est in ciuitatem Dauidis, sed abduxit eam ad domum Obed-edom, Gethæi.
14 Et mansit arca ipsius Dei [30] in domo Obed-edom, nempe in domo eius tribus mensibus: & [31] fortunauit Dominus domum Obed-edom, & omnia quæ habebat.

arcam Domini Dei sedentis super cherubim, vbi inuocatum est nomen eius.
7 Imposueruntq; arcam Dei super plaustrum nouum, de domo Aminadab: Oza autem, & frater eius minabant plaustrum.
8 Porrò Dauid & vniuersus Israel, ludebant coram Deo omni virtute, in canticis & in citharis, & psalteriis, & tympanis, & cymbalis, & tubis.
9 Cum autem peruenissent ad Aream-chidon, tetendit Oza manum suam, vt sustentaret arcam: bos quippe lasciuiens, paululum inclinauerat eam.
10 Iratus est itaque Dominus contra Ozan, & percussit eum, eò quòd tetigisset arcam, & mortuus est ibi coram Deo.
11 Contristatusque est Dauid, eo quòd diuisisset Dominus Ozam: vocauitque locum illum Diuisio Ozæ, vsque in præsentem diem.
12 Et timuit Deum tunc temporis, dicens, Quomodo possim ad me introducere arcam Dei?
13 Et ob hanc causam non adduxit eam ad se, hoc est, in Ciuitatem Dauid, sed auertit in domum Obed-edom Gethæi.
14 Mansit ergo arca Dei in domo Obed-edom tribus mensibus: & benedixit Dominus domui eius & omnibus quæ habebat.

Oza occisus à Deo, quod arcā attigisset.
D
Num. 4. b

17 Hebr. super quam inuocatū est nomen. sub. Domini.
18 hi fuerunt fratres Abinadab
19 i. lætitia magnâ gestibus corporum præ se ferebant.
20 i. ante arcam Dei.
21 2. Reg. 6. a. dicitur Area Nachon.
22 vel, sustentaret
23 q. d. non incedebant recta via, propterea videbatur arca nutare. Chaldæus paraph. quia inclinari arcam fecerant boues. Interpretes tamé Hebræorum exponunt, quia dissoluebantur boues, aut viribus destituebantur: vel, quia videbantur destitui viribus, & non posse ferre arcam hoc itest, quia Leuitarum erat ferre arcam.
24 i. interfecit.
25 i. coram arca Dei.
26 ægrè tulit David
27 diuisisset Dominus diuisionē. i. intercemisset Deus Vsam, separando animam eius à corpore.
28 sub. ille qui vocauit.
29 i. diuisio Vsæ. q. d. locus in quo Vsa vitam amisit
30 Alij, in familia Obed-edō, in domo eius,
31 Heb. benedixit &c. q. d. tota familia vna cum re domestica, bene habuit propter arcam Dei.

CAPUT XIV.

1 Misit autem Hiram rex Zor legatos ad Dauidem, simulq; ligna cedrina, fabros [1] murarios, & fabros lignarios, ad ædificandum [2] eius domum.
2 Et [3] cognoscens David quod Dominus confirmasset eum regem super Israelem, quodq; [4] exaltatum esset regnum eius propter populum suum Israelem,
3 Duxit David adhuc vxores in Ierusalem, & genuit David plures filios & filias.
4 Et hæc sunt nomina natorum quos habuit in Ierusalem: Sammua, Sobab, Nathan, & Salomon.
5 Ibhar, Elisua, Elpalet.
6 Noga, Nepheg, Iaphia.
7 Elisama, [5] Beeliada & Eliphalet.
8 Audientes autem Palesthini quod vnctus esset David rex super vniuersum Israelem, ascenderunt cuncti Palesthini [7] vt quærerent Dauidem. hoc quum audisset David, egressus est ante eos.
9 ([8] Venerunt ergo Palesthini, & diffuderunt se in valle Rephaim)
10 Consuluit igitur David Dominum, dicens, Ascendámne contra Palesthinos? tradesne eos in manum meam? tum Dominus dixit ei, Ascende & dabo eos in manus tuas.
11 [9] Ascendit itaque in [10] Baal-perazim, & illic [11] percussit eos David: & dixit David, [12] Dissipauit Dominus hostes meos per manum meam [13] quemadmodum aquæ dissipantur: ob hoc vocarunt nomen illius loci Baal-perazim.
12 Reliquerunt autem illic deos suos, dixitq; David [14] vt comburerent eos igni.
13 Rursum autem quum [15] facerent irruptionem Palesthini in vallem,
14 Consuluit & David rursus Deum. tum dixit ei Deus, Ne ascendas post eos, sed [16] reflecte ab eis, vt venias ad eos è regione mororum.
15 Quumq; audieris [17] sonitum incessus in apicibus mororum, tum erumpe in prælium: nam [tum] egressus erit [18] Deus ante te, vt percutiat castra Palesthinorum
16 David ergo fecit quemadmodum præceperat ei Deus, & percusserunt castra Palesthinorum a Gibeon vsque Gasra.

XIV.

1 Misit quoque Hiram rex Tyri nuncios ad Dauid, & ligna cedrina, & artifices parietum lignorum, quæ: vt ædificarent ei domum.
2 Cognouitq; Dauid eo quòd confirmasset eum Dominus in regem super Israel, & subleuatum est regnum suum super populum eius Israel.
3 Accepit quoque Dauid alias vxores in Ierusalem: genuitque filios & filias.
4 Et hæc nomina eorum qui nati sunt [a] in Ierusalem. Semua & Sobab, Nathan & Salomon,
5 Iebahar, & Elisúa, & Eliphálet,
6 Noga quoque, & Napheg, & Iaphia,
7 Elisama, & Baal-iada, & Eliphalet.
8 Audientes autem Philisthiim eo quòd vnctus esset Dauid in regem super vniuersum Israel, ascenderunt omnes vt quærerent eum: quod cum audisset Dauid, egressus est obuiam eis.
9 (Porro Philisthiim venientes, diffusi sunt in Valle raphaim.)
10 Consuluitque Dauid Dominum, dicens, Si ascendam ad Philisthæos, & si trades eos in manu mea? & dixit ei Dominus, Ascende, & tradam eos in manu tua.
11 Cumq; illi ascendissent in Baal-pharasim, percussit eos ibi Dauid, & dixit: Diuisit Deus inimicos meos per manum meam, sicut diuiduntur aquæ & idcirco vocatū est nomē illius loci, Baal-pharasim.
12 Dereliqueruntque ibi deos suos, quos Dauid iussit exuri.
13 Alia autem vice Philisthiim irruerunt, & diffusi sunt in valle.
14 Consuluitq; rursum Dauid Deum, & dixit ei Deus, Non ascendas post eos, recede ab eis, & venies contra illos ex aduerso pyrorum.
15 Cúmque audieris sonitum gradientis in cacumine pyrorum, tunc egredieris ad bellum: egressus est enim Deus ante te, vt percutiat castra Philisthiim.
16 Fecit ergo Dauid sicut præceperat ei Deus & percussit castra Philisthinorum, de Gabaon vsque Gazera.
17 Diuul-

A
Hiram mittit ligna & artifices, ad extructionem domus Dauidis.
2. Reg. 5. b
Dauidis plures vxores.
B
[a] al.
David consulto Domino vincit Philisthæos.
2. Reg. 5. c. d
C
Rursum probante Deo, debellat eos.
D

1 vel, parietum.
3 Ipsius quibus construebat parietes.
2 sub. Dauidis.
3 agnoscens
4 eleuatum esset sursum versus. i. eleuatum in magnam dignitatē.
5 Heb. Baal-iada
6 Hic dicitur Eliada, 2. Reg. 5. b
7 q. d. vt inuenirent eum pellerent.
8 potius, Venerant, & diffuderant &c. vel, palantes irruerant. i. palantes grassabantur in valle gigantum.
9 Heb. Ascenderunt, sub. Dauid & milites eius. 10 Hic per anticipationem sic vocatur locus cui nam postea imponitur nomen. significat autem idolum diuisionum. Chaldæus paraph. planitiem rupturarum 11 i. interemit. ita Chaldæus paraphr. 12 Diuisit Deus: i. fregit & rupit Deus hostes inimicorum meorum ... 13 ... ruptura aquarum q. d. vt amnis inundans rupto aggere obruit agros vicinos, sic Dauid oppressit exercitum Palæsthinorum. Chaldæus paraph. ... intellexit vas fictile plenum aqua, sic, Vt frangi solet vas testaceum plenum aqua nempe quo rupto aqua effunditur. 14 & comburerent &c. ... dixit siue præcepit Dauid vt comburerentur, & combusti sunt secundum præceptum eius. 15 palantes grassarentur Palæsthini in ea valle, 16 vel, ... 17 i. strepitum angelorum incedentium. 18 i. angelus Domini, vt exponit Chaldæus paraph. nam quod Deus per angelos facit, dicitur id facere ipse.

17 Diuulgatumq; est nomē Dauid in vniuersis regionibus, & Dominus dedit pauorem eius super omnes gentes.

17 *Celebre itaq; factum est nomen Dauidis in omnibus illis terris, [17] dedit q; Dominus pauorem eius super omnes gentes.*

17 i. fecit vt omnes illę gentes timerent sibi a Dauide: redditus est formidabilis.

CAPVT XV.

Soli Leuitæ arcam gestare debebant. Num. 4. a. b.

A 1 FEcit quoq; sibi domos in ciuitate Dauid: et ædificauit locum arcæ Dei, tetenditq; ei tabernaculum.

2 Tunc dixit Dauid, illicitum est vt à quocunq; portetur arca Dei, nisi a Leuitis: quos elegit Dominus ad portandum eam, & ad ministrandum sibi, vsq; in æternum.

3 Congregauitq; vniuersum Israel in Ierusalem, vt afferretur arca [b] Dei in locum suum quem præparauerat ei.

[b] *Domini*

4 Nec non & filios Aaron & Leuitas.

5 De filiis Caath, Vriel princeps fuit: & fratres eius centum viginti.

6 De filiis Merari, Asaia princeps: & fratres eius ducenti viginti.

7 De filiis Gersom, Ioel princeps: & fratres eius centum triginta.

8 De filiis Elisapham, Semeias princeps: & fratres eius ducenti.

9 De filiis Hebron Eliel princeps: & fratres eius octoginta.

10 De filiis Oziel, Aminadab princeps: & fratres

B eius centum duodecim.

11 Vocauitq; Dauid Sadoc & Abiathar sacerdotes, & Leuitas, Vriel, Asaiam, Ioel, Semeiam, Eliel, & Aminadab:

12 Et dixit ad eos. Vos qui estis principes familiarum Leuiticarum, sanctificamini cum fratribus vestris, & afferte arcā Domini Dei Israel ad locum qui ei præparatus est:

Sup. 13. *b.*

13 Ne [ut] à principio, quia non eratis præsentes, percussit nos Dominus: sic & nunc fiat, illicitum quid nobis agentibus.

Arca reducitur a Leuitis cum canticis. *Num.* 4. *b.*

14 Sanctificati sunt ergo sacerdotes & Leuitę, vt portarent arcam Domini Dei Israel.

15 Et tulerunt filii Leui arcam Dei, sicut præceperat Moyses iuxta verbum Domini, humeris suis, in vectibus.

16 Dixitq; Dauid principibus Leuitarum vt cōstituerēt de fratribus suis cātores in organis musicorum, nablis videlicet, & lyris & cymbalis, vt resonaret in excelsis sonitus lętitię.

17 Constitueruntq; Leuitas: Heman filium Ioel: & de fratribus eius Asaph filium Barachiæ. De filiis vero Merari, fratribus eorum: Ethan filium Casaiæ.

18 Et cum eis fratres eorum: in secundo ordine, Zachariam & Ben, et Iaziel, et Semiramoth, et Iahiel, et Ani, Eliab, et Banaiam, et Maasiam, et Mathathiam, et Eliphalu, et Maceniam, et Obed edom

C et Iehiel, ianitores.

Cantores, Heman, Asaph, Ethan.

19 Porrò cantores, Heman, Asaph, et Ethan in cymbalis æneis concrepantes.

20 Zacharias autem, et Oziel, et Semiramoth, et Iahiel, et Ani, et Eliab, et Maasias, et Banaias in nablis arcana cantabant.

21 Porrò Mathathias, et Eliphalu, et Maceniās, et Obed-edom, et Iehiel, et Ozazīu in citharis pro octaua canebant epinicion.

22 Chonenias autem princeps Leuitarum, prophetiæ præerat, et ad præcinendam melodiam: erat quippe valde sapiens,

23 Et Barachias, et Elcana ianitores arcæ.

1 *Fecit autem sibi domos in ciuitate Dauidis, & parauit locum arcæ Dei, & tetendit ei [1] tentorium.*

2 *Tunc [2] dixit Dauid, [3] Arca Dei portari non debet nisi Leuitis: illos enim elegit Dominus vt portent arcam Domini, & ministrent ei perpetuò.*

3 *Et congregauit Dauid vniuersum Israelem Ierosolyma, vt transferret arcam Domini ad [4] locum suum, [quem] praeparauerat ei.*

4 *Collegit quoq; Dauid filios Aharonis & Leuitas.*

5 *Ex filiis Gahath [5] [erat] Vriel princeps & [6] fratres eius, centum atq; viginti.*

6 *Ex filiis Merari, Asaia princeps & fratres eius, ducenti atq; viginti.*

7 *Ex filiis Gersom, Ioel princeps & fratres eius, centum & triginta.*

8 *Ex filiis Elizaphan, Semaia princeps & fratres eius, ducenti.*

9 *De filiis Hebron, Eliel princeps & fratres eius, octoginta.*

10 [7] *De filiis Vsiel, Aminadab princeps & fratres eius, centum atq; duodecim.*

11 *Porrò Dauid vocauit Zadoc & Abiathar sacerdotes, atq; Leuitas, Vriel, Asaiam, Ioel, Semaiam, Eliel atq; Aminadab.*

12 *Et dixit ad eos, Vos qui estis [8] præcipui patres inter Leuitas [9] sanctificate vosipsos atq; [10] fratres vestros, & transferte arcam Domini Dei Israelis ad [locum] quem ei praeparaui.*

13 *Quandoquidem enim [11] hoc ab initio non [fecistis,] [12] eruptionem in nobis fecit Dominus Deus noster, quia non [solicite] requisiuimus [13] eum quemadmodum oportuit.*

14 *Sanctificati igitur sunt sacerdotes & Leuitæ, vt [14] adducerent arcam Domini Dei Israelis.*

15 *Portaruntq; [15] filii Leuitarum arcam Dei, sicut [16] præceperat Moses iuxta verbum Domini, humeris suis imposita vectibus,*

16 *Præcipit insuper Dauid [17] principibus Leuitarum, vt constituerent de fratribus suis cantores [illegible] instrumentis musicis, nablis scilicet citharis & cymbalis sonantes [illegible] vt attollerent [illegible] [18] in lætitia.*

17 *Constituerunt autem Leuitæ [illegible] filium Ioel, & de [19] fratribus eius Asaph filium Berechiæ, & de filiis Merari & fratribus eorum Ethan filium Cusaiæ.*

18 *Et cum eis fratres eorum [20] secundi ordinis, Zachariam [21] filium Iaasiel, Semiramoth, Iehiel, Vnni, Eliab, Benaia, Maasia, Mathithia, Eliphale, Micneia, Obed-edom, & Iehiel ianitores.*

19 *Cantores igitur, Heman, Asaph, & Ethan [22] resonabant cymbalis æneis.*

20 *Zacharias autem, Asiel, Semiramoth, Iehiel, Vnni, Eliab, Maasia, & Benaia, in nablis super [23] alamoth.*

21 *Porrò Mathithias, Eliphale, Micneia, Obed edom, Iehiel & Asasia [illegible] citharis [24] super scemanith [illegible] [25] ad [illegible].*

22 *Chenania princeps erat Leuitarum in [26] latione: [illegible] ipse enim [27] moderabatur lationem, quoniam [28] prudens erat.*

23 *Berechias autē & Elcana [29] erant ianitores arcæ.*

1 Illud fuit aliud ab eo quod fecerat Moses in deserto.
2 sub. apud sese.
3 Hoc dicit quod deportauerint arcam plaustro ex Gabaath, & Oza ausus fuisset attingere eam, vnde & mortuus.
4 Intelligit tabernaculum quod præparauerat vers. primo.
5 potius, (collegit) Vriel principem &c. sic in sequentibus.
6 i. cognati.
7 q. d. Ex aliis nepotibus Vriel, nepoti qui non descenderunt ab eo per Elisaphan. nam Elisaphan, cuius modo meminerat, fuit filius Vsiel. Hic enumerantur nepotes trium filiorum Leui, Caath, Merari & Gersom: deinde transit ad nepotes filiorū Caath, Elisaphan, Hebron, & Vsiel.
8 principes patrum. i. familiarum.
9 q. d. abstinete vos ab vxoribus vestris & ab omnibus inquinamentis.
10 [illegible]
11 ab initio non [illegible] portastis arcam
12 q. d. [illegible] est [illegible]
13 vel, illū [illegible] qui [illegible]
15 [illegible]
17 nempe Vriel, &c.
18 vel, in lætitiam

am, id est, in signum lætitiæ. 19 id est, cognatis Heman. 20 i. secundæ ab illis dignitatis. 21 Ben, & Iahaziel. 22 Heb. cum cymbalis æreis ad attollendam vocem. [illegible] Hebræam [illegible] [illegible] 27 Heb. prius [illegible] 28 [illegible] 29 [illegible]

30 Duo illi priores ianitores præcedebant: hi duo posteriores sequebantur, aut certe per vices illi fungebantur bini ut ostia ianitorum in via dum arca deduceretur
31 detrahēdo sc. onus arcæ. Hebræi enim dicunt Leuitas tunc nō sensisse vllum onus arcæ: & hoc miraculo excitatos immolasse.
32 nūc immolabant.
33 stola byssina.
34 sub. erant induti stolis byssinis.
35 eleuationis vocis cantorum vel prophetiæ cantorum.
i. quam ipsi cantores canebant.
sub. erat indutus stola byssina.
36 i. indutus erat superhumerali lineo.
37 Heb. & cymbalorum.
38 sonū edentes.
39 venisset.
40 sub. præ lætitia ante arcam.
CAPVT XVI.
1 pacificas hostias. Ex his sacrificiis partem habebat Deus, partem sacerdos, & partem is qui offerebat, vnde pacifica dicta.
2 fecisset.
[illegible]

24 *Et Sebanias, Iehosaphat, Nethaneel, Amasai, Sacharias, Benaia & Eliezer sacerdotes canebant tubis coram arca Dei. Obed-Edom & Iehia erant [12] ianitores arcæ.*

25 *David autem & seniores Israelis atque tribuni profecti sunt, vt adducerent arcam fœderis Domini de domo Obed-edom cum lætitia.*

26 *Quumque Deus [11] adiuuisset Leuitas portantes arcam fœderis Domini, [12] immolauerunt septem boues & septem arietes.*

27 *Porrò Dauid indutus erat [13] linea veste, [14] omnes quoque Leuitæ portantes arcam cantores deinde, & Chenania princeps [15] elationis cum cantoribus: [16] super Dauide insuper ephod erat lineum.*

28 *Vniuersi itaque Israelitæ deducebant arcam fœderis Domini cum clangore & voce buccinæ atque tubarum, [37] cymbalis, nablis atque citharis [38] concrepantes.*

29 *Quumque arca fœderis Domini [39] veniret in ciuitatem Dauidis, Michal filia Saulis prospiciens per fenestram vidit regem Dauidem saltantem & [40] ludentem, & despexit eum in corde suo.*

24 Porrò Sebenias & Iosaphat & Nathanael & Amasai & Zacharias & Banaias & Eliezer sacerdotes, clangebāt tubis coram arca Dei. Et Obed-edom & Iehias erant ianitores arcæ.

25 Igitur Dauid & omnes maiores natu Israel & tribuni, ierunt ad deportandam arcam fœderis Domini de domo Obed-edom cum lætitia. — D *Lætitia ingens in reducenda arca.*

26 Cumque adiuuisset Deus Leuitas qui portabāt arcam fœderis Domini, immolabātur septem tauri & septem arietes. — *2. Reg. 6. c*

27 Porrò Dauid erat indutus stola byssina, & vniuersi Leuitæ qui portabant arcam, cantoresque, & Chonenias princeps prophetiæ inter cantores: Dauid autem *etiam* indutus erat ephod lineo.

28 Vniuersusque Israel deducebant arcam fœderis Domini in iubilo, & sonitu buccinæ, & tubis, & cymbalis, & nablis & citharis concrepantes.

29 Cumque peruenisset arca fœderis Domini vsque ad Ciuitatem Dauid, Michol filia Saul prospiciens per fenestram, vidit regem Dauid, saltantem atque ludentem, & despexit eum in corde suo. — *Dauid saltans despicitur a Michol.*

CAPVT XVI.

1 *INtroducta igitur arca Dei, collocarunt eam in medio tentorii quod Dauid ei extenderat, & obtulerunt holocausta & [1] gratulatoria sacrificia, coram Deo.*

2 *Quumque Dauid finem [2] faceret offerendi holocausta & sacrificia gratulatoria, bona imprecatus est populo [3] in nomine Domini.*

3 *Distribuit præterea vniuersis Israelitis tam viris quam mulieribus, cuique [4] libum vnum panis, frustum carnis, & [5] pultem.*

4 *Et constituit ante arcam Domini ministros ex Leuitis, qui [6] recolerent [7] confiterentur, & laudarent Dominum Deum Israelis.*

5 *Asaph [8] præcipuus erat: [9] post eum Sacharias: [10] Iehiel, Semiramoth, [11] Iehiel, Mathithia, Eliab, Benaias, Obed-edom, & [12] Iehiel, [13] hi ludebant] instrumentis musicis [14] nablis, & citharis, Asaph concrepabat cymbalis.*

6 *Benaias, Iahaziel sacerdotes iugiter [clangebant] tubis coram arca fœderis Dei.*

7 *[14] Hoc autem imprimis constituit eodem tempore Dauid, vt per Asaphum & fratres eius laudaretur Dominus.*

8 *Celebrate Dominum, inuocate nomen eius, vulgate inter populos studia eius.*

9 *[16] Canite ei, psallite ei, [17] disserite de omnibus admirandis gestis illius.*

10 *[18] Gloriamini in nomine sancto eius: lætetur cor eorum qui studiose requirunt Dominum.*

11 *Quærite Dominum & [19] robur eius, [20] requirite faciem eius assidue.*

12 *Memores estote admirandorum operum eius quæ patrauit: prodigiorum eius, & iudiciorum, quæ ore suo [pronunciauit.]*

13 *O semen Abrahæ serui eius, ó filii Iacob electi eius.*

14 *Ipse est Dominus Deus noster, iudicia eius [sunt] in vniuersa terra.*

15 *Memores estote per omne æuum [21] fœderis sui, & verbi quod [22] præcepit in mille secula.*

16 *[23] Quod [24] exegit cum Abrahamo, & iusiurandi sui [25] cum Isaac.*

1 ATtulerunt igitur arcam Dei, & constituerunt eam in medio tabernaculi quod tetenderat ei Dauid: & obtulerunt holocausta & pacifica coram Deo. — A *Collocata arca, bene precatur populo Dauid.*

2 Cumque cōpleuisset Dauid offerens holocausta & pacifica, benedixit populo in nomine Domini. — *2. Reg. 6. d.*

3 Et diuisit vniuersis per singulos, à viro vsque ad mulierem tortam panis, & partem assæ carnis bubalæ, & frixam oleo similam.

4 Constituitque coram arca Domini de Leuitis, qui ministrarent, & recordarentur operum eius, & glorificarent, atque laudarent Dominum Deum Israel. — *Constituit qui laudent Deum in instrumentis musicis.*

5 Asaph principem, & secundum eius Zachariam. Porrò Iahiel & Semiramoth & Iehiel & Mathathiam & Eliab & Banaiam & Obed-edom, & Iehiel super organa psalterii & lyras: Asaph autem, vt cymbalis personaret.

6 Banaiam verò & Iaziel sacerdotes, canere tuba iugiter coram arca fœderis Domini.

7 In illa die fecit Dauid principem ad confitendum Domino, Asaph & fratres eius. — *Dei.* *Laudant Dominum.*

8 Confitemini Domino, & inuocate nomen eius: notas facite populis adinuentiones eius. — *Psal. 104. b. Esa. 12. a.*

9 Cantate ei, & psallite ei: & narrate omnia mirabilia eius.

10 Laudate nomen sanctum eius, lætetur cor quærentium Dominum. — *Laudandus Deus.*

11 Quærite Dominum, & virtutem eius: quærite faciem eius semper. — B *Quærendus Deus.*

12 Recordamini mirabilium eius quæ fecit: signorum illius, & iudiciorum oris eius.

13 Semen Israel serui eius, filii Iacob electi eius.

14 Ipse Dominus Deus noster: in vniuersa terra iudicia eius. — *Israelita populus Dei.*

15 Recordamini in sempiternum pacti eius: sermonis quem præcepit in mille generationes. — *Promissiones.*

16 Quem pepigit cum Abraham: & iuramenti illius cum Isaac.

3 [illegible] 4 Heb. & [illegible] 5 lagenam. sub. vini. 6 Heb. narrarēt. i. quiperent, benedicerent, benedicerent Dei erga populum Israeliticum. 7 [illegible] 8 princeps erat. [illegible] 9 Heb. secundus eius [illegible] 10 Scribitur [illegible] in secunda [illegible] 11 [illegible] 12 & hoc nomine per [illegible] scribitur in secunda. Aut duo hic recensentur [illegible] sequatur, Iehiel autē &c. q. d. constituit principē cantorū Asaph & vicarium eius Zachariam & alios [illegible] [illegible] 22 sub. obseruandum. 23 sub. fœdus. 24 pepigit. 25 ad Isaac. q. d. promissionum eius quas interposito iureiurando confirmauit in gratiam Isaac.

17 Et constituit illud Iacob in præceptum: & Is-
rael in pactum sempiternum,
18 Dicens, Tibi dabo Terram Chanaan, funicu-
lum hæreditatis vestræ
19 Cum essent pauci numero, parui, & coloni
eius:
20 Et transierunt de gente in gentem, & de re-
gno ad populum alterum.
Custodit Deus populum suum quem unxit. *Psal. 95, a* 21 Non dimisit quenquam calumniari eos: sed
increpauit pro eis reges,
22 Nolite tangere christos meos: & in pro-
phetis meis nolite malignari.
C 23 Cantate Domino omnis terra: annunciate
Prædicandus Deus. ex die in diem salutare eius:
24 Narrate in Gentibus gloriam eius: & in
cunctis populis mirabilia eius.
25 Quia magnus Dominus, & laudabilis ni-
mis: & horribilis super omnes deos.
26 Omnes enim dii populorum, idola: Domi-
nus autem cælos fecit.
Laus Deo. 27 Confessio & magnificentia coram eo: forti-
tudo & gaudium in loco eius.
28 Afferte Domino familiæ populorum: affer-
te Domino gloriam & imperium.
29 Date Domino gloriam nomini eius, leuate
sacrificium, & venite in conspectu eius: & adorate
Dominum in decore sancto.
30 Commoueatur a facie eius omnis terra: ipse
enim fundauit orbem immobilem.
Exultandum in Deo. 31 Lætentur cæli, & exultet terra: & dicant in
nationibus, Dominus regnauit.
32 Tonet mare & plenitudo eius: exultent a-
gri, & omnia quæ in eis sunt.
D 33 Tunc laudabunt ligna saltus coram Domi-
no: quia venit iudicare terram.
Bonus. 34 Confitemini Domino, quoniā bonus: quo-
Misericors niam in æternum misericordia eius.
Orandus Saluator. 35 Et dicite, Salua nos Deus saluator noster: &
congrega nos, & erue de Gentibus, vt confiteamur
nomini sancto tuo, & exultemus in carminibus
tuis.
36 Benedictus Dominus Deus Israel ab æterno
E vsque in æternum: & dicat omnis populus, Amen,
Domino. & hymnum Deo.
37 Dereliquit itaq; ibi coram arca fœderis Do-
mini Asaph & fratres eius: vt ministrarent in con-
spectu arcæ iugiter per singulos dies, & vices suas.
38 Porrò Obed edom, & fratres eius sexaginta
octo: & Obed edom filium Idithum, & Hosa con-
stituit ianitores:
39 Sadoc autem sacerdotem, & fratres eius sa-
cerdotes, coram tabernaculo Domini in excelso
quod erat in Gabaon:
40 Vt offerrent holocausta Domino super al-
tare holocaustomatis iugiter, mane & vespere, iux-
ta omnia quæ scripta sunt in lege Domini, quam
præcepit Israeli.
41 Et post eum Heman & Idithum, & reliquos

17 Quod confirmauit ipsi Iacob [36] statuto, & Israe-
li [37] fœdere sempiterno:
18 Tibi, inquiens, dabo terram Chanaan, [38] funicu-
lum hæreditatis vestræ:
19 Quum essetis [39] homunculi admodum exiguo nu-
mero, & in ea [terra] aduenæ,
20 Et [30] migrarent ex vna natione in aliam, ex vno
regno ad populum alterius [regni:]
21 Nunquam tamen permisit vt quisquam [31] vim il-
lis faceret, quin potius illorum gratia reges [32] casti-
gauit:
22 Ne attigeritis [inquiens] [33] vnctos meos, & [34] pro-
phetis meis nolite quicquam mali facere.
23 [35] Canite Domino omnis terra, [36] euangelizate in
dies [37] salutem eius:
24 Enarrate in Gentibus [38] gloriam eius, apud om-
nes populos [39] stupenda opera eius:
25 Quoniam magnus est Dominus, & vehementer
laudandus: & is etiam tremendus est præ omnibus [40] diis.
26 Nam cuncti dii populorum, [41] nihili sunt. Domi-
nus autem cælos condidit.
27 [42] Celebritas & magnificentia est coram ipso,
[43] potentia & hilaritas in loco eius.
28 Tribuite Domino o familiæ populorum, tribuite
Domino gloriam & potentiam.
29 Tribuite Domino [44] gloriā [[45] quæ respondet] no-
mini ipsius, ferte [46] munus, & venite in conspectum e-
ius: prosternite vos coram Domino [47] in magnifico &
splendido sanctuario.
30 Metuite [48] ab ipso quotquot habitatis in terra,
etiam [49] orbis firmatus est, vt nutare nequeat.
31 [50] Lætentur cæli, & gestiat terra, [51] dicantq; in
exteris nationibus, Dominus [52] regnat.
32 [53] Reboet mare & quidquid in eo est, [54] exultet
ager & [55] quidquid in eo continetur.
33 Tunc [56] iubilum edent arbores sylua coram Do-
mino, quoniam [57] venit vt iudicet terram.
34 Celebrate Dominum, [58] quoniam bonus est, [&]
quoniam [59] bonitas eius perpetua est.
35 Et [60] dicite, Serua nos o Deus salus nostra: [61] cō-
grega nos, & libera nos ex [62] Gentibus, vt celebremus
nomen tuum sanctum, & [63] gloriemur in laude tua.
36 [65] Laudandus Dominus Deus Israelis ab æterno
vsque in sempiternum, [66] & dicat omnis populus, [67] A-
men, & laudet Dominum.
37 [68] Dimisit itaque ibi coram arca fœderis Domini
Asaph & [69] fratres eius, vt coram arca assidue ministra-
rent, [70] iuxta eum morem [quem constituerat] de die in
diem.
38 [71] Ceterum Obed edom & fratres eorum sexa-
ginta octo erant: & Obed edom filius Iedithum, & Ho-
sa ianitores erant.
39 Zadoc autem [72] sacerdos & fratres eius sacerdo-
tes [73] [erant] in conspectu tabernaculi Domini, in ex-
celso quod erat in Gibeon,
40 Vt sacrificarent holocausta Domino in ara holo-
causti, idq; iugiter [74] [&] mane & vespere, & iuxta
omne quod scriptum est in lege Domini quam præce-
pit Israeli.
41 [75] Erantque cum eo Heman & Iedithum, & reliqui

Kk

36 in statutum, q.d. confirmauit illud in gratiam Iacob, vt sit semper ratum & firmum quemadmodum solent esse firma & rata statuta & decreta regia.
37 in fœdus sempiternum, Idem est: nam Iacob & Israel idem fuit. Dicit promissiones Dei fore immutabiles.
28 i. vt illi sint funiculus &c. hoc est portio. Funiculus pro sorte & portione ponitur: quòd terra Chanaan per funes Israelitis distributa sit, vt in Iosue videmus.
29 homines numeri, pauci (tempore) scilicet habitantes in ea. Homines numeri vocat, qui numerari possunt, hoc est, paucos. Vau quod præponitur verbis (fuistis habitantes) redundat.
30 ambulauerunt. Mutatio personæ pro ambulauistis.
31 vel, opprimeret eos,
32 corripuit, vt de Pharaone legimus.
33 i. patriarchas.
34 Hebr. & in prophetis meis ne malignemini. i. nolite affligere prophetas meos, damno aut incommodo afficientes eos.
35 Inuitat omnes ad laudandum Dominum. Sunt hæc ex Psalmo XCVI secundum Hebræos, vsque ad versum cuius initium est Celebrate Dominum.
36 annunciate.
37 vel, salutare. i. auxilium eius salutare. vel, salutem eius. i. gratiam quam assecuti sunt omnes pii per Christū.
38 i. egregia & eximia opera e-

ius. 39 quæ scilicet egit in Ægypto in gratiam populi Israelitici. 40 sub. aliis qui dicuntur dii. 41 idola. Vox Hebræa significat rem nullius momenti. 42 Potentia & decus sunt &c. i. Potentia [illegible] & omni laude dignissima. 43 robur. 44 scilicet nominis eius. 45 q.d. nolite subtrahere gloriam qua dignum est nomen eius. 46 vel, sacrificia. i. venite cum hostiis vt immoletis. 47 Heb. in decore sanctitatis. i. in tabernaculo illo sancto. 48 Heb. à conspectu eius. 49 firmabitur orbis ne commoueatur. i. erit firmus & stabilis, pace [illegible] fruetur, ne commouetur nulla procella bellorum, aut aliarum calamitatum agitabitur & quatietur. Ergo timor Domini parit tranquillitatem [illegible] 50 vel, [illegible] lætabuntur cæli, & exultabit terra. Cæli, pro incolis cæli, & spiritibus cælestibus. Terra, incolæ terræ. q. d. Tunc erit pax in cælo & in terra. 51 vel, [illegible] in Gentibus, quæ [illegible] nunc colunt idola. 52 i. dignus est qui regnet per totum orbem terrarum. 53 vel, Tonabit [illegible] maris præ lætitia tumultuabuntur. P[illegible] Maris mundus. 54 vel, lætabitur. 55 i. feræ quæ sunt in eo. 56 psallent syluæ, siue saltus: mundus. Arbores, homines. 57 venturus est, [illegible] quia Dominus visitaturus est per gratiam hunc mundum. Hunc locum non intelligunt Hebræi de extremo iudicio. 58 i. propter bonitatem eius. Hæc ex psalmo centesimo sexto, supputatione Hebræorum. 59 vel, misericordia eius in sæculum. 60 i. eris scilicet bonitate & misericordia [illegible] 62 sub. in vnum. 63 sub. quæ colunt idola [illegible] vero Deo. 64 vt tum demum reputemus nos esse felices & laude afficiamus nomen tuum gloriosum [illegible] 65 Heb. Benedictus sit. i. Omnibus laudibus afficiatur. 66 Heb. & dixerunt. 67 Veritas (sit, [illegible] (sit) Domino. q.d. Ita sit vt dicis, & laus [illegible] sit Domino. 68 sub. David 69 i. cognatos [illegible] 70 Heb. in re dici in die suo. i. faciendo singulis diebus quod per singulos dies faciendum est.
71 Et reliquit Obed edom & fratres eorum sexaginta [illegible] & Obed edom filium Iedithū & Hosa in ianitores. 72 sacerdotem. 73 subaudiendum potius, reliquit. 74 vel, (id est,) 75 & cum eis (reliquit) Heman & Iedithum, & reliquum electorum qui expositi sunt nominibus, i. qui erant magni nominis & famæ.

36 Et cum eis. (in quam idque) Heman & Iduthum (erant) tubis & cymbalis vt vocem ederent (musicam,) & (cum instrumentis cantici diuini: & filios Iedithum (reliquit) ad portam.

electi quorum nomina expressa sunt, ad celebrandū Do-
minum, quod sempiterna sit eius bonitas.
42 [36] Et iuxta eos Heman & Iedithun [canentes]
tubis & cymbalis, concentum facientes musicis instru-
mentis & cantica diuina. filii verò Iedithun ianitores
erant.
43 Et abierunt cunctus populus, quisque domum
suam, & versus est Dauid vt bona imprecaretur domui
suæ.

electos, vnumquemque vocabulo suo, ad confiten-
dum Domino, Quoniam in æternum misericordia
eius.
41 Heman quoque & Idithun canentes tuba,
& quatientes cymbala: & omnia musicorum or-
gana ad canendum [b] Domino: filios autem Idi-
thun fecit esse portarios.
43 Reuersusque est omnis populus in domum
suam: & Dauid, vt benediceret etiam domui suæ.

[b] Deo

CAPVT XVII.

CAP. XVII.
1 Contulerdo se[dere]t Dominū.
2 q. d. elegantis.
3 q. d. in recto testo pellib.
4 Itaque tibi & erit adiutor tuus
5 In illa nocte. i. In ea nocte quæ insecuta est diem, qua dixerat illi respondisse Nathan vel, ea nocte qua Dauid hæc dixit.
6 Unum scilicet ex ... ædificare mihi.
7 sub. ex Ægypto.
8 vel, (ambulaui)
9 q. d. habitaui in tabernaculo, non illo quidem fixo & permanente, sed quod subinde locum mutabat. Hic non significat varietatem tabernaculi, sed locatum quo erat tabernaculum.
10 In omni (loco) ad quem &c.
11 dicendo,
12 i. à caula illa pastorali in qua degebas q. d. Peruenisti ad regnum non tuo merito, sed sola mea gratia.
13 Heb. de post gregem,
14 in omni (loco)
15 Et posui. vel, designaui.
16 plantaui. i. dedi sedes firmas, & fixas.
17 & habitet apud se. i. non in regione externa, peregrina & aliena.
18 vel, commouebitur. i. neque alio vltra demigrabit.
19 consument.
20 Heb. præcepi vt essent iudices.
21 humiliaui omnes.
22 annunciaui tibi, Domum ædificabit tibi Dominus.
De se loquitur in tertia persona, pro, Dabo tibi familiam numerosam & magnam,

1 Contigit autem quum habitaret Dauid in domo
suaˑ vt diceret Dauid ad Nathan prophetam, En
ego habito in domo [2] cedrina, arca autem fœderis Domi-
ni [3] sub aulæis.
2 Dixit ergo Nathan ad Dauidem, Fac quidquid est
in corde tuo, quoniam Deus [4] tecum est.
3 [5] Eadem nocte fiebat verbum Dei ad Nathan in
hunc modum.
4 Vade & dic ad Dauid seruum meum, Sic ait Do-
minus, Tu non ædificabis mihi [6] domum illam vt [illic]
habitem.
5 Etenim nō habitaui in vlla domo ab eo die quo [7] e-
duxi filios Israelis vsque in hunc diem, sed fui [[8] tran-
siens] [9] de tentorio in tentorium, & de tabernaculo [in
tabernaculum.]
6 [10] In omnibus in quibus ambulaui cum omni Is-
raele, num verbum loquutus sum ad aliquem ex iudici-
bus Israelis, quibus præcepi vt pascerent populū meum,
[11] vt dixissem, Quare non extruxistis mihi domum ce-
drinam?
7 Nunc ergo dices ad seruum meum nempe Dauidē,
Sic dicit Dominus exercituum, Ego tuli te [12] de septo
[13] quum oues sequereris, vt esses princeps super populum
meum Israel.
8 Et fui tecum [14] in omnibus quocunque ambulasti:
excidi insuper omnes hostes tuos ante te. feciq; tibi no-
men celebre, vt nomen [habent] celeberrimi in terra.
9 [15] Constituam quoque locum populo meo Israeli, &
[16] plantabo eum [17] vt habitet in loco suo: neque [18] tumul-
tuabitur amplius: filii quoque iniqui vltra eum non
[19] affligent vt antea,
10 Et ab eo tempore quo [20] constitueram iudices su-
per populum meum Israelem, [21] humiliabo insuper cun-
ctos hostes tuos, & [22] indicabo tibi quod Dominus ædi-
ficaturus est tibi domum.
11 Quin & hoc erit, quum exacti fuerint dies tui,
[23] vt vadas cum patribus tuis, excitabo semē tuum post
te, quod erit ex filiis tuis, regnumq; eius firmabo.
12 Is extruet mihi domum, & ego confirmabo solium
eius perpetuò:
13 EGO ERO EI PATER, & ipse erit mihi filius:
[24] bonitatem quoque meam non adimam ei, quemad-
modum ademi [25] ab eo qui fuit ante te.
14 Sed firmabo eum in domo mea, atq; in regno meo
perpetuò, firmumq; erit solium eius in sempiternum.
15 Iuxta omnia hæc verba, & iuxta omnem hanc
visionem, [26] sic loquutus est Nathan ad Dauidem.
16 [27] Ingressus itaq; Dauid rex [28] sedit coram Do-
mino, & dixit, Quis sum ego Domine Deus, & quæ do-
mus mea, [29] quòd me tantopere euchis?
17 Quin hoc tibi parum visum est ô Deus, [30] nisi &
porrò in longinquum pollicitationem facias ad domum
serui tui, & [31] respicias me vt respici solent homines præ-
stantes Domine Deus.
18 Quid verò vltra addere potest Dauid [vt loqua-
tur] ad te, [32] quod accedat ad gloriam serui tui? & tu
[33] cognouisti seruum tuum.

1 Cvm autem habitaret Dauid in domo sua, di-
xit ad Nathan prophetam, Ecce ego habito
in domo cedrina: arca autem fœderis Domini sub
pellibus est.
2 Et ait Nathan ad Dauid, Omnia quæ in cor-
de tuo sunt, fac: Deus enim tecum est.
3 Igitur nocte illa factus est sermo [b] Domini ad
Nathan, dicens:
4 Vade, & loquere Dauid seruo meo, Hæc dicit
Dominus. Non ædificabis tu mihi domum ad ha-
bitandum.
5 Neque enim mansi in domo ex eo tempore
quo eduxi Israel de Terra Ægypti vsque ad diem
hanc: sed fui semper mutans loca tabernaculi, & in
tentorio manens cum omni Israel,
6 Numquid loquutus sum saltem vni iudicum
Israel, quibus præceperam vt pascerent populum
meum, & dixi, Quare non ædificastis mihi domū
cedrinam?
7 Nunc itaque sic loqueris ad seruum meū Da-
uid, Hæc dicit Dominus exercituum, Ego tuli te,
cum in pascuis sequereris gregem: vt esses dux po-
puli mei Israel.
8 Et fui tecum quocunq; perrexisti: & interfeci
omnes inimicos tuos coram te, feciq; tibi nomen
quasi vnius magnorum qui celebrantur in terra.
9 Et dedi locum populo meo Israel: plantabi-
tur, & habitabit in eo, & vltra non commouebi-
tur: nec filii iniquitatis atterent eos, sicut à princi-
pio,
10 Ex diebus quibus dedi iudices populo meo
Israel, & humiliaui vniuersos inimicos tuos. an-
nuncio ergo tibi, quod ædificaturus sit tibi Domi-
nus domum.
11 Cumq; impleueris dies tuos vt vadas ad pa-
tres tuos, suscitabo semen tuum post te, quod erit
de filiis tuis: & stabiliam regnum eius.
12 Ipse ædificabit mihi domum, & firmabo so-
lium eius vsque in æternum.
13 EGO ERO EI IN PATREM, & ipse erit mi-
hi in filium: & misericordiam meam non auferam
ab eo, sicut abstuli ab eo qui ante te fuit.
14 Et statuam eum in domo mea, & in regno
meo vsq; in sempiternum: & thronus eius erit fir-
missimus in perpetuum.
15 Iuxta omnia verba hæc, & iuxta vniuersam
visionem istam, sic locutus est Nathan ad Dauid.
16 Cúmq; venisset rex Dauid, & sedisset coram
Domino, dixit, Quis ego sum Domine Deus, &
quæ domus mea, vt præstares mihi talia?
17 Sed & hoc parum visum est in cōspectu tuo,
ideoque locutus es super domum serui tui etiam in
futurum: & fecisti me spectabilem super omnes
homines Domine Deus.
18 Quid vltrà addere potest Dauid, cum ita glo-
rificaueris seruum tuum, & cognoueris eum?
19 Do-

A
Non vult Dominus domum sibi construi à Dauide.
2. Reg. 7. a
[b] Deo

Sine verbo suo nihil vult agi Deus.
Pascere populum.

B
Commemoratione beneficiorum, ostendit Deus se omnia omnibus præstare, & à nemine quicquā accipere.

Promittitur IESVS CHRISTVS qui ædificaturus erat ecclesiam

C
Laudat Dauid benignitatem Dei, ob promissum sibi Christum.

23 i. vt moriaris. 24 vel, misericordiam. 25 i. à Saule. 26 locutus fuerat. 27 sub. tentorium. 28 vel, mansit. Dicunt Hebræi solitos fuisse homines in Scriptura orare stantes ... hæc dū orant. Hic igitur dicunt aliquos orare sedentes, ... hunc modo ... vertunt, & mansit &c. 29 Heb. quod adduxisti me vsq; ... quod ad regnum pertinet ... 30 & locutus es ... mū serui tui in longinquum (tempus,) i. in futurum ... etiam pollicitus es ... olim ... multa secula mihi & posteritati meæ regnum & Christum ... 31 aspexisti me iuxta dispositionem hominis, (Domine) inquam ... excellentis ... Deus, cognouisti me ... ordine virorum præcellentium. 32 propter gloriam ... serui tui ... Summo enim honore affecisti illum quum voluisti filium tuum fieri carnem ex sanguine ipsius Dauidis. 33 ... gratitudinem animi mei, ... ex animo cognoscis.

19 Domine propter famulum tuum iuxta cor tuum fecisti omnem magnificentiam hanc, & nota esse voluisti vniuersa magnalia.

20 Domine non est similis tui: & non est alius Deus absque te, ex omnibus quos audiuimus auribus nostris.

D

*autem

Misericordia Dei populus Israel factus Dei populus.

21 Quis [1] enim [1] est alius vt populus tuus Israel, gens vna in terra, ad quam perrexit Deus, vt liberaret, & faceret populum sibi, & magnitudine sua, atque terroribus eiiceret nationes a facie eius, quem de Ægypto liberarat?

22 Et posuisti populum tuum Israel tibi in populum vsque in æternum, & tu Domine factus es Deus eius.

Orat Dauid Deum vt promissiones suas præstet.

23 Nunc igitur Domine, sermo quem locutus es famulo tuo, & super domum eius, confirmetur in perpetuum, & fac sicut locutus es.

24 Permaneatq; & magnificetur nomen tuum vsque in sempiternum: & dicatur, Dominus exercituum Deus Israel, & domus Dauid serui eius permanens coram eo.

25 Tu enim Domine Deus meus reuelasti auriculam serui tui, vt ædificares ei domum: & idcirco inuenit seruus tuus fiduciam, vt oret coram te.

26 Nunc ergo Domine tu es Deus: & locutus es ad seruum tuum tanta beneficia.

Benedictio Dei.

27 Et cœpisti benedicere domui serui tui, vt sit semper coram te: te enim Domine benedicente, benedicta erit in perpetuum.

19 Domine [34] propter seruum tuum, & secundum cor tuum fecisti omnem hanc [35] magnificentiam, vt notas faceres cunctas [36] magnificentias.

20 Domine non est similis tui, neque est Deus præter te, iuxta omnia quæ [37] audiuimus auribus nostris.

21 [38] Quæ vero gens est in terra quemadmodum populus tuus Israel, cuius Deus iret sibi redimere [39] populum, vt poneres tibi [40] nomen magnum & tremendum, eiiciendo Gentes ante populum tuum quem redemisti ex Ægypto?

22 Tu posuisti populum tuum nempe Israelem tibi in populum vsque [41] in sempiternum: & tu Domine [42] fuisti eorum Deus.

23 Nunc igitur Domine, verbum tuum quod loquutus es de seruo tuo, & de domo eius [43] ratum sit perpetuo, [44] & facias quod pollicitus es.

24 [45] Ratum inquam fiat, vt magnificetur nomen tuum in sempiternum, vt dicatur, Dominus exercituum est Deus Israelis, Deus inquam est [46] Israeli, domusque serui tui Dauidis [47] firma erit coram te.

25 Quandoquidem tu Deus meus, [48] indidisti seruo tuo, [49] vt extrueres ei domum: idcirco [50] ausus fuit seruus tuus orationem instituere in conspectu tuo.

26 Nunc igitur Domine, [51] tu es ipse Deus, qui loquutus es de seruo tuo bonum hoc.

27 [52] Adiice igitur animum vt benedicas domui serui tui, vt perpetuo duret ante faciem tuam: [53] cui enim tu benedixeris Domine, is in æternum benedictus est.

34 i. vt me afficeres tanto honore, pro voluntate tua & vltro fecisti &c. Alii autē quia me elegisti, exponūt, referētes ad electionē.
35 magnitudinē.
36 magnitudines i. omnia ista beneficia maxima.
37 sub. de te.
38 Et quis est sicut populus tuus Israel, gens [...] ad quem perrexit Deus
39 i. vt populus sit populus eius.
40 Heb. nomen, magnitudines & mirabilia.
41 Hoc refertur ad Israelem spiritualem.
42 factus es illis, q. d. adeo sibi illū futurus beneficus & qualibus Deus afficere solet populum suū: ostendisti te verū esse Deū Israelis.
43 sit verū, i. firmū & stabile, q. d. sta promissis.
44 faciendo. Expositio est præcedentis.
45 Et permaneat & magnificetur, i. subinde maior fiat fama nominis tui.
46 super Israelē, q. d. ostendit beneficiis se esse Deū Israelis, quē seruat & tuetur.
47 sit permanēs, vel stabilis & fixa, q. d. permaneat, te vidente & protegente familia Dauidis serui tui
48 Heb. reuelasti aurem serui tui, i. indicasti mihi sermo tuo annūciasti: audiente me sermonem. Chaldæus paraphra. vertit [...]
49 vt ædificares i. te auctū ficaturū familiā, siue posteritatem. q. d. promisisti te daturum posteritatem. De Christo intellige.
50 Heb. inuenit seruus tuus (sub. cor suum) vt oraret &c. i. propterea securus erat animo cor ad te.
51 i. tu hoc magnum beneficiū vltro contulisti seruo tuo.
52 Heb. Nunc autem voluisti benedicere familiæ &c.

CAPVT XVIII.

A

Victi a Dauide Philisthæi.

2. Reg. 8. a

Moabitæ tributarii.

Adarezer percutitur a Dauide.

1 Factum est autem post hæc, vt percuteret Dauid Philisthiim, & humiliaret eos, & tolleret Geth & filias eius de manu Philisthiim:

2 Percussitque Moab, & fierent Moabitæ serui Dauid, offerentes ei munera.

3 Eo tempore percussit Dauid etiam Adarezer regem Soba regionis Hemath, quando perrexit vt dilataret imperiū suum vsq; ad flumen Euphraten.

4 Cepit ergo Dauid mille quadrigas eius, & septem millia equitum, ac viginti millia virorum peditum: subneruauitque omnes equos curruum, exceptis centum quadrigis quas reseruauit sibi.

B

Syria tributaria Dauidi.

5 Superuenit autem & Syrus Damascenus, vt auxilium præberet Adarezer regi Soba: sed & huius percussit Dauid viginti duo millia virorum.

6 Et posuit milites in Damasco, vt Syria quoq; seruiret sibi, & offerret munera. adiuuitq; eum Dominus in cunctis ad quæ perrexerat.

Adiutor Dauidis Deus.

7 Tulit quoque Dauid pharetras aureas, quas habuerant serui Adarezer: & attulit eas in Ierusalem.

8 Necnon de Thebath & Chun vrbibus Adarezer æris plurimum, de quo fecit Salomon mare æneum & columnas, & vasa ænea.

C

Thou rex Hemath petit a Dauide pacem.

9 Quod cum audisset Thou rex Hemath, percussisse videlicet Dauid omnem exercitum Adarezer regis Soba:

10 Misit Adoram filium suum ad regem Dauid, vt postularet ab eo pacem, & congratularetur ei quòd percussisset, & expugnasset Adarezer: aduersarius quippe erat Thou Adarezer.

11 Sed & omnia vasa aurea, & argentea, & ænea consecrauit Dauid rex Domino, cum argento & auro quod tulerat ex vniuersis gentibus, tam de Idumæa & Moab, & de filiis Ammon, quam de Philisthiim & Amalech.

1 Post hæc gesta [1] percussit Dauid Palæsthinos, & subegit eos, cepitq; [2] Gath & [3] filias eius de manu Palæsthinorum.

2 Percussit & Moabitas, & facti sunt Moabitæ serui Dauidi [4] qui penderent vectigal.

3 Adhæc percussit Dauid Hadarezer regem Zoba [5] ad Hamath, quum proficisceretur vt statueret [6] potentiam suam ad flumen Euphraten.

4 Cepit autem Dauid ex eo mille currus, septem millia equitum, atque viginti millia virorum peditum: [7] reddiditq; præterea Dauid inutiles omnes currus, [8] centum tamen currus ex eis reliquos fecit.

5 Quumq; venisset Syria Damasci, vt opem ferret Hadarezer regi Zoba, percussit Dauid ex Syris virorum viginti duo millia.

6 Et constituit Dauid [præfectos] in Syria Damasci, factiq; sunt Syri serui Dauidi vectigal [...] seruauit enim Dominus Dauidem in omnibus ad quæ profectus est.

7 Porrò Dauid accepit clypeos aureos quos habuerant serui Hadarezer, & [9] intulit eos Ierusalaim.

8 De [10] Tibhath verò, & de Chun ciuitatibus Hadarezer tulit æs admodum multum, de quo Salomon fecit æneum mare, columnas & vasa ænea.

9 Audiens autem Thohu rex Hamath, quòd Dauid [11] percussisset omnes copias Hadarezer regis Zoba,

10 Misit [12] Hadoram filium suum ad regem Dauidem, [13] pro ambienda pace, gratulatumq; quòd bello adortus esset Hadarezer, quodq; illū percussisset: [14] quoniam Thohu hostis erat infensus ipsi Hadarezer.

11 [15] Omnia vero vasa aurea, argentea, & ærea [16] dedicauit Dauid rex Domino, cum argento & auro quod tulerat ex omnibus [17] gentibus, nempe de Edom, de Moab, de filiis Ammon, de Palæsthinis & Amalek [...]

[...] dicere familiæ &c. Chald. paraph. vertit, cœpisti benedicere familiæ &c. 53 Heb. quia tu Domine benedixisti (sub. seruo tuo) & benedictus erit in æternum. vel, benedicendo familiæ eius & benedicta erit &c. CAP. XVIII. 1 i. deuicit. 2 Dicitur & Meteg in Regibus 3 i. vicos illi subditos. 4 Heb. afferentes munus. i. pendentes tributum quotannis. 5 sub. regionem. 6 terminum suum vel, fines suos, vel, vt collocaret præsidium [...] &c. Voluerat rex iste prorogare fines suos vsque ad regionem conterminam fluuio Euphrati. quanquam relatiuum Heb. [...] potest referre Dauidem, quòd Dauid scilicet producere imperium suum vsque ad Euphraten. 7 Heb. subneruauit præterea Dauid. 8 i. quadringentos currus [...] & integros reliquit. 9 vel, [...] deportandos 10 In Regibus dicitur Betah, transposita vna litera. 11 [...] 12 Dicitur Ioram in Regibus. 13 Heb. vt rogaret eum de pace, i. quomodo valeret. 14 Heb. quia vir præliorum Thohu erat cum Hadarezer. i. quia ipse Hadarezer erat vir præliorum Thohu, aduersarius ipsi Thohu. 15 Heb. (& misit) ad eum omnia vasa au[...] (& in manu eius) & que omnia [...] vasa &c. 16 Heb. i. etiam illa dedicauit &c. 17 Sub. ab his quas bello superauerat.

18 Quia Abisai vnus tantùm ex ducibus Dauidis propterea qui alibi hic recensentur præclara facinora, tribuuntur Dauidi.
19 Liber Samuelis meminit Aram, non Edom: conueniunt tamen: cum Idumæi & Aramæi coniunxerant copias.
20 Psal. 60. hæc victoria tribuitur Ioab. Præterea tantum ponitur duodecim millia. Doctores inter Hebræos ita soluunt: Primum congressum esse aiunt Abisai vicariũ ipsius Ioab & interfecisse sex millia: deinde superuenisse ipsum Ioab præfectum militiæ Dauidis, & cæsa fuisse adhuc duodecim millia. Itaq; tribus potest hæc victoria tribui, Dauidi, Ioab, & Abisai.
21 sub. Abisai.
22 sub. summi.
23 i. quorum opera inprimis vtebatur rex.

12 Porrò [18] Abisai filius Zeruiæ percussit [19] Edom in Valle salis, [20] decem & octo videlicet millia.

13 [21] Constituit præterea præfectos in Edom, factiq; sunt omnes Edomæi serui Dauidis: seruauit enim Dominus Dauidem in omnibus ad quæ profectus est.

14 Regnauitque Dauid super vniuersum Israelem, dicebátque ius, & administrauit iustitiam vniuerso populo suo.

15 Porrò Ioab filius Zeruiæ imperator erat exercitus: Iehosaphat filius Ahilud erat à commentariis.

16 Zadoc autem filius Ahitub, & Abimelech filius Abiathar erant [22] sacerdotes, Sauesa scriba.

17 Benaia autem filius Iehoiadæ fuit super Cherethi & Pelethi: & filii Dauidis erant primores [23] ad manum regis.

12 Abisai verò filius Saruiæ percussit Edom in Valle-salinarum, decem & octo millia: D

13 Et constituit in Edom præsidium, vt seruiret Idumæa Dauid, saluauitq; Dominus Dauid in cunctis ad quæ perrexerat.

Idumæa seruit Dauidi.
Dauid custoditur a Deo.

14 Regnauit ergo Dauid super vniuersum Israel, & faciebat iudicium atque iustitiam cuncto populo suo.

15 Porrò Ioab filius Saruiæ erat super exercitum, & Iosaphat filius Ahilud à commentariis.

16 Sadoc autem filius Achitob, & Achimelech filius Abiathar, sacerdotes: & Susa, scriba.

Abimelech

17 Bananias quoque filius Ioiadæ super legiones Cerethi & Phelethi: porrò filii Dauid, primi ad manum regis.

CAPVT XIX.

CAP. XIX.

1 Hebr. Faciam misericordiam. i. Colam amicitiã cum Hanone &c.
2 Heb. fecit mecum misericordiam. i. affecit me multis beneficiis.
3 Heb. Numquid honorat Dauid patrem tuum in oculis tuis, quia misit ad te consolatores? q. d. Putasne Dauidem honore ideo prosequi patrem tuum quòd misit qui consolentur te super morte patris tui?
4 Hebr. per medium vsque ad verenda.
5 sub. legatos, vel nuncios.
6 creuerit.
7 quòd redidissent se abominabiles apud Dauidem.
8 Hebr. ex Syria duorum fluuiorum.
9 Conduxerunt itaque.
10 i. regem Syriæ Maacha.
11 sub. è castris suis.
12 in introitu vrbis.
13 sub. cum Ammonitis.
14 i. in agro vrbis Medeba.

1 Contigit posthac vt moreretur rex Ammonitarum Nahas, regnauitq; loco eius Hanon filius eius.

2 Atque Dauid, [1] Beneficentia prosequar Hanonem filium Nahas, quoniam pater eius [2] me quoque prosequutus est beneficentia. Misit itaque Dauid legatos qui consolarentur eum super patre suo. venerunt itaque legati Dauidis in terram Ammonitarum ad Hanonem, vt eum consolarentur.

3 Dixerunt autem proceres filiorum Ammon ad Hanonem, [3] Num Dauid consolatores ad te misit, vt honoret patrem tuum coram te? annon magis venerunt ad te serui eius, vt perscrutentur & explorent terram subuertantque eam?

4 Tollens igitur Hanon seruos Dauidis, rasit eos, & præcidit indumenta eorum [4] partim ad nates vsque, & amandauit eos.

5 Illiq; abierunt. nunciarunt autem Dauidi de viris illis: qui [5] misit eis obuiam, (erant enim viri illi magna ignominia affecti,) dixitque rex, Manete Iericho, donec [6] repullulet barba vestra, tum reuertimini.

6 Animaduertentes autem Ammonitæ [7] inuisos se esse Dauidi, misit Hanon & filii Ammon argenti mille talenta, vt conducerent sibi [8] de Mesopotamia, & de Syria Maacha, atque de Zoba, currus & equites.

7 [9] Conducentes sibi triginta duo millia curruum, & [10] regem Maacha atque populum eius: qui venientes castrametati sunt ante Medeba: quin & Ammonitæ congregati sunt de ciuitatibus suis, & venerunt ad bellandum.

8 Dauid [hæc] audiens, misit Ioab atque omnem exercitum strenuorum militum.

9 [11] Egressique Ammonitæ aciem instruxerunt [12] ad ostium portæ: reges verò qui [13] venerant, seorsim erant [14] in campo.

10 Videns autem Ioab [15] sibi imminere prælium & à fronte & à tergo, delegit [16] ex omni iuuentute quæ erat in Israele, & instruxit aciem contra Syros:

11 [17] Reliquum vero populum tradidit sub manum Abisai fratris sui, instructa acie contra Ammonitas.

12 [18] Aitque, Si fuerint Syri me validiores, [19] opem mihi feres: sin Ammonitæ tibi præualuerint, adero ego tibi auxilium laturus.

13 Sis ergo fortis, quin & nos simus fortes pro populo nostro, atque pro ciuitatibus [20] Dei nostri: cæterum Dominus faciat quod sibi bonum videatur.

14 Accessit itaque Ioab & populus quem secum habebat, vt manus consereret cum Syris: illi autem conspectu eo, fugerunt.

1 Accidit autem vt moreretur Naas rex filiorum Ammon, & regnaret Hanon filius eius pro eo. A

Dauid mittit seruos ad consolandum Hanõ.
2 Reg. 10. a
Misericordia.
Consolare.

2 Dixeruntq; Dauid Faciam misericordiã cum Hanon filio Naas: præstitit enim mihi pater eius gratiam. Misitque Dauid nuncios ad consolandum eum super morte patris sui. qui cum peruenissent in terram filiorum Ammon, vt consolarentur Hanon:

3 Dixerunt principes filiorum Ammon ad Hanon, Tu forsitan putas quòd Dauid honoris causa in patrem tuum, miserit qui consolarentur te: nec animaduertis quòd vt explorent, & inuestigent, & scrutentur terram tuam, venerint ad te serui eius. B

4 Igitur Hanon pueros Dauid decaluauit & rasit, & præcidit tunicas eorum à natibus vsque ad pedes, & dimisit eos.

Ignominia affecti remittuntur.

5 Qui cum abiissent, & hoc mandassent Dauid, misit in occursum eorum (grandem enim contumeliam sustinuerant) & præcepit vt manerent in Iericho, donec cresceret barba eorum, & tunc reuerterentur.

6 Videntes autem filii Ammon quòd iniuriam fecissent Dauid, tam Hanon quam reliquus populus, miserunt mille talenta argenti, vt conducerent sibi de Mesopotamia, & de Syria-Maacha, & de Soba, currus & equites.

Ammonitæ & Syri congregãtur contra Dauidem.

7 Conduxeruntq; triginta duo millia curruum, & regem Maacha cum populo eius. qui cum venissent, castrametati sunt e regione Medaba, filii quoque Ammon congregati de vrbibus suis, venerunt ad bellum.

8 Quod cum audisset Dauid, misit Ioab & omnem exercitum virorum fortium. C

Ammonitæ & Syri vincuntur a Dauide.

9 Egressiq; filii Ammon, direxerunt aciem iuxta portam ciuitatis: reges autem qui ad auxilium eius venerant, separatim in agro steterunt.

10 Igitur Ioab intelligens bellum ex aduerso & post tergum, contra se fieri, elegit viros fortissimos de vniuerso Israel, & perrexit contra Syrum.

11 Reliquam autem partem populi dedit sub manu Abisai fratris sui: & perrexerunt contra filios Ammon.

12 Dixitque, Si vicerit me Syrus, auxilio eris mihi: si autem superauerint te filii Ammon, ero tibi in præsidium.

13 Confortare, & agamus viriliter pro populo nostro, & pro vrbibus Dei nostri: Dominus autem quod in conspectu suo bonum est faciat.

Deo omnia committuntur.
facit.

14 Perrexit ergo Ioab, & populus qui cum eo erat, contra Syrum ad prælium: & fugauit eos.

15 Porrò

15 Heb. quòd esset facies belli ad eum, siue contra eum. 16 Heb. ex omni electo qui erat &c.
17 i. Reliquam partem exercitus. 18 sub. Ioab ad Abisai. 19 Heb. eris mihi in salutem. Vox Heb. ea significat salutem, opem etiam & auxilium.
20 i. in quibus colitur Deus noster.

Sophach princeps exercitus Adarezer occiditur à Dauide cum exercitu.

15 Porrò filii Ammon videntes quòd fugisset Syrus, ipsi quoq; fugerunt Abisai fratrem eius, & ingressi sunt ciuitatem, reuersusq; est etiam Ioab in Ierusalem.

16 Videns autem Syrus quòd cecidisset coram Israel, misit nuncios, & adduxit Syrū qui erat trans fluuium: Sophach autem princeps militiæ Aderézer, erat dux eorum.

17 Quod cum annunciatum esset Dauid, congregauit vniuersum Israel, & transiuit Iordanem, irruitq; in eos, & direxit ex aduerso aciem, illis cōtrà pugnantibus.

18 Fugit autem Syrus Israel: & interfecit Dauid de Syris septē millia curruum, & quadraginta millia peditum, & Sophach exercitus principem.

Syri serui Dauidis.

19 Videntes autem serui Adarézer se ab Israel esse superatos, transfugerunt ad Dauid, & seruierunt ei: noluitq; vltrà Syria auxilium præbere filiis Ammon.

15 Porrò Ammonitæ videntes quòd Syri fugissent, fugerunt & ipsi à facie Abisai fratris eius, veneruntque in [21] ciuitatem, Ioab verò [22] venit Ierosolyma.

16 Videntes autem Syri sese coram Israelitis corruisse, missis legatis eduxerunt Syros qui erant trans [23] fluuium, præcedente eos Sophach, qui erat imperator exercitus Hadaraser.

17 Hoc quum nunciatum esset Dauidi, congregauit vniuersum Israelem, & traiecto Iordane venit ad eos, & instruxit aciem contra eos. quumq; Dauid instruxisset aciem contra Syros, inierunt & ipsi prælium cum eo.

18 At Syrus fugit à facie Israelis, interfecitq; Dauid ex Syris [24] septem millia curruum, & quadraginta millia virorum peditum: trucidauit quoque Sophach imperatorem exercitus.

19 Videntes itaque serui Hadaraser quòd corruissent ante Israelitas, pace inita cum Dauide, facti sunt serui eius: nec voluit Syrus opem ferre amplius Ammonitis.

21 nempe Medeba.
22 vel, reuersus est.
23 i. Euphratē.
24 In Regibus legitur septingentos currus. i. equos septingentarum quadrigarum: exprimit numerū curruum electorum & excellentium: hic verò exprimitur numerus omnium. Præterea author libri Samuelis omisit numerum peditum, hic verò numerum equitum.

CAPVT XX.

A

Rabba vrbs destruitur.
2. Reg. 10. a

1 FActum est autem post anni circuitum, eo tempore quo solent reges ad bella procedere, congregauit Ioab exercitum & robur militiæ, & vastauit terram filiorum Ammon: perrexitq;, & obsedit Rabba: porrò Dauid manebat in Ierusalem, quando Ioab percussit Rabba, & destruxit eam.

B

Ammonitarū grauis afflictio.

2 Tulit autem Dauid coronam Melchon de capite eius, & inuenit in ea auri pondo talentum, & preciosissimas gemmas, fecitq; sibi inde diadema: manubias quoq; vrbis plurimas tulit.

3 Populum autem qui erat in ea, eduxit: & fecit super eos tribulas, & trahas, & ferrata carpenta transire, ita vt dissecarentur & contererentur. Sic fecit Dauid cunctis vrbibus filiorum Ammon: & reuersus est cum omni populo suo in Ierusalem.

Philisthæi vincuntur a Dauide.
2. Reg. 21. d

C

4 §Post hæc, initum est bellum in Gazer aduersum Philisthæos: in quo percussit Sobochai Husathites, Saphai, de genere Raphaim, & humiliauit eos.

Lehemites gigas occiditur.
¹ *Lehemitem*

5 Aliud quoq; bellum gestum est aduersus Philisthæos, in quo percussit Adeodatus filius Saltus ¹Beth lehemites¹ fratrē Goliath Gethæi, cuius hastæ lignum erat quasi liciatorium texentium.

D

Gigas habens viginti quatuor digitos percutitur à Ionathan.

6 Sed & aliud bellū accidit in Geth, in quo fuit homo longissimus, senos habens digitos, id est simul viginti quatuor: qui & ipse de Rapha fuerat stirpe generatus.

7 Hic blasphemauit Israel: & percussit eum Ionathan filius Samaa fratris Dauid.

8 Hi sunt filii Rapha in Geth, qui ceciderunt in manu Dauid & seruorum eius.

1 FActum autem [1] vertente anno sub id tempus quo solent reges egredi, duxit Ioab [2] copias exercitus. & deuastauit terram Ammonitarum. veniens autem circumsedit Rabba, manente Dauide Ierosolymis, Ioab autem [3] percussa Rabba subruit eam.

2 Porrò Dauid accepit coronam regis eorum de capite eius, & inuenit eam habentem pondus talenti auri, eratq; in ea lapides preciosi, impositaq; fuit capiti Dauidis: quin & prædam valde ingentem è ciuitate [4] asportauit.

3 Populum verò qui erat in ea, eduxit, & [5] afflixit eos serra, & [6] rastris ferreis, serrisq;. Eodem modo [7] fecit Dauid omnibus ciuitatibus filiorum Ammon, reuersusq; est Dauid & omnis populus Ierosolyma.

4 Post hæc factum est vt exurgeret bellum in Gaser cū Palæstinis, & percuteret Sibechai Husathites [8] Sippai, qui erat de filiis [9] rephaim: qui fuerunt subacti.

5 Rursum factum est bellum cum Palæstinis, [10] & percussit Elhanam filius Iair Lahmi fratrem Goliath Gethæum, cuius hasta lignum instar iugi [erat] quo vtuntur textores.

6 Rursus factum est bellum in Gath, fuitq; [ibi] [11] vir monstrosa magnitudine, qui habebat digitos [12] sex & sex, viginti quatuor, [13] & hic natus erat ipsi Rapha.

7 Quum autem [14] probra iaceret in Israelem, percussit eum Ionathan filius Semeia fratris Dauidis.

8 Hi nati sunt [15] ipsi Rapha in Gath, cecideruntque per manum Dauidis, & per manum seruorum eius.

CAP. XX.
1 Heb. tempore conuersionis anni. i. anno iam reuoluto ab initio belli gesti cōtra socios Ammonitarum.
2 Heb. vires, id est exercitum fortissimum.
3 i. expugnata.
4 eduxit. i. deportandam curauit in Ierusalem.
5 Heb. serrauit eos.
6 vel, tribulis. Erant instrumēta quę habebant prominentias quasdam quibus dilaniabantur & dissecabantur qui ad supplicium illud trahebantur.
7 vel, facere solitus erat.
8 ac. usitatum est casus.
9 gigantum. nō est nomen proprium. i. qui erat de prole gigantea.
10 Doctus inter Hebræos sic capit hunc versum, vt conueniat loco, qui est apud Samuelem. & percussit Elhanam filius Iair qui erat de genere Bethlehemitarum fratrē Goliath Gethęi. Vel sic. filius Iair cum Bethlehemita (i. cum Dauide qui erat de Bethlehemitis. q. d. adiutus opera Dauidis) fratrem &c.
11 Heb. vir mensuræ. sub. magnæ.
12 i. senos comprehendit & digitos pedum.

CAPVT XXI.

A

Dauid authore diabolo numerat populū.
2. Reg. 24. a

1 COnsurrexit autem Satan contra Israel: & incitauit Dauid vt numeraret Israel.

2 Dixitq; Dauid ad Ioab, & ad principes populi, Ite & numerate Israel a Ber-sabee, vsque Dan: & afferte mihi numerum, vt sciam.

3 Responditq; Ioab, Augeat Dominus populum suum centuplum, quàm sunt: nonne Domine mi rex, omnes serui tui sunt? quare hoc quærit Dominus meus, quod in peccatum reputetur Israeli?

4 Sed sermo regis magis præualuit: egressusque est Ioab, & circumiuit vniuersum Israel: & reuersus est Ierusalem.

1 [1] Surrexit autem Satan contra Israelem, & incitauit Dauidem vt numeraret Israelem.

2 [2] Dixitq; Dauid ad Ioab & ad primores populi, Ite, numerate Israelem à Beer-seba vsque ad Dan, & [3] afferte mihi vt sciam numerum eorum.

3 Et ait Ioab, Adiiciat Dominus ad populum suum [4] aliquot centurias, an non Domine mi rex [5] hi omnes serui sunt Domini mei? cur quærit hoc Dominus meus? cur [recidet] [6] hoc delictum in Israelem?

4 At [7] regis imperiū erga Ioab præualebat. Egressus ergo Ioab profectus est per vniuersum Israelem, rediitq; Ierosolyma.

13 & etiam fuit natus ipsius gigantis. i. ipse quoque fuit de genere giganteo. 14 prouocando scilicet ad singulare certamen. 15 ex gigantibus in Gath. i. qui habitabant in Gath. Vel, nati sunt ipsi giganti qui habitabat in Gath. CAP. XXI. 1. Hebr. Stetit. q. d. Satan aggressus est Dauidem, persuasitq; illi vt &c. 2 vel, Dixit itaque. 3 sub. numerum. 4 Heb: sicut sunt, centum vicibus, id est, centuplo maiorem reddat quam sit. 5 Hebr. omnes regi domino meo in seruos? i. nonne omnes sunt serui tui domine mi? 6 in delictum Israelis. i. in damnum & perniciem. 7 i. non potuit Ioab dimouere regem a sententia.

8 Heb. numerū numeri. Voces Heb. easdem significant.
9 Heb. mille millia & centum millia. In Samuele ponitur mille [illegible] numerus: semper astringēs millia. Dicunt autem Hebræi apud Samuelē descriptū esse numerum eorum, quorum catalogum Ioab Dauidi dedit: hic autem poni numerum vniuersi Israelis trib. exceptis tribubus, Leui, Beniamin & Iuda: secundo [illegible] iuxta [illegible] numerus ponitur in Samuele, quam hic: quia hic (inquiunt Hebræi) non numerantur principes, sed reliqui armis gerendis apti. Desunt autem hic ab illo numero 30000. Præterea in hoc versu per Israelē omnes tribus intelliguntur, præter tres, quæ hic ponuntur, Leui, Beniamin & Iuda: per Iudam verò, hic vnicam tribum intelligere oportet.
20 Heb. educentium gladium.
21 non sunt numerati.
22 q.d. animus Ioab abhorrebat ab ea re, inuitusque exequebatur iussum regis.
23 i. condona mihi hanc iniquitatem.
24 extendo. vel, extensurus sum.
25 sub. vnum ex illis tribus quæ a me tibi proponentur.
26 Au (vis vt veniant tibi) tres anni famis, an vt tribus mensibus (sis) consumptus à facie &c. In Samuele dicit septem annos famis: quia iam tres præterierāt. Vt consumptus, siue oppressus, i. vt res tuæ sint accisæ ab hostibus tuis.
27 i. gladio inimicorum tuorum cadas, siue moriaris.

5 *Deditq́; Ioab numerum & censum populi ipsi Dauidi. Fuit autem [summa] omnium Israëlitarum, virorum bello aptorum, vndecies centena millia, & de Iehuda quadringenta atq; septuaginta millia virorū bello aptorum.*

6 *Inter hos in censum non venerunt Leuitæ & filii Beniamin: abominabatur enim Ioab imperium regis.*

7 *Displicuit autem hæc res oculis Dei, percussitq́; Israelem.*

8 *Dixit autem David ad Deum, Insigniter peccaui, quòd designaui hanc rem: transfer igitur quæso iniquitatem serui tui, quoniam vehementer stultè egi.*

9 *Locutus est itaque Dominus ad Gad videntē Dauidis in hanc sententiam:*

10 *Vade & loquere ad Davidem in hæc verba, Sic dicit Dominus. Tria inclinabo super te, ex his tu vnū elige quod faciam tibi.*

11 *Et veniens Gad ad Davidem, dixit ad eum:*

12 *Sic dicit Dominus, Recipe tibi, Aut tribus annis famem, aut vt tribus mensibus deficias metu aduersariorum tuorum, teq; apprehendat gladius hostium tuorum. aut tribus diebus gladium Domini, & pestilentiam in terra, & angelum Domini grassantem per omnes terminos Israelis: dispice igitur quid referam ei qui misit me.*

13 *Tum dixit David ad Gad, Suprà modum angor: incidam quæso in manum Domini, (quoniam miserationes eius vehementer multæ sunt,) in manum autem hominum non cadam.*

14 *Misit igitur Dominus pestilentiam in Israelem, & ceciderunt ex Israelitis septuaginta millia virorum.*

15 *Misitq́; Dominus angelum in Ierusalem vt vastaret eam: quúmq; sic vastaret vidit Dominus, & pœnitudine ductus est super hoc malo. Dixitq́; ad angelum vastantem, Sat iam, remitte manum tuam. angelus autem Domini constitit iuxta horreum Arnan Iebusæi.*

16 *Sublatis autem oculis suis David, vidit angelum Domini stantem inter cælum & inter terram, habentem gladium districtum manu sua, directum contra Ierusalem. procidit q; David & seniores sacco tecti in facies suas.*

17 *Dixitq́; David ad Deum, Annon ego sum qui iussi numerari populum? ego ipse sum qui peccaui, & omnino male egi, oues verò istæ quid fecerunt? Domine Deus meus, sit quæso manus tua contra me, & contra domum patris mei, in populum autem tuum ne plaga [seuiat]*

18 *Dixit ergo angelus Domini ad Gad, vt diceret Davidi vt David ascenderet, & erigeret aram Domino in horreo Arnan Iebusæi.*

19 *Ascendit ergo David iuxta mandatum ipsius Gad, quod mandauerat ei nomine Domini.*

20 *Conuersus autem Arnan, vidit angelum, erantq́; cum eo quatuor filii eius, qui absconderunt se. Arnan verò exterebat triticum.*

21 *Et quum venisset David ad Arnan, respiciens Arnan vidit Davidem, & egressus de horreo, procidit pronus in terram ipsi Davidi.*

22 *Ait ergo David ad Arnan, Da mihi locū horrei in quo extruam aram Domino, daq; eundem mihi pro pecunia quæ plenè satisfaciat, vt coerceatur clades à populo*

23 *Dixitq; Arnan ad Davidem, Cape tibi, & faciat dominus meus rex quod sibi bonum videbitur: en & boues do in holocausta, & plaustrum dentatum in ligna, triticum deinde in sacrificium cibarium omnia do.*

5 Deditq; David in numerum eorum quos circumierat: & inuentus est omnis numerus Israel, mille millia, & centum millia virorum educētium gladium: de Iuda autem quadringenta septuaginta millia bellatorum.

6 Nam Leui & Beniamin non numerauit: eo quòd Ioab inuitus exequeretur regis imperium.

7 Displicuit autē Deo quod iussum erat: & percussit Israel.

8 Dixitq; David ad Deum Peccaui nimis vt hoc facerem: obsecro, aufer iniquitatem serui tui, quia insipienter egi. *Pœnitet Davidem numerasse populum.*

9 Et locutus est Dominus ad Gad videntē Dauidis, dicens: B

10 Vade, & loquere ad David, & dic ei: Hæc dicit Dominus, Trium tibi optionem do: vnū quod volueris elige, & faciam tibi. *Ipsi tria pœnarum genera proponuntur.*

11 Cúmq; venisset Gad ad David, dixit ei:

12 Hæc dicit Dominus, Elige quod volueris: Aut tribus annis pestilentiam*: aut tribus mensibus te fugere hostes tuos, & gladium eorum non posse euadere: aut tribus diebus gladium Domini, & mortem versari in terra, & angelū Domini interficere in vniuersis finibus Israel: nunc igitur vide quid respondeam ei qui misit me. ** famem*

13 Et dixit David ad Gad, Ex omni parte me angustiæ premunt: sed melius mihi est vt incidam in manus Domini, quia multæ sunt miserationes eius: quàm in manus hominum. *Pestilentiam eligit.*

14 Misit ergo Dominus pestilentiam in Israel: & ceciderunt de Israel septuaginta millia virorum. *Septuaginta millia virorū cadunt peste.*

15 Misit quoq; angelum in Ierusalem, vt percuteret eam: cúmq; percuteretur, vidit Dominus, & misertus est super magnitudine mali. Et imperauit angelo qui percutiebat, Sufficit, iam cesset manus tua. Porrò angelus Domini stabat iuxta aream Ornan Iebusæi. *Miseratione Dei.*

16 Leuánsq; David oculos suos, vidit angelum Domini stantem inter cælum & terram, & euaginatum gladium in manu eius, & versum contra Ierusalem, & ceciderunt tam ipse, quàm maiores natu vestiti ciliciis, proni in terram. C *Dolet David populum suum perenti, cum ipse sit qui peccauerit.*

17 Dixitq; David ad Deum, Nonne ego sum qui iussi vt numeraretur populus? ego qui peccaui, ego qui malum feci: iste grex quid commeruit? Domine Deus meus vertatur obsecro manus tua in me, & in domum patris mei. populus autem tuus non percutiatur.

18 Angelus autem Domini præcepit Gad vt diceret Dauidi, vt ascenderet, extrueretq; altare Domino Deo in area Ornan Iebusæi.

19 Ascendit ergo David iuxta sermonem Gad, quem locutus ei fuerat ex nomine Domini.

20 Porrò Ornan cum suspexisset, & vidisset angelum, quatuórq; filii eius cum eo, absconderunt se: nam eo tempore terebat in area triticum. *Angelo conspecto terretur Ornan.*

21 Igitur cum veniret David ad Ornan, conspexit eum Ornan, & processit ei obuiam de area, & adorauit eum pronus in terram.

22 Dixitq; ei David, Da mihi locum areæ tuæ, vt ædificem in ea altare Domino: ita vt quantū valet argenti accipias, & cesset plaga à populo.

23 Dixit autem Ornan ad David, Tolle, & faciat dominus meus rex quodcunque ei placet: sed & boues do in holocaustū, & tribulas in ligna, & triticum in sacrificium, omnia libens præbebo. *Gratis nō accipit aut vi aufert David quod Deo offerat.*

24 Dixit-

18 [illegible] tribus diebus (grassetur, vel sit) gladius Domini & pestis in terra, & angelus Domini (sit) vastans in vniuerso termino Israeli & c. pro, id est Gladius Domini, id est, pestis &c. 19 sub. quendam. 20 [illegible] 21 [illegible] vrbe Ierusolymitana. 22 vel, coerceatur. 23 Heb. & male agere malè egi. 24 [illegible] Ornan [illegible] vrbs ipsa. 25 vel, locum [illegible] 26 Heb. [illegible] 27 vel, cesset. 28 tribulas q. d. [illegible] 29 potius, pacificum. 30 hoc, pacatus [illegible]

24 Dixitque ei rex David. Nequaquam ita fiet, sed argentum dabo quantum valet: neque enim tibi auferre debeo, & sic offerre Domino holocausta gratuita.

25 Dedit ergo David Ornan, pro loco, siclos auri iustissimi ponderis sexcentos.

Cessat pestis oblato à David holocausto.

26 Et ædificauit ibi altare Domino, obtulitq; holocausta, & pacifica: & inuocauit Dominum, & exaudiuit eũ in igne de cælo super altare holocausti,

27 Præcepitque Dominus angelo: & conuertit gladium suum in vaginam.

Initium hoc esse cap. 22. ipsa res ostendit.

28 Protinus ergo David, videns quòd exaudisset eum Dominus in area Ornan Iebusæi, immolauit ibi victimas.

Tabernaculum & altare holocaustorum in Gabaon. 3.Reg.3.a

29 Tabernaculum autem Domini, quod fecerat Moyses in deserto, & altare holocaustorum, ea tempestate erat in excelso Gabaon.

30 Et non præualuit David ire ad altare, vt ibi obsecraret Deum: nimio enim fuerat timore perterritus, videns gladium angeli Domini.

24 *Tum dixit rex David ad Arnan, Haudquaquam: quin emendo emam, idque pecunia* [31] *quæ plene satisfaciat: non enim rapiam* [32] *Domino ea quæ tua sunt, nec sacrificia holocausti* [33] *gratis.*

25 *Dedit itaque David ipsi Arnan pro loco illo siclos auri pondere sexcentos.*

26 *Ædificauitque David illic altare Domino, in quo sacrificauit holocausta & sacrificia* [34] *salutaria, & inuocauit Dominum, qui* [35] *respondit ei per ignem de cælo in ara holocausti.*

27 *Et quum loquutus esset Dominus ad angelum, reduxit ille gladium suum in vaginam suam.*

28 *Eodem tempore quum videret David quod exaudisset eum Dominus in horreo Arnan Iebusæi, sacrificauit illic.*

29 *Porro tabernaculum Domini quod fecerat Moses in deserto, & altare holocausti, erant tunc* [36] *in colle Gibeon,*

30 [37] *Ita vt non potuerit David [illuc] ire in conspectum eius vt consuleret Deum, quod territus esset ob gladium angeli Domini.*

31 plena. vel, perfecta:
32 vel, vt offeram Domino
33 i. de alieno.
34 pacifica,
35 q.d. quum vidisset David Deum ignem misisse de cælo qui consumpsit holocaustu, tunc sensit se esse exauditum.
36 In ipso excelso (quod erat) in Gabaon.
37 Non poterat autem David

CAPVT XXII.

CAP. XXII.

A

David præparat necessaria ad ædificationẽ domus Dei.

1 Dixitque David, Hæc est domus Dei, & hoc altare in holocaustum Israel.

2 Et præcepit vt congregarentur omnes proselyti de terra Israel, & constituit ex eis latomos ad cædendos lapides & poliendos, vt ædificaretur domus Dei.

3 Ferrum quoque plurimum ad clauos ianuarum, & ad commissuras atque iuncturas præparauit David: & æris pondus innumerabile.

a deportauerãt

4 Ligna quoque cedrina non poterant æstimari, quæ Sidonii & Tyrii [a] deportauerunt ad David.

5 Et dixit David, Salomon filius meus puer paruulus est & delicatus: domus autem quam ædificare volo Domino, talis esse debet vt in cunctis regionibus nominetur: præparabo ergo ei necessaria. & ob hanc causam, ante mortem suam omnes præparauit impensas.

B

Iubet David Salomoni ut ædificet domum Domini.

6 Vocauitq; Salomonem filium suum: & præcepit ei vt ædificaret domum Domino Deo Israel.

7 Dixitque David ad Salomonem, Fili mi, voluntatis meæ fuit vt ædificarem domum nomini Dei mei.

Cur David templum nõ potuit ædificare.

8 Sed factus est sermo Domini ad me, dicens, Multum sanguinem effudisti, & plurima bella bellasti: non poteris ædificare domum nomini meo, tanto effuso sanguine coram me.

Quare Salomõ sic dicatur.

9 Filius qui nascetur tibi erit vir quietissimus: faciam enim eum requiescere ab omnibus inimicis suis per circuitum: & ob hanc causam Pacificus vocabitur: & pacem, & otium dabo in Israel cunctis diebus eius.

2.Reg.7.b Heb.1.a 3.Reg.5.a

10 Ipse ædificabit domum nomini meo: & ipse erit mihi in filium, & ego ero illi in patrem: firmaboq; solium regni eius super Israel in æternum.

C

Exhortatur David Salomonem vt Deũ timeat.

11 Nunc ergo fili mi, sit Dominus tecum & prosperare, & ædifica domum Domino Deo tuo, sicut locutus est de te.

b Det quoque.

12 [b] Det quoq; tibi Dominus prudentiam & sensum, vt regere possis Israel, & custodire legem Domini Dei tui.

13 Tunc enim proficere poteris, si custodieris mandata, & iudicia quæ præcepit Dominus Moysi vt doceret Israel: confortare, & viriliter age, ne timeas, neque paueas.

14 Ecce ego in paupertate mea præparaui impensas domus Domini, auri talenta centum millia,

1 *Et ait David,* [a] *Hæc est domus Domini Dei, & hæc ara ad holocaustum Israelis.*

2 *Præcepit autem David, vt congregarentur aduenæ qui erant in terra Israel: & constituit [eos] latomos qui* [1] *excinderent lapides politos, ad extruendam ædem Dei.*

3 *Deinde & ferri multum parauit ipse David* [2] *ad fibulas & ianuas portarum & ad iuncturas, adhæc & multum æris sine pondere.*

4 *Ligna quoque cedrina innumerabilia adduxerant Zidonii & Tyrii innumera ligna cedrina ad Dauidem.*

5 *Tum* [3] *ait David, Filius meus Salomon puer est & tener, domus autem ædificanda est Domino magnifica,* [4] *quæ sublimitatem, nomen [excellens,] decoremque habeat in vniuersis nationibus:* [5] *apparabo [igitur] nunc ei. præparauit itaque David* [6] *multa ante mortem suam.*

6 *Vocauit autem Salomonem filium suum, præcepitq; ei vt extrueret ædem Domino Deo Israelis.*

7 *Atque David ad Salomonem,* [7] *Ego volui mi fili, ædificare ædem nomini Domini Dei mei, vt apud me statueram.*

8 *At verbum Domini factum est ad me in hanc sententiam, sanguinem multum effudisti, & prælia magna gessisti, non ædificabis nomini meo ædem, sanguinem enim multum fudisti in terram* [8] *coram me.*

9 *Ecce filius tibi nascetur,* [9] *hic vir erit tranquillus:* *ego enim dabo ei* [10] *tranquillitatem ab omnibus hostibus eius circumquaque: siquidem Salomon erit nomen eius: daboque pacem & tranquillitatem super Israelem in diebus eius.*

10 *Ille ædificabit domum nomini meo: &* [11] *is erit mihi filius, egoque ero ei pater: & firmabo solium regni eius super Israelem in sempiternum.*

11 *Nunc igitur fili mi, sit Dominus tecum,* [12] *vt prosperrime tibi cedat, tu ædificabis ædem Domino Deo tuo, sicut locutus est de te.*

12 [13] *Quin dabit tibi Dominus intelligentiam & prudentiam,* [14] *dabitque tibi præceptia ad Israelem,* [15] *vt custodias legem Domini Dei tui:*

13 *Tum prospere cedet tibi,* [16] *quum obseruaueris & feceris statuta & iudicia quæ præcepit Dominus Mosi ad Israelem. sis igitur fortis & robustus ne timeas, ne paueas.*

14 *En ego* [17] *pro paupertate mea paraui ei*[illegible] *Domino centum millia talentorum, argenti mille millia*

a q.d. Hic locus est Deo gratus, hic habitat & hic colitur.
1 Lat. excinderent lapides lapidicinis lapides qui postea excisi erãt, & poliebantur. Peregrini siue proselyti erant in pueritiam grati & [illegible] apud Israel [illegible] constituerant eos in illius usu munere.
2 ad clauos, ad ostia &c.
3 sub. apud sese, & in animo suo.
4 Heb. ad excellentiam, ad nomen, & [illegible] decorem &c. i. templum magnificentissimum, excellentissimum & nominatissimum.
5 sub. necessaria.
6 Heb. in co[illegible] siue abundantia magna.
7 Hebr. Fuit in corde meo vt ædificarem templum nomini Domini Dei mihi. At &c. i. Ego statueram apud me ædificare &c.
8 q.d. me sciente & vidente.
9 Hebr. hic erit vir quietis,
10 siue, requiem
11 q.d. fauebo ei per omnia.
12 Hebr. & feliciter (siue, prosperè) agas: & ædifices.
13 Verumtamen det.
14 det que tibi mandata de Israele. vel, et mandata det tibi de Israele, id est, vt tamen Dominus [illegible]pera tua quum
15 Heb. si custodieris ad faciendum. i. si custodieris faciendo. vel, si custodieris & feceris
17 Fuit pauper

[illegible] velet reconciliari Israeli. [illegible] vel, & custodias
David respectu Salomonis, aut hoc dicit modestiæ causa.

talentorum: porrò æris & ferri non est pondus, multum enim [illegible] quoque & lapides præparaui, quibus tu adijcere [poteris]

15 *Habes tamen multos artifices qui opus perficiant, latomos & sculptores lapidum, ac fabros lignarios.*

16 [21] *Multitudo quoque [illegible] in omni opere Auri, argenti, æris & ferri nullus numerus.* [23] *surge & fac, & erit Dominus tecum.*

17 *Præcepit præterea David cunctis proceribus Israelis, vt auxilio essent filio suo Solomoni:*

18 *Annon [inquit] Dominus Deus vester est vobiscum, & dedit vobis tranquillitatem circumquaque: quandoquidem sub manum meam tradidit habitatores terræ, &* [20] *subacta est terra coram Domino, & coram populo eius.*

19 [21] *Præbete ergo cor vestrum & animum vestrum, vt quæratis Dominum Deum vestrum, surgite & ædificate sanctuarium Domini Dei, vt adducatis arcam fœderis Domini, & vasa* [22] *Dei sancta in ædem nomini Domini extructam.*

& argenti mille millia talentorũ: æris verò & ferri non est pondus, vincitur enim numerus magnitudine: ligna & lapides præparaui ad vniuersa impendia.

15 Habes quoq; plurimos artifices, latomos, & cæmentarios, artificesq; lignorum. **D**

16 Et omnium artium ad faciendum opus prudentissimos in auro & argento & ære & ferro, cuius non est numerus. surge igitur, & fac, & erit Dominus tecum.

17 Præcepit quoque David cunctis principibus Israel, vt adiuuarent Salomonem filium suum.

18 Cernitis, inquiens, quòd Dominus Deus vester vobiscum sit, & dederit vobis requiem per circuitum, & tradiderit omnes inimicos vestros in manus vestras, & subiecta sit terra coram Domino, & coram populo eius.

19 Præbete igitur corda vestra & animas vestras vt quæratis Dominũ Deum vestrum: & consurgite & ædificate sanctuarium Domino Deo: vt introducatur arca fœderis Domini, & vasa [a]Domino consecrata, in domũ quæ ædificatur nomini Domini.

Corda ad quærendũ Deum.

[a] Deo

CAPVT XXIII.

1 *DAuid quum senio iam esset confectus, dierumque satur, præfecit Solomonem filium suum regem super Israelem.*

2 *Congregauit itaque omnes proceres Israelis sacerdotes & Leuitas.*

3 *Et numerati sunt Leuitæ ab eo qui triginta natus erat annos & suprà: fuitq; numerus eorum* [1] *qui per capita & viritim [censi erant,] triginta & octo millia fortium virorum.*

4 [2] *Ex his erunt viginti quatuor millia qui vrgebũt opus domus Domini:* [3] *præfectorum autem & iudicum, sex millia.*

5 *Quatuor millia ianitorum, quatuor millia eorum qui laudabunt Dominum in* [4] *instrumentis,* [5] *quæ ego feci ad laudandum.*

6 *Distribuit autem eos Dauid in* [6] *ordines* [7] *ex filiis Leui, Gerson, Cahath & Merari.*

7 [8] *De Gersonitis, Laedan, & Simei.*

8 *Filii Laedan,* [9] *præcipuus Iahiel, Sethan, & Ioel, tres.*

9 *Filii* [10] *Simei* [11] *Selomith, Hasiel, & Haran, tres: hi fuerunt capita patrum ex Laedan.*

10 *Filii verò* [11] *Simei, Iahath, Sina, Ieus & Beria: isti sunt filii Simei, nempe quatuor.*

11 *Fuit autem Iahath* [12] *præcipuus, & Sisa* [13] *secundus: Ieus verò & Beria* [14] *non fuerunt aucti liberis, sed fuerunt* [15] *iuxta paternam familiam in eodem censu.*

12 *Filii Cahath, Amram, Iitshar, Hebron, & Vsiel: quatuor.*

13 *Filii Amram, Aharon & Moses: segregatus est Aharon* [16] *vt sanctum traessset in sancto sanctorũ, ipse & filii eius in sempiternum, vt* [17] *adoleret incensum coram Domino, ministraret ei, atque benediceret nomini eius in sempiternum.*

14 [18] *Moses quoque & filii eius appellati sunt iuxta tribum Leui.*

15 *Filii Mosis, Gersom, & Eliaser.*

16 [19] *Filii Gersom, Sebuel præcipuus.*

17 [20] *Filii autem Eliaser fuerunt Rehabia præcipuus, nec fuerunt filii alii ipsi Eliaser: filiorum autem Rehabiæ fuerunt supra modum plures.*

18 [21] *Filii Iitshar, Selomith præcipuus.*

19 *Filii Hebron, Ieria primus, Amaria secundus, Iahasiel tertius, Iecamiam quartus.*

20 *Filii Vsiel, Micha primus, Iesia secundus.*

21 *Filii Merari, Mahli & Musi. filii Mahli, Elasar & Kis.*

22 *Mortuus est autem Elasar sine liberis, filias tamen habuit, quas duxerunt filii Kis* [22] *fratres earum.*

1 IGitur Dauid senex & plenus dierum, regẽ constituit Salomonem filium suum super Israel. **A**

Dauid suum regem constituit Salomonẽ.

2 Et congregauit omnes principes Israel, & sacerdotes atque Leuitas.

3 Numeratiq; sunt Leuitæ à [a] viginti annis, & suprà: & inuẽta sunt triginta octo millia virorum.

[a] triginta

Numerat Leuitas, & eisdẽ officia assignat.

4 Ex his electi sunt, & distributi in ministerium domus Domini viginti quatuor millia: præpositorum autem & iudicum, sex millia.

5 Porro quatuor millia ianitores: & totidem psaltes canentes Domino in organis quę fecerat ad canendum.

6 ‖ Et distribuit eos Dauid per vices filiorũ Leui, Gerson videlicet, & Caath, & Merari. *supr. 6.a*

7 Filii Gerson: Leedan, & Semei. *Gerson.*

8 Filii Leedan: principes Iahiel & Zethan, & Ioel, tres.

9 Filii Semei: Salomith & Hoziel & Aran, tres: **B**
isti principes familiarum Leedan.

10 Porro filii Semei: [a]Leheth, & [b]Ziza, & Iaus, & Baria. isti filii Semei, quatuor. *[a] Iahath,* *[b] Zina.*

11 Erat autem Leheth prior, [b]Ziza secundus: porro Iaus & Baria non habuerũt plurimos filios, & idcirco in vna familia, vnaq; domo computati sunt.

12 Filii Caath: Amram & Isaar, Hebron & Oziel, quatuor. *Caath familia.*

13 ‖ Filii Amram, Aaron & Moyses. ‖ separatusque est Aaron vt ministraret in sancto sanctorum, ipse & filii eius in sempiternum, & adoleret incensum Domino secundum ritum suum, ac benediceret nomini eius in perpetuum. *Exod. 2. a. 6. c. Heb. 5. b*

14 Moysi quoq, hominis Dei filii annumerati sunt in tribu Leui. *Moysi familia.*

15 Filii Moysi: Gersom & Eliezer.

16 Filii Gersom: Subuel primus.

17 ‖ Fuerunt autem filii Eliezer: Rohobia primus: & non erant Eliezer filii alii. porro filii Rohobia multiplicati sunt nimis. *Exod. 2. d*

18 Filii Isaar: Salomith primus.

19 Filii Hebron: Ieriáu primus, Amarias secundus, Iahaziel tertius, Iecmaam quartus. **C**

20 Filii Oziel: Micha primus, Iesia secundus.

21 Filii Merari: Moholi & Musi. filii Moholi: Eleazar & Cis. *Merari familia.*

22 Mortuus est autem Eleazar, & non habuit filios, sed filias: acceperúntq; eas filii Cis fratres earum.

23 Filii

18 Heb. & omnem peritũ &c. i. omnes peritos in omnibus artibus.
19 q. d. sine modo aggredere opus.
20 i. ista terra patet & Domino & populo eius.
21 i. Nunc ergo corde & animo requirite Dominum.
22 Heb. sanctitatis Dei. i. consecrata Deo.

CAP. XXIII.
1 Heb. per capita sua (&) per viros numerando, triginta & octo millia. seb. Leuitarum q. d. numeratis singulis fuerũt &c.
2 Subaudienda sunt aliquot verba. Et dixit Dauid: nam verba sunt Dauidis ista. Ex his (sub. Leuitis) erunt &c.
3 præfecti & iudices, idem significant.
4 sub. musica.
5 Quidam subaudiunt in hoc præcedentis versus, recte verti (quæ fecit) per tertiam personã, licet sit primæ. Ex his erant &c qui vrgebant &c. quæ fecit ad laudandum. sub. Dominum.
6 Heb. distributiones.
7 filios Leui, in Gerson, &c.
8 Heb. Gersoniteus. in (familiã) Laedan. &c. Hic alio nomine dicitur Libni, vt ex præced. apite sexto vides
9 primus. vel, princeps.
10 sub. filii Laedan.
11 sub. filii Gersom.
12 princeps.
13 secundæ dignitatis.
14 Heb. nõ multiplicauerũt liberis. i. non habuerunt multos liberos.
15 in familiam patris, & in supputationem vnam. q. d. duæ istæ familiæ reputatæ sunt pro vna: ex eis facta est vna familia & vnicus catalogus.
16 Heb. vt sanctificaret sanctũ sanctorũ. item sacrosanctum, vel sacrificium sacrosanctum.
17 vel adoleret. Aaron scilicet & filii eius.
18 Heb. Moses autem vir Dei filii eius (i. Mosis autem viri Dei filii) vocati sunt in tribu Leuitarum i. numerantur de tribu Leuitarum.
19 pro, filius.
20 Plurale pro singulari.
21 plurale pro singulari.
22 cognati.

23 Filii Musi Moholi & Eder & Ierimoth, tres.

24 Hi filii Leui in cognationibus & familiis suis, principes per vices, & numerum capitum singulorum qui faciebant opera ministerii domus Domini a viginti annis, & supra.

25 Dixit enim Dauid, Requiem dedit Dominus Deus Israel populo suo, & habitationem Ierusalem vsque in æternum.

26 Nec erit officii Leuitarum vt vltrà portent tabernaculum, & omnia vasa eius ad ministrandum.

27 Iuxta præcepta quoque Dauid nouissima supputabitur numerus filiorum Leui à viginti annis & supra.

D 28 Et erunt sub manu filiorum Aaron in cultum domus Domini, in vestibulis & in exhedris, & in loco purificationis, & in sanctuario, & in vniuersis operibus ministerii templi [a] Domini.

[a] Dei.

29 Sacerdotes autem, super panes propositionis, & ad [b] similæ sacrificium, & ad lagana & azyma & sartaginem, & ad torrendum, & super omne pondus atque mensuram.

[b] fermentum similam,

30 Leuitæ verò vt stent mane ad confitendum & canendum Domino: similiterque ad vesperam.

31 Tam in oblatione holocaustorum Domini quàm in Sabbathis & Calendis & solennitatibus reliquis iuxta numerum & ceremonias vniuscuiusque rei, iugiter coram Domino.

32 Et custodiant obseruationes tabernaculi fœderis, & ritum sanctuarii, & obseruationem filiorum Aaron fratrum suorum, vt ministrent in domo Domini.

23 *Filii Musi, Mahli, Eder & Ierimoth, tres.*

24 *Hi sunt filii Leui [21] secundum domum patrum suorum, [24] capita patrum iuxta officia sua, & iuxta numerum nominum, & secundum capita eorum, qui faciebant opus in ministerio domus Domini, ab eo qui natus [25] viginti annos & supra.*

25 *Dixit enim Dauid, Requiem dedit Dominus populo suo Israeli, [26] vt habitet in Ierusalem in sempiternum.*

26 *[27] Et etiam Leuitis, ne portent tabernaculum, & omnia vasa eius pro ministerio eius.*

27 *Quoniam [28] iuxta verba Dauidis nouissima, [29] erat numerus filiorum Leui ab eo qui natus erat viginti annos & supra.*

28 *[30] Et illorum statio erat ad iussum filiorum Aharonis, pro ministerio domus Domini super atria, exhedras, & purificationem [31] in omnibus quæ sancta erant, & [32] in opere ministerii domus Dei.*

29 *Deinde ad panes [33] ordinatos, [34] similam, mslam, ad lagana, [35] infermentata in sartagine, in frixorio, & ad omnem mensuram [36] & censum.*

30 *Et vt [37] starent mane singulis diebus ad [38] confitendum atque laudandum Dominum, sic etiam vespere.*

31 *Et ad offerendum cuncta holocausta Domino sabbathis, neomeniis, & statis feriis, numero & ritu qui erat eis [præscriptus,] idq; iugiter, [39] ante conspectum Domini.*

32 *Vtque obseruarent custodiam [40] tentorii constitutionis, custodiamque [41] sanctuarii, & [42] custodiam filiorum Aharonis fratrum suorum in ministerio domus Domini.*

21 i. in domo patrum suorum. i. per familias suas.
24 vel, principes familiarũ in enumerationibus suis in numero nominum per capita sua. i. numerati per singula capita nominatim.
25 Antea dixit, à filio 30. annorum &c. Dicit Leuitas bis fuisse enumeratos: primo, à tricesimo anno & supra secundo, à vicesimo anno & supra.
26 Heb. & habitabit, sub. Dominus, vel populus. q. d. non mutabit postea populus subinde locum quemadmodum antea.
27 Et etiam Leuitarum non erit portare &c. i. Leuitæ posthac non portabunt tabernaculum, sicut antea solebant.
28 i. iuxta ordinationem.
29 est. vel, fuit. Vertere etiã poteris subaudiendo (viri) hoc modo, viri numeri fuerunt. i. viri numerandi, hoc est Leuitæ numerandi fuerunt à vicesimo &c.
30 Heb. Quia statio eorum (erit) ad manum &c. i. ad latus. hoc est, Quia statio eorũ erit e regione filiorum &c.
31 Hebr. omnis sanctitatis. i. omnium vasorum sacrorum.
32 sub. erit. & operis in opere
33 propositionis. i. bene ordinatos & dispositos coram Domino.
34 similam in sacrificium. i. pro sacrificio faciendo.
35 & in sartaginem, & in frixo. sine tostam. sub. similam.
36 & quantitatẽ Mensuram vocat discretorũ, Quãtitatem vero liquidorũ & quantitatem dimensorum. Aut mensuram magnam, & minorem mensuram.
37 sub. in templo.

CAPVT XXIV.

A 1 PОrrò filiis Aaron hæ partitiones erant: filii Aaron: Nadab & Abiu & Eleazar & Ithamar.

Assignat Dauid officia filiis Aaron.

2 [c] Mortui sunt autem Nadab & Abiu ante patrem suum absque liberis: sacerdotioque functus est Eleazar & Ithamar.

Leuit. 10. a

3 Et diuisit eos Dauid, [d] id est Sadoc de filiis Eleazari, & Ahimelech de filiis Ithamar secundum vices suas & ministerium.

[d] &

4 Inuentique sunt multo plures filii Eleazar in principibus viris quàm filii Ithamar. Diuisit autem eis, hoc est, filiis Eleazar principes per familias sedecim, & filiis Ithamar per familias & domos suas

Sors.

B octo.

5 Porrò diuisit vtrasque inter se [e] & familias sortibus: erant enim principes sanctuarii, & principes [f] domus Dei tam de filiis Eleazar, quàm de filiis Ithamar.

6 Descripsitq; eos Semeias filius Nathanael scriba Leuites, coram rege & principibus, & Sadoc sacerdote, & Ahimelech filio Abiathar, principibus quoque familiarum sacerdotalium & Leuiticarum: vnam domum, quæ cæteris præerat, Eleazar: & alteram domum, quæ sub se habebat cæteros, Ithamar.

7 Exiuit autem sors prima Ioiarib, secũda Iedei,

8 Tertia Harim, quarta Seorim,

9 Quinta Melchia, sexta Maiman,

10 Septima Accos, octaua Abia,

11 Nona Iesua, decima Sechenia,

12 Vndecima Eliasib, duodecima Iacim,

13 Tredecima Hoppha, decimaquarta Isbaab,

14 Decima quinta Belga, decima sexta Emmer,

1 *Filiorum [1] autem Aharonis hæ sunt distributiones. filii Aharonis, Nadab, Abihu, Elasar & Ithamar.*

2 *Mortuus autem est Nadab & Abihu [2] coram patre suo, nec habuerunt liberos. [3] functi ergo sacerdotio sunt Elasar & Ithamar.*

3 *[4] Distribuit eos per Dauidem, & [5] Zadoc ex filiis Elasar, & Ahimelech vero ex filiis Ithamar, [6] secundum officia sua [&] in ministerio suo.*

4 *Et inuenti sunt [7] filii Elasar plures [8] iuxta capita virorum quam filii Ithamar, & [9] diuisit eos. [10] in filiis Elasar [erant] primores iuxta domos patrias sedecim: & in filiis Ithamar [11] iuxta domos patrum suorum, octo.*

5 *[12] Diuisit autem eos per sortem [13] hos ab his: quoniam [14] fuerunt principes sanctuarii & principes Dei de filiis Elazar atque de filiis Ithamar.*

6 *Et descripsit eos Semahia filius Nethanael scriba ex tribu Leui coram rege & principibus, & Zadoc sacerdote, atque Ahimelech filio Abiathar, & [15] præcipuis patribus, sacerdotibus atque Leuitis [16] domus patria vna possessa fuit ab Elasar, & altera possessa ab Ithamar.*

7 *Egressa autem sors prior pro Iehoiarib, secunda ipsi Iedaia,*

8 *Tertia ipsi Harim, quarta pro Sehorim,*

9 *Quinta pro Malkia, sexta pro Miiamim,*

10 *Septima pro Hacoz, octaua pro Abia,*

11 *Nona pro Iesua, decima pro Sechania,*

12 *Vndecima pro Eliasib, duodecima pro Iakim,*

13 *Decima tertia pro Huppa, decima quarta pro Iesebeab,*

14 *Decima quinta pro Bilga, decima sexta pro Immer.*

38 vel, celebrandum 39 Illud (in conspectu Domini,) pertinet ad illud quod præcessit, Et vt starent. vel, stent. 40 tabernaculi fœderis, 41 sanctitatis. i. rerum sacrarum. 42 i. vt facerent quæ imperarent illis filii Aaron, id est sacerdotes fratres ipsorum.

CAP. XXIV. 1 Filiis autem Aaronis (i. sacerdotibus) fuerunt suæ partitiones. i. fuerunt distributi in classes. 2 i. patre adhuc viuente. 3 q. d. pontificatus [illegible] ad Ithamar &c. 4 subaudi classes 5 i. erat nepos Eleazar, ducebat originem ab Eleazar. 6 in enumeratione sua. i. in vice sua, fide per [illegible] 7 i. nepotes 8 per capita virorum [illegible] ad singulos. Alii vertunt, in principibus virorum. i. si spectes viros principes. Verum prior sententia [illegible] 9 i. Distribuerunt eos. 10 ex filiis 11 in domos patrum. i. per familias. 12 Diuiserunt autem &c. 13 illos cum illis. i. Filios Eleazar & Ithamar, omnes simul collectos pariter sunt [illegible] sortibus. 14 [illegible] fuerunt, siue præerant rebus sacris & diuinis. 15 principibus familiarum, sacerdotum, & Leuitarum. 16 Heb. (in) domum patris, i. in familiam vnam attributam Eleazaro, & (familiam aliam) attributam, attributam inquam ipsi Ithamar. q. d. in duas familias, tempe in familiam Eleazar & familiam Ithamar.

15 *Decima septima pro Hesir, decima octaua pro Hapizez,*
16 *Decima nona, pro Pethahia, vicesima pro Iehezkel,*
17 *Vicesima prima pro Iachin, vicesima secunda pro Gamul.*
18 *Vicesima tertia pro Delaia, & vicesima quarta pro Maazia.*
19 [17] *Hæ sunt ordinationes eorum iuxta ministeria sua, quando ingrediebantur domum Domini secundum ritum eorum sub* [18] *manu Aharonis patris eorum, quemadmodum* [19] *præceperat ei Dominus Deus Israelis.*
20 *Porro* [20] *filiis Leui residuis fuit, de filiis Amram [fuit] Subael: de filiis Subael, Iedia.*
21 *De Rehabia: fuitq; de filiis Rehabia* [21] *primus Isiah.*
22 *De Iizharitis, Selomoth: & de filiis Selomoth Iahath.*
23 [22] *Filii Ieria, Amaria secundus, Iahasiel tertius, & Iecamaan quartus.*
24 [23] *Filii Vsiel, Micha: de filiis Micha Samir.*
25 *Frater Micha Isia, & de filiis Isia Zacharias.*
26 *Filii Merari, Mahli & Musi:* [24] *filii Iaazia, Beno.*
27 [25] *Filii Merari de Iaazia, Beno, Soham, Zaccur & Ibri.*
28 [26] *De Mahli, Eleasar, & hic non habuit filios.*
29 [27] *[De] Kis, Ierameel.*
30 *Filii autem, Musi, Mahli, Eder, & Ierimoth. Hi sunt* [17] *filii Leuitarum iuxta domos patrum suorum.*
31 *Iecerunt & isti sortes e regione* [10] *fratrum suorum, filiorum Aharonis coram Dauide rege, & Zadoc & Ahimelech, &* [11] *præcipuis patribus, sacerdotibus & Leuitis:* [31] *præcipui scilicet patres e regione fratrum suorum minorum.*

15 Decima septima Hezir, decima octaua Aphses
16 Decima nona Phetheia, vicesima Hezeciel, [a] *Phetheheia*
17 Vicesima prima Iachin, vicesima secunda Gamul, C
18 Vicesima tertia Dalaiáu, vicesima quarta Maziau:
19 Hæ vices eorum secundum ministeria sua, vt ingrederentur domum Domini & iuxta ritum suum sub manu Aaron patris eorum: sicut præceperat Dominus Deus Israel.
20 Porro filiorum Leui, qui reliqui fuerant, de filiis Amram erat Subael: & de filiis Subael, Iehedeia.
21 De filiis quoque Rohobiæ princeps Iesias.
22 Isaari vero filius Salemoth: filiúsque Salemoth Iahath,
23 Filiusque eius Ieriáu primus, Amarias secundus, Iahaziel tertius, Iecmáam quartus.
24 Filius Oziel, Micha: filius Micha, Samir. D
25 Frater Micha, Iesia: filiúsq; Iesiæ, Zacharias.
26 Filii Merari: Moholi & Musi. filius Oziáu: Benno.
27 Filius quoque Merari: Oziáu & Soam & Zacchur & Hebri.
28 Porrò Moholi filius: Eleazar, qui nõ habebat liberos.
29 Filius verò Cis, Ierameel.
30 Filii Musi: Moholi, Eder, Ierimoth. isti filii Leui secundum domos familiarum suarum.
31 Miseruntq; & ipsi sortes contra fratres suos filios Aaron coram Dauid rege, & Sadoc, & Ahimelech, & principibus familiarum sacerdotalium & Leuiticarum, tam maiores, quàm minores, omnes sors æqualiter diuidebat. *Sors.*

CAPVT XXV.

1 *Segregauerunt itaque Dauid & principes exercitus* [1] *in ministerium* [a] *filios Asaph, Heman, atque Ieduthun,* [2] *quum prophetarent in citharis nablis & cymbalis:* [3] *fuitque numerus illorum virorum qui [præfecti erant] operi ministerii.*
2 *De filiis Asaph, Zaccur, Ioseph, Nethania, & Asarela,* [4] *[fuerunt] hi Asaph, qui erant ipsi Asaph ad manum prophetantis iuxta regem.*
3 *De [filiis] Ieduthun: filii Ieduthun, Gedalia, Zeri, Esaias, Hasabias, Mathitias,* [5] *sex* [6] *sub manu patris eorum Ieduthun prophetantis in cithara,* [7] *in confessionibus & laudibus Domini.*
4 *De Heman: filii Heman, Bukia, Mathania, Vsiel, Sebuel, Ierimoth Hanania, Hanani, Eliatha, Giddalthi, Romamthi-eser, Iosbecasa, Mallothi, Hothir, & Mahasioth.*
5 *Omnes isti filii erant Heman, qui regis erat videns* [8] *in verbis diuinis, ut erigeretur cornu: deditq; Deus ipsi Heman quatuordecim filios & tres filias.*
6 *Et hi omnes* [9] *erant patris sui ad manum, canentes in domo Domini, in cymbalis, nablis & cinnoris, quando ministerium [exequebantur] in domo Dei, ad iussum regis, Asaph scilicet, Ieduthun, & Heman.*
7 *Et fuit numerus eorum cum fratribus suis* [10] *qui instituti erant in canticis Domini,* [11] *omnium eorum qui [in his] pollebant, ducenti octoginta octo.*
8 *Et iecerunt sortes* [12] *custodiæ vicissim vt minoris, sic maioris: vt intelligentis sic discipuli.*
9 *Sors prima educta est ipsi Asaph* [13] *pro Ioseph:* [14] *secunda pro Gedalia: ipse & fratres sui ac filii sui [erant] duodecim.*

1 Igitur Dauid & magistratus exercitus segregauerunt in ministerium filios Asaph & Heman & Idithun: qui prophetarent in citharis, & psalteriis, & cymbalis secundum numerum suum dedicato sibi officio seruientes. A *Ordinantur cantores eorũq; vices & sors in Asaph.*
2 De filiis Asaph: Zacchur & Ioseph & Nathania & Asarela filii Asaph, sub manu Asaph [b] prophetantes iuxta regem. [b] *prophetantis.*
3 Porrò Idithun: filii Idithun, Godolias, Sori, Iesaias, & Hasabias, & Mathathias sex, sub manu patris sui Idithun, qui in cithara prophetabat super confitentes & laudantes Dominum. *Idithun.*
4 Heman quoque: filii Heman, Bocciáu, Mathaniáu, Oziel, Subuel, & Ierimoth, Hananias, Hanani, Eliatha, Geddelthi, & Romenthi ezer, & Iesbacassa, Mellothi, Othir, Mahazioth. B *Heman.*
5 Omnes isti filii Heman [c] videntes regis in sermonibus Dei, vt exaltaret cornu: deditque Deus Heman filios quatuordecim, & filias tres. [c] *videntis.*
6 Vniuersi sub manu patris sui ad cantandum in templo Domini distributi erãt, in cymbalis, & psalteriis, & citharis, in ministeria domus [d] Domini iuxta regem: Asaph videlicet, & Idithun & Heman. [d] *Dei*
7 Fuit autem numerus eorum cum fratribus suis qui erudiebant canticum Domini, cuncti doctores, ducenti octogintaocto.
8 Miseruntq; sortes per vices suas, ex æquo tam maior quàm minor, doctus pariter & indoctus.
9 Egressaque est sors prima Ioseph, qui erat de Asaph: secunda Godoliæ, ipsi & filiis eius & fratribus eius duodecim. C

10 Tertia

17 Hi sunt (quorum) connumeratio (erat) in ministerio suo, vt ingrederentur &c. [illegible] numerationem vocat præfecturã seu episcopatum. [illegible] Hæc sunt (verba) præfectuum eorum. [illegible] Hæc est præfectura eorum [illegible] 18 vel, potestate 19 [illegible] 20 de filiis Leui qui reliqui erãt. 21 principes 22 (De) filiis (Ba[illegible]) Iesia. [illegible] 26 [illegible] filiis Mahli. 27 [illegible] Kis, de filiis Kis, fuit Ierameel. 28 i. Leuitæ per familias suas [illegible] 29 [illegible] principibus [illegible] 30 [illegible] patribus [illegible] 31 [illegible] contra [illegible] suum [illegible] con [illegible] in minores [illegible]

CAP. XXV. 1 sub domum Domini, hoc est [illegible] de ministerio templi. Hic distribuũtur cantores seu musici in 24. classes. 2 qui prophetabant, [illegible] prophetias canebant in templo Dei. 3 Heb. suit apud numerum eorum, (numerus) virorum operis [illegible] ministerio suo: i. hominum diligẽtes & scite suo [illegible] q. d. illi omnes fuerunt musici peritissimi. 4 Heb. (fuerunt) vel, erant autem) sub potestate Asaph, qui prophetabat ad imperium regis [illegible] prophetias canebat de mandato regis. 5 Sex dicit & tantum quinque enumerauit. Doctiores existimant illum esse Simei, qui decimo [illegible] 6 sub. & fuerunt. 7 ad confitendum & laudandum Dominum, [illegible] ad id vt celebrarent & laudarent &c. 8 in verbis Dei, [illegible] hic prophetanis de Dauide quod assequeretur magnam famam & magnam gloriam; Cornu, in Sacris literis dignitatem & gloriam significat: [illegible] ad exaltandam potentiam & dignitatem regiam. 9 Heb. sub manu patris sui in cantico (in) domo Domini, [illegible] cymbalis, nablis, & citharis in ministerium templi Dei, sub potestate (vel, imperio) regis erant) Asaph &c. i. sub potestate patris sui recitabant prophetias ad cymbala, psalteria, & citharas, ministrando templo Dei hi tres, Asaph, Ieduthun & Heman præerant [illegible] ipsi vero præerat rex [illegible] 10 Heb. docti canticis [illegible] in cantico Domini, i. periti in canticis quæ pertinebant ad honorem Domini. 11 Heb. [illegible] 12 Hebr. custodiam contra custodiam: [illegible] discipulo. i. classis vna contra aliam misit sortem, neque habita fuit ratio [illegible] aut eruditionis. 13 [illegible] Ioseph filius Asaph. 14 q. d. Gedalia præfuit secundæ classi musicorum, in qua erant duodecim, sic in sequentibus intelligendum.

10 Tertia Zachur, filiis & fratribus eius duodecim.
11 Quarta Israi, filiis & fratribus eius duodecim.
12 Quinta Nathaniæ, filiis & fratrib' eius duodecim.
13 Sexta Bocciáu filiis & fratribus eius duodecim.
14 Septima Isreela, filiis & fratribus eius duodecim
15 Octaua Iesaiæ, filiis & fratribus eius duodecim.
16 Nona Mathaniæ, filiis & fratribus eius duodecim.
17 Decima Semeiæ, filiis & fratribus eius duodecim.
18 Vndecima Azareel, filiis & fratribus eius duodecim.
D 19 Duodecima Hasabiæ, filiis & fratribus eius duodecim.
20 Tertia decima Subael, filiis & fratribus eius duodecim.
21 Quarta decima Mathathiæ, et filiis fratribus eius duodecim.
22 Quinta decima Jerimoth, filiis & fratribus eius duodecim.
23 Sexta decima Hananiæ, filiis & fratribus eius duodecim.
24 Septima decima Jesbacassę, filiis & fratribus eius duodecim.
25 Octaua decima Hanani, filiis & fratribus eius duodecim.
26 Nona decima Mellóthi, filiis & fratribus eius duodecim.
27 Vicesima Eliátha, filiis & fratribus eius duodecim.
28 Vicesima prima Othir, filiis & fratribus eius duodecim.
29 Vicesima secunda Geddelthi, filiis & fratribus eius duodecim.
30 Vicesima tertia Mahoziorh, filiis & fatribus eius duodecim.
31 Vicesima quarta Romemthi ézer, filiis & fratribus eius duodecim.

10 Tertia pro Zaccur[1] & filiis eius ac fratribus eius duodecim.
11 Quarta pro [16] Jitzri, filiis eius ac fratribus eius duodecim.
12 Quinta pro Nethania filiis & fratribus eius duodecim.
13 Sexta pro Bokia, filiis eius & fratribus eius duodecim.
14 Septima pro [17] Jesarela, filiis eius & fratribus eius duodecim.
15 Octaua pro Jesaia, filiis eius & fratribus eius duodecim.
16 Nona pro Mathania, filiis eius & fratribus eius duodecim.
17 Decima pro Simei, filiis eius & fratribus eius duodecim.
18 Vndecima pro [18] Asreel, filiis eius & fratribus eius duodecim.
19 Duodecima pro Hasabia, filiis eius & fratribus eius duodecim.
20 Decima tertia pro [19] Subael, filiis eius & fratribus eius duodecim.
21 Decima quarta pro Mathitia, filiis eius & fratribus eius duodecim.
22 Decima quinta pro Jeremoth filiis eius & fratribus eius duodecim.
23 Decima sexta pro Hanania, filiis eius & fratribus eius duodecim.
24 Decima septima pro Josbecasa, filiis eius & fratribus eius duodecim.
25 Decima octaua pro Hanani filiis eius & fratribus eius duodecim.
26 Decima nona pro Mallothi filiis eius & fratribus eius duodecim.
27 Vicesima pro Eliatha, filiis eius & fratribus eius duodecim.
28 Vicesima prima pro Hothir, filiis eius & fratribus eius duodecim.
29 Vicesima secunda Giddalthi, filiis eius & fratribus eius duodecim.
30 Vicesima tertia pro Mahasioth filiis eius & fratribus eius duodecim.
31 Vicesima quarta pro [20] Romamthi ézer, filiis eius & fratribus eius duodecim.

15 (ipse) filii eius & fratres eius (fuerunt) duodecim. sic in sequentib' vertendum.
16 Non est nomen proprium. hic autem dicebatur in principio huius capitis Seri. proinde vertendum, pro Isitra siue Isriæ, nempe Seri.
17 Hic in principio capitis dicitur Asarela.
18 Supra vocabatur Vziel.
19 Sebuel prius dicebatur.
20 Etymologia est, exaltaui auxilium, siue opē. Ipse, filii eius, & cognati eius fuerunt duodecim.

CAPUT XXVI.

A
Ordinantur ianitores templi: & quæ portarum, sit assignanda.

1 Diuisiones autem ianitorum, de Coritis Meselemia, filius Core de filiis Asaph:
2 Filii Meselemiæ: Zacharias primogenitu, Jadihel, secundus, Zabadias tertius, Jathanael quartus,
3 Ælam quintus, Johanan sextus, Elioenai septimus.
4 Filii autem Obed edom: Semeias primogenitus, Jozabad secundus Joaha tertius, Sachar quartus, Nathanael quintus.
5 Ammiel sextus, Issachar septimus: Phollathi octauus: quia benedixit illi [9] Dominus.
9 Deus.
6 Semeiæ autem filio eius nati sunt filii, præfecti familiarum suarum: erant enim viri fortissimi.
7 Filii ergo Semeiæ: Othni, & Raphael, & Obed, Elzabad, & fratres eius viri fortissimi: Eliu quoque, & Samachias.
8 Omnes hi, de filiis Obed-edom: ipsi & filii, & fratres eorum fortissimi ad ministrandum, sexaginta duo de Obed-edom.
9 Porrò Meselemiæ filii, & fratres eorum robustissimi, decem & octo.
B 10 De Hosa autem, id est de filiis Merari: Semri princeps, (non enim habuerat primogenitum, & idcirco posuerat eum pater eius in principem:)
11 Helcias secundus, Tabelias tertius, Zacharias quartus: omnes hi filii, & fratres Hosa, tredecim.

1 Partes [1] verò ianitorum, de Coritis, Meselemia filius Core, ex filiis [2] Asaph.
2 Porro Meselemiæ filii [erant,] Sacharia primogenitus, Jediel secundus, Sebadia tertius, Jethniel quartus,
3 Elam quintus, Jehohanan sextus, & Elioenai septimus.
4 [3] Filii Obed edom, Semaia primogenitus, Jehosabad secundus, Joah tertius, Sachar quartus, Nethanael quintus.
5 Ammiel sextus, Isaschar septimus, Peulthai octauus [4] quoniam benedixit ei Deus.
6 Et Semaiæ quoque filio eius nati sunt filii [5] habentes dominium in domo patris sui, erant enim heroes [6] fortes.
7 Filii Semaia, Othni, Raphael, Obed, & Elsabad, [6] fratres eius, filii fortes Elihu & Semachia.
8 Omnes isti [fuerunt] de filiis Obed edom, ipsi & filii eorum atque [7] fratres eorum, viri strenui & fortes [8] in ministerio, sexaginta duo de Obed edom.
9 Filii quoque Meselemiæ & fratres [9] filii strenui, decem & octo.
10 [10] Filii Hosa de filiis Merari, Simri [11] præcipuus (licet non fuerit primogenitus, posuit tamen eum pater eius vt [12] caput esset.)
11 Helkia secundus, Tebalia tertius, & Sacharias quartus, omnes filii & [13] fratres Hosa, tredecim.

CAP. XXVI.
1 De distributionibus vel vicib' aut classibus.
2 Hic Asaph, nō est ille celeberrimus cantor, sed is qui Ebiasaph capite nono dicitur. cōfer locum.
3 Ipsi Obed-edom, sub. nati sunt filii aliquot.
4 [illegible] singulariter [illegible] est [illegible] rei, quia cum beneficio affecerit eum Dominus. Ille est in cuius domo mansit aliquandiu arca Dei.
5 [illegible]
6 [illegible]
7 [illegible] cognati.
8 in ministerio. q[illegible] omnes quidem & mihi erant perfitiendi. porrò, huius nimirum [illegible]
9 Filii roboris. i. præditi viribus.
10 Ipsi autē Hosa (qui erat) de filiis Merari. sub. fuerunt filii.
11 princeps. nō enim erat [illegible]
12 sub. fratrum suorum.
13 [illegible] cognati.

12 [14] Ad hos facta est distributio ianitorum vt essent
capita herorum [15] qui custodirent' e regione fratrum suo-
rum, ad ministrandum in domo Domini.
13 Et iecerunt sortes [16] tam paruo quam magno [17] iux-
ta domum patrum suorum pro singulis portis.
14 [18] Ceciditq; sors ab Oriente super Selemiam. [19] &
Zachariam filium eius qui consilio & intelligentia va-
lebat, iecerunt' sortes, exiuitq; sors eius ad Septentrio-
nem.
15 Pro Obed-edom verò ad Meridiem: & pro filiis e-
ius domus.
16 [20] Asuppim. [21] Pro Suppim & Hosa' ad Occiden-
tem cum porta' [22] quæ vergit [23] ad semitam superiorem, [24]
custodia e regione custodiæ.'
17 Ad Orientem [25] Leuitæ sex,' ad Aquilonem [26] in-
terdiu' quatuor, ad Meridiem interdiu quatuor, & [27] ad
Asuppim [28] bini & bini.
18 [29] Pro Pharbar' ad Occidentem, quatuor [30] in a-
scensu, & duo [29] in Pharbar.
19 [31] isti sunt ordines ianitorum inter filios Jora, & in-
ter filios Merari.
20 Porrò [32] Leuitæ,' Ahia erat super thesauros domus
Dei, & super thesauros [33] sacrorum.'
21 Filii Laedam filii Gersunitarum [34] de Laedan [35]
præcipui patres, de Laedan inquam. [36] Gersuni & Je-
hieli.
22 [37] Filii Jehieli,' Zetam & Joel frater eius [fuerunt]
super thesauros domus Domini.
23 De Amramitis quoq;, Jizharitis, Hebronitis, & [38]
Asielitis.'
24 Sebuel filius Gersom filii Mosis erat [39] princeps su-
per thesauros.
25 [a] Et fratres eius de Eliezer' cuius filius Rehabia,
cuius filius Jesaia, cuius filius Joram, cuius filius Sichri,
cuius filius Selomith.
26 Iste Selomith atq; fratres eius erant super omnes
thesauros [41] sacrorum,' quæ consecrauerat Dauid rex &
[42] præcipui patres,' & [43] tribuni centuriones,' & impera-
tores exercitus.
27 Quæ de bellis ac spoliis consecrauerant [44] ad sarta
tecta domus' Domini.
28 Sed & cuncta quæ cōsecrauerat Samuel videns, & Saul
filius Kis, & Abner filius Ner, atq; Joab filius Zeruiæ:
[&] quicunq; aliquid sanctificauerat, erat hoc sub pote-
state Selomith & fratrum eius.
29 [45] De Jizhari' erat Chenanias & filii eius [46] operi
externo' super Israelem erant præfecti & iudices.
30 De Hebronitis erant Hasabias & fratres eius [47] filii
strenui,' mille & septingenti [48] in præfectura' Israelita-
rum vltra Iordanem ad Occidentem in omni opere Do-
mini & ministerio regis.
31 [49] Inter Hebronitas præcipuus erat Iedia, princeps
inter Hebronitas [50] iuxta generationes suas & patres,' an-
no quadragesimo regni Dauidis, quæsiti sunt & inuenti
in eis [51] heroes strenui' in Jaser [52] Gilead.
32 Et [53] fratres eius [47] filii strenui' duo millia atq; se-
ptingenti, [54] patres præcipui quos Dauid rex constituit
super Rubenitas: Gaditas, & super dimidiam tribū Ma-
nasse' [55] pro omni negotio Dei & negotio regis.

11 Hi diuisi sunt in ianitores, vt semper princi-
pes custodiarum, sicut & fratres eorum ministra-
rent in domo Domini.
13 Missæ sunt [a] ergo' sortes ex æquo, & paruis *autem*
& magnis per familias suas in vnamquamq; por- *Sortes.*
tarum.
14 Cecidit ergo sors Orientalis, Selemiæ: por-
rò Zachariæ filio eius, viro prudentissimo, & eru-
dito, sortitò obtigit plaga Septentrionalis.
15 Obed edom verò & filiis eius, ad Austrum:
in qua parte domus, erat seniorum concilium.
16 Sephim, & Hosa ad Occidentem, iuxta por-
tam quæ ducit ad viam ascensionis: custodia con-
tra custodiam.
17 Ad Orientem verò, Leuitæ sex: & ad Aquilo-
nem, quatuor per diem: atq; ad Meridiem similiter
in die, quatuor: & vbi erat concilium, bini & bini.
18 In cellulis quoq; ianitorum ad Occidentem C
quatuor in via, biniq; per cellulas.
19 Hæ sunt diuisiones ianitorum filiorum Core
& Merari.
20 Porrò Achias erat super thesauros domus Dei, *Præfectus the-*
& vasa sanctorum. *saurorum.*
21 Filii quoque Ledan, filii Gersonni: de Ledan
principes familiarū, Ledan & Gersonni, Jehieli.
22 Filii Jehieli: Zatham, & Joel [b] fratres' eius su-
per thesauros domus Domini. *[b] frater.*
23 Amramitis, & Isaaritis, & Hebronitis Ozi-
helitis.
24 Subael autem filius Gersom, filii Moysi, præ-
positus thesauris.
25 [c] Fratres' quoq; eius Eliezer, cuius filius Raha-
bia, & huius filius Isaias, & huius filius Joram, hu- *[c] Fratres.*
ius quoq; filius Zechri, & huius filius Selemith.
26 Ipse Selemith, & fratres eius super thesauros
sanctorum, quæ sanctificauit Dauid rex, & princi-
pes familiarum & tribuni, & centuriones, & duces
exercitus,
27 De bellis, & manubiis præliorum quæ con-
secrauerant ad instaurationē & supellectilem tem- D
pli Domini.
28 Hæc autem vniuersa sanctificauit Samuel vi-
dens, & Saul filius Cis, & Abner filius Ner, & Joab
filius Saruiæ: [d] omnesq; sanctificauerunt ea per ma- *[d] omnes qui*
num Selemith, & fratrum eius.
29 Isaaritis verò præerat Chonenias, & filii e- *Isaaritis.*
ius ad opera forinsecus super Israel ad docendum
& iudicandum eos.
30 Porrò de Hebronitis Hasabias, & fratres e-
ius viri fortissimi, mille septingenti præerant Israe-
li trans Iordanem contra Occidentem, in cunctis
operibus Domini, & in ministerium regis.
31 Hebronitarum autem princeps fuit Jeria se-
cundum familias & cognationes eorum quadra-
gesimo anno regni Dauid recensiti sunt: & inuenti
sunt viri fortissimi in Iazer Galaad.
32 Fratresq; eius robustioris ætatis, duo millia
septingenti principes familiarum: præposuit autem
eos Dauid rex Rubenitis & Gaditis, & dimidiæ tribui Manasse, in omne ministerium Dei & regis.

CAPVT XXVII.

1 Porrò [1] filiorum Israel' iuxta numerum suum qui
erant [2] capita patrum, tribuni, centuriones, &

1 Filii autem Israel secundum numerum suum,
principes familiarum, tribuni et cēturiones et
præ-

14 Hæ sunt clas ses custodum, scilicet principes virorum, id est ex principibus vi rorum, hoc est, ex præcipuis viris. 15 custodiæ, vel, vices. 16 sicut paruo sic magno, i. tā paruis, quam magnis. 17 p domos maiorum suorum in singulas portas. i. vt iacerent q quib' tu rnus præesset. 18 i. sorte præ[illegible] Selemias, sors Orientalis. Hæc iunctio capitis huius dicitur Meselemias. 19 Zachariæ autem filio eius cōsiliario cū intellectu (i. prudentissimo & sapientissimo) miserūt. 20 comitiorum, vel, conciliorum i. forte præfuerūt domui in quam congregari consultabant seniores. 21 vel, ipsi Suppim & ipsi Hosa, sub. egressa est sors. 22 Heb. emissionis. i. qua emittebantur sordes, vt nonnulli aiunt. huius meminit Esaias. Vel, cum porta (nomine) Salecheth. 23 in via strata ascendente. i. accliui. 24 q.d. custodiæ sibi inuicem respondebant. 25 q.d. ianitores qui erant de genere Leuitico, erant sex. 26 per diem i. p singulos dies, Nu. [illegible] dicitur, diem opponatur nocti. 27 ad domū cōciliorum, i. in domo in qua congregabantur seniores consultaturi de negociis templi. Doctus inter Hebræos existimat duas fuisse domos conciliorum: doctiores vnicam. 28 i. duo, vno die, & duo, die altero. 29 In domo instrumentorum i. In cellula, in qua reponebātur instrumēta templi, quæ erat sita ad Occidentem. 30 ad viam illam stratam, sub. ascēdentē. i. accliuē. 31 Heb. Hæ sunt diuisiones [illegible] ianitorum filiorum Corithæorum & filiorum Merari. i. ex Corithis & ex Mераritis. 32 (ex) Leuitis. 33 [illegible] sanctorū. i. profani thesauri oblationum. 34 [illegible] Filii Laedan, hoc est, filii Gersonitarum qui ducebant genus à Laedan. Hic Laedan dicitur [illegible] principes thesauri ipsi Laedan, et genere Laedan. 36 singulare pro plurali, Gersonitæ & Jehielitæ. 37 i. Jehielitæ inquā, &c. 38 [illegible] potest Amramitæ, Jizharitæ, Hebronitæ & Asielitæ. sub. præfuerunt thesauris. 39 i. dux & princeps eorum qui præerant [illegible] Hebræorum interpretantur, præfuerunt [illegible] thesauris. 40 Frater autem eius [illegible] Gersoni [illegible] Vel, de fratribus autem eius, [illegible] 41 sanctorum, vel, sanctificationum i. [illegible] Dei. 42 principes [illegible] 43 [illegible] 44 [illegible] consecrabant Domino aliquid de manubiis ad instaurationem [illegible] 45 De Jizharitis [illegible] 47 [illegible] 48 [illegible] præfuerunt Israelitis &c. 49 Hic Iedia [illegible] Hebronitarum fuit &c. 50 in generationibus [illegible] 51 fortes viribus. 52 sub. vrbe. 53 i. cognati ejus [illegible] 54 principes familiarum. 55 in omni [illegible] negocio [illegible] Domino. CAP. XXVII. 1 filii Israel, Describit turmas quæ singulis mensibus [illegible] regi. 2 vel, principes familiarum.

præfecti, qui ministrabant regi iuxta turmas suas ingredientes & egredientes per singulos menses in anno: viginti quatuor millibus singuli præerant.

2 Primæ turmæ in primo mense Iesboam præerat filius Zabdiel: & sub eo viginti quatuor millia.

3 De filiis Phares, princeps cunctorum principũ [a] in exercitu mense primo.

4 Secundi mensis habebat turmam Dudia Ahohites, & post se alter nomine Macelloth, qui regebat partem exercitus viginti quatuor [b] millium.

5 Dux quoque turmæ tertiæ in mense tertio, erat Banaias filius Ioiadæ [c] sacerdos: & in diuisione sua viginti quatuor millia.

6 Ipse est Banaias fortissimus inter triginta, & super triginta. præerat autem turmæ ipsius Amizabad filius eius.

7 Quartus, mense quarto, Azahel frater Ioab, & Zabadias filius eius post eum: & in turma eius viginti quatuor millia.

8 Quintus, mense quinto, princeps Samaoth Iezerites: & in turma eius viginti quatuor millia.

9 Sextus, mense sexto, Hira filius Acces Thecuites: & in turma eius viginti quatuor millia.

10 Septimus, mense septimo, Helles Phallonites de filiis Ephraim: & in turma eius viginti quatuor millia.

11 Octauus, mense octauo, Sobochai Husathites de stirpe Zarahi: & in turma eius viginti quatuor millia.

12 Nonus, mẽse nono, Abiezer Anathothites de filiis Iemini: & in turma eius viginti quatuor millia.

13 Decimus, mense decimo, Marai, & ipse Netophathites de stirpe Zarahi: & in turma eius viginti quatuor millia.

14 Vndecimus, mense vndecimo, Banaias Pharathonites de filiis Ephraim: & in turma eius viginti quatuor millia.

15 Duodecimus, mense duodecimo, Holdai Netophathites de stirpe Gothoniel: & in turma eius viginti quatuor millia.

16 Porro tribubus præerant in Israel, Rubenitis, dux Eliezer filius Zechri: Simeonitis, dux Saphatias filius Maacha.

17 Leuitis, Hasabias fili' Camuel: Aaronitis, Sadoc.

18 Iuda, Eliu frater Dauid: Issachar, Amri filius Michael.

19 Zabulonitis, Iesmaias filius Abdiæ: Nephthalitibus, Ierimoth filius Ozriel.

20 Filiis Ephraim, Osee filius Ozaziu: dimidiæ tribui Manasse, Ioel filius Phadaiæ:

21 Et dimidiæ tribui Manasse in Galaad, Iaddo filius Zachariæ: Beniamin autem, Iasiel filius Abner.

22 Dan verò, Ezriel filius Ieroham. hi principes filiorum Israel.

23 Noluit autem Dauid numerare eos à viginti annis inferius: quia dixerat Dominus vt multiplicaret Israel quasi stellas cæli.

24 Ioab filius Saruiæ cœperat numerare, nec compleuit: quia super hoc ira [d] Dei irruerat in Israel & idcirco numerus eorum qui fuerant recensiti, non est relatus in fastos regis Dauid.

25 Super thesauros autẽ regis fuit Azmoth filius Adiel: his autem thesauris qui erãt in vrbibus, & in vicis, & in turribus præsidebat Ionathã filius Oziæ.

26 Operi autem rustico, & agricolis qui exercebant terram, præerat Ezri filius Chelub.

27 Vinearumq; cultoribus, Semeias [e] Romathites: cellis autem vinariis Zabdias [f] Aphonites.

28 Nã super oliueta & ficeta, quæ erãt in cãpestribus, Balanan Gederites: super apothecas autẽ olei, Ioas.

29 Porrò armentis quæ pascebantur in Saron, præpositus fuit Setrai Saronites: & super boues in vallibus, Saphat filius Adli.

[a] exercitus
[b] millia.
[c] sacerdotis
Supr. 21. a
Præfecti sub ſtãtu Dauidis.
[e] Ramathites:
[f] Saphonites.

præfecti eorum, qui ministrabant regi [1] ordinibus in omnibus negotiis, qui [2] ingrediebantur & egrediebantur per singulos menses in omnibus anni mensibus, [4] singulisq; ordinibus erant viginti quatuor millia.

2 Super [5] ordinem primum pro mense primo erat Iasabeam filius Sabdielis, erantq; [6] in ordine eius viginti quatuor millia.

3 De [7] filiis Parez [erat] [8] princeps super omnes imperatores [9] exercitus pro mense primo.

4 Super [10] ordinem mensis secundi erat Dodai Ahohites, [11] & in ordine illius erat Micloth princeps, & in [12] ordine eius quoque erant viginti quatuor millia.

5 Imperator [13] exercitus tertii pro mense tertio, Benaias filius Ioiadæ summi sacerdotis, & in ordine eius viginti quatuor millia.

6 Is est Benaias, [14] heros [15] inter triginta, & super triginta, & [16] in ordine eius erat Ammizabad filius eius.

7 [17] Quartus pro mense quarto fuit Asael frater Ioab, & Sabadia filius eius [18] post eum: eranta; in ordine eius viginti quatuor millia.

8 Quintus pro mense quinto erat princeps Sambud Israhites. & in ordine eius viginti quatuor millia.

9 Sextus pro mense sexto Ira filius Ikes Tecoites: & in ordine eius viginti quatuor millia.

10 Septimus pro mense septimo Helez Pelonites de filiis Ephraim & in ordine eius viginti quatuor millia.

11 Octauus pro mense octauo Sibbechai Husathites [19] ipsius Sarhi: & in ordine eius viginti quatuor millia.

12 Nonus pro mense nono Abiezer Anathothites [20] ex filiis Gemini: & in ordine eius viginti quatuor millia.

13 Decimus pro mense decimo Maharai Netophathites [21] de [stirpe] Sarhi: & in ordine eius erant viginti quatuor millia.

14 Vndecimus pro mense vndecimo Benaias Pirhathonites de filiis Ephraim: & in ordine eius viginti quatuor millia.

15 Duodecimus pro mense duodecimo Heldai Netophathites ex [familia] Othonielis: & in ordine eius viginti quatuor millia.

16 [22] Erant præterea super tribus Israelis: super Rubenitas princeps Eliezer filius Sichri: super Simeonitas Saphatias filius Maacha.

17 Super Leuitas Hasabias filius Kemuel super Aaronitas Zadoc.

18 Super [23] Iudæos Elihu de fratribus Dauidis. super eos qui erant ex Issachar, Omri filius Michaelis.

19 Super eos qui erãt ex Sebulon Iismaias fili' Obadiæ: super eos qui erant ex Naphtali Ierimoth filius Asrielis.

20 Super filios Ephraim Hoseas filius Asasiæ: super tribum dimidiam Manasse Ioel filius Pedaiæ.

21 Et super [aliam] dimidiam tribum Manasse [24] in Gilead Iddo filius Sachariæ. super eos qui erant ex Beniamin Iaasiel filius Abner.

22 Super Danitas, Asariel filius Ieroham. Isti sunt imperatores tribuum Israeliticarum.

23 Et non [25] leuauit Dauid numerum eorum ab eo qui natus erat viginti annos & infra, eo quod Dominus dixerat, Israelem [26] multiplicandum vt stellas cæli.

24 Cœperat quidem Ioab filius Zeruiæ [27] numerare, at non compleuit: [28] quod ob id indignatio [Dei] venisset super Israelem, nec relatus est [29] numerus ad numerum annalium regis Dauidis.

25 Super thesauros regis erat Asmaueth filius Adielis: & super thesauros agrorum in ipsis vrbibus, villis atq; castellis Ionathan filius Vsiæ.

26 [30] Et super eos qui faciebant opus agrorum in cultura telluris erat Esri filius Kelub.

27 Super vineas verò Simei Ramathæus: & super ea quæ in vineis, id est super cellas vinarias, Sabdi Siphmites.

28 Porro super oleas & [31] sycomoros quæ erant in cãpestribus, Baal hanan Gederæus, & super cellas olei Ioas.

29 Super boues qui pascebãt in Saron Sitrai Saronites: & super boues qui erant in vallibus, Saphat filius Adlai.

1 in omni negocio turmarũ quæ &c. Hebr. legitur diuisionũ. i. turmarum quæ numerũ certum & definitum continebant. Sic in sequentibus.
4 turma (autem) vna erat viginti quatuor millia virorũ. Vna turma ministrabat solum mẽse vno.
5 turmã primam
6 in turmã eius
7 i. nepotibus.
8 Principem intelligit vicarium & subpræfectũ. nã Iasabeam erat princeps principum: hic autem vicarius eius.
9 exercituũ mẽsis primi. vel, qui erant in ea turma quæ erat attributa mensi primo.
10 turmam autẽ
11 (hæc) autem est turma eius: & Micloth princeps q. d. cui secunda turma attributa fuit, huiusque vicarius fuit Micloth.
12 turma. Sic in omnib' sequẽtib'
13 Vocat exercitũ, quẽ prius appellauit turmam
14 fortis
15 i. fuit vnus è triginta illis fortibus & strenuis viris: imò vero illis præfuit.
16 super turmam eius. i. sub eo præfuit Ammisabad.
17 In principiis sequẽtium repetendum ex præcedentibus, princeps turmæ. vt hic. Princeps autem turmæ quartæ pro &c.
18 i. vicarius ei'. In sequentibus omittuntur vicarii.
19 de Zarhitis. i. de stirpe Zerah.
20 de Beniamitis i. de tribu Beniamin.
21 de Zarhitis. i. de stirpe Zerah.
22 sub. duces.
23 filios Iuda
24 i. quæ erat vltra Iordanẽ. Hic videntur, omissa Gaditæ, sed sub nomine Rubenitarum comprehenduntur. Idem igitur dux Rubenitarũ & Gaditarũ.
25 accepit
26 sc. multiplicãturum.
27 sub. filios Israel
28 & fuit propter hoc ira (Domini) super &c.
29 sub. quẽ Ioab supputauerat.
30 q.d. Rusticis autẽ operis præfuit Ezri.
31 vel, ficeta

30 Super camelos Obil Ismaelita & super asinas Iehedias Meronothites.

31 Super oves, Jasis Haggaraeus. hi omnes principes fuerunt [31] super possessionem Davidis regis.

32 Jonathan autem patruus Davidis [32] vir valens i-
filio & prudentia scriba erat, & Jehiel filius Hachmoni e-
rat [34] cum filiis regis.

33 Achitophel erat regi a consiliis, & Husai Archi-
tes [35] amicus regis.

34 Post Achitophel [36] fuerunt Jehojada filius Benaiae, &
Abiathar. imperator exercitus regis erat Joab.

30 Super camelos verò, Vbil Ismahelites: et su-
per asinos, Iadias Meronathites.

31 Super oves quoq; Jaziz Agarenus. omnes hi,
principes substantiæ regis David.

32 Jonathan autem patruus David, consiliari-
us vir prudens et literatus: ipse et Jahiel filius Ha-
chamoni erant cum filiis regis.

33 Achitophel etiam consiliarius regis, et Chu-
sai Arachites amicus regis.

34 Post Achitophel fuit Joiada filius Banaia, et
Abiathar: princeps autem exercitus regis erat Joab.

Officiarũ Davidis.

[31] substãtiæ. vel, [illegible] um.
[32] [illegible] consiliarius, vir prudens & [illegible] legis-
peritus. Alii, vir prudens & litera-
tus.
[34] i. pædagogus, docens filios re-
gis.
[35] vel, socius.
[36] sub. regia cõ-
silia.

CAPVT XXVIII.

CAP. XXVIII.

1 COngregavit autem David omnes proceres Israelis,
[id est] principes tribuum, principes [1] ordinum qui
ministrabant regi, & tribunos, & centuriones, [illegible]
[illegible] omnis substantiae & possessionis Davidis, [2] filiis
suis cum eunuchis, [3] heroes, & omnes viros strenuos, [4]
Ierosolymam.

2 Surgensq; David rex in pedes suos, ait, Audite me
fratres mei, & populus meus. Ego [5] statueram corde meo aedi-
ficare aedem, ut ibi requiesceret arca foederis Domini, et
pro [6] scabello pedum Dei nostri, paraveramq; ut aedifi-
carem,

3 Sed Deus dixit mihi, Non aedificabis aedem nomi-
ni meo: [illegible] vir bellator, & effudisti [7] sanguines.

4 Elegitq; me Dominus Deus Israelis prae omnibus
qui fuerunt in domo patris mei, ut [8] perpetuo rex essem
super Israelem. Siquidem [9] in Jehuda voluit eligere du-
cem, & in domo Jehudae quidem domum patris mei: [10] in-
ter filios autem patris mei voluit me regem constituere
super universum Israelem.

5 Porro ex omnibus filiis meis (nam multos filios dede-
rat mihi Dominus) elegit Salomonem filium meum, ut
is sederet in solio regni Domini super Israelem.

6 Dixitq; mihi Salomon filius tuus ipse aedificabit do-
mum meam & atria mea: nam hunc elegi mihi filium, e-
goq; ero ei pater.

7 Confirmaboq; regnum eius perpetuo, [11] si gnaviter
fecerit praecepta mea atque iudicia mea, ut & [12] hodie.

8 Nunc igitur [13] in oculis omnis Israelis congregatio-
nis Domini, & in auribus Dei nostri, custodite & [14] q-
uite omnia praecepta Domini Dei vestri, ut possideatis
terram bonam, & [15] haereditatem relinquatis filiis ve-
stris post vos perpetuo.

9 Et tu Salomon fili mi, cognosce Deum [16] patris tui,
& cole eum corde [17] integro, [18] animoq; benevolo: Domin[19]
enim scrutatur omnium corda, omneque figmentum co-
gitationum intelligit: si studiose quaesieris eum, invenie-
tur a te: si vero eum dereliqueris, abiiciet te perpetuo.

10 Vide ergo, [19] Dominus te elegit ut aedifices domum
[20] in sanctuarium, [21] ut fortis sis & facias.

11 Dedit autem David filio suo Salomoni [22] defor-
mationem porticus, & domunculorum eius, repositorio-
rum atque coenaculorum eius, penetralium eius, atq; domus
[24] propitiationis:

12 [24] Deformationem quoq; omnium quae secum habe-
bat in animo pro atriis domus Domini, & pro omnibus [25]
gazophylaciis quae erant circumquaq; pro thesauris do-
mus Dei, & pro thesauris [26] consecratorum,

13 [27] Pro ordinibus quoq; sacerdotum & Levitarum
& pro cuncto opere ministerii domus Domini, sed & pro
universis vasis [28] cultus domus Domini.

14 [29] Pro auro in pondere, pro auro ad omnia vasa [30]
diversorum ministeriorum: ad omnia [31] vasa argen-
tum in pondere, ad omnia vasa [30] diversorum ministe-
riorum.

1 COnvocavit igitur David omnes principes Is- A
rael, duces tribuum, et præpositos turmarum,
qui ministrabant regi, tribunos quoq. & centurio-
nes, & qui præerant substantiæ, & possessionib[9] re-
gis, filiosq; suos cum eunuchis, & potentes, & ro-
bustissimos quosq; in exercitu Jerusalem.

2 Cumq; surrexisset rex, & stetisset, ait, Audite
me fratres mei, & populus meus: Cogitavi ut ædi
ficarem domum in qua requiesceret arca fœderis
Domini, et scabellum pedum Domini Dei nostri:
& ad ædificandum, omnia præparavi.

3 Deus autem dixit mihi, Non ædificabis domũ 2. Reg. 7. b
nomini meo, eo quòd sis vir bellator, & sanguinem
fuderis.

4 Sed elegit Dominus Deus Israel me de univer-
sa domo patris mei, ut essem rex super Israel in sem-
piternum. De Juda enim elegit principes: porrò de
domo Juda, domum patris mei: & de filiis patris
mei, placuit ei ut me eligeret regem super cunctum
Israel.

5 Sed & de filiis meis (filios enim mihi multos Sap. 9. b.
dedit Dominus) elegit Salomonem filium meum, B
ut sederet in throno regni Domini super Israel.

6 Dixitq; mihi, Salomon filius tuus ædificabit
domum meam, & atria mea: ipsum enim elegi mi-
hi in filium, & ego ero ei in patrem.

7 Et firmabo regnum eius usque in æternum, si
perseveraverit facere præcepta mea & iudicia, si-
cut & hodie.

8 Nunc ergo corã universo cœtu Israel audiente
Deo nostro, custodite & perquirite cuncta manda
ta Domini Dei [9] nostri: ut possideatis Terram bo-
nã, et relinquatis eam filiis vestris pòst vos usq; in
sempiternum.

9 Tu autem Salomon fili mi, scito Deum patris
tui, et servi ei corde perfecto, et animo voluntario.
Omnia enim corda scrutatur Dominus, et univer-
sas mentium cogitationes intelligit. Si quæsieris e-
um, invenies: si autem dereliqueris eum, proiiciet
te in æternum.

10 Nunc ergo quia elegit te Dominus ut ædifica- C
res domum sanctuarii, confortare et perfice.

11 Dedit autem David Salomoni filio suo de-
scriptionem porticus, et templi, et cellariorum, et
cœnaculi, et cubiculorum in adytis, et domus pro-
pitiationis,

12 Necnon et omnium quæ cogitaverat atriorũ
et exhedrarum per circuitum in thesauros domus [9]
Domini, et in universa vasa ministerii templi Do-
mini et in thesauros sanctorum:

13 Divisionúmq; sacerdotalium et Leviticarũ,
in omnia opera domus Domini, et in universa va-
sa ministerii templi Domini.

14 Aurum in pondere per singula vasa ministerii:
argenti quoq; pondus pro vasorum [9] et operum diversitate.

15 S d

David hortatur populum et Salomonem filium ad aedificationem templi Dei.

Frater.

[9] vestri:

Cor perfectum Cordium scrutatur Deus.

Psal. 7.

Quærere Dominum.

Dat descriptionem templi, & necessaria ad aedificationem.

[9] Dei.

[9] ad opera.

[1] turmarum,
[2] & filiorũ eius
[3] potentes.
[4] ad (congregavit, verbum repetendum. Cõg regavit in Ierusalem.
[5] Heb. cum corde meo sub fuit cogitavi, i. apud memetipsum.
[6] Vocat arcã foederis scabellum pedum Dei, quod super eam ipse Deus præberet se præsentem per miracula
[7] i. magnam vim sanguinis.
[8] i. multo tempore: aut hic regni debent ad Christum qui futurus [illegible] stirpe David.
[9] De Iuda elegit ducem, & de domo Iuda familiam
[10] Hebr. & ex filiis patris mei in [illegible] complacuit [illegible] regem cõstitueret &c. i. singulari favore & amore prosecutus est me.
[11] Heb. si fortis fuerit agat faciendo &c. i. si pro viribus fecerit &c.
[12] sub. facit, oratio concisa. q. d. si perseveraverit servare leges meas.
[13] i. coram Israele, & audiente Deo. Subaudiẽdum horror. Vos, aut, aliquid simile
[14] Hoc verbo tollit ignorantiam illam crassam.
[15] possidendam tradatis eam.
[16] i. meum qui sum pater tuus [illegible] voluntatem Dei.
[17] sine perfecto, q. d. ne colas idola cum Deo.
[18] animoq; voluntario.
[19] quod Dominus &c. [20] vel, sanctuario sive, ipsi sanctitati [illegible] arca foederis Domini, quod non ut illic ipse habitet, sed ut illic reponatur arca foederis. [21] esto fortis, & perfice [illegible] [illegible] &c. [illegible] domum in honorem Domini. [22] figuram exemplar. Gallicè, Le patron. [23] propitiatorii, quò scilicet tegebatur arca foederis. [24] vel, Exempla [illegible] [25] exhedris [26] Heb. sanctitatum [27] Et quæ erant in animo suo de classibus: vel, pro classibus sive, vicibus [illegible] &c. [28] vel, [illegible] [29] (Et dedit) aurum in pondere in aurum, i. pro vasis aureis templi faciendis. [30] Heb. ministerii & ministerii, i. singulorum ministeriorum. [31] [illegible] argentea, dedit &c.

15 Sed & in candelabra aurea & ad lucernas eorũ, aurum pro mensura vniuscuiusq; candelabri et lucernarum: similiter et in candelabra argentea, & in lucernas eorum, pro diuersitate mensuræ pondus argenti tradidit.

16 Aurum quoq; dedit in mensas propositionis pro diuersitate mensurarum: similiter & argentum in alias mensas argenteas.

D 17 Ad fuscinulas quoq;, & phialas, & thuribula ex auro purissimo, & leunculos aureos pro qualitate mensuræ pondus distribuit, in leunculum & leunculum. similiter & in leones argenteos diuersum argenti pondus separauit.

18 Altari autem in quo adoletur incensum, aurum purissimum dedit: & vt ex ipso fieret similitudo quadrigæ cherubim extendentium alas, & velantium arcam fœderis Domini.

Exemplar tẽpli accepit à Deo Dauid.

19 Omnia (inquit) venerunt scripta manu Domini ad me, vt intelligerẽ vniuersa opa exemplaris.

20 Dixit quoq; Dauid Salomoni filio suo, Viriliter age, & confortare, & fac: ne timeas & ne paueas. Dominus enim Deus meus tecum erit, & non dimittet te, nec derelinquet donec perficias omne opus ministerii domus Domini.

21 Ecce diuisiones sacerdotum & leuitarum in omne ministerium domus ° Domini ° assistunt tibi, & parati sunt, et nouerunt tam principes quam populus ° omnia præcepta tua.

° *Dei*
° *facere*

15 [32] *Pondus auri ad candelabra, aurumq; ad lucernas eorum: aurum h[oc] erat in pondere pro singulis candelabris & lucernis [33] eius: argentum quoq; in pondere.* [34] *pro candelabro & lucernis eius, vt singulorum candelabrorum ministerium exigebat.*

16 *Deinde* [35] *aurum certo pondere ad mensas* [36] *dispositionis pro singulis scilicet mensis: sic argentum pro mensis argenteis.*

17 *Item aurum mundum pro fuscinulis, pro* [37] *peluibus sparsoriis, &* [38] *dimidiatis fistulis, & pro crateris aureis* [39] *quemq; suo pondere.* [40] *deinde pro crateris argenteis, quemq; suo pondere.*

18 *Pro ara deinde incensi aurum purificatum* [41] *pondere.* [42] *deformationem quoq; quadrigæ cherubim aureorum qui expandebant [alas,] velabantq; arcam fœderis Domini.*

19 [43] *Omnia* [44] *in deformatione ex manu Domini, qui me intelligentem reddidit,* [45] *in omni opere deformato.*

20 *Dixit quoq; Dauid Salomoni filio suo,* [46] *Age fortiter & strenue, ne timeas, neq; animo frangaris: quia Dominus Deus meus* [47] *tecũ est:* [48] *non faciet te remissum, neq; te deseret, donec perficias vniuersum opus ministerii domus Domini.*

21 *En* [49] *ordines sacerdotum & Leuitarum* [50] *pro cuncto ministerio domus Dei [ordinati,] tecum sunt in omni opere, vna cum omni qui voluntarius est sapientia & omni ministerio: deinde & principes & vniuersus populus* [51] *ad omnia ea quæ præcipies.*

32 (Et dedit aurum) in pondere pro candelabris aureis, & lucernis eorum au[r]eis: (dedit inqu.) aurum.
33 i. eorum.
34 i. pro singulis candelabris & lucernis eorum.
35 sub. dedit.
36 i. in quibus ordinabantur & disponebantur panes propositionis.
37 vel, phialis.
38 Vox Hebræa significat calamos in duas partes sectos.
39 Heb. in pondere in singulos crateres.
40 Heb. & in crateres argenteos in pondere in craterem & craterẽ. sub. dedit argentum. q.d. dedit tantum auri & argenti quantum opus erat in singula vasa.
41 i. certo pondere.
42 & pro figura currus, i. cherubim &c. Dominus insidebat ipsis cherubim, propterea vocat currum. q.d. & pro conficiendis cherubim quib. insidebat Dominus.
43 sub. supradicta.
44 scriptura (vel scripto) manu Domini super me intelligere fecit me. i. omnia ista Dominus scripsit manu sua & digito suo, et me ea sedulo ita docet.
45 omnia inquã opera exemplaris. sub. docuit me.
46 Heb. Confortare & roborare. i. Fortis esto, & viriliter age: Aggredere opus forti animo.
47 tecum erit, i. aderit tibi & fauebit.
48 non dimittet te.
49 Heb. diuisiones, i. turmæ, siue classes.
50 (tibi aderũt) in omni ministerio domus Dei, & tecum (erunt) in vniuerso opere (templi,) omnes spontanei in sapientia in &c. q.d. omnes adiuuabunt te & sacerdotes & Leuitæ, ipsi etiam artifices vltro & liberaliter offerent tibi operas suas omnes, qui de arte sua & industria liberales sunt ad omne opus & ministerium templi.
51 Heb. in omnibus verbis tuis (tibi aderunt.)

CAPVT XXIX.

A 1 Locutúsq; est Dauid rex ad omnem ecclesiam. Salomonem filium meum vnum elegit ° Dominus, ° adhuc puerũ et tenellum: opus enim grande est, neq; enim homini præparatur habitatio, sed ° Deo.

2 Ego ° enim ° totis viribus meis præparaui impensas domus ° Domini ° Dei mei. Aurum ad vasa aurea, et argentum in argentea, æs in ænea, ferrum in ferrea, ligna ad lignea: et lapides onychinos, et quasi stibinos, et diuersorum colorum, omnemq; preciosum lapidem, et marmor parium abundantissime.

3 Et super hæc quæ obtuli in domum Dei mei, de peculio meo aurum et argẽtum do in templum Dei mei, exceptis his quæ præparaui in ædẽ sanctã.

4 Tria millia talenta auri de auro Ophir: & septem millia talentorum argenti probatissimi: ad

B deaurandos parietes templi.

5 ° Et, vbicunque est opus aurum, de auro: et vbicunq; opus est argentum, de argento opera fiant per manus artificum: et si quis sponte offert, impleat manũ suam hodie, et offerat quod voluerit Domino.

6 Polliciti sunt itaq; principes familiarum, et proceres tribuum Israel, tribuni quoq; et centuriones, et principes ° principum ° possessionum regis:

7 Dederuntq; in opera domus ° Domini ° auri talenta quinq; millia, et solidos decem millia: argenti talenta decem millia, ° et æris talenta decem et octo millia: ferri quoq; centum millia talentorum.

C 8 Et apud quemcunq; inuenti sunt lapides, dederunt in thesauros domus Domini, per manum Jahiel Gersonitis.

9 Lætatusq; est populus, cum vota ° sponte promitterent: quia corde toto offerebant ea Domino:

° *Deus.*
Quæ Dauid eiusq; principes obtulerunt in templi ædificationem.
° *Domino*
° *autem*
° *in*
° *vel.*
° *sua.*

1 [1] *Dixit præterea Dauid rex ad vniuersum cœtum, Solomonem filium meum vnicum elegit Deus, puer est & tener: opus autem arduum: quoniam ædes illa* [1] *non hominis erit, sed Domini Dei.*

2 *Ego quidem quam maxime potui* [2] *præparaui pro domo Dei mei, aurum ad ea quæ aurea esse debent, argentum ad ea quæ argentea, æs ad ea quæ ærea, ferrum ad ea quæ ferrea, lignum ad ea quæ lignea: sed & lapides onychinos* [3] *& alios qui inserantur, lapides rubros, [variaque] pigmenta: deinde omnis [generis] lapides preciosos, lapidesq; marmoreos abunde multos.*

3 *Præter hæc verò* [4] *(quod sum propensus animo ad domum Dei mei,) est mihi peculiare quoddam* [5] *aurum & argentum, quod contuli ad domum Dei mei, vltra omnia quæ præparaui pro æde* [6] *sanctuarii,*

4 *Nempe tria millia talentorum auri, auri inquam de Ophir, & septem millia talentorum argenti depurati,* [7] *ad oblinendum parietes domorum.*

5 *Porrò* [8] *aurum ad ea quæ aurea esse debent, & argentum ad ea quæ argentea, atq; pro cuncto opere* [9] *[tradidi] in manum artificum.* [10] *& quis hodie sua sponte consecrat manum suam Domino?*

6 *Principes ergo* [11] *patrum, & principes tribuum Israelis, tribuni, centuriones vnà cum principibus, qui præerant operi regis* [12] *sua sponte obtulerunt.*

7 *Dederuntq;* [13] *pro ministerio domus Dei auri talenta quinq; millia,* [14] *solidorum decem millia, argenti, talenta decem millia, æris decem & octo millia talenta, & ferri centum millia talenta.*

8 [15] *Apud quemcunq; verò inuenti sunt lapides, dederunt [eos] in thesaurum ædis Domini per manum Jehiel Gersunitæ.*

9 *Gauisus quoq; est populus* [16] *quum sua sponte tribuerent: quoniam integro ac perfecto corde sponte sua dederunt Domino.*

CAP. XXIX. 1 vel, non hominis (erit ædes illa) sed Domini Dei. 2 sub. necessaria. 3 & gemmas, & lapides fuci, & lapides diuersorum colorum: &c. Lapides fucati similes fuco. 4 Heb. quòd mihi beneplacitum sit erga &c. vel, quod diligam domum &c. 5 (mihi) est in peculium Gallice, en mon cabinet. 6 sanctitatis, pro templo ipso [illegible] extruendo. 7 vel, ad incrustandos parietes domunculorum. 8 sub. daturus sum. 9 potius, quod est in manu &c. 10 & quis est qui liberalitatem exercere velit, et impleat (sub. muneribus) manum suam hodie Domino? i. quis est qui vltro & liberaliter conferre aliquid velit, vt det Domino libenter pro conficiendo templo? q.d. si quis vltro & sponte conferre velit aliquid in opus templi Domini, afferat. 11 vel, familiarum. 12 vel, liberales se exhibuerunt. 13 in opus. 14 vel, drachmarum Doctores existimant vocem Hebræam significare genus monetæ argenteæ, nobis ignotæ. 15 Heb. & dederunt thesauros domus Domini quisque id quod inuentum est apud se (ex) lapillis preciosis. 16 quod.

5 *Deditq; Ioab numerum & censum populi ipsi Davidi. Fuit autem [summa] omnium Israelitarum, virorum bello aptorum, undecies centena millia, & de Iuda quadringenta atq; septuaginta millia virorũ bello aptorum.*

6 *Inter hos in censum non venerunt Levitæ & filii Beniamin: abominabatur enim Ioab imperium regis.*

7 *Displicuit autem hæc res oculis Dei, percussitq; Israelem.*

8 *Dixit autem David ad Deum, Insigniter peccavi, quod designavi hanc rem: transfer igitur quæso iniquitatem servi tui, quoniam vehementer stultè egi.*

9 *Locutus est itaque Dominus ad Gad videntẽ Davidis in hanc sententiam:*

10 *Vade & loquere ad Davidem in hæc verba, Sic dicit Dominus. Tria inclinabo super te, ex his tu unũ elige quod faciam tibi.*

11 *Et veniens Gad ad Davidem, dixit ad eum:*

12 *Sic dicit Dominus, Recipe tibi, Aut tribus annis famem, aut ut tribus mensibus deficias metu adversariorum tuorum, teq; apprehendat gladius hostium tuorum, aut tribus diebus gladium Domini, & pestilentiam in terra, & angelum Domini grassantem per omnes terminos Israelis: dispice igitur quid referam ei qui misit me.*

13 *Tum dixit David ad Gad, Supra modum angor: incidam quæso in manum Domini, (quoniam miserationes eius vehementer multa sunt.) in manum autem hominum non cadam.*

14 *Misit igitur Dominus pestilentiam in Israelem, & ceciderunt ex Israelitis septuaginta millia virorum.*

15 *Misitq; Dominus angelum in Ierusalem ut vastaret eam: quumq; sic vastaret vidit Dominus, & pœnitudine ductus est super hoc malo. Dixitq; ad angelum vastantem, Sat iam, remitte manum tuam. angelus autem Domini constitit iuxta horreum Arnan Iebusæi.*

16 *Sublatis autem oculis suis David, vidit angelum Domini stantem inter cœlum & inter terram, habentem gladium districtum manu sua, directum contra Ierusalem, procidituq; David & seniores sacco tecti in facies suas.*

17 *Dixitq; David ad Deum, Annon ego sum qui iussi numerari populum? ego ipse sum qui peccavi, & omnino male egi, oves vero istæ quid fecerunt? Domine Deus meus, sit quæso manus tua contra me, & contra domum patris mei, in populum autem tuum ne plaga [sæviat].*

18 *Dixit ergo angelus Domini ad Gad, ut diceret Davidi ut David ascenderet, & erigeret aram Domino in horreo Arnan Iebusæi.*

19 *Ascendit ergo David iuxta mandatum ipsius Gad, quod mandaverat ei nomine Domini.*

20 *Conversus autem Arnan, vidit angelum, erantq; cum eo quatuor filii eius, qui absconderunt se. Arnan verò exterebat triticum.*

21 *Et quum venisset David ad Arnan, respiciens Arnan vidit Davidem, & egressus de horreo, procidit pronus in terram ipsi Davidi.*

22 *Ait ergo David ad Arnan, Da mihi locũ horrei in quo extruam aram Domino, daq; eundem mihi pro pecunia quæ plenè satisfaciat, ut coerceatur clades à populo.*

23 *Dixitq; Arnan ad Davidem, Cape tibi, & faciat dominus meus rex quod sibi bonum videbitur: en & boves do in holocausta, & plaustrum dentatum in ligna, triticum deinde in sacrificium, cibarium omnia do.*

5 Deditq; David in numerum eorum quos circumierat: & inventus est omnis numerus Israel, mille millia, & centum millia virorum educẽtium gladium: de Iuda autem quadringenta septuaginta millia bellatorum.

6 Nam Levi & Beniamin non numeravit: eo quòd Ioab invitus exequeretur regis imperium.

7 Displicuit autẽ Deo quod iussum erat: & percussit Israel.

8 Dixitq; David ad Deum. Peccavi nimis ut hoc facerem: obsecro, aufer iniquitatem servi tui, quia insipienter egi. *Pœnitet Davidem numerasse populum.*

9 Et locutus est Dominus ad Gad videntẽ Davidis, dicens:

B

10 Vade, & loquere ad David, & dic ei: Hæc dicit Dominus, Trium tibi optionem do: unũ quod volueris elige, & faciam tibi. *Ipsi tria pœnarum genera proponuntur.*

11 Cúmq; venisset Gad ad David, dixit ei:

12 Hæc dicit Dominus, Elige quod volueris: Aut tribus annis pestilentiam*: aut tribus mensibus te fugere hostes tuos, & gladium eorum non posse evadere: aut tribus diebus gladium Domini, & mortem versari in terra, & angelũ Domini interficere in universis finibus Israel: nunc igitur vide quid respondeam ei qui misit me. ** famine*

13 Et dixit David ad Gad, Ex omni parte me angustiæ premunt: sed melius mihi est ut incidam in manus Domini, quia multæ sunt miserationes eius: quàm in manus hominum. *Pestilentiam eligit.*

14 Misit ergo Dominus pestilentiam in Israel: & ceciderunt de Israel septuaginta millia virorum. *Septuaginta millia virorũ cadunt peste.*

15 Misit quoq; angelum in Ierusalem, ut percuteret eam: cúmq; percuteretur, vidit Dominus, & misertus est super magnitudine mali. Et imperavit angelo qui percutiebat, Sufficit, iam cesset manus tua. Porrò angelus Domini stabat iuxta aream Ornan Iebusæi. *Miseratione Dei.*

C

16 Levánsq; David oculos suos, vidit angelum Domini stantem inter cœlum & terram, & evaginatum gladium in manu eius, & versum contra Ierusalem, & ceciderunt tam ipse, quàm maiores natu vestiti ciliciis, proni in terram. *Dolet David populum perire, cum ipse sit qui peccaverit.*

17 Dixitq; David ad Deum, Nonne ego sum qui iussi ut numeraretur populus? ego qui peccavi, ego qui malum feci: iste grex quid commeruit? Domine Deus meus vertatur obsecro manus tua in me, & in domum patris mei. populus autem tuus non percutiatur.

18 Angelus autem Domini præcepit Gad ut diceret Davidi, ut ascenderet, extrueretq; altare Domino Deo in area Ornan Iebusæi.

19 Ascendit ergo David iuxta sermonem Gad, quem locutus ei fuerat ex nomine Domini.

20 Porrò Ornan cum suspexisset, & vidisset angelum, quatuórq; filii eius cum eo, absconderunt se: nam eo tempore terebat in area triticum. *Angelo conspecto terretur Ornan.*

21 Igitur cum veniret David ad Ornan, conspexit eum Ornan, & processit ei obviam de area, & adoravit eum pronus in terram.

22 Dixitq; ei David, Da mihi locum areæ tuæ, ut ædificem in ea altare Domino: ita ut quantũ valet argenti accipias, & cesset plaga à populo.

23 Dixit autem Ornan ad David, Tolle, & faciat dominus meus rex quodcunque ei placet: sed & boves do in holocaustũ, & tribulas in ligna, & triticum in sacrificium, omnia libens præbebo. *Gratis nõ accipit aut vt auferat David quod Deo offerat.*

24 Dixit-

8 Heb. numerũ numeri. Voces Heb. [illegible] 9 Hebr. mille millia & centum millia. In Samuele ponitur numerus [illegible] millia. Dicunt autem Hebræi apud Samuel descriptũ esse numerum eorum, quorum catalogum Ioab Davidi dedit: hic autem poni numerum universi Israelis [illegible] veritatem [illegible] Israel iuxta veritatem, mille millia &c. In numero tribus Iudæ, minor numerus ponitur in Samuele, quam hic quia hic (inquiunt Hebræi) non numerantur principes, sed reliqui armis gerendis apti. Deinde autem hic ab illo numero [illegible]. Præterea in hoc versu per Israelẽ omnes tribus intelliguntur, præter tres, quæ hic ponuntur, Levi, Beniamin & Iuda: per Iudam verò, hic unicam tribum intelligere oportet. 10 Heb. educentium gladium. 11 non sunt numerati. 12 [illegible] Ioab abhorrebat ab ea re, invitusq; exequebatur iussum regis. 13 i. condona mihi hanc iniquitatem. 14 extendo, vel, extensurus sum. 15 sub. unum ex illis tribus quæ à me tibi proponentur. 16 An (vis ut veniant tibi) tres anni famis, an ut tribus mensibus (sis) consumptus à facie &c. In Samuele dicit septem annos famis: quia iam tres præterierãt. Ut consumptus, sive oppressus, i. ut res tuæ sint accisæ ab hostibus tuis. 17 i. gladio inimicorum tuorum cadas, sive mactaris. 18 an ut tribus diebus (grassetur, vel sit) gladius Domini & pestis in terra, & angelus Domini (sit) vastans in universo termino Israel [illegible] [illegible] Ierusalem [illegible] 22 vel, terrentem. 23 Heb. & male agendo male egi. 24 [illegible] Ornan [illegible] 26 Heb. [illegible] vel, locum [illegible] in qua [illegible] 27 vel, cesset. 28 tribulas [illegible] [illegible]

24 Dixitque ei rex David. Nequaquam ita fiet, sed argentum dabo quantum valet: neque enim tibi auferre debeo, & sic offerre Domino holocausta gratuita.

25 Dedit ergo David Ornan, pro loco, siclos auri iustissimi ponderis sexcentos.

Ossfat postis oblato à David holocausto.

26 Et ædificauit ibi altare Domino, obtulitq; holocausta, & pacifica: & inuocauit Dominum, & exaudiuit eũ in igne de cælo super altare holocausti,

27 Præcepitque Dominus angelo: & conuertit gladium suum in vaginam.

Initium hoc esse cap. 22. ipsa res ostendit.

28 Protinus ergo David, videns quòd exaudisset eum Dominus in area Ornan Iebusæi, immolauit ibi victimas.

Tabernaculum & altare holocaustorum in Gabaon. 2.Par.1.3

29 Tabernaculum autem Domini, quod fecerat Moyses in deserto, & altare holocaustorum, ea tempestate erat in excelso Gabaon.

30 Et non prævaluit David ire ad altare, vt ibi obsecraret Deum: nimio enim fuerat timore perterritus, videns gladium angeli Domini.

24 *Tum dixit rex David ad Arnan, Haudquaquam: quin emendo emam, idque pecunia* [31] *qua plene satisfaciat: non enim rapiam* [32] *Domino ea quæ tua sunt, nec sacrificia holocausti* [33] *gratis.*

25 *Dedit itaque David ipsi Arnan pro loco illo siclos auri pondere sexcentos.*

26 *Ædificauitque David illic altare Domino, in quo sacrificauit holocausta & sacrificia* [34] *salutaria, & inuocauit Dominum, qui* [35] *respondit ei per ignem de cælo in ara holocausti.*

27 *Et quum loquutus esset Dominus ad angelum, reduxit ille gladium suum in vaginam suam.*

28 *Eodem tempore quum videret David quod exaudisset eum Dominus in horreo Arnan Iebusæi, sacrificauit illic.*

29 *Porro tabernaculum Domini quod fecerat Mosis in deserto, & altare holocausti, erant tum* [36] *in colle Gibeon,*

30 [37] *Ita vt non potuerit David [illò] ire in conspectum eius vt consuleret Deum, quod territus esset ob gladium angeli Domini.*

31 plena. vel, pertecta.
32 vel, vt offeram Domino
33 i. de alieno.
34 pacifica.
35 q.d. quum vidisset David Deũ ignem misisse de cælo qui cõsumpsit holocaustũ, tum. sensit se esse exauditum.
36 in ipso excelso (quod erat) in Gabaon.
37 Non poterat autem David

CAPVT XXII.

A

David præparat necessaria ad ædificationem domus Dei.

1 Dixitque David, Hæc est domus Dei, & hoc altare in holocaustum Israel.

2 Et præcepit vt congregarentur omnes proselyti de terra Israel, & constituit ex eis latomos ad cædendos lapides & poliendos, vt ædificaretur domus Dei.

3 Ferrum quoque plurimum ad clauos ianuarum, & ad commissuras atque iuncturas præparauit David: & æris pondus innumerabile.

a deportauerũt

4 Ligna quoque cedrina non poterant æstimari, quæ Sidonii & Tyrii [a] deportauerunt ad David.

5 Et dixit David, Salomon filius meus puer paruulus est & delicatus: domus autem quam ædificare volo Domino, talis esse debet vt in cunctis regionibus nominetur: præparabo ergo ei necessaria. & ob hanc causam, ante mortem suam omnes præparauit impensas.

B

Iubet David Salomoni vt ædificet domum Domini.

6 Vocauitq; Salomonem filium suum: & præcepit ei vt ædificaret domum Domino Deo Israel.

7 Dixitque David ad Salomonem, Fili mi, voluntatis meæ fuit vt ædificarem domum nomini Domini Dei mei.

Cur David templum nõ potuit ædificare.

8 Sed factus est sermo Domini ad me, dicens, Multum sanguinem effudisti, & plurima bella bellasti: non poteris ædificare domum nomini meo, tanto effuso sanguine coram me.

Quare Salomõ sic dicatur.

9 Filius qui nascetur tibi erit vir quietissimus: faciam enim eum requiescere ab omnibus inimicis suis per circuitum: & ob hanc causam Pacificus vocabitur: & pacem, & otium dabo in Israel cunctis diebus eius.

2.Reg.7.b Heb.1.a 3.Reg.5.a

10 Ipse ædificabit domum nomini meo: & ipse erit mihi in filium, & ego ero illi in patrem: firmaboq; solium regni eius super Israel in æternum.

C

Exhortatur David Salomonem vt Deũ timeat.

11 Nunc ergo fili mi, sit Dominus tecum & prosperare, & ædifica domum Domino Deo tuo, sicut locutus est de te.

b Det quoque.

12 [b] Det quoq; tibi Dominus prudentiam & sensum, vt regere possis Israel, & custodire legem Domini Dei tui.

13 Tunc enim proficere poteris, si custodieris mandata & iudicia quæ præcepit Dominus Moysi vt doceret Israel: confortare, & viriliter age, ne timeas, neque paueas.

14 Ecce ego in paupertate mea præparaui impensas domus Domini, auri talenta centum millia,

1 *Et ait David,* [1] *Hæc est domus Domini Dei, & hæc ara ad holocaustum Israelis.*

2 *Præcepit autem David vt congregarentur aduenæ qui erant in terra Israel, & constituit [ex eis] latomos qui excinderent lapides politos,* [2] *ad extruendum ædem Dei.*

3 *Deinde & ferri multum parauit ipse David* [a] *ad fores & ianuas portarum & ad [illegible], adhæc & multum æris sine pondere.*

4 *Ligna quoque cedrina innumera, nam adduxerant Zidonii & Tyrii innumera ligna cedrina ad Davidem.*

5 *Tum* [3] *ait David, Filius meus Salomon puer est & tener, domus autem ædificanda est Domino magnifica,* [4] *quæ sublimitatem [illegible] [excellens.] decusque habeat in vniuersis nationibus:* [5] *apparabo [igitur] nunc ei. Præparauit itaque David* [a] *multa ante mortem suam.*

6 *Vocauit autem Salomonem filium suum, præcepitq; ei vt extrueret ædem Domino Deo Israelis.*

7 *Atque David ad Salomonem,* [7] *Ego volui mi fili, ædificare ædem nomini Domini Dei mei, vt apud me statueram.*

8 *At verbũ Domini factum est ad me in hanc sententiam, [illegible] magna gessisti, non ædificabis nomini meo ædem, [illegible] sanguinis multum fudisti in terram* [8] *coram me.*

9 *Ecce filius tibi nascetur,* [9] *hic vir erit tranquillus:* [a] *ego enim dabo ei* [10] *tranquillitatem ab omnibus hostibus eius circumquaque: siquidem Salomon erit nomen eius, daboque pacem & tranquillitatem super Israelem in diebus eius.*

10 *Ille ædificabit domum nomini meo: &* [11] *is erit mihi filius egoque ero ei pater: & firmabo solium regni eius super Israelem in sempiternum.*

11 *Nunc igitur fili mi, sit Dominus tecum,* [12] *vt prosperrime tibi cedat, vt ædificabis ædem Domino Deo tuo, sicut locutus est de te.*

12 [13] *Quin dabit tibi Dominus intelligentiam & prudentiam,* [14] *dabitque tibi præcepta ad Israelem,* [15] *vt custodias legem Domini Dei tui:*

13 *Tum prosperè cedet tibi,* [16] *quum obseruaueris & feceris statuta & iudicia quæ præcepit Dominus Mosi ad Israelem. sis igitur fortis & robustus ne timeas, ne paueas.*

14 *En ego* [17] *pro [illegible] mea [illegible] Domini centum millia talentorum, argenti mille millia*

CAP. XXII.
[a] q. d. Hic locus est Deo gratus, hic habitare à Deo eo [illegible].
2 [illegible] excinderent è lapidicinis lapides qui postea cæderentur & polirentur. Peregrini siue proselyti erant in possessionibus suis & [illegible] apud Israelitas: ad [illegible] constituerat eos in vilibus illo munere.
a ad clauos, ad ostia &c.
3 sub. apud sese, & in animo suo.
4 Heb. ad excellentiam, ad nomen, & ad honorem &c. i. templum magnificentissimum, excellentissimum & nominatissimum.
5 sub. necessaria.
6 Heb. in copia, siue abundantia magna.
7 Hebr. Fuit in corde meo vt ædificarem templum nomini Domini Dei mihi. At &c. i. Ego statueram apud me ædificare &c.
8 q.d. me sciente & vidente.
9 Hebr. hic erit vir quietis,
10 siue, requiem
11 q.d. fauebo ei per omnia.
12 Hebr. & feliciter (siue, prosperè) agas: & ædifices.
13 Verumtamen det.
14 deique tibi mandata de Israele. vel, vt mandata det tibi de Israele, id est, vt statuat Dominus opera sua quum

[illegible] solet reconciliari Israeli. [14] vel, & custodias [15] Heb. & custodieris ad faciendum i. si [illegible] custodieris faciendo. vel, si custodieris & feceris
David respectu Salomonis, aut hoc dicit modestiæ causa.
17 Fuit pauper

talentorum: porrò æris & ferri non est pondus, multum enim fuit: quæ quoque & ligna & lapides præparaui, quibus tu addes. [poteris]

15 Habes iam multos apud te qui opus perficiant, latomos & sculptores lapidum, ac fabros lignarios.

16 [21] Multi denique qui peritissimi sunt in omni opere. Auri, argenti, æris & ferri nullus numerus: [22] surge & fac, & sit Dominus tecum.

17 Præcepit præterea Dauid cunctis proceribus Israelis, vt auxilio essent filio suo Salomoni:

18 Annon [inquit] Dominus Deus vester est vobiscum, & dedit vobis tranquillitatem circumquaque: quandoquidem sub manum meam tradidit habitatores terræ, & [23] subacta est terra coram Domino, & coram populo eius.

19 [24] Præbete ergo cor vestrum & animum vestrum, vt quæratis Dominum Deum vestrum: surgite & ædificate sanctuarium Domini Dei, vt adducatis arcam fœderis Domini, & vasa [25] Dei sancta in ædem nomini Domini extructam.

introducatur arca fœderis Domini, & vasa [b] Domino consecrata, in domum quæ ædificatur nomini Domini.

& argenti mille millia talentorũ: æris verò & ferri non est pondus. vincitur enim numerus magnitudine: ligna & lapides præparaui ad vniuersa impendia.

15 Habes quoq; plurimos artifices, latomos, & cæmentarios, artificesq; lignorum. D

16 Et omnium artium ad faciendum opus prudentissimos in auro & argento & ære & ferro, cuius non est numerus. surge igitur, & fac, & erit Dominus tecum.

17 Præcepit quoque Dauid cunctis principibus Israel, vt adiuuarent Salomonem filium suum.

18 Cernitis, inquiens, quòd Dominus Deus vester vobiscum sit, & dederit vobis requiem per circuitum, & tradiderit omnes inimicos vestros in manus vestras, & subiecta sit terra coram Domino, & coram populo eius.

19 Præbete igitur corda vestra & animas vestras vt quæratis Dominũ Deum vestrum: & consurgite & ædificate sanctuarium Domino Deo: vt

Corda ad quærendũ Deum.

[b] Deo

CAPVT XXIII.

1 DAuid quum senio iam esset confectus, dierumque satur, præfecit Salomonem filium suum regem super Israelem.

2 Congregauit itaque omnes proceres Israelis sacerdotes & Leuitas.

3 Et numerati sunt Leuitæ ab eo qui triginta natus erat annos & suprà: fuitq; numerus eorum [1] qui per capita & viritim [censi erant,] triginta & octo millia fortium virorum.

4 [2] Ex his erant [3] viginti quatuor millia qui vrgebant opus domus Domini. [3] præfectorum autem & iudicum, sex millia.

5 Quatuor millia ianitorum, quatuor millia eorum qui laudabant Dominum in [4] instrumentis, [5] quæ ego feci ad laudandum.

6 Distribuit autem eos Dauid in [6] ordines [7] ex filiis Leui, Gerson, Cahath & Merari.

7 [8] De Gersonitis, Laedan, & Simei.

8 Filii Laedan, [9] præcipuus Iahiel, Sethan, & Ioel, tres.

9 Filii [10] Simei, Selomith, Hasiel, & Haran, tres: hi fuerunt capita patrum ex Laedan.

10 Filii verò [11] Simei, Iahath, Sina, Ieus & Beria: isti sunt filii Simei, nempe quatuor.

11 Fuit autem Iahath [12] præcipuus, & Sisa [13] secundus: Ieus verò & Beria [14] non fuerunt aucti liberis, sed fuerunt [15] in vnam paternam familiam in eodem censu.

12 Filii Cahath, Amram, Iizhar, Hebron, & Vsiel: quatuor.

13 Filii Amram, Aharon & Moses: segregatus est Aharon [16] vt sanctis præesset in sancto sanctorum, ipse & filii eius in sempiternum, vt [17] adoleret incensum coram Domino, ministraret ei, atque benediceret nomini eius in sempiternum.

14 [18] Moses quoque & filii eius appellati sunt iuxta tribum Leui.

15 Filii Mosis, Gersom, & Eliaser.

16 [19] Filii Gersom, Sebuel præcipuus.

17 [20] Filii autem Eliaser fuerunt Rehabia præcipuus, nec fuerunt filii alii ipsi Eliaser: filiorum autem Rehabiæ fuerunt supra modum plures.

18 [21] Filii Iizhar, Selomith præcipuus.

19 Filii Hebron, Ieria primus, Amaria secundus, Iahasiel tertius, Iecamiam quartus.

20 Filii Vsiel, Micha primus, Iesia secundus.

21 Filii Merari, Mahli & Musi. filii Mahli, Eleasar & Kis.

22 Mortuus est autem Eleasar sine liberis, filias tamen habuit, quas duxerunt filii Kis [22] fratres earum.

1 IGitur Dauid senex & plenus dierum, regẽ constituit Salomonem filium suum super Israel. A

2 Et congregauit omnes principes Israel, & sacerdotes atque Leuitas.

3 Numeratiq; sunt Leuitæ à [b] viginti annis, & suprà: & inuẽta sunt triginta octo millia virorum.

4 Ex his electi sunt, & distributi in ministerium domus Domini viginti quatuor millia: præpositorum autem & iudicum, sex millia.

5 Porrò quatuor millia ianitores: & totidem psaltes canentes Domino in organis quę fecerat ad canendum.

6 ‖ Et distribuit eos Dauid per vices filiorũ Leui, Gerson videlicet, & Caath, & Merari.

7 Filii Gerson: Leedan, & Semei.

8 Filii Leedan: principes Iahiel & Zethan, & Ioel, tres.

9 Filii Semei: Salomith & Hoziel & Aran, tres: isti principes familiarum Leedan. B

10 Porro filii Semei: [c] Leheth, & [d] Ziza, & Iaus, & Baria: isti filii Semei, quatuor.

11 Erat autem Leheth prior, [d] Ziza secundus: porro Iaus & Baria non habuerũt plurimos filios, & idcirco in vna familia, vnaq; domo computati sunt.

12 Filii Caath: Amram & Isaar, Hebron & Oziel, quatuor.

13 ‖ Filii Amram, Aaron & Moyses. ‖ separatusque est Aaron vt ministraret in sancto sanctorum, ipse & filii eius in sempiternum, & adoleret incensum Domino secundum ritum suum, ac benediceret nomini eius in perpetuum.

14 Moysi quoq; hominis Dei filii annumerati sunt in tribu Leui.

15 Filii Moysi: Gersom & Eliezer.

16 Filii Gersom: Subuel primus.

17 ‖ Fuerunt autem filii Eliezer: Rohobia primus: & non erant Eliezer filii alii. porro filii Rohobia multiplicati sunt nimis.

18 Filii Isaar: Salomith primus.

19 Filii Hebron: Ieriãu primus, Amarias secundus, Iahaziel tertius, Iecmaam quartus. C

20 Filii Oziel: Micha primus, Iesia secundus.

21 Filii Merari: Moholi & Musi. filii Moholi: Eleazar & Cis.

22 Mortuus est autem Eleazar, & non habuit filios, sed filias: acceperũntq; eas filii Cis fratres earum.

23 Filii

A. David senex regem constituit Salomonem.

[b] triginta

Numerat Leuitas, & eisdẽ officia assignat.

Exod. 6.

Gerson.

[c] Iaheth.

[d] Zina.

Caath familia.

Exod. 6. a 6. c. Hebr. 5. b

Moysi familia.

Exod. 2. d

Merari familia.

18 Heb. & omnem pensũ, &c. i. omnes peritos in omnibus artibus.
19 q.d. sine mora aggredere opus.
20 i. ista terra paret & Domino & populo eius.
21 i. Nunc ergo corde & animo requirite Dominum.
22 Heb. sanctitatis Dei. i. consecrata Deo.

CAP. XXIII.
1 Heb. per capita sua (&) per viros numerando, triginta & octo millia. sub. Leuitarum. q.d. numerati singulis fuerũt &c.
2 Subaudienda sunt aliquot verba. Et dixit Dauid nam verba sunt Dauidis ista. Ex his (sub. Leuitis) erunt &c.
3 præfecti & iudices, idem significant.
4 sub. musicis.
5 Qui nihil subaudiunt in toto præcedentis versus, tectè vertunt (quæ fecit) per tertiam personam, licet sit prima. Ex his erant &c qui vrgebant &c quæ fecit ad laudandum. sub. Dominum.
6 Heb. distributiones.
7 i. filios Leui, in Gerson, &c.
8 Heb. Gersoniti. in (familiã) Laedan, &c. Hic alio nomine dicitur Libni, vt ex capite sexto vides.
9 primus. vel. princeps.
10 sub. filii Laedan.
11 sub. filii Gersom.
12 princeps.
13 i. secunda dignitate.
14 Heb. non multiplicauerunt liberos, i. non habuerunt multos liberos.
15 in familiam patrũ, & in supputationem vnam. q.d. vna familia reputati sunt pro vna: ex eis familia est vnica familia & vnicus catalogus.
16 Heb. vt sanctificaret sanctum sanctorum. i. ut sacrificaret sacrosanctum.

23 Filii Musi: Moholi & Eder & Ierimoth, tres.

24 Hi filii Leui in cognationibus & familiis suis, principes per vices, & numerum capitum singulorum qui faciebant opera ministerii domus Domini à viginti annis, & supra.

25 Dixit enim Dauid, Requiem dedit Dominus Deus Israel populo suo, & habitationem Ierusalem vsque in æternum.

26 Nec erit officii Leuitarum vt vltrà portent tabernaculum, & omnia vasa eius ad ministrandum.

27 Iuxta præcepta quoque Dauid nouissima supputabitur numerus filiorum Leui à viginti annis & supra.

D 28 Et erunt sub manu filiorum Aaron in cultum domus Domini, in vestibulis & in exhedris, & in loco purificationis, & in sanctuario, & in vniuersis operibus ministerii templi[a] Domini.

[a] Dei.

29 Sacerdotes autem, super panes propositionis, & ad similæ sacrificium, & ad lagana & azyma & sartaginem, & ad torrendum, & super omne pondus atque mensuram.

[b] fermentum similam,

30 Leuitæ verò vt stent mane ad confitendum & canendum Domino: similiterque ad vesperam.

31 Tam in oblatione holocaustorum Domini quàm in Sabbathis & Calendis & solennitatibus reliquis iuxta numerum & ceremonias vniuscuiusque rei, iugiter coram Domino.

32 Et custodiant obseruationes tabernaculi fœderis, & ritum sanctuarii, & obseruationem filiorum Aaron fratrum suorum, vt ministrent in domo Domini.

23 *Filii Musi, Mahli, Eder & Ieremoth, tres.*

24 *Hi sunt filii Leui* [21] *secundum domum patrum suorum,* [22] *capita patrum iuxta officia sua, & iuxta numerum nominum, & secundum capita eorum, qui faciebant opus in ministerio domus Domini, ab eo qui natus* [23] *viginti annos & supra.*

25 *Dixit enim Dauid, Requiem dedit Dominus populo suo Israeli,* [26] *vt habitet in Ierusalem in sempiternum.*

26 [27] *Et etiam Leuitis, ne portent tabernaculum, & omnia vasa eius pro ministerio eius.*

27 *Quoniam* [28] *iuxta verba Dauidis nouissima,* [29] *erat numerus filiorum Leui ab eo qui natus erat viginti annos & supra.*

28 [30] *Et illorum statio erat ad iussum filiorum Aharonis, pro ministerio domus Domini super atria, exhedras, & purificationem* [31] *in omnibus quæ sancta erant, &* [32] *in opere ministerii domus Dei.*

29 *Deinde ad panes* [33] *ordinatos,* [34] *similam, molam, ad lagana,* [35] *infermentata in sartagine, in frixorio, & ad omnem mensuram* [36] *& censum.*

30 *Et vt* [37] *starent mane singulis diebus ad* [38] *confitendum atque laudandum Dominum sic etiam vespere.*

31 *Et ad offerendum cuncta holocausta Domino sabbathis, neomeniis, & statis feriis, numero & ritu qui erat eis [præscriptus,] idq; iugiter,* [39] *ante conspectum Domini.*

32 *Vtque obseruarent custodiam* [40] *tentorii constitutionis, custodiamque* [41] *sanctuarii, &* [42] *custodiam filiorum Aharonis fratrum suorum in ministerio domus Domini.*

23 i. in domum maiorum suorum, i. per familias suas.
24 vel, per tempora familiarum in enumerationibus suis in numero nominum per capita sua. i. numeratas per singula capita nominatim.
25 Antea dixit, à filiis quinquennium &c. Dices Leuitas bis fuisse enumeratos: primo, à tricesimo anno & supra secundò, à vicesimo anno & supra.
26 Heb. & habitabit. sub. Dominus, vel populus. q.d. non mutabit postea populus subinde locum quemadmodum antea.
27 Et etiam Leuitarum non erit portare &c. i. Leuitæ posthac non portabunt tabernaculum, sicut antea solebant.
28 iuxta ordinationem.
29 est. vel, fuit. Vertere etiã potes subaudiendo (viri) hoc modo, viri numeri fuerunt. i. viri numerandi, hoc est Leuitæ numerandi fuerunt à vicesimo &c.
30 Heb. Quia statio eorum (erit) ad manum &c. i. ad latus. hoc est, Quia sta[illegible]orũ erit erga ipsos filiorum &c.
31 Hebr. omnis sanctitatis. i. omnium vasorum sacrorum.
32 sub. erit, & erit in opere
33 propositionis i. bene ordinatos & dispositos coram Domino.
34 similam in sacrificium. i. pro sacrificio faciendo.
35 & in sartaginem, & in tostã. siue tostam. sub. similam.
36 & quantitatẽ Mensuram vocat discretorũ, Quãtitatem verò liquatorũ & quantitatem cõtinuorum. Aut mensuram magnam, & minorem mensuram.
37 sub. in templo.

CAPVT XXIV.

A 1 PORRÒ filiis Aaron hæ partitiones erant. filii Aaron: Nadab & Abiu & Eleazar & Ithamar.

Assignat Dauid officia filiis Aaron.
Leui. 10. a
[b] &

2 Mortui sunt autem Nadab & Abiu ante patrem suum absque liberis: sacerdotioque functus est Eleazar & Ithamar.

3 Et diuisit eos Dauid,[b] id est Sadoc de filiis Eleazari, & Ahimelech de filiis Ithamar secundum vices suas & ministerium.

4 Inuentique sunt multo plures filii Eleazar in principibus viris quàm filii Ithamar. Diuisit autem eis, hoc est, filiis Eleazar principes per familias sedecim, & filiis Ithamar per familias & domos suas

[c] ... *dere.*

B octo.

5 Porrò diuisit vtrasque inter se [c]& familias sortibus: erant enim principes sanctuarii, & principes domus Dei tam de filiis Eleazar, quàm de filiis Ithamar.

6 Descripsitq; eos Semeias filius Nathanael scriba Leuites, coram rege & principibus, & Sadoc sacerdote, & Ahimelech filio Abiathar, principibus quoque familiarum sacerdotalium & Leuiticarum: vnam domum, quæ cæteris præerat, Eleazar: & alteram domum, quæ sub se habebat cæteros, Ithamar.

7 Exiuit autem sors prima Ioiarib, secũda Iedei,

8 Tertia Harim, quarta Seorim,

9 Quinta Melchia, sexta Maiman,

10 Septima Accos, octaua Abia,

11 Nona Iesua, decima Sechenia,

12 Vndecima Eliasib, duodecima Iacim,

13 Tredecima Happha, decimaquarta Isbaab,

14 Decima quinta Belga, decima sexta Emmer,

1 *Filiorum*[1] *autem Aharonis hæ sunt distributiones. filii Aharonis, Nadab, Abihu, Eleasar & Ithamar.*

2 *Mortuus autem est Nadab & Abihu* [2] *coram patre suo, nec habuerunt liberos.* [3] *functi ergo sacerdotio sunt Eleasar & Ithamar.*

3 [4] *Diuisitque eos Dauid, &* [5] *erat Zadoc ex filiis Eleasar, Ahimelech vero ex filiis Ithamar.* [6] *secundum officia sua* [&] *in ministerio suo.*

4 *Et inuenti sunt* [7] *filii Eleasar plures* [8] *iuxta capita virorum quam filii Ithamar, &* [9] *diuisit eos.* [10] *in filiis Eleasar [erant] principes iuxta domos patriarum sedecim: & in filiis Ithamar* [11] *iuxta domos patrum suorum, octo.*

5 [12] *Diuisit autem eos per sortem* [13] *hos ab illis quoniam* [14] *fuerunt principes sanctuarii & principes Dei de filiis Eleazar atque de filiis Ithamar.*

6 *Et descripsit eos Semahia filius Nethanael scriba ex tribu Leui coram rege & principibus, & Zadoc sacerdote, atque Ahimelech filio Abiathar, &* [15] *præcipuis patribus, sacerdotibus atque Leuitis* [16] *domus patrus vna possessa fuit ab Eleasar, & altera possessa ab Ithamar.*

7 *Egressa autem sors prior pro Iehoiarib, secunda ipsi Iedaia,*

8 *Tertia ipsi Harim, quarta pro Sehorim,*

9 *Quinta pro Malkia, sexta pro Miiamim,*

10 *Septima pro Hacoz, octaua pro Abia,*

11 *Nona pro Iesua, decima pro Sechania,*

12 *Vndecima pro Eliasib, duodecima pro Iakim,*

13 *Decima tertia pro Huppa, decima quarta pro Iesebeab,*

14 *Decima quinta pro Bilga, decima sexta pro Immer.*

38 vel, celebrandum. 39 Illud (in conspectu Domini,) pertinet ad illud quod præcessit, Et vt starent. vel, stent. 40 tabernaculi fœderis. 41 sanctitatis. i. rerum sacrarum. 42 i. vt facerent quæ imperarent illis filii Aaron, id est sacerdotes fratres ipsorum.

CAP. XXIV. 1 Filiis autem Aaronis (i. sacerdotibus) fuerunt suæ partitiones. i. fuerunt distributi in classes. 2 i. patre adhuc viuente. 3 q.d. pontificatus deinde ... fuit à Ithamar. &c. 4 sub. in classes. 5 i. erat nepos Eleazar, ducebat originem ab Eleazar. 6 in enumeratione iuxta vicẽ sua, siue præfecturã. 7 i. reperti. 8 per capita virorum. i. secundùm singulos. Alii vertunt, in principibus virorum. i. per species viros principes. Verum prior sententia ... magis placet. 9 ... distribuerunt eos. 10 ex filiis 11 in domos patrum. i. per familias. 12 Diuiserunt autem &c. 13 istos cum istis i. Filios Eleazar & Ithamar, omnes simul collectos partiti sunt missis sortibus. 14 i. præfuerunt, siue præerant rebus sacris & diuinis. 15 principibus familiarum, sacerdotum, & Leuitarum. 16 Heb. (in) domum patris (i. in familiam) vnam attributam Eleazaro, & (familiam aliam) attributam inquam ipsi Ithamar. q.d. in duas familias, nempe in familiam Eleazar & familiam Ithamar.

15 *Decima septima pro Hesir, decimaoctaua pro Hapizez.*
16 *Decima nona pro Pethahia, vicesima pro Iehezkel,*
17 *Vicesima prima pro Iachin, vicesima secunda pro Gamul.*
18 *Vicesima tertia pro Delaia, & vicesima quarta pro Maasia.*
19 [17] *Hæ sunt ordinationes eorum iuxta ministeria sua, quando ingrediebantur domum Domini secundum ritum eorum sub* [18] *manu Abaronis patris eorum, quemadmodum* [9] *præceperat ei Dominus Deus Israelis.*
20 *Porro* [20] *filii Leui residui sunt, de filiis Amram [fuit] Subael: de filiis Subael, Iedia.*
21 *De Rehabia: fuitq; de filiis Rehabiæ primus Isiah.*
22 *De Izharitis, Selomoth: & de filiis Selomoth Iahath.*
23 [21] *Filii Ieria, Amaria secundus, Iahasiel tertius, & Iecamean quartus.*
24 [23] *Filii Vsiel, Micha: de filiis Micha Samir.*
25 *Frater Michæ Isia, & de filiis Isiæ Zacharias.*
26 *Filii Merari, Mahli & Musi* [24] *filii Iahziæ, Beno.*
27 [25] *Filii Merari de Iahzia, Beno, Soham, Zaccur & Ibri.*
28 [26] *De Mahli, Eleasar, & hic non habuit filios.*
29 [27] *[De] Kis, Ierameel.*
30 *Filii autem, Musi, Mahli, Eder, & Ierimoth. Hi sunt* [29] *filii Leuitarum iuxta domos patrum suorum.*
31 *Iecerunt & isti sortes è regione* [30] *fratrum suorum, filiorum Aharonis coram Dauide rege, & Zadoc & Ahimelech, &* [31] *præcipuis patribus, sacerdotibus & Leuitis:* [32] *præcipui scilicet patres è regione fratrum suorum minorum.*

15 Decima septima Hezir, decima octaua Aphses
16 Decima nona Phetheia, vicesima Hezeciel,
17 Vicesima prima Iachin, vicesima secunda Gamul,
18 Vicesima tertia Dalaiau, vicesima quarta Maziau:
19 Hæ vices eorum secundum ministeria sua, vt ingrediatur domum Domini & iuxta ritum suum sub manu Aaron patris eorum: sicut præceperat Dominus Deus Israel.
20 Porro filiorum Leui, qui reliqui fuerant, de filiis Amram erat Subael: & de filiis Subael, Iehedeia.
21 De filiis quoque Rohobiæ princeps Iesias.
22 Isaari vero filius Salemoth: filiusque Salemoth Iahath,
23 Filiusque eius Ieriau primus, Amarias secundus, Iahaziel tertius, Iecmaam quartus.
24 Filius Oziel, Micha: filius Micha, Samir.
25 Frater Micha Iesia: filiusq; Iesiæ, Zacharias.
26 Filii Merari, Moholi & Musi: filius Oziau: Benno
27 Filius quoque Merari, Oziau & Soam & Zacchur & Hebri.
28 Porrò Moholi filius, Eleazar, qui nô habebat liberos.
29 Filius verò Cis, Ierameel.
30 Filii Musi: Moholi, Eder, Ierimoth. isti filii Leui secundum domos familiarum suarum.
31 Miseruntq; & ipsi sortes contra fratres suos filios Aaron coram Dauid rege, & Sadoc, & Ahimelech, & principibus familiarum sacerdotalium & Leuiticarum, tam maiores, quàm minores, omnes sors æqualiter diuidebat.

CAPVT XXV.

1 SEgregauerunt itaque Dauid & principes exercitus [1] *in ministerium filios Asaph, Heman, atque Ieduthun,* [2] *qui prophetarent in citharis, nablis & cymbalis:* [3] *fuitque numerus illorum virorum qui [præfecti erant] operi ministerii.*
2 *De filiis Asaph, Zaccur, Ioseph, Nethania, & Asarela,* [4] *[fuerunt] filii Asaph: qui erant ipsi Asaph ad manum prophetantis, iuxta regem.*
3 *De [filiis] Ieduthun: filii Ieduthun, Gedalia, Zeri, Esaias, Hasabias, Mathithias,* [5] *sex* [6] *sub manu patris eorum Ieduthun prophetantis in cithara,* [7] *in confessionibus & laudibus Domini.*
4 *De Heman filii Heman, Bukia, Mathania, Vsiel, Sebuel, Ierimoth, Hanania, Hanani, Eliatha, Giddalthi, Romamthi ezer, Iosbecasa, Mallothi, Hothir, & Mahasioth.*
5 *Omnes isti filii erant Heman, qui regis erat videns* [8] *in verbis diuinis, vt erigeretur cornu. deditq; Deus ipsi Heman quatuordecim filios, & tres filias.*
6 *Et hi omnes* [9] *erant patris sui ad manum, canentes in domo Domini, in cymbalis, nablis & cinnoris, quando ministerium [exequebantur] in domo Dei, ad iussum regis, Asaph scilicet, Ieduthun, & Heman.*
7 *Et fuit numerus eorum cum fratribus suis* [10] *qui instituti erant in cantico Domini,* [11] *omnium eorum qui [in hoc] pollebant, ducenti octoginta octo.*
8 *Et iecerunt sortes* [12] *custodiam vicissim vt minoris, sic maioris: vt intelligentis sic discipuli.*
9 *Sors prima educta est ipsi Asaph* [13] *pro Ioseph:* [14] *secunda pro Gedalia: ipse & fratres sui ac filii sui [erant] duodecim.*

1 Igitur Dauid & magistratus exercitus segregauerunt in ministerium filios Asaph & Heman & Idithun: qui prophetarent in citharis, & psalteriis, & cymbalis secundum numerum suum dedicato sibi officio seruientes.
2 De filiis Asaph: Zacchur & Ioseph & Nathania & Asarela filii Asaph, sub manu Asaph [a] prophetantes iuxta regem.
3 Porrò Idithun: filii Idithun, Godolias, Sori, Ieseias, & Hasabias, & Mathathias: sex, sub manu patris sui Idithun, qui in cithara prophetabat super confitentes & laudantes Dominum.
4 Heman quoque: filii Heman, Bocciau, Mathaniau, Oziel, Subuel, & Ierimoth, Hananias, Hanani, Eliatha, Geddelthi, & Romenthi ezer, & Iesbacassa, Mellothi, Othir, Mahazioth.
5 Omnes isti filii Heman [b] videntis regis in sermonibus Dei, vt exaltaret cornu. deditque Deus Heman filios quatuordecim, & filias tres.
6 Vniuersi sub manu patris sui ad cantandum in templo Domini distributi erât, in cymbalis, & psalteriis, & citharis, in ministeria domus [c] Domini iuxta regem: Asaph videlicet, & Idithun & Heman.
7 Fuit autem numerus eorum cum fratribus suis qui erudiebant canticum Domini, cuncti doctores, ducenti octogintaocto.
8 Miseruntq; sortes per vices suas, ex æquo tam maior quàm minor, doctus pariter & indoctus.
9 Egressaque est sors prima Ioseph, qui erat de Asaph. secunda Godoliæ, ipsi & filiis eius & fratribus eius duodecim.

10 Tertia

[a] Phetheia C

D

Sors.

A Ordinantur cantores, eorumq; vices & sors in Asaph.

[a] prophetantis. Idithun.

B Heman.

[b] videntis.

[c] Dei

C

27 Isti sunt (quorum) enumeratio (erat) in ministerio suo, vt ingrederentur &c. Enumerationem vocat præfecturam seu episcopatum. Vnde etiam potest, Hæc sunt (verba) præfecturæ eorum. i. Hæc est præfectura eorum: Hæ sunt voces eorum, vel, Hæc sunt verba enumerationis eorum. i. Hæc est enumeratio eorum &c.
28 vel, potestate
29 patris Domini decreuerat ei sacerdotii dignitatem
30 de filiis Leui, qui reliqui erât.
31 princeps
32 (De) filiis (Ilaar fuit) Ieria.
Sub. primus.
23 (De) filiis
24 (de) filius
25 q. d. Iahziæ qui descendebat ex Merari, habuit quatuor filios. Beno, &c.
26 Ex filiis Mahli.
27 (ex filiis) Kis. q. d. De filiis Kis (fuit Ierameel).
28 i. Leuitæ per familias suas
29 i. cognatorum.
30 principibus familiarum.
31 (ex) patribus qui principem locum tenebant.
32 (contra fratrem) contra fratrem suum minorem, i. constitutû in minore dignitate.

CAP. XXV.
1 sub. domus Domini. hoc enim intelligi debet de ministerio templi. Hic distribuuntur cantores templi, musici in 24. classes.
2 qui prophetabant. i. qui prophetias canebant in templo Dei.
3 Heb. fuit autem numerus eorum, (numerus) virorum operis in ministerio suo. i. hominum diligentes & seste fungentium munere suo. q. d. isti omnes fuerunt musici peritissimi.
4 Heb. (fuerunt vel, erant autem) sub potestate Asaph qui prophetabat ad imperium regis. i. prophetias canebat de mandato regis. 5 Sex dicit: & tantum quinque enumerauit. Doctiores existimant illum esse Simei, qui decimæ classi præerat, vt in sequentibus videbis. 6 sub. & fuerunt. 7 ad confitendum & laudandum Dominum. i. ad id vt celebrarent & laudarent &c. 8 in verbis Dei ad exaltandum cornu. [illegible] hic prophetauit de Dauide quod assequeretur magnam famam & magnam gloriam; Cornu, in Sacris literis dignitatem & gloriam significat: robur item & vires. [illegible] indicat, ad exaltandam potentiam & dignitatem regiam. 9 Heb. sub manu patris sui in cantico (in) domo Domini (canebant) in cymbalis, nablis, & citharis in ministerium templi Dei, sub potestate (vel, imperio) regis (erant) Asaph & c. i. sub potestate patris sui recitabant prophetias ad cymbala, psalteria, & citharas, ministrando templo Dei. hi tres Asaph, Ieduthun & Heman præerant omnibus musicis: ex verò præerat ipsis tribus. 10 Heb. doctis cantico, vel in cantico Domini. i. periti in canticis quæ pertinebant ad honorem Domini. 11 Heb. omnes periti 12 Hebr. custodia contra custodiam: paruus sicut magnus, doctus cum discipulo. i. classis vna contra aliam misit sortem, neque habita fuit vlla ratio aut ætatis, aut eruditionis. 13 Hac gratiam Ioseph filii Asaph.
14 q. d. Gedalia prima secunda classis præsidentum, in qua erant duodecim, sic in sequentibus intelligendum.

10 Tertia Zachur, filiis & fratribus eius duodecim.

11 Quarta IsrI, filiis & fratribus eius duodecim.

12 Quinta Nathaniæ, filiis & fratrib' eius duodecim.

13 Sexta Bocciáu filiis & fratribus eius duodecim.

14 Septima Isreela, filiis & fratribus eius duodecim

15 Octaua Iesaiæ, filiis & fratribus eius duodecim.

16 Nona Mathaniæ, filiis & fratribus eius duodecim.

17 Decima Semeiæ, filiis & fratribus eius duodecim.

18 Vndecima Azareel, filiis & fratribus eius duodecim.

D 19 Duodecima Hasabiæ, filiis & fratribus eius duodecim.

20 Tertia decima Subael, filiis & fratribus eius duodecim.

21 Quarta decima Mathathiæ, et filiis fratribus eius duodecim.

22 Quinta decima Jerimoth, filiis & fratribus eius duodecim.

23 Sexta decima Hananiæ, filiis & fratribus eius duodecim.

24 Septima decima Jesbacassę, filiis & fratribus eius duodecim.

25 Octaua decima Hanani, filiis & fratribus eius duodecim.

26 Nona decima Mellóthi, filiis & fratribus eius duodecim.

27 Vicesima Eliátha, filiis & fratribus eius duodecim.

28 Vicesima prima Othir, filiis & fratribus eius duodecim.

29 Vicesima secunda Geddelthi, filiis & fratribus eius duodecim.

30 Vicesima tertia Mahaziorh, filiis & fratribus eius duodecim.

31 Vicesima quarta Romemthi ézer, filiis & fratribus eius duodecim.

10 Tertia pro Zaccur[15] & filiis eius ac fratribus eius duodecim.

11 Quarta pro[16] Jizri, filiis eius ac fratribus eius duodecim.

12 Quinta pro Nethania, filiis & fratribus eius duodecim.

13 Sexta pro Bokia, filiis eius & fratribus eius duodecim.

14 Septima pro[17] Jesarela, filiis eius & fratribus eius duodecim.

15 Octaua pro Jesaia, filiis eius & fratribus eius duodecim.

16 Nona pro Mathania, filiis eius & fratribus eius duodecim.

17 Decima pro Simei, filiis eius & fratribus eius duodecim.

18 Vndecima pro[18] Asreel, filiis eius & fratribus eius duodecim.

19 Duodecima pro Hasabia, filiis eius & fratribus eius duodecim.

20 Decima tertia pro[19] Subael, filiis eius & fratribus eius duodecim.

21 Decima quarta pro Mathitia, filiis eius & fratribus eius duodecim.

22 Decima quinta pro Jeremoth, filiis eius & fratribus eius duodecim.

23 Decima sexta pro Hanania, filiis eius & fratribus eius duodecim.

24 Decima septima pro Jesbecasa, filiis eius & fratribus eius duodecim.

25 Decima octaua pro Hanani, filiis eius & fratribus eius duodecim

26 Decima nona pro Mallothi, filiis eius & fratribus eius duodecim.

27 Vicesima pro Eliatha, filiis eius & fratribus eius duodecim.

28 Vicesima prima pro Hothir, filiis eius & fratribus eius duodecim.

29 Vicesima secunda Giddalthi, filiis eius & fratribus eius duodecim.

30 Vicesima tertia pro Mahasioth, filiis eius & fratribus eius duodecim.

31 Vicesima quarta pro[20] Romamthi éser, filiis eius & fratribus eius duodecim.

15 (ipse) filii eius & fratres eius (fuerunt) duodecim. Sic in reliquis versionum.
16 Non est nomen proprium. hic autem dicebatur in principio huius capitis ... pro Isria siue Isriæ, nempe ...
17 Hic in principio capitis dicitur Asarela.
18 Supra vocabatur Vziel.
19 Sebuel primo dicebatur.
22 Etymologia est, exaltaui auxilium, siue opē. Ipse, filii eius, & cognati eius fuerunt duodecim.

CAPVT XXVI.

A

Ordinatur ianitores templi: & qua sorte unusquisque fit assignanda.

1 Diuisiones autem ianitorum, de Coritis Meselemia, filius Core de filiis Asaph.

2 Filii Meselemiæ: Zacharias primogenitus, Jadihel secundus, Zabadias tertius, Jathanael quartus,

3 Ælam quintus, Johanan sextus, Elioenai septimus.

4 Filii autem Obed edom: Semeias primogenitus, Jozabad secundus, Joaha tertius, Sachar quartus, Nathanael quintus.

5 Ammiel sextus, Issachar septimus: Phollathi octauus: quia benedixit illi[1] Dominus.

[1] Deus.

6 Semeiæ autem filio eius nati sunt filii, præfecti familiarum suarum: erant enim viri fortissimi.

7 Filii ergo Semeiæ: Othni, & Raphael, & Obed, Elzabad, & fratres eius viri fortissimi: Eliu quoque, & Samachias.

8 Omnes hi, de filiis Obed-edom: ipsi & filii, & fratres eorum fortissimi ad ministrandum, sexaginta duo de Obed-edom.

9 Porrò Meselemiæ filii, & fratres eorum robustissimi, decem & octo.

B 10 De Hosa autem, id est de filiis Merari: Semri princeps, (non enim habuerat primogenitum, & idcirco posuerat eum pater eius in principem:)

11 Helcias secundus, Tabelias tertius, Zacharias quartus: omnes hi filii, & fratres Hosa, tredecim.

1 Partes[1] verò ianitorum, de Coritis, Meselemia filius Core, ex filiis[2] Asaph.

2 Porro Meselemiæ filii (erant,) Sacharia primogenitus, Jediel secundus, Sabadia tertius, Jathniel quartus,

3 Elam quintus, Jehohanam sextus, & Eliehonai septimus.

4[3] Filii Obed edom, Semaia primogenitus, Jehosabad secundus, Joah tertius, Sachar quartus, Nethanel quintus.

5 Ammiel sextus, Issachar septimus, Pehulthai octauus[4] quia eum benedixit ei Deus.

6 Et Semaiæ quoque filio eius nati sunt filii[5] habentes dominium in domo patris sui, erant enim heroes strenui.

7 Filii Semaia, Othni, Raphael, Obed, & Elsabad,[6] fratres eius, filii fortes Elihu & Semachia.

8 Omnes isti (fuerunt) de filiis Obed edom, ipsi & filii eorum atque[7] fratres eorum, viri strenui & fortes[8] in ministerio, sexaginta duo de Obed-edom.

9 Filii quoque Meselemia & fratres[9] filii strenui, decem & octo.

10[10] Filii Hosa de filiis Merari, Simri[11] præcipuus (licet non fuerit primogenitus, posuit tamen eum pater eius vt[12] caput esset.)

11 Helkia secundus, Tebalia tertius, & Sacharias quartus: omnes filii &[13] fratres Hosa, tredecim.

CAP. XXVI.

1 De distributionibus vel vicibus, aut classibus.
2 Hic Asaph, nō est ille celeberrimus cantor, sed is qui Ebiasib capite nono dicitur cōfer locum.
3 Ipsi Obed-edom. sub. nati sunt filii aliquot.
4 ... quia ... fallere ... in ... profectus est ... vel, quia eo beneficio affecit eum Dominus ... arca Dei.
5 qui similes fuerunt ...
6 Subaudienda coniūctio, & fratres eius, filii roboris. i. viri fortissimi.
7 i. cognati.
8 in ministerio. q.d. ... omnes ... merito ... præficiendi ... huic muneri aptissimi.
9 filii roboris. i. præditi viribus.
10 Ipsi autē Hosa (qui erat) de filiis Merari. sub. fuerunt filii.
11 princeps. ... enim erat &c.
12 sub. fratrum suorum.
13 i. cognati.

24 Hæ sunt clas ses (i. classes) iu xta eam per principes virorum. i. ex principibus viro[rum], hoc est, ex præcipuis viris.
25 custodiæ. vel, vices.
26 sicut paru° sic magnus. i. tā paruus, quam magnus.
27 p domo maiorum suorum in singulas portas. i. vt tenerent q quib[us] [illegible] præessent.
28 i. Sorte præfuit Selemias portæ Orientali. Hic initio capitis huius dicitur Meselemias.
29 Zachariæ autem filio eius cōsiliario cū intellectu (i. prudentissimo & sapientissimo) miserūt.
20 comitiorum, vel, conciliorum i. sorte præfuerūt domui in quam congregati consultabant seniores.
21 vel, Ipsi Suppim & ipsi Hosa, sub. egressa est sors.
22 Heb. emissionis. i. qua emittebantur sordes, vt non [illegible] huius meminit Esaias. Vel, cum porta (nomine) Salecceth.
23 in via strata ascendente. i. acliuī.
24 q. d. custodiæ sibi inuicem respondebant.
25 q. d. ianitores qui erant de genere Leuitico, erant sex.
26 per diem. i. p singulos dies, No [illegible] dicit, diem, vt opponatur nocti.
27 ad domū cōciliorum, i. in domo in qua congregabantur seniores consultaturi de negociis templi. Doctus inter Hebræos existimat duas fuisse domos conciliorum: doctiores vacant.
28 i. duo, vno die. & duo, die altero.
29 In domo instrumentorum i. in cellula, in qua reponebatur instrumēta templi, quæ erat sita ad Occidentem.
30 ad viam illam stratam. sub. ascēdenté. i. accliuē.
31 Heb. Istæ fuerūt thesauris oblationum. [illegible] harū ipsi Laedan i. ex genere Laedan. [illegible] potest Amaramitæ, Isaharitæ, [illegible] terpretantur, præfe[illegible] buel [illegible] lium & centuriarum. [illegible] pe [illegible] 48 in præfecturam. [illegible] nitarum princeps fuit Iedia.

12 [24] *Ad hos facta est distributio ianitorum vt essent capita herorum [25] qui custodirent [illegible] e regione fratrum suorum, ad ministrandum in domo Domini.*

13 *Et iecerunt sortes [26] tam paruo quam magno [27] iuxta domum patrum suorum pro singulis portis.*

14 [28] *Ceciditque sors ab Oriente super Selemiam.* [29] *& Zachariam filium eius qui consilio & intelligentia valebat, iecerunt sortes, exiuitque sors eius ad Septentrionem.*

15 *Pro Obed-edom verò ad Meridiem: & pro filiis eius domus.*

16 [30] *Asuppim.* [21] *Pro Suppim & Hosa ad Occidentem cum porta* [22] *quæ vergit* [23] *ad semitam superiorem,* [24] *custodia e regione custodiæ.*

17 *Ad Orientem* [25] *Leuitæ sex, ad Aquilonem* [26] *interdiu quatuor, ad Meridiem interdiu quatuor, &* [27] *ad Asuppim* [28] *bini & bini.*

18 [29] *Pro Pharbar ad Occidentem, quatuor* [30] *in ascensu, & duo* [29] *in Pharbar.*

19 [31] *Isti sunt ordines ianitorum inter filios Iora, & inter filios Merari.*

20 *Porrò* [31] *Leuitæ, Ahia erat super thesauros domus Dei, & super thesauros* [33] *sacrorum.*

21 *Filii Laedam, filii Gersunitarum* [34] *de Laedan* [35] *præcipui patres, de Laedan inquam,* [36] *Gersuni & Iehieli.*

22 [37] *Filii Iehieli, Zetam & Ioel frater eius [fuerunt] super thesauros domus Domini.*

23 *De Amramitis quoque, Izharitis, Hebronitis, &* [38] *Asielitis,*

24 *Sebuel filius Gersom filii Mosis erat* [39] *princeps super thesauros.*

25 [40] *Et fratres eius de Eliezer cuius filius Rehabia, cuius filius Iesaia, cuius filius Ioram, cuius filius Sichri, cuius filius Selemith.*

26 *Iste Selemith atque fratres eius erant super omnes thesauros* [41] *sacrorum, quæ consecrauerat Dauid rex &* [42] *præcipui patres, &* [43] *tribuni centuriones, & imperatores exercitus,*

27 *Quæ de bellis ac spoliis consecrauerant* [44] *ad sarta tecta domus Domini.*

28 *Sed & cūcta quæ cōsecrauerat Samuel videns, & Saul filius Kis, & Abner filius Ner, atque Ioab filius Zeruiæ [& quicunque aliquid sanctificauerat, erat hoc sub potestate Selemith & fratrum eius.*

29 [45] *De Izhari erat Chenanias & filii eius* [46] *operi externo super Israëlem erant præfecti & iudices.*

30 *De Hebronitis erant Hasabias & fratres eius* [47] *filii strenui, mille & septingenti* [48] *in præfectura Israëlitarum vltra Iordanem ad Occidentem in omni opere Domini & ministerio regis.*

31 [49] *Inter Hebronitas præcipuus erat Iedia, princeps inter Hebronitas* [50] *iuxta generationes suas & patres, anno quadragesimo regni Dauidis, quæsiti sunt & inuenti in eis* [51] *heroës strenui in Iaser* [52] *Gilead.*

32 *Et* [53] *fratres eius* [47] *filii strenui duo millia atque septingenti,* [54] *patres præcipui quos Dauid rex constituit super Rubenitas: Gaditas, & super dimidiam tribū Manasse* [55] *pro omni negocio Dei & negocio regis.*

12 Hi diuisi sunt in ianitores, vt semper principes custodiarum, sicut & fratres eorum ministrarent in domo Domini.

13 Missæ sunt [a] ergo sortes ex æquo, & paruis & magnis per familias suas in vnamquamque portarum

14 Ceciditque ergo sors Orientalis, Selemiæ: porrò Zachariæ filio eius, viro prudentissimo, & erudito, sortitò obtigit plaga Septentrionalis.

15 Obed edom verò & filiis eius, ad Austrum: in qua parte domus, erat seniorum concilium.

16 Sephim, & Hosa ad Occidentem, iuxta portam quæ ducit ad viam ascensionis: custodia contra custodiam.

17 Ad Orientem verò, Leuitæ sex: & ad Aquilonem, quatuor per diem: atque ad Meridiem similiter in die, quatuor: & vbi erat concilium, bini & bini.

18 In cellulis quoque ianitorum ad Occidentem C quatuor in via: binique per cellulas.

19 Hæ sunt diuisiones ianitorum filiorum Core & Merari.

20 PorròAchias erat super thesauros domus Dei, & vasa sanctorum.

21 Filii quoque Ledan, filii Gersonni: de Ledan principes familiarū, Ledan & Gersonni, Jehieli.

22 Filii Jehieli: Zatham, & Joel [b] fratres eius super thesauros domus Domini.

23 Amramitis, & Isaaritis, & Hebronitis Ozihelitis.

24 Subael autem filius Gersom, filii Moysi, præpositus thesauris.

25 [b] Frater quoque eius Eliézer, cuius filius Rahabia, & huius filius Isaias, & huius filius Joram, huius quoque filius Zechri, & huius filius Selemith.

26 Ipse Selemith, & fratres eius super thesauros sanctorum, quæ sanctificauit Dauid rex, & principes familiarum & tribuni, & centuriones, & duces exercitus,

27 De bellis, & manubiis præliorum quæ consecrauerant ad instaurationē & supellectilem templi Domini. D

28 Hæc autem vniuersa sanctificauit Samuel videns, & Saul filius Cis, & Abner filius Ner, & Joab filius Saruiæ: [c] omnesque sanctificauerunt ea per manum Selemith, & fratrum eius

29 Isaaritis verò præerat Chonenias, & filiis eius ad opera forinsecus super Israel ad docendum & iudicandum eos.

30 Porrò de Hebronitis Hasabias, & fratres eius viri fortissimi, mille septingenti præerant Israeli trans Iordanem contra Occidentem, in cunctis operibus Domini, & in ministerium regis.

31 Hebronitarum autem princeps fuit Jeria secundum familias & cognationes eorum quadragesimo anno regni Dauid recensiti sunt: & inuenti sunt viri fortissimi in Iazer Galaad.

32 Fratresque eius robustioris ætatis, duo millia septingenti principes familiarum: præposuit autem eos Dauid rex Rubenitis & Gaditis, & dimidiæ tribui Manasse, in omne ministerium Dei & regis.

[a] autem Sortes.

Præfecti thesaurorum.

[b] frater.

[b] Fratres.

[c] omnes qui

Isaaritis

CAPVT XXVII.

1 Porrò [1] *filiorum Israel iuxta numerum suum qui erant* [2] *capita patrum, tribuni, centuriones, &*

1 Filii autem Israel secundum numerum suum, principes familiarum, tribuni et cēturiones, et præ-

[illegible] diuisiones [illegible] ianitorum filiorum Corithæorum & filiorum Merari. i. ex Corithis & ex Merariis. 32 (ex) Leuitis. 33 Heb. sanctorū. i. præfuit thesauris oblationum. 34 ipsi Laedan. i. Filii Laedan, hoc est, filii Gersonitarum qui ducebant genus a Laedan. Hic Laedan dicitur aliis [illegible] 35 principes familiarū ipsi Laedan i. ex genere Laedan. 36 singulare pro plura i. [illegible] & Iehielitæ. 37 i. Iehielitæ inquā, [illegible] 38 sub. præfuerūt thesauris [illegible] potest Amaramitæ, Isaharitæ, Hebronitæ & Asielitæ, sub. præfuerunt thesauris. 39 i. dux & [illegible] terpretantur, præfe[illegible] Frater autem eius, [illegible] Eliezer, & vel, [illegible] fratribus autem eius [illegible] bue[illegible] 41 [illegible] vel, [illegible] 42 principes familiarum, 43 Heb. principes millium & centuriarum. 44 [illegible] aliquid de manubiis ad instaurationem templi. 45 De Isaha[illegible] pe [illegible] 46 i. qui [illegible] Israelitis occupatis circa opera [illegible] 47 i. e. filii [illegible] 48 in præfectura. i. præfuerunt Israelitis &c. 49 Heb. Iedia [illegible] Hebronitarum fuit &c. 50 In generationibus suis [illegible] 51 fortes viribus. 52 sub. vrbe. 53 i. cognatis Iehiah 54 principes familiarum. 55 in omni [illegible] in omni negocio diuino & humano. CAP. XXVII. 1 filii Israel, Describit turmas quæ singulis mensibus seruiebant regi. 2 vel, principes familiarum.

præfecti, qui ministrabant regi iuxta turmas suas ingredientes & egredientes per singulos menses in anno: vigintiquatuor millibus singuli præerant.

2 Primæ turmæ in primo mense Iesboam præerat filius Zabdiel: & sub eo vigintiquatuor millia.

3 De filiis Phares, princeps cunctorum principũ [b] in exercitu mense primo.

4 Secundi mensis habebat turmam Dudia Ahohites, & post se alter nomine Macelloth, qui regebat partem exercitus viginti quatuor [a] millium.

5 Dux quoque turmæ tertiæ in mense tertio, erat Banaias filius Ioiadæ [b] sacerdos: & in diuisione sua viginti quatuor millia.

6 Ipse est Banaias fortissimus inter triginta, & super triginta. præerat autem turmæ ipsius Amizabad filius eius.

7 Quartus, mense quarto, Azahel frater Ioab, &

B

Zabadias filius eius post eum: & in turma eius viginti quatuor millia.

8 Quintus, mense quinto, princeps Samaoth Iezerites: & in turma eius viginti quatuor millia.

9 Sextus, mense sexto, Hira filius Acces Thecuites: & in turma eius viginti quatuor millia.

10 Septimus, mense septimo, Helles Phallonites de filiis Ephraim: & in turma eius viginti quatuor millia.

11 Octauus, mense octauo, Sobochai Husathites de stirpe Zarahi: & in turma eius viginti quatuor millia.

12 Nonus, mẽse nono, Abiezer Anathothites de filiis Iemini: & in turma eius viginti quatuor millia.

13 Decimus, mense decimo, Marai, & ipse Netophathites de stirpe Zarahi: & in turma eius viginti quatuor millia.

14 Vndecimus, mense vndecimo, Banaias Pharathonites de filiis Ephraim: & in turma eius viginti quatuor millia.

15 Duodecimus, mense duodecimo, Holdai Netophathites de stirpe Gothoniel: & in turma eius viginti quatuor millia.

16 Porro tribubus præerant in Israel, Rubenitis, dux Eliezer filius Zechri: Simeonitis, dux Saphatias filius Maacha.

C

17 Leuitis, Hasabias fili⁹ Camuel: Aaronitis, Sadoc.

18 Iuda, Eliu frater Dauid: Issachar, Amri filius Michael.

19 Zabulonitis, Iesmaias filius Abdiæ: Nephthalitibus, Ierimoth filius Ozriel.

20 Filiis Ephraim, Osee filius Ozaziu: dimidiæ tribui Manasse, Ioel filius Phadaiæ:

21 Et dimidiæ tribui Manasse in Galaad, Iaddo filius Zachariæ: Beniamin autem, Iasiel filius Abner.

22 Dan verò, Ezriel filius Ieroham. hi principes filiorum Israel.

23 Noluit autem Dauid numerare eos à viginti annis inferius: quia dixerat Dominus vt multiplicaret Israel quasi stellas cæli.

24 Ioab filius Saruiæ cœperat numerare, nec compleuit: quia super hoc ira Dei irruerat in Israel & idcirco numerus eorum qui fuerant recensiti, non est relatus in fastos regis Dauid.

25 Super thesauros autẽ regis fuit Azmoth filius Adiel: his autem thesauris qui erãt in vrbibus, & in

D

vicis, & in turribus præsidebat Ionathã filius Oziæ.

26 Operi autem rustico, & agricolis qui exercebant terram, præerat Ezri filius Chelub.

27 Vinearumq; cultoribus, Semeias [a] Romathites: cellis autem vinariis Zabdias [a] Aphonites.

28 Nam super oliueta & ficeta, quæ erant in cãpestribus, Balanan Gederites: sup apothecas autẽ olei, Ioas.

29 Porrò armentis quæ pascebantur in Saron, præpositus fuit Setrai Saronites: & super boues in vallibus, Saphat filius Adli.

[b] *exercitus*

[a] *millia.*

[b] *sacerdotis*

supr. 21. a

Præfecti substãtiæ Dauidis.

[a] *Ramathites:*

[a] *Saphamites.*

præfecti rerum, qui ministrabant regi [3] ordinibus in omnibus negotiis, qui ingrediebantur & egrediebantur per singulos menses in omnibus anni mensibus. [4] singulisq; ordinibus erant vigintiquatuor millia.

2 *Super [5] ordinem primum pro mense primo erat Iasabeam filius Sabdielis, erantq; [6] in ordine eius viginti quatuor millia.*

3 *De [7] filiis Parez [erat] [8] princeps super omnes imperatores [9] exercitus pro mense primo.*

4 *Super [10] ordinem mensis secundi erat Dodai Ahohites, [11] & in ordine illius erat Micleth princeps, & in [12] ordine eius quoque erant viginti quatuor millia.*

5 *Imperator [13] exercitus tertii pro mense tertio, Benaias filius Ioiadæ summi sacerdotis, & in ordine eius viginti quatuor millia.*

6 *Is est Benaias, [14] heros [15] inter triginta, & super triginta, & [16] in ordine eius erat Ammisabad filius eius.*

7 [17] *Quartus pro mense quarto fuit Asael frater Ioab, & Sabadia filius eius [18] post eum: erantq; in ordine eius viginti quatuor millia.*

8 *Quintus pro mense quinto erat princeps Samhud Iisrahites: & in ordine eius viginti quatuor millia.*

9 *Sextus pro mense sexto Ira filius Ikes Tecoites: & in ordine eius viginti quatuor millia.*

10 *Septimus pro mense septimo Helez Pelonites de filiis Ephraim & in ordine eius viginti quatuor millia.*

11 *Octauus pro mense octauo Sibbechai Husathites [19] ipsius Sarhi: & in ordine eius viginti quatuor millia.*

12 *Nonus pro mense nono Abiezer Anathothites [20] ex filiis Gemini: & in ordine eius viginti quatuor millia.*

13 *Decimus pro mense decimo Maharai Netophathites [21] de [stirpe] Sarhi: & in ordine eius erant viginti quatuor millia.*

14 *Vndecimus pro mense vndecimo Benaias Pirhathonites de filiis Ephraim: & in ordine eius viginti quatuor millia.*

15 *Duodecimus pro mense duodecimo Heldai Netophathites ex [familia] Othenielis: & in ordine eius viginti quatuor millia.*

16 [22] *Erant præterea super tribus Israelis: super Rubenitas princeps Eliaser filius Sichri: super Simeonitas Saphatias filius Maacha.*

17 *Super Leuitas Hasabias filius Kemuel: super Aharonitas Zadoc.*

18 *Super [23] Iudæos Elihu de fratribus Dauidis: super eos qui erant ex Isaschar, Omri filius Michaelis.*

19 *Super eos qui erãt ex Sebulon Iismaias fili⁹ Obadiæ: super eos qui erant ex Naphtali Ierimoth filius Asrielis.*

20 *Super filios Ephraim Hoseas filius Asasia: super tribum dimidiam Manasse Ioel filius Pedaia.*

21 *Et super [aliam] dimidiam tribum Manasse [24] in Gilead Iddo filius Sacharia. super eos qui erant ex Beniamin Iaasiel filius Abner.*

22 *Super Danitas Asariel filius Ierohami. Isti sunt Imperatores tribuum Israeliticarum.*

23 *Et non [25] leuauit Dauid numerum eorum ab eo qui natus erat viginti annos & infra, eo quod Dominus dixerat, Israelem [26] multiplicandum vt stellas cœli.*

24 *Cœperat quidem Ioab filius Zeruia [27] numerare, at non compleuit: [28] quod ob id indignatio [Dei] venisset super Israelem, nec relatus est [29] numerus ad numerum annalium regis Dauidis.*

25 *Super thesauros regis erat Asmaueth filius Adielis: & super thesauros agrorum in ipsis vrbibus, villis atq; castellis Ionathan filius Vsia.*

26 [30] *Et super eos qui faciebant opus agrorum in cultura telluris erat Esri filius Kelub.*

27 *Super vineas verò Simei Ramathæus: & super ea quæ in vineis, id est super cellas vinarias, Sabdi Siphmites.*

28 *Porro super oleas & [31] sycomoros quæ erant in cãpestribus, Baal hanan Gederæus: & super cellas olei Ioas.*

29 *Super boues qui pascebãt in Saron, Sitrai Saronites: & super boues qui erant in vallibus, Saphat filius Adlai.*

3 in omni negocio turmarũ quæ &c. Hebr. legitur diuisionũ. i. turmarum quæ numerũ certum & definitum continebant. Sic in sequentibus.
4 turma (autem) vna erat vigintiquatuor millia virorũ. Vna turma ministrabat solum mẽse vno.
5 turmã primam
6 in turmã eius
7 i. nepotibus.
8 Principem intelligit vicarium & subpræfectũ. nã Iasabea erat princeps principum: hic autem vicarius eius.
9 exercituũ mẽsis primi. vel, qui erant in ea turma quæ erat attributa mensi primo.
10 turmam autẽ
11 (hæc) autem est turma eius: & Micloth princeps q. d. cui secunda turma attributa fuit, huiusque vicarius fuit Micloth.
12 turma. Sic in omnib⁹ sequẽtib⁹
13 Vocat exercitũ, quã prius appellauit turmam
14 fortis
15 i. fuit vnus è triginta illis fortibus & strenuis viris imò vero illis præfuit.
16 super turmam eius. i. sub eo præfuit Ammisabad.
17 In principiis sequẽtium repetendum ex præcedentibus, princeps turmæ. vt hic, Princeps autem turmæ quartæ pro &c.
18 i. vicarius ei⁹. In sequentibus omittuntur vicarii.
19 de Zarhitis i. de stirpe Zerah.
20 de Beniamitis i. de tribu Beniamin.
21 de Zarhitis i. de stirpe Zerah.
22 sub. duces.
23 filios Iuda
24 i. quæ erat vltra Iordanẽ. Hic videntur omitti Gaditæ, sed ii nomine Rubenitarum comprehenduntur. Idem igitur dux Rubenitarũ & Gaditarũ.
25 accepit
26 se multiplicaturum.
27 sub. filios Israel.
28 & fuit propter hoc ira (Domini) super &c.
29 sub. quẽ Ioab supputauerat.
30 q. d. Rusticis autẽ operis præfectus fuit.
31 vel, ficeta

31 subsistic. vel, [illegible] um.
32 [illegible] consiliarius, vir prudens & scriba, i. legisperitus. Alii, vir prudens & literatus.
34 i. præ[illegible] docens filios regis.
35 vel, socius.
36 sub rege a consiliis.

30 *Super camelos: Obil Ismeelita & super asinas Jehediaz Meronotites.*
31 *Super oves, Jasis Haggeræus. hi omnes principes fuerunt[1] super possessiones Davidis regis.*
32 *Jonathan autem patruus Davidis[33] vir valens consilio & prudentia scriba erat, & Jehiel filius Hachmoni erat[34] cum filiis regis.*
33 *Ahitophel erat regis a consiliis, & Husai Archites[35] amicus regis.*
34 *Post Ahitophelem[36] fuerunt Joiada filius Benaia, & Abiathar. imperator ex[er]citus regis erat Joab.*

30 Super camelos verò, Vbil Ismahelites: et super asinos, Iadias Meronathites.
31 Super oves quoq; Jaziz Agarenus. omnes hi, principes substantiæ regis David.
32 Jonathan autem patruus David, consiliarius vir prudens et literatus: ipse et Jahiel filius Hachamoni erant cum filiis regis. — *Officiarũ Davidis.*
33 Achitophel etiam consiliarius regis, et Chusai Arachites amicus regis.
34 Post Achitophel fuit Joiada filius Banaia, et Abiathar: princeps autem exercit[us] regis erat Joab.

CAP. XXVIII.

1 turmarum.
2 & [illegible] eius
3 potentes.
4 ad (congregavit, verbum referendum. Cõgregavit in Jerusalem.
5 Heb. cum corde meo sub. fuit, i. cogitaveram, statueram apud memetipsum.
6 Vocat arcã fœderis scabellum pedum Dei, quod super ei ipse Deus præberet se præsentem per miracula.
7 i. magnam vim sanguinis.
8 i. multo tempore: aut hæc referri debent ad Christum qui fuit [illegible] usque David.
9 De Juda elegit ducem, & de domo Juda familiam.
10 Heb. & ex filiis patris mei in [me] beneplacitũ est ei ut regẽ cõstitueret me &c.
i. singulari favore & amore prosequutus est me.
11 Heb. si fortiter agat faciendo &c. i. si pro viribus fecerit &c.
12 sub. tacite optatio consilii. q. d. si perseveraverit servare legẽ meam.
13 i. coram Israele, & audiente Deo. Subaudiẽdum hortor. Vos, aut, aliquid simile.
14 Hoc verbo tollit ignorantiam illam crassam.
15 possidendam traditis eam.
16 i. meum qui sum pater tuus da operam, ut intelligas voluntatem Dei.
17 sine fictione, q. d. ne dolas dolis cum Deo.
18 animoq; voluntario.
19 quod Dominus &c.

CAPUT XXVIII.

1 *C*ongregavit autem David omnes proceres Israelis, [id est] principes tribuum, principes[1] ordinum qui ministrabant regi, & tribunos, & centuriones eum: & [illegible] [pr]æfectos omnis substantiæ & possessionis Davidis, [2] filiis suo[rum] cum eunuchis, [3] heroas, & omnes viros strenuos, [4] Jerosolymam.
2 *Surgensq; David rex in pedes suos, ait, Audite me fratres mei & populus mi: Ego[5] statueram corde meo ædificare ædem, ut illic requiesceret arca fœderis Domini, et pro[6] scabello pedum Dei nostri, paraveramq; ut ædificarem,*
3 *Sed Deus dixit mihi, Non ædificabis ædem nomini meo: etenim vir bellator, & effudisti[7] sanguines.*
4 *Elegitq; me Dominus Deus Israelis præ omnibus qui fuerunt in domo patris mei, ut[8] perpetuo rex essem super Israelem. Siquidem[9] in Jehuda voluit eligere ducem, & in domo Jehudæ quidem domum patris mei:[10] inter filios autem patris mei voluit me regem constituere super universum Israelem.*
5 *Porro ex omnibus filiis meis (nam multos filios dederat mihi Dominus,) elegit Salomonem filium meum, ut is sederet in solio regni Domini super Israelem.*
6 *Dixitq; mihi Salomon filius tuus ipse ædificabit domum meam & atria mea: nam hunc elegi mihi filium, egoq; ero ei pater.*
7 *Confirmaboq; regnum eius perpetuo,[11] si gnaviter fecerit præcepta mea & judicia mea, ut &[12] hodie.*
8 *Nunc igitur[13] in oculis omnis Israelis congregationis Domini, & in auribus Dei nostri, custodite &[14] quærite omnia præcepta Domini Dei vestri, ut possideatis terram bonam, &[15] hæreditatem relinquatis filiis vestris post vos perpetuo.*
9 *Et tu Salomon fili mi, cognosce Deum[16] patris tui, & cole eum corde[17] integro,[18] animoq; benevolo: Dominus enim scrutatur omnium corda, omnique figmentum cogitationum intelligit: si studiose quæsieris eum, invenietur à te: si vero eum dereliqueris, abjiciet te perpetuo.*
10 *Vide ergo,[19] Dominus te elegit ut ædifices domum[20] in sanctuarium,[21] ut fortis sis & facias.*
11 *Dedit autem David filio suo Salomoni[22] deformationem porticus, & domunculorum eius, repositoriorum eius, cœnaculorũ eius, penetralium eius, atq; domus[23] propitiatorii:*
12 *[24] Deformationem quoq; omnium quæ secum habebat in animo pro atriis domus Domini, & pro omnibus[25] gazophylaciis quæ erant circumquaq;, pro thesauris domus Dei, & pro thesauris[26] consecratorum,*
13 *[27] Pro ordinibus quoq; sacerdotum & Levitarum & pro cuncto opere ministerii domus Domini, sed & pro universis vasis[28] cultus domus Domini.*
14 *[29] Pro auro in pondere, pro auro ad omnia vasa[30] diversorum ministeriorum: ad omnia[31] vasa argentum in pondere, ad omnia vasa[32] diversorum ministeriorum.*

1 *C*onvocavit igitur David omnes principes Israel, duces tribuum, et præpositos turmarum, qui ministrabant regi, tribunos quoq. & centuriones, & qui præerant substantiæ, & possessionib[us] regis, filiosq; suos cum eunuchis, & potentes, & robustissimos quosq; in exercitu Jerusalem, — A *David hortatur populum ac Salomonem filium ad ædificationem templi Dei.*
2 Cumq; surrexisset rex, & stetisset, ait, Audite me fratres mei, & populus meus: Cogitavi ut ædificarem domum in qua requiesceret arca fœderis Domini, et scabellum pedum Domini Dei nostri: & ad ædificandum, omnia præparavi. — *Frater.*
3 Deus autem dixit mihi, ‡ Non ædificabis domũ nomini meo, eo quòd sis vir bellator, & sanguinem fuderis. — 2. Reg. 7. b
4 Sed elegit Dominus Deus Israel me de universa domo patris mei, ut essem rex super Israel in sempiternum. De Juda enim elegit principes: porrò de domo Juda, domum patris mei: & de filiis patris mei, placuit ei ut me eligeret regem super cunctum Israel.
5 ‡ Sed & de filiis meis (filios enim mihi multos dedit Dominus) elegit Salomonem filium meum, ut sederet in throno regni Domini super Israel. — Sap. 9. b / B
6 Dixitq; mihi, Salomon filius tuus ædificabit domum meam, & atria mea: ipsum enim elegi mihi in filium, & ego ero ei in patrem.
7 Et firmabo regnum eius usque in æternum, si perseveraverit facere præcepta mea & judicia, sicut & hodie.
8 Nunc ergo corã universo cœtu Israel audiente Deo nostro, custodite & perquirite cuncta mandata Domini Dei[a] nostri: ut possideatis Terram bonã, et relinquatis eam filiis vestris pòst vos usq; in sempiternum. — [a] *vestri.*
9 Tu autem Salomon fili mi, scito Deum patris tui, et servi ei corde perfecto, et animo voluntario. Omnia enim corda scrutatur Dominus, et universas mentium cogitationes intelligit. Si quæsieris eum, invenies: si autem dereliqueris eum, projiciet te in æternum. — *Cor perfectum. Cordium scrutatur Deus. Psal. 7. Quærere Deum.*
10 Nunc ergo quia elegit te Dominus ut ædificares domum sanctuarii, confortare et perfice.
11 Dedit autem David Salomoni filio suo descriptionem porticus, et templi, et cellariorum, et cœnaculi, et cubiculorum in adytis, et domus propitiationis, — C *Dat descriptionem templi, & necessaria ad ædificationem.*
12 Necnon et omnium quæ cogitaverat atriorũ et exhedrarum per circuitum in thesauros domus[b] Domini, et in universa vasa ministerii templi Domini, et in thesauros sanctorum: — [b] *Dei.*
13 Divisionũmq. sacerdotalium et Leviticarũ, in omnia opera domus Domini, et in universa vasa ministerii templi Domini.
14 Aurum in pondere per singula vasa ministerii: argenti quoq; pondus pro vasorum[c] et operum diversitate. — [c] *ad opera.*

15 Sed

20 vel, sanctuario sive, ipsi sanctitati, i. arcæ fœderis Domini q. d. non ut illic ipse habitet, sed ut illic reponatur arca fœderis. 21 esto fortis, & perfice [illegible] 22 [illegible] aulæ & [illegible] domini in honorem Domini: 23 figuram exemplar Gallice, le [patron]. 23 propitiatorii, quod [illegible] tegebatur arca fœderis. 24 vel, I[illegible] templi sub. dedit. 25 exhedris 26 Heb. sanctitatum 27 Et, quæ erant in animo eius) de classibus (vel, pro classibus sive, vicibus) sacerdotum &c. 28 vel, [illegible] 29 (Et dedit) aurum in pondere in aureum, s. pro vasis aureis templi faciendis. 30 Heb. ministerii & ministerii, i. singulorum ministeriorum. 31 sub. argentea, dedit &c.

15 Sed & in candelabra aurea & ad lucernas eorũ, aurum pro mensura vniuscuiusq; candelabri et lucernarum: similiter et in candelabra argentea, & in lucernas eorum, pro diuersitate mensuræ pondus argenti tradidit.

16 Aurum quoq; dedit in mensas propositionis pro diuersitate mensurarum: similiter & argentum in alias mensas argenteas.

D 17 Ad fuscinulas quoq;, & phialas, & thuribula ex auro purissimo, & leunculos aureos pro qualitate mensuræ pondus distribuit, in leunculum & leunculum. similiter & in leones argenteos diuersum argenti pondus separauit.

18 Altari autem in quo adoletur incensum, aurum purissimum dedit: & vt ex ipso fieret similitudo quadrigæ cherubim extendentium alas, & velantium arcam fœderis Domini.

Exemplar tẽpli accepit à Deo Dauid.

19 Omnia (inquit) venerunt scripta manu Domini ad me, vt intelligerẽ vniuersa opa exemplaris.

20 Dixit quoq; Dauid Salomoni filio suo, Viriliter age, & confortare, & fac: ne timeas & ne paueas. Dominus enim Deus meus tecum erit. & non dimittet te, nec derelinquet donec perficias omne opus ministerii domus Domini.

21 Ecce diuisiones sacerdotum & leuitarum in omne ministerium domus ᵃ Domini ᵃ assistunt tibi, & parati sunt, et nouerunt tam principes quam populus ᵇ omnia præcepta tua.

ᵃ Dei
ᵇ *facere*

15[31] *Pondus auri ad candelabra, aurum quoq; ad lucernas eorum: aurum* [illegible] *erat in pondere pro singulis candelabris & lucernis*[33] *eius: argentum quoq;* [illegible] *in pondere*[34] *pro candelabro & lucernis eius, ut singulorum candelabrorum ministerium exigebat.*

16 *Deinde*[35] *aurum certo pondere ad mensas*[36] *dispositionis pro singulis scilicet mensis: sic argentum pro mensis argenteis.*

17 *Item aurum mundum pro fuscinulis, pro*[37] *peluibus sparsoriis, &*[38] *dimidiatis fistulis, & pro crateris aureis,*[39] *quemq; suo pondere.*[40] *deinde pro crateris argenteis, quemq; suo pondere.*

18 *Pro ara deinde incensi aurum purificatum*[41] *pondere,*[42] *deformationem quoq; quadrigæ cherubim aureorum qui expandebant [alas,] velabantq; arcam fœderis Domini.*

19[43] *Omnia*[44] *in deformatione ex manu Domini, quæ me intelligentem reddidit,*[45] *in omni opere deformato.*

20 *Dixit quoq; Dauid Salomoni filio suo,*[46] *Age fortiter & strenue, ne timeas, neq; animo frangaris: quia Dominus Deus meus*[47] *tecũ est:*[48] *non faciet te remissum, neq; te deseret, donec perficias uniuersum opus ministerii domus Domini.*

21 *En*[49] *ordines sacerdotum & Leuitarum*[50] *pro cuncto ministerio domus Dei [ordinati,] tecum sunt in omni opere, una cum omni qui voluntarius est sapientia & omni ministerio: deinde & principes & uniuersus populus*[51] *ad omnia ea quæ præcipis.*

31 (Et dedit aurum) in pondere pro candelabris aureis, & lucernis eorum aureis (dedit itaque) aurum.
33 i. eorum.
34 i. pro singulis candelabris & lucernis eorum.
35 sub. dedit.
36 i. in quibus ordinabantur & disponebantur panes propositionis.
37 vel, phialis.
38 Vox Hebræa significat calamos in duas partes sectos.
39 Heb. in pondere in singulos crateres.
40 Heb. & in crateres argenteos in pondere in craterem & craterem. sub. dedit argentum. q.d. dedit tantum auri & argenti quantum opus erat in singula vasa.
41 i. certo pondere.
42 & pro figura currus, i. cherubim &c. Dominus insidebat ipsis cherubim, propterea vocat currum. q.d. & pro conficiendis cherubim quib. insidebat Dominus.
43 sub. supradicta.
44 scriptura (vel scripto) manu Domini super me intelligere fecit me. i. omnia ista Dominus scripsit manu sua & digito suo, vt me ea familiariius doceret.
45 omnia inquã opera exemplaris sub. docuit me.
46 Heb. Confortare & roborare. i. Fortis esto, & viriliter age: Aggredere opus forti animo.
47 tecum erit. i. aderit tibi & fauebit.
48 non dimittet te.
49 Heb. diuisiones. i. turmæ, siue classes.
50 (tibi aderunt) in omni ministerio domus Dei, & tecum (erunt) in vniuerso opere (templi,) omnes spontanei in sapientia in &c. q.d. omnes adiuuabunt te & sacerdotes & Leuitæ: ipsi etiam artifices vltro & liberaliter offerent tibi operas suas donec quisque arte sua & industria liberales sunt ad omne opus & ministerium templi.
51 Heb. in omnibus tuis negociis (tibi aderunt.)

CAPVT XXIX.

A 1 Locutúsq; est Dauid rex ad omnem ecclesiam. Salomonem filium meum vnum elegit ᵃ Dominus, adhuc puerũ et tenellum: opus enim grande est, neq; enim homini præparatur habitatio, sed ᵇ Deo.

ᵃ Deus.
Quæ Dauid eiusq; principes obtulerant in templi ædificationem.
ᵇ *Domino*
ᶜ *autem*

2 Ego ᶜ enim totis viribus meis præparaui impensas domus Domini Dei mei. Aurum ad vasa aurea, et argentum in argentea, æs in ænea, ferrum in ferrea, ligna ad lignea: et lapides onychinos, et quasi stibinos, et diuersorum colorum, omnemq; preciosum lapidem, et marmor parium abundantissime.

3 Et super hæc quæ obtuli in domum Dei mei, de peculio meo aurum et argẽtum do in templum Dei mei, exceptis his quæ præparaui in ædẽ sanctã.

4 Tria millia talenta auri de auro Ophir: & septem millia talentorum argenti probatissimi: ad B deaurandos parietes templi.

5 Et, vbicunque est opus aurum, de auro: et vbicunq; opus est argentum, de argento opera fiant per manus artificum: et si quis sponte offert, impleat manũ suam hodie, et offerat quod voluerit Domino.

6 Polliciti sunt itaq; principes familiarum, et proceres tribuum Israel, tribuni quoq; et centuriones, et principes principum possessionum regis:

ᵈ *ved.*

7 Dederuntq; in opera domus ᵈ Domini auri talenta quinq; millia, et solidos decem millia: argenti talenta decem millia, et æris talenta decem et octo millia: ferri quoq; centum millia talentorum.

C 8 Et apud quemcunq; inuenti sunt lapides, dederunt in thesauros domus Domini, per manum Jahiel Gersonitis.

ᵉ *sua.*

9 Lætatusq; est populus, cum vota ᵉ sponte promitterent: quia corde toto offerebant ea Domino:

1 *Dixit præterea Dauid rex ad uniuersum cœtum, Salomonem filium meum unicum elegit Deus, puer est & tener: opus autem arduum: quoniam ædes illa*[1] *non hominis erit, sed Domini Dei.*

2 *Ego quidem quam maxime potui*[2] *præparaui pro domo Dei mei, aurum ad ea quæ aurea esse debent, argentum ad ea quæ argentea, æs ad ea quæ ærea, ferrum ad ea quæ ferrea, lignum ad ea quæ lignea: sed & lapides onychinos*[3] *& alios qui inserantur, lapides rubros, [variáque] pigmenta: deinde omnis [generis] lapides preciosos, lapidesq; marmoreos abunde multos.*

3 *Præter hæc verò*[4] *(quod sum propensus animo ad domum Dei mei,) est mihi peculiare quoddam*[5] *aurum & argentum quod contuli ad domum Dei mei, ultra omnia quæ præparaui pro æde*[6] *sanctuarii.*

4 *Nempe tria millia talentorum auri, auri inquam de Ophir, & septem millia talentorum argenti depurati,*[7] *ad oblinendum parietes domorum.*

5 *Porrò*[8] *aurum ad ea quæ aurea esse debent, & argentum ad ea quæ argentea, atq; vniuerso operi*[9] *[tradidi] in manum artificum*[10] *& quis hodie sua sponte consecrat manum suam Domino?*

6 *Principes ergo*[11] *patrum, & principes tribuum Israelis tribuni centuriones una cum principibus, qui præerant operi regis*[12] *sua sponte obtulerunt.*

7 *Dederuntq;*[13] *pro ministerio domus Dei auri talenta quinq; millia,*[14] *solidorum decem millia argenti, talenta decem millia, æris decem & octo millia talenta, & ferri centum millia talenta.*

8[15] *Apud quemcunq; verò inuenti sunt lapides, dederunt [eos] in thesaurum ædis Domini per manum Jehiel Gersunitæ.*

9 *Gauisus quoq; est populus*[16] *quum sua sponte tribuerent: quoniam integro ac perfecto corde sponte sua dederunt Domino.*

CAP. XXIX. 1 vel, non homini (extruetur) sed Domino Deo. 2 sub. necessaria. 3 & gemmas, & lapides fucis, & lapides diuersorum colorum: &c. i. lapides fucis similes fuco. 4 Heb. quod mihi beneplacitum sit erga &c. vel, quod diligam domum &c. 5 (in) thesauro peculiari. Gallice, en mon cabinet. 6 sanctitatis, i. pro templo sacrosancto extruendo. 7 vel, ad incrustandos parietes domunculorum. 8 sub. præstitus sum. 9 potius, quod est in manu &c. 10 & quis est qui liberaliter [illegible] exercere velit, vt impleat sub. muneribus manum suam hodie Domino? q.d. quis est qui vltro & liberaliter conferre aliquid velit, et det Domino illud pro constructione templo? q.d. si quis vltro & sponte offerre velit aliquid in opus templi Domini, afferat. 11 vel, familiarum. 12 vel, liberales se exhibuerunt. 13 in opus. 14 vel, drachmarum. Doctiores existimant vocem Hebræam significare genus monetæ argenteæ, nobis ignotæ. 15 Heb. & dederunt thesauros domus Domini quisque id quod inuentum est apud se (ex) lapidibus preciosis. 16 quod.

10 Quin & rex David gavisus est ingenti gaudio. Et gratias egit David Domino in oculis totius coetus, dixitque David, Benedictus tu Domine Deus Israelis patris nostri à seculo usque in seculum:

11 Tua Domine est magnificentia, & robur, gloria, victoria, & honor: quoniam omnia quae sunt in caelis & in terra, [tua sunt] tuum Domine est regnum, [17] tu te extollis super omnia ut sis caput.

12 Divitiae & gloria [18] coram te, & tu dominaris omnibus, in manu tua est virtus & robur: [19] in manu inquam tua, ad magnificandum & ad roborandum omnia.

13 Nunc igitur Deus noster, nos [20] confitemur tibi & laudamus nomen magnificentiae tuae,

14 Quis enim ego sum, & quis est populus meus, [21] ut exprimeremus hanc vim ad libere donandum ista, quum omnia a te sint, atque de manu tua ea tribuamus tibi?

15 Siquidem [22] advenae sumus coram te, & inquilini sicut omnes patres nostri, veluti umbra sunt dies nostri super terram, neque est ut [aliud] expectemus.

16 Domine Deus noster, omnis haec copia quam praeparavimus ut aedificemus tibi domum, nomini sanctitatis tuae, e manu tua est, [23] tuumque est universum.

17 Et novi ô Deus, quod tu cor [24] probas, & quod [25] recti [tibi] placent: ego quidem in rectitudine cordis mei sponte obtuli omnia ista, [26] & populum tuum qui nunc hic inventus est, vidi [27] contribuere tibi propenso animo, idque cum gaudio.

18 Domine Deus Abrahae, Isaac, Israelis, patrum nostrorum, [28] conserva istud in aeternum, figmentum cogitationum cordis populi tui, & dirige cor eorum ad te.

19 Sed & Salomoni filio meo da cor perfectum, ut custodiat praecepta tua, testimonia tua, & statuta tua, ut faciat [29] [ea] omnia, [30] aedificetque aedem, ad quam ego praeparavi.

20 Et ait David ad universum coetum, Gratias agite nunc Domino Deo vestro. Et gratias egerunt tota congregatio Domino Deo patrum suorum, & inclinato vertice procubuerunt coram Domino & rege.

21 Immolaverunt quoque Domino victimas, obtulerunt Domino holocausta [31] postero die post diem illum, juvencos mille, arietes mille, oves mille cum libaminibus suis [32] multa sacrificia [obtulit] universus Israel.

22 Comederunt praeterea atque biberunt [33] coram Domino eodem die, idque cum magno gaudio: [34] inauguraruntque iam secundo, Salomonem regem filium Davidis ungentes eum [35] Domino in principem, & Zadoc [36] in sacerdotem.

23 Seditque Salomon in [37] solio Domini rex pro David patre suo, & prosperè egit, & obedierunt ei omnes Israelitae.

24 Sed & omnes principes & potentes, cunctique filii regis Davidis dederunt manus suas [38] sub Salomonem regem.

25 Magnificavit autem Dominus Salomonem excellenter in oculis omnium Israelitarum, deditque ei gloriam regni qualis non ulli regi ante eum in Israele.

26 Regnavit itaque David filius Isai super omnem Israelem,

27 Et dies quibus regnavit super Israelem, [fuerunt] quadraginta anni: in Hebron regnavit septem annis, in Ierusalem vero regnavit triginta tribus.

28 Mortuus est itaque in senectute bona, [39] satur dierum, divitiarum & gloriae: & regnavit Salomon filius eius pro eo.

29 Porrò res gestae à Davide rege, priores & posteriores, en illae scriptae sunt in libro annalium Samuelis videntis, atque [40] in rebus Nathan prophetae, & in rebus Gad videntis.

30 Una [41] cum universo regno eius, & potentia eius, atque [42] temporibus quae transierunt super ipsum & super Israelem, & super cuncta regna terrarum.

10 Sed & David rex laetatus est gaudio magno. Et benedixit Domino coram universa multitudine: & ait, Benedictus es Domine Deus Israel patris nostri ab aeterno in aeternum. *Davidis gratiarum actio, & oratio.*

11 Tua est Domine magnificentia, & potentia, & gloria, atque victoria, & tibi laus: cuncta enim quae in caelo sunt, & in terra, tua sunt, tuum Domine regnum, & tu es super omnes principes,

12 Tuae divitiae, & tua est gloria: tu dominaris omnium, in manu tua est virtus & potentia, in manu tua magnitudo & imperium omnium.

13 Nunc igitur Deus noster confitemur tibi & laudamus nomen tuum inclytum. D

14 Quis ego, & quis populus meus, ut possimus haec tibi universa promittere? tua sunt omnia: & quae de manu tua accepimus, dedimus tibi. *Deo damus quae ab eo prius accepimus.*

15 Peregrini enim sumus coram te & advenae, sicut omnes patres nostri. Dies nostri quasi umbra super terram, & nulla est mora. *Dies nostri. Sapientiae 2.b.*

16 Domine Deus noster omnis haec copia quam paravimus, ut aedificaretur domus nomini sancto tuo, de manu tua est, & tua sunt omnia.

17 Scio Deus meus quòd probes corda, & simplicitatem diligas, unde & ego in simplicitate cordis mei laetus obtuli universa haec: & populum tuum, qui hic repertus est, vidi cum ingenti gaudio tibi offerre donaria. *Cor rectum & simplex aspicit Deus.*

E

18 Domine Deus Abraham, & Isaac, & Israel patrum nostrorum, custodi in aeternum hanc voluntatem cordis eorum, & semper in venerationem tui mens ista permaneat. *Petit à Deo David ut perpetuo donet Israeli rectam mentem.*

19 Salomoni quoque filio meo da cor perfectum, ut custodiat mandata tua, testimonia tua, & ceremonias tuas, & faciat universa: & aedificet aedem, cuius impensas paravi.

20 Praecepit autem David universae ecclesiae, Benedicite Domino Deo [a] nostro. Et benedixit omnis ecclesia Domino Deo patrum suorum: & inclinaverunt se, & adoraverunt [b] Deum, & deinde regem. *Ut laudent Deum hortatur David populum.* [a] *vestro.* [b] *Dominum.*

21 Immolaveruntque victimas Domino: & obtulerunt holocausta die sequenti, tauros mille, arietes mille, agnos mille cum libaminibus suis, & universo ritu abundantissimè in omnem Israel. F

22 Et comederunt, & biberunt coram Domino in die illa cum grandi laetitia, & unxerunt secundò Salomonem filium David. Unxerat autem eum Domino in principem, & Sadoc in pontificem. *Comedere & bibere coram Domino in laetitia.*

23 Seditque Salomon super solium Domini in regem pro David patre suo, & cunctis placuit: & paruit illi omnis Israel. *Secundo ungitur Salomon. 3. Reg. 1. c*

24 Sed & universi principes & potentes, & cuncti filii regis David dederunt manum, & subiecti fuerunt Salomoni regi.

25 Magnificavit ergo Dominus Salomonem super omnem Israel: & dedit illi gloriam regni, qualem nullus habuit ante eum rex Israel. G

26 Igitur David filius Isai regnavit super universum Israel. *Tempus regni Davidis. 3. Reg. 2. c*

27 Et dies quibus regnavit Israel, fuerunt quadraginta anni: in Hebron regnavit septem annis, & in Ierusalem annis triginta tribus. *Moritur David, cui succedit Salomon.*

28 Et mortuus est in senectute bona, plenus dierum, & divitiis, & gloria: & regnavit Salomon filius eius pro eo.

29 Gesta autem David regis priora & novissima scripta sunt in libro Samuelis videntis, & in libro Nathan prophetae, atque in volumine Gad videntis:

30 Universique regni eius & fortitudinis, & temporum quae transierunt sub eo, sive in Israel, sive in cunctis regnis terrarum. *Libri Nathan & Gad prophetarum.*

17 & exaltatio super omnes qui sunt in caput, id est super omnes principes.
18 sunt à conspectu tuo. i. veniunt a te
19 vel, in potestate tua est magnificare & corroborare omnes, q.d. potest omnes magnos reddere, & eorum magnitudinem confirmare.
20 .i. damus tibi laudem.
21 ut praevaleremus virtute ad offerendum sponte & ultro sicut hoc, &c. i. ut tantam libertatem, quanta est ista, ostendere valeremus
22 .i. tenuis admodum fortunae
23 vel, atque adeo tua sunt omnia.
24 vel, scrutans.
25 Heb. rectitudines.
26 nunc ergo.
27 cum gaudio. ut libertatem exercere ergo te. vel, quum liberalitatem &c. q. Consideravi libenter populum paratum offerre tibi ultro munera.
28 Heb. custodi. custodiam hanc, (id est) imaginationem &c. q.d. da populo tuo bonam mentem perpetuò.
29 potius subaudiendum, alia.
30 vel, aedificet palatium (vel templum) illud quod praeparavi. i. ad cuius [illegible] omnia necessaria comparavi
31 Heb in crastino diei illius.
32 & victimas (alias) quamplurimas universo Israeli.
33 i. ante arcam foederis.
34 Hebr. & Regnare fecerunt secunda vice. i. secundò,
35 .i. in gratiam Domini.
36 sub. magnum .i. in pontificem.
37 solium Domini vocat Solium Davidis, quod eum Dominus constituerat regem super Israelem.
38 sub Salomone rege .i. paruerunt Salomoni.
39 .i. plenus dierum ad saturitatem usque.
40 [illegible] in libro [illegible], in historia Samuelis, & in historia Nathan &c. 41 Id est, cum omni eius regnandi ratione. 42 Id est, cum afflictionibus quas ipse & Israel pertulit.

SECVNDVS LIBER PARALIPOMEnon, Hebraicè Dibre haiamim.

Argumentum libri secundi Chronicorum.

Secundo libro Chronicorum percurrit Hezra progressum & finem Regni Iudæ vsque ad annum reditus à captiuitate Babylonica. Estq; annorum quadringentorum septuaginta duorum: vltimus vero annus cum Hezra communis est, nempe: A Salomone ad deportationem secundæ Anni 402. Anni captiuitatis 70. Cyri Regis Persidis, Annus 1.

CAPVT I.

A *Oblatio Salomonis in Gabaon.* 3. Reg. 3. a. * *Deus eius*

CONFORTATVS est ergo Salomon filius Dauid in regno suo, & Dominus * erat cũ eo, & magnificauit eum in excelsum.

2 Præcepitq; Salomon vniuerso Israeli, tribunis, & centurionibus, & ducibus, & iudicibus omnis Israel, & principibus familiarum:

Tabernaculũ in Gabaon. * *Dei,* * *Domini*

3 Et abiit cum vniuersa multitudine in excelsum Gabaon, vbi erat tabernaculum fœderis * Domini,' quod fecit Moyses famulus * Dei, 'in solitudine.

4 Arcam autem Dei adduxerat Dauid de Cariath-iarim in locum quem præparauerat ei, & vbi

B fixerat illi tabernaculum, hoc est, in Ierusalem.

Exod. 38. a.

5 Altare quoq; æneum, ‖ quod fabricatus fuerat Beseleel filius Vri filii Hur, ibi erat coram tabernaculo Domini: quod & requisiuit Salomon, & omnis ecclesia.

6 Ascenditq; Salomon ad altare æneum, coram tabernaculo fœderis Domini, & obtulit in eo mille hostias.

Deus hortatur Salomonem, vt ab ipso petat quod velit

7 Ecce autem in ipsa nocte apparuit ei Deus, dicens, Postula quod vis, vt dem tibi.

8 Dixitq; Salomon Deo, Tu fecisti cum Dauid patre meo misericordiam magnam: & constituisti me regem pro eo.

9 Nunc ergo Domine Deus impleatur sermo

C tuus, quem pollicitus es Dauid patri meo: tu enim me fecisti regem super populum tuum multum, qui tam innumerabilis est, quàm puluis terræ.

Salomon petit à Deo sapientiam & scientiam ad discernendas lites populi. 3. Par. 18. b. Sapien. 9. b.

10 ‖ Da mihi sapiẽtiã & intelligentiã, vt ingrediar & egrediar corã populo tuo: quis enim potest hunc populũ tuum digne, qui tam grandis est, iudicare?

11 Dixit autem Deus ad Salomonem, Quia hoc magis placuit cordi tuo, & non postulasti diuitias, & substantiam, & gloriam, neq; animas eorũ qui te oderant, sed nec dies vitæ plurimos: petisti autem sapientiam & scientiam, vt iudicare possis populum meum, super quem constitui te regem.

12 Sapientia & scientia data sunt tibi: diuitias autem, & substantiam, & gloriam dabo tibi, ita vt

D nullus in regibus nec ante te, nec post te fuerit similis tui.

3. Reg. 10. d. *Numerus curruum & equitũ Salomonis.*

13 ‖ Venit ergo Salomon ab excelso Gabaon in Ierusalem coram tabernaculo fœderis, & regnauit super Israel.

14 Congregauitq; sibi currus & equites, & facti sunt ei mille quadringenti currus, & duodecim millia equitum: & fecit eos esse in vrbibus quadrigarum, & cum rege in Ierusalem.

Argenti, auri & cedrorum maxima copia Ierosolymis. 3. Reg. 10. d.

15 Præbuitq; rex argentum & aurũ in Ierusalem quasi lapides, & cedros quasi sycomoros, quæ nascuntur in campestribus multitudine magna.

16 Adducebantur autem ei equi de Ægypto,

* & * de Coa, à negotiatoribus regis,

17 Qui ibant, & emebant pretio, quadrigam equorum sexcentis argenteis, & equum centũ, quinquaginta: similiter de vniuersis regnis * Cethæorum,' & a regibus Syriæ emptio celebrabatur.

* *Hethæorum,*

C'ORROBORATVS' est ergo Solomon filius Dauidis in regno suo, fuitq; Dominus Deus eius cum eo, & extulit eum vehementer. 1 vel, Confirmatus

2 Dixitq; Solomon ad vniuersum, (id est) ad tribunos, ad centuriones, ad iudices, 2 & ad omnes qui excellentes fuerunt in omni Israele,' & ad 3 capita patrum.' 2 & ad omnes duces qui erant super omnem Israelem. vel, & omnibus ducibus vniuersi Israelis. 3 principes familiarum.

3 'Abieruntq;' Solomon & omnis cœtus cum eo 4 in excelsum' quod erat in Gibeon: nam illic erat tentorium 5 constitutionis' Dei, quod fecerat Moses seruus Domini in deserto.' 4 i. ad altare. Hæc vox excelsum, frequenter in malam partem accipitur. hic vero in bonam. 5 fœderis

4 Equidẽ arcam Dei adduxerat David de Kiriathiearim 6 ad eum (locum) quem parauerat ei 'Dauid:' ipse enim tetenderat ei tentorium Ierosolymis. 6 Heb. quum præparasset ei (locum) Dauid

5 Altare quoque aneum quod fecerat Bezaleel filius Vri filii Hur, erat ibi coram tabernaculo Domini, 7 quod quæsiuit' Solomon & cœtus. 7 & requisiuit illud. sub. altare æneum, vel tabernaculum aut eum Dominum.

6 Et ascendit Solomon ibi ad aram aneam in conspectu Domini, quæ erat 8 coram tentorio constitutionis,' & sacrificauit super illam mille holocausta. 8 in tentorio fœderis,

7 Apparuit autem Deus eadem nocte Solomoni, & dixit ad eum, 'Postula quod tibi dem.

8 Et dixit Solomon Deo, Tu exhibuisti patri meo Dauidi magnam 9 beneficentiam,' constituistique me regem loco eius. 9 Heb. misericordiam,

9 10 'Ratum' ergo nunc sit verbum ô Domine Deus, (quod loquutus es) ad patrem meum Dauidem: quia tu constituisti me regem super populum, qui tam multus est, quam puluis terræ. 10 firmũ. aut, Stabile

10 Da mihi ergo sapientiam & scientiam, 11 vt egredi & ingredi possim coram populo isto: nam quis 12 iudicaret' populum istum tuum tam ingentem? 11 i. vt versari possim in populo hoc omni tẽpore vt regem decet. 12 vel, iudicare posset. sub. sine tuo fauore & summa prudentia.

11 Et dixit Deus ad Solomonem, Quandoquidem istud fuit in corde tuo, vt non postulares diuitias, opes & gloriam, neque animam inimicorum tuorum, sed nec dies multos postulares: postulares autem tibi sapientiam & scientiam, vt iudicare posses populum meum, super quem te regem constitui.' 13 quales (sub. diuitiæ) nõ fuerunt. Vertietiam posset, id quod nõ contigit regibus qui fuerunt ante te, neq; iis qui erũt post te, contingẽt.

12 Sapientia & scientia data est tibi, diuitias quoque, opes & gloriam dabo tibi, 13 qualis non fuit in regibus qui fuerunt ante te, neque post te 14 fiet talis 14 erunt sic. i. non erunt tantæ diuitiæ cuiqui.

13 Venit itaque Solomon ab excelso quod erat in Gibeon Ierosolymam a conspectu 15 tentorii constitutionis.' & regnauit super Israelem. 15 tabernaculi fœderis, 16 i. secũ, siue apud se.

14 Congregauitq; Solomon currus & equites habuitque currus mille & quadringentos, duodecimque millia equitum, quos collocauit in vrbibus curruum, & 16 cum rege' in Ierusalem. 17 Dedit. vel, Posuit

15 17 Adduxit' itaque rex argentum & aurum in Ierusalem quasi lapides: sic quoque ligna cedrina 17 adduxit' veluti sycomoros, 18 quorum magna copia (crescit) in campestribus.' 18 quæ nascuntur in loco campestri, in copia. siue abundantia. Illud, in abundantia, referetur ad verbum præcedens posuit, vel dedit. q. d. fuit magna abũdantia auri & argenti, & cedrorum.

16 Porrò 19 equi Solomoni educti sunt ex Ægypto: nam societas mercatorum quos habebat rex, accipiebat byssum' per commutationem. 19 Heb. egressus (vel, eductio) equorum qui erant Salomoni,

17 20 Ascenderunt itaque & exiuerunt ex Ægypto quadriga quæq; sexcentis argenteis, & equus centum & quinquaginta: sic educebant 21 manibus suis omnibus regibus Hithæorum, & regibus Aram.

(erat) ex Ægypto, & tela byssina: mercatores regis congregationem capere solebant precio. vel, permutatione. i. Salomoni educebantur equi ex Ægypto, & tela byssina: mercatoresq; regis Salomonis capere solebant congregationem equorum & telæ byssinæ precio & permutatione aliarum rerum quas ferebant in Ægyptum. 20 Heb. Ascendebant itaq;, & educebant de Ægypto currum pro sexcentis argenteis, & equum pro cẽtum &c. Per currum, singulas quadrigas intelligit. quemadmodum & per equum, singulos equos. Quadriga continebat quatuor equos: ea constabat sexcentis nummis argenteis. Singuli igitur equi cõstabant centũ quinquaginta argẽteis. 21 Heb. omnes reges Hethæorũ & reges Syriæ per manũ eorũ (i. opera mercatorũ Salomonis) quadrigas & equos ex Ægypto.

CAPVT II.

1 *STatuit autem (apud sese) Salomon extruere ædem nomini Domini, deinde & [2] domum pro regno suo.*

2 *Numerauitque Salomon septuaginta millia virorum qui baiularent, & octoginta millia virorum [3] cæsorum in monte, & tria millia ac sexcentos [3] eorum qui illis instarent.*

3 *Misit itaque Salomon ad Huram regem Zor hisce mandatis, Quemadmodum egisti cum Dauide patre meo, [4] cui misisti [5] cedros, ex quibus ædificaret sibi domum [6] in qua habitaret.*

4 *En ego [7] extructurus ædem nomini Domini mei Dei, quam ei consecrem, incensumque adoleam coram eo aromaticum, [8] & vt ordinentur (panes) perpetuò, atque fiant holocausta mane & vespere, sabbathis, & neomeniis, & festis Domini Dei nostri, [9] atque hoc perpetuo sit in Israele.*

5 *Domus verò quam ego [10] ædificabo magna erit, quia magnus est Deus noster supra omnes deos.*

6 [11] *Quis verò tanta præditus est virtute, vt ædificet ei domum, cum [12] cæli, cælorumque cæli illum non comprehendant? quis sum ego vt ædificem ei domum? [13] sed ad offerendum incensum coram eo.*

7 *Mitte igitur mihi virum [14] industrium, qui sciat operari in auro & argento, in ære & ferro, in purpura, coccino, & hyacintho, quique sciat [15] scalpere sculpturas, vnà cum [16] sapientibus qui sunt mecum in Iehuda & Ierusalem, [17] quos præparauit pater meus.*

8 *Mitte quoque mihi ligna cedrina, [18] pinea, & algumim de Libano: scio enim seruos tuos gnaros esse cædendorum lignorum in Libano, & ecce serui mei [19] (erunt) cum seruis tuis.*

9 *Vt præparent mihi ligna multa, quoniam domus quam ego ædifico magna erit & [20] præcipua.*

10 *Ecce verò pro sectoribus & cæsoribus lignorum [21] dedi tritici [22] contusi seruis tuis [23] cororum viginti millia, & hordei cororum viginti millia, vini batorum viginti millia, & olei batorum viginti millia.*

11 *Respondit autem Hiram rex Zor [24] per scriptum quod misit Salomoni: Quandoquidem Dominus dilexit populum suum, posuit te regem super eos.*

12 *Dixitque rursus Hiram: Laudandus Dominus Deus Israelis, qui fecit cælum & terram, quique dedit Dauidi regi filium sapientem, [25] scientem, intelligentem & prudentem, qui extruat domum Domino, & [26] domum pro regno suo.*

13 *Mitto igitur virum sapientem & intelligentia præditum, (qui) vsus est pater meus Hiram,*

14 *Filium mulieris [27] de filiabus Dan, cuius pater fuit [28] Tyrius, qui operari sciat in auro & argento, in ære & ferro, in lapidibus & lignis, in purpura & hyacintho, in bysso & coccino, (sciatque quoque) sculpere picturas variam, [29] & excogitare omnis generis opus ingeniosum, quod propositum ei [30] à sapientibus tuis, atque à sapientibus Domini mei Dauidis patris tui.*

15 *Nunc ergo triticum & hordeum, oleum & vinum, de quo dixit Dominus meus mittat seruis suis.*

16 *Nos verò secabimus ligna in Libano, quotquot tibi necessaria fuerint, adducemusque ea tibi in ratibus [31] per mare ad Iapho, tuque [32] feres ea Ierosolymam.*

17 *Et numerauit Salomon omnes viros [33] aduenas qui erant in terra Israel, post numerationem illorum quam numerauerat pater eius, inuentique sunt centum & quinquaginta millia, tria millia & sexcenti.*

1 DEcreuit autem Salomon ædificare domum nomini Domini, & palatium sibi.

2 Et numerauit septuaginta millia virorum portantium humeris, & octoginta millia qui cæderent lapides in montibus, præpositosque eorum tria millia sexcentos.

3 Misit quoque ad Hiram regem Tyri, dicens: Sicut egisti cum Dauid patre meo, & misisti ei ligna cedrina, vt ædificaret sibi domum, in qua & habitauit.

4 Sic fac mecum vt ædificem domum nomini Domini Dei mei, vt consecrem eam ad adolendum incensum coram illo, & fumiganda aromata, & ad propositionem panum sempiternam, & ad holocaustomata mane & vespere, sabbathis quoque, & neomeniis, & solennitatibus Domini Dei nostri in sempiternum, quæ mandata sunt Israeli.

5 Domus enim quam ædificare cupio, magna est: magnus est enim Deus noster super omnes deos.

6 Quis ergo poterit præualere, vt ædificet ei dignam domum? si cælum, & cæli cælorum capere eum nequeunt: quantus ego sum, vt possim ædificare ei domum? sed ad hoc tantum, vt adoleatur incensum coram illo.

7 Mitte ergo mihi virum eruditum, qui nouerit operari in auro & argento, ære & ferro, purpura, coccino, & hyacintho, & qui sciat sculpere cælaturas cum his artificibus quos mecum habeo in Iudæa & Ierusalem, quos præparauit Dauid pater meus.

8 Sed & ligna cedrina mitte mihi, & arceuthina, & pinea de Libano: scio enim quod serui tui nouerint cædere ligna de Libano, & erunt serui mei cum seruis tuis.

9 Vt parentur mihi ligna plurima. domus enim quam cupio ædificare, magna est nimis & inclyta.

10 Præterea operariis qui cæsuri sunt ligna, seruis tuis dabo in cibaria tritici coros viginti millia, & hordei coros totidem, * olei quoque sata viginti millia.

11 Dixit autem Hiram rex Tyri per literas, quas miserat Salomoni, Quia dilexit Dominus populum suum, ideirco te regnare fecit super eum.

12 Et addidit, dicens: Benedictus Dominus Deus Israel, qui fecit cælum & terram, qui dedit Dauid regi filium sapientem & eruditum & sensatum atque prudentem, vt ædificaret domum Domino, & palatium sibi.

13 Misi ergo tibi virum prudentem & scientissimum Hiram patrem meum,

14 Filium mulieris de filiabus Dan: cuius pater fuit Tyrius, qui nouerit operari in auro & argento, ære & ferro, & marmore, & lignis, in purpura quoque & hyacintho, & bysso & coccino: & qui sciat cælare omnem sculpturam, & adinuenire prudenter quodcunque in opere necessarium est cum artificibus tuis, & artificibus domini mei Dauid patris tui.

15 Triticum ergo, & hordeum, & oleum, & vinum, quæ pollicitus es domine mi, mitte seruis tuis.

16 Nos autem cædemus ligna de Libano, quot necessaria habueris, & applicabimus ea ratibus per mare in Ioppen: tuum autem erit transferre ea in Ierusalem.

17 Numerauit igitur Salomon omnes viros proselytos qui erant in terra Israel, post dinumerationem quam dinumerauit Dauid pater eius: & inuenti sunt centum quinquaginta tria millia & sexcenti.

A *Artifices Salomonis.* *Misit Salomon ad Hiram regem Tyri pro lignis & artificibus.* 3. Reg. 5. a. B *Templum ædificaturum, magnitudine Dei incomparabile.* C * *& vini viginti millia metretas.* *Hiram promittit ligna Salomoni.* *Numerus aduenarum.*

1 templum. 2 palatium. 3 præfectorum super illos. Hic præpositorum trecenti ponuntur vltra numerum qui est in Regibus. Verum illic non ponuntur præpositi præpositorum, vt solebant Hebræi. 4 vel, mittendo illi. 5 vel, ligna cedrina. 6 sub. sic age mecum. Est enim locutio imperfecta. 7 ædificaturus sum. 8 Heb. & ad dispositionem dispositionem (panum) iugiter. 9 Heb. in æternum, hoc est, super Israelem, i. Israel tenetur hoc facere perpetuo, q.d. Israel tenetur offerre sacrificia Domino Deo in æternum propter beneficia ab eo accepta. 10 vel, ædificaturus sum. 11 q.d. Nemo mortalium poterit ædificare illi domum eo dignam. 12 Per cælum, autem per cælos cælorum, corpora illa cælestia intelligit. 13 sub. non propterea ædifico domum illi ut ea comprehendatur Deus ille meus, sed vt adoleam incensum aromaticum, & sacrificia illum colam. Per incensum, reliqua intelligit quæ sunt in templo. 14 vel, peritum 15 sub. in auro, & lapillis pretiosis. 16 vel, industriis artificibus. 17 sub. a, sicut vel, quæ occurrat, argentum, &c. 18 abiegna, & pinea, sunt pinea arbores. Sunt qui Hebr. algumim vocant. Verum algumim benignificare corallium. Verum de arboribus hoc nō probatur, quum

de Libano loquatur, & corallium id tam nascatur, postea durescat in lapidem. 19 vel, (aderunt) 20 vel, admirabilis. 21 vel, daturus sum. Præteritum pro futuro, decreui dare. 22 [illegible] 23 Corus, mensura aridorum, continet decies [illegible] 24 [illegible] Continet bath tria sata. 24 vel, per epistolam, quam. 25 [illegible] 26 [illegible] Tyrius tamen [illegible] 30 [illegible] 31 ad mare Ioppe, vel, ad portum maris Iaphe. 32 vel, deportanda curabis. 33 [illegible] 33 vel, [illegible]

18 Fecitque ex eis septuaginta millia, qui humeris onera portarent, & octoginta millia qui lapides in montibus cæderent: tria autem millia, & sexcentos præpositos operum populi.

18 *Et fecit ex eis septuaginta millia oneribus ferendis, & octoginta millia qui [14] cæderent in monte, tria deinde millia atque sexcentos [15] exactores, qui populum ad laborem vrgerent.*

14 sub. lapides. 15 vel, præfectos.

CAPVT III.

A

Templum ædificatur.

3. Reg. 6. a
2. Reg. 24. d
1. para. 21. d

1 ET cœpit Salomon ædificare domum Domini in Jerusalem, in Monte moriæ, qui demonstratus fuerat Dauid patri eius, in loco quem parauerat Dauid in area Ornan Jebusæi.

2 Cœpit autem ædificare mense secundo, anno quarto regni sui.

3 Et hæc sunt fundamenta quæ iecit Salomon, vt ædificaret domum Dei, longitudinis cubitos in mensura prima sexaginta, latitudinis cubitos viginti.

4 Porticum verò ante frontem, quæ tendebatur in longum iuxta mensuram latitudinis domus,
B
cubitorum viginti: porro altitudo centum viginti cubitorum erat: & deaurauit eam intrinsecus auro mundissimo.

5 Domum quoq; maiorem texit tabulis ligneis abiegnis: & laminas auri obrizi affixit per totum: sculpsitque in ea palmas, & quasi catenulas se inuicem complectentes.

6 Strauit quoque pauimentum templi pretiosissimo marmore, decore multo.

7 Porrò aurum erat probatissimum, de cuius laminis texit domum, & trabes eius, & postes, & parietes, & ostia: & cælauit cherubim in parietibus.

8 Fecit quoq; domum Sanctisanctorum longitudinem iuxta latitudinem domus, cubitorum viginti: & latitudinem similiter viginti cubitorum: & laminis aureis texit eam, quasi talentis sexcentis.

C
9 Sed & clauos fecit aureos, ita vt singuli claui siclos quinquagenos appenderent: cœnacula quoque texit auro.

10 Fecit etiam in domo Sanctisanctorum cherubim duos, opere statuario: & texit eos auro.

11 Alæ cherubim viginti cubitis extendebantur, ita vt vna ala haberet cubitos quinque, & tangeret parietem domus: & altera quinque cubitos habens, alam tangeret alterius cherub.

12 Similiter cherub alterius ala, quinque habebat cubitos, & tangebat parietem: & ala eius altera quinq; cubitorum, alam cherub alterius contingebat.

D
13 Igitur alæ vtriusque cherubim expansæ erant, & extendebantur per cubitos viginti: ipsi autem stabant erectis pedibus, & facies eorum erant versæ ad exteriorem domum.

Matth. 27. f
14 Fecit quoque velum ex hyacintho, purpura, cocco, & bysso: & intexuit ei cherubim.

Iere. 52. c. f
15 Ante fores etiam templi duas columnas, quæ triginta & quinque cubitos habebant altitudinis: porro capita [illegible]m. quinque cubitorum.

1 COEpit itaque Salomon ædificare domum Domini [1] Jerusalem in monte Moria, [2] vbi apparuerat Dominus [3] Dauidi patri eius, in loco quem parauerat Dauid in [4] horreo Ornan Jebusæi.

2 *Cœpit autem ædificare mense [5] secundo, [6] in secundo (inquam) anno quarto regni sui.*

3 *[7] Hæc autem sunt in quibus Salomon edoctus fuit vt ædificaret domum Dei: [8] longitudo cubitorum [9] fuit prima mensura, cubitorum inquam sexaginta, latitudo vero cubitorum viginti.*

4 *Porticus quæ erat [8] ante faciem longitudinis, secundum latitudinem adu viginti erat cubitorum: [9] altitudo eius centum & viginti, obduxitque intus auro mundo.*

5 *Domum vero maiorem [10] obduxit ligno abiegno, [11] quã texit auro [12] bono, & [13] addidit illi palmas & [14] catenas.*

6 *Operuit præterea [15] ædem lapidibus preciosis ad decorem:*

7 *Aurum verò erat aurum de [16] Paruaim: obduxit inquam domum, trabes, postes, parietes eius & ostia eius auro, sculpsitque cherubim in parietibus.*

8 *Fecit & domum [17] Sanctisanctorum, cuius longitudo erat in facie [18] latitudinis adu cubitorum viginti: & latitudo eius erat cubitorum viginti: obduxitque ipsum auro bono, talentis scilicet sexcentis.*

9 *Porrò pondus [19] clauorum habuit quinquaginta siclos auri: obduxit & cœnacula auro.*

10 *Fecit præterea intra sanctum sanctorum duos cherubim opere [20] artificioso, & [21] obduxit eos auro.*

11 *Longitudo alarum cherubim erat viginti cubitorum: vna enim ala erat quinque cubitorum, pertingens ad parietem [22] [illegible], & ala altera similiter erat quinque cubitorum, pertingens ad [23] alam alterius cherub.*

12 *Sic ala cherub alterius quinque erat cubitorum, pertingens ad parietem domus: & ala altera quinque cubitorum adhærens alæ alterius cherub.*

13 *Alæ itaque cherubim istorum erant extensæ cubitis viginti: ipsi autem stabant pedibus suis, erantque facies eorum [24] intrò (versæ.)*

14 *Fecit quoque [25] velum ex hyacintho, purpura, coccino, & bysso, & [26] induxit ei cherubim.*

15 *Ante autem [illegible] duas columnas longitudine cubitorum triginta quinque. [27] quod vero obducebat [illegible] capitulum eius, cubitorum quinque.*

16 *Fecit insuper catenas [28] iuxta rationem, & posuit [29] in capite columnarum: fecitque malogranata centum, & [30] posuit in catenis.*

17 *[illegible] columnas in prospectu [31] templi, vnam à dextra, alteram à sinistra: vocauit nomen dextræ Jachin, sinistræ Boos.*

16 Nec non & quasi catenulas in oraculo, & superposuit eas capitibus columnarum: malogranata etiam centum, quæ catenulis interposuit. 17 Ipsas quoq; columnas posuit in vestibulo templi, vnam à dextris, & alteram à sinistris: eam quæ à dextris erat, vocauit Jachin: & quæ ad læuam, vocauit Booz.

CAPVT III. 1 qui monstratus fuerat Dauidi. 2 sua area. 3 l. Apud. 4 secunda scilicet die mensis. 5 Hæ sunt (dimensiones) quibus fundatus est Salomon ad ædificandum, &c. vel, Hæ sunt (dispositiones) quibus fundauit Salomon [illegible] fundamenta templi [illegible] 6 [illegible] 7 [illegible] & deaur. q. d. quando [illegible] fundamenta, [illegible] dytum [illegible]

quitur de altitudine vsque ad primum tabulatum. 10 vel, texit. Templum tres habebat partes, Vlam, hecal & debir. Vlam porticus erat [illegible] templum propriè dictum: Debir autem, oraculum seu adytum, siue sanctasanctorum. Domum maiorem intelligit hecal. [illegible] partes, vestibulum & oraculum. 11 sub. ligno abiegno siue, quas tabulis abiegnis. 12 vel, optimo. 13 Heb. ascendere [illegible] illa auro. 14 nam palmæ illæ erant opere catenato. 15 sub. illam maiorem. 16 Numero duali dicitur [illegible] [illegible] 17 [illegible] 19 [illegible] erat opus ad obducendos parietes [illegible] 20 [illegible] 23 [illegible] etiam corpus ipsorum cherubim. 24 [illegible] sanctisanctorum [illegible] Regum legitur [illegible] in faciem alterius. Hic verò, facies eorum versæ [illegible] ad parietes illos qui erant in lateribus. nam cherub qui erat in parte [illegible] parietem lateris dextri. Concordant igitur loca. 25 [illegible] 26 Heb. [illegible] velo aliquot cherubim. 27 Hebr. capitellum verò [illegible] columnarum. Hoc loco, huius libri author loquitur de longitudine ambarum columnarum simul, [illegible] in Regibus, vbi hæ columnæ [illegible] capitellis. 28 Heb. [illegible] 29 [illegible] 30 [illegible] malogranata inclusit [illegible] Duo ordines erant [illegible] centum. [illegible] in Regibus [illegible] capitellis. 31 id est, hecal, [illegible] domus magna.

CAPVT IV.

1 *ET fecit altare aeneum, cuius longitudo erat viginti cubitorum, latitudo eius viginti cubitorum, altitudo verò eius cubitorum decem.*

2 *Fecit quoq; mare fusum, habens decem cubitos [1] à labio suo ad labium suum,' rotundum circumquaque: altitudo eius quinq; cubitorum, & linea triginta cubitorum cingebat ipsum per ambitum.*

3 *[2] Effigies quoq; boum' erat subter ipsum per ambitum [3] qui ambiebant ipsum, decem cubitu circumibant mare per ambitum.' duo ordines erant boum fusi [4] in fusura eius.'*

4 *Stabat super duodecim boues, tres vertebant faciem ad Septentrionem, tres respiciebant ad Occidentem, tres versi erant ad Meridiem, & tres respiciebant ad Orientem, eratq; mare illud supra impositum: [5] posteriora autē eorum omnia erant introrsus.'*

5 *Crassities eius palmum habebat, & labium eius [6] erat fabrefactum vt labium crateris germinante lilio,' capiebatq; batorum [7] tria millia.*

6 *Fecit insuper decem [8] labra.' & posuit quinque à dextra, & quinque à sinistra, vt lauarent & abluerent in eis [9] opus holocausti.' mare autem vt in eo lauarent sacerdotes.*

7 *Fecit quoq; decem aurea candelabra [10] iuxta normam eorum,' & posuit [11] in templum,' quinq; à dextris, & quinq; à sinistris.*

8 *Fecit deinde decem mensas, posuitq; in templum, quinque à dextris, & quinq; à sinistris: fecit [12] pelues quoq; sparsorias' aureas centum.*

9 *Fecit & atrium sacerdotum, & atrium magnum, addens [13] atrio' ianuas, ianuasq; eorum obduxit aere.*

10 *Porrò mare posuit à latere dextro ad Orientem, ex aduerso Meridiei.*

11 *Fecit quoq; Hiram lebetes, scopas, & pelues sparsorias, absoluitq; Hiram opus quod fecerat regi Salomoni [14] in aede Dei.*

12 *[15] Columnas' duas, [16] & epistylia rotunda cum coronamentis' super [17] capita' columnarum duarum, & reticula duo ad tegendum [18] epistylia duo rotunda, & coronamenta' quae erant super capita columnarum.*

13 *Mala punica quadringēta in duobus [19] retibus,' duos nempe ordines malorum punicorum [20] vnicuiq; reti,' vt tegerent duo [21] epistylia & coronamenta' quae erant in summitate columnarum.*

14 *Fecit & [22] machinas,' [23] posuitq; labra sup machinas'.*

15 *Mare vnum, & boues duodecim subter ipsum.*

16 *Lebetes quoq; & scopas, [24] fuscinulas,' & omnia instrumenta eorum fecit Hiram pater [25] eius' regi Salomoni pro aede Domini ex aere purificato.*

17 *In [26] campis planis ad Iordanem fudit ea rex, [27] in argilla densa' inter Succoth & Zeredatha.*

18 *Fecit Salomon vasa ista omnia, [28] eaq; multa admodum:' non potuit enim [29] pondus aeris inuestigari.*

19 *Fecit inquam Salomon omnia vasa quae (pertinebant) ad domum Dei, & aram auream, mensas & super eas panes [30] faciērum.'*

20 *Candelabra quoq; & lucernas eorum (ex) auro puro, [31] vt lucerent pro more coram adyto.'*

21 *Et [32] flosculenta,' [33] lucernaeq; atq; emunctoria aurea erant, idq; ex perfectissimo auro.*

22 *[34] Fecit quoq; & pelues sparsorias,' & cochlearia' [35] ignis receptacula' ex auro puro. [36] ostium quoque adis*

1 FEcit quoque altare aeneum viginti cubitorum longitudinis, & viginti cubitorum latitudinis, & decem cubitorum altitudinis. A

2 Mare etiam aeneum fusile decem cubitis à labio vsq; ad labium, rotūdum per circuitum: quinque cubitos habebat altitudinis, & funiculus triginta cubitorum ambiebat gyrum eius.

3 Similitudo quoque boum erat subter illud: & decem cubitis quaedam extrinsecus caelaturae, quasi duobus versibus [a] labium' maris circumibant. Boues autem erant fusiles.

4 Et ipsum mare super duodecim boues impositum erat, quorum tres respiciebant ad Aquilonē, & alii tres ad Occidentem: porrò tres alii Meridiē, & tres qui reliqui erant, Orientem, habentes mare superpositum: posteriora autem boum erant intrinsecus sub mari. B

5 Porrò vastitas eius habebat mensuram palmi, & labium illius erat quasi labium calicis, vel repandi lilii: capiebátq; tria millia metretas.

6 Fecit quoque conchas decem: & posuit quinque à dextris, & quinq; à sinistris, vt lauarent in eis omnia quae in holocaustum oblaturi erant: porrò in mari sacerdotes lauabantur.

7 Fecit autem & candelabra aurea decem, secūdum speciem qua [b] iusserat' fieri: & posuit ea in tēplo, quinq; à dextris, & quinque à sinistris.

8 Necnon & mensas decem: & posuit eas in tēplo, quinque à dextris, & quinq; à sinistris: phialas quoque aureas centum.

9 Fecit etiam atrium sacerdotum, & basilicam grandem: & ostia in basilica, quae texit aere. C

10 Porrò mare posuit in latere dextro contra Orientem ad Meridiem.

11 Fecit autem Hiram lebetes, & creagras, & phialas: & cōpleuit omne op' regis in domo Dei:

12 Hoc est, columnas duas: & epistylia, & capita, & quasi quaedam retiacula, quae capita tegerent super epistylia.

13 Malogranata quoq; quadringenta, & retiacula duo, ita vt bini ordines malogranatorum singulis retiaculis iungerentur, quae protegerent epistylia, & capita columnarum.

14 Bases etiam fecit & conchas, quas superposuit basibus.

15 Mare vnū, boues quoq; duodecim sub mari.

16 Et lebetes, & creagras, & phialas. Omnia vasa fecit Salomoni Hiram pater eius in domo Domini ex aere mundissimo.

17 In regione Iordanis fudit ea rex in argillosa terra inter Sochot, & Saredátha. D

18 Erat autem multitudo vasorum innumerabilis, ita vt ignoraretur pondus aeris.

19 Fecitq; Salomō omnia vasa dom' Dei, & altare aureum: & mēsas, & super eas panes propositionis.

20 Candelabra quoq; cum lucernis suis vt lucerent ante oraculum iuxta ritum, ex auro purissimo:

21 Et florentia quaedam, & lucernas, & forcipes aureos omnia de auro mundissimo facta sunt.

22 [c] Thymiamateria' quoque, & thuribula, & phialas, & mortariola ex auro purissimo. & ostia caelauit templi interioris, id est in [d] Sanctasanctorū:' & ostia templi forinsecus aurea. Sicque comple-

Fabricatio altaris holocausti.
3. Reg. 7.
Mare fusile.
[a] alueum
Boues XII fusiles.
Conchae decem.
Cādelabra decem.
[b] iussa erant
Mensae decem.
Phialae centū.
Atrium sacerdotum.
Basilica.
Altare thymiamatis aureum
[c] Thymiateria
[d] Sanctissimorum:

1 i. à labro ad labrum. q. d. linea dimetiens partem vasis illius superiorem habebat decem cubitos.
2 i. Tubercula quaedam conformata in speciem boū, hoc est, quasi seiuncta capita boum, intellige tubercula per quae educebantur aquae è mari ipso.
3 circumdantia illud (mare) per decem cubitos, (&) circumdantia mare per circuitum. Quidam exponunt (per decem cubitos) hoc modo, decem figurae, siue similitudines boū erant in singulis cubitis: in singulis cubitis erant decē capita boum, nam peripheria erat triginta cubitorum: exterū habebat trecēta capita boū: quo fit vt singuli cubiti haberent decē capita boū.
4 in fusione illius. sub. maris. q. d. boues illi nō erāt appositi, sed fusi & efformati vna cū ipso mari.
5 q. d. anteriores tātum partes eorū cōspiciebātur: posteriores latebant.
6 Heb. erat sicut opus labri calicis (&) floris lilii. i. labrum eius erat instar calicis & floris lilii.
7 3. Reg. 7. ponuntur tantum duo millia. Dicēdum hic addi quod praetermissum videbatur in libris Regū. ea n. aestimes authoris huius libri.
8 conchas,
9 i. victimam quae offerenda erat pro holocausto.
10 secundū ritū suū. i. ex ratione quae hasi debebant.
11 in templo, i. in hecal.
12 vel, phialas. aut, crateres
13 sub. magno
14 vel, pro aede Domini

15 sub. Fecit inquam opus illud, nempe columnas. 16 & hemisphaeria illa, & capitella. i. hemisphaeria capitellorum. 17 fastigium 18 duo hemisphaeria capitellorum 19 reticulis, siue, retiaculis 20 Heb. in reticulo vno, 21 hemisphaeria capitellorum 22 bases 23 & conchas posuit super illas bases. 24 vel, tridentes, 25 nempe regis Salomonis. Hic relatiuum praecedit suum antecedens. Vocat autem patrē Salomonis quod cum Salomon venerabatur, & singulari honore prosequebatur. 26 vel, campestribus ad Iordanem 27 Dicunt quidam [illegible] magna vasa facta fuisse sine modulis q. d. fudit haec in agro a vasa forma in terram factis. 28 Heb. in copia valde: 29 sub. quod erat Salomonis. 30 i. propositionis, hoc est qui ponebantur ante oraculum coram facie Dei 31 Heb. vt accenderent (vel accensi facerent) illas secundum morem ante ipsum oraculum. 32 Heb. & opus singulare propria illa, flores, sub. labiorum. 33 Heb. & lucernas [illegible] & forcipes [illegible] auro ipsum aurum, erat perfectiones auri, ipsum autem aurum erat perfectissimum & purissimum. 34 (Fecit) & psalteria & pelues, vel [illegible] erant quibus tundebatur sanguis. 35 vel, acerras 36 Heb. & introitus domus fores eius. i. [illegible] Hebraica, pro, & fecit ianuas [illegible] domus eius interiores, &c.

cum ch:

* in domum

tum est omne opus quod fecit Salomon * in do-
mo Domini.

& fores eius interiores, (quæ erant) Sancti sanctorum,
& fores [17] ædis basilicæ aureæ.

CAPVT V.

A 1 Intulit igitur Salomon omnia quæ vouerat Da-
uid pater suus, argentum & aurum, & vniuersa
vasa posuit in thesauris domus Dei.

Salomon infert quæ dicauerat pater in templum Dei, & arcam in locũ suum.

3. Reg. 7. g. 8. a.

2 Post quæ congregauit maiores natu Israel, &
cunctos principes tribuum, & capita familiarum
de filiis Israel, in Ierusalem: vt adducerent arcã fœ-
deris Domini de Ciuitate-Dauid, quæ est in Sion.
3 Venerunt itaque ad regem omnes viri Israel in
die solenni mensis septimi.
4 Cúmq; venissent cuncti seniorum Israel, por-
tauerunt Leuitæ arcam, & intulerunt eam, & omnẽ
paraturam tabernaculi.
5 Porrò vasa sanctuarii, quę erant in tabernacu-
lo, portauerunt sacerdotes cum Leuitis.

Arca infertur in Sancta sanctorum. B

6 Rex autem Salomon, & vniuersus cœtus Is-
rael, & omnes qui fuerunt congregati ante arcam,
immolabant arietes & boues absq; vllo numero:
tanta enim erat multitudo victimarum.
7 Et intulerunt sacerdotes arcam fœderis Do-
mini in locum suum, id est, ad oraculum templi, in
Sancta sanctorum subter alas cherubim:
8 Ita vt cherubim expanderent alas suas super
locum in quo posita erat arca, & ipsam arcam te-
gerent cum vectibus suis.
9 Vectium autem quibus portabatur arca, quia
paululum longiores erant, capita parebant ante o-
C raculum: si verò quis paululum fuisset extrinsecus,
eos videre non poterat.

Quid in arca.

10 Fuit itaq; arca ibi vsq; in præsentem diẽ. Ni-
hilq; erat aliud in arca, nisi, duæ tabulæ lapideæ,
quas posuerat Moyses in Horeb, quando legẽ dedit
Dominus filiis Israel egredientibus ex Ægypto.
11 Egressis autem sacerdotibus de sanctuario (o-
mnes enim sacerdotes qui ibi potuerant inueniri,
sanctificati sunt: nec adhuc in illo tempore vices, &
ministeriorum ordo inter eos diuisus erat:
12 Tam Leuitæ, quàm cantores, id est & qui
sub Asaph erant, & qui sub Heman, & qui sub Idi-
thun, filii, & fratres eorum vestiti byssinis, cymba-
D lis, & psalteriis, & citharis concrepabant, stantes ad
Orientalem plagam altaris, & cum eis * cantores
centum viginti canentes tubis.

* sacerdotes

13 Igitur cunctis pariter, & tubis, & voce, &
cymbalis, & organis, & diuersi generis musicorũ
concinentibus, & vocem in sublime tollentibus,
longe sonitus audiebatur: ita vt cum Dominum
laudare cœpissent, & dicere.
14 Confitemini Domino quoniam bonus, quo-
niam in æternum misericordia eius:) impleretur
domus Dei nube, Ne possent sacerdotes stare & mi-
nistrare propter caliginem, cõpleuerat enim glo-
ria Domini domum Dei.

Bonus & misericors Deus. Gloria Domini templum replet.

1 Absolutum est itaq; vniuersum opus quod fecit So-
lomon [1] in æde Domini, intulitq; Solomon ea quæ
consecrauerat David pater eius, [2] vna cum argento &
auro, atq; omnibus vasis, & posuit ea in thesauris do-
mus Dei.
2 Tunc cõuocauit Solomon seniores Israelis, & omnia
capita tribuum [3] & præcipuos patres filiorum Israelis
Ierosolyma, vt adducerent [4] arcam fœderis Domini de
ciuitate Dauidis, ea est Zion.
3 Congregati igitur sunt ad regem omnes viri Israe-
litæ [5] in solennitate, [6] nempe mense septimo.
4 Veneruntq; omnes seniores Israelis, portaueruntq;
Leuitæ arcam.
5 [7] Deduxerunt autem arcam & tentorium [8] con-
stitutionis, atq; cuncta vasa sancta quæ fuerant in [9] tẽ-
torio, & deduxerunt ea sacerdotes [10] Leuitici.
6 Rex autem Solomon & omnis cœtus Israelitarum,
qui conuenerant ad ipsum coram arca, sacrificarunt o-
ues & boues, quæ præ multitudine nec narrari nec nu-
merari possunt.
7 Intuleruntq; sacerdotes arcã fœderis Domini [11] in
locum suum in adytum ædis intra Sanctum sanctorum
sub alis cherubim.
8 Expandebant autem cherubim [12] alas duas super
locum arcæ, operueruntq; cherubim superne tam arcam
quàm [13] vectes eius.
9 Effecerunt quoq; vt [14] prominerent vectes, vt vi-
derentur capita vectium [15] de arca ante adytum. [16] fo-
ris autem non videbantur, [17] fueruntq; ibi in hanc vs-
que diem.
10 In arca nihil erat nisi duæ tabulæ quas reposue-
rat Moses (hoc) in Horeb, [18] quas exciderat Dominus
cum filiis Israel, quum exirent ipsi ex Ægypto.
11 Et factũ est quũ egrederentur sacerdotes ex [19] san-
ctuario, (siquidem omnes sacerdotes qui inueniebantur,
[20] sanctificati erant, [21] nec erat vt seruarent ordines.
12 [22] Leuitæ quoq; & cantores vniuersi [23] sub A-
saph, Heman, & Iedithun, vnà cum filiis eorum &
fratribus eorum, induti bysso, [24] in cymbalis, & na-
bliis, & [25] cinoris (psallentes) stantes ad Orientem [26] a-
ræ, & [27] iuxta eos sacerdotes centum & viginti canen-
tes tubis.
13 [28] Quumq; sic pariter tubis clangerent canta-
rentq; & personaret vox eorum vnà in laude & confes-
sione Domini, extollerentq; vocem cum tubis & cymba-
lis, aliisq; musicis instrumentis:
14 Quumq; laudarent Dominum quòd bonus, &
quòd bonitas eius perpetua esset,) impleta est domus
[29] nube, domus nempe Dei. Nec poterant sacerdotes sta-
re ad ministrandum propter nubem: nam [30] gloria Do-
mini domum Dei impleuerat.

CAPVT VI.

A 1 TVnc Salomon ait, Dominus pollicitus est vt
habitaret in caligine:

Salomon benedicit congregationi.

3. Reg. 8. b.

2 Ego autem ædificaui domum nomini eius, vt
habitaret ibi in perpetuum.
3 Et conuertit rex faciem suam, & benedixit v-
niuersæ multitudini Israel (nam omnis turba sta-
bat intenta) Et ait:
4 Benedictus Dominus Deus Israel, qui quod locu-
tus est Dauid patri meo, opere compleuit, dicens:

Gratias agit Deo quod promissionem Dauidi factã cõpleuerit.

1 [1] TVnc ait Solomon, Dominus [2] dixit se habitatu-
rum in caligine.
2 Et ego ædificaui domum [3] habitationem [4] tibi, &
habitaculum vt habites (illic) perpetuo.
3 Et versa facie sua rex, [5] collaudauit, bonáq; impre-
catus est vniuersæ congregationi Israelis (totaq; congre-
gatio Israelis [6] stetit,) Dixitq;:
4 Laudandus Dominus Deus Israelis, qui ore suo lo-
cutus est ad Dauidem patrem meum, manuq; sua [7] ex-
secutus est, dicens:

16 quæ erant in templo, (ex) auro. sub. puro.

CAP. V.

1 vel, pro domo Domini.
2 S. argentum & aurũ & omnia vasa dedit. i. posuit.
3 Hebr. & principes maiorum i. familiarum.
4 Arcam fœderis vocat, quod in ea essent tabulæ quibus cõtinebatur fœdus quod Dominus inierat cum Israelitis.
5 sub. dedicationis.
6 q. d. quod festum celebratur mense Septembri, qui septimus est. Olim Septẽber, primus mẽsis erat. Sed post egressum ex Ægypto, fuit September septimus nam cœpit Martius [illegible] primus; à quo septimus est September.
7 sub. de Sion.
8 fœderis.
9 Hic de tẽtorio, hoc tabernaculo loquitur quod fecerat Moses in deserto.
10 (id est) Leuitæ, subaudiendum [illegible] Regum [illegible] sacerdotes tulerunt arcam, & Leuitæ tabernaculum & vasa sacra.
11 in locũ suũ, (id est) in adytũ ipsius ædis, (hoc est) in Sanctũ &c.
12 nempe, vnus vnã, alter alterã.
13 i. partẽ vectiũ productam.
14 sub. versus frontẽ & ingressum oraculi.
15 vel, ab arcã
16 i. extra oraculum.
17 sub. vectes illi quibus gestabant fœdus Domini &c. vel, quando [illegible] &c. Paulus ad Cor. scribit in ea fuisse virgã Aaronis, manna, & tabulas. Hebræi dicunt in arca tunc fuisse tantũ [illegible] [illegible] [illegible]
19 sancto [illegible] torum,
20 i. p. [illegible]

[illegible] erant sese vt ministrarent. 21 nec licebat (tunc) obseruare vices vel ordinem ministeriorũ. 22 Negatio repeti debet, Neque seruauerunt suum [illegible] quia cantores, i. qui fungebantur officio cantorum. 23 nempe Asaph, &c. 24 cum cymbalis, 25 citharis 26 in qua scilicet sacrificabant Deo [illegible] 27 cum illis 28 Heb. & fuerunt tanquam vnus tubæ canentes & ore canentes, vt ederent vocem vnam (i. consentientem) laudando & confitendo Domino, cum [illegible] tollerent vocem cum tubis & cymbalis & organis musicis, quum laudarent Dominum, (dicentes,) Quoniam bonus, quoniam in seculum misericordia eius. [illegible] est parenthesis, quæ cœpit, siquidem omnes &c. 29 siue, vapore, aut, caligine. Hæc præsentiam Domini significabant, & fauorem. 30 Præsentiam [illegible] vocat gloriam Domini. CAP. VI. 1 quum scilicet deprehendit Deum esse præsentem. q. d. Nunc cognosco Deum esse præsentem, suaq; præsentia ostendere [illegible] gratam fecisse. Præsentem autem scio, nam video templum plenum caligine, in qua dixeras præsentem sese exhibiturum. 2 vel, dixerat 3 habitaculi. habitationis 4 Mutatio personæ. 5 benedixit 6 stabat, vel, stans erat, 7 adimpleuit.

5 Ab eo die quo eduxi populum meum de terra Ægypti, non elegi vllam ciuitatem ex cunctis tribubus Israelis, ad ædificandum (in ea) domum, vbi esset [8] nomen meum, [9] nec elegi virum qui esset princeps super populum meum Israel.

6 Ierusalem verò elegi, vt sit nomen meum illic, & Davidem elegi vt [9] esset super populum meum Israel.

7 Etenim David pater meus corde suo conceperat, extruere scilicet ædem nomini Domini Dei Israelis:

8 Sed Dominus dixit ad Davidem patrem meum, Quandoquidem statueras in corde tuo ædificare ædem nomini meo, benè quidem fecisti quod hoc corde tuo statueras.

9 Attamen tu non extrues ædem, sed filius tuus qui egredietur ex lumbis tuis, is ædificabit ædem nomini meo.

10 [10] Confirmauit itaque Dominus verbum suum quod loquutus est, & surrexi ego pro Davide patre meo, & sedi in solio Israelis, quemadmodum [11] loquutus est Dominus, [12] ædificauique domum nomini Domini Dei Israelis.

11 Et posui illic arcam in qua est fœdus Domini quod pepigit cum filiis Israel.

12 Constitit autem ante aram Domini, [13] coram vniuerso cœtu Israelis, & expandit manus suas.

13 (Quoniam fecerat Solomon [14] labrum æneum, posueratque illud in medio [15] atrii, cuius longitudo quinque erat cubitorum, & latitudo eius quinque cubitorum, & altitudo eius tres cubitos habebat) [16] ad illud stabat & incuruabat se super genua sua [17] in conspectu totius cœtus Israelis, & expansis manibus in cælum, Dixit:

14 Domine Deus Israel, non est tui similis ô Deus, neque in cælo, neque in terra, qui custodis pactum & [18] bonitatem seruis tuis ambulantibus coram te toto corde suo.

15 Qui seruasti seruo tuo Davidi patri meo quæ pollicitus es ei, quæ loquutus es ore tuo, manu tua præstitisti, vt (testatur) hic dies.

16 Nunc igitur Domine Deus Israelis, serua Davidi seruo tuo patri meo quæ pollicitus es ei hisce verbis, Non excindetur tibi vir [19] coram me qui sedeat in solio Israelis, si modo filii tui obseruauerint viam meam, vt ambulent in lege mea, quemadmodum tu ambulasti coram me.

17 Nunc ergo, ô Domine Deus Israelis, [20] ratum sit verbum tuum quod loquutus es ad seruum tuum Davidem.

18 [21] (Itáne verè Deus habitat cum homine in terra? en cæli, cælique cælorum te non capiunt, quanto minus ædes ista quam ædificaui?)

19 [22] At tu respicies ad orationem serui tui, & ad precationem eius Domine Deus meus, vt audias [23] vocem & orationem quam seruus tuus orat coram te.

20 Vt sint oculi tui aperti ad domum istam dies ac nocte, ad locum scilicet hunc [24] de quo dixisti, Erit nomen meum illic, vt audias orationem quam seruus tuus orat in loco isto.

21 Exaudies quoque precationem serui tui, & populi tui Israel, [25] quum orauerint in loco isto, exaudiesque tu de loco habitationis tuæ [26] de cælis: [27] neque exaudies tantum, sed propitius eris.

22 [28] Quum peccauerit quispiam aduersus proximum suum, [29] susceperitque super se iuramentum quo sese obstringit, veneritque iuramentum coram [30] ara tua in hac domo.

23 Tu [31] audies de cælo, [32] facies, atque ius dices seruis tuis, [33] vt rependas impio, dando scilicet [34] viam eius in caput eius, vt que iustum pronuncies iustum, dando scilicet ei iuxta iustitiam eius.

24 Quum percussus erit populus tuus Israel coram hoste, eo quod peccauerint in te, reuersi autem fuerint, &

8 .i. gloriam mea, authoritatem, maiestas, misericordia, & cætera huiusmodi.
9 sub. eum.
vel, Adimpleuit
11 dixerat
12 ædificaboque
13 ex aduerso totius cœtus
14 suggestum instar conchæ
15 sub magni.
16 stetitque in quã superillud, & cecidit
17 ex aduerso
18 misericordiam, quam supplé pollicitus es.
19 à conspectu meo
20 vel, stabile, firmum .i. verb.
21 Verúmne est quod habitaturus sit Deus
22 Et respicias
23 clamorem
24 vbi dixisti te positurum nomen tuum illic .i. vbi pollicitus es te positurũ gloriã nominis tui.
25 qui orabunt
26 vel, nimirum de cælis:
27 exaudias inquam, & propitius sis .i. condones illis sua peccata.
28 .i. Siquis iniuria affecerit alterum reiiciendo scilicet quæ eius sunt, aut denegando depositum, aut faciendo aliquid simile.
29 Heb. & detulerit (sub. proximus) illi iusiurandum ita vt faciat eum iurare, veneritque (vir) iuramẽti
30 Solebant iusiurare ante altare Dei.
31 sub. preces iustorum
32 sub. iudiciũ.
33 reddendo: vel, & reuertẽ iniquitatem improbo.
sub. eius propriũ.
34 .i. iniquitatem, vel pœnam.

5 A die qua eduxi populum meum de Terra Ægypti, non elegi ciuitatem de cunctis tribubus Israel, vt ædificaretur in ea domus nomini meo: neque elegi quenquam alium virum, vt esset dux in populo meo Israel:

6 Sed elegi Ierusalem vt sit nomen meum in ea, & elegi David, vt constituerem eum super populum meum Israel.

7 Cumque fuisset voluntatis David patris mei, vt ædificaret domum nomini Domini Dei Israel,

8 Dixit Dominus ad eum, Quia hæc fuit voluntas tua, vt ædificares domum nomini meo. Bene quidem fecisti huiuscemodi habere voluntatem:

9 Sed non tu ædificabis mihi domum. Verumtamen filius tuus qui egredietur de lumbis tuis, ipse ædificabit domum nomini meo.

10 Compleuit ergo Dominus sermonem suum, quem locutus fuerat: & ego surrexi pro David patre meo, & sedi super thronum Israel, sicut locutus est Dominus: & ædificaui domum nomini Domini Dei Israel.

11 Et posui in ea arcam, in qua est pactum Domini quod pepigit cum filiis Israel.

12 Stetit ergo coram altari Domini ex aduerso vniuersæ multitudinis Israel, & extendit manus suas.

13 (Siquidem fecerat Salomon basim æneam, & posuerat eam in medio basilicæ, habentem quinque cubitos longitudinis, & quinque * latitudinis, & tres cubitos altitudinis:) stetitque super eam: & deinceps flexis genibus contra vniuersam multitudinem Israel, & palmis in cælum leuatis, Ait:

14 Domine Deus Israel, non est similis tui Deus in cælo & in terra: qui custodis pactum & misericordiam cum seruis tuis qui ambulant coram te in toto corde suo.

15 Qui præstitisti seruo tuo David patri meo quæcunque locutus fueras ei: & quæ ore promiseras, opere compleuisti, sicut & præsens tempus probat.

16 Nunc ergo Domine Deus Israel, imple seruo tuo patri meo David quæcunque locutus es, dicens, Non deficiet ex te vir coram me, qui sedeat super thronum Israel: ita tamen si custodierint filii tui * vias meas, & ambulauerint in lege mea, sicut & tu ambulasti coram me.

17 Et nunc Domine Deus Israel, firmetur sermo tuus, quem locutus es seruo tuo David;

18 Ergóne credibile est vt habitet Deus cum hominibus super terram? Si cælum & cæli cælorum non te capiunt: quanto magis domus ista quam ædificaui?

19 Sed ad hoc tantum facta est, vt respicias orationem serui tui, & obsecrationem eius Domine Deus meus: & audias preces quas * fudit famulus tuus coram te:

20 Vt aperias oculos tuos super domum istam diebus ac noctibus, super locum in quo pollicitus es vt * inuocaretur nomen tuum: & exaudires orationem, quam seruus tuus orat in eo.

21 Et exaudias preces famuli tui, & populi tui Israel. Quicunque orauerit in loco isto, exaudi de habitaculo tuo, id est de cælis, & propitiare.

22 Si peccauerit quispiam in proximum suum, & iurare contra eum paratus venerit, seque maledicto constrinxerit coram altari in domo ista,

23 Tu audies de cælo, & facies iudicium seruorum tuorum ita vt reddas iniquo viam suam in caput proprium, & vindices iustum, retribuens ei secundum iustitiam suam.

24 Si superatus fuerit populus tuus Israel ab inimicis (peccabunt enim tibi) & conuersi egerint pœnitentiam,

Basis ænea.
Basilica.
* cubitos
Oratio Salomonis vt exaudiantur orantes in templo. C
1. Mach. 2. b.
Promissiones & misericordia Dei, diligentibus ipsum.
* viam suam
* fundit
D
* inuocaretur
Iuramentum.
Bellum.

ss. xitentiam, & obsecrauerint nomen tuum, & fuerint deprecati in loco isto,

25 Tu exaudies de cœlo, & propitiare peccato populi tui Israel, & reduc eos in terram quam dedisti eis, & patribus eorum.

Pluuia. E

26 Si clauso cœlo pluuia non fluxerit propter peccata populi tui, & deprecati te fuerint in loco isto, & confessi nomini tuo, & conuersi à peccatis suis, cum eos afflixeris:

Doctor Deus.

27 Exaudi de cœlo Domine, & dimitte peccata seruis tuis & populi tui Israel, & doce eos viam bonam per quam ingrediantur, & da pluuiam terræ quam dedisti populo tuo ad possidendum.

Fames. *Pestilentia.* Infra 20.b

28 Fames si orta fuerit in terra, & pestilentia, ærugo & aurugo, & locusta, & bruchus: & hostes vastatis regionibus, portas obsederint ciuitatis, omnisque plaga, & infirmitas presserit:

29 Siquis de populo tuo Israel fuerit deprecatus, cognoscens plagam, & infirmitatem suam, & expanderit manus suas in domo hac:

30 Tu exaudies de cœlo de sublimi scilicet habitaculo tuo, & propitiare, & redde vnicuique secundum vias suas quas nosti eum habere in corde suo: (tu enim solus nosti corda filiorum hominū.)

Corda solus Deus nouit. F

31 Vt timeant te, & ambulent in viis tuis cunctis dieb. quibus viuunt super faciem terræ quam dedisti patribus nostris.

Alienigena.

32 Externum quoq; qui non est de populo tuo Israel, si venerit de terra longinqua, propter nomen tuum magnum, & propter manum tuam robustam, & brachium tuum extentum, & adorauerit in loco isto:

33 Tu exaudies de cœlo firmissimo habitaculo tuo, & facies cuncta pro quibus inuocauerit te ille peregrinus: vt sciant omnes populi terræ nomen tuum, & timeant te sicut populus tuus Israel, & cognoscant quia nomen tuum inuocatum est super domum hanc quam ædificaui nomini tuo.

Bellatores orā[illegible] victoriam.

34 Si egressus fuerit populus tuus ad bellum contra aduersarios suos per viam in qua miseris eos, adorabunt te contra viam in qua ciuitas hæc est quam elegisti, et domus quam ædificaui nomini tuo.

Tu exaudies.

35 Vt exaudias de cœlo preces eorum, et obsecrationem, et vlciscaris,

Peccatores omnes. Reg. 1.e Eccles. 7.c 1. Iohan. 1.d

36 Si autem peccauerint tibi (neque enim est homo qui non peccet) et iratus fueris eis, et tradideris hostibus, et captiuos duxerint eos in terram longinquam vel certe quæ iuxta est: G

37 Et conuersi in corde suo in terra ad quam captiui ducti fuerant, egerint pœnitentiam, et deprecati te fuerint in terra captiuitatis suę, dicentes, Peccauimus, inique fecimus, iniuste egimus:

Confessio.

38 Et reuersi fuerint ad te in toto corde suo, et in tota anima sua, in terra captiuitatis suæ ad quam ducti sunt, adorabunt te contra viam terræ suæ quā dedisti patribus eorum, et vrbis quam elegisti, et domus quam ædificaui nomini tuo:

Tu exaudies.

39 Vt exaudias de cœlo, hoc est de firmo habitaculo tuo preces eorum, et facias iudicium, et dimittas populo tuo quamuis peccatori.

Mal.131.a

40 Tu es enim Deus meus, aperiantur quæso oculi tui, et aures tuæ intentæ sint ad orationem quæ fit in loco isto.

41 Nunc igitur consurge Domine Deus in requiem tuam, tu et arca fortitudinis tuæ: sacerdotes tui Domine Deus induantur salutem, et sancti tui lætentur in bonis.

Salus. *auertas.* *Misericordia.*

42 Domine Deus meus ne auerseris faciem Christi tui: memento misericordiarum Dauid serui tui.

laudauerint nomen tuum; [illegible] orauerint & precati fuerint coram te in domo ista,

25 Tu exaudies de cœlo, & [16] propitius eris peccato populi tui Israel, & [17] reduces eos in terram quam dedisti eis & patribus eorum.

26 Quum [18] cœlum fuerit clausum, ita vt non sit pluuia, eo quod in te peccauerint: si precati fuerint [19] in loco isto, [40] confessique fuerint nomini tuo, reuersi fuerint à peccatis suis, [41] quandoquidem eos affliges:

27 Tu exaudies in cœlo, propitiusque eris peccato seruorum tuorum [42] atque populi tui Israel, [43] quoniam diriges eos in viam bonam vt in ea ambulent, dabisque pluuiam super terram tuam quam hæreditatem dedisti populo tuo.

28 Porrò si fames fuerit in terra, aut pestilentia, aut si fuerit [44] rubigo, [45] aurigo, locusta, aut bruchus si fuerit, aut si hostis eius eum obsederit [46] in terra portarum suarum: (in summa,) quæcunque tandem afflictio, aut quicunque morbus (inciderit,)

29 Omnem orationem, omnemque supplicationem quæ facta fuerit à quocunque homine, & ab vniuerso populo tuo Israel, (vt quisque cognouerit afflictionem [47] & morbū suum corde suo,) si expanderit manus suas [48] ad domum istam,

30 Tu exaudies de cœlo, de loco scilicet habitationis tuæ, propitiusque eris, & dabis vnicuiq; iuxta omnes vias suas, quandoquidem tu cor eius nosti (tu etiam solus nosti cor filiorum hominum,)

31 [49] Vt scilicet timeant te, [50] vt ambulent in viis tuis cunctis diebus quibus viuunt in superficie terræ quam dedisti patribus nostris.

32 Sed & alienum qui non est de populo tuo Israel, qui [51] venerit è longinqua terra propter nomen tuum magnum, manum tuam robustam, & brachium tuum extentum, venerit inquam & orauerint in domo ista.

33 Tu exaudies de cœlo, de habitaculo mansionis tuæ, & facies iuxta omnia pro quibus alienigena ille ad te clamauerint, vt cognoscant vniuersi populi terræ [52] nomen tuum, & timeant te quemadmodum populus tuus Israel, [53] scientque quod nomen tuum inuocatum est super domum istam quam ædificaui.

34 Si egressus fuerit populus tuus ad bellum contra hostes suos, ea scilicet via qua tu eos [54] miseris, orauerintque ad te [55] versus vrbem hanc quam tu elegisti, versus domum quam ædificaui nomini tuo,

35 Tu de cœlis exaudies orationem eorum & supplicationem eorum, [56] asseresque eos.

36 Si peccauerint in te (quandoquidem non est homo qui non peccet,) & iratus fueris contra eos, tradideris que eos coram hostibus, vt abducant eos qui eos ceperint in terram hostium siue ad procul fuerit, siue prope,

37 [57] Reuocauerint que ad cor suum in terra in qua captiui [58] sunt abducti, si inquam resipuerint, supplicauerintq; tibi in terra [59] eorū qui eos captiuos abduxerūt, dixerintq; Peccauimus, peruerse egimus impie fecimus.

38 Conuersique fuerint ad te toto corde suo, totoq; animo suo, in terra captiuitatis suæ [60] vbi captiuos eos tenent, orauerint versus terram suam quam dedisti patribus eorum, versus ciuitatem quam elegisti, & versus ædem quam extruxi nomini tuo,

39 Tu exaudies de cœlo de habitaculo firmo mansionis tuæ, orationem eorum, atq; supplicationem eorum, & ius [61] reddes eis, propitiusq; eris populo tuo qui peccauerunt contra te.

40 Nunc ergo, ô Deus meus, sint oculi tui aperti, & aures tuæ intentæ ad orationem (quæ fit) in loco isto.

41 [62] Nūc exurge Domine Deus in requiē tuā, tu & arca [63] fortitudinis tuæ: [64] sacerdotes tui, ô Domine Deus induantur salute, & [65] boni tui gaudeant [66] bono.

42 Domine Deus [67] ne auertas faciem vncti tui, recordare [68] bonitatum seruo tui Dauidis.

35 sub. illi quæ remanserunt in Ierusalem.
36 i. remittes peccatum populi.
37 sub quidem ducti fuerint in captiuitatem.
38 Cœlum dicitur clausum quando non demittit pluuiam tempore suo. Seipsum declarat quum dicit, ita vt non sit pluuia.
39 vel, versus locum illum.
40 i. laudibus extulerint nomen tuum.
41 quum eos afflixeris Chaldæus paraph. quòd receperis orationem eorū exaudiens eos.
42 id est populi, &c.
43 quum docueris eos viam bonam per quā ambulent.
44 ariditas, quæ accidit, quando segetes & herbæ exsiccantur nimio æstu.
45 rubigo.
46 i. in propria regione
47 & dolorem suum.
48 vel, versus.
49 sub. Exaudies inquam.
50 vel, ambulando.
51 sub ad templum tuum.
52 i. gloriam nominis tui.
53 i. sciant hanc ædem esse tuam.
54 emiseris, q. d. ad quæ iocerios [illegible]
55 i. versus faciem [illegible] hanc, &c.
56 Heb. & facies iudicium eorum sub. de inimicis, [illegible] i. vlciscaris [illegible] victoriam de [illegible]
57 sub. peccata [illegible] peccando.
58 fuerint.
59 Heb. captiuitatis [illegible]
60 ac quam captiuos eos abduxerint.
61 sub. de iis qui abduxerint eos captiuos.
62 Hic ponitur causa quare Salomon ædificauerit templum.
63 i. per quam ostendisti fortitudinem tuam.
64 i. [illegible] sacerdotes tuis.
65 misericordes [illegible] qui à te beneficia acceperunt & expectant.
66 i. bonis quibus eos affeceris.
67 q. d. ne eos contemnas vt possint à te repulsam.
68 vel, misericordiarum.

CAPVT VII.

1 *QVumque Salomon finem fecisset orandi, ille[1] ignis descendit de caelo, & deuorauit holocaustum & victimas, & gloria Domini impleuit domum illam.*

2 *Nec poterant sacerdotes ingredi in domum Domini, quia impleuerat [2] gloria Domini domum Domini.*

3 *Omnes autem filii Israel videntes descendere ignem, & gloriam Domini super domum illam, procidérunt faciebus in terram super pauimentum, & [3] adorarunt, confitentes Domino quòd bonus esset, & [4] bonitas eius perpetua.*

4 *Rex autem & cunctus populus sacrificabant victimas coram Domino.*

5 *Sacrificauitque rex Salomon victimam viginti duorum millium boum, & centum atque viginti millium ouium, & [5] initiarunt domum Dei rex & cunctus populus.*

6 *Sacerdotes verò stabant in [6] custodiis suis, [7] atque Leuitae habebant instrumenta musica Domini quae fecerat Dauid rex ad confitendum Domino [8] quòd bonitas eius perpetua esset, quum laudaret Dauid per manum eorum, porrò sacerdotes clangebant tubis e regione ipsorum astantibus omnibus Israelitis.*

7 *Sanctificauit praeterea Salomon medium atrii quod erat ante aedem Domini, [10] fecerat enim ibi holocausta & adipes [11] pacificorum, eo quòd altare aeneum quod fecerat Salomon, capere non posset holocausta, sacrificium cibarium & adipes.*

8 *Fecit ergo eodem tempore Salomon [12] festum diem septem diebus, & omnes Israelitae cum eo, coetus magnus, [13] ab eo quo itur in Hemath vsque ad torrentem Aegypti.*

9 *[14] Octauo die fecerunt [15] concionem: quia [16] initiationem arae fecerunt septem diebus, & diem [17] festum septem diebus.*

10 *[18] In die verò vicesimatertia mensis septimi [19] dimisit populum in tentoria sua, laetantes & hilari corde, pro vniuersis beneficiis quae contulerat Dominus [20] Dauidi, Salomoni & Israeli populo suo.*

11 *QVumque Salomon absoluisset aedem Domini, & domum [21] regis, & vniuersa quae quod in mentem venit Salomoni vt faceret in aede Domini, & in domo sua, idque prosperè:*

12 *Visus est Dominus Salomoni noctu, & dixit ei: Exaudiui orationem tuam & elegi mihi locum istum, vt sit domus in qua sacrificetur.*

13 *Si [22] constrinxero [23] caelum vt non sit pluuia, & si mandauero locustae vt absumat terram, aut si misero pestilentiam in populum meum.*

14 *Humiliatique fuerint ii qui sunt [24] populus meus super quos inuocatur nomen meum, precatique fuerint, & [25] requisierint faciem meam, & conuersi fuerint à viis suis malis, tunc ego exaudiam de caelo, [26] propitiusque ero peccatis eorum, sanaboque terram eorum.*

15 *Erunt igitur [27] oculi mei aperti, & aures meae intentae ad orationem quae fit in loco isto.*

16 *Nunc itaque elegi, & [28] sanctificaui domum istam, vt illic sit [29] nomen meum in aeternum, eruntque ibi oculi mei & cor meum cunctis diebus.*

17 *Et tu si ambulaueris coram me quemadmodum ambulauit Dauid pater tuus, [30] & feceris omnia quae praecepi tibi, custodierisque statuta mea & iudicia mea.*

18 *Confirmabo solium regni tui, quemadmodùm [31] percussi cum Dauide patre tuo, foedus dicens tibi, [32] Non*

1 CVmque compleuisset Salomon fundens preces, ignis descendit de caelo, & deuorauit holocausta & victimas: & maiestas Domini impleuit domum.

2 Nec poterant sacerdotes ingredi templum Domini, eo quòd impleuisset maiestas Domini templum Domini.

3 Sed & omnes filii Israel videbant descendentem ignem, & gloriam Domini super domum: & corruentes proni in terram super pauimentum strato lapide, adorauerunt: & laudauerunt Dominum, Quoniam bonus, quoniam in seculum misericordia eius.

4 Rex autem, & omnis populus immolabant victimas coram Domino.

5 Mactauit igitur rex Salomon hostias, boum viginti duo millia, arietum centum viginti millia: & dedicauit domum Dei rex & vniuersus populus.

6 Sacerdotes autem stabant in officiis suis: & Leuitae in organis carminum Domini, quae fecit Dauid rex ad laudandum Dominum, Quoniam in aeternum misericordia eius, hymnos Dauid canentes per manus suas: porrò sacerdotes canebant tubis ante eos, cunctusque Israel stabat.

7 Sanctificauit quoque Salomon medium atrii ante templum Domini: obtulerat enim ibi holocausta & adipes pacificorum: quia altare aeneum quod fecerat, non poterat sustinere holocausta & sacrificia & adipes pacificorum.

8 Fecit ergo Salomon solemnitatem in tempore illo septem diebus, & omnis Israel cum eo, ecclesia magna valde, ab introitu Emath vsque ad Torrentem Aegypti.

9 Fecitque die octauo collectam, eo quòd dedicasset altare septem diebus, & solennitatem celebrasset diebus septem.

10 Igitur in die vicesimotertio mensis septimi, dimisit populos ad tabernacula sua, laetantes atque gaudentes super bono quod fecerat Dominus Dauidi, & Salomoni, & Israeli populo suo.

11 COmpleuitque Salomon domum Domini, & domum regis, & omnia quae disposuerat in corde suo vt faceret in domo Domini, & in domo sua, & prosperatus est.

12 Apparuit autem ei Dominus nocte, & ait, Audiui orationem tuam, & elegi locum istum mihi in domum sacrificii.

13 Si clausero caelum, & pluuia non fluxerit, & mandauero & praecepero locustae vt deuoret terram, & misero pestilentiam in populum meum:

14 Conuersus autem populus meus, super quos inuocatum est nomen meum, deprecatus me fuerit, & exquisierit faciem meam, & egerit poenitentiam à viis suis pessimis, & ego exaudiam de caelo, & propitius ero peccatis eorum, & sanabo terram eorum.

15 Oculi quoque mei erunt aperti, & aures meae erectae ad orationem eius qui in loco isto orauerit.

16 Elegi enim, & sanctificaui locum istum, vt sit nomen meum ibi in sempiternum, & permaneant oculi mei, & cor meum ibi cunctis diebus.

17 Tu quoque si ambulaueris coram me, sicut ambulauit Dauid pater tuus, & feceris iuxta omnia quae praecepi tibi, & iustitias meas, iudiciaque seruaueris:

18 Suscitabo thronum regni tui, sicut pollicitus sum Dauid patri tuo, dicens, Non auferetur de stir-

A *Ignis deuorat sacrificium in dedicatione templi.* 1. Mach. 2. c
Bonus & misericors Deus.
3. Reg. 8. g.
Misericordia Dei.
B
Fit ingens solemnitas.
Institutum opus constat ex collatione cum 3. historia. 3. Reg. 9. a.
C
Exaudit Dominus orationem Salomonis.
Pluuia.
Locusta.
Pestilentia.
Poenitentia.
Sanare terram.
D

1 Per ignem frequenter Deus ostendit praesentiam & fauorem suum.
2 Per gloriam Domini intellige signum gloriae Domini, i. nubem.
3 sub Dominum.
4 vel, misericordia.
5 dedicauerunt.
6 i. officiis.
7 & Leuitae (sub. stabant) cum organis cantici Domini i. cum instrumentis musicis dicatis Domino.
8 sub. dicentes, quod, &c.
10 vel, sanctificauit enim.
11 i. sacrificiorum quae dicebantur pacifica.
12 i. solennitatem tabernaculorum, solennitatem illam, quae celebrabatur eo tempore, nempe septimo mense Septembri.
13 Hebr. ab ingressu, &c. q. d. congregati sunt ex vniuersa Terra sancta in Ierusalem. Describit hic duos terminos Terrae sanctae, Septentrionalem & Meridionalem.
14 A primo festiuo die festi tabernaculorum qui fuerat 15. dies Septembris. Octauo die post primum diem festi tabernaculorum, congregabatur vniuersus populus, in quo non licebat exercere officia vilia. Septem diebus manebat in tabernaculis, octauo coibant omnes ad audiendum verba Dei.
15 collectam. i. festum in quo congregabatur populus.
16 dedicationem altaris. sub. illam ante. Duo festa celebrarunt sine interuallo, dedicationem septem diebus, quorum primus fuit octauus mensis septimi. Et praeterea festum tabernaculorum septem diebus, quorum primus fuit XV. eiusdem mensis: & octauo die proximè sequenti id est XXIII. collectam. i. festum congregationis. 17 sub tabernaculorum. 18 In libris Regum dicitur quod XXII. die data fuerit potestas abeundi in domos suas: & hic dicitur quod eo die celebratum fuit festum quod collectam vocat. Quidam Hebraeorum aiunt XXII. die datam fuisse copiam abeundi à Salomone, sed neminem abiisse ante XXIII. diem: dicuntque in libris Regum positam esse diem qua data est abeundi potestas, hic verò diem sequentem, qua se receperunt in aedes suas. Alii aiunt authorem huius libri loqui de iis qui habitabant procul à Ierusalem, qui remansserunt, quod non liceret eo die festo tantum itineris facere. In libris autem Regum locum intelligi de iis qui non ita procul à Ierusalem habitabant, quibus licere etiam die ipso festo sese recipere in domos suas. 19 dimisit in domos suas. 20 q. d. quia videbant promissionem Dauidi factam de Salomone rege Israelis futuro, qui & aedificaturus erat templum, adimpletam. 21 i. suam. 22 vel, clausero. 23 i. aerem. 24 i. populus meus qui appellatur de nomine meo. 25 i. implorauerint opem meam. 26 q. d. condonans illorum peccata, dabo pluuiam tempore suo, auferam locustas & pestem illam. 27 Per oculos prouidentiam suam intelligit. 28 i. sanctam reddidi, igni è caelo misso. 29 i. gloria numinis mei. 30 de prouidentia positum. 31 pepigi i. sicut percussi foedus promisi. 32 i. Non deerit vir de genere tuo qui dominetur Israeli.

pe tuo vir, qui non sit princeps in Israel.

Conuerti ad idola.

19 Si autem auersi fueritis, & dereliqueritis iustitias meas, & præcepta mea quæ proposui vobis, & abeuntes seruieritis diis alienis, & adoraueritis eos:

20 Euellam vos de terra mea quam dedi vobis, & domum hanc quam sanctificaui nomini meo, proiiciam à facie mea, & tradam eam in parabolam, & in exemplum cunctis populis.

21 Et domus ista erit in prouerbium vniuersis transeuntibus: & dicent stupentes, Quare fecit Dominus sic terræ huic & domui huic?

22 Respondebuntque, Quia dereliquerunt Dominum Deum patrum suorum, qui eduxit eos de Terra Ægypti, & apprehenderunt deos alienos, & adorauerunt eos, & coluerunt: ideirco venerunt super eos vniuersa hæc mala.

succidetur tibi vir imperans in Israele.

19 Quod si vos auersi fueritis, & dereliqueritis statuta mea & præcepta mea, quæ proposui vobis, atque abeuntes colueritis deos alios, & eos adoraueritis,

20 Euellam eos de terra mea quam dedi eis, & domum istam [13] sanctificaui nomini meo, abiiciam à facie mea, ponamque eam vt sit prouerbium & fabula apud cunctos populos.

21 Et super hanc domum quæ [14] excelsa fuit, obstupescet quicunque præterierit, dicetque, Quam ob causam fecit Dominus sic huic terræ, atque huic domui?

22 Et respondebitur, Eo quòd dereliquerunt Dominum Deum patrum suorum, qui eduxit eos è terra Ægypti, & apprehenderunt deos alios, adorauerunt eos, & coluerunt eos, ideirco induxit super eos malum istud.

13 vel, dedicaui. igni scilicet misso de cælo super holocausta.
14 i. magni nominis.

CAPVT VIII.

A

Ædificat Salomon ciuitates quas dederat Hiram. 3. Reg. 9. b.

1 EXpletis autem viginti annis postquam ædificauit Salomon domũ Domini & domũ suam:

2 Ciuitates quas dederat Hiram Salomoni, ædificauit, & habitare ibi fecit filios Israel.

3 Abiit quoque in Emath Suba, & obtinuit eam.

4 Et ædificauit Palmiram in deserto, & alias ciuitates munitissimas ædificauit in Emath.

5 Extruxitque Beth horon superiorem, & Beth-horon inferiorem, ciuitates muratas habentes portas & vectes & seras:

6 Balaath etiam & omnes vrbes firmissimas, quæ fuerunt Salomonis, cunctasque vrbes quadrigarum, & vrbes equitum. omnia *quæcunque voluit, fecit rex Salomon atque disposuit, ædificauit in Jerusalem & in Libano, & in vniuersa terra potestatis suæ.

** quæ.*

B

Populi facti Salomonis tributarii.

7 Omnem populum qui derelictus fuerat de Hethæis, & Amorrhæis, & Pherezæis, & Heuæis, & Jebusæis, qui non erant de stirpe Israel,

8 De filiis eorum, & de posteris quos non interfecerant filii Israel, subiugauit Salomon in tributarios, vsque in diem hanc.

9 Porrò de filiis Israel non posuit, vt seruirent operibus regis: ipsi enim erant viri bellatores, & duces primi & principes quadrigarũ & equitũ eius.

10 Omnes autem principes exercitus regis Salomonis fuerunt ducenti quinquaginta, qui erudiebant populum.

11 Filiam verò Pharaonis transtulit de Ciuitate Dauid in domum quam ædificauerat ei. dixit enim rex, Non habitabit vxor mea in domo Dauid regis Israel, eo quòd sanctificata sit: quia ingressa est in eam arca Domini.

C

12 Tunc obtulit Salomon holocausta Domino super altare Domini, quod extruxerat ante porticum,

13 Vt per singulos dies offerretur in eo iuxta præceptum Moysi, in sabbathis, & in Calendis, & in festis diebus ter per annum, id est in Solennitate azymorum, & in solennitate hebdomadarum, & solennitate tabernaculorum.

14 Et constituit iuxta dispositionem David patris sui officia sacerdotum in ministeriis suis: & Leuitas in ordine suo, vt laudarent, & ministrarent coram sacerdotibus iuxta ritum vniuscuiusque diei: & ianitores in diuisionibus suis per portam & portam: sic enim præceperat Dauid homo Dei.

D

Dauid, homo Dei.

15 Nec prætergressi sunt de mandatis regis tam sacerdotes, quam Leuitæ, ex omnibus quæ præceperat, & in custodiis thesaurorum.

16 Omnes impensas præparatas habuit Salomon, ex eo die quo fundauit domum Domini, vsque in diem quo perfecit eam.

1 POst [1] viginti annos, quam Salomon ædificasset domum Domini & domum suam:

2 Contigit vt Salomon extrueret ciuitates illas quas dederat Hiram [2] Salomoni, collocaretque in eas filios Israel.

3 Et abiens Salomon in Hemath Zoba, [3] instaurauit eam.

4 Ædificauitque Thadmor in deserto, & cunctas ciuitates [4] quæ erant in Hamath ædificauit vt essent repositoria.

5 Sed & Beth-horon superiorem ædificauit, atque Beth-horon inferiorem: ciuitates munitas muro, portis & vectibus.

6 Balaath quoque & omnia oppida quæ erant repositoria quæ Salomon habebat etiam omnes ciuitates curruum, & ciuitates equitum: quidquid denique pro voto suo Salomon ædificare voluit in Jerusalem, [5] in Libano, & in vniuersa terra imperii sui.

7 Omni denique populo qui reliquus fuit ex Hithæis, Amorrhæis, Pherezæis, Hiuæis, Jebusæis qui non fuerunt Israelitæ;

8 (Sed) de filiis eorum qui reliqui facti sunt in terra post eos, quos filii Israel non perdiderunt, [6] his Salomon tributum ac seruitutem imperauit in hunc vsque diem.

9 [7] Porrò ex filiis Israel (quos Salomon non redegit in seruitutem & opus suum,) fuerunt milites qui belligerabant, [8] duces triarii eius, & principes curruum eius, atque [9] equites eius.

10 Et hi [10] præfecti erant quos habuit Salomon [11] quinquaginta & ducenti præerant populo.

11 Transtulit quoque filiam Pharaonis ex ciuitate Dauidis in domum quam ei ædificauerat. dixit enim, Non habitabit vxor mea in domo Dauidis regis Israelis: [12] nam sacrosancta sunt illa, ad quæ venit arca Domini.

12 Tum obtulit Salomon holocausta Domino super aram Domini quam extruxerat ante porticum,

13 [13] Singulis diebus sacrificans iuxta præceptum Mosis, sabbatis, nouiluniis & statis feriis, ter scilicet in anno, nempe in festo dierum infermentatorum, in festo dierum hebdomadarum & in festo dierum tabernaculorum.

14 Et constituit iuxta ordinationem Dauidis patris sui [14] ordines sacerdotum, vt suo officio (inuigilarent,) Leuitas ad suas custodias, ad laudandum & ministrandum coram sacerdotibus, [15] vt quoque dies (expostulabat,) & ianitores in suis ordinibus ad singulas portas: sic enim erat præceptum Dauidis viri Dei.

15 Nec recesserunt à præcepto regis [16] de sacerdotibus & Leuitis, ad omnem rem & thesauros.

16 Nam omne [17] opus Salomonis paratum erat à die quando fundata est domus Domini, vsque ad absolutionem eius, [18] quando absoluta est domus Domini.

CAPVT VIII.

1 vel, in fine viginti annorum quibus (sub. annis) ædificauit Salomon &c. Septem annis ædificauit Salomon templum, & 13. domum suam.

2 In libris Regũ dicitur Salomon dedisse vrbes XX. ipsi Hiramo hîc contrà. Dicunt interpretes Salomonem dedisse viginti vrbes ipsi Hiram, & vicissim Hiram dedisse ipsi Salomoni in patria sua XX. vrbes, quo pax inter ipsos esset stabilior & firmior.

3 præualuit illi, i. expugnauit illam.

4 thesaurorum quas ædificauit (Salomon in regione) Hamath. Vrbem thesaurorum dicit in qua asseruabantur necessaria ad prælia & bella gerenda.

5 i. in saltu Libani in qua erat regia æstiua. nec vertendum est in monte Libani.

6 Heb. hos Salomon ascendere fecit in tributum. i. tributarios fecit.

7 Heb. (Fuerũt) autem de filiis Israel quos non dedit Salomõ in seruos in opere suo. Ipsi enim erant &c. in opere suo, id est, ædificatione templi & regiæ. Non exegit operas à filiis Israel. nam visum est illi ad militiam, & non ad opus illud vile.

8 Heb. & principes ducum eius.

9 equitum.

10 Hebr. principes præfectorũ.

11 Enumerantur plures in Regibus, nempe 550. sed illic omnes enumerantur, hîc tantum præcipui.

12 Heb. nã sanctitas sunt, quia ingressa est in illa, &c. i. sanctificata & consecrata.

vt stare; &c. 13 Hebr. Et in re diei, in die suo vt offerrent, sub. sacrificia. i. Vt iuxta ritum cuiusque diei offerrent holocausta. 14 Hebr. diuisiones. i. classes, vices.
15. Heb. in re diei in die suo. i. in his quæ singulis diebus fieri debebant, vel, secundum ritum & morem vniuscuiusque diei. 16 sub. quod erat de, &c. 17 impensa operum. 18 Ædificatus, perfectus (sub. fuit) sua domus Domini.

17 *Tunc profectus est Salomon in Ezion gaber, & in Eloth in littore maris in terra Edom.*

18 *Miserat enim ei Hiram per manum seruorum suorum naues, & famulos qui gnari erant maris,*[19] *venerunt(q;) cum seruis Salomonis in Ophir, & tulerunt illinc auri talenta*[20] *quadraginta & quinquaginta, & aduexerunt ad Regem Salomonem.*

17 Tunc abiit Salomon in Asion gaber & in Ailath ad oram Maris-rubri, quæ est in Terra-Edom.

18 Misit [a] ergo ei Hiram per manus seruorum suorum naues, & nautas gnaros maris, & abierunt cum seruis Salomonis in Ophir: tuleruntque inde quadringenta quinquaginta talenta auri, & attulerunt ad Regem Salomonem.

a autem

Mittit Salomon in Ophir.

CAPVT IX.

1 *Regina quoque Saba audita fama Salomonis venit Ierosolymam, ut tentaret Salomonem acutis quæstionibus, [venit inquam] exercitu valde magno, cum camelis portantibus odores, & aurum in copia, lapidésque preciosos. veniens(q;) ad Salomonem, loquuta est cum eo quidquid fuit in corde eius.*

2 [1] *Salomon autem enarrauit ei omnia verba eius,*[2] *nihil omnino absconditum fuit Salomonis quod ei non explicaret.*

3 *Videns igitur regina Saba sapientiam Salomonis, &*[4] *domum quam extruxerat:*

4 *Sed & cibum mensæ eius, &*[5] *habitationem seruorum eius, &*[6] *stationem ministrorum eius, & vestes eorum, &*[7] *potum eius, &*[8] *vestes eorum. &*[9] *cœnaculum eius per quod ascendebat in domum Domini, non erat amplius spiritus in ea, dixit(q;) ad Regem:*

5 [10] *Vera fuit fama quam audiui in terram de rebus tuis, atq; de sapientia tua.*

6 *Nec fidem habui verbis*[11] *eorum, donec venirem, viderent(q;) oculi mei, & ecce ne dimidium quidem*[12] *excellentis sapientiæ tuæ mihi nunciatum est, tu*[13] *addis famæ quam audieram.*

7 *Beati viri tui, & beati serui tui illi, qui stãt coram te semper, & audiunt*[14] *sapientiam tuam.*

8 *Sit Dominus Deus tuus*[15] *laudandus,*[16] *qui te fauore complexus est, ut poneret te super solium suum, ut esses Rex Domini Dei tui, eo quod Deus tuus dilexit Israelem. ut*[17] *firmaret eum perpetuò, dedit(q;) te Regem super eos, ut administres ius & iusticiam.*

9 *Dedit præterea Regi centum & viginti talenta auri, & odoramentorum magnam vim, lapides quoq; preciosos: huiusmodi odores quales attulerat regina Saba Regi Salomoni,*[18] *non fuerunt.*

10 *Adhæc serui Hiram & serui Salomonis, qui*[19] *afferebant aurum ex Ophir, adduxerunt quoq; ligna*[20] *algumim. & lapides preciosos.*

11 *Et fecit Rex ex lignis algumim*[21] *gradus in æde Domini atq; in ædibus Regiis, & citharas, & nabla pro cantoribus: nec*[22] *antea visa sunt illis similia in terra Iehuda.*

12 *Porrò Rex Salomon dedit reginæ Saba quodcunque pro voto suo expetiisset,*[23] *præter id quod ipsa attulerat ad Regem. versa igitur abiit in regionem suam cum seruis suis.*

13 *Iam pondus auri quod*[24] *venit Salomoni singulis annis fuit sexcenta & sexaginta sex talenta auri,*

14 [25] *Excepto eo quod acceperat a mercatoribus & negociatoribus quæ ipsi afferebant: sed & omnes Reges Arabiæ, & præfecti prouinciarum*[26] *aduexerunt aurum & argentum Salomoni.*

15 *Fecit quoq; Salomon*[27] *ducentas hastas ex auro ductili: singula hasta habebant*[28] *sexcenos [minas] auri ductilis:*

1 Regina quoq; Saba cum audisset famam Salomonis, venit vt tentaret eum in ænigmatibus, in Ierusalem: cum magnis opibus & camelis, qui portabant aromata & auri plurimum, gemmasque preciosas. cumque venisset ad Salomonem, locuta est ei quæcunq; erant in corde suo.

2 Et exposuit ei Salomon omnia quæ proposuerat: nec quicquam fuit q; non perspicuũ ei fecerit.

3 Quæ postquam vidit, sapientiam scilicet Salomonis, & domum quam ædificauerat:

4 Necnon & cibaria mensæ eius, & habitacula seruorum, & officia ministrorũ eius & vestimenta eorum, pincernas quoq; & vestes eorum, & victimas quas immolabat in domo Domini: non erat p stupore vltrà in ea spiritus. dixitque ad Regem:

5 Verus est sermo quem audieram in terra mea de virtutibus & sapientia tua.

6 Non credebam narrantibus, donec ipsa venissem, & vidissent oculi mei: & probassem vix medietatem sapientiæ tuæ mihi fuisse narratam: vicisti famam virtutibus tuis.

7 Beati viri tui, & beati serui tui, hi qui assistunt coram te omni tempore, & audiunt sapientiam tuam.

8 Sit Dominus Deus tuus benedictus, qui voluit te ordinare super thronum suum Regem Domini Dei tui. quia diligit Deus Israel, & vult seruare eum in æternum: idcirco posuit te super eum Regem, vt facias iudicia atq; iusticiam.

9 Dedit autem Regi centum viginti talenta auri, & aromata multa nimis, & gemmas preciosissimas: non fuerunt aromata talia, vt hæc quæ dedit regina Saba Regi Salomoni.

10 Sed & serui Hiram cum seruis Salomonis attulerunt aurum de Ophir, & ligna thyina, & gemmas preciosissimas.

11 De quibus fecit Rex, de lignis scilicet thyinis, gradus in domo Domini & in domo regia: citharas quoque & psalteria cantoribus: nunquam visa sunt in Terra Iuda ligna talia.

12 Rex autem Salomon dedit reginæ Saba cuncta quæ voluit, & quæ postulauit, & multo plura quam attulerat ad eum: quæ reuersa, abiit in terram suam cum seruis suis.

13 Erat autem pondus auri quod afferebatur Salomoni per singulos annos, sexcenta sexaginta sex talenta auri:

14 Excepta ea summa quam legati diuersarum gentium, & negociatores afferre consueuerant, omnesque Reges Arabiæ, & satrapæ terrarum, qui comportabant aurum & argentum Salomoni.

15 Fecit igitur Rex Salomon ducentas hastas aureas de summa sexcentorum aureorum, qui in singulis hastis expendebantur.

A *Regina Saba venit ad audiendam sapientiam Salomonis.*

3. Reg. 10. a
Matth. 12. d
Luc. 11. d

B

Regem faciẽtem dat Deus populo à se dilecto.

C *Regina Saba Salomoni munera dat.*

Salomon dat reginæ Saba munera.

Pondus auri Salomonis annuum.

D

19 incrunt(q;)ue. 20 Plura sunt hic talenta, quã in libris Regum: nam hic, 450. illic verò 420. Dicunt librum Regum non habuisse rationem triginta talentorũ quæ insumpta fuerant in necessaria nautis.

CAP. IX.

1 i. vt periculum faceret propositis ænigmatibus an sapientia responderet famæ illius.

2 i. Salomon soluit omnia ænigmata quæ illa proposuerat.

3 q. d. facile soluit omnes quæstiones quas regina Saba illi proposuerat.

4 Singulare pro plurali: intelligit enim & ædem sacram & regiã.

5 vel, ordines.

6 sedes. q. d. & ordinem quo sedebant in mensa Regis serui eius.

7 i. stationem pincernarum eius.

8 nam alius ornatus erat pincernarum & aliorũ ministrorum mensæ.

9 vel, ascensum eius per quem, &c. i. viam per quam, &c. Non procul distabat regia à templo Domini.

10 Heb. Veritas est sermo ille quem, &c.

11 sub. qui ea mihi narrabant.

12 Heb. multitudinis.

13 addidisti, &c. q. d. superasti famam quam audiueram [illegible].

14 i. verba sapientiæ tuæ.

15 Heb. benedictus. [illegible]

16 Heb. cui bene complacitum est [illegible]

[illegible]

19 aduexerant sub classe. 20 vel vt in Regibus legitur, almugim. Hebræi dicunt significare corallium. Alii eam arborem quam vulgo vocant [illegible] ebenum. [illegible] 21 [illegible] In libris Regum, fulcra. [illegible] 22 [illegible]

23 [illegible] verba subaudit in Regibus, hoc modo, præter id quod Rex Salomon dedit illi reginæ [illegible] & loco eorum quæ [illegible] 24 [illegible] 25 Heb. præter id quod [illegible] & negociatores afferebant. [illegible] ita dicti à circumeundo, quod negociorum causa [illegible] 26 adducebant. 27 [illegible] 28 sexcentos (nummos.)

300 scuta aurea.

16 Trecenta quoque scuta aurea trecentorum aureorum quibus tegebantur singula scuta. posuitque ea rex in armamentario, quod erat consitum nemore.

17 Fecit quoque rex solium eburneum grande: & vestiuit illud auro mundissimo.

B 18 Sex quoque gradus, quibus ascendebatur ad solium: & scabellum aureum, & brachiola duo altrinsecus, & duos leones stantes iuxta brachiola,

19 Sed & alios duodecim leunculos stantes super sex gradus ex vtraque parte. non fuit tale solium in vniuersis regnis.

Vasa aurea. Argentum tempore Salomonis nihili habet.

20 Omnia quoque vasa conuiuii regis erant aurea: & vasa domus saltus Libani ex auro purissimo. Argentum enim in diebus illis pro nihilo reputabatur.

21 Siquidem naues regis ibant in Tharsis cum seruis Hiram, semel in annis tribus: & deferebant inde aurum & argentum, & ebur, & simias, & pauones.

22 Magnificatus est igitur Salomon super omnes reges terræ præ diuitiis & gloria,

23 Omnesque reges terrarum desiderabant videre faciem Salomonis: vt audirent sapientiam quam dederat Deus in corde eius.

24 Et deferebant ei munera, vasa argentea & aurea, & vestes, & arma, & aromata, & equos & mulos, per singulos annos.

Equi & equites Salomonis.

25 Habuit quoque Salomon quadraginta millia equorum in stabulis: & curruum, equitumque duodecim millia: constituitque eos in vrbibus quadrigarum, & vbi erat rex in Ierusalem.

26 Exercuit etiam potestatem super cunctos reges à flumine Euphrate vsque ad terram Philisthinorum, & vsque ad terminos Ægypti.

C 27 Tantamque copiam præbuit argenti in Ierusalem quasi lapidum: & cedrorum tantam multitudinem velut sycomorum quæ gignûtur in campestribus.

28 Adducebantur autem ei equi de Ægypto, cunctisque regionibus,

29 Reliqua autem opera Salomonis priorum & nouissimorum scripta sunt in verbis Nathan prophetæ, & in libris Abiæ Silonitis, & in visione quoq; Addo Videntis, contra Ieroboã filiũ Nabat.

Moritur Salomon, cui succedit Roboam.

30 Regnauit autem Salomon in Ierusalem super omnem Israel quadraginta annis. 31 Dormiuitque cum patribus suis: & sepelierunt eum in Ciuitate Dauid: regnauitque Roboam filius eius pro eo.

16 Et trecenta scuta ex auro [29] ductili, [30] trecentas [minas] auri singulis scutis, reposuitq; [31] ea Rex in domo saltus Libani.

17 Fecit deinde Rex solium magnum eburneum, obduxitq; illud auro mundo:

18 Et solio sex gradus, & aureum [32] scabellum [33] quæ solio affixa erant: [34] reclinatoria quoq; vtrinq; eo loco, vbi sedebatur, & bini leones stantes [35] pone reclinatoria.

19 Duodeni insuper leones stabant illic super sex gradus vtrinq; Huiusmodi factum non fuit in omnib. regnis.

20 Omnia pocula Regis Salomonis aurea erant, & omnia vasa saltus Libani ex auro erant puro: temporibus Salomonis argentum nihili [36] pensum erat.

21 Siquidem [37] classis Regis ibat in mari cum seruis Hiram: ternis annis semel [38] veniebat classis marina afferens aurum, argentum, ebur, simias atq; pauones.

22 Et præcelluit Salomon Rex omnes Reges [39] nationum opibus & sapientia.

23 Et vniuersi reges [40] terræ [41] quærebant vultum Salomonis, vt audirent [42] sapientiam eius quam dederat Deus in cor eius.

24 Et hi quidem afferebant quisq; munus suum, nempe vasa argentea, vasa aurea, vestes, arma, odores, equos & mulos, [43] idq; singulis annis.

25 Habuit præterea Salomon [44] quatuor millia [45] sæptorum pro equis [46] & curribus, & duodecim millia [47] equitum, quos collocauit in ciuitates curruum, & [48] cum Rege in Jerusalem.

26 Imperitauit autem super omnes Reges, à [49] flumine ipso vsque ad terram Palæstinorum, & ad limitem Ægypti.

27 Et adduxit Rex argentum ipsum in Ierusalem vt lapides, & cedros, adduxit inquam vt sycomoros [50] quæ in planitie abundant.

28 Educebant quoq; equos ex Ægypto Salomoni, atque ex omnibus regionibus.

29 Reliquum gestorum Salomonis priorum & posteriorum, an non hæc scripta sunt in [51] sermonibus Nathan prophetæ, & in prophetia Ahiæ Silonitæ, atq; in visionibus Jedo Videntis contra Jeroboam filium Nebat?

30 Regnauitq; Salomon in Jerusalem super omnem Israelem quadraginta annis.

31 Dormiuitq; Salomon cum patribus suis, sepelieruntq; eum in ciuitate Dauidis patris sui, regnauitq; pro eo Rehabeam filius eius.

29 vel, ta[illegible] siue, flexili.
30 Heb. trecenti (nummi) aurei ascendebant super clypeum vnum. i. insumebantur in singulos clypeos. In libris Regum dicitur, tres minæ insumebantur in singulos clypeos. Hic vero, trecenti aurei, &c. Illic igitur libra seu mina capitur pro centum aureis siue centum aurei valent libram vnã. nam & ipse Chaldæus paraph. vertit libram. i. libram.
31 eos. sub. clypeos.
32 Vox Hebræa proprie significat basin quamdam accliuem quo res sup. posita sit sublimior.
33 Heb. ipsi solio: sententia hoc pertinet ad gradus & scabellũ. q. d. & gradus & scabellum adhærebant throno: siue, quæ omnia adhærebant ipsi solio.
34 vel, sustentacula manuum.
35 iuxta fulcra illa, siue sustentacula.
36 reputabatur.
37 Heb. naues (erant) Regi euntes in Tharsis.
38 venire solebant naues Tharsis afferentes. Doctus inter Hebræos in libris Regum vertit pro Tharsis, Africam. hoc autem intelligitur de illa parte Africæ quæ respondet Europæ, & alluitur mari Mediterraneo, sed de illa quæ est versus Meridiem, alluiturq; mari Oceano.
39 terræ. sub. aliius.
40 sub. illius.
41 i. inuisebant Salomonem magno desiderio tenebantur & studio inuisendi Salomonem.
42 i. verba eius plena sapientiæ.
43 Heb. rem anni in anno. sub. suo.

A

Roboam constituitur Rex. constituere.

Populus petit sibi remitti de tributo indicto à Salomone. 3. Reg. 12.

1 PRofectus est autem Roboam in Sichem: illuc enim cunctus Israel conuenerat, vt [1] constituerent [2] eum regem.

2 Quod cum audisset Ieroboam filius Nabat, qui erat in Ægypto (fugerat quippe illuc ante Salomonem) statim reuersus est.

3 Vocaueruntque eum, & venit cum vniuerso Israel, & locuti sunt ad Roboam, dicentes:

4 Pater tuus durissimo iugo nos pressit. Tu leuiora impera patre tuo, qui nobis imposuit grauem seruitutem, & paululum de onere subleua vt seruiamus tibi.

5 Qui ait, post tres dies reuertimini ad me. cúmque abiisset populus,

B 6 Iniit consilium cum senibus qui steterant co-

1 A[1] Biit autem Rehabeam in Sechem: In Sechem enim conuenerant omnes Israelitæ, [2] vt eum regno inaugurarent.

2 Et factum est, quum in Jeroboã filius Nebat, [3] qui fuit in Ægypto, [hoc] audisset, (fugerat enim metu Regis Salomonis,) reuersus est Jeroboam ex Ægypto.

3 [4] Mittentes ergo accierunt eum: venitq; Jeroboam & omnes Israelitæ, & loquuti sunt ad Rehabeam in hæc verba:

4 Pater tuus [5] aggrauauit iugum nostrum. Tu igitur remitte aliquid de præduras illa seruitute, & de iugo illo graui quibus nos pressit pater tuus, tibiq; seruiemus.

5 Qui ait ad eos, Intra triduum reuertimini ad me. Abiit itaq; populus.

6 Rex aũt Rehabeam iniit consiliũ cum senibus, qui

44 In libris Regum dicuntur fuisse Salomoni quadraginta millia: hic tantum quatuor. Verùm illic loquitur de equis qui erant in stabulis: hic tantum de stabulis. Ibi legendum [illegible] equorum [illegible] in stabulis. Erant [illegible] stabulorum [illegible] singulis stabulis decem equi, qui summam ascendebant ad 40000. 45 stabulorum. 46 Gallice dicimus, [illegible] Currus dicuntur omnia animalia quibus vehuntur homines: dicuntur etiam equi trahentes. 47 i. qui artem agendorum equorum probe norunt Gallice appellamus, Les piqueurs du Roy. 48 i. apud se. 49 Per excellentiam Euphrates dicitur. 50 quæ (nascuntur) in campania ipsa, in abundantia. Loquitur de campania quadam celebri & nota prope Ierusalem. 51 libris.

CAP. X. 1 sub. mortuo patre suo. Hic dicit nunc primum constitutum Regem, quum præcedenti versu dixerit regnasse: sed ordo rerum gestarum non est [illegible] Sacris. 2 ad constituendum eum Regem. 3 (ipse autem erat in Ægypto quod fugerat propter Salomonem Regem) tunc reuersus est, &c. Omittas parenthesin. 4 sub. legatos. 5 q. d. oppressit nos iugo seruitutis duro. Reuera iugum impositum à Salomone fuerat leue, imò & leuissimum: & tamen queritur populus. quod certe diuino consilio factum est, qui voluit diuidere regnum Israeliticum propter peccata.

6 Heb. assiterant. vt scilicet essent illi a consiliis.
7 fauoreque & beneuolentia eos affeceris. vel, si beneuolum te illis praestiteris.
8 q. d. qui erant illi ab actibus, a consilio, & poculis.
9 vel, Minue. Subleua.
10 vel, imposuit nobis iugu grauissimum.
11 Heb. subleua a nobis. sub. iugum.
12 Heb. Minim⁹ (digitorũ meorum) crassior erit lumbis, &c. vel, Minimum (membrorum meorũ) crassius cubito. q. d. Virium & facultatum mearum cum viribus & facultatibus patris mei, nulla est comparatio. ego enim sum illo multo fortior.
13 causa. sub. eius rei. q. d. Deus fuit author huius rei.
14 vel, adimpleret.
15 siue, portio. q. d. Quid ad nos pertinet regnum Dauidis?
16 nec.
17 sub. discede.
18 vel, vide domum tuam ô Dauid, i. familiam tuam. q. d. Vide quantus sit numerus hominum quibus impe. 2. posthac non tot imperabis ô Dauid ô nepos Dauidis. nã omnes nepotes Dauidis, dicti sunt Dauid. Etiam Messias ipse dictus est Dauid hac ratione.
19 Heb. roborauit sese. i. robusto animo conscendit currum aliquem insignem.
CAP. 1.
1 i. cum aliis secum tribubus.

coram Salomone patre suo quum adhuc viueret, [6] ministrauerant, & ait, Quid consulitis vos quod respondeam huic populo?
7 Et loquuti sunt ad eum dicentes, Si [hodie] comem te praestiteris huic populo, [7] moremq; eis gesseris, loquutusq; fueris ad eos verba lenia, tunc inseruient tibi cunctis diebus.
8 At is derelicto consilio seniorum quod ei dederant, iniit consilium cum iuuenibus qui cum eo adoleuerant, [8] quiq; coram eo stabant.
9 Aitq; ad eos, Quid vos consulitis quod respondeamus huic populo, qui loquuti sunt ad me, dicentes, [9] Remitte quidpiam de iugo quod posuit pater tuus super nos?
10 Tu iuuenes qui cũ eo adoleuerant loquuti sunt ad eum hisce verbis, Sic dices ad populũ qui loquuti sunt ad te haec verba, Pater tuus [10] aggregauit iugum vestrum, tu ergo [11] remitte quidpiam [de iugo] nostro: sic dices ad eos, [12] Exiguum meum crassius erit lumbis patris mei.
11 Pater itaque meus praefecit vos iugo graui, ego verò adiiciam iugo vestro: pater meus castigauit vos flagellis, ego autem [castigabo vos] flagris aculeatis.
12 Venit itaque Jerobeam & vniuersus populus ad Rehabeam die tertio sicut Rex loquutus fuerat, dicens, Reuertimini ad me die tertio.
13 Et respondit illis Rex asperè, reliquitq; Rex Rehabeam consilium senum,
14 Loquutus est autem ad eos iuxta consilium iuuenum dicens, Pater meus aggregauit iugum vestrum, ego verò adiiciam illi: pater meus castigauit vos flagellis. ego autem [castigabo vos] flagris aculeatis.
15 Neq; auscultauit Rex populo, quoniam fuit [13] reuolutio a Deo, vt [14] confirmaret Dominus verbum suum, quod loquutus fuerat ministerio Ahiae Silonitae ad Jerobeam filium Nebat.
16 Quumq; vniuersi Israelitae vidissent quod Rex nõ acquieuisset eis, respondit populus Regi hisce verbis, Quae [15] pars nobis in Dauide? [16] non est haereditas in filio Isai: [17] ad tentoria tua ô Israel, [18] prouide itaq; domum tua Dauid & abiit vniuersus Israel in tentoria sua.
17 Super filios autem Israel qui habitabant in ciuitatibus Jehudae, regnauit Rehabeam.
18 Misit autem Rex Rehabeam Hadoram, qui erat [constitutus] super vectigal, quem Israelitae lapidibus obruerunt ita vt moreretur: Rehabeam autem Rex [19] satagit, vt conscenso curru fugeret Jerosolymam. 19 Defecerunt itaque Israelitae à domo Dauidis vsq; in hunc diem.

ram patre eius Salomone, dum adhuc viueret, dicens, Quid datis consilii vt respondeam populo?
7 Qui dixerunt ei, Si placueris populo huic, & linieris eos verbis clementibus, seruient tibi omni tempore.
8 At ille reliquit consilium senum, & cum iuuenibus tractare coepit, qui cum eo nutriti fuerant, & erant in comitatu illius.
9 Dixitq; ad eos, Quid vobis videtur? vel respõdere quid debeo populo huic, qui dixit mihi, Subleua iugum quod imposuit nobis pater tuus?
10 At illi responderunt vt iuuenes, & nutriti cum eo in deliciis, atque dixerunt, Sic loquêris populo qui dixit tibi, Pater tuus aggregauit iugũ nostrum, tu subleua: & sic respondebis ei, Minimus digitus meus grossior est lumbis patris mei.
11 Pater meus imposuit vobis graue iugũ, & ego maius pondus apponã: pater meus cecidit vos flagellis, ego verò caedam vos scorpionibus.
12 Venit ergo Jeroboam, & vniuersus populus ad Roboam die tertio, sicut praeceperat eis.
13 Responditque Rex dura, derelicto consilio seniorum.
14 Locutusque est iuxta iuuenum voluntatem: Pater meus graue vobis imposuit iugum, quod ego grauius faciam: pater meus cecidit vos flagellis, ego verò caedam vos scorpionibus.
15 Et non acquieuit populi precibus: erat enim voluntatis Dei, vt compleretur sermo eius, quem locutus fuerat per manum Ahiae Silonitis ad Jeroboam filium Nabat.
16 Populus autem vniuersus Rege duriora dicente, sic locutus est ad eum, Non est nobis pars in Dauid, neq; haereditas in filio Isai. Reuertere in tabernacula tua Israel, tu autem pasce domum tuam Dauid. & abiit Israel in tabernacula sua.
17 Super filios autem Israel, qui habitabant in ciuitatibus Juda, regnauit Roboam.
18 Misitq; Rex Roboam Aduram, qui praeerat tributis, & lapidauerunt eum filii Israel, & mortuus est: porrò Rex Roboam currum festinauit ascendere, & fugit in Jerusalem.
19 Recessitque Israel à domo Dauid vsque ad diem hanc.

Consilium senum.
Consilium iuuenum.
C
Relicto consilio seniorum respondet populo dura, voluntate Dei.
D
Scissio regni Israel.
Aduram lapidatur.

CAPVT XI.

1 FActum est enim, dum vniuersa plebs Israel audiret Jerobeam rursum domum reuersum esse, vt mitterent ad eum & vocarent ad coetum congregatum, atq; ad Regem super omnem Israelem constituerent: Posthac nemo secutus est domum Dauid praeter solam tribum Juda.
2 Quumq; venisset Rehabeam Jerosolymam, congregauit domum Jehudae & Beniamin, centum videlicet & octoginta millia electorum qui bellum gerere poterant, vt pugnaret [1] contra Israelitas, & reduceret illud regnum ad Rehabeam.
3 Et factum est verbum Domini ad Semeiam virum Dei in hanc sententiam: Dic ad Rehabeam filium Solomonis Regem Jehudae, & ad omnes Israelitas qui sunt in Jehuda & Beniamin, haec verba:
4 Sic dicit Dominus, Ne ascendatis, neque pugnetis contra fratres vestros, reuertimini quisq; domum suam, quoniam a me facta est haec res. audierunt ergo verba Domini, & reuersi sunt, quo minus proficiscerentur contra Jerobeam.
5 Mansit autem Rehabeam Jerosolymis, aedificauitq; ciuitates [2] munitas in Jehuda.
6 AEdificauit [inquam] Beth lehem, & Etam atque Tecoam.

2 i. in munitionem, vt essent munitiones.

1 FActum est autem, cum audisset omnis Israel quod reuersus esset Jeroboam, miserunt & vocauerunt eum congregato coetu: & constituerunt eum Regem super omnem Israel, nec secutus est quispiam domum Dauid praeter tribum Juda solã.
2 Venit autem Roboam in Jerusalem, & conuocauit vniuersam domum Juda & Beniamin, centum octoginta millia electorum, atque bellantium, vt dimicaret contra Israel, & conuerteret ad se regnum suum.
3 Factusque est sermo Domini ad Semeiam hominem Dei, dicẽs, Loquere ad Roboam filium Salomonis Regem Juda, & ad vniuersum Israel qui est in Juda & Beniamin.
4 Haec dicit Dominus, Non ascendetis, neque pugnabitis contra fratres vestros: reuertatur vnusquisq; in domum suam, quia mea hoc gestum est voluntate. qui cum audissent sermonem Domini, reuersi sunt, nec perrexerunt contra Jeroboam.
5 Habitauit autem Roboam in Jerusalem, & aedificauit ciuitates muratas in Juda.
6 Extruxitque Beth lehem & Etam, & Thecue.
7 Beth-

A
Roboam contra Jeroboam pugnaturus, à Domino per Semeiam admonetur vt incepto desistat.
3. Reg. 12. c
B
Voluntate Dei diuisum regnum Israel.
Ciuitates à Roboam aedificatae.

7 Beth sur quoq; & Socho, & Odollam.
8 Necnon & Geth, & Maresa & Ziph:
9 Sed & Aduram, & Lachis, & Azeca.
10 Saraa quoq; & Aialon, & Hebron, quæ erãt
in Juda & Beniamin, ciuitates munitissimas.
11 Cumque clausisset eas muris, posuit in eis
principes, ciborumq; horrea, hoc est, olei & vini.
12 Sed & in singulis vrbibus fecit armamenta-
ria scutorum & hastarum: firmauitque eas summa
diligentia, & imperauit super Judam, & Benia-
min.

C

Roboam imperat super Judã & Beniamin.

13 Sacerdotes autem & Leuitæ qui erant in v-
niuerso Israel, venerunt ad eum de cunctis sedibus
suis.
14 Relinquẽtes suburbana, & possessiones suas,
& transeuntes ad Judam, & Jerusalem: eo quod ab-
iecisset eos Jeroboam, & posteri eius, ne sacerdotio
Domini fungerentur.

Jeroboam constituit sacerdotes dæmoniorũ.
Quærere Dominum.

15 Qui constituit sibi sacerdotes excelsorum,
& dæmoniorum, vitulorumq; quos fecerat.
16 Sed & de cunctis tribubus Israel, quicunque
dederant cor suum vt quærerent Dominum Deum
Israel, venerunt in Jerusalem ad immolandum vi-
ctimas suas coram Domino Deo patrum suorum.

D

17 Et roborauerunt regnum Juda: & confirma-
uerunt Roboam filium Salomonis per tres annos:
ambulauerunt enim in viis Dauid & Salomonis,
annis tantum tribus.

Vxores aliquot Roboam.

18 Duxit autem Roboam vxorem Mahalath, fi-
liam Jerimoth filij Dauid: Abihail quoq; filiam E-
liab filij Isai.
19 Quæ peperit ei filios Jeus, & Somoriam, &
Zoom.
20 Post hanc quoq; accepit Maacha filiam Absa-
lom, quæ peperit ei Abia, & Ethai, & Ziza, & Salo-
mith.

Vxores Roboam 18. & concubinæ 60.

21 Amauit autem Roboam Maacha filiam Ab-
salom super omnes vxores suas, & concubinas:
nam vxores decem & octo duxerat, concubinas
autem sexaginta: & genuit vigintiocto filios, & se-
xaginta filias.
22 Constituit verò in capite, Abiam filiũ Maa-
cha ducẽ super omnes fratres suos: ipsum n. regem
facere cogitabat, quia sapientior fuit, & potentior super omnes filios eius, & in cunctis finibus Juda, &
Beniamin, & in vniuersis ciuitatibus muratis: præbuitque eis escas plurimas, & multas petiuit vxores.

7 Beth-zur, Socho, Adullam.
8 Gath, Maresam, Ziph.
9 Adoraim, Lachis, Aseca.
10 Zarea, Aialon, & Hebron, quæ [erant] in Jehuda
& Beniamin, ciuitates munitas.
11 Roborauit quoq; [1] præsidia, & collocauit in ea du-
ces & [4] thesauros ciborum, vinum quoq; & oleum.
12 Et in omnibus ciuitatibus scuta & lanceas, & ro-
borauit eas supra modum, eratq; sub eo Jehuda & Ben-
iamin.
13 Sacerdotes quoq; & Leuitæ qui erant in vniuerso
Israele collegerunt se ad illum ex omni termino eorum.
14 [6] Relinquebant enim [7] Leuitæ suburbanos suos a-
gros atq; possessiones suas, [8] concesseruntq; ad Jehuda &
Jerusalem. [9] abiecerat enim eos Jeroboam & filij eius, ne
sacerdotio fungerentur coram Domino.
15 Constituitq; sibi sacerdotes pro excelsis, & pro dæ-
moniis, & pro vitulis quos fecerat.
16 Sequuti quoque sunt ipsos [Leuitas] ex omnibus
tribubus Israelis, hi scilicet qui dederant cor suum [10] vt
quærerent Dominum Deum Israelis, venientes in Jeru-
salem, vt sacrificarent Domino Deo patrum suorum.
17 [11] Roborauerunt itaque regnum Jehuda, & con-
firmauerunt Rehabeam filium Salomonis tres annos:
quoniam ambulauerunt in via Dauidis & Salomonis
tribus annis.
18 Duxit autem sibi Rehabeam vxorem Mahalath
filiam Jerimoth, filij Dauidis, [&] Abihail filiam Eli-
ab, filij Isai.
19 Quæ peperit ei filios, ipsum Jehus, & Semariam,
& Saham.
20 Post illam duxit Maacham filiam Absolom, quæ
peperit ei Abiam, Athai, Sisam & Selomith.
21 Dilexit autem Rehabeam Maacham filiam Ab-
solom supra omnes vxores & concubinas suas: quoniam
decem & octo duxerat vxores, & sexaginta concubinas,
genuitq; viginti octo filios, & sexaginta filias.
22 Et constituit Rehabeam Abiam [12] filium Maa-
cham, vt caput esset & princeps inter fratres suos, [13] vtq;
regno præesset. [14] Prudenter itaq; egit, erupitq; præ omni-
bus filiis suis in omnibus terris Jehuda & Beniamin, in
omnibus vrbibus munitis, & dedit eis commeatum in
copia, & [15] petiit multas vxores.

1 munitiones i. vrbes illas munitas.
4 vel, horrea.
5 Heb. asteriis apud eum.
6 Reliquerant.
7 Hic Leuitarũ nomine comprehenduntur & sacerdotes & Leuitæ: quia omnes sacerdotes erant Leuitæ, & non contrà.
8 concesserantque, siue, abierant.
9 vel, repulerat.
10 i. qui tenebantur religione veri Dei.
11 q.d. Hac ratione factum est vt regnũ Rehabeam staret firmum tribus annis.
12 i. filium suũ ex Maacha.
13 Heb. quia (sub. desiderabat) constituere eum Regem.
14 Heb. Et docuit eum, diuisitque ex omnibus, &c. i. docendum curauit eum, & instituẽdum, & separauit, &c. hoc est, distribuit reliquos filios suos per omnes prouincias Juda & Beniamin.
15 q.d. hic habuit multitudinem vxorum.

CAPVT XII.

A

Tradit Dominus Judam in manus Sesac quòd eum dereliquisset.

1 CVmque roboratum fuisset regnum Roboam
& confortatum, dereliquit legem Domini, &
omnis Israel cum eo.
2 Anno autem quinto regni Roboam ascendit
Sesac Rex Ægypti in Jerusalem (quia peccauerant
Domino.)
3 Cum mille ducentis curribus, & sexaginta
millibus equitum: nec erat numerus vulgi quod
venerat cum eo ex Ægypto, Libyes scilicet, & Tro-
glodytæ, & Æthiopes.
4 Cepitq; ciuitates munitissimas in Juda, & ve-
nit vsq; in Jerusalem.

Semeias commonefacit populum peccati.

5 Semeias autem propheta ingressus est ad Ro-
boam, & principes Juda, qui congregati fuerant in
Jerusalem, fugientes Sesac: dixitq; ad eos, Hæc di-
cit Dominus, Vos reliquistis me, & ego reliqui vos
in manu Sesac.

B

Humiliatio populi auertit iram Dei.

6 Consternatique principes Israel, & Rex, dixe-
runt, Justus est Dominus.
7 Cumq; vidisset Dominus quod humiliati es-
sent, factus est sermo Domini ad Semeiam, dicens,
Quia humiliati sunt, non disperdam eos: daboque
eis pauxillum auxilij, & non stillabit furor meus
super Jerusalem per manum Sesac.

Quare Israel seruierit Sesac Regi.

8 Verumtamen seruient ei: vt sciant distantiam

1 FActum est autem [1] quum Rehabeam ordinasset re-
gnum, roborassetq; illud, quod dereliqueret legem
Domini, omnisq; Israel cum eo.
2 Anno ergo quinto Regis Rehabeam ascendit Sesac
Rex Ægypti contra Jerusalem, (eo quòd præuaricati es-
sent contra Dominum.)
3 Cum mille & ducentis curribus, cumque sexagin-
ta millibus equitum: porro populi qui venerant cum eo
ex Ægypto, non fuit numerus, [2] Lubim, Sukkim & Æ-
thiopes.
4 Ceperunt autem vrbes illas munitas in Jehuda, per-
ueneruntq; vsq; ad Jerusalem.
5 Venit itaq; Semaia propheta ad Rehabeam & ad
principes Jehudæ, qui collecti erant intra Jerusalem me-
tu Sesac, dixitq; ad eos, Sic ait Dominus, Vos dereliqui-
stis me, & ego vos quoq; dereliqui in manu Sesac.
6 [3] Submisit ergo facti principes Israelis & Rex dixe-
runt, Justus est Dominus.
7 Cumq; videret Dominus eos esse factos submissos, fit
verbum Domini ad Semeiam in hanc sententiam, [4] Sub-
missi sunt, non ergo perdam eos, sed [5] vtcunq; seruabo eos,
nec [6] constabitur furor meus contra Jerusalem per ma-
num Sesac.
8 Serui tamen eius erunt vt experiantur quid sit mihi

1 quum confirmasset (sub. Dominus) regnum Roboam.
2 i. Libyci, Troglodytæ, & Æthiopes.
3 vel, Humiliati. q.d. Quum agnouissent peccata sua.
4 q.d. Agnouerunt culpam, & resipuerunt.
5 breui.
6 effundetur, sub. diu, vel victa.

10 Noster autem Dominus, Deus est, quem non
relinquimus: sacerdotésq; ministrant Domino de
filiis Aaron: & Leuitæ sunt in ordine suo.
11 Holocausta quoque offerunt Domino per
singulos dies mane & vespere: & thymiama iuxta
legis præcepta confectum, & proponuntur panes
in mensa mundissima, estq; apud nos candelabrum
aureum, & lucernæ eius, vt accendantur semper ad
vesperam: nos quippe custodimus præcepta Do-
mini Dei nostri, quem vos reliquistis.
12 Ergo in exercitu nostro dux Deus est, & sa-
cerdotes eius, qui clangunt tubis, & resonant con-
tra vos: filii Israel nolite pugnare contra Dominum
Deum patrum vestrorum, quia non vobis expedit.
13 Hæc illo loquente, Ieroboam retro molie-
batur insidias: cumq; ex aduerso hostium staret, i-
gnorantem Iudam suo ambiebat exercitu.
14 Respiciensq; Iudas, vidit instare bellum ex
aduerso & post tergum, & clamauit ad Dominum:
ac sacerdotes tubis canere cœperunt.
15 Omnésq; viri Iuda vociferati sunt: & ecce,
illis clamantibus perterruit Deus Ieroboam, & o-
mnem Israel qui stabat ex aduerso Abia & Iuda.
16 Fugeruntq; filii Israel Iudam, & tradidit eos
Deus in manu eorum.
17 Percussit ergo eos Abia, & populus eius pla-
ga magna: & corruerunt vulnerati ex Israel quin-
quaginta millia virorum fortium.
18 Humiliatiq; sunt filii Israel in tempore illo:
& vehementissime confortati filii Iuda, eo quòd
sperassent in Domino Deo patrum suorum.
19 Persecutus est autem Abia fugientem Iero-
boam: & cepit ciuitates eius, Beth-el & filias eius:
& Iesana cum filiabus suis: Ephron quoque & fi-
lias eius.
20 Nec valuit vltrà resistere Ieroboam in dieb.
Abia: quem percussit Dominus, & mortuus est.
21 Igitur Abia, confortato imperio suo, accepit
vxores quatuordecim: procreauitq; viginti duos fi-
lios, & sedecim filias.
22 Reliqua autem sermonum Abia, viarumq;
& operum eius, scripta sunt diligentissime in libro
Addo prophetæ.

Orantibus militibus Abia, Deus percutit exercitum Ieroboam. Abia sperans in Domino, victor euadit. [a] *quingenta*

Ieroboam percussus a Deo. Abia vxores quatuordecim.

10 Nos[18] verò sumus Domini Dei nostri,[a] & illum
non deseruimus, & sacerdotes qui ministrant coram Do-
mino filii sunt Aharonis, & Leuitæ[19] in ipso opere.
11 Qui incendunt Domino holocausta[20] singulis
(diebus) mane & vespere,[a] deinde incensum aromati-
cum (adolent) ordinantq;[21] panes[22] mensæ munda,[a] &
candelabrum aureum (aptant) cum lucernis eius, vt ar-
deant semper[23] in vespera:[a] quoniam nos obseruamus
[24] obseruationes Domini Dei nostri,[25] quas vos dere-
liquistis.
12 Et ecce nobiscum Deus,[26] caput,[a] & sacerdotes,
[27] & tubæ, & classicum,[28] vt insonet contra vos.[29] fi-
lii Israel ne pugnetis contra Dominum Deum patrum
vestrorum nam id non prospere vobis cedet.
13 Ieroboam autem circumduxit insidias,[30] vt ve-
niret post eos:[31] fuerunt itaq;[32] ante Iehudam insidiæ,
& eæ a tergo[33] eius.
14 Et quum circumspexissent Iudæi, ecce immine-
bat eis prælium a fronte & a tergo, clamabantq; ad Do-
minum, & sacerdotes[34] clangebant tubis.
15 Et[35] classicum cecinerunt Iudæi: quumq; sic[36] clas-
sicum canerent Iudæi, contigit vt Deus funderet Iero-
boam & omnem Israelem coram Abia & Iehuda.
16 Fugeruntq; filii Israel coram Iehuda, & tradidit
eos Dominus in manum eorum.
17 Et cædebant eos Abia & populus eius cæde ma-
gna, & ceciderunt vulnerati ex Israele virorum electorum
quingenta millia.
18 Afflicti igitur sunt filii Israel illo tempore,[37] in-
naluerùntq; filii Iehuda, eo quod innixi essent super Do-
minum Deum patrum suorum.
19 Et persecutus est Abia Ieroboam, & cepit ci-
uitates eius, Beth-el & viculos eius, Iesanam & vicos e-
ius, Ephraim & vicos eius.
20 Nec retinuit Ieroboam amplius robur in diebus
Abia, percussitque eum Dominus, & mortuus
est.
21[38] Abia autem corroboratus est, & duxit vxores
quatuordecim, genuitq; viginti duos filios, & sedecim
filias.
22 Reliquum gestorum Abia,[39] viæ eius, verbáq;
eius scripta sunt in historia Iddo prophetæ.

[a] Heb. autem, Dominus Deus noster. Chaldæus Hebræum pro, Dominum autem est Deus noster. vel, Nobis autem Dominus est Deus.
19 q. d. adhuc quotidie sacrificant, & immolant victimas Domino, fungentes omnes officio suo in templo.
20 Heb. mane, mane, & vespere vespere.
21 sub. propositionis.
22 super mensam mundam.
23 Hebr. in vespera & vespera. i. singulis vesperis.
24 custodiam. i. ceremonias.
25 At vos dereliquistis illam. sub. quia expulistis sacerdotes eius, nec obseruatis ceremonias eius.
26 in caput. q. d. est nobis pro duce. vel præcipuum locum apud nos obtinet; deinde sacerdotes eius.
27 Heb. & tubæ vociferationis. vel, clangoris, i. quibus clangere solent Leuitæ.
28 vt iubilent (vel, intonent) contra vos. i. vt clangore suo pugnam in vos accendant.
29 q. d. sumus ex eodem patre, nempe Israele.
30 i. vt eos à tergo adoriretur.
31 sub. milites Ieroboam qui erant in ea acie.
32 i. à fronte Iudæorum.
33 eorum sub. filiorum Iuda.
34 q. d. hortabantur clangore futurum bellum vt essent bono animo.
35 vociferati sunt. sub. conflictum scilicet & pugnam, initio pugnæ, de more antiquorum. Fuit autem hæc vociferatio initio pugnæ vt terrerent hostes.
36 vociferarentur

C A P V T XIV.

A
1 DOrmiuit autem Abia cum patribus suis, & se-
pelierunt eum in Ciuitate-Dauid: regnauit-
que Asa filius eius pro eo, in cuius diebus quieuit
terra annis decem.
2 Fecit[a] ergo Asa quod bonum & placitum e-
rat in conspectu[b] Dei sui.
3 Et subuertit altaria peregrini cultus, & excel-
sa, & confregit statuas, lucosq; succidit.
4 Et præcepit Iudæ vt quæreret Dominum
Deum patrum suorum, & faceret legem, & vniuer-
sa mandata.
5 Et abstulit de cunctis vrbibus Iuda aras &
phana, & regnauit in pace.
6 Ædificauit quoq; vrbes munitas in Iuda, quia
quietus erat, & nulla temporibus eius bella surre-
xerant pacem Domino largiente.
B
7 Dixit autem Iudæ, Ædificemus ciuitates istas,
& vallemus muris, & roboremus turribus, & por-
tis, & seris, donec à bellis quieta sunt omnia, eo
quòd quæsierimus Dominum Deum patrum no-
strorum, & dederit nobis pacem per gyrum. ædi-
ficauerunt igitur, & nullum in extruendo impedi-
mentum fuit.

Moritur Abia, cui succedit Asa. 3. Reg. 15. b. *Asa subuertit excelsa, præcipitque Iuda vt quæreret Dominum.* [a] *autem* [b] *Domini*

Pax, quærentibus Deum.

1 D[1]Ormiuit autem Abia cum patribus suis,[a] & se-
pelierunt eum in ciuitate Dauidis, regnauitq; A-
sa filius eius pro eo, & tranquilla fuit terra decem an-
nis.
2 Fecit autem Asa quod bonum & rectum fuit in
oculis Domini Dei sui.
3 Abstulit enim altaria[2] aliena & excelsa, confre-
git statuas, & succidit lucos.
4 Et dixit ad Iehudam, vt inquirerent Domi-
num Deum patrum suorum, facerentque legem & præ-
cepta.
5 Abstulit præterea de omnibus vrbibus Iehuda
excelsa &[3] simulacra,[a] fuitque regnum tranquillum
[4] coram eo.
6 Ædificauit autem vrbes munitas in Iehuda, eo
quod pacem haberet terra, nec esset contra eum bellum
nullis diebus: siquidem Dominus dederat ei requiem.
7[5] Dixit igitur ad Iehudam, Ædificemus ciui-
tates istas, & circumducamus muros, turres, portas, &
vectes:[6] superest enim nobis terra,[a] eo quod quæsiuimus
Dominum Deum nostrum: quæsiuimus, & ille dedit no-
bis requiem circumquaq; ædificauerunt ergo, & prospe-
re eis cessit.

37 vel, fortioresque facti sunt. 38 q. d. Confirmato itaque regno Abias duxit &c. 39 .i. mores. CAP. XIV. 1 .i. Post mortem appositus est maioribus suis. 2 Heb. alienas: sub. [illegible] quæ extructa erant in honorem idolorum. 3 sub. solis. nam tum solem colebant, & in eius honorem simulacra tunc erigebant. 4 .i. eo se-gubernante [illegible] vt tempore fuerit regno pacatissimo. 5 Iam autem dixerat sic vertendum, 6 Heb. (quum) adhuc nostra est terra .i. quum adhuc impe-rium habeamus [illegible] adhuc in ea [illegible], terra in nostra [illegible] in potestate nostra.

7 q. d. instructu clypeis & hastis.
8 sub. e patria sua.
9 ille Æthiops. i. rex Ægypti.
10 vel, quæ erat iuxta Maresa.
11 Hebr. non est apud te (differentia) inter magnū (i. fortem) & eū cui non est robur, ad ferēdam opem. i. sine vlla differentia ferre soles opem & potenti & infirmo: & ita cui tu feris opem, tandem vincet. q. d. sumus multo inferiores numero, sed tua ope freti, superabimus.
12 vel, ô Domine, tu es.
13 vel, aduersum te. q. d. illi fidant viribus humanis, nos autem auxilio diuino: proinde saue nobis.
14 i. pugnante Asa.
15 Hebr. non esset ipsis vita. i. ceciderant vsq; ad internecionem multi.
16 capti essent.
17 i. pugnante Domino & exercitu eius.
18 i. terruerat eos Deus.
19 Heb. quādo quidem erat

8 Habuit quoque Asa exercitum [7] qui ferebat scuta & hastas, [8] & de Jehuda (virorum) trecenta millia, & de Beniamin qui portabant scuta, & tendebant arcus, ducenta & octoginta millia: hi omnes viri erant strenui.

9 [9] Egressusque est contra eos Sara [9] Æthiops cum exercitu mille millium, & trecentis curribus, & peruenit in Maresa.

10 Exiuit & Asa contra eum, & aciem instruxerunt in valle Zephatha [10] ad Maresa.

11 Clamauit autem Asa ad Dominum Deum suum, & dixit Domine, [11] nihil (refert) apud te auxilium feras vel multis, vel his quibus non est robur: fer opem nobis ô Domine Deus noster, quoniam te nitimur, & in tuo nomine aggredimur multitudinem istam, [12] tu es Dominus Deus noster, ne prævaleat [13] tecum mortalis.

12 Fudit itaque Dominus Æthiopes [14] coram Asa & coram Jehuda fugeruntque Æthiopes.

13 Quos insequutus est Asa & populus qui cum eo erat, vsque in Gerar, corrueruntque Æthiopes ita vt [15] nullus ex eis viuus superesset, quoniam [16] confracti sunt [17] coram Domino & coram exercitu eius: tuleruntque prædam valde ingentem.

14 Percusserunt itaque omnes ciuitates circum Gerar, quoniam [18] pauor Domini erat super eos, diripueruntque omnes vrbes, [19] eratque præda magna in eis.

15 Percusserunt etiam tentoria pecorum, & abduxerunt oues multas, & camelos, reuersique sunt Jerosolymam.

8 Habuit autem Asa in exercitu suo portantium scuta & hastas, de Juda trecenta millia: de Beniamin verò scutariorum & sagittariorum, ducenta octoginta millia: * omnesque isti viri fortissimi.

9 Egressus est autem contra eos Zara Æthiops cum exercitu suo, decies centena millia, & curribus trecentis: & venit vsque Maresa.

10 Porrò Asa perrexit obuiam ei, & instruxit aciem ad bellum in Valle Sephatha, quæ est iuxta Maresa.

11 Et inuocauit Dominum Deum, & ait, Domine non est apud te vlla distantia, vtrum in paucis auxilieris, an in pluribus: adiuua nos Domine Deus noster. In te enim, & in tuo nomine habētes fiduciam venimus cōtra hanc multitudinem. Domine, Deus noster, tu es, non præualeat contra te homo. D

12 Exterruit itaque Dominus Æthiopes coram Asa & Juda: fugeruntque Æthiopes.

13 Et persecutus est eos Asa, & populus qui cū eo erat, vsque Gerara: & ruerunt Æthiopes vsque ad internecionem, quia Domino cædente contriti sunt, & exercitu illius præliante: tulerunt ergo spolia multa.

14 Et percusserunt ciuitates omnes per circuitum Geraræ: grandis quippe cunctis terror inuaserat: & diripuerunt vrbes, & multam prædam asportauerunt.

15 Sed & caulas ouium destruentes, tulerunt pecorum infinitam multitudinem, & camelorum: reuersique sunt in Jerusalem.

Exercitus Asa.

** omnes isti.*

Zara rex Æthiopum inuadit Asa.

Oratio Asa plena fiduciæ.

1. Reg. 14.

Domino præliante vincit Æthiopes.

Terror Dom. aduersar. eo.

CAPVT XV.

CAPVT XV.

2 sub. prophetticus. i. Afflatus est Spiritu prophetico.
3 filium paulo post vocabit Oded. erat enim binomius. Hic autem vocat Azariam, vt Oded filium intelligamus, non patrē. vterq; enim dicebatur Oded.
3 erit, cum fueritis cum eo. i. feret vobis auxilium, quum non deserueritis illum.
4 Heb. Diebus autem multis (fuerunt) Israeli absque Deo veritatis, & absque sacerdote monente, & absque lege. q. d. illo tempore fuit sine cultu veri Dei, sine lege, & sine sacerdote docente legem. Semper fuit lex Mosis, at non eā docebant sacerdotes.

1 FVitque [1] Spiritus [2] Dei super [3] Asariam filium Oded.

2 Qui egressus obuiam Asa, dixit ad eum, Audite me Asa & omnis Jehuda atque Beniamin, Dominus vobiscum [3] est, si vos fueritis cum eo: & si quæsieritis eum, inuenietur vobis: si vero reliqueritis eum, relinquet & vos.

3 [4] Et quidem multis dieb. in Israele non (quæsierūt) Deum verum, non sacerdotem docentem, non legem.

4 [5] Quum verò in angustiis suis conuersi essent ad Dominum Deum Israelis, [6] quærerentque eum, inuentus est ab eis.

5 Et temporibus illis [7] non erat pax neque exeunti neque ingredienti, [8] sed tumultus ingentes super omnes habitatores [9] terrarum.

6 Et [10] contritus gens à gente, & vrbs ab vrbe, quoniam Dominus [11] commouet eos omni generis calamitate.

7 Vos igitur estote fortes, ne remissæ fiant manus vestræ: est enim merces [12] operi vestro.

8 Quum ergo Asa verba ista atque prophetiam [13] Oded Prophetæ audisset, [14] confortatus est, & [15] abstulit abominanda idola ex omni terra Jehuda & Beniamin, atque ex omnibus ciuitatibus quas ceperat in monte Ephraim. Et instaurauit altare Domini quod erat ante porticum Domini.

9 Congregauit quoque omnem Jehudam & Beniamin, aduenas cum eis ex Ephraim, & Manasse, & Simeone: nam multi ex Israelitis defecerunt ad eum, videntes quòd Dominus Deus eius esset cum eo.

10 Congregati itaque sunt in Jerusalem mense tertio, anno decimo quinto regni Asa.

11 Immolaueruntque Domino eodem die de spoliis quæ adduxerant boum septingenta, & ouium septem millia.

1 AZarias autem filius Oded, facto in se Spiritu Dei,

2 Egressus est in occursum Asa, & dixit ei, Audite me Asa, & omnis Juda & Beniamin, Dominus vobiscum: quia fuistis cum eo. Si quæsieritis eum, inuenietis: si autem dereliqueritis eum, derelinquet vos.

3 Transibunt autem multi dies in Israel absque Deo vero, & absque sacerdote, absque doctore, & absque lege.

4 Cumque reuersi fuerint in angustia sua, & clamauerint ad Dominum Deum Israel, & quæsierint eum, reperient eum.

5 In tempore illo non erit pax egredienti & ingredienti: sed terrores vndique in cunctis habitatoribus terrarum.

6 Pugnabit enim gens contra gentem, & ciuitas contra ciuitatem: quia Dominus conturbabit eos in omni angustia. B

7 Vos ergo confortamini, & non dissoluantur manus vestræ: erit enim merces operi vestro.

8 Quod cum audisset Asa, verba scilicet, & prophetiam Azariæ filii Oded Prophetæ, confortatus est, & abstulit idola de omni terra Juda, & de Beniamin, & ex vrbibus quas ceperat, montis Ephraim: & dedicauit altare Domini quod erat ante porticum Domini.

9 Congregauitque vniuersum Judam & Beniamin, & aduenas cum eis de Ephraim, & de Manasse, & de Simeon: plures enim ad eum confugerant ex Israel: videntes quòd Dominus Deus illius esset cum eo. C

10 Cumque venissent in Jerusalem mense tertio, anno decimoquinto regni Asa,

11 Immolauerunt Domino in die illa de manubiis & præda quam adduxerant, boues septingentos, & arietes septem millia.

A

Azarias propheta prædicit regnum Israel futurum absque Deo vero, sacerdote doctore & lege.

Bella & terrores à Deo, non quærentibus eum.

Merces.

Asa aufert idola, ad quem confugiunt multi ex Israele, quod Deus cum eo esset.

5 vel, Reuersus est autem (Israel) quum esset illa tribulatione illa, &c. Loquitur de tribulatione certa, nota, & insigni, q. d. quum fuit afflictus prædicta illa tribulatione, quæ fuit sub Zera rege Æthiopiæ paulo ante commemoratæ. Quidam dicunt præterita poni pro futuris, de captiuitate Babylonica [illegible] tamen recte. 6 requisieruntque eum, & inuenerunt, &c. 7 i. non erat tutum egredi vrbe sua, aut in eam redire, hoc est iter capessere. 8 [illegible] 9 vel, illarum prouinciarum. 10 contriti sunt, vel, contundebantur. 12 Opus illorum vocat fiduciam quam habebant in Deum q. d. opus vestrum non erit sine mercede & præmio. 13 Hunc prius vocauit Azariam. 14 vel, fortificatus est, cœpit esse bono ac forti animo. 15 Heb. abstulit abominationes ipsas.

12 Et intrauit ex more ad corroborandum fœdus, vt quærerent Dominum Deum patrum suorū in toto corde, & in tota anima sua.

13 Siquis autem, inquit, non quæsierit Dominū Deum Israel, moriatur, a minimo vsq; ad maximū, à viro vsq; mulierem.

Iurat populus se Deum quæsiturum ex toto corde. D

14 Iurauerunt q; Domino voce magna in iubilo, & in clangore tubæ, & in sonitu buccinarum, omnes qui erant in Iuda, cum execratione:

15 In omni enim corde suo iurauerunt, & in tota voluntate quæsierunt eum, & inuenerunt: præstititque eis Dominus requiem per circuitum.

Maacham a nimium suam imperio priuat Asa, quod idola coleret.

16 Sed & Maacham matrem Asa regis ex augusto deposuit imperio, eo quod fecisset in luco simulachrum Priapi: quod omne contriuit, & in frusta comminuens combussit in Torrente cedron.

17 Excelsa autem derelicta sunt in Israel: attamē cor Asa erat perfectum cunctis diebus eius.

18 Eaq; quæ vouerat pater suus, & ipse, intulit in domum Domini argentum & aurum, vasorumque diuersam supellectilem.

** tricesimum quintum.*

19 Bellum vero non fuit vsque ad * tricesimum annum regni Asa.

12 *Inieruntq; fœdus illud. [nempe] vt quærerent Dominum Deum patrum suorum in toto corde suo, & in tota anima sua:*

13 *Et quicunque non quæreret Dominum Deum Israelis, interficeretur, siue paruus esset siue magnus, vir vel mulier.*

14 *Et [16] iurauerunt Domino voce magna, atque cum iubilo, clangentes tubis & buccinis. De huiusmodi iuramento omnes Iudæi læti sunt,*

15 *Nam toto corde suo iurauerant, & quæsierant [se]cum tota voluntate, [17] inuentusq; est ab eis, [18] & dedit eis Dominus requiem circumquaq;.*

16 *Sed & Maacham matrem Asa regis hanc [19] amouit ne esset domina, [20] quia fecerat Miplezeth in luco, & excidit Asa [21] Miplazeth eius, comminuit & combussit in torrente Kidron.*

17 *Nec tamen recesserant [22] excelsa: verumtamen cor Asa integrum fuit quamdiu vixit.*

18 *Intulit præterea ea quæ pater suus consecrauerat, & quæ ipse consecrauerat in domum Dei, argentum scilicet & aurum atq; vasa.*

19 *Nec [a] fuit bellum vsq; ad trigesimum quintum annum regni Asa.*

16 i. vouerāt Domino, interposito iurarando.
17 i. exaudiuit eos, tulit illis opē q̄ implorauerāt.
18 q. d. hac ratione vixerunt in summa pace & tranquillitate.
19 Exemplum & indicium summæ integritatis Asæ.
20 Heb. quia fecerat luco (scilicet in luco) idolū, aut simulachrū. Hebræi dicūt fuisse idolū Priapi, quē sequuntur Latini.
21 i. idolum ipsius Maachæ.
22 Quidā Hebræorum hoc intelligit de excelsis priuatis, nō publica sustulerat Asa.
a; sub a bello illo Æthiopico.

CAPVT XVI.

Asa, metu Baasa regis Israel fœdus init cum Ben-adad rege Syriæ. A

1 ANno autem tricesimo sexto regni eius ascendit Baasa rex Israel in Iudam, & muro circūdabat Rama, vt nullus tute posset egredi & ingredi de regno Asa.

2 Protulit autem Asa, argentum & aurum de thesauris domus Domini, & de thesauris regiis: misitque ad Ben-adad regem Syriæ, qui habitabat in Damasco, dicens:

3 Fœdus inter me & te est, pater quoq; meus & pater tuus habuêre concordiam: quam ob rem misi tibi argentum & aurum, vt rupto fœdere quod habes cū Baasa rege Israel, facias eū à me recedere.

Ben-adad percutit vrbes Israel. B

4 Quo comperto Ben-adad misit principes exercituum suorum ad vrbes Israel: qui percusserunt Ahion, & Dan, & Abel-maim, & vniuersas vrbes Nephthali muratas.

5 Quod cum audisset Baasa, desiit ædificare Rama, & intermisit opus suum.

6 Porrò Asa rex assumpsit vniuersum Iudam, & tulerunt lapides de Rama, & ligna quæ ædificationi præparauerat Baasa: ædificauitq; ex eis Gabaa & Maspha.

Arguitur Asa, quod hominibus, non Deo fidat.

7 In tempore illo venit Hanani propheta ad Asam regem Iuda, & dixit ei, Quia habuisti fiduciam in rege Syriæ, & non in Domino Deo tuo: idcirco euasit Syriæ regis exercitus de manu tua.

C

Sup. 14. c. 2. Mac. 9. a

8 Nonne Æthiopes & Libyes multo plures erant quadrigis & equitibus, & multitudine nimia: quos cum in Domino credidisses, tradidit in manu tua?

Cor perfectum cum Deo, & fides.

Iohan. 7. f.

9 Oculi enim Domini contemplantur vniuersam terram, & præbent fortitudinem his qui corde perfecto credunt in eum. Stulte igitur egisti, & propter hoc etiam ex præsenti tempore aduersum te bella consurgent.

Propheta arguentem eum in carcerat Asa.

10 Iratusque Asa aduersus videntem, iussit eum mitti in neruum: valde quippe super hoc fuerat indignatus: & interfecit de populo in tempore illo plurimos.

D

Ægrotans Asa, fidit soli Medicis.

11 Opera autem Asa prima & nouissima scripta sunt in Libro regum Iuda & Israel.

12 Ægrotauit etiam Asa anno tricesimo nono regni sui, dolore pedum vehementissimo, & nec in infirmitate sua quæsiuit Dominum, sed magis in Medicorum arte confisus est

Mortuus comburitur Asa cū ingenti pompa.

13 Dormiuitq; cum patribus suis: & mortuus est anno quadragesimo primo regni sui.

1 *ANno trigesimo sexto regni Asa, ascendit Baasa rex Israelis contra Iehudam. [1] & ædificauit Rama, ne permitteret quenquam vel egredi, vel ingredi ad Asam regem Iehuda.*

2 *Et protulit Asa argentum & aurum ex thesauris ædis Domini domus regiæ: & misit Ben-adad regem Syriæ [2] in Damascum hisce mandatis:*

3 *[3] Fœdus est inter me & inter te: inter patrem meum, & inter patrem tuum: en [4] misi ad te argentum & aurum, vt [5] venias & irritum facias fœdus tuum quod habes cum Baasa rege Israelis, vt is a me recedat.*

4 *Et acquieuit Ben-hadad regi Asa, misitq; imperatores exercituum quos habuit ad ciuitates Israeliticas, atq; hi percusserunt Iion, Dan, & Abelmaim atq; [6] munitiora oppida Nephtali.*

5 *Quumq; audisset Baasa, desiit [7] ab extructione Rama, intermisitq; opus suum.*

6 *Asa autem rex accepto vniuerso Iehuda, & tulerunt [7] lapides de Rama atq; ligna eius quibus ædificare volebat Baasa, ad ficauitque cum illis Gaba & Mizpha.*

7 *Sub id temporis venit Hanani Videns ad Asam regem Iehuda, & dixit ad eum, Quum [8] fisus es regi Syriæ, nec innixus es Domino Deo tuo, [9] ideo euasit exercitus regis Syriæ manum tuam.*

8 *Annon [10] Æthiopes & [11] Lubim habebant [12] maximum exercitum in curribus & valde multis equitibus: sed quoniam nitebaris Domino, tradidit illos in manum tuam?*

9 *Nam oculi Domini [13] discurrunt per vniuersum orbem, [14] vt robo[r]et hos qui erga eum sunt integro corde. Stulte egisti in hoc, quoniam [15] posthac bella contra te erunt.*

10 *Et iratus Asa contra Videntem, tradidit eum in carcerem: erat enim secum [16] hac de re commotus, oppressit etiam Asa eodem tempore quosdam è populo.*

11 *Et ecce res gestæ Asæ [17] priores & posteriores scripta sunt in libro regum Iehuda & Israel.*

12 *Ægrotauit autem Asa anno regni sui trigesimo nono [18] pedibus suis, [19] donec morbus suus valde increuisset. [20] & in morbo suo non quæsiuit Dominum, sed medicos.*

13 *Dormiuit ergo Asa cum patribus suis, mortuusq; est anno regni sui quadragesimo primo.*

CAP. XVI.
1 i. muniuit, cinxit muris & fossa.
2 i. qui tū habitabat in Damasco.
3 q. d. Fuit magna concordia semper inter me & te.
4 Vel, mitto.
5 Vadas.
6 Horrea vrbiū Nephthali. i. omnes vrbes munitas trib. Nephthali.
7 quos sc. congesserāt in Rama vt ea muniret.
8 vel, innixus es.
9 q. d. non tantū vicisses regē Israel, sed etiā exercitū regis Syriæ.
10 sub. illi a te deuicti.
11 i. Libyes.
12 Heb. in multitudine. i. multum & copiosum.
13 i. explorant vniuersam terram, q. d. nihil eum latet.
14 Vt ostendat potentiam suam apud eos ... quod ... potentem ... cum iis qui illi perfecto corde credunt.
15 ex hoc tempore.
16 i. ob eam prophetiam.
17 id est, quæ gessit initio regni sui & in fine.
18 Hoc est, Laborauit podagra. Hebræi de tumore pedum intelligunt.
19 Heb. vsq; sursum. i. vsque ad summam partem corporis grassatus est morbus.
20 Heb. & tamen in hoc: vel, & etiam in hoc.

14 *Et sepelierunt eum* [22] *in sepulchris eius, quæ pro se exciderat in ciuitate Davidis.*

15 *Et posuerunt eum in lecticam quam* [23] *odoribus delicatissimis & peregrinis arte pigmentaria confectis* [24] *impleuerat,* & [24] *busstum ei fecerunt, idq; magna admodum combustione.*

14 Et sepelierunt eum in sepulchro suo quod foderat sibi in ciuitate David:

15 Posueruntq; eum super lectum suum plenum aromatibus & vnguentis meretriciis, quæ erant pigmentariorum arte confecta, & combusserunt super eum ambitione nimia.

CAPVT XVII.

1 *REgnauit autem Josaphat filius eius pro eo, &* [1] *inualuit contra Israelem.*

2 *Et posuit exercitum in omnibus ciuitatibus Jehudæ munitis, & in terra Jehudæ* [2] *præfectos: itemq; in ciuitatibus Ephraim quas ceperat Asa pater eius.*

3 *Fuit ergo Dominus cum Josaphat, quoniam* [3] *ambulauit in viis Davidis patris sui primis, nec quæsiuit* [4] *baalim.*

4 *Sed Deum patris sui quæsiuit, & in præceptis eius ambulauit, &* [5] *non iuxta opera Israelis.*

5 *Firmauitq; Dominus regnum in manu eius, & dederunt omnes Judæi munera ipsi Josaphat, ita vt haberet insigniter opes & gloriam.*

6 [6] *Extulit cor suum in viis Domini, insuper amouit excelsa & lucos ex Jehuda.*

7 *Anno tertio regni sui misit proceres suos, [nempe] Ben-hail, Obadiam, Zachariam, Nethanelem, Michæam, vt* [7] *docerent in ciuitatibus Jehudæ,*

8 *Et cum eis Levitas, Semeiam, Nethaniam, Zebadiam, Asahelem, Semiramoth, Jonathan, Adoniam, Tobiam, & Tob-adoniam Levitas, & cum eis Elisama & Jehoram sacerdotes.*

9 [8] *Qui docuerunt in Jehuda, habebantq; secum librum legis Domini: circumierunt autem per omnes ciuitates Jehudæ & docuerunt populum.*

10 *Fuit itaq; pauor Domini super omnia regna nationum quæ circumquaque erant Jehudam, ita vt non belligerarent contra Josaphat.*

11 [9] *Attulerunt & de Palæstinis munera &* [10] *pondera argenti ipsi Josaphat. Arabes quoque adducebant ei pecudes, [nempe] arietum septem millia & septingentos, & hircorum septem millia septingentos.*

12 *Promouit itaq; Josaphat & creuit in immensum, & ædificauit in Jehuda arces & vrbes* [12] *ad repositoria.*

13 [13] *Fecit præclara opera in vrbibus Jehudæ, & habuit* [14] *milites fortissimos heroes in Jerusalem.*

14 [14] *Porrò ista sunt præfecturæ eorum secundum domos patrum suorum. In Jehuda tribuni (fuerunt) Adna princeps, & cum eo* [15] *heroes fortissimi ter centum mille.*

15 [16] *Ad manum eius fuit Johochanan princeps, & cum eo ducenta & octoginta millia.*

16 *Ad manum quoque eius Amasias filius Sichri, qui sponte se Domino dederat, & cum eo ducenta millia heroum fortium.*

17 *Ex filiis Beniamin fortissimus heros Eliada, & cum eo armatorum arcu & clypeo ducenta millia.*

18 *Ad manum eius Jehosabad, cumq; eo centum & octoginta millia* [17] *cornuti qui expediti erant ad militiam.*

19 *Isti ministri erant regis, præter eos quos collocauerat rex in ciuitatibus munitis per totam Judæam.*

1 REgnauit autem Josaphat filius eius pro eo, & inualuit contra Israel.

2 Constituitq; militum numeros in cunctis vrbibus Juda, quæ erant vallatæ muris: præsidiaq; disposuit in terra Juda, & in ciuitatibus Ephraim quas ceperat Asa pater eius.

3 Et fuit Dominus cum Josaphat, quia ambulauit in viis David patris sui primis: & non sperauit in baalim.

4 Sed in Deo patris sui, & perrexit in præceptis illius, & non iuxta peccata Israel.

5 Confirmauitq; Dominus regnum in manu eius: & dedit omnis Juda munera Josaphat: factæq; sunt ei infinitæ diuitiæ, & multa gloria.

6 Cumq; sumpsisset cor eius audaciam propter vias Domini, etiam excelsa & lucos de Juda abstulit.

7 Tertio autem anno regni sui misit de principibus suis Benhail, & Obdiam, & Zachariam, & Nathanael, & Michæam, vt docerent in ciuitatibus Juda.

8 Et cum eis Leuitas, Semeiam, & Nathaniam, & Zabadiam, Asahel quoq; & Semiramoth & Jonathan, Adoniamq; & Tobiam & Thob-adoniam Leuitas: & cum eis Elisama & Joram sacerdotes:

9 Docebantq; populum in Juda, habentes librum legis Domini: & circumibant cunctas vrbes Juda, atque erudiebant populum.

10 Itaq; factus est pauor Domini super omnia regna terrarum quæ erant per gyrum Juda: nec audebant bellare contra Josaphat.

11 Sed & Philisthæi, Josaphat munera deferebant & vectigal argenti. Arabes quoq; adducebant pecora arietum, septem millia septingentos, & hircos totidem.

12 Creuit ergo Josaphat & magnificatus est vsque in sublime: atq; ædificauit in Juda domos ad instar turrium, vrbesq; muratas.

13 Et multa opera * patrauit in vrbibus Juda: viri quoq; bellatores, & robusti erant in Jerusalem.

14 Quorum iste numerus per domos atq; familias singulorum. In Juda † principes exercitus, Ednas dux, & cum eo * robustissimorum virorum trecenta millia.

15 Post hunc Johanan princeps, & cum eo ducenta octoginta millia.

16 Post illum quoq; Amasias filius Zechri, consecratus Domino, & cum eo ducenta millia virorum fortium.

17 Hunc sequebatur robustus ad prælia Eliada, & cum eo tenentium arcum & clypeum ducenta millia.

18 Post istum etiam Jozabad: & cum eo centum octoginta millia expeditorum militum.

19 Hi omnes erant ad manum regis, exceptis aliis quos posuerat in vrbibus muratis in vniuerso Juda.

CAPVT XVIII.

1 *QVumq; Josaphat abundaret opibus & gloria,* [1] *affinitate iunctus est ipsi Achab.*

2 *Expletis autem (aliquot) annis,* [2] *descendit ad Achab in Samariam, mactauitq;* [3] *ei Achab multas oues & boues simulq; populo quem secum habuit* [4] *persuasitq; illi vt secum eo ascenderet in* [5] *Ramoth-Gilead.*

1 FVit ergo Josaphat diues & inclytus multum, & affinitate coniunctus est Achab.

2 Descenditq; post annos ad eum in Samariam: ad cuius aduentum mactauit Achab arietes, & boues plurimos ipsi & populo qui venerant cum eo: persuasitq; illi vt ascenderet in Ramoth-Galaad.

Marginal notes: A. Asa succedit Josaphat. — Josaphat fidit Deo. — Diuitiæ & gloria fidentibus Deo. — B. — Josaphat mittit prædicatores per vniuersam Judam, habentes librum legis. — C. — * patrauit. — † principes. * robustissimorum. — D. — A. Josaphat affinitate coniungitur Achab. 1. Reg. 22. a.

22 i. in suo sepulchrorum ipsius. [illegible] 24 Heb. combustionem.

CAP. XVII. 1 Heb. fortificauit se [illegible] 2 præsidia. 3 q.d. imitatus est Davidem patrem suum [illegible] 4 idola [illegible] 5 q.d. Israelitas [illegible] 6 Heb. Et exaltatum est cor eius [illegible] 7 [illegible] 8 Docuerunt itaq; populum, legem Domini ex libro quem secum habebant. 9 vel, adducebant. 10 Heb. argentum tributi, vel vectigalis [illegible] 12 Heb. thesaurorum, i. vrbes munitas: quòd in vrbibus huiusmodi soleant reponi thesauri & quæ pertinent ad munitionem vrbis. 13 Heb. & opus multum fuit illi [illegible]

15 Heb. homines belli, potentes viribus &c. i. milites, peritissimos rei militaris & fortissimos. 14 Heb. Iste autem est numerus eorum, siue singulorum. Describitur enim eorum militum fortium. 15 Heb. potentes viribus. 16 i. Iuxta eum, proximus ab eo. 17 [illegible] CAP. XVIII. 1 [illegible] 2 [illegible] 3 [illegible] 4 [illegible] 5 [illegible]

Josaphat cum Achab ascendit ad bellum.

3 Dixitq; Achab rex Israel ad Josaphat regem Juda, Veni mecum in Ramoth Galaad. cui ille respondit, Vt ego, & tu si: ut populus tuus, sic & populus meus, tecumq; erimus in bello.

4 Dixit Josaphat ad regem Israel, Consule obsecro impræsentiarum sermonem Domini.

B 5 Congregauit igitur rex Israel prophetarum quadringentos viros, & dixit ad eos, In Ramoth-Galaad ad bellandum ire debemus, an quiescere? At illi, Ascende, inquiunt, & tradet Deus in manu regis.

400 pseudoprophetæ.

6 Dixitq; Josaphat, Numquid non est hic propheta Domini, vt ab illo etiam requiramus?

Josaphat requirit verbum Dei.

7 Et ait rex Israel ad Josaphat, Est vir vnus à quo possumus quærere Domini voluntatem: sed ego odi eum, quia non prophetat mihi bonum, sed malum omni tempore: est autem Michæas filius Jemla. Dixitq; Josaphat, Ne loquaris rex hoc modo.

Michæas solus Dei propheta, accersitur.

8 Vocauit ergo rex Israel vnum de Eunuchis, & dixit ei, Voca cito Michæam filium Jemla.

9 Porrò rex Israel, & Josaphat rex Juda vterque sedebant in solio suo, vestiti cultu regio. sedebant

C autem in area iuxta portã Samariæ, omnesq; prophetæ vaticinabantur coram eis.

10 Sedecias vero filius Chanaana fecit sibi cornua ferrea, & ait Hæc dicit Dominus, His ventilabis Syriam, donec conteras eam.

11 Omnesq; prophetæ similiter prophetabant, atque dicebant, Ascende in Ramoth Galaad, & prosperaberis, & tradent eos Dominus in manu regis.

12 Nuncius autem qui ierat ad vocandum Michæam, ait illi, En verba omnium prophetarum vno ore bona regi annunciant: quæso ergo te vt & sermo tuus ab eis non dissentiat, loquarisque prospera.

13 Cui respondit Michæas, Viuit Dominus, quia quodcunq; dixerit mihi Deus meus, hoc loquar. Venit ergo ad regem.

D 14 Cui rex ait, Michæa, ire debemus in Ramoth-Galaad ad bellandum, an quiescere? Cui ille respondit, Ascendite: Cuncta enim prospera euenient, & tradentur hostes in manus vestras.

Propheta Dei, verbum Dei loquitur. Ironia Michææ & imitatio pseudoprophetarum. Adiurare. Prædicit populum dispergendũ, & Achab occidendum.

15 Dixitq; rex, Iterum, atq; iterum te adiuro, vt mihi non loquaris, nisi quod verum est in nomine Domini.

16 At ille ait, Vidi vniuersum Israel dispersum in montibus, sicut oues absq; pastore: & dixit Dominus, Non habent isti dominos: reuertatur vnusquisque in domum suam in pace.

17 Et ait rex Israel ad Josaphat, Nónne dixi tibi quod non prophetaret iste mihi quicquam boni, sed ea quæ mala sunt?

18 At ille, Idcirco, ait, audite verbum Domini, Vidi Dominum sedentem in solio suo, & omnẽ exercitum cæli assistentem ei à dextris & à sinistris.

19 Et dixit Dominus, Quis decipiet Achab regem Israel, vt ascendat & corruat in Ramoth-Galaad?

E 20 Cumq; diceret vnus hoc modo, & alter alio modo: Processit spiritus, & stetit coram Domino, & ait, Ego decipiã eum, Cui Dominus, In quo, inquit, decipies?

Deus per spiritus errorum in ore pseudoprophetarũ, seducit interdũ eos qui verbũ suũ oderunt.

21 At ille respondit, Egrediar, & ero spiritus mẽdax in ore omnium prophetarum eius. dixitq; Dominus, Decipies, & præualebis: egredere & fac ita.

22 Nunc igitur, ecce Dominus dedit spiritum mendacii in ore omnium prophetarum tuorum: & Dominus locutus est de te mala.

3 *Ait enim Ahab rex Israel ad Josaphat regem Jehuda, Visne mecum proficisci in Ramoth*[6] *Gilead? respondit ei,*[7] *Quemadmodum ego, sic & tu: quemadmodum populus tuus, ita & populus meus, tecumq; (proficiscemur) in bellum.*

4 *Dixit insuper Josaphat ad regem Israelis, Consule, quæso hodiè*[8] *verbum Domini.*

5 *Congregauit ergo rex Israelis prophetas, quadringẽtos nempe viros, dixit ad eos, Proficiscemurne in bellum contra Ramoth Gilead, an omittemus? Illi dixerunt, Ascende,*[9] *nam tradet Deus in manum regis.*

6 [10] *Dixit autem Josaphat, Estne*[11] *adhuc hic propheta Domini, vt ab eo quæramus?*

7 *Respondit rex Israelis ipsi Josaphat, Est adhuc vir quidam per quem Dominum possemus interrogare: at ego odio eum prosequor, quoniam nihil boni*[12] *mihi prophetat, sed cunctis diebus suis*[13] *malum: is est Michaias filius Jemla. Dixitq; Josaphat, Ne loquatur rex sic.*

8 *Vocauit itaq; rex Israel*[14] *cubicularium quendam, & dixit: Confestim accerse Michaiam filium Jemla.*

9 *Cæterum rex Israelis, & Josaphat rex Jehuda sedebant vterq; in solio suo induti*[15] *vestibus. sedebant autem in area*[16] *iuxta ostium portæ Samariæ, omnesq; prophetæ vaticinabantur coram eis.*

10 *Fecerat autem Zedekias filius Chnaana sibi*[17] *cornua ferrea, & aiebat, Sic dicit Dominus,*[18] *Istis feries tu Syros, donec eos in vniuersum perdas.*

11 *Ad hunc modum omnes prophetæ vaticinabantur, dicentes: Ascende in Ramoth Gilead,*[19] *& feliciter age,*[20] *tradet eos Dominus in manum regis.*

12 *Porro nuncius qui vocatum ierat Michaiam, loquutus est ad eum, dicens, En vaticinia prophetarum vno ore fausta*[21] *prædicunt regi: sit itaq; quæso sermo tuus*[22] *consonus illorum sermonibus, vt & tu fausta loquaris.*

13 *Michaias dixit, Viuit Dominus, quodcunq; dixerit Deus meus Deus ad me, hoc loquar. Et quum venisset ad regem,*

14 *Dixit rex ad eum: Proficiscemurne Michaia, bellaturi contra Ramoth Gilead, an omittemus? Is vero dixit,*[23] *Ascendite & res prospere cedet vobis,*[24] *tradentur in manum vestram.*

15 *Dixitq; ad eum rex,*[25] *Quoties te iureiurando adigam in nomine Domini, ne loquaris ad me nisi veritatem?*

16 *Tum dixit [Michaias,]*[26] *Vidi vniuersum Israelem dispersum*[27] *in montibus velut oues quibus non est pastor,*[28] *dixitq; Dominus, Illi non habent dominum, reuertatur quisq; domum suam incolumis.*

17 *Ait ergo rex Israel ad Josaphat, Annon dixeram tibi, Is nihil boni vaticinatur mihi, sed malum duntaxat?*

18 *Tum dixit [Michaias.]*[29] *Audite ergo verbum Domini, Vidi Dominum sedentem in solio suo & omnem exercitum cælorum stabat ad dexteram eius, & ad sinistram eius:*

19 *Dicebatq; Dominus, Quis*[30] *persuadebit Ahab regi Israelis, vt ascendat & corruat in Ramoth Gilead?*

20 [31] *Quumq; alius aliud dixisset, Egrediebatur spiritus quidam, qui stans coram Domino, dixit: Ego*[32] *persuadebo ei, aitq; Dominus ad eum,*[33] *Qua in re?*

21 *Qui dixit, Egrediar, eroq; spiritus mendax in ore omnium prophetarum eius. dixit ergo,*[34] *Persuadebis, & multũ efficies:*[35] *egredere, & fac sic:*

22 *Et nunc, en Dominus dedit spiritum mendacem in os istorum tuorum prophetarum,*[36] *loquutusq; est Dominus super te malum.*

6. i. quæ est in regione Gaaditide.
7. i. Nulla est differentia inter me & te, quidem sumus voluntate, atque opera mea vt tua, & populo meo vt tuo.
8. i. voluntatem. q. d. Paratus sum tecum proficisci si ita Domino videatur.
9 Heb. & dabit.
10 sub. ad Achab.
11 hic propheta (alius) Domini vt requiramus ab eo? vel per eum. i. à quo interrogare possimus voluntatẽ Domini?
12 Heb. de me.
13 Heb. in malũ. q. d. infausta semper vaticinatus est de me.
14 Heb. Eunuchum. Olim cubicularii regum semper erãt Eunuchi. hinc factũ est vt Eunuchi dicantur quicunque sunt à cubiculo regis: licet reipsa non sint Eunuchi.
15 sub. regiis.
16 ad introitum.
17 sub. quæ imposuit capiti suo. Olim prædicebant vates futura, non tantum verbis, sed etiam signis, vt hic fa. it falsus propheta.
18 sub. cornibus.
19 Heb. & prosperare. i. prospere tibi cedet.
20 sub. ea vrbẽ.
21 vel, (pollicentur)
22 sit vnius cum illis, & loquaris bonum. q. d. loquere similia iis quæ prædixerunt prophetæ illi, nempe felicia & fausta [illegible].
23 Hæc ironice dicuntur à propheta. Propterea non est visus formula illa veterum prophetarum, Hæc dicit Dominus.
24 sub. Syri.
25. i. Quoties te [illegible] per nomẽ Domini vt non loquaris &c.
26 sub. animo.
27 vicinis scilicet ipsi Ramoth-Gilead. erat enim ea regio montosa.

28 sub. mihi. 29 Quasi dicat, Quia rex non acquiescit verbis meis quæ vera sunt audite sermonem meum qui est à Domino. 30 decipiet. 31 Heb. Dixitque, Iste dicebat sic, & ille dicebat sic. &. In hoc. Dixitque, sub. Micheas. verba sunt authoris huius libri Verba autem Micheæ [illegible] iste dicebat &c. 32 decipiam eum. 33 Vel, Quo pacto? 34 Impones, & etiam præualebis 35 sub. à me. 36 at locutus est &c. q. d. pollicentur illi omnia tibi fausta, at Dominus infausta omnia pollicetur.

23 *Accedens autem Zedekias filius Chnaana, percussit Micheam in maxillam, & dixit, Quanam via secessit Spiritus Domini à me, ut tibi loqueretur?*

24 *Et ait Micheas, En tu videbis ipso eodem die, quando è penetrali in penetrale [37] fugeris, ut abscondaris.*

25 *Ait autem rex Israelis, Tollite Micheam, & [38] reducite eum ad Amon præfectum ciuitatis, & ad Joas filium regis:*

26 *Dicetisq́. Sic ait rex, Ponite hunc in carcerem, & [39] date ei cibum, panem scilicet & aquam, [ut solet afflictis,] donec ego incolumis reuersus fuero.*

27 *Tum ait Micheas, Si reuersus fueris incolumis & saluus, [40] Dominus non est loquutus per me. simulque dixit, [41] Audite omnes populi.*

28 *Ascendit itaq́ rex Israelis, & Josaphat rex Jehuda, in Ramoth Gilead,*

29 *Dixitq́ rex Israelis ad ipsum Josaphat, [42] Mutandus est habitus, & [43] eundum in prælium: tu vero indue vestimenta tua. immutauitq́ habitum rex Israelis, & [44] ingressus est prælium.*

30 *Porro rex Syriæ præceperat ducibus curruum, quos penes se habebat, dicens, Ne conseratis manus neque cum magno, neque cum paruo, [45] præterquam cum solo rege Israelis.*

31 *Quum autem duces curruum viderent ipsum Josaphat, dixerunt. Is est rex Israelis: & concesserunt ad eum ut [46] pugnarent. tum [47] clamauit Josaphat, & Dominus auxiliabatur ei [48] abegitq́ illos Deus ab eo.*

32 *Quumq́ duces curruum vidissent quod non esset rex Israelis, diuerterunt ab eo.*

33 *Quidam autem [49] intendens arcum quam maxime potuit, ferit regem Israelis inter iuncturas (thoracis,) & inter loricam: is autem dixit auriga, Verte manus tua, educ me [50] ex castris, quoniam vulneratus sum.*

34 [51] *Defuit itaq́ prælium in ipso die porro rex Israelis [52] suffultus stabat in curru [53] prope Syros usq́ ad vesperam, & mortuus est Sole occidente.*

23 Accessit autem Sedecias filius Chanaana, & percussit Michææ maxillam, & ait, Per quam viam transiuit Spiritus Domini à me, vt loqueretur tibi?

24 Dixitq; Michæas, Tu ipse videbis in die illo, quando ingressus fueris cubiculum de cubiculo, vt abscondaris.

25 Præcepit autem rex Jsrael, dicens, Tollite Michæã, & ducite eũ ad Ammon principem ciuitatis, & ad Joas filium *Amelech.

26 Et dicetis, Hæc dicit rex, Mittite hunc in carcerem, & date ei panis modicum & aquæ pauxillum: donec reuertar in pace.

27 Dixitq; Michæas, Si reuersus fueris in pace, non est locutus Dominus in me. & ait, Audite omnes populi.

28 Igitur ascenderunt rex Israel, & Josaphat rex Juda, in Ramoth-Galaad

29 Dixitq; rex Israel ad Josaphat, Mutabo habitum, & sic ad pugnam vadam: tu autem induere vestibus tuis. Mutatoque rex Israel habitu, venit ad bellum.

30 Rex autem Syriæ præceperat ducibus equitatus sui, dicens, Ne pugnetis contra minimum, aut contra maximum, nisi contra solum regem Israel.

31 Itaq; cum vidissent principes equitatus Josaphat, dixerunt, Rex Israel est iste. & circumdederunt eum dimicantes: at ille clamauit ad Dominũ, & auxiliatus est ei, atque auertit eos ab illo.

32 Cum enim vidissent duces equitatus quod nõ esset rex Israel, reliquerunt eum.

33 Accidit autem vt vnus è populo sagittam in incertum iaceret, & percuteret regem Israel inter ceruicem & scapulas: at ille aurigæ suo ait, Conuerte manum tuam, & educ me de acie, quia vulneratus sum.

34 Et finita est pugna in die illo: porrò rex Israel stabat in curru suo contra Syros vsq; ad vesperam, & mortuus est occidente Sole.

CAPVT XIX.

1 *Reuersus autem Josaphat rex Jehuda incolumis domum suam in Jerusalem:*

2 *Egressusq́ obuiam ei Jehu filius Hanani videns, dixit regi Josaphat, [a] Tune impio auxilium ferre, & diligere eos (velut) qui Dominum oderunt? [b] ob hanc rem (venit) super te indignatio à Domino.*

3 *Veruntamen [c] res bonæ inuenta sunt in te, quoniam exussisti lucos de terra, & præparasti cor tuum ut quæreres Deum.*

4 [d] *Habitauit itaq́ Josaphat Jerosolymis, conuersusq́ egressus est ad populum à Beer-siba usq́ ad montem Ephraim, [e] reduxitque eos ad Dominum Deum patrum suorum.*

5 *Constituitq́ iudices in terra in omnibus ciuitatibus Jehudæ munitis, idq́ oppidatim.*

6 *Aitq́ ad iudices. Dispicite [7] quid agatis, [8] non enim homini iudicabitis, sed Domino, [9] qui vobiscum est in causis quas iudicatis,*

7 *Sit ergo metus Domini vobiscum: [10] cauti ergo sitis & satagite: quoniam non est [11] ulla q; peruersitas apud Dominum Deum nostrum. ut vel personas suscipiat. vel munera recipiat.*

8 *Sed & Jerosolymis [12] constituit Josaphat [13] ipsi Israelis quosdam ex Leuitis & sacerdotibus, & ex principibus patrum ad iudicium Domini, & ad lites, qui habitarent Jerosolymis.*

1 Reuersus est autem Josaphat rex Juda in domũ suam pacifice, in Jerusalem.

2 Cui occurrit Jehu filius Hanani Vidẽs, & ait ad eũ, Impio præbes auxiliũ, & his qui oderũt Dominum amicitia iungeris: & idcirco iram quidẽ Domini merebaris:

3 Sed bona opera inuenta sunt in te, eo quod abstuleris lucos de terra Juda, & præparaueris cor tuum vt requireres Dominum Deum patrum tuorum.

4 Habitauit ergo Josaphat in Jerusalẽ: rursumq; egressus est ad populum de Ber sabee vsq; ad montẽ Ephraim, & reuocauit eos ad Dominum Deũ patrum suorum.

5 Constituitq; iudices terræ in cunctis ciuitatibus Juda munitis, per singula loca,

6 Et præcipiens iudicibus, Videte, ait, quid faciatis. Non enim hominis exercetis iudicium, sed Domini: & quodcunq; iudicaueritis, in vos redundabit.

7 Sit timor Domini vobiscum: & cum diligentia cuncta facite: non est enim apud Dominum Deum nostrum iniquitas, nec personarum acceptio, nec cupido munerum.

8 In Jerusalem quoq; constituit Josaphat Leuitas & sacerdotes, & principes familiarum ex Israel, vt iudicium & causam Domini iudicarent habitatoribus eius.

Percutitur Michæas a pseudopropheta.

F

* *hommilech i. regis.*

Michæas incarceratur.

Conatur Achab eludere voluntatem Dei, suo consilio.

G

Josaphat clamat ad Dominum, qui ab illo hostes auertit.

Percussus Achab moritur iuxta verbum Dei.

A

Josaphat increpatur a propheta Jehu, quod auxilium præstiterit impio Achab.

Fides.

Opera.

Reuocat populum ad Deum.

B

Exhortatio ad iudices.

Deut. 1. d

Rom. 2. b

Gal. 3. b

Ephes. 6. b

Coloss. 3. d

Act. 10. d

1 Pet. 1. c

C

[37] ingrediéris, q. d. toties de mutabis cubiculũ, neque locũ securũ inuenies vbi quiescas.
[38] Hoc dicit quod aut euocat' fuerat e carcere, aut carceres erãt extra vrbem.
[39] Hebr. facite vt edat panem afflictionis. Chald. pa[illegible] in libris Regum refert ad paucitatẽ cibi & potus, q. d. date illi parum panis & aquæ.
[40] q. d. fuero falsus propheta.
[41] q. d. Vos qui auditis quæ dico, estote memores horum verborum quæ dico.
[42] Mutabo habitũ meũ, [illegible] ne me [illegible] ignorent.
[43] ingrediar.
[44] ingressi sunt rex scil. Israel, & rex Juda.
[45] Hebr. sed (pugnabitis) cum solo rege Israelis, q. d. tota vis belli feratur in vnum regem Israel.
[46] sub cum eo.
[47] i. implorauit opem diuinam.
[48] Hebr. persuasitq; illis & incitauit illos Dominus, vt recederent ab eo.
[49] traxit arcu in simplicitate sua, [illegible] non ex animo ferendi illũ.
[50] de prælio.
[51] Et ascendit [illegible] superauit prælium, q. d. cõmissum fuit atrox prælium.
[52] tenebat se rectum, vel stabat rectus, dissimulans vulnus quod acceperat.
[53] e regione Syrorum.

CAP. XIX.
[a] Vel, (Licet ne tibi) ferre opem impio? & (an) eos qui Dominũ odio habent, (debuisti) diligere?
[b] & ob id [illegible] Dominũ, q. d. [illegible] ira Domini.
[c] q. d. propter beneficia [illegible] sæpe quod exarseris &c.
[d] Vel, Sedit que. [illegible]

[illegible] per populum, fortasse quod offenderat malo exẽplo. vel, per populũ cui præerat, q. d. peragrauit totã regionẽ sibi subditã. [e] Vel, reuocauit sub. opera sacerdotũ & Leuitarum [illegible] exẽplo. [7] vel, quod facturi sitis. [8] non vt [illegible] iudicium [illegible] Dei, q. d. vos estis vicarii Dei, non hominum. [9] Heb. & vobiscum est in [illegible] iudiciali. Hoc dicit ne existimẽt [illegible] observate (vel, custodite sub. iustitiã [illegible] leges) & facite (sub. iudiciũ) [illegible] secundũ leges [illegible]. [11] [illegible] & acceptio [illegible] q. d. [illegible] Deus [illegible] abhorret ab iniquitate, ab acceptione personarũ, & a receptione munerũ, quib. corrũpitur [illegible]. [12] sub. iudices. [13] Heb. de Leuitis & sacerdotib. & de patriarchis Israel (vel, de principib. [illegible] Israelis) propter iudiciũ Domini & propter causam, [illegible] q; sunt in Jerusalẽ. Propter iudicium &c. i. vt quasi vicarii Domini corrigerent & [illegible] litesq; &c.

9 Præce-

Eiusdem exhor tatio ad Leuitas.

9 Præcepitq; eis, dicens: Sic agetis in timore Domini fideliter, & corde perfecto.

10 Omnem causam quę venerit ad vos fratrum vestrorum qui habitant in vrbibus suis, inter cognationem & cognationem, vbicumq; quæstio est D de lege, de mandato, de ceremoniis, de iustificationibus: ostendite eis, vt non peccent in Dominum, & ne veniat ira super vos & super fratres vestros: sic ergo agentes non peccabitis.

11 Amarias autem sacerdos & pontifex vester, in his quæ ad Deum pertinent, præsidebit: porrò Zabadias filius Ismahel, qui est dux in domo Iuda, super ea opera erit quę ad regis officium pertinent: habetisq; magistros Leuitas coram vobis, confortamini, & agite diligenter: Et erit Dominus * vobiscum in bonis.

** cum bonis.*

9 Præcepit autem illis huiusmodi mandata: Sic facietis [14] in timore Domini, [15] in veritate & [16] candido corde.

10 Quæcumq; causa venerit ad vos, de fratribus vestris habitantibus [17] in ciuitatibus suis, [18] inter sanguinem & sanguinem, inter legem & præceptum, [inter] [19] statuta & [20] iudicia, [21] monebitis eos [22] ne delinquant contra Dominum, [[23] ne] ira [Domini] veniat super vos, & super fratres vestros: Hoc si feceritis, non delinquetis.

11 Et ecce [24] habetis vobiscum Amariam summum sacerdotem in omni negotio [25] Domini: Adhæc Zebadiam filium Ismaelis principem domus Iehuda in omnibus negotiis regis. [Habetis] denique Leuitas [26] executores coram vobis: Fortes igitur estote, & [27] satagite. Eritq; Dominus [28] cum eo qui bene [egerit.]

14 q.d. timebitis Dominum, & in timore Domini reducetis sur fratribus vestris.
15 i. fideliter.
16 q.d. vosmet ipsi iudicabitis eos, quemadmodum sincero corde.
17 i. in aliis vrbibus à Ierusalem.
18 [illegible] prouocabant enim ad iudices Ierosolymitanos.
18 q.d. quoties fuerit controuersia de ratione cędis, id est, cędésne fuerit voluntaria, an fortuita.
19 vel, ceremonias.
20 sub. eos iudicabitis.
21 monebitis.
[illegible] caueant postea à litibus.
22 & non peccabunt sub postea.
23 Heb. & (non) erit ira super &c. id est non irascetur Dominus &c.
24 Amarias sacerdos magnus (vel primarius erit) super vos, id est, piget vobis.
25 i. quod pertinet ad rē diuinā.
26 præfectos, vel, magistros, id est, suos præfectos vestri hoc est, iudicabunt de negotiis vestris leuioribus. non enim omnes causæ Ierosolymitanum agebantur ab aliis iudicibus Ierosolymitanis, sed tantum grauiores. Causæ ciuilium cognoscebantur à Leuitis, causæ autem regiæ, a Zebadia.
27 facite, q.d. fungimini vestro officio, generoso ac forti animo.
28 Heb. cum bono, id est, cum bonis. q.d. aderit vobis Dominus: mercede digna vos donabit. Sic sentiunt. Quidam Hebræorum sic, aderit ei qui fecerit bonum, id est, iustitiam.

CAPVT XX.

A 1 Post hęc congregati sunt filii Moab, & filii Ammon, & cum eis de Ammonitis, ad Iosaphat, vt pugnarent contra eum.

Ammon & Moab insurgũt contra Iosaphat.

2 Veneruntq; nuncii, & indicauerunt Iosaphat, dicentes: Venit contra te multitudo magna de his locis quæ trans mare sunt, & de Syria, & ecce consistunt in Asason-thamar, quæ est En-gaddi.

Iosaphat implorat auxiliũ Dei cum oratione & ieiunio.

3 Iosaphat autem timore perterritus, totum se contulit ad rogandum Dominum: & prædicauit ieiunium vniuerso Iuda.

4 Congregatusque est Iuda ad deprecandum Dominum: sed & omnes de vrbibus suis venerunt ad obsecrandum eum.

5 Cumq; stetisset Iosaphat in medio cœtu Iudæ, & Ierusalem, in domo Domini ante atrium nouũ, Ait:

Oratio Iosaphat.

6 Domine Deus patrum nostrorum, tu es Deus in cælo, & dominaris cunctis regnis Gentium: B in manu tua est fortitudo & potentia, nec quisquam tibi potest resistere.

7 Nõne tu Deus noster interfecisti omnes habitatores terræ huius coram populo tuo Israel, & dedisti eam semini Abraham amici tui in sempiternum?

8 Habitaueruntque in ea, & extruxerunt in illa sanctuarium nomini tuo, dicentes:

Supr. 6. c

9 Si irruerint super nos mala, gladius iudicii, pestilentia, & fames, stabimus coram domo hac in cõspectu tuo, in qua inuocatum est nomen tuum: & clamabimus ad te in tribulationibus nostris, & exaudies nos, saluosq; facies.

Deut. 2. a

10 Nunc igitur ecce filii Ammon, & Moab, & mons Seir, per quos non concessisti Israel vt transirent, quando egrediebantur de Ægypto, sed declinauerunt ab eis, & non interfecerunt illos:

11 E contrario agunt, & nituntur eiicere nos de possessione quam tradidisti nobis.

Iosaphat propria virtuti diffidens, soli Deo fidit.

12 Deus noster ergo non iudicabis eos? In nobis quidem non est tanta fortitudo, vt possimus huic multitudini resistere, quæ irruit super nos.

13 Sed cum ignoremus quid agere debeamus, C hoc solum habemus residui, vt oculos nostros dirigamus ad te.

Iahaziel propheta promittit auxilium à Deo.

14 Omnis verò Iuda stabat coram Domino cum paruulis, & vxoribus, & liberis suis.

15 Erat autem Iahaziel filius Zachariæ, filii Banaiæ, filii Iehiel, filii Mathaniæ, Leuites de filiis Asaph, super quem factus est Spiritus Domini in medio turbæ, Et ait:

1 Contigit post hæc vt proficiscerentur Moabitæ & Ammonitæ, cumq; eis alii ex Ammonitis contra Iosaphat in prælium.

2 Venerunt ergo qui nunciarent ipsi Iosaphat huiusmodi verbis: Venit contra te ingens exercitus [2] transmarinorum & [3] Syrorum & ecce ipsi sunt in Hazezon-thamar, [4] quæ est En gaddi.

3 Metuit ergo Iosaphat, [5] & proposuit quærere Dominum, indixitq; ieiunium vniuerso Iehuda.

4 Congregati etiam sunt qui erant in Iehuda, vt [6] quærerent à Domino, quin & ex omnibus ciuitatibus Iehuda [7] venerunt [8] interrogare Dominum.

5 Stetit itaq; Iosaphat in cœtu [9] Iehudæ & Ierusalem [10] in æde Domini [11] ante atrium nouum. Et ait:

6 Domine Deus patrum nostrorum annon tu es Deus in cælo? annon tu imperitas in omnibus regnis Gentium? an non in manu tua robur est & potentia? [12] nec est qui se contra te statuat?

7 Annon tu Deus noster expulisti [13] habitatores huius terræ coram populo tuo Israel, dedistiq; eam semini Abrahæ amici tui perpetuo?

8 [14] Qui habitarunt in ea, ædificaueruntq; tibi in ea sanctuarium nomini tuo, dicentes:

9 Si irruerit super nos malum, gladius [15] vindicans, pestilentia aut fames, stabimus in conspectu domus istius & coram te: (siquidem [16] nomen tuum est in domo ista.) [17] & clamabimus ad te de tribulatione nostra, tu verò exaudies & opem feres.

10 Nunc ergo ecce Ammonitæ & Moabitæ & [18] mons Seir, (per quos non permisisti transire Israelitas quum venirent de terra Ægypti, sed diuerterunt ab eis, & [19] non deleuerunt eos:)

11 En illi rependunt nobis, vt venientes exturbent nos de possessione tua quam nobis possidendam dedisti.

12 Deus noster, annon iudicabis eos? In nobis quidem non est robur contra tam ingentem multitudinem quæ venit contra nos.

13 [20] Ignoramus quid nobis sit faciendum. [21] Sed ad te sunt oculi nostri.

14 Omnis autem Iehuda stabat [22] coram Domino, vna cum pube sua, vxoribus suis, & liberis suis.

15 Erat autem [ibi] Iahaziel filius Sachariæ, filii Benaiæ, filii Iehiel, filii Mathaniæ, Leuita de [23] filiis Asaph, super quem venit Spiritus Domini in medio cœtus. Qui dixit:

CAP. XX.
1 q.d. & cũ eis gentes fuerunt se Ammonitas. Quidam Hebręorũ intelligit de Amalecitis qui habitu & lingua mẽtiti sunt se esse Ammonitas.

2 Hoc intelligitur de mari mortuo. q.d. de locis quæ sita sunt vltra mare mortuum. 3 Heb. de Syria. q.d. de vel trãs mare mortuũ, i. de Syria. Syria enim separabatur à terra sancta à mari mortuo. 4 Vel, quæ postea dicta est. 5 Heb. & [illegible] Iosaphat faciem suam conuertit (se) vt consuleret Dominũ. q.d. cũ timuisset, implorauit opẽ diuini [illegible] vel, per [illegible] petitionẽ, vt rogarent Dominum vt auerteret irã suã ab eis. 7 sub. in Ierusalẽ. 8 vt precarentur, vel, [illegible]. 9 virorũ Iuda & virorũ Ierusalem, [illegible] qui habitabãt in vrbibus Iuda & eorũ q habitabãt in Ierusalẽ. 10 Omnia ædificia q adiecta erãt tẽplo, dicebantur tẽplũ Domini, quoniã diebus solennitatib. veniebant oẽs Iudæi Ierusalẽ in templũ, & illic orabant. hoc intelligitur de appendicib. & adiectis ædificiis ipsi tẽplo: quæ omnia censebãtur tẽpli nomine. alioqui nunquam fuisset [illegible] ipsius tẽpli tantæ multitudini. Porrò reges nõ orabant in ipso tẽplo. 11 Omnes docti ignorant quodnã fuerit atriũ illud nouum: colligunt tamẽ illud tunc fuisse notum [illegible] propter [illegible] exposituũ. 12 i. nemini licet tibi resistere. 13 incolas. 14 Habitaruntq; 15 Heb. iudicii i. iudicium Dei iusto imminẽs propter scelera populi, i. bellũ. 16 id est præsentiã tuã exhibes: & hic inuocari solet nomen tuũ. 17 q.d. cũ fuerimus in tribulatione, implorabimus opẽ tuã, & tunc [illegible] 18 i. habitatores in monte Seir, h.e. Idumæi. 19 sub. quẽadmodum alios deleuerunt. 20 nec scimus. 21 vel, nisi quod ad te &c. i. a te penedemus & à te auxilium nostrum expectamus. 22 i. coram templo Dei. 23 i. nepotibus.

Mm 3

16 *Aduertite omnis Iehuda & habitatores Ierusalem, & tu rex Iosaphat sic dicit Dominus v. bis: Vos ne timueritis, neq; animo frangamini metu huius tantæ multitudinis: non enim vestrum*[24] *est prælium, sed Dei.*

17 *Cras*[25] *descendite contra eos, en ipsi*[26] *ascendunt per cliuum*[27] *Ziz, inuenietis eos in fine torrentis ante desertum Ieruel.*

18 [28] *Nec est vt vos pugnetis in hoc [prælio:] consistite, state, & videte*[29] *salutem Domini vobiscum, ô Iehuda & Ierusalem: nolite timere, neq; animo frangi, cras exite contra eos, & Dominus erit vobiscum.*

19 [30] *Inclinauit ergo Iosaphat facie [sua] terram versus, sed & omnis Iehuda, & habitatores Ierusalem prociderunt ante Dominum adorantes Dominum.*

20 *Surrexerunt autem Leuitæ*[31] *de filiis Cahathitarum,*[32] *atq; de filiis Corhitarum, vt laudarent Dominum Deum Israelis*[33] *magna voce, idq; celebriter.*

21 *Quumque mane surrexissent, egressi sunt in desertum Thecoa: & illis egredientibus*[34] *stetit Iosaphat, & ait: Audite me Iehuda & habitatores Ierusalem, Credite in Dominum Deum vestrum,*[35] *& fides seruabitur vobis:*[36] *credite prophetis eius &*[37] *prospere vobis cedet.*

22 *Consilio autem inito cum populo collocauit quosdam qui cantarent Domino, & laudarent*[38] *magnificentiam sanctitatis,*[39] *egrederenturq; ante armatum exercitum, & dicerent,*[40] *Confitemini Domino, quoniam*[41] *bonitas eius est perpetua.*

23 *Eo verò tempore quo*[42] *inciperent canticum & laudem,*[43] *excitauit Dominus eos qui erant in insidiis super Ammonitas, Moabitas & habitatores montis Seir, qui venerant contra Iehudam, ita vt*[44] *sese mutuo profligarent.*

24 *Nam Ammonitæ & Moabitæ*[45] *steterunt contra habitatores montis Seir, vt perderent ac delerent*[46] *eos:*[47] *quumq; in vniuersum perdidissent habitatores Seir, iuuit quisque proximum suum*[48] *ad [mutuum] interitum.*

25 *Venit autem Iehuda ad Mizpe*[49] *deserti, respexeruntq; ad multitudinem, & ecce illi iacebant mortui in terra nec vllus euaserat.*

26 [50] *Veniens ergo Iosaphat & populus eius vt diriperent spolia eorum, inuenerunt in eis multum*[51] *supellectilis & vestium, insuper & vasa delectabilia quæ diripiebant sibi,*[52] *vt ferre non possent: tribus diebus spolia*[53] *diripiebant, multa enim erant.*

27 *Quarto deinde die congregati sunt in vallem*[54] *gratiarumactionis: quoniam illic gratias egerunt Domino, atq; hac de causa vocarunt nomen eius loci Vallis gratiarumactionis vsq; in hunc diem.*

28 *Porrò omnis Iehuda & viri Ierosolymitani*[55] *cum capite suo Iosaphat) versi sunt vt redirent Ierosolyma cum gaudio: nam Dominus exhilarauerat eos*[56] *de hostibus suis.*

29 *Venerunt ergo Ierosolyma cum nablis, citharis & & buccinis ad ædem Domini.*

30 [57] *Veniitque pauor Dei super omnia regna nationum, quum audissent Dominum pugnasse contra hostes Israelis.*

31 *Tranquillum itaq; fuit regnum Iosaphat, & dedit ei Deus eius tranquillitatem*[58] *circumquaq;.*

16 Attendite omnis Iuda, & qui habitatis in Ierusalem, & tu rex Iosaphat: hæc dicit Dominus vobis, Nolite timere, nec paueatis hanc multitudinē: non est enim vestra pugna, sed Dei.

17 Cras descendetis contra eos: ascensuri enim sunt per cliuum, nomine Sis, & inuenietis illos in summitate torrentis, qui est contra solitudinem Ieruel.

18 Non enim eritis vos qui dimicabitis, sed tantummodo confidenter state, & videbitis auxilium Domini super vos, ô Iuda, & Ierusalem: nolite timere, nec paueatis, cras * egredimini contra eos, & Dominus erit vobiscum. D

19 Iosaphat ergo, & Iuda, & omnes habitatores Ierusalem ceciderunt proni in terram coram Domino, & adorauerunt eum.

20 Porrò Leuitæ de filiis Caath, & de filiis Core laudabant Dominum Deum Israel voce magna, in excelsum.

21 Cumq; mane surrexissent, egressi sunt per desertū Thecua: profectisq; eis, stans Iosaphat in medio eorum, dixit: Audite me viri Iuda, & omnes habitatores Ierusalem: Credite in Domino Deo vestro, & securi eritis: credite prophetis eius, & cuncta euenient prospera.

22 Deditq; consilium populo, & statuit cantores Domini, vt laudarent eum in turmis suis, & antecederent exercitum, ac voce consona dicerent, Confitemini Domino quoniam in æternum misericordia eius. E

23 Cumq; cœpissent laudes canere, vertit Dominus insidias eorum in semetipsos, filiorum scilicet Ammon, & Moab, & montis Seir, qui egressi fuerant vt pugnarent cōtra Judam, & percussi sunt.

24 Namq; filii Ammon, & Moab consurrexerunt aduersum habitatores montis Seir, vt interficerent, & delerent eos: cumq; hoc opere perpetrassent, etiam in semetipsos versi, mutuis concidēre vulneribus.

25 Porrò Iuda cum venisset ad * speluncā quæ respicit solitudinem, vidit procul omnem latè regionem plenam cadaueribus, nec superesse quemquam qui necem potuisset euadere.

26 Venit ergo Iosaphat, & omnis populus cum eo ad detrahenda spolia mortuorum: inueneruntq; inter cadauera, variam supellectilem, vestes quoq;, & vasa pretiosissima: & diripuerunt, ita vt omnia portare non possent, nec per tres dies spolia auferre præ prædæ magnitudine. F

27 Die autem quarto congregati sunt in Valle benedictionis: etenim quoniam ibi benedixerant Domino, vocauerunt locum illum Vallis benedictionis, vsq; in præsentem diem.

28 Reuersusq; est omnis vir Iuda, & habitatores Ierusalem, & Iosaphat ante eos in Ierusalem, cū lætitia magna, eo quod dedisset eis Dominus gaudium de inimicis suis.

29 Ingressiq; sunt in Ierusalem cum psalteriis, & citharis, & tubis in domum Domini.

30 Irruit autem pauor * Domini super vniuersa regna terrarum, cum audissent quod pugnasset Dominus contra inimicos Israel.

31 Quieuitque regnum Iosaphat, & præbuit ei Deus pacem per circuitum.

Marginal notes (right):

* *egredimini (imperat.*

Dei promissionibus credendum.

Laudem canētes Deo in prælio, & vincunt.

Ammon, Moab, & Seir montis se conficiunt vulneribus.

* *speculam.*

Iosaphat cum suis conuertitur ad spolia.

Vallis benedictionis.

Gaudium de inimicis.

Gratiarum actio de victoria.

* *Dei.*

Timor Dei contra inimicos.

Marginal notes (left):

24 Potius, erit. q.d. vos non pugnabitis contra multitudinem istam, sed Deus.
25 Hoc erit quod Ierusalem esset in loco altissimo.
26 Ascensuri e sunt.
27 id est, floris, nomen loci, qui quamobrem ita diceretur ignoramus.
28 Non enim vestrum est pugnare &c. q.d. Non intererit vestra pugnare. Non erit vestrum officiū pugnare, tantum spectatores eritis.
29 i. qua ratione Deus vos seruaturus est. [illegible]
30 Hebr. Incuruauit ergo sese Iosaphat in nares versus terrā.
31 i. qui erant de nepotibus &c.
32 Heb. & de &c. His &, pro id est positum. Corah enim fuit nepos ipsius Cahath, vt supra 1. Paral. 6.
33 Heb. in excelsum. i. voce quā altissima.
34 more eius scilicet qui habet orationem.
35 & estote fideles. ita quidam Hebræorum. Alii & estote fortes & corroboramini.
36 Alludit ad Iaaziel qui prædixit hanc victoriam.
37 q.d. reportabitis victoriam.
38 Hebr. (eum) in decore sanctitatis. Cœlum vocat decus sanctitatis, intelligens sedem Dei elegantissimam.
39 Dum egrederentur (sub. Iudæi & Ierosolymitani) coram armato milite. Subaudiendum verbum præcedens canerent: qui inquam canerent coram armato militibus.
40 vel, Celebrate Dominum. vel, Laudem & gloriam date Domino.
41 Vel, misericordis. q.d. quia nunquam subtrahit misericordiam suam ab iis qui inuocant eum ex animo. 42 Cœperunt (sub. Leuitæ laudare Dominum) cum clamore & laude. 43 Heb. posuit Dominus [illegible] (id est, quam [illegible]) filiis Ammon Moabitas & habitatores montis Seir, &c. hoc est, fecit vt filii Ammon [illegible] Moabitas &c. 44 vel, mutuis vulneribus sese confoderent. 45 id est, insurrexerunt. 46 sub. incolas montis Seir. 47 Heb. eum autem ipsi [illegible]nem fecissent (sub. præliandi) contra habitatores &c. 48 ad internecionem. q.d. confoderunt sese mutuis vulneribus. 49 vel [illegible] locum in quo iacebant cadauera Moabitarum &c. 51 Heb. diuitiarum, & cadauera & vasa desideriorū. i. cadauera onusta supellectili desiderabili, hoc est rebus pretiosis vt annulis, & similibus. Intelligit omnem illum ornatum pretiosum quo solent sæpe insigniti milites. Vox Hebræa RECHVS, pro qua [illegible] significat quod Galli [illegible] le bagage. vt intelligamus etiam iumenta, &c. 52 Heb. absq; pondere. i. ita vt nullum esset pondus certum [illegible]
53 Heb. [illegible] q.d. non potuit [illegible] tam multa erant &c. 54 Heb. benedictionis, ibi enim benedixerunt. 55 Heb. Iosaphat autem erat in capite eorum [illegible] eos primas tenebat. 56 id est, de victoria quam reportabant de inimicis suis cæsis. 57 i. Timuerunt Deum quotquot habitabant in regionibus [illegible]. 58 q.d. vicinæ gentes postea non vexarunt Iosaphat bellis.

32 Regna-

32 Regnauit igitur Iosaphat super Iudam, & e-
rat triginta quinque annorum cum regnare cœpis-
set: viginti autem & quinq. annis regnauit in Ie-
rusalem: & nomen matris eius Azuba filia Selahi.
33 Et ambulauit in via patris sui Asa, nec decli-
nauit ab ea, faciens quæ placita erant coram Do-
mino.
34 Verumtamen excelsa non abstulit, & adhuc
populus nō direxerat cor suum ad Dominum Deū
patrum suorum.
35 Reliqua autem gestorum Iosaphat priorum
& nouissimorum, scripta sunt in verbis Iehu filii
Hanani, quæ digessit in Libro regum Israel.
36 Post hæc iniit amicitias Iosaphat rex Iuda
cum Ochozia rege Israel, cuius opera fuerunt im-
piissima:
37 Et particeps fuit vt faceret naues quæ irent
in Tharsis: feceruntq; classem in Asion-gaber.
38 Prophetauit autem Eliezer filius Dodau de
Maresa ad Iosaphat, dicens, Quia habuisti fœdus
cum Ochozia percussit Dominus opera tua, con-
tritæq; sunt naues, nec potuerunt ire in Tharsis.

Excelsa non ablata.

Init Iosaphat amicitias cum Ochozia, propter quod reprehenditur prophetice.

32 [59] *Et regnauit* Iosaphat super Iehudam: trigin-
ta quinque annos natus erat quum [60] inaugurare-
tur regno: & regnauit viginti quinque annos in
Ierusalem: Asuba fuit nomen matris suæ, quæ fuit fi-
lia Silhi.
33 Et incessit in via Asa patris sui, nec declinauit [61]
ab eo, faciens [62] quod rectum erat in oculis Domini.
34 Veruntamen non recesserant excelsa, & populus
adhuc non præparauerat cor suum ad Deum patrum
suorum.
35 Reliqua gestorum Iosaphat & [63] prima & po-
strema, ecce ea scripta sunt in [64] rebus Iehu filii Hanani,
[65] qui transtulit [ea] in librum regum Israel.
36 Post hæc societatem iniit Iosaphat rex Iehuda cū
Ahasia rege Israel, qui impietati studuit:
37 In hoc verò conuenit cum eo, vt pararent [66] na-
ues quæ irent [67] in mare, & fecerunt naues in [68] Ezi-
on-gaber.
38 Prophetauit autem Eliezer filius Dodaua de Ma-
resa contra Iosaphat hisce verbis: Eo quod societatē iniisti
cum Ahasia, [69] disiecit Dominus opera tua: confractæq;
sunt [70] naues, neq; [71] potuerunt [72] venire in mare.

CAPVT XXI.

1 DOrmiuit autē Iosaphat cum patribus suis, &
sepultus est cum eis in Ciuitate David: regna-
uitq; Ioram filius eius pro eo.
2 Qui habuit fratres filios Josaphat Azariam, &
Jahiel, & Zachariam & Azariam, & Michael, &
Saphatiam: omnes hi filii Josaphat regis Juda.
3 Deditq; eis pater suus multa munera argenti,
& auri, & * pensationes cum ciuitatibus munitis-
simis in Juda. Regnum autem tradidit Ioram, eoq;
esset primogenitus.
4 Surrexit autem Ioram super regnum pa-
tris sui: cumque se confirmasset, occidit omnes
fratres suos gladio, & quosdam de principibus
* Juda.
5 Triginta duorum annorum erat Ioram cum
regnare cœpisset: & octo annis regnauit in Jeru-
salem.
6 Ambulauitq; in viis regum Israel, sicut egerat
domus Achab: filia quippe Achab erat vxor eius:
& fecit malum in conspectu Domini.
7 Noluit autem Dominus disperdere domum
David propter pactū quod inierat cum eo: & quia
promiserat vt daret ei lucernam, & filiis eius omni
tempore.
8 In diebus illius rebellauit Edom, ne esset sub-
ditus Judæ & constituit sibi regem.
9 Cumq; transisset Ioram cum principibus suis,
& cuncto equitatu qui erat secum, surrexit nocte,
& percussit Edom qui se circumdederat, et omnes
duces equitatus eius.
10 Attamen rebellauit Edom, ne esset sub diti-
one Juda, vsq; ad hanc diem: eo tempore & Lobna
recessit, ne esset sub manu illius.
11 Dereliquerat enim Dominum Deum patrū
suorum, insuper et excelsa fabricatus est in vrbibus
Juda, et fornicari fecit habitatores Jerusalem, et
præuaricari Judam:
12 Allatæ sunt autem ei literæ ab Elia propheta,
in quibus scriptum erat, Hæc dicit Dominus Deus
David patris tui, Quoniam non ambulasti in viis
Josaphat patris tui, et in viis Asa regis Juda.
13 Sed incessisti per iter regum Israel, et forni-
cari fecisti Judam, & habitatores Jerusalem, imita-
tus fornicationem domus Achab: insuper et fratres
tuos, domum patris tui, meliores te, occidisti:
14 Ecce Dominus percutiet te plaga magna cum
populo suo, & filiis, et vxoribus tuis, vniuersaque substantia tua.

A *Moritur Iosaphat.*
Filii Iosaphat.
* *pensationes.*
Regnat Ioram. Occidit fratres.
* *Israel.*
B *Vxor Ioram abducit eum ad idola.*
2.Reg.7.b
Edom rebellis Iuda, per. uincitur.
Lobna rebellis Iuda.
C *Eliseus qui hoc loco Elias dicitur, misit literas ad Ioram, prædicens ei interitum, & quare.*

1 DOrmiuit autem Josaphat cum patribus suis, sepul-
tusq; est ad patres suos in ciuitate Dauidis, [1] re-
gnoque inauguratus est pro eo Joram filius eius.
2 Habuit autem fratres qui filii erant Josaphat, nem-
pe Asariam, Jehiel, Sachariam, Asariam, Michaelē,
& Sephatiam, hi omnes filii fuerunt ipsius Josaphat re-
gis [2] Israel.
3 [3] Dederatq; [4] eis pater eorum multa munera au-
ri & argenti, deinde [5] delicata quædam, & ciuitates
munitas in Iehuda: regnum autem dederat ipsi Joram,
nam ille erat primogenitus.
4 [6] Insurrexit autem Joram aduersus regnum patris
sui, & quum inualuisset, occidit omnes fratres suos gla-
dio, simulq; [quosdam] ex principibus Israelis.
5 Cum [7] inaugurareturregno natus erat triginta
duos annos regnauitq; octo annis [8] in Jerusalem.
6 Ambulauit in via regum Israelis, sicut fecerat do-
mus Ahabi, nam habebat filiam Ahabi vxorem, desi-
gnauitq; malum in oculis Domini.
7 Noluit autem Dominus vastare domum Dauidis,
propter fœdus quod inierat cum Dauide, [9] & quod pro-
miserat se daturum [10] lucernam illi & filiis eius cunctis
diebus.
8 In diebus eius defecit Edom, ne subesset sub manu
Jehudæ, constitueruntq; super se regem.
9 [11] Transiuit itaq; Joram cum principibus suis, ha-
buitq; secum omnes currus suos, factumq; est vt noctu cō-
surgeret & percuteret Edomæum qui eum circumsede-
rat, simulq; principes curruum.
10 Defecit itaq; Edom ne esset sub manu Jehudæ vsq;
in hunc diem quin & Libna eodem tempore defecit, ne
esset sub manu [12] eius.
11 [13] Dereliquerat enim [Joram] Dominum Deū
patrum suorum. Fecit etiam excelsa in [14] ciuitatibus
Jehuda, & [15] fecit scortari habitatores Ierusalem, & [16]
seduxit Jehudam.
12 Venit autem ad eum [17] scriptum quoddam ab E-
lia propheta in hanc sententiam, Sic dicit Dominus Deus
Dauidis patris tui. Quandoquidem non ambulasti in viis
Josaphat patris tui, & in viis Asæ regis Iehuda.
13 Sed ambulasti in via regum Israelis, effecistiq;
vt scortarentur Jehuda & habitatores Jerusalem iuxta
scortationes domus Ahabi: insuper & fratres tuos, ([18] do-
mum patris tui, qui te meliores fuerunt) occidisti.
14 Ecce Dominus percutiet plaga magna populū tuū,
filios tuos, & vxores tuas, & cunctā substantiam tuam.

59 Regnauit itaq;
60 regnare cœpit.
61 vel, ab ea, scil. via.
62 i. quod gratū & acceptum erat Domino.
63 i. quæ gesta sunt initio regni eius & sub finem eiusdem.
64 vel, gestis, aut, historia.
65 Heb. quasi ē-dere factus est super &c. i. qui inscriptus est in libro &c. q.d. De hoc Iehu facta fuit mentio in libro Regum Israel.
66 sub aliquot.
67 Tharsis. Chal. paraph. vertit Africa, intell. gens Africa Mediterranealem. q. d. quæ naues irent in Ophir quæ est in Tharsis. i. in Africa.
68 Nomen loci aut vrbis quæ sita erat ad littus Maris rubri.
69 vel, destruxit. q.d. Dominus irrita faciet quæ molitis.
70 sub. aliquot.
71 sub. reliquæ.
72 nauigare in Tharsis.
CAP. XXI.
1 Cœpitque regnare.
2 Israel, aliquando pro tribubus omnibus accipitur. propterea iam loco dicebatur rex Israel, q. d. regis filiorum Israel, nempe tribuum Iuda & Beniamin.
3 Dedit ergo.
4 nempe fratribus Ioram.
5 res pretiosas. Vox Hebræa significat rem pretiosam, siue auream sit, siue argenteam, aut ex alia materia.
6 Heb. Surrexit autem Ioram super regnum patris sui, & corroborauit sese, & interfecit &c. q. d. Cū autē regnū obtinuisset interfecit &c.
7 regnare cœpit.
8 sub. & super totum regnū Iuda.
9 Heb. sicut vt (faceret) quēadmodū promiserat.
10 i. regiam dignitatem claram & illustrem.
11 sub. ad Idumæos.
12 sub Ioræ.
13 q. deseruisset.

14 montibus. 15 q. d. fuit causa idololatriæ omnibus habitantibus Ierusalē. 16 Impulit vt caderet Iuda. subl. habens sinu nutans. Metaphora ab eo quod iam iam lapsurus est & impellitur. q. d. Impulit Iudæos ad idololatriam, aliqui iam pronos ad cultum idolorum. 17 vel, epistola, quæ iam. 18 Per appositionem dictum.

19 Per illo morbo diebus post dies. i. indies, siue quotidie.
20 i. animos.
21 Locum. vel, terminum. i. qui erant finitimi & vicini Æthiopib.
22 vel, contra regionem Iuda.
23 Irruperunt in eam. i. irruptione facta ingressi sunt eam.
24 diripuerunt. prædati sunt.
25 Hic Iehoaas fuit trinominis: nam postea vocabitur Ahazias siue Ochozias, initio cap. seque. tertio vocatur Azarias, versu 6. cap. etiam seque.
26 vel, multos dies. aut post aliquot annos.
27 Heb. & secundū tēpus egrediendi finis ille, &c. i. secūdū tēp' quo egressus est siue aduenit finis &c. q. d. quum aduenit finis duorum annorum postremorū vitæ ipsius Ioram.
28 i. præ ægritudine.
29 rogum.
30 Fuit rex XXVIII. annos: sed eo adhuc viuente regnum administrauit filius eius Ochozias annos viginti, vt dicitur initio cap. seq.
31 & abiit sine desiderio. vixit ingloriis, sine vllo honore: nam ab eo tempore quo destitutus fuit a Domino, fuit priuatus omni honore & dignitate.
32 sub. Iuda.

15 Porrò te percutiet doloribus magnis (id est) morbo viscerum tuorum, donec effluant viscera tua [19] præ dolore quum dies (crescet.)

16 Excitauit ergo Dominus contra Ioram [20] spiritum Palæsthinorum & Arabum qui (erant) ad [21] latus Æthiopum.

17 Qui ascendentes [22] in Iehudam, [23] peruaserunt eam, & [24] captiuam abduxerunt omnem substantiam quæ inueniebatur in domo regis, filios quoq; eius & vxores eius, & non est relictus ei filius, nisi [25] Iehoahas, qui inter filios eius minimus natu erat.

18 Post hæc omnia ferijt eum Dominus in visceribus eius morbo incurabili.

19 Factum autem est post [26] dies aliquot, [27] quum tempus esset exactum post finem annorum duorum, effluxerunt viscera eius [28] in ipso morbo eius, mortuusq; est pessimis morbis, nec fecerunt ei [29] bustum quemadmodum busta fecerant patribus suis.

20 Triginta duos [annos] natus erat quum cœpisset regnare, [30] regnauitq; Ierosolymis octo annis, [31] vixitque illaudatè, sepelierunt tamen eum in ciuitate Dauidis, sed non in sepulchris [32] regum.

15 Tu autem ægrotabis pessimo languore vteri tui, donec egrediantur vitalia tua paulatim per singulos dies.

16 Suscitauit ergo Dominus contra Ioram spiritum Philisthinorum, & Arabum, qui confines sunt Æthiopibus.

17 Et ascenderunt in terram Iuda, & vastauerunt eam: diripueruntq; cunctam substantiam quæ inuenta est in domo regis, insuper & filios eius, & vxores: nec remansit ei filius, nisi Ioachaz, qui minimus natu erat.

18 Et super hæc omnia percussit eum Dominus alui languore insanabili.

19 Cumque diei succederet dies, & temporum spacia voluerentur, duorum annorum expletus est circulus: & sic longa consumptus tabe, ita vt egereret etiam viscera sua, languore pariter: & vita caruit. Mortuusq; est in infirmitate pessima, & non fecit ei populus secundum morem combustionis, exequias, sicut fecerat maioribus eius.

20 Triginta duorum annorum fuit, cū regnare cœpisset: & octo annis regnauit in Ierusalē. Ambulauitq; non rectè, & sepelierunt eum in Ciuitate Dauid: verumtamen non in sepulchro Regum.

Deus concitat Philisthinos contra Ioram.

D

Ioram alui languore interit.

CAPVT XXII.

CAP. XXII.
1 regem constituerunt.
2 exercitus ille, vel turma illa. sub. Palæsthinorū
3 Heb. ad castra illa. sub. quæ obsederāt Ierusalē.
4 He. præcedētes, hoc, qui ætatem præcesserant.
5 sub. mortuo patre. Oritur hic magna cōtrouersia nam in fine præcedentis capitis Ioram dicitur natus fuisse XXXII. annos quū regnare cœpit, & regnasse VIII annos:

1 *CIues autem Ierosolymitani [1] inaugurarunt regem Ahasiam filium eius natu minorem loco eius, quoniam [2] grassatores qui venerant cum Arabibus [3] bellandi causa occiderant [4] omnes maiores natu. Regnum itaq; obtinuit Ahasias filius Ioram regis Iehuda.*

2 Quadraginta duos annos natus erat Ahasias quū cœpisset regnare, regnauitq; [5] anno vno Ierosolymis. Nomen matris eius fuit Athalia filia Amri.

3 Et hic ambulauit in viis domus Ahab, nam mater eius consultrix ei fuit vt impie ageret.

4 Designauit igitur malum in oculis Domini, quemadmodum domus Ahabi, nam illi consultores ei fuerunt post mortem patris sui ad perditionem eius.

5 Quin ipse iuxta eorum consilia ambulauit: profectusq; est cum Ioram filio Ahab regis Israelitici in prælium contra Hasaelem regem Syriæ in Ramoth Gilead: & percusserunt Syri ipsum Ioram.

6 Reuersus q; est vt [6] sanaretur in Iesreel, quoniam vulnera habuit quæ [7] inflixerant ei in Rama, quum pugnaret cum Hasaele rege Syrorum. Descendit autem [8] Asarias filius Ioram [9] regis Iehuda, vt inuiseret Ioramum filium Ahabi in Iesreele: ibi enim ægrotabat.

7 [10] Erat autem hoc a Deo, vt conculcaretur Ahasias, dum veniret ad Ioram. Nam quum venisset, ipse egressus est cum Ioram obuiam Iehu filio Nimsi, quem vnxerat Dominus, vt excinderet domum Ahab.

8 Factum est ergo quum Iehu [11] iudicium exequeretur contra domum Ahab, vt deprehenderet primores Iehuda [12] atq; filios fratrum Ahasiæ, qui ministrabant Ahasiæ, & interficeret eos.

9 Quæsiuit & Ahasiam, [13] qui sese absconderat in Samaria, quem captum adduxerunt ad Iehu, interfecerunt eum atq; sepelierunt eum: dixerunt enim, Filius Iosaphat is est, qui quæsiuerat Dominum in toto corde suo: [14] nec erat domui Ahasiæ robur vt retineret regnum.

10 Porrò Athalia mater Ahasiæ videns quod mortuus esset filius suus, surrexit, & perdidit omne semen regium in domo Iehuda:

11 Tulit autem Iehosabeath filia regis ipsum Ioas filium Ahasiæ, & clam surripuit eum e medio filiorum

1 COnstituerunt autem habitatores Ierusalem Ochoziam filium eius minimum, regem pro eo: omnes enim maiores natu, qui ante eum fuerant, interfecerant latrones Arabum, qui irruerant in castra: regnauitque Ochozias filius Ioram regis Iuda.

2 Quadraginta duorum annorum erat Ochozias cum regnare cœpisset, & vno anno regnauit in Ierusalem: & nomen matris eius Athalia filia Amri.

3 Sed & ipse ingressus est per vias domus Achab: mater enim eius impulit eum vt impie ageret.

4 Fecit igitur malum in conspectu Domini, sicut domus Achab. Ipsi enim fuerunt ei consiliarii post mortem patris sui, in interitum eius.

5 Ambulauitque in consiliis eorum. & perrexit cum Ioram filio Achab rege Israel, in bellum contra Hazael regem Syriæ in Ramoth-Galaad: vulnerauerunt q; Syri Ioram.

6 Qui reuersus est vt curaretur in Iezrahel: multas enim plagas acceperat in supradicto certamine. Igitur Ochozias filius Ioram rex Iuda, descendit vt inuiseret Ioram filiū Achab, in Iezrahel ægrotantē.

7 Voluntatis quippe fuit Dei aduersus Ochoziam, vt veniret ad Ioram: & cum venisset, & egrederetur cum eo aduersum Iehu filium Namsi, quē vnxit Dominus, vt deleret domum Achab.

8 Cum ergo euerteret Iehu domum Achab, inuenit principes Iuda, & filios fratrum Ochoziæ, qui ministrabant ei, & interfecit illos.

9 Ipsum quoq; perquirens Ochoziam, comprehendit latitantem in Samaria: adductumque ad se, occidit: & sepelierunt eum, eò quòd esset filius Iosaphat, qui quæsierat Dominum in toto corde suo. nec erat vltra spes aliqua vt de stirpe quis regnaret Ochoziæ.

10 Siquidem Athalia mater eius videns quòd mortuus esset filius suus, surrexit, & interfecit omnem stirpem regiam domus [*] Ioram.

11 Porrò Iosabeth filia regis tulit Ioas filium Ochoziæ, & furata est eum de medio filiorum

A
Ochozias Ioram succedit.
4. Reg. 8. f

Ochozias impius.

B

Bellum Ochoziæ & Ioram contra Hazael regem Syriæ.

C

Voluntate Dei Iehu Ochoziā occidit.

D

Athalia mater Ochoziæ occidit semen regium.
4. Reg. 11. a
[*] Iuda.
Ioas filius Ochoziæ absconditur.

quæ oēs in vnū collecti ascendunt ad XL. annos tantū. Hic autē Ochozias dicitur fuisse natus XLII. annos cū regnare cœpit. quare filius videretur antiquior patre. Tes. 4. Reg. 8 natus dicitur fuisse annos [illegible] viginti cū regnare cœpit Ochozias hic autem XLII. sed quæ author huius libri dicit, intelligenda sunt de administratione regni q accepit ipse Ochozias patre mortuo & quæ in lib. Regum, de administratione regni q accepit viuente patre. Regnū autē patre viuente administrauit XX. annis, atq; ob id in fine præcedentis capitis dicitur Ioram fuisse [illegible] pater, ita fuit XX [illegible] filius annis 6 curaretur [illegible] 7 sub Syri 8 Hic vocat Azariam, quem in principio capitis appellat Ahaziā siue Ochoziā. 9 vel, regis Iuda 10 Porrò a Deo fuit conculcatio Ochoziæ vt veniret &c. Per conculcationem intelligit mortem & interitū. 11 vel, diiceret 12 filios autem fratrū Ochoziæ tunc ministrabant ipsi Ochoziæ: & interfecit eos. Obseruanda est hic parenthesis. 13 Heb. & comprehenderunt eum, (is autem delitescebat in Samaria), & adduxerunt. 14 & non erat familiæ Ochoziæ, vt tueri se posset virtutem ad obtinendum regnum. q. d. qui superstites fuerunt de familia Ochoziæ non potuerunt occupare regiam dignitatem.

Regn

Regis, cum interficerentur: absconditque eum cum nutrice sua in cubiculo lectulorum. Josabeth autem quæ absconderat eum, erat filia regis Joram, vxor Joiadæ pontificis, soror Ochoziæ: & idcirco Athalia non interfecit eum.

12 Fuit ergo cum eis in domo Dei absconditus sex annis, quibus regnauit Athalia super Terram.

regis qui [15] occiderant, reposuitq; eum & nutricem eius [16] in cubiculo lectorum, & abscondit eum Jehosabeath filia regis J[or]am vxor Jehoiada [17] sacerdotis, [18] & soror Achasiæ metu Athaliæ, vt non occideret eum.

12 Fuit itaque cum [19] eis in [20] domo Dei absconditus sex annis. Athalia autem regnabat [21] in terra.

A

CAPVT XXIII.

Joas filius Ochoziæ vngitur in regem. 4. Reg. 11. a * Jeroboam.

1 ANno autem septimo confortatus est Joiada, assumpsit centuriones, Azariam videlicet filium * Jeroboham, & Ismahel filiũ Johanan, Azariam quoq; filium Obed, & Maasiam filiũ Adaiæ, & Elisaphat filium Zechri: & iniit cum eis fœdus.

2 Qui circumeuntes Judam, congregauerunt Leuitas de cunctis vrbibus Juda, & principes familiarum Israel: veneruntq; in Jerusalem.

3 Iniit ergo omnis multitudo pactum in domo Dei cum rege: dixitq; ad eos Joiada, Ecce filius regis regnabit, sicut locutus est Dominus super filios Dauid.

* ergo

4 Iste est * sermo quem facietis, Tertia pars vestrum qui veniunt ad sabbathum, sacerdotum, & Leuitarum, & ianitorum erit in portis:

5 Tertia vero pars ad domum regis: & tertia ad portam quæ appellatur Fundamẽti: omne vero reliquum vulgus sit in atriis domus Domini.

B

6 Nec quispiam alius ingrediatur domum Domini, nisi sacerdotes, & qui ministrant de Leuitis: ipsi tantummodo ingrediantur, qui sanctificati sunt: & omne reliquum vulgus obseruet custodias Domini.

7 Leuitæ autem circumdent regem, habentes singuli arma sua: (& si quis alius ingressus fuerit templum, interficiatur) sintq; cum rege & intrante & egrediente.

* egressuri

8 Fecerunt ergo Leuitæ & vniuersus Juda iuxta omnia quæ præceperat Joiada pontifex: & assumpserunt singuli viros qui sub se erant, & veniebant per ordinem sabbathi, cum his qui impleuerãt sabbathum, & * egressi erant. siquidem Joiada pontifex non dimiserat abire turmas, quæ sibi per singulas hebdomadas succedere consueuerant.

* Dei

9 Deditq; Joiada sacerdos centurionibus lãceas, clypeosq; & peltas regis Dauid, quas consecrauerat in domo * Domini.

C

10 Constituitq; omnem populum tenentium pugiones à parte templi dextra, vsq; ad partem tẽpli sinistram, coram altari, & templo, per circuitum regis.

11 Et eduxerunt filium regis, & imposuerunt ei diadema, & testimonium, dederuntq; in manu eius tenendam legem: & constituerunt eum regem: vnxit quoque illum Joiada pontifex, & filii eius: imprecatiq; sunt ei, atq; dixerunt, Viuat rex.

12 Quod cum audisset Athalia, vocem scilicet currentium atq; laudantium regem, ingressa est ad populum in templum Domini.

13 Cumq; vidisset regem stantem super gradum in introitu, & principes turmasque circa eum, omnemq; populum terræ gaudentem, atq; clangentem tubis, & diuersi generis organis concinentem, vocemq; laudantium, scidit vestimenta sua, & ait, Insidiæ, insidiæ.

Athalia iussu Joiadæ pontificis interficitur.

14 Egressus autem Joiada pontifex ad centuriones & principes exercitus, dixit eis, Educite illam extra septa templi, & interficiatur foris gladio. præcepitque sacerdos ne occideretur in domo Domini.

1 [1] SEptimo deinde anno [2] Jehoiada sumpto animo, assumpsit centuriones, Asariam filium Jeroham, & Ismaelem filium Jehohanan, Asariam filiũ Obed, Maasiam filium Adaiæ, & Elisaphat filium Sichri, secum [3] in fœdus.

2 Circumeuntes vero Jehudam, congregauerunt [4] Leuitas ex cunctis vrbibus Jehuda, & [4] præcipuos patres [5] Israelis, & venerunt Jerosolyma.

3 Vniuersus autem cœtus in domo Dei fœdus pepigit cum [6] rege. [7] dixitq; ad eos, Ecce filius regis [8] regnabit, [9] sicut loquutus est Dominus de filiis Dauidis.

4 Hoc ergo est quod facere debetis, Tertia pars vestrum [10] ingredientur sabbato ad sacerdotes & Leuitas, & custodes portarum & liminum:

5 Tertia deinde pars [erit] [11] in domo regis, & tertia pars ad [12] portam fundamenti, omnis denique populus erit in atriis ædis Domini.

6 Nemo autem ingrediatur ædem Domini, nisi sacerdotes & qui [13] ministrant Leuitis, hi ingredientur, quia sancti sunt: omnis autem populus [14] obseruabit custodiam Domini.

7 Et circumdabunt Leuitæ regem circumquaque, & habebit quisq; arma sua in manu sua: quicumque venerit in ædem, trucidetur: & hi sint cum rege dum ingreditur & dum egreditur.

8 Fecerunt autem Leuitæ & omnis Juda iuxta omnia quæ præceperat Jehoiada sacerdos, assumpseruntq; quisq; viros suos [15] qui sabbatho ingrediebantur, cum his qui sabbato egrediebantur: [16] quia non dissoluit sacerdos Jehoiada [17] ordines.

9 Dedit præterea Jehoiada [18] sacerdos centurionibus hastas, clypeos, & scuta quæ fuerant regis Dauidis, [19] fueruntq; in domo Dei.

10 Et collocauit cunctum populum, [20] vt quisq; haberet gladium in manu sua, a latere templi dextro, vsq; ad latus templi sinistrum iuxta altare & [21] templum, vt regem circumquaq; circumstarent.

11 Tum [22] eduxerunt filium regis, & imposuerunt ei coronam, & [dederunt] ei [23] testimonium, & regem eum constituerunt, vnxeruntq; eum Jehoiada & filii eius, dicentes, Viuat rex.

12 Audiens autem Athalia vocem currentis populi, & eorum qui laudabant regem, venit ad populum in ædem Domini.

13 Quumq; circumspexisset, ecce rex stabat [24] ad columnam suam [25] in introitu, [26] cantores vero & tubæ iuxta regem, & cunctus populus terræ lætabatur, & clangebant buccinam, & concinebant musicis instrumentis [27] docentes laudare: Athalia autem conscidit vestimẽta sua, dixitque, [28] Coniuratio, coniuratio.

14 [29] Et egressus Jehoiada sacerdos ad centuriones qui erant copiis præfecti, dixit ad eos, Educite eam [30] extra ædem ad septa: sequutus eam [31] sequitur, trucidetur gladio: præceperat enim sacerdos, Ne interficeretis eam in æde Domini.

15 moriebantur. 16. i. vbi dormiebant sacerdotes & Leuitæ qui fungebantur suo officio. 17 sub. summi. i. pontificis. 18 Heb. (ipsa enim erat soror Ochoziæ.) 19 sub. sacerdotibus, relatiuum pro antecedente. 20 Per domũ Dei intellige etiam appendices domus Dei, exhedras & cellulas. 21 sub. Iuda.

CAP. XXIII. 1 sub. ab imperio Athaliæ, vel à morte Ochoziæ. 3 q. d. & iniit cũ illis fœdus. 3 Nomine Leuitarum hic sacerdotes & Leuitas intellige. 4 principes familiarum. 5 Hic Israel pro Iudæ tribu accipitur, non pro decem tribubus. 6 sub. Ioas. 7 Iam autem dixerat (sub. Iehoiada) illis, priusquam iniret fœdus initurat cum rege: ordo rerum gestarum non semper seruatur in Scriptura. 8 i. regnet. 9 i. sicut promisit Dominus nepotibus Dauid. 10 qui venitis (vt fungamini officio vestro) hebdomadæ (seq. iterũ,) ex sacerdotibus & Leuitis, (erit in ianitores &c.) i. præerunt portæ Meridionali atrii in quo populus orabat. 11 ne scilicet aliqui veniant de domo regis in auxilium. q. d. Tertia pars præerit portæ regiæ. 12 Intelligit portam præcipuam, nempe Orientalem. 13 Heb. ministrãt (sub. sacerdotib') nẽpe Leuitæ. vel, & qui ministrant ex Leuitis. i. misetiã Leuitæ qui ministrant sacerdotibus. 14 Vel, obseruet. i. fungantur suo officio in atrio illo magno.

15 venientes ad sabbathum, &c. i. qui functuri erant officio suo ea hebdomada, cum iis qui defuncti erant officio suo hebdomada præterita. 16 non enim dimiserat. 17 vel, classes. hi enim erant distributi in duas classes tantum: nempe in eos qui functi erant suo officio, & qui proxima hebdomada functuri erant. 18 siue, pontifex. 19 erantque. 20 (vnusquisque autem habebat gladium suum in manu sua) per parenthesin legendum. 21 adytum, siue sanctũ sanctorum intellige. 22 sub. è loco in quo delitescebat in cubiculo lectorum. 23 ornamentum. sub. regium, id est, vestes regias. 24 vel, in gradu suo. i. in suggestu. 25 Id est, iuxta columnam quandam quæ erat in introitu templi, vbi erat sedes regia. 26 Vel, principes. 27 & qui sciebant, aut erant periti laudandi Deum sub. instrumentis musicis. 28 sub. contra me facta est. 29 Et educens Ioiada pontifex principes centuriarum præfectos exercitus, dixit &c. 30 Vertendum, ad locum qui est extra septa. 31 secutus fuerit.

13 Hebr. imposuerunt נְשָׂאוּ illi manus, & ingressa est introitum portæ domus regiæ.
i. percussa fœcere declararunt te loce perpetuo i. uno i. ei.

14 præfecturas. magistratus.

15 ut offerent Talis debet esse ordo ut offerent ei eandem & cantib. musicis holocausta, &c. per manus. i. secundum dispositionem Dauidis.

16 Heb. Athaliam autem.

15 [12] *Fecerunt ergo ei spacium vtrinque, & venit ad portam per quam equi ingrediebantur in domum regis, illic interfecerunt eam.*

16 *Pepigit autem Jehoiada fœdus inter se & inter cunctum populum, interque regem, [13] vt esset populus Domini.*

17 *Deinde ingressus est vniuersus populus in phanũ Baal, & demoliti sunt illud, aras quoque eius, & imagines eius confregerunt, sed & Mathan sacrificum Baal coram altaribus trucidarunt.*

18 *Constituit inde Jehoiada [14] officia domus Domini sub manu sacerdotũ & Leuitarum, quemadmodum distribuerat Dauid in æde Domini, [15] qui sacrificarent holocausta Domino, sicut scriptum est in lege Mosis, cum gaudio & cantico, iuxta ordinationem Dauidis.*

19 *Constituit quoque ianitores iuxta portas domus Domini, ne quis ingrederetur qui quacumque ratione immundus esset.*

20 *Accepit præterea centuriones & insignes quosque, & qui in populo aliquid dominii habuerunt, & cunctum populum terræ, & deduxit regem de domo Domini, & venientes in medium portæ superioris domus regis, collocauerunt regem super solium regni.*

21 *Et lætatus est cunctus populus terræ, & vrbs quieuit, [16] postquam Athaliam gladio occiderunt.*

15 Et imposuerunt ceruicibus eius manus: cumque intrasset portam equorum domus regis, interfecerunt eam ibi.

16 Pepegit autem Joiada fœdus inter se, vniuersumque populum & regem, vt esset populus Domini.

17 Itaque ingressus est omnis populus domum Baal, & destruxerunt eam: & altaria & simulachra illius confregerunt: Mathan quoque sacerdotem Baal interfecerunt ante aras.

18 Constituit autem Joiada præpositos in domo domini, sub manibus sacerdotũ & Leuitarum, quos distribuit Dauid in domo Domini: vt offerrent holocausta Domino, sicut scriptum est in lege Moysi, in gaudio & canticis, iuxta dispositionem Dauid.

19 Constituit quoque ianitores in portis domus Domini, vt non ingrederetur eam immundus in omni re.

20 Assumpsitque cẽturiones & fortissimos viros ac principes populi, & omne vulgus terræ, & fecerunt descendere regem de domo Domini, & introire per medium portæ superioris in domum regis, & collocauerunt eum in solio regali.

21 Lætatusque est omnis populus Terræ, & vrbs quieuit: porro Athalia interfecta est gladio.

Destruit populus domum Baal. D

CAPVT XXIIII.

1 Heb. vt fuerit cum corde Joas.
2 q. d. Relicta Ierosolymis exeunte in vrbes Juda.
3 vel, afferant
4 munus donum.
5 vel, ubi conueniebat
5 a (ab) congregatione Israelis
6 idolis e. d. iis donauerunt quæ erant dicata templo Dei, abusi erant in cultum idolorum.
7 Subaudienda quædam Hebræi: dixit igitur rex vt facerent arcam, & fecerunt arcam vnã) sub. ad recipiendam pecuniam illam.
8 muneris. vel, oblationem.
9 Vide Exod. 30.
10 sub. pecuniã, vel munus.
11 consummassent. q. d. donec omnes ad vnum pecuniam constitutam contulissent in arculam.
12 magistratum. vel, præfectum regium.
13 i. iussu sacerdotum & Leuitarum.
14 tunc veniebat.
15 referebant eam, & reportabant.
16 vel, de die in diem ... solebant, quoties arcula erat plena.

1 *Septem annos erat natus Joas quum regnum caperet, & quadraginta annis regnauit Jerosolymis: nomen matris eius fuit Zibia de Ber-seba.*

2 *Fecit autem Joas rectum in oculis Domini, donec Jehoiada sacerdos viueret.*

3 *Accepit autem Jehoiada ei duas vxores, genuitque filios & filias.*

4 *Post hæc contigit [1] vt Joas corde voluerit de instauratione ædis Domini.*

5 *Congregauitque sacerdotes & Leuitas, & dixit ad eos, [2] Exite ad ciuitates Jehuda, & congregate ex omni Israele pecuniam, vt instauretur quotannis domus Dei vestri, & vos accelerate hoc negotium. at Leuitæ non accelerabant.*

6 *Vocans ergo rex Jehoiadam summum [sacerdotem,] dixit ei. Cur non perquiris a Leuitis, vt [3] inferant à Jehuda & Jerusalem in tentorium testimonii [4] vectigal, quod [constituit] Moses seruus Domini, [5] & congregatio Israelis?*

7 *(Athalia enim impia [mulier] & filii eius diruperant ædem Dei, quin & omnia quæ erant consecrata pro æde Domini, impenderant [6] ipsis Baalim.)*

8 [7] *Præcepitque rex vt facerent arculam, quam posuerunt foris ad portam ædis Domini.*

9 *Euulgarunt autem voce (præconis) in Jehuda & Jerusalem, vt afferrẽt Domino [8] vectigal, quod Moses seruus Dei [[9] constituerat] Israeli in deserto.*

10 *Et lætati sunt cuncti principes atque omnis populus, & [10] afferentes miserunt in arculam donec [11] impleretur.*

11 *Quumque veniret tempus vt ferrent arculam ad [12] officia regis [13] per manum Leuitarum, (nempe quum viderent pecuniam esse multam,) [14] venit scriba regis, & qui constitutus erat à summo sacerdote, qui euacuata arcula [15] tulerunt eam, & reportarunt eam in locum suum, idque fecerunt [16] suo quoque die, collegeruntque pecuniam multam.*

12 *Quam dedit rex & Jehoiada sacerdos facientibus opus ministerii in domo Domini, qui conduxerunt latomos & artifices, qui reficerent ædem Domini: fabros quoque ferrarios & ærarios, qui instaurarent ædem Domini.*

1 Septem annorum erat Joas cum regnare cœpisset: & quadraginta annis regnauit in Jerusalẽ: nomen matris eius Sebia de Ber sabee.

2 Fecitque quod bonum est coram Domino cunctis diebus Joiadæ sacerdotis.

3 Accepit autem ei Joiada vxores duas, è quibus genuit filios & filias.

4 Post quæ placuit Joas vt instauraret domum Domini.

5 Congregauitque sacerdotes & Leuitas, & dixit eis, Egredimini ad ciuitates Juda, & colligite de vniuerso Israel pecuniam ad sarta tecta templi Dei [a] nostri, per singulos annos, festinatoque hoc facite: porro Leuitæ egere negligentius.

6 Vocauitque rex Joiadam principem, & dixit ei: Quare tibi non fuit curæ, vt cogeres Leuitas inferre de Juda & de Jerusalem pecuniam quæ constituta est à Moyse seruo Domini, vt inferret eam omnis multitudo Israel in tabernaculum testimonii?

7 Athalia enim impiissima, & filii eius [b] destruxerunt domum Dei, & de vniuersis quæ sanctificata fuerant in templo Domini, [c] ornauerunt phanum Baalim.

8 Præcepit ergo rex, & fecerunt arcam: posueruntque eam iuxta portam [d] Domini forinsecus.

9 Et prædicatum est in Juda & Jerusalem vt deferrent singuli precium Domino, quod constituit Moyses seruus Dei super omnem Israel, in deserto.

10 Lætatique sunt cuncti principes & omnis populus: & ingressi contulerunt in arcam Domini, atque miserunt, ita vt impleretur.

11 Cumque tempus esset vt deferrent arcam coram rege per manus Leuitarũ (videbant enim multam pecuniam) ingrediebatur scriba regis, & quem primus sacerdos constituerat: effundebantque pecuniam quæ erat in arca: porro arcam reportabãt ad locum suum: sicque faciebant per singulos dies, & congregata est infinita pecunia.

12 Quã dederunt rex & Joiada his qui præerant operibus domus Domini: at illi conducebant ex ea cæsores lapidum, & artifices operum singulorum, vt instaurarent domum Domini: fabros quoque ferri & æris: vt quod cadere cœperat, fulciretur:

A *Joas præceptore Joiada legem seruat.* 4. Reg. 12. a
Joas instaurat templum Domini.
[a] *vestri.*
B
[b] *destruxerant.*
[c] *ornauerant.*
[d] *domus.*
C Exod. 30. b
D

13 Egerunt

13 Egeruntq; hi qui operabātur industrie, & obducebatur parietum cicatrix per manus eorum: ac suscitauerunt domum * Domini in statum pristinum, & firmiter eam stare fecerunt.

** Dei.*

14 Cumq; compleuissent omnia opera, detulerūt coram rege & Joiada reliquam partem pecuniæ: de qua facta sunt vasa templi in ministerium ad holocausta, phialæ quoq;, & cætera vasa aurea & argentea: & offerebantur holocausta in domo Domini iugiter cunctis diebus Joiadæ.

E

Moritur Joiada, quo mortuo declinat Joas ad idololatriam.

15 Senuit autem Joiada plenus dierum, & mortuus est cum esset centum triginta annorum:

16 Sepelieruntq; eum in Ciuitate David cū regibus, eo quod fecisset bonum cum Israel, & cum domo eius.

17 Postquam autem obiit Joiada, ingressi sunt principes Juda, & adorauerunt regem: qui delinitus obsequiis eorum, acquieuit eis.

18 Et dereliquerunt templum Domini Dei patrum suorum, seruieruntq; lucis & sculptilibus: & facta est ira Domini contra Judam & Jerusalē propter hoc peccatum.

19 Mittebatque eis prophetas, vt reuerterentur ad Dominum: quos protestantes, illi audire nolebant.

Pessus Joas interficitur Zacharias propheta à Deo missus

F

20 Spiritus itaque Dei induit Zachariam filium Joiadæ sacerdotem: & stetit in conspectu populi, & dixit eis, Hæc dicit Dominus Deus, Quare transgredimini præceptum Domini, quod vobis non proderit: & dereliquistis Dominum, vt derelinqueret vos?

21 Qui congregati aduersus eum, miserunt lapides iuxta regis imperium, in atrio domus Domini.

22 Et non est recordatus Joas rex, misericordiæ quam fecerat Joiada pater illius secum, sed interfecit filium eius. Qui cum moreretur, ait, Videat Dominus & requirat.

Matt. 23. d

23 Cumq; euolutus esset annus, ascendit contra eum exercitus Syriæ: venitq; in Judam & Jerusalem, & interfecit cunctos principes populi, atque vniuersam prædam miserunt regi in Damascum.

Syri numero pauci vincunt Judam, eo quod Dominum reliquisset.

24 Et certe cum permodicus venisset numerus Syrorum, tradidit Dominus in manibus eorum infinitam multitudinem: eo quod dereliquissent Dominum Deum patrum suorum: in Joas quoq; ignominiosa exercuere iudicia.

C

25 Et abeuntes dimiserunt eum in languoribus magnis: surrexerunt autem contra eum serui sui, in vltionem sanguinis Zachariæ filii Joiadæ sacerdotis, & occiderunt eum in lectulo suo, & mortuus est: sepelieruntq; eum in Ciuitate David, sed nō in sepulchris regum.

Joas interimitur à seruis suis.

26 Insidiati vero sunt ei Zabad filius Semaath Ammanitidis, & Jozabad filius Semarith Moabitidis.

27 Porro filii eius, ac summa pecuniæ quæ adunata fuerat sub eo, & instauratio domus Dei scripta sunt diligentius in Libro regum: * regnauit autem Amasias filius pro eo.

** regnauitque.*

13 *Et hi operarii fecerunt opus, ascenditque [17] operis dispositio per illorum manus: qui collocarunt domum Dei [18] iuxta præparationem suam, eamque firmarunt.*

14 *Quumq; absoluissent, reliquum pecuniæ afferebant ad regem & Jehoiadam, qui fecit ex ea vasa ædis Domini, vasa [19] ministerii, [20] phialas, cochlearia, vasa aurea & argentea, sacrificabantq; holocausta in æde Domini iugiter [21] cunctis diebus Jehoiadæ.*

15 *Senuit autem Jehoiada, [22] saturq; dierum mortuus est: fuit autem dum moreretur natus annos centum & triginta.*

16 *Et sepelierunt eum in ciuitate Dauidis [23] iuxta reges, quoniam benefecerat Israeli, & [24] cum Deo & domo eius.*

17 *Mortuo Jehoiada, venerunt principes Jehudæ, & incuruarunt se regi, [25] audiuitq; eos rex.*

18 *Et [26] deserentes domum Domini Dei patrum suorum, seruierunt lucis & idolis, factaq; est indignatio [Dei] super Jehudam & Jerusalem propter [27] hanc culpam eorum.*

19 *Misitq; ad eos prophetas, qui eos reducerent ad Dominum, qui [28] obtestati sunt eos, [29] sed auribus non perceperunt.*

20 *[30] Induit autem Spiritus Dei Zachariam filium Jehoiadæ sacerdotis, qui stans [31] in populo ait ad eos, Sic dicit Deus, Cur [32] transgressi estis vos præcepta Domini? non cedet vobis prospere: quandoquidem enim vos dereliquistis Dominum, derelinquet & vos.*

21 *Illi autem conspiratione contra eum facta, lapidibus eum obruerunt, iubente hoc rege, in atrio ædis Domini:*

22 *Neq; recordatus est Joas rex [33] beneficentiæ eius qua eum affecerat Jehoiada pater eius, [34] quin filium eius occideret: dixit autem ille in morte sua, [35] Dominus inspiciat & inquirat.*

23 *[36] Vertente anno ascendit contra eum exercitus Syriæ, veneruntq; contra Jehudam & Jerusalem, & perdiderunt de populo omnes primores populi, & omnia spolia eorum miserunt regi Damasci.*

24 *[37] Venerat autem exercitus Syrorum cum paucis hominibus, tradiditq; Dominus in manum eorum exercitum validissimum, quod Dominum Deum patrū suorum deseruissent: cum Joas quoque iudicium [38] exequuti sunt.*

25 *Abeuntibus autem illis ab eo, reliquerunt eum in languoribus multis, conspiraruntq; contra eum serui sui propter sanguinem [39] filiorum Jehoiadæ sacerdotis, & trucidarunt eum in lecto suo ita vt moreretur, sepelieruntque eum in ciuitate Dauidis, nec sepelierunt eum in sepulchris regum.*

26 *Isti vero sunt qui contra eum coniurarunt Sabad filius Simeath Ammonites, & Jehosabad filius Simrith Moabites.*

27 *[40] Porro de filiis eius & ingenti vectigali contra eum, deq; fundatione domus Dei, en scripta sunt ea in commentario libri regum: regnauit autem loco eius Amazias filius eius.*

17 Heb. medicina super opus manibus illorum. i. opera eorum ruinæ templi sucrunt instauratæ. Metaphora tracta à corporib. quæ medicina curantur.
18 in dispositione sua. i. restituerunt in pristinum statum.
19 i. quibus ministrabatur.
20 mortariola.
21 q. d. quamdiu iste pontifex pius vixit, populus Iudaicus coluit Dominum.
22 Vel, plenusque. i. cum vixisset ad satietatem vsque.
23 cum ipsis regibus.
24 Id est, fuerat pius in Deum & templum.
25 Id est, obtemperauit eis, hoc declaratur sequente versu.
26 sub. rex & principes.
27 Illud peccatum.
28 Id est, testes inuocarunt cælum & terram contra eos.
29 & non auscultauerunt eis.
30 Id est, Actus autem fuit Spiritu Dei Zacharias.
31 Heb. desuper populum. i. in loco editiore quam populus, q. d. ascendit in suggestum vt declamaret in mores regis & principum eius.
32 transgredimini.
33 vel, misericordiæ
34 sed interfecit filium eius.
35 vel, Videbit Dominus, & requiret. sub. cædem meam de manu vestra: i. sumet ex vobis supplicium propter cædem hanc factam, vt in propheta.
36 In reuolutione anni. sub. anni, vel illius. i. Anno autem reuoluto.
37 Heb. Quia cum paucitate hominum. (i. cū paucis hominibus) venerat exercitus Syriæ, & Dominus dedit in manu eorum exercitum in multitudine valde, id est, quam maximum. 38 Exercuerunt, id est, Syri varia supplicia illum affecerunt. 39 Hic numerus pluralis pro singulari, q. d. ob cædem filii Jehoiadæ, nempe Zachariæ: aut aliquid subaudiri debet hoc modo, ob cædem [illegible] filios Joiadæ: aut certe vtitur numero plurali, quod hic esset [illegible] [illegible] pari. 40 Heb. Filii autem eius, &(quomodo)multiplicatum fuerit vectigal aliud (i. [illegible]) [illegible] eum, vel propter eum, id est, eo authore, fuit enim Joas author eius muneris, aut, Filii autem eius, quod [illegible] multiplicatum [illegible]. De dando [illegible] [illegible] ordinato à Mose loquitur, quem iste Joas sæpius exegit. Vide paulo supra.

CAP. XXV. 1 Regnare cœpit.

A

CAPVT XXV.

1 Viginti quinq; annorum erat Amasias cum regnare cœpisset, & viginti nouē annis regnauit in Jerusalem: nomen matris eius * Joiadan de Jerusalem.

Amasias non malus, regnat pro Joas patre suo.

4. Reg. 14. a

* Joadan.

2 Fecitq; bonum in conspectu Domini, verumtamen non in corde perfecto.

1 *Amazias quum [1] regno inauguraretur natus erat viginti quinq; annos, regnauitq; Jerosolymis annis viginti nouem: nomen matris eius fuit Jehoadan de Jerusalem.*

2 *Is fecit quod rectum erat in oculis Domini, sed non integro corde.*

1 i. Quum regno suo potiretur.
3 vel, sed (fecit) iuxta id q, &c.
4 vel, propter peccatum suum.
5 i. per familias.
6 Heb. egredientium ad pugnã, (&) tenentium lanceam & scutũ. q.d. aptorum ad militiam, & gestantium lanceas & scuta.
7 i. non fauet Israeli, nempe filiis Ephraim.
8 sub. nolis mihi credere.
9 Heb. veni tu, fac, fortis esto in conflictu ipso, (vel ad confligendum, tamen) cadere te faciet.
10 q.d. Deus potest adiuuare quẽ vult, & contrà, perdere quẽ vult.
11 agendum est de centum, &c.
12 Heb. Est in (potestate) Domini dare, &c.
13 i. Missos fecit externos milites.
14 vel, iratus est furor. i. excanduerunt. Ita apparet potissimũ in nare: propter ea ira dicitur Hebraice.
15 vel, in ira furoris. i. valde irati.
16 i. qui cœpisset esse animo forti & fidenti.
17 rupti, sunt. i. omnium corpora fuerunt atolata & rupta.
18 Heb. filii illius turmæ q &c.
19 vel, tunc adduxit.
20 consuluisti deos illius populi.
21 sub prophetæ.
22 q.d. non. Hic rex de se in tertia psona loquitur.
23 desiste, sub. ab.
24 sub. satellites regii, q.d. desine, vel dabis pœnas.
25 recedens.
26 vel, Spina q.
27 dixisti, sub. in corde tuo.
28 q.d. reportasti victoriam de Idumæis.
29 vt magnum honorem ambires. vel, vt magno honore te dignum putares.
30 Heb. contenderes: vel, irritares (sub. mecum) in malum.
31 consuluissent.
32 & præbuerunt sese videndos de facie. i. descenderunt in certamen.

3 [a] *Quum enim regnum eius iam firmatum esset,[1] interfecit [2] seruos suos qui trucidarant regem patrem suum.*

4 *Filios autem eorum non interfecit: [3] quia sic scriptum erat in lege in libro Mosis vbi præcepit Dominus in hanc sententiam, Non morientur patres propter filios, neque filii morientur propter patres sed vnusquisque morietur [4] in peccato suo.*

5 *Congregauit autem Amazias Jehudam, & constituit eos [5] iuxta domos paternas, tribunos & centuriones per vniuersum Jehudam & Beniamin, & recensuit eos ab eo qui natus erat viginti annos & suprà, inuenitque eorum trecenta millia [6] electorum, & qui bello apti erant, quique ferre poterant hastam & clypeum.*

6 *De Israele quoque conduxit virorum fortium centũ millia, idque centum talentis argenti.*

7 *Venit autem ad eum vir Dei, dicens Ne proficiscatur tecum ô rex, exercitus Israelis, quia Dominus [7] non est cum Israele [nempe] cum omnibus filiis Ephraim.*

8 [8] *Quod si [9] profectus fueris in prœlium strenue agendo, præcipitabit te Deus coram hoste: quoniam [10] in Deo est robur vel vt opem ferat, vel vt prosternat.*

9 *Dixit autem Amazias viro Dei, Quid verò [11] fiet cum centum talentis quæ dedi exercitui Israelitico? respondit vir Dei, [12] Habet Dominus vt det tibi his plura.*

10 [13] *Separauit igitur Amazias turmam militum quæ venerat ad eum de Ephraim, vt abirent in locum suum, & [14] æstuauit nasus eorum vehementer contra Jehudam, reuersique sunt ad locum suum [15] in æstu nasi.*

11 *Amazias verò [16] corroboratus, duxit populum suum, & profectus est in vallem Salis, percussitque de filiis Seir decem millia.*

12 *Deinde ceperunt filii Jehudæ viuorum decem millia, & adduxerunt eos in verticem cuiusdam rupis, deiecerunt que eos è vertice rupis, [17] dissilieruntque omnes.*

13 *Porrò [18] milites quos remiserat Amazias ne proficiscerentur cum eo in prælium, irruerunt in ciuitates Jehudæ, à Samaria vsque ad Beth-horon, & percusserunt ex eis tria millia, diripueruntque ingentem prædam.*

14 *Quum verò Amazias rediisset è cæde Idumæorũ, [19] adduxit quoque deos filiorum Seir, constituitque eos sibi deos, procumbitque ante eos, & adolebat eis.*

15 *Irritatus est autem furor Domini contra Amaziam, misitque ad eum prophetã qui diceret ei, Cur [20] quæsiisti deos populi, qui non eripuerunt populum suum de manu tua?*

16 *Contigit autem quum loqueretur [21] ipse ad eum, vt diceret ei, [22] Num consiliarium regis constituerunt te? [23] cessa tibi, cur enim te [24] cæderent? propheta verò [25] cessans dixit, Scio quod consilium iniit Deus vt perdat te quòd hoc fecisti, neque acquieuisti consilio meo.*

17 *Amazias verò rex Jehudæ consilio inito misit ad Joas filium Jehoachazi filii Jehu regem Israelis huiusmodi mandata, Age spectemus nos mutuo coram.*

18 *Tum misit Joas rex Israelis ad Amaziam regem Jehudæ huiusmodi mandata, [26] Carduus qui est in Libano misit ad cedrum quæ est in Libano, dicens, Da filiã tuam filio meo vxorem, & præteriit fera quæ erat in Libano, & conculcauit carduum: [27] dicis,*

19 *Ecce [28] tu percussisti Edom, & extollit te cor tuum [29] vt glorieris: mane igitur domi tuæ, cur [30] prouocas malum, vt tu cadas & Jehuda tecum?*

20 *At Amazias non audiuit, quoniam à Deo erat, vt traderet eum in manum [hostis,] eò quòd [31] quæsiuerant deos Edom.*

21 *Ascendit itaque Joas rex Israelis, [32] & sese mutuo coram spectarunt ipse & Amazias rex Jehudæ in Beth-semes quæ est in Jehuda.*

3 Cumque roboratum sibi videret imperium, iugulauit seruos qui occiderant regem patrem suum.

4 Sed filios eorum non interfecit, sicut scriptum est in Libro legis Moysi, vbi præcepit Dominus, dicens, ¶ Non occidentur patres pro filiis, neque filii pro patribus suis: sed vnusquisque in suo peccato morietur.

5 Congregauit igitur Amasias Judam, & constituit eos per familias, tribunosque & centuriones in vniuerso Juda & Beniamin: & recensuit à viginti annis sursum, inuenitque [a] triginta millia iuuenum qui egrederentur ad pugnam, & tenerent hastam & clypeum.

6 Mercede quoque conduxit de Israel centũ millia robustorum, centum talentis argenti.

7 Venit autem homo Dei ad illum, & ait: O rex, ne egrediatur tecum exercitus Israel: non est enim Dominus cum Israel, & cunctis filiis Ephraim.

8 Quòd si putas in robore exercitus bella consistere, superari te faciet Deus ab hostib[9]: Dei quippe est adiuuare, & in fugam conuertere.

9 Dixitque Amasias ad hominem Dei, Quid ergo fiet de centum talentis, quæ dedi militibus Israel? & respondit ei homo Dei: Habet Dominus vnde tibi dare possit multo his plura.

10 Separauit itaque Amasias exercitum qui venerat ad eum ex Ephraim, vt reuerteretur in locum suum: at illi contra Judam vehementer irati, reuersi sunt in regionem suam.

11 Porro Amasias confidenter [b] eduxit populũ suum, & abiit in Vallem-salinarum, percussitque filios Seir, decem millia.

12 Et alia decem millia virorum ceperunt filii Juda, & adduxerunt ad præruptũ cuiusdam petræ, præcipitaueruntque eos de summo in præceps, qui vniuersi crepuerunt.

13 At ille exercitus quem remiserat Amasias, ne secum iret ad prælium, diffusus est in ciuitatibus Juda à Samaria vsque ad Beth-horon, & interfectis tribus millibus, diripuit prædam magnam.

14 Amasias [c] quoque post cædem Idumæorum, & allatos deos filiorũ Seir, statuit illos in deos sibi, & adorabat eos, & illis adolebat incensum.

15 Quam ob rem iratus Dominus contra Amasiam, misit ad illum prophetam, qui diceret ei, Cur adorasti deos qui nõ liberauerunt populum suum de manu tua?

16 Cumque hæc ille loqueretur, respondit ei, Nũ consiliarius regis es? quiesce, ne interficiam te. discedensque propheta: Scio, inquit, quod cogitauerit Deus occidere te, [d] quia & fecisti hoc malum, & insuper non acquieuisti consilio meo.

17 Igitur Amasias rex Juda inito pessimo consilio, misit ad Joas filium Joachaz filii Jehu regem Israel, dicens: Veni, videamus nos mutuo.

18 At ille remisit nuncios, dicens, Carduus qui est in Libano misit ad cedrum Libani, dicẽs, Da filiam tuam filio meo vxorem: & ecce, bestiæ quæ erant in sylua Libani transierunt, & conculcauerũt carduum. Dixisti,

19 Percussi Edom: & idcirco erigitur cor tuum in superbiam, sede in domo tua, cur malum aduersum te prouocas, vt cadas & tu & Judas tecum?

20 Noluit [e] audire Amasias, eo quòd Domini esset voluntas vt traderetur in manus hostium propter deos Edom.

21 Ascendit igitur Joas rex Israel, & mutuos sibi præbuere conspectus: Amasias autem rex Juda erat in Beth-sames Judæ.

Amasias occidit seruos interfectores patris sui.
Deut. 24. c
4. Reg. 14. b
Ezech. 18. c

B

Amasias congregat exercitum.
[a] *trecenta.*

Monetur Amasias, ne virtute humana fidat.

C

Percutit Amasias Idumæos.
[b] *duxit.*

D

[c] *verò.*
Amasias adorat deos Idumæorum.
Corripitur à Domino.

E

[d] *quia.*

Voluntate Dei traditur Amasias in manum hostium.

F

[e] *autem.*

22 Corruit

22 Corruitq; Judas coram Israel, & fugit in tabernacula sua.

23 Porrò Amasiam regem Juda filium Joas filii Joachaz, cepit Joas rex Israel in Beth-sames, & adduxit in Jerusalem. destruxitq; murum eius à porta Ephraim vsque ad portam anguli, quadringentis cubitis.

24 Omne quoque aurum, & argentum, & vniuersa vasa quæ repererat in domo Dei, & apud Obed-edom, in thesauris etiam domus regiæ, necnon & filios obsidum reduxit in Samariam.

25 Vixit autẽ Amasias filius Joas rex Juda, postquam mortuus est Joas filius Joachaz rex Israel, quindecim annis.

26 Reliqua autem sermonum Amasiæ priorum & nouissimorum scripta sunt in Libro regum Juda & Israel.

27 Qui postquam recessit à Domino, tetenderunt ei insidias in Jerusalem. Cumq; fugisset [a] Lachis, miserunt & interfecerunt eum ibi.

[a] in.

Occiditur Amasias.

28 Reportantesq; super equos, sepelierunt eum cum patribus suis in Ciuitate David.

22 Corruit autem Jehuda coram Israele, & fugerunt quisq; in tentorium suum.

23 Amasiam vero regem Jehuda filium Joas filii Jehoahas apprehendit Joas rex Israel in Beth-semes, & introduxit eum in Jerusalem, & dirupit murum Jerusalem a porta Ephraim vsque ad portam [33] anguli quadringentis cubitis.

24 [34] Omne quoque aurum & argentum & omnia vasa quæ inueniebãtur in domo Dei [35] apud Obed-edom, & thesauros domus regis, & [36] filios obsidum [37] reduxit in Samariam.

25 Vixit autem Amazias filius Joas rex Jehuda post mortẽ Joas filii Jehoahas regis Israelis, quindecim annis.

26 Reliquum gestorum Amaziæ priora & postrema, an non hæc scripta sunt in libro regum Jehuda & Israelis?

27 Ab eo tempore autem quo defecit Amazias à Domino, conspirarunt contra eum conspirationem in Jerusalem: quumq; is [38] fugisset in Lachis, miserunt post eum in Lachis, & interfecerunt eum illic.

28 Vexeruntq; eum equis, & sepelierunt eum cum patribus suis in [39] ciuitate Jehuda.

33 Doctus inter Hebræos dicit ita dici quòd præbeat sese visendam in duab⁹ partibus.
34 sub. cepit.
35 i. apud vnum ex nepotibus Obed-edom, qui præfuerat thesauris.
36 filios pignorum. i. filios oppignoratos. Chaldæus paraphr. in Regib⁹ vertit filios principum, siue magnatũ. ita etiã exponit doctus inter Hebr.
37 & reuersus est in, &c.
38 sub. intellecta conspiratione.
39 Hic ciuitatẽ David vocat vrbem Juda, per excellentiam.

CAPVT XXVI.

A

1 OMnis autem populus Juda, filium eius Oziam annorum sedecim, constituit regem pro Amasia patre suo.

Ozias pius constituitur rex pro Amasia.
4. Reg. 14. c

2 Ipse ædificauit Ailath, & restituit eam ditioni Judæ, postquam dormiuit rex cum patribus suis.

3 Sedecim annorũ erat Ozias cum regnare cœpisset, & quinquaginta duobus annis regnauit in Jerusalem: nomen matris eius Jechelia de Jerusalẽ.

4 Fecitq; quod erat rectum in oculis Domini, iuxta omnia quæ fecerat Amasias pater eius.

5 Et exquisiuit [b] Dominum in diebus Zachariæ intelligentis & videntis Deum: cúmq; requireret Dominum, direxit eum in omnibus.

[b] Deum.

Quærere Deũ.

6 Denique egressus est, & pugnauit contra Philisthiim, & destruxit murum Geth, & murum Jabniæ, murumq; Azoti: ædificauit quoque oppida in Azoto, & [c] Philisthiim.

Pugnat contra Philisthæos.

[c] in.

7 Et adiuuit eum Deus contra Philisthiim, & contra Arabes, qui habitabant in Gur-baal, & contra Ammonitas.

B

8 Appendebantq; Ammonitæ munera Oziæ: & diuulgatum est nomẽ eius vsq; ad introitum Ægypti, propter crebras victorias.

9 [d] Ædificauit quoq; Ozias turres in Jerusalem super portam anguli, & super portam vallis, & reliquas, in eodem muri latere, firmauitq; eas.

[d] Ædificauitque.

10 Extruxit etiam turres in solitudine, & effodit cisternas plurimas, eò quòd haberet multa pecora tam in cãpestribus, quàm in eremi vastitate: vineas quoq; habuit & vinitores in mõtibus, & in Carmelo: erat quippe homo agriculturæ deditus.

Ozias agriculturæ deditus.

11 Fuit autem exercitus bellatorum eius, qui procedebãt ad prælia sub manu Jehiel scribæ, Maasiæq; doctoris, & sub manu Hananiæ qui erat de ducibus regis.

Exercitus Oziæ.

12 Omnisq; numerus principum per familias, virorũ fortium, duorum millium sexcentorum.

13 Et sub eis vniuersus exercitus trecentorum & septem millium quingentorum: qui erant apti ad bella, & pro rege contra aduersarios dimicabant.

C

14 Præparauit quoque eis Ozias, id est, cuncto exercitui, clypeos & hastas & galeas & loricas, arcúsque & fundas ad iaciendos lapides.

15 Et fecit in Jerusalem diuersi generis machinas, quas in turribus collocauit, & angulis murorum, vt mitterent sagittas, & saxa grandia: egressumq; est nomen eius procul, eo quod auxiliaretur ei Dominus & corroboraret illum.

1 Cœperunt autem omnis Jehuda [1] Vsiam, qui natus erat sedecim annos, & constituerunt eum regem loco patris sui Amaziæ.

2 Is ædificauit [2] Eloth, & reduxit eam ad Jehudam postquam dormiuit rex cum patribus suis.

3 Quum [3] regno inauguraretur Vsias, natus erat sedecim annos, regnauitq; Jerosolymis quinquaginta duobus annis: nomen matris eius fuit Jecholia de Jerusalem.

4 Fecit autem quod rectum erat in oculis Domini, iuxta omnia quæ fecit Amazias pater eius.

5 [4] Et factum est vt quæreret Deum in diebus Zachariæ, [5] qui intelligens erat in videndo Deum & in istis diebus in quibus quærebat Dominum, dedit ei Deus prosperum successum.

6 Nam egressus pugnauit contra Palæsthinos, & rupit murum Gath, atq; murum Jabne, & murum Azoti, & ædificauit ciuitates in Azoto, & in Palæsthina.

7 Contulit quoq; ei Deus auxilium aduersus Palæsthinos, & contra Arabes habitantes in Gur-baal & Hameunim.

8 Dederunt etiam Ammonitæ munus Vsiæ, & diuulgatum est nomen eius donec veniret [6] ad Ægyptum vsq;: nam [7] supra modum fortiter egit.

9 Ædificauit quoq; Vsias turres in Jerusalem iuxta portam anguli, & iuxta portam vallis, & iuxta angulos, & [8] firmauit eas.

10 Ædificauit turres in deserto, & [9] effodit puteos multos, quia habuit pecora multa tam in vallibus quàm in planis locis: agricolas & vinitores non solum in montibus, sed & locis planis fertilibus: studiosus enim fuit agriculturæ.

11 Habuit Vsias copias quæ belligerabant, & quæ turmatim in prælium egrediebantur iuxta numerum [10] præfecturæ eorum, sub manu Jehiel scribæ, & Maasiæ præfecti, & sub manu Hananiæ qui erat ex principibus regis.

12 Omnis numerus [11] præcipuorum patrum [12] & fortissimorum heroum duo millia sexcenti.

13 Et sub manu eorum fuit exercitus militaris trecentorum millium, atq; septem millium & quingentorũ qui belligerabant [13] strenua virtute, vt auxilio essent regi contra hostes.

14 Præparauit quoq; eis Vsias omni scilicet exercitui clypeos, hastas galeas, loricas, arcus & [14] fundas pro lapidibus.

15 Et fecit in Jerusalem [15] ingeniosè excogitata quædam tormenta aut machinas, quæ essent in turribus & [16] muris ad eiaculandum sagittas & lapides magnos. Exiuit ergo nomen eius ad remota [loca,] [17] eo quòd mirificè sibi auxilia parauit, donec fortissimus fieret.

1 Hic vocatur in Regib⁹ Azarias.
2 Ciuitas ad mare Rubrũ, vnde sinus Elaniticus.
3 regnare cœpisset.
4 Heb. Et fuit in cõsulendo Deo. q.d. totus in hoc fuit occupatus vt consuleret Dominum.
5 Heb. intelligẽtis in visionibus Dei. i. peritis in videndis visionibus diuinis.
6 Heb. ad introitum Ægypti.
7 Heb. fortificatus est vsq; in excelsum. i. fortiter egit supra modum.
8 muniuit.
9 vel, excidit cisternas multas.
10 Heb. numerationis suæ. i. quo quisq; recẽsitus fuerat.
11 principum familiarum.
12 ex fortibus roboris.
13 Heb. cũ potẽtia roboris.
14 vel, lapidũ fundarum.
15 Heb. machinas (appositiue) cogitationẽ cogitati. i. arte docta [illegible] fabricatas.
16 angulis.
17 Heb. adiuuãdũ semetipsum. i. ad comparandas vires quibus [illegible]

16 At in fortitudine sua elatum est cor eius, donec [19 omnino] perderet: nam transgressus est contra Dominum Deum suum, ingressus [20] in templum Domini, ut adoleret suffitum in ara incensi.

17 Ingressus est autem post eum Asarias sacerdos, cúmque eo [21] sacerdotes Domini, [numero] [22] virorum strenuorum octoginta. Steteruntque iuxta Usiam regem, & dixerunt ei:

18 [23] Non [licet] tibi ô Usia, [24] ut suffitum facias Domino, sed sacerdotibus [est] qui [25] filii sunt Aharonis, qui consecrati sunt ad adolendum: egredere igitur ex sanctuario: Transgressus enim es, quod tibi ad gloriam non [cedet] [26] a Domino Deo.

19 Iratus ergo Usias (habuit autem in manu sua incensorium ut illud adoleret,) & [27] in hac ira sua contra sacerdotes exorta est lepra in fronte eius coram sacerdotibus in domo Domini iuxta aram incensi.

20 Et respexit eum Asarias summus sacerdos & omnes sacerdotes, & ecce [28] leprosus erat fronte sua, & [29] deturbarunt eum ex illo loco, [30] compulsusque ut egrederetur: quoniam Dominus percusserat eum.

21 Fuit itaque Usias rex leprosus usque ad diem mortis suæ, habitavitque in domo [31] liberæ, leprosus, quia [32] excisus erat a domo Domini. Porro Jotham filius eius erat super domum regis, ius dicens populo terræ.

22 Reliquum gestorum Usiæ priora & posteriora, scripsit Jesahias filius Amozi, propheta.

23 Dormivitque Usias cum patribus suis, & sepelierunt eum cum patribus suis in agro [33] sepulturæ, qui [paratus erat] regibus. Dixerunt enim, Leprosus est. & regnavit Jotham filius eius loco ipsius.

18 vel, Cum aût fortificatus est, exaltatum est cor eius.
19 potius subaudiendum (sese, vel, mores suos)
20 i. secundam partẽ templi vbi erat altare thymiamatis.
21 sub. aliquot.
22 Heb. filiorũ roboris.
23 Heb. Non ad te pertinet.
24 adolere thus.
25 i. nepotes
26 vel, apud Dominum Deum.
27 i. quum irasceretur sacerdotibus.
28 Heb. lepra exortâ in frõte eius.
29 Heb. festinare fecerunt eum. i. festinanter egredi coegerunt eum, hoc est, extruserunt eum.
30 ipse quoque festinauit egredi.
31 i. separata ab aliis domibus.
32 excisus.
33 vel, sepulchrorum regiorũ. Nõ sepultus fuit in sepulchris regum, sed in agro vicino regiis sepulchris.

16 Sed cum roboratus esset, eleuatum est cor eius in interitum suum, & neglexit Dominum Deũ suum, ingressusq; templum Domini, adolere voluit incensum super altare thymiamatis.

17 Statimq; ingressus post eum Azarias sacerdos, & cum eo sacerdotes Domini octoginta, viri fortissimi. Restiterunt regi atq; dixerunt.

18 Non est tui officii Ozia, vt adoleas incensum Domino: sed sacerdotum, hoc est, filiorum Aaron, qui consecrati sunt ad huiuscemodi ministerium: egredere de sanctuario, ne contempseris: quia non reputabitur tibi in gloriam hoc à Domino Deo.

19 Iratusque Ozias & tenens in manu thuribulum vt adoleret incensum, minabatur sacerdotibus: statimque orta est lepra in fronte eius coram sacerdotibus, in domo Domini super altare thymiamatis.

20 Cúmque respexisset eum Azarias pontifex, & omnes reliqui sacerdotes: viderunt lepram in fronte eius, & festinatò expulerunt eum. sed & ipse perterritus accelerauit egredi, eo quòd sensisset illico plagam Domini.

21 § Fuit igitur Ozias rex leprosus vsq; ad diem mortis suæ, & habitauit in domo separata plenus lepra, ob quã eiectus fuerat de domo Domini. Porrò Joatham filius eius rexit domum regis, & [b] iudicauit populum terræ.

22 Reliqua autem sermonum Oziæ priorum & nouissimorum scripsit Esaias filius Amos, propheta.

23 Dormiuitque Ozias cum patribus suis, & sepelierunt eum in agro regalium sepulchrorum, eo quòd esset leprosus: regnauitque Joatham filius eius pro eo.

Ozias contra Dei præcepta vsurpãs officiũ sacerdotũ percutitur lepra. A sacerdotibus corripitur rex.
B
Joatham filius Oziæ.
b iudicabat. 4.Reg.15.a
Moritur Ozias.

CAPUT XXVII.

1 Jotham quum [1] regno inauguraretur natus erat viginti quinque annos, regnavitque sedecim annis Jerosolymis: nomen matris eius erat Jerusa, quæ filia fuit Zadoc.

2 Fecit autem quod rectum erat in oculis Domini, iuxta omnia quæ fecerat pater eius Usias, excepto quod non ingressus est templum Domini: populus quoque adhuc [2] perverse agebat.

3 Is ædificavit portam domus Domini [3] superiorem, [4] & in muri propugnaculo multa ædificavit.

4 Ædificavit præterea civitates in montano Jehudæ, & in [5] nemoribus extruxit [6] arces & turres.

5 Is etiam bellum gessit cum rege Ammonitarum, quibus etiam superior factus est, ita ut darent ei Ammonitæ eodem anno centum talenta argenti, & decem millia coros tritici, atque hordei [7] decem millia: hæc tribuerunt ei Ammonitæ, & deinceps anno secundo & tertio.

6 Roboratus est ergo Jotham, quoniam [8] præparavit vias suas coram Domino Deo suo.

7 Reliquum gestorum Jothami, & omnia bella eius, & viæ eius, ecce hæc scripta sunt in libro regum Israelis & Jehudæ.

8 [9] Viginti quinque annos natus erat quum regnare cœpisset, & regnavit sedecim annis Jerosolymis.

9 Et dormivit Jotham cum patribus suis, & sepelierunt eum in civitate Davidis, & regnavit Achas filius eius pro eo.

1 regnare cœpit.
2 Heb corrumpebat vias suas. i. erat corruptis moribus.
3 altissimã. Hæc erat portio Orientalis.
4 & in muro turris suæ, eius quæ Ophel ab altitudine dicitur.
5 saltibus amœnis.
6 vel, palatia, siue, arces sumptuosas.
7 sub. coros.
8 vel, direxit, i. inculpate vixit coram Deo.
9 Repetit quæ dixerat in principio capitis.

1 Viginti quinque annorum erat Joatham cum regnare cepisset, & sedecim annis regnauit in Jerusalem: nomen matris eius Jerusa filia Sadoc.

2 Fecitque quod rectum erat coram Domino iuxta omnia quæ fecerat Ozias pater suus: excepto quòd non est ingressus templum Domini: & adhuc populus delinquebat.

3 Ipse ædificauit portam domus Domini excelsam: & in muro Ophel multa construxit.

4 Vrbes quoque ædificauit in montibus Juda & in saltibus castella, & turres.

5 Ipse pugnauit contra regem filiorum Ammon, & vicit eos: dederuntque ei filii Ammon in tempore illo centum talenta argenti, & decem millia coros tritici, ac totidem coros hordei: hæc ei præbuerunt filii Ammon in anno secundo & tertio.

6 Corroboratúsq; est Joatham, eo quòd direxisset vias suas coram Domino Deo suo.

7 Reliqua autem sermonum Joatham, & omnes pugnæ eius, & opera, scripta sunt in Libro regum Israel & Juda.

8 Viginti quinq; annorũ erat cum regnare cœpisset, & sedecim annis regnauit in Jerusalem.

9 Dormiuitq; Jotham cum patribus suis, & sepelierunt eum in ciuitate Dauid: & regnauit Achaz filius eius pro eo.

A
Regnat pius Joatham filius Oziæ. 4.Reg.15.g
B
Vincit Ammonitas.
C
Dirigere vias in cõspectu Dei.
Mortuo Joatham, succedit Achaz.

CAPUT XXVIII.

1 Ahas natus erat viginti annos quum [1] regno inauguraretur, regnavitque sedecim annis Jerosolymis, nec fecit quod rectum erat in oculis Domini quemadmodum David pater eius.

2 Ambulavit enim in viis regum Israelis, & etiam fecit fusilia [2] Baalim.

3 Is etiam adolevit incensum in valle Hinnom,

1 regnare inciperet.
2 Idola, q̃ dicebantur Baalim. Numero singulari vnumquodque illorum dicebatur baal.

1 Viginti annorum erat Achaz cum regnare cœpisset: & sedecim annis regnauit in Jerusalem: non fecit rectum in conspectu Domini sicut Dauid pater eius.

2 Sed ambulauit in viis regum Israel, insuper & statuas fudit Baalim.

3 Ipse est qui adoleuit incensum in Valle-benennom

A
Impietates Achaz regis Juda 4.Reg.16.a

ennom: & lustrauit filios suos in igne iuxta ritum Gentium, quas interfecit Dominus in aduentu filiorum Israel.

4 Sacrificabat quoque, & thymiama succendebat in excelsis, & in collibus, & sub omni ligno frondoso.

Traditur in manus regis Syriæ.

5 Tradiditque eum Dominus Deus eius in manus regis Syriæ, qui percussit eum, magnamq; prædam cepit de eius imperio, & adduxit in Damascum: manibus quoq; regis Israel traditus est, & percussus plaga grandi.

Phacee occidit bellatores Juda.

6 Occiditque Phacee filius Romeliæ, de Juda centum viginti millia in die vno, omnes viros bellatores: eò quod reliquissent Dominum Deum patrum suorum.

Israelitæ vastant tribum Juda.

7 Eodem tempore occidit Zechri vir potens ex Ephraim, Maasiam filium regis, & Ezricam ducem domus eius, Elcanam quoq; secundum à rege.

8 Ceperuntq; filii Israel de fratribus suis ducenta millia mulierum, puerorum, & puellarum, & infinitam prædam: pertuleruntq; eam in Samariam.

B

Oded propheta arguit filios Israel crudelitatis in Judam.

9 Ea tempestate erat ibi propheta Domini, nomine Oded: qui egressus obuiam exercitui venienti in Samariam, dixit eis, Ecce iratus Dominus Deus patrum vestrorum contra Judam, tradidit eos in manibus vestris, & occidistis eos atrociter, ita vt ad cælum pertingeret vestra crudelitas.

10 Insuper filios Juda & Jerusalem vultis vobis subiicere in seruos & ancillas, quod nequaquam facto opus est: peccastis enim super hoc Domino Deo vestro.

11 Sed audite consilium meum, & reducite captiuos quos adduxistis de fratribus vestris: quia magnus furor Domini imminet vobis.

12 Steterunt itaq; viri de principibus filiorum Ephraim, Azarias filius Johanan, Barachias filius Mosollamoth, Ezechias filius Sellum, & [a] Amasias filius Hadali, contra eos qui veniebant de prælio,

a Amasa

13 Et dixerunt eis, Non introducetis huc captiuos, ne peccemus Domino. quare vultis adiicere super peccata nostra, & vetera cumulare delicta? grande quippe peccatum est, & ira furoris Domini imminet super Israel.

Remittit Israel captiuos Juda.

14 Dimiseruntq; viri bellatores prædam, & vniuersa quæ ceperant coram principibus & omni multitudine.

C

15 Steteruntq; viri quos suprà memorauimus: & apprehendentes captiuos, omnesq; qui nudi erant, vestierunt de spoliis, cumq; vestissent eos, & calceassent, & refecissent cibo ac potu, vnxissentq; propter laborem, & adhibuissent eis curam: quicunque ambulare non poterant, & erant imbecillo corpore, imposuerunt eos iumentis, & adduxerunt [b] Jericho Ciuitatem palmarum ad fratres eorum, ipsique reuersi sunt ad Samariam.

b in

16 Tempore illo misit rex Achaz ad regem Assyriorum, postulans auxilium.

Juda affligitur ab Idumæis & Philisthæis propter impietates regis sui.

17 Veneruntq; Idumæi, & percusserunt multos ex Juda, & ceperunt prædam magnam.

18 Philisthiim quoq; diffusi sunt per vrbes campestres, & ad Meridiem Judæ: ceperuntq; Bethsames, & Aialon, & Gaderoth, Socho quoq; et Thamnan, et Gamzo cum viculis suis: et habitauerunt in eis.

19 Humiliauerat enim Dominus Judam propter Achaz regem Juda, eò quòd nudasset eum auxilio, et contemptui habuisset Dominum.

& [3] concremauit filios suos igne, iuxta abominationes Gentium quas eiecerat Dominus ante filios Israel.

4 Sacrificauit quoq; & adoleuit in excelsis, & in collibus, atq; sub omni arbore [4] frondosa.

5 Tradidit ergo eum Dominus in manum regis Syrorum qui percusserunt eum, [5] & duxerunt ab eo multos captiuos, duxeruntque Damascum: traditus quoq; est in manum regis Israelitici, qui percussit eum cæde magna.

6 Occidit enim Peca filius Romeliæ in Jehuda vno die [virorum] centum & viginti millia, [6] qui omnes strenui [fuerunt] bellatores, eo quod deseruissent Dominum Deum patrum suorum.

7 Occidit deinde Sichri [7] heros fortis Ephraita Maasiam filium regis, & Asricam præfectum prætorio: & Elcana, qui secundus erat a rege.

8 Ceperunt quoque filii Israel de fratribus suis ducenta millia mulierum, filiorum & filiarum, [8] diripueruntque eis multam prædam, & adduxerunt prædam in Samariam.

9 Fuit autem illic propheta Domini, cui nomen erat Oded, qui egressus in conspectum exercitus introeuntis Samariam, dixit ad eos, En Dominus Deus patrum vestrorum [9] infurore [quo concitus est] aduersus Jehudam, tradidit eos in manus vestras, quos in ira occidistis, [10] quæ [ira] ad cælum vsq; peruenit:

10 Quin insuper statuistis subiicere vobis Jehudam & Ierusalem vt serui sint & ancillæ, [11] annon obnoxios culpa vos redditis apud Dominum Deum vestrum?

11 Audite ergo me, & remittite captiuos quos cepistis de fratribus vestris: quoniam Dominus iratus est vobis.

12 Surrexerunt ergo viri de primoribus filiorum Ephraim, Asarias filius Jehohanan, Berechias filius Mesillemoth, Ezechias filius Sallum, & Amasa filius Hadlai aduersus eos qui e militia veniebant.

13 Et dixerunt ad eos, Ne introducatis [12] captiuos huc: [13] nam statuitis nobis culpam obtrudere coram Domino, vt adiiciatis ad peccatum nostrum & ad culpam nostram, [14] quum a iniquitate delicti sit nobis, & atrox ira contra Israelem.

14 Dimisit igitur [15] exercitus captiuos & prædam coram principibus & toto cœtu.

15 Et surrexerunt viri [illegible] nominibus expressi, & apprehensis captiuis, vestierunt eos qui nudi [illegible] erant ex spoliis, [illegible] eos, [illegible] calceos: cibum & potum dederunt eis, deinde vnxerunt eos, & duxerunt asinis eos omnes qui [illegible] debiles erant, & [16] introduxerunt Jericho [illegible] palmarum ad fratres eorum, reuersiq; sunt ipsi [illegible]

16 Sub id tempus [illegible] rex [illegible] [20] ad reges Assyriæ, vt ei auxilio essent.

17 [21] Venerunt enim rursus Edomæi, & stragem fecerunt in Jehuda, abduxeruntq; captiuos.

18 Sed & Palæstini irruperunt in ciuitates campestres, & [22] ad Meridiem Jehudæ, ceperuntq; Bethsemes & Aialon, & Gederoth, atq; Socho & viculos eius, Thimnam & viculos eius, Gimzo & viculos eius, habitaueruntq; illic.

19 Humiliauerat enim Dominus ipsum Jehudam propter Ahaz regem [23] Israel, quoniam [24] denudauerat Jehudam, & transgressione transgressus erat adu[illegible] Dominum.

3 Vel, lustrauit.

4 virente. vel. viridi. Per hoc intelligit lucos in quibus sacrificabant suis idolis.

5 Heb. & captiuauerunt ab eo captiuitatem magnam,

6 omnes (autem erant) filii roboris, i. robustissimi, quasi dicat, præter impedimenta volu.

7 Heb. fortis Ephraim, i. fortissimus inter Israelitas, qui erat magnæ authoritatis apud Ephraim.

8 diripuerunt insuper.

9 vel, propter iram, i. quòd iratus esset iratus q. d. vos non debetis vobis arrogare victoriam, sed Deo illam tribuere.

10 vel, (qui furor) q. d. [illegible] furore vestro maximo eos occidistis: ira ea maxima est, cuius [illegible] vsq; ad cælum peruenit.

11 He. nonne vere vos vobiscum delicta (quæ data sunt) contra &c. q. d. peccauistis [illegible], & vos quoque peccastis [illegible] propter [illegible] [illegible]

13 Heb. nam in culpam contra Dominum super nos, [illegible] [illegible] ad [illegible] [illegible] [illegible]

14 Heb. quam [illegible] delictum nostrum, & [illegible] furoris (Domini) super Israelem.

15 Heb. multi [illegible]

maeus. 16 Id est, prædictum. 17 Vel, vacillantes, aut nutantes. 18 deduxerunt (eos vsque ad) Jericho ciuitatem palmarum iuxta fratres suos, &c. Ciuitatem palmarum vocat in qua erant palmæ excellentes. 19 sub legatos [illegible]

20 Id est, ad summos regibus. 21 Heb. Et præter ea [illegible] venerunt sub [illegible] [illegible] 22 Id est, [illegible] Meridionales Judæ. 23 Hic Israel capitur pro omnibus tribubus [illegible] regem [illegible]

24 Cùm [illegible] in [illegible], [illegible] palam [illegible] cultu veri Dei. Alii minus recte, [illegible] [illegible]

25 Venit itaque ad eum. i. vt ei ferret opem: erat enim oppressus bellis.
26 oppressit. vel, arctavit angoribus ... fuit illi ... reduxitque eū ad summam penuriam pecuniæ: nā exhausit eam totam. Ductus interpres Hebræos, intransitiue exponit, & affectus est doloribus & angoribus.
27 Vel, fortificauit, q. d. nec robustiorem reddere potuit illū ... 28 Pater filium reperiunt.
29 Dimisit n. Achas eum in ... (i. e. cū dum ...) Domini, & domum regis, & principum, & occult. ... illam pecuniam.
30 illud ... non potuisse quod afflixerunt ... vel doloribus & angustiis affectus ... addidit prævaricari in Dominum ipse est rex Achas sub. de quo satis loquimur.
30 sub. opinione summam ... ubi persuadebat.
31 Vel, ruinæ.
32 Confregit.
33 ne quis scilicet ingressus adoraret Dominum.
34 altaria.
35 in ipsa vrbe, nempe Ierusalē.
CAP. XXIX.
1 regnare cœpit.
2 i. rectū.
3 Platea erat in Ierusalē quæ spectabat Orientem
4 Hoc nomine comprehendit & sacerdotes.
5 q. d. mortuo iā Achas sub quo cultus Dei fuit suppressus.
6 idola intelligit præcipuam, & ea quib' sacerdotes idolorū vtebātur in idolorū cultu.
7 vel, in gladium illum. i. in bellis illis, de quibus meminit capite præcedente.
8 Alii subaudiūt, ceciderunt in eā captiuitatē, cui' fit mentio in capite præcedenti.
9 Hebr. (est) cum corde meo.
10 sub. aliquid.
11 ne cessetis. Vel, nolite peccare per ignorantiam.
12 Iste Elisaphan fuit ex nepotibus Caath vt vides 1. Paralip. 6.

20 [25] *Venit autem contra eum Thilgath-pilnesser rex Assyriæ, qui eum [26] obsedit, nec [27] roboravit eum.*

21 [28] *Tametsi Ahas partem de æde Domini, deque domo regis & principum dederit regi Assyriæ, non tamen tulit ei auxilium.*

22 [29] *Porro rex ipse Ahas eo tempore quo esset in angustiis addidit & hoc, vt transgrederetur contra Dominum.*

23 *Sacrificavit namque diis Damascii, qui eum [30] percusserant, & dixit, Quandoquidem dii regum Syriæ auxilium eis ferunt, sacrificabo & ego eis, vt & mihi opem ferant: quum tamen hi ei & toti Israeli [31] offendiculo fuerint.*

24 *Collegit quoque Ahas vasa domus Dei & [32] comminuit vasa domus Dei, [33] clausit ostia domus Domini: & fecit sibi altaria Jerosolymis in omni angulo,*

25 *Sed & in singulis urbibus Jehudæ fecit [34] excelsa ad adolendum diis aliis, irritans Dominum Deum patrum suorum.*

26 *Reliquum rerum eius, & omnes viæ eius priores & posteriores, ecce hæc scripta sunt in libro regum Jehudæ & Israelis.*

27 *Dormivitque Ahas cum patribus suis, & sepelierunt eum [35] in civitate Jerusalem: non autem intulerunt eum in sepulchra regum Israel, regnavitque pro eo Ezechias filius eius.*

10 Adduxitque contra eum Thelgath phalnasar regem Assyriorum, qui & afflixit eum, & nullo resistente vastauit.

21 Igitur Achaz spoliata domo Domini, & domo regum, ac principum, dedit regi Assyriorū munera: & tamen nihil ei profuit.

22 Insuper & tempore angustiæ suæ auxit contemptum in Dominum, ipse per se rex Achaz.

23 Immolauit diis Damasci victimas, percussoribus suis, & dixit, Dii regum Syriæ auxiliantur eis, quos ego placabo hostiis, & aderunt mihi: cum è contrario ipsi fuerint ruinæ ei, & vniuerso Israel.

24 Direptis itaque Achaz omnibus vasis domus Dei, atque cōfractis, clausit ianuas templi * Dei: & fecit sibi altaria in vniuersis angulis Jerusalem.

25 In omnibus quoque vrbibus Juda extruxit aras ad cremandum thus, atque ad iracundiam prouocauit Dominum Deum patrum suorum.

26 Reliqua autem sermonum eius, & omnium operum suorum priorum, & nouissimorum scripta sunt in Libro regum Juda & Jsrael.

27 Dormiuitque Achaz cum patribus suis, & sepelierunt eum in ciuitate Jerusalem: neque enim receperunt eum in sepulchra regum Israel. Regnauitque Ezechias filius eius pro eo.

D

Immolat Achaz diis Damasci, frustra sperans auxilium ab eis.
* Domini.

Moritur Achaz.

CAPVT XXIX.

1 EZechias quum [1] regno inauguraretur natus erat viginti quinque annos, regnavitque viginti novem annis Jerosolymis. Nomen matris eius erat Abia, quæ erat filia Zachariæ.

2 *Is fecit quod rectum erat in oculis Domini, iuxta omnia quæ fecerat David [2] pater eius.*

3 *Ipse regni sui anno primo mense primo aperuit ostia domus Domini, & reparavit ea.*

4 *Et introduxit sacerdotes & Levitas, colligens eos in [3] plateam Orientalem.*

5 *Dixitque ad eos, Audite me [4] Levitæ, & [5] sanctificamini nunc, atque sanctificate ædem Domini Dei patrum vestrorum, & efferte de sanctuario [6] immunditiam.*

6 *Nam patres nostri transgressi sunt, & malum designarunt in oculis Domini Dei nostri, deseruerunt eum, & averterunt facies suas à tabernaculo Domini, & præbuerunt (ei) tergum.*

7 *Quin & ostia vestibuli clauserunt, & extinxerunt lucernas, incensum non adoleverunt, nec holocaustum sacrificarunt in sanctuario, Deo Israelis:*

8 *Hinc venit ira Domini super Jehudam & Jerusalem, ita ut traderet eos commovendos & vexandos, utque stupori & sibilo sint quemadmodum cernitis oculis vestris.*

9 *Et ecce patres nostri corruerunt [7] gladio, filii nostri, filiæ nostræ, atque vxores nostræ hanc ob causam in captivitatem [[8] abductæ sunt.]*

10 *Nunc igitur [[9] constitui] in corde meo pangere [10] fœdus cum Domino Deo Israelis, vt avertat à nobis æstum furoris sui.*

11 *Filii mei, [11] nolite molles esse, quia vos elegit Dominus vt stetis ante conspectum eius, & ministretis ei, vt sitis eius ministri, & qui adoleant incensum.*

12 *Surrexerunt igitur Levitæ, nempe Mahath filius Amasai, Joel filius Asariæ, de filiis Cahatitarum: de filiis vero Merari, Kis filius Abdi, & Asarias filius Jehalelel: de filiis denique Gersunitarum, Joah filius Zimma, & Eden filius Joah:*

13 *De filiis quoque [12] Elisaphan, Simri & Jehiel: de filiis Asaph, Zacharias & Matthanias:*

1 IGitur Ezechias regnare cœpit, cum viginti quinque esset annorum, & viginti nouem annis regnauit in Jerusalem: Nomen matris eius Abia, filia Zachariæ.

2 Fecitque quod erat placitum in conspectu Domini, iuxta omnia quæ fecerat Dauid pater eius.

3 * Ipso anno & mense primo regni sui aperuit valuas domus Domini, & instaurauit eas.

4 Adduxitque sacerdotes, atque Leuitas, & congregauit eos in plateam Orientalem.

5 Dixitque ad eos, Audite me Leuitæ, & sanctificamini, mundate domum Domini Dei patrū * nostrorum, & auferte omnem immunditiam de sanctuario.

6 Peccauerunt patres nostri, & fecerunt malum in conspectu Domini Dei nostri, derelinquentes eum: auerterunt facies suas a tabernaculo Domini, & præbuerunt dorsum.

7 Clauserunt ostia quæ erant in porticu, & extinxerunt lucernas: incensumque non adoleuerunt, & holocausta non obtulerunt in sanctuario Deo Israel.

8 Concitatus est itaque furor Domini super Judam & Jerusalem: tradiditque eos in commotionem, & in interitum, & in sibilum, sicut ipsi cernitis oculis vestris.

9 En, corruerunt patres nostri gladiis: filii nostri, & filiæ nostræ, & coniuges captiuæ ductæ sunt propter hoc scelus.

10 Nunc ergo placet mihi vt ineamus fœdus cū Domino Deo Israel, & auertet a nobis furorē iræ suæ.

11 Filii mei nolite negligere: vos elegit Dominus vt stetis coram eo & ministretis illi, colatisque eum, & cremetis ei incensum.

12 Surrexerunt ergo Leuitæ: Mahath filius Amasai, & Joel filius Azariæ, de filiis Caath: Porro de filiis Merari, Cis filius Abdi, & Azarias filius Jalaleel: de filiis autē Gerson, Joah filius Zemma, & Eden filius Joah:

13 At vero de filiis Elisaphen, Samri & Jahiel: de filiis quoque Asaph, Zacharias & Mathanias:

A

Impio Achaz succedit pius Ezechias.
4. Reg. 18. a
* ipse
Instaurat templum Dei.
Oratio Ezechiæ ad Leuitas, quæ docet populum affligi propter transgressionem suorum.
* vestrorum.

B

C

14 Necnon

14 Necnon de filiis Heman, Iahiel & Semei: sed & de filiis Idithun, Semeias & Oziel.

Leuitæ & sacerdotes mundant domum Dei.

15 Congregaueruntq; fratres suos, & sanctificati sunt, & ingressi sunt iuxta mandatum regis & imperium Domini, vt expiarent domum Dei.

16 Sacerdotes quoq; ingressi templum Domini, vt sanctificarent illud, extulerunt omnē immunditiam, quam intrò repererant in vestibulo domus Domini: quam tulerunt Leuitæ, & asportauerunt ad Torrentem-cedron foras.

D

17 Cœperunt autē prima die mensis primi mundare, & in die octauo eiusdem mensis ingressi sunt porticum "domus" templi Domini: expiaueruntq; templum diebus octo, & in die sexta decima mensis eiusdem, quod cœperant, impleuerunt.

18 Ingressi quoq; sunt ad Ezechiam regem, & dixerunt ei, Sanctificauimus omnem domum Domini, & altare holocausti, vasaq; eius, necnon & mensam propositionis cum omnibus vasis suis,

Ezechias cum principibus ciuitatis ascendit in templum sanctificatum.

19 Cunctamq; templi supellectilem quam polluerat rex Achaz in regnō suo, postquam præuaricatus est: & ecce exposita sunt omnia coram altari Domini.

20 Consurgensq; diluculo Ezechias rex, adunauit omnes principes ciuitatis, & ascendit in domum Domini:

21 Obtuleruntq; simul tauros septem, & arietes septem, agnos septem, & hircos septem pro peccato, pro regno, pro sanctuario, pro Iuda: dixitq; sacerdotibus filiis Aaron vt offerrēt super altare Domini.

E

22 Mactauerunt igitur tauros, & susceperunt sanguinem sacerdotes, & fuderunt illum super altare: mactauerunt etiam arietes, & illorum sanguinem super altare fuderunt: "immolauerunt" agnos, & fuderunt super altare sanguinem:

a immolaueruntq;

23 Applicuerunt hircos pro peccato coram rege, & vniuersa multitudine: imposueruntq; manus suas super eos:

24 Et immolauerunt illos sacerdotes, & asperserunt sanguinem eorum "coram" altari pro piaculo vniuersi Israelis: pro omni quippe Israel præceperat rex vt holocaustum fieret, & pro peccato.

25 Constituit quoq; Leuitas in domo Domini cum cymbalis & psalteriis, & citharis secundū dispositionem David "regis," & Gad videntis, & Nathan prophetæ: siquidem Domini præceptum fuit per manum prophetarum eius.

F

26 Steteruntq; Leuitæ tenentes organa David, & sacerdotes tubas.

27 Et iussit Ezechias vt offerrent holocausta super altare: cúmq; offerrentur holocausta, cœperūt laudes canere Domino, & clangere tubis, atque in diuersis organis quæ David rex Israel repererat, concrepare.

Canunt Deo laudes.

28 Omni autem turba adorante, cantores, & ii qui tenebant tubas, erant in officio suo, donec cōpleretur holocaustum.

29 Cúmque finita esset oblatio, incuruatus est rex, & omnes qui erant cum eo, & adorauerunt.

Hymni Dauidis & Asaph videntis.

30 Præcepitq; Ezechias, & principes Leuitis, vt laudarent Dominum sermonibus David & Asaph videntis: qui laudauerunt "Deum" magna lætitia, & incuruato genu adorauerunt.

b eum

G

31 Ezechias autē etiam hæc addidit, Impleuistis manus vestras Domino, accedite, & offerte victimas, & laudes in domo Domini. Obtulit ergo vniuersa multitudo hostias, & laudes, & holocausta mente deuota.

Laudes.

Numerus holocaustorum.

32 Porrò numerus holocaustorum quæ obtulit multitudo, hic fuit, Tauros "sexaginta," arietes centum, agnos ducentos.

a septuaginta.

14 *De filiis Heman, Iehiel, & Simei: de filiis Iedithun, Semaia & Vsiel.*

15 *Hi congregauerunt* [13] *fratres suos,* *& sanctificauerunt se, veneruntq; iuxta præceptum regis, &* [14] *verba Domini,* *vt mundarent domum Domini.*

16 *Ingressi autem sacerdotes interiora ædis Domini vt eam mundarent, extulerunt omnem immunditiam, quam inuenerunt in templo Domini, in atrium domus Domini, quam receperunt Leuitæ vt efferrent foras ad torrentem Kedron.*

17 *Cœperunt autem prima mensis primi sanctificare. Octauo verò die mensis illius venerunt ad porticus Domini, sanctificaueruntque ædem Domini diebus octo, die autem decima sexta mensis primi perfecerunt.*

18 *Intràgressi autem ad regem Ezechiam, dixerunt, Mundauimus totam domum Domini, altare holocausti, & omnia vasa eius, atque mensam* [15] *dispositionis,* *& omnia vasa eius,*

19 *Sed & cuncta vasa quæ* [16] *dimisit rex Ahas in regno suo,* *quum esset* [17] *præuaricatus,* *præparauimus & sanctificauimus, & ecce ea sunt coram ara Domini.*

20 *Consurgens ergo summo mane rex Ezechias, congregauit principes vrbis, & ascendit in ædem Domini.*

21 *Adduxerunt autem iuuencos septem, arietes septem, oues septem, atque hircos ex capris septem in sacrificium pro peccato, pro regno, pro sanctuario, & pro Iehuda: dixitq; ad sacerdotes filios Aharonis, vt* [18] *sacrificarent* *in ara Domini.*

22 [19] *Et mactantes* *boues illos, sacerdotes exceperunt sanguinem, & sparserunt super aram: sic & arietes mactantes sparserunt sanguinem super aram: mactantes denique agnos sparserunt sanguinem super aram.*

23 *Quumque adduxissent hircos pro peccato coram rege & multitudine, imposuerunt eis manus suas.*

24 *Mactantesq; eos sacerdotes,* [20] *expiauerunt sanguine eorum altare, vt reconciliarent* *totum Israelem: quia pro omni Israele iussit rex fieri holocaustum, & sacrificium peccati.*

25 *Constituit præterea Leuitas in domo Domini cum cymbalis, & nablis, atque citharis, iuxta præceptum Dauidis & Gad videntis regis, atque Nathan prophetæ:* [21] *nam hoc [fuit] præceptum illud per manum Domini, & per manum prophetarum eius.*

26 [22] *Steteruntque* *Leuitæ* [23] *cum instrumentis Dauidis,* *& sacerdotes cum tubis.*

27 *Iussit autem Ezechias sacrificare holocaustum in ara:* [24] *& sub idem tempus quo* *cœpit holocaustum, cœpit & canticum* [25] *Domini* [26] *& tubæ, atque instrumenta* *Dauidis regis Israel.*

28 *Vniuersus verò cœtus* [27] *procidebat,* [28] *canebāt alii cantica, alii clangebant tubis,* *idq; totum [durabat] donec absolueretur holocaustum.*

29 *Quumque finem* [29] *facerent* [30] *sacrificandi,* *proni inclinauerunt & rex & omnes qui aderant cum eo, &* [31] *adorarunt.*

30 *Dixit ergo rex Ezechias, & principes ad Leuitas, vt laudarent Dominum iuxta verba Dauidis & Asaph videntis.* [32] *Et illi laudarunt donec gaudium [fieret,]* *& inclinantes adorarunt.*

31 *Ezechias* [33] *respondens,* *dixit, Nunc consecrastis manum vestram Domino, adeste ergo, & inferte sacrificia & gratiarum actiones in domum Domini.* [34] *Adduxit* *cœtus sacrificia & gratiarum actiones,* [35] *& holocausta etiam quicunq; liberali erant corde.*

32 *Fuit autem numerus holocaustorum quæ adduxerat multitudo, boues septuaginta, arietes centum, oues ducenta, quæ omnia erant pro holocausto Domini.*

13 i. alios Leuitas.
14 In (vel, de) rebus Domini. Alii, cum verbo Domini.
15 i. in qua disponebantur panes propositionis.
16 neglexit (repudiauit) rex Achaz tempore regni sui.
17 sub. in Dominum.
18 vel, offerrēt sub. illa animalia.
19 Mactantes itaque.
20 expiādo sparserunt sanguinē eorum super altare, ad expiandum.
21 i. quia illud præceptum, fuit à Domino & prophetis eius traditum. Hebr. sic exponi[t], quia præceptum illud, (quod datum est) per manum prophetarum Dei, est præceptum datum per manum Dei, quasi dicat, præcepta quæ traduntur per prophetas Dei, sunt à Domino Deo.
22 sub. In domo Dei.
23 i. cum instrumentis musicis à Dauide inuentis.
24 tempore autem quo.
25 i. quo canere cœperunt Domino.
26 & (cum) tubis, & per manum instrumentorum (musicorum)
27 vel, adorabat, sub. Dominum.
28 Heb. & (domus) cantici canebat: & (domus) tubarum, clangebat tubis: id est, cantores canebant, & tubicines tubis canebant.
29 fecissent.
30 offerendi. sub. holocausta.
31 sub. Dominum.
32 Laudauerūt itaque Dominū vsque ad lætitiam, quasi dicat, cum magna animi lætitia.
33 alloquens, sub. illos.
34 adduxit itaque.
35 Heb. & omnis liberalis corde (adduxit) holocausta, quasi dicat, quotquot erant animo liberali, adduxerunt victimas quæ cremarentur in holocaustum.

16 i. donec alij sacerdotes qui immundi erant sanctificati, sanctificarentur.
17 vel, rectitudinem &c. q. d. Leuitæ erãt promptiores ad sanctificandũ seipsos, quàm sacerdotes.
18 Heb. præparasset, quod de repente fuerat, quasi res aliquid dedisset gratiam populo vt cito perficeretur res tota.

33 *Porrò sanctificatorum erant boues sexcenti, & ouium tria millia.*

34 *Iam sacerdotes pauciores erant, quàm qui possent omnium holocaustorum detrahere pelles, ac fratres eorum Leuitæ opem tulerunt illis donec opus perficerent, & [16] donec sanctificarent se sacerdotes, nam Leuitæ maiorem cordis [17] integritatem habuerunt ad se sanctificandum quàm sacerdotes.*

35 *Fuerunt & holocaustorum ingens copia, cum adipibus pacificorum & libaminibus holocausti, & præparatum est ministerium domus Domini.*

36 *Lætatus est itaque Ezechias & omnis populus, quòd Deus populum [18] præparasset, & quòd res illico perfecta erat.*

33 Sanctificaueruntq; Domino boues sexcentos, & oues tria millia.

34 Sacerdotes verò pauci erant, nec poterant sufficere vt pelles holocaustorum detraherent: vnde & Leuitæ fratres eorum adiuuerunt eos, donec impleretur opus, & sanctificarentur antistites: Leuitæ quippe faciliori ritu sanctificantur, quàm sacerdotes.

35 Fuerant ergo holocausta plurima, adipes pacificorum, & libamina holocaustorum: & completus est cultus domus Domini.

36 Lætatusq; est Ezechias, & omnis populus, eò quòd ministerium [a] Domini esset expletum, de repente quippe hoc fieri placuerat.

a Dei.

CAPVT XXX.

CAP. XXX.
1 Ezechias quũ rex solius Iudæ esset, inuitauit tamen etiam Israelitas ut pascha celebrarent simul.
2 ad celebrandũ pascha.
3 Hic Israel, pro omnibus tribubus capitur.
4 Consilium autem inierat rex.
5 Heb. vt transire facerent vocẽ sub. præconis. i. vt voce præconis promulgarent.
6 non multo (iam) tempore fecerũt (sub. pascha.) sicut scriptum erat.
7 vel, in stuporem. i. fecit vt omnes mirarẽtur calamitatẽ eorum, ac miseriã miserarentur.
8 Metaphora à bobus iugũ detrectantibus & non obtemperantibus.
9 In signum scilicet obedientiæ. q. d. parete.
10 & recedet.
11 Heb. (erunt) in miserationem i. misericordiam consequentur.
12 vt reuertantur.
13 i. fauorem.
14 Manus pro fauore & gratia Dei qui eos reddit aptos operibus bonis. q. d. Iudam quoque suo fauore & gratia prosecutus est Deus.
15 nempe, vt celebrarẽt pascha.
16 Congregati sunt itaque.
17 vel, (in) cœtu quam maximo.
18 Surgere, magnam alacritatẽ significat. q. d. magna animi alacritate remouerunt altaria extructa in honorem idolorum.

1 [a] *Misit præterea Ezechias ad vniuersum Israelem & Iehudam, & scripsit epistolas ad Ephraim & Manasse, vt venirent Ierosolymã in ædem Domini, [2] & facerent Pasa Domino Deo [3] Israelis.*

2 [4] *Et iniit rex consilium cum principibus suis, atque vniuerso cœtu in Ierusalem, vt facerent Pasa in mense secundo.*

3 *Non enim tunc temporis facere poterant, eo quòd sacerdotes non essent satis sanctificati, neque populus congregatus in Ierusalem.*

4 *Placuit hæc res in oculis regis, & in oculis totius multitudinis.*

5 *Et constituerunt rem, [5] vt edita voce diuulgaretur per omnem Israelem, à Beer-seba vsque Dan, vt venientes facerent Pasa Domino Deo Israelis in Ierusalem, quia [6] non satisfecerant iuxta præscriptum.*

6 *Abierunt ergo cursores cum epistolis quas [acceperant] à manu regis & principum eius per vniuersum Israelem & Iehudam, & iuxta præceptum regis dicebant, Filii Israel, reuertimini ad Dominum Deum Abraham, Isaac & Israelis, ipseq; reuertetur ad reliquias quæ residuæ vobis sunt de manu regum Assur.*

7 *Nolite esse sicut patres vestri, & sicut fratres vestri, qui transgressi sunt contra Dominum Deum patrum suorum, & tradidit eos [7] in desolationem quemadmodũ vos cernitis.*

8 *Nunc itaque ne [8] induretis ceruicem vestram sicut patres vestri, [9] date manum Domino, & venite in sanctuarium eius, quod sanctificauit in æternum, & seruite Domino Deo vestro, [10] vt recedat à vobis ira furoris sui.*

9 *Si enim reuersi fueritis ad Dominum, fratres vestri & filii vestri [11] miserationes [inuenient] coram illis qui eos captiuos tenent, [12] reuertentur[que] in terram istam, quoniam clemens & misericors est Dominus Deus vester, nec auertet [13] faciem à vobis, si ad eum fueritis conuersi.*

10 *Transibant itaque cursores de ciuitate in ciuitatem in terra Ephraim & Manasse vsq; ad Zebulon. At isti deridebant eos, & subsannabant eos.*

11 *Veruntamen viri quidam ex Aser, Manasse atque Zebulon submissiores facti, venerunt Ierosolymã.*

12 *In Iehuda quoque fuit [14] manus Dei vt daret eis cor vnum, ad exequendum [15] præceptum regis & principum iuxta verbum Domini.*

13 [16] *Et congregati sunt in Ierusalem populus multus, vt facerent solennitatem azymorum in mense secundo, [17] aderatque cœtus maximus.*

14 *Et [18] surgentes abstulerunt altaria quæ erant in Ierusalem, & [19] cuncta vasa quibus adolebatur, sustulerunt, & abiecerunt ea in torrentem Kidron.*

15 *Et mactarunt Pasa quarta decima [20] mensis secundi*

1 Misit quoque Ezechias ad omnem Israel & Iudam: scripsitq; epistolas ad Ephraim & Manassen vt venirent ad domum Domini in Ierusalẽ, & facerent phase Domino Deo Israel.

2 Inito ergo consilio regis, & principum, & vniuersi cœtus Ierusalem, decreuerunt vt facerent phase mense secundo.

3 Non enim occurrerant facere in tempore suo: quia sacerdotes qui possent sufficere, sanctificati non fuerant, & populus [b] nondum congregatus fuerat in Ierusalem.

4 Placuitq; sermo regi & omni multitudini.

5 Et decreuerũt vt mitterent nuncios in vniuersum Israel de Ber-sabee vsq; Dan, vt venirent & facerent phase Domino Deo Israel, in Ierusalem: multi enim non fecerant sicut lege præscriptum est.

6 Perrexeruntq; cursores cum epistolis ex regis imperio, & principum eius, in vniuersum Israel & Iudam iuxta id quod rex iusserat, prædicantes, Filii Israel reuertimini ad Dominum Deum Abraham, & Isaac, & Israel: & reuertetur ad reliquias quæ effugerunt manus regis Assyriorum.

7 Nolite fieri sicut patres vestri & fratres qui recesserunt à Domino Deo patrum suorum, & tradidit eos in interitum, vt ipsi cernitis.

8 Nolite indurare ceruices vestras, sicut patres vestri: tradite manus vestras Domino, & venite ad sanctuarium eius quod sanctificauit in æternũ: seruite Domino Deo patrum vestrorum, & auertetur à vobis ira furoris eius.

9 Si enim vos reuersi fueritis ad Dominum, fratres vestri, & filii habebunt misericordiam coram dominis suis qui illos duxerunt captiuos, & reuertentur in terram hanc: pius enim & clemens est Dominus Deus vester, & non auertet faciem suam à vobis, si reuersi fueritis ad eum.

10 Igitur cursores pergebant velociter de ciuitate in ciuitatem per terram Ephraim & Manasse, vsque ad Zabulon, illis irridentibus & subsannantibus eos.

11 Attamen quidam viri ex Aser & Manasse & Zabulon acquiescentes consilio, venerunt Ierusalem.

12 In Iuda verò facta est manus [c] Domini, vt daret eis cor vnum vt facerent iuxta præceptum regis & principum, verbum Domini.

13 Congregatiq; sunt in Ierusalem populi multi, vt facerent solemnitatem azymorum in mense secundo.

14 Et surgentes destruxerunt altaria quæ erant in Ierusalem: atq; vniuersa in quibus idolis adolebatur, incensum subuertentes, proiecerunt in Torrentem cedron.

15 Immolauerunt autem phase quarta decima die men-

A Phase iussu Ezechiæ celebratur.
b needum congregatus erat.
Exhortatio ad Israelem vt reuertatur ad Domin.
B
Manus tradere Deo.
Irrident Israelitæ exhortanti regem vt ad Deum conuertantur.
c Dei.
Cor conuertit Deus.
C
Congregantur populi multi ad celebrandũ phase.

19 omnes aras in quibus &c. 20 Quia fuerant prepediti mense primo, idcirco distulerant festum in secundum mensem.

dies mensis secundi, sacerdotes quoque, atque Leui-
tæ tandé sanctificati obtulerunt holocausta in do-
mo Domini.
16 Steterúntque in ordine suo iuxta dispositioné
& legem Moysi hominis Dei: sacerdotés verò sus-
cipiebant effundendum sanguiné de manibus Le-
uitarum.
17 Eo quòd multa turba sanctificata non esset:
& idcirco immolarent Leuitæ phase his qui non
occurrerant sanctificari Domino.
18 Magna etiam pars populi de Ephraim & Ma-
nasse & Issachar & Zabulon, quæ sanctificata non
fuerant, comedit phase, non iuxta quod scriptum
est: & orauit pro eis Ezechias, dicens:
Ezechias orat pro populo non sanctificato.
19 Dominus bonus propitiabitur cunctis qui
in toto corde requirunt Dominum Deum patrum
suorum: & non imputabit eis quòd minus sancti-
ficati sunt.
20 Quem exaudiuit Dominus, & placatus est
populo.
21 Feceruntque filii Israel qui inuenti sunt in Ie-
rusalem, solennitatem azymorum septem diebus
in lætitia magna, laudantes Dominum per singu-
los dies. Leuitæ quoque & sacerdotes per organa,
D quæ suo officio congruebant.
22 Et locutus est Ezechias ad cor omnium Le-
uitarum qui habebant intelligentiam bonam su-
per Domino: & comederunt septem diebus Solen-
nitatis immolantes victimas pacificorum, & lau-
dantes Dominum Deum patrum suorum.
23 Placuitque vniuersæ multitudini vt celebra-
rent etiam alios dies septem: quod & fecerunt cum
ingenti gaudio.
Ponis
24 Ezechias autem rex Iuda præbuerat multi-
tudini mille tauros, & septem millia ouium: prin-
cipes verò dederant populo tauros mille, & oues
decem millia: sanctificata est ergo sacerdotum plu-
rima multitudo.
25 Et hilaritate perfusa omnis turba Iuda tam
sacerdotum & Leuitarum, quam vniuersæ frequé-
tiæ quæ venerat ex Israel: proselytorum quoque de
terra Israel, & habitantium in Iuda.
26 Factaque est grandis celebritas in Ierusalem,
qualis a diebus Salomonis filii Dauid regis Israel
in ea vrbe non fuerat.
Benedicunt Leuitæ populo.
27 Surrexerunt autem sacerdotes atque Leuitæ
benedicentes populo: & exaudita est vox eorum,
peruenitque oratio in habitaculum sanctum cæli.

eundi, & sacerdotes & Leuitæ [21] *cum verecundia se*
sanctificarunt, & intulerunt in ædem Domini holocau-
sta.
16 *Stabant quoque in stationibus suis, iuxta ritum*
suum, iuxta legem Mosis viri Dei, [&] sacerdotes sPar-
gebant sanguinem [acceptum] à manu Leuitarum.
17 *Multi enim erant in cœtu qui non erant sanctifi-*
cati, & Leuitæ [insistebant] mactationi Pesa [22] *pro o-*
mni eo qui non erat mundus, vt sanctificarent [23] *[eum]*
Domino.
18 *Multi enim ex populo, & plures ex Ephraim,*
Manasse, Issachar & Zabulon [24] *non fuerant purificati,*
qui tamen Pesa comederant, [25] *non secundum præscri-*
ptum, [26] *quoniam Ezechias orauit pro eis hisce verbis:*
19 *Dominus qui bonus est* [27] *expiabit omnem qui*
cor suum præparauit ad quærendum Deum, Dominum
inquam Deum patrum suorũ, etiamsi non sit mundatus
iuxta purificationem [28] *sanctuarii.*
20 *Et Dominus exaudiuit Ezechiam,* [29] *sanauitque*
populum.
21 *Fecerunt itaque filii Israel qui præsentes erant in*
Ierusalem solennitatem azymorum septem diebus cum
magno gaudio, & laudabant Dominum singulis diebus.
Leuitæ & sacerdotes [30] *instrumentis potentiam Domini*
[canebant.]
22 [31] *Locutúsque est Ezechias in cor omnium Leui-*
tarum [32] *qui cordati erant, qui recte sentiebant de Do-*
mino, [33] *vt ederent statam ipsa solennitate septem diebus,*
[34] *offerrentque sacrificia gratulatoria, & laudarent Do-*
minum Deum patrum suorum.
23 *Inito autem consilio vniuersus cœtus [statuit] vt*
& [35] *posteriores septem dies facerent,* [36] *quod & fece-*
runt, idque cum gaudio.
24 *Quoniam Ezechias rex Iehuda [seorsim ex mu-*
nificentia] dedit cœtui mille iuuencos, & septem millia
ouium, quin & principes [37] *separarunt pro multitudine*
iuuencos mille, & ouium decem millia, [38] *& multi sacer-*
dotum sanctificati sunt.
25 *Et lætata est vniuersa congregatio Iehuda, sacer-*
dotes & Leuitæ, insuper & vniuersa congregatio quæ ex
Israele venerat: sed & aduenæ qui venerant de terra Is-
rael, & qui habitabant in Iehuda.
26 *Fuitque lætitia magna in Ierusalem, quoniam*
à diebus Solomonis filii Dauid regis Israelis non fuit
[39] *tale [gaudium] in Ierusalem.*
27 *Et surgentes sacerdotes [atque] Leuitæ benè impre-*
cati sunt populo, [40] *auditaque est vox eorum, & oratio eorũ*
peruenit [41] *ad firmũ habitaculum sanctitatis eius in cælo.*

21 vel, pudore suffusi. pudebat enim eos suę negligentiæ, quum viderent populum tam alacrem.
22 Qui nõ mundauerant se, abstinebant ab immolatione agni paschalis, & pro iis immolabant Leuitæ.
23 (eas) sub. victimas. i. vt pie & sancte offerrent eas Domino. Ordo est, Leuitæ insistebant vel præerant mactationi, vt sanctificarent eas Domino.
24 non mundauerant sese.
25 vel, non agẽdo iuxta id quod scriptum est.
26 vel, sed
27 sit propitius omni qui.
28 sanctitatis. vel, sanctam. quã scilicet instituit Moses. q. d. si speciẽs animi, erant mundi: si ritum & ceremonias, non itẽ. Dominus respicit internam munditiem.
29 sub. ab impuritate sua. i. pro mundo & purificato habuit eũ.
30 cum instrumentis fortitudinis, Domini. sub. laudabant. Instrumẽta fortitudinis vocat tubas quarũ sonitus erat vehementi.
31 Allocutus est eos lenibus verbis.
32 Heb. intelligentium intelligentiam bonam Domino. i. qui in arte musica erant peritissimi. Per intellectum bonum intelligit hic peritiam. q. d. qui docte concinebãt psalmos in honorem Domini.
33 Heb. comederunt itaque solennitaté i. hostias illius solennitatis
34 immolãtes sacrificia pacifica, & gratias agentes Domino Deo.
35 vel alios, vt celebrarent festum septem alios dies.
36 & fecerunt septem dies. sub. alios. celebrarunt festum septem

CAPVT XXXI.

A
1 CVmque hæc fuissent rite celebrata, egressus est
omnis Israel, qui inuentus fuerat in vrbibus
Iuda, & fregerunt simulachra, succiderúntque lucos,
demoliti sunt excelsa, & altaria destruxerunt: non
solum de vniuerso Iuda & Beniamin, sed & de E-
phraim quoque, & Manasse, donec penitus euerte-
rent: reuersique sunt omnes filii Israel in possessiones
& ciuitates suas.
Celebrato phase, populus simulachra, lucos, & excelsa demolitur.
2 Ezechias autem constituit turmas sacerdota-
les, & Leuiticas per diuisiones suas, vnumquemque
in officio suo proprio, tam sacerdotum videlicet,
quàm Leuitarum, ad holocausta & pacifica, vt mi-
nistrarent & confiterentur canerentque in portis ca-
strorum Domini.
Ezechias sacerdotes constituit & Leuitas.
Confiteri & laudare Deum.
3 Pars autem regis eorum erat, vt de propria
eius substantia offerretur holocaustum mane sem-
per & vespere, Sabbathis quoque, & Calendis, &
Solennitatibus cæteris, sicut scriptum est in lege
Moysi.
Domini Sacerdotibus dati sub: decimas vt verbo Dei liberius vacent.

1 *QVumque hæc omnia* [1] *absoluta essent, egressi sunt o-*
mnes Israelitæ qui præsentes fuerant [2] *ex ciuitati-*
bus Iehuda, & confregerunt statuas, demoliti sunt lu-
cos, & diruerunt excelsa atque altaria per totam [ter-
ram] Iehuda & Beniamin, in Ephraim quoque &
Manasse, donec omnia [3] *abolerent, tum reuersi sunt o-*
mnes filii Israel, [4] *quisque ad possessionem suam & ci-*
uitates suas.
2 *Porro Ezechias constituit* [5] *ordines sacerdotum &*
Leuitarum [6] *ad ordines suos, quemque iuxta officium suum &*
sacerdotes & Leuitas, [nempe vt sacrificarent] holocau-
stum, [7] *gratulatoria sacrificia, vt ministrarent, vt* [8] *con-*
fiterentur & [9] *laudarent* [10] *in portis castrorum Domini.*
3 *Tertio vero regis de substantia eius* [11] *erant quoti-*
diana holocausta mane & vespere, item [12] *holocausta*
pro sabbatis, neomeniis & statis feriis, vt scriptum est in
lege Domini.

diebus. 37 obtulerunt (i. tradiderunt) ipsi cœtui. 38 iam autẽ sanctificauerant sese sacerdotes in magna copia i. quamplurimi, vt satis esse possent ad immolandas victimas. 39 tale quippiam. 40 exaudiuit (Dominus) vocem eorum. 41 i. in sacrum habitaculum Dei. hic relatiuum loco antecedentis, hoc est in cælum ipsum. CAP. XXXI. 1 perfecissent. 2 in ciuitatibus. 3 Heb. usque ad verbum, cõplerent. vel, absoluerent. 4 Ord. i. singulus, pro, in vrbes suas. nempe quisque in possessionem suam. 5 Heb. diuisiones. i. vices, ordines. 6 secundum diuisiones suas. vel ordinationes suas. 7 pacifica. 8 gratias agerent. 9 sub. Domi. 10 in templo quo omnes Iudæi conueniebant. Describitur hic ministerium sacerdotum & Leuitarum. 11 potius, erat ad offerendum. 12 (ad) holocausta.

4 *Præcepit etiam populo qui habitabat Ierosolymis, vt darent partem sacerdotibus & Leuitis, vt* [13] *tenaces essent in lege Domini.*

5 [14] *Quumque hoc verbum [regis] diuulgatum esset, auxerunt filii Israel primitias frumenti, vini, olei, mellis, & omnis prouentus agri: sed &* [15] *cunctas decimas attulerunt, idque affatim.*

6 *Filii quoque Israel & Iehuda, qui habitabant in ciuitatibus Iehuda, etiam ipsi decimas boum & ouium, atque decimas sanctas quæ erant consecrata Domino Deo suo attulerunt,* [16] *& dederunt plures aceruos.*

7 *Mense tertio cœperunt* [17] *[dare] aceruos vt fundamentum iacerent, & septimo mense absoluerunt.*

8 [18] *Venientes autem Ezechias & principes viderunt aceruos, &* [19] *gratias egerunt Domino & populo eius Israel.*

9 [20] *Interrogauit etiam Ezechias à sacerdotibus & Leuitis* [21] *de aceruis.*

10 *Cui respondens Asarias sacerdos summus, de domo Zadoc, ait,* [22] *Quando cœptum est afferri dona in domum Domini,* [23] *comestum est ad satietatem vsque, multumque superfuit: quoniam Dominus benedixit populo suo,* [24] *vt reliqua sit tanta copia.*

11 *Iussit autem Ezechias vt pararent* [25] *cellas in æde Domini, & præparauerunt.*

12 *Bona igitur fide intulerunt primitias & decimas, & quæ erant consecrata, constitutúsque est super ea Chonanias Leuita, & Semei frater eius* [26] *secundus:*

13 [27] *Et Iehiel, Asasia, Nahath, Asael, Ierimoth, Iosabad, Eliel, Ismachias, Mahath, & Benaias, præfecti erant* [28] *per Chonaniam & Semeiam fratrem eius iussu Ezechiæ regis:* [29] *Asarias autem princeps erat in domo Domini.*

14 *Core autem filius Iimna Leuita ianitor* [30] *ad Orientem, erat [constitutus]* [31] *super ea quæ sponte offerebantur Deo,* [32] *& super separata dona Domini, & super sancta sanctorum.*

15 [33] *Ad illius manum erant Eden, Miniamin, Iesua, Semaia, Amarias, & Sechanias, in ciuitatibus sacerdotum* [34] *sub fide [constituti,] vt darent fratribus suis* [35] *iuxta ordines, vt maiori ita & minori:*

16 [36] *Exceptis quos recensuerat in maribus ab eo qui natus erat tres annos & supra, omni scilicet qui ingrediebatur domum Domini, iuxta demensum cuiusque diei:* [37] *pro ministerio eorum, pro custodia eorum, & pro ordinibus eorum:*

17 *Et* [38] *his qui inter sacerdotes reputati erant per domos patrum suorum, & Leuitis, ab eo qui natus erat annos viginti & supra,* [39] *per custodias suas & ordines suos:*

18 *Deinde* [40] *his qui in pube eorum censebantur, vxoribus quoque eorum, filiis & filiabus eorum,* [41] *pro omni multitudine: nam fide illorum* [42] *sanctificabantur sancta:*

19 *Filiis quoque Aharonis sacerdotibus qui erant in agris suburbanis ciuitatum suarum per singulas ciuitates, viri qui expressi sunt* [43] *nominatim, vt darent portiones omni mari in sacerdotibus,* [44] *& omnibus qui censi erant inter Leuitas.*

20 *Ad hunc modum fecit Ezechias in omni Iehuda: fecitque quod* [45] *bonum, rectum & verum erat coram Domino Deo suo.*

4 Præcepit etiam populo habitantium Ierusalem, vt darent partes sacerdotibus & Leuitis, vt possent vacare legi Domini. B

5 Quod cum percrebuisset in auribus multitudinis, plurimas obtulere primitias filii Israel, frumenti, vini, & olei, mellis quoque: & omnium quæ gignit humus decimas obtulerunt.

6 Sed & filii Israel & Iuda, qui habitabant in vrbibus Iuda, obtulerunt decimas boum & ouium, decimásque sanctorum quæ vouerant Domino Deo suo: atque vniuersa portantes, fecerunt aceruos plurimos.

7 Mense tertio cœperunt aceruorum iacere fundamenta, & mense septimo compleuerunt eos.

8 Cúmque ingressi fuissent Ezechias & principes eius, viderunt aceruos, & benedixerunt Domino ac populo Israel.

9 Interrogauítque Ezechias sacerdotes & Leuitas cur ita iacerent acerui.

10 Respondit illi Azarias sacerdos, primus de stirpe Sadoc, dicens: Ex quo cœperunt offerri primitiæ in domo Domini, comedimus, & saturati sumus, & remanserunt plurima: eo quod benedixerit Dominus populo suo: reliquiarum autem copia est ista, quam cernis. C

11 Præcepit igitur Ezechias vt præpararent horrea in domo Domini.

12 Quod cum fecissent, intulerunt tam primitias quam decimas, & quæcunque vouerant, fideliter. Fuit autem præfectus eorum Chonenias Leuita, & Semei frater eius, secundus.

13 Post quem Iahiel, & Azarias, & Nahath, & Asael, & Ierimoth, Iozabad quoque & Eliel, & Iesmachias, & Mahath, & Banaias, præpositi sub manibus Choneniæ & Semei fratris eius, ex imperio Ezechiæ regis & Azariæ pontificis domus Dei, ad quos omnia pertinebant.

14 Core vero filius Iemna Leuites, & ianitor Orientalis portæ, præpositus erat iis quæ sponte offerebantur Domino, primitiisque & consecratis in Sancta sanctorum.

15 Et sub cura eius Eden & Beniamin, Iesue & Semeias, Amarias quoque & Sechenias, in ciuitatibus sacerdotum: vt fideliter distribuerent fratribus suis partes, minoribus atque maioribus:

16 Exceptis maribus ab annis tribus & supra, cunctis qui ingrediebantur templum Domini, & quicquid per singulos dies conducebat in ministerio atque obseruationibus iuxta diuisiones suas: D

17 Sacerdotibus per familias, & Leuitis à vicesimo anno & supra, per ordines & turmas suas.

18 Vniuersæque multitudini tam vxoribus quàm liberis eorum vtriusque sexus, fideliter cibi de his quæ sanctificata fuerant præbebantur.

19 Sed & filiorum Aaron per agros, & suburbana vrbium singularum dispositi erant viri, qui partes distribuerent vniuerso sexui masculino, de sacerdotibus & Leuitis.

20 Fecit ergo Ezechias vniuersa quæ diximus in omni Iuda: operatusque est bonum & rectum, & verum coram Domino Deo suo.

21 In

Decimæ & ingês multitudo.

Deo.

conducebat.

Fecitque Ezechias toto corde quarens Deum prosperatur.

13 Heb. fortificarent sese. i. vt alacrius fungerentur suo officio, impleréntque legem Domini.
14 Hebr. Quum autem multiplicata fuisset res ista. vel, multiplicatus fuisset sermo iste &c.
15 vel, omnium
16 Hebr. & posuerunt aceruos i. fecerunt plurimos aceruos ex illis.
17 Hebr. fundâre aceruos illos. i. iacerunt prima fundamenta illorum aceruorum: hoc est, cœperunt facere illos aceruos decimarum in victum sacerdotum & Leuitarum.
18 sub. in templum.
19 Heb. benedixerunt. Benedicere Domino, est gratias illi agere. Benedicere autẽ populo, est omnia prospera & fœlicia illi precari.
20 Interrogauit itaque
21 i. qua ratione factum esset vt tot acerui primitiarum & decimarum haberentur illic.
22 vel, Ex quo cœperunt. aut cœpit. sub. populus.
23 vel, comedimus & saturati sumus, & reliquimus. sub. nos sacerdotes. Tria sunt infinitiua, Hebraice, pro indicatiuis.
24 Hebr. & multitudini hunc reliduæ. Ad populum refertur. Quidã Hebræorum minus rectè ad inanimata referunt, quum exponunt, benedixit reliquis his frugibus.
25 vel, horrea. exhedras. siue, gazophylacia.
26 i. secundæ dignitatis ab illo: hoc est, vicarius eius.
27 Iehiel autem.
28 Heb. de manu Choneniæ & Semeiæ fratris eius, id est, erant in subsidium Choneniæ &c. 29 & Asariæ ducis ædis &c. Quem hic vocat ducem domus Dei, supra appellauit sacerdotem summum.
30 vel, ad Orientem, id est, qui [illegible] Orientalis. 31 Heb. super [illegible] Dei, 32 Heb. vt daret (vel distribueret) oblationes Domini, & sancta sanctorum, id est, & ea quæ Deo [illegible]. 33 id est, In potestate illius, & illi subditus
34 cum fide, id est, homines spectatæ fidei 35 vel, [illegible] turmas, siue diuisiones, & vices. 36 Hic versus ex superiore pendet, & ex Hebræo sic vertendus, inuerso paulum ordine, [illegible] (id est, portionem quotidianam) omni ingredienti in domum, præter progeniem eorum in maribus ([illegible], sexus masculini) ab eo qui natus erat trium annorum & supra 37 vel, [illegible], in ceremoniis, (vel obseruationibus) suis, (&) in turmis (vel diuisionibus) suis 38 [illegible] progeniei sacerdotum per familias suas, & Leuitarum.
39 [illegible] 40 [illegible] eorum, &c.
41 Heb. [illegible] 42 [illegible] sanctificatione sancta, quæ dependebant ab illis.
43 nominibus, id est supra nominata. 44 & omni progeniei in Leuitis. 45 bonum, respicit Ezechiam: Rectum, sacerdotes: Veritas, Deum. q. d. rectè [illegible] erga Deum & proximum.

¶ Dni

21 In vniuersa cultura ministerii domus ¶Domini, iuxta legem & ceremonias, volens requirere Deum in toto corde suo: fecitq., & prosperatus est.

21 In omni opere quod coepit in ministerio domus Dei, & in lege [46] praecepti, quaerebat Deum suum, fecitque [illud] toto corde:' & prospere cessit.

46 praecepto, vt requireret Deū suū ex toto corde fecit, &c.

CAPVT XXXII.

A

Sennacherib inuadit Iudā. 4. Reg. 18. c. Isa. 36. a.

1 POst quæ & huiuscemodi & veritatem, venit Sennacherib rex Assyriorum: Et ingressus Iudam, obsedit ciuitates munitas, volens eas capere.

2 Quod cùm vidisset Ezechias, venisse scilicet Sennacherib, & totum belli impetum, verti contra Ierusalem,

3 Inito cum principibus consilio, virisq. fortissimis, vt obturarent capita fontium qui erant extra vrbem, & hoc omnium decernente sententia.

fluebat

4 Congregauit plurimam multitudinem, & obturauerunt cunctos fontes, & riuum qui ¶fluebant in medio terræ, dicentes, Ne veniant reges Assyriorum, & inueniant aquarum abundantiam.

5 Ædificauit quoq; agens industriè omnem murum qui fuerat dissipatus, & extruxit turres desuper, & forinsecus alterum murum: instaurauitque Mello in Ciuitate-Dauid, & fecit vniuersi generis

B

armaturam & clypeos.

Ezechias paratus omnibus in aduersarios adhortatur populum ad fiduciam in Deum.

6 Constituitq. principes bellatorum in exercitu. Et conuocauit vniuersos in platea portæ ciuitatis, ac locutus est ad cor eorum, dicens:

7 Viriliter agite, & confortamini: nolite timere, nec paueatis regem Assyriorū & vniuersam multitudinem quæ est cum eo: multo enim plures nobiscum sunt, quàm cum illo.

8 Cum illo enim est brachium carneum, nobiscum Dominus Deus noster qui auxiliator est noster, pugnatq; pro nobis. confortatusq; est populus huiuscemodi verbis Ezechiæ regis Iuda.

Sennacherib per nuntios conatur auertere populum à fiducia in Deū.

9 Quæ postquam gesta sunt, misit Sennacherib rex Assyriorum seruos suos in Ierusalem (ipse enim cum vniuerso exercitu obsidebat Lachis) ad Ezechiam regem Iuda, & ad omnem populum qui

C

erat in vrbe, dicens,

10 Hæc dicit Sennacherib rex Assyriorum. In quo habētes fiduciam, sedetis obsessi in Ierusalem?

11 Num Ezechias decipit vos, vt tradat morti in fame & siti, affirmans quod Dominus Deus vester liberet vos de manu regis Assyriorum?

12 Numquid non iste est Ezechias qui destruxit excelsa illius, & altaria, & præcepit Iudæ & Ierusalem, dicens, Coram altari vno adorabitis, & in ipso comburetis incensum?

13 An ignoratis quæ ego fecerim, & patres mei cunctis terrarum populis? numquid præualuerunt dii Gentium, omniū,q; terrarum liberare regionē suam de manu mea?

Blasphemia Sennacherib.

14 Quis de vniuersis diis Gentium, quas vastauerunt patres mei, qui potuerit eruere populū suū de manu mea, vt possit etiam Deus vester eruere vos de hac manu?

D

15 Non vos ergo decipiat Ezechias, nec vana persuasione deludat, neq; credatis ei. Si enim nullus potuit Deus cunctarum Gentium atq; ¶regionū liberare populum suum de manu mea, & de manu patrum meorum, cōsequenter nec Deus vester poterit eruere vos de hac manu mea.

¶ regnorum

16 Sed & alia multa locuti sunt serui eius cōtra Dominum Deum, & contra Ezechiam seruum eius.

1 POst illa gesta [1] & fidem illam,' venit Sanherib rex Assyriorum: & ingressus Iehudam, castrametatus est aduersus ciuitates munitas, [2] statuitq. illas abruptas sibi [vendicare].'

2 Videns ergo Ezechias quod Sanherib venisset, [3] & statuisset etiam ipsi Ierusalem bellum inferre,'

3 Iniit consilium cum principibus suis & cum [4] herodibus' suis, vt obturarent aquas fontium, qui extra vrbem erant: & hi [5] auxilio ei fuerunt.'

4 Congregatus [6] enim' est multus populus, & obstruxerunt omnes fontes, simulq. torrentem qui inundat in medio [7] terræ,' dicentes, [8] Cur venirent reges Assyriæ, & inuenirent aquas multas?

5 [9] Roboratus' itaq. [Ezechias,] [10] ædificauit' omnes muros ruptos, [11] & excitauit [munitiones]' super turres.' [12] aliumq. murum foris,' [13] roborauitq. Mello in ciuitate Dauidis.' fecit quoq. multa tela & clypeos.

6 Constituit præterea imperatores super populū qui bellū gererēt, congregauitq. eos ad se in platea' [14] portæ ciuitatis,' [15] loquutusq. est in cor eorum huiusmodi verbis.'

7 Fortes estote, & [16] agite strenue:' ne timueritis, neque animo frangamini metu Assyrii regis, aut metu totius multitudinis quæ cum eo est,' [17] apud nos enim plures sunt quàm cum illo.'

8 Cum illo est [18] brachium carneum,' nobiscum autē, Dominus Deus noster, vt auxilietur nobis, & pugnet nostras pugnas. populus ergo nixus est verbis Ezechiæ regis Iehudæ.

9 Post hæc misit Sanherib rex Assyriorū legatos suos Ierosolyma, ([19] nam ipse oppugnabat Lachis, cumque eo quidquid roboris habebat,)' ad Ezechiam regem Iehudæ, & ad omnem Iehudam, qui fuerunt Ierosolymis, huiusmodi mandatis.

10 Sic dicit Sanherib rex Assyriorum, Quò nitimini vos, qui habitabitis in obsessa Ierusalem?

11 An verò Ezechias [20] vobis persuadet' vt tradatis vos morti, fame & siti, his [nempe] sermonibus. Dominus Deus noster liberabit nos de manu regis Assur?

12 Annon Ezechias is est qui abstulit excelsa [21] eius' atque aras eius, & ait ad Iehudam & Ierusalem, dicens, [22] Dumtaxat coram [hac] vna ara' adorabitis, & super hanc incensum adolebitis?

13 An ignoratis quid ego fecerim & patres mei, omnibus populis [23] terrarum?' Potuerūtne, [24] etiamsi maxime se posse existimarent,' dii Gentium terrarum liberare terram eorum de manu mea?

*14 Quis verò est ex omnibus diis Gentium illarum quas exciderunt patres mei, qui liberare potuerit populum suum de manu mea, * quòd Deus vester possit vos liberare de manu mea?*

15 [25] Ne ergo' seducat vos Ezechias, [26] neque lactet vos sic,' ne credatis ei: [27] quoniam nullius est Deus cuiuscunq. nationis aut regni, qui potuerit asserere' populum suum de manu mea, & de manu maiorum meorū, quanto minus Deus vester [28] asserere' poterit vos de manu mea?

16 Et alia quædam locuti sunt legati eius contra Dominum Deum, atque contra Ezechiam seruum eius.

CAP. XXXII.
1 & veritatem istam. q.d. His gestis quæ verissima sunt.
2 Heb. dixitque illas perrumpere sibi. i. statuit eas capere sibi, ruptis muris.
3 Heb. & facies eius esset ad bellum contra Ierusalem. i. & vidisset Sennacherib venientem recta vt oppugnaret Ierusal.
4 Heb. fortibus.
5 [illegible] illis aquis.
6 itaque
7 regionis,
8 q.d. Quare cōmittemus vt quum venerint reges Assyriæ, inueniant aquas multas?
9 i. Bono & forti animo præditus.
10 i. instaurauit
11 Heb. & ascēdere fecit (sub. medelam) super turres, i. turres dirutas instaurauit.
12 q.d. & altero muro cinxit vrbem, quæ iam erat mœnibus cincta.
13 i. instaurauit, vel, & muniuit plateam illam quæ dicebatur Millo quæ erat iuxta vrbem Dauidis. i. Sion. Nā Millo erat platea [illegible] iuxta mœnia.
14 i. quæ ædificabat portæ vrbis.
15 q.d. allocutus est eos blandis verbis, consolans eos.
16 confortamini.
17 q.d. trahit secum magnū exercitum hominum: at [illegible] nobis longe maior exercitus angelorum: adeste nobis longe maior exercitus quàm qui est cū illo.
18 i. homines quorū vires sunt imbecilles.
19 Heb. ipse autem erat iuxta

Lachis, & vniuersum regnum eius cum eo. i. vniuersus populus regni eius cum eo. q.d. obsidebat Lachis ingenti exercitu. 20 Imponit vobis. Verbum Hebraicum hic significat [illegible] decipere. Propriè significat suadere, siue persuadere. 21 sub. Dei quo nitimini. Vtitur hic Sennacherib falsis pro veris, vt probet quod vult. neque enim [illegible] Ezechias altaria Dei, sed [illegible] idolorum.

22 Hebr. Coram altari (hoc) vno. 23 vel, regionum, quæ sub ab Assyriis deuictarum. 24 Heb valendo, * (vt diceretis) quod Deus. vel, vt Deus. 25 Nunc ergo, ne 26 Heb. neque persuadeat vobis sicut hoc, id est, tale quidpiam. 27 Hebr. non potuit vllus Deus omnium Gentium & regnorum eripere.
28 eripere.

no dicendo contra eum ad hunc modum.
30 vel, regionū sub. a maioribus meis deuictarū.
31 eripiet.
32 ... terræ regionis in qua colebantur ea idola.
33 vel, vociferati sunt ad Deum.
34 Heb. omnem potentem viribus. i. fortissimos quosque.
35 i. filii eius.
36 sub. aliorum.
37 Heb. deduxit eos à circuitu eorum q. d. sua misericordia ita seruauit eos, vt non timerent sibi ab iis qui erāt in circuitu eorū.
38 autem.
39 Heb. factus est (& existimatus) maximus.
40 In tempore illo.
41 vel, vsque ad mortem.
42 sub. Domino i. precatus Dominum vt scilicet daret ei signum.
43 vel, signum, siue, portentum.
44 iuxta retributionem super ipsum. i. beneficiorum acceptorum à Domino non est recordatus Ezechias, quamuis in eum multa contulisset Dominus.
45 sub. Dei.
46 Hebr. in superbia cordis sui i. postquam superbiuit, vel submissior factus est à superbia cordis sui.
47 & non venit.
48 & fecit.
49 aromatum.
50 Heb. desiderii. i. omnis supellectilis preciosæ.
52 vel, Apothecas, aut, horrea sub. fecit sibi.
53 Heb. præsepia (aut, stabula) omni bestiæ & bestiæ, & ordinat præsepibus. i. fecerat stabula in quibus habebat varia animalia.
51 i. & ea stabula dispositerat & collocarat certo quodam ordine.
54 exitum aquarum fontis Gihon superiorē, & recta deduxit eas subter &c. Gihon, nomen est fontis qui nō procul aberat ab vrbe Ierusalem.

17 Adhuc scripsit epistolas, in quibus blasphemauit Dominum Deum Israelis, 29 loquutusq; est contra eum, dicens, Sicut dii Gentium 30 terrarum non potuerunt liberare populum suum de manu mea, sic Deus Ezechiæ non 31 asseret populum suum de manu mea.

18 Clamaueruntque etiam voce magna Iudaicè contra populum Ierosolymitanum qui in muris [excubabāt,] vt terrerent eos, pauidosque redderent, sicq; vrbem caperent.

19 Loquutiq; sunt contra Deum Ierusalem, sicut contra deos populorum 32 terræ, qui erant opus manuum hominum.

20 Orauit ergo Ezechias rex & Iesaias filius Amoz propheta gratia huius rei, & 33 clamauerunt in cœlum.

21 Misit autem Dominus angelum, & perdidit 34 omnes heroes bellatores, duces & principes in castris regis Assyrii, reuersusq; est ipse cum ignominia in regionem suam: & ingressus est phanum Dei sui, vbi eum prostrauerunt gladio 35 hi qui de visceribus eius exierant.

22 Seruauit itaque Dominus Ezechiam, & ciues Ierosolymitanos à manu Sanherib regis Assyrii, & à manu 36 omnium, & 37 sustentauit eos circumquaque.

23 Multi 38 etiam attulerunt Ierosolyma munera Domino, dona quoque preciosa ipsi Ezechiæ regi Iehuda, & 39 euectus est post hæc coram omnibus [illis] gentibus.

24 40 Quodam verò tempore ægrotabat Ezechias 41 letaliter, & orauit ad Dominum, qui loquutus 42 ei, dedit 43 prodigium.

25 At Ezechias non rependit 44 iuxta hoc quod ei impensum erat, quia potius elatum est cor eius, ita vt 45 indignatio excitaretur contra Iehuda & Ierusalem.

26 Veruntamen submissior factus est Ezechias 46 quum elatum fuisset cor eius, vt se videlicet & ciues Ierosolymitani, 47 vt non veniret super eos indignatio Domini in diebus Ezechiæ.

27 Erat autem Ezechias opulentus, cui etiam accessit insignis gloria. 48 parauerat enim sibi thesauros argenti, auri, lapidum preciosorum, 49 odorum, clypeorum, omniumque vasorum 50 ex quibus voluptas capitur.

28 51 Repositoria insuper ad prouentum frumenti, vini & olei. 52 septa quoque pro omnis generis pecoribus, & 53 septa pro gregibus.

29 Parauit quoque sibi ciuitates, & pecudes, & boues, easque multos, quoniam Deus dederat ei substantiā valde multam.

30 Is Ezechias obstruxit 54 scaturigines aquarum Gihon superioris, & direxit eas deorsum ad Occidentem ciuitatis Dauidis, & prospere cessit Ezechiæ in omni opere suo.

31 55 Quūmque principes Babylonis misissent ad eum oratores interrogatum de portento quod fuerat in terra, dereliquit eum Deus, vt tentaret eum, 56 notumq; fieret quidquid fuit in corde eius.

32 Reliquum verum Ezechiæ, & 57 beneficentia eius, en hæc scripta sunt in prophetia Iesaiæ filii Amoz prophetæ, in libro regum Iehuda & Israelis.

33 Dormiuit itaque Ezechias cum patribus suis, & sepelierunt eum in sublimiori sepulchris filiorum Dauidis, gloriam ei exhibentes in morte sua omnis Iehuda & ciues Ierosolymitani, regnauitq; Manasses filius eius pro eo.

17 Epistolas quoque scripsit plenas blasphemiæ in Dominum Deum Israel, & locutus est aduersum eum, Sicut dii Gentium cæterarum non potuerunt liberare populum suum de manu mea, sic & Deus Ezechiæ eruere non poterit populum suum de manu ista.

18 Insuper & clamore magno, lingua Iudaica, contra populum qui sedebat in muris Ierusalem, personabat, vt terreret eos, & caperet ciuitatem.

19 Locutusq; est contra Deū Ierusalem sicut aduersum deos populorū terræ, opera manuū hominū. E
* Ierusalem.

20 Orauerunt igitur Ezechias rex, & Esaias filius Amos prophetes, aduersum hanc blasphemiā, ac vociferati sunt vsque in cœlum. Oratio Ezechiæ & Esaiæ.

21 Et misit Dominus angelum suum qui percussit omnem virum robustum, & bellatorem, & principem exercitus regis Assyriorum. Reuersusq; est cū ignominia in terram suam. Cúmque ingressus esset domum Dei sui, filii qui egressi fuerant de vtero eius, interfecerunt eum gladio. Angelus Assyrios percutit. Sennacherib à filiis suis occiditur.

22 Saluauitque Dominus Ezechiam & habitatores Ierusalem, de manu Sennacherib regis Assyriorum, & de manu omnium, & præstitit ei quietem per circuitum.

23 Multi etiam deferebant hostias, & sacrificia Domino in Ierusalem, & munera Ezechiæ regi Iuda: qui exaltatus est post hæc corā cunctis gētibus.

24 In diebus illis ægrotauit Ezechias vsque ad mortem, & orauit Dominum: exaudiuitque eum, & dedit ei signum. F
Ægrotat Ezechias.
4. Reg. 20. a
Esa. 38. a

25 Sed non iuxta beneficia quę acceperat, retribuit, quia eleuatū est cor eius: & facta est contra eū ira, & contra Iudam & Ierusalem. Ezechias ingratus in Deū.

26 Humiliatusq; est postea, eo quod exaltatū fuisset cor eius, tam ipse, quam habitatores Ierusalem: & idcirco non venit super eos ira Domini in diebus Ezechiæ.

27 Fuit autem Ezechias diues, & inclytus valde, & thesauros sibi plurimos congregauit argenti & auri & lapidis preciosi, aromatum, & armorum vniuersi generis, & vasorum magni precii. Diues Ezechias.

28 Apothecas quoque frumenti, vini & olei, & præsepia omnium iumentorum, caulásque pecorum, & vrbes * sex ædificauit sibi. G
* Deest.

29 Habebat quippe greges ouium & armentorum innumerabiles, eo quod dedisset ei Dominus substantiam multam nimis.

30 Ipse est Ezechias qui obturauit superiorem fontem aquarum Gihon, & auertit eas subter ad Occidentem Vrbis Dauid: in omnibus operibus suis fecit prosperè quæ voluit.

31 Attamen in legatione principum Babylonis, qui missi fuerant ad eum, vt interrogarent de portento quod acciderat super terram, dereliquit eum Deus vt tentaretur, & nota fierēt omnia quæ erant in corde eius. Derelictus à Deo Ezechias tentatur, & quare.

32 Reliqua autem sermonum Ezechiæ, & misericordiarum eius scripta sunt in visione Esaiæ filii Amos, prophetæ, & in Libro regum Iuda & Israel.

33 Dormiuitq; Ezechias cum patribus suis, & sepelierunt eum super sepulchra filiorum Dauid: & celebrauit eius exequias vniuersus Iuda, & omnes habitatores Ierusalem: regnauitq; Manasses filius eius pro eo. Moritur Ezechias, regnat Manasses.

CAPVT XXXIII.

1 Duodecim annos natus erat Manasses quum regnare cœpisset, regnauitque annis quinquaginta quinque Ierosolymis.

1 Duodecim annorū erat Manasses cum regnare cœpisset: & quinquaginta quinque annis regnauit in Ierusalem. A
4. Reg. 21. a.

2 Fecit

55 Heb. Et sic propter legatos (vel, interpretes, Gallicè, Les truchemans) principum Babylonis qui miserant (illos) ad eum vt quærerent portentum quod factum fuerat in ea regione sub. propter Ezechiam, vel, quod acciderat ... in illa regione, &c. 56 Heb. vt sciret. sub. Deus &c. vel, vt innotesceret quid haberet animo. 57 vel, misericordiæ.

Manasses instaurat excelsa quæ demolitus fuerat Ezechias.

2 Fecit autem malum coram Domino, iuxta abominationes Gentium, quas subuertit Dominus coram filiis Israel.

3 Et conuersus, instaurauit excelsa quæ demolitus fuerat Ezechias pater eius: construxitque aras baalim, & fecit lucos: & adorauit omnem militiam cæli, & coluit eam.

4 Ædificauit quoque altaria in domo Domini, de qua dixerat Dominus, In Ierusalem erit nomen meum in æternum.

5 Ædificauit autem ea cuncto exercitui cæli, in duobus atriis domus Domini.

2. Reg. 7. b
Duo atria.

6 Transireque fecit filios suos per ignem, in Valleben-ennom: obseruabat somnia, sectabatur auguria, maleficis artibus inseruiebat: habebat secum magos & incantatores: Multaque mala operatus est coram Domino, vt irritaret eum.

7 Sculptile quoque, & conflatile signum posuit in domo Dei, de qua locutus est Dominus ad Dauid, & ad Salomonem filium eius, dicens, In domo hac, & in Ierusalem quam elegi de cunctis tribubus Israel, ponam nomen meum in sempiternum.

Dei
2. Reg. 7. b
3. Reg. 6. b

8 Et mouere non faciam pedem Israel de terra quam tradidi patribus eorum: ita dumtaxat si custodierint facere quæ præcepi eis, cunctamque legem, & ceremonias atque iudicia quæ mandaui per manum Moysi.

9 Igitur Manasses seduxit Iudam & habitatores Ierusalem, vt facerent malum super omnes Gentes quas subuerterat Dominus à facie filiorum Israel.

10 Locutúsque est Dominus ad eum, & ad populum illius: & attendere noluerunt.

Manasses ducitur captiuus in Babylonem, & quare.

11 Idcirco superinduxit eis principes exercitus regis Assyriorum: ceperuntque Manassen, & vinctum catenis, atque compedibus duxerunt in Babylonem.

12 Qui postquam coangustatus est, orauit Dominum Deum suum: & egit pœnitentiam valde coram Deo patrum suorum.

Afflictus Manasses, fine intermissione orans exauditur.

13 Deprecatúsque est eum, & obsecrauit intente: & exaudiuit orationem eius, reduxitque eum Ierusalem in regnum suum, & cognouit Manasses quòd Dominus ipse esset Deus.

14 Post hæc ædificauit murum extra Ciuitatem Dauid, ad Occidentem Gihon, in conualle: ab introitu portæ piscium per circuitum vsque ad Ophel, & exaltauit illum vehementer: constituitque principes exercitus in cunctis ciuitatibus Iuda munitis.

15 Et abstulit deos alienos, & simulachrum de domo Domini: aras quoque quas fecerat in monte domus Domini, & in Ierusalem: & proiecit omnia extra vrbem.

16 Porro instaurauit altare Domini, & immolauit super illud victimas, & pacifica, & laudem, præcepitque Iudæ vt seruiret Domino Deo Israel.

Immolat Manasses victimas & laudes. Seruire Deo.

17 Attamen adhuc populus immolabat in excelsis Domino Deo suo.

18 Reliqua autem gestorum Manassæ: & obsecratio eius ad Deum suum: verba quoque videntium qui loquebantur ad eum in nomine Domini Dei Israel, continentur in sermonibus regum Israel.

19 Oratio quoque eius & exauditio, & cuncta peccata, atque contemptus, loca etiam in quibus ædificauit excelsa, & fecit lucos, & statuas antequam ageret pœnitentiam, scripta sunt in sermonibus Hozai.

Oratio Manasse.

Mortuo Manasse, regnat Amon impius.

20 Dormiuit ergo Manasses cum patribus suis, & sepelierunt eum in domo sua: regnauitque pro eo filius eius Ammon.

2 Designauit autem malum in oculis Domini iuxta abominandas res Gentium, quas exciderat Dominus ante filios Israelis.

3 Reædificauit enim excelsa quæ diruerat Ezechias pater eius, & excitauit aras baalim, & fecit lucos, adorauit omnem militiam cælorum, & coluit eam.

4 [1] Extruxit deinde aras, in æde Domini, [2] quum tamen Dominus dixisset, In Ierusalem erit nomen meum perpetuò.

5 Ædificauit quoque altaria vniuersæ [3] militiæ cælorum in duobus atriis ædis Domini.

6 Et traduxit filios suos per ignem in valle filiorum Hinnom: [4] erat mathematicus, veneficus, maleficus, pythonem consulebat, magiam exercebat, [in summa,] multa mala designauit in oculis Domini, quibus eum irritabat.

7 Posuit insuper sculptile simulachrum quod fecerat in ædem [5] Dei, [6] quum tamen Deus dixisset ad Dauidem & ad Salomonem filium eius, In æde ista, & in Ierusalem, quam elegi præ omnibus tribubus Israelis, ponam nomen meum in æternum,

8 Nec vltra auferam pedem Israelis de terra quam constitui patribus vestris, modo obseruent & faciant cuncta quæ præcepi eis [7] in vniuersa lege, ritibus atque iudiciis per Mosen.

9 Manasses itaque in errorem abduxit Iehudam, & ciues Hierosolymitanos, [8] vt malitia Gentes superarent, quas deleuit Dominus ante filios Israelis.

10 [9] Loquutus est autem Dominus ad Manassem, & ad populum eius: at non attenderunt.

11 Adduxit igitur Dominus contra eos principes exercitus regis Assyriorum, qui [10] ceperunt Manassem compedibus, vinxeruntque eum catenis duabus, ducentes eum in Babyloniam.

12 Quum verò in angustias adductus esset precatus est faciem Domini Dei sui, admodum submissus factus in conspectu Dei patrum suorum.

13 Quumque orasset eum, exauditus est: exaudiuit enim supplicationem eius, & reduxit eum Ierosolyma in regnum suum. tum cognouit Manasses quod Dominus esset Deus.

14 [11] Post hæc ædificauit murum exteriorem ciuitati Dauidis, ad Occidentem Gihon in valle, [12] & vbi itur ad portam piscium, [13] & circum Ophel, & valde altum fecit [14] eum: posuit quoque duces exercitus in omnibus ciuitatibus munitis per Iehudam.

15 Abstulit etiam deos alienos, & simulachra ex æde Domini, & cuncta altaria quæ extruxerat in monte ædis Domini, & in Ierusalem, proiecitque extra ciuitatem.

16 Reparauit item altare Domini, & immolauit super ipsum sacrificia pacificorum & gratiarum actionis: præcepitque ipsi Iehudæ, [15] vt seruirent Domino Deo Israelis.

17 Verumtamen populus adhuc sacrificabat in excelsis, [16] licet Domino Deo suo.

18 Reliquum gestorum Manassis, & oratio eius ad Deum suum, & sermones videntium qui ad eum sunt loquuti in nomine Domini Dei Israelis, en hæc scripta sunt in verbis regum Israelis.

19 Oratio quoque eius, & quomodo exauditus sit, omniaque peccata eius, transgressio eius, & loca in quibus ædificauerat excelsa, & lucos constituerat atque simulachra antequam se submitteret, en ista scripta sunt [17] in verbis videntium.

20 Dormiuit autem Manasses cum patribus suis, sepelieruntque eum [18] in domo sua, & regnauit Amon filius eius pro eo.

CAP. XXXIII.
1 sub. in honorē idolorum.
2 de qua dixerat Dominus,
3 Multitudinem stellarum intelligit per militiam cæli.
4 obseruabat tempora, augurabatur, & diuinationi vacabat.
5 vel est singulare pro plurali.
6 de qua dixerat Deus.
7 id est, vniuersam legem, & statuta & iudicia per Mosen. q. d. modo diligenter adimpleuerint omnia quæ præcepi illis per Mosen: omnia inquam quæ præcepi illis, id est vniuersam legem & statuta & iudicia.
8 Heb. vt face[rent] malum præ Gentibus,
9 sub. per prophetas
10 i. captū Manassen constrinxerunt compedib'.
11 nempe quum seruitute eos reliquit ... idolorum.
12 vel, qua itur ad portam piscium ita dicebatur quia per eam inferebantur pisces, aut ad eam vendebantur pisces.
13 Heb. & circuiuit ... Ophel. ... magna ... in Ierusalem.
14 sub. altitudinem relatiuum sine antecedente.
15 sub. postea relictis idolis,
16 dumtaxat.
17 i. in commentariis prophetarum vel, in sermonibus ... proprium prophetæ illius temporis, aut alterius viri.
18 i. in regia sua in horto regiæ, quia sceleratissimus rex, non fuit sepultus cum ... regibus.

21 Natus erat Amon viginti duos annos quum [17]regnare esset inaugaratus, regnauitq; duobus annis Ierosolymis.

22 Deformauit autem malum in oculis Domini, quemadmodum egerat Menasseh pater eius: nam omnibus sculptilibus quæ fecerat pater eius, sacrificauit Amon, & coluit ea.

23 Sed non est submissior factus [20] in conspectu Domini sicut Manasses pater eius submissus factus fuerat, quum Amon iste [21] auxit delictum.

24 Conspirarunt autem aduersus eum serui eius, interfeceruntq; eum in domo sua.

25 Populus autem terræ percusserunt omnes illos qui conspirauerant contra regem Amon, & constituerunt regem idem populus terræ Iosiam filium eius pro eo.

21 Viginti duorum annorum erat [a]cum regnare cœpisset: & duobus annis regnauit in Ierusalem.

22 Fecitq; malum in conspectu Domini, sicut fecerat Manasses pater eius: & cunctis idolis quæ Manasses fuerat fabricatus, immolauit, atque seruiuit.

23 Et non est reueritus faciem Domini, sicut reueritus est Manasses pater eius: & multo maiora deliquit.

24 Cúmq; coniurassent aduersus eum serui sui, interfecerunt eum in domo sua.

25 Porrò reliqua populi multitudo, cæsis iis qui Amon percusserant, cōstituit regem Iosiam filium eius pro eo.

CAPVT XXXIV.

1 OCto annos natus erat Iosias quum inciperet regnare, regnauitq; in Ierusalem annis triginta vnum.

2 Is rectum fecit in oculis Domini, & incessit in viis Dauidis patris sui: [3]non recessit neque ad dexteram, neque ad sinistram.

3 Octauo anno regni sui, quum adhuc puer esset, cœpit quærere Deum Dauidis patris sui: anno verò [a]duodecimo cœpit expurgare Iehudam & Ierusalem ab excelsis, lucis, sculptilibus & fusilibus.

4 Diruerúntq; [3]coram eo altaria [4]Baalim, [5]& simulachra quæ superiori ætate super illa fuerunt, demolitus est: lucos etiam, & sculptilia, & fusilia contriuit atque comminuit, & [6]sparsit super sepulchra eorum qui sacrificauerant eis.

5 Ossa quoque [7]sacerdotum combussit [8]in altaribus eorum, & mundauit [9]Iehudam & Ierusalem

6 Idem [fecit] in ciuitatibus Manasse, Ephraim, & Simeon vsq; in Naphthali in [10]desolatis locis eorum circumcirca.

7 Diruit itaque altaria atque lucos, & sculptilia comminuit & contriuit, cunctaq; [12]simulachra confregit per vniuersam terram Israelis, reuersúsq; est Ierosolymam.

8 Regni sui anno duodeuigesimo quum expurgasset terram atq; ædem, misit Saphan filium Azaliæ, & Maasiam præfectum vrbis, & Ioah filium Ioahaz [13]à memoria, vt instaurarent ædem Domini Dei sui.

9 Venientésq; ad Hilkiam sacerdotem magnum, [13]dederunt pecuniam quæ illata fuerat in ædem Dei, quam collegerant Leuitæ custodes liminis de manu [14]Manasse & Ephraim, atque ab vniuersis reliquiis Israelis, & ab omni Iehuda & Beniamin, reuersíq; [15]sunt Ierosolymam:

10 Dederunt [inquam] [16]in manum eorum qui faciendo operi in æde Domini inspectores constituti erant, qui dederunt eam facientibus opus, laborantibus in æde Domini, [17]instaurantibus sarta tecta ædis:

11 Dederunt inquam [18]artificibus & structoribus: vt compararent lapides excisos, & ligna [19]ad compages & axes domorum, quas vastauerant reges Iehudæ.

12 Viri autem hi ejusmodi, [20]faciebant opus bona fide: præpositíq; eis erant Iahath, Obadias, Leuitæ, de [21]filiis Merari. Zacharias & Mesullam, de filiis Cahathitarum: [a]qui sollicitarent opus: [22]sed & Leuitæ omnes qui eruditi erant in instrumentis musicis.

13 [23]Super bainlos verò & [24]sollicitatores omnium qui opus faciebant, & singula ministeria, ex Leuitis erant quidam & scribæ, ex præfectis & ianitoribus.

14 Quumque [25]efferrent pecuniam illatam in ædem Domini, inuenit Hilkias sacerdos librum legis Domini, [26]qui datus erat [27]ministerio Mosis.

15 [28]Respondens autem Hilkias, dixit Saphan scribæ, Librum legis inueni in æde Domini. Deditq; Hilkias librum ipsi Saphan.

1 OCto annorum erat Iosias cum regnare cœpisset: & triginta & vno anno regnauit in Ierusalem.

2 Fecitq; quod erat rectum in conspectu Domini, & ambulauit in viis Dauid patris sui: non declinauit neque ad dexteram, neque ad sinistram.

3 Octauo autem anno regni sui, cum adhuc esset puer, cœpit quærere Deum patris sui Dauid: & duodecimo anno postquam [a]regnare cœperat, mundauit Iudam & Ierusalem ab excelsis, & lucis, simulachrísq;, & sculptilibus.

4 Destruxerúntq; coram eo aras Baalim: & simulachra quæ superposita fuerant, demoliti sunt: lucos etiam, & sculptilia succidit atq; comminuit: & super [a]cumulos eorum qui eis immolare consueuerant, fragmenta dispersit.

5 Ossa præterea sacerdotum combussit in altaribus idolorum, mundauitq; Iudam & Ierusalem.

6 Sed & in vrbibus Manassæ, & Ephraim, & Simeon vsque Nephthali cuncta subuertit.

7 Cúmq; altaria dissipasset, & lucos, & sculptilia contriuisset in frusta, cunctaq; delubra demolitus esset de vniuersa terra Israel, reuersus est in Ierusalē.

8 Igitur anno octauo decimo regni sui, mundata iam terra, & templo Domini, misit Saphan filiū Eseliæ, & Maasiam principem ciuitatis, & Ioha filium Ioachaz à commentariis: vt instaurarent domum Domini Dei sui.

9 Qui venerunt ad Helciam sacerdotem magnū [b]acceptáq; ab eo pecunia, quæ illata fuerat in domum Domini, & quam congregauerant Leuitæ & ianitores de Manasse, & Ephraim, & vniuersis reliquiis Israel, ab omni quoque Iuda, & Beniamin, & habitatoribus Ierusalem,

10 Tradiderunt in manibus eorum qui præerāt operariis in domo Domini, vt instaurarēt templum, & infirma quæq; sarcirent.

11 At illi dederunt eam artificibus, & cæmentariis: vt emerent lapides de lapicidinis, & ligna ad commissuras ædificii, & ad contignationem domorum, quas destruxerant reges Iuda

12 Qui fideliter cuncta faciebant. Erant autem præpositi operantiū, Iahath & Abdias de filiis Merari: Zacharias & Mosollam de filiis Caath: qui vrgebāt opus: omnes Leuitæ scientes organis canere.

13 Super eos verò qui ad diuersos vsus onera portabant, erant scribæ & magistri de Leuitis, ianitores.

14 Cúmq; efferrent pecuniam quæ illata fuerat in templum Domini, reperit Helcias sacerdos librum legis Domini, [a]qui datus fuerat per manum Moysi.

15 Et ait ad Saphan Scribam, Librum legis inueni in domo Domini: & tradidit ei.

16 At ille

Amon.
Interficitur à seruis suis.
Iosias cōstituitur rex.
A
Iosias pius. 4. Reg. 22. a
Iosias quærit Deum, idola subuertit.
[a] *tumulos*
B
Iubet instaurari templum Domini.
[b] *acceptam ab eo pecuniam*
C
D
Deuteronomium reperitur in templo.

[17] regnare cœpit,
20 a conspectu
21 multiplicauit delictum i. multa scelera patrauit.
CAP. XXXIV.
2 sub. à viis Dauidis.
3 sub. regni sui. i. quum iam attigisset vicesimum annum.
3 i. eo spectante.
4 idolorum,
5 & simulachrorum factorum in honorem solis, quæ superposita erant illis (altaribus.)
6 sub. illa.
7 sub. qui coluerant iuda illa.
8 super aras eorum sub simulachrorum, vt sic illas contaminaret, nam id contaminabatur quod cadauer attigisset.
9 i. regionem, vel vrbes Iuda.
10 malleis suis.
11 simulachra in honorem Solis.
12 a commentariis,
13 Helcias scilicet & ministri eius
14 Hic pro tribubus ponuntur
15 erant
16 Heb. in manum facientium opus (i. architectorum) qui præpositi erant in domo Domini.
17 ad sarciendas ruinas, & ad instaurandum templum ipsum.
18 i. fabris ferrariis & fabris lignariis
19 ad commissuras [illegible], & ad contignandas domos, &c. [illegible]
20 [illegible] fideliter in ipso opere. sub. templi.
21 [illegible]
[a] qui vrgebant opus.
22 [illegible]
23 (Heb.) & super bainlos.

24 qui vrgebant omnes qui faciebant opus in singulis ministeriis. e Leuitis autem erant scribæ & præfecti & ianitores. 25 velut, [illegible] 26 [illegible] [illegible] 27 Heb. in manu. 28 Locutus est autem Helcias, dicens ad Saphan scribam.

Saphan affert librum ad regē.

16 At ille intulit volumen ad regē & nunciauit ei in domo Domini: & tradidit ei, dicens, Omnia quæ dedisti in manu seruorum tuorum, ecce complentur.

Rex audito Deuteronomio, magno terrore concussus, consulit Deum per prophetam.

17 Argentum quod repertum est in domo Domini, conflauerunt: datumq; est præfectis artificū, & diuersa opera fabricantium.

18 Præterea mihi tradidit Helkias sacerdos hunc librum.

19 Quem cum rege præsente recitasset, audissetque ille verba legis scidit vestimenta sua:

20 Et præcepit Helkiæ, & Ahicam filio Saphan, & Abdon filio Micha, Saphan quoque scribæ, & Asaæ seruo regis, dicens:

21 Ite, & orate Dominum pro me, & pro reliquiis Israel & Iuda, super vniuersis sermonibus libri
X istius qui repertus est: magnus enim furor Domini stillauit super nos, eo quòd non custodierint patres nostri verba Domini, vt facerent omnia quæ scripta sunt in isto volumine.

Olda prophetidis responsio.

22 Abiit ergo Helcias, & hi qui simul à rege missi fuerant, ad Oldam prophetidem, vxorem Sellum filii Thecuath, filii Haira custodis vestium: quæ habitabat in Ierusalem in Secunda: & locuti sunt ei verba quæ suprà narrauimus.

23 At illa respondit eis, Hæc dicit Dominus Deus Israel: Dicite viro qui misit vos ad me:

24 Hæc dicit Dominus, Ecce, ego inducam mala super locum istum, & super habitatores eius, cunctaq; maledicta quæ scripta sunt in libro hoc, quem legerunt coram rege Iuda.

25 Quia dereliquerunt me, & sacrificauerunt
Y diis alienis, vt me ad iracundiam prouocarent in cunctis operibus manuum suarum: idcirco stillabit furor meus super locum istum, & non extinguetur.

26 Ad regem autem Iuda, qui misit vos pro Domino deprecando, sic loquimini, Hæc dicit Dominus Deus Israel:

27 Quoniam audisti verba voluminis, atque emollitum est cor tuum, & humiliatus es in conspectu [a] Domini super his quæ dicta sunt contra locum hunc, & habitatores Ierusalem, reueritusq; faciem meam, scidisti vestiméta tua, & fleuisti coram me: ego quoque exaudiui te, dicit Dominus.

[a] Dei

Fletus regis.

28 Iam enim colligam te ad patres tuos, & inferêris in sepulchrum tuum in pace: nec videbūt oculi tui omne malum quod ego inducturus sum super locum istum, & super habitatores eius. ‖ retulerunt itaque regi cuncta quæ dixerat.

Iosias legit Deuteronomiū corā omni populo. *4. Reg. 23. a*

G 29 At ille conuocatis vniuersis maioribus natu Iuda, & Ierusalem,

30 Ascendit in domum Domini, vnàque omnes viri Iuda & habitatores Ierusalē, sacerdotes & Leuitæ, & cunctus populus a minimo vsque ad maximum. Quibus audientibus in domo Domini, legit rex omnia verba voluminis.

31 Et stans in tribunali suo, percussit fœdus coram Domino, vt ambularet post eum, & custodiret præcepta, & testimonia, & iustificationes eius in toto corde suo, & in tota anima sua, faceretque quæ scripta sunt in volumine illo quod legerat.

Percussit fœdus coram Domino

32 Adiurauit quoque super hoc omnes qui reperti fuerant in Ierusalem & Beniamin: & fecerunt habitatores Ierusalem iuxta pactum Domini Dei patrum suorum.

33 Abstulit ergo Iosias cunctas abominationes de vniuersis regionibus filiorum Israel: & fecit omnes qui residui erant in Israel, seruire Domino Deo suo. Cunctis diebus vitæ eius non recesserunt à Domino Deo patrum suorum.

16 *Saphan verò portauit librum ad regem: referens simul ad regem [29] negocium hisce verbis, Quidquid datum est in manum seruorum tuorum ipsi perficiunt.*

17 [30] *Conflabant autem pecuniam inuentam [31] in æde Domini, dederuntq; eam in manum [32] inspectorum, in que manum facientium opus*

18 *Indicauit præterea Saphan scriba, regi, dicens, Librum dedit mihi Hilkias sacerdos.*

19 *Legitq; in eo Saphan coram rege. Quum verò rex audisset verba legis, discidit vestimenta sua.*

20 *Præcepitq; rex Hilkiæ, & Ahicam filio Saphan, atque Abdon filio Michea, & Saphan scribæ, & Asaio seruo [33] regis, huiusmodi mandata:*

21 *Ite, consulite Dominum pro me, & pro reliquiis [34] Israelis & Iehuda super verbis libri qui est inuentus: quoniam magnus est furor Domini, qui conflatus est contra nos, eo quod patres nostri non custodierunt verbum Domini, vt agerent iuxta omnia quæ scripta sunt in libro isto.*

22 *Abiit itaque Hilkias [35] & quibus rex [mandauerat] ad Huldam prophetissam, vxorem Sallum filii Tocbath, filii Hasra custodis [36] vestium, (habitabat [37] enim illa Ierosolymis [38] in secunda [parte,]) & loquuti sunt ad eam [39] ad hunc modum.*

23 *Dixit autem illa, Sic dicit Dominus Deus Israelis, Dicite viro qui misit vos ad me:*

24 *Sic dicit Dominus, Ecce ego [40] adduco malum super locum istum, & super habitatores illius omnes maledictiones, quæ sunt scriptæ in libro quem legerunt coram rege Iehuda.*

25 *Eo quod dereliquerunt me, & adoleuerunt diis aliis, vt me prouocarent in cunctis operibus manuum suarum: vnde & furor meus [41] stillabit super locum istum, nec [42] consîdebit.*

26 *Ad regem autem Iehuda qui misit vos ad consulendum Dominum, sic dicetis inquam ad eum, Sic dicit Dominus Deus Israelis:*

27 [43] *Quando quidem [propter] verba quæ audisti, cor tuum molle est factum, & submissus factus es in conspectu Dei, quum [44] audiuisti [45] verba eius super locum istum, & super habitatores eius: submissus factus es [inquam] coram me, & discidisti vestimenta tua, atque fleuisti in conspectu meo, [46] audiui & ego, dicit Dominus.*

28 *Ecce ego [47] colligam te ad patres tuos, colligerisq; [48] iuxta sepulchra tua [49] in pace, nec videbunt oculi tui [50] omne malum quod ego [51] induco super locum istum, atq; super habitatores eius. Illi ergo retulerunt regi [52] sermonem.*

29 [53] *Misit ergo rex & congregauit omnes seniores in Iehuda, & Ierusalem,*

30 [54] *Ascenditque rex in ædem Domini, simul cum omnes viri Iehuda & ciues Ierosolymitani: [55] sed & sacerdotes & Leuitæ, & omnis populus à maiore ad minorem vsq; & legit in auribus eorum omnia verba libri fœderis huius inuenti in æde Domini.*

31 *Stetitq; rex in statione sua, & pepigit fœdus coram Domino, [56] vt ambularent post Dominum, [57] vtq; custodirent præcepta eius, testimonia eius, & statuta eius in toto corde suo, atque in tota anima sua, [58] & facerent verba fœderis huius, quæ scripta sunt in libro isto.*

32 [59] *Fecit etiam stare [vallo,] quicunque Ierosolymis & in Beniamin erant: [60] fecerunt habitatores Ierosolymitani [60] fœdus Dei, Dei [inquam] patrum suorum.*

33 *Abstulit quoque Iosias [61] omnes abominationes ex omnibus terris filiorum Israelis, & [62] transfulit cunctos qui reperti erant in Israele, [63] vt seruirent Domino Deo suo: nec recesserunt a Domino Deo patrum suorum cunctis diebus eius.*

29 vel, respōsum

30 vel, Curarunt autem fundendam

31 sub. quæ inuenta fuerat.

32 constitutorū. i. eorum qui erāt præpositi.

33 i. suo. Antecedens pro relatiuo.

34 Per Israelem, decem tantum tribus intelligit.

35 Hebr. & quē (erant) regis. i. ministri regis.

36 sub. sacerdotalium vel vt aliā volūt regiarum.

37 autem

38 Heb. in schola. vel, in loco secundæ dignitatis à templo: quo loco dabatur opera eruditioni & disciplinæ. Chald. paraph. in domo disciplinæ.

39 i. talia quæ dicta sunt.

40 vel, adducturus sum

41 liquefact° est

42 vel, extinguetur.

43 Heb. (nempe) verba quæ audies, (sub. ô rex,) Propterea quod cor tuū &c. Prius alloquebatur eos qui missi erant à rege: deinde conuertit orationem suam ad regē, &c.

44 audisses

45 i. comminationem.

46 sub. orationē tuam.

47 sub. morte

48 i. ad vnū e sepulchris tuis. Vel veteris; sunt alii, propter magnitudinem sepulchri.

49 q. d. antequā adueniā afflictionem illam quam adducturus sum.

50 i. vllam afflictionem, siue aliquid calamitatis eius magnæ quā ego &c.

51 adducturus sum

52 vel, responsum. sub. prophetissæ.

53 sub. nuncios

54 Ascenditque.

55 Heb. & sacerdotes. Aut redidit δ, aut, pro id est; illum est.

56 Heb. ad ambulandum post Dominum, siue ad implendo legem Domini. vel, vt ambularet

57 deque custodiendo. vel, vt custodiret

58 vt faceret

59 Heb. Et statuit, vel stare fecit. sub. in loco suo, aut in statione.

60 iuxta fœdus.

61 sub. quæ remanserant.

62 subiugauit. vel, fecit

63 ... quotquot inuenit in terra Israel, q. d. non tantum Iudæos, sed etiam quotquot ... coegit seruire Deo &c.

64 item.

CAPVT XXXV.

1 FEcit autem Iosias Ierosolymis Pasa Domino, mactaruntque Pasa decima quarta mensis primi.

2 Et constituit sacerdotes in custodiis suis, confirmauitque eos in ministerio adis Domini.

3 Ait autem ad Leuitas, qui erudiebant omnem Israelem, quique sancti erant Domino, Ponite arcam sanctitatis in domo quam ædificauit Salomon filius Dauidis rex Israelis, ne [sit] vobis onus in humeris: nunc [ergo] seruite Domino Deo vestro, & populo eius Israeli.

4 Preparate [vos] secundum domos patrum vestrorum in ordinibus vestris, iuxta præscriptum Dauidis regis Israelis, & secundum scriptum Salomonis filii eius.

5 State in sanctitate secundum distinctionem domus patrum, iuxta fratres vestros filios populi, in ordine domus patrum Leuitarum.

6 Immolate Pasa, sanctificamini atque præparate fratres vestros, vt faciant iuxta verbum Domini per Mosen.

7 Segregauit autem [ex munificentia] Iosias filiis populi oues, agnos & hædos caprarum, omnia ad Pasa, pro omni eo qui præsens erat, numero triginta millia, boum autem tria millia, atque de substantia regis.

8 Principes quoque eius sponte populo & sacerdotibus atque Leuitis segregauerunt: Hilkias, Zacharias atque Iehiel principes adis Dei, dederunt sacerdotibus ad paschales hostias duo millia & sexcenta [pecudum,] boum vero trecentos.

9 Chonanias autem & Semaias & Nethaneel fratres eius, atque Hasabias, Iehiel, & Iosabad principes Leuitarum segregauerunt pro Leuitis hostias paschales [pecudum] quinque millia, & quingentos boues.

10 Parato itaque ministerio, steterunt sacerdotes in statione sua, Leuitæ quoque in suis ordinibus iuxta mandatum regis.

11 Et immolauerunt Pasa, & sparserunt sacerdotes [sanguinem acceptum] de manu Leuitarum, Leuitæ vero expoliabant.

12 Sustulerunt autem holocaustum, vt darent ea ordinibus secundum domos patrum ex filiis populi, adducerentque Domino quemadmodum scriptum est in libro Mosis, eodem modo cum bobus.

13 Coxerunt quoque Pasa igne iuxta morem, quæ vero sanctificata fuerunt, coxerunt in ollis, aheniis & caldariis, & festinatò [distribuerunt] omnibus filiis populi.

14 Deinde parauerunt sibi & sacerdotibus, nam sacerdotes, filii scilicet Aharonis, in sacrificando holocausta & adipibus [occupati erant] ad noctem vsque, parauerunt ergo Leuitæ sibi & sacerdotibus filiis Aharonis.

15 Cantores denique filii Asaph erant in statione sua iuxta præceptum Dauidis, Asaph, Heman & Ieduthun videntis regis. Et ianitores erant ad singulas portas, nec licebat eis recedere de ministerio suo, quo circa fratres eorum Leuitæ parauerunt eis cibos.

16 Paratum itaque est omne ministerium Domini in die illa, vt Pasa, & sacrificarent holocausta super aram Domini, iuxta præceptum regis Iosiæ.

17 Fecerunt ergo filii Israel qui præsentes erant Pasa tempore illo, & festum dierum azymorum septem diebus.

1 FEcit autem Iosias in Ierusalem Phase Domino, quod immolatum est quarta decima die mensis primi. A

Iosias celebrat Phase.

4. Reg. 23. a

3. Esd. 1. a

2 Et constituit sacerdotes in officiis suis: hortatusque est eos, vt ministrarent in domo Domini.

3 Leuitis quoque, ad quorum eruditionem omnis Israel sanctificabatur Domino, locutus est, Ponite arcam in sanctuario templi, quod ædificauit Salomon filius Dauid rex Israel: nequaquam enim eam vltra portabitis: nunc ergo ministrate Domino Deo vestro, & populo eius Israel:

autem,

4 Et præparate vos per domos & cognationes vestras in diuisionibus singulorum, sicut præcepit Dauid rex Israel, & descripsit Salomon filius eius:

5 Et ministrate in sanctuario eius per familias turmasque Leuiticas,

6 Et sanctificati immolate Phase: fratres etiam vestros, vt possint iuxta verba quæ locutus est Dominus in manu Moysi facere, præparate.

7 Dedit præterea Iosias omni populo qui ibi fuerat inuentus in solennitate Phase, agnos & hædos de gregibus, & reliqui pecoris triginta millia, boum quoque tria millia: hæc de regis vniuersa substantia.

8 Duces quoque eius sponte quod vouerant, obtulerunt, tam populo quam sacerdotibus & Leuitis. Porrò Helcias & Zacharias & Iahiel principes domus Domini, dederunt sacerdotibus ad faciendum phase, pecora commixtim duo millia sexcenta, & boues trecentos. B

Dei

9 Chonenias autem, & Semeias etiam, & Nathanael fratres eius, necnon Hasabias, & Iehiel, & Iozabad, principes Leuitarum, dederunt cæteris Leuitis ad celebrandum phase quinque millia pecorum & boues quingentos.

10 Præparatumque est ministerium, & steterunt sacerdotes in officio suo: Leuitæ quoque in turmis iuxta regis imperium.

11 Et immolatum est phase: aspergeruntque sacerdotes manu sua sanguinem: & Leuitæ detraxerunt pelles holocaustorum,

12 Et separauerunt ea vt darent per domos & familias singulorum, & offerrentur Domino, sicut scriptum est in libro Moysi. de bobus quoque fecerunt similiter.

13 Et assauerunt phase super ignem, iuxta quod in lege scriptum est: pacificas verò hostias coxerunt in lebetibus, & cacabis, & ollis: & festinatò distribuerunt vniuersæ plebi.

14 Sibi autem, & sacerdotibus postea parauerunt. Nam in oblatione holocaustorum & adipum, vsque ad noctem sacerdotes fuerunt occupati: vnde Leuitæ sibi, & sacerdotibus filiis Aaron parauerunt nouissimis. C

15 Porrò cantores filii Asaph stabant in ordine suo, iuxta præceptum Dauid, & Asaph, & Heman, & Idithun prophetarum regis Dauid: ianitores verò per portas singulas obseruabant, ita vt nec punctò quidem discederent a ministerio: quam ob rem & fratres eorum Leuitæ parauerunt eis cibos.

prophetæ

16 Omnis igitur cultura Domini rite completa est in die illa, vt facerent phase, & offerrent holocausta super altare Domini, iuxta præceptum regis Iosiæ.

17 Feceruntque filii Israel qui reperti fuerant ibi, phase in tempore illo, & Solennitatem azymorum septem diebus. 18 Non

CAP. XXXV.
1 non (erit) sobis onus in humeris. sub. vestris q.d. posthac non erit vobis ferenda humeris, vt antea.
2 sub canticis.
3 sub. mactando victimas oblatas ab eo.
4 vel, iuxta classes vestras.
5 in sanctuario. vel, statione sancta.
6 classes (vel diuisiones) familiarum
7 fratrum vestrorum filiorum populi. Alii manus artic. vestri, fratribus vestris [illegible] populi
[illegible] [illegible] (secundum) diuisionem domus patrum [illegible]
[illegible] [illegible] &c.
[illegible] [illegible]
10 sub. datum.
11 Obtulit
12 [illegible] in victimas paschales.
13 [illegible] sub. omnia, quæ fuerunt de opibus regis.
14 Item cum libe[ralitate] [illegible]
16 & vltro.
15 obtulerant. vel, largiti sunt:
18 Ita cohibuit particulariter, quæ dixerat in genere.
17 largiti sunt (vel, obtulerunt) Leuitis pro victimis paschalibus.
18 id est, Præparatis iis quæ erat necessaria ad celebritatem paschæ.
19 vel, agnū paschalem. i. victimas paschales. singulare pro plurali.
20 Leuitæ enim mactabant victimas, & sanguinē excipiebant, quē deinde tradebant sacerdotibus ipsum aspersuris super altare.
21 detrahebant pelles sub. victimarum quas offerebant sacerdotes.

22 Absoluerunt autem (illa de) holocausto, &c. Remouerunt inquam illa pecudes, agnos, &c. hoc est, Non obtulerunt in holocaustum pecudes, agnos, hædos, & boues quos populo dederant Iosias & principes. non autem vult significare, in hac celebritate cessasse holocaustum, vt patebit paulo post.

23 vel, classibus 24 filiorum 25 offerentque sub. [illegible]

26 & sic (fecerunt) de bobus, quasi dicat, non fecerunt de bobus holocausta, sed eos tradiderunt populo.

27 Assauerunt. Vox Hebræa, in omnibus Sacræ Scripturæ locis significat elixare præterquam hic, vbi assare significat.

28 Agnos paschales. 29 hostias consecratas Deo. 30 plebeiis. 31 q.d. Postea quam assauerunt agnos paschales & alias victimas cum [illegible] parauerunt sibi escam. 32 [illegible] 33 sub. escam. 34 vel, propheta. 35 [illegible] sub. cibos.

18 Non fuit Phase simile huic in Israel à diebus Samuelis prophetæ: sed nec quisquam de cunctis regibus Israel fecit Phase sicut Josias, sacerdotibus, & Leuitis & omni Judæ, & Israel qui repertus fuerat, & habitantibus in Jerusalem.

Josias nolens acquiescere Nechao regi verba Dei loquenti vulneratus interit.
4. Reg. 23. f.

19 Octauo decimo anno regni Josiæ: hoc Phase celebratum est.

20 Postquam instaurauerat Josias templum, ascendit Nechao rex Ægypti ad pugnandum in Charcamis iuxta Euphráten: & processit in occursum eius Josias.

D

21 At ille missis ad eum nunciis, ait, Quid mihi & tibi est rex Iuda? non aduersum te hodie venio, sed contra aliam pugno domum, ad quam me Deus festinatò ire præcepit: desine aduersum Deum facere: qui mecum est, ne interficiat te.

22 Noluit Josias reuerti, sed præparauit contra eum bellum: nec acquieuit sermonibus Nechao ex ore Dei: verum perrexit vt dimicaret in campo Mageddo.

Zach. 12. d.

23 Ibique vulneratus à sagittariis, dixit pueris suis, Educite me de prælio, quia oppidò vulneratus sum.

24 Qui transtulerunt eum de curru in alterum currum, qui sequebatur eum more regio: & asportauerunt eum in Jerusalem, mortuusq; est: & sepultus in mausoleo patrum suorum: & vniuersus Juda & Jerusalem luxerunt eum.

Populus luget Josiam.

25 Jeremias maximè: cuius omnes cantores atq; cantatrices, vsq; in præsentẽ diem lamentationes super Josiam replicant, & quasi lex obtinuit in Israel: Ecce scriptum fertur in lamentationibus.

26 Reliqua autem sermonum Josiæ & misericordiarum eius, quæ lege præcepta sunt Domini. Opera quoq; illius prima & nouissima, scripta sunt in Libro regum Juda & Israel.

Israel & Jehuda.

18 *Et non est factum tale Pasa in Israele, à diebus Samuelis prophetæ, quin nullus regum Israelis tale Pasa fecerat, quale fecit Josias, & sacerdotes, & Leuitæ & omnis Jehuda ac Israel qui[36] præsentes erant, vna cum ciuibus Jerosólymitanis.*

19 *Anno decimo octauo regni Josiæ[37] factum est Pasa illud.*

20 *Post omnia ista quum Josias præparasset[38] domum ascendit Necho rex Ægypti, vt bellum gereret in[39] Charchemis ad Euphraten, egressusq; est Josias obuiã ei.*

21[40] *Qui mittens ad eum legatos, ait.*[41] *Quid negotii mihi tecum est rex Jehuda?*[42] *ne sis hodie contra te,*[43] *nam contra domum bellum meum. & Deus dixit vt festinarem,*[44] *caue tibi à Deo, qui mihi adest, ne te perdat.*

22 *At non reflexit Josias faciem suam ab eo, quin potius prælio eum adgressurus*[45] *mutauit habitum: nec obtemperauit sermonibus Necho*[46] *ex ore Dei, & profectus est cum eo pugnaturus in campo Megiddo.*

23 *Jaculatores autem petierunt regem Josiam sagitta, dixitq; rex seruis suis,*[47] *transferte me, quoniam vehementer saucius sum.*

24 *Transtulerunt igitur eum serui sui de*[48] *curru, imposuerunt eum currui secundo quem habebat, veneruntq; cum Jerosólymam: mortuus autem est & sepultus*[49] *in sepulchro patrum suorum, omnisq; Jehuda & Ierusalem*[50] *luxerunt Josiam.*

25[51] *Composuit autem Jeremias lugubre carmen de Josia, quod cecinerũt omnes cantores & cantatrices in lamentationibus suis propter Josiam vsq; hodie:*[52] *quin & morem hunc instituerunt in Israele. Et scripta sunt*[53] *hæc*[54] *in lamentationibus.*

26 *Reliquum verum Josiæ, &*[55] *beneficentia eius secundum quod scriptum est in lege Domini. Verba quoq; eius tum priora tum posteriora, ecce hæc scripta sunt in libro regum Israelis & Jehuda.*

35 sub. Ierosolymis. 37 .i. celebrata est celebritas illa paschalis. 38 .i. templũ Domini. 39 Hæc vrbs nõ procul sita à Euphrate, erat Assyriorum, in quam pugnaturus erat Necho. Verba autem Iosias ne Necho per Iudæam iter faciens, ipsum occuparet. 40 sub. Pharao Necho. 41 He. Quid mihi & tibi &c. q. d. Quid mihi in hac re commune est tecum? non transeo per regionem tuam vt tibi inferam bellum. 42 nequaquã contra te hodie. sub. dimicaturus sum. Hebraice legitur, nõ contra te, te ipsum hodie. 43 Heb. sed contra familiam belli mei. i. mihi inimicam, contra quã bellum gero. 44 desine. desiste. q. d. non gera bellũ aduersum te. Prætere. ea vice, ne resistere velis Deo, a quo missus contra regem Assyriorum: noli resistere Deo qui mecum est. 45 Gallicè, Il se desguisa. 46 .i. quæ profecta erant ex ore Dei. 47 vel, Educite me. sub. hinc. 48 sub. illo de quo pugnabat. 49 .i. in sepulchro sumptuosissimo & pulcherrimo. vel, in vno sepulchrorum. 50 vel, lugebãt suo, erant in luctu magno propter Iosiam. 51 Hebr. Et lamentatus est Ieremias propter Iosiam: dixeruntque omnes cantores & cantatrices in lamẽtationibus suis super Iosiam. i. memineru[illegible] Iosiæ. 52 Heb. & tribuerunt illas (lamẽtationes) in statutum. vel consuetudinem [illegible] mos [illegible] postea [illegible] lamentationes cãtare celebra-

CAPVT XXXVI.

A

Succedit Joachaz, qui ducitur in Ægyptũ.
4. Regum 23. f.

1 Tulit ergo populus terræ, Joachaz filium Josiæ, & constituit regem pro patre suo in Jerusalem.

Dimouetur è regno.

2 Viginti trium annorum erat Joachaz cum regnare cœpisset: & tribus mensibus regnauit in Jerusalem.

3 Amouit autem eum rex Ægypti cum venisset in Jerusalem, & condemnauit terram, centum talentis argenti & talento auri.

Constituitur Eliacim qui & Joacim.
Matth. 1. b.

4 Constituitq; pro eo regem, Eliacim fratrem eius, super Judam & Jerusalem: & vertit nomen eius Joacim. ipsum verò Joachaz tulit secum, & abduxit in Ægyptum.

5 Viginti quinq; annorum erat Joacim cum regnare cœpisset, & vndecim annis regnauit in Jerusalem: fecitq; malum coram Domino Deo suo.

B

Abducitur in Babylonem.

6 Contra hunc ascendit Nabuchodonosor rex Chaldæorũ: & vinctum catenis duxit in Babylonẽ.

7 Ad quam & vasa Domini transtulit, & posuit ea in templo suo.

inuenta.

8 Reliqua autem verborum Joacim, & abominationum eius quas operatus est, & quæ[*] inuenta sunt in eo, continentur in libro regũ Juda & Israel. regnauit autem Joachin filius eius pro eo.

Joachin abductus in Babylonẽ surrogatur Sedecias.

9 Octo annorum erat Joachin cum regnare cœpisset: & tribus mensibus, ac decem diebus regnauit in Jerusalem, fecitq; malum in conspectu Domini.

1 *Tulit autem popul[us] terræ Iehoahaz filium Iosiæ, constitueruntque eum regem pro patre suo in Ierusalem.*

2 *Viginti annos natus erat Iehoahaz quum cœpisset regnare, & regnauit*[1] *tribus mensibus Ierosolymis.*

3 *Quem [regno] mouit rex Ægypti*[2] *in Ierusalem,*[3] *& imposuit mulctam super terram, argenti centum talenta, & auri vnum.*

4 *Constituit autem rex Ægypti ipsum Eliakim fratrem*[3] *eius regem super Jehudam &*[4] *Ierusalem, mutauitq; ei nomen Jehoiakim, Ioahaz autem fratrẽ eius, tulit Necho, & duxit eum in Ægyptum.*

5 *Jehoiakim quum*[5] *regno inaugurateretur, natus erat viginti quinq; annos, regnauitq; Jerosolymis annis vndecim, & designauit malum in oculis Domini Dei sui.*

6 *Ascendit ergo contra eum Nebucadnezar rex Babylonis, vinxitq; eum catenis duabus, vt duceret eum in Babylonem.*

7[6] *De vasis quoq; ædis Domini intulit Nebucadnezar in Babylonem, & reposuit ea in phano suo in Babylone.*

8 *Porrò reliqua gesta Jehoiakim, &*[7] *abominationes quas fecit, quodq;*[8] *in eo inuentum est, ecce hæc scripta sunt in libro regum Israelis & Jehuda, regnauitq; Jehoiachin filius eius pro eo.*

9[9] *Octo annos erat natus Jehoiachin quum*[10] *inaugurateretur regno:*[11] *regnauitque tribus mensibus & decem diebus in Jerusalem, & designauit malum in oculis Domini.*

re. 53 Id est, ea verba lamentationum. 54 In (libro) lamentationum. 55 vel, misericordiæ. Intelligit beneficia quæ contulit in subditos suos & alios, iuxta id quod scriptum est in lege Domini. CAPVT XXXVI. 1 Tertio mense à morte Iosiæ rex Necho potitus est vrbe Ierusalem: non mirum igitur si Ioahas dicitur regnasse tantum tribus mensibus: nam captus est à Necho. 2 Vel subaudiendum aliquid cuiusmodi, ne regnaret in Ierosolymis. Aut in Ierusalem, significat, quum potitus esset vrbe Ierosolymitana, quum iam esset in Ierusalem. 3 sub. Ioahas. 4 Addidit Ierusalem, quod esset præcipua sedes regni. 5 regnare cœpisset. 6 id est, De supellectile. 7 cultum idolorum & defectionem à vero Deo intelligit. 8 vel, super eum, id est, in corpore eius, quum iam mortuus esset. Intelligunt stigmata quædam impressa corpori eius qualia imprimere solent impostores hominibus credulis & superstitiosis [illegible] imprimere notas idolorum quibus seruiebant. Sic etiam Indi nostri temporis solent sibi quædam imprimere. 9 Capite 24. quarti Regum, dicitur illum natum fuisse annos octodecim, quum regnare cœpisset. Doctores Hebræi dicunt Iehoiachin regnasse cum patre decem annos: & sine patre [illegible] tres menses. Natus igitur erat octodecim annos quũ regnare cœpisset solus, vt dicitur in libris Regum. tantum illic non adduntur decem dies quos hic author adscripsit, quod tam paruo tempore, hic regnasset [illegible] quod id prætermissum esset in Regibus. 10 regnare cœpisset. sub. cum patre. 11 sub. post mortem patris.

10 [12] Verso to anni misit rex Nebucadnezar, & duxit eum in Babylonē, [13] vnà cum desiderabilib' vasis domus Domini, constituitq; Zedekiam [14] fratrem eius regem super Jehudam & Jerusalem.

11 Erat autem Zedekias quum [15] regno inauguraretur, natus viginti vnum annos, regnauitq; [16] in Jerusalem vndecim annos.

12 Et [17] designauit malum in oculis Domini Dei sui, [18] nec sese submisit coram Jeremia propheta [qui loquebatur] ex ore Dei.

13 Quin & aduersus regem Nebucadnezar rebellis fuit, [19] qui eum sacramento Dei adegerat: sed sic indurauit ceruicem suam, & [20] obfirmauit cor suum, vt nō reuerteretur ad Dominum Deum Israelis.

14 Sed & omnes [21] principes sacerdotes, & populus ipse auxerunt præuaricationem præuaricantes iuxta cunctas abominationes Gentiū, & inquinarunt domum Domini, quam [22] sanctificauerat in Jerusalem.

15 Misit autem Dominus Deus patrum eorum [23] ad eos mane surgendo & nuncios suos mittendo: quoniam parcere [cupiebat] populo suo, atque habitaculo suo.

16 At illi subsannabant [24] nuncios Dei, & contemnebant verba eius: illudentes prophetis eius, donec ascenderet furor Domini aduersus populum suum, [25] & donec nullum esset remedium.

17 Adduxit enim contra eos regem Chaldæorum, qui occidit iuuenes eorum gladio [26] in domo sanctuarii eorū, & non pepercit vlli iuueni, nec virgini, nec seni, nec decrepito, omnes [27] tradidit in manum eius.

18 Omnia deniq; vasa domus Dei, magna & parua, thesauros domus Domini, thesaurosq; regis [28] & principum eius: omnia tulit Babylonem.

19 Et combusserunt domum Dei atque confregerunt murum Jerusalem, & [29] omnia palatia eius combusserunt igni, [30] vastatis omnibus vasis eius desiderabilibus.

20 Quod reliquum fuit è gladio, transtulit Babylonem, factiq; sunt [31] ei & filiis eius serui, [32] vsq; dum Persa potiebatur regno:

21 Vt impleretur verbum Domini [33] in ore Ieremiæ, donec [34] placitum esset terra in sabbathis suis: cunctis enim annis desolationis quieuit egitq; [35] donec impleretur septuaginta [36] anni.

22 [37] Anno autē primo Cyri regis Persarum, [38] quum consummatum esset verbum Domini [prolatum] per os Ieremiæ, excitauit Dominus [39] spiritum Cyri regis Persarum, [40] qui edictum diuulgauit per totum regnum suū, [41] idq; scripto in hanc sententiam:

23 Sic dicit Cyrus [42] rex Persarum, Omnia regna [43] terræ dedit mihi Dominus Deus cælorum, & ipse [44] commisit mihi vt ædificem ei [45] ædē in Ierusalem quæ est in Jehuda: [46] quicunq; ergo in vobis est de vniuerso populo eius, [47] sit Dominus Deus cum eo, [48] atq; ascendat.

10 Cumq; anni circulus volueretur, misit Nabuchodonosor rex nuncios, qui & adduxerunt eum in Babylonem, asportatis simul preciosissimis vasis domus Domini. Regem verò constituit Sedekiam patruum eius super Judam & Jerusalem.

11 Viginti & vnius anni erat Sedekias cum regnare cœpisset: & vndecim annis regnauit in Jerusalem.

12 Fecitq; malum in oculis Domini Dei sui: nec erubuit faciem Jeremiæ prophetæ loquentis ad se ex ore Domini.

13 A rege quoq; Nabuchodonosor recessit, qui adiurauerat eum per Deum: & indurauit ceruicem suam & cor, vt non reuerteretur ad Dominum Deum Israel.

14 Sed & vniuersi principes sacerdotum, & populus, præuaricati sunt iniquè iuxta vniuersas abominationes Gentium: & polluerunt domum Domini, quam sanctificauerat sibi in Jerusalem.

15 Mittebat autem Dominus Deus patrum suorum ad illos, per manum nunciorum suorum, de nocte consurgens, & quotidie cōmonens: eo quòd parceret populo & habitaculo suo.

16 At illi subsannabant nuncios Dei, & paruipendebant sermones eius, illudebantq; prophetis: donec ascenderet furor Domini in populum eius, & esset nulla curatio.

17 Adduxit enim super eos regem Chaldæorum, & interfecit iuuenes eorum gladio, in domo sanctuarii sui: non est misertus adolescentis, & virginis, & senis, nec decrepiti quidem: sed omnes tradidit in manibus eius.

18 Vniuersaq; vasa domus Domini tam maiora, quam minora, & thesauros templi, & regis, & principum transtulit in Babylonem.

19 Incenderūt hostes domum Dei, destruxerūtq; murum Ierusalem: vniuersos turres combusserunt, & quicquid preciosum fuerat, demoliti sunt.

20 Siquis euaserat gladium, ductus in Babylonem seruiuit regi & filiis eius, donec imperaret rex Persarum.

21 Et compleretur sermo Domini ex ore Jeremiæ: & celebraret terra sabbatha sua: cunctis enim diebus desolationis egit sabbathum, vsq; dum complerentur septuaginta anni.

22 Anno autem primo Cyri regis Persarum, ad explendum sermonem Domini, quem locutus fuerat per os Jeremiæ, suscitauit Dominus spiritū Cyri regis Persarum: qui iussit prædicari in vniuerso regno suo, etiam per scripturam dicens:

23 Hæc dicit Cyrus rex Persarum, Omnia regna terræ dedit mihi Dominus Deus cœli: & ipse præcepit mihi vt ædificarem ei domum in Jerusalem, quæ est in Judæa: quis ex vobis est in omni populo eius? sit Dominus Deus suus cum eo, & ascendat.

4. Reg. 24. & Ier. 37. a.

fratrem

c Ier. 39. a.

Deum sollicitè monentem per nuncios contēnit populus.

Ierusalem & templum destruuntur, & populus ducitur in Babylonem. D

Cyrus remittit populum in Jerusalem. Ier. 25. c. & 29. c. 1. Esdr. 1. a.

12 in reuolutione anni. vel, Post reuolutionē illius anni: reuolutio anno 2 captiuitate Iehoiachin.
13 i. vas cū preciosissima suppellectile tēpli, quæ habebatur in magno precio.
14 i. patruum eius, vt est in Regibus. Late enim patet fratris significatio apud Hebræos.
15 regnare inciperet.
16 i. super Iudā & Beniamin.
17 Hoc de idololatria intelligendum.
18 q. d. non egit pœnitentiam exhortante eum & admonente Ieremia verbis Domini.
19 qui eum adiurauerat per Deum. q. d. qui pollicitus erat ipsi Nabuchodonosori se ei seruaturū fidem interposito iureiurando.
20 Hebr. fortificauit.
21 principes sacerdotum.
22 præsentia sua scilicet, & signis, prodigiisq;: nam illic Dominus ostendebat signa præsentiæ suæ.
23 Heb. per manum nunciorum suorū mane surgendo & mittendo. i. quotidie exhortando & admonendo eos per prophetas suos quos mittebat ad eos. Metaphora a [illegible] patrefamilias.
24 i. prophetas.
25 Heb. ita vt non esset curatio. i. donec ascenderet furor Dei incurabilis.
26 i. in tēplo suo. Nam templū polluerant, propterea in eo cæsi fuerunt.
27 sub. Deus.
28 subaudi ex versu præcedenti, posuit in manu eius. vel, & intulit omnia vasa domus Domini, &c. omnia inquam illa intulit in Babylonem.
29 i. omnes ædes magnificas ac sumptuosas quæ in ea erant.
30 Heb. & omnia vasa desideriorum eius, ad delendum: i. omnem supellectilem eius preciosam combusserunt, ita vt delerent & perderent omnia.
31 sub. regi Chaldæorum. Relatiuum pro antecedente.
32 Heb. donec regnaret regnum Persarum. i. donec regnum Chaldæorum translatum fuit ad Persas. Cyrus enim Persarum rex inuasit & obtinuit illud regnum Babyloniorum.
33 vel per [illegible] Dominus per Ieremiam fore, vt populus Israel seruiret seruitutem apud Babylonios.
34 [illegible] terra (sub. Iudæa) sabbatha sua [illegible] quibus desolata fuit, quieuit. Terra quamdiu [illegible] dicitur cessare, feriari & facere sabbatha sua.
35 vt implerentur.
36 [illegible] captiuitatis [illegible] migrationis in Babylonem.
37 i. quo Cyrus regnauit apud Chaldæos.
38 vt perficeretur.
39 i. cor, animum.
40 Hebr. [illegible] sub. præconem.
41 Heb. & etiam per scripturam, siue diplomata.
42 q. d. & nunc imperator Babylonis, quia [illegible] regnum Babylonicum [illegible] potestatis pristinæ, nempe, Rex Persarum.
43 sub. huius.
44 præcepit.
45 sub. aliquam.
46 Hebraicè legitur [illegible] populo eius, &c.
47 cum quo sit Dominus eius, i. quem iuuet, siue moneat vt reuertatur [illegible] veniat.
48 in Ierusalem, q. d. [illegible] potestatem vt ascendat. Vide hanc emissionem 1. lib. Esd.

ORATIO MANASSÆ REGIS JUDA, cum captus teneretur in Babylone.

DOmine omnipotens Deus patrum nostrorum, Abraham, & Isaac, & Jacob, & seminis eorum iusti, qui fecisti cælum & terram cum omni ornatu eorū, qui ligasti mare verbo præcepti tui, qui conclusisti

clusisti abyssum, & signasti eam terribili & laudabili nomini tuo: quem omnia pauent, & tremunt à vultu virtutis tuæ: quia importabilis est magnificentia gloriæ tuæ, & insustentabilis ira comminationis tuæ super peccatores: immensa verò & inuestigabilis misericordia promissionis tuæ: quoniam tu es Dominus altissimus, benignus, longanimis, & multum misericors, & pœnitens super *malitias hominum. Tu Domine, secundum multitudinem bonitatis tuę promisisti pœnitentiam, & remissioné iis q peccauerunt tibi, & multitudine miserationum tuarum decreuisti pœnitentiam peccatoribus in salutem. Tu igitur Domine Deus iustorum, nõ posuisti pœnitentiam iustis, Abraham, & Isaac, & Jacob iis qui tibi non peccauerunt: sed posuisti pœnitentiam propter me peccatoré: quoniam peccaui super numerum arenæ maris, multiplicatę sunt iniquitates meæ Domine, multiplicatæ sunt iniquitates meæ, & non sum dignus intueri & aspicere altitudinem cæli, præ multitudine iniquitatum mearum, incuruatus sum multo vinculo ferreo: vt non possim attollere caput meum, & non est respiratio mihi: quia excitaui iracundiam tuam & malum coram te feci: non feci voluntatem tuam, & mandata tua non custodiui, statui abominationes, & multiplicaui offensiones. Et nunc flecto genu cordis mei precans à te bonitatem. Peccaui Domine, peccaui, & iniquitates meas agnosco. Quare peto rogans te remitte mihi Domine, remitte mihi: & ne simul perdas me cũ iniquitatibus meis, neq; in ęternum iratus, reserues mala mihi, neq; damnes me in intima terra loca: quia tu es Deus, Deus inquam pœnitentium: & in me ostendes omnem bonitatem tuam, quia indignum saluabis me secũdum magnam misericordiam tuam. & laudabo te semper, omnibus diebus vitæ meæ: quoniam te laudat omnis virtus cælorũ, & tibi est gloria in secula seculorũ. Amen.

* id est, afflictiones.

ESDRÆ LIBER PRIMVS.

B. Hieronymi ad Domnionem & Rogatianum in Esdram & Nehemiam præfatio.

VTRVM difficilius sit, facere quod poscitis, an negare, necdum statui. Nam neque vobis aliquid imperantibus abnuere, sententia est: & magnitudo oneris impositi ita ceruices premit, vt ante sub fasce ruendum sit, quam leuandum. Accedunt ad hoc inuidorum studia, qui omne quod scribimus reprehendendum putant: & interdum cõtra se conscientia repugnante, publice lacerant, quæ occulte legunt, intantum vt clamare compellar, & dicere: Domine, libera animam meam à labiis iniquis, & à lingua dolosa. Tertius annus est, quod semper scribitis atque rescribitis, vt Esdræ librum, & Esther, vobis de Hebræo transferam: quasi non habeatis Græca & Latina volumina: aut quicquid illud est, quod à nobis vertitur non statim ab omnibus conspuendum sit. Frustra autem, vt ait quidam, niti, neq; aliud fatigando, nisi odium quærere, extremæ dementiæ est. Itaq; obsecro vos mi Domnion & Rogatiane charissimi, vt priuata lectione contenti, librum non efferatis in publicum, nec fastidiosis cibos ingeratis: vitetisq; eorum supercilium, qui iudicare tantum de aliis, & ipsi facere nihil nouerunt. Si qui autem fratrum sunt quibus nostra nõ displicent, his tribuatis exemplar, admonentes vt Hebræa nomina, quorum grandis in hoc volumine copia est, distincte & per interualla transcribant. Nihil enim proderit emendasse librum, nisi emendatio librariorum diligentia conseruetur. Nec quenquam moueat, quod vnus à nobis liber editus est: nec apocryphorum tertii & quarti libri somniis delectetur: quia & apud Hebræos Esdræ, Nehemiæq; sermones in vnum volumen coarctantur: & quæ nõ habentur apud illos, nec de viginti quatuor senibus sunt, procul abiicienda. Si quis autem septuaginta vobis opposuerit interpretes, quorum exemplaria varietas ipsa lacerata & inuersa demõstrat: nec potest vtiq; verum asseri quod dissonat: mittite eum ad Euangelia, in quibus multa ponuntur quasi de veteri Testamento, quæ apud septuaginta interpretes non habentur, velut illud: Quoniam Nazaræus vocabitur, & Ex Ægypto vocaui filium meum, & Videbunt in quem compunxerunt: multaq; alia, quæ latiori operi reseruamus: & quærite ab eo vbi scripta sunt: Cumque proferre non potuerit, vos legite de his exemplaribus quæ nuper à nobis edita, maledicorum quotidie linguis confodiuntur. Sed vt ad compendium veniam, certè quod illaturus sum æquissimum est. Edidi aliquid quod non habetur in Græco, aut aliter habetur, quam à me versum est. Quid interpretem laniant? interrogent Hebræos: & ipsis authoribus, translationi meæ vel arrogent, vel derogent fidem. Porro aliud est, si clausis (quod dicitur) oculis mihi volunt maledicere, & non imitantur Græcorum studium & beneuolentiam, qui post septuaginta translatores, iam CHRISTI Euangelio coruscante Iudæos & Hebionitas legis veteris interpretes, Aquilam videlicet, & Symmachum, & Theodotionẽ, & curiose legũt, & per Origenis laborem in hexaplis, ecclesiis dedicarunt. Quanto magis Latini grati esse deberent, quòd exultantem cernerent Græciam à se aliquid mutuari? Primum enim magni sumptus est, & infinitæ difficultatis, exemplaria posse habere omnia: deinde etiam qui habuerint, & Hebræi sermonis ignari sunt, magis errabunt, ignorantes quis è multis verius dixerit. Quod etiam sapientissimo cuidam nuper apud Græcos accidit, vt interdum scripturæ sensum relinquẽs, vniuscuiusque interpretis sequeretur errorẽ. Nos autem qui Hebrææ linguæ saltem paruam habemus scientiam, & Latinus nobis vtcunq; sermo non deest, & de aliis magis possumus iudicare, & ea quæ ipsi intelligimus, in nostra lingua promere. Itaque licet hydra sibilet, victorq; Sinon incendia iactet: nunquam meum, iuuante CHRISTO, silebit eloquium: etiam præcisa lingua balbutiet. Legant qui volunt, qui nolunt abiiciant. Euentilent apices, literas calumnientur: magis vestra charitate prouocabor ad studium, quam illorum detractione & odio deterrebor.

Argumentum in librum Esdræ.

Liber Esdræ continet historiam Iudæorum reductorum inde ab edicto Cyri vsq; ad decimum nonum annum Artaxerxis illius q Mnemon dictus est: Eiusq; historia centũ quadraginta sex annorũ: Nempe Cyri cũ Cambyse. 9. Magorum. 1. Darii Hystaspis 36. Xerxis 21. Artaxerxis Longimani 40. Darii Nothi 19. Artaxerxis Mnemonis 19.

CAPVT I.

Cyrus à Deo inspiratus remittit populum in Ierusalẽ ad ædificandũ templum.

Ier. 25. c. & 29. c. 2. Par. [illegible] d. 3. Esd. [illegible]

IN anno primo Cyri regis Persarum, vt compleretur verbum Domini ex ore Jeremiæ, suscitauit Dominus spiritũ Cyri regis Persarum: & traduxit vocem in omni regno suo, etiam per scripturam, dicens:

2 Hæc dicit Cyrus rex Persarum, Omnia regna terræ dedit mihi Dominus Deus cæli, & ipse præcepit mihi vt ædificarem ei domũ in Jerusalem, quæ est in Iudæa.

Nno 1 primo [1] Cyri [2] regis Persarum ([3] vt perficeretur verbum Domini [1] ex ore Ieremiæ,) excitauit Dominus [4] spiritum Cyri regis Persarum, [5] ita vt diuulgari faceret vocem in toto regno suo, [6] idq; scripto in hanc sententiam.

2 Sic dicit Cyrus rex Persarum, Omnia regna terræ dedit mihi Dominus Deus cæli, ipseq; [7] mandauit mihi vt [8] ædificetur ei ædes in Ierusalem quæ est in Iehuda.

CAPVT I.
1 Vide finem 2. libri Paral.
2 Is Cyrus est qui primus deuicto Astyage transtulit regnum Medorum ad Persas. Agit de reductione populi Israelitici in patriam sub ipso Cyro rege Persarum Primo

m [illegible] igitur anno quo Cyrus regnare cœpit in Babylone super Chaldæos, qui antea regnabat in Perside. 3 dum compleretur, i. quando incipiebat compleri prophetias Domini [illegible] 4 [illegible] voluntatem 5 Heb. & transire fecit vocem [illegible] 6 Heb. & etiam in scripto, i. scriptis literis, q. d. idem quoq; significauit missis literis. 7 Quidam [illegible] 8 [illegible] eadem.

9 vel, cum quo sit Deus, ascēdat [illegible] & impellatur, ut [illegible] in Ierusalē, ascēdat q.d. permitto illi [illegible] dos-[illegible] nouitatem [illegible].
10 vel, instauret
11 q.d. qui est verus ille ac solus Deus.
12 quę sub ædes est vel erat, aut extructur in Ierusalem.
13 vel, remāserit i. cogetur remanere propter inopiam rerum necessariarum.
14 peregrinatus i. est aduena & peregrinus.
15 vel, dono donent eum
[illegible] i. concives eius. Per homines loci, siue ciuitatis nostri intelligūt Gentes: Heb. vero Iudæos qui decreuerant remanere in Chaldæa [illegible] bat [illegible].
17 vel, subst[illegible] siue, omnibus d[illegible]itus,
18 [illegible] eo quod sponte [illegible] est, præter id [illegible] pro instauratione tēpl. q.d. nō tā-tū permitto, verū [illegible] tedeat ut pa[illegible] sed etiam ut [illegible] amplis [illegible] omnibus illis erit primæ authoritatis & dignitatis.
20 ad instaurādū
21 i. vicini eorū.
22 vel, firmauerunt, i. nō tantū eorū ornarūt eos donis ac muneribus, ab eis acceperunt multa dona ac munera.
23 omnibus
24 vel, pecorib'
25 reb' preciosis.
26 vel, exulerat Nabuchodonosor de Ierusalem
27 per manum.
[illegible]
28 [illegible] numero [illegible]
[illegible]

3 *Quicunque ergo ex vobis ex omni populo eius [fuerit,] sit Deus eius cum eo, ascendatq́; Ierosolymam quæ est in Iehuda, & ædificet ædem Domini Dei Israelis, (ipse est Deus) qui est in Ierusalem.*

4 *Et omnis qui remanserit ex omnibus locis, in quibus commoratus ineo fuit, sustentent eum homines loci eius argento, auro, & suppellectile, & iumentis, cum munere spontaneo ad ædem Dei quæ est in Ierusalem.*

5 *Surrexerunt ergo capita patrum Iehuda & Beniamin sacerdotes quoque & Leuitæ, & omnes quorum spiritum Deus excitarat vt ascenderent, & ædificarent ædem Domini quæ erat in Ierusalem.*

6 *Omnes præterea qui circum eos erant, corroborarunt manus eorum vasis argenteis & aureis, suppellectile, iumentis atque muneribus, præter id quod sponte quisque offerebat.*

7 *Rex insuper Cyrus deprompsit vasa ædis Domini, quæ abstulerat Nebucad-nezar Ierosolymis, posueratq́; ea in phanum Dei sui:*

8 *Deprompsit ea [inquam] Cyrus rex Persarum ad manum Mithredath, qui fuit a thesauris, qui numeravit ea ipsi Sesbazar primario Iehuda.*

9 *Erat autem hic numerus eorum, Phialarum aurearum triginta phialarum argentearum mille: cultrorum unde viginti:*

10 *Pelvium aurearum triginta: pelvium argentearum alterius formæ, quadringenta decem: aliorum vasorum mille.*

11 *Omnium [in summa] vasorum aureorum & argenteorumq́; erant quinq; millia & quadringenta. [hæc] omnia auexit Sesbazar, vna cum his qui captiui fuerant, & ascendebant è Babylone Ierosolyma.*

3 Quis est in vobis de vniuerso populo eius? Sit Dominus illius cum ipso. Ascendat in Ierusalem quæ est in Iudæa, & ædificet domum Domini Dei Israel (ipse est Deus) qui est in Ierusalem.

4 Et omnes reliqui in cunctis locis vbicunque habitant, adiuuent eum viri de loco suo, argento & auro, & substantia, & pecoribus, excepto quod voluntariè offerunt templo Dei, quod est in Ierusalem.

5 Et surrexerunt principes patrum de Iuda & Beniamin, & sacerdotes & Leuitæ, & omnis cuius Deus suscitauit spiritum, vt ascenderet ad ædificandum templum Domini, quod erat in Ierusalem.

6 Vniuersique qui erant in circuitu, adiuuerunt manus eorum in vasis argenteis & aureis, in substantia & iumentis, in supellectili, exceptis his quæ sponte obtulerant.

7 Rex quoque Cyrus protulit vasa templi Domini, quæ tulerat Nabuchodonosor de Ierusalem, & posuerat ea in templo Dei sui.

8 Protulit autem ea Cyrus rex Persarum per manum Mithridatis filii Gazabar, & annumerauit ea Sassabasar principi Iudæ.

9 Et hic est numerus eorum, Phialæ aureæ triginta, phialæ argenteæ mille, cultri viginti nouem.

10 Scyphi aurei triginta, scyphi argentei secundi, quadringenti decem: vasa alia mille.

11 Omnia vasa aurea & argentea, quinque millia quadringenta: vniuersa tulit Sassabasar cum his qui ascendebant de transmigratione Babylonis in Ierusalem.

B ^b Deus
C *Ascendunt ad ædificationem templi quorum Deus corda mouit.*
D *Reddit Cyrus vasa tēpli quæ abstulerat Nabuchodonosor.*

CAPVT II.

1 *HI autem filii sunt prouinciæ, qui ascenderunt de captiuitate transmigrationis, quos transtulerat Nebucad-nezar rex Babylonis in Babylonem, & reuersi sunt Ierosolymam & in Iehuda, quisque in ciuitatem suam.*

2 *Qui venerunt cum Serubabele, Iesu, Nehemia, Seraia, Reelaia, Mardochæo, Bilsan, Mispar, Biguai, Rehum, Baana.*

3 *Numerus virorum populi Israelis: Filiorum Paros duo millia, centum & septuaginta duo.*

4 *Filiorum Saphatia trecenti septuaginta duo.*

5 *Filiorum Arah septingenti septuaginta quinque.*

6 *Filiorum ducis Moab, de filiis Iesua & Ioab duo millia octingenti & duodecim.*

7 *Filiorū Elam mille ducenti quinquaginta quatuor.*

8 *Filiorum Sathu nongenti quadraginta quinque.*

9 *Filiorum Sachai septingenti & sexaginta.*

10 *Filiorum Bani sexcenti quadraginta duo.*

11 *Filiorum Bebai sexcenti viginti tres.*

12 *Filiorum Asgad, mille ducenti & vigintiduo.*

13 *Filiorum Adonicam, sexcenti & sexaginta sex.*

14 *Filiorum Bicuai duo millia quinquaginta sex.*

15 *Filiorum Adin quadringenti & quinquaginta quatuor.*

16 *Filiorum Ater de Ezechia, nonaginta octo.*

17 *Filiorum Bezai, trecenti viginti tres.*

18 *Filiorum Iora centum & duodecim.*

19 *Filiorum Haschum, ducenti & viginti tres.*

20 *Filiorum Gibbar, nonaginta quinque.*

21 *Filiorum Beth-lehem, centum & vigintitres.*

22 *Virorum Netopha, quinquaginta sex.*

23 *Virorum Anathoth, centum & viginti octo.*

1 HI sunt autem prouinciæ filii, qui ascenderunt de captiuitate quam transtulerat Nabuchodonosor rex Babylonis in Babylonem, & reuersi sunt in Ierusalem & ^b Iudæam, vnusquisque in ciuitatem suam.

2 Qui venerunt in Zorobabel, Iesua, Nehemia, Saraia, Rahelaia, Mardochai, Belsan, Mesphar, Beguai, Rehum, Baana.

3 Numerus virorum populi Israel: Filii Pharos duo millia centum septuaginta duo.

4 Filii Sephatia, trecenti septuaginta duo.

5 Filii Area, septingenti septuaginta quinque.

6 Filii Phahath Moab, filiorum Iosue Ioab duo millia octingenti duodecim.

7 Filii Ælam mille ducēti quinquaginta quatuor.

8 Filii Zethua, nongenti quadraginta quinque.

9 Filii Zachai, septingenti sexaginta.

10 Filii Bani, sexcenti quadraginta duo.

11 Filii Bebai, sexcenti viginti tres.

12 Filii Argad, mille ducenti viginti duo.

13 Filii Adonicam, sexcenti sexaginta sex.

14 Filii Beguai, duo millia quinquaginta sex.

15 Filii Adin, quadringenti quinquaginta quatuor.

16 Filii Ater, qui erat ex Ezechia, nonaginta octo.

17 Filii Besai, trecenti viginti tres.

18 Filii Iora, centum duodecim.

19 Filii Hasum, ducenti viginti tres.

20 Filii Gebbar, ^b nongenti quinque.

21 Filii Beth lehem, centum viginti tres.

22 Viri Netupha, quinquaginta sex.

23 Viri Anathoth, centum viginti octo.

A *Numerus reuertentium è captiuitate.*
2. Esdræ 7. b
1. Esdr. 5. a
^b Iudam.
B ^b nonaginta quinque.

14 Filii

[illegible] ut aut qui [illegible] Heb. 30 vel, extulit, aut, exportauit 31 Vox Chald. ita vocabatur Zorobabel apud Chaldæos. 32 Heb. cum ascendere faceret captiuitatem è Babylone in Ierusalem, quasi in quibus transmigrauerunt in Babylonem, summo cum desiderio, summaq; diligentia, atq; animi alacritate ascenderent in Ierusalem. Vox Heb. significat studium quoddam, in coniug. 2. CAP. II. 1 i. qui diu habitarunt in Chald. Vel, qui nati siue orti erant in regione Israel [illegible] aut incolatum, aut natiuitatem. Vide Nehem. 7 cap. 7. 2 i. eorum qui demigrauerant in Babylonem, quos &c. 3 i. ducibus Zorobabele, &c. 4 Quidam dicunt [illegible] fuisse patruum Esther, alii alium esse asserunt. 5 Quoties hæc dictio [illegible] i. filii, iungitur cum nominibus propriis virorum, significat ac [illegible] ... nominibus locorum significat habitationem. Prius enim significat filios, nepotes, posteros. Posterius [illegible] 6 Pahath [illegible] Nomen proprium viri. 7 i. qui erant ex filiis, siue ex nepotib' Iesua &c. vel, qui originē ducebāt, aut gen' suū referebat ad ... Iesua & Ioab [illegible] 8 i. q. erāt ex nepotib' Ezechię. viri ciuitatis [illegible] gēs erat [illegible] vt sup. v. 6. 9 i. Virorū, hic tamē & [illegible] Nomina sunt locorū quæ sequuntur.

24 Filii Azmaueth, quadraginta duo.
25 Filii Cariath iarim, Cephira, & Beroth, septingenti, quadraginta tres.
26 Filii Rama et Gabba, sexcenti viginti vnus.
27 Viri Machmas, centum viginti duo.
28 Viri Beth el & Hai, ducenti viginti tres.
29 Filii Nebo, quinquaginta duo.
30 Filii Megbis, centum quinquaginta sex.
31 Filii Ælam alterius, mille ducenti quinquaginta quatuor.
32 Filii Harim, trecenti viginti.
33 Filii Lod Hadid & Ono, septingenti viginti quinq;.
34 Filii Jericho, trecenti quadraginta quinq;
35 Filii Senaa, tria millia sexcenti triginta.
Sacerdotes. 36 Sacerdotes: Filii Jadaia in domo Jesue, nongenti septuaginta tres.
37 Filii Emmer, mille quinquaginta duo.
38 Filii Pheshur, mille ducenti quadraginta septem.
39 Filii Harim, mille decem & septem.
Leuitæ. 40 Leuitæ: Filii Jesue & Cedmiel filiorum Odouiæ septuaginta quatuor.
Cantores. 41 Cantores: Filii Asaph, centum viginti octo.
Ianitores. 42 Filiorum Janitorum: filii Sellum, filii Ater, C filii Thelmon, filii Accub, filii Hatita, filii Sobai: vniuersi centum triginta nouem.
Nathinæi. 43 Nathinæi: filii Siha, filii Hasupha, filii Tabbaoth,
44 Filii Ceros, filii Siaa, filii Phadon.
45 Filii Lebana, filii Hagaba, filii Accub.
46 Filii Hagab, filii Semlai, filii Hanan.
47 Filii Gaddel, filii Gaher, filii Raaia.
48 Filii Rasin, filii Necoda, filii Gazam.
49 Filii Aza, filii Phasea, filii Besee.
50 Filii Asena, filii Munim, filii Nephusim.
51 Filii Bacbuc, filii Hacupha, filii Harhur.
52 Filii Besluth, filii Mahida, filii Harsa.
53 Filii Bercos, filii Sisara, filii Thema,
54 Filii Nasia, filii Hatipha.
55 Filii seruorum Salomonis, filii Sotai, filii Sopheseth, filii Pharuda.
56 Filii Jala, filii Dercon.
57 Filii Geddel, filii Saphathia, filii Hatil, filii Phochereth, qui erant de Asebaim, filii Ami.
58 Omnes Nathinæi, & filii seruorum Salomonis, trecenti nonaginta duo.
Genealogia. 59 Et hi qui ascenderunt de Thel mela, Thelharsa, Cherub, & Adon, & Emer: & non potuerunt indicare domum patrum suorum, & semen suum, vtrum ex Israel essent.
60 Filii Dalaia, filii Tobia, filii Necoda, sexcenti quinquaginta duo.
61 Et de filiis sacerdotum: Filii Hobia, filii Accos, filii Berzellai, qui accepit de filiabus Berzellai Ga- D laaditis vxorem, & vocatus est nomine eorum.
62 Hi quæsierunt scripturam genealogiæ suæ, & non inuenerunt, & eiecti sunt de sacerdotio.
63 Et dixit Athersatha eis, Vt non comederent de Sancto sanctorum, donec surgeret sacerdos doctus atq; perfectus.
64 Omnis multitudo quasi vir vnus, quadraginta duo millia trecenti sexaginta:
65 Exceptis seruis eorum & ancillis, qui erant septē millia trecenti triginta septem & in ipsis Cantores atq; cantatrices ducenti.
Septingenti. 66 Equi eorum * sexcenti triginta sex, muli eorum ducenti quadraginta quinq;.
67 Cameli eorum quadringenti triginta quinq;, asini eorum, sex millia septingenti viginti.

24 *Filiorum Asmaueth, quadraginta duo.*
25 *Filiorum*[10] *Kiriath-iarim, Kephira & Beeroth, septingenti & quadraginta tres.*
26 *Filiorum Harama & Gaba, sexcenti & viginti vnus.*
27 *Virorum Michmas, centum & viginti duo.*
28 *Virorum Bet-el & Haai, ducenti & viginti tres.*
29 *Filiorum*[11] *Nebo, quinquaginta duo.*
30 *Filiorum Magbis, centum & quinquaginta sex.*
31 *Filiorum Elam*[12] *alterius, mille ducenti & quinquaginta quatuor.*
32 *Filiorum Harim, trecenti & viginti.*
33 *Filiorum Lod, Hadid & Ono, septingēti & viginti quinq;.*
34 *Filiorū*[13] *Jericho, trecenti & quadraginta quinq;.*
35 *Filiorum Sanaa, tria millia sexcenti & triginta.*
36[14] *Sacerdotes filiorum Jedaia*[15] *de domo Jesua, nongenti & septuaginta tres*
37 *Filiorum Immer, mille quinquaginta duo.*
38 *Filiorum Pashur, mille ducenti & quadraginta septem.*
39 *Filiorum Harim, mille decem & septem.*
40 *Leuitæ: Filiorum Jesua & Cadmiel*[16] *de filiis Hodauia, septuaginta quatuor.*
41 *Cantores: Filiorū Asaph, centum & viginti octo.*
42 *Filii Janitorum: Filii Sallum, filii Ater, filii Talmon, filii Accub, filii Hatita, filii Sobai: omnes hi centum triginta nouem,*
43[17] *Nethinæi: filii Ziha, filii Hasupha, filii Tabbaoth.*
44 *Filii Keros filii Siaha, filii Padon.*
45 *Filii Lebana filii Hagaba, Filii Accub.*
46 *Filii Hagab filii Salmai, filii Hanan.*
47 *Filii Giddel, filii Gahar, filii Reaia.*
48 *Filii Rezin, filii Necoda, filii Gazam.*
49 *Filii Vza filii Pasaah, filii Besai.*
50 *Filii Asna, filii Mehunim, Filii Nephusim.*
51 *Filii Bacbuc, filii Hacupha, Filii Harhur.*
52 *Filii Bazluth, filii Mehida, filii Harsa.*
53 *Filii Barcos, filii Sisera, filii Themah.*
54 *Filii Nezia, filii Hatipha,*
55[18] *Filii seruorum Salomonis: filii Sotai, filii † Sopereth, filii Peruda.*
56 *Filii Iaala, filii Darcon.*
57 *Filii Giddel, Filii Sephatia, filii Hattil, filii Pochereth, Hazabaim, filii Ami.*
58 *Omnium Nethinæorum & filiorum seruorum Salomonis, trecenti & nonaginta duo.*
59 *Isti vero ascenderunt de Tel-melah, & de Tel harsa Cherub, Addan & Immer, & non poterant indicare familiam patrum suorum, atq;*[19] *semen suum, ex Israele essent.*
60 *Filii Delaia, filii Tobia, filii Necoda, sexcenti & quinquaginta duo.*
61 *Et de filiis sacerdotum: filii Habaia, filii Hacoz, filii Barzillai qui duxit de filiabus Barzillai Gileaditæ vxorem, vocatusq; est*[20] *nomine eorum*
62 *Hi quæsierunt scripturam*[a] *suam, vt iūse in familiam alterarum inferrent, at non sunt*[b] *inuenti, ideo reiecti sunt a sacerdotio.*
63 *Dixit itaq;*[21] *Hattirsatha eis, ne ederent*[22] *de Sancto sanctorum, donec*[23] *sacerdos staret cum Vrim, & thummim.*
64[24] *Vniuersa multitudo ad vnum vsq;, quadraginta millia, trecenti & sexaginta:*
65 *Præter seruos eorum & ancillas eorum, quorum erant septem millia, trecenti & triginta septem. erantq; eis cantores & cantatrices ducenti.*
66 *Equi eorum septingenti & triginta sex: muli eorum ducenti & quadraginta quinq;.* 67 *Cameli eorum quadringenti triginta quinq;: asinorum sex millia septingenti & viginti.*

10 Nomina locorum.
11 Nomina filius virorum.
12 sub. è fratre cognominato, eodem enim fuerat filiu alterius.
13 Nomina locorum.
14 i. Sequitur catalogus sacerdotū qui reuersi sunt de Babylone in Ierusalem. Prius enim recēsuit filios Iuda & Beniamin: nunc trāsit ad filios Leui, incipiens à sacerdotibus.
15 i. qui erāt de familia Iesua, viri insignes & clarissimi.
16 filiorum Hodauiæ, vt suprà versu sexto.
17 Ita dicti quasi dati siue donati aut ordinati, id est, consecrati ministerio templi. Ipsi autem traxerunt originem à Gabaonitis: fuerunt que constituti primo à Iosue, deinde à Dauide, in hoc scilicet vt cæderent ligna, & comportarent aquam in vsum sacrificiorum.
18 Hi erant à reparationibus siue instauratione templi, fuerūtq; annumerati cum Nathinæis.
† Videtur potius esse cognomen i[...] ex matre vel [...] quēdam, q[...] proprium [...] nomen multitudinis matris scilicet illorum.
19 vel, genus
20 vel, ex nomine.
a. Hebr. eorum qui per genealogias descripti erant [...] quæ [...]
[...] ter [...] sunt catalogo genealogiæ suæ.
22 sub. in eo catal[...]
23 [...] erat nomen [...] aut dignitatis apud Chaldæos, vel nomen [...] per[...] ne.
24 [...] sanctissimo [...] de [...] quæ esset.
25 Hi omnes [...] Christi [...]

*qui peccatum non fecit. Per Vrim enim quod sonat lumina significabatur perfecta scientia siue sapientia & per Thummim, integritas vitæ huic incul[...] necessaria: vnus qui dignus sit gestare Vrim & Thummim, sicut tempore primi templi, ea cum posuerat Moses in ipso rationali. 20 Hebr. quasi [...] tanquam (vir) vnus, id est, simul, siue in vnum collecta.

68 *Et ex*[27] *præcipuis patribus* *quum venissent ad ædem Domini quæ erat Ierosolymis,* [28] *liberales se exhibuerunt pro domo Dei,* *ut*[29] *collocarent eam super basi sua.*

69[30] *Pro viribus suis dederunt ad thesaurum*[31] *operis,* *aurearum drachmarum unum & sexaginta millia, & argenti minas quinquies mille & vestes sacerdotales centum.*

70[31] *Consederuntque sacerdotes illi, & Levitæ, &*[33] *quidam ex populo, cantores, & ianitores, atque Nethinæi*[34] *in civitatibus suis, & cuncti Israel in urbibus suis.*

68 Et de principibus patrum cum ingrederentur templum Domini quod est in Ierusalem, sponte obtulerunt in domum Dei ad extruendam eam in loco suo.

69 Secundum vires suas dederunt impensas operis, auri solidos [a] quadraginta millia & mille, argenti minas quinque millia, & vestes sacerdotales centum.

70 Habitauerunt ergo sacerdotes, & Leuitæ, & de populo, & cantores, & ianitores, & Nathinæi in urbibus suis, vniuersusque Israel in ciuitatibus suis.

[a] *sexaginta.*

CAPVT III.

1 *Quumque iam*[1] *appeteret*[2] *septimus mensis, essentque filii Israelis in civitatibus, congregatus est populus*[3] *ad unum usque Ierosolymis.*

2 *Tum surrexit Jeshua filius Jozadec, & fratres eius sacerdotes, atque Zerubabel*[4] *filius Sealtielis, & fratres eius, & extruxerunt altare Dei Israelis, ut sacrificarent in eo holocausta, sicut scriptum est in lege Mosis viri Dei.*

3 *Firmarunt autem altare illud super bases suas,*[6] *quoniam terror populorum nationum erat super eos: & sacrificarunt in eo holocausta [inquam] matutina & vespertina.*

4 *Celebrarunt etiam diem festum tabernaculorum sicut scriptum est, & holocausta singulis diebus*[7] *pro numero & ritu & pro demenso cuiusque diei.*

5[8] *Deinde & holocaustum iuge,*[9] *& in Neomeniis, & in singulis statis feriis Domino consecratis, & in omnibus quæ sponte & liberaliter offerebant Domino.*

6[10] *A primo die mensis septimi cœperunt sacrificare holocausta Domino,*[11] *templo Domini nondum fundato.*

7 *Dederunt autem pecuniam*[12] *latomis, & artificibus, cibum, potum, & oleum Zidoniis & Tyriis, ut adducerent ligna cedrina de Libano*[13] *ad mare Japho,*[14] *quemadmodum Cyrus rex Persarum eis indulserat.*

8 *Anno autem secundo*[15] *quum venissent ad ædem Dei in Ierosolyma, mense secundo cœperunt Zerubabel filius Sealtielis & Jeshua filius Jozadec, & reliqui fratres eorum sacerdotes & Levitæ, atque omnes qui venerant*[16] *ex captivitate Ierosolymam, & constituerunt Levitas qui erant nati viginti annos & plus, ut*[17] *urgerent opus ædis Domini.*

9 *Stetit ergo Jeshua & filii eius atque fratres eius, Cadmiel quoque & filii eius filii Jehudæ*[18] *ad unum usque,*[19] *urgentes eos qui faciebant opus in æde Dei [&] filii Henadad, [&] filii eorum, atque fratres eorum Levitæ.*

10 *Quumque structores fundamenta iacerent templi Domini, statuerunt sacerdotes [aliquot] indutos cum tubis, & Levitas filios Asaph cum cymbalis*[20] *ad laudandum Dominum,*[21] *quemadmodum constituerat David rex Israel.*

11[22] *Vicissim itaque canebant in laude & confessionibus Domini,*[23] *[nempe] quod bonus esset, & quod*[24] *in æternum benignitas eius super Israelem. porrò universus populus vociferabatur iubilo magno*[25] *laudando Dominum*[a] *quod fundaretur ædes Domini.*

12 *Multi quoque ex sacerdotibus & Levitis, atque præcipuis patribus &*[26] *senioribus, qui viderant domum priorem, quum ista domus coram oculis eorum fundaretur, flebant voce magna: multi contra vocem extollebant cum iubilo*[27] *& gaudio.*

1 Iamque venerat mensis septimus, & erant filii Israel in ciuitatibus suis. congregatus est ergo populus quasi vir vnus in Ierusalem.

2 Et surrexit Iosue filius Iosedec, & fratres eius sacerdotes, & Zorobabel filius Salathiel et fratres eius: & ædificauerunt altare Dei Israel, vt offerrent in eo holocautomata, sicut scriptum est in lege Moysi viri Dei.

3 Collocauerunt autem altare Dei super bases suas, deterrentibus eos per circuitum populis terrarum: & obtulerunt super illud holocaustum Domino mane & vespere.

4 Feceruntque Solennitatem tabernaculorum, sicut scriptum est, & holocaustum diebus singulis per ordinem secundum præceptum, opus diei in die suo.

5 Et post hæc holocaustum iuge, tam in Calendis, quam in vniuersis solennitatibus Domini, quæ erant consecratæ, & in omnibus in quibus vltrò offerebatur munus Domino.

6 A primo die mensis septimi cœperunt offerre holocaustum Domino: porrò templum [a] Dei nondum fundatum erat.

7 Dederunt autem pecunias latomis & cæmentariis: cibum quoque, & potum, & oleum Sidoniis, Tyriisque, vt deferrent ligna cedrina de Libano ad mare Ioppe, iuxta quod præceperat Cyrus rex Persarum eis.

8 Anno autem secundo aduentus eorum ad templum Dei in Ierusalem, mense secundo, cœperunt Zorobabel filius Salathiel, & Iosue filius Iosedec, & reliqui de fratribus eorum sacerdotes, & Leuitæ, & omnes qui venerant de captiuitate in Ierusalem: & constituerunt Leuitas à viginti annis, & supra, vt vrgerent opus Domini.

9 Stetitque Iosue & filii eius & fratres eius, Cedmiel & filii eius, & filii Iuda, quasi vir vnus, vt instarent super eos qui faciebant opus in templo Dei: filii Henadad, filii eorum, & fratres eorum Leuitæ.

10 Fundato igitur à cæmentariis templo Domini, steterunt sacerdotes in ornatu suo cum tubis: & Leuitæ filii Asaph in cymbalis, vt laudarent Deum per manus David regis Israel.

11 Et concinebant in hymnis, & confessione Domino, Quoniam bonus, quoniam in æternum misericordia eius super Israel. omnis quoque populus vociferabatur clamore magno in laudando Dominum, eo quod fundatum esset templum Domini.

12 Plurimi etiam de sacerdotibus & Leuitis & principes patrum, & seniores qui viderant templum prius cum fundatum esset & hoc templum in oculis eorum, flebant voce magna: & multi vociferantes in lætitia, eleuabant vocem.

A *Iosue & Zorobabel ædificant altare.* 1. Esd. 5. c.

Celebratur solennitas tabernaculorum.

B

Instauratur templum.

[a] *Domini.*

C

D *Laus & gratiarum actio populi ob fundatum templum.*

27 Heb. & principibus patrum.
28 i. sponte sua, liberaliter & non coacte obtulerunt de opibus suis munera ad donandam domum Dei.
29 vel, erigerent i. vt instaurarent eam à fundamentis ipsis.
30 Intelligit de tota congregatione vnà cum principibus, & iis qui de regno Cyri sponte obtulerant de opibus suis.
31 i. templi.
32 Habitauerunt itaque.
33 i. pars aliqua populi, siue aliquot ex plebe.
34 sub. singulli in &c.
CAP. III.
1 aduenisset.
2 Is est mensis Tisri qui respondet partim nostro Septembri, partim Octobri.
3 Heb. tanquam vir vnus.
4 non natura, sed educatione. Eduxerat enim cum Sealthiel patruus suus, erat itaque pater ipsius nutritius.
5 i. vt cum oblatione holocaustorum precarentur Dominum.
6 (id) enim (fecerunt) ob timorem, qui erat) super eos à populis terrarum. i. præ timore quo tenebantur ob vicinos hostes populos.
7 Heb. in numero, secundum consuetudinem operis diei in die suo i. secundum rationem numeri victimarum pro ratione & dignitate dierum, alia enim erant sacrificia in solennitatibus, [illegible] in aliis [illegible].
8 i. Post festum tabernaculorum, fecerunt, sive obtulerunt holocaustum.
9 & holocaustū) in [illegible], & (holocaustum) omnium [illegible] solennitatum Domini [illegible], & [illegible] holocaustum omnis qui sponte offerebat spontaneum (vel munus liberale) Domino [illegible] Domini sanctificatas [illegible]

[illegible] Domini institutas & consecratas. 10 q. d. Non solum cœperunt à festo illo tabernaculorum, sed à primo die mensis. 11 q. d. attamen nondum iacta erant fundamenta templi Domini. 12 vel, fabris lignariis. 13 i. ad oram maris Iope, quod erant proximum [illegible] Ierosalem. 14 Heb. secundum [illegible] Cyri regis Persarum [illegible]. 15 ex quo venerant. 16 sub. illa [illegible]. 17 præessent operi templi [illegible]. 18 Heb. tanquam (vir) vnus: simul. 19 vt præessent facientibus. 20 ad laudandum. 21 Heb. per manus Davidis regis &c. i. recitando & decantando psalmos Davidis.
22 Canebant itaque, laudando Dominum, & confitendo Domino, (dicentes,)
23 Heb. Quoniam bonus, quoniam &c. Principium est Psalmi 117 secundum LXX secundum Hebræos vero, 118. 24 sub. apparent vel permaneat.
25 Idem decantarent psalmum illum in honorem Domini. [a] vel, quod iacta essent fundamenta ædis. 26 i. qui iam erant prouecta ætate.
27 Pro lætitia.

13 Nec poterat quisquam agnoscere vocem clamoris lætantium, & vocem fletus populi: commixtim enim populus vociferabatur clamore magno, & vox audiebatur procul.

13 *Ita vt populus non posset discernere vocem [18] iubili & gaudij à voce fletus populi: nam populus iubilum ingentem edebat, ita vt vox procul audiretur.*

18 Heb. clamoris lætitiæ. i. vociferationis, quæ erat index lætitiæ animi.

A

Impeditur ædificatio templi. 3. Esdræ 5. 6

CAPVT IV.

1 AVdierunt autem hostes Judæ & Beniamin, quia filij captiuitatis ædificarēt templum Domino Deo Israel.

2 Et accedentes ad Zorobabel, & ad principes patrum, dixerunt eis, Ædificemus vobiscum, quia ita vt vos, quærimus Deum vestrum: ecce nos immolauimus victimas à diebus Asorhaddan Regis Assur, qui adduxit nos huc.

[a] & nos sacrificauimus.

3 Et dixit eis Zorobabel, & Josûe, & reliqui principes patrum Israel, Non est vobis & nobis vt ædificemus domum Deo nostro: sed nosipsi ædificabimus [b] Deo nostro, sicut præcepit nobis Cyrus Rex Persarum.

[b] Domino

4 Factum est igitur vt populus terræ impediret manus populi Judæ, & turbaret eos in ædificando.

5 Conduxerunt autem aduersus eos consiliatores, vt destruerent consilium eorum omnibus diebus Cyri Regis Persarum, & vsq; ad regnum Darij Regis Persarum.

3. Esdræ 2. d

6 (In regno autem Assueri ipse est Artaxerxes, in principio regni eius scripserunt accusationem aduersus habitatores Judæ & Jerusalem.

B

7 Et in diebus Artaxerxis scripsit Beselam Mithridates, & Tabeel, & reliqui qui erant in consilio eorum, ad Artaxerxem Regem Persarum. epistola autem accusationis scripta erat Syriace, & legebatur sermone Syrio.

8 Reum Beel teem, & Samsai scriba scripserunt epistolam vnam de Jerusalem Artaxerxi Regi, huiuscemodi,

Reum Beelteem & Samsai epistola ad Regem Artaxerxem.

9 REVM BEEL-TEEM, & Samsai scriba, & reliqui consiliatores eorū, Dinæi, & Apharsathachæi, Terphalæi, Apharsæi, Erchuæi, Babylonij, Susanechæi, Dieui, & Ælamitæ,

10 Et cæteri de gentibus quas transtulit Asenaphar magnus & gloriosus, & habitare eas fecit in ciuitatib. Samariæ, & in reliquis regionibus trans Flumen in pace:

11 (Hoc est exemplar epistolæ, quam miserunt ad eum) Artaxerxi regi, serui tui, viri qui sunt trans Fluuium, salutem dicunt.

12 Notum sit Regi quia Iudæi qui ascenderunt à te ad nos, venerunt in Jerusalem ciuitatē rebellem & pessimam: quam ædificant extruentes muros eius, & parietes componentes.

C

13 Nunc igitur notum sit Regi quia si ciuitas illa ædificata fuerit, & muri eius instaurati, tributū, & vectigal, & annuos reditus non dabunt, & vsq; ad Reges hæc noxa perueniet.

14 Nos autem memores salis quod in palatio comedimus: & quia læsiones Regis videre nefas ducimus: idcirco misimus & nunciauimus Regi,

15 Vt recenseas in libris historiarum patrū tuorum, & inuenies scriptum in commētariis, & scies quoniā vrbs illa, vrbs rebellis est, & nocēs regibus

1 *AVdiuerunt autem hostes Jehudæ & Beniamin, quod [1] hi qui ex captiuitate redierant, ædificarent templum Domino Deo Israelis.*

2 *Et accedentes ad Serubabelem & ad [2] præcipuos patres, dixerunt ad eos, [3] Ædificabimus vobiscū: [4] quærimus enim perinde ac vos Deum vestrum, & [5] sacrificamus ei à diebus Esar-haddon Regis Assyrij, qui nos huc [6] transtulit.*

3 *Dixit ergo eis Serubabel atq; Jeschua, & reliqui præcipui patres Israelis, [7] Non conuenit vt vos nobiscum ædificetis ædem Deo nostro: sed [8] nos simul ædificabimus Domino Deo Israelis, quemadmodum præcepit nobis rex Cyrus, [9] Rex Persarum.*

4 *Factum ergo est vt populus illius regionis [10] infirmarent manus populi Jehudæ, & [11] deterrerent eos ab ædificando.*

5 *Conduxerunt insuper contra eos [12] consultores, [13] qui irritum facerent consilium eorum cunctis diebus Cyri Regis Persarum, vsque ad regnum Darij Regis Persarum.*

6 *Et in regno Assueri, initio regni eius, scripserunt [14] accusationem contra habitantes in Jehuda & Jerusalem.*

7 *[15] In diebus verò Artaxerxis scripsit [16] Bislam, Mithridates, Tabeel, [17] & reliqui eius consilij ad Artaxerxem Regem Persarum: eratq; scriptura [18] exemplaris scripta Syriace, & [19] explicatio quoq; Syriaca.*

8 *Rehum [20] author epistolæ, & Simsai scriba, scripserunt epistolam quandam [21] de Jerusalem ad Artaxerxem Regem [22] isto tenore.*

9 *Tunc Rehum [20] author epistolæ & Simsai scriba, & reliqui [23] complices eorum, [24] Dinai, Apharsathchai, Tarpelai, Apharsai, Archauai, Babylonij, Susanechai, Dehaue, [25] Elamitæ;*

10 *Et reliqui populi quos transtulit [26] Asnapar magnus & [27] gloriosus, & [28] collocauit illos in ciuitatibus Samariæ, [29] vnà cū alijs qui sunt trans flumē & vltra*.*

11 *Hoc est exemplar epistolæ quam miserunt [30] ad Artaxerxem Regem, Serui tui, viri [scilicet] trans flumen [31] & vltra.*

12 *Notum sit Regi, quod Judæi qui ascenderunt à te ad nos, venerunt in Ierusalem vrbem rebellem & pessimam: quam ædificant, & [32] muros eius è fundamentis ducunt, & fundamenta [33] iaciunt.*

13 *Nunc igitur notum sit Regi, si ciuitas ista reædificatur, & muri eius fuerint instaurati, [34] munus, tributum & vectigal minime dabunt: [35] adeoq; regum pensionibus incommodabit.*

14 *Nunc ergo [36] quum hæc omnia præsentia sint, templum omnino destruximus, [37] neq; potuimus ignominiā Regis dentius videre, & idcirco misimus, & Regi indicauimus.*

15 *Vt [38] inquiras in libro historiarum patrum tuorum, & inuenies in libro historiarum, cognoscetq; vrbem hanc rebellem esse, & incommodantem Regibus*

CAP. IV.
1 Heb. filij trāsmigrationis. i. qui transmigrauerant in Babylonem, & illinc redierant iubente ac permittente Cyro Rege Persarum.
2 Heb. capita patrum.
3 vel, Ædificemus. sub. templum Domino.
4 Leolemus Deū vestrum vt vos facitis. Id non dicebāt ex animo: sed vt imponerent illis, & hac fictione impedirent illos, & auerterent ab ædificatione templi.
5 sacrificauimus.
6 posteaquam scilicet abductæ fuissent decem tribus in Assyriā per Salmanazar.
7 Heb. Nihil vobis & nobis. i. nobiscum. sub. commune est. q. d. vos estis idololatræ, nos autem solimus Deum verum.
8 sub. Iudæi, nos omnes vnanimi consensu.
9 i. qui antequā assecutus esset regnum Babylonicum, Rex erat Persarum.
10 dissoluerent. i. debiles ac remissas redderēt. q. d. adimebant animos: conabātur s. studebant auertere eos ab ædificatione.
11 turbarent eos, ne ædificarent.
12 vel, consiliatores (quosdam) [illegible] conferrent et [illegible] ab incœpto.
13 vt dissiparēt, vel, dissoluerent. i. vt dissuaderent illis ne ædificarent.
14 Heb. scripturam. sub. [illegible] i. epistolam plenam [illegible]

deram. 15 i. Nam tempore Artaxerxis, is est Assuerus. Artaxerxes, Persicum est nomen. Alij dicunt hunc fuisse Cambysem filium Cyri. 16 in pace. i. [illegible] em, hoc est, necdum odio detecto ac patefacto. 17 Heb. & residuū societatum eius sub. Mithridatis. Societates vocat turmas. 18 (conscripta [illegible] 19 [illegible] explicata) Syriace. q. d. epistola illa scripta erat literis & sermone Chaldæis. 20 Heb. magister sapientiæ. i. qui erat à consilijs. Gallice, Le chancelier. 21 contra. 22 vel, ad hunc modum. 23 socij. 24 Nomina sunt populorum qui adhibiti sunt in consilium contra Iudæos. 25 Chald. Helmaiæ. siue, Helmæi [illegible], Elamitæ. 26 i. Sennacherib. 27 vel, inclytus. 28 i. adduxit in locum decem tribuum. fuerat enim antea sedes decē tribuum. 29 & reliqui populi qui habitabant [illegible] men & Chelteneth. Nomen est gentis, siue populi. Flumen vocat Euphraten, per excellentiam. Euphrates separabat terram Israel à ditione Babylonica [illegible] populi [illegible] qui tunc habitabant in vrbibus Samariæ, habitare trans Euphraten respectu Babyloniorum. * sub scripserunt ad Regem. 30 Chald. ad eum [illegible] Artaxerxem. 31 & Chelteneth. sub [illegible] 32 vel, murorum fundamenta iaciunt. 33 Chald. Heb. coniunxerunt i. congregarunt. 34 tributum, vectigal, & reditus annuos, &c. Alij pro vectigali, censum vertunt qui dabatur pro singulis capitibus. Reditus annuos intelligit doctus [illegible] Heb. [illegible] munera quæ dari solent regibus in aduentu ipsorum, aut quando iter faciunt per aliquam regionem. 35 Chald. & tributum regum lædes. i. [illegible] fiet sub hac vrbs, si instaurata fuerit. 36 Chald. propterea quod est [illegible] templi. sub. quod erat in Ierusalem. i. [illegible] quod templum [illegible] Verti etiam potest, propterea quod sale palatij saliti sumus. i. quod sal e palatio allatum comedimus. i. quod in palatio educati sumus. 37 Chald. & contemptum Regis non est pulchrum nobis, &c. i. non decet neq; conuenit nobis. 38 sub. aliquis mandante ac iubente Rege.

38 Chald. à diebus seculi. i. ab omni æuo.
40 extructi fuerint.
41 Chald. obed. portio quæ est [illegible] (regione quæ est) trans flumen non erit tibi. i. nullam hæreditatem siue possessionem habiturus es in regione quæ est vltra Euphratem. i. in Israele, quam Euphrates separat ab imperio Babylonico.
42 Chald. verbum. i. responsum.
43 socios eorum.
44 i. in vrbibus prouinciæ Samariæ.
45 i. misit epistolam quæ dicebat illis salutem.
46 & Chebath. i. & ad populum qui dicebatur Chetheth per contractionem. Paulo superius integre ponitur, Cheheneth.
47 vel, statutum à me situatum. q. d. ego statui ac decreui quod legerentur historiæ.
48 sit. vel, fieri solet.
49 Chald. fuerunt dominantes in omni qui habitabant (vel, omni regioni quæ est) vltra flumen, tributumque vectigal & reditus annuus dabatur illis.
50 statutum vt cessare faciant homines istos. i. statuite vel decernite vt, &c.
51 præceptum positum sit. vel, decretum, siue statutum. sub. à Iudæis. donec à me aliter statutum fuerit.
52 Chald. Cauete vt errorem faciatis. vel, committatis. i. Videte ne erretis.
53 Chald. accrescet destructio in perniciem Regum. i. quare vestra culpa, si id permittatis, damnum accrescet Regibus.
54 Chald. Tunc ex quo. i. Cum primum autem.

& prouinciis, quodque in ea vrbe [39] retro temporibus fuerunt, qui ad defectionem, [illegible] : quam ob causam & vrbs hæc vastata est.

16 Insuper & hoc indicamus Regi, si vrbs hæc fuerit readificata, & muri [40] ex fundamentis refecti, [41] nullam partem vltra flumen habebis.

17 Misit autem Rex [42] mandatum ad Rehum qui erat [10] a commentariis, Simsai scribam, atque [43] reliquos eiusdem consilij qui habitabant [44] in Samaria, & ad reliquos qui erant trans flumen, [45] Pacem [46] & longanimitatem.

18 EPISTOLA quam ad nos misistis, explicata est, lectaque coram me.

19 [47] Datum est autem à me decretum, & inquisiuerunt atque inuenerunt, quod ciuitas ista [19] retro temporibus sese eleuauit contra Reges, quodque in ea rebellio & defectio [48] facta est.

20 Ad hæc fuerunt in Jerusalem Reges prapotentes, [49] qui imperium obtinuerint in omni [regione] transfluuiana, datumque est illis tributum, stipendium & vectigal.

21 Interponite ergo [50] mandatum, vt viri isti cessent, neque vrbs ista readificetur, donec a me [51] mandetur.

22 [52] Cauti estote, vt istud fiat: cur enim [53] [bene] nasceretur damnum quod Regibus incommodaret?

23 [54] Mox vt exemplar epistolæ Artaxerxis Regis lectum est coram Rehum & Simsai scriba, atque [55] aliis eiusdem consilij complicibus, abierunt festinanter Jerosolyma ad Judæos, & impedierunt eos [56] brachio & vi.

24 Tum [57] impeditum est opus ædis Dei in Jerusalem, [58] cessatumque est vsque ad secundum annum regni Darij Regis Persarum.

& prouinciis, & bella concitantur in ea ex diebus antiquis: quam ob rem & ciuitas ipsa destructa est.

16 Nunciamus nos Regi quoniam si ciuitas illa ædificata fuerit, & muri ipsius instaurati, possessionem trans Fluuium non habebis.

17 Verbum misit Rex ad Reum Beel-teem, & Samsai scribam, & ad reliquos qui erant in consilio eorum habitatores Samariæ, & cæteris trans Fluuium, salutem dicens & pacem.

18 [b] ACCVSATIONEM quam misistis ad nos, manifeste lecta est coram me.

19 Et à me præceptum est, & recensuerunt, inueneruntque quoniam ciuitas illa à diebus antiquis aduersum Reges rebellat, & seditiones & prælia concitantur in ea.

20 Nam & Reges fortissimi fuerunt in Jerusalem: qui & dominati sunt omni regioni quæ trans Fluuium est Tributum quoque, & vectigal, & reditus accipiebant.

21 Nunc ergo audite sententiam, Prohibeatis viros illos, vt vrbs illa non ædificetur, donec si forte à me iussum fuerit.

22 Videte ne negligenter hoc impleatis, & paulatim crescat malum contra Reges.

23 Itaque exemplum edicti Artaxerxis Regis lectum est coram Reum Beel-teem & Samsai scriba, & consiliariis eorum: & abierunt festini in Jerusalem ad Judæos, & prohibuerunt eos in brachio & robore.

24 Tunc intermissum est opus domus Domini in Jerusalem, & non fiebat vsque ad annum secundum regni Darij Regis Persarum.

[illegible]
[b] ACCVSATIO.
D
[b] DN

CAPVT V.

1 PRophetauit autem Haggæus Propheta, & Zacharias [a] filius Iddo, qui fuerunt Prophetæ ad Iudæos in Judæa & Jerusalem, in nomine Dei Israelis [[1] prophetantes] eis.

2 Tum [a] surrexerunt Serubabel filius Sealtielis, & Jesua filius Jozadac, & cœperunt ædificare ædem Dei in Jerusalem, erantque cum eis Prophetæ Dei, [eos] [3] subleuantes.

3 Eodem tempore venit ad eos Thathanai, qui [4] præfectus erat trans flumen, & præfectus militum, atque complices eorum, & sic dixerunt ad eos, Quis dedit vobis [5] mandatum hanc domum ædificandi, murosque eius à fundamentis reficiendi?

4 Tum [6] iuxta tenorem diximus eis [7] quæ essent nomina virorum qui hoc ædificium reficerent.

5 Atqui oculus Dei eorum [8] fuit super seniores Judæorum, [9] vt non potuerint eos impedire, [10] donec causa perueniret ad Darium, tum & [ipsi Judæi] per epistolam responderunt de hac re.

6 Porro exemplar epistolæ quam misit Thathanai præfectus vltra flumen, & [4] dux militum complicesque eius Arphasachæi, qui erant trans flumen, ad Darium regem.

7 [11] Et intra hæc scripta erat causa quam miserunt ad eum, DARIO REGI: Pax [12] integra.

8 Notum sit Regi quòd profecti sumus ad prouinciam Judæorum, ad domum Dei magni, quæ ædificatur lapidibus [13] ingentibus, [14] trabes quoque ponuntur in parietibus, opusque ipsum fit mira celeritate, & feliciter succedit per manus eorum.

9 Tunc interrogauimus senes [15] illorum, & hæc ita nobis

1 PRophetauerunt autem Aggæus Propheta, & Zacharias filius Addo, prophetantes ad Judæos qui erant in Juda & Jerusalem, in nomine Dei Israel,

2 Tunc surrexerunt Zorobabel filius Salathiel, & Josue filius Josedec: & cœperunt ædificare templum Dei in Jerusalem, & cum eis Prophetæ Dei adiuuantes eos.

3 In ipso autem tempore venit ad eos Thathanai qui erat dux trans Flumen, & Starbuzanai, et consiliarij eorum: sicque dixerunt eis. Quis dedit vobis consilium vt domum hanc ædificaretis, et muros eius instauraretis?

4 Ad quod respondimus eis, quæ essent nomina hominum authorum ædificationis illius.

5 Oculus autem Dei eorum factus est super senes Judæorum, et non potuerunt inhibere eos. Placuitque vt res ad Darium referretur, et tunc satisfacerent aduersus accusationem illam.

6 Exemplar epistolæ quam misit Thathanai dux regionis trans Flumen, et Starbuzanai, et consiliatores eius Arphasachæi qui erant trans Flumen, ad Darium Regem.

7 Sermo, quem miserant ei, sic scriptus erat. DARIO REGI, pax omnis.

8 Notum sit Regi iuisse nos ad Judæam prouinciam, ad domum Dei magni, quæ ædificatur lapide impolito, et ligna ponuntur in parietibus: opusque illud diligenter extruitur, et crescit in manibus eorum.

9 Interrogauimus ergo senes illos, et ita diximus eis,

A
Adhortatione Aggæi & Zachariæ reædificatur templum. 1. Esd. 6. a

Dux Thathanai conatur inhibere ædificationem, sed frustra.

Oculus Dei.
B

Epistola Thathanai ad Darium Regem, qua eum consulit super ædificatione templi.

55 societate eorum. vel, societate. 56 robore. i. vi & armis. 57 cessauit. 58 intermissum est inquam. CAP. V. [a] nepos. 1 Chald. super eos. i. qui erant cum eis. afflabantur enim spiritu Dei. Alij, quod inuocatum erat super eos. 2 moti scilicet adhortationibus prophetarum. 3 adiuuantes. 4 [illegible] (vel, præfectus) eorum qui habitabant vltra flumen (i. Euphratem,) & Stharbuzanai & socij. 5 vel, decretum siue statutum. i. [illegible] potestate ac [illegible] hoc templum? Aut, permissione cuius instauratis templum, &c. 6 adhuc. 7 Quæ sunt nomina virorum qui hoc ædificium ædificant. Verba sunt Thathanai & sociorum eius. Inducit enim author libri eos adhuc loquentes. 8 erat. Per oculum, prouidentiam & fauorem Dei intelligit. 9 q. d. Thathanai & socij eius non potuerunt efficere vt illi intermitterent opus tantisper dum negocium referretur ad Darium. 10 tantisper dum. 11 Chald. (verbum miserunt ad eum, & iuxta hoc scriptum erat in medio eius. i. Epistolam enim miserunt ad eum & sic erat scriptum in ea. 12 Chald. omnis q. d. Dario Regi salutem plurimam dicunt, &c. 13 marmoreis. 14 ligna. i. parietes regunt tabulis ligneis, hoc est, cedrinis. 15 vel, illos.

mus eis,

mus eis, Quis dedit vobis potestatem vt domum hanc ædificaretis, & muros hos instauraretis?

10 Sed & nomina eorum quæsiuimus ab eis, vt nunciaremus: scripsimusque nomina eorum virorum, qui sunt principes in eis.

11 Huiuscemodi autem sermonem responderunt nobis, dicentes, Nos sumus serui Dei, cæli & terræ, & ædificamus templum quod erat extructum ante hos annos multos: quodque rex Israel magnus ædificauerat & extruxerat.

12 Postquam autem ad iracundiam prouocauerunt patres nostri Deum cæli, tradidit eos in manus Nabuchodonosor regis Babylonis Chaldæi: domum quoque hanc destruxit, & populum eius transtulit in Babylonem.

13 Anno autem primo Cyri regis Babylonis, Cyrus rex proposuit edictum vt domus Dei ædificaretur.

14 Nam & vasa tépli Dei aurea & argentea, quæ Nabuchodonosor tulerat de templo, quod erat in Jerusalem, & asportauerat ea in templum Babylonis, protulit Cyrus rex de templo Babylonis, & data sunt Sassabasar Vocabulo, quem & principem constituit,

15 dixitque ei, Hæc vasa tolle, & vade: & pone ea in templo, quod est in Jerusalem: & domus Dei ædificetur in loco suo.

16 Tunc itaque Sassabasar ille venit, & posuit fundamenta templi Dei in Jerusalem, & ex eo tempore vsque nunc ædificatur, & necdum completum est.

17 Nunc ergo si videtur regi bonum, recenseat in bibliotheca regis, quæ est in Babylone, vtrumnam à Cyro rege iussum fuerit vt ædificaretur domus Dei in Jerusalem, & voluntatem regis super hac re mittat ad nos.

dum diximus ad eos, Quis dedit vobis mandatum reædificandi hanc domum, & muros istos ex fundamentis reficiendi?

10 Sed & nomina eorum interrogauimus ab eis: vt indicaremus tibi, & vt scriberemus nomina virorum qui capita sunt inter eos.

11 Hi verò hoc modo responderunt, dicentes, Nos sumus serui illius, qui Deus est cæli & terræ: & ædificamus domum quæ extructa retro temporibus [16] erat ante multos annos, quam [17] rex Israelis magnus ædificauerat & [18] fundauerat.

12 [19] Quandoquidem verò patres nostri irritarunt Deum cæli, tradidit eos in manum Nabuchodonosoris regis Babylonis & [20] Chaldæorum: qui ædem hanc deuastauit, & populum eius transtulit captiuum in Babylonem.

13 Atqui anno primo Cyri regis Babylonis rex Cyrus posuit edictum [21] de hac domo Dei vt reædificaretur.

14 Quin & vasa templi Dei aurea & argentea, quæ Nabuchodonosor sustulerat è templo Jerosolymitano, & abduxerat ea in phanum quod erat in Babylone, ea protulit Cyrus rex de phano Babylonis: quæ tradita sunt ei, cui nomen Sesbasar, quem [22] ducem constituerat,

15 Dixitque ad eum, Tolle vasa ista, & abi, atque repone ea in templo quod est Jerosolymis: domusque Dei ædificetur [23] in basi sua.

16 Venit ergo tum Sesbasar iste, & iecit fundamenta ædis Dei quæ est in Jerusalem: [24] atque eodem tempore vsque in præsens ædificatur, neque dum absoluta est.

17 Nunc itaque [25] si regi videtur, perquiratur [26] in repositorio thesaurorum regis, quod est isthic in Babylone, sitne hoc à rege Cyro constitutum decretum, [27] vt reædificetur ædes Dei in Jerusalem, atque de hac re animum regis nobis mittat.

16 Hebr. fuerat ante hos multos annos. vel, multis annis antea.
17 sub. Salomon.
18 vel, perfecerat aut, consummauerat.
19 Veruntamē ex quo. vel, Sed postea quam.
20 Chald. Chaldæi. i. qui regnabat in Chaldæa.
21 vt domum Dei hanc ædificaret. sub. Iudæi.
22 sub. transmigrationis. i. eorum qui de captiuitate Babylonica reuertebantur in Jerusalem ac Iudæam.
23 in loco suo. i. vbi antea fuerat.
24 & ex eo tempore.
25 Chald. si regi bonum est. i. si videatur, & ei placuerit.
26 Chald. in domo thesaurorū. Olim duplices fuerunt bibliothecæ: aliæ erant in quibus reseruabantur libri, qui spectabant ad eruditionem: aliæ verò in quibus reponere solebant libros qui spectabant ad rem nummariam. etiam alii sunt libri rationum, & alii libri sapientiæ ac philosophiæ. Hic autem loquitur de libris rationū.
27 vel, de reædificanda Jerusalem.

CAPVT VI.

A 1 TVnc Darius rex præcepit: & recensuerunt in bibliotheca librorum, qui erant repositi in Babylone:

Darius Cyri decretum de templo extruendo inueniēs, iubet & ipse templum extrui.

2 Et inuentum est in Ecbatanis, quod est castrum in Medena prouincia, volumen vnum, talisque scriptus erat in eo commentarius:

3 ANNO PRIMO Cyri regis, Cyrus rex decreuit vt domus Dei ædificaretur, quæ est in Jerusalem, in loco vbi [a] immolant hostias, & vt ponant fundamenta supportantia altitudinem cubitorum sexaginta, & latitudinē cubitorū sexaginta.

3. Esd. 6. c
a immolent.

4 Ordines de lapidibus impolitis tres, & sic ordines de lignis nouis: sumptus autem de domo regis dabuntur.

5 Sed & vasa templi Dei aurea & argentea, quæ Nabuchodonosor tulerat de templo Jerusalem, & attulerat ea in Babylonem, reddantur, & referantur in templum in Jerusalem in locum suum, quæ & posita sunt in templo Dei.

6 Nunc ergo Thathanai dux regionis quæ est trans Flumen, Star-buzanai, & consiliarii vestri Apharsachæi, qui estis trans Flumen procul recedite ab illis.

B

7 Et dimittite fieri templum Dei illud à duce Judæorum & à senioribus eorum, & [a] domus Dei illa ædificetur in loco suo.

a domum Dei illam ædificent

8 Sed & à me præceptum est quid oporteat fieri à presbyteris Judæorum illis, vt ædificetur domus Dei, scilicet vt de arca regis, id est de tributis quæ

1 TVm [1] constituit Darius rex mandatum, [2] vt quærerent in bibliotheca, in eo loco vbi thesauros reponebant in Babylone.

2 Inuentumque est in [3] Ahmatha, in arce quæ est in regione Medorum, volumen quoddam, in quo sic memoriæ proditum erat:

3 ANNO PRIMO Cyri regis constituit Cyrus rex [4] decretum de templo Dei in Jerusalem, vt domus [5] in loco vbi sacrificent ædificetur, [6] & fundamenta eius perficiantur, altitudine sexaginta cubitorum, & latitudine sexaginta cubitorum.

4 [7] Ordines lapidum ingentium tres, [8] ordo verò lignorum [9] vnus: & [10] quidquid deest, ex domo regis suppeditetur.

5 Sed & vasa templi Dei aurea & argentea, quæ abduxerat Nabuchodonosor de templo quod fuit Jerosolymis attuleratque ea Babylonem, [11] restituantur [12] inferanturque in templum Jerosolymitanum in locum suū, [13] collocenturque ea in ædem Dei.

6 Nunc itaque tu Thathanai [14] præfectus trans fluuium, tuque imperator exercitus & complices horum, vos Acharsechai qui estis trans fluuium, procul absistite [15] isthinc.

7 Relinquite [16] opus ædis Dei huius, [17] præfectus Judæorum senesque ipsi Judæorum ædificent ædem illam Dei in loco suo.

8 A me constitutum est decretum, [18] quid faciatis cum senioribus Judæorum illis in ædificando ædem illam Dei, (nempe) vt de facultatibus regis, quas habes ex

CAP. VI.
1 vel, fecit Darius rex edictū. sub. vt requirerent, an ita res haberet.
2 Chald. & quæsierunt in domo librorum thesaurorum qui positi erant ibi in Babylone, i. in bibliotheca, vbi thesauros reponere solebant, &c.
3 in firmitio.
4 Alii incipiunt hic decretum, hoc modo, Domus Dei ...

... Jerusalem; domus inquam, ædificetur. vel, ædificabitur. 5 Chald. quæ est locus in quo immolant Victimas. vel, quæ erit locus in quo immolabunt hostias. 6 & parietes eius colligarentur. Alii legunt, fundamenta eius constiguantur. vel, contignentur. 7 Parietes ex lapidibus marmoreis, &c. vel, Ordines. sub. parietum, sint, vel, erunt ex, &c. 8 paries verò è lignis nouis. vel, recentibus. In libris Regum dicitur, è tabulis cedrinis. 9 vel, interior. 10 sumptus. vel, expensa. q. d. Permitto vt templum Jerosolymitanum instauretur, idque sumptu proprio. 11 restituantur. sub. ministri. i. serui regis qui illa custodiunt. 12 proficiscatur. sub. quæ sub vasa illa. i. referantur. 13 Mutat personam, & conuertit sermonem ad Zorobabelem. 14 præses eorum qui sunt trans flumen, Sethar-bozanai, & socii eorum. i. vestri. 15 i. ab Jerusalem vbi ædificatur templum. q. d. nolite esse impedimento iis qui ædificant templum Dei in Jerusalem. 16 sub. (vt fiat) opus, &c. 17 sub. hæc inquam vt præfectus. 18 de eo quod facturi estis. i. quid vos facere velim.

19 festinanter sumptus (scilicet) dentur. 20 ... ne faciant cessare. (scilicet) eos qui ædificant templum. 21 per singulos dies, ita vt nullus sit error. Solebat hæc omnia adhiberi & commisceri holocaustis, oblationibus, & libaminibus. 22 suffimenta. 23 Chald. diruatur lignum. i. diruendo extrahantur ligna. 24 festinanter. sive, celeriter. 25 Chald. iuxta id quod miserat Darius Rex, sic illud, &c. 26 secundum prophetiam. vel, in prophetia Aggæi, &c. per quos Dominus iusserat ac mandauerat vt instaurarent templum. 27 perficientes illud. 28 vel, & Artaxerxis. Dicunt hunc Artaxerxem fuisse filium Darii: & tempore illius absoluta fuisse quæcunque pertinebant ad ornatum templi. 29 Chald. vsque ad diem tertium, &c. Non fuit absoluta vsque, &c. Mensis Adar est duodecimus, qui respondet partim nostro Februario, partim Martio. 30 qui erat annus sextus. 31 dedicationem. 32 sub. filiorum. 33 Chald. pro peccato, pro toto Israel. i. in sacrificium pro peccato. 34 vel, divisionibus. Fecerunt ex sacerdotibus diuersas classes iuxta quas vicissim agerent rem sacram Deo in templo: similiter & ex Leuitis, vt ipsi per vices suas ministrarent in templo ipso. 35 Chald. super opus Dei quod (faciendum erat) ... 36 sub die. 37 Heb. tanquam vnus. 38 i. agnum paschalem. 39 vel, ... parare...

tributo trans flumen, [19] *diligentissime expensa suppeditentur viris istis,* [20] *nec quisquam impediat.*

9 Et quicquid necessarium fuerit, siue vituli sint, siue arietes, siue agni ad holocausta Deo cæli, frumentum, sal, vinum & oleum iuxta quod dixerint sacerdotes qui sunt Jerosolymis, hæc dentur eis [21] *sine quoque die demensum suum, atque absque vlla cunctatione.*

10 Vt [habeant vnde] offerant [22] *suaueolentia Deo cæli, vtque orent pro vita Regis & filiorum eius.*

11 Est præterea & a me tale constitutum decretum, vt quicunque mortalium hoc edictum mutarit, [23] *tollatur trabs de domo eius, in quam erectam suspendatur: insuper & domus eius huius rei gratia in sterquilinium redigatur.*

12 Deus quoque qui nomen suum illic collocauit, extirpet omnem Regem & populum, qui manum suam admolitus fuerit, vt vel mutet vel lædat domum istam Dei quæ est Jerosolymis. Ego Darius hoc edictum statui, vt [24] *diligenter & exacte fiat.*

13 Tum Tathnai præfectus regionis transfluuianæ, imperator exercitus, & cæteri complices eorum, mox [25] *vt Darius Rex huiusmodi miserat, exacte sunt exequuti.*

14 Seniores ergo Judæorum ædificabant, & prospere illis successit [26] *per prophetiam Haggai prophetæ, & Zachariæ filii Iddo, ædificabant inquam,* [27] *fundamentum iacientes ex decreto Dei Israelis, & ex decreto Cyri & Darii, (*[28] *qui & Artaxerxes,) Regis Persarum.*

15 Absoluta est autem ædes ista [29] *die tertio mensis Adar,* [30] *anno sexto regni Darii Regis.*

16 Fecerunt itaque filii Israel, sacerdotes & Leuitæ, reliquique qui ex captiuitate redierant, [31] *initiationem ædis Dei huius cum gaudio.*

17 Obtulerunt que ad [32] *initiationem domus Dei huius iuuencos centum, arietes ducentos, agnos quadringentos, &* [33] *hircos caprarum* [33] *pro expiatione totius Israelis duodecim, iuxta numerum tribuum Israelis.*

18 Et sacerdotes statuerunt in [34] *ordinibus suis, & Leuitas in suis partitionibus* [35] *pro ministerio Dei qui [colitur] in Jerusalem, quemadmodum scriptum erat in libro Moysis.*

19 Celebrarunt quoque qui ex captiuitate redierant Pasa in [36] *quartadecima mensis primi.*

20 Nam & sacerdotes & Leuitæ mundati erant, erantque omnes [37] *pariter puri. mactarunt itaque* [38] *Pasa omnibus qui è captiuitate redierant, & fratribus suis sacerdotibus, & sibi ipsis.*

21 Comederunt ergo filii Israelis qui è captiuitate redierant, & quicunque [39] *segregatus erat ab immunditia Gentium terræ, [veneratque] ad eos, vt quærerent Dominum Deum Israelis.*

22 Et fecerunt solennitatem azymorum septem diebus in gaudio, quandoquidem exhilarauerat eos Dominus, [40] *conuerteratque cor Regis Assur ad eos, vt confortaret manus eorum in opere ædis Dei, Dei videlicet Israelis.*

datur de regione trans Flumen, studiose sumptus dentur viris illis, ne impediatur opus.

9 Quod si necesse fuerit, & vitulos, & agnos, & hœdos in holocaustum Deo cæli, frumentum, sal, vinum, & oleum, secundum ritum sacerdotum qui sunt in Jerusalem, detur eis per singulos dies: ne sit in aliquo querimonia.

10 Et offerant oblationes Deo cæli, orentque pro vita Regis, & filiorum eius.

11 A me ergo positum est decretum, Vt omnis homo qui hanc mutauerit iussionem, tollatur lignum de domo ipsius, & erigatur, & configatur in eo: domus autem eius publicetur.

12 Deus autem qui habitare fecit nomen suum ibi, dissipet omnia regna, & populum qui extenderit manum suam vt repugnet, & dissipet domum Dei illam, quæ est in Jerusalem. Ego Darius statui decretum, quod studiose impleri volo.

13 Igitur Thathanai dux regionis trans Flumen, & Star-buzanai, & consiliarii eius, secundum quod præceperat Darius Rex, sic diligenter executi sunt.

14 Seniores autem Judæorum ædificabant, & prosperabantur iuxta prophetiam Aggæi prophetæ, & Zachariæ filii Addo: & ædificauerunt & construxerunt, iubente Deo Israel, & iubente Cyro & Dario, & Artaxerxe Regibus Persarum:

15 Et compleuerunt domum Dei istam, vsque ad diem tertium mensis Adar, qui est annus sextus regni Darii Regis.

16 Fecerunt autem filii Israel sacerdotes & Leuitæ, & reliqui filiorum transmigrationis, dedicationem domus Dei in gaudio.

17 Et obtulerunt in dedicatione domus Dei, vitulos centum, arietes ducentos, agnos quadringentos, hircos caprarum pro peccato totius Israel duodecim, iuxta numerum tribuum Israel.

18 Et statuerunt sacerdotes in ordinibus suis, & Leuitas in vicibus suis super opera Dei in Jerusalem, sicut scriptum est in libro Moysi.

19 Fecerunt autem filii Israel transmigrationis Pascha, quartadecima die mensis primi.

20 Purificati enim fuerant sacerdotes & Leuitæ quasi vnus: omnes mundi ad immolandum pascha vniuersis filiis transmigrationis, & fratribus suis sacerdotibus, & sibi.

21 Et comederunt filii Israel qui reuersi fuerant de transmigratione, & omnes qui se separauerant à coinquinatione Gentium terræ ad eos, vt quærerent Dominum Deum Israel.

22 Et fecerunt solennitatem azymorum septem diebus, in lætitia: quoniam lætificauerat eos Dominus, & conuerterat cor Regis Assur ad eos, vt adiuuaret manus eorum in opere domus Domini Dei Israel.

B

C

Templum absoluitur: 3. Esdræ 7. a

D

Dedicatur templum.

Num. 1. b & 6

Celebratur pascha.

Cor Assur conuersum à Deo in auxilium Israelis.

CAPVT VII.

P[1]Ost hæc gesta [erat] in [2] regno Artaxerxis Regis Persarum [3] Esras filius Seraia, filii Asaria, filii Hilkia.

2 Filii Sallum, filii Zadoc, filii Ahitub,

3 Filii Amaria, filii Asaria, filii Meraioth.

4 Filii Serahia, Filii Vsi, filii Buki.

5 Filii Abisua, filii Pinhas, filii Eleasari, filii Aharonis sacerdotis summi.

6 Hic Esras ascendit de Babylone, idemque scriba erat [a] *promptus in lege Mosis, quam dederat Domi-*

1 POst hæc autem verba in regno Artaxerxis regis Persarum, Esdras filius Seraiæ, filii Azariæ, filii Helciæ,

2 Filii Sellum, filii Sadoc, filii Achitob,

3 Filii Amariæ, filii Azariæ, filii Maraioth,

4 Filii Zarahiæ, filii Ozi, filii Bocci,

5 Filii Abisue, filii Phinees, filii Eleazar, filii Aaron sacerdotis ab initio.

6 Ipse Esdras ascendit de Babylone, & ipse scriba velox in lege Moysi, quam Dominus Deus dedit

A

Esdras edicto Regis Artaxerxis sumptibus comitibus ascendit Jerusalem.

1. Esdr. 8. a

... qui de infidelitate Gentium conuersi erant ad fidem i. proselyti. 40 i. reddiderat illum eis propitium qui antea erat animo infenso in eos. Meminit autem ... Assyriorum, quod tunc qui Rex Persarum, etiam Rex erat Assyriorum. ... CAP. VII. [1] Hebræi dicunt omnes Reges Persarum vocatos fuisse Artahsastha, id est, Artaxerxes. [2] Hic describitur genealogia Esdræ, qui ascendit vsque ad Aaronem ... [a] vel, velox i. legisperitus, siue legislator ... Dei hi enim scribæ dicebantur, quod officium eorum esset describendi legem. Qui Matth. 22, & Luc. 10. legisperitus, siue doctor legis, idem Marc. 12. dicitur scriba.

Israel:

Israel, & dedit ei rex secundum manum Domini Dei eius super eum, omnem petitionem eius.

6 Et ascenderunt de filiis Israel, & de filiis sacerdotum, & de filiis Leuitarum, & de cantoribus, & de ianitoribus, & de Nathinæis in Jerusalem anno septimo Artaxerxis regis.

7 Et venerunt in Jerusalem mense quinto, ipse est annus septimus regis. Quia in primo die mensis primi cœpit ascendere de Babylone,

8 Et in primo die mensis quinti venit in Jerusalem, iuxta manum Dei sui bonam super se.

Esdras doctor legis.

9 Esdras autem parauit cor suum, vt inuestigaret legem Domini, & faceret & doceret in Israel præceptum & iudicium.

Edictum Artaxerxis.

10 Hoc est autẽ exemplar epistolæ edicti, quod B dedit rex Artaxerxes Esdræ sacerdoti, scribæ erudito in sermonibus & præceptis Domini, & ceremoniis eius in Israel.

11 ARTAXERXES rex regum Esdræ sacerdoti, scribæ legis Dei cæli doctissimo salutem.

12 A me decretum est, vt cuicunque placuerit in regno meo de populo Israel, & de sacerdotibus eius, & de Leuitis ire in Jerusalem, tecum vadat.

13 A facie enim regis, & septem consiliatorum eius missus es, vt visites Judæam & Jerusalem in lege Dei tui, quæ est in manu tua:

14 Et vt feras argentum & aurum quod rex & consiliatores eius sponte obtulerunt Deo Israel, cuius in Jerusalem tabernaculum est.

15 Et omne argentum & aurum quodcunq; inueneris in vniuersa prouincia Babylonis, & populus offerre voluerit, & de sacerdotibus qui sponte obtulerint domum Dei sui, quæ est in Jerusalem, libere accipe:

C 16 Et studiose eme de hac pecunia vitulos, arietes, agnos, & sacrificia & libamina eorum, & offer eã super altare templi Dei vestri quod est in Jerusalem.

17 Sed & si quid tibi & fratribus tuis placuerit de reliquo argento & auro vt faciatis iuxta voluntatem Dei vestri facite.

18 Vasa quoque quæ dantur tibi in ministeriũ domus Dei tui, trade in cõspectu Dei in Jerusalem.

19 Sed & cætera quibus opus fuerit in domum Dei tui quantumcunque necesse est vt expendas, dabis de thesauro, & de fisco regis, & à me.

20 Ego Artaxerxes rex statui atq; decreui omnibus custodibus arcæ publicæ, qui sunt trans Flumen, vt quodcunque petierit à vobis Esdras sacerdos, scriba legis Dei cæli, absque mora detis,

21 Vsque ad argenti talenta centum, & vsque ad frumenti coros centum, & vsq; ad vini batos centum, & vsque ad batos olei centum, sal verò absque mensura.

D 22 Omne quod ad ritum Dei cæli pertinet, tribuatur diligenter in domo Dei cæli: ne forte irascatur contra regnum regis, & filiorum eius.

23 Vobis quoque notum facimus de vniuersis sacerdotibus & Leuitis, & cantoribus & ianitoribus, Nathinæis, & ministris domus Dei huius, vt vectigal & tributum, & annonas non habeatis potestatem imponendi super eos.

24 Tu autem Esdra secundum sapientiam Dei tui, quæ est in manu tua, constitue iudices & præsides, vt iudicent omni populo qui est trans Flumen, his videlicet qui nouerunt legem Dei tui, sed & imperitos docete liberè.

25 Et omnis qui non fecerit legem Dei tui, & legem regis diligenter, iudicium erit de eo, siue in mortem, siue in exilium, siue in condemnationem substantiæ eius, vel certe in carcerem.

[illegible] Deus Israel. Huic rex dedit (quandoquidem manus Domini Dei sui erat cum eo) quidquid ipse petebat.

6 Ascenderuntque de filiis Israelis, de sacerdotibus & Leuitis, cantoribus, ianitoribus & Nethinæis in Jerusalem, anno septimo Artaxerxis regis.

7 Venit autem Jerosolyma mense quinto, septimo anno regis. Prima enim (die) mensis primi inchoatus est ascensus e Babylone.

8 Et prima (die) mensis quinti venit Jerosolyma, quandoquidem manus Dei sui bona erat cum eo.

9 Siquidem Esdras parauerat cor suum vt inquireret legem Domini, & vt (eam) faceret, & quo doceret in Israele ceremonias & iudicium.

10 Hoc est autem exemplar scripti quod dedit Artaxerxes Esdræ sacerdoti & scribæ, (scribæ inquam) verborum & præceptorum Domini, atque statutorum eius in Israele.

11 ARTAXERXES rex regum Esdræ sacerdoti & scribæ legis Dei cæli, incolumitatẽ & diuturnitatẽ.

12 Constitutum est à me decretum, vt quicunq; sponte voluerit in regno meo de populo Israel sacerdotibus & Leuitis, proficisci Jerosolymam, tecum proficiscatur.

13 Eo quod tu à rege, & septem cõsiliariis eius missus sis, vt inuisas Jehudam & Jerusalem in lege Dei tui quæ est in manu tua:

14 Et vt (tecum) feras argentum & aurum quod rex & consiliarii eius sponte offerunt Deo Israelis, cuius domicilium est in Jerusalem.

15 Omne insuper argentum & aurum quod inueneris in vniuersa prouincia Babyloniorum, cum his quæ populus sponte dederit, quæque sponte obtulerint sacerdotes ad ædem Dei sui quæ est in Jerusalem,

16 Vt ea pecunia celeriter coemas iuuencos, arietes & agnos, deinde cibaria eorum sacrificia, & eorum libamina, & offeras ea ad aram domus Dei vestri, quæ est Jerosolymis.

17 De reliquo argenti & auri agite quod tibi & fratribus tuis visum fuerit, iuxta voluntatem Dei vestri.

18 Et vasa quæ tradita sunt tibi ad cultum ædis Dei tui, restitue in conspectum Dei in Jerusalem.

19 Porrò reliquum quod necessarium fuerit pro æde Dei tui quod tibi expendendum acciderit, expendas è thesauris regis.

20 Equidem a me Artaxerxe rege edictum promulgatum est ad omnes qui thesauris præfecti sunt trans flumen, vt quidquid postulauerit à vobis Esdras sacerdos scriba legis Dei cæli, ilico fiat.

21 Vsque ad argenti talenta centum, & vsque ad tritici coros centum, ad vini batos centum, & vsque ad batos olei centum. Sal verò ne scribatur.

22 Et quidquid denique est quod præceptum est à Deo cæli, fiat diligenter domui Dei cæli, ne irascatur super regnum, regem & filios eius.

23 Et id quoque vobis notum facimus, ne vobis sumatis authoritatem imperandi eis tributum, stipendium aut vectigal, omnibus inquam sacerdotibus, Leuitis, cantoribus, ianitoribus, Nethinæis atque ministris ædis Dei huius.

24 Et tu Esdra pro sapientia Dei tui, quæ est in manu tua, ex me (constitue) iudices & consiliarios, qui iudicent vniuersum populum transfluuianum, omnes eos qui nouerunt leges Dei tui. qui verò non nouerunt, eos docentis.

25 Quicunque autem facere noluerit legem Dei tui, atque legem regis, de hoc ilico fiat iudicium, siue ad mortem, siue ad eradicationem, siue vt facultatibus mulctetur, siue vt vinciatur.

3 Heb. iuxta manum Domini Dei sui super eum. i. prout magno illo fauore quo prosequebatur Deus ipsum Esdram, prout fauit illi Deus.
4 sub. vnà cum eo aliquot.
5 Heb. ipse est annus septimus regis. i. sub ipsius Dario.
6 ad est, profectionis ac reditus.
7 Heb. iuxta manum Dei sui bonam super eũ. i. per gratiam, &c.
8 Heb. præceptum & iudiciũ. i. præcepta iudicialia.
9 vel, epistolæ quam.
10 consummato, & ipsi Chebeneth sub. salutem plurimam dicat. i. doctissimo, & omnibus numeris absoluto.
11 vel, mitteris.
12 vt inquiras in Judæam & Jerusalem propter legem, &c. i. an incolæ Judææ an seruent legem quam habes in promptu.
13 oblationes eorum.
14 vel, offeras super aram.
15 i. quid sibi commune est cum popularibus tuis.
16 i. vasa quæ concredita sunt fidei tuæ, vt cedant in vsum templi Dei tui, depone coram Deo in Jerusalem. vel, coram Deo Jerusalem. i. coram Jerusalem, qui colitur in Jerusalem.
17 contigerit.
18 q. d. cape omnia ex thesauro regis.
19 vel, (&) scribæ doctor.
20 Hebr. & sal quod non scriptum est. vel, salis quantum non est scriptum. i. salis mensuram non præscriptã, sed quantum volet.
21 vel, in domo. i. in templo.
22 Hebr. cur enim (committemus) vt sit ira Dei, &c. vel, Cur enim erit, &c.
23 Heb. præterea [illegible]

[illegible] (ullus) imponat, q. d. nolo quempiam esse qui possit imponere illis, &c. 24 vectigal & reditum annuum cuiquam ex sacerdotibus, &c. q. d. volo eos omnes esse immunes. 25 i. quam habes in promptu. 26 vel, præsides. 27 vel, vt iudicent. 28 vel, docebitis. 29 non fecerit. 30 i. volo vt mortatur, aut mittatur in exilium, vel mulctetur mulcta pecuniaria, aut retrudas in carcerem, pro modo peccati.

31 simile. vel, tale quippiam
32 misericordiã [illegible] qui me reddidit gratiosum regi.
33 Heb. regis potentibus.
34 Heb. iuxta manum Domini Dei super me. i. nunc cœpi esse forti animo, pro gratia & fauore quo me prosequebatur Deus meus &c.
35 Heb. principes, sub familiarum.
36 sub. de Babylone in Ierusalem

CAP. VIII.
1 Heb. principes patrum, i. principes familiarum
2 & (hæc est) genealogia illorum
3 i. regnãte Artaxerxe
4 sub. qui erant
5 Heb. genealogia masculorum &c. i. qui duxerat, & secum ducebat turmã 150. virorum insignium & egregiorum.
6 Pahathmoab,
7 subticet nomen proprium filium.
8 i. qui postremo loco sequebantur Esdram.
9 i. incurrit, influit, & exonerat se in Ahaua.
10 Gallice, Iadis [illegible].
11 sub. qui non erat sacerdotes
12 vel, Misi igitur Eliezer. Arielem &c.
13 Heb. caput (i. sine, principẽ) in Chasiph ab loco, i. qui præerat loco illi fortissimo & munitissimo, & fortasse inexpugnabili.
14 i. dictaui illis quæ loquerentur. Ponere aliquid in ore alicuius, pro [illegible] [illegible] quæ [illegible] [illegible].
15 fratrem eius Nethinim in Chasiphiah.
16 Heb. secundum manum Dei nostri bonam &c. i. pro fauore Dei nostri erga nos [illegible] prosequebatur.
17 Heb. virum [illegible] [illegible] 3. prudentissimum.

26 *Laudandus Dominus Deus patrum nostrorum, qui indidit*[31] *hoc cordi regis, ut ornaret ædem Domini quæ est Ierosolymis:*

27 *Qui in me inclinauit ad me*[32] *beneficentiam coram rege, consiliariis eius, atq; cunctis principibus*[33] *& heroibus regis, propterea ego corroboratus sum,*[34] *quandoquidem manus Domini Dei fuit mecum, & congregaui de Israel*[35] *præcipuos quosque qui*[36] *ascenderent mecum.*

26 Benedictus Dominus Deus patrum nostrorum, qui dedit hoc in corde regis vt glorificaret domum Domini quæ est in Ierusalem.

27 Et in me inclinauit misericordiam suam coram rege & consiliatoribus eius, & vniuersis principibus regis potentibus: & ego confortatus manu Domini Dei mei quæ erat in me, congregaui de Israel principes qui ascenderent mecum.

Gratias agit Deo Esdras.

CAPVT VIII.

1 *Hi autem sunt*[1] *præcipui patres eorum*[2] *& qui genealogiam suam indicarunt,*[3] *qui ascenderunt mecum,*[4] *in regno Artaxerxis regis, de Babylone.*

2 *Ex filiis Pinhas, Gersom: de filiis Ithamar, Daniel: de filiis Dauidis, Hattus.*

3 *De filiis Sechaniæ,*[4] *de filiis*[5] *Pharos, Zacharias, & cum eo*[5] *qui recensiti sunt, virorũ centũ quinquaginta.*

4 *De filiis*[6] *Ducis Moab, Eliehoenai filius Zerahiæ, & cum eo viri ducenti.*

5 *De filiis Sechaniæ, filius*[7] *Iahesiel, & cum eo trecenti viri.*

6 *De filiis Adin, Ebed filius Ionathan, & cum eo quinquaginta viri.*

7 *De filiis Elam, Esaias filius Athaliæ, & cum eo septuaginta viri.*

8 *De filiis Sephatiæ, Sebadias filius Michaelis, & cum eo octoginta viri.*

9 *De filiis Ioab, Obadias filius Iehiel, & cum eo ducenti decem & octo viri.*

10 *De filiis Selomith, filius Iosiphiæ, & cum eo centum & sexaginta viri.*

11 *De filiis Bebai, Zacharias filius Bebai, & cum eo viginti octo viri.*

12 *De filiis Asgad, Iohanan filius Hacatan, & cum eo centum & decem viri.*

13 *De filiis Adonicam, qui erant*[8] *nouissimi, quorum nomina hæc sunt, Eliphelet, Iehiel & Semaia, & cum que eis viri sexaginta:*

14 *De filiis Biguai, Vthai, & Sabud, & cum eo septuaginta viri.*

15 *Congregaui autem eos ad fluuium*[9] *qui venit ad Ahaua, mansimusq; illic triduo dierum, quumque*[10] *considerarem populum atq; sacerdotes,*[11] *de filiis Leui nullum ibi reperi.*

16 [12] *Misi igitur ad Eliezer, Arielem, Semeiam, Elnathan, Iarib, Elnathan, Nathan, & ad Sachariam & Mesullam primores, deinde & ad Ioiarib & Elnathan prudentes.*

17 *Et dedi eis mandatum ad Iddo*[13] *primorem in loco Casphia:*[14] *posuique in os eorum verba quæ loquerentur ad Iddo, (& ad)*[15] *fratres eius Nethinæos in loco Casphia, ut adducerent ad nos ministros ædis Dei nostri.*

18 *Et adduxerunt nobis (*[16] *ut manus Dei nostri bona erat super nos) virum*[17] *intelligentem de*[18] *filiis Mahali filii Leui, filii Israelis, & Serebiam, filios eius atq; fratres eius decem & octo.*

19 *Sed & Hasabiam, & cum eo Esaiam de filiis Merari, fratres eius & filios eorum viginti.*

20 *Et de Nethinæis, quos instituerat David & principes, ut ministrarent Leuitis, Nethinæos ducentos viginti: qui omnes*[19] *expressi erant nominibus.*

21 *Indixi quoq; ibi ieiunium ad fluuium Ahaua, ut*[20] *affligeremus nos coram Deo nostro, &*[21] *inquireremus ab eo viam rectam, nobis paruulisq; nostris, &*[22] *omnibus rebus nostris.*

22 *Puduit enim me postulare à rege exercitum & equites, qui tutarentur nos ab hoste in itinere nam sic dixeramus regi,*[23] *Manus Dei nostri est super omnes qui*

1 Hi sunt ergo principes familiarum & genealogia eorum qui ascenderunt mecum in regno Artaxerxis regis, de Babylone. A

2 De filiis Phinees, Gersom. De filiis Ithamar, Daniel. De filiis Dauid, Hattus.

3 De filiis Secheniæ, & de filiis Pharos, Zacharias. & cum eo numerati sunt viri centum quinquaginta

4 De filiis Phahath-moab, Elioenai filius Zarehe, & cum eo ducenti viri.

5 De filiis Secheniæ, filius Ezechiel. & cum eo trecenti viri.

6 De filiis Adan, Abed filius Ionathan. & cum eo quinquaginta viri.

7 De filiis Alam, Isaias filius Athaliæ: & cum eo septuaginta viri

8 De filiis Saphatiæ, Zebedia filius Michael. & cum eo octoginta viri.

9 De filiis Ioab, Obedia filius Iahiel: & cum eo ducenti decem & octo viri. B

10 De filiis Selomith, filius Iosphiæ. & cum eo centum sexaginta viri.

11 De filiis Bebai, Zacharias filius Bebai. & cum eo viginti octo viri.

12 De filiis Azgad, Iohanan filius Eccetan & cum eo centum & decem viri.

13 De filiis Adonicam, qui erant nouissimi, & hæc nomina eorũ, Eliphélet, & Iehiel, & Samarias & cum eis sexaginta viri.

14 De filiis Begui, Vthai, & Zachur: & cum eis septuaginta viri.

15 Congregaui autem eos ad fluuium qui decurrit ad Ahaua, & mansimus ibi tribus diebus: quæsiuiq; in populo, & in sacerdotibus de filiis Leui & non inueni ibi.

16 Itaq; misi Eliézer, & Ariel, & Semeiam, & Elnathan & Iarib, & alterum Elnathan, & Nathan, & Zachariam, & Mosollam principes: & Ioiarib, & Elnathan sapientes. C

17 Et misi eos ad Eddo, qui est primus in Chasphiæ loco: & posui in ore eorum verba quę loquerentur ad Eddo, & fratres eius Nathinæos in loco Chasphiæ, vt adducerent nobis ministros domus Dei nostri.

18 Et adduxerunt nobis per manum Dei nostri bonam super nos, virum doctissimum de filiis Moholi filii Leui, filii Israel, & Sarabiam & filios eius, & fratres eius decem et octo:

19 Et Hasabiam, et cum eo Isaiam de filiis Merari, fratresq; eius, et filios eius viginti. D

20 Et de Nathinæis quos dederat David. et principes ad ministeria Leuitarum, Nathinæos ducentos viginti: omnes hi suis nominibus vocabantur.

21 Et prædicaui ibi ieiunium iuxta fluuium Ahaua, vt affligeremur coram Domino Deo nostro, et peteremus ab eo viam rectam nobis et filiis nostris, vniuersæq; substantiæ nostræ.

22 Erubui enim petere regé auxilium et equites, qui defenderent nos ab inimico in via. quia dixeramus regi, Manus Dei nostri est super omnes qui quærunt

Quotquot cum Esdra ascẽderunt Ierosolymam. *1. Esd. 8. a.*

Nathinæi.

Prædicato ieiunio orant à Deo viam sibi dirigi.

18 [illegible] qui priores sed erunt i Babylone. 19 designati, siue expositi 20 i. hac ratione testaremur nos peccatores esse, & peccasse in Dominum. 21 [illegible] quæreremus &c. [illegible] 22 vel, vniuersæ substantiæ nostræ. 23 q. d. Solet Deus nobis tacite protegere quotquot [illegible] qui [illegible] ab ipso,

eum in bonitate: & imperium eius & fortitudo eius, & furor super omnes qui derelinquunt eum.

B 23 Ieiunauimus autem, & rogauimus Deum nostrum pro hoc, & euenit nobis prosperè.

24 Et separaui de principibus sacerdotum duodecim, Sarabiam & Hasabiam, & cum eis de fratribus eorum decem.

25 Appendique eis argentum & aurum, & vasa consecrata domus Dei nostri, quæ obtulerat rex & consiliatores eius, & principes eius, vniuersusque Israel eorum qui inuenti fuerant.

26 Et appendi in manibus eorum argenti talenta sexcenta quinquaginta, & vasa argentea centum, auri centum talenta: & cratêres aureos viginti qui habebant solidos millenos: & vasa æris fulgentis optimi duo, pulchra vt aurum.

F 27 Et dixi eis, Vos sancti Domini, & vasa sancta, & argentum & aurum quod sponte oblatum est Domino Deo patrum * nostrorum:

* vestrorum.

28 Vigilate & custodite, donec appendatis coram principibus sacerdotum, & Leuitarum, & ducibus familiarum Israel in Ierusalem, in * Thesaurum domus Domini.

* thesauro.

29 Susceperunt autem sacerdotes, & Leuitæ pondus argenti, & auri, & vasorum, vt deferrent Ierusalem in domum Dei nostri.

Deus dux itineris Esdræ.

30 Promouimus ergo a flumine Ahaua duodecimo die mensis primi, vt pergeremus Ierusalem: & manus Dei nostri fuit super nos, & liberauit nos de manu inimici & insidiatoris in via.

31 Et venimus Ierusalem, & mansimus ibi tribus diebus.

G 32 Die autem quarta appensum est argentum, & aurum, & vasa in domo Dei nostri per manum Meremoth filii Vriæ sacerdotis: & cum eo Eleazar filius Phinees: cumque eis Iosabad filius Iosue, & Noadaia filius Bennoi Leuitæ.

33 Iuxta numerum & pondus omnium, * descriptumque est omne pondus in tempore illo.

* descriptum est.

34 Sed & qui venerant de captiuitate filii transmigrationis, obtulerunt holocautomata Deo Israel, vitulos duodecim pro omni populo Israel, arietes nonaginta sex, agnos septuaginta septem, hircos pro peccato duodecim: Omnia in holocaustum Domino.

35 Dederunt autem edicta regis satrapis, qui erant de conspectu regis, & ducibus trans flumen, & eleuauerunt populum & domum Dei.

quærunt eum [38] in simplicitate: potentia verò & furor eius contra omnes qui dereliquunt eum.

23 Ieiunauimus itaque, & [39] rogauimus à Deo nostro hac de re, & [26] exaudiuit nos.

24 Tum separaui [27] de principibus sacerdotum duodecim, Serebiam, Hasabiam, & decem cum eis de fratribus eorum:

25 [28] Appendique eis [29] argentum, & aurum, [30] & vasa thrumæ domus Dei nostri, [31] quæ separatim contribuerunt rex, consiliarii eius, & principes eius, vniuersusque Israel [32] qui tum inuenti erant:

26 [33] Et appendi in manum eorum argenti talenta sexcenta & quinquaginta, vasorum argenteorum [34] centum talenta: auri centum talenta: [35] pelues aureas viginti, [36] habentes solidos millenos, & vasa [37] æris candentis elegantia duo, expetibilia vt aurum.

27 Dixique ad eos, Vos estis [38] consecrati Domino: [39] & vasa quoque sanctificata sunt: aurum & argentum istud [40] sponte data sunt Domino Deo patrum vestrorum.

28 [40] Vigilate & custodite, quousque [41] appenderitis coram principibus sacerdotibus, Leuitis, & [42] præcipuis patribus Israelis in Ierusalem, in [44] gazophylacio domus Domini.

29 Acceperunt itaque sacerdotes illi & [45] Leuitæ pondus argenti & auri, [46] atque vasa, vt [47] ferrent Ierosolymam in ædem Dei nostri.

30 Profecti autem sumus de flumine Ahaua, duodecima mensis primi, vt iremus Ierosolymam: [48] manusque Dei nostri fuit super nos & eripuit nos de manu hostium & insidiatorum in itinere.

31 Quumque venissemus Ierosolymam, mansimus ibi tribus diebus:

32 Die verò quarto [49] appensum est argentum & aurum, atque vasa illa in æde Dei nostri per manum Meremoth filii Vriæ sacerdotis: eratque cum eo Eleazar filius Pinhas: atque cum illis (erant) Iosabad filius Iesua, & Noadia filius Bennui Leuitæ.

33 [50] Iuxta numerum & pondus omnium scriptum est vniuersum illud pondus eodem tempore.

34 Porro hi qui de captiuitate [51] redierant, obtulerunt holocausta Deo Israelis, iuuencos duodecim pro vniuerso Israele, arietes nonaginta sex, oues septuaginta septem, hircos pro peccato, duodecim: [52] omnia in holocaustum Domino.

35 Dederunt autem edicta regis satrapis [53] regis, atque præfectis, qui erant trans [54] flumen, qui [55] susceperunt populum & domum Dei.

CAPVT IX.

A * POstquam autem hæc completa sunt, accesserunt ad me principes dicentes, Non est separatus populus Israel & sacerdotes & Leuitæ a populis terrarum, & de abominationibus eorum, Chananæi videlicet, & Hethæi, & Pherezæi, & Iebusæi, & Ammonitarum, & Moabitarum, & Ægyptiorum & Amorrhæorum.

Ægrè fert Esdras quod populus Israeliticus connubia iniert cum Gentibus.
3. Esd. 8. c

2 Tulerunt enim de filiabus eorum sibi, et filiis suis: et commiscuerunt semen sanctum cum populis terrarum. Manus etiam principum et magistratuum fuit in transgressione hac prima.

3 Cumque audissem sermonem istum, scidi pallium meum et tunicam, et euelli capillos capitis mei et barbæ, et sedi mœrens.

1 QVum hæc essent absoluta, accesserunt ad me principes, dicentes, [1] Populus Israel, sacerdotes & Leuitæ non sunt separati à populis [2] nationum, (quin) iuxta earum abominationes (faciunt), nempe Chananæorum, Hethæorum, Pherezæorum, Iebusæorum, Ammonitarum, Moabitarum, Ægyptiorum, & Amorrhæorum.

2 Duxerunt enim sibi & filiis suis de filiabus eorum: & commixtum est semen sanctum cum populis [4] nationum, & manus quidem principum & magistratuum prima fuit in hac præuaricatione.

3 Quum verò audissem hanc rem, discidi vestem meam, & chlamydem meam, euulsi [7] crines capitis mei atque barbæ meæ, sedique [8] desolatus.

[38] Hebr. in bonum. [illegible] 39 [illegible] Deum nostrum vt ostenderet nobis viam rectam. 26 vel, placatus est nobis. 27 [illegible] in qui [illegible] 28 [illegible] Appensum [illegible] in pondere. 29 Intellige, [illegible] 30 & vasa illa, oblationem, &c. [illegible] 31 quam obtulerant. 32 [illegible] quærant. [illegible] in Babylone. 33 Appendi [illegible] 34 Quidam Hebræi [illegible] pondus, vt vasa argentea sua [illegible] & vasa [illegible] q. d. [illegible] tadem talentorum. Alii [illegible] omnia simul [illegible] talenta, &c. 35 vel, & cochlearia aurea. [illegible] drachmarum mille. 37 Hebr. [illegible] 38 Heb. sanctitas Domini, & vasa illa sanctitas. [illegible] Domino. 40 q. Pareo ergo [illegible] templum [illegible] 40 vel, liberaliter. 41 q. d. Ego commitio illa [illegible] 42 i. in pondere [illegible] & depositum [illegible] 43 Hebr. princi[illegible] 44 i. gratia, [illegible] Babylonica

[illegible] familiarum. 44 vel, exhedris. 45 qui scilicet, adiuncti erant illis sacerdotibus. 46 vel, atque vasorum. 47 vel, deferenda curarent. [illegible] nor, auxilium. q. d. Deus noster auxiliatus est nobis. 49 i. in pondere [illegible] 50 In numero & pondere per omnia [illegible] & descriptum fuit. 51 [illegible] cum Esdra. Hebr. [illegible] venientes de captiuitate filii transmig. [illegible] transmigrationis vocatos qui [illegible] migrarant ante in Babylonem, vnde postea vna cum Esdra [illegible] reuersi erant. 52 subaudi obtulerunt. 53 Leuit. 54 sub. Euphraten. 55 exaltauerunt i. satrapæ regis & duces [illegible] quam maxime populo & templo [illegible] Singulari fauore prosequuti sunt. CAPVT IX. 1 Intellige plebem & vulgum. 2 [illegible] populorum [illegible] prouinciarum, hoc est, Chana[illegible] 3 Hebr. in abominationibus eorum i. opera eorum mala similia sunt operibus Chananæorum, eadem [illegible] quæ facere solebant Chananæi [illegible] 4 terrarum [illegible] Mulieres illæ alliciebant & pertrahebant viros suos ad cultum deorum alienorum. 5 i. principes qui [illegible] & magistratus, [illegible] primi [illegible] legem Dei [illegible] 6 de palli[illegible] i. pallium [illegible] 7 vel, [illegible] prae admiratione. [illegible] vestimentorum meorum, [illegible] ac scissura doloremque cordis mei, & [illegible]

4 *Congregati sunt itaque ad me omnes qui formidarunt ad verba Dei Israelis, ob transgressionem [8] eorum qui captiui fuerant, sedique ego [9] desolatus [10] vsque ad sacrificium vespertinum.*

5 *Et [11] in sacrificio vespertino surrexi ab afflictione mea, [12] cum scissura vestis mea atque pallij mei. flexi genua mea, expandique manus meas ad Dominum Deum meum.*

6 *Et dixi, Mi Deus, pudore suffundor, & erubesco faciem meam attollere ad te Deus meus: quoniam iniquitates nostræ caput nostrorum transcendunt, & delictum nostrum increuit [13] ad cælos vsque.*

7 [14] *A diebus patrum nostrorum sumus in magna culpa in hunc vsque diem: & in iniquitatibus nostris traditi sumus nos, Reges nostri & sacerdotes nostri in potestatem Regum nationum, in gladium, in captiuitatem, in [15] direptionem, & vt pudefieremus facie, vt hac dies [testatur.]*

8 [16] *Et nunc quidem [17] non adeo pridem subita miseratione dignatus est nos Dominus Deus noster, [18] vt reliquas faceret nobis reliquias quasdam: & vt daret nobis [19] clauum [20] in loco suo sancto: vt illuminaret oculos [21] nostros Deus noster: vtque daret nobis vel [22] modicam respirationem in seruitute nostra.*

9 *Serui enim sumus nos, & in seruitute nostra non deseruit nos Deus noster: sed inclinauit super nos [23] beneficentiam in conspectu Regum Persarum, vt daret nobis [24] viuificationem ad erigendum ædem Dei nostri, & ad instaurandum [25] vastitates eius: & vt daret nobis [26] murum in Jehuda & Jerusalem:*

10 *Quid vero nunc post hæc dicemus Deus noster? [27] Quandoquidem deseruimus mandata tua,*

11 *Quæ mandasti [28] per manum seruorum tuorum prophetarum, dicens: Terra quam vos ingredimini vt eam possideatis, terra est immunda, propter impuritatē populorum regionum: propter abominationes inquam eorum, [29] quibus impuritatibus suis eam impleuerunt ad summum vsque:*

12 *Ne ergo elocetis filias vestras filiis eorum, neque filias eorum nuptui tradatis filiis vestris: [30] neque quæratis pacem eorum, aut bonum eorum perpetuò: vt [31] roboremini, & comedatis bonum terræ: vtque illam hæreditate capiatis filiis vestris in æternum.*

13 *Postquam verò omnia illa super nos venerunt propter opera nostra mala, & propter ingentia delicta nostra: ([32] tu tamen ô Deus noster potens fuisti, ne [nos] deprimeres ob iniquitates nostras: quia dedisti nobis [33] reliquias, quemadmodum hoc [declarat.])*

14 [34] *Num ergo relabi nos [conueniebat] vt irrita faceremus præcepta tua, & affinitatem contraheremus cum populis abominationum illarum? Annon [merito] [35] irascereris contra nos, donec [nos] consumeres, ita vt neque reliquiæ [superessent,] nec qui euaderent?*

15 *Domine Deus Israelitis, tu iustus es: [36] quoniam relictæ sunt nobis reliquiæ quædam, id quod hodierna dies [declarat] ecce nos sumus coram te [37] in delictis nostris, [38] & ob id ne consistere quidem poterimus in conspectu tuo.*

4 Conuenerunt autem ad me omnes qui timebant verbum Dei Israel, pro transgressione eorum qui de captiuitate venerant: & ego sedebam tristis, vsque ad sacrificium vespertinum. B

5 Et in sacrificio vespertino surrexi de afflictione mea, & scisso pallio & tunica, curuaui genua mea, et expandi manus meas ad Dominum Deum meum.

6 Et dixi, Deus meus confundor et erubesco leuare faciem meam ad te: quoniam iniquitates nostræ multiplicatæ sunt super caput nostrum, et delicta nostra creuerunt vsque ad cælum, a diebus patrum nostrorum.

7 Sed et nos ipsi peccauimus vsque ad diem hanc, et in iniquitatibus nostris traditi sumus ipsi et reges nostri et sacerdotes nostri in manum Regum terrarum, et in gladium, et in captiuitatē, et in rapinam, et in confusionem vultus, sicut et die hac.

8 Et nunc quasi parum et ad momentum facta est deprecatio nostra apud Dominum Deum nostrum, vt dimitterentur nobis reliquiæ, et daretur nobis pax illius in loco sancto eius, et illuminaret oculos nostros Deus noster: et daret nobis vitam modicam in seruitutem nostram: C

9 Quia serui sumus, et in seruitute nostra non dereliquit nos Deus noster: et inclinauit super nos misericordiam coram Rege Persarum, vt daret nobis vitam, et sublimaret domum Dei nostri, et extrueret solitudines eius, et daret nobis spem in Juda et Jerusalem.

10 Et nunc quid dicemus Domine Deus noster post hæc? Quia dereliquimus mandata tua,

11 Quæ præcepisti in manu seruorum tuorum prophetarum, dicens, Terra ad quam vos ingredimini vt possideatis eā, terra immunda est iuxta immunditiam populorum, cæterarumque terrarum, abominationibus eorum qui repleuerunt eam ab ore vsque ad os in coinquinatione sua.

12 Nunc ergo filias vestras ne detis filiis eorū, & filias eorum ne accipiatis filiis vestris: & non quæratis pacem eorum, & prosperitatem eorum vsque in æternum: vt confortemini, & comedatis quæ bona sunt terræ, & hæredes habeatis filios vestros vsque in seculum. D

13 Et post omnia quæ venerunt super nos in operibus nostris pessimis, & in delicto nostro magno, quia tu Deus noster liberasti nos de iniquitate nostra, & dedisti nobis salutem sicut est hodie.

14 Vt non conuerteremur, & irrita faceremus mandata tua, neque matrimonia iungeremus cum populis abominationum istarum: Nunquid iratus es nobis vsque ad consummationem, ne dimitteres nobis reliquias ad salutem?

15 Domine Deus Israel iustus es tu: quoniam derelicti sumus, qui saluaremur sicut die hac. Ecce coram te sumus in delicto nostro, non enim stari potest coram te super hoc. E

Oratio Esdræ confitentis peccata sua & populi.

ipse — *ad* — *pacillum* — *in seruitute nostra* — *spem*

Deut. 7. 4

CAPVT X.

1 *Quum ergo Esdras oraret, fleretque, [1] confiteretur, [2] & prostratus iaceret ante ædem Dei, congregati sunt ad eum ex Israelitis cœtus valde magnus virorum,*

1 Sic ergo orante Esdra, & implorante Deum, & flente, & iacente ante templum Dei, collectus est ad eum de Israel cœtus grandis nimis virorum

Populum peccati pœnitet, & vxores alienigenas a se auertit. 3. Esdræ 8. 88.

8 Heb. transmigrationis eorum, qui transmigrauerant in Babylonem, vnde tamē postea redierant. duce Zorobabele.
9 Stupens, vel, attonitus.
10 vsque ad tempus quo offerri solet sacrificium vespertinum.
11 i. tempore sacrificij vespertini.
12 cumque scidissem vestem meā & tunicā meam.
13 i. adeo creuerunt vt pertingat cælum ipsum.
14 q.d. Non solum hoc tempore cœpimus peccare in Deū, &c.
15 rapinam.
16 q.d. Cum magna & multa essent peccata nostra.
17 Heb. iuxta parumn (vel modicum) momentum, facta est super nos misericordia à Domino Deo nostro. i. subito ac repente misertus est Dominus Deus noster, &c.
18 Heb. et relinqueret nobis (homines) euasionis. i. vt ex nobis aliquot euaderent, seruarentur ac liberarentur.
19 vel, paxillum. i. sedes certas, firmas, stabiles, ac permanentes. solent enim quietas & quietas sedes insolunt, paxillos in parietibus figere & ex illis dependere vestes & cætera huiusmodi.
20 i. in Iudæa, vel Ierusalem, aut templo.
21 i. animi nostri ac mentis nostræ. hoc est, vt ostenderet nobis iustitiam suā ac misericordiam, & ita agnosceremus peccatā nostra ac tandem resipisceremus.
22 Heb. modicū vitæ. i. respirationis, refrigerij, & solatij.
23 misericordiā.
24 vel, vitam. i.
vt sineret nos viuere, & aliquantulum respirare: vt in hac vita nostra (siue) nobis viuentibus, extrueretur ac erigeretur templum, &c. 25 vel, ruinas. 26 sepem. i. vt tuti incoleremus Iudæam & Ierusalem citra iniuriam hostium. solent enim sepes arcere feras ab agris. 27 vel, Quum dereliquerimus. 28 q.d. non potuimus ignorare 29. Heb. quibus repleuerunt eam ab ore vsque ad os in impuritate sua. Metaphora a vase quod plenū est ad labra vsque. 30 i. ne curetis salutem. 31 i. fortiores sitis. vt fortiores facti, possitis illis resistere. 32 Parenthesis est, (quia tu Deus noster prohibuisti ne essemus deorsum ob, &c. [illegible] hoc est, non puniuisti nos pro ratione peccatorum nostrorum. 33. Heb. euasionē secundum hoc. i. talem, hoc est, qualis nunc apparet. [illegible] 34. Heb. Nunquid conuertemur ad dissipandum. vel, Reuertemur ne vt dissiparemus. Iungitur verbis antecedentibus, Postea quam, &c. 35 [illegible] 36 Heb. quam residui sumus euasio, vel, euasionis. sub. (sicut) secundum diem hanc. q.d. multi quidem ex nobis perierunt, idque iusto Dei iudicio. [illegible] tamen seruati sunt ex [illegible] plus Dei nostri misericordia, vt hodie apparet.
37 i. peccatores. 38 Heb. non enim est stare coram te contra hoc. i. non licet nobis consistere in conspectu tuo contra hoc. q.d. [illegible] in nobis virtus, siue bona opera, vt possimus resistere tibi, & quibus tegere possimus hanc nostram transgressionem ac prævaricationem. CAP. X. 1 vel, iaceretur. sub. peccata sua & populi. 2 vel, deprimens sese. vel, demittens se in terram.

& multo

& mulierum & puerorum: & fleuit populus fletu multo.

2 Et respondit Sechenias filius Iehiel de filiis Ælam, & dixit Esdræ: Nos præuaricati sumus in Deum nostrum, & duximus vxores alienigenas de populis terræ: & nunc si est pœnitentia in Israel super hoc:

3 Percutiamus fœdus cum Domino Deo nostro, vt proiiciamus vniuersas vxores, & eos qui de his nati sunt, iuxta voluntatem Domini, & eorum qui [a] tenent [a] præceptum Domini Dei nostri: secundum legem fiat.

[a] *timent*

4 Surge, tuum est discernere, nósque erimus tecum: confortare, & fac.

5 Surrexit ergo Esdras, & adiurauit principes sacerdotum & Leuitarum, & omnem Israel, vt facerent secundum verbum hoc: & iurauerunt.

f. Neh. 9. 2.

6 ‖ Et surrexit Esdras ante domum Dei, & abiit ad cubiculum Iohanan filii Eliasib, & ingressus est illuc: panem non comedit, & aquam non bibit: lugebat enim transgressionem eorum qui venerãt de captiuitate.

B

7 Et missa est vox in Iuda & in Ierusalem omnibus filiis transmigrationis, vt congregarentur in Ierusalem.

8 Et omnis qui non venerit in tribus diebus iuxta consilium principum & seniorum, auferetur vniuersa substantia eius, & ipse abiicietur de cœtu transmigrationis.

9 Conuenerunt igitur omnes viri Iuda & Beniamin in Ierusalem tribus diebus, ipse est mẽsis nonus, vicesima die mensis: & sedit omnis populus in platea domus Dei, trementes pro peccato & pluuiis.

10 Et surrexit Esdras sacerdos, & dixit ad eos, Vos transgressi estis, & duxistis vxores alienigenas, vt adderetis super delictum Israel.

Confessio Dei

11 Et nunc date confessionẽ Domino Deo patrum vestrorum, & facite placitum eius: & separamini à populis terræ, & ab vxoribus alienigenis.

12 Et respondit vniuersa multitudo, dixitq; voce magna, Iuxta verbum tuum ad nos, sic fiat.

13 Verumtamen quia populus multus est, & tempus pluuiæ, & non sustinemus stare foris, & opus non est diei vnius vel duorum. (vehementer quippe peccauimus in sermone isto.)

14 Constituantur principes in vniuersa multitudine: & omnes in ciuitatibus nostris qui duxerunt vxores alienigenas, veniant in temporibus

C

statutis, & cum his seniores per ciuitatem & ciuitatem, & iudices eius, donec auertatur ira Dei nostri à nobis super peccato hoc.

15 Igitur Ionathan filius Azahel, & Iaazia filius Thecuæ steterunt super hoc, & Mesollam & Sebethai Leuitæ adiuuerunt eos: feceruntq; sic filii trãsmigrationis.

16 Et abierunt Esdras sacerdos, & viri principes familiarum in domos patrum suorum, & omnes per nomina sua: et sederũt in die primo mensis decimi, vt quærerent rem.

[b] *duxerant*

17 Et consummati sunt omnes viri qui [b] duxerunt [b] vxores alienigenas, vsq; ad diem primam mẽsis primi.

18 Et inuenti sunt de filiis sacerdotum, qui duxerant vxores alienigenas. De filiis Iosue filii

mulierum & puerorum: quoniam populus [3] fleuit magno fletu.

2 [4] *Respondens autem Sechanias filius Iehiel de [5] filiis Elam, dixit ad Esrã, Nos præuaricati sumus contra Deum nostrum, quòd [6] collocauimus (nobis) vxores exteras de populis terræ: at [7] spes est Israeli, quòd ad hanc rem attinet.*

3 [8] *Feriemus (enim) iam fœdus cum Deo nostro, & [9] eiiciemus cunctas [10] vxores, [11] cúmque ipsis & prolem iuxta consilium Domini, & eorum qui trement ad præcepta Dei nostri, fiatq; iuxta legem.*

4 [12] *Surge, quoniam hoc negocium [13] tibi (incumbit,) nosque tibi [14] aderimus, [15] fortis ergo sis, & (rẽ) aggredere.*

5 *Surrexit itaque Esras, & [16] sacramento adegit principes, [17] sacerdotes, Leuitas & vniuersum Israelem, [18] vt agerent iuxta hoc verbum: & iurarunt.*

6 *Surrexit itaque Esras [19] ante ædem Dei, & ingressus est in cameram Jehohanan filii Eliasib: quumq; illuc esset ingressus, nec panem comedit, nec aquam bibit, [20] quòd mœstus esset ob transgressionem eorum qui è captiuitate redierant.*

7 *Proclamarunt autem [21] voce per Jehudam & Jerusalem, [22] vt congregarentur Jerosolymam omnes qui abducti fuerant:*

8 *Quicunque verò non veniret intra triduum, iuxta consilium principum atque seniorum, [23] publicaretur vniuersa substantia eius, ipséque separaretur à cœtu eorum qui è captiuitate redierunt.*

9 *Congregati sunt itaque omnes viri Jehuda & Beniamin Jerosolymam intra tres illos dies, mense nono, vicesima mensis: sederúntque vniuersus populus in platea domus Dei, trementes hac de re, & propter [24] pluuias.*

10 *Surgens autem Esras sacerdos, dixit ad eos, Vos præuaricati estis, [25] collocastisq; (vobis) vxores exteras, vt [26] adiiceretis delicto Israelis.*

11 *Nunc igitur date laudem Domino Deo patrum vestrorum, & facite voluntatem eius, & separemini à populis terræ, atq; ab vxoribus exteris.*

12 *Responderunt autem cuncta multitudo, & dixerunt voce magna, [27] Omnino quemadmodum loquutus es ad nos, faciemus:*

13 *At populus multus est, & tempus pluuiarum, nec potest (populus) stare in platea foris: ad hæc, opus hoc non est diei vnius aut duorum. [28] nam hac re multum peccauimus.*

14 [29] *Præficiantur quasi principes nostri vice totius cœtus: & quicunque est in ciuitatibus nostris qui [30] collocauit vxores exteras, veniat in præfinitis temporibus, sintque cum eis seniores cuiuslibet ciuitatis atque iudices [31] eius, quousque [32] auertant furorem iræ Dei nostri à nobis [33] quantum ad hoc negocium attinet.*

15 *Præfecti sunt autem huic negotio Jonathan filius Asahelis, & Jahiia filius Thicua: quibus auxilio erant Mesullam & Sabbetai Leuites. Fecerunt ergo sic qui è captiuitate redierant:*

16 *Et separati sunt Esras sacerdos, & viri, [34] præcipui scilicet patres, [35] iuxta domus patrum suorum, quinque [36] nomine (suo,) [37] sederúntq; die prima mensis decimi, vt [38] inquirerent rem ipsam.*

17 *Excussi autem sunt (negocium hoc) cum omnibus viris qui [19] collocauerant (sibi) vxores exteras, [39] vsque ad diem primum mensis primi.*

18 *Et deprehẽsi sunt de filiis sacerdotum qui (sibi) collocauerãt vxores exteras. De filiis Jesua filii Josedec*

3 vel, flebat
4 Locutus autem
5 .i. nepotibus
6 vel, duximus
7 Heb. nunc autem est spes Israeli super hoc .i. Nunc autem adhuc est spes aliquid Israelis conuertendi se ad Dominum, & resipiscendi. q.d. Nos quidem peccatores sumus, at Deus noster misericors est.
8 Heb. Et nunc (nunc ergo) feriamus
9 abiiciamus. q.d. resipiscamus abiiciendo
10 sub alienigenas.
11 Heb. & natos ex eis .i. liberos earum.
12 iacebat enim humi.
13 ad te pertinet .i. tuum est id facere.
14 .i. feremus tibi opem.
15 q.d. Forti animo aggrederis rem ipsam. His verbis vtuntur Hebræi ad exhortationem.
16 vel, adiurauit
17 sacerdotum & Leuitarum
18 .i. vt sic facerent.
19 Heb. à conspectu templi
20 vel, Mœrebat enim
21 sub. præconis .i. Voce præconis significarunt &c.
22 Heb. omnibus filiis transmigrationis vt congregarent sese in Ierusalem.
23 perderetur
24 erat enim tunc tempus pluuiosum.
25 vel, duxistisque
26 .i. vt delicta Israel auctiora ac maiora redderetis.
27 Heb. Sic secundum verbum tuum super (ad) nos est vt faciamus .i. ita vt dicis debemus, sic ne tenemur facere.

28 Heb. quia multiplicauimus transgredi in hac re .i. quamplurimi sumus qui transgressi sumus præceptum Domini in hac re. 29 Hebr. Stent obsecro principes nostri to vniuerso cœtu .i. præficiantur principes nostri vniuerso cœtui. 30 duxit 31 eiusdem, 32 potius, auerti faciamus 33 vsque ad hanc rem .i. pœnitentiam nostram, q.d. donec proposita resipiscentia nostra, vel (per resipiscentiam nostram) placemus Dominum iratum in nos. Quidam Hebræorum vertit hoc ordine, Adhuc stent principes nostri in hac re .i. cognoscant de hoc negocio, donec &c. 34 Heb. principes patrum, 35 .i. per familias suas; 36 per nomina (sua) .i. nominatim 37 .i. cœperunt sedere 38 .i. cognoscerent de hoc negocio. 39 q.d. perstiterunt in hoc negocio per tres menses, nempe à prima die mensis decimi, vsque ad initium mensis primi.

40 de fratribus eius, Maasia & Eliezer: Jarib atque Gedalia.
19 Et 41 dederunt manus suas ut eiicerent uxores suas, & 43 expiarent delictum suum ariete ouium.
20 Et 44 de filiis Immer Hanani & Sebadia.
21 De filiis Harim, Maasias & Elias, Semaias, Jehiel & Vsias.
22 De filiis Pashur, Elioenai, Maasia, Ismael, Nethaneel, Josabad, Elasa.
23 De Leuitis autem Josabad, Simei, Kelaia, (44 qui & Kelita) Petahia, Jehuda atq. Eliezer:
24 Et de cantoribus, Eliasib. & de ianitoribus, Sallum & Telem atq. Vri.
25 45 Ex Israele. de filiis Pharhos, Ramia, Jesia, Malkia, Miamin, Eleasar, Malkia, atq. Benaia.
26 De filiis Elam, Mathania, Zacharias, Jehiel, Abdi, Jerimoth & Elias.
27 De filiis Zatthu, Elioenai, Eliasib, Mathanias, Jerimoth, Sabad, Asisa.
28 Et de filiis Bebai, Jehohanan, Hanania, Sebai & Athlai.
29 De filiis Bani, Mesullam, Malluch, Adaia, Jasub, Seal, & Jeramoth.
30 De filiis 46 ducis Moab, Adna, & Chelal, Benaia, Maasia, Mathania, Bezaleel, Binnui & Manasse.
31 Filij vero Harim, Eliezer, Jisia, Malkia, Semahia & Simeon,
32 Beniamin, Malluch, & Semaria:
33 De filiis Hasum, Mathenai, Mathatha, Sabad, Eliphelet, Jeremai, Manasse & Semei:
34 De filiis Bani, Maedai, Amram, & Vel,
35 Benaia, Bedia, & Cheluhu,
36 Vania, Meremoth, Eliasib,
37 Mathania, Mathenai & Jaasai,
38 Bani, Binnui, & Semei,
39 Selemia, Nathan & Adaia,
40 Machnadbai, Sasai, & Sarai,
41 Asrel, Selemia & Semaria,
42 Sallum, Amaria & Joseph.
43 De filiis Nebo, Jehiel, Mathathias, Sabad, Sebina, Jaddai, Joel & Benaia.
44 Omnes isti duxerant uxores exteras, & 47 ex his quaedam erant quae liberos pepererant.

Josedec, & fratres eius, Maasia & Eliezer, & Jarib & Godolia:
19 Et dederunt manus suas ut eiicerent uxores suas, & pro delicto suo arietem de ouibus offerrent.
20 Et de filiis Emmer, Hanani & Zebedia.
21 Et de filiis Harim, Maasia & Elia & Semeia, & Jehiel & Ozias.
22 Et de filiis Pheshur, Elioenai, Maasia, Ismahel, Nathanael, Jozabed & Elasa.
23 Et de filiis Leuitarũ, Jozabed & Semei & Celaia, (ipse est Calita) Phataia Juda & Eliezer.)
24 Et de cantoribus, Eliasib. Et de ianitoribus, Sellum & Telem & Vri.
25 Et ex Israel, de filiis Pharos, Remeia & Jezia & Melchia & Miamin & Eliezer & Melchia & Banea.
26 Et de filiis Ælam, Mathania, Zacharias & Jehiel & Abdi & Jerimoth & Elia.
27 Et de filiis Zethua, Elioenai, Eliasib, Mathania & Jerimuth & Zabad & Aziza.
28 Et de filiis Bebai, Johanan, Hanania, Zabbai, Athalai.
29 Et de filiis Bani Mosollam & Melluch & Adaia, Jasub & Saal & Ramoth.
30 Et de filiis Phahath-moab, Edna & Chalal, Banaias & Maasias, Mathanias, Beseleel, Bennui & Manasse.
31 Et de filiis Herem, Eliezer, Jesue, Melchias, Semeias Simeon,
32 Beniamin Maloch, Samarias.
33 Et de filiis Hasom, Mathanai, Mathatha, Zabad, Eliphelet, Jermai, Manasse, Semei.
34 De filiis Bani Maadi, Amram & Vel,
35 Baneas & Badaias, Cheliau,
36 Vania, Marimuth & Eliasib,
37 Mathanias, Mathanai, & Jasi,
38 Et Bani & Bennui, Semei.
39 Et Salmias & Nathan & Adaias,
40 Et Mechnedebai, Sisai, Sarai,
41 Ezrel, & Selemiau, Semeria,
42 Sellum, Amaria, Joseph.
43 De filiis Nebo, Jehiel, Mathathias, Zabad, Zabina, Jeddu, & Joal, & Banaia.
44 Omnes hi acceperant uxores alienigenas, & fuerunt ex eis mulieres quae pepererant filios.

40 fratrem eius.
41 i. in iure: siue, eo quod vxores suas alienigenas, &c.
42 Heb. & delinquentes verterunt cum ariete pecudum pro delicto suo, vel, & (decreuerunt) qui dereliquerant, arietem ouium (vel, gregis. i. caprum e grege) in expiationem delicti, quod scilicet admiserant in ducendis vxoribus alienigenis.
43 sub. auertit sunt.
44 i. qui alio nomine dicitur Kelita.
45 idest, de plebe, siue plebeis.
46 Heb. Pahathmoab.
47 Hebr. & erant ex eis (aliquot quibus erant) vxores (alienigenae,) & (illa) posuerant liberos, i. iam procreauerant liberos qui tradi fuerunt vnà cum matribus. Alii exponunt, & exposuerunt filios suos. i. exposuerunt eos arbitrio ac voluntati iudicum vt eiicerent eos aut retinerent.

CAP. I.
1 i. Sequuntur sermones vel gesta.
2 is est mensis nonus, Nouember.
3 sub. regni Artaxerxis. Hebraei dicunt fuisse Darium.
4 etiam. i. quum essem in Susis regia, vel, palatio.
5 sub. in Susis.
6 i. socius, siue sodalibus, frater.
7 sub. aliquot. q. d. vna cum aliquot comitibus.
* Venit inquam è Iudaea, ieiunio ad gratium versus.
8 Heb. euasionis, qui remanserant de captiuitate, (sub. Babylonica,) & de Jerusalem. i. de rebus a. statu Judaeorum qui euaserant & salui redierant in Terram sanctam, & de statu vrbis Jerusalem.

LIBER NEHEMIÆ, QVI ET Esdræ secundus dicitur.

Argumentum libri Nehemiæ.

Liber Nehemiæ instaurationem Ierusalem, correctionemque reducti populi, & habentes cultus Dei describit. Estque historia quae quinquaginta quinque annorum, à vigesimo anno Artaxerxis Mnemonis usque ad regnum Darii vltimi qui [illegible] annus dicitur. Nempe. A vigesimo Artaxerxis Mnemonis ad finem vsque Anni 24. Darii Ochi Anni 23. Arsenis Anni 3. Cui successit Darius vltimus & regnauit Annos quinque.

CAPVT I.

1 VERBA Nehemiae filij Hachaliae. & factum est in mense Kisleu, anno vicesimo, & fui ego in Susan arce,
2 Venitque Hanani vnus ex fratribus meis, ipse & viri de Jehuda, quos interrogaui de Judaeis qui reliqui erant ex captiuitate, & de Jerusalem.
3 Dixerunt autem mihi, Qui reliqui sunt reliqui de captiuis, sunt ibi per prouinciam in afflictione magna, & in opprobrio: ad haec, est murus Jerusalem

VERBA Nehemiae filij Hecheliae. & factum est in mense Casleu, anno vicesimo, & ego eram in Susis castro.
2 Et venit Hanani vnus de fratribus meis, ipse & viri Juda: & interrogaui eos de Judaeis qui remanserant, & supererant de captiuitate, & Jerusalem.
3 Et dixerunt mihi, Qui remanserunt, & derelicti sunt de captiuitate ibi in prouincia, in afflictione magna sunt, & in opprobrio: & murus Jerusalem dis-

A Nehemias pincerna Regis Artaxerxis, pro populo afflicto qui desertus ab iis superat, Deum orat.
B

9 qui remanserunt de captiuitate ibi in ipsa prouincia, sunt in malo magno: Prouinciam Iudaeam dicit.

lem dis-

lem dissipatus est, & portæ eius combustæ sunt igne.

4 Cumque audissem verba huiuscemodi, sedi, et fleui, & luxi diebus multis: & ieiunabam, & orabam ante faciem Dei cæli. Et dixi:

5 Quæso Domine Deus cæli fortis, magne atque terribilis, qui custodis pactum, & misericordiam cum his qui te diligunt, & custodiunt mandata tua,

C 6 Fiant aures tuæ auscultantes, & oculi tui aperti, vt audias orationem serui tui, quam ego oro coram te hodie, nocte & die pro filiis Israel seruis tuis: & confiteor pro peccatis filiorum Israel, quibus peccauerunt tibi: & ego, & domus patris mei peccauimus.

7 Vanitate seducti sumus, & non custodiuimus mandatum tuum, & ceremonias, & iudicia quæ præcepisti Moysi famulo tuo.

8 Memento verbi quod mandasti Moysi seruo tuo, dicens, Cum transgressi fueritis, ego dispergam vos in populos.

D 9 Et si reuertamini ad me, & custodiatis præcepta mea, & faciatis ea: etiamsi abducti fueritis ad extrema cæli, inde congregabo vos, & reducam in locum quem elegi, vt habitaret nomen meum ibi.

10 Et ipsi serui tui, & populus tuus, quos redemisti in fortitudine tua magna, & in manu tua valida.

11 Obsecro Domine, sit auris tua attendens ad orationem serui tui, & ad orationem seruorum tuorum, qui volunt timere nomen tuum: & dirige seruum tuum hodie: & da ei misericordiam ante virum hunc. ego enim eram pincerna regis.

interruptus, & portæ eius exustæ igne.

4 Et factum est quum hæc audissem, [10] sedi [11] & fleui, & mœstus (aliquot) diebus: ieiunans, & orans coram Deo cæli, & dixi:

5 Obsecro Domine Deus cæli, [12] Deus magne, & terribilis, seruans fœdus & beneficentiam his qui te diligunt, & mandata tua obseruant,

6 Sit quæso auris tua attenta, & oculi tui aperti, vt audias orationem serui tui quam ego oro coram te hodie, die noctuque pro filiis Israelis seruis tuis, & confiteor peccata filiorum Israelis quæ peccauimus contra te, quin ego & domus patris mei [13] peccauimus.

7 [14] Omnino dissoluti sumus tibi, neque custodiuimus præcepta, ceremonias & iudicia quæ [15] præcepisti Mosi seruo tuo.

8 Memineris quæso [16] verbi quod mandasti Mosi seruo tuo, dicens, Vos quum [17] perfide egeritis, ego dispergam vos inter Gentes:

9 Quod si reuersi fueritis ad me, & custodieritis præcepta mea feceritisque ea, etiamsi [18] propulsi fueritis vsque ad extremitatem cælorum, illinc congregabo eos, & adducam eos ad locum quem elegi, vt ibi collocem [19] nomen meum.

10 Et illi quidem serui tui sunt, & populus tuus, quem redemisti virtute tua magna, & manu tua valida.

11 Obsecro Domine sit quæso auris tua intenta ad orationem serui tui, & ad precationem seruorum tuorum, qui cupiunt timere nomen tuum: & [20] prospere age hodie quæso, cum seruo tuo, & fac vt misericordiam inueniat coram viro illo. equidem ego eram regi à pocul.

CAPVT II.

A 1 Factum est autem in mense Nisan, anno vicesimo Artaxerxis regis: & vinum erat ante eum, et leuaui vinum & dedi regi: et eram quasi languidus ante faciem eius.

2 Dixitque mihi rex, Quare vultus tuus tristis est, cum te ægrotum non videam? non est hoc frustra: sed malum nescio quod in corde tuo est. Et timui valde ac nimis:

3 Et dixi regi, Rex in æternum viue: quare non mœreat vultus meus, quia ciuitas domus sepulchrorum patris mei deserta est, et portæ eius combustæ sunt igni?

4 Et ait mihi rex, Pro qua re postulas? Et oraui Deum cæli:

5 Et dixi ad regem, Si videtur regi bonum, et si placet seruus tuus ante faciem tuam vt mittas me in Iudæam ad ciuitatem sepulchri patris mei, et ædificabo eam.

B 6 Dixitque mihi rex, et regina quæ sedebat iuxta eum, Vsque ad quod tempus erit iter tuum, et quando reuerteris? et placuit ante vultum regis, et misit me: et constitui ei tempus.

7 Et dixi regi, Si regi videtur bonum, epistolas det mihi ad duces regionis trans Flumen, vt traducant me, donec veniam in Iudæam:

8 Et epistolam ad Asaph custodem saltus regis, vt det mihi ligna, vt tegere possim portas templi, turres domus, et muros ciuitatis, et domum quam ingressus fuero. et dedit mihi rex iuxta manum Dei mei bonam mecum.

9 Et veni ad duces regionis trans Flumen, dedique eis epistolas regis. Miserat autem rex mecum principes militum, et equites.

1 Contigit ergo in mense Nissan, vicesimo anno Artaxersis regis [1] vt vinum esset ante eum, egoque leuato [2] vino præberem illud regi, neque fueram (antea) tristis coram eo.

2 Tum dixit rex ad me, Cur tristis est vultus tuus, quum non ægrotes? [3] non potest id fieri quin cor tuo habeat quod doleat. ego vero vehementer [4] timui.

3 Dixique ad regem Rex viuat [5] in æternum: quare vero vultus meus tristis non esset, quum vrbs [6] domus sepulchrorum patrum meorum vastata sint, portæ vero eius [7] igni exustæ?

4 Tum ait rex ad me, Quid ergo tu [8] postulas? (ego [interim] orabam ad Deum cæli.)

5 Respondi ergo regi, Si placet regi siquæ seruus tuus gratiam nactus fuerit in conspectu tuo, (peto,) vt mittas me in Iudæam ad ciuitatem sepulchrorum patrum meorum, vt illam ædificem.

6 Dixit ergo rex ad me sedente tunc cum vxore, [9] Quantum temporis sumet sibi profectio tua? aut quando tandem redibis? placuit ergo regi, & dimisit me & constitui ei certum [10] tempus.

7 Dixique regi, Si visum fuerit regi, [11] dentur mihi literæ ad duces qui sunt vltra flumen, qui me transducant donec veniam in Iudæam.

8 Deinde & [12] epistola ad Asaph custodem regis [13] saltus vt det mihi ligna [14] pro tignis ad portas [15] palatii quod est iuxta templum, & ad [16] muros ciuitatis, atque pro domo [18] ad quam venio. [19] Dedit ergo rex mihi [20] iuxta manum Dei mei, quæ bona erat erga me.

9 Quum autem venirem ad præfectos trans flumen, dedi illis epistolas regis, [21] miserat autem rex mecum imperatores exercitus & equites.

Ieiunium & oratio. Daniel. 9. a. Prouer. 8. a. custodientibus præcepta.

dispergam.

Reuertentibus ad se, & peccata agnoscentibus, miseretur Deus.

Nehemias impetratis literis à Rege Artaxerxe, venit Ierosolymam.

Oratio.

Manus Dei bona.

10 sub. humi, vel in cinere, more lugentiû. 11 i. deplorans miseriam ac calamitatem fratrum. 12 vel, fortis magne. 13 sub. tibi. 14 Heb. perdendo perdimus tibi. sub. præcepta tua. nam qui peccant, videntur peruere sine corrumpere præcepta ac mandata. Tibi inquit, id est in dedecus tuum. Vertere potes, corrumpendo corrupimus. Hic pro peccare accipiendum est verbum Hebræorum, Peccando peccauimus, &c. 15 i. quæ tradidisti ac præcepisti nobis per Mosen, &c. 16 vel, eius rei quam. 17 transgrediemini. sub. præcepta mea, Hebraicè legitur, transgredimini, ego vero, &c. q. d. vt vestrum est, & vobis peculiare præuaricari in me, & transgredi præcepta mea: ita meum est, meque interest vos punire & affligere. 18 Hebr. fuerit expulsio vestra in extremo cæli. Singulare pro plurali, Si fuerit expulsi vestri. i. si quæ pars vestra electa fuerit in regionem remotissimam, & quæ videatur contingere cælum ipsum vbi horizon nostri hemispherii, videtur contingere eam regioné quam terminat. 19 i. gloriam omnium mei. 20 successum da prosperum hodie seruo tuo & ac eum in misericordias coram viro illo. sub. Artaxerxe. i. fac vt eius misereatur viri iste. Finis est orationis: quæ quidem plena est pietatis, & sancta. Quod nomine sequentia pertinent ad caput sequens, ego autem eram pincerna regis, &c. i. eram à poculis regiis.

CAPVT II. 1 Quidam Hebræorum exponit, attulerunt vinum. 2 i. calice vini pleno. 3 Hebr. non est hoc nisi malum cordis. i. malitia animi. 4 ne scilicet rex quidpiam mali de me suspicaretur. 5 i. quàm diutissime. 6 i. locus, per appositioné dictum ciuitas in qua sunt sepulti maiores mei. 7 q. d. magno illo incendio quo expugnata quum flagrabat, fuit. 8 subaud. me. 9 Heb. vsquequo erit iter tuum? i. Quantú temporis insumes in eo itinere faciendo. 10 sub. aliquod quo reuersurus eram. 11 dent mihi (scribæ regis) literas. 12 epistolam. sub. dent. 13 vel, paradisi. 14 Heb. ad contignandum portas. Vox Hebræa significat componere tigna siue trabes. Templum quidem extructum erat, sed appendices templi non dum erant extructæ. Ad extruendas portas palatii quæ, &c. 15 vel, domus. i. templi Dei. 16 quæ erant domui. 17 murum. i. ad portas muri qui cingit montem Sion, in quo extructum est templum. 18 quam ingressus fuero. i. in qua habitem cum illuc peruenero. 19 sub. epistolas. 20 i. pro fauore magno quo prosequebatur me Deus meus. 21 mandauerat vt mitterentur, sub. qui me tuto deducerent.

32 q. d. seruus ille pessimus qui erat de genere filiorum Ammon.
33 aliquis
34 Heb. vt requireret bonum filiis Israel.
35 vel, ipsi Ierusalem:
36 sub. Iosaphat i. per quam ibatur ad vallē Iosaphat.
37 .i. ad locum qui erat e regione fontis draconum.
38 vel, aquæductum
39 potius pertinet ad sequētia, hoc modo, cūque reuersus fuissem, magistratus &c.
30 nescierunt vel, non cognouerunt
31 fecissem:
32 i. qui operabantur in reparatione murorū,
33 .i. magnum illum fauorem quo Deus meus me prosequutus fuerat.
34 q. d. Sine vlla mora instauremus, tunc cœperunt esse bono & forti animo.
35 in bono i. propter bonum ipsum. propter magnum illum Dei fauorem erga se. Aut respicit beneficentiā hoc beneficium regis. hoc est, quū intellexissent Deum & regem sibi fauere.
36 vel, dabit
37 vel, nos ergo
38 ædificabimus i. sine vlla mora instaurabimus muros ciuitatis nostræ.
39 vel, portio. q. d. hæc structura nihil pertinet ad vos quum sitis Samaritani & alieni a religione nostra.
40 .i. neq; meritum vllum q. d. Nunquam vos benemeriti estis de Ierusalem & nullā memoriā vestri relinquetis in ea.

CAP. III.
1 .i. qui erant de eadem familia aut cognati eius & fratres eius. Hoc capite describitur quomodo & quo ordine murus Ierusalem instauratus sit, & a quibus.
2 Forte per hāc

10 *Quumq; audiisset Sanballat Horonites, & Tobias* [22] *seruus ille Ammonita,* *admodum displicuit eis, quod venisset* [23] *homo* [24] *qui studeret commodis Israelitarum.*

11 *Veni ergo Jerosolyma, & mansi illic tres dies:*

12 *Surrexiq; noctu ego, & viri pauci mecum, nec vlli hominum indicaui, quid Deus meus indidisset cordi meo vt facerem* [25] *Jerosolymis:* *ne iumentum quidem mecum erat, nisi iumentum cui insidebam.*

13 *Egressus autem portam* [26] *vallis noctu* [27] *coram Fonte draconum,* *ad portam sterquilinii, cōsiderans muros Jerusalem qui rupti erant, & portas quæ igne erant consumptæ:*

14 *Transiui ad portam fontis atq;* [28] *piscinam* *regis, neque locus erat iumento subter me vt transiret.*

15 *Ascendi autem noctu per torrentem, & (rursus) considerabam murum ipsum: reuersusq; veni per portam vallis, &* [29] *redii.*

16 *Porrò magistratus* [30] *nesciebant* *quo ego abiissem, aut quid* [31] *facerem:* *imò nec Judæis, nec sacerdotibus, nec nobilibus, nec magistratibus, nec reliquis* [32] *qui opus faciebant, hactenus indicaueram.*

17 *Dixi ergo ad eos, Vos videtis calamitatem in qua sumus, quomodo Jerusalem vastata sit, & portæ eius igni exustæ: adeste igitur, & ædificemus murum Jerusalem, ne vltra simus probro.*

18 *Indicaui præterea eis* [33] *manum Dei mei quod hæc bona esset erga me,* *similiter & verba regis quæ dixerat mihi. Illi autem dixerunt,* [34] *Surgamus* *igitur, & ædificemus, roborauerintque manus suas* [35] *ad bonum.*

19 *Audiens autem Sanballat Horonites,* *& Tobias seruus ille Ammonites, & Gasem Arabs, subsannauerunt nos, & illuserunt nobis, dicentes, Quæ est hæc res quam vos facitis? annon aduersus regem paratis defectionem?*

20 *Ego vero respondens illis dixi ad eos,* *Deus cæli* [36] *dat* *nobis prosperum successum,* [37] *& nos* *serui eius consurgentes* [38] *ædificamus:* *vobis autem non autem est* [39] *pars,* [40] *neq; ius,* *neq; memoria in Jerusalem.*

10 Et audierunt Sanaballat Horonites, & Tobias seruus Ammanites: & contristati sunt afflictione magna, quòd venisset homo qui quæreret prosperitatem filiorum Israel.

11 Et veni Ierusalem, & eram ibi tribus diebus: C

12 Et surrexi nocte ego, & viri pauci mecum, & non indicaui cuiquam quid [a] Dominus [a] dedisset in corde meo vt facerem in Ierusalem: & iumentum non erat mecum, nisi animal cui sedebam.

13 Et ingressus sum per portam vallis nocte, & ante fontem draconis, & ad portam stercoris: & cōsiderabam murum Ierusalem dissipatum, & portas eius consumptas igni.

14 Et transiui ad portam fontis, & ad aquæductum regis, & non erat locus iumēto cui sedebam, vt transiret.

15 Et ascendi per torrentem nocte, & considerabam murum: & reuersus veni ad portam vallis, & redii.

16 Magistratus autem nesciebant quò abiissem, aut quid ego facerem: sed & Iudæis & sacerdotibus, & optimatibus, & magistratibus, & reliquis qui faciebant opus, vsque ad id loci nihil indicaueram.

17 Et dixi eis, Vos nostis afflictionem in qua sumus, quia Ierusalem deserta est, & portæ eius consumptæ sunt igni: venite, & ædificemus muros Ierusalem, & non simus vltra opprobrium. D

18 Et indicaui eis manum Dei mei quòd esset bona mecum, & verba regis quæ locutus esset mihi: & aio, Surgamus, & ædificemus. Et confortatæ sunt manus eorum in bono.

19 Audierunt autem Sanaballat Horonites, & Tobias seruus Ammanites, & Gosem Arabs: & subsannauerunt nos, & despexerunt, dixeruntq;, Quæ est hæc res quam facitis? numquid contra regem vos rebellatis?

20 Et reddidi eis sermonem, dixiq; ad eos, Deus cæli ipse nos iuuat, & nos serui eius sumus: surgamus, et ædificemus: vobis autem non est pars, et iustitia, et memoria in Ierusalem.

[a] *Deus meus*

Nehemias cōsiderat ruinas vrbis.

Ædificant muros Ierusalem.

CAPVT III.

1 *Surrexit autem Eliasib sacerdos magnus atq;* [1] *fratres eius* *sacerdotes & ædificauerunt portam* [2] *gregis:* [3] *hi* *sanctificauerunt* *eam, & collocarunt ostia eius, & vsq; ad turrim* [4] *Mea* *sanctificarunt* *eam, & vsq; ad turrim Hananeel:*

2 *Et* [5] *ad manum eius* *ædificauerunt* [6] *viri Iericho:* *& ad manum eius ædificauit Sachur filius Imri.*

3 *Portam autem piscium ædificauerunt filii* [7] *Senaa,* *qui &* [8] *trabes eius posuerunt,* *& collocauerunt ostia eius, seras eius, & repagula eius:*

4 *Ad manum eorum* [9] *firmauit* *Meremoth filius Vriæ filii Hacoz: & ad manum illorum* [9] *ædificauit* *Mesullam filius Berechia filii Mesezabeel: ad illorum manum* [9] *firmauit* *Zadoc filius Baana:*

5 *Ad quorum manum ædificauerunt Thecoitæ:* [10] *magnates* *verò eorum non* [11] *inseruerunt* *collum suum in opus* [12] *domini sui.*

6 *Portam verò* [13] *veterem* *instaurarunt Josada filius Pasea, & Mesullam filius Besodia: hi posuerunt trabes eius & collocarunt ostia eius, seras eius, atq; vectes eius:*

7 *Ad illorum manum ædificauit Melatia Gibeonites, & Jadon Meronotites* [14] *viri Gibeon* *& Mizpa,* [15] *pro Kisse præfecto trans flumen:*

8 *Ad illorum manum ædificauit Vsiel filius Har-*

1 ET surrexit Eliasib sacerdos magnus, et fratres eius sacerdotes: et ædificauerunt portam gregis: ipsi sanctificauerunt eam, et statuerunt valuas eius, et vsque ad turrim centum cubitorum sanctificauerunt eam, vsque ad turrim Hananeel. A

2 Et iuxta eum ædificauerunt viri Iericho, et iuxta [b] eos [b] ædificauit Zacchur filius Amri.

3 Portam autem piscium ædificauerunt filii Asnaa: ipsi texerunt eam, et statuerunt valuas eius, et seras, et vectes.

4 Et iuxta eos ædificauit Marimuth filius Vriæ, filii Accus. Et iuxta [c] eum [c] ædificauit Mosollam filius Barachiæ, filii Mesezebel: et iuxta eos ædificauit Sadoc filius Baana: B

5 Et iuxta eos ædificauerunt Thecueni: optimates autem eorum non supposuerunt colla sua in opere Domini Dei sui.

6 Et portam veterem ædificauerunt Ioiada filius Phasea, et Mosollam filius Besodia: ipsi texerunt eam, et statuerunt valuas eius, et seras et vectes:

7 Et iuxta eos ædificauerunt Meltias Gabaonites, et Iadon Meronathites, viri de Gabaon et Maspha, pro duce qui erat in regione trans Flumen:

8 Et iuxta eum ædificauit Eziel filius Araia aurifex:

Catalogus eorum qui muros ædificarunt.

[b] *eum*

[c] *eos*

portam ingrediebantur greges in vrbem. 3 .i. insignem & claram ædificio reddiderunt. Alii vertunt, apparauerunt: 4 .i. centum. 5 .i. iuxta eum. 6 ciues Iericho [illegible] 7 potius est cognomen siue agnomen, quam nomen proprium: quod tamen pro nomine proprio ponitur. 8 vel, tigna eius apposuerunt .i. tignis ac trabibus contexerunt eam. 9 Heb. fortificauit sub. murum. 10 Heb. fortes .i. præclari [illegible] & insigniores eorū. [illegible] inter eos interesserant. 11 Heb. adduxerunt, vel, immiserunt sub iugum 12 .i. præfecti sui, qui sc. præfectus fuit [illegible] familiæ in instauratione muri vrbis, hoc est, non paruerunt Domino ac præfecto suo mandanti ac præcipienti vt laborarent in instauratione muri. Metaphora a bobus & aliis iumentis qui colla sua iugo [illegible] vt laborent in agro. 13 veterem, vel, antiquam. sub. piscinæ, cuius scilicet meminit Esaias cap. 22. 14 .i. ciues Gabaon, 15 pro solio ducis trans flumen. i. vsq; ad solium ducis regionis sitæ trans Euphratem.

fex : & iuxta eum ædificauit Ananias filius pig-
C mentarii : & dimiserunt Jerusalem vsq; ad murum
plateæ latioris :
9 Et iuxta eum ædificauit Raphaia filius Hur,
princeps vici Jerusalem :
ᵃ eos 10 Et iuxta ᵃ eum' ædificauit Jedaia filius Ha-
romaph domum suam : & iuxta eum ædificauit
Hattus filius Haseboniæ.
11 Mediam partem vici ædificauit Melchias fi-
lius Herem, & Hasub filius Phahath-moab, & tur-
rim furnorum.
ᵇ eum 12 Et iuxta ᵇ eos' ædificauit Sellum filius Alo-
hes princeps mediæ partis vici Jerusalem, ipse & fi-
liæ eius.
D. 13 Et portam vallis ædificauit Hanum, & habi-
tatores Zanoe : ipsi ædificauerunt eam, & statue-
runt valuas eius, & seras & vectes, & mille cubitos
in muro, vsq; ad portam sterquilinii.
14 Et portam sterquilinii ædificauit Melchias fi-
lius Rechab, princeps vici Beth-acharam: ipse ædifi-
cauit eam, & statuit valuas eius, & seras & vectes.
15 Et portam fontis ædificauit Sellũ filius Chol-
hoza, princeps pagi Maspha: ipse ædificauit eam, &
texit, & statuit valuas eius, & seras, & vectes, & mu-
ᶜ Sela ros piscinæ ᶜ Siloe' in hortum regis, & vsque ad
gradus qui descendunt de Ciuitate-Dauid.
16 Post eum ædificauit Nehemias filius Azboc
princeps dimidiæ partis vici Beth-sur, vsq; contra
sepulchrum Dauid, & vsque ad piscinam quæ grã-
di opere constructa est, & vsque ad Domum for-
tium.
17 Post eum ædificauerunt Leuitæ, Rehum fi-
ᵈ eum lius Benni: post ᵈ eos' ædificauit Hasebias princeps
dimidiæ partis vici Ceilæ in vico suo.
18 Post eum ædificauerunt fratres eorum Bauai
filius Henadad, princeps dimidiæ partis Ceilæ.
E. 19 Et ædificauit iuxta eum Azer filius Iosue,
princeps Maspha mensuram secundam, contra as-
censum firmissimi anguli.
20 Post eum in monte ædificauit Baruch filius
Zachai mensuram secundam, ab angulo vsque ad
portam domus Eliasib sacerdotis magni :
21 Post eum ædificauit Merimuth filius Vriæ fi-
ᵉ Haccus lii ᵉ Hattus' mensuram secundam, à porta domus
Eliasib, donec extenderetur domus Eliasib :
22 Et post eum ædificauerunt sacerdotes viri de
campestribus Jordanis.
ᶠ eum 23 Post ᶠ eos' ædificauit Ben-iamin & Hasub cõ-
ᵍ eum tra domum suam : & post ᵍ eos' ædificauit Azarias
filius Maasiæ filii Ananiæ contra domum suam :
24 Post eum ædificauit Bennui filius Henadad
mensuram secundam, à domo Azariæ vsque ad fle-
F xuram, & vsq; ad angulum.
25 Post eum ædificauit Phalel filius Ozi contra
flexuram, & turrim quæ eminet de domo regis ex-
celsa, id est in atrio carceris : post eum Phadaia fi-
lius Pharos.
26 Nathinæi autem habitabant in Ophel, vsq;
contra portam aquarum, ad orientem, & turrim
quæ prominebat.
ʰ item 27 Post ʰ eos' ædificauerunt Thecueni mensu-
ram secundam eregione, à turre magna et eminen-
ti, vsq; ad murum templi.
ⁱ A porta 28 Sursum autem ⁱ ad portam' equorum ædifi-
cauerunt sacerdotes, vnusquisq; contra domum
suam :
29 Post eos ædificauit Sadoc filius Emmer con-
tra domum suam, et post eum ædificauit Semaia fi-
lius Secheniæ, custos portæ Orientalis.
G 30 Post eum ædificauit Hanania filius Selemiæ,

haia [16] ex metallariis ? ad cuius manum ædificabat Ha-
nanias filius [17] Harakahim:' & [18] reliquerunt' Jerusalẽ
vsq; ad murum latum:
9 Porrò ad manum istorum ædificauit Rephaia fi-
lius Hur, primarius [19] dimidiæ partis Jerusalem :'
10 Et iuxta illorum manum ædificauit Jedaia filius
Harummaph, & iuxta domum eius : ad illius manum
ædificauit Hattus filius Hasabnia.
11 Alteram [20] partem' instaurauit Malkia filius
Harim & Hassub filius [21] ducis Moab', atque turrim
[22] Tanurim:'
12 Ad manum huius [23] ædificauit' Sallum filius
[24] Halohesch' primarius dimidiæ [25] partis' Jerusalem,
ipse & filiæ eius.
13 Portam [26] vallis' reparauit Hanun & habita-
tores Sanoah: ipsi ædificauerunt eam, & collocarunt ostia
eius, seras eius, & vectes eius, & mille cubitos in muro
vsque ad portam [27] stercoris.'
14 Portam vero stercoris reparauit Malkia filius Re-
chab princeps [28] collegii' Beth carem : ipse instaurauit
eam, & posuit valuas eius, seras eius, atq; vectes eius.
15 Portam fontis reparauit Salum filius Colhose,
primarius [28] collegii' Mizpa: is inquam ædificauit eam,
contexit eam, collocauit ostia eius seras eius, & vectes e-
ius: sed & murum piscinæ [29] Selah' versus hortum regis,
& vsque ad gradus descendentes à ciuitate Dauidis.
16 Post eum ædificauit Nehemias filius Azbuc, pri-
marius [30] dimidii collegii' Beth Zur, vsque ad (locum) è
regione [31] sepulchrorum Dauidis,' & vsque ad piscinam
factam, & vsq; ad [32] domum fortium.'
17 Post hunc ædificauerunt Leuitæ, Rehum filius
Bani, & ad eius manum ædificabat Hasabia primarius
[33] collegii Keila in [33] collegio suo.'
18 Post hunc ædificabant fratres eorum Banai filius
Henadad primarius [34] collegii' Kehila :
19 Et ad huius manum ædificabat Eser filius Iesua,
princeps Mizpa, partem alteram è regione [35] ascensus ar-
mentarii' anguiaris
20 Post hunc [36] indignatione quadam motus' ædifi-
cauit Baruch filius Sacchai alteram partem ab angulo
vsq; ad ostium domus Eliasib sacerdotis magni.
21 Post hunc ædificauit Meremoth filius Vria,
filius [37] Hacoz [38] mensuram secundam' ab ostio domus
Eliasib, vsq; ad finem domus Eliasib.
22 Post illum ædificauerunt sacerdotes, [39] viri pla-
nitiei.'
23 Et [40] post illum [41] ædificabat' Beniamin &
Hassub [42] contra domum suam :' post hunc ædifica-
uit Asarias filius Maasia filii Anania iuxta domum
suam :
24 Post hunc ædificabat Binnui filius Henadad
[43] mensuram secundam' a domo Asariæ vsq; ad angulum
& vsq; ad [44] flexuram.'
25 Palal deinde filius Vsai [45] à conspectu anguli' &
turris prominentis à domo regis, [46] superiori,' quæ erat
iuxta atrium carceris : post eum Pedaias filius Pa-
ros.
26 Porro Nethinæi (qui) habitabant in munitione,
(instaurauerunt) [47] vsq; ad prospectum portæ' aquarum
ad Orientem, & turrim prominentem.
27 Post illum ædificabant Tecoitæ alteram [48] men-
suram [49] a prospectu' turris magnæ prominentis, vsq; ad
murum [50] munimenti.
28 Porro à porta equorum ædificabant sacerdotes,
quisque è regione domus suæ.
29 [51] Post illum' ædificabat Zadoc filius Immer è re-
gione domus, inde & post eum ædificauit Semeias filius Se-
chania custos portæ Orientalis.'
30 Post hunc ædificauit Hanania filius Selemia,

16 (qui erat de familia) Sorphim .i. aurificũ, siue conflatorũ. nomẽ est familiæ.
17 .i. aromatariorum, siue pigmentariorũ, nomen est familiæ.
18 fortificauerunt, vel, instaurauerunt
19 Ierusalem distributa erat in regiones vt Roma quoq; olim: quarum dimidiæ partis iste præfectus erat.
20 sub. muri, quæ proxima erat illi quæ iam instaurata erat ab Hattus.
21 Pahath-moab
22 i. furnorum, siue clibanorum. Nomen turris.
23 instaurauit. sub. murum.
24 Cognomen potius quàm nomen proprium, significatq; incantatorem.
25 vel, regionis
26 sub Iosaphat.
27 vel, sterquilinii.
28 regionis. vel, vici
29 significat hortum arborũ pomiferarum: ab extensione, quod huiusmodi illuc extenuat ramos suos siue propagines suas fructiferas.
30 dimidiæ regionis. vel, dimidii vici.
31 Nomen loci.
32 Loci etiam nomen.
33 In regione sua.
34 Heb. dimidia regionis
35 Huloth-hanesec .i. ascensus siue gradus armorum. Forasse in eo reponebantur arma
36 .i. irarus in seipsum quod tardum instauraret murum.
37 potius est cognomen quã nomen propriũ, ponitur tamen pro nomine proprio.
38 i. aliam portionem
39 i. qui habitabant in planitie, siue in campestribus Iordanis, habebant tamen etiam domos in vrbe Ierusalem.
40 .i. post vltimum sacerdotũ illorum, hæc ex sacerdotibus illis.
41 instaurauit

42 vel, eregione domus suæ. 43 .i. portionem alteram 44 sub. illam insignem. Posterior ista particula ponitur per expositionem; quòd nomen illud sit generalius.
45 (instaurauit), a loco qui erat eregione illius anguli, siue flexuræ. 46 altæ siue altissimæ. 47 vel, vsq; eregione portæ 48 vel, portionem 49 eregione illius
50 arcis, i. quo cingebatur arx illa. 51 .i. post vltimum illorum.

30 filiorum eius scilicet: habuerat enim Salaph multos filios, quorum ille erat sextus
31 .i. portionē alterā quæ proxima erat ei quā instaurauerat Hanania.
34 cubiculi sui:
35 conflatoris. Cognomen est, non nomen proprium.
36 nomen loci.
37 .i. ii qui cognomine dicebantur aurifices & negociatores.
CAP. IV.
1 vel, dixit inquam,
2 q.d. frustra laborant & perdūt operam.
3 Heb. non fortificabuntur? nū suppetent illis vires ad absoluēdum opus illud? num efficient hostias in cedificatione vt solebant?
4 potius subaudiendum, illa .s. num perficere poterunt die illa qua statuerunt se perfecturos opus illud?
5 Heb. viuificabunt? i. restituēt in pristinū statū?
6 vel, iuxta
7 Heb. etiā quod ipsi ædificant, si ascenderit vulpes aliqua, dirueret murum lapideum eorum. Antecedens pro relatiuo, si ascenderit vulpes, murum dirueret illis.
8 quod despectui
9 vel, ignominiā
10 prædam .i. abeat in captiuitatem, & dissipantur bona eorum.
11 q.d. versetur tibi semper ob oculos
12 .i. habe illud semper ante oculos, vt semper memineris eius.
13 vel, cōpactus
14 sub. ferens ille Ammonites.
15 Heb. quod ascendisset malagma (sine emplastrū, aut medicina) super muros Ierusalē .i. quòd instaurati ac reparati essent muri. Metaphora à chi-

& Hanum filius Zalaph [30] sextus, [31] mensuram alteram, post eum ædificauit Mesbulam filius Berechia e regione [34] cameræ suæ.
31 Post illum ædificauit Malcia filius [35] aurifabri vsque ad domum Nethinæorum & negociatorum, contra portam Miphcad vsque ad [36] cœnaculum anguli flexi.
32 Inter cœnaculum verò anguli flexi vsque ad portam gregis ædificauerunt [37] aurifabri & negociatores.

& Hanum filius Seleph sextus mensuram secundam: post eum ædificauit Mosollam filius Barachiæ, contra gazophylacium suum:
31 Post eum ædificauit Melchias filius aurificis, vsque ad domum Nathinæorum, & [a] scuta vendentium contra portam iudicialem, & vsque ad cœnaculum anguli.
32 Et [b] inter cœnaculum anguli in porta gregis ædificauerunt [c] artifices & negociatores.

a *scruta*
b *vsque ad*
c *aurifices*

CAPVT IV.

1 Qvum verò audisset Sanballat quod ædificaremus murum, iratus est, vehementerque indignatus est: subsannauit ergo Iudæos.
2 Dixit coram fratribus suis & militibus Samariæ: [1] sic autem dixit: Quid faciunt [2] imbecilles Iudæi? [3] num permittetur (hoc) eis? num sacrificabunt? num (4 vno) die perficient? num lapides ex aceruis pulueris qui combusti sunt [5] excitabunt?
3 Erat autem Tobias Ammonites [6] penes eum, & ait, [7] Ædificent sanè: vulpes ascendet, & murum eorū lapideum dirumpet.
4 Audi Deus noster, [8] despecti enim sumus: tu repende [9] opprobrium eorum in caput eorum, & fac eos [10] despectos in terra captiuitatis eorum.
5 [11] Ne operias iniquitatem eorum, & peccatum eorum coram facie tua [12] non deleatur: quia ad indignationem irritarunt ædificantes ipsos.
6 Ædificauimus itaque murum, & [13] colligatus est totus murus vsque ad dimidiam partem eius, & populus animum habuit ad ædificandum.
7 Factum vero est quū audisset Sanballat, & [14] Tobia, & Arabes, Ammonitæ & Azotii quod [15] murus Ierosolymitanus reparatus esset, quod cœpissent interruptiones [16] obstrui, vehementer irati sunt.
8 Conspirarunt itaque pariter omnes, vt proficiscerentur & oppugnarent Ierosolymā, [17] negociumque [18] eis facesserent.
9 At nos [19] orauimus ad Deum nostrum, & [20] constituimus custodiam contra eos, die noctuque [21] propter eos.
10 [22] Dixit autem Iehuda, Robur baiulorum elanguit, interim [23] plurimum ruderis est, vt non possimus ædificare [24] in muro.
11 Ad hæc dixerunt hostes nostri, [25] Nesciant neque videant, donec venerimus inter eos, & interfecerimus eos, effecerimusque, vt cesset opus.
12 Contigit quoque, vt venientes Iudæi qui iuxta illos habitabant, dicerent nobis [26] decies, [27] ex omnibus locis ex quibus ad nos deuerterent.
13 Constitui ergo ab [28] inferioribus locis post murum [29] in locis munitioribus, collocaui inquam populum per familias cum gladiis suis, cū lanceis suis, atque arcubus suis.
14 Quumque [30] vidissem, surrexi, & dixi ad nobiles & ad [31] magnates, & ad reliquum populum, Ne timueritis ab illis: memineritis potius domini magni, & [32] terribilis, pugnateque pro fratribus vestris, filiis vestris, filiabus vestris, vxoribus vestris, atque domibus vestris.
15 Quum verò audissent hostes nostri [33] rem nobis cognitam esse, irritum fecit Deus consilium eorum, nosque omnes reuersi sumus ad murum, quisque ad opus suum.
16 Ab eodem die pars iuuenum opus faciebant, pars eorum tenebant lanceas, scuta, arcus & loricas: prin-

1 Factum est autē, cum audisset Sanaballat quod ædificaremus murum, iratus est valde: & motus nimis subsannauit Iudæos.
2 Et dixit coram fratribus suis, & frequentia Samaritanorum, Quid Iudæi faciunt imbecilles? num dimittent eos gentes? Num sacrificabunt, & complebunt in vna die? Numquid ædificare poterunt lapides de aceruis pulueris, qui combusti sunt?
3 Sed & Tobias Ammanites proximus eius, ait, Ædificent: si ascenderit vulpes, transiliet murum eorum lapideum.
4 Et dixit Nehemias. Audi Deus noster, quia facti sumus despectui: conuerte opprobrium super caput eorum, & da eos in despectionem in terra captiuitatis.
5 Ne operias iniquitatem eorum, & peccatum eorum coram facie tua nō deleatur: quia irriserunt ædificantes.
6 Itaque ædificauimus murum, & coniunximus totum vsque ad partem dimidiam: & prouocatum est cor populi ad operandum.
7 Factum est autem, cum audisset Sanaballat, & Tobias, & Arabes, & [d] Ammanitæ, & Azotii, quod obducta esset cicatrix muri Ierusalem, & quod cœpissent interrupta concludi, irati sunt nimis.
8 Et congregati sunt omnes pariter vt venirent, & pugnarent contra Ierusalem, & molirentur insidias.
9 Et orauimus Deum nostrum, & posuimus custodes super murum die ac nocte contra eos.
10 Dixit autem Iudas, Debilitata est fortitudo portantis, & humus nimia est, & nos non poterimus ædificare murum.
11 Et dixerunt hostes nostri, Nesciant & ignorent, donec veniamus in medium eorum, & interficiamus eos, & cessare faciamus opus.
12 Factum est autem venientibus Iudæis qui habitabant iuxta eos, & dicentibus nobis per decē vices, ex omnibus locis quibus venerant ad nos.
13 Statui in loco post murum per circuitum populum in ordinem cum gladiis suis, & lanceis, & arcubus.
14 Et perspexi atque surrexi: & aio ad optimates & magistratus, & ad reliquam partem vulgi, Nolite timere a facie eorum. Domini magni & terribilis mementote, & pugnate pro fratribus vestris, filiis vestris, & filiabus vestris & vxoribus vestris & domibus vestris.
15 Factum est autem, cum audissent inimici nostri nunciatum esse nobis, dissipauit Deus consiliū eorum. Et reuersi sumus omnes ad muros, vnusquisque ad opus suum.
16 Et factum est à die illa, media pars iuuenum eorum faciebat opus, & media parata erat ad bellum:

A *Sanaballat & Tobias murorum ædificationem prohibent.*
Oratio Nehemiæ cōtra aduersarios.
B
d *Ammonitæ*
Oratio.
C
Armati ædificant muros Ierusalem.

rurgis, qui [illegible] malagmate siue emplastro vulnera curant, quæ dum coeunt, sanantur: ita muri cum obthurantur, instaurantur, & videntur sanari. 16 vel, obthurari [illegible] 17 Heb. [illegible] reducerent eos palantes & errantes ac vagantes, siue inopes consilii & nescientes quid facturi essent. 18 Refert relatiuum ad Nehemiam & populum Ierosolymitanum. 19 ego scilicet & principes populi. 21 Heb. [illegible] & desperabat de viribus. 20 vel, collocauimus [illegible] super eos. 21 Heb. a facie eorum [illegible] templi. 22 i. Dixerūt autem Iudæi. 23 Heb. & pulueris [illegible] murum ipsum. 24 murum ipsum. 25 sub. quoad eos moliamur, nec videant nos. 26 i. frequenter. [illegible] 27 In omnibus locis [illegible] volunt venire [illegible] ad vos [illegible] alii Iudæi [illegible] volunt [illegible] tempore scilicet [illegible] vel, sic [illegible] 28 inferioribus (partibus) loci. 29 Heb. [illegible] ribus [illegible] 30 sub. aciem instructam 31 vel, magistratus, 32 .i. qui cum [illegible] terrorem incutere potest. 33 .i. consilium [illegible] eius esse nobis detectum.

lum: & lanceæ, & scuta, & arcus, & loricæ & principes post eos in omni domo Iuda ædificantium ⁱ muros.ˈ

ⁱ In muro.

17 Et portantium onera, & imponentiũ: vna manu sua faciebat opus, & altera tenebat gladium.

18 Ædificantium enim vnusquisque gladio erat accinctus renes. Et ædificabant, & clangebant buccina iuxta me.

19 Et dixi ad optimates, & ad magistratus, & ad reliquam partem vulgi, Opus grande est & latum, & nos separati sumus in muro procul alter ab altero.

20 In loco quocunq; audieritis clangorem tubæ, illuc concurrite ad nos.

21 Deus noster pugnabit pro nobis Et nosipsi faciamus opus: & media pars nostrum teneat lanceas ab ascensu auroræ, donec egrediantur astra.

22 In tempore quoque illo dixi populo, Vnusquisque cum puero suo maneat in medio Ierusalem, & sint ᵃ vobisˈ vices per noctem, & diem, ad operandum.

ᵃ nobis

23 Ego autem & fratres mei & pueri mei, & custodes qui erant post me, non deponebamus vestimenta nostra: vnusquisq; tantum nudabatur ad baptismum.

ciperòverò (erant) [14] post vniuersamˈ domum Iehudæ. Porrò qui murum extruebant & baiulatores.

17 Ac qui onera imponebant, altera manu sua opus faciebant, altera verò telum tenebant.

18 Et ædificantium singuli accincti erant gladiis suis super lumbos suos simulq; ædificabant: [15] Ligor verò tuba penes me erat.

19 Dixi autem ad nobiles & ad [16] magnatesˈ reliquumq; populum, Opus hoc ingens est & amplum, nos verò super muro dispersi sumus longius quisque ab alio.

20 Quocunq; ergò loco sonitum cornu audieritis, illuc congregamini ad nos.

21 Et Deus noster pugnabit pro nobis. [17] Nos operi insistemus. Cæterum pars illorum lanceas teneb.t ab ascensu auroræ, donec stellæ oriantur.ˈ

22 Tum quoque dixi ad populum, Quisque cum puero suo pernoctet in medio (vrbis) Ierosolymæ, vt noctu sint nobis excubiæ, interdiu autem [18] in opus.ˈ

23 Porrò ego, fratres mei, pueri mei, viriq; [19] qui excubabant retro me,ˈ nos (inquã) vestes nostras non exuebamus, [40] nisi mundandi quidem gratia.

14 Urgebantˈ eos vt diligentius operarentur, vel, præerant illis.
15 qui verò clangebant tuba, (erat) apud me.
16 magistratus.
17 Nos interim faciebamus opus, & media pars eorum tenebat lanceas, ab ascensu aurora vsque ad exitum stellarum .i. vsquedum apparere inciperent stellæ. Videntur enim antea esse in cubiculis siue thalamis in quibus delitescant. Hoc est, ab aurora vsque ad noctem.
18 .i. noctu custodiant nos, & interdiu operentur in muro.
19 Heb. custodes qui erant post me .i. qui sequebantur me.
40 Heb. vniusquisque depositio (vestium erat ad) aquas expiatorias scilicet .i. quisque exuebat vestes suas tantum quum vellet sese emundare & sanctificare Vel, vnusquisque ensis (erat in manu sua etiam ad) aquas, illas expiatorias scilicet .i. quando ibat ad aquas illas. h.s.t.[4], quum vellet sese &c.

CAPVT V.

A ¹ ET factus est clamor populi & vxorum eius magnus, aduersus fratres suos Iudæos.

Populus laborans fame, vsuris cogitur viuere.

2 Et erant qui dicerent, Filii nostri & filiæ nostræ multæ sunt nimis: accipiamus pro precio eorum frumentum, & comedamus, & viuamus.

3 Et erant qui dicerent. Agros nostros, & vineas, & domos nostras opponamus: & accipiamus frumentum in fame.

4 Et alii dicebant, Mutuo sumamus pecunias in tributa regis, demúsque agros nostros & vineas:

5 Et nunc sicut carnes fratrum nostrorum, sic carnes nostræ sunt: & sicut filii eorum, ita & filii nostri Ecce nos subiugamus filios nostros, & filias nostras in seruitutem, & de filiabus nostris sunt famulæ, nec habemus vnde possint redimi, & agros nostros & vineas nostras alii possident.

B 6 Et iratus sum nimis: cum audissem clamorem eorum secundum verba hæc:

7 Cogitauitq; cor meum, ᵈ & increpaui optimates & magistratus, & dixi eis, Vsurasne singuli à fratribus vestris exigatis? Et congregaui aduersum eos concionem magnam. Et dixi eis:

ᵈ mecum

8 Nos, vt scitis, redemimus fratres nostros Iudæos qui venditi fuerant Gentibus, secundum possibilitatem nostram: et vos igitur ᵉ venditeˈ fratres ᶠ nostros,ˈ et redimemus eos? et siluerunt, nec inuenerunt quid responderent.

Nehemias vsuras prohibet
ᵉ vendetis
ᶠ vestros.

9 Dixiq; ad eos, Non est bona res quam facitis: quare non in timore Dei nostri ambulatis, ne exprobretur à Gentibus inimicis nostris?

10 Et ego et fratres mei et pueri mei, commodauimus plurimis pecuniam et frumentum: non repetamus in commune illud, æs alienum concedamus quod debetur nobis:

11 Reddite eis hodie agros suos, et vineas suas, et oliueta sua, et domos suas: quin potius et centesimam pecuniæ, frumenti, vini et olei; quam exigere soletis ab eis, date pro illis.

C 12 Et dixerunt, Reddemus, et ab eis nihil quæremus: sicque faciemus vt loqueris. et vocaui sacerdotes, et adiuraui eos, vt facerent iuxta quod dixeram.

¹ ORta autem est ingens clamor populi & vxorum eius contra fratres suos Iudæos.

2 Erat enim qui dicerent, Filiorum nostrorum, filiarum nostrarum, nostrúmque plures sunt: frumentum ergo ¹ accipere (cogimur,ˈ) vt comedamus & viuamus.

3 Erant deinde qui dicerent, Agros nostros, vineas nostras, & domos nostras ² oppignerauimus, vt in fame frumentum acciperemus.ˈ

4 Erant postremo qui dicerent, Mutuo accepimus pecuniam, vt tributum regi (penderemus,) super agros nostros & vineas nostras.

5 Et ecce ³ caro nostra est sicut caro fratrum nostrorum,ˈ & filii nostri sicut filii eorum, & ecce ⁴ in seruitutem redegeruntˈ nos, filios nostros & filias nostras vt seruiant: suntq; quædam ex filiabus nostris seruituti subiectæ, ⁵ neq; in potestate nobis facultas:ˈ deinde & agros nostros & vineta nostra alii habent.

6 Doluit hoc mihi vehementer quum audirem clamorem eorum, & huiusmodi verba:

7 Et ⁶ consilium cepi in corde meo,ˈ obiurgauiq; magnates & proceres, dixiq; ad eos, ⁷ Vos imponitis onus quisq; super fratrem suum. ⁸ indixi etiam eis magnum comitium: Dixiq; ad eos:

8 Nos redemimus fratres nostros Iudæos, qui venditi fuerunt Gentibus, ⁹ quantum quidem potuimus,ˈ & vos (iterum) vendetis [10] fratres vestros: [11] qui à nobis redempti sunt? illi verò tacuerunt, nec inuenerunt quid responderent.

9 Et dixit (Nehemias,) Quod vos agitis, non est bonum: annon in timore Dei nostri [12] ambularetis, [13] propter probrum Gentium quæ nos oderunt?

10 Et ego, & fratres mei, atque pueri mei, commodato [14] damusˈ eis pecunias & frumentum, remittamus quæso [15] hoc onera.ˈ

11 Restituite quæso eis hodie agros suos, vineas suas, oliueta sua, & domos suas, & centesimam pecuniæ & frumenti, vini & olei, quam (per vsuram) ab eis exigitis.

12 Tum illi dixerunt, Restituemus, nec ab eis exigemus: faciemus quemadmodum [16] dixisti.ˈ aduocatis autem sacerdotibus iuramentoq; illos adegi, vt facerent [17] iuxta verbum istud.ˈ

CAP. V.
1 sub. precio
2 damus pignori vt accipiamus frumentum in fame. Damus l. paramimus .i. re.
3 q.d. eos & illi eadem carne sumus, id est, eiusdem generis Ipsi tamen asperrantur carnem suam, & nullam rationem nostri habent, neque volunt subuenire inopiæ ac necessitati nostræ.
4 subiicimus subiicere cogimur p̄ inopia.
5 Heb. neque est virtus in manu

filiis nostris. sub. ad redimendum. i. non licet nobis illas opibus redimere, quas nullas habemus. 6 Heb. consilium iniit cor meum in me .i. capto apud memetipsum consilio contendi, &c. 7 Vsuram vnusquisq; à fratribus vestris accipitis. 8 Heb. & posui contra eos congregationem magnam. Vt scilicet visa tanta multitudine, puderet eos scelerum suorum. 9 vel, pro viribus nostris. 10 .i. illas 11 Heb & vendentur nobis? 12 vel, ambulare debetis, 13 .i. ne male audiamus apud Gentes quæ oderunt nos 14 dedimus 15 vel, vsuram hanc, aut, debitum hoc, 16 dixisti, 17 vel, vt dictum est.

13 *Ad hæc excussi*[18] *gremium meum. & dixi, Sic excutiat Deus omnem virum qui non*[19] *ratum habuerit verbum istud,*[20] *de domo sua,*[21] *& de labore suo, vt sic excussus sit & vacuus. dixitque tota concio, Amen: laudaueruntque Dominum: & fecit populus iuxta verbum istud.*

14 *Quin ab ea die, qua me*[22] *constituit vt dux eorum essem in terra Jehuda, ab anno vicesimo vsque ad annum tricesimum secundum Artaxersis regis, annis nempe duodecim, ego*[23] *cum fratribus meis cibum*[24] *præfecti (debitum) non comedi.*

15 *Priores autem duces qui ante me fuerant,*[25] *grauarunt populum, acceperuntque ab eis*[26] *panem & vinum,*[27] *tandem etiam argenti quadraginta siclos: quin & pueri eorum tyrannidem exercuerunt in populum: ego verò sic non feci propter timorem Dei.*

16 *Insuper*[28] *& huius muri operando instaurani, nec agrum*[29] *emimus: sed cuncti pueri mei congregati sunt ibi*[30] *ad opus.*

17 *Porro Judæi & magistratus centum & quinquaginta viri, & qui veniebant ad nos ex gentibus quæ circum nos sunt,*[31] *(edebant) in mensa mea.*

18 *(Hinc factum est,) vt singulis diebus pararetur bos vnus, oues*[32] *electæ sex: sed & aues parabantur mihi: decimo quoque die*[33] *dabatur omnibus vinum affatim: nec tamen hæc inter panem præsidis (debitum) exegi: nam*[34] *aggrauata erat seruitus illa super populum istū.*

19 *Memineris mei Deus meus*[35] *ad bonum,*[36] *quodcunque feci populo huic.*

13 Insuper excussi sinum meum, & dixi, Sic excutiat Deus omnem virum qui non compleuerit verbum istud, de domo sua & de laboribus suis sic excutiatur, & vacuus fiat, & dixit vniuersa multitudo, Amen: & laudauerunt *Deum. Fecit ergo populus sicut erat dictum.

14 A die autem illa qua præceperat rex mihi vt dux in terra Juda, ab anno vicesimo vsque ad annum tricesimum secundum Artaxerxis regis, per annos duodecim, ego & fratres mei annonas quæ ducibus debebantur, non comedimus.

15 Duces autem primi, qui *fuerunt ante me, grauauerunt populum, & acceperunt ab eis in pane, & vino, & pecunia quotidie siclos quadraginta, sed & ministri eorum depresserant populum: ego autem non feci ita, propter timorem Dei:

16 Quin potius in opere muri ædificaui, & agrum non emi, & omnes pueri mei congregati ad opus erant.

17 Judæi quoque & magistratus centum quinquaginta viri, & qui veniebant ad nos de Gentibus quæ in circuitu nostro sunt, in mensa mea erant.

18 Parabatur autem mihi per dies singulos bos vnus, arietes sex electi, exceptis volatilibus: & inter dies decem vina diuersa, & alia multa tribuebam: insuper & annonas ducatus mei non quæsiui. valde enim attenuatus erat populus.

19 Memento mei Deus meus in bonum secundum omnia quæ feci populo huic.

* Dominum.

Dux Nehemias, alienū non rapit, sua non repetit, ne affligat populum, & non habentib. dat victum.

* fuerant.

D

18 sinum, i. eam sive simbriam vestis meæ.
19 vel, compleuerit.
20 Refertur ad excutiat.
21 i. de opibus ac facultatibus quas opere suo peperit.
22 sub. rex Artaxerxes.
23 Hebr. & fratres mei.
24 i. qui solitus erat præberi ducibus.
25 i. graue onus vel tributū imposuerunt populo.
26 Heb. pro pane & vino. sub. summam quandam.
27 Heb. post.
28 Hebr. in opere muri huius instaurāui. sub. quidpiam.
29 sub. a præpositibus.
30 defendendo scilicet eos qui operabantur. vel, operantes & ipsi.
31 q.d. nihilominus tamen cogebar facere magnas expensas.
32 i. pingues. quòd eligantur quæ pinguiores sunt.
33 (excipiebam eos) cum omni (genere) vini in magna copia. Aliis enim diebus dabatur vinum mensura certa.
34 grauis erat.
35 i. ad beneficia mihi.
36 Heb. secundum omnia quæ feci, &c.

CAPVT VI.

1 F*Actum est præterea quum auditum esset à Sanballat & Tobia, à Gasem Arabe, reliquisque hostibus nostris, quod murum ædificassem, ita vt nulla in eo superesset ruptura, (licet ad hoc vsque tempus valuas nondum collocauissem in portis,)*

2 *Misit Sanballat & Gasem*[1] *ad me huiusmodi mandatum, Veni, &*[2] *consultabimus inter nos in vicis (qui sunt) in planitie Ono. hi autem moliebantur me afficere malo.*

3 *Ego igitur misi nuncios ad eos, qui dicerent, Opus ingens ego facio, nec potero*[3] *descendere: cur enim*[4] *interquiesceret opus (quod fieret,) si remitterem, & ad vos descenderem.*

4 *Ad hunc modum quater ad me miserunt. Ego verò eis iuxta hunc modum respondi.*

5 *Tum rursum misit ad me Sanballat quintò puerum suum*[5] *eodem verbo, qui epistolam apertam habebat in manu sua, In qua scriptum erat;*

6 AVDITVM *est in Gentibus, atque Gasem hoc dixit, te cum Judæis defectionem meditari, & in hoc te extruere murum, vt rex eorum fias: (*[6] *& alia) in hanc sententiam:*

7 *Ad hæc instituisti Prophetas, qui prædicent de te in Jerusalem, dicentes,*[6] *Rex est in Jehuda: nunc vero huiusmodi sermones apud regem audientur: veni igitur, vt inter nos consultemus.*

8 *Tum*[7] *misi ad eum, dicens, Non est factum secundum verba ista quæ tu dicis: quin tu ea ex corde tuo comminisceris.*

9 *Omnes enim*[8] *terrebant nos dicentes,*[9] *Dissoluantur manus eorum ab opere ipso,*[10] *ne absoluatur. nunc igitur*[11] *ò Deus,*[12] *corrobora manum meam.*

10 *Ego quoque veni in domum Semaiæ filii Delaiæ, filii Mehetabel, qui erat*[13] *clausus, & dixit,*[14] *Conueniamus ad domum Dei in medio templi claudamusque ostia templi: quoniam venient vt te occidant, atque*[14] *noctu venient te interfectura.*

1 F*Actum est autem, cum audisset Sanaballat, & Tobias, & Gossem Arabs, & cæteri inimici nostri, quod ædificassem ego murum, & non esset in ipso residua interruptio (vsque ad tempus autem illud valuas non posueram in portis.)

2 Miserunt Sanaballat, & Gossem Arabs ad me, dicentes, Veni, & percutiamus fœdus pariter in *vitulis in Campo Ono. ipsi autem cogitabant vt facerent mihi malum.

3 Misi ergo ad eos nuncios, dicens, Opus grande ego facio, & non possum descendere: ne fortè negligatur, cum venero, & descendero ad vos.

4 Miserūt autem ad me secundum verbum hoc per quatuor vices: & respondi eius iuxta sermonem priorem.

5 Et misit ad me Sanaballat iuxta verbum prius quinta vice puerum suum, & epistolam habebat in manu sua scriptam hoc modo:

6 IN GENTIBVS auditum est, & Gossem dixit, quòd tu, & Judæi cogitetis rebellare: & propterea ædifices murum. et leuare te velis super eos, regem:

7 Propter quam causam et Prophetas posueris qui prædicent de te in Jerusalem, dicentes, Rex in Judæa est: Auditurus est rex verba hæc: idcirco nunc veni, vt ineamus consilium pariter.

8 Et misi ad eos, dicens, Non est factum secundum verba hæc quæ tu loqueris: de corde enim tuo tu componis hæc.

9 Omnes enim hi terrebant nos, cogitantes quòd cessarent manus nostræ ab opere, et quiesceremus. q̄ ob causam magis cōfortaui manus meas.

10 Et ingressus sum domum Semaiæ filii Delaiæ filii Metabeel secreto. qui ait, Tractemus nobiscum in domo Dei in medio templi, et claudamus portas ædis: quia venturi sunt vt interficiant te & nocte venturi sunt ad occidendum te.

A
Rursus impeditur ædificatio.

* vicis.

B
Epistola Sanballat ad Nehemiam.

Responsio Nehemiæ.

C
Nehemias non deterretur ab opere propter pseudoprophetas.

CAP. VI.
1 sub. & alii.
2 conueniamus pariter. Gallicè. pour parlementer ensemble.
3 sub. ad vos Ierusalem sita erat in loco eminentiori: propterea descendere dicit.
4 intermittetur opus ipsum, quū desistam illud vt descendam ad vos?
5 Hebr. iuxta verba ista quæ scilicet narrantur inter Gentes. Quidam Hebræorum iungunt hæc verba cum principio versus, In qua scriptum erat iuxta hæc verba.
6 q.d. Iam habemus regē præter Artaxerxem. 7 sub. puerum, vel epistolam. 8 vel, terrent sub. Gentes. Quidam Hebræ[illegible] vertunt, [illegible] terrebant nos &c.
9 Debilitabuntur. i. Debiles [illegible] desistent. 10 Et non fiet. 11 Ex ingenti affectu incidit in orationem ad locum. Hebræis [illegible]
Confirma manus meas ò Sanballat cohortando me ad opus ipsum, non deterrendo. q.d. Tu potius cohortare me ad opus quam deterre[illegible]
in domo sua. i. qui continebat se domi. Vel qui abstinebat se ab omnibus [illegible] sicut solent Prophetæ. Narrat Nehemias alias insidias quas sibi parabant hostes per Prophetas. 13 Recipiamus nos in &c. vel, Confugiamus ad &c. 14 hac nocte.

11 Et

11 Et dixi, Num quisquam similis mei fugiet? & quis vt ego, ingredietur templum & viuet? non ingrediar.

12 Et intellexi quòd Deus non misisset eum: sed quasi vaticinans locutus esset ad me, & Tobias & Sanaballat conduxissent eum.

13 Acceperat enim precium, vt territus facerem & peccarem, & haberent malum quod exprobrarent mihi.

b Deus. 14 Memento mei *Domine* pro Tobia & Sanaballat, iuxta opera eorum talia: sed & Noadiæ prophetæ, & cæterorum prophetarum qui terrebant me.

D 15 Completus est autem murus vicesimoquinto die mensis Elul, quinquaginta duobus diebus.

16 Factum est autem cum audissent omnes inimici nostri, vt timerent vniuersæ gentes quæ erant in circuitu nostro, & conciderent intra semetipsos, & scirent quòd à *Domino* factum esset opus hoc. b Deo.

17 Sed & in diebus illis multæ optimatũ Judæorum epistolæ mittebantur ad Tobiam, & à Tobia veniebant ad eos.

18 Multi enim erant in Judæa habentes iuramentum eius, qui gener erat Secheniæ filii Area: & Jonathan filius eius acceperat filiam Mosullam filii Barachiæ.

19 Sed & laudabant eum coram me, & verba mea nunciabant ei: & Tobias mittebat epistolas vt terreret me.

11 Tum respondi. Num vir qualis ego sum fugiet? num quispiam qualis ego sum, templum ingredietur vt vitam tueatur? nequaquam ingrediar.

12 Tum cognoui quod Deus non misisset eum, [15] *vt ad me prophetaret: sed quod Tobias & Sanballat mercede eum conduxerant:*

13 [16] *Atque in hoc erat conductus iste, vt territus id facerem, peccarémque,* [17] *vt famam (de me) malam haberent,* [18] *quam mihi probro obijcerent.*

14 Memento ô Deus meus, Tobiæ & Sanballat, quemadmodum illa fecerint, sed & [19] *Noadiæ prophetissæ, & reliquorum prophetarum, qui* [20] *me terruerunt.*

15 Absolutus est itaque murus vigesima quinta [die] [21] *Elul,* [22] *post quinquagesimum secundum diem.*

16 Postquam verò [23] *audissent omnes hostes nostri,* [24] *vidissentque omnes gentes quæ circum nos erant, ceciderunt valde in oculis suis, cognoueruntque a Deo factum esse opus hoc.*

17 Etiam eisdem temporibus [25] *illustres quidam in Jehuda* [26] *frequenter mittebant epistolas suas ad Tobiam, & rursum a Tobia* [27] *veniebant ad istos.*

18 Nam multi in Jehuda [28] *confœderati ei erant, quòd gener esset Sechaniæ filii Arah: deinde & filius eius Jehohanan duxerat filiam Mesullam filii Berechiæ.*

19 Quin & [29] *bonitatem eius coram me prædicabant, & rursus verba mea* [30] *foris spargebant apud eum, vt mitteret Tobias epistolas ad me terrendum.*

15 sed prophetiã illam locutus erat aduersum me, Tobiasque, &c.
16 Hebr. (Hoc inquam dicebat) propterea quod mercede conductus erat, vt timerem & facerem sic. i. vt metu & timore incusso cogeret id facere, quod dicebat.
17 Hebr. essetque illis ad nomen malum. sub. aduersum me. i. haberent quod mihi tanquam crimen impingere possent.
18 vt probris me afficerent. Cum scil. me, illorum metu aufugisse cognoscerent.
19 Nomen mulieris quæ etiam sibi prophetæ nomen sumebat.
20 i terrore conati sunt auocare me ab opere ipso.
21 Mensis est qui partim nostro Augusto respondet partim Septembri.
22 vel, quinquagesimo secundo die: Postquam scilicet misit Sanballat epistolã illam ad Nehemiam.
23 sub. murum esse perfectum.
24 timuerunt omnes gentes quæ circum nos habitabant, & conciderunt, & humiliati sunt valde. quia existimauerunt se iacturã magnam fecisse nominis sui & rerum suarum.
25 vel, optimates.
26 Heb. multiplicabãt epistolas suas euntes ad, &c.
27 veniebant. sub. epistolæ.
28 Heb. habebãt iuramentũ eius.
29 vel, beneficia, siue, munificentias.
30 Hebr. referebant ei, quæ scil. misisset, &c. i. quod epistolas quasdã misisset Tobias, vt eo mihi metũ ac terrorem incutiente desisterem ab instauratione muri.

CAPVT VII.

A 1 POstquam autem ædificatus est murus, & posui valuas, & recensui ianitores, & cantores, & Leuitas:

Extructo muro applicantur custodes per Nehemiam. Eccles. 49. 6.

2 Præcepi Hanani fratri meo, & Hananiæ principi domus de Jerusalẽ. (Ipse enim quasi vir verax & timens Deum plus cæteris videbatur)

3 Et dixi eis, Non aperiantur portæ Jerusalem vsque ad calorem Solis. Cumque adhuc assisterent, clausæ portæ sunt, & oppilatæ: & posui custodes de habitatoribus Jerusalẽ, singulos per vices suas, & vnumquemque contra domum suam.

4 Ciuitas autem erat lata nimis & grãdis, & populus paruus in medio eius, & non erant domus ædificatæ.

5 Deus autem dedit in corde meo, & congregaui optimates, & magistratus & vulgus, vt recenserem eos: & inueni librum census eorum qui ascenderant primum, & inuentum est scriptum in eo.

Numeratur populus e captiuitate reuersus. 1. Esd. 2. 2.

B 6 Isti filii prouinciæ, qui ascenderunt de captiuitate migrantium, quos transtulerat Nabuchodonosor rex Babylonis, & reuersi sunt in Jerusalem & Judæam, vnusquisque in ciuitatem suam.

b venerunt. 7 Qui *venerant* cum Zorobabel, Josue, Nehemias, Azarias, Raamias, Nahamani, Mardochæus, Belsan, Mespharath, Begoai, Nahum, Baana.

8 Numerus virorum populi Israel:

9 Filii Pharos, duo millia centum septuaginta duo.

10 Filii Saphatia, trecenti septuaginta duo.

1 ET factum est postquam extructus esset murus, collocassem & [1] *ostia, & constituti sunt ianitores, cantores & Leuitæ.*

2 Tum præcepi Hanani fratri meo, & Hananiæ principi [2] *arcis* [3] *Jerosolymitanæ. (Erat enim is vir* [4] *fidelis & Deum præ multis metuens.)*

3 Dixi inquam ad eos, Ne aperiantur portæ Jerusalem donec Sol incaluerit, [5] *donec verò steterint [in excubiis,] claudantur portæ firmenturque;* [6] *erant enim constitutæ custodiæ ex ciuibus Jerosolymitanis, quisque [sistens] in custodia sua, & quisque è regione domus suæ.*

4 [7] *Nam ciuitas vtrinque ampla erat & magna, populusque paucus in ea, & domus non erant extructæ.*

5 Dedit insuper Deus meus in cor meum, vt conuocarem optimates, [8] *magnates, & populum,* [9] *vt familias suas indicarent, inueniique librum* [10] *prosapiæ eorum qui primum ascenderant, inueniique in eo scriptum.*

6 Hi sunt filii [11] *prouinciæ, qui ascenderunt de captiuitate transmigrationis, quos transtulerat Nabuchodonosor rex Babylonis, & reuersi sunt Jerosolyma & in Jehudam, quisque in ciuitatem suam.*

7 Qui venerunt cum Zerubabele, Jesua, Nehemias, [12] *Asarias, Raamias, Nahamani, Mardochai, Bilsan,* [13] *Mispereth, Biguai,* [14] *Nehum, Baana.*

8 Numerus virorum populi Israel:

9 Filiorum Pharos, duo millia, centum & septuaginta duo.

10 Filiorum Sephatia, trecenti & septuaginta duo.

CAP. VII. 1 valuas. sub. portarum. 2 vel, palatii. sub. regis. 3 de Jerusalem. i. de portis Jerusalem claudendis & aperiendis suo tempore. Alii, de custodiendis portis Jerusalem. 4 verax. 5 & adhuc ipsis (custodibus) stantibus (in portis) claudent fores, & tenebunt. vel, claudant fores & apprehendant. sub. valuas illas, donec scilicet vestibus clauserint eas. 6 Heb. & statui custodias habitatores Jerusalem, quemque, &c. i. constitui circum Jerusalem custodes habitatores eius, quemque e regione, siue ex aduerso domus suæ. 7 Heb. Ciuitas autem ipsa lata erat locis, (vel, spatiis) & ingens, populus vero &c. 8 vel, magistratus. 9 Heb. vt recenserentur secundum seriem generationis. 10 generationis. Liber iste generationis non est qui descriptus est Esdræ cap. 2. sed scriptus fuit aliquot annis post eum. non enim conueniunt inter se in aliquot numeris particularibus filiorum, quod successu temporis, multi aucti fuerint liberis, alii orbati.

11 i. regionis Judææ. Reliqua omnia require in libro Esdræ cap. 2.

12 Isti dicuntur in Esdra, Seraia & Rehelaia. 13 In Esdra, Mispar.

14 In Esdra, Rehum.

11 *Filiorum Arah, sexcenti & quinquaginta duo.*

15 Pahath-moab.

12 *Filiorum [15] ducis Moab, filiorum Jesua & Joab; duo millia octingenti decem & octo.*

13 *Filiorum Elam, mille ducenti & quinquaginta quatuor.*

14 *Filiorum Zathu octingenti quadraginta quinque.*

15 *Filiorum Sachai, septingenti & sexaginta.*

16 *Filiorum Binnui, sexcenti quadraginta octo.*

17 *Filiorum Bebai, sexcenti viginti octo.*

18 *Filiorum Asgad, duo millia trecenti & viginti duo.*

19 *Filiorum Adonicam, sexcenti & sexaginta septem.*

20 *Filiorum Bignai, duo millia sexcenti & septem.*

21 *Filiorum Adin, sexcenti & quinquaginta quinque.*

16 i. qui erat de domo & familia Hiskiæ.

22 *Filiorum Ater ex [16] Hizkia, nonaginta octo.*

23 *Filiorum Hasum, trecenti viginti octo.*

24 *Filiorum Besai, trecenti viginti quatuor.*

25 *Filiorum Hariph, centum & duodecim.*

17 i. Civium, sive incolarum, item sequentibus.

26 [17] *Filiorum Gibeon, nonaginta quinque.*

27 *Virorum Bethlehem & Netopha, centum & octoginta duo.*

28 *Virorum Anathoth, centum & viginti octo.*

29 *Virorum Beth-asmaveth, quadraginta duo.*

30 *Virorum Kirjath Jearim, Kephira & Beeroth, septingenti & quadraginta tres.*

31 *Virorum Rama & Geba sexcenti & viginti unus.*

32 *Virorum Michmas, centum & viginti duo.*

33 *Virorum Bethel & Hai, centum & viginti tres.*

18 erant enim duæ urbes ejusdem nominis.
19 Nomen est urbis aut vici.

34 *Virorum Nebo [18] alterius, quinquaginta duo.*

35 *Filiorum [19] Elam alterius, mille ducenti & quinquaginta quatuor.*

36 *Filiorum Harim, trecenti & viginti.*

37 *Filiorum Jericho, trecenti & quadraginta quinque.*

38 *Filiorum Lod, Hadid, & Ono, septingenti & viginti unus.*

39 *Filiorum Senaa, tria millia nongenti & triginta.*

20 i. Sequuntur sacerdotes, vel, Filii sacerdotum. Aut, nomina sacerdotum. sive, Sequitur numerus, &c. Sic infra de Levitis, Cantoribus, Janitoribus, Nathinæis.
21 In Esdra, Hodaviæ.

40 [20] *Sacerdotes. Filiorum Jedaja de domo Jesua, nongenti & septuaginta tres.*

41 *Filiorum Immer, mille & quinquaginta duo.*

42 *Filiorum Pashur, mille ducenti & quadraginta septem.*

43 *Filiorum Harim, mille atque decem & septem.*

44 *Levitæ. Filiorum Jesua ex Cadmiel.*

45 [21] *Et ex filiis Hodua, septuaginta quatuor.*

46 *Cantores. Filiorum Asaph, centum & quadraginta octo.*

47 *Janitores. Filii Sallum filii Ater, filii Talmon, filii Accub filii Hatita, filii Sobai: [omnium illorum] centum triginta octo.*

48 *Nethinæi. Filii Ziba, filii Hasupha, filii Tabaoth.*

49 *Filii Keros, filii Sia, filii Padon.*

50 *Filii Lebana, filii Hagaba, filii Salmai.*

51 *Filii Hanan, filii Giddel, filii Gahar.*

52 *Filii Rehaja, filii Rezin, filii Necoda.*

53 *Filii Gasam, filii Uzza, filii Paseah.*

54 *Filii Besai, filii Meunim, filii Nephusim.*

55 *Filii Bacbuc, filii Hacupha, filii Harhur.*

56 *Filii Bazlith, filii Mehida, filii Harsa.*

57 *Filii Barcos, filii Sisera, filii Thamah.*

58 *Filii Neziah, filii Hatipha.*

59 *Filii servorum Salomonis, filii Sotai, filii Sophereth, filii Pherida.*

60 *Filii Jaala filii Darcon, filii Giddel, filii Sephatia, filii Hattil, filii Pochereth Zebaim, filii Amon.*

61 *Omnium Nethinæorum & filiorum servorum Salomonis, trecenti & nonaginta duo.*

22 genus suum unde duceret ignorabant.

62 *Isti vero [sunt] qui ascenderunt de Thel mela, Thel-harsa, Cherub, Addo & Immer: & non potuerunt indicare domum patrum suorum, atque [22] semen suum, an scilicet ex Israele essent.*

11 Filii Area, sexcenti quinquaginta duo.

12 Filii Phahath moab filiorum Josue & Joab, duo millia octingenti decem & octo.

13 Filii Ælam, mille *octingenti* quinquaginta quatuor. C

14 Filii Zethua *nongenti* quadraginta quinque. — *ducenti.* — *octingenti.*

15 Filii Zachai, septingenti sexaginta.

16 Filii Bannui, sexcenti quadraginta octo.

17 Filii Bebai, sexcenti viginti octo.

18 Filii Azgad, duo millia trecenti viginti duo.

19 Filii Adonicam, sexcenti sexaginta septem.

20 Filii Beguai, duo millia sexaginta septem.

21 Filii Adin, sexcenti quinquaginta quinque.

22 Filii Ater, filii Hezeciæ, *nongenti octo.* — *nonaginta*

23 Filii Hasem, trecenti viginti octo.

24 Filii Besai, trecenti viginti quatuor.

25 Filii Hareph, centum duodecim.

26 Filii Gabaon, nonaginta quinque.

27 Filii Beth lehem & Netupha, centum octoginta octo.

28 Viri Anathoth, centum viginti octo.

29 Viri Beth azmoth, quadraginta duo.

30 Viri Cariath iarim, Cephira, & Beroth, septingenti quadraginta tres.

31 Viri Rama & *Nebo,* sexcenti viginti unus. — *Geba (Hebraice.*

32 Viri Machmas, centum viginti duo.

33 Viri Beth-el & Hai, centum viginti tres. D

34 Viri Nebo alterius, quinquaginta duo.

35 Viri Ælam alterius, mille ducenti, quinquaginta quatuor.

36 Filii Harem, trecenti viginti.

37 Filii Jericho, trecenti quadraginta quinque.

38 Filii Lod-hadid & Ono, septingenti viginti unus.

39 Filii Senaa, tria millia nongenti triginta.

40 Sacerdotes. Filii Idaia in domo Jesua, nongenti septuaginta tres.

41 Filii Emmer, mille quinquaginta duo.

42 Filii Phashur, mille ducenti quadraginta septem.

43 Filii Arem, mille decem & septem.

44 Levitæ. Filii Josue & Cedmiel filiorum

45 Oduiæ, septuaginta quatuor.

46 Cantores. Filii Asaph, centum quadraginta octo.

47 Janitores. Filii Sellum, filii Ater, filii Telmon, filii Accub, filii Hatita, filii Sobai, centum triginta octo.

48 Nathinæi. Filii Soha, filii Hasupha, filii Tebbaoth. E

49 Filii Ceros, filii Siaa, filii Phadon.

50 Filii Lebana, filii Hagaba, filii Selmai.

51 Filii Hanan, filii Geddel, filii Gaher.

52 Filii Raaia, filii Rasin, filii Necoda.

53 Filii Gezem, filii Aza, filii Phasea.

54 Filii Besai, filii Munim, filii Nephussim.

55 Filii Bacbuc, filii Hacupha, filii Harhur.

56 Filii Besloth, filii Mahida, filii Harsa.

57 Filii Bercos, filii Sisara, filii Thema,

58 Filii Nasia, filii Hatipha.

59 Filii servorum Salomonis, filii Sotai, filii Sophereth, filii Pharida, filii Jahala, filii Darcon, filii Jeddel, filii Saphatia.

60 Filii Hatil, filii Phochereth, qui erat ortus ex Sabaim filio Amon.

61 Omnes Nathinæi, & filii servorum Salomonis, trecenti nonaginta duo.

62 Hi sunt autem qui ascenderunt de Thelmela, Thel harsa, Cherub, Addon, & Emmer: & non potuerunt indicare domum patrum suorum, & semen suum, utrum ex Israel essent.

63 Filii

63 Filii Dalaia, filii Tobia, filii Necoda, sexcenti quadraginta duo.
64 Et de sacerdotibus, filii Habia, filii Accos, filii Berzellai, qui accepit de filiabus Berzellai Galaaditis vxorem: & vocatus est nomine eorum.
65 Hi quæsierunt scripturam suam in censu, & non inuenerunt: & eiecti sunt de sacerdotio.
66 Dixitque Athersatha eis vt non manducarent de sanctis sanctorum, donec staret sacerdos doctus & eruditus.
67 Omnis multitudo quasi vir vnus quadraginta duo millia [a] sexcenti sexaginta.
68 Absque seruis & ancillis eorum, qui erant septem millia trecenti triginta septem: & inter eos cantores, & cantatrices, ducenti quadraginta quinque.
69 Equi eorum, septingenti triginta sex: muli eorum, ducenti quadraginta quinque.
70 Cameli eorum, quadringenti triginta quinque: asini sex millia septingenti viginti.

[a] trecenti.

63 Filii Dalaia, filii Tobia, filii Necoda, sexcenti & quadraginta duo.
64 Et de sacerdotibus, filii [21] Habaia, filii Hacoz, filii Barsil, qui duxit vxorem de filiabus Barsiliai Gileaditæ, & vocatus est nomine eorum.
65 Illi quæsiuerunt [24] scripturam suam & lineam generationis, sed non sunt [25] inuenti: ideo [26] repudiati sunt a sacerdotio.
66 Dixitque ad eos [27] Hathirsatha, ne comederent de [28] sancto sanctorum, donec [29] consurgeret sacerdos [30] in Vrim & Thummim.
67 Totius igitur multitudinis ad vnum vsque, quadraginta millia, trecenti & sexaginta.
68 Præter seruos eorum atque ancillas eorum: quorum fuerunt septem millia, trecenti triginta septem fuerunt & inter eos cantores & cantatrices, [nempe] ducenti & quadraginta quinque.
69 Equi eorum erant septingenti triginta sex: & muli eorum ducenti quadraginta quinque.
70 Cameli, quadringenti triginta quinque: asinorum sex millia septingenti & viginti.

HVC VSQVE REFERTVR QVID IN COMMENTARIO scriptum fuerit: exin Nehemiæ historia texitur.

71 Nonnulli autem de principibus familiarum dederunt in opus. Athersatha dedit in thesaurum drachmas mille, phialas quinquaginta, tunicas sacerdotales quingentas triginta.
72 Et de principibus familiarum dederunt in thesaurum operis, auri drachmas viginti millia, & argenti minas duo millia ducentas.
73 Et quod dedit reliquus populus, auri drachmas viginti millia, argenti minas & duo millia, & tunicas sacerdotales sexaginta septem.
74 Habitauerunt autem sacerdotes & Leuitæ, & ianitores & cantores, & reliquum vulgus, & Nathinæi, & omnis Israel in ciuitatibus suis.

Partim cum Cap. VII. hic esse res ipsa ostendit.

71 Pars autem præcipuorum [31] patrum dederunt pro opere. Hathirsatha dedit in [32] thesaurum auri [33] solidos mille, [34] pateras quinquaginta, tunicas sacerdotales quingentas & triginta.
72 Et [35] ex præcipuis patribus dederunt pro thesauro operis, auri [33] solidos viginti mille, & argenti minas bis mille ducentas.
73 Quod autem reliqui ex populo dederunt, auri [36] solidi viginti mille, & argenti minæ bis mille, & tunicæ sacerdotales sexaginta septem.
74 Habitaueruntque sacerdotes & Leuitæ, ianitores, cantores, & ex populo, Nethinæi quoque, & omnis Israel in ciuitatibus suis.

CAPVT VIII.

A
1 Et venerat mensis septimus: filii autem Israel erant in ciuitatibus suis.
2 Congregatusque est omnis populus quasi vir vnus ad plateam, quæ est ante portam aquarum. & dixerunt Esdræ scribæ vt afferret librum legis Moysi, quam præceperat Dominus Israeli.
3 Attulit ergo Esdras sacerdos legem coram multitudine virorum & mulierum, cunctisque qui poterant intelligere, in die prima mensis septimi.
4 Et legit in eo aperte in platea, quæ erat ante portam aquarum, de mane vsque ad mediam diem, in conspectu virorum, & mulierum, & sapientium: & aures omnis populi erant erectæ ad librum.
B
5 Stetit autem Esdras scriba super gradum ligneum, quem fecerat ad loquendum: & steterunt iuxta eum Mathathias, & Semeia, & Ania, & Vria, & Helcia, & Maasia, ad dexteram eius: & ad sinistram, Phadaia, Misael, & Melchia, & Hasum, & Hasbadana, Zacharia, & Mosollam.
6 Et aperuit Esdras librum coram omni populo: super vniuersum quippe populum eminebat. & cum aperuisset eum, stetit omnis populus.
7 Et benedixit Esdras Domino Deo [b] voce magna: & respondit omnis populus, Amen, amen: eleuans manus suas. & incuruati sunt, & adorauerunt [c] Deum proni in terram.

Populo congregato, legit Esdras legem, scribæ officium præstans.

[b] magno.
[c] Dominum.

1 Accessitque mensis septimus, & filii Israel erant in ciuitatibus suis.
2 Congregatus est autem vniuersus populus [1] ad vnum vsque in plateam, quæ erat ante portam aquarum, & dixerunt ad Esram [2] scribam vt afferret librum legis Mosis, quam præceperat Dominus Israeli.
3 Attulit ergo sacerdos Esra [3] legem coram multitudine, quæ erat ex viris & mulieribus, & [4] quicunque intelligentes erant vt audirent, in prima mensis septimi.
4 Et legit in eo [5] in platea quæ erat ante portam aquarum, a luce [matutina] vsque ad meridiem, in conspectu virorum & mulierum [6] intelligentium, erantque aures totius populi intentæ [7] in librum legis.
5 Et stetit Esras scriba super [8] turriculam ligneam, quam [9] ad hanc rem fecerant: stetitque penes eum Mathathias, Sema, Anaia, Vrias, Hilkias, & Maasias, ad dexteram eius: ad læuam verò eius Pedaia, Misael, Malkia, Hasum, Hasbaddana, Zacharias, & Mosullam.
6 Et aperuit Esras scriba librum in conspectu totius populi, (eminebat enim supra vniuersum populum:) quumque illum aperuisset, [10] stetit vniuersus populus.
7 Et laudauit Esra Dominum Deum magnum: responditque cunctus populus, Amen, amen: [11] sublatis manibus suis, inclinatoque vertice & facie terram versus adorarunt Dominum.

23 vel, Hobaia. 24 librum in quo descripti erant hi qui per seriem generationum recensiti erant. Vel, librum eorum qui per seriem, &c. 25 sub. in eo libro. vel, ne vnus quidem eorum fuit inuentus in ea scriptura, siue in eo libro. Verti etiam potest, & non est inuenta, sub. ea scriptura. 26 eiecti. i. priuati fuerunt dignitate sacerdotali. 27 i. Nehemias, qui ita dictus est sermone Chaldæo, ponitur que vice cognominis aut est nomen magistratus, siue dignitatis apud Chaldæos. Hebræi aiunt ita dictum fuisse, quod liceret ei bibere de vino Gentilium, quod esset pincerna regis Artax. 28 i. de cibis sacerdotum qui sacrosancti erant. 29 vel, veniret. 30 vel, cum Vrim, &c. Per Vrim, sonat lumen, siue lumina, significatur sapientia, & per Thummim, quod perfectionem significat, siue perfectiones, integritas vitæ denotatur. Negligitur autem hic, quod illa intelligitur de Christo: nam Vrim & Thummim, quæ Moses posuerat in Rationali, non fuerunt in secundo templo, haec non fuerunt postea posita. 31 vel, familiarum. 32 [illegible] 33 [illegible] 34 vel, crateras. 35 [illegible] 36 [illegible] viginti millia. CAP. VIII. * Vide reliqua in Esdra. 1 Heb. tanquam virum (i. simul) in platea. 2 vel, legisperitum [illegible] doctorem & eruditum. 3 i. librum legis. 4 & omni intelligente audiendo. i. omnibus qui iam per ætatem audita intelligere ac percipere poterant. Vox Hebræa hic non indicat scientiam aut eruditionem, sed ætatem. pertinet enim hæc particula ad iuniores, superior vero ad eos qui erant prouectioris ætatis. 5 Ante plateam. Innuit suggestum fuisse collocatum, non in meditullio plateæ, sed in extremitate quadam, vnde tamen facile ab omnibus conspici poterat. 6 & intelligentium. i. eorum qui (vt iam dictum est) per ætatem audita intelligere poterant. 7 i. ad ea quæ ex libro legebantur.
8 suggestum vocat turrim, quod præ se ferret figuram turris, essetque figuræ orbicularis.
9 i. vnde legere posset in libro legis audiente populo. 10 i. coniecit se in pedes honoris causa, siue erectus stetit. 11 Heb. cum eleuatione manuum suarum.

8 Porrò Jesua, Bani, Serebia, Jamin, Accub, Sabethai, Hodia, Maasia Kelita, Asaria, Josabad, Hanan, Pelaia, atq. Levita[12] docebant populum in lege: & populus erat in statione sua.

9 Et legerunt in libro, [id est] in lege Dei[13] bene lenter, explicantes sensum, & erudientes inter legendum.

10 Dixit autem Nehemias (qui & Hathirsatha, & Esras sacerdos ac scriba & Levita) qui[14] erudiebant populum,) ad omnem populum: Dies [hodiernus][15] sanctus est Domino Deo vestro: ne ergo luctu vos ipsos conficiatis, neq. fleatis, (flebat enim omnis populus quum audirent verba legis:)

11 Dixit ergo ad eos: Ite, &[16] comedite pinguia, & bibite dulcia, & mittite partes ei cui nihil est paratum: dies enim [hodiernus] sanctus est Domino nostro: neque doleatis: nam gaudium Domini[17] est robur vestrum.

12 Porrò Levita compescebant omnem populum, dicentes: Silete, quoniam dies iste sanctus est: nolite ergo tristes esse.

13 Abiit itaque cunctus populus, ut comederet & biberet, & mitteret, & faceret gaudium magnum: intellexerant enim verba qua[18] manifestauerant eis.

14 Postero die rursus collecta sunt capita[19] patrum totius populi, sacerdotes & Levita ad Esram scribam,[20] ut erudiret [eos] in verbis legis.

15 Inueneruntque scriptum in lege quam Dominus praceperat per manum Mosis, ut filii Israelis[21] sederent in tentoriis in solennitate mensis septimi.

16[22] Et ut divulgent edita voce per cunctas civitates suas, & per Jerusalem, dicentes: Egredimini in montem, & afferte frondes olea, & frondes ligni[23] pinguis, frondes[24] hadas, frondes palmarum, & frondes densa arboris,[25] ut fiant tentoria sicut scriptum est.

17 Exierunt itaque populi & attulerunt fecerúntq. sibi tabernacula, unusquisq. super tectum suum, & in atriis suis, atque in atriis domus Dei, & in platea porta aquarum, & in platea porta Ephraim.

18 Fecerunt ergo omnis multitudo eorum qui reversi fuerant ex captiuitate, tabernacula, sed runtq.[26] sub tabernaculis: quoniam non fecerant[27] sic à diebus Josue filii Nun, filii Israelis, usque ad illum diem, fuitque gaudium admodum magnum.

19 Legit praterea (Esras) in libro legis Dei singulis diebus, à die primo usque ad diem ultimum, & fecerunt festum diem septem diebus: octavo die[28] erat concio pro more.

8 Porrò Josue, & Bani & Serebia, Jamin, Accub, Sebthai, Odia, Maasia, Celita, Azarias, Jozabed, Hanan, Phalaia, Levitæ, silentium faciebant in populo ad audiendam legem: populus autem stabat in gradu suo.

9 Et legerunt in libro legis Dei distinctè, & apertè ad intelligendum: & intellexerunt cum legeretur.

10 Dixit autem Nehemias (ipse est Athersatha) & Esdras sacerdos & scriba, & Levitæ interpretantes universo populo: Dies sanctificatus est Domino Deo *nostro, nolite lugere, & nolite flere. Flebat enim omnis populus, cum audiret verba legis.

11 Et dixit eis: Ite, comedite pinguia, & bibite mulsum, & mittite partes *his qui non præparaverunt sibi: quia sanctus dies Domini est, & nolite contristari. gaudium etenim Domini est, fortitudo *nostra.

12 Levitæ autem silentium faciebant in omni populo, dicentes: Tacete, quia dies sanctus est, & nolite dolere.

13 Abiit itaq. omnis populus, ut comederet, & biberet, & mitteret partes, & faceret lætitiã magnã: quia intellexerant verba quæ docuerat eos.

14 Et in die secundo congregati sunt principes familiarum universi populi, sacerdotes & Levitæ ad Esdram scribam, ut interpretaretur eis verba legis.

15 Et invenerunt scriptum in lege, præcepisse Dominum in manu Moysi, ut habitent filii Israel in tabernaculis, in die solenni, mense septimo: & ut prædicent.

16 Et divulgent vocẽ in universis urbibus suis, & in Jerusalem, dicentes: Egredimini in montem, & afferte frondes olivæ, & frondes ligni pulcherrimi, frondes myrti, & ramos palmarum, & frondes ligni nemorosi, ut fiant tabernacula, sicut scriptum est.

17 Et egressus est omnis populus, & attulerunt. Feceruntque sibi tabernacula unusquisque in domate suo, & in atriis suis, & in atriis domus Dei, & in platéa portæ aquarum, & in platéa portæ Ephraim.

18 Fecit ergo universa ecclesia eorum qui redierant de captivitate, tabernacula, & habitaverunt in tabernaculis: non enim fecerant à diebus Josue filii Nun taliter filii Israel, usque ad diem illum: & fuit lætitia magna nimis.

19 Legit autem Esdras in libro legis Dei per dies singulos, a die primo usque ad diem novissimum, & fecerunt solennitatem septem diebus, & in die octavo collectam iuxta ritum.

C Contristatũ populum ob auditam legem, consolatur Nehemias.
* vestro.
* eis qui non præparaverũt.
* vestra.

Lætitia in Israel, cognita Dei voluntate per legem.
Jussu Esdræ celebrat populus festum tabernaculorum.
D

Legitur liber legis.

CAPUT IX.

1 Rursum die vicesima quarta huius mensis congregati sunt filii Israel[1] in ieiunio, & in saccis, pulveremque super se (habebant.)

2 Separatique sunt qui erant de semine Israelis, à cunctis filiis extraneis, &[2] stantes confessionem fecerunt de peccatis suis, & iniquitatibus patrum suorum.

3 Et[3] surrexerunt in stationibus suis: legeruntque in libro legis Domini Dei sui quater per diem, quaterque[4] confitebantur & adorabant Dominum Deum suum.

4 Et[5] surrexit super[6] gradum Levitarum Jesua, & Bani, Cadmiel & Sebania, Bunni & Serebia, Bani, & Chenani: clamaveruntque voce magna ad Dominum Deum suum.

5 Et dixerunt Levita, (nempe) Jesua & Cadmiel, Ba-

1 IN die autem vicesimo quarto mẽsis huius convenerunt filii Israel in ieiunio, & in saccis, & humus super eos.

2 Et separatum est semen filiorum Israel ab omni filio alienigena: & steterunt, & confitebantur peccata sua, & iniquitates patrum suorum.

3 Et consurrexerunt ad standum: & legerunt in volumine legis Domini Dei sui, quater in die, & quater confitebantur, & adorabant Dominum Deum suum.

4 Surrexerunt autem super gradum Levitarum Josue, & Bani, & Cedmiel, Sabania, Bonni, Sarebias, Bani, & Chanani: & clamaverunt voce magna ad Dominum Deum suum.

5 Et dixerunt Levitæ Josue & Cedmiel, Bonni, Hasebnia,

A *Populus pœnitens uxores alienigenas abiicit. 1. Esdr. 9. c*

Confessio peccati.

12 Heb. intelligere faciebant populum legem. i. attendere faciebant legi.
13 explicite, (vel, distinctè) & apposuerunt intellectum, & intellexerunt scripturam. i. adverterunt animum, & intellexerunt quod legebatur.
14 Heb. intelligere faciebant. i. attendere faciebant ad legem, vel legi.
15 Declarat Nehemias universo populo diem illam sanctificatã esse atq; consecratam Domino. q.d. Agite hodie festum cum gaudio & lætitia.
16 q.d. comedite escas pingues, & opiparas, & mittite portiones iis qui nullas habent escas paratas.
17 i. divino gaudio efficiemini fortiores animis & alacriores.
18 vel, docuerãt ipsos.
19 vel, familiarum.
20 Heb. & ad intelligẽdum. i. ut audirent & intelligerent. Vatab. &c.
21 sederẽt. i. celebrandum esse festum tabernaculorum mense septimo.
22 Heb. Et audiri facerent, trãsireq; vocem. i. ut voce præconis promulgarent in omnibus urbibus suis. Quidam Hebræorum vertit, Præceperunt ergo ut significarent, &c.
23 Per lignũ pingue quidam intelligunt balsamum, alii pinũ, seu cedrum.
24 Quidam dicunt vocem istã Hebraicam significare speciẽ myrti fortasse quam Plinius vocat [illegible] q asserit [illegible] frondium [illegible] cõstare.
25 ut facerent.
26 vel, manserunt in tabernaculis.
27 [illegible] talia tabernacula
28 (recensui) collecti iuxta ritũ [illegible], non [illegible] pe[illegible] [illegible] ad comparationem populi in unum. i.

[illegible] festivitatem celeberrimam. CAP. IX. [1] Jeiunii & indutii ciliciis [illegible]. Notabis quod festum tabernaculorum celebrabatur decimoquinto die, mode [illegible] vicesimo secunda [illegible] [illegible] suo ut [illegible] [illegible] alienigenis [illegible] [illegible] [illegible] quarta [illegible] convenerunt [illegible] [illegible] [illegible] 3 [illegible] in loco suo stantes. 4 confitebantur peccata sua, & adorabant. 5 [illegible] 6 suggestum [illegible] [illegible] in loco altiore quam populus, hoc est, gradus steterunt, &c.

Serebia, Odaia, Sebnia, Phathahia, Surgite, benedi-
cite Domino Deo * nostro ab æterno vsque in æ-
ternum: & benedicant nomini gloriæ tuæ excelso
in omni benedictione & laude.

vestro.

6 Tu ipse Domine, solus tu fecisti cælum, & cæ-
lum cælorum, & omnem exercitum eorum: ter-
ram, & vniuersa quæ in ea sunt: maria, & omnia
quæ in eis sunt: & tu viuificas omnia hæc, & exer-
citus cæli te adorat.

Laudat & benedicit Deum Nehemias.

B

Beneficia Dei erga Israelem.

Gen. 11. d.

Dominus.

7 Et dixit Esdras, Tu ipse * Domine Deus, qui e-
legisti Abram, & eduxisti eum de Igne Chaldæo-
rum & posuisti nomen eius Abraham.
8 Et inuenisti cor eius fidele coram te, & percus-
sisti cum eo fœdus, vt dares ei terram Chananæi,
Hethæi, & Heuæi, & Amorrhæi, & Pherezæi, & Je-
busæi, & Gergesæi, vt dares semini eius: & impleui-
sti verba tua, quoniam iustus es.
9 Et vidisti afflictionem patrum nostrorum in
Ægypto: clamoremque eorum audisti super Mare
rubrum.
10 Et dedisti signa atque portenta in Pharaone,
& in vniuersis seruis eius, & in omni populo terræ
illius: cognouisti enim quia superbe egerant con-
tra eos: & fecisti tibi nomen, sicut & in hac die.
11 Et mare diuisisti ante eos, & transierunt per
medium maris in sicco: persecutores autem eorum
proiecisti in profundum, quasi lapidem in aquas
validas.

C

12 Et in columna nubis ductor eorum fuisti per
diem, & in columna ignis per noctem: vt appareret
eis via per quam ingrediebantur.
13 Ad montem quoque Sinai descendisti, & lo-
cutus es cum eis de cælo: & dedisti eis iudicia recta,
& legem veritatis, ceremonias, & præcepta bona.
14 Et sabbathum sanctificatum tuum ostendi-
sti eis, & mandata, & ceremonias, & legem præce-
pisti eis in manu Moysi serui tui.
15 Panem quoque de cælo dedisti eis in fame eo-
rum, & aquam de petra eduxisti eis sitientibus: &
dixisti eis vt ingrederentur & possiderent terram, su-
per quam leuasti manum tuam vt traderes eis.

Ingratitudo & peccatum populi.

16 Ipsi verò, & patres nostri superbe egerunt, &
indurauerunt ceruices suas, & non audierunt man-
data tua.
17 Et noluerunt audire: & non sunt recordati
mirabilium tuorum quæ feceras eis: & indurauc-
runt ceruices suas, & dederunt caput vt conuerte-
rentur ad seruitutem suam, quasi per contentionem.
Tu autem Deus propitius, clemens, & misericors,
longanimis, & multæ miserationis non dereliqui-
sti eos.

D

18 Et quidem cum fecissent sibi vitulum confla-
tilem, & dixissent, Iste est Deus tuus, qui eduxit te
de Ægypto: feceruntque blasphemias magnas:
19 Tu autem in misericordiis tuis multis non
dimisisti eos in deserto: columna nubis non recessit
ab eis per diem, vt duceret eos in viam: & columna
ignis per noctem, vt ostenderet eis iter per quod
ingrederentur.

Misericordia Dei, & beneficia in populum Israelis, & ipsius Israelis rebellio. Spiritus Dei, doctor.

20 Et Spiritum tuum bonum dedisti qui doce-
ret eos, & manna tuum non prohibuisti ab ore eo-
rum, & aquam dedisti eis in siti.
21 Quadraginta annis pauisti eos in deserto, ni-
hilque eis defuit: vestimenta eorum non inueterauc-
runt, & pedes eorum non sunt attriti.
22 Et dedisti eis regna & populos: & partitus es
eis sortes: & possederunt terram Sehon, & terram re-
gis Hesebon, & terram Og regis Basan.
23 Et multiplicasti filios eorum sicut stellas cæ-
li, & adduxisti eos ad terram de qua dixeras patri-
bus eorum vt ingrederentur & possiderent.

ni & Hasabnia, Serebia & Hodia, Sebania & Pethahia
[7] *Surgite & laudate Dominum Deum vestrum à sæ-
culo vsque in sæculum: & [8] benedicant nomini [9] maiesta-
tis tuæ [10] quod exaltatum est super omnem benedictio-
nem & laudem.*
6 *Tu solus es [11] Dominus, tu fecisti cœlum, & [12] cœlos
cœlorum, atque omnem exercitum eorum: terram & omnia
quæ sunt super eam: maria & quidquid in eis est: & tu
[13] viuificas ista omnia: sed & exercitus cœlorum te ad-
orat.*
7 *Tu es [14] Dominus [15] Deus qui elegisti Abram, & e-
duxisti eum ex Vr Chaldæorum, & imposuisti ei nomen [16]
Abraham:*
8 *Inuenistique cor eius fidele coram te, [17] vt ferires cum
eo fœdus, vt dares ei terram Chananæorum, Hithæorum,
Amorræorum, Pherisæorum, Jebusæorum, & Girgesæo-
rum, vt traderet inquam [eam] semini eius, & [18] rata
fecisti verba tua: quoniam iustus es tu.*
9 [19] *Vidisti quoque afflictionem patrum nostrorum in
Ægypto, clamoremque eorum audiuisti iuxta mare [20] ca-
rectosum.*
10 *Edidisti insuper signa & portenta in Pharaone &
in cunctis seruis eius, atque in omni populo terræ eius, tu e-
nim noueras quàm [21] petulanter cum eis egerant, fecisti-
que tibi nomen quemadmodum hic dies (testatur.)*
11 *Diffecuisti mare ante faciem eorum, vt transirent
per medium maris in sicco. persequentes autem eorum
deiecisti in profundum, velut quum lapis (deiicitur) in [22]
validissimas aquas.*
12 *Sed & per columnam nubis duxisti eos interdiu,
& per columnam igneam noctu, vt illustrares eis viam
in qua [23] incedebant.*
13 *Descendisti in montem Sinai, loquens cum eis è cœ-
lo, & dedisti eis [24] iudicia recta, & leges veras, ceremoni-
as, & bona præcepta.*
14 [25] *Ostendisti eis sabbathum tuum sanctum, & præ-
cepisti eis mandata [26] ceremonias, & leges per manum
Mosis serui tui.*
15 *Dedisti insuper eis panem è cœlo [27] in fame eorum,
& aquam eduxisti eis de petra in siti eorum: & promisi-
sti eis vt ingrederentur & possiderent terram hanc, pro qua
[28] leuasti manum tuam vt dares illis.*
16 *Ipsi vero & patres nostri [29] petulanter egerunt,
& indurarunt [30] ceruicem suam, nec audierunt præce-
pta tua.*
17 *Quin audire renuerunt, neque memores fuerunt me-
morabilium tuorum quæ fecisti cum eis: sed indurauerunt
ceruicem suam, & [31] elegerunt ducem, vt reuerterentur
in seruitutem suam in [32] contumacia sua. sed tu ò Deus
propitiationum, clemens, misericors, [33] longanimis, &
multa beneficentia, non deseruisti eos.*
18 *Sed & quum fabricassent sibi vitulum fusilem, di-
xissentque, Isti sunt dii tui qui eduxerunt te de terra Æ-
gypti, & designassent ingentes blasphemias,*
19 *Tu [34] in miserationibus tuis multis non dereliqui-
sti eos in deserto: (nam) columna nubis interdiu non reces-
sit ab eis, [35] quo minus dirigeret eos in via: nec columna
ignis noctu, [36] quo minus luceret eis, in via per quam in-
cedebant.*
20 *Spiritum quoque tuum bonum dedisti ad erudien-
dum eos: nec Man tuum prohibuisti ab ore eorum, quin
& aquam dedisti eis, vt sitim suam (restinguerent.)*
21 *Aluisti eos in deserto quadraginta annos, vt nihil
eis deesset: vestimenta eorum non sunt vetustate detrita,
nec [37] intumuerunt pedes eorum.*
22 *Dedisti eis insuper regna & populos: & diuisisti eos
[38] per terminos, vt possiderent terram Sehon, & terram
regis Hesbon, & terram Og regis Basan.*
23 *Filios eorum multiplicasti vt stellas cœli, & intro-
duxisti eos in terram, de qua dixeras patribus eorum, quod
essent ingressuri & occupaturi.*

7 Verbum est vice aduerbii hortandi particula hortantis aliquem ad opus quod agere, rumpe moras. Solebant canere hæc cum orabant.
8 Conuertit sermonem ad Deum. q. d. Dicite coram eo omnes &c.
9 gloriæ tuæ, i. nomini tuo glorioso.
10 & (sit) exaltatum sub nomine vel, exaltetur.
11 Vel, ô Domine.
12 Hebræi quidam per cælum intelligunt firmamentum: & per cælum cæli, siue cælos cælorum sphæras cælestes. Christiani vero per cælum, firmamentum & sphæras illas cælestes: & per cælos cælorum, cælum empyreum, in quo sc. sunt spiritus cælestes. Et per vniuersum exercitum eorum, Hebræi intelligunt vniuersam multitudinem stellarum. Christiani verò multitudinem tam stellarum quàm spirituum cælestium.
13 q. d. quod stat, mouetur, & viuit hoc habent à te.
14 ô Domine.
15 sub. ille verus.
16 Abram significat excelsum. Abraham vero patrem magnæ multitudinis i. multarum gentium quasi אבוד המון componitur n. ex vno integro & duobus corruptis.
17 & percussisti cum eo fœdus illud.
18 confirmasti impleuisti, i. stetisti promissis.
19 i. considerasti.
20 Vel, iuncosum. Heb. Soph.
21 Superbe.
22 i. profundas.
23 ingrederentur siue ambularent.
24 iudicia, intelligunt iudicialia per leges, moralia siue quæ pertinent ad mores: & per statuta, ceremonialia: Præcepta aut est nomen generale.
25 vel, indicasti, aut notum fecisti, i. docuisti.
26 statuta vel, ritus
27 i. quum ipsi esurirent,
28 more iurantium.
29 superbe.
30 vel, ceruices suas, i. fuerunt rebelles, inobedientes, & contumaces. Metaphora ab equis qui nolunt obedire sessoribus, & aliis animantibus. 31 Heb. posuerunt caput (suum) vt &c. i. conuersi sunt vt reuerterentur in Ægyptum. 32 vel, rebellione. 33 vel, tarde ad iram. 34 Vel, per misericordias tuas multas i. infinitas. 35 vt deduceret eos. 36 vt illustraret (siue illuminares) viam per quam ambulaturi erant. 37 sub. longinquitate itineris. 38 ad angulum, siue in angulos, i. dispersisti eos in varias partes ... Israelis, ad cuius aduentum illi aufugerunt.

24 Ingressi itaq; sunt filii, & possederunt terram, & tu subiecisti in conspectu eorum habitatores terræ, Chananæos, & tradidisti eos in manum eorum vnà cum regibus eorum & populis [39] terræ, vt facerent cum eis pro voto suo.

25 Ceperunt vrbes munitas & humum pinguem, possederuntq; domos omni bono plenas, [40] puteos excisos, vineas, oliueta, arbores frugiferas, [idque] in copia: comederunt & saturi, adeoq; pingues facti, [41] delicatè vixerunt in illa tua magna bonitate.

26 Illi autem [42] rebelles facti defecerunt à te, & abiecerunt legem tuam post tergũ suum, & occiderunt prophetas tuos, qui eos [43] obtestantes, conabantur eos ad te reducere (itaq; summa) [44] insigniter (te) irritarunt.

27 Tu igitur tradidisti eos in potestatem hostiũ suorum, qui eos presserunt: & in tempore pressuræ suæ clamauerunt ad te, tuq; eos è cælo exaudisti, & in miserationibus tuis multis dedisti eis seruatores, qui eos [45] asseruerunt de manu hostium suorum.

28 Quumq; (data eis) [illegible] requies, rursus malum designarũt in conspectu tuo: tu igitur dereliquisti eos in manu hostium suorum, qui tyrannidem in eos exercuerunt: quumq; iterum conuersi ad te clamarent, exaudisti eos de cælo, liberastiq; eos iuxta miserationes tuas, (idq;) multum temporibus.

29 [46] Et obtestatus es eos, vt reduceres eos ad legem tuam. Ipsi autem superbi egerunt, nec audierunt præcepta tua, sed peccarunt in iudicia tua, [47] in quibus homo si faceret ea, viueret: præbueruntq; humerum (suum) [48] rebellem, & indurarunt ceruicem suam, [49] ne audirent.

30 [50] Distulisti etiam cum eis annis multis, obtestans eos spiritu tuo per manum prophetarum tuorum: sed non auscultarunt, ideo tradidisti eos in manum populorum nationum.

31 At pro tua ingenti miseratione non perdidisti eos totos, neq; dereliquisti eos, quod Deus es clemens & misericors.

32 Nunc igitur Deus noster, Deus magne, fortis & tremende, qui seruas fœdus & [51] benignitatem, [52] ne sit vulgaris in conspectu tuo omnis hæc calamitas, quæ deprehendit & nos & reges nostros, principes nostros, sacerdotes nostros, prophetas nostros, patres nostros, & cũctum populum tuum, a diebus [53] regum Assyriorum, in præsentem vsque diem.

33 Equidem tu iustus es in omni eo quod accidit nobis: quoniam [54] fideliter egisti, nos autem impiè egimus.

34 Reges nostri, principes nostri, sacerdotes nostri, & patres nostri non fecerunt legem tuam, neq; attenderunt præcepta tua, & testimonia tua quæ contestatus es eis.

35 Et ipsi in regno suo, [55] & in bonitate tua magna quam exhibuisti eis, & in terra lata atq; fertili quam dedisti coram eis, non seruierunt tibi, neq; auersi sunt [56] à studiis suis pessimis.

36 En nos hodie serui sumus, & terra quã dedisti patribus nostris, vt ederent fructum eius & bona eius, ecce nos serui sumus in ea.

37 Hæc prouentum suum [57] regibus multũ edit, quos posuisti super nos propter peccata nostra, qui dominantur in corpora nostra, in pecora nostra pro suo libidine, [58] vt simus in magnis angustiis.

38 [59] Atque in his omnibus, ferimus (fœdus) firmum, & scribimus. [60] idq; obsignatum (per) principes nostros, Leuitas nostros, & sacerdotes nostros.

24 Et venerunt filii, & possederunt terram, & humiliasti coram eis habitatores terræ, Chananæos, & dedisti eos in manu eorum, & reges eorum, & populos terræ, vt facerent eis sicut placebat illis. E

25 Ceperunt itaque vrbes munitas & humum pinguem, & possederunt domos plenas cũctis bonis: cisternas ab *aliis fabricatas, vineas, & oliueta, & ligna pomifera multa: & comederunt, & saturati sunt, & impinguati sunt, & abundauerunt deliciis in bonitate tua magna. *alio*

26 Prouocauerunt autem te ad iracundiam, & recesserunt à te, & proiecerunt legem tuã post terga sua: & Prophetas tuos occiderunt, qui contestabantur eos vt reuerterentur ad te: feceruntque blasphemias grandes.

27 Et dedisti eos in manum hostium suorum, & afflixerunt eos: & in tempore tribulationis suæ clamauerunt ad te, & tu de cælo audisti, & secundum miserationes tuas multas dedisti eis saluatores, qui saluarent eos de manu hostium suorum.

28 Cumq; requieuissent, reuersi sunt vt facerent malum in conspectu tuo: & dereliquisti eos in manu inimicorum suorum, & possederunt eos. Conuersiq; sunt, & clamauerunt ad te: tu autem de cælo exaudisti, & liberasti eos in misericordiis tuis, multis temporibus. F

29 Et contestatus es eos vt reuerterentur ad legem tuam: ipsi verò superbe egerunt, & non audierunt mandata tua, & in iudiciis tuis peccauerunt, quæ faciet homo, & viuet in eis: & dederunt humerum recedentem, & ceruicem suam indurauerunt, nec audierunt.

30 Et protraxisti super eos annos multos, & cõtestatus es eos in Spiritu tuo per manum prophetarum tuorum: & non audierunt, & tradidisti eos in manum populorum terrarum.

31 In misericordiis autem tuis plurimis non fecisti eos in consumptionem, nec dereliquisti eos: quoniam Deus miserationum, & clemens es tu.

32 Nunc itaq; Deus noster magne, fortis & terribilis, custodiens pactum & misericordiam, ne auertas a facie tua omnẽ laborem qui inuenit nos, reges nostros, & principes nostros, & sacerdotes nostros, & prophetas nostros, & patres nostros, & omnem populum tuum à diebus regis Assur, vsque in diem hanc.

33 Et tu iustus es in omnibus quæ venerunt super nos: quia veritatem fecisti nobis, nos autem impie egimus. G *Iustus Deus & verax.*

34 Reges nostri, principes nostri, sacerdotes nostri & patres nostri non fecerunt legem tuam, & non attenderunt mandata tua, & testimonia tua quæ testificatus es in eis. *Confessio.*

35 Et ipsi in regnis suis bonis, & in bonitate tua multa quam dederas eis, & in terra latissima & pingui quam tradideras in conspectu eorum, non seruierunt tibi, nec reuersi sunt a studiis suis pessimis.

36 Ecce nosipsi hodie serui sumus, & terra quam dedisti patribus nostris vt comederent panem eius & quæ bona sunt eius, & nosipsi serui sumus in ea.

37 Et fruges eius multiplicantur regibus, quos posuisti super nos propter peccata nostra, & corporibus nostris dominantur, & iumentis nostris secundum voluntatem suam, & in tribulatione magna sumus. *Initium est capitis 10.*

38 Super omnibus ergo his nosipsi percutimus fœdus, & scribimus, & signant principes nostri, Leuitæ nostri, et sacerdotes nostri. *Percutit populus fœdus cum Domino.*

39 sub. eius.
40 Vel, cisternas excisas.
41 Heb. deliciis affluxerunt propter bonitatem tuam magnam.
42 Hebr. ad iracundiam prouocantes te, rebelles fuerunt tibi.
43 Hebr. qui testificabantur contra eos vt cõuerterent eos ad te. i. qui admonebant eos testibus [illegible] adhibitis, vt conuerterent eos. Solebãt prophetæ quum ad monerent populũ, inuocare testes cælum & terram, & alios.
44 Heb. fecerunt contumelia grauia.
45 seruauerunt.
46 Vel testificatus es contra eos, admonuisti eos quasi adhibitis testibus, & contestatus es.
47 quæ faciens homo, viueret per ea.
48 Hebr. recedentem. vel, refugum, id est, fugientem onus, hoc est, subtraxerunt humeros suos ab onere, more ferarum & animalium indomitorum.
49 Heb. & non audierunt. & pro id est, positum.
50 Id est, sustinuisti ac expectasti eos multo tempore num reuerterentur ac resipiscerent.
51 misericordiam.
52 Ne parua res sit, id est, ne tibi videatur res parua, noli parui pendere.
53 qui scilicet captiuas abduxerunt decem tribus.
54 Veritatem fecisti, [illegible] & [illegible] nos clãmauisti.
55 i. in bonis & opibus illis ingentibus.
56 ab operibus.
57 i. in gratiam & vtilitatem regum externorũ.
58 & sumus in tribulatione maxima, q.d. (in summa) tribulationẽ magnam sustinemus. Commendat iustitiam Dei, & damnat iniustitiam hominum.
59 Et tamen &c. id est, Quamuis magnam hanc tribulationem patiamur, nos percutimus, vel, percussimus fœdus fidelitatis, hoc est, de seruanda fidelitate cum Deo nostro, & scribimus, vel, scripsimus fœdus illud. Vel scripsimus libellum obligatorum in libello illo obsignato sunt principes nostri &c. id est, descripta sunt nomina principum nostrorum, quasi dicat, adsunt [illegible] signa sua nominibus suis, signaruntque libellum illum.
60 Heb. & in (libello) illo obsignato (sunt) principes nostri, Leuitæ nostri, & sacerdotes nostri.

CAPVT X.

Signatores fœderis.

A 1 Signatores autem fuerunt, Nehemias, Athersatha filius Hachelai, & Sedecias.
2 Saraias, Azarias, Jeremias.
3 Pheshur, Amarias, Melcias.
4 Hattus, Sebenia, Melluch,
5 Harem, Merimuth, Obdias.
6 Daniel, Genthon, Baruch.
7 Mosollam, Abia, Miamin.
8 Maazia, Belgai, Semaia: hi sacerdotes.
9 Porrò Leuitæ, Josûe filius Azaniæ, Bennui de filiis Henadad, Cadmiel.
10 Et fratres eorum, Sebenia, Odaia, Celita, Phalaia, Hanan.
11 Micha, Rohob, Hasebia.
12 Zachur, Serebia, Sabania.
13 Odaia, Bani, Baninu.
14 Capita populi, Pharos, Phahath-moab, Ælã, Zethu, Bani.
15 Bonni, Azgad, Bebai.
16 Adonia, Begoai, Adin.
17 Ater, Hezecia, Azur.
18 Odaia Hasum, Besai.
19 Hareph, Anathoth, Nebai.
20 Megphias, Mosollam, Hazir.
21 Mesizabel, Sadoc, Jeddua.
22 Pheltia, Hanan, Anaia.
23 Olee, Hanania, Hasub.
24 Alohes, Phalea, Sobec.
B 25 Rehum, Hasebna, Maasia.
26 Echaia, Hanan, Anan.
27 Melluch, Haram, Baana.
28 Et reliqui de populo sacerdotes, Leuitę, ianitores, & cantores, Nathinæi, & omnes qui se separauerunt de populis terrarum ad legem Dei, vxores eorum, filii eorum, & filiæ eorum.
29 * Omnes qui poterant sapere spõdentes pro fratribus suis, optimates eorum, & qui veniebant ad pollicendum & iurandum vt ambularent in lege ² Domini, quam dederat in manu Moysi serui ³ sui, vt facerent & custodirent vniuersa mandata Domini Dei nostri, & iudicia eius & ceremonias eius.

** & Quod populus in fœdere Dei promiserit.*
² Dei.
³ Dei.

30 Et vt non daremus filias nostras populo terræ, & filias eorum non acciperemus filiis nostris.
31 Populi quoq; terræ, qui important venalia, & omnia ad vsum, per diem sabbathi vt vendant: non accipiemus ab eis in sabbatho, & in die sanctificato. Et dimittemus annũ septimum, & exactionem vniuersæ manus.
C 32 Et statuemus super nos præcepta, vt demus tertiam partem sicli per annum ad opus domus Dei nostri.
33 Ad panes propositionis, & ad sacrificiũ sempiternum, & in holocaustum sempiternum in sabbathis, in calendis, in solennitatibus, & in sanctificatis, & pro peccato: vt exoretur pro Israel, & in omnem vsum domus Dei nostri.
34 Sortes ergo misimus super oblationem lignorum inter sacerdotes, & populum, vt inferrentur in domum Dei nostri per domos patrum nostrorum, per tempora, à temporibus anni vsq; ad annum: vt arderẽt super altare Domini Dei nostri, sicut scriptum est in lege Moysi.
35 Et vt afferremus primogenita terræ nostræ, & primitiua vniuersi fructus omnis ligni ab anno in annum, in domo Domini.
36 Et primitiua filiorum nostrorum, & pecorũ
D nostrorum, sicut scriptum est in lege: & primitiua boum nostrorum, & ouium nostrarum, vt ⁴ offerantur in domo Dei nostri, sacerdotibus qui ministrant in domo Dei nostri.

⁴ afferentur.

CAPVT X.

1 *Atque ¹ hi [dati] sunt ad obsignandum: Nehemias Hathirsatha, filius Hachalia & Zedekias.*
2 *Seraias, Asarias, Jeremias.*
3 *Pashur, Amaria, Malkia.*
4 *Hattus, Sebania, Malluch.*
5 *Harim, Meremoth, Obadias.*
6 *Daniel, Ginthon, Baruch:*
7 *Mesullam, Abia, Miamin.*
8 *Maasias, Bilgai, & Semahia, hi sacerdotes.*
9 *Leuitæ vero Jesua filius Asaniæ, Binnui ² de filiis Henadat, Kedmiel.*
10 *Et fratres eorum, Sechania, Hodia, Kelita, Pelaia, Hanan.*
11 *Micha, Rehob, Hasabia.*
12 *Sachur, Serebia, Sebania.*
13 *Hodia, Bani, & Beninu.*
14 *Capita autem populi fuerunt, Parhos ³ dux Moab, Elam, Sattu, Bani.*
15 *Bunni, Asgad, Bebai.*
16 *Adonia, Bigai, Adin.*
17 *Ater, Ezechias, Asur.*
18 *Hodia, Hasum, Bezai.*
19 *Hariph, Anathoth, Nebai.*
20 *Magpias, Mesullam, Hesir.*
21 *Mesesabeel, Zadoc, Jaddua.*
22 *Pelatia, Hanan, Anaia.*
23 *Hosea, Hanania, Hassub.*
24 *Halohes, Pilha, Sobec.*
25 *Rehum, Hasabna, Maasia.*
26 *Ahia, Hanan, Anan.*
27 *Malluch, Harim atque Baana.*
28 *Et reliquus de populo, sacerdotibus, Leuitis, ianitoribus, cantoribus & Nethinæis, & ⁴ quicunq; erat separatus à gentibus nationum ad legem Dei, vxores eorum, filii eorum & filiæ eorum.*
29 *Et ⁵ quicunq; intelligentia valebat, Hi ⁶ ratum habebant cum fratribus suis optimatibus suis, ⁷ veniebantq; in execrationem & iuramentum, ⁸ vt ambularent in lege Dei, quæ data erat per manum Moysis serui Dei, & custodirent atq; facerent cuncta præcepta Domini Dei nostri, & iudicia eius, atque statuta eius.*
30 *Et quod non elocaremus filias nostras populo terræ, neq; ⁹ duceremus filias eorum filiis nostris.*
31 *Adhæc si ¹⁰ populi terræ afferrent merces aut venale quid in die sabbathi ad vendendum, ¹¹ ne acciperemus ab eis in sabbatho, & in die sancto. Dein ¹² vt remissionem faceremus septimo anno in omni genere operibus.*
32 *¹³ Item vt constitueremus super nos præcepta, vt imponeretur nobis singulis annis tertia pars sicli pro ministerio domus Dei nostri.*
33 *Pro panibus qui ¹⁴ ordinantur, pro iugi sacrificio, pro holocausto iugi, ¹⁵ [in] sabbathis, neomeniis & statis feriis, pro sanctificatis & hostiis pro peccato ad expiandum Israelem, & [ad] omne opus domus Dei nostri.*
34 *Jecimus & sortes sacerdotes, Leuitæ & populus ¹⁶ de adductione lignorum, vt inferrentur in domum Dei nostri, iuxta domos patrum nostrorum, temporibus constitutis singulis annis, ¹⁷ ad cremandum in altari Domini Dei nostri, quemadmodum scriptum est in lege.*
35 *Vtq; afferremus ¹⁸ primitiuos fructus telluris nostræ, primitiuos [scilicet] fructus omnium fructuum cuiuscunque arboris, [idque] singulis annis, in domum Domini.*
36 *Primogenita quoque filiorum nostrorum, & pecorum nostrorum, sicut scriptum est in lege, primogenita boum nostrorum, & ouium nostrarum, vt ea [scilicet] inferremus in domum Dei nostri pro sacerdotibus ministrantibus in domo Dei nostri.*

1 Hebr. Et inter signatos illos fuerunt, &c. q. d. nomina autem eorum qui descripti sunt in libello illo, hæc sunt.
2 i. nepotibus.
3 Pahath-moab.
4 i. qui relictis populis alienigenis conuersi fuerant ad Deum, h. e. proselyti.
5 Heb. (in summa) omnis sciẽs & cognoscens, quotquot præ... erat cognitione & intellectu.
6 Heb. Apprehẽderunt, vel, Amplexati sunt, i. approbauerunt libellum illũ obsignatum.
7 veneruntque.
8 ad ambulandum, i. execrati sunt & iurauerũt sine promiserunt iuramento adhibito, se ambulaturos.
9 acciperemus.
10 i. infideles.
11 quòd nõ acciperemus, i. emeremus.
12 Heb. & q dimitteremus annum septimum, & exactionem vniuersæ manus, i. q anno septimo nihil colligeremus, neque coleremus terrã, sed relinqueremus pauperib. quęq terra ipsa eo anno spõte sua ultra proferat: dimitteremus præterea omnia debita.
13 Et statuimus super nos præcepta vt imponerẽt nobis tertiã partem sicli eo anno in opus &c. i. Recepimus nos daturos ac soluturos hoc anno vltra summam, tertiã partem sicli pro necessariis sumptibus.
14 Heb. dispositionis: propositionum.
15 (in) sabbathis, & nouiluniis, & solẽnitatibus, & ad sancta, & in sacrificia, &c. In sabbatha non omne q h. ...bat sabbathis.
16 vel, super oblationẽ lignorũ.
17 i. ad fouendũ ignem illum cœlestem qui erat in altari.
18 Primitias terræ intelligũt Hebræi manipulũ & duos panes.

37 Primitias quoque [19] esculentorum nostrorum, & munificarum separationum nostrarum, fructum cunctiæ arboris, vinum & oleũ afferremus sacerdotibus in [20] penuaria domus Dei nostri, & decimas telluris nostræ Leuitis, vt Leuitæ decimas haberent in omnibus vrbibus opus nostrum exercentes.

38 [21] Et vt sacerdos filius Aharonis cum Leuitis partẽ habeat in decimis Leuiticis: & Leuitæ ipsi [22] adducent decimam partem decimæ in domum Dei nostri, [23] in penuaria & gazophylacia.

39 Quoniam in penuaria [24] inferre debent filii Israel & filii Leui [25] munificum donum quod separant de frumento, vino & oleo, vbi vasa sunt sanctuarii & sacerdotes ministrantes, ianitores & cantores, [26] derelinquamus ædem Dei nostri.

37 Et primitias ciborum nostrorum & libaminum nostrorum, & poma omnis ligni, vindemiæ quoq; & olei afferemus sacerdotibus ad gazophylacium Dei nostri, & decimam partem terræ nostræ Leuitis: ipsi Leuitæ decimas accipiẽt ex omnibus ciuitatibus operum nostrorum.

38 Erit autem sacerdos filius Aaron cum Leuitis in decimis Leuitarum, & Leuitæ offerent decimam partem decimæ suæ in domo Dei nostri, ad gazophylacium in domo thesauri.

39 Ad gazophylacium enim deportabunt filii Israel, & filii Leui primitias frumenti, vini & olei: & ibi erunt vasa Domini sanctificata, & sacerdotes, & cantores, & ianitores, & ministri, & non dimittemus domum Dei nostri.

CAPVT XI.

1 HAbitauerunt autem principes populi in Jerusalẽ: reliquus autem populus proiecit sortem, [1] vt decimus quisque habitaret in Jerusalem ciuitate sancta, nouem autem [alias] partes in oppidis.

2 [2] Laudabatq; populus omnes viros qui se spontaneos præbuerunt vt habitarent in Jerusalem.

3 Isti autem sunt primores prouinciæ qui habitauerunt in Jerusalem, & in [aliis] ciuitatibus Juda, quisque in possessione sua & in ciuitatibus suis Israelitæ, sacerdotes, Leuitæ, Nethinæi, & [3] filii seruorum Solomonis.

4 In Jerusalem habitauerunt [4] de filiis Juda, de filiis Beniamin. de filiis Juda, Athaia filius Usia, filii Sacharia, filii Amaria, filii Sephatia, filii Mahalaleel, [5] de filiis Parez.

5 Maasia filius Baruch, filii [6] Chalhose, filii Hasaia, filii Adaia, filii Joiarib, filii Sacharia, [7] filii Silonitæ.

6 Hi omnes erant filii Pharez, habitantes in Jerusalem, eorum quadringenti, sexaginta octo [8] fortes viri.

7 Isti autem sunt filii Beniamin, Salla filius Mesullam, filii Joed, filii Pedaia, filii Kolaia, filii Maasia, filii Ithiel, filii Jesaia.

8 Et post eum Gabai, Sallai, nongenti & viginti octo.

9 Joel verò filius Sichri præfectus erat illis, & Judas filius [9] Hasnua [10] erat [præfectus] super alteram partem vrbis.

10 De sacerdotibus, Jedaia filius Joiarib, Jachin.

11 Seraia filius Hilkia, filii Mesullam filii Zadoc, filii Meraioth filii Ahitub princeps domus Dei.

12 Et fratres eorum facientes opus domus, octingenti & viginti duo. & Adaia filius Jeroham filii Pelalia, filii Amsi, filii Zacharia, filii Pashur, filii Malchia.

13 Et fratres eorum [11] præcipui patres, quorum erant ducenti & quadraginta duo. Amassai autem filius Asareel, filii Ahsai, filii Mesillemoth filii Immer.

14 Et fratres eorum [12] heroes fortes, centum & viginti octo: super hos præfectus erat Sabdiel filius [13] magnatum.

15 De Leuitis Semaia filius Hasub, filii Asrikam, filii Hasabia, filii Buni:

16 Et Sabthai, Josabad, erant super opus [14] externum domus Dei ex capitibus Leuitarum.

17 Mathania filius Micha, filii Sabdi, filii Asaph, [15] præcipuus erat qui præibat in confessione & oratione. Et Bacbucia [16] secundus ex fratribus suis, & Abda filius Sammua filii Galal, filii Jeduthun.

18 Omnium Leuitarum in ciuitate sancta, ducenti octoginta quatuor.

1 HAbitauerunt autem principes populi in Jerusalem: reliqua verò plebs misit sortem, vt [a]tolleret vnam partem de decem qui habitaturi essent in Jerusalem ciuitate sancta, nouem verò partes in ciuitatibus. A

2 Benedixit autem populus omnibus viris qui se sponte obtulerant vt habitarent in Jerusalem.

3 Hi sunt itaque principes prouinciæ qui habitauerunt in Jerusalem, & in ciuitatibus Juda. Habitauit autem vnusquisq; in possessione sua, in vrbibus suis, Israel, sacerdotes, Leuitæ, Nathinæi, & filii seruorum Salomonis.

4 Et in Jerusalem habitauerunt de filiis Juda, & de filiis Beniamin. De filiis Juda, Athaias filius Aziam, filii Zachariæ, filii Amariæ, filii Saphatiæ, filii Malaleel. de filiis Phares.

5 Maasia filius Baruch, filius Chol-hoza, filius Hasa, filius Adaia, filius Joiarib, filius Zachariæ, filius Silonitis.

6 Omnes hi, filii Phares, qui habitauerunt in Jerusalem, quadringenta sexaginta [b]nouem viri fortes.

7 Hi sunt autem filii Ben iamin: Sellu filius Mosollam, filius Joed, filius Phadaia, filius Colaia, filius Masia, filius Etheel, filius Isaia. B

8 Et post eum Gebbai, Sellai: nongenti viginti octo.

9 Et Joel filius Zechri præpositus eorum, & Judas filius Senua super ciuitatem secundus.

10 Et de sacerdotibus, Idaia filius Joarib, Jachin.

11 Saraia filius Helciæ, filius Mosollam, filius Sadoc, filius Meraioth, filius Achitob [c]princeps domus Dei.

12 Et fratres eorum facientes opera templi: octingenti viginti duo. & Adaia filius Jeroham, filius Phelelia, filius Amsi, filius Zachariæ, filius Pheshur, filius Melchiæ:

13 Et fratres eius principes patrum: ducenti quadraginta duo. Et Amassai filius Azreel, filius Ahazi, filius Mosollamoth, filius Emmer.

14 Et fratres eorum potentes nimis: centum viginti octo. & præpositus eorum Zabdiel filius potentium.

15 Et de Leuitis Semeia filius Hasub, filius Azaricam, filius Hasabia, filius Boni: C

16 Et Sabathai, & Jozabed, super omnia opera quæ erant forinsecus in domo Dei, à principibus Leuitarum.

17 Et Mathania filius Micha, filius Zebedei, filius Asaph princeps ad laudandum, & ad confitendum in oratione, & Becbecia secundus de fratribus eius, & Abda filius Sammua, filius Galal, filius Idithun.

18 Omnes Leuitæ in ciuitate sancta, ducenti octoginta quatuor.

19 Et

19 pastarũ (vel, conspersionum) nostrarum & oblationũ nostrarũ. 20 vel, gazophylacia. 21 Aderit autẽ sacerdos filius Aaronis cũ Leuitis quando decimã accipient Leuitæ. i. capiẽt decimas vnà cũ eis. 22 offerent. 23 ad cubicula (vel, gazophylacia) in domo thesauri. Cubicula erant in templo. 24 Heb. afferẽt. 25 primitias frumẽti, vini & olei, & ibi erunt vasa. 26 Heb. & non dimittemus domum. i. cultum templi.

CAP. XI. 1 Heb. vt adducerent vnũ è decẽ ad habitandũ. 2 Heb. Benedixitq; ipse popul⁹ omnibus viris q sponte sua sese obtulerunt. 3 i. nepotes. 4 i. aliquot ex hominibus tribus Iudæ. 5 i. qui erat ex nepotibus Pharez. 6 Cognomentũ vice nominis proprii. 7 i. qui cognomento dicebatur Silonites, quòd esset è Silo. 8 h. e. bellicosi, aut potius animum respicit. 9 vel, Hanna. Aut est nomen mulieris, aut cognomentũ viri q ponitur vice nominis proprii. 10 Heb. super ciuitatẽ secundus. dignitate scil. à principe. vicarius principis. 11 princeps patrũ. i. familiarũ. 12 Heb. potẽtes robore. i. viri bellicosi. 13 i. vnius ex magnatibus, h. est, magni & clari viri. 14 h. e. q extra templum. 15 Principiũ (q) incitio (Psalmi) cõstitebatur siue laudabat in oratione. i. princeps musicorum, qui psallẽdo primus laudare solebat Dominum tempore orationis publicæ, q. d. qui princeps erat musicorum & præcentor. 16 sub. ab Asaph.

A Qui insanerunt Jerusalem habitauerunt in ea. [a] tollerent. [b] octo. [c] princeps.

19 Et ianitores, Accub, Thelmon: & fratres eorum, qui custodiebant ostia: centum septuaginta duo.

20 Et reliqui ex Israel sacerdotes & Leuitæ in vniuersis ciuitatibus Juda, vnusquisque in possessione sua.

21 Et Nathinæi qui habitabant in Ophel, & Siaha, & Gasphu de Nathinæis.

22 Et episcopus Leuitarum in Jerusalem, Azzi filius Bani, filius Hasabiæ, filius Mathaniæ, filius Michæ. De filiis Asaph, cantores in ministerio domus Dei.

23 Præceptum quippe regis super eos erat, & ordo in cantoribus per dies singulos.

D 24 Et Phathahia filius Mesezebel de filiis Zara filii Juda in manu regis, iuxta omne verbū populi.

25 Et in domibus per omnes regiones eorum, de filiis Juda habitauerunt in Cariath-arbe & in filiabus eius, & in Dibon & in filiab[9] eius, & in Cabseel & in viculis eius,

26 Et in Jesue, & in Molada, & in Beth-phalet,

27 Et in Hasersual. Et in Bersabee, et in filiabus eius.

28 Et in Siceleg et in Mochona, et in filiabus eius.

29 Et in Remmon, et in Saraa, et in Jerimuth,

30 Zanoa, Odollam et in villis earum, Lachis et in regionibus eius, Azeca et in filiabus eius. Et māserunt in Bersabee vsq. ad Vallem Ennom.

31 Filii autem Beniamin, à Geba, Mechmas, et Hai, et Bethel, et filiabus eius:

32 Anathoth, Nob, Anania,

33 Asor, Rama, Gethaim,

34 Hadid, Seboim, et Neballat,

35 * Et Ono valle artificum.

* Lod.

36 Et de Leuitis portiones Judæ et Beniamin.

19 *Janitores autem, Accub, Talmo & fratres eorum*[17] *custodes pro portis, centum & septuaginta duo.*

20 *Reliquorum autem Israelitarum, sacerdotum & Leuitarum in cunctis oppidis Juda, quisq. erat in hæreditate sua.*

21 *Porro Nethinæi habitabant in*[18] *Ophel, & Ziha ac Gipsa erant super Nethinæos.*

22 *Præfectus Leuitarum in Jerusalem erat Vsi filius Bani, filii Hasabiæ, filii Mathaniæ, filii Micha. De filiis Asaph, cantores*[19] *è regione operis domus Dei.*

23 *(Erat) enim præceptum regis*[20] *de illis, & firma (constitutio) de cantoribus, cuique diei suum demensum.*

24 *Adhuc erat Pethahia filius Mesesabeel*[21] *de filiis Sara, filii Juda,*[22] *ad manum regis in omni negotio quod cum populo (agendum erat.)*

25 [23] *Et ad villas & agros eorum, de filiis Juda habitauerunt in Kiriath Arbe & viculis eius, & in Dibon & in viculis eius, in Jecabzeel & Viculis eius,*

26 *In Jesua, in Molada, & in Beth Palet.*

27 *In*[24] *villa Sual, in Beerseba atque viculis eius.*

28 *In Ziclag & Mechona atq. in viculis eius.*

29 *In En Rimmon, in Zorha, in Jarmuth,*

30 *In Zanoah, Adullam & villis eius, in Lachis & agris eius, in Azeca & viculis eius, habitaruntq. à Beerseba vsq. ad vallem Hinnom.*

31 *Et filii Beniamin*[25] *à Gaba Michmas, Aia, Bethel &*[26] *filiæ eius.*

32 [27] *Anathoth, Nob, Anania.*

33 *Hazor, Rama, Hithaim,*

34 *Hadid, Zeboim, Neballat,*

35 *Lod &*[28] *Onovalle artificum.*

36 [29] *Leuitæ vero habebant possessionem tam in Juda quàm in Beniamin.*

17 vel, qui custodiebant portas. 18 arce, sub. illa potissima quæ erat in Ierusalem. 19 super oper. i. præerant reparationibus templi. 20 Heb. super eos: & fidelitas super cātores (erat) res diei in die suo. Or do, & res diei in die suo, (erat) fidelitas super cantores. i. Rex enim præceperat illis, & fidebat eis de curandis templo necessariis: & quæ quotidie necessaria erant, cantoribus ipsis erant concredita. Vel, fidelitas super cātores erat, vt proferrēt pecuniā è thesauro regio pro his quæ quotidie necessaria erant in templo. 21 (qui erat) de filiis. 22 i. cuius opera vtebatur rex in omni re pro qua cōuenire solebat populum. 23 Et in villis, viculis suis habitauerunt pars filiorū, aliquot ex filiis. 24 Haser Sual. 25 (habitauerūt) à Geba in Michmas. 26 viculis eius. 27 In Hanathoth. 28 He. Ono ghe harasim, nomen loci. 29 Heb. Et de Leuitis (in) diuisionibus Iuda à Beniamin. i. Aliquot aūt ex Leuitis habitauerūt in cōmuni terræ Iuda & Beniamin, ea parte qua diuiditur terra Iuda à terra Beniamin.

CAPVT XII.

A *Numerantur sacerdotes & Leuitæ qui cū Zorobabel venerūt Jerusalem.*

1 HI sunt autem sacerdotes et Leuitæ qui ascenderunt cū Zorobabel filio Salathiel, et Josue: Saraia, Jeremias, Esdras,

2 Amaria, Melluch, Hattus,

3 Sebenias, Rehum, Merimuth,

4 Addo, Genthon, Abia,

5 Miamin, Madia, Belga,

6 Semeia, et Joiarib, Jdaia,

7 Sellum, Amoc, Helcias, Idaia. Isti principes sacerdotum, et fratres eorum in diebus Josue.

8 Porrò Leuitæ, Jesua, Bennui, Cedmiel, Sarebia, Juda, Mathanias, super hymnos ipsi et fratres eorū:

C 9 Et Becbecia atq; Hanni, et fratres eorū vnusquisque in officio suo.

10 Josue autem genuit Joacim, et Joacim genuit Eliasib, et Eliasib genuit Joiada,

11 Et Joiada genuit Jonathan, et Jonathan genuit Jeddoa.

12 In dieb[9] aūt Joacim erāt sacerdotes et principes familiarum: Saraiæ, Maraia: Jeremiæ, Hanania:

13 Esdræ, Mosollam: Amariæ, Johanan:

14 Milicho, Jonathan: Sebeniæ, Joseph:

15 Haram, Edna: Maraioth, Helci:

16 Adaiæ, Zacharia: Genthon, Mosollam:

17 Abiæ, Zechri: Miamin et Moadiæ, Phelti:

18 Belgæ, Sammūa: Semaiæ Jonathan:

19 Joiarib, Mathanai: Joiadæ, Azzi:

20 Sellai, Celai: Amoc, Heber:

21 Helciæ, Hasebia: Jdaiæ, Nathanael.]

22 Leuitæ in diebus Eliasib, et Joiada, et Johanan et Jeddoa scripti principes familiarum, et sacerdotes in regno Darii Persæ.

23 Filii Leui principes familiarum, scripti in Libro verborum dierum, et vsq. ad dies Jonathan filii Eliasib.

1 *Isti sunt sacerdotes & Leuitæ qui*[1] *ascenderunt cum Serubabele filio Sealtielis, & Jesua: Saraia, Jeremias & Esdras.*

2 *Amaria, Malluch, Hattus.*

3 *Sechania, Rehum, Meremoth.*

4 *Iddo, Ginthoi, Abia.*

5 [2] *Miamin, Maadia, Bilga.*

6 *Semaia, Joiarib, Jedaia.*

7 *Sallu, Amos, Hilkia & Jedaia. isti fuerunt præcipui sacerdotes & fratres eorum in diebus Jesua.*

8 *Leuitæ vero, Jesua, Binnui, Cadmiel, Serebia, Jehuda, Mathania super*[3] *laudes ipse & fratres eius.*

9 *Bacbukia & Hunni fratres eorum è regione ipsorum ad Custodias.*

10 *Jesua autem genuit Joiakim, Joiakim genuit Eliasib, & Eliasib genuit Joiada,*

11 *Joiada genuit Jonathan, Jonathan genuit Jaddua.*

12 *In diebus Joiakim fuerunt hi sacerdotes capita patrum:*[4] *ipsi Seraia, Meraia: ipsi Jeremia, Hanania:*

13 *Ipsi Esra, Mesullam: ipsi Amaria, Jehohanan.*

14 *Ipsi Melichu, Jonathan: ipsi Sebania Joseph.*

15 *Ipsi Harim, Adna: ipsi Meraioth, Helcai.*

16 *Ipsi Iddo, Zacharias: ipsi Ginthon, Mesullam.*

17 *Ipsi Abia, Sichri: ipsi Miniamin & Moadia,*[5] *Piltai.*

18 *Ipsi Bilga, Sammua: ipsi Semaia, Jehonathan.*

19 *Ipsi Joiarib, Mathenai: ipsi Jedaia, Vsi.*

20 *Ipsi Sallai, Callai: ipsi Amoc, Eber.*

21 *Ipsi Hilkia, Hasabia: ipsi Jedaia, Nethaneel.*

22 *Porro Leuitæ in diebus Eliasib, Joiada, Johanan, & Jaddua*[6] *conscripti præcipui patres*[7] *& sacerdotes ad regnum Darii Persæ.*

23 *Filii Leui præcipui patres conscripti in libro Annalium, & ad tempora Johanan filii Eliasib.*

CAP. XII. 1 sub. è Babylone. 2 Is erat, summus sacerdos. 3 vel, laudationes. Præerat laudib. divinis. i. præcentor. 4 in (custodia) Seraia (erat) Meraia, id est, in classe Seraiæ, aut vice Seraiæ erat Meraia, princeps familiarum. Sic in sequentib. 5 Hic erat duarū classiū: vel substituerunt nomen eius qui erat in priori classe. 6 scripti (fuerunt) principes familiarum. 7 principes familiarum (sunt vel fuerunt) in libro verborum dierū, vsque ad dies.

24 *Capita Leuitarum, Hasabia, & Iesua filius Cadmiel, & fratres eorum e regione ipsorum ad laudandum & confitendum iuxta praeceptum Dauidis viri Dei.[8] custodia e regione custodiæ.*

25 *Mathania, Bacbukia, Obadia, Mesullam, Talmon, Accub,[9] obseruantes portas, custodia [eorum] erat pro liminibus portarum.*

26 *Hi fuerunt in diebus Ioiakim filii Iesua, filii Iozadac, & in diebus Nehemiæ præfecti, atq; Esra sacerdotis & scribæ.*

27 *Et in dedicatione muri Ierusalem[10] quæsiuerunt Leuitas de omnibus locis suis, vt adducerent eos Ierosolymam, vt facerent dedicationem, & gaudium,[11] in gratiarum actione & cantico, in cymbalis, nablis & citharis.*

28 *Congregatiq; sunt[12] filii cantorum,[13] & ex planitie circum Ierusalem, & ex villis Netophati.*

29 *Sed & de[14] domo Gilgal, & de regionibus Geba atq; Asmaueth: nam cantores extruxerant sibi villas circum Ierusalem.*

30 *Purificati etiam sacerdotes & Leuitæ & purificarunt etiam populum, portas & muros.*

31 *Tunc adduxi principes Iuda super murum, & constitui duos magnos [choros] laudantium,[15] euntes ad dexteram super murum versus portam[16] sterquilinii.*

32 *Post eos[17] ibat Hosaia & pars principum Iuda.*

33 *Asariaq; quoq;, Esras & Mesullam, Iuda & Beniamin, Semeia & Ieremia.*

34 *Et de filiis sacerdotum cum tubis Sacharias filius Ionathan, filii Semaia, filii Mathania, filii Michaia, filii Sacur, filii Asaph.*

35 *Et fratres[18] eius Semaia, Asreel, Milelai, Maai, Nethaneel, Iehuda atq; Hanani cum instrumentis musicis[19] Dauidis viri Dei, &[20] Esra scriba ante eos, iuxta portam fontis,*

36 *Ascenderunt è regione ipsorum per gradus[21] ciuitatis Dauidis in ascensu muri, superne[22] ad domum Dauidis, vsque ad portam aquarum ad Orientem.*

37 *Alter iam cœtus laudantium ibat ex aduerso quem ego sequebar,[23] & pars populi super murum,[24] vltra turrim furnorum vsque ad murum latiorem.*

38 *Et vltra portam Ephraim, & ad portam[25] veterem, & ad portam piscium, & turrim Hananeel, & turrim Mea, vsq; ad portam gregum: & constiterunt ad portam custodiæ.*

39 *Steterunt itaq; duo chori laudantium in domo Dei, & ego, & pars magnatum mecum.*

40 *Sacerdotes quoque, Eliakim, Maasia, Miniamin, Michaia, Elioenai, Sacharia, & Hanania cum tubis.*

41 *Et Maasia, Semaia, Eleasar, Vsi, Iehohanan, Malkia, Elam & Aser, & cantores[26] resonauerunt, quibus erat præfectus Israhias.*

42 *Obtulerunt ergo eodem die magna sacrificia, & lætati sunt: quoniam Deus exhilararat eos magna lætitia: sed & mulieres & pueri gauisi sunt, audiebaturque procul gaudium Ierosolymorum.*

43 *Constituti sunt denique illo die viri super[27] gazophylacia ad munifica dona, ad primitias & decimas, quas inferebant ex agris ciuitatum, portiones [scilicet] legales[28] sacerdotibus & Leuitis, quoniam gaudium Iehudæ fuit[29] sacerdotibus & Leuitis qui stabant.*

44 *Et obseruabant custodiam Dei sui, & custodiam[30] purationis cantores & ianitores: secundum præceptum Dauidis & Solomonis filii eius.*

45 *Quoniam temporibus Dauidis & Asaph[31] retro temporibus [constituti fuerant] qui cantarent canticum laudis &[32] confessionum Deo.*

24 Et principes Leuitarum, Hasebia, Serebia & Iesue filius Cedmiel: & fratres eorum per vices suas, vt laudarent & confiterentur iuxta præceptum Dauid viri Dei, & obseruarent æquè per ordinem.

25 Mathania, & Becbecia, Obedia, Mosollam, Telmon, Accub, custodes portarum & vestibulorum ante portas.

26 Hi in diebus Ioacim filii Iosue, filii Iosedec, & in diebus Nehemiæ ducis, & Esdræ sacerdotis scribæq;.

27 In dedicatione autem muri Ierusalem requisierunt Leuitas de omnibus locis suis, vt adducerent eos in Ierusalem, & facerent dedicationem & lætitiam in actione gratiarũ, & cantico, & in cymbalis, psalteriis, & citharis.

28 Congregati sunt autem filii cantorum, de villis Netuphati.

29 Et de domo Galgal, & de regionibus Geba et Azmaueth: quoniam villas ædificauerunt sibi cantores in circuitu Ierusalem. *Dedicatur murus.* C

30 Et mundati sunt sacerdotes & Leuitæ, & mundauerunt populum, & portas, et murum.

31 Ascendere autem feci principes Iuda super murum, & statui duos magnos choros laudantium. Et ierunt ad dexteram super murum ad portam sterquilinii.

32 Et iuit post eos, Osaias, et media pars principum Iuda.

33 Et Azarias, Esdras, & Mosollam, Iuda, & Beniamin et Semeia, et Ieremias.

34 Et de filiis sacerdotum in tubis Zacharias filius Ionathan, filius Semeiæ filius Mathaniæ, filius Michaiæ, filius Zechur, filius Asaph.

35 Et fratres eius Semeia & Azareel, Malalai, Galalai, Maai, Nathanael, & Iuda, et Hanani, in vasis cantici Dauid viri Dei: et Esdras scriba ante eos in porta Fontis.

36 Et contra eos ascenderunt in gradibus ciuitatis Dauid in ascensu muri super domum Dauid, & vsq; ad portam Aquarum ad Orientem.

37 Et chorus secundus gratias referentium ibat ex aduerso, et ego post eum, et media pars populi super murum et super turrim furnorum, & vsq; ad murum latissimum.

38 Et super portam Ephraim, et super portam antiquam, et super portam piscium & turrim Hananeel, & turrim Emath, et vsq; portam gregis: & steterunt in porta custodiæ.

39 Steteruntq; duo chori laudantium in domo Dei, et ego, et dimidia pars magistratuum mecum.

40 Et sacerdotes, Eliacim, Maasia, Miamin, Michéa, Elioenai, Zacharia, Hanania in tubis. D.

41 Et Maasia, et Semeia, et Eleazar, et Azzi, & Iohanan, et Melchia, et Ælam, et Ezer. & clare cecinerunt cantores, et Iezraia præpositus:

42 Et immolauerũt in die illa victimas magnas & lætati sunt: Deus enim lætificauerat eos lætitia magna. Sed et vxores eorum et liberi gauisi sunt, & audita est lætitia Ierusalem procul.

43 Recensuerunt quoq; in die illa viros super gazophylacia thesauri, ad libamina, et ad primitias, & ad decimas, vt introferrent per eos principes ciuitatis in decore gratiarum * actiones, sacerdotes et Leuitas: quia lætificatus est Iuda, in sacerdotibus, et Leuitis astantibus. *Recensentur custodes thesaurorum.* * *actiones.*

44 Et custodierunt obseruationẽ Dei sui & obseruationem expiationis et cantores, et ianitores præceptum Dauid, et iuxta Salomonis filii eius.

45 Quia in diebus Dauid et Asaph ab exordio erant principes constituti cantorum in carmine laudantium, et confitentium Deo.

46 Et

8 Id est, vicissim, siue per vices.
9 Hebr. (erant) custodes & ianitores in custodiis [ ] in liminibus portarum sub. templi.
10 Vel, accersiuerunt.
11 Heb. in confessione, id est, laudibus diuinis.
12 id est, cantores.
13 Aut & veniat aut sic vertendum, & (venerunt) de planitie (quæ est) circum &c.
14 Beth-hagilgal.
15 Et progressiones, siue progressus, aut processiones, sub. primi chori, progressæ sunt ad dexteram &c. q. d. quorum alterum iussi procedere ad dexteram &c.
16 Gallice, de la voirie.
17 Vel, ambulauit siue, profectus est.
18 sub. Zachariæ.
19 id est, quibus vtebatur Dauid in canendis Psalmis.
20 Esdra scriba (erat) ante eos, id est, præcedebat.
21 id est, montis Sion.
22 Heb. à domo,
23 id est, vna cum altera parte populi &c. Chorus ille ieiunans progressus est ordine opposito ab eo qui descriptus fuit capite tertio.
24 a turri.
25 Veteris. vel, antiquæ. sub. piscinæ.
26 Hebr. audire fecerunt, id est, clare cecinerunt.
27 Vel, cubicula (vt essent) in thesauros oblationum primitiarum, id est, quibus reponerentur oblationes &c.
28 id est, quæ pertinebant ad sacerdotes &c.
29 super sacerdotibus &c.
30 purificationis.
31 Ab exordio.
32 vel, laudationum.

46 Et omnis Israel in diebus Zerobabel, & in diebus Nehemiæ dabant partes cantoribus, & ianitoribus per dies singulos, & sanctificabant Leuitas & Leuitæ sanctificabant filios Aaron.

46 *Et omnes Israelitæ in diebus, Serubabelis atque temporibus Nehemiæ partes dabant cantoribus & ianitoribus[13] quoq; diei suum demensum, [14] & sanctificabant Leuitas. Leuitæ vero sanctificabant filios Aharonis.*

13 Heb. rem diei in die suo, id est, quotidie.
14 i. populus ipse dabat Leuitis decimas, sacras, quæ dicatæ & consecratæ erant Deo, fideliter hic designificat sancti- ficare aliquid ... dare illa ... quam tales ... cuiusmodi erant decimæ; & Leuitæ dabant filiis Aaronis, id est, sacerdotibus, decimas, nempe decimam ex decima.

CAPVT XIII.

A

Iuxta legem separantur alienigenæ. Deut. 23. a

1 IN die autem illo lectum est in volumine Moysi audiente populo; & inuentum est scriptū in eo, quod non debeant introire Ammonites & Moabites in ecclesiam Dei, vsq; in æternum:

2 Eo quod non occurrerint filiis Israel cum pane & aqua: & conduxerint aduersum eos Balaam ad maledicendum eis: et conuertit Deus noster maledictionem in benedictionem.

3 Factum est autem, cum audissent legem, separauerunt omnem alienigenam ab Israel.

B

4 Et super hoc erat Eliasib sacerdos qui fuerat præpositus in gazophylacio domus Dei nostri, et proximus Tobiæ.

5 Fecit ergo sibi gazophylacium grande, et ibi erant ante eum reponentes munera, et thus, et vasa, et decimam frumenti, vini et olei, partes Leuitarū, et cantorum, et ianitorū, et primitias sacerdotales.

6 In omnibus autem his non fui in Jerusalem: quia anno tricesimo secundo Artaxerxis regis Babylonis veni ad regē: et in fine dierum rogaui regē.

7 Et veni in Jerusalem, et intellexi malū, quod fecerat Eliasib Tobiæ vt faceret ei thesaurum in vestibulis domus Dei.

8 Et malum mihi visum est valde. Et proieci vasa domus Tobiæ foras de gazophylacio.

9 Præcepique, & emundauerunt gazophylaciā: & retuli ibi vasa domus Dei, sacrificium & thus.

Dantur Leuitis partes.

10 Et cognoui quod partes Leuitarum non fuissent datæ: & fugisset vnusquisq; in regionem suam de Leuitis, & cantoribus, & de his qui ministrabant:

11 Et egi causam aduersum magistratus, & dixi, Quare dereliquimus domum Dei? Et congregaui eos, & feci stare in stationibus suis.

12 Et omnis Juda apportabat decimam frumenti, vini & olei in horrea.

13 Et constituimus super horrea Selemiam sacerdotem, & Sadoc scribam, & Phadaiam de Leuitis, et iuxta eos Hanan filium Zachur, filium Mathaniæ: quoniam fideles comprobati sunt, et ipsis creditæ sunt partes fratrum suorum.

14 Memento mei Deus meus pro hoc, et ne deleas miserationes meas quas feci in domo Dei mei, et in ceremoniis eius.

Nehemias reprehendit transgressores sabbatis.

15 In diebus illis vidi in Juda calcantes torcularia in Sabbatho, portantes aceruos, & onerantes super asinos vinum, & vuas, & ficus, & omne onus, & inferentes in Jerusalem die Sabbathi. Et contestatus sum vt in die qua vendere liceret, venderent.

C

16 Et Tyrii habitauerunt in ea, inferentes pisces, & omnia venalia: & vendebant in Sabbathis filiis Juda & Jerusalem.

17 Et obiurgaui optimates Juda, & dixi eis, Quæ est hæc res mala quam vos facitis, & prophanatis diem Sabbathi?

vestri.

18 Numquid non hæc fecerunt patres *nostri*, & adduxit Deus noster super nos omne malū hoc, & super ciuitatem hanc? Et vos additis iracundiam super Israel violando Sabbathum.

1 *EOdem die lectum est in libro Mosis audiente populo, & inuentum est scriptum in eo, quod Ammonites & Moabites [1] non ingredi debeant in cœtum Dei perpetuo:*

2 *Quod non[2] anteuertissent filios Israelis pane & aqua. quin populus ille) conduxit aduersus[3] eum Bileam, vt execraretur[4] (Israelem,) verum Deus noster[5] vertit execrationem istam in benedictionem.*

3 *Factum ergo est quum illi audissent legem, separarunt omnem[6] commixtionem ex Israele.*

4 [7] *Ante vero illud Eliasib[8] sacerdos[9] positus erat in camera domus Dei nostri, qui propinquus fuit ipsi[10] Tobiæ.*

5 *Et fecit ei[11] cameram magnam, vbi antea reponebant sacrificia cibaria, thus,[12] vasa, decimas frumenti & vini & olei,[13] quæ ex præcepto, erant Leuitarum, cantorum atq; ianitorum, item[14] Thruma sacerdotum.*

6 [15] *In his autem omnibus non[16] fui Jerosolymis, quia anno tricesimo secundo Artaxersis regis Babylonis veni ad regem,[17] & post dies exactos[18] reuocatus sum a rege.*

7 *Rediens autem Jerosolyma, intellexit malum quod designauerat Eliasib propter Tobiam, (nempe) quod fecisset ei cameram in atriis domus Dei.*

8 *Et[19] doluit mihi vehementer, eieciq; omnia vasa domus Tobiæ foras ex camera.*

9 *Præcepiq; vt mundarent cameras, & restitui illuc vasa domus Dei, vna cum sacrificio cibario & thure.*

10 *Resciui insuper quod partes Leuitarum non fuerant[20] datæ, & quod Leuitarum & cantorum, qui facere debebant[21] opus, quisq; fugisset in agrum suum,*

11 *Increpans ergo magistratus, dixi, Cur derelinquitur domus Dei?[22] Congregauiq; eos, &[23] collocaui eos in gradum suum:*

12 *Et omnis Jehuda adduxit decimas frumenti, vini & olei in repositoria.*

13 *Constitui autem super thesauros, Selemiam sacerdotem, & Zadoc scribam, & Pedaiam de Leuitis: & ad manum eorum Hanan filium Sachur, filii Mathaniæ: fidi enim habiti sunt: in horum potestate erat distribuere partes fratribus suis.*

14 *Memineris mei ô Deus meus hanc ob rem, nec sinas aboleri[24] beneficentiam meam, quam exhibui in domo Dei mei, & in[25] obseruantiis eius.*

15 *Sub idem tempus vidi[26] in Judæa calcantes in torcularibus in sabbatho, & inferentes manipulos (frugum) onerantesq; asinos, ingerentes denique die sabbati in (vrbem) Jerosolymam vinum, vuas, ficus: (breuiter) omne onus:[27] quos ego (grauiter) obtestatus sum eodem ipso die quo vendebant ipsi victum.*

16 *Tyrii quoq; habitabant in ea, qui inferebant pisces, omnis generis merces, & vendebant Jerosolymis filiis Jehuda in sabbatho.*

17 *Tum obiurgaui optimates Jehuda, & dixi ad eos, Quæ est hæc res mala quam designatis, prophanantes diem sabbathi?*

18 *Annon idem fecerunt patres vestri, & adduxit Deus noster omne malum illud super nos, & super ciuitatem istam? vos autem adiicitis iram super Israelem, quum prophanatis sabbathum.*

CAP. XIII.
1. i. non deberent recipi & admitti inter filios Israel.
2 venissent obuiam illis Israelitis cum pane &c. qui solet offerri solet hospitibus lassis.
3 sub. Israelem.
4 Heb. eum nempe Israelem.
5 Quasi dicat, qui venerat in maledicere, cœpit benedicere, ita volente ac disponente Deo.
6 Id est, omnes alienigenas qui immiscuerant Israelitis.
7 Id est, ante hanc separationem.
8 sub. ille magnus, id est, summus pontifex.
9 præpositus fuerat cubiculo domus, id est, ædis.
10 sub hostis, dxorum.
11 Cubiculum magnum. Sic infra vestendum.
12 sub. illa quibus opus erat in templo.
13 Heb. præceptum Leuitarum, &c. id est, quas Deus præceperat dari Leuitis &c.
14 oblationem.
15 Id est, Dum autem hæc fierent, quasi dicat, totum hoc factum est me absente.
16 eram.
17 Hebr. & in fine dierum, id est, exacto anno vno: quod annus integer ac completus constet omnibus suis diebus. 18 Heb. postulaui à rege, id est, magistri precibus egi cum rege vt daret mihi facultatem reuertendi in Jerusalem, hoc est, vt liceret mihi per eum reuerti in Jerusalem. Propterea voce [illegible] vtitur Hebraice. 19 Heb. displicuit.

20 sub. a Israelitis iuxta præceptum Dei. 21 sub. Dei in templo, id est, cultum diuinum. 22 sub. epatores & Leuitas. 23 Id est, restitui eos in locum suum in quo fuerant antea. 24 Heb. misericordias meas quas.

25 Ceremoniis. 26 In Judæa. 27 Heb. & testificatus sum in die qua vendebant escas, id est, adhibitis testibus admonui eos die qua vendebant escas, ne quoque pacto id facerent.

28 Heb. cum obtenebratæ essent portæ i. iam appetente ac imminente sabbatho: quod quidem incipiebat a vesperatis occasum solis. His indicat quanta solicitudine ac diligentia curauerit seruandum sabbathum.
29 i. testes vocaui contra eos, hoc est adhibitis testibus intermnatus sum.
30 ob id quoque.
31 Misericordiæ.
32 duxerant (sibi.)
33 id est, sermone singulorum populorum.
34 sub. in hunc modum.
35 Heb. & vobis numquid morem geremus.
36 id est, Et constitui ordines in oblatione lignorum, ad fouendum cælestem illum ignem perpetuum qui perpetuo ardebat in altari.
37 i. postea mihi benefacias.

19 *Contigit deinde vt [28] incidentibus umbris in portis Ierusalem ante sabbatum, iuberem ostia claudere: nec iussi reserare ea vsque post sabbatum: constitui praterea ex pueris meis quosdam pro portis, ne inferretur onus die sabbati.*

20 *Pernoctârunt itaque negotiatores, & qui omnia venalia venum exponebant, extra Ierusalem semel atque iterum.*

21 *[29] Obtestatus igitur eos, dixi eis, Cur vos pernoctatis ante mœnia? sed nunc feceritis, iniiciam vobis manum. ab eo tempore non venerunt in sabbato.*

22 *Dixi quoque ad Leuitas vt se purificarent, & venientes custodirent portas ad sanctificandum diem sabbati. etiam [30] huius memineris erga me Deus meus, & parce mihi secundum multitudinem [31] beneficentiæ tuæ.*

23 *Vidi præterea in diebus illis Iudæos, qui [32] collocauerant [sibi] vxores Asoticas, Ammoniticas & Moabiticas:*

24 *Quorum filii loquebantur partim Asotice, nec Iudaice loqui norant, sed [33] lingua populi ac populi.*

25 *Obiurgaui igitur eos, & execratus sum eos, percussique quosdam ex eis, & depilaui eos, iureque iurando astrinxi eos [34] per Deum, Ne [inquam,] dederitis filias vestras filiis eorum, nec duxeritis ex filiabus eorum filiis vestris & vobis.*

26 *Annon Salomon rex Israelis in illis peccauit? quum tamen in multis gentibus non esset rex ei similis, nempe qui dilectus erat Deo suo, & quem constituerat Deus regem super cunctum Israelem, nihilo tamen secius extera mulieres in peccatum pertraxerunt.*

27 *[35] An verò vobis hoc nunquam est auditum, vniuersum istud tam grande malum designetis, & prævaricemini contra Deum nostrum ducendo vxores alienigenas?*

28 *De filiis porrò Ioiadæ filii Eliasib summi sacerdotis quidam gener factus est ipsi Sanballat Horonita, quem ego à me fugaui.*

29 *Memineris eorum ô Deus meus, qui polluunt sacerdotium atque pactum sacerdotii & Leuitarum.*

30 *Purificaui igitur eos ab omnibus extraneis, & constitui custodias sacerdotum & Leuitarum, quemque in suo opere:*

31 *[36] Et pro adductione lignorum temporibus constitutis: sic pro primitiis. memento mei Deus meus [37] ad bonum.*

19 Factum est autem, cum quieuissent portæ Jerusalem in die Sabbathi, dixi: & clauserunt ianuas, & præcepi vt non aperirent eas vsque post Sabbathum: & de pueris meis constitui super portas, vt nullus inferret onus in die Sabbathi.

20 Et manserunt negociatores, & vendentes vniuersa venalia, foris Jerusalem semel & bis.

21 Et contestatus sum eos, & dixi eis, Quare manetis ex aduerso muri? si secundò hoc feceritis, manum mittam in vos. itaque ex tempore illo nõ venerunt in Sabbatho.

22 * Dixique Leuitis vt mundarentur, & venirent ad custodiendas portas, & sanctificandam diem Sabbathi. & pro hoc rogo memento mei Deus meus, & parce mihi secundum multitudinem miserationum tuarum. — * Dixi quoque. D

23 Sed & in diebus illis vidi Iudæos ducentes vxores Azotidas, Ammonitidas, & Moabitidas. — *Increpat Iudæos ducentes vxores alienigenas.*

24 Et filii eorum ex media parte loquebantur Azotice, nesciebant loqui Iudaice, & loquebantur iuxta linguam populi & populi.

25 Et obiurgaui eos, & maledixi. & cecidi ex eis viros, & decaluaui eos, & adiuraui in Deo vt non darent filias suas filiis eorum, & non acciperent de filiabus eorum filiis suis, & sibimetipsis, dicens:

26 ‖ Numquid non in huiuscemodi re peccauit Salomon rex Israel? & certe in gentibus multis non erat rex similis ei: & dilectus Deo suo erat, & posuit eum Deus regem super omnem Israel: ‖ & ipsum ergo duxerunt ad peccatum mulieres alienigenæ. — 3.Reg.3.b — 3.Reg.11.a

27 Numquid & nos inobedientes faciemus omne malum grande hoc, vt præuaricemur in Deo nostro, & ducamus vxores peregrinas?

28 De filiis autem Joiada filii Eliasib sacerdotis magni, gener erat Sanaballat Horonites, quem fugaui à me.

29 Recordare Domine Deus meus aduersum eos qui polluunt sacerdotium, iusque sacerdotale & Leuiticum.

30 Igitur mundaui eos ab omnibus alienigenis & constitui ordines sacerdotum, & Leuitarum, vnumquemque in ministerio suo:

31 Et in oblatione lignorum in temporibus cõstitutis, & in primitiis, memento mei Deus meus in bonum. Amen.

LIBER ESDRÆ TERTIVS, QVI INTER APOCRYPHA ponitur.

Argumentum libri Tertii Esdræ.

Hic liber ex historiis Chronicorum, Hezræ & Nehemiæ consarcinatus est, & eodem est argumento, si vnam historiam excepeis de trium illorum iudicio coram Dario Rege pronunciato quid omnium esset fortissimum: vnde præmium in Zorobabelem collatum dicitur, & omnia bona communicata cum Iudæorum gente.

CAPVT I.

1 Id est, diem festum paschatis.
2 i. agnum paschalem.

CVM Iosias ageret [1] post hæc Domino Ierosolymis.

2 *Constituitque, & iuxta quotidianas sanctitatum vices adornatis in templo Domini sacerdotibus, [2] pascha quarta decima luna mensis primi immolaret.*

3 *Iussit Leuitas sacrorum Israelitarum ministros consecrare se Domino, ad sacram eius arcam in templo, quod Dauidis filius rex Salomon ædificarat, collocandam.*

ET FECIT Josias Pascha in Jerosolymis Domino, & immolauit phase quarta decima luna primi mensis. — A — 4.Reg.23.c — 2.Paral.35.a

2 Statuens sacerdotes per vices dierum stolis amictos in templo Domini:

3 Et dixit Leuitis sacris seruis Israel, vt sanctificarent se Domino in positione sanctæ arcæ Domini, in domo, quam ædificauit Salomon filius Dauid rex.

4 Non

4 Non erit vobis tollere super humeros eam. Et nunc deseruite Domino vestro, & curam agite gentis illius Israel, ex parte secundum pagos & tribus vestras,

5 Secundum scripturam Dauid regis Israel, & secundum magnificentiam Salomonis filii eius, omnes in templo, & secũdum particulam principatus paternam vestram eorum qui stant in conspectu fratrum filiorum Israel.

6 Immolate pascha, & sacrificia parate fratribus vestris, & facite secundum præceptum Domini, quod datum est Moysi.

7 Et donauit Josias in plebem quæ inuenta est, ouium, agnorum, & hœdorum, & caprarũ triginta millia, vitulos tria millia.

8 Hæc de regalibus data sunt secundũ promissionem populo: & sacerdotib. in pascha, oues numero duo millia, ac vituli centum.

9 Et Jechonias, & Semeias, & Nathanael fratres, & Hasabias, & Oziel, & Coraba in Phase, oues quinque millia, vitulos quingentos.

10 Et hæc cum fierent eleganter, steterunt sacerdotes & Leuitæ, habentes azyma per tribus.

11 Et secundum partes principatus patrum, in conspectu populi offerebant Domino, secundũ ea quæ in libro Moysi scripta sunt.

12 Et assauerunt Phase igni prout oportebat: & hostias coxerunt in *æneis, & in ollis cum beneuolentia:

*aenulis. vt 3. Reg. 7. f.

13 Et attulerunt omnibus qui erant ex plebe: & post hæc parauerunt sibi & sacerdotibus.

14 Sacerdotes enim offerebant adipes, vsq. dum finita esset hora: & Leuitæ parauerunt sibi, & fratribus suis filiis Aaron.

15 Et sacri cantores filii Asaph erant per ordinem secundum præceptum Dauid, & Asaph, & Zacharias, & Jeddinus, qui erat à rege.

16 Et ostiarii per singulas ianuas, ita vt nõ præuaricaretur vnusquisq; suam: fratres enim illorum parauerunt illis.

17 Et consummata sunt quæ pertinebant ad sacrificium Domini.

18 In illa die egerunt Phase, & offerebant hostias super Domini sacrificium, secũdum præceptum regis Josiæ.

19 Et egerunt filii Israel, qui inuenti sunt in tempore illo, Phase: & diem festum azymorum per dies septem:

20 Et non est celebratum Phase tale in Israel, à temporibus Samuelis prophetæ:

21 Et omnes reges Israel non celebrauerũt tale pascha, quale egit Josias, & sacerdotes, & Leuitæ, & Judæi, & omnis Israel, qui inuenti sunt in commoratione Jerosolymis.

22 Octauo decimo anno, regnante Josia, celebratum est Phase.

23 Et directa sunt opera Josiæ in conspectu Domini sui in corde pleno metuentis:

24 Et quæ circa illum quidem conscripta sunt in pristinis temporibus de eis qui peccauerũt, qui que irreligiosi fuerunt in Dominum præ omni gẽte, & qui non quæsierunt verba Domini super Israel.

25 Et post omnem actum hunc Josiæ, ascendit Pharao rex Ægypti, veniens in Charcamis ab ituræa super Euphraten, & exiit obuiam illi Josias.

26 Et misit rex Ægypti ad Josiam, dicens, Quid mihi & tibi est rex Judæ:

27 Non sum missus à Domino vt pugnẽ contra te: super Euphraten enim bellum meum est: festinans descende.

4 Non erit, ait, cur eam vestris gestetis humeris, sed iam inde Dominum Deum nostrum colite, populumque eius Israelitas adiute operam. Comparate autem vos secũdum familias & tribus vestras,

5 Iuxta præscriptum Dauidis regis Israelitici, & magnificam descriptionem filii eius Salomonis, inque templo prout quæq; familiarum vestrarum Leuiticarum primatum sortita est, in conspectu fratrum vestrorum Israelitarum stantes.

6 Ordine [3]pascha[3] immolate, victimásq; parate ipsis, & [4]pascha iuxta præceptum Domini Mosi datum obite.

7 Donauit autem Josias populo, quam frequens aderat, agnorum & hœdorum triginta millia, triaq; millia vitulorum.

8 Quæ de [5]penariis regiis ex pollicito data fuerunt populo, sacerdotibus & Leuitis. Largiti sunt item Helcias, Zacharias, & [6]Jehiel, æditui templi, ad obeũdum pascha, sacerdotibus ouium duo millia sexingentas cũ vitulis trecentis.

9 Jechonias insuper, Schamaias & Nathanael fratres, & [7] Haschabias, & Jeiel, & Jozabad tribuni largiti sunt ad celebrandum pascha Leuitis, ouium quinq; millia, & vitulos [8] quingentos.

10 Dum hæc gerebantur eleganter stabant sacerdotes & Leuitæ secundum tribus,

11 Et cum quemque sua sors tetigerat à patribus primatum tenentes in conspectu populi panes azymos, quos Domino secundũ præscriptũ libri Mosis consecrarant.

12 [9] Et hæc ita matutino tempore. Torrebant autem igni pascha, vt par erat, victimas vero lixabant in ahenis & lebetibus [10] odore gratissimo,

13 Totiq; cœtui deferebant. Post hæc item sibi, & prognatis Aaronis sacerdotibus fratribus suis dapem apparabant.

14 Sacerdotes enim adolebant adipes, donec tẽpus opportunum exiisset: Leuitæq; sibi, sacerdotibusq; prognatis Aaronis fratribus suis dapem parabant.

15 Et sacri cantores posteri Asaph suum munus obibant ordine, prout erat ipsis à Dauide constitutũ, nẽpe Asaph, [11] Zacharias, & [12] Jeduthun à rege designatus.

16 Ostiariorum autem pro singulis portis excubantium non licebat vlli vicem suam deserere: fratres enim illorum Leuitæ dapem ipsis apparabant.

17 Quæ igitur pertinebant ad sacrificiũ Domini, paschate agitando, victimisq; ad aram Dei immolandis.

18 Die illo cõsummata sunt secũdũ mãdatũ regis Josiæ.

19 Et egerunt Israelitæ, quàm frequentes aderant pascha, diemq; festum azymorum per septem dies;

20 Nec tale pascha celebratum est in Israel iam inde à temporibus Samuelis prophetæ.

21 Neq; vero tale pascha celebrauerunt vlli reges Israelitici, quale Josias egit, & sacerdotes ac Leuitæ, Judæi & Israelitæ omnes, quàm tum numerosi Jerosolymis commorabantur

22 Octauo decimo anno regni Josiæ celebratum est hoc pascha,

23 Rectèq; cõformata fuerunt instituta Josiæ in cõspectu Domini sui, vt qui esset animo pleno pietatis.

24 Cæterum historia rerum ipsi continuatarum est in prioribus seu ueterum annalibus conscripta de iis qui peccauerunt, & impietate in Dominũ superarunt omnes gẽtes & regna, [13]eaq; quibus offenderunt ipsum studia, adeo vt oracula Dei inualescerent aduersus Israelem.

25 Et post omnem hunc actum Josiæ accidit vt rex Ægypti Pharao profectus bellum moueret aduersus Carchemim quæ est ad Euphratem: cumq; obuiam illi progressus esset Josias.

26 Misit ad eum rex Ægypti qui dicerent, Quid tibi rei mecum est rex Judææ?

27 Nequaquam aduersus te à Domino Deo missus sum, sed bellum ad Euphraten est mihi, iamq; adest mecum.

cum fecit Dominus ... properatio me ...

[3] i. agnum paschalem.
[4] i. Solenne paschatis.
[5] vel, fisco regio.
[6] ἱερὸς.
[7] ; οὕβλας, ἢ ὃ ... alliter. Choraba.
[8] aliter, septingentos.
[9] וַיִּבֶן לַבֹּקֶר & item vitulos scilicet ... alii legerunt. לַבָּקָר.
[10] בְּצֵלָחוֹת i. in cacabis. Septuaginta à צָלַח i. gratiosus fuit.
[11] ἢ Ζαχαρίας.
[12] Aliter, id hominis.
[13] Vel, eaq; quibus offenderunt eum per cultum iterum ...

28 Non tamen auertit se Josias ad currum suum, sed parabat prælio decernere non acquiesciens responsis ex oraculo Domini Jeremiæ prophetæ,

29 Et pugnam cum eo commisit in campo Megeddo: cumque [24] descendissent ad regem Josiam principes.

30 Seruis suis, Auferte me, clamat, è prælio: nam grauiter sauciatus sum protinusque eum ex acie serui eius sustulerunt.

31 Et cum ascendisset currum suum secundarium, reuectus Jerosolymam, vitam cum morte commutauit: & sepultus est in paterno sepulchro.

32 Per totam itaque Judæam luctus secutus est Josiam, & defleuit eum Jeremias etiam propheta, proceresque vnà cum vxoribus lamentati sunt eum ad hunc vsque diem: traditumque adeo mos est hoc faciendi perpetuus in omne genus Israeliticum.

33 Verum hæc annalibus regum Judaicorum perscripta sunt, quid rerum singillatim patratum sit ab Josia, quæ fuerit eius gloria, quanta demum ad legem Domini dexteritas ingenii, Ipsius autem ante facta, & quæ nunc commemorauimus, prodita sunt annalibus regum Israeliticorum & Judaicorum.

34 Porro populares assumptum Joachaz Josiæ filium, regem loco patris sui declarauerunt, viginti tres annos habentem.

35 Is tribus mensibus regnauit in Judæa & Jerosolymis, vsque dum ei regnum Jerosolymitanum abrogauit rex Ægypti.

36 Populoque talentis argenti centum, vnoque auri mulctato.

37 Regem Judææ & Jerosolymæ constituit Joakim fratrem ipsius,

38 Qui in vincula coniecit magistratus, ipse vero Zaracem fratrem eius comprehensum [25] abduxit in Ægyptum.

39 Cæterum annos viginti quinque natus erat Joakim cum regnum Judaicum & Jerosolymitanum adeptus est, & improbè egit erga Dominum,

40 Aduersusque eum bello Nabuchodonozor rex Babylonis, & catenis constrictum Babylonem abduxit.

41 Sacrorumque vasorum Domini ablatam partem in templo suo Babylonis collocauit.

42 Verum huius historia, impuritas, & ignominia, regum annalibus perscripta est. Successit autem in regnû ei Joachin filius.

43 Erat enim octodecim iam annos habebat, cum rex constitueretur.

44 Regnauit autem menses tres & decem dies Jerosolymis, & impiè se gessit erga Dominum.

45 Exactoque anno missis copiis transtulit eum Nabuchodonozor Babylonem vnà cum sacris vasis Domini.

46 Et constituit Zedekiam regem Judææ & Jerosolymæ viginti vnum annos natum, qui regnauit annis vndecim.

47 Et grauiter offendit Dominum, nec reueritus est sermones ab Jeremia propheta ex oraculo Domini pronunciatos,

48 Sed iureiurando adactus in verba regis Nabuchodonozoris defecit perfidè, & obdurata ceruice, obfirmatoque animo suo leges Domini Dei Israelitici violauit.

49 Adhæc principes populi sacerdotumque iniquè multa perpetrauerunt, excesseruntque omne impuritate omnium gentium, templumque Domini sacrosanctum Jerosolymis prophanauerunt.

50 Et misit Deus maiorum ipsorum legatum suum per quem reuocaret eos, propterea quod parceret illis, atque tabernaculo suo.

51 At illi videre legatos eius, & quoties loqueretur Dominus prophetis eius illudere.

52 Donec ira commotus in populum suum propter impia facta, mandaret consurgere in eum reges Chaldæorum.

24 [Hebrew] videntur legisse Septuaginta pro [Hebrew] iaculati sunt.

25 Septuaginta tamen habent ὁ ἀνήγαγεν ἐξ Αἰγύπτου ... dubie mendose.

28 Et non est reuersus Josias super currum: sed expugnare eum conabatur, non attendens verbum prophetæ ex ore Domini:

29 Sed constituit ad eum bellum in campo Mageddo. Et descenderunt principes ad regem Josiam.

30 Et dixit rex pueris suis, Amouete me à prælio: infirmatus sum enim valde. Et statim amouerunt eum pueri ipsius de acie.

31 Et ascendit super currum secundarium suum: & perueniens Jerosolymam, vita functus est: & sepultus est in paterno sepulchro.

32 Et in tota Judæa lugebant Josiam: & qui præsidebant, cum vxoribus lamentabant eum vsque in hunc diem. Et datum est hoc fieri semper in omne genus Israel.

33 Hæc autem præscripta sunt in Libro historiarum regum Judæ: & singula gesta actus Josiæ, & eius gloria, & intellectus eius in lege Domini: quæque gesta sunt ab eo, & quæ non, scripta sunt in libro regum Israel & Judæ. B

34 Et assumentes qui erant ex gente, Jechoniam filium Josiæ, constituerunt regem pro Josia patre suo, cum esset annorum triginta trium.

35 Et regnauit super Israel mensibus tribus. Et amouit eû rex Ægypti, ne regnaret in Jerosolymis:

36 Et mulctauit gentem argenti talenta centum, & auri talentum vnum.

37 Et constituit rex Ægypti Joachin fratrem ipsius, regem Judæ & Jerusalem:

38 Et alligauit magistratus Joacim, & Zaracesem fratrê suû, & apprehendens reduxit in Ægyptû.

39 Annorum erat Joacim viginti quinque, cum regnare cœpisset in terra Juda, & Jerusalem: & fecit malum in conspectu Domini.

40 Post hunc autem ascendit Nabuchodonosor rex Babylonis, & alligans eû in æreo vinculo, perduxit in Babyloniam:

41 Et sacra vasa Domini accepit Nabuchodonosor, & tulit, & consecrauit in templo suo in Babylonia.

42 Nam de immunditia illius, & irreligiositate scriptum est in libro temporum regum.

43 Et regnauit Joachin filius eius pro eo. Cum autem constitutus esset rex, erat annorum decem & octo. F

44 Regnauit autem menses tres, & dies decem in Jerusalem, & fecit malum in conspectu Domini.

45 Et post annum mittens Nabuchodonosor, transmigrauit eum in Babyloniam simul cum sacris vasis Domini.

46 Et constituit Sedeciam regem Juda, & Jerusalem, cum esset annorum viginti vnius. Regnauit autem annis vndecim.

47 Et fecit malum in conspectu Domini, & non est veritus à verbis quæ dicta sunt ab Jeremia propheta ex ore Domini: Iere. [illegible]

48 Et adiuratus à rege Nabuchodonosor, periurans discessit: & indurata ceruice sua, & corde suo, transgressus est legitima Domini Dei Israel.

49 Et duces populi Domini multa iniquè gesserunt, & impiè egerunt super omnes immunditias Gentium: & polluerunt templum Domini, quod sanctum erat in Jerosolymis.

50 Et misit Deus patrum ipsorum per Angelum suum reuocare eos, propter quod parceret illis, & tabernaculo suo:

51 Ipsi vero subsannabant in angelis suis: & qua die locutus est Dominus, erant illudentes prophetis eius. G

52 Qui vsque ad iracundiâ concitatus est super gentem suam, propter irreligiositatem suam: & præcepit ascendere reges Chaldæorum,

53 Hi occiderunt iuuenes eorum, in gladio, in circuitu sancti templi eorum, & non pepercerunt iuueni, & seni, & virgini, & adolescenti:

54 Sed omnes traditi sunt in manus ipsorum: & omnia sacra vasa Domini, & regales apothecas resumentes, tulerunt in Babyloniam:

55 Et incenderunt domum Domini, & demolierunt muros Ierusalem: & turres eius incenderunt igne,

56 Et consummauerunt omnia honorifica eius, & ad nihilum redegerunt, & reliquos à gladio duxerunt in Babylonem.

Ierem.25.c.& 29.c 57 Et erant serui illius vsq; dum regnarent Persæ] in repletione verbi Domini in ore Ieremiæ:

58 Quousq; benigne ageret terra sabbatha sua, omni tempore desertionis suæ sabbathizauit in applicatione annorum septuaginta septem.

53 *Qui iuuenes eorum per loca templi sui sacrosancto circumiecta gladio trucidauerunt. Non pepercerunt iuueni, non virgini, non seruo non adolescenti.*

54 *Sed vniuersi traditi sunt in manus illorũ. Omnia vero sacra vasa Domini magna simul & parua, instrumentaq; arcæ Dei, ac sub atos thesauros regios Babylonem asportauere:*

55 *Templum Domini succenderunt, muros Ierosolymæ demoliti sunt, ignem intulerunt turribus eorum.*

56 *Omnibusq; ornamentis vrbis conficiendis possundatis, superstites gladii Babylonem abduxerunt.*

57 *Vbi regi seruierunt, & filiis ipsius, vsq; dum regnum occuparent Persæ, vt impleretur quod Dominus per os Ieremiæ prædixerat:*

58 *Vsq; dum terra suauiter acquieuisset in sabbathis suis, egissetq; sabbathum omni tempore vastitatis suæ, vsque ad exactos annos septuaginta.*

CAPVT II.

2.Paralip.36.d 1.Esdr.1.a A 1 REgnante Cyro rege Persarum in consummatione verbi Domini in ore Ieremiæ.

2 Suscitauit Dominus spiritum Cyri regis Persarum, & prædicauit in toto regno suo simul per scripturam, dicens:

3 Hæc dicit Cyrus rex Persarum, Me constituit regem orbi terrarum Dominus Israel, Dominus excelsus.

4 Et significauit mihi ædificare domum sibi in Ierusalem, quæ est in Iudæa.

5 Si quis est ex genere vestro, dominus ipsius ascendat cum eo in Ierusalem.

6 Quotquot ergo circa loca habitant, adiuuent eos qui sunt in loco ipso.

7 In auro & argento, in dationibus cum equis & iumentis, cumque aliis quæ secundum vota apponuntur in ædem Domini quæ est in Ierusalẽ.

8 Et stantes principes tribuum, pagorum, & Iudææ ex tribu Beniamin, & sacerdotes, & Leuitæ, quos excitauit Dominus ascendere, & ædificare domum Domini, quæ est in Ierusalem.

B 9 Et qui erant in circuitu eorum, adiuuerunt in omni auro & argento eius, & iumentis, & votis compluribus multi quorum sensus excitatus est.

10 Et Cyrus rex protulit vasa sacra Domini, quæ transtulit Nabuchodonosor rex Babylonis ex Ierusalem, & consecrauit ea idolo suo.

11 Et proferens ea Cyrus rex Persarum, tradidit Mithridati, qui erat super thesauros ipsius.

12 Per hunc autem tradita sunt Salmanasaro præsidi Iudææ.

13 Horum autem hic numerus: Libatoria argentea duo millia quadringenta, athisicæ argenteæ triginta: phialæ aureæ triginta, item argenteæ, duo millia quadringentæ, & alia vasa mille.

14 Omnia autem vasa aurea & argenteæ quinque millia octingenta sexaginta.

15 Et enumerata sunt Salmanasaro simul cum his qui ex captiuitate Babyloniæ venerant in Ierosolymam.

1.Esd.4.b 16 ¶ In Artaxerxis autem regis Persarum temporibus scripserunt ei de his qui habitabant in Iudæa & Ierusalem, Balsamus, & Mithridates, & Sabellius, & Rathimus, Balthemus, Samellius scriba, & reliqui habitantes in Samaria, & cæteris locis: subiectam epistolam regi Artaxerxi.

17 DOMINO, pueri tui Rathimus ab accidentibus, & Sabellius scriba, & reliqui curiæ tuæ iudices in Cælesyria & Phœnice.

18 Et nunc notum sit Domino regi quoniã Iudæi qui ascenderũt à vobis ad nos, venientes in Ierusalẽ ciuitatem refugã & pessimam, ædificant forũ eius, & statuunt muros, & templum suscitant.

1 *ANno primo Cyri Persarum regis præstaturus quod prædixerat per os Ieremiæ Dominus:*

2 *Excitauit animum eiusdem regis Persarum Cyri, vt edictum in toto regno suo publicaret, scriptis simul etiam in hæc verba diplomatibus.*

3 *Hæc edicit Persarum rex Cyrus. Regem me constituit orbi Dominus Israeliticus, Dominus celsissimus:*

4 *Mandauitq; mihi templum sibi Ierosolymæ, quæ est in Iudæa, ædificandum.*

5 *Si quis est itaq; vestrũ de gente ipsius, adsit illi Dominus ille, Dominus ipsius. & Ierosolymã, quæ est in Iudæa, profectus, templũ Domino Israelitico ædificet. Hic est ille Dominus, qui tabernaculum habuit Ierosolymis.*

6 *Quotquot igitur hinc inde habitant, adiuuent eos incolæ cuiusq; loci.*

7 *Tam auro & argento, quàm donariis, equis, iumentis, simul & aliis rebus in templo Domini Ierosolymitano ex voto dedicandis.*

8 *Tum principes tribuum & familiarum Beniamin cum sacerdotibus & Leuitis, omnesq; adeò quorum excitauit Dominus animum, erecti sunt in profectionem, ad ædificandum templum Domini Ierosolymitanum:*

9 *Et vicini circum populi ferebant opem omni ratione, argento, auro, equis, iumentis, & votiuis donariis cõpluribus multorum, quibus ea mens iniecta fuerat.*

10 *Rex quoq; Cyrus protulit sacra vasa Domini, quæ Nabuchodonozor transtulerat Ierosolymis, & in delubro suo collocarat:*

11 *Ea inquam, prolata Cyrus rex Persarum Mithridati tribuno ærarii sui tradidit.*

12 *Ab eoq; rursum [1] Sassabassaro præsidi Iudææ cõmendata fuerunt.* [1] ששבצר 1.Esd.1.

13 *Quorũ hic erat numerus; Crateres argentei libaminibus dicati mille, et itẽ mille aurei: pelues sacrificæ argenteæ viginti nouẽ: phialæ aureæ triginta, argentearũ verò [2] duo millia quadringenta & decem, aliaq; vasa mille.* [2]

14 *In vniuersum autem vasorum tam aureorũ quã argenteorũ quinq; millia, quadringenta sexaginta numerata fuerunt.* משנים 1.Esd.1.

15 *Et a Sassabassaro vnà cum iis qui Babylone Ierosolymam redierunt e captiuitate, reportata.*

16 *Porrò Artaxerxi, quib. Persarũ rex erat temporibus, Bischlemus, Mithridates, Tabel, Rahumus, Beeltecmus, & scriba [3] Semellius, eorumq; collegæ cæteri tã Samariæ quàm aliorum locorum incolæ subiectam hanc scripserũt epistolam. REGI Artaxerxi Domino serui tui.* [3] 1.Esd.4. ישמשי Vnde Græce Semelios & corrupte Semellius.

17 *Rahumus a commentariis, & scriba Samellius, tum reliqui eiusdem curiæ collegæ ipsorum, ac iudices in Cælesyria Phœnice, &c.*

18 *Iam nunc Dominus rex certum habeto Iudæos istinc ad nos profectos, vbi venerunt Ierosolymam in ciuitatem illam perfidam & malitiosam, & ædificare forum, & mœnia instaurare, templumq; restituere.*

19 *Quod si hæc vrbs ædificata fuerit, murique consummati, nequaquam sustinebunt tributum pendere, sed regibus resistent etiam.*

20 *Et quia feruet opus circa templum, rectè factum arbitramur, rem talem non neglexisse.*

21 *Sed Domino nostro regi declarasse, vt si videatur tibi, quæratur in maiorum tuorum annalibus.*

22 *Et enim inuenies in monumentis de his scripta quædam, & cognosces rebellatricem fuisse ciuitatem illam, grauem regibus ac ciuitatibus:*

23 *Ipsos quoque Iudæos perfidos bellis conflatis in ea detentos iam inde ab æuo: quam ob causam & vrbs illa deuastanda est.*

24 *Nunc ergo significamus tibi Domine rex, si vrbs hæc restituta fuerit, murique eius instaurati, non datum iri tibi posthac in Cœlesyriam ac Phœniciam reditionem.*

25 *Tum rescripsit rex Rahumo à commentariis, & Beelteemo, tum scribæ Semellio, cæterisque collegis eiusdem ordinis, & incolis Samariæ, Syriæ Phœniciæque, quæ subsequuntur.*

26 *EPISTOLAM quam mihi misistis legi, cúmque decreuissem vt res inquireretur, inuentum est ciuitatem illam iam inde ab æuo aduersari regibus.*

27 *Et populum eius rebellionum ac bellorum esse studiosum, regesque potentes ac prægraues fuisse Ierosolymis in Cœlesyriam & Phœniciam tributa exigendis dominatos.*

28 *Nunc ergo præcipiendum putaui, vt vrbis ædificatio ne prohibeatur ille populus, & prouideatur vt ne quid fiat his amplius.*

29 *Neque procedat vlterius ad obturbandum regibus malitia.*

30 *Tunc recitatis iis quæ à rege Artaxerxe scripta fuerant, Rahumus & scriba Semellius, hisque cooptati collegæ cum conscendissent, Ierosolymam festinarunt cum equitatu & agmine frequenti.*

31 *Ædificiumque cœperunt prohibere: inhibitaque est ædificatio templi Ierosolymis tantisper vsque ad annum secundum regni Darii regis Persarum.*

19 Quòd si ciuitas ista, & muri cõsummati fuerint, non tantum tributa non sustinebunt pendere, sed etiam regibus resistent.

20 Et quia id agitur circa templum, rectè haberi arbitrati sumus non despicere hoc ipsum:

21 Sed notum facere Domino regi, vt si videbitur, rex, quæratur in libris patrum tuorum.

22 Et inuenies in admonitionibus scripta de his, & sciens quoniam ciuitas ista fuit refuga, & reges & ciuitates concutiens.

23 Et Iudæi refugæ, & prælia committentes in ea ab æterno: ob quã causam ciuitas ista deserta est.

24 Nunc ergo notum facimus domine rex, quoniam si ciuitas hæc ædificata fuerit, & huius muri erecti fuerint, descensus tibi non erit in Cœlesyriam & Phœnicem.

25 Tũc scripsit rex Rathimo, qui scribebat accidentia, & Balthemo, & Sabellio scribæ, & cæteris constitutis, & habitantibus in Syria & Phœnice, ea quæ subiecta sunt.

26 LEGI epistolam quam misistis mihi. Præcepi ergo inquiri, & inuentum est quoniam ciuitas illa est ab æuo regibus resistens.

27 Et homines refugæ, & prælia in eam efficientes, & reges fortissimi erant in Ierusalem dominãtes, & tributa exigentes à Cœlesyria & Phœnice.

28 Nunc ergo præcipe prohibere homines illos ædificare ciuitatem, & prohibere nequid vltra hæc fiat:

29 Sed nec procedant in plurimum, Ex quo sunt malitiæ, ita vt regibus molestia importetur.

30 Tunc recitatis his quæ à rege Artaxerxe scripta fuerant Rathimus, & Sabellius scriba, & qui cũ his constituti erant iungentes festinanter venerunt in Ierusalẽ cum æquitatu, & turba, & agmine:

31 Cœperuntq; ædificantes prohibere, & vacabant ab ædificatione templi in Ierusalem, vsq. secundo anno regni Darii regis Persarum.

CAPVT III.

1 *REgnum autem adeptus Darius, celebrauit conuiuium magnum popularibus suis omnibus, & vernaculis.*

2 *Ac magistratibus Mediæ & Persidis, præfectis, imperatoribus, & inferioribus à se præsidibus omnibus, ab India vsque ad Æthiopiam, per centum viginti septem prouincias.*

3 *Hi cum cibo potuque satiati reuerterentur, rex quoque Darius se recepit in suum cubiculum, & dormiuit donec expergisceretur.*

4 *Tum tres iuuenes satellites custodes regii corporis dixerunt alius alii.*

5 *Proponamus quisque nostrum dictum aliquod eximium: vt cuius sua vis fuerit oratio cæteris sapientior, donet eum rex Darius muneribus ac præmiis amplissimis.*

6 *Vt induatur purpura, bibat ex auro, in auro dormiat, insideat in aureis bigis vehatur, & cum cidari byssina, collo torquatus.*

7 *Secundus à Dario propter sapientiam suam sedeat, cognatusque Darii vocetur.*

8 *Tum scriptum singuli dictum suum cum consignassent, ceruicali Darii regis supposuere. Etenim dicebant.*

9 *Cum experrectus fuerit rex, hæc ei schedula dabitur: & quem quisque iudicarit rex & tres principes Persidis, de dicto suo sapientissimum, ei præmium palmæ dabitur, quemadmodum scriptum est modo.*

10 *Scripsit autem vnus, Potentissima res est vinum.*

11 *Alter scripsit. Rex est res potentissima.*

12 *Tertius scripsit. Res potentissima sunt mulieres: ante omnia vero vincit veritas.*

13 *Cumque surrexisset rex, sumptoque codicillos ei exhibuissent, legit eos*

1 REx Darius fecit cœnam magnam omnibus vernaculis suis. A

2 Et omnibus magistratibus Mediæ & Persidis, & omnibus purpuratis, & prætoribus, & consulibus, & præfectis sub illo ab India vsq. Æthiopiam, centum viginti septem prouinciis.

3 Et cum manducassent & bibissent, & satiati reuerterentur, tunc Darius rex ascendit in cubiculum suum, & dormiuit, & expergefactus est.

4 Tunc illi tres iuuenes corporis custodes, qui custodiebant corpus regis dixerunt alter alteri.

5 Dicamus vnusquisq; nostrum sermonem qui præcellat: & cuiuscunq; apparuerit sermo sapientior alterius, dabit illi rex Darius dona magna:

6 Purpura cooperiri, & in auro bibere, & super aurum dormire, & currũ aureo fræno, & cydarim byssinam, & torquem circa collum: B

7 Et secundo loco sedebit à Dario propter sapientiam suam, & cognatus Darii vocabitur,

8 Tunc scribentes singuli suum verbum signauerunt, & posuerunt subtus ceruical Darii Regis, & dixerunt.

9 Cumq; surrexerit rex dabimus illi scripta nostra: & quodcunq; iudicauerit rex è tribus, & magistratus Persidis, quoniam verbum eius sapientius est, ipsi dabitur victoria sicut scriptum est.

10 Vnus scripsit, Forte est vinum. C

11 Alius scripsit, Fortior est rex.

12 Tertius scripsit, Fortiores sunt mulieres: super omnia autem vincit veritas.

13 Et cum surrexisset rex, acceperunt scripta sua, & dederunt illi, & legit.

14 Et

14 Et mittens vocauit omnes magistratus Persarū, & Medos, & purpuratos, & prætores, & præfectos:

15 Et sederunt in concilio: & lecta sunt scripta coram ipsis.

16 Et dixit, Vocate adolescentes, & ipsi indicabunt verba sua. Et vocati sunt, & introiuerunt.

17 Et dixit illis, Indicate nobis de his quæ scripta sunt. Et cœpit prior, qui dixerat de fortitudine vini, & dixit:

18 Viri, quàm præualet vinum omnibus hominibus qui bibunt illud?

D 19 Seducit mentem. Itémq; regis & orphani facit mentem vnam. Item serui ac liberi, pauperis ac diuitis,

20 Et omnem mentem conuertit in securitatem & iucunditatem, & non meminit omnem tristitiā & debitum,

21 Et omnia præcordia facit honesta, & nō meminit regem, nec magistratum, & omnia per talenta loqui facit.

22 Et non meminerunt, cum biberunt, amicitiam, nec fraternitatem: sed non multum pòst, sumunt gladios:

23 Et cum à vino mederint & surrexerint, non meminerunt quæ gesserunt.

24 O viri, num præcellit vinum? quis sic cogitat facere? Et tacuit hoc dicto.

14 Misitq; conuocatum omnes Persidis & Mediæ proceres, præfectos, imperatores, præsides, consules.

15 Cúmque pro concilio sedisset, lecta coram illis schedula.

16 Vocate, inquit, iuuenes ipsos, vt sua dicta ipsi nobis edisserant. Vt ergo vocati intrôiuerunt,

17 Dixit illis: Disserite nobis de scriptis his. Tum cœpit primus qui de potentia vini dixerat, & ita locutus est:

18 Quantopere præualet, ô viri, vinum omnibus qui bibunt illud, hominibus?

19 Errorem enim offundit menti: regisq; & pupilli, serui & liberi, pauperis atque diuitis vniusmodi reddit animum,

20 Omniúmque adeo voluntatem conuertit in oblectamenta conuiualia, & hilaritatem, vt nemo meminerit vllius molestiæ aut æris alieni.

21 Siquidem diuitiis implet animos omniū, vt nemo rationem habeat aut regis aut præfecti: & facit [1] vt talentis enunciemus omnia.

22 Præterea non meminere, qui adbiberunt, amicos amicis & fratribus præstare se, sed non multo post distringunt gladios:

23 Cæterum vino liberati non recordantur quæ gesserint.

24 Annon igitur, ô viri, præcellit virtute vinū, quod vim affert talia perpetrandi? Ita locutus conticuit.

[1] l. vt omnia vocemus ad talentorū summam, & mera crepemus taléta, quasi ditissimi quales nobis videmur per ebrietatem. aliter. facit vt quis æquo pondere loquatur omnia. id est, citra discrimen, & pari pondere. aliter. cum pondere, id est grandiloqua, & quasi ταλαντιαῖα. aliter, omnia cū pondere & momento propter linguæ grauitatem. Sed primus sensus optime videtur quadrare.

CAPVT IV.

A 1 ET inchoauit sequens dicere, qui dixit de fortitudine regis,

2 O viri, num præcellunt homines, qui terram & mare obtinent, & omnia quę in eis sunt?

3 Rex autem super omnia præcellit, & dominatur eorum: & omne quodcunque dixerit illis, faciunt.

4 Et si miserit illos ad bellatores, vadunt, & demoliuntur montes, & muros, & turres.

5 Iugulantur, & iugulant, & regis verbum non prætereunt. Nam si vicerint, afferunt regi omnia quæcunq; prædati fuerint.

6 Similiter & alii omnes, & quotquot non militant, nec pugnant, sed colunt terram: rursum cum fuerint metentes, afferunt tributa regi:

7 Et ipse vnus solus si dixerit, Occidite, occidūt: dixerit, Remittite, remittunt: dixerit, Percutite, percutiunt:

8 Dixerit, Exterminate, exterminant: dixerit, Ædificate, ædificant:

9 Dixerit, Excidite, excidunt: dixerit, Plantate, plantant.

10 Et omnis plebs, & virtutes eum obaudiunt, & super hoc ipse recumbit, & bibit, & dormit.

B 11 Hi autem custodiunt in circuitu eum, & nō possunt ire singuli, & facere opera sua, sed in dicto obedientes sunt ei.

12 Viri, quomodo non præcellit rex, qui sic diffamatur? Et tacuit.

13 Tertius qui dixerat de mulieribus & veritate, (hic est Zorobabel,) cœpit loqui.

14 Viri, non magnus rex, & multi homines, nec vinum præcellit.

15 Quis est ergo, qui dominatur eorum? Nonne mulieres genuerunt regem, & omnem populū, qui dominatur mari & terræ:

16 Et ex illis nati sunt, & ipsæ educauerunt eos qui plantauerunt vineas ex quibus vinum fit?

17 Et ipsæ faciunt stolas omnium hominum, & ipsæ faciunt gloriam hominibus, & non possunt homines separari à mulieribus.

1 ET orsus est loqui secundus, cuius erat dictum de regia potentia,

2 Nonne, ô viri, eximia potentia est hominum, cum terram, mareq; teneant, cunctaq; his comprehensa?

3 Atqui rex longe est potentior, vt qui dominetur illis & imperet omnibus, & quæcunque præceperit eis, exequuntur. Si quibus edixerit vt bellum inferant aliis, faciunt:

4 Si miserit eos in hostes, eunt, demoliuntur montes, muros & turres.

5 Trucidant, & trucidantur, nec regis excedunt imperiū. Quod si vicerint, omnia regi tam quæ præda parta sunt, quàm alia quæuis deferunt.

6 Etsi non militant, neque belligerant, sed exercent agriculturam, hi rursum, cum quod seminarant, messuerint, regi ferunt: & alii compellentes alios, vectigal pendunt eidem.

7 Quamuis ipse sit vnicus, si iussit occidere, occidunt: si dimittere, dimittunt: iussit ferire, feriunt:

8 Iussit deuastare, deuastant: iussit ædificare, ædificant:

9 Iussit excindere, excindunt: iussit plantare, plantant.

10 Omnisq; populus, & potestates eius, illum audiunt. Adhæc autem ipse recumbit, edit, bibit, & dormit:

11 Illi verò circa eum agunt vndique custodiam, nec potestatem habet discedendi quisquam, resq; suas agendi, quo minus dicto sit audiens.

12 Qui sit, ô viri, cur non sit rex potentissimus, cui tanta præstatur obedientia? Cúmq; tacuisset hic,

13 Tertius inde qui de mulieribus & veritate proposuerat, (is autem erat Zorobabel,) loqui cœpit.

14 O viri, nequaquam magnus regis, aut multorum hominum, vinive suprema est potentia.

15 Quid igitur superius est, aut dominatur illis? nonne mulieres? Mulieres regem ipsum, omnemq; populum qui terra mariq; dominatur, genuerunt.

16 Ex his nati sunt, & ab ipsis educati iidē illi plantatores vinearum, è quibus vinum gignitur.

17 Hæ vestes hominum conficiunt, hæ decus hominibus conciliant, nec possunt homines carere mulieribus.

18 Quod si qui congesserint aurum aut argentum, aut quicquid est rerum conspicuarum, nonne mulierem unam pulchritudine formaque præstantem amore capti

19 Relictis his omnibus, ora immittunt in eam, & hiantes respiciunt? omnesque eam exoptant magis quam vel aurum, vel argentum, aut quicquam rerum elegantium?

20 Relinquit homo patrem suũ qui enutrivit ipsum, & [1] proprium solum, & ad uxorem suam adhærescit.

[1] vel, patriam suam.

21 Cum uxore vitam ponit, & nec patris, nec matris, neque patriæ desiderio tangitur.

22 Vel hinc cognoscatis dominari vobis mulieres: Nonne laboratis & molimini, omniaque datis & defertis mulieribus?

23 Quid? quod homo in viam accepto gladio suo, ad latrocinia, furtaque perpetranda, aut ad mare, fluminaque naviganda, progreditur:

24 Aut in conspectum leonis it, aut per tenebras ambulat? deinde furando, rapiendo, compilandoque parta asportat ad amicam.

25 Adeoque uxorem suam magis quàm patrem aut matrem homo diligit.

26 Iamque ex aspectu mulierum dementes facti sunt multi, aut propter easdem in servitutem redacti sunt.

27 Perierunt item, lapsi sunt, & peccaverunt mulierum causa plurimi.

28 Quapropter nunc mihi credite. Nonne rex potestate sua magnus est? nonne omnes terræ reformidant eũ tangere?

29 Atqui spectabam hunc ipsum, & Apamen [2] Bartaci illius admirandi filiam pellicem regiam, sedentem ad dexteram eius:

[2] aliter, Bezacis

30 Et auferentem diadema de capite regis, sibique imponentem, atque etiam feriebat regem sinistra:

31 Ille verò super his contemplabatur eam ore hiante. Si arriserit ei, ridet: sin indignata fuerit, blanditur eidem, ut sibi reconcilietur.

32 Quid est, ô viri, cur mulieres non sint prapotentes, cum designent talia?

33 Tum rex & proceres alius aliũ intuebantur. Porrò autem aggressus est de veritate dicere:

34 Nonne, ô viri, prapotentes sunt mulieres? Ingens autem terra, cælum excelsum, & Sol cursu rapidus? nam in orbe cæli vertitur, rursumque recurrit uno die in locum pristinum.

35 Nonne qui facit hæc magnus est? Atqui maior est veritas, & ante omnia potentissima.

36 Veritatem [3] prædicat universus orbis, cælũ etiam ipsam celebrat, omnisque rerum natura exhorrescit eam, & tremiscit: nec [4] vitiosi quicquam illi coniunctum est.

[3] vel, invocat.

[4] vel, iniqui.

37 [5] Vitiosum est vinum, vitiosus rex, vitiosæ mulieres, vitiosa omnis hominum progenies, vitiosaque opera ipsorum omnia, nec est in eis [6] integritas, vitioque adeo suo peribunt:

[5] חבל, habet Iosephus Heb. i. vanum.

[6] vel, veritas.

38 Veritas autem manet & viget in æternum, vivit, & in omne seculum exsuperat.

39 Neque est apud ipsam respectus personarum aut discrimen, sed quæ iusta sunt peragit, ab omni iniustitia & improbitate sibi temperans.

40 Facta eius nemo non approbat, neque est ulla in iudicio eius iniquitas. Ipsa denique & virtus est, & regnum, & potestas, & maiestas omnium seculorum, Benedictus Deus veritatis.

41 His dictis cum conticuisset, conclamavit universus populus, & pronunciavit. Ingens est veritas, & potentissima.

42 Tum rex dixit illi, Pete si quid vis amplius etiã quam quæ scripta sunt, & tibi dabimus: propterea quod repertus es cæteris sapientior, & sedebis mihi proximus, cognatusque meus vocaberis.

18 Si congregaverint aurum & argentum, & omnem rem speciosam, & viderint mulierem unam bono habitu & bona specie:

19 Omnia hæc relinquentes in eam intendunt, & aperto ore conspiciunt, & eam alliciunt magis quam aurum & argentum, & omnem rem preciosam.

20 Homo patrem suum relinquit qui enutriit illum, & suam regionem, & ad mulierem se coniungit.

21 Et cum muliere remittit animam: & neque patrem meminit, neque matrem, neq; regionem. C

22 Et hinc oportet vos scire, quoniam mulieres dominantur vestri. Nonne doletis?

23 Et accipit homo gladium suum: & vadit in viam facere furta, & homicidia, & mare navigare & flumina:

24 Et leonem videt, & in tenebris ingreditur: & cum furtum fecerit, & fraudes, & rapinas, amabili suæ affert.

25 Et iterum, diligit homo uxorem suam magis quàm patrem aut matrem.

26 Et multi dementes facti sunt propter uxores suas: & servi facti sunt propter illas.

27 Et multi perierunt & iugulati sunt, & peccaverunt propter mulieres.

28 Et nunc credite mihi, quia magnus est rex in potestate sua: quoniam omnes regiones verentur tangere eum.

29 Videbam tamen Apemen filiam Bezacis mirifici concubinam regis, sedentem iuxta regem ad dexteram:

30 Et auferentem diadema de capite eius, & imponentem sibi, & palmis cædebat regem de sinistra manu: D

31 Et super hæc aperto ore intuebatur eam: & si arriserit ei, ridet. nam si indignata ei fuerit, blanditur, donec reconcilietur in gratiam.

32 O viri, cur non sunt fortiores mulieres?

33 Magna est terra, & excelsum est cælum: quis ista agit? Et tunc rex, & purpurati intuebantur in alterutrum. Et inchoavit loqui de veritate.

34 O viri, nonne fortes sunt mulieres? Magna est terra, & excelsum est cælum: & velox cursus Solis convertit in gyro cælum in locum suum in una die.

35 Nonne magnificus est qui hæc facit, & veritas magna, & fortior præ omnibus?

36 Omnis terra veritatem invocat, cælũ etiam ipsam benedicit, & omnia opera moventur & tremunt eam, & non est cum ea quicquam iniquum.

37 Vinum iniquum, iniquus rex, iniquæ mulieres, iniqui omnes filii hominum, & iniqua illorũ omnia opera, & nõ est in ipsis veritas, & in sua iniquitate peribunt:

38 Et veritas manet, & invalescit in æternum, & vivit, & obtinet in secula seculorum.

39 Nec est apud eam accipere personas, neq; differentias: sed quæ iusta sunt facit omnibus, iniustis ac malignis, & omnes benignantur in operibus eius. E

40 Et non est in iudicio eius iniquum, sed fortitudo, & regnum, & potestas, & maiestas omniũ ævorum. Benedictus Deus veritatis.

41 Et desiit loquendo. Et omnes populi clamaverunt, & dixerunt, Magna est veritas, & prævalet.

42 Tunc rex ait illi, Pete, si quid vis amplius, quàm quæ scripta sunt, & dabo tibi, secundũ quod inventus es sapientior proximis, & proximus mihi sedebis, & cognatus meus vocaberis.

43 Tunc

43 Tunc ait regi, Memor esto voti tui, quod vouisti, ædificare Ierusalem, in die qua regnum accepisti:

44 Et omnia vasa quæ accepta sunt ex Ierusalé, remittere, quæ separauit Cyrus, quando mactauit Babyloniam, & voluit remittere ea ibi.

45 Et tu vouisti ædificare templum, quod incenderunt Idumæi, quando exterminata est Iudæa à Chaldæis.

F 46 Et nunc hoc est quod postulo Domine, & quod peto, hoc est maiestas quod a te postulo, vt facias votum quod vouisti regi cæli ex ore tuo.

47 Tunc surgens Darius rex, osculatus est illũ: & scripsit epistola ad omnes dispensatores, & præfectos, & purpuratos, vt deducerent eum, & eos qui cum illo erant, omnes ascendétes ædificare Ierusalem.

48 Et omnibus præfectis qui erant in Syria, & Phœnice, & Libano scripsit epistolas, vt traherent ligna cedrina à Libano in Ierusalem, vt ædificarent cum eis ciuitatem.

49 Et scripsit omnibus Iudæis qui ascendebant à regno in Iudæam pro libertate, omnem potenté, & magistratum, & præfectum non superuenire ad ianuas ipsorum,

50 Et omnem regionem quam obtinuerant immunem esse eis, & Idumæi relinquant castella quæ obtinent Iudæorum:

51 Et in structurã templi dare per singulos annos talenta viginti, vsque dum perædificaretur:

52 Et super sacrarium holocautomata vstulare quotidie, sicut habent præceptum: alia talenta decem offerre per singulos annos:

53 Et omnibus qui procedũt à Babylonia condere ciuitaté: vt esset libertas tam ipsis quàm filiis eorum, & omnibus sacerdotibus qui præcedunt.

54 Scripsit autem & quantitaté, & sacram stolam iussit dari in qua deseruirent:

G 55 Et Leuitis scripsit dare præcepta, vsque in diem qua cõsummabitur domus, & Ierusalem extrueretur:

56 Et omnibus custodientibus ciuitatem, scripsit dari ei sortes & stipendia.

57 Et dimisit omnia vasa quæcunq; separauerat Cyrus à Babylonia: & omnia quæcunq. dixit Cyrus, & ipse præcepit fieri, & mitti Ierusalem.

58 Et cum processisset ille adolescens, eleuans faciem in Ierusalem, benedixit regem cæli, & dixit:

59 Abs te est victoria, & abs te est sapientia & claritas. Et ego seruus tuus sum.

60 Benedictus es, qui dedisti mihi sapientiam, & tibi confitebor Domine Deus patrum nostrorum.

61 Et accepit epistolas, & profectus est in Babyloniam. Et venit, & nunciauit fratribus suis omnibus qui fuerunt in Babylonia:

62 Et benedixerunt Deum patrum suorũ, quoniam dedit illis remissionem & refrigerium:

63 Vt ascenderent & ædificarent Ierusalem, & templum vbi nominatum est nomen eius in ipso: & exultauerunt cum musicis & lætitia diebus septem.

43 Tum ille regi, Memento, inquit, voti illius, quod eodem, quo regnum adeptus es, die nuncupasti pro ædificanda Ierosolyma:

44 Proq; vasis quæ ibidem ablata fuerant, remittendis, quæ Cyrus excepit (cum de excindenda Babylone vota fecisset,) & illuc se remissurum nuncupauit.

45 Vouisti enim ædificaturũ te templum illud quod incenderunt Idumæi, cum Iudæa à Chaldæis deuastata est.

46 Nunc igitur hoc est quod abs te postulo Domine rex, & contendo: hæc est illa quam abs te peto magnificentia: oro, inquam, vt votum soluas, quod te regi cæli redditurum ore tuo vouisti.

47 Ibi tum exsurrexit Darius rex, & osculatus est illum: scripsitq; in gratiam eius ad omnes dispensatores, præsides, imperatores & præfectos epistolas, vt & eum & omnes ad ædificandam Ierosolymam tum eo proficiscentes deducerent

48 Epistolas item omnibus præsidibus in Cœlesyria, in Phœnicia, & in Libano scripsit, vt curarent ligna cedrina transportanda à Libano Ierosolymam, & eum ad ædificandam vrbem adiutarent.

49 Præterea libellum dedit immunitatis ergò Iudæis omnibus è regno in Iudæam proficiscentibus, ne quisquã potestatem gerens, præses præfectus, aut dispensator ad fores eorum [7] accederet,

50 Sed tota quam possiderent regio immunis ipsis esset, vtq; Idumæi castellis Iudæorum quæ insidebant, decederent.

51 In structuram quoque templi vt tribuerentur vicena in singulos annos talenta, vsque dum perædificaretur:

52 Et ad sacrificanda super aram holocausta singulis diebus (quibus immolandi septena dena præceptũ habebant,) alia in singulos annos dena talenta.

53 Ad hæc vt omnes ad vrbem condendam è Babylonia proficiscentes libertatem haberent tam ipsi, quam ipsorum progenies, & item sacerdotes omnes qui proficiscerentur.

54 Perscripsit autem & sumptum, sacrisq; sacris obeundis vestitum:

55 Leuitis quoque demensa dari, donec templum absolueretur, & Ierosolyma extrueretur, suppeditandum.

56 Custodibus insuper vrbis agentibus pensiones & stipendia constituit.

57 Et omnia vasa quæ Cyrus Babylone extulerat, misit: atque adeo quæcunque Cyrus edixerat, ipse quoque præstanda mandauit, & Ierosolymam amittenda.

58 Egressus ergo iuuenis sub ata in cælum facie, Ierosolymam versus, regem cæli salutauit his verbis:

59 Abs te victoria, abs te sapientia, & abs te gloria proficiscitur: ego vero seruus tuus sum.

60 Tu prædicandus es, qui sapientiam mihi contulisti. Itaque tibi gratias Domine ago Deus patrum nostrorum.

61 Cumq; sumptis epistolis profectus venisset Babylonem, & nuncium fratribus suis attulisset omnibus,

62 Laudauerunt illi Deum maiorum suorum, quòd dedisset ipsis missionem & laxamentum:

64 Ad proficiscendum, & Ierosolymam ac templum de nomine ipsius percelebratum ædificandum: atque exultabundi cantibus & lætitia dies septem consumpserunt.

[7] scilicet, exigendi vectigalis causa.

CAPVT V.

1.Esd.2.a A 1 POst hæc autem electi sunt, vt ascenderét principes pagorum per domos, & tribus suas, & vxores illorũ, & filii & filiæ eorum, & serui & ancillæ ipsorum, & pecora eorum.

2 Et Darius rex misit vnà cum eis equites mille, donec deducerent eos in Ierusalem cum pace, &

1 His rebus actis, delecti fuerunt in profectionem principes familiarum paternarum, iuxta tribus suas cum vxoribus, filiis & filiabus, seruis & ancillis, ac iumentis suis.

2 Misitque vnà cum eis Darius mille equites, quibus commendatum deducendos illos, donec eos tuto

rest itmissent Ierosolymam, cum cantibus, tympanis & tibiis:

3 Omnes enim fratres ipsorum ludebant, iussitque illos cum eis ascendere.

4 Hæc autem sunt nomina virorum qui ascenderant per familias paternas suas in tribus suas per præfecturas suas.

5 Sacerdotes pregnati Phineas filii Aaronis Iesus filius Iosedec, Saraia pregnati. Et Ioachim filius Zorobabelis Salathiele nati de genere Dauidico, ex progenie Phares, tribulis autem Iuda:

6 Qui sub Dario rege Persarum sermones sapientes habuit, anno regni eius secundo, mense primo Nisan.

7 Hi sunt autem Iudæi reduces ab exilio captiuitatis, quos Babylonem deduxerat Nabuchodonosor rex Babylonis, vnde reuersi sunt Hierosolymam.

8 Et in reliquam Iudæam, in suam quisque ciuitatem profecti cum Zorobabele & Iesu, cum Neemia & [1] Zacharia, Reesaia, [2] Enenio, Mardochæo, Belsano, Mispharasi, Reelia, Rehumo, & Baana ducibus suis.

9 Numerus gentilium, & duces eorum. Pregnatorum Phareos, duo millia centum septuaginta duo. Pregnati Schaphatia [3] trecenti septuagintaduo,

10 Pregnati Arch, septingenti quinquaginta [4] septem.

11 Pregnatorum Phahathmoab, [cum pregnatis Ieschuæ Ioab,] duo millia octingenti duodecim.

12 Pregnati Elam, mille ducenti quinquaginta quatuor.

13 Pregnati Zathui, nongenti quadraginta quinq.

14 Pregnati Corbe, septingenti quinque.

15 Pregnati Bani, sexingenti quadraginta [5] octo.

16 Pregnati Bibai, sexingenti viginti tres.

17 Pregnatorum [6] Azgad, † tria millia ducenti viginti duo.

18 Pregnati Adonicam, sexingenti sexaginta [7] septẽ.

19 Pregnatorum [8] Bagoi, duo millia sexaginta sex.

20 Pregnati [7] Adin, quadringenti quinquaginta quatuor.

21 Pregnati Ater, ibeZecia, nonaginta [8] octo.

22 Pregnati Ceilan, & Azeta, sexaginta septem.

23 Pregnati [9] Azuran, quadringenti triginta duo.

24 Pregnati Anania, centum. Vnus pregnatorum Atom. Pregnati Basai, trecenti viginti [4] tres.

25 Pregnati Arsiphurith, centum & duo.

26 Pregnatorum Meteru, tria millia quinque.

27 Oriundi ex Bethlehem, centum viginti tres.

28 Oriundi ex Netophah, quinquaginta [9] quinque.

29 Oriundi ex Anathoth, [10] centum viginti octo.

30 Oriundi ex Bethschamos, quadraginta duo.

31 Oriundi ex Cariathiarim viginti quinque.

32 Oriundi ex Chaphirah & Beroth, septingenti quadraginta tres.

33 Oriundi ex Pirah, septingenti.

34 [11] Oriundi ex Chadias, & Ammidioi, quadringenti viginti duo.

35 Oriundi ex Haramah, & Gabaa, sexingenti viginti vnus.

36 Oriundi ex [9] Macamos, centum viginti duo.

37 Oriundi ex [12] Bethel, quinquaginta duo.

38 Oriundi ex [13] Nebo, centum quinquaginta sex.

39 Oriundi [9] Calamolao, & Ono, septingenti viginti quinque.

40 Oriundi Ierecho, trecenti quadraginta quinque.

41 Oriundorum [14] Sanaab, tria millia trecenti triginta.

42 Sacerdotes. Ab Iedaia Iesu pregnato in filios [15] Sanasib propagata nongenti septuaginta † duo.

43 Pregnati [16] Emor, mille quinquaginta duo.

44 Pregnati [17] Phasihhor, [8] mille quadraginta septẽ.

45 Pregnati [18] Charim, mille septendecim.

46 Leuitæ. Pregnati Ieschua, & Cadmiel, & Banna

1 Esd. 2. Saraia, Reelaia.
2 Aliter, τευρααύσιι
3 Aliter, iß.
* Neem. 7. octo.
2. Fiu. 2. duo.
4 Quod Latina vetera mendose habent Archad. Græcè αῤδus.
† 1. Esd. 1. 1321. Neem. 7. 2322.
5 Neem. 7. septẽ. 1. Esd. 2. sex.
6 Græc. legerũt בגוי pro בגוי
7 ν Genitiui est terminatio in Græco.
8 Ita rectius Latina, quam dύo.
9 interpres vetus Azoroc. 439. filii Iedarbone, 132.
¶ Sic. 1. Esd. 2. Sed Neem. cap. 7. quatuor.
* 1. Esd. 2. sex.
10 Mendosum est gαὶ pro ραὶ
11 Lat. vet. Qui Enoca dies & Modiæ.
¶ 1. Esdræ 1. מכמס Græcus mendose habet μαναδῶr,
12 LXX ad Græcam terminationem detorsere.
13 Quod alii mendose Ecnobes.
* 1. Esd. 2. alter & hioc in Latinis veteribus ponũtur quæ desunt in Græcis.
14 Aliter ἀσάας.
15 Aliter, Eliasib.
† 1. Esd. 2. tres.
16 Sic rectius vetus interpres.
17 Sic correctius vetus interp.
¶ 1. Esd. 2. 1247.
18 χαρῖμ lego. כרה
¶ Ita Neem. 7. 1. Esd. 2. 128.

cum musicis, & cum tympanis & tibiis:

3 Et omnes fratres erant ludentes, & fecit eos ascendere simul cum eis.

4 Et hæc sunt nomina virorum, qui ascenderunt per pagos suos in tribus, & in partem principatus ipsorum.

5 Sacerdotes: Filii Phinees, filii Aaron, Iesus filius Iosedec, Ioachim filius Zorobabel, filii Salathiel de domo Dauid ex progenie Phares, de tribu Iuda.

6 Qui locutus est sub Dario rege Persarum sermones mirificos in secundo anno regni ipsius mense Nisan primo.

7 Sunt autem hi, qui ascenderunt ex Iudæa de captiuitate transmigrationis, quos transmigrauit Nabuchodonosor rex Babyloniæ in Babylonem, & reuersus est in Ierusalem.

8 Et requisiuit partem Iudææ vnusquisque in ciuitatem suam, qui venerunt cum Zorobabel & Iesu, Nehemias, Areores, Elimeo, Emmanuo, Mardocheo, Beelsuro, Mechpsatochor, Olioro, Emonia vnus de principibus eorum.

9 Et numerus à gentilibus eorum, ex præpositis eorum. Filii Phares, duo millia centum septuaginta duo.

10 Filii Ares, tria millia centum quinquaginta septem.

11 Filii Phœno, centum quadraginta duo.

12 In filiis Iesu & Ioabes, mille trecenti duo.

13 Filii Demu, duo millia quadringenti septuaginta. B

14 Filii Choraba, ducenti quinque.

15 Filii Banica, centum sexaginta octo,

16 Filii Bebech, quadringenti tres.

17 Filii Archad, quadringenti viginti septem.

18 Filii Chan, triginta septem.

19 Filii Zoroar, duo millia sexaginta septem.

20 Filii Adin, quadringenti sexaginta vnus.

21 Filii Adarectis, centum octo.

22 Filii Ciaso & Zelas, centum septem.

23 Filii Azoroc, quadringenti triginta nouem.

24 Filii Iedarbone, centum triginta duo.

25 Filii Ananiæ, centum triginta.

26 Filii Asoni, nonaginta.

27 Filii Marsar, quadringenti vigintiduo.

28 Filii Zabarus, nonaginta quinque.

29 Filii Sepolemon, centum viginti tres.

30 Filii Nepopas, quinquaginta quinque.

31 Filii Hechanatus, centum quinquaginta octo.

32 Filii Ceberhamus, centum triginta duo,

33 Filii Crearpatros, qui Enocadies, & Modiæ, quadringenti viginti tres:

34 Qui ex Gramas & Gabea, centum viginti vnus: qui ex Besselon, & Ceagge, sexaginta quinque: qui ex Bastaro, centum viginti duo.

35 Qui ex Bechenobes, quinquaginta quinque.

36 Filii Liptis, centum quinquaginta quinque.

37 Filii Labonni, trecenti quinquaginta septem.

38 Filii Sichem, trecenti septuaginta.

39 Filii Suadon, & Chomus, trecenti septuaginta octo.

40 Filii Ericus, duo millia centum quadraginta quinque. C

41 Filii Anaas, trecenti septuaginta.

42 Sacerdotes. Filii Ieddus, filii Euther, filii Eliasib, trecenti septuagintaduo.

43 Filii Emereus, ducenti quinquaginta duo.

44 Filii Phasurii, trecenti quinquaginta septem.

45 Filii Caree, ducenti viginti septem.

46 Leuitæ, Filii Iesu in Caduhel, & Bamis, & Serebias

Serebias, & Edias, septuaginta quatuor. omnis numerus à duodecimo anno, triginta millia quadringenti sexaginta duo.

47 Filii, & filiæ, & vxores, omnis computatio, quadraginta millia ducenti quadraginta duo.

48 Filii sacerdotum, qui psallebant in templo. Filii Asaph, centum viginti octo.

49 Ostiarii verò. Filii Esmenni, Filii Azer, Filii Amon, Filii Accuba, Topa filii Tobi. Omnes centum triginta nouem.

50 Sacerdotes seruientes in templo. Filii Sel, filii Gaspha, filii Tobloch, filii Cariæ, filii Su, filii Hellu, filii Labana, filii Armacha, filii Accub, filii Vtha, filii Cetha, filii Aggab, filii Obai, filii Anani, filii Canna, filii Geddu,

51 Filii An, filii Radin, filii Desanon, filii Nachoba, filii Caseba, filii Gaze, filii Ozui, filii Sinone, filii Attre, filii Hastem, filii Asiana, filii Manei, filii Nasissim, filii Accusu, filii Agista, filii Azui, filii Fauon, filii Phasalon,

52 Filii Meedda, filii Phusa, filii Caree, filii Barcus, filii Saree, filii Coesi, filii Nasith, filii Agisti, filii Pedon.

53 Salomon filii eius filii Asophot, filii Phazida, filii Celi, filii Dedon, filii Gaddahel, filii Sephegi.

54 Filii Aggia, filii Sachareth, filii Sebathen, filii Caroneth, filii Malsith, filii Amę, filii Sasus, filii Addus, filii Suba, filii Eura, filii Rahotis, filii Phasphat, filii Malmon.

55 Omnes sacro seruientes, & pueri Salomonis, quadringenti octoginta duo.

56 Hi sunt filii qui ascenderunt à Thelmela, Thel-barsa: principes eorũ, Carmellam, & Careth: & non poterant edicere ciuitates suas & progenies suas, quemadmodum sint ex Israel. Filii Dalari, filii Tubal, filii Nechodaici.

1. Esdr. 2. c 57 Ex sacerdotibus, qui fungebantur sacerdotio, & non sunt inuenti, filii Obia, filii Achisos, filii Addin, } qui accepit vxorem ex filiabus Phargeleu: & vocati sunt nomine eius. & horũ quæsita est generis scriptura in prædatura, & non est inuenta, & prohibiti sunt sacerdotio fungi.

58 Et dixit illis Nehemias & Astharas, Ne participentur sancta, donec exurgat pontifex doctus in ostensionem & veritatem.

59 Omnis autem Israel erat, exceptis seruis & ancillis, quadraginta duo millia trecenti quadraginta.

60 Serui horum & ancillæ, septem millia trecenti triginta septem.

61 Cantores & cantatrices, ducenti sexaginta quinque.

62 Cameli, quadringenti triginta quinque.

63 Equi, septem millia triginta sex.

64 Muli, ducenta millia quadraginta quinque.

65 Subiugalia, quinque millia viginti quinque.

66 Et de præpositis ipsis per pagos, dum venirẽt in templum Dei, quod erat in Ierusalem, innouare & suscitare templum in loco suo, secundum suam virtutem: & dari in templum ¹thesaurum operum sacrum auri minas duodecim millia, & minas argenti quinque millia, & stolas sacerdotales centũ.

¹ thesaurorum

& Suia, septuaginta quatuor filii. Omnes à duodecimo anno numerati erant triginta millia quadringenti & sexaginta duo.

47 Filii, & filiæ, & vxores. Omnes computati simul erant quadraginta millia ducenta & quadraginta duo.

48 Cantores sacri. Pregnati Asaph, ᵃcentum quadraginta octo.

49 Ostiarii. Pregnati Schalum. Pregnati [19] Ater. Pregnati Talmon. Pregnati [20] Acub. Pregnati Hatera. Pregnati [21] Schobi. Vniuersi centum triginta nouem.

50 [22] Sacrorum ministri. Pregnati Zeha, pregnati Haschupha, pregnati Tabaoth, pregnati Ceros, pregnati [23] Suia, pregnati [24] Phalon, pregnati Labana, pregnati Hagaba, pregnati [25] Acub, pregnati Vta, pregnati Cetab, pregnati Hagab, pregnati [26] Sibai, pregnati Hanan, pregnati [27] Cathua, pregnati [28] Gaddur,

51 Pregnati [29] Raia, pregnati [30] Daisan, pregnati [31] Necoda, pregnati Chasiba, pregnati [32] Gazama, pregnati [33] Azia, pregnati [34] Phinees, pregnati [35] Asara, pregnati [36] Bastai, pregnati Asanah, pregnati Mennim, pregnati Naphisim, pregnati [37] Bacbuc, pregnati Hacupha, pregnati Harhur, pregnati [38] Pharacim, pregnati Basaloth,

52 Pregnati Mehida, pregnati [39] Catha, pregnati Charescha, pregnati [40] Barcus, pregnati [41] Aserar, pregnati Themoth, pregnati [42] Nazib, pregnati Hatipha.

53 Pregnati [43] serui Salomonis. Pregnati [44] Hazophoreth, pregnati Pharuda, pregnati [45] Iealah, pregnati [46] Lazon, pregnati [47] Gildeel, pregnati Staphetia,

54 Pregnati Agia, pregnati Phacareth, pregnati [48] Zabin, pregnati [49] Sarothie, pregnati [50] Masias, pregnati [51] Gar, pregnati Addus, pregnati Subah, pregnati [52] Apherra, pregnati [53] Barodu, pregnati [54] Sabat, pregnati [55] Aliom.

55 Vniuersi verò ministri sacrorum, pregnati servis Salomonis, trecenti septuaginta duo.

56 Hi sunt qui ascenderunt a [56] Thelmelah, & Thelbarscha, quorum dux erat [57] Charaat alar, & Aalar: nec poterant familiam aut genus suum quod ab Israele ducerent, edere. Pregnati [58] Dalaia Tubia nato, pregnati Nerida sexcenti & quinquaginta duo.

57 Et è sacerdotibus, qui sacerdotio fungebantur, [59] nec authorem habuerũt, pregnati [60] Hobia, pregnati Haccus, pregnati [61] Addus, qui duxit Augiam vxorem e filiabus Barzillai, & ipsius nomine vocatus est. Hi quæsita generis sui assignatione in catalogo, nec inuenta, sacrificando summoti sunt:

58 Et interdixit illis Nehemias & [62] Hatharias, ne sacris participarent, donec existeret pontifex instructus [63] doctrina & veritate.

59 Cæterum vniuersi oriundi ab Israel, à duodecimo anno nati & eo ætatis, censebantur quadraginta millia, præter seruos & ancillas: duo millia trecenti sexaginta

60 Serui istorum, & ancillarum septem millia trecenta quadraginta septem.

61 Cantores & psaltriæ, ducenti quadraginta quinque.

62 Cameli quadringenta triginta quinque.

63 Et equi septingenti triginta sex.

64 Muli ducenti quadraginta quinque:

65 Asinorum ᵇ quinque millia quingenti viginti quinque.

66 Porrò è proceribus familiarum fuerũt qui cum venissent ad templum Dei Ierosolymitanum, vouerent se templum illud suo loco extructuros pro sua quisque viribus, & in sacrum thesaurum operum erogaturos mille minas auri, & argenti minarum quinque millia, centumque vestes sacerdotales.

ᵃ Ita Neem. 7. 1. Esdr. 2. 128.
19 Ita rectius, vt vetus interpr. aliter. [illegible]
20 Ita correctius vetus interpres.
21 Propter ita recto vetus interpres.
22 נתנים
23 שוע & סוא
24 Aliter, Hello.
25 Ita rectius vetus interpres.
26 Vetus interpres Obai
27 Vetus interpres Canna.
28 Heb. גדר.
29 ראיה. Mendose est transpositum, ἀρχον.
30 Vetus interpres, Desana.
31 Ita emendatius secundũ Latinũ vestigium.
32 גזם.
33 עזא.
34 Vetus interpres, Sinone.
35 aliter, Attre.
36 al. Hastem.
37 Pro quo corrupte vetus interpres Accusu.
38 Vetus interpres, Fauon.
39 aliter, Phusa.
40 Ita emendatius Latina vetera.
41 אסירא
42 נציח.
43 παῖδες.
44 Cui propter vetus interpr. quod in Græco.
45 יחלע
46 לדקון. vnde Latina & Græca corrupta videntur.
47 Vnde corruptum quod est in Latino.
48 צבים.
49 Latinè Charoneth.
50 alit. Masith.
51 aliter, Ame, Sasus.
52 aliter, Eura.
53 aliter, Rahotis.
54 aliter Phasphat.
55 aliter, Malmon.
56 Ita emendatius, quam vt Græca.
57 aliter, Carmellam, & Careth.
58 Ita emendatius iuxta veteris interpretationis vestigium.
59 Nec inuenti sunt.

60 חביה. 61 aliter. Addin. 62 התרשתא. 63 i. qui doctrina & veritate genus eorum edoceret. עד עמד כהן לאורים ולתמים. Ita 1. Esdr. 2. vel pontifex Vrim & Thummim gerens, quod videtur fuisse insigne quoddam in pectore [illegible] hoc titulo [illegible] ad moneret officii sui, quorum inprimis est doctrinam & veritatem Dei edocere. Et quia hoc quod erat in sacerdote præcipuum [illegible], ideo per [illegible] aliquando ponitur pro ipso pontifice habitu pontificali instructo, vt 1. Reg. 2. aliquando pro toto habitu pontificali in quo consulere Dominum [illegible], vt [illegible] Deut. 33. Cui etiam [illegible] tribuebant, quod Deus eo habitu consultus potissimum responderet, propter institutum suum. Quare 1. Reg. 30. Dauid Ephod requirit. ᵇ 2. Esd. 7. 67. 70.

67 Deinde sacerdotes & Leuitæ ac populares tam Ierosolymis quam in reliqua regione, atq; etiam sacri cantores, & ostiarii, omnesq; Israelitæ sedes in oppidis suis acceperе.

68 Instante verò mense septimo, cum iam Israelitæ sua singuli possiderent, conuenissentque vnanimes in atrium, quod erat [52] ante portam orientalem.

[52] πρὸ τοῦ. *69 Coorti Iesus filius Iozadec, & fratres eius sacerdotes, vnaq; Zorobabel filius Salathielis, & fratres eius, altare Dei Israelitici holocaustis super eo immolandis parauerunt, secundum ea quæ in libro Mosis viri illius diuini sunt imperata.*

70 Et quamuis conueniretur aduersum eos ex aliis gentibus terræ, quòd inimicitias haberent cum eis, omnesq; gentes terræ vim in eos facerent: aram tamen loco suo erigebant, & immolabant hostias suo tempore, holocaustaq; Domino tam matutina quàm vespertina:

71 Etiam agitabant scenopegia solenne, vt lege præceptum est, sacrificiaq; quotidie, vt conueniebat, atque insuper sacrificia perennia, itemq; calendisq; sabbathis, calendis & solennibus omnibus sacratis.

72 Porrò quicunq; vouerant Deo votum, à calendis septimi mensis cœperunt ei sacrificia facere, quamuis templum eius [65] nondum esset extructum.

[65] οὔπω. [66] ἰδοντο.] *73 Pecuniam autem lapicidis & fabris [66] attribuerunt, tum cibaria & potionem.*

74 Carraq; Sidoniis & Tyriis, vt è Libano materiam cedrinam ratibus in portum Ioppes transportatam aduehrerent, secundum edictum ipsis a Cyro Persarum rege perscriptum.

לבואם* אלבים *75 Secundo demum anno, *postquam venit ad templum Dei Ierosolymitanum mense secundo, Zorobabel filius Salathielis, & Iesus filius Iozadec cum fratribus suis, sacerdotesq; & Leuitæ, omnesq; adeo Ierosolymam è captiuitate reuersi cœperunt fundamenta ædis Dei iacere, calendis secundi mensis anni secundi, quam in Iudæam & Ierosolymam peruenerant:*

76 Et Leuitas ab anno ætatis vicesimo operi Domini præfecerunt. Instabant ergo Iesus cum filiis & fratribus & Cadmiel [67] frater, filiiq; Madiabun, & Ioda filius Heliadunt nati cum filiis & fratribus, vno animo Leuitarum [68] vrgentes opus, & ad ædis Dei fabricationem incumbentes.

[67] 1. Esd. 3. נבני. [68] vel, opifices vrgentes, quod 1. Esdr. על עשה המלאכה

77 Cùmq; iam extruerent ædem Domini opifices, sacerdotes stolati stabant cum instrumentis musicis & tubis: & item Leuitæ oriundi ab Asaph tenentes cymbala, & decantantes Dominum, dèq; more Dauidis regis Israelitici prædicantes.

78 Siquidem voces iactabant cum carminibus et gratulantes, Quippe bonitas eius & gloria per omnem Israelem perpetua.

79 Omnis autem populus tubis canebat & clamabat magna voce decantando laudes Domini propter extructionem ædis ipsius.

80 Et veniebat e sacerdotibus & Leuitis ac procuratoribus familiarũ ipsorũ, qui pristinũ templũ viderant ætate prouectiores ad ædificationẽ huius, cũ fletu magnoq; lamentatione, multiq; cũ tubis & ingẽti clamore lætabundi, adeo vt populus præ lamẽtis illis tubas exaudire nõ posset.

81 Atque turba erat ingens tuba canentium, quæ procul audiretur.

82 Quare cum sonitum accepissent hostes tribuum Iuda & Beniamin, veneruntq; exploratum, quidnam sibi vox ea tubarum vellet:

83 Vbi compererunt manumissos è captiuitate ædem ædificare Domino Deo Israelitico:

84 Aditis Zorobabelo, Iesu, & familiarũ proceribus, Vnà vobiscum, inquiunt, ædificabimus. similiter enim atq; vos auscultamus Domino [69] vestro, & ipsi sacrificamus iam inde à temporibus [70] Asbazarethi regis Assyriorum, qui nos huc deduxit.

[69] ... [70] 1. Esdr. 4. אסר חדן

85 Quibus respondit Zorobabel, Iesus, & proceres familiarum Israeliticarũ. Non conuenit nobis vobiscũ ad ædem

67 Et habitauerunt sacerdotes & Leuitæ, & qui exierant de plebe in Ierusalem & in regione: & sacri cantores, & ostiarii, & omnis Israel in regionibus suis.

68 ‖ Instante autem septimo mense, cúmq; essent filii Israel vnusquisq; in suis rebus, conuenerunt vnanimes in atrium, quod erat ante ianuam orientalem. 1. Esd. 3. A.

69 Et stantes Iesus filius Iosedec, & fratres eius sacerdotes, & Zorobabel filius Salathiel, & huius fratres, parauerunt altare, vt offerrent super illud holocautomata, secundum quæ in libro Moysi hominis Dei scripta sunt.

70 Et conuenerunt ibi ex aliis nationibus terræ, & erexerunt sacrarium in loco suo omnes gentes terræ: & offerebant hostias, & holocautomata Domino matutina.

71 ‖ Et egerũt scenopegiam, & diem solennem, sicut præceptum est in lege: & sacrificia quotidie, sicut oportebat: & post hæc oblationes institutas, & hostias sabbathorum, & neomeniarum, & dierum solennium omnium sanctificatorum. Leuit. 23. F.

72 ‖ Et quotquot vouebant Domino à neomenia septimi mensis, cœperunt hostias offerre Deo, & templum Domini nondum erat ædificatum. 1. Esd. 3. B.

73 Et dederunt pecuniam lapidariis & fabris, & potum & pabula cum gaudio.

74 Et dederũt carra Sidoniis & Tyriis, vt transueherent illis de Libano trabes cedrinas, & facerent ratem in Ioppe portu, secundum decretũ quod scriptum erat eis a Cyro rege Persarum.

75 Et in secundo anno venientes in templũ Dei in Ierusalẽ, mense secũdo inchoauit Zorobabel filius Salathiel, & Iosue filius Iosedec, & fratres ipsorum, & sacerdotes & Leuitæ, & omnes qui venerant de captiuitate in Ierusalem: & fundauerunt templum Dei nouilunio secundi mensis secundi anni, cum venissent in Iudæam & Ierusalem. Eccl. 49. B.

76 Et statuerunt Leuitas à viginti annis, super opera Domini: & stetit Iesus & filius eius, & fratres omnes Leuitæ conspirantes, & executores legis, facientes opera in domo Domini.

77 Et steterunt sacerdotes habentes stolas cum tubis: & Leuitæ filii Asaph, habentes cymbala, collaudantes Dominum, & benedicentes ‖ secundum Dauid regem Israel. 1. Par. 25. B.

78 Et cantabant canticum Domino, quoniam dulcedo eius, & honor in secula super omnẽ Israel.

79 Et omnis populus tuba cecinerunt, & proclamauerunt voce magna, collaudantes Dominum in suscitatione domus Domini.

80 Et venerunt ex sacerdotibus & Leuitis, & præsidentibus secundum pagos senioribus, qui viderant pristinam domum: & ad huius ædificationem cum clamore & planctu magno, & multi cum tubis & gaudio magno: in tantum vt populus non audiret tubas propter planctum populi.

81 Turba enim erat tubis canens magnificè, ita vt longe audiretur.

82 ‖ Et audierunt inimici tribus Iudæ, & Beniamin: & venerunt scire quæ esset vox tubarum. 1. Esd. 4.

83 Et cognouerunt, Quoniam qui erant ex captiuitate ædificant templum Domino Deo Israel.

84 Et accedentes ad Zorobabel & Iesum, præpositos pagorum, dixerunt eis, Ædificabimus vnà vobiscum: similiter enim audiuimus Dominũ vestrũ, & ipsi pariter inceдimus à diebus Asbazareth regis Assyriorum, qui transmigrauit nos huc.

85 Et dixit illis Zorobabel, & Iesus, & principes pagorũ Israel, Non est nobis & vobis ædificare do-

ædem Dei

1. Esdr. 3.a mũ Dei nostri. nos enim soli ædificabimus Domino Israel secundum ea quæ præcepit nobis Cyrus rex Persarum.

86 Gentes autem terræ incumbentes his qui sunt in Iudæa, & leuantes opus ædificationis & insidias, & populos adducentes, prohibebant eos ædificare, & aggressuras exercentes impedierunt ne consummaretur ædificium omni tempore vitæ Cyri regis, & protraxerunt structuram per biennium vsque ad Darii regnum.

Domino Deo nostro ædificandam. Nos enim ædificabimus soli Domino Israelitico, prout Cyrus Persarum rex nobis imperauit.

86 At incolæ terræ languidos reddebant Iudæos, & oppugnantes eos arcebant ædificando: tum insidias, factiones atque contiones mouendo, quo minus ædificium absolueretur, obstabant per omne tempus vitæ Cyri regis. Itaque per biennium prohibiti sunt ædificatione, vsque ad regnum Darii.

CAPVT VI.

1. Esdr. 5.a Aggæus 1.

A 1 IN secundo autem anno regni Darii prophetauit Aggæus, & Zacharias filius Abdia prophetę apud Iudæam & Ierusalē in nomine Dei Israel super eos.

2 Tunc stans Zorobabel filius Salathiel, & Iesus filius Iosedech, inchoauerunt ædificare domum Domini, quæ est in Ierusalem, cum adessent eis prophetæ Domini, & adiuuarent eos.

3 In ipso tempore venit ad illos Sisennes subregulus Syriæ, et Phœnicis, et Satrabusanes, et sodales eius, et dixerunt eis:

4 Quo præcipiente vobis domum hanc ædificatis, et tectum istud, et alia omnia perficitis? et qui sunt structores qui hæc ædificant?

5 Et habuerunt gratiam visitatione facta super eos, qui erant ex captiuitate à Domino seniores Iudæorum

6 Et non sunt impediti ædificare, donec significaretur Dario de omnibus istis, et responsum acciperetur.

7 Exemplum epistolæ quam miserunt Dario: SISENNES subregulus Syriæ, et Phœnicis, et Satrabuzanes, et sodales eius in Syria et Phœnice pręsides, regi Dario salutem.

8 Omnia nota sint domino regi, quòd cùm venissemus in regionem Iudææ, et introissemus in Ierusalem, inuenimus ædificantes domũ Dei magnã:

B 9 Et templum ex lapidibus politis, et magnis et preciosis materiis in parietibus:

10 Et opera illa instanter fieri, et suffragare et prosperare in manibus eorum, et in omni gloria quam diligentissimè perfici.

11 Tunc interrogauimus seniores dicentes, Quo permittente vobis ædificatis domum istam, et opera hæc fundatis?

12 Ideo autem interrogauimus eos, vt notum faceremus tibi homines et præpositos: et nominũ scripturam præpositorum postulauimus illos.

13 At illi responderunt nobis, dicentes, Nos sumus serui Domini, qui fecit cælum et terram.

3. Reg. 6.a 14 Et ædificabatur hæc domus ante annos istos multos à rege Israel magno et fortissimo, et consummata est.

4. Reg. 24. 25. 15 Et quoniam patres nostri exacerbantes erant, et peccauerũt in Deum Israel, tradidit eos in manus Nabuchodonosor regis Babyloniæ, regis Chaldæorum:

16 Et domum istam demolientes incenderunt, et populum captiuum duxerunt in Babylonem,

1. Esdr. 5.e 17 In primo anno regnante Cyro rege Babyloniæ scripsit Cyrus rex domum hanc ædificare:

18 Et illa sacra vasa aurea et argentea quę extulerat Nabuchodonosor de domo quæ est in Ierusalem, et consecrauerat ea in suo templo, rursus protulit ea Cyrus rex de templo quod erat in Babylonia, et tradita sunt Zorobabel, et Salmanasaro subregulo:

19 Et præceptum est eis vt offerrent hæc vasa, et reponerent in templo: quod erat in Ierusalem, et ipsum templum Dei ædificare in loco suo.

20 Tũc Salmanasarus subiecit fundaméta domus Domini, quæ est in Ierusalem: et ex inde vsq; nunc ædificatur, et non accepit consummationem.

1 ANno verò secũdo regni Darii, Aggæo, & Zacharia qui filius erat Addo, prophetis fata sua Iudæis & incolis Iudææ ac Ierosolymæ, nomine Domini Dei Israelitici vaticinantibus: a Super eos

2 Eo, inquam, tempore Zorobabel Salathielis natus, & Iesus filius Iosedec extruere cœperunt ædem Domini Ierosolymitanam, adiungentibus se prophetis Domini, & eos adiuuantibus.

3 Eodem tempore præsto fuerunt eis Sisennes præfectus Syriæ Phœniciæque, & Sathrabuzanes cum collegis suis, & eos interrogauerunt:

4 Cuiusnam decreto freti templum hoc ædificatis? & structuram hanc reliquaq; omnia molimini? aut qui sunt opifices ista perpetrantes?

5 Gratiam tamen seniores Iudæorum consecuti sunt à Domino, (qui reduces è captiuitate respiciebat,)

6 Vt non prohiberentur ædificatione, donec ad Darium de istis relatum fuisset, & renunciatum.

7 Exemplum epistolæ ad Darium scriptæ, & missæ. SISENNES præfectus Syriæ & Phœniciæ, & Sathrabuzanes, ac collegæ in Syria Phœniciáque præsides, regi Dario salutem.

8 Omnino notum esse domino nostro regi, nos Iudææ fines ingressos, vbi Ierosolymam vrbem peruenimus, deprehendisse obnoxios captiuitati seniores Iudæorum in eadem vrbe Ierosolyma condentes ædem Domino magnã.

9 Et nouam politis lapidibus preciosis, tignisq; iam inuncta parietibus.

10 Atque opera ipsa maturari instanter, & negotium rectè succedere sub manus ipsis summa cum magnificentia, diligentiaq; perficiendum.

11 Cumq; interrogassemus seniores his verbis, Cuiusnam iussu ædificatis ædem hanc, aut has opera statuitis?

12 Tum, inquam, sciscitati essemus viros his rebus authores, tibi significandi, scribendiq; causa, & nomina ducum ab ipsis describenda postulassemus:

13 Illi nobis in hæc verba responderunt, Nos creatoris cœli terræq; Domini serui sumus.

14 Cum autem conditum fuisset templum multis antehac annis à rege Israelitico magno & præpotente, & esset consummatum:

15 Cælestis Dominus Israelis patres nostros, quia peccatis exacerbarunt ipsum, tradidit in manus Nabuchodonosoris regis Babyloniæ Chaldæorum.

16 Qui templum hoc demoliti concremauerunt, & populum captiuum abduxerunt Babylonem.

17 Cyrus autem rex anno primo quam regnum obtinuit in Babylonia regione, diplomata dedit vt templum hoc ædificaretur.

18 Sacraq; vasa tã aurea quàm argẽtea, quæ de tẽplo Ierosolymitano Nabuchodonosor abstulerat, & collocarat in delubro suo, ea rursus inde rex idem Cyrus extulit è delubro illo Babylonico. Fuerunt autem attributa Zorobabeli & [b] Sanabassaro præfecto. b 1. Esdr. 5. est Schaschbazar.

19 Cum mandatis vt eadem asportata vasa in templo Ierosolymitano reponeret, in templo inquam Domini suo loco restituendo.

20 Tũ Sanabassarus ille cum huc aduenisset, fundamenta iecit ædis Domini Ierosolymitanæ: quæ cum ex illo ædificetur vsque adhuc, nondum est consummatione perfecta.

21 Nunc ergo si regi videtur, inquiratur in regiis Cyri bibliothecis:

22 Et si inueniatur decreto Cyri regis coeptam esse structuram ædis Domini Ierosolymitanæ, reg[i]q; domino nostro videatur, de his nobis renunciet.

23 Tum rex Darius præcepit vt inquireretur in regiis bibliothecis quæ sunt in Babylonia: & inuentum est in Ecbathanis vrbe, quæ est in regione Media, volumen vnum, in quo hæc erant memoriæ prodita:

3 אחמתא 3.Esdr.6

24 Cyrus rex anno regni sui primo mandauit ædem Domini Ierosolymis, vbi igni perenni sacrificetur, ædificandam:

25 Cuius altitudo sit cubitorum sexaginta, totidemque cubitorum latitudo, cum domiciliis è lapide polito tribus, & vno ex indigena nouoq; ligno domicilio: vtque de domo Cyri regis tribuantur impendia:

26 Et sacra ædis Domini vasa, tam aurea quàm argentea, quæ templo Ierosolymitano Nabuchodonosor extulit, & asportauit Babylonem, vt restituta in idem templum Ierosolymitanum, quo collocata fuerunt loco reponantur.

27 Iniunxit autem curam agendam Sisennæ præfecto Syriæ & Phœniciæ, ac Satrabuzanæ, collegisq; & delegatis per Syriam Phœniciamq; præsidibus, vt loco abstineant: sinant autem Zorobabelem seruum Domini & præfectum Iudææ, senatumque Iudæorum ædem illam Domini eo in loco extruere.

28 Porrò autem ego præcipiendum putaui, vt perficiatur ædificium, & auxilium accuratius ferendum reducibus à captiuitate Iudæis, donec ædes Domini fuerit absoluta.

29 Præterea ex tributo Cœlesyriæ & Phœniciæ stipendium diligenter præbendum iisdem hominibus, & præfecto Zorobabeli in sacra facienda Domino, in tauros, in arietes, in agnos:

30 Itemq; frumenti salis, vini & olei annuo continuo prout sacerdotes Ierosolymitani renunciarint insumi quotidie citra controuersiam,

31 Vt Deo summo pro rege & liberis eius ferantur libamina, & pro vita eorum supplicetur.

32 Ad hæc sancitum est, vt quicunque transgressi fuerint aliquid de prædictorum aut scriptorum, aut etiam minuerint, vt lignum tollatur a possessionibus eorum, in quo suspendantur, bonaq; ipsorum regi addicantur.

33 Proindeq; adeo Dominus ille, cuius est illic nomen percelebratum, obterat omnem regem aut populum, qui manum suam ad prohibendum aut affligendam ædem illam Domini Ierosolymitanam prætenderit.

34 Hæc ego rex Darius decreui, vt secundum ea exactè procuretur.

21 Nunc ergo si iudicatur à te ô rex, perquiratur in regalibus bibliothecis Cyri regis quæ sunt in Babylonia:

22 Et si inuentum fuerit consilio Cyri regis cœptam esse structuram domus Domini, quæ est in Ierusalem, & iudicatur à domino rege nostro, scribat de his nobis.

23 [Tunc Darius rex præcepit inquiri in bibliothecis: & inuentus est in Ecbathanis oppido, quod est in Media regione, locus vnus in quo scripta erant ista, 1.Esdr.6.a 3.Esdr.4.c

24 ANNO PRIMO regnante Cyro rex Cyrus præcepit domum Domini quæ est in Ierusalem ædificare, vbi incendebant igni assiduo:

25 Cuius altitudo sit cubitorum decem. & latitudo cubitorum sexaginta, quadratum lapidibus politis tribus, & meniano ligneo eiusdem regionis & meniano vno nouo: & impendia dari de domo Cyri regis:

26 Et sacra vasa domus Domini tam aurea quam argentea, quę extulit Nabuchodonosor in domum Domini, quæ est in Ierusalem, vbi erant posita, vt ponantur illic. D

27 Et præcepit curam agere Sisennem subregulum Syriæ, & Phœnicis, & Satrabuzanem, & sodales eius, & qui ordinati erant in Syria & Phœnice præsides, vt abstinerent se ab eodem loco.

28 Et ego quoque præcepi in totum ædificare & prospexi. vt adiuuent eos qui sunt in captiuitate Iudæorum, donec consummetur templum ædis Domini:

29 Et à vexatione tributorũ Cœlesyrię & Phœnicis diligenter quantitatẽ dari his hominibus ad sacrificium Domini, Zorobabel præfecto, ad tauros, & arietes, & agnos:

30 Similiter autem & frumentum, & sal, & vinum, & oleum instanter per singulos annos, prout sacerdotes qui sunt in Ierusalem, dictarunt consumi quotidie sine vlla dilatione.

31 Vt offerantur libationes summo Deo pro rege & pueris eius, & orent pro ipsorum vita:

32 Et denuncietur, vt quicunq; transgressi fuerint aliquid ex his quæ scripta sunt, aut spreuerint, accipiatur lignum de suis propriis, & suspendantur & bona ipsorum regi ascribantur.

33 Propterea & Dominus, cuius nomen inuocatum est ibi, extermines omnem regem & gẽtem, qui manum suam extenderit prohibere, aut male tractare domum Domini illam quæ est in Ierusalẽ.

34 Ego Darius rex decreui quàm diligentissime secundum hæc fieri.

CAPVT VII.

1 TVm Sisennes præfectus Cœlesyriæ Phœniciaque & Sathrabuzanes ac collegæ mandata regis Darij persequentes,

2 Sacris instabant operibus, senioribus sacerdotum, ædilibusq; templi ferentes auxilium.

3 Et succedebant opera sacra prophetico munere fungentibus Aggæo & Zacharia vatibus,

4 Et ad finem perducta sunt iuxta mandatum Domini Dei Israelitici, & decretum Cyri, Darij & Artaxerxis regum Persicorum, vsque ad sextum annum regni Darij,

5 Quo templum illud sacrosanctum consummatum est, tertia & vicesima die mensis Adar, anno sexto Darij regis.

6 Fecerunt autem posteri Israelis tam sacerdotes ac Leuitæ, quàm reliqui reduces è captiuitate facta secundum præcepta libri Mosaici,

7 Et consecrarunt in dedicationem templi Domini tauros centum, ducentos arietes, agnos quadringentos,

8 Et pro peccato totius populi Israelitici hædos duo-

1 TVnc Sisennes subregulus Cœlesyriæ & Phœnicis, & Satrabuzanes, & sodales obsecuti his quæ Dario rege erant decreta, A 1.Esdr.6.[illegible]

2 Instabãt sacrosanctis operibus diligentissime, cooperãtes cũ senioribus Iudæorũ principibus Syriæ,

3 Et prosperata sunt sacrosancta opera. prophetantibus Aggæo & Zacharia prophetis.

4 Et consummarunt omne per præceptum Domini Dei Israel, & ex consilio Cyri, & Darii, & Artaxerxis regis Persarum.

5 Et consummata est domus nostra vsque ad tertiam & vicesimam diem mensis Adar, sexto anno Darii regis.

6 Et fecerunt filii Israel, & sacerdotes & Leuitæ & cæteri qui erant ex captiuitate, qui appositi sunt, secundum ea quæ scripta sunt in libro Moysi.

7 Et obtulerunt in dedicationem templi Domini, tauros centum, arietes ducentos, agnos quadringentos,

8 Et hœdos pro peccatis vniuersi Israel duodecim,

decim, secundum numerum tribuum Israel.

9 Et steterunt sacerdotes & Leuitæ amicti sto-
C lis per tribus super omnia opera Domini Dei Israel
secundũ librũ Moysi, & ostiarii per singulas ianuas.

10 Fecerunt filii Israel cum his qui erant ex ca-
ptiuitate illud phase quartadecima luna mẽsis pri-
mi, quando sanctificati sunt sacerdotes & Leuitæ.

11 Omnes filii captiuitatis non sunt simul san-
ctificati.

12 Quia Leuitæ omnes simul sanctificati sunt Et
immolarunt phase vniuersi filii captiuitatis, & fra-
tribus suis sacerdotibus, & sibimetipsis.

13 Et manducauerunt filii Israel, qui erant ex
D captiuitate omnes qui remanserant ab omnibus
execrationibus gentium terræ quærentes Dominũ,

14 Et celebrauerunt diem festum azymorum
septem diebus epulantes in conspectu Domini:

15 Quoniam conuertit consilium regis Assy-
riorum in eos, confortare manus eorum ad opera
Domini Dei Israel.

decim pro numero duodecim tribuum Israeliticarum.

9 Sacerdotibus & Leuitis adornatis iuxta tribus, stantibus in opere Domini Dei Israelitici secundum præscriptum libri Mosaici, itemq́ pro singulis portis ostiariis.

10 Et egerunt Israelitæ reduces à captiuitate [1] pascha die mensis primi quartadecima, quando lustrati sunt sacerdotes & Leuitæ vnà cum omnibus ab exilio reducibus

11 Nam lustrabantur, & immolabant [2] pascha omnibus reuersis è captiuitate,

12 Vnaq́ cum omnibus lustrabantur, & mactabant pascha omnibus tam fratribus suis sacerdotibus, quam sibimetipsis.

13 Epulati sunt itaque Israelitæ ab exilio reduces omnes abalienati à piaculis gentium terræ, Dominique sectatores.

14 Et celebrauerunt diem festum azymorum septem diebus lætabundi in conspectu Domini,

15 Quòd consilium regis Assyriaci erga eos inclinasset vt eis ad manus operibus Domini Dei Israelitici admouendas author esset.

1 Solenne paschatis.
2 i. hostiam paschatem.

CAPVT VIII.

1 ET post hunc regnante Artaxerxe Persarum,
A rege accessit Esdras filius Azariæ, filii Helciæ,
filii Solome,

2 Filii Sadoc, filii Achitob, filii Ameri, filii Aza-
hel filii Bocci, filii Abisue, filii Phinees, filii Eleazari,
filii Aaron primi sacerdotis.

3 Hic Esdras ascendit de Babylonia, cum esset
scriba & ingeniosus in lege Moysis, quæ data est à
Domino Deo Israel docere & facere.

4 Et dedit ei rex gloriam, quòd inuenisset gratiã
in omni dignitate & desiderio in conspectu eius.

5 Et ascenderunt simul cum ipso ex filiis Israel,
& sacerdotibus & Leuitis, & sacris cantoribus
templi, & ostiariis, & seruis templi in Ierusalem,

6 Anno septimo regnante Artaxerxe in quinto,
se. (hic annus septimus est regni,) exeuntes de Ba-
bylonia nouilunio quinti mensis,

7 Venerunt Ierosolymam iuxta præceptum il-
lius secundum prosperitatem itineris à Domino
ipsorum datam eis.

8 In his enim Esdras magnam disciplinam obti-
nebat, ne prætermitteret quicquam eorum quæ es-
sent ex lege Domini & præceptis, & docendo vni-
uersum Israel omnem iustitiam & iudicium.

9 Accedentes autẽ, qui scribebant scripta Arta-
xerxis regis tradiderunt scriptum q̃ obuenerat ab
Artaxerxe rege ad Esdram sacerdotem, & lectorem
legis Domini, cuius exemplum subiectum est:

10 REX Artaxerxes Esdræ sacerdoti & lectori
legis Domini, salutem.

11 Humanior ego iudicans in beneficiis præce-
pi eis qui desiderant ex gente Iudæorum sua spon-
te, & ex sacerdotibus, & Leuitis, qui sunt in regno
meo, comitari tecum in Ierusalem.

12 Si qui ergo cupiunt ire tecum, conueniant, &
B proficiscantur sicut placuit mihi & septem amicis
meis consiliariis:

13 Reuisitent ea quæ aguntur secundum Iu-
dæam & Ierusalem,

14 Obseruantes sicut habes in lege Domini,

15 Et ferant munera, Domino Deo Israel quæ
voui & amici, Ierusalem, & omne aurum & argen-
tum, quod inuentum fuerit in regione Babyloniæ
Domino in Ierusalem cum illo,

16 Quod est donatum pro ipsa gente in tem-
plum Domini eorum quod est in Ierusalem, col-
ligitur hoc aurum & argentum ad tauros & arietes
& agnos, & hœdos, & quæ his sunt congruentia,

17 Vt offerant hostias Domino super altare Do-
mini ipsorum quod est in Ierusalem.

1. Esd. 7. B

1 POst hæc peracta regnante Artaxerxe rege Persarum, aduenit Esdras natus Saraia filio Azaria, filii Helcia, filii Schalum,

*2 Filii Zadoc, filii Achitob, filii [1] Azaria, [1] filii Meraioth, filii Zacharia, filii * Sauia, [1] filii Bocci, filii Abischua, filii Phineas, filii Elazar, filii Aaronis primi sacerdotis.*

3 Hic Esdras ascendit è Babylone, scriba ingeniosus in lege Moysi, quæ data est à Deo Israelitico.

4 Et Ordinauit eum rex honoribus, vt qui gratia apud ipsum in omnibus postulatis suis valuisset.

5 Ascenderunt autem vnà cum eo è posteris Israelis tam sacerdotes & Leuitæ, quam ostiarii & ministri sacrorum Ierosolymam,

6 Anno septimo regni Artaxerxis, [[1] perueneruntq́ Ierosolymam] mense quinto, eodem anno septimo regni. Nam profecti Babylone nona luna primi mensis, [nona luna quinti].

7 Ierosolymam pro dato sibi à Domino successu itineris peruenere.

8 [1] Etenim Esdras hic magna pollebat scientia, vt nihil prætermitteret eorum quæ essent instituenda ex lege præceptisq́ Domini, vt qui omnem Israelem ritus omnes & iura doceret.

9 Huic Esdræ sacerdoti, ac professori legis Dominicæ scriptum diploma Artaxerxis regis oblatum est, cuius subiectum est exemplum:

10 REX Artaxerxes Esdræ sacerdoti, legisq́ Dominicæ professori salutem.

11 Ego adductus officio humanitatis, statuendum putaui, vt quiuis ex gente Iudæorum sacerdotes & Leuitæ, qui essent in regno nostro, quibusq́ ita gratum foret, vnà tecum proficiscerentur in terram Israeliticam.

12 Si quibus igitur est animus, vt mihi & septem amicis meis consiliariis placuit,

13 Vna consurgant in profectionem: vt procurent res Iudaicas & Ierosolymitanas.

14 Secundum ea quæ lex Domini continet,

15 Ferant autem Ierosolymam Domino Israelitico munera, quæ ego & amici voto nuncupauimus, & aurũ atque argentum omne quod in terra Babylonica comparari potuerit, Domino ferant Ierosolymam,

16 Et quod donariis populi collatum fuerit, in templum Domini Dei sui Ierosolymitanum: vt tam aurum quàm argentum cogatur in tauros, in arietes, in agnos, & his similia,

17 Ad hostias Domino Ierosolymis ad aram eiusdem Domini Dei eorum immolandas.

CAP. VIII.
1 ita mendosè.
ipsis.
* NID.

1 Corruptum ita Græcum contextum restituimus ex Hebræo. 1. Esd. 7.
3 Ratio cur vnà cum eo ascenderint sacerdotes, &c.

18 Ad hæc omnia quæcunq; tu cũ fratribus tuis tam auro quàm argẽto effecta volueris, pro voluntate Dei tui perficito:

19 Sacráq; vasa Domini in vsum templi Dei tui q est Jerosolymæ, tibi data ibidem coram Deo tuo collocato.

20 Itemq; reliqua quæcunque tibi venerint in mentem, ad templum Dei tui necessaria de regali thesauro suppeditabis.

21 †††

22 Deinde ego rex Artaxerxes quæstorib⁹ Syriæ, Phœniciæq; præcepi, vt quæcunq; petitum miserit Esdras sacerdos, legisq; summi Dei professor,

23 Ea diligenter ipsi vsq; ad talenta argenti centum tribuant. Similiter autem & vsq; ad frumenti coros centum, viniq; metretas totidem. Et alia vero large.

24 Omnia secũdum legem diuinam summo Deo peragantur: vt ne contrahatur offensio regno regis & filiorum eius.

25 Porrò autem vobis denunciatum esto, vt ne vllis sacerdotibus, Leuitis, sacris cantoribus, ostiariis, sacrorum ministris aut huic templo nauantibus operam vllis,

26 Vllum tributum aut vectigalis genus aliud irrogetur: neq; potestatem quisquam habeat his quicquam imponendi.

27 Tu vero Esdra pro diuina sapientia, iudices designa & arbitros, qui ius dicant in tota Syria Phœniciaq;, legis Dei tui peritos omnes: imperitiores autem doceto,

q Scilicet in exilium.

28 Vt quicunq; legem diuinam aut regiam violarint, sedulo plectãtur siue morte, siue cruciatu siue mulcta pecuniaria siue abductione.*

29 Tum Esdras scriba, Gratulor inquit soli Domino Deo patrum meorum, qui hanc iniecit regi mentem, vt gloria ornaret ædem ipsius Jerosolymitanam.

30 Et honorem mihi apud regem, consiliariósq;, amicos omnes proceres eius tribuit.

5 vel, mecum ascenderent.

31 Unde spe Domini dei mei fretus audacior euaderem: tum autem qui congregarunt viros ex gente Israëlitica, qui mecum proficiscerentur.

† 1. Esdræ 8.

32 Hi sunt autem proceres familiarum iuxta suum quisq; primatũ, qui mecum Babylone profecti sunt, tempore regni regis Artaxerxis.

Daniel.

33 E pregnatu Phinees, Gersom: è pregnatu Ithamar: † Gamaliel: pregnatu Dauid ⁶ Hettus, filius Sechaniah:

6 [illegible] Hattus, [illegible]

34 E pregnatu ⁷ Phares, Zacharias, & cum eo descripti viri centum quinquaginta:

7 פרעש

7 Vox rectius iuxta veteres interpr. Pahath, id est, dux.

35 E pregnatu ⁸ Pahath Moab Elihoenai filius Zarahiæ, & cum eo viri ducenti:

36 E pregnatu Zathoe Sechaniah filius Jehaziel, & cum eo viri trecenti. E pregnatu Adin, Obed filius Jonathan, & cum eo viri ducenti quinquaginta:

9 עתליה 1. Esdræ 8.

37 E pregnatu Elam, Jesaias filius ⁹ Gotholiæ, & cum eo viri septuaginta:

10 זרית

38 E pregnatu Saphatiah, ¹⁰ Zaraiah filius Michael, & cum eo viri ¹¹ octoginta:

10.11 Veteres interpretes octoginta.

39 E pregnatu Joab, Obadiah filius ¹² Jehiel, & cum eo viri ducenti duodecim:

12 Vetus interp. ex filiis Baniæ.

40 ¹² E pregnatu Banidah, Salomith filius Josaphia, & cum eo viri centum sexaginta:

41 E pregnatu ¹³ Babi, Zacharias filius Bebai, & cũ eo viri viginti octo:

13 בבי quod aliter Bebas, aliter Babai, aliter Babi.

42 E pregnatu Azgad, Johanan filius ¹⁴ Haccatan, & cum eo viri centum & decem:

14 הקטן

43 E pregnatu Adonicam, postremi, quorũ hæc sunt nomina, Eliphalet, Jeiel, ¹⁵ Semaias, & cum ipsis viri septuaginta: e pregnatu ¹⁶ Bagoi, Uthai filius ¹⁷ Isacur, & cum eo viri septuaginta.

15 Vetus interp.

16 בגוי

17 וזכור rectius legisse.

44 Hos congregaui ad fluuiũ ¹⁸ Theran dictũ, vbi positis tentoriis triduum morati sumus, dũ eos recognoscebã.

18 Vetus interp. Thia.

45 Cum autem e progenie sacerdotum ac Leuitarum nullos illic inuenissem:

46 Misi accersitum (qui ecce & venerunt) Eleazarum, Maasman, Alnathan, Samaian, Joribum, Nathan,

18 Et omnia quæcunq; volueris cum fratribus tuis facere auro & argento, perfice pro voluntate tua secundum præceptum Domini Dei tui.

19 Et sacrosancta vasa, quæ data sunt tibi ad opera domus Domini Dei tui, quæ est in Jerusalem.

20 Et cætera quæcunque tibi subuenerint ad opera templi Dei tui, dabis è regali gazophylacio:

21 *Cum volueris, cũ fratribus tuis facere auro & & argento, perfice secundum voluntatem Domini. * *Hic versus non est in Græcis textibus*

22 Et ego quidem rex Artaxerxes præcepi custodibus thesaurorum Syriæ & Phœnicis, vt quæcunq; scripserit Esdras sacerdos, & lector legis Domini diligenter detur ei:

23 Vsq; ad argenti talenta centum, similiter & auri: & vsque ad frumenti modios centum, & vini amphoras centum, & alia quæcunq; abundant sine taxatione.

24 Omnia secundum legem Dei fiant Deo altissimo: ne forte exurgat ira in regno regis, & filii, & filiorum eius.

25 Vobis autem dicitur, vt omnibus sacerdotibus, & Leuitis, & sacris cantoribus, & seruis templi, & scribis templi huius,

26 Nullum tributum, neq; vlla alia indictio irrogetur, nec habeat quisquam potestatem obiicere eis quicquam.

27 Tu autem Esdra secundum sapientiam Dei cõstitue iudices & arbitros in tota Syria & Phœnice: & omnes qui legem Dei tui non nouerunt, doces

28 Vt quotquot transgressi fuerint legem, diligenter plectantur, siue morte, siue cruciatu, siue etiam pecuniæ mulctatione vel abductione.

29 Et dixit Esdras scriba, Benedictus Deus patrũ nostrum: qui dedit hanc voluntatem in cor regis, clarificare domum suam quæ est in Jerusalem;

30 Et me honorificauit in conspectu regis, & consiliariorum, & amicorum, & purpuratorũ eius.

31 Et ego constans animo factus sum secundum opitulationem Domini Dei mei, & congregaui ex Israel viros, vt simul ascenderent mecum.

32 §Et hi sunt præpositi secundum suas patrias, & principatus portionales eorum qui mecum ascenderunt de Babylonia in regno Artaxerxis. 1. Esd. [illegible]

33 Et ex filiis Phares, Gersomus: ex filiis Siemarib, Amenus: filiorum David, Acch⁹ filius Secciliæ:

34 Ex filiis Phares, Zacharias, & cum eo reuersi sunt viri centum quinquaginta:

35 Ex filiis ductoris Moabilionis Zaraei, & cum ipso viri ducenti quinquaginta:

36 Ex filiis Zachues, Jechonias, Zechoeli, & cum ipso viri ducenti quinquaginta:

37 Ex filiis Sala, Maasias Gotholiæ, & cum ipso viri septuaginta:

38 Ex filiis Saphatiæ, Zarias Micheli, & cum ipso viri octoginta:

39 Ex filiis Job, Abdias Jeheli, & cum ipso viri ducenti duodecim:

40 Ex filiis Baniæ, Salimoth, filius Josaphiæ, & cum ipso viri centum sexaginta:

41 Ex filiis Beer, Zacharias Bebei, & cũ ipso viri ducenti octo:

42 Ex filiis Ezead, Johannes Eccetan, & cum ipso viri centumdecem:

43 Ex filiis Adonicã ipsis postremis, & hæc sunt nomina eorum, Eliphalem, filius Gebel, & Someias & cum ipso viri septuaginta.

44 Et congregaui eos ad fluuiũ qui dicitur Thia, & morati sumus illic triduo, & recognoui eos.

45 §Et ex filiis sacerdotum & Leuitarum non inueni illic. 1. Esd. 8. b D

46 Et misi ad Eleazarum, & Eccelon, & Masman, & Malohan, & Enaathan, & Samea, & Joribum, Nathan,

Nathan, Enuagã Zachariam, & Mosolamum ipsos ductores & peritos:

47 Et dixit eis vt venirent ad Loddeum, qui erat apud locum gazophylacii.

48 Et mandauit eis vt dicerent Loddeo & fratribus eius, & illis qui erant in gazophylacio, vt mitterent nobis eos qui sacerdotio fungerentur in domo Domini Dei nostri.

49 Et adduxerunt nobis secundum manum validam Domini Dei nostri viros peritos: ex filiis Moholi, filii Leui, filii Israel, Sebebiã, & filios & fratres, qui erant decem & octo:

50 Asbiam & Amin ex filiis filiorum Chananæi, & filii eorum viri viginti.

51 Et ex his qui templo seruiebant, quos dedit David, et ipsi principes ad operationem Leuitis templo seruientium ducenti viginti. Omnia nomina significata sunt in scripturis.

Esd.1.8 52 Et vouit illic ieiunium iuuenibus in conspectu Dei, vt quæreret ab eo bonum iter nobis, et qui nobiscum erant, et filiis, et pecoribus propter insidias.

53 Erubui enim petere à rege pedites et equites in comitatu tutelæ gratia contra aduersarios nostros.

54 Diximus enim regi, quoniam virtus Domini erit cum eis qui inquirunt eum in omni affectu.

55 Et iterum deprecati sumus Dominum Deum nostrum secundum hæc: quem et propitium habuimus, et compotes facti sumus Deo nostro.

56 Et separaui ex plebis præpositis, et sacerdotibus templi viros duodecim, et Sedebiam, et Asannam, et cum eis ex fratribus eorum viros decem.

57 Et appendi eis aurum et argentum & vasa sacerdotalia domus Dei nostri, quæ donauerant rex, et consiliarii eius, et principes, et omnis Israel.

58 Et cum appendissem, tradidi argenti talenta centum quinquaginta, et vasa argentea talentorum centum et auri talenta centum:

59 Et vasorum aureorum septies viginti, et vasa ærea de bono æramento splendentia, duodecim, auri speciem reddentia:

60 Et dixi eis, et vos sancti estis Domino, et vasa sunt sancta, et aurum, et argentũ votum est Domino Deo patrum nostrorum.

61 Vigilate et custodite, donec tradatis ex plebis præpositis, et sacerdotibus, et Leuitis, et principibus ciuitatum Israel in Jerusalem, in pastophorio domus Dei nostri.

Esd.1.8 62 Et hi qui susceperũt sacerdotes et Leuitæ aurum et argentum et vasa intulerunt in Jerusalem in templum Domini.

63 Et promouimus à fluuio Thia, die duodecima mensis primi, vsquequo introiuimus in Jerusalem.

64 Et cum factus fuisset tertius dies, quarta autem die ponderatum aurum, et argentum est in domo Domini Dei nostri Marimoth, filio Iori sacerdoti.

65 Et cum ipso erat Eleazar filius Phinees: et erant cum ipsis Josadus filius Jesu, et Medias, et Banni filius Leuitæ, ad numerum, et pondus vniuersa.

66 Et scriptum est pondus ipsorum eadem hora.

67 Qui autem venerunt ex captiuitate, obtulerunt sacrificium Domino Deo Israel, tauros duodecim pro omni Israel, arietes octoginta sex.

68 Agnos septuaginta duos, hircos pro peccato duodecim, et pro salute vaccas duodecim, omnia in sacrificium Domini.

69 Et relegerũt præcepta regis regalib. dispẽsatorib.

Elnathan, Zachariam, & [19] Mesollam, præceres & rerum peritos. 19 משׂכּים

47 Has ego iussi conferre se ad [20] Addaum principem in loco [21] Gazophylacii. 20 אדוני
21 בכספיא

48 Cum mandatis quæ referrent ad Addaũ & fratres eius, & eos qui essent in loco illo Gazophylacii, vt mitterent ad nos, qui in æde Domini nostri fungerentur sacerdotio.

49 Adduxerunt itaq; nobis, * quæ est manus Domini nostri potentia, viros peritos, è prognatis Mohli filii Leui filii Israelis Serebiam cum filiis suis & fratribus numero decem & octo: * vel, pro potentia manus Domini nostri.

50 Et Hasebiam atq; † Annon cum Jesaia fratre è filiis Chananæi, quorum filii viri viginti. † Vetus interpr. Amin.

51 E sacrorum autem ministris, quos David constituerat, qui præbant ad opus Leuiticum sacrorum, inquam, ministros ducẽtos & viginti, descriptione nominatim omnium celebrata.

52 Ibi tum ieiunium coram Domino Deo nostro ex voto indixi iuuenibus, vt iter inoffensum ab eo nobis comitantibusque nos liberis nostris & iumentis peteremus.

53 Verebar enim petere à rege pedites, aut equites, aut comitatum, quo ab infestantibus nos tuti essemus.

54 Dixeramus enim regi virtutem Domini nostri affore sectatoribus ipsius ad omnia recte constituenda.

55 Rursum itaq; super his Dominum supplicauimus, & nacti sumus propitium.

56 Cumq; selegissem e tribunis & sacerdotibus viros duodecim, nempe Serebiam & Hasabiam, & cum eis viros e fratribus ipsorum decem:

57 Appendi illis argentum & aurum, sacráque vasa ædis Domini nostri, tum donaria regis ac consiliariorum eius, & procerum, populique Israelitici vniuersi.

58 His inquam, appensa talenta argenti sexingenta quinquaginta attribui, & vasa argentea centum talentorum, aurique centum talenta cum viginti vasis aureis:

59 Tum ex ære præstanti instar auri splendentia duodecim:

60 Et verbis insuper adieci. Vos consecrati estis Domino, & item vasa sacrosancta, aurumq; hoc & argentum Domino patrum nostrorum voto dicatum est.

61 Ergo Vigilate, & custodiam agite, donec ea tribunis sacerdotum & Leuitarum, familiarumq; Israeliticarumq; proceribus Hierosolymis, in conclauibus ædis Dei nostri restituatis:

62 Et sacerdotes ac Leuitæ recepta tum idem argentum & aurum, atq; vasa Hierosolymis in templum Domini intulerunt.

63 Cum verò à fluuio Toua mouissem * die mensis primi duodecima, Hierosolymã peruenimus, potente manu Domini nos protegente. Nam ab ingressu itineris Dominus nos conseruauit ab omni hoste, & venimus Hierosolymam.

64 Cumq; tertium ibi consumpsissemus diem, quarto tum die argentum & aurum appensum in æde Domini nostri [22] Marimoth, filio Vriæ sacerdoti attributum est. 22 Ita rectè iuxta Veterem interpr.

65 Simul & Eleazaro filio Phinees, et collegis Jozabad filio Iesu, & Noadia Bannui filio [23] Leuitis: ad numerum, inquam, & pondus, vniuersa: 23 LXX. male distulerunt hãc dictionẽ à priori commate, vt apparet.

66 Eodemq; tempore pondus eorum omne descriptum est.

67 Porrò reduces à captiuitate victimas obtulere Domino Deo Israelitico, pro vniuerso Israele, tauros duodecim, arietes nonaginta sex, 1.Esd.8.

68 Agnos septuaginta duos, hircosq; piaculares duodecim omnia Domino sacrificantes.

69 Cumq; mandata regia regiis dispensatoribus &

præfectis Cœlesyriæ Phœniciæq; obtulissent, factum est
vt illi honorem populo temploq; Dei exhiberent.

70 His peractis adierunt me proceres his verbis:

71 Nec principes gentis Israeliticæ, nec sacerdotes, nec
Leuitæ ab alienigenis terræ populis, aut ab impuritati-
bus gentium Chananæorum, Hettæorum, Pherezæorum,
Iebusæorum, Moabitarum, Ægyptiorum, Idumæorúmq;
abstinuêre.

72 Cum filiabus enim istorum iunxêre connubia tam
ipsi quam eorundem filii, & semen sanctum alien genis
terræ populis permixtum est: culpæque huius participes
facti sunt ipsi principes & proceres iam inde ab huiusce
rei primordio.

73 Hæc simul ac intellexi, cum vestimentis sacraq;
tunica conscissa, crines capitis, barbaq; vellicans sedebam
cogitabundus ac mœrens.

74 Conuenerunt ad me super hoc piaculo lugentem
quicunq; verbo Domini Dei Israelitici permouebantur.
Cum vero mœstus vsque ad sacrificium vespertinum se-
dissem.

14 מעם à ieiunio vel potius ab afflictione

75 [14] A ieiunio consurrexi scissaq; gerens vestimen-
ta, sacramq; tunicam, summissis genibus, manus ad Do-
minum tendens:

76 Vereor, inquam, & erubesco conspectum tuum Do-
mine,

77 Quia peccata nostra exuperauerunt capita nostra,
& inscitia nostrorum iam inde à temporibus maiorum
nostrorum ad cœlum vsq; pertigit,

78 Grauiq; adeo in culpa sumus etiam hodie.

79 Etenim ob peccata tam nostra quàm patrum no-
strorum ad cædem, captiuitatem, & prædam vnà cum
fratribus, cum regibus, & cum sacerdotibus nostris, regi-
bus terræ ignominiosè vsq; ad hodiernum diem sumus
expositi.

80 Nunc tamen veniam aliquatenus abs te Domine
consecuti sumus, vt superesset nobis radix & nomen in
sacrosancto loco tuo.

81 Vtq; denuo nobis effulgeret lux in æde Domini Dei
nostri, & alimenta nobis præberentur tempore seruitutis
nostræ.

82 Nam seruientes, abs te Deo nostro non fuimus de-
serti, sed reddidisti nos apud reges Persarum gratiosos, vt
nobis alimenta tribuerent:

83 Temploq; Domini nostri decernerent honorem,
tum vt instauraretur deserta Zion, sedesq; stabilis in Iu-
dæa & Hierosolymis nobis concederetur.

84 Iam verò cũ hæc nobis obtigerint, quid dicemus?
Nam violauimus præcepta tua, quæ nobis per interpretes
seruos tuos prophetas tradidisti, dicens:

85 Terra in quam possidendam proficiscemini terra
est contaminata impuritate gentium terræ alienigena-
rum, quæ eam sua fœditate repleuerunt.

86 Quapropter filias eorum ne iungatis matrimonio
filiis vestris, nec filias vestras filiis ipsorum nuptum collo-
cetis.

87 Adeóq; ne pacem quidem habere cum ipsis cure-
tis vllo tempore, vt confirmati opima terræ fruamini, e-
amq; filiis vestris hæreditate perpetua tradatis.

88 Ergo omnes hi casus propter improba facinora, gra-
uiaq; peccata nostra nobis euenerunt.

89 Tu enim Domine alleuasti peccata nostra, & ta-
lem nobis dedisti propaginem. Nos autem rursum ad vio-
landam legem tuam iter refleximus admiscendo nos im-
puritati gentium terræ.

90 Nonne potuisses irasci nobis vt perderes nos adeò
vt neq; radix, neque semen, neque nomen nobis superstes
esset?

91 Verax es, ô Domine Israelitice: nam reliqua radix
est etiam hodie.

92 Ecce nunc in conspectu tuo sumus cum sceleribus
nostris, neque enim possumus sub stare iam coram te cum
hac causa.

& subregulis Cœlesyriæ, & Phœnicis: & honorifi-
cauerunt gentem, & templum Domini.

70 Et consummatis his accesserunt ad me præ-
positi, dicentes: F

71 Non segregauerunt genus Israel, & princi- 1.Esdr.9.a.
pes, & sacerdotes, & Leuitæ, & alienigenæ gentes,
& nationes terræ immũditias suas à Chananæis &
Hethæis & Pherezæis, & Iebusæis & Moabitis &
Ægyptiis & Idumæis:

72 Coniuncti enim sunt filiabus eorum & ipsi,
& filii eorum: & mistum est semen sanctum alieni-
genis gentibus terræ: & participes erant propositi,
& magistrat' iniquitatis ei' ab initio ipsius regni.

73 Et mox vt audiui ista, conscidi vestimenta &
sacram tunicam: & lacerãs capillos capitis & bar-
bam, sedi dolens & mœstus.

74 Et conuenerunt quotquot tunc mouebantur
in verbo Domini Dei Israel ad me lugentem super
iniquitatem istam: & sedebam tristis vsq; ad sacrifi-
cium vespertinum.

75 Et consurgens à ieiunio, conscissa habens
vestimenta & sacram tunicam, ingeniculans, & ex-
tendens manus ad Dominum dicebam:

76 Domine confusus sum, & reueritus sum 1.Esd.9.b.
ante faciem tuam.

77 Peccata enim nostra multiplicata sunt super
capita nostra, & iniquitates nostræ exaltatæ sunt
vsq; ad cælum:

78 Quoniam à temporibus patrum nostrorum
sumus in magno peccato vsq; ad diem hunc.

79 Et propter peccata nostra, & patrum nostro- Deut.28.
rum sumus traditi cum fratribus nostris, & cum
sacerdotibus nostris regibus terræ in gladium &
captiuitatem, & deprædationem cum confusione
vsq; in hodiernum diem.

80 Et nunc quantũ est hoc quod contigit nobis
misericordia abs te Domine Deus, & relinque no-
bis radicẽ & nomen in locum sanctificationis tuæ:

81 Detegere luminare nostrum in domo Domi-
ni Dei nostri, dare nobis cibum in omni tempore
seruitutis nostræ.

82 Et cum seruiremus, nõ fuimus derelicti à Do-
mino Deo nostro: sed constituit nos in gratia po-
nens nobis reges Persarum dare cibum:

83 Et clarificare templum Domini Dei nostri, &
ædificare deserta Sion, dare nobis stabilitatem in
Iudæa & Ierusalem.

84 Et nunc quid dicimus Domine habẽtes hæc? G
Transgressi enim sumus præcepta tua, quæ dedisti Deut.7.a.14.b
in manus puerorum tuorum prophetarum, dicẽs:

85 Quoniam terra, in quam introistis possidere
hæreditatem eius, terra polluta est coinquinatio-
nibus alienigenarum terræ, & immunditiæ illo-
rum repleuerunt eam tota immunditia sua.

86 Et nunc filias vestras non coniungetis filiis
eorum, & filias eorum non accipietis filiis vestris:

87 Et non inquiretis pacem habere cum illis o-
mni tempore, vt inualescentes manducetis optima
terræ, & hæreditatem distribuatis filiis vestris vsq;
in æuum.

88 Et quæ contingunt nobis, omnia fiunt pro-
pter opa nostra maligna, & magna peccata nostra.

89 Et dedisti nobis talem radicem, & rursum
reuersi sumus transgredi legitima tua, vti commi-
sceremur immunditiæ alienigenarum gentium ter-
ræ huius.

90 Nónne irascêris nobis perdere nos, quoad
vsq; non relinquatur radix & nomen nostrum?

91 Domine Deus Israel verax es. Derelicta est o-
nim radix vsq; in hodiernum diem.

92 Ecce, nunc sumus in cõspectu tuo in iniquita-
tibus nostris. Non est. n. adhuc stare ante te in his.

93 Et

1.Esd.10.a. 93 ¶ Et cum adorando confiteretur Esdras flens, humi postratus ante templú, congregati sunt ante eum ex Jerusalem turba magna valde, viri & mulieres & iuuenes & iuuenculæ. Fletus. n. erat magnus in ipsa multitudine.

94 Et cú clamasset Iechonias Jeheli ex filiis Israel, dixit Esdræ, Nos in Dominum peccauimus, quòd collocauimus in matrimonium mulieres alienigenas ex gentibus terræ.

95 Et nunc es super omnem Israel. In his ergo fit iusiurandú à Domino expellere omnes vxores nostras quæ ex alienigenis sunt, cum filiis earum.

96 Sicut tibi decretum est à maioribus secúdum legem Domini exsurgens explica.

97 Ad te enim spectat negotium, & nos tecum sumus viriliter fac.

98 Et exurgens Esdras adiurauit principes sacerdotú & Leuitas, & omnem Israel facere secundum hæc: & iurauerunt.

93 Hæc cum Esdras precabundus & flens atq; prostratus humi ante templum testaretur, congregata est ad eum Hierosolymitana turba perquàm frequens virorum fœminarum & puerorum: ingens enim erat ploratus multitudinis.

94 Tum proclamat Sechenias Jehiele natus Israelita, Nos, inquit, Esdra in Dominum Deum peccauimus, vt vxores alienigenas è gentibus terræ domum duximus,

95 Et nunc [1] suspensus est omnis populus Israeliticus Dominus igitur nos hoc obstringamus iureiurando, repudiaturos nos omnes, quas ex alienigenis duximus, vxores nostras, vnà cum liberis earum,

96 Si tibi videatur, & omnibus legi Dei obtemperantibus. Exurge & rem perage.

97 Nam tuum hoc munus est, & nos tibi aderimus: tu te fortem prabeto.

98 Exsurrexit ergo Esdras, & iureiurando adegit principes sacerdotum ac Leuitarum, totiusq; Israelis, secundum hæc esse facturos: & iusiurandum dederunt.

25 ἐπιμένει ἐπὶ quod 1.Esd.9.e. ישׁ מקוה לישׂראל id est, expectatione suspensus est quid hac & quomodo peccatum hoc corrigatur.

CAPVT IX.

A

1.Esd.10.c. 1 ET exurgens Esdras ab ante atrium templi, abiit in pastophorium Jonathæ filii Nasabi:

2 Et hospitatus illic non gestauit panem, nec aquam bibit super iniquitatem multitudinis.

3 Et facta est prædicatio in omni Judæa, & in Jerusalem omnibus qui erant ex captiuitate in Jerusalem congregati.

4 Vt quicunq; non occurrerit biduo & triduo dici secúdum iudicium assidentium seniorum, tollerentur facultates suæ, & ipse alienus iudicaretur à multitudine captiuitatis.

5 Et congregati sunt omnes qui erant ex tribu Juda, & Beniamin in tribus diebus in Jerusalem, hic mensis est nonus, dies mensis vicesimus.

6 Et sedit omnis multitudo in area templi tremëtes propter hyemem præsentem.

7 Et exsurgens Esdras dixit illis, Vos inique fecistis collocantes vobis in matrimonium vxores alienigenas, vt adderetis ad peccata Israel.

B 8 Et nunc date confessionem, & magnificentiam Domino Deo patrum nostrorum:

9 Et perficite voluntatem ipsius, & discedite à gentibus terræ, & ab vxoribus alienigenis.

10 Et clamauit omnis multitudo, & dixerút voce magna, Sicut dixisti, faciemus.

11 Sed quoniam multitudo magna est, & tépus hybernum, & non possumus insubsidiati stare; & hoc opus nó est nobis vnius diei, neq; bidui: multum enim in his peccauimus:

12 Stent præpositi multitudinis, & omnes qui nobiscum inhabitant, & quotquot habent vxores apud se alienigenas.

13 Et assistant accepto tépore ex omni loco presbyteri, & iudices, vsquequò soluant iram Domini negocii huius.

14 Jonathas autem filius Ezeli, & Ozias Thecam susceperunt secundum hæc: & Bosoramus, & Leuis, & Sabbathæus simul cooperati sunt cum illis.

15 Et steterunt secundum hæc omnia vniuersi qui erant ex captiuitate.

C 16 Et elegit sibi viros Esdras sacerdos principes magnos de patribus eorum secundum nomina: & consederunt nouilunio mensis decimi examinare negocium istud.

17 Et determinatum est de viris qui habebant vxores alienigenas, vsq; ad neomeniá primi mensis.

18 Et inuenti sunt ex sacerdotibus permisti qui habebant alienigenas vxores.

1.Esd.10.d. 19 ¶ Ex filiis Jesu filii Josedec, & fratribus eius, Maseas, & Eliozerus, & Joribus, & Joadeus.

20 Et iniecerunt manus vt ex pellerent vxores

1 PORrò Esdras Postquam ab atrio templi exsurrexit, contulit se in exhedram Johanan filii Eliasib.

2 Ibiq; moratus est, nec [1] panem gustans, nec aquam bibens, quod super grauibus populi criminibus lugeret.

3 Cumq; indictus esset publicè in tota Judæa & Hierosolymis omnibus à captiuitate reducibus conuentus Hierosolymam,

4 Et quicunq; intra biduum aut triduum præsto non essent iuxta primorum seniorum sanctionem illorum iumenta consecrarentur, ipsiq; segregarentur à commercio reducum à captiuitate.

5 Congregati sunt Hierosolymam omnes tribules Judæ & Beniamin intra triduum die vicesima noni mensis.

6 Et vniuersa multitudo consedit in area templi tremens propter vrgentem hyemem.

7 Ibi cum exsurrexisset Esdras, allocutus est eos, Cum vos nefas admiseritis, eo quod vxores duxeritis alienigenas, Israelem peccatis reddentes auctiorem:

8 Jam nunc confessione tribuite gloria Domino Deo patrum nostrorum,

9 Et voluntati eius obtemperantes vosipsos à gentibus terræ, vxoribus alienigenis segregate.

10 Tum exclamauit vniuersa multitudo, magna voce, Sic, inquit, vt monuisti, faciemus:

11 Sed cum multitudo frequens sit, & tempestas hyemalis, nec sub dio stare valeamus, præsertim cum non sit hoc nobis vnius aut duorum dierum opus, (nam latè patet nostrum hac in re peccatum.)

12 Constituantur qui præsint multitudini: & quicunque è nostris contuberniis vxores habent alienigenas:

13 Apto tempore præsto sint vnà cum loci cuiusq; senioribus & iudicibus, donec placetur nobis ira Domini super hoc precepto.

14 Susceperunt itaq; munus hoc Jonathan Asahelis filius, & [2] Jahzias [3] filius Thecuæ, administros se præbentibus Mosolla, Leui, & Sabbathai.

15 Reducesq; adeò a captiuitate se gesserunt secundum hæc omnia.

16 Esdras verò sacerdos viros sibi cooptauit primarios è patribus ipsorum nominatim omnes, qui tum noua luna mensis decimi inquisitioni huius negocii consedissent.

17 Causa virorum vxores alienigenas habentium noua luna primi mensis ad exitum perducta sunt.

18 Inuenti sunt autem è sacerdotibus qui sibi alienigenas vxores adiunxerant.

19 E progenie Jesu filii Jozedec, & fratribus, [3] Maasias, Eliezer, Jorib, & Jedaiæ.

20 Hi vxores suas repudiare, [4] arietemq; sum arieti-

1 Vel, cibum iuxta Heb. לחם.

2 Ita rectius iuxta veterem interpr.

3 Ita rectius vetus interpres.

4 ἀγνοίας lege.

5 Vetus interp. Eses.
6 & Ieelech.
* 2.Esd.vlt.Iozadab.
9 Vetus interpr. Ionas, & 2.Esdr. vltim.
אליסור
8 Ita rectius vetus interpres.
9 Vetus interp. Mimelus.
10 & Iāmebias.
11 Ita rectius vetus interpres.
12 Ita rectius vetus interpres.
13 אלישיב
14 Vetus interp. Tebedias.
15 Vetus interp. Zabdias & Emēs
16 משלם
17 וישאל
18 Vetus Interpres. Caleus
בלל
20 Vetus interp. Nuae. 2.Esd. 10.
חנח
20 Ita rectius iuxta veterem interp.
21 22 23 24 Hic multa rectius iuxta veterem interp quam nos corruptam & illam rectionem.
25 Græce men. cosum ἐξ ἰδρῶ.
R ... vetus interpr.

lus expiare aggressi sunt.

21 *E pregnatu Emmer, Hanani, Zabdiah. [5] Eanes,* *Samaias, [6] Ieiel,* *Azarias.*

22 *E pregnatu Phashur, Elionai, Maasias, Iesmael,* *Nathanael, [8] Ocidelus,* *& Alasah.*

23 *E Leuitis autem, Iozabad, Semei, Golias, (is est* *Culitas,) Patheas, Iahudas, & [7] Ionas.*

24 *E sacris cantoribus. [8] Eliasib,* *& Bacchurus.*

25 *Ex ostiariis, Salum, & Tolbanes.*

26 *Ex Israelitis: è pregnatu Phores, Remias, Eddias,* *Melchias, [9] Mamin,* *Eleazar, [10] Asibias Banaias.*

27 *E pregnatu Elam, Mathanias, Zacharias, Iehiel, Ieremoth, & [11] Helias.*

28 *At è pregnatu [12] Zathor,* *Eliada, [13] Elisib. Mathonias, Iarimoth, Zabad, & [14] Sardaeus.*

29 *E pregnatu Bebai, Iohanan, & Hananias, & [15] Iosabalus, & Emathelis.*

30 *E pregnatu Bani, [16] Olamus,* *Maluch, Iedaias,* *Iasub, [17] Iasael,* *& Ieremoth.*

31 *Et è pregnatu Addin, Naathus, & Moosias,* [18] *Lacunus,* *& Banaias, & Mathanias, & Bezelel, &* *Bannus, & Manasses.*

32 *E pregnatu [19] Annas,* *Elionas, Asias, Melchias,* *Sammaias, Simon Chosameus.*

33 *Et è pregnatu Hasum Mathanias, Matthathias*
20 *Bannaias, Eliphalath, Manasses, Semei.*

34 *E pregnatu [21] Banni,* *Ieremias. [22] Moadi,* [23] *Amram, Iuel, Banaias, Bedias, [24] Ienias,* *Marimoth,* *Eliasib, Mathanias, Mathanai, Eliasis, Bannus, Elialei,* *Saines, Selemias, Nathanias. Et è pregnatu Ozora, Sesi,* *Ezrel, Azael, Samareus, Zambri, Ioseph.*

35 *Et è pregnatu [25] Nebo,* *Mathathias, Zabad, Idei,* *Iuel, Banaias.*

36 *Omnes isti adiunxere sibi vxores alienigenas, &* *easdem vna cum liberis repudiauere.*

37 *Iam autem sacerdotes & Leuitæ, & Israelitæ Ierosolymis, & in ea regione habitabant noua luna mensis* *septimi domicilia, sua incolebant,*

38 *Cum vnanimis conuenit omnis multitudo in aream* *ad portam templi, quæ est aduersa Orienti:*

39 *Et Esdram sacerdotem & recitatorem ad legem* *Mosis à Domino Deo Israelitico traditam proferendam* *inuitant.*

40 *Protulit igitur Esdras pontifex legem noua luna* *septimi mensis, vt legem audiret vniuersus cœtus tam virorum quam fœminarum, & omnes sacerdotes.*

41 *Et recitauit eam in prima ad sacram portam* *area, à prima luce vsque ad meridiem coram viris & mulieribus, vniuersa multitudine animum ad legem attendente.*

42 *Stabat autem Esdras sacerdos & recitator legis in* *præparato suggestu ligneo.*

26 שמוע
27 מעשיה
28 Ita rectius iuxta veterem interp.
29 Vetus interp. Abuthas Sabas, Nabadias, & Zacharias.

43 *Et astabant ei Mathathias, [26] Samus,* *Ananias,* *Azarias, Vrias, Ezechias & [27] Balasamus a dextera:*

44 *A sinistra verò Phadaias, [28] Misael,* *Malachias*
29 *Aotasaphos, Nabarias.*

45 *Et Esdras Assumpto libro legis coram multitudine, (primus enim sedebat honorifice in conspectu omnium)*

46 *Omnibus rectis inter explicandam legem stantibus, Esdras, inquam, gratulabatur Domino Deo summo, Deo exercituum omnipotenti.*

47 *Vniuersa multitudine Amen acclamante.*

48 *Et sublatis in cœlum manibus, procumbentes humi Dominum adorabant.*

30 Vetus interp. Banaeus.
31 Ita rectius vetus interp.

49 *Iesus, [30] Bani,* *Sarebias, Iaminus, Acub, Sabathai, Hodaias, Maasias, Celita, Azarias, Iozabad, Hananus & [31] Phalaias* *Leuitæ, & edisserebant legem Domini, quæ recitata fuerant interim illustrantes.*

suas & ad citādum in exorationem ariete pro ignorantia sua.

21 Et ex filiis Semmeri, Maseas & Esses Ieelech Azarias.

22 Et ex filiis Fosere, Limosias, Hismaenis, & Nathanee, Iussio, Reddus, & Talsas.

23 Et ex Leuitis, Iorabdus, & Semeis, & Golnis, & Calitas, & Facteas, & Coluas, & Elionas.

24 Et ex sacris cantoribus, Eliasib, Zaccarus.

25 Et ex ostiariis, Salumus, & Tolbanes.

26 Et ex Israel: ex filiis Foro, Ozi, & Remias & 2.Esdr.vlt.
Geddias & Melchias & Michelus, Eleazarus & Iammebias & Bannas.

27 Et ex filiis Iolaman, Chamas & Zacharias &
Iezrelus & Ioddius & Erimoth & Helias. D

28 Et ex filiis Zathoim, Eliadas & Liasumus, Zochias & Larimoth & Zabdis & Tebedias.

29 Et ex filiis Zebes, Iohannes & Amanias & Zabdias & Emens.

30 Et ex filiis Banni: Olamus & Maluchus & Ieddeus & Iasub & Azabus & Ierimoth.

31 Et ex filiis Addin, Naathus & Moosias & Caleus & Raanas, Maaseas, Mathathias & Beseel & Bunus & Manasses.

32 Et ex filiis Nuae, Noneas & Aseas & Melchias & Sameas & Simon, Ben iamin & Malchus & Marras.

33 Et ex filiis Asom, Carianeus, Mathathias & Bannus & Eliphalach & Manasses & Semei.

34 Et ex filiis Banni, Ieremias & Moadias & Abramus & Iohel & Baneas & Pelias & Ionas & Marimoth & Eliasib & Mathaneus & Eliasis & Orizas & Dielus, & Semedius & Zambris & Iosephus.

35 Et ex filiis Nobei, Idelus & Mathathias Sabadus & Zecheda, Sedmi & Iesiei Baneas.

36 Omnes isti coniunxerunt sibi vxores alienigenas. & dimiserunt eas cum filiis. E

37 Et inhabitauerunt sacerdotes & Leuitæ: & qui erant ex Israel in Ierusalem, & in tota vna regione nouilunio mensis septimi. Et erant filii Israel
in commotionibus suis. 2.Esdr.8.a

38 ‡Et congregata est omnis multitudo simul in aream, quæ est ab oriente portæ sacræ:

39 Et dixerunt Esdræ pontifici, & lectori, vt afferret legem Moysi, quæ tradita est à Domino Deo Israel.

40 Et attulit Esdras pontifex legem omni multitudini eorum a viro vsque ad mulierem, & omnibus sacerdotibus audire legem nouilunio mensis septimi.

41 Et legebat in area, quæ est ante sacram portam templi, à prima luce vsque ad vesperam coram viris & mulieribus. Et dederunt omnes sensum ad legem.

42 Et stetit Esdras sacerdos, & lector legis super F
ligneum tribunal, quod fabricatum erat

43 Et steterunt ad eum Mathathias, & Samus, Ananias, Azarias, Vrias, Ezechias & Balsamus ad dexteram:

44 Et ad sinistram Faldeus, Misael, Malachias, Abuthbas, Sabus, Nabadias & Zacharias.

45 Et assumpsit Esdras librum coram omni multitudine: (præsidebat enim in gloria in conspectu omnium)

46 Et cum absoluisset legem, omnes erecti steterunt: & benedixit Esdras Dominum Deum altissimum, Deum Sabaoth omnipotentem.

47 Et respondit omnis populus, Amen.

48 Et eleuatis sursum manibus procidentes in terram, adorauerunt Dominum. 49 Iesus & Ba- G
naeus & Sarebias & Iaddimus & Accubus & Sabbathæus & Caliches & Azarias & Ioradus & Ananias & Philias Leuitæ, qui docebant legem Domini & in multitudine legebant legem Domini, & præferebant singulis eos, qui intelligebant lectionem.

50 Et dixit Acharathes Esdræ pontifici, & lecto-
ri, & Leuitis qui docebát multitudinem, dicens:
51 Dies hic sanctus est Domino. Et omnes fle-
bant, cum audissent legem.
2. Esd. 8. c. 52 Et dixit Esdras, ‖ Digressi ergo manducate pin-
guissima quæque, & bibite dulcissima quæque, &
mittite munera his qui non habent.
53 Sanctus enim est hic dies Domini, & nolite
mœsti esse. Dominus enim clarificabit vos.
54 Et Leuitę denunciabant in publico omnibus,
dicentes, Dies hic sanctus est, nolite mœsti esse.
55 Et abierunt omnes manducare, & bibere, &
epulari, & dare munera his qui non habebant, vt
epularentur.
56 Magnificè. n. sunt exaltati verbis quib⁹ edo-
cti sunt. Et congregati sunt vniuersi in Jerusalem
celebrare lætitiam, secundum testamentum Domi-
ni Dei Israel.

50 Porrò Hatbarsates Esdram pontificem ac recitatorem, omnesq; Leuitas populum docentes sic est allocutus:
51 Hic dies Domino consecratus sit. Omnes autem dum legem audierunt, Lachrymis se dediderunt,
52 Et dixit Esdra, Digressi ergo cibos lautiores sumite, & potui dulciori indulgentes fercula non habentibus mittitate.
53 Nam Domino sacer est hic dies, ut ne mœsti sitis: Dominus enim illustrabit vos.
54 Eadem hæc omnia Leuitæ quoq; populum hortabantur dictitantes, Dies hic sacer est Domino, ut mœreatis.
55 Itaq; discesserunt omnes ut cibum & potum sumerent, & gaudia celebrarent, fercula non habentibus.
56 Per summam lætitiam mittitantes. Adhuc enim erant imbuti sermonibus, quibus instituti fuerant, & in cœtu detenti.

LIBER ESDRÆ QVARTVS, QVI inter apocrypha ponitur.

Argumentum huius libri.

Hic liber generis est prophetici, continens obiurgationem populi immorigeri, & promissiones Ecclesiæ gloriosæ per doctrinam Euangelii comparanda Christo: Deinde verò visiones mirificas subnectens ad concisionis sua illustrationem ostendit malorum quæ Iudæos opprimebant, causas, venturorum signa & formas usq; ad instaurationem Ecclesiæ per Christum auctorem bonis in suos & malis in aduersarios: atque ab expectatione illius pios & fideles animos consolatur.

CAPVT I.

1. Esd. 7. a. A LIBER Esdræ prophetæ secūdus, filii Sa-
rei, filii Azare, filii Helcię, filii Sadanię,
filii Sadoch, filii Achitob,
2 Filii Achiæ, filii Phinees, filii Heli,
filii Ameriæ, filii Asiei, filii Marimoth, filii Arna, fi-
lii Oziæ, filii Borith, filii Abisæi, filii Phinees, filii E-
leazar.
3 Filii Aaron ex tribu Leui, qui fuit captiuus in
regione Medorum, in regno Artaxerxis regis Persa-
rum.
4 Et factum est verbum Domini ad me, dicens:
Ma. 58. a. 5 ‖ Vade, & nuncia populo meo facinora ipsorū,
& filiis eorum iniquitates, quas in me admiserunt,
vt nuncient filiis filiorum:
6 Quia peccata parentum ipsorū in illis creue-
runt. Obliti enim mei sacrificauerunt diis alienis.
7 Nónne ego eduxi eos de terra Ægypti de do-
mo seruitutis? Ipsi autem irritauerunt me, & consi-
lia mea spreuerunt.
8 Tu autem excute comam capitis tui, & proii-
ce omnia mala super illos: quoniam non obedie-
runt legi meæ. Populus autem est indisciplinatus.
B 9 Vsquequò eos sustinebo, quibus tanta be-
Exod. 14. f neficia contuli?
Num. 21. d 10 Reges multos propter eos subuerti, ‖ Pharao-
nē cum pueris suis, & omnē exercitū eius percussi.
Iosu. 8. 10. 12. 11 Omnes gentes a facie eorum perdidi, & in o-
riente prouinciarum duarū populos Tyri & Sido-
nis dissipaui, & omnes aduersarios eorū interfeci.
12 Tu verò loquere ad eos, dicens: Hæc dicit
Dominus:
Exod. 14. f. 13 ‖ Nempe ego vos per mare transmeaui, &
Exod. 3. b. plateas vobis initio munitas exhibui, ducem vobis
Nu. 21. 3. d dedi ‖ Mosen, & Aaron sacerdotem.
14 ‖ Lucem vobis per columnam ignis præstiti, &
magna mirabilia feci in vobis: vos autem mei ob-
liti estis, dicit Dominus.

LIBER secundus Esdræ prophetæ, filii Saraiæ, filii Azariæ, filii Helciæ, filii Sadaniæ, filii Sadoc, filii Achitob:
2 Filii Achiæ, filii Phinees, filii Heli, filii Ameriæ, filii Asiei, filii [1] Marimoth, filii Arnæ, filii Oziæ, filii [2] Borith, filii Abisei, filii Phinees, filii Eleazar: 1 Al. Marioth. 2 Al. Bocci, filii Abischua.
3 Filii Aaron, ex tribu Leui, qui fuit captiuus in Medorum regione, in regno Artaxerxis regis Persarum.
4 Editum est mihi oraculum Domini his verbis:
5 Abi & declara populo meo facinora sua, & filiis eius scelera quæ in me commiserunt, ut narrent ea nepotibus:
6 Quia peccata parentum ipsorum in ipsis adaucta sunt. Obliti enim mei sacrificauerunt diis alienis:
7 Nónne ego eduxi eos è terra Ægypti, è domo illa seruitutis? Ipsi autem irritauerunt me, & consilia mea spreuerunt.
8 Tu igitur excute comam capitis tui, & omne genus malorum super illos proiice, quoniam legi meæ non paruerunt sed populus fuit contumax.
9 Quamdiu feram eos, quibus tanta contuli beneficia?
10 Reges multos subuerti, propter eos occidi Pharaonem cum seruis suis, & omnem eiusdem exercitum:
11 Omnes gentes è conspectu eorum profligaui, & [3] in Oriente duarum prouinciarum populos Tyri & Sidonis dissipaui, omnesq; hostes eorum interfeci. 3 Quid si In Occidentem.
12 Tu ergo alloquere eos, dicens, Hæc ait Dominus:
13 Nempe ego vos traduxi per mare, & [4] viam vobis initio tutam exhibui: ducem vobis dedi Mosen, & Aaron sacerdotem. 4 plateas.
14 Lucem vobis præstiti per columnam igneam, & magna inter vos edidi miracula. Vos autem mei obliti estis, ait Dominus.

15 Hæc dicit Dominus omnipotens, Coturnix vobis signo fuit, castra vobis dedi præsidio: ibi vero fremuistis.

16 Nec meo nomine triumphastis de interitu inimicorum vestrorum, sed adhuc usq; fremuistis.

17 Ubi sunt beneficia quæ præstiti vobis? Nónne in deserto cum esurientes ad me vociferati essetis dicentes,

18 Cur nos in desertum hoc induxisti perimendos? præstiterat nobis seruiisse Ægyptiis, quam in hoc deserto mortem appetere.

19 Ego dolui gemitus vestros. & manna dedi vobis esui, panémq; angelorum comedistis?

20 Nónne cum sitiretis, excidi petram, & profluxerunt aquæ ad satietatem? Ab æstu foliis arborum protexi vos,

21 Terrasq; vobis opimas distribui, Chananæos, Pherezæos & Philisthæos e conspectu vestro profligaui: quid faciam vobis amplius? ait Dominus.

22 Hæc dicit Dominus omnipotens. In deserto cum essetis ad flumen, [5] *Amorrhæum sitientes & obtrectantes nomen meum,*

23 Non rependi vobis ignem pro obtrectationibus, sed merso in aquam ligno dulce flumen effeci.

24 Quid tibi faciam Jacob? Obedire noluisti Iuda. Transferam me ad gentes alias, quibus committam nomen meum, ut seruent leges meas.

25 Quoniam me dereliquistis, ego quoque derelinquam vos. Petentibus à me veniam vobis, non dabo:

26 Cum inuocabitis me, ego vos non exaudiã. Fœdastis enim sanguine manus vestras, & impigri sunt pedes vestri ad homicidia committenda.

27 Tametsi non deseruistis me, sed vosipsos, ait Dominus.

28 Hæc dicit dominus omnipotens, Nónne ego vos rogaui ut pater filios, ut mater filias, & ut nutrix puerulos suos?

29 Ut essetis mihi populus, sicut ego vobis Deus? & vos mihi loco filiorum sicut ego vobis loco patris?

30 Ita vos collegi, ut gallina pullos suos sub alas. Porrò autem quid faciam vobis? Proiiciam vos à conspectu meo.

31 Cum mihi munera attuleritis, auertam faciem meam a vobis. Dies enim festos vestros, neomenias & circumcisiones repudiaui.

32 Ego misi seruos meos prophetas ad vos, quos abreptos interfecistis, & laniastis corpora eorum. Horum sanguinem ego vindicabo ait Dominus.

33 Hæc dicit Dominus omnipotens, Domus vestra deserta est. Proiiciam vos sicut ventus stipulam.

34 Nec filii sobolem propagabunt: quoniam neglexerunt mandatum meum. & quod inuisum est mihi, perpetrauerunt.

35 Tradam domos vestras populo venturo, & qui cum me non audiat, credant: cum eis miracula non ediderim, exequantur quæ præcepi:

36 Cum prophetas non viderint, scelera sua detestentur.

37 Testatam volo populi venturi gratiam, cuius pueruli exultant lætabundi, qui me corporeis oculis non vident, sed animo credunt quæ locutus sum.

38 Nunc ergo frater aspice, quanta gloria, & contẽplare populum ab Oriente venientem.

39 Cui dabo ductores Abraham, Isaac, Iácob, Oseam, Amos, Michæam, Ioel, Abdiam, Jonam.

40 Naum, Habacuc, Sophoniam, Aggæum, Zachariam, qui & angelus Domini vocatus est.

[5] מרה corruptum videtur. Significat autem Marah Exod. 15. locum vbi Israelitæ præ amaritie ac aquarum sitim passi sunt.

15 Hæc dicit Dominus omnipotens: Coturnix Exod. 16.d.
vobis in signo fuit, castra vobis ad tutelam dedi, & Psal. 105.
illic murmurastis:
16 Et non triumphastis in nomine meo de perditione inimicorum vestrorum, sed adhuc nũc usque murmurastis.
17 Ubi sunt beneficia, quæ præstiti vobis? Nonne in deserto cum esuriretis, proclamastis ad me, dicentes:
18 Ut quid nos in desertum istud adduxisti in- Numer. 14.a.
terficere nos? melius nobis fuerat seruire Ægyptiis, quàm mori in deserto hoc.
19 Ego dolui gemit⁹ vestros, & dedi vobis manna in escam,
20 Panem angelorum manducastis, Nónne cũ Sap. 16.c.
sitiretis, petram excidi, & fluxerunt aquę in saturi- Numer. 20.b.
tate? Propter æstus foliis arborum vos texi.
21 Diuisi vobis terras pingues: Chananæos, &
Pherezæos, & Philisthæos a facie vestra proieci: Esa. 5.b.
quid faciam vobis adhuc? dicit Dominus. Exod. 25.d.
22 Hęc dicit Dominus omnipotens: In deserto cum essetis in flumine Amorrhæo sitientes, & blasphemantes nomen meum:
23 Non ignem vobis pro blasphemiis dedi, sed mittens lignum in aquam, dulce feci flumen.
24 Quid tibi faciam Iacob? noluisti obedire Ex. 32.b.
Iuda. Transferam me ad alias gentes. & dabo eis nomen meum, ut custodiant legitima mea.
25 Quoniam me dereliquistis, & ego vos dereliquã. Petentibus vobis à me misericordiam, non miserebor.
26 Quando inuocabitis me, ego non exaudiam Esa. 1.d.
vos. Maculastis enim manus vestras sanguine, & pedes vestri impigri sunt ad cõmittenda homicidia.
27 Non quasi me dereliquistis, sed vosipsos dicit Dominus.
28 Hæc dicit Dominus omnipotens, Nónne ego vos rogaui, ut pater filios, & ut mater filias, & ut nutrix paruulos suos,
29 Ut essetis mihi in populum, & ego vobis in Deũ: & vos mihi in filios, & ego vobis in patrem?
30 Ita vos collegi, ut gallina pullos suos sub a- Matth. 23.b.
las suos. Modo autem quid faciam vobis? Proiiciam vos à facie mea.
31 Oblationem cum mihi attuleritis, auertam Esa. 66.a.
faciem meam à vobis. Dies enim festos vestros, & Osee 2.a.
neomenias & circumcisiones repudiaui.
32 Ego misi pueros meos prophetas ad vos, quos acceptos interfecistis, & laniastis corpora eorum, quorum sanguinem exquiram, dicit Dominus.
33 Hæc dicit Dominus omnipotens, Domus vestra deserta est. Proiiciam vos sicut ventus stipulã,
34 Et filii procreationem non facient: quoniam mandatũ meum neglexerunt, & quod malum est coram me, fecerunt.
35 Tradam domos vestras populo venienti, qui me non audientes credunt: quibus signa non ostendi, facient quæ præcepi.
36 Prophetas non viderunt, & memorabuntur iniquitatum eorum.
37 Testor populi venientis gratiam, cuius paruuli exultant cum lætitia, me non videntes oculis carnalibus, sed spiritu credentes quæ dixi.
38 Et nunc frater aspice, quæ gloria: & vide populum venientem ab oriente,
39 Quibus dabo ducatum Abraham, Isaac, & Iacob. & Osee, & Amos. & Michææ, & Ioel, & Abdię, & Ionæ.
40 Et Naum, & Habacuc, Sophoniæ, Aggæi, Zachariæ, & Malachiæ, qui & angelus Malach. 3.a.
Domini vocatus est.

CAPUT II.

1 HÆC dicit Dominus, Ego eduxi populum istum e seruitute, & ad eum mandata dedi seruos meos p-

1 HÆc dicit Domin⁹, Ego eduxi populum istum de seruitute, quibus mandata dedi per pueros meos

meos Prophetas quos audire noluerunt, sed irrita
fecerunt mea consilia.
2 Mater quæ eos generauit, dicit illis, Ite filii,
quia ego vidua sum & derelicta.
3 Educaui vos cum lætitia, & amisi vos cum lu-
ctu & tristitia, quoniam peccastis coram Domino
Deo vestro, & quod malum est coram eo fecistis.
4 Modo autem quid faciam vobis? Ego vidua
sum & derelicta: ite filii, & petite à Domino mise-
ricordiam.
5 Ego autẽ te pater testẽ inuoco super matrem
filiorum, qui noluerunt testamẽtum meũ seruare.
6 Vt des eis confusionem, & matrem eorum in
direptionem, ne generatio eorum fiat.
7 Dispergantur in gentes nomina eorum, dele-
antur a terra: quoniam spreuerũt sacramentũ meũ.
8 Væ tibi Assur, qui abscondis iniquos penes te.
Deut. 29. c Gens mala, memorare ‖ quid fecerim Sodomæ
& Gomorrhæ,
9 Quorum terra iacet in piceis glebis & agge-
ribus cinerum. sic dabo eos, qui me non audie-
runt, dicit Dominus omnipotens.
10 Hæc dicit Dominus ad Esdram, Nuncia po-
pulo meo, quoniam dabo eis regnum Jerusalem,
quod daturus eram Israel.
11 Et sumam mihi gloriam illorum, & dabo eis
tabernacula æterna, quæ præparaueram illis.
B 12 Lignum vitæ erit illis in odore vnguenti, &
non laborabunt, neque fatigabuntur.
13 Ite, & accipietis. Rogate vobis dies paucos,
vt minorentur. Iam paratũ est vobis regnũ: vigilate.
14 Testare cælum & terram. Cõtriui enim ma-
lum, & creaui bonũ: quia viuo ego dicit Dominus.
15 Mater amplectere filios tuos, educa illos
cum lætitia. Sicut columba confirma pedes eorum:
quoniam te elegi dicit Dominus.
16 Et resuscitabo mortuos de locis suis, & de
monumentis educam illos: quoniam cognoui no-
men meum in Israel.
17 Noli timere mater filiorum, quoniam te ele-
gi dicit Dominus.
18 Mittam tibi adiutorium pueros meos Isa-
iam & Jeremiam, ad quorum consilium, sanctifi-
caui, & paraui tibi arbores duodecim grauatas va-
riis fructibus,
19 Et totidem fontes fluentes ‖ lac & mel, &
Exod. 15 montes immensos septem, habentes rosam & li-
lium, in quibus gaudio implebo filios tuos.
20 Viduam iustifica, pupillo iudica, egenti da,
orphanum tuere, nudum vesti,
21 Confractum & debilem cura, claudum irri-
dere noli, tutare mancum, & cæcum ad visionem
claritatis meæ admitte.
22 Senem & iuuenem intra muros tuos serua:
23 ‖ Mortuos vbi inueneris signans commen-
Tobiæ 10. d da sepulchro, & dabo tibi primam sessionem in re-
surrectione mea.
24 Pausa & quiesce populus meus, quia veniet
requies tua.
25 Nutrix bona nutri filios tuos, confirma pe-
des eorum.
26 Seruos quos tibi dedi, nemo ex eis interiet:
eos ego enim requiram de numero tuo.
27 Noli fatigari. Cum enim venerit dies pressu-
C ræ & angustiæ, alii plorabunt & tristes erunt: tu
autem hilaris & copiosa eris.
28 Zelabunt gentes, & nihil aduersus te pote-
runt, dicit Dominus.
29 Manus meæ tegent te, ne filii tui gehennam
videant.
30 Jucundare mater cum filiis tuis, quia ego te
eripiam dicit Dominus.

phetis quos audire noluerunt, & consilia mea sunt a-
spernati.
2 Mater quæ genuerauit eos, dicit illis, Ite filii, quia
ego vidua sum & derelicta.
3 Educaui vos cum lætitia, & cum luctu tristitiaque
amisi vos, quoniam peccastis in Dominum Deum ve-
strum & quod displicet ipsi, perpetrauistis.
4 Nunc igitur quid faciam vobis? Ego vidua sum
& derelicta: ite filii, & veniam à Domino petite.
5 Ego vero te pater testor de matre filiorum, qui te-
stamentum meum seruare noluerunt,
6 Vt exponas eos ad ignominiam, & matrem eorum
ad direptionem, ne genus eorum propagetur.
7 Dispergantur in gentes nomina eorum, deleantur
de terra, quoniam sacramentum meum spreuerunt.
8 Væ tibi Assyria, quoniam penes te latebram præ-
bes iniustis. Memoria repete gens improba, quomodo a-
nimaduerterim in Sodomam & Gomorram,
9 Quarum terra iacet in glebosis bitumine, aggeri-
busque cinerum. Ita mulctabo eos qui me non audierunt,
ait Dominus omnipotens.
10 Hæc dicit Dominus Esdræ, Nuncia populo meo,
me daturum eis regnum Hierosolymæ, quod daturus e-
ram Israeli.
11 Mihique gloriam ex ipsis comparaturum, æter-
naque daturum eis tabernacula quæ illis præpara-
ueram.
12 Lignum vitale redolens vnguentum, præsto erit
his: non laborabunt, nec fatigabuntur.
13 Ite, & accipietis. Rogate vobis ad paucos, redigi
dies qui in mora sunt: iam paratum est vobis regnum:
vigilate.
14 Contestare cælum & terram: nam aboleui ma-
lum, & creaui bonum, quia viuo ego, ait Dominus.
15 Amplectere filios tuos mater: educa illos cum læ-
titia, instar columbæ confirma pedes eorum, quoniam te
elegi, dicit Dominus.
16 Et resuscitabo defunctos de locis suis, & de monu-
mentis educam illos: quoniam agnoui nomen meum in
Israel.
17 Ne quid timeas mater illorum, quoniam te elegi,
dicit Dominus.
18 Mittam tibi auxilio seruos meos Esaiam & Je-
remiam, ex quorum consilio consecraui, & paraui tibi
arbores duodecim varriis grauatas fructibus.
19 Totidemque fontes fluentes lacte & melle, & mon-
tes immensos septem ferentes rosas & lilia, quibus filios
tuos exhilarabo.
20 Ius dicito viduæ, causam pupilli iudicato, eroga
in egenum, orbum tuere, vesti nudum,
21 Cura confractum & infirmum, claudum ne irrise-
ris, mancum tutare, & admitte cæcum in conspectum
meæ claritatis.
22 Serua iuuenem & senem intra muros tuos.
23 Defunctos inuentos consigna sepulchro, & dabo
tibi primam in resuscitatione mea sessionem.
24 Mane edum, & interquiesce mi populus, quia ve-
niet requies tua.
25 Nutri filios tuos bona nutrix, confirma pedes
eorum.
26 Seruorum quos tibi dedi, nemo interibit: nam e-
go eos de numero tuorum requiram.
27 Ne fatigeris: cum enim venerit dies difficultatis
& angustiarum, alii plorabunt, & mærebunt: tu autem
hilarescet, & copiis affluet.
28 Inuidebunt gentes, nec quicquam valebunt ad-
uersus te, ait Dominus.
29 Manus meæ te protegent, ne filii tui gehennam
videant.
30 Lætare mater cum filiis tuis, quia ego ero libera-
tor tuus, ait Dominus.

31 *Memento filiorum tuorum dormientium, quo-*
niam ego eos educam è latebris terræ, & clementer a-
gam cum illis: quoniam misericors sum, dicit Dominus
omnipotens.
32 *Amplectere natos tuos vsque dum veniam, &*
præstem illis misericordiam: quoniam fontes mei exube-
rant, & gratia mea non deficiet.
33 *Ego Esdras mandatum accepi à Domino in mon-*
te Oreb, vt irem ad Israelitas, qui me, cum venissem, re-
iecerunt, mandatumque Domini respuerunt.
34 *Itaque vobis dico gentes quæ auditis & intelligi-*
tis. Expectate pastorem vestrum, qui dabit vobis æter-
nam requiem: quoniam in propinquo est ille venturus fi-
niente seculo.
35 *Parati estote ad præmia regni, quia lux perpetua*
lucebit vobis per annum sempiternum.
36 *Vmbram huius mundi fugite, percipite gloriæ ve-*
stræ iucunditatem. Ego seruatorem meum palam testor.
37 *Commendatum donum accipite, & lætamini,*
gratias agentes ei qui vos ad regna cœlestia vocauit.
38 *Surgite, state, & videte numerum signatorum in*
conuiuio Domini,
39 *Qui se auerterunt ab vmbra mundi, & splendi-*
das à Domino tunicas acceperunt.
40 *Recipe Sion numerum tuum, & circumclude*
candidatos tuos, qui legem Domini compleuerunt.
41 *Plenus filiorum tuorum, quos exoptabas, est nu-*
merus. Roga numen Domini, vt consecretur populus
tuus, qui vocatus est ab initio.
42 *Ego Esdras vidi in monte Sion turbam magnam*
& innumerabilem, quæ omnis decantabat Dominum.
43 *In medio autem eius erat iuuenis proceritate sta-*
turæ supereminens omnes alios, qui coronas imponebat
capitibus singulorum, ipse autem excelsior, ego autem te-
nebar admiratione.
44 *Tum interrogaui angelum, & dixi, Qui sunt hi*
domine?
45 *Qui respondens, mihi, Hi sunt, inquit, qui depo-*
sita mortali tunica, immortalem assumpserunt; nomenque
Dei professi sunt. Hi nunc coronantur, & palmas accipiunt.
46 *Rursum rogaui angelum. Quis est iste iuuenis qui*
coronas imponit eis, & palmas tradit in manus?
47 *Et respondens mihi, Is est, inquit filius Dei, quem*
in mundo professi sunt: ego autem cœpi eos magnifacere,
qui fortiter stetissent pro nomine Domini.
48 *Tum mihi angelus, Vade ac, annuncia populo*
meo, qualia & quanta Domini Dei miracula videris.

31 Filios tuos dormientes memorare, quo-
niam ego eos reducam de latebris terræ, & mise-
ricordiam cum illis faciam: quoniam misericors
sum, dicit Dominus omnipotens.
32 Amplectere natos tuos vsque dum venio, &
præstem illis misericordiam: quoniam exuberant
fontes mei, & gratia mea non deficiet.
33 Ego Esdras præceptum accepi à Domino in
monte Oreb, vt irem ad Israel ad quos cum venirē,
reprobauerūt me, & respuerunt mandatū Domini.
34 Ideoque vobis dico gentes, quæ auditis &
intelligitis, Expectate pastorem vestrum, requiem
æternitatis dabit vobis: quoniam in proximo est
ille qui in fine seculi aduenient.
35 Parati estote ad præmia regni, quia lux per-
petua lucebit vobis per æternitatem temporis.
36 Fugite vmbram seculi hui⁹: accipite iucūdi-
tatem gloriæ vestræ. Ego testor palā saluatorē meū.
37 Cōmendatum donū accipite & iucūdamini,
gratias agētes ei qui vos ad cœlestia regna vocauit
38 Surgite, & state, & videte numerum signato- D.
rum in conuiuio Domini.
39 Qui se de vmbra seculi transtulerunt, splen-
didas tunicas à Domino acceperunt.
40 Recipe Sion numerum tuum, & conclude
candidatos tuos qui legē Domini compleuerunt.
41 Filiorum tuorum quos optabas plenus est
numerus. Roga imperium Domini, vt sanctificetur
populus tuus qui vocatus est ab initio.
42 Ego Esdras vidi in monte Sion turbam ma- Apoc. 7.
gnam, quam numerare non potui, & omnes canti-
cis collaudabant Dominum.
43 Et in medio eorum erat iuuenis statura cel-
sus, eminentior omnibus illis, & singulis eorum
capitibus imponebat coronas, & magis exaltaba-
tur. Ego autem miraculo tenebar.
44 Tunc interrogaui angelum, & dixi, Qui sunt
hi Domine?
45 Qui respondens dixit mihi. Hi sunt qui mor-
talem tunicam deposuerunt, & immortalem sum-
pserunt, & confessi sunt nomen Dei. Modo coro-
nantur, & accipiunt palmas.
46 Et dixi angelo, Ille iuuenis quis est, qui eis
coronas imponit, & palmas in manus tradit?
47 Et respondens dixit mihi, Ipse est filius Dei,
quē in seculo confessi sunt: ego autem magnificare
eos cœpi, qui fortiter pro nomine Domini steterūt.
48 Tūc dixit mihi angelus, Vade, annūcia populo meo, qualia & quāta mirabilia Domini Dei vidisti.

CAPVT III.

1 *ANno ab excidio vrbis tricesimo, cum essem Babylo-*
ni, conturbatus recumbebam super cubili meo, &
cogitationes subibant animum meum.
2 *Quod viderem vastationem Zion, & abundan-*
tiam incolarum Babylonis,
3 *Et valde agitabar animo. Tum religiosis verbis af-*
fari cœpi altissimum.
4 *O rex dominator, inquam, Domine tu præcepisti*
ab initio cum fundasses terram, atque adeo solus, & im-
perasti populo,
5 *Cum dedisses Adamo corpus inanimum, ipsum*
quoque manuum tuarum opificium: cumque spiritum ei
vitalem inflauisses & coram te vitam adeptum.
6 *In paradisum dextera tua antequam terra prodi-*
ret, constitutum induxisti:
7 *Huic inquam, vt viam tuam obseruaret mandaui-*
sti. Verum cum eam præteriisset, mortem protinus irro-
gasti illi simul & eiusdem progeniei. Inde natæ sunt gen-
tes, nationes, populi, & innumeræ cognationes.
8 *Cum autem vnaquæque gens suam sequeretur libi-*
dinem, committerentque mira coram te, præcepta tua
spernerent.

1 ANno tricesimo ruinæ ciuitatis erā in Babylo- A
ne, & cōturbatus sū super cubiculo meo recū-
bēs, & cogitationes meæ ascendebāt super cor meū
2 Quoniam vidi desertionem Sion, & abundan-
tiam eorum qui habitabant in Babylone.
3 Et ventilatus est spiritus meus valde, & cœpi
loqui ad altissimum verba timorata, & dixi:
4 O dominator Domine, tu dixisti ab initio,
quando plantasti terram, & hoc solus & imperasti
populo.
5 Et dedisti Adam corpus mortuum: sed & i-
psum figmentum manuum tuarum erat, & insuf- Gen. 2. b.
flasti in eū spiritū vitæ, & factus est viuēs coram te.
6 Et induxisti eum in paradiso, quem plantaue-
rat dextera tua antequam terra aduentaret,
7 Et huic mandasti diligere viam tuam, & præ-
teriuit eam, & statim instituisti in eo mortem, & in
nationibus eius, & natæ sunt gentes, & tribus, &
populi, & cognationes quarum non est numerus.
8 Et ambulauit vnaquæque gens in voluntate Gen. 6. b.
sua, & mira agebant coram te, & spernebant præ-
cepta tua.

9 Iter-

Gen. 7.b. B 9 Iterum autem in tempore induxisti diluuiũ super inhabitantes seculum, & perdidisti eos.

10 Et factum est in vnoquoque eorum, sicut Adæ mors, sic his diluuium.

1.Pet.3.d. 11 Dereliquisti autem vnum ex his Noe cum domo sua, & ex eo iusti omnes.

12 Et factum est, cum cœpissent multiplicari, qui habitabant super terram, & multiplicauerunt filios, & populos, & gentes multas: & cœperunt iterato impietatem facere plus quam priores.

Gen.12.13. 13 Et factum est, cum iniquitatem facerent coram te, elegisti tibi virum ex iis cui nomen erat Abraham.

14 Et dilexisti eum, & demonstrasti ei soli voluntatem tuam:

15 Et disposuisti ei testamentum æternum, & dixisti ei vt non vnquam derelinqueres semen eius.

Gen.21.a. Rom. 9.b. *Gen.25.e. 16 Et dedisti ei Isaac, & Isaac dedisti Iacob & Esau. * Et segregasti tibi Iacob, Esau autem separasti. Et factus est Iacob in multitudine magna.

17 Et factum est cum educeres semen eius ex Ægypto, adduxisti super montem Sina.

Exod. 19. Deut.4.b. 18 Et inclinasti cælos, & statuisti terram, & commouisti orbem, & tremere fecisti abyssos, & conturbasti seculum.

19 Et transiit gloria tua portas quatuor ignis &

C terræ motus, & spiritus & geli, vt dares semini Iacob legem, & generationi Israel diligentiam.

20 Et non abstulisti ab eis cor malignum, vt faceret lex tua in eis fructum.

Gen. 3.a. 21 Cor enim malignum baiulans primus Adam transgressus & victus est, sed & omnes qui de eo nati sunt.

22 Et facta est permanens infirmitas, & lex cum corde populi, cum malignitate radicis: & discessit quod bonum est, & mansit malignum.

23 Et transierunt tempora, & finiti sunt anni: &

1.Reg. 16.c. suscitasti tibi seruum nomine Dauid.

2.Reg. 5.a. 24 Et dixisti ei ædificare ciuitatem nominis tui, & offerre tibi in eadem thus & oblationes.

* deliquerunt. 25 Et factum est hoc annis multis, & *dereliquerunt qui habitabant ciuitatem.

26 In omnibus facientes sicut fecit Adam & omnes generationes eius, vtebantur enim & ipsi corde maligno.

27 Et tradidisti ciuitatem tuam in manibus inimicorum tuorum.

28 Numquid meliora faciunt, qui habitant Babylonem: & propter hoc dominabitur Sion?

D 29 Factum est, cum venissem huc, & vidissem impietates, quarum non est numerus: & delinquentes multos vidit anima mea hoc tricesimo anno, & excessit cor meum:

30 Quoniam vidi quomodo sustines eos peccantes, & pepercisti impie agentibus, & perdidisti populum tuum, & conseruasti inimicos tuos, & non significasti.

31 Nihil memini quomodo debeat derelinqui via hæc. Numquid meliora faciũt Babylon, quã Sion?

Esa. 10.d. 32 Aut alia gens cognouit te præter Israel aut quæ tribus crediderunt testamentis tuis, sicut Iacob?

33 Quarum merces non comparuit neq; labor fructificauit. Pertransiens enim pertransiui in gentibus, et vidi abundantes eas, et non memorantes mandatorum tuorum.

34 Nunc ergo pondera in statera nostras iniquitates, et eorum qui habitant in seculo: et non inuenietur nomen tuum nisi in Israel.

35 Aut quãdo nõ peccauerũt in cõspectu tuo, qui habitãt terrã? aut quæ gẽs sic obseruauit mãdata tua?

36 Hos quidem per nomina inuenies seruasse mandata tua, gentes autem non inuenies.

9 Superinducto rursum suo tempore diluuio, habitatores orbis deleuisti:

10 Et accidit quod mortalitate Adamo, hoc singulis istorum diluuio.

11 Vnum tamen reliquum fecisti Noe cum domo sua, vnde nati sunt omnes iusti.

12 Accidit autem cum multiplicari cœpissent incolæ orbis, cresceretq; numerus liberorum, populorum, & multarum gentium, vt prior illorum impietas, posteriorum repetita superaretur.

13 Euenit igitur, cum iniuste agerent coram te, vt seligeres tibi virum ex illis, cui nomen erat Abraham.

14 Eum dilexisti, tuamque voluntatem indicasti soli:

15 Constituisti cum eo pactum æternum, pollicitus de te semen eius nunquam derelicturum.

16 Cumq; dedisses ei Isaac, rursumq; Isaac dedisses Iacob & Esau: delegisti tibi Iacob, & Esau reiecisti: & excreuit Iacob in numerum ingentem.

17 Porrò postquam eductum ex Ægypto semen eius, in montem Sina perduxisti.

18 Ibi summisisti calos, defixisti terram, orbem commouisti, concussisti profunda, mundum conturbasti.

19 Et transiit maiestas tua per quatuor portas igneas cum terræ motu, vento & rigore, vt dares legem semini Iacob, & progeniei Israelis quod diligenter curaret.

20 Non tamen exemisti eis animum malitiosum, vt lex tua fructum ab eis impetraret.

21 Nam animo malitioso præditus Adam superatus est & victus, & omnes ex eo prognati:

22 Et persedit infirmitas coniuncta legi ad cor populi cum malitia radicis, defecitq; quod bonum est, & relictum est malum.

23 Interim lapsa sunt tempora, cesseruntq; anni, donec excitasti tibi seruum nomine Dauid.

24 Cui mandauisti vrbem nomini tuo ædificandã, in qua tibi thure, muneribusque supplicaretur.

25 Quod vbi factum est annis multis, incolæ vrbis te dereliquerunt.

26 In omnibus studium Adam & omnis generationis ipsius imitari defecerunt, vt qui animo præditi forent & ipsi malitioso.

27 Quamobrem ciuitatem tuam in manus inimicorum tuorum tradidisti:

28 Sed numquid meliora sequuntur incolæ Babylonis, vt ideo Sioni dominentur?

29 Equidem postquam veni huc, & impia facta vidi innumera, (nam delinquentes multos animaduerto hunc iam annum tricesimum,) despondi animum:

30 Quoniam vidi quomodo toleras eos peccantes, & parcas impie agentibus, cum populum tuum perdideris conseruatis inimicis tuis, nec significaris.

31 Equidem non inuenio quomodo possit hæc expediri ratio. Numquid meliora sunt facta Babylonis quam Sionis?

32 Anne alia gens agnouit te præter Israeliticam? aut quæ nationes fidem habuerunt testificationibus tuis, sicut Iacob?

33 Non comparuit merces harum, nec labor fructuosus adeptus est. Permeaui enim gentes, & peragraui, vidiq; florentes eas, nec mandatorum tuorum meminisse.

34 Nunc ergo statera pondera scelera nostra & incolarum mundi, nec inuenietur mentio tui, nisi inter Israelitas.

35 Aut quando non peccauerunt in conspectu tuo qui terram habitant? aut quæ gens adeo mandata tua seruauit?

36 Hos quidem mandata tua seruasse nominatim comperies, gentes autem non item.

CAPVT IV.

1 TVm respondit angelus ad me missus, cui nomen erat Vriel, & dixit.

2 Supra modum obtusa sunt ° res animi tui in hoc mundo, dum rationes altissimi cogitas comprehendere.

3 Verum, inquam, mi Domine. Et respondens mihi, Tres, inquit, vias missus sum vt ostendam tibi, & vt tibi proponam tres similitudines:

4 E quibus si vnam mihi expedieris, ego quoque tibi commonstrabo viam quam cupis exploratam, & docebo te vnde nam sit animus malitiosus.

5 Et ego, Loquere, inquam, mi Domine. Tum ille, Vade, inquit, examina mihi pondus ignis, aut flatum venti metire mihi, aut reuoca mihi diem elapsam.

6 Et respondens ego, Quis, inquam, mortalium præstare possit quod à me requiris super his?

7 Rursus ille. Si te, inquit, interrogarem dicens, ¹ Quanta domicilia sint in meditullio maris, aut quantæ in principio profundi scaturigines, aut quanta venæ super cœleste solum, aut qui sint termini paradisi:

¹ vel, Quot &c.

8 Diceres mihi fortassis, In profundum non descendi, nec ad inferos adhuc, nec in cœlum ascendi unquam.

9 Nunc autem non interrogaui te, nisi de igne, & vento, dieque quem transmisisti, à quibus abesse non potes, nec tamen illa mihi expediuisti.

10 Præterea dixit mihi, Tu quæ tua sunt, quæ tecum adolescunt, cognoscere non potes.

11 Quomodo ergo possit vas tuum capere rationes altissimi, aut corrupto iam exterius mundo intelligere patentem conspectui meo corruptionem?

12 Cui ego, Præstiterat nobis non esse, quàm in impietate viuere superstites, & affligi, nec quamobrem intelligere.

13 Respondit ille mihi, ac dixit; Iter faciens perueni ad syluam campestrem.

14 Cuius arbores inibant consilium & aiebant, Venite, profecto inferamus bellum mari, vt cedat nobis, & alias nobis syluas constituamus.

15 Similiter autem fluctus maris consilium ceperunt, ac dixerunt. Adeste, ascendamus, & debellemus syluas campi, vt & ibi vastatam nobismetipsis aliam regionem occuperemus.

16 Porrò cecidit ad irritum consilium syluæ. exortus est enim ignis, & consumpsit eam.

17 Similiter & consilium fluctuum maris obstitit enim arena, & inhibuit eos.

18 Quod si fores iudex horum, secundum vtrum iudicares, aut vtrum condemnares?

19 Tum respondens ego, Vtique vanum, inquam, consilium inierunt. Terra enim syluæ deputata est, & mari locus quo fluctus suos sustineat.

20 Respondens ille mihi, Bene, inquit, iudicasti: sed cur non ita iudicium facis de temetipso?

21 Quemadmodum enim terra syluæ assignata est, & mare fluctibus suis, ita qui terram habitant, quæ terrena sunt intelligere tantum possunt: & cœlites quæ super altitudinem cœlorum.

22 Et respondi, ac dixi, Precor abs te domine mihi dari iudicium intelligens.

23 Non enim nolla tua superiora putaui sciscitanda, sed ea quæ geruntur apud nos quotidie, quapropter Israelita expositi sint ad opprobrium gentium: cur dilectus tibi populus obiectus sit impiis nationibus: cur lex maiorum nostrorum abducta sit in abolitionem, & præscripti ritus intercederint.

24 Cur tollamur in orbe more locustarum in vita nostra pauida & meticulosi: nec digni iudicemur qui consequamur misericordiam.

25 Sed quid faciet nomini suo, quo nos censemur? Hæc ego sciscitatus sum.

1 ET respondit ad me angelus, qui missus est ad me, cui nomen Vriel, & dixit mihi. A

2 Excedens excessit cor tuum in seculo hoc, & comprehendere cogitas viam altissimi.

3 Et dixi, Ita Domine meus. Et respondit mihi, & dixit, Tres vias missus sum ostendere tibi, & tres similitudines proponere coram te:

4 De quibus mihi si renunciaueris vnam ex his, & ego tibi demonstrabo viam quam desideras videre, & docebo te vnde sit cor malignum.

5 Et dixi, Loquere Domine meus. Et dixit ad me, Vade, pondera mihi ignis pondus, aut mensura mihi flatum venti, aut reuoca mihi diem quæ præteriit.

6 Et respondi, & dixi, Quis natorum poterit facere, vt me interroges de his?

7 Et dixit ad me, Si essem interrogans te, dicens, Quantæ habitationes sunt in corde maris, aut quantæ venæ sunt in principio abyssi, aut quantæ venæ sunt super firmamentum, aut qui sunt exitus paradisi.

8 Diceres mihi fortassis, In abyssum non descendi, neque in infernum adhuc, neque in cælum vnquam ascendi.

9 Nunc autem non interrogaui te nisi de igne, & vento, & die, per quem transisti, & à quibus separari non potes: & non respondisti mihi de eis.

10 Et dixit mihi, Tu quæ tua sunt, tecum coadolescentia, non potes cognoscere:

11 Et quomodo poterit vas tuum capere altissimi viam, & iam exterius corrupto seculo intelligere corruptionem euidentem in facie mea?

12 Et dixi illi, Melius erat nos non esse, quàm adhuc viuentes viuere in impietatibus, & pati, & non intelligere de qua re.

13 Et respondit ad me, & dixit, ‖ Proficiscens profectus sum ad syluam lignorum campi. B Iudic. 9.a. 2.Para. 25.c.

14 Et cogitauerunt cogitationem, & dixerunt, Venite, & eamus, & faciamus ad mare bellum, vt recedat coram nobis, & faciamus nobis alias syluas.

15 Et similiter fluctus maris & ipsi cogitauerunt cogitationem, & dixerunt, Venite ascendentes, debellemus syluas campi, vt & ibi consummemus nobismetipsis aliam regionem.

16 Et factus est cogitatus syluæ in vanum. venit enim ignis, & consumpsit eam.

17 Similiter & cogitatus fluctuum maris. stetit enim arena, & prohibuit eos.

18 Si enim esses iudex horum, quem inciperes iustificare, aut quem condemnare?

19 Et respondi, & dixi, Vtique vanam cogitationem cogitauerunt. terra enim data est syluæ, & mari locus portare fluctus suos.

20 Et respondit ad me, & dixit. Bene tu iudicasti: & quare non iudicasti tibimetipsi?

21 Quemadmodum enim terra syluæ data est, & mare fluctibus suis: ‖ sic qui super terram inhabitant, quæ sunt super terram intelligere solummodo possunt: & qui super cælos, quæ super altitudinem cælorum. Esa 55.c. Iohan. 3.e. 1.Cor. 2.b.

22 Et respondi, & dixi, Deprecor te Domine, vt mihi detur sensus intelligendi.

23 Non enim volui interrogare de superioribus tuis: sed de his quæ pertranseunt per nos quotidie, propter quid Israel datus in opprobrium gentibus: quem dilexisti populum, datus est tribubus impiis, & lex patrum nostrorum in interitum deducta est, & dispositiones scriptæ nusquam sunt:

24 Et pertransiuimus de seculo, vt locustæ, & vita nostra stupor & pauor: & nec digni sumus misericordiam consequi.

25 Sed quid faciet nomini suo quod inuocatum est super nos? Et de his interrogaui. C

26. Respon-

26 Et respondit ad me, & dixit, Si fueris plurimum scrutatus, frequenter miraberis: quoniam
C festinans festinat seculum pertransire.

27 Et non capit portare quæ in futuris temporibus iustis repromissa sunt: quoniam plenum iniustitia est seculum hoc & infirmitatibus.

28 De quibus autem interrogas, dicam: seminatū enim est malum, & necdū venit destructio ipsius.

29 Si ergo non inuersum fuerit quod seminatum est: & discesserit locus vbi seminatum est malum, non veniet vbi seminatum est bonum.

30 Quoniam gramen seminis mali seminatum est in corde Adam ab initio: & quantum impietatis generauit vsq. nunc, & generat vsq; cū veniat area?

31 Æstima autem apud te gramen mali seminis, quantum fructum impietatis generauit:

32 Quando secatæ fuerint spicæ, quarum non est numerus, quam magnā aream incipient facere?

33 Et respondi, & dixi, Quomodo, & quando hæc? Quare modici & mali anni nostri?

34 Et respondit ad me, & dixit mihi, Non festines tu super altissimum. Tu enim festinas inaniter esse super ipsum. nam excessus tuus multus.

35 Nónne de his interrogauerunt animæ iustorū in promptuariis suis dicentes, Vsquequò spero sic? & quando veniet fructus areæ mercedis nostræ?

36 Et respōdit ad ea Ieremiel archāgelus, & dixit, Quādo impletus fuerit numerus seminū in vobis,

37 Quoniam in statéra ponderauit seculum, et mensura mensurauit tempora, & numero numerauit tempora, & non commouit, nec excitauit vsquedum impleatur prædicta mensura?

D 38 Et respondi, & dixi, O Dominator Domine, sed & nos omnes pleni sumus impietate.

39 Et ne forte propter nos nō impleátur iustorū areæ, propter peccata inhabitātium super terrā.

40 Et respondit ad me, & dixit, Vade, & interroga prægnantem, siquando impleuerit nouem menses suos, adhuc poterit matrix eius retinere partum in semetipsa.

41 Et dixi, Non potest, Domine. Et dixit ad me, In inferno promptuaria animarum matrici assimilata sunt.

42 Quemadmodum enim illa festinat quæ parit, effugere necessitatem partus, sic & hæc festinat reddere ea quæ commendata sunt.

43 Ab initio tibi demonstrabitur de his quæ concupiscis videre.

44 Et respondi, & dixi, Si inueni gratiam ante oculos tuos, & si possibile est, & si idoneus sum, demonstra mihi.

45 Si plusquam præteritum sit habet venire, aut plura pertransierunt supra quàm futurum est.

46 Quid pertransiuit, scio: quid autem futurum sit, ignoro.

47 Et dixit ad me, Sta super dexteram partem, & demonstrabo tibi interpretationem similitudinis.

48 Et steti, & vidi: & ecce fornax ardens transiit coram me, & factum est, cum transiret flamma, vidi: & ecce superauit fumus.

49 Post hæc transiit coram me nubes plena aquæ, & immisit pluuiam impetu multam. et cum transiit impetus pluuiæ, superfuerunt in ea guttę.

50 Et dixit ad me, Cogita tibi: sicut crescit pluuia amplius quàm guttæ, et ignis quàm fumus, sic superabundauit quæ transiuit mensura. Superauerunt autem guttæ, et fumus:

51 Et oraui, et dixi, Putas viuo vsq; in diebus illis? vel quid erit in diebus illis?

52 Respondit ad me, et dixit, De signis, de quibus me interrogas, ex parte possum tibi dicere: de vita autē tua non sum missus dicere tibi: sed nescio.

26 Respondens ille mihi, Quò plura scrutatus fueris, inquit, eo crebrior te capiet admiratio: quoniam festinatò properat effugere mundus.

27 Nec capere sustinet quæ in futurum tempus promissa sunt iustis: quoniam plenus est iniustitia mundus hic, & infirmitate.

28 Cæterum vt exponam ea quæ sciscitaris, Seminatum quidem est malum, sed nondum venit eius interitus.

29 Nisi ergo euersum fuerit quod seminatum est: & abolitus sit locus vbi satum est malum, non succedet quod bono consitum est.

30 Nam granum mali seminis iactum est in corde Adam ab initio. & quantum impietatis generauit vsque adhuc, & vsque dum accesserit messis, generabit?

31 Æstima autem apud te granum mali seminis, quàm multum impietatis fructum attulerit:

32 Cùmq. resecandi culmi fuerint innumeri, quàm sit ampla messis apparanda.

33 Tum respondens ego dixi. Quomodo, aut quandònam hæc? Cur pauci sunt, & infelices anni nostri?

34 Et respondit ille mihi, ac dixit, Ne contendas supra altissimum: nam frustra conaris superare ipsum, quàmuis sit vehemens tua contentio.

35 Nónne hæc eadem sciscitati sunt animi iustorum in penetralibus suis, cum dicerent, Quousq. tandem spe tali ducor. aut quando obueniet nobis similius metendæ mercedis nostræ?

36 Et respondit ad ea Ieremiel archangelus his verbis. Cum impletus fuerit numerus seminum in vobis.

37 Quoniam statera ponderatum est æuum, mensura temporum inita est, numero determinata sunt secula, nec commouebuntur. aut percellentur vsq. dum impleatur supradicta mensura.

38 Et respondens ego, O Dominator, inquam, Domine, atqui nos omnes pleni sumus impietate.

39 Vt forte propter nos non impleatur messis iustorum, propter peccata terram habitantium.

40 Rursum respōdit ille mihi, ac dixit, Vade & interroga prægnantem, an impletis nouem mensibus suis, adhuc possit matrix eius retinere partum in semetipsa.

41 Et ego, Non potest, inquam, Domine. At ille, Apud inferos, inquit, animarum promptuaria sunt matrici similia.

42 Quemadmodum enim festinat parturiens pariēdi necessitatem euadere, sic & ista properant reddere quæ sibi commendata sunt.

43 Ab initio tibi demonstrabuntur quæ cupis cognoscere.

44 Cui respondi & dixi, Si hoc apud te gratia valeo, & si fieri potest aut ego sum idoneus, indica mihi.

45 Verum plus quàm præterierit futurum maneat, aut plura præterierint quàm sint futura.

46 Quid præterierit, scio: quid autem futurum sit, ignoro.

47 Tum ille, Consiste, inquit, ad dexteram, & [1] simulachrum interpres tibi commonstrabo.

48 Cúmque constitissem, spectaui: & ecce fornax ardens transijt coram me: porrò autem cum esset prælapsa flamma, spectabam, & ecce fumum superabat.

49 Postea præteriit coram me nubes imbre grauida, quæ demisit pluuiam impetu multam: cum autem procella pluuiæ transiisset superfuerunt sunt ex ea guttæ.

50 Tum ille, Ratiocinare tecum, inquit, sicut effusior est pluuia quàm gutta, & ignis quàm fumus: ita exuperare præter ipsam portionem. Superabant autem guttæ & fumus.

51 Cum rogaui ac dixi, Censesne me vitam vsq. ad illa tēpora producturum, aut quid futurū est in tēporibus?

52 Respondēs ille mihi, dixit, [2] Præsagitiones eorum de quib[3] me interrogas ex parte possum tibi dicere. de vita vero tua nō sum missus vt dicā tibi, nec habeo cognitā.

1 vel, interpretationem typicam. i. typicam interrogatæ rei declarationem.

2 מפתים indicia, vaticinia seu prædictiones.

CAPUT V.

1 DE præsagitionibus autem: ecce tempora venient, quibus qui terram incolunt [a] magno copiæ circumuenientur. & occultabitur via veritatis, orbis labenabit sterilitate fides.

a .i. magno numero, vel magnis deuitus.

2 Et multiplicabitur iniustitia supra quàm nunc vides, aut olim audiuisti:

3 Eritq; cum imposito vestigio quam nunc vides regnum obtinere regionem, videre liceat desertam.

4 Quod si tibi viuere dederit altissimus, videbis vt post tertiam tubam lumen recipiat subito Sol noctu, & luna ter interdiu.

5 Sanguis stillabit de ligno, & lapis mittet vocem suã, populiq; commouebuntur.

6 Regnabit quem non sperant incolæ terræ, volucres loca commutabunt.

7 Mare Sodomiticum pisces eiiciet, & sonitum edet noctu multis incognitum: sonitum autem eius omnes audient.

8 Dehiscent multa loca, & ignis frequenter emicabit. Feræ locum mutabunt, & mulieres menstruales monstra parient.

9 In dulcibus aquis inuenientur salsæ, & omnes amici inter se pugnabunt. Tunc abscondet se sensus, & intellectus recedet in penetrale suum:

10 Quæretur a multis, nec inuenietur: & multiplicabitur iniustitia & incontinentia super terram.

11 Interrogabit regio proximam sibi, & dicet, Num per te transiit iustificans iustitia? illa verò negabit.

12 Et accidet illo tempore, vt sperent homines, nec impetrent: laborent, nec instituta ipsorum succedant.

13 Has aliquas tibi prædictiones permissum est mihi. quòd si oraueris denuo & ploraueris vt modo, septemq; dies ieiunio transegeris, rursum his audies maiora.

14 Tum experrectus sum, & corpus meum valde inhorruit, labascebatq; animus meus, ac deficiebat:

15 Sustentabat autem me cum accessisset angelus qui mecum loquebatur: is confirmauit me, & erexit in pedes.

16 Porrò nocte insecuta venit ad me Salathiel dux populi, & interrogauit me, Vbi fuisti? aut cur es vultu tristi?

17 An nescis commissos esse tibi in regione peregrinitatis suæ Israelitas?

18 Exurge ergo, & sume cibum, nec derelinquas nos vt pastor gregem suum [b] inter manus luporum truculentorum.

b .i. inter manus eorum qui truculentia lupi sunt.

19 Cui ego, Recede à me, nec accesseris ad me triduum. Hoc vbi dictum audiuit, recessit à me:

20 Ego verò dies septem transegi ieiunio lamentans & plorans, sicut mihi mandarat Vriel angelus.

21 Accidit autẽ vt exactis septem diebus, perquàm molestæ denuo essent animo meo cogitationes.

22 Tum denuo ingressus est mentem meam cupido ratiocinandi; iterumq; cœpi verba facere coram altissimo, & dicere:

23 Dominator Domine, ex omni sylua terræ, & omnibus eius arboribus vnam tibi vineam elegisti:

24 Ex omni terra orbis optasti tibi foueam vnam: & ex omnibus floribus eius vnum tibi lilium desumpsisti:

25 Ex omni profundo maris repleuisti tibi riuum vnum. & ex omnibus ædificatis vrbibus Sion tibimetipsi consecrasti:

26 Vnam tibi nominasti columbam ex omnibus creatis volucribus: & ex omnibus formatis pecoribus ouem vnam tibi designasti:

27 Vnum tibi populum comparasti ex omni populorum multitudine, & probatam omnibus legem huic præoptatæ genti dedisti.

28 At nunc Domine cur vnũ pluribus tradidisti cõ-

1 DE signis autem: ecce dies venient, in quibus apprehendentur qui inhabitant terram in censu multo: & abscondetur veritatis via: & sterilis erit à fide regio:

2 Et multiplicabitur iniustitia super hanc quã ipse tu vides, & super quam audisti olim: Matth. 24.

3 Et erit imposito vestigio quam nunc vides regnare regionem, & videbunt eam desertam.

4 Si autem tibi dederit altissimus viuere, videbis post tertiam tubam, & relucescet subito sol noctu, & luna ter in die:

5 Et de ligno sanguis stillabit, & lapis dabit vocem suam, & populi commouebuntur:

6 Et regnabit, quem non sperant qui inhabitãt super terram, & volatilia cõmigrationem facient:

7 Et mare Sodomiticum pisces reiiciet, & dabit vocem noctu, quam non nouerant multi: omnes autem audient vocem eius.

8 Et chaos fiet per loca multa, & ignis frequenter remittetur: & bestiæ agrestes transmigrabunt, & mulieres menstruatæ parient monstra:

9 Et in dulcibus aquis salsæ inuenientur, & amici omnes semetipsos expugnabunt. & abscondetur tunc sensus, & intellectus separabitur in promptuarium suum.

10 Et quæretur à multis, & nõ inuenietur: & multiplicabitur iniustitia, & incontinentia super terrã.

11 Et interrogabit regio proximam suam, & dicet, Numquid per te pertransiit iustitia iustum faciens? Et hoc negabit

12 Et erit in illo tempore, & sperabunt homines, & non impetrabunt: laborabunt, & non dirigentur viæ eorum.

13 Hæc signa dicere tibi permissum est mihi. & si oraueris iterum & ploraueris, sicut & nunc, & ieiunaueris septẽ diebus, audies iterato horũ maiora.

14 Et euigilaui, & corpus meum horruit valde: & anima mea laborauit, vt deficeret:

15 Et tenuit me qui venit angel[9], qui loquebatur in me, & confortauit me, & statuit me super pedes.

16 Et factum est in nocte secunda, & venit ad me Salathiel dux populi, & dixit mihi, Vbi eras? & quare vultus tuus tristis?

17 An nescis, quoniam tibi creditus est Israel in regione transmigrationis eorum?

18 Exurge ergo, & gusta panem, & nõ derelinquas nos, sicut pastor gregem suum in manibus luporum malignorum.

19 Et dixi ei, Vade à me, & non appropies ad me. Et audiuit, vt dixi: & recessit à me.

20 Et ego ieiunaui diebus septem vlulans, & plorans, sicut mihi mandauit Vriel angelus.

21 Et factum est post dies septem, et iterum cogitationes cordis mei molestæ erant mihi valde.

22 Et resumpsit anima mea spiritum intellectus, et iterũ cœpi loqui corã altissimo sermones, et dixi.

23 Dominator Domine, ex omni sylua terræ, et omnibus arboribus eius, elegisti vineam vnicã:

24 Et ex omni terra orbis, elegisti tibi foueam vnam: et ex omnibus floribus orbis, elegisti tibi lilium vnum:

25 Et ex omnibus abyssis maris, replesti tibi riuum vnum: et ex omnibus ædificatis ciuitatibus, sanctificasti tibimetipsi Sion:

26 Et ex omnibus creatis volatilibus, nominasti tibi columbam vnam: et ex omnibus plasmatis pecoribus, prouidisti tibi ouem vnam:

27 Et ex omnibus multiplicatis populis, acquisisti tibi populum vnum, et ab omnibus probatam legem donasti huic, quam desiderasti populo.

28 Et nũc Domine, vt quid tradidisti vnũ pluri-

bus

C bus? Et præparasti super vnam radicem alias, & di-
sperdidisti vnicum tuum in multis:
29 Et conculcauerunt eum, qui contradicebant
sponsionibus tuis, quiq; tuis testamentis non cre-
debant.
30 Et si odiens odisti populum tuum, tuis ma-
nibus debet castigari.
31 Et factum est, cum locutus essem sermones,
& missus est angelus ad me, qui ante venerat ad me e
præterita nocte, & dixit mihi:
32 Audi me, & instruam te: & intende mihi, &
adiiciam coram te.
33 Et dixi, Loquere Domine meus. Et dixit ad
me, Valde tu in excessu mentis factus es pro Israel:
an plus dilexisti eum, quàm qui eum fecit?
34 Et dixi ad eum, Non Domine, sed dolens lo-
cutus sum. Torquent enim me renes mei per omnẽ
horam, quærentem apprehendere semitam altissi-
mi, & inuestigare partem iudicii eius:
35 Et dixit ad me, Non potes. Et dixi, Quare
Domine? Ad quid nascebar, aut quare non fiebat
matrix matris meæ mihi sepulchrum, vt non vide-
rem laborem Iacob, & defatigationẽ generis Israel?
36 Et dixit ad me, Numera mihi quæ necdum
venerunt, & collige mihi dispersas guttas, & reui-
rida mihi aridos flores.
37 Et aperi mihi clausa promptuaria, & produc
mihi inclusos in eis flatus: demõstra mihi vocis ima-
ginẽ, & tũc ostendam tibi laborẽ, quẽ rogas videre.
38 Et dixi, Dominator Domine, quis enim est
qui potest hæc scire, nisi qui cum hominibus ha-
bitationem non habet?
39 Ego autem insipiens: & quomodo potero
dicere de his, quibus me interrogasti?
40 Et dixit ad me, Quomodo non potes facere
vnum de his quæ dicta sunt, sic non poteris inue-
nire iudicium meum, aut in fine charitatem, quam
populo promisi.
D 41 Et dixi. Sed ecce Domine, tu prope es his qui
in finem sunt: & quid facient, qui ante me fuerunt,
aut nos, aut hi qui post nos?
42 Et dixit ad me, Coronæ assimilabo iudiciũ
meum. Sicut non nouissimorum tarditas, sic nec
priorum velocitas.
43 Et respondi, & dixi, Nec poteras facere eos
qui facti sunt, & qui sunt & qui futuri sunt, in vnũ,
vt celerius iudicium tuum ostendas?
44 Et respondit ad me, & dixit, Non potest festi-
nare creatura super creatorem, nec sustinere secu-
lum eos qui in eo creandi sunt, in vnum.
45 Et dixi, Quomodo dixisti seruo tuo, quoniã
viuificans viuificasti à te creatam creaturam in v-
num, & sustinebat creatura, poterit & nunc por-
tare præsentes in vnum.
46 Et dixit ad me, Interroga matricem mulie-
ris, & dices ad eam, Et si paris, quare per tempus?
Roga ergo eam, vt det decem in vnum.
47 Et dixi, Non vtiq; poterit, sed secundũ tẽpus.
48 Et dixit ad me, Et ego dedi matricem terræ
his qui seminati sunt super eam per tempus.
49 Quemadmodũ enim infans non parit ea, quę
senum sunt, sic ego disposui a me creatũ seculum.
50 Et interrogaui, & dixi, Cum iam dederis mihi
viam, loquar coram te: nam mater nostra, de qua
dixisti mihi, adhuc iuuenis est, iam senectuti ap-
propinquat.
51 Et respondit ad me, & dixit; Interroga eam
quæ parit, & dicet tibi.
52 Dices enim ei, Quare quos peperisti, nunc nõ
sunt similes his qui ante te, sed minores statura?
53 Et dicet tibi & ipsa, Alii sunt qui in iuuentute
vteri nati sunt: & alii qui sub tempore senectutis deficiente matrice sunt nati.

*struxisti super vnam radicem alias, & disperdidisti vni-
cum tuum in multos.*
29 *Conculcauerunt eum qui contradicunt pollicita-
tionibus tuis, & qui testificationibus tuis non credunt.*
30 *Quod si adeo prosequebaris odio populum tuum,
tuis debebat manibus castigari.*
31 *Hæc cum sermonibus agitauissem, missus ad me
angelus, qui ante mihi præsto fuerat nocte præterita.*
32 *Audi me, inquit, vt instruam te: & attende vt te
doceam pluribus.*
33 *Tum ego, Loquere, inquam, mi domine. Et ille,
Supra modum animo commoueris, inquit, propter Israe-
lem. num charior est tibi quam creatori suo?*
34 *Cui respondi, Non Domine: sed præ dolore locutus
sum. Discruciantur enim viscera mea continuè, dum cõ-
tendo comprehendere consilium altissimi, & partem iu-
dicii eius inuestigare.*
35 *Tum ille, Non poteris, inquit. Cui ego, Cur inquã,
Domine? Quorsum natus sum? aut cur non fuit mihi v-
terus matris meæ sepulchrum, ne viderem laborem Ia-
cob, aut languorem generis Israelitici?*
36 *Rursum ille, Numera, inquit, mihi quæ nondum
euenerunt, aut dispersas guttas mihi collige, aut fac ari-
dos flores mihi reuirescere:*
37 *Aperi mihi clausa penetralia, & produc inclusos
in eis ventos: Commonstra mihi vocis imaginem, & edis-
seram tibi quod rogas, & laboras cognoscere.*
38 *Cui ego, Quis enim potest hæc scire dominator, ô
Domine, nisi qui cum hominibus non habitet?*
39 *Ego verò cum sim insipiens, quomodo nam potero
dicere de his, quæ a me petiuisti?*
40 *Respondit ille mihi, Sicut non potes præstare v-
num eorum quæ dicta sunt, ita nõ poteris iudicium meũ,
aut vltimam quam populo promisi benignitatem inue-
stigare.*
41 *Rursum ego, Tibi verò ecce Domine, inquam præ-
sto sunt vltima: quid tandem fiet iis qui antecesserunt
me, aut nobis, aut posteris nostris?*
42 *Et dixit ille mihi, Circulo iudicium meum libet
assimilare vt nulla est posteriorum tarditas, ita nulla
priorum velocitas.* ; אחרונים
43 *Tum respondi ego, ac dixi, Annon poteras eos qui
fuerunt, qui sunt, & qui futuri sunt vnà producere, vt
celerius iudicium tuum ostenderes?*
44 *Et respondens mihi, Non potest, inquit, quod crea-
tur præuertere creatori, nec mundus vniuersos in eo cre-
andos capere.*
45 *Et dixi, Quo modo docuisti seruum tuum te vi-
uificatorem in vitam produxisse simul creatum abs te opi-
ficium ipsumq; sustinuisse, ita posset & nunc præsentes v-
niuersos capere.*
46 *Et ille, Interroga, inquit, vterum mulieris his
verbis, Cur vteris tractus temporis ad pariendum? aut ro-
ga eundem, vt edat denos vno partu.*
47 *Respondi, Non vtique poterit, sed temporis inter-
uallis.*
48 *Tum dixit mihi, Ego quoq; diuisi temporibus v-
terum terræ, seminibus succrescentibus.*
49 *Vt enim infans non parit ea quæ senum sunt, ita
ego creatum a me tempus disposui.*
50 *Rursum interrogaui, & dixi, Cum iam indica-
ris mihi viam, pergam loqui coram te. Num mater no-
stra quam dixisti mihi adhuc esse iuuenem, propinquat
senectuti:*
51 *Respondens ille mihi, Interroga, inquit, parien-
tem, vt dicat tibi.*
52 *Rogabis autem eam, Quare quos peperisti nuper,
non sunt iis qui ante te similes sed statura inferiores?*
53 *Et dicet illa tibi, Alii in vigente iuuentute na-
ti sunt: alii sub tempus senectutis vtero deficiente pro-
creati.*

54 *Ergò considera tu quoq; humiliori esse statura vos iis qui vos antecesserunt:*

55 *Et rursum posteros vestros quam vos breuiori, vtpote senescentibus rebus creatis, vigoréque iuuentutis prætereuntibus.*

56 *Et dixi, Rogo Domine, si hanc in conspectu tuo nanciscor gratiam, declara seruo tuo, per quem opificium tuum ᵃ visitas.*

ᵃ vel, administres: vel, cui opificii tui committas inspectionem.

CAPVT VI.

1 *ET dixit ille mihi: Ab origine orbis terrarum, & antequam termini mundi constituerentur, antequā starent concursus ventorum:*

2 *Antequam roborarent sonitus tonitruum, antequam corusca micarent fulgura, antequam fundamenta paradisi confirmarentur:*

3 *Antequam decori flores apparerent, antequam mobiles virtutes stabilirentur, antequam innumerabilia colligerentur agmina angelorum:*

4 *Antequam extolleretur sublimitas aeris, antequā mensuræ cælorum nominarentur, antequam æstuarent camini in Sion.*

5 *Antequam præsentes anni inuestigarentur, antequam eorum qui nunc peccant abalienarētur studia, consignarenturq; qui thesaurum fidei compararunt:*

6 *Tum hæc cogitaui, & facta sunt per me solum, nec per alium: eadem per me, nec per alium absoluenda.*

7 *Cui respondens ego, Quæ, inquam, erit separatio temporum? aut quando prioris finis, aut consequentis initium?*

8 *Et ille, Ab Abrahamo, inquit, vsq; ad Isaacum eo quod cum ex eo nati essent Iacob & Esau, manus Iacob tenebat ab initio calcaneum Esau.*

9 *Finis enim huius æui Esau, & initium sequentis Iacob.*

10 *Hominis manus inter calcaneum & manum. Aliud ne scisciteris Esdra.*

11 *Rursum ego, O Dominator, inquam, Domine, si quæ sum tecum in gratia,*

12 *Absoluas obsecro seruo tuo declarare prædictiones tuas, quarum partem mihi significasti nocte superiori.*

13 *Tum respondens ille mihi, Surge, inquit, in pedes tuos, & audi vocem sonitus plenissimam.*

14 *Præbebitur autem species terræmotus, nec tamen commouebitur locus in quo consisteris.*

15 *Ideo dum loquitur, ne expauescas: quoniam de fine sermo, & de fundamento terræ intelligitur.*

16 *Ideoq; inter sermonem de ipsis contremiscit & commouetur: scit enim se tandem esse commutandum.*

17 *His auditis cum exsurrexissem in pedes meos, auscultaui, & ecce vox loquebatur cuius sonus erat similis sonitui aquarum multarum, & dicebat:*

18 *Ecce tempora veniunt, & erit cum admouebo ad inquirendum habitatores terræ.*

19 *Cum autem incipiam in eos, qui iniusti sua iniustitia perniciosi fuerunt, quærere, & cum afflictio Sion fuerit impleta:*

20 *Seculumq; designabitur quod vergat ad interitum, hæc signa edam. Libri aperientur in conspectu cæli vniuersis inspectantibus:*

21 *Infantes anniculi suis loquentur vocibus: prægnantes abortiuos parient fœtus trimestres aut quadrimestres, & viuent suscitati.*

22 *Tum loca seminibus consita subito apparebunt destituta, plenaq; promptuaria repente vacua deprehendentur.*

23 *Et tuba clangere canet: qua audita, mox omnes expauescant.*

24 *Accidet autem illo tempore, vt belligerent amici cum amicis vt inimici, & expauescat terra cum ipsis: scaturigines fontium subsistent, & tribus horis non manabunt.*

54 Considera ergo & tu, quoniam minori statura estis præ his qui ante vos:

55 Et qui post vos, minori quàm vos, quasi iam senescentes creaturæ, & fortitudinem iuuentutis prætereuntes.

56 Et dixi, Rogo Domine, si inueni gratiam ante oculos tuos, demonstra seruo tuo per quem visites creaturam tuam.

1 ET dixit ad me, Initio terreni orbis, & antequā starent exitus seculi, & antequam spirarent conuentiones ventorum: A

2 Et antequam sonarent voces tonitruum, & antequam splenderēt nitores coruscationum, & antequam confirmarentur fundamenta paradisi:

3 Et antequam viderentur decori flores, & antequā confirmarentur motæ virtutes, & antequam colligerentur innumerabiles militiæ angelorum:

4 Et antequam extollerentur altitudines aeris, & antequam nominarentur mensuræ firmamentorum, & antequam æstuarent camini in Sion:

5 Et antequam inuestigarentur præsentes anni, & antequam abalienarentur eorum qui nunc peccant adinuentiones, & consignati essent qui fidem thesaurizauerunt:

6 Tunc cogitaui, & facta sunt per me solum, & non per alium: & finis per me, & non per alium.

7 Et respōdi, & dixi: Quæ erit separatio temporum? aut quando prioris finis, & sequentis initium?

8 Et dixit ad me, Ab Abraham vsq; ad Isaac: quādo nati sunt ab eo Iacob & Esau, ᵇmanus Iacob tenebat ab initio calcaneum Esau. Gene. 25. a 25

9 Finis enim huius seculi Esau, & principium sequentis Iacob.

10 Hominis manus inter calcaneum & manum. Aliud noli quærere Esdra.

11 Et respondi, & dixi, O Dominator Domine, si inueni gratiam ante oculos tuos,

12 Oro vt demōstres seruo tuo finem signorum tuorum, quorum partem mihi demonstrasti nocte præcedenti.

13 Et respondit, & dixit ad me, Surge super pedes tuos, & audi vocem plenissimam sonitus.

14 Et erit sicut commotio, nec commouebitur locus, in quo stes super eum.

15 Ideo cum loquitur, tu non expaueas quoniā de fine verbum & fundamētum terræ intelligitur.

16 Quoniā de ipsis sermo tremiscit & cōmouetur: scit .n. quoniā finem eorum oportet cōmutari. B

17 Et factum est, cum audissem, surrexi super pedes meos & audiui, & ecce vox loquens, et sonus eius sicut sonus aquarum multarum, et dixit:

18 Ecce dies veniunt, et erit quando appropinquare incipiam, vt visitem habitantes in terra:

19 Et quando inquirere incipiam ab eis qui iniustè nocuerunt iniustitia sua, et quando suppleta fuerit humilitas Sion.

20 Et cum supersignabitur seculum quod incipiet pertransire, hæc signa faciam. Libri aperientur ante faciē firmamenti, et omnes videbūt simul:

21 Et anniculi infantes loquētur vocibus suis: et prægnantes immaturos parient infantes trium et quatuor mensium, et viuent, et suscitabuntur.

22 Et subito apparebunt seminata loca nō seminata, et plena prōptuaria subito inuenientur vacua:

23 Et tuba canet cum sono, quam cum omnes audierint, subito expauescent.

24 Et erit in illo tempore, debellabunt amici amicos vt inimici, et expauescet terra cum his: et venæ fontium stabunt, et non decurrent in horis tribus.

25 Et erit s

25 Et erit, omnis qui derelictus fuerit ex omnibus istis quibus prædixit tibi, ipse saluabitur, & videbit salutare meum, & finem seculi vestri.
26 Et videbūt qui recepti sunt homines, qui mortem non gustauerunt à natiuitate sua, & mutabitur cor inhabitantium, & cōuertetur in sensum alium.
27 Delebitur .n. malum, & extinguetur dolus.
28 Florebit autē fides, & vincetur corruptela, & ostendet veritas quæ sine fructu fuit diebus tantis.
29 Et factum est cum loqueretur mihi, & ecce paulatim intuebar super eum ante quem stabam.
30 Et dixit ad me hæc, Veni tibi ostendere tempus venturæ noctis.
C 31 Si ergo iterum rogaueris, & iterum ieiunaueris septem diebus, iterum tibi renūciabo horum maiora per diem quam audiui.
32 Audita est enim vox tua apud Altissimum. Vidit .n. fortis directionem tuam, & prouidit pudicitiam, quam à iuuentute habuisti.
33 Et propter hoc misit me demōstrare tibi hæc omnia, & dicere tibi, Confide, & noli timere,
34 Et noli festinare cū priorib. temporibus cogitare vana, vt nō properes à nouissimis tēporibus.
35 Et factum est post hæc, & fleui iterum: & similiter ieiunaui septem diebus, vt suppleam tres hebdomadas, quæ dicta sunt mihi.
36 Et factū est in octaua nocte, & cor meū turbabatur iterato in me, & cœpi loqui corā Altissimo.
37 Inflammabatur enim spiritus meus valde, & anima mea anxiebatur,
Gen.1.a 38 Et dixi, O Domine, loquens loquutus es ab initio creaturæ in primo die, dicens, Fiat cælum & terra. & tuum verbum opus perfectum.
39 Et erat tunc spiritus, & tenebræ circumferebantur, & silentium, sonus vocis hominis nondum erat abs te.
40 Tunc dixisti de thesauris tuis proferri lumē luminosum, quo appareret opus tuum.
41 Et die secundo creasti spiritum firmamenti, & imperasti ei vt diuideret & diuisionem faceret inter aquas, vt pars quædam sursum recederet, pars verò deorsum maneret.
42 Et tertia die imperasti aquis congregari in septima parte terræ: sex verò partes siccasti & conseruasti, vt ex his sint coram te ministrantia seminata à Deo & culta.
43 Verbum .n. tuū processit, & opus statim fiebat.
44 Processit enim subito fruct⁹ multitudinis immensus, & concupiscentiæ gustus multiformes, & flores colore immutabili, & odores odoramenti inuestigabilis. & die tertia hæc facta sunt.
D 45 Quarta autem die imperasti fieri splēdorem, lunæ lumen, stellarum dispositionem:
Deut.4.c 46 Et imperasti eis, vt deseruirent futuro plasmati homini.
Gen.1.c 47 Quinto autem die dixisti septimæ parti, vbi erat aqua congregata, vt procrearet animalia, & volatilia, et pisces:
48 Et ita fiebat. aqua muta et sine anima quæ Dei nutu iubebantur, animalia faciebat, vt ea hoc mirabilia tua nationes enarrent.
49 Et tunc cōseruasti duas animas: nomē vni vocasti Henoch, et nomē secundæ vocasti Leuiathan,
50 Et separasti ea ab alterutro. Non .n. poterat septima pars, vbi erat aqua congregata, capere ea.
51 Et dedisti Henoch vnam partē quæ siccata est tertio die, vt habitet in ea vbi sunt montes mille.
52 Leuiathan autem dedisti septimam partem humidam, et seruasti eam, vt fiat in deuorationem quibus vis, et quando vis.
53 Sexto autem die imperasti terræ, vt crearet coram te iumenta et bestias, et re[illegible]
54 Et super his Adam, quem constituisti ducem

25 Porrò quicunq, superfuerit ex omnibus istis quæ prædixi tibi, is seruabitur, & videbit [1]salutem meam, & finem seculi vestri. — 1 vel, opus salutare.
26 Videbunt, inquam, qui recepti sunt homines, qui ex quo nati sunt, mortē non gustauerunt. Tū mutabitur animus inhabitantiū, & ad aliam sententiā cōuertetur.
27 Delebitur enim malum, & dolus extinguetur.
28 Florebit autem fides, corruptela succumbet, & emerget veritas quæ tanto tempore fructu caruit.
29 Cum autem hæc mihi dicerentur, ecce paulatim respectabam ad ipsum coram quo constiteram,
30 Qui dixit mihi, Veni vt tibi tempus futuræ noctis significarem.
31 Si ergo precatus denuò fueris, & iterū ieiunio transegeris septem dies, alia tibi renunciabo his maiora [2]per diem quam audiui. — 2 vel, quæ per diem audiuero.
32 Exaudita est enim vox tua ab altissimo. nam vidit ille potens recta facta tua, & pudicitiam quam à iuuentute conseruasti, prospexit:
33 Propterea misit me vt hæc omnia tibi declararē & eloquerer. Fac præsenti sis animo, nec quicquam timeas,
34 Neq, te præcipites in vanam priorum seculorū reputationē, vt ne magis quam [3] posteriora tēpora festines. — אחרונים
35 Post hæc fleui denuo, & ieiunio similiter septem dies peregi, vt tres hebdomadas mihi præscriptas complerem. — vel, vt ne festinando à posterioribus temporibus recedas i. 3 considerationem eorum. vel, festines. i. anxius sis.
36 Accidit autē octaua nocte, vt animus meus rursum perturbaretur, & sermonem instituerē coram altissimo.
37 Inflammabar enim studio magno, & anxius eram animo:
38 Itaq, dixi, In prima creatione disertis verbis locutus es, ò Domine, primo die, cū præciperes, Fiat cælum & terra: & opus consecutum est imperium tuum.
39 Erat autē tum: spiritus, circumfusæq, tenebræ, ac silentium, necdum vocis humanæ sonus erat abs te creatus.
40 Tunc iussisti de cellis tuis prodire lumen præluculentum, quod opus tuum illustraret.
41 Die secundo spiritum cæli creasti, & imperasti vt intercedens aquas interscinderet: vt pars sursum abiret, pars infra subsideret.
42 Tertia vero die aquas in septimam terræ partem confluere iussisti: sex vero partes cum siccasses, reseruasti, vt ex eis essent quæ tibi ministrarent consita diuinitus & culta.
43 Nam simul ac verbum tuum prolatum fuerat, protinus opus ipsum agebatur.
44 Siquidem exorta est subito copia immensa fructuum, & oblectamenta palati multiforma, tum flores colore perenni, & odoramenta miris modis fragrantia. Et hæc quidem die tertia facta sunt.
45 Porrò die quarta illustre lumen solis & lunæ, stellarumq, seriem imperio tuo creauisti.
46 Simul ac præcepisti eis, vt opificio tuo futuro homini deseruirent.
47 Quinto deinde die iussisti partem septimam in quam aqua confluxerat, animalia, volucres scilicet & pisces procreare:
48 Quod ita factum est. Siquidem aqua muta & inanima nutu diuino iussa gignebat animantia, vt populi inde miracula tua haberent prædicanda.
49 Tum quoq, animantia duo parasti, quorum vni nomen imposuisti Enoch, alterum vocasti Leuiathan.
50 Et alterum ab altero separauisti: Non .n. poterat pars septima quo aqua se collegerat, ea capere
51 Vnam partē assignasti Enoch, quæ tertio die siccata est, vt habitet in ea: milleq, montes eā intercurrunt.
52 Leuiathan autem tribuisti septimam partem humidam, quā beluam parasti, vt esset quæ deuoraret quos velles, & quando velles.
53 Sexto demum die imperasti terræ, vt iumenta coram te, bestias & serpentes procrearet.
54 Atq, insuper Adam, quem constituisti dominum

omnibus operibus abs te creatis. Ab eo ducimus omnes originem, atq; adeo populus quem elegisti.

55 Hæc omnia commemorans coram te Domine, quia propter nos creauisti mundum:

56 Reliquas autē gentes prognatas ab Adam declarauisti abs te nihili pēdi, atq; adeo salivæ cōparari. Quippe stilla de vase fluxa opes earum putauisti conferendas.

57 Nunc tamen, ecce Domine, gentes istæ pro nihilo putatæ cœperunt dominio grauare nos & deuorare:

58 Nos autem populus tuus, quem primogenitum & vnigenitum tui studiosum vocasti, traditi sumus in manus eorum.

59 Atqui si propter nos creatus est mundus, cur non habemus in eo possessionem, aut quamdiu talia feremus?

super omnibus factis quæ fecisti, & ex eo educimus nos omnes, quemq; elegisti populum.

55 Hæc autem omnia dixi coram te Domine, quia propter nos creasti seculum:

56 Residuas aūt gentes ab Adam natas dixisti eas nil esse, & quoniam saliuæ assimilatæ sunt, & quasi stillicidium de vase similasti abundantiam eorum.

57 Et nunc Domine, ecce, istæ gentes quæ in nihilum deputatæ sunt, cœperunt dominari nostri, et deuorare:

58 Nos autem populus tuus, quem vocasti primogenitum vnigenitum æmulatorem tuum, traditi sumus in manibus eorum:

59 Et si ꝑpter nos creatū est seculum, quare non hæreditatē possidemus cum seculo? Vsquequò hæc?

CAPVT VII.

1 His cum ego dictis finem imposuissem, euenit vt angelus, qui prioribus ad me noctibus demissus fuerat, ad me mitteretur, qui me sic est allocutus:

2 Surge Esdra, & ausculta sermones quos veni tibi relaturus.

3 Tum ego, Loquere, inquam, mi Deus. Et ille, Mare, inquit, positum est in spacioso loco, vt altum esset & immensum:

4 Constituatur autem eius in angusto loco introitus, qui fluminibus sit similis.

5 Quis quæso in mare collustrandi illius, aut in potestatem suam redigēdi causa, affectans iter, nisi transierit angustias, in apertum æquor innauigare poterit?

6 Atq; iterum, Vrbs est ædificata, & sita in loco campestri, eademq; omni bonorum copia instructa:

7 Introitus eius angustus, inq; præcipiti positus: adstāte enī igni a dextera, aquarumq; altitudine a sinistra.

8 Et vnica inter ea semita intercedente: nēpe inter ignē & aquam, spacio tantum vestigij vnius hominis capace.

9 Hæc vrbs si cui obtingat hæreditate, si ille nunquam obiectum penetrauerit periculum, quomodo hæreditatem suam adipiscetur?

10 Tum ego, Ita est, inquam, Domine. At ille mihi, Sic se habet inquit, & sors Israelitarum.

11 Propter eos enim creaui mundū: cum autem Adam præscripta mea transgressus est, tum accidit factum huiusmodi,

12 Et adducti sunt introitus huius mundi in angustum, vt essent pleni dolorum & laborum, pauciq; ac deterrimi, tum periculosi, & vehementer ærumnosi.

13 Nam spaciosi & tuti erant eius superioris introitus, fœcundiq; fructu immortalitatis.

14 Nisi ergo qui viuūt per angusta hæc & caduca conuenerint ingredi, non poterunt adipisci quæ sunt recondita.

15 Quæso igitur quare teipsum crucias, cum sis caducus: aut quid commoueris, cum sis mortalis?

16 Quare non pertractas animo tuo quæ futura sunt, potius quam præsentia?

17 Respōdi, & dixi, Dominator Domine, cū lege tua sanciueris, vt iusti possiderent hæc, impij verò perirent:

18 Iustine angusta perferent ampla sperantes? Etenim & qui se gesserunt impiè, angusta perpessi sunt, ampla tamen illa non videbunt.

19 Et dixit mihi, Nullus est iudex Deo iustior, nec quisquam sapientior altissimo.

20 Pereunt enim in præsenti vita multi propter neglectum præscripta legis diuinæ.

21 Nam etiam atq; etiam promonuit Deus venientes, quoties venerunt, quibus factis vitam adipiscerentur, & quid obseruando supplicium euitarent.

22 At illi non acquieuerunt, sed contradixerunt ei, confinxerunt sibi commenta vanissima,

23 Et institutis flagitiosis seipsos circumuenerunt.

1 ET factum est, cum finissem loqui verba hæc, missus est ad me angelus qui missus fuerat ad me primis noctibus, & dixit ad me: A

2 Surge Esdra, & audi sermones quos veni loqui ad te.

3 Et dixi, Loquere Deus meus. Et dixit ad me, Mare positum est in spacioso loco, vt esset altum et immensum:

4 Erit autem eius introitus in angusto loco positus, vt esset similis fluminibus.

5 Quis.n. volens voluerit ingredi mare, & videre eum vel dominari eius: si non transierit angustū, in latitudinem quomodo venire poterit?

6 Item aliud, Ciuitas est ædificata, & posita in loca campestria: est autē plena omnium bonorum:

7 Introitus eius angust⁹ & in præcipiti positus, vt esset a dextris quidem ignis, a sinistris aqua alta:

8 Semita autem est vna sola inter eos posita, hoc est inter ignem & aquam, vt non capiat semita, nisi solummodo vestigium hominis.

9 Si autem dabitur ciuitas homini in hæreditatem, si nunquam ante positum periculum pertransierit, quomodo accipiet hæreditatem suam?

10 Et dixi, Sic Domine. Et dixit ad me, Sic est & Israel pars.

11 Propter eos enim feci seculum: & quando transgressus est Adam constitutiones meas, iudicatum est quod factum est.

12 Et facti sunt introitus huius seculi angusti, & dolentes, & laboriosi: pauci autem & mali, & periculorum pleni, & labore magnopere fulti.

13 Nam maioris seculi introitus spaciosi & securi, & facientes immortalitatis fructum.

14 Si ergo ingredientes non fuerunt ingressi qui viuunt angusta & vana hæc, non poterunt recipere quæ sunt reposita.

15 Nunc ergo quare tu cōturbaris, cum sis corruptibilis? & quid moueris tu, cum sis mortalis?

16 Et quare non accepisti in corde tuo quod est futurum, sed quod in præsenti?

17 Respondi & dixi, Dominator Domine, ecce disposuisti lege tua, quoniam iusti hæreditabunt hæc, impij autem peribunt: Deut. 8. a

18 Iusti autem ferent angusta, sperantes spaciosa, qui enim impie gesserunt, & angusta passi sunt, & spaciosa non videbunt. B

19 Et dixit ad me, Non est iudex super Deū, neque intelligens super Altissimum.

20 Pereunt enim multi præsentes, quia negligitur quæ antepositá est Dei lex.

21 Mandans enim mandauit Deus venientibus, quando venerunt, quid facientes viuerent, & quid obseruantes non punirentur.

22 Hi autem non sunt persuasi, & contradixerunt ei, & constituerunt sibi cogitamen vanitatis.

23 Et proposuerunt sibi circumuentiones delictorum

ctorum & supedixerunt Altissimo non esse, &
vias eius non cognouerunt.
24 Et legem eius spreuerunt, & sponsiones e-
ius abnegarunt, & in legitimis eius fidem non ha-
buerunt. & opera eius non perfecerunt.
25 Propter hoc Esdra vacua vacuis, & plena
plenis.
26 Ecce tempus veniet, & erit quando venient
signa quæ prædixi tibi, & apparebit sponsa, & ap-
parescens ostendetur, quæ nunc subducitur terra:
27 Et omnis qui liberatus est de prædictis ma-
lis, ipse videbit mirabilia mea.
28 Reuelabitur enim filius meus Iesus cum his
qui cum eo sunt, & iucundabuntur qui relicti sunt
in annis quadringentis.
29 Et erit post annos hos, & morietur filius me⁹
Christus, & omnes qui spiramentū habēt homines:
30 Et conuertetur seculum in antiquum silen-
tium diebus septem, sicut in prioribus iudiciis, ita
vt nemo derelinquatur.
31 Et erit post dies septem, & excitabitur quod
nondum vigilat seculum, & morietur corruptum.
32 Et terra reddet quæ in ea dormiunt, & pul-
uis qui in eo silentio habitant. & promptuaria red-
dent quæ eis commendatæ sunt animæ.
33 Et reuelabitur Altissimus super sedem iudi-
cii, & pertransibunt miseriæ, & longanimitas con-
gregabitur.
34 Iudicium autem solum remanebit, veritas
stabit & fides conualescet,
35 Et opus subsequetur, & merces ostēdetur, &
iustitiæ vigilabunt, & iniustitiæ non dominabunt.
Genes. 9. d 36 Et dixi, Prim⁹ Abraham propter Sodomitas
Exod. 32. c orauit, & Moyses p patrib. q in deserto peccauerūt
37 Et qui post eum pro Israel in diebus Achaz,
& Samuelis,
2. Reg. 24. 38 Et David pro confractione, & Salomon
pro eis qui venerunt in sanctificationem.
2. Para 6. c 39 Et Elias pro his qui pluuiam acceperunt,
3. Reg. 17. a & pro mortuo vt viueret,
Iac. 5. d 40 Et Ezechias pro populo in diebus Senna-
4. Reg. 18. 19. cherib, & multi pro multis.
41 Si ergo modo quando corruptibile increuit,
& iniustitia multiplicata est, & orauerunt iusti pro
impiis: quare & nunc sic non erit?
42 Et respondit ad me, & dixit, Præsens seculum
non est finis. gloria in eo frequens manet: propter
hoc orauerunt pro inualidis.
43 Dies enim iudicii erit finis temporis huius,
& initium temporis futuræ immortalitatis, in quo
transiuit corruptela:
44 Soluta est intemperantia, abscissa est incre-
dulitas, creuit autem iustitia, orta est veritas.
45 Tunc enim nemo poterit saluare eum qui
periit, neque demergere qui vicit.
46 Et respōdi. & dixi, Hic est sermo meus prim⁹
& nouissim⁹, quoniam meli⁹ erat nō dare terrā A-
dam, vel cū iā dedisset, coercere eū vt nō peccaret.
47 Quid enim prodest hominibus in præsenti
viuere in tristitia, & mortuos sperare punitionem?
Rom. 5. c 48 O tu quid fecisti Adam? Si enim tu peccasti,
non est factus solius tuus casus, sed & nostrum qui ex
te aduenimus.
49 Quid. n. pdest nobis si promissum est nobis
immortale tēpus: nos aūt mortalia opera egimus?
50 Et quoniam prædicta est nobis perennis spes:
nos vero pessimi vani facti sumus.
51 Et quoniam repositæ sūt nobis habitacula sa-
nitatis & securitatis: nos vero male cōuersati sum⁹.
52 Et quoniam reposita est gloria Altissimi
protegere eos qui tarde conuersati sunt: nos au-
tem pessimis viis ambulauimus. 53 Et quoniam ostendetur paradisus, cuius fructus incorruptus perse-
uerat, in quo est securitas & medela: nos verò non ingrediemur.

Negarūt numē altissimi, nec vias eius animaduerterūt.
24 Spreuerunt legē eius, & recusarūt testificationes,
iura eius violarunt perfide, nec opera eius executi sunt.
25 Quapropter Esdra inania inanib. & plena plenis.
26 Ecce tempus veniet, & erit cum edentur signa
quæ tibi prædixi: & apparebit sponsa, emergensque ex-
stet quæ nunc sepulta latet sub terra:
27 Et quisquis e prædictis malis euaserit, ipse mira-
cula mea videbit.
28 Apparebit enim filius meus Iesus cum comitibus
suis, & gaudia celebrabunt qui reliqui fuerint, intra an-
nos quadringentos.
29 Porro post annos hos morietur filius meus Chri-
stus, & omnes spiritum trahentes homines.
30 Et mundus conuertetur in antiquum silentium
diebus septem, sicut & [a] in iudiciis prioribus, donec nemo
supersit.
31 Eueniet autem post dies septem, vt excitetur ad- a vel, finis, vt
huc sopitum seculum, & corruptum intereat. scilicet silum an-
32 Tum terra reddet quæ in ea dormiunt, & puluis tequam conde-
quæ latent in eo silentio, & promptuaria depositas apud retur, vel tem-
se animas restituent. poribus Noe.
33 Apparebit pro tribunali sedens altissimus, mise-
riæ præteribunt, & [b] finis imponetur patientiæ: [b] אחר
34 Iustitia vero sola remanebit, veritas stabit, fides
confirmabitur,
35 Opus subsequetur, merces comparebit, recte facta
vigebunt, scelera que dominari desinent.
36 Tū dixi, Prim⁹ Abraham orauit pro Sodomitis,
deinde Moyses pro patribus qui peccauerunt in deserto.
37 Et posteri eius pro Israelitis, temporibus Achaz
& Samuelis,
38 Dauid pro clade, Salomon pro iis qui venerunt in
sacrum.
39 Elias pro iis qui pluuiam acceperunt, & pro mor-
tuo vt reuiuisceret.
40 Et Ezechias pro populo temporibus Sennacherib,
atque adeo multi pro multis:
41 Quod si qui nunc postquam inualuerunt vitia,
& iniustitia abundat, iusti orauerint pro impiis, cur non
eidem effectus nunc quoque consequatur?
42 At ille mihi respondens, Præsens, inquit, vita non
est extremum, honor in ea frequenter retinetur: propter-
ea pro infirmis est precatio.
43 [c] Sed dies iudicii finis erit huius æui, & initium [c] [illegible]
futuræ immortalitatis, quo tempore iam cessarit omnis
corruptela.
44 Intemperantia exoleuerit, diffidentia fuerit am-
putata, adolescet autē iustitia, & veritas exorta fuerit.
45 Tunc enim nemo poterit seruare perditum, nec
victorem opprimere.
46 Respondi ac dixi, Hoc est sermonis mei initium &
finis, præstare non datam esse terram Adamo, aut cum
data esset, eum coercuisse ne peccaret.
47 Quorsum enim attinet homines præsentem vi-
tam agere in tristitia, & mortuos supplicium metuere?
48 Ah tu quid egisti Adam? Quod enim tu pecca-
sti, non in tuum vnius casum redundauit, sed in nostrum
quoque, qui ex te orti sumus.
49 Quid enim prodest nobis promissam esse vitam
immortalem, si nos facinora mortifera patrauimus?
50 Quid propositam nobis esse spem perennitatis, si
nos perniciosa vanitate sumus obligati?
51 Quid designatas esse nobis incolumes & tutas ha-
bitationes, si nos neq. tuse viximus?
52 Quod repositam esse gloriam altissimi ad conser-
uandum eos qui [d] cum patientia vitam egerunt, si nos [d] [illegible]
pessimis itineribus incessimus?
53 Quid patefaciendum esse perennem incorrupto
fructu paradisum, in quo est incolumitas & salubritas,
si nos non ingrediemur?

54 In ingratis enim locis versati sumus.
55 Quod stellis splendidiores futuras esse facies eorum
qui vsi sunt abstinentia, si nostri vultus erunt tenebris a-
triores?
56 Non enim cogitauimus in vita, dum iniustè age-
bamus, post mortem subeundas esse pœnas.
57 Respondit ille, & dixit, Hæc est ratio certaminis,
quo decertabit homo natus in terra,
58 Vt si victus fuerit, patiatur quod dixisti: sin vi-
cerit, quod dico, recipiat:
59 Quoniam hæc est vita de qua Moyses, cum vi-
ueret, locutus est apud populum, dicens, Elige tibi vitam,
vt viuas.
60 Et illi non crediderunt ei, ac ne secutis quidem
eum Prophetis:
61 Adeoque nec mihi qui testatus sum eis, non tam
in perniciem ipsorum spectare tristem casum, quàm ma-
nere læta apud eos, quibus persuasa salus est.
62 Respondi, & dixi, Scio Domine, misericordem es-
se vocatum altissimum ex eare, quòd misereatur eorum
qui seculum illud nondum attigerunt.
63 Quódque iis qui versantur in lege ipsius, tribuat
misericordiam.
64 Lenis quoque est: quoniam lenitate vtitur erga
eos qui peccauerunt, vt erga opificia sua.
65 Munificus est: quoniam erogare cupit quantum
opus est.
66 Clementia multus: quoniam multiplici clemen-
tia superat tam eos qui nunc sunt quàm qui fuerunt,
aut sunt futuri.
67 Nisi enim clementia sua largus esset, non viuisce-
ret mundus cum iis qui consequuntur in eo possessionem.
χαρίζεται *68* [1] *Ignoscens est: nam nisi bonitate sua tribueret*
vnde leuamentum scelerum præstaretur iis qui iniquè e-
gerunt, non posset decies millesima pars hominum vitam
retinere.
69 Et Iudex ipse nisi verbo suo curatis ignosceret &
copiam aboleret criminum:
70 Fortassis ex innumerabili multitudine vix per-
pauci seruarentur.

54 In ingratis enim locis conuersati sumus. D
55 Et quoniam super stellas fulgebunt facies
eorum qui abstinentiam habuerunt: nostræ autem
facies super tenebras nigræ.
56 Non enim cogitauimus viuentes quando
iniquitatem faciebamus, quod incipiemus post
mortem pati.
57 Et respondit, & dixit, Hoc est cogitamen-
tum certaminis quod certabit qui super terram
natus est homo.
58 Vt si victus fuerit, patiatur quod dixisti: si
autem vicerit, recipiet quod dico:
59 Quoniam hæc est vita quam Moyses dixit
cum viueret, ad populum, dicens, ‖ Elige tibi vi- Deut. 30.d
tam, vt viuas.
60 Non crediderunt autem ei, sed nec post eum
Prophetis:
61 Sed nec mihi qui locutus sum ad eos, quo-
niam non esset tristitia in perditionem eorum, sic-
ut futurum est super eos, quibus persuasa est salus.
62 Et respondi, & dixi, Scio Domine, quoniam
vocatus est Altissimus misericors in eo, quòd mise-
reatur his qui nondum in seculo aduenerunt.
63 Et quod miseretur illis qui conuersionem
faciunt in lege eius.
64 ‖ Et longanimis est: longanimitatem præstat Roman. 2
his qui peccauerunt quasi suis operibus:
65 Et munificus est, quoniam quidem donare
vult pro exigentiis.
66 Et multæ misericordiæ: quoniam multipli-
cat magis misericordias his qui præsentes sunt: &
qui præterierunt, & qui futuri sunt.
67 Si enim non multiplicauerit misericordias
suas, non viuificabitur seculum cum his qui inhæ-
reditabunt in eo.
68 Et donat: quoniam si non donauerit de bo-
nitate sua, vt alleuentur hi qui iniquitatem fece-
runt, de suis iniquitatibus non poterit decies mil-
lesima pars viuificari hominum.
69 Et iudex si non ignouerit his qui curati sunt
verbo eius, & deleuerit multitudinem contentionum: 70 Non fortassis derelinquerentur
innumerabili multitudine, nisi pauci valde.

CAPVT VIII.

1 TVm respondens ille mihi. Hoc æuum, inquit, pro-
pter multos condidit altissimus, futurum autem
propter paucos.
2 Exponam autem tibi similitudinem Esdra. Enim-
uero sicut si sciscitans terra dicat tibi, se gignere perquàm co-
piosam quidem humum fingendis fictilibus, paucis autem
puluerem vnde fiat aurum: ita se habet præsentium negotium.
3 Vt enim multi creati sint, pauci tamen seruentur.
4 Respondens ego, Ergo anima, inquam, hauri cogita-
tionem, & vora sapientiam.
5 Pollicita es obedire, & vis agere prophetam. Neque
enim tibi datum est amplius quam viuendi spatium.
6 Ah Domine, nisi concedas seruo tuo, vt exoremus
te, vt præstes semen cordi nostro, sensusque cultum, vnde
fructus oriatur, quo viuat omnis corruptus: quis se oppo-
nat pro homine?
7 Solus enim es, & vnum opificium manuum tua-
rum nos sumus sicut ipse locutus es.
8 Etenim cum iam in vtero formatum est corpus, ei-
que membra præstitisti, opificium tuum igne & aqua
conseruatur, & opus formatum a te nouem mensibus
patitur tuum in se creatum opificium.
9 Ipsum autem quod continet & quod continetur, v-
traque seruantur: et cum seruatusque tandem vterus iterum
reddet quæ in ipso adoleuerunt.
10 Constituisti enim ex ipsis membris, nempe mam-
millis lac fructui mammillis destinato præbendum,

1 ET respondit ad me, & dixit, Hoc seculum fecit A
Altissimus propter multos, futurum autem
propter paucos.
2 Dicam autem coram te similitudinem Esdra.
Quomodo autem interrogabis terram, & dicet ti-
bi quoniam dabit terram multam magis vnde fiat
fictile, paruum autem puluerem vnde aurum fit: sic
& actus præsentis seculi.
3 ‖ Multi quidé creati sút, pauci autê saluabunt. Matth. 20.b, 22.b
4 Et respondi, & dixi, Absorbe ergo anima sen-
sum, & deuora quod sapit.
5 Conuenisti enim obaudire & prophetare vo-
lens. Nec enim tibi datum est spacium, nisi solum-
modo viuere.
6 O Domine, si non permittes seruo tuo, vt o-
remus coram te, & des nobis semen cordi, & sen-
sui culturam, vnde fructus fiat, vnde viuere possit
omnis corruptus, qui portabit locum hominis?
7 Solus enim es, & vna plasmatio nos sumus
manuum tuarum, sicut locutus es.
8 Et quomodo nunc in matrice plasmatum est
corpus, & præstas membra: conseruatur in igne &
aqua tua creatio: & nouem mensibus patitur tua
plasmatio tuam creaturam quæ in ea creata est.
9 Ipsum autem quod seruat, & quod seruatur,
vtraque seruabuntur: seruataque quandoq; iterum
reddit matrix, quæ in ea creuerunt.
10 Impetrabis enim ex ipsis membris, hoc est mammillis præbere lac fructui mammillarum.

11 Vt

11 Vt nutriatur id quod plasmatũ est vsque in tẽpus aliquod, & posteà disponas eum tuæ misericordiæ.

12 Enutristi eum tua iustitia, & erudisti eum in lege tua, & corripuisti eum tuo intellectu:

13 Et mortificabis eum, vt tuam creaturam: & viuificabis eum, vt opus tuum.

B 14 Si ergo perdideris eum qui tantis laboribus plasmatus est: tuo iussu facile est ordinari, vt id quod fiebat seruaretur.

15 Et nunc Domine dicam, de omni homine tu magis scis: de populo autem tuo, ob quem doleo:

16 Et de hæreditate tua, propter quam lugeo: & propter Israel, propter quem tristis sum: & de Iacob, propter quem doleo.

17 Ideo incipiam orare corã te ꝑ me, & pro eis: quoniam video lapsꝰ nostros qui inhabitamꝰ terrã.

18 Sed audiui celeritatẽ iudicis qui futurus est.

19 Ideo audi vocem meam, & intellige sermonem meum, & loquar coram te. Initium verborum Esdræ priusquam assumeretur:

Rom. 11. d. 20 Et dixi Domine, qui inhabitas seculum, cuius oculi eleuati in superna & aerea:

21 Et cuiꝰ thronꝰ inæstimabilis, & gloria incõprehensibilis: cui astat exercitꝰ angelorũ cũ tremore

22 Quorum seruatio in vento & igni conuertitur: cuius verbum verum, & dicta perseuerantia: cuius iussio fortis & dispositio terribilis:

23 Cuius aspectus arefacit abyssos, & indignatio tabescere facit montes, & veritas testificatur:

24 Exaudi orationem serui tui, & auribus percipe precationem figmenti tui.

25 Dum enim viuo, loquar: & dũ sapio, respõdebo.

26 Nec respicias populi tui delicta, sed qui tibi in veritate seruiunt.

27 Nec intendas impia gentium studia, sed qui tua testimonia cum doloribus custodierũt.

28 Nec cogites qui in conspectu tuo falsè conuersati sunt, sed memorare qui ex voluntate tua timorem cognouerunt.

29 Neque volueris perdere, qui pecudum mores habuerunt: sed respicias eos qui legem tuam splendide docuerunt.

30 Nec indigneris eis qui bestiis peiores iudicantur: sed diligas eos qui semper in tua iustitia confidunt, & gloria.

31 Quoniam nos & patres nostri talibus morbis languemus: tu autem propter nos peccatores misericors vocaberis.

C 32 Si enim desideraueris vt nostri miserearis, tunc misericors vocaberis, nobis autem non habentibus opera iustitiæ.

33 Iusti enim, quibus sunt opera multa reposita ex propriis operibus recipient mercedem.

34 Quid est enim homo vt ei indigneris: aut genus corruptibile, vt ita amarus sis de ipso?

3. Reg. 8. g. Eccl. 7. d. 35 In veritate enim nemo de genitis est qui non impie gessit, & de confitentib. qui nõ deliquit.

36 In hoc enim annunciabitur iustitia tua, & bonitas tua Domine, cum misertus fueris eis qui non habent substantiam bonorum operum.

37 Et respondit ad me, & dixit, Rectè locutus es aliqua: & iuxta sermones tuos sic & fiet.

38 Quoniam non verè cogitabo super plasma qui peccauerunt ante mortem, ante iudicium, ante perditionem:

Gene. 4. c. 39 Sed iucũdabor super iustorum figmentum, & memorabor peregrinationis quoque, & saluationis, & mercedis receptionis.

40 Quomodo ergo locutus sum, sic & est.

11 *Vt nutriatur id quod creatum est aliquamdiu, deinde eum tua benignitati destines.*

12 *Enutris eum iustitia tua, lege tua erudis, iudicio que tuo corripis.*

13 *Interimis eum, vt rem abs te creatam & vitam das eidem, vt opificio tuo.*

14 *Si ergo perdis eum qui tantis conformatus est laboribus: tuo iussu constitui facile est, vt & id quod factum est seruetur.*

15 *Nunc itaque loquar Domine, De vniuersitate hominũ tu potius videris, de populo verò tuo, ob quẽ doleo:*

16 *De possessione tua, ob quam lugeo: de Israele, propter quem contristor: de Iacob, propter quem mæreo:*

17 *De eis preces coram te instituam, tam pro me quam pro ipsis: quoniam video lapsus nostros, qui terram inhabitamus.*

18 *Sed celeritatem audi futuri iudicii.*

19 *Ideo vocem meam ausculta, & sermonem meum accipe, quem loquar coram te. Initium dictorum Esdræ antequam assumeretur.*

20 *Qui degis æuum, inquam, Domine, qui sublimia supera intueris, & aerea.*

21 *Cuius inæstimabile solium, & maiestas est incomprehensibilis, cui tremebundum astat agmen angelorum,*

22 *Quorum in vento & igni versatur custodia: cuius verbum verum, & dicta sunt constantia: cuius imperium vehemens, & terribilis administratio:*

23 *Cuius aspectus exsiccat profunda, montesque labefactat indignatio, vt res ipsa testificatur:*

24 *Exaudi orationem serui tui, opificiique tui precationem auribus accipe.*

25 *Dum enim viuo, loquar:[1] vocemque mittã,[*] dũ sentio.* [1] נצעק

26 *Ne spectes delicta populi tui, potius quàm tibi fideliter seruientes:*

27 *Nec attendas impia hominũ studia, potius quàm eos qui testificationes tuas per ærumnas seruauerunt.*

28 *Ne complectaris cogitatione eos qui in conspectu tuo mala fide versati sunt, potius quam memineris eorum qui voluntatem tuam sunt reueriti:*

29 *Nec velis perditos eos qui se gesserũt more pecudũ, potiꝰ quã respicias eos qui legẽ tuam præclarè docuerũt.*

30 *Ne indigneris eis qui bestiis peiores visi sunt, potiùs quam diligas eos qui semper freti sunt tua iustitia, maiestateque.*

31 *Quoniam nos cum patribus nostris talibus morbis laboramus: tu autem propter nos sceleratos solus vocaris misericors.*

32 *Si enim afficiaris vt nobis ꝑpter misericordiã, ita demum misericors diceris nobis vtique iusta facta nõ habentib.*

33 *Iusti enim quibus sunt opera copiose parta, propriorum operum mercedem recipiant.*

34 *Quid tandem est homo, quod ei succensesꝰ aut genus mortale, quod te tam amarum reddit?*

35 *Reuera enim nemo natus est, qui non impiè se gesserit: neque professus,[1] qui nihil deliquerit.* 1 vel, laudes me gratias agens.

36 *Enimuero hoc ipso prædicabitur iustitia, bonitásque tua Domine, cum ignoueris eis qui rectè factorum carent substantia.*

37 *Et respondens ille mihi, Sunt, inquit, quæ rectè locutus es, & secundum sermones tuos res habebit:*

38 *Quoniam quidem nõ animaduertam in facta sceleratorum ante mortem, ante iudicium, ante interitum.*

39 *Sed studiis iustorum oblectabor, & memor ero peregrinationis quoque, conseruationis, & percipiendæ mercedis.*

40 *Quo ergo modo locutus sum, ita se res habet.*

41 *Sicut enim agricola multa semina terræ mandat, plantasque disponit copiose, nec tamen ad tempus suum euadunt omnia quæ seminata sunt, neque adeo quæ plantata sunt solent omnia radices agere: ita etiam non omnes in mundum editi seruabuntur.*

41 Sicut enim agricola serit super terram semina multa, & plantationẽ multitudini plantat, sed non in tempore omnia quæ seminata sunt, saluantur,

Matth. 13. a. sed nec omnia quæ plantata sunt, radicabunt: sic & qui in seculo seminati sunt non omnes saluabuntur:

42 Tum respondens ego, Si gratū est, inquā, tibi loquar.

43 Quandoquidem sementis agricolæ nisi succreuerit, aut pluuiam tuam acceperit in tempore, aut si imbrium copia corruptum fuerit:

44 Itidem perit vt homo quoq; qui manibus tuis formatus est, cuius tu dictus es archetypus, quod ad imaginem tui sit creatus, propter quē creasti omnia, & semēti agricolæ comparasti.

45 Ne irascaris nobis, sed parce populo tuo possessioniq; tuæ miserere. tu enim is es qui opificij tui miserearis.

46 Et respondit ille mihi, ac dixit, Quæ sunt præsentia præsentibus, & quæ futura futuris.

47 Multum enim abest, vt me amore erga opificium meum superes: cæterum ad te frequenter & ipsum propius accessurum, ad iniustos autem nunquam.

48 Enimuero es mirabilis et altissimo.

49 Quoniam vt te decet summisisti te: nec enim te iudicasti, qui inter iustos magnopere gloriareris.

50 Etenim miseria multa calamitatesq; manent eos qui vitam incoluerint temporibus posterioribus, quod se perquam superbe gesserint.

51 Tu autem disce pro te, tuiq; similibus gloriam suscitare.

52 Vobis enim patet paradisus, vitæ arbor est plantata, præparatum est futurum æuum, præparata abundantia, ædificata vrbs, requies exploratæ, perfecta bonitas, & absoluta sapientia.

53 Radix mali[a] resignata recessit à vobis, à vobis infirmitas & tinea disperiit, corruptio proripuit se ad inferos in obliuionem.

54 Dolores abierunt, tandemq; comparuit thesaurus immortalitatis.

55 Ne pergas igitur sciscitari de multitudine pereuntium.

56 Nam ipsi quoq; libertatē adepti spreuerunt altissimū, contempserunt legem eius, & vias eius dereliquerunt.

57 Præterea autem iustos eius proculcatis,

58 Corde suo Deum esse negarunt, & quidem scientes se morituros.

59 Vt enim vos excipient quæ prædicta sunt, sic eos sitis & cruciatus quæ sunt præparata.

60 Non enim voluit Deus perire hominem, sed ipsi postquam creati sunt, prophanarunt nomē creatoris sui, & in eum qui vitam ipsis parauerat, ingrati fuerunt.

61 Quapropter iudicia mea iam propinquant.

62 Quæ non omnibus exposui, sed tibi, paucisq; tui similibus. Tum respondens ego:

63 Ecce nunc, inquam, Domine, multa declarasti mihi miraculorum, quæ potes designare seculis[b] posterioribus: quo vero tempore, mihi non exposuisti.

42 Et respondi, & dixi, Si inueni gratiā, loquar.

43 Quo modo semen agricolæ si non ascenderit, aut non acceperit pluuiam tuam in tempore, aut si corruptum fuerit multitudine pluuiæ:

44 Sic perit & similiter homo qui manibus tuis plasmatus est. & tu ei imago nominatus: quoniam simulatus es ei propter quem omnia plasmasti, & similasti semini agricolæ.

45 Non irascaris super nos, sed parce populo tuo, & miserere hæreditati tuæ. Tu autem creaturæ tuæ misereris.

46 Et respondit ad me, & dixit, Quæ sunt præsentia præsentibus, & quæ futura futuris. D

47 Multum enim tibi restat, vt possis diligere meam creaturam super me: tibi autem frequenter & ipsi proximaui, iniustis autem nunquam.

48 Sed & in hoc mirabilis es coram Altissimo.

49 Quoniā humiliasti te sicut decet te: & nō iudicasti te, vt inter iustos plurimum glorificeris:

50 Propter quod infeliciæ multæ, & miserabiles efficientur eis qui habitant seculum in nouissimis: quia in multa superbia ambulauerunt.

51 Tu autem pro te intellige, & de similibus tuis inquire gloriam.

52 Vobis enim apertus est paradisus, plantata est arbor vitæ, præparatū est futurum tēpus, præparata est abundantia, ædificata est ciuitas, probata est requies, perfecta est bonitas & perfecta sapientia.

53 Radix mali signata est a vobis, infirmitas, & tinea à vobis abscōdita est: & in infernum fugit corruptio in obliuione.

54 Transierunt dolores, & ostensus est in fine thesaurus immortalitatis.

55 Noli ergo adiicere inquirēdo de multitudine eorum qui pereunt.

56 Nam & ipsi accipientes libertatem, spreuerunt Altissimum, & legem eius contempserunt, & vias eius dereliquerunt.

57 Adhuc autem iustos eius conculcauerunt,

58 Et dixerunt in corde suo non esse Deum: & quidem scientes quoniam moriuntur. Psal. 13. 53.

59 Sicut enim vos suscipient quæ prædicta sunt: sic eos sitis & cruciatus, quæ præparata sunt.

60 Non enim voluit hominē disperdi: sed & ipsi qui creati sunt, coinquinauerunt nomen eius qui fecit eos, & ingrati fuerunt ei qui præparauit eis vitam.

61 Quapropter iudiciū meū modo appropinquat.

62 Quæ non omnibus demonstraui, nisi tibi, & tibi similibus paucis. Et respondi & dixi:

63 Ecce nunc Domine demonstrasti mihi multitudinem signorum, quæ incipies facere in nouissimis: sed non demonstrasti mihi quo tempore.

Margin notes: אחרונים nouissimis vel posterioribus. — a quasi notatio- ne perempta. — b vel, prædictio- nes. אחרונים

CAPVT IX.

1 AT ille mihi respondens ait, Dimetiendo confer tempus cum semetipso: & porro cum videris aliquam prædictorum[c] signorum præteriisse partem,

2 Intelliges ipsum esse tempus, quo parat altissimus in mundum a se conditum inquirere.

3 Cum igitur percipietur in orbe terræmotus, & conspiratio populorum:

4 Tunc intelliges de his pronunciasse altissimum, iam inde a temporibus quæ ante te fuerunt ab initio.

5 Sicut enim quicquid creatum est in mundo, habet initium pariter & consummationem, & consummatio manifesta est:

6 Sic & tempora altissimi exordia habent euidentia prodigiis & efficacia, & desinunt cum effectibus & miraculis.

7 Porrò quicunq; euaserit saluus, & per opera sua fidemq; qua credidistis, potuerit effugere:

8 Is prædicta pericula superabit, & salutem meam videbit in terra mea, finibusq; meis, quoniam me sanctū à mundo recepi.

1 ET respondit ad me, & dixit, Metiens metire tēpus in semetipso: & erit, cum videris, quando transierit pars quædā signorum quæ prædicta sunt. A

2 Tunc intelliges quoniā ipsum est tēpus, in quo incipiet Altissimus visitare seculū q ab eo factū est,

3 Et quando videbitur in seculo motio locorum, & populorum turbatio. Matth. 24. a

4 Tunc intelliges, quoniam de his erat Altissim⁹ locutus a diebus qui fuerunt ante te ab initio.

5 Sicut enim omne quod factum est in seculo, initium habet pariter & cōsummationem, & consummatio est manifesta:

6 Sic & Altissimi tempora initia habēt manifesta in prodigiis & virtutibus, & consummationes in actu & in signis.

7 Et erit omnis qui saluus fact⁹ fuerit, & q poterit effugere p opera sua, & p fidē, in qua credidistis: 2. Tim. 2. b

8 Relinquetur de p̄dictis periculis, & videbit salutare meum in terra mea, & in finib. meis, quoniā sanctificaui me a seculo.

9 Et

Margin note: c vel, miraculorum, vel, prædictionum.

9 Et tunc miserabuntur qui nunc abusi sunt vi-
tas meas: & in tormẽtis commemorabuntur hi qui
eas proiecerunt in contemptu.

10 Qui enim non cognouerunt me, viuentes
beneficia consecuti:

11 Et qui fastidierunt legem meam, cum adhuc
erant habentes libertatem.

12 Et cum adhuc esset eis apertus pœnitendæ
locus non intellexerunt, sed spreuerunt: hos opor-
tet post mortem in cruciamento cognoscere.

B 13 Tu ergo noli adhuc curiosus esse, quomodo
impij cruciabuntur: sed inquire quomodo iusti
saluabuntur, & quorum seculum, & propter quos
seculum, & quando.

4. Esdr. 8. c Rom. 20. c 14 Et respondi, & dixi, ‖ Olim locutus sum, &
nunc dico & postea dicam:

15 Quoniam plures sunt qui pereunt, quàm
qui saluabuntur: sicut multiplicatur fluctus super
guttam.

16 Et respondit ad me, & dixit:

17 Qualis ager, talia & semina: & quales flores,
tales & tincturæ: & qualis operator, talis & crea-
tio: & qualis agricola, talis cultura: quoniam tem-
pus erat seculi.

18 Et nunc cum essem parans eis his qui nunc
sunt, antequam fieret seculum, in quo habitarent:
& nemo mihi contradixit.

19 Tunc enim quisq; , & nunc creator in mun-
do hoc parato, & mensæ indeficienti, & lege inue-
stigabili corrupti sunt mores eorum.

20 Et consideraui seculum, & ecce erat pericu-
lum propter cogitationes quæ in eo aduenerunt.

21 Et vidi, & peperci ei valde: & seruaui mihi a-
cinum de botro, & plantationem de tribu multa.

22 Pereat ergo multitudo quæ sine causa nata
est, & seruetur acinus meus, & plantatio mea: quia
cum multo labore perfeci.

23 Tu autem si adhuc intromittas septem dies
alios, sed non ieiunabis in eis:

24 Ibis in campum florum, vbi domus non est
ædificata: & manducabis solummodo de floribus
campi, & carnem non gustabis, & vinum non bi-
bes, sed solummodo flores.

25 Deprecare Altissimum sine intermissione, &
veniam, & loquar tecum.

C 26 Et profectus sum, sicut dixit mihi in cam-
pum, qui vocatus Ardath, & sedi ibi in floribus. Et
de herbis agri manducaui, & facta est esca earum
mihi in saturitatem.

27 Et factum est post dies septẽ, & ego discum-
bebam supra fœnum, & cor meum iterum turba-
batur sicut ante.

28 Et apertum est os meum, & inchoaui dicere
coram altissimo, et dixi:

Exod. 19. d 24. a Deut. 4. b 29 ‖ O Domine, te nobis ostendens ostensus es
patribus nostris in deserto, quod non calcatur et in-
fructuoso, quando erant exeuntes de Ægypto: et di-
cens dixisti:

30 Tu Israel audi me, et semen Iacob intende
sermonibus meis.

31 Ecce enim ego semino in vobis legem meã,
et faciet in vobis fructum, et glorificabimini in eo
per seculum.

32 Nam patres nostri accipientes legem, non
seruauerunt, et legitima mea non custodierunt, et
Tua Exod. ... factus est fructus legis non parens: nec enim poterat, quoniam tuus erat. 33 Nam qui acceperunt, perie-
runt, non custodientes quod in eis seminatum fuerat. 34 Et ecce, consuetudo est, vt cum acceperit
terra semen, vel nauem mare, vel vas aliquod escam vel potum: cum fuerit exterminatum id, in quo se-
minatum est, vel in quod missum est: 35 Simul id quod seminatum, vel missum est, vel quæ suscepta
sunt, exterminantur, et suscepta iam non manent apud nos. sed nobis sic non factum est. 36 Nos
quidem qui legem accepimus peccantes perimus, et cor nostrum quod suscepit eam.

9 Tum miserabuntur se, qui nunc viis meis abusi sunt: & in tormentis agent, qui eas contemptim repudiarunt.

10 Qui enim vitæ beneficia consecuti non agnouerunt me:

11 Quiq; legem meam fastidierunt, cum adhuc præsenti libertate fruerentur:

12 Et qui patentem etiamdũ sibi pœnitentiæ locum noluerunt intelligere, sed spreuerunt: eos oportet post obitum in cruciatu erudiri.

13 Tu vero ne sciscitetor curiosè, quomodo cruciandi sint impij, sed quomodo iusti seruãdi sint inquire, & quorum sit mundus, aut propter quos mundus, & quando.

14 Et respondi ac dixi, Dudum locutus sum quod & nunc dico: Et porrò dicturus sum.

15 Plures esse qui pereant, quam qui seruandi sint, quanto maior est fluctus quam gutta.

16 Tum respondens ille mihi:

17 Qualis ager est, inquit, talia fuerunt & semina: quales flores, tales & colores: qualis opifex, tale & opificium & qualis agricola, talis fuit & cultura: quoniam mundi tempus erat.

18 Sane cũ iis qui nunc viuunt nondũ creatum mundum quẽ incolerent, pararem: nemo mihi contradicebat,

19 (Tunc enim quisq; [parabat,] at nunc creatorum in hoc condito mundo mores semente perpetua, & lege inexplicabili corrupti sunt.

20 Exploraui autem mundum, & ecce periculosus erat propter studia quæ in eo exorta sunt:

21 Quod cum vidissem, peperci ei sedulo, acinumq; de botro seruaui mihi, plantamq; de gente numerosa.

22 Pereat ergo frustra nata multitudo, seruetur q; acinus & planta mea, quam multo labore excolui.

23 Tu autem si porro intermiseris septem dies alios (non tamen agitabis ieiunium,

24 Verum in floridum campum, vbi nulla domus ædificata sit, profectus, de floribus campi tantum comedes: Non gustabis carnem, nec bibes vinum sed flores tantum,

25 Et precaberis altissimum sine intermissione,) tum veniam, & loquar tecum.

26 Ergo profectus sum, vt me iusserat, in campũ nomine Ardath, & in florib. ibi sedens herbas agri edebam, & attulit mihi cibus earum saturitatem.

27 Exactis autem diebus septem, cum recumberem in herba mihi cœpisset animus vt antea perturbari.

28 Os meũ apertum, cœpiq; loqui coram altissimo & dicere:

29 Ostendisti te nobis, ô Domine, maioribus nostris ex Ægypto migrantib. oblatus es in deserto inuio ac infructuoso: & etiam atq; etiam præcepisti ipsis, dicens:

30 Tu Israel audi me, semenq; Iacob attende sermonibus meis.

31 Ecce enim legem meam semino in vobis, vt fructũ in vobis afferat, & gloria sempiterna ex eo consequamini.

32 Nam patres vestri legem quam acceperant, non seruauerunt, nec custodierunt iura mea, nec fructum legis comparerunt, nec potuit, quoniam tuus erat.

33 Nam qui acceperant, non custodito semine quod sibi mandatum erat, perierunt.

34 Verum ecce fieri solet, vt cum acceperit terra semen, vel mare nauem, vel vas aliquod cibum aut potum: eo in quo seminatũ est, aut cui id immissum est, pereunte:

35 Simul id quod seminatum est, aut immissum, siue quæ suscepta sunt, intereant: nec iam comprehensa penes nos permaneant. Sed cum nobis hoc non accidit.

36 Siquidem nos qui legem accepimus, peccando perimus simul & cor nostrum quod eam acceperat:

37 Verum lex ipsa non interiit, sed retinuit vim suam.
38 Hæc cum in corde meo disputans oculos meos convertissem, mulierem in dextera parte conspicatus sum, quæ ecce lugebat, magnaq; voce lamentabunda conscissa vestimenta sua, capiteq; puluere conspersa, animo supra modum angebatur.
39 Tum dimissis quibus intentus eram cogitationibus, conuersus ad eam,
40 Quid fles, inquam, aut quid animo cruciaris? At illa mihi respondens:
41 Sine me, inquit, mi Domine, deflere me ipsam, doloriq; indulgere: quoniam per quam amaro sum animo, & supra modum afflicta.
42 Rursum ego, Quid, inquam, accidit tibi? dic mihi.
43 Respondit illa mihi, Sterilis ego fui ancilla tua, nec peperi viro marito annis triginta.
44 Cumq; per singulas horas & dies singulos, annis illis triginta noctes & dies precatus essem altissimum:
45 Euenit exactis annis triginta, vt exaudiret me Deus ancillam tuam, & afflictionem meã respiceret, & attenderet ærumnam, ac daret mihi filium. Tum gaudiũ super eo magnũ celebraui vnà cũ viro meo, ciuibusq; meis omnibus, & honorem magnum tribuimus omnipotenti.
46 Enutriui autem eum multo cum labore:
47 Et cum adultus vxorem ducendi tempus attigisset, diem epularem celebraui.

37 Nam lex non periit, sed permansit in suo labore.
38 Et cum loquerer hæc in corde meo, respexi oculis meis, & vidi mulierẽ in dextera parte, & ecce hæc lugebat, & plorabat cũ voce magna, & animo dolebat valde & vestimenta eius discissa, & cinis super caput eius.
39 Et dimisi cogitatus, in quib. eram cogitans, & conuersus sum ad eam, & dixi ei,
40 Vt q̃d fles? & q̃d doles animo? Et dixit ad me:
41 Dimitte me Domine meus, vt defleam me, & adiciam dolorem: quoniam valde amaro sum animo, & humiliata sum valde.
42 Et dixi ei, Quid passa es? dic mihi.
43 Et dixit ad me, Sterilis fui ego famula tua, & non peperi, habens maritum annis triginta.
44 Ego.n. p̃ singulas horas, & per singulos dies, et annos hos triginta deprecor Altissimũ nocte ac die.
45 Et factũ est, post triginta annos exaudiuit me Deus ancillam tuam, & vidit humilitatẽ meam, & attendit tribulationi meæ, & dedit mihi filium: & iucundata sum super eũ valde ego, & vir meus, & omnes ciues mei, & honorificabimus valde Fortẽ.
46 Et nutriui eum cum labore multo.
47 Et factum est, cum creuisset, & venisset accedere vxorem, feci diem epuli.

Esai. 43. a
2. Tim. 2. a

4. Esd. 10. d

Deus

CAPVT X.

1 ACcidit autem vt cum filius meus introiisset in thalamum, prolapsus moreretur:
2 Cumq; omnes ciues mei euersis lucernis surrexissent ad consolandum me, acquieui vsq; ad noctem diei consequentis:
3 Et postquam omnes consolandi mei finem fecerunt, quieti me tradidi. Noctu verò surrexi, & aufugi, & in hunc campum, vt vides, perueni:
4 Adeoq; cogito iam non reuerti in ciuitatem, sed hîc permanere, nec edens nec bibens lugere sine intermissione, ieiunio me macerando vsq; dum moriar.
5 Tum missos feci sermones quos institueram, & respondens ei iracundè,
6 Omnium, inquam, mulierum stultissima, an non vides luctum nostrum, aut quæ nos patiamur?
7 Nam Sion mater nostra summa tristitia conficitur, & afflictione deiecta luget acerbissimè.
8 Ergo ne nunc cum lugeamus omnes, mœstiq; simus, vt qui expectamur tristitia, tu etiam super vno filio mœreas?
9 Nam interroga terram, & dicet tibi se esse illam quæ debeat lugere casum tam multorum in ipsa nascentium.
10 Etenim ab initio omnes ex ipsa nati sunt, nascenturq; alij: & ecce pene omnes in perditionem abeunt, & profligata fima est multitudo eorum.
11 Vtram igitur par est lugere magis, hanccine quæ tantam amisit multitudinem, an te vicem vnius dolentem?
12 Quòd si mihi dicis, Atqui non est planctus terræ meo similis: quoniam ego amisi fœtum vteri mei, quem peperi cum ærumnis, & cum doloribus genui:
13 Terra autem pro more terræ, abiitq; in multitudo præsens, vt assolet.
14 Vicissim ego tibi dico, Sicut tu cũ labore peperisti, sic terram ferre fructum homini, qui eam iam inde ab initio[1] strauerit.
15 Nunc ergo comprime apud temetipsam dolorem tuum, & quæ tibi casus obuenere fortiter perferas.
16 Si enim iustum iudicaris propositũ Dei, consiliumque ipsius suo tempore admiseris, laudẽ ex ea re inuenias.
17 Quapropter in vrbem ad virum tuum ingredere.
18 At illa, Non faciam, inquit, neq; ingrediar vrbem, sed hic moriar.

1 ἐργάζεσθαι, facere & colere, vt &
עבד

1 ET factum est, cum introisset filius meus in thalamo suo, cecidit, & mortuus est:
2 Et euertimus omnes lumina, & surrexerunt omnes ciues mei ad consolandum me, & quieui vsq; in alium diem vsq; nocte.
3 Et factum est, cum omnes quieuissent vt me consolarentur vt quiescerem: & surrexi nocte, & fugi: & veni sicut vides in hoc campo:
4 Et cogito iã non reuerti in ciuitatẽ, sed hic cõsistere: & neq; manducare, neq; bibere, sed sine intermissione lugere, & ieiunare vsq; dum moriar.
5 Et dereliqui sermones in quibus eram, & respondi cum iracundia ad eam & dixi:
6 Stulta super omnes mulieres, non vides luctũ nostrum, & quæ nobis contingunt?
7 Quoniã Sion mater nostra omni tristitia contristatur, & humilitate humiliata ẽ, & luget validissime.
8 Et nunc quoniam omnes lugemus, & tristes sumus: quoniam omnes contristati sumus, tu autem contristaris in vno filio?
9 Interroga enim terram, & dicet tibi: quoniam hæc est, quæ debeat lugere casum tantorum super eam germinandum.
10 Et ex ipsa ab initio omnes nati, & alij venient: & ecce, penè omnes in perditionem ambulant, & exterminium fit multitudo eorum.
11 Et quis ergo debet lugere magis, nisi hæc quæ tam magnam multitudinem perdidit, quàm tu, quæ pro vno doles?
12 Si aũt dicis mihi, Quoniam non est planctus meus similis terræ, quoniã fructũ ventris mei pdidi, quẽ cum mœroribus peperi, & cum dolorib. genui:
13 Terra autem secundum viam terræ, abiitq; in ea multitudo præsens, quo modo euenit:
14 Et ego tibi dico, Sicut tu cum labore peperisti, sic & terra dat fructum suum homini ab initio ei qui fecit eam.
15 Nunc ergo retine apud temetipsam dolorẽ tuum, & fortiter fer qui tibi contigerunt casus.
16 Si.n. iustificaueris terminũ Dei, & consiliũ suum recipies in tempore, & in talib. collaudaberis.
17 Ingredere ergo in ciuitatem ad virum tuum.
18 Et dixit ad me, Non faciam, neque ingrediar ciuitatem, sed hic moriar.

A

Heb. 13. f
& 1 n a

B

19 Et apposui adhuc loqui ad eam, & dixi.

20 Noli tacere hunc sermonem, sed cōsenti persuadenti. Quot enim casus Sion? Consolare propter dolorem Ierusalem.

21 Vides enim quoniam sanctificatio nostra deserta effecta est, & altare nostrum demolitum est, & templum nostrum destructum est.

22 Et psalterium nostrum humiliatum est, & hymnus conticuit, & exultatio nostra dissoluta est, & lumen candelabri nostri extinctum est, & arca testamenti nostri direpta est, & sancta nostra contaminata sunt, & nomen quod inuocatum est super nos, penè prophanatum est, & liberi nostri contumeliam passi sunt, & sacerdotes nostri succensi sunt, & Leuitæ nostri in captiuitatem abierunt, & virgines nostræ coinquinatæ sunt, & mulieres nostræ vim passæ sunt, & iusti nostri rapti sunt, & paruuli nostri perditi sunt, & iuuenes nostri seruierunt, & fortes nostri inualidi facti sunt.

23 Et quod omnium maius, signaculum Sion, quoniam resignata est de gloria sua. nam & tradita est in manibus eorum qui nos oderunt.

24 Tu ergo excute tuam tristitiam multam, & depone abs te multitudinem dolorum, vt tibi repropitietur Fortis, & requiem faciet tibi Altissimus requietionem laborum.

25 Et factum est, cum loquebar ad eam, facies eius fulgebat subito & species, coruscus fiebat visus eius, vt essem pauens valde ad eam, et cogitarem quid esset hoc.

26 Et ecce, subito emisit sonitum vocis magnum timore plenum, vt commoueretur terra à mulieris sono.

27 Et vidi: & ecce, amplius mulier non compa-
C rebat mihi, sed ciuitas ædificabatur, & locus demonstrabatur de fundamentis magnis: & timui, & clamaui voce magna, & dixi:

4.Esd.4.b 28 Vbi est Vriel angelus, qui à principio venit ad me? quoniam ipse me fecit venire in multitudine in excessu mentis huius, & factus est finis meus in corruptionem, & oratio mea in improperium.

29 Et cum essem loquens ego hæc, ecce venit ad me, et vidit me:

30 Et ecce eram positus vt mortuus, & intellectus meus alienatus erat, & tenuit dexteram meã, & confortauit me, & statuit me super pedes meos, & dixit mihi:

31 Quid tibi est? & quare cōturbatus est intellectus tuus, & sensus cordis tui? & quare cõturbaris?

4.Esd.9.a 32 Et dixi: Quoniã dereliquisti me, & ego quidem feci secundum sermones tuos, & exiui in cãpũ: & ecce vidi, & video quod nõ possum enarrare.

33 Et dixit ad me, Sta vt vir, & commonebo te.

34 Et dixi: Loquere Domine meus tu in me, noli me derelinquere, vt non frustra moriar:

35 Quoniã vidi quę nõ sciebã, & audio q̃ nõ scio.

36 Aut numquid sensus meus fallitur, & anima mea somniat?

37 Nunc ergo deprecor te, et demonstres seruo tuo de excessu hoc. Et respondit ad me, & dixit:

38 Audi me, et doceã te, et dicã tibi de quibus times: quoniam Altissimus reuelauit tibi mysteria multa.

39 Vidit rectam viam tuam, quoniam sine intermissione contristabaris pro populo tuo, & valde lugebas propter Sion.

40 Hic ergo intellectus visionis quæ tibi apparuit ante paululum.

41 Quã vidisti lugentem, inchoasti cõsolari eã.

42 Nunc autem iam speciem mulieris non vides, sed apparuit tibi ciuitas ædificari:

D 43 Et quoniam enarrabat tibi de casu filij sui, hæc absolutio est.

44 Hæc mulier quam vidisti, hæc est Sion: & quoniam dixit tibi quam & nunc conspicies, vt ciuitatem ædificatam.

19 Tum sermonem rursum institui cum ea, & dixi:

20 Ne prosequaris dictum hoc, sed acquiesce suadenti. Quot enim sunt casus Sion? vel pro mœrore Ierosolymæ te consolare.

21 Nam, vt vides, [1] sanctitas nostra ad solitudinem est redacta, altare nostrum euersum est, & templum nostrum destructum: 1 Vel, sanctuarium.

22 Psalterium nostrum elanguit, & hymnus conticuit: iacet exultatio nostra, & lumen lucernæ nostræ extinctum est: arca fœderis nostri direpta est, sacraque nostra cōtaminata: penè prophanatum est nomen in nos inuocatum, & liberi nostri contumeliam passi sunt: cremati sunt sacerdotes nostri, Leuitæque nostri abducti in captiuitatē: virgines nostræ contaminatæ sunt, & vim passæ mulieres nostræ. Abrepti sunt iusti nostri, & paruuli nostri disperditi: iuuenes nostri seruiunt, & fracti sunt fortes nostri:

23 Et quod omniũ est maximum, insigne decus Sion resignatam suam amisit gloriam: nam peruenit in manus eorum qui nos oderunt.

24 Tu ergo excute multam tuam tristitiam, & depone copiam dolorum, vt tibi reconcilietur qui potens est, & requiem tibi præbeat altissimus, laborumque laxamentum.

25 Hæc mecum ealoquente, accidit vt subito refulgeret facies eius & figura, aspectusque coruscaret adeo, vt vehementer eam expauescerem. Dumque quidnam id esset cogitarem.

26 Ecce repente vocem emisit perquam sonoram & terribilem, adeo vt terra commoueretur præ sonitu mulieris:

27 Et spectante me, ecce iam vltra mulier non comparebat, sed vrbs ædificabatur, latèque locus patescebat fundamentis. Extimui, & magna voce [illegible]:

28 Vbi est Vriel, inquiens, angelus qui præsto mihi fuit à principio? quoniam ipse me adduxit in summam hãc mentis extremitatem, perueniique finis meus ad corruptionem, & oratio mea ad opprobrium.

29 Hæc adhuc loquente me, ecce venit ad me ille:

30 Cumque vidisset me coram iacentem vt mortuum, & alienatum animo, apprehensa dextera mea, confirmatum me in pedes statuit, & sic est allocutus.

31 Quid tibi est? aut quare mens tua, animusque tui sensus perturbatus est? aut quamobrem commoueris?

32 At ego. Quoniam, inquam, me dereliquisti, postquam ego sanè iussa tua executus sum, & exiui in campum, vbi vidi, ecce & video quod non possum enarrare.

33 Tum ille, Consiste [illegible], inquit, & te commonebo.

34 Loquere tu mecum, inquam, mi Domine, neque me deseras, vt ne temere moriar.

35 Quoniam vidi quæ nesciebam, & ignota audio.

36 Aut num sensus meus fallitur, sub [illegible] meus errat animus?

37 Nunc ergo oro te, vt seruo tuo declares hoc miraculum. Respondens ille mihi:

38 Ausculta me, inquit, vt doceam te, & disseram tibi de iis quæ metuis, quoniam altissimus tibi reuelanda putauit multa mysteria.

39 Vidit rectum institutum tuum, qui pro populo tuo mœroras sine intermissione, & propter Sion vehementer doleas.

40 Hæc igitur est interpretatio visi, quod tibi dudum oblatum est.

41 Quam vidisti lugentem consolari instituisti:

42 At nunc iam speciem mulieris non vides, verum vrbs ædificari tibi visa est:

43 Et quoniam narrabat tibi de casu filii sui, hæc est explicatio.

44 Hæc mulier quam vidisti, Sion est: & quod dixit tibi ea quam & nunc cernes vt vrbem ædificatam.

45 *Quod inquã dixit tibi, se annos triginta fuisse sterilem, eo pertinet, quòd vtiq; fuerint anni triginta, quibus non fuit adhuc facilitatum in ea sacrificium.*

46 *Porrò exactis annis triginta cum Salomon ædificasset vrbem, sacrificiaq; faceret, tum fuit tempus quo peperit sterilis filium.*

47 *Quod autem tibi dixit, se illum educasse cum labore, habitatio fuit Ierosolymis.*

48 *Rursumq; quod tibi retulit filium suum ingressum thalamum suum fortuito casu concidisse mortuum, ea est quæ contigit ruina Ierosolymæ.*

49 *En tibi quod vidisti simulachrum eius, quã quia filium lugebat, consolari instituisti, & ea quæ contigerunt, quæ tibi fuerunt aperienda.*

50 *Iam vt videns altissimus te contristatum esse ex animo, totoq; corde dolere vicem eius, ostendit tibi splendorem gloriæ eius, decorisq; pulchritudinem:*

51 *Propterea enim iussi te manere in campo vbi domus non esset ædificata.*

52 *Sciebam enim quòd altissimus hæc tibi pararet ostendere.*

53 *Propterea iussi te venire in agrum fundamento ædificii vacuum.*

54 *Neq; enim poterat opus humanæ structuræ sustinere loco, vbi foret vrbs altissimi demonstranda.*

55 *Tu ergo ne sis timidus, neq; animo tuo expauescas, sed cõgressus contemplare splendorẽ, amplitudinẽq; ædificii, quantum potes oculorum tuorum obtutu perlustrare:*

56 *Et postea audies quantum vales aurium tuarum auditu percipere.*

57 *Tu enim beatus es præ multis, & inter paucos nominatus apud altissimum.*

58 *Cæterum nocte crastina manebis hîc, & repræsentabit tibi altissimus visa sublimia rerũ earũ, quas idẽ editurus est in habitatores terræ temporib.[1] posterioribus*

45 Et quoniam dixit tibi, quia sterilis fuit triginta anni: propter quod erant anni scillicet triginta, quando non erat in ea adhuc oblatio oblata. D

46 Et factum est post annos triginta, ædificauit Salomon ciuitatem, & obtulit oblationes: tunc fuit quando peperit sterilis filium.

47 Et quod tibi dixit, quoniam nutriuit eum cũ labore hoc erat, habitatio in Ierusalem.

48 Et quoniam dixit tibi, quòd filius meus veniens in suo thalamo mortuus esset, & contigisset ei casus, hoc erat, quæ facta est ruina Ierusalem.

49 Et ecce vidisti similitudinem eius: & quoniam filium lugeret, inchoasti consolari eam: & de his quæ contigerunt, hæc erant tibi aperienda.

50 Et nunc videt Altissimus, quoniam ex animo contristatus es, & quoniam ex toto corde pateris pro ea, ostendit tibi claritatem gloriæ eius, & pulchritudinem decoris eius.

51 Propterea enim dixi tibi vt maneres in campo vbi domus non est ædificata.

52 Sciebam enim ego, quoniam Altissimus incipiebat tibi ostendere hæc.

53 Propterea dixi tibi vt venires in agrum vbi non est fundamentum ædificii.

54 Nec enim poterat op⁹ ædifi ii hominis sustineri in loco, vbi incipiebatur Altissimi ciuitas ostẽdi.

55 Tu ergo noli timere, neq; expauescat cor tuũ: sed ingredere, & vide splẽdorẽ & magnitudinẽ ædificii, quantũ capax est tibi visus oculorũ videre:

56 Et post hæc audies quantum capit auditus aurium tuarum audire.

57 Tu enim beatus es præ multis, & vocatus es apud Altissimum sicut & pauci.

58 Nocte autem quæ in crastinum futura est, manebis hic. & ostendet tibi Altissimus eas visiones supremorum, quæ faciet Altissimus his, qui habitant super terram à nouissimis diebus. Et dormiui illam noctem & aliam, sicut dixerat mihi.

[1] אחרונים · vel, nouissimis.

CAPVT XI.

1 *Cumq; somno me tradidissem nocte illa, & crastina, vt me iusserat vidi somnium, & ecce ascendebat aquila de mari, cui duodecim erant alæ pennatæ, & tria capita.*

2 *Et spectante me, ecce expandebat alas suas in omnem terram omnibus ventis cæli flantibus in eam, & collectis.*

3 *Et vidi de pennis eius nascentes alias in contrarium pinnas, quæ euadebant in pennulas minutas & exiguas.*

4 *Cæterum capita eius quiescebant, & medium inter ea caput maius erat aliis capitibus, & ipsum tamen cũ illis quietem capiens.*

5 *Porro inspiciente me, ecce aquila subuolauit pennis suis, & regnauit in terra & in eius habitatoribus:*

6 *Videbamque subiecta ei quæ sub cælo sunt omnia, nec quenquam illi contradicere, ne vnum quidem eorum quæ in terra procreati sunt.*

7 *Deinde intuente me, ecce cum aquila [2] constitisset in vngues suos, vocem misit pennis suis, dicens:*

8 *Ne simul omnes vigiletis, sed suo quisque loco dormiatis, & vigiletis per successiones:*

9 *Capita vero reseruentur ad extremum.*

10 *Cum autem contemplarer, ecce vox non edebatur è capitibus eius, sed de medio corporis.*

11 *Tum numeraui pennas eius aduersas, cumque animaduertissem eas esse octo.*

12 *Spectante me, ecce à dextera parte surrexit vna penna, & regnum occupauit per omnem terram.*

13 *Porrò cum regnaret, aduenit finis eius, ac ne locus quidem eius comparuit, Tum altera exsurrexit, & regnauit, longoq; tempore rerum potita est.*

14 *Accidit autem vt dum regnaret, veniret finis eius, & euanesceret vt prior.*

1 Et vidi somnium, & ecce ascendebat de mari aquila, cui erant duodecim alæ pennarum, & capita tria. A

2 Et vidi, & ecce expandebat alas suas in omnẽ terram, & omnes venti cæli insufflabant in eam, & colligebantur.

3 Et vidi, & de pennis eius nascebantur contrariæ pennæ, & ipsæ fiebant in pennaculis minutis & modicis.

4 Nam capita eius erant quiescentia, & dimidium caput erat maius aliorum capitum, sed ipsũ quiescebat cum eis.

5 Et vidi, & ecce aquila volauit in pennis suis, & regnauit super terram, & super eos qui habitant in ea.

6 Et vidi, quoniam subiecta erant ei omnia sub cælo, & nemo illi contradicebat, neq; vnus de creatura quæ est super terram.

7 Et vidi, & ecce surrexit aquila super vngues suos, & misit vocem pennis suis dicens:

8 Nolite omnes simul vigilare, dormite vnusquisq; in loco suo. & per tempus vigilate.

9 Capita autem in nouissimo seruentur.

10 Et vidi, & ecce vox non exibat de capitibus eius, sed de medietate corporis eius.

11 Et numeraui contrarias pennas eius, & ecce ipsæ erant octo.

12 Et vidi, & ecce à dextera parte surrexit vna penna, & regnauit super omnem terram. B

13 Et factum est cum regnaret, venit ei finis, & non apparuit locus eius: & sequens exsurrexit, & regnabat. Ipsa multum tenuit tempus.

14 Et factum est cum regnaret, et veniebat finis eius, vt non appareret sicut prior.

[2] יקם ·

15 Et ecce

25 Et ecce vox emissa est illi, dicens:
16 Audi tu quæ tanto tempore tenuisti terram.
hæc annuncio tibi antequã incipias non apparere.
17 Nemo post te tenebit tempus tuum, sed nec
dimidium eius.
18 Et leuauit se tertia, & tenuit principatum si-
cut & priores: & non apparuit & ipsa.
19 Et sic contingebat omnibus alis singulatim
principatum gerere, & iterũ nusquam comparere.
20 Et vidi, & ecce in tempore sequentes pennæ
erigebantur à dextera parte, vt tenerent & ipsæ
principatum: & ex his erant quæ tenebant, sed ta-
men statim non comparebant.
21 Nam & aliquæ ex eis erigebantur, sed non
tenebant principatum.
22 Et vidi post hæc, & ecce non comparuerunt
duodecim pennæ, & duo pennacula:
23 Et nihil supererat in corpore aquilæ, nisi
duo capita quiescentia & sex pennacula.
24 Et vidi, & ecce sex pẽnaculis diuisæ sunt duę,
& manserũt sub capite quod est ad dexterã partẽ.
25 Nã quatuor mãserũt in loco suo. Et vidi ecce
subalares cogitabã se erigere & tenere principatus.
26 Et vidi, & ecce vna erecta est, sed statim non
comparuit.
27 Et secundæ velocius, quam priores non cõ-
paruerunt.
28 Et vidi, & ecce duæ quæ superauerunt apud
semetipsas cogitabant & ipsæ regnare:
29 Et in eo cum cogitarẽt, ecce vnum quiescen-
tium capitum quod erat medium, euigilabat: hoc
enim erat duorum capitum maius.
30 Et vidi quoniã cõpleta sunt duo capita secũ
31 Et ecce conuersum est caput cũ his qui cũ eo e-
rãt, et comedit duas subalares q̃ cogitabãt regnare.
32 Hoc autem caput perconterruit omnem ter-
ram, & dominabatur in ea his qui habitant terram
cum labore multo, & potentatum tenuit orbis ter-
rarum super omnes alas quæ fuerunt.
33 Et vidi post hæc, & ecce medium caput sub-
ito non comparuit, & hoc sicut alæ.
34 Superauerunt autem duo capita, quæ & ipsa
similiter regnauerunt super terram, & super eos
qui habitant in ea.
35 Et vidi, & ecce deuorauit caput à dextera par-
te illud quod à læua.
36 Et audiui vocem dicentem mihi, Conspice
contra te, & considera quod vides.
37 Et vidi, & ecce sicut leo concitatus de sylua
D rugiens: & vidi quoniam emittebat vocem homi-
nis ad aquilam. Et dixit, dicens:
38 Audi tu, & loquar ad te, & dicet Altissim⁹ tibi,
39 Nonne tu es qui superasti de quatuor anima-
libus, quę feceram regnare in seculo meo, & vt per
eos veniret finis temporum eorum?
40 Et quartus veniens deuicit omnia animalia
quæ transierunt, & potentatu tenuit seculum cum
tremore multo, & omnẽ orbẽ cũ labore pessimo, et
inhabitauit tot tẽporibus orbẽ terrarũ cum dolo.
41 Et iudicasti terram non cum veritate.
42 Tribulasti enim mansuetos, & læsisti quie-
scẽtes, & dilexisti mendaces, & destruxisti habita-
tiones eorum qui fructificabant, & humiliasti mu-
ros eorum qui te non nocuerunt.
43 Et ascendit contumelia tua vsque ad Altissi-
mum, & superbia tua ad Fortem.
44 Et respexit Altissimus superba tempora, &
ecce finita sunt, & scelera eius completa sunt.
45 Propterea non appareas tu Aquila, & alæ tuæ
horribiles, & pennacula tua pessima, & capita tua
maligna, & vngues tui pessimi, & omne corpus tu-
um vanum,

15 Et ecce vox ad illam missa est, dicens:
16 Audi tu quæ terram tanto tempore tenuisti: Hæc
annuncio tibi antequam pares è medio fa-essere.
17 Nemo post te tempus tuum obtinebit, ac ne dimi-
dium quidem eius.
18 Et exerta est tertia, quæ principatum obtinuit si-
cut & priores, & ipsa quoq; euanuit.
19 Idem contigit & omnibus aliis singulatim, vt prin-
cipatum gererent, rursumq; interirent.
20 Deinde spectante me, ecce per interualla temporis
sequentes pennæ surrigebantur à dextera parte, vt occu-
parent & ipsæ principatum: verum ex eis quædam obti-
nebant, statim tamen euanescentes:
21 Quædam autem ex eis erigebantur quidem, sed
imperio non potiebantur.
22 Post hæc cum contemplarer, ecce non comparebant
duodecim pennæ, nec duæ pinnulæ:
23 Nec quicquam supererat in corpore aquilæ, præ-
ter duo capita quiescentia, & sex pinnulas.
24 Et intuente me, ecce de sex pinnulis duæ recesserũt,
et se collocauerũt sub capite quod erat ad partẽ dexterã.
25 Nam quatuor manserunt in loco suo.
26 Porrò inspiciente me, ecce pennæ subalares cogita-
bant erigere se, & occupare principatum: atq; adeo vidi
protinus erectam vnam, sed statim desiit apparere.
27 Quæ autem subsecutæ sunt, citius quàm priores
extare desierunt.
28 Spectabam autem, & ecce duæ quæ supererant, a-
pud semetipsas cogitabant & ipsæ regnare:
29 Et quum in ea cogitatione essent, ecce vnum qui-
escentium capitum, quod erat medium, expergefactum
est. Id enim erat maius duobus capitibus.
30 Et vidi coniuncta esse cum illo duo capita.
31 Et ecce conuersum est caput illud cũ iis quæ cũ eo
coniuncta erant, et comedit duas subalares regnare cogi-
tantes.
32 Hoc etiam caput perterruit omnem terram, & in
ea dominabatur habitatoribus eius cum multa vexatio-
ne, & imperium tenebat orbis terrarum amplius, quam
omnes alæ quæ antecesserant.
33 Post hæc dum intuebar, ecce medium caput interi-
it subito & ipsum sicut alæ.
34 Supererant autem duo capita, quæ & ipsa simili-
ter imperio terram & incolas eius tenuerunt.
35 Deinde contemplante me, ecce caput dexterius
deuorauit alterum quod erat ad læuam.
36 Tum audiui vocem mihi dicentem, Prospice in
aduersum, & quod vides considera.
37 Itaq; prospexi, & ecce imago leonis è sylua concita-
ti rugiebat: tunc vidi mittentem vocem humanam ad
aquilam, & loquentem hisce verbis.
38 Audi tu, nam tecum loquar verbis altissimi:
39 Nonne tu es illud reliquum de quatuor animali-
bus (quæ designaui ad regnandum in orbe meo, vt sua
ipsorum tempora exigerent)
40 Quod quarto loco exortum deuicit omnia anima-
lia quæ transierunt, & imperio per quam horrendo mun-
dum tenuit, omnemq; orbem cum vexatione grauissima,
quodq; tanto tempore orbem terrarum fraudulenter in-
habitauit?
41 Nam iudicium te præbuisti terræ nequaquam in-
tegrum.
42 Vexauisti enim mites, quietos male tractauisti,
dilexisti mẽdaces, habitationes frugi hominũ deuastasti,
& deiecisti muros eorum qui tibi non nocuerunt.
43 Contumelia tua ascendit vsque ad altissimum, &
superbia tua ad potentem.
44 Despexit altissimus in tempora superba, & ecce
finita sunt, & scelera eorum consummata.
45 Propterea euanescas tu aquila vnà cum alis tuis
horribilibus, cum capitibus malitiosis, & cum vnguibus sce-
leratissimis, adeoq; cum totius corporis tui vanitate.

46 Vt refocilletur omnis terra, & à tua violentia liberata se recipiat, ac iustitiam clementiamq; conditoris sui spem collocat.

46 Vti refrigeretur omnis terra, & reuertatur libera de tua vi, & speret iudicium & misericordiam eius qui fecit eam.

CAPVT XII.

1 Accidit autem leone his verbis cum aquila loquente, cum ego contemplarer,

2 Vt repente caput quod superauerat, euanesceret vnà cum quatuor alis illis quæ transierant ad ipsum, & ad regnandum sese erexerant, quorum regnum erat exile ac tumultuosum.

3 Cum, inquam, spectarem, ecce abibit è conspectu, omneq; corpus aquilæ conflagrabat, terra vehementer expauescente. Tum ego à perturbatione, & mente attonita, magnoq; timore expergefactus animum meum incusabam.

4 Ecce tu mihi huius rei author es, eo quòd scrutaris vias altissimi.

5 Ecce lassus sum etiamdum animo, & spiritu vehementer imbecillis, vt ne pauxillum quidem in me superfit virtutis præ magno terrore, quo hac nocte perculsus sum.

6 Nunc ergo orabo altissimum, vt me ad finem vsq; reddat confirmatum.

7 Ergo dixi: Si quam in conspectu tuo gratiam nactus sum dominator Domine, si me apud te iustiorem multis iudicas, ac si certè sub aspectum tuum preces meæ valent ascendere.

8 Fac me corrobores mihique seruo tuo visum hoc horrendum distincta interpretatione declares, vt plenissime consoleris animum meum:

9 Quandoquidem dignum me eum [a] posteriora tempora reuelandi censuisti.

[a] אחרונים vel nouissima.

10 Tum ille, hæc est, inquit, huius visi interpretatio.

11 Aquila quam de mari vidisti ascendentem, regnum est illud quod Danieli fratri tuo per visum repræsentatum est.

12 Sed non interpretatum, ideo ego tibi nunc id interpretor.

13 Veniunt ecce tempora, quibus existet regnum in terra, cuius terror erit acrior omnibus regnis quæ ipsum antecesserunt.

14 Regnabunt autem in eo reges duodecim, alius post alium.

15 Quorum secundus regnum adeptus diutius tenebit quàm quisquam e duodecim.

16 Hæc est interpretatio duodecim alarum quas vidisti.

17 Porrò vocem quam audisti loquentem, non è capitibus eius, sed de medio corporis editam.

18 Hæc est significatio, quòd in exacto tempore regni illius exorientur contentiones nequaquam exiguæ, & periculum eius ruinæ imminebit, nec durabit tamen tunc, sed in integrum restituetur.

19 Quod autem octo pennarum, quas vidisti, alis eius adhærentes, hæc est interpretatio.

20 Exorientur in eo reges octo, quorum erunt tempora breuia, & anni citati. Et duo quidem ex ipsis peribunt.

21 Appropinquante vero tempore medio, quatuor seruabuntur ad tempus, donec accesserit tempus eius, vt finiatur, ad extremum vero duo reseruabuntur.

[a] Sub. temporis: vel, donec accelerat tempus eius, &c.

22 Denique trium capitum quiescentium quæ vidisti, hæc est interpretatio.

23 Temporibus eius nouissimis tria regna suscitabit altissimus, & renouabit in ea multa, & dominabuntur in terra.

24 Et eius habitatoribus cum vexatione graui super omnia quæ ipsa antecesserant, propterea ipsa vocata sunt aquilæ capita.

25 Nam impias fraudes eius ista consummabunt, & extremam imponent ei fastigium.

26 Quod autem caput maius euanuisse vidisti, hoc innuit, vnum ex eis in lecto suo esse moriturum, & tamen cum tormentis.

1 Et factum est, dum loqueretur leo verba hæc ad aquilam, & vidi: A

2 Et ecce quod superauerat caput, & non comparuerunt quatuor alæ illæ quæ ad eum transierunt, & rectæ sunt vt regnarent: & erat regnum eorum exile, & tumultu plenum.

3 Et vidi, & ecce ipsa non apparebant, & omne corpus aquilæ incendebatur, & expauescebat terra valde, & ego à tumultu & excessu mentis, & à magno timore vigilaui, & dixi spiritui meo.

4 Ecce tu præstitisti mihi hoc in eo, quòd scrutaris vias Altissimi.

5 Ecce adhuc fatigatus sum animo, & spiritu meo inualidus sum valde, et nec modica est in me virtus à multo timore, quam expaui nocte hac.

6 Nunc ergo orabo Altissimum, vt me confortet vsq; in finem.

7 Et dixi, Dominator Domine, si inueni gratiã ante oculos tuos, et si iustificatus sum apud te præ multis, & si certè ascendit deprecatio mea ante faciem tuam.

8 Conforta me, et ostende seruo tuo mihi interpretationem & distinctionem visus horribilis huius, vt plenissime consoleris animam meam.

9 Dignum enim me habuisti ostendere mihi temporum nouissima.

10 Et dixit ad me. Hæc est interpretatio visionis huius.

11 Aquilam quam vidisti ascendentem de mari, hoc est regnum quod visum est in visione [Danieli fratri tuo. Dan. 7.

12 Sed non est illi interpretatum, quoniam ego nunc tibi interpretor.

13 Ecce dies veniũt, & exurget regnũ sup terrã, et erit timor, acrior omniũ regnorũ q̃ fuerũt ante eũ.

14 Regnabunt autem in ea reges duodecim, vnus post vnum. B

15 Nam secundus incipiet regnare, & ipse tenebit amplius tempus præ duodecim.

16 Hæc est interpretatio duodecim alarum quas vidisti.

17 Et quam audisti vocẽ quæ locuta est, non de capitibus eius exeuntẽ, sed de medio corporis eius.

18 Hæc est interpretatio. Quoniam post tempus regni illius nascentur contentiones non modicæ, & periclitabitur vt cadat: et non cadet tunc, sed iterum constituetur in suum initium.

19 Et quoniam vidisti subalares octo cohærentes alis eius, hæc est interpretatio.

20 Exurgent in ipso octo reges, quorum erunt tempora leuia, et anni citati, et duo quidem ex ipsis peribunt.

21 Appropinquante autẽ tẽpore medio, quatuor seruabuntur in tempore, cũ incipiet appropinquare tẽpus eius vt finiatur: duo verò in finẽ seruabuntur.

22 Et quoniam vidisti tria capita quiescentia, hæc est interpretatio.

23 In nouissimis eius suscitabit Altissimus tria regna, et reuocabit in ea multa, et dominabũtur terrã.

24 Et qui habitant in ea, cum labore multo super omnes qui fuerunt ante hos, propter hoc ipsi vocati sunt capita aquilæ.

25 Isti enim erunt qui recapitulabunt impietates eius, et qui perficient nouissima eius.

26 Et quoniam vidisti caput maius non apparens, hæc est interpretatio eius, Quoniã vnus ex eis super lectũ suum morietur, et tamen cũ tormentis.

27 Nam duo qui perseuerauerint, gladius eos comedet.

C 28 Vnius enim gladius comedet qui cum eo: sed tamen hic gladio in nouissimis cadet.

29 Et quoniam vidisti duas subalares traiicientes super caput quod est in dextera parte, hæc est interpretatio:

30 Hi sunt quos conseruauit Altissimus in finem suũ. hoc est regnũ exile, & turbationis plenũ.

31 Sicut vidisti & leonem, quem vidisti de sylua euigilantem & rugientem, & loquentem ad aquilam, & arguentem eam, & iniustitias ipsius per omnes sermones eius sicut audisti:

32 Hic est ventus quem seruauit Altissimus in finẽ ad eos, & in pietates ipsorum, & arguet illos, & incutiet coram ipsis disceptiones eorum.

33 Statuet enim eos in iudicio viuos: & erit, cũ arguerit eos, tunc corripies eos.

34 Nam residuum populum meum liberabit cũ miseria, qui saluati sunt super fines meos, & iucundabis eos quoadusque veniet finis, dies iudicii, de quo locutus sum tibi ab initio.

35 Hoc somnium quod vidisti, & hæ interpretationes.

36 Tu ergo solus dignus fuisti scire Altissimi secretum hoc.

37 Scribe ergo omnia ista in libro quæ vidisti, & pone ea in loco abscondito:

38 Et docebis ea sapientes de populo tuo, quorum corda scis posse capere & seruare secreta hæc.

39 Tu autem adhuc sustine hic alios dies septẽ, vt tibi ostendatur quicquid visum fuerit Altissimo ostendere tibi. Et profectus est à me.

D 40 Et factum est, cum audisset omnis populus quoniam pertransierunt septem dies, & ego non fuissem reuersus in ciuitatem et congregauit se omnis à minimo vsq; ad maximum: & venit ad me, & dixerunt mihi dicentes:

41 Quid peccauimus tibi, & quid iniuste egimus in te, quoniã derelinquens non sedisti in loco hoc?

42 Tu enim nobis superes solus ex omnib. populis, sicut bot' de vinea, et sicut lucerna in loco obscuro, & sicut portus et nauis saluata à tempestate.

43 An non sufficiunt nobis mala quæ cõtingũt?

44 Si ergo tu nos dereliqueris, quãto nobis erat melius si essemus succensi & nos cũ incendio Sion?

45 Nec enim nos sumus meliores eorum qui ibi mortui sunt. Et plorauerunt voce magna.

46 Et respondi ad eos, et dixi: Confide Israel, et noli tristari tu domus Jacob,

47 Est enim memoria vestri coram Altissimo, et Fortis non est oblitus vestri in tentatione.

48 Ego enim non dereliqui vos, neq; excessi à vobis: sed veni in hunc locum, vt deprecarer pro desolatione Sion, vt quærerem misericordiam pro humilitate sanctificationis vestræ.

49 Et nunc ite vnusquisq; vestrum in domum suam, & ego veniam ad vos post dies istos.

50 Et profect' est populus, sicut dixi ei, in ciuitatẽ.
51 Ego autẽ sedi in campo septẽ diebus, sicut mi-
hi mandauit, et manducabam de floribus solum modo agri, de herbis facta est esca mihi in diebus illis.

27 Nam duos qui superfuerint, gladius hauriet.

28 Vnius enim gladius hauriet alterum, qui tamen & ipse tandem occumbet gladio.

29 Præterea duarum pennarum subalarium quas ad caput in dextera parte situm transisse vidisti: Hæc est significatio.

30 Hi sunt quos in finem suũ conseruauit altissimus, quorum est regnum exile, turbarumq; plenum, vt vidisti.

31 Leo deniq; quem vidisti de sylua excitatum, rugientem et alloquentem aquilam, deq; iniuste factis ipsius arguentem per omnes sermones quos audisti:

32 Is est ventus quem reseruauit altissimus ad extremum in illos, & impias fraudes eorum, & redarguet eos & ponet in eos direptiones eorundem.

33 Sistet enim eos iudicio viuos, & in continenti animaduertet.

34 Nam per erumnas eripiet residues populi mei qui in fines meos euaserint, & oblectabit eos quoad vltima iudicii dies aduenerit, de qua tibi ab initio locutus sum.

35 Hoc est somnium quod vidisti, & hæ eius interpretationes.

36 Enimuero solus dignus es habitus qui hæc secreta altissimi cognosceres.

37 Hæc ergo quæ vidisti libro perscribe omnia, & recondе in locum secretum.

38 Doceasq; ea sapientes populi tui, quorum animus sciat hæc arcana capere posse, & conseruare.

39 Mane autẽ hic alios adhuc septem dies, vt ostẽdatur tibi quicquid altissimo visum fuerit tibi significare. Tum ille a me discessit.

40 Porro cum audisset vniuersus populus elapsos esse septem dies, quibus non essem reuersus in ciuitatem, congregatus a minimo ad maximum vsque vniuersus venit ad me, & mihi his verbis compellauit.

41 Quid in te peccauimus, aut qua te læsimus iniuria, quod derelictis nobis in hoc loco consedisti?

42 Nam tu solus reliquus es nobis ex omni populo, vt botrus in vinea, vt lucerna in obscuro loco, & vt portus ac nauis seruata a tempestate.

43 Annon suffitiunt nobis præsentes malorum casus?

44 Quod si tu nos dereliqueris, quanto præstiterat nobis vna cum incendio Sion conflagrauisse?

45 Neq; enim [3]feliciores sumus iis qui ibi sunt mortui, & magna voce complorauerunt. [3] Vel, meliores.

46 Tum ego respondi illis, ac dixi: Bene speretis Israelitæ, neq; tristeris tu domus Iacob.

47 Est enim memoria vestri apud altissimum, & qui potens est non est oblitus vestri in tentatione.

48 Neq; vero ego vos deserui, aut auerti me à vobis, sed concessi in hunc locum, vt precarer pro desolata Sion, & veniam peterem afflictioni vestræ [4]sanctitatis. [4] Vel, religionis vel sacrarii, vel sacrosancti loci.

49 Ergo nunc domum suam redite quisq; vestrum, & ego post hos dies aliquot ad vos reuertar.

50 Tum populo vt iusseram, in vrbem reuerso.

51 Ego resedi in campo septem diebus sicut mandatum habebam, floribus tantum vescens syluestribus, & herbis pro cibo vtens diebus illis.

CAPVT XIII.

A 1 ET factum est post dies septem, & somniaui somnium nocte.

2 Et ecce, de mari ventus exsurgebat, vt conturbaret omnes fluctus eius.

3 Et vidi, & ecce, conualescebat ille homo cum millitibus cæli: & vbi vultum suũ vertebant omnia quæ sub eo videbantur:

4 Et vbicunq; exibat vox de ore eius, ardescebant omnes qui audiebãt voces eius, sicut quiescit terra quando senserit ignem.

5 Et vidi post hæc, & ecce cõgregabatur multitudo hominũ, quorũ nõ erat numerus, de quattuor ventis cæli, vt debellarent hominem qui ascenderat de mari.

1 ACcidit autem post dies septẽ vt viderem somnio noctu.
2 Et ecce exsurgebat de mari vẽt' qui cieret oẽs fluct' eius
3 Cumq; spectarẽ, ecce inualebat ille idem hominem cum
militibus cæli, & quocunq; vultum suum ad contemplandum
conuerteret, tremebant quæ sub eo cernebantur omnia:
4 Et quoties vox ex ore ei' ederetur, incẽdebãtur oẽs qui au-
dissent sonos ei' sicut terra [1] deuastatur, cũ corripitur in- [1] חשכת quiescit. vel disperit.
cendio. 5 Deinde cũ contẽplarer, ecce cõgregabatur mul-
titudo hominũ innumerabilis à quatuor ventis cæli, ad
oppugnandum hominem qui de mari ascenderat.

6 Is autem inspiciente me, ecce sibimetipsi montem ingentem exciderat, super quem auolauit.

7 Ego verò cupiebam videre regionem & locum vnde mons excisus esset, nec potui.

8 Porrò autem intuebar, & ecce qui venerant oppugnatum eum, omnes metuebant vehementer, & tamen audebant impugnare.

9 At ille vbi vidit impetum venientis multitudinis, manū quide suā non leuauit, vt qui nec gladiū teneret.

10 Nec vllum instrumentum bellicum, sed quantum vidi solum emisit ex ore suo speciem flatus igniti, & è labiis suis spiritum flammantem, lingua sua vibrans scintillas & tempestates.

11 Hæc simul commista omnia, nempe flatus ignitus spiritus flammeus, & vis tempestatis ingruerunt impetu super paratam pugnare multitudinem, & concremauerunt vniuersos, adeo vt repente ex innumerabili multitudine nihil præterquam puluis tantum & fumi odor comparerent. Hæc videns extimui.

12 Postea verò hominē illū vidi de monte descendentem, & multitudinem aliam ad se vocantem pacificam.

13 Et accedebant ad eum homines multi vultu alii hilari, alii verò tristi, & alii vincti, alii quosdam oblatos adducentes: & præ vi pauoris ægrotare cœpi, & expergefactus sum, ac dixi:

14 Tu ab initio hæc miracula seruo tuo declarauisti, & dignum me iudicasti cuius precationem admitteres:

15 Itaq; nunc etiam explica mihi somnium hoc interpretatione.

γ Id est, superstitibus
δ Id mortuis.

16 Quantum enim animo meo conficio, væ γ relictis illo tempore, sed multo magis væ δ non relictis.

17 Qui enim non sunt relicti tristes erant.

* אחרונים

18 Intelligo nunc quæ sint reposita in tempora * posteriora, & quæ euentura sint illis, simul & relictis.

19 Propterea quod in magna pericula, calamitatesq; multas deuenerunt, sicut hæc somnia repræsentant.

20 Attamen tolerabilius est periclitantem in hæc incidere, & præuidere nunc quæ futura sunt in posterum, quam transire sicut nubem e mundo.

21 Tū respondens ille mihi: Et visum, inquit, interpretabor tibi, & ea de quib' locutus es explicabo apertius.

22 Quandoquidem mentionem fecisti relictorum, sic est accipienda.

23 Qui pertulerit periculum illo tempore, is se seruauerit: qui in periculum inciderunt, ii sunt, qui præstant opera & fidem altissimo.

24 Scito ergo beatiores esse relictos quàm mortuos.

25 Hæ sunt interpretationes visi. Quod vidisti virū ascendere e medio mari:

26 Is est quem multis temporibus conseruat altissimus, qui per semet ipsum liberabit opificium suū, & ipse curam capesset relictorum.

27 Quod autem ex ore eius vidisti prodeuntem speciem flatus cum igni & tempestate:

28 Quod item nec gladium tenebat, nec telum aliud bellicum, sed impetu suo disperdidit multitudinem, quæ oppugnatum ipsum venerat, sic est interpretandum.

29 Ecce tempora veniunt, quibus ad incolas terræ liberandos accedet altissimus.

30 Et mentes habitatorum orbis pauore aduentus sui stupefaciet.

31 Alii in alios bella molientur, ciuitas in ciuitatem, locus in locum, gens aduersus gentem, & regnum aduersus regnum.

32 Cum autem hæc gerentur, designabuntur ea quæ antea tibi declaraui miracula: & tunc ostendetur filius meus, quem vt virum ascendentem vidisti.

6 Et vidi, & ecce sibimetipsi sculpserat montem magnum, & volauit super eum.

7 Ego autem quæsiui videre regionem, vel locum vnde sculptus esset mons, & non potui.

8 Et post hæc vidi, & ecce, omnes qui congregati sunt ad eum, vt expugnarent eum, timebant valde: tamen audebant pugnare.

9 Et ecce, vt vidit impetum multitudinis venientis, non leuauit manum suam, neq; phramæam tenebat.

10 Neque aliquod vas bellicosum, nisi solummodo vt vidi, quoniam emisit de ore suo sicut flatum ignis, & de labiis eius spiritus flammæ, & de lingua eius emittebat scintillas & tempestates.

11 Et conmista sunt omnia simul, hic flatus ignis, & spiritus flammæ, & multitudo tempestatis: & concidit super multitudinem in impetu, quæ præparata erat pugnare, & succendit omnes, vt subito nihil videretur de innumerabili multitudine, nisi solummodo puluis, & fumi odor: & vidi, et extimui.

12 Et post hæc vidi ipsum hominem descendentem de monte, et vocantem ad se multitudinem aliam pacificam.

13 Et accedebat ad eum vultus hominum multorum quorundam gaudentium, quorundam tristantium: Aliqui verò alligati, aliqui adducentes ex eis qui offerebantur: et ægrotaui à multitudine pauoris, et expergefactus sum, et dixi:

14 Tu ab initio demonstrasti seruo tuo mirabilia hæc, & dignum me habuisti vt susciperes deprecationem meam: B

15 Et nunc demonstra mihi adhuc interpretationem somnii huius.

16 Sicut enim existimo in sensu meo, væ qui derelicti fuerunt in diebus illis: & multo plus væ his qui non sunt derelicti.

17 Qui enim non sunt derelicti, tristes erant.

18 Intelligo nunc q̄ sunt reposita in nouissimis diebus, & occurrēt eis, sed et his qui derelicti sunt.

19 Propter hoc venerunt enim in pericula magna, & necessitates multas, sicut ostendunt somnia hæc.

20 Attamen facilius est periclitantem venire in hunc, quam pertransire, sicut nubem à seculo, & nunc videre quæ contingunt in nouissimo.

21 Et respondit ad me, & dixit: Et visionis interpretationem dicam tibi: & de quibus locutus es, adaperiam tibi.

22 Quoniam de his dixisti qui derelicti sunt, hæc est interpretatio.

23 Qui auferet periculum illo tempore, hic se custodiuit, qui in periculo inciderunt, hi sunt qui habent opera et fidem ad Fortissimum.

24 Scito ergo quoniam magis beatificati sunt, qui derelicti super eos qui mortui sunt.

25 Hæ interpretationes visionis, Quia vidisti virum ascendentem de corde maris.

26 Ipse est quem conseruat Altissimus multis temporibus qui per semetipsum liberabit creaturam suam: & ipse disponet, qui derelicti sunt.

27 Et quoniam vidisti de ore eius exire, vt spiritum, et ignem, et tempestatem:

28 Et quoniam non tenebat phramæam, neque vas bellicosum: corrupit enim impetus eius multitudinem, quæ venerat expugnare eum, hæc est interpretatio. C

29 Ecce dies veniunt, quando incipiet Altissi-
mus liberare eos qui super terram sunt: 30 Et veniet in excessum mentis super eos qui inhabitant terrā.
31 Et alii alios cogitabunt debellare, ciuitas ciuitatem, & locus locum, & gens aduersus gentem, & Matth. 24. b.
regnum aduersus regnum. 32 Et erit, cum fient hæc, & contingent signa quæ ante ostendi tibi: & tunc
reuelabitur filius meus, quem vidisti, vt virum ascendentem.

33 Et erit quando audierint omnes gentes vocé
eius & derelinquet vnusquisq; in regione sua bellū
suum, quod habent ad alterutrum:
34 Et colligetur in vnum multitudo innumera-
bilis, sicut volentes venire, & expugnare eum.
35 Ipse autem stabit super cacumen mōtis Sion.
36 Sion autem veniet, & ostendetur omnibus
parata & ędificata, sicut vidisti montem sculpi, sine
manibus.
37 Ipse autem filius meus arguet quæ adinue-
nerunt gentes, impietates eorum has quæ tempe-
stati appropinquauerunt propter mala cogitamēta
eorum & cruciamenta.
38 Quibus incipient cruciari: quæ assimilatæ
sunt flammæ, & perdet eos sine labore ꝑ legē quæ
igni assimilata est.
39 Et quoniam vidisti eum colligentem ad se a-
liam multitudinem pacificam,
40 Hæ sunt decem tribus, quæ captiuæ factę sunt
4.Reg. 17.a de terra sua in diebus Oseæ regis, quem captiuum
duxit Salmanasar rex Assyriorum & transtulit eos
trans flumen, & translati sunt in terram aliam.
41 Ipsi autem sibi dederunt consilium hoc vt de-
relinquerent multitudinem gentium, & proficisce-
rentur in vlteriorem regionem, vbi nunquam in-
habitauit genus humanum:
42 Vel ibi obseruare legitima sua, quæ nō fue-
rant seruantes in regione sua,
43 Per introitus autem angustos fluminis Eu-
D phraten introierunt.
Exod. 14.e Iosu. 3.d 44 Fecit enim eis tunc Altissimus signa, & sta-
tuit venas fluminis vsquequo transirent.
45 Per eam. n. regionē erat via multa itineris,
anni vni & dimidii: nā regio illa vocat Arsareth.
46 Tūc inhabitauerūt ibi vsq; in nouiss tempore:
47 Et nunc iterum cum cœperint venire, iterum
Altissimus statuet venas fluminis, vt possint transi-
re. propter hæc vidisti multitudinem cum pace.
48 Sed & q derelicti sunt de populo tuo, hi sunt
qui inueniuntur intra terminum meum.
49 Factum erit ergo, quando incipiet perdere
multitudinem earum, quæ collectæ sunt gentes,
proteget eos qui superauerunt populum.
50 Et tunc ostendet eis multa plurima portenta.
51 Et dixi ego, Dominator Domine, hoc mihi
ostende, propter quod vidi virum ascendentem de
corde maris.
52 Et dixit mihi, Sicut non potes hæc vel scru-
tari, vel scire quæ sunt in profundo maris: sic non
poterit quisq; super terram videre filium meū, vel
eos qui cum eo sunt, nisi in tempore diei.
53 Hæc est interpretatio somnii quod vidisti, &
propter quod illuminatus es hic solus.
54 Dereliquisti enim tuam, & circa meā vacasti
legem, & quæsiuisti.
3.Reg. 3 55 Vitam enim tuam disposuisti in sapientia, &
sensum tuum vocasti matrem:
56 Et propter hoc ostendi tibi merces apud Al-
tissimū. erit enim post alios tres dies, ad te alia lo-
quar, & exponam tibi grauia & mirabilia.
57 Et profectus sum, & transii in campum, mul-
tum glorificans & laudans Altissimum de mirabi-
libus quæ per tempus faciebat:

33 Cuius cum gentes omnes vocem audiuerint, quilibet
vt in sua quaq; regione bellum, quod inter se gerunt, omit-
tant:
34 Et colligetur in vnum multitudo innumerabilis,
animo parata ire ad oppugnandum eum.
35 Stantem super cacumen montis Sion.
36 Sion autem extstet, & parata, ædificataq; monstra-
bitur omnibus sicut vidisti montem excisum sine mani-
bus.
37 Ipse autem filius meus arguet impia commenta
gentium earum, quæ propter mala studia sua deuenerunt
in tempestatem, & cruciatus flammæ similes.
38 Quibus cruciandi destinabuntur, nulloq; negocio
perdet eas per legem igni assimilatam.
39 Cæterum quod vidisti colligere eum ad se multitu-
dinem aliam pacificam:
40 Hæ sunt decem tribus quæ captiuæ abductæ sunt
è terra sua temporibus Oseæ regis, quem captiuum abdu-
xit rex Assyriorum Salmanasar, qui transtulit illas vl-
tra flumium, & deduxit in terram alienam.
41 Illæ cum communi consilio decreuissent se à vulgo
gentium subducere, & proficisci in vlteriorem regionē hu-
mani generis nunquam habitatam:
42 Et vel ibi seruare iura sua, quæ neglexissent in pa-
tria:
43 Per angustos introitus fluminis Euphratis ingressæ
sunt.
44 Nam edidit eis tum miracula altissimus, & sca-
turigines fluminis inhibuit donec transiissent.
45 Longo enim per eam regionem itinere proficiscen-
dum erat anno vno & dimidio: nam Arsareth illa re- 5 Borealis Arsareth le. endum. i. Armenia,
gio vocatur.
46 Tum ibi sedem acceperunt vsq; ad tempus nouissi-
mum: 47 Vnde cum iam redire para-
bant. Altissimus scaturigines fluminis denuo sistet vt
pateat ipsis transitus. Hinc est quod multitudinem pacifi-
cam vidisti.
48 At vero qui de populo tuo relicti sunt. ii sunt qui
intra terminum meum inueniuntur.
49 Fiet igitur vt cum aggredietur multitudinem col-
lectarum gentium perdere, protegat eum qui superauit
populum.
50 Qui tum miracula quamplurima ostensurus est.
51 Tum ego, Dominator, inquam, Domine, decla-
ra mihi hoc, quamobrem mihi visus sit vir e medio mari
ascendere.
52 Respondit ille mihi, Vt quæ sunt in profundo ma-
ris inuestigare non potest aut cognoscere: ita non poterit
quisquam in terra videre filium meum aut eos qui cum eo,
nisi tempore 6 diei illius. 6 ביום
53 Hæc est interpretatio somnii quod vidisti, & de
quo solus hic perspicuè doctus es.
54 Omissa enim lege tua meæ vacauisti ac studuisti.
55 Vitam enim tuam instituisti sapienter & intel-
ligentiam tibi matrem nuncupasti.
56 Quapropter ostendo tibi 7 præmia apud altissi-
mum. Cæterum exactis tribus diebus aliis, alia tibi differ-
ram, & grauia tibi explicabo, ac mirabilia.
57 Tum profectus recessi me in campum, magnopere
celebrans & laudans altissimum super rebus mirabilibus
quas peracturus esset per tempus.
58 Quod ipse dispensat simul & ea quæ incurrunt in
tempora: & tribus diebus ibi resedi.

58 Et quoniam gubernat ipsum, & quæ sunt in temporibus illata & sedi ibi tribus diebus.

CAPVT XIIII.

1 ET factum est tertio die, & ego sedebam sub
quercu Et ecce, vox exiuit contra me de rubo
& dixit, Esdra, Esdra.
2 Et dixi, Ecce ego Domine. Et surrexi super
Exod. 3.a pedes meos.
3 Et dixit ad me, Reuelans reuelatus sum super
rubum, & locutus sum Moysi, quādo populus me-
us seruiebat in Ægypto.

1 POrro tertio die cum sederē sub quercu ecce perlata est
ad me vox e rubo, quæ vocabat, Esdra, Esdra,
2 Et Ego Ecce me, inquam, Domine: simul & in pe-
des meos exsurrexi.
3 Tum ille sic ait, Ego manifestissimè videndum me ex-
hibui super rubum, & locutus sum Mosi, cum populus
meus seruiret in Ægypto:

4 Misiq; eum & ex eadem Ægypto eduxi populum meum. In Sina montem perduxi eum, multisq; diebus apud me detinui.

5 Multa narraui ei mirabilia, secretaq; temporum & finem significaui, ac præcepi ei, dicens:

6 Hæc verba palam facias, hæc autem celabis.

7 Item nunc tibi dico:

8 [1] Signa quæ tibi monstraui, & somnia quib[9] visus es, interpretationesq; quas audiuisti, vt reponas animo tuo:

9 Tu enim [2] eximeris ex omnibus.

10 Et in reliquum cum consilio meo, tuiq; similibus [3] conuersaberis, donec tempora finiantur.

11 Quoniam autem iuuentutem suam amisit, & tempora declinant ad senectutem.

12 Duodecim enim partibus diuisum est æuum, elapsaq; sunt decem, partisq; decimæ dimidium: superest autem quantum eius est post dimidium decimæ partis.

13 Nunc ergo consule domui tuæ, castiga populum tuum, consolare afflictos in eo, renuncia iam corruptelæ.

14 Mortales cogitationes missas facito, proiice abs te humanas molestias, infirmam tandem naturam exue, molestissimisq; sepositis seorsum meditationibus propera migrare ex hoc sæculo.

15 His enim quæ vidisti iam contigisse malis alia rursum patrabuntur deteriora.

16 Quo enim magis præ senectute mundus elanguerit, eò plura erunt mala inhabitantium.

17 Recedit enim magis magisque integritas, & accedit vanitas. Iam enim accelerat euenire visum quod conspicatus es.

18 Tum respondi, ac dixi coram te Domine.

19 Ego quidem ecce abibo, sicut mihi præcepisti, & præsentem populum castigabo: verum eos qui post hac nati fuerint quis commonebit?

20 Positus est [4] enim mundus in tenebris, & lumine carent eius incolæ.

21 Quoniam lex tua concremata est, quapropter nemini nota sunt facta tua, aut quæ futura sint opera.

22 Quod si gratiam apud te nactus sum, imbue me Spiritu sancto, vt perscribam omnia quæ acta sunt ab æuo condito, quæ in lege tua scripta fuerunt, vt homines possint inuenire viam, & viuant qui voluerint [1] in posterum viuere.

23 Respondens ille mihi, Profectus, inquit, conuoca populum, & interdicas ei ne quærat te diebus quadraginta:

24 Tu autem compara tibi tabellas buxeas quamplurimas, & adscisce tibi Sarea, Dabria, Salemia, Echano, & Asiel.

25 Hi quinque scriptu præcelerrimi sunt, huc redeas: & ego accendam in animo tuo lucernam intelligentiæ, quæ non extinguatur, quoad absoluta fuerint, quæ scribere coeperis.

26 Et absolutis factis fuerint alia palam facito, alia clam trades sapientibus. Porro hac hora crastina scribendi facies initium.

27 Tum profectus vt iusserat, omni populo conuocato dixi.

28 Audi quæ dicam Israel:

29 Maiores nostri ab initio peregrini fuerunt in Ægypto, & inde liberati sunt.

30 Et cum legem vitalem accepissent, non seruauerunt eam: atque etiam vos eam post illos violastis.

31 Cumque sorte diuisa vobis esset terra, & terra Sion, & patres vestri, & vos ipsi admisistis iniquitatem, nec perstitistis in itineribus quæ constituerat vobis Altissimus.

32 Qui cum sit iustus iudex, abstulit à vobis in præsentia quod donauerat.

33 Nunc vero vos hic adestis, & vna vobiscum fratres vestri.

34 Si ergo imperaueritis sensui vestro, & animum vestrum in officio continueritis, conseruabimini viui, & post obitum veniam consequemini.

35 Manet enim nos post obitum iudicium, cum denuo reuixerimus, tum palam fient nomina iustorum, & facta impiorum proferentur.

1 vel, prædictiones: vel, miracula.
2 scilicet morte.
3 ἀναστρέψῃ.
בני 4
אחרנים 1

4 Reuelaui enim, & eduxi populum meum de Ægypto, & adduxi eum super montem Sina, & detinebam eum apud me dies multos:

5 Et enarraui ei mirabilia multa, & ostendi ei temporum secreta & finem, & præcepi ei, dicens:

6 Hæc in palam facies verba, & hæc absconde.

7 Et nunc tibi dico:

8 Signa quæ demonstraui, & somnia quæ vidisti, & interpretationes quas tu vidisti, in corde tuo repone eas.

9 Tu enim recipieris ab omnibus,

10 Conuerteris residuus cum consilio meo & cum similibus tuis, vsquequo finiantur tempora.

11 Quoniam seculum perdidit iuuentutem suam, & tempora appropinquant senescere.

12 Duodecim enim partibus diuisum est seculum, & transierunt eius decima & dimidium decimæ partis: superfunt autem eius post medium decimæ partis. B

13 Nunc ergo dispone domum tuam, & corripe populum tuum, & consolare humiles eorum, & renuncia iam corruptelæ.

14 Et dimitte abs te mortales cogitationes, & proiice abs te pondera humana, & exue te iam infirmam naturam, & repone in vnam partem molestissimas tibi cogitationes, & festina transmigrare à temporibus his:

15 Quæ enim vidisti nunc contigisse mala, iterum horum deteriora facient.

16 Quantum enim inualidum fiet seculum à senectute, tantum multiplicabuntur super inhabitantes mala. Matt.24.b 2.Ioh.2.d

17 Prolongauit enim se magis veritas, & appropinquauit mendacium. Iam enim festinat venire, quam vidisti visionem

18 Et respondi, & dixi coram te Domine.

19 Ecce enim ego abibo, sicut præcepisti mihi, & corripiam præsentem populum. Qui autem iterum nati fuerint, quis commonebit.

20 Positum est ergo seculum in tenebris, & qui inhabitant in eo sine lumine.

21 Quoniam lex tua incensa est propter quod nemo scit quæ à te facta sunt, vel quæ incipient opera.

22 Si enim inueni in te gratiam, immitte in me spiritum sanctum, & scribam omne quod factum est in seculo ab initio, quæ erant in lege tua scripta, vt possint homines inuenire semitam: & qui voluerint viuere in nouissimis, viuant. C

23 Et respondit ad me, & dixit, Vadens congrega populum, & dices ad eos vt non quærant te diebus quadraginta.

24 Tu autem præpara tibi buxos multos, & accipe tecum Saream, Dabriam, Salemiam, Echanum, & Asiel.

25 Quinque hos qui parati sunt ad scribendum velociter: & venias huc, & ego accendam in corde tuo lucernam intellectus, quæ non extinguetur quoadusque finiantur quæ incipies scribere.

26 Et tunc perfectis quædam palam facies, quædam sapientibus absconse trades. In crastinum enim hac hora incipies scribere.

27 Et profectus sum, sicut mihi præcepit, & congregaui omnem populum, & dixi.

28 Audi Israel verba hæc:

29 Peregrinati sunt patres nostri ab initio in Ægypto, et liberati sunt inde: Gen.47.b

30 Et acceperunt legem vitæ, quam non custodierunt, quam et vos post eos transgressi estis: Deut.4.b

31 Et data est vobis terra in sortem, et terra Sion, et patres vestri, et vos iniquitatem fecistis, et non seruastis vias quas præcepit vobis Altissimus: Act.7.g

32 Et iustus iudex cum sit, abstulit à vobis in tempore quod donauerat.
33 Et nunc vobis hic estis, & fratres vestri interiorsum vestrum sunt.

34 Si ergo imperaueritis sensui vestro et erudieritis cor vestrum, viui conseruati eritis, et per mortem misericordiam consequemini.

35 Iudicium enim post mortem veniet, quando iterum reuiuiscemus: et tunc iustorum nomina parebunt, et impiorum facta ostendentur. 36 Ad

D 36 At me igitur nemo accedat nunc, neque requirat me vsque dies quadraginta.

37 Et accepi quinque viros, sicut mandauit mihi, & profecti sumus in campum, & mansimus ibi.

Ezech. 3. a
Apoc. 10. b

38 Et factus sum in crastinum, & ecce vox vocauit me, dicens: Esdra, aperi os tuum,] & bibe quod te potauero.

39 Et aperui os meum, & ecce calix plenus porrigebatur mihi. Hoc erat plenum sicut aqua: color autem eius vt ignis similis.

40 Et accepi, & bibi: & in eo cum bibissem, cor meum cruciabatur intellectu, & in pectus meum increscebat sapientia. Nam spiritus meus conseruabatur memoria.

41 Et apertum est os meum, & non est clausum amplius.

42 Altissimus dedit intellectum quinque viris, & scripserunt quæ dicebantur excepciones noctis quas non sciebant.

43 Nocte autem manducabant panem, ego autē per diem loquebar, & per noctem non tacebam.

44 Scripti sunt autem per quadraginta dies libri ducenti quatuor.

45 Et factum est cum compleuissent quadraginta dies, locutus est Altissimus, dicens:

46 Priora quæ scripsisti, in palàm pone, & legāt digni & indigni:

47 Nouissimos autem septuaginta conseruabis, vt tradas eos sapientibus de populo tuo.

48 In his enim est vena intellectus, & sapientiæ fons, & scientiæ flumen. Et feci sic.

36 Nunc igitur nemo accedat ad me, nec me requirat ante exactos quadraginta dies.

37 Tum ascitis mihi quinque viris, vt in mandatis habebam, vnà profecti sumus in campum, & ibi mansimus.

38 Et ecce postridie vox me vocauit, dicens: Esdra, aperi os tuum, & bibe quod tibi dabo potui.

39 Cumque aperuissem os meum, ecce poculum plenum mihi porrigebatur, plenum quidem illud sicut aqua, sed colore suo igni simile.

40 Hoc acceptum bibi: cumque ex eo bibissem, cor meū torquebatur meditatione, & pectus meum increscebat sapientia: nam animus meus memoria vegetabatur.

41 Tum erupit os meum, nec est compressum postea.

42 Altissimus præbuit intellectum quinque viris, qui scripserunt quæ dictabantur mira per noctem, quæ nesciebant.

43 Cæterum noctu[6] cibum sumebant, ego autem loquebar per diem, & noctu non tacebam. 6 לחם

44 Scripti sunt itaque per quadraginta dies ducenti quatuor libri.

45 Exactis autem quadraginta diebus, locutus est altissimus his verbis:

46 Priores quos scripsisti palàm propone legendos dignis & indignis:

47 Posteriores autem septuaginta reseruabis, vt tradas eos sapientibus populi tui.

48 In his enim est scatebra intelligentiæ, sapientiæ fons, & flumen scientiæ. Hoc ita sum executus.

CAPVT XV.

A 1 Ecce, loquere in aures plebis meæ sermones prophetiæ, quos immisero in os tuum, dicit Dominus:

2 Et fac vt in charta scribantur, quoniam fideles & veri sunt.

3 Ne timeas à cogitationibus aduersum te, nec turbent te incredulitates dicentium:

4 Quoniam omnis incredulus, in incredulitate sua morietur.

5 Ecce ego induco, dicit Dominus, super orbem terrarum mala, gladium & famem, & mortem, & interitum:

6 Propter quod superpolluit iniquitas omnem terram, & adimpleta sunt opera nociua illorum.

7 Propterea dicit Dominus:

8 Jam non silebo de impietatibus eorum quæ irreligiosè agunt, nec sustinebo in his quæ inique exercent: ecce sanguis innoxius & iustus clamat ad me, & animæ iustorum clamant perseueranter.

Apoc. 6. b
19. a

9 Vindicans vindicabo illos, dicit Dominus, & accipiā omnem sanguinē innoxium ex illis ad me.

10 Ecce populus meus quasi grex ad occasionem ducitur, iam non patiar illum habitare in Terra Ægypti:

11 Sed educam eum in manu potenti & brachio excelso, & percutiam plaga sicut prius, & corrumpam omnem terram eius.

12 Lugebit Ægyptus, & fundamenta eius plaga verberata, & castigatione quas inducet ei Deus.

13 Lugebunt cultores operantes terram, quoniā deficient semina eorum ab vredine & grandine, & à sydere terribili.

14 Væ sæculo, & qui habitant in eo:

15 Quia appropinquauit gladius & contritio eorum, & exurget gens contra gētem ad pugnam, & rhomphæa in manibus eorum.

16 Erit enim inconstabilitio hominibus, & alii aliis inualescentes nō curabunt regem suū, & principes viæ gestorum suorum in potentia sua.

B 17 Concupiscet enim homo in ciuitatem ire, & non poterit.

1 Ecce, loquere audiente populo meo sermones vaticinii quibus os tuum imbuero, ait Dominus.

*2 Et charta scribendos accurato, quoniam * fideles sunt & veri.* * vel certa

3 Ne timeas à studiis aduersariorum, nec turbet te frequens contradicentium diffidentia:

4 Quoniam omnis diffidens per diffidentiam suam morietur.

5 Ecce ego, ait Dominus, induco super orbem terrarum mala, gladium, famem, mortem, interitum.

6 Propterea quod abunde polluit iniquitas omnem terram, & perniciosa incolarum facinora ad summum perducta sunt.

7 Quapropter ait Dominus:

8 Iam non dissimulabo impia facta eorum quæ irreligiosè perpetrant, nec iniusta facinora sustinebo: ecce sanguis innoxius tristes clamores tollit ad me, & animæ iustorum vociferantur perseueranter.

9 Grauiter vlciscar illos, ait Dominus, & omnem sanguinem innoxium ab illis ad me afferam.

10 Ecce populus meus quasi grex ad cadem ducitur, iam non patiar illum habitare in terra Ægyptiaca.

11 Sed manu potenti brachioque sublimi educam eum, omnem autem terram illam clade feriam, & deuastabo vt antea.

12 Lugebit Ægyptus, & fundamenta eius affecta clade & supplicio, quæ Deus illi irrogabit.

13 Lugebunt colentes eam agricolæ, quoniam deficient eos semina præ vredine, præ grandine, & terribili sideratione.

14 Væ orbi & incolis eius:

15 Quia gladius imminet, & interitus eorum, & insurget gens in prælium contra gentem, quarum manus telis armatæ sunt.

16 Nam seditione conflictabuntur homines, alii inuadent alios, nec regem suum venerabuntur, principesque vastationem ædium suarum potentia sua metientur.

17 Erit enim cum quis cupiat in vrbem commeare, nec possit.

18 Propter superbiam enim illorum ciuitates turbabuntur, domus euertentur, & homines trepidabunt.

19 Non miserebitur quisquam proximi sui, quo minus ferro diruantur domus singulorum, bonaque diripiantur per penuriam panis, & multiplicem calamitatem.

20 Ecce ego conuoco, dicit Deus, ad me timendum omnes reges terræ, ab Oriente, ab Austro, ab Euro, & à Libano, vt regirantur ipsis, & reddantur quæ illis intulerunt:

21 Qualia in electos meos agunt etiam hodie, talia faciam, & rependam in sinum ipsis. Hæc ait Dominus Deus:

22 Non parcet dextera mea sceleratis, nec desistet gladius meus ab effundentibus sanguinem innoxium in terra.

23 Erupit ignis præ ira eius, & hausit fundamenta terræ, & sceleratos quasi stramen incensum.

24 Væ peccantibus, & mandata mea non seruantibus, ait Dominus:

25 Non parcam illis. Decedite potestate ô filii, ne contaminetis sanctitatem meam.

26 Quoniam nouit Dominus omnes qui delinquunt in ipsum, propterea tradidit eos in mortem & ad occisionem.

27 Jam enim occuparunt orbem terrarum mala, in quibus hærebitis: non enim liberabit vos Deus, propterea quod in eum peccauistis.

28 Ecce aspectus horribilis, & facies illius ab Oriente.

29 Frequens exibit progenies draconum Arabum cū copia curruum, quorum numerus more venti fertur super terram, adeo vt metuant & trepident omnes audientes illos ira vesanos.

30 Carmanii: exibunt, inquam, vt apri de sylua, & inuadētes magna vi, congredientur in prælium cum illis, & partem Assyriacæ terræ vastabunt.

31 Postea vero dracones inualescent naturæ suæ memores, & conspirantes magna vi se conuertent ad persequendum illos:

a ידמו. *32 Illi autem turbabuntur, & [a] domabuntur' horum potentia, pedibus suis in fugam conuersi.*

33 A primis Assyriorum finibus oppugnator obsidebit eos, quorum perdomitis vno terror & horror in exercitum ipsorum ingruet, & in reges eorum dissensio.

34 Vrgent ecce nubes ab Oriente & Septentrione vsque in Austrum facie vehementer horrida, furiosa & procellosa.

35 Quæ inter se collisæ deturbabunt stellam plurimam in terram, adeoque sydus ipsorum: sanguis præ cæde ventre tenus inundabit.

36 Et illuuies hominis vsque ad cingulam cameli.

37 Pauor & terror plurimus inuadet terram, horrebunt qui viderint furorem illum, & tremore corripientur.

38 Deinde mouebuntur nimbi frequentes ab Austro Septentrioneque, & alia portio ab Occidente.

a vel, intercludant. *39 Et inualescent insuper ab Oriente venti qui [a] recludant' eam, & nubem illam furiose concitatam: & sydus ex ortum ad territandum orientalem ventum & Occidentem violabitur.*

40 Et attollentur nubes ingentes, vehementes & furiosæ simul & sidus, quæ omnem terram & habitatores eius perterreant. Effundent super omnem locum altum & excelsum terribilem syderationem.

41 Ignem, grandinem, volantes gladios, & vim aquarum copia sua omnes campos & riuos omnes inundantem.

42 Ciuitates quoque, muros, montes, colles, arbores syluarum, fœnum pratorum & frumenta dissicient.

18 Propter superbiam enim eorum ciuitates turbabuntur, domus extrentur, homines metuēt.

19 Non miserebitur homo proximum suum ad irritum faciendum domos eorum in gladium, ad diripiendas substantias eorum propter famem panis & tribulationem multam.

20 Ecce ego conuoco, dicit Deus, omnes reges terræ ad me verendum, qui sunt ab Oriente, & ab Austro, ab Euro, & a Libano, ad conuertendos in se, & reddere quæ dederunt illis:

21 Sicut faciunt vsque hodie electis meis, sic faciam & reddam in sinu eorum. Hæc dicit Dominus Deus.

22 Non parcet dextera mea super peccatores, nec cessabit rhomphæa super effundentes sanguinē innoxium super terram.

23 Exiit ignis ab ira eius, & deuorauit fundamenta terræ, & peccatores quasi stramen incēsum.

24 Væ eis qui peccant, & non obseruant mandata mea, dicit Dominus:

25 Non parcam illis. Discedite filii à potestate. Nolite contaminare sanctificationem meam,

26 Quoniam nouit Dominus omnes qui delinquunt in illum. propterea tradidit eos in mortem & in occisionem.

27 Jam enim venerunt super orbem terrarum mala, & manebitis in illis. non enim liberabit vos Deus, propter quod peccastis in eum.

28 Ecce visio horribilis, & facies illius ab Oriente.

29 Et exient nationes draconum Arabum in curribus multis, & sicut flatus, eorum numerus fertur super terram, vt iam timeant & trepident omnes qui illos audient.

30 Carmonii insanientes in ira, & exient vt apri de sylua, & aduenient in virtute magna, & constabunt in pugnam cum illis, & vastabunt portionem terræ Assyriorum.

31 Et post hæc superualescent dracones natiuitatis suæ memores, & conuertent se conspirantes in virtute magna ad persequendos eos.

32 Isti turbabuntur & silebunt in virtute illorum, & conuertens pedes suos in fugam.

33 Et à territorio Assyriorum subsessor obsidebit eos, & consumet vnum ex illis, & erit timor & tremor in exercitu illorum, & contentio in reges ipsorum.

34 Ecce nubes ab Oriente, & à septentrione vsque ad meridianum & facies earum horrida valde, plena iræ & procellæ.

35 Et collident se inuicem, & collident sydus copiosum super terram, & sydus illorum, & erit sanguis à gladio vsque ad ventrem.

36 Et fimus hominis vsque ad substramē cameli.

37 Et erit timor & tremor multus super terram, & horrebunt qui videbunt iram illam: & tremor apprehendet illos:

38 Et post hæc mouebūtur nimbi copiosi à meridiano & septētrione, & portio alia ab Occidēte.

39 Et superinualescent venti ab Oriente, & recludent eam, & nubem quam suscitauit in ira, & sydus ad faciendam exterritationem ad orientalem ventum & Occidentem violabitur.

40 Et exaltabuntur nubes magnæ & validæ plenæ iræ, & sydus, vt exterreant omnem terram, & inhabitantes eam, & infundent super omnē locum altum & eminentem sydus terribile.

41 Ignem & grandinem, & rhomphæas volātes, & aquas multas, vt etiam impleantur omnes campi & omnes riui plenitudine aquarum multarum.

42 Et demolientur ciuitates, & muros, & montes, & colles, & ligna syluarum, & fœnum pratorum, & frumenta eorum.

43 Et transibunt constantes vsque Babylonem, & exterent eam:

44 Conuenient ad ipsam: & circuibunt eam, & effundent sydus & omnem iram super eam. & subibit puluis & fumus vsque in cœlum, & omnes in circuitu lugebunt eam:

45 Et qui sub ea remanserint, seruient his qui exterruerunt.

46 Et tu Asia concors in spem Babylonis, & gloria personæ eius.

47 Væ tibi misera propter quod assimilasti ei, & ornasti filias tuas in fornicatione ad placendum &
D glorificandum in amatoribus tuis, qui tecum cupierunt semper fornicari.

48 Odibilem imitata es in omnibus operibus eius, & in adinuentionibus eius: propterea dicit Deus:

49 Immittam tibi mala, viduitatem, paupertatem, & famem, & gladium, & pestem, ad deuastādas domos tuas à violatione & morte.

50 Et gloria virtutis tuæ, sicut flos siccabitur, cum exurget ardor qui emissus est super te.

51 Infirmaberis vt paupercula plagata, & castigata à mulieribus, vt nō possint te suscipere potentes & amatores.

52 Numquid ego sic zelabor te, dicit Dominus.

53 Nisi occidisses electos meos in omni tempore exaltans percussionem manuum, & dicens super mortem eorum, cum inebriata esses.

54 Exorna speciem vultus tui?

55 Merces fornicationis tuæ in sinu tuo, propter hoc redditionem accipies.

56 Sicut facies electis meis, dicit Dominus: sic faciet tibi Deus, & tradet te in malum.

57 Et nati tui fame interient: & tu rhomphæa cades, & ciuitates tuæ contereentur, & omnes tui in campo gladio cadent.

58 Et qui sunt in montibus, fame peribunt, & manducabunt carnes suas, & sanguinem bibent à fame panis, & siti aquæ.

59 Infœlix per maria venies, & rursum accipies mala.

60 Et in transitu allident ciuitatem occisam, & exterent aliquam portionem terræ tuæ, & partem gloriæ tuæ exterminabunt, rursum reuertentes ad Babylonem subuersam.

61 Et demolita eris illis pro stipula, & ipsi erunt tibi ignis:

62 Et deuorabunt te & ciuitates tuas, terram tuam & montes tuos, omnes syluas tuas, & lignum fructiferum igni comburent. 63 Filios tuos captiuos ducent, & censum tuum in prædam habebunt, & gloriam faciei tuæ exterminabunt.

43 Babylonem vsque impetu continuo permanebunt, & auertent eam.

44 Illuc collecta circuibunt eam, desiderationem & omnem iram in eam effundent, excitabitur puluis & fumus ad cœlum vsque, omnes eam circumcirca lugebunt.

45 Et relicti in ea seruient euersoribus.

46 Porrò autem, ô Asia, Babylonica spei socia, & gloria personæ eius

47 Væ tibi misera, propterea quod imitata es illam, & ornasti filias tuas per meretricium vt placerent, & venditarent se amatoribus tuis, quibus scortari tecum semper fuit animus.

*48 * Inuisam, per omnia facta, studiaque ipsius es imitata: propterea dicit Deus,* * vel, Odio dignam.

49 Immittam tibi mala, viduitatem, paupertatem, famem, gladium, & pestem, vt violatione domus tua, & cade.

50 Et [3] ipsa virtutis tuæ gloria deuastetur. More floris arescentis, cum inualuerit æstus qui te feriat. 3 i. scortatione.

51 Ægrotabis vt paupercula plagis affecta, & mulctata à mulieribus, vt non sustineant te admittere potentes & amatores.

52 Numquid ergo tantopere sæuiissem in te, ait Dominus?

53 Si non illibus manuum ex alto delatis interemisses electos meos omni tempore, & inebriata post cædem eorum tibi dixisses.

54 [4] Speciem vultus tui excorpat. 4 i. Quin ego fronte exporrige ... læta.

55 Propterea præmium scortationis tuæ in sinum tuum regestum recipies.

56 Sicut electos meos tractare soles, ait Dominus, ita te tractabit Deus, & te dabit in malum.

57 Nati tui interibunt fame, tu verò gladio cades, & vrbes tuæ excindentur. Quicunque tuorum in campo fuerint, occumbent gladio:

58 Qui verò fuerint in montibus fame peribunt, suas ipsorum carnes edent, & præ penuria [5] panis sitisque aquæ bibent sanguinem. 5 vel, cibi.

59 Infœlix permeabis maria, & mala rursum accipies.

60 In transitu allident mactatam morte ciuitatem, & proterent aliquam terræ tuæ portionem, gloriæque tuæ partem abolebunt, euersam denuo subuertentes.

61 Diruta stipulæ vicem præbebis illis, & ipsi tibi vicissim ignis:

62 Haurient te simul & ciuitates tuas, tum terram, montes, syluasque tuas omnes, & arborem fructiferam igni comburent.

63 Filios tuos ducent captiuos, censum tuum prædæ habebunt, & delebunt aspectus t. i. gloriam.

CAPVT XVI.

A 1 VÆ tibi Babylon & Asia, væ tibi Ægypte & Syria.

2 Præcingite vos saccis & ciliciis, & plangite filios vestros, & dolete: quoniam appropinquauit contritio vestra.

3 Immissus est vobis gladius, & quis est qui auertat illum.

4 Immissus est in vobis ignis, & quis est qui extinguat illum?

5 Immissa sunt vobis mala, & quis est qui repellet ea?

6 Numquid repellet aliquis leonem esurientem in sylua, aut extinguet ignem in stipula cum quando cœperit ardere?

7 Numquid repellet aliquis sagittā à sagittario forti missam?

8 Dominus fortis immittit mala, & quis est qui repellat ea?

9 Exiit ignis ex iracundia eius, & quis est qui extinguat eum?

1 VÆ tibi Babylon & Asia, væ tibi Ægypte & Syria.

2 Accingite vos saccis & ciliciis, lamentate filios vestros, & dolete, quoniam imminet contritio vestra.

3 Immissus est in vos gladius, & quis auertat illum?

4 Immissus est in vos ignis, & quis extinguat illum?

5 Immissa sunt in vos mala, & quis repellat illa?

6 Numquid fugabit in sylua leonem esurientem? aut extinguet ignem in stipula vbi semel exarserit?

7 Numquid arcebit sagittam à robusto missam sagittario?

8 Cum Dominus ille potens immittit mala, quis illa repellat?

9 Ignem erumpentem ex eius iracundia, quis extinguat?

10 Illo coruscante, quis non timeat: tonante, quis non expaueat?

11 Comminante, quis non funditus è conspectu eius disperat?

12 Terra contremiscit, & fundamenta eius: mare fluctus ciet è profundo, & undæ eius simul & pisces disturbari solent à conspectu Domini, & præ potentia ipsius magnificentia:

13 Quoniam dextera eius quæ tendit arcum, robusta est, & acutæ sagittæ quibus iaculatur, non elanguescunt vbi semel in fines terræ emissæ fuerint.

14 Ecce mala mittuntur, donec super terram inciderint, nunquam reprimenda.

15 Ignis accenditur, donec fundamenta terræ consumpserit, nunquam extinguendus.

16 Quemadmodum redire nescit sagitta à robusto sagittario missa, ita acta in terram mala non reprimentur.

17 Væ mihi, væ mihi: quis me liberabit temporibus illis?

18 Ingruunt dolores, & multi gemitus: ingruit fames, & frequens interitus: ingruunt bella, & potestates formidabunt: ingruunt mala, & trepidabunt omnes.

19 In his malis quid faciam cum venerint?

20 Ecce fames, clades, ærumna & angustia castigationis causa missa sunt flagella:

21 Per omnia tamen hæc nemo se recipiet à sceleribus suis, neque rationem vnquam habebit flagellorum.

22 Ecce vilis erit annona in terra adeò vt videatur esse parta prosperitas: sed tum mala pullulabunt in orbe, gladius, fames, & ingens perturbatio.

23 Nam plurimi terram inhabitantium fame interibunt, reliquos autem famis superstites perdet gladius.

24 Et cadauera iacebunt vt stercora, nec erit qui [a] misereatur eorum. Derelinquetur enim terra deserta, & vrbes eius euertentur.

[a] ינחם

25 Non relinquetur qui colat terram, aut ei mandet semina.

26 Arbores ferent fructus, at quis leget illos?

27 Vua si maturuerit, quis calcabit illam? Magna enim erit solitudo locorum.

28 Homo aspectum hominis, & vocem quam audiat desiderabit.

29 Supererunt de ciuitate decem, & duo ab agro, qui delituerint in densis nemoribus, beatibusque rupium.

30 Non secus quam in oliueto, singulis arboribus relictæ tres aut quatuor oliuæ.

31 Aut vt racemi in vinea vindemiata à diligentibus perscrutatoribus ipsius præteriti.

32 Ita temporibus illis tres aut quatuor relinquentur ab iis qui domos gladio scrutabuntur.

33 Relinquetur terra deserta, obsolescent agri eius, viæ simul & omnes eius semitæ spinis germinabunt, nemine per eas commeante.

34 Lugebunt virgines sponsis carentes, lugebunt viris amissis mulieres, lugebunt & auxilio destitutæ earundem filiæ.

35 Quarum sponsi consumentur bello, & viri fame conficientur.

36 Audite verò ista serui Domini, & ea cognoscite.

37 Ecce verbum Domini, vos illud excipite: [a] nec iis credatis de quibus dicit Dominus.

[a] Al. ne diis.

38 Ecce mala propinquant, nec cunctantur

39 Quemadmodum cum prægnans filium suum nono mense paritura est duabus aut tribus horis antequam pariendi sibi tempus accesserit, ventrem eius dolores circumueniunt: & prodeunte ex eo fœtu vno punctio non tardabunt.

10 Coruscabit, & quis non timebit? Tonabit, & quis non priuabit?

11 Dominus comminabitur, & quis non funditus conteretur à facie ipsius?

12 Terra tremuit & fundamenta eius: mare fluctuat de profundo, & fluctus eius disturbabuntur, & pisces eius à facie Domini & à gloria virtutis eius:

13 Quoniam fortis dextera eius quæ arcum tendit: sagittæ eius acutæ quæ ab ipso mittuntur, non deficient cum cœperint mitti in fines terræ.

14 Ecce mittuntur mala, & non reuertentur, donec veniant super terram.

15 Ignis succenditur, & non extinguetur, donec consumat fundamenta terræ.

16 Quemadmodum non redit sagitta missa à valido sagittario: sic non reuertentur mala quæ missa fuerint in terram.

17 Væ mihi, væ mihi: quis me liberabit in illis diebus?

18 Initium dolorũ & multi gemitus, initium famis & multi interitus, initiũ bellorum & formidabunt potestates, initiũ malorũ & trepidabunt oẽs.

19 In his quid faciam cum venerint mala?

20 Ecce fames & plaga & tribulatio & angustia B
missa sunt flagella in emendatione.

21 Et in his omnibus se non conuertent ab iniquitatibus suis, neque flagellorum memores erunt semper.

22 Ecce, erit annonæ vilitas super terrã, sic vt putent sibi esse directã pacem, & tunc germinabunt mala super terrã, gladius fames, & magna cõfusio.

23 A fame enim plurimi inhabitant terram, interient, & gladius perdet cæteros qui superauerint à fame.

24 Et mortui sicut stercora proiicientur, & nõ erit qui consoletur eos. Derelinquetur enim terra deserta, & ciuitates eius deiicientur.

25 Non derelinquetur qui colat terram, & qui seminet eam.

26 Ligna dabũt fructus, & quis vindemiabit illa?

27 Vua matura fiet, & quis calcabit illam? Erit enim locis magna desertio.

28 Cupiet enim homo hominem videre, vel vocem eius audire.

29 Relinquentur enim de ciuitate decẽ, & duo de agro qui absconderint se in densis nemoribus, & scissuris petrarum.

30 Quemadmodum derelinquuntur in oliueto & singulis arboribus tres aut quatuor oliuæ.

31 Aut sicut in vinea vindemiata racemi relinquuntur ab his qui diligenter vineam scrutantur:

32 Sic relinquentur in diebus illis tres aut quatuor ab scrutantibus domos eorum in rhomphæa.

33 Et relinquetur terra deserta, & agri eius inueterabunt, & viæ eius omnes semitæ eius germinabunt spinas, eò quòd non transient homines per eam.

34 Lugebunt virgines non habentes sponsos, lugebunt mulieres non habentes viros, lugebunt filiæ earum non habentes adiutorium.

35 Sponsi earum in bello consumentur, & viri earum in fame exterentur.

36 Audite verò ista, & cognoscite ea serui Domini.

37 Ecce verbum Domini, excipite illud: ne diis credatis de quibus dicit Dominus.

38 Ecce appropinquant mala, & non tardant.

39 Quemadmodum prægnans cum parit in nono mense filium suum, appropinquante hora partus eius ante horas duas vel tres, dolores circumeunt ventrem eius, & prodeunte infante de ventre G
non tardabunt vno puncto.

40 Sic

40 Sic non morabuntur mala ad prodeundum super terram, & seculum gemet, & dolores circumtenebunt illud.

41 Audite verbum, plebs mea, Parate vos in pugnam, & in malis sic estote, quasi aduenæ terræ.

42 Qui vendit, quasi qui fugiat: & qui emit, quasi qui perditurus.

43 Qui mercatur, quasi qui fructum non capiat: & qui ædificat, quasi non habitaturus.

44 Qui seminat, quasi non metet: sic & qui vineam putat, quasi non vindemiaturus.

45 Qui nubunt, sic quasi filios non facturi: & qui non nubunt, sic quasi vidui.

46 Propter quod qui laborãt, sine causa laborãt.

47 Fructus enim illorum alienigenæ metent, & substantiam illorum rapient, & domos euertent, & filios eorum captiuabunt, quia in captiuitate & fame generant natos suos.

48 Et qui negociantur in rapina, quantum diu exornant ciuitates & domos suas, & possessiones & personas suas:

49 Tanto magis adzelabor eos super peccata sua, dicit Dominus.

50 Quomodo zelatur fornicaria mulierem idoneam & bonam valde:

51 Sic zelabitur iustitia iniqui atem cum exornat se, & accusat eam in facie, cum venerit qui defendat exquirentem omne peccatum super terram,

52 Propterea nolite similari ei, nec operib. eius.

53 Quoniam adhuc pusillũ, & tolletur iniquitas à terra, & iustitia regnabit in vos.

54 Non dicat peccator se non peccasse: quoniã carbones ignis cõburet super caput eius qui dicit: Non peccaui coram Domino Deo, & gloria ipsius.

Eccles. 29.c
Luc. 14.c
Genes. 1.a

55 ‖ Ecce Dominus cognoscet omnia opera hominum, & adinuentiones illorum, & cogitationes illorum & corda illorum.

56 Dixit enim, ‖ Fiat terra, & facta est: fiat cœlum, & factum est.

Psalm. 146.

57 Et in verbo illius stellæ fundatæ sunt, ‖ & nouit numerum stellarum.

58 Qui scrutatur abyssum, & thesauros illarum: qui mensus est mare & conceptum eius.

59 Qui conclusit mare in medio aquarum, & suspendit terram super aquas verbo suo.

D

60 Qui extendit cœlum quasi cameram, super aquas fundauit eum.

61 Qui posuit in deserto fontes aquarũ, & super verticem montium lacus ad emittendum flumina ab eminenti petra, vt potaret terram.

62 Qui finxit hominẽ, & posuit cor suũ in medio corporis, & misit ei spiritũ, vitã, & intellectum:

63 Et spiramẽ Dei omnipotẽtis qui fecit omnia, & scrutinat omnia absconsa in absconsis terræ.

64 Hic nouit adinuentionem vestram, & quæ cogitatis in cordibus vestris, peccãtes, & volentes occultare peccata vestra.

65 Propter quod Dominus scrutinando scrutinauit omnia opera vestra, & traducet vos omnes.

66 Et vos confusi eritis cum processerint peccata vestra corã hominibus, & iniquitates erunt quæ accusatores stabunt in die illo.

67 Quid facietis? aut quomodo abscõdetis peccata vestra coram Deo & Angelis eius?

68 Ecce iudex Deus, timete eum. Desinite à peccatis vestris, & obliuiscantur iam iniquitates vestras, iã agere eas in sempiterno, & Deus educet vos, & liberabit de omni tribulatione.

69 Ecce n. incẽditur ardor sup vos turbę copiosę, & rapiẽt quosdã ex vobis, & cibabũt idolis occisos.

70 Et qui consenserint eis, erunt illis in derisum, & in improperium, & in conculcationem.

40 *Ita mala non morabuntur, quominus in orbem inuadant gemente mundo, doloribusq́; circumuallato.*

41 *Audi verbum, mi populus, Para te in pugnam, & te in malis ita gere, vt peregrinus in terra.*

42 *Qui vendit, quasi fugiturus: & qui emit, quasi perditurus.*

43 *Qui mercatur, quasi non percepturus fructum: & qui ædificat, quasi non inhabitaturus.*

44 *Qui seminat, quasi non messurus: & qui putat vineam, quasi non vindemiaturus.*

45 *Qui ducunt vxores, quasi non genituri filios: & cælibes sint quasi vidui.*

46 *Propterea quòd qui laborant frustra laborant.*

47 *Fruges enim illorum metent alienigenæ, bona diripient, domos euertẽt, & captiuitate prement filios eorum: quia in captiuitate & fame generabunt illos.*

48 *Auari negociantes, quò diutius exornant vrbes, domos, possessiones, & personas suas.*

49 *Eo magis excandescam in eos ob peccata ipsorum, ait Dominus.*

50 *Vt meretrix odit mulierem honestam, & probitate præstantem:*

51 *Ita iustitia iniustitia seipsam exornanti succensebit, & palam accusabit eam, cum venerit qui authorem omnis peccati in terra coerceat.*

52 *Propterea ne vos conformetis ad illam, aut factis eius:*

53 *Quoniam breui futurum est, vt iniustitia tollatur de terra, & regnet in vobis iustitia.*

54 *Non dicat peccator se non peccasse: quoniam carbones igniti comburentur super caput eius qui dicit, Non peccaui coram Domino Deo, aut gloria ipsius.*

55 *Ecce Dominus cognoscit omnes actiones hominum, studia, cogitationes, simul & corda illorum.*

56 *Nam simulac dixit, Fiat terra, facta est: fiat cælum, creatum est.*

57 *Verbo ipsius stellæ firmatæ sunt, ipseq́; nouit earum numerum,*

58 *Qui scrutatur profunda, & [3] recessus eorum: qui mensus est mare, & eius capacitatem.*

59 *Qui mare conclusit in medio aquarum, & verbo suo terram suspendit super aquas:*

60 *Qui expandit cælum quasi cameram, & super aquas fundauit illud:*

61 *Qui posuit in deserto fontes aquarum, & lacus super verticem montium, vt de excelsa rupe demittant ad irriganda terram flumina:*

62 *Qui finxit hominem, qui collocauit in medio corporis cor eius, qui spiritum ei, qui vitam, qui intellectum:*

63 *Et [4] diuinum afflatum inmisit omnipotens, qui creauit omnia qui omnia rimatur: quæ in latebris terræ abstrusa sunt:* 4 vel, diuinam animam.

64 *Hic nouit commenta vestra, & quæ instituatis in cordibus vestris, dum peccatis peccata vestra cupitis occultare.*

65 *Quapropter Dominus exactè scrutatus omnes actiones vestras traducet omnes vos:*

66 *Et erubescetis palam factis in conspectu hominum peccatis vestris, & sceleribus ipsis illo die ad accusationẽ vestri stantibus.*

67 *Quid facietis? aut quomodo peccata vestra clam Deo & Angelis eius habebitis?*

68 *Ecce iudex est Deus: eum timete, & desistite à peccatis vestris, iniustitiæq́; vestræ facinora obliuione sempiterna delescite, & Deus educet vos, & liberabit ex omni afflictione.*

69 *Ecce enim exardescit in vos ardor turbæ frequentis eorum qui rapient aliquot è vobis, & simulachris in cibum mactabunt.*

70 *Qui autem consenserint eis, erunt illis derisui, ludibrio, & obtritui.*

9 מוֹדִם לִמְקוֹם

71 Erit enim 9 locis singulis, & in vicinis ciuitatibus frequens in timentes Dominum consurrectio.

72 Tanquam insani nemini parcentes ruent ad prædandum, & confitendum porrò timentes Dominum:

73 Nam deuastabunt & diripient facultates ipsorum, & domibus suis eiicient.

74 Tum edent experimentum electorum meorum vt aurum igni probatur.

75 Audite chari mihi, dicit Dominus, Ecce præsto sunt tempora calamitosa, & ex illis liberabo vos.

76 Ne timeatis, aut hæsitatis: quoniam Deus dux vester est.

77 Et qui mandata mea præceptaq́ seruatis, ait Dominus, ne pragrauent vos peccata vestra, nec scelera superscandant.

78 Væ iis qui peccatis suis constringuntur, sceleribusq́ suis operti sunt, quemadmodum ager impeditur sylua, & spinis obducta semita inuia fit, & intercluditur, ignique tandem cremanda subiicitur.

71 Erit enim locis locus, & in vicinas ciuitates exsurrectio multa super timentes Dominum.

72 Erunt quasi insani, nemini parcentes ad diripiendū & deuastādum adhuc timentes Dominū:

73 Quia deuastabunt & diripient substantias, & de domibus suis eos eiicient.

74 Tunc parebit probatio electorū meorum, vt aurum quod probatur ab igne.

75 Audite dilecti mei, dicit Dominus, Ecce adsunt dies tribulationis, & de his liberabo vos.

76 Ne timeatis, nec hæsitetis: quoniam Deus dux vester est.

77 Et qui seruat mandata & præcepta mea, dicit Dominus Deus, ne præponderent vos peccata vestra, ne supereleuent se iniquitates vestræ.

78 Væ qui constringuntur à peccatis suis, & obteguntur ab iniquitatibus suis, quemadmodum ager constringitur à sylua, & spinis teguntur semita eius per quam non transit homo, & excluditur, & mittitur ad deuorationem ignis.

LIBER TOBIÆ.

Hieronymi ad Chromatium & Heliodorum in Tobiam præfatio.

Mirari non desino exactionis vestræ instantiam. Exigitis enim vt librum Chaldæo sermone conscriptum, ad Latinum stylum traham, librum vtique Tobiæ, quem Hebræi de catalogo diuinarum scripturarum secantes, his quæ hagiographa memorant, manciparunt. Feci satis desiderio vestro, non tamen meo studio. Arguunt enim nos Hebræorum studia, & imputant nobis contra suum canonem Latinis auribus ista transferre. Sed melius esse iudicans Pharisæorum displicere iudicio, & episcoporum iussionibus deseruire, institi vt potui. Et quia vicina est Chaldæorum lingua sermoni Hebraico, vtriusque linguæ peritissimum loquacem reperiens, vnius diei laborem arripui: & quicquid ille mihi Hebraicis verbis expressit, hoc ego accito notario sermonibus Latinis exposui. Orationibus vestris mercedem huius operis compensabo, cum gratum vobis didicero me, quod iubere estis dignati, compleuisse.

Argumentum in librum Tobiæ.

Tobias Naphtalita aduersis ac secundis rebus in Deum pius, & in fratres officiosus, facultatum amissione, exilio & cæcitate probatus, posita benedictione Dei visum recepit, videt filium cum nuru aduentantem, & sobolem numerosam ex eis habet: Quibus omnibus moriens benedixit, & ex prophetarum doctrina consulit.

CAPVT I.

* In Tobiaq hodie Hebraice circumfertur est אריאל

1 ἐνεμεσσάρου.

2 Vetus interpres pro hac, Sephet memorat. Hebr. מתרשב

3 De qua Ios. 20. aliter κυδίως τῆς νεφθαλίμ correctiores habent: vt sit, à dextera propriè dictæ vrbis Nephthalim.

4 Vetus interpres, Naason.

5 τῇ βαὰλ τῇ δαμάλει, aliter τῷ βαὰλ τῷ δαμάλει.

6 vel, fœtuum.

7 Auiæ meæ.

*LIBER historiarum Tobiæ, filii Tobielis, nati Hananielis, filio * Aduelis qui Gabaelis ortus est è semine Asaelis, è tribu Nephthalim.*

2 Qui temporibus [1] Salmanasaris regis Assyriorum captiuus fuit abductus è [2] Thube, quæ est à dextera [3] Cades Nephthalim in Galilæa supra [4] Aser sita.

3 Ego Tobias omni tempore vitæ meæ itineribus integritatis incedebam & iustitia, multaq́ benignè in fratres gentis meæ, qui mecum Niniuen, quæ est in Assyria regione, deuenerant, erogabam.

4 Nam cum essem in patria mea, in terra Israelitica iuuenis adhuc, & paterna mea tribus Nephthalim vniuersa defecisset à templo Hierosolymæ illius, quæ ex omnibus Israeliticis tribubus ad sacrificia omnium selecta fuit, vbi templum illud domicilium altissimi consecratum erat, & ad omnes ætates aui ædificatum:

5 Cumq́ tribus omnes sociæ defectiones [5] Baali illi iuuenca, [quam Jeroboam rex Israel statuerat,] sacrificarent, atque etiam patria domus Nephthalim.

6 Ego solus Hierosolymam, vt præcepto sempiterno præscriptum est omni populo Israelitico, frequenter commeabam, primitias gerens & decimas fructuum, vnà cum iis quæ primum detonsa fuerant, & ea sacerdotibus posteris Aaronis ad aram offerebam.

7 Primas omnium [6] fructuum decimas tradebam sacerdotibus prognatis Aarone ministrantibus Hierosolymæ: alteras decimas vendebam, & prouentus quæ inde confecissem Hierosolymis erogabam annis singulis.

8 Et tertias dabam iis quibus par erat, prout à Debbora [7] matre patris mei præceptum habebam, vtpote pupillus à patre meo relictus.

9 Cum autem euasissem vir, Annam vxorem de stirpe generis mei ductam, Tobiam ex ea progenui.

TOBIAS ex tribu & ciuitate Nephthali, quæ est in superioribus Galilææ supra Naasson, post viam quæ ducit ad Occidentem, in sinistro habens ciuitatem Sephet: A

2 ‖ Cum captus esset in diebus Salmanasar regis Assyriorum, in captiuitate tamen positus, viam veritatis non deseruit:

3 Ita vt omnia quæ habere poterat, quotidie concaptiuis fratribus, qui erant ex eius genere, impertiret.

4 Cumq́; esset iunior omnibus in tribu Nephthali nihil tamen puerile gessit in opere.

5 Denique cum irent omnes ad vitulos aureos, ‖ quos Jeroboam fecerat rex Israel, hic solus fugiebat consortia omnium:

6 Et pergebat in Jerusalem ad templum Domini, & ibi adorabat Dominum Deum Israel, omnia ‖ primitiua sua, & decimas suas fideliter offerens. B

7 Ita vt in tertio anno proselytis & aduenis ministraret omnem decimationem.

8 Hæc & his similia secundum legem Dei puerulus obseruabat.

9 ‖ Cum verò factus fuisset vir, accepit vxorem Annam de tribu sua: genuitq́; ex ea filium nomen suum imponens ei.

Tobias captiuus inter Assyrios viam veritatis non deserit.

3. Reg. 17. a

Misericors Tobias.

3. Reg. 12. f

Fugit idola.

Exod. 23. d

Deut. 12.

Num. 36. a

Ducit vxorem Annam.

Filium infantium docet Deum.

10 Quem ab infantia timere Deũ docuit, & abstinere ab omni peccato.

11 Igitur cum per captiuitatem deuenisset cum vxore sua & filio in ciuitatem Niniuen, cum omni tribu sua:

Gen. 43.

12 Et cum omnes ‖ ederent ex cibis gentilium, iste custodiuit animam suam, & nunquam cõtaminatus est in escis eorum.

Inuenit gratiam coram Salmanasar. C

13 Et quoniã memor fuit Domini in toto corde suo, dedit illi Deus gratiam in conspectu Salmanasar Regis:

14 Et dedit illi potestatem quocunq; vellet, ire, habens libertatem quæcunq; facere voluisset.

15 Pergebat ergo ad omnes qui erant in captiuitate, & monita salutis dabat eis.

16 Cum autem venisset in Rages ciuitatẽ Medorum, & ex his quibus honoratus fuerat à rege, habuisset decem talenta argenti.

Succurrit Gabelo egenti.

17 Et cum in multa turba generis sui Gabelum egentem videret qui erat ex tribu eius, sub chirographo dedit illi memoratum pondus argenti.

18 Post multum vero temporis mortuo Salmanasar rege, cũ regnaret Sennacherib filius eius pro eo, & filios Israel exosos haberet in conspectu suo:

Charitas Tobiæ in fratres. D

19 Tobias quotidie pergebat per omnem cognationem suam, & consolabatur eos, diuidebatq; vnicuiq;, prout poterat, de facultatibus suis.

20 Esurientes alebat, nudisq; vestimenta præbebat, & mortuis atque occisis sepulturam sollicitus exhibebat.

4. Reg. 19. g. Eccl. 48. d. Esa. 37. g. 1. Mach. 7. f. & 2. Mach. 8. e. 4. Esdr. 2. c

21 ‖ Deniq; cum reuersus esset rex Sennacherib fugiens à Iudæa plagam, quam circa eum fecerat Deus propter blasphemiam suam, & iratus multos occideret ex filiis Israel, ‖ Tobias sepeliebat corpora eorum.

22 At vbi nunciatum est regi, iussit eum occidi, & tulit omnem substantiam eius.

Tobias fugit à facie Sennacherib. Reuertitur.

23 Tobias verò cum filio suo, & cum vxore fugiens, nudus latuit, quia multi diligebant eum.

24 Post dies verò quadraginta quinq; occiderunt regem filii ipsius, & reuersus est Tobias in domum suam, omnisq; facultas eius restituta est ei.

10 (*Eumq; ab infantia docui reuereri Deum, & ab omni pecc͂ato abstinere.*)

11 *Cumq; captiuus Niniuem (cum vxore, & filio, omniq; tribu mea) essem abductus:*

12 *Omnibus generis mei fratribus de cibis gentium esitantibus, ego tamen ne vescerer illis genio meo temperaui:*

13 *Quòd religionem Dei animo meo toto colerẽ. Gratiosum ergò me reddidit altissimus, & speciosum coram* [8] *Salmanasare, adeo vt me* [9] *opsonatore vteretur.*

14 (*Dareteq; mihi potestatem eundi quocunq; vellem, & quicquid libuisset faciendi libertatem.*

15. *Quapropter commeabam ad quosuis captiuitatis socios, & eos monitis salutaribus instituebam.*)

16 17 *In Mediam autem profectus Gabaeli Gabriæ fratri, (quem inter multos de genere meo tribuũ meum egere videbam,) decem argenti talenta, (quæ ex honorario munere regis habebam accepto chirographo) concredidi.*

18 *Porro cum* [10] *Salmanasar obiisset, successit ei in regnum filius Sennacherib: cuius cum turbulentæ res essent, non poteram in Mediam porro iam commeare,*

19 *Cæterum & Salmanasari temporibus plurima vtebar in fratres meos benignitate.*

20 *Panes meos erogabam in esurientes, & vestes in nudos, atq; si quem generis mei conspicatus eram defunctum, circumq; muros proiectum in vrbe Niniue, sepeliebam illum:*

21 *Et si quos Sennacherib occiderat, cum (accepta clade, qua Deus eum propter numinis obtrectationem ipsius affecerat,) fugiens e Iudæa redisset, furtim sepulchro mãdabam eos. (multos enim furor illius perdiderat) vt cũ conquirerentur a rege cadauera, non comparerent.*

22 *Cum vero Niniuitarum quidam professus indicium regi fecisset me illos sepelire, latitans: & cum adnecẽ requiri me cognouissem, metu perculsus cessi. Direpta fuerunt itaq; omnes facultates meæ,*

23 *Nec quicquam mihi reliqui factũ est, præter Annam vxorem meam & filium Tobiam.*

24 *Cæterum nondum erant elapsi quinquaginta quinque dies, cum illum duo ipsius filii interfecerunt. Cum ergo in montes Ararath aufugissem, qui illi in regnum successerat* [11] *Sarchedonus eiusdem filius,* [12] *Achiacharum* [13] *Anaelis fratris mei filium præfecit omnibus patris sui rationibus, totiq; dispensationi: cumq; Achiacharus mea causa postulauisset, Niniuen remeaui. Nam Achiacharus à poculis erat, & ab annulo signatorio, tum à rationibus ac dispensator, vicariumq; sibi Sarchedonus eum adsciuerat, nempe e fratre meo natum.*

[8] ἐναντίον

[9] vel, emptore, aut potius, agoranomo.

[10] ἐνεμεσσάρου

[11] Aliter Archidonus Esa. 37. Esar-hadon dicitur, vt & in Tobia, qui hodie extat Hebraice.

[13] Heb. אקיקר הגבאל

CAPVT II.

Tobias inuitat timentes Deum ad prandium. A

4. Reg. 19. g. & 2. Paral. 32. e

1 POst hæc verò cum esset dies festus Domini, & factum esset prandium bonum in domo Tobiæ, dixit filio suo, Vade, & adduc aliquos de tribu nostra timentes Deum, vt epulentur nobiscum.

2 Cumq; abiisset, reuersus nunciauit ei vnum ex filiis Israel iugulatum iacere in platea.

3 Statimq; exiliens de accubitu suo, relinquens prandium, ieiunus peruenit ad corpus: tollensque illud portauit ad domum suam occultè, vt dum Sol occubuisset, cautè sepeliret eum.

Relicto conuiuio, tollit corpus mortuum domum, vt sepeliat.

4 Cumq; occultasset corpus, manducauit panem cum luctu & tremore,

5 Memorans illum sermonem quem dixit Dominus per Amos prophetam,

6 ‖ Dies festi vestri conuertentur in lamentationẽ & luctum. B

Amos 8. c. 1. Mach. 1. d

7 Cũ verò Sol occubuisset, abiit, & sepeliuit eũ.

Arguitur Tobias a propinquis. Sup. 1. d

8 Arguebãt aũt eũ omnes proximi eius, dicentes, Iã huius rei causa interfici iussus es, & vix effugisti mortis imperium, & iterum sepelis mortuos?

Efficitur cæcus in exemplũ patientiæ posteris.

9 Sed Tobias plus timens Deum quàm regẽ, rapiebat corpora occisorum, & occultabat in domo sua, & mediis noctibus sepeliebat ea.

10 Contigit autem, vt quadã die fatigatus à sepultura, veniens in domum suam, iactasset se iuxta parietem, & obdormisset:

1 *POrrò cũ rediissem domũ meã, & Anna vxor mea, simul & filius Tobias mihi restitutus esset solenni Pentecostes, quod est septem hebdomadarum sacrũ, cum lautum mihi foret conuiuiũ, cibo sumendo decubui. Ibi cũ opsoniorum copiam viderẽ, filio meo, Abi dico, accerse quem tu egenum e fratribus nostris inueniũ, cui cordi sit Dominus: interim ego te ecce expectauero.*

2 *Cumq; abiisset, reuersus, Quidam, inquit, ô pater, à gente nostra præfocatus iacet in platea.*

3 *Tum ego, priusquã cibũ gustassem, exilii, & sublatũ* [1] *domum abdidi, donec Sol occidisset:*

4 *Deinde reuersus lotus, cibumq; meũ sumpsi cũ mœrore,*

5 *Recordatus vaticinii Amos, vt dixisset,*

6 *Solemnia vestra conuertentur in luctum, & omnes lætitia vestra in lamentationem.*

7 *Lugens itaq; postquam Sol occidit, abii, illumq; effosso sepulchro mandaui.*

8 *Tum vicini per ridiculum, Non metuis, aiebant, iste iam interfici propter hoc facinus: qui tametsi fugam ceperat, mortuos tamen ecce rursum sepelis.*

9 [*Ego tamen Deum magis quàm regem timens, corpora surripiebam occisorũ, eaq; domi mea occultata, mediis noctibus sepeliebam.*]

10 *Eadem vero nocte cum reuersus à sepultura, pollutus ad parietem atrii me quieti tradidissem, me velasset facies...*

a Heb. צפרים aues.

11 [a] *Passeres, quos in pariete latere nesciebam, stercus calidum in apertos oculos meos demiserunt: vnde natum in oculis meis albuginibus. cum medicos adiissem, nihil me iuuarant.*

12 [*Caeterum hac tentatione periclitari Tobiam Dominus ideo permisit, vt posteris exemplum patientiae, qualis sancti Iob est, praeberet.*

13 *Nam cum ab infantia sua Deum semper esset veneratus, eiusque mandata seruasset, nihil ei fuit censuit, quod clade caecitatis esset affectus, sed constans in religione ipsius, agendis eidem gratiis per omne vitae suae tempus perstitit.*

14 *Nam sicut beato Iob reges insultabant, ita vitam huius affines eius & cognati habebant ludibrio, dictitantes:*

b Vel, erogabas in pauperes.

15 *Vbi est spes tua, qua* [b] *exercebas beneficentiam, & sepeliebas?*

16 *Tobias verò reprehendebat eos, dicens:*

16 *Ne talia loquamini: quoniam filii sumus sanctorum & vitam expectamus illam,*

18 *Quam Deus iis qui fidem cum eo nunquam mutarint, daturus est.] Porro Achiacharus alebat me, donec in Elymaida profectus sum.*

19 *Anna vero vxor mea muliebria facienda conduxerat. [vnde victum parabat qua poterat industria:]*

20 *Cumque dominis ea misisset, persoluto illi precio, haedum insuper addidere:*

21 *Qui postquam peruenit ad me, coepitque balare, Vnde nam est hic haedus, inquio: Ecquid furtiuus est? restitue illum dominis, neque enim furtiuum licet edere.*

22 *At illa, Dono mihi super mercedem additus est, inquit. Ego vero non credens illi, iubebam eum reddi dominis, atque eius causa erubescebam. Tum illa mihi respondens, Vbi sunt, inquit, benigna illa, iustaque facta tua?* [d] *en vt in te compareant omnia. (His atque aliis huiuscemodi verbis illa me incessere.)*

d Vel, en comparent in te omnia. Ironicè.

11 Et ex nido hirundinum dormienti illi calida stercora inciderent super oculos eius, fieretque caecus.

12 Hanc autem tentationem ideo permisit Dominus euenire illi, vt posteris daretur exemplum patientiae eius, sicut & sancti Iob.

C *Tobiam parentes irridēt, quos increpat.*

13 Nam cum ab infantia sua semper Deum timuerit, & mandata eius custodierit, non est contristatus contra Deum, quod plaga caecitatis euenerit ei: sed immobilis in Dei timore permansit, agens gratias Deo omnibus diebus vitae suae.

14 Nam sicut beato Iob insultabant reges: ita isti parentes & cognati eius irridebant vitam eius, dicentes:

15 Vbi est spes tua, pro qua eleemosynas & sepulturas faciebas?

16 Tobias vero increpabat eos, dicens,

17 Nolite ita loqui, quoniam filii sanctorum sumus, & vitam illam expectamus,

18 Quam Deus daturus est his qui fidem suam nunquam mutant ab eo.

D *Vxor Tobiae textrix.* *Innocentia Tobiae.* Deut. 22.8 *Vxor exprobrat ei eleemosynas.* Iob. 26.

19 Anna verò vxor eius ibat ad opus textrinū quotidie: & de labore manuum suarum victum, quem consequi poterat, deferebat.

20 Vnde factum est, vt haedum caprarum accipiens detulisset domi.

21 Cuius cum vocem balantis vir eius audisset, dixit, Videte ne forte furtiuus sit: reddite eum dominis suis, quia non licet nobis aut edere ex furto aliquid, aut contingere.

22 Ad haec vxor eius irata respondit, Manifestè vana facta est spes tua, & eleemosynae tuae modo apparuerunt. Atque his, & aliis huiuscemodi verbis exprobrabat ei.

CAPVT III.

1 *Tum contristatus ego, plorans ac dolens his verbis precatus sum:*

2 *Iustus es Domine, & omnia facta tua, institutaque omnia tua* [e] *misericordia sunt, & integritas, iudiciumque integrum & iustum exerces in perpetuum.*

e vel, benignitas, חסד

3 *Memento mei, & me respice, ne expetas à me poenas peccatorum, aut etiā erratorum meorum, patrumue meorum qui coram te peccauimus.*

4 *Nam praeceptis tuis aures occlusimus, quamobrē ad praedam & captiuitatem, ad necem & fabulam, & ad opprobriū nos omnibus, inter quos disiecti sumus, exposuisti.*

5 *Iam vero iustae tibi causae sunt, & idoneae multae, cur mecū agas secūdum peccata mea: parentumque meorū: quia nō seruauimus praecepta tua, neque nos erga te sincere gessimus.*

6 *Ergo nunc age pro voluntate tua mecū, & iube spiritū meū eximi, vt decedam, atque resoluar in terrā. Praestat enim esse mortuo mihi quam viuere: quandoquidē audiui exprobrationes immeritas, & multo sum in moerore. Praecipe iam nunc me his angustiis excedere in locum aeternum, nec auertas à me faciem tuam.*

7 *Quod illa die contigit, vt filia Raguelis Sara* [f] *Ecbatanis, quae sunt in Media, contumeliam & ipsa ab ancillis patris sui pateretur.*

f Aliter, Ragis.

8 *Quod septē viris fuisset coniuncta, & cacodaemon Asmodaeus eos priusquam vxorio more congressi fuissent cū illa, interfecisset.*

9 *(Ergo cum quā puellā pro culpa ipsius increparet,)*

10 *An nescis, aiebat, te viros tuos praefocauisse? Septē iā habuisti viros, nec vel vnius fuisti cognominata. Quid nos propter eos verberas? Si mortui sunt, ad illos facesse hinc, vt nec filium videamus ex te nec filiam in aeternum:*

11 *(Aut nū occidere nos vis, vt iā septē viros occidisti?)*

12 *His auditis vehementer cōtristata, adeo vt praefocare se cogitaret, dicebat tamē, Ego patri meo sum vnica, & si hoc perpetrarē, probrosū ei foret, ac senectute eius ad inferos cum moerore deducerem. Porro autem, cum in coenaculū domus suae ascēdisset, tribus diebus, ac noctibus totidē nec edit nec bibit, sed in oratione persistens, Deum precabatur cum lachrymis, vt ipsam ab hoc opprobrio vindicaret,*

A *Oratio Tobiae ad Deum.*

1 Tunc Tobias ingemuit, & coepit orare cum lachrymis, dicens:

2 Iustus es Domine, & omnia iudicia tua iusta sunt: & omnes viae tuae, misericordia, & veritas, & iudicium.

3 Et nunc Domine memor esto mei, & ne vindictam sumas de peccatis meis, neque reminiscaris delicta mea, vel parentum meorum.

4 Quoniam non obediuimus praeceptis tuis, ideo traditi sumus in direptionem, & captiuitatem, & mortem, & in fabulam, & in improperium omnibus nationibus, in quibus dispersisti nos.

Deut. 28.c

5 Et nunc Domine magna iudicia tua, quia non egimus secundum praecepta tua, & non ambulauimus sinceriter coram te.

6 Et nunc Domine secundum voluntatem tuam fac mecum, & praecipe in pace recipi spiritum meum. Expedit enim mihi mori magis, quam viuere.

7 Eadem itaque die contigit vt Sara filia Raguelis in Rages ciuitate Medorum, & ipsa audiret improperium ab vna ex ancillis patris sui.

B *Sara filia Raguelis patitur improperiū ab ancilla patris sui.*

8 Quoniam tradita fuerat septem viris, & daemonium nomine Asmodaeus occiderat eos mox, vt ingressi fuissent ad eam.

9 Ergo cum pro culpa sua increparet puellam, respondit ei, dicens:

10 Amplius ex te non videamus filium aut filiā super terram, interfectrix virorum tuorum.

11 Numquid & occidere me vis, sicut iam occidisti septem viros?

12 Ad hanc vocem perrexit in superius cubiculū domus suae: & tribus diebus, & tribus noctibus non manducauit, neque bibit: sed in oratione persistens cū lachrymis deprecabatur Deum, vt ab isto improperio liberaret eam.

13 Factum

Oratio Saræ cum lachrymis vt ab improperio liberaretur. C

13 Factum est autem die tertia dum compleret orationem, benedicens Dominum, dixit:

14 Benedictum est nomen tuum Deus patrum nostrorum: qui cum iratus fueris, misericordiam facies, & in tempore tribulationis peccata dimittis his qui inuocant te.

15 Ad te Domine faciem meam conuerto, ad te oculos meos dirigo.

16 Peto Domine vt de vinculo improperii huius absoluas me, aut certè desuper terrā eripias me.

Innocentia Saræ.

17 Tu scis Domine quia nunquā concupiui virum, & mundam seruaui animam meam ab omni concupiscentia.

18 Nunquam cum ludentibus miscui me: neq; cū his qui in leuitate ambulāt, participē me præbui.

Castitas.

19 Virum autem cum timore tuo, non cum libidine mea consensi suscipere.

20 Et aut ego indigna fui illis, aut illi forsitan mihi non fuerunt digni: quia forsitan viro alii conseruasti me.

D

Dei consilium extra hominis potestatem.

21 Non est enim in hominis potestate cōsilium tuum.

22 Hoc autem pro certo habet omnis qui te colit, quod vita eius, si in probatione fuerit, coronabitur: si autem in tribulatione fuerit, liberabitur: & si correptione fuerit, ad misericordiā tuam venire licebit.

23 Nō enim delectaris in perditionibus nostris: quia post tempestatem tranquillum facis, & post lachrymationem & fletum, exultationē infundis. Sit nomen tuum Deus Israel benedictum in secula.

Eodem tempore exaudiuntur preces Tobiæ & Saræ.

24 In illo tempore exauditæ sunt preces amborum in conspectu gloriæ summi Dei:

25 Et missus est angelus Domini sanctus Raphael, vt curaret eos ambos, quorū vno tempore sunt orationes in conspectu Domini recitatæ.

13 *Die verò tertio consummans precationem, Deoq; laudes agens, ac orans iuxta fenestram,*

14 *Celebrandus es Domine mi Deus, inquit, & numē gloriosum tuum, sanctum & augustū illud in æuum prædicandum est, [qui quamuis iratus fueris, clementē tamen te præstare soleas, & tempore afflictionis inuocantibus te peccata remittere.] Te celebrent omnia opera tua in perpetuum.*

15 *Ecce nunc, ô Domine, defixi oculos meos ac vultū in te:*

16 *Aufer obsecro me de terra, vt ne sim posthac in exprobratione,*

17 *Tu scis Domine integram esse me ab omni flagitio virili, [animumq; meum mundū ab omni concupiscentia,] & me nec meum nomen nec paternum in terra captiuitatis meæ fœdasse.*

18 *[Nunquam ludentibus miscui me, neque me sociā leuitati deditis adiunxi.*

19 *Viro autem religione tui, non per libidinem consensi nubere:*

20 *Et aut ego fui indigna illis, aut illi fortassis me nō digni, quia me forsitan alii viro destinasti:*

21 *Neq; enim est humani captus consilium tuum.*

22 *Verum hoc certū habet omnis cultor tui, vitā suā, si probata fuerit, esse coronandā, & liberandā in afflictione: quòd si correctionē meditetur, veniam abs te posse consequi.*

23 *Non enim delectaris interitu nostro, sed tranquillitatem præstas post tempestatem, atq; effusam à lachrymis fletuq; lætitia. Nomen tuum, ô Deus Israel, in æuum celebretur.] Vnigenita patri meo sum, nec est ei puellus, qui hæreditatē ipsius adeat, adeoq; ne frater quidem propinquus, aut e suis natus filius, cui me cōseruem vxorem. Iam mihi septem interierunt, quid est cur ego viuam? Quòd si tibi non est videor occidenda, fac habeatur ratio mei, nec audiam contumeliam amplius.*

24 *His amborū precibus à maiestate magni Dei exauditis: 25 Raphael ad medendum vtrique missus est: ad Tobiam, vt abstergeret albugines: ad Saram verò filiam Raguelis, vt Tobiæ nato Tobiæ traderet vxorē, vinceretq; cacodæmonē Asmodæum, quòd Tobiam habere eā oporteret. Eodem illo tempore reuersus Tobias domum suam ingressus est, & Sara filia Raguelis e cœnaculo suo descendit.*

CAPVT IV.

A

Exhortatio Tobiæ ad filiū.

1 Igitur cum Tobias putaret orationem suam exaudiri vt mori potuisset, vocauit ad se Tobiam filium suum, dixit ei:

2 Audi fili mi verba oris mei, & ea in corde tuo quasi fundamentum construe.

Mater honoranda. Eccl. 7. c Exod. 20. b

3 Cum acceperit Deus animam meam, corpus meum sepeli: & ‖ honorem habebis matri tuæ omnibus diebus vitæ eius.

4 Memor enim esse debes quæ & quanta pericula passa sit propter te in vtero suo.

5 Cum autem & ipsa compleuerit tempus vitæ suæ, sepelias eam circa me.

B

Deus in corde habendus.

6 Omnibus autem diebus vitæ tuæ in mente habeto Deum: & caue ne aliquando peccato consentias, & prætermittas præcepta Domini Dei nostri.

Eleemosyna. Luc. 14. c Prouer. 3. b Eccl. 4. a & 14. b Eccl. 35. a

7 ‖ Ex substantia tua fac eleemosynam, & noli auertere faciem tuam ab vllo paupere: ita enim fiet vt nec à te auertatur facies Domini.

8 ‖ Quomodo potueris, ita esto misericors.

9 Si multum tibi fuerit, abundanter tribue: si exiguum tibi fuerit, etiam exiguum libenter impertiri stude.

Eccl. 14. c Eccl. 29. a

10 ‖ Præmium enim bonū tibi thesaurizas in die necessitatis.

11 ‖ Quoniā eleemosyna ab omni peccato, & à morte liberat, & nō patietur animā ire in tenebras.

C

12 Fiducia magna erit coram summo Deo, eleemosyna omnibus facientibus eam.

1. Thess. 4. a *Fornicatio.*

13 ‖ Attende tibi fili mi ab omni fornicatione: &

1 *Illa die Tobiæ venit in mentem argenti, quod Ragis in Media Gabaeli crediderat, & secum,*

2 *Cum ergo mortem petierim, inquit, quin filium meum Tobiam voco priusquam moriar commonendum? Cumq; vocasset eum dixit:*

3 *[Audi mi fili quæ dicam verba, eaq; corde tuo repone quasi fundamentum.] Defunctum me, fili, sepelias: deinde matrem tuam ne despicias, sed honorem ei præstes per omne tempus vitæ, faciasq; quod gratum ei sit, nec contristes ipsam.*

4 *Memento, fili, quàm multa pericula te gestans in vtero subierit,*

5 *Cumq; obierit, ipsā iuxta me eodē sepulchro sepelias.*

6 *Fili, obserua Dominū Deum nostrū omni tempore, nec peccare inducas animū, aut præcepta ipsius negligere, sed per omnem vitam tuam cole iustitiam, nec itineribus iniustitiæ incesseris. Nam dum integritati studueris, successus tibi per omnia instituta tua dabitur, adeoq; omnibus iustitiæ studiosis.*

7 *De facultatibus tuis [1] exerce beneficentiam, nec malignè se gerat oculus tuus in præstanda benignitate. Ne auertas faciem tuam ab vllo paupere, vt Deus nec à te auertat faciem.*

8 *Prout fueris ad copiā instructus, benignitatē exerceas:*

9 *[Si multum tibi fuerit, large tribuas: parū si tibi fuerit, ne verearis è pauco præstare benignitatem:*

10 *Thesaurū enim bonū recōdes tibi in diē necessitatis.*

11 *[2] Beneficentia enim vindicat a morte, nec patitur te immergi tenebris.*

12 *Donum enim eximium est [3] beneficentia coram altissimo omnibus eam exercentibus.* 13 *Caue tibi, fili, ab omni scortatione, [nec præter vxorem tuam cum vlla consuescas flagitiose,] sed vxorem ante omnia ducito de stirpe ma-*

1 vel, eroga in pauperes. Hebraicus codex qui nuper in lucem prodiit, habet צדקה i. iustitiam, pro eo quod Græcus passim habet ἐλεημοσύνην.

2 vel, Erogatio enim in pauperes.

3 vel, erogatio in pauperes.

terum tuorũ, nec tibi coniungas alienigenã è tribu paterna tua non ortam: siquidem prophetis prognati sumus & Noe, atq; Abraham, tum Isaac & Iacob nostri fuere priscis maiores. Hos omnes, ò fili, memẽto duxisse vxores è cognatis suis, & in liberis suis fata fœlicia consecutos, semenque ipsorũ terrã possessurum. Nunc itaq;, fili, fratres tuos ama, nec ipsos filios filiasue tuæ nationis aspernere per superbiam, quo minus vxorem tibi desumas ex illis.

14 [Superbiam nunquam patiaris in animo aut sermone tuo dominari] Nam superbia coniunctus est interitus, multaq; perturbatio, & ferocitati affensio, atq; ingens egestas: quidem mater famis est ferocitas.

15 Ne moretur apud te merces vllius hominis, cuius opera vsus fueris: sed eam protinus illi depende: etenim tibi quoque Deum colendi gratia referetur

16 In omnibus factis tuis circumspectus esto, fili, atq; in omni actione vita tua consultus: & quod oderis ipse, ne cui feceris. Vinum ne bibas ad ebrietatem, nec illa tibi comes sit itineris.

17 Esurienti impertire panem tuum, & nudis vestium tuarum aliquid, Quicquid redundarit, eroga in pauperes, nec cruciet oculos tuos benigna erogatio.

18 Effunde panes tuos super sepulchrum iustorũ, nec illum sceleratis impertias.

19 Consilium semper petas à sapiente, nec vllum aspernaris vtile consilium.

20 Saluta Dominum Deum tuum omni tempore, & ab eo pete vt vias tuas & vestigia confirmet, fortunetq; consilia. Neq; enim consilio pollet vlla gens, sed ipse Dominus omnium bonorum author est, & quem vult quo vult modo deprimit Ergo nunc, ò fili, memineris præceptorũ meorum, nec ex animo tuo deleantur.
21 Hoc insuper, ò fili, nunc putaui tibi significandum, me decem argenti talenta Gabaeli fratri Gabriæ Ragis, quæ sunt in Media, [te puero] concredidisse, [atq; ipsius apud me habeo chirographũ.
Ideo rationem inito, quo modo peruenias ad illum, & recepto ab eo supradicto argenti pondere, chirographum ei suum
restituas.]
22 Ne tibi metum afferat, ò fili, quod pauperem vitam egerimus: sunt tibi bona multa, si Deum reueritus fueris, & quod gratum ei sit, studueris facere.

præter vxorẽ tuam nunquam patiaris crimẽ scire.

14 Superbiam nunquam in tuo sensu, aut in tuo verbo dominari permittas: ‖ in ipsa enim initium sumpsit omnis perditio. Superbia. Gen. 3

15 Quicunq; tibi aliquid operatus fuerit, statim ei mercedem restitue, & merces mercenarii tui apud te omnino non remaneat. Merces operarii.

16 ‖Quod ab alio oderis fieri tibi, vide ne tu aliquando alteri facias. Leuit. 19. c Deut. 24. c

17 Panem tuum cum esurientibus & egenis comede: & de vestimentis tuis nudos tege. Matt. 7. b Esuriens.

18 Panem tuum, & vinum tuum super sepulturam iusti constitue, & noli ex eo manducare, & bibere cum peccatoribus. Luc. 14. e Sepultura.

19 Consilium semper à sapiente perquire. Consilium.

20 Omni tempore benedic Deum: & pete ab eo vt vias tuas dirigat, & omnia consilia tua in ipso permaneant. D Benedicendus Deus.

21 Indico etiam tibi fili mi dedisse me decem talenta argenti, dum adhuc infantulus esses, Gabelo, in Rages ciuitate Medorum, & chirographum eius apud me habeo: & ideo perquire quomodo ad eũ peruenias, & recipias ab eo suprà memoratũ pondus argenti, & restituas ei chirographum suum. Pecuniam Gabelo mutuatã indicat. Supr. 1. c

22 Noli timere fili mi: pauperem quidem vitam gerimus, ‖sed multa bona habebimus si timuerimus Deum, & recesserimus ab omni peccato, & fecerimus bene. Paupertas est timere Deum. Rom. 8. d

CAPVT V.

1 TVm respondens Tobias, ait, Quæcunque præcepisti mihi faciam pater:

2 Sed quomodo hoc argentũ adipisci potero, cum ille mihi sit ignotus? [aut quodnam ei signum dabo?

3 Cui pater, Equidem apud me habeo chirographum illius, quod vbi primum illi ostenderis, argentũ restituet.]

4 Ergo tradidit illi chirographũ, &, Quære tibi hominem, inquit, qui tecum vna proficiscatur, dum viuam, (nam ego dabo mercedem illi,) & profectus argentum repete.

5 Cum igitur ad quærendum hominem abiisset, Raphaelem inuenit: [stantem, iuuenem elegantem atque accinctum, & tanquam paratum proficisci,]

6 Quem angelum esse ignorans [salutatum] interrogauit, [Vnde nobis aduenis bone iuuenis?

7 Cui ille, E filiis Israel, respondit.

8 Rursum interrogauit eum Tobias,] Num potero te comitem habere in sq; Ragis, quæ sunt in Media? aut num locorum illorum es peritus?

9 Et angelus, Comitem me habebis, inquit: [ego viam noui, illaq; frequenter commeaui.] vt qui apud Gabaelum fratrem nostrum habitauerim, [qui moratur Ragis, quæ est vrbs Medorum in monte Ecbatanis sita.]

10 Tum Tobias, Mane me, inquit, dum patri renunciem. Et ille, Abi, inquit, & ne cuncteris.

11 Ingressus itaque [rem omnem patri nuncians,] En pater, ait, inueni qui mecum proficiscatur. Tum ille [miratus,] Voca eum, inquit, ad me, vt cognoscam de qua tribu sit, & an fidum sis habiturus comitem.

12 Cum ergo vocatus ingressus esset ille, & inter se consalutassent, [dixit iuuenis, Precor tibi gaudium perpetuum.

13 Cui Tobias. Quale gaudium mihi sit, inquit, cum sedeam in tenebris, nec lumen cœli videam?

14 Cui iuuenis, Fac sis forti animo: nam prope adest tum a Deo curaberis.

15 Item interrogauit eum Tobias, Num poteris filium

1 TVnc respondit Tobias patri suo, & dixit, Omnia quæcunq; præcepisti mihi faciã pater. A Tobias missus à patre in Rages ad Gabelũ, quærit socium itineris.

2 Quomodo autem pecuniam hanc requiram, ignoro: ille me nescit, & ego eum ignoro: quod signum dabo ei? Sed neq; viam, per quam pergatur illuc, aliquando cognoui.

3 Tunc pater suus respondit illi, & dixit, Chirographum quidem illius apud me habeo, quod dum illi ostenderis, statim restituet.

4 Sed perge nunc, & inquire tibi aliquem fidelẽ virum, qui eat tecum salua mercede sua, dum adhuc viuo: vt recipias eam.

5 Tunc egressus Tobias, inuenit iuuenem splendidum, stantem, præcinctum, & quasi paratum ad ambulandum. Occurrit ei Raphael, quẽ ad patrem introducit.

6 Et ignorans quòd angelus Dei esset, salutauit eum, & dixit: Vnde te habemus bone iuuenis?

7 At ille respondit, Ex filiis Israel. B

8 Et Tobias dixit ei, Nosti viam quæ ducit in regionem Medorum?

9 Cui respondit, Noui, & omnia itinera eius frequenter ambulaui, & mansi apud Gabelum fratrẽ nostrum qui moratur in Rages ciuitate Medorum, quæ posita est in monte Ecbatanis.

10 Cui Tobias ait, Sustine me obsecro, donec hæc ipsa nunciem patri meo.

11 Tunc ingressus Tobias, indicauit vniuersa hæc patri suo. Super quæ admiratus pater, rogauit vt introiret ad eum.

12 Ingressus itaque salutauit eum, & dixit: Gaudium tibi sit semper.

13 Et ait Tobias Quale gaudium mihi erit, qui in tenebris sedeo, & lumen cœli non video?

14 Cui ait iuuenis, Forti animo esto: in proximo est vt a Deo cureris. Tobiæ patri promittit angelus sanitatẽ.

15 Dixit itaq. illi Tobias, Numquid poteris perducere

C perducere filium meum ad Gabelum in Rages ciuitatem Medorum? & cum redieris, restituam tibi mercedem tuam.

16 Et dixit ei angelus, Ego ducam, & reducam eum ad te.

17 Cui Tobias respondit, Rogo te, indica mihi. De qua domo, aut de qua tribu es tu?

18 Cui Raphael angelus dixit, Genus quæris mercenarii: an ipsum mercenariū qui cum filio tuo eat?

19 Sed ne forte sollicitum te reddam, ego sum Azarias Ananiæ magni filius.

20 Et Tobias respondit, Ex magno genere es tu.

21 Sed peto ne irascaris quod voluerim cognoscere genus tuum.

22 Dixit autem illi angelus, Ego sanum ducam, & sanum tibi reducam filium tuum.

23 Respondens autem Tobias, ait, Bene ambuletis, & sit Deus in itinere vestro, & angelus eius comitetur vobiscum.

D 24 Tunc paratis omnibus quę erant in via portanda, fecit Tobias vale patri suo & matri suæ & ambulauerunt ambo simul.

Angelo comite proficiscitur Tobias.

25 Cumq; profecti essent, cœpit mater eius flere, & dicere, ‖Baculum senectutis nostræ tulisti, & transmisisti à nobis.

inf. 10. a

Flet mater, quā pater consolatur.

26 Nūquā fuisset ipsa pecunia, pro qua misisti eū.

27 Sufficiebat enim nobis paupertas nostra, vt diuitias computaremus, hoc quod videbamus filium nostrum.

28 Dixitque eis Tobias, Noli flere, saluus perueniet filius noster, & saluus reuertetur ad nos, & oculi tui videbunt illum.

29 Credo enim quod angelus Dei bonus comitetur ei, & bene disponat omnia quę circa eum geruntur, ita vt cum gaudio reuertatur ad nos. Ad hanc vocem cessauit mater eius flere, & tacuit.

meum ad Gabaelum vsq; Raga vrbem Mediæ perducere? cæterum vbi redieritis, mercedem tuam tibi numerabo.

16 *Respondit illi angelus, Equidem ducam eum, & ad te reducam.*

17 *Rursum] Tobias interrogauit. Ex qua tribu, aut ex qua familia ortus es frater? explana mihi. At ille, Tribumne & familiam, inquit, quæris, an mercenarium qui filio tuo comes sit itineris?*

18 *Cui Tobias, Volim, inquit, frater genus tuum & nomen cognoscere.*

19 *Tum ille, [Ne te sollicitum habeam,] ego genus ab Azaria duco, & magno Anania fratribus tuis.*

20 *Ibi Tobias, Saluus sis, ait, aduentus tuus frater.*

21 *Nec mihi succenseas quòd sim genus tuum & familiam scissitatus. Sane quidem frater meus es ex honesta bonaq; progenie. Ananiam enim & Ionathan magni illius Samaiæ filios ego noui, iam tum cum Hierosolymā vna adorandi, & primogenita decimasq; fructuum consecrandi causa proficisceremur: non enim in errorem cognatorum nostrorum abducti fuerunt. E stirpe magna natus es, o frater. Sed dic quam tibi dem mercedem, an drachmam in dies singulos cum necessariis, vt & filio meo? cæterum si redieritis incolumes, hanc mercedem tibi amplificabo.*

22 *[Rursum dixit illi angelus, Ego saluum tibi deducam filium, atque reducam.]*

23 *Ita cum conuenisset, Tobia dixit, Para te itineri, & feliix sit vestra profectio.*

24 *Parauit itaque filius in viam necessaria, [& patri simul & matri valedixit] Cui pater, Cum illinc homine proficiscere, inquit. cæterum habitator cæli Deus felix reddat iter vestrum, & angelus eius adiungat se vobis comitem.*

25 *Cum ergo egressi ambo proficiscerentur, vnaque cum illis canis adolescentis, Anna mater eius plorans cum Tobia expostulauit, Quare filium nostrum dimisisti? Nonne scipio manus erat nostra, qui nos [b] vltro citroq; duceret*

26 *Argentum non accessisset argento, verum pro filio nostro fuisset reiectaneum.* 27 *Quantum enim à Domino victus datum est nobis, id nobis sufficit, [& aspectum filii diuitias nostras esse deputassemus.]* 28 *At Tobias, Nihil sollicita sis mea soror, inquit, redibit incolumis, oculiq; tui videbunt illum.* 29 *Angelus enim bonus illi comes est, & vsus itinere prospero saluus reuertetur. Tum [ad hanc orationem mater adolescentis] finem fecit plorandi, [& tacuit.]*

[b] ir vlt, clomgle vlodui, ig iamq gindu.

CAPVT VI.

A 1 PRofectus est autem Tobias, & canis secutus est eū, & māsit prima māsione iuxta fluuiū Tigris.

Tobias inuasus à pisce, liberatur ab angelo.

2 Et exiuit vt lauaret pedes suos, & ecce piscis immanis exiuit ad deuorandum eum.

3 Quem expauescens Tobias, clamauit voce magna, dicens, Domine inuadit me.

4 Et dixit ei angelus, Apprehende branchiam eius, & trahe eum ad te.

5 Quod cum fecisset, attraxit eum in siccum, & palpitare cœpit ante pedes eius.

6 Tunc dixit ei angelus, Exentera hunc piscem: & cor eius, & fel, & iecur repone tibi. sunt enim hæc necessaria ad medicamenta vtiliter.

Angeli monitu reseruat sibi cor piscis, fel, & iecur.

7 Quod cum fecisset, assauit carnes eius, & secum tulerunt in via: cætera salierunt quæ sufficerēt eis, quousque peruenirent in Rages ciuitatem Medorum.

B 8 Tunc interrogauit Tobias angelum, & dixit ei, Obsecro te Azaria frater vt dicas mihi, quod remedium habebūt ista quæ de pisce seruare iussisti?

Rogatus angelus à Tobia ad quæ medicamenta hæc conferant, declarat

9 Et respondens angelus, dixit ei, Cordis eius particulam si super carbones ponas, fumus eius extricat omne genus dæmoniorum, siue à viro, siue à muliere, ita vt vltra non accedat ad eos.

10 Et fel valet ad vngendos oculos in quibus fuerit albugo, & sanabuntur.

11 Et dixit ei, Tobias vbi vis vt maneamus?

1 *AT illi itinere faciendo ad Tigrim fluuium peruenere vesperi, & ibi morati sunt.*

2 *Cumque adolescens abluendi se causa descendisset, piscis [immanis] e fluuio prosiliit, absorbere eum conatus:*

3 *[Quem expauescens Tobias voce magna clamauit, dicens, Inuadit me Domine.]*

4 *Cui angelus, Piscem, inquit, apprehende [branchiis, & ad te extrahe.]*

5 *Apprehensum ergo piscem adolescens, in terram extraxit [ante pedes ipsius palpitantem.]*

6 *[Iterumsum angelus. Exentera piscem, ait, & assumptum cor & hepar vnà cum felle tuto sepone: [nam vsum præstant vtilis medicamenti.]*

7 *Et fecit adolescens vt ab angelo iussus erat, piscem autem assatum ederunt, [indeq; tulerunt in viam secum, saleq; consperserunt quantum ipsis suffecerat, donec Raga Medorum vrbem peruenirent.]*

8 *Cum autē itinere progressi propius venissent Ecbatana, rogauit adolescens angelum, Quia sibi vult, Azaria frater, cor istud & hepar, atque fel piscis? [aut quo remedio polleant quæ seruare iussisti?]*

9 *Cui dixit, Corde & hepate, si cui molestus sit cacodæmon, aut malus genius, coram viro, fœminaue suffitum fecisse conuenit, (neque enim molestus postea fuerit.)*

10 *Fel autem oculis hominis albugines habentis illinuisse: etenim remedium sentiet.*

11 *Vbi vero Ragis propinquauerunt, [cum Tobias interrogasset, Quo nam vis vt diuertamus.*

12 *Dixit angelus adolescenti, hodie, frater, Raguelis vtemur hospitio. Is cognatus est tuus, & filiam habet vnicam nomine Saram, de qua verba faciam, vt tibi committat vxorem.*

13 *Nam tibi debentur omnes facultates eius, vt qui solus superstes ex genere ipsius: & puella pulchra est & cordata.*

1 vel, etenim dabit.

14 *[Pete ergo eam à patre ipsius, [1] et det tibi eam in matrimonium.] Quapropter ausculta nunc mihi, & ego cum patre ipsius agam, vt Ragis reuersuri nuptias celebremus. Nam Raguelem ego noui, vt qui iuxta legem Mosaicam minime sit eam collocaturus alij, aut certe sibi contracturus perniciem, quoniam hæreditatem tibi cedere conuenit, potius quam vlli alij.*

15 *Tunc respondit adolescens angelo. Equidem audiui frater Azaria, puellam in matrimonium fuisse datam septem viris, qui omnes in thalamo nuptiali perierunt. Iã verò ego patri meo sum vnicus, & metuo ne ingressus intereã quemadmodum illi priores: quòd dæmon amet eam, qui nemi nem lædit, præter eos qui cum illa concubuerint.*

16 *Quamobrem nunc vereor vt moriar, & vitã parentum meorum cum dolore de me deducam ad sepulchrum nec filius qui sepeliat ipsos sit eis alius.*

17 *Cui rursum angelus. [Audi me, & declarabo tibi in quos potestatem habeat cacodæmon.*

18 *Sane qui in matrimonium ita cõueniunt, vt Deo à se menteq; sua excluso, equi mulíq; brutorum animaliũ more vacent libidini, ii sunt in cacodæmonis potestate.] Annon memor es præceptorũ quæ pater tibi dedit, de vxore ex genere tuo ducenda? Quare nunc audi me frater, (nam vxor tua futura est,) nec de dæmone sis anxius, siquidem hac nocte in matrimonium tibi collocabitur.*

19 *Sed ingressurus thalamum, [per tres dies abstinebis ab ea, & nihil aliud quàm precibus cum ea vacabis:* 20 *Ipsa autem nocte] prunam sumes suffimento, & imposita de corde ac hepate piscis parte suffitũ facies, quo olfacto dæmon ille aufugiet sempiternis seculorũ ætatibus nõ reuersurus.* 21 *[Secunda vero nocte admitteris in societatem sanctorũ patriarcharum:* 22 *Tertiaq; felicitatem eam consequeris, vt incolumes è vobis liberi procreentur.]* 23 *Cæterum [transacta nocte tertia] connubium surgite ambo, misericordē Deum inuocate, qui misertus vestri seruabit vos. [Tum adiunges tibi virginẽ cum timore Domini, liberorum amore magis quã libidine ductus, vt felicitatem in liberis per semen Abrahæ consequaris.] Ne metuas, quoniam ea tibi ab æuo mundi est destinata: quare conseruabis eam, tecumq; proficiscetur: existimóq; adeò te liberos ex ea suscepturum. His auditis Tobias, amore illius captus est, & animum ad eam vehementer applicuit.*

12 Respondensque angelus, ait: Est hic Raguel nomine, vir propinquus de tribu tua, & hic habet filiam nomine Saram, sed neq; masculum, neq; fœminam vllam habet aliam præter eam.

Num. 27. a. 36. a. Instruitur Raphael Tobiam ad coniugium Saræ.

13 Tibi debetur omnis substantia eius, & oportet eam te accipere coniugem.

14 Pete ergo eam à patre eius, & dabit tibi eam in vxorem.

15 Tunc respondit Tobias, & dixit. Audio quia tradita est septem viris, & mortui sunt: sed & hoc audiui, quia dæmonium occidit illos. C

16 Timeo ergo, ne fortè & mihi hæc eueniant: & cum sim vnicus parentibus meis, deponam senectutem illorum cum tristitia ad inferos.

17 Tunc angelus Raphael dixit ei, Audi me, & ostendã tibi qui sunt quibus præualere potest dæmonium.

Docet eũ sanctitatem nuptiarum.

18 Hi namq; qui coniugium ita suscipiunt, vt Deum à se, & a sua mente excludant, & suæ libidini ita vacent, sicut equus & mulus, quibus non est intellectus, habet potestatẽ dæmonium super eos. *Psal. 31. b*

19 Tu autem cum acceperis eam, ingressus cubiculum, per tres dies continens esto ab ea, & nihil aliud, nisi orationibus vacabis cum ea. D

20 Ipsa autem nocte, incenso iecore piscis, fugabitur dæmonium.

21 Secunda verò nocte, in copulatione sanctorum patriarcharum admitteris.

22 Tertia autem nocte benedictionem consequêris, vt filii ex vobis procreentur incolumes.

23 Trãnsacta autem tertia nocte, accipies virginem cum timore Domini, amore filiorum magis, quàm libidine ductus, vt in semine Abrahæ benedictionem in filiis consequaris.

CAPVT VII.

1 *CVm autem peruenissent Ecbatana, & ad ædes Raguelis accessissent, Sara obuiam eis egressa, facta vtrinque inter se salutatione, introduxit eos in ædes, & Raguel [excepit eos cum gaudio.*

1 aliter, Anna. Hebr. חנה

2 *Intuitúsq; Tobiam,] [1] Ednæ vxori suæ, Quàm similis est, inquit, hic iuuenis Tobiæ consobrino meo:*

3 *Simulq; rogauit eos, Vnde nam adestis fratres?*

4 *At illi, A progenatis Nephthalim, inquiunt, captiuis in Niniue.*

5 *Rursum ille, Nostisne, inquit, Tobiam fratrem nostrum? Nouimus, inquiunt. Et ille, Valétne? ait. Et viuit, & valet, inquiunt.*

6 *Porro autem [cum ille multa de ipso bona prædicaret,] Tobias, Pater meus est, inquit.*

7 *Tum exiliens Raguel osculatus est eum cum lachrymis, & [collo eius hærens,] benè precatus est illi, Esto [macte felicitate,] ait, hominis præclari boniq; fili.*

2 aliter, Anna.

8 *Cum autem audisset oculorum vsum amisisse Tobiam, contristatus vnà cum [2] Ednæ vxore sua, Saraq; filia collachrymauit.*

9 *Cæterum propenso animo tractarunt illos, & mactato de grege ariete, opsonia largè apposuerunt.*

10 *Tum Tobias Raphaeli, In sermonem, inquit, Azaria frater, de iis de quibus egisti in itinere, vt res compleatur. Ita ille Raguelem alloquitur.*

11 *Quæ intellecta Raguel expauit, sciens quid septem viris illis ingressis ad eam accidisset, & ne fortè idem vsu ueniret, timere cœpit, et nutabat.*

1 INgressi sunt autem ad Raguelem, & suscepit eos Raguel cum gaudio. A

Ingrediuntur Raphael & Tobias domũ Raguelis, à quo benignissimè suscipiuntur.

2 Intuensq; Tobiam Raguel, dixit Annæ vxori suæ, Quàm similis est iuuenis iste cõsobrino meo?

3 Et cum hæc dixisset, ait, Vnde estis iuuenes fratres nostri?

4 At illi dixerunt, Ex tribu Nephthali sumus, ex captiuitate Niniue.

5 Dixitq; illis Raguel, Nostis Tobiam fratrem meum? Qui dixerunt, Nouimus.

6 Cumq; multa bona loqueretur de eo, dixit angelus ad Raguelem: Tobias, de quo interrogas, pater istius est.

7 Et misit se Raguel, & cum lachrymis osculatus est eum, & plorans super collum eius, dixit: Benedictio sit tibi fili mi, quia boni & optimi viri filius es.

8 Et Anna vxor eius, & Sara ipsorum filia lachrymatæ sunt. B

9 Postquam autem locuti sunt præcepit Raguel occidi arietem, & parari conuiuium.

Tobias petit filiam Raguelis sibi dari vxorem.

10 Cumq; hortaretur eos discumbere ad prandium, Tobias dixit: Hic ego hodie non manducabo neq; bibam, nisi prius petitionẽ meam confirmes, & promittas mihi dare Saram filiam tuam.

11 Quo audito verbo Raguel, expauit sciẽs quid euenerit illis septem viris qui ingressi sunt ad eam: & timere cœpit ne fortè & huic similiter contingeret.

12 Et cum nutaret, & non daret petenti vllum responsum, dixit ei angelus: Noli timere dare eam isti, quoniam huic timenti Deum debetur coniunx filia tua: propterea alius non potuit habere illam.

Eam tradit ei Raguel. 13 Tunc dixit Raguel, Non dubito quòd Deus preces & lachrymas meas in conspectu suo admiserit.

Num. 36. c 14 Et credo quoniã ideò fecit vos venire ad me, vt ista coniungeretur cognationi suæ § secundum legẽ Moysi: & nunc noli dubium gerere quòd tibi eam tradam.

D

Benedictio coniugalis. 15 Et apprehendens dexteram filiæ suæ, dexteræ Tobiæ tradidit, dicens: Deus Abraham, & Deus Isaac, & Deus Iacob vobiscum sit, & ipse cõiungat vos, impleatq; benedictionem suam in vobis.

16 Et accepta charta, fecerunt conscriptionem coniugii.

Conuiuiũ nuptiale cum laude Dei. 17 Et post hæc epulati sunt, benedicentes Deum.

18 Vocauitq; Raguel ad se Annam vxorẽ suam & præcepit ei vt præpararet alterum cubiculum.

19 Et introduxit illuc Saram filiam suam, & lachrymata est.

20 Dixitq; ei, Forti animo esto filia mea: Dominus cæli det tibi gaudiũ pro tædio quod ꝑpessa es.

12 *Dubitãte ergo illo, nec vllum petenti responsum dante, Angelus, Ne metuas, inquit, eam isti despondere, quoniam ei, vtpote religioso cultori Dei, coniunx filia tua debetur, ideoq; nemo alius ea frui potuit.*

13 *Tum Raguel, Non dubito, ait, quin Deus preces & lachrymas meas respexerit.*

14 *Credoq; adeò ipsum huc adduxisse vos, vt hæc secundum legem Moysi viro cognationis suæ iungeretur [Itaque ne dubites iã, quin eam sim illi desponsurus.] Hortatus est ergo Raguel Tobiam, vt ederet & biberet, ac se preberet hilarem. Nam te, inquit, par est filiam meam vxorem ducere. Attamen quod verum est tibi declarabo: Ego filiam meam septem viris collocaui, qui sub eam noctem qua erant cum illa concubituri, interierunt: tu tamen [1] fac animo præsenti sis & læto. Tum Tobias, Equidẽ hic, ait, haud quicquam gustauero, donec [petitione mea confirmata] huc statueritis eam, mihique collocaueritis.* [1 vel ...] [al. ... in præsentia.]

15 *Cui Raguel, Dehinc iam, vt par est, vxorem eam habeas, siquidem inter vos intercedit cognatio: porrò misericors ille Deus det vobis successus prosperrimos. Vocauit ergo Saram filiam suam: quam vt ad se venit apprehensa manu, vxorem Tobiæ dicauit, dicens, Hanc ecce secundũ legem Mosis habeas, & ad patrem tuum abducas: simul illis bene precatus est, [ac dixit: Deus Abraham, Deus Isaac, Deus Iacob adsit vobis, ipse coniungat vos, & beneficium suum in vobis impleat.]* 16 *Deinde vocata [4] Edna[4] vxore sua, sumptoq; libello syngrapham conscripsit:* [4 aliter, Anna.] [5 aliter, Anna.]

17 *Qua consignata, [Deum celebrantes] epulari cœperunt.* 18 *Rursum Raguel vocata [5] Edna[5] vxore sua, Para soror, inquit, alterum cubiculum, & hanc introducas.* 19 *Quæ cum fecisset vt ille iusserat, & introduxisset eam illuc lachrymantem, lachrymas filiæ solata est.* 20 *Ac dixit, Bono animo esto filia, Dominus cæli & terræ hanc tuam tristitiam in gaudium conuerterit, quamobrem secura sis ò filia.*

CAPVT VIII.

A

1 Postquam verò cœnauerunt, introduxerunt iuuenem ad eam.

Tobias introductus ad Saram, assat partem iecoris. 2 Recordatus itaq; Tobias sermonum angeli, protulit de cassidili suo partem iecoris, posuitque eam super carbones viuos.

Raphael ligat dæmonium. 3 Tunc Raphael angelus apprehẽdit dæmoniũ, & religauit illud in deserto superioris Ægypti.

1. Cor. 7. a *Tobias hortatur Saram ad orationem.* 4 Tunc hortatus est virginem Tobias, dixitque ei, Sara, exurge, & deprecemur Deũ hodie, & cras, & secũdum cras: quia his tribus noctibus Deo iungimur: tertia autem transacta nocte, in nostro erimus coniugio.

5 Filii quippe sanctorum sumus, & non possumus ita coniungi sicut gentes quę ignorant Deum.

6 Surgentes autẽ pariter, instanter orabant ambo simul, vt sanitas daretur eis.

B

Oratio Tobiæ. 7 Dixitq; Tobias, Domine Deus patrũ nostrorum, benedicant te cæli & terræ, mareq; & fontes, & flumina, & omnes creaturæ tuæ quæ in eis sunt.

Gen. 2. b 8 § Tu fecisti Adam de limo terræ, dedistiq; ei adiutorium Heuam.

Coniugiũ propter prolem. 9 Et nunc Domine tu scis quia non luxurię causa accipio sororem meam coniugem, sed sola posteritatis dilectione, in qua benedicatur nomen tuũ in secula seculorum.

Oratio Saræ. 10 Dixit itaq; Sara, Miserere nobis Domine, miserere nobis, & consenescamus ambo pariter sani.

11 Et factum est circa pullorum cantum, accersiri iussit Raguel seruos suos, & abierunt cum eo pariter vt foderent sepulchrum.

Raguel parat sepulchrũ Tobiæ quem putabat mortuum. 12 Dicebat enim, Ne forte simili modo euenerit ei, quo & cæteris illis septem viris qui sunt ingressi ad eam.

13 Cumq; parassent fossam, reuersus Raguel ad vxorem suam, dixit ei:

C

14 Mitte vnam ex ancillis tuis, & videat si mortuus est, vt sepeliam eum antequam illucescat dies.

15 At illa misit vnam ex ancillis suis. Quæ ingressa cubiculum, reperit eos saluos & incolumes, secum pariter dormientes.

1 *Peracta deinde cœna, Tobiam ad eam introduxerũt:*

2 *Qui abiens sermonum Raphaelis recordatus, cum prunam ad suffimentum sumpsisset, [prolato e pera sua, &] supposito corde piscis ac hepate, suffitum fecit.*

3 *Cuius odore percepto, cacodæmon aufugit in [6] vltimam[6] Ægyptum, vbi angelus eum constrinxit vinculis.* [6 vel, supremam.]

4 *Postquam autem ambo conclusi fuerunt, surrexit è cubili Tobias, simul &, Exurge soror, inquit, & Dominum vt nostri misereatur, precemur [tam hodie, quàm cras & perendie, quia tribus his noctibus Deo conciliandi sumus: exacta verò nocte tertia, nostro fruemur coniugio.*

5 *Liberi quippe sanctorum sumus, nec fas est ita coniungi nos, vt gentes quæ Deum nesciunt.*

6 *Cum ergo surrexissent vnà, instanter orabant ambo vt incolumitatem consequerentur.]*

7 *Ipseq; exorsus, Celebrandus es, inquit, ò Deus patrũ nostrorũ, nomenq; tuum sanctum ac gloriosum in æuum prædicandum est [?] cæli [& terra, atque in his fontes ac flumina,] omnesq; tuæ vniuersæ celebrent.*

8 *Tu creauisti Adam, & ei adiutricem Euam vxorem iunxisti pro adminiculo, è quibus hominum genus progenitum est. Tuum est dictũ, Non expedit homini viuere solitario, condamus ei adiumentum ipsi simile.*

9 *Nunc ergo Domine, non causa libidinis hanc mihi adiungo sororem meam, sed sincero animo, [ac] sola desiderio posteritatis, in qua nomen tuum per omnes seculorum ætates celebretur.]*

10 *Te itaque mihi clementẽ exhibe, vt [2] cum hac consenescam[2]. Tum illa cum eo subiecit, Amen.* [2 Συγκαταγηράσωμεν.]

11 *Porrò cum illa nocte ambo concubuissent, Raguel exsurrexit, [& circa galli cantum accersitis seruis suis,] egressus sepulchrum effodit.*

12 *Quod diceret, Fortassis & hic mortem oppetierit [vt & cæteri septem illi qui ad ipsam ingressi sunt.]*

13 *Cumque domum suam reuersus esset, [3] Ednæ[3] vxori suæ,* [3 aliter, Anna.]

14 *Mitte quampiam, inquit, ancillarum exploratũ si viuat is: si minus, vt eum [antequam dies illucescat,] sine teste sepeliam.*

15 *Ancilla ergo, [quam illa miserat,] recluso ostio ingressa, dormientes ambos deprehendit [saluos & incolumes,]*

16 *Regressaq; nunciauit illis hominem viuere. Tum Raguel [cum vxore sua] Deo gratulans, ait:*

17 *Omni laude pura sanctaq; celebrandus es ô Deus, teq; electi tui celebrent, opera tua vniuersa, te omnes angeli & electi tui per omnia secula praedicent. E[illegible] gratias ago tibi, quod exhilarasti me, nec accidit mihi quod verebar, sed quod nobiscum clementer egeris, duos vnigenitos miseratus, [expulisti à nobis hostem, qui nos persequebatur.]*

18 *Porrò autem Domine, exhibe te benignum his, vt vitam suam exigant cum sanitate & laetitia, tuaq; misericordia [vt ipsi te celebrent plenius, & sacrificio laudis assistant: vnde omnibus gentibus appareat, te solum esse Deum per vniuersam terram.]*

19 *Iussit ergo seruos suos sepulchrum obruere [priusquam lucesceret:*

20 *Vxori autem praecepit vt conuiuium instrueret, vtque victum omne & cibos ad iter agendum necessarios appararet.*

21 *Duas quoq; vaccas pingues, & quatuor arietes mactandos curauit, [ex quibus omnes vicini sui atque amici apparauit,] & nuptias illis quatuordecim diebus celebrauit.*

a vel, iureiurando [illegible] non prius [illegible] dimittere Tobiam, &c.

22 *Nam Raguel ante exactos nuptiarum dies illos *iureiurando Tobiam adegerat, non discessurum, donec eidem illi quatuordecim nuptiarum consumpsisset dies:*

23 *Tum demum acciperet bonorum suorum dimidio, ad patrem remearet incolumis, te quae post obitum ipsius & uxoris potiturum, [& eius rei & syngrapham fecerat.]*

16 Et reuersa, nunciauit bonum nuncium: & benedixerunt Dominum, Raguel videlicet & Anna vxor eius, & dixerunt:

Ancilla nunciat Tobiā incolumem.

Gratias agit Domino Raguel & vxor eius.

17 Benedicimus te Domine Deus Israel, quia non contigit quemadmodum putabamus. Fecisti enim nobiscum misericordiam tuam, & exclusisti à nobis inimicum persequentem nos.

18 Misertus es autē duobus vnicis. Fac eos Domine plenius benedicere te: & sacrificiū tibi laudis tuae, & suae sanitatis offerre, vt cognoscat vniuersitas gentium quia tu es Deus solus in vniuersa terra. D

19 Statimq; praecepit seruis suis Raguel, vt replerent terra fossam quam fecerant, priusquam elucesceret.

20 Vxori autem suae dixit vt instrueret conuiuium, & praepararet omnia quae in cibos erant iter agentibus necessaria.

Iubet Raguel parari conuiuium.

21 Duas quoq; pingues vaccas, & quatuor arietes occidi fecit, & parari epulas omnibus vicinis suis, cunctisq; amicis.

22 Et adiurauit Raguel Tobiam, vt duas hebdomadas moraretur apud se.

23 De omnibus autem quae possidebat Raguel, dimidiam partem dedit Tobiae, & fecit hanc scripturam, vt pars dimidia quae supererat post obitū eorum, Tobiae dominio deueniret.

Dimidiam partem possessionis suae dat Tobiae.

CAPVT IX.

1 *Vocauit ergo Raphaelem, [quem hominem putabant,] Tobias, ac dixit, [Ausculta quaeso verba mea.*

2 *Si ego tibi famulus fuerim, non sum dignus tua prouidentia:*

[illegible]

3 *Tamen hoc te rogo, [Adhibe tibi seruum, frater Azaria, & duos camelos, atq; ad Gabaelum Ragas, quae sunt in Media, profectus, argentum ab eo [reddito ipsi chirographo suo] recipe, ipsumq; adducito ad nuptias.*

4 *Pater autem meus, [vt scis,] dies numerat: & si moram [vel vnius diei] interposuero, dolorem sanè quàm magnum capiet.*

5 *Nam deierauit Raguel me non discessurum: [nec possum iuramentum eius spernere.*

6 *Raphael itaque [assumptis quatuor è seruis Raguelis, & duobus camelis, Ragas quae est vrbs in Media,] profectus est, & ad Gabaelum diuertit: cùmq; chirographum ei exhibuisset, loculos ille protulit obsignatos, atque ipsi tradidit.*

7 *Deinde [cum Raphael eum de rebus Tobiae certiorem fecisset,] manè vnà profecti venerunt ad nuptias.*

8 *[Et domum Raguelis ingressi Tobiam inuenerunt discumbentem: cùmq; exiluisset, atque inter se consalutassent osculo, lachrymae Gabaelo obortae sunt, Deoq; gratulabundus: Felicem te reddat Deus Israelis, inquit: quia filius es optimi viri, iusti, religiosi, & in egenos benefici. Felicitetur vxor tua, parentesq; vestri, vt filios è vobis & filios filiorum vestrorum videatis in tertiam vsque & quartam aetatem. Felicitatem consequatur semen vestrum à Deo Israelis per omnes seculorum aetates regnante.*

9 *Cùmq; subiecissent omnes Amen, ad conuiuium nuptiale cum timore Domini celebrandum accesserunt,] & Tobias vxorem suam fecit grauidam.*

1 Tunc vocauit Tobias angelum ad se, quem quidem hominem existimabat, dixitq; ei: Azaria frater, peto vt auscultes verba mea. A

Angelus rogatu Tobiae pergit ad Gabelum.

2 Si meipsum tradam tibi seruum, non ero condignus prouidentiae tuae.

3 Tamen obsecro te vt assumas tibi animalia siue seruitia, & vadas ad Gabelum in Rages ciuitatem Medorum: reddásq; ei chirographum suum, & recipias ab eo pecuniam, & roges eum venire ad nuptias meas.

4 Scis enim ipse quoniam numerat pater meus dies: & si tardauero vna die plus, cōtristatur anima eius. B

5 Et certè vides quomodo adiurauit me Raguel, cuius adiuramentum spernere non possum. C

6 Tunc Raphael assumēs quatuor ex seruis Raguelis, & duos camelos, in Rages ciuitatem Medorum perrexit: & inueniēs Gabelum, dedit ei chirographum suum, & recepit ab eo omnē pecuniam.

Raphael reddit Gabelo chirographum ipsius, & ab eodē pecuniam recipit.

7 Indicauitq; ei de Tobia filio Tobiae, omnia quae gesta sunt: fecitq; eum secū venire ad nuptias.

Venit Gabelus cum angelo ad Tobiae nuptias. D

8 Cúmq; ingressus esset domum Raguelis, inuenit Tobiam discumbentem: & exiliens, osculati sunt se inuicē: & fleuit Gabelus, benedixitq; Deum, & dixit: Benedicat te Deus Israel, quia filius es optimi viri, & iusti, & timentis Deum, & eleemosynas facientis: & dicatur benedictio super vxorē tuam, & super parentes vestros & videatis filios vestros, & filios filiorum vestrorū, vsq; in tertiam & quartam generationem: & sit semen vestrum benedictū à Deo Israel, qui regnat in secula seculorum.

9 Cúmq; omnes dixissent Amen, accesserunt ad conuiuium: sed & cum timore Domini nuptiarum conuiuium exercebant.

Conuiuiū nuptiale cum timore Dei.

CAPVT X.

1 *Porrò Tobias pater dies computabat singulos: cùmq; praescripti peregrinationis dies essent exacti, nec ille rediret, [Tobia mora causa nuptiarum faciente, solitus est, [Curnam moratur filius meus? aut quid ipsum illic detinet?]*

2 *Num forte ludibria sunt, inquit? aut mortuus est Gabael, & argentum illi nemo reddidit?*

3 *Contristatus est ergo vehementer [vnà cum vxore: & flere coeperunt ambo, quod filius ipsorum die constituto non rediisset,] dixitq; ei vxor, Actum est de filio, quandoquidem moram fecit.*

1 Cum verò moras faceret Tobias, causa nuptiarum, sollicitus erat pater eius Tobias, dicens, Putas quare moratur filius meus, aut quare detentus est ibi? A

Tobias pater cum vxore cōtristantur ob moram filii.

2 Putásne Gabelus mortuus est, & nemo reddet illi pecuniam?

3 Coepit autē cōtristari nimis ipse & Anna vxor eius cum eo: & coeperūt ambo simul flere, eo quòd die statuto minimè reuerteretur filius eorū ad eos.

4 Flebat

4 Flebat igitur mater eius irremediabilibus lachrymis, atque dicebat,

Lamentatio matris Tobiæ.

5 Heu heu me fili mi, vt quid te misimus peregrinari, lumen oculorum nostrorũ, baculũ senectutis nostræ, solatiũ vitæ nostræ, spẽ posteritatis nostræ?

B 6 Omnia simul in te vno habentes, te non debuimus dimittere ire à nobis.

7 Cui dicebat Tobias, Tace, & noli turbari: sanus est filius noster: satis fidelis est vir ille cum quo misimus eum.

Solicitudo eius pro filio.

C 8 Illa autem nullo modo consolari poterat. sed quotidie exiliens circumspiciebat & circuibat vias omnes per quas spes remeandi videbatur, vt procul videret eum, si fieri posset, venientem.

Raguel dimittit a se Tobiam cũ uxore.

9 At verò Raguel dicebat ad generum suum: Mane hic, & ego mittam nuncium salutis de te ad Tobiam patrem tuum.

10 Cui Tobias ait, Ego noui quia pater meus & mater mea modo dies computant, & cruciatur spiritus eorum in ipsis.

11 Cúmq; verbis multis rogaret Raguel Tobiã, & ille eum nulla ratione vellet audire, tradidit ei Saram, & dimidiam partem omnis substantiæ suæ in pueris, in puellis, in pecudibus, in camelis, & in vaccis, & in pecunia multa: & saluum atque gaudentem dimisit eum à se, dicens,

D 12 Angelus Domini sanctus sit in itinere vestro perducatque vos incolumes, & inueniatis omnia recte circa parentes vestros, & videant oculi mei filios vestros priusquam moriar.

Parentes Saræ docent eam officium uxoris probæ.

13 Et apprehendentes parentes filiam suam, osculati sunt eam, & dimiserunt ire: monentes eam honorare soceros, & diligere maritum, regere familiam, gubernare domum, & seipsam irreprehensibilem exhibere.

Tobias familia cum uxore vehit a in medio itinere præcedit cum angelo

4 Eúmque lamentari cœpit [lachrymis irremediabilibus,]

5 Simul ac, Nihil iam mihi studio est inquit, mi fili: quandoquidem amisi te lumen oculorum meorum, [scipionem senectutis nostræ vitæque solatium, & spem nostræ posteritatis.

6 Heu me, heu mi fili, quare te peregre misimus? omnia nobis erant in te sita: te à nobis dimittere nõ debebamus.]

7 At Tobias, Define, inquit, ne sis solicita: est enim incolumis. [satis fidus est vir ille quẽ vnà cũ eo misimus.]

8 Cui illa, Tace, inquit, ne me ludifices: filius meus interiit. [nec admittebat vllam consolationem.] Egrediebatur autem quotidie foras in viam qua discesserant, [& quacunque remeandi spes dabatur, circumspiciebat, an procul videre posset venientem:] cibum non sumebat interdiu, noctesque totas filium suum Tobiam deflebat indesinenter, donec quatuordecim dies illi nuptiarum quos eum illic acturum esse Raguel iurarat, elapsi sunt.

9 Ibi tum Tobias Raguel, Dimitte me, ait: quoniam parentes mei iam desperant se me visuros. Verũ socer hortabatur eum, Mane apud me, & ego ad patrẽ tuum mittam, qui faciant eum de rebus tuis certiorem. Rursum Tobias, Nequaquam inquit sed ad patrem me dimitte.

10 [Nam scio parentes meos computare dies, & animos valde cruciari.

11 Ita quamuis Raguel multis verbis oraret Tobiam nulla tamẽ ratione persuadere illi potuit.] Exsurrexit ergo Raguel, & cum ei Saram uxorem ipsius cum dimidio facultatum tam mancipiorum & iumentorum, quàm argenti tradidisset, bene ominando dimisit eos, dicens: Deus cœlestis deducat vos feliciter, [& videant oculi mei liberos vestros,] priusquam ego moriar.

12 [Angelus Domini sanctus adsit vobis comes itineris, & deducat vos incolumes, vt res parentum vestrorum omnes integro statu reperiatis.

13 Filiæ autem suæ hæc dixit, Honora soceros tuos, qui nunc parentes tui sunt, & fac nunciem de te bonum accipiam [Maritum tuum ama, curato familiam, & domum exorna, teq; ipsam exhibeas inculpatam.] simul eos osculatus est. Insuper autem [1] Edna Sic est Tobiam allocuta, Rede... fiat, charę frater Dominus ille cælestis, & det mihi videre liberos tuos è Sara filia mea, vt coram [illegible] gaudeam. Ecce committo tibi filiam meam tanquam depositum, vt ne tractes eam molestiùs. Post hæc profectus est Tobias Deo gratulans, quod iter prosperum sibi concessisset. 1 Aliter, Anna.

CAPVT XI.

A *Admonetur ab ang. lo Tobias de felle.*

1 CVmque reuerterentur, peruenerunt ad Charan quæ est in medio itinere contra Niniuen, vndecimo die.

2 Dixitque angelus, Tobia frater, scis quemadmodum reliquisti patrem tuum.

3 Si placet itaque tibi, præcedamus, & lento gradu insequantur iter nostrum familiæ, simul cum coniuge tua, & cum animalibus.

4 Cúmq; hoc placuisset vt irent, dixit Raphael ad Tobiam, Tolle tecum ex felle piscis: erit enim necessarium.

B *Anna speculis adu. ntum filii tandem venientem agnoscit.*

5 Tulit itaque Tobias ex felle illo, & abierunt.

6 Anna autem sedebat secus viam quotidie in supercilio montis, vnde respicere poterat de longinquo. Et dum ex eodem loco speculatetur aduentum eius, vidit à longe, & illico agnouit venientem filiũ suũ: currensq; nunciauit viro suo, dicens,

Osculum.

7 Ecce venit filius tuus. Dixitq; Raphael ad Tobiam, At vbi introieris domum tuam, statim adora Dominum Deum tuum: & gratias agens ei, accede ad patrem tuum, & osculare eum.

8 Statimque lini super oculos eius ex felle isto piscis, quod portas tecum. Scias enim quoniam mox aperientur oculi eius, & videbit pater tuus lumen cæli, & in aspectu tuo gaudebit.

Præcurrit canis quasi nuntius.

9 Tunc præcucurrit canis, qui simul fuerat in via: & quasi nuncius adueniens, blandimento suæ caudæ gaudebat.

1 Cum igitur valedixisset Raguëli & [1] Ednæ vxori eius, reuersi sunt, [donec itinere facto vndecimo die Charan quæ est in medio itinere versus Niniuen propinquarent. 1 Aliter, Anna.

2 Tum Raphael dixit Tobiæ, Scis frater vt patrem tuum reliqueris.

3 [Si itaque tibi videtur,] præcurramus vos duo, & lento gradu sequatur familia cum coniuge tua & iumentis nostris ... lento gradu sequatur.]

4 Cæterum vt fel piscis ad manum habeas [vtpote vsui nobis futurum.]

5 Itaque progressi sunt, & canis est pone secutus.

6 Anna verò sedebat [secundum viam quotidie in supercilio montis, vnde procul poterat intueri] filium suum prospectu in viam petens, & venientem eum conspicata, [et agnouit primum,] patri eius renunciauit.

7 Et cum venisset ad eum vnà cum homine suo, omnia ei prefectus est. Puer & Raphael, Ecce inquit, patrem tuum visum esse recuperaturum.

8 Itaque tu domum tuam primum ingressus tibi Dominum Deum tuum salutaris, atque ei gratiis ad patrem accesseris, osculatus eum, quod habes apud te fel huic venienti illinere, & compunctus ille detritis abiciet albugines, [prot. nusq. illustratis oculis suis pater tuus lumen cæli] & te videbit. Accurrens autem Anna se in collum filii sui coniecit, dicens Postquam te vidi fili, dehinc iam mori contenta sum: & ambo collacrymauerunt.

9 Canis verò qui viam vnà cum illis confecerat præcurrit, & quasi nuncio veniens blandimento caudæ gratulabatur.

10 Et Tobias [manu puero permissa, obuiam filio] progrediebatur ad fores offensans.

11 Filiusque accurrens eum apprehendit: [quem ille complexus, itidem vt vxor, osculatus est lachrymis præ gaudio obortis:

12 Cumque Deum adorassent, gratiis actis consederunt.

13 Tum felle in oculos patris asperso,[1] iussit° eum bono esse animo, [circiter semihoram expectans.]

14 Cumque oculi eius contingi sibi cœpissent, confricuit eos, donec ab angulis albugines instar squamarum [& membranarum ouis] recesserunt:

15 [Quas cum Tobias comprehensas ab oculis eius auulsisset, visum ille recepit.] Tobi tum filium suum conspicatus, collum eius amplexus petiit,

16 Simul ac [Deum vna cum vxore, præsentibúsque omnibus collaudauit:]

17 Celebrandus es, ó Deus, inquit, nomenque tuum in æuum prædicandum est, & beati sancti angeli tui vniuersi, quoniam me flagellasti, & idem misertus es, quod ecce filium meum Tobiam aspicio.

18 Lætus itaque ingressus filius ipsius patri narrauit [omnia beneficia Dei per hominem illum itineris sui ducem sibi præstita, &] quæ in Media magnifica contigissent. Tobias ergo [post septem dies, cum Sara & omni familia cum saluis pecoribus ac camelis, & cum multa pecunia, etiam illa à Gabaelo recepta adueniret,] obuiam nurui suæ Deo gratulans ad portam Niniues egressus est, mirantibus qui videbant ipsum euntem, quod visum recepisset. Ipse vero palam testabatur omnibus Deum sui misertum esse. Cumque nurui suæ propinquasset, salutauit eam his verbis: Saluus sit aduentus tuus o filia. Deo primum gratulor, qui te perduxit ad nos, tum etiam[a] tuis parentibus.[b] 19 Attulit autem gaudium hæc res fratribus, qui Niniue erant omnibus, & aduenerunt[3] Achiacharus & Nasbas filius fratris ipsius [gratulaturi de omnibus beneficiis quæ Deus in ipsum contulisset.]

20 Nuptiæque Tobiæ cum lætitia septem diebus celebratæ sunt.

° ἄγων

a ὁ πατήρ σου ἢ

b μήτηρ σου

3 Aliter, Achior, & Nabath.

10 Et consurgens cæcus pater eius, cœpit offendens pedibus currere: & data manu puero, occurrit obuiam filio suo.

C *Suscipit Tobias filium cum osculo.*

11 Et suscipiens osculatus est eum cum vxore sua, & cœperunt ambo flere præ gaudio.

Gratiarum actio.

12 Cumque adorassent Deum, & gratias egissent consederunt.

Filius patris oculos linit ex felle piscis, & visum recepit.

13 Tunc sumens Tobias de felle piscis, liniuit oculos patris sui.

14 Et sustinuit quasi dimidiā ferè horā: & cœpit albugo ex oculis eius, quasi membrana oui, egredi.

15 Quam apprehendens Tobias traxit ab oculis eius, statimque visum recepit.

Benedictio & laus Dei.

16 Et glorificabant Deum, ipse videlicet & vxor eius, & omnes qui sciebant eum.

D

17 Dicebátque Tobias, Benedico te Domine Deus Israel, quia tu castigasti me, & tu saluasti me: & ecce, ego video Tobiam filium meum.

Post septē dies venit Sara.

18 Ingressa est etiam post septem dies Sara vxor, filii eius, & omnis familia & pecora sana, & cameli, & pecunia multa vxoris, sed & illa pecunia quam receperat à Gabelo: & narrauit parentibus suis omnia beneficia Dei quæ fecisset circa eum per hominem qui eum duxerat.

Congratulantur consobrini Tobiæ.

19 Veneruntque Achior & Nabath consobrini Tobiæ, gaudentes ad Tobiam, & congratulantes ei de omnibus bonis quæ circa illum ostenderat Deus.

20 Et per septem dies epulantes, omnes cum gaudio magno gauisi sunt.

CAPVT XII.

1 Porrò Tobias vocato filio suo Tobia, Dispice, inquit, fili mercedem homini qui te comitatus est atque etiam opus amplior fuerit.

2 At ille, Nihil grauer, inquit, pater ei dare eorum quæ attuli dimidium. [Nam quod præmium demus ei? aut quod beneficiis ipsius dignum possimus ei rependere?]

3 Quandoquidem me tibi reduxit incolumem, & vxoris meæ curam habuit, [fecitque me ipsius compotem, deinde abacto dæmone.

4 Gaudium attulit parentibus eius, & me à faucibus piscis eripuit,] atque attulit argentum meum [à Gabaelo,] tibique sanitatem restituit, [& effecit vt lumen cæli videre possimus, adeo per eum bonis omnibus locupletati.

5 Quid pater nos illi referre dignum possimus? Peto ergo abs te mi pater, vt roges eum an forte dignetur dimidium eorum quæ allata sunt, accipere.]

6 Tum senex, Iure debetur ei, inquit: atque angelo accersito, Accipito dimidium, ait, omnium quæ attulistis, & saluus ito.

7 Et ille seuocatis seorsum ambobus, Deum celebrate, inquit, ipsique gratulamini: magnificate prædicate eum, & coram viuis omnibus quæ vobis præstiterit fatemini. Præclara res est prædicare Deum, & nomen ipsius extollere. Quamobrem facta Dei honorifice celebrate sermonibus, nec dubitatis ei laudes agere.

8 Arcana regis celasse pulchrum est: contrà vero opera Dei palam proferre honorificum. Si quod bonum est exercueritis, malum vobis non accidet.

9 Bonæ sunt preces quæ cum ieiunio, benignitate & iustitia coniunctæ sunt. Parum cum iustitia satius est, quam multum cum iniustitia.[a] Beneficentiam exercere præstat, quam aurum thesauro recondere.[2] Beneficentia vindicat a morte, omneque peccatum expiat, [atque impetrata venia perducet ad vitam æternam.

10 Qui[3] exercent beneficentiam & iustitiam, vitam plene consecuturi sunt. [illegible] sua ipsorum vitæ sunt inimici.

11 Haud ego vos quicquam celauero: [sed dicam quod verum est.] Dixi autem, arcana regis celasse [pulchrum] esse, contra vero opera Dei palam protulisse honorificum.

a vel, erogare in pauperes. Hebraicus codex habet צדקה vt & in sequenti versu.

2 Iustitia enim vindicat a morte, &c.

3 vel, Qui erogant in pauperes &c.

1 Tunc vocauit ad se Tobias filium suum, dixitque ei, Quid possumus dare viro isti sancto, qui venit tecum?

A *Tobias filius patri commemorat beneficia à Raphaele in se collata.*

2 Respondens Tobias, dixit patri suo, Pater, quam mercedem dabimus ei? aut quid dignum poterit esse beneficiis eius?

3 Me duxit & reduxit sanum, pecuniam à Gabelo ipse recepit, vxorem ipse me habere fecit, & dæmonium ab ea ipse compescuit.

4 Gaudium parentibus eius fecit, meipsum à deuoratione piscis eripuit, te quoque videre fecit lumen cæli, & bonis omnibus per eum repleti sumus.

B *Tobias pater, & filius eius offerunt Raphaeli dimidiam partem bonorum suorum.*

5 Quid illi ad hæc poterimus dignum dare? Sed peto te pater mi, vt roges eū, si fortè dignabitur medietatem omnibus quæ allata sunt, sibi assumere.

6 Et vocantes eum, pater scilicet & filius, tulerunt eum in partem: & rogare cœperunt vt dignaretur dimidiam partem omnium quæ attulerant, acceptam habere.

7 Tunc dixit eis occulte, Benedicite Deum cæli & coram omnibus viuentibus confitemini ei, quia fecit vobiscum misericordiam suam.

Aperit eis Raphael omnem gestæ rei & conditionis suæ veritatem.

8 Etenim sacramentū regis abscondere bonū est: opera autē Dei reuelare & confiteri, honorificū est.

9 Bona est oratio cū ieiunio: & eleemosyna magis quā thesauros auri recōdere: quoniā eleemosyna à morte liberat, & ipsa est quæ purgat peccata, & facit inuenire misericordiam & vitam æternam.

C *Oratio. Ieiunium. Eleemosyna.*

10 Qui autem faciunt peccatum & iniquitatem hostes sunt animæ suæ.

11 Manifesto ergo vobis veritatem, & non abscondam à vobis occultum sermonem.

12 Quando

Genr.2.a
Orat et eum qui Deo gratus est, tentatione probari.

12 Quando orabas cũ lachrymis, & sepeliebas
mortuos, & derelinquebas prandiũ tuũ: & mortuos
abscondebas per diem in domo tua, & nocte sepe-
liebas eos, ego obtuli orationem tuam Domino.
13 Et quia acceptus eras Deo, necesse fuit vt ten-
tatio probaret te.
14 Et nunc misit me dominus vt curarem te, &
Saram vxorem filii tui à dæmonio liberarem.
15 Ego enim sum Raphael angelus vnus ex se-
ptem, qui astamus ante Dominum.

Angelus D

16 Cúmque hæc audissent, turbati sunt, & tre-
mentes ceciderunt super terram in faciem suam.

Pax.
Gen.18.a.19.a
Iud.13.a

17 Dixitq; eis angelus, Pax vobis, nolite timere,
18 Etenim cum essem vobiscum, per volunta-
tem Dei eram: ipsum benedicite, & cantate illi.
19 Videbar quidem vobiscum manducare, &
bibere: sed ego cibo inuisibili, & potu, qui ab ho-
minibus videri non potest, vtor.
20 Tempus est ergo vt reuertar ad eum qui me
misit: vos autem benedicite Deum, & narrate om-
nia mirabilia eius.
21 Et cum hæc dixisset, ab aspectu eorum abla-
tus est, & vltra eum videre non potuerunt.
22 Tunc prostrati per horas tres in faciem, be-
nedixerunt Deum: & exsurgentes narrauerunt o-
mnia mirabilia eius.

12 *Ego cum tum [lachrymans,] tum tua Sara ora-*
retis, memoriam precum vestrarum coram illo Sancto
retuli: cumque defunctos sepelires, ego tibi similiter ade-
ram: cum item exsurgere te non piguit, desertoq; prandio
tuo ad [abscondendum interdiu noctuq;] contumulan-
dum defunctum abire, beneficium tuum me nequaquam
latuit sed apud te præsens aderam.
13 *[Sed quia Deo gratus eras, necesse fuit vt tenta-*
tione probareris.]
14 *Itaque me nunc Deus ad medendum tibi simul &*
ad Saram nurum tuam [cacodæmone liberanda] demisit.
15 *Ego sum Raphael vnus è septem sanctis ange-*
lis, qui preces sanctorum referunt, & illius sancta ma-
iestati sunt emissarii.
16 *Tum illi perturbati sunt ambo, proniq; prociderunt*
metu consternati.
17 *At ille, Ne metuatis, inquit, quoniam res vestra*
tranquilla erit: sed Deo gratulamini.
18 *Quia non veni mea gratia, sed eiusdem Dei ve-*
stri voluntate, quapropter ipsum celebrate in omne æuũ.
19 *Omnibus diebus spectrum vobis exhibui. Neque*
enim edebam aut bibebam, sed vobis ita visum est: [nam
ego cibo potuq; sub aspectum cadentibus non vtor.]
20 *Nunc ergo agite Deo gratias, (nam ego ascendo*
ad eum qui misit me,) & scriptis quæ gesta sunt, manda-
te omnia.
21 *Porrò cum surrexissent, nec vsquam iam illū com-*
parerēt 22 *[In faciem prostrati per tres horas Deum laudauere: Cumque exsurrexissent,] opera Dei magna &*
admiranda celebrauerunt, simul & quo pacto visus esset ipsis angelus Domini.

CAPVT XIII.

A
Benedicit Tobias senior Dominum.
Deut.32.f
1.Reg.2.a
Sapient.16.b

1 APeriens autem Tobias senior os suum, bene-
dixit Dominum, & dixit:
2 Magnus es domine in æternũ, & in omnia secula
regnũ tuũ: quoniã tu flagellas & saluas: deducis ad
inferos, & reducis: & nõ est qui effugiat manũ tuã.
3 Confitemini Domino filii Israel, & in conspe-
ctu gentium laudate eum: quoniam ideo dispersit
vos inter gentes, quæ ignorant eum, vt vos enar-
retis mirabilia eius, & faciatis scire eos quia non
est alius Deus omnipotens præter eum.

Deus vnus.
Peccatum.
Misericordia.

4 Ipse castigauit nos propter iniquitates nostras,
& ipse saluabit nos propter misericordiam suam.

B

5 Aspicite ergo quæ fecit nobiscum, & cum ti-
more & tremore confitemini illi: regémque secu-
lorum exaltate in operibus vestris.
6 Ego autẽ in terra captiuitatis meæ cõfitebor illi:
quoniã ostẽdit maiestatem suã in gentẽ peccatricẽ.

Conuersio misericordia.

7 Conuertimini itaq; peccatores & facite iusti-
tiam coram Deo, credentes quod faciat vobiscum
misericordiam suam.
8 Ego autem, & anima mea in eo lætabimur.
9 Benedicite Dominum omnes electi eius: agite
dies lætitiæ, & confitemini illi.

C

10 Ierusalem ciuitas Dei, castigauit te Dominus
in operibus manuum tuarum.

Tobiæ senioris prophetia de reducenda captiuitate in Ierusalem.

11 Confitere Domino in bonis tuis, & benedic
Deum seculorum, vt reædificet in te tabernaculum
suum, & reuocet ad te omnes captiuos, & gaudeas
in omnia secula seculorum.
12 Luce splendida fulgebis, & omnes fines ter-
ræ adorabunt te.

Esa.60.a
Matt.2.a
Act.2.a

13 Nationes ex longinquo ad te venient: & mu-
nera deferentes, adorabunt in te Dominum, & ter-
ram tuam in sanctificationem habebunt. Nomen
enim magnum inuocabunt in te.

1 *SCripsit autem Tobias [senior pronunciatam ore suo]*
[1] meditationem gratulatoriam his verbis:
2 *Celebrandus est Deus ille viuus in æternum, simul*
& regnum ipsius [omnibus seculis.] Quoniam ipse fla-
gellat & miseratur: deducit ad inferos, & reducit, nec est
qui manum eius effugiat.
3 *Huic laudes agite vos posteri Israelis coram genti-*
bus, quoniam ipse vos dispersit in eas. [2] Ibi enarrate ma-
gnificentiam ipsius, & eum apud omnes viuus extollite,
[ac docete nullum esse alium Deum omnipotētem quàm
ipsum.] Nam ipse Dominus & Deus noster est, ipse pater
noster per omnia secula.
4 *Propter nostram iniustitiam flagellabit nos, rursum-*
que miserabitur, & nos ex omnibus gentibus, inter quas
dispersi sumus, congregabit. Si toto corde, totoque animo
ad eum conuersi fueritis, vt integritati coram eo detis o-
peram, Ipse quoque se conuertet ad vos, nec faciem suam
a vobis auertet.
5 *Sed quæ vobiscum agat, videbitis. Gratulamini ipsi*
pleno ore vestro, Dominum iustitiæ celebrate [cum timo-
re ac tremore, operibusq; vestris] extollite regem æterni-
tatis
6 *Ego certè in terra captiuitatis meæ laudes agam ip-*
si gentique peccatis deditæ potentiam eius & magnifi-
centiam edisseram.
7 *In viam redite scelerosi, & exercete coram ipso iu-*
stitiam. Quis scit an voluntatem adiiciat ad vos, tribuat-
que vobis veniam?
8 *Ego extollam Deum meum, & animus meus regē*
cæli gratulabitur.
9 *Omnes magnificentiam ipsius prædicent, [dies lætos*
celebrent,] & laudes agant ei nomine iustitiæ.
10 *Te Hierosolyma sancta ciuitas propter facta*
[3] filiorum tuorum flagellabit, rursum nihilominus filios denuo
miserabitur.
11 *Commemora bonitatem Domini, regemq; seculorũ*
celebra, vt rursum extruatur in te tabernaculum eius cũ
lætitia, & captiuos tuos exhilaret in te, atq; calamitosos in gratiam recipiat in omnes seculorum ætates. 12 *Luce*
splendida fulgebis, & omnes fines terræ adorabunt te. 13 *Ad nomen Domini Dei plurimæ gentes e longinquo ad te*
venient afferentes donaria in manibus, donaria regi cœlesti. Nationes vrbem laudabunt te, tuoque gaudio fruentur. [Adorabunt in te Dominum, terramque tuam habebunt consecratam, nomen enim magnum in te inuocabunt.]

[1] תהלה precationem significat, & omnem consolationem, meditationem, ac disputationem, a פלל iudicauit.
[2] Aliter, vt ibi enarretis.
[3] Aliter, manuum tuarum.

14 Omnes osores tui merebuntur execrationem, [& damnationem omnes impii contumeliosi in te,] omnes autem amantes te felicitatem sempiternam.

15 Lætare & exulta super filiis iustorum: quoniam [fortunati] Dominum nostrum celebratum conuenient.

16 O beatos diligentes te, vt qui voluptatem tranquillitatis tuæ percepturi sint. Beati qui super flagris, quæ passa es, indoluerunt: quoniam tua causa gaudebunt cum viderint omnem gloriam tuam, & in æternum lætabuntur.

17 Anima mea Deum regem illum magnum prædicet. [quoniam Hierosolymam ciuitatem suam liberauit à cunctis afflictionibus ipsius, dominus ille Deus noster.

18 Beatus fuero, si reliquiæ seminis mei superauerint, quæ videant claritatem Hierosolymæ.]

19 Quoniam Jerusalem sapphiro & smaragdo, lapidibusque pretiosis ædificabitur. Auro puro construentur muri tui cum arcibus & propugnaculis.

20 Et plateæ Hierosolymæ beryllo, carbunculo, lapide [4] Ophirio omnes vici eius Halleluia continent, & laudes agentes.

4 Alicubi, ex quo verterunt septuaginta, quod Hebr. est Ophir.

21 Celebrandus Deus, inquient, qui eam per omnia secula sublimem constituit, [vt regni potiatur per omnia secula. Amen.

14 Maledicti erunt qui contempserint te: & condemnati erunt omnes qui blasphemauerint te: benedictique erunt qui ædificauerint te.

15 Tu autem lætaberis in filiis tuis, quoniam omnes benedicentur, & congregabuntur ad Dominum.

16 Beati omnes qui diligunt te, & qui gaudent super pace tua.

17 Anima mea benedic Dominum, quoniam liberauit Jerusalem ciuitatem suam à cunctis tribulationibus eius, Dominus Deus noster.

18 Beatus ero, si fuerint reliquiæ seminis mei ad videndam claritatem Jerusalem.

19 Portæ Jerusalem ex sapphiro & smaragdo ædificabuntur: & ex lapide pretioso omnis circuitus murorum eius. Apoc. 21. e

20 Ex lapide candido, & mundo omnes plateæ eius sternentur: & per vicos eius alleluia cantabitur.

21 Benedictus Dominus qui exaltauit eam vt sit regnum eius in secula seculorum super eam. Amen.

CAPVT XIV.

1 Atque hic finem fecit Tobias gratulandi.

2 [Vixit postquam cæcitate liberatus est, annos quadraginta duos.

3 Et completis annis centum duobus, Niniue honorifice sepultus est.]

4 Cæterum annos natus erat quinquaginta octo cum amisit visum, & eundem post exactos annos octo recepit.

1 Aliter, sex

5 Porro sublenabat inopes, & pergebat Dominum Deum religiose colere atque celebrare.

6 Cum autem ad summam senectutem peruenisset [sub horam mortis] vocato filio suo, & [2] sex ex eo nepotibus, Assume filios tuos, inquit, ô fili. Nam ecce consenui, & iam excessuri vita vicinus sum. [& commigra in Mediam, mi fili [Propetam adest cum interibit Niniue, neque enim verbum Domini interciderit.] Nam [3] persuasa habeo quæ Ionas propheta de Niniue vaticinatus est, vt euertenda sit: in Media vero rei fore ad tempus pacatiorer.

2 Aliter, septem.

3 Vel, intellexi.

7 Quin etiam fratres nostros in orbem ex optima terra esse dispersendos, desolandamque Hierosolymam, & in ea concremandam ædem Dei, ad tempus deserendam. Rursum autem miseratum illos reducturum in patriam: vbi templum extruant, priori tamen dissimile, cum impletum fuerit ad tempus æui illius, quo exacto passim redeant è captiuitate, qui magnifice Hierosolymam ædificent: cum ædes illa Dei præclara ad omnes ætates seculorum structura condetur in ea, quemadmodum de ipsa vaticinati sunt prophetæ, cum omnes gentes se conuertent ad Dominum Deum sincera religione colendum, simulachraque sua defodient, [ac Hierosolymam venient habitatum:] cum Dominum celebrabunt omnes nationes, Deoque populus ipsius gratulabitur:

8 Cum Dominus populum suum euehet, & omnes Domino Deo integritate iustitiaque gratificantes, benignitatémque præstantes fratribus suis lætabuntur.

9 Quamobrem nunc, ô fili, excedas Niniue, nam euenient omnino quæ prædixit Jonas propheta:

1 ET consummati sunt sermones Tobiæ.

2 Et postquam illuminatus est Tobias, vixit annis quadraginta duobus, & vidit filios nepotum suorum.

A

Ætas Tobiæ senioris.

3 Completis itaque annis centum duobus, sepultus est honorifice in Niniue.

4 Quinquaginta namque & sex annorum lumen oculorum amisit, sexagenarius verò recepit.

5 Reliquum verò vitæ suæ in gaudio fuit, & cum bono profectu timoris Dei perrexit in pace.

6 In hora autem mortis suæ vocauit ad se Tobiam filium suum, & septem iuuenes filios nepotes suos, dixitque eis: Propè erit interitus Niniue, non enim excidit verbum Domini: & fratres nostri qui dispersi sunt à terra Israel, reuertentur ad eam.

Tobias moriturus, ad se vocat filium & nepotes: quibus prædicit Niniue destructionem, & Jerusalem restaurationem.

7 Omnis autem deserta terra eius replebitur, & domus Dei, quæ in ea incensa est, iterum reædificabitur: ibique reuertentur omnes timentes Deum, & relinquent gentes idola sua, & venient in Jerusalem, & inhabitabunt in ea: & gaudebunt in ea omnes reges terræ, adorantes Regem Israel.

B

1. Esd. 3. b

8 Audite ergo filii mei patrem vestrum: seruite Domino in veritate, & inquirite vt faciatis quæ placita sunt illi: & filiis vestris mandate, vt faciant iustitias & eleemosynas, vt sint memores Dei, & benedicant eum in omni tempore in veritate, & in tota virtute sua.

Exhortatio ad seruiendum Deo.

Deut. 6. c.

3 Reg. 2. a

Iob 24. c.

C.

9 Nunc ergo filii audite me, & nolite manere hic: sed quacunque die sepelieritis matrem vestram circa me in vno sepulchro, ex eo dirigite gressus vestros vt exeatis hinc.

10 Video enim quia iniquitas eius finem dabit ei.

D

11 Factum est autem post obitum matris suæ, Tobias abscessit ex Niniue cum vxore sua, & filiis, & filiorum filiis, & reuersus est ad soceros suos.

Tobias iunior post obitum matris reuertitur ad soceros.

10 [Et vides fore vt interitum afferat ipsi sua iniquitas.] Tu vero legem præceptaque serues, & misericordem te præbeas & iustum, vt bene tecum agatur [Deum in memoria habeas, & eum omni tempore summoque studio celebres.] Me autem honeste sepelias, & matrem tuam mecum, nec Niniue diutius moremini. Cogitaque, fili, quomodo nutritum suum Achiacharum tractarit Aman, quomodo eum ex luce deduxerit in tenebras, & quam ei gratiam retulerit: cæterum Achiacharum esse seruatum, vicem vero relatam illi, vt in tenebras ipse descenderet. Manasse exercuit misericordiam, & euasit è laqueo mortifero, quem ipsi defixerat. Aman autem incidit in laqueum, ac periit. Quare nunc vide fili, quid faciat misericordia, & qualem se liberatricem iustitia præbeat. Hæc cum dixisset, animam expirauit in lecto. erat ætate annorum centum quinquaginta octo: & ille honorifice sepeliuit ipsum atque item Annam cum mortua esset, sepulchro patrum mandauit:

11 Ipse autem vna cum vxore, liberisque suis ad Raguelem socerum suum migrauit Ecbatana.

12 In-

12 Inueniq; eos incolumes in senectute bona: & curam eorum gessit, & ipse clausit oculos eorũ: & omnem hæreditatem domus [7] Raguelis ipse percepit: viditq; quintam generationem, filios filiorum suorum.

Moritur 99. anno ætatis suæ.

13 Et completis annis nonaginta nouẽ in timore Domini cum gaudio sepelierunt eum.

14 Omnis autem cognatio eius, & omnis generatio eius in bona vita, & in sancta conuersatione permansit, ita vt accepti essent tam Deo, quàm hominibus, & cunctis habitantibus in terra.

12 Cúmq; honorifice consenuisset, soceris suis, [Quemadmodum fines inuenerat, officiúq; fuerat prosecutus) mortuis, glorioseq; sepultis facultatum ipsorum simul & paternarum relictus hæres. 13 Annos [4] centum viginti septem habens Ecbatanis, quæ est vrbs Mediæ, defunctus est, [postquam vidit nepotes suos in quintam vsq; ætatem.] Audiuit autem priusquam moreretur interitum Niniues, quæ à Nabuchodonosore & Assuero capta est. & ante obitum suum super ea gauisus est.

14 [Omnis autem cognatio & progenies ipsius in probitate vitæ, sanctisq; studiis perstitit, adeò vt tam apud Deum quàm apud homines, omnesq; incolas terræ essent gratiosi.]

4 Aliter, nonaginta nouem.

LIBER IVDITH.

B. Hieronymi in librum Iudith præfatio.

Apud Hebræos, liber Iudith inter hagiographa legitur: cuius authoritas ad roboranda illa quæ in contentionem veniunt, minus idonea iudicatur. Chaldæo tamen sermone conscriptus, inter historias computatur. Sed quia hunc librum synodus Nicena in numero sanctarum scripturarum legitur computasse, acquieui postulationi vestræ, imo exactioni: & sepositis occupationibus, quibus vehementer arctabar, huic vnam lucubratiunculam dedi, magis sensum è sensu, quàm ex verbo verbum transferens. Multorum codicum varietatem vitiosissimam amputaui: sola ea, quæ intelligentia integra in verbis Chaldæis inuenire potui, Latinis expressi. Accipite Iudith viduam castitatis exemplum, & triumphali laude perpetuis eam præconiis declarate. Hanc enim non solum fœminis, sed & viris imitabilem dedit, qui castitatis eius remunerator, virtutem ei talem tribuit, vt inuictum omnibus hominibus vinceret, & insuperabilem superaret.

Argumentum in librum Iudith.

Iudith Schimhonitis, Nebucadnezare Babyloniæ Rege per Holofernem potentissimarum copiarum ducem Iudæam infestaturo, & Bethuliam obsidente, ad Holofernẽ proficiscitur in castra eius: fretaq; forma sua elegantia paucos dies intacta ab Holoferne consumẽs, eũ mẽdacio decepit, & de nocte circũuento caput eius præcidit. Quo facto caput ad ciues suos reportans consilium dat eis, quo Assyriis fusis & profligatis, Iudæi liberati sunt, nomen ipsi comparatum & gratiæ cantatæ Domino.

CAPVT I.

Arphaxad cõtra Nabuchodonosor pugnãs, vincitur.

A ARPHAXAD itaq; rex Medorum subiugauerat multas gentes imperio suo, & ipse ædificauit ciuitatem potentissimam, quam appellauit Ecbatanis.

2 Ex lapidibus quadratis, & sectis, fecit muros eius in altitudinem cubitorum septuaginta, & in latitudinem cubitorum triginta:

3 Turres verò eius posuit in altitudinem cubitorum centum.

B

4 Per quadrum verò earum latus vtrumq; vicenorum pedum spacio tendebatur. posuitq; portas eius in altitudinem turrium.

5 Et gloriabatur quasi potens in potentia exercitus sui, & in gloria quadrigarum suarum.

C 6 Anno igitur duodecimo regni sui, Nabuchodonosor rex Assyriorum, qui regnabat in Niniue ciuitate magna, pugnauit contra Arphaxad, & obtinuit eum in campo magno, qui appellatur Ragau, circa Euphraten, & Tigrim, & Jadason in campo Erioch regis Elicorum.

7 Tunc exaltatum est regnum Nabuchodonosor, & cor eius eleuatum est: & misit ad omnes qui habitabant in Cilicia, & Damasco, & Libano:

8 Et ad gentes quæ sunt in Carmelo, & Cedar, & inhabitantes Galilæa in campo magno Esdrelon:

9 Et ad omnes qui erant in Samaria & trans flumen Jordanem vsq; ad Jerusalem, & omnem terram Jesse, quousq; perueniatur ad terminos Æthiopiæ.

D

10 Ad hos omnes misit nuncios Nabuchodonosor rex Assyriorum: qui omnes vno animo contradixerunt, & remiserunt eos vacuos, & sine honore abiecerunt.

11 Tunc indignatus Nabuchodonosor rex ad

CVM Arphaxad (perdomitis multis gentibus, regnum Medorum teneret Ecbatanis.

2 Et lapidibus ternos cubitos latis, longisq; senos cubitos, castimq; desormatis murum altitudine cubitorum septuaginta, [1] quæ quoq; insa verò cubitorum latitudine Ecbatanis circumdedisset.

1 Aliter triginta.

3 Turres item in portis ipsius centorũ cubitorum ad [2] sexagenos cubitos latitudinis fundatas extruxisset singulas:

2 Aliter, vicenos pedes.

4 Cumq; portas ipsius latitudine quadragenos cubitos, ad faciliorem exitum potẽtissimum copiis suis, ordinibusq; peditum trahendam parentes extulisset ad septuagenorum cubitorum altitudinem.

5 (Iamq; quasi confirmatus exercitus sui potentia, magnificentiaq; quadrigarum suarum gloriaretur)

6 Nabuchodonosor rex anno regni sui duodecimo, quo in vrbe amplissima Niniue dominabatur, bello regem eundem Arphaxad adortus est in campo illo spacioso, qui est in finibus Ragau. Cui sociarunt autem se omnes incolæ montanæ regionis, & qui accolebant Euphraten, Tigrim, Hydaspen, & campum Arioch regis Elymæorum, multæq; gentes nationis Chaldæorum iunxere copias.

7 Nabuchodonosor vero rex Assyriorum (auidus imperio, & animo elatus) accersiuit omnis incolas Persidis, tractũmq; occidentalem tenentes omnes, habitatores Ciliciæ, Damasci, Libani & Antilibani.

8 Tum omnes agentes in ora maritima, gentésq; colentes Carmelum, & Gedar, & Galaad, & superiorem Galilæam, & latum agrum Esdrelon:

9 Et item omnes in Samaria, eiúsq; vrbibus, transq; Iordanem, Hierosolymam vsq; & Betanem, & Chellus, & Cades, & flumen Ægypti, & Taphnes, & Ramesse, & vsque ad omnem terram Gesem sedes habentes, vltra Tanim vsq; Memphimq;, omnésq; adeo incolas Ægypti vsq; ad fines Æthiopiæ pertinentes.

10 Omnes illi terrarum istarum habitatores mandatum Nabuchodonosoris regis Assyriorum frustrati sunt, nec arma eum eo consociarunt, quòd non metuerent ipsum, sed vt virum vnicum despicerent: quapropter legatos eius infecta re ignominiose à conspectu suo remisere. 11 Tunc Nabuchodonosor ira vehementi aduersus omnes terras illas commotus, per solium regni sui iurauit, certo se vlturum omnes fines Ciliciæ, Damasci, Syriæq;, terrasq; suo perempturum omnes incolas terræ Moabiticæ, nationes Ammon, Iudæos omnes & Ægyptios, donec ad terminos duorum marium penetrauisset. Suis itaque copiis decertauit aduersus Arphaxad regem, anno decimo septimo: cúmque extitisset prælio superior, omni exercitu Arphaxad, equitatuque eius ac curribus omnibus in fugam versis, & regno

tisq; vrbibus eius Ecbatana vsq; peruasit: tum captis vi turribus vel is, plateisq; peruastatis, decus eius commutauit ignominia: cùmq; ipsum Arphaxad in montibus Ragau assecutus iaculis suis confixisset, postquam, eum illo die toto persecutus profligauit. Niniuen ipse cum omni turba suorum frequentissimaq; virorum bellicosorum multitudine rediit suis, ociaq; ibi conuiuiaq; cum exercitu suo per dies centum viginti agitauit.

omnem terram illam, Iurauit per thronum & regnum suum quod defenderet se de omnibus regionibus his.

CAPVT II.

a Aliter, tertio decimo Nabuchodonosoris regis.

1 POrrò anno[a] octauo decimo die primi mensis vicesima secunda, in domo Nabuchodonosoris regis Assyriorum, habitus est sermo de supplicio ab omni terra, vt locutus ille fuerat expetendo.

2 Cumq; conuocauisset omnes obnoxios sibi, proceresq; suos etiam:

3 Arcanaq; consilii sui contulisset cum ipsis, atque omnem terram malitiam ore suo re etiam expressisset, illi, censuerunt omnes homines imperio oris ipsius non obsecutos esse perimendos.

4 Euenit igitur vt finita consultatione sua Nabuchodonosor rex Assyriorum accersito Holopherne magistro copiarum suarum a se potestate secundo hac edisceret.

5 Hæc imperat rex ille magnus dominus totius terræ, Ecce tu à conspectu meo profectus, adiunges tibi viros robore pollentes pedites ad centum viginti millia, equorumq; cum equitibus millia duodecim, & expeditione inuades omnes terras occidentales, quòd imperio meo non paruerint. Illis denunciabis, vt terras & aquas parent mihi, quia furore meo sum eos inuasurus, omneque solum terræ operturus pedibus copiarum mearum, quibus ipsos daturus sum diripiendos, ita vt saucii valles & torrentes impleant, effusiq; exundet præ cadaueribus ipsorum flumen: captiuos etiam me acturus eorum gentem ex ipsis in vltimas quasq; terras abducturum. Tu verò mihi prægressus præoccupabis omnes fines eorum, & dedentes se tibi in ditionem dispensationi cum ipsis mihi conseruabis: rebelles autem oculo tamen gnosces eius non respicies, quo minus eos in omni terra tua cædi permittas ac diripi omni.

6 [Non parcet vlli regno, sed omnem vrbem munitam ditioni meæ subiges.] Quoniam per vitam meam, regnique mei potentiam quæ locutus sum, mea manu perficiam omnia. Tu verò caue vel vnum mandatorum Domini tui ne prætereas, sed ea quemadmodum præcepi tibi, summa cura confice, nec moram quo minus exequaris ea, interpone.

7 Tum Holophernes à conspectu domini sui egressus, conuocatis omnibus potestatibus, ducibus & copiarum Assyriacarum præfectis, delectum virorum, vt à domino suo mandatum acceperat, in expeditionem habuit, ad centum viginti millia, equitumq; sagittariorum ad millia duodecim: quibus quomodo militares copia digeri solent, instructis, & magna vi camelorum, asinorumq; gestandis sarcinis,

8 Inq; expeditionem ouibus, bobus ac capris innumerabilibus, tum commeatu pro vniuersa multitudine militum comparatu:

9 [Præter frumentum quod ex omni Syria in transitu cogere constituerat.]

10 Simul & auro & argento de domo regia quamplurimo:

1 ANno tertio decimo Nabuchodonosor regis, vicesima & secunda die mensis primi, factum est verbum in domo Nabuchodonosor regis Assyriorum, vt defenderet se.

A Nabuchodonosor terrã orbem sibi subiici per Holofernem mandat.

2 Vocauitq; omnes maiores natu, omnesq; duces, & bellatores suos.

3 Et habuit cum eis mysterium consilii sui. Dixitq; cogitationem suam in eo esse vt omnem terram suo subiugaret imperio.

4 Quod dictum est cum placuisset omnibus, vocauit Nabuchodonosor rex Holofernẽ principem militiæ suæ, & dixit ei:

5 Egredere aduersum omne regnũ Occidentis & contra eos præcipue qui contempserunt imperium meum.

6 Non parcet oculus tuus vlli regno, omnemq; vrbem munitam subiugabis mihi. B

7 Tunc Holofernes vocauit duces, & magistratus [a] virtutes Assyriorum: & dinumerauit viros in expeditionem, sicut præcepit ei rex, centum viginti millia peditum pugnatorum, & equites sagittarios duodecim millia.

a virtutis.

8 Omnémq; expeditionem suam fecit præire in multitudine innumerabiliũ camelorum, cum his quæ exercitibus sufficerent copiose: boum quoque armenta, gregesque ouium, quorum non erat numerus.

9 Frumentum ex omni Syria in transitu suo parari constituit.

10 Aurum verò & argentum, de domo regis assumpsit multum nimis. C

11 Et profectus est ipse & omnis exercitus, cum quadrigis et equitibus, & sagittariis: qui cooperuerunt faciem terræ, sicut locustæ.

12 Cumq; pertransisset fines Assyriorũ, venit ad magnos montes Ange, qui sunt a sinistro Ciliciæ: ascenditque omnia castella eorum, & obtinuit omnem munitionem.

13 Effregit autem ciuitatem opinatissimam Melothi, prædauitq; omnes filios Tharsis & filios Ismahel, qui erant contra faciẽ deserti, & ad austrum terræ Cellon.

14 Et transiuit Euphraten: & venit Mesopotamiam: & fregit omnes ciuitates excelsas quæ erãt ibi, à torrente Mambre vsquequo perueniatur ad mare: & occupauit terminos eius a Cilicia vsq; ad fines Japhet, qui sunt ad austrum. D

15 Abduxitq; omnes filios Madian, & prædauit omnem locupletationem eorum, omnesq; resistentes sibi occidit in ore gladii.

11 Ipse cum omnibus copiis suis se commisit itineri, vt regem Nabuchodonosorem progressus omne solum occidentalium terrarum curribus & equitibus, delectisq; peditibus suis operiret. Profectum est autem cum eis promiscuum vulgus frequentissimum instar locustarum, & arena terræ, cum neq; enim erat multitudo eius numerabilis.

12 Cum ergo triuum à Niniue dierum profectione in planitiem campestre Bectileth peruentum esset, à Bectileth ad montem [Ange] a sinistra Ciliciæ superiorum situm, castris promotis, indéq; assumptis omnibus copiis suis pedestribus & equestribus cum curribus perrexit in montanam regionem, castellaq; omnia castellis munita.

13 Munitionibusq; expugnatis in vrbem celeberrimam Melothum irrupit, filiosq; Rasis & Ismael depopulatus est, omnesq; populos[a] Rasis & Ismael versus desertum ad austrinum Chaldæorum latus habitantes depopulatus est.

a Aliter, Tharsis
b Aliter, Mambre.

14 Deinde Euphrate traiecto, transiit per Mesopotamiam, & omnes vrbes excelsas ad Torrentem[b] Arbonai sitas euertens, ad mare vsq; penetrauit, subegitq; fines Ciliciæ, & omnes sibi resistentes contriuit. Porro autem peruasit ad fines Japhet, obuersos Austro, Arabiaq;.

15 Omnesq; populos Madian obeundo tabernacula ipsorum incendit omnia, casasq; peruastauit

16 Et

16 Et post hæc descendit in campos Damasci in
diebus messis, & succendit omnia sata, omnesque ar-
bores & vineas fecit incidi: & cecidit timor illius
super omnes inhabitantes terram.

16 *Tum descendit in campos Damasci tempore mes-*
sis triticeæ, ignique omnibus agris eius illato, [succisisque vi-
neis & arboribus,] greges & armenta absumpsit, & vrbes
eius deprædatus, ac populatus agros, iuuenes eius & om-
nes occidit acie gladii. Ingruit ergo metus & terror ipsius incolentes oram maritimam Sidonios ac Tyrios, atque
item in omnes incolas Sur & Ocina, & Iemnaan, ciuesque Azoti & Ascalonis illum vehementer expauescebant.

CAPVT III.

Reges se vltro Holoferni dedunt: attamen cunctarum regionum aras subuertit.

A 1 TVnc miserunt legatos suos vniuersarum vr-
bium, ac prouinciarum reges ac principes.
Syriæ scilicet & Mesopotamiæ, & Syriæ Sobal, &
Libyæ, atque Ciliciæ,
2 Qui venientes ad Holofernem, dixerunt, De-
sinat indignatio tua circa nos.
3 Melius est enim vt viuentes seruiamus Nabu-
chodonozor regi magno, & subditi simus tibi,
quàm morientes cum interitu nostro ipsi seruitutis
B nostræ damna patiamur.
4 Omnis ciuitas nostra, omnisque possessio, om-
nes montes, & colles & campi, & armenta boum,
gregesque ouium & caprarum, equorumque & ca-
melorum, & vniuersæ facultates nostræ atque fa-
miliæ in conspectu tuo sunt. sint omnia nostra sub
lege tua.
5 Nos etiam & filii nostri, serui tui sumus. Veni
nobis pacificus Dominus, & vtere seruitio nostro
sicut placuerit tibi.
6 Tunc descendit de montibus cum equitibus
in virtute magna, & obtinuit omnem ciuitatem, &
C omnem inhabitantem terram.
7 De vniuersis autem vrbibus assumpsit sibi au-
xiliarios viros fortes, & electos ad bellum.
8 Tantusque metus prouinciis illis incubuit, vt
vniuersarum vrbium habitatores principes, & ho-
norati simul cum populis exirent ei obuiam ve-
nienti, excipientes eum cum coronis, & lampadi-
bus ducentes choros in tympanis & tibiis.
9 Nec ista tamen facientes, ferocitatem eius pe-
ctoris mitigare potuerunt.
10 Nam & ciuitates eorum destruxit, & lucos
eorum excidit.
11 Præceperat enim illi Nabuchodonozor rex,
vt omnes deos terræ exterminaret, videlicet vt ipse
solus diceretur deus ab his nationibus quæ potuis-
D sent Holofernis potentia subiugari.
12 Pertransiens autem Syriam Sobal, & omnem
Apameam, omnemque Mesopotamiam, venit ad
Idumæos in terram Gabaa, accepitque ciuitates eo-
rū, & sedit ibi per triginta dies, in quib⁹ diebus ad-
unari præcepit vniuersum exercitum virtutis suæ.

1 *MIserunt itaque [reges omnium vrbium ac prouin-*
ciarum, & principes Syriæ, Mesopotamiæ, Syriæ
Sobal, Lydiæ, Ciliciæque,] legatos ad ipsum.
2 *Qui pacem in hæc verba peterent: Ecce nos serui*
Nabuchodonozoris magni regis tibi ante oculos coram
sumus propositi, vt nobiscum agas prout tibi visum fue-
rit. [Desine nobis indignari.
3 *Præstat enim nos seruire magno regi Nabuchodono-*
zori, tibique parere viuos quàm morientes vnà cum ser-
uitutis interitu perniciem incurrere.]
4 *Ecce domicilia nostra [cum montibus & collibus,]*
totusque ager noster, & campus frumentarius, tum gre-
ges [tam ouium quàm caprarum,] & armenta [boum,
equorum, ac camelorum,] omniaque septa stabulorum no-
strorum, [omnes facultates & familia nostra] in potesta-
te tua sunt: quod tibi libuerit, facias.
5 *Ecce etiam vrbes nostræ & ciues earum serui tui*
sunt. Veniens ita te geras erga illos, vt tibi visum fuerit
commodum.
6 *Cum verò hi viri peruenissent ad Holophernem, &*
hæc ei mandata exposuissent: ille cum copiis suis descendit
ad oram maritimam, & vrbes excelsas illas muniuit præ-
sidiis, atque ex omnibus delectum egit virorum auxi-
liarium.
7 *Tum illi [vniuersi ciues vrbium illarum, principes*
ac proceres vna cum populis perculsi metu,]
8 *Totaque circumiacens regio cum coronamentis &*
choreis, tympanisque eum excipere [obuiam egressi cum
lampadibus & tibiis:]
9 *Ipse verò deuastare omnes fines eorum, lucósque*
succidere.
10 *[Adeo animi ferocitatem eius, quamuis hæc face-*
rent, mitigare non potuerunt.]
11 *Erat enim decretum ei [ex mandato regis Nabu-*
chodonozoris,] disperdere omnes deos terræ, vt omnes gen-
tes colerent ipsum solum & Nabuchodonosorem, linguæque
simul & nationes omnes Deum ipsum salutarent.
12 *Porrò autem [cum Syriam Sobal transiisset, &*
omnem Apameam, Mesopotamiamque, ad Idumæam]
venit in conspectum Esdraelon [1] prope Dotaim, [1] quæ est 1 Aliter, πλησίον
ex aduersum [2] aditus [2] magni Iudææ, & inter Gaba & τῆς Ἰουδαίας.
Scythopolim castrametatus, totum mensem ibi [captis 2 τοῦ πρίονος
vrbibus illis,] moratus est, dum vasa copiarum suarum videtur signifi-
omnia colligeret. care quod est

חרוץ Hebræis, quod alibi serrâ interpretantur vt Esai. 28.g. & potest significare aditum inter montes angustū q.d. rupturam.

CAPVT IIII.

Filii Israel Holofernem timētes hortatu Eliachim Dominum implorat.

A 1 TVnc audientes hæc filii Israel, qui habitabant
in terra Iuda, timuerunt valde à facie eius.
2 Tremor etiam & horror inuasit sensus eorum,
ne hoc faceret Ierusalem & templo Domini, quod
fecerat cæteris ciuitatibus & templis earum.
3 Et miserunt in omnem Samariam per circui-
tum vsque Iericho, & præoccupauerunt omnes
vertices montium.
4 Et muris circumdederunt vicos suos, & con-
gregauerunt frumenta in præparationem pugnæ.
5 Sacerdos etiam Eliachim scripsit ad vniuersos
qui erant contra Esdrelon, quæ est contra faciem
campi magni, iuxta Dothain, & vniuersos per quos
viæ transitus esse poterat, vt obtinerēt ascēsus mōtiū
B per quos via esse poterat ad Ierusalem, & illic cu-
stodirent vbi angustū iter esse poterat inter mōtes.

1 *TVm incolentes Iudæam Israelitæ, postquam audie-*
runt quæ omnia Holophernes magister copiarum
Nabuchodonozoris regis Assyriorū designauisset in gentes
vtque omnia illarum templa deprædatus deleuisset.
2 *Timuerunt ab eo vehementer, & propter Ierusalem*
templumque Domini Dei sui perturbati sunt, [ne in hæc
admitteret, qualia in alias vrbes templaque earum exem-
pla ediderat.] quoniam recenter redierant è captiuitate,
& nuper vniuersus populus conuentum è Iudæa celebra-
uerat, vasaque simul & altare cum templo fuerant à pro-
fanatione expiata.
3 *Ergo in omnes fines ac vicos Samariæ, & Bethoron,*
& Belmen, & Iericho, & Choba, & Esora, atque in val-
lem Salem demiserunt, qui præoccuparent montium excel-
sorum iuga omnibus,
4 *Vicos ibi muro concluderent, & annonam in appa-*
ratum belli reconderent: nam messis recens facta erat in agris ipsorum. 5 *Scripsitque Ioachim [1] pontifex, qui tum* 1 aliter, Elia-
temporis Hierosolymis erat, ad incolas Bethuliæ & Bethomesthæ, quæ ex aduersum Esdraelon sita est in prospectu campi chim.
vicini Dothain, iubens vt insiderent ascensus montium, quibus in Iudæam pateret introitus, & subeuntes illos prohi-
bere facile esset, binorum ad summum virorum capaci transitus angustia.

6 Fecerunt igitur Israëlitæ vt constituerat ipsis sacerdos Ioachim: senatus autem vniuersi populi Israëlitici, qui consederat Hierosolymis.

7 Omnesque viri Israëlitici Deum magna contentione inuocare, vitam suam perquam rigide, [ieiuniis & precationibus,] vnaque cum vxoribus, liberis, iumentis inquilinis omnibus, mercenariis, mancipiisque suis,

8 Lumbos suos ciliciis accingere: virique ac mulieres omnes, vna cum liberis, ciuesque Hierosolymitani ante ² templum prostrati, conspersis puluere capitibus, in conspectu Domini cilicia prætendere: tum etiam ipsum altare cingere cilicio.

2 Partem templi quæ היכל dicitur.

9 Et implorare Deum contentione vnanimi, ne direptioni liberos suos aut vxores prædæ, aut excidio vrbes suas hæreditarias, sacra ne profanationi ludibrioque, quod oblectationi foret gentibus, vellet exposita.

10 [Ipse quoque summus Domini pontifex Ioachim Israëlitas omnes obambulando verbis animabat dictitans.

11 Scitote Dominum preces vestras exauditurum, si constanter in ieiuniis & precationibus coram ipso perstiteritis.

12 Mementote serui Domini Moysis, qui Amalec confisum robore potentia, exercitu, clypeis, curribus, equitibusque suis, non ferro pugnando, sed sanctis precibus instando debellauit.

13 Idem accidet omnibus hostibus Israëlitarum, si in instituto perseueraueritis.

14 Hac cohortatione confirmati in precibus ad Dominum erant assidui.] Exaudiuit itaque Deus preces eorum, & respexit afflictionem, populo ante sanctuaria omnipotentis Domini dies complures agente in luctu per totam Iudæam & Hierosolymam. Ioachim autem summo pontifice, & qui astabant coram Domino sacerdotibus omnibus, iisque qui ministerio Domini fungebantur, accinctis circa lumbos suos ciliciis, holocaustumque illud perenne sacrificantibus, vnaque cum votiuis ³ voluntariisque populi donariis, ac conspersis puluere mitris suis, Dominum summopere implorantibus, vt omnem domum Israëliticam benigne respiceret.

3 vel, gratuitis

6 Et fecerunt filii Israel secundum quod constituerat eis sacerdos Domini Eliachim.

7 Et clamauit omnis populus ad Dominum instantia magna, & humiliauerunt animas suas in ieiuniis & orationibus, ipsi & mulieres eorum.

Oratio continua in tribulatione cum ieiunio.

8 Et induerunt se sacerdotes ciliciis, & infantes prostrauerunt contra faciem templi Domini, & altare Domini operuerunt cilicio.

9 Et clamauerunt ad Dominum Deum Israel vnanimiter, ne darentur in prædam infantes eorum, & vxores eorum in diuisionem, & ciuitates eorum in exterminium, & sancta eorum in pollutionem, & fierent in opprobrium gentibus. C

10 Tunc Eliachim sacerdos Domini magnus circumiuit omnem Israel, allocutúsque est eos, dicens,

11 Scitote quoniam exaudiet Dominus preces vestras, si manentes permanseritis in ieiuniis & orationibus in conspectu Domini.

12 ‖ Memores estote Moysi serui Domini, qui Amalec confidentem in virtute sua, & in potentia sua, & in exercitu suo, & in clypeis suis, & in curribus suis, & in equitibus suis, non ferro pugnando, sed precibus sanctis orando deiecit.

Exod.17.d *Oratione vincitur Amalec.* D

13 Sic erunt vniuersi hostes Israel, si perseueraueritis in hoc opere quod cœpistis.

14 Ad hanc igitur exhortationem eius deprecantes Dominum, permanebant in conspectu Domini, ita vt etiam hi qui offerebant Domino holocausta, præcincti ciliciis offerrent sacrificia Domino, & erat cinis super capita eorum. Et ex toto corde suo omnes orabant Deum, vt visitaret populum suum Israel.

CAPVT V.

1 Cum autem Holopherni copiarum Assyriacarum magistro nunciatum esset, bellum apparare Israëlitas, transitibusque montium interclusis, ac cinctis eorum munitis omnibus, editissima campi occupauisse, exarsit furore vehementi, omnibusque principibus Moab, & ducibus Ammon, atque omnibus præfectis oræ maritimæ conuocatis,

2 Exponite mihi tandem, inquit, vos Chananæi, quis sit populus iste montanam regionem insidens, quas, [quales & quantas] vrbes habitet, quanto polleat copiarum numero, in qua re consistat robur ipsius & potentia, quisnam rex eius, aut militiæ dux sit constitutus, aut quo motus consilio mihi non ante omnes Occidentalium terrarum incolas processerit obuiam, [pacificeque nos exceperit.]

3 Tum Achior dux omnis nominis Ammonitici respondit illi

4 Rem quæso ex ore serui sui Dominus meus accipiat. Etenim vera tibi narrabo de populo hoc montanam istam regionem tibi vicinam incolente, nec proferetur ore serui tui mendacium.

5 Populus hic à Chaldæis est oriundus,

6 Et primum vsus hospitio Mesopotamiæ, quòd deos paternos suos, qui in terra Chaldæorum colebantur, sequi recusaret.

7 Cum ergo declinasset de via parentum suorum, [quæ in multitudine deorum sita erat,] & Deum cæli, Deum sibi notum adoraret, è conspectu deorum illorum eiectus profugit in Mesopotamiam: vbi cum hospitio longo tempore vsus est, donec iussit eum Deus ipsius demigrare peregrinitate sua, & proficisci in terram Chanaan

8 Ibi habitauit, & magna tam auri quàm argenti iumentorumque locupletatus accessionibus descendit in Ægyptum, quod fames occupasset totam terram Chanaan, & consedit ibi [per quadringentos annos,] donec cœpit ⁴ dinumerari. Nam cum ibi vehementer aucti essent, & iam numerum genus ipsorum excederet.

4 διεγράφησαν

1 Nunciatúmque est Holoferni principi militiæ Assyriorum, quòd filii Israel præpararent se ad resistendum, ac montium itinera conclusissent: & furore nimio exarsit in iracundia magna: vocauitque omnes principes Moab & duces Ammon, & dixit eis,

A *Holofernes interrogat de progenie Iudæorum.*

2 Dicite mihi quis sit populus iste, qui montana obsidet: aut quæ, & quales, & quantæ sint ciuitates eorum: quæ etiam sit virtus eorum, aut quæ sit multitudo eorum, vel quis rex militiæ illorum: & quare præ omnibus qui habitant in Oriente, isti contempserunt nos, & non exierunt obuiam nobis, vt susciperent nos cum pace.

3 ‖ Tunc Achior dux omnium filiorum Ammon respondens, ait,

Achior narrat Holoferni omnia quæ Deus egerit cum populo Israëlitico Iudith.11.b

4 Si digneris audire Domine mi, dicam veritatem in conspectu tuo de populo isto, qui in montanis habitat, & non egredietur verbum falsum ex ore meo.

5 Populus iste ex progenie Chaldæorum est. B

6 ‖ Hic primum in Mesopotamia habitauit, quoniam noluerunt sequi deos patrum suorum, qui erant in terra Chaldæorum. Gen.11.d

7 Deserentes itaque ceremonias patrum suorum, quæ in multitudine deorum erant, vnum Deum cæli coluerunt, qui ‖ & præcepit eis vt exirent inde, ‖ & habitarent in Charan. Gen.12.a Gen.46.a

8 Cúmque operuisset omnem terram fames, descenderunt in Ægyptum, illícque per quadringentos annos sic multiplicati sunt, vt dinumerari eorum non posset exercitus. Gen.41.g

9 Cumq.

9 Cumque grauaret eos rex Ægypti, atque in ædificationibus vrbiũ suarum in luto & latere subiugasset eos, clamauerunt ad Dominum suum, & percussit totam terram Ægypti plagis variis.

Exod. 14. c. 10 ‖ Cumq; eiecissent eos Ægyptii à se: & cessasset plaga ab eis, & iterũ eos vellẽt capere, & ad suũ seruitium reuocare, fugientibus his Deus cæli mare aperuit, ita vt hinc inde aquæ quasi murus solidarẽtur, & isti pede sicco fundum maris perambulando transirent.

11 In quo loco dũ innumerabilis exercitus Ægyptiorum eos persequeretur, ita aquis coopertus est, vt non remaneret vel vnus qui factum posteris nunciaret.

12 ‖ Egressus etiam mare rubrum, deserta Sina

Exod. 16. c. montis occupauerunt, in quibus nunquam homo habitare potuit, vel filius hominis requieuit.

C 13 Illic fontes amari obdulcati sunt eis ad bibẽdum, & per annos quadraginta annonam de cælo consecuti sunt.

14 Vbicunq; ingressi sunt sine arcu & sagitta, & absq; scuto & gladio, Deus eorum pugnauit pro eis, & vicit.

15 Et nõ fuit qui insultaret populo isti, nisi quando recessit à cultu Domini Dei sui.

16 Quotiescunq; autem præter ipsum Deum suum, alterũ coluerũt, dati sunt in prædam, & in gladium, & in opprobrium.

17 Quotiescunq; autem pœnituerunt se recessisse à cultura Dei sui, dedit eis Deus cæli virtutem resistendi.

18 Denique ‖ Chananæum regem, & Jebusæ-

Iosu. 12. c. um, & Pherezæum, & Hethæum, & Amorrhæum, & omnes potentes in Hesebon prostrauerunt, & terras eorum & ciuitates eorum ipsi possiderunt:

19 Et vsq; dum non peccarent in conspectu Dei sui, erant cum illis bona. Deus enim illorum odit iniquitatem.

Iudic. 2.3.4. 4. Reg. 25. a. 20 ‖ Nam & ante hos annos cum recessissent à via quam dederat illis Deus, vt ambularent in ea, exterminati sunt prælis à multis nationibus, & plurimi eorum captiui abducti sunt in terram non suam.

1. Esd. 1. a. D 21 ‖ Nuper autem reuersi ad Dominum Deum suum, ex dispersione qua dispersi fuerãt, adunati sunt, & ascenderunt montana hæc omnia, & iterũ possident Jerusalem, vbi sunt sancta sanctorum.

22 Nunc ergo mi domine, perquire si est aliqua iniquitas eorum in conspectu Dei eorũ, & ascendamus ad illos: quoniam tradẽs tradet illos Deus eorum tibi, & subiugati erunt sub iugo potentiæ tuæ.

23 Si vero non est offensio populi huius coram Deo suo, non poterimus resistere illis: quoniam Deus eorum defendet illos, & erimus in opprobrium vniuersæ terræ.

24 Et factũ est cum cessasset loqui Achior verba hæc, irati sunt omnes magnates Holofernis, & cogitabant interficere eum dicẽtes ad alterutrum,

25 Quis est iste, qui filios Israel posse dicat resistere regi Nabuchodonosor & exercitibus eius, homines inermes, & sine virtute, & sine peritia artis pugnæ?

26 Vt ergo agnoscat Achior quoniam fallit nos, ascendamus in montana: & cum capti fuerint potentes eorum, tunc cum eisdem gladio transuerberabitur: vt sciat omnis gens, quoniam Nabuchodono-

Blasphemia. sor deus terræ est, & præter ipsum alius non est.

9 Commotus aduersus eos rex Ægypti, dolo circumuentos labore & opere lateritio [vrbibus ædificandis] affligens, sibiq; seruos adsciuit. Cum ergo Deum suum implorauissent, & is totam terram Ægyptiacam cladibus affecisset insanabilibus:

10 Ægyptii eos à conspectu suo eiecerunt, [cladibusq; liberati rursum persecuti sunt eosdem, vt eos retraherent in seruitutem.] Tum Deus ille mare rubrum desiccauit coram eis, & aquas instar muri statuit vtrinq;, vt hi pede sicco permearent vada maris.

11 Eodemq; in loco innumerabilis persequentiũ Ægyptiorũ exercitus aquis obrueretur, ita vt ne vnus quidem euaderet, qui rem narraret posteris:]

12 Atq; ita eos ad montem Sina Cadesq; Barne traduxit, [per loca hominis inhabitabilia,

13 Vbi fontes amari ad potum edulcati fuerunt, perq; annos quadraginta exhibita de cœlo cibaria.] Hi eiectis omnibus incolis deserti, subsedere in terra Amorrhæorũ. Cumq; omnes incolas Esebon profligassent, transgressi Jordanem, montanam regionem omnem possedere.

14.15 Quacunq; ingrediebantur, idq; sine arcu, sagitta, scuto, gladio, Deus ipsorum pugnabat pro ipsis, ac vincebant.]

18 Iidem Chananæo, & Pherezæo, & Jebusæo, & Sichem, omnibusq; Gergesæis ac potentibus Hesebon, præ se exactis terram illam longo tempore tenuerunt.

17. 19 Et quamdiu quidem in Deum suum non peccabant, egêre fœliciter (quod Deus ille odio prosequens iniustitiam, fauerat eis:)

16. 20 Vbi autem à via quam præscripserat eis deflexêre, [præterq; eum deum coluere alium,] multis bellis supra modum attriti sunt, [atq; expositi prædæ, cædi, ludibrio,] & captiui in terram alienam abducti, tum templum Dei ipsorum solo æquatum est, vrbesque eorum ab hostibus occupatæ.

21 Nunc autem ad Deum suum conuersi à dispersione qua disiecti fuerant, se recepêre: & Hierosolyma sede religionis suæ recuperata, in montana regione, quæ deserta fuerat, denuo consedere. Nam quotiescunq; ipsos deserta religionis Dei sui pœnituit, confirmauit eos idem Deus cæli ad subsistendum.

22 Nunc ergo dominator domine, an quis in hoc populo sit error quo peccet in Deum suum, explorem. Nam si erit ei offensionis, & ascendemus, eumq; debellabimus [Omnino enim Deus illorum in manus tuas tradet eos, & iugo potentiæ tuæ subiicientur.]

23 Sed si nulla est in hac gente iniustitia: prætereat Dominus meus, ne forte Domino & Deo ipsius defensitãte protecta, nos totius orbis vituperationem subeamus.

24 His habitis sermonibus, conticuisset Achior, vniuersus qui tabernaculum circumstabat populus fremere, & proceres Holophernis, omnesq; oram maritimam, & Moab incolentes concidendum esse ipsum clamitare, [ac dicere.

25 Quis est iste qui homines inermes Israelitas & imbelles, artisq; militaris expertes, affirmat regi Nabuchodonosori & copiis eius posse resistere?] Non enim conspectum Israelitarum expauescemus, cum ecce populus sit imbellis, nulloque aduersus validam aciem robore.

26 Quapropter ascendamus, [vt sciat Achior se falsa ferre nobis, & ex interfectis potentibus illorum, cum eisdem transuerberetur gladio, vt sciant omnes gentes dominum terræ esse Nabuchodonosorem, nec præter eum alium,] siquidem illos exercitus tuus omnes, ô domine Holopherne, absorpserit.

CAPVT VI.

1 Factum est autẽ cum cessassent loqui, indignatus Holofernes vehementer, dixit ad Achior.

1 Postquam ergo fremitus virorum consessum illorum circumstantium sedatus est, Holophernes copiarum Assyriacarum magister, coram omni alienigenarum populo, Moabitis & stipendiis mercantibus Ephraim, Achiorem sic est alloquutus.

2 Quis tandem es tu Achior, qui prophetam egeris inter nos hodie, & genus Hierosolymitanum bello inuictum esse dixeris, quod Deus ipsum defendat illud? tanquam quis Deus sit præter Nabuchodonosorem?

3 Hic missa potentia sua, de solo terræ delebit illos, nec tuebitur eos Deus ipsorum: sed nos serui eius perinde ac virum vnum eos delebimus, nec illi vim equorum nostrorum sustinere poterunt.

4 His enim eos proculcabimus, & montes eorum sanguine ipsorum inundabuntur, campiq; implebuntur cadaueribus, nec vestigio pedum suorum sustinebunt conspectum nostrum, vt quibus clade pereundum esse dixerit rex ille Nabuchodonosor dominus totius terræ. Nequid, inquit, dictorum meorum cadat ad irritum.

5 Tu vero Achior, qui stipendia meres Ammonitis, quandoquidem sermones hos die iniustitia tua protulisti, ex hoc ia inde die in conspectum meum non venies donec profectorum ex Ægypto genus istorum vltus fuero. Tum ferrum exercitus mei, populusq; mihi seruiens perfodiet latera tua, & cades inter cæsos illos, cum eos in fugam conuertero. Serui enim mei te in montanam regionem abductum collocabunt in aliqua vrbium, quæ sunt in ascensu, nec interibis prius quam vna cum illis extinguaris. Quod si spem alis animo, non fore vt expugnentur illi, non est cur vultu sis adeo consternato, [pallorem qui faciem tuam obtinet, excute, si hæc verba mea non putas effectum consecutura.] Dixi, nec quicquam dictorum meorum intercidet.

6 Imperauit ergo Holophernes seruis suis tabernaculo suo astantibus, vt comprehensum Achiorem abducerent ad Bethlehem, & eum traderent in manus Israelitarum.

7 Tum serui eius arreptum Achiorem, & in medium campum extra castra eductum, in montanam inde regionem asportauerunt. Cumque peruenissent ad fontes Bethuliæ subiectos, conspicati eos in vertice montis oppidani, acceptis armis suis & funditoribus omnibus, in fastigium montis ex oppido contendere, ascensuq; occupato lapidibus illos protelare.

8 Subierunt itaq; montem hi, & cum Achiorem vinculis [manibus ac pedibus in eculeo ad arborem] constrinxissent, sub radice montis deseruerunt iacentem, & ad dominum suum reuersi sunt.

9 Israelitæ autem cum ex oppido suo descendissent, circumstantes soluerunt eum abductumque Bethuliam, statuerunt principibus oppidi:

10 Qui tum temporis erant, Ozias Michæa natus è tribu Simeon, & Chabris Gothonielis, Charmisq; Melchielis filius.

11 Hi cum conuocassent omnes seniores oppidanos, iuuenesq; omnes ipsorum, simul & mulieres concurrissent in concionem, Ozias Achiorem in medio totius populi constitutum, super eo quod acciderat, interrogauit. Tum respondens Achior res actas in consessu coram Holopherne, & sermones à se inter principes Assyrios habitos, & quæcunque contra templum Hierosolymitanum superbe gloriatus esset Holophernes, ijs is exposuit. [Se pene propter sermones suos a populo Holophernis interfectum, atq; ab irato Holopherne Israelitis tradi iussum, vt victis ipsis, se quoq; varijs curaret excruciandum suppliciis, quod dixisset:

12 Deus cœlestis defensor est ipsorum.]

13 Procidit itaq; populus vniuersus, & Deum adorantes implorauit [cum lamentis & fletu] dicens:

14 Intuere Domine Deus cælestis arrogantiam istorum generisq; nostri supplicis miserere, & respice hodie faciem eorum qui tibi consecrati sunt, [tum declara te nunquam deserere eos qui spem in te collocarint, sua vero virtute gloriantes, & seipsis fretos deprimere.]

15 Achiorem autem consolati sunt, & collaudauerunt vehementer, [ac dixerunt:

16 Deus patrum nostrorum, cuius tu prædicasti virtutem, hanc tibi vicem rependet, vt illorum tu potius interitum videas.

2 Quoniam prophetasti nobis, dicens: quòd gens Israel defendatur à Deo suo, vt ostendam tibi quoniam nō est Deus, nisi Nabuchodonosor: cum percusserimus eos omnes sicut hominem vnum, tunc & ipse cum illis Assyriorum gladio interibis, & omnis Israel tecum perditione disperiet: & probabis quoniam Nabuchodonosor Dominus sit vniuersæ terræ.

3 Tuncq; gladius militiæ meæ transiret per latera tua, & confixus cades inter vulneratos Israel, & non respirabis vltrà, donec extermineris cum illis.

4 Porrò autem si prophetiam tuam veram existimas, non concidat vultus tuus: & pallor qui faciem suam obtinet, abscedat à te, si verba mea hæc putas impleri non posse.

5 Vt autem noueris quia simul cum illis hęc experieris, ecce ex hac hora illorum populo sociaberis: vt dum dignas mei gladii pœnas exceperint, ipse simul vltioni subiaceas.

6 Tunc Holofernes præcepit seruis suis vt comprehenderent Achior, & perducerēt eum in Bethuliam, & traderent eum in manus filiorum Israel.

7 Et accipientes eum serui Holofernis, profecti sunt per campestria: sed cum appropinquassent ad montana, exierunt contra eos tundibulatii.

8 Illi autem diuertentes à latere montis, ligauerunt Achior ad arborem manibus & pedibus, & sic vinctum de restibus dimiserūt eum, & reuersi sunt ad dominum suum.

9 Porrò filii Israel descendentes de Bethulia, venerunt ad eum. Quem soluentes duxerunt ad Bethuliam, atq; in medium populi illum statuentes, percunctati sunt quid rerum esset quòd illum vinctum Assyrii reliquissent.

10 In diebus illis erant illic principes, Ozias filius Micha de tribu Simeon, & Charmi, qui & Gothoniel.

11 In medio itaq; seniorum, & in conspectu omnium, Achior dixit omnia quæ locutus ipse fuerat ab Holoferne interrogatus: & qualiter populus Holofernis voluisset propter hoc verbum interficere eum, & quemadmodum ipse Holofernes iratus iusserit eum Israelitis hac de causa tradi: vt dū vicerit filios Israel, tunc & ipsum Achior diuersis iubeat interire suppliciis, propter hoc quòd dixisset:

12 Deus cæli defensor eorum est.

13 Cumq; Achior vniuersa hæc exposuisset, omnis populus cecidit in faciem, adorantes Dominum, & communi lamentatione & fletu vnanimes preces suas Domino effuderunt, dicentes:

14 Domine Deus cæli & terræ, intuere superbiam eorum, & respice ad nostram humilitatem, & faciem sanctorum tuorum attende, & ostēde quoniam non derelinquis præsumentes de te: & præsumētes de se, & de sua virtute gloriātes, humilias.

15 Finito itaq; fletu, & per totum diem oratione populorum completa, consolati sunt Achior, dicentes:

16 Deus patrum nostrorum, cuius tu virtutem prædicasti, ipse tibi hanc dabit vicissitudinē, vt eorum magis tu interitum videas.

17 Cum verò Dominus Deus noster dederit hāc libertatem seruis suis, sit & tecum in medio nostri: vt sicut placuerit tibi, ita cum tuis omnibus conuerseris nobiscum.

18 Tunc Ozias, finito consilio, suscepit eum in domum suam, & fecit ei cœnam magnam.

19 Et vocatis omnibus presbyteris, simul expleto Ismnio refecerunt.

17 Cum vero Dominus Deus noster donarit hac libertate seruos suos, adsit tibi Deus idem inter nos,
vt pro voto tuo nobiscum cum tuis omnibus conuerseris.] 18 Deinde cum Ozias eum ex concione domum suam de-
duxisset, 19 [1] Conuiuioq; excepisset cum senioribus; 20 To-

Iratus Holofernes iubet Achiorem tradi Iudæis, quòd Deum confessus esset.
Sup. 5. f.
Inf. 13. c.

B

Achior à seruis ligatur ad arborem.
Soluitur à Iudæis, benigneq; ab eis suscipitur.

C

Oratio Israelis.

D

1 משתה poculis hoc conuiuio.

Orant Iudæi auxilium contra Holofernē.

20 Postea verò conuocatus est omnis populus, & per totam noctem intra ecclesiam orauerunt petentes auxilium à Deo Israel.

20 Auxilium Dei Israelitici per totam illam noctē implorauerunt.

CAPVT VII.

Holofernes ascendit contra Bethuliam. Supra 2.b.

A HOlofernes autem altera die præcepit exercitibus suis vt ascenderent contra Bethuliam.

2 Erant autem ‖ pedites bellatorum centum viginti millia, & equites viginti duo millia, præter præparationes virorum illorum quos occupauerat captiuitas, & abducti fuerant de prouinciis, & vrbibus vniuersæ iuuentutis.

3 Omnes parauerunt se pariter ad pugnā contra filios Israel. & venerunt per crepidinē montis vsq; ad apicē, qui respicit super Dothain, à loco qui dicitur Belma vsq; ad Chelmon, qui est cōtra Esdrelon.

Filii Israel implorant à Deo auxilium.

4 Filii autē Israel vt viderunt multitudinem illorum, prostrauerunt se super terrā, mittentes cinerē super capita sua, vnanimes orantes vt Deus Israel misericordiam suā ostenderet super populum suū.

5 Et assumentes arma sua bellica, sederunt per loca quæ ad angusti itineris tramitē dirigunt inter montosa, & erant custodientes ea tota die & nocte.

Holofernes cōstituit custodes fontiū, ne haurirent filii Israel.

B 6 Porrò Holofernes, dum circumit per gyrū, reperit quòd fons qui influebat, aquæductum illorū à parte Australi extra ciuitatem dirigeret, & incidi præcepit aquæductum illorum.

7 Erant tamen nō longè à muris fontes, ex quibus furtim videbantur haurire aquam ad refocillandum potius, quàm ad potandum.

8 Sed filii Ammon & Moab accesserunt ad Holofernem, dicentes:

9 Filii Israel non in lancea, nec in sagitta confidunt, sed montes defendunt illos, & muniunt illos colles in præcipitio constituti.

10 Vt ergo sine congressione pugnę possis superare eos, pone custodes fontium, vt non hauriant aquam ex eis, & sine gladio interficies eos, vel certe fatigati tradent ciuitatem suam, quam putant in montibus positam superari non posse.

11 Et placuerunt verba hæc coram Holoferne, & coram satellitibus eius, & constituit per gyrum centenarios per singulos fontes.

Ciues Bethuliam ob sitim Holoferni tradere volunt.

C 12 Cumque ista custodia per dies viginti fuisset expleta, defecerunt cisternæ & collectiones aquarum omnibus habitantibus Bethuliam, ita vt non esset intra ciuitatem vnde satiarentur vel vna die, quoniam ad mensuram dabatur populis aqua quotidie.

Exod.7.a.

13 Tunc ad Oziam congregati omnes viri, fœminæque, iuuenes, & paruuli, omnes simul vna voce dixerunt, ‖ Iudicet Deus inter nos & te, quoniam fecisti in nos mala, nolens loqui pacificè cum Assyriis, & propter hoc vendidit nos Deus in manibus eorum.

1 POstridie vero Holophernes omni exercitui suo, populoq; qui arma cum eo socia iunxerat, edixit vt castra moueret Bethuliam, ascensusque montium præoccuparet, & bellum inferret Israelitis.

2 Profectusq; est illo die robustissimus quisque ipsorum, & virorum bellicosorum copia, peditum centum [1] septuaginta[1] millia, equitumque millia [2] duodecim,[2] præter impedimenta, virósque pedibus sequentes per quàm frequenti multitudine, (captiuos è prouinciis & vrbibus.

3 Hi omnes ad pugnam parati per crepidinem montis ad apicem vsque supra Dothain euasere,) & castra locauerunt ad fontem in valle vicina Bethuliæ, & [3] in[3] Dothain vsque Belmaim longe latéque Bethulia vsq; Cyamonem Esdraelon obsidibus castra posuerunt.

4 Israelitæ vero vbi horum videre multitudinem, perturbari vehementer, (humiq; prostrati pulvere capita sua conspergere, implorantes Deum Israeliticum vnanimes, vt in populo suo misericordiam suam declararet, & alius alii dicere, Hi nunc [4] occupabunt[4] solum totius terræ, adeo vt nec montes excelsi, nec colles, nec valles moli sustinendæ sufficiant.

5 Armis itaque belli quisque sumptis (loca, quibus iter angustissimo tramite montes interiacebat, insidentes,) & accensis ignibus excubantes per totam noctem illam turribus se continuere.

6 Postridie vero Holophernes educto omni equitatu suo in conspectum Israelitarum Bethuliæ commorantium, explorauit ascensus ad vrbem ipsorum, aquæductus (qui versus austrinum latus ex vrbe porrigebatur,) obiuit & præoccupauit, ipsoq; (interscindi iusso) imposito virorum bellicosorum præsidio, ipse castra populi sui repetiit.

7 (Non procul tamen à muris fontes erant, è quibus furtim aquas haurire videbantur, quibus se refocillarent potius quam sitim extinguerent.)

8 Tum adierunt Holophernem omnes principes posterorum Esau, simul & populi Moabitici proceres omnes cum ducibus oram maritimam colentibus, ac dixerunt: Audiat sermonem dominus noster, nequid exercitus tuus detrimenti capiat.

9 Nam fiducia populi istius Israelitici non consistit in hastis, sed in iugis montium quos habitat: neque enim ad vertices montium (quos muniuerunt) subire facile est. Iam igitur vt nullus vir cadat de populo tuo, ne aduersus eos prælio quod quidem instructo committatur acies sed de castris tuis contine, vt conserues omnes viros copiarum tuarum.

10 Serui vero tui [5] fontanas[5] aquas è radice montis promanantes asseruent custodia, (aquas enim inde potant omnes incolæ Bethuliæ,) ita sitis enecabit eos, aut adiget ad editionem vrbis, (quam nunc putant in montibus sitam, esse inexpugnabilem.) Nos autem cum populo nostro in vicinos montium vertices ascendemus, ibiq; vallum iaciemus præsidio futurum nequis vrbe egrediatur, vt cum vxoribus & liberis suis contabescant fame, & antequam
gladius in eos saeuiat, intereant in plateis domesticis, vicémq; perniciosam rependas ipsis, eo quod seditionem moliti
sint, nec animo tuo placide obsequuti.   11 Horum oratio grata fuit Holopherni, seruisq; ipsius omnibus, adeoq; secundū
ipsorum dicta res decreuit instituendas. (& centeni vndiq; ad singulos fontes dimissi sunt.)   12 Profecti sunt ergo
Ammonitæ cum quinq; millibus Assyriorum: & castris in valle positis aquas Israelitarum, & aquæductus præoccupauerunt. Genus autem Esau & Ammonitæ ascenderunt in regionem montanam, castraq; locauerunt e regione Dothaim, parte suorum missa ad Austrum & Subsolanum aduersus Ecrebel, iuxta Chusi, quæ super torrentem Mochmur sita est. Reliquus Assyriorum exercitus castra in campo habuit, totumq; terræ solum operuit, vt eximie latissime pateret multitudine sua tentoria & impedimenta. Israelitæ autem inuocabant Dominum Deum suum collapsi animis, quod ab hostibus vndiq; concinsi essent, nec haberent è medio eorum effugium. Iamq; [6] triginta quatuor dies[6] omnis multitudo Assyriorum tam peditum quam equitum cum curribus suis eos vndiq; obsederat, cum aqua defecerunt omnes incolæ Bethuliæ, vasaq; ipsorum omnia, & omnibus cisternis exhaustis, ne in vnam quidem diem aquam haberent bibendam ad satietatem, sed mensura potum acciperent. Quamobrem cum infantes eorum linquerentur animo, mulieres & iuuenes præ siti deficerent, atq; conciderent in plateis vrbis per tramitesq; transitus, nec superesset in ipsis
vllum robur: 13 Populus vniuersus, & iuuenes, & vnà cum liberis mulieres ad Oziam & principes ciuitatis conuenerunt, magnaq; voce clamitantes coram senioribus omnibus, dixerunt: Disceptet Deus inter nos & vos, quoniam
nos magna affecistis iniuria, qui non egeritis amice cum Assyriis.

1 Aliter, viginti
2 Aliter, viginti duo
3 ἐπὶ. aliter, supra
4 λαυλοίονται. aliter, λαυλοίσουσι.
5 τῶν πηγῶν.
6 Aliter, viginti dies

14 *Nunc enim non est qui nobis opem ferat, sed Deus nos illis mancipauit, vt coram ipsis siti & clade maxima occumbamus.*

15 *Vel nunc igitur accersite illos, & vrbem totam populo Holophernis & copiis eius omnibus deprædandam dedite.*

16 *Præstat enim nos cedere direptioni illorum, quàm perire siti. Serui enim erimus illorum, vitaq; nostra conseruabitur, nec (cum dedecore apud omnes homines) mortem infantium nostrorum ante oculos, aut vxores liberosque nostros animam exhalantes intuebimur.*

17 *Obtestamur autem vobis cælum & terram, simul ac Deum patrum nostrorum, peccata tum nostra quàm patrum nostrorum in nos vindicantem, ne hæc in nos omnia conuertat hodie. (Vrbem dedatis in potestatem exercitus Holophernis, vt acie gladii cito cadamus potius, quàm longæ siti torridi.)*

18 *Simul autem comploratio magna & concors per totum cœtum orta est Dominum Deum magna voce implorantium, sic dicentium:*

19 *Peccauimus cum patribus nostris, iniuste egimus, admisimus iniquitatem.*

20 *Tu qui clemens es, miserere nostri, aut iniustitiam nostram tuo flagello vindica, nec velis eos qui te prædicant populo qui te ignorat, tradi ei, vt ne dicatur inter gentes, Vbi est Deus eorum?*

21 *Talibus clamoribus, fletibusque tandem fatigati conticuere.) Tum Ozias (cum exsurrexisset, obortis lachrymis) sic eos affatus est:*

22 *Præsenti animo estote fratres, & dies adhuc* 7 alias. *quinque* [7] *duremus, intra quas Dominus suam in nos conuertet misericordiam.*

14 Et ideo non est qui adiuuet, cum prosternamur ante oculos eorũ in siti & perditione magna.

15 Et nunc congregate vniuersos qui in ciuitate sunt, vt sponte tradamus nos omnes populo Holofernis.

16 Melius est enim vt captiui benedicamus Dominum viuentes, quàm moriamur, & simus opprobrium omni carni, cum viderimus vxores nostras & infantes nostros mori ante oculos nostros.

17 Contestamur hodie cælũ & terram, & Deum patrum nostrorum, qui vlciscitur nos secundum peccata nostra, vt iam tradatis ciuitatem in manu militiæ Holofernis, vt sit finis noster breuis in ore gladii, qui longior efficitur in ariditate sitis. D

18 Et cum hæc dixissent, factus est fletus & vlulatus magnus in ecclesia omnibus, & per multas horas vna voce clamauerunt ad Deum, dicentes, *Oratio vehemens cum fletu & confessione precari.*

19 ‖ Peccauimus cum patribus nostris, iniuste egimus iniquitatem fecimus. *Psalm. 105. a.*

20 Tu quia pius es, miserere nostri: aut in tuo flagello vindica iniquitates nostras, & noli tradere confitentes te populo qui ignorat te vt non dicant inter gentes, Vbi est Deus eorum?

21 Et cum fatigati his clamoribus, & his fletibus lassati siluissent, exurgens Ozias, infusus lachrymis, dixit:

22 Æquo animo estote fratres, & hos quinque dies expectemus à Domino misericordiam. *Differri per quinque dies suadet Ozias.*

23 Forsitan enim indignationem suam abscindet, & dabit gloriam nomini suo.

24 Si autem transactis quinque diebus non venerit adiutoriũ faciemus hæc verba quæ locuti estis.

23 (Forsitan enim iram suam remittet, & gloriam nominis sui curabit:) neq; enim nos omnino deseret. 24 *Si*
elapsi fuerint illi dies, nec auxilium nobis feratur, postulata vestra curabo. Ita demisso ad vallum suum populo, in muros & turres vrbis abiere singuli, vxoribusq; & liberis domos suas remissis, seipsos in vrbe vehementer afflictauerunt.

CAPVT VIII.

1 *HÆc audiuit temporibus illis Iudith filia Merari, filii* [1] *Ox, filii Ioseph, filii* [2] *Oziel, filii Helcia, filii Anania, filii Gedeon, filii Raphaim filii* [3] *Acitho, filii Elia filii Eliab, filii Nathanael, filii Samaliel, filii Salasadai, filii Israel.*

1 aliter Idox.
2 Aliter, Oziæ, filii Elai, filii Iamnor
3 Aliter, Achitob, filii Melchiæ, filii Enan, filii Nathaniæ, filii Salathiel, filii Simeon, filii Ruben.

2 *Huius vir fuit Manasses eiusdem cum ea tribus & familiæ, qui tempore messis hordeaceæ mortem obierat.*

3 *Cum enim instaret in agro manipulos ligantibus, ingruens in caput eius æstus in lectum coniecit eum, & in vrbe Bethulia mortuus est, interque maiores suos sepultus in agro qui interiacet Dothaim & Balamo.*

4 *Egerat ergo Iudith domi suæ viduitatem tres annos &* [4] *quatuor menses:*

4 Aliter, sex.

5 *Et tabernaculo in cœnaculo domus suæ sibi constructo, (in quo cum puellis suis clausa morabatur.) accincta circa lumbos suos cilicio, vestesque viduitatis suæ gerens, dies omnes, quibus fuerat vidua, ieiunio transegerat, excepto sabbatho, & diebus sabbatha nouasque lunas proxime præcedentibus, tum demum Israelitarum solennibus, ac læti diebus.*

6 *Erat autem elegantis formæ, eximiaque spectanda pulchritudine. Præterea reliquerat ei maritus ipsius Manasses aurum & argentum, seruos & ancillas, iumenta & agros, quæ possidebat.*

7 *Eratque probata per omnia fama,) nec erat quisquam qui quidquam daret criminis, quod Deũ religiose coleret.*

8 *Hæc ergo cum sermones populi ad principem habitos audiisset, quod esset fractus per inopiam aquarum animo, cum, inquam, intellexisset Iudith commemorationem quam habuisset Ozias ad populum, qua iurasset esse post quinque dies vrbem dediturum Assyriis, misit ancillam suam, quæ omnibus facultatibus ipsius præerat, accersiuit Oziam, Chabrim, & Charmim seniores ciuitatis:* 9 *Cumq; venissent, sic eos allocuta est, Audite*
principes populi Bethuliam incolentis, Minime recta est oratio vestra quam habuistis hodie coram populo, interposito que inter Deum & vos iureiurando constituistis, & dixistis, vrbem vos hostibus nostris esse dedituros, ni intra dies quinque Dominus se ad ferendam opem nobis conuerterit.

1 ET factum est, cum audisset hæc verba Iudith vidua quæ erat filia Merari, filii Idox, filii Ioseph, filii Oziæ, filii Elai, filii Iamnor, filii Gedeon, filii Raphaim, filii Achitob, filii Melchiæ, filii Enan, filii Nathaniæ, filii Salathiel, filii Simeon, filii Ruben: A

Reprehendit Iudith sacerdotes quinto die ciuitatem tradere volentes, & misericordia Dei terminum statuentes.

2 Et vir eius fuit Manasses, qui mortuus est in diebus messis hordeaceæ.

3 Instabat enim super alligantes manipulos in campo, & venit æstus super caput eius, & mortuus est in Bethulia ciuitate sua, & sepultus est illic cum patribus suis.

4 Erat autem Iudith relicta eius vidua iam annis tribus, & mensibus sex.

5 Et in superioribus domus suæ fecit sibi secretum cubiculum, in quo cum puellis suis clausa morabatur: & habens super lumbos suos cilicium, ieiunabat omnibus diebus vitæ suæ, præter sabbatha, & neomenias, & festa domus Israel.

6 Erat autem eleganti aspectu nimis, cui vir suus reliquerat diuitias multas & familiam copiosam, ac possessiones armentis boum & gregibus ouium plenas.

7 Et erat hæc in omnibus famosissima, quoniam timebat Dominum valde: nec erat qui loqueretur de illa verbum malum.

8 Hæc itaq; cum audisset quoniam Ozias promisisset quod transacto quinto die traderet ciuitatem, misit ad presbyteros Chabri & Charmi. *Supra 7. a.*

9 Et venerunt ad illam, & dixit illis, Quod est hoc verbum, in quo consensit Ozias, vt tradat ciuitatem Assyriis, si intra quinque dies non venerit vobis adiutorium.

10 Et qui estis vos, qui tentatis Dominum? Nō est iste sermo qui misericordiam prouocet: sed potius qui iram excitet, & furorem accendat.

11 Posuistis vos tempus miserationis Domini, & in arbitrium vestrum diem constituistis ei.

12 Sed quia patiens Dominus est, in hoc ipso pœniteamus, & indulgentiā eius fusis lachrymis postulemus.

13 Non.n. quasi homo, sic Deus comminabitur: neq; sicut filius hominis ad iracundiā inflāmabitur.

14 Et ideo humiliemus illi animas nostras: & in spiritu constituti humiliato, seruientes illi dicamus flentes Domino, vt secundum voluntatem suam sic faciat nobiscum cito misericordiam suam:

15 Vt sicut conturbatum est cor nostrum in superbia eorum, ita etiam de nostra humilitate gloriemur, quoniam non sumus secuti peccata patrū nostrorum qui dereliquerunt Deum suum, & adorauerūt deos alienos: pro quo scelere dati sunt in gladiū, & in rapinā, & in confusionē inimicis suis.

Iudic. 2. b. 4. a. 6. a.

16 Nos autē alterū Deū nescimus præter ipsum.

C 17 Expectemus humiles consolationem eius, & exquiret sanguinem nostrum de afflictionibus inimicorum nostrorum: & humiliabit omnes gentes, quæcunq. insurgunt contra nos, & faciet illas sine honore Dominus Deus noster.

Adhortatur sacerdotes vt populum ad patientiam admoneant exemplo patrum.

18 Et nunc fratres, quoniam vos estis presbyteri in populo Dei, & ex vobis pendet anima illorū, ad eloquium vestrum corda eorum erigite, vt memores sint quia tentati sunt patres nostri, vt probarentur si vere colerent Deum suum.

Deut. 8. a. 1. Par. 12. f. Gen. 22. a. Gen. 28. b.

19 Memores esse debent, quomodo pater noster Abraham tentatus est, & per multas tribulationes probatus, Dei amicus effectus est.

20 Sic Isaac, sic Iacob, sic Moyses: & omnes qui placuerunt Deo, per multas tribulationes transierunt fideles.

21 Illi autem qui tentationes non susceperunt cum timore Domini, & impatientiam suam, & improperium murmurationis suæ contra Dominum protulerunt, exterminati sunt ab exterminatore, & à serpentibus perierunt.

1. Cor. 10. b.

22 Et nos ergo non vlciscamur nos pro his quæ patimur: sed reputantes peccatis nostris hæc ipsa supplicia minora esse flagella Domini, quibus quasi serui corripimur, ad emendationem, & non ad perditionem nostram euenisse credamus.

Rom. 8. d. D

23 Et dixerunt illi Ozias & presbyteri, Omnia quæ loquuta es vera sunt, & non est in sermonibus tuis vlla reprehensio.

24 Nunc ergo ora pro nobis, quoniam mulier sancta es, & timens Deum.

25 Et dixit illis Iudith, Sicut quod potui loqui, Dei esse cognoscitis: ita quod facere disposui, probate si ex Deo est: & orate, & firmum faciat Deus consilium meum.

10 At qui tandem estis vos, qui Deum hodierno die tentandum putaueritis, Deiq; partes inter genus humanum praeoccupandas? Non est iste sermo qui misericordiam impetret, sed iram excitabit potius, & accendet indignationem.

11 Vosne Domino tempus praescribere miserationis? vos pro arbitrio vestro diem ei constituere? Quod si nūc in disquisitionem vocetis omnipotentem Dominum, nihil pernoscetis in aeternum. Cum profunda cordis humani peruestigare, & rationes mentis eius comprehendere non possitis, quomodo penetretis in notitiam Dei creatoris horum, perdiscatis mentem eius, aut rationes deprehendatis? Nullo modo fratres. Itaq; Dominum Deum nostrum ne prouocetis ad iram. Nam si minus voluerit intra quinq; dies hosce nobis opitulari, potestatem habet ipse quibus vult, omnibusq; adeo diebus protegendi nos, aut etiam ante oculos hostium nostrorum disperdendi. Vos autem ne obstringatis consilia Domini Dei nostri:

12 Quin potius (quandoquidem patiens est Dominus, ob hoc ipsum agamus poenitentiam,) ab ipso salutem expectantes opem eius imploremus, vt si visum ipsi fuerit, vocem nostram exaudiat.

13 Quoniam non est vt homo Deus, qui minis moueatur, nec vt ex homine natus, qui iubeat iudicium.

14 (Ideo summittamus illi animos nostros, & demissis spiritibus ad seruiendum ei prompti supplicemus cum lachrymis, vt pro sua voluntate nobis impertiatur misericordiam suam:

15 Vt sicut animus noster superbia illorum consternatus est, ita rursum ex afflictione nostra consequamur gloriam.) Quoniam non extitit aetate nostra, nec extat hodie tribus aut familia, aut populus, aut ciuitas è nobis, quae adoret Deos manu factos, vt contigit temporibus superioribus, propter quae patres nostri, (qui Deo suo relicto deos alienos adorauerant,) ad caedem & praedam fuerunt expositi, cladeq; magna coram hostibus nostris occubuerunt.

16 Nos vero Deum alium non agnouimus, vt sperare debeamus ipsum nos non esse neglecturum, nec quenquam e nostro genere.

17 (Sed sanguinem nostrum vindicaturum ab oppressione hostium nostrorum, ac domiturum omnes gentes quae in nos consurrexerint, Dominumq; Deum nostrum effecturum eas ingloriás.) Neq; vero nomen suum, vbi capti fuerimus, manebit Iudaea, sed sacra nostra diripientur, & suam prophanationem suam ab ore nostro vindicabit, tum metum fratrum nostrorum, simul & emancipationem terrae, possessionisq; nostrae desertionem nobis rependet in caput nostrum inter gentes, quis seruitiū inierimus, & offensionem ac dedecus apud omnes dominos nostros subibimus. Neq;.n. ad gratiā euaserit seruitus nostra, sed Dominus ille Deus noster infamem eam reddiderit.

18 Quamobrem nunc fratres, qui populi Dei senatores estis, exemplum praestemus fratribus nostris, quoniam à nobis pendet illorum animus, sacraq; simul & templum, altareq; nobis nititur: quapropter animos illorum nostro alloquio erigamus. Ante autem haec omnia gratias agamus Domino Deo nostro, qui tentat nos, quemadmodū & maiores nostros, (an vere Deum suum colerent.) 19 Mementote quae cū Abraha egerit, qui per multas afflictiones probatus, amicus eius factus est: 20 Quibus modis probarit Isaac, & quot casus Iacob pascentis oues Laban auunculi sui in Mesopotamia Syriaca: quot item Mosis, & omniū qui Deo placuerunt, per quam multas aerumnas fideles penetrauerint. 21 Nā qui tētationes nō susceperunt cū religione Domini, sed prodiderunt impatientiam suā, & indignum contra Dominū fremitū, à perēptore deleti sunt, & à serpētibus disperditi. 22 Et nos ergo ne vlciscamur nosipsos pro iisq; patimur, sed reputantes haec ipsa supplicia esse flagella Domini peccatis nostris minora, quibus quasi serui castigamur, credamus ad emendationē illa, & non ad disperditionē nostrā pertinere. Etenim sicut illos experiundi cordis ipsorū gratia, ita probat nos, & nō vlciscitur, sed commonitionis causa Dominus plectit aspirātes ad ipsum. 23 Respondit illi Ozias, Quaecunq; dixisti, ex animo bono profecta sunt omnia, nec est qui se tuis opponat sermonibus, quoniā non hodie primū se prodit tua sapientia, sed omnis populus tua intelligentia à primis temporibus habet cognita, quod bona sit animi tui commentatio. Sed popul' magna siti cruciatus secundū ea quae diximus, nos secū coegit agere vt nos obstringeremus iureiurādo, quod minime violabimus. 24 Quare tu nunc, cū mulier pia sis, pro nobis supplica, vt Dominus pluuias demittat implendis lacunis nostris, ne siti deficiamus. Rursum Iudith, Audite me, inquit, & facinus edam, quod ad posteros generis nostri continuis aetatibus perueniat. 25 (Sicut autem quod loqui mihi datum est, esse diuinum agnoscitis: ita quod agere constitui à Deone proficiscatur, perpendite, & orate vt consilium meum ratum faciat.)

5 ἄσκνῶν, lego.

26 Vos ad portam hac nocte stabitis, egoque cum ancilla mea egrediar (vobis orantibus,) vt intra dies post quos dixistis, vos vrbem hostibus nostris esse dedituros, Dominus Israelitis per manum meam subueniat.

27 Vos autem quid ego sim actura ne sciscitemini: neque enim vobis priusquam confectum fuerit, quid decreuerim agere declarauero. (Interim nihil aliud instituatur, praeterquam pro me ad Dominum Deum nostrum precatio.)

28 Cui Ozias simul & proceres responderunt, Abi feliciter & Dominus Deus praeeat tibi ad vltionem hostium nostrorum: simul conuersi e tabernaculo, ad stationes suas discesserunt.

26 Stabitis vos ad portam nocte ista, & ego exeam cum Abra mea: & orate, vt sicut dixistis, in diebus quinque respiciat Dominus populū suū Israel.

27 § Vos autem nolo vt scrutemini actum meū: & vsque dum renunciem vobis, nihil aliud fiat, nisi oratio pro me ad Dominum Deum nostrum.

28 Et dixit ad eam Ozias princeps Iudæ, Vade in pace, & Dominus sit tecum in vltionem inimicorum nostrorum. Et reuertentes abierunt.

Consilium Iudith in vltionē inimicorum.
Infra 10. b

CAPVT IX.

1 *TVm Iudith illis (abscedentibus, dicatam precibus ædiculam suam ingressa,) in faciem procubuit: cumque caput suum conspersisset puluere, nudato quo induta erat cilicio, cum iam odores illius vespera adolerentur in æde Domini Hierosolymis magna voce exclamans, dixit:*

2 Domine Deus patris mei Simeonis, cui tradidisti gladium ad vlciscendum alienigenas, qui virginis vtero ad fœditatē recluso, & ad turpitudinem nudato femore, locos probro prophanarāt, (tu n. interdixisti ne id fieret,) & ea patrarant, ob quæ ad cædem exposuisti principes eorum, vt decepti stratum suum[1] rigarent sanguine, tum seruis super principes, principibusque in sedibus suis trucidatis, vxores eorum in prædam, inque captiuitatem filias, & omnia spolia tradidisti diuidenda charis tibi filiis, in quos indignatione tua accensi oblatum sanguini suo vitium abominati sunt, & opem tuam implorauerunt: tu Deus ille mi Deus me etiam exaudi viduam:

[1] *ἐξδιὼουσαν. aliter, ἰδίωσαν*

3 Tu enim & ea quæ priora sunt illis, & illa, & quæ secuta sunt designasti: tu præsentia quoque & futura præmeditatus es.

4 Tibi astant quorum iniisti consilium, & ecce præsto sumus, inquiunt. In expedito enim sunt instituta tua, & prouisa iudicia.

5 (Intuere nunc castra Assyriorum, sicut olim Ægyptiorum castra intueri dignatus es, quando seruos tuos armati persequebantur, freti quadrigis & equitatu suo, militumque multitudine.

6 Vbi vero super castra eorum despexisti, tenebræ fatigarunt illos.

7 Pes eorum hæsit in profundo, & aquis obruti sunt.

8 Hoc idem his quoque contingat Domine; Ecce Assyrii sua potentia multi sunt, equoque simul elati & equite, tum lacertis peditum insolescentes, scuto, gesa, arcu, fundaque fidunt, nec agnoscunt te Dominum bellorum esse dissipatorem, nomine tuo Dominum.

9 Tu robore tuo infringe vires eorum, (exere vt olim, brachium tuum,) itaque tua conquassa potentiam. Nam decreuerunt profanare sacra tua, & tabernaculum sedem nominis tui gloriosi polluere cornuque altaris tui ferro deturbare.

10 Superbiam ipsorum intuens dimitte iram tuam in capita ipsorum, instituteque viduæ manui mea robore, quod animo concepi, per labia[2] falsa mea seruum super principem, superque principem seruum trucidando, manu fœminæ frange ipsorum ferociam. (Iugula superbum illum gladio suo, & fac vt per me capiatur laqueo oculorum suorum.

[2] *ἀπάτης aliter, ἀγάπης.*

11 Confirma animum meum, vt contemnam illum, & quo perdam illum virtute me corrobora.

12 Pertinebit enim hoc ad memoriam nominis tui, si eum fœmineæ manus prostrauerit.)

1 QVibus ascendentibus, Iudith ingressa est oratorium suum: & induens se cilicio, posuit cinerem super caput suum: & prosternens se Domino, clamabat ad Dominum dicens,

2 § Domine Deus patris mei Simeon, § qui dedisti illi gladium in defensionem alienigenarum qui violatores extiterunt in coinquinatione sua, & denudauerunt femur virginis in confusionem: & dedisti mulieres illorum in prædam, & filias illorum in captiuitatem: & omnem prædam in diuisionem seruis tuis qui zelauerunt zelum tuum: subueni quæso te Domine Deus meus mihi viduæ.

3 Tu enim fecisti priora, & illa, post illa cogitasti: & hoc factum est quod ipse voluisti.

4 Omnes enim viæ tuæ paratæ sunt, & tua iudicia in tua prouidentia posuisti.

5 Respice castra Assyriorum nunc, sicut tunc castra Ægyptiorum videre dignatus es, quando post seruos tuos armati currebant, confidentes in quadrigis, & in equitatu suo, & in multitudine bellatorum.

6 Sed aspexisti super castra eorum, & tenebræ fatigauerunt eos.

7 Tenuit pedes eorum abyssus, & aquæ operuerunt eos.

8 Sic fiant & isti Domine qui confidunt in multitudine sua, & in curribus suis, & in contis, & in scutis, & in sagittis suis, & in lanceis gloriantur, & nesciunt, quia tu ipse es Deus noster qui conteris bella ab initio, & Dominus nomen est tibi.

9 Erige bracchium tuum, sicut ab initio: & allide virtutem illorum in virtute tua: cadat virtus eorum in iracundia tua, qui promittunt se violare sancta tua, & polluere tabernaculum nominis tui, & deiicere gladio suo cornu altaris tui.

10 Fac Domine, vt gladio proprio eius superbia amputetur: capiatur laqueo oculorum suorum in me, & percuties eum ex labiis charitatis meæ.

11 Da mihi in animo constantiam, vt contemnam illum: & virtutem, vt euertam illum.

12 Erit enim hoc memoriale nominis tui, § cum manus fœminæ deiecerit eum.

13 § Non enim in multitudine est virtus tua Domine, neque in equorum viribus voluntas tua est, nec superbi ab initio placuerunt tibi: sed humilium, & mansuetorum semper tibi placuit deprecatio.

14 Deus cælorum, creator aquarum, & Dominus totius creaturæ, exaudi me miseram deprecantem, & de tua misericordia præsumentem.

15 Memēto Domine testamenti tui, & da verbū in ore meo, & in corde meo consiliū corrobora, vt

A
Intrat Iudith secretum cubiculum: & cilicio induta & cinere conspersa, Deum orat, commemorans beneficia ipsius & promissiones, quibus eo promoueat ad misericordiam.
B
Genes. 34. b
Genes. 34. d
C
D
Iudith. 4. d. 5. d
2. Par. 14. c. 16. b. 20. a
Iudic. 7. a

13 Non enim in multitudine situm est robur tuum,[3] neque potentia tua in robustis: (equorum vires non expetis, nec vnquam superbi tibi placuerunt, sed humilium es Dominus, inferiorum adiutor, præsidium infirmorum, a ploratorum defensor, ac seruator desperatorū. Eia age mi paterne Deus, Deus possessionis Israeliticæ. 14 Deus cælorū & terræ, creator aquarū, rex rerū abs te creatarū omniū, tu exaudi preces meas, (qua misericordia tua fretus sum,) & fœderis tui Domine memento,) conuerte sermonem meum in fraudem, & vulnus ac flagellum eorum, qui cōtra testamentum tuū, contraque ædē sacram tuam, contra verticē Sion, & contra domū possessam a filiis tuis dira ceperunt consilia.

[3] *ἐν ἰσχύουσιν. aliter, ἐν ἰσχύϊ.*

15 Confirma consiliū in animo meo, vt ædes tua religionē suam tueatur.) Prode exemplum in omni gente, tribu-que

domus

domus tua in sanctificatione tua permaneat: & omnes gentes agnoscant quia tu es Deus, & non est alius præter te.

tua, quæ pollens fiat, ut omnis virtutis & potentiæ Deum esse, nec alium præter te defensorem gentis Israeliticæ.

CAPVT X.

A

Oratione absoluta, Judith exornat se, ut Holofernem vincat in Dei gloriam.

1 FActum est autem, cum cessasset clamare ad Dominum, surrexit de loco in quo iacuerat prostrata ad Dominum.

2 Vocauitque Abram suam, & descendens in domum suam, abstulit à se cilicium, & exuit se vestimentis viduitatis suæ.

3 Et lauit corpus suum, & vnxit se myrro optimo, & discriminauit crinem capitis sui, & imposuit mitram super caput suum, & induit se vestimentis iucunditatis suæ,

4 Induitque sandalia pedibus suis, assumpsitque dextraliola, & lilia, & inaures, & annulos, & omnibus ornamentis suis ornauit se.

Pulcherrima Judith.

5 Cui etiam Dominus contulit splendorem: quoniam omnis ista cõpositio non est ex libidine, sed ex virtute pendebat: & ideo Dominus hanc in illa pulchritudinem ampliauit, vt incomparabili decore omnium oculis appareret.

B

* *ascoperam, vel ascopytinam.*

6 Imposuit itaque Abræ suæ * ascopam vini, & vas olei, & polentam, & palathas, & panes, & caseum, & profecta est.

Supra 8.

7 Cumq; venissent ad portam ciuitatis, inuenerũt expectantem Oziam, & presbyteros ciuitatis.

8 Qui cum vidissent eam, stupentes mirati sunt nimis pulchritudinem eius.

9 Nihil tamen interrogantes eam, dimiserunt transire, dicentes: Deus patrum nostrorum det tibi gratiam, & omne consilium tui cordis sua virtute corroboret, vt glorietur super te Jerusalem, & sit nomen tuum in numero sanctorum & iustorum.

10 Et dixerunt hi qui illic erant, omnes vna voce, Fiat fiat.

11 Judith verò orans Dominum, transiuit per portas ipsa & Abra eius.

Deprehensa ab exploratoribus deducitur ad Holofernem.

12 Factum est autem, cum descenderet montem, circa ortum diei, occurrerunt ei exploratores Assyriorum, & tenuerunt eam, dicentes: Vnde venis, aut quo vadis?

C

Supra 5, c.

13 Quæ respondit, Filia sum Hebræorum, ideo ego fugi à facie eorũ, quoniam futurum agnoui quod dentur vobis in deprædationem, pro eo quòd contemnentes vos, noluerũt vltro tradere seipsos, vt inuenirent misericordiam in conspectu vestro.

14 Hac de causa cogitaui mecum, dicẽs: Vadam ad faciem principis Holofernis, vt indicem illi secreta illorum, & ostendam illi quo aditu possit obtinere eos: ita vt non cadat vir vnus de exercitu ei⁹.

15 Et cum audissent viri illi verba eius, considerabant faciem eius: & erat in oculis eorũ stupor, quoniam pulchritudinem eius mirabantur nimis.

16 Et dixerunt ad eam, Conseruasti animam tuam, eo quòd tale reperisti consilium, vt descenderes ad dominum nostrum.

D

17 Hoc autem scias, quoniam cũ steteris in cõspectu ei⁹, bene tibi faciet, & eris gratissima in corde eius.

18 Duxeruntq; illam ad tabernaculum Holofernis, annunciantes eam.

19 Cumque intrasset ante faciem eius, statim captus est in suis oculis Holofernes.

20 Dixeruntq; ad eum satellites eius, Quis contemnat populum Hebræorum qui tam decoras

1 *CVm autem Deum Israeliticum inuocandi finem fecisset, & hac verba peregisset omnia, surrexit pro cubitu:*

2 *Et ancilla sua vocata, cũ in domicilium, ubi sabbathis & diebus festis suis versabatur, descendisset, detracto quo fuerat induta cilicio, vestibusque viduitatis suæ depositis,*

3 *Corpus aqua prius ablutum, unguento pingui perunxit, tum capillis capitis sui digestis mitra superimposita, vestes festiuas suas, quibus ornari viuo Manasse viro suo solebat, induit:*

4 *Cumque sandalia sumpsisset pedibus, atq; armillas, brachialia, annulos, inaures, mundumque suum omnem adsciuisset, vultum ad capiendos intuentium eam virorum oculos perquam venuste composuit.*

5 *(Contulerat autem ipsi Dominus quoque splendorem, quod omnis ornatus iste non ex lascivia, sed ex virtute proficisceretur.)*

6 *Postremo cum vinarium utrem vino, & lagenam oleo plenam ancillæ suæ tradidisset, pera farina, massa caryearum, (caseo,) purisque panibus repleta, & omnibus vasis suis convolutis, eidemque impositis:*

7 *Egressa ad portam Bethuliæ, urbis, Oziam & senatores ciuitatis Chabrim & Charmim stantes sibi repererunt:*

8 *Qui ut viderunt eam, & vultũ eius aliũ habitumque immutatũ, pulchritudinẽ eius admirati vehemẽter:*

9 *Sic eam allocuti sunt. Deus, Deus ille patrum nostrorũ reddat te gratiosam, & instituta tua perducat ad gloriam Israelitarum, & excellentiam Hierosolymæ, (ut nomen tuum in numero sanctorum & iustorũ celebretur.*

10 *Et qui tum aderant omnes una voce subiecerunt, Esto fiat.)*

11 *Simulque Deum adorauerunt. At illa, Portam vrbis, inquit, iubete aperiri mihi, ut egrediar, & sermones quos mecum habuistis, re comprobem. Tum illi iuuenibus imperarunt ut aperirent, quemadmodum illa postularat. Quod cum fecissent illi Judith unà cum ancilla sua egressa est, oculis prosequentibus eam oppidanis, cum de monte (circa lucis ortum) descenderet, donec vallem peruadentem eam è conspectu amitterent.*

12 *Ita profecta sunt illæ recta per vallem, donec in Assyrios, qui in statione pro castris erant, inciderent: ¹ qui comprehensam interrogauerunt eam, Cuias es? & vnde venis, aut quo tendis?* ¹ *vinculis ferro.*

13 *Et illa, Hebræa orta sum, & transfugi ab ipsis, quoniam vobis traduntur diripiendi, (propterea quod contemptis vobis ultro se dedere, ut veniam à vobis impetrarent) noluerunt.*

14 *In conspectum autem Holophernis magistri copiarum vestrarum venio, ut ei vera dicta referam, viamque commonstrem ante oculos, per quam ingressus tota montana regione potiatur, nec ullius corporis militum suorum, aut animæ vi spiritus patiatur incommodum.*

15 *His verbis eius auditis, viri illi contemplati vultũ ipsius, admiratione q; vehementi pulchritudinis ei⁹ capti.*

16 *Dixerunt illi, Conseruasti vitã tuam, quod tali vsa consilio, in conspectũ domini nostri properaris descendere. Quapropter nunc perge ad tabernaculum eius: deducent enim te aliquot è nobis, donec te in man⁹ ei⁹ tradiderint.*

17 *Verum ubi coram eo constiteris, ne consternatus animo, sed secundum hæc dicta tua perage narrationem, & bene tractabit te. (eris q; animo ipsius gratissima).* 18 *Seiegerunt ergo ex se viros centum, qui iuncto ipsi simul & ancillæ curru, ad tentorium Holophernis eam asportauerunt.* 19 *Tum concursu totis castris facto, quod fama aduentus ipsius permanauisset in tabernacula, turba venientium circumfundere se illi, extra tabernaculum Holophernis expectantis, dum illi de ipsa afferretur nuncius, & mirari pulchritudinem ipsius, adeoque propter ipsam stupere Israelitas, & alius alii dicere.* 20 *Quis autem contemnat populum istum, qui tales alit apud se*

mulieres (pro quibus non immerito cum illis depugnemus.) Sane non est vtile vel vnum relinqui virorum ex illis, qui dimissi facile queant totum orbem in fraudem pellicere. Porro progressi excubitores Holophernis & omnes serui eius, introduxerunt illam in tabernaculum.

21 Forte tum Holophernes quiescebat super lecto suo in conopeo intexto purpura, auro, smaragdo, lapidibusque preciosis: cumque accepisset de illa nuncium, prodiit in vestibulum tabernaculi, praecedentibus eum lampadibus argenteis. Vbi cum Judith in conspectum eius, & ministrorum ipsius venisset, omnes venustatem vultus eius mirati sunt, (& aspectu egregio captus Holophernes:) illa vero procubuit in faciem, & eum adorauit.

mulieres habens, vt non pro his merito pugnare contra eos debeamus?

21 Videns itaque Judith Holofernem sedentem in conopeo, quod erat ex purpura, & auro, & smaragdo, & lapidibus preciosis intextum: & cum in faciem eius intendisset, adorauit eum, prosternens se super terram. Et eleuauerunt eam serui Holofernis, iubente domino suo.

CAPVT XI.

1 CVmque serui Holophernis releuauissent eam, ipse sic est eam allocutus, Bene spera mulier, nec expauescas animo, neque enim ego quenquam affixi, qui regi totius terrae Nabuchodonozori seruire voluit.

2 Quod nisi me contempsisset populus iste tuus montanam regionem insidens, non vtique erexissem hastam meam aduersus eum: ipse autem horum sibi causa est.

3 Iam vero dic tu mihi qua de causa transfugeris ab illis, & huc aduenetis: venis enim salutariter. Bono animo esto, vtpote victura hac nocte, atque deinceps. neque enim est qui tibi faciat iniuriam, sed bene tractabit te, quemadmodum tractari solent serui Domini mei regis Nabuchodonozoris.

4 Cui respondit Judith, Accipe dicta ancillae tuae, vt famula tua coram te verba faciat: nec mendacium hac nocte domino meo enunciauero. Quod si ancilla tua monitu secutus fueris per omnia, Deus rem tecum conficiet, nec dominus meus excidet instituto suo.

5 Testor enim vitam regis totius terrae Nabuchodonozoris, & potentiam eius qui te misit ad restitutionem virorum omnium, non solum fore vt homines illi per te seruiant sed ferae quoque agrestes, & pecudes, volucresque caeli per potentiam tuam sub Nabuchodonozoro, totiusque domus ipsius viuant imperio.

6 Nam sapientiam tuam, & calliditatem animi tui nos audiuimus, totaque terra diuulgatum est: te solum esse eximium in omni regno scientiaque praestantem, & disciplina militari admirandum.

7 Iam vero sermonem quoque, quem in consessu tuorum Achior habuit, & quae verba fecerit intelleximus, (cum etiam quibus eum modis tractandum curaris.) Adepti sunt enim eum incolae Bethuliae, quibus omnia quae apud te locutus esset, retulit. Quapropter monita eius domine dominator, ne fueris aspernatus sed corde tuo recondas ea quoniam vera sunt. Non enim obnoxium est supplicio genus nostrum, nec valet aduersus ipsum gladius, nisi peccatis Deum suum offenderit.

8 (Constat autem eum iam peccatis nostris sic esse offensum, vt per prophetas suos mandata dederit ad populum, se propter peccata poenis eum esse dediturum.

9 Et quoniam Israelitae sciunt se Deum suum infensum sibi reddidisse, timore tui correpti sunt.)

10 Iam vero ne Dominus meus spe decidat, neue discedas infecta re, sed mors faciem illorum impetat, tale peccatum inuasit eos, quo irritabunt Deum suum, si nefas admiserint.

11 Quoniam enim defecerunt eos alimenta, & laborant inopia aquarum, iumenta sua deuenerunt inuadere, & (bibere sanguinem illorum,) & quaecunque cibo Deus legibus suis interdixit illis, ea consumere statuerunt: primitiasque adeo frugum, & decimas vini atque olei, quas consecratas reseruarant sacerdotibus Hierosolymis in conspectu Dei nostri ministrantibus, eas conficere constitutum habent: cum eas ne manibus quidem fas sit quenquam e populo contingere. Miserunt autem Hierosolymam, (nam & ipsius incolae patrarunt talia;) qui sibi licentiam referant a senatu. Accidet igitur vt, cum hoc accepto responso fecerint, illa die tibi tradantur ad interitum. 12 Quapropter ego ancilla tua cognitis his omnibus, transfugi ab ipsis, & misit me Deus (iratus illis,) ad conficiendum tecum rem, qua terras omnes, ad quas ea fama permanarit, stupore afficiat. 13 Religiosa enim est ancilla tua, Deumque colit noctes & dies. Quare nunc apud te morabor domine, & egredietur ancilla tua in vallem noctu. Deoque supplicabo, vt mihi renunciet quando peccata sua commiserint: tum accedam, & rem ad te referam, & erumpens cum omnibus copiis tuis, nec erit quisquam illorum qui tibi resistat, egoque te ducam per mediam Judaeam, donec peruenias in conspectum Hierosolymae, sedemque tuam in medio illius collocem. Ita illas vt oues pastore destitutas ages, ac ne canis quidem lingua sua tibi obganniet. 14 Haec enim mihi per praenotionem dicta sunt & enunciata, tibique renunciatum ea missa sum.

1 TVnc Holofernes dixit ei, Aequo animo esto, & noli pauere in corde tuo: quoniam ego nunquam nocui viro qui voluit seruire Nabuchodonosor regi. — A *Holofernes ad se adductam Judith consolatur, quaerens quare venerit. Judith itineris causam astute Holoferni aperiens illi imponit.*

2 Populus autem tuus si non contempsisset me, non alleuassem lanceam meam super eum.

3 Nunc autem dic mihi, qua ex caussa recessisti ab illis, & placuit tibi vt venires ad nos?

4 Et dixit illi Judith, Sume verba ancillae tuae: quoniam si secutus fueris verba ancillae tuae, perfectam rem faciet Dominus tecum.

5 Viuit enim Nabuchodonosor rex terrae, & viuit virtus eius quae est in te ad correptionem omnium animarum errantium: quoniam non solum homines seruiunt illi per te, sed & bestiae agri obtemperant illi.

6 Nunciatur enim animi tui industria vniuersis gentibus, & indicatum est omni seculo quoniam tu solus bonus & potens es in omni regno eius, & disciplina tua omnibus prouinciis praedicatur. — B

7 Nec hoc latet quod locutus est Achior, nec illud ignoratur quod ei iusseris euenire. — Supra 5. [illegible]

8 Constat enim Deum nostrum sic peccatis offensum, vt mandauerit per Prophetas suos ad populum, quod tradat eum pro peccatis suis.

9 Et quoniam sciunt se offendisse Deum suum filii Israel, tremor tuus super ipsos est.

10 Insuper etiam fames inuasit eos, & ab ariditate aquae iam inter mortuos computantur.

11 Deniq; hoc ordinant, vt interficiant pecora sua, & bibant sanguinem eorum: & sancta Domini Dei sui quae praecepit Deus, non contingi, in frumento, vino, & oleo, haec cogitauerunt impendere, & volunt consumere, quae nec manibus deberent contingere. ergo quoniam haec faciunt, certum est quod in perditionem dabuntur. — C

12 Quod ego ancilla tua cognoscens, fugi ab illis, & misit me Dominus haec ipsa nunciare tibi.

13 Ego enim ancilla tua Deum colo, etiam nunc apud te: & exiet ancilla tua, & orabo Deum, & dicet mihi quando eis reddat peccatum suum, & veniens nunciabo tibi, ita vt ego adducam te per mediam Jerusalem, & habebis omnem populum Israel, sicut oues quibus non est pastor, & non latrabit vel vnus canis contra te, quoniam haec mihi dicta sunt per prouidentiam Dei.

14 Et quoniam iratus est illis Deus, haec ipsa missa sum nunciare tibi. — D

15 Pla-

15 Placuerunt autem omnia verba hæc coram Holoferne, & coram pueris eius, & mirabantur ad sapientiam eius & dicebant alter ad alterum.

16 Non est talis mulier super terram in aspectu, in pulchritudine, & in sensu verborum.

17 Et dixit ad illam Holofernes, Benefecit Deus, qui misit te ante populum, vt des illum tu in manibus nostris, & quoniam bona est promissio tua, si fecerit mihi hoc Deus tuus, erit & Deus meus, & tu in domo Nabuchodonosor magna eris, & nomen tuum nominabitur in vniuersa terra.

CAPVT XII.

A *Holofernes iubet introduci Iudith in locũ thesaurorum.*

1 TVnc iussit eum introire vbi repositi erant thesauri eius, & iussit illic manere eam, & constituit quid daretur illi de conuiuio suo.

2 Cui respondit Iudith, & dixit, Nunc non potero manducare ex his quæ mihi præcipis tribui, ne veniat super me offensio: ex his autem quæ mihi detuli, manducabo.

Gen.43. f. b. Num. 11. b. Tob. 1. b.

3 Cui Holofernes ait, Si defecerint tibi ista, quæ tecum detulisti, quid faciemus tibi?

4 Et dixit Iudith, Viuit anima tua domine meus, quoniam non expendet omnia hæc ancilla tua, faciat Deus in manu mea hæc quæ cogitaui.

B *Petit Iudith sibi dari facultatem nocte & ante lucem foras orandi.*

5 Et introduxerunt illam serui eius in tabernaculum quod præceperat.

6 Et petiit dum introiret, vt daretur ei copia nocte & ante lucem egrediendi foras ad orationem, & deprecandi Dominum.

7 Et præcepit cubiculariis suis, vt sicut placeret illi, exiret & introiret ad adorandum Deum suum per triduum.

8 Et exibat noctibus in vallem Bethuliæ, & baptizabat se in fonte aquæ.

9 Et vt ascendebat, orabat Dominum Deum Israel, vt dirigeret viã eius ad liberationẽ populi sui.

10 Et introiens, munda manebat in tabernaculo, vsque dum acciperet escam suam in vespere.

C *Mittitur Vagao ad Iudith vt suadeat ei consentire Holoferni.*

11 Et factum est in quarto die Holofernes fecit cœnam seruis suis, & dixit ad Vagao eunuchum suum, Vade, & suade Hebræam illam, vt sponte consentiat habitare mecum.

12 Fœdum est enim apud Assyrios, si fœmina irrideat virum agendo, vt immunis ab eo transeat.

D 13 Tunc introiuit Vagao ad Iudith, & dixit, Nõ vereatur bona puella introire ad Dominum meũ, vt honorificetur ante faciem eius, vt manducet cum eo, & bibat vinum in iucunditate.

14 Cui Iudith respondit, Quæ ego sum, vt contradicam domino meo?

15 Omne quod erit ante oculos eius bonum & optimum, faciam.

16 Quicquid autem illi placuerit, hoc mihi erit optimum omnibus diebus vitæ meæ.

Venit Iudith ad Holofernẽ.

17 Et surrexit, & ornauit se vestimento suo, & ingressa stetit ante faciem eius.

18 Cor autem Holofernis concussum est. Erat enim ardens in concupiscentia eius.

19 Et dixit ad eum Holofernes Bibe nunc, & accumbe in iucunditate: quoniam inuenisti gratiam coram me.

20 Et dixit Iudith, Bibã, domine, quoniã magnificata est anima mea hodie præ omnib' dieb' meis.

21 Et accepit, & manducauit, & bibit coram ipso ea quæ parauerat illi ancilla eius.

15 *Hi sermones eius placuerunt Holopherni, & ministris ipsius omnibus, & sapientiam eius mirati sunt, dicentes:*

16 *Non est mulier[2] ab extremo ad extremum terræ venustate vultus & peritia dicendi similis:* 2 ἀπ' ἄκρου ἕως ἄκρου τῆς γῆς

17 *Simul Holophernes eam sic est allocutus,[3] Bene fecit Deus ille, qui te præmisit isti populo, vt afferret robur manibus nostris, contemptoribusque domini mei perniciem. Sane quidem tu venusta es aspectu, & ad dicendum bene comparata: quod si perfeceris quæ pollicita es, Deus erit mihi Deus ille tuus: tu verò sedebis in domo regis Nabuchodonezeris, & per totam terram celebraberis.* 3 εὖ ἐποίησεν

CAPVT XII.

1 *TVm iussit eam introduci in cellam argenteorum suorum suppellectilem, déque cibariis suis mensam ei conferuendam, & potũ de vino suo præbendum constituit.*

2 *Ad Iudith, De his non edam, inquit, ne qua contrahatur offensio, sed de eis quæ mecum delata sunt, mihi ministrabitur.*

3 *Cui Holophernes. Si verò defecerint hæc quæ penes te sunt, vnde petemus quæ tibi demus his similia? Nihil enim nobis e genere tuo suppetit.*

4 *Respondit illi Iudith, Vt animam tuam mi domine viuere verum est, ita non consumet ancilla tua quæ mihi sunt, priusquam Dominus per manum meam consilium suum fuerit executus.*

5 *Introduxerunt igitur eam serui Holophernis in tabernaculum:*

6 *Vbi cum in mediam vsque noctem dormiuisset, sub matutinam vigiliam exsurrexit, & misit ad Holophernem qui diceret, Iubeat iam Dominus meus ancillam suam emitti ad precationem.*

7 *Cùmque edixisset Holophernes stipatoribus corporis sui, ne prohiberent ipsam, mansit in castris tribus diebus.*

8 *Noctu in vallem Bethuliæ egrediens, & aqua se abluens in fonte qui erat in castris:*

9 *Cumque ascenderet, orabat Dominum Deum Israeliticum vt institutum suum ad leuandam gentem populi sui fœliciter proueheret:*

10 *Et regressa, in tabernaculo munda permanebat, donec cibum suum caperet sub vesperam.*

11 *Euenit autem die quarto vt celebraret Holophernes[5] conuiuium cum seruis suis solis, nec ad conuiuationem quenquam inuitasset eorum qui præerant negociis. Tum Holophernes Bagoæ eunucho præfecto facultatibus suis omnibus, I, ait, persuade isti mulieri Hebrææ quæ penes te est, vt veniat ad nos, & nobiscũ edat ac bibat.* 5 משתה

12 *Nam ecce persona nostra fuerit ignominiosa, si talem mulierem sine habita cum ea consuetudine prætermiserimus: & si minus eam attraxerimus, nos irridebit etiam.*

13 *Egressus ergo à conspectu Holophernis Bagoas, & ad illam ingressus, Ne pigeat, inquit, ancillam formosam hanc adire dominum meum, coramque eo decorari gloria, tum vinum nobiscum bibere ad hilaritatem, & hac die more filiarum Assyriacarum, quæ in domo Nabuchodonezoris assistunt, se gerere.*

14 *Cui Iudith, Quænam ego sum, vt quod domino meo denegem?*

15 † † †

16 *Quin quicquid ei placuerit, gratúmque fuerit, propere faciam, quod mihi vsque ad diem obitus mei sit gloriationi:*

17 *Simul exurgens se vestitu, & omni mundo muliebri exornauit: accessitque ancilla eius, & ex aduerso Holopherni strauit ei pelles humi quas à Bagoa in vsum quotidianum suum acceperat, vt super iis recumbens cibum caperet.* 18 *Cumque accessisset Iudith, ac discubuisset, exarsit cor Holophernis in eam, animusque commotus est, vt congressum ipsius vehementer appeteret: Iam enim ex quo primum die conspexerat eam fuerat, obseruabat occasionem, qua ea[4] abuteretur.* 19 *Hortabatur igitur eam Holophernes, Bibe iam, & præbe te nobiscum hilarem. (quoniam nacta es apud me gratiam.)* 20 *Et Iudith, Sane bibam, inquit, domine, quoniam magnificentiam adepta est in me hodie vita mea maiorem, quàm illo ex quo nata sum tempore.* 21 *Simul edere coram eo bibereque cœpit, quæ sibi ab ancilla sua parata fuerant.* 4 ἀπατῆσαι

21 Lætatus est itaque propter eam Holophernes, &
vini quam plurimum bibit, quantum nunquam aliàs
biberat, uno die ex quo natus fuerat.

22 Et iucundus factus est Holofernes ad eam, *Ebrius Holofernes.*
bibitque vinú multum nimis, quantum nunquam,
biberat in vita sua.

CAPVT XIII.

1 CVm autem iam serum esset, festinarunt servi eius
se recipere, & Bagoas foris occlusit tabernaculum,
præsentesque omnes à conspectu Domini sui dimisit, sua
quisque cubilia petiere,
2 Quidem nec defessi essent longa compotatione. Relicta est itaque Judith in tabernaculo sola.
3 Et Holophernes proiectus in lecto suo, quod perfusus esset ebrietate.
4 Iusserat autem Judith ancillam suam astare extra cubiculum, & se pro quotidiano more observare exeuntem. Dixerat enim se exituram ad precationem suam, & in eandem sententiam cum Bagoa loquuta fuerat.
5 Cum ergo omnes è conspectu ipsius discessissent, nec quisquam relictus esset in cubiculo parvus aut magnus, Judith apud lectum illius stans in animo secum:
6 Domine Deus omnis virtutis, inquit, respice hac hora ad opera manuum [a] mearum, ut extollatur Hierosolyma (sicut promisisti.) Quoniam nunc tempus est adiuvandi possessionem suam, & (certo ex fiducia in te) instituta [b] mea perficiendi ad conquassationem hostium, qui in nos coorti sunt:
7 Simul accessit ad columellam lecti quæ erat [b] ad caput Holophernis, & acinacem illius inde desumpsit.
8 Cumque lecto se applicuisset, coma capitis eius apprehensa,
9 Corrobora me hodie Domine Deus Israelis, inquiens: inflixit duos ictus in cervicem eius quantum poterat, & caput amputavit: tum deinde corpore eius detracto deuolvit, ablatoque de columnis conopeo:
10 Paulo post egressa caput Holophernis ancillæ suæ tradidit: quod cum illa in peram cibariam suam immisisset:
11 Egressæ sunt ambæ simul, quò ad precationem more solebant. Ita è castris evadentes vallem illam ambiarunt, montemque Bethuliæ conscenderunt.
12 Cumque ad portas eius pervenissent, Judith procul clamavit portarum vigilibus. Aperite agite portam, aperite: adest nobis Deus, Deus ille noster, robur adhuc exercens Hierosolymis, & contra hostes potentiam, quemadmodum fecit & hodie.
13 Hac voce ipsius exaudita, oppidani ad portam urbis suæ properè descenderunt: cumque senatores civitatis convocassent,
14 Concursio vera omnium à minimo usque ad maximum factus, (quoniam insperatus erat ipsius reditus.)
15 Igneque causa lucis accenso, aperta porta receptas illas circumsteterunt.
16 Ipsa vero (cum in editum locum ascendisset silentio facto) magna voce:
17 Laudate Deum, inquit, & prædicate eum, quoniam misericordiam suam Israeliticæ domui non (subtraxit: nec deseruit sperantes in se,) sed hostes nostros hac nocte mea manu conquassavit.
18 Simul caput è pera prolatum illis ostentabat, dicens:
19 Ecce caput Holophernis magistri copiarum Assyriacarum, ecce & conopeum in quo recubabat ebrius, cum eum Dominus manu fœmineæ caderet.
20 Vivum illum Dominum, qui me per viam qua sum ingressa conservavit, testor illum mea facie deceptum in perniciem suam, nullum in me fœdum aut turpe patravisse flagitium. (Dominus me vobis lætam, victricem & incolumem liberatam vobis restituit.
21 Ipsum prædicate omnes, quod benignus est, & misericordia eius sempiterna.)

[a] *Ios.* [a] *ἡμαλῖτερ, cu.* [b] *πρὸς κεφαλῆς.*

1 VT autem sero factum est, festinauerunt serui A
illius ad hospitia sua, & conclusit Vagao ho- *Ecclesiast. 31.*
stia cubiculi, & abiit. *Holofernes e-*
2 ‖ Erant autem omnes fatigati à vino. Eratque *brietate sopito,*
Judith sola in cubiculo: *& puella ostiu*
3 Porrò Holophernes iacebat in lecto, nimia *obseruante, Ju-*
ebrietate sopitus. *dith caput eius*
4 Dixitque Judith puellæ suæ vt staret foris an- *præscindit, &*
te cubiculum, & obseruaret. *comobus suis de-*
5 Stetitq; Judith ante lectum, orãs cum lachry- *fert.*
mis, & labiorum motu in silentio, dicens:
6 Confirma me domine Deus Israel, & respice
in hac hora ad opera manuum mearum, vt sicut
promisisti, Jerusalem ciuitatem tuam erigas: &
hoc quod credens per te posse fieri cogitaui, perfi-
ciam.
7 Et cum hæc dixisset, accessit ad columnam,
quæ erat ad caput lectuli eius, & pugionem eius
qui in ea ligatus pendebat, exsoluit.
8 Cumque euaginasset illum, apprehendit co-
mam capitis eius, & ait:
9 Confirma me Domine Deus in hac hora & *1. Reg. 17.*
percussit bis in ceruicem eius, ‖ & abscidit caput *1. Mach. 7.*
eius, & abstulit conopæum eius à columnis, & e-
uoluit corpus eius truncum.
10 Et post pusillum exiuit, & tradidit caput
Holofernis ancillæ suæ, & iussit vt mitteret illud in
peram suam.
11 Et exierunt duæ, secundum consuetudinem
suam, quasi ad orationem, & transierunt castra: &
gyrantes vallem, venerunt ad portam ciuitatis.
12 Et dixit Judith à longe custodibus muro- B
rum, Aperite portas, quoniam nobiscum est Deus
qui fecit virtutem in Israel.
13 Et factum est, cum audissent viri vocem e-
ius, vocauerunt presbyteros ciuitatis.
14 Et occurrerunt ad eam omnes à minimo vs-
que ad maximum: quoniam sperabant eam iam
non esse venturam.
15 Et accendentes luminaria congyrauerunt
circa eam vniuersi: illa autem ascendens in emi-
nentiorem locum iussit fieri silentium.
16 Cumque omnes tacuissent, dixit Judith: *Hortatur Ju-*
17 Laudate Dominum Deum nostrum qui non *dith populum*
deseruit sperantes in se: & in me ancilla sua adim- *ad laudem Dei*
pleuit misericordiam suam, quam promisit domui *Dei ob partam*
Israel: & interfecit in manu mea hostem populi sui *victoriam de*
in hac nocte. *Holoferne.*
18 Et proferens de pera caput Holofernis, o-
stendit illis, dicens:
19 Ecce caput Holofernis principis militiæ As-
syriorum: & ecce conopæum illius, in quo recum-
bebat in ebrietate sua, vbi per manum fœminæ
percussit illum Dominus Deus noster.
20 Viuit autem ipse Dominus, quoniam custo- C
diuit me angelus eius & hinc euntem, & ibi com-
morantem, & inde huc reuertentem: & non per-
misit me Dominus ancillã suam coinquinari, sed
sine pollutione peccati reuocauit me vobis gau-
dentem in victoria sua, in euasione mea, & in libe-
ratione vestra.
21 ‖ Confitemini illi omnes, quoniam bonus; *Psal. 105. a. &*
quoniam in seculum misericordia eius. *106. a*

22. Vni-

22 Vniuersi autem adorantes Dominum, dixerunt ad eam, Benedixit te Dominus in virtute sua, quia per te ad nihilum redegit inimicos nostros.

23 Porrò Ozias princeps populi Israel, dixit ad eam: Benedicta es tu filia à Domino Deo excelso præ omnibus mulieribus super terram.

24 Benedictus Dominus qui creauit cælum & terram, qui te direxit in vulnera capitis principis inimicorum nostrorum, qui hodie nomen tuum ita magnificauit, vt non recedat laus tua de ore hominum qui memores fuerint virtutis Domini in

D æternum, pro quibus non pepercisti animæ tuæ propter angustias & tribulationem generis tui, sed subuenisti ruinæ ante conspectum Dei nostri.

25 Et dixit omnis populus, Fiat fiat.

26 Porrò Achior vocatus venit, & dixit ei Iudith, Deus Israel cui tu testimonium dedisti quòd vlciscatur se de inimicis suis, ipse caput omniũ incredulorum incidit in hac nocte in manu mea.

27 Et vt probes quia ita est, ecce caput Holofernis, qui in contemptu superbiæ suæ Deum Israel contempsit, & tibi interitum minabatur, dicens:

28 Cum captus fuerit populus Israel, gladio perforari præcipiam latera tua.

29 Videns autem Achior caput Holofernis, angustiatus præ pauore cecidit in faciem suam super terram, & æstuauit anima eius.

30 Postea verò quàm resumpto spiritu recreat⁹ est, procidit ad pedes eius, & adorauit eam, & dixit:

31 Benedicta tu à Deo tuo in omni tabernaculo Iacob, quoniam in omni gẽte quæ audierit nomen tuum magnificabitur super te Deus Israel.

CAPVT XIV.

A 1 Dixit autem Iudith ad omnem populum, Audite me fratres:

Caput Holofernis in muro suspenditur. 2. Mach. 15. c.

2 Suspendite caput hoc super muros nostros: & erit, cum exierit sol, accipiat vnusquisque arma sua, & exite cum impetu: non vt descendatis deorsum, sed quasi impetum facientes.

3 Tunc exploratores necesse erit vt fugiant ad principem suum excitandum ad pugnam.

4 Cumq. duces eorum cucurrerint ad tabernaculum Holofernis, & inuenerint eum truncum in suo sanguine volutatum, decidet super eos timor.

B 5 Cumq. cognouerint fugere eos, ite post illos securi, quoniã Domin⁹ cõteret eos sub pedib. vestris.

Achior credit Deo & circumciditur.

6 Tunc Achior vidẽs virtutẽ quã fecit Deus Israel, relicto gentilitatis ritu, credidit Deo; & circũcidit carnẽ præputii sui, & appositus est ad populũ Israel, & omnis successio generis eius vsq. in hodiernũ diẽ.

Iudei facto armorum strepitu Assyrios impetunt.

7 Mox autẽ vt ortus est dies, suspenderunt super muros caput Holofernis, accepitq; vnusquisq; vir arma sua, & egressi sunt cũ grãdi strepitu & vlulatu.

8 Quod vidẽtes exploratores, ad tabernaculũ Holofernis cucurrerũt. Porrò hi q in tabernaculo erãt veniẽtes, & ante ingressũ cubiculi pstrepẽtes, excitãdi gratia, inquietudinẽ arte moliebãtur, vt nõ ab

C excitãtibus, sed à sonantib⁹ Holofernes euigilaret.

9 Nullus enim audebat cubiculum virtutis Assyriorum pulsando aut intrando aperire.

10 Sed cum venissent eius duces ac tribuni, & vniuersi maiores exercitus regis Assyriorum, dixerunt cubiculariis:

11 Intrate, & excitate illũ: quoniã egressi mures de cauernis suis, ausi sunt prouocare nos ad prælium.

Vagao Holofernem mortuum deprehẽdit.

12 Tunc ingressus Vagao cubiculum eius, stetit ante cortinam, & plausum fecit manibus suis: suspicabatur enim illum cum Iudith dormire.

22 *Tum populus vehementer obstupuit: cumq. Deũ inclinatus adorasset, simul omnes, Celebrandus es Deus noster, inquit, qui hostes populi tui hodierno die ad nihilum redegisti.*

23 *Illi verò dixit Ozias, Beneficio Dei altissimi felix es, ô filia supra omnes mulieres terræ.*

24 *Et celebrandus est Dominus Deus ille cæli terræq. conditor, qui te direxit ad caput ducis hostium nostrorum conquassandum. Quoniam non abscedet vnquã [4] spes tua ab animo hominum potentiam Dei commemorantium. Hoc ergo tibi conferat Deus ad sempiternã excellentiam [5] vt te bonis locupletet, eo quòd vitæ tuæ non pepercisti, cum affligeretur genus nostrum, sed rectã coram Deo nostro viam ingressa, ruinæ nostræ subuenisti.*

25 *Et subiecit vniuersus populus, Esto, fiat.*

4 id est, memoria spei tuæ.

5 vel, adsit. vbi beneuolus

CAPVT XIV.

1 *Porro autẽ allocuta est eos Iudith, Audite me fratres.*

2 *Et acceptũ caput hoc in pinna murorũ nostrorum suspendite: cumq. diluxerit dies, ac sol super terram emerserit, arma belli vestra quisq. capite, & ex vrbe viri valentes omnes cum duce vobis dato erumpite, vt in campum descensuri ad primam stationem Assyriorum, nec tamen descendentes.*

3 *Tum illi sumptis vniuersis armis suis, contendent in castra sua, duces copiarum Assyriacarum excitaturi, & ad tabernaculum Holophernis cursum dirigent:*

4 *Quo non inuento (nisi trunco in sanguine volutato,) terror ingruet in illos, & à conspectu vestro diffugient.*

5 *Tunc vos insequentes vnà cum omnibus qui fines Israeliticos incolunt, per vias suas illos prosternite (Dominus enim pedibus vestris conculcandos eos subiiciet.*

* *Verum antequam hæc fiant accersite mihi Achiorem Ammonitam illum missum ad nos tanquam ad interitum vt conspectum agnoscat domus Israelitica contemptorem.*

* Versus sequẽtes cum numeratione posito ad cap. 13. vetus versio retinuit.

29 *Vocatus est ergo Achior ex domo Oziæ, qui vt venit, & caput Holophernis in manu viri cuiusdã in cõcione populi vidit, in faciẽ prolapsus est, & defecit⁹ animo:*

30 *Releuatusq. accidit ad pedes Iudith. & cum faciem eius adorasset, dixit:*

31 *Celebranda es per omnia Iuda tabernacula, & apud omnes gentes, quæ fama nominis tui commotæ fuerint. Sed recense mihi nunc quæ per hos dies gesseris.*

26 *Et recitauit ei Iudith in media concione quæcunque gessisset, ex qua primum die fuerat egressa, vsque ad tempus quo loquebatur apud illos. (Deus Israeliticus, inquit, quem tu testatus es se vindicaturum de inimicis suis, is hac nocte caput omnium impiorum amputauit manu mea:*

27 *Quod ita esse probat caput hoc Holophernis, qui superbo contemptu vituperauit Deum Israeliticum, & interitum tibi minatus est cum diceret.*

28 *Expugnato populo Israelitico, præcipiam latera tua gladio transfodiari.) Tali narratione autem dicendi finem fecit. populus magna voce iubilans, laeos per vrbẽ suam clamores tollebat.*

6 *Achior vero quæ Deus Israeliticus fecisset videns omnia, Deo magnopere fisus est, carneq. præputii sui circumcisa, coniunctus domui Israelitica (cum omni generis sui posteritate) vsq. in præsentem diem.*

7 *Cum autem dies illuxisset, capite Holophernis de muris suspenso, omnes viri sumptis armis in castra currentes ad descensum montis egressi sunt:*

8 *Quos conspicati Assyrii, nuncios ad centuriones suos dimittere, illiq. porro contendere ad duces & tribunos, omnesq. principes suos:*

9 *Nemo enim cubiculum Assyriacæ maiestatis pulsare audebat, aut vt introiret aperire. 10 Qui cum ad tabernaculum Holophernis peruenissent, curatori omnis supellectilis eius dicebant. 11 Excita vero dominum nostrum: quoniam serui ipsi ad nos in pugnam descendere ausi sunt, vt deleantur funditus. (Porro ante vestibulum cubiculi tumultuantes, causa illum excitandi strepitum edebant de industria, vt non excitantium, sed strepentium sonitu excitaretur. 12 Tum ingressus Bagoas pulsauit aulæum tabernaculi, quod cum eum Iudith dormire suspicabatur.*

13 *Cum autem tum nemo exaudiret, dimotis foribus in cubiculum ingressus: vt inuenit illum proiectum in lecto, & adempto capite mortuum, exclamans voce magna cum fletu, gemitu, vociferationeque valida vestimenta sua dilacerat.*

14 *Atque in tabernaculum etiam, vbi Judith solebat recumbere, ingressus, vbi nec eam inuenit: ad populum prosilit vociferans, Nefas admisere serui, vna mulier Hebraea ignominiam in domum Regis Nabuchodonozoris inuexit. nam ecce humi prostratus Holophernes, truncusque capite.*

15 *Haec verba cum audissent principes exercitus Assyriaci, dilaceraverunt tunicas suas, & animo vehementer consternati sunt.*

16 *Clamorque & vociferatio magna in mediis castris exorta est.*

D

13 Sed cum nullum motum iacentis sensu aurium caperet, accessit proximans ad cortinam, & eleuans eam, vidensque cadauer absque capite Holofernis in suo sanguine tabefactum iacere super terram, exclamauit voce magna cum fletu, & scidit vestimenta sua.

14 Et ingressus tabernaculum Judith, non inuenit eam, & exiliit foras ad populum, & dixit, Vna mulier Hebraea fecit confusionem in domo Regis Nabuchodonosor. ecce enim Holofernes iacet in terra, & caput eius non est in illo.

15 Quod cum audissent principes virtutis Assyriorum, sciderunt omnes vestimenta sua, & intolerabilis timor & tremor cecidit super eos, & turbati sunt animi eorum valde.

16 Et factus est clamor incomparabilis in medio castrorum eorum.

CAPVT XV.

1 *TVm etiam qui in tabernaculis erant, hoc audito facinore, [animo consilioque destituti,] obstupescere, ingruente in eos metu & terrore.*

2 *Nec iam esse quisquam in conspectu alterius persisteret, sed simul omnes perculsi, per omnes vias tam campestris quam montanae regionis diffugere.*

3 *[Deiecto capite, relictisque rebus omnibus, Hebraeos, quos instare armatos acceperant, effugere festinantes:] atque ij quoque, qui circa Bethuliam in montoso loco se vallo munierant, in fugam conuersi sunt.*

4 *Tunc ergo bellicosissimi quique Israelitarum se in eos effuderunt, [cum clangore tubarum & clamore:*

5 *Et quoniam Assyrij palantes in fugam ruebant praecipites, Israelitae autem eos agmine iuncto persequebantur: conficiebant quoscunque possent apprehendere.]*

6 *Et misit Ozias Bethomastam, Bebai, Chobam, Chelam, & in omnes fines Israeliticos, qui perferrent gestorum nuncium, vt ad caedem hostium cuncti prorumperent.*

7 *Quo accepto nuncio Israelitae, simul omnes irruerunt in illos, & caedendo vsque Choba persecuti sunt. Aduenerunt item & Hierosolymitani, & ex tota montana regione, (nam ad eos quoque nuncius rerum in castris hostium gestarum peruenerat,) atque etiam Galaaditae & Galilaei, qui eos magna clade vltra Damascum vsque ad fines ipsius exterminarunt.*

8 *Reliqui vero incolae Bethuliae castra Assyriorum inuaserunt, & ex praeda illorum magnas adepti sunt diuitias.*

9 *Reliquiis potiti sunt Israelitae a caede reuersi, vicique & ciuitates tam montanae quam campestres magnam vim obtinuerunt spoliorum, quorum ingens erat copia.*

10 *Venerunt autem Joachim pontifex maximus, & senatus Israelitarum Hierosolymis commorantium, confirmaturi beneficia quibus Deus Israelitas affecerat: tum etiam visuri Judith, benigneque salutaturi:*

11 *Quae ad ipsam ingressi vno ore gratulati sunt ei, ac dixerunt:*

12 *Tu excellentia Hierosolyma, tu ingens Israelitarum laetitia, tu praeclara generis nostri gloriatio, tu haec omnia confecisti manu tua, huicque Israelitas affecisti beneficiis, & Deus ea fauore suo prosequutus est. [Confirmatum est cor tuum, eo quod castitatem amaueris, nec post virum tuum admiseris alium, ideo manus Domini te confirmauit.] Beata sis apud Deum omnipotentem in aeuum sempiternum.*

13 *Et subiecit vniuersus populus, Fiat.*

14 *Caeterum populus castra diebus triginta depraedatus.*

15 *Tabernaculum Holophernis & omne argentum, lectos, pelues, omnemque supellectilem eius dicauit Judith: quae accepta, illa mulis suis, iunctisque plaustris congesta imposuit. Tum concurrere visendae eius causa mulieres omnes Israelitae, & praedicare illam, nonnullae choreas illi statuere: ipsaque thyrsos manibus acceptos, mulieribus, quae vna secum aderant, distribuit: & ipsa ita sunt, & sese suae corona cinxerunt, choream coram vniuerso populo ducens.*

16 *Praeibat mulieribus omnibus subsequentibus armatis omnibus viris Israeliticis cum coronis, [organis, citharis] & hymnis, quos ore decantabant.*

A

1 CVmque omnis exercitus decollatum Holofernem audisset, fugit mens & consilium ab eis, & solo tremore & metu agitati, fugae praesidium sumunt.

Holoferne mortuo Assyrij fugam capiunt.

2 Ita vt nullus loqueretur cum proximo suo, sed inclinato capite, relictis omnibus, euadere festinabant Hebraeos, quos armatos super se venire audierant, fugientes per vias camporum & semitas collium.

3 Videntes itaque filij Israel fugientes, secuti sunt illos.

4 Descenderuntque clangentes tubis, & vlulantes post ipsos.

B

5 Et quoniam Assyrij non adunati, in fugam ibant praecipites: filij autem Israel vno agmine persequentes, debilitabant omnes quos inuenire potuissent.

6 Misit itaque Ozias nuncios per omnes ciuitates & regiones Israel.

7 Omnis itaque regio, omnisque vrbs, electam iuuentutem armatam misit post eos, & persecuti sunt eos in ore gladij, quousque peruenirent ad extremitatem finium suorum.

8 Reliqui autem qui erant in Bethulia, ingressi sunt castra Assyriorum, & praedam quam fugientes Assyrij reliquerant, abstulerunt, & onustati sunt valde.

Filij Israel spoliis Assyriorum ditantur.

9 Hi vero qui victores reuersi sunt ad Bethuliam, omnia quae erant illorum abstulerunt secum, ita vt non esset numerus in pecoribus, & iumentis, & vniuersis mobilibus eorum, vt a minimo vsque ad maximum omnes diuites fierent de praedationibus eorum.

C

10 Joachim autem summus pontifex de Jerusalem venit in Bethuliam, cum vniuersis presbyteris suis, vt videret Judith.

Benedicitur Judith a pontifice & populo.

11 Quae cum exisset ad illum, benedixerunt eam omnes vna voce, dicentes:

12 Tu gloria Jerusalem, tu laetitia Israel, tu honorificentia populi nostri, quia fecisti viriliter, & confortatum est cor tuum, eo quod castitatem amaueris, & virum tuum, alterum nescieris: ideo & manus Domini confortauit te, & ideo eris benedicta in aeternum.

D

13 Et dixit omnis populus, Fiat, fiat.

14 Per dies autem triginta, vix collecta sunt spolia Assyriorum a populo Israel.

15 Porro autem vniuersa quae Holofernis peculiaria fuisse probata sunt, dederunt Judith in auro, & argento, & vestibus, & gemmis, & omni supellectili, & tradita sunt omnia illi a populo.

16 Et omnes populi gaudebant cum mulieribus, & virginibus, & iuuenibus, in organis, & citharis.

CAPVT

A

CAPVT XVI.

Iudith Domino laudem canit ob victoriã.

1 TVnc cantauit canticum hoc Domino Iudith, dicens:

2 Incipite Domino in tympanis, cãtate domino in cymbalis, modulamini illi psalmum nouum, exultate & inuocate nomen eius.

3 Dominus conterens bella, Dominus nomen est illi.

4 Qui posuit castra sua in medio populi sui, vt eriperet nos de manu omniũ inimicorum nostrorũ.

Supr. 7. c 5 Venit Assur ex montib. ab Aquilone in multitudine fortitudinis suæ: ‖ cuius multitudo obthurauit torrẽtes, & equi eorum cooperuerunt valles.

6 Dixit se incensurum fines meos, & iuuenes meos occisurum gladio, infantes meos dare in prædam, & virgines in captiuitatem:

7 Dominus autem omnipotens nocuit eum, & tradididit eum in manus fœminæ, & cõfodit eum.

B

8 Non enim cecidit potens eorum a iuuenib⁹, nec filij Titan percusserunt eum, nec excelsi gigantes imposuerunt se illi, ‖ sed Iudith filia Merari in specie faciei suæ dissoluit eum. Sup. 10. d

Sup. 10. d 9 ‖ Exuit.n. se vestimento viduitatis, & induit se vestimento lætitiæ in exultatione filiorum Israel.

10 Vnxit faciem suam vnguento, & colligauit cincinnos suos mitra, accepit stolam nouam ad decipiendum illum.

11 Sandalia eius rapuerunt oculos eius, pulchritudo eius captiuam fecit animam eius, amputauit pugione ceruicem eius.

12 Horruerunt Persæ constantiam eius, & Medi audaciam eius.

13 Tunc vlulauerunt castra Assyriorum, quando apparuerunt humiles mei, arescentes in siti.

14 Filij puellarum compunxerunt eos, & sicut pueros fugientes occiderunt eos, perierunt in prælio à facie Domini Dei mei.

15 Hymnum cantemus Domino, hymnum nouum cantemus Deo nostro.

16 Adonai Domine magnus es tu, & præclarus in virtute tua, & quem superare nemo potest.

C

Gen. 1. Psal. 32. b 17 Tibi seruiat omnis creatura tua: ‖ quia dixisti, & facta sunt: misisti spiritum tuum, & creata sunt, & non est qui resistat voci tuæ.

18 Montes à fundamentis mouebuntur cum aquis, petræ sicut cera liquescent ante faciem tuam.

19 Qui aũt timẽt te, magni erũt apud te p omnia.

20 Væ genti insurgenti super genus meum: Dominus enim omnipotens vindicabit in eis, in die iudicij visitabit illos.

21 Dabit enim ignem & vermes in carnes eorum, vt vrantur & sentiant vsq; in sempiternum.

Parta victoria venit omnis populus Ierusalem ad adorandum. 22 Et factum est post hæc, omnis popul⁹ post victoriam venit in Ierusalem adorare Dominum: & mox vt purificati sunt, obtulerunt omnes holocausta, & vota, & repromissiones suas.

D

2. Reg. 8. b 23 Porrò Iudith vniuersa vasa bellica Holofernis quæ dedit illi populus, & conopœum q; ipsa sustulerat de cubili ipsius, ‖ obtulit in anathema obliuionis.

24 Erat autem populus iucundus secundum faciem sanctorum, & per tres menses gaudium huius victoriæ celebratum est cum Iudith.

25 Post dies autem illos vnusquisque rediit in domum suam, & Iudith magna facta est in Bethulia, & præclarior erat vniuersæ terræ Israel.

26 Erat etiam virtuti castitas adiuncta, ita vt nõ cognosceret virum omnibus diebus vitæ suæ, ex quo defunctus est Manasses vir eius.

27 Erat autem diebus festis procedens cum magna gloria.

1 PRæcinit autem Iudith hoc carmen gratulatorium inter omnes Israelitas, & vniuersus populus hanc laudem clara voce decantauit, cæpitq; Iudith:

2 Ordimini Deo meo tympanis, Domineq; meo cymbalis incinite: modulamini carmen ei, extollite laudem, & nomen eius inuocate.

3 Quoniam profligator bellorum est Dominus,

4 Qui [1] posuit in medio populi castra sua, & me vindicauit de manu persequentium. 1 ὁ 3ide.

5 Venit Assyrius e montibus ab Aquilone, venit cum copiarum suarum myriadibus, quarum multitudo torrentes intercinsit, vallesq; equitatus operuit.

6 Aiebat se fines meos igni vastaturum, iuuenibusq; meis gladio ceremptis, altisque solo lactentibus, prædæ daturum infantes meos, abacturumq; virgines.

7 Dominus omnipotens manu fœminæ frustratus est eos.

8 Neq; enim iuuenum opera robustus occubuit, nec ceciderunt eum nati e Titanibus, nec excelsi gigantes aggressi sunt, sed Iudith Merari filia pulchritudine faciei suæ dissipauit ipsos.

9 Cum enim exuisset vestitũ viduitatis suæ, [vestesq; festiuas induisset,] vt [2] laborantes Israelitas eueheret, 2 miseros.

10 Faciẽ sua vnguento peruncta, & redimita mitra capillis suis stolaq; quam sumpsit nouam, decepit illum.

11 Sandalium eius oculum hominis rapuit, & pulchritudine huius captus est illius animus, ceruicem ipsius penetrauit acinaces.

12 Persæ exhorruerunt audaciam eius, stupueruntq; Medi fiduciam.

13 Tum iubilauerunt humiles mei, & infirmi exclamauerunt [siti torridi,] territique sunt illi, & sublato clamore in fugam conuersi.

14 Filij puellarum confoderunt illos, & vt seruos fugitiuos vulnerarunt prælio Domini Dei mei disperditos.

15 Carmen & laudem cantabo Domino,

16 Magnus es Domine & gloriosus, admirandus viribus, & inuictus.

17 Tibi seruiat vniuersum opificiũ tuum, quoniam iussisti, & extitit. misisti spiritum tuum, & prodiit, nec est quod voci tuæ resistat.

18 Montes enim a fundamentis emouebuntur cum aquis, petræque in modum ceræ liquescent à conspectu tuo,

19 Cunctis iis qui te metuunt propitius. Quoniam paruum est omne quamuis gratum odore sacrificium, omnisq; holocausto crematus adeps minimus, præ eo qui veneretur Dominum, & per omnia magnus est.

20 Væ gentibus in genus meum consurgentibus, Dominus omnipotens vindicabit eas die iudicij.

21 Cum immittet corporibus earum ignem & vermes quorum perpetuo sensu lugeant.

22 Vt autem venerunt Hierosolymam, adorauerunt Dominum, & lustrato populo holocausta sua, gratuitaque donaria, ac munera obtulerunt.

23 Et dedicauit Iudith omnem supellectilem Holophernis à populo sibi traditam, & conopæum quod ipsa cubiculo eius abstulerat, donarium Domino consecrauit.

24 Cumque populus celebrando lætitiam, Hierosolymis in conspectu sacrorum tres menses peregisset, Iudith ibidem permansit.

25 Exactis autem diebus illis ad suam quisq; possessionem reuersus est, remeauitque Iudith Bethuliam, & in bonis suis habitauit.

26 Fuit autem ætate sua per totam terram inclyta, procosque multos habuit: nullus tamen vir ea potitus est omni tempore vitæ eius, postquam Manasses maritus eius morte obita sepulturæ genti suæ mandatus fuerat.

27 Processit inquam ad claritatem eximiam,

28 *Donec in domo viri sui ad centesimum quintum annum ætatis perueniret, & manumissa ancilla sua, & obiit Bethuliæ, & sepulchro viri sui Manassis mandata est.*

29 *Luxitque eam domus Israelitica septem diebus. Cæterum antequam moreretur, bona sua Manassi viro suo filiisque, genere proximis distribuit.*

30 *Non extitit autem in vita Judith qui perterreret Israelitas, nec post obitum eius multis temporibus.*

31 *[Porrò dies huius victoriæ solennis in numerum sacrorum dierum adscriptus ab Hebræis, ex eo tempore ad præsentem vsque diem cultus est ab eisdem.]*

28 Mansit autem in domo viri sui annos centumquinque, & dimisit Abram suam liberam, & defuncta est ac sepulta cum viro suo in Bethulia. Judith mortua.

29 ‖ Luxitque illam omnis populus diebus septem. Gen. 50. b

30 In omni autem spacio vitæ eius non fuit qui perturbaret Israel, & post mortem eius annis multis.

31 Dies autem victoriæ huius festiuitatis, ab Hebræis in numero sanctorum dierum accipitur, & colitur à Judæis ex illo tempore vsque in præsentem diem.

CAP. I.

1 sub. euenit. siue contigit. Hæc historia gesta fuit tempore captiuitatis Babylonicæ, quando omnes Iudæi apud Persas, Medos, Assyrios & Chaldæos in exilio agebant. Quis iste fuerit Assuerus qui Esther Iudæam vxorem duxit, dubium est Hebræis. vno [illegible] consensu sentiunt [illegible] Assuerum genuisse ex Esther Darium Persam, cuius regni anno secundo fuit extructum templum Ierosolymitanum. Fuit & alius Darius Medus, sed qui istum aliquot annis præcessit. Dicunt & Mardochæum fuisse huius historiæ scriptorem: quod colligunt ex fine capitis noni huius libri quo capite finitur liber Esther apud Hebræos.

2 q. d. quum rebus summa tranquillitate, & alta pace frueretur, quum victis hostibus sederet in solio suo, quod erat in Susan vrbe illa regia metropolitana.

3 Ante hanc vocem ponendum est punctum. q. d. facto & absoluto conuiuio, [illegible] Persidis. i. Potentissimi quique.

4 Heb. satrapæ & principes prouinciarum (erant) coram illo. i. remanserunt in aula cum rege facto conuiuio potentissimi quique, tantisper dum ostenderet illis potentiam regni sui. Per appositionem [illegible], robur Persarum & Medorum satrapæ & principes prouinciarum.

5 Heb. In facere videre ipsum opes. i. tantisper dum ostentaret [illegible].

6 [illegible] diebus quibus [illegible] & gloriam [illegible]. q. d. postquam ostentauit opes, &c.

LIBER ESTHER.

Hieronymi in librum Esther præfatio.

LIBRVM Esther variis translatoribus constat esse vitiatum: quem ego de Archiuis Hebræorum reuelans, verbum e verbo expressius transtuli. Quem librum editio vulgata laciniosis hinc inde verborum funibus trahit, addens ea quæ ex tempore dici poterant, & audiri: sicut solitum est scholaribus disciplinis, sumpto themate, excogitare quibus verbis vti poterit, qui iniuriam passus est, vel qui iniuriam fecit. Vos autem ô Paula & Eustochium quoniam, & bibliothecas Hebræorum studuistis intrare, & interpretum certamina comprobastis tenentes Esther Hebraicum librum per singula verba nostram translationem aspicite: vt possitis agnoscere, me nihil etiam augmentasse addendo, sed fideli testimonio simpliciter, sicut in Hebræo habetur, Historiam Hebraicam Latinæ linguæ tradidisse. Nec affectamus laudes hominum, nec vituperationes expauescimus. Deo enim placere curantes minas hominum penitus non timemus: quoniam Deus dissipat ossa eorum qui hominibus placere desiderant. & secundum Apostolum, qui huiusmodi sunt, serui CHRISTI esse non possunt. Rursum in libro Esther alphabetum ex minio vsque ad Teth literam fecimus diuersis in locis, volentes scilicet septuaginta interpretum ordinem per hoc insinuare studioso lectori. Nos enim iuxta morem Hebraicum, ordinem prosequi, etiam in septuaginta editione maluimus.

Argumentum libri Estheræ.

Liber Estheræ ea quæ Judæis temporibus Assueri, id est, Xerxis memorabilia acciderunt: Electionem Estheræ: Hamani exitiale in Judæos consilium, liberationemque eorum & Mardochæi administrationem describit. Estque quasi historia annorum viginti, vt patet ex cap. 1. 2. 3. & 7. eiusdem.

CAPVT I.

FACTVM est in diebus Assueri, (is est Assuerus qui imperitabat ab India vsque ad Æthiopiam centum & viginti septem prouinciis,) [2] in diebus inquam illis.

2 [b] Quum sederet Rex ipse Assuerus in solio regni sui quod erat in Susan metropoli.

3 Anno tertio regni sui apparauit conuiuium cunctis principibus suis atque seruis suis, [3] robur Persarum atque Medorum, [4] cum ducibus & præsidibus prouinciarum erat coram eo:

4 [5] Ipse verò ostentabat opes & gloriam regni sui, & rerum splendorem magnificentiæ suæ, idque diebus multis, nempe centum octoginta diebus.

5 [6] Exactis autem illis diebus, [7] parauit Rex populo quoque, omni scilicet qui inuentus fuit in Susan metropoli, [8] siue summi essent siue infimi, conuiuium septem diebus [9] in atrio hortorum domus Regis.

6 [Erat illic aulæ] [10] candida, [12] carbasina [&] [11] hyacinthina, fimbriis byssinis & purpureis [12] suspensa super annulos argenteos [qui innitebantur] columnis marmoreis.

7 [13] Lectuli erant aurei & argentei super pauimentum [14] [constratum lapide] marmoreo Pario & varicoloro.

8 [15] Potabant ex vasis aureis, [16] mutabanturque vasa alia post alia: & vinum [17] [dabatur] regium, idque copiosum iuxta imperium Regis. Erat & [18] lex bibendi,

IN diebus Assueri qui regnauit ab India vsque ad Æthiopiam super centum viginti septem prouincias: A — *Assuerus conuiuium parat principibus suis, vt potentiam & gloriam suam ostenderet.*

2 Quando sedit in solio regni sui, Susan ciuitas regni eius exordium fuit.

3 Tertio igitur anno imperii sui fecerat grande conuiuium cunctis principibus, & pueris suis fortissimis Persarum, & Medorum inclytis, & præfectis prouinciarum coram se:

4 Vt ostenderet diuitias gloriæ regni sui, ac magnitudinem, atque iactantiam potentiæ suæ, multo tempore, centum videlicet & octoginta diebus.

5 Cumque implerentur dies conuiuii, inuitauit omnem populum qui inuentus est in Susan à maximo vsque ad minimum: & iussit septem diebus conuiuium præparari in vestibulo horti, & nemoris, quod regio cultu & manu consitum erat.

6 Et pendebant ex omni parte tentoria ærei coloris, & carbasini ac hyacinthini, sustentata funibus byssinis, atque purpureis qui eburneis circulis inserti erant, & columnis marmoreis fulciebantur. B

7 Lectuli quoque aurei & argentei, super pauimentum smaragdino & pario stratum lapide dispositi erant: quod mira varietate pictura decorabat.

8 Bibebant autem qui inuitati erant, aureis poculis, & aliis atque aliis vasis cibi inferebantur. Vinum quoque, vt magnificentia regia dignum erat, abundans

7 apparauit Rex ipse omni populo. 8 Heb. à magno vsque ad paruum. Hoc refertur ad gradum. q. d. cuiuscunque conditionis homines. 9 vel, in vestibulo horti palatii Regis. [illegible] antecedens pro relatiuo. 10 & viridis. 11 i. rubri coloris, Gallice, comme d'ung oillet. 12 tenta (vel, alligata) in circulis argenteis & columnis [illegible] erant funibus byssinis alligata semicirculos argenteos, qui infixi erant columnis marmoreis. vel potius tenebantur & comprehendebantur aulæa illa funibus byssinis super semicirculos argenteos. i. funibus traiectis per circulos argenteos, siue fibulas argenteas, (&) super columnas marmoreas. i. qui funes byssini [illegible] & [illegible] columnis marmoreis. His tentoriis tam preciosis protegebantur ab iniuria solis. 13 Lectis veteres ad conuiuia vtebantur, iacentesque cibum sumebant. 14 prophyriticum, & marmoreum, & Parium & hyacinthinum. 15 Heb. Propinabant autem in. 16 Heb. & vasa à vasis, erant diuersa i. vasis aureis diuersis porrigebant vinum. 17 Heb. regni erat multum iuxta manum Regis. i. regium vinum abundabat, pro suauitate & magnificentia Regis. Gallice, [illegible] pour [illegible] du Roy, ou comme appartient à ung Roy. 18 Heb. potatio secundum legem, nemo erat cogens: quia sic fundauerat. (i. præceperat) Rex omni præfecto domus suæ vt facerent pro voluntate viri & viri. i. potatio certa quadam lege erat instituta: nemo erat qui cogeret sodalem bibere: quia sic firmissime seruandum præceperat Rex, ne scilicet vllus cogeretur: præceperat inquam vnicuique præfecto domus suæ vt facerent pro voluntate & arbitrio vniuscuiusque.

& præ-

præcipuum ponebatur. Nec erat qui nolentes cogeret ad bibendum: sed sicut rex statuerat, præponens mensis singulos de principibus suis vt sumeret vnusquisq; quod vellet.

Vasthi regina iussu regis accersita, recusat ad eum venire.

9 Vasthi quoque regina fecit conuiuium fœminarum in palatio, vbi rex Assuerus manere consueuerat.

10 Itaq; die septimo, cum rex esset hilarior, & post nimiam potationem incaluisset mero, præcepit Mauman & Bazatha & Harbona & Bagatha & Abgatha & Zethar & Charchas, septem eunuchis qui in conspectu eius ministrabant.

C

Vasthi pulchra.

11 Vt introducerent reginam Vasthi coram rege, posito super caput eius diademate, vt ostenderet cunctis populis & principibus pulchritudinem illius: erat enim pulchra valde.

12 Quæ renuit, & ad regis imperium, quod per eunuchos mandauerat, venire contempsit.

Rex, sapientũ consilio eam repudiat.

13 Vnde iratus rex, & nimio furore succensus, interrogauit sapientes qui ex more regio semper ei [a] adhærebant, & illorum faciebat cuncta cõsilio, scientium leges, ac iura maiorum:

[a] *aderant*

14 (Erant autem primi & proximi, Charsena & Sethar & Admatha & Tharsis & Mares & Marsana & Mamuchan, septem duces Persarum, atq; Medorum qui videbant faciem regis, & primi post eum residere soliti erant.)

15 Cui sententiæ Vasthi regina subiaceret, quæ Assueri regis imperium, quod per eunuchos mandauerat, facere noluisset.

16 Responditq; Mamuchan, audiente rege, atq; principibus, Non solum regem læsit regina Vasthi, sed & omnes populos, & principes qui sunt in cunctis prouinciis regis Assueri.

D

17 Egredietur enim sermo reginæ ad omnes mulieres, vt contemnant viros suos, & dicant, Rex Assuerus iussit vt regina Vasthi intraret ad eum, & illa noluit.

18 Atq; hoc exemplo omnes principum coniuges Persarum atq; Medorum, paruipendent imperia maritorum. vnde regis iusta est indignatio.

19 * Si tibi placet, egrediatur edictum à facie tua, & scribatur iuxta legem Persarum atq; Medorum, quam præteriri illicitum est, vt nequaquam vltra Vasthi ingrediatur ad regem, sed regnum illius, altera quæ melior est illa, accipiat.

* *Et*

20 Et hoc in omne (quod latissimum est) prouinciarum tuarum diuulgetur imperium, & cunctæ vxores tam maiorum quàm minorum deferant maritis suis honorem.

21 Placuit consilium eius regi & principibus: fecitq; * iuxta consilium Mamuchan.

* *rex*

Edictum regis de imperio virorum in vxores.

22 Et misit epistolas ad vniuersas prouincias regni sui, vt quæq; gens audire & legere poterat, diuersis linguis & literis, esse viros principes ac maiores in domibus suis: & hoc per cunctos populos diuulgari.

vt neminem quis cogeret: nam sic ordinarat rex per omnes qui præerant in domo sua, vt facerent iuxta cuiusque voluntatem.

9 *Sed & Vasthi regina apparauit conuiuium fœminarum in domo regia quæ erat regi Assuero.*

10 [19] *Die septimo quum cor regis à vino* [20] *exhilaratum esset,* [21] *dixit ad Mehuman, Bizthan, Harbonam, Bigthan, Abagthan, Zethar & Charcas septem* [22] *cubicularios, qui ministrabant in conspectu regis Assueri.*

11 *Vt introducerent Vasthi reginam* [23] *in conspectũ regis cum corona regia, vt ostenderet populis & principibus pulchritudinem eius:* [24] *eleganti enim erat forma.*

12 *At regina Vasthi renuit venire* [25] *iuxta imperium regis per cubicularios:*

13 *Hinc rex vehementer iratus est ita vt exardesceret furor eius in eo. Tum ait rex ad sapientes,* [26] *peritos temporum, [hunc enim* [27] *morem habebat rex: ante omnes qui legum & iudiciorum gnari erant.*

14 *Ex intimis autem (consiliariis) qui ei assidebãt, cum erant Carschan, Sethar, Admatha, Tharsis, Meres, Marsena & Memuchan, septem scilicet principes Persiæ & Mediæ,* [28] *intuentes vultum regis,* [29] *qui primas obtinebant in regno.*]

15 *Quid fiet reginæ Vasthi* [30] *iuxta legem, quòd non fecit imperium regis Assueri, quod (imperauit) per* [31] *cubicularios?*

16 *Respondit Memuchan coram rege & principibus Regina Vasthi non in solum regem peccauit, sed & contra omnes principes, & contra omnes populos qui sunt in omnibus prouinciis regis Assueri.*

17 [32] *Diuulgabitur enim factum reginæ apud omnes mulieres,* [33] *vt contemnant maritos suos* [34] *in oculis suis,* [35] *dicentes Rex Assuerus iussit introduci Vasthi reginam in conspectum suum, at illa non venit.*

18 *Quin &* [36] *hoc ipso die vxores principum Persarum & Medorum, quæ factum reginæ audierunt, dicent cunctis principibus regis, &* [37] *satis erit contemptus ac indignationis.*

19 *Si igitur bonum videtur regi, exeat edictum regium* [38] *à conspectu eius, scribaturq;* [39] *iuxta decreta Persarum & Medorum, (quæ transgredi fas non est,)* [40] *vt Vasthi in conspectum regis Assueri non ingrediatur, deinde dignitatem regiam quam ipsa habuit det rex sociæ ipsius, quæ melior ipsa est.*

20 *Audietur hæc sententia regis, quam* [41] *edet per vniuersum regnum suum, (*[42] *quod magnum est,) & in pretio habebunt omnes mulieres maritos suos,* [43] *siue summa fuerint siue infima.*

21 *Placuit hoc verbum* [44] *tam regi quàm principibus: fecitq; rex quemadmodum loquutus erat Memuchan.*

22 *Mittens epistolas per omnes prouincias* [45] *regis, in singulas inquam prouincias* [46] *secundum scripturam eius (prouinciæ:) ad singulos etiam populos* [47] *iuxta linguam eorum, vt quisq; maritus* [48] *imperitaret in domo sua:* [49] *loquuntur itaque est iuxta linguam cuiusque populi.*

19 i. postremo die illius conuiuii ab Assuero celebrati.
20 vel, reddstum esset (solito) lætius,
21 pro, mandauit ipsi &c.
22 eunuchis,
23 Hebraismus, pro ad se.
24 Heb. quia bona erat aspectu.
25 Heb. in verbo regis quod erat in manu eunuchorum. i. ad imperium regis quod mandauerat per eunuchos.
26 i. qui callebant quæ retroactis temporibus gesta fuerãt à maioribus, qui vetusta multa exempla tenebant memoriæ.
27 Hæc parenthesis finitur ante hæc verba, Quid fiet &c. sic autem vertendum dictionibus aliquot subauditis, quia sic erat mos regis (ponendi in deliberationem quid fieri deberet) coram omnibus peritis legum & iurium. proximi autem illi, scilicet Assueri, erant Carsan &c. i. talis erat consuetudo regum Persidis deferendi ardua ad peritos legum & iurium. qui autem tum erant primæ apud illud authoritatis, isti sunt Carsan &c.
28 i. qui versabantur in cubiculo regis, & erant eius familiares.
29 Heb. qui sedebant primum in regno. i. qui in administratione regni primas tenebant. Hic est finis parenthesis.
30 i. secundum rationẽ legum,
31 Eunuchos?
32 Heb. Egredietur enim verbum
33 Heb. ad faciendum sperrare. i. quod ansa & occasio erit vt contemnant, & vnde fiet vt spernant &c.

A

CAPVT II.

1 His [a] itaque gestis, postquam regis Assueri indignatio deferbuerat, [b] recordatus est Vasthi, [c] quæ fecisset, vel quæ passa esset:

[a] *ita*
[b] *recordatus*
[c] *&*

1 *Post hæc gesta, quum furor regis Assueri resedisset,* [1] *mentionem fecit ipsius Vasthi & eorum quæ commiserat, & sententiæ quæ in eam lata erat.*

34 i. arroganter, impudenter, & magno fastu. qui declaratur per oculos magno supercilio. q.d. vnde fiet vt abiecto pudore spernant mulieres viros suos. 35 Heb. in dicere ipsos. sub. narratores. Phrasis Hebraica relatiuum sine antecedente. i. dum dicetur, nempe quod rex Assuerus &c. 36 quo scilicet facinus Vasthi peruenerit ad aures illarum. Aut potius vertendum est, Et de dictillo loquẽtur principes mulieres Persidis & Mediæ, quæ audiuerint facinus reginæ, cunctis &c. i. hunc diem in ore habituræ sunt, & de eo quod factum est hoc die commemorabuntur apud omnes maritos suos. 37 al. unde magnus (erit) contemptus & furor. i. tunc eueniet vt vxores contemnant viros suos, & mariti excandescant in vxores suas. 38 i. pronuncietur nomine eius. 39 inter leges Persidis & Mediæ, & non transeat. i. scribatur in libro constitutionum Persidis & Mediæ, neq; obliteretur q.d. scribatur sententia irreuocabilis. 40 vel, nempe quod nunquam ventura sit regina Vasthi in conspectum regis Assueri, quodq; daturus sit rex sodali sua regiam eius dignitatem meliori ipsa. 41 sub. aduersus Vasthi. 42 quamuis magnum sit. Imperabat enim multis satrapis & prouinciis. 43 Heb. a maximo vsq; ad minimum. i. tam paruos quàm magnos. 44 Heb. in oculis regis & principum. 45 Antecedens pro relatiuo. sibi subditas. 46 i. characteribus quibus vti solebant illæ prouinciæ. 47 i. conformiter quo vtebantur singuli populi. 48 esset dominus. 49 Heb. & loqueretur sermone populi sui. i. vernaculo. hoc est, & promulgaretur lingua propria edictum regium vxoribus, et ab illis intelligi posset. CAP. II. 1 Heb. meminit. Illud non solum ad mentem refertur, sed etiam ad sermonem. q.d. sermonem habuit de facinore illius in conspectu suorum ministrorum.

2 *Dixeruntq́; pueri Regis qui ei ministrabant,*

3 *Quærant Regi puellas virgines formosas. Constituit itaq; Rex inspectores quosdam per omnes prouincias regni sui, qui congregarent omnes puellas virgines elegantis forma, ad Susan regiam arcem in gynæceum, sub manum Hege eunuchi Regis custodis mulierum, qui daret eis mundum muliebrem:*

4 *Quæ verò puella placeret oculis Regis, regina fieret pro Vasthi. placuit hæc res Regi, vt sic faceret.*

5 *Erat tum Iudæus, quispiam in Susan regia arce, cuius nomen Mardochæus, filius Iair, filij Simei, filij Kis, vir Jemini,*

6 *Qui abductus fuerat Ierosolymis cum transmigratione qua abducta fuerat cum Jechonia Rege Iehuda, quem captiuum abduxit Nabuchodonosor Rex Babylonius.*

7 *Is enutriebat Hadassa quæ & Esther, filiam patrui sui: quandoquidem nec patrem habuit nec matrem. erat autem puella venusta forma, & eleganti aspectu, quam Mardochæus post mortem patris eius, & matris eius sibi in filiam adoptauerat.*

8 *Quum ergo præceptum Regis & decretū eius euulgatum esset, congregarenturq; puellæ multæ in Susan regiam arcem sub manum Hegai, recepta est & Esther in ædes regias sub manum Hegai custodis mulierum.*

9 *Placuit hæc puella oculis eius, conciliauitq; sibi gratiam in conspectu eius, festinauitq; dedit ei mundum eius & partes eius, atq; [curauit] vt ei darentur septem puellæ accommodæ ex ædibus regiis, & in gynæceo mutauit eam & puellas eius, ad bonū [illegible].*

10 *Porrò Esther nō indicabat populum suum, & natiuitatem suam, quoniam Mardochæus præceperat ei ne indicaret.*

11 *Singulis autem diebus deambulabat Mardochæus ante atrium gynæcei, vt resciret valeretne Esther, & quid ei fieret.*

12 *Quumq; appeteret tempus cuiusq; puellæ, vt ingrederetur ad Regem Asuerum, exactis videlicet duodecim mensibus, quibus vnicuiq; fiebat iuxta ritum mulierum. nam sic absumebantur dies quibus se comebant: sex menses scilicet in vnctione myrrhina, & sex menses odoribus & mundo muliebri:*

13 *Cum hac itaque [præparatione] ingrediebatur puella ad Regē. & quæcunq; diceret, dabatur ei, vt cum ea ingrederetur è gynæceo in ædes regias.*

14 *Vespere ingrediebatur, & mane reuertebatur ad gynæceum secund. sub manum Saasgaz eunuchi Regis custodis concubinarum. nec ingrediebatur vltra ad Regem, nisi Rex eam vellet, vocareturq; nominatim.*

15 *Quum itaq; appeteret tempus Esther filiæ Abihail patrui Mardochæi, (qui eā sibi filiam adoptauerat,) vt ingrederetur ad Regem, nihil postulauit, nisi quod decreuit Hegai eunuchus Regis custos mulierum.*

16 *Siquidem Esther gratiam conciliauit sibi in oculis omnium qui eam intuebantur. Recepta est itaque Esther ad Regem Asuerum in ædes eius regias mense decimo, is est mensis Tebeth, anno septimo regni eius.*

2 Dixeruntq́; pueri Regis, ac ministri eius:

3 Quærantur Regi puellæ virgines ac speciosæ, & mittātur qui considerent per vniuersas prouincias puellas speciosas & virgines: & adducant eas ad ciuitatem Susan, & tradant eas in domum fœminarum sub manu Egei eunuchi, qui est præpositus & custos mulierū regiarum: & accipiāt mundum muliebrem, & cætera ad vsus necessaria.

4 Et quæcunq; inter omnes oculis regis placuerit, ipsa regnet pro Vasthi. Placuit sermo Regi: & ita vt suggesserant, iussit fieri.

5 Erat vir Iudæus, in Susan ciuitate, vocabulo Mardochæus filius Jair, filij Semei, filij Cis, de stirpe Jemini.

6 Qui translatus fuerat de Jerusalem eo tempore quo Jechoniam Regem Juda, Nabuchodonosor Rex Babylonis transtulerat.

7 Qui fuit nutritius filiæ fratris sui Edissæ, quæ altero nomine vocabatur Esther: & vtrumque parentem amiserat: pulchra nimis, & decóra facie. Mortuisque patre eius ac matre, Mardochæus sibi eam adoptauit in filiam.

8 Cumq; percrebruisset Regis imperium, & iuxta mandatum illius multæ pulchræ virgines adducerentur Susan, & Egeo traderentur eunucho: Esther quoq; inter cęteras puellas ei tradita est, vt seruaretur in numero fœminarum.

9 Quæ placuit ei, & inuenit gratiam in conspectu illius: & præcepit eunucho vt acceleraret mundum muliebrē, & traderet ei partes suas, & septem puellas speciosissimas de domo Regis, & tā ipsam, quàm pedissequas eius ornaret atq; excoleret.

10 Quæ noluit indicare ei populum & patriam suam: Mardochæus enim præceperat ei vt de hac re omnino reticeret:

11 Qui deambulabat quotidie ante vestibulum domus, in qua electæ virgines seruabantur, curam agens salutis Esther, & scire volens quid ei accideret.

12 Cum autem venisset tempus singularum per ordinem puellarum, vt intrarent ad Regem, expletis omnibus quæ ad cultum muliebrem pertinebant, mēsis duodecimus vertebatur: ita dumtaxat, vt sex mensibus oleo vngerentur myrtino, & aliis sex quibusdam pigmētis & aromatibus vterentur.

13 Ingredientesq; ad Regem, quicquid postulassent ad ornatum pertinens, accipiebant: & vt eis placuerat, compositæ, de triclinio fœminarum ad Regis cubiculum transibant.

14 Et quæ intrauerat vespere, egrediebatur mane, atque inde in secundas ædes deducebantur quæ sub manu Susagazi eunuchi erant: qui concubinis Regis præsidebat: nec habebat potestatem ad Regem vltra redeundi, nisi voluisset Rex, & eam venire iussisset ex nomine.

15 Euoluto autem tempore per ordinem instabat dies quo Esther filia Abihail fratris Mardochęi, quam sibi adoptauerat in filiam, deberet intrare ad Regem. quæ non quæsiuit muliebrem cultum, sed quæcunq; voluit Egeus eunuchus custos virginum, hæc ei ad ornatum dedit. 16 Erat enim formosa valde, & incredibili pulchritudine, omnium oculis gratiosa & amabilis videbatur. Ducta est itaque ad cubiculum Regis Assueri mense decimo qui vocatus Tebeth, septimo anno regni eius.

Quæruntur Regi Assuero puellæ, inter quas erat Esther.

Mardochæus adoptat Esther in filiam.

4 Reg. 24. d

Pulchra Esther.

B

Esther cum ceteris pulchris puellis seruatur in domo Regis.

myrrhino.

C

deducebantur.

Esther ad Regem introducitur: quæ præ cæteris illi placēs, regina efficitur.

2 sub. quæsitores. i. hi quibus id oneris impositum fuerit.
3 Et constituat Rex præfectos.
4 congregent.
5 vrbem metropolitanam.
6 vel, in domū mulierum.
7 sub. regiarum.
8 & largiatur.
9 munditoria earum. i. ea quibus sordes corporis detergere solent, & cutem suam curare, seque ornare.
10 placuerit.
11 regnet.
12 feceritq; sic.
13 i. de tribu Iuda.
14 i. de stirpe Beniamin. hoc dicit vt ostendat eum fuisse de semine regio.
15 vel, ab Ierusalem.
16 quam captiuam abduxerat.
17 nutriuerat.
18 pulchra specie. hoc refertur ad habitum corporis.
19 Heb. auditū.
20 i. ad Hegai.
21 vel, assumpta
22 sub Hegai i. [illegible]
[illegible]

[illegible] 27 cognationem suam. 28 vel, turris, siue vestibulum. [illegible] Heb. pacem [illegible] 31 [illegible] iuxta legem mulierum. i. iuxta legem de mulieribus latam. 32 [illegible] Duodecim menses præteribant [illegible] posteriori semestri, aromatibus vngi solebant. 34 cum aromatibus & cum munditionibus [illegible] hoc est, peracta hac purificatione. 36 [illegible] dabatur ei [illegible] 39 [illegible] ad Regem. 40 secundum [illegible] Hebræorum. Erat enim duo gynæcea, vnum [illegible], alterum concubinarum [illegible] ad Regem, & iterum reuertebantur in domum mulierum. 40 vel, non solebat venire. 42 [illegible] ad Regem, Gallicè, le tour. 41 quo scil. elegantius ornaretur, aut elegantior faciei eius [illegible] Solebant enim mulieribus intraturis ad regem dare quæ ipsæ optabant vt placerent reg. 44 [illegible] 45 Heb. [illegible] 46 Hic mensis dicitur à nobis December. 47 Et

17 Et adamauit eam rex plus quàm omnes mulieres, habuitque gratiam & misericordiam coram eo super omnes mulieres, & posuit diadema regni in capite eius, fecitque eam regnare in loco Vasthi.

18 Et iussit conuiuium præparari permagnificum cunctis principibus, & seruis suis pro coniunctione, & nuptiis Esther: & dedit requiem vniuersis prouinciis, ac dona largitus est iuxta magnificentiam principalem.

19 Cumque & secundò quærerentur virgines & congregarentur, Mardochæus manebat ad ianuam regis.

20 Necdum prodiderat Esther patriam & populum suum, iuxta mandatum eius. quicquid enim ille præcipiebat, obseruabat Esther: & ita cuncta faciebat vt eo tempore solita erat quo eam paruulam nutriebat.

Bagathan & Thares insidiantes vita regis suspenduntur.

21 Eo igitur tempore quo Mardochæus ad regis ianuam morabatur, irati sunt Bagathan & Thares duo eunuchi regis qui ianitores erant, & in primo palatii limine * residebant: volueruntque insurgere in regem, & occidere eum.

** præsidebant.*

22 Quod Mardochæum non latuit: statimque nunciauit reginæ Esther: & illa regi ex nomine Mardochæi qui ad se rem detulerat.

23 Quæsitum est, & inuentum: & appensus est vterque eorum in patibulo. Et iussit rex vt in libro memoriali scriberetur, vt pro vita sua aliquid repensaret ei: mandatumque est historiis, & annalibus traditum coram rege.

17 *Adamauit autem rex ipsam Esther præ cunctis mulieribus, nactaque est gratiam &* [47] *beneficentiam in conspectu eius supra omnes virgines, (adeo) vt imponeret capiti eius diadema regium, faceretque eam reginam loco Vasthi.*

18 *Et apparauit rex conuiuium magnum cunctis principibus suis, & seruis suis, nempe* [48] *conuiuium Esther,* [49] *remisitque prouinciis, & dedit* [50] *fercula (regia) pro regia* [51] *munificentia.*

19 *Quumque* [52] *denuò congregarentur virgines, sedebat Mardochæus pro porta regis.*

20 [53] *Esther verò nõ indicauerat natale suum solum, nec populum suum, quemadmodum præceperat ei Mardochæus: quin & iussum Mardochæi faciebat Esther, quemadmodum (ante) dum fuerat* [54] *sub educatione eius.*

21 *Sub idem tempus quum Mardochæus sederet pro porta regis, irati sunt Bigthan & Thares, duo eunuchi regis ex custodibus* [55] *liminis,* [56] *conantes manus inferre regi Asuero.*

22 *Cognita est hæc res à Mardochæo, qui indicauit (hoc) Esther reginæ, Esther autem dixit (hoc) regi, nomine Mardochæi.*

23 *Et inquisitione facta, inuentum est negocium hoc, amboque* [57] *suspensi sunt: & scriptum est* [58] *hoc in libro annalium, coram rege.*

47 fauorem: i. conciliauit sibi gratiam & fauorem illius.
48 i. quod celebratur propter Esther nouam coniugem.
49 Hebr. quietem fecit, i. minuit tributa prouinciarum propter ipsam Esther.
50 munera
51 vel, magnificentia sua, facultate.
52 Hebr. secundo [illegible] ad tempus secundarum nuptiarum.
53 (Et tunc) Esther non indicabat progeniem suam [illegible]
54 [illegible]
55 [illegible]
56 [illegible]
57 suspensi sunt [illegible]
58 i. beneficium illud quod præstiterat Mardochæus regi.

CAPVT III.

Aman exaltatum à rege solus Mardochæus non adorat.

1 POst hæc rex Assuerus exaltauit Aman filium Amadathi, qui erat de stirpe Agag: & posuit solium eius super omnes principes quos habebat:

2 Cunctique serui regis qui in foribus palatii versabantur, flectebant genua, & adorabant Aman. Sic enim præceperat eis imperator. Solus Mardochæus non flectebat genu, neque adorabat eum.

** præsidebant.*

3 Cui dixerunt pueri regis qui ad fores palatii * residebant, Cur præter cæteros non obseruas mandatum regis?

Videns Aman se contemptum à Mardochæo, omnium Iudæorum interitum ab Assuero impetrat.

4 Cumque hoc crebrius dicerent, & ille nollet audire, nunciauerunt Aman, scire cupientes vtrum perseueraret in sententia. dixerat enim eis se esse Iudæum.

5 Quod cum audisset Aman, & experimento probasset quod Mardochæus non flecteret sibi genu, nec se adoraret, iratus est valde,

6 Et pro nihilo duxit in vnum Mardochæum mittere manus suas: audierat enim quod esset gentis Iudææ, magisque voluit omnem Iudæorum, qui erant in regno Assueri, perdere nationem.

7 Mense primo (cuius vocabulum est Nisan) anno duodecimo regni Assueri, missa est sors in vrnam, quæ Hebraicè dicitur phur, coram Aman, quo die & quo mense gens Iudæorum deberet interfici: & exiuit mensis duodecimus qui vocatur Adar.

8 Dixitque Aman regi Assuero. Est populus per omnes prouincias regni tui dispersus, & à se mutuò separatus, nouis vtens legibus & cæremoniis, insuper & regis scita contemnens: & optimè nosti quod non expediat regno tuo vt insolescat per licentiam.

9 Si tibi placet, decerne vt pereat, & decem millia talentorum appendam arcariis gazæ tuæ.

1 *POsteaquam hæc essent gesta,* [1] *euexit rex Asuerus Haman filium Hamedatha* [2] *Agagæum, & extulit eum, posuitque solium eius supra omnes principes quos habebat secum.*

2 *Et omnes serui regis qui erant* [3] *pro porta regis genu flectebant & procidebant coram Haman, (sic enim de eo præceperat rex,) Mardochæus verò nec genu flectebat, nec* [4] *procidebat.*

3 *Dixerunt ergo serui regis qui erant pro porta regis ad Mardochæum. Quur tu præteris præceptum regis?*

4 *Quumque quotidie (sic) loquerentur ad eum, nec audiebat eos, quod illi ipsi Haman indicauerunt* [5] *ut viderent num res Mardochæi consisterent: indicauerat enim eis se* [7] *Iudæum esse.*

5 *Videns itaque Haman quod Mardochæus non genu flecteret, nec* [8] *ante eum procumberet, repletus est furore,*

6 [9] *Leueque ducebat inferre manus soli Mardochæo: indicauerant enim ei* [10] *populum Mardochæi,* [11] *quin Haman conatus est omnes Iudæos delere, qui erant in vniuerso regno Asueri,* [12] *& qui erant de populo Mardochæi.*

7 *Mense primo, hic est mensis* [13] *Nisan, anno duodecimo regni Asueri,* [14] *iniecit* [illegible] *pur, hoc est sortem, coram Haman* [illegible] [15] *quotidie &* [16] *singulis mensibus, vsque in mensem duodecimum, hic est mensis* [illegible] *Adar.*

8 [17] *Dixit ergo Haman regi Asuero.* [18] *Est populus quidam dispersus &* [19] *dispersus inter populos per omnes prouincias regni tui, quorum leges variant ab omnium populorum (legibus,) qui nec regis decreta faciunt, nec* [20] *expedit regi ut sic* [illegible] *dimittat.*

9 *Si ergo bonum videtur regi,* [21] *scripto (edictum) promulgetur, ut* [illegible] *pereant, decemque millia talentorum argenti appendam per manus eorum qui opus* [illegible] *(hoc) [illegible] inferantur in thesauros regis.*

CAP. III.
1 Heb. magnificauit.
2 i. de stirpe & regione Amaleciti [illegible] Agag.
3 i. illi quibus custodia corporis ipsius regis demandata erat.
4 sub ante Haman.
5 quo sciret [illegible] Mardochæus in sententia sua.
7 Hac indicatione ostendebat ad Iudæos nõ licere, nempe deos colere [illegible]

* Heb. [illegible] 2 [illegible] Heb. Ex [illegible] respondit [illegible]
11 Heb. & tunc [illegible] Haman [illegible] 12 Heb. populum Mardochæi [illegible] quam [illegible] populum Mardochæi, i. de quorum gente erat Mardochæus. 13 Sic dicitur apud Hebræos Martius. 14 Heb. [illegible]
[illegible]

10 *Et tulit Rex annulum suum de manu sua, deditq́; eum Haman filio Hamedatha Agagæo hosti Judæorum:*

11 [26] *Aitq́; Rex ad Haman. Pecunia* [27] *data sit tibi, simulq́; populus iste, vt agas cum illo quod tibi visum fuerit.*

12 *Scribæ igitur Regis vocati sunt mense primo, decima tertia die eiusdem, & scriptum est sicut præcepit Haman ad omnes* [28] *præfectos Regis, & ad duces qui præerant singulis prouinciis, & ad principes singulorum populorum,* [29] *ad vnamquamq; prouinciam secundum scripturam eius, & ad quemq; populum secundum linguam eius: scriptum autem* [30] *est nomine Regis Asueri, obsignatumq; annulo Regis.*

13 *Missæ autem sunt literæ* [31] *per manus cursorum ad omnes prouincias Regis, ad delendum, occidendum & perdendū omnes Judæos, tam iuuenem quam senem, pueros quoq; & mulieres, idq́; vno eodemq; die, nempe decima tertia die mēsis duodecimi, qui est mēsis Adar,* [32] *vtque eorum facultates eorum præda paterent.*

14 *Exemplar* [33] *scripti erat, vt affigeretur edictum in omnibus & singulis prouinciis, vulgareturq; vniuersis populis, vt essent parati* [34] *ad illum diem.*

15 *Egressi itaq; cursores impulsi imperio Regis, &* [35] *affixum est decretum in Susan arce regia porro Rex & Haman sedebant* [36] *& bibebant, quum interim* [37] *ciuitas Susan perplexa esset.*

10 Tulit ergo Rex annulum, quo vtebatur, de manu sua, & dedit eum Aman filio Amadathi de progenie Agag, hosti Iudæorum,

11 Dixitq́; ad eum. Argentum quod tu pollicetis, tuum sit: de populo *age quod tibi placet.

12 Vocatique sunt scribæ Regis mense primo Nisan, tertiadecima die eiusdem mensis: & scriptū est, vt iusserat Aman, ad omnes satrapas Regis & iudices prouinciarum, diuersarumq́; gentium, vt quæq́; gens legere poterat, & audire pro varietate linguarum, ex nomine Regis Assueri: & literæ signatæ ipsius annulo,

13 Missæ sunt per cursores Regis ad vniuersas prouincias, vt occiderent atq; delerent omnes Judæos, à puero vsq; ad senem, paruulos & mulieres, vno die, hoc est, tertiodecimo mensis duodecimi qui vocatur Adar, & bona eorum diriperent.

14 Summa autem epistolarum hæc fuit, vt omnes prouinciæ scirent & pararent se ad prædictum diem.

15 Festinabant cursores qui missi erant Regis imperium explere: statimq́; in Susan pependit edictum, Rege & Aman celebrante conuiuium, & cunctis Judæis qui in vrbe erant, flentibus.

*autem

D

26 Responditq́; 27 data est. i. pecunia illa quam polliceris, tibi datur, seruato eā tibi: similque do tibi populum quem petis. 28 principes. 29 Heb. prouinciæ & prouinciæ iuxta scripturam eius, & populi & populi secundū linguam eius. Genus dicendi Hebraicum, pro, iuxta scripturam singularum prouinciarum, & iuxta idioma singulorum populorum. 30 erat. sub. quod scriptum erat. 31 i. opera cursorum. 32 vtq; diriperent (vel, perderent) prędam eorum. i. vt diriperēt bona eorum. Ordo vniuersus apud Hebræos. 33 literarum erat vt daretur. (i. promulgaretur) lex quædam in singulis prouinciis, (exemplar, inquam innotuit omnibus populis) vt, &c. 34 i. 13. diem mensis 12. 35 Heb. data fuit lex. i. promulgata fuit. 36 Heb. ad bibēdum. i. interim indulgebant genio. 37 i. Iudæi qui erant in Susan, turbati erant admodum propter legem aduersus eos latam. Continens pro contento: multi erāt Iudæi in Susan.

CAPVT IV.

1 *QVum verò Mardochæus cognouisset omnia quæ fiebant, discidit vestimenta sua, induitq́; saccum* [1] *cum cinere, & egressus in medium vrbis, clamauit clamore magno & amaro.*

2 *Et peruenit* [2] *vsq; ad portas Regis, (non* [3] *enim ingredi audebat portas Regis quum sacco indutus esset.)*

3 *Quin & in omni prouincia,* [4] *regione & loco, quo* [5] *verbum Regis & decretum eius peruenerat, luctus erat magnus apud Judæos, ieiunium, fletus, lamentum, saccus &* [6] *puluis stratum [erat] multis.*

4 *Venientes autem puellæ Esther & eunuchi eius,* [7] *nunciauerunt ei &* [8] *consternata est regina vehementer, & misit vestes quas indueret Mardochæus, deposito à se sacco suo sed non accepit.*

5 *Vocauit ergo Ester Hathach quendam ex eunuchis Regis,* [9] *quos Rex constituerat, [vt ministrarent] ante eam, & dedit ei mandatum* [10] *ad Mardochæum, vt resciret quid hoc negotij esset, aut cur hoc [faceret.]*

6 *Exiuit igitur Hathach ad Mardochæū* [11] *in plateam ciuitatis,* [12] *quæ erat ante portam* [13] *Regis.*

7 *Indicauit ergo ei Mardochæus quidquid sibi acciderat,* [14] *explicationem quoq; pecuniæ quam pollicitus erat Haman se* [15] *appensurum in thesauros regios contra Judæos vt perderentur.*

8 *Sed & exemplar* [16] *Regij decreti, quod affixum erat in Susan ad perdendum eos, dedit ei, vt ostenderet ipsi Ester,* [17] *indicaretq; ei: & mandaret simul illi vt intrederetur ad Regem,* [18] *obsecraretq; coram eo pro populo suo.*

9 *Ingressus ergo Hathach, nunciauit ipsi Ester verba Mardochæi.*

10 *Dixitq́; Ester ipsi Hathach,* [19] *deditq́; ei mandata ad Mardochæum:*

11 *Omnes serui Regis, &* [20] *populi prouinciarum Regis sciunt, quod quicunque, vir sit siue mulier, introierit ad Regem in atrium interius inuocatus,* [21] *vnam de eo sententiam esse vt interficiatur:* [22] *is tantum viuet,*

1 QVæ cum audisset Mardochæus, scidit vestimenta sua, & indutus est sacco, spargēs cinerem capiti: & in platéa mediç ciuitatis voce magna clamabat, ostendens amaritudinem animi sui.

2 Et hoc eiulatu vsq; ad fores palatij gradiens. non enim erat licitum, indutum sacco aulam Regis intrare.

3 In omnibus quoq; prouinciis, oppidis ac locis, ad quæ crudele Regis dogma peruenerat, planctus ingens erat apud Judæos, ieiunium, vlulatus, & fletus, sacco & cinere multis pro strato vtentibus.

4 Ingressæ autem sunt puellæ Esther & eunuchi, nunciaueruntq; ei. quod audiens consternata est: & vestem misit, vt ablato sacco *indueret eam: quam accipere noluit.

5 Accitoq; Athach eunucho, quem Rex ministrū ei dederat, pręcepit ei vt iret ad Mardochæum, & disceret ab eo cur hoc faceret.

6 Egressusq; Athach, iuit ad Mardochæum: & inuenit eum stantem in platéa ciuitatis, ante ostium palatij.

7 Qui indicauit ei omnia quæ acciderant, quomodo Aman promisisset vt in thesauros Regis pro Iudæorum nece inferret argentum.

8 Exemplar quoq; edicti quod pendebat in Susan, dedit ei vt reginæ ostenderet, & moneret eam vt intraret ad Regem, & deprecaretur eum pro populo suo.

9 Regressus Athach, nunciauit Esther omnia quæ Mardochæus dixerat.

10 Quæ respondit ei & iussit vt diceret Mardochæo:

11 Omnes serui Regis, & cunctæ quæ sub ditione eius sunt, norunt prouinciæ, quod siue vir siue mulier nō vocatus, interius atriū Regis intrauerit, absq; vlla cunctatione statim interficiatur: nisi fortè Rex auream virgam ad eum tetenderit pro signo clementiæ, atq; ita possit viuere. Ego igitur quomodo

A *Luctus Mardochæi ob iam paratā Judæorum necem.*

**indueret eum:*

B *Petiit Esther à Mardochæo per eunuchum causam luctus.*

C *Mardochæus suadet ipsi Esther vt Regem pro populo deprecetur.*

CAP. IV. 1 & cinere sub. aspersus est. 2 vsq; ad locum qui erat ante portam regis. 3 vel, non enim licebat ingredi portas regis indutum sacco. 4 Heb. ad quem locum: i. ad quas. 5 i. edictum. 6 cinis sternebatur multis. i. multi vtebantur loco stratt cinere, i. sacco hoc est, indui sacco iacebant in cinere. 7 quomodo scilicet Mardochæus esset indutus sacco, 8 doluit. 9 quem [illegible] Rex ante illam. id est, cui seruandam dederat reginam. 10 de Mardochæo. 11 quæ erat in platea. 12 sub. platea. 13 i. palatij regis. 14 expositionem id est, oblatam pecuniam. 15 Olim enim appendebant id quod dabatur. 16 legis, vel, ordinationis quæ data fuerat a lata 17 sub. quod gestum fuerat. 18 vt deprecaretur illum, & quæreret ab eo [illegible] pro, & [illegible] petitionem faceret [illegible] salute populi sui. 19 Heb. præcepitque illi [illegible] quæ præcipiebat illi, renunciaret Mardochæo, & diceret quæ sequuntur. 20 Regis [illegible] Hebraismus omnis populus [illegible] 21 [illegible] legem eius esse ad interficiendum. i. quod [illegible] lege lata à Rege, interfici debet q. d. [illegible] lege lata [illegible] Rex vt omnis interficeretur qui ad ipsum ingrederetur non vocatus. 22 Heb. præter eum ad quem porrexerit Rex sceptrum. is enim viuet. i. seruabitur,

ad Re-

ad regem intrare potero quæ triginta iam diebus
non sum vocata ad eum?
D 12 Quod cum audisset Mardochæus, rursum
mandauit Esther, dicens:
13 Ne putes quod animam tuam tantum libe-
res, quia in domo regis es præ cunctis Judæis.
14 Si enim nunc silueris, per aliam occasionem
liberabuntur Judæi: & tu, & domus patris tui per-
ibitis. & quis nouit verum idcirco ad regnum ve-
neris, vt in tali tempore pararetis?
15 Rursumque Esther hæc Mardochæo verba
mandauit:
16 Vade, & cōgrega omnes Judæos, quos in Su-
san reperetis, & orate pro me. Non [1] comedetis [1] &
non bibetis [1] tribus diebus & tribus noctibus: & e-
go cum ancillis meis similiter ieiunabo, & tunc in-
grediar ad regem, contra legem faciens, non voca-
ta, tradensq; me morti & periculo.
17 Iuit itaque Mardochæus, & fecit omnia quæ
ei Esther præceperat.

cui rex sceptrum aureum porrexerit.[1] iam ego vocata
non sum [13] hisce triginta diebus,[1] vt regem adeam.
12 *Hæc verba Esther, [14] renunciarunt, ipsi Mardo-*
chæo. Dixit autem Mardochæus [15] vt renunciarent [1] ipsi
Esther [ad hunc modum.]
13 *Ne putes [16] te animam tuam seruaturam [1] in do-*
mo regis præ omnibus Judæis:
14 *Si etiam omnino tacueris hoc tempore, aliunde*
[17] oborietur [1] Judæis respiratio & liberatio, tu vero & do-
mus patris tui peribitis: & quis scit, [18] si ad hanc oppor-
tunitatem [1] ad regnum perueneris?
15 *Dixit autem Esther, [19] vt nunciarent [1] Mardochæo:*
16 *Vade, & congrega omnes Judæos qui sunt in Su-*
san, & ieiunate [20] pro me [1] ne comedatis, neq; bibatis tri-
bus diebus & [21] tribus noctibus, [1] ego etiam cum ancillis
meis ieiunabo sic, [22] tum [1] ingrediar ad regem, (quod [ta-
men [23] in more non est,) [24] etiamsi mihi omnino pereun-
dum fuerit.
17 *Abiuit igitur Mardochæus, fecit iuxta omnia*
quæ præceperat ei Esther.

13 vel, abhinc triginta diebus.
14 sub. nuncii missi, ab Esther.
15 Hebr. ad respondendum. i. respondendo, Gallic. pour luy faire response.
16 Hebr. in animo tuo adseruari. Infinitiuus est seruari. i. Ne putes apud temetipsam seruari te posse. q.d. Ne existimes te seruatum iri saluis pereuntibus.
17 Heb. stabit. i. emerget, eueniet. i. alia ratione Judæi liberabuntur.
18 Hebr. si propter tēpus illud. i. vt hoc tēpore calamitoso liberares populū tuū.
19 Hebr. ad respondendum i. respondendo vt respōderet Gallice, pour luy faire response.
20 sub. pro me.
21 Heb. nocte & die. i. tribus diebus integris. Ieiunium hoc dicitur triduanū per synecdochen: qa tertio die abiecit Esther saccū, & postea induta est vestibus regalibus adiit regem: qa prima enim ieiunii cōstitit tantū altera parte diei naturalis. cœperunt enim ieiunare a prandio cum primum exposuit rē ipsam illis, q factum est diei non nocte.
22 & sic.
23 est præter legem.
24 Heb. & quando periba, periba. i. si omnino moriar, periba. Peccatum sunt apud Hebræos pro futuris. q.d. Iubens periclitabor de vita pro salute populi mei.

A

CAPVT V.

Esther intrans ad regem, petit vt ipse & Aman ad conuiuium veniant.

1 Die autem tertio induta est Esther regalibus
vestimentis, & stetit in atrio domus regiæ,
quod erat interius, contra basilicam regis: & ille
sedebat super solium suum in consistorio palatii,
contra ostium domus.
2 Cumq; vidisset Esther reginam stantem, pla-
cuit oculis eius, & extendit contra eam virgam au-
ream quam tenebat manu: quæ accedens, osculata
est summitatem virgæ eius.
3 Dixitq; ad eam rex, Quid vis Esther regina?
quæ est petitio tua? etiam si dimidiam partem regni
B petieris, dabitur tibi.
4 At illa respondit, Si regi placet, obsecro vt ve-
nias ad me hodie, & Aman tecum ad conuiuium
quod paraui.
5 Statimq; rex, Vocate, inquit, cito Aman, vt
Esther obediat voluntati. venerunt itaq; rex & A-
man ad conuiuium quod eis regina parauerat.
6 Dixitque ei rex, postquam vinum biberat ab-
undanter: Quid petis vt detur tibi? & pro qua re
postulas? etiam si dimidiam partem regni mei pe-
tieris, impetrabis.

Rursum petit, vt ad conuiuium veniant.

7 Cui respondit Esther, Petitio mea, & preces
sunt istæ: Si inueni in conspectu regis gratiam, & si
C regi placet vt det mihi quod postulo, & meam im-
pleat petitionem:
8 Veniat rex & Aman ad conuiuiū quod paraui
eis, & cras aperiam regi voluntatem meam.

Aman parat patibulum ipsi Mardochæo.

9 Egressus est itaque illo die Aman lætus & ala-
cer. cumque vidisset Mardochæum sedentem ante
fores palatii, & non solum non assurrexisse sibi, sed
nec motum quidem de loco sessionis suæ, indigna-
tus est valde.
10 Et dissimulata ira reuersus in domum suam,
cōuocauit ad se amicos suos, & Zares vxorem suā.
11 Et exposuit illis magnitudinem diuitiarum
suarum, filiorumque turbam, & quanta eum glo-
ria super omnes principes & seruos suos rex ele-
uasset.
12 Et post hæc ait, Regina quoque Esther nul-
lum alium vocauit ad conuiuium cum rege, præ-
ter me: apud quam etiam cras cum rege pransurus
sum.

1 *Factum est autem die tertio, vt indueretur Esther*
regio [1] (cultu,) [1] stetitq; in atrio interiori domus re-
giæ [2] e regione ædium regiarum, sedente rege super solium
regni sui [3] in palatio regni contra ostium domus.[1]
2 *Quumq; videret rex Esther reginam stantem in a-*
trio [4] conciliauit sibi gratiam [1] in oculis eius porrexitq;
rex aureum sceptrū quod manu sua tenebat ipsi Esther:
& accedens Esther attigit summitatem sceptri.
3 *Aitq; rex ad eam, [5] Quid est tibi Esther regina,*
& quæ petitio tua?[1] [6] vsque ad dimidium regni,[1] & da-
bitur tibi.
4 *Respondit Esther, Si regi bonum visum fuerit, ve-*
niat rex & Haman hodie ad conuiuium quod appara-
ui ei.
5 *Dixitq; rex, Adducite cito Haman, vt [7] faciat*
verbum Esther.[1] venit igitur rex & Haman ad conui-
uium quod apparauerat Esther.
6 *Dixitq; rex ad Esther [8] in conuiuio vini,[1] Quæ est*
postulatio tua, & dabitur tibi? & quæ petitio tua? [9] vsq;
ad dimidium regni,[1] & fiet.
7 *Respondens Esther, ait, Petitio mea & postulatio*
[hæc est,] si inueni gratiā in oculis regis, & si regi bo-
num visum fuerit, [10] vt annuat petitioni meæ & præstet
quod peto.
8 *Veniat rex & Haman ad conuiuium quod para-*
bo eis, cras autem [11] faciam iuxta verbum regis.
9 *[12] Egressus itaq; Haman eodem die [13] lætus [1] & hi-*
lari corde. quumque Haman videret Mardochæum in
porta regis, & [quod] nec [14] surgeret, nec terreretur ab eo,[1]
tunc impletus est Haman furore aduersus Mardo-
chæum.
10 *Dissimulauit autem Haman, & veniens domum*
suam, [15] misit [1] & aduocauit amicos suos, & Zares vxo-
rem suam.
11 *Et recensuit Haman eis gloriam opum suarum,*
& multitudinem filiorum suorum, & cuncta in quibus
rex eum euexerat,[16] & [1] quod extulisset eum supra prin-
cipes & ministros regis.
12 *Dixitq; Haman, Etiam regina Esther neminem*
[17] introduxit [1] cum rege ad conuiuium quod parauerat,
præter me: quin & cras inuitatus sum ab ea vna cum re-
ge.

CAP. V.
1 vel, indumēto. Verbale nomen elegitur simpliciter ab Hebræis, q in verbo includitur, vt hic vides.
2 i. Sacrarium erat e regione, &c.
3 in aularum (id est regia, e regione) ostii domus. sub regis.
4 Heb. tulit gratiā, &c. i. Esther Esther.

Xx

vist à rege iniit gratiam ab illo. 5 i. Quid tibi negotii est apud me, & quidnam petis? 6 sub. pete. vel, sic petitio tua. 7 i. morem gerat ipsi Esther.
8 i. inter pocula siue inter bibendum. 9 sub. pete. 10 placeat tibi petitionem meam, & facere. 11 faciam quicquid volueris. Vel melius, die crastino proponam quæstionem meam coram rege, iuxta verbum ipsius regis, sicvt rex præcepit. 12 sub. à conuiuio. 13 propter honorem sibi impensum à regina Esther, quod eum ad conuiuium inuitasset vna cum rege.
14 assurrexisset illi, neque mouisset sese loco. i. quod non cessisset illi. 15 sub. nuncios. i. missis nunciis accersiuit ad se. 16 & pro. i. q. d. quanto honore affecisset illum rex, extollendo eum supra, &c. 17 accersiuit. vel, introduxit.

13 At hoc totum [18] haudquaquam commodum mihi est,[19] quantisper Mardochæum Judæum video sedentem pro porta regis.

14 Ait autem ad eum Sares vxor eius, atq; omnes amici eius,[20] Fiat lignum quod altitudine sit quinquaginta cubitorum, & postea mane [21] loquere cum rege, vt suspendant Mardochæum in eo, tu vero lætus [22] ingredere cum rege ad conuiuium.

15 Placuitq; hæc res ipsi Haman, & curauit vt pararetur lignum.

13 Et cum hæc omnia habeam, nihil me habere puto, quamdiu videro Mardochæum Judæum sedentem ante fores regias.

14 Responderuntq; ei Zares vxor eius, & cæteri amici, Jube parari excelsam trabem, habentem altitudinis quinquaginta cubitos: & dic mane regi vt appēdatur super eam Mardochæus, & sic ibis cum rege lætus ad conuiuium.

15 [b] Placuit ei consilium, & iussit excelsam præparari crucem.

[b] Placuitq;.

CAPVT VI.

1 NOcte ista fugit somnus [2] regem, [a] iussitq; [3] vt afferrent librum [3] rerum memorabilium [4] [atque] annales.

2 Qui lecti fuerunt coram rege. Inuentum est autem scriptum, quomodo Mardochæus indicarit de Bigthana & Thares duobus eunuchis regis [5] qui custodes erant [6] liminis, quod scilicet hi conati fuissent manum inferre regi Asuero.

3 Dixitq; rex, Qualis honor aut magnificentia Mardochæo exhibita est huius rei gratia? Responderunt pueri regis [7] qui ei ministrabant, [8] Ne tantillum quidem ei repensum est.

4 Et dixit rex, Quis est in atrio? (Venerat autem Haman in atrium [9] exterius ædium regiarum, vt loqueretur cum rege de suspendendo Mardochæo [10] in lignum quod illi parauerat.)

5 Dixerunt ergo pueri regis ad eū, Ecce Haman stat [11] in atrio. Dixit ergo rex, Ingrediatur.

6 Et quum Haman esset ingressus, dixit ad eum rex, Quid faciendum est viro quem [12] voluerit rex honore afficere?

7 [13] Cogitauit autem Haman in corde suo, [14] Quem vellet rex honore afficere quàm me? Respondit ergo Haman regi.

8 Vir quem [15] dignatur rex honore prosequi, [16] Hunc introducant, & regia vestitu vestiant quo rex solet indui, deinde & equo [vehatur] quo solet vehi rex, imponaturque corona regia in capite eius.

9 Dans insuper [17] vestimentum & equum in manum alicuius, qui ex principibus est & [18] satrapis regis, vt induant virum illum quem rex honore [19] vult prosequi. [20] Hunc imponant super equū in platea ciuitatis, & clament ante eū: Sic fiet ei quē rex honore [19] vult prosequi.

10 Tum dixit rex ad Haman, Cito cape vestimentum & equum illum, & quemadmodum loquutus es, sic facias Mardochæo Judæo sedenti pro porta regis: ne finas excidere vel verbulum ex omnibus quæ loquutus es.

11 Tum accepit Haman vestimentum & equum, & induit Mardochæum, & [21] vexit eum equo per plateam vrbis, & exclamauit coram eo: Sic fiet ei quem rex honore [19] vult prosequi.

12 Reuersus est autem Mardochæus ad portam regis, & Haman [22] impulsus ad domum suam, mæstus & [23] cooperto capite.

13 Narrauit autem Haman Sares vxori suæ, & omnibus amicis suis omne quod ei acciderat. Et dixerunt ad eum [24] sapientes sui & Sares vxor eius, Si de semine Judæorum est Mardochæus [25] coram quo cadere cœpisti, non poteris [26] eum superare, sed [27] cadendo cades ante conspectum eius.

14 Quumq; adhuc loquerentur cum eo, [28] affuerunt eunuchi regis, & sategerunt introducere Haman ad conuiuium quod parauerat Esther.

1 NOctem illam duxit rex insomnem, iussitq; sibi afferri historias & annales priorum temporum. A

2 Quæ cū illo præsente legerentur, ventū est ad illum locum vbi scriptum erat quomodo nunciasset Mardochæus insidias Bagathan & Thares eunuchorum, regem Assuerum iugulare cupientium.

3 Quod cum audisset rex, ait: Quid pro hac fide honoris ac præmii Mardochæus consecutus est? Dixerunt ei serui illius ac ministri, Nihil omnino mercedis accepit.

4 Statimq; rex, Quis est, inquit, in atrio? (Aman quippe interius atrium domus regiæ intrauerat, vt suggereret regi, & iuberet Mardochæum affigi patibulo quod ei fuerat præparatum). B

5 Responderunt pueri, Aman stat in atrio. Dixitque rex, Ingrediatur.

6 Cumq; esset ingressus, ait illi: Quid debet fieri viro, quem rex honorare desiderat?

7 Cogitans autem in corde suo Aman, & reputans quod nullum alium rex, nisi se, vellet honorare, respondit.

8 Homo quem rex honorare cupit, debet indui vestibus regiis: & imponi super equum qui de sella regis est, & accipere regium diadema super caput suum.

9 Et primus de regiis principibus ac tyrannis teneat equum eius: & per plateam ciuitatis incedens, clamet & dicat: Sic honorabitur, quemcunq; voluerit rex honorare. C

10 Dixitq; ei rex, Festina: & sumpta stola & equo, fac vt locutus es, Mardochæo Judæo qui sedet ante ante fores palatii. Caue ne quicquā de his quæ locutus es prætermittas.

11 Tulit itaque Aman stolam & equum, indutumq; Mardochæum, in platea ciuitatis, & impositum equo præcedebat, atq; clamabat, Hoc honore condignus est, quemcunq; rex voluerit honorare.

12 Reuersusq; est Mardochæus ad ianuam palatii: & Aman festinauit ire in domum suam, lugens & operto capite: D

13 Narrauitq; Zares vxori suæ, & amicis omnia quæ euenissent sibi. Cui respōderūt sapientes quos habebat in consilio, & vxor eius, Si de semine Judæorum est Mardochæus, ante quem cadere cœpisti, non poteris ei resistere, sed cades in conspectu eius.

14 Adhuc illis loquentibus, venerunt eunuchi regis, & cito eum ad cōuiuium quod regina parauerat, pergere compulerunt.

CAP. VII.

Rex annales euoluēs, fidelitatem Mardochæi inuenit.

Mardochæum iubet rex honorari in confusionem Aman.

Aman tristis pro accepto regis honore Mardochæum.

18 non conducit mihi, i. nihil me iuuat, h. e. hæc omnia, parua mihi videntur.
19 Heb. omni tempore, i. quādocunque.
20 faciant, vel, præparent, sub. famuli.
21 i. precare regem vt sinat illū appēdi patibulo. [illegible] imperatiuum pro futuro, ingredieris. vel, ibis, q. d. quo facto ibis cū rege lætus, &c.

CAP. VI.

1 regis, i. noctem illam rex duxit insomnem.
2 dixitq;, dicere [illegible]
3 vel, lib. [illegible] sine monumentorum, vt scilicet lectione illorum falleret tempus molestum.
4 potius subaudiendum, i. Nam per appositionē dictum est, liber rerum memorabilium, id est, annales.
5 qui de custodibus erant.
6 supellectilis, i. vasorū aureorū.
7 subaudienda cōstructio est, hoc modo & q ei, &c.
8 Heb. Nō factū est cū eo quicq; i. nihil prorsus honoris accepit a rege, neq; mercedis.
9 Non interius dixit, quo nō licebat ingredi nisi vocatis.
10 vel, in cruce, quam, &c.
11 in atrio illo, sub. exteriori in quo stabant qui ad regem ingressuri erant.
12 cupit.
13 Heb. Dixit.
14 Heb. Cui optauerit rex facere honorem plusquam mihi? i. quem rex magis honore affi[illegible] quam meipso, q. d. neminem.
15 Cupit.
16 Afferant vestem regiam qua induitur rex, & (adducant) equū [illegible] equitat rex, & [illegible] (equi) capite corona regia poni solet, &c. Nam apud Persas, inquit, quidam Hebræorum, solebat [illegible] deferre diadema regni & [illegible] postea non [illegible] coronæ vt conijcere liceat, huius Hebræi opinionem esse verum. 17 vestem illam. 18 antesignanis qui [illegible] exercitum ducere solent. [illegible] alii volunt, vox Hebræa significat eos, qui absente imperatore [illegible] præsunt. Alii vertunt, in manum vnius e principibus [illegible] qui [illegible] Supellectilem habebant 19 optat. 20 Heb. & qui equitare faciant illum super equum per plateam, &c. 21 equitare fecit eum.
22 festinauit vel, properauit sese commouens. 23 demisso [illegible] more hominum tristium. 24 Hi vocat sapientes, quos vocauerat amicos [illegible] [illegible] consiliis vti solebat. 25 [illegible] 26 aduersus eum, i. non poteris eo esse superior. 27 i. incubit [illegible] [illegible]. 28 Heb. superuenerant, & festinauerunt ad inducendum veniebant, i. coegerunt Haman [illegible] veniret ad conuiuium, &c.

CAPVT VII.

A *Esther in conuiuio pro sua & populi sui vita orat.*

1 INtrauit itaque rex & Aman, vt biberent cum regina. Dixitq; ei rex etiam secunda die, postquam vino incaluerat.

2 Quæ est petitio tua Esther, vt detur tibi? & quid vis fieri? etiamsi dimidiam partem regni mei petieris, impetrabis.

3 Ad quem illa respondit, Si inueni gratiam in oculis tuis ò rex, & si tibi placet, dona mihi animã
B meã pro qua rogo, & populum meum pro quo obsecro.

4 Traditi enim sumus ego & populus meus, vt conteramur, iugulemur, & pereamus: atque vtinam in seruos & famulas venderemur, esset tolerabile malum & gemens tacerem. Nunc autem hostis noster est, cuius crudelitas redundat in regem.

5 Respondensque rex Assuerus ait, Quis est iste: & cuius potentiæ, vt hæc audeat facere?

6 Dixitque Esther, Hostis & inimicus noster pessimus iste est Aman. quod ille audiens, illico obstupuit, vultum regis ac reginæ ferre non sustinens.

C 7 Rex autem iratus surrexit, & de loco conuiuii intrauit in hortum arboribus consitum: Aman quoque surrexit, vt rogaret Esther reginam pro anima sua. intellexit enim a rege sibi paratum malum.

8 Qui cum reuersus esset de horto nemoribus consito, & intrasset conuiuii locum, reperit Aman super lectulum corruisse, in quo iacebat Esther, & ait, Etiam reginam vult opprimere, me præsente, in domo mea. necdum verbum de ore regis exierat, & statim operuerunt faciem eius.

D *Iussu regis suspenditur Aman in patibulo quod Mardochæo parauerat.*

9 Dixitque Harbona, vnus de eunuchis, qui stabant in ministerio regis: En lignum quod parauerat Mardochæo, qui locutus est pro rege, stat in domo Aman, habens altitudinis quinquaginta cubitos. cui dixit rex, Appendite eum in eo.

1 INgressus est itaque rex & Haman [1] vt biberent cum Ester regina. Et ait rex ad Ester etiam altera die [2] in conuiuio vini.

2 Quæ est postulatio tua Ester regina, & dabitur tibi: quæ petitio tua? [3] ad dimidium vsque regni, & fiet.

3 Respondens Ester regina, dixit, Si nacta sum gratiam in oculis tuis o rex, si bonum visum fuerit regi, detur mihi [4] anima mea in petitione mea, & populus meus in petitione mea.

4 Venditi enim sumus ego & populus meus, vt [nos] [5] extendant & perdant: [6] & vtinam venditi essemus in seruos & ancillas, tum enim tacuissem, [7] vt non hostis nõ supputat damnum regis.

5 Respondens autem rex Asuerus, dixit ad Ester reginam, Quis est iste? & vbi est iste, [8] qui cor suum plene statuerit hoc facere?

6 Ester ait, Vir aduersarius & hostis est iste malus Haman. [9] territus est autem Haman coram rege & regina.

7 Et surgens rex à [10] potatione vini [11] in furore suo, (abiit) [12] in hortos iuxta palatium: Haman autem [13] stans rogabat Ester pro vita sua. animaduertebat enim [14] sibi malum omnino definitum esse a rege.

8 Quum vero rex ex horto palatii rediisset in locum in quo conuiuium vini fuerat, corruerat Haman super lectum super quo Ester (sedebat.) Tum ait rex, An vero & reginam comprimere [15] (vult) in domo me præsente? quum sermo iste exiisset ex ore regis, faciem ipsius Haman [16] operuerunt.

9 Dixit autem Harbona, vnus ex eunuchis regiorum regis, [17] En lignum quoque quod parauit Haman Mardochæo ([18] qui salutem regis curauit,) stat in domo Haman, altitudine quinquaginta cubitorum. dixit ergo rex, Suspendite eum in illo.

10 Suspenderunt ergo Haman in ligno quod parauerat Mardochæo, resedit que furor regis.

10 Suspensus est itaque Aman in patibulo quod parauerat Mardochæo: & regis ira quieuit.

CAPVT VIII.

A *Domo Aman traditã reginæ Esther, Mardochæus exaltatur. Esther rogante vt literæ in necem Iudæorum missæ ab Aman, fiant irritæ.*

1 DIe illo dedit rex Assuerus Esther reginæ domum Aman aduersarii Iudæorum, & Mardochæus ingressus est ante faciem regis. confessa est enim ei Esther quod esset patruus suus.

2 Tulitque rex annulum quem ab Aman recipi iusserat, & tradidit Mardochæo.

3 Esther autem constituit Mardochæum super domum suam. Nec his contenta, procidit ad pedes regis: fleuitque & locuta ad eum orauit vt malitiam Aman Agagitæ, & machinationes eius pessimas quas excogitauerat contra Iudæos, iuberet irritas fieri.

4 At ille ex more sceptrum aureum protendit manu, quo signum clementiæ monstrabatur.

5 Illaque consurgens stetit ante eum, Et ait, Si
B placet regi, & si inueni gratiam in oculis eius, & deprecatio mea non ei videtur esse contraria, obsecro vt nouis epistolis veteres Aman literæ insidiatoris & hostis Iudæorum quibus eos in cunctis regis prouinciis perire præceperat, corrigantur.

6 Quomodo enim potero sustinere necem & interfectionem populi mei?

7 Responditque rex Assuerus Esther reginæ, & Mardochæo Iudæo, Domum Aman concessi Esther reginæ: & ipsum iussi affigi cruci, quia ausus est manum mittere in Iudæos.

8 Scribite ergo Iudæis, sicut vobis placet, ex regis nomine, signantes literas annulo meo.

1 IPso eodem die dedit Asuerus rex Ester reginæ [1] domum eius Haman hostis Iudæorum: venitque Mardochæus in conspectum regis: [2] Ester enim indicauerat [3] quatenus ei esset (coniunctus.)

2 Tulitque rex annulum suum quem ab Haman abstulerat, & tradidit eum Mardochæo.

3 Et constituit Ester Mardochæum super domum Haman. Rursum quoque Ester, [4] loquuta est coram rege, [5] accidit que pedibus eius, flens & obsecrans eum vt [6] tolleret malum Agagæi, & machinationem eius quam excogitauerat contra Iudæos.

4 Porrexit autem rex sceptrum aureum ipsi Ester,

5 Surgensque Ester stabat coram rege. Dixitque, Si regi [7] placuerit, & si nacta sum gratiam in conspectu eius, & si que hæc res [8] commoda videtur regi, & ego [9] bona sum in oculis tuis, scribatur vt reuocentur literæ quæ (continent) machinationem Haman filii Hamedatha Agagæi, quas scripsit ad perdendum Iudæos qui sunt in vniuersis prouinciis regis.

6 Quomodo enim [10] potero ferre & videre calamitatem quæ deprehendet populum meum? aut quomodo possum ([11] ferre) & videre perditionem gentis meæ?

7 Ait itaque rex Asuerus ad Ester reginam, & ad Mardochæum Iudæum, Ecce domum Haman [12] dedi Ester, quem egerunt in crucem, eo quod intulit manum suam Iudæis.

8 Vos tamen scribite ad Iudæos quod bonum vobis videtur nomine regis, & [13] obsignate annulo regis.

2 i. ad conuiuium præparatũ ab Esther. 2 i. inter pocula, inter bibendum. 3 sub. pete. 4 i. vita. q. d. peto vt mihi & populo meo Iudaico liceat viuere, h. e. ne pereamus. 5 vel, disperdant, & iugulent & deleant. 6 vel. ẽ si in seruos tacuissem &c. 7 quauis inimicus nequaquã compensare possit &c. sub pecunia oblata. hoc dicit quia Haman pecunias regi obtulerat. rex autẽ fecisset magnam iacturam percutiendis Iudæis: nã multa ab illis tributa nomine accipiebat. 8 Hebr. cuius cor persuasit ipsi vt sic faceret. 9 obstupuit a cõspectu regis & reginæ. i. vultus conspectum regis & reginæ sustinere non potuit. 10 conuiuio. 11 i. iratus miro modo discessit a conuiuio. 12 in hortulum palatii. 13 Heb. stetit ad quærendum ab Esther. i. vt petitionem faceret ab Esther. 14 quod consummata sibi esset, afflictio &c. i. perniciem & malum impenderent sibi a rege. 15 (eis) 16 sub. serui regis. solebant enim Persæ operire faciem eius in quem rex iratus esset. q. d. occultauerunt illum ministri regis, ne posthac videretur ab eoce magis succensi regalis. Alii vertunt, facies Haman tecta fuit. i. ipse præ pudore texit faciem suam. Alii vertunt tristitia et festus est [illegible] [illegible]. 17 i. tum sane patibulum. 18 Heb. qui sermonem bonum de rege est locutus. i. qui de rege bene meritus est: detexerat enim insidias Mardochæus duorum regis [illegible] eunuchorum.

CAP. VIII.

1 i. familiam q. d. non solum priuatus est vita, sed etiam bonis. 2 i. annulus est in familiam regis

3 Heb. quid esset ipsi. Sic Gallicè, qui luy estoit. q. d. indicauit esse suum patruelem. nam erat filia patrui Mardochæi. q. d. priori petitioni addidit hanc, & exaltaretur. 5 i. audiente rege. 6 Heb. transire faceret. i. vt abigeret à se & à populo Iudaico calamitatem illam & insidias quas parauerat ipsis Iudæis. 7 Heb. bonum quæ sequuntur. 8 bona, sine, recta. 9 Id est, si placeo regi & grata illi sum. 10 Heb. potero & videbo. i. Quomodo potero videre. vel, Quomodo potero sustinere, & videre, & videbo. i. si videam. 11 Vel, viuere. 12 q. d. quid vltra quæritur 13 sub. literas.

13 Hic mensis respondet nostro Maio aut parti eius.
15 vel, (ad principes inquam) centum & viginti septem prouinciarum.
16 i. characteribus quibus vti solebant:
17 Igitur sub. Mardochæus vel scriba.
18 Heb. equitantium diuitias, mulos filios equarum. i. equitantium opes regis, hoc est, animalia magni precii, vel velocissima, appositiue mulos natos ex equabus.
19 i. tuendi vitam suam.
20 vel: excindendo, iugulando & perdendo omnē exercitum populi & prouinciæ, (omnem inquam exercitum) oppugnantiū ipsos.
21 q. d. nemini parcendo.
22 vel, diripiēdo.
23 Versus iste pendet a superiore, nempe, scripsit quod rex permiserit Iudæis vt congregarent sese, & starent pro anima sua vno die. &c.
24 Hic mensis respondet nostro Februario, aut parti eius.
25 siue, Summa.
26 vt ferretur lex, siue decretum.
27 Heb. sponeretur inquam lex) manifesta. i. vt promulgaretur lex omnib. populis. vel, vt ferretur lex quæ nota esset omnibus populis.
28 ad vindictam sumendam de inimicis suis.
29 illi equitantes animalia magni precii, vel velocissima, appositiue mulos.
30 more scilicet turbatorum. hoc significat verbum Hebraicum.
31 vel, ad mandatum, siue imperium.
32 & lex illa (siue constitutio) promulgata fuit in Susan metropoli, siue vrbe regia.
33 i. e cubiculo.

9 Scriptum enim quod exaratum est nomine regis, & obsignatum annulo regis, nemo audet refringere. Vocati sunt ergo eodem tempore scribæ regis mense tertio, is est mensis [14] Siuan, vicesima tertia eiusdem, & scriptum est iuxta omnia quæ præcepit Mardochæus, ad Iudæos & ad satrapas, præfectos & principes prouinciarum, quæ sunt ab India vsque ad Æthiopiam, [15] prouinciis centum atque viginti septem, cuique prouinciæ [16] secundum scripturam eius, & cuique populo secundum linguam eius. Iudæis etiā iuxta scripturam & linguam eorum.

10 Scripsit [17] autem nomine regis Assueri, & obsignauit annulo regis, misitque literas per manum cursorum, [18] qui vehebantur equis velocibus, veredis & iumentis e mulis.

11 Quod rex daret Iudæis, qui in omnibus & singulis ciuitatibus essent, facultatem sese congregandi & [19] standi pro vita sua, ad [20] excindendum, ad trucidandum & perdendum omnes copias, populum, prouinciam, qui eos affligerent, & puberes, [21] & mulieres, prædamque eorum [22] diripiendi.

12 [23] Idque vno eodemque die per omnes prouincias regis Assueri, nempe decima tertia die mensis duodecimi, is est mensis [24] Adar.

13 [25] Exemplar autem scripti erat, [26] vt affigeretur edictum in omnibus & singulis prouinciis, [27] vulgareturque omnibus populis, vt Iudæi parati essent in diem illū, [28] ad sese asserendum ab hostibus suis.

14 Porro cursores [29] qui vehebantur velocibus veredis [30] festinanter egressi sunt [31] impulsi præcepto regis. [32] Edictum autem affixum est in Susan arce regia.

15 Mardochæus quoque egressus est [33] à rege cultu regio ornatus, hyacinthino videlicet & candido, corona quoque aurea, atque magna pallio deinde byssino atque purpureo, iubilante & gaudente vrbe Susan.

16 Ortaque est lux Iudæis [34] & gaudium, exultatio & honor.

17 In omnibus denique & singulis prouinciis, & in omnibus ac singulis ciuitatibus quo peruenerat [35] verbum regis & [36] decretum eius, habebant Iudæi gaudium & exultationem, conuiuium & [37] diem bonum: multi quoque [38] ex populis terræ [39] simulabant se Iudæos: quandoquidem [40] pauor Iudæorum inciderat super eos.

9 Hæc enim consuetudo erat, vt epistolis quæ ex regis nomine mittebantur, & illius annulo signatæ erant, nemo auderet contradicere. Accitisque scribis & librariis regis (erat autem tempus tertii mensis, qui appellatur Siban) vicesima & tertia die illius scriptæ sunt epistolæ, vt Mardochæus voluerat ad Judæos & ad principes, procuratorésque & iudices qui centum & viginti septem prouinciis ab India vsque ad Æthiopiam præsidebant: prouinciæ atque prouinciæ, populo & populo iuxta linguas & literas suas, & Iudæis, prout legere poterant, & audire.

10 Ipsæque epistolæ, quæ ex regis nomine mittebantur, annulo ipsius obsignatæ sunt, & missæ per veredarios: qui per omnes prouincias discurrentes, veteres literas nouis nunciis præuenirent.

11 Quibus imperauit rex, vt conuenirent Iudæos per singulas ciuitates, & in vnum præciperent congregari, vt starent pro animabus suis, & omnes inimicos suos cum coniugibus ac liberis & vniuersis domibus interficerent atque delerent.

12 Et constituta est per omnes prouincias vna vltionis dies, id est tertiadecima die mensis duodecimi Adar.

13 Summaque epistolæ hæc fuit, vt in omnibus terris ac populis, qui regis Assueri subiacebant imperio, notum fieret paratos esse Judæos ad capiendam vindictam de hostibus suis.

14 Egressique sunt veredarii celeres nuncia perferentes, & edictum regis pependit in Susan.

15 Mardochæus autem de palatio, & de conspectu regis egrediēs fulgebat vestibus regiis, hyacinthinis videlicet & * aerinis, coronam auream portans in capite, & amictus serico pallio atque purpureo: omnisque ciuitas exultauit, atque læta est.

16 Iudæis autem noua lux oriri visa est, gaudium, honor, & tripudium.

17 Apud omnes populos, vrbes atque prouincias quocunque regis præcepta veniebant, mira exultatio, epulæ atque conuiuia, & festus dies, in tantum vt plures alterius gentis & sectæ, eorum religioni & ceremoniis iungerētur, grandis enim cunctos Iudaici nominis terror inuaserat.

Literæ nomine regis scribuntur ad Iudæos, vt occidant hostes suos.

C

D

Gaudiū & lætitia Iudæorum ob edictum regis Assueri.

* Legendum. aeris.

CAPVT IX.

1 *M*ENse igitur duodecimo, qui est mensis Adar, decima tertia die eiusdem, ([1] quum iam appeteret (tempus) vt verbum regis & decretum eius perficeretur, eo scilicet die quo hostes Iudæorum [2] sperabant se tyrannidem exercere in eos, [3] versa sunt vices, vt Iudæi dominarentur in hostes suos.*

2 [4] Congregati enim erant Iudæi in ciuitatibus suis in omnibus prouinciis regis Assueri, vt inferrent manum in eos qui mala eis machinabantur, [5] nec potuit quisquam coram eis consistere, quoniam [6] pauor eorum inciderat super omnes populos.

3 Sed & cuncti principes prouinciarum, satrapæ & duces, & [7] qui exequebantur opera [regia,] honore prosequebantur Iudæos, [8] eo quod pauor Mardochæi inciderat super eos.

4 Erat enim Mardochæus magnus in domo regis, & fama eius [9] exierat per omnes prouincias, quia vir ille Mardochæus [10] proueniebat & magnus fiebat.

5 Percusserunt itaque Iudæi omnes hostes suos [11] ictu gladii, (cædentes) cædem & perditionem, agentes cum hostibus suis pro voto suo.

1 Igitur duodecimi mensis, quem Adar vocari antelam diximus, tertiadecima die, quando cunctis Iudæis interfectio parabatur, & hostes eorum inhiabant sanguini, versa vice Iudæi superiores esse cœperunt, & se de aduersariis vindicare.

2 Congregatique sunt per singulas ciuitates & oppida & loca vt extenderent manum contra inimicos, & persecutores suos: nullusque ausus est resistere, eo quòd omnes populos magnitudinis eorū formido * penetraret.

3 Nam & prouinciarum iudices, & duces, & procuratores, omnisque dignitas quæ singulis locis ac operibus præerat, extollebant Iudæos timore Mardochæi:

4 Quem principem esse palatii, & plurimū posse cognouerant. fama quoque nominis eius crescebat quotidie, & per cunctorum ora volitabat.

5 Itaque percusserunt Iudæi inimicos suos plaga magna, & occiderunt eos, reddentes eis quod sibi parauerant facere.

A

Interficiunt Iudæi inimicos suos.

* penetrarat.

B.

regio. 34 hic coniunctio &, capi... at quod per lucē intellexerit, nempe gaudium [illegible] ... 35 i. regionis Assueri. ... [illegible] ... se affinitate cum Iudæis. 40 i. quia timebant fieri a Iudæis. CAP. IX. ... executioni exhibebat præcepto & lex regis [illegible] ... 4 Heb. Congregati sunt ... [illegible] ... intelligere potest. ... eis. 10 Crescebat. [illegible]

[illegible] mandatū 36 lex siue constitutio. 37 diem festum sicut appellant diē bo... [illegible] ... religione & ritibus Iudæorum ... cœperāt tōti ab ... [illegible] ... mandata regis & lex eius ... [illegible] ... die quo man... [illegible] ... 3 Heb. & conuersum fuit hoc. sub. in contrarias partem. ... & parenthesis ... 5 Heb. & nemo stetit corā illis. ... eorū regis. 8 i. ubi timebant a Mardochæo. 9 Volitabat. vagabatur. spargebatur.

6 In tantum vt etiam in Susan quingentos viros interficerent.

7 Extra decem filios Aman Agagitæ hostis Judæorum: quorum ista sunt nomina, Pharsandátha, & Delphon, & Esphátha.

8 Et Pheráth t, & Adalia, & Aridatha.

9 Et Phermé ta, & Arisai & Aridai, & Jezathar

10 Quos cum occidissent, prædas de substantiis eorum agere noluerunt.

11 Statimque numerus eorum qui occisi erant in Susan, ad regem relatus est.

12 Qui dixit reginæ, In vrbe Susan interfecerunt Judæi quingentos viros, & alios decem filios Aman: quantam putas eos exercere cædem in vniuersis prouinciis? Quid vltra postulas, & quis vis vt fieri iubeam?

C 13 Cui illa respondit: Si regi placet, detur potestas Judæis: vt sicut fecerunt hodie in Susan, sic & cras faciant, & decem filii Aman in patibulis suspendantur.

Decem filii Aman suspenduntur.

14 Præcepitque rex vt ita fieret: statimque in Susan pependit edictum, & decem filii Aman suspensi sunt.

15 Congregatis Judæis quarta decima die mensis Adar, interfecti sunt in Susan trecenti viri: nec eorum ab illis direpta substantia est.

16 Sed & per omnes prouincias quę ditioni regis subiacebant, pro animabus suis steterunt Judęi, interfectis hostibus ac persecutoribus suis: in tantum vt septuaginta quinque millia occisorum implerentur, & nullus de substantiis eorum quicquam contingeret.

17 Dies autem tertius decimus mensis Adar vnus apud omnes interfectionis fuit, & quarta decima die cædere desierunt.

D 18 Quem constituerunt esse solennem, vt in eo omni tempore deinceps vacarent epulis, gaudio atque conuiuiis. At hi qui in vrbe Susan cædem exercuerant, tertiodecimo & quartodecimo die eiusdem mensis in cæde versati sunt: quinto decimo autem die percutere desierunt.

Dies celebris instituitur in memoriam liberationis.

19 Et idcirco eundem diem cōstituerunt solennem epularum atque lætitiæ. Hi verò Judæi qui in oppidis non muratis ac villis morabantur, quartum decimum diem mensis Adar conuiuiorum & gaudii decreuerunt, ita vt exultent in eo, & mittāt sibi mutuò partes epularum & ciborum.

20 Scripsit itaque Mardochæus omnia hæc, & literis comprehensa misit ad Judæos qui in omnibus regis prouinciis morabātur, tam in vicino positis quàm procul.

E 21 Vt quartam decimam & quintam decimam diem mensis Adar pro festis susciperent, & reuertente semper anno solenni celebrarent honore:

22 Quia in ipsis diebus se vlti sunt Judæi de inimicis suis, & luctus atque tristitia in hilaritatem gaudiumque conuersi sunt, essentque dies isti epularum atque lætitiæ, & mitterent sibi inuicem ciborum partes, & pauperibus munuscula largirentur.

23 Susceperunt [illegible] cuncta quæ eo tempore facere cœperant, & quæ Mardochæus literis [illegible]

24 Aman enim, filius Amadathi stirpe Agag, hostis & aduersarius [illegible] malum, vt occideret illos, atque deleret: & misit phur, quod nostra [illegible]

Supra 3. 6.

6 Porrò in Susan arce regia interfecerunt Judæi, & perdiderunt quingentos viros.

7 Super hæc Parsandatha, Dalphon, Asphata.

8 Poratha, Adalia, Aridata,

9 Parmasta, Arisai, Aridai, & Vaizatha.

10 Decem filios Haman filii Hamedatha hostis Judæorum interfecerūt,[12] in prædam autem manum suam non miserunt.

11 Illo eodem die peruenit numerus occisorum in Susan arce[13] in conspectum regis.

12 Dixitque rex ad Esther reginam, In arce Susan interfecerunt & perdiderunt Judæi quingentos viros, atque decem filios Haman, quid fecerunt [putas] in reliquis prouinciis[14] regis?[15] Quæ verò est postulatio tua, quæ detur tibi? aut quæ est[16] adhuc petitio tua, & fiet?

13 Respondit Esther, Si regi placet, [facultas] detur etiam cras Judæis qui sunt in Susan, vt faciant iuxta[17] decretum hujus diei, suspendantque decem filios Haman in ligno. Et annuit rex vt sic fieret.

14 [18] Et affixum est decretum in Susan: & suspenderunt decem filios Haman.

15 Congregati enim Judæi qui erant in Susan, etiam decimaquarta die mensis Adar, interfecerunt trecentos viros, at in prædam manum suam non miserunt.

16 Reliqui quoque Judæi qui erant in prouinciis regis, congregati[19] steterunt pro anima sua,[20] & vt tranquilli essent ab hostibus suis, interfecerūt ex hostibus suis septuaginta quinque millia, nec[21] miserunt manum suam prædæ.

17 [22] Decima tertia die mēsis Adar [[23] hoc fiebat.] quieuerunt verò die decima quarta eiusdem, celebrantes eum diem conuiuio & gaudio.

18 At Judæi qui erant in Susan congregati sunt decima tertia eiusdem,[24] atque decima quarta eiusdem, decima quinta verò eiusdem quieuerunt, &[25] eodem die habuerunt conuiuium & gaudium.

19 Ideo Judæi[26] in rure & vicis habitantes celebrant decimum quartum diem mensis Adar[27] cū gaudio & conuiuio, & festum agunt diem, ad hæc quoque portiones suas mittit proximo suo.

20 [28] Consignauit autem Mardochæus gesta ista, & misit literas ad omnes Judæos qui erant in vniuersis prouinciis regis Assueri, siue prope essent, siue procul.

21 [29] Vt confirmationem facerent super se, vt celebrarent decimum quartum diem mensis Adar, atque decimum quintum eiusdem, id est singulis annis.

22 [30] Hos inquam dies,[31] quibus requiem sibi nacti erant Judæi ab hostibus suis, &[32] mensem qui conuersus eis fuerat a tristitia in lætitiam, & a luctu [illegible][33] bonum, vt celebrarent illos dies[34] conuiuii & [illegible] & mitteret quisque proximo suo, & dona [illegible]

23 [35] Susceperunt hoc Judæi, quod [illegible] facere, & quod Mardochæus scripserat [illegible]

24 [36] Quomodo Haman filius Ham[illegible] gai hostis omnium Judæorum[37] [illegible] Judæos, &[38] quomodo sorte [illegible] dendum eos, & ad perdendum [illegible]

12 i. non diripuerunt bona illorum quæ illis erant promissa.
13 i. statim resciuit numerum interfectorum in Susan.
14 i. meis, de se loquitur in tertia persona.
15 & quænam, &c. q. d. & tamen si istud tibi non satisfacit, pete quidquid vltra volueris, & dabo tibi.
16 vltra.
17 ritū, i. quemadmodum fecerunt hodie. q. d. permittatur illis occidere aduersarios suos, vt hodie interfecerūt.
18 Hebr. & data (i. promulgata) fuit lex, siue ordinatio.
19 i. defenderūt sese.
20 quieuerunt ab inimicis suis: interfecerunt autem, &c.
21 i. illorum bona non diripuerunt.
22 Hic versus pēdet à superiori, Ergo decima tertia, &c. Quidam volunt coniunctionem Hebraicam, quę verbum נוח præcedit, pro quo generit versum ... [illegible]

conuiuii, & diem bonum, & (diem) missiones partium quisque socio suo. i. celebrant decimum [illegible] tentes munera, siue particulas ciborum amicis suis. Nos etiam diem festum, vocamus [illegible]
28 Scripsit hinc colligunt Judæi Mardochæum huius libri authorem esse. 29 Vt [illegible]
30 Heb. (faciunt inquam) iuxta dies illos, siue iuxta numerum dierum illorum [illegible] versus est, &c. 33 i. festum. 34 Heb conuiuii & lætitiæ, & dies missionis part[illegible] conuiuia, & in illis mittendo particulas ciborum ad amicos suos, & munera pa[illegible]
35 Receperunt, sub se factūros. 36 Namque reddit rationem cur celebrant [illegible] est, &c. hoc est, miseris sortibus decreuerat diem in quo perderet omnes Judæos [illegible]

25 [40] *Praeterea autem quòd [Esther] introierit in conspectum regis, dixeritq; vt literis refringeretur machinatio eius mala quam excogitauerat contra Judaeos, [redderetq;] in caput eius, vt suspenderent eum & filios eius in ligno.*

26 *Hac de causa* [41] *vocauerunt dies illos Purim,* [42] *propter nomen sortis.*

27 [43] *Propter omnes sermones huius epistolae &* [44] *quidquid ipsi viderant in hoc negotio, & quidquid eis acciderat.* [45] *Ratum ergo habuerunt & susceperunt Judaei super se & super semen suum, atque super omnes qui eis* [46] *iuncti fuerint,* [47] *vt nemo negligat quin hos duos dies celebret, vt scripti sunt & destinati omnibus & singulis annis.*

28 [48] *Dies enim memoriales sunt, celebreq; in omnem posteritatem & generationem, per singulas prouincias & ciuitates. Dies purim illi* [49] *nunquam obliuioni tradentur inter Judaeos,* [50] *memoriaq; eorum nunquam recedet à semine ipsorum.*

29 *Scripsit* [51] *praeterea Esther regina, filia Abihail, & Mardochaeus Judaeus* [52] *summa diligentia,* [53] *vt ratum haberent hanc secundam epistolam purim.*

30 *Misitque literas ad omnes Judaeos, ad centum viginti septem prouincias regni Asueri,* [54] *pax [vobis] & firmitas.*

31 [55] *Firmiter seruandi sunt dies illi Purim* [56] *suis temporibus, quemadmodum* [57] *eis instituit illos Mardochaeus Judaeus, & Esther regina: & quemadmodum ipsi* [58] *obligarunt animas suas, & posteros suos ad ieiunia & preces.*

32 *Et* [59] *vt Esther sermone confirmauit negotium istarum purim, & in libro consignauit.*

25 Et postea ingressa est Esther ad regem, obsecrans vt conatus eius, literis regis irriti fierent: & malum quod contra Judaeos cogitauerat, reuerteretur in caput: denique & ipsum & filios eius affixerunt cruci. F

26 Atque ex illo tempore dies isti appellati sunt phurim, id est, sortium: eo quod phur, id est, sors, in vrnam missa fuerit.

27 Et cuncta quae gesta sunt, epistolae, id est, libri huius volumine continentur: quaeq; sustinuerunt, & quae deinceps immutata sunt, susceperunt Judaei super se & semen suum, & super cunctos qui religioni eorum voluerunt copulari, vt nulli liceat duos hos dies absq; solennitate trãsigere: quos scriptura testatur, & certa expetunt tempora annis sibi iugiter succedentibus.

28 Isti sunt dies, quos nulla vnquam delebit obliuio: & per singulas generationes cunctae in toto orbe prouinciae celebrabunt: nec est vlla ciuitas, in qua dies phurim, id est, sortium, non obseruentur à Judaeis, & ab eorum progenie, quę his ceremoniis obligata est. G

29 Scripseruntq; Esther regina filia Abihail, & Mardochęus Judęus etiã secundam epistolam vt omni studio dies ista solennis sanciretur in posterũ.

30 Et miserunt ad omnes Judaeos, qui in centũ viginti septem prouinciis regis Assueri versabãtur, vt haberent pacem, & susciperent veritatem.

31 Obseruantes dies sortium, & suo tempore cum gaudio celebrarent: sicut constituerant Mardochaeus & Esther, & illi obseruanda susceperunt à se, & à semine suo ieiunia, & clamores & Sortium dies.

32 Et omnia quę libri huius, qui vocatur Esther, historia continentur.

40 Heb. Cũ autẽ Esther venisset in conspectũ regis, dixit (rex) cũ epistola vt conuerteretur cogitatio, &c. i. missis epistolis praecepit rex vt conuerteretur, &c.
41 vel, vocare solent hos dies, nempe 14. & 15.
42 de nomine sortis. i. denominatione facta a pur.
43 i. propter omnia quae in hac epistola dicuntur facta esse.
44 & (propter) id quod viderunt (sub. Judaei) super hoc, & (propter) id quod peruenit ad eos. sub. supra dictum est.
45 (Propterea quod) statuerunt, siue receperunt.
46 sese adiuncturi essent, i. qui essent accessuri ad ritum & religionem eorum.
47 Heb. neq; id pertransibit vt essent facturi duos dies illos, iuxta scripturam eorũ & iuxta tempus illorũ, &c. i. fato irreuocabili statuerunt & receperunt se celebraturos hos dies, & lecturos hanc epistolam lingua Hebraica, die 14. & 15. & tempore praefixo omnibus & singulis annis.
48 Et dies illi erunt solennes.
49 Heb. nõ peribunt. i. perpetuo celebrabuntur à Judaeis.
50 i. posteri Judaeorum eos hos dies celebraturi sunt.

CAPVT X.

1 Porrò Asuerus rex vectigal imposuit terrae & insulis marinis.

2 *Gesta quoq; cuncta* [1] *fortitudinis & roboris sui, deinde* [2] *insignis claritas magnificentiae Mardochaei, qua eum euexerat rex, an non haec scripta sunt in libro annalium regum Medorum & Persarum?*

3 *Erat enim Mardochaeus Judaeus secundus à rege Asuero, & magnus inter Judaeos, acceptus denique multitudini fratrum suorum* [3] *studens saluti populi sui, salutemq; ac pacem curans omnibus posteris suis.*

1 Rex verò Assuerus omnem terram, & cunctas maris insulas fecit tributarias. A

2 Cuius fortitudo & imperium, & dignitas atq; sublimitas, qua exaltauit Mardochaeũ, scripta sunt in libris Medorum atque Persarum:

3 Et quomodo Mardochaeus Judaici generis secundus à rege Assuero fuerit: & manus apud Judaeos, & acceptabilis plebi fratrum suorum, quaerens bona populo suo, & loquens ea quę ad pacem seminis sui pertinerent. [a] *inter*

Finis libri Estherae.

51 autem. 52 Heb. cum omni fortitudine. i. omni studio, summa authoritate. 53 vt confirmaret (siue approbatam redderet) epistolam de sortibus scriptam, epistolam inquam secundam. Quidam Hebraeorum scribunt Judaeos aliquando intermisisse celebrare hos dies, & ideo Esther & Mardochaeum denuo scripsisse vt confirmarent epistolam de sortibus scriptam, vt celebrarent dies illos. 54 Heb. verbis pacis & veritatis. i. misit epistolas plenas humanitatis & veritatis: hoc est, humanas & veras. Versus iste pendet a superiori. 55 Heb. Vt approbarent dies sortium istos. i. vt celebrando susciperent. 56 Vel, quoad viuerent. 57 iniunxerat illis. 58 receperant super animas suas & super semen suum. (Gallice idem dicimus, [illegible] sur leurs ames. i. receperant pro se & pro semine suo: se obseruaturos) ieiunia & clamorem eorum. i. vt essent memores calamitatis Judaeorum. Solent adhuc etiam hos dies ieiunare Hebraei. 59 sermo Esther approbauit verba sortium ista, & scriptus fuit in libro. i. confirmauit & instituit hos dies sortium, & sermo ille consignatus fuit annalibus. CAP. X. 1 i. quę fortiter gessit. 2 Heb. declaratio magnitudinis Mardochaei qua magnificauit eum rex. i. quem reddidit magnum, hoc est, quem rex euexit ad summas dignitates. 3 Heb. quaerens bonum populo suo, & loquens pacem omni semini suo. i. studens cõmodo & vtilitati populi sui, comiterq; alloquens omnes populares suos. Quidam legunt, loquens pacem omni semini eius. i. populi. hoc est, comiter alloquens omnes suos populares & familiares ex populo suo.

ADIECTIONES AD LIBRVM ESTHERAE.

Quae habentur in Hebraeo, plena fide expressi. Haec autem quae sequuntur, scripta reperi in editione vulgata, quae Graecorum lingua & literis continentur: & interim post finem libri hoc capitulum ferebatur, quod iuxta consuetudinem nostram obelo, id est, veru praenotauimus. B

Has adiectiones [illegible] esse falsas, & à sermone S. Diuini alienas, res ipsa loquitur. Nam quin omnib. Apocryphis fere obseruandũ, facile fuit Sathanae tẽpore Ecclesiae quassatae procellis mundi grauissimis, [illegible] [illegible] opera hominum minime [illegible]

4 *Tum Mardochaeus, A Deo facta sunt haec, inquit.*
5 *Venit enim in mentem mihi somnii, quod mihi super his rebus videre visus sum, quorum nihil quicquam cecidit ad irritum.*

6 *Exiguus ille fons, qui euasit fluuius, simul autem erat lux, Sol & aqua plurima. Esther est, inquam, ille fluuius, quam rex duxit vxorem, & reginam constituit.*

4 Dixitq; Mardochaeus, A Deo facta sunt ista. *Somnii Mardochaei enarratio.*
5 Recordatus sum somnii quod viderã, haec eadem significantis: nec eorum quicquam irritum fuit.

6 Paruus fons, qui creuit in fluuium, & in lucẽ, Solemq; conuersus est, & in aquas plurimas redundauit, Esther est, quam rex accepit vxorem, & voluit esse reginam.

7 Duo autem dracones: ego sum, & Aman.

8 Gentes quæ conuenerant: hi sunt qui conati delere nomen Judæorum.

9 Gens autem mea: Israel est, quæ clamauit ad Dominum, & saluum fecit Dominus populum suũ: liberauitque nos ab omnibus malis, & fecit signa magna atque portenta inter gentes: & duas sortes esse præcepit: vnam populi Dei, & alteram cunctarum gentium. venitque vtraq; sors in statutum ex illo iam tempore diem coram Deo vniuersis gentibus: & recordatus est Dominus populi sui, ac misertus est hæreditatis suæ.

10 Et obseruabũtur dies isti in mense Adar quarta decima & quinta decima die eiusdem mensis, cũ omni studio, & gaudio in vnũ cœtũ populi cõgregati in cũctas deinceps generationes populi Israel.

7 Duo dracones, ego & Aman fuimus.

8 Gentes autem sunt, quæ ad delendum nomen Judæorum conuenêre.

9 Mea vero gens, Israelita sunt ii, qui Deum inuocauerunt, & seruati sunt. Nam Dominus populum suum seruauit, Dominus nos ex omnib. malis istis eripuit. Deus edidit ea signa miraculaq́, quæ nunquam alias inter gentes fuerunt designata, Nempe cum duas sortes constituisset: vnam populo Dei, cunctisq́ gentibus alteram ad horam, tempus ac diem iudicii. Hæ sortes ambæ coram Deo præsto fuerunt inter omnes gentes. Deus autem populi sui non fuit immemor, & possessionem suam asseruit.

10 Itaq́ solennes erunt isti dies, mensis Adar decima quarta; eiusdemq́ decima quinta diebus, cum celebritate, lætitia iucunditateq́ coram Deo in populo ipsius, omnibus sæculorum ætatibus.

CAPVT XI.

A 1 ANno quarto regnantibus Ptolemæo & Cleopatra, attulerunt Dositheus, qui se sacerdotẽ, & Leuitici generis ferebat, & Ptolomæus filius eius hanc epistolã phurim, quam dixerunt interpretatã esse Lysimachum Ptolemæi filium in Jerusalem.

1 ANno quarto regni Ptolemæi & Cleopatra, qui se sacerdotem & Leuitam ferebat, Dositheus, & Ptolemæus eiusdem filius prodiderunt hanc præsentem epistolã [1] Phurim, quam aiebant interpretatum esse Lysimachũ Ptolemæi filium Hierosolymitanum. 1 Τὴν φρουρὰν, al. Τῶν φρουρῶν.

Hoc quoque principium erat in editione Vulgata, quod nec in Hebræo, nec apud vllum fertur interpretum.

B 2 Anno secundo, regnante Artaxerxe maximo, prima die mensis Nisan, vidit somniũ Mardochæus, filius Jairi, filii Simei, filii Cis de tribu Beniamin: homo Judæus, qui habitabat in vrbe Susis, vir magnus, & inter primos aulæ regiæ.

Somniũ Mardochæi. Supr. 2. a

3 Erat autem de eo numero captiuorum, quos transtulerat Nabuchodonosor rex Babylonis de Jerusalem cum Jechonia rege Juda: & hoc eius somnium fuit.

4. Reg. 24. d. Ierem. 24. a

C 4 Apparuerunt voces & tumultus, & tonitrua, & terræmotus, & conturbatio super terram: & ecce duo dracones magni, paratiq; cõtra se in prælium.

5 Ad quorum clamorem cunctæ concitatæ sunt nationes, vt pugnarent contra gentem iustorum.

6 Fuitq; dies illa tenebrarum & discriminis, tribulationis & angustiæ, & ingens formido super terram.

7 Conturbataq; est gens iustorum timentium mala sua, & præparata ad mortem.

D 8 Clamaueruntq; ad Deum: & illis vociferantibus, fons paruus creuit in fluuium maximum, & in aquas plurimas redundauit.

9 Lux & Sol ortus est, & humiles exaltati sunt, & deuorauerunt inclytos.

10 Quod cũ vidisset Mardochæus, & surrexisset de strato cogitabat quid Deus facere vellet: & fixũ habebat in animo, scire cupiens quid significaret somnium.

2 Anno regni magni illius Artaxerxis secundo, prima die mensis Nisan, somnio visus est Mardochæus natus Jairo filio Semei è [1] Cisæo nato, è tribu Beniamin, homo Judæus in vrbe Susis habitans, vir magnus, munus gerens in aula regia. 1 Al. Κὶς.

3 Erat autem consors captiuitatis, quam rex Babylonis Nabuchodonosor cum Jechonia rege Judææ deduxerat Hierosolymis. Hoc autem fuit eius somnium:

4 Exorto in terra subito sonitu tumultuoso cum tonitru, terræmotu & tempestate: ecce duo dracones immanes inter se concertare parati prodierunt.

5 Edebant autem sonitum ingentem, quippe quo omnis gens ad bellum genti iustorum inferendum excitaretur.

6 Repenteq́ tenebrosa dies extitit & caliginosa, calamitatis & angustiæ, cum afflictio magnaq́ tumultus super terram.

7 Perturbata itaq́ gens omnis iusta, mala sibi metuẽs, cum se comparasset ad occumbendum.

8 Clamorem ad Deum sustulit, præ quo clamore ingens velut è paruo fonte fluuius, & magna vis aquarum promanauit.

9 Lux & Sol effulsit, humiles euecti sunt, & superbos absorbuerunt.

10 Hoc somnium & institutum Dei sibi repræsentatum experrectus Mardochæus mente recondidit, omnes eius partes cupide explorans, donec noctesceret.

CAPVT XII.

A 1 MOrabatur autem eo tempore in aula regis cum Bagatha & Thara eunuchis regis, qui ianitores erant palatii.

Mardochæus secũdo insidias Artaxerxi structas denudat.

2 Cumq; intellexisset cogitationes eorum, & curas diligentius peruidisset, didicit quòd conarentur in regem Artaxerxem manus mittere, & nunciauit super eo regi.

B 3 Qui de vtroque habita quæstione, confessos iussit duci ad mortem.

Supr. 2. d. 6. a

4 Rex autem quod gestum erat, scripsit in commentariis: sed & Mardochæus rei memoriam literis tradidit.

5 Præcepitq; ei rex, vt in aula palatii moraretur, datis ei pro delatione muneribus.

6 Aman verò filius Amadathi bugæus erat gloriosissim' corã rege, & voluit nocere Mardochæo, &

1 CVm autem Mardochæus habitaret in regia cum [1] Gabatha & Thara duobus eunuchis regiis aulæ custodibus. 1 Al. Bagatha.

2 Audiuit consilia eorum, curas explorauit, & intellexit quo pacto Artaxerxi regi manus afferre cogitarẽt. Hoc cum ipsi regi renunciasset, rex duos eunuchos suos curauit conquirendos.

3 Quibus, cum crimen confessi essent, mulctatis suspendiis:

4 Rex quod gestum erat retulit in commentarios, & Mardochæus quoque historiam eam scriptis mandauit.

5 Jussit autem rex eum fungi munere aulico, & donis eum ornauit pro delatione.

6 Tum Aman Amadathæ filius, qui in magno honore erat apud Regem, Mardochæo eiusdemq́ populo

propter duos eunuchos regios ... dare ... est. Hoc autem erat exemplar epistolæ.

populo eius pro duobus eunuchis regis, qui fuerant interfecti.

Hucusque procemium.

Quæ sequuntur, in eo loco posita erant, vbi scriptum est in volumine, Et deripuerunt bona, vel substancias eorum, quæ in sola vulgata editione reperimus.

Epistola autem hoc exemplar fuit.

CAPVT XIII.

Ioseph Antiq. lib. 11. cap. 6.

1 *HÆc scribit rex magnus Artaxerxes centum viginti septem prouinciarum ab India ad Æthiopiam vsque principibus, imperióque suo subiectis præsidibus.*

2 *Cum dominio multarum gentium, & totius orbis imperio potitus essem, non putaui faciendum temere vt me efferrem potentia, sed vt clementius & mitius eos qui mihi subiecti sunt vsque tractando, in tranquillam per omnia vitam collocarem, regnumq; mihi redderem ad extimos vsq; fines quietum ac peruium, & exoptatam omnibus hominibus pacem renouarem.*

3 *Cæterum super hoc cum consiliariis consultante me, quomodo res perficeretur: vir apud nos sapientia præcellentissimus, deinde constanti beneuolentia, firmaq; fide probatissimus, & honorem regni secundum adeptus Aman nobis indicauit, omnibus per orbem nationibus permixtum esse populum quendam inimicum, legibus omni genti contrarium, & assiduum regiorum edictorum contemptorem, vt iam constitutum à nobis imperium non possit inoffensum statum obtinere.*

4 *Perpensum igitur habentes vnicam hanc gentem per omnia in eo esse positam, vt summe refragetur hominibus, institutio legum peregrina differre, a nostris disidere rationibus, malaq; maxima designare, quo minus regnum consequatur stabilitatem: præcipiendum putauimus, vt quoscunq; scriptis Aman, qui rerum administrationi præfectus est, & a nobis secundus significati vobis fuerint, vna cũ vxorib. & liberis omnes hostium gladiis citra vllã misericordiam & veniam extirpentur radicitus, idq; die mensis duodecimi Adar anni præsentis decima quarta: vt iam pridem & etiamnum inimici violenter demissi ad inferos, in posterum quietas nobis, & tranquillas omnino res exhibeant.*

1 REx maximus Artaxerxes ab India vsq; Æthiopiam, centum viginti septem prouinciarum principibus, & ducibus, qui eius imperio subiecti sunt, salutem. A

A Exemplar epistola Artaxerxis contra Iudaos pertinens ad historiam tertii capitis.

2 Cum plurimis gentibus imperarem, & vniuersum orbem meæ ditioni subiugassem, volui nequaquam abuti potentię magnitudine, sed clementia & lenitate gubernare subiectos: vt absque vllo terrore vitam silentio transigentes, optata cunctis mortalibus pace fruerentur.

3 Quærente autem me à consiliariis meis quomodo posset hoc impleri, vnus qui sapientia & fide cæteros præcellebat, & erat post regem secundus, Aman nomine, indicauit mihi in toto orbe terrarum populum esse dispersum, qui nouis vteretur legibus, & contra omnium gentium consuetudinem faciens, regum iussa contemneret, & vniuersarum concordiam nationũ sua dissensione violaret. B

4 Quod cum didicissemus, videntes vnam gentem rebellem aduersus omne hominũ genus peruersis vti legibus, nostrisq; iussionibus contraire, & turbare subiectarum nobis prouinciarum pacem atque concordiam: iussimus vt quoscunq; Aman, qui omnibus prouinciis pręposítus est, & secundus à rege, & quem patris loco colimus, monstrauerit cum coniugibus ac liberis deleantur ab inimicis suis, nullusq; eorum misereatur quarta decima die duodecimi mensis Adar, anni præsentis: vt nefarii homines vno die ad inferos descendentes, reddant imperio nostro pacem, quam turbauerant. C

Hucusque exemplar epistolæ.

Quæ sequuntur, post eum locum scripta reperi, vbi legitur, Pergensq; Mardochæus, fecit omnia quæ ei mandauerat Esther. Nec tamen habentur in Hebraico, & apud nullum penitus feruntur interpretum.

5 *PRecatus est autem Mardochæus ad Dominum, omniaq; ipsius facta commemorans, Domine Domine rex omnipotens, inquit, (siquidem in potestate tua sunt omnia, nec est qui decretis contra te prosistat, si tu seruatos velis Israelitas:*

6 *Siquidem tu cæli terræq; creator es, & omnium quæ cælo subiecta sunt mirabilium.*

7 *Tu Dominus es omnium, nec est qui ante te Dominum subsistat.*

r vel, arrogantiam.

8 *Tibiq; nota sunt omnia) tu Domine scis neq; per contumeliam neq; per superbiã, nec per r ambitionem fecisse me quo minus superbum Aman adorarem, (pro salute enim Israelitarũ etiam plantas pedũ eius osculari paratus fuissem,) sed eò factũ esse hoc, ne diuinæ maiestati gloriã humanam anteponerem, néve præter te Domine quenquã adorarem: tantum abest vt hoc elata superbia fecerim.*

9 *Quamobrem nunc Domine Deus & rex, caue populo tuo, quoniam illi exitium nostrum speculantur, & affectant primam tuam possessionem delere.*

10 *Ne negligas peculium tuum, quod tibi e terra Ægyptiaca asseruisti.*

11 *Exaudi precationem meam & esto sorti tuæ propitius luctum nostrum conuerte in gaudium, vt viui prædicemus nomen tuum Domine, nec ora laudantium te deleas.*

12 *Tales clamores summa vi tollebant omnes Israelitæ, quod mors ipsis ante oculos obuersaretur.*

5 MArdochæus autem deprecatus est Dominũ, memor omnium operum eius, & dixit, Domine Domine rex omnipotẽs: in ditione enim tua cuncta sunt posita: & non est qui possit tuæ resistere voluntati, si decreueris saluare Israel.

Oratio Mardochai pertinens ad historiam quarti capitis.

6 Tu fecisti cœlum & terram, & quicquid cœli ambitu continetur.

7 Dominus omnium es, nec est qui resistat maiestati tuæ.

8 Cuncta nosti, & scis quia non pro superbia & cõtumelia, & aliqua gloriæ cupiditate fecerim hoc vt non adorarem Aman superbissimum: (libenter enim pro salute Israel etiam vestigia pedum eius deosculari paratus essem) sed timui ne honorẽ Dei mei transferrem ad hominem, & ne quenquã adorarem excepto Deo meo. D

9 Et nunc Domine rex Deus Abraham miserere populi tui, quia volunt nos inimici nostri perdere, & hæreditatem tuam delere.

10 Ne despicias partem tuam quam redemisti tibi de Ægypto.

11 Exaudi deprecationem meam, & propitius esto sorti & funiculo tuo, & conuerte luctum nostrum in gaudium, vt viuentes laudemus nomen tuum Domine, & ne claudas ora te canentium.

12 Omnis quoq; Israel pari mẽte & obsecratione clamauit ad Dominum, eo quòd eis certa mors impenderet.

CAP. XIV.

CAPVT XIIII.

Lamentatio & or ti o Esther pro liberatione populi sui, ad historiam quarti capitis pertinens.

A 1 Esther quoque regina confugit ad Dominum, pauens periculum quod imminebat.

2 Cumq; deposuisset vestes regias, fletibus & luctui apta indumenta suscepit, & pro vnguentis variis, cinere & stercore impleuit caput, & corpus suum humiliauit ieiuniis: omniaq; loca in quibus antea lætari consueuerat, crinium laceratione cõpleuit.

3 Et deprecabatur Dominũ Deũ Israel, dicens:

4 Domine mi, qui rex noster es solus, adiuua me solitariam, & cuius præter te nullus est auxiliator alius. Periculum meum in manibus meis est.

Deut.4.c.7.d

5 Audiui à patre meo quod tu Domine tulisses Israel de cũctis gẽtibus, & patres nostros ex omnibus retro maioribus suis, vt possideres hæreditatem

B sempiternam, fecistiq; eis sicut locutus es.

6 Peccauimus in conspectu tuo, & idcirco tradidisti nos in manus inimicorum nostrorum: coluimus enim Deos eorum: iustus es Domine.

7 Et nunc non eis sufficit quòd durissima nos opprimunt seruitute. sed robur manuum suarum, idolorum potentiæ deputantes, volunt tua mutare promissa, & delere hæreditatem tuam, & claudere ora laudantiũ te, atq; extinguere gloriam templi & altaris tui. vt aperiant ora gentium, & laudent idolorum fortitudinem, & prædicent carnalem regem in sempiternum.

8 Ne tradas Domine sceptrum tuum his qui nõ

C sunt, ne rideant ad ruinam nostram: sed conuerte consilium eorum super eos, & eum qui in nos cœpit seruire, disperde.

9 Memento Domine, & ostende te nobis in tẽpore tribulationis nostræ, & da mihi fiduciam Domine rex deorum, & vniuersæ potestatis: tribue sermonem compositum in ore meo in conspectu leonis, & transfer cor illius in odium hostis nostri, vt & ipse pereat, & cæteri qui ei consentiunt.

10 Nos autem libera in manu tua, & adiuua me, nullum aliud auxilium habentem, nisi te Domine qui habes omnium scientiam, & nosti quia oderim gloriam iniquorum, & detester cubile incircumcisorum, & omnis alienigenæ.

D 11 Tu scis necessitatem meam, quòd abominer signum superbiæ & gloriæ meæ, quod est super caput meum in diebus ostentationis meæ, & detester illud quasi pannum menstruatæ, & non portem in diebus silentii mei, & quod non comederim in mensa Aman, nec mihi placuerit conuiuium regis, & non biberim vinum libaminum: & nunquam lætata sit ancilla tua, ex quo huc translata sum vsq; in præsentem diem, nisi in te Domine Deus Abraham.

12 Deus fortis super omnes, exaudi vocem eorum qui nullam aliam spem habent, & libera nos de manu iniquorum, & erue me à timore meo.

1 Esther quoq; regina anxia metu mortis perculsa confugit ad Dominum

2 Exutas magnificas vestes suas mutauit tristibus & lugubribus, pro superbis deliciis puluere sordibusq; oppleto capite suo, corpus suum vehementer afflictauit, omnemq; locum festiuitatis sua capillis intortis suis conspersit.

3 Et implorans Dominum Deum Israeliticum:

4 Tu solus rex noster es, inquit, mi Domine: fer opem mihi destitutæ, cui adiutor præter te nullus est, quoniam mihi præsto est meum periculum.

5 Equidem à prima ætate audiui in tribu cognationis meæ, te Dominum Israelitas ex omnibus gentibus, & patres nostros ex omnibus maioribus suis in sempiternam elegisse possessionem, & habitos ad ipsos sermones re comprobauisse.

6 Adeoq; nunc cum in te peccauimus, tradidisti nos in manus hostium nostrorum, eo quod Deos eorum coluerimus. Iuste tu quidem egisti Domine.

7 Verum illi iam non contenti sunt amara seruitute nostra, sed dexteras dexteris idolorum suorum commiserunt, se fidem ore suo datam excisuros, tuamq; abolituros possessionem, tum obstructuros ora laudantium te, & splendorem ædis atque tuæ extincturos, ora gentiũ aperturos ad virtutes vanorum prædicandas, regiq; corporeo perpetuam conciliaturos admirationem.

8 Ne tradas Domine sceptrum tuum iis qui nulli sunt, nec contingat istis ridere super ruina nostra, sed retorque in ipsos consiliũ eorum, & ede exemplum in eum qui nobis horum author est.

9 Memento Domine dare significationem tui tempore afflictionis nostræ, & me confirma rex gentium, & omnis imperii dominator. Imbue os meum sermone facundo coram leone, & conuerte cor eius in odium oppugnantis nos ad interitum ipsius, & astipulatorum eiusdem:

10 Nos vero manu tua vindica, & mihi destitutæ, nec alium præter te adiutorem habenti succurre. Omnia tibi nota sunt Domine, scis odisse me gloriam iniustorum, & lectum incircumcisorum, omnique alienigenæ abominari.

11 Scis impositam mihi necessitatem: nam detestor superbum hoc insigne meum, quod diebus iis quibus procedo in conspectum, repono, gero capite meo, vt pannum menstrualem detestor illud. Neq; enim gesto illud quibus diebus à publico ferior. Ancilla tua de mensa Aman cibum non sumpsit, conuiuium regium non magnifecit, vinum libaminum non bibi, nec ex quo sorte mutata sum vsq; adhuc, ancilla tua lætata est nisi nomine tuo Domine Deus Abraham.

12 Exaudi vocem deploratorum Deus omnium potentissime, assere nos a manu improborum hominum, & me hoc metu libera.

Hæc quoq; addita reperi in editione Vulgata.

CAPVT XV.

A 1 Et mandauit ei (haud dubium quin Esther Mardochæus) vt ingrederetur ad regem, & rogaret pro populo suo & pro patria sua.

2 Memorare (inquit) dierum humilitatis tuæ, quomodo nutrita sis in manu mea, quia Aman secundus à rege locutus est contra nos in mortem: & tu inuoca Dominum, & loquere regi pro nobis, & libera nos de morte.

Quo pacto Esther ad regem intrauerit, & ad eius aspectũ territa fuerit.

1 [Et dedit ei negocium (haud dubie Mardochæus Esther) vt ad regem ingressa eo pro populo patriaq; sua supplicaret.

Iosephus Antiquit.lib.11.ca.6.

2 Memento (inquit) temporum humilis sortis tuæ, & quomodo mea manu fueris enutrita, quandoquidem Aman a rege secundus mortem nobis minatus est, inuoca tu Dominum, & regem affare pro nobis, vt nos à morte protegas.]

Necnon & ista quæ subdita sunt.

3 Die autem tertio deposuit vestimenta ornatus sui, & circumdata est gloria sua.

3 Porrò die tertio quàm orandi finẽ fecerat, cũ exutas vestes lugubres splẽdidis suis mutauisset, illustrata illa.

4 Postquam vero eum omnium inspectorem & seruatorem inuocauit, duabus ancillis adhibitis, quarum alteri quasi delicate se gerens, innitebatur: altera pone sequebatur sustentans vestem.

5 Ipsa forma praestantia rubens, hilarique & tanquam amorem inuitante vultu praedita, corde interim timore contracto,

6 Per omnes ianuas ingressa in conspectu regis constitit. Sedebat autem ille in regali solio suo, indutus omni habitu maiestatis suae, totusque collucens auro & gemmis, & [1] perquam terribilis.

1 Vel, perquam stupendus.

7 Cumque elata qua maiestate ardebat facie, acriter ferociterque intueretur, regina collapsa est, & colore prae defectione mutato, super praecedentis ancillae caput se demisit.

8 Tum Deus ad lenitatem mutauit regis animum, vt anxius solio exiliens illam vlnis suis exciperet: cumque ad se redisset, consolaretur insuper eam verbis blandis, ac diceret, Quid hoc rei est Esther? ego frater tuus sum: esto bono animo, ne moriere, quoniam commune nobis est imperium:

9 Accede, simul elatum sceptrum aureum suum ceruici illius applicuit,

10 Et eam amplexatus, Quin mecum loqueris, inquit?

11 Tum illa sic eum allocuta est, Tanquam angelum Dei te domine conspicata sum: quapropter cor meum pauore maiestatis tuae perturbatum est.

12 Nam admirandus es domine, totaque tua facies relucet dignitate.

13 Haec cum loqueretur, illa prae defectione corruit.

14 Et perturbatus est rex, totusque satellitum ipsius coetus eam consolabatur.

4 Cumque regio fulgeret habitu, & inuocasset omnium rectorem & saluatorem Deum, assumpsit duas famulas: & super vnam quidem innitebatur, quasi prae deliciis & nimia teneritudine corpus suum ferre non sustinens: altera autem famulatu sequebatur dominam, defluentia in humum indumenta sustentans. B

5 Ipsa autem roseo colore vultum perfusa, & gratis ac nitentibus oculis tristem celabat animum, & nimio timore contractum.

6 Ingressa igitur cuncta per ordinem ostia, stetit contra regem, vbi ille residebat super solium regni sui, indutus vestibus regiis, auroque fulgens & preciosis lapidibus, eratque terribilis aspectu.

7 Cumque eleuasset faciem, & ardentibus oculis furorem pectoris indicasset, regina corruit, & in pallorem colore mutato, lassum super ancillulam reclinauit caput.

8 Conuertitque Deus spiritum regis in mansuetudinem, & festinus ac metuens exiliuit de solio: & Prou. 21. a sustentans eam vlnis suis, donec rediret ad se, his verbis blandiebatur, Quid habes Esther? ego sum frater tuus, noli metuere. non morieris: non enim pro te, sed pro omnibus haec lex constituta est.

9 Accede igitur, & tange sceptrum.

10 Cumque illa reticeret, tulit auream virgam, & posuit super collum eius, & osculatus est eam, & ait, Cur mihi non loqueris?

11 Quae respondit, Vidi te Domine quasi angelum D Dei, & conturbatum est cor meum prae timore gloriae tuae. Gen. 33. b 2. Reg. 14. d

12 Valde enim mirabilis es domine, & facies tua plena est gratiarum.

13 Cumque loqueretur, rursus corruit, & pene exanimata est.

14 Rex autem turbabatur, & omnes ministri eius consolabantur eam.

Exemplar epistolae Regis Artaxerxis, quam pro Iudaeis ad totas regni sui prouincias misit: quod & ipsum in Hebraico volumine non habetur.

CAPUT XVI.

1 Rex magnus Artaxerxes ab India ad Aethiopiam vsque, praefectis centum viginti septem prouinciarum, & principibus imperio nostro parentibus, salutem dicit:

2 Multi crebra benignitate beneficorum hominum saepius ornati, cum supra modum elati non solum iis qui nobis subiecti sunt malum dare nitantur, vt qui tantam copiam moderate ferre nequeant, cumque bene de se meritis moliantur insidias:

3 Neque gratitudinem solum ex hominum vita tollant, sed etiam quasi qui beneficio nullo sint affecti, fastu tumescant, tamen inspectoris omnium Dei vltrices malorum poenas semper se credunt effugituros.

4 Saepe autem & multos quibus commissa potestas, & administranda res amicorum concredita fuerant, vanae spei participes sanguinis innocentis factos calamitatibus inuoluit immedicabilibus: dum simplicem benignitatem principum, mendacii peruersitate fraudulenter abutuntur.

5 Hoc quod proposuimus non tam licet ex rerum veterum monumentis intelligere, quam ex iis quae, si quaeras in pedes incurrunt, & a peste indigna dominantium impie patrata sunt.

6 Quare prouidendum est in posterum, vt mutationibus vsi tranquillum reddamus regnum omnibus hominibus:

7 Vtentes mutationibus & quae incurrunt in oculos, semper discernentes, leniter obuiam eundo dissentiamus.

8 Ergo postquam Aman Amadathi Macedo, vere alienus a sanguine Persico, multumque remotus a nostra bonitate, vsus hospitio nostro, humanitateque nostra, quam omnibus gentibus praestamus, adeo fretus,

A

1 Rex magnus Artaxerxes, ab India vsque Aethiopiam centum viginti septem prouinciarum ducibus ac principibus, qui nostrae iussioni obediunt, salutem dicit. Sup. 1. a Sup. 13. a

2 Multi bonitate principum & honore qui in eos collatus est, abusi sunt in superbiam: & non solum subiectos regibus nituntur opprimere, sed datam sibi gloriam non ferentes, in ipsos qui dederunt moliuntur insidias.

3 Nec contenti sunt gratias non agere beneficiis, & humanitatis in se iura violare, sed Dei quoque cuncta cernentis arbitrantur se posse fugere sententiam:

4 Et in tantum vesaniae proruperunt, vt eos qui credita sibi officia diligenter obseruant, & ita cuncta agunt vt omnium laude digni sint, mendaciorum *cuniculis conentur subuertere, dum aures principum simplices, & ex sua natura alios aestimantes, callida fraude decipiunt. * funiculis. B

5 Quae res & ex veteribus probatur historiis, & ex his quae geruntur quotidie, quomodo malis quorundam suggestionibus regum studia deprauentur.

6 Vnde prouidendum est paci omnium prouinciarum.

7 Nec putare debetis, si diuersa iubeamus, ex animi nostri venire leuitate, sed pro qualitate & necessitate temporum, vt reipublicae poscit vtilitas, ferre sententiam.

8 Et vt manifestius quod dicimus intelligatis, Sup. 3. a

Aman filius Amadathi, & animo & gente Macedo, alienusque à Persarum sanguine, & pietatem nostram sua crudelitate

crudelitate commaculans, peregrinus à nobis susceptus est & tantam in se expertus humanitatem, vt pater noster vocaretur, & adoraretur ab omnibus, post regem secundus: qui in tantum arrogantiæ tumorem sublatus est, vt regno priuare nos niteretur & spiritu.

C 9 Nam Mardochæum, cuius fide & beneficiis viuimus, & consortem regni nostri Esther cum omni gente sua nouis quibusdam atque inauditis machinis expetiuit in mortem: hoc cogitans vt illis interfectis insidiaretur nostræ solitudini, & regnum Persarum transferret in Macedonas.

10 Nos autem à pessimo mortalium, Iudæos neci destinatos, in nulla penitus culpa reperimus, sed è contrario iustis vtentes legibus, & filios Altissimi & maximi, semperq; viuentis Dei, cuius beneficio & patribus nostris & nobis regnum est traditum, & vsq; hodie custoditur.

11 Vnde eas literas quas sub nomine nostro ille direxerat, sciatis esse irritas.

12 Pro quo scelere ante portas huius vrbis, id est Susan, & ipse qui machinatus est, & omnis cognatio eius pendet in patibulis: non nobis, sed Deo reddente ei quod meruit.

D 13 Hoc autem edictum quod nunc mittimus, in cunctis vrbibus proponatur, vt liceat Iudæis vti legibus suis.

14 Quibus debetis esse adminiculo, vt eos qui se ad necem eorum parauerāt, possint interficere tertia decima die mensis duodecimi, qui vocatur Adar. hanc enim diem, Deus omnipotens, mœroris & luctus, eis vertit in gaudium.

15 Vnde & vos inter cæteros festos dies, hanc habetote diem, & celebrate eam cum omni lætitia, vt & in posterum cognoscatur, omnes qui fideliter Persis obediunt, dignā pro fide recipere mercedem: qui autem insidiantur regnō eorum perire pro scelere.

16 Omnis autem prouincia & ciuitas quæ noluerit solennitatis huius esse particeps, gladio & igne pereat, & sic deleatur, vt non solum hominibus, sed etiam bestiis inuia sit in sempiternum, pro exemplo, contemptus & inobedientiæ.

vt pater noster appellaretur, & adoraretur ab omnibus, secundamq; regis sibi personam gereret, hanc excellentiam moderate ferre non valens, nobis principatum & spiritum conatus est adimere.

9 Eo quòd seruatorem nostrum, & per omnia beneficum Mardochæum, inculpatamq; regni nostri sociam Esther, cum vniuersa istorum gente multiplicibus fallaciarum viis expetiuit ad interitum. (nam his modis sperabat, vbi nos desertos oppressisset, se Persarum imperiū ad Macedonas translaturum.)

10 Nos vero Iudæos ab hoc pestilentissimo viro neci destinatos, minime maleficos esse comperimus: sed iustissimis vtentes legibus, summi, maximi, viuique Dei, qui nobis & maioribus nostris regnum in pulcherrimum statum redegit, filios esse.

11 Rectè sanè feceritis, si literis ab Aman Amadathi missis non pareatis.

12 Nam harum author ipse ad Susorum portas cum omni familia cruci affixus est, quia Deus omnipotens subito dignas ei pœnas rependit.

13 Cæterum huius epistolæ exemplari in omni loco proposito, Iudæos sinatis libere suis vti legibus.

14 Et adiuuetis eos, vt eos qui infestas ipsis tempore calamitoso moliti sunt, vlciscantur, idq; ipsa die duodecimi mensis Adar decima tertia. Siquidem hanc Deus omnipotens in gaudium conuertit ipsis pro generis clade internecione.

15 Deinde vero vos insignem hanc diem feriis vestris illustribus celebrate cum summa lætitia: vt id & nunc & in posterum nobis amicisque nostris Persis, salutem: insidiatoribus autem nostris, exitii sit monimentum.

16 Porrò ciuitas omnis, aut in vniuersum regio, quæ secundum hæc se non gesserit, ferro igniq; per indignationem deuastabitur: & non solum hominibus inuia reddetur, sed etiam feris & volucribus in tempus sempiternum infesta.

LIBER JOB.

Hieronymi in librum Iob præfatio.

Cogor per singulos scripturæ diuinæ libros aduersariorum respondere maledictis, qui interpretationem meam reprehensionem Septuaginta interpretum criminantur: quasi non & apud Græcos Aquila, Symmachus, & Theodotion, vel verbum è verbo, vel sensum è sensu, vel ex vtroq; commixtum, & medie temperatum genus translationis expresserint, & omnia Veteris instrumenti volumina Origenes obelis, asteriscisque distinxerit, quos vel additos, vel de Theodotione sumptos translationi antiquæ inseruit, probans defuisse quod additum est. Discant igitur obtrectatores mei recipere in toto quod in partibus susceperunt, aut interpretationem meam cum asteriscis suis radere. Neque enim fieri potest, vt quos plura intermisisse susceperint non eosdem etiam in quibusdam errasse fateantur, præcipue in Iob. cui si ea quæ sub asteriscis addita sunt, subtraxeris, pars maxima detruncabitur, & hoc dumtaxat apud Græcos. Cæterum apud Latinos, ante eam translationem, quam sub asteriscis & obelis nuper edidimus, septingenti ferme aut octingenti versus desunt, vt decurtatus, & laceratus, corrosusque liber fœditatem sui publice legentibus præbeat. Hæc autem translatio nullum de veteribus sequitur interpretem: sed ex ipso Hebraico, Arabicoque sermone, & interdum Syro, nunc verba, nunc sensus, nunc simul vtrumque resonabit. Obliquus enim etiam apud Hebræos totus liber fertur & lubricus, & quod Græci rhetores vocant, eschematismenos, dum quid aliud loquitur, aliud agit, vt si velis anguillam vel murenulam strictis tenere manibus, quanto fortius presseris, tanto citius elabitur. Memini me ob intelligentiam huius voluminis Lyddæum quendam præceptorum, qui apud Hebræos primus haberi putabatur, non paruis redemisse nummis, cuius doctrina an aliquid profecerim, nescio. Hoc vnum scio, non potuisse me interpretari, nisi quod ante intellexeram. A principio itaque voluminis, vsque ad verba Iob, apud Hebræos prosa oratio est. Porro à verbis Iob, in quibus ait, Pereat dies in qua natus sum, & nox in qua dictum est, conceptus est homo, vsque ad eum locum, vbi ante finem voluminis scriptum est, Idcirco ipse me reprehendo, & ago pœnitentiam in fauilla & cinere, hexametri versus sunt, dactylo spondeoque currentes, & propter linguæ idioma, crebro recipientes & alios pedes, non earundem syllabarum, sed eorundem temporum. Interdum quoq; rithmus ipse dulcis & tinnulus fertur numeris pedum solutis, quod metrici magis, quam simplex lector intelligunt. A supradicto autem versu vsque ad finem libri, paruum comma, quod remanet, prosa oratione contexitur. Quod si cui videtur incredulum, metra scilicet apud Hebræos, & in morem nostri Flacci, Græciq; Pindari, & Alcæi, & Sapphus, vel Psalterium vel lamentationes Ieremiæ, vel omnia ferme scripturarum cantica comprehendi, legat Philonem, Iosephum, Origenem, Cæsariensem Eusebium, & eorum testimonio me verum dicere comprobabit. Audiant quapropter canes mei, idcirco me in hoc volumine laborasse, nō vt interpretationem antiquam reprehenderē: sed vt ea quæ in illa aut obscura sunt, aut omissa, aut certe scriptorum vitio deprauata, manifestiora nostra interpretatione fierent, &

13 Atque totum [18] haudquaquam commodum mi-
hi est, [19] quandiu Mardochæum Judæum video seden-
tem pro porta regis.
14 Aitautem ad eum Sares vxor eius, atq; omnes
amici eius, [20] Fiat lignum quod altitudine sit quinqua-
ginta cubitorum, & facito mane [21] loquere cum rege, vt
suspendant Mardochæum in eo, tu vero lætus [22] ingre-
dere cum rege ad conuiuium.
15 Placuitq; hæc res ipsi Haman, & curauit vt para-
retur lignum.

13 Et cum hæc omnia habeam, nihil me habe-
re puto, quamdiu videro Mardochæum Judæum
sedentem ante fores regias.
14 Responderuntq; ei Zares vxor eius, & cæteri
amici, Jube parari excelsam trabem, habentem al-
titudinis quinquaginta cubitos: & dic mane regi vt
appēdatur super eam Mardochæus, & sic ibis cum
rege lætus ad conuiuium.
15 [a] Placuit ei consilium, & iussit excelsam pre-
parari crucem.

[a] *Placuitq;.*

CAPVT VI.

1 NOcte ista fugit somnus [1] regem, [2] iussitq; vt af-
ferrent librum [3] rerum memorabilium [4] (atque)
annales.
2 Qui lecti fuerunt coram rege. Inuentum est autem
scriptum, quomodo Mardochæus indicarit de Bigthana
& Thares duobus eunuchis regis [5] qui custodes erant [6] li-
minis, quod scilicet hi conati fuissent manus inferre regi
Asuero.
3 Dixitq; rex, Qualis honor aut magnificentia Mar-
dochæo exhibita est huius rei gratia? Responderunt pue-
ri regis [7] qui ei ministrabant, [8] Ne tantillum quidem
ei repensum est.
4 Et dixit rex, Quis est in atrio? (Venerat autem Ha-
man in atrium [9] exterius adituum regiarum, vt loquere-
tur cum rege de suspendendo Mardochæo [10] in lignum
quod illi parauerat.)
5 Dixerunt ergo pueri regis ad eū, Ecce Haman stat
[11] in atrio. Dixit ergo rex, Ingrediatur.
6 Et quum Haman esset ingressus, dixit ad eum rex,
Quid faciendum est viro quem [12] voluerit rex honore
afficere?
7 [13] Cogitauit autem Haman in corde suo, [14] Quem
vellet rex honore afficere quam me? Respondit ergo Ha-
man regi.
8 Vir quem [15] dignatur rex honore prosequi, [16] Hunc
introducant, & regio vestitu vestiant quo rex solet indui,
deinde & equo [vehatur] quo solet vehi rex, imponatur-
que corona regia in capite eius.
9 Dent insuper [17] vestimentum & equum in manum
alicuius, qui ex principibus est & [18] satrapis regis, vt in-
duant virum illum quem rex honore [19] vult prosequi.
[20] Hunc imponant super equū in platea ciuitatis, & cla-
ment ante eū: Sic fiet ei quē rex honore [19] vult prosequi.
10 Tum dixit rex ad Haman, Ilico cape vestimen-
tum & equum illum, & quemadmodum loquutus es sic
facias Mardochæo Judæo sedenti pro porta regis: ne sinas
excidere vel verbulum ex omnibus quæ loquutus es.
11 Tum accepit Haman vestimentum & equum, &
induit Mardochæum, & [21] vexit eum equo per plateam
vrbis, & exclamauit coram eo: Sic fiet ei quem rex hono-
re [19] vult prosequi.
12 Reuersus est autem Mardochæus ad portam re-
gis, & Haman [22] tropuisus ad domum suam, mœstus &
[23] cooperto capite.
13 Narrauit autem Haman Sares vxori suæ, & o-
mnibus amicis suis omne quod ei acciderat. Et dixerunt
ad eum [24] sapientes sui & Sares vxor eius, Si de semine
Judæorum est Mardochæus [25] coram quo cadere cœpisti,
non poteris [26] eum superare, sed [27] cadendo cades ante
conspectum eius.
14 Quumq; adhuc loquerentur cum eo, [28] affuerunt
eunuchi regis, & sategerunt introducere Haman ad con-
uiuium quod parauerat Esther.

1 NOctem illam duxit rex insomnem, iussitq; si-
bi afferri historias & annales priorum tem-
porum.
2 Quæ cū illo præsente legerentur, ventū est ad
illum locum vbi scriptum erat quomodo nunciasset
Mardochæus insidias Bagathan & Thares eu-
nuchorum, regem Assuerum iugulare cupien-
tium.
3 Quod cum audisset rex, ait: Quid pro hac fide
honoris ac præmii Mardochæus consecutus est?
Dixerunt ei serui illius ac ministri, Nihil omnino
mercedis accepit.
4 Statimq; rex, Quis est, inquit, in atrio? (Aman
quippe interius atrium domus regiæ intrauerat, vt
suggereret regi, & iuberet Mardochæum affigi pa-
tibulo quod ei fuerat præparatum).
5 Responderunt pueri, Aman stat in atrio. Dixit-
que rex, Ingrediatur.
6 Cumq; esset ingressus, ait illi: Quid debet fie-
ri viro, quem rex honorare desiderat?
7 Cogitans autem in corde suo Aman, & repu-
tans quod nullum alium rex, nisi se, vellet hono-
rare, respondit.
8 Homo quem rex honorare cupit, debet indui
vestibus regiis: & imponi super equum qui de sel-
la regis est, & accipere regium diadema super ca-
put suum.
9 Et primus de regiis principibus ac tyrannis
teneat equum eius: & per plateam ciuitatis ince-
dens, clamet & dicat: Sic honorabitur, quemcunq;
voluerit rex honorare.
10 Dixitq; ei rex, Festina: & sumpta stolā & equo,
fac vt locutus es, Mardochæo Judæo qui sedet ante
ante fores palatii. Caue ne quicquā de his quæ lo-
cutus es prætermittas.
11 Tulit itaque Aman stolam & equum, indu-
tumq; Mardochæum, in platea ciuitatis, & impo-
situm equo præcedebat, atq; clamabat, Hoc hono-
re condignus est, quemcunq; rex voluerit hono-
rare.
12 Reuersusq; est Mardochæus ad ianuam pa-
latii: & Aman festinauit ire in domum suam, lu-
gens & operto capite:
13 Narrauitq; Zares vxori suæ, & amicis omnia
quæ euenissent sibi. Cui respōderūt sapientes quos
habebat in consilio, & vxor eius, Si de semine Ju-
dæorum est Mardochæus, ante quem cadere cœ-
pisti, non poteris ei resistere, sed cades in conspe-
ctu eius.
14 Adhuc illis loquentibus, venerunt eunuchi
regis, & cito eum ad cōuiuium quod regina para-
uerat, pergere compulerunt.

A *Rex annales euoluēs, fidelitatem Mardochæi inuenit.*

B

Mardochæum iubet rex honorari in confusionem Aman.

C

Aman tristis præcepto regis honorat Mardochæum.

D

CAP. VII.

18 non conducit mihi, i. nihil me iuuat, h. e. hæc omnia, parua mihi videntur. 19 Hebr. omni tempore, i. quandocunque. 20 faciant. vel, præparent, sub. famuli. 21 i. procurare regem, vt sinat illū appēdi patibulo. [illegible] imperatiuum pro futuro, ingredieris. vel, i. [illegible] quo facto ibis cū rege lætus, &c.

CAP. VI.

1 regis. i. noctem illam rex duxit insomnem. 2 dixitq; [illegible] 3 vel, [illegible] siue monumentorum, vt si liceret lectione illorum falleret tempus nocturnum. 4 potius subaudiendum. i. Nam per appositionē dictum est, liber rerum memorabilium, id est, annales. 5 qui de custodibus erant. 6 supellectilis. i. vasorū aureorū. 7 subaudienda cōstructio est, hoc modo & qui ei, &c. 8 Heb. Nō factū est cū eo quicq. i. nihil prorsus honoris accepit a rege, neq; mercedis. 9 Non interius dixit, quo nō licebat ingredi nisi vocatis. 10 vel, in crucem, quam, &c. 11 in atrio illo, sub. exteriori in quo stabant qui ad regem ingressuri erant. 12 cupit. 13 Heb. Dixit. 14 Heb. Cui optauerit rex facere honorem plusquam mihi? i quem rex magis [illegible] 15 Cupit. 16 Afferant vestem regiam qua induitur rex, & [illegible] equū [illegible] equitat rex, [illegible] cuius (equi) capite corona regia poni solet, &c. Nam apud Persas, inquit, quidam Hebræorum, solebat [illegible] deferre diadema regni. & [illegible] [illegible] coronæ vt conuicere liceat, huius Hebræi opinionem esse veram. 17 vestem illam. 18 antesignanis qui [illegible] ducere solent. [illegible] Hebræa significat eos, qui absente imperatore exercitui præsunt. Alii vertunt, in manum viri vnius e principibus [illegible] qui [illegible] habitabant. 19 optat. 20 Hebr. [illegible] illum super equum per plateam, &c. 21 equitare fecit illum. 22 [illegible] vel, properauit [illegible] 23 demisso [illegible] more hominum tristium. 24 Hic vocat sapientes, quos vocauerat amicos [illegible] consiliis vti [illegible] 25 [illegible] 26 aduersus eum. i. non poteris eo esse superior. 27 i. [illegible] Hebr. [illegible] 28 [illegible] ad [illegible] Haman [illegible] ad conuiuium, &c.

CAPVT VII.

Esther in conuiuio pro sua & populi sui vita orat.

1 Intrauit itaque rex & Aman, vt biberent cum regina. Dixitq; ei rex etiam secunda die, postquam vino incaluerat.

2 Quæ est petitio tua Esther, vt detur tibi? & quid vis fieri? etiamsi dimidiam partem regni mei petieris, impetrabis.

3 Ad quem illa respondit, Si inueni gratiam in oculis tuis ô rex, & si tibi placet, dona mihi animã meam pro qua rogo, & populum meum pro quo obsecro.

4 Traditi enim sumus ego & populus meus, vt conteramur, iugulemur, & pereamus: atque vtinam in seruos & famulas venderemur, esset tolerabile malum & gemens tacerem. Nunc autem hostis noster est, cuius crudelitas redundat in regem.

5 Respondensque rex Assuerus ait, Quis est iste: & cuius potentiæ, vt hæc audeat facere?

6 Dixitque Esther, Hostis & inimicus noster pessimus iste est Aman. quod ille audiens, illico obstupuit, vultum regis ac reginæ ferre non sustinens.

7 Rex autem iratus surrexit, & de loco conuiuii intrauit in hortum arboribus consitum: Aman quoque surrexit, vt rogaret Esther reginam pro anima sua, intellexit enim a rege sibi paratum malum.

8 Qui cum reuersus esset de horto nemoribus consito, & intrasset conuiuii locum, reperit Aman super lectulum corruisse, in quo iacebat Esther, & ait, Etiam reginam vult opprimere, me præsente, in domo mea. necdum verbum de ore regis exierat, & statim operuerunt faciem eius.

Iussu regis suspenditur Aman in patibulo quod Mardochæo parauerat.

9 Dixitque Harbona, vnus de eunuchis, qui stabant in ministerio regis: En lignum quod parauerat Mardochæo, qui locutus est pro rege, stat in domo Aman, habens altitudinis quinquaginta cubitos. cui dixit rex, Appendite eum in eo.

10 Suspensus est itaque Aman in patibulo quod parauerat Mardochæo: & regis ira quieuit.

1 Ingressus est itaque rex & Haman [1] vt biberent cum Ester regina. Et ait rex ad Ester etiam altera die [2] in conuiuio vini.

2 Quæ est postulatio tua Ester regina, & dabitur tibi? quæ petitio tua? [3] ad dimidium vsque regni, & fiet.

3 Respondens Ester regina, dixit, Si inueni gratiam in oculis tuis o rex, & si bonum visum fuerit regi, detur mihi [4] anima mea in petitione mea, & populus meus in petitione mea.

4 Venditi enim sumus ego & populus meus, vt (nos) [5] excindant & perdant: [6] & vtinam venditi essemus in seruos & ancillas, tunc enim tacuissem, [7] vt ... hostis nõ supputat damnum regis:

5 Respondens autem rex Asuerus, dixit ad Ester reginam, Quis est iste? & vbi est iste, [8] qui cor suum plene statuerit hoc facere?

6 Ester ait, Vir aduersarius & hostis est iste malus Haman. [9] territus est autem Haman coram rege & regina.

7 Et surgens rex à [10] potatione vini [11] in furore suo, (abiit) [12] in hortos iuxta palatium: Haman autem [13] stans rogabat Ester pro vita sua. animaduertebat enim [14] sibi malum omnino definitum esse a rege.

8 Quum vero rex ex horto palatii redisset in locum in quo conuiuium vini fuerat, corruerat Haman super lectum super quo Ester (sedebat.) Tum ait rex, An vero & reginam comprimere [15] (vult) in domo me præsente? quum sermo iste exiisset ex ore regis, faciem ipsius Haman [16] operuerunt.

9 Dixit autem Harbona, vnus ex eunuchis regis coram rege, [17] En lignum quoque quod parauit Haman Mardochæo ([18] qui salutem regis curauit,) stat in domo Haman, altitudine quinquaginta cubitorum. dixit ergo rex, Suspendite eum in illo.

10 Suspenderunt ergo Haman in ligno quod parauerat Mardochæo, resedit que furor regis.

CAPVT VIII.

Domo Aman tradita reginæ Esther, Mardochæus extollitur. Esther regem orat vt literæ in necem Iudæorum missæ ab Aman, fiant irritæ.

1 Die illo dedit rex Assuerus Esther reginæ domum Aman aduersarii Iudæorum, & Mardochæus ingressus est ante faciem regis. confessa est enim ei Esther quod esset patruus suus.

2 Tulitque rex annulum quem ab Aman recipi iusserat, & tradidit Mardochæo.

3 Esther autem constituit Mardochæum super domum suam. Nec his contenta, procidit ad pedes regis: fleuitque & locuta ad eum orauit vt malitiam Aman Agagitæ, & machinationes eius pessimas quas excogitauerat contra Iudæos, iuberet irritas fieri.

4 At ille ex more sceptrum aureum protendit manu, quo signum clementiæ monstrabatur.

5 Illaque consurgens stetit ante eum, Et ait, Si placet regi, & si inueni gratiam in oculis eius, & deprecatio mea non ei videtur esse contraria, obsecro vt nouis epistolis veteres Aman literæ insidiatoris & hostis Iudæorum quibus eos in cunctis regis prouinciis perire præceperat, corrigantur.

6 Quomodo enim potero sustinere necem & interfectionem populi mei?

7 Respondit itaque rex Assuerus Esther reginæ, & Mardochæo Iudæo, Domum Aman concessi Esther reginæ: & ipsum iussi affigi cruci, quia ausus est manum mittere in Iudæos.

8 Scribite ergo Iudæis, sicut vobis placet, ex regis nomine, signantes literas annulo meo.

1 Ipso eodem die dedit Asuerus rex Ester reginæ [1] domum eius Haman hostis Iudæorum, venitque Mardochæus in conspectum regis: Ester enim indicauerat [2] qualiter ei esset (iunctus.)

2 Tulitque rex annulum suum quem ab Haman abstulerat, & tradidit eum Mardochæo,

3 Et constituit Ester Mardochæum super domum Haman. Rursum quoque Ester, [3] loquuta est coram rege, accidit que pedibus eius flens & obsecrans eum vt [4] auferret malum Agagæi, & machinationem eius quam excogitauerat contra Iudæos.

4 Porrexit autem rex sceptrum aureum ipsi Ester,

5 Surrexitque Ester stabat coram rege, Dixitque, Si regi [5] placuerit, & si nacta sum gratiam in conspectu eius [6] sique hæc res [7] commoda videtur regi, & ego [8] bona in oculis eius, scribatur vt reuocentur literæ quæ (continent) machinationem Haman filii Hamedatha Agagæi, quas scripsit ad perdendum Iudæos qui sunt in vniuersis prouinciis regis.

6 Quomodo enim [9] potero ferre & videre calamitatem quæ deprehendet populum meum? aut quî possum ([10] ferre) & videre perditionem gentis meæ?

7 Ait itaque rex Asuerus ad Ester reginam, & ad Mardochæum Iudæum, Ecce domum Haman [11] dedi Ester, quem egerunt in crucem, eo quod intulit manum suam Iudæis.

8 Vos iam scribite ad Iudæos quod bonum vobis videtur nomine regis, & [12] obsignate annulo regis.

1 ad conuiuium a ... ab Esther. 2 i. inter pocula, inter bibendum. 3 sub. petere. 4 i. vita, q. d. peto ... mihi & populo meo Iudaico liceat viuere, h. e. ne pereamus. 5 vel, disperdant, & iugulent. 6 dele ... 7 ... pecunias regi ob tulerat ... 8 Hebr. enim cor persuasit ipsi vt sic faceret? 9 obstupuit a conspectu regis & reginæ ... 10 conuiuio. 11 i. iratus ... 12 in hortulum palatii. 13 Heb. stetit ad quærendum ab Esther, i. vt peteret ab Esther. 14 quod consummata sibi esset, ... & malum impenderet a rege. 15 (vis) 16 sub. serui regis ... 17 i. transierunt patibulum. 18 Heb. qui (tamen bonum de rege est locutus. i. qui de rege bene meritus est ... insidias Mardochæus quas regi ... eunuchi duo.

CAP. VIII.

1 i. familiam, q. d. non solum priuatus est vita, sed etiam bonis. 2 i. tam illum esse in familia ...

[illegible] exaltatus. 3 Heb. quid esset ipsi. Sic Gallicè, qui luy estoit. q. d. indicauit esse suum patruelem, nam erat filia patrui Mardochæi. 4 i. priori petitioni addidit hæc quæ sequuntur. 5 i. audiente rege. 6 Heb. transire faceret ... vt abigeret à se & a populo Iudaico calamitatem illam & insidias quas parauerat ipsis Iudæis. 7 Heb. bonum videtur. 8 bona, siue, recta. 9 Id est, si placeo regi & grata illi sum. 10 Heb. potero & videbo. Quomodo potero videre. vel, Quomodo potero sustinere, & videre. [illegible] 11 Vel, vitiare. 12 q. d. quid vltra quæritis 13 sub. literas.

[illegible]

9 Scriptum enim quod exaratum est nomine regis, & obsignatum annulo regis, nemo audet refringere. Vocati sunt ergo eodem tempore scribæ regis mense tertio, is est mensis [14] Siuan, vicesima tertia eiusdem, & scriptum est iuxta omnia quæ præcepit Mardochæus, ad Iudæos & ad satrapas, præfectos & principes prouinciarum, quæ sunt ab India vsq; ad Æthiopiam, [15] prouinciis centum atq; viginti septem, cuiq; prouinciæ [16] secundum scripturam eius, & cuiq; populo secundum linguam eius. Iudæis etiã iuxta scripturam & linguam eorum.

10 Scripsit [17] autem nomine regis Assueri, & obsignauit annulo regis, misitq; literas per manum cursorum, [18] qui vehebantur equis velocibus, veredis & iuuenibus mulis.

11 Quod rex daret Iudæis, qui in omnibus & singulis ciuitatibus essent, facultatem sese congregandi & [19] standi pro vita sua, ad [20] excindendum, ad trucidandum & perdendum omnes copias populum, prouinciam, qui eos affligunt, & pubem, [21] & mulieres, prædamq; eorum [22] diripiendi.

12 [23] Idq; vno eodemq; die per omnes prouincias regis Assueri, nempe decima tertia die mensis duodecimi, is est mensis [24] Adar.

13 [25] Exemplar autem scripti erat, [26] vt affigeretur edictum in omnibus & singulis prouinciis, [27] vulgareturque omnibus populis, vt Iudæi parati essent in diem illũ, [28] ad sese asserendum ab hostibus suis.

14 Porro cursores [29] qui vehebantur velocibus veredis [30] festinanter egressi sunt [31] impulsi præcepto regis. [32] Edictum autem affixum est in Susan arce regia.

15 Mardochæus quoque egressus est [33] à rege cultu regio ornatus, hyacinthino videlicet & candido, coronaque aurea, toqueque magna pallio demde byssino atq; purpureo, iubilante & exultante vrbe Susan.

16 Ortaq; est in Iudæis [34] & gaudium, exultatio & honor.

17 In omnibus denique & singulis prouinciis, & in omnibus ac singulis ciuitatibus quo peruenerat [35] verbum regis & [36] decretum eius, habebant Iudæi gaudium & exultationem, conuiuium & [37] diem bonum: multi quoque [38] ex populis terræ [39] simulabant se Iudæos: quandoquidem [40] pauor Iudæorum inciderat super eos.

9 Hæc enim consuetudo erat, vt epistolis quæ ex regis nomine mittebantur, & illius annulo signatæ erant, nemo auderet contradicere. Accitisq; scribis & librariis regis (erat autem tempus tertii mensis, qui appellatur Siban) vicesima & tertia die illius scriptæ sunt epistolæ, vt Mardochæus voluerat ad Iudæos & ad principes, procuratorésque & iudices qui centum & viginti septem prouinciis ab India vsque ad Æthiopiam præsidebant: prouinciæ atque prouinciæ, populo & populo iuxta linguas & literas suas, & Iudæis, prout legere poterant, & audire.

10 Ipsæque epistolæ, quæ ex regis nomine mittebantur, annulo ipsius obsignatæ sunt, & missæ per veredarios: qui per omnes prouincias discurrentes, veteres literas nouis nunciis præuenirent.

11 Quibus imperauit rex, vt conuenirent Iudæos per singulas ciuitates, & in vnum præciperent congregari, vt starent pro animabus suis, & omnes inimicos suos cum coniugibus ac liberis & vniuersis domibus interficerent atque delerent.

12 Et constituta est per omnes prouincias vna vltionis dies, id est tertiadecima die mensis duodecimi Adar.

13 Summaque epistolæ hæc fuit, vt in omnibus terris ac populis, qui regis Assueri subiacebant imperio, notum fieret paratos esse Iudæos ad capiendam vindictam de hostibus suis.

14 Egressiq; sunt veredarii celeres nuncia perferentes, & edictum regis pependit in Susan.

15 Mardochæus autem de palatio, & de conspectu regis egrediẽs, fulgebat vestibus regiis, hyacinthinis videlicet & * ærinis, coronam auream portans in capite, & amictus serico pallio atque purpureo: omnisque ciuitas exultauit, atque læta est.

16 Iudæis autem noua lux oriri visa est, gaudium, honor, & tripudium.

17 Apud omnes populos, vrbes atque prouincias quocunque regis præcepta veniebant, mira exultatio, epulæ atque conuiuia, & festus dies: intantum vt plures alterius gentis & sectæ, eorum religioni & ceremoniis iungerẽtur, grandis enim cunctos Iudaici nominis terror inuaserat.

Literæ nomine regis scribũtur ad Iudæos, vt occidant hostes suos.

C

D

Gaudiũ & lætitia Iudæorum ob edictum, regis Assueri.

** Legendum. æreis.*

CAPVT IX.

1 MEnse igitur duodecimo, qui est mensis Adar, decima tertia die eiusdem, ([1] quando iam appeteret (tempus) vt verbum regis & decretum eius perficeretur, eo scilicet die quo hostes Iudæorum [2] sperabant se tyrannidem exercere in eos, [3] versa sunt vices, vt Iudæi dominarentur in hostes suos.

2 [4] Congregati enim erant Iudæi in ciuitatibus suis in omnibus prouinciis regis Assueri, vt inferrent manum in eos qui mala eis machinabantur, [5] nec potuit quisquam coram eis consistere, quoniam [6] pauor eorum inciderat super omnes populos.

3 Sed & cuncti principes prouinciarum, satrapæ & duces, & [7] qui exequebantur opera [regia,] honore prosequebantur Iudæos, [8] eo quod pauor Mardochæi inciderat super eos.

4 Erat enim Mardochæus magnus in domo regis, & fama eius [9] exterās per omnes prouincias, quia vir ille Mardochæus proficiebat [10] & magnus fiebat.

5 Percusserunt itaq; Iudæi omnes hostes suos [11] ictu gladii, cædentes, cædem & perditionem, agentes cum hostibus suis pro voto suo.

1 Igitur duodecimi mensis, quem Adar vocari ante iam diximus, tertiadecima die, quando cunctis Iudæis interfectio parabatur, & hostes eorum inhiabant sanguini, versa vice Iudæi superiores esse cœperunt, & se de aduersariis vindicare.

2 Congregatiq; sunt per singulas ciuitates & oppida & loca vt extenderent manum contra inimicos, & persecutores suos: nullusq; ausus est resistere, eo quod omnes populos magnitudinis eorũ formido * penetraret.

3 Nam & prouinciarum iudices, & duces, & procuratores, omnisque dignitas quæ singulis locis ac operibus præerat, extollebant Iudæos timore Mardochæi:

4 Quem principem esse palatii, & plurimũ posse cognouerant, fama quoq; nominis eius crescebat quotidie, & per cunctorum ora volitabat.

5 Itaque percusserunt Iudæi inimicos suos plaga magna, & occiderunt eos, reddentes eis quod sibi parauerant facere.

A

Interficiũt Iudæi inimicos suos.

* *penetrarat.*

B

14 Hic mensis respondet nostro Maio aut parti eius.
15 vel, (ad prouincias inquam) centum & viginti septem prouinciarum.
16 i. characteribus quibus vti solebant.
17 igitur, sub. Mardochæus vel scriba.
18 Heb. equitantium diuitias, mulos filios equarum. i. equitantium opes regis, hoc est, animalia magni precii, vel velocissima, appositiuè mulos natos ex equabus.
19 i. tuendi vitam suam.
20 vel, excindendo, iugulando & perdendo omnẽ exercitum populi & prouinciæ, (omnem inquam exercitum) oppugnantiũ ipsos.
21 i. q. d. nemini parcendo.
22 vel, diripiendo.
23 Versus iste pendet à superiore, nempe, scripsit quod rex permiserit Iudæis vt congregarent sese, & starent pro anima sua vno die. &c.
24 Hic mensis respondet nostro Februario, aut parti eius.
25 siue, Summa.
26 vt ferretur lex, siue decretum.
27 Heb. (panderetur inquam lex) manifesta. i. vt promulgaretur lex omnibus populis, vel, vt sciretur lex quæ nota esset omnibus populis.
28 ad vindictam sumendam de inimicis suis.
29 illi equitantes animalia magni precii vel velocissima, appositiuè mulos.
30 more scilicet turbatorum, hoc significat verbum Hebraicum.
31 vel, ad mandatum, siue imperium.
32 & lex illa siue constitutio promulgata fuit in Susan metropoli, siue vrbe regia.
33 i. e cubiculo regio.

34 hic coniunctio &, explicat quid per lucẽ intellexerit, nempe gaudiũ. 35 vel, mandatũ. 36 lex siue constitutio. 37 diem festum Iudæi appellant diẽ bonum. 38 i. regionis Assueri. 39 Heb. Iudaizabãt [illegible] Iudæorũ vel adiungebant sese religioni & ritib. Iudæorũ. Aut se [illegible] cum Iudæis. 40 [illegible] timebant sibi a Iudæis. CAP. IX. 1 Heb. in quo die [illegible] & lex eius [illegible] fieret. [illegible] quo mandati executioni debebat [illegible] 2 Heb. expectauerant [illegible] 3 Heb. & conuersum fuit hoc. sub. in contrariam partem. 4 Heb. Congregati sunt [illegible] 5 Heb. & nemo [illegible] 6 [illegible] Iudæis timebant omnes gentes. 7 [illegible] negociorũ regis. 8 [illegible] timebant à Mardochæo. 9 Volitabat, vagabatur, spargebatur. 10 Crescebat. 11 Heb. percussione gladii & occisione & interitu.

6 In tantum vt etiam in Susan quingentos viros interficerent.

7 Extra decem filios Aman Agagitæ hostis Judæorum: quorum ista sunt nomina, Pharsandatha, & Delphon, & Esphatha.

8 Et Phoratha, & Adalia, & Aridatha.

9 Et Phermesta, & Arisai & Aridai, & Jezatha:

10 Quos cum occidissent, prædas de substantiis eorum agere noluerunt.

11 Statimque numerus eorum qui occisi erant in Susan, ad regem relatus est.

12 Qui dixit reginæ, In vrbe Susan interfecerunt Judæi quingentos viros, & alios decem filios Aman: quantam putas eos exercere cædem in vniuersis prouinciis? Quid vltra postulas, & quis vis vt fieri iubeam?

C 13 Cui illa respondit: Si regi placet, detur potestas Judæis: vt sicut fecerunt hodie in Susan, sic & cras faciant, & decem filii Aman in patibulis suspendantur.

Decem filii Aman suspenduntur.

14 Præcepitque rex vt ita fieret: statimque in Susan pependit edictum, & decem filii Aman suspensi sunt.

15 Congregatis Judæis quarta decima die mensis Adar, interfecti sunt in Susan trecenti viri: nec eorum ab illis direpta substantia est.

16 Sed & per omnes prouincias quę ditioni regis subiacebant, pro animabus suis steterunt Judęi, interfectis hostibus ac persecutoribus suis: in tantum vt septuaginta quinque millia occisorum implerentur, & nullus de substantiis eorum quicquam contingeret.

17 Dies autem tertius decimus mensis Adar vnus apud omnes interfectionis fuit, & quarta decima die cædere desierunt.

D 18 Quem constituerunt esse solennem, vt in eo omni tempore deinceps vacarent epulis, gaudio atque conuiuiis. At hi qui in vrbe Susan cædem exercuerant, tertiodecimo & quartodecimo die eiusdem mensis in cæde versati sunt: quinto decimo autem die percutere desierunt.

Dies celebris instituitur in memoriam liberationis.

19 Et idcirco eundem diem cõstituerunt solennem epularum atque lætitiæ. Hi verò Judæi qui in oppidis non muratis ac villis morabantur, quartum decimum diem mensis Adar conuiuiorum & gaudii decreuerunt, ita vt exultent in eo, & mittãt sibi mutuo partes epularum & ciborum.

20 Scripsit itaque Mardochæus omnia hæc, & literis comprehensa misit ad Judæos qui in omnibus regis prouinciis morabãtur, tam in vicino positos quàm procul.

E 21 Vt quartam decimam & quintam decimam diem mensis Adar pro festis susciperent, & reuertente semper anno solenni celebrarent honore:

22 Quia in ipsis diebus se vlti sunt Judæi de inimicis suis, & luctus atque tristitia in hilaritatem gaudiumque conuersi sunt, essentque dies isti epularum atque lætitiæ, & mitterent sibi inuicem ciborum partes, & pauperibus munuscula largirentur.

6 Porrò in Susan arce regia interfecerunt Judæi, & perdiderunt quingentos viros.

7 Super hæc Parsandatha, Delphon, Asphata.

8 Poratha, Adalia, Aridata,

9 Parmasta, Arisai, Aridai, & Vaizatha.

10 Decem filios Haman filii Hamedatha hostis Judæorum interfecerũt,[12] in prædam autem manum suam non miserunt.

11 Illo eodem die peruenit numerus occisorum in Susan arce[13] in conspectum regis.

12 Dixitque rex ad Esther reginam, In arce Susan interfecerunt & perdiderunt Judæi quingentos viros, atque decem filios Haman, quid fecerunt [vitas] in reliquis prouinciis[14] regis?[15] Quæ verò est postulatio tua, quæ datur tibi? aut quæ est[16] adhuc petitio tua, & fiet?

13 Respondit Esther, Si regi placet, [fiat vltra] detur etiam cras Judæis qui sunt in Susan, vt faciant iuxta[17] decretum huius diei, suspendantque decem filios Haman in ligno. Et annuit rex vt sic fieret.

14[18] Et affixum est decretum in Susan: & suspenderunt decem filios Haman.

15 Congregati enim Judæi qui erant in Susan, etiam decimaquarta die mensis Adar, interfecerunt trecentos viros, at in prædam manum suam non miserunt.

16 Reliqui quoque Judæi qui erant in prouinciis regis congregati[19] steterunt pro anima sua,[20] & vt tranquilli essent ab hostibus suis, interfecerũt ex hostibus suis septuaginta quinque millia, nec[21] miserunt manum suam prædæ.

17[22] Decima tertia die mẽsis Adar [[23] hoc fiebat.] quieuerunt vero die decima quarta eiusdem, celebrantes eum diem conuiuio & gaudio.

18 At Judæi qui erant in Susan congregati sunt decima tertia eiusdem,[24] atque decima quarta eiusdem, decima quinta vero eiusdem quieuerunt, &[25] eodem die habuerunt conuiuium & gaudium.

19 Ideo Judæi[26] in vrbe & vicis habitantes celebrant decimum quartum diem mensis Adar[27] cũ gaudio & conuiuio, & festum agunt diem, ad hæc quoque portiones suas mittunt proximo suo.

20[28] Conscripsit autem Mardochæus gesta ista, & misit literas ad omnes Judæos qui erant in vniuersis prouinciis regis Assueri, siue prope essent, siue procul.

21[29] Vt constitutionem facerent super se, vt celebrarent decimum quartum diem mensis Adar, atque decimum quintum eiusdem, [illegible] singulis annis.

22[30] Hos inquam dies[31] in quibus requiem sibi parauerant Judæi ab hostibus suis, &[32] mensem illum qui versus eis fuerat à tristitia in lætitiam, & à luctu in diem[33] bonum, vt celebrarent illos dies[34] conuiuio & gaudio, & mitterent quisque proximo suo, & dona pauperibus.

23[35] Susceperunt hoc Judæi, quod & ipsi cœperant facere, & quod Mardochæus scripserat ad eos.

24[36] Quomodo Haman filius Hamedatha[37] Agagæi hostis omnium Judæorum[38] molitus fuerit perdere Judæos, &[39] quomodo iecerit Pur, id est sortem, ad dissipandum eos, & ad perdendum eos:

23 Susceperuntque Judæi in solennem ritum cuncta quæ eo tempore facere cœperant, & quæ Mardochæus literis facienda mandauerat.

24 Aman enim filius Amadathi stirpe Agag, hostis & aduersarius Judæorum, cogitauit contra eos malum, vt occideret illos, atque deleret: & misit Phur, quod nostra lingua vertitur in sortem.

Supra 3.6.

12 i. non diripuerunt bona aliorum quæ illis erant promissa.
13 i. statim resciuit numerum interfectorum in Susan.
14 i. meis, de se loquitur in tertia persona.
15 & quænam, &c q.d. & tamen si illud tibi non satisfacit, pete quidquid vis volueris, & dabo tibi.
16 vltra.
17 ritũ, i. quemadmodum fecerunt hodie. q.d. permittatur illis occidere aduersarios suos, vt hodie fecerũt.
18 Heb. & data (i. promulgata) fuit lex siue ordinatio.
19 i. defenderũt sese.
20 quieuerunt ab inimicis suis interfecerũt autem, &c.
21 i. illorum bona non diripuerunt.
22 Iste versus pẽdet à superiori, Ergo decima tertia, &c. Quidam volunt coniunctionem Hebraicam, quę verbum [Hebrew] præcedit, pro qua generũt versum istum est, superfluere, & versum non pẽdere à superiori, legentes hoc modo, Decimo tertio die mensis Adar quieuerunt, &c.
23 potius subaudiendum, interfecerunt inimicos, &c.
24 Duobus diebus licuit Judæis in Susan interficere inimicos suos, tempore decima tertia & decima quarta die mẽsis duodecimi.
25 Heb. & fecerunt ipsum diem (diem) conuiuii & lætitiæ. i. indulserunt genio XV. die.
26 nõ cinctis muris, habitantes in vrbibus carentibus muris.
27 Hebr. (celebrant inquam diem) lætitiæ & conuiuii, & diem bonum, & (diem) missiones partium quisque socio suo. i. celebrant decimum tertium diem cum lætitia & conuiuiis, diem festum agentes, & mittentes munera, siue particulas cibariorum amicis suis. Nos etiam diem festum, vocamus Vng bon iour, quemadmodum & Hebræi.

28 Scripsit hinc colligunt Judæi Mardochæum huius libri authorem esse. 29 Vt iniungeret (siue præciperet) illis. Versus iste pendet à superiori.
30 Heb. (iniungens inquam) iuxta dies illos, siue iuxta numerum dierum illorum. 31 In quibus quieuerunt. 32 iuxta mensem, i. sicut fecerunt eo mense, qui versus est, &c. 33 i. festum. 34 Heb. conuiuii & lætitiæ, & dies missionis particularum cibi, quisque proximo suo, i. hos dies celebrarent cum lætitia & agitando conuiuia, & in illis mittendo particulas cibariorum ad amicos suos, & munera pauperibus.
35 Receperunt sub se sãctionis. 36 Nãmque reddit rationem cur celebrati sint hi dies à Judæis. 37 Agitha, i. de stirpe Agag. 38 cogitauerat. 39 & misit pur, id est, &c. hoc est, mittit sortibus determinat diem in quo perderet omnes Judæos.

40 Heb. Cũ autẽ Esther venisset in conspectu regis, dixit (rex) cũ epistola vt conuerteretur cogitatio, &c. i. missis epistolis præcepit rex vt conuerteretur, &c.
41 vel, vocare solent hos dies, nempe 14. & 15.
43 de nomine sortis i. deductione facta a pur.
43 i. propter omnia quæ in hac epistola dicuntur esse.
45 & (propter) id quod viderunt (sub. Iudæi.) super hoc, & (propter) id quod peruenit ad eos. i. sub. rumore.
46 (Propterea itaque) statuerant, siue receperunt.
46 sese adiuncturi essent i. qui etiam accessuri ad ritum & religionem eorum.
47 Heb. neq; id pertransibit vt essent facturi duos dies illos, iuxta scripturam eorũ & iuxta tempus illorũ, &c. i. sancito irreuocabili statuerunt & receperunt se celebraturos hos dies, & lecturos hanc epistolam lingua Hebraica, die 13. & 14. & tempore præscripto omnibus & singulis annis.
48 Et dies illi erunt solennes.
49 Heb non peribunt i. perpetuo celebrabuntur à Iudæis.
50 i. posteri Iudæorum etiã hos dies celebraturi sunt.

25 [40] *Præterea quomodo [Esther] introierit in conspectum regis, dixeritq́, vt literis refringeretur machinatio eius mala quam excogitauerat contra Iudæos. [vertidereta] in caput eius, vt suspenderent eum & filios eius in ligno.*

26 *Hac de causa [41] vocauerunt dies illos Purim, [42] propter nomen sortis.*

27 [43] *Propter omnes sermones huius epistolæ & [44] quidquid ipsi viderant in hoc negocio, & quidquid eis acciderat.* [45] *Ratum ergo habuerunt & susceperunt Iudæi super se & super semen suum, atque super omnes qui eis [46] iuncti fuerint,* [47] *vt nemo negligat quin hos duos dies celebret, vt scripti sunt & destinati omnibus & singulis annis.*

28 [48] *Dies enim memoriales sunt, celebrauq́, in omnem posteritatem & generationem, per singulas prouincias & ciuitates. Dies purim illi* [49] *nunquam obliuioni tradentur inter Iudæos,* [50] *memoriaq́ eorum nunquam recedet à semine ipsorum.*

29 *Scripsit* [51] *præterea Esther regina, filia Abihail, & Mardochæus Iudæus* [52] *summa diligentia,* [53] *vt ratam haberent hanc secundam epistolam purim.*

30 *Misitque literas ad omnes Iudæos, ad centum viginti septem prouincias regni Asueri,* [54] *pax [vobis] & firmitas.*

31 [55] *Firmiter seruandi sunt dies illi Purim* [56] *suis temporibus, quemadmodum* [57] *eos instituit illis Mardochæus Iudæus, & Esther regina: & quemadmodum ipsi* [58] *obligarunt animas suas, & posteros suos ad ieiunia & preces.*

32 *Et* [59] *vt Esther sermone confirmauit negocium istarum purim, & in libro consignauit.*

25 Et postea ingressa est Esther ad regem, obsecrans vt conatus eius, literis regis irriti fierent: & malum quod contra Iudæos cogitauerat, reuerteretur in caput: denique & ipsum & filios eius affixerunt cruci.

26 Atque ex illo tempore dies isti appellati sunt phurim, id est, sortium: eo quod phur, id est, sors, in vrnam missa fuerit.

27 Et cuncta quæ gesta sunt, epistolæ, id est, libri huius volumine continentur: quæq; sustinuerunt, & quæ deinceps immutata sunt, susceperunt Iudæi super se & semen suum, & super cunctos qui religioni eorum voluerunt copulari, vt nulli liceat duos hos dies absq; solennitate trãsigere: quos scriptura testatur, & certa expetunt tempora annis sibi iugiter succedentibus.

28 Isti sunt dies, quos nulla vnquam delebit obliuio: & per singulas generationes cunctæ in toto orbe prouinciæ celebrabunt: nec est vlla ciuitas, in qua dies phurim, id est, sortium, non obseruẽtur à Iudæis, & ab eorum progenie, quę his ceremoniis obligata est.

29 Scripseruntq; Esther regina filia Abihail, & Mardochæus Iudæus etiã secundam epistolam vt omni studio dies ista solennis sanciretur in posterũ.

30 Et miserunt ad omnes Iudæos, qui in centũ viginti septem prouinciis regis Assueri versabãtur, vt haberent pacem, & susciperent veritatem.

31 Obseruantes dies sortium, & suo tempore cum gaudio celebrarent: sicut constituerant Mardochæus & Esther, & illi obseruanda susceperunt à se, & à semine suo ieiunia, & clamores & sortium dies.

32 Et omnia quę libri huius, qui vocatur Esther, historia continentur.

CAPVT X.

1 *Porrò Asuerus rex vectigal imposuit terra & insulis marinis.*

2 *Gesta quoq; cuncta* [1] *fortitudinis & roboris sui, deinde* [2] *insignis claritas magnificentia Mardochæi, quæ eum euexerat rex, an non hæc scripta sunt in libro annalium regum Medorum & Persarum?*

3 *Erat enim Mardochæus Iudæus secundus à rege Asuero, & magnus inter Iudæos, acceptus denique multitudini fratrum suorum* [3] *studens saluti populi sui, salutemq́ ac pacem curans omnibus posteris suis.*

1 Rex verò Assuerus omnem terram, & cunctas maris insulas fecit tributarias.

2 Cuius fortitudo & imperium, & dignitas atq; sublimitas, qua exaltauit Mardochæũ, scripta sunt in libris Medorum atque Persarum:

3 Et quomodo Mardochæus Iudaici generis secundus a rege Assuero fuerit: & magnus apud Iudæos, & acceptabilis plebi fratrum suorum, quærens bona populo suo, & loquens ea quę ad pacem seminis sui pertinerent.

Finis libri Estheræ.

51 autem. 52 Heb. cum omni fortitudine. i. omni studio, summa authoritate. 53 vt confirmaret (siue approbatam redderet) epistolam de sortibus scriptam. epistolam inquam secundam. Quidam Hebræorum scribunt Iudæos aliquando intermisisse celebrare hos dies, & ideo Esther & Mardochæum denuo scripsisse vt confirmarent epistolam de sortibus scriptam, vt celebrarent dies illos. 54 Heb verbis pacis & veritatis i. misit epistolas plenas humanitatis & veritatis. hoc est, humanas & veras. Versus iste pendet à superiori. 55 Heb. Vt approbarent dies sortium istos i. vt celebrando susciperent. 56 vel, quoad viuerent. 57 iniunxerat illis. 58 receperant super animas suas & super semen suum [illegible] i. receperant pro se & pro semine suo: se obseruaturos) ieiunia & clamorem eorum. i. vt essent memores calamitatis Iudæorum. Solent adhuc etiam hos dies ieiunare Hebræi. 59 sermo Esther approbauit verba sortium ista, & scriptus fuit in libro. i. confirmauit & instituit hos dies sortium, & sermo ille inscriptus fuit annalibus. CAP. X. 1 i. quę fortiter gessit. 2 Heb. declaratio magnitudinis Mardochæi quã magnificauit eum rex i. quem reddidit magnum, hoc est, quem rex euexit ad summas dignitates. 3 Heb. quærens bonum populo suo, & loquens pacem omni semini suo: studens commodo & vtilitati populi sui, comiterq́ alloquens omnes populares suos. Quidam legunt, loquens pacem omni semini eius. i. populi. hoc est, comiter alloquens omnes suos populares & familiares ex populo suo.

ADIECTIONES AD LIBRVM ESTHERÆ.

Has adiectiones esse falsas, & à sermone S. Diuini alienas, res ipsa loquitur. Nam qui omnib. Apocryphis fere obseruancũ, facile fuit Sathanæ tẽpore Ecclesiæ quassatæ procellis mundi grauissimis, [illegible] hisce nugis, et opa hominum minime [illegible]

Quæ habentur in Hebræo, plena fide expressi. Hæc autem quæ sequuntur, scripta reperi in editione vulgata, quæ Græcorum lingua & literis continentur: & interim post finem libri hoc capitulum ferebatur, quod iuxta consuetudinem nostram obelo, id est, veru prænotauimus.

4 *Tum Mardochæus, A Deo facta sunt hæc, inquit.*

5 *Venit enim in mentem mihi somnii, quod mihi super his rebus videre visus sum, quarum nihil quicquam cecidit ad irritum.*

6 *Exiguus ille fons, qui euasit fluuius, simul autem erat lux, Sol & aqua plurima. Esther est, inquam, ille fluuius, quam rex duxit vxorem, & reginam constituit.*

4 Dixitq; Mardochæus, A Deo facta sunt ista.

5 Recordatus sum somnii quod videram, hæc eadem significantis: nec eorum quicquam irritum fuit.

Somnii Mardochæi enarratio.

6 Paruus fons, qui creuit in fluuium, & in lucẽ, Solemq; conuersus est, & in aquas plurimas redundauit, Esther est, quam rex accepit vxorem, & voluit esse reginam.

7 Duo autem dracones: ego sum, & Aman.

8 Gentes quæ conuenerant: hi sunt qui conati delere nomen Iudæorum.

9 Gens autem mea: Israel est, quæ clamauit ad Dominum, & saluum fecit Dominus populum suũ: liberauitque nos ab omnibus malis, & fecit signa
D magna atque portenta inter gentes: & duas sortes esse præcepit: vnam populi Dei, & alteram cunctarum gentium. venitque vtraq; sors in statutum ex illo iam tempore diem coram Deo vniuersis gentibus: & recordatus est Dominus populi sui, ac misertus est hæreditatis suæ.

10 Et obseruabũtur dies isti in mense Adar quarta decima & quinta decima die eiusdem mensis, cũ omni studio, & gaudio in vnũ cœtũ populi cõgregati in cũctas deinceps generationes populi Israel.

7 Duo dracones, ego & Aman sumus.

8 Gentes autem sunt, quæ ad delendum nomen Iudaicum conuenêre:

9 Mea vero gens, Israelitæ sunt ii, qui Deum inuocauerunt, & seruati sunt. Nam Dominus populum suum seruauit, Dominus nos ex omnib. malis istis eripuit. Deus edidit ea signa miraculaq́, quæ nunquam alias inter gentes fuerunt designata. Nempe cum duas sortes constituisset: vnam populo Dei, cunctisq́ gentibus alteram ad horam, tempus ac diem iudicii. Hæ sortes ambæ coram Deo præsto fuerunt inter omnes gentes. Deus autem populi sui non fuit immemor, & possessionem suam asseruit.

10 Itaq́ solennes erunt isti dies, mensis Adar decima quarta; eiusdemq́ decima quinta diebus, cum celebritate, lætitia iucunditateq́ coram Deo in populo ipsius, omnibus sæculorum ætatibus.

CAPVT XI.

A 1 ANno quarto regnantibus Ptolemæo & Cleopatra, attulerunt Dositheus, qui se sacerdotẽ, & Leuitici generis ferebat, & Ptolomæus filius eius hanc epistolã phurim, quam dixerunt interpretatã esse Lysimachum Ptolemæi filium in Ierusalem.

1 ANno quarto regni Ptolemæi & Cleopatræ, qui se sacerdotem & Leuitam ferebat, Dositheus, & Ptolemæus eiusdem filius prodiderunt hanc præsentem epistolã [a] Phurim, quam aiebant interpretatum esse Lysimachũ Ptolemæi filium Hierosolymitanum. a Τῶν φουρίμ. al. Τῶν φρουραί.

Hæc quoque principium erat in editione Vulgata, quod nec in Hebræo, nec apud Vllum fertur interpretum.

B 2 Anno secundo, regnante Artaxerxe maximo, prima die mensis Nisan, vidit somniũ Mardochæus, filius Iairi, filii ‡ Simei, filii Cis de tribu Beniamin: homo Iudæus, qui habitabat in vrbe Susis, vir magnus, & inter primos aulæ regiæ.

Somniũ Mardochæi. Supr. 2. a

3 Erat autem de eo numero captiuorum, quos transtulerat ‡ Nabuchodonosor rex Babylonis de Ierusalem cum Iechonia rege Iuda: & hoc eius so-
C mnium fuit.

4. Reg. 24. d. Ierem. 24. a

4 Apparuerunt voces & tumultus, & tonitrua, & terræmotus, & conturbatio super terram: & ecce duo dracones magni, paratiq; cõtra se in prælium.

5 Ad quorum clamorem cunctæ concitatæ sunt nationes, vt pugnarent contra gentem iustorum.

6 Fuitq; dies illa tenebrarum & discriminis, tribulationis & angustiæ, & ingens formido super terram.

7 Conturbataq; est gens iustorum timentium mala sua, & præparata ad mortem.

D 8 Clamaueruntq; ad Deum: & illis vociferantibus, fons paruus creuit in fluuium maximum, & in aquas plurimas redundauit.

9 Lux & Sol ortus est, & humiles exaltati sunt, & deuorauerunt inclytos.

10 Quod cũ vidisset Mardochæus, & surrexisset de strato cogitabat quid Deus facere vellet: & fixũ habebat in animo, scire cupiens quid significaret somnium.

2 Anno regni magni illius Artaxerxis secundo, prima die mensis Nisan, somnio visus est Mardochæus natus Iairo filio Semei e [b] Cisæo nato, e tribu Beniamin, homo Iudæus in vrbe Susis habitans, vir magnus, munus gerens in aula regia. b Al. Cis.

3 Erat autem consors captiuitatis, quam rex Babylonis Nabuchodonozor cum Iechonia rege Iudææ deduxerat Hierosolymis. Hoc autem fuit eius somnium:

4 Exorto in terra subito sonitu tumultuoso cum tonitruis, terræmotu & tempestate: ecce duo dracones immanes inter se concertare parati prodierunt.

5 Edebant autem sonitum ingentem, quippe quo omnis gens ad bellum genti iustorum inferendum excitaretur.

6 Repenteq́ tenebrosa dies extitit & caliginosa, calamitas item & angustia, tum afflictio magnusq́ tumultus super terram.

7 Perturbata itaq́ gens omnis iusta, mala sibi metuẽs, cum se comparasset ad occumbendum.

8 Clamorem ad Deum sustulit, præ quo clamore ingens velut e paruo fonte fluuius, & magna vis aquarum promanauit.

9 Lux & Sol effulsit, humiles euecti sunt, & superbos absorbuerunt.

10 Hoc somnium & institutum Dei sibi repræsentatum experrectus Mardochæus mente recondidit, omnes eius partes cupide explorans, donec noctesceret.

CAPVT XII.

A 1 MOrabatur autem eo tempore in aula regis cum Bagatha & Thara eunuchis regis, qui ianitores erant palatii.

Mardochæus ferũdo insidias Artaxerxi structas denudat.

2 ‡ Cumq; intellexisset cogitationes eorum, & curas diligentius peruidisset, didicit quòd conarentur in regem Artaxerxem manus mittere, & nun-
B ciauit super eo regi.

Supr. 2. d. 6. a

3 Qui de vtroque habita quæstione, confessos iussit duci ad mortem.

4 Rex autem quod gestum erat, scripsit in commentariis: sed & Mardochæus rei memoriam literis tradidit.

5 Præcepitq; ei rex, vt in aula palatii moraretur, datis ei pro delatione muneribus.

6 Aman verò filius Amadathi bugæus erat gloriosissim' corã rege, & voluit nocere Mardochæo, &

1 CVm autem Mardochæus habitaret in regia cum [a] Gabatha & Thara duobus eunuchis regiis aulæ custodibus. a Al. Bagatha.

2 Audiuit consilia eorum, curas explorauit, & intellexit quo pacto Artaxerxi regi manus afferre cogitarẽt. Hoc cum ipsi regi renunciasset, rex duos eunuchos suos curauit conquirendos.

3 Quibus, cum crimen confessi essent, multctatis suspendiis:

4 Rex quod gestum erat retulit in commentarios, & Mardochæus quoque historiam eam scriptis mandauit.

5 Iussit autem rex eum fungi munere aulico, & donis eum ornauit pro delatione.

6 Tum Aman Amadathæ filius, qui in magno honore erat apud Regem, Mardochæo eiusdemq́ populo

propter duos eunuchos regios, [illegible] est. Hoc autem erat exemplar epistolæ.

populo eius pro duobus eunuchis regis, qui fuerant interfecti.

Hucusque proœmium.

Quæ sequuntur, in eo loco posita erant, vbi scriptum est in volumine, Et deripuerunt bona, vel substantias eorum, quæ in sola vulgata editione reperimus.

Epistola autem hoc exemplar fuit.

CAPVT XIII.

Ioseph. Antiq. lib. 11. cap. 6.

1 *HÆc scribit rex magnus Artaxerxes centum viginti septem prouinciarum ab India ad Æthiopiam vsque principibus, imperióque suo subiectis præsidibus.*

2 *Cum dominio multarum gentium, & totius orbis imperio potitus essem, non putaui faciendum temere vt me efferrem potentia, sed vt clementius & mitius eos qui mihi subiecti sunt vsque tractando, in tranquillam per omnia vitam collocarem, regnumq́ mihi redderem ad extimos vsq; fines quietum ac peruium, & exoptatam omnibus hominibus pacem renouarem.*

3 *Cæterum super hoc cum consiliariis consultante me, quomodo res perficeretur: vir apud nos sapientia præcellentissimus, deinde constanti beneuolentia, firmaq; fide probatissimus, & honorem regni secundum adeptus Aman nobis indicauit, omnibus per orbem nationibus permixtum esse populum quendam inimicum, legibus omni genti contrarium, & assiduum regiorum edictorum contemptorem, vt iam constitutum à nobis imperium non possit inoffensum statum obtinere.*

4 *Perpensum igitur habentes vnicam hanc gentem per omnia in eo esse positam, vt summo res agetur hominibus, instituto legum peregrino differre, a nostris diffidere rationibus, malaq; maxima designare, quo minus regnum consequatur stabilitatē: præcipiendum putauimus, vt quicunq; scripti Aman, qui rerum administrationi præfectus est, & a nobis secundus significati vobis fuerint, vna cū vxorib. & liberis omnes hostium gladiis citra vllā misericordiam & veniam extirpentur radicitus, idq; die mensis duodecimi Adar anni præsentis decima quarta: vt iam pridem & etiamnum inimici violenter demissi ad inferos, in posterum quietas nobis, & tranquillas omnino res exhibeant.*

1 REx maximus Artaxerxes ab India vsq; Æthiopiam, centum viginti septem prouinciarum principibus, & ducibus, qui eius imperio subiecti sunt, salutem.

A *Exemplar epistola Artaxerxis contra Iudæos pertinens ad historiam tertii capitis.*

2 Cum plurimis gentibus imperarem, & vniuersum orbem meæ ditioni subiugassem, volui nequaquam abuti potentię magnitudine, sed clementia & lenitate gubernare subiectos: vt absque vllo terrore vitam silentio transigentes, optata cunctis mortalibus pace fruerentur.

3 Quærente autem me à consiliariis meis quomodo posset hoc impleri, vnus qui sapientia & fide cæteros præcellebat, & erat post regem secundus, Aman nomine, indicauit mihi in toto orbe terrarum populum esse dispersum, qui nouis vteretur legibus, & contra omnium gentium consuetudinem faciens, regum iussa contemneret, & vniuersarum concordiam nationū sua dissensione violaret. B

4 Quod cum didicissemus, videntes vnam gentem rebellem aduersus omne hominū genus peruersis vti legibus, nostrisq; iussionibus contraire, & turbare subiectarum nobis prouinciarum pacem atque concordiam: iussimus vt quoscunq; Aman, qui omnibus prouinciis pręposítus est, & secundus à rege, & quem patris loco colimus, monstrauerit, cum coniugibus ac liberis deleantur ab inimicis suis, nullusq; eorum misereatur quarta decima die duodecimi mensis Adar, anni præsentis: vt nefarii homines vno die ad inferos descendentes, reddant imperio nostro pacem, quam turbauerant. C

Hucusque exemplar epistolæ.

Quæ sequuntur, post eum locum scripta reperi, vbi legitur, Pergensq; Mardochæus, fecit omnia quæ ei mandauerat Esther. Nec tamen habentur in Hebraico, & apud nullum penitus feruntur interpretum.

5 *PRecatus est autem Mardochæus ad Dominum, omniaq; ipsius facta commemorans, Domine Domine rex omnipotens, inquit, (siquidem in potestate tua sunt omnia, nec est qui decretis contra te possit, si tu seruatos velis Israelitas:*

6 *Siquidem tu cæli terræq; creator es, & omniū quæ cælo sub[illegible] sunt mirabilium.*

7 *Tu Dominus es omnium, nec est qui ante te Dominum subsistat.*

† vel, arrogantiam.

8 *Tibiq; nota sunt omnia) tu Domine scis neq; per contumeliam, neq; per superbiā, nec per † ambitionem fecisse me quo minus superbum Aman adorarem, (pro salute enim Israel etiā etiam plantas pedū eius osculari paratus fuissem,) sed eò fecisse hoc, ne diuinæ maiestatis gloriā humanā anteponerem, néve præter te Domine quenquam adorarem: tantum abest vt hoc vlla superbia fecerim.*

9 *Quamobrem nunc Domine Deus & rex, caue populo tuo, quoniam illi exitium nostrum [illegible] antur, & affectant primatum tuam possessionem delere.*

10 *Ne negligas peculium tuum, quod tibi e terra Ægyptiaca asseruisti.*

11 *Exaudi precationem meam & esto sorti tuæ propitius. Luctum nostrum conuerte in gaudium, vt viui prædicemus nomen tuum Domine, nec ora laudantium te deleas.*

12 *Tales clamores summa vi tollebant omnes Israelitæ, quòd mors ipsis ante oculos obuersaretur.*

5 MArdochæus autem deprecatus est Dominū, memor omnium operum eius, & dixit, Domine Domine rex omnipotēs: in ditione enim tua cuncta sunt posita: & non est qui possit tuæ resistere voluntati, si decreueris saluare Israel.

Oratio Mardochæi pertinens ad historiam quarti capitis.

6 Tu fecisti cœlum & terram, & quicquid cœli ambitu continetur:

7 Dominus omnium es, nec est qui resistat maiestati tuæ.

8 Cuncta nosti, & scis quia non pro superbia & cōtumelia, & aliqua gloriæ cupiditate fecerim hoc vt non adorarem Aman superbissimum: (libenter enim pro salute Israel etiā vestigia pedum eius deosculari paratus essem) sed timui ne honorē Dei mei transferrem ad hominem, & ne quenquā adorarem excepto Deo meo. D

9 Et nunc Domine rex Deus Abraham miserere populi tui, quia volunt nos inimici nostri perdere, & hæreditatem tuam delere.

10 Ne despicias partem tuam quam redemisti tibi de Ægypto.

11 Exaudi deprecationem meam, & propitius esto sorti & funiculo tuo, & conuerte luctum nostrum in gaudium, vt viuentes laudemus nomen tuum Domine, & ne claudas ora te canentium.

12 Omnis quoq; Israel pari mēte & obsecratione clamauit ad Dominum, eo quòd eis certa mors impenderet.

CAP. XIV.

CAPVT XIIII.

Lamentatio & oratio Esther pro liberatione populi sui, ad historiæ quarti capitis pertinens.

A 1 Esther quoque regina confugit ad Dominum, pauens periculum quod imminebat.

2 Cumq; deposuisset vestes regias, fletibus & luctui apta indumenta suscepit, & pro vnguentis variis, cinere & stercore impleuit caput, & corpus suum humiliauit ieiuniis: omniaq; loca in quibus antea lætari consueuerat, crinium laceratione cōpleuit.

3 Et deprecabatur Dominū Deū Israel, dicens:

4 Domine mi, qui rex noster es solus, adiuua me solitariam, & cuius præter te nullus est auxiliator alius. Periculum meum in manibus meis est.

Deut. 4. c. 7. d

5 Audiui à patre meo quod tu Domine tulisses Israel de cunctis gentibus, & patres nostros ex omnibus retrò maioribus suis, vt possideres hæreditatem sempiternam, fecistiq; eis sicut locutus es.

B 6 Peccauimus in conspectu tuo, & idcirco tradidisti nos in manus inimicorum nostrorum: coluimus enim Deos eorum: iustus es Domine.

7 Et nunc non eis sufficit quòd durissima nos opprimunt seruitute, sed robur manuum suarum, idolorum potentiæ deputantes, volunt tua mutare promissa, & delere hæreditatem tuam, & claudere ora laudantiū te, atq; extinguere gloriam templi & altaris tui, vt aperiant ora gentium, & laudent idolorum fortitudinem, & prædicent carnalem regem in sempiternum.

8 Ne tradas Domine sceptrum tuum his qui nō

C sunt, ne rideant ad ruinam nostram: sed conuerte consilium eorum super eos, & eum qui in nos cœpit sæuire, disperde.

9 Memento Domine, & ostende te nobis in tēpore tribulationis nostræ, & da mihi fiduciam Domine rex deorum, & vniuersæ potestatis: tribue sermonem compositum in ore meo in conspectu leonis, & transfer cor illius in odium hostis nostri, vt & ipse pereat, & cæteri qui ei consentiunt.

10 Nos autem libera in manu tua & adiuua me, nullum aliud auxilium habentem, nisi te Domine qui habes omnium scientiam, & nosti quia oderim gloriam iniquorum, & detester cubile incircumcisorum, & omnis alienigenæ.

D 11 Tu scis necessitatem meam, quòd abominer signum superbiæ & gloriæ meæ, quod est super caput meum in diebus ostentationis meæ, & detester illud quasi pannum menstruatæ, & non portem in diebus silentii mei, & quod non comederim in mensa Aman, nec mihi placuerit conuiuium regis, & non biberim vinum libaminum: & nunquam lætata sit ancilla tua, ex quo huc translata sum vsq; in præsentem diem, nisi in te Domine Deus Abraham.

12 Deus fortis super omnes, exaudi vocem eorum qui nullam aliam spem habent, & libera nos de manu iniquorum, & erue me à timore meo.

1 *Esther quoq; regina anxio metu mortis perculsa confugit ad Dominum.*

2 *Exutas magnificas vestes suas mutauit tristibus & lugubribus, pro superbis deliciis puluere sordibusq; repleto capite suo, corpus suum vehementer afflictauit, omnemq; locum festiuitatis suæ capillis intortis suis conspersit.*

3 *Et implorans Dominum Deum Israeliticum:*

4 *Tu solus rex noster es, inquit, mi Domine: fer opem mihi destitutæ, cui adiutor præter te nullus est, quoniam mihi præsto est meum periculum.*

5 *Equidem à prima ætate audiui in tribu cognationis meæ, te Dominum Israelitas ex omnibus gentibus, & patres nostros ex omnibus maioribus suis in sempiternam elegisse possessionem, & habitos ad ipsos sermones re comprobauisse.*

6 *Adeoq; nunc cum in te peccauimus, tradidisti nos in manus hostium nostrorum, eo quod Deos eorum coluerimus. Iuste tu quidem egisti Domine.*

7 *Verum illi iam non contenti sunt atrocem seruitute nostra, sed dextras dexteris idolorum suorum commiserunt, se fidem ore suo datam execraturos, tuamq; abolituros possessionem, tum obstructuros ora laudantium te, & splendorem ædis aræque tuæ extincturos, ora gentiū aperturos ad virtutes vanorum prædicandas, regiq; corporeo perpetuam conciliaturos admirationem.*

8 *Ne tradas Domine sceptrum tuum iis qui nulli sunt, nec contingat istis ridere super ruina nostra, sed retorque in ipsos consilium eorum, & ede exemplum in eum qui nobis horum author est.*

9 *Memento Domine dare significationem tui tempore afflictionis nostræ, & me confirma rex gentium, & omnis imperii dominator. Imbue os meum sermone facundo coram leone, & conuerte cor eius in odium oppugnantis nos ad interitum ipsius, & astipulatorum eiusdem:*

10 *Nos vero manu tua vindica, & mihi destitutæ, nec alium præter te adiutorem habenti succurre. Omnia tibi nota sunt Domine, scis odisse me gloriam iniustorum, & lectum incircumcisorum, omnisque alienigenæ abominari.*

11 *Scis impositam mihi necessitatem: nam detestor superbum hoc insigne meum, quod diebus in quibus procedo in conspectum porto, gero capite meo, vt pannum menstrualem detestor illud. Neq; enim gesto illud quibus diebus a publico feror. Ancilla tua de mensa Aman cibum non sumpsit, conuiuium regium non magnifeci, vinum libaminum non bibi, nec ex quo sorte mutata sum vsq; adhuc ancilla tua læta est nisi nomine tuo Domine Deus Abraham.*

12 *Exaudi vocem desperatorum Deus omnium potentissime, assere nos à manu improborum hominum, & me hoc metu libera.*

Hæc quoq; addita reperi in editione Vulgata.

CAPVT XV.

A 1 Et mandauit ei (haud dubium quin Esther Mardochæus) vt ingrederetur ad regem, & rogaret pro populo suo & pro patria sua.

2 Memorare (inquit) dierum humilitatis tuæ, quomodo nutrita sis in manu mea, quia Aman secundus à rege locutus est contra nos in mortem: & tu inuoca Dominum, & loquere regi pro nobis, & libera nos de morte.

1 [*Et dedit ei negocium (haud dubie Mardochæus Esther) vt ad regem ingressa es pro populo patriaq; sua supplicaret.* — Iosephus Antiquit. lib. 11. ca. 6.

2 *Memento (inquit) temporum humilis fortis tuæ, & quomodo mea manu fueris enutrita, quandoquidem Aman a rege secundus mortem nobis minatus est, inuoca tu Dominum, & regem affare pro nobis, vt nos a morte protegas.*]

Necnon & ista quæ subdita sunt.

Quo pacto Esther ad regem intrauerit, & ad eius aspectū territa sit. c. 5. c.

3 Die autem tertio deposuit vestimenta ornatus sui, & circumdata est gloria sua.

3 *Porrò die tertio quàm orandi finē fecerat, cū exutas vestes lugubres splēdidis suis mutauisset, illustrata clu-*

4 Postquam verò in omnium inspectorem & seruatorem inuocauit, duabus ancillis adhibitis, quarum alteri quasi delicate se gerens innitebatur: altera pone sequebatur sustentans vestem.

5 Ipsa forma praestantia rubens, hilarisq; & tanquam amorem inuitantis vultu praedita, corde interim timore contracto,

6 Per omnes ianuas ingressa in conspectu regis constitit. Sedebat autem ille in regali solio suo, indutus omni habitu maiestatis suae, totusq; collucens auro & gemmis, & ¹ perquam terribilis.

¹ Vel, perquam stupendus.

7 Cumq; elata qua maiestate ardebat facie, acriter, ferociterq; tueretur, regina collapsa est, & colore prae defectione mutato, super praecedentis ancillae caput se demisit.

8 Tum Deus ad lenitatem mutauit regis animum, vt anxius solio exiliens etiam vlnis suis exciperet: cumq; ad se rediisset, consolaretur insuper eam verbis blandis, ac diceret, Quid hoc rei est Esther? ego frater tuus sum: esto bono animo, ne moriere, quoniam commune nobis est imperium:

9 Accede, simul elatum sceptrum aureum suū ceruici illius applicuit,

10 Et eam amplexatus, Quin mecum loqueris, inquit?

11 Tum illa sic eum allocuta est, Tanquam angelum Dei te domine conspicata sum: quapropter cor meum pauore maiestatis tuae perturbatum est.

12 Nam admirandus es domine, totaq; tua facies refulget dignitate.

13 Haec cum loqueretur, illa prae defectione corruit.

14 Et perturbatus est rex, totusq; satellitum ipsius coetus eam consolabatur.

4 Cumq; regio fulgeret habitu, & inuocasset omnium rectorem & saluatorem Deum, assumpsit B
duas famulas: & super vnam quidem innitebatur, quasi prae deliciis & nimia teneritudine corpus suum ferre non sustinens: altera autem famulatū sequebatur dominam, defluentia in humum indumenta sustentans.

5 Ipsa autē roseo colore vultum perfusa, & gratis ac nitentibus oculis tristem celabat animum, & nimio timore contractum.

6 Ingressa igitur cuncta per ordinem ostia, stetit contra regem, vbi ille residebat super solium regni sui, indutus vestibus regiis, auroq; fulgens & preciosis lapidibus, eratq; terribilis aspectu.

7 Cumq; eleuasset faciem, & ardentibus oculis C
furorem pectoris indicasset, regina corruit, & in pallorem colore mutato, lassum super ancillulam reclinauit caput.

8 ‖ Conuertitq; Deus spiritum regis in mansuetudinem, & festinus ac metuens exiliuit de solio: & Prou. 21. a
sustentans eam vlnis suis, donec rediret ad se, his verbis blandiebatur, Quid habes Esther? ego sum frater tuus, noli metuere. non morieris: non enim pro te, sed pro omnibus haec lex constituta est.

9 Accede igitur, & tange sceptrum.

10 Cumq; illa reticeret, tulit auream virgam, & posuit super collum eius, & osculatus est eam, & ait, Cur mihi non loqueris? D

11 Quae respondit, ‖ Vidi te Domine quasi angelū Dei, & conturbatum est cor meum prae timore gloriae tuae. Gen. 33. b 1. Reg. 29. b

12 Valde enim mirabilis es Domine, & facies tua plena est gratiarum.

13 Cumque loqueretur, rursus corruit, & penè exanimata est.

14 Rex autem turbabatur, & omnes ministri eius consolabantur eam.

Exemplar epistolae Regis Artaxerxis, quam pro Iudaeis ad totas regni sui prouincias misit: quod & ipsum in Hebraico volumine non habetur.

CAPUT XVI.

1 Rex magnus Artaxerxes ab India ad Aethiopiam vsq; praefectis centum viginti septem prouinciarū, & principibus imperio nostro parentibus, salutem dicit:

2 Multi crebra benignitate beneficiorum hominum saepius ornati, cum supra modum elati non solum in eos qui nobis subiecti sunt malum dare nitantur, vt qui laetam copiam moderate ferre nequeant, cumq; bene de se meritis moliuntur insidias:

3 Neq; gratitudinem solum ex hominum vita tollāt sed etiam quasi qui beneficio nullo sint affecti, fastu tumeant, tamen inspectoris omnium Dei vltrices malorum poenas semper se credunt effugituros.

4 Saepe autem & multos quibus commissa potestas, & administranda res amicorum concredita fuerant, vanas spes participes sanguinis innocentis factos calamitatibus inuoluit immedicabilibus: dum simplici benignitate principū, mendacii peruersitate fraudulenter abutuntur.

5 Hoc quod proposuimus non tam licet ex rerum veterum monumentis intelligere, quam ex iis quae, si quaeras in pedes incurrunt, & a peste indigne dominantium impie patrata sunt.

6 Quare prouidendum est in posterum, vt mutationibus vsi tranquillum reddamus regnum omnibus hominibus:

7 Vtentes mutationibus & quae incurrūt in oculos, semper discernentes, leniter obuiam eundo dissentiamus.

8 Ergo postquam Aman Amadathi Macedo, reuera alienus a sanguine Persico, multumq; remotus à nostra bonitate, vsus hospitio nostro, humanitateque nostra, quam omnibus gentibus praestamus, adeo fretus,

1 Rex magnus Artaxerxes, ‖ ab India vsque Ae- A Sup. 1. a
thiopiam centum viginti septem prouinciarum ducibus ac principibus, qui nostrae iussioni obediunt, salutem dicit. Sup. 13. a

2 ‖ Multi bonitate principum & honore qui in eos collatus est, abusi sunt in superbiam: & non solum subiectos regibus nituntur opprimere, sed datam sibi gloriam non ferentes, in ipsos qui dederūt moliuntur insidias.

3 Nec contenti sunt gratias non agere beneficiis, & humanitatis in se iura violare, sed Dei quoque cuncta cernentis arbitrantur se posse fugere sententiam:

4 Et in tantum vesaniae proruperunt, vt eos qui credita sibi officia diligenter obseruant, & ita cuncta agunt vt omnium laude digni sint, mendaciorum *cuniculis conentur subuertere, dū aures principum simplices, & ex sua natura alios aestimantes, callida fraude decipiunt. * funiculis. B

5 Quae res & ex veteribus probatur historiis, & ex his quae geruntur quotidie, quomodo malis quorundam suggestionibus regum studia deprauentur.

6 Vnde prouidendum est paci omnium prouinciarum.

7 Nec putare debetis, si diuersa iubeamus, ex animi nostri venire leuitate, sed pro qualitate & necessitate temporum, vt reipublicae poscit vtilitas, ferre sententiam.

8 Et vt manifestius quod dicimus intelligatis, Sup. 3. a

‖ Aman filius Amadathi, & animo & gente Macedo, alienusq; à Persarum sanguine, & pietatē nostram sua crudelitate

crudelitate commaculans, peregrinus à nobis susceptus est & tantam in se expertus humanitatem, vt pater noster vocaretur, & adoraretur ab omnibus, post regem secundus: qui in tantum arrogantiæ tumorem sublatus est, vt regno priuare nos niteretur & spiritu.

C 9 Nam Mardochæum, cuius fide & beneficiis viuimus, & consortem regni nostri Esther cum omni gente sua nouis quibusdam atque inauditis machinis expetiuit in mortem: hoc cogitans vt illis interfectis insidiaretur nostræ solitudini, & regnum Persarum transferret in Macedonas.

10 Nos autem à pessimo mortalium, Iudæos neci destinatos, in nulla penitus culpa reperimus, sed è contrario iustis vtentes legibus, & filios Altissimi & maximi, semperq; viuentis Dei, cuius beneficio & patribus nostris & nobis regnum est traditum, & vsq; hodie custoditur.

11 Vnde eas literas quas sub nomine nostro ille direxerat, sciatis esse irritas.

12 Pro quo scelere ante portas huius vrbis, id est Susan, & ipse qui machinatus est, & omnis cognatio eius pendet in patibulis: non nobis, sed Deo reddente ei quod meruit.

D 13 Hoc autem edictum quod nunc mittimus, in cunctis vrbibus proponatur, vt liceat Iudæis vti legibus suis.

14 Quibus debetis esse adminiculo, vt eos qui se ad necem eorum parauerât, possint interficere tertia decima die mensis duodecimi, qui vocatur Adar. hanc enim diem, Deus omnipotens, mœroris & luctus, eis vertit in gaudium.

15 Vnde & vos inter cæteros festos dies, hanc habetote diem, & celebrate eam cum omni lætitia, vt & in posterum cognoscatur, omnes qui fideliter Persis obediunt, dignâ pro fide recipere mercedem: qui autem insidiantur regno eorum perire pro scelere.

vt pater noster appellaretur, & adoraretur ab omnibus, secundamq; regis sibi personam gereret, hanc excellentiam moderate ferre non valens, nobis principatum & spiritum conatus est adimere.

9 Et quòd seruatorem nostrum, & per omnia beneficum Mardochæum, inculpatamq; regni nostri sociam Esther, cum vniuersa istorum gente multiplicibus fallaciarum viis expetiuit ad interitum. (nam his modis sperabat, vbi nos desertos oppressisset, se Persarum imperiũ ad Macedonas translaturum.)

10 Nos vero Iudæos ab hoc pestilentissimo viro neci destinatos, minime maleficos esse comperimus: sed iustissimis vtentes legibus, summi, maximi, viuique Dei, qui nobis & maioribus nostris regnum in pulcherrimum statum redegit, filios esse.

11 Rectè sanè feceritis, si literis ab Aman Amadathi missis non pareatis.

12 Nam harum author ipse ad Susorum portas cum omni familia cruci affixus est, quia Deus omnipotens subitò dignas ei pœnas rependit.

13 Cæterum huius epistolæ exemplari in omni loco proposito, Iudæos sinatis libere suis vti legibus.

14 Et adiuuetis eos, vt eos qui insidias ipsis tempore calamitoso moliti sunt, vlciscantur, idq; ipsa die duodecimi mensis Adar decima tertia. Siquidem hanc Deus omnipotens in gaudium conuertit ipsis pro generis electi internecione.

15 Deinde vero vos insignem hanc diem feriis vestris illustribus celebrate cum summa lætitia: vt id & nunc & in posterum nobis amicisque nostris Persis, salutare: insidiatoribus autem nostris, exitii sit monimentum.

16 Porrò ciuitas omnis, aut in vniuersum regio, quæ secundum hæc se non gesserit, ferro ignisq; per indignationem deuastabitur: & non solum hominibus inuia reddetur, sed etiam feris & volucribus in tempus sempiternum infesta.

16 Omnis autem prouincia & ciuitas quæ noluerit solennitatis huius esse particeps, gladio & igne pereat, & sic deleatur, vt non solum hominibus, sed etiam bestiis inuia sit in sempiternum, pro exemplo, contemptus & inobedientiæ.

LIBER JOB.

Hieronymi in librum Iob præfatio.

Cogor per singulos scripturæ diuinæ libros aduersariorum respondere maledictis, qui interpretationem meam reprehensionem Septuaginta interpretum criminantur: quasi non & apud Græcos Aquila, Symmachus, & Theodotion, vel [illegible] è verbo, vel sensum è sensu, vel ex vtroq; commixtum, & medie temperatum genus translationis [illegible] Veteris instrumenti volumina Origenes obelis, asteriscisque distinxerit, [illegible] translationi antiquæ inseruit, probans defuisse, quod additum est. [illegible] in patribus [illegible] aut interpretationem meam cum [illegible] Neque enim fieri potest, vt quos plurimo tempore [illegible] susceperint non eosdem etiam in quibusdam errasse fateantur, præcipue in Iob. cui si ea quæ sub asteriscis addita sunt, subtraxeris, pars maxima detruncabitur, & hoc [illegible] Cæterum apud Latinos, ante eam translationem, quam sub asteriscis & obelis nuper edidimus, [illegible] ingenti ferme [illegible] versus desunt, vt decurtatus, & laceratus, corrosusque liber fœditatem sui publice legentibus præbeat. Hæc autem translatio nullum de veteribus sequitur interpretem: sed ex ipso Hebraico, Arabicoque sermone, & interdum Syro, nunc verba, nunc sensus, nunc simul vtrumque resonabit. [illegible] Hebræos [illegible] liber fertur & lubricus, & quod [illegible] vocant, [illegible] dum quis [illegible] anguillam vel murænulam [illegible] manibus, quanto fortius presseris, tanto citius elabitur. Memini me ob intelligentiam huius voluminis Lyddæum quendam præceptorum, qui apud Hebræos primus haberi putabatur, non parvis redemisse nummis, [illegible] aliquid profecerim, nescio. Hoc vnum scio, non potuisse me interpretari, nisi quod antea intellexeram. A principio itaque voluminis, vsque ad verba Iob, apud Hebræos prosa oratio est. Porro à verbis Iob, in quibus ait, Pereat dies in qua natus sum, & nox in qua dictum est, conceptus est homo, vsque ad eum locum, vbi ante finem voluminis scriptum est, Idcirco ipse me reprehendo, & ago pœnitentiam in fauilla & cinere, hexametri versus sunt, dactylo spondæoq; currentes. & propter linguæ idioma, crebro recipientes & alios pedes, non earundem syllabarum, sed eorundem temporum. Interdum quoq; rithmus ipse dulcis & tinnulus fertur numeris pedum solutis, quod metrici magis, quam simplex lector intelligunt. A supradicto autem versu vsque ad finem libri, paruum comma, quod remanet, prosa oratione contexitur. Quod si cui videtur incredulum, metra scilicet, apud Hebræos, & in morem nostri Flacci, Græciq; Pindari, & Alcæi, & Sapphus, vel Psalterium, vel lamentationes Ieremiæ, vel omnia ferme scripturarum cantica comprehendi, legat Philonem, Iosephum, Origenem, Cæsariensem Eusebium, & eorum testimonio me verum dicere comprobabit. Audiant quapropter [illegible] in hoc volumine laborasse, non vt interpretationem antiquam reprehenderem: sed vt ea quæ in illa aut obscura sunt, aut omissa, aut certe scriptorum vitio deprauata, manifestiora nostra interpretatione fierent,

qui Hebraeorum sermonem ex parte didicimus, & in Latino penè ab ipsis cunabulis inter grammaticos & Rhetores & philosophos detriti sumus. Quòd si apud Graecos post Septuaginta editionem, iam CHRISTI Euangelio coruscante, Iudaeus Aquila & Symmachus ac Theodotio Iudaizantes haeretici sunt recepti, qui multa mysteria saluatoris subdola interpretatione celarunt, & tamen in hexaplis habentur apud ecclesias, & explanantur ab ecclesiasticis viris: quanto magis ego Christianus, & de parentibus Christianis natus, & vexillum crucis in mea fronte portans (cuius studium fuit omissa repetere, deprauata corrigere, & sacramenta ecclesiae puro & fideli aperire sermone) vel à fastidiosis, vel à malignis lectoribus non debeo reprobari? Habeant qui volunt veteres libros, vel in membranis purpureis auro argentoque descriptos, vel vncialibus (vt vulgo aiunt) literis, onera magis exarata, quàm codices, dummodo mihi meisque permittant pauperes habere schedulas, & non tam pulchros codices quàm emendatos. Vtraque autem editio, & Septuaginta iuxta Graecos, & mea iuxta Hebraeos, in Latinum meo labore translata est. Eligat vnusquisque quod vult: & studiosum me magis quàm maleuolum probet.

Alia Hieronymi in librum Iob Praefatio.

SI aut fiscellam iunco texerem, aut palmarum folia complicarem, vt in sudore vultus mei comederem panem, & ventris opus sollicita mente pertractarem, nullus morderet, nemo reprehenderet. Nunc autem quia iuxta sententiam saluatoris volo operari cibum, qui non perit, & antiquam diuinorum voluminum viam sentibus virgultisque purgare, error mihi geminus infligitur: corrector vitiorum, & falsarius dicor: & errores non auferre, sed serere. Tanta est enim vetustatis consuetudo, vt etiam confessa plerique vitia placeant, dum magis pulchros habere volunt codices quàm emendatos. Quapropter ô fratres charissimi, vnicum nobilitatis & humilitatis exemplar, pro flabello, calathis, sportellisque, munusculis monachorum, spiritualia haec & mansura dona suscipite, ac beatum Iob qui adhuc apud Latinos iacebat in stercore, & vermibus scatebat errorum, integrum immaculatumque gaudete. Quomodo enim post probationem atque victoriam, duplicia sunt ei vniuersa reddita: ita ego in lingua nostra, vt audacter loquar, feci eum habere, quae amiserat. Igitur & vos, & vnumquemque lectorem solita praefatione commoneo, & in principiis librorum eadem semper annectens, rogo vt vbicunque praecedentes virgulas viderit, sciat ea quae subiecta sunt, in Hebraicis voluminibus non haberi. Porro vbi stellae imago praeluxerit, ex Hebraeo in sermone nostro addita sunt. Necnon & alia quae habeo, vicebatur, & ita corrupta erant vt sensum legentibus tollerent, orantibus vobis magno labore correxi: magis vtile quid ex otio meo ecclesiis CHRISTI venturum ratus quàm ex aliorum negocio.

Argumentum in librum Iob.

IN terra quidem habitasse Iob Hausitide, in finibus Idumeae & Arabiae fertur: & erat ei ante nomen Iobab. Et accepit vxorem Arabissam quae genuit filium quem vocauit Ennon. Erat autem ipse filius quidem Zare, de Esau filiis filius, de matre verò Bosra, ita vt sit quintus ab Abraham. Et hi sunt reges qui regnauerunt in Edom, in qua & ipse regnauit. Sed primus in ea regnauit Bela filius Beor: & nomen ciuitatis eiusdem, Denaba. Post hunc autem Bela, Iobab, qui vocatur Iob. Post Iob autem Asom, qui erat dux ex Thaemanorum regione. Et post illum regnauit Adad filius Badad, qui excidit Madian in campo Moab: & nomen ciuitatis eius Aueth.

In hoc verò libro haec quaestio tractatur, anne etiam probis à Deo malum accidat. Hic firmissimè perstat Iob, quòd Deus etiam sine causa solummodo in laudem suam puniat probos. Contra hoc opponunt se amici eius, & prolixis sermonibus volunt conuincere, Deum esse iustum, qui non corripiat vllum probum. Si verò corripiat, necessario consequi quòd ille peccauerit. Et sic tam carnaliter sentiunt de Deo & iustitia eius, ac si ipse esset omnino, quemadmodum homines sunt, & iudicia eius, sicut iudicia illorum. Quanquam etiam Iob, vt qui in angustiis mortis decumbebat, ex humana fragilitate nimium contra Deum loquitur, & in afflictione peccat, & tamen perstat in eo, quòd talis passionis non meritus sit, sicut etiam verum erat. Tandem Deus iudicat, quòd quae Iob in afflictione contra Deum locutus est, iniustè locutus sit: quod verò contra inimicos suos de innocentia sua ante afflictionem tutatus est, rectè locutus sit. Sic docet iste solum Deum iustum pronunciat, quamuis etiam homo homini iustus sit etiam coram Deo. In consolationem nostri scriptus est hic liber, quòd Deus sanctos suos permittit aliquando impingere in aduersitate. Nam antequàm Iob incidit in angustias mortis, laudat Deum super depraedatione bonorum suorum & morte filiorum suorum. Dum verò obuersatur ob oculos mors, & subtrahit se Deus, indicant verba eius, quales cogitationes subeant hominem quantumuis etiam sanctum, contra Deum in anxietate mortis, videlicet homini videtur Deus non esse Deus, sed solum iudex & iracundus tyrannus, qui vim exerceat, & non curet cuiuspiam bonam vitam. Hunc librum intelligunt qui experiuntur & sentiunt, quid sit pati iram Dei, & occultatam esse gratiam eius.

CAPVT I.

FVit in regione [1] Vz, vir (quidam) nomine [2] Job, integer & probus & religiosus ac vitans malum.

2 Eique nati sunt filii septem, & tres filiae.

3 [3] Possessio autem pecoris ipsius fuit septies mille ouium, & ter mille camelorum, & iuga boum quingenta, necnon quingentae asinae, & permagnum famulitium: ita vt vir ille cunctos orientales ante lleret.

4 [4] Solebant autem ipsius filii apparare conuiuia quisque domi suae per vices dierum: ac misso nuncio accersebant suas tres sorores, vt vnà ederent ac biberent.

5 [5] Quumque vices conuiuii exhibendi circulum absoluissent, Job in ipso numero (accersebat) & [6] attrem diuinã praeparabat eis: manèque surgens offerebat holocausta totidem, quot ipsi numero erant. Cogitabat enim Job apud se, Fortasse filii mei peccauerunt, [7] & indigna cogitarunt de Deo: sicque faciebat Job omni tempore.

6 [8] Accidit autem quodam die, vt [9] filii Dei venientes sisterent se Domino: inter quos venit etiam Satanas.

7 Dixitque Dominus ad Satanam, Vnde venis? Et respondens Domino Satanas, ait, A peruagando & obambulando in terra.

8 Et dixit Dominus ad Satanam, [10] Obseruastine cultorem meum Job [11] (siquidem illi nemo par est in terra) virum integrum, & probum, & religiosum, & vitantem malum?

VIR erat in Terra Hus, nomine Job: & erat vir ille simplex & rectus, ac timens Deum & recedens à malo.

2 Natique sunt ei septem filii & tres filiae.

3 Et fuit possessio eius septem millia ouium, & tria millia camelorum, quingenta quoque iuga boum, & quingentae asinae, ac familia multa nimis: eratque vir ille magnus inter omnes orientales.

4 Et ibant filii eius, & faciebant [*] conuiuia per domos, vnusquisque in die suo: & mittentes vocabant tres sorores suas, vt comederent & biberent cum eis.

5 Cumque in orbem transissent dies conuiuii, mittebat ad eos Job, & sanctificabat illos: consurgensque diluculo, offerebat holocausta per singulos. Dicebat enim, Ne fortè peccauerint filii mei, & benedixerint Deo in cordibus suis. Sic faciebat Job cunctis diebus.

6 Quadam autem die, cum venissent filii Dei vt assisterent coram Domino, affuit inter eos etiam Satan.

7 Cui dixit Dominus, Vnde venis? Qui respondens, ait, Circumiui terram, & perambulaui eam.

8 Dixitque Dominus ad eum, Numquid considerasti seruum meum Job, quod non sit ei similis in terra, homo simplex & rectus ac timens Deum, & recedens à malo?

1 Vz, siue Hus, regio est proxima Idumeae, vt Thr. 4. d. Gaude Edom quae habitas in terra Hus. 2 De hoc Ezechiel loquitur, cap. 14. c. Si fuerint tres, &c. Noe, Daniel, & Iob. Et Iacob. 5 Sufferentiam Iob audistis, &c. Vnde nemini dubium esse debet hanc esse veram historiam, non fictam. Ex hiis Iam videtur fuisse, quod indicare videtur nomen regionis, Hus. 3 Peculium autem ipsius. 4 Heb. & ibant filii eius, & faciebant conuiuium in domo cuiusque die suo. 5 Heb. Et factum est, quum circuminissent dies conuiuii. 6 Heb. sanctificabat eos, i. iubebat eos sanctificari abstinendo a cibis & operibus carnis. 7 Heb. Et benedixerunt Deum in corde suo. Benedicere pro maledicere, vt & 3 Reg. 21. Benedixit Naboth Deo & regi. 8 Prosopopoeia, qualis est 3. Reg. 22. Egressus est spiritus & stetit, &c. 9 Id est, angeli boni, qui Deo se sistebant, parati ad exequendum quod praeciperetur. 10 Heb. Posuistine cor tuum super seruum meum Iob. 11 Vel, quod non sit similis in terra.

A Job à Deo proponitur vt forma perfectae religionis hominum, ac verè sapientis: qui nec secundis rebus nec aduersis frangitur, vt deserat Deum summum & vnicum bonum.

Liberi eius & possessio.

* conuiuium.

Job post conuiuia curat liberos suos sanctificandos.

B Satan sine permissu Dei non potest nocere ipsi Job.

Benedictio Dei.

9 Cui respondens Sathan, & ait: Numquid Iob
frustra timet Deum?
10 Nónne tu vallasti eum, ac domum eius, vni-
uersamq; substantiam eius per circuitum: operi-
bus manuum eius benedixisti, & possessio eius cre-
uit in terra?
11 Sed extende paululum manum tuam, & tan-
ge cũcta quę possidet: nisi in faciẽ * benedixerit tibi.

* tuam.

C

12 Dixit ergo Dominus ad Satan: Ecce vniuer-
sa quæ habet, in manu tua sunt: tantum in eum ne
extendas manum tuam. Egressusq; est Satan à fa-
cie Domini.

Boues & asina Iob rapiuntur à Sabbæis.

13 Cum autem quadam die filii & filiæ eius co-
mederent & biberent vinum in domo fratris sui
primogeniti:
14 Nuncius venit ad Iob, qui diceret, Boues ara-
bant, & asinæ pascebantur iuxta eos:
15 Et irruerunt Sabæi, tuleruntq; omnia & pu-
eros percusserunt gladio: & euasi ego solus, vt nũ-
ciarem tibi.

Oues succenduntur à Deo.

16 Cumq; adhuc ille loqueretur, venit alter, et
dixit: Ignis Dei cecidit è cælo, & tactas oues pue-
rosq; consumpsit: & effugi ego solus, vt nuncia-
rem tibi.

Cameli abiguntur Chaldæis.

17 Sed & illo adhuc loquente venit alius, & di-
xit: Chaldæi fecerunt tres turmas, & inuaserunt ca-
melos, & tulerunt eos, necnon & pueros percusse-
runt gladio: & ego fugi solus, vt nunciarem tibi.

D

Liberi occiduntur impetu venti.

18 Adhuc loquebatur ille, & ecce alius intrauit,
& dixit: Filiis tuis & filiabus vescentibus et biben-
tibus vinum in domo fratris sui primogeniti:
19 Repente vẽtus vehemens irruit a regione de-
serti, et concussit quatuor angulos domus, quæ
corruens oppressit liberos tuos, & mortui sunt: &
effugi ego solus, vt nunciarem tibi.

* tunicam suam.

Fides & patientia Iob in aduersis.

Eccl. 5. c
1. Tim. 6. b

20 Tunc surrexit Iob, & scidit * vestimenta sua,
& tonso capite corruens in terrã adorauit, & dixit:
21 Nudus egressus sum de vtero matris meæ, &
nudus reuertar illuc. Dominus dedit, Dominus ab-
stulit: sicut Domino placuit, ita factum est: sit no-
men Domini benedictum.

*9 Respondens autem Satanas Domino, inquit: Num
Iob gratis veneratur Deum?*
*10 An non tu sepsisti eum vndique, & domum eius,
& omnia quæ habet? Nónne quicquid agit fortunas: &
possessio eius longe lateq; obtinuit regionem?*
*11 Verum iniecta manu tua, quæcunq; habet af-
fligito:*[11] *[& male mihi sit] nisi te in faciem tuam vi-
tuperauerit.*

11 Heb. si non in faciem tuã ... benedixerit tib... Et videbis ... &c. Alii ... si non. Alii alia d.

*12 Dixit itaque Dominus ad Satanam: Ecce per-
mitto arbitratui tuo quæcunque possidet: veruntamen
ipsi manum tuam haud iniicias. Et egressus est Satanas
a conspectu Domini.*
13 [13] *Accidit autem die quodam, vt ipsius filii &
filiæ comederent ac biberent vinum in domo fratris sui
primogeniti.*

13 Heb. Et fuit dies, & filii eius.

*14 Venitq; nuncius ad Iob dicens, Quum boues ara-
rent, &* [14] *iuxta illos pascerent asinæ.*

14 Heb. in locis suis, id est, vbi solitæ erant pascere.

15 Irruentes Sabæi [15] *rapuerunt eos, & pueros occi-
derunt gladio: ego autẽ * solus euasi, qui tibi nunciarẽ.*

15 abegerunt. * tantum, ego. Sic infr.

*16 Adhuc isto loquente, venit alius nuncians, Ignis
Dei cælo decidit, & comburens oues atq; pueros, absum-
psit eos: ego autem solus euasi, qui nunciarem tibi.*
17 Adhuc isto loquente, venit alius dicens, Chaldæi
[16] *tribus turmis dimissi, camelos inuadentes rapuerunt,
& pueros occiderunt gladio: ego autem solus euasi, qui ti-
bi nunciarem.*

16 Heb. tres duces posuerunt, & ca. &c. q. d. fecerunt tres acies, quibus præfecerunt duces siue imperatores.

*18 Adhuc illo loquente, alius venit nuncians: Tui filii
& filiæ comedebant ac bibebant vinum in domo fratris
sui primogeniti:*
*19 Et ecce validus ventus à regionibus vltra deser-
tum positis veniens,* [17] *collisit quatuor angulos domus,
quæ corruens oppressit iuuenes & mortui sunt: solus au-
tem ego euasi, qui tibi nunciarem.*

17 percussit.

*20 Surrexit itaq; Iob & lacerauit suum pallium, ca-
putque totondit, & cadens in terram* [18] *sese incuruauit.
Dixit autem:*

18 vel, adorauit.

*21 Nudus egressus sum de vtero matris meæ, nudus
etiam illo reuertar: Dominus dederat, & Dominus ab-
stulit: laudetur nomen Domini.*
*22 Iob in hoc toto [negotio] minime peccauit, neq;
insulsum aliquid attribuit Deo.*

22 In omnibus his non peccauit Iob labiis suis, neq; stultum quid contra Deum locutus est.

CAPVT II.

A

Satana cum Deo colloquium petentis facultatem percutiendi corpus Iob.

1 FActum est autem cum quadam die venissent
filii Dei, & starent coram Domino, venisset
quoq; Satan inter eos, et staret in conspectu eius.
2 Vt diceret Dominus ad Satan: Vnde venis?
Qui respondens ait: Circuiui terram, & perambu-
laui eam.
3 Et dixit Dominus ad Satan: Numquid conside-
rasti seruum meum Iob, quod non sit ei similis in
terra, vir simplex & rectus, ac timens Deum, et re-
cedens à malo, et adhuc retinens innocentiam? Tu
autem commouisti me aduersus eum, vt affligerem
eum frustra.

B

4 Cui respondens Satan, ait: Pellem pro pelle, &
cuncta quæ habet homo, dabit pro anima sua:
5 Alioquin mitte manum tuam, et tange os eius
& carnem, et tunc videbis quod * in faciem bene-
dicat tibi.

* in facie tua.

6 Dixit ergo Dominus ad Satan: Ecce, in manu
tua est, verumtamen animam illius serua.

Satan percutit Iob vlcere.

7 Egressus igitur Satan à facie Domini, percussit
Iob vlcere pessimo, à planta pedis vsque ad verti-
cem eius:
8 Qui testa saniẽ radebat, sedens in sterquilinio.

C

Tentatur Iob ab vxore.

Prospera & aduersa à Deo.

* suscipiemus.

9 Dixit autem illi vxor sua, Adhuc tu permanes
in simplicitate tua? benedic Deo, et morere.
10 Qui ait ad illam: Quasi vna de stultis mu-
lieribus locuta es. si bona suscepimus de manu Dei,
mala quare non * sustineamus? In omnibus his
non peccauit Iob labiis suis.

*1 ACcidit autem die quodam, vt venientes filii Dei
sisterent se Domino: inter quos etiam Satanas
venit vt se Domino sisteret.*

1 Vide cap. præcedenti numero 6.

*2 Dixitq; Dominus ad Satanam: Vnde venis? Ac
respondens Satanas Domino, ait: A peruagando & ob-
ambulando in terra.*

2 perderem.
3 Heb. pro anima sua.
4 Vide cap. 1. numero 11.

3 Et dixit Dominus Satanæ, [1] *Obseruástine cultorem
meum Iob? siquidem ille non par est in terra: virum inte-
grum, & probum, & religiosum, & vitantem malum, &
qui etiamnum retinet integritatem suam, licetq; instigasti
me, vt absq; te* [2] *deuorarem ipsum.*
*4 Et respondens Dominus Satanæ, inquit: Cutem [alie-
nam] pro cute [sua,] & omnia quæ habet quisq; dabit,*
[3] *vt conseruet vitam suam.*

5 Vox Hebræa scabiem teterrimam significat, qualis est elephantiasis, & quam Indicam scabiem vocant seu morbum Gallicum.

*5 Verum iniecta manu tua, ipsummet & carnem e-
ius affligito:* [4] *[& male sit mihi,] nisi te in faciem tuam
vituperauerit.*

6 in medio cineris. Is erat mos lugentium, vt & cilicio indui.

*6 Dixitq; Dominus Satanæ, Ecce arbitratui tuo per-
mittitur, verum [ea conditione] vt vitam eius serues.*
*7 Egressus est Satanas à conspectu Domini, ac per-
cussit Iob* [5] *vlcere pessimo à planta pedis vsq; ad verticẽ:*
8 Et accepit testam, qua sese fricaret, seditq; [6] *in
puluere.*
*9 Vxor autem illius dixit ei: Adhúcne retines inte-
gritatem tuam? Quin* [7] *supplica Deo vt moriaris.*
*10 Ad quam ille inquit: Loqueris vt vna ex stolidis
mulieribus: etiam bonum* [8] *accipiebamus à Deo, & ma-
lum non acciperemus? in hoc toto [negotio] Iob suis la-
biis non peccauit.*

7 Alii, Benedic Deo, & morere, id est, morieris, q. d. falleris, nam etiam si benedicas Deo, & ipsum laudes, tamen morieris: frustra igitur es integer. Dictio Hebræa precari etiam significat.
8 suscipimus à Deo, & malum non acciperemus?

11 *Porrò quum tres amici Iob audiuissent vniuersa*
mala hæc quæ acciderant ei, Eliphaz Themanita, Bal-
dad Suhita, & Zophar Naamathita: venerunt quisq;
a [9] loco suo. conuenerat enim inter eos, vt [10] vna vise-
tent eum, atq; consolarentur.
12 *Ac procul suos oculos tollentes, non agnouerunt*
eum, [11] altaque voce plorauerunt, & lacerarunt quisq;
pallium suum, puluerem quoq; supra capita sua sparse-
runt [12] in cælum.
13 [13] *Humi autem adsederunt ei septem dies & se-*
ptem noctes, vt nullus ei vel verbum loqueretur. videbat
enim dolorem vehementer auctum esse.

11 Igitur audientes tres amici Iob omne ma-
lum quod accidisset ei, venerunt singuli de loco
suo, Eliphaz Themanites, & Baldad Suhites, & So-
phar Naamathites. Condixerant enim vt pariter
venientes visitarent eum, & consolarentur.
12 Cumq; eleuassent procul oculos suos, non
cognouerunt eum: & exclamantes plorauerunt:
scissisque vestibus sparserunt puluerem super ca-
put suum in cælum.
13 Et sederunt cum eo in terra septem diebus &
septem noctibus, & nemo loquebatur ei verbum.
videbant enim dolorem esse vehementem.

CAPVT III.

1 *POst hæc Iob os suum aperuit, [1] conquestus est de suis*
temporibus.
2 *Ac respondens Iob, dixit.*
3 [2] *Pereat dies quo natus sum: & nox [3] quæ [nun-*
cius] dixit marem conceptum esse.
4 *Dies [4] ille, sit tenebricosus, [5] nec Deus eum su-*
perne requirat, neque illum splendor aliquis illustret.
5 [6] *Coinquinent eum tenebræ & vmbra [7] densissi-*
ma, nubesq; illum occupet: perterrefaciant eum [8] fla-
grantissimi ardores dierum [canicularium.]
6 [9] *Sit ea nox perpetua, & caligo auferat illã: [10] nõ ad-*
datur diebus anni, neq; veniat in numerum [11] mensium.
7 *Ecce nox illa [12] solitaria sit, neque incedat in eam*
[13] *iubilus.*
8 *Detestentur eam [14] soliti execrari dies, qui [15] ex-*
citaturi sunt balenas.
9 *Obtenebrescant in eius crepusculo stellæ, ita vt lucẽ*
expectet, neq; veniat, nec intueatur [16] palpebras auroræ.
10 *Quoniam ostia [17] ventris materni non clausit,*
& [18] *non abscondit molestiam ab oculis meis.*
11 *Quare non moriebar [statim editus] ex vtero, &*
[non] expirabam, vt sum egressus ventrem?
12 *Quare me genua exceperunt [obstetricis?] quare*
vbera ut sugerem?
13 *Nunc enim iacerem, [19] & securus otiarer, ac*
dormirem: sic enim quietus agerem.
14 *Cum regibus, & [20] consultissimis hominibus in*
terra, qui sibi solitudines [21] excoluerunt ædificiis.
15 [22] *Necnon cum principibus habentibus aurum,*
quique domos suas argento refarserunt.
16 *Aut nullus omnino essem tanquã abortiuus fœtus*
[23] *qui celatur: & tanquã infantes qui nõ aspexerunt luci.*
17 [24] *Ibi temerarii & inquieti homines [25] tumul-*
tuari desinunt, & ibi quiescunt [26] delassati.
18 [27] *Vincti [aliquando] opulenti ac beati sunt, &*
nemo audit vocem exactoris.
19 *Paruus & magnus ibi sunt pares, & seruus [28] ma-*
numittitur.
20 *Quare [Deus] molestiis affecto concedit lucem,*
& vitam ægris animo?
21 *Qui expectant mortem, & non contingit, &*
scrutantur eam studiosius quam thesauros?
22 [29] *Qui læti olim & exultantes, nunc gauderent*
adepti sepulchrum?
23 [30] *Viro enim [31] via est occultata, [32] quemque*
Deus circumsepsit?
24 [33] *Quum enim cibum sum capturus, ingemisco, &*
eiulatus eço lachrymis aquarum ritu manantibus.
25 [34] *Equidem summopere expaui quod mihi euenit: & quod exhorrui, accidit mihi.*
26 *Non fœlix fui, non securus egi, non vitam quietam traduxi, [35] & tamen hæc tempestas certa est.*

1 POst hæc aperuit Iob os suum, & maledixit diei
suo. 2 Et locutus est.
3 ‖ Pereat dies in qua natus sum, & nox in qua
dictum est, Conceptus est homo.
4 Dies ille vertatur in tenebras: non requirat eũ
Deus, désuper, & non * illustretur lumine.
5 Obscurent eum tenebræ & vmbra mortis:
occupet eum caligo, & inuoluatur amaritudine.
6 Noctem illam tenebrosus turbo possideat: nõ
cõputetur in diebus anni, nec numeretur in mẽsibus.
7 Sit nox illa solitaria, nec laude digna:
8 Maledicant ei qui maledicunt diei, qui parati
sunt suscitare leuiathan.
9 Obtenebrentur stellæ caligine eius, expectet
lucem & non videat, nec ortum surgentis auroræ.
10 Quia non conclusit ostia ventris qui porta-
uit me, nec abstulit mala ab oculis meis.
11 Quarè non in vulua mortuus sum, egressus
ex vtero non statim perii?
12 Quare exceptus genibus? cur lactatus v-
beribus? 13 Nunc enim dormiens silerem,
& somno meo requiescerem.
14 Cum regibus & consulibus terræ, qui ædifi-
cant sibi solitudines:
15 Aut cum principibus qui possident aurum, &
replent domos suas argento:
16 Aut sicut abortiuum absconditum non sub-
sisterem, vel qui concepti non viderunt lucem.
17 Ibi impii cessauerunt à tumultu, & ibi requi-
euerunt fessi robore.
18 Et quondam vincti pariter sine molestia,
non audierunt vocem exactoris.
19 Paruus & magnus ibi sunt, & seruus liber à
domino suo.
20 Quare misero data est lux, & vita his qui in
amaritudine animæ sunt.
21 Qui expectant mortem, & non venit: quasi
effodientes thesaurum.
22 Gaudentq; vehementer cum inuenerint se-
pulchrum?
23 Viro cuius abscondita est via, & circumde-
dit eum Deus tenebris?
24 Antequam comedam, suspiror & tanquam
inundantes aquæ, sic rugitus meus:
25 Quià timor quem timebam, euenit mihi: &
quod verebar accidit.
26 Nonne dissimulaui? nonne silui? nonne qui-
eui? & venit super me indignatio.

9 Loc[illegible] pro re-
gione.
10 simul accede-
rent ad condolẽ-
dum ei.
11 Sub aliquot
voces, Et quum
prope [illegible] acce[illegible]
sent, & cum a-
gnouissent, alta
voce, &c.
12 i. puluere sur-
sum versus iacto
sparserunt capi-
ta sua. Heb.
13 Lugentes sole-
bãt in terra aut in
puluere sedere.

CAP. III.

1 Vox Hebræa,
nõ tantũ execra-
ri, sed etiam vitu-
perare ac dicere
mala significat.
2 q. d. vtinã exi-
matur e memo-
ria hominũ, nec
celebretur nata-
lis ille dies.
3 quæ dixit, i. di-
cere potuit.
4 i. dies illi con-
similis.
5 i. Deus in su-
pernis cælis ha-
bitans, ne faciat
eum redire.
6 Deturpent
7 Heb. mortis.
8 æstus dies, i. va-
pores calidi qui
interdum al ur-
gere solent, &
diem obscurare.
9 Heb. Noctẽ eã
occupet (i. sibi
vendicet) caligo.
10 i. reddatur o-
[illegible] vnitima.
11 vel, ne gaude-
at inter dies.
12 Heb. lunarũ.
quibus scilicet
menses constant.
13 i. careat homi-
num lætis & iu-
cundis congres-
sibus, vel, ne quis
ea nocte iter inne-
ri committat, ne
superueniat ei a-
liquid. aut si se
cõmiserit, cane-
at sit ea tristis
admodum.
13 Cantus, cla-
mor lætus.
14 Quod scilicet
infœlici die nati
sint vt ego, illi e-
tiam huic diei
meo maledicant.
15 q. d. Sit piscato-
ribus inauspi-
cata & detestabi-
lis propter nubi-
lũ cœlũ & tẽpestã-
tes. Ita nõnulli.
At vox Hebraica
לויתן nõ est
nomen piscis, &
ponitur pro ם.
vnde vertẽdum, qui parati sunt excitare luctum suum. i. conqueri de die suo infœlici. 16 i. radios, qui sic dicuntur quod præcedant aurorã ipsam. 17 Heb. ventris
mei, i. matris meæ 10 quo conceptus sum q. d. quia ea nocte tam infausta conceptus sum. 18 quia fuit mihi principium huius calamitatis. 19 Et quiescerẽ ac eme-
mirè tunc requies fuisset mihi cu, &c. Putabat mortẽ esse finẽ malorũ, iuxta vulgi opinionẽ. 20 Cõsiliarius terræ. Loquitur de his quorũ consilio gubernatur terra.
21 ædificabãt i. q. desolatas [illegible] instaurabãt vt facerẽt sibi nomen cũ viuerẽt. 22 Aut. 23 absconditus i. qui dũ adhuc esset in visceribus matris periit. 14 In morte vi-
delicet, vel in sepulchro. 25 incutere metũ. sub. subditis. 26 fessi robore i. quorũ vires afflictæ sunt. 27 Simul vincti pacati sunt nec audiunt, &c. De vinctis q addice-
bãtur laboribus, vt q dãnabãtur ad metalla qui oẽs, nullo excepto, mortui nõ afficiuntur molestia, nec audiũt vocẽ illius qui rigide nimiũ ab illis exigebat opus. 28 He.
liber à Domino suo. 29 He. qui lætãtur de gaudio, exultat cũ inuenerint sepulchrũ. i. Qui gaudẽt quãdo gaudendũ est, exultant &c. 30 Sub vt quid inquã concedit
sine dat Deus lucẽ, viro, &c. Quidã iungunt præcedenti versui, excepto sepulchrũ viri cuius via occultata, &c. q. d. Qui lætari solent de reb. de quib. gaudẽdũ est, lætari so-
lent cũ inciderint in sepulchrũ hominis afflicti, quia recordantur hominis mortui qui dũ viueret infœlix erat, gaudent inquã de eius morte q sit liberatus a tãtis afflicti-
onib. 31 i. q nescit q iter tenẽdũ est ob infœlicitatẽ. 32 & præclusit sub. viã; Deus propter eũ vel illũ i. qui nunq̃ assequitur q optat: q propriũ est infœlicis, nã vide-
tur Deus ponere obicem transuersum ne obtineat quod petit. 33 Heb. Quia ante panem meum gemitus meus venit, & fluebant sicut aquæ, rugitus mei. 34 Quia
Ratio tanti luctus. 35 & euenit timor, i. semper quod timui euenit mihi.

Veniunt tres amici Iob ad eum consolandum.
D
A
Ierem. 20. d
* illustret.
Querimonia qua Iob deplorat, & expendit amicis tristissimum rerum suarum statũ, & quantos perferat cruciatus. Cuius summum est optandum
B
sibi, quod alitus in terram non esset, aut moriatur citissimè. Vnde nascitur occasio disputationis inter Iob & suos amicos super afflictione ipsius.
C
D

CAPVT IV.

A

Caput disputationis inter Iob & amicos est, an Iob sit afflictus à Deo propter impietatē & scelera, an aliā ob causam. Quam controversiam Deus ipse arbiter dirimit cap. 38.

B

** & Ex afflictionibus Iob nititur Eliphaz probare eum esse impium communi omnium carnalium argumento.*

C

Aliud eiusdem argumentum à iustitia & æquitate Dei.

D

2. Pet. 2.a.

1 Respondens autem Eliphaz Themanites dixit:
2 Si cœperimus loqui tibi, forsitan molestè accipies. sed conceptum sermonem tenere quis poterit?
3 Ecce docuisti multos, & manus lassas roborasti.
4 Vacillantes confirmauerunt sermones tui, & genua trementia confortasti.
5 Nunc autem venit super te plaga, & defecisti: tetigit te, & conturbatus es.
6 Vbi est timor tuus, fortitudo tua, * patientia tua, & perfectio viarum tuarum?
7 Recordare obsecro te, quis vnquam innocens periit? aut quando recti deleti sunt?
8 Quin potius vidi eos qui operantur iniquitatem, & seminant dolores, & metunt eos:
9 Flante Deo periisse, & spiritu iræ eius esse consumptos.
10 Rugitus leonis & vox leænæ, & dentes catulorum leonum contriti sunt.
11 Tigris periit eo quod non haberet prædam, & catuli leonis dissipati sunt.
12 Porro ad me dictum est verbum absconditum, & quasi furtiuè suscepit auris mea venas susurri eius.
13 In horrore visionis nocturnæ, quando solet sopor occupare homines:
14 Pauor tenuit me, & tremor, & omnia ossa mea perterrita sunt.
15 Et cum Spiritus me præsente transiret, inhorruerunt pili carnis meæ.
16 Stetit quidā, cuius non agnoscebā vultū, imago corā oculis meis, & vocem quasi auræ lenis audiui.
17 Numquid homo Dei comparatione iustificabitur, aut factore suo purior erit vir?
18 Ecce qui seruiunt ei, non sunt stabiles, & in angelis suis reperit prauitatem.
19 Quanto magis hi qui habitant domos luteas, qui terrenum habent fundamentum, consumentur velut à tinea?
20 De mane vsque ad vesperam succidentur: & quia nullus intelligit, in æternum peribunt.
21 Qui autem reliqui fuerint, auferentur ex eis: morientur, & non in sapientia.

1 *Eliphaz ergo Themanita [1] excipiens eum, [2] dixit:*
2 Num erit tibi molestum, si tentemus verba tibi facere? quanquam sermones cohibere quis posset?
3 [3] Ecce plurimos ipse erudiuisti, & confirmasti manus remissas.
4 Labentem erexerunt tui sermones, & genua procumbentia roborauisti.
5 Nunc quum [3] tibi aliquid usu venit, [2] succumbis: & quum te (nonnihil) attigit, perturbaris.
6 [4] Videlicet ex tuo metu prodiit tua fiducia, tua spes & integritas in via tua.
7 [5] Cogita quæso quis innocentium perierit, aut vbi homines probi extincti sint.
8 [6] Equidem quoties vidi arantes vanitatem, & seminantes molestia: (vidi etiā) quod idipsum messuerunt.
9 Afflatu [enim] Dei perierunt, & [7] a vento iræ ipsius absumpti sunt.
10 Rugitus leonis, & vox leopardi [[8] comprimitur,] & leunculorum dentes excerpuntur.
11 Perit [9] tigris inopia prædæ, catulique [10] leænæ [11] dissipantur.
12 [12] Ad hæc [13] res arcana perlata est ad me, ex qua modicum quiddam [14] percepit auris mea:
13 Inter cogitationes (quæ oriebantur) è visis nocturnis, quum sopor homines occuparet:
14 Ingruit mihi pauor & tremor, ac terrefecit [15] quantum est ossium meorum.
15 Spiritus namque ante me hinc inde cōmeabat, & pili per totum corpus meum horruerunt.
16 Quumque consisteret, non agnoscebam eius faciem, [obuersabatur]que ante oculos imago, [16] & erat silentium: ac vocem (eiusmodi) percepi:
17 Num [17] iustior esset homo quam Deus? num vir esset purior suo conditore?
18 Ecce [18] in suis ministris non firmam opus retinuit, [19] angelisque suis indidit vesaniam.
19 Quanto magis (a perfectione absunt) qui [20] domos luteas incolunt, & quorum fundamentum est è puluere, quosque (res multa) comminuunt, [21] priusquam conficiatur a tinea?
20 [22] Inter mane ac vesperam conteruntur. [23] & qui non resipiscunt, in æternum pereunt.
21 An non [24] posteritas illorum interit, & moriuntur destituti sapientia?

1 respondeat. 2 Occupauit. Reddidit quæ erat ab prædicta opera, verum ex ... lata sit testimonia. 3 tibi euenit. sub. calamitas. 4 Hebr. protectio timor tuus erat spes tua & simplicitas viarum tuarum erat expectatio tua. Id est, timebas Deum, integreque & innocenter viuebas, quia sperabas aliquid eum ... lumen ... ab eo: ... gitur ... & ... ra ... hypocrita. Ordo dictionum inuersus apud Hebræos. 5 Quatuor rationibus hoc capite & sequenti ... tur Eliphaz, Iob esse ob sua peccata percussum à Deo. Primo, Quotquot mulctantur malis, ob suam culpam multantur. 6 Heb. Veridi, aratores iniquitatis & seminatores afflictionis, messuerunt eā. i. Dantes operam iniquitati, damnantur & pereūt. Metaphora ab aratoribus. 7 i. irâ vel anhelitu irascentis. 8 Vel, perit. De omnibus qui tyrannidem exercēt intelligit qui tandem pœnas post minas & afflictiones. 9 leo. 10 leænæ. i. filii tyrannorum. 11 dispergantur. 12 Secundo, diuina reuelatione proditum est Eliphaz cognitio de reb. Iobis, quod ob peccata sit miser, quum & angeli non perstiterint in sua perfectione. 13 res hæc (olim) me latebat, exterum ex ea modicum, &c. 14 i. reuelatū Domino per angelū. 15 Heb. multitudinem. Describit pulchrè aduentum Spiritus sancti.

CAPVT V.

A

** Vere. Perstat Eliphaz, ostens ostendere Iobum impietatem à sanctorum impunitate & stultorum perditione.*

** oritur.*

1 Voca ergo si est qui tibi respondeat, & ad aliquem sanctorum conuertere.
2 * Virum stultum interficit iracundia, & paruulum occidit inuidia.
3 Ego vidi stultum firma radice, & maledixi pulchritudini eius statim.
4 Longe fient filii eius à salute, & conterentur in porta, & non erit qui eruat.
5 Cuius messem famelicus comedet, & ipsum rapiet armatus, & bibent sitientes diuitias eius.
6 Nihil in terra sine causa fit, & de humo non * egredietur dolor.
7 Homo nascitur ad laborē, & auis ad volatum.

1 [1] *Voca obsecro, num sit qui tibi respondeat, [2] & ad quemlibet sanctorum respicito.*
2 [3] Nēpe furor stultū occidit, ac lenē perimit indignatio.
3 Vidi equidem stultum radices agentem, & statim [5] male ominatus sum domui eius,
4 Fore vt eius liberi longe absint [6] à salute, ac [7] sese perdant [8] in porta, nec sit qui eripiat:
5 [9] Vt et messem deuoret famelicus, eamque rapiat è mediis spinis, & sitibundus auide hauriat ipsius opes.
6 Etenim [10] vanitas non prodiit ex [11] puluere, neque [12] molestia germinauit è tellure,
7 [13] Sed Adæ erogatum est, vt generaret ad molestiā, & scintilla in altum euolent.

16 Silentium & vocem audiui: i. vocem tenuem & submissam. sub. dicentem sequentia. 17 q. d. Deus iustior est homine: iusteque omnia facit. ergo iuste affligit: & ita ... peccator es. male tamen argumentatur Eliphaz: nam multi affliguntur vt probentur à Deo. 18 In angelis suis non posuit veritatem, nec in angelis suis posuit lucem exactissimam. q. d. angeli non sunt certi à Deo in omnimoda veritate siue perfectione absolutissima, quia si conferantur cum Deo sunt velut tenebræ. 19 sic legunt quidam Hebræorum. q. d. angeli Deo collati videntur insipientes. 20 i. corpora terrestria. 2. Cor. 5. a. Si terrestris domus nostra, &c. 21 Hebr. comminuunt eos ante tineam i. priusquam à vermibus absumantur in sepulchro, ... est à tinea. 22 A mane vsque ad vesperam. i. singulis diebus perpetuo patent periculis. 23 eo quod non sit qui ponat sub. super cor, ... qui aduertat animū. q. d. incauti & imprudentes pereunt. 24 abducitur dignitas eorum (siue quæ in eis est, aut, ab eis.) ... præstans portio quæ est in eis, h. est anima aufertur ab eis. CAP. V. 1 Vociferare. Clama. 2 & ad quem sanctorum (sub. angelorum) te conuertes? qui te se digne... sua responsione. q. d. nullus est angelorum quamlibet paruus qui non sit te superior, quique te dignetur alloqui. Ostendit hominē esse angelis ... inferiorem ... quanto magis Deo. 3 Profecto ira ... ma... homini accidere propter peccata: Eaque tertia ratio quā Eliphaz probat Iob fuisse impium quod affligatur ... stulti. Ira, inquit, ... frequenter fit vt homines iracundia pereant, quod frustrentur desideriis suis. 4 cupiditas habendi ... ad ... interficit ... siue auidi ... 5 Heb. maledixi habitaculo eius. i. mox censui, reputaui fore vt habitaculo eius male cederet. 6 i. ab auxilio Diuino. 7 conterantur. 8 i. palam, in loco publico in portis ... publice & ... iudicat ... 9 Ordo inuersus apud Hebræos, sic ordinatur, Facultas eorum (deuoluetur) ad eum cuius messem esuriens comedet & cum quæ è spinis accipiet eam: & imminebit illi prædo. Extremam hominis infœlicitatem describit. q. d. Opes posterorum impii, deuoluētur ad eum cuius messem esurientes deuorabunt. i. ad hominem infœlicem, & ... eum qui è spinis ... spicas eam ... & messis illi inhiabit prædo. ... furum significat qui noctu segetes furantur tempore famis in locis pulcherrimis & fertilibus, relictis segetibus quæ est inter spinas, quam etiam colligit qui ... spinis ... Certam illi prædo imminebit. 10 iniquitas q. d. non ob ... ipsius terræ ... sed ob iniquitatem hominis. Hæc quarta est ratio, quod Iob propter peccata affligatur. ... peccatum causa est omnium ærumnarum ... accidentium. 11 terra. 12 peruersitas, vel, afflictio & dolor. 13 Vel, Sed homo ad laborem natus. ... filii Carbonis eleuant sese volando, aut volatu. q. d. propter peccatum primi parentis homo est laboris obnoxius, ... natura sursum sese attollunt.

11 Vtiq; ego re- [illegible] Deum (sub. si talia pateres) & ad Deu disponerem eloquium meum. i. Deum precarer [illegible] scrip. [illegible].
15 [illegible] super faciem platearum.
16 & tristes exaltentur ope. sub. diuina. vel, & abiecti siue cõtempti exaltentur in salutem. i. in loco tutum & inaccessum, aut in sublimi. i. in summa dignitate attollat Deus abiectos & viles, qui sibi nihil tribuunt.
17 ne quid decernerent.
18 Vel, redditur irritum.
19 impingant in tenebras. i. in re clarissima destituãtur prudẽtia.
20 gladio & ore eorũ. i. a calumniis eorum quæ sunt veluti gladi[us] vtrinq; scindens.
[illegible] vel, in quo speret.
22 Heb. & iniquitas occlusit os suum. i. iniqui autem cognoitur [illegible] tacere confusi.
[illegible] proinde correptionem Omnipotentis ne spreueris.
23 vulnerat, & manus eius sanant. sub. vulnus ab eo inflictũ. Metaphora à chirurgis.
24 Finiti numer[us] pro infinitus. q.d. omni tempore liberabit te a noxa Aut referantur ad tribulationes siue pericula quæ postea recenset
25 imo vero (vel, atq; adeo) in sept.
26 dum peruagabitur lingua. i. dum impii pios deferent apud tyrannos, [illegible] cusabunt cum reliquis.
27 depopulatio.
28 q. d. floccipendes vastitatem & famem.
29. i. lapides non lædent te quasi ex pacto. Solebãt olim nudis pedibus ambulare, vnde sæpius lædebantur.

8 [14] *Verum à Deo ipso rationes petam, & meam orationem ad Deum conferam,*
9 *Qui edit ingentia opera, eaq; inuestigabilia, & res mirandas illasq; innumeras,*
10 *Qui dat pluuiam superficiei telluris, & aquas immittit [15] vicis:*
11 *Vt humiles in alto loco ponat, ac [16] mœsti obtineant arcem salutis:*
12 *Cogitationes callidorum irritas facit, [17] vt nihil solidi efficiant manus eorum.*
13 *Qui capit sapientes in ipsorum calliditate, & consilium versutorum [18] subuertitur:*
14 *Ita vt interdiu [19] versentur in tenebris, & in meridie palpent ceu in nocte.*
15 *Seruat etiam pauperem à [20] gladio, & ore illorum, è manu potentioris.*
16 *Et est afflicto † spes reliqua, [21] & iniqui non habent quod vituperent aut querantur.*
17 *Ecce beatum hominem, quem arguit Deus: [22] neq; tu reiicies castigationem Dei optimi maximi.*
18 *Pariter enim dolores infligit, & obligat vulnera: [23] verberat idem, eiusq; manus medentur.*
19 [24] *Sex periculis eripiet te, [25] & in septimo non attinget te malum.*
20 *Tempore famis redimet te à morte, & in bello à gladio.*
21 *Absconderis [26] à flagro linguæ: neq; timebis quum inciderit [27] calamitas.*
22 [28] *Ad calamitatem & famem ridebis, neq; metues animalia terrestria:*
23 [29] *Nam cum lapidibus agri erit tibi fœdus, [30] & feræ adigentur vt seruent pacem erga te.*
24 [31] *Senties etiam tabernaculum tuum ipsum incolumitatem esse, & recensendo tuum domicilium non peccabis.*
25 *Senties & prolem tuam augeri, & posteros tuos ceu gramen terræ.*
26 *Peruenias (deniq;) [32] sospes adhuc ad sepulchrum, quemadmodum frugum aceruus [33] inuehitur suo tempore.*
27 [34] *Atq; hæc firmè sunt, quæ rebus accuratè perpensis decreuimus proponere, suntq; certissima: Proin velis ea percepta æquo animo apud teipsum diiudicare.*

8 Quam ob rem ego deprecabor* Dominum, & * Deum ponam eloquium meum. B
9 Qui facit magna & inscrutabilia & mirabilia, absque numero.
10 Qui dat pluuiam super faciem terræ, & irrigat aquis vniuersa.
11 Qui ponit humiles in sublime, & mœrentes erigit sospitate.
12 Qui dissipat cogitationes malignorũ, ne possint implere manus eorum quod cœperant.
13 Qui apprehendit sapientes in astutia eorum, & consilium prauorum dissipat. 1 Corint. 3. d C
14 Per diem incurrent tenebras, & quasi in nocte sic palpabunt in meridie.
15 Porro saluum faciet egenum à gladio oris eorum, & de manu violenti pauperem.
16 Et erit egeno spes, iniquitas autem contrahet os suum.
17 Beatus homo qui corripitur à Deo: increpationem ergo Domini ne reprobes:
18 Quia ipse vulnerat, & medetur: percutit, & manus eius sanabunt.
19 In sex tribulationibus liberabit te, & in septima non tanget te malum. Iaco. 1. b
20 In fame, eruet te de morte: & in bello, de manu gladii.
21 A flagello linguæ absconderis: & non timebis calamitatem cum venerit.
22 In vastitate & fame ridebis: & bestias terræ non formidabis. D
23 Sed cum lapidibus regionum pactum tuum: & bestiæ terræ pacificæ erunt tibi.
24 Et scies quòd pacem habeat tabernaculum tuum: & visitans speciem tuam, non peccabis.
25 Scies quoque quoniam multiplex erit semen tuum, & progenies tua quasi herba terræ.
26 Ingredieris in abundantia sepulchrum, sicut infertur aceruus tritici in tempore suo.
27 Ecce, hoc vt inuestigauimus, ita est: quod auditum, mente pertracta.

* Deum,
* ad

Argumẽta iustitiæ Dei.

Commendatio crucis quæ hominem erudit & mortificat.

CAPVT VI.

1 *AD quæ respondens Iob, dixit,*
2 *O si exactissimè appenderetur [1] indignatio [2] mea, simulq; [3] mea conditio in stateram poneretur:*
3 *Tum enim [4] grauior esset quàm arena maris: quocirca [4] pro magnitudine rerum parcè ac moderatè questus sum.*
4 *Nam [5] Dei optimi maximi sagittæ in me sunt, quarum [6] fernor ebibit [7] spiritum meum, & terrores [8] Dei acie instructa me inuaserunt.*
5 *Num rudit onager herba præsente? num [9] bos mugit apposita farragine?*
6 [10] *Potéstne insulsum edi non conditum sale? num sapit cuiquam [11] saliua a huminis?*
7 *Quæ meus animus [12] renuit contingere, ea sunt [13] mihi pro cibo fœtido.*

1 RESpondens autem Iob, dixit,
2 Vtinam appenderentur peccata mea, quibus iram merui: & calamitas quam patior, in statera: A
3 Quasi arena maris hæc grauior appareret: vnde & verba mea dolore sunt plena:
4 Quia sagittæ Domini in me sunt: quarum indignatio ebibit spiritum meum, & terrores* Domini militant contra me.
5 Numquid rugiet onager, cum habuerit herbam? aut mugiet bos, cum ante præsepe plenũ steterit?
6 Aut poterit comedi insulsum, quod nõ est sale conditum? aut potest aliquis gustare, quod gustatũ affert mortem? B
7 Animæ enim esurienti etiam amara dulcia esse videntur: Quæ prius nolebat tangere anima mea, nunc præ angustia, cibi mei sunt.

Pœnam culpa sua grauiorem dicit Iob.

* Dei

30 Heb. & bestia agri erit tibi pacifica q. d. non nocebunt tibi feræ agrestes, si occurrerint tibi. Psal. 90. Super aspidem & basiliscum ambulabis. 31 Heb. Et scies quod pax erit in tabernaculo tuo, visitabis [illegible] tabernaculum tuum, & non peccabis, id est, diligentissime considerabis familiam tuam, & nihil mali agat, & non peccabis indulgendo familiæ tuæ. Verti potest, & scito tabernaculum tuum fore in summa pace postquam visitaueris familiam tuam, nec peccaueris sub conniuendo ad peccata eorum.
32 In senio, quasi dicat, non morieris ante mortem naturalem, senex morieris. 33 Euehitur. 34 Heb. En hoc (quod) perquisiuimus, & ita res habet: audi illud, & tu scito tibi, id est, acquiescito illi, & commendato memoriæ.
CAP. VI. 1 Vel, querela, querimonia. 2 Afflictionem meam in statera (sub. positam) attollant. In statera, id est, in altera lance stateræ. 3 sub. afflictio. 4 Heb. verba mea absorpta sunt, id est, vix loqui possum, vox mea faucibus adhæret. 5 Omnipotentis, id est, acutissimæ [illegible] Dei, id est, altissimæ. 6 Venenum, solent enim aciem sagittæ inficere veneno. 7 Id est, partem [illegible]. 8 Id est, [illegible] hoc est, ægritudines illæ quæ maximum mihi terrorem incutiunt. De dolore, quem sustinebat, videtur intelligere. 9 Quasi dicat, Putatis sine causa me conqueri, quum ne animalia quidẽ ipsa conqueantur quum habent quod volunt? 10 Probat quæ dixerat, similitudine ducta à minori ad maius. desit autem altera pars argumentationis, quanto minus amarum comedi potest? q. d. natura homo non potest edere cibum insipidum multo minus vehementes dolores, qualis est hic quem patior. 11 sapor, q. d. non: quod natura sit insipidũ, multo minus amarum. 12 renuebat. 13 Heb. sicut [illegible] panis mei, vel, velut ægritudines carnis meæ. i. proxima mihi sunt vt sunt ægritudines corporis, neque magis a me separari possunt afflictiones, quam à corpore ægritudines.

8 Quis

Iob humana patitur, optando sibi mortem.

8 Quis det vt veniat petitio mea: & quod expecto, tribuat mihi Deus:
9 Et qui cœpit, ipse me conterat: soluat manum suam, & succidat me?
10 Et hæc mihi sit consolatio, vt affligens me dolore, non parcat: nec contradicam sermonibus Sancti?
11 Quæ est enim fortitudo mea, vt sustineam? aut quis finis meus, vt patienter agam?
12 Nec fortitudo lapidum fortitudo mea, nec caro mea ænea est.

C

Conqueritur se ab amicis velut ab inuitis præter meritum affligatur.

13 Ecce, non est auxilium mihi in me, & necessarii quoq; mei recesserunt à me.
14 Qui tollit ab amico suo misericordiam, timorem Domini derelinquit.
15 Fratres mei præterierunt me, sicut torrens qui raptim transit in conuallibus.
16 Qui timent pruinam, irruet super eos nix.
17 Tempore quo fuerint dissipati, peribunt: & vt incaluerint, soluentur de loco suo.
18 Inuolutæ sunt semitæ gressuum eorum: ambulabunt in vacuum, & peribunt.
19 Considerate semitas Thema, itinera Saba, & expectate paulisper.

[1] speraverunt.

20 Confusi sunt, quia [1]speraui: venerunt quoque vsque ad me, & pudore cooperti sunt.
21 Nunc venistis: & modo videntes plagā meam timetis.
22 Numquid dixi, Afferte mihi, & de substantia vestra donate mihi?

D

23 Vel, Liberate me de manu hostis, & de manu robustorum eruite me?
24 Docete me, & ego tacebo: & si quid fortè ignoraui, instruite me.
25 Quare detraxistis sermonibus veritatis, cum à vobis nullus sit qui possit arguere me?
26 Ad increpandum tantum eloquia concinnatis, & in ventum verba profertis.
27 Super pupillum irruitis, & subuertere nitimini amicum vestrum.
28 Verumtamen quod cœpistis explete: præbete aurem, & videte an mentiar.
29 Respondete obsecro absque contentione: & loquentes id quod iustum est, iudicate:
30 Et non inuenietis in lingua mea iniquitatē, nec in faucibus meis stultitia personabit.

8 Vtinam eueniat quod peto, ac deus concedat quod [14] spero.
9 [15] Deusq; aliter statuat de me, vt me comminuat, excussaq; manu velut neruo findat me.
10 [16] Adhuc enim mihi solatium erit: etsi terrefiam ægrotatione, ita vt mihi non parcatur, minimè tamen negabo verba sancti [Dei.]
11 Verum quod robur meum est, vt [17] durare possim? & quis finis [expectandus] mihi, si vitam longius producam?
12 Num robur mihi lapideum? num caro mea chalybea?
13 [18] Quid si ferendo non sum, [19] & facultas subsistendi me destituit?
14 [20] Decebat amicos exhibere beneficentiam misero amico: sed [me, vt vos dicitis] religio Dei optimi maximi deseruit.
15 Fratres mei [21] fidem fefellerunt vt torrens, [22] vt: qui vallem transeunt torrentes.
16 Qui turbidi sunt [23] à glacie [24] & niue, quæ in eos resoluitur.
17 Tempore autem quo [25] arescunt, abolentur, [26] & per calores auferentur è loco suo.
18 [27] Contenuantur itinera per quæ feruntur: [28] cæterum euanescunt, ac penitus intereunt.
19 [29] Viderunt [eos aliquando] [30] qui proficiscuntur in regionē Thema, [31] & qui Sabaei ad eos spem habent de eis:
20 Pudefiunt autem, quia spem [in eis] posuerunt: & postquam peruenerunt ad locum ipsum, erubescunt.
21 [32] Eiusmodi mihi torrentem plane exhibetis, qui conspectis meis ærumnis extimuistis.
22 Dixine vt mihi conferatis aliquid, & è facultatibus vestris largiamini pro me munera?
23 Vtq; me liberetis [33] ab hoste, & [34] redimatis me ex manu [35] tyrannorum?
24 [36] Docete me, & tacebo: indicate mihi in quo errē.
25 [37] Num excogitastis sermones & verba, idq; tenniter, quibus me desperationis conuincaretis?
26 [38] Quàm plana, firmaq; sunt, rectè pronunciata: vel quid à vobis allatum vim aliquam habet argumēti?
27 [39] Præterea pupillo imponere studetis, & amico vestro foditis decipulam.
28 Nunc igitur [40] rectius æstimate rem, & meas atq; vestras rationes inspicite, an mentiar.
29 [41] Redite quæso in viam, & ne sit [in vobis] iniquitas, redite: nam etiam nunc salua est mea iustitia.
30 [42] Non est in lingua mea iniquitas, neque palatum meum non sentit malos sapores.

14 nempe mortem, vt seq. versu declarat.
15 Velitq; Deus me conterere: soluere manum suam, & succidere me. Manus ligata videtur quando parcit. Morte repentina perdi optat.
16 Heb. Et est adhuc consolatio mea, & calefaciā me in dolore, (qui) non parcit (mihi) quod non suppressi verba Sancti. i. Quamuis adhuc habeam quo me cōsolari possim, tametsi vrat dolore, qui crudelissimè exercet me, nempe quod nō suppresserim verba Dei, non contradixerim verbis eius, non fuerim in eum blasphemus.
17 sperare. sub. liberos. respondet ad verba Eliphaz in fine præc. cap. Senties & prolē tua augeri. q.d. frustra sperem liberos.
18 Heb. Nonne non auxilium meū in me (est) i. nonne quoad potui, me iuui?
19 & (num quid) officium impulsum (fuit) à me? q.d. nonne semper me continui in formula rectè viuendi?
20 Heb. (an) dissoluto, à sodali suo conuitium (erit)? & numquid dicetur quod timorem Omnipotentis deseruerit? Miratur impudentiam amicorū, qui pro consolatione conuitium dicant. Quidā inter Hebræos sic legunt, Nonne dicetur ab amico, quod timorem & misericordiam Omnipotentis deseruerit? q.d. Sæuiue potest vt amicus dicat amico suo, quod deseruerit, &c.

CAPVT VII.

A

Vitam non esse nisi laborē perpetuum Iob ostendit, simul ipsius vitæ breuitatem.

1 Militia est vita hominis super terram: & sicut dies mercenarii, dies eius.
2 Sicut seruus desiderat vmbram, & sicut mercenarius præstolatur finem operis sui:
3 Sic & ego habui menses vacuos, & noctes laboriosas enumeraui mihi.

1 [1] Nonne [2] militia homini est in terra, & dies eius velut [3] mercenarii dies?
2 Vt seruus anhelat ad [4] vmbram, vtq; mercenarius præstolatur suam mercedem:
3 [5] Ita mihi est iniunctum agere menses inanes, & molestas noctes numerauerunt mihi.

21 Heb præuaricati sunt, sub. in me. i. fefellerunt. Inconstantes amicos torrentibus comparat, qui tempore veris aucti niualibus aquis, magno impetu feruntur, æstate exarescunt, ad quos mercatores sitibundi accurrentes spe potus, falluntur. 22 & inundatio torrentium (qui) prætereunt. i. qui ad tempus decurrunt. 23 sub. liquefacta in aqua. 24 Heb. super eos absconditur nix, vel, in quibus absconditur nix. i. in quos torrentes nix liquefacta in aquam immiscetur & minuitur. 25 Heb. incalescunt, delentur. vel, desiccando minuuntur & delentur. 26 & dum incalescit, (sub. tempus) extenuantur. 27 (aut) [illegible] torrentium semitæ (sub. ipsorum torrentium.) 28 Heb. & ascendunt in vacuum. 29 Considerauerunt sub. illos torrentes, vt darent potum filiis & iumentis. 30 Heb. semitæ Arabiæ desertæ. i. mercatores qui adibant Arabiam desertam. 31 Heb. itinera Sabæ expectauerunt sibi. i. qui Arabiam fœlicem adibant, sperabant se hausuros ex illis aquam. 32 Heb Quia nunc fuistis (similes) vnicuique illorum. 33 Heb. de manu tribulantis. i. a tribulatione. 34 erubescitis. 35 sub. corrumpendo illos muneribus. 36 sub in quo videatis me impium. 37 Quam (tamen) fortia sunt eloquia rectitudinis? sed quid argumentando conficiet disceptatio ex vobis? q.d. Fortis est veritas, facile concludit quæ vera sunt, at ex falsis vera concludere non potestis, quæ me dicitis impium. 38 An disceptando (i. cum disceptare vultis) reputare debetis eloquia eius qui despondit animum, verba mea & ventum? q.d. an disceptando debetis hoc pendere verba mea, qui animum ob afflictionem despondisse vobis videor? Non sunt parui pendenda eloquia hominis afflicti. 39 Etiam pupillo [illegible] (vel pupillum conde [illegible]) quum fodiatis (sub. fraudes & machinationes) aduersus socium vestrum. vel, amicum. 40 Heb. velitis (&) aspice ad me, & videte an mentiar in conspectu vestro. i. nunc placeat vobis oculos conuertere in me, & periculum facite an mentiar vobis præsentibus. q.d. longè ero vobis dissimilis. 41 Reuertimini nunc, & non sit iniquitas: iterum inquam reuertimini, adhuc iustitia mea erit in ea. Relatiuum sine antecedente, sub. disceptatione vel responsione. i. Rursum assumpto sermone disceptate mecum citra vllam iniquitatem: adhuc in hac secunda disceptatione [illegible]. 42 An est in lingua mea iniquitas? an palatum meum non intelliget tribulationes? q.d. An falsa dico dum tueor iustitiam meam? dicat aliquis, Quare ergo ita turbaris? Respondet, An Palatū meum non sentiet calamitates? Intelligere pro sentire, ac si dicat, Ve fieri non potest vt palatū non fugiat saporem amarum, ita fieri non potest vt pars sensitiua non refugiat dolorem. Eam vocat hic palatū. CAP. VII. 1 Vel, Certè. 2 tempus præfixū 3 sub. sunt præfixi, quibus seruire debet. q.d. tribulatio mea maxima est, & vita hominis est breuis: qui fieri igitur potest vt non conquerar? Describit humanæ vitæ breuitatē. 4 i. noctem. 5 Heb. Sic hæreditaui mihi (vel, in hæreditatē accepi) menses vanitatis, & noctes laboris enumerarunt mihi. sub. numeratores. Dilucidius sic, vt subaudiatur ל ante ירחי Sic quasi iure hæreditario traditus sum mihi (i. in damnum meum) mensibus mendacibus, & noctes laboriosas apparauerūt mihi. sub. illi menses. Aut, nam noctes, &c. Menses mendaces vocat, quia in illis sperabat requiem quam non est assecutus. q.d. singulis mensibus expectaui requiem, quam non inueni, nam illis mensibus grauia passus sum singulis noctibus. Declarat seipsum sequenti versu.

6 Heb. & mensuratur (sub. cor meum) vesperi, & saturatus sum iactationibus asperrimis (vel) foeditatibus usque ad crepusculum. q. d. omnes horas noctis numerans, & usque ad auroram ... item ... quae seq. ... declarat.
7 fragmenta pulveris q. d. scatet caro mea vermibus, & sordibus. alludit ad scabiem.
8 facta est abominabilis.
9 radius textorius, & uniuntur absque spe, sine expectatione.
10 Convertitur ad Deum. q. d. Si ita est ut ait Eliphas, ô Domine revoca in memoriam, &c.
11 aspiciet.
12 & (mox) non ero.
13 i. non revertetur in vitam. sub. ante resurrectionem.
14 Heb. agnoscet eum amplius locus eius. Dicuntur Hebraeis habitacula hominis agnoscere, quando eas agnoscunt homines.
15 Heb. loquar de amaritudine animae meae.
16 Heb. quod ponas mihi custodiam? q. d. An vires meae sunt tam fortes quam maris & ceti, ut me affligas tanta afflictione quae est mihi vice custodiae? Verba impatientis.
17 lamentationem meam auferet, i. nonnihil luctus mei.
18 Extremam tentationem describit, quae in spiritu fit tempore nocturno.
19 potius quam ossa mea. i. quam corpus meum, mallet anima mea relinquere corpus morte violenta aut naturali, quam remanere in tribulatione.

4 *Ubi me in lectulum collocavi, dico, Quando surgam?*
[6] *quumque mensuram ad vesperum extendit, satior iactationibus usque ad crepusculum.*

5 *Induit caro mea vermes & [7] pulverem glebarum cutis cohaerescit atque, ut si mea rupta est, ac [8] mihi displicet.*

6 *Dies mei velocius fugiunt quàm [9] tela, & trama deficiente finiuntur.*

7 [10] *Cogita vitam meam esse ventum, quodque meus oculus non iterum videbit prosperitatem.*

8 *Non [11] aspiciat me [posthac] oculus cernentium me, sed tui oculi, [12] ut superstes non sim.*

9 *Quemadmodum nubes defecit ac praeterit: sic qui descendit in sepulchrum, [13] non ascendet,*

10 *Non redibit ultra in domum suam, neque [14] loci eius [homines] agnoscent eum.*

11 *Proinde non cohibebo meum os, quin loquar aliquid in animi mei angustia, & [15] querelam quiddam loquar in aegritudine mea.*

12 *Num pelagus sum? num cetus sum, [16] quod mihi obiicis circumdedisti?*

13 *Quum apud me dico, Lectus meus aliquid solatii adferet, cubile meum [17] mussitantis adimet [aliquid molestiae:]*

14 *Tunc [18] somniis me terres, & visionibus exagitas me.*

15 *Quapropter anima mea suspendium eligit, & mortem [19] prae ossibus meis.*

16 [20] *Recuso equidem perpetuò vivere, tantum finem meum facito, siquidem mei dies sunt ipsa [21] vanitas.*

17 *Quid est homo, quod [22] eum tractas tam magnifice, & animum adiicis ad eum?*

18 *Et [23] manè inuisis eum, singulisque momentis exploras eum? Quamdiu non me facies missum, & non concedes respirandi spacium, ut meam salivam glutiam?*

19 [24] *Peccavi: quomodo me geram erga te, si hominis facta observare velis? quare me posuisti [25] obiectum tibi ita ut mihimet onerosus sim?*

20 *Quare non [26] tollis meum scelus, & aufers iniquitatem meam? [27] ubi enim iacuero in pulvere, si me requiras me, non ero superstes.*

4 Si dormiero, dicam, quando consurgam? & rursum expectabo vesperam, & replebor doloribus usque ad tenebras.

5 Induta est caro mea putredine & sordibus pulveris: cutis mea aruit, & contracta est. B

6 Dies mihi velocius transierunt, quam à texente tela succiditur, & consumpti sunt absque ulla spe.

7 Memento quia ventus est vita mea, & non revertetur oculus meus ut videat bona.

8 Nec aspiciet me visus hominis: oculi tui in me, & non subsistam.

9 Sicut consumitur nubes, & pertransit: sic qui [a] descenderit ad inferos, non ascendet. [a] descendit

10 Nec revertetur ultra in domum suam, neque cognoscet eum amplius locus eius.

11 Quapropter & ego non parcam ori meo, loquar in tribulatione spiritus mei: confabulabor cum amaritudine animae meae. C

12 Numquid mare ego sum, aut cetus, quia circumdedisti me carcere?

13 Si dixero, Consolabitur me lectulus meus, & relevabor loquens mecum in strato meo:

14 Terrebis me per somnia, & per visiones horrore concuties.

15 Quam ob rem elegit suspendium anima mea, & mortem ossa mea.

16 Desperavi, nequaquam ultra iam vivam: parce mihi, nihil enim sunt dies mei. D

17 Quid est homo, quia magnificas eum? aut quid apponis erga eum cor tuum?

18 Visitas eum diluculo, & subito probas illum: usquequo non parcis mihi, nec dimittis me ut glutiam salivam meam?

19 Peccavi, quid faciam tibi ô custos hominum? quare posuisti me contrarium tibi, & factus sum mihimetipsi gravis?

20 Cur non tollis peccatum meum, & quare non aufers iniquitatem meam? ecce, nunc in pulvere dormiam: & si mane me quaesieris, non subsistam.

CAPUT VIII.

1 *Cui respondens Baldad Suhita, dixit:*

2 *Quamdiu tandem loqueris talia, & [1] verba oris tui sonabunt pertinaciam?*

3 *Num Deus [2] perverteret iudicium? num [3] Optimus maximus perversè ageret contra iustitiam?*

4 [4] *Quia liberi tui peccaverunt in eum, [5] permisit eis evenire quod scelus eorum postulabat.*

5 *Quod [6] si ipse maturè ad Deum redieris, & supplicaveris Optimo maximo:*

6 *Si purus probusque fueris, tui gratia tum surget, [7] ac prosperitate summa donabit tuum domicilium ob iustitiam:*

7 *Eritque prior tua sors modica, & posterior tua sors valde augescet.*

8 *Sciscitare quaeso [8] ex prisca aeta, neque compone ad pervestigationem patrum ipsorum:*

9 *(Nos enim nuper nati sumus, & rerum ignari sumus: quum dies nostri sint in terra velut umbra)*

1 Respondens autem Baldad Suhites, dixit:

2 Usquequo loqueris talia, & spiritus multiplex sermonis oris tui? A *Baldad conatur Iob ad confessionem peccatorum & resipiscentiam revocare, idque duobus argumentis.*

3 Numquid Deus supplantat iudicium? aut Omnipotens subvertit quod iustum est?

4 Etiam si filii tui peccaverunt ei, & dimisit eos in manu iniquitatis suae:

5 Tu tamen si diluculo consurrexeris ad Deum, & Omnipotentem fueris deprecatus:

6 Si mundus & rectus incesseris: statim evigilabit ad te, & pacatum reddet habitaculum iustitiae tuae. B *Primum argumentum à resipiscentium benedictione.*

7 In tantum ut si priora tua fuerint parva & novissima tua multiplicentur nimis.

8 Interroga enim generationem pristinam, & diligenter investiga patrum memoriam:

9 ‖ (Hesterni quippe sumus, & ignoramus quoniam sicut umbra dies nostri sunt super terram.) Psal. 143. a

10 Et

20 Heb. Abominatus sum (vitam meam, quòd) non in aeternum victurus essem: recede à me. q. d. ut diutissimè vivam, paulo post moriendum mihi est: noli me igitur ultra vexare, siquidem, &c. 21 i. brevissimi. 22 Heb. magnifices eum, ut apponas erga eum cor tuum? i. ut tanti facias eum ... ut cures res eius. q. d. non est tanti ut eum debeas curare. Debile argumentum: nam Deus mortalia curat habita ratione misericordiae suae, non hominis. 23 singulo mane. 24 vel, (Esto) peccaverim, quid feci tibi, &c. q. d. Esto peccaverim ut dicit Eliphas, quâ in re propterea potui incommodare tibi, ô tu qui servas homines? 25 in offendiculum, i. in quem semper impingas, & tantopere affligas, in quem unum iacula tua intorqueas? cum multi alii peccaverint gravius. Verba respondentis animum. 26 suis i. Auferre peccatum Hebraeis est parcere. Satis si qui poenarum sum passus esse me. 27 Heb. quoniam in pulvere iacebo, & requires me, & non comparebo. i. mox enim in terra dormiam, beneficium ... quod si postea me quaeras ut mihi benefacias, non potero, quia non subsistam. CAP. VIII. 1. Hebr. spiritus validus verba oris tui? i. quousque tam gravi & vehementi oratione culpam tuam excusabis? 2 q. d. non, sed omnia agit summa aequitate, ergo iustè affligit te. 3 Omnipotens. 4 Heb. si, pro, quia. 5 eiecit eos (sub. è ...), propter transgressionem suam. Heb. in manu defectionis. 6 Heb. manè quaesieris Deum, & Omnipotentem deprecatus fueris. 7 Heb. Et pacatum reddet domicilium tuae iustitiae. i. animum qui iustitiae est studiosus. Vel, habitaculum in quo iustitiae studiosus homo ... 8 i. maiores, crede ea quae maiores dicent tibi. Exemplo maiorum probat Deum maiorem fortunam reddere ...

10 Et ipsi docebunt te: loquentur tibi, & de corde suo proferent eloquia.

C 11 Numquid viuere potest scirpus absq; humore? aut crescere carectum sine aqua?

Secundum argumentum à subitanea hypocritarũ perditione.

12 Cum adhuc sit in flore, nec carpatur manu, ante omnes herbas arescit:

13 Sic viæ omnium qui obliuiscuntur Deum, & spes hypocritæ peribit:

14 Non ei placebit vecordia sua, & sicut tela aranearum fiducia eius.

15 Innitetur super domum suam, & non stabit: fulciet eam, & non consurget.

16 Humectus videtur antequam veniat Sol, & in ortu suo germen eius egredietur.

D 17 Super aceruum petrarum radices eius densabuntur, & inter lapides commorabitur.

18 Si absorbuerit eum de loco suo, negabit eũ, & dicet, Non noui te.

19 Hæc est enim lætitia viæ eius, vt rursum de terra alii germinentur.

20 Deus non proiiciet simplicem, nec porriget manum malignis.

21 Donec impleatur risu os tuum, & labia tua iubilo.

22 Qui oderunt te, induentur confusione: & tabernaculum impiorum non subsistet.

CAPVT IX.

A [1] ET respondens Iob, ait:

2 Verè scio quòd ita sit, & quòd non iustificetur homo ᵃcompositusᵃ Deo.

ᵃ comparatus Iob iustitia Dei comparatione, hominis iustitiam nullam declarat.

3 Si voluerit contendere cum eo, non poterit ei respondere vnum pro mille.

4 Sapiens corde est, & fortis robore: quis ᵇresistitᵇ ei, & pacem habuit?

ᵇ restitit

5 Qui transtulit montes, & ᶜnescieruntᶜ hi quos subuertit in furore suo.

ᶜ nesciuns

6 Qui commouet terram de loco suo, & columnæ eius concutiuntur.

7 Qui præcipit soli, & nõ oritur: & stellas claudit quasi sub signaculo.

8 Qui extendit cælos solus, & graditur super fluctus maris.

9 Qui facit Arcturum, & Oriona, & Hyadas, & interiora Austri.

B 10 Qui facit magna, & incomprehensibilia, & mirabilia, quorum non est numerus.

11 Si venerit ad me, non videbo eum: si abierit, non intelligam ᵈ.

ᵈ eum

12 Si repente interroget, quis respondebit ei? vel quis dicere potest, Cur ita facis?

13 Deus cuius iræ nemo resistere potest, & sub quo curuantur qui portant orbem.

14 Quantus ergo sum ego, vt respondeam ei, & loquar verbis meis cum eo?

15 Qui etiamsi habuero quippiam iustum, non respondebo, sed meum iudicem deprecabor.

16 Et cum inuocantem exaudierit me, non credo quòd audierit vocem meam.

10 [9] *Annon' illi te erudient, ac dicent tibi, & ex corde suo proferent sermones?*

11 [10] *Adolescitne scirpus absque palude? crescitne* [11] *carex' absque aquis?*

12 *Dum adhuc in vigore suo est, non succiditur, & tamen ante omnia virentia exarescit:*

13 [12] *Ita contingit omnibus qui Deum obliuiscuntur,' & spes hypocritæ intercidet:*

14 *Cuius* [13] *fiducia' per negligentiam interit, & illud in quo spem collocat, est* [14] *domus araneæ.'*

15 [15] *Qui enim domui eius innititur, non consistit: quippe prehendit eam, non stabit.'*

16 [16] *Cæterum planta in se humorem continentis etiam quum in sole stat, propago tenera prodibit in horto.*

17 [17] *Et in congerie lapidum radices ipsius densè implicabuntur, spectabitq; domum lapide structam.'*

18 [18] *Quinimo, stirpitus è loco suo eiicietur, vt quis neget, se vnquam vidisse illam:*

19 [19] *Gaudebit se ad eum modum tractari, & ex humo alia* [20] *prouenient.'*

20 *Ecce' Deus non aspernatur integrum, neq; [rursum]* [21] *prehensat manum prauorum.*

21 [22] *Quoad os tuum risu impleat, & labia tua iubilo.*

22 *Inimici tui pudore* [23] *afficiantur,'* [24] *tabernaculum verò improborum non duret.'*

[1] *AD quæ respondens Iob, dixit:*

2 *Enimuerò noui quòd* [1] *res ita habeat:'* [2] *quid autem homo iustitia contenderet cum Deo?'*

3 *Si enim* [3] *velit' cum eo litigare, non respondebit ei* [4] *ad vnum' ex mille.*

4 *Est namq; sapiens corde, & prævalidus viribus:* [5] *cui autem cecidit fæliciter, qui sese illi pertinaciter opposuit?*

5 *Qui transponit montes,* [6] *neq; præsenserunt illi, quos ita sua subuertit.'*

6 *Qui commouet è loco suo terram, ita vt eius columna* [7] *quatiantur.'*

7 *Qui imperante, Sol non oritur,* [8] *& stellas velut opposito sigillo claudit.'*

8 *Qui solus extendit cælos, perq;* [9] *summitates' maris incedit.*

9 *Qui facit Arcturum, Cynosuram, & Pleiadas, &* [10] *Austri penetralia.'*

10 *Qui opera magnifica edit, eaq; inuestigabilia, & res mirandas, easq; innumeras.*

11 *Ecce* [11] *præteribit me, vt non videam: & commeabit vltro citroq;, vt eum non intelligam.'*

12 *Ecce* [12] *si quid raptim auferet, quis illud recuperabit?' aut quis dicet ei, Quid agis?*

13 [13] *Nisi Deus reprimat iram suam,'* [14] *ei succumbant conspiratores potentissimi.'*

14 *Quanto magis ego, si commutem cum eo verba, &* [15] *coner apud eum vti verbis selectis?*

15 [16] *Cui minimè respondere, etiamsi iustus essem, verum iudici meo supplex forem.*

16 [17] *Quum inuocaui eum, & respondit mihi, non tamen credo quòd auribus vocem meam perceperit.'*

Yy 2

9 vel, Certè.
10 Parabolè ostendit prosperitatem Iobis diuturnam nõ fuisse, quia simulata sanctitatis fuerit.
11 pratum. herba prati.
12 Heb. ita semitæ omnium obliuiscentium Dei.
13 i. consilia & adinuentiones impiorum.
14 i. tela.
15 Heb. impetum intitur super domum suam, & non cõsistet: firmat se super eã, & nõ permanet. i. tela araneæ rumpitur & corruit, si ipsa aranea illi telæ impetu nitatur.
16 Alia similitudine plantæ naturalis hunc ostendit ex parte prædita qua in asperis locis viget, solidam ostendit fœlicitatem esse illorũ, qui verè pii sunt. Hebraicè legitur, Viridis est ante Solem, & supra hortum ramis eius extenduntur. i. Arbor quædam viridis soli exposita, expandit propagines suas super hortum in quo plantata est.
17 Heb. Iuxta fontem (i. locũ humidum) radices eius implicantur, & (radice eius) implicatur (sistit) domum lapidũ. i. nihil ropis magnæ.
18 Heb. si absorbeat eũ (sub. agricola) de loco suo, & insiciando dicat (arbor) de loco illo, Nõ vidi te. i. Hinc quam fui plantata tanta, q. d. si nihil [illegible] te ergo [illegible] erat plantata; profectò, &c. Sententia perficitur seq. versu.
19 sub. tanta arbor ita transplantari. Heb. profectò id est lætitia viæ

re eius & de terra alia germinabunt. Comparat absolutionem hominis pii transplantationi arboris, quæ translata in re[illegible] ipsa, hoc in bonum. Profectò, inquit, feliciùs secundo loco plantata prouenit, & de illa tot alias, multiplicauit soboles. 20 [illegible] auxilium. 22 vel, Adhuc implebit os tuum risu sub post has tribulationes. 23 vel, asheiuntur. 24 S[illegible] Deus nunquam instaurabit sententiam impiorum, vt est insitum [illegible] tabernaculum piorum. CAP. IX. 1 nempe Deum [illegible] 2 Heb. [illegible] iustificabit se homo cum Deo. i. quomodo iustus inuenietur, si contendat cum Deo. 3 sub homo, vt rueat [illegible] 4 [illegible] argumentis. q. d. tanti non est homo vt cum Deus sua responsione dignetur. 5 Heb. quis duriter [illegible] ei, & pacificatus [illegible] & permanebit in pace? 6 nec agnoscunt (sub. homines impietate) quis subuerterit eos furore suo. 7 tremant, agitentur. 8 Heb. & pro [illegible] & stellas sigillat. i. abscondit à nobis [illegible] vt stellæ non luceant nobis. 9 excelsa i. altos fluctus marinos. Alii intelligunt aerem [illegible] 10 i. Meridiei. Penetralia vocat, quia stellæ circa polum australem non apparent habitantibus in opposito hemisphærio. q. d. qui fecit omnia signa [illegible] quam Meridionalia. 11 transit coram me, & non video: præterit ante me, nec intelligo illum. i. Deus me præsente multa facit quæ non assequor, nec ipse [illegible] rerum authorem deprehendo non cognoscimus illum per opera sua. 12 Heb. capiet (sub. quem voluerit) & quis reuocabit eum? i. si quem de medio velet tollere, nemo reuocabit eum à proposito. 13 Deus non reuocabit iram suam. sub. metu, aut increpatione hominis. 14 sub. eo deprimuntur adiutores superbiæ i. qui cum arrogantia & superbia auxilium aliis pollicentur. Id videre licet in Israelitis, qui quotcunque dependerunt ab Ægyptiis, perierunt. 15 Heb. eligam verba mea cum eo. 16 Alii per interrogationẽ, Quem etiamsi iustus sim, alloqui non ausim: [illegible] me deprecabor? sub. propter peccata mea, tua opinione, q. d. male suades si de me vera sunt quæ dicis. Nam si impius sum, vt dicis, non dignabitur me alloqui. cur ergo illum deprecer? 17 Si inuocauero (illum) & responderit mihi, non credam quòd, &c. Verba desperantis [illegible] Dei, ac si dicat, Pacifice homini [illegible] vt Deus illum suo alloquio dignetur: Argumentum ab indignitate humana.

vt ad virtutem. sub specie verba eius. i. si de virtute loquaris. 19 si vero ad iudicium, quis efficeret me cum eo facia[t]? i. quis efficiet vt cum eo descendam in certamen? 20 Heb. Si iustus fuero, os meum condemnabit me: & si immaculatus, prauum me reddet. i. si causa mea sit iusta, sermo meus efficiet vt dicar à vobis improbus, & prauus. 21 Deficio (Consumptus sum) nec noui animam meam. i. non agnosco animam meam fungi muneribus suis. 22 Vnica (sub. via est) propterea dixi, immaculatum & improbum ipse consumit. Verba sunt derelicti à Deo. q.d. si ita res habeat vt dicis, afflictiones omnes immitti ob peccata, dicam vnicam esse viam. 23 i. Si Deus tantum ob scelera affligit, sequitur vt oppressionem innocentium [illegible] puniturus sit. Hebraice legitur, Si flagellum occidat subito (sub. impios) tentationem innocentium ridebit. Confutat hic Iob verba Baldad, qui dixisset poenam piorum prorogari, impios autem subito perire. quod si ita res se haberet, multo grauius esset poena piorum, vnde & ipsi impii possent pios ridere. Tentationem vocat castigationem & correptionem. 24 Hebr. Terra data est in manum impii. 25 sub. terrae. i. qui omnia impune facit conniuentibus iudicibus: efficit vt iudices dissimulent se videre ipsius flagitia.

17 *Postquam me subuertit turbine, & abs re mihi plurima vulnera infixit.*

18 *Neque mihi concedit vt respirem, [quoniam] exsatiauit me amarulentis calamitatum.*

19 *Si* [18] *viribus agendum sit ecce praeualidus est:* [19] *si iure agendum, quis mihi patrocinabitur?*

20 [20] *Si me pro iusto geram, os meum damnabit me impietatis: si integritatem mihi arrogem, opprimet me.*

21 [21] *Integer sane sim: attamen animam meam non perspectam habeo, mihi quae displicet vita mea.*

22 *Vnum illud est, ad quod ostendendum mea omnis tendit oratio, quòd Deus perpetuo sui similis pariter integrum & impium conficit.*

23 [23] *Quòd si flagrum inferendo statim occidit, innocentium afflictionem sannis prosequetur?*

24 [24] *Atqui terra gubernatio impio permittitur,* [25] *qui faciem iudicum eius obuelat:* [26] *si hoc Deus non agit, cedo vbi aliud fit qui agat?*

25 *Caeterum dies mei velocius quam cursor elapsi sunt, fugeruntque vt nihil laeti viderint.*

26 [27] *Praeteruolarunt aequantes celoces celeritate, vtque inuolat aquila in escam.*

27 *Si quando apud me dixi, Obliuiscar* [28] *meditationis meae, & deponam* [29] *vultum [tristem,] meque continebo:*

28 *Timui omnes labores meos, sciens quod me [peccantem] non* [30] *dimitteres impunitum.*

29 [31] *Impius igitur essem? quorsum istos labores frustra exantlaui?*

30 [32] *Si enim aquis niualibus me lauero, &* [33] *puritate manus meas emundauero:*

31 [34] *Si me foueae immerseris, mea vestimenta foedabunt me.*

32 *Non enim vir est vt ego, cui respondere audeam, vtque simul in ius ambulemus.*

33 *Non enim esset inter nos arbiter,* [35] *qui controuersiam nostram determinet.*

34 *Auferat [autem] virgam suam à me, neque terrore suo me exagitet:*

35 *Tum loquar, neque verebor* [36] *quid causa mea infirma sit.*

17 In turbine enim conteret me, & multiplicabit vulnera mea etiam sine causa.

18 Non concedit requiescere spiritum meum, & implet me amaritudinibus.

19 Si fortitudo quaeritur, robustissimus est: si aequitas iudicii, nemo audet pro me testimonium dicere.

20 Si iustificare me voluero, os meum condemnabit me: si innocentem ostendero, prauum me comprobabit.

21 Etiam si simplex fuero, hoc ipsum ignorabit anima mea, & taedebit me vitae meae.

22 Vnum est quod locutus sum, & innocentem & impium ipse consumit.

23 Si flagellat, occidat semel, & non de poenis innocentum rideat.

24 Terra data est in manus impii, vultum iudicum eius operit, quòd si non ille est, quis ergo est?

25 Dies mei velociores fuerunt cursore: fugerunt, & non viderunt bonum.

26 Pertransierunt quasi naues poma portantes, sicut aquila volans ad escam. D

27 Cum dixero, Nequaquam ita loquar: commuto faciem meam, & dolore torquear.

28 Verebar omnia opera mea, sciens quòd non parceres delinquenti.

29 Si autem & sic impius sum, quare frustra laboraui?

30 Si lotus fuero quasi aquis niuis, & fulserint velut mundissimae manus meae:

31 Tamen sordibus intinges me, & abominabuntur me vestimenta mea.

Rursum ostendit neminem posse iudicante Domino iustificari.

32 Neque enim viro qui similis mei est, respondebo: nec qui mecum in iudicio ex aequo possit audiri.

33 Non est qui vtrumque valeat arguere, & ponere manum suam in ambobus.

34 Auferat à me virgam suam, & pauor eius non me terreat.

35 Loquar, & non timebo eum: neque enim possum metuens respondere.

CAPVT X.

1 [2] A*ctum est de vita mea quare dum viuo, mihi permittam meditationem, & loquar in aegritudine mea.*

2 *[Tunc] dicam Deo, ne damnes me [impietatis:] doceto me [potius] de qua re mecum* [2] *litiges.*

3 [3] *Conducitne tibi vt opprimas violenter, si opus tuarum manuum aspernaris,* [4] *in piorum consilium illustres?*

4 *Habesne oculos carneos? inspicisne res humano more?*

5 [5] *Suntne dies tui, vt dies hominis? num anni tui vt dies viri,*

6 *Vt tam instigare velis meam iniquitatem, & inquirere peccatum meum?*

7 [6] *Te adduco testem, (e cuius manu nemo potest eripere) quod non sim impius.*

1 Taedet animam meam vitae meae, dimittam aduersum me eloquium meum, loquar in amaritudine animae meae. A

Taedet Iob vitae suae.

2 Dicam Deo, Noli me condemnare: indica mihi cur me ita iudices.

3 Numquid bonum tibi videtur, si calumnieris me, & opprimas me, opus manuum tuarum, & consilium impiorum adiuues?

4 Numquid oculi carnei tibi sunt: aut sicut videt homo, & tu videbis?

5 Numquid sicut dies hominis dies tui, & anni tui sicut humana sunt tempora,

6 Vt quaeras iniquitatem meam, & peccatum meum scruteris?

7 Et scias quia nihil impium fecerim, cum sit nemo qui de manu tua possit eruere. B

8 Manus.

26 Heb. sin minus, vbinam est, & quis est? i. quod si quis est qui dicat rem aliter se habere, vbinam est ille qui hoc dicat: & quis est, quum quod dicit, omnium calculo comprobatum sit? 27 Hebr. praeterierunt cum nauibus voluntatis. i. voluntariis, hoc est tam cito praetereunt, quam velocissimae naues quae pro voluntate nostra quam celerrime currunt per mare. 28 querelae, querimoniae 29 vel, iram meam, & recreabor aut confirmabo. sub. cor meum. 30 [illegible] me. i. non esses me absoluturus. 31 (Si) ego impius sim, quare in vanum laboraui? [illegible] Baldad, Si essem impius vt tu, deprecarer Deum. cui nunc respondet Iob Si impius sum [illegible] frustra Deum deprecabor, quum impios non exaudiat: [illegible] Verba sunt hominis à Deo derelicti, credentes Deum exaudit, etiamsi peccator es. 32 i. si nemo affligitur nisi ob scelus suum, actum est de [illegible] hominis [illegible] in tanta sua miseria, statim erit impius. 33 repurissima. 34 Tunc in foueam immerges me, & abominabuntur me vestes meae [illegible] id faciam, interdum [illegible] cum vita mea sit [illegible] & vestimenta mea abhorrebunt à me tanquam à mortuo [illegible] mortuum non decent vestimenta. 35 Hebr. (nec esset) qui poneret manum suam super nos ambos. 36 quia non sic ego apud me. i. non sum talis qualem me esse putatis. CAP. X. 1 Heb. [illegible] est anima mea in vita mea: relinquam super me querimoniam meam, & loquar in amaritudine animae meae. Reddit rationem [illegible] quae [illegible] Coheret autem sententia huius versus cum praecedentibus, [illegible] inquit [illegible] propterea non [illegible] os meum. i. laxis habenis conquerar [illegible] in amaritudine animae loquar. 2 contendas. i. quare sic me affligas. Secundum rationem carnis loquitur, non spiritus. 3 Heb. An [illegible] tibi (erit) quod opprimas me? i. Numquid proderit tibi, [illegible] plus, &c. 4 i. fauens consilio impiorum fauens, q.d. [illegible] Hic [illegible] argumentatur contra Baldad 5 i. Numquid paruo tempore [illegible] 6 Heb. Secundum [illegible] impium non sum (& tamen non est qui de manu tua eruat) me. Priorem versus partem iungunt Hebraei cum praecedentis versus, sic, Et inquiras de peccato [illegible] sententiam, & [illegible] vt homines corrupti iudicii faciunt: q.d. neque aequum. Quamuis non sim impius, tamen ita me affligis, vt nemo me possit eripere de manu tua.

plasmauerunt me, & in circuitu. *Collatione propriorum beneficiorum & praesentis afflictionis, nimiam seueritatem Dei in se ostendit.* C

8 Manus tuæ fecerunt me, & plasmauerũt me totum in circuitu: & sic repente præcipitas me?

9 Memẽto quæso quòd sicut lutum feceris me, & in puluerem reduces me.

10 Nonne sicut lac mulsisti me, & sicut caseum me coagulasti?

11 Pelle & carnibus vestisti me, *ossibus & neruis compegisti me.

12 Vitam & misericordiam tribuisti mihi, & visitatio tua custodiuit spiritum meum.

13 Licet hæc celes in corde tuo, tamẽ scio quia vniuersorum memineris.

14 Si peccaui, & ad horam pepercisti mihi: cur ab iniquitate mea mundum me esse non pateris?

15 Et si impius fuero, væ mihi est: & si iustus, nõ leuabo caput, saturatus afflictione & miseria.

leana (nominat. casu)

16 Et propter superbiam quasi leænam capies me, reuersúsq; mirabiliter me crucias.

17 Instauras testes tuos contra me, & multiplicas irã tuam aduersum me, & pœnæ militãt in me.

D 18 Quare de vulua eduxisti me? qui vtinã consumptus essem, ne oculus me videret.

19 Fuissem quasi non essem, de vtero translatus ad tumulum.

Pœnitendi spatiũ quærit.

20 Numquid non paucitas dierum meorum finietur breui? dimitte ergo me, vt plangam paululum dolorem meum,

Descriptio mortis.

21 Antequam vadam, & non reuertar, ad terrã tenebrosam, & opertam mortis caligine,

inhabitat.

22 Terram miseriæ & tenebrarum, vbi vmbra mortis, & nullus ordo, sed sempiternus horror inhabitans.

8 *Tuæ manus elaborauerunt me, ac me fecerunt quantus quantus sum: & tamen deuorasti me.*

9 *Cogita quæso quòd me velut argillã finxeris, neq; redacturus sis in puluerem.*

10 *Annon veluti lac fudisti me, & velut caseum me coagulasti?*

11 *Cute & carne vestiuisti me, ossibus etiam & neruis me contexisti.*

12 [12] *Vita & beneficentia me prosecutus es, tuaq;* [11] *prouidentia seruauit meum spiritum.*

13 *Atque hæc in tuo corde reposuisti, nec me fallit* [12] *quòd hæc tuo nutu gerantur.*

14 *Si quid peccaui,* [13] *annotauisti mihi, ne pue sinisti meam iniquitatem abire impune.*

15 *Si quid impiè gessi,* [14] *væ mihi:* [15] *sin colui iustitiã, non tamen audeo caput attollere, satis ac super contumelia affectus, quare meam deiectionem respicias.*

16 [16] *Quæ vtinam inualescat, vt me cen leopardus venareris, iterumq; portentosa calamitate conficias me.*

17 [17] *Producis contra me nouos testes tuos, tuaq; indignationis gladius in me [stringatur,] & malorum inuicem succedentium agmen inuadat me.*

18 *Cur autem eduxisti me ex vtero? vtinam* [18] *exspirassem, vt me nullus oculus aspiciat.*

19 *Vtinam, vt aliquando fui,* [19] *nullus sim: vtinam à ventre ad sepulchrum elatus essem.*

20 [20] *An non dierum meorum portio modica desinet? saltem absistat à me, vt paululum respirem:*

21 *Priusquam in regionẽ tenebris & densissima vmbra obsitam abeo non rediturus:*

22 *Ad regionem obscuram, qualis est caligo & vmbra densissima,* [21] *quæ non habet ordines:* [22] *quumque illuxit, perinde est atq; si caligo eam obtineat.*

7 pariter per circuitũ, & perdes me? i. fecerunt me omnino. q. d. mirum est quod tu me affligas, quum sim opus tuum.
8 & in puluerẽ reduces me? Interrogatiuè legendum.
9 Lique fecisti me. i. veluti liquido lacte fecisti me. Nam semen genitale est candidum & liquidum. Generationem hominis describit.
10 Vitam & misericordiam fecisti mecum. i. membris formatis infudit Deus animam. & quia mirum est fœtũ viuere in aluo matris, adiecit misericordiam. nam misericordia Dei fit vt fœtus viuat in aluo.
11 Heb. visitatio tua. i. constitutio tua.
12 Heb. quòd istud est apud te.
13 in carcerem conijcies me, & ab iniquitate mea non emundabis me? Quanta sit pugna carnis cum spiritu, docet hic Iob. Sunt hic verba carnis non satis patienter ferentis afflictiones. Esto peccauerim, an par sit propterea me perpetuo affligi, nec condonari mihi iniquitatẽ meam? vel pœnas iniquitatis meæ deleas? ita Hebræi.
14 i. maledictus sum.
15 Heb. si verò iustus sum, non attollam (vel, non tamen ausim attollere) caput meum, exsaturatus ignominia, & videns afflictionem meã.
16 Vtinam augeat (dolor meus) & vt leo capias me, et reuerteris, & mi-

CAPVT XI.

A *Sophar iniuste Iob arguit.*

1 R Espondens autem Sophar Naamathites, dixit:

2 Numquid qui multa loquitur, non *audiet? aut vir verbosus iustificabitur?

3 Tibi soli tacebunt homines? & cum cæteros irriseris, à nullo confutaberis?

4 Dixisti enim, Purus est sermo meus, & mundus sum in conspectu tuo.

5 Atque vtinam Deus loqueretur tecum, & aperiret labia sua tibi:

B 6 Vt ostenderet tibi secreta sapientiæ, & quòd multiplex esset lex eius: & intelligeres quòd multò minora exigaris ab eo, quam meretur iniquitas tua.

Deum incomprehensibilem ostendit.

7 Forsitan vestigia Dei comprehendes, & vsque ad perfectum Omnipotentem reperies?

8 Excelsior cælo est, & quid facies? profundior inferno, & vnde cognosces?

9 Longior terra mensura eius, & latior mari.

10 Si subuerterit omnia, vel in vnum coarctauerit, quis contradicet ei? vel quis dicere ei potest, Cur ita facis?

C 11 Ipse enim nouit hominum vanitatem, & videns iniquitatem, nonne considerat?

1 C *Vterespondens Zophar Naamathita, inquit:*

2 *Non respondendum esset ad multitudinem verborum?* [1] *aut homo locutuleius causam vincet?*

3 [3] *Videlicet tibi soli homines tacebunt, vt te sannionem agentem nemo suffundat pudore.*

4 [3] *Dixisti autem,* [4] *Disciplina mea sincera est, & ego purus sum tuo iudicio.*

5 *Sed vtinam Deus loquatur, &* [5] *aduersum te aperiat sua labia:*

6 *Reseratq; tibi arcana sapientiæ: sunt enim Dei iudiciorum* [6] *duo genera: ac hæc scito quòd Deus pœnam iniquitatis tuæ debitam distulit.*

7 *Tune peruestigando inuenires Deum? tune inuenires* [7] *Dei optimi maximi perfectionem consummatam?*

8 [8] *Quo quum altitudo sit cælorum æquet, quid efficies? quum profundior sit inferno, quid intelliges?*

9 *Cuius quantitas longior est terra, & latitudo eius maior quam mare.*

10 *Quis autem remorabitur eum, † variè res versantem, vt alias recludat, alias in publicam notitiam edat?*

11 [9] *Quumq; nouerit homines nihili, cernátq; vanitatem, non consideraret?*

rus apparebis in me, q. d. Optarim vt tu Deus me subito perderes, ita fœlicissimus mihi viderer: at non ita facturus es, sed multis afflictionibus me afficies. 17 Innouabis plagas tuas contra me, & multiplicabis iram tuam mecum, mutationes & exercitus mecum. i. tu nouis plagis cruciabis me vt me perdas, & multiplicabis iram tuam quam concepisti aduersum me: varia & multæ afflictiones me exagitant. Sunt qui legant, Instauras testes tuos: quòd dictio Hebræa vtrumque significet. Dicuntur autem plagæ testes Dei, quod iram ipsius testentur. 18. intestinissem, 19 fuissem tanquam non fuissem. i. vtinam ab vtero periissem, sic videremur non fuisse, qui pro mortuis reputantur. 20 Certè paucum quia sunt dies mei, desine & dimitte me, & confortabo paululum. sub. cor meum vel, confortabor. 21 id est, in qua nullus ordo, sed omnimoda confusio. 22 videlicet sicut caligo, id est, lumen habet simile caligini. Alii legunt, & obscurata est sicut caligo.

CAP. XI. 1 Heb. & an vir labiorum iustificabitur, id est, an garrulitate & loquacitate tua persuadebis te iustum esse? 2 Heb. Nugæ tuæ homines tacere faciunt: & quum subsannes alios, nemo est qui te confundat. i. vincat. 3 sub. Deo. 4 Puri sunt mores mei, & purus sum in oculis tuis. q. d. multum verbis conaris ostendere mores tuos esse puros, etiam Deo iudice. 5 i. aperto ore loquatur tecum. 6 nempe iudicia aperta & occulta. Alii legunt, quia duplo maiora secundum legem (sub. pati deberes) proinde scito quòd Deus latere facit te (aliquid) de iniquitate tua, id est, Deus permittit vt aliquid iniquitatem tuarum te lateat. vel, Scito quòd Deus remisit tibi partem iniquitatum tuarum, sub. pœnarum peccatis tuis debitarum. 7 Omnipotentis. 8 Alii legunt, Altitudinibus cœli quid facies? item profundiorem inferno quomodo deprehendes? i. qua ratione putas te posse deprehendere altitudinem cœli? q. d. si humana assequi non potes, diuina quomodo assequeris? † si exterminare velit, & detrudat in carcerem, aut congreget. sub. in vnum locum. 9 Quia nouit homines vanitatis, & contemplatur vanitatem, & (eum quid) non intelliges. Nouit quàm vani & nequam sint homines, & quàm non curent intelligere quæ Dei sunt.

12 *Attamen vir* [10] *inanis desipit, homoq; nascitur* [vt] *pullus onagri.*

13 *Quòd si tuum cor rectè componet, & ad ipsum* [*Deum*] *manus tuas expandes.*

14 [11] *Si qua vanitas est in manu tua, procul eam abiicito, & non concedito iniquitati domicilium in tuis tabernaculis.*

15 *Tunc enim faciem tuam attolles* [12] *citra vitium, eris, vallo munitus, nec timebis quemquam.*

16 *Obliuisceris enim molestia, vt non magis recorderis quàm praterlabentis aqua.*

17 *Totúmq; tempus* [*vita*] *prastabit serenius quàm meridies:* [13] *aut si obscuritas incidet tibi, rursum clarum manè illucescet.*

18 [14] *In spem summam adduceris,* [15] *& iacebis securus velut fossa circumducta.*

19 *Cubabis denique, vt nemo exterreat, multiq; tibi supplices erunt.*

20 *Oculi autem impiorum* [16] *frustrabuntur, eisque admetur effugium. & spes illorum erit* [17] *vanissima.*

12 Vir vanus in superbiam erigitur, & tanquam pullum onagri se liberum natum putat.

13 Tu autem firmasti cor tuum, & expandisti ad eum manus tuas.

14 Si iniquitatem quæ est in manu tua abstuleris à te, & non manserit in tabernaculo tuo iniustitia:

15 Tunc leuare poteris faciem tuam absq; macula, & eris stabilis, & non timebis.

16 Miseriæ quoq; obliuisceris, & quasi aquarũ quæ præterierunt, recordaberis.

17 ‖ Et quasi meridianus fulgor consurget tibi ad vesperam: & cum te consumptum putaueris, orieris vt lucifer.

18 Et habebis fiduciam proposita tibi spe, & defossus securus dormies.

19 Requiesces, & non erit qui te exterreat: & deprecabuntur faciem tuam plurimi.

20 Oculi autem impiorum deficient, & effugiũ peribit ab eis, & spes illorum abominatio animæ.

Pœnitẽti Deũ misericordem promittit: simul felicitas pii viri describitur.

D

Leuit. 26. a

CAPVT XII.

1 *AD hac respondens Iob, dixit:*

2 [1] *Enimuerò vos estis hominum vniuersitas, & vobiscum sapientia morietur.*

3 *Est & mihi cor non minus quàm vobis,* [2] *neq; cedo vobis vlla in re: quis autem non tenet qua vos iactatis?*

4 [3] *Ridiculosum amici, verum vltionem Dei poscit, qui & annuit, ridere iustum & integrum,*

5 [4] *Lucernam contemptam iudicio hominis opulenti, qua idonea est gressibus dirigendis.*

6 *Pacifica tabernacula pradones habent, & in magna securitate agunt qui* [5] *vel Dei interturbant, quiq; Deum portant manu sua.*

7 *Verùm interroga quaso pecudes, & vnaquaq; docebit te: & volucrem cœli qui* [6] *referet tibi.*

8 *Vel instituo colloquium cum terra, & docebit te, pisces etiam maris narrabunt tibi:*

9 *Quis ignorat* [7] *hac omnia, quòd manus Domini condiderit ista,*

10 *In cuius manu sita est anima omnium qua vita prædita sunt, & spiritus vniuersa humana carnis?*

11 *Annon auris probat sermones, &* [8] *palatum gustat cibos?*

12 *Est in senibus sapientia,* [9] *& longa ætas affert peritiam.*

13 *Cum ipso* [*Deo*] *sapientia est & fortitudo, ei consilium est & peritia.*

14 *Ecce demolietur, quod non ædificabitur: concludet virum, &* [10] *non aperietur* [*ei.*]

15 *Ecce cohibebit aquas, & exarescent: rursúmq; illas demittet, ac terram euertent.*

16 *Cum ipso robur est* [11] *subsistentia,* [*ei* [*subest*]] [12] *errans & decipiens.*

17 *Qui* [13] *consiliarios abducit vt prædam, & iudices vertit in amentiam.*

18 *Qui soluit* [14] *disciplinam regum, & vinculo constringit lumbos eorum.*

19 [15] *Sacerdotes vt prædam abducit, & potentes subuertit.*

1 REspondens autem Iob, dixit:

2 Ergo vos estis soli homines, & vobiscum morietur sapientia?

3 Et mihi est cor sicut & vobis, nec inferior vestri sum: quis enim hæc quæ nostis ignorat?

4 ‖ Qui deridetur ab amico suo sicut ego, inuocabit Deum, & exaudiet eum: deridetur enim iusti simplicitas.

5 Lampas contempta apud cogitationes diuitum, parata ad tempus statutum.

6 Abundant tabernacula prædonum, & audacter prouocant Deum, cum ipse dederit omnia in manus eorum.

7 Nimirum interroga iumenta, & docebunt te: & volatilia cæli, & indicabunt tibi.

8 Loquere terræ, & respondebit tibi, & narrabunt pisces maris.

9 Quis ignorat quòd omnia hæc manus Domini fecerit,

10 In cuius manu anima omnis viuentis, & spiritus vniuersæ carnis hominis?

11 Nónne auris verba diiudicat, & fauces comedentis, saporem?

12 In antiquis est sapientia, & in multo tempore prudentia.

13 Apud ipsum est sapientia & fortitudo, ipse habet consilium & intelligentiam.

14 ‖ Si destruxerit, nemo est qui ædificet: si incluserit hominem, nullus est qui aperiat.

15 Si continuerit aquas, omnia siccabuntur: *si emiserit eas, subuertent terram.

16 Apud ipsum est fortitudo & sapientia: ipse nouit & decipientem, & eum qui decipitur.

17 Adducit consiliarios in stultum finem, & iudices in stuporem.

18 Baltheum regum dissoluit, & præcingit fune renes eorum.

19 Ducit sacerdotes inglorios, & optimates supplantat,

20 Com-

A

Iob quàm sit patiens ostendit.

Prouerb. 14. a

Creatoris potentiã ex creaturis docet.

B

C

Esa. 22. f.

Apoc. 3

* 6

Mutantur status principum vt agnoscantur dona Dei.

10 vanus reddetur, cordatus, quamuis nascatur, &c. i. quamuis homo nascatur excors & expers omniũ sententiarum & omnis cognitionis, vt pullus onagri, tamen per Dei gratiã redditur intelligẽs. 11 [illegible] 12 vel, è macula, eris q. [illegible], nec timebis. Tunc [illegible] [illegible], & mundus coram Deo. 13 vel, splendesces, & sicut mane ipsum eris. Describit fœlicitatem hominis resipiscentis. Tempus matutinum subinde redditur illustrius vsque ad meridiem ita fœlicior redditur resipiscens. 14 vel, Et confides, quod supersit spes: quod si fodias, confidenter dormies. Id est, Confides spẽ magnam reliquam esse tibi: in summa spe omnis boni viues. quòd si fodiendo remaneas in agro, procul à sentoriis tuis, tamen illic in summa securitate dormies. 15 q. d. tantum abest vt aliquid timere debeas. 16 deficiet Iob. præ timore aut expectatione. 17 afflictio animæ.

CAP. XII.

1 Sane (putatis) quòd vos sitis populus. i. specimen totius orbis. 2 Heb. non cado ego à vobis: & cum quo non sunt ista? i. quis talia dicere non possit qualia dixistis? 3 Heb. Sum risus amico eius qui inuocat Deũ, & respondet illi: iustus perfectus est derisio. Derideor, inquit, ab amico hominis fœlicissimi, cui Deus largitur omnia pro voto: qui absoluta iustitia est præditus, derideri solet. 4 Lucernam contemptam cogitationibus opulenti, paratam nutantibus pede. Similitudo [illegible] Quasi [illegible] est velut torris (lignum ardens) & contemptus apud cogitationem hominis [illegible] est velut lignum [illegible] se absumit, & alios perdit, & contemptus [illegible] tanquam ignis [illegible] Tempestati [illegible] Deum [illegible] Abslegunt, qui verè [illegible] Deum [illegible] Idololatris omnia prospera. Argumentatur contra ea quæ dixerat Sophar in fine superioris capitis. 6 Iob sapientiam diuinam [illegible] contemplare ipsas creaturas. 7 de omnibus his. 8 qui vt palatum cibum discernere solet, ita auris sermonem. Oportet sermonem probari [illegible] [illegible] 9 [illegible] authoritatem esse [illegible] Potest hic versus sequenti coniungi, vt dicat, fateor in senibus esse sapientiam, sed tamen non est conferenda cum sapientia [illegible] 10 non [illegible] 11 [illegible] penes illum est robur [illegible] 12 [illegible] errare, & decipi per [illegible] prophetas. 13 [illegible] 14 Heb. vinculum, i. potestatem à tyrannis aufert, & [illegible] populum à tyranno [illegible] liberat, coniectis in vincula tyrannis. 15 Heb. Ducit principes spoliatos, q. d. priuat & spoliat authoritate sua eos qui antea valebant authoritate.

D 20 Commutans labium veracium, & doctrinam senum auferens.

21 Effundit despectionem super principes, & eos qui oppressi fuerant releuans.

22 Qui reuelat profunda de tenebris, & producit in lucem vmbram mortis.

23 Qui multiplicat gentes & perdit eas, & subuersas in integrum restituit.

24 Qui immutat cor principum populi terræ, & decipit eos vt frustra incedant per inuium.

25 Palpabunt quasi in tenebris, & non in luce, & errare eos faciet quasi ebrios.

20 [16] *Fidis hominibus eripit eloquentiam, & iudicium aufert senibus.*

21 *Effundit contemptum in principes, &* [17] *zonam potentum laxat.*

22 [18] *Abstrusa profert in apricum è tenebris, &* [19] *densissimam vmbram educit ad lucem.*

23 *Auget gentes, easque perdit:* [20] *extendit gentes, easq; composuit.*

24 *Adimitq; cor primatibus populi terræ, eosq; facit errare* [21] *per solitudinem inuiam:*

25 *Vt palpent in tenebris, & luce careant, facitq; errare illos tanquam ebrios.*

CAPVT XIII.

A *Ex propriis ipsorum verbis Iob amicos redarguit.*

1 Ecce omnia hæc vidit oculus meus, & audiuit auris mea, & intellexi singula.

2 Secundum scientiam vestram & ego noui: nec inferior vestri sum.

3 Sed tamen ad Omnipotentem loquar, & disputare cum Deo cupio:

4 Prius vos ostendens fabricatores mendacii, & cultores peruersorum dogmatum.

5 Atque vtinam taceretis, vt putaremini esse sapientes.

B 6 Audite ergo correptiones meas, & iudicium labiorum meorum attendite.

7 Numquid Deus indiget vestro mendacio, vt pro illo loquamini dolos?

8 Numquid faciem eius accipitis, & pro Deo iudicare nitimini?

9 Aut placebit ei quem celare nihil potest? aut decipietur, vt homo, vestris fraudulentiis?

10 Ipse vos arguet, quoniam in abscondito faciem eius accipitis.

11 Statim vt se commouerit, turbabit vos, & terror eius irruet super vos.

12 Memoria vestra comparabitur cineri, & redigentur vt lutum ceruices vestræ.

13 Tacete paulisper, vt loquar quodcunque mihi mens suggesserit.

14 Quare lacero carnes meas dentibus meis? & animam meam porto in manibus meis?

C *Agnoscentibus peccata sua fidus promittitur, hypocritis vero condemnatio.*

15 Etiamsi occiderit me, in ipso sperabo: verum tamen vias meas in conspectu eius arguam.

16 Et ipse erit saluator meus: non enim veniet in conspectu eius omnis hypocrita.

17 Audite sermonem meum, & ænigmata percipite auribus vestris.

18 Si fuero iudicatus, scio quod iustus inueniar.

19 Quis est qui iudicetur mecum? veniat: quare tacens consumor?

20 Duo tantum ne facias mihi, & tunc à facie tua non abscondar:

21 Manum tuam longe fac à me, & formido tua non me terreat.

22 Voca me, & ego respondebo tibi: aut certe loquar, & tu responde mihi.

D 23 Quantas habeo iniquitates & peccata, scelera mea & delicta * ostende mihi.

* *mea*

24 Cur faciem tuam abscondis, & arbitraris me inimicum tuum?

25 Contra folium quod vento rapitur, ostendis potentiam tuam, & stipulam siccam persequeris.

1 *EN omnia [hæc] vidit oculus meus, & auris mea audiuit, eaq;* [1] *considerauit.*

2 [2] *Non minorem habeo notitiam quàm vos, nec cedo vobis.*

3 [3] *Verum ad Deum locutus sum, & cum Deo disceptare volui.*

4 *Atqui vos estis mendacii concinnatores, & vniuersi vos inepti* [4] *medici.*

5 *Vtinam penitus taceretis,* [5] *quod sapientia vestra posset attribui.*

6 *Audite quæso argumentationem meam, &* [6] *contentionem meam auscultate.*

7 *An oportet iniquitatem vos* [7] *loqui ob Deum? & eius gratia dolum loqui conuenit?*

8 [8] *An illi gratificati vultu, & pro ipso litigabitis:*

9 [9] *An iuuabit, si vos scrutetur? num illudetis ei, vt illuditur homini?*

10 [10] *Qui certissime vos arguet, si occulte in gratiam cuiusquam d. sc. detis a vestra.*

11 *An non excellentia ipsius terret vos, & illius formido vos inuadit?*

12 [11] *Meminisse oportebat vos similes esse cineri, & corpora vestra, corporibus argillaceis.*

13 [12] *Sinite mihi & ego loquar meo periculo, quicquid tandem sit mihi euenturum.*

14 [13] *Cur, ferrem carnem meam in meis dentibus, & animam meam ponerem in palma mea?*

15 [14] *Si me occisurus esset, non expectarem:* [15] *tantum apud eum disputo de vita mea ratione.*

16 [16] *Ipse autem & mihi saluti est, quum in eius conspectum nullus hypocrita veniat.*

17 *Attente audiatis meum sermonem, & meam* [17] *expositionem [capite] auribus vestris.*

18 [18] *Quum enim causam meam informauero, scio quòd absoluar.*

19 [19] *Quisquis igitur mecū litigaturus est, [is faciat] quandoquidem nunc tacebo, & expirabo.*

20 *Tantum* [20] *duo non mecum agas, túncque à facie tua non abscondar:*

21 *Manum tuam remoue procul à me, & formido tua ne terrefaciat me.*

22 [21] *Et te accusante ego defensoris partes agam: vel ego loquar, & tu mihi respondeto.*

23 [22] *Quantum mihi est iniquitatum & peccatorum? scelus meum & peccatum meum indica mihi.*

24 *Quare abscondis faciem tuam, & me inimicum tuum existimas?*

25 *An folium impulsum* [23] *conteres, & stipulam aridam persequeris?*

16 vel, veracibus, i. reddere solet mutos etiam eloquentissimos. 17 cingulū (vel robur) fortium debilitat. 18 Heb. Reuelat profunda, i. recondita educit è tenebris, abstrusa edit in lucem. 19 i. rem latentissimam reddit conspicuam. 20 vel, dilatat gentes, & reducit eas sub in ocum suum. 21 Hebr. in vanoso & non in via, i. per locum vbi non est iter, & nō per viam.

CAP. XIII. 1 intellexit. 2 Heb. secundū scire vestrum scio et iam ego. 3 Certe ego loquar cum Omnipotente, & opto disputare cum Deo. q. d. scio causam meā iustam, propterea optarim cum rege, non cū mendace disceptare. 4 consolatores intelligit, q. d. ex vestris falsum concluditis, & vanā consolationem affertis. 5 Heb. & erit vobis ad sapientiā. 6 Hebr. lites labiorum meorum i. disceptationem meam. 7 Vt defendatis Deum me affligentem citra iniquitatem? 8 Heb. An faciē eius accipietis? i. an habere respectum personæ quum de Deo agitur? 9 An bonū fuerit ... & ... mentiri ... aliud cogitatis: nū quid vtile vobis fuerit vt scrutetur vos & probet? 10 debetis tueri mendaciis iustitiam Dei, vt solemus aliquando iustitiam amici nostri tueri mendaciis? 10 Hebr. Corripiendo corripiet vos si accipitis faciem in occulto in cogitatione vestra. 11 Heb. Memoriæ vestræ sunt sermones cineris, i. responsiones vestræ pereunt & collabuntur. Quidam per memoriam, famā & nomen intelligunt ... Alii vertunt, Memoriæ vestræ sunt similes cineri, i. memoria vestra tam cito perit quàm cinis. 12 Heb. Tacete à me, & ego loquar, & transeat super me quicquid, q. d. Ne curetis quid mihi eueniat, tantummodo sinite me loqui. 13 i. non sum ita crudelis vt totus perdi velim. Hebraice legitur, Cur aufero carnem meam dentibus meis, & pono animam meam in manibus meis? Conqueritur de sua afflictione. sunt autem verba doloris ac si dicat, Cur cogor præ nimio dolore lacerare carnem meam, ... periculis subire? 14 Si (Deus) interficiat me, non expectabo sub. posthac vllum bonum. Legitur, Etiam sperabo in eum 15 Verumtamen ... vias meas ad faciem eius, i. dabo operam vt ... eum coram eo. 16 Hebraice, ipse erit mihi in salutem: non enim in conspectum eius hypocrita est venturus. ... Spero enim fore mihi auxiliatorem. 17 Heb. annunciationem meā, i. quod dicturus sum vobis. 18 Heb. Ecce nunc ... quòd ego ... i. Si causam meam ex ordine dixero, certo scio quod iustus ... 19 Heb. Quis est qui contendat mecum ... enim tacebo, & expirabo, i. Vtinam esset aliquis qui vellet mecum contendere, nam vos me indicta causa damnastis nunc enim si tacuero, efflabo animam. 20 ... sequuntur. Hebr. Et voca, & ego respondebo. Optionem dat Deo vt sibi vel actoris vel rei partes concedat. 22 Quot mihi sunt iniquitates & peccata? q. d. recense numerum peccatorum meorum. 23 conteris vel, conterere fuit confringere ... aut confringendum ducas

26 [24] *Si ad[illegible] me [illegible] offensas, & iniquitates adolescentia mea [25] [illegible] mihi:*

27 [26] *Et ponis meos pedibus in cippo prohibes ne quo effugiam, qui radicibus pedum meorum vestigia imprimis:*

28 [27] *Quum ipse velut putrida res vetustate consiciendus sim, & sicut vestis qua comeditur à tinea.*

26 Scribis enim contra me amaritudines, & consumere me vis peccatis adolescentiæ meæ.

27 Posuisti in neruo pedem meum, & obseruasti omnes semitas meas, & vestigia pedũ meorum considerasti:

28 Qui quasi putredo consumendus sum, & quasi vestimentum quod comeditur à tinea.

CAPVT XIIII.

1 *HOmo natus mulieris, [1] viuens breuiori tempore, in omnibus suis diebus affatim habens turbarum,*

2 *Vt flosculus oritur & succiditur, fugitq́ velut vmbra, neq́ persistit.*

3 *Aperis etiam oculos tuos super [2] tali, [3] vt me in ius voces?*

4 *Quis [4] proferet purum ex immunda [massa?] ne vnus quidem [proferri poterit.]*

5 *Si dies eius exactè præfiniti sunt, & numerus mensium ipsius penes te est, eiq́ terminos præfixisti, quos præterire non potest:*

6 *Absiste ab illo, [5] vt desinat quum iam grato animo excipiet diem fatalem tanquam mercenarius.*

7 [6] *Ligno enim spes reliqua est quòd repullulet quũ excisum fuerit, teneraq́ propago eius non deficiat:*

8 *Quum radix eius consenuerit in terra, & stirps eius in humo emortuum fuerit.*

9 [7] *Attractu humore aquæ iterum germinat, exhibetq́ frondes decerpendas, vt plantæ solent:*

10 *Et vir languore confectus morietur, [8] & homo expirabit, et nusquam [illegible] fit?*

11 [9] *Cum recedentibus aquis Oceani flumina siccabuntur & arescent:*

12 *Homines post obitum non resurgent, quoad cælum non fit, neq́ expergiscentur & excitabuntur è somno suo.*

13 *Vtinam in sepulchro me recondas, & occultes, donec remittat ira tua, mihiq́ terminum præscribas, ad quem recorderis mei.*

14 *Reuiuiscétne homo, vbi mortuus fuerit? equidem omnibus diebus [10] militia mea præstolabor, donec vicissitudo mea veniat,*

15 [11] *Quando vocanti tibi respondebo, tuq́ opus manuum tuarum expetes.*

16 *Nunc enim gressus meos [12] numeras, [&] non [13] observas peccatum meum.*

17 [14] *Quum [enim] scelus meum consignatum sit, assuisne aliquid iniquitati meæ?*

18 [15] *Terrè mons cadens marcescit, & saxum de loco suo cedit:*

19 [16] *Aquæ excauant lapides, tuq́ summergis alluuionibus tellurem: & spem hominis calamitosi adimis.*

20 [17] *Quum viribus vteris in eo superando, vt mutet faciem suam, & dimittas eum,*

21 [18] *Ignoretq́, an filii ipsius in ampla fortuna sint, & non curet res quum angusta premuntur:*

22 [19] *Tantum dolebit dum carnem suam gestat, animaq́ ipsius mærebit dum in ipso agit.*

1 HOmo natus de muliere, breui viuens tempore, repletur multis miseriis.

2 Qui quasi flos egreditur & conteritur, & fugit velut vmbra, & nunquam in eodem statu permanet.

3 Et dignum ducis super huiuscemodi aperire oculos tuos, & adducere eum tecum in iudicium?

4 ‖ Quis potest facere mundum de immundo conceptum semine? nónne tu qui solus es?

5 Breues dies hominis sunt, numerus mensium eius apud te est: constituisti terminos eius qui præteriri non poterunt.

6 Recede paululum ab eo vt quiescat, donec optata veniat, sicut mercenarii, dies eius.

7 Lignum habet spem: si præcisum fuerit, rursum virescit, & rami eius pullulant;

8 Si senuerit in terra radix eius, & in puluere emortuus fuerit truncus illius,

9 Ad odorem aquæ germinabit, & faciet comã quasi cum primùm plantatum est:

10 Homo verò cum mortuus fuerit, & nudatus atque consumptus, vbi quæso est?

11 Quomodo si recedant aquæ de mari, & fluuius vacuefactus arescat:

12 Sic homo cum dormierit non resurget: donec atteratur cælum non euigilabit, nec consurget de somno suo.

13 Quis mihi hoc tribuat, vt in inferno protegas me, & abscondas me, donec pertranseat furor tuus, & constituas mihi tempus in quo recorderis mei?

14 Putásne mortuus homo rursum viuet? cunctis diebus, quibus nunc milito, expecto donec veniat immutatio mea.

15 Vocabis me, & ego respondebo tibi: operi manuum tuarum porriges dexteram.

16 ‖ Tu quidem gressus meos dinumerasti, sed [b] parce peccatis meis.

17 Signasti quasi in sacculo delicta mea, sed curasti iniquitatem meam.

18 Mons cadens defluit, & saxum transfertur de loco suo,

19 Lapides excauant aquæ, & alluuione paulatim terra consumitur: & homines ergo similiter perdes.

20 Roborasti eum paululũ, vt in perpetuũ trãsiret: immutabis faciem eius, & emittes eum.

21 Siue nobiles fuerint filii eius, siue ignobiles, non intelliget.

22 Attamen caro eius dum viuet, dolebit, & anima illius super semetipso lugebit.

CAP. XV.

C

A *Miseriam vitæ humanæ describit Iob.*

Psal. 50. a

B *Prophetat resurrectionem.*

C

Expectatio sustinet pios donec impetrent quod sperant.

Prouerb. 5. d

[b] *parcas*

D

Æterna mortis pœna.

24 Nam scribis aduersum me amaritudines, i. imponis mihi flagra quæ dolorem animi mihi pariunt.

25 Heb. possidere me facis. i. ascribis mihi quarum iam non recordor amplius.

26 Heb. Et ponis in compede pedes meos, & custodis omnes semitas meas, super radices pedum meorũ excauatum est. Radicem pedũ intelligit extremitatem crurum infimorum. Legi etiam potest, substituit, hunc [illegible] sub. [illegible] omnes [illegible].

27 Quũ ipsum (sub. folium) sicut putredo, quæ vetustate consumitur. Hic versus refertur ad illud, An folium impulsum. q.d. Meum est quod totus sis in conterendo homine qui similis est folio quod vento rapitur, & est sicut putredo, &c.

CAP. XIV.

1 Heb. breuibus diebus, & satur ira. vel, timore, sine perturbatione. i. breui tempore viuit, plenusq́, est perturbationibus.

2 hunc

3 Heb. Et me adduces in iudicium tecum?

4 Heb. [illegible] quis dat [illegible] de corde [illegible]?

5 Et desinet (vitam) donec expetet tanquam mercenarius diẽ [illegible] affligere, cum vita humana sit [illegible] donec peruenerit ad summum tempore [illegible] debit illum [illegible].

6 vel, Deus arbore enim est spes aliqua, 7 Heb. ab odore aquarum germinabit & faciet messem sicut planta [illegible] producet multos ramos, sicut nouellæ plantæ solent. Quidam vertunt, sicut surculos. 8 Heb. at homo morietur, & [illegible] homo [illegible] non reuiuiscet, non postea reuertetur in vitam, sine miraculo. 9 Heb. (vt) Recesserunt aquæ a mari, & [illegible] & non surget, donec non fuerint cæli, non expergiscentur (homines) & non excitabuntur è somno suo. [illegible] humanam aquis decurrentibus quæ nunquam redeunt [illegible]. Vt aquæ [illegible] alueum arentem, [illegible] sic homo moritur, nec resurget [illegible]. 10 vitæ meæ expectarem [illegible] immutatio mea. i. expectarem sortem meam [illegible] meliorem, si mortuus reuiuiscerem ante [illegible].

11 Alii hunc versum à superiori [illegible], Vtinam clames, & ego respondeam tibi [illegible] (perdere) [illegible] Vtinam mihi liceret tecum verba vltro citroq; facere: [illegible] desiderare [illegible] 12 [illegible] morem opificum. 13 [illegible] 14 Obsignata [illegible] aliquid iniquitati meæ. Ac si dicat, Videris esse diligentissimus [illegible] 15 [illegible] mons cadens marcescit, & (vt) rupes (quæ) [illegible] 16 [illegible] spem hominis [illegible]. Comparat [illegible] & gramina & herbæ [illegible] 17 Heb. Praualebis ei in æternum, & [illegible] faciem eius [illegible] à morte faciem eius mutabis, eiiciesq; eum à te per mortem. 18 [illegible] Ac si dicat, [illegible] filii eius [illegible] 19 Heb. [illegible] lugebit. i. Quandiu viuet, dolores sentiet, & [illegible] mortem nihil horum sentiet. His rationibus vult ostendere mortem [illegible] esse [illegible],

CAPVT XV.

Eliphaz arguit Iobum de sapientia & mendicitia arrogantia.

1 RESPONDENS autem Eliphaz Themanites, dixit:
2 Numquid sapiens respondit quasi in ventum loquens, & implebit ardore stomachum suum?
3 Arguis verbis eum qui non est æqualis tibi, & loqueris quod tibi non expedit.
4 Quantum in te est, euacuasti timorem, & tulisti preces coram Deo.
5 Docuit enim iniquitas tua os tuum, & imitaris linguam blasphemantium.
6 Condemnabit te os tuum, & non ego: & labia tua respondebunt tibi.
7 Numquid primus homo tu natus es, & ante omnes colles formatus?
8 Numquid consilium Dei audisti, & inferior te erit eius sapientia?
9 Quid nosti quod ignoremus? quid intelligis quod nesciamus?
Eccles. 18. b
B 10 Et senes & antiqui sunt in nobis multo vetustiores, quàm patres tui.
11 Numquid grande est vt consoletur te Deus? sed verba tua praua hoc prohibent.
12 Quid te eleuat cor tuum, & quasi magna cogitans, attonitos habes oculos?
13 Quid tumet contra Deum spiritus tuus, vt proferas de ore tuo huiuscemodi sermones?
Supr. 4. d
14 Quid est homo, vt immaculatus sit, & vt iustus appareat natus de muliere?
15 Ecce inter sanctos eius nemo immutabilis, & cæli non sunt mundi in conspectu eius.
Describit impiorum maledictionem, quam eam innocenti Iob falsò tribuas.
16 Quanto magis abominabilis & inutilis homo, qui bibit quasi aquam iniquitatem?
17 Ostendam tibi, audi me: quod vidi narrabo tibi.
18 Sapientes confitentur, & non abscondunt
C patres suos,
19 Quibus solis data est terra, & non transiuit alienus per eos.
20 Cunctis diebus suis impius superbit, & numerus annorum incertus est Tyrannidis eius.
21 Sonitus terroris semper in auribus illius: & cum pax sit, ille semper insidias suspicatur.
22 Non credit quod reuerti possit de tenebris ad lucem, circumspectans vndique gladium.
23 Cum se mouerit ad quærendum panem, nouit quòd paratus sit in manu eius tenebrarum dies.
24 Terrebit eum tribulatio, & angustia vallabit eum, sicut regem qui præparatur ad prælium.
25 Tetendit enim aduersus Deum manum suam & contra omnipotentem roboratus est.
D 26 Cucurrit aduersus eum erecto collo, & pingui ceruice armatus est.
27 Operuit faciem eius crassitudo, & de lateribus eius aruina dependet.

1 AD hæc [1] respondens Eliphaz Themanita, inquit:
2 [2] Nam vir sapiens respondendo proferet ventosam scientiam? & orientalis ventus implebit eius ventrem?
3 Afferetque argumenta quæ non [3] congruunt, & sermones quibus [4] nihil efficiat?
4 Fraterea [5] soluis religionem, & preces ad deum prohibes [6]
5 Nam [6] iniquitas instruit os tuum, & linguam calliderum vsurpare tibi placet.
6 [7] Arguat autem [te impietatis] os tuum, & non ego: tuáque labia [8] testimonium reddant aduersus te.
7 [9] Omniúmne hominum tu primus natus es, & formatus es ante colles?
8 Num auscultator fuisti diuinorum arcanorum [10] & sapientia suos terminos vltra te non porrigit?
9 Quid nosti quod nos ignoremus? aut quid intelligis cuius nos simus imperiti?
10 Est & inter nos canus & senex, etiam prouectioris ætatis quam pater tuus.
11 [11] Num dedignaris consolationes diuinas, & res occulta tibi videtur?
12 [12] Quantum seduxit te cor tuum? & quantam elationem animi significant oculi tui?
13 [13] Quia contra Deum erigis animum tuum, proferśque sermones ex ore tuo?
14 [14] Quid est homo, vt [à scelere] purus sit, & vt natus mulieris iustus sit?
15 Ecce in sanctis suis [angelis] [15] firmum opus non produxit [Deus.] ac ne cæli quidem sunt in eius oculis sine macula:
16 Quanto magis homo abominabilis & [16] inutilis, qui veluti aquas imbibit iniquitatem?
17 Explicabo tibi, modo auscultes mihi: & [17] quod perspexi, tibi recensebo,
18 Quod sapientes homines retulerunt, [18] & à maioribus suis acceptum bona fide tradiderunt.
19 Quibus solis [19] permissa fuit rerum publicarum gubernatio, neque infestauit eos hostis.
20 [20] Impius omni tempore sibi adsciscit dolores parturientis fœminæ, & numerus annorum absconditur tyranno.
21 Voces [21] terrificæ [insonant] auribus eius: & quum pax agitur, et superueniens vastator.
22 Non credit se iterum exiturum è tenebris, [22] & è specula prospicit ad gladium.
23 [23] Satagit, vbi vnque panem inueniat: scit [enim] quod suo fato perniciosa tempora accersiuerit.
24 Eumque terrent [24] angustia & circumuallatio, & eum circumdant vt regem consertis gregibus ad prælium.
25 Nam aduersus deum intendit manum suam, & [25] vires promit aduersus Optimum maximum.
26 [26] Qui cum eo concurrens collum inuadet, ac densissimos clypeos conuellet.
27 [27] Nam adeps illius obduxit faciē eius & obesitatem contraxit circum ilia.

CAP. XV.
1 Respōdere pro loqui more Hebraico. Tunc hic qui cœpit Eliphaz dicens.
2 Heb. numquid sapiens loquetur scientiam venti, & replebit vento Orientali ventrem suum? [illegible]

[illegible] sunt consolatores [illegible] quàm vt te consolari possint? an est aliquid secreti quod illapsum sit in animum tuum? 12 Hebr. Cur cepit te cor tuum [illegible] [illegible] Quæ, inquit, dementia cepit te [illegible] [illegible] pro voluntate tua, siue arbitrio tuo respondere Deo [illegible] [illegible] 15 non ponit veritatem [illegible] [illegible] probabo tibi Deum [illegible]

28 [18] *Quare habitat in vrbibus quæ destruuntur, & domos suas non inhabitat, quæ in congeries lapidum vertendæ sunt.*

29 *Non ditescet, neque stabiles erunt illius opes,* [19] *neque ad plenum crescet in terra.*

30 *Nunquam euadet* [20] *tenebras, [&]* [21] *flamma teneram eius propaginem arefaciet:* [22] *abibit autem per indignationem quam ore suo efflat.*

31 [23] *Vanitate [autem] deceptus non fidat [Deo,] quum felicitas eius in contrarium mutatur.*

32 *Absumetur* [24] *ante fatale tempus, & ramus eius non florebit.*

33 *Vt vitis, violenter abiiciet suos,* [25] *botros immaturos, & vt oliua suum florem abiiciet.*

34 *Nam hypocritæ* [26] *congregatio erit solitaria, & ignis deuorabit tabernacula* [27] *muneribus referta.*

35 [28] *Concipiendo molestiam, & pariendo vanitatem, venter eius concinnabit dolum.*

28 Habitauit in ciuitatibus desolatis, & in domibus desertis, quæ in tumulos sunt redactæ.

29 Non ditabitur, nec perseuerabit substantia eius, nec mittet in terra radicem suam.

30 Non recedet de tenebris: ramos eius arefaciet flamma, & auferetur spiritu oris sui.

31 Non credet frustra errore deceptus, quòd aliquo precio redimendus sit.

32 Antequam dies eius impleantur, peribit: & manus eius [a] arescent. — [a] *arefient.*

33 Lædetur quasi vinea, in primo flore botrus eius, & quasi oliua proiiciens florem suum.

34 Cōgregatio enim hypocritæ sterilis, & ignis deuorabit tabernacula eorum qui munera libenter accipiunt. — Esa. 59. a; Psal. 7. d

35 Concepit dolorem & peperit iniquitatem, & vterus eius præparat dolos.

CAPVT XVI.

1 AD quæ respondens Iob dixit:

2 *Sæpius audiui talia, vniuersi estis consolatores* [1] *molesti.*

3 *Quando tandem finis imponetur ventosis verbis?* [2] *aut quid tibi suadet, quum [me] vexas? Possem & ego loqui more vestro.* [3] *si vos eo loco essetis quo ego sum:*

4 [4] *Verba enim aptum fortasse in aduersum, & mouerem caput ut testarer dolorem meum ex vestra miseria.*

5 *Vt si confirmarem ore meo, & consolatio meorum labiorum dolores vestros minueret.*

6 *Ego autem si loquar, dolor meus non minuitur: sine omitto [loqui], & quid decedit mihi.*

7 [5] *Verum iampridem ærumnis onerauit me [Deus] &* [6] *fere cunctas meas facultates stupefecisti.*

8 [7] *Rugis quoque arauisti me, vt testimonii vim habeat, & amissa pristina forma mihi dissimilis sum, ita vt palam arguat me.*

9 *Ira sua lacerat, ac hostiliter mecum agit, frendit in me suis dentibus, hostisque meus oculis suis micat aduersus me.*

10 *Distendunt contra me os suum, &* [8] *contumeliose* [9] *præcidunt maxillam meam,* [10] *& in malis meis voluptatem suam explenerunt.*

11 *Constrictum me Deus* [a] *iniquo tradidit, &* [12] *per impios præcipitauit me.*

12 [13] *Beatus fui, sed disiecit me: ac mea ceruice comprehensa minutatim confregit me: scopum denique me sibi constituit,*

13 [14] *Vt me sagittæ illius vndique feriant, & renes meos dissecet, ac non parcat, & in terram effundat fel meum.*

14 [15] *Ita me vulnerauit, vt continuum vulnus sit, [&] in me fecit impetum sicut gigas.*

15 *Consui saccum super cutem meam: & cornu meum* [16] *depressi humum.*

16 *Facies mea* [17] *intumuit fletu, & palpebras meas obduxit caligo densissima:*

17 [18] *Quum tamen nulla violentia sit in palmis meis & oratio mea sit munda.*

18 [19] *O tellus, ne celes mea scelera capitalia, & non sit*

1 REspondens autem Iob, dixit:

2 Audiui frequenter talia: consolatores onerosi omnes vos estis. — A

3 Numquid habebunt finem verba ventosa? aut aliquid tibi molestum est si loquaris? Poteram & ego similia vestri loqui: atque vtinam esset anima vestra pro anima mea: — A *Austeritate amicorum motus, Iob. suam calamitatem enarrando, sitra iniquitatem pati ostendit.*

4 Consolarer & ego vos sermonibus, & mouerem caput meum super vos.

5 Roborarem vos ore meo: & mouerem labia mea, quasi parcens vobis.

6 Sed quid agam? si locutus fuero, non [a] quiescet dolor meus: & si tacuero, non recedet à me. — [a] *quiescit.*

7 Nunc autem oppressit me dolor meus, & in nihilum redacti sunt omnes artus mei.

8 Rugæ meæ testimonium dicunt contra me, & suscitatur falsiloquus aduersus faciem meam contradicens mihi.

9 Collegit furorem suum in me, & comminans mihi infremuit contra me dentibus suis: hostis meus terribilibus oculis me intuitus est.

10 Aperuerunt super me ora sua, & exprobrantes percusserunt maxillam meam, satiati sunt pœnis meis.

11 Conclusit me Deus apud iniquum, & manibus impiorum me tradidit. — C

12 Ego ille quondam opulentus repentè contritus sum: tenuit ceruicem meam, confregit me, & posuit me sibi quasi in signum.

13 Circumdedit me lanceis suis, conuulnerauit lumbos meos, & non pepercit, & effudit in terra viscera mea.

14 Concidit me vulnere super vulnus, irruit in me quasi gigas.

15 Saccum consui super cutem meam, & operui cinere carnem meam.

16 Facies mea intumuit à fletu, & palpebræ meæ caligauerunt.

17 Hæc passus sum absque iniquitate manus meæ cum haberem mundas ad Deum preces. — D

18 Terra ne operias sanguinem meum, neque

28 Et habitauit vrbes deletas, & domos vbi nō habitabant (prius homines:) quæ &c. vt tendæ erant. i. quas tamquam inhabitabiles vrbes deletas, nomini gratia curauitque instaurari domos quæ collapsæ erant. Duo præcedentes versus iunguntur sequenti, Quia operuit &c. Et habitauit &c. ideo non ditescet &c. 29 Heb. neque tradet terræ consummationem eorū. sub. ædificiorum vel, earum, domorum. i. nō absoluet hominibus regionis ædificia illa quæ cœperat [illegible]. 30 i. afflictiones. 31 i. tribulatio [illegible] potestatem eius absumet. 32 [illegible] ore eius sub Deo. Alii, [illegible] etiam [illegible] qui pinguissimus erat, [illegible] posuit. 33 Qui errat in vanitate, nō credit quod permutatio eius futura sit (mera) vanitas. [illegible]

[illegible] apud Hebræos pro præteritis. Ratio est præcedentis versus, Quia mente & opere sunt improbi, excogitauerant semper aliquam fraudem.
CAP. XVI. 1 vani. 2 Quid [illegible] 3 Heb. si esset anima vestra loco animæ meæ [illegible] caput meum. [illegible] Eliphaz, Tu videris concludere cum [illegible] [illegible]

inueniat in te locum latendi clamor meus:
19 Ecce enim in cælo testis meus, & conscius
meus in excelsis.
20 Verbosi amici mei, ad Deum stillat oculus
meus.
21 Atq; vtinam sic iudicaretur vir cũ Deo, quo-
modo iudicatur filius hominis cum collega suo.
22 Ecce enim breues anni transeunt & semitam
per quam non reuertar, ambulo.

locus vbi lateant querelæ de me.
19 [20] *Nunc etiam ecce testem habeo in cælo, &* [21] *con-*
scium in excelsis.
20 [22] *Quumq́; amici mei rhetorica oratione contra*
me agant, manantibus lachrymis Dei opem imploro.
21 [23] *Is enim palam referet, siquid peccatum est à vi-*
ro contra Deum, & à filio hominis in proximum suum.
22 [24] *Nam anni adnumerati succedunt, ac iter semel*
peragendum ingredior:

CAPVT XVII.

A *Contabescendo, & se patienter præstolari dicit.*

1 SPiritus meus attenuabitur, dies mei breuiabũ-
tur, & solum mihi superest sepulchrum.
2 Non peccaui, & amaritudinibus moratur o-
culus meus.
3 Libera me, & pone me iuxta te, & cuiusuis ma-
nus pugnet contra me.
4 Cor eorum longè fecisti à disciplina, propte-
rea non exaltabuntur.
B 5 Prædam pollicetur sociis, & oculis filiorum
eius deficient.
6 Posuit me quasi in prouerbium vulgi, & ex-
emplum sum coram eis.
ab indignatione. 7 Caligauit ad indignationem oculus meus: &
membra mea quasi in nihilum redacta sunt.
C 8 Stupebunt iusti super hoc, & innocens contra
hypocritam suscitabitur.
mundus (nominat. casu. 9 Et tenebit iustus viam suam, & mundis ma-
nibus addet fortitudinem.
10 Igitur omnes vos conuertimini, & venite, &
non inueniam in vobis vllum sapientem.
11 Dies mei transierunt, cogitationes meæ dis-
sipatæ sunt, torquentes cor meum.
12 Noctem verterunt in diem, & rursum post te-
nebras spero lucem.
D 13 Si sustinuero, infernus domus mea est, & in te-
nebris straui lectulum meum,
14 Putredini dixi, Pater meus es: Mater mea, &
& soror mea, vermibus.
15 Vbi est ergo nunc præstolatio mea, & pati-
entiam meam quis considerat?
16 In profundissimũ infernũ descendent omnia
mea. putasne saltem ibi erit requies mihi?

1 IAm [1] *quidem ago animam, & dies mei ritu lucernæ*
deficiunt, mei sepulchrum manet.
2 [2] *Si non illusores agunt mecum, &* [3] *in mærore quo*
me isti afficiunt, nox transigenda est.
3 [4] *Deponito quæso [pignus,]* [5] *& fideiussorem in cau-*
sa quæ mihi tecum est: [6] *& quis erit, qui mecum sponsio-*
nem faciat?
4 Quia [7] *exclusisti cor eorum ab intelligentia, icirco* [8]
negotium hoc non magnam laudem eis pariet.
5 [9] *Qui amicos numerat inter bona sua, eius filii non*
inuenirent quod expectabant.
6 Nam me quidem [Deus] posuit exemplum popu-
lo, [10] *& celeberrima fama ero in posterum.*
7 Cuius oculus præ indignatione caligat, [11] *meáq;*
membra vniuersa vmbræ similia sunt.
8 Ob quam rem [12] *probi stupebunt, & innocens* [13] *ad-*
uersus hypocrytam excitabitur:
9 [14] *Iustusq; insistet viæ suæ, & innocens magis magisq;*
progreditur.
10 [15] *Tantum vos vniuersi domum redite, & abite*
quæso quandoquidem inter vos nullum sapientem re-
perio.
11 Dies mihi præter eunt, & [16] *conatus mei intercce-*
pti sunt, quæq; animo præsumere possem.
12 [17] *Noctem vertent in diem, & lux subsequetur e-*
uestigio tenebras.
13 [18] *Si expectauero, infernus [tamen est] domus mea,*
& in tenebris straui lectum meum.
14 [19] *Foueam appello patrem meum: & vermem, ma-*
trem & sororem meam.
15 [20] *Vbi est igitur, vbinam spes mea? & spem meam*
quis spectabit?

16 [21] *Quæ si mecum in puluerem demitteretur, vellis sepulchri subsiderent.*

CAPVT XVIII.

A *Baldad reprehendit Iob, quod non audiat bene consulentes, & impii pœnas enarrat.*
Qui.

1 REspondens autem Baldad Suhites, dixit:
2 Vsq; ad quem finem verba iactabitis? In-
telligite prius, & sic loquamur.
3 Quare reputati sumus vt iumenta, & sordui-
mus coram vobis?
4 Qui perdis animam tuam in furore tuo, nũ-
quid propter te derelinquetur terra, & transferen-
tur rupes de loco suo?

1 AD hæc Bildad Suhita respondens, dixit:
2 Quando tandem sermonibus imponetis finem?
[1] *intelligite, & postea loquamur.*
3 Quare similes pecori æstimamur, [2] *& vobis obstina-*
ti videmur?
4 Tu qui [3] *per furorem,* [4] *discerpis animam tuam*
[4] *deserceturne terra propter te, & rupes è loco suo ce-*
det?

20 Etiam nunc hanc. 21 testem in excelsis, sub. habeo. ... in cælo qui possit reddere testimonium innocentiæ meæ. 22 Hebr. [illegible] colloquutores mei amici mei, ad Deum lachrymatur oculus meus i. O amici mei qui loquimini & disseritis mecum, ad Deum lachrymas fundo qui testis est innocentiæ meæ, non ad vos qui cupitis eam labefactare. 23 Heb. (Vtinã) & disceptare possit homo cũ Deo, vt filius hominis cum socio suo. 24 Quia anni numero aduenient, & semitã ambo, non reuertar, id est, anni illi pauci quibus adhuc victurus sum, aduenient, q.d. breui moriturus sum.
CAP. XVII. 1 Hebr. Spiritus meus corruptus est, & dies mei sunt præcisi, sepulchra mihi. H. e. Omnes vires corporis mei sunt fractæ, & dies vitæ meæ præcisi sunt, sepulchra me manẽt, id est, breui sepeliar. 2 Si non impostores (sint) mecum. Subaudienda est aliqua dictio, Dispeream, aut similis. [illegible] mihi imponere. [illegible] volunt persuadere mihi me esse peccatorem. Quia Hebræorum exponunt, Non optarem vt Deus mecum disceptaret, nisi illi impostores essent. 3 & oculus meus commoratus est dum illi exacerbarent me. i.

conspicatus est irritationes eorum. 4 Heb. Appone nunc, Sup. cor tuum, id est, aduerte quæso animum verbis meis. 5 da mihi fideiussorem mecum, id est, fide iubeas mecum disceptaturus. 6 Heb. quis est qui tangas manum meam, id est, quis est qui tactu manus meæ polliceatur mihi Deum mecum disceptaturum? nam cũ illis disceptare nolo, quod sint stulti. 7 Heb. abscondisti, q.d. priuasti sensu communi mentem & animum eorum, stulti sunt. 8 Heb. non exaltabis. Iste versus sequenti iungitur, Non exaltabis eum qui renunciabit, &c. 9 Heb. (eum) qui renunciabit cogitatus suos adulandi causa: & oculi filiorum eius deficient, id est, non exaltabis eum qui adulando [illegible]

[illegible]

5 [7] *Certè [8] lux impiorum extinguitur, neq; splendet*
[7] flamma ignis [8] ipsius.
6 *In [9] eius tabernaculo lumen obtenebrescet, ac lucer-*
na eius [10] qua lucet ei, extinguetur.
7 *[11] Gressus virtutis illius angusti erunt, [12] sumq;*
consilium deiiciet eum.
8 *Quia missus est suis pedibus in rete, & [13] iuxta im-*
plicitam sepem obambulat.
9 *Laqueus comprehendet calcaneum illius, cúmq; [14]*
sitibundus superabit.
10 *Eius funis in terra est absconsus, & decipula eius*
in semita.
11 *Vndiq; terrebunt eum pauores, & [15] quocunq; gra-*
ditur, comminuent eum.
12 *[16] Famelica erit virtus eius, & [17] pernicies ei parata*
est ab vtroq; latere.
13 *[18] Deuorabit vectes cutis sua, deuorabit vectes eius*
primogenitus mortis.
14 *[19] Euelletur ipsius tabernaculo idem potissimum fi-*
debat, eaq; res abducet eum ad regem terrorum.
15 *[20] Habitabit in tabernaculo eius nulla propinquita-*
te attingens eum, & sulphur [21] spargetur in vasa eius.
16 *Inferne radices illius exarescent, & superne [22]*
messis eius succidetur.
17 *Memoria eius interibit de terra, neq; famam cele-*
brem habebit in platea.
18 *[23] Propellent eum [24] ex luce ad tenebras, & ex orbe*
illum fugabunt.
19 *Non filium neq; nepotem habebit in populo suo,*
non superstitem in suis domicilijs.
20 *Stupefient posteri [25] ad fatum illius, & [26] priores in-*
uasit horror.
21 *Atq; hæc tabernacula [27] dumtaxat impij sunt, &*
is est locus ignorantis Deum.

5 Nónne lux impii extinguetur, nec splendebit
flamma ignis eius?
6 Lux obtenebrescet in tabernaculo illius: & lu- B
cerna quæ super eum est, extinguetur.
7 Arctabuntur gressus virtutis eius, & præcipi-
tabit eum consilium suum.
8 Immisit enim in rete pedes suos, & in maculis
eius ambulat.
9 Tenebitur planta illius laqueo, & exardescet
contra eum sitis.
10 Abscondita est in terra pedica eius, & decipu-
la illius super semitam.
11 Vndiq; terrebunt eum formidines, & inuol-
uent eum pedes eius.
12 Attenuetur fame robur eius, & inedia in- C
uadat costas illius.
13 Deuoret pulchritudinē cutis eius, & con-
sumat brachia illius primogenita mors.
14 Auellatur de tabernaculo suo fiducia eius, &
calcet super eum, quasi rex interitus.
15 Habitent in tabernaculo illius socii eius qui
non est, aspergatur in tabernaculo eius sulphur.
16 Deorsum radices eius siccentur, sursum autē D
atteratur messis eius.
17 Memoria illius pereat de terra, & non cele- Prouerb. 2. d.
bretur nomen eius in plateis.
18 Expellet eum de luce in tenebras, & de [a] vr- [a] orbe.
be transferet eum.
19 Non erit semen eius, neque progenies in po-
pulo suo, nec vllæ reliquiæ in regionibus eius.
20 In die eius stupebunt nouissimi, & primos
inuadet horror.
21 Hæc sunt ergo tabernacula iniqui, & iste lo-
cus eius qui ignorat Deum.

CAPVT XIX.

1 *AD hæc respondens Iob, dixit,*
2 *Quamdiu cruciabitis animum meum, & ser-*
monibus [1] conteretis me?
3 *Iam decies [2] contumelia mihi intulistis: [3] an non*
pudet vos quod prorsum alios mihi vos exhibetis?
4 *[4] Etenim si omnino erro, constat mihi ratio, qua in*
errorem abduxit.
5 *[5] Quod si omnino magnum quiddam in me oppugnan-*
do efficere conamini, & per calamitatem meam, vestram
intentionem fulcire:
6 *Scitote nunc, quod deus [6] me potentia sua premat,*
quodque suo [7] instrumento venatorio circumdederit
me.
7 *[8] Si clamem vim inferri mihi non respondetur mi-*
hi. Si vociferer, non retineo ius meum.
8 *Semitam [eius in] meam sepsit, vt euadere nequeam,*
& viis meis offudit tenebras,
9 *Detraxit mihi [9] gloriam meam, & [10] coronam mei*
capitis abstulit.
10 *[11] Euertit me circumquaq; [12] vt peream, abstulitq;*
spem meam [13] vt [euulsa] arbor.
11 *Exarsit in me ira illius, meq; habet in bestiarum numero.*

A Iob flagella sua & miser. ac deserbens, asserit se non ob impietatem esse pati.

1 Respondens autem Iob, dixit,
2 Vsquequo affligitis animam meam, & at-
teritis me sermonibus?
3 En, decies confunditis me, & non erubescitis
opprimentes me.
4 Nempe etsi ignoraui, mecum erit ignorantia
mea.
5 At vos contra me erigimini, & arguitis me op-
probriis meis.
6 Saltem nunc intelligite quia Deus non æquo
iudicio afflixerit me, & flagellis suis me cinxerit.
7 Ecce clamabo vim patiens, & nemo audiet:
vociferabor, & non est qui iudicet.
8 Semitam meam circumsepsit, & transire non
possum, & in calle meo tenebras posuit.
9 Spoliauit me gloria mea, & abstulit coronam
de capite meo.
10 Destruxit me vndiq;, & pereo, et quasi euul- [a] arborem.
sæ [a] arbori abstulit spem meam.
11 Iratus est contra me furor eius, & sic me ha-
buit quasi hostem suum.

5 Priam. [illegible] prudentia. [illegible] ignis [illegible] & consilium. [illegible] Heb. super [illegible] 14 [illegible] 16 [illegible] 17 constructio para [illegible] 18 Absumet [illegible] membra eius [illegible] Alii primas infirmitates quæ illi obuenerunt.

19 Heb. Abit[illegible] de tentorio eius spes eius & incedere faciet eum ad &c. Sub. consilium eius. Id est, peribunt liberi & opes eius in quibus confidebat: & proprio consilio deuenient in potestatem res maxime terribiles. 20 Heb. Habitabit in tentorio [illegible] tentorium illud factum sit rebus non pertinentibus ad ipsum, sed ex rapina. 21 [illegible] peribit igni tabernaculum [illegible] vitā ad mortem. 25 Heb. super die eius, i. ob casum eius. 26 i. præsentes qui viuunt tempore Iobus. 27 vel, certe sunt [illegible] ignorantibus Deum.

CAPVT XIX. 1 conficietis, attenuabitis, attereritis. 2 confudistis me i. iam satis sæpe [illegible] sæpius conati estis falsis argumentationibus me confundere, & ostendere impium. 3 non erubescitis, perfricuistis frontem mihi, [illegible] 4 [illegible]
5 Heb. [illegible] & arguendo concludere velitis peccatorem me esse, & [illegible] 6 Heb. [illegible] 7 [illegible] 8 Heb. Ecce clamabo [illegible] & non respondebitur, clamabo, & non erit [illegible] 9 [illegible] suam vocat opes [illegible] me opibus meis.
10 [illegible] liberos meos. [illegible] Prouerb. Corona [illegible]
11 Destruxit [illegible]
12 & abstulit [illegible] 13 tanquam arborem. Sub. spem, id est, priuauit me omni spe mea vt arbor destituitur spe sua si euellantur radices eius omni ex parte.

12 Simul

12 Simul venerunt latrones eius, & fecerunt sibi viam per me, & obsederunt in gyro tabernaculum meum.
13 Fratres meos longe fecit à me, & noti mei quasi alieni recesserunt à me.
Derelictus à propinquis. 14 Dereliquerunt me propinqui mei: & qui me nouerant obliti sunt mei.
C 15 Inquilini domus meæ, & ancillæ meæ sicut alienum habuerunt me, & quasi peregrinus fui in oculis eorum.
16 Seruum meum vocaui, & non respondit, ore proprio deprecabar illum.
17 Halitum meum exhorruit vxor mea, & orabam filios vteri mei.
18 Stulti quoq; despiciebant me: & cum ab eis recessissem, detrahebant mihi.
19 Abominati sunt me quoniā consiliarii mei: & quem maxime diligebam, aduersatus est me:
aduersatus est mihi. 20 Pelli meæ, consumptis carnibus, adhæsit os meum, & derelicta sunt tantummodo labia circa dentes meos.
21 Miseremini mei, miseremini mei, saltem vos amici mei quia manus Domini tetigit me.
Dei. 22 Quare persequimini me sicut Deus, & carnibus meis saturamini?
D 23 Quis mihi tribuat vt scribātur sermones mei? quis mihi det vt exarentur in libro.
24 Stylo ferreo, & plūbi lamina, vel celte sculpantur in silice?
certe *Vaticiniū Job de generali resurrectione.* 25 Scio enim quòd Redemptor meus viuit, & in nouissimo die de terra surrecturus sum:
26 Et rursum circumdabor pelle mea, & in carne mea videbo Deum:
27 Quem visurus sum ego ipse, & oculi mei cōspecturi sunt, & nō alius, reposita est hæc spes mea in sinu meo.
28 Quare ergo nunc dicitis, Persequamur eum, & radicem verbi inueniamus contra eum?
iniquitatis. 29 Fugite ergo à facie gladii, quoniam vltor iniquitatum gladius est: & scitote esse iudicium.

12 Simul venerunt milites eius, & viam muniuerunt aduersum me, & castra posuerunt circum meo tabernaculo.
13 Fratres meos abstraxit à me, quiq; me nouerant, etiam alienos se mihi offerunt.
14 Propinqui mei deseruerunt me, & necessarii mei obliti sunt me.
15 Familiares mei & ancillæ meæ censent me peregrinum, eis videor externus.
16 Quum voco seruum meum, & ore meo peto ab eo aliquod officium, non respondet mihi.
17 Halitus meus offendet vxorem meam, filiis etiam ventris mei supplex sum.
18 Etiam homines nequam aspernantur me: [quibus] quum assurgo, iaciunt in me scommata.
19 Omnes amici intimi abominantur me, & quos dilexi aduersantur mihi.
20 Cuti & carni meæ adhæret os meum, & quasi dentium meorum cute comito.
21 Benignum mecū agite, benignum mecum agite vos amici mei, quoniam diuina manus tetigit me.
22 Quare me persequimini vt Deus? & carne mea non saturamini?
23 Vtinam scribantur mei sermones, vtinam in libro exarentur.
24 Styloq; ferreo incidantur in plumbum aut saxum, quæ perpetuo durent.
25 Noui & ego quòd vindex meus viuit, & nouissimo [tempore] adhibebit suam vim pulueri.
26 Post [illegible] vero cir. [illegible] dederint hoc mea cute, spectabo Deum è carne mea.
27 Quem ego mihi contemplabor, & oculi mei videbunt, & non alius: quod votum meum est desiderium.
28 Nam [olim] dicetis, Cur eum persequebamur, in quo fundamenta negocii [salutis] deprehendebantur?
29 Timete igitur gladium vobis imminentem, quia ira iniquitatis, [iniquitas parit] vltionem Dei: quoniam intelligetis esse iudicem.

14 copiæ eius, & exercitus tribulationum missarum ab eo, inuaserunt me.
15 attriuerunt viam suam super me, i. tam frequentes inuaserunt me tribulationes, vt eā quasi tritam reddiderint more trāseuntium.
16 deserunt me. sub. visitare & consolari.
17 Heb. Habitatores dom' meæ.
18 depreco. vel, peto beneficium illis offēdit. Deo nobis irato, omnia nobis esse contraria.
19 Heb. & gratificatus sum propter filios ventris mei. i. quamuis illis fuerim gratificatus propter filios ventris mei, hoc est vt ex ea susciperem liberos. q. d. ob rem honestam, vt ex ea aliquos procreem liberos.
20 viri secreti mei. i. quotquot olim erant mihi a secretis.
21 Singulare pro plurali. Redactus sum ad extremā maciem.
22 Heb. & seruatus sum in cute dentium meorū. q. d. sola cutis qua teguntur dentes mei, illæsa remansit, & integra.
23 i. calumnia mea. q. d. iounde calumniatris [illegible] me, iam desiste obsecro.
24 q. d. tantum abest vt credam verba mea quib. fuerit iustitiam meam, esse falsa, vt cupiam [illegible] in materia incorruptibili.
25 nouissimus super terram [illegible] [illegible] quod fit futurus [illegible] nouissimus, hoc est qui in æternum sit victurus.

CAPVT XX.

A *Hic dicit Sophar impios in hoc mundo florere, sed ad tempus*
1 Respondens aut Sophar Naamathites, dixit,
2 Idcirco cogitationes meæ variæ succedūt sibi, & mens in diuersa rapitur.
3 Doctrinam qua me arguis audiam, & spiritus intelligentiæ meæ respondebit mihi.
4 Hoc scio à principio, ex quo positus est homo super terram:
5 Quòd laus impiorum breuis sit, & gaudium hypocritæ ad instar puncti.
6 Si ascenderit vsq; ad cœlum superbia eius, & caput eius nubes tetigerit:
7 Quasi sterquilinium in fine perdetur: & qui eum viderant, dicent, Vbi est?
B 8 Velut somniū auolans non inuenietur, transiet sicut visio nocturna.

1 Ad hæc respondens Zophar Naamathita, dixit:
2 Igitur cogitationes meæ impellunt me ad respondendum, & propterea in me festinatio exstitit.
3 Audiam tamen ex te correptionem con. [illegible] cū mea ignominia: tametsi me conscientia hoc consolabitur.
4 Nonne scis illud omnibus seculis obseruatū, ex quo [Deus] imposuit terræ homines:
5 Quod iubilatio impiorum cito finiatur, & lætitia hypocritæ sit temporaria?
6 Si exaltatio ipsius in cælum vsq; ascenderit, suūq; caput extulerit vsq; ad nubes:
7 Peribit tamen tandē vt ipsius stercus: & qui [paulo ante] videbant eum, dicent, Vbinam is est?
8 Auolabit vt somnium, & non reperient eum, & fugabitur vt visio nocturna.

26 Demonstratiuum est HOC: quòd ob deformitatem summam, non liceret corpus dicere. Et circumdederint. i. Pater, Filius, & Spiritus sanctus. Alii vertunt, Et post pellem meā, [illegible] (dolores mei) hoc: & ex carne mea videbo Deū meū, ac si dicat, Scio Deum meū æternū, nihilominus deprehendo doloribus eum [illegible] afflige [illegible] pellem meam contritam, dolores [illegible] etiam istud, id est ossa [illegible] & ex afflictione quam sentio in carne mea, video Deum. [illegible] Deum esse [illegible] 27 [illegible] aliquando fruar: hac spe sum in media tribulatione. 28 Heb. [illegible] in sinu meo [illegible] 29 Quin dicitis, Quare persequemur eum, quum radix [illegible] in me, hoc est, quum reuera sim innocens? [illegible] Cur non desistis apud vos. Iam satis [illegible] 30 Timete vobis à [illegible] gladii, quia ira est [illegible] fore iudicium. Id est Timete vobis à supplicio gladii, quia prouocatio ad iram dicta meritum prouenit ex iniquitatibus, quia solent puniri gladio. Hæc dico, vt sciatis futurum aliquando iudicium quo tale peccatum punietur.

CAPVT XX.

1 Vertendum, Tunc cœpit loqui. Non enim respondet his quæ Iob dixerat capite superiore: sed his quæ dicta erant ab Iobo cap. 12. dixerat enim in summa pace viuere homines improbos qui alios depopulantur [illegible] nunc Sophar. 2 Sane. Hic ponitur exordium more [illegible], Verum quidem est impios florere [illegible] hoc seculo, sed hoc ad tempus. 3 [illegible] sequenti, hoc modo, Et propterea quod sentiam in me Castigationem ignominiæ meæ (quam) [illegible] & spiritus intelligentiæ meæ [illegible] Sic habent Hebræa. Duabus causis (inquit) cogor tibi respondere: partim propter ignominiam qua me affecisti, quæ male me habeat ignominia [illegible] etiam doctrina illa meam me cogit, quòd [illegible] me satis habere doctrinæ & eruditionis vt tibi respondeam. 4 Heb. est à propinquo [illegible] refertur. q. d. non diu est [illegible] fruitur. 5 ad momentum, ad punctum temporis. 6 idest si quando in summa dignitate constituatur. 7 & caput eius nubem attingat 8 in perpetuum.

9 Heb. neque eû [illegible] congregatio illa in qua habitabat: ita Hebræi exponunt.
10 i. vsque adeo miseri erunt, vt cogantur placare [illegible] fortuna hominum. [illegible] rediguntur.
11 Heb. [illegible] ossa [illegible] vel, robur [illegible] quod vi ac violentia cepuit pauperibus.
12 Heb. ossa eius repleta sunt occultis ipsius. & cum eo iacebit (sub. iniquitas eius) in puluere. i. culta ipsius vocat peccata q admisit in adolescentia sua. q.d. prætereà ita decet eum Deus, vt non conuertatur, sed moriatur in peccatis suis.
13 Si dulce fuerit in ore eius malum. (&) abscondent illud sub lingua sua vt [illegible] occultare [illegible] sub lingua [illegible].
14 [illegible] pepercerit illi, neque dereliquerit illud, sed potius retinuerit in medio palati sui. Si cæpere placuerit illi malum, quæ [illegible] palato.
15 vertetur: fel aspidum in medio illius. Panis, inquit, illi[illegible] naturam contrariam, neque nocuus & erit ei velut venenum aspidum intra eum.

9 *Oculus qui eum intuitus est, non iterum videbit, neque amplius cernent eum [homines] sui loci.*

10 *Liberi eius plicabunt pauperes, & manus illius restituent opes per vim ademptas.*

11 *Adolescentia vitia tenacissime illi inhærent, eumque comitantur ad [sepulchri] puluerem.*

12 *Quumque malum dulcescat in ore illius, recondit ipsum sub lingua sua:*

13 *Ei parcet, vt non dimittat, idque detrusit in medio palato suo.*

14 *Panis eius in visceribus ipsius vertitur in bilem aspidum intra illum.*

15 *Opes deuorat quas vomemet, [Deo] extrahente illas ex ventre ipsius.*

16 *Venenum aspidum suget, eumque occidet lingua viperæ.*

17 *Non videbit riuos fluminum torrentium mellis & butyri.*

18 *Qua labore acquisiuit, reddet, minimeque deuorabit. velut merces permutatorias, nec illis gaudebit.*

19 *Attriuit enim, & reliquit pauperes: domumque diripuit, nec ædificauit eam.*

20 *Non sentiet in ventre suo quod opulentus est, neque conseruare poterit res optatas.*

21 *Cibo illius non aderit vis nutriendi, quocirca bonum ipsius instabile est.*

22 *Etsi rebus omnibus affatim abundet, angitur tamen, & omnibus partibus laboriosi hominis fungitur.*

23 *Esto autem vt impleat ventrem suum [Deus tamen] immittet in eum feruorem iræ suæ, & depluet in eum, [&] in cibum illius.*

24 *Eumque fugientem arma ferrea excipiet arcus chalybeus.*

25 *Strinxit gladium qui corpus transfigat, ac micet per fel a iactus, eique occurrant res terrifica.*

26 *Vniuersa tenebræ repositæ sunt in locis illius abstrusis: quem ignis deuorat non follibus excitandus, [&] quicquid est residuum in domo ipsius, malo inuoluitur.*

27 *Cæli prodent illius iniquitatem, terraque in eum insurget.*

28 *Prouentus domus eius, quando iram suam Deus premet, migrabit vt aqua effusa.*

29 *Hæc impii hominis sors est ex Deo, & præmium paratum a Deo ipsius blasphemiis.*

9 Oculus qui eum viderat, non videbit: neque vltra intuebitur eum locus suus.

10 Filii eius atterentur egestate, & manus illius reddent ei dolorem suum.

11 Ossa eius implebuntur vitiis adolescentiæ eius, & cum eo in puluere dormient.

12 Cum enim dulce fuerit in ore eius malum, abscondet illud sub lingua sua. abscondet

13 Parcet illi, & non derelinquet illud, & celabit in gutture suo.

14 Panis eius in vtero illius vertetur in fel aspidum intrinsecus.

15 Diuitias quas deuorauit, euomet, & de ventre illius extrahet eas Deus. C

16 Caput aspidum suget, & occidet eum lingua viperæ.

17 Non videat riuulos fluminis, torrentes mellis, & butyri.

18 Luet quæ fecit omnia, nec tamen consumetur: iuxta multitudinem adinuentionum suarum, sic & sustinebit:

19 Quoniam confringens nudauit pauperis domum: rapuit, & non ædificauit eam. pauperes domum.

20 Nec est satiatus venter eius: & cum habuerit quæ concupierat, possidere non poterit. Eccles 5.c

21 Non remansit de cibo eius, & propterea nihil permanebit de bonis eius.

22 Cum satiatus fuerit, arctabitur, æstuabit, & omnis dolor irruet super eum.

23 Vtinam impleatur venter eius, vt emittat in eum iram furoris sui, & pluat super illum bellum suum.

24 Fugiet arma ferrea, & irruet in arcum æreum. D

25 Eductus, & egrediens de vagina sua, & fulgurans in amaritudine sua: vadent, & venient super eum horribiles. Gladius eductus.

26 Omnes tenebræ absconditæ sunt in occultis eius: deuorabit eum ignis qui non succenditur: affligetur relictus in tabernaculo suo.

27 Reuelabunt cæli iniquitatem eius, & terra consurget aduersus eum.

28 Apertum erit germen domus illius, detrahetur in die furoris Dei.

29 Hæc est pars hominis impii à Deo, & hæreditas verborum eius à Domino.

CAPVT XXI.

1 *AD hæc respondens Iob, dixit:*

2 *Attentius meos sermones audite, idque pro consolatione vobis imputabitur.*

3 *Ferte me, & ego loquar: & postquam locutus fuero, sannis exagitate.*

1 RESpondens autem Iob, dixit: A

2 Audite quæso sermones meos, & agite pœnitentiam.

3 Sustinete me, vt & ego loquar: & post mea, si videbitur, verba ridete.

4 Num-

16 Heb. facultates deuorauit, quas euomet: de ventre eius expellet illas sub. Deus. 17 Id est. Venenum hauriet quo morietur: cogetur tandem restituere res furto ablatas. & tandem male peribit. 18 Hoc est, in magna rerum copia egebit. Verti potest, Non videbit riuos & fluuios torrentium mellis, &c. Per mel & butyrum, intellige res omnes suaues quæ habentur in deliciis. Per riuulos, copiam & abundantiam. q.d. omnia faciet vt res aliquas suaues, quas nunquam asse quetur. 19 Heb. Restituet laborem, & non deuorabit illum, iuxta facultates permutationis eius, & non gaudebit. i. Restitutionem faciet ex opibus suo labore parti, nec fruetur labore illo [illegible] restitutionem inquam faciet iuxta mensuram facultatum quas vi aut furto abstulit ab aliis, neque fruetur labore suo.

20 id est, Adeo attriuit res aliorum, vt eos ad paupertatem redegerit: diripuitque domum quam non ædificauerat.

21 Sane non agnoscet tranquillum in ventre suo non seruabit de desiderabili suo. Non solum, inquit, priuabitur labore suo, sed & sentiet ægritudines mirabiles in corpore suo, nec quicquam eorum quæ habet in deliciis, seruabit sibi. 22 Heb. Non est reliquum quippiam ad comedendum illud: propterea non prosperabitur bonum eius. i. el Nullæ sunt reliquiæ quæ comedi possint: propterea non multiplicabuntur bona eius. i. Redigetur ad summam paupertatem.

23 Heb. Cum implebitur sufficientia eius, arctabitur: omnis manus iniqui (vel, hominis parati ad iniuriam inferendam) eueniet illi. i. Cum habebit quod sufficiat ei ad vitam tuendam, incidet tamen in angustias: & inuadent eum omnes iniqui parati ad iniuriam inferendam.

24 Heb. Erit ad implendum ventrem eius. Subaudiendum si. si fuerint illi opes quibus explere possit ventrem. 25 Sub. infinita mala.

26 in corpus eius. Iob inimicis simulat se videntur. q. [illegible] 27 Heb. Extrahet sagittam (aliquis) & exibit è pharetra, & [illegible] ex felle eius, & venient super eum terrores. sub. mortis. Præterita [illegible] apud Hebræos pro futuris. Adeo, inquit, [illegible], vt cum primum extraxerit quis sagittam e pharetra, [illegible] eas sagitta, quæ tingetur felle eius: timeatque sibi, sentiens se vicinum morti. Alii de ense, non de sagitta exponunt. Protinus vbi aliquis euaginauerit gladium, transmittet eum in corpus ipsius, qui tinctus felle ipsius exibit ex ipso corpore.

30 Heb. Omnes tenebræ sunt reconditæ occultis illius: deuorabit illum ignis non excitatus: atteretur superstes in tentorio eius, id est, Omnia mala eum manent propter occulta peccata eius: deuorabit eum ignis diuinus qui follibus non excitatur, contererentur quotquot superstites fuerint in tabernaculo eius.

31 Vel per futurum, prodent, & insurget. i. terra in perniciem eius multa producet, aut denegabit ei fructum.

32 Germen domus eius. i. posteritas eius alio demigrabit. 33 i. Hæc sunt quæ impius expectare debet à Deo pro sua portione.

34 Heb. & (hæc est) hæreditas sermonis illius de Deo. i. Hæc est merces quam reportat ipsi propter suas in Deum blasphemias.

CAPVT XXI.

2 Hebr. Audite audiendo sermonem meum: & erit hoc consolationes vestræ. i. Attente me audite, & hoc vestrum silentium erit mihi vice magnæ consolationis.

Impiorum prosperitatē Iob enarrat. Sed autem argumētatur, Si iustitia Dei postulat vt neminem affligat, nisi aliquo scelere meritus sit: postulat etiam vt nullum scleratum impune dimittat.

4 Numquid contra hominem disputatio mea est,
vt meritò non debeam contristari?
5 Attendite me, & obstupescite, & superponite
digitum ori vestro.
6 Ego quando recordatus fuero, pertimesco, &
concutit carnem meam tremor,
7 Quare ergo impii viuunt, subleuati sunt, confortatiq; diuitiis?
8 Semen eorū permanet coram eis, propinquorum turba, & nepotum in conspectu eorum:
9 Domus eorum securæ sunt & pacatæ, & non
est virga Dei super illos.
10 Bos eorum concepit, & non abortiuit: vacca
B peperit, & non est priuata fœtu suo.

Sed multi impii fœlicissime viuunt. Quo igitur concindi... me impetum, quod affligar?

11 Egrediuntur quasi greges paruuli eorum, &
infantes eorum exultant lusibus.
12 Tenent tympanum, & citharam, gaudent ad
sonitum organi.
13 Ducunt in bonis dies suos, & in puncto ad
inferna descendunt.
14 Qui dixerunt Deo. Recede à nobis, & scientiam viarum tuarum nolumus.

Iere. [illegible] 2. Abac. 1. a. Mal. 3. d.

15 Quis est Omnipotēs, vt seruiamus ei? & quid
nobis prodest si orauerimus illum?

Quid. *Eorundem repentinum interitum describit*

16 Verumtamen quia non sunt in manu eorum
bona sua, consilium impiorum longe sit à me.
17 Quoties lucerna impiorum extinguetur, &
C superueniet eis inundatio, & dolores diuidet furoris sui?
18 Erunt sicut paleæ ante faciem venti, & sicut
fauilla quam turbo dispergit.
19 Deus seruabit filiis illius dolorem patris, &
cum reddiderit, tunc sciet.
20 Videbunt oculi eius interfectionem suam, &
de furore omnipotentis bibet.
21 Quid enim ad eum pertinet de domo sua post
se? & si numerus mensium eius dimidietur?
22 Núquid Deum docebit quispiam scientiam,
qui excelsos iudicat?
23 Iste moritur robustus & sanus, diues & fœlix.
24 Viscera eius plena sunt adipe, & medullis ossa illius irrigantur:
25 Alius verò moritur in amaritudine animæ
suæ absq; vllis opibus:
D 26 Et tamen simul in puluere dormient, & vermes operient eos.
27 Certè noui cogitationes vestras, & sententias contra me iniquas.
28 Dicitis enim, Vbi est domus principis? & vbi
tabernacula impiorum?
29 Interrogate quemlibet de viatoribus, & hęc
eadem illum intelligere cognoscetis.

*4 [1] Num colloquium ad hominem institui? aut quare
non affectus animi mei promerem?*
5 Aspicite me, & obstupescite, ac manum ori imponite.
6 [2] Nam cogitatione obeunt quæ mihi acciderunt, perturbor, & totum corpus meum horrore concutitur.
7 Quare impii viuunt, & consenescunt, & pollent opibus?
8 Semen eorum [4] ipsis spectantibus fœliciter eis prouenit, [5] & propagines eorum ob oculos ipsorum.
*9 [6] Domus eorum salua est extra metum, neq; in eos
saeuit Dei virga.*
*10 Taurus eorum [7] init pecus, & non est irritus: vacca
foetum parit, & non [8] est sterilis.*
11 [9] Edunt greges infantium, eorumque liberi saltitant.
*12 Ad tympanum & citharam [10] ducunt choros, &
laeti agunt ad sonum fidiculæ.*
13 Omneq; suum aeuum transigunt beate, & momento [11] demittuntur ad sepulchrum.
14 Qui quidem Deo [12] dicunt, Recede à nobis: nec omnino cupimus scire tuas viuendi præceptiones.
*15 Quid est [13] Optimus maximus, vt ei seruiamus;
aut quid vtilitatis capiemus, si [14] eo curram ei supplices?*
*16 [15] Quam certe fœlicitatem suam non opibus suis
adepti sunt: caeterum sententia impiorum longe a me discedat.*
17 [Rursum] quoties impiorum [16] lucerna extinguitur, atq; superuenit sua pernicies, [17] [Domino] distribuente partes in ira sua?
18 [18] Vt sint velut palea ad ventum, & velut quisquilia quas turba aufert.
*19 † Abscondit Deus virtutem illius filiis suis, [&]
rependit ei, vt sentiat,*
*20 [19] Videntq; oculi eius detrimentum ipsius, ac bibit
aliquantum furoris Dei optimi maximi.*
*21 [20] Quam vero ei domo sua voluptatem relinquit
post se? postremo, dimidium mensium eius subtrahetur.*
*22 [Et quum hæc ita habeant,] num est qui Deum
velit docere scientiam, qui excelsos iudicat?*
*23 Alius moritur [22] integris viribus, totus opulentus
& fœlix:*
24 Cuius mamma lacte sunt plenæ, & medulla [23] ossium ipsius bibitur.
25 Alius moritur in ægritudine animi, [24] qui nunquam latus comedit.
26 Pariter autem iacent in puluere, ac vermis eos tegit.
27 Ecce non me latent cogitationes vestræ, & [24] conatus ad me [illegible]
28 Dicitis enim, Vbi est domus [25] boni & liberalis hominis? & vbi [26] tentorium tabernaculorum impiorum?
29 An non [27] percontamini facientes iter, eorumq; ex notis eorum [externis] non æstimastis?

1 He. An ego ad hominē eloquium meum? quod si, quare nō abbreuiabitur spiritus meus? Mirum dicendi genus Hebraicum; [illegible] quia cum homine mihi sermo est, quod si ita est, vt Deū alloquar, non hominem, quare nō dispicerem animum, si locutus essem falsa? quomodo viderem Deo potentem falsa loqui? Alii, cū Deū alloquar, ne mihi respondeat, quare nō auris irritat spiritus meus? q.d. mirum non [illegible] si [illegible] viuerem si [illegible].
3 Heb. [illegible] in memoriam, [illegible] me [illegible] & [illegible] carnem meam tremor.
4 est paratū ante ipsos cum eis. Loquitur de opibus telluris: postea vero de liberis. Al. [illegible] tam [illegible] tes, sic legunt, Semen eorum [illegible] cum cum illis in conspectu eorū & nepotes eorū sunt in oculis eorum. q.d. Liberi impiorū in summa pace viuunt, & cum summo consensu viuunt apud parentes.
5 & nepotes eorum in oculis ipsorum. Subaudiendum aliquid, cuiusmodi, pascitur [illegible] in oculis ipsorum [illegible] ipsis videntibus.
6 Heb. In domibus eorū est pax, à timore. f. quia nihil timoris habent ipsi [illegible].
7 impregnat, & non perdit semē genitale. i. grauidas reddit vaccas. 8 abortit.

[illegible] semen eius est inutile, nam vaccæ quas impregnauit, pariunt. Abunde exprimit humanam fœlicitatem. Armentaeius sunt admodum fœcunda.
9 Emittunt velut gregem ouium paruulos suos. Hoc versu declarat copiam liberorum, & sanitatem eorundem. 10 leuant, [illegible] tab. [illegible] vocem. [illegible] 11 vel, corrumpuntur in sepulchro. 12 vel, dicunt. q. Vbi sunt contemptores Dei. 13 Omnipotens, 14 occurramus illum? 15 Sane bonum [illegible] non est in manu illorum, consilium impiorum procul est à me, id est, Non sunt hæc bona in potestate ipsorum, vt ea in alterum seculum deferre possint [illegible] [illegible], quia hoc non possunt, consilium, &c. q.d. fœlices sunt, sed momentanea fœlicitate, ideo consilium eorum non mihi placet. 16 [illegible] Heb. [illegible] [illegible] intelligit fœlicitatem. Extinctionē autem finem fœlicitatis. Miratur autem & cum admiratione exprimit impiorum interitum. 17 (&) dolores distribuet, Deus super eos [illegible] ira sua, id est, iratus. 18 erunt velut, &c. † Deus abscondet filiis eius robur eius. q.d. Tu forte dices [illegible] Deum punitorum [illegible] [illegible] Nec non ita habet filius eos [illegible] iniquitatem patris ipsa sæte puniettur qui rapuit. [illegible] retribuat (illi) & cognoscet, id est, puniat eum [illegible] Deo illi esse iniustitias ob rapinam. 19 Videantq; oculi eius contritionem eius, & de furore Omnipotentis bibat, id est, ipse suis [illegible] [illegible] calamitatem, à [illegible] Dei bibat. 20 Quia quæ [illegible] voluntas eius de domo sua post se, quum numerus mensium eius [illegible] [illegible] est, [illegible] de familia [illegible] mortuo, cum iam sit mortuus? 21 Heman fortitudo suæ perfectionis suæ, totus tranquillus & quietus. 22 irrigantur ossa [illegible] 23 Heb. nec comedit in bono. 24 & con [illegible] quos iniquè excogitatis [illegible]. Vt scilicet me confundatis. Alii, Noui cogitatus quos aduersum me [illegible] quæ [illegible] [illegible] vestram [illegible] q.d. vos non [illegible] mecum iuxta legem [illegible] 25 principis? Per domum, intelligit arcem [illegible] [illegible] Ita enim dicitis, timere semper impios sibi, etiam [illegible] illic nihil boni accedat. [illegible] quod sibi ab hostibus timeatis [illegible] est. Videmus dicere, [illegible] non tamen [illegible] [illegible] id est, Vbinam inuenies qui ædificant sibi arcem, [illegible] qui sua sponte, non coactus Deo [illegible]. Alii ad [illegible] Impios autem sibi ædificare domos quibus se tueantur. Per principem, virum [illegible] [illegible] Vbinam est domus principis [illegible] [illegible] [illegible] Noui cogitationes vestras [illegible] [illegible] Vocabant enim Iobum principem, [illegible] per ironiam & antiphrasim [illegible] quod diues fuisset & potens, idemq; princeps [illegible] [illegible] propter impietatem. [illegible] principe. Et in hunc sensum sequentia exponuntur. 26 [illegible], Vbinam videtis impios securè habitare in suis [illegible] nec tamen [illegible] principe. [illegible] 27 Interrogastis [illegible] viam, & signa eorum non denegastis? [illegible] nonne interrogate [illegible] [illegible] timorem [illegible] esse pœnam iniquitatis. 27 [illegible] [illegible] videns ea quæ in hoc mundo fiunt, & signa quæ dare solent, adhuc vera esse potuistis agnoscere quomodo scilicet pereant [illegible] [illegible] Vel et ad [illegible] Nonne interrogastis de viatores, & signa eorum quæ [illegible] non potestis nega [illegible]

30 [28] *Etenim prauis parcitur ad diem perniciei, & ad diem irarum adducentur.*
31 [29] *Quis autem pronunciare posset ex facie rerum ipsius de vita ratione? aut quis rependet ei quæ gessit?*
32 [30] *Efferetur nimirum ad sepulchrum, & in aceruo vigilabit.*
33 [31] *Vt ei dulces sint cespites torrentis, eumq; sequentur omnes homines, quemadmodum innumeri præcesserunt.*
34 *Quomodo igitur me consolamini rebus vanis,[32] & in vestris responsionibus scelus adhibitum est?*

30 Quia in diem perditionis seruatur malus, & ad diem furoris ducetur.
31 Quis arguet coram eo viam eius? & quæ fecit, quis reddet illi?
32 Ipse ad sepulchra ducetur, & in congerie mortuorum vigilabit.
33 Dulcis fuit glareis Cocyti, & post se omnem hominem trahet, & ante se innumerabiles.
34 Quomodo igitur consolamini me frustra, cum responsio vestra repugnare ostensa sit veritati?

CAPVT XXII.

1 AD hac respondens Eliphaz Themanita, dixit:
2 [1] *Num Deo commodabit vir fortis? nam qui sapiunt, sibi commodant.*
3 *Num [2] Optimo maximo voluptati est, si iustus sis? aut lucro est, si vitam integram agas?*
4 *An [3] ob metum tui arguit te, ac tecum in ius ambulauit?*
5 [4] *An non potius ob vitiositatem tuam magnam, & infinitas iniquitates tuas?*
6 *Nam pignus à fratre tuo accepisti absque re, ac nudis detraxisti vestimenta.*
7 *Non præbuisti poculum aquæ lasso, & famelico negasti panem.*
8 [5] *Violentus vir possidet terram, & habens autoritatem inhabitat eam.*
9 *Viduas dimisisti vacuas, & [6] lacerti pupillorum attriti sunt.*
10 *Idcirco laquei circumdati sunt tibi, & terror subitus perturbat te.*
11 [7] *Aut tenebras non vides? & inundationem aquarum, quæ operit te?*
12 *Nonne Deus cœli altum tenet? spectato enim verticem stellarum, quàm sublimes sint.*
13 [8] *Dixisti etiam, Quid Deus sciret? an per caliginem iudicaret?*
14 [9] *Nubes ei latebra sunt, vt non videat,[10] & in sphæra cœlesti versatur.*
15 [11] *An non obseruasti mundi viam, quam homines nihili ingressi sunt?*
16 [12] *Qui ariditate constricti sunt in rugas, quum potuissent diutius persistere, & fundamentum eorum vt flumen defluxit.*
17 *Quid dicebant Deo, Facesse à nobis: & quid [13] Optimus maximus faceret [14] nobis?*
18 *Atqui domus eorum bonis refersérat:[15] cæterùm ab impiorum consilio longe discrepat mea sententia.*
19 *Quos aspicientes iusti lætantur, & innocens irridet illos:*

1 REspondens autem Eliphaz Themanites, dixit.
2 Numquid Deo potest comparari homo, etiam cum perfectæ fuerit scientiæ?
3 Quid prodest Deo si iustus fueris; aut quid ei confers si immaculata fuerit via tua.
4 Numquid timens te, arguet te, & veniet tecum in iudicium.
5 Et non propter malitiam tuam plurimam, & infinitas iniquitates tuas?
6 Abstulisti enim pignus fratrum tuorũ sine causa, & nudos spoliasti vestibus.
7 Aquam lasso non dedisti, & esurienti subtraxisti panem.
8 In fortitudine bracchii tui possidebas terrã, & potentissimus obtinebas eam.
9 Viduas dimisisti vacuas, & lacertos pupillorũ comminuisti.
10 Propterea circumdatus es laqueis, & conturbat te formido subita.
11 Et putabas te tenebras non visurum, & impetu aquarum inundantium non oppressum iri?
12 [a] An cogitas quòd Deus excelsior cœlo sit, & super stellarum verticem sublimetur?
13 Et dicis, Quid enim nouit Deus? & quasi per caliginem iudicat.
14 Nubes latibulum eius, nec nostra considerat, & circa cardines cæli perambulat.
15 Numquid semitam seculorum custodire cupis, quam calcauerunt viri iniqui,
16 Qui sublati sunt ante tempus suum, & fluuius subuertit fundamentum eorum.
17 Qui dicebant Deo, Recede à nobis: & quasi nihil possit facere Omnipotens, æstimabant eum.
18 Cum ille impleuisset domos eorum bonis? quorum sententia procul sit à me.
19 ‖ Videbunt iusti & lætabuntur, & innocens subsannabit eos.

A *Rursum conatur probare Iobum obscelera mulctatum.*
B
[a] *Annon.*
Verba infidelium: in Iob tamen nomine competentia.
C
Psal. 106.

28 Heb. Quia die contractionis prohibetur malus, & die quo furores adducuntur, id est, tẽpore calamitoso impius seruatur incolumis, & tempore quo Deus iratus fæuit in mortales.
29 Heb. Quis renunciabit in faciem eius viam eius? & quod fecerit quis retribuet illi? i. quis illi in faciem dicet viã eius, & post mortem retribuet ei quæ fecerit mala, quum iam delatus sit ad sepulchrum? Perficitur hic versus sequenti.
30 Et ipse ad sepulchra efferetur, & iuxta aceruum frugũ manebit. Hic versus iungitur præcedenti, Quis retribuet ei, cum iã sit sepultus in sepulchro quod est in agro iuxta aream in qua deportantur fruges, & in tumulo moretur assiduè mortuorum? Aceruum frugũ alii tumulum metaphoricè significare dicunt, alii pyramidẽ sepulchralem. Tãtum vult dicere, cum esse mortuum.
31 Dulces sunt illi glebæ torrentis, & post illum omnes homines trahet (sub. mors) & ante illum (traxit) non numerus. i. Glebæ torrentis vbi sepultus est, nullum negotiũ illi facessunt, hoc est, nullum malum sentit post mortẽ: præterea post illum mors trahet omnes homines, & ante ipsum innumeros iam traxit homines. Alii pro glebis rupturas vertunt: vt Rupturam torrentis vocet foueam sua sponte natura factam in torrente q. d. Si dicas, illi esse pœnam quod moriatur? respondeo omnibus hoc accidere. 32 & responsiones vestræ relictæ sunt mendacium? id est, cum omnes responsiones vestræ ostendantur fallaces esse & vanæ?

CAP. XXII. 1 Heb. An Deo proderit vir, quum proderit sibi homo prudens? id est, Num aliquid vtilitatis accedet Deo si vir prudens consulat suæ vtilitati & saluti? Num Deo profuerit vir, sua iustitia, & operum suorum rectitudine? q. d. non: sed sibi soli proficit. [illegible] Iob, deinde illum ad resipiscentiam hortatur. Dixerat Iob impios quandoq; tranquille viuere, contra vero, pios sæpissime affligi. Vtramque rationem confutat, ostendens id Dei prouidentia fieri, qui expectet impios ad resipiscentiam, & inuitet. 2 Omnipotenti. 3 id est, an quod timeat sibi ab operibus malis statim corripit impios, & condemnat? q. d. non: sed tardus est ad iram, vt impium ad pœnitentiam prouocet: statim punit illum vt illum probet. Corripit enim aliquando, more patris, qui vt filium se nec differt afflictionem: nonnunquam vero affligit, vt inesperato iudicium suum promat. q. d. Tu ex diuturna felicitate impii, vis concludere Deum non curare mortalia: sed hoc falsum est, quod tamen hoc nollet dicere Iob. 4 vel, Nonne afflictio tua ex multa: at iniquitatibus tuis non est finis. Nonne profane q. d. fateor equidẽ te grauiter affligi. 5 Heb. At viro bracchii (erat) terra: & cuius facies acceptatur, habitat in ea. Viro bracchii vocat potentẽ. q. d. Pauperes non dignatus pane. At potentibus possessiones tuas offers, & iis quos magnifaciunt homines propter authoritatẽ eorũ. Hæc sunt peccata grauissima quæ non reputant homines. 6 i. vires ac facultates pauperum atteruntur te viuente & sciente. 7 Heb. Aut tenebræ, nec vides: & copia magna aquarum obruit te, id est, Aut tenebræ afflictionum perturbauerunt te, nec vides: & tribulationum copia te obruit, q. d. propter peccata quæ recensuimus, omnia hæc mala acciderunt tibi. 8 Dicitne idcirco, q. d. an propterea quod tantum chaos sit inter nos & Deum dices eum non posse videre, & sic iudicare quæ à nobis fiunt? 9 Sub. Tu dices, quod nubes, &c. 10 & in circuitu cæli deambulat, id est, tantum curat cælestia, non terrena. 11 Id est, Non obseruasti quid euenerit hominibus prauis, vt quos diluuium aut flamma perdidit. Alii vertunt, Numquid semitam seculi seruabis, quam calcauerunt homines iniquitatis: semitam seculi, vocat opinionem antiquorum qui erant tempore diluuii. q. d. Vilne tueri opinionem illam antiquorum, tempore diluuii: qui omnes censebant tollendam esse diuinam prouidentiam?
12 Qui exterminati sunt, quum non aduenisset tempus. & fluuius effusus fuit in fundamentum eorum, id est, Ante tempus, morte violenta perierunt aquis diluuii. 13 Omnipotens. 14 Heb. illis, Tertia persona pro prima, nobis.
15 Heb. & (vel proinde) consilium improborum longe est à me. Verba sunt Eliphaz, vt nonnullis placet, alii verba Iobi esse volunt & subaudiunt, propterea. Poteritne propterea dicere, Consilium impiorum procul est à me? id est, Num poteris dicere, te non sentire cum impiobis, quum tu, vt ipsi, prouidentiam Dei tollas?

Poenitenti bona promittuntur.

20 Nonne succisa est erectio eorum, & reliquias eorum deuorauit ignis?

21 Acquiesce igitur ei, & habeto pacem, & per hæc habebis fructus optimos.

22 Suscipe ex ore illius legem, & pone sermones eius in corde tuo.

B 23 Si reuersus fueris ad Omnipotentem, ædificaberis, & longe facias iniquitatem à tabernaculo tuo.

24 Dabit pro terra silicem, & pro silice torrentes aureos.

25 Eritque Omnipotens contra hostes tuos, & argentum coaceruabitur tibi.

26 Tunc super Omnipotentem delicijs affluet, & eleuabis ad Deum faciem tuam.

27 Rogabis eum, & exaudiet te, & vota tua reddes.

28 Decernes rem, & veniet tibi, & in vijs tuis splendebit lumen.

Prouerb. 29. d

29 ‖ Qui .n. humiliatus fuerit, erit in gloria: & qui inclinauerit oculos suos, ipse saluabitur.

30 Saluabitur innocens. saluabitur autem in munditia manuum suarum.

20 [16] *Quum subsistentia nostra non sit excisa,* [17] *reliquias autem istorum ignis absumpserit.*

21 [18] *Quapropter accommoda te illi, & pacem cum eo confice, per quæ fœlicitas proueniet tibi.*

22 *Accipe ero legem ab ore illius, & repone in corde tuo eloquia ipsius.*

23 *Si te conuerteris ad* [19] *Optimum maximum,* [20] *ædificaberis,* [&] *procul* [21] *abiges iniquitatem à tuo tabernaculo.*

24 [22] *Ponetq; [Deus] in puluere munitionem, & torrentes auri Ophirei tanquam saxum.*

25 [23] *Optimus maximus etiam inuadet hostes tuos,* [24] *tuq; habebis argentum purgatissimum.*

26 *Tunc enim in Optimo maximo te oblectabis, &* [25] *palmas tuas leuabis ad Deum.*

27 *Exorabis eum, & audiet te: tuáque vota* [26] *persolues.*

28 *Quamcunq; rem decreueris, rata erit, &* [27] *in vijs tuis lumen splendebit.*

29 [28] *Deprimuntur enim, quos dicebas elatos esse: & submissos Deus seruare solet.*

30 [29] *Liberabit insulam innocentis: liberaberis autem per munditiam manuum tuarum.*

16 Sunt non solùm deleta (i. subsistentia nostra. Vel, instauratio nostra i. Noe, qui genus nostrum instaurauit, non periit in diluuio. 17 reliquias autem illorum deuorauit ignis, Sub. de cælo emissus, qui Sodomã & alias vrbes deuorauit. 18 vel, Assuesce quæso cum illo, & habebis pacẽ: in illis eueniet tibi bonum. i. Asfueris ambulare in via Dei, & vixeris in pace: in illis, (sub. vijs Domini (relatiuum sine antecedente) euenient tibi omnia fœlicia. 19 Omnipotentem. 20 i. rursum assequeris eam fœlicitatem quam habebas: rursum habebis filios. 21 vel, abige. 22 i. Adeò crescere te faciet Deus vt munitionem sine cautione ædifices in terra, abingentem auri copiã. Alii legunt, Et pones super puluerem aurum, & instar rupis torrentium aurum obrizum. Imperatiuum est Hebræis pro futuro. Vsqueadeò abũdabis auro, vt diludicis, tanquam rem vilissimam, depositurus in terram, similis petræ magna fluminum erit tibi aurum Ophir. q. d. non pluris facies aurũ quam lapides. Alii, Habebis tantũ auri, vt æquare possis montem vnde oriuntur multa flumina. 23 vel, Erunt [illegible] tuum erit Omnipotens. i. multũ & ingens. Ita enim res exaggerat Hebræi...

A

CAPVT XXIII.

Asserit Iob se potentiam & sententiam iudicis vereri: & tamen se nõ affligi ob pœnita.

1 RESpondens autem Job, ait:

2 Nunc quoque in amaritudine est sermo meus, & manus plagæ meæ aggrauata est super gemitum meum.

3 Quis mihi tribuat vt cognoscam & inueniam illum, & veniam vsq; ad solium eius?

4 Ponam coram eo iudicium, & os meum replebo increpationibus.

B 5 Vt sciam verba quæ mihi respondeat, & intelligam quid loquatur mihi.

6 Nolo multa fortitudine contendat mecum, nec magnitudinis suæ mole me premat.

7 Proponat æquitatem contra me, & perueniat ad victoriam iudicium meum.

C 8 Si ad Orientem iero, non apparet: si ad Occidentem, non intelligam eum.

9 Si ad sinistram, quid agam? non apprehendam eum. si me vertam ad dexteram, non videbo illum.

10 Ipse vero scit viam meam, & probabit me quasi aurum quod per ignem transit.

11 Vestigia eius secutus est pes meus, viam eius custodiui & non declinaui ex ea.

12 A mandatis labiorum eius non recessi, & in sinu meo abscondi verba oris eius.

D 13 Ipse enim solus est, & nemo auertere potest cogitationem eius: & anima eius quodcunq; voluit, hoc fecit.

14 Cumq; expleuerit in me voluntatem suam, & alia multa similia præsto sunt ei.

15 Et idcirco a facie eius turbatus sum: & considerans eum, timore solicitor.

1 *AD hæc respondens Job, dixit:*

2 [1] *Etiamnunc triste oratione vtor: quanquam mea calamitas superat gemitum meum.*

3 *Vtinam* [2] *sciam, & inueniam eum, & veniam ad solium eius:*

4 [3] *Informarem (enim) ante illum caussam meam, & os meum argumentis* [4] *instruerem:*

5 *Sermones [quoq;] cognoscerem, quibus mihi responderet, ac intelligerem quid mihi diceret.*

6 *Num* [5] *virtutis magnitudine litigabit mecum? non, sed ipsius* [6] *mihi [vires] conferet.*

7 [7] *Ibi cum eo probus disceptabit,* [8] *ac tandem afferã [meam animam] à iudice meo.*

8 *Si ad* [9] *Orientem eam, nusquam ille apparet: aut* [10] *in Occasum, non animaduerto eum.*

9 [11] *Dum agit quippiam ad læuam, ego non specto:* [12] *& ad partem dexteram se abdit, vt non videam.*

10 [13] *Nam viam [meam] perinde nouit atq; ego: cepteq; experimento de me, vt aurum prodij.*

11 *Pes meus tenuit gressum illius, [&] viam illius obseruaui,* [14] *neq; deflexi.*

12 [15] *Non remoui etiam præcepta labiorum illius ab instituto meo, [&] eloquia oris eius recondidi.*

13 [16] *Et quum perpetuò sui similis sit, quis ab eo reuocabit eum? quod expetiuit anima illius, facit.*

14 [17] *Quum q; perfecerit quod de me decreuerat, facit quod alias sæpe ab eo factum est.*

15 [18] *Quamobrem percellebar metu ab eo,* [19] *præcogitabam [hæc,] & timebam eum.*

...enat Hebræi addito nomine Dei, hoc est cumulus aureorũ tuorum erit ingens. 24 & argentum duplex erit tibi, i. Abundabis multo amplius argento quàm prius. 25 faciem tuam. 26 cum fœlicitatis voti compos, q. d. reddes te voti compotẽ. 27 i. fauebit tibi Deus, in summa fœlicitate ambulabis. 28 Cum humiliabuntur (sub. alii, tunc) dices, Exaltatio (mihi est) nam humilem oculis seruare solet. Sub. Deus. 29 Innocens seruare solet totã regionem, & seruaberis (sub. regio) ob puritatẽ manuum tuarum: i. ob integritatẽ operum tuorum. Manu prosperè. CAP. XXIII. 1 Heb. Etiam hodie (quo) exacerbatio est eloquium meũ, manus mea grauis est super gemitũ meum. i. Etiam hodie quo grauissime [illegible] plaga [illegible] grauior est quàm vt eam querimonia explicare possim. Describit grauitatẽ afflictionis suæ. 2 vtinam scirem sub. vbi Deus sit. q. d. [illegible] Deum ui nihil ignotum, non cum hominibus, quos multa latent. 3 Heb. disponerem. 4 Heb. replerem. 5 multitudine virtũ. Asserit Deum iustissimum esse, vt qui certare velit ratione, non potentia & viribus. 6 Heb. ponet in me. sub. vires. 7 illic. 8 & liberabo me ipsum in perpetuũ à iudicante me. i. ab hominib. decernentibus me impium esse, vt vltra nõ sit opus disceptatione. 9 Heb. partem anteriorẽ, q. d. Optarem disceptare cum Deo [illegible] innocentiã. 10 Heb. retro, vel, ad partem posteriorem. Dicit Deũ consilio humano nõ inueniri, nec eum habere certã sedem. 11 (sub. à) sinistram dum operatur, nec videbo. i. Si eam ad Septentrionẽ (qui respicienti ad Orientẽ est in sinistra) vbi mirabilia operatur, nec tamẽ eum videre potero. 12 Heb. abscondit dexterã, & non videbo. 13 Si cognosceret viam quæ est apud me, & probet me, egrediar vt aurũ. i. Si nosset habueritque Deus rationẽ vitæ meæ, & probauerit, egrediar à cõspectu eius sicut aurum purissimum: nullam inueniet in me maculã. 14 Hæc verba, Neq; deflexi, iungi possent sequẽti versui, A præcepto labiorum eius. 15 Heb. A præcepto labiorum eius: (iungitur præcedenti) neq; deserui (sub. præcepta eius) abscondi in corde meo verba oris eius diligentius quàm necessaria mea. i. chariora mihi fuerunt præcepta Dei, quàm id quo anima mea souetur & tuetur. Præceptum labiorum Dei vocat id quod Deus ore suo præcepit. 16 Heb. Et ipse (erit) in vno, & quis auertet illũ? i. si fuerit in vna sententia, quis auertet illum? Respondere videtur tacitæ obiectioni. Quomodo audes tueri innocentiã aduersus Deum? ac si dicat. Optarem disceptare cum Deo, quamuis sciam eum esse Omnipotentem & immutabilẽ. 17 Quia perficit necessaria mea. & sicut hæc multa sunt apud illum. Optarem inquam cũ Deo disceptare: nam perficit quicquid mihi erat opus ipse corporis mei artifex, & omnia [illegible] in me sunt. & sicut hæc, i. huiusmodi multa sunt apud illum, talia multa facere solet in ipsis animantibus & aliis rebus. 18 Propterea à facie eius timere debui: Sic ita verti debet futurum ex Hebræo. i. hac ratione quia Deus est Omnipotens, debui etiam perturbari. 19 considerabo & timebo illum. i. si considerarem magnitudinem illius, timere deberem mihi ab illo.

20 Sub vestib aut [illegible] ionibus.
21 Heb. ante tenebras, a [illegible].
22 neq. abscondit caliginem ante me [illegible] que [illegible] a faciem meam.

CAP. XXIV.
1 ab Omnipotente. Hic Iob personam induit eius qui prouidentiam Dei nô agnoscat, aut certe ne ea cubitet, ac si dicat, Vos dicitis Deo nihil esse absconditu, & ego quæro a vobis, quomodo illi tempora, & ea quæ sunt in tempore, non sunt abscondita, cum videamus impios homines libere grassari in innocentes &c. Nullũ habet Deus [illegible] tempore, quare ipse [illegible] ea quæ sub tempore sunt [illegible] pateret, quam [illegible] qui mansionem [illegible] habent [illegible], non [illegible] illum [illegible] tempori aternæ [illegible] agit, nihil [illegible] quæ in hoc mundo aguntur.
2 in deserto, exeunt. i. Illi sunt [illegible] crudeles [illegible] surgentes mane ad praedam [illegible].
3 [illegible] omnes [illegible].
4 pabulum eius, [illegible] inopis.
5 Heb. Nudum pernoctat.
6 Heb. Humectantur inundatione montium: & absq; protectione habitant in rupe: i. madent aqua quæ e montibus defluit: & [illegible] quod nihil habeant quo se [illegible] pellant ab iniuria [illegible], habitant in cauernis.

16 *Mentemq. cor*[20] *molliuit Deus, & Optimus maximus turbauit me.*

17 *Non enim excisus sum*[21] *malo impressos*[22] *neq. caligo faciem meam operuit.*

16 Deus molliuit cor meum, & Omnipotens conturbauit me.

17 Non enim perii propter imminentes tenebras, nec faciem meam operuit caligo.

CAPVT XXIV.

1 *Quare*[1] *ab Optimo maximo non sunt abscondita tempora, & agnoscentes eum non spectarunt dies eius?*

2 *Sunt enim qui limites remouerunt, qui gregem rapiunt & pascunt:*

3 *Qui asinum pupillorum abigunt, qui loco pignoris accipiunt bouem viduæ:*

4 *Qui pauperes pellunt ex via, ita vt in latebras abdantur, quotquot in terra humiles sunt.*

5 *Ecce velut onagri*[2] *exeunt in solitudinem*[3] *ad opus suum peruestigantes prædam:*[4] *quibus desertum panem præfert ad liberos alendos.*

6 *In agro*[4] *farraginem suam demetunt, & in vinea [aliena] vindemiant impij.*

7 [5] *Nudum adigunt, vt pernoctet sine vestimento,*[5] *& careat indumento per frigus.*

8 [6] *Vt madeant homines in montibus à nimbo, & saxum amplexentur non habentes*[7] *effugium.*

9 [7] *Rapiunt pupillo, quod post [illegible] ablactationem relictum fuerat,*[8] *& cum iniuria hominem pignus accipiunt.*

10 *Cogunt etiam nudum incedere sine vestimento,*[9] *& famelici gestant manipulum.*

11 *Intra muros*[10] *eorum exprimunt oleum, quiq. in torcularibus calcant sitiunt.*

12 *Clamant homines*[11] *oppidani, & anima vulneratorum vociferatur:*[12] *quæ quidem absurda Deus hominibus haudquaquam proposuit.*

13 *Ipsi autem*[13] *facti sunt rebelles in lucem, neq. vias eius agnoscunt, neq. sedent in ipsius semitis.*

14 [14] *Prima luce homicida surgit, & occidit humilem atq. pauperem: noctu autem similis erit furi.*

15 *Oculus etiam mœchi obseruat*[15] *crepusculum, dicens, Non cernet me oculus,*[16] *faciemq. velat.*

16 *Perfodiunt domus noctu, quas interdiu sibi notarunt, lucemq. minime probant.*

17 [17] *Vniuersis ipsis matutina lux æque inuisa est atq. densissima caligo mortis:*[18] *siquis enim cognoscat eos, affert terrores densissimæ caliginis.*

18 *Quisq. illorum*[19] *diffugit per aquas, & portioni eorum maledicitur in terra, neq. deflectunt ad viam ducentem ad vineas.*

19 [[20] *Vtq.*] *terra torrida & calor absumunt aquas niuales, [ita]*[21] *infernus eos qui peccauerunt.*

20 *Obliuiscitur eius modi hominis*[22] *ad misericordiã procliuis,*[23] *estq. dulcis cibus vermium, nec vlla memoria ipsius relinquetur, at velut arbor*[24] *nequitia confringetur.*

21 *Qui sterilem quæ non*[25] *pariebat, affligit,*[26] *neq. exhilarauit viduam.*

22 [27] *Quin & potentes versat sua potentia, attamen ab illo nullus non fidit sua vita.*

1 Ab Omnipotente non sunt abscondita tempora: qui autẽ nouerunt eum, ignorãt dies illius. A — *Deus res humanas curat. Iob hominum iniquitates describit.*

2 Alij terminos transtulerunt, diripuerunt greges, & pauerunt eos.

3 Asinum pupillorum abegerunt, & abstulerunt pro pignore bouem viduæ.

4 Subuerterunt pauperum viam, & oppresserunt pariter mansuetos terræ.

5 Alij quasi onagri in deserto egrediuntur ad opus suum, [a] vigilantesq; ad prædam, præparant panem liberis. — [a] vigilantes ad

6 Agrum non suum demetunt: & vineam eius, quem vi oppresserint, vindemiant. B

7 Nudos dimittunt homines, indumenta tollentes, quibus non est operimentum in frigore:

8 Quos imbres montium rigant: & non habentes velamen, amplexantur lapides.

9 Vim fecerunt deprædantes pupillos & vulgũ pauperem spoliauerunt.

10 Nudis & incedentibus absq; vestitu, & esurientibus tulerunt spicas.

11 Inter aceruos eorum meridiati sunt, qui calcatis torcularibus sitiunt.

12 De ciuitatibus fecerunt viros gemere, & anima vulneratorum clamauit, & Deus inultum abire non patitur.

13 Ipsi fuerunt rebelles lumini, nescierunt vias eius: nec reuersi sunt per semitas eius. C

14 Mane primo [b] cõsurget homicida, [c] interficiet egenum & pauperem: per noctẽ verò erit quasi fur. — [b] consurgit [c] interficit

15 Oculus adulteri obseruat caliginem, dicens, Non me videbit oculus: & operiet vultum suum.

16 Perfodit in tenebris domos, sicut in die condixerant sibi, & ignorauerunt lucem.

17 Si subito apparuerit aurora, arbitrantur vmbram mortis: & sic in tenebris quasi in luce ambulant.

18 Leuis est super faciẽ aquæ: maledicta sit pars eius in terra, nec ambulet per viam vinearum. — *Impiorum maledictio.*

19 Ad nimium calorem transeat ab aquis niuium, & vsq; ad inferos peccatum illius. D

20 Obliuiscatur eius misericordia: dulcedo illius vermes: non sit in recordatione, sed conteratur quasi lignum infructuosum.

21 Pauit enim sterilem & quæ non parit, & viduæ bene non fecit.

22 Detraxit fortes in fortitudine sua: & cum steterit, non credet vitæ suæ.

23 Dedit ei Deus locum pœnitentiæ, & ille abutitur

24. [28] *Si quis etiã ei dedit vt tutus agere possit, ac-*

7 [illegible] ab vbere. 8 [illegible] accipiunt [illegible] quod est super pauperem. 9 & famelici sunt qui portauerunt manipulos [illegible] collegerãt segetes quas messuerunt. 10 Sub impiorum. Alij vertunt inter muros suos oleum exprimunt, & torcularia [illegible] & sitiunt, [illegible] in quo proletarij [illegible] pauperes [illegible] oleum [illegible] impiorum, nec eos potest agnoscunt. 11 [illegible] vrbe sub [illegible] iniuria [illegible] 12 Heb. & Deus nõ ponit insulsum i. nihil agit sine ratione q. d. [illegible] Deus non [illegible] 9 vel, Deprædantur pro depopulandi cõsuetudine, aut, Pupillum deprædantur ab vbere, cum qui adhuc pendeat ab vbere. [illegible] 13 [illegible] Deo [illegible] 14 Sub luce. Apparente luce. 15 i. vesperam tempus [illegible] tenebras [illegible] 16 Heb. [illegible] faciei [illegible] me incognitũ. 17 Heb. Quia simul mane est illis velut vmbra mortis [illegible] quã à morte. 18 Heb. quum cognoscet, terrores vmbræ mortis (sunt) illius. [illegible] 19 Heb. Leuis est super facie aquæ: maledicta est portio eorum in terra neq; recedet [illegible] vinearum. [illegible] 20 q. d. [illegible] 21 sepulchrum. 22 vel, amicus 23 os vermis [illegible] 24 [illegible] 25 pariet. [illegible] 26 [illegible] 27 [illegible] 28 Heb. Dat illi ad confidentiam, & innititur illi, & oculi eius sunt super vias eorum, [illegible]

titur eo in superbiam: oculi autem eius sunt in vias illius.

24 Eleuati sunt ad modicum, & non subsistent, & humiliabuntur sicut omnia, & auferentur & sicut summitates spicarum conterentur.

25 Quòd si non est ita, quis me potest arguere esse mentitum, & ponere ante Deum verba mea?

niatur illi, oculi eius speculantur vias eius (ad nocendum.)

24 [19] *Quamquam breui tempore in fastigio fuerint, nulli erunt, ac redigentur ad paupertatem, vt quae (alij) omnes contrahuntur, & vt caput spicarum succidentur.*

26 [10] *Quis autem me conuincat mendacij, quod haec ita non habeant? & quis sermonem meum confutabit?*

19 vel, Dilatati paululum, & nō est, & illi humiliantur sicut quiuis, obruuntur, & vt summitas spicae succiduntur. Cum illi qui munera dederunt impio, distraxerint paululum ex vita, nusquam comparet impius quo aurebatur, quia sequitur illos, & humiliantur illi vt alij quibus improbè munera non accepit obtemperantes, & clament, & occiduntur.

10 Heb. Quod si non (ita sit,) quis nam est qui me mendacem arguat, & redigat in nihilum sermonem meum? q.d. nemo. Quod si dicas rem aliter se habere, quis est qui possit me in hac re mendacem ostendere?

CAPVT XXV.

Baldad probat, etiam Deo seruiendum esse mundum.

A 1 Respondens autem Baldad Suhites, dixit, Potestas & terror apud eum est qui facit concordiam in sublimibus suis.

2 Numquid est numerus militum eius? & super quem non surget lumen illius?

3 Numquid iustificari potest homo comparatus Deo, aut apparere mundus natus de muliere?

4 Ecce luna etiam non splendet, & stellae non sunt mundae in conspectu eius:

5 Quanto magis homo putredo, & filius hominis vermis?

1 *Ad haec respondens Bildad Suhita, dixit, [1] Imperium & formido est penes illum, qui pacem conficit in sublimi suo loco.*

2 *Num eius milites numero comprehenduntur? aut cui [2] lux illius non oritur?*

3 *Et quid iustitiae sibi arroget homo friuolus Deo comparatus? & quid purus esse natus mulieris?*

4 [3] *Ecce facit vt non existat lux vsque ad lunam, & stellae non sunt purae in oculis eius:*

5 [4] *Quanto minus homo friuolus, qui putredo censeri potest: & filius hominis, qui vermiculus?*

CAP. XXV.

1 Dominatio & timor qui apud illum est, facit pacem in excelsis eius. Nititur Baldad defendere iustitiam diuinam, & improbum Iob comprobare. Fieri non potest, inquit, vt Deum dicamus iniustum: is enim est ad cuius nutum [illegible] caelestia [illegible] argumento potentia. Dominatio, & reuerenda quaedam maiestas quae apud illum est, facit vt totius naturae [illegible] ne vlo dissidio fungantur suis officiis, & munerantur.

2 q.d. Omnes lumine diuino illustrantur de plenitudine gratiae eius omnes accipimus.

3 Heb. Ecce vsque ad lunam

CAPVT XXVI.

Iob ridet Baldad.

A 1 Respondens autem Iob, dixit,

2 Cuius adiutor es? numquid imbecillis? & sustentas brachium eius qui non est fortis?

3 Cui dedisti consilium? forsitan illi qui non habet sapientiam, & prudentiam tuam ostendisti plurimam.

B

4 Quem docere voluisti? nonne eum qui fecit spiramentum?

5 Ecce gigantes gemunt sub aquis, & qui habitant cum eis.

6 Nudus est infernus coram illo, & nullum est operimentum perditioni.

7 Qui extendit Aquilonem super vacuum, & appendit terram super nihilum.

C 8 Qui ligat aquas in nubibus suis, vt non erumpant pariter deorsum.

9 Qui tenet vultum solij sui, & expandit super illud nebulam suam.

10 Terminum circumdedit aquis vsque dum finiantur lux & tenebrae.

D 11 Columnae caeli contremiscunt, & pauent ad nutum eius.

12 In fortitudine illius repente maria congregata sunt, & prudentia eius percussit superbum.

13 Spiritus eius ornauit caelos: & obstetricante manu eius, eductus est coluber tortuosus.

14 Ecce, haec ex parte dicta sunt viarum eius: & cum vix paruam stillam sermonis eius audierimus, quis poterit tonitruum magnitudinis illius intueri?

1 *Ad haec respondens Iob, dixit,*

2 [1] *Cui opem fers, tu eum a quo vires non habet? [2] quem firmas? an eum qui non habet potens brachium?*

3 [3] *Cui das consilium etiam, quo sapientia caret? [4] cuinam doces, quae affluit sapientia?*

4 [5] *Cuinam sermones narras? [6] aut cuius spiritus egreditur ex te?*

5 [7] *Res emortua (a Deo) formantur sub aquis, & in vicinis locis.*

6 [8] *Nudus ante illum extat infernus, neque interitus habet velamentum.*

7 *Qui Aquilonem extendit super inane, & terram suspendit super nihilum.*

8 *Qui [9] cohibet aquas in suis nubibus, neque nubes rumpitur [10] ab eis.*

9 *Qui [11] construxit faciem solij, [12] super quod expandit nubem suam.*

10 *Terminum praestituit aquis, [13] dum consummetur lux cum tenebris.*

11 *Columnae caeli concutiuntur, & [14] stupescunt ab illius increpatione.*

12 [15] *Sua potentia scindit mare, & intelligentia sua compescit (eius) ferociam.*

13 [16] *Sua quae spiritu adornauit caelos, (&) manus eius formauit [17] serpentem vectem.*

14 [18] *Atqui ista duntaxat extrema sunt viarum eius: & quantulam portionem audiuimus de isto negocio? quis autem tonitru potentiae illius cognosceret?*

CAPVT XXVII.

Tuetur hic Iob causam suam vt antea, & Deum accusat.

A 1 Addidit quoque Iob, assumens parabolam suam, & dixit,

1 *Vlterius [1] quoque sermonem suum prosequens Iob dixit:*

non lucebit. Latinè, Sed ne luna quidem lucida est cum Deo collata. Futurum pro praesenti. 4 vel, Quanto magis homo qui est vermis. Sub. est mundus coram Deo. 5 Repetitio. CAPVT XXVI. 1 Ironicè. Quid adiuuisti eum cui non est robur? [illegible] quodammodo argumenta Baldad [illegible] propterea non respondet, quum ad similia iam responderit. In quare, inquit, adiuuisti sententiam tuam de prouidentia Dei particulari, in qua multae sunt vires? 2 saluasti brachium, id est, putasti eam [illegible] ratione infirma & inualida. 3 Quare decreuisti sine sapientia: id est, quamobrem imprudenter id consilij cepisti, robore hanc tuam sententiam [illegible] ad imprudentiam. 4 notificasti abunde ordinationem. Ironia. Aperte notam fecisti prouidentiam diuinam. q.d. notam non reddidisti prouidentiam tuam hac re. 5 q.d. putasne te sermonem facere cum homine imperito? 6 & anima cuius egressa est ex te? vel, cuius animam [illegible] quae sequuntur haec dixisti? 7 Quae vitae experta sunt, nascuntur sub aquis, sub habitatoribus earum. [illegible] prouidentia Dei ad profunda [illegible], & sub piscibus qui habitant ipsas aquas, vbi gignuntur ipsa metalla. 8 Infernum intelligit centrum terrae. q.d. infernus & perditio [illegible] infernum & perditionem pro eodem accipit, id est locum [illegible] 9 colligat. 10 sub ipsis sub aquis. 11 [illegible] solium, id est, aerem & vaporem existentem in media regione [illegible], qui est [illegible] hoc est, caeli. 13 [illegible] vapores constringuntur in nubem. 15 id est, quamuis [illegible] virtute eius quies [illegible] 16 [illegible] (quia pulchritudo, id est, sunt pulcherrimi. 17 colubrem [illegible] 18 Heb. Ecce haec, partes [illegible] viarum eius sed quam exigua est [illegible] [illegible] loquentes & differentes & magnitudinem potentiae [illegible] quis sed quam exigua res est de qua [illegible] CAPVT XXVII. 1 Heb. [illegible] assumens parabolam suam, & dixit. 1 Resumpsit Iob sermonem, & disceptationem intermissam, conquieuerat enim Iobus paululum, dum alii loquerentur.

2 *Per Deum viuentem, qui me præter meritum afflixit: & Optimum maximum, qui me in tristitiam coniecit:*

3 *Nunquam dum in me halitus erit, & flatus Dei in naso meo.*

4 *Labia mea loquentur iniquitatem, & lingua mea dolum meditabitur.*

5 *Absit à me, vt vestram sententiã probem: donec exspirabo minime adimam mihimet integritatem:*

6 *Sed iustitiam meam retinebo, & non deponã eam, neq; committam vt me vnquam culpet cor meum.*

7 *Qui mihi aduersatur (hac in causa) impius: & qui se mihi opponit, iniquus habendus est.*

8 *Quid enim hypocritæ spectandum est, quum Deus extrahet illius animam, si commoda sua compararit?*

9 *Num clamorem eius audiet Deus, quum pericula ei acciderint?*

10 *Num in Optimo maximo sese oblectabit, omnique tempore inuocabit Deum?*

11 *Docebo vos per Dei gratiam, neq; celabo vt res diuinæ comparatæ sint.*

12 *Ecce autem, quũ vos omnes speculationib. [theologicis] operam dederitis, quare tam vanas opiniones habetis?*

13 *Hæc est pars impij hominis in Deo, & hæc hæreditas, quam percipiunt tyranni ab Optimo maximo.*

14 *Si numerum liberorum adauxerint gladio peribunt, & posteri eorum non saturabuntur pane.*

15 *Reliqui facti, luce perempti, sepelientur, & ipsorum viduæ non ingemiscent.*

16 *Si coacernet [impius] argentum vt puluerem, & paret vestem vt argillam:*

17 *Parabit ille quidem, at iustus induet, at innocens diuidet argentum.*

18 *Ædificabit domum suam vt tinea, vel vt custos [hortorum] construit tugurium.*

19 *Diues decumbet, nec honorifice funerabitur: aperiet oculos, & nemo aderit ei.*

20 *Ingruent in eum terrores vt aquæ, & noctu furtim auferet illum tempestas.*

21 *Auferet eum ventus orientalis, vt abeat, & de loco suo deturbabit eum.*

22 *Immittetq; illi affatim malorum, quæ magno studio effugere molitur.*

23 *Quo sublato plauditur, & homines loci eius ibilum exsibilant.*

2 Viuit Deus, (qui abstulit iudicium meum, & Omnipotens qui ad amaritudinem adduxit animam meam,)

3 Quia donec superest halitus in me, & spiritus Dei in naribus meis.

4 Non loquentur labia mea iniquitatem, nec lingua mea meditabitur mendacium.

5 Absit à me vt iustos vos esse iudicem: donec deficiam, non recedam ab innocentia mea.

6 Iustificationem meam quam cœpi tenere, nõ deseram: neq; enim reprehendit me cor meum in omni vita mea.

7 Sicut impius inimicus meus, & aduersarius meus quasi iniquus.

8 Quæ est enim spes hypocritæ si auarè rapiat, & non liberet Deus animam eius?

9 Numquid Deus audiet clamorem eius, cum venerit super eum angustia?

10 Aut poterit in Omnipotente delectari, & inuocare Deum omni tempore?

11 Docebo vos per manum Dei quæ Omnipotens habeat, nec abscondam.

12 Ecce, vos omnes nostis, & quid hæc sine causa vana loquimini?

13 Hæc est pars hominis impij apud Deum, & hæreditas violentorum, quam ab Omnipotente suscipient.

14 Si multiplicati fuerint filij eius, in gladio erunt, & nepotes eius non saturabuntur pane.

15 Qui reliqui fuerint ex eo, sepelientur in interitu, & viduæ illius non plorabunt.

16 Si comportauerit quasi terram argentum, & sicut lutum præparauerit vestimenta:

17 Præparabit quidem, sed iustus vestietur illis, & argentum innocens diuidet.

18 Ædificauit sicut tinea domum suam, & sicut custos fecit vmbraculum.

19 Diues cum dormierit, nihil secum auferet: aperiet oculos suos, & nihil inueniet.

20 Apprehendet eum quasi aqua inopia, nocte opprimet eum tempestas.

21 Tollet eum ventus vrens, & auferet, & velut turbo rapiet eum de loco suo.

22 Et mittet super eum, & non parcet de manu eius fugiens fugiet.

23 Stringet super eum manus suas, & sibilabit super illum, intuens locum eius.

Innocens Iob. B Sis 18. Afflictio impiorum. C Maled. diuitū impij. Psal. 49. D Emittet

CAPVT XXVIII.

1 *HAbet argentum venas, & aurum locum in quo conflant.*

2 *Ferrum è puluere tollitur, & lapis vt æs funditur.*

3 *Tenebris posuit [Deus] terminũ, & ad omnem perfectionẽ ipse scrutatur lapidem in caligine & densissima vmbra abditum.*

4 *Erumpit [alicubi] torrens, qui accolas non fert: rursum euanescunt torrentes, vt à pede non fre-*

1 HAbet argentum, venarum suarum principia: & auro locus est in quo conflatur.

2 Ferrum de terra tollitur: & lapis solutus calore, in æs vertitur.

3 Tempus posuit tenebris, & vniuersorum finem ipse considerat, lapidem quoque caliginis, & vmbram mortis.

4 Diuidit torrens à populo peregrinante, Diuidet

A Cum res omnes sint ab hominibus peruestigabiles, solam Dei sapientiã inscrutabilẽ ostendit.

2 Heb. viuit Deus. 3 Heb. abstulit iudicium meum. i. qui sinit me affligi citra culpã meam, & propterea videtur ius meum auferre. Vel, qui me iuste affligit iuxta opinionem vestrã pro peccatis. 4 Omnipotentem. 5 i. quamdiu spirauero. 6 Heb. vos iustificem i. dicam opinionem vestrã esse iustam. 7 i. quamdiu vixero, non abnegabo innocentiam meam. 8 Heb. non declinabit cor meũ à diebus meis. i. non auersetur à me mens mea toto tempore vitæ meæ. 9 quum furatus fuerit, quum peccatum reddiderit Deus animam eius. Quæ spẽ de hypocrita concipere debemus si congreget multas diuitias, quã rapinas & furto rem suam augeat, quæ item spes erit hypocritæ quum Deus permiserit animæ eius vt viuat in hac vita in summa fœlicitate? Certe nulla: nam non est data vita illa fœlicitas extera q.d. quamuis ego dixerim impios fœlicitere agere, non tamen laudo sortem & conditionem eorum: nam malus eos manet exitus. 10 Omnipotente. 11 Heb. in manu Dei. i. Deo iuuante & subministrante facultatem. Alij, quod Deus facere solet quotidie. 12 vos id quod est penes Omnipotentem. i. id quod omnipotens quotidie facere solet. Reuersio. 13 Heb. Ecce vos omnes videtis: quare in vanitate euanescetis? i. Cum videatis quæ ego docebo vos, quare vanam opinionem in vanum conantes defenditis? q.d. Cum dicebam improbos fœliciter agere: non de omnibus intelligebam, sed de aliquibus tantum. 14 portio impij hominis cum Deo. i. quod sequitur, recipere solet impius à Deo. 15 Heb. si multiplicentur filij eius, erunt gladii. 16 superstites eius sepelientur in ipsa morte. i. qui euaserint, sepelientur adhuc viui moribundi, vel, confecti morbo diuturno. 17 i. tantum vestiũ parauerit, quantum est luti. 18 i. non longiori tempore durabit, quam domus tineæ in ligno putrido, aut vestimento. 19 morietur, & non colligetur. i. non deferetur ad sepulchrum. 20 aperiet oculos (suos aliquis) & non extabit, ac si dicat, in puncto temporis desinet esse impius. 21 i. Eurus. 22 vt tempestates auferet eũ, i. vt ei tempestas auferri solent, magno impetu. 23 Et immittet in eum (sub. multa mala) nec illi parcet: à manu eius fugiens fugiet. i. Ob plagam Domini cogetur fuga sibi consulere. 24 Complodet super eum manus suas, & sibilabit super eum de loco suo. Quisquis, inquit, audierit talis exitium impij, præ admiratione collidet manus, & sibilabit.

CAP. XXVIII. 1 Heb. Certe est argento exitus: & auro vnde eliciunt illud. Hic Iobus docet eadem probis & improbis euenire: adde quia mundus subiectus est mutationibus. His versiculis ostendit quotidie aliquid noui accidere. Nunc eruuntur ex aliquo loco aurum & argentũ vnde prius non educebantur. 2 effundit chalybem. i. ex terra quæ concreuit in lapidem, accipitur chalybs. Aut, è lapide fuso colliquatur æs. 3 Tenebras vocat quæ non sunt q.d. facit Deus esse, quæ prius non erant. 4 & omni fini querit inquit, (posuit finem) lapidem caliginis & vmbræ mortis. i. Omni rei obnoxiæ fini, & corruptioni posuit finem: fecit quod erat, non esse. Lapidem caliginis & vmbræ mortis vocat materiam informem. Sunt qui vertant, Et omnis perfectionis, lapidem, &c. i. Deus ponit finem rei formatæ, cuius author est: ponit; aqua illi res suerunt materiam informem.

5 Heb. Erumpit fluuius iuxta accolam, vel, habitatorem. Magna abundantia erumpit fluuius in locum habitabilem, hoc est, locus habitabilis statim fit inhabitabilis propter abundantiam aquarum. 6 Heb. aquæ traditæ obliuioni à pede, & quæ altiores erant homine, absedunt. vel, euanescunt. i. aquæ per quas nullo tempore [illegible] ambulauerat, quæ tam altæ, quæ potentes, quod homines altiores essent, absedunt & euanescunt.

eos quos oblitus est pes egentis hominis & inuios.

C 5 Terra de qua oriebatur panis in loco suo, igni subuersa est.

6 Locus sapphiri lapides eius, & glebæ illius aurum.

ᵃest. eam oculus 7 Semitam ignorauit auis, nec intuitus ᵃ est oculus vulturis.

B 8 Non calcauerunt eam filij institorum, nec pertransiuit per eam leæna.

9 Ad silicem extendit manum suam, subuertit à radicibus montes.

10 In petris riuos excidit, & omne preciosum vidit oculus eius.

11 Profunda quoq; fluuiorum scrutatus est, & abscondita in lucem produxit.

12 Sapientia verò vbi inuenitur? & quis est locus intelligentiæ?

13 Nescit homo precium eius, nec inuenitur in terra suauiter viuentium.

C 14 Abyssus dicit, Non est in me: & mare loquitur, Non est mecum.

Sapient. 7. 8 15 Non dabitur aurum obrizum pro ea, nec appendetur argentum in commutatione eius.

16 Non conferetur tinctis Indiæ coloribus, nec lapidi sardonycho preciosissimo, vel sapphiro.

17 Non adæquabitur ei aurum vel vitrum, nec commutabuntur pro ea vasa auri.

18 Excelsa & eminentia non memorabuntur comparatione eius: trahitur autem sapientia de occultis.

19 Non adæquabitur ei topazius de Æthiopia, nec tincturæ mundissimæ componetur.

20 Vnde ergo sapientia venit? & quis est locus intelligentiæ?

D 21 Abscondita est ab oculis omnium viuentium, volucres quoq; cæli latet.

22 Perditio & mors dixerunt, Auribus nostris audiuimus famam eius.

23 Deus intelligit viam eius, & ipse nouit locum illius.

24 Ipse enim fines mundi intuetur: & omnia quæ sub cælo sunt respicit.

25 Qui fecit ventis pondus, & aquas appendit in mensura.

26 Quando ponebat pluuiis legem, & viam procellis sonantibus:

27 Tunc vidit illam, & enarrauit, & præparauit, & inuestigauit.

Sapientia. Intelligentia. A 28 Et dixit homini, Ecce timor Domini, ipsa est sapientia: & recedere à malo, intelligentia.

tiantur: superant etiam hominis staturam, & qui pete rant vadari.

5 *Est terra in quam* [7] *panis prouenit:* [8] *altius autem eruta ignem exhibet.*

6 *Est locus, [cuius] lapides [sunt] sapphirus, habetq;* [9] *auri pulueres:*

7 [10] *Est semita, quam ignorat volucris, neq; illam conspexit oculus milui.*

8 [11] *Non calcarunt eam feræ, non leopardus ambulauit per eam.*

9 [12] *Immittit suam manum silici, ac montes funditus euertit.*

10 [13] *Rupibusq; excisis educit riuos, & [tamen] quicquid preciosum est, cernit oculus* [14] *eius.*

11 [15] *E guttis flumina colligit, & rem abstrusam profert in lucem.*

12 *Vnde autem sapientia* [16] *petenda est? aut vbi est locus intelligentiæ?*

13 *Ignorat homo precium illius, neque inuenietur in terra viuentium.*

14 [17] *Abyssus enim inquit, In me non est, at mare dicit, Mecum non est.*

15 *Non dabitur* [18] *pro illa, quod in thesauris conclusum habetur, neq; argentum expendetur in precium eius.*

16 [19] *Non illi præponderabit aurũ Ophiræum aut* [20] *onyx preciosus, aut sapphirus.*

17 *Non precium illius æquabit aurum aut vitrum, nec cum ea permutabitur vas ex auro obrizo.*

18 *Nulla mentio fiet* [21] *ramoth & gabis,* [22] *sapientia quoq; margaritis præponderat.*

19 *Non* [23] *topazius Æthiopiæ precium illius æquabit,* [24] *non aurum purissimum præponderabit.*

20 *Vnde igitur veniet sapientia? aut vbi est locus intelligentiæ?*

21 [25] *Est quidem abstrusa ab oculis omnium viuentium, & recondita, vt lateat volucrem cæli.*

22 [26] *Perditio & mors dixerunt, Audiuimus auribus nostris famam eius.*

23 *Deus viam* [27] *eius* [28] *monstrat, quippe qui nouit locum eius.*

24 *Is enim in partes terræ extremas prospicit, omniaque sub cælo videt:*

25 [29] *Vt vento etiam pondus adhibeat, & aquas mensura comprehendat:*

26 [30] *Præfigendo pluuiæ terminum, & viam fulguri atq; tonitruis:*

27 *Tunc* [31] *vidit, &* [32] *recensuit eam,* [33] *parauitq; illam, &* [34] *peruestigauit eam.*

28 [35] *Dixit autem homini, Ecce timor Dei* [36] *est sapientia, & vitare malum est intelligentia.*

7 i. fertilis & ferax.
8 & quod sub ea est vertitur in quendam velut ignem. i. arescit, & fit infœcunda.
9 i. aurum. est ferax auri.
10 Heb. Semitã non cognoscet illã auis, neq; aspiciet eam oculus volucris. Illã, inquit, quæ eatur ad eam. q. d. Postea regio illa desertitur, & fit inhabitabilis etiã ipsis auibus: sed ne à longe quidẽ aspicietur ab ipsis volucribus. Vides variam mutationem huius seculi.
11 Non calcabunt eam filii superbiæ, nec transibit per eam leo. Filios superbiæ vocat beluas truces & immanes. Ne à leonibus quidem habitabitur.
12 i. lapidem durissimum comminuit.
13 In rupibus erumpere facit flumina: q. d. quæ vult, facit exundare totam regionem ita vt aquis subuertatur: quum tamen quicquid preciosum esset, cerneretur in ea regione.
14 sub. regionis.
15 Heb. (Vulgata) à fletu fluminum coercet: & absconsionem educet in lucem. Coercet, inquit, rupes, i. sistit flumina quæ erumpere solent è montibus. Postea efficit ne rupes flumina effundant: & reddit regionẽ absitam aquis, aridam, & subiectam oculis omnium. His omnib. ostendit omnia subiecta esse corruptioni & mutationi: idem neminem esse fœlicem vel infœlicem.
16 inuenietur? Ostendit tandem fœlicitatem quæ

CAPVT XXIX.

Iob vitæ suæ anteactæ felicitatem & pia gesta recensit: tacite amicos calumnia arguens, qui dicebant illum merito pati quæ patiebatur.

1 Addidit quoque Iob, assumens parabolam suam, & dixit:

2 Quis mihi tribuat, vt sim iuxta menses pristinos, secundum dies quibus Deus custodiebat me:

3 Quando splendebat lucerna eius super caput meũ, & ad lumen eius ambulabam in tenebris?

1 V[1] *Lterius quoque sermonem suum prosequens Iob, dixit:*

2 [2] *Vtinam eo loco sint res meæ, quo fuerunt prioribus mensibus, & iis, quibus me custodiebat Deus:*

3 *Quum* [3] *eius lucerna in capite meo luceret:* [4] *ad cuius lumen ibam per tenebras!*

solis probis contingit, quæ æterna est, sita in sola in Deum fiducia. 17 q. d. sapientia ista, cælestis est, non terrena. 18 pro illa aurum, i. nullo auro, neq; argento acquiritur sapientia ista cælestis. 19 Non æstimabitur auro Ophir. i. auro adducto ex Ophir regione. nullo auro, quantumuis puro æstimari potest nec vllis gemmis, aut lapidibus. 20 chrystallus. Alii dicunt vocẽ Hebræam significare lapidem multo preciosiorem auro, quum ei postponatur. 21 Nomina sunt lapidum preciosissimorũ. Negligentur, inquit, preciosissimi lapides, si venerimus in mentionem sapientiæ. Quidam vertunt, corallia, & gabis. 22 Heb. & tractio eius est multo præstantior margaritis. i. acquisitio sapientiæ. 23 vel smaragdus. 24 non auro defæcatissimo æstimabitur. 25 vel, Cum abstrusa sit, &c. 26 q. d. Materia ipsa informis ... sapientiã diuinam ita Hebræi exponunt. Alii melius. Perditio & mors. i. homo perditus & corruptus, propter peccatum Adæ. q. d. ... sapientia in homine ... filius mortis. voluit enim Deus sapientia sua saluare hominem, qui perditus erat & mortuus. 27 sub. sapientiæ. 28 intelligit. q. d. Deus author est eius ... 29 i. vt faciat aerem seruare suam proportionem & aquam similiter suam proportionem. Per synecdochen autem intelligit de omnibus elementis. 30 Dum faceret pluuiæ statutũ, & viam coruscationi & tonitruo. i. dum præscriberet leges pluuiæ (oportet enim eam defluere certa portione, & certo tempore) & dum faceret viam coruscationi tonitruorum, quæ fieri solet tempore tonitrui. 31 Sub. ab æterno. 32 ... i. voluit eam perpetuo seruari ... 33 vt scil. perpetuo duraret. 34 inquisiuit illã. i. hanc voluit studiose obseruare. q. d. fecit omnia ista in sapientia. 35 q. d. Dũ hæc faceret, visus est quasi dicere homini, & admonere hominẽ. 36 i. qua itur ad sapiẽtiam. CAP. XXIX. 1 Heb. & addidit Iob assumere sermonem suũ. i. Rursum cœpit loqui & dicere. 2 Heb. Quis statuat me sicut, &c. 3 vel. suam lucernã splendescere faceret super caput meũ. i. Dum summo fauore prosequeretur me. 4 & ad lumen eius ambulabam per tenebras. Hoc est, Dum vincebam fauore illius summas tribulationes. Tenebras, res difficultates & tribulationes intelligit. Dum per gratiam eius nihil mihi erat difficile.

4 Adolescentiæ. Vox Hebræa propriè significat autumnum: & per metaphorã, adolescentiam, quia vt in autumno seminata terra mandantur, ita adolescentia homines facile generant.
5 & dum esset societas Dei super tabernaculũ meũ. i. dum Deus per gratiam suã habitaret in tentorio meo dum fauerer mihi. Multis verbis describit fauorem Dei.
7 Omnipotens.
8 i. Dum adhuc stiparet famulus meus.
9 vestigia mea.
9 i. itinera mea. i. du adesset mihi summa copia rerum omnium.
10 super. i. dum mihi esset tanta copia olei vt riuo cieretur æquare flumen aliquod.
11 egrediebar per portam iuxta vrbem. Deambulaturus scilicet circa vrbis mœnia, vt fit sub æstiuo tempore æstatis.
12 abscondebatur i. vnà cum voce abscondebantur. aut silentes prospiciebant f. q. d. ne loqui quidem audebant, me præsente, tanta erat mei reuerentia.
13 sub. quæ faciebam.
14 sub. de innocentia vitæ meæ.
15 pauperē vociferantem eripiebam, & pupillum, & (cum) cui nõ erat adiutor.
16 Heb. benedictio pereuntis veniebat super me. i. Commendabar ab hominibus qui perituri erant nisi illis succurrissem.
17 exhilarabã.
[illegible] quum scil. opem illi ferrem
18 Induebam, &c. i. iustitia erat mihi quasi vestis quæ nunquã recedit a me

4 Qualis fui tempore hyemis meæ,[5] quum Dei esset arcana necessitudo cum meo tabernaculo.
5 Quum adhuc[7] Optimus maximus[8] esset mecum, & [9] iuuenes mei circum me.
6 Quando[9] pedes meos butyro abluebam, &[10] saxũ apud me fundebat riuos olei.
7 Quando[11] per oppidum ad portam prodibam, & in platea parabam sellam meam:
8 Et me conspicati iuuenes abscondebantur, senesq́; assurgentes adstabant.
9 Principes autem à sermone abstinebant, oriq; suo imponebant manum:
10 Procerumq; vox[12] premebatur, & lingua eorum adhærebat palato.
11 Nam auris quæ[13] audiuerat, beatum prædicabat me: & oculus qui viderat,[14] testimonium mihi reddebat:
12 Quia[15] humilem clamantem asserebam, & orphanum cui nemo ferebat opem.
13 [16] Qui paulo minus perierat, laude me prosequebatur, & cor viduæ[17] commouebam ad iubilum.
14 [18] Induebam iustitiam, & iudicium meum vestiebat me vt pallium & tiara.
15 Fui [quoq;] oculus cæco, & vice pedum claudo:
16 Pater fui pauperũ: & causam forensem,[19] quam ignorabam, indagaui.
17 Et iniqui hominis molares contriui, atq; prædam extraxi[20] è visceribus eius.
18 [21] Cogitabam igitur[22] me in nido meo exspiraturũ esse, ac more phœnicis multos dies victurum.
19 [23] Diffusa fuit mea radix ad aquas, & ros[24] in messe mea est moratus.
20 [25] Mea dignitas mihi recens perstitit, & arcus meus in manu mea recepit vires.
21 Me audito[26] expectabant [homines,] & tacebant ad meum consilium,
22 Postquam dixissem, non iterabant sermonem,[27] & sermo meus in eos stillabat.
23 Meq;[28] velut pluuiam expectabant, & os aperiebant suum velut[29] ad pluuiam serotinam.
24 Si quando iocarer apud eos,[30] non credebant,[31] & in omnibus morigerari mihi studebant.
25 [32] Accommodaui me illorum moribus cum iudicio, tenuiq́; primos accubitus, ac inter eos versatus sum, vt Rex inter militum [custodiam,] & quomodo quispiam mœstos consolaturus.

4 Sicut fui in diebus adolescentiæ meæ, quando secretò Deus erat in tabernaculo meo.
5 Quando erat Omnipotens mecum: & in circuitu meo pueri mei?
6 Quando lauabam pedes meos butyro, & petra fundebat mihi riuos olei?
7 Quando procedebam ad portam ciuitatis, & in platea parabant cathedram mihi:
8 Videbant me iuuenes, & abscondebantur: & senes assurgentes stabant.
9 Principes cessabant loqui, & digitum superponebant ori suo.
10 Vocem suam cohibebãt duces, & lingua eorum gutturi suo adhærebat.
11 Auris audiens beatificabat me, & oculus videns testimonium reddebat mihi:
12 Eo quòd liberassem pauperem vociferantem, & pupillum cui non esset adiutor.
13 Benedictio perituri super me veniebat, & cor viduæ consolatus sum.
14 Iustitia indutus sum, & vestiui me, sicut vestimento & diademate, iudicio meo.
15 Oculus fui cæco, & pes claudo.
16 Pater eram pauperum: & causam quam nesciebam, diligentissime inuestigabam.
17 Conterebam molas iniqui, & de dentibus illius auferebam prædam.
18 Dicebamque, In nidulo meo moriar, & sicut palma, multiplicabo dies.
19 Radix mea aperta est secus aquas, & ros morabitur in messione mea.
20 Gloria mea semper innouabitur, & arcus meus in manu mea instaurabitur.
21 Qui me audiebant, expectabant sententiam, & intenti tacebant ad consilium meum.
22 Verbis meis addere nihil audebant, & super illos stillabat eloquium meum.
23 Expectabant me sicut pluuiam, & os suum aperiebant quasi ad imbrem serotinum.
24 Si quando ridebam ad eos, non credebant, & lux vultus mei non cadebat in terram.
25 Si voluissem ire ad eos, sedebam primus: cumq; sederem quasi Rex circumstante exercitu, eram tamen mœrentium consolator.

B

Officium boni principis.
C

D

CAPVT XXX.

1 NVnc autem me rident minores me ætate, quorum patres dedignatus fuissem adiungere canibus gregis mei.
2 [1] Quorum robur collatum quid mihi attulisset? quibus vigor omnis fuit perditus:
3 Qui rerum inopia & fame adacti[2] profugerunt in solitudinem ac locum torridum, ac nuper in egestate summa erant:
4 Ac[3] decerpserunt maluam apud arbustum aliquod: eorumq; radix iuniperorum panis fuit.
5 Quiq; pulsi fuerunt[4] è medio, clamantibus aduersus eos hominibus tanquam aduersus furem:
6 Vt degerent[5] in horridis locis torrentium, & in speluncis terræ ac petrarum.

1 NVnc autem derident me iuniores tempore, quorum non dignabar patres ponere cum canibus gregis mei:
2 Quorum virtus manuum mihi erat pro nihilo, & vita ipsa putabantur indigni.
3 Egestate & fame steriles, qui rodebant in solitudine, squalentes calamitate & miseria,
4 Et mandebant herbas, & arborum cortices, & radix iuniperorum erat cibus eorum:
5 Qui de conuallibus ista rapientes, cum singula recepissent, ad ea cum clamore currebant.
6 In desertis habitabant torrentium, & in cauernis terræ, vel super glaream.

A
Quanto contemptui ab hominibus, & quanta maledictione à Domino tractetur, describit Iob.

[illegible] erat obseruantissimus iustitiæ & iudicii meum. (i. iustitia repetitio est) erat mihi tanquã pallium & velamen capitis. nullo tempore recedebat a me iustitia. 19 vel, quã non satis nouerã hoc est, volebã scire cuius causa esset iusta. 20 e dentibus. 21 Itemq́; [illegible] integritate vitæ meæ. 22 [illegible] in nido meo & multiplicabo dies tanquã arenam i. Subito moriar citra molestiã longæ ægritudinis, in medio liberorum meorum, siue liberis meis superstitibus, & [illegible] 23 Expedita est mihi ad aquas, hoc est, in eo loco est quæ sunt mihi necessaria ad vitã, abundè adsunt. 24 pernoctat (vel permanet) in ramis meis. [illegible] prosperã fortunã significat: Ramus, fructũ q. d. & bonitatem [illegible] habebit. 25 vel, Gloria mea innouabitur apud me, & arcus meus in manu mea instaurabitur. i. quotidie augebitur gloria mea: & robur meum instaurabitur, & utrumq; reddetur. 26 i. pendebant a me, & silentio acquiescebant consilio meo. 27 sed super eos stillabat sermo meus i. id quod dixerã, alter alteri renunciabat. 28 Sub. necessariã frumentis tempore siccitatis. 29 i. ore aperto petebant meum cõsilium quanto desiderio pluuia in Autumno expectari solet. De pluuia quæ ad frugum maturitatem desideratur solet, loquitur, quæ vespere, aut tempore nocturno cadit. Ostendit autem quanta integritate sit vitæ authoritas. 30 i. putabant me serio loqui. 31 Heb. & lumẽ vultus mei non deijciebant i. authoritatem meã non spernebant nihil ominus me reuerebantur. 32 Heb. Deligebam vias eorum, & sedebam in capite, & habitabam sicut Rex in ipso exercitu, sicut is qui consolatur lugentes. Si quando inquit, me illis adiungebam, sedebam loco principe. vel, Præscribebam illis viã quam tenere debebant, & primas tenebã inter illos: meq; tanto honore prosequebantur, quanto milites regem. & habitabã inter illos sicut qui consolatores lugentes, qui pendere solent ab ore consolatoris. CAP. XXX. 1 Heb. Etiam virtus manuum illorum ad quid [illegible] super eos periit tempus. i. quid erat eorum potentia mea collata mecum? Vel, vt alii, etiam opera eorum ad quid mihi vtilis fuisset: extiterunt inutiles. 2 solitarii erant qui fugiebant ad siccitatem [illegible], vastitatem, & desolationem. Nemo, inquit, accedebat ad eos & coacti fame fugiebant ad locum siccum & arentem, ad [illegible] solitudinem. 3 Decerpebant maluam iuxta arbusta. q. d. vtebantur cibo abiectissimo. 4 i. e medio vrbe. 5 Heb. in [illegible]. vel, rupturis.

7 Qui

B 7 Qui inter huiuscemodi lætabantur, & esse sub sentibus delicias computabant.
8 Filii stultorum & ignobilium, & in terra penitus non parentes.
9 Nunc in eorum canticum versus sum, & factus sum eis in prouerbium.
10 Abominantur me, & longè fugiunt à me, & faciem meam conspuere non verentur.
11 Pharetram enim suam aperuit, & afflixit me, & frænum posuit in os meum.
12 Ad dexteram orientis calamitatis meæ illicò surrexerunt: pedes meos subuerterunt, & oppresserunt quasi fluctibus, semitis suis.
13 Dissipauerunt itinera mea, insidiati sunt mihi: & præualuerunt, & non fuit qui ferret auxilium.
C 14 Quasi rupto muro, & aperta ianua irruerunt super me, & ad meas miserias deuoluti sunt.
a abstulit. 15 Redactus sum in nihilum: a abstulisti quasi ventus desiderium meum: & velut nubes pertransiit salus mea.
16 Nunc autem in memetipso marcescit anima mea, & possident me dies afflictionis.
17 Nocte os meum perforatur doloribus: & qui me comedunt, non dormiunt.
18 In multitudine eorum consumitur vestimentum meum, & quasi capitio tunicæ succinxerunt me.
19 Comparatus sum luto, & assimilatus sum fauillæ & cineri.
20 Clamo ad te, & non exaudis me: sto, & non respicis me.
21 Mutatus es mihi in crudelem, & in duritia manus tuæ aduersaris mihi.
22 Eleuasti me, & quasi super ventum ponens elisisti me valide.
D 23 Scio quia morti trades me, vbi constituta est
Mors domus omnium. domus omni viuenti.
24 Verumtamen non ad consumtionem meam emittis manum tuam: & si corruerint, ipse saluabis.
25 Flebam quondam super eo qui afflictus erat, & compatiebatur anima mea pauperi.
26 Expectabam bona, & venerunt mihi mala: præstolabar lucem, & eruperunt tenebræ.
27 Interiora mea efferbuerunt absque vlla requie, præuenerunt me dies afflictionis.
a clamabam. 28 Mœrens incedebam, sine furore, consurgens, in turba a clamaui.
29 Frater fui draconum, & socius struthionum.
30 Cutis mea denigrata est super me, & ossa mea aruerunt præ caumate.

7 Vt rudebant inter arbusta (velut onagri) sic qui contrahebant [6] sub vepreto aliquo.
8 [7] Denique nihil hominum & inglorii, qui in terra vincere non deberent.
9 Illis nunc carmen sum, & illis [8] fabula sum:
10 Me quo abominantur (omnes) & longe discedunt à me, neque sputum continent à me.
11 Nam postquam (Deus) [9] emisso neruo me afflixit, [10] effrenes in me feruntur:
12 Et adolescentes ad dextrum (latus) insurgunt, meosque pedes [11] subuertunt: [12] viam quoque in me muniuerunt vt incommodent.
13 Viam quoque meam [13] corruperunt, [14] at promouent ad lædendum me, vt cui adiutore nihil opus sit.
14 [15] Irruunt vt latum flumen ruptis aggeribus, & impetu conuoluunt sese.
15 Falli in me impetu terroris [16] animam meam beneficentia fluctuosam persequuntur vt ventus, meaque salus vt nubes prætereit.
16 Nunc etiam anima mea in me [17] inuertitur, sibique me vendicant tempora calamitosa.
17 Noctu [18] perforantur ossa mea à me, nec quiescunt (vermes) degredientes à me.
18 Vestimentum meum [19] vi malorum [20] faciem suam mutauit, quo velut [21] capitium togæ meæ cingunt me.
19 † Deduxit me ad argilla (vtilitatem,) mihique videor similis pulueri ac cineri.
20 Dum clamito ad te, non exaudis me, [22] ac persteranti non me curas.
21 Mutatus es mihi in crudelem (hostem,) & robore tuæ manus [23] aduersaris mihi
22 Extulisti me, [24] ac vento (impositum) vexisti me: [25] sed (rursum) liquefecisti me in mea substantia.
23 Scio enim quod [26] mors restituat me, & domus destinata omnibus viuentibus.
24 [27] Non sane intentet manum ad vermo (defunctorum) aut clamant aliqui post obitum suum?
25 (Quodlibet mali obtingat) si non defleui [28] calamitosos, & anima mea non dolore commota est ob aliorum paupertatem.
26 [29] Tum expectaui bonum, & euenit malum: præstolatus sum lucem, & venit caligo:
27 Intestina mea [30] efferbuerunt, & non quieuerunt, [31] neque apprehenderunt calamitosa tempora.
28 [32] Lugubri habitu incessi, vt solem non sentiens, stans etiam in cœtu calamitabam (vlulans)
29 [33] Eusque frater draconum [34] & socius struthionum.
30 Cutis mea in me denigrata est, & ossa mea præ siccitate [35] exarserunt:

6 vel, sub. conduti, aut, a bacubus aut. illi, dum scilicet carperent vitam fugerent [illegible].
7 Heb. filii stulti, filii hominum, nomine carentium quibus flacti sunt plus quam terra, i. e. sunt etiam, inquit, filii stultorum, etiam hominum obscurorum & ignobilium, qui terra ipsa quæ ab hominibus calcatur, abiectiores sunt.
8 Heb in sermonem.
9 Heb. funem meum dissoluit, & afflixit me. i. abstulit ea omnia illorum reuerentiam, quæ erant velut obligari vt me reuererentur.
10 & frænum à facie mea excusserunt. Frænum, vocat timorem: quia vt frano cohibentur equi, ita & homines timore continentur in officio. q. d. depulerunt timorem, quo continebantur in officio, nempe præsentia mea.
11 impellunt, vt scilicet præcipitent me in terram.
12 & calcant super me semitas constructionis sue, i. assiduis contritionibus & damnis quærunt me perdere. reddunt vias suas tritas frequenti discursatione & me damnificando.
13 subuertunt. i. reddunt studium meum irritum. impedimento mihi sunt quo minus assequar quod cupio.

14 destructionem meam adiuuant, quibus non erat olim adiutor. Ac si dicat, cadentem me, imo pellunt & meam infœlicitatem adiuuant ii qui antea omni ope erant destituti. 15 Tanquam per rupturam latam inuadunt me: sub. calamitate deuoluti sunt ad me. Vtitur similitudine ducta à fluuio qui cum impetu fugit rupta ripa. Illi veniunt, inquit, aduersum me magno impetu vt fluuius solet rupto aggere. Vbi viderunt me obrutum aliqua calamitate, voluerunt me perdere, nacti occasionem, aduoluti sunt ad me largiter. 16 Hebr. [illegible] meam, vel, principem meam, i. animam meam nobilem & inclytam.
17 effusa est: arripuerunt me dies afflictionis. i. pene sum exanimatus: nunc vehementissime affligor. 18 ossa mea perforauit (sub. dolor) super me: & arteriæ meæ non conquieuerunt, id est, noctu sentio grauissimum dolorem: neque pulsus meus redditur minor tempore nocturno: qui tamen minui deberet, quia calor retrahitur in partem interiorem. Grauitatem morbi describit. 19 præ multitudine roboris sub. morbi, id est, præ nimia morbi grauitate. 20 quod scilicet inhærerat [illegible].
21 Ora, id est, superior vestis pars. vtebantur antiquitus vestibus omni ex parte consutis: atque ita foramen erat in supremo vestis, quod collum cingebat. & hoc vocatur os. † Deiecit me in lutum. sub. morbus ille. 22 sto, & non consideras, id est, quum sto tacendo, nihil me curas. 23 odisti me, id est, perinde percussisti me atque si me odisses. 24 id est, me sublatum, celerrime alio me transtulisti. 25 & abstulisti me rectam viuendi rationem. q. d. visus es ira me affligere quasi nunquam permansissem in officio. Describit desperationem, in quam [illegible] qui à Deo deseruntur. 26 reuerti facies me ad mortem, & ad domum [illegible] omnibus viuentibus, id est, ad sepulchrum. q. d. Nihil mihi versatur ob oculos præter mortem. 27 Sane precatio non porriget manum: (si [illegible]) in contritione [illegible] clamor, id est, Tunc certe non proderunt preces ad Deum: quamuis soleant homines tempore calamitatis clamare ad eum. 28 difficilem [illegible] vel, [illegible] id est miserum & calamitosum.
29 Quando expectaui bonum, tunc, &c. 30 magno æstu agitata sunt, 31 Hebr. anticipauerunt me dies afflictionis. 32 Ater ambulaui, non ob solem: steti in pedes in congregatione, & vociferatus sum. q. d. Facies mea fuit admodum nigra, non propter solem, sed propter afflictionem & grauitatem morbi interioris: quum deberem silere, nempe in congregatione & consilio, coactus sum erumpere in vocem doloris. 33 id est, naturam draconum sum imitatus, semper emittens vocem lugubrem.
34 socius fui filiis struthionum. Vox Hebræa significat genus auis deserta incolentis, cuius cantus est lugubris. 35 Heb. incaluerunt. i. contraxerunt calorem præ [illegible].

31 *Mihique cithara versa est in luctum, & [28] fidicula mea in vocem plorantium.*

31 Versa est in luctum cithara mea, & organum meum in vocem flentium.

CAP. XXXI.

CAPUT XXXI.

1 FOEdus [1] *pepigi cum oculis meis, ut ne cogitarem quidem de virgine.*

2 *Quæ enim pars Dei superne [2] erit, [3] & quæ hæreditas [3] Optimi maximi e sublimibus (cælis?)*

3 *Annon [4] pernicies iniquo (parata est,) & afflictio patrantibus scelus?*

4 *Annon ipse videt vias meas, & omnes gradus meos adnumerat?*

5 *Si [5] fraudes commisi, & pes meus festinauit ad dolum:*

6 *Appendat me in statera iustitiæ, & cognoscat meam integritatem (Deus.)*

7 *Si deflexit gressus meus à via, [6] & cor meum secutum est appetitionem rei visæ, & [7] macula palmis meis adhæsit:*

8 *Ego seminem, & alius comedat, [8] meique posteri euellantur radicitus.*

9 [9] *Si concupiscentia uxoris alienæ obnoxium fuit cor meum, & ante ostium sodalis mei fui [10] insidiatus:*

10 [11] *Permolat uxorem meam alius, [12] & subigant eam alii.*

11 [13] *Hoc enim grande flagitium est, & iniquitas capitali actione persequenda.*

12 [14] *Ignis enim est, qui ad interitum usque voraret, ac omnem prouentum meum radicitus euelleret.*

13 [15] *Si detrectaui iudicia, quum seruus meus aut ancilla vellent mecum litigare:*

14 [16] *Quid enim facerem Deo consurgente (ad iudicium,) & quid ei responderem animaduertenti?*

15 *An non idem qui condidit me in ventre, condidit & illum, & formauit [17] eum in vno vtero.*

16 [18] *Si frandaui genium inopum, & viduas lactaui vana spe:*

17 *Et solus edi cibum meum, nec Orphanus de illo comedit.*

18 [19] *Nam à primis annis educauit me (benignitas) velut parens, & quamprimum editus sum in lucem, eam mihi vitæ magistram constitui.*

19 *Si quem [20] veste carentem perire vidi, & deesse indumentum pauperi.*

20 *Si non gratias egerunt mihi [21] femora eius, & non vellere agnorum meorum calefactus est, (non recuso quin malum patiar.):*

21 [22] *Si minitatus sum orphano, quum non ignorarem me valere plurimum in porta:*

22 *Excidat armus meus ab humero, & brachium meum frangatur [23] in ossibus.*

23 *Mihi enim adfuit metus calamitatis à Deo immittenda, [24] quam perferre non possem.*

24 *Si posui spem meam in auro, & massa aurea dixi [25] meum esse præsidium.*

25 *Si crescentibus opibus meis, & [26] quum adipiscerer ingentes diuitias, gauisus sum:*

26 [27] *Si videns lucem (solis) splendidam, & lunam claram incedentem:*

27 [28] *Et occulte cor meum mihi persuasit, vt manus mea ori applicaretur.*

28 *Nam & ea iniquitas [29] est iudicio capitali digna: Deum enim qui supra est negassem.*

1 PEpigi fœdus cum oculis meis, vt ne cogitarem quidem de virgine.

2 Quam enim partem haberet in me Deus desuper, & hæreditatem Omnipotens de excelsis?

3 Numquid non perditio est iniquo & alienatio operantibus iniustitiam?

4 Nonne ipse considerat vias meas, & cunctos gressus meos dinumerat?

5 Si ambulaui in vanitate, & festinauit in dolo pes meus:

6 Appendat me in statera iusta, & sciat Deus simplicitatem meam.

7 Si declinauit gressus meus de via, & si * secutus est oculus meus cor meum, & si in manibus meis adhæsit macula:

8 Seram, & alius comedat, & progenies mea eradicetur.

9 Si deceptum est cor meum super muliere: & si ad ostium amici mei insidiatus sum:

10 Scortum alterius sit vxor mea, & super illam incuruentur alii.

11 Hoc enim nefas est, & iniquitas maxima.

12 Ignis est vsque ad perditionem deuorans, & omnia eradicans genimina.

13 Si contempsi subire iudicium cum seruo meo, & ancilla mea, cum disceptarent aduersum me:

14 Quid enim faciam cum surrexerit ad iudicandum Deus? & cum quæsierit, quid respondebo illi?

15 Numquid non in vtero fecit me, qui & illum operatus est: & formauit me in vulua vnus?

16 Si negaui quod volebant pauperibus, & oculos viduæ expectare feci:

17 Si comedi buccellam meam solus, & non comedit pupillus ex ea:

18 (Quia ab infantia mea creuit mecum miseratio: & de vtero matris meæ egressa est mecum.)

19 Si despexi * prætereuntem, eo quòd non habuerit indumentum, & absque operimento pauperem:

20 Si non benedixerunt mihi latera eius, & de velleribus ouium mearum calefactus est:

21 Si leuaui super pupillum manum meam, etiam cum viderem me in porta superiorem:

22 Humerus meus à iunctura sua cadat, & brachium meum cum suis ossibus confringatur.

23 Semper enim quasi tumentes super me fluctus timui Deum, & pondus eius ferre non potui.

24 Si putaui aurum robur meum: & obrizo dixi, Fiducia mea.

25 Si lætatus sum super multis diuitiis meis, & quia plurima reperit manus mea.

26 Si vidi solem cum fulgeret, & lunam incedentem clarè:

27 Et lætatum est in abscondito cor meum, & osculatus sum manum meam ore meo,

28 Quæ est iniquitas maxima, & negatio contra Deum altissimum.

Right margin: A Iob recenset vita sua [illegible]. — * secutum est oculos meos. — B — * peregrinum. — C

Left margin notes: Hic organum meum q. d. lætitia mea versa est in luctum.
1 Dum hic tuetur innocentiam suam, depingit ordinem vitæ sanctæ q. d. sum in anima continens & carnis & spiritus mei.
2 vel, manet illos qui talia agunt nempe corruptores virginum, q. d. cur cogitassem de virgine corrumpenda, quum scirem quam mercedem solet Deus huiusmodi hominibus dare?
3 Omnipotentis, ac si dicat, si homines finem spectent, deterrentur à peccando.
4 calamitas.
5 Heb. ambulaui in mendacio.
6 Heb. & post oculos meos ambulauit cor meum, i. si concupiui quod videbant oculi mei.
7 vel, quicquam, nam duplex est lectio quod scilicet sit alienum.
8 Vel potius, meaque gemina.
9 Hebr. si deceptum fuerit cor meum super muliere aliena. i. si turpi amore vxoris alienæ correptus & deceptus fuerit animus meus.
10 ad corrumpendam scilicet vxorem eius, quæ in ostio stabat [illegible].
11 Molat alteri vxor mea. i. ei pareat mihi & alteri famuletur. Solebant mulieres famulæ in quibus non erat [illegible] molere, & panem conficere.
12 & super eam incuruentur se alii, i. rem habeant cum ea.
13 Hebr. Est enim scelus & est iniquitas (ex iniquitatibus) quæ sunt iudicare sunt q. d. si in controuersia grauissimum peccatum est adulterium.

14 Nam ignis ipse (sub. à Deo missus) ad imum vsque deuorasset. sub. omnia bona mea. 15 Heb. si respuissem iudicium serui mei & ancillæ meæ, in litigando cum me. um [illegible] autem, vt & in aliis nonnullis, pœna quæ in hac poni debet conditione. 16 Quid enim fecissem cum surrexisset Deus. & quum visitasset: [illegible] quid respondissem illi [illegible] inquit, vt scilicet iudicaret inter me & illos. 17 [illegible] quum visitasset, [illegible] in matrice. 17 [illegible] in matrices i. me & [illegible] meum solus Deus formauit in matrice matrum nostrarum. 18 Hebr. Si prohibui ab eo quos optabant pauperes, & oculos viduæ deficere feci. i. Si denegaui quicquam pauperibus quod optarent, & præ expectatione deficere fecerim oculos viduæ. q. d. [illegible]. 19 Heb. nam à pueritia mea adoleuit mecum (sub. orphanus) tanquam apud patrem: & ab vtero matris deduxi illam. Sub viduam q. d. A pueritia fouit pupillos & ab vtero matris [illegible] dux viduarum. 20 quod absque vestimento esset. 21 latera eius, sub. quæ operiui. 22 Heb. si leuaui contra pupillum manum meam quum viderem auxilium meum in porta, q. si percussi pupillum, quum viderem auxilium meum paratum, si vellet insurgere. & impune id facere possem. 23 à canna. Canna est os longum à flexura cubiti vsque ad humerum. 24 nam propter eius maiestatem non potuissem. Sub. erripere manibus eius. 25 vel, fiduciam meam esse. 26 Heb. quod multa manus mea inuenisset facultates, sub. maximas. 27 Si vidi solem quando splendebat & lunam (à qua) abire solet (lumen) preciosum, i. quæ subinde priuatur lumine. & confiteri Solem splendentem, & lunam, vt eos adorarem tanquam Deos, q. d. nunquam suspicatus sum solem esse Deum. 28 Et deceptum fuit in occulto cor meum, & osculata est manus mea os meum. De secutione siue idololatria tacita loquitur, q. d. si quum vidi Solem, deceptus fui vt suspicarer illum esse Deum, & in signum reuerentiæ posui manum meam ad os meum. 29 fuisset iudicata.

29 Si

29 Si gauisus sum ad ruinam eius qui me oderat: & exultaui quòd inuenisset eum malum.
D 30 Non enim dedi ad peccandum guttur meũ, vt expeterem maledicens animam eius.
31 Si non dixerunt viri tabernaculi mei, Quis det de carnibus eius, vt saturemur?
32 Foris non mansit peregrinus, ostium meum viatori patuit.
33 Sin abscôdi quasi homo peccatum meum, & celaui in sinu meo iniquitatem meam.
34 Si expaui ad multitudinem nimiam, & despectio propinquorum terruit me: & non magis tacui, nec egressus sum ostium.
35 Quis mihi tribuat * adiutorem, * vt desiderium meum audiat Omnipotens: & librum scribat ipse qui iudicat.
36 Vt in humero meo portem illum, & circundem illum quasi coronam mihi?
37 Per singulos gradus meos pronuntiabo illũ, & quasi principi offeram eum.
38 Si aduersum me terra mea clamat, & cum ipsa sulci eius deflent.
39 Si fructus eius comedi absque pecunia, & animam agricolarum eius afflixi:
40 Pro frumento oriatur mihi tribulus, & pro hordeo spina.

* *auditorem, Scriptorem æternũ suæ controuersiæ sibi contingere, optat Iob.*

* *Finita sunt verba Iob.*

29 Si gaudium percepi ex infortunio inimici mei, & exultaui cum ei malum obuenisset.
30 [10] Sed ne hallenus quidem permisi meo palato peccare, vt ei malum imprecaretur.
31 Si non dixerunt [11] familiares mei, [12] Vtinam liceat istius carnibus saturari.
32 Non (enim) hospes pernoctauit foris, & ostia mea [13] peregrinanti aperui.
33 Si occultaui [14] vt Adam scelus meum, vt iniquitatem meam in [15] recessu meo reconderem.
34 [16] Si reformidaui turbam magnam, & contemptus familiarum deterruit me, vt tacerem, & non domo exirem.
35 [17] Vtinam sit mihi auditor, ipseq; Optimus maximus dictet mihi, quod pro mea parte adnotandum sit, aduersarius autem meus librum praescribat.
36 Quem nisi humero meo portauero, & mihi velut corollas [18] apposuero, (quiduis patiar.)
37 [19] Etenim per singulos gradus recitabo, & eum adibo tanquam principem.
38 Si clamat contra me [40] tellus mea simulq; lachrymantur [41] sulci eius:
39 [42] Si opes illius edi absq; pecunia, & cultores eius nimio operi confeci:
40 Proueniat [43] paliurus pro frumento, & [44] lolium pro hordeo. [45] Finita sunt verba Iob.

30 Heb. Etenim non dedi ad peccandum palatum meum, vt peterē in maledictione animam eius. i. quum ne habebam quidem laxarim ori meo vt de illo maledicerem, & dura ei imprecarer.
31 Heb. homines tētorii mei. i. domestici & familiares mei.
32 Heb. Quis dabit de carne eius? non saturabimur. Sub. donec pereat. Verba sunt domesticorum Iobi quos nimium fatigabat in tractandis hospitibus quos studiosissime suscepi aduenas & peregrinos, adeo vt prae fastidio laboris quem in eis tractandis facessebam famulis meis, mala mihi imprecarentur ipsi famuli.
33 Heb. ad iter. aut iuxta iter i. vt facilius declinarent in domū meam peregrini.
34 vel, sicut homines. sub. reliqui.
35 Sau. i. penes me.
36 Nam fregissem turbam multam, & despectio familiarum humiliabat me, & silebam, neque egrediebar domum. q. d. neminem timebam. poterā enim frangere maximam turbam, quod pollerem viribus: tamen quum abiectissimus quisque ignominia me afficeret, reticebam, meq; domi continebam.
37 Quis det mihi audientem me: profectò signum meum est, quòd Omnipotens respondebit mihi. & liber

CAPVT XXXII.

A

Eliu tacentib9 ceteris arguit illos, simpliciter.

1 OMiserunt autem tres viri isti respondere Iob, eo quòd iustus sibi videretur.
2 Et iratus, indignatusq; est Eliu filius Barachel Buzites de cognatione Ram: iratus est autem aduersum Iob, eo quòd iustum se esse diceret coram Deo.
3 Porrò aduersum amicos eius indignatus est, eo quòd non inuenissent responsionem rationabilem, sed tantummodo condemnassent Iob.
B 4 Igitur Eliu expectauit Iob loquẽtem: eo quòd seniores * essent qui loquebantur.
5 Cum autem vidisset quòd tres respondere non potuissent, iratus est vehementer.
6 Respondénsque Eliu filius Barachel Buzites, dixit, iunior sum tempore, vos autem antiquiores: idcirco demisso capite veritus sum vobis indicare meam sententiam.
7 Sperabam enim quòd ætas prolixior loqueretur, & annorum multitudo doceret sapientiam.
8 Sed vt video, Spiritus est in hominibus, & Inspiratio Omnipotentis dat intelligentiam.
C 9 Non sunt longæui sapientes, nec senes intelligunt iudicium.
10 Ideo dicam, Audite me, ostendam vobis etiam ego meam * sapientiam.
11 Expectaui enim sermones vestros, audiui prudentiam vestram, donec disceptaremini sermonibus vestris:

* *se.*

Docet non ætatem, sed Spiritum Dei dare prudentiam.

* *scientiam.*

1 CEssauerunt igitur tres isti viri respondere Iob, quia sibi iustus videbatur.
2 Iratus est autem Elihu filius Barachel Buzita de familia Ram, ipsi Iob succensens, [1] quòd sibi maiorem iustitiam arrogaret, quam Deus ferre posset.
3 Tribus autem amicis eius succensuit, quod non [2] suppeterent eis rationes idoneae, & tamen Iob damnassent (impietatis.)
4 Nam Elihu [3] expectauit dum Iob finem loquendi fecisset: eo quod isti ætate illum superabant.
5 Videns autem Elihu [4] tres istos nihil argumentorum habere, succensuit.
6 Et respondens Elihu filius Barachel Buzita dixit, quum ego ætate minimus sim, vos autem senes, [5] veritus sum, ac timui apud vos meam sententiam proferre.
7 [6] Cogitaui enim par esse vt senes loquantur, & grandaeui disserant de sapientia.
8 Verum Spiritus [7] ipse agit in hominibus, & afflatus Optimi maximi docet eos.
9 [8] Et fit, vt magnates non sapiant, nec senes intelligant iudicium.
10 Quamobrem dixi, Audite me, & ego etiam prodam quod sentio.
11 Ecce verba vestra expectaui, & aures praebui, [9] quandiu moliti estis apparatum vestrum & sermones afferre:

quem scripsit homo contentionis meæ i. Vtinam haberem qui meam causam audiret. sanè argumentum innocentiæ meæ est, quòd Dominus testimonium redditurus est illi. liber item quem scripsit aduersarius meus. q. d. tantum abest vt amicorum meorum dicta labefactent innocentiam meam, vt ea optarem semper ferre.
38 colligauero. q. d. librum illum quem aduersum me scripserunt aduersarii mei, gestabo, eritque mihi ornamento et corollæ, vt omnes videant quæ adduxerunt contra me. 39 Numerum gressuum meorum narrabo illi: & accedam ad illum tanquam ad ducem. id est cum summa reuerentia accedam ad illum qui paratus fuerit audire causam meam, eo modo quo principes adire solemus. 40 Tellurem per colonis posuit. q. d. si colonis mercedem non persoluerim. Vel vt alii, si non iure possideo terram quam habeo.
41 [illegible] vi aut violentia abstulerim terram meam, denegando victum & mercedem agricolis meis. 42 Si comederim absque argento virtutem eius, & afflixerim animam [illegible] [illegible] si fructus illius terræ comederim non reddita mercede agricolis, imò afflixerim ipsos qui coluerunt eam.
43 [illegible] aut carduus. 44 vt tribulus. Alii vertunt, semen foetidum & putidum. 45 vel, perfecta sunt verba Iobi. i. absoluta est disceptatio Iobi cum amicis. Clausulæ [illegible], vt Latini rhetores ascribunt; Dixi. vel Dicta est causa.
CAP. XXXII. 1 propterea quòd iustificaret animam suam supra Deum [illegible] se iustum magis quàm Deum, dicebat enim se iustum: Deum non item, quòd affligeret [illegible] culpam. 2 inuenerant responsionem [illegible] d. condemnarent [illegible] nulla ratione iusta. 3 Heb. expectauit Iobum in verbis. i. sustinuit loquentem. 4 Heb. quod non esset (responsio) in ore trium virorum, [illegible] loquentur, & multitudo annorum notam reddent sapientiam. i. Cogitabam apud me quod sequitur, [illegible] prouecta ætati, & annosis [illegible] q. d. putabam ab ætate petendam esse sapientiam, sed à Spiritu [illegible] petenda [illegible] est in hominibus. q. d. quos aliquando [illegible] non ex ætate comparatur scientia sed à Spiritu sancto profici[illegible]. 8 Heb. Non magnates sapientes, & senes non intelligunt iudicium. i. non continuo hi qui magnates sunt, sunt sapientes: neq; qui senes, intelligunt quid rectum est. 9 donec audirem intelligentias vestras, de necessariis disputaretis verbis, donec audirem quæ sentiretis: dumq; excogitaretis quid essetis locuturi.

10 Heb. Ne forte dicatis, Inuenimus sapientiam, Deus exagitat illum, non homo. Ne inquit, posthac dicatis, fecimus de industria: non oportet hominem exagitare Iobum: satis est quod à Deo exagitetur. nam res non ita se habet. hoc dicere non potestis.

11 Heb. remouerunt à sese verba. i. tacuerunt.

12 at quia non loquuntur, sed substiterunt, nec vltra respondent: Respondebo etiam, &c. iungitur sequenti versui.

13 Respondebo (vel, loquar) etiam.

14 est tanquam vinum quod nō est apertum, & crepat sicut vtres noui. i. Venter meus est velut vter plenus musto, cui non datur spiraculum & disrumpetur sicut vtres noui pleni musto. solent enim propter calorem vini facile rumpi.

15 & recreatio erit mihi.

16 Heb. Nequaquam suscipiam faciem viri: & ad hominem mutato nomine cō[illegible] Nequaquam loquar ad gratiam, &c. à [illegible] glo[illegible] sos titulos, vt appellem hominem sapientem, prudentem, aut [illegible]

17 Heb. non enim [illegible] nomine alio[illegible] quod [illegible] me [illegible] meus [illegible]

12 *Dumque vobis attendo, ecce nullus vestrum Iobum refellit, neque respondet ad eius verba.*

13 [10] *Neque est vt dicatis, Attigimus sapientiam: (nempe) Deus prosternat ipsum (Iob,) & non homo.*

14 *Contra me quidem aciem disputationis (Iob) non direxit, neque illi respondebo verbis vestris.*

15 *Expauerunt, nec responderunt amplius,* [11] *& sermones defecerunt illos (promocatores.)*

16 *Et expectaui,* [12] *donec loqui possent: restiterunt enim, vt non amplius respondeant.*

17 [13] *Quare & ego respondebo pro mea parte, & quod sentio ipse quoque proferam.*

18 *Plenus enim sum sermonibus, & spiritus ventris mei angit me.*

19 *Nam venter meus* [14] *rumperetur vt noui vtres, quum vino spiraculum non aperitur.*

20 *Loquar itaque,* [15] *vt animi angustias remoueam, & aperiens labia mea respondeo,*

21 [16] *Neque vero personæ cuiusquam hominis aliquid tribuam, nec honorificis appellationibus ei quam blandiar.*

22 [17] *Nam si ad gratiam loqui instituam, nescio an opifex meus cito me sublaturus sit.*

12 Et donec putabam vos aliquid dicere, considerabam: sed vt video, non est qui possit arguere Iob, & respondere ex vobis sermonibus eius.

13 Ne forte dicatis, Inuenimus sapientiam, Deus proiecit eum, non homo.

14 Nihil locutus est mihi, & ego non secundum sermones vestros respondebo illi.

15 Extimuerunt, nec responderunt vltra, abstuleruntque à se * eloquium. D * eloquia.

16 Quoniam igitur expectaui, & non sunt locuti: steterunt, nec vltra responderunt.

17 Respondebo & ego partem meam, & ostendam scientiam meam.

18 Plenus sum enim sermonibus, & coarctat me spiritus vteri mei.

19 En venter meus quasi mustum absque spiraculo, quod lagunculas nouas disrumpit.

20 Loquar, & respirabo paululum: aperiam labia mea, & respondebo.

21 Non accipiam personam viri, & Deum homini non æquabo.

22 Nescio enim quamdiu subsistam, & si post modicum tollat me factor meus.

CAPVT XXXIII.

CAP. XXXIII.

1 Heb. Rectitudo cordis mei sermones mei.

2 Heb. Spiraculum Omnipotentis viuificauit me.

1 *Quamobrem audi quæso Iob sermones meos, & omnia verba mea auscultato.*

2 *Ecce quæso, aperui os meum, & lingua mea loquetur in palato meo:*

3 [1] *Verbaque mea proficiscentur ex corde sincero, & scientiam puram loquentur labia mea.*

4 *Nam & me Dei Spiritus condidit,* [2] *& afflatus Omnipotentis vitam mihi indidit.*

5 *Si vales,* [3] *mihi respondeto, & acie directa mecum congredere ac fortiter obtine gradum tuum.*

6 [4] *Ecce apud Deum tibi æquor, & ego ex luto factus sum.*

7 *Ecce metus nullus ex me turbabit te, ac* [5] *si insuper manus in te totus, non grauiter premerem.*

8 *Dixisti namque, me audiente, atque sermonum istorum voces percipiente.*

9 *Purus sum, & sine scelere,* [6] *irreprehensibilis sum, & vacuus iniquitate.*

10 *Ecce (enim Deus) occasionem captatam aduersus me reperit, ac me sibi iudicauit inimicum.*

11 *Et coniecit pedes meos in cippum, custodiens omnia itinera mea.*

12 [7] *Qua quidem in re non recte agis, tibi enim planum faciam quod Deus longe superat fragilem hominē.*

13 [8] *Cur litigas cum eo, quem omnium negotiorum suorum reddere rationem non oportet?*

14 [9] *Etenim semel Deus loquetur, & iterum, si (homo) id non animaduertat.*

15 [10] *In somnis, in viso nocturno, quando sopor homines opprimit, dum in lecto dormiunt.*

16 *Tunc aurem hominibus* [11] *vellicat, & disciplinam eorum velut impresso sigillo consignat.*

17 [12] *Vt homini adimat factum (prauum,) & viro superbiam detegat:*

1 Audi igitur Iob eloquia mea, & omnes sermones meos ausculta. A Ostendit Eliu in quo Iob peccauerit.

2 Ecce aperui os meum: * loquatur lingua mea in faucibus meis. * loquetur.

3 Simplici corde meo sermones mei, & * sententiam puram labia mea loquentur. * scientiam.

4 Spiritus Dei fecit me, & Spiraculum Omnipotentis viuificabit me.

5 Si potes, responde mihi, & aduersus faciem meam consiste.

6 Ecce, & me sicut & te fecit Deus, & de eodem luto ego quoque formatus sum.

7 Verumtamen miraculum meum non te terreat, & * eloquentia mea non sit tibi grauis. * eloquium meum non sit tibi graue.

8 Dixisti ergo in auribus meis, & vocem verborum tuorum audiui,

9 Mundus sum ego, & absque delicto: immaculatus, & non est iniquitas in me.

10 Quia querelas in me reperit, ideo arbitratus est me inimicum sibi. B

11 Posuit in neruo pedes meos, custodiuit omnes semitas meas.

12 Hoc est ergo in quo non es iustificatus. respondebo tibi, quia maior sit Deus homine. Cum Deo non contendendum, nec eius opera inquirenda curiosius.

13 Aduersus eum contendis, quod non ad omnia verba responderit tibi?

14 Semel loquitur Deus, & secundum idipsum non repetit.

15 Per somnium in visione nocturna, quando irruit sopor super homines, & dormiunt in lectulo.

16 Tunc aperit aures virorum, & erudiens eos, instruit disciplina, C

17 Vt auertat hominem ab his quæ * fecit, & * liberet eum de superbia. * facit.

3 Hebr. Dispone orationem tuam, & consiste ante me. 4 Ecce ego iuxta os tuum pro Deo. Dixerat Iob, veniat Deus & ne me terreat, disputabo cum eo. propter hoc dicit, En ego adsum pro Deo. q. d. Inuenisti disputatorem talem qualem optasti. 5 Heb. & manus mea non erit tibi grauis. i. atque ego percutiam te, non nocebo tibi.

6 nitidus. 7 Heb. Ecce hac ratione non es iustificatus: respondebo tibi quod maior est Deus homine. 8 Cur aduersus eum contendis? non enim omnia verba sua loquitur, i. non omnia sua arcana reuelat: ac si dicat, omnia in vsum nostrum facit, licet non intelligamus. 9 Heb. Quia vna vice loquitur Deus, & duabus eis qui non viderit eam, i. vna vice loquitur Deus, aut etiam duabus eis qui priorem loquendi rationem non intellexerit. q. d. Duobus modis homines alloquitur Deus, Per somnium & per [illegible] visionem.

10 In somnio visionis nocturnæ, in visionibus noctu factis per quietem. 11 aperit, & castigationem eorum quam sigillauit. i. solet alloqui homines, & inspirare illis castigationem quæ est [illegible] quam tanquam sententiam sigillauit.

12 Vt auferat (a se) hominem opus, & vt abscondat ab homine superbiam. q. d. Hoc facit Deus vt separet hominem ab opere & instituto prauo, & humiliet eum sub manu sua.

18 Eruens

18 Eruens animam eius à corruptione: & vitam illius vt non transeat in gladium.
19 Increpat quoque per dolorem in lectulo, & omnia ossa eius marcescere facit.
20 Abominabilis ei fit in vita sua panis, & animæ illius cibus ante desiderabilis.
21 Tabescet caro eius, & ossa quæ tecta fuerant, nudabuntur.
22 [1] Appropinquabit corruptioni anima eius, & vita illius mortiferis.
23 Si fuerit pro eo angelus loquens vnus de [2] millibus, vt annunciet hominis æquitatem,
24 Miserebitur eius, & dicet, Libera eum, vt nõ descendat in corruptionem: inueni in quo ei propitier.
25 Consumpta est caro eius à suppliciis, reuertatur ad dies adolescentiæ suæ.
D 26 Deprecabitur Deum, & placabilis ei erit: & videbit faciem eius in iubilo, & reddet homini iustitiam suam.
27 Respiciet homines, & dicet, Peccaui & verè deliqui: & vt eram dignus, non recepi.
28 Liberauit animam suam, ne pergeret in interitum, sed viuens lucem videret.
29 Ecce, hæc omnia operatus Deus tribus vicibus per singulos.
30 Vt reuocet animas eorum à corruptione, & illuminet luce viuentium.
31 Attende Iob, & audi me, & tace, dum ego loquor.
32 Si autem habes quod loquaris, responde mihi, loquere: volo enim te apparere iustum.
33 Quod si non habes, audi me, tace, & docebo te sapientiam.

[1] appropinquauit
[2] millibus

18 [11] Prohibetque animam eius à fouea, & vitam eius ne progrediatur sub telorum ictum.
19 [14] Castigabitur etiam (homo) cruciatu super lectum suum, & quantũ est ossiũ illius, vehementi (morbo:)
20 [15] Et vita eius fastidit panem, animaque eius cibum suauem antea:
21 [16] Vt absumatur caro eius ne videatur: & [17] prominent ossa eius quæ (prius) non videbantur.
22 Proximeque [18] foueam accedit anima eius, & vita eius [19] pollinctoribus:
23 [20] Quum obtingit ei nuncius orator vnus ex mille, vt homini exponat officium suum.
24 [21] (Deus) beneficio eum prosequitur, ac dicit, Redime illum, ne descendat in foueam: inueni expiationem:
25 [22] Recipitque caro eius vegetabilem vim, etiam maiorem quam in pueritia habuit, ac redit ad dies adolescentiæ suæ.
26 Deum exorabit, [23] qui bene volet ei, faciemque suã ostendet lætam, ac reddet homini suam iustitiam.
27 [24] Vt respiciat in homines, [25] ac dicat, Peccaui, & prauaricatus sum à probitate, nec pœnas cõdignas dedi:
28 [26] Sed redemit animam meam, ne pergeret ad foueam: & vitam meam, vt lucem aspiciat.
29 Ecce omnia hæc Deus agit bis atque ter cum viro:
30 Vt reuocet animam eius à fouea, vtque illustretur luce [27] viuentium.
31 Attendito Iob, audito mihi: sileto, & ego loquar.
32 Aut si suppetunt sermones, respondeto mihi: loquere, nam cupio [28] vt te possim defendere.
33 Sin minus, auscultato mihi, (&) sileto, atque ego sapientiam docebo.

13 Remouebit (scil. hac ratione) animam suã a corruptione: & vitam suam ne transeat in gladium. Hac ratione seipsum seruabit ne pereat gladio.
14 Hic loquitur de secunda illa via qua Deus homines reuocat a malis.
15 Et abhorrere faciat eum vita eius panem: & anima eius cibum desiderii, i. desiderabilem. q. d. Anima eius deficiet, ita vt abhorreat illa à pane & cibo.
16 Deficiet caro eius a visione, i. desinet videri caro eius, hoc est reddetur macilentus.
17 extabunt, prominebunt
18 corruptioni accedet, i. morietur.
19 Heb. mortiferis, i. iis quã tradunt homines morti, hoc est morbis.
20 Heb. Si fit apud eum angelus (bonus) interpretãs vnum ex mille, vt annunciet homini rectitudinem eius. Coniungitur hic versus sequentibus: si tunc adsit angelus bonus qui ponat ante oculos hominis millesimam partem beneficiorum Dei, vt annunciet siue inspiret homini: si Deus fuit omnia facere & homo acquiescat: tunc miserebitur eius Deus &c.
21 Tunc miserebitur eius, & dicet (angelo) Redime illum ne descẽdat in corruptionem: inueni redemptionem. Et dicet, inquit, Deus angelo suo, Vindica illum ab interitu q. d. curabit Deus illum seruandum per

CAPVT XXXIV.

A 1 PRonuncians itaque Eliu, etiam hæc locutus est.
2 Audite sapientes verba mea, & eruditi auscultate me:
3 Auris enim verba probat, & guttur escas gustu diiudicat.
4 Iudicium eligamus nobis, & inter nos videamus quid sit melius,
5 Quia dixit Iob, iustus sum, & Deus subuertit iudicium meum.
6 In iudicando enim me, mendacium est: violenta sagitta mea absque vllo peccato.
7 Quis est vir vt est Iob, qui bibit subsannationem quasi aquam:
8 Qui graditur cum operantibus iniquitatem, & ambulat cum viris impiis?
9 Dixit enim, Non placebit vir Deo, etiamsi cucurrerit cum eo.
10 Ideo viri cordati audite me, absit à Deo impietas, & ab Omnipotente iniquitas.
B 11 Opus enim hominis reddet ei, & iuxta vias singulorum restituet eis:
12 Verè enim Deus non condemnabit frustra, nec Omnipotens subuertet iudicium.

Eliu probat Deum non esse iniquum iudicem, quod sit mundi iudex, & omnium rerum potens administrator.

1 P[1]Luribus autem disserens Elihu, dixit:
2 Audite sapientes viri meos sermones, & eruditi auscultate mihi:
3 Nam auris sermones explorat, & palatum [2] saporem ciborum diiudicat.
4 [3] Ac cum iudicio agere nobis placeat, & cognoscamus inter nos quid bonum sit.
5 Dixit enim Iob, Iustus sum, & Deus [4] me tractat indigno modo:
6 [5] Falsus sum expectatione iudicii mei, quum sagitta mihi dolorem infixerit absque vllo meo scelere.
7 Quis autem vir est Iobo conferendus, qui [6] bibat irrisionem velut aquam?
8 [7] Et consors est malorum qua facinorosis debentur, ac versatur in conditione impiorum.
9 Dixit enim, [8] Vir non faciat parta, si cum Deo cursu contendat.
10 Quocirca [9] viri cordati auscultate mihi: [10] Absit vt in Deum cadat aliquid impietatis, aut in Optimum aliquid iniquitatis.
11 Rependet enim homini quod gesserit, [11] vt illud assequatur ad quod contendit quisque.
12 Procul dubio autem Deus nihil [12] temere agit, & Optimus maximus nulli facit iniuriam.

angelum. Inueni, inquit, Deus, rationem qua illi sim propitius. 25 Succulentior erit caro eius quàm erat in iuuentute: & reuertetur ad dies adolescentiæ suæ. 26 Heb. qui diliget eum, & videbit faciem eius cum iubilo: i. fauore summo prosequetur eum, concedetque ei omnia optata. 24 Contemplabitur homines, sub. Deus vel, intuebitur expectans donec resipiscamus, & reuertamur ad eum. 25 & (quicunque) dicet, Peccaui, & rectum peruerti, & non placuit mihi, sub. rectitudo, perficitur sententia versu sequenti. 26 Redimet animam suam ne transeat in corruptionem: & anima eius lucem videbit, i. vindicabit se homo ab interitu. Vel, Deus vindicabit eum, potest vtrumque intelligi.
27 Viuentium, i. vt tandem conspicuus sit in medio viuentium. 28 te iustificare i. te iustum ostendere, non impium.
CAP. XXXIV 1 Heb. Et respondens sermonem persequens. 2 Heb. gustat ad comedendum. 3 Heb. Iudicium eligamus nobis, i. constituamus inter nos disceptationem. 4 Heb. abstulit iudicium meum, i. iustitiam meam, hoc est, non agit mecum pro æquitate mea & agit me immerito. 5 Super iure meo mentiri debeo: dolorosa est sagitta mea sine transgressione. Ius vocat suam innocentiam & æquitatem. An inquit, par est vt mentiar super innocentia mea, & taceréne debeo meam innocentiam? vulnus meum plenum est doloribus, vulnus, quam quod accepi à Deo nullo meo merito. 6 Bibere subsannationem velut aquam, est plenum esse sermonibus ridiculis. 7 Et ambulat in societate cum operantibus iniquitatem, & quis te (paratus sit) cum hominibus impietatis. i. qui securus sit operantes iniquitatem, videatur que assentiri opinionibus improborum. Nam dicit &c. 8 Non prodest ipsi homini dum ambulat cum Deo. 9 viri cordis, i. sapientes. 10 Absit à Deo facere iniquitatem: & ab Omnipotente vt faciat vanitatem. vel, committat flagitium, q.d. fieri non potest vt Deus aliquid inique agat. 11 & iuxta viam hominis inuenire facit eum, i. facies hominis secundum quod facit. 12 impie agit, & Omnipotens non peruertet iudicium.

13 [11] *Quis enim cum illo inuisit terram? & quis condidit totum orbem?*
14 [14] *Si ei suus animus sug gereret reuocare spiritum & flatum suum:*
15 *(Protinus) omnis caro simul expiraret, ac homo conuerteretur in puluerem.*
16 *Siquid igitur intelligentia habes, hoc audi, & ausculta vocem meorum sermonum.*
17 *An qui odit iudiciū,[15] chirurgos imitaretur?[16] illumne impietatis suggillabis, qui iustus & potens est?*
18 [17] *Nū rex appellad' est apostata? & principes impiū?*
19 [18] *Qui personā principum non mouetur, neq; discrimen ponit inter [19] munificum, & tenuem: vniuersi enim opus sunt manuum ipsius.*
20 *Repente morientur, & media nocte [20] velut torrente auferentur populi, vt intereant, auferantq; (angeli) validum nullo negotio.*
21 *Oculi enim eius coniecti sunt ad vias cuiusq;, & cunctos gradus hominis videt.*
22 *Non sunt tenebræ neq; densissima caligo, vbi abscondi possint flagitiosi.*
23 [21] *Nec enim Deus impingit cuiquam quod non facit, vt cum Deo in ius ambulet.*
24 *Conteritq; potentes infinitos, & eis sufficit alios.*
25 [22] *Quamobrem ad notitiam proferet opera illorum, & (diem) vertet in noctem, vt conterantur.*
26 [23] *Quos in loco celebri collidit, propterea quòd impii sunt:*
27 *Siquidem ab eo defecerunt, & omnes vias eius ignorarunt:*
28 [24] *Vt extorquerent clamorē inopi ad ipsum peruenientem, vtq; clamorem humilium exaudires.*
29 *Porro ipso tranquillitatem constituente, quis turbabit? &[25] abscondente faciem tam à gente quam ab homine, quis eum aspiciet?*
30 [26] *Ne regnet homo hypocrita, (neu) laquei sint quibus populus capiatur.*
31 [27] *Ad Deum enim pertinet dicere, Condonaui noxam, & non vastabo.*
32 [28] *Siquid reliquū est quod non perspexi, tu indicato mihi: siquam iniquitatem patraui, non iterabo.*
33 [29] *An à te (certam disputationem alius) absoluet, quia tu reiecisti? tua enim est optio (hic,) non mea: proin si quid nosti, eloquere.*
34 [30] *Homines cordati loquantur mihi, & vir sapiens qui mihi auscultauit.*
35 [31] *Iob (sane) imperite locutus est, ac verba sua imprudenter (effutiuit)*
36 [32] *Hæc autem in modum affero, vt res Iobi discutiantur exactissime, quo parata sint responsiones contra [illegible] homines.*
37 [33] *Non enim defuturus esset, qui scelus peccato cumulans inter nos plauderet, ac [illegible] cum Deo litigaret.*

13 Quem constituit alium super [illegible] aut quē posuit super orbem quem fabricatus est?
14 Si direxerit ad eum cor suum, spiritū illius & flatum ad se trahet:
15 Deficiet omnis caro simul, & homo in cinerem reuertetur.
16 Si habes ergo intellectum, audi quod [illegible]itur, & ausculta vocem eloquii mei. *Ostendit ipsum Iob à Deo iniustè non affligi.*
17 Numquid qui non amat iudicium, sanari potest? & quomodo tu eum qui iustus est, in tantum condemnas,
18 Qui dicit regi, apostata: qui vocat duces impios?
19 ¶ Qui nō accipit personas principum: nec cognouit tyrannum, cum disceptaret contra pauperem: opus enim manuum eius sunt vniuersi. Deut. 10. d. 2. Par. 19. c. Sap. 6. b. Eccl. 35. b. Rom. 2. b. Gal. 2. b. Eph. 6. b. Col. 3. d. Act. 10. e. 1. Pet. 1. c.
20 Subito morientur & in media nocte turbabuntur populi, & pertransibunt, & auferent violentum absq; manu.
21 Oculi enim eius super vias hominum, & omnes gressus eorum considerat.
22 Nō sunt tenebræ, & nō est vmbra mortis, vt abscondantur ibi qui operantur iniquitatem. C
23 Neque enim vltrà in hominis potestate est, vt veniat ad Deum in iudicium.
24 Conteret multos, innumerabiles, & stare faciet alios pro eis. *Mutatio regnorum, opus Dei est.*
25 Nouit enim opera eorum: & idcirco inducet noctem, & conterentur.
26 Quasi impios percussit eos in loco videntiū.
27 Qui quasi de industria recesserunt ab eo, & omnes vias eius intelligere noluerunt,
28 Vt peruenire facerent ad eum clamorem egeni, & audiret vocem pauperum.
29 Ipso. n. cōcedēte pacē, quis est qui cōdemnet? ex quo abscōderit vultum, quis est qui contēpletur eum & super gentes & super omnes homines? D
30 Qui regnare facit hominem hypocritam propter peccata populi. *Malus magistratus malo populo datur à Deo.*
31 Quia ergo ego locutus sum ad Deum, te quoque non prohibebo.
32 Si erraui, tu doce me: si iniquitatem locutus sum, vltrà non addam.
33 Numquid à te Deus expetit eam, quia displicuit tibi? tu enim cœpisti loqui, & non ego: quòd si quid nosti melius, loquere.
34 Viri intelligentes loquantur mihi, & vir sapiens audiat me.
35 Iob autem stultè locutus est, & verba illius non sonant disciplinam.
36 Pater mi, probetur Iob vsq; ad finem: ne desinas ab homine iniquitatis. *Quia addit multiplicet sermones suos ad Deum.*
37 Qui addidit super peccata sua blasphemiā: inter nos interim constringatur, & tunc ad iudicium prouocet sermonibus suis Deum.

CAPVT XXXV.

1 *PRosequens igitur Elihu sermonem, dixit:*
2 [1] *An eum iniciario id statum quod dicis, Iustitia mea apud Deum nulla est ratio?*

1 IGitur Eliu hæc rursum locutus est:
2 Numquid æqua tibi videtur tua cogitatio, vt diceres, Iustior sum Deo? *A Non Deo, sed homini vel nocet impietas, vel prodest pietas.*

3 Dixisti

13 visitauit super eum terram: & quis disposuit orbem terræ vniuersum? i. quis eo superior, vel quis post illum visitauit terram vt eam rectius disponeret?
14 Si apponeret ad illum (hominem) cor suum, spiritum eius & animam eius ad sese colligeret. i. si Deus vellet omnem hominē perdere, vita spoliaret vnumquemq;. q. d. Nemo est quē Deus vita priuare non possit.
15 Vel, obligabit vulnus? i. vt chirurgus etiam secans & vrens, sanitati hominis consulit, ita Deus affligens. Alii ex commentariis Hebræorum vertunt, an qui odit iudiciū, regnabit? i. dignusne est qui regnet? q. d. non.
16 & an iustum insignē, pronūciabis impium?
17 Numquid dicere (æquū est) regi, O inique? & principibus, O iniquo?
18 Sub. Quanto magis ei qui [illegible]
19 principem.
20 commouebuntur populi, & pertransibunt: & amouebunt fortem non manu. i. non potentia. quia [illegible] [illegible]
21 Heb. quia non super hominē posuit quod futurum est, vt ambulet ad Deū cum iudicio. i. non cōmisit homini [illegible] futurum est (q. d. [illegible]) vt homo cū Deo possit contendere.
22 Heb. propterea cognoscere faciet opera sua: & vertet sese nocte, & conterentur [illegible] hominee cognoscant opera sua: nam exacta nocte conterentur omnes illi. 23 Pro iniquis percutit eos in loco videntium. i. Tanquam improbos solet eos percutere videntibus omnibus. 24 Vt peruenire faciat ad se ipsum clamorem [illegible], & vt clamorem pauperum exaudiat. Sub. sic percutit impios. i. eos percutit vt [illegible] ad illum [illegible] ad [illegible] facerent. 25 si absconderit faciem, [illegible] illum? & super gentes, & super hominem simul. sub [illegible] [illegible] abscondens faciem suam alicui, quis eum indignabitur intueri? q. d. [illegible] & singulis eueniunt mala, [illegible] Sequenti versu perficitur hic versus, ac si dicat, Et vni nationi & singulis eueniunt mala dubiis de causis: aut propter peccata nostra, quòd sint offendiculo populi: & propter regis iniquitates. 26 Eo quòd regnet homo hypocrita (&) ob offendicula populi. 27 Sane ad Deum qui dicere potest, Remisi iniquitatem, non destruā. Sane, inquit, par erat vt diceres Deo, quæ sequuntur versu sequenti, Nempe, Quamuis nesciam me peccasse, [illegible] Deo inquam cuius est remittere iniquitatem, & non destruere. 28 Absque hoc quod videam, (sub doce me) si iniquitatem feci, non addam. i. Dicere debueras, Quamuis nesciam me peccasse, [illegible] tamen vt doceas me qua ratione peccarim. 29 Hebraice ad verbum, An ex te, vt perficiat illam? nam [illegible] quia elegisti. [illegible] & quid [illegible] Multa subaudienda, An ex te prouenire debet vt Deus perficiat afflictionem illam? vel, An in causa esse debet vt Deus te [illegible] vitam tuam, elegisti, mori, & non ego. & quid adhuc respondere possis? 30 Heb. Homines cordis dicent mihi & homo sapiens audiet me [illegible] Mea [illegible] [illegible] probabitur [illegible] mihi. i. in gratiam meam, fauendo causæ meæ: & homo sapiens audiet [illegible] in gratiam meam, [illegible] 31 [illegible] in cogitatione loquitur: & verba eius non in intelligentia. 32 Heb. Vtinam probetur Iob in æternum [illegible] hominibus iniquitatis. i. Vtinam longo tempore probetur patientia Iob, vt habeamus quod respondere possimus hominibus iniquis. Quidam [illegible], Pater mi (Deus) da vt probetur Iob. [illegible] Voluntas mea vt &c.
33 Nam addet super iniquitatem suam [illegible] inter nos explodet, & multiplicabit verba sua Deo i. Si [illegible] addet peccatum [illegible], loquendo contra Deum, vt facere solent impii, [illegible] opinionem nostram. CAP. XXXV. 1 Heb. An hoc putas ad iudicium: dixisti, iustitia mea plus quam Dei? i. An [illegible] esse putas quod dicas, Iustitia mea maior est quam iustitia Dei? vel, dixisti te iustiorem Deo, & cum te citra culpam affligere.

3 Dixisti enim, Non tibi placet quod rectum est: vel quid tibi proderit, si ego peccauero?

4 Itaque ego respondebo sermonibus tuis, & amicis tuis tecum.

B 5 Suspice cœlum & intuere, & contemplare æthera, quòd altior te sit.

6 Si peccaueris, quid ei nocebis? & si multiplicatæ fuerint iniquitates tuæ, quid facies contra eum?

7 Porrò si iustè egeris, quid donabis ei, aut quid de manu tua accipiet?

8 Homini qui similis tui est, nocebit impietas

C tua, & filium hominis adiuuabit iustitia tua.

9 Propter multitudinem calumniatorum clamabunt, & eiulabunt propter vim brachii tyrannorum.

10 Et non dixit, Vbi est Deus qui fecit me, qui dedit carmina in nocte?

11 Qui docet nos super iumenta terræ, & super volucres cœli erudit nos.

12 Ibi clamabunt, & non exaudiet propter superbiam

D malorum.

13 Non ergo frustra audiet Deus, & Omnipotens causas singulorum intuebitur.

Impie sentit ergo, Deum sua non curare.

14 Etiam cum dixeris, Non considerat: iudicare coram illo, & expecta eum.

15 Nunc enim non infert furorem suum, nec vlciscitur scelus valde:

16 Ergo Iob frustra aperit os suum, & absque scientia verba multiplicat.

3 Dixisti enim, [1] *Quid commodabit, quam vtilitatem capiam, si non peccem?*

4 Ad quod tibi & tuis amicis tecum respondebo.

5 Contemplare (enim) cœlos, & vide: & aspice æthera quanto altior te sit.

6 Si peccas [3] *quid agis in illum? & si augescant scelera tua, quid ei facies?*

7 Si iustus sis, quid dabis illi, aut quid ex manu tua accipiet?

8 [4] *Sed virum tui conditionis impietas tua, & filium hominis iustitia tua attingit.*

9 [5] *Cur igitur clamant multi ob magnitudinem oppressionum? & vociferantur propter violentiam magnatum?*

10 Nempe quia nullus dicit, Vbi est Deus qui me condidit, [6] *qui noctu dat cantus?*

11 Nosque maiori doctrina donauit quàm pecudes terrestres: & sapientiam nobis maiorem concessit quàm auibus cœli:

12 Tum clamant, [7] *quum improborum hominum insolentia premuntur,* [8] *& (Deus) non exaudit.*

13 Verum Deus [9] *vanitatem istam (precum) non audit, nec Optimus maximus respicit eam.*

14 Etiamsi dicas [9] *quod eum non videas,* [10] *nihilominus* [10] *est apud eum iudicium, tuumque fuerit expectare illum.*

15 [11] *Quia enim iam non animaduertit iratus, neque pro enormitate scelerum pœnam irrogat.*

16 [12] *Iob erupit in verba inania, & imperitè grauibus sermonibus vtitur.*

1 Quid proderit tibi, quem fructum capiam de expiatione mea? Enallage personæ est tibi pro mihi. i. quid emolumenti capiam à studere emendare vitam meam, cum me affligas ac si peccassem?
3 i. qua in re lædes illum? q. d. neque prodest, neque obest Deo si mali aut boni fuerimus.
4 Hebr. Viro sicut tu, (erit) impietas tua: & filio hominis erit iustitia tua. i. Si benefeceris, bono tuo id feceris: & si malè, etiam damno tuo id feceris. Aut impietas tua nocebit viro tibi simili: & iustitia tua proderit alio homini. q. d. si bonè egerimus, nostro bono: si mala, nostro malo.
5 De multitudine oppressorum, quos clamare faciunt, & vociferantur propter brachium fortium. Sub. nemo resipiscit, nemo sapit, neque dicit, Vbi est, & cætera in sequenti versu. Videbatur Iob innuere, Deum non curare hæc mortalia, quòd permitteret pios affligi, impios verò feliciter agere. Retorquet hæc verba Elihu dicendo ideò, & complures opprimi a potentibus, eo quòd non recurrant ad Deum, neque inuocent eum.
6 Hebr. qui ponit carmina in nocte: i. qui creauit stellas lucentes nocte, quæ nos ad laudem Dei debeant inuitare.

CAPVT XXXVI.

A 1 Addens quoque Eliu, hæc locutus est.

Rursum declarat Eliu Dei iustitiam ab operibus eius.

2 Sustine me paululum, & indicabo tibi: adhuc enim habeo quod pro Deo loquar.

3 Repetam scientiam meam à principio, & operatorem meum probabo iustum.

4 Verè enim absque mendacio sermones mei, & perfecta scientia probabitur tibi.

** potens.*

5 Deus * potentes non abiicit, cum & ipse sit potens:

B 6 Sed non saluat impios, & iudicium pauperibus * tribuit.

** tribuet.*

7 Non auferet à iusto oculos suos, & reges in

** illi.*

solio collocat in perpetuum, & * illic eriguntur:

8 Et si fuerint in catenis, & vinciantur funibus paupertatis,

Quare Dominus corripiat aut flagellet.

9 Indicabit eis opera eorum & scelera eorum, quia violenti fuerunt.

10 Reuelabit quoque aurem eorum, vt corripiat: & loquetur, vt reuertantur ab iniquitate.

11 Si audierint & obseruauerint, complebunt dies suos in bono, & annos suos in gloria.

12 Si autem non audierint, transibunt per gladium, & consumentur in stultitia.

1 Rursum quoque dixit Elihu:

2 Sustine me paulisper, & [1] *explicabo tibi,* [2] *quia plura habeo quæ pro Deo dicam.*

3 [3] *Afferam enim quod cognitum habeo: verum non præsens agens, & conditori meo iustitiam vendicabo.*

4 Nam planè sermones mei carent mendacio, [4] *& scientia integra præditus tecum agit.*

5 Ecce Deus [5] *potens quum virtute habeat animo potens, (vniuersitatis gubernationem) non detrectat.*

6 [6] *Non impio vitam concedet, & iudicium humilium aget.*

7 Non retrahet oculos suos à iusto, & [7] *solio imponit reges, vt aliqui perpetuò celsitudinem retineant.*

8 Quumque vincti compedibus fuerint, [8] *ac irretiti funibus misere vixerint:*

9 [9] *Refert eis quod facto fuerit opus, & scelera ipsorum, quæ superbierunt:*

10 Eisque [10] *peruellit aurem,* [11] *vt castigentur,* [12] *& dicit, vt à vanitate discedant.*

11 Quod si obedierint, ac (eum) coluerint, exigent dies suos prosperè, annosque suos suauiter.

12 Sin minus obtemperauerint, [12] *pergent sub telorum ictibus, & expirabunt* [13] *propter imprudentiam.*

7 Heb. propter superbiam malorum. I. propter vehementiam malorum q. d. dices fortasse eos clamare cum malis premuntur, sed non implorant Dei opem ex animo: quare Deus non exaudit illos. 8 i. vanas preces quæ non funduntur ex animo.
9 i. quamuis difficile persuadeas tibi, Deum te videre, tamen videt te. 10 vel potius sic, Iudica te in conspectu eius: & speres in eo. Nam oportet prius agnoscere culpam suam: deinde spem suam collocare in Deo. 11 Nunc autem (scito) quod nihil est id quod visitauit ira eius: neque nouit (ob) multum admodum mali. i. scito Deum non agere tecū pro rigore iustitiæ neque, &c. 12 Igitur Iob inanitate aperit os suum: & absque scientia verba multiplicat. i. in vanum loquitur, & imprudenter. CAPVT XXXVI. 1 sub. quod sentio. 2 i. quibus possim defendere iustitiam Dei. 3 Heb. Assumam sententiam meam de longe: & factori meo dabo iustitiam. i. Vtar sententia quadam longe petita, qua ostendam Deum esse iustissimum. 4 perfectus est scientiis apud te. i. iudicio tuo Deus est sapientissimus q. d. conueniat mihi tecum in hoc, Deum esse sapientissimum. ex hoc facile probabo Deum non spernere homines, sed prosequi eos summo amore & fauore quum sit quædam affinitas inter Deum & homines. 5 vel, fortis, non abiiciet fortem corde. q. d. Deus est insignis, magnus & fortis, valens intelligentia, qui nouit omnes non abiiciet igitur hominem qui valet intellectu. Deus non potest sui similem spernere. 6 Heb. Non viuificabit improbum: & iudicium pauperum dabit. i. Non conseruabit impium in vita, pios autem conseruabit. Vnde concludo, Deum omnia iustissime facere. 7 cum regibus in solio sedere faciet in perpetuum, & exaltabuntur. Exponit quid sit, cum regibus sedere facit, quum dicit, & exaltabuntur. 8 aut irretiti fuerint funibus paupertatis. Respondet tacitæ obiectioni, Qui fieri potest vt hæc vera sint, quum videamus iustos aliquando premi summa egestate, & tribulationibus vexari? Hoc fit, inquit, bono ipsorum. Sequens versu perficitur sententia.
9 Tunc indicabit illis opus ipsorum, & (indicabit) quòd transgressiones eorum inualescant. Quòd, inquit, eos affligat, illud fit bono ipsorum: nam tunc illis renunciat opera eorum esse mala: & quod pœna transgressionum ipsorum inualescant nisi resipuerint. hoc modo à peccatis eos reuocat, commissis & committendis.
10 reuelat autem Reuelare aurem, admonere in aurem, & inspirare.
11 ad correctionem i. correctionis gratia.
12 in gladium transibunt. i. gladio peribunt. 13 absque scientia. i. in summa ignorantia occumbit illos Deus.

14 (scelerati corde attribuunt (sub. Deo) i. rā. i. dicunt Deū hæc immittere quod iratus sit.

15 in iuuentute. q. d. morientur in iuuentute, dum adhuc cum scortatoribus viuunt. nam ea ætas procliuior est ad scortationem.

16 Liberabit pauperem a paupertate (vel afflictione) sua: & reuelabit aurem eorum in afflictione. Id est, per afflictionem peccatum suum agnoscēt, & resipiscent.

17 Ibi versus cum sequenti sic leguntur in Hebræo, Quinetiam (sub. si nō peccasses) deposuisset te (Deus) de ore angustiæ, in locum latitudinis, sub qua (latitudine) nulla est angustia: & quod requiesceit super mensam tuam, fuisset plenum pinguedine. Sensus est, Tu fœlicitatem agere si non peccasses: & quod superponitur mensæ tuæ, cibis pinguibus & delicatis [illegible] plenum.

18 At vero [illegible]

13 Cæterum [24] hypocritæ falsi cordis iram coacernabunt, & non clamabunt cum eos constrinxerit.

14 Quare anima eorum morietur [15] per iuuenilem stoliditatem, & vita eorum cum scortatoribus.

15 [16] Quum affligit humilem sua miseria, vellit ei aurem per afflictionem.

16 [17] Quinetiam si te reuocarit è faucibus periculi, (superest) lata vorago quæ fundamento caret, ut mensa tua referta pinguedine pessum eat:

17 [18] Tuq; impii iudicium expleueris, iudicium & ius retinebunt suum rigorem.

18 [19] Quia minime te ira defendet, etiam si complosione manuum fueris mitigatus: neq; munerum multitudo asseret te.

19 [20] Num magni æstimaret amplitudinem tuam? non munitionem, nec omnia quæ vires conferunt, (æstimat.)

20 [21] Ne anheles noctu, quum populi sua in sede permanentes incrementa capiunt.

21 [22] Caue ne te vertas ad res nihili, quibus conaris te ex miseria extricare.

22 [23] Ecce Deus arcem potentiæ tenet: quis legumlator ei conferendus est?

23 [24] Quis cum ei inspexit viam illius? & quis dicet, Iniquitatem patrasti:

24 Tu memineris ut opus illius [25] amplifices, quod homines intuentur:

25 Quod omnes homines spectant, & mortales contemplantur, (quanquam) eminus.

26 Ecce Deus nodis omnibus maximus est, [26] ut ignoremus numerum annorum eius, & viam eum peruestigandi.

27 [27] Nam prohibet guttas aquarū, (quæ rursum) fundent pluuiam ex vapore suo (stactam,)

28 [28] Ut defluant ab æthere, ac destillent in multos homines.

29 [29] Siquis etiam animaduertat expansiones nubis, (sunt velut) laquearia tugurii sui.

30 [30] Ecce ille superexpandit lucem suam, & radices maris operit.

31 [31] Ille enim iudicium exercet in populos, ut det cibum copia magna.

32 [32] Nubibus includit exhalationem igneam: eiq; præcipit ut tendat contra occurrentem vaporem:

33 Nuntiatq; illi socia eius quid indignetur (vapori) ascendēti.

13 Simulatores & callidi prouocant iram Dei, neque clamabunt cum vincti fuerint.

14 Morietur in tempestate anima eorum, & vita eorum inter effœminatos.

15 Eripiet de angustia sua pauperem, & reuelabit in tribulatione aurem eius.

16 Igitur saluabit te de ore angusto latissimè, & non habente fundamentum subter se: requies autem mensæ tuæ erit plena pinguedine.

17 Causa tua quasi impii iudicata est, causam iudiciumq; recipies.

18 Non te ergo superet ira, ut aliquem opprimas: nec multitudo donorum inclinet te.

19 Depone magnitudinem tuam absque tribulatione & omnes robustos fortitudine.

20 Ne protrahas noctem, ut ascendant populi pro eis.

21 Caue ne declines ad iniquitatem: hanc enim cœpisti sequi post miseriam.

22 Ecce, Deus excelsus in fortitudine sua, & nullus ei similis in legislatoribus.

23 Quis poterit scrutari vias eius? aut quis [a] audet ei dicere, Operatus es iniquitatem?

24 Memento quòd ignores opus eius de quo cecinerunt viri.

25 Omnes homines vident eum, vnusquisque intuetur procul.

26 Ecce Deus magnus vincens scientiam nostram: numerus annorum eius inæstimabilis.

27 Qui aufert stillas pluuiæ, & effundit imbres ad instar gurgitum

28 Qui de nubibus fluunt, quæ prætexunt cuncta désuper.

29 Si voluerit extendere nubes quasi tentorium suum,

30 Et fulgurare lumine suo désuper, cardines quoque maris operiet.

31 Per hæc enim iudicat populos, & dat escas multis mortalibus.

32 In manibus abscondit lucem, & præcipit ei vt rursus adueniat.

33 Annunciat de ea amico suo, quòd possessio eius sit, & ad eam possit ascendere.

Hypocritarum iudicium, confusio & desperatio.

[a] *possit*

Fideli homini cognita Dei opera.

CAPVT XXXVII.

1 AD quam etiam rem [1] cor meum expauescit, ac [2] loco [3] suo [illegible].

2 Audite attentius [3] fremitum vocis illius, & sonū qui egreditur [4] ex ipsius ore.

1 SVper hoc expauit cor meum, & emotum est de loco suo.

2 [b] Audiet auditionem in terrore vocis eius, & sonum de ore illius procedentem.

3 Sub-

[b] *Audite*

Ex anno operib⁹ probat Eliu sapientiam Dei & iudicium eius inpermeastigabile.

19 Irascitur enim (Deus) ne tollat te de medio plagā: nec multitudo redemptionis declinare te faciet. Certe, inquit, iratus Deus te affligit, ne te vel [illegible] afflictione omnino perdat: a qua afflictione quantumuis magnum precium eripere te non potest. 20 An æquipollebunt diuitiæ tuæ? non aurum, & omnes vires potentiæ. q. d. An illi pœnæ & afflictioni æquipollebunt tuæ diuitiæ? An illis opibus vitare possis punitionem Dei? Respondet, Non aurum, neque villæ vires quantumuis magnæ, poterint te eripere ab ira Dei & punitione. 21 Ne consideres noctē quād exterminentur populi sub ipsis .i. in loco suo. q. d. Tempore nocturno quando mens tua vacua est curis, noli meditari quomodo gentes aliquæ perierint, aliæ vero non. 22 Caue tibi ne conuertas oculos ad iniquitatem: quia hæc elegisti præ paupertate. Vide, inquit, ne respicias ad id quod te inducere possit vt dicas Deum aliquid iniuste egisse: nam quod id elegeris .i. in ea sis sententia ut Deus aliquid [illegible] hoc accidit ex tenuitate ingenii tui. 23 Ecce Deus proteget virtute sua: quis est similis illi docens? Deus solet protegere homines ne pereant: & quis similis est illi Deo qui docet nos vitare pericula ne pereamus? 24 Quis super illum visitauit viam eius? i. quis maior illo corrigere posset illa quæ fecit? 25 magnifices 26 & non cognoscimus (sub. eum) neque numerum annorum eius, neq; est inuestigatio. Vel, & numerus annorum eius comprehendi non potest quia nobis perfecte cognosci non potest: est enim incomprehensibilis. In sequentibus narrat miracula Dei, quibus incomprehensibilem eum esse ostendat. 27 Cum prohibuerit stillas aquæ, stillabunt pluuiam ad vaporem eius. In summa, inquit, siccitate & summo calore nubes stillabunt pluuiam a vapore quem subduxit in mediam regionem aeris. Aliquando in summa siccitate educitur vapor [illegible] vnde generatur pluuia. 28 Nam stillabunt e cælo, & stillant super multos homines. Vel, Nam defluere solent aquæ e cælo, quæ stillant super plurimos homines. 29 Numquid intelliget (homo) [illegible] nubium, & [illegible] Numquis [illegible] nubium nam aliquando grando, aliquando nix generatur aliis cum sint miracula magna [illegible] intelligere potest homo fremitus nubium eius? nam nubes dicuntur esse Dei [illegible] tentoria. 30 Ecce extendit ob id lucem suam: & radices maris tegit. [illegible] extendit radios solares super mare. Declarat quomodo educantur nubes. Radices intelligit superficiem maris. vocat autem radices, propter [illegible] vapor [illegible] maris, propter radios solis: vnde fit pluuia. 31 Quia per ea iudicat populos: & dat cibum in copia. Per ea, inquit, aliquando punit populos, aliquando dat eis cibum copiosissimum: nam ex [illegible] pluuia proueniunt fruges. 32 Super nubes [illegible] lumen & præcipit propter illam ut occurrentem [illegible] media regione aeris aliquando [illegible] vaporem [illegible] calidum, vnde [illegible] tunc Deus præcipit ut ei vapori occurrat alia exhalatio frigida, & impellatur donec inflammata violenter rumpat nubem. Metaphora ducta a ducibus bellum committentibus.

33 Socius eius annunciat de ea: (& tunc) acquisitio iræ super ascendentem sub. exhalationem .i. tunc irascitur exhalatio illa quæ ascendit. Metaphora de prælio sumpta. q. d. Vapor ille [illegible] colligit omnes suas copias, videturque quodammodo annunciare hosti vaporem calidum aduenisse, [illegible] tunc calefactio illa calida irascitur, quæ nata est ascendere in supremam regionem aeris & colluctantur, fitq; fulgur.

CAP. XXXVII. 1 Insuper ad id .i. propter tonitrua 2 transfertur .i. subsultat cor meum intra me præ metu. 3 terrorem 4 et si dicat tonitru esse vocem Dei qua terret homines.

3 Subter omnes cælos ipse considerat, & lumē illius super terminos terræ.

4 Post eum rugiet sonitus, tonabit voce magnitudinis suæ, & non inuestigabitur, cum audita fuerit vox eius.

5 Tonabit Deus in voce sua mirabiliter, qui facit magna & inscrutabilia.

B 6 Qui præcipit niui vt descendat in terram, & hyemis pluuiis, & imbri fortitudinis suæ.

7 Qui in manu omnium hominum signat, vt nouerint singuli opera sua.

8 Ingredietur bestia latibulum suum, & in antro suo morabitur.

9 Ab interioribus egredietur tempestas, & ab Arcturo frigus.

10 Flante Deo concrescit gelu, & rursum latissime funduntur aquæ.

11 Frumentum desiderat nubes, & nubes spargunt lumen suum.

12 Quæ lustrant cuncta per circuitum quocunque eas voluntas gubernantis duxerit, ad omne quod [a] præceperit illis super faciem orbis terrarum,

[a] præcepit

C 13 Siue in vna tribu, siue in terra sua, siue in quocunque loco misericordiæ suæ eas iusserit inueniri.

14 Ausculta hæc Iob. sta, & considera mirabilia Dei.

15 Numquid scis quando præcepit Deus pluuiis, vt ostenderent lucem nubium eius?

16 Numquid nosti semitas nubium magnas, & perfectas scientias?

17 Nonne vestimenta tua calida sunt, cum perflata fuerit terra Austro?

18 Tu forsitan cum eo fabricatus es cælos, qui solidissimi quasi ære fusi sunt.

D 19 Ostende nobis quid dicamus illi: nos quippe inuoluimur tenebris.

20 Quis narrabit ei quæ loquor? etiam si locutus fuerit homo, deuorabitur.

21 At nunc non vident lucem: subito aer cogetur in nubes, & ventus transiens fugabit eas.

22 Ab Aquilone aurum veniet, & ad Deum formidulosa laudatio.

23 Digne eum inuenire non possumus: magnus fortitudine & iudicio, & iustitia, & enarrari non potest.

24 Ideo timebunt eum viri, & non audebunt contemplari omnes qui sibi videntur esse sapientes.

3 [5] *Quem dirigit per omnia spacia sub cælo, &* [6] *lucem eius* [7] *ad extremas partes terræ.*

4 [8] *Post illum rugiet tonitru,* [9] *tonabitque voce maiestatis sua:* [10] *nec differet alia, postquam audita fuerit vox eius.*

5 *Tonabit Deus voce sua mirifice, qui res maximas gerit quas ignoramus.*

6 *Niui enim dicit, Sis in terra: &* [11] *nimbo, vt modica pluuia, & pluuiis sua potentia, vt sint nimbus.*

7 [12] *Intra domos cogit omnes homines, vt cuncti mortales sciant opus suum:*

8 *Feraque subit lustrum suum, & degit in suis cubilibus.*

9 [13] *Ex penetralibus (nubis) venit turbo,* [14] *& nubium dispersionem sequitur frigus.*

10 [a] *Flatuque Dei dabit (nubes) glaciem, & latum spacium aquarum* [15] *pro fundamento.*

11 [16] *Nubi quoque negocium rigandi dat, & dissipat nubem sua pluuia.*

12 [17] *Atque ipse versatur in orbibus tenens gubernacula, vt opera sua perficiant quocunque mandat in orbem ac terram.*

13 [18] *Siue vni tribui siue terræ suæ, siue homini ali cuiusque benignitatem conferat.*

14 *Hæc Iob auribus accipito, &* [19] *resiste, considerans Dei miracula.*

15 [20] *Sciebasne, quum Deus istis leges imponeret, ac proferret lucem sua nube?*

16 [21] *Num intelligis mysterium nubis,* [22] *& illa miracula perfectissima scientia?*

17 [23] *Vt tua vestes caleant, quum terræ quietem ac tranquillitatem inducis a Meridie?*

18 [24] *An cum ipso extendebas æthera sub solidum, vt vallebatur res fusilis?*

19 *Ostende nobis quid ei dicamus:* [25] *nos enim sumus imparati ob tenebras (ignorantia.)*

20 *Si (enim) loquar,* [26] *num ei narrabitur?* [27] *quod si quisquam loquatur, est illud tamen imperfectum:*

21 [28] *Iam vero quum lucem non viderunt, hoc est serenitatem in æthere, ventus flans serenabit eum:*

22 *Venitque a Septentrione serenitas auro similis,* [29] *ad Deum venerendissimum pertinet confessio.*

23 [30] *Qui quum sit Optimus maximus, non inuenimus eum: quumque sit amplissimus potentia & iudicio, & eximia iustitia non respondebit.*

24 *Quapropter metuunt eum homines,* [31] *qui minime curat quod omnes machinentur qui sibi sapere videntur.*

5 vel, Quā (nubem) irrigat .i. efficit vt nubes illa quæ operit totum cælum, aliquando vertatur in imbrem q. d. ex illa nube decidunt aquæ, postea apparent fulgura: quia in illa nube est exhalatio calida & sicca, vnde educitur fulgur. 6 lumen eius, sub. nubis, vel Dei. hoc est, fulgur eius dissoluitur super extrema terræ. 7 Hebr. ad alas 8 Post illud (sub. lumen siue fulgur) rugit voce. Prius enim apparent fulgura, deinde tonitru & tamé prius fit tonitru, quod visio fiat citra motum in momento. Tonitru autem fit cum motu oportet enim distantiam esse vt percipiatur 9 tonatque voce superbiæ suæ. i. sono maximo & ingenti 10 neque retardabit (sub. tonitrua) quum audietur tonitru eius. q. d. illa tonitrua excipiunt fulgura, mox audiuntur tonitrua, modo sint in ea distantia vt exaudiri possint. 11 & imbri pluuiæ, & imbri pluuiarum fortitudinis. Sub. dicit, Esto super terram. Imbrem pluuiæ vocat imbrem tenué. Imbrem vero pluuiarum fortitudinis intelligit imbrem impetuosissimū. q. d. imperat imbri tenui & impetuoso vt de-

Alloquutur Dominus Iob, ostendens ei suā iustitiam ex inscrutabilibus suis operib'. A

CAPVT XXXVIII.

1 RESpondens autem Dominus Iob de turbine, 2 dixit:

1 R[1]Espondens autem Dominus ipsi Iob [2] ex turbine dixit:

scendat in terram. 12 Omnem hominem recludit, quoniam cognoscat omnes homines operis sui. q. d. pluuiarum abundantia cogit Deus homines remanere domi suæ, quemadmodum possint exire vt ... opera sua [illegible] 13 Miratur quod descendat tonitru ex intima nube. 14 & a dispergentibus venit frigus .i. a ventis Aquilonaribus nam solet Aquilo reddere aerem ... & mundum: propterea dicitur semper cali. Verti potest, Et de inundatione faciente prodit frigus .i. & nonnunquam de nube quæ inundationem facere solet, prouenit frigus. Hoc est ... illa aliquando vertitur in grandinem vel niuem. [a] Et ex voluntate 15 in angustia sub ponte. Ibi aerem ... & minuta pluuia, quæ est plus ... dilata, facileq; congelatur. 16 vel, Pinguetia se extras, fatigat nubem, & dirigit nubem luminis eius. Nonnunquam nubes dissoluitur, ... [illegible] ... fulgur quia tamen nubes ... & calescentes sine claritas dispergit nubem quæ constat exhalatione calida & sicca, quæ ... tamen, quia ea est ... fulgur. Posterior versus pars ... ad præcedentē. 17 Ipsa quoq; versatur machinis eius ... quæcunque præcepit illis super faciē orbis terræ. Nubes inquit, ipsa certis de causis ... Deo ... nunc in aqua, nunc in grandine, vt faciant &c. 18 Siue pro flagello, siue propter terram suis, siue ... gratia ... faciet illi sub nube ... vt nubes feratur in diuersa, aliquando ... ad necessarios ... [illegible] ... 19 sta 20 Numquid nouerasne quando disponeret Deus ... lumē nubis ... quo Deus ... nubis ... vt ... posset quasi in igné, & ex ea educi fulgure. 21 Numquid ... nubis vel, vt ... nubium ... quæ nubes ... Deus ... nubes ... nunc in grandine, nunc in pluuiis. Potest etiā legi, Numquid ... quæ nubes pendeant in aere? 22 sub. (numquid nosti) ... perfectissimi ... sapientissimi 23 vel, Quomodo vestes tua ... quum quiescere a Meridie. Nonnunquam, inquit, futurum vt calida ... vestes ... quæ nubes veniret a Meridie ... quum Sol est in signis ... Quod aer sit calidus flante Austro ... nullus est ventus a Meridie, sed potius a parte opposita. 24 Numquid extendisti cum illo cælos ... qui sunt velut aspectus ... ita perspicuum ... vt vitrum perspicuum est. 25 Heb. nō disponemus cum illo, sub. sermonem, ... 26 ... numquid opus habet interprete qui annunciet ea quæ loquimur ... quia omnia sunt ei nota. 27 si loquetur aliquis (cum illo) ... quis resistere poterit Deo volenti aliquem perdere? q. d. nemo. 28 Nunc quoque non vident lumē clarum quod est in nubibus & ... & repurgat illas ... quod sit in cælo, perstringit ... nubes ... serenitas ... aurea ... 29 & laus est super Deum terribilis ... ratione laudatur Deus mirabilibus operibus. 30 Omnipotens quē non inuenimus ... potentissimus, & magnus iudicio, & multitudine iustitiæ, (propterea) nō affliget sub nos libenter, sed quasi inuitus, 31 Heb. non aspicit omnes sapientes ... non habet respectum ... qui sibi videntur sapientes. CAP. XXXVIII. 1 Hebraismus est, pro Alloquutus autem Dominus Iob, 2 vel, de ipsa caligine, in qua videtur nobis delitescere. Dicunt Hebræi Deum habitare in caligine, & non posse cognosci qualis ... & maxima ipsa quæ videmus, ... quo minus cognoscamus Deum perfecte,

3 Hebr. obscurat consilium verbis sine cognitione. i. quis est ille qui sic loquitur obscure?
4 i. appara te ad futuram disceptationem.
5 Heb. si nosti intelligentiam. i. si peritus sis tantarum rerum.
6 quod nulli seit? Miratur quomodo stet terra in medio aeris. q. d. eam mensuram habet terra quam nulla alia aut maior, aut minor debuerit esse.
7 aut quis extendit super eam lineam? i. quis designauit veluti fune, fundamenta ipsius terrae?
8 luminis i. lucida, planetae.
9 i. angeli. q. d. vbi eras in prima mundi creatione?
10 i. quis statim post creationem aquarum, conclusit maria quasi foribus oppositis?
11 vel, Cum tegerem maria nubibus.
12 ponet in elatione fluctus tuos. Ponet, subaudi ventus. In elatione, quum maxime intumuerit.
13 Hebr. An in diebus tuis praecepisti mane i. fecisti lucem matutinam.
14 Vt arriperet angulos terrae. i. vt appareret in isto loco aestate, hyeme vero in alio?
15 vel, excutiantur quia scelerum patratores oderunt lucem, & illucebrant se: aut tenebriones isti sumunt personam bonorum virorum, vt cera omnem figuram sigilli impressi capit.

2 *Quis est ille, qui [3] sermonibus imperitis offundit tenebras consilio (diuino?)*
3 [4] *Accinge quaeso lumbos tuos vt vir fortis: & demonstra mihi quae te rogabo.*
4 *Vbi eras, quum terrae fundamenta iacerem? expone,[5] siquid tenes scientiae.*
5 *Quis adhibuit ei mensuras, [6] si modo nosti? [7] quis eam ad regulam extruxit?*
6 *In quo fundamento fixae sunt bases eius? aut quis demisit lapidem eius angularem?*
7 *Quum simul iubilarent stellae [8] matutinae, & exultarent omnes [9] filii Dei?*
8 *Et (quis) cohibuit mare valuis, [10] quum erumperet vt egrederetur ex vtero?*
9 [11] *Quando nubem ei pro vestimento apposui, & caliginem pro fascia:*
10 *Protuliq; meum decretum in illud, & obieci atque valuas oppositi:*
11 *Ac dixi, Huc vsq; peruenito, nec vlterius, [12] & hic depones tuos tumentes fluctus.*
12 [13] *Tune statim vt extitisti, matutino tempori dedisti praecepta, & aurorae suum locum assignasti,*
13 [14] *Vt obtineat extremas partes terrae, & excutiantur [15] impii?*
14 [16] *Seq; transforment vt argilla, cui figura imprimitur, [17] sibiq; (parum) constet vt vestis.*
15 [18] *Eripitur etiam impiis lux ipsorum, & brachium elatum confringitur.*
16 *Num peruenisti ad [19] guttas maris, & [20] in peruestigationem abyssi penetrasti?*
17 *Suntne tibi ostensae [21] portae mortis? aut num vidisti [22] portas vmbrae mortis?*
18 [23] *Num considerando assecutus es terrae latitudinem? edissere si hoc vniuersum nosti.*
19 [24] *Qua parte (mundi) lux habitat, & vbi est locus tenebrarum:*
20 [25] *Vt ea reuoces intra suos terminos, vtq; noueris vias quae ducunt ad domum eorum.*
21 [26] *Habuisti cognitum tempus quo nascebaris, & quantus sit numerus dierum tuorum?*
22 [27] *Peruenisti ne ad thesauros niuis, aut thesauros grandinis inspexisti?*
23 *Quae reseruaui ad tempus [28] hostis (persequendi,) ad diem conflictus & belli.*
24 [29] *Qua parte lux (fulgurum) erumpit, quam ventus orientalis in terram dispergit?*
25 [30] *Quis derriuauit aquaeductum inundationi? [31] & quis viam aperuit fulgetro, cum quo eduntur tonitrua?*
26 *Vt pluat in terram, in qua vir non est: & in desertum, in quo nullus homo versatur:*
27 [32] *Vt copiose instruat locum vastum & desolatum, ac prouentum herbae producat.*
28 *Habetne [33] parentem pluuia? aut quis genuit guttas roris?*

2 Quis est iste inuoluens sententias sermonibus imperitis?
3 Accinge sicut vir lumbos tuos, interrogabo te, & responde mihi.
4 Vbi eras quando ponebam fundamenta terrae? indica mihi si habes intelligentiam.
5 Quis posuit mensuras eius si nosti? vel quis tetendit super eam lineam?
6 Super quo bases illius solidatae sunt? aut quis [a] demisit lapidem angularem eius, — [a] dimisit
7 Cum me laudarent simul astra matutina, & iubilarent omnes filii Dei?
8 Quis conclusit ostiis mare, quando erumpebat quasi de vulua procedens,
9 Cum ponerem nubem vestimentum eius, & caligine illud quasi pannis infantiae obuoluerem?
10 Circumdedi illud terminis meis, & posui vectem & ostia.
11 Et dixi, Vsq; huc venies, & non procedes amplius, & hic confringes tumentes fluctus tuos.
12 Numquid post ortum tuum praecepisti diluculo, & ostendisti aurorae locum suum?
13 Et tenuisti concutiens extrema terrae, & [b] excussisti impios ex ea? — [b] excussisti
14 Restituetur vt lutum signaculum, & stabit sicut vestimentum.
15 Auferetur ab impiis lux sua, & brachium excelsum confringetur.
16 Numquid ingressus es [c] profundum maris, & in nouissimis abyssi deambulasti? — [c] profunda
17 Numquid apertae sunt tibi portae mortis, & ostia tenebrosa vidisti?
18 Numquid considerasti [d] latitudinem terrae? indica mihi, si nosti, omnia, — [d] latitudines
19 In qua via lux habitet, & tenebrarum quis locus sit.
20 Vt ducas vnumquodque ad terminos suos, & intelligas semitas domus eius.
21 Sciebas tunc quod nasciturus esses? & numerum dierum tuorum noueras?
22 Numquid ingressus es thesauros niuis, aut thesauros grandinis aspexisti,
23 Quae praeparaui in tempus hostis, in diem pugnae & belli?
24 Per quam viam spargitur lux, diuiditur aestus super terram?
25 Quis dedit vehementissimo imbri cursum, & viam tonantis tonitrui,
26 Vt plueret super terram, absque homine in deserto, vbi nullus mortalium commoratur,
27 Vt impleret inuiam & desolatam, & produceret herbas virentes?
28 Quis est pluuiae pater? vel quis genuit stillas roris?

29 De

Alii vertunt, & vt arripiant impii ex ea? quia ex ea mutatione solis variis morbis [illegible] ... & excutiuntur impii ex ea, sub terra, propter variam [illegible] ... solis mutationem. 16 vel, Mutatur (i. ipsa terra) sicut lutum sigilli. q. d. Terra est susceptibilis variorum affectuum sicut cera mollis quae admittere potest impressionem. 17 & stabunt (sub homines) sicut vestimentum. Quod dicitur ... hoc dicit propter diuersum solis occasum: vario enim quo modo [illegible] afficiuntur homines, quemadmodum & terra varios suscipit affectus. 18 Heb. Et prohibetur ab improbis lumen ipsorum, & [illegible] cadeat improbi a scelestate sua, & vires eorum insignes debilitabuntur. 19 profunda. i. an tibi totum mare perspectum est? 20 & in cado abyssi deambulasti. i. in fundo abyssi, vt possis nosse quae fiant illic? q. d. Oportet iudicem nosse ea de quibus iudicaturus est: tu vero iudicas de operibus meis, quum eam non cognoscas. 21 Portas mortis intellige viscera terrae ac fidicat, an nosti quae fiunt in visceribus terrae? 22 Idem significat quod Portae mortis. Hoc dicit quia corpora illa caelestia [illegible] in mortalia, ab iis dicimus vitam pendere: a terra vero mortem, id est corruptionem quae a terra procedit: propterea vocat mortem viscera terrae. 23 Numquid considerasti vsque ad latitudines terrae? annuncia si nosti totam ipsam. sub terram i. numquid considerasti ea quae sunt sub polis ipsis? an fuisti in eo loco in quo annus constat vnico die naturali? si perspectum habes totam ipsam terram, indica quae sit ea, & c. perficitur sententia versu sequenti. 24 i. si nosti, indica mihi vbi dies sit longissimus, & longissima nox. Quando enim Sol accedit ad polum, in aestate qui habitant sub polo arctico, habent dies per sex menses, & noctem per totidem menses, quando vero Sol accedit ad oppositum polum, nempe ad tropicum cancri, idem illis contingit opposito modo. 25 (An) quod acceperis eam in regionem suam, & intelligas semitas domus eius? Pendet ex praecedenti hic versus, & subaudiendum, an nosti qua parte mundi habitet lux, nosti vnquam propterea quod eam lucem acceptam collocaueris in regionem suam, & intelligas semitas domus ipsius luminis? q. d. non. [illegible] lucem ... regione, vt [illegible] scire vbinam sint dies illi longissimi, & quod recedente lumine fiant tenebrae. 26 (An) quod tunc natus sis, & numerus dierum tuorum sit multus? q. d. an nosti propterea quod tunc cum creata est lux natus esses, sicque tam longaeuus? 27 i. An nosti locum in quo fit nix, quomodo hyeme [illegible] ... grando? 28 [illegible] ... quae grandine vtor ... flagelli. 29 Heb. Quaenam sit via illa in qua diuiditur exhalatio, (&) spargit [illegible] ... super terram? [illegible] ... quod facta concipit lumen, faciq; inflammetur: hinc aliquando [illegible] ... currentes, aliquando [illegible] ... ventus qui spargitur super terram. 30 Quis diuisit inundationi ductum? i. designauit aquae ductum aquae vehementi? [illegible] ... in aliqua regione sit pluuia maxima, potius quam in alia? cur ex vna nube potius quam ex alia? 31 (& quis dirigit) viam fulguris (&) tonitruum? [illegible] ... in aliqua patria non tonitrua & non in alia? ita vt aliquando pluat in terra deserta, & c. perficitur sententia sequenti versu. Dum sunt [illegible] Hebraice, hac coniunctione, fulguris tonitrui. Qui sine coniunctione legunt, sic vertunt, quis designauit viam fulguris coruscationum, ita vt pluat super terram, &c. 32 Heb. Ve saturet vastitatem & desolationem: & vt germinare faciat scaturiginem [illegible] ... vt ad saturandam vtiq; irriget terram desertam, & germinare faciat [illegible] ipsam. 33 sub. praeter me?

29 De cuius vtero egressa est glacies? & gelu de cælo quis genuit?

D 30 In similitudinem lapidis, aquæ durantur, & superficies abyssi constringitur.

31 Nûquid coniungere valebis micantes stellas Pleiadas, aut gyrum Arcturi poteris dissipare?

32 Numquid producis Luciferum in tempore suo, & Vesperum super filios terræ consurgere facis.

33 Numquid nosti ordinem cæli, & pones rationem eius in terra?

ad nebulam. 34 Numquid eleuabis * in nebula * vocem tuã, & impetus aquarum operiet te?

35 Numquid mittes fulgura, & ibunt: & reuertentia dicent tibi, Adsumus?

36 Quis posuit in visceribus hominis sapientiam? vel quis dedit gallo intelligentiam?

37 Quis enarrabit cælorum rationem, & concentum cæli quis dormire faciet?

fundabatur. 38 Quando * fundabatur * puluis in terra, & glebæ compingebantur?

29 E cuius ventre egressa est glacies? & quis genuit pruinam cæli?

30 [34] Aquæ in speciem lapidis vertuntur, & superficies abyssi constringitur gelu.

31 [35] Num vinculis colligabis Pleiades? aut cohærentes stellas Cynosuræ disiunges?

32 [36] Tune Hyades suo tempore produces, & reges Arcturum cum suis filiis?

33 [37] Scisne leges cæli? aut dominium eius terræ impones?

34 [38] Clamabisne ad nubem alta voce, ita vt aquarum inundatio te operiat?

35 Tune fulgura emittes, vt eant, ac tibi dicant, Ecce adsumus?

36 Quis indidit [39] renibus sapientiam? aut quis indidit [40] cordi intelligentiam?

37 [41] Quis sapientia sua æthera dictabit? quæ faciat? & lagenas cæli quis [42] sistet?

38 [43] Quum puluerem fundens ad solum, & glebæ velut conglutinata cohæresceret?

34 Heb. Instar lapidis aquæ concretæ delitescunt & aspectus abyssi congelantur. Aquæ (inquit) induunt aliam faciem, vt iam non videantur esse aquæ, quum instar lapidis indurantur: & superficies aquarum constringuntur & congelantur.
35 Num prohibebis delicias Pleiadum: aut contractiones Orionis aperies? Delicias Pleiadũ siue Vergiliarum vocat flores qui Vere oriuntur. Orionis sidus tempore hyberno nascitur, qui suo frigore prohibet ne flores erumpant, q. d. Nemo est præter Deum qui prohibere possit ne flores tempore Veris erumpant: aut qui possit efficere vt tempore hyberno floreãt.
36 Num educes signa cælestia tẽpore suo? & Arcturum cum filiis eius deduces? An efficere poteris pro voluntate tua vt signa Zodiaci oriantur? an deduces Arcturum per circulum suum cum stellis quibus constat, vel cum stellis sibi propinquis? intelligit polares stellas, id est, Vrsam cum stellis quibus constat. Progreditur a Zodiaco ad Polum arcticum.
37 An iura cæli nosti, disponisq; imperium eius in terra? q. d. Nõ imperas, sed Deus, corpora cælestia vim habent in hæc inferiora.
38 q. d. Num tuo imperio descendet abundantia aquarum.

CAPVT XXXIX.

A 1 NVmquid capies leænæ prædam, & animam catulorum eius implebis.

2 Quando cubant in antris, & in specubus insidiantur?

Psalm 146.b Pulli coruorum non docent fiduciam in Deum. Rursus ostendit Dominus mirabilia quæ facit in animalibus. 3 † Quis præparat coruo escam suam, quando pulli eius clamant ad Deum, vagantes, eo quod nó habeant cibos?

4 Numquid nosti tempus partus ibicum in petris, vel parturientes ceruas obseruasti?

5 Dinumerasti menses conceptus earum, & scisti tempus partus earum?

6 Incuruantur ad fœtum, & pariunt, & rugitus emittunt.

reuertuntur. 7 Separantur filii earum, & pergunt ad pastum: egrediuntur, & non * reuertentur * ad eas.

8 Quis dimisit onagrum liberum, & vincula eius quis soluit?

9 Cui dedi in solitudine domum, & tabernacula eius in terra salsuginis.

B 10 Contemnit multitudinem ciuitatis, clamorem exactoris non audit.

11 Circumspicit montes pascuæ suæ, & virentia quæq; perquirit.

12 Numquid volet rhinoceros seruire tibi, aut morabitur ad præsepe tuum?

13 Numquid alligabis rhinocerota ad arandum, loro tuo? aut confringet glebas vallium post te?

14 Numquid fiduciam habebis in magna fortitudine eius, & derelinques ei labores tuos?

15 Numquid credes illi quoniam sementem reddat tibi, & aream tuam congreget?

*1 * AN tu leænæ venaberis prædam, & pastum sufficientem exhibebis catulis leoninis.*

2 Quum in cubilibus iacent, atq; insidiantur in lustro?

3 † Quis parat suum venatum coruo, quum eius pulli ad Deum clamant, & cibo carentes oberrant?

4 Nostine tempus quo pariunt [1] ibices? [2] obseruastine fœturam ceruarum?

5 Num posses numerare [3] quanto spatio menses suos impleant? aut nosti tempus quo pariunt?

6 [4] Incuruata hinnulos suos enituntur, ac fœtus suos cum dolore edunt.[5]

7 Hinnuliq; earum [6] pinguescunt, & crescunt a frumento,[6] vt discedant, nec reuertantur ad eas.

8 Quis liberum dimisit asinum syluestrem? & quis onagri vincula soluit?

9 Cuius domum solitudinem posui, & cubilia eius [7] locum sterilem:

10 [8] Ridetq; turbam oppidanam, nec audit clamores [9] agasonis.

11 [10] Pascua illius sunt quod in montibus conquirit, omneq; genus virentis herbæ sectatur.

12 Volensne [11] rhinoceros tibi seruire: an morabitur ad præsepe tuum?

13 [12] Alligabisne rhinocerotem loro, vt arando porcas faciat? num te subsequens in profundis sulcis glebas franget?

14 [13] Fidesne illi, quia multum habet roboris? [14] nũ ei permittes laborem tuum?

15 An credes ei, quod sementem tuam [15] conuehet, ac [fruges] area tua congregabit?

39 Ita Chaldæus paraphrastes vertit. Hebraice legitur, visceribus, id est, in abditis hominum, hoc est, in cordibus. 40 Ita etiam Chaldæus paraphrast. reddidit Hebraicam vocem, quæ intellectum significat. 41 Quis numerauit cælos in sapientia? id est, quis tam prudenter fecit cælos eo numero quo sunt? 42 vel, facit iacere? id est, quis repellit nubes, quum terra satis completa est? Rectius tamen ex Hebræo vertes, & quæ descendunt de cælo quis quiescere fecit? De centro terræ loquitur, locutus de fulgure & nube, quæ fiunt in sublimi, in quibus oportet esse aliqua grauia, quasi dicat, quis effecit vt grauia consistant in terra quasi in centro, nisi ego? 43 Cum dureceret puluis in [illegible] & glebæ sibi inuicem adhæserunt? Hic versus iungendus præcedenti. Cum dureceret, inquit, propter grauitatem ipsa terra [illegible] quis dedit terræ cum facta est, vt descenderet ex sublimi in imum?
* Hebr. Numquid apparabis leoni prædam, & animam [illegible] id est, appetitum leonum implebis? id est, quis dat escam leonibus præter Deum? † Hebr. Quis præparat coruo escam suam, quando pulli eius ad Deum vociferantur, & [illegible] propter [illegible] cibum? id est, eo quod careant esca.
CAP. XXXIX. 1 Hebr. petrarum capras, id est, ibices habitantes in rupibus. 2 Et obseruabis parturire ceruas? q. d. obseruarene potes quo tempore parere soleant ceruæ, vt illis opem feras? nam hæc animalia magna cum difficultate pariunt. 3 Menses quibus fœtum (vel, conceptum) adimpleant. 4 Hebr. Accubant, fœtus suos confringunt, dolores suos emittunt. Ac si dicat, Cætera animalia optime sese componunt vt facile pariant: at istæ sese alio modo disponunt. incuruant enim se præ dolore, & in terram prosternunt vt fœtus suos emittant, quod faciunt maximo cum dolore: nam membranas confringunt quæ sunt in ventre suo, siquando natura conetur emittere fœtum, videntur resistere, non adiuuant ipsam naturam. Dolores suos, vocat partus suos. Psalm. 29. fit mentio de difficultate partus earum. 5 vel, conualescunt. [illegible] 6 sub dio exeunt, neq; redeunt ad illas. Exeunt foras a matribus, neque ad matres reuertantur, & Deus pascit illos. 7 Hebr. terram salsam, id est, aridam, in qua nihil crescit. Repetitio est. 8 id est, Non timet sibi etiam si magna multitudo impetat eum. 9 Hebr. exactoris, id est, non audit clamores eius qui vult eum redigere in seruitutem more exactoris qui aliquid ab aliquo exigit. quasi dicat, non [illegible] curat. 10 Hebr. inuestigatio montium pascua eius. & post omne virens perquirit. 11 vel monoceros. 12 Hebr. Numquid ligabis rhinocerota in sulco lorum eius? & numquid arabit valles post te? 13 Id est, Sperasne te araturum terram tuam viribus eius? q. d. non: nam non vult submittere colla iugo. 14 Repetitio.
15 Heb. reddere faciet, aut, reddat, id est, quod deferat: ne sit sementem tuam ad terras tuas?

16 Heb: Penna [illegible] [illegible] Penna struthionum, [illegible] ex quibus istam literam [illegible] homines [illegible] Alii ex cōmentariis Hebræorum sic legunt hunc versum, Aspe pennis est læta, & an ala ciconiæ & pluma sub. est læta? Tamen [illegible] cōsideratione [illegible] [illegible] qua pulchritudine [illegible] [illegible] & tamen [illegible] [illegible]

17 Derelinquit [illegible] in terra oua sua, & super puluerē calefacit illa. i. Ponit oua humi, illisque incubat.

18 quod pes conculcabit illa, & fera campi conteret illa. Nec meminit, inquit: aut non venit illi in mentē quod pes, &c.

19 vel, Obliuisci facit (illam) pullorum suorum (in loco) in quo non (erunt) ei (pulli. sed) in vacuum erit labor eius sine pauore. i. Obliuiscitur loci illius in quo reposuit oua [illegible] quo loco nullos pullos habebit, sed inanis futurus est labor eius: nam sine timore [illegible] reliquit & tamen Deus conseruat hanc speciem. Quidam vertunt, Ipse tā durus sit erga pullos suos ac si non sint sui, frustra laborat ipse sine timore.

20 obliuisci [illegible] [illegible] prudentiam [illegible] aufert ab ea [illegible]

16 [16] *Penna struthiocameli primatum obtinet, si ei conferas alam aut plumam ciconia.*

17 [17] *Quum in terra deserit oua sua, in puluere calefacere solet:*

18 *Ac obliuiscitur,* [18] *quum pes premebat, a fera conculcat ea:*

19 [19] *Duriterque tractat pullos suos, perinde atque non essent eius: & secura est, perinde quasi labor eius superuacaneus foret.*

20 *Quoniam Deus* [20] *eripuit ei cogitationem de sapientia, neq. impertiuit ei intelligentiam.*

21 [21] *Postquam vero adultus alas attollit, (tunc)* [22] *videt equum & illum qui eo vehitur.*

22 [23] *An tu equo dedisti vt sit generosus & bellator? num collo ipsius hinnitum accommodabis?*

23 [24] *Num excitabis eum velut locustam, cuius nares etiam ferociam spirant?*

24 [25] *Foditq. in valle, ac gaudet fortitudine, vt obuiam vadat aduersus arma.*

25 *Deridet (quoq.) timorem, nec pauescit, neq. retrocedit ob gladium.*

26 [26] *Quumq. pharetra apud eum resonat, & micat hasta, ac g[illegible]sum:*

27 [27] *Dumq. fremitus & tumultus oritur, fodit terram, nec credit esse tubæ sonum.*

28 *Quum tuba signa canunt, dicit: Haha: & eminus bellum, &* [28] *clamorem ducum, & clasicum odoratur.*

29 *Numquid* [29] *per tuam intelligentiam factum est vt accipiter alas suas moueat, ac versus Austrum pennas suas expandat?*

30 *Numquid* [30] *tuum imperium aquila volat in altum,* [31] *& in sublimi loco nidulatur?*

31 [32] *Habitatq. in petra, & moratur in præruptis saxis & loco inaccesso?*

32 *Indeq. speculatur vt cibum nanciscatur, cuius oculi prospiciunt longinquas res:*

33 *Eiusq. pulli sanguinem lambunt, & vbicunq. sunt cadauera, eum locum frequentat.*

34 *Respondens etiam Dominus ipsi Iob, dixit:*

35 [33] *Satisne rationum allatum est ab Optimo maximo ad te conuincendum?* [34] *Ad quod respondere illum oportebit, qui cum Deo altercari vult.*

36 *Porrò Iob respondens Domino, dixit:*

37 *Ecce* [35] *leuior sui, & quid tibi respondeam? Imponam ori meo manum meam.*

38 [36] *Semel locutus sum, nec responsabo: aut bis, nec iterum faciam.*

16 Penna [a] struthionis similis est pennis herodii, & accipitris.

17 Quando derelinquit oua sua in terra, tu forsitan in puluere calefacies ea?

18 Obliuiscitur quod pes conculcet ea, aut bestia agri conterat.

19 [b] Duratur ad filios suos quasi non sint sui, frustra laborauit nullo timore cogente: C

20 Priuauit enim eam Deus sapientia, nec dedit illi intelligentiam.

21 Cum tempus fuerit, in altum alas erigit: deridet equum & ascensorem eius.

22 Numquid præbebis equo fortitudinem, aut circumdabis collo eius hinnitum?

23 Numquid suscitabis eum quasi locustas? gloria narium eius terror.

24 Terram vngula fodit, exultat audacter: in occursum pergit armatis.

25 Contemnit pauorem, nec cedit gladio.

26 Super ipsum sonabit pharetra, vibrabit hasta & clypeus.

27 Feruens & fremens sorbet terram, nec reputat tubæ sonare clangorem.

28 Vbi audierit buccinam, dicit: Vah. procul odoratur bellum, exhortationem ducum, & vlulatum exercitus.

29 Numquid per sapientiam tuam plumescit accipiter, expandens alas suas ad Austrum? D

30 Numquid ad præceptum tuum eleuabitur aquila, & in arduis ponet nidum suum?

31 In petris manet, & in prærupcis silicibus cōmoratur, atq; inaccessis rupibus.

32 Inde contemplatur escam, & delonge oculi eius prospiciunt.

33 Pulli eius lambunt sanguinem: & vbicunq; cadauer fuerit, statim adest.

34 Et adiecit Dominus, & locutus est ad Iob:

35 Numquid qui contendit cum Deo, tam facile conquiescit? vtique qui arguit Deum, debet respondere ei.

36 Respondens autem Iob Domino, dixit:

37 Qui leuiter locutus sum, respondere quid possum? manum meam ponam super os meum?

38 Vnum locutus sum, quod vtinam non dixissem, & alterum, quibus vltra non addam.

[a] *struthiocameli*

[b] *Induratur.*

CAPVT XL.

Collatio humanæ imbecillitatis cum diuina potentia.

1 *Respondens autem Dominus è turbine ipsi Iob, dixit:*

2 *Accingere quæso lumbos tuos vt vir [fortis,] &* [2] *demonstra mihi quæ te interrogabo.*

3 [3] *Tune etiam rescindes à me iudicata, meq. temerarium pronunciabis vt tu appareas iustus?*

4 [4] *Etenim si tibi tam potens est brachium quàm Deo, edis quoq. [illegible] tonitrua.*

1 Respondens autem Dominus Iob de turbine, dixit: A

2 Accinge sicut vir lumbos tuos: interrogabo te, & indica mihi.

3 Numquid irritum facies iudicium meum? & condemnabis me, vt tu iustificeris?

4 Et si habes brachium sicut Deus; & si voce simili tonas?

[illegible] quam habent cæteræ aues. 21 Heb. quum tempus fuerit, in sublime eleuat sese. i. adueniente aliquo fugit [illegible] non enim [illegible] [illegible] terram, sed [illegible] currit pedibus. 22 [illegible] vincit cursu equum, & velocissimum equitem. 23 Heb. Numquid dabis ipsi equo robur, & num [illegible] quid induces collum eius [illegible] [illegible] inquit [illegible] aut numquid dedisti ipsi equo robur & fortitudinem qua [illegible] numquid [illegible] potest guttur eius hinnitu vehementi [illegible] non meum [illegible] illud facere. 24 Heb. Numquid [illegible] gloria narium eius est terror. i. Numquid efficis vt sese moueat tanquam locusta: [illegible] equum agilem tanquam locustam [illegible] terrere [illegible] homines. Alii aliter exponunt, Numquid efficies vt fremitu narium suarum terreat homines? 25 Fodiunt (sub pedes eius) vallem, [illegible] fortitudine sua [illegible] hominibus armatis. Vallem, terram mollem intelligit [illegible] equi. 26 Propter eum strepebit pharetra [illegible] hastæ, & lanceæ [illegible] gladii [illegible] non cedit; solent enim homines sagittis appetere, vel hasta, aut lancea. 27 Cum impetu & ira deglutit terram neq. credet quod sit vox tubæ. Tanta, inquit, velocitate currit, vt terram absorbere videatur neq. aliquid curat tubæ vocem. 28 [illegible] impetum 29 [illegible] 30 [illegible] 31 Heb. & [illegible] exaltauerit nidum suum. Hic versus sequenti iungitur. 32 In rupe habitat, & moratur in prominentia rupis [illegible] habet [illegible] [illegible] 33 Heb. Numquid contendere cum Omnipotente, est eruditio? vel castigatio, aut, est castigare? sub. seipsum. q. d. qui [illegible] castigare seipsum. Qui eruditi sunt sapientia Diuina, non solent contendere cum Deo non solent obstrepere Deo castigati.

34 Qui disceptat cum Deo, respondeat ad illud. i. qui conatur conuincere Deum, respondeat ad hanc interrogationem, nempe, An contendere cum Deo, sit seipsum castigare 35 Vilis sum [illegible] contemptibilis 36 Id est, semel atque iterum locutus sum: sed vltra non sum [illegible] locuturus.

CAP. XL. 1 Heb. responde mihi. 3 Heb. Numquid condemnabis iudicium meum, & condemnabis me vt iustificeris? quasi dicat, Qui fieri potest vt iustifices teipsum, & condemnes me? Quia Iob dicebat se pati præter culpam, propterea videbatur Deum arguere iniquè administrare hæc inferiora & [illegible] esse. 4 Sed an est tibi brachium sicut Deo, & (an) in voce sicut ille, tonabis? id est, an sunt tibi tantæ vires quantæ Deo? an tantis viribus polles? potesne tonare vt ille tonat? q. d. Deus est potentissimus: sed non potest vt non faciat iustitiam in omnibus.

5 Circumda

5 Circũda tibi decorem, & in sublime erigere, & esto gloriosus, & speciosis induere vestibus:

6 Disperge superbos in furore tuo. & confunde eos: & respiciens omnem arrogantem humilia:

B 7 Respice cunctos superbos, & confunde eos, & contere impios in loco suo:

8 Absconde eos in puluere simul, & facies eorum demerge in foueam:

9 Et ego confitebor quod saluare te possit dextera tua.

Ostendit Deus potentiam suã in elephante.

10 Ecce behemoth quem feci tecum, fœnum quasi bos comedet:

11 Fortitudo eius in lumbis eius, & virtus illius in vmbilico ventris eius.

12 Stringit caudam suam quasi cedrum, nerui testiculorum eius perplexi sunt.

13 Ossa eius velut fistulæ æris, cartilago illius quasi laminæ ferreæ.

C 14 Ipse est principium viarum Dei qui fecit eum, applicabit gladium eius.

15 Huic montes herbas ferunt omnes bestiæ agri ludent ibi.

16 Sub vmbra dormit in secreto calami, & locis humentibus!

17 Protegunt vmbræ vmbram eius, circumdabunt eum salices torrentis?

18 Ecce absorbebit fluuium, & non mirabitur: & habet fiduciam quòd influat Iordanis in os eius.

19 In oculis eius quasi hamo capiet eum, & in

D sudibus perforabit nares eius.

id est, balena. Initium Cap. 41. iuxta aliquorum sententiam.

20 AN extrahere poteris leuiathan hamo, & fune ligabis linguam eius?

21 Numquid pones circulum in naribus eius, aut armilla perforabis maxillam eius?

22 Numquid multiplicabit ad te preces, aut loquetur tibi mollia?

23 Numquid feriet tecum pactum: & accipies eum seruum sempiternum?

24 Numquid illudes ei quasi aui, aut ligabis eũ ancillis tuis?

25 Concident eum amici, diuident illum negociatores?

26 Numquid implebis sagenas pelle eius, & gurgustium piscium capit illius?

** Tene.*

27 * Pones super eum manum tuam: memento belli, nec vltrà addas loqui.

28 Ecce, spes eius frustrabitur eum, & videntibus cunctis præcipitabitur.

5 Induito quaso [4] excellentiam, & celsitudinem, [5] teq; vestito gloria & magnificentia:

6 [5] Effunde ira tua efferuescentiam, ac circumspice omnes superbos, eosq; deprime:

7 Circumspice omnes superbos, & subige illos, & [6] subuerte impios [7] in loco suo:

8 Absconde illos simul in puluere, & constringe facies eorum [8] in loco abstruso.

9 [9] Et ego quoq; prædicabo te heroa, qui possis te viribus tuis defendere.

10 [10] Ecce quaso te, vt elephas, quem aquè vt te condidi fœnum comedat ritu boum.

11 Ecce virtus eius existit in lumbis eius, & robur illius in [11] vmbilico ventris sui.

12 [12] Stringit caudam suam [13] vt cedrum, & nerui testium eius [14] perplexi sunt.

13 Ossa eius [referunt] [15] fistulam æris, & solidiora ossa bacu lum ferreum.

14 [16] Is prima rerum origine à Deo conditus est, & qui fecit eum, [17] admouet ei gladium suum.

15 Etenim montes ferunt pabulum, & omnes feræ ludunt [18] apud eum:

16 [19] Iacetq; [fere] sub arbustis, in latebulis arundinum & paludum:

17 [20] Quem arbusta tegunt vmbra sua, eumq; circumdant salices ad torrentem stantes.

18 [21] Ecce flumium haurit, nec præcipitanter agit, sperans etiam Iordanem in os eius influxurum.

19 [22] Et tamen oculorum illius capitur, & vincula traijciuntur per eius promuscidem.

20 NVmquid cetum hamo extrahes, [23] & funem aliò immittes linguæ ipsius?

21 Imponesne [24] vncum illius naso: & spina perforabis maxillam eius?

22 [25] An multis precibus eblandietur ex te beneficium? num verbis demulcebit te?

23 Feritne tecum fœdus, vt eum tibi mancipes seruum perpetuum?

24 Ludesne cum illo tanquam cum aui, illa? eúmue alligabis [26] puellis tuis?

25 [27] Conuiuia de eo facient, & partientur inter mercatores?

26 [28] Implebisne sudes pelle ipsius, aut eius capite fiscellam piscatoriam?

27 [29] Memineris tibi esse bellum paratum si ei manum admoueris, ut non iterum velis facere.

28 [30] Spes enim capiendi illi fallax est. nam etiam deijcietur, vt species eius ostentat?

4 exaltationem maiestatem. q.d. si potes, collige omnes vires tuas, & perde impios, vt ego facio. Versus iste sequenti iungitur. 5 Heb. disperge furores iræ tuæ, id est, ostende iram tuam. 6 conculca. 7 i. in habitaculis suis. 8 id est, in carcere, vel sepulchro, hoc est, fac sepeliatur. 9 Heb. Ego quoque fatebor tibi quod saluauit pariturasit dextera tua id est, dicam te potentem, non tamen potentissimum. 10 En tibi elephas quem feci, tecum more boum herbam comedit. Vocem Hebræam BEHEMOT, Hebræi dicunt significare elephantem: quem ita appellant à mole elephantis quod sit instar multorum animalium, hoc est ingentis molis. Quem, inquit, feci tecum, id est vt tecum habitaret. Ostendit Deum esse optimum & maximum, per creaturas quas creauit simul ingentium elephantis [illegible] q.d. En tibi elephas animal maximum quod creatura potest, quem creaui in vsum tuum vt habitaret tecum, vescitur herba more boũ. 11 Quæ partes sunt debiliores cæteris animalibus, in elephante sunt fortissimum. 12 celeriter mouet.

A

CAPVT XLI.

Deo nullus resistere potest.

1 NOn quasi crudelis suscitabo eum: quis enim resistere potest vultui meo?

1 NEmo tam [1] crudelis est, qui eum prouocet: [2] & quis ante me cum illo congressus esset?

13 Quæ est vt cedrus, id est, quæ magnitudine videtur æquare cedrum. Hyperbolica locutio. 14 Implicati sunt, id est, multis inter se plicatis neruis connexi sunt testes eius. 15 Laminam chalybis. 16 Heb. Est principium viarum Dei, id est, inter animantes quas Deus creauit, habet primas partes, q.d. est specimen omnium animalium quæ creauit Deus. Gallice, c'est son chef d'œuure entre les bestes. 17 Applicabit, id est, inuadet eum gladio, q.d. nemo præter Deum, audebit eum gladio appetere. 18 Illic [illegible] pascitur, quasi dicat, non timent illum. 19 Subaudienda interrogatio, Non vel Numquid: hoc pacto, [illegible] quid sub arboribus iacet, & in abdito arundinis, & in limo? q.d. tanta est magnitudinis, vt eum arbores sua vmbra tegere non possint, neque potest latere in arundineto, neque in loco lutoso, vt aliquæ animantes latere solent.

20 (An) tegunt eum arbores vmbriferæ, vt sint vmbra eius? (an) circumdabunt eum salices torrentis? q.d. non. Laudat elephantem à magnitudine. Arbores eum tegere non possunt, et delitescat sub vmbra earum: neque salices quæ in torrentibus nasci solent, possunt eum circumquaq; tegere. 21 Ecce calumniatur fluuium, [illegible] se attracturum Iordanem in os suum. Ea, inquit, vt [illegible] aquas & bibet, vt qui volunt ab alijs extorquere pecuniam, [illegible] vt fluuius extorqueant: ita inquam fluuium rapit, vt fluuius cursum suum sistere videatur eo bibente: tantumq; est animal vt putet se hausurum & ebibiturum omnes aquas Iordanis. 22 Heb. In oculis suis (est quod) accipiet illum. (&) offendiculis perforabit nasum suum i. Reputat se posse recipere totas aquas Iordanis: tantaq; auiditate bibit aquas amnis, vt nasum vsq; in fundum ipsius amnis immergat, ita vt offendat aliquid quod lædat nares eius. 23 & fune, (quem demiseris ad linguam eius) ita vt hæreat lingua eius. Potentia Dei per ea quæ facta sunt cognoscitur: ideo hic cete animantis marini meminit, ac si dicat, Deus est maximus, qui creauit tantum animal, cetum pisce m, omnium aquatilium beluam maximam, vt elephas inter animalia terrestria. 24 hamum 25 Heb. Numquid multiplicabit tibi preces? non loquetur tibi dulcia? sub. ne eum lædas. q.d. Nunquam ad te supplex accedet, neque adulabitur tibi ne eum lædas, expugnari, neque vinci [illegible] est fortitudine. 26 I. an puellæ tuæ ludent illo, vt recreent animum suum? q.d. non. 27 Numquid cœnabunt propter illum mercatores, & diuident illum inter se. Declarat quid facere soleant mercatores venditurí alijs mercatoribus aliquid: solent enim celebrare conuiuia, vt melius merces suas vendere possint: [illegible] loquuntur de mercibus vendendis. Numquid, ait, propter illum, vt illũ vendant ceteris, & distribuant alijs, celebrabunt conuiuia? q.d. non: [illegible] capi non potest arte humana. 28 Numquid incides cultris (vel, instrumentis ferreis) pellem eius, & fuscina piscium caput eius? Dicit tantam duritiē cutis eius, vt ferrum [illegible] neq; caput eius incidi fuscina qua capi solent pisces. 29 Heb. Pone super eum manum tuam, & non addes meminisse vltra prælij eius: [illegible] semel inuaseris illum, & [illegible] cetis in illum manum, non vltra eris dimicaturus cum alio, interfectet enim te. 30 Heb. Sane spes eius est fallax: credisne quod ad aspectum eius consternatur [illegible]. Spes, inquit, quem homines habent de illo capiendo, est fallax. non enim capi potest. non mihi videris credere quod homines excidant tanquam exanimati eo viso. solo illius aspectu terrentur homines.

aaa a

2 [1] Quis me antevertit, & praemium dabo, is[que] mihi
omnium quae sub caelo, non [illegible] flauntissimus habebitur.
3 Non silentio praeteribo eius membra, [4] & quan-
tum fortitudine polleat, ac quam pulchre instruat co-
pias suas.
4 [5] Quis detracto vestimento eum nudavit? quis
pertinget inter utramque maxillam eius, ut fraenum ad-
hibeat?
5 Quis ostia [6] oris illius aperuit, [7] quum ipsi ordi-
nes dentium eius terrorem incutiant?
6 [8] Superbit autem squamis continuis, ut aluearum
structus continentes sunt, quibus corpus instar clypeorum
defenditur, suntque artissime concisa velut signo im-
presso:
7 [9] Alteraque alteram attingit, ut ne ventus quidem
inter eas penetrare possit:
8 [10] Est una alteri commissa, & sese mutuum com-
plectuntur, nec se mutuum divelli sinunt.
9 In sternutationibus eius lumen collucet, eius[que] oculi
referunt palpebras aurorae.
10 E [illegible] lampades egrediuntur, & igneae scin-
tillae promicant.
11 E naribus eius prodit fumus velut ab efferuente
aheno & olla.
12 Cuius halitus carbones ignitos reddit, flammaque
egreditur ex ore ipsius.
13 In cuius collo [11] agit robur, [12] & gaudium ei af-
fert si timeatur.
14 [13] Pulpae carnis eius cohaerent, ac in eo solidiores
sunt, ut non moveantur.
15 Cor eius durum est ut lapis, & durum ut inferioris
lapidis molaris fragmen.
16 [14] Quumque se commovet, fortissimi etiam expa-
vescunt, ac animis consternati, nesciunt quo se ver-
tant.
17 [15] Si quis eum aggrediatur, non resistet gladius,
aut hasta penetrabilis, aut lorica.
18 Ferrum [enim] aestimat paleas, & chalybem li-
gnum putridum.
19 Quem non fugabit [16] sagitta, & lapides fundae in
eum excussi vertuntur in stipulam.
20 Catapultae habentur ei pro stipula, ridetque [17] ge-
sum frendens:
21 [18] Cui subiecta sunt acuta testarum frusta, & lu-
to insternit rem acutam.
22 [19] Ac profundum eruit, ut bulliat velut lebes, i-
psumque mare commiscet velut mortarium.
23 [20] Post se quoque relinquit vestigium, ut quis pu-
tet abyssum canescere abductam.
24 Non est in terra [21] dominium cui pareat, ita fa-
ctus ut neminem metuat. *25 Quicquid est sublime, [22] id respicit, ipseque regem agit in feroces universos.*

2 Et quis ante dedit mihi, ut reddam ei? omnia
quae sub caelo sunt, mea sunt.
3 Non parcam ei, * verbis potentibus, & ad de- *
precandum compositis.
4 Quis revelabit faciem indumenti eius? & me-
dium oris eius quis intrabit?
5 Portas vultus eius quis aperiet? per gyrum
dentium eius formido.
6 Corpus illius quasi scuta fusilia, compactum
squamis se prementibus:
7 Una uni coniungitur, & ne spiraculum qui- B
dem incedit per eas:
8 Una alteri adhaerebit, & tenentes nequaquam
separabuntur.
9 Sternutatio eius splendor ignis, & oculi eius
ut palpebrae diluculi.
10 De ore eius lampades procedunt sicut tedae
ignis accensae.
11 De naribus eius procedit fumus sicut ollae
succensae atque ferventis.
12 Halitus eius prunas ardere facit, & flamma
de ore eius egreditur.
13 In collo eius morabitur fortitudo, & faciem
eius praecedit egestas.
14 Membra carnium eius cohaerentia sibi: mit- C
tet contra eum flumina, & ad locum alium non
ferentur.
15 Cor eius indurabitur tanquam lapis, & strin-
getur quasi malleatoris incus.
16 Cum sublatus fuerit, timebunt angeli, & ter-
riti purgabuntur.
17 Cum apprehenderit eum gladius, subsistere
non poterit neque hasta, neque thorax:
18 Reputabit enim quasi paleas ferrum, &
quasi lignum putridum, aes.
19 Non fugabit eum vir sagittarius, in stipulam
versi sunt ei lapides fundae.
20 Quasi stipulam aestimabit malleum, & deri- D
debit vibrantem hastam.
21 Sub ipso erunt radii solis, & sternet sibi au-
rum quasi lutum.
22 Fervescere faciet quasi ollam, profundum
* mare ponet quasi cum unguenta bulliunt.
23 Post eum lucebit semita, aestimabit abyssum *
quasi senescentem.
24 Non est super terram potestas quae compa-
retur ei, qui factus est ut nullum timeret.
25 Omne sublime videt, ipse est rex super uni-
versos filios superbiae.

[2] Quis antevertit me, & persecit? quicquid est sub caelo, meum est, id est, Quis ostendit mihi viam in creatione totius mundi? quem habui socium? quasi dicat, neminem. quicquid, &c. [4] & statum virium, & gratiam dispositionis eius, i. dicam & egregie, quam concinne membra eius composita sint. [5] Heb. Quis revelavit faciem vestimenti eius, & cum duplicitate freni eius quis accedet ad illum, i. quis spoliare audebit eum pelle? quum sit tam mirabile & terrificum? quis cum duplicato fraeno audeat ipsum accedere? quis audeat illi fraenum inicere, etiam fortissimum? [6] Faciei. Ostia faciei vocat maxillas. [7] Heb. in circuitu dentium eius est terror, id est, habet dentes terrificos. [8] Hebr. Fortitudo scutorum eius, superbia: clausa est sigillo arcto, id est, fortia scuta eius sunt superbia, hoc est, res magnifica. Squamas vocat scuta propter magnitudinem. Squamae illius praeclarae sunt & fortes admodum: singulae sunt astrictae & conclusae sigillo arcto, optime sunt dispositae. [9] Heb. Unum ad unum, alteri appropinquant: & spiritus non insinuabit sese inter illas. [10] Heb. Unumquodque cum fratre suo adhaerent, sese tenent, & non separantur. [11] moratur. id est, collum habet robustissimum.

CAPUT XLII.

1 Respondens autem Iob Domino, dixit:
2 Scio quod omnia possis, & quod [1] nullius co-
natus tuus impediatur.
3 Quis est iste qui occulit consilium [2] imperite? [in-
peegero] [3] siquidem narravi quae non intelligebam, & negotia
miranda quae superant captum meum, neque cognovi.

1 Respondens autem Iob Domino, dixit: A
2 Scio quia omnia potes, & nulla te latet
cogitatio. *Iob agnoscit peccatum suum.*
3 Quis est iste qui celat consilium absque scien-
tia? ideo insipienter locutus sum, & quae ultra mo- * *excedunt.*
dum * excederent scientiam meam.

12 Heb. coram illo gaudebit moeror, id est, in laetitiam [illegible], quasi dicat, nihil est quod illi tristitiam afferre possit. 13 Heb. decidua, id est, partes illae carnis quae in aliis [illegible] sunt & propen[illegible] firmae, ac si dicat, est corpore [illegible] solido. 14 [illegible] prae consternationibus [illegible], id est, Prae [illegible] & excellentia eius fortes tum [illegible]. 15 [illegible] attingentis illum, gladius non permanebit, hasta, telum, & [illegible] Vel, Qui attigent illum, non permanebit gladius cum hasta, [illegible] est, [illegible] quasi dicat, nullo telo laedi potest. 16 [illegible] lanceae, id est, Non laeditur [illegible]. 18 Heb. Sub eo sunt testae acutae [illegible] rem acutam in luto [illegible] nam ubi iacet, tunditur [illegible] acutae, & [illegible]. 19 [illegible] ponit mare sicut [illegible] ollae; Sub. pigmenti, id est, in qua decoquuntur unguenta. Hoc [illegible] quem gestat in capite, [illegible]. 20 Post se lucere facit semitam: reputat (sub. aliquis) abyssum [illegible] relinquit post se aquam [illegible] aquas [illegible]. 21 [illegible] vel, similitudo [illegible] pluriale, propter [illegible], qui [illegible] Deus ut nihil timeat. Qui eum [illegible]. Non est dominatio eius in terra sub. sed in mari. 22 [illegible] per omnes [illegible] & rex est super omnes vastas bestias.

CAP. XLII. 1 Non prohibitur a te cogitatio, id [illegible] posse quaecunque cogitaveris, & in animum induxeris. 2 [illegible] est qui [illegible] in hoc saeculo [illegible] consilio Dei? certe ego [illegible]. 3 Propterea annunciavi (multa, &) non intelligebam [illegible] nesciebam, id est, propterea fateor me multa dixisse quae non intelligebam, nec cognoscebam illa perfecte.

4 Audi, & ego loquar: interrogabo te, * responde mihi.
5 Auditu auris audiui te: nunc autem oculus meus videt te.
6 Idcirco ipse me reprehendo, & ago pœnitentiam in fauilla & cinere.
B 7 Postquam autem locutus est Dominus verba hæc ad Iob, dixit ad Eliphaz Themaniten, Iratus est furor meus in te, & in duos amicos tuos, quoniã non estis locuti coram me rectum, sicut seruus meus Iob.
8 Sumite ergo vobis septem tauros, & septem arietes, & ite ad seruum meum Iob, & offerte holocaustum pro vobis: Iob autem seruus meus orabit pro vobis: faciem eius suscipiam, vt non vobis imputetur stultitia: neque enim locuti estis * ad me recta sicut seruus meus Iob.
9 Abierunt ergo Eliphaz Themanites, & Baldad Suhites, & Sophar Naamathites: & fecerunt sicut locutus fuerat Dominus ad eos, & suscepit Dominus faciem Iob.
C 10 Dominus quoq; conuersus est ad pœnitentiam Iob, cum oraret ille pro amicis suis. Et addidit Dominus omnia quæcunque fuerant Iob, duplicia.
11 Venerunt autem ad eum omnes fratres sui, & vniuersæ sorores suæ, & cuncti qui nouerant eum prius: & comederunt cum eo panem in domo eius: & mouerunt super eum caput, & consolati sunt eum super omni malo quod intulerat Dominus super eum.
12 Et dederunt ei vnusquisque ouem vnam, & inaurem auream vnam. Dominus autem benedixit nouissimis Iob magis quàm principio eius. Et
D facta sunt ei quatuordecim millia ouium, & sex millia camelorum & mille iuga boum, & mille asinæ.
13 Et fuerunt ei septem filii, & tres filiæ.
14 Et vocauit nomen vnius Diem, & nomen secundæ Cassiam, & nomen tertiæ Cornustibii.
15 Non sunt autem inuentæ mulieres speciosæ sicut filiæ Iob in vniuersa terra: deditque eis pater suus hæreditatem inter fratres earum.
16 Vixit autem Iob post flagella hæc, centum quadraginta annis, & vidit filios suos, & filios filiorum suorum, vsque ad quartam generationem.
17 Et mortuus est senex, & plenus dierum.

4 Audi quæso, & ego loquar: Te [post hæc] interrogabo, vt erudias me.
5 [4] Famam enim aliquam de te perceperam: [5] nunc autem oculus meus te conspexit.
6 [6] Quare [factum meum] improbo, & pœnitentia ductus [sacco] in puluere & cinere.
7 Factum est autem postquam Dominus locutus est hæc verba cum Iob, vt Dominus dixerit Eliphaz Themanitæ, Excanduit [7] nasus meus in te atq; duos amicos tuos, quia non recte locuti estis [8] apud me, vt seruus meus Iob.
8 Proinde capite nunc vobis iuuencos septem, & arietes septem, & adeuntes seruum meum Iob, holocaustum pro vobis offerte: Iob autem seruus meus pro vobis orabit: [9] nam ipsius respectu vos non tractabo pro flagitii vestri magnitudine, quia non recte apud me locuti estis vt seruus meus Iob.
9 Iuerunt igitur Eliphaz Themanita, & Bildad Suhita, [&] Zophar Naamathita, feceruntq; quemadmodum eis locutus est Dominus. [10] & Dominus gratificatus est ipsi Iob.
10 Dominus etiam [11] postliminio restituit Iob, quũ pro amicis suis oraret, ac duplo auxit Dominus omnia quæ Iob prius habuerat.
11 Conuenerunt quoq; ad illum omnes fratres eius, & omnes sorores eius, & omnes qui prius eum nouerant, & comederunt apud eum domi suæ. [12] eumque sedulo consolati sunt de omni malo quod ei Dominus intulerat:
12 Nec non ei dederunt singuli [13] nummum & inaurem auream. Cæterum Dominus fortunauit Iob amplius posteriori tempore quàm priori, vt haberet quatuordecies mille oues, & sexies mille camelos, & mille iuga boum, & mille asinas.
13 Habuit etiam septem filios & tres filias.
14 Indidit autem nomen [14] vni Iemima, & alteri nomen [15] Kezia, & nomen tertiæ [16] Keren happuch.
15 Neque reperta sunt in tota regione tam formosæ fœminæ quàm filiæ Iob: quas pater ipsarum hæredes instituit cum fratribus suis.
16 Post hæc autem Iob vixit annos centum quadraginta, & vidit suos liberos, & liberorum suorum liberos per quatuor ætates.
16 Eξque Iob mortuus senex & [17] prouectæ ætatis.

* ostende.

Amici Iob reprehenduntur à Deo.

* coram me rectum.

Orat Iob pro amicis: cui duplicia restituuntur.

Benedictio Dei, Diuitiæ Iob.

4 Heb. auditu auris audiueram te. q.d. Audiueram te ac tuis operibus loquutum, sed nihil præter auditum habebam. oportet enim hominem interne, doceri per Spiritum tuum. Sæpius audiui disputare de prouidentia tua & nihil intellexi, donec fui edoctus à Spiritu tuo.
5 sub mente mea. q.d. nunc ego sapio.
6 Propterea abominor, & pœnitet me super puluerem & cinerem. Propterea, inquit, repello a me sententiam illam quã dicebam te non curare ista particularia & pauidam aliquã, hominibus consilio: pœnitetq; me huius sententiæ, sedeoque in puluere & cinere more lugentium.
7 Furor.
8 Mihi (vel, propter me) vt seruus meus Iob. Iob postquam resipuit. Nam illi volebant tueri iustitiam Dei, at rationibus humanis: et ignorantia autem peccabat Iob.
9 Heb. quando quidem suscipiam faciem eius, ne agam vobiscum ignominiose propter hanc culpam. Suscipere faciem alicuius dicitur Deus, quum illum exaudit. 10 Hebr. Et Dominus suscepit faciem Iob, id est, admisit preces eius. 11 Heb. conuertit captiuitatem Iob. Quia tentationes detinebatur à Satana. 12 Et condoluerunt illi & consolati, &c. 13 Chaldæus paraphrastes vertit ouem, siue agnam. 14 Primã יְמִימָה, Iemima, id est, diurna, seu in dies. 15 קְצִיעָה Kesiah, id est, abrasio, 16 קֶרֶן הַפּוּךְ Keren-habuch, id est, cornu conuersionis. Voluit nimirum Iob istis nominibus cõgnatæ memoriam vtriusq; fortunæ suæ, prosperæ & aduersæ. Paraphrastes aliam adfert rationem quare eas his appellarit nominibus. Vocauit, inquit, vnam Iemima, quod pulchra esset vt dies: alteram Keziam, quod nobilis esset sicut species aromatica, quam casiam vocant: & tertiam, Keren-happuch, id est, cornu stibii, propter elegantiam vultus eius. 17 Heb. satur dierum. vel, plenus dierum, id est, longam ætatem & senectutem.

LIBER PSALMORVM HEBRAICE THEHILIM.

Prologus B. Hieronymi in Psalterium, quod secundum Septuaginta editionem correxit.

Psalterium Romæ dudum positus emendarã: & iuxta Septuaginta interpretes, licet cursim, magna tamen ex parte correxeram. Quod quia rursum videtis ô Paula & Eustochium, scriptorum vitio depravatum, plusq; antiquum errorem, quam nouam emendationem valere: me cogitis vt veluti quodam nouali, scissum iam aruum exerceam, & obliquis sulcis renascentes spinas eradicem, æquum esse dicentes, vt quod crebro male pullulat, crebrius succidatur. Vnde consueta præfatione cõmoneo tam vos, quibus forte labor iste desudat, quam eos qui exemplaria istiusmodi habere voluerint, vt quæ diligenter emendaui, cum cura & diligentia transcribantur. Notet sibi vnusquisq; vel iacentem lineam, vel radiantia signa, id est obelos, vel asteriscos. Et vbicunq; viderit virgulam præcedentem, ab ea vsq; ad duo puncta quæ impressimus, sciat in Septuaginta translatoribus plus haberi. Vbi autem perspexerit stellæ similitudinem, de Hebræis voluminibus additum nouerit, æquè vsq; ad duo puncta, iuxta Theodotionis duntaxat editionem: qui simplicitate sermonis a Septuaginta interpretibus non discordat. Hæc ergo & vobis & studioso cuiq; fecisse me sciens, non ambigo multos fore qui vel inuidia, vel supercilio malint contemnere videri præclara, quàm discere, & de turbulento magis riuo, quam de purissimo fonte potare.

Argumentum in librum Psalmorum.

Liber Psalmorum sacras cantiones continet, quæ in Ecclesia vetere fuerunt conscripta vsque ad funesta tempora Antiochi: Ac propterea est quædam veluti Epitome Veteris Testamenti, speculum gratiæ Dei, absolutaque hominis totius Anatome: Qua exponuntur omnis generis documenta, de promissionibus, operibusque Dei gratiosis erga suos, seueris in aduersarios, & in omnes infideles: Item de fide nostra in promissiones eius, de obsequio, de infirmitatibus, patientia, constantia & liberatione nostra in rebus aduersis, de legitimo bonorum vsu & gratiarum actione in rebus secundis: Denique de toto officio nostro erga Deum, & fide illius erga nos in Christo: De quo elegantissima & illustrissima prophetiæ habentur passim ad consolationem & confirmationem Ecclesiæ, &c.

Liber Psalmorum Hebraice ᵃ *Thehilim.* — ᵃ i. Laudes.

Librum istum LXX. interpretes, Psalterium denominauerunt, nomine instrumenti musici, ad quod, vt & ad alia, hi psalmi, id est, cantiones, decantabantur. Hebræi vero Thehilim, hoc est laudes, appellant.

PSALM. I.



[1] EATVS *vir ille qui nec* [2] *ambulauit in consilio* [3] *impiorum, nec in* [4] *via* [5] *peccatorum* [6] *stetit, nec in consessu* [7] *irrisorum sedit:*

2 [8] *Sed in lege Domini voluntas eius,* [9] *inque lege eius meditabitur die ac nocte.*

3 *Erit hic veluti* [10] *arbor plantata secus riuos aquarum quæ fructum suum suo reddit tempore, cuius folium non defluit.* [11] *& quodcunque ediderit, prospere cadit.*

4 *Non sic impii, sed tanquam* [12] *quisquilia, quas dispellit ventus.*

5 *Ideirco non* [13] *surgent impii in iudicio, neque peccatores in cœtu iustorum.*

6 *Quoniam* [14] *nouit Dominus viam iustorum: via autem impiorum peribit.*

ᵃ Hebraice ad verbum legitur, Beatitudines sunt viri illius. 2 Præterita & futura trium priorum versuum verti possunt per præsens, ambulat, siue sectatur, aut sectari solet consilia improborum. 3 Improborum. Vox Hebræa Resaim, significat eos qui indesinenter & sine vlla quiete impie agunt: aut qui malis animi perturbationibus mouentur ad male agendum. 4 Via pro instituto & ratione viuendi. 5 Vox Hebræa Hattaim, significat homines perfrictæ frontis, & quos iam peccare non pudet. 6 Vel, stat, siue consistit, id est, qui viuendi rationem hominum peccatis deditorum non amplectitur. 7 id est, qui nullum commercium habet cum

PSALM. I.



EATVS vir qui non abiit in consilio impiorum, & in via peccatorum non stetit, & in cathedra pestilentiæ non sedit. — A Beati viri descriptio.

2 Sed in lege Domini voluntas eius: ‖ & in lege eius meditabitur die ac nocte, — Iosue 1.b Ierem. 17.b


3 ‖Et Erit tanquam lignum quod plantatum est secus decursus aquarum: quod fructum suum dabit in tempore suo. Et folium eius non defluet: & omnia quæcunque faciet, prosperabuntur.

4 Non sic impii, non sic: sed tanquam puluis quem proiicit ventus à facie terræ. — Impiorum & infidelium interitus.

5 Ideo non resurgunt impii in iudicio: neque peccatores in concilio iustorum.

6 Quoniam nouit Dominus viam iustorum: & iter impiorum peribit.

PSALM. II.



1 [1] QVare cum tumultu Gentes concurrunt, & Populi [2] inane meditantur?

2 [3] *Consurgunt reges terræ, &* [4] *principes vnà consultant aduersus Dominum & aduersus Christum eius.*


3 *Rumpamus vincula eorum,* [5] *lora eorum à nobis abiiciamus.*

4 [6] *Qui sedet in cælis ridet, Dominus* [7] *subsannabit eos.*

5 *Tum* [8] *loquetur ad eos* [9] *in ira sua, & in* [10] *furore suo terrebit eos.*

6 [11] *Ego vero* [12] *constitui regem meum super Sion montem meum sanctum.*

PSALM. II.



1 ‖ QVare fremuerunt Gentes: & Populi meditati sunt inania? — A Gentium & Iudæorum conspiratio contra Christum. Actor. 4.c

2 Astiterunt reges terræ, & principes conuenerunt in vnum aduersus Dominum & aduersus Christum eius.

3 Dirumpamus vincula eorum, & proiiciamus à nobis iugum ipsorum. — Impiorum verba exprimuntur.

4 Qui habitat in cælis, irridebit eos: & Dominus subsannabit eos.

5 Tunc loquetur ad eos in ira sua: & in furore suo conturbabit eos. — Eorum pœna.

6 Ego autem constitutus sum rex ab eo super Sion montem sanctum eius, prædicans præceptum eius. — Rex Iudæorum & gentium Christus resuscitatus.

iis qui diuinas leges ridere solent, & nec est contubernalis eorum. Verti potest, elatorum aut oblocutorum. 8 Vel, Quin potius in doctrina Domini propensum est eius desiderium, id est, eam vnice amat. Lex pro omnibus quæ præcepit Dominus. 9 Hebræi gaudent repetitis, pro, de qua eam meditatur assidue. Intuitum pro præsenti. 10 Palmam aut oleam intelligit. Vtrique enim decerpto fructu folia non decidunt. Iustus vt palma florebit. Psal. 92. Vide Ierem. 17.b. 11 Vel, & quicquid facit, successus prosperos habet, id est, fructus edit qui non pereunt. vtilitatem enim proximi magis spectat, quam suam. 12 Vel, gluma, quam & impii pro sua inutiles, & omnis fructus expertes, vt gluma, palea, siue tegumentum tritici, quibus comparantur Matth. 3.b & Psalm. 35. 13 Stabunt, vel, consistent iudicium iustis, id est, non habebunt locum inter iustos, sed Deus separabit eos à consortio iustorum cum iudicabit mundum. Matth. 25. Ite maledicti &c. 14 Vel, agnoscet, id est, probabit. Cui contrarium est peribit, pro improbabitur & damnabitur. Verti potest per præsens, sic, Etenim agnoscit Dominus viuendi modum iustorum, & probat: at viuendi genus improborum perit, siue perire solet, hoc est probari Deo non potest, nec illi esse gratum.

PSAL. II. 1 Vel, Cur turmatim congregantur Gentes. Velut in tumultu fieri solet. Præterita sunt apud Hebræos, quæ per futurum vertenda sunt, vt sequentia verba, quæ futura sunt Hebræis. Continet enim hic Psalmus prophetiam conspirationis Iudæorum & Gentium aduersus Christum: vt ex Actorum cap. quarto videmus. Verti etiam possunt per præsens. Gentes, vocat Gentiles: Populos autem, Iudæos. 2 Vel, loquentur frustra: Vanos sermones iactauerunt cum se memoriam Christi abolituros morte existimarunt, qui tertio die postea resurrexit. 3 Astabunt, vel, Astant, captandi scilicet consilii causa. 4 Vox Hebræa Rozenim, significat principes & reges. Significat etiam eos quorum consilio & prudentia res administratur regnum. 5 Vel, ligamina. Verba sunt hostium Dei & Christi, regum, principum, & sacerdotum. Vincula vocat leges quibus quasi vinctis solent subditi, & contineri in officio. Ligamina vero, imperium sumpta metaphora ab iis qui vincti coguntur facere opus. Legibus eorum, inquiunt, ne pareamus, demusque operam ne imperent nobis.

6 Vel, domicilium habet in ipsis cælis, deridebit. Verba Dauidis, q. d. quomodo pugnabunt cum eo qui est in cælis? 7 Repetitio, quæ magnam vim habet in Sacris literis. 8 Cum scilicet tempus id exiget. 9 id est, iratus, hoc est, increpabit eos vehementissime. 10 Id est, graui ira percitus perdet eos.

11 Ego enim &c. Verba Dei Patris sedentis pro tribunali, & condemnantis impios qui dederant operam vt regnum eius euerterent. 12 Vel, constitueram regem &c. id est, præfeceram regem meum Messiam populo meo Israelitico, vt illi nomine meo imperaret: verum illius regnum perpetuo oppugnatis negantes eum esse Messiam. Quis nunc dicat, me immerito sumpturum de vobis pœnas? Aut, Sumam igitur de vobis pœnas, quales mihi luere debetis. Hæc subaudienda sunt, quod oratio sit Dei irati, qui more hominum orationem concidit cum iratus loquitur. Sion: est populus Ierosolymitanus, tota præterea terra Chanaan, quæ montem sanctum montem vocat, quod illuc translata sit arca Domini à Dauide. Vide 1. Paral. 16.

7 ‖ Dominus

Act. 13. d. Heb. 1. b. 5. b — 7 ‖ Dominus dixit ad me. Filius meus es tu, ego hodie genui te.

8 Postula à me, & dabo tibi Gentes hæreditatem tuam, & possessionem tuam terminos terræ.

Euangelium. Apoc. 2. g. Gen. 19. c. — 9 ‖ Reges eos in virga ferrea, & tanquam vas figuli confringes eos.

Ad principes exhortatio. — 10 Et nunc reges intelligite: erudimini qui iudicatis terram.

11 Seruite Domino in timore; & exultate ei cum tremore.

12 Apprehēdite disciplinā: ne quando irascatur Dominus, & pereatis de via iusta.

Beati. — 13 Cum exarserit in breui ira eius, beati omnes qui confidunt in eo.

7 [15] Recensebo decretum: Dominus dixit ad me, Filius meus es tu, ego [16] hodie genui te.

8 Postula à me, [17] daboque Gentes, vt sint hæreditas tua, & terminos terræ, vt sint possessio tua.

9 [16] Sceptro ferreo confringes eos, veluti vasa figulina [17] comminues eos.

10 Nunc ergo [18] sapite, o reges, erudimini iudices terræ.

11 [19] Seruite Domino in timore, & exultate cum tremore.

12 [20] Osculamini Filium, ne irascatur, & [21] pereatis a via.

13 [22] Breui exardescet furor eius. [23] beati omnes qui sperant in eum.

15 vel, Narrabo legem. i. id quod Dominus tanquam legem mihi promulgauit narrabo quod præcepit Dominus vt narrem, nempe hæc sequentia Filius meus &c. Vert etiam potest, Narrabo institutum. Filii sunt verba. q. d. Quod sequitur, promulgabo tam crebro, tamque solicite, vt abeat mihi in naturam siue consuetudinem. Aut, Narrabo vt præceptum siue vt legem. Tam vulgatum faciam id quod sequitur, quam lex esse solet.

PSALM. III.

Psalmus Dauid cum fugeret à facie Absalom filii sui. 2. Reg. 15.

A
1 Domine quid multiplicati sunt qui tribulant me? multi insurgunt aduersum me.

Christi aduersarii. — 2 Multi dicunt animæ meæ, Non est salus ipsi in Deo eius.

Fides & spes in tribulatione. — 3 Tu autem Domine susceptor meus es, gloria mea, & exaltans caput meum.

4 Voce mea ad Dominum clamaui: & exaudiuit me de monte sancto suo.

Mors & resurrectio Christi. Iohan. 2. d. — 5 ‖ Ego dormiui, & soporatus sum, & exsurrexi: quia Dominus suscepit me.

* suscipiet — 6 Non timebo millia populi circumdantis me: exurge Domine, saluum me fac Deus meus.

Gratiarum actio. — 7 Quoniam tu percussisti omnes aduersantes mihi sine causa dentes peccatorum contriuisti.

Salus, Benedictio. — 8 Domini est salus: & super populum tuum benedictio tua.

PSALM. III.

[1] Oda seu carmen Dauidis, [2] quum fugeret [3] metu Absalom filii sui.

1 [3] *Quam multi sunt, o Domine, hostes mei? quā multi qui aduersus me insurgunt?*

2 Multi dicunt [4] animæ meæ, [5] Nulla est isti salus in Deo, [6] Sela.

3 At tu Domine clypeus [7] es pro me, [8] gloria mea, [9] quique caput meum extollis.

4 Voce mea ad Dominum clamabo, & [10] respondebit mihi de monte sancto suo. [11] Sela.

5 [12] Ego iacui & dormiui, atque euigilaui, quoniam Dominus me fulciebat.

6 [13] Non metuo à decem millibus populi, qui circumquaque me obsident. [14] Exurge Domine, serua me Deus meus.

7 Quoniam [15] percussisti omnes hostes meos in maxillā, dentes impiorum contriuisti.

8 Domini est [16] salus, super populum tuum benedictio tua. Sela.

14 Diem resurrectionis, hunc diem interpretatur Paulus Act. 13. Heb. 1. & 5. q. d. Ego suscitaui te, & ita genui in vitā æternam. Cum Christus ostenditur Dei Filius, rex esse probatur.

15 vel, dabo enim &c. Loquitur Filius in persona Patris. Inuitat autem Filium suum Deus, vt aliquid ab ipso petat, more regum principum. Etiamsi postulaueris imperium super omnes populos, non sum denegaturus, tamque tui erunt, quam filii sui hæreditarius est germani hæredis. 16 Heb. Virga ferrea franges &c. id est, siqui rebellare voluerint, aut parere [illegible], dissipabis eorum consilia & [illegible] gladio prædurо, [illegible] gladium intelligit, [illegible] potestatem, viresque insuperabiles regni Christi. 17 Vel, spargesin plura nempe frusta confractos. 18 Vel, prudenter agite aut, præstate vos sapientes. Exhortatio Dauidis ad principes [illegible] in Christum [illegible] eorum tempore viuere qui Christum erant [illegible] [illegible] 19 Vel, Colite Deum, id est, ita colite [illegible] ne eius filium offendere. exultate præterea quod [illegible] talem regem præfecerit, verum lætitiā cum [illegible] ingenuo metu.

20 Osculum manus [illegible] signum subiectionis erat, vt & apud nos, quasi dicat, Osculo manuum testamini vos Filium Dei habere pro rege. Amplectimini Filium toto mentis affectu, & subiliti estote illi.

21 Id est, ne pereat via vestra. vt Psalm. 1. Via impiorum peribit, quasi dicat, ne ratio vitæ vestræ pereat, hoc est, damnetur. ne vitam æternam amittatis ob viam quam secuti fueritis. 22 Quum [illegible] (aut, si vel paululum) exarserit. 23 Acclamatio, quasi dicat, Beati qui fiduciam suam in Christo collocant, salutem ab eo expectantes, quam certo sunt consecuturi.

PSALM. III. 1 Sub. quam cecinit, vel scripsit. 2 Heb. à facie, id est, metu, vel propter Absalom. 3 Vel, Per quam multi sunt qui persequuntur me. 4 Heb. de anima mea, id est, de me. Hebraica phrasis. Et dicere, pro existimare & cogitare [illegible] quasi dicat, Non dubito esse multos qui [illegible] hunc modum cogitent, Derelictus est à Deo, nullum ille auxilium à Deo expectandum. 5 Id est, Deus non liberabit eum. 6 Hæc dictio [illegible] [illegible] signum est extendendæ vocis, & animi maxime intendendi. [illegible] in cantione & harmonia. Cum res aliqua exigit auditoris animaduersionem & attentionem, exclamare solemus. Ita est hic exclamatio. [illegible] [illegible] 7 Vel, eris. Clypeum esse alicuius, est eum defendere, protegere, & pro eo pugnare. 8 Id est, qui soles mihi dare materiam gloriandi apud omnes, ob crebra beneficia quæ in me confers. Aut gloria mea, [illegible]

9 Exaltare siue extollere caput alicuius, est eum tristem & præ dolore deiectum, reddere lætum. Luc. 21. Leuate capita vestra. Solent enim demittere vultum qui lugent. Gene. 4. a. Cur concidit vultus tuus? [illegible] Dominus ad Cain tristem. 10 [illegible] pro annuere & exaudire. Scio, inquit Dauid, quid mihi agendum [illegible] opem Dei [illegible] Clamare ad Deum voce sua, [illegible] Dei implorare. Verti etiam posset per præteritum, clamaui, &c.
1 Id est, de propitiatorio quod est [illegible] in Sion monte sancto suo. [illegible] Deus [illegible] [illegible] medio duorum cherubim [illegible] Vel, de monte sancto suo, id est, de cælo.

11 Exclamationem significat, [illegible] [illegible] cum fiducia ipsum implorare. 12 Vel, per futurum, Ego decubabo & dormiam, & expergiscar quia Dominus [illegible] [illegible] caput tot hostes petunt, vbi opem à Deo petiuero, committam me quieti, & securus dormiam [illegible] Deo defensore [illegible] [illegible] [illegible], lectum quietis causa petere nequeunt, curis [illegible] mentibus. Quidam vertunt, Equidem iacebam, at dormiebam, expergiscebar autem [illegible] &c.

13 Vel, metuam [illegible] à decem millibus qui in circuitu posuerunt aduersum. Sic Hebraicè. Ponere autem in circuitu aliquius, pro aduersus aliquem insurgere [illegible] more Hebraico dictum est. Myriades, siue decem millia, populum innumerabilem intelligit. Hic se Dauid in spem erigit. Verti etiam potest, Non timui, per præteritum.

14 Vt scilicet audita tuba strenuus & promptus miles exurgere solet, erige te in pedes, & accipe arma, collige vires tuas & potentiam: vt percutias hostes meos in maxillam, ita vt dentes eorum confringas: quibus confractis & comminutis conficere & concidere panem non poterunt, & ita interibunt. Hoc significat concisum dicendi genus.

15 vel per futurum, Exurge: quia percuties omnes inimicos meos in maxillam, id est, dentes improborum confringes.

16 Salus pro auxilio. Benedictio autem pro fauore & beneficio. quasi dicat, Domini interest seruare & liberare populum ex his quæ illi acciderunt. ipse est à quo petendum auxilium: illi soli debetur victoria, quod vicerim filium Absalom. Vide 2. Reg. 18. Mutatio personæ à tertia [illegible], ad affectum ostendendum valet. Tu Deus populum tuum, id est, tibi fidentem, seruare, tutari, liberare soles, & bonis cumulare. In hoc adiicitur Sela, quasi dicat, O excellentiam & exuberantiam bonitatis Dei, qui illis qui in ipso fiduciam collocant, tam promptus auxiliator esse solet.

PSALM. IV.

Carmen Dauidis.

1 O Deus iustitiae meae, qui me exaudis ad te clamantem, & in angustiis constitutum in latitudinem educis,
2 Miserere mei, & exaudi orationem meam.
3 [3] O Viri quousque, [4] gloriam meam ad ignominiam? quousque diligetis [5] vanitatem, & quaeretis mendacium? Sela.
4 [6] Et scitote quod Dominus selegerit sibi [7] bonum, Dominus exaudiet quum clamauero ad eum.
5 [8] Contremiscite, & [9] ne peccetis, [10] cogitate in corde vestro in cubili vestro, & [11] silete. Sela.
6 Sacrificate [12] sacrificia iustitiae, & sperate in Domino. [13] Multi dicunt, Quis [14] det bona videre?
7 [15] Leua signum super nos, (nempe) lucem vultus tui ô Domine. [16] Dedisti laetitiam in corde meo,
8 A tempore quo frumentum eorum atque mustum eorum aucta sunt.
9 [17] In pace simul iacebo & dormiam,
10 Quoniam tu Domine solus es qui me [18] in tuto collocas.

PSALM IV.

In finem in carminibus Psalmus Dauidis.

1 Cum inuocarem, exaudiuit me Deus iustitiae meae: in tribulatione dilatasti mihi: — *Inuocat Deum in tribulatione.*
2 Miserere mei, & exaudi orationem meam.
3 Filii hominum vsquequo graui corde? vt quid diligitis vanitatem, & quaeritis mendacium? — *Sancti.*
4 Et scitote quoniam mirificauit Dominus sanctum suum. Dominus exaudiet me cum clamauero ad eum. — *Irasci.*
5 ‖ Irascimini; & nolite peccare: quae dicitis in cordibus vestris, & in cubilibus vestris, compungimini. — *Ephes. 4. f* — *Sacrificium.* — *Lumen Dei.* — *Laetitia.*
6 Sacrificate sacrificium iustitiae, & sperate in Domino. multi dicunt, Quis ostendit nobis bona?
7 Signatum est super nos lumen vultus tui Domine: dedisti laetitiam in corde meo,
8 A fructu frumenti, vini, & olei sui multiplicati sunt. — *Pax.*
9 In pace in idipsum dormiam & requiescam.
10 Quoniam tu Domine singulariter in spe constituisti me.

PSALM. V.

Carmen Dauidis [1] lyricum praefecto cantorum.

1 Auscultа verbis meis ô Domine, [2] murmur meum intellige.
2 Attende [3] vocem clamoris mei rex meus & Deus meus,
3 Quoniam ad te [4] orabo. O Domine mane [5] audies vocem meam.
4 Quia mane [6] accommodabo me tibi, & speculabor. Quoniam tu non es Deus cui placeat [7] impietas,
5 Non habitabit tecum malitia. Non consistent coram oculis tuis insani.
6 Tu odisti omnes qui operantur iniquitatem. Perdes eos qui loquuntur mendacium,
7 Virum sanguinarium & fraudulentum auersatur Dominus.
8 Ego autem [8] fretus multitudine benignitatis tuae ingrediar domum tuam, adorabo [9] ad templum sanctum tuum in timore tuo.

PSALM. V.

In finem, pro ea quae haereditatem consequitur, Psalmus Dauid.

Verba mea auribus percipe Domine: intellige clamorem meum. — *A* — *Oratio Dauidis contra Saulem & sicilatores eius.*
2 Intende voci orationis meae, rex meus & Deus meus.
3 Quoniam ad te orabo: Domine mane exaudies vocem meam:
4 Mane astabo tibi & videbo: quoniam non Deus volens iniquitatem tu es:
5 Neque habitabit iuxta te malignus: neque permanebunt iniusti ante oculos tuos.
6 Odisti omnes qui operantur iniquitatem: perdes omnes qui loquuntur mendacium.
7 Virum sanguinum & dolosum abominabitur Dominus.
8 Ego autem in multitudine misericordiae tuae introibo in domum tuam: adorabo ad templum sanctum tuum in timore tuo. — *Misericordia.*

1 Heb. praefecto citharoedorum ad neginoth. Vox Hebraea Menasceah, significat eum cui committebatur psalmi decantandi, aut ad cuius imperium psalmi decantari solebant aut pulsari. Plurimum autem arte musica valebat, adeo vt illius dux & magister merito esset. vnde qui rem vocis Hebraicae reddere volet, vertet, Praefecto citharoedorum peritissimo & excellentissimo. Sic igitur totam inscriptionem dilucide vertes, Psalmus Dauidis qui sequitur, commissus est praefecto citharoedorum, vt decantaretur ad instrumentum musicum quod nominabatur neginoth. Et hunc psalmum composuit Dauid quum premeretur coniuratione Absalom filii sui. 2 Heb. In clamando me, exaudi me Deus iustitiae meae. (qui) in ipsa tribulatione latitudinem fecisti mihi, miserere mei quoque hodie &c. In clamando me, inquit: id est, Dum clamo, aut Cum clamauero, siue inuocauero. Aut, Quum implorem opem tuam. Deus iustitiae meae, id est, iustificator meus: siue author iustitiae meae. Aut potius, Deus innocentiae & integritatis meae: testis qui nosti nulla me iniuria affecisse filium meum Absalom vt in me conspiraret. Quidam vertunt, vindex iustitiae meae. Nam Elohim iudices etiam significat. Educere in latitudinem, siue latitudinem facere alicui, pro e loco arcto & angusto in locum spatiosum educere. Metaphora ab iis qui redacti sunt in locum angustum ab hostibus, ita vt elabi nequeant, quasi dicat, qui me redactum in summas angustias aliquando & liberasti & exhilerasti. 3 Heb. filii viri. Hebraei filios virorum vocant potentes & principes viros. Alloquitur autem hic nobiles & proceres Israelitas qui cum Absalom coniurauerant, quasi dicat, O vos viri principes. Nam haec Apostrophe ad hostes, habet reticentiam cum indignatione aut commiseratione, q. d. Conamini deducere, vel aliquid tale intelligitur. 4 subaudiendum, conamini deducere, aut aliquid tale. Alii vertunt, quousque tandem gloria mea in ignominiam? Sub est apud vos. Gloriam suam, siue honores suos vocat regnum sibi a Deo sibi datum. q. d. quousque molimini aduersum me [illegible], regno ignominiose me spoliare? 5 Vanitatem, inane, mendacium vocat rem fallacem, quae non solet succedere pro animi sententia friuola consilia & conatus qui spem fallunt. q. d. quousque operam dabitis me regno euertere, quod non consequemini Deo mihi consulente. 6 Scitote aut vel itaque. Aut subaudiendum, Respicite o nobiles Israel, & scitote. Aut, ET vacat. 7 Vox Hebraea Hasid, passiue hic accipitur, pro eo in quem misericordia exercetur. Alias significat hominem de omnibus benemeritum, & eum qui facile condonet errata. Loquitur autem de se Dauid in tertia persona: Me selegit in regem suum, quem misericordia sua dignaretur. 8 Vel, Timete. sub. vobis a Deo, proceres Israel, & non me timete, sed Deum timete, qui me regem constituit. Chald. paraph. scitis, Domate concupiscentiam vestram, & irascimini sub. vobis. In hunc sensum accommodare videtur Paulus Ephes 5. 9 sub. desistite in me, i. ne perseueretis in coniuratione vestra contra me. 10 Heb. dicite, i. cogitate, & recum ipsam expendite apud vos [illegible] in cubili vestro, hoc est, noctu, quo tempore vacatis a negociis & laboribus. 11 Impe. ratiuus pro futuro, tacebitis, quasi dicat, quum rem accuratius expenderitis, desinetis de me impie loqui, & Israelem aduersum me concitare. Audiuit Sela, quasi dicat, O amentiam eorum qui [illegible] moliuntur in regem quem Deus constituit. 12 Sacrificia intellige quae lex praecepit offerri pro peccatis, sacrificia legitima. Iustitiae autem, i. quae animi [illegible] & mutationem [illegible]. q. d. O coniurati, peccatum vestrum agnoscite, & in illius expiationem offerte sacrificium Deo, & sperate vos consequuturos veniam vel, in solo Deo sperate, non in vobis. 13 sub. ex coniuratis contra me Israelitis. 14 Vel ostendat nobis bona. Quis faciat vt optatis potiamur, hoc est, vt Dauidem regno eiectum & interfectum videamus. q. d. Vtinam hoc videamus. 15 Vel, attolle super nos lumen &c. Verba Dauidis, Habeo, inquit, aduersarios multos, alii aliis rebus student, tantum ego beneuolentiam tuam opto, & ea sola [illegible] praeterea gaudeo vt tuo fauore nos prosequaris. Vt odium vultu declaramus, sic & fauorem quos enim amamus, suauiter & hilariter intuemur. Lumen vultus, vocat vultum lucidum. Facies appareat nobis quem nos diligas, respiciendo ad nos. 16. q. d. Tantum abest vt hostibus meis inuideam, vt illis gratuler vbertatem frumenti & vini, id est, omnium rerum ad vitam necessariarum copiam. Hoc autem dono tuo habeo, vt eorum foelicitate gaudeam, non doleam. 17 Id est, Spero futurum te duce vt mihi hostes ita reconcilientur, vt cum illis tuto & intrepide possim cubare: hoc est, vt illis cinctus, in eorum coetu tranquille dormire possim. tu enim solus id praestare potes vt [illegible] tranquillo & tuto habitem. 18 Vel, secure habitare facis.

PSALM. V. 1 Heb. ad hannechiloth. Vocem clamoris. Erat insigne aliquod instrumentum musicum olim notum, nunc etiam Iudaeis obscurum: dictum a sono apud quem sono imitabatur. Commissus igitur fuit hic psalmus Dauidis praefecto citharoedorum peritissimo, vt decantaretur ab hannechiloth. 2 Vocem vel, meditationem meam. Vtinam aduertas animum ad tacitum meum eloquium, & ostendas te inaudiuisse tacitas meas preces. 3 Ore eius scilicet hostis. Subinde enim mutat numerum. Hostis scilicet pro vocem meam clamosam.

4 Futurum pro praesenti, oro. 5 Vel, audi. 6 Vel praeparabo tibi (sub. orationem meam,) & expectabo sub. te. Aut verte per praesens, mane audis vocem meam quia mane oriens ad te &c. i. mane cum soleo te deprecari, & expectare auxilium tuum. 7 Impietas, siue iniquitas, & malitia metonymia, pro impius & malus aut subaudi, [illegible] non es Deus cui placeat vt iniquitas, neque morabitur tecum vir mali. Liberabis me ô Deus a Saule & adulatoribus eius: quia tu non es Deus cui arrideat iniquitas. 8 In multitudine misericordiae tuae [illegible] benignitate, adiutus misericordia tua adibo domum tuam, in qua sc. tu coleris. 9 versus. Solus pontifex adytum ingrediebatur [illegible] qui vero omnes versus templum. Lucubis huius in tabernaculum foederis orabant. Ego inquit, quum misericordia tua adiutus [illegible] tuto ab exilio, adibo [illegible] templo. [illegible] interim, quod mihi non liceat te in templo adorare, conuersus ad tabernaculum foederis [illegible] colam. quod [illegible] tua [illegible] sum: vel scruata reuerentia quam omnes tibi debent impellente me ad id ingenuo timore quo timeo mihi a te.

meã viã tuam

9 Domine deduc me in iustitia tua propter inimicos meos: dirige in cõspectu [a]tuo viam meam.

10 Quoniam non est in ore eorum veritas: cor eorum vanum est.

Infr. 13. b
Rom. 3. b

11 || Sepulchrum patens est guttur eorum, linguis suis dolose agebant, iudica illos Deus.

12 Decidant à cogitationibus suis, secundum multitudinem impietatum eorũ expelle eos, quoniam irritauerunt te Domine.

Lætitia in spe.

13 Et lætentur omnes qui sperant in te: in æternum exultabunt, & habitabis in eis.

Dilectio.

14 Et gloriabuntur in te omnes qui diligunt nomen tuum: quoniam tu benedices iusto.

Voluntas Dei.

15 Domine: vt scuto bonæ voluntatis tuæ coronasti nos.

9 *Domine duc me* [10] *in iustitia tuâ propter aduersarios meos, &* [11] *munî coram me viam tuam.*

10 *Quoniam nihil* [12] *rectè est in ore* [13] *eius, intimũ eorum* [14] *corruptiones.*

11 [15] *Guttur eorum sepulchrum apertum, lingua sua blandiuntur.* [16] *Perage eos reos, ô Deus.*

12 [17] *Cadant à consiliis suis, propter multitudinem scelerum suorum* [18] *propelle eos: nam rebelles in te fuerunt.*

13 [19] *Et lætentur omnes qui in te fidũt, perpetuò* [20] *vocibus lætis perseuerent,* [21] *te eos protegente.*

14 [22] *Exultabunt in te qui diligunt nomen tuum. Quoniam tu* [23] *benedices iusto.*

15 *ô Domine,* [24] *veluti lanceam cinget eum bona voluntas [tua]*

PSALM. VI.

In finem in carminibus, Psalmus Dauid pro octaua.

A

Oratio Dauidis graui aliquo morbo laborantis.

1 DOmine, ne in furore tuo arguas me: neq; in ira tua corripias me.

2 Miserere mei Domine, quoniam infirmus sum: sana me Domine, quoniam conturbata sunt ossa mea.

3 Et anima mea turbata est valde: [b]sed tu Domine vsquequo?

4 Conuertere Domine, & eripe animam meam: saluum me fac propter misericordiam tuam.

5 Quoniam non est in morte qui memor sit tui: in inferno autem quis confitebitur tibi?

6 Laboraui in gemitu meo, lauabo per singulas noctes lectum meum, lachrymis meis stratũ meum rigabo.

7 Turbatus est à furore oculus meus: inueteraui inter omnes inimicos meos.

Lætitia ob exauditam orationem.
Matth. 7. d, 25. d
Luc. 13. f

8 || Discedite à me omnes qui operamini iniquitatem: quoniam exaudiuit Dominus vocem fletus mei.

9 Exaudiuit Dominus deprecationem meam: Dominus orationem meam suscepit.

10 Erubescant, & conturbentur vehementer omnes inimici mei: conuertantur & erubescant valde velociter.

PSALM. VI.

Carmen Dauidis præfecto cantorum [1] ad instrumenta musica in octaua.

1 *DOmine ne in furore tuo me arguas,* [2] *neque in æstu tuo me castiges.*

2 *Miserere mei Domine, quoniam* [3] *deformatus sum: sana me Domine, quoniam contremefacta sunt ossa mea.*

3 *Sed &* [4] *anima mea territa est vehementer, & tu Domine* [5] *quousque?*

4 [6] *Redi Domine, eripe animã meam, propter* [7] *bonitatem tuam serua me.*

5 *Quoniam non est memoria tui* [8] *in morte, in sepulchro* [9] *quis te celebret?*

6 *Defatigatus sum in gemitu meo,* [10] *fluctuare facio tota nocte lectum meum, lachryma mea* [11] *grabbatum meum liquefacio.*

7 [12] *Corrosa est facies mea præ indignatione, atque vetusta facta est propter omnes hostes meos.*

8 *Discedite à me quotquot operamini iniquitatem, quoniam Dominus exaudiuit* [13] *vocem fletus mei.*

9 *Audiuit Dominus supplicationem meam, Dominus orationem meam suscepit.*

10 *Pudefient [igitur] &* [14] *consternabuntur valde cuncti hostes mei,* [15] *vertentur & subito pudefient.*

PSALM. VII.

Psalmus Dauid quem cantauit Domino pro verbis Chusi filii Iemini. 2. Reg. 16 d.

A

Oratio Dauidis calumnia patientis apud Saulem.

1 DOmine Deus meus in te speraui: saluum me fac ex omnib. persequentib. me, & libera me.

2 Ne quando rapiat vt leo animam meam, dum non est qui redimat, neque qui saluum faciat.

3 Domine Deus meus, si feci istud, si est iniquitas in manibus meis.

4 Si reddidi retribuentibus mihi, mala: decidã meritò ab inimicis meis inanis:

PSALM. VII.

[1] Arcanum Dauidis, quod cecinit Domino [2] de negociis [3] Chus filii Jemini.

1 *DOmine Deus meus in te* [3] *confisus sum, serua me ab omnibus qui me persequuntur, & eripe me:*

2 *Ne corripiat [iste] tanquam leo animam meam, dilaceret nemine eripiente.*

3 *Domine Deus meus si* [4] *istud commisi, si est peruersitas* [5] *in manibus meis:*

4 *Si et qui mihi pacis fœdere iunctus fuit, malum rependi, imo si* [6] *destitui infestantem me absq; causa:*

10 i. per viam iustitiæ tuæ, per i[illegible] iustitiam quam doces & probas. i. da vt viuam cum summa innocẽtia ne perea insidiis quas mihi struũt hostes mei. Exponi etiam potest, Deduc me pro tua iustitia, rogo te per eam benignitatẽ qua præditus es, vt deducas me. propter eos qui insidiãtur vitæ meæ. 11 dirige. vel, rectam fac. i. fac me sic ambulare in via tua, vt nũquam oculos deflectã ab ea. Aut, fac vt mihi recta videatur via quã probas. q. d. aufer à me omnia impedimenta ne cadam. 12 Rectum, vocat rectitudinẽ, veritatem, & rerum fermonem. 13 Ore eius, scil. hostis. Subinde enim mutat numerum. Hostis scilic. Saulis, aut vniuscuiusque eorum. 14 vel, prauitates. i. cor eorum plenum est dolis & fraudibus. 15 Sepulchro aperto & cadaueribus pleno simile dicit guttur eorum: nam vt sepulchrũ apertum expectat cadauer, quod consiciat, & exedat: ita hostes mei sua blandiloquẽtia eò tendunt vt me pellectum ad se, perdãt & subuertant, hoc est, me à te deficere faciant. 16 Condemna, perde illos. vel, Errare fac eos. Chald. paraphr. Condemna eos. 17 vel, vtinã excidant. 18 vel, depelle eos, sub. à te. Metaphora ab iis qui labantes impelluntur. 19 Et pro vt positum. 20 Vox Hebræa, significat laudare & attollere vocem præ lætitia. 21 Hebr. & operies super eos. 22 Heb. & exultabunt. Et pro vt positum: vt exultent, &c. 23 i. benefacies. Vertere potes, benefacis, siue, benefacere soles. 24 veluti ipsa parma bona voluntate coronabis eum, vel, coronare soles eum. i. beneuolentia tua, veluti clypeo insigni, vndique cinges & munies eum, ne lædi possit.

PSAL. VI. 1 ad negiothad o[illegible]i. Octauus sonus intentissimus est. Hic psalmus datus fuit præfecto symphoniacorum admodũ insigni decantandus ad Negi[illegible] instrumentũ musicum ad octaui, [illegible] intentissimo tono & voce clarissima. Cum Dauid graui aliquo laboraret morbo, partem huius psalmi cõposuit & alteram, quum iam esset pristinæ valetudini redditus. 2 [illegible] Ne forte ad nihilum redigas me. Peculiare enim est iratis & male habentibus, vt suos sermones concidant. Verba Ieremiæ hæc sunt: Corripe me Dñe, verumtamen in iudicio, (i. seruata æquitate) & non in furore tuo, ne ad nihilum redigas me. 3 debilis sum [illegible] morbo [illegible] restitue mihi vires pristinas. 4 i. ego quoq; metu mortis perterritus sum. 5 sub. [illegible] auxilium tuum. Aposiopesis [illegible] auxilium [illegible]. Vel sub. Sines me tam difficili & sæuo morbo conflictari? Vel, Differes auxilium tuum [illegible] 6 [illegible] hostes [illegible] propterea dicit, Reuertere ad me, pristinæ valetudini me restitue. 7 vel, misericordiam per benignitatem tuam [illegible] 8 i. [illegible] corpora [illegible] prædicare te non possunt, & celebrare laudibus. 9 quis celebrabit te? Repetit [illegible] nam in morte & in sepulchro idem [illegible] Optat Dauid seruari in vita q. d. Serua me vt te laudare possim inter viuentes: si morior, quis erit tui laudator inter homines, tot [illegible] laudem [illegible] 10 vel, natare facio, aut perpetuò [illegible] Hæc hyperbolæ ostendunt magnitudinẽ morbi Dauidis. 11 vel, lectum [illegible] & vestes stragulas, aut [illegible] 12 Heb. Putruit præ indignatione oculus meus, inueteraui propter, &c. Vel, [illegible] cineris corrosus est præ indignatione oculus [illegible] senuit (siue obtenebratus est) propter, &c. i. Nitorem suum amisit oculus meus, aut facies mea tabida facta est & senium cõtraxit, planeq; deformata est, præ [illegible] indignatione qua indignor hostes meos læta[illegible] ob morbũ meum. Vel, Facies mea similis facta est panno à tineis corroso, aut simili [illegible] [illegible] ob, &c. 13 i. impetraui [illegible] quod postulaueram à Dño. 14 terrebuntur. q. d. Inimici mei qui toti erant in expectatione mortis meæ, pudore suffundentur, [illegible] diutius sunt habituri, q[illegible] 15 abeuntes pudefient in momẽto. Potest hic versus etiã ita verti [illegible] precatiue, Pudefiant, &c. PSAL. VII. 1 Heb. Seggaion Dauidis, &c. Psalm Dauidis decantatus ad modulos illius vulgaris cantilenæ cuius initiũ erat, Seggaion [illegible] chant de Siggaion. 2 super verbis. vel rebus. i. propter eã q[illegible] patrauerat Chus. i. Æthiops filius Iemini. Vide 2. Reg. 16. Saulẽ [illegible] q[illegible] esset moribus, quos nõ magis mutaret q. tutem Æthiops. Filius Iemini. i. Beniaminita Iemini, fuit tantum [illegible] Saulis & Cis [illegible] 1. Reg. 9. 3 vel, confido. 4 Per reticentiam intelligit id q. Saul sibi imputabat, vel q. ei adulatores de Dauide suggerebant, q. scil. ambiret regnum, aut capiti eius insidiaretur. 5 Manus pro factis. i. si in factis meis est iniquitas, si iniqua perpetraui aduersus Saulem. 6 Alii, nudaui. vel, si non liberaui, aut eripui.

5 *Persequatur hostis [7] animam meam, & assequatur, & conculcet in terram [7] vitam meam, & [8] deducat gloriam meam in puluerem. Selah.*
6 *Exurge Domine [9] in furore tuo, [10] exaltare in commotionibus hostium meorum.*
7 *Et [11] excitare ad me iudicio (quod) præcepisti. [12] Et cœtus populorum te circumstet.*
8 *Huiusque rei gratia in altum reuertere. Dominus [13] iudicet populos.*
9 *Ius quoque dicito Domine, secundum iustitiam meam & secundum integritatem meā [14] quæ est in me.*
10 *Cesset quæso malitia impiorum, [15] iustumque dirige, [16] explorator cordium & renum ô Deus iuste.*
11 *[17] Clypeus meus in Deo est, seruatore eorum qui [18] candidi sunt pectore.*
12 *Deus iudex iustus est, & Deus [19] commouetur indignatione per singulos dies.*
13 *[20] Si non conuersus fuerit, [sed] expoliet gladium suum, arcum suum tetenderit, & instruxerit eum:*
14 *Et parauerit [21] sibi iacula lethifera, sagittas suas [22] ardentes fabricatus fuerit:*
15 *[23] En parturiet vanitatem: nam concepit molestiam, & pariet mendacium.*
16 *Foueam excidit & effodit eam, [24] & incidit in foueam quam fecit.*
17 *[25] Ærumna quam mihi intendit, recidet in caput eius. Et [26] violentia, qua me opprimere volunt, in verticem ipsius recumbet.*
18 *Celebrabo Dominum [27] secundum iustitiam eius, & canam nomini Domini altissimi.*

5 Persequatur inimicus animam meam, & comprehendat, & conculcet in terra vitā meam, & gloriam meam in puluerem deducat.
6 Exurge Domine in ira tua: & exaltare in finibus inimicorum meorum.
7 Et exurge Domine Deus meus, in præcepto quod mandasti: & synagoga populorum circumdabit te.
8 Et propter hanc in altum regredere: Dominus iudicat populos.
9 Iudica me Domine secundum iustitiam meā, & secundum innocentiam meam super me.
10 Consumetur nequitia peccatorum, & diriges iustum, ‖ scrutans corda & renes Deus. 1. Para. 28. b / Ierem. 11. d / 17. b. 20. c
11 Iustum adiutorium à Domino, qui saluos facit rectos corde.
12 Deus iudex iustus, * fortis & patiens, nūquid irascitur per singulos dies? * &
13 Nisi conuersi fueritis, gladium suum † vibrauit, arcum suum tetendit, & parauit illum: *Terret aduersarios vt resipiscant.* † *vibrabit.*
14 Et in eo parauit vasa mortis: sagittas suas ardentibus effecit:
15 ‖ Ecce parturit iniustitiam, concepit dolorē: & peperit iniquitatem. *Impiis sibi sunt exitio.* Esa. 59. a / Iob. 15. d, 20. e
16 Lacum aperuit, & effodit eum, & incidit in foueam quam fecit.
17 Conuertetur dolor eius in caput eius: & in verticem ipsius iniquitas eius descendet.
18 Confitebor Domino secundum iustitiā eius: & psallam nomini Domini altissimi. *Gratiarum actio.*

PSALM. VIII.

Carmen Dauidis [1] de torcularibus præfecto cantorum.

1 *Domine Dominus noster, quàm magnificum est [2] nomen tuum in vniuersa terra*
2 *[3] Vt des laudem tuam supra cœlos!*
3 *Ex ore infantium & lactentium [4] fundasti robur [5] propter inimicos tuos, [6] vt retundas hostem, & sese vindicantem.*
4 *[7] Equidem suspiciam cœlos tuos, opus digitorum tuorum, lunam & stellas, quas tu præparasti:*
5 *Ecquid est homo mortalis, vt memoriam eius habeas: & filius hominis, [8] vt eum inuisas?*
6 *[9] Tantulum siquidem est quo Deo inferiorem illum fecisti, tanta cum gloria & decore cinxisti.*
Dominum eum operum, quæ manus tuæ [parauerunt,] constituisti.
7 *Cuncta eius pedibus subdidisti: Greges & armenta vniuersa, etiam iumenta campestria.*

PSALM. VIII.

In finem pro torcularibus, Psalmus Dauid.

1 Domine Dominus noster, quàm admirabile est nomen tuum in vniuersa terra! A
2 Quoniam eleuata est magnificentia tua super cœlos. *Dei gloria per totum mundū, prædicato Euangelio.*
3 ‖ Ex ore infantium & lactentium perfecisti laudem propter inimicos tuos: vt destruas inimicum & vltorem. Matth. 21. b
4 Quoniam videbo cœlos tuos opera digitorū tuorum: lunam & stellas quæ tu fundasti: *Christo facto homini omnia subiecta præter Patrem.*
5 Quid est homo, quòd memor es eius: aut filius hominis, quoniam visitas eum?
6 ‖ Minuisti eum paulominus ab angelis: gloria & honore coronasti eum, & constituisti eum super opera manuum tuarum: Heb. 2. a
7 ‖ Omnia subiecisti sub pedibus eius: oues & boues vniuersas: insuper & pecora campi: 1. Cor. 15. d

7 i. me. 8 i. mors me faciat. vel, gloriam meam ita extinguat vt nulla mei memoria sit apud superstites & posteros. Memoria iustorum nō exstat gloria apud homines. Hic gloriam pro memoria sua posuit. 9 i. iratus ostēde te illis esse iratum. 10 vel, attollere propter furores, &c. i. Cōmoueat te hostium meorum conatus plenus furore & stomacho. Vel, exaltare. i. altum & potentem te ostende ad opprimendos hostium meorū conatus. 11 vel, expergiscere ad me ob ius, &c. Cura, inquit, vigilantissime vt regno potiar quod tuo iudicio mihi decreuisti, ad quod iuxta præceptū tuum inunctus sum à Samuele, reiecto Saule. 12 Nam cōgregatio populorū circumdet te: itaque aduersus eā in altum reuertere. Oppugnat te, inquit, populorum cōgregatio, quū me oppugnat: itaque conscende tribunal aduers' multitudinem illam, quod tam piè religiō videris, propterea improbos hostem non punias. Alludit ad locum in quo iudices solēt ferre sententiam, qui editus & altus esse solet. 13 iudicat. Personæ mutatio hunc versum obscurat, iudicat, & iudica. Hic autem est sensus, Domine tu solus es, ad quem pertinet pronunciare inter populos: tu igitur iudex es aduersariorum meorum & meus: quare te obsecro vt iudices secundum me, ostende harum inimicitiarum me non esse authorem. 14 Heb. super me. Alludit: super me, more Hebraico cum, meam, dixerit. 15 vel, contrà, iustum (i. me) dirige, quem immerito opprimunt. 16 Scriptura soles per renes, affectus interiores significare. siquidem, inquit, solus exploras & vides corda & intimas hominum cogitationes quod quum tibi peculiare sit, nō dubium est quin videas. Saulem [illegible] tui amore non affici, me vero, qui sincerissimum esse cultorem. 17 i. Fiducia mea & præsidium meum. 18 vel, recti. 19 sub. aduersus impium. Verti etiam potest, Deus iudicat iustum, & spernentem Deum omni die: i. tam pium quam impium indesinenter iudicat. iustum, vt det illi vitam æternam: impium, vt illum perdat. 20 i. Si non fuerit conuersus Saul a prauitate sua, sed sic perget vt cœpit: Comminatur pœnam impœnitenti: interim ingenium & mores hostis sui Saulis describit. 21 Hebr. vasa mortis. i. instrumenta lethifera. 22 persequentibus, sub. me. i. vt eas iaciat illis qui me persequuntur. 23 vel, Sane parturit rem vanam: quia concepit molestiam, ideo parit rem inanem. Parturire fraudem, malum, iniuriam: est totum esse in continenda iniuria. Concipere malum, Nihil aliud in animo versare, quam fraudem. Dicit igitur, si ille impius non resipuerit, sed acuerit, &c. certe capiet parere scelus, sed non edet: quia concepit animo malum, calamitatem & damnum, pariet rem vanam: i. conatus eius successum non habebit. 24 sed incidet, &c. q. d. malum extremum ei obueniet. 25 Peruersitas. vel, Labor. i. Afflictio. Eadem sententia cum superiore versu. 26 vel, iniuria eius, i. vis quam mihi inferre conatur. 27 pro iustitia eius. q. d. quum hæc videro, laudabo Dominum quod iustum præstiterit liberādo me.

PSALM. VIII. 1 super Githith: i. cantandum iuxta melodiam quæ Githith, ab vrbe Palæstinorum, dicebatur. Etenim Githith, vt nonnulli volunt, nomen gentile. Quidam Hebræorum dicunt psalmum hunc fuisse scriptum in Gad. Alii nomen instrumenti musici, sic denominati ab vrbe Palæstinæ Gad, in qua inuentum est, & primum constructum. Chaldæus paraph. vertit, ad citharam euectam è Gad. 2 Nomen pro potentia vel maiestate. i. O Domine, quàm magnam esse potentiā tuam ostendit vniuersa terra! 3 qui posuisti gloriam tuam super cœlos: i. magnificentiam hanc præstantiam tuam. q. d. magnifice & cum summa omnium admiratione elucet potentia tua etiam in cœlo, nedum in terra. 4 i. stabilem esse declarasti, hoc confirmasti gloriam & laudem potentiæ tuæ. q. d. Ea quæ mirabiliter agis in infantibus, quos omnium infirmos opportunos conseruas, ostendunt & eloquuntur se esse qui res humanas curet, cuius prouidentia omnia & sunt & regantur.
5 i. vt confundantur hostes tui qui te Deum esse non credunt qui mortalia curet. 6 Heb. ad cessare faciendum. i. vt inimicos & vltores perdas. Vltores vocat eos, qui lædunt eos qui timent Deum: aut qui persequuntur de hostibus suis sumunt, vindictam Deo non relinquentes, quem humana curare non credunt. Christus hunc locum Dauidis ad rem suam accommodauit, quum ei acclamarent infantes in templo Ierosolymitano, Matth. 21. vt ostenderet etiam pueros laudem Dei & Seruatoris deprædicare. Vnde per futurum deberent verti præterita huius versus. Non est autem absurdum, eundem locum Scripturæ ad vnum accommodari. Christus & Apostoli sententiam Scripturæ generalem, specialem interdum tractant & interpretantur. quod illud Matth. 2. Ex Ægypto vocaui filium, satis ostendit. Per infantes autem Matth. 21. intellige per hyperbolen, siue per amplificationem, quæ per diminutionem fit, eos qui proxime erant infantes. 7 Quum video cœlos, &c. Sententia perficitur sequenti versu, Quid est homo? 8 vel, quod visites eum? Hoc est, quod rationem eius habeas? 9 vel, Nam fecisti eum angelis paulo inferiorem: sed tamen gloria & honore ornasti eum veluti corona. q. d. quamuis hominem feceris dignitate paulo inferiorem angelis, tamen honore & gloria. i. mente & ratione, anima [illegible] coronasti eum, qua reliquis animalibus præstat. Hic locus citatur in epistola ad Hebræos, verum iuxta LXX. versionem: accommodaturque Christo.

8 Volucres

8 Volucres cæli & piſces maris, qui perambulāt
ſemitas maris.
9 Domine Dominus noſter, quàm admirabile
eſt nomen tuum in vniuerſa terra?

PSALM. IX.

In finem pro occultis filii, Pſalmus David.

Gratiarum actio ob victoriā de aduerſariis.

1 CONfitebor tibi Domine in toto corde meo:
narrabo omnia mirabilia tua.
2 Lætabor & exultabo in te. pſallam nomini tuo
Altiſſime.
3 In conuertendo inimicum meum retrorſum:
infirmabuntur, & peribunt à facie tua.

Philiſthæi. Goliath.

4 Quoniam feciſti iudicium meum & cauſam
meam: ſediſti ſuper thronū qui iudicas iuſtitiam.
5 Increpaſti Gentes, & periit impius: nomen eo-
rum deleuiſti in æternum & in ſeculum ſeculi.
6 Inimici defecerunt frameæ in finem: & ciuita-
tes eorum deſtruxiſti.
7 Periit memoria eorum cum ſonitu, & Domi-
nus in æternum permanet.
8 Parauit in iudicio thronum ſuum: & ipſe iudi-
cabit orbem terræ in æquitate, iudicabit populos
in iuſtitia.

Refugiū Deus in tribulatione. Spes.

9 Et factus eſt Dominus refugium pauperi: adiu-
tor in opportunitatibus, in tribulatione.
10 Et ſperent in te qui nouerunt nomen tuum:
quoniam non dereliquiſti quærentes te Domine.
11 Pſallite domino qui habitat in Sion: annun-
ciate inter Gentes ſtudia eius:
12 Quoniam requirens ſanguinem, eorū recor-
datus eſt: non eſt oblitus clamorem pauperum.

Liberator Deus in aduerſis.

13 Miſerere mei Domine: vide humilitatem me-
am de inimicis meis.
14 Qui exaltas me de portis mortis, vt annunci-
em omnes laudationes tuas in portis filiæ Sion.
15 Exultabo in ſalutari tuo: infixæ ſunt Gentes
in interitu quem fecerunt.
16 In laqueo iſto quem abſconderunt, compre-
henſus eſt pes eorum.

Peccatores.

17 Cognoſcetur Dominus iudicia faciens: in ope-
ribus manuum ſuarum comprehenſus eſt pecca-
tor.
18 Conuertātur peccatores in infernum, omnes Gentes quæ obliuiſcuntur Deum.

8 Volucres quæ in aere, & piſces qui in mari (verſantur,) & quidquid [10] per maria itinera tranſit.
9 Domine Dominus noſter, quam magnificum eſt nomen tuum in vniuerſa terra!

PSALM. IX.

Carmen Dauidis [1] ad erudiendum puellarum
chorum' præfecto cantorum.

1 [2] *CElebrabo Dominum' in toto corde meo, omnia ad
miranda (opera) tua narrabo.*
2 *Lætabor & exultabo [3] in te, [4] canam nomini tuo',
ô Supreme:*
3 [5] *Dum aguntur hoſtes mei retrorſum, impingent, &
à facie tua peribunt.*
4 [6] *Quoniam tu iudicium meum & litem meam iu-
dicaſti, [7] ſediſti pro tribunali [7] iudex iuſte.*
5 [8] *Increpuiſti Gentes, perdidiſti impium,' nomen eo-
rum aboleuiſti in ſempiternum.*
6 [9] *Vaſtitates, ô hoſtis, in vniuerſum, finem habent:
vrbes excidiſti.*
7 *Periit memoria eorum cum ipſis. At Dominus per-
petuò regnat.*
8 *Parauit tribunal ſuum ad iudicium: [11] Et is iudi-
cabit orbem in iuſtitia, & populis ex æquitate ius dicet.*
9 [12] *Aſylum erit Dominus oppreſſo, aſylum inquam
temporibus afflictis.*
10 [13] *Te nitentur [14] qui norunt nomen tuum:' non
enim [15] deſeris, ô Domine, eos qui te ſtudioſè quærunt.*
11 [16] *Canite Domino [17] qui habitat in Sion,' annun-
ciate [18] in populis conſilia eius.'*
12 *Quoniam [19] requirens ſanguines, memor eorum
erit, neq; obliuiſcitur clamoris afflictorum.*
13 *Miſerere mei Domine [20] reſpice afflictionem me-
am, (quam) ab iis qui me odio habent (perfero)*
14 [21] *Attolle me de portis mortis: Vt narrem omnes
laudes tuas [22] in portis filiæ' Sion:*
15 *Exultabo in ſalute tua. [23] Defixæ' ſunt Gentes in
fouea quam parauerunt,*
16 *Reti quod abſconderunt irretitus eſt pes eorum.*
17 [24] *Notus factus eſt Dominus iudicium faciens; [26]
in opere manuum ſuarum irretitus eſt impius. [27] Higa-
ion. Sela.*
18 [28] *Relabentur impii ad inferos, omnes gentes quæ
obliuiſcuntur Dei.'*

Accommodatur [illegible] tum [illegible] natus. Sic plura loca ſunt quæ duplicem habent ſenſum [illegible] prophetis [illegible] tem, id eſt, nudum & ſimplicem. Quicquid præcatæ ſcripturæ de hominis dignitate, Christo primum, vt generis noſtri capiti & inſtauratori congruit. Vnde hic verſus & ſequentes, iure in ea epiſtola de eo interpretantur. [illegible] cete & ingentes illos piſces, qui natando apertiſſimè ſecant mare.
PSALM. IX.
1 ad Muth-labben. i. concinendum ad modos cantilenæ cuius initium erat Muth-labben. Quidam dicunt Labben, nomen fuiſſe cuiuſdam principis Philiſthæi, quo cæſo, pro conceſſa victoria, fuit iſte pſalmus editus. Chald. paraph. vertit, Super morte viri qui egreſſus erat de medus caſtris. Goliath ſcilicet Philiſthæum ſignificans. Alii Alamoth pro conſonantia exponunt ſic pſ. 46. 1. Paral. 15. Aliter almuth.
2 Heb. Confitebor Domino. Confiteri Domino, pro Celebrare Dominum, vel Laudibus vehere Dominum, in pſalmis fere ſemper legitur. 3 de te. vel, propter te. q. d. tibi victoriam feram acceptam: gratiabor de tuo auxilio. 4 Vel, canam nomen tuum [illegible] Altiſſimum hic ſupremum Deum vocat, quod omnes mortales ſuperet. 5 Propterea quod inimici mei conuerſi ſint retrorſum, [illegible] & pereunt ante te. 6 Heb. Quia feciſti iudicium meum & cauſam meam. Subaudiendum ex primo & ſecundo [illegible], Celebrabo te, vel [illegible] pro me pronunciaſti, ſedenſque pro tribunali. Videntur inuerſa hæc, pro, quo [illegible] pro tribun[illegible] 7 Vel, iudex [illegible] 8 Pr[illegible] Gentes [illegible] impium. Chaldæus paraph. Gentes, Philiſthæos intelligit [illegible] autem, Goliath. 9 Vel, O [illegible] finem habent [illegible] vrbium quas deſtruxiſti, periit memoria. Apoſtrophe eſt cum ironia inſignior ſi dicat. Iam [illegible] vaſtitates & vrbes [illegible] periiſſe memoria earum ipſarum vrbium, [illegible] nam Dominus &c. [illegible] omnia vaſtare & excindere in animo propoſuerat. Sarcaſmos eſt, Tam abeſt vt tibi pro voto ſuccedat, vt potius hoſtium memoria aboleatur cum ipſis. 10 Nam Dominus in æternum ſedet, (ſub. pro tribunali) præparat ad ipſum iudicium ſolium ſuum. Futurum & præteritum pro præſenti legitur Hebraicè in hoc verſu. Dominus, inquit, perpetuo ſedet pro tribunali, paratus in iudicio ſuo liberare iuſtos ab inſidiis & vi impiorum. 11 Futura pro præſentibus, ius dicit cunctis populis cum ſumma æquitate. ita vt ii interficiantur qui morte digni ſunt: & ii contra ſeruentur, & a morte aſſerantur qui extingui non debent. 12 Eſt itaq; Dominus refugium ipſi pauperi, perfugium inquam in temporibus quibus ille eſt in ipſa tribulatione. Pro perfugio, vertere potes arcem, aut præſidium. Nam vox Hebræa Miſgab, ſignificat locum editum ac [illegible] conſugiunt in imminente calamitate. Dictio autem Hebræa Dach, pro qua pauperem vertimus, ſignificat pauperem, cuius facultates ſunt attritæ & accisæ, calamitoſum & ærumnis attritum. 13 Sperent igitur in te. vel, fiduciam habeant. 14 Id eſt, qui te cognitum habent. Nomen Dei, inquit, doctiſſimus inter Hebræos, eſt Deus & Deus ſuum nomen per nomen autem, attributa Dei intelligimus. Vertere igitur potes, qui notam & perſpectam habent clementiam tuam, qui nouerunt bonitatem & [illegible] tuam &c. 15 Vel, non [illegible] eos qui te ſolicitè exquirunt, qui tibi ſumma cura ſtudent, licet ad tempus conniueas & obſurdeſcas. 16 Id eſt, [illegible] & odas ſcribite in laudem [illegible] canite in laudem Domini, ô vos ſancti. 17 Hoc dictum eſt Spiritu prophetico antequam illata eſſet arca in Sion, ſuper cuius propitiatorium & tegumentum inter ipſos cherubinos conſulebat populo ſuo Dominus, propterea dicebatur habitare in Sion. 18 Inter ipſos populos [illegible] facta eius [illegible] & vbiq; p[illegible] facinora eius. 19 qui requirit cædes, ipſarum meminit. i. Deus qui quæſtionem inſtituit de cædibus innocentium, ipſarum [illegible] meminit & illas recordatur tempore ſuo, eaſq; vleſcetur.
20 Hac precatione vſus eſt Dauid quum eſſet conſtitutus in periculo mortem minitante. Etiam inquit, contemplare nunc meam afflictionem, vt olim feciſti. i. libera me ab omnibus hoſtibus meis, vt me a Goliath liberaſti. 21 Sunt qui [illegible] Dauidem [illegible] orationem ſub conflictum quem iniit cum Goliath. Exaltare de portis mortis, eſt erigere & liberare à limine mortis, ſiue à morte imminente. 22 Porta, vt [illegible] ſignificat locum ante portā in quē populus cogi & conuenire ſolebat: vbi & iudices congregabant [illegible]. Dicit igitur [illegible] in portis congregationis Sion i. in locis in quibus conciones haberi ſolebant a populo Iſraelitico, in conuentu frequentiſſimo: ac ſi dicas, in media eccleſia. Vox Hebræa Bath, pro qua filiā vertimus, ſignificat etiā congregationē. 23 & [illegible] de ſalute tua [illegible] de auxilio tuo [illegible] meâ proteſtor de auxilio accepto [illegible] 24 Vel, Demerſæ. Duplex eſt metaphora: altera à venatoribus qui lupis & vulpib. fodiunt foueas in quas incidant [illegible] aucupib. Petita aut oratione redit ad laudes Dei [illegible] dicat. Parant autem foueas & laqueos, ſed in illos ceciderunt industria & arte ſua decipiuntur. Hoc dicit quia Philiſthæi gloriabantur in virtute Goliath, verum ſunt illo [illegible] ceſo fugerunt.
25 Vel, Cognitus eſt Dominus iudicio quod fecit. Vel, quia iudicium fecit. Perſpecta ſuit vis Domini in iudicio quod fecit quando cæſus fuit Goliath, quum, eam [illegible] iuſticiam aduerſus illum. 26 Irretitus eſt impius Goliath facinore manuum ſuarum. 27 Higgaion: ſela. Id eſt, O meditatio: ſela. q. d. O rem perpetua meditatione dignam, o facinus egregium, [illegible] quam potens & tutum eſt Dei auxilium. Hoc perpetuo meditari debent fideles, ac iterum quod improbi conſilio ſuo pereant. 28 Reuerſi ſunt impii in ſepulchrum, omnes gentes oblitæ Dei. i. Impii Philiſthæi conuerſi ſunt in terram vt ibi perderent, in ſepulchrum, in foueam, in imam terræ partem, & profundam abyſſum, quo deuerti ſolent omnes quibus cura non eſt Deus qui iudex eſt viuorum & mortuorum.

19 *Neque enim perpetuo oblivioni dabitur inops,* [29] *(neque) vana semper erit expectatio afflictorum.*

20 [c] *Exurge Domine,* [11] *ne praevaleat mortalis,* [12] *iudicentur Gentes in conspectu tuo.*

21 [13] *Praefice illis magistrum, ô Domine,* [14] *discant Gentes se mortales esse. Sela.*

19 Quoniam non in finem oblivio erit pauperis: patientia pauperum non peribit in finem.

20 Exurge Domine, non confortetur homo: iudicentur Gentes in conspectu tuo.

21 Constitue Domine legislatorem super eos: ut sciant Gentes quoniam homines sunt.

Pauperes afflicti Deo curae.

29 & expectatio pauperum (non) peribit in perpetuum. Nulla est negatio apud Hebraeos in hac secunda parte versus, verum eam subintellige repetitam ex praecedenti. Hoc est, nunquam Dominus obliviscetur afflictorum & calamitosorum neque unquam excidet spes eorum, hoc est, non erit vana, neque frustrabuntur sua spe.

30 ut scilicet iudices Gentes: accinge te, & sume arma.

31 ne roboretur mortalis, i. effice ne vires humanae aliquid esse videantur: ostende humanas vires adversum te nihil posse. Vox Hebraea Enos, pro qua vertimus mortalem, significat hominem infirmum & imbecillum.

32 Vel, utinam iudicentur coram te Gentes. Philisthaeos intelligit. Id est, utinam exerceatur a te in Gentes iudicium. Hoc est, utinam a Gentibus poenas scelerum suorum exigas.

33 Pone Domine metum illis. vel, incute illis metum.

PSALM. X.

Secundum Hebraeos hic incipit decimus psalmus.

1 *CUr tam procul absistis ô Domine? cur abscondis (te)* [1] *temporibus quibus affligimur?*

2 [2] *Insolentia impii ardet afflictus:* [3] *comprehendantur in sceleratis consiliis quae cogitant.*

3 [4] *Quoniam laudat impium pro desiderio animi sui, avarum beatum dicit.*

4 *Blasphemat Dominum.* [5] *impius, in altitudine nasi sui nil pensi habet.*

5 [6] *In omnibus sceleratis cogitationibus suis non est Deus.* [7] *Instituta eius cruciatum afferunt, idque omni tempore:*

6 [8] *Alte sublata sunt è conspectu eius iudicia tua,* [9] *in omnes adversarios suos efflat.*

7 *Dicit cor de suo,* [10] *Non mutabo: quia per secula ero absque incommodo.*

8 *Os eius execratione, dolo &* [11] *usura scatet, sub lingua eius afflictio &* [12] *vanitas.*

9 [13] *Sedet in atriis insidians, clam trucidat innocentem.*

10 *Oculi eius* [14] *ad inopum turbam intenti sunt: Insidiatur* [15] *in occulto quemadmodum leo in lustro.*

11 [16] *Insidias struit, ut corripiat afflictum: afflictum inquam corripiat, dum in rete suum pertraxit.*

12 [17] *Conteritur, opprimitur ac cadit viribus eius miserorum turba.*

13 [18] *Dixit in corde suo, Deus oblitus est, avertit faciem suam ne unquam videat.*

14 [19] *Exurge ô Domine Deus, attolle manum tuam,* [20] *afflictorum ne obliviscaris.*

1 UT quid Domine recessisti longe, despicis in opportunitatibus, in tribulatione?

2 Dum superbit impius, incenditur pauper: comprehenduntur in consiliis quibus cogitant.

3 Quoniam laudatur peccator in desideriis animae suae: & iniquus benedicitur.

4 Exacerbavit Dominum peccator, secundum multitudinem irae suae non quaeret.

5 Non est Deus in conspectu eius: inquinatae sunt viae illius in omni tempore.

6 Auferuntur iudicia tua à facie eius: omnium inimicorum suorum dominabitur.

7 Dixit enim in corde suo, Non movebor à generatione in generationem, sine malo.

8 Cuius maledictione os plenum est, & amaritudine, & dolo: sub lingua eius labor & dolor. Inf. 13. b Rom. 3. b

9 Sedet in insidiis cum divitibus: in occultis, ut interficiat innocentem:

10 Oculi eius in pauperem respiciunt: insidiatur in abscondito quasi leo in spelunca sua.

11 Insidiatur ut rapiat pauperem: rapere pauperem dum attrahit eum. in laqueo suo:

12 Humiliabit eum, inclinabit se, & cadet cum dominatus fuerit pauperum.

13 Dixit enim in corde suo, Oblitus est Deus, avertit faciem suam ne videat in finem.

14 Exurge Domine Deus, & exaltetur manus tua: ne obliviscaris pauperum.

Sustinet hic David personam hominis afflicti ab impiis quaerim.

34 Vel, utinam sciant. Id est, utinam Gentes, Philisthaei, & quicunque Deo adversantur, sciant se mortales esse. Hominem esse, est mortalem esse, & imbecillem prae Deo. Additur in Hebraeo in fine huius versus Sela, q. d. O sententiam [illegible] consideratione dignam. [illegible] hominis vitam, bullam esse, umbram, somnium, et quicquid item fragile est atque fugax. PSALM. X. 1 Heb. ad tempora in tribulatione [illegible] in quibus sumus in summa tribulatione, & malis afficimur ab improbis. Metaphora sumpta ab homine abeunte, cuius auxilium imploramus, aut si adest, connivente ad mala nostra. q. d. Quodnam tantum est scelus quod possit obscurare clementiam tuam? Causa autem accusationis est summa Dei bonitas, ac si dicat, Cum sis summopere bonus, cur non sentio auxilium tuum. Sustinet hic David personam hominis afflicti. 2 Heb. Prae arrogantia improbi persequitur pauperem. Hebraismus est, pro, improbus prae arrogantia persequitur pauperem. 3 Vel, illaqueentur in cogitationibus fraudulentis quas cogitare solent. Mutatio numeri, pro, illaqueetur improbus cum sociis scelerum quos habet. Utinam capiantur velut laqueis, pravis suis consiliis quae cogitant contra pauperes afflictos.

4 Quia iactat se improbus de desiderio animae suae, & homini avaro benedicit, provocatque sub contemptu ad iracundiam Dominum, id est, Improbi iactare se solent quod id tantum faciant, quod libet, quod omnia agant pro animi libidine, promittentes sibi foelicem rerum successum in omnibus quae agunt. Vel, iactant se assequuturos quicquid optaverint, & hac ratione sunt in Deum blasphemi, quasi dicat, Impii in omnibus rebus polliceantur sibi successum foelicem. Laudant praeterea eos qui avaritiae student. ob studiorum similitudinem. 5 Heb. Improbus prae altitudine nasi sui non requirit. subaudi, Deum, id est, prae fastu suo non convertitur ad Deum per orationem. Exprimit gestum hominis fastuosi. 6 Heb. non est Deus, sunt omnes cogitationes eius, id est, tantum cogitat Deum non esse, quasi dicat, Improbus non implorat Deum: quia omnes eius cogitationes sunt quod non sit Deus qui res mortalium curet. unde omnia pro suo arbitratu agit. 7 Heb. Dolorem afferunt viae illius, id est, instituta improbi pia, quasi dicat, Nunquam non nocent probis & religiosis impii: omnes conatus & cogitationes eorum eo tendunt ut alios laedant. 8 Remota sunt (aut altitudo sunt) iudicia tua à conspectu illius. subaudi Deus, id est, illi alta sunt iudicia tua, ab illis remota sunt, longeque posita. Hoc est, nulla putat esse [illegible]: quae sunt, quae Deus de superbis & iis qui calamitosis & miseris vim inferunt, tandem sumit poenas. Iudicia Dei, vocat etiam adversiones & plagas. 9 Heb. omnes hostes suos flabit in eos: omnes hostes suos flatu prosternit. sive prosternere solet. sub. opinione sua, quasi dicat, opinione & sententia sua [illegible] solo suo flatu se posse [illegible] omnes inimicos suos. Hyperbole est, qua etiam Galli utuntur, quum dicunt, C'est une chose qu'on ha pour un souffler, id est, non facile, neque cito. Unde hic solo flatu hostes deiicere, est facile, parvoque negocio, & cito illos deiicere. vel, existimat se tam facile hostes deiicere posse & calcare, quam facile est vento arbores concellere & evertere radicitus. 10 Heb. Non movebor in aetate & aetate quia non ero in malo. q. d. Improbus cogitare solet intra se, nunquam se à gradu & dignitate sua excidentum, ubi periculi [illegible] quam diutissime victu [illegible] quandiu vivet quicquam [illegible] incommodorum accepturum. Chaldaeus paraphrastes, A generatione in generationem: quem LXX secuti sunt. Quidam ita intelligunt, Per unam atque alteram aetatem, subaudi, vivam, quia non sum expertus incommodum: quia nihil mali accidet mihi. Alii, in generatione & generationum victurus est, cui nihil incommodi continget. 11 Heb. fraudibus. [illegible] sermone [illegible] literas. Lingua pro [illegible]: quod positum sit sub lingua. Dicit igitur, [illegible] probis facilius imponant, pleno ore [illegible] solent. praeterea dolo & fraudibus utuntur: nam aliud dicunt, aliud cogitant. Postremo, in corde eorum sive cogitatione, est iniuria & [illegible] nihil aliud cogitant, quam quomodo iniuria afficiant & vexent. 12 Vexatio. 13 Heb. Habitat in insidiis pagorum, in ipsis insidiis, &c. Id est, Sicut, sive struere solet insidias in pagis. [illegible] pagis nulla est hominum frequentia. 14 Vel, pauperi delitescendo insidiari solent. vel, oculi eius pauperem [illegible] observant [illegible]. 15 Vel, in suo latibulo. 16 Vel, insidiatur inquam ut rapiat pauperem: rapit pauperem attrahendo eum in rete suum: dum allicit eum in rete suum [illegible]. Sumpta ab aucupibus metaphora. Hic autem est antecedens pro relativo. cum dicit, rapit pauperem, pro, rapit eum. Per haec omnia intelligit secreta consilia quibus solent improbi probos obruere.

17 Atterit sese, deiicit sese: & cadit in robusta eius coetus attritorum. Robusta eius, vocat robustas partes eius, hoc est, ungues, in quibus consistunt vires leonis. Pro, Atterit sese, verti potest, Compressit sese. Colligit sese. Leo praedam invasurus, incurvat sese, & humilem facit, ut potentius insiliat in praedam. [illegible] animi simulat improbus, ut commodius pauperem opprimat, & curitat, simulat se esse debilem, & nullarum virium: & corruit in manus eius plenas [illegible] congregatio sive multitudo contritorum, debilium, & confractorum. 18 Vel, Cogitat intra se, Obliviscitur Deus, abscondit faciem suam, [illegible] perpetuum. Superiorum causam exponit David: quasi dicat, Sic cogitat apud se impius, Deus, rerum quae hic perpetrantur nullam curam habet [illegible] videat illa. Sibi persuadet [illegible] Deum eorum peccatorum quae facit. Subaudiendum [illegible]. Aut, in secunda parte versus, Obliviscitur Deus, [illegible] non videbit &c. q. d. Certe si non novit conniver, aut certe simulat se non videre. Quidam dicunt, Quantum [illegible] obliviscitur & ignorat. 19 [illegible] opem laturus oppressis. Et attolle manum, tanquam percussurus inimicos. 20 q. d. ostende te non teneri oblivione pauperum quod te facere [illegible] habent. Vindica iniurias eorum qui licet omni humano auxilio destituantur, tibi tamen fidunt.

15 Propter

15 Propter quid irritauit impius Deum? dixit enim in corde suo, Non requiret.
16 Vides, quoniam tu laborẽ & dolorem consideras: vt tradas eos in manus tuas.
17 Tibi derelictus est pauper: orphano tu eris adiutor.
18 Contere brachium peccatoris & maligni: quæretur peccatum illius, & non inuenietur.
19 Dominus regnabit in æternum & in seculũ seculi: peribitis Gentes de terra illius.
20 Desiderium pauperum exaudiuit Dominus: præparationem cordis eorum audiuit auris tua,
21 Iudicare pupillo & humili: vt non apponas vltra magnificare se homo super terram.

Promptitudo Dei ad exaudiendum afflictos.

PSALM. X.

In finem, Psalmus Dauid.

A Expostulat Dauid cum iis qui eum negant latitandi loco, ex omni ditione Israelis depellebant: simul prædicat, eum suã in Deum fiduciam, tum Dei in bonos & malos iudicium. B

• Aba. 2. d

1 IN Domino confido: quomodo dicitis animæ meæ, Transmigra in montem sicut passer.
2 Quoniam ecce peccatores intẽderunt arcum: parauerunt sagittas suas in pharetra, vt sagittent in obscuro rectos corde.
3 Quoniam quæ perfecisti destruxerunt: iustus autem quid fecit?
4 • Dominus in templo sancto suo, Dominus in cœlo sedes eius:
5 Oculi eius in pauperem respiciunt: palpebræ eius interrogant filios hominum.
6 Dominus interrogat iustum & impium: qui autem diligit iniquitatem, odit animam suam.
7 Pluet super peccatores laqueos: ignis, & sulphur, & spiritus procellarum, pars calicis eorum.
8 Quoniam iustus Dominus & iustitias dilexit: æquitatem vidit vultus eius.

15 *Cur enim impius*[21] *blasphemaret Deum, diceretque in corde suo, [te] non requisiturum?*
16 [22] *At vidisti, etenim tu afflictionẽ & indignationem intueris,*[23] *vt des manibus tuis:*
17 [24] *Tibi miserorum turba se committit, qui pupillo soles esse adiutor.*
18 [25] *Contere*[26] *bracchium*[27] *impii, malumq; cum impietate eius inquires, nec inuenies.*
19 *Dominus*[28] *rex in sempiternum & vltra,*[29] *Gentes de terra eius interierunt.*
20 [30] *Vota pauperum*[31] *audiuisti Domine,*[32] *tu diriges cor eorum, aurem tuam illis attendes.*
21 [33] *Vt vindices pupillum & attritum:*[34] *ne vltra mortalis [pregnatus] è terra grassetur.*

PSALM. XI.

Dauidis [carmen] præfecto • cantorum.

1 *IN Domino speraui: quomodo*[1] *dicitis animæ meæ,*[2] *Deuola è monte vestro [seu] volucris?*
2 [3] *Nam ecce impii tetenderunt arcum, aptarunt sagittas suas ad neruum, vt integros corde in caligine iaculentur.*
3 *Quoniam*[4] *ratia fracta sunt, iustus quid fecit?*
4 *Dominus in sacrosancta regia sua, Domini solium in cælis est.*
4 *Oculi eius*[5] *inspiciunt,*[5] *palpebra eius*[6] *filios hominum explorant.*
5 *Dominus*[7] *probat iustum: impiũ autem &*[8] *violentiæ amantem odit*[9] *animus eius.*
7 [10] *Pluet super impios laqueos,*[11] *ignem & sulphur,*[12] *ventum tempestuosum ardentem: hæc sors calicis illorum.*
8 *Quoniam iustus Dominus*[13] *iustitias*[14] *diligit, rectum*[15] *vultu suo intuetur.*

21 pro contemptu prouocat Deum, dum dicit in corde suo q non inquisiturus sis? peccata eorum scilicet. putant namq; impii se omnia impune facturos, nec te quæstionem instituturũ de peccatis quæ perpetrant. Verti potest, Quamobrem cõtemnit impius Deum? Cur præ nimio contemptu impius Deum contemnit? nõnne quia cogitat in corde suo quod non inquires, sub. id quod dicit & facit, vt de illis pœnas sumas?
22 (At) vides: nã iniuriam & indignationem cernis. vel, cernere soles. Vides, inquit, omnia, nihil te latet: iniurias & maleuolentiam improborum erga probos & pios tu cernis. quæ putant te latere improbi. Indignationem vocat rẽ indignatione dignam, & q̃ prouocat eum cui fit, ad iram. Indignationem igitur dicit qua pii afficiuntur, propterea quod impii ira maledictis te incessant. 23 vt ponas in manibus tuis. Subaudiendum pronomen I. am, quod referat iniuriam. i. vt semper paratus sis ad rependendam iniuriam illatam: eamq; habeas semper præ manibus tuis, quò illos suo tempore punias.
24 Heb. super te deserit se pauper: pupillo fuisti adiutor. Præteritum pro præsenti. Scriptura, nomine pupillorum & viduarum intelligit eos omnes qui hominum ope carent. Tibi, inquit, se committit pauper: neque immerito. pupillo enim, & ei qui humano auxilio est destitutus, adiutor esse soles. 25 vel, Frange.
26 i. vires, ne scil. posthac lædat. 27 improbi & mali: quæstionem institue de improbitate eius, & non inuenies. Subaudi, improbum illum. i. nusquam comparebit improbus ille: non sistet se in conspectum tuum, improbitatis suæ conscius, vt causam suam defendat. Hebraice legitur in futuro, inquires peccatum. futurum tamen pro imperatiuo. 28 rex est seculi, & in perpetuum. Regem seculi vocat regem æternum, quasi dicat, Si contereres viros improborum, & supplicium de ipsis sumpseris, declarabitur tua maiestas. tuum regnum erit æternum, tunc omnes agnoscent te Deum. Oratio est concisa.
29 Præteritum est pro futuro. Dauid hic vocat Israelitas, Gentes & impios. quasi dicat, De impiis tandem pœnas sumet, nec locum habebunt in terra Domini.
30 vel, Desiderium mansuetorum. siue humilium. Humiles, probos intelligit, qui omnia toleranter ferunt. 31 exaudis. vel, exaudire soles. Hebraice præteritum positum est, pro præsenti. Quamuis (inquit) differas, tandem exaudis. 32 vel, dirigere soles cor eorum: attentam reddis illis aurem tuam. Vel, attendit illis auris tua. q. d. Tu araueris eos vt petant quæ tibi grata sunt: & precibus eorum aurem tuam facilem illis præbes. 33 vel, Ve ius dicas pupillo & misero. Ostendit cui autem sit adhibiturus: nempe vt feras sententiam secundum afflictos. Attentam (inquit) reddes aurem tuam, vt audias causam calamitosorum, & tandem eos omni ope destitutos, obtinere facias ius suum, & illos vindices. 34 vt ne addat vltra terrere mortalis e terra. Vel, posthac non terreat, sub. pupillũ, mortalis terrenus, i. terrenus homuncio, qui hic Deo excelso opponitur. Ac si dicat, Si semel supplicium de improbis sumpseris, vlterius non terrebit pios homo mortalis: quia & probi omnem in te habebunt fiduciam, & impii sibi timebunt.
PSALM. XI. • Vide Psalm. 4. 1 i. mihi alloquitur Dauid amicos qui illum ad fugam incitabant, metuentes ne à Saule impio acideretur. 2 Quæ scilicet videt insidias aucupis. Sic dicebant hostes Dauid quũ eum vrgerent et se cederet de Iuda, nullum illi iterum relinquentes locum apud populum, Dei. Lege à primi libri Regum capite 21. vsque ad 27. In Domino (inquit) omnem meam spem colloco. Quid ergo est quod dicatis mihi, sic qua fronte auertite dicere mihi, Recede a nobis vel Recede è monte nostro celerrime, velut auis. Per montem intelligit habitationem in Iuda: nam plena est montibus terra Iuda. Chaldæus paraphr. vertit in montem vestrum quem L X X. secuti sunt.
3 Aliquid subaudiendum est quo præcedentia sequentibus coniuncta videantur: cuiusmodi quod sequitur, Cogor equidem imitari ingenium auis quæ oculos sagittantium fugere vult. Postea sequitur, Nam ecce impii ipsi tetenderunt arcum, direxerunt sagittam suam super neruum, ad mittendum sagittam in locum obscurum, in rectos corde. Quum dicit, in locum obscurum: debet referri ad locum perfugii vbi boni delitescunt & latitare student. q. d. vt suis sagittis figant rectos corde latentes & deprehensos. Verti potest, Ad mittendum sagittam e caligine, siue è loco obscuro, in eos qui sunt recto animo. i. me, & eos qui mecum sunt. Hoc modo si interpreteris, erunt verba Dauidis. Alii volunt esse verba amicorum Dauidis, quæ præcedentibus, & sequenti versui iunguntur, quibusq; rationem reddunt cur auolare & celerrime aufugere debeat è Iuda. Nam, inquiunt, impii tetenderunt, &c. præterea, perfugia fracta sunt, &c.
4 fundamenta (vel, perfugia) destructa sunt: iustus autem quid admisit? i. quid commeruit vt nullum locum tutum inueniat in quo possit consistere? Quid ego David admisi, propter quod Israelitæ tam inimico animo me persequantur, vt nullum locum perfugii inueniam: nusquam tutus est ab improbis locus. Perfugia vocat arces. Verti etiam potest, quia perfugii loca destructa sunt: (sed &) iusto erit id quod patrauit. i. etiam iusti & electi suorum scelerum pœnas dant in hoc mundo. Quidã Heb. vocem fundamenta intelligunt cogitationes & versuta consilia. Alii sacerdotes iustos à Saule trucidatos. Possent etiam per fundamenta intelligi conditiones pacis, & sacramenta ipsaque Saul toties violauit. 5 vel, aspiciunt aut, respicere solent: siue contemplantur, sub. quæcunque fiunt in hoc mundo: vident calamitates afflictorum & eorum patientiam. 6 vel, examinant filios hominis. Id est, homines, q. d. vnum me consolatur, quòd quamuis Deus in cœlis agat, tamen e regia sua omnia omnium facinora videt, quæ exercent infideles & pios: oculi Dei explorant & perspiciunt quam improbi sint homines, dissimulandum quos qui illi fiduci.
7 vel, explorat, malis scilicet, & calamitatibus. oftendit calamitatibus se probare iustum. 8 vel, rapinæ. 9. Heb. anima. Id est, penitus ex animo. Improborum est vehementer Dominus: licet ad prosperis eius successibus.
10 i. Infinita pluuiæ immittet laqueos vt capiat eos & pereat. q. d. acerrime improbos, siue impios puniet: De laqueis aucupis intelligit. Vide Osee 9.
11 Grauissimum supplicium per Sodomiticum describi solet.
12 vel, Ventum turbinum, (vel, terrorum, aut combustionum,) portio calicis eorum. Sub. erit. Id est, portio & calix ipsorum erit. hic est, comburentur. Spiritum vertiginum & turbinum vocat turbinem incensum. Portio, ad cibum refertur: calix ad potum. Calix pro portione, metaphora sumpta ab eo qui præest conuiuio, qui vnicuique partem solet quod bibat. q. d. talia bibent.
13 Iustitias vocat homines iustos.
14 vel, diligere solet.
15 vel, aspicere solet facies eius. Id est, à piis oculos suos auertere non solet. More Hebraico dixit, aspicit faciẽs eius: pro, ipse aspicit. Alii sic intelligunt, facies hominum iustorum aspicient Deum qui rectus & æquus est, i. tandem facile in iudicio faciem iudicis sustinebunt pii. Sunt qui legunt, Rectum aspicient facies eorum, i. facies iustorum videbunt rectum, hoc est, Deum.

PS XII. Carmē Dauid. pfecto cantorū [1] ad octauā.

1 SErua Domine, quoniam [2] deest beneficus, quia verace ac fideles [3] inter mortales deficiunt.

2 [4] Vana loquuntur quisque cum proximo suo, [5] labio blando: at corde duplici ac diuerso loquuntur.

3 [6] Excindet Dominus omnia labia [6] falso blandiloqua, linguam [7] grandiloquam.

4 Qui [8] dicunt, [9] Lingua nostra perrumpemus: [10] labia nostra nobis sunt, quis dominus noster?

5 [11] Propter vastitatem afflictorum, propter [12] gemitum [13] inopum nunc [13] exurgam, dicit Dominus.

6 [14] Salutique restituam, & respirare eum faciam.

7 [15] Eloquia Domini eloquia [16] munda, [ut] argentum excoctum [17] in catino terreo septies depuratum.

8 Tu Domine [18] serua illos, [19] custodi hunc a generatione ista in sempiternum.

9 Circumquaque [enim] [20] oberrant impii, [21] quum euehuntur qui inter homines perditissimi sunt.

PS. XI. In finem pro octaua, Psalmus Dauid.

1 SAluum me fac Domine, quoniam defecit sanctus, quoniam diminutæ sunt veritates à filiis hominum.

2 Vana locuti sunt vnusquisque ad proximum suum: labia dolosa, in corde & corde locuti sunt.

3 Disperdat Dominus vniuersa labia dolosa & linguam magniloquam.

4 Qui dixerunt, Linguam nostram magnificabimus: labia nostra à nobis sunt, quis noster Dominus est?

5 Propter miseriam inopum & gemitum pauperum nunc exurgam, dicit Dominus.

6 Ponam in salutari: fiducialiter agam in eo.

7 Eloquia Domini, eloquia casta: argentum igne examinatum, probatū terræ, purgatū septuplū.

8 Tu Domine seruabis nos: & custodies nos à generatione hac in æternum.

9 In circuitu impii ambulant: secundum altitudinem tuam multiplicasti filios hominum.

A *Quaeritur David nid concidisse vtiq; iustitiam & fidem, versutos & fraudulentos assentatores omnia occupare: orat vt Dominus misereri afflictorum, quos illi dicerant, & iuxta verbum suum quod fallere nō potest, seruet, fueaque a perditorum colluuie firmet.*

PS XIII. Præfecto cantorum carmen Dauidis.

1 QVousque oblitus eris mei [1] ò Domine? num perpetuo? quousque [2] faciem tuam à me abscondes?

2 Quousque [3] volutabo consilia in animo meo, [4] laborem [5] quotidie in corde meo?

3 Quousque [6] superior me erit hostis meus? Respice, [6] responde mihi Domine Deus meus.

4 [7] Illumina oculos meos, [8] ne in morte obdormiam, ne dicat hostis meus, [9] Praeualui ei:

5 Ne gestiant qui me infestant, [10] si nutauero. At ego tua bonitate [11] nitor.

6 [Hinc] exultat cor meum [12] in tua salute: cantabo Domino, [13] quoniam rependit mihi.

PS. XII. In finem, Psalmus Dauid.

1 VSquequo Domine obliuisceris me in finem? vsquequo auertis faciem tuam à me?

2 Quamdiu ponam consilia in anima mea, dolorem in corde meo per diem?

3 Vsquequo exaltabitur inimicus meus super me? respice, & exaudi me Domine Deus meus,

4 Illumina oculos meos ne vnquā obdormiam [*] in morte: nequando dicat inimicus meus, Præualui aduersus eum.

5 Qui tribulant me, exultabunt si motus fuero: ego autem in misericordia tua speraui.

6 Exultabit cor meum in salutari meo: cantabo Domino qui bona tribuit mihi: & psallam nomini Domini altissimi.

A *Petit fidelis liberari à tentatione, & illuminari.*

[*] in mortem: Gratiarū actio de superata tentatione.

PS. XIV. Dauidis præfecto cantorum.

1 DIxit [1] stolidus in corde suo, Non est Deus.

2 [2] Cor nequam & abominanda studia sectantur: nemo est qui quod bonum sit, faciat.

3 Dominus è cœlo super filios hominum [3] prospexit, vt videret an esset qui aut saperet, aut studiosus Dei esset.

4 [4] Sed cuncti deflexerant, [5] omnes [5] pariter [6] corrupti erant: nullus erat qui quod bonum est faceret, ne vnus quidem. † 5 † 6 † 7

PS XIII. In finem, Psalmus Dauid.

1 DIxit insipiens in corde suo, Non est Deus.

2 Corrupti sunt, & abominabiles facti sunt in studiis suis: non est qui faciat bonum, non est vsque ad vnum.

3 Dominus de cœlo prospexit super filios hominū: vt videat si est intelligēs aut requirens Deū.

4 Omnes declinauerunt, simul inutiles facti sunt: non est qui faciat bonum, non est vsq; ad vnū.

5 † Sepulchrum patens est guttur eorum: linguis suis dolose agebant, venenum aspidū sub labiis eorū.

6 † Quorum os maledictione & amaritudine plenū est: veloces pedes eorū ad effundendū sanguinem.

7 Contritio & infœlicitas in viis eorū, & viā pacis nō cognouerunt: nō est timor Dei ante oculos eorū.

Querela Dauidis, omnia esse corruptissima, simulq; natura A impiorum exprimitur, & vnde sit impietas.

Rom. 3. b
Supr. 5. c
Rom. 3. b
Infr. 138.
Supr. 9. c
Rom. 3. c
Esa. 59. b
Infr. 35.

Left margin notes: 1 vel, ad seminihet. ad instrumentū musicum ... 3 Heb. à filiis hominū ... 5 Heb. blandiloquium ... [illegible]

7 Præteritū apud Hebr. pro psenti. Subaudiendū aūt, Labia ... q; loqui solet magna. Vel, superba & arrogantia: Deiq; contemptū præ se ferentia. ... 9 Lingua nostra ... Sermone nostro authoritatem nobis conciliabimus. ... Adulatores ... dicere solent apud se, ac ita cogitant. ... cohibere possit? qs Saul ... 10 i. periti sumus artis dicendi, possumus quduis psuadere, sumus apti & idonei ad dicendū: qs est q sermonē nostrū cohibere possit? ... 11 vel, eiulatū. 13 vt scil. opem illis feram ... in Dauidis perniciē 11 q.d. cōmotus calamitate pauperū q videu: quæ res pauperū vastatæ sunt. ... hactenus visus sim cōniuere, nunc tandē surgā. 14 Heb. ponā in salute cū eius laqueū inuenit. Sub. improbus. Salus pro loco salutifero. i. collocabo eū ... Per laqueū aūt intellige technas quib. circumueniūt simplices. 15 Verba, vel Pollicitationes. [illegible]

P S. XIII. ... Vsquequo tandem ... [illegible]

P S. XIV. ... [illegible]

8 Nónne cognoscent omnes qui operantur iniquitatem, qui deuorant plebem meam sicut escam panis?

9 Dominum non inuocauerunt, illic trepidauerunt timore vbi non erat timor.

10 Quoniam* Dominus in generatione iusta est. consilium inopis confudistis: quoniam Dominus spes eius est.

11 Quis dabit ex Sion salutare Israel? cum auerterit Dominus captiuitatem plebis suæ, exultabit Iacob, & lætabitur Israel.

Deus Spes afflictorum, Deus.

8 [7] *An non cognouerunt?* [8] *omnes facinorosi deuorant populum meum acsi panem vorarent.*

9 [9] *Dominum non inuocant* [10] *illic pauore consternabuntur:*

10 *Nam Deus est in natione iustorum. Consilium afflicti* [11] *pudefactis, quòd Dominus sit spes eius.*

11 [12] *O vtinam è Sion Salus (contingat) Israeli,* [13] *vt Dominus reducat captiuitatem populi sui, vt lætetur Iacob gaudeatq; Israel.*

PSALM. XIV.

Psalmus David.

A

Quibus oporteat esse moribus præditos veros cælorum ciues & ecclesiæ Dei municipes.

1 DOmine quis habitabit in tabernaculo tuo? aut quis requiescet in monte sancto tuo?

2 Qui ingreditur sine macula, & operatur iustitiam:

3 Qui loquitur veritatem in corde suo, qui non egit dolum in lingua sua:

4 Nec fecit proximo suo malum, & opprobrium non accepit aduersus proximos suos:

5 Ad nihilum deductus est in conspectu eius malignus, timentes autem Dominum glorificat:

6 Qui iurat proximo suo, & non decipit, qui pecuniam suam non dedit ad vsuram, & munera super innocentem non accepit:

7 Qui facit hæc, non mouebitur in æternum.

PSALM. XV.

Carmen Dauidis.

1 [1] *DOmine quis habitabat in tabernaculo tuo?* [2] *quis in monte tuo sancto* [3] *requiescet?*

2 [1] *Qui ambulat integer, & quod iustum est operatur?*

3 [4] *Quique in corde suo veritatem loquitur,* [5] *Non obtrectat lingua sua:*

4 *Nec malefacit proximo suo,* [5] *nec sustinet probro indigno affici vicinum suum:*

5 [6] *Contemptus est in oculis reprobus,* *eos autem qui Dominum timent, honorat:*

6 [7] *Quodque iurauerit, etiamsi id damnosum sibi fuerit, non mutat:* *Pecuniam suam* [8] *non exponit ad fœnus, munus aduersus innocentem nullum* [9] *accipit:*

7 *Qui his rebus studuerit, is in æternum non loco mouebitur.*

PSALM. XV.

Tituli inscriptio ipsi David.

A

Commemoratio bonorum illi bonæ, & felicitatis quam homo habere potest in hac terra.

1 COnserua me Domine, quoniam speraui in te. dixi Domino, Deus meus es tu, quoniam bonorum meorum non eges.

2 Sanctis qui sunt in terra eius mirificauit omnes voluntates meas in eis.

3 Multiplicatæ sunt infirmitates eorum: postea accelerauerunt.

4 Non congregabo conuenticula eorũ de sanguinibus: nec memor ero nominum eorum per labia mea.

5 Dominus pars hæreditatis meæ & calicis mei: tu es qui restitues hæreditatem meam mihi.

PSALM. XVI.

[1] Insigne aureolum Dauidis.

1 [2] *SEruá me Deus, quoniam in te* [3] *speraui.* [4] *Dixisti (ó anima mea) Domino:* [5] *Dominus meus es tu,* [6] *bonum meum nihil ad te:*

2 [7] *Sanctis qui in terra sunt, & præclaris, iis toto animo delector.*

3 [8] *Multiplicent sanè idola sua, cupidè sectentur alienum.*

4 *Ego tamen non libabo libamina eorum (quæ sunt)* [9] *de sanguine, neque assumam nomina eorum in* [10] *labia mea.*

5 *Dominus est* [11] *portio partis meæ, & calicis mei, tu* [12] *sortem meam sustines.*

7 Vel, An ignorant, sup. me esse iudicem? Aut, Annon nosse putauerunt, sub. ex his quæ à Deo fiunt, Deum esse? Verti potest, An ignorare possunt, sup. quod mala agant q. d. Qui fieri potest vt tanta ignorantia teneantur omnes operantes iniquitatem?
8 Vel, admittentes scelera (&) deuorantes, vel, deprædantes, aut expilantes) populum meum vt deuorant panẽ. fine quo nequeunt cibum. & panem subauditum, pro, id est, accipiendum. Admittentes scelera. i. deuorantes &c. 9 i. religione nulla tenentur, Deum non colunt. superfluum putans Deum inuocare, cum nullum esse credant.
10 Vel, Tunc trepidabunt tim[ore] quia Deus est in generatione iusta. i. in natione iustorum stabit pro natione iustorum. q. d. Nunc lætantur, & rerum prospero successu fruuntur impii: tunc verò quum Dominus veniet vt sumat supplicium de ipsis improbis, grauissime timebunt, vbi viderint Deum adesse & fauere nationi iustæ. i. hominibus iustis.
11 Vel, confundetis.

dictis, aut. confundere soletis siue, consuadere conamini. i. pudore & ignominiis eum aspergitis, quod Deus sit spes eius. Vos planè ridetis cõsilium pauperis probi, quod omnem suam spem & fiduciam in Deo habeat, & in eo ponat præsidium omnium rerum suarum. 12 Heb. Quis det ex Sion salutem Israelis? Quis det. Hebræa periphrasis à verbis optandi, pro vtinam. O vtinam Deus ex sua Sion, hoc est, e cælo, ferat opem Israeli, liberando eum à tyrannide Saulis. Salus pro auxilio [illegible] Confirma (inquit Dauid) Deus regnum meum, & facat Ierosolymis regem inuito Saule quo populo tuo auxilio sim [illegible] illum quæ fieri iubes. 13 Vel, quum reducet Dominus captiuitatem populi sui, exultabit &c. i. quum restituerit Dominus populum [illegible] suas sedes, quum ex me[illegible] [illegible] vera Israelitæ. i. pii qui Deum [illegible] PSALM. XIV. 1 Chald. paraphrastes, Domine quis [illegible] tabernaculum, quod [illegible] sanctitatis tuæ aut sanctuarii tui, 2 Vel, sedem habebit [illegible] locum habiturus est [illegible] viuit vitam innoxiam, & alienã a dolo. 4 i. qui bona fide dicit quæcunq; dicit. 5 Heb. opprobrium non accepit. vel, [illegible] [illegible] suum. Vel, proximum [illegible] qui non est conuiciatus vicino suo, hoc est, ei quo familiariter vtebatur. 6 Vel, Qui contemptibilis est in oculis suis [illegible] q. d. Quamuis pareat præceptis Domini, non tamen ob id superbit [illegible] Quum feceritis omnia quæ præcepta sunt vobis, dicite [illegible] in malum, & non mutat. [illegible] Hebræi vertunt, Qui iurat quod [illegible]

[illegible]

13 In Palæstina, mensores agrorum utebantur funibus. Paucula sunt subaudienda ex præcedenti versu, ut dilucidior sit sensus. Cum Deum habeam pro hæreditate, cũ Deus sit fundus meus hæreditarius, optima illa partiũ agri, in quas funiculi a mensore porrecti sunt, obtigit mihi: agrorum, mẽsores assignarunt mihi loco amœna. 14 Celebrabo, inquit Dauid, Dominum, cuius consilio & voluntate ipsum mihi delegi pro hæreditate: Celebrabo inquam Dominum, quia noctu renes mei, id est, interni mei affectus, [illegible] instigauerunt me ad libidinem, verum erudierunt me, ut nihil animo versem noctu quam quæ ad pietatem pertinent: [illegible] humani affectus alioqui proclines ad malum, impulerunt me ad pietatem etiam noctu, quo tempore ad mala conuerti solent homines.

6 [13] *Funiculi (mensorii) ciciderunt mihi in amœnis (locis,) quin insignis mihi hæreditas obuenit.*
7 [14] *Laudabo Dominum qui mihi consuluit, sed & renes mei me noctu erudiunt.*
8 [15] *Propono mihi Dominum perpetuo: à dextris enim mihi est, ne nutem.*
9 *Propterea* [17] *gaudebit cor meum, & exultabit* [18] *lingua mea:* [19] *quin & caro mea in tuto quiescet.*
10 [20] *Neq; enim deseres* [21] *animam meam apud sepulchrum, neq; permittes* [22] *vt benefi* [illegible] *tuus* [23] *videat foueam.*
11 *Ostendes mihi* [24] *semitam vitæ, satietas gaudiorum* [25] *in conspectu tuo est, iucunditates in dextera tua perpetuo.*

6 Funes ceciderunt mihi in præclaris: etenim hæreditas mea præclara est mihi.
7 Benedicam Dominum qui tribuit mihi intellectum, insuper & vsq; ad noctem increpuerunt me renes mei.
8 Prouidebam Dominũ in conspectu meo semper: quoniam à dextris est mihi, ne commouear. † Act. 2. a
9 Propter hoc lætatum est cor meum, & exultauit lingua mea, insuper & caro mea requiescet in spe.
10 * Quoniam non derelinques animam meam in inferno, nec dabis sanctum tuum videre corruptionem. *Resurrectio Christi.*
11 Notas mihi fecisti vias vitæ: adimplebis me lætitia cum vultu tuo: delectationes in dextera tua vsque in finem. * Act. 2. c. 13. e

PSALM. XVII.

Precatio Dauidis:

1 *AVdi Domine iustitiam,* [2] *attende clamorem meum.*
2 [3] *(Ausculta precationi meæ* [4] *de labiis minime dolosis (prodeunti.)*
3 *Prodeat* [4] *a conspectu tuo iudicium meum, oculi tui* [5] *quæ recta sunt expendant.*
4 *Explorasti cor meum,* [6] *inuisisti nocte,* [7] *excoxisti* [8] *nihil deprehendisti:*
5 [9] *Cogitationes meæ os meum non sunt transgressæ.*
[10] *Ego in humanis negotiis propter verbum labiorum tuorum caui semitas grassatoris.*
6 *Firma gressus meos in orbitis tuis, ne pedes mei* [11] *nutent.*
7 [12] *Ego te inuoco, nam soles mihi annuere ô Deus: Praebe aurem tuam mihi, exaudi sermonem meum.*
8 [13] *Insigniter ostende (mihi) bonitatem tuam, tu qui seruas dextera tua sperantes (in te.)*
9 *Ab iis qui insurgunt. Custodi me* [14] *vt oculi pupillam.*

PSALM. XVI.

Oratio Dauid.

1 EXaudi Domine iusticiam meam: intende * deprecationem meam. A * *deprecationi meæ.*
2 Auribus percipe orationem meam, nõ in labiis dolosis, *Vehemens & ardens precatio Dauidis, vt eripiatur à persequutoribus suis.*
3 De vultu tuo iudicium meum prodeat: oculi tui videant † æquitatem. † *æquitates.*
4 Probasti cor meum, & visitasti nocte: igne me examinasti & non est inuenta in me iniquitas.
5 Vt non loquatur os meum opera hominum, propter verba labiorum tuorum ego custodiui vias duras.
6 Perfice gressus meos in semitis tuis: vt nõ moueantur vestigia mea. B
7 Ego clamaui, quoniam exaudisti me Deus: inclina aurem tuam mihi, & exaudi verba mea.
8 Mirifica misericordias tuas, qui saluos facis sperantes in te.
9 A resistentibus dexteræ tuæ: custodi me vt pupillam oculi:

Sancti omnia cooperantur in bonum: nam Deus semper adest illis. Ille renes, per metonymiam, pro vehementibus affectibus. 15 Heb. Posui Dominum coram me, semper, id est, Propono mihi Dominum obseruandum semper, tanquam scopum, vt illius nutu omnia agam. 16 Quia a dextera mea est, non commouebor [illegible] semper [illegible] a latere meum dexterum Dominus vt me tueri, perire non potero, neq; quicquam nocere poterit. 17 Præterita sunt apud Heb. [illegible] pro futuris aut præsentibus [illegible] lætatur, exultat, requiescit. 18 Vel, honor meus, i. anima mea. Gloria siue honor in scripturis sacris pro animo seu mente interdum usurpatur, quod anima maxime sit honori.

19 Vel, etiam corpus meum habitat confidenter. Aut, requiescit in fiducia, securũ est omnium periculorũ. Corpore significat Dauid se bene habere. 20 Subaudiendum est ex præcedenti versu, Lætatur inquã cor meũ, propterea quod non &c. † i. cadauer meum. Leuit. 21. a. ex Hebræo, Super anima nullus vestrum contaminet sese.

21 Vel, misericordem tuum, id est, eum quem toties misericordia tua dignatus es. 22 Heb. videat corruptionem, vel, foueã. i. non permittes vt is quẽ sanctificasti, siue sanctum esse vis & corruptionis expertem, diu cõmoretur in fouea & sepulchro, & sentiat corruptionem, sitq; expers resurrectionis, & vitæ æternæ [illegible] resurgere facies. Repetitio est. Nam Derelinqui in inferno, & Videre corruptionem [illegible] significant. Videre aũt foueam, est venire in foueam ad corruptionem. Hic locus impletus est in Saluatore nostro, vt Act. 2. & 13. citatur ab Apostolis. 23 i. quæ itur ad [illegible] hoc est, Suscitabis me, & donabis immortalitate [illegible] metaphora a viatoribus. q. d. Donabis me vita, non temporaria, sed ea in qua sit omnis [illegible] voluptatis, vita nempe æterna. 24 Vel, cum vultu tuo [illegible] nium quæ animum lætitia perfundere solet, omne genus iucunditatis est [illegible] apud te, teq; constat [illegible] omne lætitiarum genus, & quicquid animum vere & serio lætitia afficit. Pluralis [illegible] PSALM. XVII. 1 i. orationem quæ te iuste obsecro: audi quod te iuste [illegible] Saul. 2 Vel, intende clamori meo. Vel, vociferationi meæ, id est, orationi [illegible] 3 Vel, quæ est sine labiis dolosis, id est, [illegible] sermone fraudulento: quæ est sincera & candida. Labia pro sermone accipit. 4 Vel [illegible] Per sententiam siue iudicium de [illegible] 5 Heb. videant rectitudines, id est, æquitatem [illegible] Tu nosti mea [illegible] Saul per me tibi licet pronunciare [illegible] 6 [illegible] 7 Vox Hebræa [illegible] significat fundere, purificare, & examinare [illegible] metalla [illegible] pro examinare & explorare ponitur. Examinasti me, siue explorasti [illegible] metalla igni probari solent, siue examinari. Multi [illegible] 8 sub. mali. 9 Heb. cogitaui non transit os meum. Verba Hebræa [illegible] complectitur ideo [illegible] Cogitaui & cogitatio mea non transit os meum [illegible] & cor meum ore expressi [illegible] 10 Heb. Ad opera hominum, vel, Quantum ad opera hominum, per verbum labiorum tuorum prohibui vias grassatoris [illegible] Quantum ad facta hominum spectat, per verbum tuum, siue tua præcepta [illegible] temerarium, aut latronis [illegible] grassatorum ageret, aliisque inferret iniuriam. 11 vel dimouerantur [illegible] per hypallagen [illegible] Hebræus [illegible] per præteritum vertit hoc modo, Apprehenderunt gressus meos semitas tuas, nec declinauerunt pedes mei.

12 vel, Inuocare soleo te, quia tu me exaudire soles, o Deus: accomoda aures tuas mihi, audi quod ego loquor, siue orationem meam. 13 vel, Segrega [illegible] Subtrahe [illegible] qui insurgunt contra dexteram tuam [illegible] nolunt enim me regem esse, quem tamen me constituens. Quidam Hebræorum dexteram interpretantur eos qui habent dextra Dei, & eius fauori. Misericordias dicit plurali numero, ad declarandam Dei misericordiam quæ [illegible] patet.

14 Heb. vt pupillam filiam oculi, id est, vt Pupillam quæ est oculi præcipua & eximia pars. Hebræi enim nomine בן & בת, quæ præcipua, eximia, & admodum chara sunt, intelligere solent. Aut, vt pupillam quæ est medium oculi, quasi dicat, custodi me eo studio quo homines oculorum suorum pupillas custodire solent. Pupilla, & filia oculi [illegible] vt nonnullis placet, duæ voces pro vna vt alibi, Lutum fæcis, pro luto: & Orbis terræ, pro terra. Chaldæus paraph. vertit, Tanquam sphæram quæ est in medio oculi.

10 Sub

10 Sub vmbra alarum tuarum protege me à facie impiorum qui me afflixerunt.
11 Inimici mei animam meam circumdederūt, adipem suum concluserunt, os eorum locutum est superbiam.
12 Proiicientes me, nunc circumdederunt me: oculos suos statuerunt declinare in terram.
13 Susceperunt me sicut leo paratus ad prædam, & sicut catulus leonis habitans in abditis.
14 Exurge Domine, præueni eum, & supplanta eum: eripe animā meam ab impio, frameam tuam
D ab inimicis manus tuæ.
15 Domine, à paucis de terra diuide eos in vita eorum: & de absconditis tuis adimpletus est venter eorum.
16 Saturati sunt filiis: & dimiserunt reliquias suas paruulis suis.
17 Ego autem in iustitia apparebo conspectui tuo: satiabor cum apparuerit gloria tua.

10 [15] Sub vmbra alarum tuarū me abscende,' [16] ab impiis qui me deuastare solent.'
11 [Ab] hostibus meis [17] qui animam meam circumuallant,' pinguedine sua [18] concluserunt,' ore suo fastuosa loquuntur.
12 [19] Modo itinera nostra obsident,' oculos suos [20] intendunt, vt tendant in terra.'
13 Vt leo [22] est' qui præda inhiat, & sicut leunculus qui in lustro latitat.
14 [22] Surge Domine,' anteuerte illum, [23] deiice' illū, libera animam meam ab impio, [24] qui gladius tuus est, [25] à mortalibus istis, qui manus tua sunt.'
15 O Domine, à mortalibus [26] huius seculo addictis,' qui partem suam in hac vita expetunt, & [27] de tuo penu' imples ventrem eorum.
16 [28] Vt satis habeant filii eorum, filiq; quod nepotibus suis relinquant.'
17 At ego [29] in iustitia' contemplabor faciem tuam, satiabor [30] cum euigilauero,' specie tua.

15 Ea diligentia libera me à periculo imminenti qua solent galline subter alas suas abscondere pullos suos imminente & insidiante miluo. Scriptura Deo tribuit alas, vt summum eius studium in seruandis piis ostēdat. Eadem similitudine vsus est Christus apud Matth. cap. 23.
16 Heb. à facie improborū qui me vastant. Vel, vim mihi inferunt. Sub. abscōde me. A facie, Hebraismus, pro propter.
17 Heb. qui in animam meam cingunt me. Subintelligēda sunt præcedentia, A facie inquā improborum, siue propter improbos abscōde me, qui circumdant me vt vitam mihi [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] me [illegible] [illegible] Hebræus.
18 i. Diuitus suis mihi omnia itinera obstruūt & concludunt sub os suum. Id est, præ pinguedine præcluserunt sibi os & fauces. Aut, Vique adeo pingues sunt, vt fauces eorū præ pinguedine præclusæ sint. q.d.

PSALM. XVII.

In finem puero Domini David, qui locutus est Domino verba cantici huius, in die qua eripuit eum Dominus de manu omnium inimicorum eius, & de manu Saul. Et dixit:

2. Reg. 22. a

A [1] Diligam te Domine fortitudo mea: Dominus firmamentum meum, & refugium meum, & liberator meus.
2 [b] Deus meus adiutor meus, & sperabo in eum:
3 Protector meus, & cornu salutis meæ, & susceptor meus.
4 Laudans inuocabo Dominum: & ab inimicis meis saluus ero.
5 Circumdederunt me dolores mortis, & torrentes iniquitatis conturbauerunt me.
6 Dolores inferni circumdederunt me: præoccupauerunt me laquei mortis.
7 In tribulatione mea inuocaui Dominum, & ad Deum meum clamaui:
8 Et exaudiuit de templo sancto suo vocem meam, & clamor meus in conspectu eius, introiuit in aures eius.
9 Commota est & contremuit terra: & fundamenta montium conturbata sunt, & cōmota sunt, quoniam iratus est eis.

[b] Heb. 2. c
Insignis epinicion est, quo David celebrat victorias, & gratum sese exhibet, ostendēs quantis pro sæpe periculis immergatur quo modo liberetur, quid agāt, quomodo grati sint. Plurimis Christo & membris cōueniens.

PSALM. XVIII.

[1] [Carmen] præfecto cantorum, serui Domini Davidis,' qui [2] loquutus est Domino' verba carminis huius, eo [3] die' quo liberauit eum Dominus de manu cunctorum inimicorum eius, [4] & de manu' Saulis. [5] Et dixit:'

1 Ex intimis visceribus [6] diligam te ò Domine robur meum:' [7] Dominus petra mea, propugnaculū meū,' & ereptor meus.
2 Deus meus [8] rupes mea,' illo nitar:
3 [9] Clypeus meus,' & cornu salutis mea, arx mea.
4 Dominum [12] laude dignum' inuocabo, & ab inimicis meis seruabor.'
5 Circumdederant me [13] funes mortis,' & [14] torrentes quidam hominum perditorum terruerant me.
6 Circumcinxerant me [15] funes inferorum, laquei mortis' anteuerterant me.
7 Dum itaque angebar, inuocabam Dominum, & ad Deum meum clamabam:
8 Et [14] Exaudiuit de templo suo' vocem meam, [*] vt primum clamor meus ad aures eius peruenit.
9 [15] Commouebatur ac contremiscebat terra, [16] fundamenta montium contutiebantur' & conquassabantur, quoniam [17] ipse irascebatur.'

Diffluunt deliciis: & ob id superbè loquuntur. His verbis mores improborum describuntur. Alii hoc pacto. Adipe (cor suum) concluserunt. vel, Adipem suum concluserunt [illegible] facultates suas. q.d. Nemini ex [illegible] beneficio afficiunt, sed arrogantissime homines [illegible] Hæc interpretatio minus probatur doctioribus. 19 Heb. Ingressu nostro nunc circumdant nos, vel [illegible] q.d. Quocunq; confugimus, illuc nos infestantur, ac circumdant. 20 Heb. ponunt, vt expansant [illegible] in terra. In eū, oculos [illegible] vndique ad expandendos laqueos suos in terra, quibus nos capiant: quærunt occasionē perdendi nos, siue et prosternant [illegible] 21 sub. improbus Saul qui [illegible] 22 Id est, Surge Domine, sume arma, strenui defensoris more: Iam satis dissimulasti [illegible] surge declarato vires tuas: [illegible] faciem hostis mei Saulis, & illi obsiste. 23 incurua. i. deiice & prosterne eum. 24 Quo tanquam gladio vteris ad [illegible] quem [illegible] 25 Subaudi ex præcedenti versu, Eripe inquam animam meam, ab [illegible] 26 [illegible] de mundo [illegible] in sua vita [illegible] hominibus inquam qui [illegible] hoc mundo [illegible] pars sua hæreditas, [illegible] felicitas tota, sita est in vita. [illegible] bonis temporariis [illegible] 27 Heb. abscondito tuo. vel, & quorum ventrem [illegible] [illegible]

[illegible]

18 Heb. in ira eius. i. dum irasceretur, fumum emittebat. Hoc dicit, quia causa est tempestatis, in qua sunt fulgura, fulgetra, cælum obscuratur nubibus, quæ sunt velut fumus. Præterita sunt apud Hebræos, quæ per præteritum imperfectũ verti possunt.
19 & ignis qui (sub. emittat) ex ore ipsius, absumit (vel, vorat, sub. omnia.) carbonesque qui eo (sub. prodeunt) exuruntur. vel, incendunt, sub. omnia. Id est, fulmina quæ emittit, omnia absumunt. Describit habitum aeris turbulenti.
20 vel, Demisit (siue Demittebat) cælum. i. nubes.
21 ne scilicet agnosceretur. i. maxima tempestate se præsentem declarauit.
22 Per hæc, celeritatem auxilii diuini intelligit. q. d. Velocissime venit vt mihi ferret auxilium. Cherub, singulare pro plurali Cherubim.
23 Heb. Posuit tenebras latibuli suum, in circuitu suo tabernaculum suum constituit, tenebrositas aquarũ & nubes cæli. sub. sunt in circuitu eius. Per cælum, aerẽ intelligit. His verbis declarat quod vocet tabernaculũ Dei, nempe tenebrositatẽ aquarum, siue

10 Ascendebat fumus [18] è naribus ipsius,[19] & vorans ignis ex ore eius, ita vt de eo carbones incenderentur.
11 [20] Flectebat cælos atque descendebat, [21] sub pedibus eius caligo.
12 [22] Vehebatur super Cherub, ac volabat, latus super alas venti.
13 [23] Circumquaque iuxta se tenebras posuerat latibulo suo instar tabernaculorum, aquas atratas, densissimas nubes.
14 [24] De fulgore qui coram eo erat, nubes eius pertransierunt, grando & carbones igniti.
15 Tonabat [25] è cælo Dominus, & Altissimus edebat [26] vocem suam, [27] grandinem atque carbones ignitos.
16 [28] Sagittas suas iaculabatur, [29] dissipabatque eos: & fulgura multa quibus consternatos eos reddidit.
17 Tum apparebant [30] profundissima aquarum receptacula, retegebantur orbis fundamenta.
18 Ab increpatione tua Domine, [31] à respiratione flatus nasi tui.
19 [32] E sublimi demissa [manu] [33] arripiebat me, atque ex [34] aquis vehementibus extrahebat.
20 Eripiebat me [35] ab hostibus potentibus, de osoribus meis qui me superiores erant.
21 Qui me tempore calamitatis meæ [36] præuerterant: at Dominus fuit mihi fulcrum.
22 Educebat me [37] in locum spaciosum, eripiebat me: [38] fauebat enim mihi.
23 Rependebat mihi Dominus iuxta [39] iustitiam meam, & iuxta puritatem [40] manuum mearum mihi retribuebat.
24 Obseruaueram enim [41] vias Domini, [42] neque impiè à Deo meo defeceram.
25 [43] Coram me enim cuncta eius instituta [erant,] [44] & mores eius à me non abiicio.
26 [45] Integrè & candide versor coram illo, & seruo me, ne quid praui designem.
27 [46] Rependit itaque mihi Dominus iuxta iustitiã meam, & iuxta puritatem manuum mearum [quæ fuit] coram oculis eius.
28 [47] Qui bonitati studet, ei benignè facis, & erga virum simpliciter integrum, integrum te exhibes.
29 [48] Cum candido candidè agis, cum eo verò qui prauus & incomtus incedit, tu quoque peruersè incedis.
30 Etenim populum afflictum tu [49] seruas, [50] & oculos sublimes deprimis.
31 Quoniam tu [51] illuminas lucernam meam, Dominus Deus meus tenebras meas illustrat.
32 Quoniam [52] in te militares cuneos perrumpo, & in Deo meo murum transilio.

10 Ascendit fumus in ira eius: & ignis à facie eius exarsit: carbones succensi sunt ab eo.
11 Inclinauit cælos, & descendit: & caligo sub pedibus eius.
12 Et ascendit super cherubim, & volauit: volauit super pennas ventorum.
13 Et posuit tenebras latibulum suum, in circuitu eius tabernaculum eius: tenebrosa aqua in nubibus aeris.
14 Præ fulgore in conspectu eius nubes transierunt, grando, & carbones ignis.
15 Et intonuit de cælo Dominus, & Altissimus dedit vocem suam: grando & carbones ignis.
16 Et misit sagittas suas, & dissipauit eos: fulgura multiplicauit, & conturbauit eos.
17 Et apparuerunt fontes aquarum, & reuelata sunt fundamenta orbis terrarum.
18 Ab increpatione tua Domine, ab inspiratione Spiritus iræ tuæ.
19 Misit de summo, & accepit me: & assumpsit me de aquis multis.
20 Eripuit me de inimicis meis fortissimis, & ab his qui oderunt me: quoniam confortati sunt super me.
21 Præuenerunt me in die afflictionis meæ: & factus est Deus protector meus.
22 Et eduxit me in latitudinem: saluum me fecit, quoniam voluit me.
23 Et retribuet mihi Dominus secundum iustitiam meam, & secundum puritatẽ manuum mearum retribuet mihi: *Puritas Christi, quæ & nostra facta est.*
24 Quia custodiui vias Domini, nec impiè gessi à Deo meo.
25 Quoniam omnia iudicia eius in conspectu meo: & iustitias eius non repuli à me.
26 Et ero immaculatus cum eo: & obseruabo me ab iniquitate mea.
27 Et retribuet mihi Dominus secundum iustitiam meam: & secũdum puritatem manuum mearum in conspectu oculorum eius.
28 Cum sancto sanctus eris, & cum viro innocente innocens eris, *Qualis est homo, talem se gerit erga illum Deus.*
29 Et cum electo electus eris: & cum peruerso peruerteris.
30 Quoniam tu populum humilem saluum facies: & oculos superborum humiliabis:
31 Quoniam tu illuminas lucernã meam Domine: Deus meus illumina tenebras meas. *Suam puritatem & liberationem Patri tribuit Christus.*
32 Quoniam in te eripiar à tentatione, & in Deo meo transgrediar murum.

33 Deus

nubes densas aeris. q. d. Delitescit in tenebris in circuitu eius tentorium eius est: quod nihil aliud est quàm densæ & atræ nubes. Tonitrua, grandines, & pluuiæ, sunt signa potentiæ & iræ Dei. 24 vel, A splendore qui est coram eo, nubes eius transierunt, grando & carbones ignis [illegible] (sub. contra hostes) nubes, & grando, & carbones ignis. hoc est, fulmina [illegible] Carbones ignis, Periphrasis fulminis. Hæc omnia pertinent ad descriptionem tempestatis. Perinde ac si dicas, A splendore gloriæ eius (ita vertit Chaldæus paraphrastes) à splendore conspectu eius [illegible] nubes, in quibus generantur fulmina, quibus [illegible] 25 in cælo ipso 26 i. tonitru tonabat vel per præteritum, tonuit. 27 sub. [illegible] grandinem & fulmina ardentia. 28 i. [illegible] & [illegible] ignea. 29 dissipabatque eos. Vel dispergebat: Tunc enim [illegible] 30 Heb. aluei aquarum, 31 ab insufflatione flatus narium tuæ. Te increpante & insufflante aluei fluuiorum rapidissimorum conspicui facti sunt, & fundamenta terræ habitabilis discooperta sunt: hoc est, aluei etiam profundissimi per quos fluuii rapidi decurrere solent [illegible] Quod factum legimus in transitu filiorum Israel per Mare rubrum. Fundamenta terræ vocat alueos fluuiorum profundissimos. 32 Heb. Misit de excelso. Futurum est apud Hebræos pro præterito. Misit sub. angelum suum, aut manum suam. De excelso, de cælo. 33 [illegible] me à grauissimis periculis. 34 Per metaphoram, aquas, grauissima pericula dicit. 35 Heb. ab inimico meo forti, & ab iis qui odio habebant me, quum fortiores essent [illegible] 36 [illegible] 37 Hoc est, Depulsa omni tristitia, perfudit me gaudio [illegible] 38 vel, quia beneuolus erat mihi. Vel, quia illi complacitum est in me [illegible] 39 [illegible] 40 i. operum meorum [illegible] 41 i. præcepta [illegible] 42 i. neque per improbitatem [illegible] 43 q. d. Omnia decreta eius fuerunt semper ob oculos meos, ne quid admitterem contra illa. 44 [illegible] 45 Heb. [illegible] 46 Conclusio superiorum [illegible] 47 Heb. Cum benigno, benignum esse soles & cum homine integro [illegible] 48 Cum candido, candide agere soles: at cum peruerso [illegible] 49 Futura apud Hebræos [illegible] 50 vel, [illegible] 51 vel, illustras (sub. splendore tuo) candelam meam. Futura Hebraica [illegible] 52 vel, per te perrumpo [illegible] transilio [illegible] & quasi per saltum. [illegible]

33 Deus meus impolluta via eius: eloquia Domini igne examinata: protector est omnium sperantium in se.

[a] 34 Quoniam quis Deus præter Dominum? [b] aut quis Deus præter Deum nostrum?

35 Deus qui præcinxit me virtute: & posuit immaculatam viam meam.

36 Qui perfecit pedes meos tanquam ceruorũ: & super excelsa statuens me.

2. Reg. 22. c — 37 ‖ Qui docet manus meas ad prælium: & posuisti vt arcum æreum brachia mea:

38 Et dedisti mihi protectionem salutis tuæ, & dextera tua suscepit me:

39 Et disciplina tua correxit me in finem, & disciplina tua ipsa me docebit.

D — 40 Dilatasti gressus meos subtus me: & nõ sunt infirmata vestigia mea:

41 Persequar inimicos meos, & comprehẽdam illos: & non conuertar donec deficiant.

42 Confringam illos, nec poterunt stare: cadent subtus pedes meos.

43 Et præcinxisti me virtute ad bellũ: supplantasti insurgentes in me subtus me.

44 Et inimicos meos dedisti mihi dorsum: & odientes me disperdidisti.

45 Clamauerunt, nec erat qui saluos faceret: ad Dominum, nec exaudiuit eos.

46 Et comminuam eos vt puluerẽ ante faciem venti: vt lutum platearum delebo eos.

Gentium electio. — 47 Eripies me de cõtradictionibus populi: constitues me in caput Gentium.

48 Populus quem non cognoui, seruiuit mihi: in auditu auris obediuit mihi.

49 Filii alieni mẽtiti sunt mihi, filii alieni inueterati sunt, & claudicauerunt à semitis suis.

Gratias agit patri Christus quòd victis aduersariis cõstituerit eum in caput Gentium. — 50 Viuit Dominus, & benedictus Deus meus, & exaltetur Deus salutis meæ.

51 Deus qui das vindictas mihi, & subdis populos sub me, liberator meus de inimicis meis iracundis.

52 Et ab insurgentibus in me exaltabis me: à viro iniquo eripies me:

2. Reg. 22. d / Rom. 15. b — 53 ‖ Propterea confitebor tibi in Nationibus Domine: & nomini tuo psalmum dicam,

54 Magnificans salutes regis eius, & faciens misericordiam christo suo Dauid, & semini eius vsque in seculum.

33 [53] *Via Dei integra est,* [54] *eloquium Domini* [54] *expurgatum:* [55] *scutum est omnium in se sperantium.*

34 *Quis enim Deus præter Dominum? aut quis est* [56] *petra præter Deum nostrum?*

35 *Deus est* [57] *qui me instruit heroica virtute, & viam meam* [58] *expeditam facit.*

36 *Pedes meos* [59] *pares facit [pedibus] ceruarum, & in aditis meis me collocat.*

37 [60] *Instruit manus meas ad pugnam: datque, vt arcum chalybeum brachiis meis confringam.*

38 [61] *Tu prætendis mihi clypeum salutis tuæ, dextera tua suffulcit me:*

39 [62] *Et ex mansuetudine tua augustum me reddis.*

40 *Dilatas* [63] *passum meum subtus me,* [64] *ne vertebra mea vacillent:*

41 [65] *Persequebar inimicos meos, & assequebar eos: nec reuertebar donec eos internecioni darem.*

42 [66] *Concido eos quo minus surgere possint, cadántque subtus pedes meos.*

43 [67] *Instruis me ad bellum virtute heroica, prosternis sub me quicquid contra me insurgunt.*

44 [68] *Efficis vt terga vertant mihi hostes mei, & vt perdam osores meos.*

45 *Clamabant, nec erat seruator:* [69] *ad Dominum, nec respondit eis.*

46 [70] *Contundo eos vt puluerem ante ventum, vt lutum platearum eos comminuo.*

47 *Tu* [71] *eripis me de contentionibus Populi, & constituis me caput Gentium:*

48 *Populus quem non noui, seruit mihi:* [72] *mox vt auribus percipiebant, obsequebantur mihi.*

49 *Filii exteri mendaciter se mihi [subiiciebant,] alienigenæ* [73] *marcescebant, pauebántque in penetralibus suis.*

50 [74] *Viuat Dominus,* [75] *& laudetur qui est petra mea,* [76] *altus vehatur Deus salutis meæ.*

51 [77] *Deus est qui donat vt vlciscar me, & subiicit mihi populos,* [78] *qui educis me ex hostibus meis:*

52 *Tu [ô Domine] in sublime ducis me ab his qui contra me insurgunt, ab eo viro qui mihi vim & iniuriã intentat, eripis me.*

53 *Hanc ob causam* [79] *celebrabo te in Gentibus ô Domine, & nomini tuo canam,*

54 [80] *Propter magnitudinem salutis qua regẽ tuum [ditas,]* [81] *& beneficiis prosequeris christum tuum Dauidem, & semen eius in perpetuum.*

53 Dei perfecta est via. i. Talia sunt Dei opera vt in iis nihil reprehendi possit, quæcunque Deus agit, bona fide agit: præstat quæcunque pollicetur.
54 velut igni examinatum. i. perfectissimũ & purissimum est. quemadmodum metallum probatum igni nullas habet scorias: ita verbum Domini nihil habet falsitatis.
55 i. seruat eos qui ipsi fidunt, vt clypeus milites.
56 vel, rupes. i. defensor. Acclamatio hæc, familiaris est iis qui Dei auxiliũ experti sunt.
57 qui accingit me robore. i. robustũ & potentem me facit, vt hostib. meis resistere possim.
58 ponit (vel, reddit) perfectã. i. efficit vt ratio vitæ meæ sit inculpata: genus viuendi integrũ & sanctum docet me.
59 i. celeres: quã mihi consulendum est saluti mea fuga. & firmat me ac constituit in locis excelsis quo me recipere soleo.
60 Docet manus meas ad ipsum bellum, & frangitur arcus chalybeus brachiis meis. q.d. Quam est mihi cum hoste confligendum, docet me arte bel[illegible]. Heb. Et das mihi [illegible] i. superiore [illegible] me.

Licam non vulgarem: tantum robur das mihi, vt rumpatur, siue rumpi soleat brachiis meis arcus etiam chalybeus. In brachiis vires sunt sitæ. 61 [illegible] clypeum salutem tuam. i. opem tuam [illegible]. q.d. Tu me auxilio tuo defendis [illegible] clypeum [illegible]. 62 vel, & clementia tua auget me. i. superiorem me reddit hostibus meis. Vel per præteritum, Clementia tua auxit me. Per metaphoram [illegible] in genere cui manum porrigimus. Quidam Hebræi [illegible] tuæ, mansuetudine tua magnificauit me. 63 singulare pro plurali, gressus meos. i. [illegible], latè & amplè gradi [illegible] hoc est, liberè & sine metu [illegible] mihi iter expeditum & inoffensum. Pro, [illegible] Chald. paraphrastes vertit [illegible] est, [illegible]. 64 Heb. & non vacillauerunt pedes mei. Chald. paraphrastes, & non lapsi sunt [illegible]. 65 vel per præteritum perfectum, Persecutus sum inimicos meos, & assecutus sum illos nec reuersus sum donec internecioni dedi illos. q.d. Tamquam [illegible] persecutus sum hostes meos, &c. 66 Futurum apud Heb. [illegible] præsenti imperfecto, vel perfecto, Cædebam [illegible], cecidi eos, ita vt non potuerint surgere, ceciderunt sub pedes meos. Ostendit hic perfectam [illegible]. 67 Et accinxisti me robore ad ipsum prælium [illegible] curuasti eos qui insurrexerant aduersum me, sub me. 68 Heb. & [illegible] ad verbum [illegible], dedisti mihi ceruicem [illegible], & osores meos perdidi eos. Antecedens cum relatiuo [illegible] antecedente, quod est loquendi modus Hebræis frequens. Pro nomine Eorum, subintelligendũ esse, sequens hemistichium indicat. [illegible] sic vertit, Et inimicorum meorum dedisti mihi ceruicem, (i. effecisti vt inimici mei darent mihi terga) & osores meos perdidi. 69 ad Dominum (sub. clamabant inquam,) & non exaudiuit eos. 70 Futura apud Hebræos. Itaque comminui eos tanquam puluerem qui est ante conspectum venti, vt lutum platearum extenuaui eos. hyperbole. reddidi eos similes luto quod omnium pedibus subigitur. Vel, extenuaui eos vt lutum pedibus calcantium extenuari solet in plateis.
71 vel per præteritum, eripuisti, &c. Populum vocat Saulem & cæteros Israelitas qui turbabant partes eius. q.d. Eripuisti me à populo reluctante mihi & repugnante: & constituisti me principem Gentium: gentes [illegible], sed externas, quæ non nouerant cultum Domini, quæ mihi erant ignotæ, seruierunt mihi. i. subiectæ mihi fuerunt. 72 Heb. Ad auditum auris [illegible] collegerunt sese ad me: filii alieni mentiti sunt mihi. i. Ad famam nominis mei tradiderunt se in meam potestatem: alienigenæ, & gentes [illegible] sese [illegible] aliquid [illegible] contra me. Vel, Alienigenæ, [illegible] quod cum aliis [illegible], propter me [illegible], & ad me defecerunt. Quidam putant prophetam hic [illegible] qui gloriabantur de virtute sua, & pollicebantur sibi victoriam contra Dauidem, [illegible] sunt mendaces, quum subiicerentur imperio Dauidis. Aut quod [illegible] animo illi parerent. 73 vel, contabuerunt: & contabuerunt [illegible] claustris suis. Aut, Alienigenæ amiserunt animos, siue desponderunt animum, [illegible] quum adhuc essent [illegible] munitis fortissimis. Licet essent in arcibus fortissimis, trepidauerunt tamen.
74 vel, Viuens est Dominus. i. Ostendit se viuere, [illegible] contra inimicos meos. q.d. Deus meus non est Deus mortuus & vanus [illegible] idola, quæ suis opem ferre non possunt. 75 vel, & laudandus propugnator meus. i. omni laude dignus est propugnator meus, vel præsidium meum. 76 & excelsus est Deus salutis meæ. i. qui me hactenus seruauit in tam periculosis præliis. 77 Heb. Deus ipse est qui dat (vel dedit) vindictas mihi, & adduxit populos sub me. i. qui fortis [illegible], & [illegible] concessit mihi vt vlciscerer [illegible] ipsi & mihi illatam, & subiecit mihi populos. 78 Heb. Eripuisti me ab inimicis meis, imò præ aduersariis meis extulisti me, ab homine [illegible] eripuisti me. 79 i. fatebor beneficia tua inter Gentes, & carmina dicam in honorem nominis tui.
80 Heb. Qui magnificauit salutes regis sui & fecit misericordiam vncto suo Dauidi & semini eius in perpetuum. De se loquitur in tertia persona. i. Magnifice me regem suum [illegible], magnam opem tulit mihi: quem regem constituit. [illegible] Quis magnam salutem affert &c. 81 Heb. & fecit misericordiam vncto suo Dauidi & semini eius vsque in seculum. Id est, beneficiis prosecutus est & prosequitur Dauidem quem vnxit in regem, & posteros eius in seculum.

1 Quidem haec excellentiam Dei partim a caelo condito, partim a lege, quam absolutissimam prædicat.
2 vel, expansum a. ipso aer, & tota cæli exactissima structura. sic ut quam elegantes & ad [illegible] opera Dedi manibus suis. Vox Hebræa RACIA, pro qua expansum hic extensio vertimus, pro cælo & aere accipitur, qui sunt expansi velut pellis. iuxta illud Psal. 103. Qui extendis cælum sicut pellem.
3 Succedens adiectum est, ne quis dictum diei narrari existimet, sed nobis. Hoc est, Singuli dies posteris loquuntur potentiam Dei, posterior dies semper auget scientiam. Quia quotidie nouus oritur dies, quo [illegible] noua loquitur. Aliter vertunt, Dies de die eructat verbum. i. Dies vna, quibus altera sit futura, denunciat. Siue Dies vna alteram abunde docet quam potens & magnus sit Dominus. q. d. Singuli dies ostendunt potentiam Dei. Sic nox de nocte singuli dies & singulæ noctes prædicant Dei prouidentiam.

PSALM. XIX.

Carmen Dauidis præfecto cantorum.

1 CÆli enarrant [illegible] Dei: & [illegible] extensa, opus manuum eius [illegible].

2 Dies diei [succedens] eloquitur sermonem, & nox nocti indicat scientiam.

3 Non est [illis] sermo, non verba, neque auditur vox eorum:

4 In omnem [tamen] terram exiuit regula eorum, & in fines orbis verba eorum,

5 Soli [posuit] tentorium in eis, & is velut sponsus ex umbraculo suo prodit.

6 Latus velut heros [quispiam] ad decurrendam viam. Ab extremo cælorum egressus eius,

7 Recursus eius vsque ad extrema eorum, nec est qui se ab æstu illius abscondat.

8 Lex Domini integra est, conuertens animam: testimonium Domini verum, imperitis sapientiam suppeditans.

9 Decreta Domini recta sunt, cor exhilerantia: præceptum Domini repurgatum, illuminans oculos.

10 Timor Domini mundus, perstans perpetuò: iudicia Domini vera, simulque iusta:

11 Magis expetibilia quam sit aurum vel præstantissimum atque plurimum, & dulciora melle & favo stillantibus.

12 Etiam seruus tuus per[spicue] illis admonetur, in eorum obseruantia ingens merces est.

13 Errores quis animaduertat? ab occultis meis repurga me. Quin & flagitia auerte à seruo tuo

14 Ne dominentur mihi: tum integer ero, & innocens à quouis grandiori scelere.

15 Sint verba oris mei, & meditatio cordis mei grata in conspectu tuo,

16 O Domine, petra mea & vindex meus.

PSALM. XVIII.

In finem, Psalmus Dauid.

1 CÆli enarrant gloriam Dei, & opera manuum eius annunciant firmamentum.

2 Dies diei eructat verbum: & nox nocti indicat scientiam.

3 Non sunt loquelæ neque sermones, quorum non audiantur voces eorum.

4 In omnem terram exiuit sonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum.

5 In sole posuit tabernaculum suum: & ipse tanquam sponsus procedens de thalamo suo.

6 Exultauit vt gigas ad currendam viam, à summo cælo egressio eius.

7 Et occursus eius vsque ad summum eius: nec est qui se abscondat à calore eius.

8 Lex Domini immaculata, conuertens animas testimonium Domini, fidele, sapientiam præstans paruulis.

9 Iustitiæ Domini rectæ, lætificantes corda: præceptum Domini, lucidum, illuminans oculos.

10 Timor Domini sanctus permanens in seculum seculi: iudicia Domini, vera, iustificata in semetipsa.

11 Desiderabilia super aurum & lapidem preciosum multum: & dulciora super mel & fauum.

12 Etenim seruus tuus custodit ea, in custodiendis illis retributio multa.

13 Delicta quis intelligit? ab occultis meis munda me, & ab alienis parce seruo tuo:

14 Si mei non fuerint dominati, tunc immaculatus ero, & emundabor à delicto maximo.

15 Et erunt vt complaceant eloquia oris mei & meditatio cordis mei in conspectu tuo semper,

16 Domine adiutor meus & redemptor meus.

A Cælum & reliqua creatura excellentiam Dei ostendunt.

Rom. 10. d.

Peccatorum remissio annunciata ab Apostolis.

Luc. 14. f.

Exultabit

Lex Dei & Euangelium quale, & quid præstet.

PSALM. XX.

Carmen Dauidis præfecto cantorum.

1 EXaudiat te Dominus quum in angustia fueris, [in] tuto collocet te nomen Dei Iacob.

2 E sanctuario suo auxilium tibi ferat, atque è Sion te fulciat.

PSALM. XIX.

In finem, Psalmus Dauid.

1 EXaudiat te Dominus in die tribulationis: protegat te nomen Dei Iacob.

2 Mittat tibi auxilium de sancto: & de Sion tueatur te.

3 Memor

Precatio est, qua populus salutem regi Dauidi ad bellum difficile & anceps proficiscenti orauit, & gratulatio simul de salute & victoria sibi diuinitus donata.

Dies vbi illuxit Dei prouidentiam ostendit: idem facit & nox vbi aduenit. 4 q. d. Muti sunt cæli, neque vt homines fari possunt vt potentiam Dei verbis extollant: attamen [illegible]. Hic versus coniungitur sequenti. 5 vel, amussis eorum. i. structura [illegible] ... in extremis quibusque terræ partibus [illegible] ... corporum cælestium quasi [illegible] facta, quæ est vice verborum. Quæ hic dicitur de cælis, Paulus ad Romanos [illegible] accommodat Apostolis [illegible] ... orbe potentiam & maiestatem Dei celebrauerunt & prædicauerunt, quam illas accuratissima cælorum structura eloquitur [illegible] ... habitantibus.

6 Sub. sunt hominibus qui fines orbis inhabitant, ex [illegible] structura eloquitur Dei potentiam. 7 [illegible] circumscripsit in cælis ipsi soli, mutatum [illegible]. 8 vel, exultare solet vt potens aut athleta cursor, ad currendam viam. i. ad decurrendum spatium suum. [illegible] prompto, læto, & alacri animo, quemadmodum [illegible] tenet cursor ad metam sibi in stadio propositam. De sole [illegible] loquitur. 9 i. Ab Oriente egreditur. vel egredi solet.

10 vel, & circuitio eius vsque ad extrema [illegible] ... Orientem, Occasum, Meridiem, & Septentrionem. q. d. [illegible] ... extremum [illegible] ... non peruenit calor eius. [illegible]

[illegible]

P S A L. X X.

1 vel, Exaltet te &c. Nomen vocat potentiam siue maiestatem. Deum autem Iacob dixit, quem ipse Iacob summa [illegible] ... populi. [illegible]

2 Heb. De sanctitate. [illegible]

3 Memor sit omnis sacrificii tui: & holocaustú tuum pingue fiat.
4 Tribuat tibi secundum cor tuum: & omne consilium tuum confirmet.
5 Lætabimur in salutari tuo: & in nomine Dei nostri magnificabimur.
6 Impleat Dominus omnes petitiones tuas: nūc cognoui quoniam saluum fecit Dominus Christú suum.
7 Exaudiat illum de cœlo sancto suo; in potentatibus, salus, dexteræ eius.
8 Hi in curribus, & hi in equis: nos autem in nomine * Dei nostri inuocabimus.
9 Ipsi obligati sunt & ceciderunt: nos autem surreximus & erecti sumus.
10 Domine saluum fac regem, & exaudi nos in die qua inuocauerimus te.

* Domini Exod. 14.

3 [3] *Memor sit omnium munerum tuorum,*' *& holocaustum tuum* [4] *pingue æstimet.*' *Sela.*
4 *Det tibi iuxta cor tuum, & omne consilium tuum perficiat.*
5 [5] *Ouabimus in salute tua,*' *& in nomine Dei nostri* [6] *signa triumphantes erigemus:*'
6 [7] *Perficiet enim*' *Dominus omnes petitiones tuas:* [8] *nunc agnosco quòd Dominus unctum suum seruarit*',
7 *Quodq́;* [9] *exaudierit eum de cœlo ex sanctuario suo, virtute salutifica dexteræ suæ.*'
8 *Hi in curribus, alii in equis* [[10] *fidant.*]' [11] *nos autem nominis Domini Dei nostri mentionem faciemus.*'
9 [12] *Illi succubuerunt & corruerunt: nos autem persistimus & corroborati sumus.*
10 [13] *Dominus seruabit regem: quo die inuocauerimus, nos exaudiet.*'

3 vel, Vtinam olfaciat omnia munera tua. Olfaciat dicit, quia non carebat thure quod incēdebatur totum in altari in memoriam offerentis. Leui. 2. Id est, grata habeat omnia munera tua.
4 Heb. in cinerem vertat. sub Deus igni cælitus immisso absumat holocaustum tuum: atque ita illud sibi gratum esse testetur. Sic probauit Dominus primam Aaronis oblationem, Leuit. 9. & sacrificiū Eliæ, 3. Reg. 17. In fine versus additur Sela: vt ostendatur quanto ardore pro rege populus debeat orare. q.d. Quàm magnum est offerre oblationē Deo gratā: quam magni momenti est holocaustum à Deo probari, & preces ab eo exaudiri! Nam quæ pinguia erant, grata esse solebant.
5 Vtinam ouemus de salute tua. i. de victoria qua incolumis potitus fueris.
6 vel, vexillum iactemus. Aut, attollamus. Hoc est, Vtinam habeamus occasionem attollendi vexillum more triumphantiū. in honorem & gloriam Dei nostri.
7 (Vtinam inquam) impleat.

PSALM. XX.

In finem, Psalmus Dauid.

A Epinicion est, quo de victoria & reliquis Dei beneficiis, quibus Dauid insigniter cumulatus fuerat, populus gratulari solebat: Deumq́, cuius beneuolentia omnia ferebat accepta, collaudabat.

1 Domine in virtute tua lætabitur rex: & super salutare tuum exultabit vehementer:
2 Desiderium cordis eius tribuisti ei: & voluntate labiorum eius non fraudasti eum.
3 Quoniam præuenisti eum in benedictionibus dulcedinis: posuisti in capite eius coronam de lapide precioso.
4 Vitam petiit à te, & tribuisti ei longitudinem dierum in seculum & in seculum seculi.
5 Magna est gloria eius in salutari tuo: gloriam & magnum decorem impones super eum:
6 Quoniam dabis eum in benedictionem in seculum seculi: lætificabis eum in gaudio cum vultu tuo.
7 Quoniam rex sperat in Domino, & in misericordia Altissimi: non commouebitur.
B 8 Inueniatur manus tua omnibus inimicis tuis: dextera tua inueniat omnes qui te oderunt.
9 Pones eos vt clibanum ignis in tempore vultus tui:
10 Dominus in ira sua conturbabit eos, & deuorabit eos ignis.
11 Fructum eorum de terra perdes: & semen eorum à filiis hominum.
12 Quoniam declinauerunt in te mala: cogitauerunt consilia quæ non potuerunt stabilire.
13 Quoniam pones eos dorsum: in reliquiis tuis præparabis vultum eorum.

PSAL. XXI.

[1] Carmen Dauidis' præfecto cantorum.

1 Domine [2] *in virtute*' *tua lætabitur rex,*' [3] *& in salutari tuo quam impendio gaudet.*'
2 *Desiderium cordis sui* [4] *dedisti ei,*' *&* [5] *quæ precatus est labiis suis, non negasti.*' *Sela.*
3 *Nam* [6] *benedictionibus optimis præuenisti eum,*' [7] *imposuisti capiti eius coronam auream.*'
4 *Vitam* [8] *petiit abs te, & dedisti illi*' *longitudinem dierum in seculum & vltra.*
5 *Magna est gloria eius* [9] *propter salutem quam ei contulisti,*' *honorem & splendorem* [10] *posuisti super eum.*'
6 *Quoniam* [11] *posuisti eum vt omni genere bonorum perpetuo affluat,*' [12] *exhilerasti eum gaudio vultu tuo*'
7 *Nam rex fidit Domino, & in bonitate Altissimi* [13] *non nutabit.*'
8 [14] *Offendit*' *manus tua omnes hostes tuos, dextera tua* [15] *offendit*' *omnes qui te odio habuerunt.*
9 [16] *Velut accensam fornacem reddidisti eos in tempore iræ tuæ*':
10 *Dominus in ira sua* [17] *deuorauit*' *eos, &* [18] *ignis*' *consumpsit eos.*'
11 *Fructum eorum è terra* [19] *perdidisti,*' *&* [20] *semen eorum de filiis hominum.*
12 *Quoniam* [21] *moliti sunt*' *aduersus te malum,* [22] *cogitauerunt*' *scelus quod* [[23] *perficere*]' *non poterant.*
13 *Posuisti enim illos* [24] *humerum,*' [25] *& neruo tuo in faciem eorum collimasti.*

8 vel, Nunc scio quòd seruaturus sit Dominus unctum suum. Hebræi existimant hæc verba esse cuiuslibet ex aliis notius psalmi. Hic ostendit cur ita orarit, Nunc compertum habeo quòd seruaturus sit regem suum Dauidem. 9 exauditurus sit illum de cœlis suis sanctis: in potentiis dexteræ eius est salus. Ordo est inuersus apud Hebræos, apud quos sic ad verbum legitur, In potentiis salus dexteræ eius: pro, In potentiis dexteræ eius est salus. Est autem Hebraismus, pro, In forti dextera eius est salus: Virtute sua omnes seruare potest. 10 Alii subaudiunt, contra nos veniunt. 11 vel, nos verò nomen Domini Dei nostri inuocabimus. i. nos auxilium diuino fidemus: vires Dei & auxilium implorabimus, quasi illis soli fidentes. Verti potest, nos verò de nomine Domini Dei nostri commendemus. i. de potentia Dei nostri. Aut, nos autem nominis Domini Dei nostri recordabimur. 12 Ipsi curuabuntur & corruent: at nos surgemus & erigemus nos. Verba sunt præteriti temporis apud Hebræos, quibus pro futuris vsus est, quòd de victoria certus sit. q.d. Illi qui omnia dicebant se facturos viribus humanis, corruent: nos verò erigemur, siue erigemus nos, in pedes, credo, stabimus. 13 Domine serua (nos:) rex ille inclytus exaudiet nos tempore quo inuocauerimus illum. A secunda ad tertiam personam fit transitus. q.d. O Rex inclyte, cuius vices gerit in terra rex, annue nobis quotiescunq; auxilium tuum implorauerimus. Reuertitur autem ad orationem, vt psalmum claudat oratione. Verti potest, Domine serua regem: vel, serua (nos &) regem. PSAL. XXI. 1. vel, Psalmus de Dauide, siue pro Dauide, pro successu Dauidis. Agit hic Dauid de successu regni sui in sua aut populi per[illegible]. Quidā dicunt esse ἐπινίκιον quod cecinit Dauid victis Ammonitis & Syris: tunc verò rediens esset per præteritum hic psalmus. Nonnulli autem ab alio q̄ à Dauide psalmum hunc fuisse [illegible] pro salute Dauidis. 2 de virtute. i. ego lætabor de ope tua. Gratulatio est de prospero rerum Dauidis [illegible]. Aut intellige Dauidem de se loqui in tertia persona. 3 vel, & de salute tua quàm vehementissimè gaudebit. Salutem Dei vocat, quæ eripere solet. q.d. quæ author [illegible] fuisti, exultat quàm vehementissimè. Tautologia est. 4 dabis ei. Præteritum pro [illegible]. Quicquid desiderauerit, dabis ei. 5 Heb. prolationē labiorum eius non prohibuisti. Vel, non denegabis illi. i. quæ precatus fuerit, dabis ei. Additur Sela in fine versus [illegible] animū. q.d. O quàm magnum est libe[illegible] loqui! O magnā & admirandā Dei beneuolentiam erga Dauidem! 6 [illegible] eum benedictionibus boni i. omni genere bonorum [illegible] eum facies. Quocunq; se vertat, erit fœlicissimus [illegible] tale cogitare [illegible] amplissimis beneficiis. 7 pones in capite eius coronā obrizi. siue auri purissimi & defæcatissimi. Sunt qui referant hoc ad coronam [illegible], de qua fit mentio 2. Reg. 12. Hebræi dicunt [illegible] fauore Dei [illegible] dicat, stabilies regnū eius perpetuo. 8 petet à te, & dabis ei &c. q.d. Petet à te vitam [illegible], tu autē dabis illi [illegible]. 9 Heb. in [illegible] tua. 10 pones super eum. i. conciliabis [illegible] est, honore & splendore illū afficies: aut, honore & claritudine eum [illegible] reddes eum. 11 Heb. pones super eum benedictiones in perpetuum. i. efficies vt alii per eum benedictionis formulā accepturi sunt, Perinde te Deus diligat, atq; Dauidem dilexit: tanto successu rerum polleas, quanto Dauid. Siue, facies vt sit exemplar benedictionū quibus Deus afficit pios. 12 exhilerabis eum gaudio vultus tui. i. fauore tuo, siue propter fauorē tuum: quum benigno & fauente vultu fueris eum intuitus. 13 i. non excidet fœlici rerum suarum successu. 14 Satis erit (vel, Sufficiet) virtus tua ad perdendos omnes inimicos tuos. q.d. Virtus illa quam Dauidi es concessurus, satis erit ad debellandos omnes inimicos tuos. Aut hic Dauid Deum alloquitur: & quæ [illegible] dicit, illi sunt tribuenda. Videtur Apostrophe esse ad Regem, vel ad Deum qui hæc per Dauidem fecit. 15 assequetur. Dexteram vocat potentiam. 16 Tanquam fornacem ignis in tempore vultus tui pones eos. i. Facies eos perire vt ligna quæ coniiciuntur in fornacem ardentē, quando depromes iram tuam. Faciem pro ira posuit, more Hebraico. Vel, Ardere eos facies instar clibani ardentis & incensi. Alludit ad conflagrationem Sodomorum. 17 perdet. 18 sub[illegible] vindicta illa vehemens & acerba. Nomine ignis in Sacris literis afflictio vehementissima intelligitur. q.d. Quum illis te iratū esse [illegible] quàm de aliis pœnas sumes tempore vltionis tuæ. 19 perdes. Fructū vocat liberos. 20 Repetitio: acsi dicat, perdes inquam posteros eorum, & expunges ex hominum numero. 21 intenderant [illegible] tibi malum facere volebant. 22 vel, cogitauerant. 23 Verbum istud Hebraicè nō legitur: sub audiendū tamen, aut aliquod aliud idē significans. 24 Humerus [illegible] aggere. Alii legant, Pones eos ad parietē. vel, seorsum. i. Sepone eos. 25 vel, & in neruis tuis diriges cōtra faciē eorū. sub. sagittas tuas. Sepone, inquit, eos in signū, & scopū ad quem sagittas arcu tuo mittas.

14 [16] *Exaltare Domine virtute tua,* *cantemus & celebrabimus potentiam tuam.*

14 Exaltare Domine in virtute tua: cantabimus & psallemus virtutes tuas.

16 vel, Exurge Domine per auxilium tuum. i. Ostende tuā dignitatem & potentiam ferendo auxilium regi: patra aliquid quod summam tuam potentiam ostendat. vt occasionem habeamus cantandi, & psalmis celebrādi potentiam tuam: vt merito de te dicere possimus te solum potentem esse.

PSALM. XXII.

Præfecto cantorum carmen Dauidis [1] de ceruа matutina.

1 DEus meus, Deus meus, cur [2] deseruisti me, [3] vt longe [abes] à salute mea, à verbis rugitus mei?

2 *Deus meus inuoco per diem, & non respondes: per noctem, nec est silentium mihi.*

3 *Et tu [4] sanctus sessor laudum Israelis.*

4 [5] *In te sperauerunt patres nostri, sperauerunt, & liberasti eos.*

5 *Ad te [6] clamauerūt, & liberati sunt: te fidebant, neq; [7] pudefacti sunt.*

6 [8] *Ego autem vermis sum, & non vir, opprobrium hominum, & contemptus à populo.*

7 *Quicunq; me aspiciunt subsannant me, [9] distendunt labia, mouent caput: [dicentes:]*

8 [10] *Retulit [omnia] ad Dominum, eripiat eum, liberet eum, quoniam deamat eum.*

9 [11] *At tu es qui me ex vtero extraxisti, in te fisus sum pendens adhuc ab vberibus matris meæ, in te coniectus sum [12] à partu:*

10 *Ab vtero matris meæ Deus meus es tu: [13] ne subducas te longius à me:*

11 *Quoniam afflictio adest, nec est qui adiuuet.*

12 *Tauri [14] multi circumdederunt me, [15] præualidi ex Basan vndiq; cinxerunt me.*

13 [16] *Aperuerunt contra me os suum, sicut leo rapiens & rugiens.*

14 [17] *Effusus sum velut aqua, dissociantur omnia ossa mea.*

15 *Factumq; est cor meum sicut cera, [18] liquefactum intra viscera mea.*

16 *Exaruit vt testa [19] virtus mea, lingua mea adhærescit faucibus meis, [20] & in puluerem mortis redegisti me.*

17 *Nam circumdederunt me canes: cœtus malorum cinxit me.*

18 *Cen leo [21] manus meas & pedes meos, [22] numerarem omnia ossa mea:*

19 *Hi verò cum voluptate intuentur & aspiciunt: partiti sunt sibi vestimenta mea, & de veste mea sortiti sunt.*

20 *Sed tu ô Domine, [23] ne sis procul: ô virtus mea, vt me adiuues propera.*

PSALM. XXI.

In finem, pro susceptione matutina, Psalmus David.

1 DEus Deus meus respice in me: quare me dereliquisti? longe à salute mea verba delictorum meorum.

2 Deus meus clamabo per diem, & non exaudies: & nocte, & non ad insipientiam mihi.

3 Tu autem in sancto habitas, laus Israel.

4 In te sperauerunt patres nostri: sperauerunt, & liberasti eos.

5 Ad te clamauerūt, & salui facti sunt: in te sperauerunt, & non sunt confusi.

6 Ego autem sum vermis & non homo: opprobrium hominum & abiectio plebis.

7 Omnes videntes me, deriserūt me: locuti sunt labiis & mouerunt caput.

8 Sperauit in Domino, eripiat eum: saluum faciat eum, quoniam vult eum.

9 Quoniam tu es qui extraxisti me de ventre: spes mea ab vberibus matris meæ, in te proiectus sum ex vtero:

10 De ventre matris meæ Deus meus es tu: ne discesseris à me:

11 Quoniam tribulatio proxima est, quoniam non est qui adiuuet.

12 Circumdederunt me vituli multi: tauri pingues obsederunt me.

13 Aperuerunt super me os suum, sicut leo rapiens & rugiens.

14 Sicut aqua effusus sum, & dispersa sunt omnia ossa mea.

15 Factum est cor meum tanquam cera liquescens in medio ventris mei.

16 Aruit tanquam testa virtus mea, & lingua mea adhæsit faucibus meis: & in puluerem mortis deduxisti me.

17 Quoniam circumdederunt me canes multi: concilium malignantium obsedit me.

18 Foderunt manus meas & pedes meos, dinumerauerunt omnia ossa mea:

19 Ipsi verò considerauerunt, & inspexerunt me: diuiserunt sibi vestimenta mea, & super vestem meam miserunt sortem.

20 Tu autem Domine ne elongaueris auxilium tuum à me: ad defensionem meam conspice.

21 Erue

A Matt. 27. e *Christus se derelictum clamat in cruce.*

Deridetur in cruce. Matt. 27. d Mar. 15. c

B *Non cessat inuocare, licet clamauerit se derelictum.*

Angustia Christi in cruce.

C

Plaga Christi & vestimenta diuisa. Matt. 27. d Ioh. 19. d

Oratio & clamor vehemens in afflictione.

CAP. XXII.

1 ad ceruam auroræ. i. matutinam. Hoc est, ad modos cantilenæ vulgaris, cuius initium erat, Cerua matutina.
2 vel, defecis. Dauid sustinet hic personam Christi. Cur me permittis libidini Iudæorū. Tu qui semper tuis opitulari soles, cur mihi nunc adiumento non es: Dauid in magna aliqua calamitate positus edidit hunc psalmū, in quo dum suam angustiam amplificat, prædicit obiter magnos illos cruciatus & graues ignominias quibus olim afficiēdus erat Christus. Pertinet hic psalmus tam ad Christum, quam ad Dauidem typum eius.
3. Heb. elongatus à salute &c. vel, & cur stas procul à salute mea, & à verbis rugitus mei aut querimoniæ meæ?
4 vel, habitans in laudibus Israelis. i. qui semper laudaris ab Israele. Alii verò legunt, ô sancte, & permanens, & laudes Israelis. i. Quum sis sanctus, & semper sanctus fueris & quum sis laudes Israelis. hoc est, author laudum Israeli, vt multi laudent Israelem, quem tot beneficiis cumulas. sub. exaudi me, annue precibus meis. vel, Quum tu qui sanctus es, & permanes immotus, quisemper tibi similis es, quum ad hunc vsque diem fueris laudibus euectus ab Israele propter auxilium à te acceptum mirror quod me non exaudias. 5 sub. cur ergo me non eripis? 6 vel, vociferabantur, & erepti sunt, id est, quoties clamauerunt ad te, liberati sunt.
7 vel, perfusi rubore. Hoc est, consequebantur quod à te petebant. 8 vel, At ego tam, vam vermis, & non vir, opprobrium hominum, & despectus populi. q. d. Illi erant in periculo: ego autem sum in summa ignominia: nam habeor tanquam vermis, id est, pro re nihili, & non homine: is sum quem homines probris & contumeliis afficiunt. Despectum populi, vocat despectum à populo. Peculiare autem est Hebræis vt homines vilės & omnibus modis abiectos, vermes vocent.
9 vel, effutiuerunt in labio, agitauerunt caput. Effutiuerunt, inquit, sub. audi contumeliam ore suo, id est, agitantes caput subsannauerunt me. contumias sunt mihi moto capite. 10 Deuoluit ad Dominum. sub. omnes res suas. q. d. Commisit res suas omnes Domino. petet ab eo solo: liberet igitur eum. Hic locus à Matthæo, cap. 27. accommodatur Christo, cuius typus erat Dauid. Liberet eum Deus, quia placens est in eo, vt ipse ait. vel, quum dicat se diligi ab eo. vel, liberet eum homo, quia sibi in homine placet.
11 vel, Cum sis extractor meus ab vtero, qui sperare fecisti me super vbera matris meæ. Hoc est, quum effeceris vt iam tum à puero omnem fiduciam in te haberem.
12 vel, à vulua. aut matrice. i. Statim atque in lucem editus sum, tuæ curæ sum concreditus. Alii exponunt, Expositus sum vel ita tibi sui.
13 q. d. quum tu tantis beneficiis me affeceris, ne recedas à me: quia impendet tribulatio, nec est qui praeter te suppetias ferat. 14 vel, fortes.
15 vel, Tauri inquam, prægrandes qui pascuntur in Basan, cinxerunt me instar coronæ. vel, per [illegible], hinc vndique. Basan regio est Israelitica quæ pascuis abundat: cuius mentio fit Numer. 21. in fine. Tauri, inquit, robusti & saginati, quales regio Basan pascuorum ditissima alit.
16 q. d. Aperto ore in me irruerunt vt me deuorarent. Aperto rictu me inuaserunt hostes illi potentes, sicut leo aperire solet os suum quum prædam inhiat.
17 id est, Caro mea fere versa est in aquam, præ metu vehementissimo. Hac hyperbole declarat magnitudinem sui timoris. 18 Metus sudorem inuehit vehementissimum, vnde scribit Euangelista Christum sudasse imminente supplicio. membris adimit vim suam, & cor molle reddit.
19 Virtutem vocat humidum radicale: quia per illud viuimus. 20 Et in puluere mortis collocasti me. Puluerem mortis vocat terram sepulchri, foueam in quam reconditi solent mortui. Ac si dicat, breui interficiet me ista tribulatio vehemens, nisi opem tuleris: ita me afflixisti vt nihil aliud expectem hodie quam terram in quam recondar. 21 sub. cinxerunt. vel, momorderunt. Alii, quorum exemplaria legunt כרו, vertunt, foderunt manus meas & pedes meos. vel, transfixerunt. & in hanc sententiam adducitur hic locus Iohan. 20. vbi de clauis fit mentio. Varia est lectio apud Hebræos. 22 vel, Numerabo. aut Numerare licet. Siue, Numerari possunt omnia ossa mea. Omnia (inquit) ossa mea dinumerantem aspiciunt me & contemplantur.
23 sub. [illegible] ô robur meum ad auxilium meum festina. i. Cum ergo ita se res habeat, ne subducas te à me, verum festinus opem feras mihi tu qui robustum & fortem me reddis ad ferenda omnia aduersa.

21 Erue à framea Deus animam meam: & de manu canis vnicam meam.
22 Salua me ex ore leonis: & à cornibus vnicornium humilitatem meam.
Gentium vocatio
Heb. 2. c
23 ‖ Narrabo nomen tuum fratribus meis: in medio ecclesiæ laudabo te.
Ad timorem Patris & fiduciam hortatur Christus.
24 Qui timetis Dominum laudate eum: vniuersum semen Iacob glorificate eum.
25 Timeat eum omne semen Israel: quoniam non spreuit, neq; despexit deprecationem pauperis.
26 Nec auertit faciem suam à me: & cum clamarem ad eum exaudiuit me.
D
Vota quæ & laudes.
27 Apud te laus mea in ecclesia magna: vota mea reddam in conspectu timentium eum.
Prædicatio Euangelii.
28 Edent pauperes, & saturabuntur: & laudabunt Dominum qui requirunt eum: viuent corda eorum in seculum seculi:
Conuersio Gentium.
29 Reminiscentur & conuertentur ad Dominum vniuersi fines terræ.
30 Et adorabunt in conspectu eius vniuersæ familiæ Gentium.
31 Quoniam Domini est regnum: & ipse dominabitur Gentium.
32 Manducauerunt & adorauerunt omnes pingues terræ: in conspectu eius cadent omnes qui descendunt in terram.
33 Et anima mea illi viuet: & semen meum seruiet ipsi.
34 Annunciabitur Domino generatio ventura: & annunciabunt cœli iustitiam eius populo qui nascetur, quem fecit Dominus.

21 Eripe à [24] gladio animam meam, de manu [25] canis vnicam meam.
22 Serua me ab ore leonis, & à cornibus vnicornium [26] eripe me.
23 Narrabo [27] nomen tuum fratribus meis, in medio congregationis laudabo te.
24 [28] Qui timetis Dominum, laudate eum: omne semen Iacob celebrate eum.
25 Metuite eum omne semen Israelis. Quia non [29] despexit [30] nec auersatus est adflictionem pauperis.
26 Neque auertit [31] ab eo faciem suam, sed quum clamaret ad eum, audiuit.
27 [32] De te est laus mea in concione magna, [33] vota mea coram timentibus [34] ipsum persoluam.
28 Comedent [35] humiles & satiabuntur, laudabunt Dominum qui quærunt eum, viuet cor [36] vestrum in seculum.
29 [37] Memores erunt, & conuertentur ad Dominum omnes fines terræ.
30 [38] Prosternent se ante faciem tuam omnes familiæ Gentium:
31 [39] Quia Domini est regnum, & ipse [40] Gentibus dominatur.
32 [41] Comedent & adorabunt omnes pingues terræ, coram eo [42] genua flectent omnes qui in puluerem descendunt.
33 [43] Quia animam suam non in vita seruauit. [44] posteritas seruiet ei.
34 Accensebitur Domino ad nationem, venient & annunciabunt populo nascituro [45] iustitiam eius quam præstitit.

24 Per gladium, mortem violentam intelligit & per animam, vitã q.d. Libera me à violenta morte. 25 Canis singulare pro plurali. Manum intelligit vim & potestatem. Canes vocat aduersarios. Vnicam tui dicit animã: quæ ab Hebræis vnica dicitur, quòd sola relicta sit, habitans in domo lutea. Est autem periphrasis animæ. Libera vitam meam à cæde, & à rabie canum vnicam meam, vitã meã omni humano auxilio destitutam. Vides hîc tautologiam Hebræis familiarem. 26 vel, exaudies me. i. exaudiendo custodias me ab vnicornibus a[illegible] petentibus me cornibus suis. Vnicornis est animal ferum admodum, quod nulla ratione [illegible] curari potest. Vnicornes autem vocat aduersarios suos. 27 i. potentiam & maiestatem tuam. Postquam inquit, eripueris me periculo, commemorabo potentiam & excellentiam tuam gentilibus & popularibus meis: in frequentissima populi turba exponam charitatem tuam qua me[illegible] dilexisti. 28 Subaudiendum est Dicam, aut dicat, Sic inuitabo fratres meos, O vos qui summa reuerentia colitis Deum laudate eum pro beneficiis [illegible].

PSALM. XXII.

Psalmus Dauid.

A
Commemoratio grata sanctorum & beneficiorum dei sub allegoria pastorali.
Esa. 40.
Ier. 23. a
Ezech. 34. a
Ioan. 10. a
1. Pet. 2. d
1 DOminus regit me, & nihil mihi deerit: in loco pascuæ ibi me collocauit.
2 Super aquam refectionis educauit me: animam meam conuertit.
3 Deduxit me super semitas iustitiæ, propter nomen suum.
4 Nam etsi ambulauero in medio vmbræ mortis, non timebo mala: quoniam tu mecum es:
B
5 Virga tua & baculus tuus, ipsa me consolata sunt.
6 Parasti in conspectu meo mensam aduersus eos qui tribulant me.
7. Impinguasti in oleo caput meum: & calix meus inebrians quàm præclarus est!
8 Et misericordia tua subsequetur me omnibus diebus vitæ meæ:
9 Et vt inhabitem in domo Domini, in longitudinem dierum.

PSALM. XXIII.

Carmen Dauidis.

1 DOminus [1] pastor meus est, non egebo. [2] In pascuis herbidis accubare me facit.
2 Et [3] ad aquas tranquillas me minat. Animam meam [4] reuocat,
3 Ducit me in orbitis [5] iustitiæ [6] propter nomen suum.
4 [7] Etiamsi eundum mihi sit per vallem vmbræ mortalis, nihil mali timebo: cum tu mecum es:
5 Virga tua & pedum tuum [8] ipsa me consolantur.
6 Instrues coram me mensam [9] è regione hostium meorum.
7 [10] Vnguento caput meum delibutum reddes, & calix meus erit exuberans.
8 [11] Sed & bonitas & benignitas [tua] prosequetur me cunctis diebus vitæ meæ,
9 Et habitabo in domo Domini longissimis diebus.

39 vel, dominatus est. 40 Hoc est, non auersatus afflictionem afflicti, non vilipendit pauperem ob miseriam. 31 De se loquitur in tertia persona. i. me benigne vidit: [illegible]. 32 vel, A te &c. Heb. [illegible], causa & fundamentum laudis meæ tu es. [illegible] quòd tu laudem in concione frequenti, id à te est, id tibi referri debet acceptum, vel, Præbuisti mihi [illegible] audite in concione magna. 33 i. quæ voui persoluam coram iis qui colunt te. Olim qui testificari volebant animum suum gratum, [illegible] ob beneficium acceptum. 34 Tertia persona pro secunda, coram timentibus te. 35 vel, mansueti 36 Secunda persona pro tertia, viuet cor eorum [illegible], perfundetur lætitia, nam mortuum dicitur oppressum mœroribus. 37 subaudi, [illegible] Dei audient [illegible] Dauid, misericordiam tuam [illegible] erga me es visus, & reminiscentur. Hic locus pertinet ad vocationem Gentium, & conuersionem. 38 [illegible] tibi omnes Gentes. 39 q.d. Merito igitur [illegible] Dominum Gentes, & illum verum regem agnoscent: quia ad ipsum solum pertinet regnare & dominari. 40 i. imperium habet etiam in Gentes. 41 i. [illegible] lenti comedent de sacrificiis pacificorum quæ obtulerint: hoc est [illegible] sacrificabunt illi, & coram eo sese incuruabunt, venient ad fidem Christi, quamuis multis afflictionibus [illegible]. Hoc dicit, vt dilatationem regni Christi significet. Etiam hic versus ad conuersionem Gentium pertinet. 42 Hebr. incuruabunt sese omnes descensores pulueris. Hebraica phrasis, pro, Qui descendunt in puluerem. i. omnes qui descendunt in sepulchrum, omnes mortales. Nonnulli existimant [illegible] debere de mortuis quibus Euangelium est annunciatum. 1. Pet. 3. 43 Heb. & animam suam non viuificauit. Mutatio numeri, pro, non viuificarunt. Hoc est, quum nemo eorum vitam [illegible] seruauerit, siue conseruare potuerit. Sunt qui sic interpretentur. Quum tamen animam suam non viuificauerit. i. Licet ipse Christus non voluerit morte turpissima. q.d. mors Christi turpissima non deterrebit Gentes à fide. 44 Hebr. Semen quod seruiet ei, annumerabitur ipsi Domino in ipsam generationem, [illegible] est Posteri qui coluerint eum, dicentur semen Dei in perpetuum. 45 Iustitiam Dei vocat, quia Deus illos iustificauit: vel quia iustum se esse ostendit, præstando quod promiserat. Heb. legitur, quia fecit. Sic etiam interpretari potes. Venient. i. nascentur posthac qui annunciabunt [illegible] quòd iustus sit & bonus, qui fecerit erga me quæ fecit, quasi dicat Dauid, Domine [illegible] me liberaueris ab hoc grauissimo periculo, habebunt posteri amplissimam materiã prædicãdi benignitatẽ tuã.

PSALM. XXIII. 1 vel, pascens me. In hoc psalmo in persona Dauidis describitur fœlicitas hominis habentis Deum [illegible] pastor meus sit, nullius rei indigere potero. 2 Heb. In caulis herbæ accubare me faciet. Hic [illegible] curam probi pastoris ostendit. Perstat autem in metaphora: quod pastores soleant in locis herbidis & pascuis figere tentoria ad vitandu æstum meridianum. 3 Heb. ad aquas quietum deducet me. vel, ad aquas lenitatum, i. planas & leniter defluentes, quæ carent omni periculo, deducet me potũ. 4 vel, quietã ere faciet, siue tranquillam reddet, 5 i. rectis & complanatis, siue æquatis, non montibus q.d. Non deducet me per montes vt me defatiget. 6 i. propter scriptum: propter bonitatẽ, misericordiam, &c. nam nomen Dei est quicquid boni de eo prædicari potest. Quod superioribus verbis per allegoriã dixit, hoc versu & sequentib. simpliciter dicit. 7 i. Etiamsi mihi sit versandum, aut versetur in tenebris exitialibus, i. summo periculo. 8 Vacat (ipsa). Pedum vocat baculum cui innititur pastor. Virga & pedum per intellectionem significat curam & studium pastoris. Coniungit autem virgam & pedum, quod alii pastores virga vtuntur, alii pedo. Ac si dicat. Studium tuum erga me quod est i. mile studio vigilantissimi & diligentissimi pastoris, solatio mihi est, facit vt in mediis periculis non desperem. 9 i. videntibus inimicis meis, & [illegible]. Hic probat quod prius dixerat, Nullius rei egebo. 10 Per mensam instructam epulis, per vnguentum, & plenum calicem, omnium rerum copiam significat, siue illæ necessariæ fuerint, siue voluptuariæ. 11 vel, Certè fœlicitas & misericordia assectabuntur me, vt requiescam (sine & tandem requiescam) in domo Domini in longos & multos dies. i. diebus nunquam finiendis. Vitam æternam intelligit quam assequetur in cœlo.

PSAL. XXIIII.

1 q.d. Cum terra & omnia quæ in ea sunt, Dei sint: quanta est hæc suæ maiestatis & dignitatis dignatio, vt populum Israeliticum sibi peculiari ratione delegerit.
2 iuxta maria. Situs continentis est infra mare & flumina, non in ipso mari, non in ipsis aquis vt quidam existimant. Gen. 1. Separat Dominus aquas à superficie terræ, & illas infra terram cõstituit. Exod. 20. 8.
3 constabiliuit eam. sub. terram, vel, eum orbem. i. Nam iuxta maria fundamenta eius posuit: & iuxta flumina cõstruxit, siue constituit illum. nã terram discreuit ab aquis, & illam habitabilem reddidit.
4 i. in montem Moria in quo ædificabitur templum Domini. Montem cælestem significat.
5 vel, loco sanctitatis siue sancto. i. quis domicilium habebit in loco vere augusto & sancto.
6 Manus pro operibus. i. Qui sanctasancti opera & munda.
7 i. qui vanis rebus non inhiauit aut intentus fuit. Hebraice legitur. non assumit frustra animam eius

PSALM. XXIIII.

Carmen Dauidis.

1 DOmini [1] est terra ipsa, & quidquid ea continet: orbis & qui eum inhabitant.
2 Ipse autem [2] super maria [3] fundauit eam, & super flumina [3] præparauit eam.
3 Quis conscendet [4] montem Domini? aut quis in [5] loco sanctuarii eius consistet?
4 Qui innocentes [habet] [6] manus, & cor repurgatum, [7] qui animam suam ad vanitatem non extulit, [8] neq; fraudem non iurat.
5 Is accipiet [9] benedictionem à Domino, & iustitiam à Deo [10] servatore suo.
6 Hæc [*] natio est eorum qui eum inquirunt, [11] Iacob sunt qui quærunt faciem tuam. [12] Sela.
7 [13] Tollite ô portæ capita vestra, attollimini fores [14] sempiternæ, & ingredietur Rex ille gloriosus.
8 Quis est ille Rex, ille gloriosus? Dominus fortis & heros, Dominus [15] virtute bellica insignis.
9 [13] Tollite ô portæ capita vestra, attollimini fores [14] sempiternæ, & ingredietur Rex ille gloriosus.
10 Quis est ille Rex, ille gloriosus? Dominus [16] exercituum, is Rex est ille gloriosus. Sela.

PSALM. XXIII.

Psalmus Dauid prima sabbathi.

1 DOmini est terra, & plenitudo eius: orbis terrarum & vniuersi qui habitant in eo.
2 Quia ipse super maria fundauit eum: & super flumina præparauit eum.
3 Quis ascendet in montem Domini? aut quis stabit in loco sancto eius?
4 Innocens manibus & mundo corde, qui non accepit in vano animam suam, nec iurauit in dolo proximo suo.
5 Hic accipiet benedictionem à Domino, & misericordiam à Deo salutari suo.
6 Hæc est generatio quærentium eum, quærentium faciem Dei Iacob.
7 Attollite portas principes vestras, & eleuamini portæ æternales: & introibit Rex gloriæ.
8 Quis est iste Rex gloriæ? Dominus fortis & potens, Dominus potens in prælio.
9 Attollite portas principes vestras, & eleuamini portæ æternales: & introibit Rex gloriæ.
10 Quis est iste Rex gloriæ? Dominus virtutum ipse est Rex gloriæ.

A
Quum admonitus esset Dauid, templum extruendum in monte Moria, incomparabilem Dei erga Israelitas bonitatem canit, inter quos sedem sibi peculiarem delegerat, quum omnis terra eius esset. Ostendit præterea quibus vere in loco sancto Dei locus pateat.
1. Corin. 10. f
Psal. 49. b
Mandat spiritus, vt omnia Christo cedant & pateant.

PSALM. XXV.

Dauidis.

1 א AD te ô Domine animum meum attollo. [1] Deus meus in te spero, [2] ne pudefiam,
2 ב Ne lætentur [3] de me inimici mei, [4] quin & non pudefient quicunq; te expectant:
3 ג Pudefiant autem qui prævaricantur absque.
4 ד [5] Vias tuas [6] notas mihi fac ô Domine, & [7] assuefacito me semitis tuis.
5 ה [8] Duc me in veritate tua, & assuefac me: quoniam tu Deus [9] servator meus es, [10] te expecto tota die.
6 ו Memor sis miserationum tuarum ô Domine, [11] & bonitatis tuæ, quoniam à seculo sunt.
7 ח Peccatorum adolescentiæ meæ ac scelerum meorum ne sis memor.
8 [12] Memor autem mei sis iuxta benignitatem tuam, propter bonitatem tuam ô Domine.
9 ט Bonus & rectus est Dominus, propterea docebit peccatores [13] in via.
10 י Diriget mansuetos [14] in iudicio, & [15] assuefaciet mansuetos viæ suæ.

PSALM. XXIIII.

In finem, Psalmus Dauid.

1 א AD te Domine leuaui animam meam. ב Deus meus in te confido, non erubescam.
2 Neque irrideat me inimici mei. ג Etenim vniuersi qui sustinent te, non confundentur.
3 Confundantur omnes iniqua agentes superuacue.
4 ד Vias tuas Domine demonstra mihi: & semitas tuas edoce me.
5 ה Dirige me in veritate tua, & doce me: quia tu es Deus saluator meus, & te sustinui tota die.
6 ו Reminiscere miserationum tuarum Domine, & misericordiarum tuarum quæ à seculo sunt.
7 ח Delicta iuuentutis meæ, & ignorantias meas ne memineris.
8 Secundum misericordiam tuam memento mei tu, propter bonitatem tuam Domine.
9 ט Dulcis & rectus Dominus: propter hoc legem dabit delinquentibus in via.
10 י Diriget mansuetos in iudicio: docebit mites vias suas.

11 כ Vni-

A
Orat fidelis ut in afflictionibus discedat à veritate.
Petit doceri à Deo.
Misericordiam Dei orat.
B
Doctor Deus.

i. Dei. Hoc est, qui per Deum temere non iurat. Simile genus dicendi legitur Amos 6, Iurauit Dominus in anima sua. Est hoc loco synecdoche. nam per vnum præceptum omnia intelligit. 8 i. vt imponat, & fucum faciat fratri: neque quenquam periurio fallere tentat. 9 i. omnimodam fœlicitatem. q.d. Purus mente & operibus, non solum ascendet in montem Dei, sed dotes multas & beneficia ab illo accipiet. 10 Heb. salutis eius. i. à Deo saluatore eius. Sic impendetur ipsi salutem. Quidam per iustitiam, intelligunt misericordiam: quos Græci secuti sunt. * Natio, siue generatio, pro personis accipitur. 11 Iacob accipitur pro semine Iacob, non pro ipso Iacob. q.d. Qui omnino sunt qui Deum studeant, & faciem eius [illegible] Veri Iacobi, vel, Israelitæ, posteri Iacob. 12 Ad finem huius versus adiecimus Sela ab Hebræis: vt e [illegible] quantopere hæc sententia sit considerandum, quinam sint veri Israelitæ, neque solitarie perpendamus, solos hos & religionis Iacob imitatores, montem Domini conscensuros. 14 vel, Attollite, Quasi dicat, Reddite vos [illegible], vt ingredi possit arca fœderis date aditum Deo ingressuro in ecclesiam ipsam. Apostrophe est ad templum [illegible], Portæ tollite limina vestra superiora [illegible] limina superiora, siue velut capita portarum, quæ summam earum partem occupant. [illegible] autem sermonem Dauid, & transit ad optandam templi Ierosolymitani extructionem, vt in illud curet arcam Domini inferri, præsentiæ ipsius Dei verum signum 1. Reg. 7. a 1. Paral. 17. a.
14 Heb. seculi, id est, sempiternæ. Portas vocat sempiternas, [illegible] illic habitatura erat perpetuo, hoc est vsque ad destructionem templi.
15 Heb. in bello. vel, Dominus inquam potens bello. Virtute bellica insignis, robustus bellator. 16 [illegible] omnes exercitus tam cælestes quàm terrestres: igitur potentissimus.

PSALM. XXV.

1 subaudi, psalmus. Hic Dauid describit precandi formulam qua vti debent oppressi. 2 vel, ne erubescam. q.d. Quum à te totus pendeam, fac vt pudore non suffundar, patiendo repulsam. 3 vel, propter [illegible] quod scilicet non exaudiar. q.d. si dederis inimicis meis vt me vincant, de me exultabunt, quod ne facias obsecro. 4 vel, Certe non pudefient &c. [illegible] Etiam ne pudefiant quicunque te expectant: sed pudefiant prævaricatores illi gratis. vel, sine causa. Hic versus præcedenti [illegible], vt si dicat, Precor non tantum pro me, sed etiam pro omnibus qui te intuentur, qui omnia à te expectant, ne frustrentur spe sua. Prævaricatores hic Hebræi intelligunt eos qui regno Dauidis [illegible] nulla recta de causa. 5 Quibus scilicet itur ad te. i. Rationem viuendi quam tu præscribis.
6 vel, fac [illegible] 7 [illegible] vitæ quod tibi est cordi. 8 Deduc me per veritatem tuam, & doce me. Sub. illam, vel, Deduc me per fidelitatem tuam aut per fidem [illegible] siue promissorum [illegible] hoc est, fac vt [illegible] fidelis, quemadmodum tu es. 9 Heb. salutis meæ [illegible] omnibus rebus sentio. 10 [illegible] expecto omni tempore. 11 [illegible] benignitatum tuarum, quia ab mundo sunt. [illegible] Aut, quibus nunquam [illegible] quia nunquam [illegible], nunquam, non astiterunt tibi. 12 vel [illegible] pro tua [illegible] memor esto mei, &c. Peccata adolescentiæ vocat quæ adolescens admisit, quod illa ætas prauis cupiditatibus sit admodum obnoxia. Scelera [illegible] in ætate virili constitutus commiserat. 13 Heb. viam illam, sub. quam approbat q.d. Bonus & integer est Dominus: quia autem [illegible] vel ipsos peccatores quo pacto illos hic viuere oporteat. 14 Per iudicium ipsum. Metaphora ab iis qui alios monstrant viam. [illegible] vt mansueti esse & ex ordine vitam instituant, obseruent leges quas tradidit.
15 vel, docebit mansuetos viam suam, Antecedens pro relatiuo, more Hebraico, & docebit illos viam suam. Rationibus vitæ quas probat, assuefaciet mansuetos.

Misericordia Veritas. Parcat Deus. 11 כ Vniuersæ viæ Domini, misericordia & veritas, requirentibus testamentum eius, & testimonia eius.

C 12 ל Propter nomen tuum Domine propitiaberis peccato meo: multum est enim.

Fructus cognitionis Dei. 13 מ Quis est homo qui timet Dominum? legem statuit ei in via quam elegit

14 נ Anima eius in bonis demorabitur: & semen eius hæreditabit terram.

15 ס Firmamentum est Dominus timentibus eum: & testamentum ipsius vt manifestetur illis:

Fidelis petit liberari ab afflictionibus. 16 ע Oculi mei semper ad Dominum: quoniam ipse euellet de laqueo pedes meos.

17 פ Respice in me, & miserere mei: quia vnicus

D & pauper sum ego.

18 צ Tribulationes cordis mei multiplicatæ sunt: de necessitatibus meis erue me.

19 ק Vide humilitatem meam & laborem meum & dimitte vniuersa delicta mea.

20 ר Respice inimicos meos, quoniam multi-

Iohan.15.d plicati sunt, & odio iniquo oderunt me.

21 ש Custodi animam meam, & erue me: non erubescam, quoniam speraui in te.

22 ת Innocentes & recti adhæserunt mihi: quia sustinui te.

23 פ Libera Deus, Israel, ex omnibus tribulationibus suis.

11 כ [16] *Cunctæ viæ Domini benignitas sunt & veritas iis qui fœdus & testimonia eius obseruant.*

12 ל *Propter nomen tuum* [17] *ô Domine,* [18] *propitius sis iniquitati meæ: multa enim est.*

13 מ [19] *Quicunque timet Dominum, hunc* [20] *diriget in via quam eliget.*

14 נ *Animus eius* [21] *in bonis morabitur, & semen eius hæreditario possidebit terram.*

15 ס *Secretum Domini* [22] *timentibus ipsum,* [23] *& fœdus suum illis notum faciet.*

16 ע *Oculi mei perpetuò ad Dominum:* [24] *ille enim explicat è reti pedes meos.*

17 פ *Respice in me, & miserere mei: nam* [25] *vnicus & afflictus sum.*

18 צ *Angustiæ cordis mei* [26] *latissimæ factæ sunt, ex angustiis meis educito me.*

19 ק *Aspice afflictionem & molestiam meam, & aufer omnia peccata mea.*

20 ר *Considera hostes meos: nam multi sunt, &* [27] *violento odio oderunt me.*

21 ש *Custodi animam meam & libera me:* [28] *ne pudefiam, quandoquidem spem in te colloco.*

22 ת [29] *Integritas, & æquitas custodiant me, quia te expecto.*

23 פ *Redime ô Deus Israelem ex omnibus afflictionibus suis.*

PSALM. XXV.

In finem Psalmus Dauid.

A

Orat Dauid in persona Christi vt defendatur ab iniuria aduersariorum, innocentiam suam obiiciens. 1 IVdica me Domine, quoniam ego in innocentia mea ingressus sum: & in Domino sperans non infirmabor.

2 Proba me Domine, & tenta me: vre renes meos & cor meum.

3 Quoniam misericordia tua ante oculos meos est: & complacui in veritate tua:

4 Non sedi cum concilio vanitatis, & cum iniqua gerentibus non introibo.

5 Odiui ecclesiam malignantium & cum impiis non sedebo.

6 Lauabo inter innocentes manus meas: & circumdabo altare tuum Domine.

7 Vt audiam vocem laudis, & enarrem vniuersa mirabilia tua.

8 Domine dilexi decorem domus tuæ, & locum habitationis gloriæ tuæ.

9 Ne perdas cum impiis Deus animam meam, & cum viris sanguinum vitam meam:

10 In quorum manibus iniquitates sunt: dextera eorum repleta est muneribus.

PSALM. XXVI.

Dauidis.

1 I[1]*Vdica me Domine, quoniam* [2] *innocenter ambulaui: & Domino confisus non* [3] *nutabo.*

2 [4] *Explora me Domine & tenta me,* [5] *excoque renes meos & cor meum:*

3 *Nam* [4] *bonitas tua mihi ob oculos* [6] *est,* [7] *& ambulo in veritate tua.*

4 [8] *Non sedeo cum hominibus vanis,* [9] *& ad fucatos non ingredior.*

5 *Cœtum* [10] *malorum odi, & cum impiis non sedebo.*

6 [11] *Lauabo in innocentia manus meas,* [12] *& circumdabo altare tuum Domine:*

7 [13] *Vt edam vocem laudis,* [14] *& enarrem omnia mirabilia tua.*

8 *Domine* [15] *dilexi habitationem domus tuæ, & locum tabernaculi* [16] *gloriæ tuæ.*

9 [17] *Ne colligas cum peccatoribus animam meam, & vitam meam cum sanguinariis:*

10 *In quorum manibus* [18] *scelus [præmeditatum] est, & dextera eorum plena est [corruptoriis] muneribus.*

Bbb 5

16 Omnes semitæ Domini sunt benignitas & veritas obseruantibus fœdus ipsius & testimonia eius. i. Quæcunque facit Dominus, misericordiæ & veritatis plenissima sunt erga eos qui &c. Deus est benignus siue misericors & fidelis erga eos, qui obseruant fœdus eius. Veritatem vocat fidelitatem, quum Deus præstat quod promisit. Fœdus significat leges Dei: quod ea ratione percutiat fœdus nobiscum Deus vt leges eius obseruemus. Vel, dicendum est fœdus significare conditiones fœderis. Fœdus inter nos & Deum est, quod Deus noster sit, & nos populus eius simus. Testimonia autem, leges, quæ ita dicuntur quòd nobis voluntatem Dei testentur. 17 sub. pepercisti mihi. 18 & remisisti peccatū meum, quia graue est, vel quamuis graue esset. Redit ad memoriam grauissimi peccati quod admisit quando rapuit vxorem Vriæ. Apud Hebræos est coniunctio ET in medio versu, & remisisti: quæ certe vacat, sicque legi debet, Propter nomen tuū ô Domine, remisisti peccatum meum, &c. 19 Heb. Quis est vir ille timens Dominū? q.d. O quanta est fœlicitas hominis timentis Deum! certe Dominus &c. 20 docebit viam quam elegerit. vel, docere solet Dominus illum viam quam ipse probat. 21 vel, in bono permanebit. Aut, Animus eius in summa fœlicitate commorabitur. Hoc est, summa lætitia perfruetur. Hebræi hunc lo[cum] intelligunt de quiete futuri seculi. Potest tamen tam ad præsentem quam ad futuram vitæ fœlicitatem referri. 22 Sub. reuelatur. Arcanum Domini reuelari solet iis à quibus timetur. 23 & pactum suum vt notum faciat eis. Ordo inuersus, pro, vt notum faciat eis pactum suum. Secretum & pactum Domini reuelatur timentibus ipsum: nempe quod noster pater sit futurus, & nos filii eius, si leges eius seruauerimus. 24 quia (sub. spero quod ipse) educet de reti pedes meos, i. quod ab insidiis inimicorum liberabit me. 25 i. solus, ab omnibus desertus, omni ope destitutus. 26 Heb. dilatauerunt se. vel, dilatauerant, sub. locum suum. siue cor meum, i. repleuerunt cor meū, & ita distenderunt illud. q.d. Cor meū vix fuit capax mearum tribulationum. 27 vel, iniusto & implacabili 28 q.d. Vide quæso ne patiar repulsam: quandoquidem in te præsidium meum posui. 29 i. Integritas siue sinceritas cordis mei, & æquitas operis mei seruent me, ne scilicet peream: quia à te omnia expecto, totus à te pendeo, hoc est, fac vt integrè & rectè viuam. PSALM. XXVI. 1 vel, ius dicito pro me. sub. aduersus eos qui tot scelerum me insimulant. Dauid enim optat sibi Deum vindicem & defensorem aduersus hostium suorum calumnias. 2 vel, in integritate siue perfectione mea ambulo. Acsi dicat. Domine non refugio iudicium tuum, quia in sinceritate me digna ambulaui: summa cum innocentia in hunc vsque diem vixi. 3 Heb. nutaui. Futurum pro præterito. Aut, In Domino speraui, propterea non nuto, non labor, siue vacillo, i. spe mea non excidam. 4 vel, Proba me Domine, & periculum facito de me, 5 examina. metaphora sumpta à repurgatoribus auri & argenti. Veluti sibi explora, inquit. Renes pro affectibus intimis quod in renibus sita sit vis illa qua cupimus gignere nobis simile. [illegible] vel, clementia aut benignitas 6 vel, fuit. Ante oculos meos semper fuit misericordia tua: quam quum intuerer, non potui non bene agere. 7 & ambulaui, vel, & ambulare soleo in veritate quam postulas siue exigis. Vitam meam componere & emendare soleo ad eam veritatem quam exigis à nobis: quia memor sum perpetuo bonitatis tuæ 8 i. habito, h. e. nullam familiaritatem aut societatem cum illis habeo. Heb. Non habitaui cum hominibus vanis. vel, falsis. Antithesis, quia prius erat, ambulaui in veritate tua. 9 Heb. Ad absconditos, h. e. qui sciunt simulare & dissimulare omnia. Verti potest, & cum dissimulatoribus non iui. Vel, & cum [illegible] latebras [illegible] non habui. 10 i. sceleratorum. vel noxiorum, eorum scilicet qui alios lædere cupiunt. 11 Futura pro præteritis. Lauaui in munditia manus meas. vel, Lauo, siue Lauare soleo. Hic locus intelligitur de oblatione victimarum. q.d. Frequenter obtuli sacrificia mundis manibus, non per aquā, sed per innocentiā. Videtur alludere ad ablutiones quæ fiebant à sacerdotibus ante sacrificium, vel, Porrexi ad te manus ita mundas vt si lauissem eas. 12 & circumdedi. sub. offerendo sacrificia. Vitæ & operum puritati studui, inquit: & cōpositis hostiis meam erga te fiduciam testatus sum. 13 Vt audire facerem. vel, Vt audirem facerem vocem laudis. i. Vt palam te celebrarem. 14 & vt exponerem omnia mirabilia tua. Aut, recenserem omnes res præclarè à te gestas. 15 q.d. tabernaculum tuum fuit mihi gratissimum. 16 vel, gloriosi. Siue locum vbi manet gloria tua. Locum intelligit vbi erat arca fœderis. Dicit Dauid se vehementissime optasse tabernaculum Domini, vt illic vbi populus cogi & conuenire solebat, cum cæteris laudes eius caneret. 17 vel, Ne reponas, siue seponas, &c. q.d. Quum ergo hæc ita se habeant, fac ne peream cum improbis quum de ipsis sumes pœnas, neque perdas cum illis animam meam. 18 vel, consilium prauum, siue quod à scelesta cogitatione profectum q.d. quod moliuntur, quod agunt, dolus est, iudicia muneribus corrumpunt.

19 Heb. in sinceritate mea ambulans: vtio sincere & innocenter.
20 vel, libera me, & tracta me clementer.
21 in loco plano & recto, hoc est, in tuto, locus enim planus solet esse tutus.

PSAL. XXVII.

1 .i. à quo tota fœlicitas mea pendet. Cecinit hunc psalmum Dauid liberatus graui aliquo periculo, in quo fiduciam in Deum retinuerat. Per lucem, successum rerum omnium intelligunt peritissimi inter Hebræos: vt per tenebras, afflictionem q.d. Deus est qui efficit vt omnia mihi prospere succedant. vel, Deus est qui veluti prælucet mihi in tenebris, hoc est in periculis.
2 .i. Dum impetum facerent in me noxii, vel dum appropinquarent mihi noxii, vt me ente fecerent: dum inquam irruerent in me qui mihi erant infesti: ipsi omnes viribus destituti sunt, & coram me perierunt.
3 quod scilicet es lux mea, salus mea, & robur vitæ meæ.
4 pulchritudinē Domini .i. elegantiam eorum quæ à Domino facta sunt. Chaldæus paraphrastes vertit, vt contēplet dulcedinem Domini. Verti etiam potuit, voluptatem. Ac si dicat, Vnum quidē petiui à Domino, quod ab eo petere non desinam, nempe

11 At ego[19] innocenter ambulo, [20] redime me, & beneficus mihi esto.

12 Pes meus [21] in recto constat: in cœtibus laudabo Dominum.

PSALM. XXVII.

Dauidis.

1 Dominus[1] lux mea & salus mea, à quonam timerem?

2 Dominus robur vitæ meæ, à quo expauescerem?

3 [2] Dum accederent aduersum me mali, vt deuorarent carnem meam,

4 Hostes mei atque inimici mei, ipsi impegerunt & corruerunt.[3]

5 Si obsideant me castra, non timebit cor meum:

6 Si ingruerit aduersum me prælium, [5] hac re nitar.

7 Vnum quiddam postulaui à Domino, idque requiram [nempe] vt habitem in æde Domini cunctis diebus vitæ meæ:

8 Vt videam [4] amœnitatem Domini, [5] & lustrem templum eius.

9 Quoniam abscondit me in tabernaculo suo, in die aduersitatis: occulet me in abdito tentorii sui.

10 [6] In rupem extollet me: Et [7] nūc extollet caput meum super hostes meos qui circum me sunt,

11 [8] Et sacrificabo in tentorio eius sacrificia cum iubilo, canam & hymnum dicam Domino.

12 Audi ô Domine vocem meam qua te inuoco; beneficus esto mihi, & exaudi me.

13 [9] Tibi dixit cor meū, [10] O vultus mei, quærite [Dominum:] [11] faciem tuam Domine placare conabor.

14 [12] Ne abscondas [ergo] faciem tuam à me, [13] neque auersetur in ira seruum tuum:

15 Tu es auxilium meum, ne derelinquas me, neque deseras me Deus [14] seruator meus.

16 [15] Nam vbi pater meus & mater mea destituunt me, Dominus colligit me.

17 Doce me Domine viam tuam, & ducito me in semita recta, propter eos qui mihi insidiantur.

18 [16] Ne permittas me libidini eorum qui mihi infesti sunt: consistunt enim contra me [17] testes mendaces, & [18] qui efflat iniuriam.

19 Si non credidissem me visurum [19] [cum voluptate] bonum Domini in terra viuentium.

20 [20] Expecta Dominum, forte sit & roboretur cor tuum, & expecta Dominum.

PSALM. XXVIII.

Dauidis.

1 AD [1] te Domine ô petra mea clamo: ne obsurdescas: [2] ne si forte obmutescas, similis reddar his qui in foueam descendunt.

11 Ego autem innocentia mea ingressus sum: redime me, & miserere mei.

12 Pes enim meus stetit in directo: in ecclesiis Benedicam te Domine.

PSALM. XXVI.

Psalmus Dauid priusquam liniretur.

A — *Christi plena in Deum fiducia.*

1 DOminus illuminatio mea, & salus mea: quem timebo?

2 Dominus protector vitæ meæ: à quo trepidabo?

3 Dum appropiant super me nocentes, vt edant carnes meas:

4 Qui tribulant me inimici mei, ipsi infirmati sunt & ceciderunt.

5 Si consistant aduersum me castra, non timebit cor meum.

6 Si exsurgat aduersum me prœlium, in hoc ego sperabo. B

7 Vnam petii à Domino, hanc requiram, vt inhabitē in domo Domini omnibus diebus vitę meę. — *optat Christus cum membris suis frui Dei consortio.*

8 Vt videam [5] voluntatem Domini, & visitem templum eius. — [5] *voluptatem.*

9 Quoniam abscōdit me in tabernaculo suo in die malorum: protexit me in abscondito tabernaculi sui:

10 In petra exaltauit me: & nunc exaltauit caput meum super inimicos meos:

11 Circuiui, & immolaui in tabernaculo eius hostiam vociferationis: cantabo & psalmum dicam Domino. C

12 Exaudi Domine vocem meam qua clamaui ad te: miserere mei: & exaudi me. — *Petit à patre Christus, ne derelinquatur in manibus aduersariorum.*

13 Tibi dixit cor meū, exquisiuit [6] te facies mea: faciem tuam Domine requiram.

14 Ne auertas faciem tuam à me, ne declines in ira à seruo tuo.

15 Adiutor meus esto: ne derelinquas me: neque despicias me Deus salutaris meus. D

16 Quoniam pater meus & mater mea dereliquerunt me: Dominus autem assumpsit me.

17 Legem pone mihi Domine in via tua: & dirige me in semita recta propter inimicos meos.

18 Ne tradideris me in animas tribulantiū me: quoniam insurrexerūt in me testes iniqui, & mentita est iniquitas sibi.

19 Credo videre bona Domini in terra viuentium.

20 Expecta Dominum, viriliter age: & confortetur cor tuum, & sustine Dominum. — *Expectandus Deus.*

PSALM. XXVII.

Huic Dauidi.

A — *Petit fidelis ne pereat cum impiis.*

1 AD te Domine clamabo, Deus meus ne sileas à me, ne quando taceas à me, & assimilabor descendentibus in lacum.

vt coram videre possim quantum sit voluptatis & amœnitatis apud Dominum. 5 Seu, vt grate inuisam templum eius &, vt intelligam in templo eius. Subaudi, promissiones, [illegible] eius [illegible] hoc ad futurum referri debet: Domus & templum pro eadem re.
6 Id est, in locum editum, tutum, & [illegible] In rupe hostibus meis [illegible] 7 [illegible] exaltabitur, & c. id est, dignitate superior ero hostibus meis qui obuallant me vndique. Extollere caput [illegible], est superiorem se videre, & præstare dignitate [illegible].
8 vel, ideo sacrificabo in tabernaculo eius [illegible], id est, sacrificia quæ cum clangore [illegible] & [illegible] iubilatione fiunt.
9 Pro te dicit mihi cor meum, id est, pro nomine, tuis verbis, [illegible] cor meum. Hoc est, Tu mihi dicis in corde meo, quo vt eis velut legato. Alij vertunt, De te dixit cor meum, Exquirite faciem meam, id est, [illegible] in corde meo [illegible] verba tua quæ dixisti, Exquirite & c. atque ideo confidenter accedo ad te. 10 Requirite faciem meam [illegible] meum, siue fauorem meum.
11 sub. & propterea [illegible] faciem tuam Domine [illegible] auxilium tuum.
12 (Ergo) [illegible] 13 Heb. ne declinare facias in iram seruum tuum. vel, ne prolabi sinas in iram seruum tuum, id est, ut prohibeas [illegible] 14 vel, author salutis meæ. [illegible] Ne ergo derelinquas me & c. 15 [illegible] & c. dereliquerint me, Dominus tamen recolliget me, id est, curam mei suscepit. Quidam hunc locum intelligunt de parentibus carnalibus. Alij de iis qui [illegible] parentum [illegible] adesse debebant. 16 Heb. Ne tradideris me animæ inimicorum meorum. 17 qui scilicet dicunt me à Deo esse derelictum, quum res non ita habeat. 18 loquens iniustitiam. Singulare pro plurali, loquentes iniusta, sub. insurrexerunt. 19 Heb. bonitatem subaudi, plane despondissem animum inter tot calamitates. est enim aposiopesis. q.d. Protinus despondissem animum, auditis illorum mendaciis, nisi credidissem me visurum bonum, id est, me fruiturum bonis Domini in terra viuentium, quam incolunt viuentes, qui morti non sunt obnoxii. 20 vel, Expecta ad Dominum, fortis esto, & corroborabit cor tuum, & [illegible] Hoc versu seipsum alloquitur Dauid, & sese hortatur. Expecta, inquit, à Domino omnia, & esto forti & infracto animo: & ipse Dominus confirmabit te, animus [illegible] tibi aduersus calamitates & pericula: totus pende ab eo.

PSALM. XXVIII.

1 Heb. Ad te Domine clamabo, ô rupes mea, ne ob surdescas ad me. Hoc est, O Deus qui mihi es vice rupis inaccessæ hostibus meis, ne obtures aures precibus meis. Hic psalmus cōtinet precationem quam vsus est Dauid aduersus Sebam & socios eius: & gratiarum actionem quam habuit superato Seba. 2. Reg. 20.
2 Id est ne si forte votis meis non responderis, peream, siue moriar. Foueam pro sepulchro posuit.

2 Eg-

2 Exaudi Domine vocem deprecationis meæ dum oro ad te, dum extollo manus meas ad templum sanctum tuum.

Trahas. 3 Ne simul tradas me cum peccatoribus: & cum operantibus iniquitatem ne perdas me:

4 Qui loquuntur pacem cum proximo suo, mala autem in cordibus eorum.

5 Da illis secundum opera eorum, & secundum nequitiam adinuentionum ipsorum:

6 Secundum opera manuum eorum tribue illis: redde retributionem eorum ipsis:

7 Quoniam non intellexerunt opera Domini, & in opera manuum eius: destrues illos & nō ædificabis eos.

Gratias agit pro accepta cōsolatione salutis certa. 8 Benedictus Dominus: quoniam exaudiuit vocem deprecationis meæ.

9 Dominus adiutor meus, & protector meus: & in ipso sperauit cor meum, & adiutus sum.

10 Et refloruit caro mea: & ex voluntate mea confitebor ei.

11 Dominus fortitudo plebis suæ: & protector salutationum christi sui est.

Orat pro populo. 12 Saluum fac populum tuū Domine, & benedic hæreditati tuæ: & rege eos, & extolle illos vsq; in æternum.

2 Exaudi vocem deprecationum mearum dum clamo ad te, dum attollo manus meas [3] ad adytum sanctuarii tui:

3 [4] Ne me reputes inter impios, [5] & inter eos qui patrant iniquitatem:

4 Qui enim proximis suis pacificè quidem loquuntur, sed malum [meditantur] cordibus suis.

5 Da illis iuxta opus suum, & secundum malitiam studiorum suorum,

6 Secundum opus manuum eorum redde illis, redde illis talionem dignam illis;

7 Quoniam non aduerterunt animum operationibus Domini, neq; ad fabricam manuum eius, [6] diruet eos, & non extruet eos.

8 [7] Laudandus Dominus, quoniam exaudiuit deprecationem meam.

9 Dominus robur meum & clypeus meus, in ipso sperauit cor meum, & adiutus sum:

10 [8] Hinc gestit cor meum, & cantico meo eum celebro

11 Dominus robur est [9] illorum, [10] & robur salutum vncti sui ipse est.

12 Serua populum tuum, & [11] benedic hæreditati tuæ: [12] pasce eos, & euehe illos in sempiternum.

3 in quo sc. erat arca, vnde opem te latam imploranti bus promisisti.
4 Ne pertrahas me cum impiis. sub. ad mortem. vel, Ne rapias me transuersum tempore vindictæ cū improbis,
5 Heb. pacem. i. quæ ad pacem & amicitiam pertinent.
6 vel, destruat eos, & non ædificet eos: vel, nec postea ædificet eos. i. perdat illos in æternum sine vlla spe futuræ instaurationis.
7 vel, Laude dignus est. vel, Laudetur. Aut, Gratias ago Domino quod, &c. Siue, Dominus dignus est qui perpetuo laudetur à me: Audiuit enim me.
8 Vel per futurum, ideo gestiet cor meum, & cantico meo eū celebrabo. i. palàm testabor quāta beneficia ab illo acceperim.
9 Relatiuū sine antecedente: illorum scil. hominum qui mecum ierunt ad bellū, & lōge impares numero hostibus, tamen Dei auxilio vicerūt. Siue præualuerunt illis. Alii vertunt Domin[us] fortitudo illis (sub. sic quemadmodum fuit) robur salutis vncti sui ipse, tuetur Dominus populum meum sicuti persæpe iuuit me. vel, Dominus faciat, vt

PSALM. XXVIII.

Psalmus Dauid in consummatione tabernaculi.

Hortatur omnes homines ad laudē Dei. Dei magnificentiam celebrat. A

1 AFferte Domino filii Dei: afferte Domino filios arietum.

2 Afferte Domino gloriam & honorem, afferte Domino gloriam nomini eius: adorate Dominum in atrio sancto eius.

3 Vox Domini super aquas, Deus maiestatis intonuit: Dominus super aquas multas.

4 Vox Domini in virtute: vox Domini in magnificentia.

5 Vox Domini confringentis cedros: & cōfringet Dominus cedros Libani,

6 Et comminuet eas tanquam vitulum Libani: & dilectus quemadmodum filius vnicornium.

B 7 Vox Domini intercidētis flammam ignis: Vox Domini concutientis desertum, & commouebit Dominus desertum Cades.

8 Vox Domini præparantis ceruos, & reuelabit condensa: & in templo eius omnes dicent gloriam.

9 Dominus diluuium inhabitare facit: & sedebit Dominus rex in æternum.

PSALM. XXIX.

Carmen Dauidis.

1 [1] TRibuite Domino [2] qui virtute præstatis, [3] tribuite Domino gloriam & robur.

2 [4] Tribuite nomini Domini gloriam [5] adorate Dominum [6] in decore sancto.

3 Vox Domini [5] super aquas, [6] Deus gloriosus tonat, Dominus [7] super aquas multas.

4 Vox Domini [8] in virtute, vox Domini [9] in magnificentia.

5 [10] Vox Domini confringit cedros, confringit inquam Dominus cedros [11] Libani:

6 Et subsilire facit eas [12] sicut vitulum, [13] Libanum quoq; & Sirion sicut filium vnicornium.

7 Vox Domini [14] dissecans flammas ignis eiaculatur. Vox Domini [15] parturire facit desertum. [16] parturire facit Dominus desertum Cades.

8 Vox Domini [17] parturire facit ceruas, [18] renudat syluas: at in templo eius [19] cuncti gloriam dicunt.

9 [20] Dominus sedet in diluuio, sedetq; Dominus rex in æternum.

10 Dominus [21] dat fortitudinem populo suo. Dominus [22] populum suum bonitate & pace prosequitur.

10 Dominus virtutem populo suo dabit: Dominus benedicet populo suo in pace.

qui ierunt ad prælium sine me rege suo, infracto sint animo, sitq; illis Deus fortitudo, vt fuit robur mihi Dauidi vncto suo quem semper seruauit & eripuit. 10 (&) pro quemadmodum. i. vt ipse me vnctum suum robustissime seruauit. 11 [illegible] beneficiis cumula populum [illegible] quem tibi velut hæreditatem vendicas. 12 [illegible] Age erga eos pastorem. PSALM. XXIX. 1 Alii legunt, filii Deorum & fortium. [illegible] Heb. ô filii Fortium. Vel, tribuite Domino filii insignium. vel, insignes & præstantes, siue ô fortes. q. d. Alloquor vos fideles, non homines huius mundi, vos inquam [illegible] fidelium, Abraham nempe, Isaac, & Iacob, qui fideles [illegible] fuerant, quorum fidem imitamini. Hic nobis proponitur Dei potentia per ea quæ fecit, quæ ignorantes philosophi, naturæ attribuunt. 2 [illegible] illi vestras laudes gloriæ & fortitudinis tribuite, qui supra omnes est fortis. Vel Date Domino gloriam, nomini eius. 3 Subaudiendum, dico inquam, Date, siue tribuite Domino gloriam nominis eius: hoc est, ipso dignam. Hoc secundo versiculo ad eandem rem nos adhortatur Dauid. 4 vel, in decore sanctitatis. vel, in magnificentia sanctitatis. Hoc est, in sanctuario magnifico & decoro, in Tabernaculo fœderis, in quo Deus peculiarem magnificentiam & splendorem sui numinis exhibebat. 5 Subaudi, [illegible] Subnectit rationem quare Deo sit danda gloria: quia, inquit, est author omnium quæ fiunt in nubibus. Vocem Domini vocant Hebræi tonitru, quod a solo Deo fiat. De aquis autem penduli loquitur. q. d. Tonitru Domini auditur in medio nubium quæ sunt in aere 6 Heb. Deus ipsius gloriæ tonat. i. Deus vere dignus gloria est author tonitru. 7 In nubibus multis, collectis. aut, quæ multæ & magnæ sunt & sublimè se porrigunt. 8 cum potentia. Tonitru Domini est validum & vehemens. 9 est cum magnificentia [illegible] i. magnificum est tonitru Domini, hoc est, admirabile. vel, Tonitru ostendit quam potens & laudabilis sit Dominus. Aut, vox Domini est potentissima & splendidissima: quia fulmen & fulgur solent comitari [illegible] Vt per vocem Domini intelligit Dauid fulmen & fulgur. 10 Declarat quantæ sit virtutis tonitru: cui tribuit quod est tribuendum fulmini, quod [illegible] emittit nube fracta. 11 [illegible] altissimas. nam procerissimas & excellentissimas cedros habent Palæstini. 12 more vitulorum [illegible] lasciuientium, qui saltare solent. Hyperbole est frequens in Sacris literis. Hunc locum intelligunt Hebræi de terræ motu. 13 subsilire inquam facit, Libanum & Sirion more pulli vnicornium. Epitheton [illegible] qui pulli [illegible] saltitare, quod sint corpore agili [illegible] Per Libanū montem & [illegible] Sirion, qui aliter dicitur Hermon [illegible] intelligit. Subsilire hic vsurpatur pro [illegible] & exstirpare. 14 Heb. [illegible] flammas ignis. vel, imò vox Domini [illegible] idest, excutere flammas ignis. q. d. vna cum tonitru [illegible] Tonitru sequuntur fulgetra, quæ videtur eiaculari ipsum tonitru [illegible] flammas ignis. 15 trepidare facit desertum. vel, dolere facit desertum. i. feras quæ in deserto degunt. Parturire facit, hoc est, Vt dolorem parturientis præ se ferant, lugeant. Significat magnum [illegible] 16 trepidare inquam facit Dominus ingens illud desertum Cades. i. feras deserti Cades, quod vastum erat & horrendum, in quo XL. annos [illegible] antequam in terram promissionis venirent. 17 parere facit ceruas. Tonitru parturire facit ceruas, & partum quem tamen illæ sua natura difficulter pariunt [illegible] parturire facit ceruas præ metu. [illegible] est apud Hebræos pro pariendi. 18 & detegit syluas. efficit vt quæ latitant in syluis, exeant. Quidam intelligunt hunc locum de arborum prostratione & exstirpatione, vt per syluas denudatas intelligat per metonymiam locum denudatum, qui prius arboribus erat consitus, & [illegible] obtectus. Præteritum est apud Hebræos per præsens [illegible] 19 totus eius (sub. populus) dicit laudem. vel, omnes [illegible] q. d. at sancti omnia Deo tribuunt, & dicunt, Dominus diluuium &c. non terrentur vt animalia. 20 Dominus in diluuio sedit, & sedebit Dominus rex in perpetuum. Litera] pro qua (&) posuimus, est similitudinis particula hoc loco: proinde dilucidius sic vertas, Vt Dominus præfuit in ipso diluuio, ita sedebit rex in æternum. i. Vt Dominus fuit author diluuii tanquam rex, ita semper penes eum erit summa potestas. q. d. Meminerint sancti Dominum, qui hodie quoq; tam copiosè & vehementer pluere potest, quàm olim pluit dum diluuio homines euertit. 21 vel, dabit robur populo. [illegible] fidelibus filiis patriarcharum & prophetarum Ac si dicat, Quum tam fortis sit Deus, reddet [illegible] prophetarum [illegible] filios fortes. 22 Hebr. benedicet populo suo in pace. beabit populum suum donando illi veram pacem & salutem: dabit ei prosperum rerum omnium successum.

PSALM. XXX.

1 Carmen dedicationis ædis, oda Dauidis.

1 *Exaltabo 2 te ô Domine 3 quod me extrinisti, 4 at non passus es vt de me hostes mei gauderent.*

2 *Domine Deus meus 5 clamaui ad te, 6 & sanasti me.*

3 *O Domine reuocasti 6 ab inferis animam meam, 7 restituisti me quo minus in foueam descenderem.*

4 *Canite Domino hymnum, qui experti estis 8 bonitatem eius, celebrem reddite 9 memoriam sanctitatis eius:*

5 *Nam 10 momentanea est ira eius, 11 vita vero in beneplacito eius:*

6 12 *Ad vesperam accedat fletus [licet,] sub auroram tamen [redit] lætitia.*

7 *Equidem ego 13 dicebam quum essem 14 in fœlicitate mea, 15 in sempiternum nunquam nutabo*

8 *(Tu [enim] Domine in beneuolentia tua collocaueras robur montis mei)*

9 16 *[Protinus] vt abscondisti faciem tuã, conturbabar.*

10 (17 *Hic) ad te Dominum clamabam, & ad Dominum meum deprecabar.*

11 18 *Quis vsus est sanguinis mei si in foueam descenderem?*

12 19 *Num celebrabit te, aut veritatem tuam annunciabit puluis?*

13 *Exaudi me Domine, & 20 beneficus esto mihi, ô Domine sis mihi auxilio.*

14 21 *Conuertisti mihi planctum meum in choream, soluisti mihi 22 saccum, & amicuisti me gaudio.*

15 23 *Propterea canet tibi (quoq;) gloriam, & non silebit: Domine Deus meus in æternum celebrabo te.*

PSALM. XXIX.

Psalmus cantici in dedicatione domus Dauid.

1 Exaltabo te Domine, quoniam suscepisti me: nec delectasti inimicos meos super me.

2 Domine Deus meus clamaui ad te: & sanasti me.

3 Domine eduxisti ab inferno animam meam: saluasti me a descendentibus in lacum.

4 Psallite Domino sancti eius: & confitemini memoriæ sanctitatis eius.

5 Quoniam ira in indignatione eius: & vita in voluntate eius.

6 Ad vesperum demorabitur fletus: & ad matutinum lætitia.

7 Ego autem dixi in abundantia mea, Non mouebor in æternum.

8 (Domine in voluntate tua præstitisti decori meo virtutem.)

9 Auertisti faciem tuam à me, & factus sum conturbatus.

10 Ad te Domine clamabo, & ad Deum meum deprecabor.

11 Quæ vtilitas in sanguine meo dum descendo in corruptionem?

12 Numquid confitebitur tibi puluis, aut annũciabit veritatem tuam?

13 Audiuit Dominus, & misertus est mei: Dominus factus est adiutor meus.

14 Conuertisti planctũ meum in gaudium mihi: concidisti saccum meum, & circumdedisti me lætitia:

15 Vt cantet tibi gloria mea, & non compungar: Domine Deus meus in æternum confitebor tibi.

A *Gratias agit Christus Patri ob sui liberationem.* *Exhortatio eius ad laudandum Patrem.* *Ira. Vita.* B *Fletus.* *Lætitia* *Nunc prospera, nunc aduersa: nunc afflictio, nunc consolatio.* C D

PSALM. XXXI.

Præfecto cantorum carmen Dauidis.

1 *In te ô Domine 1 spero, 2 ne vnquam sinas me pudefieri, eripe me 3 in tua iustitia.*

2 *Inclina ad me aurem tuam, 4 cito libera me:*

3 *Sis mihi rupes 5 firma, 6 domus munita, vt me serues*

4 *Nam petra mea & arx mea tu es: ideo 7 propter nomen tuum ducito & nutrito me*

5 *Educ me 8 è reti quod absconderunt mihi, quoniam tu es 9 robur meum.*

6 10 *In manum tuam committo spiritum meum: 11 redemisti (enim) me ô Domine Deus verax.*

PSALM. XXX.

In finem, psalmus Dauid pro extasi.

1 In te Domine speraui, non confundar in æternum: in iustitia tua libera me.

2 Inclina ad me aurem tuã, accelera vt eruas me.

3 Esto mihi in Deum protectorem, & in domum refugii: vt saluum me facias.

4 Quoniam fortitudo mea & refugium meum es tu: & propter nomen tuum deduces me & enutries me.

5 Educes me de laqueo hoc quem absconderunt mihi, quoniam tu es protector meus.

6 † In manus tuas commendo spiritum meum: redemisti me Domine Deus veritatis.

Quantis in periculis fuerit, quid cogitarit, quid orarit, q.d. quæ fecerit, refert Dauid, cũ in deserto Maon à Saule cingeretur. A *Item quomodo liberatus. Tandem hortatur omnes ad studium Dei qui à se pendentes non deserit. Christo vt capiti competit: deinde membris.* † Luc. 23. f.

PSALM. XXX. 1 Psalmus canticum Dauidis dedicationis insignis illius domus. 1. Oda carminis q̃ cecinit Dauid in dedicatione domus quã magnifice Ierosolymis extruxit confirmato regno. Scribit Elias hunc psalmum cantatum fuisse, cum Dauid dedicaret domum cedrinã. Affert etiam opinionem de ædificatione primi templi, quam probat Kimhi. Magis tamen probatur prima opinio Ezræ quæ est de domo cedrina. Nam pii homines dedicabant domos suas, consecrabant, & commendabant custodiæ & tuitioni Dei, cũ solenni gratiarũ actione, priusquã illis vterentur. Lege Deut. 20. & 28. 2 i. Efferam te laudibus. q.d. tenor te laudare. Dum ædificaret domum cedrinam Dauid, incidit in morbũ, ob cuius liberationem hic gratias agit. 3 vel, quod exaltasti me. vel, extulisti me sub. e profundo. i. quia eripuisti me e profunda morte. Metaphora sumpta ab iis qui ceciderunt in foueam aliquam. 4 vel, nec exhilerasti hostes meos de me. siue, propter me. Aut, nec fecisti vt de me hostes mei gauderent. Neq; propinaueris me deridendum inimicis meis. 5 vel, vociferatus sum ad te, Perinde acsi dicat, pro[illegible] implorans opem tuam, iam iam moriturus, restituisti me pristinæ sanitati. 6 de sepulchro animam meam. i. me scilicet ascendere fecisti. 7 Ad verbum [illegible] legitur, viuificasti me a descendendo me in foueam. Latine vertas: Vitam mihi restituisti ne descenderem in foueam, lacum, vel sepulchrum, hoc est ne morerer. 8 vel, [illegible] cordiã eius. Hebraice legitur, Psallite Domino misericordes eius, 9 vel, memoriã sanctam eius. Celebre reddite nomen sanctum eius. 10 Ite, ad momentũ in ira [illegible], sub. est Dominus i. Dominus non succenset in æternũ: breuissimo tempore affligit. 11 vel, vita est in beneuolentia sua. Subaudienda præpositio IN, In vita. Id est tempus vitæ longissimæ est in beneplacito suo, acsi dicat, Longissimo tempore nobis bene vult, & breuissimo nos affligit. 12 in ipsa vespera manebit (sub. aliquis) in fletu: at in ipso mane exultatio erit. Acsi dicat, Momentanea est illius ira. amor vero quo prosequitur nos, per omnem vitam durat, si forte sub vesperam accidat flebile quicquam illud in ipsa aurora in gaudium commutabitur. Dicenti tempore ægrotarat Dauid, diu autem fœliciter vixerat. 13 vel, cogitabam. 14 vel, in tranquillitate mea. dum vitam tranquillam agerem. Cum vidi confirmatum esse regnum meum & tranquillũ. Cum omnia mihi succederent ex animi mei sententia. 15 i. fœlicitas hæc durabit perpetuo. [illegible] sancti ita debent se gerere in rebus prosperis, vt res aduersas vicissim expectent. † vel, stare fecisti montem meum in fortitudine. Id est, dignitatem meam regiam per fauorem tuum in robore & fortitudine stabilieras, & instar montis firmam reddideras vnde in perpetuum duraturum existimabam. [illegible] suum regnum superiori versu vocauit tranquillitatem [illegible]. Hoc per parenthesin legendum, & subaudiendum Enim, Tu enim Domine &c. 16 i. simulatq; tuum fauorem subduxisti, aut subtraxisti. fui animo conturbato. Vel sic, sed castigaturus [illegible] meam, auertisti paululum faciem tuam a me, & male habui: & grauitas morbi in quem ceciderã, perturbauit me. 17 futura pro præteritis, (Tunc) clamaui, & deprecatus sum Dominum. Cum tam male haberem, tuum ô Domine auxilium implorans [illegible] dum. 18 vel, Quodnam emolumentum in sanguine meo, quum descendam ad foueam? [illegible] sanguine meo, id est, vita mea. [illegible] morti-as, subaudi, antequam promouerem gloriam Domini [illegible] debellando, & veram religionem in Israele instaurando? 19 [illegible] in puluerem redactus laudare te poterit. & constantiam tuã, in promissis prædicare? 20 vel, miserere mei. Subaudiunt Hebræi, Propterea [illegible] modo. [illegible], Domine [illegible] mihi peccatum, redde mihi valetudinem. 21 vel, Vertisti luctum meum in tripudium mihi. aut chorum, [illegible] aut audientium [illegible] tum vt oraui, restituisti mihi valetudinem. 22 i. pro sacco, luctuosa & aspera veste induisti me [illegible] tristitia, lætitia me perfudisti, restituta mihi bona valetudine. 23 vel, Propterea psallet tibi gloria [illegible] Gloriam suam, vocat animam, [illegible] mentem suam. Vel per gloriam intelligit linguam, quod præcipuum hominis bonum & decus sit facultas loquendi. PSALM. XXXI. 1 vel, fiduciam meam collocaui. Scripsit hunc psalmum [illegible] liberatus a Saule, in deserto Maon, a Saule inquã reuocato a proposito suo propter Philisthæos 1. Reg. 23. 2 vel, fac quæso ne vnquam [illegible] spe scilicet mea [illegible], si non exaudieris me. q.d. obsecro te ne patiar repulsam. 3 pro iustitia tua. Id est, pro tua bonitate, benignitate, & bona fide: siue quia bonus, & iustus, & æquus, aut per tuam æquitatem obsecro te vt me serues. Pudefit cui non contingit quod petit, repulsamq; patitur. 4 Hæc verba indicant periculum imminere. 5 Heb. fortitudinis. Id est, vice rupis fortis, & inexpugnabilis. 6 i. in locum munitissimum: [illegible] propugnaculi inexpugnabilis. Domus [illegible] loco vsurpatur ab Hebræis. Coniunctio ET, non est apud Hebræos, subaudienda tamen. 7 i. propter gloriam tuam, [illegible] vedetur tibi gloria immortalis. 8 i. ab obsidione ista iniqui. 9 q.d. sine te nihil [illegible], neq; viribus meis fido, neq; militari, sed te solo. 10 [illegible] verba dixisse in cruce refert Lucas cap. 23. [illegible] manifestum est, Dauidem typum esse Christi. 11 Præteriti temporis verbum apud Hebræos pro futuro. redimes me. vel, redempturus enim es me. aut liberaturus enim es me. Domine Deus verax, [illegible] fidelis.

7 Odisti

7 Odiſti obſeruantes vanitates ſuperuacuè.
B 8 Ego autē in domino ſperaui: exultabo & lætabor in miſericordia tua.
9 Quoniam reſpexiſti humilitatem meam, ſaluaſti de neceſſitatibus animam meam:
10 Nec concluſiſti me in manibus inimici mei: ſtatuiſti in loco ſpacioſo pedes meos.
11 Miſerere mei Domine quoniam tribulor: cōturbatus eſt in ira oculus meus, anima mea, & venter meus:
12 Quoniam defecit in dolore vita mea, & anni mei in gemitibus:
13 Infirmata eſt in paupertate virtus mea, & oſſa mea conturbata ſunt.
14 Super omnes inimicos meos factus ſum opprobriū & vicinis meis valde, & timor notis meis.
15 Qui videbant me, foras fugerunt à me: obliuioni datus ſum, tanquam mortuus, corde.
16 Factus ſum tāquam vas perditum: quoniam audiui vituperationem multorum commorantium in circuitu:
C 17 In eo dum conuenirent ſimul aduerſum me, accipere animam meam conſiliati ſunt.
18 Ego autem in te ſperaui Domine: dixi, Deus meus es tu, in manibus tuis ſortes meæ.
19 Eripe me de manu inimicorum meorum, & à perſequentibus me.
20 Illuſtra faciem tuam ſuper ſeruum tuum, ſaluum me fac in miſericordia tua:
21 Domine non confundar, quoniam inuocaui te.
22 Erubeſcant impii, & deducantur in infernū: muta fiant labia doloſa.
23 Quæ loquūtur aduerſus iuſtum iniquitatem in ſuperbia & in abuſione.
D 24 Quàm magna multitudo dulcedinis tuæ Domine, quam abſcondiſti timentibus te.

Dulcedo & bonitas miſericordiæ Dei in afflictionibus.

25 Perfeciſti eis qui ſperant in te, in conſpectu filiorum hominum.
26 Abſcondes eos in abſcondito faciei tuæ à conturbatione hominum.
27 Proteges eos in tabernaculo à contradictione linguarum.
28 Benedictus Dominus: quoniā mirificauit miſericordiam ſuam mihi in ciuitate munita.
29 Ego autem dixi in exceſſu mentis meæ, Proiectus ſum à facie oculorum tuorum.
30 Ideo exaudiuiſti vocem orationis meæ, dum clamarem ad te.
31 Diligite Dominum omnes ſancti eius: quoniam veritatem requiret Dominus, & retribuet abundanter facientibus ſuperbiam.

Exhortatio ad diligendum Deum.

32 Viriliter agite, & confortetur cor veſtrum, omnes qui ſperatis in Domino.

7 Odio habui obſeruantes[12] ſunes vanitatis:
8[13] Ego autem in Domino ſperaui. Exultabo & gaudebo[14] de bonitate tua.
9 Qui[15] reſpexiſti afflictionem meam. [16] & in anguſtiis animam meam agnouiſti:
10 Nec in manu hoſtis me incluſiſti, ſed[17] ſtatuiſti pedem meum in loco ſpacioſo.
11[18] Beneficus eſto mihi Domine, nam anguſtia mihi eſt: [19] corroſus eſt præ indignatione oculus meus, anima mea atq; venter meus:
12[20] Detrita eſt præ dolore vita mea, & anni mei præ gemitibus.
13[21] Corruit præ iniquitate robur meum, & oſſa mea contabuerunt.
14[22] A cunctis hoſtibus meis probrum factus ſum, maxime etiam vicinis meis, familiaribꝰ meis ſui horrori:
15 Et[23] qui me viderunt foris, à me fugerunt. [24] Obliuioni datus ſum ex corde ſicut mortuus:
16[25] Factus ſum veluti vas quod perit. [26] Audiui enim crimina mihi à multis [intendi,] formido vndique me [circumſtetit,]
17[27] Dum illi vna contra me conſultarent, & vt caperent animam meam, callide cogitarent.
18 Ego vero in te[28] ſperaui o Domine, dixi. Deus meus es tu. [29] In manu tua ſunt tempora mea.
19 Libera me de manu inimicorum meorum, & à perſecutoribus meis.
20[30] Illumina vultum tuum ſuper ſeruum tuum, [31] ſaluum me fac per bonitatem tuam.
21 Domine ne patiaris me[32] pudefieri, quoniam te inuoco:
22 Pudefiant [potius] impii, [33] & compeſcantur apud inferos. Obmuteſcant labia mendacia,
23 Quæ loquuntur[34] veteratorie ſuperbe & contemptim aduerſus iuſtum.
24 Quam ampla ſunt quæ metuentibus te bona repoſuiſti.
25 [Et quæ iam] effeciſti coram filiis hominum qui in te ſperant.
26[35] Abſcondes illos in latibulo faciei tuæ, à conſpirationibus cuiuſque.
27 Abſcondes in tabernaculo, à contentione linguarum.
28[36] Laudandus Dominus: nam inſigniter bonitatem ſuam mihi in vrbe munita oſtendit.
29[37] Ego cum præceps fugerem cogitabam, Proiectus ſum[38] abs te:
30 At tu exaudiſti vocem deprecationis meæ, quum ad te clamarem.
31 Diligite Dominum omnes[39] boni eius: [40] fideles tuetur Dominus, [41] & rependit cumulatè ſuperbe agenti.
32 Eſtote fortes, roborabit ille cor veſtrum, quicunq; ſperatis in Domino.

13 vanitates mendacii. Vel vanitatis. Id eſt vanitates fallaces, vel vaniſſimas: hoc eſt, quicquid auocat a fiducia in Deum. Alii intelligunt hoc loco artes magicas: alii aſtrologos. Subintelliguntur, qui rebus friuolis aut malis artibus ſunt intenti, vt magicis & ſuperſtitioſis.
13 ego vero in Domino ſpero. Nitor, inquit, Domino, ſecurus rerum futurarum.
14 vel, de miſericordia tua. verba ſunt plena fidei.
15 Subaudi, vſque in hunc diē.
16 vel, & animā [illegible] ad tribulationem animæ meæ:
17 Feciſti vt late, intrepide, & libere egrederer & ingrederer, liberans me a tam graui obſidione.
18 vel, Miſerere mei Domine, quia tribulatio mihi eſt:
19 vel, caligauit & contabuit præ ira oculus &c. q.d. premor angore tam magno vt oculus meus factus ſit ſimilis oculo a tineis corroſo: & vis illa animæ quæ appetit cibum, & ventriculi vis quæ cibū concoquit, profligata ſit, præ ſiti & fame, ita vt nihil retinere aut appetere poſſit. In hac fuga oppreſſus fuit Dauid fame & ſiti. Eſt ambiguū verum intelligat de ira ſua, an de ira inimicorum. Melius tamen de ira inimicorum intelligitur.

20 Defecit [illegible] 21 debilis reddita eſt propter delictum fortitudo mea. Delictum vocat pœnam quam ſuſtinebat propter peccata ſua.
22 id eſt, Præter ea quæ ſtatuunt mihi hoſtes mei, & hæc acceſſit, vt eſſem opprobrio etiam [illegible] Alii vertunt, Propter omnes hoſtes meos ſui probro etiam [illegible] Id eſt, Meus habitus [illegible] factum eſt [illegible] tanquam ab homine perdito [illegible] abhorruerint qui mihi valde [illegible] 23 qui videbant me foris, fugiebant a me [illegible] Qui ſcilicet mihi familiares non erant.
24 [illegible] 25 [illegible] Quoniam audiui [illegible] multorum, timor circumquaque, ſub[illegible]
[illegible] circumſtetit me. 27 dum ipſi conſilia mecum pariter [illegible] de anima mea tollenda, de perdendo me [illegible] 28 vel, ſperaui Domine, [illegible] dixi, Deus &c. 29 [illegible] eſt, vita mea, eſt in [illegible] 30 Lucere fac, vel lucidam faciem oſtende ſeruo tuo. [illegible] 31 vel, ſerua me tua pro miſericordia tua vel benignitate & bonitate tua. [illegible] ſolent quærem [illegible]
[illegible] 33 [illegible] in ſepulchro [illegible] atrocia verba) [illegible] Chaldæus paraphraſtes vertit, Taceant, & deſcendant in ſepulchrum. Id eſt pereant. 34 [illegible] 35 [illegible] Abſcondis eos [illegible] in latibulo faciei tuæ ab arrogantia [illegible] abſcondis eos in tugurio a rixa linguarum [illegible] Mortalium. A rixa linguarum [illegible] a calamniis linguarum [illegible] lædere non potuit.
36 Heb. Laudabilis eſt Dominus, quia [illegible] miſericordiam ſuam mecum (ſubaudi) in vrbe [illegible] Omni laude dignus eſt Dominus, [illegible] 37 Hebr. Ego autem dixi in præcipitatione mea. [illegible] Dum præceps fugerem Saulem [illegible] Ceila vrbe a ciuibus eius. 1. Regum 23.
38 Hebr. [illegible] oculorum tuorum. 39 [illegible] ſeruitores eius [illegible]
40 Subaudiendum Quia, vel Nam. Quia fideles cuſtodit Dominus [illegible]
41 Hebr. [illegible] ſuperbiam [illegible] Verum vox Hebræa Iether [illegible]

PSAL. XXXII.

1 Dauidis eruditio i. Psalmus Dauidis eruditione plenus. Vel, dicitur Hebræa Maschil משכיל. Pro qua vertim' eruditio: significat nomen harmoniæ, tunc sic vertes: Psalmus Dauidis decantandus ad modos carminis, cuius initium erat Maschil. Nonnulli volūt esse nomen instrumenti musici.
2 cui condonatū est scelus, & cui obiecta est transgressio, id est, cui' peccatū dissimulatur, ad cuius peccatum cōniuet Dominus.
3 cui non solet imputare prauitate Dominus. i. quem Deus propter peccata non punit.
4 vel, simulatio, aut fucus. i. qui sincero corde ad Deum conuertitur, & vere Deum [illegible].
5 vel, Dum tacerem meum cōsicerem (hoc confiteri, sub. peccatū meū) propter peius virtus [illegible] eiulatu meo [illegible]. Cū, inquit, omnes vires ingenij intenderem in pecca[illegible], tamen [illegible] meo eiulatu perierunt vires [illegible]. Per ossa intelligit vires q̄ sunt sitæ in ossibus

PSALM. XXXII.

[1] Erudiens [carmen] Dauidis.

1 Beatus is est [2] qui exoneratus est transgressione & [3] cuius peccatum tectum est.
2 Beatus homo [3] cui Dominus iniquitatem non imputat, nec est in spiritu eius [4] dolus.
3 [5] Dum quiescebam nunc tacitus mecum cogito, nunc voce infrema, contabuerunt ossa mea.
4 Nam dies noctesq; ingrauescebat super me manus tua. [7] versus est succus meus in siccitates æstiuas. Sela.
5 [8] [At postquam] peccatum meum tibi notum feci, & iniquitatem meam non celaui.
6 [Postquam] cogitarem. Fatebor contra me transgressionem meam Domino: tu [protinus] remisisti iniquitatem peccati mei. Sela.
7 [9] Idcirco orabit ad te quisquis est bonus, [10] in tempore dum inuenire licet:
8 [11] Equidem inundatio aquarum immanium, ad eum non pertinget.
9 [12] Tu latibulum es mihi, [idcirco] ab afflictione custodies me: [13] iubilis quibus ornare solent elapsi, circumcinges me. Sela.
10 Erudiam te, & docebo te viam [14] qua gradieris, [15] oculo meo tibi consulam:
11 Ne sitis velut equus & mulus quibus non est intellectus,
12 [16] Quorum maxillas lupato ac fræno nisi constringas, tibi non appropinquant.
13 [17] Multi dolores impium, attentum autem Domino beneficentia circumdabit.
14 Gaudete [18] in Domino, & exultate iusti, [19] iubilate quotquot estis recto corde.

PSALM. XXXI.

Ipsi Dauid Intellectus.

1 Beati quorum remissæ sunt iniquitates, & quorum tecta sunt peccata.
2 Beatus vir cui non imputauit Dominus peccatum, nec est in spiritu eius dolus.
3 Quoniam tacui, inueterauerunt ossa mea, dum clamarem tota die.
4 Quoniam die ac nocte grauata est super me manus tua: cōuersus sum in ærumna mea, dum configitur spina.
5 Delictum meum cognitum tibi feci, & iniustitiam meam non abscondi.
6 Dixi confitebor aduersum me iniustitiam meam Domino: & tu remisisti impietatē peccati mei.
7 Pro hac orabit ad te omnis sanctus in tempore opportuno.
8 Verumtamen in diluuio aquarum multarum, ad eum non approximabunt.
9 Tu es refugium meum à tribulatione quæ circumdedit me: exultatio mea, erue me a circūdantibus me.
10 Intellectū tibi dabo, & instruam te in via hac qua gradieris: firmabo super te oculos meos.
11 Nolite fieri sicut equus & mulus, in quibus non est intellectus:
12 In camo & fræno maxillas eorum constringe qui non approximant ad te.
13 Multa flagella peccatoris: sperantem autem in Domino misericordia circumdabit.
14 Lætamini in Domino & exultate iusti: & gloriamini omnes recti corde.

A *Qui beati & iusti.* Rom. 4. a. [a] *imputabit.* *Peccator non agnoscens peccatum suum, afflictionibus cogitur fateri.* B Esa. 65. d. *Sancti pro impietate sua orās exauditur, & gratias agit.* C *Doctor noster Deus, viam docet.* D *Dolor. Misericordia. Lætitia in Deo.*

PSALM. XXXIII.

1 Ouate [1] iusti in Domino, [2] eos decet rectos.
2 Celebrate Dominum cithara, nablo [3] decachordo psallite ei:
3 Canite ei carmen [4] nouū, [5] suauiter ludite instrumentis musicis, cum clangore tubæ:
4 Quoniam [6] rectum est verbum Domini, [7] & omne opus eius firmum.
5 [8] Amat iustitiam & iudicium, [9] terra bonitate eius repleta est.

PSALM. XXXII.

In finem Psalmus Dauid.

1 Exultate iusti in Domino: rectos decet [a] collaudatio.
2 Confitemini Domino in cithara: psalterio decem chordarum psallite illi.
3 Cantate ei canticum nouum: bene psallite ei in vociferatione.
4 Quia rectum est verbum Domini, & omnia opera eius in fide.
5 Diligit misericordiam & iudicium: misericordia Domini plena in terra.

6 Ver-

A [a] *laudatio.* *Exhortatur iustos ad lætitiam & laudem Dei.* *Iudicium & Misericordia*

[illegible] ossa enim corpus ipsum sustentant, & reliquas corporis partes corroborant. Quidam vertunt, Cum silui, putruerunt ossa mea, in fremitu meo tota die. 2. Cum vellem reticere peccatum meum, nec vellem confiteri me nihil aliud esse quàm peccatum, non habebat [illegible] vitam requiem, [illegible] ad eo vt cogerer fateri, & [illegible] in bonitate Dei. Paulò post sequitur, Delictū meū cognitum tibi feci. 6 grauis est. vel, aggrauata [illegible] plaga tua. [illegible] timore & metu [illegible] exaruit meus succus nativus, sine quo vita non potest consistere. [illegible] humor desiccari solet. Quidam intelligunt hunc [illegible] de peccato quod admisit in vxore Vriæ. Ad finem huius versus [illegible] apud H. [illegible] psalmo tertio [illegible] O quantum [illegible] peccati sui grauitate [illegible], quæ ex grauitate pœnæ quam Deus irrogat [illegible] 8 Præterita [illegible] per futurum vertunt, hoc modo, Peccatum meum notum faciam [illegible] non celabo tibi dixi, (i. decreui apud me) Confitebor aduersum me de transgressionibus meis Domino. & tu [illegible] remittes iniquitatem peccati mei. Iniquitatem peccati sui vocat peccatum [illegible] iniquum. Sela [illegible] quo docemur quomodo peccatum possit remitti, nempe credendo in Deum, qui solus remittere potest peccatum. [illegible] peccata sua agnoscentes gratiam & beneuolentiam. Hic locus ostendit Deum præditum esse [illegible] bonitatem Dei. 9 vel, propter hoc sine, Propter hanc rem. Quasi dicat Exemplo meo [illegible] ad te conuertentur, ob hoc quod [illegible] peccatorum in te [illegible] remisisse. 10 Heb. in tempore inueniendi [illegible], quod ab ipso inuentum fuerit [illegible] tempore quo inueniri soles. Esa. 55. Quærite Dominum dum inueniri potest. 11 [illegible] inundatione aquarum multarum, ad eum [illegible] non accedent [illegible] aquæ. Profectò mala etiamsi instar aquarum ingentium inundarent, non attinget tamen illum [illegible] Deus seruabit illum, ne concutiatur. 12 vel, Quia tu es [illegible] tribulatione custodies me: 13 Heb. exultationibus liberationis circumdabis me [illegible] persuades me. Sela additur, vt perpendamus gratiam & [illegible] 14 vel, qua incedere debeas. Propheta Dauid [illegible] omnibus, nunc alloquitur, inuitans ad resipiscentiam. 15 Id est [illegible] consilium per ea quæ video oculis meis [illegible] consulam tibi mea prospectione [illegible] ad bene viuendum necessaria [illegible] 16 Heb. [illegible] ad coercendum, vt non accedat ad te, lupato & fræno [illegible] ne mordeant quemquam [illegible] Ne sitis. Complectitur versus iste consilium Dauidis [illegible], Hæc est mea doctrina, Nolite esse [illegible] tribulationibus [illegible] Dei plagas & mala quibus peccatores vestros [illegible]. Dominus sanctos suos tardiores [illegible] quia indociles se præstant, vt nisi vi [illegible] adducantur [illegible] 17 [illegible] vt resipiscant, nec tamen resipiscunt. At hos qui habent in Domino, misericordia Domini auxilio erit, & [illegible] 18 [illegible] in Domino, quod scilicet talem habeatis patronum & defensorem. 19 [illegible] ad iubilationem omnes rectos corde. [illegible] gaude[illegible].

PSALM. XXXIII.

1 Chaldæus paraphrastes vertit, Cum gaudio & lætitia celebrate Dominum. Inuitat iustos ad laudem Dei. 2 vel, ipsis rectis conuenit laus Dei. Quasi dicat, Deus vult laudari à iustis. Laudate Dominum [illegible] nam æquissimum & decentissimum est vt hi summe praui laudent Dominum, qui soli bonitatem Dei & vere agnoscunt, & laudare possunt, [illegible] 3 Subaudienda coniunctio ET, & in decachordo. Decachordum non est epitheton nabli, [illegible] tamen quod decem chordas habet. 4 non vulgare, & candē semper cantilenā: sed quotidie in laudem eius noua carmina scribite & canite. 5 Heb. benefacite pulsando, cum iubilatione. i. pulsate suauiter & arte, vna cum iubilatione & voce læta. Manu & ore canite. 6 i. quicquid agit & loquitur Dominus, rectum est. Nam vox Hebræa DEBAR, non verbum tantum, sed & rem significat. 7 Heb. in fide. i. fide optima agit, sine fraude: est vtile & com[illegible] 8 [illegible] in se studium Dei positum est vt omnia recte & cum summa æquitate faciat. 9 terra ipsa, misericordia &c. [illegible] Nunquam a iustitia recedit Dominus, & tamen misericordia eius repletur terra ipsa; nullus est qui non sentiat eius misericordiam. Quamuis rectus rigore iustitiæ, [illegible] agit pro misericordia.

B 6 Verbo Domini cæli firmati sunt: & spiritu oris eius omnis virtus eorum:

Verbo Dei omnia facta.

7 Congregans sicut [1] in vtre[*] aquas maris: ponens in thesauris abyssos.

[*] *in vtrem.*

8 Timeat Dominum omnis terra: ab eo autem commoueantur omnes inhabitantes orbem:

Ad timorem Dei exhortatur Iudith. 16. c

9 [Quoniam ipse dixit, & facta sunt: ipse mandauit, & creata sunt.

Consilia hominum.

10 Dominus dissipat consilia gentium: reprobat autem cogitationes populorum, & reprobat consilia principum.

C 11 Consilium autem Domini in æternum manet: cogitationes cordis eius in generatione & generationem.

Consilia Dei.

12 Beata gens cuius est Dominus, Deus eius: populus quem elegit in hæreditatem sibi.

Quis beatus populus.

13 De cœlo respexit Dominus: vidit omnes filios hominum.

14 De præparato habitaculo suo respexit super omnes qui habitant terram.

15 Qui finxit sigillatim corda eorum: qui intelligit omnia opera eorum.

D 16 Non saluatur rex per multam virtutem: & gigas non saluabitur in multitudine virtutis suæ.

Homo suis viribus non saluatur.

17 Fallax equus ad salutem: in abundantia autem virtutis suæ non saluabitur.

18 Ecce oculi Domini super metuentes eum, & in eis qui sperant super misericordia eius,

Cura Dei erga sperantes in misericordia ipsius.

19 Vt eruat à morte animas eorum, & alat eos in fame.

Exaltatio fidelium.

20 Anima nostra sustinet Dominum, quoniam adiutor & protector noster est.

21 Quia in eo lætabitur cor nostrum: & in nomine sancto eius sperauimus.

22 Fiat misericordia tua Domine super nos, quemadmodum sperauimus in te.

6 [[10] *Nam*] *verbo Domini cæli facti sunt,* & [11] *spiritu oris eius omnis* [12] *exercitus eorum!*

7 *Congregat aquas maris vt cumulum,* [13] *reponit in penetralia abyssos.*

8 *Timeat [igitur] Dominum* [14] *omnis terra, metuant [inquam] ab eo vniuersi qui habitant orbem:*

9 *Quia [quum] ipse* [15] *dicit, fit: & quum præcipit, extat.*

10 [16] *Dominus irritum facit consilium gentium,* & [17] *cogitationes populorum differt:*

11 *Consilium autem Domini in sempiternum perstat, cogitata cordis eius* [18] *per omnia secula.*

12 [19] *Fœlix ea gens quæ Dominum pro Deo habet, & populus quem ille sibi loco possessionis hæreditariæ elegerit.*

13 *E cælis* [20] *despicit Dominus, intuetur omnes filios hominis:*

14 [21] *De firmo domicilio habitationis suæ cunctos habitatores terræ speculatur.*

15 [22] *Ipse omnium corda pariter finxit, [propterea] intelligit omnia opera eorum.*

16 *Haud seruatur rex, eo quòd multum habeat exercitum: heros nequaquam* [23] *per multam virtutem suam pericula euadit.*

17 [24] *Res fallax est equus ad præstandam salutem:* [25] *quamlibet multo præditus robore, neutiquam eripiet.*

18 *Ecce oculus Domini [intendit] in eos qui se reuerentur, & ad eos qui* [26] *bonitatem eius expectant:*

19 *Vt liberet à morte animas eorum, &* [27] *alat eos in fame.*

20 *Anima [igitur] nostra* [28] *expectent Dominum: ipse enim est auxilium nostrum & clypeus noster.*

21 [29] *Nam in ipso gaudebit cor nostrum, eo quòd sancto ipsius nomine nitimur.*

22 *Sit* [30] *bonitas tua ò Domine super nos, quemadmodum abs te pendemus.*

PSALM. XXXIII.

Dauidis cum immutauit vultum suum coram Abimelech, & dimisit eum, & abiit. 1. Reg. 21. d.

A 1 א Benedicam Dominum in omni tempore: semper laus eius in ore meo,

Dauid liberatus ab Achis rege Geth gratias agit.

2 ב In Domino laudabitur anima mea: audiant mansueti, & lætentur.

Exhortatio ad laudandum Deum, & accedendum ad ipsum.

3 ג Magnificate Dominum mecum: & exaltemus nomen eius in idipsum.

4 ד Exquisiui Dominum, & exaudiuit me: & ex omnibus tribulationibus meis eripuit me.

5 ה ו Accedite ad eum, & illuminamini: & facies vestræ non confundentur.

PSALM. XXXIIII.

[1] Dauidis, [2] cum mutaret habitum suum ante [3] Abimelech, cumq; eum expelleret atque is abiret.

2 א Laudabo Dominum [*] omni tempore, semper laus eius [5] in ore meo.

2 ב [6] *In Domino gloriabitur anima mea:* [7] *audiunt afflicti & lætabuntur.*

3 ג [8] *Magnificate Dominum mecum, & extollamus vna nomen eius.*

4 ד [9] *Anxie quærebam Dominum, & exaudiuit me: ex omnibus pauoribus meis eripuit me.*

5 ה ו [10] *Respicient ad illum, & confluent: nec suffundentur pudore facies eorum.*

10 Ostendit omnia ex ipsa misericordia Domini, narrando eius miracula. & hic incipit laudare eum ab operibus. Verbum autem, iussum & præceptum significat: vel, vt alias placet, voluntate. 11 Verbum Dei, & spiritum oris eius, pro eadem re dixit. q. d. Regi[illegible] cæli facti sunt & eodem in cuncte omnis ornatus eorum. 12 sub. condita est. Per exercitum cælorum, siue ornatum, intelligit solem, lunam & stellas. Possumus etiam intelligere spiritus cælestes. 13 Heb. ponens est (vel posuit) in thesauris abyssos i. reposuit & conclusit certo loco veluti abyssos non aliter quam thesauri concludi solent: ne scilicet terram obruant. Per abyssos intelligenda sunt maria. Græci maria vocant ἀβύσσους, quod profundissima sint, id est, ἄνευ τῆς βύσσου, hoc est, sine fundo. 14 Chaldæus paraphr. habitatores totius terræ. 15 Præterita sunt apud Hebræos, Quia ipse dixit, & factum est: ipse præcepit & firmum fuit, vel stabile. q. d. omnia solo suo nutu creauit. 16 q. d. Non est consilium aduersus Dominum. 17 vel, irrita facit cogitata populorum. Id est, [illegible], [illegible] fieri, euertit consilia hominum, & suo consilio omnia agit. 18 Subaudi [illegible] perseuerabunt, vel durabunt. Quæcunque ipse in animo suo statuerit [illegible] quocunque tempore ipse velit. Hebraice legitur, in generationem & generationem; quod significat perpetuo. 19 Hic omnis Dei [illegible]. Cum ergo [illegible], ita res habent, beata est gens illa quæ Dominum pro Deo suo habet, pro iudice & [illegible] suo. 20 i. omnia hominum opera respicit. Hic ostendit quomodo Dominus [illegible] curam habet. 21 Hebr. De basi sessionis suæ &c. Multis verbis declarat prouidentiam diuinam. 22 vel, Ipse finxit corda eorum finxit: (propterea) animum aduertit ad omnia opera eorum. Simul. i. omnium, nullo excepto. Cum omnium corda finxerit, intelligit quæcunque gerant aut cogitant homines. 23 vel, multo robore suo siue, multitudine potentiæ suæ. Ostendit quomodo à Deo pendere debeamus. 24 vel, Mendacium est [illegible] equus. vel, Vanitas est equus &c. Equus fortis adhibitus vt seruet nos, fallit nos, si illi fidamus. 25 Heb. in multitudine virtutis suæ non eripiet. Sub. sessorem suum. 26 Heb. sperant in misericordia eius. 27 Heb. viuificet i. seruet eos in vita. In bello grauis & ancipiti eripit, & dum orbis laborat summa penuria annonæ, tempore famis, quo alii pereunt, seruat vitam eorum. 28 Præteritum apud Hebræos, Anima nostra expectauit. Verti potest per præsens, sperat, siue sperat in Domino. Hic induit personam omnium fidelium Dauid. Subaudi, (igitur,) Anima igitur nostra pependit antehac semper à Domino, & auxilio nobis fuit, & [illegible] clypeus. 29 Heb. [illegible] certè in eo lætabitur cor nostrum, [illegible] nomine [illegible] eius sperauimus. Vel potius per præsentia, lætari solet cor nostrum, certè in nomine sancto eius (id est, in ipso) speramus. [illegible], Quia in eo lætabitur cor nostrum, quia in nomine sancto eius speramus. vt tunc pendeat à fine præcedentis, & reddat rationem quare sit auxilium [illegible], & clypeus noster: Quia semper de eo lætamur, & in ipso omnem nostram fiduciam reponimus. 30 vel, misericordia. i. Fac ergo [illegible] misericordiam tuam [illegible] congruentem tuam iuxta spem nostram. PSAL. XXXIIII. 1 sub. Psalm. hoc est Psalmus à Dauide editus. 2 Hebr. [illegible] cum fingeret se [illegible] esse, siue, dum ita se componeret quasi mente esset mutatus. 3 Per Abimelech, intellige regem Geth [illegible] nomine Achis. Cum Dauid fugeret Saulem, diuertit ad regem Achis, qui hic dicitur Abimelech. nam omnes reges Palæstinorum dicebantur Abimelechum. Lege 1. Reg. 21. 4 vel, Laudibus vehem. Psalmus ordine alphabetico scriptus apud Hebræos: quod obseruauit Dauid, vt gaudii sui, quo affectus erat ex parta liberatione, verum indicia etiam ipso stylo præberet, carmē in gratiarum actione scribens. * i. tempore fœlici & infœlici. q. d. quocunque [illegible] futurus sum, laudabo Dominum. 5 sub. erit. Sine vlla intermissione sum illū laudaturus. 6 vel, De Domino iactabit, so anima mea. q. d. Hoc quod ego [illegible] fuit: [illegible] anima mea de ipso Deo, i. de ope Dei [illegible] & gloriabitur. 7 vel, Mansueti. Mansueti & mites opponuntur superbis. Vbi audierint mites quæ Dominus mihi præstitit, lætabuntur. vel, Vt audiant mansueti & gaudio magno afficiantur. 8 Alloquitur mansuetos: Omnia magna & præclara tribuite Domino mecum, qui de periculo eripuit me. 9 Requisiui vel, Studiose quæsiui. Potes subaudire (nam:) vt rationem reddat quare tantopere iubeat Dominum laudare. Magno namque desiderio deprecatus sum eum, & exaudiuit me. 10 Præteritum est apud Hebræos pro futuro. Aspicient ad eum, concursabunt. vel, Oculos suos intentos habebunt in eum, & instar fluuii concurrent. Id est confugient ad eum expectantes opem, ab eo & non frustrabuntur spe sua, nam auferent quod petierint. Ad illum, scilicet, Deum, ac si dicat, Quandoquidem Deus audit me & liberauit, sic & alii ad eum respiciant, nec frustrabuntur preces eorum. Quidam (ad illum) ad Dauidem referunt, vt aspicit & [illegible] Dauide dicant, Is assiduus inuocauit Deum, & liberatus est: Nos quoque clamabimus & exaudiet nos. Quidam pro concursabunt, vertunt splendebunt vel illuminabuntur, sub. facies eorum. Chaldæus paraphrastes vertit, & illustrabunt facies suas. Tamen verbum Hebraicum [illegible] est [illegible]: quod qui gaudent, sui vultu splendido, vere [illegible] splendebunt, aut illuminabantur.

6 ו [11] *Afflictus iste inuocauit, & Dominus exaudiuit eum, & ex omnibus angustiis eius seruauit eum.*
7 ח *Castra figit* [12] *angel⁹ Domini circum eos qui ipsum timent, &* [13] *eripit eos.*
8 ט *Gustate & videte quòd bonus sit Dominus: foelix ille vir qui sperat in eum.*
9 י *Reueremini Dominum sancti ei⁹:* [14] *quoniam nihil deest his qui eum timent.*
10 כ *Leunculi penuria & fame laborant: qui autem Dominum inquirunt, nullo bono destituuntur.*
11 ל [15] *Adeste filii, me audite,* [16] *timorem Domini docebo vos.*
12 מ [17] *Quicunq; vitæ cupidus es* [18] *& videre dies bonos optas.*
13 נ [19] *Obserua linguam tuam à malo, & labia tua ne dolum loquantur:*
14 ס *Recede à malo, & fac bonum:* [20] *inquire pacem & eam consectare.*
15 ע *Oculi Domini [intenti sunt]* [21] *ad iustos, & aures eius ad* [22] *eorum preces.*
16 פ [23] *Vultus Domini contra eos qui malum faciunt, vt de terra memoriam eorum excindat.*
17 צ [24] *Clamant, & Dominus exaudit, & ex omnibus angustiis eorum liberat eos.*
18 ק *Prope adest Dominus his qui confracto corde, &* [25] *seruat spiritu contritos.*
19 ר *Multa mala [accidunt] iusto, ex omnibus tamen liberat illum Dominus:*
20 ש *Custodit omnia ossa* [26] *eius, vt ne vnum ex eis confringatur.*
21 ת *At impium* [27] *perdet malum: & qui iustos odio habent, deuastabuntur.*
22 פ [28] *Redimet Dominus animam seruorum suorum.* [29] *nec deuastabuntur omnes qui in eum sperant.*

6 ו Iste pauper clamauit, & Dominus exaudiuit eũ: & de omnibus tribulationibus eius saluauit eũ. B
7 ח Immittet angelus Domini in circuitu timentium eum: & eripiet eos.
8 ט Gustate, & videte quoniam suauis est Dominus: beatus vir qui sperat in eo.
9 י Timete Dominum omnes sancti eius: quoniam non est inopia timentibus eum.
10 כ Diuites eguerũt & esurierunt: inquirẽtes autem Dominum non minuentur omni bono.
11 ל Venite filii, audite me: timorem Domini docebo vos. C
12 מ Quis est homo qui vult vitam, diligit dies videre bonos?
13 נ Prohibe linguam tuam à malo, & labia tua ne loquantur dolum.
14 ס Diuerte à malo, & fac bonum: inquire pacẽ, & persequere eam.
15 ע Oculi Domini super iustos: & aures eius in preces eorum.
16 פ Vultus autem Domini super facientes mala: vt perdat de terra memoriam eorum. D
17 צ Clamauerũt iusti, & Dominus exaudiuit eos: & ex omnibus tribulationibus eorum liberauit eos.
18 ק Iuxta est Domin⁹ iis qui tribulato sunt corde: & humiles spiritu saluabit.
19 ר Multæ tribulationes iustorum: & de omnibus his liberabit eos Dominus.
20 ש Custodit Domin⁹ omnia ossa eorum: vnum ex his non conteretur.
21 ת Mors peccatorum pessima: & qui oderunt iustum delinquent.
22 פ Redimet Dominus animas seruorum suorum: & non delinquent omnes qui sperant in eo.

Eripit Deus de afflictione.
Bonus Deus.
Spes in Deum.
Diuites inopes.
Quærentes Deum.
Timor Dei. 1. Petr. 3. b
Lingua custodia.
Pax quærenda.
Solicitudo Dei pro afflictis. Eccles. 15. d. Hebr. 4. c.
Audit Deus clamorem afflictorum.
Liberator Deus.
Spes in Deo.

11 De se loquitur quum exularet in Palæstina q. d. meo exemplo discere potestis Deũ esse misericordem.
12 Hic angelus est nomen speciei, ideoq; Latine verti debet p pluralem, Castrametatur angeli &c. Qua diligentia tuetur Domin⁹ cultores suos, his verbis Dauid ostendit.
13 Hebræi exprimunt per futurum, genus illud dicẽdi, quod exprimere solent Latini per infinitiuum & verbũ soleo soles. Eripere solet eos. Vertere potes coniunctionem E T in V T, hoc modo, Castrametatur angelus Domini circum cultores illius vt seruet eos.
14 Hoc dicit Dauid, quia in Palæstina nulla re eguit, tametsi illic nullos haberet familiares. Timentium enim, nullus vnquam rei penuria premũtur.
† Præterita apud Hebræos pro pręsentibus, Leones iuuenes qui valent viribus, qui sunt apti ad prædam capiendam, indigere solent, & esurire. Quidã Hebræorũ intelligunt hunc locũ simpliciter de leonibus: alii de hominibus rapacibus, qui potentia similes sunt leonibus.
15 Hebræi verbo imperatiui modi solent vti pro aduerbio hortatiuo: vt agite, audite, & Latinos. Filios vocat discipulos.

PSALM. XXXV.

Dauidis.

1 *Stripe* [1] *Domine litem meam,* [2] *oppugna oppugnantes me.*
2 [3] *Arripe scutum & lanceam, & consurge ad auxilium meum.*
3 [4] *Expedi hastam, & prodi obuiam persecutoribus meis: dic animæ meæ, Salus tua ego sum.*
4 [5] *Pudore afficiantur & ignominia qui quærunt animam meam:*
5 *Agantur retrorsum & pudefiant qui mihi malum cogitant.*
6 *Fiant sicut* [7] *puluis* [8] *ante ventum, & angelus Domini* [9] *impellat [eos.]*
7 [10] *Sit via illorum tenebris & lubricitate [obsita] & angelus Domini persequatur eos.*

PSALM. XXXIV.

Huic Dauid.

1 IVDICA Domine nocentes me: expugna impugnantes me. A
2 Apprehende arma & scutum: & exurge in adiutorium mihi.
3 Effunde frameã, & conclude aduersus eos qui psequuntur me: dic animæ meæ, Sal⁹ tua ego sum.
4 Confundantur & reuereantur quærentes animam meam.
5 Auertantur retrorsum & confundantur cogitantes mihi mala.
6 Fiant tanquam puluis ante faciem venti, & angelus Domini coarctans eos.
7 Fiant viæ illorum tenebræ & lubricum: & angelus Domini persequens eos.

Implorat opem Dei vt is defensor qua causam suam agat & eũ liberet.
¹ *Fiat via.*

Salem in quemlibet doctrinæ diuinæ capacem, vocat filium. Etenim filiorum nomine, ostendit Dauid, quam chari ipsi sunt qui volunt discere veram religionem. 16 Id est, [illegible] velit Dominus. 17 Heb. Quis est vir [illegible] Hebræi enim sæpe omittunt [illegible] 18 [illegible] 19 [illegible] Quære omnem occasionem pacis, & quam nactus fueris, persequere. [illegible] 20 [illegible] 21 [illegible] ad prædicandam Dei curam quam habet erga suos. 22 clamorem eorum. Sub. [illegible] 23 Antithesis [illegible] Domini [illegible] est in eos qui faciunt malum, vt expungat de cordibus hominum [illegible] 24 Præterita apud Hebræos pro præsentibus quasi d. [illegible] Cum clamant ad Deum, exaudit illos, & ex omnibus angustiis eripit. 25 [illegible] 26 [illegible] 27 [illegible] 28 vel, Redimit [illegible] 29 [illegible] PSAL. XXXV. 1 [illegible] Implorat Dauid opem contra [illegible] 2 [illegible] 3 Quidam Hebræorum vertunt [illegible] Alii, Robur [illegible] clypeum [illegible] Gallice, Vne rondelle, vne targe. 4 [illegible] lanceam [illegible] Ne possint [illegible] vltra progredi, atque a me assequi. 5 [illegible] 6 [illegible] qui Deo [illegible] digni sunt qui pereant. 7 gluma. Palea tenuis, vel quisquilia. 8 [illegible] 9 [illegible] 10 Heb. Sit via eorum tenebræ, & [illegible] Nam eleganter adiectiuum ab Hebræis ponitur hac substantiuo. Sint (inquit) viæ eorum obscuræ ita vt videre nequeant qua tuto fugiendum sit. Sint item lubrica loca, ne cito & celeriter fugere possint.

8 Quoniam gratis absconderunt mihi interitum laquei sui: superuacue exprobrauerũt animã meã.
9 Veniat illi laqueus quem ignorat, & captio quam abscondit apprehendat eum: & in laqueum cadat in ipsum.
10 Anima autem mea exultabit in Domino: & delectabitur super salutari suo.
11 Omnia ossa mea dicẽt, Domine, qs similis tibi.
12 Eripiens inopem de manu fortiorum eius: egenum & pauperem a diripientibus eum?
13 Surgentes testes iniqui, quæ ignorabam interrogabant me:
14 Retribuebant mihi mala pro bonis: sterilitatem animæ meæ.
15 Ego autem cũ mihi molesti essent, induebar cilicio,
C 16 Humiliabam in ieiunio animam meam: & oratio mea in sinu meo conuertetur.
17 Quasi proximum, & quasi fratrẽ nostrum, sic complacebam: quasi lugens & contristatus sic humiliabar.
18 Et aduersum me lætati sunt, & conuenerunt: congregata sunt super me flagella, & ignoraui.
19 Dissipati sunt nec compuncti, tentauerunt me, subsannauerunt me subsannatione: frenduerunt super me dentibus suis.
20 Domine quando respicies? restitue animam meã a malignitate eorum, a leonib. vnicam meam:
21 Confitebor tibi in Ecclesia magna, in populo graui laudabo te.
Iohan. 15. d 22 Non supergaudeãt mihi qui aduersant mihi inique, qui oderunt me gratis & annuunt oculis.
23 Quoniam mihi quidẽ pacifice loquebantur: & in iracundia terræ loquentes, dolos cogitabant.
D 24 Et dilatauerunt super me os suum. dixerunt, Euge, euge, viderunt oculi nostri.
25 Vidisti Domine, ne sileas: Domine ne discedas a me.
26 Exurge & intende iudicio meo: Deus meus, & Dominus meus in causam meam.
27 Iudica me secundum iustitiam tuam Domine Deus meus: & non supergaudeãt mihi.
Deuorauimus 28 Non dicant in cordibus suis, Euge euge animæ nostræ, nec dicant, Deuorabimus eum.
29 Erubescant & reuereantur simul qui gratulantur malis meis.
magna 30 Induantur confusione & reuerentia qui maligna loquuntur super me.

8 Nam immerito mihi absconderunt foueam [12] retis sui: præter causam [13] foderunt animæ meæ.
9 Eueniat ei [14] calamitas quã non prauidit, & rete eius quod abscondit, capiat eũ, [15] cadat in calamitatem.
10 Anima autem mea exultabit [16] in Domino, [17] in salute eius lætabitur.
11 [18] Omnia ossa mea dicẽt, Domine, qs est similis tibi,
12 Qui eripis afflictum ab eo qui prævalet ei, afflictũ & inopem ab eo qui eum diripit?
13 [19] Surgebant testes violenti, [20] quæ nunquam cogitaram rogabant me:
14 Malum pro bono mihi rependebant, [21] orbitatem animæ meæ.
15 [22] At ego, quum ipsi ægrotarent sacco vestiebar.
16 [23] Ieiunioq; affligebam animam meam, & oratio mea in sinum meum [24] vertebatur.
17 [25] Perinde acsi amicus atq; frater meus [fuisset] sic incessi, vti qui luget matrem pullatus incuruabar:
18 [26] At in claudicatione mea gaudebant & congregabantur, congregabantur [inquam] contra me [27] claudi, [28] quod minime putaram:
19 [29] Proscindebant [me,] nec silebant. [30] Cum hypocritis illusionum placentæ, qui frendebant contra me dentibus suis.
20 Domine quousq; [31] aspicies? [32] reduc animã meã [33] a calamitatib. eorum, a [34] leunculis vnicam meam.
21 [35] Celebrabo te in cœtu magno, in populo valido laudabo te.
22 Ne gaudeãt de me qui immerito mihi hostes sunt: [36] ne annuant oculis qui me absq; causa odiunt:
23 Nam nihil pacificum loquuntur, quin [37] contra eos qui quieti sunt in terra, verba dolosa excogitant.
24 [38] Diffindunt contra me os suum, dicunt [39] Haha vidit oculus noster.
25 [40] Vidisti & tu Domine [41] ne dissimules, ne velis abesse procul.
26 [42] Exurge, euigila, vt ius mihi dicas, Deus me & Dominus meus, [43] vt causam meam asseras.
27 [44] Ius mihi redde pro tua iustitia o Domine Deus, [45] & ne [patiaris] vt de me gaudeant.
28 Ne dicant in corde suo, [46] Haha pro animi nostri sententia nobis successit. ne dicant, Vorauimus eum.
29 Erubescant & [47] simul probro afficiantur, qui de malo meo gaudent.
30 Pudore & ignominia amiciantur [48] qui magnifica contra me sese iactant.

12 i. in qua rete suum expanderãt vel, foueam, appositum rete suum: qua tanquã reti vtuntur. 13 Sub foueam. Apud Hebræos omne verbum includit nomen quod ab ipso deducitur. vt a fodio, fouea. i. Sine vlla causa struxerunt insidias vitæ meæ. Alii legunt proben notarunt animam meam. 14 vel, excidium quod nesciat. Aut, Eueniat illi interitus quem nesciat. Id est, improuisus, & inexpectatus. Illi, scilicet Sauli. Aut singulare pro plurali, illis, hostibus meis. 15 cum fragore corruat in illud. i. pessum eat. 16 de Domino. 17 gaudebit de salute eius i. de ope quam mihi tulerit. q. d. Non incidam in foueam, nec superabor illis insidiis: nam suppetias lampus tu mihi Dominus, cuius nomine cũ summa lætitia gratias illi agam. 18 Pars pro toto, totum corpus meum dicere videbitur, O Domine, &c. Vel, Ego dicam tibi totis viribus. 19 Futurũ apud Hebræos, pro præterito. Insurrexerunt testes iniquitatis. i. falsi. 20 de eo quod non agnoscebam, de eo culpabant

ius conscius non eram. Interrogauerunt me, dissimulando me apud Saulem. 21 sub. rependebant. Id est, Me orbauerunt vita. Anima nostra orba redditur quando corpore suo in quo habitat, priuatur. Sunt tamẽ qui per orbitatem intelligant miseriam, [illegible] &c. 23 ieiunioq; indictiq. vel, graui. Affligebam inquit, tempore ieiunii animam meam [illegible] particularem aliquo familiari laborante morbo aliquo: quale fuit ieiunium Dauidis ob filium [illegible]. Acsi dicat, Adeo bene precabar illis, vt orationem meam velim redire in me [illegible]. 24 reuersa [illegible] tam serius & vehemens, quam serius & vehemens [illegible] Ac si dicat [illegible] 26 i. Contra, [illegible] paululum [illegible] 28 ne [illegible] opinionem meam [illegible] 29 [illegible] 30 i. Cum [illegible] concupiscentiis [illegible] verbum præcedens, Congregabantur inquam cum simulatoribus, [illegible] habent vanum fructum & inutilem sermonem, [illegible] & nihili. Dentium [illegible]

31 Sub. [illegible] facinora eorum: 32 retrahe. Vel, reuoca. 33 i. de exitiis quæ illi parant & moliuntur. 34 Rapaces homines [illegible] vnigenitus [illegible]. 35 [illegible] Quod si feceris, celebrabo te in cœtu magno, in populo multo laudabo te. 36 [illegible] malis [illegible] aduersum me [illegible] more ridentium. 37 Heb. contra [illegible] pacato animo viuunt, & quieto, mites & [illegible], contra quos semper fraudes moliuntur. 38 i. Aperiunt [illegible] ab omnibus [illegible]. Aut dilatauerunt præ nimia lætitia os suum. 39 vel, Vah vah vidit oculus noster. Sub. quæ optauimus videre [illegible].

40 vel, Tu vidisti [illegible] quibus hostes me afficiunt. 41 vel, ne obsurdescas Aut, ne simules surditatem, dum scilicet aduersum illos opem peto. 42 vel, Excitate, & [illegible] vindice. Ostende in hac causa mea te non dormitare. q. d. Iam tam sume pœnas de illis. 43 Hebr. in causam meam [illegible] causam meam asseras.
44 Heb. Iudica me. [illegible] & bonus. 45 q. d. ne sinas me affici ea calamitate, ob quam lætitiæ occasionem & materiam habeant hostes mei. [illegible] linguæ.
46 Heb. Vah anima nostra. Vel, [illegible] nostrum, [illegible] pro voto successit. Vox enim Hebræa NEPHES, significat etiam votum, desiderium, cupiditatem [illegible] compotes [illegible] perdidimus eum.
47 id est, nemine excepto.
48 qui magnificant se aduersum me. Vel, contra me sese attollunt. i. Excidant spe sua qui contendunt totis viribus me perdere.

ep vel, voluptatem habent in iustitia mea. i. quibus grata est iustitia mea: qui agnoscunt innocentiam meam, & ei fauent.
50 i. Crescat magis ac magis bonus Dominus, extollatur super omnia Dominus.
51 i. cui placuit ut seruus suus pace fruatur: qui donat seruo suo Dauidi rerum omnium prosperum successum.
52 i. de iustitia tua commentabitur, meditabitur inquit omni die, siue indesinenter laudes tuas, & summam tuam bonitatem deprædicabit.
PSAL. XXXVI.
1 Sub. psalmus. Vocat se seruum Domini præter morem in epigraphe, quòd in psalmo sit taxaturus violatores legis Domini, qui serui illius dici nequeunt. Hoc psalmo propheta immensam Dei bonitatem describit, simulque improbam ac peruersam malorum impietatem detestatur. Postremo oratione Psalmum claudit.
2 Ad verbum. Dixit scelus impii in medio cordis mei, non est timor Dei coram oculis eius. Nam blanditur sibi in oculis suis ad inueniendam iniquitatem suam ad odium. Alii vertunt, Dictum præuaricationis est (vel Dixit præuaricatio) ipsi impio in medio

31 *Ouent & gaudent qui* [49] *volunt iustitiam meã,' & dicant,* [50] *Semper magnificetur Dominus,* [51] *qui vult pacem serui sui.'*

32 *Et lingua mea* [52] *sedulo resonabit iustitiam tuã, quotidie laudem tuam.*

31 Exultent & lætetur qui volunt iustitiam meã: & dicant semper, Magnificetur Dominus, qui volunt pacem serui eius. *Exhortatio ad lætitiam.*

32 Et lingua mea meditabitur iustitiam tuam, tota die laudem tuam. *Iustitia Dei.*

PSALM. XXXVI.

Præfecto cantorum, [1] Dauidis serui Dei (carmen.)

1 [2] *TEstatur in corde meo scelus impii, nullum esse timorem Dei.*

2 [3] *Nam sibiipsi blanditur, donec summo odio digna iniquitas eius euadat.*

3 *Verba oris sui iniqua sunt & dolosa:* [4] *doceri renuit' vt bene agat.*

4 [5] *In lecto suo' prauitatem excogitat,* [6] *statuit inde se in viam non bonam, malum non auersatur.'*

5 *Domine* [7] *in cælis' bonitas tua, &* [8] *veritas tua' ad æthera vsq.*

6 *Iustitia tua sicut* [9] *montes Dei:* [10] *iudicia tua abyssus magna.*

7 *(Quod) hominem & iumentum* [11] *seruas' Domine. Quam præclara est o Deus bonitas tua.*

8 [12] *Et filii hominum' qui tua sũ fidei, velut vmbra alarum committunt.*

9 [13] *Inebriabuntur ab vbertate domus tuæ, & de torrente delectatum tuarum potum dabis eis.'*

10 *Penes te enim* [14] *vitæ vena' est, in luce tua* [15] *videbimus lucem.*

11 [16] *Obtende' bonitatem tuam his qui te cognoscũt, &* [17] *iustitiam tuam his qui recto sunt corde.*

12 [18] *Ne veniat mihi pes superbiæ,' & manus impiorum ne commoueat me.*

13 [19] *Ibi ceciderunt qui operantur iniquitatem: impulsi sunt, nec potuerunt stare.*

PSALM. XXXV.

In finem, seruo Domini Dauid.

1 DIxit iniustus vt delinquat in semetipso, non est timor Dei ante oculos eius. *A Impiorum cæcitas profunda.*

2 Quoniam dolose egit in conspectu eius: vt inueniatur iniquitas eius ad odium.

3 Verba oris eius iniquitas & dolus: noluit intelligere vt bene ageret.

4 Iniquitatẽ meditatus est in cubili suo: astitit omni viæ non bonæ, malitiam autem non odiuit.

5 Domine in cælo misericordia tua: & veritas tua vsque ad nubes. *Misericordia Dei abundantissima quæ etiam bestiis omnibus prouidet.*

6 Iustitia tua sicut montes Dei: iudicia tua abyssus multa.

7 Homines & iumẽta saluabis Domine: (quẽadmodum multiplicasti misericordiam tuam Deus?)

8 Filii autem hominum in tegmine alarum tuarum sperabunt.

9 Inebriabuntur ab vbertate domus tuæ: & torrente voluptatis tuæ potabis eos.

10 Quoniam apud te est fons vitæ: & in lumine tuo videbimus lumen.

11 Prætende misericordiam tuam scientibus te, & iustitiam tuam his qui recto sunt corde. *Misericordiã Dei & iustitiã petit.*

12 Non veniat mihi pes superbiæ: & manus peccatoris non moueat me.

13 Ibi ceciderunt qui operantur iniquitatem: expulsi sunt, nec potuerunt stare.

PSALM. XXXVII. Dauidis.

1 ℵ [1] *NE succenseas ob malos,* [2] *neq. vrat te æmulatio ob facientes iniquitatem:'*

2 *Nam* [3] *veluti fœnum' subito* [4] *deciduntur,' ac veluti* [5] *virens herba' marcescent.*

3 ב *Tu spera in Dominum, & quod bonum est facito:* [6] *inhabita terram,' &* [7] *pasce fidem:'*

4 *Tunc* [8] *oblectaberis te in 'Domino,' & is dabit tibi petitiones cordis tui.*

5 ג [9] *Deuolue super Dominum viam tuam,' & confitere,* [9] *vt ipse faciat.*

6 *Et* [10] *iustitiam tuam ceu lumen in apertum producet, &* [11] *iudicia tua ceu meridiem.*

7 ד [12] *Sile Domino,' & præstolare eum:* [13] *ne succenseas ei viro cuius institutum suum feliciter succedit dum scelus designat.'*

PSALM. XXXVI. *Psalmus ipsi Dauid.*

1 ℵ NOli æmulari in malignantibus, neque zelaueris facientes iniquitatem. *A Ne vrat bonos malorum prosperitas eaius timentibus Deum.*

2 Quoniam tanquam fœnum velociter arescẽt: & quemadmodum olera herbarum cito decident.

3 ב Spera in Domino, & fac bonitatem, & inhabita terram, & pascêris in diuitiis eius.

4 Delectare in Domino: & dabit tibi petitiones cordis tui. *Exhortatio vt Deo nitamur.*

5 ג Reuela Domino viam tuam, & spera in eo: & ipse faciet.

6 Et educet quasi lumen iustitiam tuam, & iudicium tuum tanquam meridiem:

7 ד Subditus esto Domino & ora eum. Noli æmulari in eo qui prosperatur in via sua, in homine faciente iniustitias. *Non imitandi quibus omnia prospera.*

cordis mei. Nõ est timor &c. Ac si dicat, Sic cogito apud me in animo meo, nempe improbitatẽ dicere vel suggerere improbo, nihil esse quod Deum timere debeat. 3 Nã blanditur sibi in oculis suis, vt inueniat iniquitatẽ suã ad odiũ. i. Spreto timore Dei blanditur impius sibiipsi, vt nãciscatur occasionẽ [illegible] satietatẽ vsq; nã[illegible] hoc sibi placet, vt nãciscatur vberrimã occasionẽ male agẽdi. Verti etiã potest sic, Quia blanditur [illegible] transgressio impio, in oculis ipsius, [illegible] sub. viã bonã. Atq; ita vertit Chaldæus paraph. Persuadet improbitas improbo mala esse bona, vt designet iniquitatẽ ad faciendũ vsq; 4 est [illegible] sub. viã iustã. fugit doceri vt bene agat. 5 i. Tẽpore nocturno, quo probi dolore [illegible] admissis. 6 vel, sistit in via nõ bona, nullum malũ auersatur. 7 vsq; ad cælos. Hic erumpit in admirationẽ diuinæ bonitatis 8 fides tua. i. fida ac fidelis protectio & cura tua, q. d. Licet sit ista nequitia impiorum [illegible] tamẽ nõ minus cõsulis quã piis. Totus orbis ab imo vsq; ad summum plenus est bonitate tua. Secunda hæc versus pars idẽ dicit quod & prima. 9 [illegible] eximios, magnos, & præstãtes, sic Dei dicunt esse Hebræi, q. d. Tã immẽsa est bonitas tua, quàm sunt immẽsi mõtes, quàmuis altissimi. 10 Sub. sunt [illegible] i. Iudicia tua, prouidẽtia tua qua mundum regis, qua in impios perinde [illegible] in profundissimo similis est, obiectissima est: hominis captum & intelligẽtiã superat. Lege finẽ vndecimi capitis epistolæ ad Hebræos. 11 Præteritũ apud Hebræos pro præsenti: seruas, vel se[illegible] nõ solũ homines sẽtiunt beneficia tua, sed etiam animalia omnia [illegible] Deus oriri facit solẽ suũ super bonos & malos. 12 sub. quã præclara. Vers. potest, Quam præclara est clementia (vel, misericordia) tua o Deus propterea filii hominum in vmbra alarum tuarum sperabunt. Vel, sperãt. i. protectioni tuæ se cõmittunt sicut [illegible] vmbra & præsidio alarum gallinæ se solẽt cõmittere pulli [illegible]. 13 vel, Inebriabunt se de pinguedine domus tuæ [illegible] voluptatũ tuarũ [illegible] Vel, implebunt se (aut saturabuntur) opulẽtia & beneficiis quæ [illegible] in homines cõferre solet [illegible] gratia replebuntur. Pinguedo pro opulẽtia. 14 i. fons [illegible] & tribuẽtis vitã [illegible] indesinẽs. 15 vel, assequemur lumẽ. i. Tenebris & ignorantia liberabimur. Veritatẽ & [illegible] doctrinã, Dei solũ durẽte cognoscetur beneficio luminis tui [illegible] æternã. Nãq; lux aliquãdo fœlicitatẽ significat, vt tenebræ calamitatẽ. 16 vel, Extende. Psal. 86 sic Prouerbi. 17 q. d. obtẽde misericordiã [illegible] coniunctã cũ iustitia. 18 i. Ne irruat in me pes hominum superborũ. Ne inuadat me superbi [illegible] Per pedẽ & manũ, vim intellige. Ne abducet [illegible] superborũ ferox manus. 19 Illius casũ perpetratẽ iniquitatẽ impellẽtur, & nõ poterunt [illegible] quo se me impellere conabãtur, [illegible] nec valebunt resurgere. Vox Hebræa [illegible] pro qua vertimus illuc & locũ & tẽpus significare scribunt Hebræi, vnde vertere potes Tunc. q. d. Corruẽt operantes iniquitates tũ, cum dignas pœnas [illegible] aduerbiũ adiicit. PSALM. XXXVII. 1 Ne admisceas te cũ noxiis. Vel, Ne societatẽ ineas cũ perperã agentibus. 2 neq; inuideas facientibus iniquitatem, neq; iniquorum prosperũ rerũ successum [illegible] si sceleratos videris opulẽtos. Admonet pios Dauid vt nihil moueantur prospero [illegible] fœlicitas nõ est perpetua, sed breuis & caduca. 3 [illegible] 4 vel, marcescent. Aut, marcescẽtes decident. 5 [illegible] herba virens. [illegible] 6 [illegible] fide & veritate. Alii vertũt, & pasce fide, sub. alios [illegible] promissiones Dei, vt fecit Abrahã. vel [illegible] Dei promissionũ seruantẽ esse. [illegible] pasce te veritate & fide. i. [illegible] Chaldæus paraphrastes vertit, robora te fide aut veritate. Verti posset, Pasceris in veritate, hoc est, [illegible] perierint & exstincti fuerint fœlicitate tua [illegible] Domino, vero pasceris [illegible] perpetuo manẽtibus [illegible] 7 i. summã voluptatẽ capies de bonitate [illegible] Domini. 8 [illegible] ad Dominũ, cõmitte Domino [illegible] Vel, [illegible] cũ fiducia certa in eũ: & ipse omnia cõficiet [illegible] dabit &c. 9 Vel, & ipse cõficiet. Sub. res tuas, curabit res tuas. dabit cæptis tuis successum. 10 [illegible] & bonã institutã [illegible] Iustitiã hominis vocat vitã ipsius rectè & iusto iudicio institutã. 11 i. æquitates tuæ, quã nũc nõnihil caligat habẽt propter [illegible] lucubrẽte [illegible] quàm est Sol in ipso meridie. 12 i. Obedi ei, & patere propter eũ, aut, Fide ei, siue in eo spera. Alii vertũt, Expecta Dominũ, & præstolare eũ. q. d. Expecta opẽ à Dno, & auxiliũ eius præstolare. Silere. n. est quietũ esse, tranquillũ, obediẽtẽ nõ rebellare, nõ respõdere Domino. 13 [illegible] ne misceas te cũ eo qui [illegible] viã suam, cũ homine sequẽ patrãte scelera. Vel, ne cõmisceas mentis tuas cũ eo cui omnia prosperè succedunt, cũ homine &c.

8 ח Desine ab ira, & derelinque furorem: noli æmulari vt maligneris.

Male agentis, & Deo fidentis. 9 Quoniã qui malignant, exterminabuntur: sustinẽtes autem Dominũ ipsi hæreditabunt terram.

10 ‖ Et adhuc pusillum, & non erit peccator: & quæres locum eius, & non inuenies.

B *Mansueti.* Matth. 5. a 11 ‖ Mansueti autem hæreditabunt terram, & delectabuntur in multitudine pacis. ‖

Quales impij erga pios. 12 ‖ Obseruabit peccator iustum: & stridebit super eum dentibus suis.

13 Dominus autem irridebit eum: quoniã prospiciet quòd veniet dies eius.

14 ח Gladium euaginauerunt peccatores, intenderunt arcum suum.

deiiciant 15 Vt decipient pauperem & inopem, vt trucident rectos corde.

16 Gladius eorum intret in corda ipsorum: & arcus eorum confringatur.

Piorum & impiorum differentia. 17 ט Melius est modicum iusto super diuitias peccatorum multas.

18 Quoniam brachia peccatorum conterentur: confirmat autem iustos Dominus.

19 י Nouit Dominus dies immaculatorum: & hæreditas eorum in æternum erit.

20 Non confundentur in tempore malo, & in diebus famis saturabuntur:

C 21 כ Quia peccatores peribũt. Inimici verò Domini mox vt honorificati fuerint & exaltati: deficientes quemadmodum fumus deficient.

Mutuatur 22 ל Mutuabitur peccator, & non soluet: iustus autem miseretur & tribuet.

Deus dux & rector fideliũ. 23 Quia benedicentes ei hæreditabunt terram: maledicentes autem ei disperibunt.

dirigentur: 24 מ Apud Dominum gressus hominis dirigetur: & viam eius volet.

25 Cum ceciderit, non collidetur: quia Dominus supponit manum suam.

Fideles non derelinquuntur à Deo. Eccles. 2. c 26 נ ‖ Iunior fui, etenim senui: & non vidi iustum derelictum, nec semen eius quærens panem.

27 Tota die miseretur & commodat: & semen illius in benedictione erit.

Exhortatio ad opera fidei. 28 ס Declina à malo, & fac bonum, & inhabita in seculum seculi.

29 Quia Dominus amat iudicium: & non derelinquet sanctos suos: in æternum conseruabuntur.

30 Iniusti punientur: & semen impiorũ peribit.

31 ע Iusti autem hæreditabunt terram: & inhabitabunt in seculum seculi super eam.

D Esa. 51. c 32 פ ‖ Os iusti meditabitur sapientiam, & lingua eius loquetur iudicium.

33 Lex Dei eius in corde ipsius: & non supplantabuntur gressus eius.

34 צ Considerat peccator iustũ: & quærit mortificare eum.

35 Dominus autẽ non derelinquet eũ in manibus eius: nec damnabit eum cum iudicabitur illi.

36 ק Expecta Dominũ, & custodi viam eius: & exaltabit te vt hæreditate capis terram: cum perierint peccatores videbis.

8 ח *Remitte iram, missum fac furorem:* [14] *ne succenseas vt malefacias.*

9 *Quoniã malefacientes excindentur: qui verò Dominũ præstolati fuerint,* [15] *illi terrã hæreditario possidebũt.*

10 י [16] *Paululum adhuc, & nusquam erit impius:* [17] *quumq; aduerteris locum eius, nullus supererit.*

11 [18] *Mansueti [interim] hæreditario terram possidebunt, & oblectabuntur* [19] *plurima rerum successu.*

12 ז *Molitur impius contra iustum, frendet contra eum dentibus suis.*

13 *At Dominus ridet illum, quoniam prospicit aduenire diem* [20] *eius.*

14 ח *Gladium stringunt impij, intendunt arcum suum.*

15 *Vt afflictum & inopem deiiciant, vt rectè gradientes iugulent.*

16 *At* [21] *gladius cor ipsorum transuerberabit, & arcus eorum confringentur.*

17 ט *Præstat pauxillum quod iustus habet, opibus multis impiorum* [22] *insignium.*

18 *Nam brachia impiorum* [23] *confringentur: iustos autem* [24] *fulcit Dominus.*

19 י [25] *Nouit Dominus innocentium quoq; tempus, &* [26] *hæreditas eorum perpetua erit.*

20 *In aduerso tempore haudquaquam* [27] *pudefient, & fame inualescente saturabuntur:*

21 כ [28] *Quia impij peribunt. Et hostes Domini vt preciosi agni absumentur, in fumo absumentur.*

22 ל *Impius accipit mutuum, nec dissoluit: iustus verò beneficus est & dat.*

23 *Nam benedicti* [29] *ipsius* [30] *hæreditario possidebũt terram,* [31] *execrati eius excindentur.*

24 מ [32] *A Domino diriguntur gressus viri, & via eius grassata est [ei].*

25 *Cum* [33] *ruit, non corruit: Dominus enim suffulcit manum* [34] *eius.*

26 נ [35] *Iuuenis fui, & nunc senui, nec [tamen] vidi iustum desertum, aut posteros eius mendicantes panem.*

27 *Quotidie beneficus est & mutuum dat,* [36] *& posteri eius optimè habent.*

28 ס *Recede à malo, & facito quod bonum est,* [37] *& habita perpetuò:*

29 *Quia Dominus amat* [38] *iudicium, nec deseret* [39] *beneficos suos, in sempiternum custodientur.*

30 *Posteri autem impiorum excindentur.*

31 ע [40] *Iusti hæreditario possidebunt terram, & habitabunt super eam in seculum.*

32 פ *Os iusti* [41] *de sapientia differit, & lingua eius* [42] *iudicium loquitur:*

33 *Lex Dei eius in corde ipsius: [ideirco] non nutabunt* [43] *gressus eius.*

34 צ *Impius iustum obseruat, & quærit vt eum occidat;*

35 *[At] Dominus non permittet eum manui illius,* [44] *nec permittet eum impietatis conuinci, quum iudicabitur.*

36 ק *Expecta Dominum, & viam eius obserua, & exaltabit te, vt hæreditario terram possideas: quum impij excindentur, tu videbis [cum gaudio.]*

14 Verùm tamen ne societatẽ ineas cum illis ad perperam agendum. i. ne succẽsis ob improborum fœlicitatẽ: verum nolis ita te recipere ab indignatione erga illos, vt eorũ mores amplectaris, & cum illis commercium ineas. 15 i. vitam æternam consequentur: vel, longæui erũt in hac vita. 16 i. Pusillum temporis superest, quum non erit improbus. Vel, Post dies paucos non erit superstes improbus. Dauid præsagit hic vitã breuem impiis. 17 Heb. contemplaberis locum eius, & non erit. i. cõsiderabis locum in quo habitabat, nec ipsum erit. 18 vel, Humiles & afflicti. Sanctis sæpe promittit Deus in veteri scriptura longã vitam, opulentiã, & quæcunq; in hac vita optari solent. 19 Heb. multitudine pacis. i. fruentur multa pace, & magno rerum successu. Impii paucos annos durabunt in terra: pii verò multos, & oblectabuntur vberrima rerum fœlicitate. 20 Scilic. impii: tempus quo de illo sumet pœnas. 21 q. d. conatus eorũ sicut irriti, suo se gladio iugulabunt. 22 vel, præclarorũ, aut magnatum: i. in magna dignitate constitutorum [illegible]

largissimas facultates improborũ insignium i. partas iniqua ratione, quo modo illas parare solẽt impij. 23 vel, frangentur. Aut frangi solẽt. Vocat opes brachia. [illegible] 24 vel, sustentat [illegible] 25 Agnoscit Dominus [illegible] &c. [illegible] Nouit Dominus articulis temporis, quo [illegible] 26 i. Dominus pro [illegible] illis necessaria suppeditabit, nõ aliter atque fundus aliquis [illegible] Perpetuò fruetur [illegible] 27 Tanquam [illegible] 28 vel, Quia [illegible] [illegible] Metaphora ducta ab adipe [illegible] in fumũ vertitur quando [illegible] Quo tempore pii saturabuntur [illegible] peribunt. 29 Scil. [illegible] 30 [illegible] 31 at male [illegible] excindẽtur. Vel, tollentur è medio. Qui Deo [illegible] Quod homo rectè viuat, à Deo habet, propterea illi placet. 33 vel [illegible] prosternetur [illegible] 34 [illegible] Labenti manũ adiutricẽ porrigens [illegible] & eũ sublemãdo 35 Puer fui, & senui nec tamen vidi, [illegible] Per pueritiã, siue iuuentutẽ, & senectutẽ, oẽs ætates complectitur. probat quæ ante [illegible] Neq; in ætate puerili, neq; in ætate hac mea [illegible] deserui [illegible] Per iustũ intellige [illegible] Domino, & eũ qui implorat auxilium [illegible] 36 [illegible] in benedictione [illegible] laudatur, & bene audit [illegible] 37 & habitabis in æternum [illegible] [illegible] 38 vel, æquitatẽ [illegible] De[us] omnia rectè fieri & ordine in hoc mũdo [illegible] 39 vel, [illegible] 40 Promissio lõga vitæ [illegible] terrã, & inhabitabunt eã diutissime. [illegible] 42 vel, æquitatẽ [illegible] 43 vel, pedes [illegible] 44 nec damnabit eum, &c. [illegible] dum causa eius agetur in iudicio.

37 ꝩ *Vidi impium* [45] *violentum & [46] sese diffundentem instar lauri frondosæ:*

38 *Et* [47] *transiuit, & ecce non erat: quæsiui eum, &* [48] *non est inuentus.*

39 ש *Obserua* [49] *integritatem, & specta id quod rectum est: nam ei viro tandem pax (erit.)*

40 *Sceleratis autem* [50] *pariter vastabuntur, &* [51] *impii tandem excindentur.*

41 ת [52] *Salus iustorum à Domino, qui & fortitudo eorum est in tempore afflictionis:*

42 [53] *Adiuuabit illos Dominus, & liberabit eos, liberabit eos ab impiis, & seruabit eos: nam sperauerunt in eum.*

37 ꝩ Vidi impium superexaltatum, & eleuatum sicut cedros Libani.

38 Et transiui, & ecce non erat: & quæsiui eum, & non est inuentus locus eius.

39 ש Custodi innocentiam, & vide æquitatem: quoniam sunt reliquiæ homini pacifico.

40 Iniusti autem disperibunt simul: reliquię impiorum interibunt.

41 ת Salus autem iustorum à Domino: & protector eorum in tempore tribulationis.

42 Et adiuuabit eos Dominus, & liberabit eos: & eruet eos à peccatoribus, & saluabit eos: quia sperauerunt in eo.

Infideles vo[illegible] fumus.

Exhortatio ad innocentiam. Impiorum interitus, & piorum salus.

45 fortem. Vel, potentem .i. magna authoritate præditum. 46 virentem instar lauri vividis, cuius vires vuidas erant & non demortuæ. 47 vel, prætereuntibus [illegible] 48 .i. nullum sui vestigium reliquit, ita euanuit. mea & omnium opinione citius euersus est impius. Felicitas impiorum momento perit. 49 Hebr. integrum, & considera rectum: quia finis viri, pax .i. Conside[illegible] integri & recti studiosum: nam vir huius generis tandem optima pace & felicitate fruetur. Iamnis non est hæc tautologia: quod nunquam fatis Dei in suos prouidentia inculcari possit. 50 vel, simul delebuntur simul .i. nullo excepto. Vel per præsens, delentur, siue vastantur. 51 Heb. finis impiorum succiditur .i. impii ad postremum pereunt vel sine [illegible]. 52 .i. [illegible] Domini [illegible]

PSALM. XXXVIII.

Carmen Dauidis [1] ad commemorandum.

1 D*Omine* [2] *ne in ira tua me arguas, néve castiges me in feruore tuo.*

2 *Quoniam* [3] *sagittæ tuæ* [4] *in me defixæ sunt, &* [5] *depressa est super me manus tua.*

3 [6] *Nihil integrum est in carne mea propter indignationem tuam, non est* [7] *pax ossibus meis propter peccatum meum.*

4 *Nam* [8] *iniquitates meæ transcendunt caput meũ, cen graue onus* [9] *grauiores sunt quam sim ferendo.*

5 *Computruerunt & sanie diffluunt* [10] *vlcera mea, propter stultitiam meam.*

6 [11] *Incuruus incedo & depressus admodum quotidie atratus obambulo:*

7 *Quoniam* [12] *coxendices meum penitus occupauit fœdum (vlcus.) nec integri quidquam in carne mea:*

8 [13] *Iactatus sum, & nimium attritus, præ fremitu cordis mei rugio.*

9 *Domine* [14] *coram te est omne desiderium meum, & suspiria mea te minime latent.*

10 *Cor meum* [15] *palpitat, destituit me robur meum,* [16] *& ipsum oculorum meorum lumen non est mecum.*

11 *Amici mei & sodales mei* [17] *stant è regione plagæ meæ.*

12 *Et propinqui mei procul consistunt: Laqueos (interim) tendunt qui quærunt animam meam:*

13 *Et qui malum mihi inquirunt, loquuntur prauitates, & assidue dolos* [18] *meditantur.*

14 *At ego velut surdus nihil* [19] *audio, et eram mutus qui os suum non aperit:*

15 *Similis sum (inquam) viro nihil audienti, & non habenti in ore suo quod pro se respondeat.*

16 *Te enim expecto Domine,* [20] *tu respondebis Domine Deus meus.*

17 *Nam* [21] *cogitabam, Ne de me lætentur,* [22] *qui simul atque nutat pes meus, magnifica iactitant contra me.*

PSALM. XXXVII.

Psalmus Dauid in rememoratione, die sabbathi.

1 DOmine, ne in furore tuo arguas me, neque in ira tua corripias me. A

2 Quoniam sagittæ tuæ infixæ sunt mihi, & confirmasti super me manum tuam.

3 Nõ est sanitas in carne mea à facie iræ tuæ: nõ est pax ossibus meis à facie peccatorum meorum.

4 Quoniã iniquitates meę supergressę sunt caput meum: & sicut onus graue grauatæ sunt super me.

5 Putruerunt & corruptæ sunt cicatrices meæ, à facie insipientiæ meæ.

6 Miser factus sum & curuatus sum vsque in finem: tota die contristatus ingrediebar:

7 Quoniam lumbi mei impleti sunt illusionibus: & non est sanitas in carne mea.

8 Afflictus sum & humiliatus sum nimis: rugiebam à gemitu cordis mei. B

9 Domine, ante te omne desiderium meum: & gemitus meus à te non est absconditus.

10 Cor meum conturbatum est in me, dereliquit me virtus mea: & lumen oculorum meorum & ipsum non est mecum.

11 Amici mei & proximi mei, aduersum me appropinquauerunt & steterunt:

12 Et qui iuxta me erant, délonge steterunt: & vim faciebant qui quærebant animam meam:

13 Et qui inquirebant mala mihi, locuti sunt vanitates, & dolos tota die meditabantur. C

14 Ego autem tanquam surdus non audiebam: & sicut mutus non aperiens os suum.

15 Et factus sum sicut homo non audiens, & nõ habens in ore suo redargutiones.

16 Quoniam in te Domine speraui, tu exaudies me Domine Deus meus.

17 Quia dixi, Nequando supergaudeant mihi inimici mei: & dum [a] commouentur pedes mei, super me magna locuti sunt.

18 Quo-

Orat Dauid vt remittatur peccatum, ob quod morbo correptus erat. Christo competit factus pro nobis peccatũ, & hostia pro peccato, confiteri conscientiæ terrorem, & animi angustiam, & peccatum.

Non resistit aduersariis sperans in Patre.

[a] commouentur.

53 vel, per præsens, Prę[illegible] eos Dominus, & liberet eos: liberet inquam eos ab improbis, & saluet eos, qui sperant in te. Vel, quia fide[illegible]

PSALM. XXXVIII. 1 Sub. Dei beneficium, quo a grauissimo[illegible] liberatus fuerat. Vel, quæ ipse sua mala commemorat. Doctissimi Hebræorum scribunt hunc [illegible] Dauide [illegible] ad orandum, siquando in similem aut alium morbum inciderent. Quidam [illegible] LEHAZQVIR [illegible] pro dignitate debiti mei arguas me, & de me debitas [illegible] 3 [illegible] Nomine sagittarum & manus, intelligit plagam & percussionem: quod & sagittis & manu [illegible] 4 vel, contortæ sunt in me, missæ sunt in me 5 vel, descendit [illegible] plagam [illegible] 6 .i. nulla pars corporis [illegible] ob peccatum meum 7 vel, quies [illegible] Pax pro quiete, quod in pace omnia sint tranquilla. Ossa pro ipsis membris [illegible] Accedit [illegible] Causam mali sui facit Dauid iram Dei [illegible] 8 [illegible] iniquitates meas, i. scelera mea, et aliquis demergitur in aquam profundam. 9 vel aggrauatæ sunt præ me .i. ponderosiores [illegible] possim.

10 [illegible] ex contractu castigatione tua & plagis tuis [illegible] ob peccatum stulte admissum, fœtent & pus vomunt 11 vel, Sum di[illegible] & incuruus vehementer omnes die atratus obambulo. Vel obl[illegible] 12 illa mea plena sunt sordo, sub. vl[illegible] Alii legunt, plena sunt ardore. Alii legunt. Quoniam impleti sunt lumbi mei contemptibili. 13 Dissolutus & attritus sum. 14 q. d. omnia vota mea tibi sunt manifesta, ob oculos tuos versantur, nec suspiria mea te latent. Sub. ob eam rem ad te confugio. Recurrit [illegible] 15 [illegible] Vel [illegible] Animus meus alia atque alia versat & cogitat: crucior variis cogitationibus 16 etiam ipsi (sub. oculi) non sunt mecum .i. iam non funguntur officio, quod quod mihi à Deo dati sunt. Iam nihil præ dolore video. Potest etiam legi ipsum [illegible] ipsum accipiatur, & referatur ad lumen. 17 de coram plaga mea steterunt .i. subducti à plaga mea, auersi à me steterunt. subduxerunt se à me, quod morbus meus esset contagiosus. 18 vel, [illegible] 19 Futurum est apud Hebræos pro præsenti, vel potius pro præterito imperfecto. Dissimulabam, inquit, me audire quæ dicerent. 20 q. d. [illegible] quia spero futurum vt te authore breui liberer ab hac calamitate. Respondebis [illegible] 21 [illegible] intra me optando dicebam. [illegible] ne gauderent de mea infelicitate [illegible] superba loquuti sunt super me. 22 vel, qui, dum vacillaret pes meus, aduersum me magnifice loquuti sunt. Dum, inquit, pes meus in lubrico [illegible] hoc lapsus, hostes mei aduersum me superba loqui solebant, multo magis [illegible] me si diutius hoc morbo laborauero, & non dei [illegible] sanitatem.

18 Quoniam ego in flagella paratus sum: & dolor meus in conspectu meo semper:

D 19 Quoniam iniquitatem meam annunciabo: & cogitabo pro peccato meo.

20 Inimici autem mei viuunt, & cōfirmati sunt super me: & multiplicati sunt qui oderūt me inique.

21 Qui retribuunt mala pro bonis, detrahebāt mihi, quoniam sequebar bonitatem.

22 Ne derelinquas me Domine Deus meus: ne discesseris à me.

23 Intende in adiutorium meū, Domine-Deus salutis meæ.

18 [23] *Quia iam ita comparatus sum vt claudus vacem, & dolor meus à me nunquam recedat:*

19 *Quia iniquitatem meam* [24] *fateor, & ob peccatum meum sollicitor.*

20 *At (interim) hostes mei* [25] *viuunt & robusti sunt, & crescunt qui me iniuria odio habent.*

21 [26] *Et qui maleficium rependunt pro beneficio, aduersantur mihi propterea quòd bonum sector.*

22 *Ne deseras me, Domine, Deus meus* [27] *ne procul à me absistas.*

23 *Propera vt me adiuues, ô Domine salus mea.*

23 Heb. Quia ego [illegible] paratus eram, & dolor meus erat in cōspectu meo semper. Sperauit, inquam, in Domino: quia morbo vehementi eo peruenit vt claudus sim futurus. Semper mihi ob oculos versatur morbus ille, vel nunquam à me recedit.

24 vel, narro, & ob peccatū meum anxius sum. i. Fateor enim me iniquè egisse, vnde hæc patior: & plurimum solicitat me peccatum meum. Sciebat enim Dauid se ob peccatum in morbum incidisse.

25 vel, viuentes valent viribus: & (sub. interim) aucti sunt viri (vel, crescunt) qui odio habent me immeritò.

26 vel, Et qui rependebat malum pro bono, oderūt me, quod sectarer bonum: quod pateret à [illegible] calumniam [illegible].

27 i. nē subducas auxilium tuū à me qui sum in magna tribulatione: festina vt opem mihi feras, Domine à quo salutem & auxilium expecto.

PSALM. XXXVIII.

In finem pro Idithum canticum David.

A 1 Dixi, Custodiam vias meas: vt non delinquam in lingua mea.

Ostendit David morbo: æquo animo, & sine vlla querimonia ferendos esse.

2 Posui ori meo custodiam cum consisteret peccator aduersum me.

3 Obmutui & humiliatus sum, & silui à bonis: & dolor meus renouatus est.

4 Concaluit cor meum intra me: & in meditatione mea exardescet ignis.

5 Locutus sum in lingua mea, Notum fac mihi Domine finem meum:

Breuitas & vanitas vitæ humanæ.

6 Et numerum dierum meorum quis est: vt sciā quid desit mihi.

7 Ecce mensurabiles posuisti dies meos, & substantia mea tanquam nihilum ante te.

8 Verūtamē vniuersa vanitas, omnis homo viuēs.

9 Verumtamen in imagine pertransit homo: sed & frustra conturbatur.

10 Thesaurizat: & ignorat cui congregabit ea.

Deo fidit.

11 Et nunc quæ est expectatio mea: nonne Dominus? & substantia mea apud te est.

Orat peccata condonari sibi

12 Ab omnibus iniquitatibus meis erue me: opprobrium insipienti dedisti me:

13 Obmutui, & non aperui os meum, quoniam tu fecisti: amoue à me plagas tuas.

14 A fortitudine manus tuæ ego defeci in increpationibus: propter iniquitatem, corripuisti hominē.

15 Et tabescere fecisti sicut araneam animā eius: verumtamen vanè conturbatur omnis homo.

16 Exaudi orationem meā Domine, & deprecationem meam auribus percipe.

17 Lachrymas meas ne sileas: quoniā aduena ego sum apud te, & peregrinus, sicut omnes patres mei.

18 Remitte mihi, vt refrigerer prius quàm abeam, & amplius non ero.

PSALM. XXXIX.

[1] *Præfecto cantorū ipsi Ieduthun* [2] *carmē Dauidis.*

1 D[2]*Icebam.* *Obseruabo vias meas ne peccem lingua mea:*

2 [3] *Cohibebo os meū capistro dū coram fuerit impius.*

3 [4] *Factus sum (diuturno) silentio mutus, (vt ne de bono quidē verbo loquerer:* [5] *at interim dolor meus renouabatur:*

4 *Incalescebat cor meum intra me,* [6] *ignis quidam dum meum immurmuratem, exardescebat:*

5 *(Tandem) lingua mea loquutus sum;* [8] *Indica mihi Domine finem meum.*

6 *Et* [7] *quisnam sit modus dierum meorum, vt sciam quanto tempore mihi in miserijs viuendum sit.*

7 *Ecce tu constituisti dies meos palmi mensura lōgitudine:*

8 *Quin æuum meum sic est quasi non sit, præsertim tibi collatum:*

9 [9] *Reuera prorsus nihilū est homo quiuis, quamlibet firmus consistere videatur. Sela.*

10 [10] *Quin in imagine vadit homo, temere tumultuatur, congerit, & nescit cui ea congreget.*

11 *Et nunc* [11] *quid expecto Domine? in te certè spes mea recumbit.*

12 [12] *Ab omnibus sceleribus meis libera me.* [13] *ne exponas me ludibrio stolidis hominibus:*

13 [14] *Obmutui nec aperui os meum* [15] *tu enim istuc fecisti. Aufer ergo à me* [16] *flagellum tuum.*

14 *Ab* [7] *exagitatione manus tuæ ego exanimatus sum.* [18] *Etenim dū tu hominē ob iniquitatē obiurgās castigas.*

15 *Illico tabescere facis veluti tinea, quidquid est in eo desiderabile.* [19] *quin vanitas est omnis homo. Sela.*

16 *Audi* [20] *precationem meam ô Domine, auribus accipe clamorem meum.*

17 *Ad lachrymā meā ne obsurdescas:* [21] *peregrinus enim sū apud te inquilinus qualis fuerūt omnes progenitores mei.*

18 [22] *Deflecte à me, vt me recipiam, priusquam abeam,* [23] *& nusquam sim.*

PSAL. XXXIX. 1 insigni, inquit, præfecto symphoniacorū, nimirum Ieduthun &c. i. Psalmus quē Dauid [illegible]

sandum Ieduthun, [illegible] cantorum præfectis quos David instituit [illegible] vel, Dixi, Sic apud me [illegible]

[illegible]

1 Heb. Expectando expectaui .i. Summa cura & diligentia expectaui opem Domini. Iactat hic David diuinam opem, quam diu expectatam, tandem abunde consecutus est.
2 declinauit ad me .i. aduertit mihi.
3 Heb. Extraxit me de cisterna strepitus .i. de cisterna in quam aquæ decidunt magno cum impetu. Vel, de puteo in quo aquæ nimia agitatione perstrepebant & sonitum edebant. Hic circumlocut' est aquarum profunditatem. Per cisternã seu puteum intelligit periculum anceps & vrgens, & idem intelligit per lutum coenosum.
4 Heb. luto cœni .i. de luto cœnoso: vt psal. 69. versu 3. Sic Terra pulueris dicitur ab Hebræis.
5 sub. firma, vbi scilicet tutus essem ab omni iniuria. Rupes est tuta perfugii locus.
6 vel, apparauit gressus meos .i. viam mihi strauit per quam sine offensione graderer.
7 Heb. dedit (vel, posuit) in ore meo &c. .i. dedit mihi occasionẽ celebrandi eum nouo carmine.
8 Subaudiendum, carmen inquam, laudem Deo nostro .i. occasionẽ laudandi Deum nostrum, hoc est ipsum. Mutatio personæ.

PSALM. XL.

Præfecto cantorum carmen Dauidis.

1 QVam diu solicite expectassem[1] Dominum, (tandem)[2] attendit me.
2 Exaudiuitq; clamorem meum: [3] Subduxit me è puteo illo calamitoso,[4] & [4] denso luto.
3 [5] In petra erectum me in pedes meos collocauit, [6] gressus meos corroborauit:
4 Et [7] inseruit ori meo carmen nouum, [8] laudem Deo nostro.
5 [9] Videbunt (id) multi, & timebunt, atque sperabunt in Dominum.
6 Fælix ille vir qui Dominum [10] tutelam suam posuerit,[11] nec respexit ad fastuosos,[12] & ad eos qui ad mendacium deflectunt.
7 Plurima [13] patrasti tu Domine Deus meus: [14] admirandorum facinorum, & consiliorum tuorum erga nos non potest iniri ratio:
8 Quæ si [15] enarrare & eloqui coner, plura sunt quã numerari queant.
9 [16] Victimam & sacrificium cibarium non amas, aures autem [17] perfodisti mihi.
10 Holocaustum & hostiam pro peccato,[18] non postulasti. [19] Tum dixi, En ipse adsum:
11 [20] In pagina libri scriptum est de [21] de me. Vt faciam quæ tu probas o Deus meus: [22] collibuit, [23] & lex tua in medio viscerum meorum.
12 [24] Deprædicans iustitiam tuã in cœtu magno, en labia mea haudquaquã cohibui, nosti tu ipse o Domine.
13 [25] Iustitiam tuam non occului in medio cordis mei, [26] constantiam tuam (in promissis) & salutem [27] tuam annunciaui:
14 [28] bonitatem tuam & veritatem tuam obticere concioni frequenti minime cessaui.
15 [29] Neque tu ô Domine continuisti à me miserationes tuas: benignitas tua & veritas tua perpetuò me [30] custodiunt.
16 Quoniam [31] adobruerunt me tot mala, vt ea nequeunt numerari: occupauerant me iniquitates meæ, vt non potuerim (ea) videre:
17 [32] Plura fuerunt quam pili capitis mei: inde destituit me cor meum.
18 Libeat tibi o Domine vt liberes me: o Domine propera vt me adiuues.
19 Pudefiant & afficiantur opprobrio [33] pariter qui quærunt animam meam vt extinguant eam:
20 Retro agantur & [34] patiantur ignominiam, qui cumque malo meo delectantur.
21 Vastentur pro eo quòd me pudefacere conabantur, qui dicunt mihi [35] Heha, heha.

PSALM. XXXIX.

In finem, Psalmus ipsi Dauid.

1 EXpectans expectaui Dominũ, & intendit mihi.
2 Et exaudiuit preces meas, & eduxit me de lacu miseriæ, & de luto fæcis. A
3 Et statuit super petram pedes meos, & direxit gressus meos.
4 Et immisit in os meum canticum nouum, carmen Deo nostro.
5 Videbunt multi, & timebunt: & sperabunt in Domino.
6 Beatus vir cuius est nomen Domini spes eius: & non respexit in vanitates & insanias falsas.
7 Multa fecisti tu Domine De' me' mirabilia tua: & cogitationibus tuis non est qui similis sit tibi. B
8 Annunciaui & locutus sum: multiplicati sunt super numerum.
9 Sacrificium & oblationem noluisti: aures autem perfecisti mihi.
10 Holocaustum & pro peccato nõ postulasti: tunc dixi, Ecce venio
11 ‖ In capite libri scriptum est de me vt facerẽ voluntatem tuam, Deus meus: volui, & legẽ tuam in medio cordis mei.
12 Annunciaui iustitiam tuam in ecclesia magna, ecce labia mea non prohibebo, Domine tu scisti.
13 Iustitiam tuam non abscondi in corde meo: veritatem tuam & salutare tuum dixi. C
14 Non abscondi misericordiam tuam & veritatem tuam à concilio multo.
15 Tu autem Domine ne longè facias miserationes tuas à me: misericordia tua & veritas tua semper susceperunt me.
16 Quoniam circumdederunt me mala quorũ non est numerus: comprehenderunt me iniquitates meæ, & non potui vt viderem.
17 Multiplicatæ sunt super capillos capitis mei: & cor meum dereliquit me.
18 Complaceat tibi Domine vt eruas me: Domine ad adiuuandum me respice. D
19 Confundantur & reuereantur simul, qui quærunt animam meam vt auferant eam.
20 Conuertantur retrorsum & reuereantur simul qui volunt mihi mala.
21 Ferant confestim confusionem suam, qui dicunt mihi, Euge, euge.

Christi gratiarum actio pro sui liberatione.

Christus hostia pro peccatis nostris.

Heb. 10. d.

Iustitiam qua peccator iustificatur, & misericordiam prædicans Christus.

Christus afflictus putat se derelictum à Patre.

Orat contra aduersarios.

9 i. Perueniet ad multos notitia beneficiorum quibus me affecit Dominus. 10 fiduciam suam 11 & non deflexit (vel defecit, sub. à Deo) ad præpotentes. Vel fastuosos & valentes [illegible]. Verti potest, non respexit siue, respicit, præsenti tempore [illegible] 12 & ad sectatores mendacii [illegible] qui nos fallunt [illegible] 13 vel, designasti. Plurima designat Deus [illegible] Non ego solum tuam misericordiam [illegible] 14 Heb. Multa fecisti tu Domine Deus meus mirabilia tua, & consilia tua sunt propter nos, neq; licet in ordinem redigere illa [illegible] Tribuit Deo cogitationes & consilia, vt facilius declaret [illegible] Tot inquit, ac tanta sunt tua erga nos beneficia, vt nemo ea in ordinem redigere, ac coram te recensere possit. 15 Heb. narrabo & dicam plura fuerunt quam [illegible] Vel, Si ea narrare & eloqui [illegible] plura sunt [illegible] Aut, multiplicata sunt quam vt narrari possint. 16 Sacrificium & donum [illegible] oblatio quæ constat simila, oleo oliuarum permista. q.d. Cum Domine tibi tam multa debeamus, [illegible] Non contendit Dauid, Deum [illegible] Deum semper magni pendisse voluntatis diuinæ studium [illegible] Ad Hebræos cap. 10. hæc verba Christo accommodantur, cuius typus fuit Dauid. 17 [illegible] Aures causatas tabulasti mihi vt audirem legem tuam, & [illegible] Nam aures perfodere, hyperbolica oratione est [illegible] 18 vel, non postulasti [illegible] quærere [illegible] sed potius, veram & sinceram religionem quæ [illegible] 19 Tunc, inquit, quum intellexissem [illegible] placere, obtuli me ad faciendã præcepta tua. Ecce venio, En adsum, [illegible] 20 in volumine libri. Veteres Hebræi in membranis aut chartis scribebant [illegible] legem & prophetas. In volumine igitur libri, in libro [illegible] legis & prophetarum [illegible] Deut. [illegible] scribitur. 21 vel, super me, aut propter me, & reliquos reges, inquit Dauid. [illegible] 22 siue, desidero. Præteritum pro præsenti: cupio voluntatem tuam facere. 23 nam lex tua in medio [illegible] hoc est cordis, q.d. legem tuam [illegible] Vox Hebræa M E A I M, pro qua vertimus intestina, est dualis numeri, [illegible] cor & pulmonem, quæ à visceribus inferioribus, iecore, liene & renibus separantur diaphragmate [illegible] 24 [illegible] & bonus, in frequenti concione [illegible] Pro accepto aliquo beneficio à Deo, nihil antiquius habent quàm vt singularem Dei [illegible] hoc est singularem bonitatem laudent & extollant. 25 i. Non detinui [illegible] in corde meo bonitatem tuam. 26 Heb. veritatem tuam. 27 [illegible] 28 vel, nec celaui [illegible] (siue benignitatem) tuã & veritatem tuam concioni frequenti. Per veritatem, constantiam promissionum Dei intelligit, & per benignitatem, liberalitatem illam qua Deus largiri solet supra id quod pollicitus est. 29 Tu ergo ô Domine ne subtrahas [illegible] vel, ne contineas [illegible] q.d. Dignare me semper tuis miserationibus. 30 vel, custodiant. 31 circumdederunt me mala innumera, assecutæ sunt me iniquitates meæ, & non potui videre, [illegible] Omni ex parte premunt afflictionibus adeo multis, vt nequeant numerari [illegible] poenas iniquitatibus meis debitas, quæ tot sunt [illegible] oculos meos fallant, nec eas numero possim discernere. Verti potest, nec quicquam cerno. 32 plures enim sunt quàm capilli capitis mei [illegible] cor meum destituit me. i. animo deficio [illegible] præ dolore & angustia. 33 vel, simul [illegible] 34 vel, ignominia afficiantur, qui quærunt malum meum .i. qui cupiunt meorum malo [illegible] 35 vel, Euax euax [illegible] [illegible]

Exhortatio ad lætitiam.

22 Exultent & lætentur super te omnes quærentes te & dicant semper, (Magnificetur Dominus) qui diligunt salutare tuum.

Solicitus pro suis Deus.

23 Ego autem mendicus sum & pauper: Dominus solicitus est mei.

24 Adiutor meus & protector meus tu es: Deus meus ne tardaueris.

22 *Lætentur & gaudeant* [16] *in te quicunq; te quærunt, &* [17] *dicant perpetuò (* [18] *Magnificetur Dominus) qui* [19] *amant salutem tuam.*

23 [40] *Ego autem afflictus sum & inops, Dominus cogitat pro me.*

24 [41] *Auxilium meū & liberator meus tu es, Deus meus ne moram feceris.*

PSALM. XL.

In finem, Psalmus ipsi Dauid.

A Beati qui soliciti sunt de afflictis.

Orat Deum vt peccatum auferat & morbum.

Christus orat pro peccatis nostris tanquam suis.

1 BEatus vir qui intelligit super egenum & pauperem: in die mala liberabit eum Dominus.

2 Dominus conseruet eum, & viuificet eum, & beatum faciat eum in terra: & non tradat eum in animam inimicorum eius.

3 Dominus opem ferat illi super lectum doloris eius: vniuersum stratum eius versasti in infirmitate eius.

4 Ego dixi, Domine miserere mei: sana animam meam, quia peccaui tibi.

5 Inimici mei dixerunt mala mihi, Quando morietur & peribit nomen eius?

6 Et si ingrediebatur vt videret, vana loquebatur: cor eius congregauit iniquitatem sibi.

7 Egrediebatur foras, & loquebatur:

8 In idipsum Aduersum me susurrabāt omnes inimici mei: aduersum me cogitabant mala mihi.

9 Verbum iniquum cōstituerunt aduersum me, Numquid qui dormit non adiiciet vt resurgat?

Iudæ perfidia. Matth. 26. b. Mar. 14. b. Luc. 22. b. Iohan. 13. b. Act. 1. c.

10 Etenim homo pacis meæ in quo speraui, qui edebat panes meos: magnificauit super me supplantationem.

11 Tu autem Domine miserere mei, & resuscita me: & retribuam eis.

Resurrectio Christi.

12 In hoc cognoui quoniam voluisti me: quoniam non gaudebit inimicus meus super me.

13 Me autem propter innocentiam suscepisti: & confirmasti me in conspectu tuo in æternum.

14 Benedictus Dominus Deus Israel a seculo & vsque in seculum: fiat, fiat.

PSALM. XLI.

Præfecto cantorum oda Dauidis.

1 *B*Eatus est [1] *qui prudenter agit cum ægro:* [2] *dum tēpus fuerit aduersum, eripiat eum Dominus.*

2 *Dominus custodiat eum,* [3] *valetudinem restituat ei,* [3] *vt* [3] *secundum adhuc rebus fruatur in terra:* [4] *nec enim permittet eum libidini inimicorum eius.*

3 [5] *Dominus fulciat eum in lecto ægritudinis (decumbentem:)* [6] *totum stratum eius* [6] *commutabis in infirmitate eius.*

4 *Hinc ego quoq;* [7] *dico, Beneficus esto mihi ô Domine, sana* [8] *animam meam: nam a duersum te peccaui.*

5 *Inimici mei* [9] *male præcabantur mihi dicentes, Quando (tandem) morietur, & interibit nomen eius?*

6 *Cumq; (quispiam ex eis) veniret (me) inuisurus,* [10] *vanum loquebatur,* [11] *corde sibi praua colligebat,*

7 *Egressus foras (id) eloquebatur.*

8 *Inter se osores mei contra me pariter mussitabant. Aduersum me malum cogitabant, (nempe.)*

9 [11] *Perfudit istum graue aliquid sceleris: & iste decumbens haudquaquam posthac surget.*

10 [13] *Quin & is quocum mihi arctissima fuit familiaritas,* [14] *cui fidebam,* [14] *quiq; cibo meo vescitabat,* [15] *sublato pede, velut calce, me petebat.*

11 *Tu ergo Domine beneficus sis mihi, &* [16] *erige me, vt illis rependam.*

12 [17] *In hoc cognoui fauere te mihi,* [18] *quod hostis meus de me non iubilat.*

13 [19] *Quodq; sum incolumis: fulcies porrò me, atque statues coram te in sempiternum.*

14 *Collaudetur Dominus Deus Israelis,* [20] *à seculo vsq; in seculum.* [21] *Amen & amen.*

PSALM. XLI.

In finem, intellectus filiis Core.

Dauid regno pulsus a filio, dolet se abstentum a sacro cætu, petitq; A in integrum restitui. [a] *fortem.*

1 QVemadmodum desiderat ceruus ad fontes aquarum: ita desiderat anima mea ad te Deus.

2 Sitiuit anima mea ad Deum [a] fontem viuum: quando veniam & apparebo ante faciem Dei?

PSALM. XLII.

Præfecto cantorū, [1] erudiēs (carmē) filiorū Corah.

1 *VT ceruа* [2] *mugit ad torrentes aquarum, sic anima mea* [3] *mugit ad te ô Deus.*

2 [4] *Sitit anima mea Deum* [5] *Deum viuum: quando (demum) veniam,* [6] *vt appaream in conspectu Dei?*

16 vel, desiderant. sub. & non de prudentia sua. 17 .i. habeant perpetuo vnde dicere possint. 18 vel, Exaltetur. qui scilicet egit nobiscum pro sua misericordia. 19 .i. gaudent auxilio tuo. 40 Ego quidem pauper & inops sum: (sub. auxilii humani) at Dominus cogitat de me. Vel, Ego quidem afflictus eram, sed Dominus consuluit mihi. Chaldæus paraphrastes vertit, cogitat vt mihi benefaciat. Ego quidē rex Israel qui videor fœlicissimus, pauper sum & inops: at Dominus curā mei habet. 41 Q.d. Non est mihi superbiendum si quid bene ago: nam id tua ope fit, qui me soles à tribulationibus eripere.

PSALM. XLI. 1 qui prudenter ægroto, .i. qui sedulo tractat ægrotum. Affirmat Dauid eos esse fœlices qui ex animo ægrotis student: huiusmodiq; hominibus omnia prospera precatur. 2 Heb. viuificet eum .i. vitam, hoc bonam valetudinem præstet illi, seruet eum incolumem. 3 Hc. beatus fiat .i. fœliciter omnia succedant illi in

hoc seculo. 4 Heb. nec tradas (vel, dederis) in animā &c. Mutatio personæ, pro, nec deus permittet eū voluntati & libidini inimicorum eius. [illegible]

7 q.d. Quum videren me non dum posse desiderio meo potiri, nihil mihi prius erat quam totos dies & totas noctes lachrymando transigere & omni cibo abstinere.
8 sub. hostes.
9 Sub. in quo antehac semper fiduciam tuam collocasti? Cur Deus quem tu colis, non adest tibi? Acerbissima est piis in perpetuum divini auxilii exprobratio.
10 Heb. Hæc quum recordor, effundo in me animam meam, simulatq; recordor, quòd transibam olim in caterua, & quòd longo gradu incedebam cum eis vsq; ad domum Dei, in voce exultationis & laudis, in turba festum agente. vel, tripudiante & læta. Aut, deducens inquam turbam festiuantem. Hæc, inquit, reduco in memoriam, quod procul absim a tabernaculo Dei præterea quod hostes mihi solitant obiicere odium Dei & abiectionem: A interim sunt anim' meus quasi liquefactus: recordati, effuso gaudio lætatus sum, neq; consolatus sum, quòd aliquando adierim

3 [7] *Fuit mihi lachryma mea pro cibo dies noctesq;, dum mihi [8] dicerent quotidie,* [9] *Vbinam est Deus tuus?*

4 [10] *Animam meam effundo, simul atque recordor qualiter in summa illos amantes & collaudantes,*

5 *Festinanter scilicet ac celebrem cœtum, ad domum Dei deducebam.*

6 *Quid deiecta es ô anima mea,* [11] *& intra me tumultuaris?*

7 [12] *Spera [tantum] in Deũ,* quia [13] *adhuc pro salute reddita, coram conspectu eius gratias agam.*

8 *Deus meus deiicit se anima mea intra me, propterea quòd tui* [14] *recordor* [15] *in terra trans Jordanem,* [16] *atq; ab Hermonim* [17] *monte pusillo.*

9 *Abyssus abyssum* [18] *aduocat, ad vocem cataractarum tuarum.*

10 [19] *Cuncti fluctus tui & procellæ tuæ super me transierunt.*

11 [20] *Interdiu præcepit Dominus benignitati suæ, & nocte canticum eius mecum.*

12 *Oratio ad Deum vitæ meæ. Dicam Deo* [21] *petra mea,*

13 *Quare oblitus es mei? cur* [22] *opprimente atratus ingrediar?*

14 [23] *[Perinde est ac si adigeret gladium in ossa mea dum hostes mei contumeliis me afficiunt.*

15 *Dicuntq; ad me quotidie, Vbi est Deus tuus? Quid deiecta es ô anima mea, & cur sic intra me tumultuaris?*

16 *Spera [tantum] in Deum:* [24] *quia adhuc celebrabo eum* [25] *pro salute ante conspectum meum reddita, & quod Deum meum [se esse ostendit.]*

3 Fuerunt mihi lachrymæ meæ panes die ac nocte: dum dicitur mihi quotidie, Vbi est Deus tuus?

4 Hæc recordatus sum, & effudi in me animam meam, quoniam transibo in locum tabernaculi admirabilis, vsq; ad domum Dei.

5 In voce exultationis & confessionis, sonus epulantis.

6 Quare tristis es anima mea? & quare conturbas me?

7 Spera in Deo, quoniam adhuc confitebor illi: salutare vultus mei, & Deus meus.

8 Ad meipsum anima mea conturbata est, propterea memor ero tui de terra Jordanis, & Hermoniim, à monte modico.

9 Abyssus abyssum inuocat in voce cataractarum tuarum.

10 Omnia excelsa tua & fluctus tui super me transierunt.

11 In die mandauit Dominus misericordiam suam, & nocte canticum eius.

12 Apud me, oratio Deo vitæ meæ: dicam Deo, Susceptor meus es.

13 Quare oblitus es mei? & quare contristatus incedo, dum affligit me inimicus?

14 Dum confringuntur ossa mea, exprobrauerunt mihi qui tribulant me inimici mei.

15 Dum dicunt mihi per singulos dies, Vbi est Deus tuus? quare tristis est anima mea? & quare conturbas me?

16 Spera in Deo, quoniam adhuc confitebor illi: salutare vultus mei, & Deus meus.

Consolatur se quod sit vnus ex iis quos suscepit Deus.

B

Queritur de copia calamitatum suarum.

C

PSALM. XLIII.

1 I [1] *Vdica me Deus,* [2] *& suscipe causam meam à gente* [3] *parum pia,* [4] *à viro doloso & prauo eripe me:*

2 [4] *Nam tu Deus meus es, robur meum, quare depulisti me? quare* [6] *pullatus ingrediar, inimico obterente?*

3 *Mitte* [7] *lucem tuam* [8] *& veritatem tuam,* [9] *hæc deducant me, ad montem sanctum tuum me introducant, atq; ad habitacula tua.*

4 [10] *Vt ingrediar ad aram Dei, ad Deum, qui est gaudium & exultatio mea.*

PSALM. XLII.

Psalmus David.

1 IVdica me Deus, & discerne causam meam de gente non sancta, ab homine iniquo & doloso erue me,

2 Quia tu es Deus fortitudo mea: quare me repulisti? & quare tristis incedo, dum affligit me inimicus?

3 Emitte lucem tuam, & veritatem tuam: ipsa me deduxerunt, & adduxerunt in montem sanctum tuum, & in tabernacula tua.

4 Et introibo ad altare Dei, ad Deum qui lætificat iuuentutem meam.

A

Orat afflictus illuminari consuum verbo & promissionibus Dei.

tabernaculum Domini magno hominum piorum numero comitatus, ... [illegible] ... recordatus sum, inquã, quod olim ad ... [illegible] ... 11 vel, & infremis apud me? 12 ... [illegible] ... Dei Salutes faciet ... [illegible]

[illegible]

... Deum authorem summæ suæ lætitiæ.

3 Confi-

5 Confitebor tibi in cithara meus, Deus meus: quare tristis es anima mea? & quare cōturbas me?
6 Spera in Deo, quoniam adhuc confitebor illi: salutare vultus mei, & Deus meus.

5 [11] *Et celebrem te cithara Deus Deus meus.* [12] *Quid deiecta es o anima mea, & cur tumultuaris me intra me?*
6 *Spera in Deū, quoniā adhuc celebrabo eum de salute qua faciem meā exhilerabit, Deumq; se meū declarabit.*

11 vel, & celebrabo te cithara ô Deus, Deus inquam me, q. d. si liberauerit me ab hostibus, adibo altare holocausti, & illic hostias testabor eo esse liberatorem & fautorē meū, te inquam solum esse authorē veræ lætitiæ. Adibo tabernaculum tuum vbi ad citharā laudes tuas decantabo, & ingenue feram tibi acceptam liberationem meam. Celebrare Deū, est gratias illi agere.
12 Vide postremum versum præcedentis Psalmi.

PSALM XLIII.

In finem pro filiis Core ad intellectum.

A

Queritur diuinæ pati Israelem à Philisthæis, & reliquis gentibus propter nomen Dei, veramq; religionem: nec tamen Deum, vt olim, illis adesse suis miraculis. & precatur vt virtutē suam tandem exerat, suosq; ab iniuriis impiorum asserat.

1 Deus auribus nostris audiuimus: patres nostri annunciauerunt nobis.
2 Opus quod operatus es in diebus eorum, & in diebus antiquis.
3 Manus tua Gētes disperdidit, & plantasti eos: afflixisti populos, & expulisti eos,
4 Nec enim in gladio suo possederunt terram, & brachium eorum non saluabit eos,
5 Sed dextera tua, & brachium tuum, & illuminatio vultus tui: quoniam complacuisti in eis.
6 Tu es ipse Rex meus & Deus meus: qui mandas salutes Jacob.
7 In te inimicos nostros ventilabimus cornu, & in nomine tuo spernemus insurgētes [b] in nobis:
8 Non enim in arcu meo sperabo: & gladius meus non saluabit me.
9 Saluasti enim nos de affligentibus nos: & odientes nos, confudisti.

B

10 In Deo laudabimur tota die: & in nomine tuo confitebimur in secula.

In tribulationibus à Deo derelicti, etiam in Deo sperant.

11 Nunc autem repulisti & confudisti nos: & non egredieris Deus in virtutibus nostris.
12 Auertisti nos retrorsum post inimicos nostros: & qui oderunt nos diripiebant sibi.
13 Dedisti nos tanquā oues escarum, & in Gentibus dispersisti nos.
14 Vendidisti populum tuum sine precio: & non fuit multitudo in commutationibus eorum.

C

15 Posuisti nos opprobriū vicinis nostris, subsannationē & derisū his q sunt in circuitu nostro.
16 Posuisti nos in similitudinē Gentibus: commotionem capitis in populis.
17 Tota die verecundia mea contra me est, & confusio faciei meæ cooperuit me,
18 A voce exprobrantis & obloquentis, à facie inimici & persequentis.
19 Hæc omnia venerunt super nos, nec obliti sumus te: & inique non egimus in testamento tuo.
20 Et non recessit retrò cor nostrum. & declinasti semitas nostras à via tua.

PSALM. XLIV.

Carmen [1] erudiens filiorū Korah [2] præfecto cantorū.

1 A[3] *Vribus nostris audiuimus, o Deus, patres nostri commemorauerunt nobis.*
2 *Opera illa qua temporibus illorum operatus es, [3] retroq; temporibus.*
3 *Tu manu tua Gentes expulisti, & [4] eos plantasti: [5] afflixisti populos, nos autem germinare fecisti.*
4 *Nec enim [6] gladio suo [7] terram occuparunt, [8] nec ipsorum brachio salus eorum parta est:*
5 *Sed dextera tua, & brachio tuo, & [9] luce vultus tui, quia illos amabas.*
6 [10] *Tu ipse Rex meus es ô Deus,* [11] *tu dispone salutes ipsi Iacob.*
7 *Per te infestos nobis* [12] *excutiemus,* [13] *per nomen tuum conculcabimus eos qui in nos insurgunt.*
8 *Non enim sperabo in* [14] *arcu meo,* & [15] *gladius meus minime me seruabit:*
9 *Sed tu* [16] *seruas nos ab aduersariis nostris, &* [17] *pudefacis eos qui nos odio prosequuntur.*
10 [18] *In Deo gloriamur quotidie, & nomen tuum in sempiternum celebramus: Sela.*
11 [19] *At tu depulisti nos, & ignominia affecisti,* [20] *nec inter copias nostras vna egrederis.*
12 *Vertis nos in fugam coram hoste:* [21] *& qui odio nos prosequuntur, auferunt sibi [prædam.]*
13 [22] *Posuisti nos velut oues cibo [selectos,] & inter Gentes [alias] nos dispersisti.*
14 [23] *Vendidisti populum tuum nullis opibus, nec auxisti precia eorum [in licitando.]*
15 [24] *Exponis nos probro vicinis nostris, illusioni & ludibrio* [25] *his qui circum nos habitant.*
16 *Facis* [26] *vt fabula simus Gentibus, &* [27] *sanna populis.*
17 [28] *Quotidiè ignominia mea coram me est, &* [29] *pudor obtegit faciem meam:*
18 [30] *Propter vocem exprobrantis & conuitiantis, & propter inimicum & vlciscendi auidum.*
19 [31] *Hæc omnia euenerunt nobis, attamē nequaquam tui obliuiscimur, nec perfidi sumus in fœdere tuo:*
20 [32] *Non deflexit retro cor nostrum,* [33] *nec declinarunt à semita tua gressus nostri,*

PSAL. XLIV.
1 filiis Core eruditio. Vide inscriptionem Psalmi quadragesimi primi.
2 Sic expostulat cum Deo Dauid quod sinat populum suum atteri à Philisthæis & reliquis gentib. diuersa religione alienis. fortasse composuit hunc Psalmum ante quàm congrederetur cum Goliath. 1. Reg. 17. Aut ante bellum illud de quo. 2. Reg. 8.
3 diebus antiquis prioritatis, tempore ipsorum, tempore antiquo priori.
4 Sub maiores nostros [illegible] [illegible] locum Gentium.

[illegible] brachium eorum saluauit eos. hoc est, robur eorum non contulit salutem [illegible] inimicis, ignare tuere me ab hostium iniuria, quod ofa [illegible] tribulatione tua Iacob per [illegible] pro Israelitis author [illegible] Deus [illegible]

[illegible] Quæritur Israel calamitatibus se totum obrui [illegible] nec tamen obliti sumus tui [illegible] non enim aliter [illegible]

32 [illegible] Amorem nostrum & studium nostrum ad alios non transtulimus, te abiecto. 33 Apud Hebræos nulla hic negatio, verum negatio illa in principio sententiæ repetenda [illegible]

14 i. regione in qua habitant homines ferarum draconibus similes. Per umbram mortis afflictiones intelligit, quæ ab homine non facile sustineri possunt. 15 Si obliti fuissemus nominis Dei nostri, & si expandissemus manus nostras ad Deum alienum. Singulare pro plurali, ad deos alienos. Explicat habitum poscentis opem ab alio, & gestum adorantis. Expandere manus, est auxilium petere. Si implorassemus auxilium ab alio quam a vero Deo quem colimus. Perficitur hæc sententia versu sequenti. 16 i. exploratū haberet disquisitione sua? q. d. Cū res nostræ afflictæ erant, si obliti fuissemus diuini auxilii, an Deus id exploratum non habuisset? Certe habuisset. Si obliti Dei summi, coluissemus deos alienos: idololatria nostra Deū fugere non potuisset, quoniam omnia nouit. [illegible] & merito nos affligeret. Sed nihil tale à nobis patratum est.	21 *Quum attereres nos* [14] *in loco draconum, atque umbra mortali nos obtegeres.* 22 [15] *Si obliuisceremur nominis Dei nostri, & expanderemus animas nostras ad deum alienum:* 23 *Annon Deus hoc* [16] *inquireret: ipse enim nouit abscondita cordis.* 24 [17] *Sed propter te occidimur quotidie, æstimamur ceu grex mactationi destinatus.* 25 [18] *Euigila, quare obdormis Domine? euigila (inquam) ne depellas perpetuo.* 26 [19] *Quare abscondis faciem tuam? cur afflictionis nostræ & oppressionis nostræ obliuisceris?* 27 [40] *Quoniam deuicta est ad puluerem anima nostra, terræ adhæret venter noster.* 28 [41] *Consurge, adiuua nos, & redime nos* [42] *propter bonitatem tuam.*	21 Quoniam humiliasti nos in loco afflictionis, & cooperuit nos vmbra mortis. 22 Si obliti sumus nomen Dei nostri, & si expandimus manus nostras ad Deum alienum, 23 Nonne Deus requiret ista? ipse enim nouit abscondita cordis. 24 ‖ Quoniam propter te mortificamur tota die: æstimati sumus sicut oues occisionis. 25 Exurge, quare obdormis Domine? exurge, & ne repellas in finem. 26 Quare faciem tuam auertis, obliuisceris inopiæ nostræ & tribulationis nostræ? 27 Quoniam humiliata est in puluere anima nostra: conglutinatus est in terra venter noster. 28 Exurge Domine adiuua nos: & redime nos propter nomen tuum.	D Rom. 8. g. *Precatur vt virtutē suam tandem exerat, suosque ab iniuriis impiorum asserat.*

	PSALM. XLV. [1] Carmen amatorium erudiens, filiorum Corah, præfecto cantorum, de liliis. 1 E*ructat* [2] *cor meum bonū quippiam,* [3] *dedico ego opera mea regi.* 2 *Lingua mea censtilus* [4] *(est) scribæ expediti.* 3 [5] *Perelegans es præ cunctis mortalibus,* [6] *effusa est gratia in labia tua,* [7] *eo quod Deus te sempiternum ornauit beneficiis.* 4 [8] *Cingere heros gladio tuo femur tuum,* 5 *Decore tuo & magnificentia tua.* [9] *Et in magnificentia tua prospere incedito.* 6 *Super verbum veritatis, mansuetudinis & iustitiæ, docebitque te (tunc) dextera tua admiranda.* 7 [10] *Sagitta tua præacuta, cor hostium regis (penetrabunt.) populi sub te cadent.* 8 [11] *Solium tuum in sempiternum & perpetuo (stabit) ô Deus: sceptrum regni tui est sceptrum æquitatis.* 9 *Amas iustitiam, impietatem odis, propterea quòd te Deus, Deus tuus vnxit* [12] *oleo lætitiæ* [13] *præ consortibus tuis.* 10 [14] *Myrrham, aloen & cassiam (redolet) omnia vestimenta tua, e palatiis eburneis (deprompta,) vt te exhilerent.* [15] *Filiæ regum inter nobiles tuas.*	**PSALM. XLIV.** *In finem, pro iis qui commutabuntur, filiis Core ad intellectum, canticum pro dilecto.* 1 E Ructauit cor meum verbum bonum: dico ego opera mea regi. 2 Lingua mea calamus scribæ velociter scribentis. 3 Speciosus forma præ filiis hominum, diffusa est gratia in labiis tuis: propterea benedixit te Deus in æternum. 4 Accingere † gladio tuo super femur tuum, potentissime, 5 Specie tua & pulchritudine tua. intende prospere, procede & regna. 6 Propter veritatem & mansuetudinem & iustitiam: & deducet te mirabiliter dextera tua. 7 * Sagittæ tuæ acutæ, populi sub te cadent) in corda inimicorum regis. 8 Sedes tua Deus in seculum seculi: virga directionis virga regni tui. 9 Dilexisti iustitiam, & odisti iniquitatem: propterea † vnxit te Deus, Deus tuus oleo lætitiæ præ consortibus tuis. 10 Myrrha & gutta & casia à vestimentis tuis, a domibus eburneis, ex quibus delectauerunt te. filiæ regum in honore tuo.	A *Laudant filii Core regem Salomonem à dignitate formæ, & gratia eloquentiæ fortitudine, potentia, splendore, & magnificentia cum in se, tum in coniuge. Christum sponsum & ecclesiam adumbrans.* † *Gladium, verbi euangelii.* * *Euangelii verbum conuertens corda impiorum.* † *Christus vnctus spiritu sancto in regem & sacerdotem.* *Fideles.* *Sponsa.*

37 Imo propter te interfecti sumus omni die, vel, quotidie [illegible] sumus nos [illegible]. Tantum abest vt illa fecerimus, vt sæpe non refugerimus mortem propter gloriam tuam. Cur ergo [illegible] nos affligis & cæteras. 38 Quasi [illegible] permittit nos [illegible] impiorum, [illegible] Cur [illegible] dormire [illegible] cur committis vt existiment [illegible] te nullam nostri curam habere? Deus aliquando ad tempus non deserit, [illegible] misericordiam suam erga nos magis [illegible].
39 [illegible] gestum eorum qui alienam calamitatem spectare nolunt. Cur [illegible] nobis [illegible] calamitatem nostram [illegible].
40 vel, Procumbit enim humi, [illegible] corpus nostrum, [illegible] venter noster. [illegible] tam depressa est humi, sive detecta in humum anima nostra, [illegible] anima nostra. Sumptum est hoc genus dicendi ab homine [illegible] in dorsum, sed in faciem [illegible] etiam mortis opportunior est. [illegible]
41 propter benignitatem tuam. Aut, propter misericordiam tuam. [illegible] metaphora a captiuis qui redempti pecunia, asseruntur in [illegible] libertatem. 42 Exurge in auxilium nobis.
PSALM. XLV. 1 [illegible] præfecto cantorum [illegible] filiorum Core, erudiens canticum amorum. [illegible] nomen est organi musici, vel principium cantici alicuius apud Hebræos, ad cuius modulos decantatus fuit hic psalmus. [illegible] Core, [illegible] psalmus traditus [illegible] filiorum Core, vt [illegible] decantandum. [illegible] Par. 25. Erudiens, [illegible] Carmen. Præterea canticum amorum, siue dilectionum. [illegible] fortitudine, splendore, & magnificentia, [illegible] Quæ [illegible] dicuntur de Salomone & coniuge eius, [illegible] interpretanda sunt de ipso Christo & Ecclesia. Licet in hoc titulo [illegible] psalmus Dauidis non est [illegible] cap. 4. licet in epigraphe Dauidis nulla fiat mentio. [illegible] tendā esse de rege ipso. Vel, [illegible] ego, opera mea, [illegible]. 4 vel potius, [illegible] Lingua mea [illegible] velut stylus scribæ velocis [illegible] etiam & lingua mea [illegible].

[illegible]

11 Astitit regina à dextris tuis in vestitu deaurato; circumdata varietate.
12 *Audi filia,' & vide, & inclina aurem tuam: & obliuiscere populum tuum, & domū patris tui.
13 Et concupiscet Rex decorem tuum: quoniā ipse est Dominus Deus tuus, & adorabunt eum.
14 Et filiæ Tyri, in muneribus vultum tuum deprecabuntur omnes diuites plebis.
15 Omnis gloria filiæ Regis ab intus, in fimbriis aureis, circumamicta varietatibus.
16 Adducentur Regi virgines: post eam proximæ eius afferentur tibi.
17 Afferentur in lætitia & exultatione, adducentur in templum Regis.
18 Pro patribus tuis nati sunt tibi filij, constitues eos principes super omnem terram.
19 ᵇMemores erunt nominis tui in omni generatione & generationem.
20 Propterea populi confitebuntur tibi in æternum, & in seculum seculi.

Sponsus fidem requirit à sponsa, & abnegationem sui. Sponsa seipsam & sua offert. Gaudent et omnes.

Iudæis gentes successerunt.

ᵇMemor ero Nomen Christi sanctificandū. Verba sponsæ.

11 *Astat coniunx ad dexteram tuam* [16] *[ornata] auro ex Ophir optimo.*
12 [17] *Audi* [18] *filia,' & vide, inclina aurem tuam, obliuiscere populi tui, & domus patris tui.*
13 [19] *Et concupiscet Rex formam tuam:* [20] *quia ipse est Dominus tuus,' ipsum adorabis.*
14 [21] *Filia quoq; Tyri cum munere,* [22] *[&] quiq; opulentiores populi faciem tuam precabuntur.*
15 [23] *Omnis gloria filia Regis intus est,* [24] *indumentum eius ex auro intexto.*
16 [25] *In vestibus acupictis adducetur Regi.* [26] *virgines pedissequæ eius sodales eius vnà tibi adducentur.'*
17 *Adducentur [inquam] cum gaudio & lætitia, &* [27] *venient in palatium Regis.*
18 [28] *In locum patrum tuorum succedant tibi filij,'* [29] *quos principes in omni terra constitues.'*
19 [30] *Memorabo nomen tuum' per omnia secula.*
20 [31] *Propterea celebrabunt te populi in sempiternum, & perpetuo.'*

16. Laccinata preciosissima veste aurea. Vel, in auro Ophir. Chaldæus paraphrastes vertit in obrizo Ophir. i. quod affertur ex eā regione. Inter vxores Salomonis primas obtinuit filia Pharaonis Regis Ægypti. Salomon ob polygamiam non damnatur, sed quòd alienigenas vxores duxerit contra præceptum Domini. Deut. 17. 3. Reg. 11. Christus noster habet vnicam vxorem, si tota Ecclesia respiciatur: & habet plures, si singulæ personæ quæ sunt in Ecclesia attendantur. 17 Hortatur Ecclesiam vt audiat Sponsum.

18 Vt filius significat discipulum in sacris libris: sic filia discipulam significat hoc loco. Audi filia Regem Salomonem te sinceri Dei cultum docentem. Præsta te discipulam vero Salomoni: obliuiscere nationis tuæ & cognationis tuæ, Da obliuioni genus viuendi

PSALM. XLV.

In finem filiis Core pro arcanis Psalmus.

1 Deus noster refugium & virtus: adiutor in tribulationibus quæ inuenerunt nos nimis.
2 Propterea non timebimus dum turbabitur terra, & transferentur montes in cor maris.
3 Sonuerunt & turbatæ sunt aquę eorum: conturbati sunt montes in fortitudine eius.
4 Fluminis impetus lætificat ciuitatem Dei: sanctificauit tabernaculum suum Altissimus.
5 Deus in medio eius, non commouebitur: adiuuabit eam Deus mane diluculo.
6 Conturbatæ sunt gentes, & inclinata sunt regna: dedit vocem suam, mota est terra.
7 Dominus virtutum nobiscum: susceptor noster Deus Jacob.
8 Venite, & videte opera Domini, quæ posuit prodigia super terram: auferens bella

A

Gratulatio est pro insigni aliquo auxilio lato vrbi sanctæ Ierusalem. Continuit Ecclesia quæ Deo præsidente secura est in periculis.

Aduersarij fidelium conturbati.

Pax per Christum.

PSALM. XLVI.

Præfecto cantorum, carmen filiorum Corah[1] ad Almoth.'

1 *Deus nobis* [2] *suffugium & robur est, premente aduersitate auxilium præsentissimum.*
2 *Propterea nihil timebimus* [3] *etiam si loco moueatur terra, &* [4] *moueant montes siti in medio maris.'*
3 [5] *Infrement & limum egerant vnda eius,' contremiscant montes in elatione eius: Sela.*
4 [6] *Riui [tamen] fluminis exhilerabunt ciuitatem Dei, sacrarium tabernaculorum Altissimi.'*
5 *Deus est in medio* [7] *eius,' ideo minime* [8] *nutabit,' opem illi feret Deus* [9] *ante auroram.*
6 [10] *Tumultuentur Gentes, motus concitent regna, & tellus,' dato fragore, defluat:*
7 [11] *Dominus [tamen] exercituum nobis stat,* [12] *arx sublimis est nobis Deus Iacob.' Sela.*
8 [13] *Huc agite,' & contemplamini opera Domini,* [14] *quasnam solitudines fecerit in terra.'*

hominum nationis tuæ & patris tui. Hoc dicitur, quòd vxor primaria Salomonis esset filia Pharaonis Regis Ægypti. quod exponi debet de Ecclesia Gentili, quæ per vxorem alienigenam hic significatur. 19 [illegible] Hoc autem si feceris, tum eris gratissima Regi, desiderio formæ tuæ tenebitur. si audiens fueris religionis quam te docuerit Rex maritus tuus, ipse te multo vehementissime amabit. 20 id est, Rex, ipse cuius amorem spernere non debes, est Dominus tuus: quod cum ita se habeat, illum vereri debes, & ei te incuruare. Hunc locum de Salomone intelligi nequit, nisi quis exponat adorare, pro reuerentiam gestu externo exhibere. 21 Collectiuum nomen est (filiæ) vnde hic iungitur verbo plurali, deprecabuntur q. d. Et Tyrii alienigenæ omnes allatis muneribus faciem tuam, id est, te, deprecabuntur, hoc est, petent vt tecum amicitiam ineant. 22 Aut [illegible] populi & qui in populo Israelitico diuites sunt, etiam optabunt omnibus votis vt tecū fœdus ineant. 23 vel, Tota inclyta est filia Regis intrinsecus, i. quæ sedet in intima regia. Splendidissima est Regina & viuit in intima Regia familiariter cum rege. 24 vel, ex vestibus auro ocellatis est indumentum eius. i. vestitus eius est [illegible] oculis factus auro. Per ornatum externum, intelligendus est internus ornatus. 25 i. Vestibus acu pictis induta regina, vel filia regis adducetur Regi. 26 Heb. Virgines quæ post eā, (i. pedissequæ) & sodales eius adducentur etiam tibi. virgines pedissequæ eius, & sodales eius comitabuntur eam cum producetur ante. q. d. Regina eleganti[illegible] induta vestibus & magno pedissequarum numero cincta, vel comitata, introducetur ad Regē. 27 vel, penetrabunt vsq; in intimum palatium Regis. 28 Pro patribus tuis erunt filii tui. Verba sunt poetæ: In locum maiorum tuorum qui sapientia & vera religione floruerunt, succedant filii tui, ô Messia. Nomine patrum hic prophetæ intelliguntur, qui Christum prædixerunt venturum, & præfecti fuerunt populo Israelitico. Aut patres intelligit maiores Christi, Abrahamum, Isaac, Iacob, Dauid, & reliquos qui sapientissimi & religiosissimi fuerunt. Per filios, intellige Apostolos & discipulos Christi, qui in locum prophetarum successerunt. Hic locus non potest intelligi de filiis Salomonis qui iniquissimi fuerunt. 29 [illegible] Christe, [illegible] orbi, vt verum Dei [illegible] cultum doceant, & Euangelium. 30 Commemorabo, inquit, gloriam tuam: de te loquar cum præclara laude. Verba sunt reginæ quæ de Salomone suo sic dicit. 31 [illegible] qualis describitur, memorabile faciam nomen tuum apud posteros & quia te tantopere deprædicabo, populi celebrabunt te causatis laudibus meis. Quæ hic dicuntur de Salomone, de Christo sunt intelligenda: vt quæ dicuntur de regina, ad Ecclesiam vere pertinent.

PSAL. XLVI. 1 vel, super Alamoth i. Psalmus decantandus ad Alamoth musicum instrumentū. vel, Psalmus præfecto cantorum datus vt curaret decantandum eum per posteros Core, [illegible] vulgaris cantilenæ cuius initium erat Alamoth. 2 protectio, & vires: auxilium in tribulationibus [illegible] abunde. Hoc Psalmo sanctorum fiduciam describit, qui videtur scriptus quum Dauid gratias ageret pro insigni beneficio vrbi Ierusalem collato. Cum Deus, inquit, sit nobis præsidio, tutum, & robur, si ingruerent calamitates, auxilio non destituemur into illis prementibus, auxilium consequemur præsentissimum. 3 cum permutabitur terra. vel dum mutabit terra locum q. d. Quia talem fiduciam in Deo habemus, etiamsi Deus permitteret montes transferri, non timebimus, [illegible] non timebimus etiamsi terra & montes ita mouerentur, vt transferantur in medium maris. His verbis significat maximum quemque tumultum. 4 Heb. [illegible] montes in cor maris i. in medium maris. Per motum terræ & translationem montium, intellige rem terribilem, & quæ magnum & grauem metum incutere posset hominibus fiduciam in Deum vacuis. 6 (Cum se [illegible] fremerent & [illegible] aquæ eius; contremiscant montes in superbia eius. Sub. maris vel, [illegible] [illegible] aquæ eius, (sub. maris & concutiantur montes in summo eius æstu. Si tanta vis hostium, inquit, ingruat contra nos vt mari [illegible] aliquo vt maxima eius [illegible] possint, non tamen timebimus q. d. Tanta vis hostium ingruet contra [illegible] populum, vt merito [illegible] mari conferri [illegible] nihil [illegible], neque detrimenti quicquam afferent. In fine huius versus additur Sela quod magnum & vehementem æstum maris intelligendum esse [illegible] 6 vel, Fluminis riuuli lætam reddent ciuitatem Dei sanctissimum tabernaculorum Altissimi. [illegible] posterior pars per appositionem posita est q. d. Omnis terra Israel est habitaculum & locus Altissimi sed Ierusalem est sanctior locus. Per flumen intelligit Gihon seu Siloe qui Ierusalem [illegible] Ciuitas Dei, In qua colitur Deus, Ierusalem, siue sanctuarium. Auxilium Dei per fontes & flumina & riuulos significat vide Psal. [illegible] [illegible] undique [illegible] Ierusalem, tamen ab illis non expugnabitur suppetias enim illi feret Dominus, & consolabitur illam quam suauissime. Allegorice per Ciuitatem Dei, Ecclesia piorum est intelligenda, in qua Dominus habitat.

7 sub ciuitatis [illegible], & fauce. 8 Sub eius Dei enim abest vt corruat. 9 appetente mane. Ad verbum legitur Hebraice, dum mane aspiciet eam. vel, dum aurora aspiciet eam. q. d. Cum tempus postulabit, feret illi suppetias. Matutini temporis mentionem facit, quod non de nocte [illegible] soleant oppugnari vrbes. 10 vel, Intremuerunt Gentes, [illegible] regna dedit vocem suam (sub. Deus,) liquefacta est terra i. Statim atque fremere [illegible] Gentes [illegible] aduersus nos perniciem, conciderunt & corruerunt, iussit Dominus vt [illegible] omnibus viribus Gentes, & animo [illegible], atque [illegible] vires eorum vt cera ad Solem liquescit, & postea euanescit, vt & de niue est manifestū. Per regna intellige Gentes diuisas in regna. Dare vocem suam dicitur Deus, quando iubet & [illegible] 11 Heb. Dominus exercituū nobiscum. i. stat a nobis, siue fauet nobis. 12 Arcem sublimē vocat perfugium. In fine versus additur Sela q. d. [illegible] habere Deum defensorem & propugnatorem. 13 Heb. Venite vel, Agitedum. Vox aduerbii hortantis. 14 qui ponet vel, posuit desolationes in terram [illegible] q. d. potest Dominus euertere & desolare quasuis regiones. Videte enim Dominus potens sit qui desolauit orbis regiones,-

15 Hebraice in futuro legitur, Cessare faciet bella vsque ad extremum ipsius terræ: arcus confringet, & truncabit lanceas, currus comburet ignis. Promisit hic ecclesiæ summam pacem q.d. Nulli sunt populi vsque ad extremum terræ qui possint aduersus eos quos suscepi defendendos: bella suscepta aduersus suos desinere facit Dominus.
16 Desistite, & scitote quòd ego sum Deus: extollar inter Gentes, extollar inquam in terra ipsa. Inducit Deum loquentem Propheta, ac si dicat, O hostes populi mei, desistite oppugnare populum meum, pro quo pugno: scitote me esse iudicem: inter Gentes ostendo potentiam meam, & adhuc ostendam, si res postulet: velint nolint, admirabuntur potentiam meam Gentiles qui me non colunt: cernent me vsta magnitudine meorum facinorum.
17 : sanat nobis, : tutatur partes nostras.

[15] *facit cessare bella ad fines vsque terræ.*
9 *Confringet arcus, detruncat hastas, igni currus exurit.*
10 [16] *Remittite, & agnoscite quòd ego sum Deus, excelsus in Gentibus, excelsus in terra.*
11 *Dominus exercituum* [17] *nobiscum,* [18] *arx sublimis nobis Deus Jacob Sela.*

vsque ad finem terræ.
9 Arcum conteret, & confringet arma: & scuta comburet igni:
10 Vacate, & videte quoniam ego sum Deus: exaltabor in gentibus, & exaltabor in terra.
11 Dominus virtutum nobiscum: susceptor noster Deus Jacob.

Exhortatio ad cognoscenda opera Dei.

PSALM. XLVII.

[1] Carmen filiorum Corah præfecto cantorum.

1 *Omnes populi* [2] *plaudite manibus,* [3] *iubilate Deo* [4] *voce ouante.*
2 [+] *Excelsus enim est Dominus,* [4] *tremendus,* [5] *rex magnus super omnem terram,*
3 [6] *Subiicit populos nobis, & nationes sub pedes nostros.*
4 *Selegit nobis hæreditatem nostram,* [8] *præstantiam Jacob quem diligit. Sela.*
5 [9] *Ascendit Deus cum iubilo, Dominus cum sonitu buccinarum.*
6 [10] *Psallite Deo, psallite: psallite Regi nostro, psallite.*
7 *Quoniam rex vniuersæ terræ Deus,* [11] *psallite eruditè.*
8 [12] *Regnat Deus super Gentes, Deus* [13] *sedet in solio suo sancto.*
9 [14] *Munifici populorum adiunguntur populo Dei Abrahæ: quoniam dei* [15] *protectoribus terræ vngi superior est.*

PSALM. XLVI.

In finem pro filiis Core Psalmus.

1 Omnes gentes plaudite manibus: iubilate Deo in voce exultationis,
2 Quoniam Dominus excelsus, terribilis, Rex magnus super omnem terram.
3 Subiecit populos nobis: & gentes sub pedibus nostris.
4 Elegit nobis hæreditatem suam, speciem Jacob[a] quam dilexit.
5 Ascendit Deus in iubilo, & Dominus in voce tubæ.
6 Psallite Deo nostro, psallite: psallite Regi nostro, psallite.
7 Quoniam Rex omnis terræ Deus: psallite sapienter.
8 [b] Regnabit Deus super Gentes: Deus sedet super sedem sanctam suam.
9 Principes populorum congregati sunt cum Deo Abraham: quoniam dii fortes terræ, vehementer eleuati sunt.

A
Gentes prouocantur ad laudandum Deum ob misericordiam eu factam.
[a] quem.
1. Reg. 6. c
[b] Regnauit.

PSALM. XLVIII.

[1] Canticum. Psalmus filiorum Corah.

1 *Magnus* [2] *Dominus & laudatus plurimum, in ciuitate Dei nostri, in monte sancto eius.*
2 [3] *Mõs Sion, in cuius* [illegible] *Aquilonis* [illegible] *vrbs magni Regis est, elegans est* [illegible] *& gaudium vniuersæ terræ*
3 *Deus* [4] *in palatiis eius agnitus est. (quod* [illegible] *arx sublimis:*
4 *Nam ecce reges conuenerant: transierant vnà:*
5 [5] *Quum viderent, sic obstupuerunt, perterriti sunt, & in præcipitium acti sunt.*

PSALM. XLVII.

In finem canticum psalmi filiis Core, secunda sabbati.

1 Magnus Dominus & laudabilis nimis in ciuitate Dei nostri, in monte sancto eius.
2 Fundatur exultatione vniuersæ terræ mons Sion, latera Aquilonis, ciuitas Regis magni.
3 Deus in domibus eius cognoscetur, cum suscipiet eam.
4 Quoniam ecce reges terræ congregati sunt: conuenerunt in vnum.
5 Ipsi videntes sic admirati sunt, conturbati sunt, commoti sunt: tremor apprehendit eos.

A
Videtur hic Psalmus scriptus ob insignem aliquam victoriam Jerusalem, Deo propugnante, victoriam, in eum [illegible] *tum de* [illegible]

18 Deus, inquit, [illegible] nobis est perfugium [illegible]
PSALM. XLVII. [illegible] posteros Core, qui cantores erant [illegible] [illegible]

Commotio regum in prædicatione Euangelii.
Christus missus iuxta promissionem Patris.

6 Ibi, dolores vt parturientis: in spiritu vehementi conteres naues Tharsis.

7 Sicut audiuimus sic vidimus in ciuitate Domini virtutum, in ciuitate Dei nostri: Deus fundauit eam in æternum.

8 Suscepimus Deus misericordiam tuam in medio templi tui.

9 Secundum nomen tuum Deus, sic & laus tua in fines terræ: iustitia plena est dextera tua.

10 Lætetur mons Sion, & exultent filiæ Judæ, propter iudicia tua Domine.

11 Circumdate Sion, & complectimini eam: narrate in turribus eius.

Exhortatio ad latitiam.

12 Ponite corda vestra in virtute eius: & distribuite domos eius, vt enarretis in progenie altera.

13 Quoniam hic est Deus, Deus noster in æternum & in seculum seculi: & ipse reget nos in secula.

6 *Sic corripuit eos*[7] *illic trepidatio & dolor, vt parturientem. Quomodo ventus Orientalis confringere solet marinas naues.*

7 *Quemadmodum audiuimus, ita vidimus,*[9] *in ciuitate Domini exercituum, in ciuitate Dei nostri, Deus illam firmauit in seculum Sela.*

8 [10] *Animo concipiebamus ô Deus bonitatem illam* [11] *in medio templi tui.*

9 [12] *Vt nomen tuum ô Deus, ita & laus tua pertingit vsque ad fines terræ:*[13] *(nam) iustitia dextera tua abundat.*

10 *Gaudet*[14] *mons Sion, & exultant filiæ Judæ propter*[15] *iudicia tua.*

11 [17] *Circuite Sion, cingite eam, numerate turres eius:*

12 [18] *Adhibete animum ad propugnaculum eius,* [19] *videte vt sint celsa palatia eius,* [20] *vt enarretis generationi posteræ.*

13 *Nam hic, est Deus, Deus noster est in sempiternum, & perpetuò ipse diriget nos ad mortem vsque.*

7 Lto ipso [illegible] oppugnationis ante ipsam vrbem vehementissimus tremor apprehendit eos, & dolor similis dolori parturientis.
8 subaudienda sunt hic multa, (Quasi) vento Orientali (perculsi sunt, qui) frangere solent naues Tarsis. In Tarso erat portus celeberrimus. intelligit ergo naues ab eo portu solutas, aut ad illum appulsas. Ventum Orientalem vocat Eurum cui in Scriptis maxima vehementia tribuitur. Hac similitudine vsus est Ierem. 18. Ita attoniti sunt, inquit, hostes illi, quam perculli solent animo ii quorum naues confringuntur in mari Tarsico vi venti Orientalis, Euri. Tarsis nomen est regionis quæ Cilicia aliter dicitur, quæ in Asia est nô procul à mari mediterraneo.
9 de ciuitate Domini exercituum, de ciuitate inquam, Dei nostri: Deus stabiliuit eam in æternum. Sela.

PSALM. XLVIII.

In finem, filiis Core Psalmus.

A

Christus vocat omnes ad audiendum verbũ.
In parabolis Christus locutus. |
Psalm. 77.
Matth. 13. e
Christus ab omnibus impetitus.

1 Audite hęc omnes gentes: auribus percipite omnes qui habitatis orbem,

2 Quique terrigenæ & filii hominum: simul in vnum diues & pauper.

3 Os meum loquetur sapientiam, & meditatio cordis mei prudentiam.

5 | Inclinabo in parabolam aurem meam, aperiam in psalterio propositionem meam.

4 Cur timebo in die mala? iniquitas calcanei mei circumdabit me:

6 Qui confidunt in virtute sua, & in multitudine diuitiarum suarum gloriantur.

B

Dimidiũ.
Christus solus redemptor.

7 Frater non redimit, redimet homo: non dabit Deo placationem suam,

8 Et precium redemptionis animæ suæ: & laborabit in æternum, & viuet adhuc in finem,

PSALM. XLIX.

[1] Carmen filiorum Corah præfecto cantorum.

1 Audite [2] hoc omnes populi, auscultate hu omnes [3] qui orbem inhabitatis,

2 [4] *Tam plebei quàm dignitate aliqua pollentes, vnà diues cum paupere.*

3 *Os meum*[5] *sapientiam loquetur: & meditatio cordis mei*[6] *prudentiam.*

4 [7] *Accommodabo ad parabolam aurem meam,* [8] *exponam adhibita cithara ænigma meum.*

5 *Cur timeam in aduerso tempore? iniquitas*[9] *calcaneorum meorum circumdaret me.*

6 [10] *(Ex illis) qui nituntur opulentia sua, & in multitudine diuitiarum suarum gloriantur.*

7 [11] *Nemo fratrem suum vlla ratione redimere potest,*[12] *neque Deo precium redemptionis eius persoluere.*

8 [13] *Nimii siquidem precii est redimi à morte animas illorum,*[14] *vt ano viuant perpetuo,*[15] *Et vitam in sempiternum proferant.*

Vel, vt audiuimus, sub. à Prophetis, sic deprehendimus rem habere de ciuitate Domini exercituum, de &c. Promiserat Dominus per prophetas se affuturum populo in vrbe sancta vbi præcipuus erat religionis locus. Cum ergo hoc fuissent experti, recte cecinerunt, Vt audiuimus, sic & vidimus. Dominus Ierusalem suam stabiliet in æternum, nunquam collabi sinet, seruabit eam perpetuo. O magnum Dei erga suam Ierusalem studium! 10 Considerauimus. Animo perpendimus ô Deus. 11 Subaudiendum (quæ est) vel (apparet, in medio, &c. vel, in medio Ecclesiæ tuæ. q. d. Perterrefactis & versis in fugam tam formidolosis hostibus, apud nos considerauimus sanctius tuam misericordiam, cuius signum & monumentum est, propitiatorium quod est in medio templi tui. Propitiatorium quod erat super arcam foederis, erat signum præsentiæ & misericordiæ præsentis ad auxilium ferendum [illegible]. 12 Id est, Talis est laus tua qualis est fama tua. Vt fama tua peruenit ad extremos terræ fines, fama inquam, quæ erat quod soleas opem ferre [illegible] laus tua, id est, laus lati auxilii. nam te quoque laudant ob auxilium nobis latum qui incolunt extremos orbis fines. Vel, vt nomen tuum quod est E L, peruenit vsque ad fines terræ: sic laus tua, laus quam tibi peperisti ope nobis tam strenue & fortiter lata. Aut, Laus tua, quæ scilicet proficiscitur e rebus pro nobis fortiter & strenue gestis, respondet nomini tuo quod est E L, quod significat fortem. 13 q. d. Quod autem iam versetur in extremis terræ [illegible] tua laus [illegible] tuam, id merito [illegible] nam quicquid ag[illegible] iustum est, & ab omni reprehensione alienum. Per dexteram, intelligit opera quæ dextera fieri solent. 14 Id est, Ierusalem 15 id est, vrbes. 16 Sub. in hostes Periclæ. Vniuersus populus tuus abunde gaudet quod tam opportune summas pœnas de hostibus sumis. 17 q. d. Ierusalem est vrbs [illegible] expugnabilis: hoc autem qui sibi facile non persuadent, circumdent eam, &c. Loquitur ciues suos psalmo grandius [illegible] monumenta & totam vrbem. 18 Heb. Ponite corda vestra ad antemurale eius, id est, Considerate antemurale eius. 19 quasi rem magnam [illegible] palatia eius vel, [illegible] videte quam sint celsa palatia eius. 20 id est, vt possitis posteros docere munimenta eius. Acsi dicat, Curate vt posteri sciant quam fortiter muniatur [illegible] vrbem suam. Per munimenta vrbis intelligere debemus munimenta Ecclesiæ, quæ ita munitur & cingitur Domino, vt aduersus eam nihil possint quiuis hostes. 21 Cum iste Deus, sit Deus noster in seculum & in perpetuum, ipse deducet nos vsque ad mortem. Cum ille Deus de quo tam multa diximus, sit Deus noster. Vel, Quia Deus ille, Deus noster est, suscepit curam nostri sempiternam ipse reget nos, deducet & tuebitur nos quocunque ierimus: vel quamdiu nobis viuendum erit, donec hac vita defungamur, dux vitæ erit nobis.

PSALM. XLIX. 1 Præfecto filiorum Core Psalmus, id est, Psalmus editus a filiis Core, traditus præfecto cantorum vt caneretur. Vel, Psalmus commissus præfecto filiorum Core, vt curaret illum decantandum. Aut, præfecto filiorum Core Psalmus, id est, traditus præsuli decantandus per posteros Core. 2 Sub. quod dicturus sum. Præfatur antequam de re magna dicturus. Docet in hoc Psalmo, à Deo omnino pendendum esse, non à diuitiis fallacibus. 3 Hebr. habitatores seculi. Vel, temporis, id est, homines qui hoc tempore viuitis, omnes [illegible]. 4 Heb. Etiam vos ô filii hominum, etiam vos ô filii viri, id est, & plebeii & nobiles, siue qui dignitate aliqua polletis. 5 Futurum pro præsenti, loquitur sapientias. Pluraliter vtitur, quia de multiplici scientia loquitur. Vel, scientias, id est, quæ ad comparandam sapientiam plurimum valeant, quæ hominem sapientem reddant. Reddit hic attentos auditores & lectores. 6 Heb. sunt intelligentiæ. Vel, quæ animus meus meditatur res plenas prudentia vt V A V conuersiuo Hebræo, pro Q V I A vertatur. Nam quod nunc apud me cogito, vel meditor, ad rectam intelligentiam pertinet. 7 Quod dicturus est, vocat parabolam, quæ similitudine & collatione non carebit. Accommodate quæso aures vestras ad ea quæ iam sum dicturus, nam illa, obscuritate & difficultate prædita sunt, vt & meam attentionem non parum requirant. Vel, nam illa [illegible] sunt, vt ipse etiam velim à Deo meliùs quam accuratissime præbere aures. Aut, Accommodabo parabolis ante [illegible] sententias præclaras quas mox dicturus sum. 8 Hic psalmus habet aliquot ænigmata, id est, sententias obscurissimas. Vt facilius & alacrius audiatis, obscura ista dicta exponam siue explicabo adhibita cithara. Hoc autem dicit, quia psalmus erat ad citharam canendus. 9 Calcaneum suum vocat propositum & intentionem suam. Iniquitas intentionum mearum occuparet me, si ab alio penderem, quam à solo Deo. Non aberit à me iniquitas, si animum abiecero tempore quo videro me destitutum omnibus opibus & amicis. Fiducia enim in Domino collocanda est potius quam in opibus vel amicis quibuscunque. q. d. Si existimauero conditionem diuitum meliorem mea, sceleris particeps non ero. Quidam vertunt hunc versum cum quatuor sequentibus, ad hunc modum, Ecquid pertimescerem in diebus malis, dum me circumuenit iniquitas meorum supplantatorum. Qui rebus fidunt suis, opesque suas grandes ostentant. Si frater neminem redimere, nec Deo quenquam reconciliare potest: Tanti quippe redemptio talium constat animarum vt omittere cogatur, id perpetuo. Etiam si viuat diutissime, nec intereat, &c. 10 Qui non subaudiunt hæc verba (ex illis) sic vertunt, Qui confidunt opibus suis, & multitudine diuitiarum suarum gloriari solent. Et subinde signat, tamen tempore aduerso quia opes fluxæ sunt. 11 Fratrem, redimendo nô redimet quisquam. Nemo eorum qui iactant opes & amplissimas diuitias, posset sua pecunia fratrem, hoc est hominem amicissimum à morte liberare. Cur igitur diuites tantopere suis diuitiis fidunt, quum ope ipsarum prorogare sibi vitam non possunt? 12 1. Nemo potest data grandi pecunia Deo, impetrare ab illo fratris sui longiorem vitam. nam Deus non incitatur opibus ad impertiendam longiorem vitam. 13 Heb. Nam preciosa erit redemptio animæ ipsorum. Relatiuum refero ad antecedente, (ipsorum,) pro hominum. Nimis preciosa erit redemptio vitæ hominum, adeo vt nulla pecunia possit redimi. 14 Heb. & cessauit in æternum. Sub. ea res desinit ea res, & obsoleuit in æternum. q. d. Id nunquam fiet, vt scilicet diues perpetuo viuat. Iungitur hic versus sequenti. 15 Sub. (nimirum) aut simile, vt sic in Hebræo legatur, (Nimirum) & quod viuat in perpetuum, & quod non videat sepulchrum. q. d. Nullo precio redimi possunt animæ diuitum & auarorum eorum vt ipsi in perpetuum viuant, & non moriantur, & nunquam corrumpantur.

9 *Sepulchrum nunquã visuri,*[16] *E quidẽ videre est vt sapientes æque moriantur ac stulti,ʼ & stupidi intereant.*
10 *Et opes suas aliis relinquant.*[17] *Sepulchrum domus eorumʼ in perpetuum.*
11 *Et*[18] *habitaculaʼ eorum per secula,*[19] *nomina sua vocarunt in terris.*
12 [20] *At homo in precio non [diu] permanet,ʼ*[21] *similis erit pecudibus quæ prorsus intereunt.*
13 [22] *Hoc illorum institutum, plane stultitia illorum estʼ & [tamen] posteri eorum*[23] *quod illi dictant, approbant.ʼ Sela.*
14 [24] *Vt greges apud inferosʼ collocabuntur,ʼ mors*[25] *pascet eos.ʼ*
15 [26] *Mane recti in eos dominabuntur:*[27] *forma eorum domicilium.*
16 [28] *At Deus animam meamʼ*[29] *de potestate inferorumʼ liberabit: nam*[30] *suscepit me.ʼ Sela.*
17 *Nihil metuas quum ditatus fuerit quispiam, aut quum gloriam domus suæ auxerit:*
18 *Haud enim sumet*[31] *omniaʼ [secum] quum morietur, neq; gloria eius*[32] *eum comitabitur.ʼ*
19 *Quoniam animam suam in vita sua beatam dicet:*[33] *& quum benefeceris ei, celebrabunt te.ʼ*
20 [34] *Concedent isti ad nationemʼ patrum suorum, &*[35] *nunquam luce fruentur.ʼ*
21 *At homo quum sit*[36] *preciosus & nobilis, non expendit: similis [ergo] erit iumentis quæ prorsusʼ intereunt.*

9 Non videbit interitum, cum viderit sapientes morientes: simul insipiens & stultus peribunt.
10 Et relinquent alienis diuitias suas: & sepulchra eorum, domus illorum in æternum.
11 Tabernaculum eorum in progenie & progenie, vocauerunt nomina sua in terris suis. C
12 Et homo cum in honore esset, non intellexit: comparatus est iumentis insipientibus, & factus est illis.
13 Hæc via illorum, scandalum ipsis: & postea in ore suo complacebunt.
14 Sicut oues in inferno positi sunt: mors depascet eos.
15 (Et dominabuntur eorũ iusti in matutino) & auxilium eorũ veterascet in inferno a gloria eorũ.
16 Veruntamen Deus redimet animam meam de manu inferi, cum acceperit me. D *Resurrectio Christi.*
17 Ne timueris cum diues factus fuerit homo: & cum multiplicata fuerit gloria domus eius. *Exhortatio ne pereamus cum confidentibus in diuitiis.*
18 Quoniam cum interierit, non sumet omnia: neq; descendet cum eo gloria eius.
19 Quia anima eius in vita ipsius benedicetur: confitebitur tibi cum benefeceris ei.
20 Introibit vsq; in progenies patrum suorum: & vsq; in æternum non videbit lumen.
21 Homo cum in honore esset, non intellexit: comparatus est iumentis insipientibus, & similis factus est illis.

16 Videt enim (sub. quilibet) quod sapientes moriãtur, quodque simul stulti & bardi pereant, & derelinquant aliis facultates suas. Ac si dicat, Cum omne genus hominum moriatur, etiam sapientes: morieris ergo & tu ô diues, & opes tuas aliis relinques.
17 Heb. Intra eos (est, quod esunt) in domib. suis, &c. i. In animis ipsorum est, in animo cogitãt quod habitaturi sint in domibus suis in æternum.
18 Sub. (putant quod mansura sint) tabernacula, &c.
19 nominib. suis terras vocauerũt. De nominib. suis regiones vocauerunt ad perpetuanda & promulganda sua nomina, vt illa ad posteros durent.
20 vel, ad homines non permanebunt in splendore suo. i. in præclara & splẽdida sua conditione.
21 i. perinde moritur homo vt pecora, quoad corpus. q. d. Homines stulti qui hic volunt sedes & nomen suum perpetuare, plane falluntur.

PSALM. L.

Carmen [1] *[ipsi] Asaph.ʼ*

1 DEus [2] *iudicumʼ Dominus* [3] *loquutus est,ʼ & conuocauit* [4] *terram.ʼ*
2 [5] *Ab ortu Solis vsq; ad occasum eius.ʼ*
3 *De Sion* [6] *consummatæ pulchritudinis,ʼ Deus* [7] *illustris emicabit:ʼ*
4 *Veniet* [8] *Deus nosterʼ neq;* [9] *dissimulabit,* [10] *ignis vorax ante ipsum [præcedet,ʼ]* [11] *circa eum vndiq; turbo vehemens.ʼ*
5 *Aduocabit* [12] *cælum desuper & terram,ʼ* [13] *vt iudicio contendat cum populo suo.ʼ*
6 *Congregate mihi* [14] *bonos meos, & qui mecum*

PSALM. XLIX.

Psalmus Asaph.

1 DEus Deorum Dominus locutus est: & vocauit terram. A *De aduentu Christi Euangeliiq; exortu, & populi Dei selectione.*
2 A Solis ortu vsq; ad occasum: ex Sion species decoris eius,
3 Deus manifestè veniet, Deus noster, & nõ silebit.
4 Ignis in conspectu eius ardescet: & in circuitu eius tempestas valida.
5 [b] Aduocauit cælum desursum: & terrã discernere populum suum. [b] *Aduocabit*
6 Congregate illi sanctos eius: qui ordinant te-

nam homo in honore quem sibi cumulatissimis opibus conciliare solet, non permanebit: quandoquidem vt iumenta omnia interiturus est, quæ ita intereunt vt nulla eorum ... 22 Ista (est) via illorum: (nam stultitia ... Ita solent inhiare diuitiis homines auari, quia stulti sunt. Coniunctio rationalis sub audienda ... quæ Hebraice non legitur. ... diuites student nomen suum perpetuare ædificiis & aliis rebus magnificis: quia vera sapientiæ expertes sunt. 23 Heb. os eorum diligunt. Os, pro sermone, præceptis & sententia positum. i. grauissima habent eorum præcepta de diuitiis coaceruandis, probant eorum præcepta ... ædes ædificant vt patres, & regionibus nomina sua imponunt: quasi ... consequuturi. Sela appositum ... vt diligentius consideretur hominum auarorum ... [illegible]

[illegible]

stamentum eius super sacrificia:

B 7 Et annunciabunt cæli iustitiam eius: quoniam Deus iudex est.

8 Audi populus meus, & loquar: Israel, & testificabor tibi: Deus Deus tuus ego sum.

9 Non in sacrificiis tuis arguam te: holocausta autem tua in conspectu meo sunt semper.

10 Non accipiam de domo tua vitulos: neque de gregibus tuis hircos.

11 Quoniam meæ sunt omnes feræ syluarum, iumenta in montibus & boues.

12 Cognoui omnia volatilia cæli: & pulchritudo agri mecum est.

C 13 Si esuriero, non dicam tibi: meus est enim orbis terræ, & plenitudo eius.

14 Numquid manducabo carnes taurorum: aut sanguinem hircorum potabo?

15 Immola Deo sacrificium laudis: & redde Altissimo vota tua.

16 Et inuoca me in die tribulationis: & eruam te, & honorificabis me.

17 Peccatori autem dixit Deus, Quare tu enarras iustitias meas, & assumis testamentum meum per os tuum?

18 Tu verò odisti disciplinam: & proiecisti sermones meos retrorsum.

19 Si videbas furem, currebas cum eo: & cum adulteris portionem tuam ponebas.

D 20 Os tuum abundauit malitia: & lingua tua concinnabat dolos.

21 Sedens aduersus fratrem tuum loquebaris, & aduersus filium matris tuæ ponebas scandalum: hæc fecisti & tacui. [illegible]

22 Existimasti inique quòd ero tui similis: arguam te, & statuam contra faciem tuam.

23 Intelligite hęc qui obliuiscimini Deum: ne quando rapiat, & non sit qui eripiat.

24 Sacrificium laudis honorificabit me: & illic iter, quo ostendam illi salutare Dei.

inierunt fœdus de sacrificandi ratione.

7 [15] *Et annunciabant* [16] *cæli iustitiam eius:* [17] *nam Deus ipse iudex erit. Sela.*

8 *Audi popule mi,* [18] *nam loquar:* [19] *ô Israel,* [20] *nam te contestabor: ego sum Deus Deus tuus.*

9 *Non reprehendam te sacrificiorum tuorum causa:* [21] *holocausta enim tua iugiter sunt coram me.*

10 [22] *Non est vt accipiam de domo tua iuuencum, nec de caulis tuis hircos.*

11 *Meæ siquidem sunt omnes feræ syluarum,* [23] *pecudes in mille montibus.*

12 [24] *Noui cunctas in montibus volucres,* [25] *penes me sunt animantes agrestes.*

13 *Si esuriero,* [26] *non est vt tibi indicem: quum meus sit orbis, & quidquid ille continet.*

14 [27] *Num comesturus sum carnem taurorum? & sanguinem hircorum bibiturus?*

15 [28] *Sacrifica Deo laudem, & persolue Altissimo vota tua.*

16 [29] *Premente aduersitate, inuoca me: & quum te eripuero, gloriam meam celebra.*

17 [30] *Impio autem dixit Deus,* [31] *Quid tibi vis quòd commemoras ceremonias meas, cur ore tuo fœdus meum iactas.*

18 [32] *Quum odio habeas* [33] *disciplinam: & verba mea post te aiicias.*

19 *Si furem vsquam videtis,* [34] *ei oblectaris, & cum adulteris* [35] *est pars tua.*

20 *Os tuum* [36] *addixisti malo, & lingua tua dolum* [37] *concinnat.*

21 [38] *Sedes, & contra fratrem tuũ loqueris,* [39] *filium matris tuæ probro afficis. Hæc fecisti,* [40] *quum quiescerem ego dissimulo.*

22 *Fingis me plane tui* [41] *similem esse:* [42] *disceptabo itaque tecum, & ordine proponam ante oculos tuos.*

23 [43] *Istud* [44] *quæso intelligite,* [45] *qui obliti estis Dei ne quando* [46] *rapiat, non sit qui eripiat.*

24 *Qui laudem sacrificat is me glorificat:* [47] *& hæc est via per quam ostendam ei salutem.*

PSALM. L.

In finem, Psalmus David cum venit ad eum Nathan propheta, quando intrauit ad Beth-sabee.

2. Reg 12.

1 Miserere mei Deus secundum magnam misericordiam tuam.

2 Et secundum multitudinem miserationum tuarum dele iniquitatem meam.

3 Amplius laua me ab iniquitate mea: & à peccato meo munda me.

4 Quoniam iniquitatem meam ego cognosco: & peccatum meum contra me est semper.

PSALM. LI.

Carmen Dauidis [1] præfecto cantorum, quum ad eum venisset Nathan propheta, posteaquam ingressus fuerat ad Bath-sabam.

1 *Miserere mei Deus pro* [2] *bonitate tua.*

2 *Pro ingenti misericordia tua* [3] *dele scelera mea* [4] *Laua me plurimum ab iniquitate mea.*

3 *Et à peccato meo* [6] *munda me.*

4 *Nam* [7] *transgressiones meas agnosco, & peccatum meum* [8] *ast due mihi obuersatur.*

Fiduciam sacrificiorum te tacet Deus.

Vota, quæ & laudes.

Inuocandus Deus.

Ab impiis non vult Deus verbum suum enunciari.

Sacrificium laudis.

Per legem cognito peccato, poscit inuocat Dei misericordiam.

15 Et annunciabant. vel, Vtinam annunciet. 16 Scriptura mos est vt ad cælis & terræ committat dicendum, quod vult esse notissimum, quę cum cæli annunciant, maxime nota sunt, quum ab omnibus conspiciantur, & luce sunt. [illegible] Hic ergo significat Dei bonitatem vbique pre[illegible]gandam per Euangelium. Sic Moses cælum & & terram testes vocat. Vocat eos cælos qui dona Spiritus sancti receperunt supra alios. q. d. O Apostoli mei, annunciate sanctis meis quòd pater meus iustus est, & iudex incorruptus vindex suorum, qui tandem sumet pœnas de impiis, qui me ad homines liberationis ergò miserit. quæ ante Euangelii promulgationem ignota erant. 17 quòd Deus iudex ipse est. Sela addidit, vt intelligamus Christum esse omnium iudicem. 18 & loquar. Hoc versu Christus alloquitur populum, & illũ inuitat ad attentionem. 19 sub. audi inquam. 20 & testificabor tibi. i. solenni ritu, quasi testibus adhibitis, [illegible] tibi, [illegible] quod Deus tuus [illegible] est, oporteret [illegible]

[illegible]e me habere pro Deo, vt mihi audientes [illegible]. Hæc vera est religio, vt Deo auscultemus tanquam [illegible] bona præcipienti. 21 Heb. & non holocausta tua [illegible] conspectu meo iugiter. subaudiendum, quod, hoc modo, & quod holocausta tua non sint coram me, &c. Alii sic vertunt. Nec holocausta tua sunt, &c [illegible] non ob sacrificia tua [illegible] prætermiseris, arguam te, nec etiam magnopere holocausta tua curo. Hoc versu & sequentibus fiduciam sacrificiorum & eorum abolitionem præcedit. 22 Non accipiam. q. d. Præterea hæc non requiro, sed [illegible]. 23 bestiæ quæ sunt in montibus mille. i. quæ habitant in montibus [illegible]. 24 [illegible] habeo. 25 apud me sunt [illegible] animo meo. Quidam exponunt, in potestate mea sunt. 26 non dicam tibi. Si [illegible], inquit, possit vt esuriam, [illegible] cibum. 27 vescor (siue, vesci soleo) carnibus, &c. q. d. Non vescor carnibus, neque bibere soleo sanguinem. 28 Subaudiendum [illegible], Quid ergo requiris Domine, et respondeat, Immola Deo. i. mihi, laudem. hoc est, Vtere sacrificio [illegible] aliquando opem meam, & vouere te me celebraturum, ob acceptum beneficium, id fideliter [illegible]. 29 Hebr. Et inuoces me in die angustiæ, & [illegible] te, & glorificabis me. q. d. Quo in tempore aduerso inuocaueris me, & te liberauero, habebis materiam laudandi me, & gratias mihi agendi. 30 vel, [illegible] improbo, &c. 31 Heb. Quid tibi vt enarres statuta mea, (& quid tibi) vt assumas testamentum meum in os tuum? Hic taxantur omnes qui in ore habent, Sacras literas, cum interim sunt coram [illegible] & nihil minus operibus exprimunt, quam illas. q. d. Qua fronte audet enarrare leges meas, & verba facere de iis quæ continentur in [illegible] quod pepigi cum filiis Israel? 32 vel, Tu enim odis, &c. 33 vel, correptionem [illegible] doctrinam [illegible] corrigit, qualis est in veteri Testamento, Verbũ memineit [illegible] verbi Dei, & inde [illegible] quæ sequuntur omnia, nempe furti, adulterii, & reliquorum. [illegible] Sacras literas, non veretur habere commercium cum furibus. 34 [illegible] 35 [illegible] 36 [illegible] fratrẽ tuum. [illegible] 37 vel, concinnat [illegible] 38 [illegible] 39 Heb. in filium matris tuæ [illegible] probrum [illegible] fratrem tuum germanum & vterinum [illegible] probro. q. d. non solum alienis obloquens, sed etiam fratri [illegible] qui sunt [illegible] vel eos qui [illegible] illi eiusdem patris. 40 Heb. & taceo [illegible] arbitratus, &c. 41 [illegible] & quem [illegible] 42 Heb. corripiam te, & ordinabo in oculis tuis sub. facinora tua. q. d. non solum te pu[illegible] sed etiam [illegible] omnia scelera tua [illegible] ordinem redigam [illegible] oculisque tuis spectanda obiiciam. 43 i. modo [illegible] inspectorem omnium quæ geruntur ab homine. 44 nunc tandem. 45 i. qui nullum Deum esse putatis. 46 sub. ad supplicium. Vtitur metaphora sumpta à feris rapacibus, vt grauitatem pœnæ significet. 47 Heb. Qui sacrificat (sub. sacrificium) laudis. [illegible] verbum [illegible] nomen verbale i. Qui laudat me ex animo, summo honore me afficit. 48 Heb. & qui ponit viam, [illegible] qui rectè & innocenter instituerit vitam suam Salutem Dei, vocat diuinam egregiã, & certam. q. d. is qui innocenter vixerit, à Deo salutẽ consequetur. & salutem Deus est [illegible] seruaturus. PSAL. LI. 1 sub. [illegible] ad musica instrumenta, quem cõposuit Dauid iuxta historiam quæ scribitur 2. Reg. 12. quum adiisset eum Nathan iussu Dei [illegible] ad [illegible] In hoc Psalmo precatio est peccata sua serio agnoscentis, qua petit bonum Dei Spiritum, quo omnia praua cupiditas reprimitur [illegible] quæ vera est peccatorum abolitio, orat & tum ad docendum cadẽ alios, bonitatemq. Dei prædicandã, quæ vera resipiscentiæ [illegible] precę pro [illegible] Ecclesiæ instauratione, quæ est vera Ierusalem. 2 vel, clementia, aut misericordia. Verba hominis sua peccata serio agnoscentis. 3 Heb. pro multitudine misericordiarũ tuarum. [illegible] declarationem. 4 Metaphora [illegible] vestes eluũt, & ex illis sordes tollũt aut abluunt [illegible] expungunt. 5 Heb. Multiplica lauare me. vel, In multitudine laua me. i. [illegible] laua me, hoc est, Subinde lauando purga me à scelere meo. 6 Metaphora à lotione qua maculæ vestium aut linteorum repurgantur. 7 i. fateor me admisisse scelera multa. Exponit cur tantopere cupiat lauari. 8 i. perpetuò versantur ob oculos meos, excruciat me ipsa recordatione assidue.

5 [9] *In te in solum te peccaui, & malum (hoc)* [10] *in o-*
culis tuis admisi: [11] *propterea vite iustus agnosceris in*
verbis tuis, & purus quum iudicaueris.
6 *En ego in iniquitate* [12] *formatus sum, & in pec-*
cato [13] *concepit me mater mea.*
7 *Ecce veritatem* [14] *diligis in intimis, &* [15] *in ab-*
struso sapientiam mihi manifestam facis.
8 [16] *Expia me hyssopo, & mundus ero: laua me, &*
niue ero candidior.
9 [17] *Fac vt audiam lætitiam & gaudium,* [18] *exul-*
tent ossa quæ tu [19] *contriuisti.*
10 [20] *Absconde faciem tuam à peccatis meis, & o-*
mnes iniquitates meas [21] *dele.*
11 *Cor mundum crea mihi Deus, & spiritum* [22] *fir-*
mum intra me innoua.
12 *Ne* [23] *abiicias me à facie tua, nec* [24] *Spiritum*
tuum sanctum à me auferas.
13 *Restitue mihi lætitiam* [25] *salutaris tui,* [26] *& spi-*
ritu principali fulci me.
14 *Docebo transgressores* [27] *vias tuas, & peccatores*
ad te [28] *conuertentur.*
15 [29] *Libera me de sanguinibus Deus Deus* [30] *salu-*
tis meæ, tunc lingua mea [31] *resonabit cum exultatione*
[32] *iustitiam tuam.*
16 *Aperi Domine labia mea, vt os meum* [33] *laudem*
tuam prædicet.
17 [34] *Nam hostiis non delectaris, alioqui eas obtulis-*
sem: holocaustum [35] *non vis.*
18 *Sacrificia* [36] *Dei spiritus* [37] *confractus: cor*
confractum & contritum Deus non despicies.
19 [38] *Benigne fac* [39] *ex beneuolentia tua Sioni,*
[40] *ædifica muros Ierusalem.*
20 *Tunc* [41] *delectaberis hostiis sacrificio & holocau-*
sto iustitiæ: tunc [42] *ara tua vitulis imponent.*

5 Tibi soli peccaui, & malum coram te feci: vt
iustificeris in sermonibus tuis, & vincas cum iu-
dicaris.
6 Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum: &
in peccatis concepit me mater mea.
7 Ecce enim veritatem dilexisti: incerta & oc-
culta sapientiæ tuæ manifestasti mihi.
8 Asperges me Domine hyssopo, & munda-
bor: lauabis me, & super niuem dealbabor.
9 Auditui meo dabis gaudium & lætitiam: &
exultabunt ossa humiliata.
10 Auerte faciem tuam à peccatis meis: & o-
mnes iniquitates meas dele.
11 Cor mundum crea in me Deus: & spiritum
rectum innoua in visceribus meis.
12 Ne proiicias me a facie tua: & Spiritum san-
ctum tuum ne auferas à me.
13 Redde mihi lætitiam salutaris tui: & spiritu
principali confirma me.
14 Docebo iniquos vias tuas: & impii ad te
conuertentur.
15 Libera me de sanguinibus Deus, Deus salu-
tis meæ: & exultabit lingua mea iustitiam tuam.
16 Domine, labia mea aperies: & os meum an-
nunciabit laudem tuam.
17 Quoniam si voluisses sacrificium, dedissem
vtique: holocaustis non delectaberis.
18 Sacrificium Deo, spiritus contribulatus: cor
contritum, & humiliatum, Deus non despicies.
19 Benigne fac Domine in bona voluntate tua:
Sion: vt ædificentur muri Ierusalem.
20 Tunc acceptabis sacrificium iustitiæ, obla-
tiones & holocausta: tunc imponent super altare
tuum vitulos.

Rom. 3. a

B

Leuit. 14. & Nume. 19.
Pax à peccatis per Christum.

C
Cor & spiritum suum innouari petit.
Spiritum sanctum petit.

D
Laus Deo.

Sacrificium Deo gratum.
Ecclesiam Dei prædicatione Euangelii ædificari orat.
Vituli labiorum, laudes.

PSALM. LII.

Præfecto cantorum erudiens (carmen) Dauidis, quum venisset [1] Doeg Idumæus ad Saulem, eique nunciasset atq; dixisset, Venit Dauid ad domum Abi-melech.

1 Quid [2] gloriaris, in malitia potens? [3] bonitas Dei
extat quot die.
2 [4] *Corruptelas* [5] *cogitat lingua tua, perinde vt no-*
uacula exacuata [6] *aberrans.*

PSALM. LI.

In finem, intellectus David, cum venit ad eum Doeg Idumæus, & annunciauit Sauli, & dixit, Venit Dauid in domum Achi-melech.

1 Quid gloriaris in malitia, qui potens es in ini-
quitate.
2 Tota die iniustitiam cogitauit lingua tua:
sicut nouacula acuta fecisti dolum.

* & 1. Reg. 22. b
Describit Dauid peruersum animum Doeg & omnium impiorum.
* *linguam dolosam.*

9 Ioab tantum cædis Vriæ nesciuit, vt etiam serui Dauidis ignorarunt quid egisset cum Bethsabee. Breuiter duo illa crimina [illegible] arte texit apud homines Dauid, vnde hic merito dicit, Tibi soli peccaui.

10 I. quod tibi displicet. Desiguaui quod oculi tui non possunt ferre.

11 vt iustificeris dum loqueris, purus dum tu iudicas. Hoc hemistichium pertinet vel ad initium psalmi, vel ad secundum versum q. d. ignosce mihi peccatori, vel castiga me purgatoque vt iustus & verax appareas in tuis promissionibus quibus pollicitus es peccatorum remissionem iis qui ingemuerint puris item, hoc est irreprehensibilis, dum tu iudicas improbos qui peccata sua agnoscere recusant. Hebraice legitur, in iudicando te, quo loco apud Hebræos pronomen affixum potest significare personam agentem & patientem sed hic melius agentem significat. Separatorem, sic interpretabimur dum tu iudicari. Sine reprehenderis ab aliis quasi non iustus, & qui non stes promissis, si non remittas peccata agnoscentibus. 12 vel, natus sum, sine, in lucem [illegible]. Ab ortu ipso sum peccator. Ostendit se ex omnium infirmitate, peccasse. 13 Iot. 1, id est, [illegible] [illegible] peccato nunquam carui concupiscentia enim radix carnis peccatorum me innaxit cum conciperet, cum [illegible] in lucem produt. Ab vtero matris meæ peccati consors sum & particeps. Verti potest hæc pars versus, postquam cum peccato [illegible] me mater mea, id est, postquam me peccatum habe[illegible] vero mater mea. Vau enim Hebraicum, aliquando (postquam) significat. 14 [illegible] voluisti q. d. [illegible] tamen optas [illegible] re in intimis partibus [illegible] tatem, hoc est in corde meo. 15 vel, in [illegible] in corde meo notas fecisti [illegible] [illegible] sapientiam [illegible] dolens. [illegible] Condonam mihi scelus. H[illegible] ux vim purgandi non habet, [illegible] [illegible] & Leuit. 14. 17 Dauid precatur Deum vt per prophetam aliquem audire possit [illegible] [illegible] condonata esse scelera, & sic perfundes me gaudio, quo & animus & ossa mea exultabunt. [illegible] quod per Nathan prophetam [illegible] [illegible] condonatum. 18 id est, materiam exultandi habeant. 19 [illegible] scilicet [illegible] peccatorum. 20 id est, Trade oblivioni peccata mea [illegible] quæ [illegible] ob oculos, obliuisci [illegible] possimus. 21 Metaphora ab iis qui delent quæ [illegible] [illegible] magnam habet emphasin. 22 rectum, id est, recte ornata instrumentem & [illegible]. Hoc dicit [illegible] peccatum [illegible] [illegible] 23 Metaphora [illegible] qui ne [illegible] quidem dignantur eos quos [illegible] habent.

25 id est, dona Spiritus sancti. 24 salutis tuæ, id est, de spe tua, q. d. [illegible] [illegible] 26 & spiritus liberali [illegible] id est, spiritus quo donati homines, [illegible] [illegible] 27 Misericordiam & [illegible] intelligit. q. d. [illegible] condonaueris mihi, [illegible] clementiam tuam prædicabo [illegible] misericordiam quam [illegible]. 28 audita scilicet clementia tua. 29 Optat sibi condonari [illegible] [illegible] q. d. Libera me a [illegible] mihi debita. Per sanguinem, [illegible] [illegible] 31 id est, [illegible] [illegible] qui me [illegible] 32 prædicabit [illegible] [illegible] Veritatem intelligit quam Deus præstat [illegible] [illegible] [illegible] 33 id est, [illegible] [illegible] Hinc videmus nos omnia à Deo accipere, ita vt ne labia quidem [illegible] [illegible] 34 Heb. quia non [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]

35 [illegible] 37 ob peccatum scilicet [illegible] q. d. Animus qui agnoscit peccata admissa, & [illegible] est Deo [illegible] 38 Beneficus id est, Beneficiis affice vel, Age clementer & benigne [illegible] [illegible] 39 per bonam voluntatem tuam [illegible] 40 [illegible] 41 accepta habebis sacrificia [illegible] holocaustum & oblationem [illegible] veram [illegible] [illegible] Vitulos [illegible] gratiarum actiones Osee 14. b. PSALM. LII. 1 Doeg [illegible] [illegible] Describit hic Dauid peruersum ingenium Doeg, & omnium aliorum impiorum. [illegible] 2 gloriaris [illegible] potens [illegible] O tu Doeg [illegible] [illegible] [illegible] 3 hoc, [illegible] nunquam destituuntur Dei misericordia, quamuis ad [illegible]

4 [illegible] 5 meditatur, id est, [illegible] q. d. Sermone tuo prodis quem animum habebas cum esses cum Achi-melech. 6 id est, vt nouacula [illegible] aberrans [illegible] [illegible] [illegible] lingua tua. Potest etiam referri ad Doeg [illegible] [illegible] [illegible] acuta quæ imprudentes lædere solet [illegible]

3 Dilexisti

3 Dilexisti malitiã super benignitatem: iniquitatem magis, quam loqui æquitatem.

4 Dilexisti omnia verba præcipitationis, lingua dolosa.

Interitus Doeg.

5 Propterea Deus destruet te in finem: euellet te, & emigrabit te de tabernaculo tuo, & radicem tuam de terra viuentium.

Impiorum lapsus, eruditio est piis.

6 Videbunt iusti & timebunt, & super eum ridebunt: & dicent, Ecce homo qui non posuit Deum adiutorem suum:

7 Sed sperauit in multitudine diuitiarum suarũ: & præualuit in vanitate sua,

Pii in misericordia Dei fidunt.

8 Ego autem sicut oliua fructifera in domo Dei, speraui in misericordia Dei in æternum, & in seculum seculi.

Gratiarum actio.

9 Confitebor tibi in seculum quia fecisti: & expectabo nomen tuum, quoniam bonum est: in cõspectu sanctorum tuorum.

3 [7] *Amas nocere potius quàm benefacere, mentiri potius quàm quod iustum est loqui. Sela.*

4 *Amas [8] loqui quæcunque perniciem afferunt, lingua dolosa.*

5 *Etiam te Deus [9] dissipabit in æternum, [10] tollet te, & abradet te [11] de tabernaculo tuo, ac [12] radicem tuã è terra viuentium. Sela.*

6 [13] *Quod quum videbunt iusti, [14] timebunt, deq; [15] illo ridebunt. En [dicent] virum qui [16] non posuit Deum robur suum:*

7 *Sed in multitudine diuitiarum suarum spem posuit & [17] roborauit se prauitatibus suis.*

8 *At ego (ero) similis oleæ [18] frondosæ in domo Dei, (quia) spem posui in [19] bonitate Dei in sempiternum & perpetuo.*

9 *Celebrabo te in seculum, quoniam [20] fecisti: & præstolabor [21] nomen tuum: quoniam [22] ante bonos tuos bonum est.*

7 Heb. Diligis malum præ bono: mendacium præ quàm loqui iustitiam. i. veritatem, siue quæ vera sunt. Sela adiecit, vt consideremus peruersitatem humanæ mentis. q.d. O impietate & malitiam tuam, ô Doeg! 8 He. omnia verba perditionis. linguam fraudis. i. Diligis quæcunque possunt afferre perditionem proximo, & sermonem fraudulentum & deceptorium. Pergit exaggerare malitiam Doeg. 9 Vel, perdet. q. d. Quod patrasti, non feret impune, ô Doeg: Deus quoque perdet te, vt sacerdotes Nobe occidisti manu tua. 10 sub. de medio, ita vt nusquam appareas. 11 [illegible] posthac non sis habitaturus in tabernaculis pastoralibus. 12 eradicabit te &c. q. d. te & posteritatem tuam auferet de mundo: Sela adiecit, vt consideremus Deum non semper relicturum in hoc mundo improbos, sed cũ de ipsis tandem sumpturum esse pœnas, easque grauissimas. 13 Vel, Videbunt itaque sub. pœnas quas sumet Deus de improbis. 14 sub. Deũ, qui hoc modo soleat ipsis metum incutere. 15 sub. Doeg, & aliis impiis.

PSALM. LII.

In finem, pro Amaleth intelligentia David.

A

Quales sunt infideles, vide Psal. 13.

Dixit insipiens

1 Dixit insipiens de corde suo, Non est Deus.

2 Corrupti sunt & abominabiles facti sunt in iniquitatibus non est qui faciat bonum.

3 Deus de cælo prospexit super filios hominum: vt videat si est intelligens, aut requirens Deus.

4 Omnes declinauerunt simul inutiles facti sunt: non est qui faciat bonum, non est vsque ad vnum.

5 Nonne scient omnes qui operantur iniquitatẽ, qui deuorant plebem meam vt cibum panis?

6 Deum non inuocauerunt: illic trepidauerunt timore vbi non erat timor.

7 Quoniam Deus dissipauit ossa eorum qui hominibus placent: confusi sunt, quoniam Deus spreuit eos.

8 Quis dabit ex Sion salutare Israel? cum cõuerterit Deus captiuitatem plebis suæ, exultabit Iacob, & lætabitur Israel.

PSALM. LIII.

Præfecto cantorum carmen erudiens Dauidis [1] de misería.

1 [2] *Dixit stolidus in corde suo, Non est Deus:*

2 *(Ob id) [3] consceleratam & abominandam designarunt iniquitatem: non est qui quod bonum est faciat.*

3 *(At) Deus è cælo [4] prospexit super filios hominum, vt videret num esset prudens aliquis, & qui Deum quæreret*

4 [5] *Cuncta pariter deflexerunt, corrupti sunt: nemo est qui quod bonum est faciat, ne vnus quidem.*

5 [6] *Annon cognouerunt operarii iniquitatis, qui populum meum vorant (vt) qui panem deuorant.*

6 [7] *(Et) Deum non inuocant? Illic pauore [8] consternantur, vbi pauor non est.*

7 *Quia Deus [9] dissipat ossa obsidentis [10] te: [11] pudefecisti (eos) quoniam Deus auersatus est illos.*

8 [12] *O Vtinam è Sione salus Israeli (contingat,) [13] vt Deus captiuitatem populi sui finiat, vt lætetur Iacob, gaudeat Israel.*

PSALM. LIIII.

1. Reg. 23. d

In finem, in carminibus intellectus Dauid, cum venissent Ziphæi, & dixissent ad Saul, Nonne David absconditus est apud nos?

A

Inuocatio contra impios.

1 Deus, in nomine tuo saluum me fac: & in virtute tua iudica me.

2 Deus exaudi orationem meam: auribus percipe verba oris mei:

PSALM. LIV.

Erudiens carmen Dauidis præfecto cantorum [1] ad instrumenta musica: quum Ziphæi venirent, & dicerent Sauli, [2] An non David apud nos latitat?

1 *Deus, [3] per nomen tuum saluum me fac: & virtute tua [4] vindica me.*

2 *Deus audi precem meam: [5] sermonibus oris mei ausculta.*

16 Id est, non habet Deum pro robore suo. siue, qui non putat robur suum situm esse in Deo. Quidam Hebræorum existimant exterminium Doeg adeo fuisse [illegible] in publicum prouerbium. 17 Vel, robur [illegible] in peruersitate sua [illegible] si alios læserit. Hoc dicit quod Doeg in cæde [illegible] dotum Nobæ sibi admodum placuit. 18 Vel, virenti. Sancti comparantur oliuæ in Sacris literis, quod in frugifera, & fronde viridi nunquam destituatur. Est autem antithesis. Doeg [illegible], at ego Deo.

19 Vel, clementia. 20 Præteritum pro futuro, facturus es, more prophetico. Sub. quod dixi id est, quia pœnas de Doeg sumpturus es, & Doeg deleturus. 21 Nomen pro fauore. 22 Bonum est, coram sanctis tuis. Multa subaudienda. bonum est nomen tuum, celebrabo inquam te coram &c. i. coram iis quos bonitate & misericordia tua dignaris quia deseruiunt es impium Doeg.

PSALM. LIII. 1 Super maalath. Nomen instrumenti musici aut initium cantilenæ vulgaris, id est, Psalmus eruditione plenus à Dauide editus, & traditus præfecto [illegible] Hic psalmus est fere idem cum psalmo decimo quarto, secundum Hebræos. Hominis infidelis studium & interitum describit. 2 Id est, Cogitat apud se. Cogitant impii [illegible] esse Deum, & ob id [illegible] terrena [illegible] vita. 3 Heb. perdunt sese & abominabiles red. sunt (sub. coram Deo per iniquitatem) [illegible] facti sunt & abominabiles per iniquitates. Subaudiri etiam potest, pro [illegible] vitam suam, perdunt etiam suam. 4 Vel, prospectat super homines, vt videat sicut aliquis intelligentia præditus, & studiosus Dei. q. d. Infideles putant nullum esse Deum qui opera hominum contemplatione [illegible] turpiter falluntur. 5 Omnes recedunt, (sub. [illegible] præceptis Dei,) simul sunt scelesti, vel, putridi, id est, sunt fœdis & perditis moribus. 6 Hic inducit Deum admirantem ignorantiam humanam [illegible] per anthropopathian, qua vtitur Sacra scriptura, quasi dicat, Qui fieri potest vt tanta ignorantia teneantur impii vt vorent plebem meam velut cibum [illegible]?

7 Id est, [illegible] 8 consternabuntur, (quibus) non fuit timor, id est, Tunc timebunt illi quibus antea nullus fuerat timor. Verti etiam potest, Tunc timebunt metu qualis nunquam [illegible]. [illegible] timore cui similis hactenus non fuit auditus. Ne [illegible] animum, prædicit Deum sumpturum pœnas de infidelibus. 9 dissipabit, vel, dispergit, id est, Deus perdet eos qui nituntur expugnare Ecclesiam, & fideles ipsi perdere. 10 sub. ô Ierusalem. vel, quisque fidelis. 11 pudore obruet eos [illegible] 12 Heb. Quis det de Sion salutes Israeli? id est, Vtinam ex Sion [illegible] veniant auxilia Israeli. vel, Vtinam Deus mittat de Sion insignem illum auxiliatorem Christũ. 13 Heb. cum [illegible] Deus captiuitatem populi, [illegible] Iacob, & lætabitur Israel, i. quum populum suum captiuum liberauerit, quum populus Dei a [illegible] Satanæ liberatus fuerit per Christum, tum [illegible] vere & serio lætabuntur omnes fideles, vel, Vtinam donet Deus aliquem regem [illegible] Israel qui populum suum [illegible] & melius gubernet quam Saul, quod si fecerit, habebunt qui antea Israelitæ timent Deum, vnde merito gaudeant.

PSALM. LIIII. 1 Super neginoth. Vide psalmum quartum. 2 Vel, Certe. Dauid implorat opem contra impios & infideles Ziphæos: ostenditque hominem destitutum omni ope humana, ad Deum recurrere. 3 Id est, fauore & auxilio tuo. 4 Iudica me, id est, tu meum tuere, siue innocentiam, quam tueri non possum. 5 Id est, orationi quam ore profero.

3 Nam [6] alieni contra me insurrexerunt, & [7] tyranni [8] quærunt animam' non habentes ob oculos Deum.
[9] Sela.'
4 En Deus adiuuat me, Dominus [10] cum iis adest,
qui me suffulciunt.'
5 Rependet malum [istud] aduersariis meis, [11] in
veritate tua' extermina eos.
6 [12] Voluntarium sacrificium faciā tibi,' & celebrabo [13] nomen tuum' Domine,[14] quoniam bonum est.'
7 [15] Nam ex omni' afflictione eripuit me, & in hostibus meis] [16] ostata]' videbit oculus meus.

---

3 Quoniam alieni insurrexerunt aduersum me,
& fortes quæsierunt animam meam: & non proposuerunt Deum ante conspectum suum.
4 Ecce enim Deus adiuuat me: & Dominus
susceptor est animæ meæ.
5 Auerte mala inimicis meis: & in veritate tua
disperde illos.
6 Voluntariè sacrificabo tibi, & confitebor
nomini tuo Domine, quoniam bonum est:
7 Quoniam ex omni tribulatione eripuisti me:
& super inimicos meos despexit oculus meus.

B

Agnitio beneficii accepti.

PSALM. LV.

Erudiens carmen Dauidis præfecto cantorum [1] ad instrumenta musica.'

1 *AVscultа Deus precationi meæ, à deprecatione mea ne te subducas: attende & responde mihi.*
2 [2] *Queruler in peace & infremo,' Propter vociferationem hostium, propter diuexationem impiorum.*
3 [3] *Qui [4] mihi iniquitatem obtrudunt, & [5] in ira' mihi aduersantur.*
4 *[Propterea] cor meum intra me affligitur, & terrores mortis irruerunt in me:*
5 *Timor & tremor inuaserunt in me, & horror me adobruit.*
6 *Et dixi, Utinam essent mihi alæ [tam celeres quàm sunt] columbæ: auolarem [enim,] & [6] quiescerem.*
7 *En longe profugerē, cōmorater in ipso deserto.[7] Sela.'*
8 [8] *Properarem vt à vento turbinoso & tempestate euaderem.*
9 [9] *Degluti[eos]' ò Domine, & [10] finde' linguas eorum: quoniam vidi violentiā & lites [12] in ipsa ciuitate:*
10 *[Hæc] [13] illam' dies noctesq; in muris eius [13] circumeunt,' intra eam iniquitas & molestia: [14] Corruptela' intra eam.*
11 [15] *A plateis eius impostura & dolus nunquam declinant.*
12 [16] *Neq; enim hostis erat qui me probro afficiebat, alioqui tul[i]ssem:*
13 *Neq; [17] extulit se contra me,' qui præferebat odium mei, abscondissem enim me ab illo:*
14 *Sed tu [eras] homo [18] æqualis mihi,' dux meus, & notus meus:*
15 [19] *Mutuo enim & suauiter secreta communicabamus:' in domum Dei in cœtu una [20] ibamus.*
16 [21] *De repente mors super irruat,' descēdant [22] viui' ad inferos:*
17 *Nam mala sunt in [23] habitaculis' eorum, in intimis eorum.*
18 *Ego ad Deum clamabo, & Dominus seruabit me.*
19 [24] *Vespere & mane & meridie,[25] precor & importunus sum,' & ipse vocem meam exaudiuit.*
20 [26] *Redemit animam meam à prælio quod mihi [intentatur,] pacemq; donauit:' nam [27] plurimi fuerunt mecum.*
21 [28] *Audiet' Deus, & affliget eos, [29] qui sedet ab initio:' Sela.*
22 *Nam [30] non est [spes] quòd illi mutentur, nec Deum timeant.' Iniecit ille manum suam [31] in eos quibuscum pacem [simulauerat.]'*
23 *Et prophanauit fœdus suum: [32] os habet butyro mollius, sed corde bellum [gerit:]'*
24 *Verba eius oleo magis lenia,[33] quæ sint stricti gladii.'*

PSALM LIIII.

In finem. in carminibus intellectus David.

1 EXaudi Deus orationem meam: & ne despexeris deprecationem meam: intende mihi, & exaudi me.
2 Contristatus sum in exercitatione mea: &
conturbatus sum à voce inimici, & à tribulatione
peccatoris.
3 Quoniam declinauerunt in me [a] iniquitates:'
& in ira molesti erant mihi.
4 Cor meum conturbatum est in me: & formido
mortis cecidit super me.
5 Timor & tremor venerunt super me: & contexerunt me tenebræ:
6 Et dixi, Quis dabit mihi pennas sicut columbæ: & volabo, & requiescam?
7 Ecce elongaui fugiens: & mansi in solitudine.
8 Expectabam eum qui saluum me fecit à pusillanimitate spiritus & tempestate.
9 Præcipita Domine, & diuide linguas eorum:
quoniam vidi iniquitatem & contradictionem in
ciuitate.
10 Die ac nocte circumdabit eam super muros
eius: iniquitas & labor in medio eius, & iniustitia.
11 Et non defecit de plateis eius vsura & dolus.
12 Quoniam si inimicus meus' maledixisset
mihi, sustinuissem vtique.
13 Et si is qui oderat me, super me magna locutus fuisset: abscondissem me forsitan ab eo.
14 Tu verò homo vnanimis, dux meus & notus
meus.
15 Qui simul mecum dulces capiebas cibos: in
domo Dei ambulauimus cum consensu.
16 Veniat mors super illos: & descendant in infernum viuentes.
17 Quoniam nequitiæ in habitaculis eorum in
medio eorum.
18 Ego autem ad Deum clamaui: & Dominus
[b] saluabit' me.
19 Vespere & mane, & meridie narrabo & annunciabo, & exaudiet vocem meam.
20 Redimet in pace animā meā ab his qui appropinquant mihi: quoniā inter multos erant mecū.
21 Exaudiet Deus, & humiliabit illos, qui est
ante secula.
22 Non enim est illis cōmutatio, & nō timuerunt Deum: extendit manum suam in retribuendo.
23 Cōtaminauerunt testamentū eius, diuisi sunt
ab ira vultus eius: & appropinquauit cor illius.
24 Molliti sunt sermones eius super oleum: &
ipsi sunt iacula.

A

Petit Dauid à Deo vt liberetur a conturatione Absalom, 2. Reg. 15. & 16. *Christus autem ab inimicis.*
[a] *iniquitatem.*

Fugiēs Judæos, orat contra eos.

B

Conqueritur de Juda domestico proditore.

C

Exauditus [b] *saluauit.*

D

---

6 i. Erudiens [illegible] canticum, h.e. Ziphæi.
7 potentes. vel, terribiles. sub. homines.
8 i. magnopere contendunt vt perdant me.
9 Sela adiecit, quia malo perniciosissimū carere timore Dei.
10 inter eos qui tuentur animā meā, i. adest iis qui ferunt mihi auxiliū, & qui meas partes tutati fuerint.
11 vel, in fide tua i. vt promisisti, sine vt promissa præstes.
12 Sacrificabo tibi sponte, i. [illegible] animi libe[r]alitate. Subaudiēdū, ob id. Propterea sacrificabo, &c.
13 i. fauorē tuū.
14 vel, quia bonus es.
15 (sub. & dicā) quia ex omni, &c.
16 vel, (vltionē.)

PS. LV.
1 ad, vel sup neginoth. Vide psal. 4. Hebr. dicunt à Dauide scriptū fuisse hūc psalmū, quū opprimeretur à filio suo Absalom. Alii exponunt de discrimine in quo fuit Dauid in vrbe Ceila, vrbe Iudæ, quū aduenitet Saul. Vide 1. Reg. 23.
2 dū conqueror in lamentatione mea (vel, lamentādo) & infremo.
3 quia.
4 conuertunt aduersum me consilium iniquum, (i. imputātmihi) iniquitatē vel, melius, cōminiscūtur aduersum me cōsilium iniquū, quod intelligitur per iniquitatē, i. aduersum me cōspirāt.
5 i. irati.
6 i. inuenirē vbi tuto habitarem.
7 Sela addidit, vt cōsideremus tutius esse habitare in deserto, quàm cum improbis hominibus.
8 Festinarē effugium mihi velocius vēto quod excitatur à tēpestate. i. fugerē citius vēto: h.e. celerrime.

9 vel, Perde. sub. cōsilium eorum. 10 vel, diuide. i. dissipa sentētias eorū varias. Alludit ad cōfusionē linguarum. 11 i. in Ceila. 12 sub. Ceilani. 13 vel, circūdant. 14 Fraudulenti (hōmines) sunt, &c. i. Fraudulentes. Traditūri erant ciues Ceila Dauidē Sauli, nisi abiisset. 1. Reg. 23. 15 i. Ceila plena est dolis & [illegible] [illegible]. 16 Hic Christi figurā gerit Dauid: similiq;. Iudæ typus exprimitur. 17 Heb. in me magnificauit. sub. os suū. i. pleno ore detraxit. Facile est fugere manifestū odiū. 18 Iuxta pretiū meū. i. quē in tanto pretio habebā, quāto me haberi cupio. Aut, iuxta æstimationē meā dux meus. i. quantū ego iudicare potui. Singulari quendam in vrbe Ceila alloquitur. 19 Heb. Qui simul dulcescere faciebamus secretū. i. Qui cū suū [illegible] de reb. nostris consilia inibamus. Vera amicitiæ vincula exponit. 20 ibamus studiose. Hoc. n. significat verbū Hebr. sub. oratum. 21 Heb. Exadiret cōstituat (sub. Deus) mortē aduersus illos [illegible]. Ostēdit quē finē proditor & consortes eius sint assecuti. Per imprecationē aut prophetiā hic locus exponi debet. 22 nullo morbo præcedente, [illegible] morte subita. 23 societate, cōgregatione. 24 Diei quē à vespere Hebræi incipiūt, partes hic describūtur. 25 clamo & cōqueror. Futura sunt verba apud Heb. orabo & infremā. 26 Heb. Redimet in pace animā meā à prælio quod est cōtra me. i. Animā meā redemptā à cōflictu cōtrā me excitato statuet in pace. 27 Vt Elisæus dicebat, Plures sunt nobiscū, quàm cū illis. Alii vertūt, quoniā cū multi fuerint cōtra me. i. multi impugnauerūt me, siue multi conātur me perdere. 28 sub. precē meā. 29 i. quē omnib. præsidet ab initio, cuius principiū dari non potest. 30 Heb. nō sunt mutationes, nec [illegible] timuerunt. 31 Heb. in (virtū) pacū suarū. vel, Foederū suorū. i. adortus in hostem qui cū summa in tranquillitate & pace viuebat. Taxat illū hostē fictū amicū. 32 Heb. Lenierunt magis quàm butyrū os suū, & præliū cor eius. Os, pro verbis oris. Ostēdit quibus rebus facile moueantur adulatione improbi blanditiis. Blandiores erāt butyro sermones eius, at bellum meditabatur cor eius. 33 Heb. & ipsi sunt (homines) gladios, i. quum tamen sint sanguinarii, & studeant me perdere.
23 [illegible] lasia

Cura verum omnem in Deū reiiciendo.
Matth. 6. d
Luc. 12. c
1. Pet. 5. b
Innocentum iniuriam.

25 ‖ Iacta super Dominum curam tuam, & ipse
te enutriet: & non dabit in æternum fluctuatio-
nem iusto.
26 Tu vero Deus deduces eos in puteum interi-
tus.
27 Viri sanguinum & dolosi non dimidiabunt
dies suos: ego autem sperabo in te Domine.

25 *Reiice in Dominum* [14] *sarcinam tuam:* & *ipse te*
suffulciet: [15] *non permittet vt iustus perpetuo labascat.*
26 *Tu interim ò Deus,* [16] *detrudes sanguinarios istos*
& *fraudulentos in puteum interitus:*
27 *Non perducent ad dimidium dies suos. ego autem*
spem meam in te collocabo.

PSALM. LV.

In finem, pro populo qui a sanctu longe factus est.
Dauid in scriptione ‖ cum tenuerunt eum
Allophyli in Geth.

1. Reg. 21. d

1 Miserere mei Deus, quoniam conculcauit me
homo: tota die impugnans tribulauit me.
A
Orat vt à periculo præsentissimo liberetur, Saulis & assentatorū eius dolos & vim apud Deū accusans.
2 Conculcauerunt me inimici mei tota die: quo-
niam multi bellantes aduersum me.
3 Ab altitudine diei timebo: ego vero in te spe-
rabo.
4 In Deo laudabo sermones meos, in Deo spera-
ui: non timebo quid faciat mihi caro.
5 Tota die verba mea execrabantur: aduersum me
omnes cogitationes eorum, in malum.
6 Inhabitabunt & abscondent: ipsi calcaneum
meum obseruabunt.
7 Sicut sustinuerunt animam meam pro nihilo
saluos facies illos: in ira populos confringes.
8 Deus, vitam meam annunciaui tibi: posuisti
lachrymas meas in conspectu tuo.
9 Sicut & in promissione tua:
10 Tunc conuertentur inimici mei retrorsum. In
quacunque die inuocauero te: ecce cognoui quoni-
am Deus meus es.
11 In Deo laudabo verbum, in Domino lauda-
bo sermonem: in Deo speraui, non timebo quid fa-
ciat mihi homo.
laudationis
12 In me sunt Deus vota tua, quæ reddam, [a] lau-
dationis [b] tibi.
Vota sua, quæ vocat laudem, Deo reddit, laudans eum.
13 Quoniam eripuisti animam meam de morte,
& pedes meos de lapsu, vt placeam coram Deo in
lumine viuentium.

PSALM. LVI.

Præfecto cantorum [1] *de vexatione manipuli alie-*
nigenarum. [2] *Insigne aureolum Dauidis, quum*
Philistini comprehendissent in Gath.

1 *Miserere mei Deus: nam* [3] *me homo (fere) absorpsit.*
quotidie oppugnans me obterit.
2 [4] *Absorbent me* [5] *hostes mei omni tempore: multi*
namque pugnant contra me ò Excelse.
3 [6] *Quocunque tempore timor me inuadit, ego spem me-*
am in te colloco.
4 [6] *In Deo laudabo* [7] *verbum eius:* [8] *in Deum speraui,*
nihil metuo quid mihi caro faciat.
5 [9] *Perpetuò verba mea calumniabantur:* [a] *omnes co-*
gitationes eorum [10] *in hoc erant, vt malum mihi para-*
rent.
6 [11] *Concurrerunt, speculantur ipsi, & vestigia mea*
obseruant,
7 [12] *Quandoquidem animam meam inhiant* [13] *Vanitate spe-*
rant sese euasuros: [14] *at Deus est qui in ira populos deiicit.*
8 [15] *Fugas meas tu numeratas habes, lachrymas meas*
repone in lagunculam tuam.
9 *Annon* [16] *in ratione tua?*
10 [17] *Quibus (tu) tunc hostes mei retrocedūt: in hoc*
certus sum quod tu es: Deus meus.
11 [18] *In Deo laudabo verbum, in Domino laudabo*
sermonem. In Deum spero, non metuam [19] *quid faciat*
mihi homo.
12 [20] *Vota nuncupabo tibi ò Deus,* [21] *reddam lau-*
des tibi.
13 *Quoniam eripuisti animam meam à morte,* [22]
annon pedes meos a lapsu? vt [23] *incedam in conspectu Dei*
in luce viuentium.

PSALM. LVI.

2. Reg. 22. & 24.

In finem, Ne disperdas, Dauid in tituli inscriptio-
nem, ‖ cum fugeret a facie Saul regis Is-
rael, in speluncam.

1 Miserere mei Deus, miserere mei: quoniā in te
confidit anima mea.
2 Et in vmbra alarum tuarum sperabo, donec
transeat iniquitas.
3 Clamabo ad Deum altissimum: Deum qui be-
nefecit mihi.
4 Misit de cælo, & liberauit me: dedit in opprobrium conculcantes me.

PSALM. LVII.

Præfecto cantorum, [1] *Ne perdas.* [2] *Insigne aureo-*
lum Dauidis, [a] *quum à Saule* [3] *fugisset in specum.*

1 *Miserere mei Deus,* [4] *miserere mei, quoniam in te*
confisa est anima mea,
2 *Et in vmbra alarum tuarum spero donec transeat*
[5] *corruptela.*
3 *Inuocabo Deum excelsum, Deum qui* [6] *me perficit.*
4 *Is è cælo* [7] *mittet,* & [8] *liberabit me opprobrio me ab-*
sorbente perpetuò:

14 vel, molestiam tuam, pondus tuum. i. quod te male habet. Expertus humanam mentem, hortatur seipsum & nostrum quemque ad fiduciam in Deum.
15 Heb. non dabit in æternum mutationem iusto. i. non sinet vnquam moueri vel labascere iustum, hoc est, vt prosternatur & decidat.
16 Heb. descendere facies eos in puteum foueæ. (vel, interitus) viri sanguinarii & dolosi non &c. Præcipitabis, inquit, eos in gehennam, immaturaque morte peribunt, quia non sperent in te, ego autem in te spero.
PSALM. LVI. 1 de columba taciturnitatis in remotis. i. de columba taciturna & muta constituta in locis remotis a Terra sancta. Hic Dauid se columbam appellat ex metaphora qua prius petebat sibi dari alas columbæ quæ pernicites volat. Mutam se columbam dicit, quod Dei voluntati omnia commiserit, nihil iniuriis aduersariis respondens. Et quia linquit Terram sanctam, dicit se agere in locis longinquis. Hæc historia legitur 1. Reg. 21. Depingit dolos & vim Saulis & assentatorum eius: & tandem in regno confirmatus, vota Deo nuncupat.
2 Dauidis ad michtā. Species melodiæ, ad quam multi psalmi decantati fuerunt. Dauidis psalmus traditus præfuli vt decantaretur ad michtam. Quidam accipiunt pro insignibus & pro militari dignitate. 3 Deglutire me voluit homo, iugiter oppugnans me diuexat. vel, opprimit. Hominem Saulem opponit Deo. 4 vel, Absorbere me volunt. 5 Heb. In quo timebo, ego tibi fidam, id est, Tempore quo quicquam euenerit mihi, quod mihi metum incutere possit, in te sperabo. 6 sub. sperabo inquam, & laudabo &c. omnibus commendabo promissa quæ accepi ab eo per Samuelem de regno Israel. Vel, laudabo Deum propter verbum suum quo ille me confortauit. Quidam verò in pro quacunque re accipiunt & legunt, Deo consulam quicquid mihi Deus immiserit. 7 Promissionem intelligit quam a Deo acceperat de regno Israelis. q. d. Tantum certus ero de promissione eius subitem, vt eam sim omnibus commendaturus. 8 Vel, in Deo spero, (ideo) non timebo &c. i. nihil est quod timeam de eo, cum quo ratione me lædere possit homo carnalis? 9 Heb. Tota die verba mea dolorem mihi faciunt. vel, me fatigant. Verba mea. i. res meas & negotia mea. q. d. Sine inter missione negotium mihi exhibent hostes mei, quod videant me futurum regem Israelitarum. 10 Heb. in malum aduersum me. i. nihil aliud cogitant, quam vt me perdant. 11 Congregantur, delitescunt. Describit consilium eorum qui perdere conabantur Dauidem futurum Israelis regem. Delitescentes, mihi insidias struunt. 12 Heb. cum expectant animam meam. i. dum summa cura student quonam modo perdere me possint. 13 Heb. Num propter iniquitatem euasio erit eis? q. d. Quia peccarunt, securitate eos q. d. fieri nequit vt illos serues, sed vt hos ex animo illos præcipita in gehennam. Hic versus legendus est cum admiratione. 14 In ira Gentes deiice, ô Deus. sub. de gratia. vel, de hac vita deiice eos in gehennam. Verti etiam potest, in ira populos abiice. Israelitas, Gentes vocat, qui studio & prauitate Gentes imitarentur. 15 i. Memor esto lachrymarum & afflictionum mearum quas fudi coram te, quum persequeretur me Saul. q. d. Vide Domine ne frustra sit vt lachrymas effuderim dum me persequeretur Saul. 16 vel, in commentariis tuis: q. d. profecto sunt. 17 Heb. Tunc conuertentur inimici mei retrorsum in die qua clamabo: (in) hoc deprehendā quod Deus mihi sub fauet, aut pro me stat. Tunc inimici mei desistent a conatibus suis quum implorauero opem tuam: & hac ratione deprehendam quod tu pro me es. 18 Vide quartum versum. sunt enim eadem verba. Repetit versiculum, vt exprimat vim fiduciæ in Deo & in eius promissione. 19 Vel, quid detrimenti facere possit mihi homo. 20 Heb. In me (sunt) ô Deus vota tua. i. Vota quæ tibi nuncupaui sunt super me. hoc est, Meum est persoluere vota quæ tibi nuncupaui. Ostendit se non ingratum fore de beneficio accepto à Deo. q. d. Vota te laudaturus sum à me, quod profecto iam facturus. 21 Ista sunt eius vota, publice te laudabo, & profitebor te esse auctorem omnium bonorum. 22 q. d. certe opera tua pedem retuli a peccato & impietate. 23 Antecedens pro relatiuo. i. vt placeam tibi in lumine istius vitæ: hoc est, in hac vita. vel, in lumine viuentium: hoc est, cognitione rerum sacrarum. PSAL. LVII. 1 sub. me. Ne sinas me perdi. Petit a Deo ne ab hostibus occidatur. Quidam putant Altaschith esse initium carminis vulgari ad modos, cuius hic psalmus sit decantatus. 2 Dauidis ad michtam. Psalmus Dauidis commissus præfecto cantorum vt decantaretur ad numeros vulgaris cantilenæ cuius initium erat michtam. 3 fugeret. Vide 1. Reg. 22. a. 4 Hac repetitione ostendit se esse in maximo periculo, 5 calamitas vel, contritio. Ad verbum, donec pertranseat calamitatum. sub. negotium. Solitus sum me tibi committere, & adhuc in posterum tua me committam, vt pulli alis gallinarū matrum suarum. 6 Perficit mihi. i. præstat quæ pollicitus est mihi perficiet quod cœpit, quum me vocabit ad regiam dignitatem. 7 sub. auxilium, vel auxilium. 8 Heb. probro habebit (sub. robur illius qui me absorbere cupit. i. clamitet &c. Sela) in medio versu adducit vt lector consideret quam fiduciam habuerit in Deo in tanto periculo: vel vt attendamus quam contumaces & Deo repugnantes sint impii.

5 *Mittet Deus suam [9] bonitatem & fidem suam.*
10 *Anima mea est in medio leonum.'*
6 *Iaceo inter homines qui [11] flammis exurunt,' quorum [12] dentes [velut] lancea & sagitta sunt, & lingua gladius acutus.*
7 [13] *Extolle te ô Deus super cœlos, super omnem terrã*
14 *gloria tua.'*
8 *Rete pararunt gressibus meis, [15] incuruata est anima mea:'*
9 *Foderunt ante me foueam, & inciderunt in eam.*
16 *Sela.'*
10 [17] *Paratum est cor meum ô Deus, paratum est cor meum: [18] cantabo & psallam.*
11 [19] *Expergiscere ô gloria mea,' expergiscere nablium & cithara, [20] mature surgam.'*
12 [21] *Celebrabo te in populis ô Domine, canam te in nationibus.*
13 *Quoniam bonitas tua ingens est, ad cœlos vsque [pertingit] & [22] fides' tua ad æthera vsq.*
14 [23] *Extolle te ô Deus super cœlos, & super omnem terram gloria tua.*

5 Misit Deus misericordiam suam & veritatem suam. & eripuit animam meam de medio catulorũ leonum: & dormiui conturbatus.
6 Filii hominum, dentes eorum arma & sagittæ: & lingua eorum, gladius acutus.
7 Exaltare super cœlos, Deus: & [a] in omni terra' gloria tua. [a] *in omnem terram.*
8 Laqueum parauerunt pedibus meis: & incuruauerunt animam meam.
9 Foderunt ante faciem meam foueam: & inciderunt in eam.
10 Paratum cor meum Deus, paratum cor meũ: cantabo, & psalmum dicam [illegible] Domino.'
11 Exurge gloria mea, exurge psalterium & cithara: exurgam diluculo.
12 Confitebor tibi in populis Domine: & psalmum dicam tibi in Gentibus:
13 Quoniam magnificata est vsq; ad cœlos misericordia tua, & vsq; ad nubes veritas tua.
14 Exaltare super cœlos Deus: & super omnem terram gloria tua.

PSALM. LVIII.

Præfecto cantorum,[1] Ne perdas, Insigne aureolum Dauidis'.

1 *NVm vere,[2] ô manipule, quod iustum est pronunciatis,[3] recte iudicatis mortalibus?'*
2 *Quin potius iniquitates in corde concinnatis in terra:[3] violentiam manus vestræ appendunt.*
3 [4] *Alienati sunt impii [isti] ab eo tempore quo vuluam egressi sunt: errant iam inde ex quo e vitre prodierunt, loquentes mendacium.*
4 *Virus est illis vt virus serpentis, vt [5] aspidis surda, aurem q́ suam obthurantis.*
5 [6] *Ne cogatur audire' vocem incantantium, incantatoris inquam artibus magicis præstantis.*
6 [7] *Contere ô Deus, dentes oris istorum, maxillares dentes iuuenum istorum leonum contunde o Domine.*
7 [8] *Liquescant ceu aqua [9] quæ dilabuntur, [10] vt cui tenso arcu sagitta diffringuntur.'*
8 *Instar limacis colliquescentis [11] diffluant,' velut abortiuum mulieris,[12] quod Solem nunquam aspexit.*
9 [13] *Priusquam spinæ vestræ in rhamnum adolescant, repête viuos sicut acerrimo furore tollat eos turbo.'*
10 *Lætabitur iustus quum viderit vltionem, pedes suos in sanguine impii [14] lauabit.'*
11 [15] *Et dicet homo, Certe iustum manet iusti fructus: certo est Deus iudicans in terra.*

PSALM. LVII.

In finem, ne disperdas, Dauid in tituli inscriptione.

1 SI verè vtique iustitiam loquimini: [a] rectè' iudicate filii hominum? [a] *recta.*
2 Etenim in corde iniquitates operamini: in terra iniustitias manus vestræ concinnant.
3 [b] Alienati' sunt peccatores à vulua: errauerunt ab vtero, locuti sunt falsa. [b] *Abalienati.*
4 Furor illis secundum similitudinem serpentis: sicut aspidis surdæ, & obthurantis aures suas.
5 Quæ non exaudiet vocem incantantium, & venefici incantantis sapienter.
6 Deus conteret dentes eorum in ore ipsorum: molas leonum confringet Dominus.
7 Ad nihilum deuenient tanquam aqua decurrens: intendit arcum suum donec infirmentur.
8 Sicut cera quæ fluit auferentur: supercecidit ignis, & non viderunt Solem.
9 Priusquam intelligerent spinæ vestræ rhamnum: sicut viuentes [c] sicut' in ira absorbet eos. [c] *sic.*
10 Lætabitur iustus cum viderit vindictam: manus suas lauabit in sanguine peccatoris.
11 Et dicet homo, Si vtiq; est fructus iusto, vtiq; est Deus iudicans eos in terra.

PSALM. LIX.

Præfecto cantorum.[1] Ne perdas. Insigne aureolum Dauidis,' quum misisset Saul ad obseruandum domum eius, vt eum occiderent.

1 *ERipe me ab inimicis meis Deus meus, ab iis qui contra me insurgunt [2] protege me.'*
2 *Eripe me ab iis qui scelerate agunt, & à viris [3] sanguinariis' serua me.*
3 *Nam [4] ecce' anima mea insidiantur, conspirant aduersum me [5] feroces.'*
4 *Non ob iniquitatem meã, nec ob peccatum meum ô Domine.[6] Nulla iniquitate [mea admissa] accurrunt,' instruxerunt sese.*

PSALM. LVIII.

In finem, Ne disperdas, Dauid in tituli inscriptione, quando misit Saul, & custodiuit domum eius vt interficeret eum.

1 ERipe me de inimicis meis Deus meus: & ab insurgentibus in me libera me. [A] *Opẽ contra hostes implorat, suã tactat innocentiam, morem illorum describit, & vltionẽ prædicit.*
2 Eripe me de operantibus iniquitatem: & de viris sanguinum salua me.
3 Quia ecce ceperunt animam meam, irruerũt in me fortes.
4 Neque iniquitas mea, neq; peccatum meum Domine sine iniquitate cucurri & direxi.

5 Exur-

9 vel, misericordia, &c. i. reipsa declarabit q́ verax & fidus sit in præstanda salute promissa.
10 i. Versor in maximo periculo.
11 sub. me suis sycophantiis & maledictis.
12 Per dentes & linguam, q́ sunt sermonis instrumenta, intelligit falsas & noxias delationes assentatorũ Saulis.
13 i. Ostende te Dñm cœli, & declara gloriã tuã in vniuersa: q fiet, si innocentes liberes de manu persequentium eos. Vel potius, Attolle te supra cœlos tuos. i. Ostende opem tuã, vt te attollãt homines supra cœlos: fac ab omnibus agnoscaris potens auxiliator, vt ab omnibus lauderis. Inuitat Deum ad ostendendam potentiam suam.
14 sub. catenatus.
15 incuruauit (sub. Saul) animam meã. i. studuit vt me protereret.
16 Sela addidit, vt consideremus magnã vim auxilii Dei q promittit impios perdere iisdem illis insidiis quas piis struxerunt.
17 Firmum, vel, Stabile, q. d. Paratus sum animo firmo & fideciũ tua ope: non dubito de ea.
18 sub. laudes tuas. i. propterea erumpam in laudes tuas.
19 i. anima mea. Ita solet se excitare & hortari ad laude Dei. Alibi dicit, Lauda anima mea Dñm. Hæc eadẽ habentur Psalm. 108.
20 (quũ) euigilauero (in) aurora. vel, vt expergiscar. Mane & vesperi orare solebant Iudæi.
21 (Quia) celebraturus sum te.
22 vel, veritas. q. d. Vbiq; oẽs te veracem & fidelẽ experiuntur. Per cœlos & æthera siue nubes idẽ hoc loco intelligitur. 23 Vide 5 vers. PS. LVIII. 1 Vide precedentem psalmũ. 2 ô congregatio. vel, (in) cõgregatione. Inuehitur in assentatores Saulis. q. d. Dũ conuenitis vt cõsultetis de reb. publ. nunquid quæritis q iustũ est [illegible] Saulis facitis [illegible] Saulis & aulicorũ eius, q nõ seruabant iustitiã: & simul imprecatur, vt Deus eos pdat, q [illegible] opprimerent, quorum [illegible] 3 Æquitates iudicatis ô filii hominũ? i. ô vos aulici, nũqc ius vnicuiq; reddi[illegible] omnia [illegible] Saulis placeatis. 3 vim manuũ vestrarũ ponderatis. i. quasi in pondere & æquare factũ videri vultis, q per vim agitis. 4 Iubea familia Dei. [illegible] Saulis hac omnia designẽt, nẽpe q a Deo facti sint omnino alieni. 5 Carminib. cogi serpentes vt virus deponãt & mansuescãt, apud [illegible] est. Facti sũt assentatores Saulis similes, q nulla prorsus monitione potuerũt ab instituto lædendi bonos depelli. 6 Ne exaudiat. 7 Modũ precãdi habent hæc, [illegible] certo euenire. Per dẽtes maxillares siue molares, intelligit sermones malos: per leones, hões crudeles. 8 i. Qualis [illegible] facile pereunt. 9 abeant sibi. i. euanescãt, irriti sint conatus illorũ. 10 dirigat, vnusquisq; eorũ, sagittas suas, tãquã sint velut fractæ [illegible] morte repentina. 11 euanescat. de limace recẽs nata intelligit, q parua causa vertitur in humorẽ antequam perueniat ad iustũ incrementum. 12 quod viderunt Solẽ. Quæ, limax sol & abortiuum. 13 Prædicit impios celerrime pereuntos antequã eorũ pueritias adolescat. Heb. legit, Antequam sentiãt lebetes vestri ignẽ [illegible], sicut caro cruda, sic ira vt turbo pdat eũ. Ordo inuersus sic ordinari. Quẽadmodũ carnes, crudæ sunt tãtisper, dũ ollæ vestræ sentiãt spinas: sic ira tollat eũ. i. eos. pereãt. q. d. q celer & velox est ignis e spinis excitatus, [illegible] extinguatur, q carnes incalescãt & coquãt: [illegible] celeriter Deus pdat impios istos. 14 lauerit. i. dũ viderit Deũ de improbis sumere [illegible] vt eorum sanguine fundat. 15 q. d. Tũ agnoscẽt hõies nõ esse inutile viuere iuste, quũ viderint Deũ sumere pœnas de improbis. PS. LIX. 1 Vide psal. 57. 2 extolle me vel, statue me in loco alto, i. tuto. Sublimis locus sæpe pro tuto ponitur. 3 i. q conspirarunt in necẽ meam. 4 vel, certe. 5 fortes. 6 Heb. in non iniquitate currunt.

5 Exurge in occursum meum, & vide: & tu Do-
mine Deus virtutum, Deus Israel.
B 6 Intende ad visitandas omnes Gentes: non mi-
sercaris omnibus qui operantur iniquitatem.
Conuertētur. 7 * Conuertantur ad vesperam & famem patié-
tur vt canes, & circuibunt ciuitatem.
8 Ecce loquentur in ore suo, & gladius in labiis
eorum: quoniam quis audiuit?
9 Et tu Domine deridebis eos: & ad nihilū de-
duces omnes Gentes.
10 Fortitudinem meam ad te custodiam, quia
Deus susceptor meus es: Deus meus, misericordia
C eius præueniet me.
11 Deus ostendit mihi super inimicos meos: ne
occidas eos, ne quando obliuiscantur populi mei.
12 Disperge illos in virtute tua: & depone eos
protector meus Domine:
13 Delictum oris eorum, sermonem labiorum
ipsorum, & comprehendantur in superbia sua.
14 Et de execratione & mendacio annunciabū-
tur in consummatione: in ira consummationis, &
dominat. non erunt.
15 Et scient quia Deus * dominabitur Iacob, &
D finium terræ.
16 Conuertentur ad vesperam, & famem patien-
tur vt canes: & circuibunt ciuitatem.
17 Ipsi dispergentur ad manducandum: si verò
non fuerint saturati, & murmurabunt.
18 Ego autem cantabo fortitudinem tuam, &
exaltabo mane misericordiam tuam:
19 Quia factus es susceptor meus, & refugiū me-
um in die tribulationis meæ.
20 Adiutor meus tibi psallam, quia Deus susce-
ptor meus es: Deus meus misericordia mea.

*5 [7] Exurge ergo vt [8] mihi occurras, & [9] respice. Et
tu ô Domine Deus exercituum, Deus Israelis,*
*6 Euigila, vt [10] visites omnes Gentes, neq; misericor-
dem te exhibeas omnibus [11] scelerate præuaricantibus.
Sela.*
*7 Reuertuntur ad [12] vesperam, [13] fremunt vt canes,
& vrbem [14] circumcursitant.*
*8 Ecce [15] loquuntur ore suo, & [16] gladii sunt in labi-
is eorum: [17] nam [18] Quis audiat?*
*9 At tu ô Domine videbis eos. [19] cum sanna cunctas
Gentes excipies.*
*10 Robur [20] illius (at) te obseruabo: nam Deus [21] vice
arcis sublimis est mihi. [22] Bonitas tua, ô Deus meus,
anteuertat me:*
*11 Fac Deus (optata) in hostibus meis videam. Ne su-
bito interimas illos, ne fortè [23] obliuiscatur popul' meus.*
*12 [24] Redde eos vagos in populo tuo, & [25] deiice eos,
[26] protector noster Domine.*
*13 Propter peccatum oris eorum, & ob sermonem la-
biorum ipsorum, in superbia sua capiantur.*
*14 [27] Ob periurium & mendacium quod loquuntur.
Consume in furore, consume vt non sint:*
*15 Vt sciant (omnes) quod Deus in Iacob, & vsq; ad fi-
nes terræ dominetur. Sela.*
*16 Et ad vesperam [28] reuertuntur, fremunt vt ca-
nes, & vrbem [29] circumcursitant.*
*17 [30] Hi ipsi pro cibo vagabuntur, nec satiati cuba-
bunt.*
*18 Ego autem cantabo fortitudinem tuam, [31] mane [32]
canabo de bonitate tua,*
*19 Quod arx sublimis mihi fueris: & dum premerent
me aduersitates, perfugium.*
*20 [33] O robur meum tibi canam quoniam Deus arx
sublimis mihi es, & Deus [34] bonitatis meæ.*

PSALM. LIX.

*In finem, pro iis qui immutabuntur in tituli inscriptio-
ne ipsi Dauid in doctrinam, cum succendit Mesopotami-
am Syriæ & Sobal, & conuertit Ioab, & percussit Idu-
mæam in valle Salinarum duodecim millia.*

A 1 Deus repulisti nos, & destruxisti nos: iratus es,
& misertus es nobis.
Gratiarū actio est pro victoria quam contulit Dominus cōtra fortissimos hostes Syros. Punit Deus aliquando populum suum ob peccata, at conuersos rursus, versa vice, liberat. 2 Commouisti terram, & conturbasti eam: sana
contritiones eius, quia commota est.
3 Ostendisti populo tuo dura: potasti nos vino
compunctionis.
4 Dedisti metuentibus te significationem: vt fu-
giant à facie arcus.
5 Vt liberentur dilecti tui: saluum fac dextera tua,
& exaudi me.
6 Deus locutus est in sancto suo, lætabor & par-
tibor Sichimam, & conuallem tabernaculorum
metibor:
7 Meus est Galaad, & meus est Manasses: & E-
phraim fortitudo capitis mei.
8 Iuda Rex meus: Moab olla spei meæ.

PSALM. LX.

Præfecto cantorum [1] super rosa testimonii, [2] insi-
gne aureum Dauidis [3] ad docendum. Dum bellum
gereret contra eam partem Syriæ, quæ Mesopota-
mia vocatur: & contra Syriæ partem, quæ vocata
est Zoba: & quum Ioab reuersus percussisset Ede-
mitarum in Valle-salis duodecim millia.
*1 Deus reiiciebas nos, [4] dissipabas nos, iratus eras, at
reconciliabas rursus te nobis placatum.*
*2 [6] Concussisti terram, & dirupisti eam: cura fra-
cturas eius, vacillat enim.*
*3 Dura fecisti [7] experiri populum tuum: potum dedi-
sti nobis vinum [8] letale:*
*4 [9] At iis qui te reuerentur [dedisti] signum, vt tri-
umphauerint, idq; propter veritatem. Sela.*
*5 Vt eripiantur dilecti tui, serua dextera tua, & ex-
audi me.*
*6 Deus locutus est [10] in sanctuario suo, (quod) læta-
bor, (& quod) [11] diuidam Sichem, & vallem Succoth
dimetiar.*
*7 Meus est Galaad, & meus est Manasses: Ephraim
[12] robur capitis mei,*
8 Iuda [13] legislator meus. [14] Moab lebes ablutionis meæ:

7 vel, excitare. Deum inuocat, quem dormientem fingit. 8 Heb. in occursum meum, i. me ad te fugientem suscipe. 9 sub. quæ machinantur aduersum me. [illegible] Gentibus cognitionem tollit. [illegible] Per Gētes personatos Israelitas intelligit. Saulem & suos aulicos. 11 i. qui semper [illegible] & iniquitate deficiunt à me. Sela addidit, vt consideremus Deum tandem sumpturum pœnas de impiis. 12 sub. sequentem i. [illegible] [illegible] praeceptum [illegible] domum meam exploraturi. 13 latrant. Metaphora à canibus venaticis qui feram latratibus persequi solent. 14 sub. nequaquam labar. 15 sub. mala, nempe de me [illegible] [illegible] 16 [illegible] se [illegible] quasi [illegible] possint me perdere. 17 sub. dicunt intra se. 18 sub. quæ dicimus q. d. nec Deus, nec homines. 19 Quidam Hebræorum subaudiunt (sicut) quemadmodum [illegible] omnes Gentes. Alii, non solum [illegible] [illegible] [illegible] sed etiam omnium Gentium. 20 Sub. Saul, q. d. Fortis quidem est Saul, propterea [illegible] [illegible] Qui sic legunt, [illegible] [illegible] [illegible] in tertia persona. i. apud te habeo fortitudinem meam repositam. 21 Heb. eleuatio mea est, i. quæ tu es mihi [illegible]

altissima & propugnaculum. 22 Misericordia Heb. Deus misericordiæ meæ excipiet me: i. qui sua bonitate & misericordia me dignatur, excipiet me fugientem. 23 sub. [illegible] 24 Vel, commoue eos [illegible] [illegible] 25 sub. de dignitate tua. 26 i. defensor & propugnator. 27 Enar-rent de malis [illegible] ipsorum [illegible] mane [illegible] fabula [illegible] populus [illegible] 28 reuertantur, & lateant. 29 circumcursitant vt se parent sibi victum. 30 Heb. ipsi vagabuntur ad comedendum [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] & hospitium ad pernoctandum quærent. i. diuertent ad hospitium [illegible] [illegible] [illegible] hospitium &c. q. d. verè famelica pernoctabunt. 31 nempe tempore [illegible] [illegible] [illegible] id est, in mea mane. 32 clara voce laudabo misericordiam tuam. 33 Fortitudo mihi (es, propterea) tibi. 34 [illegible] misericordiæ [illegible] dignatur.
PSALM. LX. 1 Super Susan eduth [illegible] [illegible] [illegible] cantandus ad numerum cantionis michtam. Vide psal. 55. 3 quia in hoc multa docentur quæ ad salutem animæ. Vide [illegible] 2. Reg. [illegible] secundum quem hic inscribitur hic psalmus. 4 dissipasti nos. Incipit à confessione, vt exaggeratur. 5 cō-uertebaris [illegible] Potest etiam verti, O Deus repulisti nos, i. olim, [illegible] nobis: sub. nunc nos [illegible] [illegible] conuertere ad nos. i. mi-serere nobis. 6 [illegible] terram, & dehiscere eam [illegible] Ostendit terræ calamitatem [illegible] terræ motu, [illegible] 7 Heb. videre. 8 perturbatio-nis i. perturbasti nos plurimum. Quidam [illegible] timoris [illegible] [illegible] Alii, vinum venenatum. 9 Præterita vertenda per impe-ratiuum, Da [illegible] vexillum quod erigant, &c. Optat [illegible] suis militibus, in bello animum. [illegible] cum hostibus sub vexillo ex-[illegible] [illegible] [illegible] liberationis esse [illegible] veraces. Sela addit, vt omnes intelligant [illegible] Deum esse humanum & sedulum in suis promissionibus. 10 per [illegible] per Spiritum [illegible] [illegible] 11 [illegible] [illegible] demetiri, veram possessionem ostende-ret. [illegible] quod [illegible] Saul [illegible] 12 i. firmamentum regni. 13 i. rex. hoc est, regis. Iuda est regnum meum. Rex pro regno.
14 i. Moabitæ [illegible] in qua pedes lauare soleo.

15 Proÿcere cal ceamentum, est immittere pedē, q. d. calcabo I dō tanq; mihi subiectam.
16 aduersum me Palæstina iubila. Ironia. Superbiū Palæstinorum taxat. q. d. nō poteris iubilare, q. a fortior te sum. Alii, cum plausu veni ad me Palæstina.
17 singulari pro plurali. q. d. Tuo auxilio capiā vrbes munitiss.
18 faciemus militiam. i. Paucæ Deo pugnabim⁹, egregiaq; edem⁹ facinora.
PS. LXI.
1 sup neginoth. Vide psalm. 4. Psalmus de Dauide exulante metu Saulis.
2 sub. sanctæ. q. d. depulsus de regno meo, opem tuam imploro.
3 sub. meis viribus.
4 Heb. spes mea, & turris fortitudinis à facie inimici. i. in quem fiduciam meam conieci, & q me tutum ab inimicis meis reddere potes.
5 tanq̃ sccil. in vrbe munitissima. Metaphora à castris, vbi tuto habitat q in tentorio regis sunt. In tabernaculo igitur. i. in loco in quo nihil mihi nocere possit.
6 i. Habeo in votis vt me protegas sub alis tuis. Metaphora a gallinis.
6 Heb. Quia tu, ô Deus, exaudisti vota mea, dabis hæreditatem timentium nomē tuum. Verba [illegible] de diuina ope q. d. Quia tulisti mihi opem q [illegible] votis [illegible] petebā, [illegible] habitē in tabernaculo tuo q [illegible] hæreditas [illegible] tium te.

9 Super Edom [15] proÿciam calceamentum[16] meum,
ambi ô Palæstina amicitiam meam.
10 [17] Quis ducet me in ciuitatem munitam? quis
me vsq; in Edom deducet?
11 Annon tu ô Deus, qui nos repuleras, & tu Deus
qui non egrediebaris cum exercitibus nostris?
12 Fer nobis auxilium in angustia: nam hominum
auxilium inane est.
13 In Deo [18] fortiter faciemus, & ipse conculcabit
hostes nostros.

9 In Idumæam extendam calceamentum meū:
mihi alienigenæ subditi sunt.
10 Quis deducet me in ciuitatem munitam? quis
deducet me vsque in Idumæam?
11 Nonne tu Deus qui repulisti nos: & non egredieris Deus in virtutibus nostris?
12 Da nobis auxilium de tribulatione: & vana
salus hominis.
13 In Deo faciemus virtutem: & ipse ad nihilum
deducet tribulantes nos.

PSALM. LXI.

Præfecto cantorum [1] ad instrumenta musica
[carmen] Dauidis.

1 Audi Deus clamorem meum, orationi meæ ausculta.
2 Ab extremo [2] Terræ ad te clamabo, dum cor meū
ferè examinatum est: in rupem altiorem. Quam vt in
eam [3] possim conscendere.
3 Subduc me: Tu enim es [4] asylum meum, turris prævalida, qua ab hoste [seruor.]
4 Habitem [5] in tentorio tuo perpetuò, [6] tutus agam
in latibulo alarum tuarum. Sela.
5 [6] Tu enim Deus exaudisti vota mea, dedisti hæreditatem timentibus nomen tuum.
6 Dies diebus regis [7] adÿcies, [8] annos eius in multa
secula produces:
7 [9] Sedebit coram Deo in seculum, [10] bonitatem &
veritatem para, quæ eum custodiant.
8 Sic psallam nomini tuo in perpetuum, vt persoluā
vota mea per singulos dies.

PSALM. LX.

In finem, in hymnis David.

1 Exaudi Deus deprecationem meam: intende
orationi meæ.
2 A finibus terræ ad te clamaui: dum anxiaretur cor meum, in petra exaltasti me.
3 Deduxisti me, quia factus es spes mea: turris
fortitudinis inimici.
4 Inhabitabo in tabernaculo tuo in secula: protegar in velamento alarum tuarum.
5 Quoniam tu Deus meus exaudisti orationē
meam: dedisti hæreditatem timentibus nomen
tuum.
6 Dies super dies Regis adÿcies: annos eius vsque in diem generationis & generationis.
7 [a] Permanet in æternum in conspectu Dei: misericordiam & veritatem eius quis requiret?
8 Sic psalmum dicam nomini tuo in seculum
seculi: & reddam vota mea de die in diem.

A
Oratio est quæ petit liberari à grauibus periculis, & se gratam fore pollicetur.

[a] *Permanebit.*

PSALM. LXII.

Præfecto cantorum [1] pro Iedutun, oda
Dauidis.

1 Vtiq; [2] ad Deum silens respicit anima mea, [quòd]
ab ipso [3] salus mea.
2 [4] Vtiq; ipse est petra mea & salus mea, ipse [5] arx
sublimis mea: ideo non labascam [6] admodum grauiter.
3 [7] Quousq; insidias struetis quibusuis [tandem] vos
omnes interficiemini, perinde vt [8] paries inclinatus, &
maceria [9] impulsa.
4 [10] Vtiq; ne ipse exaltetur consultant vt impellant: diligunt [11] mendaciū, ore suo bene precantur, corde [12] demouent. Sela.
5 [13] Veruntamen respice ad Deum silens, ô anima
mea: nam ab ipso [pendet] spes mea.
6 [14] Vtique ipse est petra mea, & salus mea, arx
mea, [15] non mutabo.
7 [16] A Deo [pendet] salus mea & gloria mea, [17] petra fortitudinis mea, [18] refugium meum in Deo est.
8 Collocate spem in eum omni tempore ô populi, [19] effundite ante conspectum eius cor vestrum, Deus [20] refugium nobis. [21] Sela.
9 [22] Veruntamen filii hominum vani sunt, mendaces filii viri: [23] si simul ponantur in balance, ipsa vanitate leuiores erunt.
10 Ne collocetis spem [24] in iniuria & rapina: [25] nolite
vos dedere vanitati: opes si affluunt, ne cor apponatis.

PSALM. LXI.

In finem, pro Idithun, Psalmus David.

1 Nonne Deo subiecta erit anima mea? ab ipso
enim salutare meum.
2 Nam & ipse Deus meus, & salutaris meus: susceptor meus, non mouebor amplius.
3 Quousque irruitis in hominem? interficitis vniuersi vos: tanquam parieti inclinato, & maceriæ
depulsæ?
4 Veruntamen precium meum cogitauerunt repellere, cucurri in siti: ore suo benedicebant, &
corde suo maledicebant.
5 Veruntamen Deo subiecta esto anima mea:
quoniam ab ipso patientia mea.
6 Quia ipse Deus meus & saluator meus: adiutor meus non emigrabo.
7 In Deo salutare meum, & gloria mea: Deus
auxilii mei, & spes mea in Deo est.
8 Sperate in eo omnis congregatio populi, effundite coram illo corda vestra: Deus adiutor noster in æternum.
9 Veruntamen vani filii hominum, mendaces
filii hominum in stateris: vt decipiant ipsi de vanitate in idipsum.
10 Nolite sperare in iniquitate, & rapinas nolite concupiscere: diuitiæ si affluant nolite cor apponere.

A
Iustus proiicit se in Deum in aduersis.

Sperandum in Deo.

Vanitas homi.

Iniquitas.
Rapina.
Diuitiæ.

7 vel, addas. De se loquitur in tertia persona. produc ætatem meam in multos annos. 8 Heb. anni eius (erunt) vt generatio & generatio. i. vt ætas & ætas [illegible] homo viuere natura solet, viuam ego. 9 [illegible], Vocat, &c. Digneris eum Deus [illegible], & illi faueat, non auertat faciem suam ab eo. 10 misericordiam. PS. LXII. 1 [illegible] præfecto [illegible] decantandum [illegible] Iedutun [illegible] pendere. 2 Duntaxat ad Deum silet, &c. [illegible] ad Deum anima mea, [illegible] tranquillitate omnia ab eo excipiens, siue bona, siue mala [illegible] conditio est, qualis qualis est. 3 Per salu[illegible] opem intelligit [illegible] 4 Duntaxat ipse est super vel, propugnaculum [illegible] propugnator & defensor meus. 5 Heb. eleuatio mea. perfugium meum, arx sublimis ad quam ascendo [illegible] 6 Sub. [illegible] grauiter [illegible] labi, tamen protinus resurgam, totus non decidam. 7 [illegible] 8 [illegible] 9 [illegible] 10 Heb. [illegible] magno, & potente. 11 i. spem fallacem & iniquam. 12 male precantur. 13 Tantummodo ad Deum, &c. q. d. [illegible] respice ad Deum, excipe ab eo omnia quæ immiserit: quia ab eo pendeo. 14 Tantum ipse vel, Solus ipse. 15 [illegible] 16 i. Deus est qui potest me seruare in honore & gloria. 17 vel, rupes [illegible] fortitudo mea. 18 spes mea. 19 [illegible] omnem curam & solicitudinem animi vestri effundite coram eo. 20 tutela [illegible] 21 Sela addit, vt [illegible] Deum esse qui [illegible] liberare potest ab omni periculo. 22 Tantum vanitas filii hominum, mendacium filii viri. q. d. Confugiendum ad Deum: nam præsidia humana sunt mera vanitas: & conatus virorum fallaces & vani. 23 Sub. [illegible] vanitatem [illegible] 24 i. in diuitiis per calumniam & rapinam partis. sæpe enim ita paratus [illegible] vanis. 25 Heb. ne [illegible] ne dedamus vos [illegible], vanæ & fluxæ.

11 Semel locutus est Deus, duo hæc audiui, quia potestas Dei est,

12 Et tibi Domine misericordia: quia tu reddes vnicuiq; iuxta opera sua.

Mat. 16.f
Rom. 2.b.
2.Cor. 5.b
Gal. 6.b

11 Semel atq; iterum loquutus est Deus, id, Tandiui, Deo esse robur:

12 Quod & tibi Domine bonitas adest: quodque tu rependis cuique iuxta opus suum.

PSALM. LXII.

Psalmus Dauid, cum esset in deserto Idumææ. 1. Re. 22.

Verò simili argumento cũ 42. psalmo. Exul Dauid magnum habet desiderium ad sacrum cœtum, quo astans petit restitui a Deo.

1 Deus Deus meus ad te de luce vigilo.

2 Sitiuit in te anima mea, quam multipliciter tibi caro mea.

3 In terra deserta, & inuia, & inaquosa: sic in sancto apparui tibi, vt viderem virtutem tuam & gloriam tuam.

4 Quoniam melior est misericordia tua super vitas: labia mea laudabunt te.

5 Sic benedicam te in vita mea: & in nomine tuo leuabo manus meas.

6 Sicut adipe & pinguedine repleatur anima mea: & labiis exultationis laudabit os meum.

7 Sic memor fui tui super stratum meum, in matutinis meditabor in te: quia fuisti adiutor meus.

8 Et in velamento alarum tuarum exultabo, adhæsit anima mea post te: me suscepit dextera tua.

9 Ipsi verò in vanum quæsierũt animam meam, introibunt in inferiora terræ: tradentur in manus gladii, partes vulpium erunt.

10 Rex verò lætabitur in Deo, laudabuntur omnes qui iurant in eo, quia obstructum est os loquentium iniqua.

** laudabitur omnis qui iurat.*

PSALM. LXIII.

Psalmus Dauidis quum esset in deserto Iuda.

1 *Deus Deus meus tu, summo diluculo te quæro:*

2 Te sitit anima mea, te concupiscit caro mea.

3 *In hac terra arida & sitibunda, cum desunt aquæ: Sic vt te contempler in sanctuario tuo, vt videam virtutem tuam & gloriam tuam.*

4 *Nam bonitas tua ipsa vita optabilior est, (ideo) labia mea te laudabo.*

5 *Sic benedicam te in vitâ meâ, in nomine tuo attollo manus meas.*

6 *Tanquam adipe & pinguedine satiabitur anima mea, vnde canabunt labia mea, laudabit os meum.*

7 *Simul atq; tui memor fuero in lecto meo, de te meditatus fuero in vigiliis nocturnis: Tu etenim es qui mihi fers auxilium.*

8 *Et in vmbra alarum tuarum canebo. Tibi adhæsit anima mea (quia) dextera tua me sufulcit.*

9 *Isti verò (meam) animam meam demoliri quærunt, subibunt infima terræ. Adigent eum in aciem gladii, fient vulpibus escæ.*

10 *Rex autem in Deo lætabitur, gloriabitur quisquis per ipsum iurauerit: nam os eorum qui mendacium loquuntur, obstruetur.*

PSALM. LXIII.

In finem Psalmus Dauid.

Precatio contra delatores. Delatorum ingenium.

1 Exaudi Deus orationem meam cum deprecor: à timore inimici eripe animam meam.

2 Protexisti me a conuentu malignantium: à multitudine operantium iniquitatem.

3 Quia exacuerunt vt gladium linguas suas, intenderunt arcum rem amaram: vt sagittent in occultis immaculatum.

4 Subito sagittabunt eum, & non timebunt: firmauerunt sibi sermonem nequam:

5 Narrauerunt vt absconderent laqueos: dixerunt, Quis videbit eos?

6 Scrutati sunt iniquitates: defecerũt scrutantes scrutinio.

7 Accedet homo ad cor altum: & exaltabitur Deus.

8 Sagittæ paruulorum factæ sunt plagæ eorum: & infirmatæ sunt contra eos linguæ eorum.

** scrutinio.*
† &

PSALM. LXIV.

Præfecto cantorum oda Dauidis.

1 *Audi Deus vocem meam in querimonia mea, serua vitam meam ab hostili formidine:*

2 *Absconde me a consilio malorum, & à tumultu operantium iniquitatem:*

3 *Qui linguam suam instar gladii exacuunt, & arcum tendunt, amara verba pro sagittis eiaculantur: Vt in absconditis innocentem feriant.*

4 *Subito feriant eum nec quicquam metuunt. Corroborant se in re mala:*

5 *Commentantur inter se de abscondendis laqueis: Dicunt enim quis videbit eos?*

6 *Vestigant malicias, peruestigatam vestigationem.*

7 *Absconderunt quisq; intimum, corq; profundum.*

8 *(At) Deus sagitta illos subito feriet quæ plagis afficientur: Prosternentq; super se linguam suam:*

16 exagitabuntur, vel, commouebuntur. q.d. quisquis viderit supplicium eorum, trepidabit siue commouebuntur præ timore.
17 fiue, prædicabunt dicentes Deum hoc fecisse iusto iudicio. Præterita apud Hebræos pro futuris.
18 Intelligent.
19 sperabit (vel, sperare perget) in eo. De se loquitur Dauid in tertia persona. q.d. Ego qui sum iustus in hac causa, gaudebo de eo quod Deus fecerit, & sperare pergam in eo: & omnes recte recta prædití, qui toti à Deo pendent, & proximum lædere non [illegible], se [illegible] iactabunt de ope quam Deus [illegible]. Vel, Lætabuntur iusti cùm viderint, aut audierint contritionem hostium suorum, & sperabunt Deo fidere.

PS. LXV.

1 i. psalmus Dauidis qui est velut canticum. Ostendit Dauid Deum esse laudandum. Vaticinatur de futura regni Christi fœlicitate, quod omnibus bonis [illegible] fore prædicitur.

9 *Quicunque aspexerint eos,* [16] *strepitu suo [illegible]: Videbunt [illegible].*

10 *Et* [17] *narrabunt opus Dei,* & *opera eius* [18] *prudenter expendent.*

11 *Lætabitur iustus in Domino,* & [19] *se fidei illius illius commitet:* & *omnes recti corde gloriabuntur.*

9 Conturbati sunt omnes qui videbant eos: & timuit omnis homo.

10 Et annunciárunt opera Dei: & facta eius intellexerunt.

11 Lætabitur iustus in Domino, & sperabit in eo: & laudabuntur omnes recti corde.

PSALM. LXV.

Præfecto cantorum,[1] Psalmus Dauidis, & Canticum.

1 Tibi ô Deus [2] *silentium laus in Sion* [3] *tibi persoluetur votum.*

2 [4] *Tu exaudis precem:* [*hinc*] *omnis caro ad te veniet.*

3 [5] *Ratio iniquitatum superârat nos,* [6] *Tu vero trãsgressiones nostras expiasti.*

4 *Beatus quem* [7] *elegeris,* [8] *quem tibi adhibueris:* [9] *Habitabit enim ille in atriis tuis:*

5 [10] *Satiabitur bonis domus tuæ* [11] & *sacris templi tui.* [12] *Terribilia in iustitia respondebas nobis.*

6 *O Deus salus nostra,* [13] *o asylum omnium finium terræ, quiq; remoti in mari degunt.*

7 [14] *Qui montes virtute sua firmat, accinctus potentia:* [15] *Qui compescit strepitum marium, strepitum vndarum eorum,* & *fremitum populorum.*

8 *Et timebunt* [16] *à signis tuis, quicunq; extremos fines inhabitant:* [17] *Facis exore exitus matutini* & *vespertini* [*temporis.*]

9 [18] *Visitasti terram,* & *irrigasti eam, ditasti eam ampliter.*

10 [19] *Riuus Dei aquis exuberat: tu* [20] *paras eis frumentum, quando quidem sic illam* [21] *instruis.*

11 [22] *Irrigas sulcos eius,* & [23] *quiescere facis glebas eius:* [24] *Facis eam guttis colliquescere,* & [25] *germen eius fœliciter prouenire facis.*

12 [26] *Coronas annum tuis bonis,* & [27] *vehicula tua stillant pinguedinem.*

13 [28] *Stillant pinguedine, ipsa pascua deserti, collesq; exultatione* [29] *accinguntur.*

14 *Vestientur* [30] *campi gregibus* & [31] *valles amicientur frumento* [32] *iubilabunt atq; canent.*

PSALM. LXIIII.

In finem, Psalmus David, Canticum Ieremiæ & Ezechiel populo transmigrationis, quando incipiebant proficisci.

1 Te decet hymnus Deus in Sion: & tibi reddetur votum in Jerusalem.

2 Exaudi orationem meam: ad te omnis caro veniet.

3 Verba iniquorum præualuerunt super nos: & impietatibus nostris tu propitiaberis.

4 Beatus quem elegisti & assumpsisti: inhabitabit in atriis tuis.

5 Replebimur in bonis domus tuæ: sanctum est templum tuum, mirabile in æquitate.

6 Exaudi nos Deus salutaris noster: spes omnium finium terræ, & in mari longe.

7 Præparans montes in virtute tua, accinctus potentia: qui conturbas profundum maris, sonum fluctuum eius.

8 Turbabuntur Gentes, & timebunt qui habitant terminos, à signis tuis: exitus matutini & vesperæ delectabis.

9 Visitasti terram, & inebriasti eam: multiplicasti locupletare eam.

10 Flumen Dei repletum est aquis: parasti cibum illorum: quoniam ita est præparatio eius.

11 Riuos eius inebria, multiplica genimina eius: in stillicidiis eius lætabitur germinans.

12 Benedices coronæ anni benignitatis tuæ: & campi tui replebuntur vbertate.

13 Pinguescent speciosa deserti: & exultatione colles accingentur.

14 Induti sunt arietes ouium, & valles abundabunt frumento: clamabunt, etenim hymnum dicent.

A Gratiarũ actio est: continens laudes diuinas ob præstita beneficia populo, quũ antea fuisset penuria verũ ob peccata. 2.Reg.21.

PS. LXV.

2 id est, tacet laus, q.d. Tanta sunt opera tua, vt nemo te laudare dignè possit in Ecclesia. Alii rectiùs, Te expectat laus, ô Deus, in Sion. q.d. Te summis laudibus prædicandum expectat Ecclesia, ô Christe. Sion Ecclesia[m] adumbrabat, vbi tempore Dauidis Deus cœpit coli. 3 Idem bis dicit: nam votum, hic significat prædicationem bonitatis & clementiæ tuæ, q.d. gratiæ tibi agentur ob beneficia accepta.

4 Hebr. Audiens (subaudi) orationem: vsque ad te omnis caro veniet. Ante Christum orationes nostræ non exaudiebantur: vnde dicit, Exaudies orationes nostras: & omnes se adiungent regno tuo. Magnitudinem regni Christi [illegible]. 5 Hebr. Verba iniquitatum præualuerunt [illegible], Rationes iniquitatum, hoc est, iniquitates. Ostendit Christum factum fuisse hominem vt peccata nostra deleret. De se autem loquitur in persona omnium. q.d. Nos prius opprimebamur mole peccatorum.

6 scelera nostra tu condonabis, q.d. liberabis nos ab iniquitatibus, quibus [illegible]. 7 Deus [illegible] qui potest nos adscribere albo electorum.

8 & appropinquare (tibi) facies, i. tibi adiunges. 9 [illegible] 10 Hebr. [illegible] A tertia persona transit ad primam, vt se puta adiungat [illegible] & congregationem eorum qui in te sunt credituri. 12 Hebr. Per [illegible] Euangelium [illegible], q.d. O Christe, ostendes nos à te esse exauditos per mirabilia opera sequentia, pro tua iustitia, hoc est, vt te iustum & veracem ostendas, [illegible] quod pollicitus es per prophetas tuos.

13 Hebr. spes (vel fiducia) omnium finium terræ, & maris remotorum, vel dissitorum. Sub [illegible] Terra sancta. Per fines maris, insulas intelligit, q.d. à quo salutem sperant omnes [illegible] Deus, qui semper est potentia accinctus [illegible]. Et per montes regna intelligit [illegible] 15 [illegible] Vel, à strepitum marium, & [illegible] 16 subaudi, quæ edis, vel quæ edidit per te quæ [illegible].

17 i. facis exultare Orientales & Occidentales [illegible] & vespertini, hoc est, vicissitudine diei & noctis [illegible] & certe qui pio est animo, quum hæc Dei [illegible] Dei laudem. Nam [illegible] quotidiana & magna beneficia: [illegible] sua dignatione terram, &c.

18 Præterita pro futuris. Visitabis terram, postea [illegible] sub benedictione pluuiæ q.d. Prohibuisti pluuiam, quia illam valde terra desiderat, [illegible] 19 [illegible].

20 præparabis eorum, &c. [illegible] 21 [illegible]

22 Heb. Inebriabis [illegible] plantarum [illegible] 23 [illegible] (pluuiam,) per sanctum super sulcos [illegible] fultos eius imbribus. 24 imbribus liquefacies eam [illegible] terram [illegible], quæ ante pluuiam fuerat sicca. 25 Heb. germen eius benedices [illegible] vt herbæ eius fœliciter prouentant.

26 Coronabis annum bonitatis tuæ vel, Cumulabis siue, Exornabis, sub. (bonis omnibus) annum bonitatis tuæ, in quo bonitatem & clementiam tuam ostendes.

27 nubes tuæ stillabunt. Nam Deus super nubes ambulat [illegible] 28 Stillabunt super pascua, &c. [illegible] 30 Plani [illegible] 31 [illegible] 32 sub. homines [illegible] canent carmina in honorem Dei.

A Gratiarũ act[i]o est, qua cõmemorat benef[i]c[i]a Dei, qui ex maximis periculis grauissimorum hostium in statum tranquil[l]iorem & salutem reduxerit.

PSALM. LXV.

In finem, Canticum psalmi resurrectionis.

1 IVbilate Deo omnis terra, psalmum dicite nomini eius: date gloriam laudi eius.

2 Dicite Deo, Quam terribilia sunt opera tua Domine: in multitudine virtutis tuæ mentientur tibi inimici tui.

3 Omnis terra adoret te, & psallat tibi: psalmum dicat nomini tuo.

4 Venite, & videte opera Dei: terribilis in consiliis super filios hominum.

5 Qui conuertit mare in aridum, in flumine pertransibunt pede: ibi lætabimur in ipso.

6 Qui dominatur in virtute sua in æternum, oculi eius super Gentes respiciunt: qui exasperant nõ exaltentur in semetipsis.

7 Benedicite Gentes Deum nostrum, & auditam facite vocem laudis eius,

8 Qui posuit animam meam ad vitam: & nõ dedit in commotionem pedes meos:

9 Quoniam probasti nos Deus: igne nos examinasti, sicut examinatur argentum.

10 Induxisti nos in laqueum, posuisti tribulationes in dorso nostro: imposuisti homines super capita nostra.

11 Transiuimus per ignem & aquam: & eduxisti nos in refrigerium.

12 Introibo in domum tuam in holocaustis: reddam tibi vota mea, quæ distinxerunt labia mea,

13 Et locutum est os meum in tribulatione mea.

14 Holocausta medullata offeram tibi cum incenso arietum: offeram tibi boues cum hircis.

15 Venite, & audite: & narrabo (omnes qui timetis Deum) quanta fecit animæ meæ.

16 Ad ipsum ore meo clamaui, & exaltaui sub lingua mea.

17 Iniquitatem si aspexi in corde meo, non exaudiet Dominus.

18 Propterea exaudiuit Deus, & attendit voci deprecationis meæ.

19 Benedictus Deus qui non amouit orationem meam, & misericordiam suam a me.

PSALM. LXVI.

Præfecto cantorum [1] canticum Psalmi.[2]

1 [3] *IVbilate Deo omnis terra*, *Canite* [4] *gloriam nominis eius*, [5] *reddite gloriam laudis eius.*

2 *Dicite* [5] *Deo*, [6] *Quam suspiciendus es in operibus tuis, ob amplitudinem* [7] *virtutis tuæ* [8] *supplices tibi erũt (licet falsò) hostes tui.*

3 *Te adorabunt omnes (habitatores) terræ, & psallent tibi,* [9] *psallent nomini tuo. Sela.*

4 *Huc agite, contemplamini opera Dei,* [10] *quàm stupenda sint eius consilia super filios hominum.*

5 [11] *Mutauit mare in aridam, fecit vt pedibus* [12] *flumen transirent,* [13] *ibi in eo lætabamur.*

6 *Virtute sua* [14] *ab æterno imperat, oculi eius* [15] *Gentes contemplantur,* [16] *defectores haudquaquam sese extollent.* [17] *Sela.*

7 *Prædicate ò populi Deum nostrum, &* [18] *efficite vt audiatur vox laudis eius.*

8 *(Hic est) qui animam nostram* [19] *seruauit in vita, nec permisit vacillare pedes nostros.*

9 [20] *Etiam si explores nos ò Deus, & excoquas nos vt argentum excoquitur:*

10 [21] *Inducas nos in laqueum,* [22] *catenam ponas in lumbis nostris:*

11 [23] *Patiaris vt homines super capita nostra inequitent, veniamus in ignem & aquam: educis tamen nos in refrigerium.*

12 *Ingrediar (ergo)* [24] *domum tuam cum* [25] *holocaustis, vota mea tibi persoluam,*

13 [26] *Quæ effuderunt vt aperirem labia mea, & vt loqueretur os meum quum essem in angustiis.*

14 *Holocausta* [27] *pinguia offeram tibi,* [28] *cum incenso arietum,* [29] *faciam boues & hircos. Sela.*

15 [30] *Venite, audite quotquot Deum timetis, narrabo quænam* [31] *anima meæ fecerit.*

16 [32] *Ad ipsum ore meo clamaui, &* [33] *lingua mea exaltatus est.*

17 [34] *Si iniquitatem respexissem in corde meo, non exaudisset (me) Dominus.*

18 [35] *Iam autem exaudiuit Deus, & vocem precationis meæ attendit.*

19 [36] *Laudandus Deus, qui nec precem meam* [37] *repulit, nec* [38] *benignitatem suam a me (* [39] *subduxit)*

1 Quidam Hebræorum existimant hunc psalmum scriptum fuisse a cantore aliquo, quòd nomen Dauidis in titulo non exprimatur. Verum non minus est Dauidis quam primus & secundus. Gratulatio est de liberatione populi Israelitici: vnde in illo laus Dei prædicatur.
2.3. Vos quicunque terram habitatis, cum lætitia quadam Domino gratias agite pro beneficiis acceptis.
3 gloriam nominis.
4 Heb. ponite gloriam laudem eius. Pro summa gloria dicite Deum laudare: et tendancum nes laus vestra vt gloria eius nomen Dei.
5 i. de Deo.
6 Apud Hebræos singulare factum est plurali opera, vtcunque sit vertendum, Quàm terribile (i. tremendum) est vnumquodq; operum tuorum.
7 vel, roboris tui. Dum sentiunt robur tuum.
8 mentientur (vel, mentiti sunt) tibi inimici tui.

PSALM. LXVI.

In finem, in hymnis Psalmus cantici David.

1 DEus misereatur nostri, & benedicat nobis: illuminet vultum suum super nos, & misereatur nostri:

PSALM. LXVII.

Præfecto cantorum [1] psalmus & carmen [2] ad instrumenta musica.

1 DEus misereatur nostri, & [3] benedicat nobis, atq; [4] illustret inter nos lumen vultus sui. Sela.

[illegible]

5 Cognoscant (subaudi omnes) in terra viam tuam, & in omnibus gentibus salutem tuam. 3 transit a persona ad ... ipsi quoque mortales qui in terra degunt, agnoscant viam tuam, hoc est rationem consilia tua, quibus cogitasti nos liberare per filium tuum, & salutem tuam, siue opem tuam salutiferam, quo modo liberabis nos e manu diaboli. Via enim ... ratio viuendi, disciplina & religio in sacris aequiualet. 6 q.d. mitte filium tuum ô Deus, ut populi totius orbis habeant occasionem te laudandi. 7 Iudicabit ex aequitate populos. i. summa aequitate rectiturus est, moderaturus, iudicum & Regum more, quia olim populus a iudicibus regebatur. 8 deduces, more scilicet Pastoris. Sela addidit, ut ostendat foelicitate Christianorum quia habeant Christum iudicem & Rectorem, qui nos reget & iudicabit pro sua misericordia non pro sceleribus nostris. 9 i. Fideles ea faciunt quae ab eis Deus requirit vel si legatur in fut. (dabit) ostendat omnia adnata ... qui primum quaerit regnum Dei, q.d. si tota a Deo pendeamus, tunc te faciet fructum suum & cumulabit nos omnibus bonis.

PSAL. LXVIII. 1 Psalmus ...

2 Vt [1] cognoscatur in terra via tua, (&) in omnibus gentibus salus tua.

3 [6] Celebrent te populi ô Deus, celebrent te populi vniuersi.

4 Gaudeant nationes, & canant quod [7] tu reddas ex aequitate populis, & nationes in terra [8] deducas Sela.

5 Celebrent te ô Deus, populi celebrent te populi vniuersi. [9] Terra vero reddat prouentum suum, & benedicat nobis Deus, Deus inquam noster.

6 Benedicat nobis Deus, & metuant eum quicunque ad fines orbis vsque habitant.

2 Vt cognoscamus in terra viam tuam: in omnibus gentibus salutare tuum.

3 Confiteantur tibi populi Deus: confiteantur tibi populi omnes.

4 Laetentur & exultent gentes quoniam iudicas populos in aequitate, & gentes in terra [a] dirigis.

5 Confiteantur tibi populi Deus, confiteantur tibi populi omnes, terra dedit fructum suum.

6 Benedicat nos Deus Deus noster, benedicat nos Deus: & metuant eum omnes fines terrae.

Orat totius populi nomine, vt regnum Dei quam latissime inter ipsos propagetur, imo per vniuersum mundum.

[a] *dirige,*

PSALM. LXVIII.

Praefecto cantorum [1] Psalmus & canticum [2] Dauidis.

1 Simul atque [3] exurgit Deus, inimici eius disperguntur, & fugiunt [4] a conspectu eius qui ipsum odio habent.

2 [4] Quemadmodum [5] dispellitur fumus, tu dispellis (eos:) & sicut cera colliquescit ab igne, (sic) dispereunt impii a conspectu Dei.

3 Iusti autem coram Deo gaudent & laetantur & prae gaudio gestiunt.

4 Cantate Deo, psallite nomini eius. [6] munite viam ei qui supremo caelo inequitat, [7] in Iah nomine eius.

5 Exultate [8] coram illo. [9] Pater est pupillorum & causam agit viduarum.

6 Deus (quamuis habitet) in habitaculo sanctitatis suae. Deus [10] qui orbis restituit familiam.

7 Educit qui vincti tenentur catenis. [11] Desertores autem terram torridam inhabitabunt.

8 Deus cum tu ante populum tuum [12] progrederetis, cum incederes per desertum, [13] Sela.

9 Terra mouebatur & caeli [14] destillabant, coram Deo, quemadmodum (tremuit) [15] iste Sinai coram Deo, Deo inquam Israelis.

10 Ex [16] munificentia ô Deus, pluuiam destillabas hereditati tuae, & [17] laborantem confirmabas.

11 Vt [18] in ea habitaret [19] grex tuus, [20] praeparasti pro bonitate tua pauperi ô Deus.

12 Dominus dabat verbum [21] annunciatricibus magni exercitus.

13 Reges [22] ingentibus copiis instructi, fugerunt, fugerunt inquam: [23] quae domi desidebant, diuiserunt spolia.

14 Etiamsi hactenus habitastis inter [24] ollas, eritis posthac vt penna columbae [25] argento obducta, cuius alae [26] fuluo sunt auro purissimo.

15 Cum dissiparet omnipotens [27] in ea Reges, [28] candescebas velut nix in Salmon.

16 [29] Mons Dei est (sicut) Basan, [30] mons qui cacumina (abundat) mons Basan. [31] Quare insidiatis vos montes quantumuis cacuminosi, monti huic.

PSALM. LXVII.

In finem, Psalmus cantici ipsi David.

1 EXurgat Deus, & dissipentur inimici eius: & fugiant qui oderunt eum, à facie eius.

2 Sicut deficit fumus, deficiant: sicut fluit cera à facie ignis, sic pereant peccatores à facie Dei.

3 Et iusti epulentur, & exultent in conspectu Dei: & delectentur in laetitia.

4 Cantate Deo, psalmum dicite nomini eius: iter facite ei qui ascendit super occasum: Dominus nomen illi.

5 [b] Exultate in conspectu eius, turbabuntur à facie eius, patris orphanorum, & iudicis viduarum.

6 Deus in loco sancto suo: Deus qui inhabitare facit vnius moris in domo:

7 Qui educit vinctos in fortitudine, similiter eos qui exasperant; qui habitant in sepulchris.

8 Deus cum egredereris in conspectu populi tui, cum pertransires in deserto:

9 Terra mota est, etenim caeli distillauerunt à facie Dei Sinai, à facie Dei Israel.

10 Pluuiam voluntariam segregabis, Deus, haereditati tuae: & infirmata est, tu verò perfecisti eam. B

11 Animalia tua habitabunt in ea: parasti in dulcedine tua pauperi, Deus.

12 Dominus dabit verbum euangelizantibus virtute multa:

13 Rex virtutum dilecti dilecti: & speciei domus diuidere spolia.

14 Si dormiatis inter medios cleros, pennae columbae deargentatae, & posteriora dorsi eius in pallore auri.

15 Dum discernit caelestis reges super eam, niue dealbabuntur in Selmon:

16 Mons Dei, mons pinguis. Mons coagulatus, mons pinguis: vt quid suspicamini montes coagulatos?

A

Gratiarum actio pro victoriis quas contulit Deus Dauidi contra hostes potentissimos & fortissimos, quales erant Ammonitae.

[b] *Sic*

1 ... alias cantico. Psalmus de victoriis Syria & Idumaea 2 Reg 8. 2 Possunt haec dici, quasi precetur David aut potius optet aut quasi vaticinetur futuram impiorum perditionem. Melius tamen per praesens ... simul atque exurgit Deus ... 3 id est, ... 4 Vel, quam facile. 5 Sub. a vento. Longe potest, Quam facile propellis fumum, sub. ventus. Vel, quam facilis est propulsatio fumi, propellis eos. 6 Exaltate inquam, cum. 7 (Sub.) Exultate inquam cum ... [illegible] 8 Quasi et praesente ... [illegible] ... 10 Heb. ... [illegible] ... 11 Vel. Rebelles autem in siccitate (loco) habitant. Qui a Deo desciscunt ... [illegible] 12 Egrederetis. Meminit beneficiorum Dei erga Israelem. 13 Sela addit, vt consideremus ... [illegible] 14 Destillabat inquam. Caeli videntur stillare ... [illegible] 15 Vel ille Demonstratiuum pronomen addit, quod Sinai erat mons ... & notabilis in quo ... datam legem, sic & gentes, regnaque omnia tremebant ob potentiam eius, quum esset cum Israelitis in deserto. Alii ... [illegible] 16 Heb. pluuiam ... [illegible] 17 fessam ... 18 Haereditate scilicet vel in Hierusalem. 19 Armentum tuum, ... [illegible] 20 ... 21 ... quae praedicarent victoriam exercitus Israelitici magni. Alii distinguunt post (verbum) ... [illegible] ... Deus dabat vt diceretur reges potentissimi fugisse a facie populi ... [illegible] 22 Heb. ... [illegible] 23 ... [illegible] 24 Chytropodes ... [illegible] ... 25 Quae ... argento ... [illegible] 26 ... [illegible] 27 Terra ... [illegible] 28 Mons Salmon dicitur hybernis niuibus semper albere. Alii vertunt albescebas tanquam nix, qui antea eras in tenebris ... [illegible] ... Deus 29 ... [illegible] 30 Heb. mons excelsus ô mons Basan ... [illegible] 31 Apostrophe est ad montes ... [illegible] ... excelsus (sicut vobis placet) mons iste, de quo ego loquor, est mons, in quo Deus asciderat habitare.

27 Mons

17 Mons in quo beneplacitum est Deo habitare in eo: etenim Dominus habitabit in finem.

C 18 Currus Dei decem millibus multiplex, millia lætantium: Dominus in eis in Sinai in sancto.

19 ‖ Ascendisti in altum, cepisti captiuitatem: accepisti dona in hominibus:

Ephes. 4. b

20 Etenim non credentes, inhabitare Dominum Deum.

21 Benedictus Dominus die quotidie: prosperum iter faciet nobis, Deus salutarium nostrorũ.

22 Deus noster Deus saluos faciendi: & Domini Domini exitus mortis.

23 Verumtamen Deus confringet capita inimicorum suorum: verticem capilli perambulantium in delictis suis.

24 Dixit Dominus, Ex Basan conuertam, conuertam in profundum maris:

25 Vt intingatur pes tuus in sanguine: lingua canum tuorum ex inimicis, ab ipso.

26 Viderunt ingressus tuos Deus, ingressus Dei mei, regis mei qui est in sancto.

27 Præuenerunt principes coniuncti psallentibus, in medio iuuencularum tympanistriarum.

28 In Ecclesiis benedicite Deo Domino, de fontibus Israel.

29 Ibi Beniamin adolescentulus in mentis excessu.

D

30 Principes Iuda, duces eorum: principes Zabulon, principes Nephthali.

31 Manda, Deus, virtuti tuæ: confirma hoc, Deus, quod operatus es in nobis.

32 A templo tuo in Ierusalem, tibi offerent reges munera.

33 Increpa feras arundinis, congregatio taurorum in vaccis populorum: vt excludant eos qui probati sunt argento. Dissipa gentes quæ bella volunt.

34 Venient legati ex Ægypto: Æthiopia præueniet manus eius Deo.

35 Regna terræ cantate Deo: psallite Domino.

36 Psallite Deo qui ascendit super cælum cæli, ad orientem.

37 Ecce dabit voci suæ vocem virtutis, date gloriam Deo, super Israel magnificentia eius, & virtus eius in nubibus.

38 Mirabilis Deus in sanctis suis, Deus Israel ipse dabit virtutem & fortitudinem plebi suæ, benedictus Deus.

17 Quum Deo volupe sit habitare in eo? quia [hunc] perpetuo inhabitabit Dominus.

18 [31] Equitatus Dei [habet] bis dena millia, [imò] [33] multa [millia] angelorum: Dominus inter eos [sicut] in Sinai, [34] in sanctuario.

19 [35] Ascendisti in altum, cepisti captiuitatem, accepisti dona in hominibus.

20 Etiam defulleres, vt [36] habitet Dominus Deus.

21 Laudandus Dominus, qui [37] nos quotidie cumulat [beneficiis,] [38] Deus salutis nostra, Sela.

22 Deus noster, [39] Deus ad salutes, Domino Deo exitus [40] mortis.

23 [41] Verumtamen vulnerat Deus caput hostium suorum, verticem capillatum eorum qui in delictis ambulant.

24 Dixerat Dominus, [42] Restituam [meos, velut olim] ex Basan, [43] restituam [vt olim] ex profundis maris.

25 Propterea pes tuus, & lingua canum tuorum sanguine rubet [44] ab inimico, ab ipso.

26 [45] Viderunt incessus tuos o Deus, incessus Dei mei, regisque mei, qui est in sanctuario.

27 Præcedebant cantores, post [hos] ludentes musicis instrumentis: [46] in medio, puellæ tympana [pulsantes.]

28 Vos qui estis de [47] vena Israelis, in cœtibus benedicite Dominum Deum.

29 [48] Ibi Biniamin [49] paruulus, qui potestate inter eos fungebatur.

30 Principes Iuda [50] lapis illorum, principes Zebulon, principes Nephthali.

31 [51] Mandauit Deus tuus robur tuum, [52] robora ô Deus quod fecisti nobis.

32 [53] A templo tuo Ierosolymis, tibi offerant reges munera.

33 [54] Increpa cœtum hastatorum, cœtum validorũ, cum vitulis populorum qui sese contumaces præbent, vt cum fragmentis argenti [veniant.]

34 [55] Dissipa gentes, quibus bella cordi sunt. [56] Venient (propter hoc) optimates ex Ægypto, Æthiopia celeriter manus suas Deo [57] protendet.

35 Regna terræ cantate Deo psallite Domino. [58] Sela.

36 Equitanti super cælos cælorum [59] ab initio.

37 En edit [60] vocem suam, vocem prævalidam. [61] Tribuite Deo fortitudinem, cuius magnificentia est super Ierusalem, cuius fortitudo est in æthere.

38 Tremendus es ô Deus [62] de sanctuariis tuis, Deus Israelis ipse dat robur populo, (propterea) laudandus Deus.

PSALM. LXVIII.

In finem pro iis qui commutabuntur, Dauid.

A

Dauid typus Christi.

1 SAluum me fac Deus, quoniam intrauerunt aquæ vsque ad animam meam.

PSALM. LXIX.

Præfecto cantorum super [1] liliis (carmen Dauidis.)

1 SEruato me Deus, quoniam penetrarunt [2] aquæ ad animam vsque.

32 quo habitet tuetur montem Sion. Alii Currus legunt. Ostendit autem vnde fuerit victoria. 33 vel, millia [illegible] [illegible] stationes [illegible] eo loco. & Dominus est in ea secunda [illegible] 34 vel, in sanctuario. i. in hoc monte Dei sancto est. 35 Apostrophe, & personæ mutatio. Exaltatus es in excelsis, (i. Consequutus es honorem excellentem,) abduxisti quos captiuos haberes: (i. victis [illegible] & ipsi homines seruiderunt [illegible] etiam rebelles accepisti, vt inhabitent (tabernaculum) Domini Dei [illegible] 36 inhabitet (sub tabernaculum) Domini Dei [illegible] 37 quotidie cumulat nobis. sub. aliquid. vel, onerat nos. sub. bonis & beneficiis. 38 vel, Deus seruator noster aut salus nostra. Sela addit, vt consideremus quam sit Deus suorum studiosus. 39 vel, Deus salutarium, vt quidam volunt: vel salutum, si ita diceretur. i. à quo nihil nisi salutem percipimus. Quidam dextrius vertunt, Deus ipse est nobis Deus in salutem. i. seruare solet nos. 40 sunt auxi[illegible] i. multas vias habet quibus perdat impios. 41 Tantum. i. solus Deus sine auxilio cuiusquam. 42 Videtur simi-

litudo esse, Restituam vt olim. Num. 21. & Exod. 14. Alii legunt, Auertam ex Basan. sub. hostes Syros cum aliis. Alii melius, Reducã de Basan. i. de loco periculoso, qualis fuit Basan, vbi Og rex Basan fuit victus, (i. nos & incolumes reducam. 43 reducam sub. incolumes & saluos &c. Alludit ad egressum filiorum Israel ex Ægypto. 44 [illegible] Alii [illegible] præsentia Israel, rubeat in [illegible] (& lingua canum [illegible] rubet in sanguine) inimicorum [illegible] exercitus. Relatiuum [illegible] non tantum seruabo vos incolumes, sed etiã vos reddã victores. 45 [illegible] sub musicorum. 47 vel, fonte. hoc est, [illegible] ex Iacob [illegible] 49 paruus dominator [illegible] Iacob [illegible] numero, superauit tamen illos [illegible] 50 Lapis [illegible] robore. Alii [illegible] 53 A templo [illegible] Ierusalem & alii [illegible] sub Christo factu. 54 Heb. [illegible] cum fragmentis argenti [illegible] cum fragmentis argenti, id est, [illegible] Alii non [illegible] adeo recte hoc modo vertunt, [illegible] 55 dispersit. 56 i. propter hoc miraculum dedent sese Deo non solum Ægyptii, sed etiam Æthiopes. 57 Heb. currere faciet i. prompte Deo offeret munera, testando obedientiam. 58 Hoc [illegible] & confiteremus præcipuum munus pii esse Deum laudare. 59 antiquitatis. i. [illegible] In mutabilitatem cælorum significat. 60 i. tonitru. 61 i. Referte Deo [illegible] vel, Laudate Deum i. potentia, qui non minus est mirabilis in iis quæ in gratiam Israelis fecit, quam quæ in nobibus [illegible] magnificentia & potentia Dei apparet in Israele, [illegible] 62 [illegible] Deus, [illegible] & Herbal [illegible] templo tuo, hoc est, propter opera [illegible] in templo tuo. PS. LXIX. 1 [illegible] Alii dicunt vocem Hebræam [illegible] Querntur de malis quod fideles affligunt. 2 Per aquas, grauissimas tribulationes significat. q. d. eo ventum est de vita periclitet, & prope suffocer.

2 *Demersus sum in limum profundissimum, in quo non est fundum.*
3 *Deveni in profundissimas aquas, & unda obruunt me.*
4 *Delassatus sum vociferando, aridum est factum guttur meum. Defecerunt oculi mei, suspiciendo ad Deum meum.*
5 *Qui immeritò me odio prosequuntur, plures sunt quam capilli capitis mei.*
6 *Praevaluerunt qui absque causa me oderunt, inimici mei, ut quae non rapui, rependere cogar.*
7 *Tu nosti o Deus quae per ignorantiam admisi, & delicta mea te haudquaquam latent.*
8 *Ne pudefiant in me, o Domine Domine exercituum qui te expectant.*
9 *Ne ignominia afficiantur in me ò Deus Israelis qui te studiose quaerunt:*
10 *Nam tui causa [hoc] opprobrium fero, faciem meam ignominia obtexit:*
11 [9] *Alienus factus sum fratribus meis, extraneus filiis matris meae.*
12 [10] *Aemulatio enim pro domo tua exedit me, &* [11] *probra eorum qui te probro afficiunt, in me reciderunt,*
13 *[Si quando] flebam ieiunio affligebam* [12] *me,* [13] *id ipsum quoque probro mihi vertebatur.*
14 *Sacco me pro veste involvebam: sic quoque* [14] *fabula illis fiebam.*
15 *De me fabulantur qui desident* [15] *in portis, &* [16] *carmina [canunt] qui siceram bibunt.*
16 *At ego* [17] *precem meam ad te ò Domine,* [18] *siquando tempus fit ò Deus.*
17 *Qui ob multam benignitatem tuam propitium te exhibes, exaudi mihi pro fide tua qua [illegible] ferre soles.*
18 [19] *Eripe me è luto ne demergar, [fac] eripiar ab aquis profundis:*
19 [20] *Ne me adobruant undae aquarum, neve deglutiat* [21] *vorago, neque super me os suum* [22] *puteus claudat.*
20 [23] *Annue mihi o Domine, quandoquidem benigna est bonitas tua: respice ad me iuxta multitudinem miserationum tuarum.*
21 *Et ne faciem tuam à servo tuo abscondas, nam affligor: propterea, annue mihi.*
22 *Accede propius ad animam meam ut eam* [24] *adseras: libera me* [25] *propter inimicos meos.*
23 *Tu nosti quid feram* [26] *opprobrii, quid pudoris, quid ignominiae.*
24 [27] *Coram te [sunt] qui me infestant. Opprobrium frangit cor meum, affligor:*
25 *Et expecto si quis* [28] *[mei causa] circumcursitet, sed nemo est: consolatores [expecto,] nec invenio.*
26 *Et dederunt in* [29] *cibo meo fel: & quum sitirem, potarunt me aceto.*
27 [30] *Sit illis mensa sua laqueus:* [31] *& ubi pacem sperant, illic impingant:*
28 [32] *Obtenebrentur oculi eorum ne videant, & lumbos eorum fac semper labefieri.*
29 [33] *Effunde super eos furorem tuum. & aestus irae tuae apprehendat illos:*
30 *Palatium eorum desolatum reddatur, nec sit qui tabernacula eorum inhabitet.*

2 Infixus sum in limo profundi: & non est sub-
stantia.
3 Veni in altitudinem maris, & tempestas de-
mersit me.
4 Laboravi clamans: raucae factae sunt fauces
meae: defecerunt oculi mei, dum spero in Deum
meum.
5 Multiplicati sunt super capillos capitis mei
qui oderunt me gratis.
6 Confortati sunt qui persecuti sunt me inimi-
ci mei iniuste: quae non rapui, tunc exsolvebam.
7 Deus tu scis insipientiam meam: & delicta mea
à te non sunt abscondita.
8 Non erubescant in me qui expectant te Do-
mine: Domine virtutum.
9 Non confundantur super me qui quaerunt te,
Deus Israel.
10 Quoniam propter te sustinui opprobrium:
operuit confusio faciem meam.
11 Extraneus factus sum fratribus meis, & pe-
regrinus filiis matris meae.
12 Quoniam zelus domus tuae comedit me: &
opprobria exprobrantium tibi, ceciderunt super
me.
13 Et operui in ieiunio animam meam: & fa-
ctum est in opprobrium mihi.
14 Et posui vestimentum meum cilicium: & fa-
ctus sum illis in parabolam.
15 Adversum me loquebantur qui sedebant
in porta: & in me psallebant qui bibebant vinum.
16 Ego vero orationem meam ad te Domine:
tempus beneplaciti Deus.
17 In multitudine misericordiae tuae exaudi me,
in veritate salutis tuae.
18 Eripe me de luto, ut non infigar: libera me ab
iis qui oderunt me, & de profundis aquarum.
19 Non me demergat tempestas aquae, neque
absorbeat me profundum: neque urgeat super me
puteus os suum.
20 Exaudi me Domine quoniam benigna est
misericordia tua: secundum multitudinem mise-
rationum tuarum respice in me.
21 Et ne avertas faciem tuam à puero tuo: quo-
niam tribulor, velociter exaudi me.
22 Intende animae meae, & libera eam: propter
inimicos meos eripe me.
23 Tu scis improperium meum, & confusionem
meam, & reverentiam meam:
24 In conspectu tuo sunt omnes qui tribulant
me, improperium expectavit cor meum & miseriam.
25 Et sustinui qui simul contristaretur, & non
fuit: & qui consolaretur, & non inveni.
26 Et dederunt in escam meam fel: & in siti
mea potaverunt me aceto.
27 Fiat mensa eorum coram ipsis in laqueum,
& in [a] retributiones, & in scandalum.
28 Obscurentur oculi eorum ne videant: &
dorsum eorum semper incurva.
29 Effunde super eos iram tuam: & furor irae
tuae comprehendat eos.
30 Fiat habitatio eorum deserta: & in taber-
naculis eorum non sit qui inhabitet.

Christus in angustia mortis inuocat Deum.

Propter peccata nostra patitur Christus.

Precatur ne ob afflictiones suas auertantur fideles à se.

B

Iohan. 2. d
Roman. 15. a
Christus satisfactio pro peccatis.

Irrisiones Christo factae.

Non cessat orare in angustiis.

C

Nemo illum consolatur.

Matth. 27. f

Iudaeorum ruina ob contemptum Christum.

[a] *retributionem.*

Actor. 1. d

2 Et non est (scilicet locus membrorum meorum) quod sustentetur. Vel, subsistere queat. 4 [illegible] aquae [illegible] me. sub. [illegible] sum. [illegible], lotus de [illegible]. 5 dum expectarem Deum meum. 6 Metaphora ab iis quos falso furti esse suspicamur. Cogebar luere poenas pro flagitiis quae non admiseram. 7 Heb. stultitiam meam, i. siquid stulte egerim. 8 Causam suam communem facit cum omnibus piis. Si me qui a te pendeo non exaudis, caeteri quoque omnes in te sperantes pudefient, quasi frustrà fidentes tibi, qui non liberes sperantes in te. [illegible] me ignominiae, ne ignominiae pateant, pudore suffusi, sed [illegible] quaerant te. 9 i. Reiecerunt me a se etiam fratres mei quod mihi accidit, quia zelus &c. 10 Quia zelus, i. ingens studium quod gero pro gloria tua. 11 Hoc est, probra quae impii in te iaculantur, me urunt: probra quibus te afficiunt, ut tam male habent, acsi in me ea facta fuissent. Vel potius, Reiecerunt me quia prae zelo honoris tui [illegible], & quia excepi probra eorum qui te probris afficiebant: quum te probris afficiebant, putabant se in me maledicta congerere. 12 Heb. animam meam, hoc est, meipsum, vel corpus meum. Nam anima Hebraeis saepe pro corpore ponitur. 13 Hebr. & fuisti in opprobria mihi. [illegible] affectus sum, [illegible]

14 Vel, in parabolam, i. quum de illis loquebantur, cum mihi comparabant. 15 id est, in coetibus. nam in portis antiquitus fiebant iudicia, [illegible] & de [illegible] populus conveniebat. 16 Heb. [illegible] in compotationibus & aliis coetibus ludibrio sum, & de [illegible]. 17 sub. [illegible]. 18 Tempore beneplaciti (vel, tempus est beneplaciti,) Deus. propter multitudinem misericordiae tuae exaudi me, propter [illegible] Vel, etiam potest. Et ego oratio mea ad te Domine, tempus beneplaciti [illegible] tempus quo mihi sis propitius, ò Deus, propter [illegible] 19 Idem [illegible] 20 Ne [illegible] rapiat me [illegible] fac ne peream in tribulatione. 21 profunditas aquae profunda. 22 sub. [illegible] ne peream in hac tribulatione. 23 q. d. Id autem peto pro bonitate tua quoniam [illegible] 24 [illegible] liberes. 25 [illegible] Deum [illegible] in calamitatibus. 26 Tribus dictionibus [illegible] 27 [illegible] nemo [illegible] 28 [illegible] 29 [illegible] 30 Heb. [illegible] q. d. [illegible] sperant voluptatem, in ea capiantur. 31 Heb. [illegible] q. d. Pereant ipsi [illegible] in quibus [illegible] putabant sibi fore salutem. 32 [illegible] in lumbis, sive renibus vires hominis sitae sunt. q. d. Adimas [illegible] omnes iudicandi rationes & nocendi sive agendi vires. 33 id est, Punis eos acerrime ut iram soleas, ut furore tuo pereant.

31 Quoniam

31 Quoniam quem tu percussisti, persecuti sunt: & super dolorem vulnerum meorum addiderunt.

32 Appone iniquitatem super iniquitatem eorum: & non intrent in iustitiam tuam.

33 Deleantur de Libro viuentium: & cum iustis non scribantur.

34 Ego sum pauper & dolens: salus tua Deus suscepit me.

Laudat Christus Patrem, quod cruce glorificatus sit. Exhortatio ad quaerendum Deum & laudandum.

35 Laudabo nomen Dei cum cantico: & magnificabo eum in laude:

36 Et placebit Deo super vitulum nouellum cornua producentem & vngulas.

37 Videant pauperes & lætentur: quærite Deũ, & viuet anima vestra:

38 Quoniam exaudiuit pauperes Dominus: & vinctos suos non despexit.

39 Laudent illum cæli & terra, mare, & omnia reptilia in eis.

40 Quoniam Deus saluam faciet Sion: & ædificabuntur ciuitates Iudæ.

41 Et inhabitabunt ibi, & hæreditate acquirent eam.

42 Et semen seruorum eius possidebit eam, & qui diligunt nomen eius habitabunt in ea.

31 Nam [a] eum quem tu percussisti, persequuntur, & [34] ad dolorem vulneratorum tuorum admoriuntur.

32 [35] Fac vt illis iniquitas iniquitati accumuletur, nec vnquam veniant in iustitiam tuam.

33 [36] Deleantur de Libro viuentium, & inter iustos non scribantur.

34 Me verò, quandoquidem afflictus sum & dolens, salus tua [37] protegat ô Deus.

35 [38] Laudabo nomen Dei [39] cum cantico, & extollam illud celebri laude.

36 Gratius id erit Domino, quàm si bouem [offeram] aut vitulum [40] cornua producentem & vngulas.

37 [41] Videbunt [hæc] [42] mansueti, & gaudebunt: [43] qui sedulo quæritis Deum, & viuet cor vestrum:

38 Nam audit inopes Dominus: & vinctos suos minime spernit.

39 Laudent eum cæli & terra, maria, & quicquid reptat in illis.

40 Nam seruabit Deus Sionem, & vrbes Iuda instaurabit:

41 Ibi habitabunt, [terrámque] istam hæreditario possidebunt.

42 Posteri seruorũ eius in hæreditatẽ illam accipient: quicunque diligunt nomen eius, in illa habebunt sedem suã.

PSALM. LXIX.

[1] In finem Psalmus David, in rememorationem quòd saluum fecerit eum Dominus.

Celerem opem sibi orat, ultionem hostibus, gaudium suæ salute sanctis, gratumque se fore pollicetur. Argumento cohærere videtur cum sequenti.

A 1 Deus in adiutorium meum intende: Domine ad adiuuandum me festina.

2 Confundantur & reuereantur qui quærunt animam meam:

3 Auertantur retrorsum & erubescant qui volunt mihi mala.

4 Auertantur statim erubescentes: qui dicunt mihi, Euge, euge.

5 Exultent & lætentur in te omnes qui quærũt te: & dicant semper, Magnificetur Dominus, qui diligunt salutare tuum.

6 Ego verò egenus & pauper sum: Deus adiuua me.

7 Adiutor meus, & liberator meus es tu: Domine ne moreris.

PSALM. LXX.

Præfecto cantorum Dauidis [1] ad commemorandum.

1 Deus vt me liberes, [accelera:] Domine vt me adiuues propera:

2 Pudore & probro afficiantur qui vitam meam infidiantur:

3 Agantur retro & ignominia pateant, qui malis meis delectantur.

4 [2] Repellantur eo quòd me pudefacere conantur, qui dicunt, Haha, haha.

5 Exultent & lætentur in te quicunque te sedulo quærunt: & [3] qui amant salutem tuam, dicant iugiter, Magnificetur Deus.

6 Ego autem ô Deus afflictus sum & inops, propera ad me.

7 [nam] adiutor & ereptor meus tu es, Domine ne moreris.

PSALM. LXX.

Parit Christus liberari, vt postea Patrem laudet.

A 1 In te Domine speraui, non confundar in æternum: in iustitia tua libera me, & eripe me.

2 Inclina ad me aurem tuam: & salua me.

3 Esto mihi in Deum protectorem, & in locum munitum: vt saluum me facias.

4 Quoniam firmamentum meum, & refugium meum es tu.

5 Deus meus eripe me de manu peccatoris, & de manu contra legem agentis & iniqui:

6 Quoniam tu es patientia mea Domine, Domine spes mea à iuuentute mea.

7 In te confirmatus sum ex vtero: de ventre matris meæ tu es protector meus:

8 In te cantatio mea semper. tanquam prodigium factus sum multis, & tu adiutor fortis.

9 Repleatur os meum laude: vt cantem gloriam tuam, tota die magnitudinem tuam.

[b] *deficerit.* *Pro senescente ecclesia orat, in qua refrigescit charitas.*

10 Ne proiicias me in tempore senectutis: cum [b] deficiet virtus mea, ne derelinquas me:

11 Quia dixerunt inimici mei mihi: & qui custodiebant animam meã, consiliũ fecerunt in vnũ.

PSALM. LXXI.

Psalmus David, filiorum Ionadab, & priorum captiuorum.

1 In te Domine speraui, [1] ne finas vt vnquam pudefiã.

2 Pro [2] tua iustitia erue me, & libera me:

2 Inclina ad me aurem tuam, & me seruato.

3 Sis mihi vice robustissima [3] rupis, ad quam ingiter confugiam, [4] constituisti vt me serues:

4 Nam [5] petra mea & arx mea tu es.

5 Eripe me ô Deus meus de manu [6] impii, de vola peruersi & violenti.

6 Quoniam tu es à quo pendeo, Domine Deus tu es et quo a puero nitor.

7 Te nitor ab vtero, ex visceribus matris meæ tu es extractor meus.

8 De te [7] laus mea iugiter. [8] Factus sum ceu portentum multis, at tu [9] asylum meum es [illegible].

9 [10] Replebatur os meum laude tua, quotidie magnificentia tua.

10 Ne abiicias me tempore [11] senectutis, quum defecerit [illegible] meum, ne me [illegible].

11 Quoniam dicunt [illegible] [12] de me loquuti sunt, [13] quique obseruant animam meam, vna consultarunt:

[a] i. sinunt se persequi & percutere eum quem vulnerari iubeas.
34 narrant dolorẽ vulneratorum tuorũ. i. sermone iactant se dolore afficere eos quos vulnerari iubeas. videntur sibi hæc facere cælo tuo. Repetitio est.
35 He. Pone iniquitatem super iniquitates eorũ, nec. i. Permitte vt iniquitatem iniquitati cumulẽt, desere eos in impietatibus suis, nec eos iustifices, subtrahe ab eis omnem gratiam tuã, nec inueniãt locum pœnitentiæ. vel, Sume pœnas de iniquitate eorum, nec pronuncies eos esse iustos.
36 i. Fac vt omnibus innotescat eos nõ esse e numero electorum tuorum nec esse ascriptos albo iustorum.
37 eleuet i. in loco sublimi, proinde tuto, statuat me, hoc est, tu auxilio tuo me iuues. Alii vertunt, Ego autem sum pauper & dolẽs: salus tua attollet me. Vt versus iste respõdeat versiculis præcedentis. Quoniam quem tu percussisti &c. q.d. ego nõ sum e numero eorum qui inferunt iniuriam: at ego sum pauper spiritu, q totus pendeo à te: & dolens i. tolerans patiens ab aliis, & doloribus cõfectus propterea est mihi opus tuo auxilio.
38 [illegible] cum carmine [illegible].
39 [illegible] carmine [illegible] in honorẽ [illegible].
40 Hoc dicit q loquatur de vitulo selecto & maturo sacrificiis.
41 sub. iudicia in impios, & misericordiã in pios.
42 vel. afflicti.
43 Repetendum est [illegible] crebræ sunt [illegible] personarum. Vt [illegible] vos, qui [illegible] Deu[illegible], & reminiscet animus vester qui præ metu emori videtur. PS. LXX. 1 i. memoria dignus. vel, ad narrandum. Videtur hoc adiicere quia formulam orandi continet hic Psalmus, quã sequi debent fideles. Quidam dicunt Dauidẽ scripsisse hunc psalmum quum fugeret Absalom filium suum. 2 Conuertantur pro mercede pudoris eorũ. i. Frustrati spe sua abeãt, pro mercede pudoris quo me afficere studuerũt. 3 i. qui abs te opẽ quærũt, dicãt perpetuo, magnus habeatur, vel, magnus appareat. PS. LXXI. Sine titulo est hic psalmus, quod idẽ habeat argumẽtũ cũ superiore. nã & hunc scripsit Dauid cum premeretur coniuratione filii sui Absalom. 1 Ne finas vt frustrer spe mea. 2 qua iustificas [illegible] peccatores. 3 Frequentes erant rupes in Terra sancta, in quas se recipiebant metu hostium. 4 mandes vt me seruent. sub. angelis tuis. Vel, i. quẽ a[illegible] vt me seruares. 5 i. adhuc vsq; diẽ te habui pro turri inexpugnabili, & q capi nõ possit. 6 i. filii mei Absalõ. Sũt qui hũc psalmũ nõ propter periuria ad Achitophel & Absalõ existimẽt, sed ad oẽs, vt sit singulare pro plurali. 7 vel, gloriatio. i. de te glorior indesinẽter. 8 i. Admirati sunt q quum semper fiduciam meam in te collocẽ, sim a te destitutus, simq; illis opprobrio. 9 fiducia mea præualida. 10 i. te pleno ore laudabo & tota die extollam splendorem tuum. 11 Hunc colligunt Hebræi hunc psalmum scriptum fuisse de coniuratione Absalom: nam tum erat Dauid senex. 12 i. gloriantur me esse à Deo derelictum. 13 i. qui custodiunt me neque elabar. Aut, qui olim me seruabant, ne perirem, nunc consultarunt de me perdendo.

5 *Mittet Deus suam [9] benitatem [9] & fidem suam.*
[10] *Anima mea est in medio leonum.*
6 *Iaceo inter homines qui [11] flammis exurunt, quo-*
rum [12] dentes [velut] lancea & sagitta sunt, & lingua
gladius acutus.
7 [13] *Extolle te ô Deus super cœlos, super omnem terrā*
[14] *gloria tua.*
8 *Rete pararunt gressibus meis, [15] incuruata est ani-*
ma mea:
9 *Foderunt ante me foueam, & inciderunt in eam.*
[16] *Sela.*
10 [17] *Paratum est cor meum ô Deus, paratum est*
cor meum: [18] *cantabo & psallam.*
11 [19] *Expergiscere ô gloria mea, expergiscere nablium*
& cithara, [20] *mature surgam.*
12 [21] *Celebrabo te in populis ô Domine, canam te in*
nationibus.
13 *Quoniam benitas tua ingens est, ad cœlos vsque*
[pertingit] & [22] *fides tua ad æthera vsq.*
14 [23] *Extolle te ô Deus super cœlos, & super omnem*
terram gloria tua.

5 Misit Deus misericordiam suam & veritatem
suam. & eripuit animam meam de medio catulorū
leonum: & dormiui conturbatus.
6 Filii hominum, dentes eorum arma & sagit-
tæ: & lingua eorum, gladius acutus.
7 Exaltare super cœlos, Deus: & [a] in omni terra [a] *in omnem*
gloria tua. *terram.*
8 Laqueum parauerunt pedibus meis: & incur-
uauerunt animam meam.
9 Foderunt ante faciem meam foueam: & inci-
derunt in eam.
10 Paratum cor meum Deus, paratum cor meū:
cantabo, & psalmum dicam Domino.
11 Exurge gloria mea, exurge psalterium & ci-
thara: exurgam diluculo.
12 Confitebor tibi in populis Domine: & psal-
mum dicam tibi in Gentibus:
13 Quoniam magnificata est vsq; ad cœlos mi-
sericordia tua, & vsq; ad nubes veritas tua.
14 Exaltare super cœlos Deus: & super omnem
terram gloria tua.

PSALM. LVIII.

Præfecto cantorum, [1] Ne perdas, Insigne aureolum Dauidis.

1 *Num vere, [a] ô manipulo, [a] quod iustum est pronun-*
ciatis, [2] recte iudicatis mortalibus?
2 *Quin potius ini quitates in corde concinnatis in ter-*
ra: [3] violentiam manuum vestra appenditis.
3 [4] *Alienati sunt impii [isti] ab eo tempore quo*
vuluam egressi sunt: errant iam inde ex quo è vitro pro-
dierunt, loquentes mendacium.
4 *Virus est illis ut virus serpentis, ut [5] aspidis surdæ,*
aurem suam obthurantis.
5 [6] *Ne cogatur audire vocem incantantium, incan-*
tatoris inquam artibus magicis præstantis.
6 [7] *Contere ô Deus, dentes oris istorum, maxillares*
dentes iuuenum istorum leonum contunde ô Domine.
7 [8] *Liquescant con aqua [9] quæ delabuntur, [10] vt cui*
tenso arcu sagitta diffringuntur.
8 *Instar limacis colliquescentis [11] diffluant, velut ab-*
ortiuum mulieris, [12] quod Solem nunquam aspexit.
9 [13] *Priusquam spinæ vestræ in rhamnum adole-*
scant, repente viuos sicut acerrimo furore tollat eos turbo.
10 *Lætabitur iustus quum viderit vltionem, pedes*
suos in sanguine impii [14] lauabit.
11 [15] *Et dicet homo, Certe iustum manet suus fructus:*
certe est Deus iudicans in terra.

PSALM. LVII.

In finem, ne disperdas, Dauid in tituli in-
scriptione.

1 Si verè vtique iustitiam loquimini: [a] rectè iudi- A [a] *recta.*
cate filii hominum?
2 Etenim in corde iniquitates operamini: in ter-
ra iniustitias manus vestræ concinnant.
3 [b] Alienati sunt peccatores à vulua: errauerunt [b] *Abalienati.*
ab vtero, locuti sunt falsa.
4 Furor illis secundum similitudinem serpentis:
sicut aspidis surdæ, & obthurantis aures suas.
5 Quæ non exaudiet vocem incantantium, &
venefici incantantis sapienter.
6 Deus conteret dentes eorum in ore ipsorum:
molas leonum confringet Dominus.
7 Ad nihilum deuenient tanquam aqua decur-
rens: intendit arcum suum donec infirmentur.
8 Sicut cera quæ fluit auferentur: supercecidit
ignis, & non viderunt Solem.
9 Priusquam intelligerent spinæ vestræ rham-
num: sicut viuentes [c] sicut in ira absorbet eos. [c] *sic.*
10 Lætabitur iustus cum viderit vindictam: ma-
nus suas lauabit in sanguine peccatoris.
11 Et dicet homo, Si vtiq; est fructus iusto, vtiq;
est Deus iudicans eos in terra.

PSALM. LIX.

Præfecto cantorum. [1] Ne perdas. Insigne aureolum Dauidis, [2] quum misisset Saul ad obseruandum domum eius, vt eum occiderent.

1 *Eripe me ab inimicis meis Deus meus, ab iis qui*
contra me insurgunt [2] protege me.
2 *Eripe me ab his qui scelerate agunt, & à viris [3] san-*
guinariis serua me.
3 *Nam [4] ecce animæ meæ insidiantur, conspirant*
aduersum me [5] feroces:
4 *Non ob im... meā, nec ob peccatum meum ô*
Domine. [6] Nulla iniquitate [mea addu...] accurrunt,
instruxerunt sese.

PSALM. LVIII.

In finem, Ne disperdas, Dauid in tituli inscri-
ptione, quando misit Saul, & custodiuit
domum eius vt interficeret
eum.

1 Eripe me de inimicis meis Deus meus: & ab in- A
surgentibus in me libera me. *Opē contra ho-*
2 Eripe me de operantibus iniquitatem: & de *stes implorat,*
viris sanguinum salua me. *suā tactat inno-*
3 Quia ecce ceperunt animam meam, irruerūt *centiam, mores*
in me fortes. *illorum descri-*
4 Neque iniquitas mea, neq; peccatum meum *bit, & vltionē*
Domine sine iniquitate cucurri & direxi. *prædicit.*

5 Exur-

9 vel, misericordia, &c. i. reipsa declarabit ꝙ veraх & bdus sit in præstanda salute promissa. 10 i. Versor in maximo periculo. 11 sub. me suis sycophantiis & maledictis. 12 Per dentes & linguam, ꝙ sunt sermonis instrumenta, intelligit falsas & noxias delationes assentatorū Saulis. 13 i. Ostende te Dñm cœli, & declara gloriā tuā in vniuersa; ꝙ fiet, si innocentes liberes de manu persequentium eos. Vel potius, Attolle te supra cœlos tuos i. Ostende operum tuorum [illegible] homines supra cœlos. fac ab omnibus agnoscaris potēs auxiliator, vt ab omnibus lauderis. Innuit Deum ad ostendendam potentiam suam. 14 sub. extendatur. 15 incuruauit (sub. Saul) animam meā. i. studuit vt me prosterneret. 16 Sela addidit, vt consideremus magnā vim auxilii Dei ꝙ promittit impios perdere in [illegible] illis insidiis quas pii struxerunt. 17 Firmum, vel, Stabile, q. d. Præditus sum animo firmo & fidente tua ope: non dubito de ea. 18 sub. laudes tuas: propterea erumpam in laudes tuas. 19 i. anima mea. Ita solet se excitare & hortari ad laudē Dei. Alibi dicit, Lauda anima mea Dñm. Hæc eadē habentur Psalm. 108. 20 (quū) expergiscero (in) aurora vel, vt expergiscar. Mane & vespertinare solebant Iudæi. 21 (Quia) celebraturus sum te. 22 vel, veritas q. d. Vbiq; oēs te veracem & fidelē experiuntur. Per cœlos & æthera siue nubes idē hoc loco intelligitur. 23 Vide 5. vers. PS. LVIII. 1 Vide præcedentem psalmū. 2 ô congregatio, vel, (in) cōgregatione. Inuehitur in assentatores Saulis. q. d. Dū conuenitis vt consultetis de reb. publ. nūqd quod iustū est non omnia in gratiā Saulis facitis. Partim exprobratio est Saulis & aulicorū eius, q nō seruabant iustitiā: & simul imprecatio, vt Deus eos pdat, q toti in hoc erāt vt pii opprimerentur, quorum vitam, pdere iustum mire calumniādo. 3 Æquitatem iudicatis ô filii hominū: i. ô vos aulici, [illegible] omnia, [illegible] vt Saulis placeatis. 3 vim manuum vestrarū ponderatis: quasi in pondere & æquitate factū videri vultis, q per vim agitis. 4 tubia familia Dei. Exponit [illegible] Saulis hac omnia designet, nēpe q à Deo facti sunt omnino alieni. 5 Carminib. cogi serpentes vt virus deponāt & mansuescāt, apud oēs celebre est. Facit aūt adulatores Saulis similes, q nulla prorsus monitione poterant ab instituto lædendi bonos depelli. 6 Ne exaudiat 7 Modū [illegible] habent hæc, sed magis sunt prædictiones aut vaticinia [illegible] q impiis certo euenirēt. Per dētes maxillares siue molares, intelligit sermones malos per leones, hoīes crudeles. 8 i. Quasi in aq [illegible] omnia q in eis versantur, facile pereunt. 9 abeant sub. i. euanescāt. irriti sint conatus illorū. 10 dirigat (vnusquisq; eorū) sagittas suas, seu sint velut [illegible] pereat morte repentina. 11 euanescāt. de limace recēs nata intelligit, q parua causa vertit in humorē antequā perueniat ad iustū incrementum. 12 q nō viderunt Solē. Quæ, [illegible] & abortiuū. 13 Prædicat impios celerrime perituros anteq corū potentia adolescat. Heb. [illegible], Antequā sentiant lebetes vestri ignē [illegible], sicut caro cruda, [illegible] turbo pdat eū. Ordo inuersus sic est sensus: Quēadmodū carnes, cruda sunt tantisper, [illegible] ollæ vestræ sentiant spinas: [illegible] tollat eb. [illegible] pereāt [illegible] q. d. q celer & velox est ignis e spinis excitatus, [illegible] extinguatur q carnes incalescāt & coquāt. ita celeriter Deus pdat impios istos. 14 lauerit, i. dū viderit Deū [illegible] impiobis [illegible] graue [illegible] vt eorum sanguine lundat. 15 q. d. Tū agnoscēt hōies nō esse inutile viuere iuste, qū viderint Deū sumere pœnas de improbis. PS. LIX. 1 Vide psal. [illegible] 2 [illegible] me vel, statue me in loco alto, i. tuto. Sublimis locus sæpe pro tuto ponitur. 3 i. q conspirarunt in necē meam. 4 vel, certe. 5 fortes. 6 Heb. In non iniquitate currunt.

5 Exurge in occursum meum, & vide: & tu Domine Deus virtutum, Deus Israel.

B 6 Intende ad visitandas omnes Gentes: non miserearis omnibus qui operantur iniquitatem.

Conuertentur. 7 Conuertentur ad vesperam, & famem patientur vt canes, & circuibunt ciuitatem.

8 Ecce loquentur in ore suo, & gladius in labiis eorum: quoniam quis audiuit?

9 Et tu Domine deridebis eos: & ad nihilum deduces omnes Gentes.

10 Fortitudinem meam ad te custodiam, quia Deus susceptor meus es: Deus meus, misericordia eius præueniet me.

C 11 Deus ostendit mihi super inimicos meos: ne occidas eos, nequando obliuiscantur populi mei.

12 Disperge illos in virtute tua: & depone eos protector meus Domine:

13 Delictum oris eorum, sermonem labiorum ipsorum, & comprehendantur in superbia sua.

14 Et de execratione & mendacio annunciabuntur in consummatione: in ira consummationis, & non erunt.

dominab. 15 Et scient quia Deus dominabitur Iacob, & D finium terræ.

16 Conuertentur ad vesperam, & famem patientur vt canes: & circuibunt ciuitatem.

17 Ipsi dispergentur ad manducandum: si verò non fuerint saturati, & murmurabunt.

18 Ego autem cantabo fortitudinem tuam, & exaltabo mane misericordiam tuam:

19 Quia factus es susceptor meus, & refugium meum in die tribulationis meæ.

20 Adiutor meus tibi psallam, quia Deus susceptor meus es: Deus meus misericordia mea.

5 [7] *Expergiscere ergo vt [8] mihi succurras, & [9] vide. Et tu ô Domine Deus exercituum, Deus Israëlis.*

6 Euigila, vt [10] visites omnes Gentes, neq; misericordem te exhibeas omnibus [11] sceleratè præuaricantibus. Sela.

7 Reuertuntur ad [12] vesperam, [13] fremunt vt canes, & vrbem [14] circumcursitant.

8 Ecce [15] loquuntur ore suo, & [16] gladii sunt in labiis eorum: [17] nam [18] Quis audiat?

9 At tu ô Domine ridebis eos, [19] cum sannis cunctas Gentes excipies.

10 Robur [20] illius (at) te obseruabo: nam Deus [21] vice arcis sublimis est mihi. [22] Bonitas tua, ô Deus meus, anteuertet me:

11 Ecce Deus (optata) in hostibus meis videam. Ne subito interimas illos, ne fortè [23] obliuiscatur populus meus.

12 [24] Radde eos vagos in populo tuo, & [25] deiice eos, [26] protector noster Domine.

13 Propter peccatum oris eorum, & ob sermonem labiorum ipsorum, in superbia sua capiantur.

14 [27] Ob periurium & mendacium quod loquuntur. Consume in furore, consume vt non sint:

15 [28] sciantque omnes quod Deus in Iacob, & vsq; ad fines terræ dominetur. Sela.

16 Et ad vesperam [29] reuertuntur, fremunt vt canes, & vrbem [30] circumcursitant.

17 [31] Hi ipsi pro cibo vagabuntur, nec saciati cubabunt.

18 Ego autem cantabo fortitudinem tuam, [32] manè [33] canabo de bonitate tua.

19 Quod arx sublimis mihi fueris: & dum premerent me aduersitates, perfugium.

20 [34] O robur meum tibi canam quoniam Deus arx sublimis mihi est, & Deus [35] bonitatis meæ.

7 vel, excitare. Deum inuocat, quem dormientem fingit. 8 Heb. in occursum meum, i. me ad te fugientem suscipe. 9 sub. quæ machinantur aduersum me. 10 i. de Gentibus cognitionem instituas. Per Gentes, per innatam Israelitas intelligit. Saulem & suos aulicos. 11 i. qui summa peruersitate & iniquitate deficiunt a me. Sela addidit, vt consideremus Deum tandem sumpturum pœnas de impiis. 12 sub. sequentem. i. Enoc recedunt iuxta præceptum Saulis, domum meam exploraturi. 13 latrant. Metaphora à canibus venaticis qui feram latratibus persequi solent. 14 sub. neque delabar. 15 sub. mala, nempe de me interficiendo. 16 id est, sermones sunt quasi acuti gladii [illegible] perdere. 17 sub. dicunt intra se. 18 sub. quæ dicimus, q. d. nec Deus, nec homines. 19 Quidam Hebræorum subaudiunt (sicut) quemadmodum subsannabis omnes Gentes. Alii, non solum illorum conatus ridebis, sed etiam omnium Gentium. 20 sub. Saulis, q. d. Fortis quidem est Saul, propterea [illegible] Qui sic legunt, [illegible] vt de [illegible] loquatur in tertia persona. i. apud te habeo fortitudinem meam repositam. 21 Heb. eleuatio mea est i. quia tu es mihi vice arcis

PSALM. LIX.

In finem, pro iis qui immutabuntur in tituli inscriptione ipsi Dauid in doctrinam, cum succendit Mesopotamiam Syriæ & Sobal, & conuertit Ioab, & percussit Idumæam in valle Salinarum duodecim millia.

A 1 DEus repulisti nos, & destruxisti nos: iratus es, & misertus es nobis.

Gratiarum actio est pro victoria quam contulit ei Dominus contra fortissimos hostes Syros. Punit Deus aliquando populum suum ob peccata, at conuersos rursus, versis verbis liberat.

2 Commouisti terram, & conturbasti eam: sana contritiones eius, quia commota est.

3 Ostendisti populo tuo dura: potasti nos vino compunctionis.

4 Dedisti metuentibus te significationem: vt fugiant à facie arcus.

5 Vt liberentur dilecti tui: saluum fac dextera tua, & exaudi me.

6 Deus locutus est in sancto suo, lætabor & partibor Sichimam, & conuallem tabernaculorum metibor:

7 Meus est Galaad, & meus est Manasses: & Ephraim fortitudo capitis mei.

8 Iuda Rex meus: Moab olla spei meæ:

PSALM. LX.

Præfecto cantorum [1] super rosa testimonii, [2] insigne aureum [3] Dauidis [3] ad docendum [4] Dum bellum gereret contra eam partem Syriæ, quæ Mesopotamia vocatur: & contra Syriæ partem, quæ vocata est Zoba: & quum Ioab reuersus percussisset Edomitarum in Valle-salis duodecim millia.

1 DEus reiecisti nos, [4] disiecisti nos, iratus eras: at [5] reducebas rursus te nobis placatum.

2 [6] Concusseras terram, & diruperas eam: cura fractiones eius, nutabat enim.

3 Dura fecisti [7] experiri populum tuum: potum dedisti nobis vinum [8] letale:

4 [9] At iis qui te rursus timent dabis te signum, vt triumphantes, atq; propter veritatem. Sela.

5 Vt expediantur dilecti tui, serua dextera tua, & exaudi me.

6 Deus locutus est [10] in sanctuario suo, (quod) lætabor, (& quod) [11] diuidam Sichem, & vallem Succoth dimetiar.

7 Meus est Galaad, & meus est Manasses: Ephraim [12] robur capitis mei,

8 Iuda [13] legislator meus. [14] Moab labes ablutionis meæ:

altissima & propugnaculo. 22 Misericordia. Heb. Deus misericordiæ meæ excipiet me i. qui sua bonitate & misericordia me [illegible], excipiet me fugientem. 23 sub. [illegible] 24 Vel, commoue eos [illegible] [illegible] dignitate tua. 25 i. defensor & propugnator. 27 [illegible] [illegible] 29 reuertentur, i. latrent. 30 circumcursent vt [illegible] ad hospitium [illegible] pernoctauerunt. 31 nempe [illegible] 32 [illegible] in dies mane. 34 [illegible] voce laudabo misericordiam tuam. 35 Fortitudo mihi es, propterea tibi. 36 [illegible]

PSALM. LX. 1 Super Susan eduth nomen instrumenti musici [illegible] cantandus ad numeros cantionis michtam. Vide psal. 55. 3 qui in hoc multa docentur quæ ad salutem animæ. Vide historiam 2 Reg. [illegible] psalmus. 4 dissipasti. Incipit a confessione, vt ei ignoscatur. 5 conuerte nos (rursum) ad nos. Potes etiam vertere, O Deus repulisti nos, [illegible] nos, succensuisti nobis [illegible] nos peniteat, proinde conuertere ad nos, i. miserere nostri. 6 [illegible] & dehiscere [illegible] terræ calamitatem [illegible] terræ motu, [illegible] 7 Heb. videre. 8 perturbationis [illegible] Quidam [illegible] 9 Præterea vertenda per imperatiuum, Da timentibus te vexillum quod erigant, &c. [illegible] in bello [illegible] cum hostibus sub vexillo [illegible] Sela addit, vt omnes intelligant [illegible] Deum esse bonum & [illegible] in suis promissionibus. 10 per sanctitatem [illegible] per Spiritum suum [illegible] 11 i. Dominabor totius terræ [illegible] Verbum demetiri, verum possessionem ostendit. Hoc dixit quod Isboseth filium Saul [illegible] Abner rege [illegible] 12 i. firmamentum regni. 13 i. sceptrum, hoc est, regnum Iuda est regnum meum. Rex pro regno. 14 i. Moabitæ [illegible] quo pedes lauare soleo.

9 *Super Edom* [15] *proiiciam calceamentum' meum,*
[16] *ambi ò Palæstina amicitiam meam.'*
10 [17] *Quis ducet me in ciuitatem munitam? quis me vsq; in Edom deducet?*
11 *Annon tu ò Deus, qui nos repuleras, & tu Deus qui non egrediebaris cum exercitibus nostris?*
12 *Fer nobis auxilium in angustia: nam hominum auxilium inane est.*
13 *In Deo* [18] *fortiter faciemus,' & ipse conculcabit hostes nostros.*

15 Proiicere calceamentum, est summittere pedi, q.d. calcabo Idū tanq mihi subiectam.
16 aduersum me Palæstina iubila. Ironia. Superbiã Palæstinorum taxat. q.d. nō potestis iubilare, qa fortior te sum. Alii, cum plausu veni ad me Palæstina.
17 singulare pro plurali q.d. Tuo auxilio capiā vrbes munitiss.
18 faciemus militiam i. fauēte Deo pugnabim', egregiaq; edem' facinora.

PSALM. LXI.

Præfecto cantorum [1] ad instrumenta musica' [carmen] Dauidis.

1 *AUdi Deus clamorem meum, orationi meæ auscultā.*
2 *Ab extremo* [2] *Terra' ad te clamabo, dum cor meū fere examinatum est: in rupem altiorem. Quàm vt in eam* [3] *possim' conscendere.*
3 *Sub duc me: Tu enim es* [4] *asylum meum, turris prævalida, quæ ab hoste [strue.]'*
4 *Habitem* [5] *in tentorio' tuo perpetuò,* [6] *tutus agam in latibulo alarum tuarum.' Sela.*
5 [6] *Tu enim Deus exaudisti vota mea, dedisti hæreditatem timentibus nomen tuum.'*
6 *Dies diebus regis* [7] *adiicies,* [8] *annos eius in multa secula produces.'*
7 [9] *Sedebit' coram Deo in seculum,* [10] *bonitatem & veritatem para' quæ eum custodiant.*
8 *Sic psallam nomini tuo in perpetuum, vt persoluā vota mea per singulos dies.*

PS. LXI.
1 sup neginoth. Vide psalm. 4. Psalmus de Dauide exulante metu Saulis.
2 sub. fundæ. q.d. depulsus de regno meo, opem tuam imploro.
3 sub. meis viribus.
4 Heb spes mea, & turris fortitudinis a facie inimici. i. in quem fiduciam meam coniici, & q me tueri ab inimicis meis reddere potes.
5 tanq̃ scil. in vrbe munitissima Metaphora à castris, vbi tuto habitāt q in tentorio regis sunt. In tabernaculo igitur. i. in loco in quo nihil mihi nocere potest.
6 i. Habeo in votis vt me protegas sub alis tuis. Metaphora a gallina.
6 Heb. Quia tu, ô Deus, exaudisti vota mea, dabis hæreditatem timentium nomē tuum. Verba hominis securi de diuina ope q.d. Quia tu dedisti mihi opem q summis votis a te petebā, daturus es vt habitē in tabernaculo tuo q est hæreditas timentium te.

PSALM. LXII.

Præfecto cantorum [1] pro Iedutun,' oda Dauidis.

1 *VTiq;* [2] *ad Deum silens respicit' anima mea, [quia] ab ipso* [3] *salus' mea.*
2 [4] *Vtiq; ipse est petra' mea & salus mea, ipse* [5] *arx sublimis mea:' ideo non labascam* [6] *admodum grauiter.*
3 [7] *Quousq; insidias struetis quibusuis?' [tandem] vos omnes interficiemini, perinde vt* [8] *paries inclinatus,' & maceria* [9] *impulsa.'*
4 [10] *Vtiq; ne ipse exaltetur consultant vt impellatur;' diligunt* [11] *mendaciū,' ore suo bene precantur, corde* [12] *detrectant. Sela.*
5 [13] *Veruntamen respice ad Deum silens,' ô anima mea: nam ab ipso [pendet] spes mea.*
6 [14] *Vtique ipse' est petra mea, & salus mea, arx mea,* [15] *non nutabo.*
7 [16] *A Deo [pendet] salus mea & gloria mea,* [17] *petra' fortitudinis mea,* [18] *refugium meum' in Deo est.*
8 *Collocate spem in eum omni tempore ò populi,* [19] *effundite ante conspectum eius cor vestrum,' Deus* [20] *refugium' nobis.* [21] *Sela.*
9 [22] *Veruntamen filii hominum vani sunt,' mendaces filii viri:* [23] *si simul ponantur in balance, ipsa vanitate leuiores erunt.*
10 *Ne collocetis spem* [24] *in iniuria & rapina:* [25] *nolite vos dedere vanitati:' opes si affluant, ne cor apponatis.*

9 In Idumæam extendam calceamentum meū: mihi alienigenæ subditi sunt.
10 Quis deducet me in ciuitatem munitam? quis deducet me vsque in Idumæam?
11 Nonne tu Deus qui repulisti nos: & non egredieris Deus in virtutibus nostris?
12 Da nobis auxilium de tribulatione: & vana salus hominis.
13 In Deo faciemus virtutem: & ipse ad nihilum deducet tribulantes nos.

PSALM. LX.

In finem, in hymnis David.

1 EXaudi Deus deprecationem meam: intende orationi meæ.
2 A finibus terræ ad te clamaui: dum anxiaretur cor meum, in petra exaltasti me.
3 Deduxisti me, quia factus es spes mea: turris fortitudinis inimici.
4 Inhabitabo in tabernaculo tuo in secula: protegar in velamento alarum tuarum.
5 Quoniam tu Deus meus' exaudisti orationē meam: dedisti hæreditatem timentibus nomen tuum.
6 Dies super dies Regis adiicies: annos eius vsque in diem generationis & generationis.
7 [9] Permanet' in æternum in conspectu Dei: misericordiam & veritatem eius quis requiret?
8 Sic psalmum dicam nomini tuo in seculum seculi: & reddam vota mea de die in diem.

A *Oratio est quæ petit liberari à grauibus periculis, & se gratum fore pollicetur.*

[9] *Permanebit.*

PSALM. LXI.

In finem, pro Idithun, Psalmus David.

1 NOnne Deo subiecta erit anima mea? ab ipso enim salutare meum.
2 Nam & ipse Deus meus, & salutaris meus: susceptor meus, non mouebor amplius.
3 Quousque irruitis in hominem? interficitis vniuersi vos: tanquam parieti inclinato, & maceriæ depulsæ?
4 Veruntamen precium meum cogitauerunt repellere, cucurri in siti: ore suo benedicebant, & corde suo maledicebant.
5 Veruntamen Deo subiecta esto anima mea: quoniam ab ipso patientia mea.
6 Quia ipse Deus meus & saluator meus: adiutor meus non emigrabo.
7 In Deo salutare meum, & gloria mea: Deus auxilii mei, & spes mea in Deo est.
8 Sperate in eo omnis congregatio populi, effundite coram illo corda vestra: Deus adiutor noster in æternum.
9 Veruntamen vani filii hominum, mendaces filii hominum in stateris: vt decipiant ipsi de vanitate in idipsum.
10 Nolite sperare in iniquitate, & rapinas nolite concupiscere: diuitiæ si affluant nolite cor apponere.

A *Iustus proiicit se in Deum in aduersis.*

Sperandum in Deo.

Vanitas hom.

Iniquitas.
Rapina.
Diuitiæ.

7 vel, addas. De se loquitur in tertia persona. produc ætatem meam in multos annos. 8 Heb anni eius sempiterni vt generatio & generatio i. vt ætas & ætas [illegible] cum homo viuere natura solet, vtatur ego. 9 [illegible] pro opera tuo, sedeat, &c. Dignetur cum Deus [illegible] non [illegible] ab eo. 10 misericordiam. PS. LXII. 1 i. vt a præfecto [illegible] Ieduthun [illegible] Deo pendere. 2 Duntaxat ad Deum silet, &c. [illegible] omnia ab eo excipiens, siue bona, siue mala: sua sorte contenta est, qualis qualis est. 3 Per salutem [illegible] opem intelligit [illegible] in periculis. 4 Duntaxat ipse est super vel, propugnaculum i. propugnator & defensor meus. 5 Heb. eleuatio mea i. perfugium meum, arx sublimis ad quam [illegible] 6 i. sub. lapsu graui i. grauiter [illegible] tamen [illegible] resurgam, tamen non deiiciam. 7 [illegible] singulis? Verti potest [illegible] a solo Deo pendeat. 8 sub. [illegible] 9 Collisa, [illegible] 10 Hæc tantummodo ab excellentia [illegible] consultant vt depellant [illegible] a Deo [illegible] magno, & potente. 11 i. spem fallacem & iniquam. 12 male precantur. 13 Tantummodo ad Deum [illegible] &c. q.d. [illegible] bendo respice ad Deum, etc. pe ab eo omnia quæ immiserit quia ab eo pendeo. 14 Tantum ipse vel, Solus ipse. 15 [illegible] 16 [illegible] est qui potest me seruare in honore & gloria. 17 vel, rupes [illegible] fortitudo mea. 18 spes mea. 19 [illegible] de, omnem curam & solicitudinem animi vestri effundite coram eo. 20 tutela i. tutator noster. 21 Sela additur, [illegible] Deum esse qui [illegible] potest ab [illegible] periculo. 22 Tantum vanitas filii hominum, mendacium filii viri q.d. Confugiendum ad Deum. nam præsidia humana sunt mera vanitas [illegible] fallaces & vani. 23 Sub. hinc deprehendes auxilia humana vanissima: nam [illegible] &c. 24 i. in diuitiis per calumniam & rapinam partis. sæpe enim ita partas [illegible] vanæ. 25 Heb. ne [illegible] ne dedamini vos potentiæ, vanæ & fluxæ.

25 Semel

11 Semel locutus est Deus, duo hæc audiui, quia
potestas Dei est,

Mat 16.d
Rom. 2.b.
2 Cor. 5.b
Gal. 6.b

12 Et tibi Domine misericordia: quia tu reddes
vnicuiq; iuxta opera sua.

A

PSALM. LXII.

Verè eiusdē argumenti cū 42. psalmo. Exul David magnum habet desiderium ad sacrum cœtum, quo ailenans petit vestitus a Deo.

Psalmus David, cum esset in deserto Idumææ. 1. Re. 22.

1 DEus Deus meus ad te de luce vigilo.
2 Sitiuit in te anima mea, quam multipli-
citer tibi caro mea.
3 In terra deserta, & inuia, & inaquosa: sic in san-
cto apparui tibi, vt viderem virtutem tuam & glo-
riam tuam.
4 Quoniam melior est misericordia tua super vi-
tas: labia mea laudabunt te.
5 Sic benedicam te in vita mea: & in nomine tuo
leuabo manus meas.
6 Sicut adipe & pinguedine repleatur anima mea:
& labiis exultationis laudabit os meum.
7 * Si memor fui tui super stratum meum, in
matutinis meditabor in te: quia fuisti adiutor
meus.

* &

8 Et in velamento alarum tuarum exultabo, ad-
hæsit anima mea post te: me suscepit dextera tua.
9 Ipsi verò in vanum quæsierūt animam meam,
introibunt in inferiora terræ: tradentur in manus
gladii, partes vulpium erunt.
10 Rex verò lætabitur in Deo, * laudabuntur o-
mnes qui iurant in eo, quia obstructum est os lo-
quentium iniqua.

* *laudabitur omnis qui iurat.*

A

PSALM. LXIII.

In finem, Psalmus David.

Proverbis contra delatores. Delatorum ingenium.

1 EXaudi Deus orationem meam cum deprecor:
à timore inimici eripe animam meam.
2 Protexisti me à conuentu malignantiū: à mul-
titudine operantium iniquitatem.
3 Quia exacuerunt vt gladium linguas suas, in-
tenderunt arcum rem amaram: vt sagittent in oc-
cultis immaculatum.
4 Subito sagittabunt eum, & non timebunt: fir-
mauerunt sibi sermonem nequam:
5 Narrauerunt vt absconderent laqueos: dixe-
runt. Quis videbit eos?
6 Scrutati sunt iniquitates: defecerūt scrutantes
* scrutinio.

* *scrutinia,*
§ &
Ytio eorum.

7 Accedet homo ad cor altum: & exaltabitur
Deus.
8 Sagittæ paruulorum factæ sunt plagæ eorum:
& infirmatæ sunt contra eos linguæ eorum.

11 [a] Semel atq; iterum [16] loquutus est Deus, idq; [17] au-
diui, [28] Deo esse robur:
12 [29] Quod & tibi Domine [30] bonitas adest: [31] quod-
que tu rependis cuique iuxta opus suum.

PSALM. LXIII.

Psalmus Dauidis quum esset in [1] deserto Iuda.

1 [2] DEus Deus meus tu, [3] summo diluculo te quæro:
2 Te sitit anima mea, te concupiscit caro mea.
3 In [4] hac terra torrida & siti molesta, cui desunt a-
quæ [5] Sic vt te contempler in sanctuario tuo, vt videam
virtutem tuam & gloriam tuam.
4 [6] Nam bonitas tua ipsa vita optabilior est, (ideo) la-
biis meis te laudabo.
5 Sic [7] benedicam te in vita mea, [8] in nomine tuo attol-
lo manus meas.
6 [9] Tanquam adipe & pinguedine satiabitur anima
mea, vnde canabunt labia mea, laudabit os meum.
7 [10] Simul atq; tui memor fuero in lecto meo, de te me-
ditatus fuero in vigiliis nocturnis: [11] Tu etenim es qui
mihi fers auxilium.
8 Et in vmbra alarum tuarum canabo. Tibi [12] adhæ-
sit anima mea: tanto; dextera tua me [13] sustulerit.
9 Isti verò (, qui) animam meam devastare quærunt,
subibunt [14] infima terræ: [15] Adigent eos in aciem gladii,
[16] feris vulpibus erunt.
10 [17] Rex autem [18] in Deo lætabitur, gloriabitur [19]
quisquis per ipsum iuramento: nam os illorum [20] qui
mendacium loquuntur, obstruetur.

PSALM. LXIV.

Præfecto cantorum oda Dauidis.

1 AVdi Deus [1] vocem meam in querimonia mea, ser-
ua vitam meam [2] ab hostis formidine:
2 [3] Absconde me a consilio malorum, & à tumultu o-
perantium iniquitatem:
3 Qui [4] linguam suam instar gladii exacuunt, [5] &
ceu tenso arcu amara verba pro sagittis eiaculantur: Vt
in abscondito [6] innocentem [7] feriant.
4 Subito [8] feriant eum nec quicquam metuunt. [9] Cor-
roborant se in re mala:
5 Commentantur inter se [10] de abscondendis laqueis:
Dicunt enim quis videbit [11] eos:
6 Vestigant [12] malitias: perpvestigatam vestigatio
nem.
7 [13] Absconderunt quisq; in intimo, cordeq; profundo.
8 (At) [14] Deus sagitta illos subito feriet qua plagis af-
ficientur: [15] Prosternentq; super se linguam suam:

* Aug. semel supponit pro firmiter, inconcusse. Licet inquit, pro vno verbo etiam intelligi potuit. H.e. Deus sæpe cōtestatus est in sua lege & prophetis se esse potentissimum. 26 sub. per prophetas. 27 sub. à prophetis. 28 i. quod Deus valet viribus & potentia, & ob id possit de peccatoribus pœnas sumere. 29 sub. etiam audiuimus quod etiam tibi &c. Personæ mutatio. 30 Vel, misericordia. i. clementia. 31 quia tu rependes, q.d. nam in bonos eris misericors: in malos autem, declarabis fortitudinem tuam.

PSALM. LXIII. 1. i. Ziph, quod erat in tribu Iuda. Describit quomodo se habeat fidelis in medio tribulationibus. 2 Vel, O Deus [illegible] fortis [illegible] ... [illegible] manus Saulis persequentis me inique. 3 (propterea) summo mane &c. i. singulis diebus mane conuertor ad te in oratione. 4 Depingit desertum. q.d. totus ardeo desiderio tui dum sum exterris a loco vbi colere. 5 Sic (vel, Pari modo) in sancto videre te cupiam. i. Non minori affectu [illegible]

cupiam in loco sanctuarii [illegible], nempe ut Nob, in quo tum erat arca. Hoc dicit quod vbi erat arca, sol [illegible] Deus ostendere responsa quæ dabat, potentiam suam, & [illegible] 6 [illegible] est misericordia, vel, clementia tua, vita ipsa [illegible] ... commendabo te [illegible] vita mea. 7 [illegible] ... [illegible] 8 Ab. [illegible] Alii manus recte, leuabo manus meas, [illegible] in nomine tuo, id est, robore & auxilio [illegible] 9 Hebr. [illegible] explebitur velut adipe & pinguedine. i. optimis diuinisq; [illegible] ... 10 Et, quum memor tui sum super strata mea, & quum meditor de te in [illegible] q.d. Perfundor summa delectatione quando laudo te, & [illegible] quum in lecto meo iaceo, tum [illegible] quando de tua clementia cogito per vigilias noctis nocturnas. Apud Hebræos tres erant vigiliæ, [illegible] quartam. [illegible] ... pluralī numero, quia subinde [illegible] cogitatione loquimur [illegible] 11 [illegible] ... 12 [illegible] sub per summum amorem. 13 sustentauit. i. quia frequenter auxilio tuo sustentatus sum. Per dexteram, auxilium [illegible] ... 14 [illegible] ... [illegible] Sauli. [illegible] ... gladio suo. Verum [illegible] ... 16 [illegible] vulpibus & feris in escam. [illegible] ... 19 Omnis qui timet Deum [illegible] ... Dauidem persecutus est Saulem.

PSALM. LXIIII. 1 Chaldæus paraph. orationem meam. Heb. [illegible] hunc psalmum editum, quum fugeret Dauid à facie Saul. Diuinam opem implorat contra linguas virulentas. 2 [illegible] ... mihi vita. 3. i. Serua me in loco tuto positum, ne [illegible] ... 4 [illegible] sagittas [illegible] ... & me apud Saulem [illegible] 5 Heb. [illegible] ... Declarat quid per sagittas intelligat [illegible] sermone [illegible] ... 6 [illegible] ... 7 sagittis [illegible] sub. apud Saulem. 8 [illegible] ... 9 Heb. [illegible] ... Multis, inquit, verbis corroborant [illegible] ... 10 [illegible] ... [illegible] ... 14 [illegible] ... 15 Heb. Et impingere facient eam linguam suam contra se. [illegible] ... ferernat in lingua sua in ipsos impingeret, suis delationibus perituri sunt.

16 excogitabuntur, vel, commouebuntur. q. d. quisquis viderit supplicium eorum, trepidabit siue commouebitur præ timore.
17 siue, prædicabunt. dicent Deum hoc fecisse iusto iudicio. Præterita apud Hebræos pro futuris.
18 Intelligent.
19 sperabit (vel, sperare perget) in eo. De se loquitur Dauid in tertia persona. q.d. Ego qui sum iustus in hac causa, gaudebo de conquisitiensfecerit, & sperare pergam in eo & omnes mente recta prædit, qui toti a Deo pendent. & proximum lædere non sustinent, se se iactabunt de ope quam Deus intulerit. Vel, Lætabuntur iusti tui videntes, sui audientes [illegible] tem hostium [illegible] & sperent Deo fidere.

9 *Quicunque aspexerint eos,[10] [illegible] Videbunt [illegible].*

10 *Et[17] narrabunt opus Dei, & opera eius[18] prudenter expendent.*

11 *Lætabitur iustus in Domino, & [19] se fidei illius committet: & omnes recti corde gloriabuntur.*

9 Conturbati sunt omnes qui videbant eos: & timuit omnis homo.

10 Et annunciauerunt opera Dei: & facta eius intellexerunt.

11 Lætabitur iustus in Domino, & sperabit in eo: & laudabuntur omnes recti corde.

PSALM. LXV.

Præfecto cantorum,[1] Psalmus Dauidis, & Canticum.

1 *Tibi ô Deus[2] silentium laus in Sion[3] tibi persoluetur votum.*

2 *[4] Tu exaudis precem: [hinc] omnis caro ad te veniet.*

3 *[5] Ratio iniquitatum superârat nos,[6] Tu vero transgressiones nostras expiasti.*

4 *Beatus quem[7] elegeris,[8] quem tibi adhibueris:[9] Habitabit enim ille in atriis tuis:*

5 *[10] Satiabitur bonis domus tuæ[11] & sacris templi tui.[12] Terribilia in iustitia respondebas nobis.*

6 *O Deus salus nostra,[13] o asylum omnium finium terræ, quique remoti in mari degunt.*

7 *[14] Qui montes virtute sua firmat, accinctus potentia:[15] Qui compescit strepitum marium, strepitum vndarum eorum, & fragorem populorum.*

8 *Et timebunt[16] à signis tuis, quicunque extremos fines inhabitant: [17] Facis exire exitus matutini & vespertini [temporis.]*

9 *[18] Visitasti terram, & irrigasti eam, ditasti eam ampliter.*

10 *[19] Riuus Dei aquis exuberat: tu[20] paras eis frumentum, quando eandem sic illam[21] restituis.*

11 *[22] Irrigas liras eius, & [23] quietem reddis sulcos eius:[24] Facis eam guttis colliquescere, & [25] germen eius feliciter prouenire facis.*

12 *[26] Coronas annum tuis bonis, & [27] vehicula tua stillant pinguedinem.*

13 *[28] Stillant pinguedine, speciosa pascua deserti, collesque exultatione[29] accinguntur.*

14 *Vestientur[30] campi gregibus & [31] valles amicientur frumento[32] iubilabunt atque canent.*

PSALM. LXIIII.

In finem, Psalmus David, Canticum Ieremiæ & Ezechielis populo transmigrationis, quando incipiebant proficisci.

1 TE decet hymnus Deus in Sion: & tibi reddetur votum in Jerusalem.

2 Exaudi orationem meam: ad te omnis caro veniet.

3 Verba iniquorum præualuerunt super nos: & impietatibus nostris tu propitiaberis.

4 Beatus quem elegisti & assumpsisti: inhabitabit in atriis tuis.

5 Replebimur in bonis domus tuæ: sanctum est templum tuum, mirabile in æquitate.

6 Exaudi nos Deus salutaris noster: spes omnium finium terræ, & in mari longe.

7 Præparans montes in virtute tua, accinctus potentia: qui conturbas profundum maris, sonum fluctuum eius.

8 Turbabuntur Gentes, & timebunt qui habitant terminos, à signis tuis: exitus matutini & vesperæ delectabis.

9 Visitasti terram, & inebriasti eam: multiplicasti locupletare eam.

10 Flumen Dei repletum est aquis: parasti cibum illorum: quoniam ita est præparatio [a] eius.

11 Riuos eius [b] inebria, multiplica genimina eius: in stillicidiis eius lætabitur germinans.

12 Benedices coronæ anni benignitatis tuæ: & campi tui replebuntur vbertate.

13 Pinguescent speciosa deserti: & exultatione colles accingentur.

14 Induti sunt arietes ouium, & valles abundabunt frumento: clamabunt, etenim hymnum dicent.

A Gratiarum actio est: continens laudes diuinas ob præstita beneficia populo, qui antea fuisset penuria rerum ob peccata. 2. Reg. 21.

[a] tua.
[b] inebrians.

PS. LXV.

1 psalmus Dauidis qui est velut canticum. Ostendit Dauid Deum esse laudandum. Vaticinatur de futura regni Christi felicitate, quod omnibus bonis ornatum fore prædicitur.

PS. LXV.

2 id est, tacet laus, q. d. Tanta sunt opera tua, vt nemo te laudare digne possit in Ecclesia. Alii rectius, Te expectat laus, ô Deus, in Sion. q.d. Te summis laudibus prædicandum expectat Ecclesia, ô Christe. Sion Ecclesiam adumbrabat, vbi tempore Dauidis Deus cœpit coli. 3 Ideo tibi dictum votum, hic significat prædicationem bonitatis & clementiæ tuæ, q.d. gratiæ tibi agentur ob beneficia accepta.

4 Hebr. Audiens (subaudi) orationem: vsque ad te omnis caro veniet. Ante Christum orationes nostræ non exaudiebantur: vnde dicit, exaudies orationes nostras: & omnes se adiungent regno tuo. Magnitudinem regni Christi ostendit. 5 Hebr. Verba iniquitatum præualuerunt mihi: vel, Rationes iniquitatum, hoc est, Iniquitates. Ostendit Christum facturum homines vt peccata fidelium deleret. De se autem loquitur in persona omnium. q. d. [illegible]

6 scelera nostra tu condonabis [illegible] 7 Deus [illegible]

[illegible]

14 Coronabis annum bonitate tua vel, [illegible] bonitatem & clementiam tuam [illegible]

[illegible] 34 sub. homines, summa exultatione canent carmina in honorem Dei.

A Gratiarum actio est, qua commemorat beneficia Dei, qui ex maximis periculis grauissimorum hostium in statum tranquilliorem & feliciorem reduxit.

PSALM. LXV.

In finem, Canticum psalmi resurrectionis.

1 IVbilate Deo omnis terra, psalmum dicite nomini eius: date gloriam laudi eius.

2 Dicite Deo, Quam terribilia sunt opera tua Domine: in multitudine virtutis tuæ mentientur tibi inimici tui,

3 Omnis terra adoret te, & psallat tibi: psalmum dicat nomini tuo.

4 Venite, & videte opera Dei: terribilis in consiliis super filios hominum.

5 Qui conuertit mare in aridum, in flumine pertransibunt pede: ibi lætabimur in ipso.

6 Qui dominatur in virtute sua in æternum, oculi eius super Gentes respiciunt: qui exasperant nõ exaltentur in semetipsis.

7 Benedicite Gentes Deum nostrum, & auditam facite vocem laudis eius,

8 Qui posuit animam meam ad vitam: & nõ dedit in commotionem pedes meos:

9 Quoniam probasti nos Deus: igne nos examinasti, sicut examinatur argentum.

10 Induxisti nos in laqueum, posuisti tribulationes in dorso nostro: imposuisti homines super capita nostra.

11 Transiuimus per ignem & aquam: & eduxisti nos in refrigerium.

12 Introibo in domum tuam in holocaustis: reddam tibi vota mea, quæ distinxerunt labia mea,

13 Et locutum est os meum in tribulatione mea.

14 Holocausta medullata offeram tibi cum incenso arietum: offeram tibi boues cum hircis.

15 Venite, & audite: & narrabo (omnes qui timetis Deum) quanta fecit animæ meæ.

16 Ad ipsum ore meo clamaui, & exaltaui sub lingua mea.

17 Iniquitatem si aspexi in corde meo, non exaudiet Dominus.

18 Propterea exaudiuit Deus, & attendit voci deprecationis meæ.

19 Benedictus Deus qui non amouit orationem meam, & misericordiam suam a me.

PSALM. LXVI.

In finem, in hymnis Psalmus cantici David.

1 DEus misereatur nostri, & benedicat nobis: illuminet vultum suum super nos, & misereatur nostri:

PSALM. LXVI.

Præfecto cantorum [1] canticum Psalmi.

1 [2] *IVbilate Deo omnis terra.* [3] *Canite gloriam nominis eius,* [4] *reddite gloriam laudis eius.*

2 *Dicite* [5] *Deo,* [6] *Quam suspiciendus es in operibus tuis! ob amplitudinem* [7] *virtutis tuæ* [8] *supplices tibi erũt (licet falsò) hostes tui.*

3 *Te adorabunt omnes (habitatores) terræ, & psallent tibi,* [9] *psallent nomini tuo. Sela.*

4 *Huc agite, contemplamini opera Dei,* [10] *quàm stupenda sint eius consilia super filios hominum.*

5 [11] *Mutauit mare in aridam, fecit vt pedibus* [12] *flumen transirent,* [13] *ibi in eo lætabamur.*

6 *Virtute sua* [14] *ab æterno imperat, oculi eius* [15] *Gentes contemplantur,* [16] *defectores haudquaquam sese extollent.* [17] *Sela.*

7 *Prædicate ô populi Deum nostrum, &* [18] *efficite vt audiatur vox laudis eius.*

8 *(Hic est) qui animam nostram* [19] *seruauit in vita, nec permisit vacillare pedes nostros.*

9 [20] *Etiam si explores nos ô Deus, & excoquas nos vt argentum excoquitur:*

10 [21] *Inducas nos in laqueum,* [22] *catenam ponas in lumbis nostris:*

11 [23] *Patiaris vt homines super capita nostra inequitent, veniamus in ignem & aquam: educis tamen nos in refrigerium.*

12 *Ingrediar (ergo)* [24] *domum tuam cum* [25] *holocaustis, vota mea tibi persoluam,*

13 [26] *Quæ effuterunt vt aperirem labia mea, & vt loqueretur os meum cum essem in angustiis.*

14 *Holocausta* [27] *pinguia offeram tibi,* [28] *cum incenso arietum,* [29] *faciam boues & hircos. Sela.*

15 [30] *Venite, audite omnes qui Deum timetis, narrabo quænam* [31] *animæ meæ fecerit.*

16 [32] *Ad ipsum ore meo clamaui, &* [33] *lingua mea exaltatus est.*

17 [34] *Si iniquitatem respexissem in corde meo, non exaudisset (me) Dominus.*

18 [35] *Iam autem exaudiuit Deus, & vocem precationis meæ attendit.*

19 [36] *Laudandus Deus, qui nec precem meam* [37] *repulit, nec* [38] *benignitatem suam à me (* [39] *subduxit.)*

PSALM. LXVII.

Præfecto cantorum [1] psalmus & carmen [2] ad instrumenta musica.

1 DEus misereatur nostri, & [3] benedicat nobis, atque [4] illustret inter nos lumen vultus sui. Sela.

1 Quidam Hebræi [illegible] hunc psalmum scriptum fuisse a cantore aliquo, quod nomen Dauidis in titulo non exprimatur. Verum non minus est Dauidis quam primus & secundus. Gratulatio est de liberatione populi Israelitici, vnde in illo laus Dei prædicatur.
2.3. Vos quicunque terram habitatis, cum lætitia quadam Domino gratias agite pro beneficiis acceptis.
3 gloriam nominis, i. gloriosi nominis eius. Celebrate nomen eius gloriosum.
4 Heb. ponite gloriam laudem eius. Pro summa gloria ducite Deum laudare: eo tendant omnes laudes vestræ vt glorificetur nomen Dei.
5 i. de Deo.
6 Apud Hebræos singulare numero est plurale operatio: ideo sic vertendum, Quàm terribile est vnumquodque operum suorum?
7 vel, roboris tui. Dum senserint robur tuum.
8 mentientur (vel, mentiri solent): Semimitti [illegible] quæ [illegible] se fecisse quod fecerunt, negant [illegible] cum videant & recordantur [illegible]

[illegible] Id est, … vt considerenus nomen Dei esse … laudandum. [illegible]

2 Vt [1] cognoscatur in terra via tua, (&) in omnibus gentibus salus tua.

3 [6] Celebrent te populi ô Deus, celebrent te populi vniuersi.

4 Gaudeant nationes, & cunent quod [7] iux reddas en aequitate populum, & nationes in terra [8] deducas Sela.

5 Celebrent te ô Deus, populi celebrent te populi vniuersi. [9] Terra vero reddat prouentum suum, & benedicat nobis Deus, Deus inquam noster.

6 Benedicat nobis Deus, & metuant eum quicunque ad fines orbis vsque habitant.

2 Vt cognoscamus in terra viam tuã: in omnibus gentibus salutare tuum.

3 Confiteantur tibi populi Deus: confiteantur tibi populi omnes.

4 Lætentur & exultent gentes quoniam iudicas populos in æquitate, & gentes in terra [a] dirigis.

5 Confiteantur tibi populi deus, confiteantur tibi populi omnes, terra dedit fructum suum.

6 Benedicat nos Deus Deus noster, benedicat nos Deus: & metuant eum omnes fines terræ.

Margin: Cognoscãt. (subaud. homines) in terra viam tuam (&) in omnibus gentibus salutem tuã. Transit a 3 persona ad 2 ... Ora ... ipsi quoque mortales ... terra degunt, agnoscant viam tuã, hoc est, institutum tuum consilii ... salutem per filiũ tuum, & salutem tuam, siue opem tuam salutiferã quo modo liberasti nos è manu diaboli. Via n. institutum, ratio viuendi, d. ampla ma & religio in sacris æquiualet. 6. q. d. mitte filiũ tuum ô Deus, vt populi totius orbis habeant occasionem te laudandi. 7 Iudicabit ex æquitate populos, id summa æquitate recturus est & moderaturus, iudicum & Regum more, quia olim populus a iudicibus regebatur. 8 deduces, more ... Pastoris Sela addidit, vt ostendat fœlicitaté Christianorum quæ habeãt Christũ iudicẽ & Rectorẽ, qui nos reget & iudicabit pro sua misericordia non pro sceleribus nostris. 9 ... fidelea ... quæ ab eis ... requirit ... legatur ... (dabit) ostendat omnia ... quæ regnum ... Deo pendeamus, tunc terra dabit fructum suum & cumulabit nos omnibus bonis.

Ora t totius populi nomine, vt regnũ Dei quã latissime inter ipsos propagetur, imo per vniuersum mundum.
[a] dirigis.

PSALM. LXVIII.

Præfecto cantorum [1] Psalmus & canticum [2] Dauidis.

1 Simul atque [3] exurgit Deus, inimici eius dispergũtur, & fugiunt [4] à conspectu eius qui ipsum odio habent.

2 [4] Quemadmodum [5] dispellitur fumus, ita dispellis (eos:) & sicut cera colliquescit ab igne, (sic) dispereunt impii à conspectu Dei.

3 Iusti autem coram Deo gaudent: & lætantur & præ gaudio gestiunt.

4 Cantate Deo, psallite nomini eius, [6] munite viam ei qui supremo cælo inequitat, [7] in Iah nomine eius.

5 Exultate [8] coram illo. [9] Pater est pupillorũ & causam agit viduarum.

6 Deus (quamuis habitet) in habitaculo sanctitatis sua. Deus [10] qui orbis restituit familiam.

7 Educit qui vincti tenentur catenis. [11] Desertores autem terram torridam inhabitabunt.

8 Deus cum tu ante populum tuum [12] progrederetis, cum incederes per desertum, [13] Sela.

9 Terra mouebatur & cæli [14] destillabant, coram Deo, quemadmodum (tremuit) [15] iste Sinai coram Deo, Deo inquam Israelis.

10 Ex [16] munificentia ô Deus, pluuiam destillabas hæreditati tuæ, & [17] laborantem confirmabas.

11 Vt [18] in ea habitaret [19] grex tuus, [20] præparasti pro bonitate tua pauperi ô Deus.

12 Dominus dabat verbũ [21] annunciatricibus magni exercitus.

13 Reges [22] ingentibus copiis instructi, fugerunt, fugerunt inquam: [23] quidemmi desidebant, diuiserunt spolia.

14 Etiamsi iacueritis inter [24] ollas, (eritis postea vt penna columbæ [25] argento obducta, cuius ala [26] fuluæ sunt auro purissimo.)

15 Cum dissiparet omnipotens [27] in ea Reges, [28] candescebat veluti nix in Salmon.

16 [29] Mons Dei (est sicut) Basan, [30] mons qui cacumina abundat, mons Basan. [31] Quare inuidetis vos montes cacuminosi, monti huic.

PSALM. LXVII.

In finem, Psalmus cantici ipsi Dauid.

1 Exurgat Deus, & dissipentur inimici eius: & fugiant qui oderunt eum, à facie eius.

2 Sicut deficit fumus, deficiant: sicut fluit cera à facie ignis, sic pereant peccatores à facie Dei.

3 Et iusti epulentur, & exultent in conspectu Dei: & delectentur in lætitia.

4 Cantate Deo, psalmum dicite nomini eius: iter facite ei qui ascendit super occasum: Dominus nomen illi.

5 [a] Exultate in conspectu eius, turbabuntur à facie eius, patris orphanorum, & iudicis viduarum.

6 Deus in loco sancto suo: Deus qui inhabitare facit vnius moris in domo:

7 Qui educit vinctos in fortitudine, similiter eos qui exasperant, qui habitant in sepulchris.

8 Deus cum egredereris in conspectu populi tui, cum pertransires in deserto:

9 Terra mota est, etenim cæli distillauerunt à facie Dei Sinai, à facie Dei Israel.

10 Pluuiam voluntariam segregabis, Deus, hæreditati tuæ: & infirmata est, tu verò perfecisti eam.

11 Animalia tua habitabunt in ea: parasti in dulcedine tua pauperi, Deus.

12 Dominus dabit verbum euangelizantibus virtute multa:

13 Rex virtutum dilecti dilecti: & speciei domus diuidere spolia.

14 Si dormiatis inter medios cleros, pennæ columbæ deargentatæ, & posteriora dorsi eius in pallore auri.

15 Dum discernit cælestis reges super eam, niue dealbabuntur in Selmon:

16 Mons Dei, mons pinguis. Mons coagulatus, mons pinguis: vt quid suspicamini montes coagulatos?

Margin: A Gratiarũ actio pro victoriis quas contulit Deus Dauidi contra hostes potentissimos & ferocissimos, quales erant Ammonitæ.
[a] Ite

B

PSAL. LXVIII.
1 Psalmus siue canticum. Psalmus de victoriis Syria & Idumæa 2 Reg. 8. 2 Possunt hæc dici, quasi precetur David aut potius optet aut quasi vaticinetur futuram ... [illegible] ... simul atque exurgit Deus ... 3 Idest, ... 4 Vel, quo modo facile. 5 Sub ... Vel, quam facile ... 6 Exaltate inquam, cum ... [illegible]

... [illegible] ... Sela addit ... [illegible] ... 18 Mons Salmon ... [illegible] ... 28 ... Mons ... Basan ... [illegible] ... 30 Hebr. mons cacuminum ... [illegible] ... mons iste, de quo ego loquor, est mons, in quo Deus ... habitare.

17 Mons

17 Mons in quo beneplacitum est Deo habitare in eo: etenim Dominus habitabit in finem.

C 18 Currus Dei decem millibus multiplex, millia lætantium: Dominus in eis in Sinai in sancto.

19 ‖ Ascendisti in altum, cepisti captiuitatem: accepisti dona in hominibus:

Ephes. 4. b

20 Etenim non credentes, inhabitare Dominum Deum.

21 Benedictus Dominus die quotidie: prosperum iter faciet nobis, Deus salutarium nostrorũ.

22 Deus noster Deus saluos faciendi: & Domini Domini exitus mortis.

23 Verumtamen Deus confringet capita inimicorum suorum: verticem capilli perambulantium in delictis suis.

24 Dixit Dominus, Ex Basan conuertam, conuertam in profundum maris:

25 Vt intingatur pes tuus in sanguine: lingua canum tuorum ex inimicis, ab ipso.

26 Viderunt ingressus tuos Deus, ingressus Dei mei, regis mei qui est in sancto.

27 Præuenerunt principes coniuncti psallentibus, in medio iuuencularum tympanistriarum.

28 In ecclesiis benedicite Deo Domino, de fontibus Israel.

29 Ibi Beniamin adolescentulus in mentis

D excessu.

30 Principes Iuda, duces eorum: principes Zabulon, principes Nephthali.

31 Manda, Deus, virtuti tuæ: confirma hoc, Deus, quod operatus es in nobis.

32 A templo tuo in Ierusalem, tibi offerent reges munera.

33 Increpa feras arundinis, congregatio taurorum in vaccis populorum: vt excludant eos qui probati sunt argento. Dissipa gentes quæ bella volunt.

34 Venient legati ex Ægypto: Æthiopia præueniet manus eius Deo.

35 Regna terræ cantate Deo: psallite Domino.

36 Psallite Deo qui ascendit super cælum cæli, ad orientem.

37 Ecce dabit voci suæ vocem virtutis, date gloriam Deo, super Israel magnificentia eius, & virtus eius in nubibus.

38 Mirabilis Deus in sanctis suis, Deus Israel ipse dabit virtutem & fortitudinem plebi suæ, benedictus Deus.

17 *Quum Deo volupe sit habitare in eo, quin [hunc] perpetuo inhabitabit Dominus.*

18 [32] *Equitatus Dei, [habet] bis dena millia, [imò]* [33] *multa [millia] angelorum: Dominus inter eos [sicut] in Sinai,* [34] *in sanctuario.*

19 [35] *Ascendisti in altum, cepisti captiuitatem, ac cepisti dona in hominibus.*

20 *Etiam defectores, vt* [36] *habitet Dominus Deus.*

21 *Laudandus Dominus, qui* [37] *nos quotidie cumulat [beneficiis,]* [38] *Deus salutis nostra, Sela.*

22 *Deus noster,* [39] *Deus ad salutes, Domini Dei exitus* [40] *mortis.*

23 [41] *Verumtamen vulnerat Deus caput hostium suorum, verticem capillatum eorum qui in delictis ambulant.*

24 *Dixerat Dominus,* [42] *Restituam [meos, velut olim] ex Basan,* [43] *restituam [vt olim] ex profundis maris.*

25 *Propterea pes tuus, & lingua canum tuorum sanguine rubet* [44] *ab inimicis, ab ipso.*

26 [45] *Viderunt incessus tuos ô Deus, incessus Dei mei, regisque mei, qui est in sanctuario.*

27 *Præcedebant cantores, post [hos] ludentes musicis instrumentis:* [46] *in medio, puellæ tympana [pulsantes.]*

28 *Vos qui estis de* [47] *vena Israelis, in cœtibus laudate Dominum Deum.*

29 [48] *Ibi Biniamin* [49] *paruulus, qui potestate inter eos fungebatur.*

30 *Principes Iudæ* [50] *lapis illorum, principes Zebulon, principes Naphtali.*

31 [51] *Mandauit Deus tuus robur tuum,* [52] *robora ô Deus quod fecisti nobis.*

32 [53] *A templo tuo Ierosolymis, tibi offerant reges munera.*

33 [54] *Increpa cœtum hastatorum, cœtum validorum, cum vitulis populorum qui sese contumaces præbent, vt cum fragmentis argenti (veniant.)*

34 [55] *Dissipa gentes quibus bella cordi sunt.* [56] *Venient (propter hoc) optimates ex Ægypto, Æthiopia celeriter manus suas Deo* [57] *protendet.*

35 *Regna terræ cantate Deo psallite Domino.* [58] *Sela.*

36 *Equitanti super cælos cælorum* [59] *ab initio.*

37 *En edit* [60] *vocem suam, vocem præualidam.* [61] *Tribuite Deo fortitudinem, cuius magnificentia est super Ierusalem, cuius fortitudo est in æthere.*

38 *Tremendus es ô Deus* [62] *de sanctuariis tuis, Deus Israelis ipse dat robur populo, (propterea) laudandus Deus.*

32 quo habitet futurus mortem Sion. Alii Currus legunt. Ostēdit autem vnde futura victoria. 33 vel, millia secunditatis. i. quæ statuuntur secūdo loco. & Dominus est in ea secundaria. 34 vel, in sacrario. i. in hoc mōte Dei sancto est. 35 Apostrophe, & personæ mutatio. Exaltatus eras excelsis, (i. Consequutus es honorem excellentem,) abduxisti quos captiuos habere: (i. victos) & ipsi homines dediderunt se tibi: etiam rebelles acceptis, vt inhabitent (tabernaculum) Domini Dei sui. 36 inhabitent (sub. tabernaculum) Domini Dei sui. 37 quotidie cumulat nobis. sub. aliquid. vel, onerat nos sub. bonis & beneficiis. 38 vel, Deus seruator noster aut salus nostra. Sela addit, vt consideremus quātus sit Deus suorum studiosus. 39 vel, Deus salutarium, vt quidam voluntt vel salutum, sitta decerentur. i. a quo nihil nisi salutem percipimus. Quidam contra vertunt, Deus ipse est nobis Deus in salutes. i. seruare soles nos. 40 sunt ad mortem. i. multas vias habet quibus perdat impios. 41 Tantum. i. solus Deus sine auxilio cuiusquam. 42 Videtur similitudo

PSALM LXVIII.

In finem pro iis qui commutabuntur, Dauid.

A

Dauid typus Christi.

1 Saluum me fac Deus, quoniam intrauerunt aquæ vsque ad animam meam.

PSALM LXIX.

Præfecto cantorum super [1] lilia (carmen Dauidis.)

1 *Seruato me Deus, quoniam penetrarunt* [2] *aquæ ad animam vsque.*

litudo esse, Restituam vt olim. Num. 21. & Exod. 14. Alii sequet, Auertam ex Basan. sub hostes Syros cum aliis. Alii melius, Reducā de Basan. i. de loco periculoso qualis fuit Basan, vbi Og rex Basan fuit victus, [illegible] 43 reducam sub. incolumes & saluos. &c. Alludit ad egressum filiorum Israel ex Ægypto. 44 sub. [illegible] & ipso duce eiusxo. [illegible] Israel, rubeat sanguine inimicorum, (&) lingua canum tuorum (tuorū. sc. sanguine) inimicorum tuorum [illegible] Relatiuum singulare [illegible] q.d. non tantum seruabo vos incolumes, sed etiā vos reddā victores. 45 [illegible] tibi [illegible] in atrio sancto gratias agentis. 46 sub. musicorum. 47 vel, fonte. [illegible] 48 Dixit quatuor tribus [illegible] 49 paruus domi[illegible] q.d. qui etsi sit paruus & [illegible] numero, superauit tamen illos [illegible] Deum. 50 Lapis pro robore [illegible]

51 [illegible] 52 robur [illegible] 53 A templo [illegible] Ierusalem & [illegible] sub Christo factum. 54 Increpa [illegible] populus) [illegible] cum fragmentis argenti [illegible] cum fragmentis argenti, id est, [illegible] tibi argentum signatum, tanquam tributum. [illegible] 55 dissipasti. 56 i. propter hoc miraculum [illegible] Deo non solum Ægyptus, sed etiam Æthiopes. 57 Heb. currere faciet, i. prompte Deo offeret munera, testando obedientiam. 58 Hoc adiecit vt consideremus præcipuum munus piis esse Deum laudare. 59 antiquitatis [illegible] Immobilitatem cælorum significat. 60 i. tonitru. 61 i. Referte Deo acceptas vires omnes: vel, Laudate Deum a potentia, quæ non minus est mirabilis in iis quæ in gratiam Israelis facit, quam quæ in nubibus. q.d. magnificentia & potentia Dei apparet in Israele, [illegible] 62 [illegible] tribus partibus, Dei, [illegible], & [illegible] templo suo, [illegible] habitans in templo suo. Ps. LXIX. 1 [illegible] Hebræam [illegible] quod decantatus fuit hic psalmus. Quærimus de malis quod fideles affligunt. 2 Per aquas, grauissimas tribulationes significat. q.d. eo veni, vt de vita periclitarer, & prope suffocer.

1 Et non est (id est, nulla membrorū meorum) quod [illegible]. Vel, [illegible] fere queat. 4 [illegible] aquæ [illegible] sum. [illegible], Gallice, le [illegible] l'eaue. 5 dum expectabam Deum meū. 6 Metaphora ab iis quos falso iurans [illegible] suspicamur. Cogebar luere pœnas pro flagitiis quæ non commiseram. 7 Heb. stultitiam meam, i. si quid stulte egerim. 8 Causam suam communem facit cū omnibus piis. Si me qui a te pendeo non exaudis, cæteri quo que omnes in te sperantes pudefient, quasi frustra fidentes tibi, qui non liberes sperantes in te. Timent, ne ignominiæ pateant, pudore suffusi, sed sœuentius quærant te. 9 i. Reiecerunt me & se etiā fratres mei. quod mihi accidit, quia zelus &c. 10 Quia zelus [illegible] gens Studium quod gero pro gloria tua. 11 Hoc est, probra quæ impii in te iaculantur, me tetigerunt: probra quibus te afficiunt, me tam magis læserunt, ac si in meā sint facta. Vel potius, Reiecerunt me quia præ zelo honoris tui tenebar, & quia excepi probra eorum qui te probris afficiebant: quā te probris afficiebant, putabāt se in me maledicta congerere.
12 Heb. animam meam, hoc est, meipsum. vel corpus meum. Nam anima Hebraice sæpe pro corpore [illegible].
13 Heb. & fuit [illegible] in opprobria mihi [illegible] causa [illegible] [illegible] affectus sum, quod [illegible] te probris afficit.

2 *Demersus sum in limum profundissimum, in quo non est fundum.*

3 *Decidi in profundissimas aquas, & unda obruit me.*

4 *Defessatus sum vociferando, aridum est factum guttur meum. Defecerunt oculi mei, suspiciendo ad Deum meum.*

5 *Qui immeritò me odio prosequuntur, plures sunt quam capilli capitis mei.*

6 *Praeualuerunt qui absque causa me oderunt, inimici mei, ut quæ non rapui, rependere cogar.*

7 *Tu nosti o Deus quæ per ignorantiam admisi, & delicta mea te haudquaquam latent.*

8 *Ne pudefiant in me o Domine Domine exercituum qui te expectant.*

9 *Ne ignominia afficiantur in me ô Deus Israelis qui te studiosè quærunt:*

10 *Nam tui causa [hoc] opprobrium fero, faciem meam ignominia obtexit:*

11 *Alienus factus sum fratribus meis, extraneus filiis matris meæ.*

12 *Æmulatio enim pro domo tua exedit me, & probra eorum qui te probro afficiunt, in me reciderunt.*

13 *[Si quando] fletu & ieiunio affligebam me, idipsum quoque probro mihi vertebatur.*

14 *Sacco me pro veste inuoluebam, sic quoque fabula illis fiebam.*

15 *De me fabulantur qui desident in porta, & carmina [canunt] qui siceram bibunt.*

16 *At ego preces meas ad te ô Domine, siquando tempus sit ô Deus.*

17 *Deus ob multam bonitatem tuam propitium te exhibeto, annue mihi pro fide tua qua opem ferre soles.*

18 *Eripe me è luto ne demergar, [fac] eripiar ab aquis profundis:*

19 *Ne me obruant undæ aquarum, neve deglutiat vorago, neque super me os suum puteus claudat.*

20 *Annue mihi o Domine, quandoquidem benigna est bonitas tua: respice ad me iuxta multitudinem miserationum tuarum.*

21 *Et ne faciem tuam à seruo tuo abscondas, nam affligor, propterea, annue mihi.*

22 *Accede propius ad animam meam ut eam adseras: libera me propter inimicos meos.*

23 *Tu nosti quid feram opprobrii, quid pudoris, quid ignominiæ.*

24 *Coram te [sunt] qui me infestant. Opprobriū frangit cor meum, afflictor:*

25 *Et expecto si quis [mei causa] circumcursitet, sed nemo est: consolatores [expecto,] nec inuenio.*

26 *Et dederunt in cibo meo fel, & quum sitirem, potarunt me aceto.*

27 *Sit illis mensa sua laqueus: & ubi pacem sperant, illic impingant:*

28 *Obtenebrentur oculi eorum ne videant, & lumbos eorum fac semper labascere.*

29 *Effunde super eos furorem tuum, & æstus iræ tuæ apprehendat illos:*

30 *Palatium eorum desolatum reddatur, nec sit qui tabernacula eorum inhabitet.*

2 Infixus sum in limo profundi: & non est substantia. *Christus in angustia mortis inuocat Deum.*

3 Veni in altitudinem maris, & tempestas demersit me.

4 Laboraui clamans: raucæ factæ sunt fauces meæ: defecerunt oculi mei, dum spero in Deum meum.

5 Multiplicati sunt super capillos capitis mei qui oderunt me gratis.

6 Confortati sunt qui persecuti sunt me inimici mei iniuste: quæ non rapui, tunc exsoluebam. *Propter peccata nostra patitur Christus.*

7 Deus tu scis insipientiā meam: & delicta mea à te non sunt abscondita.

8 Non erubescant in me qui expectant te Domine: Domine virtutum. *Precatur ne ob afflictiones suas auertantur fideles à se.*

9 Non confundantur super me qui quærunt te, Deus Israel.

10 Quoniam propter te sustinui opprobrium: operuit confusio faciem meam. B

11 Extraneus factus sum fratribus meis, & peregrinus filiis matris meæ.

12 Quoniam zelus domus tuæ comedit me: & opprobria exprobrantium tibi, ceciderunt super me. *Iohan 2.d Roman 15.a Christus satisfactio pro peccato.*

13 Et operui in ieiunio animam meam: & factum est in opprobrium mihi. *Irrisiones Christo factæ.*

14 Et posui vestimentum meum cilicium: & factus sum illis in parabolam. *Non cessat orare in angustiis.*

15 Aduersum me loquebantur qui sedebant in porta: & in me psallebant qui bibebant vinum.

16 Ego verò orationem meam ad te Domine: tempus beneplaciti Deus.

17 In multitudine misericordiæ tuæ exaudi me, in veritate salutis tuæ.

18 Eripe me de luto ut non infigar: libera me ab iis qui oderunt me, & de profundis aquarum.

19 Non me demergat tempestas aquæ, neque absorbeat me profundum: neque urgeat super me puteus os suum.

20 Exaudi me Domine quoniam benigna est misericordia tua: secundum multitudinem miserationum tuarum respice in me.

21 Et ne auertas faciem tuam à puero tuo: quoniam tribulor, velociter exaudi me.

22 Intende animæ meæ, & libera eam: propter inimicos meos eripe me. C

23 Tu scis improperium meum, & confusionē meam, & reuerentiam meam:

24 In conspectu tuo sunt omnes qui tribulant me, improperiū expectauit cor meum & miseriam.

25 Et sustinui qui simul contristaretur, & non fuit: & qui consolaretur, & non inueni. *Nemo illum consolatur.*

26 Et dederunt in escam meam fel: & in siti mea potauerunt me aceto. *Matth. 27.f Iudæorum ruina ob contemptum Christum.*

27 Fiat mensa eorum coram ipsis in laqueum, & in retributiones, & in scandalum. *retributionem.*

28 Obscurentur oculi eorum ne videant: & dorsum eorum semper incurua.

29 Effunde super eos iram tuam: & furor iræ tuæ comprehendat eos.

30 Fiat habitatio eorum deserta: & in tabernaculis eorum non sit qui inhabitet. *Actor. 1.d*

14 Vel, in parabolam, i. quum de vili loquebantur, cum mihi comparabant. 15 id est, in cœtibus, nam in portis antiquitus fiebant iudicia, [illegible] tabant ut sententiæ, ibique populus conueniebat 16 Heb. [illegible] 18 Tempore beneplaciti [illegible] Deus [illegible] in tribulatione. [illegible] 24 [illegible] 25 [illegible] 30 [illegible] Quoniam

31 Quoniam quem tu percussisti, persecuti sunt: & super dolorem vulnerum meorum addiderunt.
32 Appone iniquitatem super iniquitatem eorum: & non intrent in iustitiam tuam.
33 Deleantur de Libro viuentium: & cum iustis non scribantur.
34 Ego sum pauper & dolens: salus tua Deus suscepit me.
35 Laudabo nomen Dei cum cantico: & magnificabo eum in laude:
36 Et placebit Deo super vitulum nouellum cornua producentem & vngulas.
37 Videant pauperes & lætentur: quærite Deũ, & viuet anima vestra:
38 Quoniam exaudiuit pauperes Dominus: & vinctos suos non despexit.
39 Laudent illum cæli & terra, mare, & omnia reptilia in eis.
40 Quoniam Deus saluam faciet Sion: & ædificabuntur ciuitates Iudæ.
41 Et inhabitabunt ibi, & hæreditate acquirent eam.
42 Et semen seruorum eius possidebit eam, & qui diligunt nomen eius habitabunt in ea.

Laudat Christus Patrem, quod cruce glorificatus sit. Exhortatio ad quærendum Deum & laudandum.

31 *Nam [a] eum quem tu percussisti, persequuntur,* *&* [34] *ad dolorem vulneratorum tuorum admoliuntur.*
32 [35] *Fac vt illis iniquitas iniquitati accumuletur, nec vnquam veniant in iustitiam tuam.*
33 [36] *Deleantur de Libro viuentium, & inter iustos non scribantur.*
34 *Me verò, quandoquidem afflictus sum & dolens, salus tua* [37] *protegat ô Deus.*
35 [38] *Laudabo nomen Dei* [39] *cum cantico, & extollam illud celebri laude.*
36 *Gratius id erit Domino, quàm si bouem [offeram] aut vitulum* [40] *cornua producentem & vngulas.*
37 [41] *Videbunt [hæc]* [42] *mansueti, & gaudebunt:* [43] *qui sedulo quæritis Deum, & viuet cor vestrum:*
38 *Nam audit inopes Dominus: & vinctos suos minime spernit.*
39 *Laudent eum cæli & terra, maria, & quicquid reptat in illis.*
40 *Nam seruabit Deus Sionem, & vrbes Iudæ instaurabit:*
41 *Ibi habitabunt, [terrámque] istam hæreditario possidebunt.*
42 *Posteri seruorũ eius in hæreditatẽ illam accipient: quicunque diligunt nomen eius, in illa habebunt sedem suã.*

PSALM. LXIX.

In finem Psalmus Dauid, in rememorationem quòd saluum fecerit eum Dominus.

A

1 DEus in adiutorium meum intende: Domine adiuuandum me festina.
2 Confundantur & reuereantur qui quærunt animam meam:
3 Auertantur retrorsum & erubescant qui volunt mihi mala.
4 Auertantur statim erubescentes: qui dicunt mihi, Euge, euge.
5 Exultent & lætentur in te omnes qui quærũt te: & dicant semper, Magnificetur Dominus, qui diligunt salutare tuum.
6 Ego verò egenus & pauper sum: Deus adiuua me.
7 Adiutor meus & liberator meus es tu: Domine ne moreris.

Celerem opem sibi erat, vltionem hostibus, gaudium ex sua salute sanctis, gratumq; se fore pollicetur. Argumento cohærere videtur cum sequenti.

PSALM. LXX.

Præfecto cantorum Dauidis [1] ad commemorandum.

1 DEus vt me liberes, [accelera:] *Domine vt me adiuues propera:*
2 *Pudore & probro afficiantur qui vitæ meæ insidiantur:*
3 *Agantur retro & ignominia pateant, qui malis meis delectantur.*
4 [2] *Repellantur eo quòd me pudefacere conantur, qui dicunt, Haha, haha.*
5 *Exultent & lætentur in te quicunque te sedulo quærunt: &* [3] *qui amant salutem tuam, dicant iugiter, Magnificetur Deus.*
6 *Ego autem ô Deus afflictus sum & inops, propera ad me.*
7 *[nam] adiutor & ereptor meus tu es, Domine ne moreris.*

PSALM. LXX.

Psalmus Dauid, filiorum Ionadab, & priorum captiuorum.

A

1 IN te Domine speraui, non confundar in æternum: in iustitia tua libera me, & eripe me.
2 Inclina ad me aurem tuam: & salua me.
3 Esto mihi in Deum protectorem, & in locum munitum: vt saluum me facias.
4 Quoniam firmamentum meum, & refugium meum es tu.
5 Deus meus eripe me de manu peccatoris, & de manu contra legem agentis & iniqui:
6 Quoniam tu es patientia mea Domine, Domine spes mea à iuuentute mea.
7 In te confirmatus sum ex vtero: de ventre matris meæ tu es protector meus:
8 In te cantatio mea semper. tanquam prodigium factus sum multis, & tu adiutor fortis.
9 Repleatur os meum laude: vt cantem gloriam tuam, tota die magnitudinem tuam.
10 Ne proiicias me in tempore senectutis: cum [a] deficiet virtus mea, ne derelinquas me:
11 Quia dixerunt inimici mei mihi: & qui custodiebant animam meã, consiliũ fecerunt in vnũ.

Petit Christus liberari, vt postea Patrem laudet.

[a] *deficient.* *Pro senescente ecclesia oras, in qua refrigescit charitas.*

PSALM. LXXI.

1 IN te Domine speraui, [1] *ne sinas vt vnquam pudefiã.* *Pro* [2] *tua iustitia erue me, & libera me:*
2 *Inclina ad me aurem tuam, & me seruato.*
3 *Sis mihi vice robustissimæ* [3] *rupis, ad quam iugiter confugiam,* [4] *constituisti vt me seruares:*
4 *Nam* [5] *petra mea & arx mea tu es.*
5 *Eripe me ô Deus meus de manu* [6] *impij, de vola peruersi & violenti.*
6 *Quoniam tu es à quo pendeo, Domine Deus tu is es quo à puero nitor.*
7 *Tu nitor ab vtero, ex visceribus matris meæ tu es extractor meus.*
8 *Dote* [7] *laus mea iugiter.* [8] *Factus sum ceu portentum multis: at tu* [9] *asylum meum es prævalidum.*
9 [10] *Repleatur os meum laude tua, quotidie magnificentia tua.*
10 *Ne abiicias me tempore* [11] *senectutis, quum deficeret robur meum, ne me deseras:*
11 *Quoniam hostes mei* [12] *de me loquuti sunt,* [13] *quique obseruant animam meam, vna consultarunt:*

[a] i. aiunt se perse- qui & percutere eum quem vulnerari iubeas. 34 narrant dolorẽ vulneratorum tuorũ. i. sermone iactant se dolore afficere eos quos vulnerari iubeas, videntur sibi hæc facere cælo tuo. Repetitio est. 35 Hebr. Pone iniquitatem super iniquitates eorũ, nec. i. Permitte vt iniquitatem iniquitati cumulẽt, deserere eos in impietatibus suis, ne convertantur, subtrahe ab eis omnem gratiam tuã, nec inueniat locum pœnitentiæ. vel, Sume pœnas de iniquitate eorum, nec pronuncies eos esse iustos. 36 i. Fac vt omnibus innotescat eos nõ esse e numero electorum tuorum nec esse ascriptos albo iustorum. 37 eleuet i. in loco sublimi, proinde tuto, statuat me, hoc est, tu auxilio tuo me iuues. Alij vertunt, Ego autem sum pauper & dolens: salus tua vindicet me. Vt versus iste respõdeat versiculo præcedenti, Quoniam quem tu percussisti &c. q.d. ego nõ sum e numero eorum qui inferunt iniuriam: at ego sum pauper spiritu, qui totus pendeo à te & dolens i. iniuriam patiens ab aliis & doloribus cõfectus propterea est mihi opus tuo auxilio. 38 sub. cum erepius fuero. 39 i. carmine edito, & honorẽ Dei. 40 Hoc dicit quia loquatur de vitulo selecto & maturo sacrificiis. 41 sub. iudicia in impios, & misericordiã in pios. 42 vel, afflicti. 43 Repetendum est (videbitis.) nã crebræ sunt mutationes personarum. Vt eleuet vos, qui nunc Dei tenemini, & reminiscet animus vester qui præ metu emori videtur. PS. LXX. 1 i. memoria dignum. vel, ad narrandum. Videtur hoc adiicere quia formulam orandi continet hic Psalmus, quẽ sequi debent fideles. Quidam dicunt Dauidẽ scripsisse hunc psalmum quum fugeret Absalom filium suum. 2 Conuertantur pro mercede pudoris eorũ. i. Frustrati spe sua abeãt, pro mercede pudoris quo me afficere studuerũt. 3 i. qui abs te opẽ quærunt, dicat perpetuo, Magnus habeatur. vel, Magnus appareat. PS. LXXI. Sine titulo est hic psalmus, quod idẽ habeat argumentũ cũ superiore. nã & hunc scripsit Dauid cum premeretur coniuratione filij sui Absalom. 1 i. ne sinas vt frustrer spe mea. 2 qua sedulo ames iustificas peccatores. 3 Frequentes erant rupes in Terra sancta, in quas se recipiebant metu hostium. 4 mandes vt me seruent. sub. angeli tui. Vel, quẽ alim [illegible] mandasti vt me seruarẽs. 5 i. adhunc vsq; diẽ te habui pro rupe inexpugnabili, & q capi nõ posset. 6 i. filij mei Absalõ. Sũt q hũc psalmũ nõ proprie pertinere ad Achitophel & Absalõ existimẽt, sed ad oẽs, vt sit singulare pro plurali. 7 vel, gloriatio. i. de te glorior indesinẽter. 8 i. Admirati sunt quod quum semper fiduciam meam in te collocẽ, sim à te destitutus, simq; illis opprobrio. 9 fiducia mea præualida. 10 i. te pleno ore laudabo: & tota die extollam splendorem tuum. 11 Hinc colligunt Hebræi hunc psalmum scriptum fuisse de coniuratione Absalom: nam tum erat Dauid senex. 12 i. gloriantur me esse à Deo derelictum. 13 i. qui custodiunt me nequa elabar. Aut, qui olim me seruabant, ne perirem, nunc consultarunt de me perdendo.

14 vel, apprehendite.
15 ne negando scil. opem tuam mihi.
16 vel perfuntum, afficientur pudore & peribunt. Dum viderint me à Deo non deseri, tanto pudore afficientur vt pereant. Ostendit quam certus sit de ope diuina.
17 obtegentur pudore &c. frustrati scil. et sua opinione.
18 sub quibus te laudare olebam.
19 narrabit iustitiam. Quam scilicet exerces in improbos. vel quam sis iustus erga probos.
20 i. opem quam fers oppressis.
21 Heb numeros tuos beneficiorum tuorum. i. quia tot sunt beneficia tua, vt nullo numero comprehēdi possint. Verū potest, quamuis numerum non nouerim.
22 Ingrediar in potentias Domini. i. Aggrediar narrare fortia facta tua. Quidam vertunt, Veniam (ad bellum) in fortitudinibus Domini Dei. q.d. Veniam ad prælium fretus tua potentia. non mea.
23 ne deseras.
24 i. vires tuas & robur.
* Et iustitia tua ô Deus, vsq; ad cælos (sub. magna est:) nam tu designare soles immensa: proinde quis &c.
25 Heb Qui fecisti me videre, vel, ostendisti mihi &c.
26 q.d. eram pene mortuus, sed viuificabis me cū placatus fueris: recreabis me, & quasi reuocabis à morte ad vitā.

12 *Dicunt Deus dereliquit eum, persequimini,* [14] *apprehendite eum: nec enim erit qui eripiat.*

13 *Deus* [15] *ne sis procul a me: Deus mi ad me adiuuandum propera.*

14 [16] *Afficiantur pudore, pereant qui vitæ meæ aduersantur:* [17] *obtegantur probro & ignominia quotquot student me malo afficere.*

15 *At ego iugiter expectabo, &* [18] *omnibus laudibus tuis adiiciam.*

16 *Os meum* [19] *enumerabit iustitiam tuam, quotidie* [20] *salutem tuam: neq; enim* [21] *numerum noui.*

17 [22] *Veniam in fortitudinibus Domine Deus, memor ero iustitiæ tuæ solius.*

18 *Deus tu docuisti me a puero, & vsque in præsens admiranda facinora tua deprædicabo.*

19 *Quin & in senectam vsq; & canos* [23] *haudquaquam deseres me, ô Deus.*

20 *Donec prædicem* [24] *brachium tuum generationi [præsenti.]*

21 *Fortitudinem tuam omni posteritati.* * *Et iustitiam tuam ô Deus, in altum efferam, qui tam ingentia patrasti: quis tibi, ô Deus, conferendus?*

22 [25] *Qui fecisti experiri me afflictiones multas & malas:* [26] *rursum conuersus vita me restitues, & ex* [27] *abyssis terræ rursum subduces me:*

23 *Augebis dignitatem meam, &* [28] *rursum me consolaberis.*

24 [29] *Et ego quoq; celebrabo* [30] *tibi instrumento nabli fidem tuam Deus meus: psallam tibi cithara, ô sancte Israelis.*

25 *Ovabunt labia mea quum canam tibi, & anima mea quam redemisti:*

26 *Quin & lingua mea quotidie de tua iustitia loquetur,* [31] *quum pudore & probro affecti fuerint quicunq; malo me afficere student.*

12 Dicentes, Deus dereliquit eum: persequimini, & comprehendite eum: quia nō est qui eripiat.

13 Deus ne elongeris à me: Deus meus in auxilium meum respice.

14 Confundantur & deficiant detrahentes animæ meæ: operiantur confusione & pudore qui quærunt mala mihi. C

15 Ego autem semper sperabo: & adiiciam super omnem laudem tuam. *Constantia fidei & confessionis.*

16 Os meum annunciabit iustitiam tuam: tota die salutare tuum.

17 Quoniam non cognoui literaturam, introibo in [1] potentiam Domini: Domine memorabor iustitiæ tuæ solius. [1] *potentias.*

18 Deus docuisti me à iuuentute mea: & vsque nunc pronunciabo mirabilia tua.

19 Et vsq; in senectam & senium, Deus, ne derelinquas me.

20 Donec annunciem brachium tuum generationi omni quæ ventura est:

21 Potentiam tuam & iustitiam tuam Deus, vsque in altissima quæ fecisti magnalia, Deus quis similis tibi? D

22 Quantas ostendisti mihi tribulationes multas & malas: & cōuersus viuificasti me: & de abyssis terræ iterum reduxisti me: *Tentationibus victis, fortius fidere discimus.*

23 Multiplicasti magnificentiam tuam: & conuersus consolatus es me.

24 Nam & ego confitebor tibi in vasis psalmi veritatem tuam, Deus: psallam tibi in cithara, sanctus Israel.

25 Exultabunt labia mea cum cantauero tibi: & anima mea quam redemisti.

26 Sed & lingua mea tota die meditabitur iustitiam tuam: cum confusi & reueriti fuerint qui quærunt mala mihi.

PSAL. LXXII.

[1] Solomoni vel Solomonis.

1 [2] *DA Deus regi iudicia tua, & iustitiam tuam* [3] *filio regio:*

2 [4] *Vt ius dicat populo tuo ex iustitia, & afflictis tuis in iudicio.*

3 [5] *Ferant* [6] *montes pacem populo, & colles* [7] *iustitiam.*

4 [8] *Vindicabit afflictos in populo, seruabit* [9] *pauperis, &* [10] *violentum calumniatorem contundet.*

5 [11] *Timebunt te dum sol & luna lucebunt, in omne æuum.*

6 [12] *Descendet cum pluuia super desectum [pratum,]* [13] *vt gutta imbris sensim irrigantis terram.*

7 [14] *Florebunt ipso regnante iusti, multaq; pax sit, donec luna defecerit.*

8 [15] *Imperabit à mari ad mare vsq; & à flumine vsque ad terminos terræ.*

9 *Coram illo* [16] *procumbent accolæ deserti, & inimici eius puluerem* [17] *lingent.*

PSAL. LXXI.

Psalmus in Salomonem.

1 DEus iudicium tuum regi da: & iustitiam tuam filio regis. A

2 Iudicare populum tuum in iustitia, & pauperes tuos in iudicio. *Sub typo regni Salomonis orat aduentum regnum Dei per Christum.*

3 Suscipiant montes pacem populo, & colles iustitiam.

4 Iudicabit pauperes populi, & saluos faciet filios pauperum: & humiliabit calumniatorem.

5 Et permanebit cum sole & ante lunam in generatione [8] & generationem. [8] *generationē.*

6 Descendet sicut pluuia in vellus: & sicut stillicidia stillantia super terram. *Regnum Christi, æternum.*

7 Orietur in diebus eius iustitia & abundantia pacis donec auferatur luna.

8 Et dominabitur à mari vsq; ad mare: & à flumine vsq, ad terminos orbis terrarum.

9 Coram illo procident Æthiopes: & inimici eius terram lingent.

27 Abyssos hic vocat ingentes tribulationes. 28 conuersus, vel, placatus. 29 vel, Etiam ego celebrabo. 30 i. in laudem tuam, canam instrumentis musicis tuam fidelē, qui exhibere soleas quæ promittis. 31 quia pudore affecti sunt, quia cō[illegible] sunt qui &c. PS. LXXII. 1 De Salomone hic psalmus. Author [illegible] est. Videtur autē Dauidis esse futuris negociis prospicientis, quem de Salomone, vel pro Salomone scripsit, hoc est de regno Salomonis. Et est compositū carmen in persona populi fidelis qui [illegible] quæq; Regi suo Salomoni imprecatur. Per Tropologiā ad Resp. & omnem Magistratū accommodari potest. Præscribitur enim forma piis principibus. Quia autē Salomon typū Christi gerit, omnia hic de Christo sunt intelligenda. Optat regnū Dei per Christum euenire, optat gubernacula vniuersi mūdi Christo vero Salomoni dari. 2 i. Da regi Salomoni, vel Messiæ facultatē iura dicēdi. Alii legunt tua gubernacula vel iudicia, i. [illegible] 3 nēpe Salomoni filio Dauidis vel potius Christo, cuius typū gerebat Salomon. Pater omne iudiciū dedit filio, Ioh. 5. Quidā inter Heb. notant Dauidē petere à Deo, vt filio suo Salomoni, qui sibi successurus erat in regno, sufficientē sapientiā daret, qua recte filius eius populū iudicaret. Rectius de Christo intelligas. 4 Heb. Iudicabit populū in iustitia, & pauperes tuos in iudicio. Vaticinatur Dauid Christū ex æquo omnia iudicaturū. q.d. Da filio tuo, ô pater, omne iudiciū, dignus enim est qui accipiat mundi huius gubernacula: nā ex æquitate ius reddet populo tuo & pauperes electos tuos, q nō à se, sed à te pendēt, [illegible]. 5 Vel per futurum, Ferent. hoc, Afferēt. aut, offerent. 6 Per montes & colles, reges & principes intelliguntur. Vel Typice, mōtes [illegible] Apostolos [illegible] pacē per Christū, & [illegible] Populus, et populus electus & fidelis sub suo Messia. q.d. Reges & principes accedent ad fidē tuā. 7 [illegible] qua moderabitur Christus regnū suū in iustitia. 8 Heb. Iudicabit pauperes populi. i. Sententia sua seruabit eos qui in populo pauperes fuerint, & plebeios. 9 Heb. filios inopis vel filius inopia i. filios inopes. 10 Eos qui per calumniā pauperes opprimere conantur. 11 Heb. Timebunt te corā sole & corā luna (& in) generatione & generationē i. colent quādiu sol ipse lucebit, & quo ad subsistit luna, hoc est, perpetuo. 12 Descendet. Futuro tempore. sub. Christus, regnū Christi, & pluuia eius, q.d. Aduentu Christi omnia germinabunt & florebunt, vt aduentu pluuiæ herba defecta. 13 sicut imbres (&) ros (super) terrā. 14 Heb. Florebit temporibus eius iustus multaq; pax erit) vsq; dū non erit luna. i. tēporibus Christi florebūt iusti: Nā tū pax erit non tēporaria sed diuturna. 15 Imperabit. sub. Salomon à mari rubro vsq; ad mare Palæstinæ & à flumine Euphrate vsq; ad fines Terræ sanctæ. Hoc Salomonis regnū, fuit vmbra regni Christi dilatati per prædicationē Euangelii. 16 Procūbent, more scil. supplicum. q.d. Huic regno Salomonis vel Christi subiicientur cæteri populi, & in Troglodytæ esse videantur. 17 lingent. i. lingere videbuntur terrā. q.d. terrā osculabūtur ita vt eā lingere videantur, sese adeo subiicientes.

20 Reges

Gentes Iudææ vicinæ Christo credentes.

10 Reges Tharsis & insulæ munera offerent: reges Arabum & Saba dona adducent:

11 Et adorabunt eum omnes reges terræ:ᵃ omnes Gentes seruient ei:

12 Quia liberabit pauperem à potente, & pauperem cui non erat adiutor.

Peccata agnoscentem liberat Christus.

13 Parcet pauperi & inopi: & animas pauperum saluas faciet.

14 Ex vsuris & iniquitate redimet animas eorum: & honorabile nomen eorum coram illo.

15 Et viuet, & dabitur ei de auro Arabiæ, & adorabunt de ipso semper: tota die benedicent ei.

ᵇ legendum, frumentum. ᶜ fructus.

16 Et erit ᵇ firmamentum in terra in summis montium, superextolletur super Libanum ᶜ fructus eius: & florebunt de ciuitate sicut fœnum terræ.

17 Sit nomen eius benedictum in secula: ante solem permanet nomen eius.

Per Christum benedictio, Gratiarum actio.

18 Et benedicentur in ipso omnes tribus terræ: omnes gentes magnificabunt eum.

19 Benedictus Dominus Deus Israel, qui facit mirabilia solus:

20 Et benedictum nomen maiestatis eius in æternum, & replebitur maiestate eius omnis terra, fiat, fiat.

21 Defecerunt laudes Dauid filii Iesse.

10 Reges [18] mediterranei maris & [19] insularum munera [20] afferant, reges [21] Scheba & Seba [22] honoraria adducant.

11 [23] Et adorent eũ oẽs reges, omnes gentes seruiãt ei.

12 Nam liberabit pauperem [24] clamantem, & afflictum cui deest adiutor.

13 [25] Beneficus erit in attritos & inopes: & animas pauperum seruabit.

14 Redimet animas eorum à [26] fœnore & violentia, & preciosus erit sanguis eorum [27] in oculis eius.

15 [28] Et viuet, & [29] dabitur ei de auro [30] Scheba: [31] orabunt pro eo iugiter, & [32] quotidie eum laudabũt.

16 [33] Et erit pugillus frumenti in terram in verticibus montium [proiectus] vt fructus ex eo prognatus [34] agitetur, vt Libanus: [35] progerminabuntq́ ex ciuitate instar herbæ terræ.

17 Nomen [36] eius perpetuò celebre erit, [37] dum Sol lucebit, propagabitur nomen eius:

18 Beatosq́ se [38] censebunt in eo cunctæ gentes, & [39] beatum eum prædicabunt.

19 Laudandus Dominus Deus, Deus Israelis, [40] qui solus mira edit facinora.

20 [41] Nomen gloriæ eius perpetuò laudetur, & impleatur gloria eius vniuersa terra. [42] Amen & Amen.

21 [43] Finem habent precationes Dauidis filii Isai.

PSAL. LXXII.

Psalmus Asaph.

A

Canit inconsolationem sanctorum, qui fœlicitate impiorum vruntur & offenduntur, quum infœlicem exitum habeant: & rursus quàm fœlicem illorũ, qui hic videntur exercitati, ipsa scriptura.

1 QVàm bonus Israel Deus his qui recto sunt corde!

2 Mei autem penè moti sunt pedes, penè effusi sunt gressus mei.

3 Quia zelaui super iniquos, pacem peccatorum videns.

4 Quia non est respectus morti eorum: & firmamentum in plaga eorum.

5 In labore hominum non sunt, & cum hominibus non flagellabuntur:

6 Ideo tenuit eos superbia, operti sunt iniquitate & impietate sua.

7 Prodiit quasi ex adipe iniquitas eorum: transierunt in affectum cordis.

B

8 Cogitauerunt, & locuti sunt nequitiam: iniquitatem in excelso locuti sunt.

9 Posuerunt in cælum os suum: & lingua eorum transiuit in terra.

10 Ideo conuertetur populus meus hic: & dies pleni inuenientur in eis.

ᵃ scimus.

11 Et dixerunt, Quomodo ᵃ scit Deus, & si est scientia in excelso?

12 Ecce ipsi peccatores & abundantes in seculo, obtinuerunt diuitias.

13 Et dixi. Ergo sine causa iustificaui cor meum, & laui inter innocentes manus meas:

14 Et fui flagellatus tota die, & castigatio mea in matutinis.

PSAL. LXXIII.

[1] Oda Asaph.

1 [2] ATtamen bonus est Deus Israeli his nempe qui mundo sunt corde.

2 Parum abfuit quin nutarint pedes mei, fere effusi sint gressus mei:

3 Nam [3] vrebat me æmulatio propter stultos, quum prosperitatem impiorum viderem.

4 Neque [4] enim sunt eis nexus ad mortẽ, quin [5] pingues sunt præualidi.

5 Nulla [6] eos, vt reliquos mortales, premit molestia: malorũ quibus alii homines afficiuntur, immunes sunt.

6 Hinc fit vt superbia eos [7] totos possideat, & [8] eos veste inualuantur violentia.

7 Præ pinguedine oculi eorum exeunt, [9] in imaginationibus cordis pergunt.

8 [10] Contabuerunt, loquuntur violentiam & iniuriam è sublimi loquuntur.

9 [11] Protendunt os suum in cælum: & lingua eorum orbem peruagatur.

10 Propterea [12] reuertitur populus eius huc, & aqua fœcundi [calicis] exprimuntur eis.

11 Quin & dicere audent Quomodò (hæc) cognosceret Deus? est ne cognitio apud Altissimum?

12 En isti impii sunt, & tamen fœlices sunt in hoc seculo, assequuti diuitias.

13 Profectò frustra purum seruaui cor meũ, & (frustra) manus meas innocentia ablue.

14 [13] Plagasq; quotidie pertuli singulisq; diebus mane reprehensio.

18 Tharsis. i. Ciliciæ.
19 i. Cypri, Cretæ, & aliarũ quæ mari mediterraneo cinguntur.
20 vel, offerent, i. reddent quotannis munera vice tribut. tanquam tributarii.
21 i. Arabiæ fœlicis, & reges Æthiopiæ.
22 (sub. munera) offerent. Vox Hebræa, munus honorarium significat, quo quis subiectionem testatur.
23 Et adorabunt q.d. Et vt vno verbo dicam, adorabunt &c.
24 sub. ad se. i. implorantem opem eius.
25 Miserebitur pauperis, & inopis.
26 vel, fraude & iniuria. sub. diuitum.
27 i. apud ipsum. vel, tanquam coram' effusus ipso vidente.
28 sub. pauper, etiam' opprimatur à diuitibus.
29 dabit. sub. Deus.
30 i. Arabiæ. hoc est, pauperi dabit ad victum necessaria.
31 orabit. sub. Christus patrem pro paupere.
32 cum laudabit. sub. pauper. i. pauperes Christum laudabunt pro beneficiis acceptis.
33 Prædicit abundantiam omnium rerum tempore Christi q. d. exigua tritici proportio, nẽpe quã [illegible] capere potest, [illegible] in vertice montis, [illegible] loquitur arduis: & seges quæ ex eo semine nascetur, ita crescet vt se agitet more cedrorum quæ sunt in Libano,

fructus eius. 34 agitet se. 35 florebuntq; in ciuitate. i. in loco parum fœcundo erit seges fertilissima vel, homines ciuitatum [illegible] multiplicabuntur vt herba. q. d. tempore Christi erit bonorum hominum copia. 36 sub. Salomonis, vel Christi. 37 Hebr. [illegible] filiabitur nomen eius. [illegible] vndiq videbitur Sol, nomen eius erit memoriale eius. q. d. vt filius [illegible] in memoriam patris, [illegible] Christi, in memoriam [illegible] relinquet posteris famam [illegible] in perpetuam memoriam, vt filius solet esse memoria [illegible]. 38 vel, precabuntur per ipsum, [illegible] omnem suam fœlicitatem referent illi acceptam. 39 id est, precabuntur illi fœlicia. 40 Heb. solus [illegible] &c. Subaudis possis (quia) laudandus [illegible] qui solus mira edit facinora. Agit gratias de beneficiis acceptis. 41 id est, nomen eius gloriosum, hoc est, fama [illegible] laudibus celebrari debet fama eius, & vbique terrarum laudari debet. 42 id est, Verum sit & verum. hoc est, id quod sit ratum, stabile & firmum: ita [illegible] perpetuò laudetur Dominus. 43 Versus iste adiectus est ab his qui psalmos Dauidis in ordinem redegerunt. Orationes hic vocat psalmos, quòd in his psalmis laudes sint & precationes. Aut hæc referuntur ad vota Dauidis. q. d. Hoc maximè in votis habebat Dauid, vt veniret Messias. PSALM. LXXIII. 1 In tanta de psalmorum authoribus apud Hebræos controuersia, prestat vt Dauidi omnes ascribantur citra vllam controuersiam: vt Oda, siue psalmus Asaph dicatur, qui traditus sit ipsi Asaph [illegible] decantandus. 2 Certe. 3 id est, inuidebam stultis tantam fœlicitatem. 4 i. nullis morbis quasi vinculis ad mortem trahuntur. q. d. nullis [illegible] morbis ante mortem. 5 pingues sunt & fortes vt palatium. Aliq, fortitudo eorum est integra & sana. 6 Heb. Ad verbum. In labore hominum non sunt, & cum hominibus non flagellantur. 7 vt torquis cingat. 8 [illegible] violentia i. per violentiam parta. Quidam vertunt, Operit se (vel latebit) vt tollat prædam sibi. 9 superant cogitationes cordis. Sub. bona quæ illis obueniunt. q. d. [illegible] recipiunt à Deo quàm optant omnia ex voto succedunt. 10 Heb. Dissoluunt, & loquuntur maliciose calumniam: imò de excelsis [illegible] loquuntur. i. Res istas [illegible] animos fidelium, quoniam de iniuria inferenda loquuntur, & de calumnia: imò ne à Deo quidem abstinent. 11 q. d. Deo & hominibus detrahunt. 12 i. Alii diuites habent suos qui ad eos digerunt, & illos sectantur, [illegible] ab eis sperantes: qui simul cum ipsis diuitibus plectuntur. Alii versum istum cum sequenti ad pios referunt, quos, quum videant impios capi [illegible] successum [illegible] facit Deus huc. i. ad hanc cogitationem, vt cogitent se non esse illi curæ [illegible] quomodo nosset Deus, quum tot res præter æquum & bonum fiant. Vertunt autem sic. Propterea redire facit populum suum huc, quo aquæ fœcundi (calicis) exprimantur eis. Vt dicant, Quomodo cognosceret Deus, & [illegible] posset cognitio in excelso: [illegible] est in Deo. de his scilicet quæ hic geruntur. 13 vel, Nam quotidie plagas fero: singulisq; matutinis afflictio mea est, vel, singulis diebus.

14 Hebr. Si dixi, Narrabo sic ut [illegible] generatio filiorum tuorum ecce prævaricatus sum, q. d. Si quid dum apud me ita pronunciare de hac re, quod tui fideles tuos non curas, ut pronunciare solent ii quorum etiam pater es, quia te profitentur, & tamen te non putant habere curam sui: sensi utique me descissere a fide in te. Itaque cœpi illam diligentius tractare hoc argumentum, sed re vera nihil potui assequi.
15 Itaque anxio cogitabam ut scire [illegible], an omnia Dei prouidentia regantur.
16 He. intraui in sacraria Dei. i. consului me ad consideranda Dei arcana:
17 Heb. finē eorum, sc. impiorū. q. d. contemplatione secretorū diuinorum, veritatem [illegible] reprehendi.
18 Heb. ad vastationes, alii quod legunt, ad fraudes.
19 Ut vastati sunt pene in momento terroribus. Admirantis.
20 quem suscitabis (sub mortuis) imaginem eorum spernes. i. in resurrectione aeternarum eorū ad suam imaginem formatā perdes. q. d. in hoc seculo pereunt interitu repentino: in futuro autem, sempiterno.
21 Profecto quasi aceto acri perfundebatur cor meum, utrumque renum meorum quasi telo acuto pungebatur. Sub. prius quam intelligerem quomodo Deus se gereret erga pios.
22 q. d. donec porrexisti mihi manum, non antea intellexi hanc quæstionem.

15 [14] *Quum ad hunc inquam modū meū reputarem, parum abfuit quin à natione filiorum tuorum desciscerem.*

16 [15] *Instituebam cogitationem, si possem hæc cognoscere, sed operosum molestaque erat in oculis meis:*

17 *Donec [16] in secretiora Dei adyta penetraui, & intellexi [17] ut postremo essent quiq; habituri.*

18 *Certe velut in lubrico constituisti eos, deiicies illos præcipites, [18] ut plane vastentur.*

19 [19] *Quam subita calamitate oppressi sunt, perierunt, & terroribus consumpti sunt!*

20 *Non aliter quam somnium, (quod auolat) postquam quis euigilauerit, Domine [20] despicatas reddes in ciuitate imagines illorum.*

21 [21] *Quum efferuesceret fermenti instar cor meum, & renes mei acuebantur,*

22 [22] *Bardus eram, nec quicquam intelligebam, & eram apud te veluti pecus:*

23 *Semper tamen tecum eram, manum (autē) dexteram meam tu apprehendisti. [23] Consilio tuo me deduxisti, & postea [24] in gloriam me recipies.*

24 *Quis mihi [25] in cælo? & [26] in terra tecum nullo oblector,*

25 [27] *Consumitur caro mea & cor meum: [28] Deus autem petra est cordis mei, & portio mea in æternum.*

26 [29] *Nam ecce [30] qui a te procul recedunt, peribūt: perdes omnem illum qui à te deficit.*

27 *Ego itaq; bonum mihi duxi Deo me adiungere, posui Dominum Deum [31] asylum meum, ut enarrem [32] omnia opera eius.*

15 Si dicebam, Narrabo sic: ecce nationem filiorum tuorum reprobaui. C

16 Existimabam ut cognoscerem hoc: labor est ante me.

17 Donec intrem in sanctuarium Dei: & intelligam in nouissimis eorum.

18 Verumtamen propter dolos posuisti eis: deiecisti eos dum alleuarentur. *Interitus impiorum.*

19 Quomodo facti sunt in desolationem? subito defecerunt, perierunt propter iniquitatem suam.

20 Velut somnium surgentium Domine, in ciuitate tua imaginem ipsorum ad nihilum rediges.

21 Quia inflammatū est cor meum, & renes mei commutati sunt: & ego ad nihilum redactus sum, & nesciui, *Fidelem Deus instruit.*

22 Ut iumentum factus sum apud te: & ego semper tecum. D

23 Tenuisti manum dexteram meam: & in voluntate tua deduxisti me, & cum gloria suscepisti me. *Deus possessio sanctorum.*

24 Quid enim mihi est in cælo? & à te quid volui super terram?

25 Defecit caro mea & cor meum: Deus cordis mei, & pars mea Deus in æternum. *Spirituale adulterium.*

26 Quia ecce, qui elongant se a te, peribunt: perdidisti omnes qui fornicantur abs te.

27 Mihi autem adhærere Deo bonum est, ponere in Domino Deo spem meam: Ut annuntiem omnes prædicationes tuas in portis filiæ Sion.

PSALM. LXXIIII.

Erudiens (carmen) [1] Asaphi.[2]

1 E Cquare Deus perpetuò [3] nos repellis? cur fumat [3] nasus tuus in gregem pascua tuæ?

2 *Memor sis cœtus tui, quem [4] iam pridem comparauisti:*

3 *Et [5] scitu hæreditariæ, quam [6] vendicasti: montis Sionis, in quo habitare cœpisti.*

4 *Leua gressus tuos, ut funditus vastes omnes hostes qui grassatum inferunt sanctuario tuo.*

5 *Rugierunt aduersarii tui in medio [7] synagogarum tuarum.*

6 *Signa sua posuerunt [8] pro signis.*

7 [9] *Ut olim eorum qui securibus cædebant densa arborum ad structuram templi, insigne & nobile opus erat,* [10] *Ita habetur modo siquis sculpturas eius pariter bipennis & malleis comminuit.*

8 *Sanctuaria tua [11] igni incenderunt: ad terram ([12] affligentes) tabernaculum nominis tui profanarunt.*

9 *Dixerunt in cordibus suis, [13] Subigamus eos pariter: exusserunt [14] cunctas synagogas Dei in terra.*

10 [15] *Signa nostra non videmus, nullus superest propheta: nemoq; nobiscum qui sciat quousq; tandem.*

11 *Quàm diu ò Deus probra in nos iaciet hostis, [16] blasphemabit hostis nomen tuum perpetuo?*

12 *Quare [17] manum tuam & dexteram tuam retraxisti? [18] è sinu plane profer eam.*

13 *Equidem Deus rex meus ab initio, qui [19] salutes in medio terræ operatur.*

PSALM. LXXIII.

Intellectus Asaph.

A *Querela est populi fidelis apud Deum de contumelia nominis diuini: precatur ut afflictas suam gloriam, excindat hostes. Ostendit item iniuriam eorum qui templo vim offerebant sub Nabuchodonosor, vel Antiocho, aut Vespasiano.*

1 UT quid Deus repulisti in finem: iratus est furor tuus super oues pascuæ tuæ?

2 Memor esto congregationis tuæ, quam possedisti ab initio.

3 Redemisti virgam hæreditatis tuæ: montem Sion in quo habitasti in eo.

4 Leua manus tuas in superbias eorum in finem: quanta malignatus est inimicus in sancto?

5 Et gloriati sunt qui oderunt te: in medio solennitatis tuæ.

6 Posuerunt signa sua, signa: & non cognouerūt sicut in exitu super summum.

7 Quasi in sylua lignorum securibus exciderunt ianuas eius in idipsum: in securi & ascia deiecerunt eam.

8 Incenderunt igni sanctuarium tuum: in terra polluerunt tabernaculum nominis tui. 4. Reg. 25. a

9 Dixerunt in corde suo cognatio eorum simul, Quiescere faciamus omnes dies festos Dei à terra. B

10 Signa nostra non vidimus, iam non est propheta: & nos non cognoscet amplius.

11 Usquequo Deus improperabit inimicus, irritat aduersarius nomen tuum in finem?

12 Ut quid auertis manum tuam, & dexterā tuā de medio sinu tuo in finem? C

13 Deus autem rex noster ante secula: operatus est salutem in medio terræ. Luc. 1. g

23 In consilium tuum deduxisti me. i. in cognitionem consilii tui. 24 cum honore excepisti me. 25 sub. erat quem pro Deo coluissem. 26 Hoc est, præter te, neminē neq; in cælo neq; in terra cælo. 27 Alii sic, Languet tui desiderio caro mea & cor meum [illegible] cordis, &c. Alii, (Quia) finem habitura est caro & [illegible] te cælitus. 28 at rupes cordis mei & portio mea, (portio) Dei, erit in æternum. i. stabilitas cordis mei, hoc est, anima, & portio illa, quam in me diuinam habeo. i. mea anima quæ facta est ad imaginem Dei, perpetuo viuet. 29 Sed certe qui a te &c. 30 Heb. qui a te recesserunt, hoc est, te deserto, alium Deum sibi præferunt. 31 spem meā. 32 Omnes artes tuas. PSALM. LXXIIII. 1 Ipsi Asaph sub. traditus ut decantaretur. 2 abs [illegible] furor tuus. 4 ab antiquo. 5 virga hæreditatis tuæ. i. portionis quæ tuæ hæreditatis est, pertinet ad funiculis diuidebatur terra apud Palæstinos. 6 acquisiuisti redemisti sub de manu Pharaonis. 7 Alii legunt, in statu festis suis. Alii, templi tui. 8 Pro signis, sc. bonitatis diuinæ: vel, pro trophæis in signū partæ victoriæ. Rectius vertas, Alii vexerunt signa sua. Ezech. 21. traditur quomodo consuluerint [illegible] in destructionem templi sancti prohiberentur [illegible] runt ea signa quibus [illegible] ut crederent [illegible] capturos templum, esse signa vera. 9 Heb. Qui adhibebat securem in perplexitatem arborum, notus erat sicut qui offerret in sublime. i. Qui in silua densa abscindebat arbores ad ædificium templi, videbatur rem tam gratam agere, quam si obtulisset coram Deo in cælo. 10 Nunc autem cælaturas eius simul [illegible] & malleis conterunt. q. d. tanto studio destruunt, quanto extructum fuerat templum. 11 Heb. Miserunt in ignem sanctuaria vel immiserunt. 12 [illegible] 13 Interficiamus eos Depopulemus. 14 tota templi Dei in terra i. terrenū, nam cæleste non possunt. Alii legunt, omnes statas ferias. 15 Vel, prodigia, [illegible] faciebat Deus in [illegible]. 16 ignominiose contemnet 17 i. utramq; manum. i. quare cessas eos percutere? 18 Heb. arce manus tuas à sinu tuo. i. manus tuas exertas habe, donec percusseris inimicos. metaphora à cessatoribus, qui reponunt manus in sinum. 19 i. fert mihi opem in media hostium ditione.

14 Tu confirmasti in virtute tua mare: contribulasti capita draconum in aquis.
15 Tu confregisti capita draconis: dedisti eum escam populis Æthiopum.
16 Tu dirupisti fontes & torrentes: tu siccasti fluuios ethan.
17 Tuus est dies, & tua est nox: tu fabricatus es auroram & Solem.
18 Tu fecisti omnes terminos terræ: æstatem & ver, tu plasmasti ea.
D 19 Memor esto huius, inimicus improperauit Domino: & populus insipiens incitauit nomen tuum.
animam confitentem. 20 Ne tradas bestiis [a]animas confitentium tibi: & animas pauperum tuorum ne obliuiscaris in finem.
21 Respice in testamentum tuum: quia repleti sunt, qui obscurati sunt terræ domibus iniquitatum.
22 Ne auertatur humilis factus confusus: pauper & inops laudabunt nomen tuum.
23 Exurge Deus, iudica causam tuam: memor esto improperiorum tuorum, eorumq; quæ ab insipiente sunt tota die.
24 Ne obliuiscaris voces inimicorum tuorum: superbia eorum qui te oderunt, ascendit semper.

14 Tu virtute tua mare [19] dissipasti, capita [20] draconum in aquis confregisti.
15 Tu [21] confregisti capita ceti grandis, & in cibum tribuisti eum populo desertum incolenti.
16 Tu [22] excidisti fontem & flumen, tu flumina prævalida exsiccasti.
17 Tuus est dies, tua etiam nox, tu [24] lucem & Solem præparasti.
18 Tu cunctos fines orbis constituisti: æstatem & hyemem tu finxisti.
19 Sis memor huius, quòd hostis probris afficit Dominum, & populus stolidus nomen tuum execratur.
20 Ne obiicias animam turturis tuæ cœtui [bestiæ,] [25] cœtus afflictorum tuorum ne perpetuo obliuiscaris.
21 Respice ad fœdus, [26] quoniam tenebris ofa habitationes terræ violentia & iniuria repleta sunt.
22 [27] Ne pateant ignominia qui contriti sunt repulsam à te passi, afflicti & inopes [potius] laudent nomen tuum.
23 Exurge Deus, defende causam tuam, memor sis opprobrii tui, quo te quotidie stolidi homines afficiunt.
24 Ne obliuiscaris tradas vocem infestorum tuorum: tumultus eorum qui contra te insurgunt, iugiter [28] crescit.

19 per præsentia legi possunt. 21 i. duces Ægyptiorum, in mari Rubro. 22 interitu Pharaonis destruit. 23 i. perfracta rupe eduxisti fontem. 24 i. lunam. 25 i. congregationis hebeis quæ est quasi turtur imbellis. 26 Heb. quia repletæ sunt tenebrositates terræ habita[illegible] iniquitatis: i. quia terra tenebris obruta, plena est hominibus studentibus iniuriæ. 27 Heb. Ne reuertatur contritus, confusus. 28 Heb. ascendit.

PSALM. LXXIV.

In finem Ne corrumpas, Psalmus cantici Asaph.

A *Consolatur populum Dei afflictum & oppressum, vt certa spem concipiant Deum adfore: admonet interim hostes ne nimium suis viribus fidant.* [1]Confitebimur tibi Deus: confitebimur, & inuocabimus nomen tuum. narrabimus mirabilia tua:
2 Cum accepero tempus, ego iustitias iudicabo.
3 Liquefacta est terra, & omnes qui habitant in ea: ego confirmaui columnas eius.
4 Dixi iniquis, Nolite iniquè agere: & delinquentibus, Nolite exaltare cornu:
5 Nolite extollere in altum cornu vestrũ: nolite loqui aduersus Deum iniquitatem:
6 Quia neq; ab Oriente, neq; ab Occidẽte, neq; à desertis montibus: quoniam Deus iudex est.
7 Hunc humiliat, & hunc exaltat: quia calix in manu Domini vini meri plenus misto:
8 Et inclinauit ex hoc in hoc: verumtamen fæx eius non est exinanita: bibent omnes peccatores terræ.
9 Ego autem annunciabo in seculum: cantabo Deo Iacob.
10 Et omnia cornua peccatorum confringam, & exaltabuntur cornua iusti.

PSAL. LXXV.

Præfecto cantorum oda carminis [1]Asaphi, [2]Ne perdas.

1 Celebrabimus te Deus, celebrabimus: etenim propè est [3]nomen tuum [4] illis qui mirabilia facinora tua enumerant.
2 Quum [5] statutum tempus nactus fuero, ego quod æquum & rectum est iudicabo.
3 [6]Diffluxeras terra, & quicunque eam inhabitabant: ego columnas eius suffulsi. Sela.
4 Dixi stolidis, Nolite insanire: & impiis, Nolite attollere cornu:
5 Nolite in sublime attollere cornu vestrum, nolite collo [7]præfracto loqui.
6 Nam nec ab Oriente, nec ab Occidente, neque à [8] Meridie [9] exaltatio contingit: Deus siquidem iudex est.
7 Illum deiicit, illum extollit: nam calix in manu Domini est [10] vino mero plenè adornatus:
8 [11] E quo fundet: at tamen fæces eius exugent ac epotabunt omnes impii in terra.
9 Ego autem in perpetuum annunciabo, psallamq; Deo Iacob.
10 Confringam quoq; omnia cornua impiorum, cornua verò iustorum erigentur.

CAP. LXXV. 1 i. ipsi Asaph sub traditus vt decantaretur. 2 qui hoc psalmo precor ne perdas populum tuum. 3 i. auxilium & robur. 4 & (sub. liberati à te) mirabilia &c. 5 quum accepero cœtum i. ecclesiam meam. Verba Dei voto prophetæ respondentis. 6 Diffluet (sub. præ metu, tantũ abest vt mihi possint resistere, vt metu diffluent præ timore: quia is sum qui mundum creauit. 7 pingui, duro i. cum fastu & superbe. 8 Heb. deserto. 9 q.d. à solo Deo paratur excellẽtia potentiæ, dignitas. 10 & vinũ (quod in eo est) ruber, plenus est misto. i. vino diluto. Calix pro vitione. Quidam vertunt pro rober, turbidum & turbulentum est. 11 & effundet sunt inde.

PSALM. LXXV.

In finem in laudibus, Psalmus Asaph, canticum ad Assyrios.

A *Obtenta victoria contra [illegible] [illegible] Deum [illegible] [illegible] auctorem.* [1]Notus in Iudæa Deus: in Israel magnum nomen eius.
2 Et factus est in pace locus eius: & habitatio eius in Sion.
3 Ibi confregit potentias arcuum, scutum, gladium, & bellum.
4 Illuminans tu mirabiliter à montibus æternis. turbati sunt omnes insipientes corde.
5 Dormierunt somnum suum: & nihil inuenerunt omnes viri diuitiarum in manibus suis.
6 Ab increpatione tua Deus Iacob dormitauerunt qui ascenderunt equos.
7 Tu terribilis es, & quis resistet tibi? ex tunc ira tua.

PSALM. LXXVI.

[1]Oda carminis Asaphi ad instrumẽta musica præfecto cantorum.

1 Notus in Iuda Deus, præclarum nomen eius in Israele.
2 In Salem est tabernaculum eius, & mansio eius in Sione.
3 Illic confregit ignita iacula arcus, clypeum, gladium & bellum. Sela.
4 [2] Illustrior es & magnificentior quàm montes in quibus laceratur. [3]Prædæ exposuerunt magnanimi.
5 [4] Consopiti sunt somno suo, [5] nihil [virium] inuenientes in manibus suis omnes viri fortes.
6 Ab increpatione tua Deus Iacob consopitus est [6] currus & equus.
7 Tu terribilis es, tu inquam, & quis consisteret coram facie tua, simulatq; ira tua [exarserit?]

CAP. LXXVI. 1 Psalmus auctoris ipsi Asaph, ad neginoth. Vide psalm. 4. Psalmus canticum psalmus. 2 Conspicuus es, & (similis robusto (leoni qui) in montibus

prædæ [illegible] idonei. 3 Propterea spoliati fuerunt, prædæ fuerunt fortes corde i. animosi. 4 i. mortui sunt. 5 Heb. nec inuenerunt manus suas cuncti [illegible] viri [illegible], [illegible] manus promptas & expeditas habuerunt vt sese tuerentur, qui prius erant instructi arte bellica. 6 i. quadrigis & equis vehementia.

8 *E cælo fecisti audire iudicium : terra timuit, & siluit.*

9 *Quum exurgeret ad iudicandum Deus, ad seruandum omnes afflictos terræ. Sela.*

10 *Etenim furor hominis[7] cedet in laudē tuam: quodque reliquum est irarum[8] constringes.*

11 [9]*Nuncupate vota, & persoluite ea Domino Deo vestro: quotquot estis in circuitu eius[9], offerte munera Terribili.*

12 *Qui[10] intercipit spiritum principum, & est terribilis regibus terræ.*

8 De cælo auditum fecisti iudicium : terra tremuit & quieuit.

9 Cum exurgeret in iudicium Deus, vt saluos faceret omnes mansuetos terræ.

10 Quoniam cogitatio hominis confitebitur tibi : & reliquiæ cogitationis diem festum agent tibi.

11 Vouete, & reddite Domino Deo vestro : omnes qui in circuitu eius affertis munera Terribili.

12 Et ei qui aufert spiritum principum, terribili apud omnes reges terræ.

PSALM. LXXVII.

[1] Psalmus Asaph pro Ieduthun præfecto cantorum.[2]

1 *VOce mea quum clamarem ad Deum, ad Deum quum (clamarem) voce mea, aurem præbuit mihi.*

2 † *Quo tempore angustum mihi erat,[3] Dominum quærebam,[4] manus mea noctu sparsa erat sine cessatione.*

3 *Renuebat consolari anima mea, Dei memoriam quum repeterem infremebam,[5] querulabar, & [6] deficiebat spiritus meus. Sela.*

4 *Tu tenebas vigilias oculorum meorum:[5] attonitus eram,[6] vt loqui non possem.*

5 *(Tunc) repetebam retro tempora, & annos (priorum) seculorum:*

6 *In memoriam reuocabam [6] carmina mea noctu, cum corde meo colloquebar, spiritus meus [7] rimatus est,*

7 *Num perpetuò[8] repudiabit Dominus? [9] num vnquam placidus fiet vltra?*

8 *Periitne in perpetuum bonitas eius? finémne habet in omnes ætates[10] oraculum?*

9 *Oblitus estne miserti Deus? continebitne in ira misericordias suas? Sela.*

10 *[Tandem] cogitabam,[11] Hæc mea est infirmitas,*
12 *dextera Excelsi vices mutat.*

11 *Recordabar operum Domini, memoria repetebam mirabilia facinora tua quæ[13] olim edidisti.*

12 *Meditabor quoque in omnibus operibus tuis, & de*
14 *consiliis tuis loquebar.*

13 [15] *O Deus † via tua sunt in sanctitate, quis Deus magnus vt Deus? Tu Deus es qui admiranda facis.*

14 *Claram reddidisti in populis virtutem tuam.*

15 [16] *Vindicasti in [17] brachio populum tuum, filios (scilicet) Iacob & Ioseph. Sela.*

16 *Viderunt te aquæ ò Deus, viderunt[18] te aquæ, & [19] viribus destituta sunt, conterrita etiam sunt[20] abyssi.*

17 *Densa nubes nimbos depluerunt, nubes ediderunt tonitru,*

18 *Quin & [21] sagittæ tuæ discurrerunt. Vox tonitrus tui in [22] rota,*

19 *Fulgura in orbem emicuerunt, tremuit ac mota est tellus. In mari via tua, & semita tua in aquis prægrandibus,[23] & vestigia tua non deprehensa sunt.*

20 *Ducebas velut gregem populum tuum,[24] per manum Mosis & Aaronis.*

PSALM. LXXVI.

In finem pro Idithun, Psalmus Asaph.

1 VOce mea ad Dominum clamaui: voce mea ad Deum, & intendit mihi. A

2 In die tribulationis meæ Deum exquisiui, manibus meis nocte contra eum : & non sum deceptus:

3 Renuit consolari anima mea, memor fui Dei, & delectatus sum, & exercitatus sum : & defecit spiritus meus.

4 Anticipauerunt vigilias oculi mei: turbatus & non sum locutus.

5 Cogitaui dies antiquos : & annos æternos in mente habui.

6 Et meditatus sum nocte cum corde meo: & exercitabar, & scopebam spiritum meum. B

7 Numquid in æternum proiiciet Deus, & non apponet vt complacitior sit adhuc?

8 Aut in finem misericordiam suam abscindet, à generatione in generationem?

9 Aut obliuiscetur misereri Deus: aut continebit in ira sua misericordias suas?

10 Et dixi, Nunc cœpi: hæc mutatio dexteræ Excelsi. C

11 Memor fui operum Domini: quia memor ero ab initio mirabilium tuorum.

12 Et meditabor in omnibus operibus tuis: & in adinuentionibus tuis exercebor.

13 Deus in sancto via tua: quis Deus magnus sicut Deus noster? tu es Deus qui facis mirabilia.

14 Notam fecisti in populis virtutem: redemisti in brachio tuo populum tuum, filios Iacob, & Ioseph.

15 Viderunt te aquæ Deus, viderunt te aquæ: & timuerunt, & turbatæ sunt abyssi.

16 Multitudo sonitus aquarum: vocem dederūt nubes. D

17 Etenim sagittæ tuæ transeunt: vox tonitrui tui in rota.

18 Illuxerunt coruscationes tuæ orbi terræ: cōmota est & contremuit terra.

19 In mari via tua, & semitæ tuæ in aquis multis: & vestigia tua non cognoscentur.

20 †Deduxisti sicut oues populum tuum in manu Moysi & Aaron.

Conqueritur de maxima & grauissima afflictione : simul tamen diuina bonitate & misericordia Dei fretus se consolatur.

Consolationem à Deo recipit fidelis.

Exod. 14. c

PSALM. LXXVIII.

[1] Erudiens (carmen) [2] Asaphi.[3]

1 *AVscultato popule mi institutionem meam, inclinate aures vestras ad sermones oris mei.*

2 *Aperiam[4] ad insignia quædam sallā os meum, eloquar abstrusa quædam (temporis) prisci:*

3 *Quæ audiuimus, quæque cognouimus, & (quæ) patres nostri narrauerunt nobis:*

4 *Neque nos (ergo) celabimus (ea) à filiis eorum, ætatibus posteris.*

PSALM. LXXVII.

Intellectus Asaph.

1 ATtendite popule meus legem meam: inclinate aurem vestram in verba oris mei. A

2 †Aperiam in parabolis os meum : loquar propositiones ab initio.

3 Quanta audiuimus & cognouimus: ea & patres nostri narrauerunt nobis.

4 Non sunt occultata à filiis eorum in generatione altera.

Carmen est historicum, commemorans opera Dei, docens omnes posteros quid facto sit opus.

Mat. 13. e

5. Narran-

7 Heb. celebrabit te. i. qui pertinaces sunt irati, laudabunt te. 8. i. quasi vinculo cohibebis nequis posthac irascatur tibi. 9. i. propterea agite Deo gratias. 10 Hebr. vindemiat. i. aufert animum principibus.
PSAL. LXXVII. 1 Præfecto cantorum nomine Ieduthun, ipsi Asaph, psalmus. † Heb. In die angustiæ meæ. 2 Alii legunt, virtus mea vacillabat. Alii, plaga mea defluebat. 3 loquebar. 4 obruebatur, operiebatur. 5 attonitus eram. 6 i. quæ noctu canebā præ lætitia. 7 i. scrutabatur sub. sequentia. 8 elongabit, seu, vel, repellet. 9 nec addet esse beneuolus vltra? 10 verbū sub. consolationis eius. 11 Inuctatus meus est. i. cœpi cogitare quod in hac calamitate interiturus essem. 12 (tunc recordatus sum) annorū dexteræ Excelsi. i. Dei, q. d. in tanta desperatione recordabar tēporis quo Deus dexterā suā manifestabat, suisque succurrebat. Seipsū postea declarat. 13 ab initio, in liberandis patrib. nostris. 14 studiis. 15 Subaudi, Tunc cœpi dicere, O &c. † Vel pro institutis & cōsiliis Dei, quæ sanctimonia plena sunt. nihil n. agit sine sancto consilio & iusto iudicio. Alii sanctitatē templū siue cælū interpretātur. 16 Redemisti. 17 sub. extento. i. aperta vi. 18. i. potētiā tuā. 19 trepidauerūt. 20. i. profunditates aquarū. q. d. Israelitæ virtute Diuina traiecerunt mare. 21 lapides, i. grando, scilicet, discurrit. 22 sphæra. i. aere. nā aer est formæ circularis. 23 quia trāsmisso Israele mare mox coniunctum. 24 i. opera Mosis &c. vel ductibus Mose & Aarone.
PSAL. LXXVIII. 1 ipsi Asaph. 2 in eo autē [illegible] [illegible].

Admonet ut exemplo maiorum docti redeant in viam.

5 Narrantes laudes Domini, & virtutes eius, & mirabilia eius quæ fecit.

6 Et suscitauit testimonium in Iacob: & legem posuit in Israel.

7 Quanta mandauit patribus nostris nota facere ea filiis suis: vt cognoscat generatio altera.

Filii docendi.

8 Filii qui nascentur, & exsurgent, narrabunt filiis suis.

Spes.

Rebelles Iudæi.

9 Vt ponant in Deo spem suam, & non obliuiscantur operum Dei, & mandata eius exquirant.

10 Ne fiant sicut patres eorum, generatio praua & exasperans.

11 Generatio quæ non direxit cor suum, & non est creditus cum Deo spiritus eius.

12 Filii Ephrem intendentes & mittentes arcū: conuersi sunt in die belli.

B

13 Non custodierunt testamentum Dei: & in lege eius noluerunt ambulare

14 Et obliti sunt benefactorum eius, & mirabilium eius quæ ostendit eis.

15 Coram patribus eorum fecit mirabilia in terra Ægypti, in campo Taneos.

Exod. 14. e

16 ‖ Interrupit mare, & perduxit eos: & statuit aquas quasi in vtre.

Exod. 13. 14. e. f

17 ‖ Et deduxit eos in nube diei: & tota nocte in illuminatione ignis.

Petra.
Psal. 104. d
Exod. 17. b

18 Interrupit petram in eremo: & adaquauit eos velut in abysso multa:

[a] *adduxit.*

19 Et eduxit aquam de petra: & [a] deduxit tanquam flumina aquas.

20 Et apposuerunt adhuc peccare ei: in iram excitauerunt Excelsum in inaquoso.

Tentare Deum.

21 Et tentauerunt Deum in cordibus suis vt peterent escas animabus suis.

Num. 11. a

22 ‖ Et male loquuti sunt de Deo: dixerunt, Numquid poterit Deus parare mensam in deserto?

C

Num. 20. b

23 ‖ Quoniam percussit petram, & fluxerunt aquæ, & torrentes inundauerunt:

24 Numquid & panem poterit dare, aut parare mensam populo suo?

Num. 11. a

25 ‖ Ideo audiuit Dominus, & distulit: & ignis accensus est in Iacob, & ira ascendit in Israel:

Credere.
Sperare.

26 Quia non crediderunt in Deo, nec sperauerunt in salutari eius

27 Et mandauit nubibus desuper, & ianuas cæli aperuit.

Manna.
Exod. 16. c
Num. 11. b
Iohan. 6. d
1. Cor. 10. a

28 ‖ Et pluit illis manna ad manducandum, & panem cæli dedit eis.

Num. 11. g

29 ‖ Panem angelorum manducauit homo: cibaria misit eis in abundantia.

30 ‖ Transtulit Austrum de cælo: & induxit in virtute sua Africum.

Carnes.

31 Et pluit super eos sicut puluerem carnes: & sicut arenam maris volatilia pennata.

32 Et ceciderunt in medio castrorum eorum, circa tabernacula eorum.

33 Et manducauerunt & saturati sunt nimis, & desiderium eorum attulit eis: non sunt fraudati à desiderio suo.

D

Num. 11. g

34 ‖ Adhuc escæ eorum erant in ore ipsorum: & ira Dei ascendit super eos.

35 Et occidit pingues eorum, & electos Israel impediuit.

Infidelitas.

36 In omnibus his peccauerunt adhuc: & non crediderunt in mirabilibus eius.

37 Et defecerunt in vanitate dies eorum: & anni eorum cum festinatione.

Quærere Deum.

38 Cum occideret eos, quærebant eum: & reuertebantur, & diluculo veniebant ad Deum:

Redemptor.

39 Et rememorati sunt quia Deus adiutor est eorum, & Deus excelsus redemptor eorum est.

5 Narrabimus laudes Domini, robur eius, stupendaq; opera eius quæ gessit.

6 Constituit enim [3] contestationem [quandam] in Iacob, & legem tulit in Israele.

7 Quæ præcepit patribus nostris, vt ea nota facerent filiis suis:

8 Vt cognoscat ætas postera, filii [scilicet] qui [4] nascentur, quum adoleuerint, narrent [eadem] filiis suis:

9 [Inteq;] in Deo fiduciam suam ponant, nec obliuiscantur operum Dei, mandataq; eius obseruent:

10 Nec euadant similes patribus suis, nationi deficienti & rebelli.

11 Nationi quæ recte cor suum haud quaquam instituit, & cuius spiritus nunquam vere Deo credidit.

12 Filii Ephraim armati iaculantes arcu, verterunt [terga] in die belli.

13 Non obseruarunt fœdus Dei, & in lege eius noluerunt ambulare;

14 Sed obliti sunt factorum eius, & admirandorum facinorum eius quæ illis ostenderat.

15 Coram patribus eorum stupenda opera fecit in terra Ægypti in campo [5] Soan.

16 Secuit mare, & traduxit illos: consistere iussit aquas velut aceruum.

17 Et deduxit eos interdiu nube, & singulis noctibus per lumen ignis.

18 Secuit rupes in deserto, & potum [eis] dedit [6] vt ex magna abysso:

19 Et eduxit riuos è petra, & fecit decurrere tanquā flumina aquas.

20 Adhuc tamen peccarunt ei, & exasperarunt excelsum in solitudine;

21 Et tentauerunt Deum in corde suo, quum poscerent cibum [7] animabus suis.

22 Et contra Deum loquuti sunt, dicentes, Num poterit Deus mensam instruere in deserto?

23 En petram percussit, & effluxerunt aquæ, & flumina inundarunt:

24 Num & panem dare poterit? num parare carnes poterit populo suo?

25 Ideirco Dominus (hæc) audiuit, & exarsit. & succensus est ignis contra Iacob, & ira contra Israelem ascendit:

26 Quod non crediderunt Deo, & in [8] salutem eius non sperauerunt.

27 Et mandauit nubibus superne, & ostia cæli aperuit?

28 Et depluit illis Man vt ederent, & frumentum [9] cæleste dedit eis.

29 Panem [10] fortium edit homo, demisit illis commeatum ad saturitatem vsq;.

30 [11] Cælo mouebat Eurum, & virtute sua Africum adduxit:

31 Et depluit super eos carnem tanquam puluerem, & alatas volucres, velut arenam maris.

32 Quas deiecit in medium castrorum illorum, & circum tabernacula eorum.

33 Et ederunt, saturatiq; sunt abunde, & [a] satisfecit gulæ eorum. [12] non sunt fraudati desiderio suo:

34 Eratq; adhuc cibus eorum in ore ipsorum, Quum ira Dei desæuire in eos inciperet.

35 Occideretq; [13] pingues eorum, atq; selectos in Israele deiiceret.

36 [14] Super hæc omnia iterum contra eum peccauerunt, nec stupendis eius factis fidem habuerunt.

37 [15] Temere ergo finiuit dies eorum, & annos eorum subito.

38 Quum trucidaret eos, quærebant ipsum, [16] ac mature ad Deum (supplicando) reuertebantur.

39 Tum recordabantur Deum esse ipsorum petram, & Deum excelsum esse eorum redemptorem.

3 Testimonium, statutum, decretum i. statuit decreto quodam in populo Israelitico, vt posteri vestri scirent facinora diuina quorum tradita ipsi fuerunt.
4 Nascituri.

5 Id est, in agro Tanitico. Soan enim putant, quam latini Tanim vocant, metropolim Ægypti.
6 Hebr. in voraginibus magnis.

7 i. sibi. vel, pro desiderio suo, pro sua libidine.
8 i. opem.
9 cæli. i. e cælo, ex aere descendens.
10 i. cælorum, vel, nubium. Chaldæus paraphrast. vertit cibum qui descendit de habitaculo angelorum.
11 Excitauit ventum orientalem in cælo. vel, in aerem ipsum immisit ventum orienta. &c.
[a] Heb. adduxit illis desiderium eorum i. reddidit illos voti compotes.
12 Heb. Non erant alienati a desiderio suo, i. nondum consequuti erant eorum desiderium.
13 i. præstantiores inter eos pinguiculos.
14 vel, In his omnibus tamen hæc omnia
15 Hebr. Consumpsit igitur dies eorum in vanitate.
16 ac reuertebantur, (resipiscebant) & diluculo quærebant Deū. i. fundebant preces ad Deum.

Ephraim. 73 Et repulit tabernaculum Ioseph: & tribum *Ephrem non elegit:
74 Sed elegit tribum Iuda, montem Sion quem dilexit.
75 Et ædificauit sicut vnicornium sanctificium suum in terra quam fundauit in secula.
Dauid electus. 76 Et elegit Dauid seruum suũ, & sustulit eum de gregibus ouium:
77 De post fœtantes accepit eum. Pascere Iacob seruum suum, & Israel hæreditatem suam.
78 Et pauit eos in innocentia cordis sui: & in intellectibus manuum suarum deduxit eos.

73 Et repudiauit tentorium Iosephi, & tribum Ephraim non elegit:
74 Sed tribum Iudæ elegit, montem Sion, quem dilexit.
75 Et extruxit sanctuarium suum tanquam excelsa [palatia,] veluti terram quam fundauit, vt perpetuò subsistat.
76 Et elegit Dauidem seruum suum, à caulis ouium tulit eum,
77 Post fœtas [euntem] abduxit eum, vt pasceret Iacob populum suum, & Israelem hæreditatem suam.
78 [44] Pauit igitur eos pro integritate cordis sui, & minauit eos manibus suis in prudentia.

44 Alludit ad pastores qui manu & pedo oues deducunt. Vel, manibus suis. i. rebus suis gestis.

PSAL. LXXVIII.
Psalmus Asaph.

A *Conqueruntur de tyranni le & iniustiis Israeli illatis, ab Antiocho vel Nabuchodonosor: pe cata interim confitentes, & pro iis* B *veniam petentes, vtq; finem habeat persequutio, grates se fore promittunt.*

1 DEus venerunt Gentes in hæreditatem tuam, polluerunt templum sanctum tuum: posuerunt Ierusalem in pomorum custodiam.
2 Posuerunt morticina seruorum tuorum escas volatilibus cæli: carnes sanctorum tuorum bestiis terræ.
3 Effuderunt sanguinem eorum tanquam aquã in circuitu Ierusalem: & non erat qui sepeliret.
4 Facti sumus opprobrium vicinis nostris: subsannatio & illusio his qui in circuitu nostro sunt.
5 Vsquequò Domine irascèris in finem, accendetur velut ignis zelus tuus:
6 ‖ Effunde iram tuam in Gentes, quæ te non nouerunt: & in regna quæ nomen tuum non inuocauerunt:
7 Quia comederunt Iacob, & locum eius desolauerunt.
C Ierem. 10.8 ‖ Esa.64.4
8 † Ne memineris iniquitatum nostrarum antiquarum, cito anticipet nos misericordiæ tuæ: quia pauperes facti sumus nimis.
9 Adiuua nos Deus salutaris noster: propter gloriam nominis tui Domine libera nos, & propitius esto peccatis nostris propter nomen tuum:
10 Ne forte dicant in Gentibus, Vbi est Deus eorum? & innotescat in nationibus coram oculis nostris.
11 Vltio sanguinis seruorum tuorum qui effusus est: introeat in conspectu tuo gemitus compeditorum.
D 12 Secundum magnitudinem brachii tui posside filios mortificatorum.
13 Et redde vicinis nostris septuplum in sinu eorum: improperium ipsorum quod exprobrauerunt tibi Domine.
14 Nos autem populus tuus & oues pascuæ tuæ confitebimur tibi in seculum.
In generationem. 15 *In generatione & generationem annunciabimus laudem tuam.

PSAL. LXXIX.
° Psalmus Asaphi.

1 VEnerunt Deus Gentes in hæreditatem tuam, polluerunt regiam [1] sanctuarii tui, redegerunt Ierusalem in aceruos.
2 Dederunt cadauera seruorum tuorum, cibum volucribus cælorum, & carnem [2] beneficorum tuorum bestiis terræ.
3 Effuderunt sanguinem eorum circa Ierusalem velut aquam: nec est qui sepeliat.
4 [3] Probro fuimus vicinis nostris, irrisioni & ludibrio his qui circum nos habitant.
5 Quousq; tandem ô Domine? [4] succensebis ne perpetuò? ardebitne cen ignis æmulatio tua?
6 Effunde iram tuam in Gentes, quæ te non agnoscunt: & in regna, quæ nomen tuum non inuocant:
7 Nam vorarunt Iacob, & [5] habitaculum eius vastarunt.
8 Ne sis [6] nobis memor iniquitatum priorum, subito anteuertat nos misericordia tua: nam vehementer attenuati sumus.
9 Auxiliare nobis ô Deus [7] salutis nostræ, propter gloriam nominis tui & libera nos, & [8] propitius sis peccatis nostris propter nomen tuum.
10 [9] Cur dicerent Gentes, Vbi est Deus eorum? [10] nobilis esto inter Gentes, nobis videntibus.
11 Vltio sanguinis seruorum tuorum qui effusus est. Penetret in conspectum tuum gemitus vinctorum:
12 Pro magnitudine brachii tui [11] fac superstites eos qui morti iam addicti sunt.
13 Repende vicinis nostris septuplum in sinum eorum, opprobrium eorum quo te ô Domine affecerunt.
14 Et nos populus tuus, & grex pascuorum tuorum.
15 Te celebrabimus in seculum, & per omnes ætates prædicabimus laudes tuas.

PSAL. LXXIX. ° Ipsi Asaph.
1 Sanctitatis tuæ i. regiam sanctã tuam.
2 misericordium tuorum. i. qui experti sunt misericordiam tuã, vel in alios fuerunt benefici.
3 i. vicini habuerunt nos opprobrio.
4 Quousq; tandem Domine irasceris in æternum, i. tam implacabiliter ardebit velut ignis indignatio tua?
5 vel, templum. Alii vrbem intelligunt.
6 i. in perniciem nostram.
7 in quo est nostra salus.
8 condona peccata nostra.
9 id est, Cur faceres vt dicerent.
10 Palam fiat, diuulgetur.
11 redde vitæ, conserua in vita.

PSAL. LXXIX.

In finem, pro iis qui commutabuntur, testimonium Asaph, Psalmus.

A *Argumenti eiusdem est cum præcedens. Populus Dei impiis permissus, orat sibi vindicari, & priora Dei beneficia, sub vinea allegoria* B *calamitati præsenti collata, ad erigendam spem memorat.*

1 QVi regis Israel, intende: qui deducis velut ouem, Ioseph.
2 Qui sedes super cherubim, manifestare coram Ephraim, Beniamin & Manasse.
3 Excita potentiam tuam, & veni vt saluos facias nos.
4 Deus conuerte nos: & ostende faciem tuam, & salui erimus.
5 Domine Deus virtutum, quousq; irasceris super orationem serui tui?
6 Cibabis nos pane lachrymarum: & potum dabis nobis in lachrymis in mensura?
7 Posuisti nos in contradictionem vicinis nostris: & inimici nostri subsannauerunt nos.

PSAL. LXXX.

[a] Testimonium & Psalmus Asaphi præfecto cantorum super liliis.

1 O Pastor Israelis ausculta, qui minas velut gregem Iosephum.
2 [2] Qui insides cherubim, affulge. Ante Ephraim, Beniamin, & Manasse.
3 Potentiam tuam excita, & veni ad seruandum nos.
4 Deus restitue nos, & fac illucescere faciem tuam, & salui erimus.
5 Domine Deus exercituum, quousq; tandem [3] excandesces in oratione populi tui?
6 [4] Lachrymis veluti pane cibasti eos, & pro potu propinasti eis lachrymas maxima mensura.
7 Posuisti nos vt materia simus vicinis nostris [5] iurgandi, vtq; hostes nostri nobis illudant.

PSAL. LXXX.
1 Præfecto cantorum super sosanim, eduth, ipsi Asaph. Eduth, species melopœæ Hebrææ.
2 i qui pollicitus es auxilium e propitiatorio quod est super arcam inter cherubim.
3 Heb. fumabis. vel fumasti. hoc est, Cur iram aduersarii orationem nostram.
4 Heb. Pane lachrymæ hoc est, lachrymoso, flebili. Alii paruam mensuram intelligunt, vt quæ tribus digitis aut vola capi posset.
5 vel, litigandi. Heb. posuisti nos contradictionẽ. aut litem vicinis nostris.

8 *O Deus exercituum restitue nos, fac illucescere faciem tuam, & salui erimus.*

9 *Vitem ex Ægypto traduxisti, quum eiectis Gentibus plantasti.*

10 *Repurgasti* [6] *diligenter superficiem eius, & quum radicare fecisset, terram occupauit.*

11 *Vmbra eius montes obtexit, rami eius* [7] *cedros Dei.*

12 *Extendebat ad mare palmites suos, & vsque ad* [8] *fluuium pampinos suos.*

13 *Quare rupisti sepem eius, vt ex ea decerpant quicunque illac transeunt;*

14 *Aper è silua eam vastat & omnis generis fera quæ in agris degunt, eam depascuntur.*

15 *Deus exercituum redi obsecro, intuere è cælis, aspice, & inuise vineam istam:*

16 [9] *Vitiarium quod plantauit dextera tua, & propaginem ipsam quam* [10] *tibi roborasti.*

17 *Exusta est igni, amputataque: ab* [11] *increpatione vultus tui peribunt.*

18 *Sit* [12] *manus tua cum viro dexteræ tuæ, cum filio hominis quem tibi corroborasti.*

19 *Et non retrocedemus à te,* [13] *[dum] vitam nobis restitues, in nomine tuo inuocabimus.*

20 *O Domine Deus exercituum, restitue nos, fac illucescere faciem tuam, & salui erimus.*

8 Deus virtutum conuerte nos: & ostende faciem tuam, & salui erimus.

9 Vineam de Ægypto transtulisti: eiecisti Gentes, & plantasti eam.

10 Dux itineris fuisti in conspectu eius, & plantasti radices eius, & impleuit terram. G

11 Operuit montes vmbra eius: & arbusta eius cedros Dei.

12 Extendit palmites suos vsque ad mare: & vsque ad flumen propagines eius.

13 Vt quid destruxisti maceriam eius, & vindemiant eam omnes qui prætergrediuntur viam?

14 Exterminauit eam aper de sylua: & singularis ferus depastus est eam.

15 Deus virtutum conuertere: respice de cælo, & vide, & visita vineam istam.

16 Et perfice eam quam plantauit dextera tua: & super filium hominis quem confirmasti tibi.

17 Incensa igni & suffossa, ab increpatione vultus tui peribunt. D

18 Fiat manus tua super virum dexteræ tuæ: & super filium hominis quem confirmasti tibi.

19 Et non discedimus a te: viuificabis nos, & nomen tuum inuocabimus.

20 Domine Deus virtutum conuerte nos: & ostende faciem tuam, & salui erimus.

PSAL. LXXXI.

[1] Asaphi præfecto cantorum super torcularibus.

1 *IVbilate Deo robori nostro,* [2] *clangorem canite Deo Iacob.*

2 *Sumite psalmum, date tympanum, citharam suauem cum nablo:*

3 *Clangite cornu noua luna,* [3] *statuto die sacrificii nostri.*

4 *Hic enim ritus est Israeli,* [4] *ius Deo Iacob:* [5] *Testimonium hoc posuit in Ioseph, quum exiret de terra Ægypti [vbi] labium quod non cognoueram, audiebam.*

5 [6] *Subduxi oneri humerum eius: manus eius ab ollis [conficiendis]* [7] *transibant.*

6 *In angustia inuocabas me, & eripiebam te:* [8] *clam per tonitrua respondebam tibi periculum tui faciebam ad aquas iurgii. Sela.*

7 *Audi populus meus, contestabor enim te, O Israel, si me audieris,* [10] *Non erit in te Deus alienus, neque adorabis Deum peregrinum.*

8 [11] *Ego sum Dominus Deus tuus, qui eduxi te de terra Ægypti:* [12] *dilata os tuum, & implebo illud.*

9 *At populus meus vocem meam non audiuit, Israel noluit me.*

10 *Permisi igitur eos* [13] *libidini cordis ipsorum, vt irent iuxta consilia sua.*

11 *O si populus meus audisset, si Israel in viis meis ambulasset:*

12 *Quam breui inimicos eorum deiecissem, & contra infestantes eos vertissem manum meam.*

13 *Qui odio habent Dominum,* [14] *essent illi fermiter supplices, ipsorum autem* [15] *æuum perpetuum esset:*

14 *Et cibaret eum* [16] *medulla tritici, &* [17] *melle de petra te satiassem.*

PSAL. LXXX.

In finem pro torcularibus Psalmus ipsi Asaph, quinta sabbathi.

1 EXultate Deo adiutori nostro: iubilate Deo Iacob. A

2 Sumite psalmum, & date tympanum: psalterium iucundum cum cithara.

3 Buccinate in Neomenia tuba, in insigni die solennitatis vestræ.

4 Quia præceptum in Israel est, & iudicium Deo Iacob. ‖ Testimonium in Ioseph posuit illud, cum exiret de Terra Ægypti: linguam quam non nouerat audiuit.

5 Diuertit ab oneribus dorsum eius: manus eius in cophino seruierunt. B

6 In tribulatione inuocasti me, & liberaui te, exaudiui te in abscondito tempestatis: ‖ probaui te apud aquam contradictionis.

7 ‖ Audi populus meus, & contestabor te: Israel si audieris me, non erit in te Deus recens, neque adorabis Deum alienum.

8 Ego enim sum Dominus Deus tuus qui eduxi te de Terra Ægypti: dilata os tuum, & implebo illud. C

9 Et non audiuit populus meus vocem meam: & Israel non intendit mihi.

10 ‖ Et dimisi eos secundum desideria cordis eorum, ibunt in adinuentionibus suis.

11 ‖ Si populus meus audisset me: Israel si in viis meis ambulasset: D

12 Pro nihilo forsitan inimicos eorum humiliassem: & super tribulantes eos misissem manum meam.

13 Inimici Domini mentiti sunt ei: & erit tempus eorum in secula.

14 Et cibauit eos ex adipe frumenti: & de petra, melle saturauit eos.

Exhortatio est ad gratitudinem pro anni prouentu, simulque beneficiorum Dei quæ Israeli exhibuit, commemoratio.

Genes. 41. f

Exod. 17. b

Exod. 20. a

Qui Deo credit, in nullo alio fidit.

Actor. 14. c

Baruch. 3. b

6 Ante eam, & radicare fecisti radices eius & impleuit terram. q. d. in loco elapidato statuisti eam, & dedisti incrementum radicibus eius, ita vt terram totam occuparit. 7 Vt cedri Dei. i. altissimæ: nam Hebræi quicquid magnum est, & excellens, Dei vocant. 8 id est, Euphratem. Longitudinem terræ sanctæ & latitudinem describit. 9 Sub. visita inquam. 10 id est, viribus adornasti in honorem tuum. 11 id est, propter iram quam facie tua declaras, peribunt hi qui per vitem significantur. 12 id est, auxilium tuum sit super eos quos hactenus protexisti. 13 Viuifica nos, (cum) inuocabimus nomen tuum.

PS. LXXXI. 1 Præfecto cantorum, super gittith, ipsi Asaph. Gittith instrumentum musicum allatum è Geth vrbe Palæstinæ. 2 iubilate. 3 statuto tempore, (nimirum) die festo, quo solenniter celebramus. 4 id est, mos iste institutus in honorem Dei Iacob. Quidam legunt, ius à Deo Iacob. sub. præfectum. 5 Vice testimonii in Ioseph posuit illud (statutum) dum egrederetur ipse super terram Ægypti, (vbi) sermonem ignotum audiui. Ac si dicat: Deus posuit ritum illum, statutum illud, in populo Israelitico, vt testificaretur omnia ista beneficia sibi debere accepta referri. Statuit inquam dum egrederetur super terram Ægypti. i. dum pararet vindicare populum suum, seruientem in Ægypto, vbi sermonem quem non noueram, audiui. i. audierunt Israelitæ, audierunt maiores sermonem Ægyptium illis incognitum. 6 Verba Dei [illegible] Israeli. 7 recesserunt. 8 in secreto, (sub obtentum præ metu) exaudiui te, tonitru edito. 9 i. apertam tibi voluntatem meam. 10 (Ideo) non fuerit. 11 (Ideo) ego sum Dominus. i. hunc Deum tuum agnoueris. 12 Dilatare os, est ampliter & large petere. q. d. pete quicquid voles, & impetrabis. 13 fortitudini, pertinaciæ, obstinationi. 14 Mentiti fuissent illi, sub præ nimio timore. i. negassent se aliquid molitos contra te [illegible]. Alii mentiti fuissent. i. supplices fuissent, sed fucato corde. 15 felicitas durasset in æternum Gallice, Ils eussent eu le temps à tout iamais. 16 adipe. i. [illegible]. Accipi significat electum & optimum quodcunque est, per translationem. 17 [illegible] abundare omnibus ad vitam necessariis, [illegible] reddidissem [illegible].

PSAL. LXXXI.

Psalmus Asaph.

Obiurgatio iniquorum iudicum, quos deterret ab iniustitia, comminando poenam: interim officium eorum describens. Prouerb. 24. a

A 1 DEus stetit in synagóga deorum: in medio autem Deos diiudicat.
2 Vsquequo iudicatis iniquitatem: & facies peccatorum sumitis?
3 Iudicate egeno & pupillo: humilem & pauperem iustificate.
4 ‖ Eripite pauperem: & egenum de manu peccatoris liberate.
5 Nescierunt, neque intellexerunt, in tenebris ambulant: mouebuntur omnia fundamenta terræ.
6 ‖ Ego dixi, Dii estis, & filii Excelsi omnes.
7 Vos autem sicut homines moriemini: & sicut vnus de principibus cadetis.
8 Surge Deus, iudica terram: quoniam tu hæreditabis in omnibus Gentibus.

Hic locus exponitur à Christo. Ioh. 10. g

PSAL. LXXXII.

[a] Oda Asaphi.

1 DEus consistit in cœtu [1] Dei, in medio [2] deorum iudicium agit:
2 Quousq; tandem [inquiens] iudicabitis iniquè, & [3] facies impiorum suscipietis? Sela.
3 [4] Vindicate pauperem & pupillum, afflictum & miserum absoluite.
4 Eripite tenuem, & inopem de manu impiorum liberate.
5 [5] Nihil norunt, nec intelligunt, in tenebris ambulant [6] nutant cuncta fundamenta terræ.
6 [Equidem] dixeram, Vos [7] dii estis, & vos omnes filii Excelsi:
7 Veruntamen sicut [reliqui] homines moriemini, & sicut vnus [8] ex principibus cadetis.
8 Surge Deus [9] iudica terram: [10] nam tibi vniuersæ gentes hæreditariò iure debentur.

PSAL. LXXXII.

Canticum Psalmi Asaph.

Precatio est, vt Dominus succurrat populo contra tot grauissimos & potentissimos hostes. Imitatur Psalmum 20.

A 1 DEus quis similis erit tibi? ne taceas, neq; compescaris Deus.
2 Quoniam ecce inimici tui sonuerunt: & qui oderunt te, extulerunt caput.
3 Super populum tuum malignauerunt consilium: cogitauerunt aduersus sanctos tuos.
4 Dixerunt, Venite, & disperdamus eos de gente: & non memoretur nomen Israel vltrà.
5 Quoniam cogitauerunt vnanimiter: simul aduersum te testamentum disposuerunt, taberna-
B cula Idumæorum & Ismahelitæ:
6 Moab, & Agareni, Gebal, & Ammon, & Amalec: alienigenæ cum habitantibus Tyrum.
7 Etenim Assur venit cum illis: facti sunt in adiutorium filiis Lot.
8 ‖ Fac illis sicut Madian & Sisaræ: ‖ sicut Iabin in torrente Cisson.
9 Disperierunt in Endor: facti sunt vt stercus terræ.
10 ‖ Pone principes eorum sicut Oreb & Zeb, & Zebee, & Salmana.
11 Omnes principes eorum: qui dixerunt, Hæreditate possideamus sanctuarium Dei.
12 Deus meus pone illos vt rotam, & sicut stipulam ante faciem venti.
13 Sicut ignis qui comburit syluam, & sicut flamma comburens montes:
14 Ita persequêris illos in tempestate tua, & in ira tua turbabis eos.
15 Imple facies eorum ignominia: & quærent nomen tuum Domine.
16 Erubescant & conturbentur in seculum seculi: & confundantur & pereant.
17 Et cognoscant quia nomen tibi Dominus, tu solus altissimus [b] in omni terra.

Iudic. 7. f
Iudic. 4. d
Iud. 7. g
[b] super omnem terram.

PSAL. LXXXIII.

[1] Carmen Psalmi [2] Asaphi.

1 NE te in silentio contineas ô Deus: [3] ne dissimules, néve cesses, ô Deus.
2 Ecce enim hostes tui tumultuantur: & qui te odio habent, extollunt caput:
3 Aduersus populum tuum vafre consultârunt, cōtra [4] absconditos tuos inierunt consilium.
4 Dixerunt, Agite, deleamus eos, ne sint amplius gens, vt ne mentio quidem fit vltra nominis Israelitici.
5 Quoniam vnà ex corde conspirârunt, fœdus aduersus te inierunt, Tentoria Edom & Ismahelitarum.
6 Moabitarum & Hagarenorum, Gebalita, Ammonita & Amalecita, Palæstini cum Tyriis.
7 Assyrii quoque illis iuncti sunt, [5] brachium fuerunt filiis Lot. Sela.
8 Fac illis vt Madianitis, vt Sisera, vt Iabin ad torrentem Kison.
9 Qui [6] fracti sunt in Endor, facti sterquilinium terræ.
10 Fac vt ipsi principesq; eorum habeant sicut Oreb, & sicut Zeeb: sicut Zebah & Salmunna.
11 Cunctis illorum duces: Qui dixerunt, Vendicemus nobis habitacula Dei.
12 Deus meus, redige hos illos vt sint tan [7] rota, & vt stipula coram vento:
13 [8] Vt ignis incendens syluam, & vt flamma montes comburens.
14 Sic persequitor eos procellis tuis, & turbine tuo consterna illos.
15 Perfunde facies eorum ignominia, vt requirant nomen tuum Domine.
16 Pudefiant & consternantur in omne æuum, pudore afficiantur & pereant.
17 [9] Vt cognoscant quod tu, cuius nomen Dominus, solus et excelsus super omnem terram.

PSAL. LXXXIII.

In finem pro torcularibus filiis Core Psalmus.

Continet commendationem adus dominica, quàm beatū sit degere in tabernaculis Dei & hoc maxime quadrat festo tabernaculorum.

A 1 QVàm dilecta tabernacula tua Domine virtutum: concupiscit & deficit anima mea in atria Domini.
2 Cor meum & caro mea exultauerunt in Deum viuum.
3 Etenim passer inuênit sibi domum: & turtur nidum sibi, vbi ponat pullos suos.

PSAL. LXXXIIII.

[1] Psalmus filiorum Corah, præfecto cantorum ad torcularia.

1 QVàm sunt amabilia, ô Domine exercituum, tabernacula tua. [2] Ardet, & etiam deperit anima mea ad atria [3] Domini:
2 Cor meum & caro mea [4] clamant ad Deum viuum.
3 Etiam [5] passer inuenit sibi domicilium, & hirundo nidum vbi reponat pullos suos.

---

[a] Psalmus ipsi Asaph. 1 i. magno, & frequenti, & magnifico, vel, in cœtu potentis, i. potētū. hoc est in senatu qui solet valere authoritate. 2 i. iudicū. Iudices etiā Elohim dicuntur: quod rectè iudicando, & ius suum vnicuiq; reddendo, vices Dei suppleant, & obtineant. Deus publicè iudicantibus adesse solet, vt inspicet quomodo iudicandū. q. d. q. Deus cœtui vestro adsit, ô iudices, qui sit vi speciaris quæ illic suggerit. 3 Personam vel faciē impiorum suscipere, est eis deferre, & in gratiā eorū peruertere iudicium. 4 Heb. Iudicate pauperi & pupillo: pauperem & egenū iustificate. Iudicare, pro ius dicere. Iustificare pro sua sententia oppressum absoluere. 5 sub. iudices, e. dixi iudicant, vt nihil scire videantur. 6 i. vniuersus orbis vacillat, omnis conuertitur, homini perit, vbi vera iudicia cessant. 7 q. d. si fungimini vestro officio, fungimini officio Dei. 8 Alii legunt, sicut aliquis tyrannorū vel violentorū. Alii, Et sicut vnus (s. militum) vos ô principes cadetis. 9 ius redde populis hæc terras habitantibus, quæ nulla recta iudicant. 10 vel, nam tu occupas gentes quasi tibi hæreditario iure possides. sunt electus quod manu opprimuntur, iure liberas. PS. LXXXIII. 1 i. Psalmus cum voce pro voto. 2 ipsi Asaph. 3 Heb. sileas, neve quiescas. 4 i. quos tegis, & sub alis tuis abscondis, vel, qui modo videntur deserti à te, quos tamē illos protegas. 5 i. auxilio fuerunt Ammonitis & Moabitis. 6 perierunt. 7 i. redde eos instabiles vt rota in loco decliui. 8 q. d. perde eos omnino vt perdi solet sylua quæ flagrat incendio quod extingui non potest: tanquam flammam quæ in ipsis montibus adurit arbores & herbas. 9 quod tu, ô Domine, solus es, (&) nomen tuum (solum est: & quod, solus, &c. Alii vertunt, quod tu cuius solius nomen est Dominus, sis altissimus super, &c. i. cui soli competit nomen Adonai. Alii, quod tu solus es nomen tuum, (& quod sis) altissimus, &c. i. solus es id quod diceris, hoc est solus ipse Deus. PS. LXXXIIII. 1 Præfecto cantorū filiis Core ad gittith Psalmus. Volunt quidam hunc psalmū compositum à Corah, vel potius à Dauide cum ob intestina bella ipse Dauid cogeretur abesse à domo Domini, incensus desiderio veniendi in cœtum sanctum Israelis. 2 concupiscit. 3 i. sua persona mutatio. 4 exultant præ gaudio maxime, os meum, & cor meum & tota vox mea in honorem Dei viuentis. 5 De varis aliis auibus quæ passim ædificabantur, intellige. Subaudi igitur. At mihi ad illa altaria, vel tabernacula nullus patet aditus. Quidam legunt turtur inuenit, &c.

6 I. quibus iter ad tabernacula tua. q. d. qui itacunnt se ituros ad tabernaculũ tuum. vel, qui nihil aliud cogitant quàm quomodo ad te perueniant.
7 Fontibus (. atente,) reddent eam vallem quasi esset vnus fons. Alii reiciunt virtuat, vallem mori arbor... sic est, per vallem mori abundantem, in loco enim arido morus nasci solet. Affirmat autem illis qui adibant tabernaculum Domini, nihil defuturum in itinere, quantumuis arido. Aut per vallem sitientem, & ob id ad fletum excitantem.
8 Heb. de turma ad turmam, id est, turmatim. q. d. nunquam quiescent, donec eo perueniant vbi audiant laudes Dei: & tandem vnusquisq; apparebit in Sion.
9 Lux humanæ vitæ & hominum propugnator.
PSAL. LXXXV.
1 Præfecto cantorum filiis Core Psalmus.
2 Redibis in gratiam ó Domine, cum terra tua.
3 Indignationẽ tuam.
4 Heb. reduxisti a furore faciem tuam.
5 Conuerte.
6 Discute. dissipa. Metaphora à nubibus quæ vento dissipantur.
7 Heb. in æternum.
8 Misericordiam.
9 Id est, omnia fœlicia de populo suo & de sanctis suis dicturus est: nec vnquam postea reuersuri sunt ad impietatem, quam per stultitiam intelligit.
10 Sanctos, misericordes.
11 Id est, Christus inter nos homines.
12 Misericordia, q. d. tempore Christi erit inter misericordiam, veritatem, pacem, & iustitiam maximus

4 [Nempe] altaria tua ó Domine virtutum, rex meus & Deus meus.

5 Beati qui in domo tua habitant, perpetuò te laudabunt. Sela.

6 Felices illi homines, quorum robur in te situm est, in quorum cordibus semitæ [tuæ] sunt. Transeuntes vallem [7] fletus,[*] fontibus [abundantem] reddent.

7 Etiam piscinas replebit pluuia. Ibunt [b] de virtute in virtutem, comparebit [quisq; eorum] apud Deum in Sion.

8 Domine Deus exercituum exaudi orationem meam, ausculta Deus Iacob. Sela.

9 Clypeus noster aspice Deus, & intuere faciem vncti tui.

10 Quia potior est dies in atriis tuis, quàm [alibi] mille:

11 Malo ad limen desidere domus Dei mei, quàm habitare in tentoriis impiorum: Nam [9] sol & clypeus est Dominus Deus.

12 Dabit Dominus gratiam & gloriam:

13 Nullo bono, destituet eos qui in integritate ambulant. O Domine exercituum, felix homo qui in te confidit.

4 Altaria tua Domine virtutum, rex meus & Deus meus. B

5 Beati qui habitant in domo tua Domine:' in secula seculorum laudabunt te.

6 Beatus vir cuius est auxilium abs te: ascensiones in corde suo disposuit, in valle lachrymarum loco quem posuit.

7 Etenim [*] benedictionem' dabit legislator, ibunt de virtute in virtutem: videbitur Deus deorum in Sion. C

8 Domine Deus virtutum exaudi orationem meam: auribus percipe Deus Iacob.

9 Protector noster aspice Deus, & respice in faciem Christi tui:

10 Quia melior est dies vna in atriis tuis super millia.

11 Elegi abiectus esse in domo Dei mei, magis quàm habitare in tabernaculis peccatorum.

12 Quia misericordiam & veritatem diligit D
[*] Deus: gratiam & gloriam dabit Dominus.

13 Non priuabit bonis eos qui ambulant in innocentia: Domine virtutum, beatus homo qui sperat in te.

PSAL. LXXXV.

[1] Psalmus filiorum Corah præfecto cantorum.

1 [2] PRopitius eris ó Domine terræ tuæ,' captiuitatem Iacob auertes.

2 Auferes iniquitatem populi tui, obteges cuncta ipsorum peccata. Sela.

3 Tolles omnem [3] æstum' tuum, [4] feruorem iræ tuæ sedabis.

4 [5] Restitue' nos Deus salutis nostræ, [6] solue' tuam erga nos nos indignationem.

5 Num [7] continenter' succensebis nobis? extrahes furorem tuum in omne æuum?

6 An non tu is es, qui conuersus, vita nos restitues. & populus tuus in te lætabitur?

7 Ostende nobis ó Domine [8] bonitatem' tuam, & salutem tuam da nobis.

8 Audiam quid Dominus Deus loquatur: quoniam [9] loquetur pacem ad populum suum.

9 Et ad [10] beneficos' suos, ne recidant ad stultitiam.

10 Profectò salus eius propè adest iis qui ipsum timent, vt inhabitet [11] gloria in terra nostra.

11 [12] Benitas' & veritas sibi inuicem occurrent, iustitia & pax se mutuo osculabuntur.

12 [13] Fides' è terra progerminabit, & iustitia è cælo prospiciet.

13 Etiam Dominus dabit bonitatem, & terra nostra reddet prouentum suum.

14 Iustitia ante ambulabit [14] coram eo,' & ponet in via gressus suos.

PSAL. LXXXIIII.

In finem filiis Core Psalmus.

1 BEnedixisti Domine terram tuam: auertisti captiuitatem Iacob. A

2 Remisisti iniquitatem plebis tuæ: operuisti omnia peccata eorum.

3 Mitigasti omnem iram tuam: auertisti ab ira indignationis tuæ.

4 Conuerte nos Deus salutaris noster: & auerte iram tuam à nobis.

5 Numquid in æternum irasceris nobis? aut extendes iram tuam à generatione in generationem? B

6 Deus tu conuersus viuificabis nos: & plebs tua lætabitur in te.

7 Ostende nobis Domine misericordiam tuam: & salutare tuum da nobis.

8 Audiam quid loquatur in me Dominus Deus: quoniam loquetur pacem in plebem suam.

9 Et super sanctos suos, & in eos qui conuertuntur ad cor.

10 Verumtamen prope timentes eum salutare ipsius, vt inhabitet gloria in terra nostra.

11 Misericordia & veritas obuiauerunt sibi: iustitia & pax osculatæ sunt. C

12 Veritas de terra orta est: & iustitia de cælo prospexit. D

13 Etenim Dominus dabit benignitatem: & terra nostra dabit fructum suum.

14 Iustitia ante eum ambulabit: & ponet in via gressus suos.

PSAL. LXXXVI.

Precatio Dauidis.

1 PRæbe mihi Domine aurem tuam, & annue mihi: nam afflictus sum & miser.

2 Custodi vitam meam, quoniam [1] beneficus' sum: serua tu Deus meus seruum tuum, qui in te confidit.

3 Beneficus esto mihi ó Domine, quoniam te quotidie inuoco. Exhilara animum serui tui: nam ad te ó Domine animum meum attollo.

4 Etenim tu Domine bonus es & propitius, amplæ [2] bonitatis' in omnes qui te inuocant.

5 Ausculta Domine precationi meæ, & attende vocem deprecationis meæ.

PSAL. LXXXV.

Oratio ipsi Dauid.

1 INclina Domine aurem tuam, & exaudi me: quoniam inops & pauper sum ego. A

2 Custodi animam meam, quoniam sanctus sum: saluum fac seruum tuum Deus meus sperantem in te.

3 Miserere mei Domine, quoniam ad te [*] clamaui' tota die: lætifica animam serui tui, quoniam ad te Domine animam meam leuaui.

4 § Quoniam tu Domine suauis & mitis, & multæ misericordiæ omnibus inuocantibus te.

5 Auribus percipe Domine orationem meam: & intende voci deprecationis meæ.

[*] benedictionem.

[*] Dominus.

A Vaticinium est de restitutione Israelis, adeoque de regno Christi, & pro aduentu eius

B precatio, cũ descriptione fœlicitatis, qua omnia plena sunt, vbi illud obtinuerit.

Misericordia & remissio peccatorum facta:

vnde oritur pax in cordibus.

A Precatio est, qua orat, primum, vt innocenter: inde ab hostibus tutum tenat, simulq; potentia Dei & bonitatem ... proposita, cũ sibi tum aliis exhibitam, exhibendamq; memorat. Typus Christi.

[*] clamabo. Ioel. 2. e

cõiunctio: omnia erunt plena misericordiæ, veritatis, iustitiæ & pacis. 13 Veritas. Veritas ... hominis, & illos Deus iustificabit. 14 Id est, coram eo quoque Christiano, id est, vnusquisque iuste ejus, & ambulabit per viam, ... Vel, ... ambulabit ... sicut Deus ... ut Nox coram Deo ambulabat. PSAL. LXXXVI. 1 Sanctus. sanctificati. Hasideo. 2 Misericordia, id est, valde misericors.

6 In die

6 In die tribulationis meæ clamaui ad te: quia
exaudisti me.
7 Non est similis tui in diis Domine: & non est
secundum opera tua.
8 Omnes Gentes quascunque fecisti, venient, &
adorabunt coram te Domine: & glorificabunt nomen tuum:
9 Quoniam magnus es tu, & faciens mirabilia:
tu es Deus solus.
10 Deduc me Domine in via tua, & ingrediar in
veritate tua: lætetur cor meũ vt timeat nomen tuũ.
11 Confitebor tibi Domine Deus meus in toto
corde meo, & glorificabo nomen tuum in æternũ.
12 Quia misericordia tua magna est super me. &
eruisti animam meam ex inferno inferiori.
13 Deus, iniqui insurrexerunt super me, & synagóga potentium quæsierunt animam meam: & nõ
proposuerunt te in conspectu suo.
14 Et tu Domine Deus miserator & misericors,
patiens, & multæ misericordiæ, & verax:
15 Respice in me, & miserere mei, & da imperiũ
tuum puero tuo: & saluum fac filium ancillæ tuæ.
16 Fac mecum signum in bonũ, vt videant qui
oderunt me, & cõfundantur, quoniam tu Domine
adiuuisti me, & consolatus es me.

Gentium vocatio.

Gloriatur se liberatum.

6 Quo die in angustiis sum, te inuoco: nam soles mihi annuere.
7 Non est tibi ô Domine inter Deos quisquam conferendus, nec est qui faciat opera qualia tu facis.
8 Cunctæ Gentes quas fecisti venient, & adorabunt coram facie tua ô Domine, & nomen tuum cum gloria prædicabunt:
9 Quandoquidem magnus tu, quiq; stupenda edis facinora, tu solus es Deus.
10 [4] Dirige me Domine in viis tuis, [tunc] ambulabo in [5] veritate tua: [6] coge pectus meum, vt timeat nomen tuum.
11 Celebrabo te Domine Deus meus ex toto corde meo, & nomen tuum perpetuò cum gloria celebrabo:
12 Magna siquidem est in me [7] benignitas tua, & liberasti animam meam [8] ex inferno inferiori.
13 Deus superbi insurrexerunt aduersus me, & cœtus violentorum quærunt animam meã, & non proposuerunt te in conspectu suo.
14 At tu Domine Deus pronus es ad misericordiam, propensus ad beneficentiam, tardus ad iram, [9] multa bonitatis & fidei.
15 Respice ad me, & [10] beneficus esto mihi: da robur tuum seruo tuo, & serua filium ancillæ tuæ.
16 Ede signum aliquod bonitatis erga me tuæ: vt qui me odio habent, pudore suffundantur, quum viderint quòd tu ô Domine me iuueris, & consolatus sis me.

PSALM. LXXXVI.

Filiis Core Psalmus cantici.

1 Fundamenta eius in montibus sanctis: diligit
Dominus portas Sion super omnia tabernacula Jacob.
2 Gloriosa dicta sunt de te, ciuitas Dei.
3 Memor ero Raab, & Babylonis scientium me.
4 Ecce alienigenæ, & Tyrus, & populus Æthiopum, hi fuerunt illic.
5 Nunquid Sion dicet, Homo, & homo natus est
in ea: & ipse fundauit eam Altissimus?
6 Dominus narrabit in scripturis populorum,
& principum horum qui fuerunt in ea.
7 Sicut lætantium omnium habitatio est in te.

A *Gratia Euangelii super Judæos & Gentes spiritu Dei regeneratos: sub allegoria temporalis Jerusalem.*

PSALM. LXXXVII.

[a] Psalmus & canticum Corah filiorum.

1 Fundamenta eius in montibus sanctis: Diligit Dominus [2] portas Sionis, præ omnibus [3] tabernaculis Jacob.
2 Præclara [4] in te dicuntur, ô ciuitas Dei. Sela.
3 [5] Faciam meminisse Rahab & Babylonis, hos qui me nouerunt.
4 En Palæstina & Tyr cum Æthiopibus, ille natus est in ea.
5 At de Sione dicetur, [6] Vir & vir natus est in ea, & ipse excelsus confirmat eam.
6 [7] Dominus conscribendo eum arabis populos, insignis ille natus est in ea. Sela.
7 [8] Cantores simul cum ducentibus chorum, omnes [9] scaturigines meæ in te.

PSALM. LXXXVII.

Canticum Psalmi filiis Core in finem pro Maheleth, ad respondendum, intellectus Eman Ezrahitæ.

A 1 Domine Deus salutis meæ, in die clamaui &
nocte coram te.
2 Intret in conspectu tuo oratio mea: inclina
aurem tuam ad precem meam:
3 Quia repleta est malis anima mea: & vita mea
inferno appropinquauit.
4 Æstimatus sum cũ descendentibus in lacum:
factus sum sicut homo sine adiutorio, inter mortuos liber.
5 Sicut vulnerati dormientes in sepulchris, quorum non es memor amplius: & ipsi de manu tua
B repulsi sunt.
6 Posuerunt me in lacu inferiori: in tenebrosis,
& in vmbra mortis.
7 Super me confirmatus est furor tuus: & omnes
fluctus tuos induxisti super me.
8 Longe fecisti notos meos à me: posuerunt me
abominationem sibi.

Querimonia multo vehementior, qua extremis malis, & vt videtur difficillimo morbo aliquo, aut persecutione ab inimicis, se adobrutum, ac penè extinctũ queritur, nulla accipiens consolationem.

PSALM. LXXXVIII.

Carmen psalmi filiorum Korah, præfecto cantorum, [1] de miseriis ad affligendum, erudiens [carmen] ipsius Heman Ezrahitæ.

1 Domine Deus salus mea, die ac nocte clamo coram te.
2 [2] Veniat precatio mea in conspectum tuum, inclina aurem tuam clamori meo:
3 Nam anima mea satiata est malis, [3] & vita mea vsque ad sepulchrum pertigit:
4 [4] Quin iam reputatur inter eos qui in foueam subeunt: Sum vt vir, cui nihil est virtutis:
Vt liber [à rebus huius vitæ annumeratus sum] mortuis.
5 Velut interempti qui dormiunt in sepulchro, [5] quorum nulla amplius superest memoria, quiq; [6] à manu tua abscissi sunt.
6 Collocasti me in foueam inferiorem, in loca tenebrosa [7] atque profunda.
7 Incubuit in me feruens indignatio tua, omnibus fluctibus tuis [8] depressisti me. Sela.
8 Effecisti vt noti mei procul à me discederent, reddidisti me illis abominandum:

4 Doce me Dñe viam tuam
5 i. mãdatis tuis quæ sunt tecũ sunt. vel, fidâ promissis tuis.
6 vni cor meum.
7 misericordia.
8 i. à morte æterna.
9 Heb. multus misericordia & veritate. i. mirũ semper præstans secundum promissiones tuas.
10 misericors.
PS. LXXXVII.
1 Filiis Core psalmus cantici cuius (psalmi) fundamentũ est de montib. sanctis. i. de Ierusalẽ quæ fundata est in montib. mõte Moria, vbi erat templum, & mõte Sion, vbi erat regia. Ita doctiores inter Hebræos vertunt, q primum versum, psalmi argumentum & inscriptionem continere dicunt. q. d. psalmus iste est de dignitate & excellentia Ierusalem.
2 Portæ pro vrbibus per synecdochen.
3 supra alia loca in quibus Iacob habitarunt.
4 dicta.
5 Ordo inuersus sic legetur, Ecce, (si) memorem de Ægypto & Babylone apud cognitores meos, de Tyro & Palæstina cum Æthiopia: (tũc dicetur) Ille natus est ibi. i. Si verba facerem de Ægypto & Babylone ad eos qui eas norunt pin[illegible] de vt ego nom[illegible] vel apud eos qui sese [illegible] pertos [illegible], item de Palæstina, Tyro & Æthiopia: dicet: q in illis [illegible] vnus & alter vir excellens & clarus natus sit. cõtrà de Sion. q. d. In Tyro, Babylone, &c. vix vnus aut alter inuenitur qui verè Deũ colat: at Ierusalem quamplurimos veri Dei cultores habet.
6 i. quamplurimi veri & [illegible] Dei cultores in ea nati sunt.
7 Dominus dum

describet populos, (tunc) scripsit quis [illegible] ibi nasceretur. q. d. Hoc tribuendum est Deo. Dñs o dum quasi in annales referret acta singulorum populorum, dum videret ante [illegible] quidam [illegible] homines, scripsit [illegible] supra [illegible] regionibus [illegible] Ierusalem, [illegible] ad finem accederet. 8 Sub. (At in Sion) Cantores erunt [illegible] q. d. Tam [illegible] Ierusalem [illegible] laudum, quam [illegible] Veritas [illegible], Tot cantores erunt in Sion [illegible] laudent [illegible]. 9 fontes [illegible] q. d. in [illegible] Iesu, omnium [illegible] fontes [illegible]. PS. LXXXVIII. 1 [illegible] Canticum [illegible] plenũ [illegible] Heman [illegible] Core [illegible] Dauidis quam [illegible] Heman, siue [illegible] Dauid. 2 [illegible] 3 vel, [illegible] morti. 4 q. d. [illegible] quorum [illegible] amplius vel, quorum [illegible] quos non [illegible]. 6 i. à tutela tua, quos auxilio destituis. 7 in profunditatibus, sub. maris. 8 affixisti.

9 *Conclusus sum, ut egredi non possim: Dolet oculus meus præ afflictione.*
10 *Inuoco te ô Domine tota die, ad te expando manus meas.*
11 [9] *Edisne admiranda facinora mortuis? num emortui resurgunt, & celebrabunt te? Sela.*
12 *Num enumerabitur in sepulchro bonitas tua? aut fides tua in [10] interitu?*
13 *Num cognoscentur mirabilia tua [11] in tenebris? aut iustitia tua in terra, ubi [omnium rerum] est oblivio?*
14 *At ego ad te ô Domine clamavi, & oratio mea mane te [12] præveniet.*
15 [13] *Cur repellis animam meam ô Domine? abscondis a me faciem tuam?*
16 *Afflictus ego sum, & [14] tantum non animā ago ab adolescentia: & [15] animi dubius terrores tuos fero.*
17 *Super [16] me transierunt furores tui, & terrores tui me confecerunt:*
18 *Circumdederunt me veluti aqua quotidie, cinxerunt me pariter.*
19 *Effecisti ut procul à me sint amici & proximi, ut noti mei sint [17] in tenebris.*

9 Traditus sum, & non egrediebar: oculi mei languerunt præ inopia. C
10 Clamaui ad te Domine tota die: expandi ad te manus meas.
11 Nunquid mortuis facies mirabilia: aut medici suscitabunt, & confitebuntur tibi?
12 Nunquid narrabit aliquis in sepulchro misericordiam tuam, & veritatem tuā in perditione?
13 Nunquid cognoscentur in tenebris mirabilia tua: & iustitia tua in terra obliuionis?
14 Et ego ad te Domine clamaui: & mane oratio mea præueniet te. D
15 Vt quid Domine repellis orationem meam: auertis faciem tuam à me?
16 Pauper sum ego, & in laboribus à iuuentute mea: exaltatus autem, humiliatus sum & conturbatus.
17 In me transierunt iræ tuæ: & terrores tui conturbauerunt me.
18 Circumdederunt me sicut aqua: tota die circumdederunt me simul.
19 Elongasti à me amicum & proximum: & notos meos à miseria.

PSALM. LXXXIX.

[1] Erudiens Ethan Ezrahitæ.

1 B[2]Onitates Domini perpetuò canam:
2 [3] *Fidem tuam ore meo notam faciam in omne æuum.*
3 *Sic enim [apud me] [4] statui. Bonitas tua perpetuò [5] ædificabitur, [6] in ipsis cœlis fidem tuam confirmasti.*
4 [7] *Pepigi fœdus cum electo meo, [8] iuraui Davidi servo meo:*
5 *Semen tuum in æternum confirmabo, & [9] stabiliam solium tuum ad omnem posteritatem Sela.*
6 [10] *Cœli admiranda facinora tua celebrant ô Domine, quin & fidem tuam in [11] cœtu sanctorum.*
7 *Quis enim in æthere æquabitur Domino? aut [quis] inter filios [12] fortium Domino assimilabitur?*
8 *Deus vehementer formidandus in concilio sanctorum, & tremendus [13] super omnes qui circa ipsum sunt.*
9 *Domine Deus exercituum quis ut tu, præstans [14] virtute ô existens? [15] omnia circum te, fides sunt.*
10 *Tu potestatem exerces [19] in fastum maris: quum attollit fluctus suos, tu compescis eos.*
11 *Tu contudisti tanquam [20] cadaver [21] superbum: [22] brachio roboris tui dispersisti inimicos tuos.*
12 *Tui sunt cœli, & tua est terra, orbem, & [23] quidquid in eo est, tu fundasti.*
13 *Aquilonem & [24] meridiem tu condidisti, [25] Thabor & Hermon [26] in nomine tuo exultant. [27] Tu brachium habes omnipotentia praditum.*
14 *Roboras manum tuam, attollis dexteram tuam: [28] Iustitia & æquitate stabilitum est regale solium tuum.*
15 [29] *Bonitas & fides antecedunt faciem tuam. O [igitur] fœlicem populum qui agnoscit [30] clangorem:*
16 *O Domine [tales] [31] in lumine vultus tui incedent: In nomine tuo quotidie exultabunt, & [32] in iustitia tua sese attollent.*

PSALM. LXXXVIII.

Intellectus Ethan Ezrahitæ.

1 MIsericordias Domini in æternum cantabo. A
2 [a]In generatione & generationem annunciabo veritatem tuam in ore meo.
3 Quoniam dixisti, In æternum misericordia ædificabitur in cœlis: præparabitur veritas tua in eis.
4 Disposui testamentum electis meis, iuraui David seruo meo.
5 Vsque in æternum præparabo semen tuum. Et ædificabo [b]in generatione & generationem sedem tuam.
6 Confitebuntur cœli mirabilia tua Domine: etenim veritatem tuam in ecclesia sanctorum.
7 Quoniam quis in nubibus æquabitur Domino, similis erit [c]Deo in filiis Dei?
8 Deus qui glorificatur in concilio sanctorum: magnus & terribilis super omnes qui in circuitu eius sunt. B
9 Domine Deus virtutum, quis similis tibi? potens es Domine, & veritas tua in circuitu tuo.
10 Tu dominaris potestati maris: motum autē fluctuum eius tu mitigas.
11 Tu humiliasti sicut vulneratum, superbum: in brachio virtutis tuæ dispersisti inimicos tuos.
12 Tui sunt cœli, & tua est terra, orbem terræ & plenitudinem eius tu fundasti:
13 Aquilonem & mare tu creasti. Thabor & Hermon in nomine tuo exultabunt: tuum brachium cum potentia.
14 Firmetur manus tua, & exaltetur dextera tua: iustitia & iudicium præparatio sedis tuæ.
15 Misericordia & veritas præcedent faciem tuā: beatus populus qui scit iubilationem. E
16 Domine, in lumine vultus tui ambulabunt, & in nomine tuo exultabunt tota die, & in iustitia tua exaltabuntur.

17 Quo-

a in generationem.
2.Reg.7.c
b in generationem.
c Domino.
Gen.1.a

9 Nunquid facies miracula mortuis? num resuscitabis mortuos ostentaturus miracula [illegible] nequaquam, q.d. non, eripe me igitur, ut te laudem: nam vita hac functi, te non possunt laudare.
10 perditione, i. in sepulchro. repetitio est, q.d. nunquid defuncti narrabunt promissa tua vera?
11 Hæc omnia sepulchrū significant.
12 præueniet, i. summo mane te precor, quicquid alii agant.
13 sub. dum te inuoco
14 desperatus vel, moribundus, & quasi animam efflans.
15 i. sum semper in dubio ne peream.
16 q.d. ira tua multiplex me opprimit.
17 q.d. in domibus suis delitescunt, neque prodeunt in publicū ut mihi opem ferant.
PS. LXXXIX.
1 Eruditione plenus (psalmus traditus) ipsi Ethan Ezrahitæ (ut decantaretur.) Hic psalmus de insigni illo fœdere Deus nobiscum per Christū inito tractat. Docet omnium seculorum homines, non in afflictionib. deficere, sed certa fide fœderis inter Deum & homines icti, tanquam sacræ anchoræ hærere. Comprehendit promissionē Davidi factā, 2. Reg. 7. typum Christi.
2 i. multiplices & varias misericordias.
3 veritatē tuam. i. promissa tua fida & vera.
4 cogitaui.
5 i. instar ædificii summa arte cōstructi durabit.
6 q. d. tam durabilia sunt promissa tua quam cœli ipsi. Verti potest, velut depositum dedisti cœlis ipsis veritatem tuam. i. pura & illæsa manet veritas promissionum tuarum quemadmodum ipsi cœli. 7 Sub. dixisti enim. 8 vel, iureiurando promisi sub. sequentia, semen [illegible] filiis fore perpetuum. 9 i. [illegible] regnum eius semper æternum reddam. Hæc Davidi competunt quatenus typus est Christi, cuius regni non erit finis. 10 q.d. non solū homines, sed etiam ipsi angeli, miraculum Dei laudant, quod Christus filius Dei carnem assumpserit. Hebræi hunc locum de cœlis interpretantur: & miracula Dei [illegible] cœli perpetuum motum. 11 (Celebrant, repetendū. Alii, Etiam veritas tua sub. celebratur) in congregatione sanctorum. 12 i. fortium Dei, Chald. paraph. [illegible] inter [illegible] angelorum fortium. 13 omnibus. vel, ab omnib. 14 fortitudine ô Deus Heb. Ia. 15 & fides tua est in circuitu tuo. i. quæ in circuitu tuo sunt, testes sunt [illegible] tuæ vel abs te nunquam recedit sed tu semper stas promissis. 19 i. in mare procellosum. sæpiūm statum declarat. 20 interemptū i. non aliter ac si gladio essent interēpti, fluctib. maris contecti. Ægyptios 21 vel, Ægyptū. i. Ægyptios. 22 [illegible] pro fortitudine brachii tui. 23 Heb. & plenitudinē eius. 24 Heb. dexteram, q. versus ad Orientē, sit meridies ad dexterā. 25 Thabor mons in occidente, & Hermon in Oriente, pro iis partibus mundi accipi possunt. 26 i. de favore tuo exultant. 27 Tuū (vel tibi) est brachiū cū potentia, manus tua [illegible] decus tuū exaltata est. 1 e. in clementia & æquitate regni omnia hoc [illegible] ad sequentē versum pertinet. 28 Heb. Iustitia & æquitas locus solii tui sunt i. solium regni tui situm est in iustitia & æquitate. 29 i. omnia regis pro tua bonitate. 30 i. lætum [illegible] signi et [illegible] Alii, qui nouit iubilationē. i. nouit te laudare ob victoriā per te partam. 31 i. sicut favore tuo, alacriter invadēt hostes suos. 30 i. quia iustis benefacere soles.

Urgetur Deus suis promissionibus, ut Christum promissum mittat.

17 Quoniam gloria virtutis eorũ tu es, & in beneplacito tuo exaltabitur cornu nostrum.
18 Quia Domini est assumptio nostra, & sancti Israel regis nostri.
19 Tunc locutus es in visione sanctis tuis, & dixisti, Posui adiutorium * in potente: & exaltaui electum de plebe mea.
D 20 Inueni Dauid seruũ meum: oleo sancto meo vnxi eum.

* *super potentem:*
1. Reg. 16. c
Act. 13. d

21 Manus enim mea auxiliabitur ei: & brachium meum * confortabit eum.

* *confirmabit.*

22 Nihil proficiet inimic⁹ in eo: & filius iniquitatis non apponet nocere ei.
23 Et concidam à facie ipsius inimicos eius: & odientes eum, in fugam conuertam.
24 Et veritas mea, & misericordia mea cum ipso: & in nomine meo exaltabitur cornu eius.
25 Et ponam in mari manum eius: & in fluminibus dexteram eius.

* *Inuocabit.*

26 Ipse * inuocauit me, Pater meus es tu: Deus meus & susceptor salutis meæ.
27 Et ego primogenitum ponam illum: excelsum præ regibus terræ.
E 28 In æternum seruabo illi misericordiam meã: & testamentum meum fidele ipsi.

Peccatores punit salvaturus quidem Deus, sed tamen propter suam misericordiam.

29 Et ponam in seculum seculi semen eius: & thronum eius sicut dies cæli.
30 Si autem dereliquerint filii eius legem meam & in iudiciis meis non ambulauerint.
31 Si iustitias meas prophanauerint, & mandata mea non custodierint.

* *Decipiam.*

32 Visitabo in virga iniquitates eorum, & in verberibus peccata eorum.
33 Misericordiam autem meam non dispergam ab eo, neque * nocebo in veritate mea.
34 Neque prophanabo testamentum meum, & quæ procedunt de labiis meis non faciam irrita.

2. Reg. 7. d
Ioh. 12. e

35 Semel iuraui in sancto meo, si Dauid mentiar: semen eius in æternum manebit.
F 36 Et thron⁹ eius sicut Sol in cõspectu meo, & sicut luna perfecta in æternũ: & testis in cælo fidelis.

Apo. 1. b.

37 Tu vero repulisti & despexisti: distulisti Christum tuum.

* *Euertisti*
Conqueritur ecclesia se abiectam.

38 * Auertisti testamentum serui tui: prophanasti in terra sanctuarium eius.

* *in*

39 Destruxisti omnes sepes eius: posuisti firmamentum eius * formidinem.
40 Diripuerunt eum omnes transeuntes viam: factus est opprobrium vicinis suis.

* *inimicorum eius:*

41 Exaltasti dexteram * deprimentium eum: lætificasti omnes inimicos eius.
G 42 Auertisti adiutorium gladii eius: & nõ es auxiliatus ei in bello.
43 Destruxisti eum ab emundatione: & sedem eius * in terra collisisti.

* *in terram.*
* *exardescet*
Vehementer orantes aliquando, Deo suas promissiones obiiciunt.
2. Reg. 7. c

44 Minorasti dies temporis eius: perfudisti eum confusione.
45 Vsquequo Domine auertis in finem: * exardescit sicut ignis ira tua?
46 Memorare quæ mea substantia: numquid enim vane constituisti omnes filios hominum?
47 Quis est homo qui viuet, & non videbit mortem: eruet animam suam de manu inferi?

17 Tu enim [33] decus es fortitudinis eorum, & pro beneuolentia tua extolles [34] cornu nostrum.
18 [35] Quoniam Domini est clypeus noster, & [36] Sancti Israelis rex noster.
19 Tum locutus es per visum [37] benignis tuis, & dixisti.
[38] Auxilium suppeditabo heroi, extuli electum e populo.
20 Inueni Dauidem seruum meum, [39] oleo meo sancto vnxi eum:
21 [40] Ut manus mea firma esset cum eo, quin & brachium meum [41] roboraret eum.
22 Hostis non [42] imponet ei, [43] prauus non affliget eum.
23 Conteram ante faciem eius hostes eius, & odientes illum confectam.
24 [44] Fides mea & bonitas mea cum ipso erunt, & [45] in nomine meo altum erit cornu eius.
25 [46] Ponam in mari manum eius, & in fluminibus dexteram eius.
26 Ipse inuocabit me, (dicens,) Pater meus es tu, Deus meus, & [47] petra salutis meæ.
27 Etiam ego [48] primogenitum constituam illũ, celsiorem regibus terræ.
28 In sempiternum custodiam illi bonitatem meam, & fœdus meum firmum ei permanebit.
29 Efficiam vt perpetuum sit semen eius, & solium eius sicut [50] dies cæli.
30 Si filii eius legem meam deseruerint, & in [51] iudiciis meis non ambulauerint:
31 Si statuta mea prophanauerint, & præcepta mea non custodierint:
32 Præuaricationes eorum virga visitabo, & iniquitates eorum flagellis.
33 At bonitatem meam non auferam ab eo, [52] nec fallam illi fidem meam:
34 Non prophanabo fœdus meum, quodque egressum est de labiis meis, nunquam mutabo.
35 Semel per sanctitatem meam [53] iuraui, [54] haudquaquã Dauidem fefellero. Semen eius in æternum erit.
36 Solium eius coram me [55] vt Sol perstabit: Firmum vt luna manebit, quæ est certus in æthere [56] testis. Selah.
37 [57] At tu repulisti, & auersatus es, succensuisque ira contra Christum tuum:
38 [58] Diffregisti fœdus quod cum seruo tuo pepigisti, humi contaminasti diadema [59] eius:
39 Dirupisti omnes sepes eius, [60] munitiones eius contriuisti.
40 Diripiunt [61] eum quicunque transeunt viam, opprobrio factus est vicinis suis.
41 [62] Extulisti dexteram eorum qui ei infesti sunt, exhilarasti hostes eius.
42 Etiam retudisti aciem gladii eius, nec [63] superiorem fecisti eum in prælio.
43 Effecisti vt cessaret dignitas eius, & solium eius in terram collisisti.
44 Præcidisti dies [64] iuuentutis eius, obtexisti eum ignominia. Selah.
45 Quousque abscondêris [65] ô Domine, anne in perpetuum [66] ardebunt ut ignis feruens indignatio tua?
46 Memento [67] quantulũ ævi ego sim: [68] num frustra condideris vniuersos homines?
47 Quis enim vir est qui viuat, & non [69] moriatur? qui eripiat vitam suam [70] à violentia sepulchri? Selah.

33 ornamentum quo illustrium [illegible] Israel patre [illegible] referunt. 34 i. vires ad [illegible] reddes contra hostibus nostris superiores. 35 i. quod protegimur, quod regnamur, Domino debemus. 36 i. Dei patris quem Israel [illegible] dicit [illegible] à Deo [illegible] cum rege. Vide 2. Reg. 7. 37 misericordibus, sancto tuo i. Samueli. Incipit declarare promissionemq; factã Samueli. 38 Heb. posui subsidium in [illegible] te i. contuli [illegible] quendã qui futurus est auxilio populo meo. Dauidem intelligit & Christum per eum. 39 Quidam subaudiunt, quem dignum duxi, vt vngerem in regẽ constituerem. 40 Cum quo manus mea firmabitur. i. potentia mea firmiter & in perpetuum erit. 41 Renouabit. 42 Vel potius, exiget ab eo tributa. 43 Heb. filius iniquitatis. 44 i. perstabo meo illi fidelem promissis, benignus agam cum eo. 45 i. me authore robur & dignitas illius exaltabitur. 46 Hoc est, Subiiciam potestati eius mare, & flumina imperio eius, vel, Protendam per [illegible] eius ad mare. Latitudinem regni Dauidis [illegible] amplitudine. 47 i. auxilium meum insuperabile. 48 i. habebo illũ loco primogeniti. hoc dicit, quia in [illegible] populi tempore fuit in honore. 50 i. tamdiu durabit quamdiu cælum ipsum. 51 Iudicia sunt pronunciata diuina, & quæcun-

quæ præcepit Deus. 52 Id est, semper stabo promissis. 53 Iurare Dei, promittere est immutabili [illegible]. * 54 Heb. si Dauidi mentiar. Sub hoc [illegible] nihil [illegible]. 55 Id est, tamdiu quamdiu Sol. 56 [illegible] stabilitatis regni. 57 Hactenus [illegible] & promissionum [illegible] tempus [illegible] turbulentum, [illegible] ita neq; [illegible] & [illegible] præ[illegible]. 58 Abrogasti. Neglexisti. 59 i. [illegible] regni [illegible] dignitas in regiam. 60 Heb. posuisti munitiones eius [illegible] vel, formidinem, id est, fecisti vt [illegible] in propugnaculis [illegible] tormenta [illegible] Deus. 61 Illud sub solium, sine regnum [illegible]. 62 [illegible] id est, subditi, ipsi [illegible]. 63 Heb. [illegible] eum, vel, non reddidisti eum stabilem, id est, non adfuisti ei præliante. 64 Id est, florentis, & [illegible] quo florebat. Abbreuiasti tempus [illegible].
65 Vel, [illegible] Domine in æternum? id est, tam [illegible] in perpetuum facturus? 66 Vel, (quousque) exardescet. 67 Heb. ego quod tempus, id est, [illegible] memor [illegible] mea.
68 [illegible] Verba impiorum vt sequens versus indicat, vel, cur videris (sub infidelibus) frustra [illegible]. [illegible] Deus [illegible] hominem, nisi [illegible]. 69 Videat [illegible] mortem, id est, non sit moriturus. 70 De manu, id est, potestate.

47 *Vbi sunt ô Domine benignitates tuæ pristinæ, quas Dauidi* [71] *ex fide tua iurasti.*

48 *Memor sis ô Domine,* [72] *opprobrii quod ferunt serui tui:* [73] *tuli* [74] *in sinu meo cuncta (opprobria) multorum populorum,*

49 [75] *Quibus nos affecerunt inimici tui ô Domine, quibus affecerunt vestigia Christi tui.*

50 *Laudandus Dominus in æternum.* [76] *Amen & amen.*

47 Vbi sunt misericordiæ tuæ antiquæ Domine, sicut iurasti Dauid in veritate tua? 2.Reg.7.a

48 Memor esto Domine opprobrii seruorum tuorum (quod continui in sinu meo) multarum Gentium.

49 Quod exprobrauerunt inimici tui Domine, quod exprobrauerũt commutationem Christi tui.

50 Benedictus Dominus in æternum: fiat fiat.

PSALM. XC.

Oratio Mosis [1] viri Dei.

1 Domine tu habitaculum nobis fuisti per omnia secula.

2 Priusquam montes nascerentur, & terra formaretur ac orbis, [2] a seculo vsque ad secula tu es Deus.

3 Tu reducis hominem [3] donec conteratur, ac tum dicis, [4] Reuertimini ô mortales.

4 Nam mille anni [5], coram te sunt vt dies hesternus qui præteriit, imo vt noctis vigilia.

5 Cum nimbum delabi illos impetu quodam facis sunt velut somnium: mane velut herba [8] immutantur.

6 ([9] Quæ) mane floret ac vires accipit, vespere arefacta resecatur.

7 Etenim [10] ira tua deficimus, & furore indignationis tuæ [11] terremur,

8 Iniquitates nostras [12] in conspectum tuum collocasti, [13] occulta nostra in lumen faciei tuæ:

9 Nam cuncti dies nostri in ira sæuiente dilabuntur, annos nostros finimus [14] velut cogitatum.

10 Dies annorum nostrorum quibus (viuimus) anni sunt septuaginta,

11 [15] Aut ad summum octoginta: [16] iam præstantissimum horum labor est & molestia:

12 Velociter [17] transit, in sua auolamus.

13 Quis nouit [18] vt te quoque timent, ita in eos indignatio tua (sæuit)

14 Vt ergo dierum nostrorum numerum sciamus, tu nobis plane indica, [19] vt sapientiæ animum intendamus.

15 Redi ô Domine, quousque? placare seruis tuis.

16 Satia nos [20] mane bonitate tua, [21] exultabimus & lætabimur cunctis diebus nostris.

17 Exhilara nos [22] pro diebus quibus nos afflixisti, [23] pro annis quibus mala sumus experti.

18 Effulgeat in seruos tuos [24] opus tuum, gloriaque tua in filios eorum.

19 [25] Decor Domini Dei nostri adsit nobis, & opus manuum nostrarum [26] in nobis confirma, opus (inquam) manuum nostrarum confirma.

PSALM. LXXXIX.

Oratio Moysi hominis Dei.

1 Domine, refugium factus es nobis * a generatione in generationem, — A. Breuitas & miseria humanæ vitæ ob peccatum.

2 Priusquam montes fierent, * aut formaretur terra, & orbis: a seculo & * in seculum tu es Deus. — * tu — * in generatione & generatione.

3 Ne auertas hominem in humilitatem: & dixisti, Conuertimini filii hominum.

4 Quoniam mille anni ante oculos tuos, tanquam dies hesterna quæ præteriit. — * & — * vsque

5 Et custodia in nocte: quæ pro nihilo habentur, eorum anni erunt.

6 Mane sicut herba transeat, mane floreat & transeat: vespere decidat, induret, & arescat. — B

7 Quia * defecimus in ira tua, & in furore tuo turbati sumus. — * deficimus.

8 Posuisti iniquitates nostras in conspectu tuo: seculum nostrum in illuminatione vultus tui.

9 Quoniam omnes dies nostri defecerunt: & in ira tua defecimus.

10 Anni nostri sicut aranea meditabuntur: dies annorum nostrorum in ipsis, septuaginta anni. — Eccl.18.b

11 Si autem in potentatibus, octoginta anni: & amplius eorum labor & dolor. — C

12 Quoniam superuenit mansuetudo, & corripiemur.

13 Quis nouit potestatem iræ tuæ, & præ timore tuo iram tuam dinumerare?

14 Dexteram tuam sic notam fac: & eruditos corde in sapientia. — Cognita fragilitate vitæ humanæ, & peccato, orat Dei misericordiam.

15 Conuertere Domine, vsquequo? & deprecabilis esto super seruos tuos.

16 Repleti sumus mane misericordia tua: & exultauimus, & delectati sumus in omnibus diebus nostris.

17 Lætati sumus pro diebus quibus nos humiliasti: annis quibus vidimus mala.

18 Respice in seruos tuos, & in opera tua: & dirige filios eorum.

19 Et sit splendor Domini Dei nostri super nos, & opera manuum nostrarum dirige super nos: & opus manuum nostrarum dirige.

PSALM. XCI.

1 [1] Sedens in abdito Excelsi, sub vmbra Omnipotentis commoratur.

2 [2] Dicam Domino, Asylum meum & arx mea, Deo meo nitar.

3 [3] Nam is à laqueo venatoris, & à peste exitiali te liberabit:

4 Alis suis te obteget, sub pennis eius tutus eris,

PSALM. XC.

Laus cantici Dauid.

1 Qui habitat in adiutorio Altissimi, in protectione Dei cæli commorabitur: — A. Canit quàm tutus agat, liberque a malis vniuersis, qui Deo sese solida fide commiserit.

2 Dicet Domino, Susceptor meus es tu, & refugium meum, Deus meus sperabo in eum.

3 Quoniam ipse liberauit me de laqueo venantium, & à verbo aspero.

4 * Scapulis suis obumbrabit tibi: & sub pennis eius sperabis. — * In

71 In veritate tua. per fidem tuam. i. tuam. i. fecto. 72 cum sc. dicuntur desertà à te. 73 sub. memor sis quam sis quod tolerem &c. 74 i. patientissime. 75 sub. (Memor esto inquam) Quod probris affecerunt nos inimici tui, ô Domine, quod probro affecerunt calces Christi tui. i. moram eius probrant nobis, quod moram faciat Christus, qui non veniat cito vt eripiat nos. 76 veritas est, verax est. q.d. certissime eueniet quod dixi.

PSALM. XC. 1 i. diuini, vel clarissimi. Quidam dicunt legendum esse, Oratio filiis Moysi commissa decantanda. i. Leuitis quibus incumbebat munus decantandi odas. 2 i. prius quam mundus esset, & postea quam desinet mundus esse, es Deus: vnde perpetuum refugium nobis eris. 3 vsque ad tem minutissimam. i. in puluerem. 4 sub. in terram vestram q.d. iussu tuo omnia reuertuntur in puluerem. Alii melius intelligunt de resurrectione, hoc modo, Licet hominem conuertas in minutissimum puluerem, illum tamen postea es excitaturus. 5 sub. vitæ humanæ. vel. Tempus resurrectionis videbitur hominibus lõgum, sed tibi erit breue. nã mille annos nihili facis, vt homo vnam diem nihili facit. In hunc sensum 2. Pet. vltimo. 6 i. tibi videntur tanquã dies &c. 7 Heb. Inundas eos, i. mors fuit i quasi immissa inundatione subito rapis eos de mundo, & velut somnium traduntur obliuioni. 8 prætereunt. 9 Alii referunt ad hominem, qui mane. i. in iuuentute flores, & vesperi. i. in senio moritur. Breuitas humanæ vitæ declaratur. 10 i. tibi irato propter peccata. 11 sub terrore illo mortis. 12 sub. ne tu eam obliuiscaris, sed punias. 13 vel, adolescentias nostras: i. commissa in adolescentia. 14 Heb. velut sermonem, qui statim euanescit dum fit. 15 Heb. & si in fortitudine [illegible] octoginta [illegible] sumus. 16 Heb. & superbia eorum. vel, robur hoc vigor eorum annorum in quo superbire solemus. 17 sub superbia illa vitæ [illegible]. 18 Heb. quum timor tuus sit indignationis tuæ quum videaris in tuos pro eo quod te colunt & timent, indignatio [illegible] quis habet perspectum [illegible] ira tua [illegible] religiosior, eo in eum ira tua videtur esse atrocior. 19 Heb. & adducemus cor ad sapientiam. 20 i. iam inde ab ineunte ætate imple nos ad [illegible]. 21 exultemus & lætemur. 22 secundum dies & pro portione & ratione temporis quo &c. 23 Repetitio. 24 miraculum tuum i. edito signo ostende te fauere tuis, & eorum posteris. 25 vel, Magnificentia. i. magnifice & præclare agat nobiscum. 26 super nos dirige. i. fac feliciter cedat quicquid facere cœperimus: & quicquid instruxerimus, te auctore sit stabilitum & firmum. Idem bis dicit.

PSALM. XCI. 1 Vndecim hos psalmos. i. nonagesimum & sequentes Hebræi tribuunt Moysi: Tres primos versus sic ex Hebræorum comment. vertas licet: in quibus a tertia persona ad secundam fit transitus. Qui habitat in abdito Altissimi, (&) qui cum moratur sub vmbra alarum Altissimi, 2 (Ille) dicam (vel, at sim pollicetur) de Domino spes mea & arx mea, & ex Deo quo nitor. Sequenti versu perficitur sententia. 3 Quod ipse te liberaturus sit de laqueo aucupis, (vel venatoris) & à peste [illegible] Memini laquei & pestis quia non est facile parum attentum non incidere in illa.

5 Scuto

5 Scuto circumdabit te veritas eius: non timebis a timore nocturno.
6 A sagitta volante in die, à negocio perambulante in tenebris ab incursu & dæmonio meridiano.
7 Cadent à latere tuo mille, & decem millia à dexteris tuis: ad te autem non appropinquabit.
8 Verumtamen oculis tuis considerabis: & retributionem peccatorum videbis.
9 Quoniam tu es Domine spes mea: altissimum posuisti refugium tuum.
10 Non accedet ad te malum, & flagellum non appropinquabit tabernaculo tuo.

Angeli. Matth. 4. a Luc. 4. b.

11 Quoniam angelis suis mandauit de te vt custodiant te in omnibus viis tuis.
12 In manibus portabunt te: ne fortè offendas ad lapidem pedem tuum.
13 Super aspidem & basiliscū ambulabis & conculcabis leonem & draconem.

Auxilium sperantibus & credentibus.

14 Quoniam in me sperauit, liberabo eum: protegam eum, quoniam cognouit nomen meum,
15 Clamauit ad me, & ego exaudiam eum: cum ipso sum in tribulatione: eripiam eum, & glorificabo eum.
16 Longitudine dierū replebo eum & ostendam illi salutare meum.

5 [4] *Tectus fide eius tanquam lancea & parma: Ut neq; molle metuendum sit tibi a terroribus,*
6 *Neq; interdiu[5] a sagitta volante:[a] Non à peste quæ in obscuro grassatur non[6] ab exterminio vastante meridie.*
7 [7] *Cadant [licet] à latere tuo mille, & à dextra tua decem millia, ad te tamen non[8] pertinget.*
8 [9] *Duntaxat[10] talionem impiis reddi videbis, & inspicies tuis ipsius oculis:*
9 [11] *Quoniam tu ò Domine asylum mihi es quo nitor, in edito collocasti habitationem tuam:*
10 *Non accedet tibi malum, neq;[12] plaga tabernaculo tuo appropinquabit.*
11 *Nam angelis suis[13] tua causa præcipiet, vt in omnibus viis tuis te custodiant:*
12 *Manibus te gestabunt, ne ad lapidem pes tuus impingat.*
13 [14] *Pardum calcabis &[15] aspidem, conculcabis leunculum atq; draconem,*
14 *Quandoquidem me[16] amplexus est, eruam eum,[17] superiorem eum faciam: agnouit enim[18] nomen meum:*
15 *Me inuocabit, ideo eum exaudiam, adero ei in afflictione, eripiam eum & gloriosum eum reddam.*
16 *Vita longæua satiabo eum, & exhibebo ei[19] salutem meam.*

4 veritas eius (tanquam) tibi clypeus & parma: i. tenebit te promissione sua fideli. 5 i. à luctu periculo. 6 alias, à pernicie. 7 sub. peste, aut aliis malis. a sub. telum vel lues, aut pestis, i. permanebit illæsus. 9 q. d. te nihil mouente, nec agente, sed tātum spectante. 10 retributionē. 11 Prius sese cōsolatur protectione Dei, qui Deum domicilium in edito posuit, extra omnem telorum iactum, in qua habitatione pius commoratur. Alii sic vertunt, & sequenti versu in quo sermo dirigitur per sermonē pii. Quoniam tu Domine qui tutela mea es (& es certum) Altissimus, posuisti refugium tuum, Non accedet ad te malum &c. 12 afflictio. q. d. tu cum tota familia tua seruaberis. 13 vel mandauit tui curam. 14 vel, Leonem. 15 vel basiliscū. q. d. ferocissima quæq; animalia parebunt tibi, nihil tibi nocebunt. 16 concupiuit, vehementissime amat, adhæret mihi. 17 vel, in loco inaccesso ponam eum. 18 nomē pro nomine, i. nititur ope mea. 19 i. tandē donabo eum vita æterna.

PSALM XCI.

Psalmus cantici in die sabbathi.

Sabbathi esse peculiare laudandi Deum opportunitatem: cuius amplissimā materiam suppeditant considerata probe opera Domini, quibus sunt mirifici a deo foueri enutriti, absciti autem & perdet impios.

1 BOnum est cōfiteri Domino, & psallere nomini tuo Altissime:
2 Ad annunciandum mane misericordiam tuā, & veritatem tuam per noctem.
3 In decachordo, psalterio, cum cantico, in cithara.
4 Quia delectasti me Domine in factura tua: & in operibus manuum tuarum exultabo.
5 Quam magnificata sunt opera tua Domine: nimis profundæ factæ sunt cogitationes tuæ.
6 Vir insipiens non cognoscet, & stultus non intelliget hæc.
7 Cum exorti fuerint peccatores sicut fœnum, & apparuerint omnes qui operantur iniquitatem:
8 Vt intereant in seculum seculi. (tu autem altissimus in æternum Domine.)
9 Quoniam ecce inimici tui Domine quoniam ecce inimici tui peribunt: & dispergentur omnes qui operantur iniquitatem,
10 Et exaltabitur sicut vnicornis cornu meum: & senectus mea in misericordia vberi.
11 Et despexit oculus meus inimicos meos: & ab insurgentibus in me malignantibus, audiet auris mea.

Iusti plantati à Deo.

12 Iustus vt palma florebit: & sicut cedrus Libani multiplicabitur.
13 Plantati in domo Domini, in atriis domus Dei nostri florebunt.
14 Adhuc multiplicabuntur in senecta vberi, & bene patientes erunt vt annuncient.
15 Quoniam rectus Dominus Deus noster, & non est iniquitas in eo.

PSALM XCII.

Oda carminis[1] ad diem[1] sabbathi:

1 [2] *COmmodum nunc est celebrare Dominū, & [3] Psallere nomini tuo ò Altissime.*
2 *Prædicare mane bonitatem tuam, & [4] fidem tuam [5] in noctibus,*
3 *Ad decachordum, ad nablum, ad higgaion, cum cithara.*
4 *Tu enim ò Domine[6] operibus tuis me exhilaras, in factis manuum tuarum canabo.*
5 *Quam magna sunt facta tua ò Domine,[7] vehementer profunda consilia tua.*
6 *Vir stupidus [[8] istud] non cognoscit,[9] neq; stultus intelligit.*
7 *Quod cum impii sicut herba germinant, in hoc florent cuncti facinorosi, vt in perpetuum exscindantur.*
8 *Tu autem[10] excelsus es in sempiternum ò Domine:*
9 *Nam ecce inimici tui ò Domine, ecce inquam inimici tui pereunt, dispelluntur quicunq; dediti sunt iniquitati.*
10 *Meum vero cornu[11] extolletur vt monocerotis, delibutus ero oleo[12] virenti:*
11 *Videbit [optata] oculus meus in insidiantibus mihi: audiet de his qui in me insurgunt [grata] auris mea.*
12 *Iustus vt palma florebit, & sicut cedrus in Libano in altum succrescet.*
13 [13] *Plantati in domo Domini, in[14] atriis Dei nostri florebunt.*
14 *Adhuc in senecta germinabunt, succulenti &[16] virentes:*
15 *Ad prædicandum quod[17] æquus sit Dominus, petra mea, neq; vlla sit in eo prauitas.*

1 vel, pro die i. vt die sabbathi decantaretur qui dicatus erat laudibus diuinis. 2 vel, conueniēs, æquum, præclarum. 3 vel, altissimo, excellentissimo. 4 veritatem tuā i. promissa tua quæ vera sunt. 5 i. in multam noctem. Vide ps. 134. 6 i. contemplatione operum. 7 vltra modum.

PSALM XCII

Laus canticum ipsi Dauid in die ante sabbathum quando fundata est terra

Regnū Dei in Christo describitur, exaltati in dextera Patris.

1 DOminus regnauit, decorem indutus est: indutus est Dominus fortitudinem, & præcinxit se.
2 Etenim firmauit orbem terræ qui non commouebitur. 3 Parata sedes tua ex tunc, a seculo tu es.

PSALM XCIII.

1 *DOminus rex est, induit[1] celsitudinem[2] induit inquam Dominus robur, seq;[3] accinxit:*
2 *Quin & orbis (sic) firmatus est, vt non nutet.*
3 *Iam inde ab exordio[4] constitutum est solium tuum, tu ab æterno es.*

8 i. tuæ consiliationes superant humanum captum. 9 subaudi quod dicturus sum, nempe quomodo fiat vt impii tranquille, probi vero in afflictionibus viuant. 10 vel, neq; est qui intelligat. 11 in sublimi, in excelsis, tanquam sublimis speculator, & curam omnium gerens. 11 extolletur, vires meæ exaltabuntur. 12 vel, recenti, & quasi sanitatem. 13 i. tanquam plantati perficient cultu in domo &c. 14 Meminit domus & atriorum, quod domus in mundo habere sua ... sacerdotum & sæcerdotum populi. 15 fructus perferent. 16. viridi, pleni vigore. 17 rectus, iustus. PSAL. XCIII. 1 splendorem decoris, id est, ... gloriæ ornatur. 2 id est, fortitudine ceu veste ornatur. 3 sub. robore, 4 stabile, firmum.

4 Sustulerunt flumina ô Domine, sustulerunt inquā [1] flumina [illegible] strepitum suum

5 Sustulerunt flumina fluctus suos: At plus quàm strepitus aquarum immanium.

6 Procellarumq̀ maris [2] admirabilium, potens est Dominus qui in excelso [præsidet.]

7 [3] Quæ enim in testatus es super domo tua pulchra & sancta, vera & firma permanebunt ô Domine in longissima tempora.

4 Eleuauerunt flumina Domine, eleuauerunt flumina vocem suam.

5 Eleuauerunt flumina fluctus suos à vocibus aquarum multarum.

6 Mirabiles elationes maris: mirabilis in altis Dominus.

7 Testimonia tua credibilia facta sunt nimis: domum tuam decet sanctitudo Domine in longitudine dierum.

PSALM. XCIIII.

1 Domine Deus [scelerum] vltor, Deus vltor, [1] conspicuus appare.

2 Attolle te ô iudex terræ, redde talionem superbis.

3 Quousq; impii Domine, quousq; impii petulanter exultabunt.

4 Effutient, loquentur [2] grandia,[3] iactabunt sese omnes flagitiosi?

5 Populum tuum Domine atterunt, & quos tibi hæreditario iure vindicasti affligunt:

6 Viduas & aduenas occidunt, & pupillos interimunt.

7 Interim dicunt,[3] Dominus non videt, neq; Deus Jacob intelligit.

8 Intelligite stupidi in populo, & stulti quando demum sapietis?

9 Is qui aurem condidit, [quomodo] non audiret? qui oculum finxit, [quo pacto] non videret?

10 Qui [totas] Gentes [4] corripit, quiq; homines scientiam docet, [vos] non argueret?

11 Nouit Dominus cogitationes hominum vanas esse.

12 Fœlix vir quem tu ô Domine castigaueris, & quem [5] in lege tua institueris

13 Vt tranquillitatem illi pares à tempore aduerso, dum interim impio fodiatur [6] fouea.

14 Non enim abiiciet Dominus populum suum: & quos sibi in hæreditatem assumpsit, non deseret:

15 [7] Donec ad iustitiæ normam restituat iudicium, hanc sectabuntur omnes qui recto sunt corde.

16 Quis consurgat pro me contra impios? aut quis consistat [8] mecum contra sceleratos?

17 Nisi Dominus auxilio mihi fuisset, breui [9] apud inferos habitasset anima mea.

18 [10] Quum dicerem, [Nunc] lapsus est pes meus: bonitas tua ô Domine me sustentabat.

19 [11] Pro astu multarum cogitationum intra me, recrearunt animam meam consolationes tuæ.

20 [12] Num tibi quidquam commune est cum solio tyrannico, quod afflictionem fingit prætextu legis?

21 [13] Concursant aduersus animam iusti, & sanguinem innoxium [impietatis] damnant.

22 At Dominus pro arce est mihi, & Deus meus, [14] petra in qua fido.

23 Et [15] rependet illis iniquitatem ipsorum, & [16] in malitia eorum perdet ipsos, Dominus [inquam] Deus noster eos perdet.

PSALM. XCIII.

Psalmus ipsi Dauid quarta sabbathi.

1 Deus vltionum Dominus: Deus vltionum liberè egit.

2 Exaltare qui iudicas terram: redde retributionem superbis.

3 Vsquequo peccatores Domine, vsquequo peccatores gloriabuntur.

4 Effabuntur & loquentur iniquitatem, loquentur omnes qui operantur iniustitiam?

5 Populum tuum Domine humiliauerunt: & hæreditatem tuam vexauerunt.

6 Viduam & aduenam interfecerunt: & pupillos occiderunt.

7 Et dixerunt, Non videbit Dominus: nec intelliget Deus Jacob.

8 Intelligite insipientes in populo: & stulti aliquando sapite.

9 Qui plantauit aurem, non audiet? aut qui finxit oculum, non considerat?

10 Qui corripit Gentes, non arguet, qui docet hominem scientiam?

11 Dominus scit cogitationes hominum quoniam vanæ sunt.

12 Beatus homo quem tu erudieris Domine, & de lege tua docueris eum.

13 Vt mitiges ei à diebus malis: donec fodiatur peccatori fouea.

14 Quia non repellet Dominus plebem suam, & hæreditatem suam non derelinquet:

15 Quoadusq; iustitia conuertatur in iudicium: & qui iuxta illam? omnes qui recto sunt corde.

16 Quis consurget mihi aduersus malignantes? aut quis stabit mecum aduersus operantes iniquitatem?

17 Nisi quia Dominus adiuuit me: paulominus habitasset in inferno anima mea.

18 Si dicebam, Motus est pes meus: misericordia tua Domine adiuuabat me.

19 Secundum multitudinem dolorum meorū in corde meo, consolationes tuæ lætificauerunt animam meam.

20 Nunquid adhæret tibi sedes iniquitatis: qui fingis [1] laborem in præcepto?

21 Captabunt in animam iusti: & sanguinem innocentem condemnabunt.

22 Et factus est mihi Dominus in refugium, & Deus meus in adiutorium spei meæ.

23 Et reddet illis iniquitatem ipsorum: & in malicia eorum disperdet eos, disperdet illos Dominus Deus noster.

A Iudicium Dei & auxilium implorat contra improbos innocentiū & afflictorū oppressores: imprimis contra prauos iudices, ad consolationem & confirmationē eorum qui vim patiuntur.

B

C

D

Cathedra & doctrina scribarū & Pharisæorū. [1] dolorem.

Refugiū Deus in tribulatione.

PSALM. XCV.

1 Adeste, [1] canamus Domino, [2] petræ salutis nostræ [3] iubilemus

2 [3] Laude faciem eius anteuertamus, odis ei iubilemus.

PSALM. XCIV.

Laus cantici ipsi Dauid.

1 Venite, exultemus Domino, iubilemus Deo salutari nostro:

2 [1] Præoccupemus faciem eius in confessione: & in psalmis iubilemus ei:

3 Quoniam

A Exhortatur ad laudes diuinas, sed adiuncta obedientia Dei: quæ si desit, vana esse omnia externa.

[1] Præueniamus

4 fluminavocē... 1. tres q magno impetu irruunt in populum Dei. 6 fortiu, fortior est, vel, admirabilium, admirabilior est. 7 Aut in lege, Testimonia tua valde firma sunt domum tui decet sanctitas ô Dñe in longos dies. i. Oracula quibus per Prophetas promisisti, & affirmasti te laturum opem populo, vera sūt itaq; tuū debet perpetuo sanctitati studere.

PS. XCIV. 1 q. d. videntib. omnibus pœnas sume de sceleratis. 2 dura, superba. 3 Heb. Iah. i. Deus a quo omnia habent esse sint. 4 i. de Gentibus sumit vindictam. vt in diluuio & euersione Sodomorum. 5 de lege, q. d. vir ille qui corripit, & intelligit per legem tuam corrigitur, vnde fit, beatus. 6 sepulchrum, i. exitium sibi exigitur. 7 i. donec ex æquo bono iudicetur, ex æquitate: haec iudicia, alii vertūt, Quia vsq; ad iustitiam (i. iudicem) peruenient iudicium. vel, iudicium iustitiæ i. q. Deus aliquando in hoc mūdo etiam iustos pœnas nihil: quod dū facit, æquo iudicio facit. & iudicium illud amplectuntur iusti, & quod fecit illud à Deo profectū. 8 Hebr. mihi. i. pro me, mea causa, mecum. q. d. quis mecum adueniet operatores iniquitatis. 9 in silentio, vel, cum silentibus. i. cum mortuis. 10 i. Si quando cogitabā Dei beneficia commemorat. 11 In multitudine cogitationū mearum. i. Dum multa tacit me cum reuoluo, sine voluerim. 12 Hebr. An socrabitur tibi tribunal cōfractionum, q creat tu-

[illegible] rturam in præcepto vel, de more, siue consuetudine q. d. nihil habes commune cum tribunali iniusto, cum iudicib. improbis, qui solent alii iniuriā facere. 13 Turmatim conueniunt. 14 rupes fiduciæ meæ. i. in qua tutus & securus ago. 15 conuertet contra eos. 16 malo suo. i. illis artibus peribūt quibus iustos perdere volebant. PS. XCV. 1 vel, exultemus de Domino 2 i. in honorē eius qui est nobis vice propugnaculi in quo tuti sumus. 3 vel, prodeamus in conspectum eius cum laude, i. ante illum narremus beneficia quæ ab illo accepimus.

3 Quoniam Deus magnus Dominus, & rex magnus super omnes deos:
4 Quoniam in manu eius sunt fines terræ: & altitudines montium ipsius sunt.
5 Quoniam ipsius est mare, & ipse fecit illud: & siccum manus eius formauerunt.
6 Venite, adoremus, & procedamus, & ploremus ante Dominum qui fecit nos:
7 Quia ipse est Dominus Deus noster, & nos populus pascuæ eius, & oues manus eius.

Heb. 4. b

8 ‖ Hodie si vocem eius audieritis, nolite obdurare corda vestra.
9 Sicut in irritatione secundum diem tentationis in deserto.

Exhortatio vt Euangelio credamus.

Heb. 3. b

10 Vbi tentauerunt me patres vestri: probauerunt, & viderunt opera mea.
11 ‖ Quadraginta annis offensus fui generationi illi: & dixi, Semper hi errant corde.
12 Et isti non cognouerunt vias meas: vt iuraui in ira mea, Si introibunt in requiem meam.

3 Nam Dominus [4] Deus magnus est, & rex magnus præ omnibus diis.
4 In cuius manu sunt abstrusissima terræ, eius sunt montium cacumina:
5 Cuius est mare: nam fecit illud, & continentem manus eius finxerunt.
6 Agite ergo prosternamur, incurui procumbamus, genua submittamus ante conspectum Domini factoris nostri.
7 Nam ipse est Deus noster, nos vero populus [5] pascuorum eius, & grex manus eius.
8 Si hodie, voci eius [6] auscultaueritis. Ne indurate cor vestrum.
9 Vt in [7] Meriba, vt in die Masa in deserto:
10 [8] Quum patres vestri me tentauerunt, [9] explorarunt me, ac etiam viderunt opera mea.
11 Annos quadraginta [10] cum tædio pertuli gentem illam, ita vt dicerem, Populus iste corde errat,
12 Ipsique [11] vias meas ignorant. [12] Quibus iuraui iratus, [13] Nunquam ingredientur in requiem meam.

4 vel, potens &c. 5 i. quem velut grege tractat, & oues quas propria manu deducit. 6 personæ mutatio, pro, si audieritis vocem eius hoc tempore reuelati Euangelii. 7 Meriba, contentio. vide Numer. 14 Masa, tentatio. vide Exod. 17. b 8 vbi. i. in quo deserto. 9 de me periculum fecerunt. 10 iratus fui, cum generatione illa vel, cotendi. 11 ita quæ feci, miracula per me edita in deserto. 12 vel, Propterea. 13 Heb. Si intrauerint Hebræorum q.d. Hoc vel illud mihi accidat. vel, sic & sic mihi eueniat, si introierint in regione in qua piebam eis requiem.

1. Paral. 16. c

PSALM. XCV.

Canticum ipsi Dauid ‖ quando domus ædificabatur post captiuitatem.

A

Exhortatio vt salus & remissio peccatorum facta per Christum annuncietur omnibus Gentibus.

Eccles. 43. d

1 CAntate Domino canticum nouum: cantate Domino omnis terra.
2 Cantate Domino, & benedicite nomini eius: annunciate de die in diem salutare eius.
3 Annunciate inter Gentes gloriam eius: in omnibus populis mirabilia eius.
4 Quoniam magnus Dominus, & laudabilis nimis: terribilis est super omnes deos.
5 Quoniam omnes dii Gentium, dæmonia: Dominus autem cœlos fecit.
6 Confessio & pulchritudo in conspectu eius: sanctimonia & magnificentia in sanctificatione eius.
7 Afferte Domino patriæ Gentium, afferte Domino gloriã & honorem, afferte Domino gloriam nomini eius.
8 Tollite hostias, & introite in atria eius: adorate Dominum in atrio sancto eius.
9 Commoueatur à facie eius vniuersa terra: dicite in Gentibus quia Dominus regnauit.
10 Etenim correxit orbem terræ qui non commouebitur: iudicabit populos in æquitate.
11 Lætentur cœli & exultet terra, commoueatur mare & plenitudo eius: gaudebunt campi, & omnia quæ in eis sunt.
12 Tunc exultabunt omnia ligna syluarum à facie Domini, quia venit, quoniam venit iudicare terram.
13 Iudicabit orbem terræ in æquitate, & populos in veritate sua.

PSALM. XCVI.

1 CAnite Domino canticum nouum, canite Domino quicunque habitatis terram:
2 Cantate Domino, laudate [1] nomen eius, euangelizate singulis diebus [2] salutem eius.
3 [3] Gloriam eius inter Gentes narrate, stupenda eius facta in omnibus populis.
4 Nam magnus est Dominus, & plurima laude dignus, tremendus ipse præ omnibus [4] diis.
5 Siquidem cuncti dii populorum [5] nihili sunt: at Dominus cælos condidit.
6 [6] Coram ipso decus est & honor, potentia & magnificentia in [7] sanctuario suo.
7 Tribuite Domino familiæ populorum, tribuite Domino [8] gloriam ac potentiam.
8 [9] Tribuite Domino gloriam nomini eius dignam: [10] ferte munus, & venite in atria eius.
9 Prosternite vos Domino in magnifico & splendido sacrario, metuite ab ipso quotquot in terra habitatis.
[11] Dicite in Gentibus, Dominus regnat.
10 Et orbis firmabitur ne nutet, iure disceptabit populis cum æquitate.
11 Lætentur cæli, exultet terra, reboet mare, & quidquid est in eo:
12 Exultet ager & quidquid in eo continetur: tum quoque cuncta arbores saltus [12] ouent.
13 Coram Domino, quoniã venit: nam venit vt terram [13] iudicet, iudicet orbem cum iustitia, & populos cum fide.

PS. XCVI. 1 nomẽ pro numine positum. 2 i. auxilium quod omnibus attulit. 3 q.d. date gloriã Deo inter Gentes. 4 Sub. Gentium. vel, metuendus est cunctis diis, siue idolis. 5 non dii, sed nugæ, nihili. 6 q.d. adsunt illi, illis ornatus. 7 sacrario. i. in cœlo. 8 i. laudẽ fortitudinis. confitemini Deum esse fortem, nõ deos, & alia fidare. 9 i. glorificate Deum pro dignitate. 10 Hebr. pro oportet vos cũ venitis in atria ei, afferre munera. 11 vel, Promulgate inter Gentes, Dñs regnauit. gubernacula suscepit: proinde non agitabitur orbis, (sed persistet per fiduciam in Christum: qui) ius dicet ex summa æquitate, & ita cœli & terra (i. omnia) replebuntur gaudio. 12 ouabunt. 13 vel, regat, regat orbem. Iudicare dicit pro regere, quod iudices olim eã potestatem habebant in

PSALM. XCVI.

Huic Dauid quando terra eius restituta est ei.

A

Et hic de regno Christi quo Deus potentiam suam manifestat in salutem suorum, in destructionem hostium atque vanarũ superstitionum euertit.

1 DOminus regnauit, exultet terra: lætentur insulæ multæ.
2 Nubes & caligo in circuitu eius: iustitia & iudicium correctio sedis eius.
3 Ignis ante ipsum præcedet: & inflammabit in circuitu inimicos eius.
4 Alluxerunt fulgura eius orbi terræ: vidit, & commota est terra.
5 Montes sicut cera fluxerunt à facie Domini: à facie Domini omnis terra.

PSALM. XCVII.

1 DOminus regnat, [1] exultet terra, & insularum multitudo lætetur.
2 Nubes & caligo circum eum sunt: iustitia & æquitas sunt [2] firmamentum throni ipsius.
3 Ignis ante eum [3] præcedit, vt circumquaque hostes eius inflammet.
4 Fulgura eius orbem [4] illustrarunt: [*] vidit, & dolore consternata est terra.
5 Montes [5] a conspectu Domini tanquã cera colliquescebant, à facie ingentis dominatoris vniuersæ terræ.

terra sancta quam nunc reges. Vnde Iudicum liber. PS. XCVII. 1 sub. proinde exultet. Vaticinium est de regno Christi: cuius potentiam terrificam impiis, & gratam piis dicit. 2 basis. q.d. in nube atra exerit potentiam suam, dum tonitru terret mundum: & tamen nihil agit nisi quod iustum est. 3 ambulat. grassatur, vnde se emittit fulmina. Sic sequentia verba per præsens verti possunt. 4 lumine perfundunt. * videt, (sub. illa terra fulgura) & formidant quotquot terram inhabitant. 5 à præsentia Dñi. i. vilis fulminibus à Deo missis.

6 *Annunciarunt caeli iustitiam eius, & cuncti populi gloriam eius viderunt.*

7 *[propterea] quotquot idola colunt, & in ... gloriantur.*

8 *Procumbite coram eo dii uniuersi. Audiuit & gauisa est Sion,*

9 *Exultaueruntque filiae Iudae propter iudicia tua o Domine.*

10 *Nam tu Domine excelsior es omnibus qui in terra sunt, ... super omnes ...*

11 *[Propterea] qui amatis Dominum, odio habete malitiam [nam] ille animas suorum, qui bonitati student, ex manu impiorum eos eruit.*

12 *Lux sata est iusto, & iis qui recto sunt corde laetitia.*

13 *Laetamini iusti in Domino, & gratulamini in commemoratione sanctitatis eius.*

6 Annunciauerunt caeli iustitiam eius, & viderunt omnes populi gloriam eius.

7 Confundantur omnes qui adorant sculptilia, qui gloriantur in simulachris suis?

8 Adorate eum omnes angeli eius: audiuit, & laetata est Sion.

9 Et exultauerunt filiae Iudae propter iudicia tua Domine:

10 Quoniam tu Dominus altissimus super omnem terram, nimis exaltatus es super omnes deos.

11 Qui diligitis Dominum, odite malum: custodit Dominus animas sanctorum suorum, de manu peccatoris liberabit eos.

12 Lux orta est iusto, & rectis corde laetitia.

13 Laetamini iusti in Domino: & confitemini memoriae sanctificationis eius.

PSALM. XCVIII.

Canticum.

1 *Cantate Domino canticum nouum: nam admiranda fecit opera patrans,*

2 *Salutem sibi parauit sola dextera sua, & brachio suo sancto.*

3 *Notam fecit Dominus salutem suam, in Gentium oculis iustitiam suam reuelauit.*

4 *Memor fuit bonitatis suae & fidei erga domum Israelis.*

5 *Viderunt omnes fines terrae Salutem Dei nostri,*

6 *Iubilate Domino omnis terra, erumpite in vocem ... & psallite:*

7 *Psallite Domino cithara, cithara vocem psalmi iungite: Tubis & sonitu buccinae.*

8 *Iubilate coram rege Domino. Reboet mare & quicquid in eo continetur: orbis & qui eum inhabitant.*

9 *Flumina manu plaudant, simul & montes exultent Coram Domino, quia venit ad iudicandum terram.*

10 *Iudicabit orbem ex iustitia, & populos ex aequitate.*

PSALM. XCVII.

Psalmus ipsi Dauid.

1 Cantate Domino canticum nouum: quia mirabilia fecit.

2 Saluauit sibi dextera eius: & brachium sanctum eius.

3 Notum fecit Dominus salutare suum: in conspectu Gentium reuelauit iustitiam suam.

4 Recordatus est misericordiae suae, & veritatis suae domui Israel:

5 Viderunt omnes termini terrae salutare Dei nostri.

6 Iubilate Domino omnis terra: cantate, & exultate, & psallite.

7 Psallite Domino in cithara, in cithara & voce psalmi: in tubis ductilibus, & voce tubae corneae

8 Iubilate in conspectu regis Domini: moueatur mare & plenitudo eius: orbis terrarum, & qui habitant in eo

9 Flumina plaudent manu, simul montes exultabunt a conspectu Domini: quoniam venit iudicare terram.

10 Iudicabit orbem terrarum in iustitia, & populos in aequitate.

PSALM. XCIX.

1 *Domino regnante, cum tumultu populi concurrant: insidet cherubim, terra mouet.*

2 *Dominus in Sion magnus est, & super omnes populos sublimis.*

3 *Celebrent nomen tuum: magnum enim & tremendum, [quia] sacrosanctum est. Robur regis aequitatem diligit:* 4 *Tu aequitates praeparasti, tu quod iustum & aequum est facis in Iacob.*

5 *Exaltate Dominum Deum nostrum, & prosternite vos ad scabellum pedum eius: sanctum enim est.*

6 *Moses & Aharon inter sacerdotes eius, & Samuel inter eos qui inuocant nomen eius:*

7 *Clamabant ad Dominum, & exaudiebat eos. E columna nubis alloquebatur eos,*

8 *[Quia] contestationem & ceremonias quas dederat eis, obseruabant.*

9 *Domine Deus noster tu exaudiebas eos, tu eras eis Deus indulgens, studia quoque eorum vindicans.*

10 *Exaltate Dominum Deum nostrum, & prosternite vos ad montem sanctitatis eius: est enim sacrosanctus Dominus Deus noster.*

PSALM XCVIII.

Psalmus ipsi Dauid.

1 Dominus regnauit, irascantur populi: qui sedet super cherubim, moueatur terra.

2 Dominus in Sion magnus: & excelsus super omnes populos.

3 Confiteantur nomini tuo magno, quoniam terribile & sanctum est, & honor regis iudicium diligit.

4 Tu parasti directiones: iudicium & iustitiam in Iacob tu fecisti.

5 Exaltate Dominum Deum nostrum, & adorate scabellum pedum eius: quoniam sanctum est.

6 Moyses & Aaron in sacerdotibus eius: & Samuel inter eos qui inuocant nomen eius.

7 Inuocabant Dominum, & ipse exaudiebat eos: in columna nubis loquebatur ad eos.

8 Custodiebant testimonia eius, & praeceptum quod dedit illis.

9 Domine Deus noster tu exaudiebas eos: Deus tu propitius fuisti eis, & vlciscens in omnes adinuentiones eorum.

10 Exaltate Dominum Deum nostrum, & adorate in monte sancto eius: quoniam sanctus Dominus Deus noster.

Iustitia & gloria Dei. Idololatria. ... Deus. Hebr. ...

Exhortatio ad opera. ... Roman. ... peccatoris.

A Gratiarum actio quod ... terrae miserit Christum salutem promissum. Liberauit eum. Esa. ...

Inuitatio ad laetitiam ob venturum Christum.

A Regnat Deus noster magnus. De Christo intelligunt Hebraei.

Peccatis sanctorum propitius Deus, et si ea quandoque vlciscatur.

Inuitatio ad laudem.

6 declarant. 7 i. qui ... in ... hoc est fulmina quibus ... impios percutit. ... potentiam eius magnificam. ... adorant cum omnes dii subiecti sint, qui coluntur pro diis, vt sol, luna, stellae, maria ... subiecti sunt. ... quomodo idololatriae confundantur. ... vrbs Ierusalem metropolis, & aliae vrbes ... tuae. ... q. d. omnia ... tua subiecta sunt. ... misericordes sunt. 15 sub. fidei & veritatis euangelii ... per orbem, vnde ... laetantur. 16 Heb. confitemini memoriae sanctitatis eius. ... loquendi, pro dare gloriam ...

PSAL. XCVIII.

... Hebr. dextera eius, & brachium sanctum eius seruauit illi. Sub. ... terrae ... Christus dextera & brachium Patris, ... salutare mundo, ... honorem ... Patris. De Christo, dextera patris vide Esa. 59. a. & in Cantico Virginis.

... i. Christum per quem saluabat. 3 misericordiae. 4 i. promissionis. 5 pro gaudio vociferamini. 6 Hebr. cithara, & sono psalmi. 7 vociferentur. 8 id est, adueniente Christo. 9 regendum terram. reget.

PSAL. XCIX. 1 Heb. Dominus regnat. i. regnante Domino ... 2 turbentur populi. 3 qui sedebat inter Cherubim. ... qui suam praesentiam ... inter cherubim, vnde ... abat. 4 agitetur terra. 5 i. supereminet omnibus Gentibus. vel, vt magnificetur Dominus in Sion, sic sublimis est. ... inter omnes Gentes. 6 Fortitudo Regis est aequitatisque amantissima. q. d. a tyrannide abest. 7 apparas (omnia in) aequitate. 8 ... in templo ... in qua praesentiam suam exhibebat Deus. 9 ... praestantissimus sacerdotum eius. Ab exemplo maiorum inuitat ad cultum Dei. 10 ... 1 Reg. 7. 11 ... 12 In nube quae per se ... formam columnae erectae. 13 testimonia oracula. 14 ipsis ... Moses & Aaron ... vindictam sumebas ... illarum ipsis. 15 ... eorum ... peccata remittebas illis ... Moysi & Aaroni & tamen si Moyses & Aaron ... quia suo spiritu agebant, tum illos puniebas.

PSALM. XCIX.

Psalmus in confessione.

Invitat homines, ut magno studio Deũ laudent, conueniantq; in cœtum sacrum, idq; præcipue diebus festis.
ᵃ Domino

A 1 IVbilate ᵃ Deo omnis terra:
2 Seruite Domino in lætitia. Introite in conspectu eius in exultatione.
3 Scitote quoniam Dominus ipse est Deus: ipse fecit nos, & non ipsi nos.
4 Popul[ʸ] eius & oues pascuæ eius, introite portas eius in confessione, atria eius in hymnis: confitemini illi. Laudate nomen eius:
5 Quoniam suauis est Dominus, in æternum misericordia eius, & vsque in generationem & generationem veritas eius.

PSALM. C.

Psalmus [1] ad laudem.

1 *IVbilate Domino omnis terra.*
2 Colite Dominum in lætitia, venite in conspectũ eius [2] *ouantes.*
3 Agnoscite quòd Dominus est Deus, ipse nos fecit, & [3] *non ipsi nos:*
4 Sumus populus eius, & grex pascuorum eius. Ingredimini portas eius [4] *gratias acturi: & atria eius, cãtaturi laudes: celebrate illum, & nomen eius laudate:*
5 Quoniam bonus est Dominus, [5] *bonitasq; eius infinita est,* [6] *fidesq; eius in omnes ætates.*

1 vel, pro laude. sub. diuinæ misericordiæ. Decantabatur hic psalmus quum offerebatur sacrificium hostiæ pacificæ.
2 cum exultatione. cum summo animi gaudio.
3 vel, ipsi sumus i. ad ipsum pertinemus. Duplex est lectio.
4 Heb. cũ laude.
5 misericordiaque eius in seculum. i. in perpetuum duratura.
6 Vox Hebræa EMVNA, veritatem & constantiam promissorum semper significat.

PSALM. C.

Psalmus ipsi Dauid.

Officio pii sanctiq; principis functurum se pollicetur, nimpe se victurum innocẽter, & malos oppressurũ, & bonos euecturum.

A 1 MIsericordiam & iudicium cantabo tibi Domine:
2 Psallam, & intelligam in via immaculata quãdo venies ad me.
3 Perambulabam in innocentia cordis mei, in medio domus meæ.
4 Non proponebam ante oculos meos rem iniustam: facientes præuaricationes odiui.
5 Non adhæsit mihi cor prauum: declinantem à me malignum non cognoscebam.
6 Detrahentem secreto proximo suo hunc persequebar:
7 Superbo oculo & insatiabili corde cum hoc non edebam.
8 Oculi mei ad fideles terræ, vt sedeant mecum: ambulans in via immaculata, hic mihi ministrabat
9 Non habitabit in medio domus meæ qui facit superbiam: qui loquitur iniqua, non direxit in conspectu oculorum meorum.
10 In matutino interficiebam omnes peccatores terræ: vt disperderé de ciuitate Domini omnes operantes iniquitatem.

PSALM. CI.

Psalmus Dauidis.

1 *B*[1]*Onitatem & iudicium canam,* [2] *tibi Domine psallam.*
2 [3] *Prudenter me geram in via integra donec ad me venias:*
3 Domi mea in cordis integritate versabor.
4 Scelus nepharium ante oculos meos quod designẽ, non proponam, [4] *desectores odio prosequar, nec vnquam mihi adhærescent.*
5 Cor peruersum facessat à me, [5] *malitiosum non agnoscam.*
6 Qui clàm obtrectat proximo suo, eum funditus perdam:
7 Qui [6] *elatis est superciliis, animóq; arroganti, hũc non feram.*
8 Oculi mei (intenti erunt) ad eos qui in terra [7] *veritati studẽt, vt mecum versentur: qui in via innocentia ambulat, mihi* [8] *ministrabit.*
9 Non habitabit domi mea qui dolum facit: qui mendacia loquitur, [9] *nihil firmi apud me habebit.*
10 [10] *Mature perdam omnes impios terræ, vt è ciuitate omnes* [11] *facinerosi excindantur.*

PSALM. CI.
1 Misericordiã & iustitiam canam. i. hanc odã scribam de officio boni principis, cuius est misericordiam & iustitiã seruare.
2 i. tibi honorem tuum.
3 Heb. intelligã in via perfecta, quando venies ad me. i. dabo operam sedulo vt viuam inculpate & perfecte. studebo vt intelligam quid mihi agendum, te docente & instruẽte animũ meum.
4 Heb. facere declinantium i. opus eorum qui deficiunt à Deo. Infinitiuus pro nomine.
5 i. nihil mihi cõmune erit cũ homine noxio.
6 Heb. altis oculis & lato corde non patiar.
7 fidelitati
8 i. eius opera vtar in priuatis & publicis rebus.
9 Heb. non firmabitur (vel, stabiliatur) coram oculis meis: i. sedem permanentem nõ est apud me habiturus.
10 Heb. in dies. Quotidie
11 operatores iniquitatis extermine.

PSALM. CI.

Oratio pauperis cum anxius fuerit, & coram Domino effuderit precem suam.

Querimonia est populi Dei ad extremum afflicti, siue per Babylonios, siue per Antiochum, siue per alium hostem, precãtis simul, vt Deus opem ferat. Altiori autẽ sensu accommodatur Christo & ecclesiæ:

A 1 DOmine exaudi orationem meam: & clamor meus ad te veniat.
2 Non auertas faciem tuam à me: in quacunq; die tribulor, inclina ad me aurem tuam.
3 In quacunq; die inuocauero te, velociter exaudi me.
4 Quia defecerunt sicut fumus dies mei: & ossa mea sicut cremium aruerunt.
5 Percussus sum vt fœnum, & aruit cor meum: quia oblitus sum comedere panem meum.
6 A voce gemitus mei adhæsit os meũ carni meæ.
7 Similis factus sum pelicano solitudinis: factus sum sicut nycticorax in domicilio.
8 Vigilaui, & factus sum sicut passer solitarius in tecto.
9 Tota die exprobrabant mihi inimici mei: &
B qui laudabant me, aduersum me iurabant.
10 Quia cinerem tanquam panem manducabã, & potum meum cum fletu miscebam.
ᵇ & 11 A facie iræ ᵇ indignationis tuæ: quia eleuans allisisti me.
12 Dies mei sicut vmbra declinauerunt: & ego sicut fœnum arui.
Petit Christum promissum mitti. 13 Tu autẽ Domine in æternũ permanes: & memoriale tuum in generatione & generationem.
14 Tu exsurgens misereberis Sion: quia tẽpus miserendi eius, quia venit tempus.

PSALM. CII.

Precatio humili (congruens,) [*] quum anxius est, ac suam querimoniam effundit coram Domino.

1 *DOmine exaudi precationem meã, & clamor meus ad te perueniat.*
2 Ne mihi abscondas faciem tuam, (sed) præbeas aurem tuam [1] *quum angustia me premit.*
3 (Et) cito mihi annue, quum te inuoco:
4 Dies enim mei [2] *absumpti sunt vt fumus, &* [3] *ossa mea vt focus exusta sunt.*
5 Effectum est vt cor meum [4] *percussum exarescat sicut fœnum,* [5] *vsq; adeo vt sim oblitus cibum capere.*
6 Ossa (etiam) mea & [6] *caro mea cohærescunt* [7] *prægemitibus meis.*
7 Similisq; factus sum [8] *onocrotalo (gaudente) solitudine, ac buboni (agenti) in locis* [9] *desertis.*
8 [10] *Vigilo (equidem,) & similis sum passeri seorsum agenti in tecto:*
9 Quotidie (namq;) inimici mei probris me incessunt, (&) [11] *gloriantes de me,* [12] *per me iurant.*
10 [13] *Nam cinerem vt panem comedo, & potum meũ fletu misceo.*
11 [14] *Ob indignationem tuam & iracundiam tuã,* [15] *quia me alte sublatum allisisti.*
12 Mei dies [16] *inclinauerunt tanquam vmbra: & ego vt fœnum exarui.*
13 Tu autem Domine in æternum permanes, & memoria [17] *tua sempiterna temporibus.*
14 Tu (itaq;) exsurgẽs [18] *misereberis ipsius Sion: quia tẽpus illi benefaciendi, quia* [19] *præfinitum tẽpus aduenit.*

PSALM. CII.
* sub. ob grauem afflictionem.
1 Heb. in die (quo) tribulatio mihi
2 euanescunt
3 i. corpus meũ.
4 sub. dolore & tristitia afflictionis.

5 Heb. quia oblitus sum à comedendo panẽ meũ. 6 summã cutẽ intelligit. 7 Heb. à voce gemitus mei. 8 cuculo habitãti in deserto. q. d. quantũ ad eiulatũ attinet, factus sum similis pelicanis vel cuculis, & bubonibus, quæ auiculæ lugere potius videntur, quã canere. Vel verius, illis similis, quod vt illæ, hominũ conspectũ fugiã præ angore animi. 9 ruinosis, dirutis. 10 i. summa cura & solitudine contemplatus deprehẽdi me esse similẽ &c. i. destitutũ omni ope. 11 insanientes in me, qui me insana mẽte irridẽt. 12 tanquã sc. per eẽ [illegible], dicentes, Si hoc fecero, sim miser vt Dauid 13 Paucula subaudienda, & ordo commutandus, (Adeo sum fractus malis) vt panẽ tanquã cinerem edam & potum &c. i. vt panis non magis mihi sapiat quam cinis. 14 sub. hæc mihi eueniunt. 15 quia eleuastime, & proiecisti me. i. extulisti me, & exaltatum postea deiecisti. 16 sunt sicut vmbra inclinata. i. vt sunt vmbræ inclinato sole post meridiem. Legi potest, velut vmbra fugax quæ cito abit. 17 Vel, tua. i. quæ de te habetur, &c. 18 vel, misereberis. 19 sub. a prophetis,

15 Nam sicuti sui [20] afficiuntur fauore in lapides eius, & [21] puluerem eius exhibere cupiunt.

16 [22] Timeantque Gentes nomen Domini, & omnes reges terræ maiestatem tuam:

17 Quia Dominus ædificauit Sion, (&) [23] visus est in sua maiestate.

18 [24] Ac rationem habuit precationis humilium, neque precationem eorum spreuit.

19 [25] Quod quidem literarum monumentis transmittetur ad posteros: & [26] popul' qui creabitur, laudabit Dominum.

20 Siquidem prospicit e sublimi sanctuario suo, (&) terram intuetur Dominus è cælo:

21 Vt audiat gemitum vincti, (&) [27] vinculis eripiat morti addictos.

22 Vt celebrent (homines) nomen Domini in Sion, & laudem eius in Jerusalem,

23 Quando simul congregabuntur populi & regna, vt colant Dominum.

24 Afflixit (autem) [28] in via meas vires, (atque) præcidit dies meos.

25 Dicam (ergo,) Mi Deus [29] ne tollas me in media ætate mea: nam tui quidem anni sempiternum temporib. (existunt.)

26 Nam [30] primum terræ fundamenta iecisti, & cæli sunt opus manuum tuarum:

27 Quæ interibunt, tu autem perstas: & vniuersa vt vestis veterascent, [31] tamen immutante illa immutantur.

28 Verum tu [32] idem es perpetuo, & anni tui non finientur.

29 Permaneant & filii seruorum tuorum, eorumque [33] semen ante te firmetur.

PSALM. CIII.
Dauidis.

1 PRædica Dominum anima mea, & omnia viscera mea [1] nomen eius sanctissimum.

2 Prædica Dominum anima mea, & ne obliuiscere omnia quæ in te contulit:

3 Qui condonat omnes iniquitates tuas, qui sanat omnes morbos tuos.

4 Qui vindicat [2] ab interitu vitam tuam, & [3] vndique te cumulat [4] benignitate & misericordia.

5 Et [5] os tuum suauitate implet, [6] vt recuperes iuuentam tuam sicut aquila.

6 Dominus iudicium & iustitiam reddit omnibus oppressis.

7 Et monstrauit Mosi [7] vias suas, filiisque [8] studia filiis Israel.

8 Misericors est & [9] beneficus Dominus, [10] patiens irarum, & magna [11] benignitate:

9 [12] Qui non perpetuo secum litigare, neque in æternum retinet memoriam acceptæ iniuriæ:

10 Non tractat nos pro peccatis nostris, neque rependit nobis quod iniquitates nostræ merentur.

11 Nam quanto interuallo cælum altius est terra, tantum præualet benignitas eius erga timentes ipsum.

12 Et quam longe distat Ortus solis, ab Occasu, tam longe remouit [13] à nobis scelera nostra.

13 Vtque pater miseretur liberorum, ita Dominus miseretur timentium eum.

14 Ipse enim nouit [14] conditionem nostram, recordans quod simus puluis. Hominis ætas fœno similis est, floretque vt flos in agro,

15 Qui nullus erit, quum eum ventus perflauerit, [15] neque (homines) loci eius agnoscent eum.

16 Domini autem benignitas erga timentes eum (durat) ab æterno in sempiternum tempus.

17 Et eius iustitia [16] vsque ad filios filiorum. Qui seruant fœdus eius.

18 Et memores sunt constitutionum illius vt eas perficiant.

15 Quoniam placuerunt seruis tuis lapides eius: & terræ eius miserebuntur.

16 Et timebunt Gentes * nomen tuum Domine, & omnes reges terræ gloriam tuam. — * nomen Domini

17 Quia ædificauit Dominus Sion: & videbitur in gloria sua. — Sion, ecclesia.

18 Respexit in orationem humilium: & non spreuit precem eorum.

19 Scribantur hæc * in generatione altera: & populus qui creabitur laudabit Dominum, — * in generationem alteram.

20 Quia prospexit de excelso sancto suo, Dominus de cælo in terram aspexit:

21 Vt audiret * gemitus compeditorum, vt solueret filios interemptorum: — * gemitum.

22 Vt annuncient in Sion nomen Domini, & laudem eius in Jerusalem.

23 In conueniendo populos in vnum, & reges vt seruiant Domino. — D Gentium vocatio.

24 Respondit ei in via virtutis suæ, Paucitatem dierum meorum nuncia mihi. — Breuis vita hominis.

25 Ne reuoces me in dimidio dierum meorum: in generatione & generationem anni tui. — Deus æternus.

26 ‖ Initio tu Domine terram fundasti: & opera manuum tuarum sunt cæli. — Heb. 1. c. d

27 Ipsi peribunt, tu autem permanes: & omnes sicut vestimentum veterascent.

28 Et sicut opertorium mutabis eos, & mutabuntur: tu autem ipse es, & anni tui non deficient.

29 Filii seruorum tuorum habitabunt: & semen eorum in seculum dirigetur.

PSALM. CII.
Ipsi David.

1 BEnedic anima mea Domino: & omnia quæ intra me sunt nomini sancto eius. — A Grata & amplissima commemoratione prædicat David beneficia Domini tum in omnes homines, tum in se peculiariter collata.

2 Benedic anima mea Domino: & noli obliuisci omnes retributiones eius:

3 Qui propitiatur omnibus iniquitatibus tuis: qui sanat omnes infirmitates tuas.

4 Qui redimit de interitu vitam tuam: qui coronat te in misericordia & miserationibus.

5 Qui replet in bonis desiderium tuum: renouabitur vt aquilæ iuuentus tua.

6 Faciens misericordias Dominus: & iudicium omnibus iniuriam patientibus.

7 Notas fecit vias suas Moysi: filiis Israel voluntates suas. — B Num. 14. c

8 ‖ Miserator & misericors Dominus: longanimis & multum misericors.

9 Non in perpetuum irascetur: neque in æternum comminabitur.

10 Non secundum peccata nostra fecit nobis: neque secundum iniquitates nostras retribuit nobis.

11 Quoniam secundum altitudinem cæli a terra: corroborauit misericordiam suam super timentes se. — Misericordia Dei.

12 Quantum distat ortus ab occidente: longe fecit à nobis iniquitates nostras.

13 Quomodo miseretur pater filiorum, misertus est Dominus timentibus se: quoniam ipse cognouit figmentum nostrum. — C

14 Recordatus est quoniam puluis sumus, homo sicut fœnum dies eius: tanquam flos agri sic efflorebit. — Homo puluis.

15 Quoniam spiritus pertransibit in illo, & non subsistet: & non cognoscet amplius locum suum.

16 Misericordia autem Domini ab æterno & vsque in æternum super timentes eum: — Misericordia & iustitia Dei quibus datur.

17 Et iustitia illius in filios filiorum, his qui seruant testamentum eius,

18 Et memores sunt mandatorum ipsius ad faciendum ea.

vt superent lapides. i. optant videre Sion ecclesiam extructam. 21 pulueris eius miseret eos, i. loci in quo habitant ecclesiæ. 22 vel, Timebuntque. 23 i. coli tur magnifice ab omnibus. 24 Hebr. Respexit ad precationem myricæ. i. humilium: vt myrica est. Ieremias cap. 17. ea voce vtitur. Alii vertunt ad precationem seduli i. diligentis, expectantisque se ad orationem. 25 vel, Istud. i. ista res, ista liberatio. Hebraice legitur, Hoc scribetur ætati vel seculo postero. Vaticinatur de vocatione Gentium. 26 i. posteritas. 27 Heb. vt soluat filios mortis. i. homines morti adiudicatos. 28 i. dum ingerem hoc est, permisit vt hostes me affligerent, & abbreuiaui tempus vitæ meæ. 29 q. d. Ne differas istam salutem, tu enim æternus es, nos autem friuoli & temporarii. 30 Vox Hebræa LEPHANIM, particula connectendi videtur. Alii vertunt, olim, in principio, antea. 31 velut indumentum mutabis eos, & mutabuntur. q. d. vt homo mutare solet habitum vestimentorum, sic tu cælos (si voles) mutabis. 32 Hebr. ipse. 33 i. vita æterna donetur.

PSAL. CIII.

1 Hebr. nomen sanctitatis eius. 2 Hebr. à sepulchro. 3 Heb. coronat te. 4 vel, clementia. 5 i. facit vt nihil tibi desit. 6 (&) innouatur iuuentus tua, vt aquila (innouatur) i. qui facit vt licet sim senex, viribus tamen iuuentutis præditus sim & alacritate. Aquila [illegible] viuacissima.

7 Instituta sua. i. legem suam dedit Moysi. 8 opera. 9 clemens. 10 tardus ad iram. 11 misericordia. 12 Heb. Non ad finem litigabit. vel irascetur. 13 vel, a se. Varia lectio. 14 Vox Hebræa IETZER propriè significat opus figulinum, i. scit quam fragiles simus. vel, propensionem nostram ad peccandum. 15 i. ne ipse quidem locus vbi stetit [illegible] vt nequaquam postea videndus sit [illegible]. 16 id est, vsque ad posteros pertingit.

19 Dominus

Christo in cælo sedenti omnia subiecta.

19 Dominus in cælo parauit sedem suam: & re-
gnum ipsius omnibus dominabitur.
20 Benedicite Domino omnes angeli eius: po-
tentes virtute, facientes verbum illius, ad audien-
dam vocem sermonum eius.
21 Benedicite Domino omnes virtutes eius:
ministri eius qui facitis voluntatem eius.
22 Benedicite Domino omnia opera eius: in o-
mni loco dominationis eius benedic anima mea
Domino.

PSALM. CIII.

Ipsi David.

A

Encomiū Dei sumptum ex libris Mosis de rerum origine, vt sapientia & potentia, & bonitate summa mundi opificiū fabrefecerit in vsus hominū. Heb. 1. c.

1 Benedic anima mea Domino: Domine Deus
meus magnificatus es vehementer.
2 Confessionem & decorem induisti: amictus
lumine sicut vestimento.
3 Extendens cælum sicut pellem: qui tegis aquis
superiora eius.
4 Qui ponis nubem ascensum tuum: qui ambu-
las super pennas ventorum.
5 Qui facis angelos tuos spiritus: & ministros
tuos ignem vrentem.
6 Qui fundasti terram super stabilitatem suam:
non inclinabitur in seculum seculi.

Bestiarū creatio. *Abyssus.* *Montes.*

7 Abyssus sicut vestimentum amictus eius: su-
per montes stabunt aquæ:
8 Ab increpatione tua fugient: à voce tonitrui
tui formidabunt.
9 Ascendunt montes, & descendunt campi in
locum quem fundasti eis.

B

10 Terminum posuisti quem non transgredien-
tur: neq; conuertentur operire terram.

Fontes.

11 Qui emittis fontes in conuallibus: inter me-
dium montium pertransibunt aquæ.

Bestiæ agri.

12 Potabunt omnes bestiæ agri: expectabunt
onagri in siti sua.

Aues. [b] *vocem*

13 Super ea volucres cæli habitabunt: de me-
dio petrarum dabunt [b] voces.

Agricultura.

14 Rigans montes de superioribus suis: de fru-
ctu operum tuorum satiabitur terra:
15 Producens fœnum iumentis, & herbam ser-
uituti hominum.

[a] *educat* *Panis. Vinum.* [b] *lætificat* *Oleum.*

16 Vt [a] educas panem de terra: & vinum [b] læti-
ficet cor hominis:
17 Vt exhilaret faciem in oleo: & panis cor ho-
minis confirmet.

Arbores.

18 Saturabuntur ligna campi, & cedri Libani
quas plantauit: illic passeres nidificabunt.

C

19 Herodii domus dux est eorum, montes ex-
celsi ceruis: petra refugium herinaciis.

Luna. *Sol. Nox.* *Bestiæ syluæ.*

20 Fecit lunam in tempora: sol cognouit occa-
sum suum.
21 Posuisti tenebras, & facta est nox: in ipsa per-
transibunt omnes bestiæ syluæ.
22 Catuli leonum rugientes vt rapiant, & quæ-
rant a Deo escam sibi.
23 Ortus est Sol, & congregati sunt, & in cubi-
libus suis collocabuntur.
24 Exibit homo ad opus suum: & ad operatio-
nem suam vsq; ad vesperum.
25 Quam magnificata sunt opera tua Domine!
omnia in sapientia fecisti: impleta est terra posses-
sione tua.

Marinorum creatio.

26 Hoc mare magnum, & spatiosum manibus:
illic reptilia quorum non est numerus.

19 Dominus in cælo [17] parauit solium suum, eiusq;
regnum dominatur in omnibus.
20 Prædicate Dominum angeli eius, qui pollentes
virtute [18] exequimini eius negotia [19] obediendo voci ver-
borum eius.
21 Prædicate Dominum omnes illius [20] exercitus:
qui quū administri eius sitis, perficitis ipsius voluntatē.
22 Prædicate Dominum omnia ipsius opera in o-
mnibus locis sui dominii: anima mea prædica Domi-
num.

PSALM. CIV.

1 Anima mea [1] prædica Dominum, Domine Deus
meus (rebus gestis) [2] maximus es.
2 (Et) gloriam atq; decus [3] induisti. [4] Luce (nāq;)
amictus est tanquam vestimento.
3 Et cælos vt cortinam extendit. [5] Qui cœnacula sua
contignauit in aquis.
4 [6] Posuitq; nubes suum vehiculum. [7] & volat pennis
venti.
5 Qui [8] legatos suos efficit spiritus, & ministros suos
ignem flammantem.
6 Terramq; fundauit suis basibus, vt sempiternis tē-
poribus non moueatur.
7 [9] Abyssum (quoq;) occultauit quasi vestimento,
vt supra montes stent aquæ:
8 [10] Quæ fugiunt ab increpatione tua, & à sono to-
nitrui tui præcipites feruntur.
9 [11] Ascenduntq; montes, & in valles descendunt ad
eum locum quem eis fundasti.
10 Terminumq; præstituisti (illis aquis,) quem
transgredi nequeunt, [12] ne iterum terram operiant.
11 Et [13] emittis fontes, qui fiunt torrentes, vt inter
montes decurrant:
12 Vt potent feras omnes, (&) [14] onagri leuent si-
tim suam:
13 Et iuxta eos degunt aues cæli, quæ inter ramos
(arborum) vocem edunt.
14 Qui rigas montes è suis [15] cœnaculis, & de fructu
operum [16] eius satura fit terra:
15 (Et) producit fœnum pecori, & herbam [17] ad v-
sum hominum.
16 [18] Vt proferat panem de terra, Et vinum quod
exhilerat cor hominis.
17 [19] Et oleum quod nitidam reddat faciem, &
[20] panem qui cordi vires subministret.
18 Arboresq; [21] Domini [22] succo abundant, (velut)
cedri in Libano quas plantauit, Vbi aues nidificant.
19 Et ciconia (quarum) domus est in abietibus.
Celsos montes ibicibus, & petras (dedit) confugium [23] al
pinis muribus.
20 Lunam fecit [24] vt tempora distinguat, & [25] Sol
nouit suum occasum.
21 Quum tenebras inducis, fit nox, in qua omnes fe-
ræ syluestres [26] prodeunt:
22 (Quemadmodum) leonis catuli rugientes ad præ-
dam, & vt quærant cibum suum a Deo (sibi paratum.)
23 Vbi Sol ortus est, sese recipiunt, & in cubilia sua
cubitum eunt.
24 Homo autem [27] aggreditur opus suum, & nego-
tio suo (instat) vsq; ad vesperam.
25 Quāta sunt opera tua Domine, quæ vniuersa feci-
sti per sapientiā? estq; terra plena [28] tuis possessionibus.
26 Ipsum mare [29] vastum & lat[...] est, vbi
reptilia innumera sunt.

17 stabiliuit 18 Heb. facientes verbum eius. 19 Heb. ad audiendum in vocem verbi eius. vel, vt pareant voci eius. sub. hominem. 20 inuitat astra ad laudem Dei.
PSAL. CIV.
1 vel, gratias age Domino 2 Heb. magnificatus es a insignis & magnus admodum. 3 i. ornatu & commendatione magnificentiæ & splendore. Per cælos te decorū & splendidum agnoscimus, vt hominem per vestem. 4 q. d. summopere commendari debet à creatione luminis. 5 vel, facit velut solarium & contignationem cœnaculi sui aquas. i. nubes. 6 i. cuius voluntate huc illuc impelluntur nubes, vt auriga currum agit. 7 Heb. ambulas super pennas venti. i. imperas ventis. 8 i. flatibus suis ventis & fulmine igneq; cælesti vtitur tanquā ministris, vt in subuersione Sodoma. 9 Abysso, ceu veste texisti eā, (sub terram abdo vt) super montes stetissent aquæ. vel, immensa vi aquarum operueras eam & super montes steterāt aquæ. [...] Et tamen ab increpatione [...] perculsæ sententia 10 (Et tamen) ab increpatione tua fugerunt aquæ, à voce tonitrui tui festinauerunt. q. d. cum dixisti, Appareat arida, aquæ fugerunt [...] voce tua terrifica. i. tonitru tuo terrorem hominibus incutiente, propterea recesserunt ab aridis.
11 (Tunc) ascenderunt montes, & descenderunt valles (& fugerunt aquæ) ad eum &c. i. tunc cœperunt apparere montes in sublime, & valles in imo. 12 nec reuertentur tegere terram. 13 emittit terra per se. sub. Lauda anima mea Dominum qui emittit &c. 14 [...] onagrorum qui nunquam [...] quod etiam [...] habet. 15 i. cælis 16 suorum. personæ mutatio. i. imbre opera tua in nubibus facta 17 Alii, ad culturam hominum. i. adhibita cultura hominum. 18 (eaq; facit) vt educat escā. vel, dum educis. 19 Heb. ad faciendū nitere faciē ab oleo. i. & splēdere facit, vel, nitidiorē reddit vultū quā vllū vnguentū. 20 (atque) panis fulcit cor hominis. i. eodē beneficio pluuiæ dat Deus panē qui &c. 21 i. excelsæ. 22 saturātur. i. abūde irrigātur. sub. imbre misso 23 cuniculis, leporibus. vel, Excelsi mōtes (sūt perfugio) hircis syluestribus & rupes cuniculis 24 in tēpora. i. vt mēses distinguat. 25 i. nouit quā exporte occūbere debeat singulis anni partib. & apud meum cursum suū iuxta quatuor anni tēpora, nēpe vt nobis duo [...] sit. 26 repūt. discurrūt; 27 Heb. egreditur ad opus suū, & ad culturā suā vsq; &c. 28 operib. tuis. vel, rebus ab te gestis. 29 He. magnū & latū manibus. i. spaciosum locis sine litoribus.

27 *Animalia tum parua tum magna.* [30] *Illac eunt naues.*

28 *Et* [31] *ista balæna, quam formasti vt in eo ludat. Vniuersa autem* [32] *ex te pendent, vt eis cibum suum des suo tempore.*

29 *Teque dante colligunt: & te manum aperiente, satiantur bono.*

30 *Si autem* [33] *abscondas faciem tuam, turbantur. sique spiritum eis eripias, expirant, & reuertuntur in suum puluerem.*

31 *(Rursum animalia) creantur, si tuum spiritum* [34] *mittas, & renouas terræ faciem.*

32 [35] *Sit Domini maiestas æterna, & gaudeat Dominus operibus suis*

33 *Quo prospiciente in terram, illa tremit: quo tangente* [36] *montes illi fumant.*

34 *Canam (igitur) Domino quoad viuam, (&) psallam Deo meo quamdiu superstes ero:*

35 [37] *Eritque sermo meus de illo dulcis, & ego in Domino gaudebo.*

36 [38] *Consicientur autem peccatores de terra, neque amplius impii supererunt. prædica Dominum anima mea:*

27 Animalia pusilla cum magnis: illic naues pertransibunt.

28 Draco iste quem formasti ad illudendum ei: omnia a te expectant vt des illis escam in tempore.

29 Dante te illis, colligent: aperiente te manum tuam, omnia implebuntur bonitate.

30 Auertente autem te faciem, turbabuntur: auferes spiritum eorum, & deficient, & in puluerem suum reuertentur.

31 Emittes spiritum tuum, & creabuntur: & renouabis faciem terræ.

32 Sit gloria Domini in seculum: lætabitur Dominus in operibus suis:

33 Qui respicit terram, & facit eam tremere: qui tangit montes & fumigant.

34 Cantabo Domino in vita mea: psallam Deo meo quamdiu sum.

35 Jucundum sit ei eloquium meum: ego verò delectabor in Domino.

36 Deficient peccatores à terra, & iniqui, ita vt non sint: benedic anima mea Domino.

D
De victu prouidet Deus bestiis terra.

Cultus Dei, laudare eum in operibus.

Peccatorum & impiis.

30 Illic in eo mari.
31 Heb. iste leuiathan. Vide Iob. 40. baleną multi intelligunt.
32 Heb. in te sperant.
33 i. ea deleras,
34 sub intelligẽ terræ. Heb. autem legitur, mittis spiritum tuum, & creantur, & renouas faciem terræ q.d. immittis in faciem terræ spiritum tuum, inspiras in faciem terræ, & creantur aliæ creaturæ & quasi instaurare videris faciem terræ dum illam ornat nouis creaturis. Alii sic, Si Deus afflauerit creaturæ, recreantur in resurrectione.
35 Erit gloria Domini in æternum. lætabitur, &c.
36 superbos quidam intelligunt, quos si leniter attingat Dominus, in fumum abeunt.
37 Alii, Gratus, siue dulcis erit ei sermo meus.
38 Deficient.

PSALM. CV.

[a] Hallelu-ia.

1 Confitemini [1] Domino, [a] inuocate nomen eius, & [b] facta illius edocete inter populos.

2 *Ipsum* [3] *canite, (&) ipsi* [4] *psallite, deque illius miraculis sermones habete.*

3 *Gloriamini in eius sanctissimo nomine: sitque lætum cor quærentium Dominum.*

4 *Inquirite Dominum & eius* [5] *potentiam: semperque* [6] *faciem eius quærite.*

5 *Cogitate res mirandas quas gessit, & illius portenta, &* [7] *iudicia oris eius.*

6 *O semen Abrahami cultoris ipsius, ô filii Jacobi (homines) ipsius electissimi.*

7 [8] *Ipse est Dominus Deus noster, cuius* [9] *iudicia (extant) in tota terra.*

8 *Perpetuò (enim) meminit sui fœderis, &* [10] *verbi quod mandauit in mille ætates (obseruandum,)*

9 *Quod sanxit fœdere illo cum Abrahamo, &* [11] *iuramento quo se Isaac obstrinxit:*

10 [12] *Eamque rem confirmauit, vt esset Jacobo decretum, & Israeli fœdus sempiternum:*

11 *Dicens, Tibi tradam Chananæorum terram,* [13] *vt sit tibi hæreditaria sors.*

12 *(Itaque, quum essent* [14] *numero pauci,* [15] *& exigua familia, & peregrini eam in terra:*

13 *Et migrarent de vna gente ad aliam gentem, (&) de regno (quopiam) ad alium populum:*

14 *Non permisit homini cuiquam vt eos opprimeret, ac propter eos reges coarguit.*

15 *(Cum diceret,) Ne attingatis* [16] *homines mihi consecratos, & nihil mali* [17] *prophetis meis inferatis.*

16 [18] *Et euocauit famem, vt ea laboraret terra, (&) omnem annonam compressit.*

17 *Eisque præmisit virum, (&) Joseph venditus est in seruitutem:*

18 [19] *Cuius pedes constrinxerunt compede, (&) in ferro persistata est anima eius: Donec venit* [20] *verbum eius.*

19 *(Et) eloquium Domini conflando explorauit eum. (Tunc enim) nuncio misso rex eripuit eum, & dominator populorum soluit eum:*

20 *Eumque dominum constituit domus suæ, & qui dominaretur in vniuersa ipsius possessione:*

PSALM. CIV.

Hallelu-ia.

1 Confitemini Domino, & inuocate nomen eius: annunciate inter Gentes opera eius.

2 Cantate ei, & psallite ei: narrate omnia mirabilia eius.

3 Laudamini in nomine sancto eius: lætetur cor quærentium Dominum.

4 Quærite Dominum, & confirmamini: quærite faciem eius semper.

5 Mementote mirabilium eius quæ fecit: prodigia eius & iudicia oris eius.

6 Semen Abraham, serui eius: filii Jacob electi eius.

7 Ipse Dominus Deus noster, in vniuersa terra iudicia eius.

8 Memor fuit in seculum testamenti sui, verbi quod mandauit in mille generationes.

9 Quod disposuit ad Abraham: & iuramenti sui ad Isaac:

10 Et statuit illud Jacob in præceptum, & Israel in testamentum æternum:

11 Dicens, Tibi dabo Terram-Chanaan, funiculum hæreditatis vestræ.

12 Cum essent numero breui, paucissimi, & incolæ eius.

13 Et pertransierunt de gente in gentem, & de regno ad populum alterum.

14 Non reliquit hominem nocere eis: & corripuit pro eis reges.

15 Nolite tangere christos meos: & in Prophetis meis nolite malignari.

16 Et vocauit famem super terram: & omne firmamentum panis contriuit.

17 Misit ante eos virum: in seruum venundatus est Joseph.

18 Humiliauerunt in compedibus pedes eius, ferrum pertransiit animam eius, donec veniret verbum eius.

19 Eloquium Domini inflammauit eum: misit rex, & soluit eum: princeps populorum, & dimisit eum.

20 Constituit eum dominum domus suæ, & principem omnis possessionis suæ.

A
Adhortatio ad laudem & confessionem operum Dei erga Israelitas.
1.Para.16
Esa.12.

Beneficiorum Dei recordatio.
Promissam Terram Chanaan dedit Deus Israeli.
Gen.12.c.d
Præceptum pro promisso ...

B

Dei erga fideles suos cura.
1.Par.16.c.d
3.Reg.1.c
Tentata fides & perseuerans, prouidentiam Dei experitur.
Gen.37.f
39.d
41.e

PSAL. CV.
[a] laudate Dominum.
1 Celebrate Dominum, i. laudes scribite in honorem eius.
2 egregia facinora eius prædicate.
3 sub. ore.
4 sub. instrumentis.
5 Arcam fœderis L. vocat virtutem Domini, quod in ea virtus diuina se exhiberet.
6 et eam faciem Dei, ... ea, quod in ea Deus erat pollicitus suam præsentiam. q.d. cõmenueo cum locum vbi Deus coli solet.
7 Iudicia vocat quæ decreto & imperio Dei fiunt. Hebræi exponunt prædicta à Mose & Aaron.
8 vel, Ipse Dominus est Deus, &c.
9 i. leges, q.d. cuius legibus tota terra regitur.
10 i. meminit pacti sui etiam millesimæ generationi. q.d. tandem præstat quod aliquando ex pacto promisit. 11 & (meminit) iuramenti sui (quod fecit) de Isaac. vel, pro Isaac. 12 Heb. Et statuit fecit eam Iacob ad decretum. i. fecit illud ratum fecit ipsi Iacob, ita vt habeatur vice legis. 13 Heb. funē hæreditatis tuæ. 14 Heb. homines numeri. i. quum adhuc possent numerari præ paucitate. 15 & quum pauco tempore peregrini fuissent in ea. 16 vnctos meos, 17 i. verbum meum populo meo annunciantibus. 18 Heb. Et vocauit famem super terram, omnem baculum panis fregit. 19 Heb. Humiliauerunt compede pedes eius: in ferrum venit anima eius. i. corpus eius vinctum fuit catenis ferreis. 20 i. id quod Deus decreuerat de ipso Ioseph & tū oraculum Domini. i. interpretatio somnii Pharaonis immissa à Deo, reddidit illum probatum ipsi Pharaoni.

21 Vt.

21 Vt erudiret principes eius sicut semetipsum,
& senes eius prudentiam doceret:
Gen.46.a 22 ‖ Et intrauit Israel in Ægyptum, & Iacob ac-
cola fuit in Terra Cham.
C 23 Et auxit populum suum vehementer: & fir-
mauit eum super inimicos eius.
24 Conuertit cor eorum vt odirent populum e-
ius, & dolum facerent in seruos eius.
Exod.3.b.c.3. c.4.d.e 25 ‖ Misit Moysen seruum suum: Aaron quem
elegit ipsum.
7.a 26 ‖ Posuit in eis verba signorum suorum &
10.f prodigiorum in Terra-Cham.
27 ‖ Misit tenebras, & obscurauit: & non ex-
7.d acerbauit sermones suos.
28 ‖ Conuertit aquas eorum in sanguinem: &
occidit pisces eorum.
Exod.8.b 29 ‖ Edidit terra eorum ranas in penetralibus
regum ipsorum.
8.&9 30 ‖ Dixit, & venit cynomyia, & cinifes in o-
mnibus finibus eorum.
31 Posuit pluuias eorum grandinem: ignem
comburentem in terra ipsorum.
32 Et percussit vineas eorum & ficulneas eo-
rum: & contriuit lignum finium eorum.
10.c.d 33 ‖ Dixit, & venit locusta & bruchus, cuius
non erat numerus:
D 34 Et comedit omne fœnum in terra eorum:
& comedit omnem fructum terræ eorum.
12.d 35 ‖ Et percussit omne primogenitum in terra
eorum, primitias omnis laboris eorum.
12.d 36 ‖ Et eduxit eos cum argento & auro: & non
erat in tribubus eorum infirmus.
37 Lætata est Ægyptus in profectione eorum
quia incubuit timor eorum super eos.
Exod.13.d Psalm.77.b 38 ‖ Expandit nubem in protectionem eorum:
& ignem vt luceret eis per noctem.
Exod.16.c 39 ‖ Petierunt, & venit coturnix: & pane cæli
saturauit eos.
Num.20.c 40 ‖ Dirupit petram, & fluxerunt aquæ: abie-
runt in sicco flumina:
Gen.12.c.d 41 ‖ Quoniam memor fuit verbi sancti sui
quod habuit ad Abraham puerum suum.
Iosue.3.d 42 ‖ Et eduxit populum suum in exultatione,
& electos suos in lætitia.
43 Et dedit illis regiones Gentium, & labores
Populorum possederunt.
* Halleluia. 44 Vt custodiant iustificationes eius, & legem
eius requirant.*

21 Vt[21] vinciret principes eius pro suo arbitratu, &
[22] seniores ipsius sapientiam doceret.
22 Itaque Israel ingressus est Ægyptum, & [23] Ja-
cob peregrinus egit in terra Cham.
23 Et valde quidem (Deus) auxit populum suum, &
potentiorem fecit eum suis hostibus.
24 Vertitque cor eorum in odium sui populi, vt do-
lum commolirentur in seruos ipsius.
25 Misit (autem) Mosen seruum suum, (&) Aharo-
nem quem elegerat.
26 [24] Qui prodigiosa ipsius negocia gesserunt inter
eos, & portenta in terra Cham:
27 (Et) immisit tenebras quibus (omnia) obscurauit,
[25] neque rebellarunt verbo eius.
28 Aquas eorum vertit in sanguinem, & occidit pi-
sces eorum.
29 Edidit (quoque) terra eorum ranas, in regum ar-
canissima loca penetrantes.
30 [26] Eius etiam iussu venerunt [27] omnis generis
insecta, & pediculi per omnes fines eorum.
31 [28] Et pro pluuiis eorum dedit grandinem, & i-
gnem flammantem in ipsorum terra:
32 Percussitque vites eorum & ficus eorum, & con-
fregit arbores per ipsorum fines.
33 Eius quoque iussu venerunt locusta & innume-
ri bruchi:
34 Qui depasti sunt omnes herbas in ipsorum regio-
ne, depasti etiam sunt fructus telluris ipsorum.
35 Occidit denique omnia primogenita in regione
ipsorum, [29] primitias (videlicet) vniuersæ virtutis eo-
rum.
36 Et eduxit eos onustos argento & auro, nec quis-
quam fuit infirmus in tribubus eius (Israelis.)
37 Æque Ægyptus læta erat quum exirent, [30] quia
formido eorum inuaserat eos.
38 Expandit (quoque) nubem [31] pro velo, & ignem
qui [32] noctu luceret.
39 (Populo) petente adduxit coturnices, & pane
[33] cælesti saturauit eos.
40 Postremo [34] aquæ profluxerunt aperto saxo, quæ
decurrerunt per loca arentia vt flumen.
41 Memor enim fuit [35] sui verbi sanctissimi ad Ab-
rahamum cultorem suum.
42 Et eduxit populum suum cum lætitia, & delectos
suos homines cum iubilo.
43 At tradidit eis regiones Gentium, vt possiderent
[36] labore populorum conquisita:
44 Nimirum vt seruent decreta eius, & leges ipsius
teneant. Halelu ia.

21 Heb. ad vinciendum principes eius in anima sua. Alii legunt, vt erudiret principes.
22 vel, senatores.
23 Repetitio.
24 Posuerunt in eis verba signorum eius. i. ediderunt inter Ægyptios facta vel, res signorum Dei hoc est miracula.
25 nec repugnarunt. sub. Moses & Aaron. i. vt iusserat Deus, ita faciebant signa. vel, signa non repugnabant imperio Mosis quod erat à Deo.
26 Dixit, &
27. feræ omnis generis vel turba miscellanea ferarum.
28 Hebr. Posuit imbres eorum grandinem, & ignem flammarum in terra eorum. i. Deus vertit imbres eorum in grandinem, vel pro pluuia dedi grandinem admisso fulmine.
29 Id est, primogenita, quæ solent gignere cum parentes valent viribus.
30 Heb. Quia formido eorum ceciderat super eos. i. quia metuebant tibi Ægyptii ab Israelitis.
31 in tegumentum.
32 illustrare noctem.
33 i. è cælo misso.
34 Aperuit Dominus rupem, & fluxerunt aquæ.
35 i. promissionis suæ sanctæ quam fecerat ad, &c.
36 labores populorum. i. regiones quas sibi magno labore parauerant Gentes.

PSALM. CV.

Halleluia.

A
Prouocamur ad sanctificandum nomen Dei, & quare. Psalmus in captiuitate Babylonica scriptus. 1 CONfitemini Domino quoniam bonus: quo-
niam in seculum misericordia eius.
2 ‖ Quis loquetur potentias Domini, auditas
faciet omnes laudes eius?
3 Beati qui custodiunt iudicium, & faciunt iu-
stitiam in omni tempore.
4 Memento nostri Domine in beneplacito po-
puli tui: visita nos in salutari tuo.
Iudith.13.c Ecclesiastes 43.d Iudith 7.d 5 Ad videndum in bonitate electorum tuorum:
ad lætandum in lætitia gentis tuæ: vt lauderis cum
hæreditate tua.
Iudæus populus agnoscens peccatum suum & patrum, quod Deo non crediderunt, petit misericordiam. 6 ‖ Peccauimus cum patribus nostris: iniuste e-
gimus: iniquitatem fecimus.
7 Patres nostri in Ægypto non intellexerunt
mirabilia tua: non fuerunt memores multitudi-
nis misericordiæ tuæ:
8 Et irritauerunt ascendentes in mare, Mare
B rubrum.

PSALM. CVI.

Halleluia.

1 COnfitemini [1] Domino, quoniam bonus est, quo-
niam sempiterna est ipsius benignitas.
2 Quis enunciaret fortia facta Domini? aut [2] quis
promeret vniuersam laudem ipsius?
3 O beatos qui seruant [3] iudicium, & faciunt sem-
per quod iustum est.
4 Memento mei Domine [4] per fauorem erga tuum
populum, meique rationem habeto per tuam salutem.
5 Vt [5] videam bonum electis tuis hominibus (para-
tum,) & gaudeam gaudium gentium tuarum, & glorier
cum hæreditate tuo (populo.)
6 Peccauimus [7] æque vt patres nostri, egimus ini-
que, impia gessimus.
7 (Nam) patres nostri non prudenter perpenderunt
miracula tua in Ægypto, neque memores fuerunt [8] ma-
ximorum beneficiorum tuorum.
8 Et immorigeri fuerunt ad mare, ad Mare (in-
quam) [9] rubrum.

PSAL. CVI.
1 Celebrate Dominum.
2 quis possit celebrare omnes laudes eius.
3 æquitatem.
4 Hebr. in beneplacito populi tui. i. fauore illo quem pollicitus es tuis.
5 visita me in salute tua: i. iuuis me ope tua salutifera.

6 i. fruar bono quo fruentur electi tui, & perfundar gaudio illo quo lætantur gentes tuæ: vt tandem glorier, &c. 7 Hebr. cum patribus nostris. 8 Heb. multitudinis misericordiæ tuæ. 9 Hebr. Suph. i. carectum vel algosum. dum scilicet transituri essent Mare-rubrum, quod fucis & arundinibus abundat & carectis.

9 *Seruauit tamen eos propter nomen suum, vt notitiam faceret fortitudinem suam:*

10 *Increpuitque Mare rubrum, vt exaresceret, ac traduxit eos per [10] abyssum tanquam per desertum:*

11 *Et seruauit eos eripiens manu hostilis, ac vindicauit eos à manu inimici.*

12 *Aqua autem operuerunt hostes eorum, vt ne vnus quidem superstes relinqueretur.*

13 *Tuncque fidem adhibuerunt verbis eius,[11] vt decantarent laudem ipsius.*

14 *[12] Verum confestim obliti sunt operum eius, [13] neque morati sunt consilium eius:*

15 *Et concupiscentia exarserunt in deserto, ac tentauerunt Deum in solitudine.*

16 *Ac dedit quod popocerunt, sed (simul) immisit [14] macilentiam ipsorum animæ.*

17 *[15] Inuiderunt etiam Mosi in castris, & Aharoni [16] sacrosancto Domini.*

18 *(Quamobrem) terra se aperiens absorpsit Dathan, & operuit congregationem Abiramicam.*

19 *Ignis etiam exarsit in cœtu istorum, (&) flamma quæ impios corripuit.*

20 *Fecerunt & vitulum apud (montem) Horeb, & fusile simulachrum adorauerunt:*

21 *Et [17] permutauerunt maiestatem (Dei) sua effigie bouis comedentis herbam,*

22 *Suntque obliti Deum, qui eos seruauerat, quique res magnas gesserat in Ægypto, Et miracula in terra Chami, resque terrificas ad Mare rubrum.*

23 *[18] Decreuerat autem delere illos, nisi Moses vir ipsius electus intercessisset ei:*

24 *[19] Sedans iram ipsius, ne perderet. [20] Respuerunt etiam terram exoptatam,*

25 *Non fidem tribuentes verbo ipsius. Et obmurmurarunt in suis tentoriis, neque obedierunt voci diuinæ.*

26 *[21] Quare iurauit eis se prostraturum esse ipsos in deserto.*

27 *Prostraturum etiam sobolem eorum inter Gentes, & [22] euentilaturum eos in regiones.*

28 *[23] Initiati sunt etiam veluti sub iugum ipsius Baal Peor missi, & comederunt immolata [24] mortuis (diis.)*

29 *Suisque [25] studiis iram (Dei) [26] conflarunt, ita vt grassaretur per eos [27] clades.*

30 *[28] Quando Pinechas stetit, ac [29] vindicandum iudicauit, & clades [30] prohibita est.*

31 *[31] Quod ei est imputatum pro iustitia sempiternis temporibus.*

32 *Lacessiuerunt etiam apud [32] Meriba, & [33] Mosen (Deus) affecit malo propter ipsos. [34] Ita enim dinexarunt animum eius,*

33 *Vt perperam aliquid loqueretur suis labiis (Praeterea) non deleuerunt populos, quos Dominus iusserat eos (delere)*

34 *Et commercium habuerunt cum Gentibus, ac didicerunt facta ipsorum. Vt colerent simulachra eorum, quæ fuerunt eis laqueus.*

35 *Nam filios suos & filias suas mactauerunt victimas dæmonibus.*

36 *Effuderunt sanguinem innocuum, sanguinem filiorum suorum & filiarum suarum, quos mactauerunt victimas simulachris Chananæorum:*

37 *Terraque polluta est [35] cædibus his scelestibus. Ac fuerunt immundi factis suis, & scortati sunt [36] studiis suis.*

38 *Et excanduit ira Domini in populum suum, abhorruitque à sua hæreditate.*

9 Et saluauit eos propter nomen suum: vt notam faceret potentiam suam.

10 ‖ Et increpuit Mare-rubrum, & exsiccatum est: & deduxit eos in abyssis sicut in deserto: Exod. 14. e

11 Et saluauit eos de manu odientium: & redemit eos de manu inimici.

12 ‖ Et operuit aqua tribulantes eos: vnus ex eis non remansit. Exod. 14. g

13 Et crediderunt verbis eius: & laudauerunt laudem eius.

14 Cito fecerunt, obliti sunt operum eius: & non sustinuerunt consilium eius.

15 ‖ Et concupierunt concupiscentiam in deserto: & tentauerunt Deum in inaquoso: C Exod. 17. a

16 ‖ Et dedit eis petitionem ipsorum: & misit saturitatem in animas eorum. Num. 11. g

17 Et irritauerunt Moysen in castris: * Aaron sanctum Domini. * &

18 ‖ Aperta est terra, & deglutiuit Dathan: & operuit super congregationem Abiron. Num. 16. e

19 Et exarsit ignis in synagoga eorum: flamma combussit peccatores.

20 ‖ Et fecerunt vitulum in Horeb: & adorauerunt sculptile. Exod. 32. a

21 Et mutauerunt gloriam suam in similitudinem vituli comedentis fœnum. D

22 Obliti sunt Deum qui saluauit eos, qui fecit magnalia in Ægypto, mirabilia in Terra-Cham: terribilia in Mari-rubro.

23 ‖ Et dixit vt disperderet eos: si non Moyses electus eius stetisset in confractione in conspectu eius, Exod. 32. c

24 Vt auerteret iram eius ne disperderet eos, & pro nihilo habuerunt terram desiderabilem:

25 Non crediderunt verbo eius: & murmurauerunt in tabernaculis suis: non exaudierunt vocem Domini.

26 ‖ Et eleuauit manum suam super eos: vt prosterneret eos in deserto, Num. 14. e

27 Et vt deiiceret semen eorum in Nationibus, & dispergeret eos in regionibus.

28 Et initiati sunt Beel-phegor: & comederunt sacrificia mortuorum.

29 Et irritauerunt eum in adinuentionibus suis: & multiplicata est in eis ruina. E

30 ‖ Et stetit Phinees, & placauit: & cessauit quassatio. Num. 25. b

31 Et reputatum est ei in iustitiam in generatione & generationem, vsque in sempiternum.

32 ‖ Et irritauerunt eum ad Aquas contradictionis: & vexatus est Moyses propter eos, quia exacerbauerunt spiritum eius. Num. 20. a

33 Et distinxit in labiis suis, Non disperdiderunt Gentes ‖ quas dixit Dominus illis. Deut. 7.

34 Et commisti sunt inter Gentes, & didicerunt opera eorum: & seruierunt sculptilibus eorum: & factum est illis in scandalum.

35 Et immolauerunt filios suos, & filias suas dæmoniis.

36 Et effuderunt sanguinem innocentem, sanguinem filiorum suorum & filiarum suarum, quas sacrificauerunt sculptilibus Chanaan. F

37 Et * interfecta est terra in sanguinibus, & contaminata est in operibus eorum: & fornicati sunt in adinuentionibus suis. * infecta.

38 Et iratus est furore Dominus in populum suum: & abominatus est hæreditatem suam. *Iudæorum abiectio, & Dei erga illos misericordia.*

10 aquarum immensitates.
11 & cantauerunt laudem eius i. carmen in laudem illius.
12 Heb. festinarunt, obliti sunt.
13 nec expectauerunt consilium eius. i. vt ipse ageret omnia pro sua voluntate.
14 i. tabem in corpus eorum. q. d. carnes illæ quibus volebant corpus suum reficere robustius, illos macilentiores reddiderant.
15 Inuiderunt Mosi quod sacerdotium Aaroni, quam ... iubente Deo, tribuisset.
16 i. consecrato Domino in sacerdotem.
17 i. relicto vero Deo, qui erat gloria & decus eorum, coluerunt simulachrum bouis.
18 Heb. Et dixit
19 Heb. stetisset in ruptura ad faciem eius. i. in puncto iræ occurrisset Deo. Metaphora à ruptura murorum obsessorum, qua parte hostes irrumpunt.
20 Aspernati sunt.
21 Heb. Leuauit eis manum suam. i. sublata manu iurauit eis.
22 dispersurum.
23 Heb. Coniugati sunt, tempe vt par iumentorum ad iugum alligatus quo ... & ... Nolite iugum ... ducere cum impiis. q. d. ne adiungatis vos, ne ... impiis.
24 i. amissis vero Deo vitae.
25 operibus. i. prohibita vene re.
26 Prouocarunt.
27 plaga i. vltio diuina.
28 Heb. Et stetit Pinchas i. ... eam cessare.
29 iudicauit i. præbuit se vindicem non expectata iudicum sententia sumpsit pœnas de Zamri. 30 sedata est cessauit. 31 vel, Hæc habitus est iustus. 32 i. Aquas iurgii vel, contentionis & controuersiæ. 33 Hebr. & malum fuit ipsi Mosi propter eos. Quia frustratus fuit ingressu terræ propter infidelitatem, quando dixit dubitando, Num educet Dominus aquam de petra hac?

34 Hebr. Quia rebellare fecerunt spiritum eius, (vel, rebellare fecerunt sub Mosen Spiritum eius sub. Dei) tunc pronunciauit labiis suis sub. verba quæ dubitationem præ se ferebant de prom... sis Dei, nempe, Audite increduli, An de petra, &c. 35 Heb. sanguinibus, id est, cædes. 36 cum operibus suis, id est, cum idolis, hoc est, ardenti studio adhæserunt idolis.

39 Et

39 Et tradidit eos in manus Gentium: & dominati sunt eorum qui oderunt eos.

40 Et tribulauerunt eos inimici eorũ, & humiliati sunt sub manibus eorum: sæpe liberauit eos.

41 Ipsi autem exacerbauerunt eum in consilio suo & humiliati sunt iniquitatibus suis.

42 Et vidit cum tribularentur: & audiuit orationem eorum.

Deut. 30. a. 43 ¶ Et memor fuit testamenti sui: & pœnituit eũ secundum multitudinem misericordiæ suæ.

44 Et dedit eos in misericordias in conspectu omnium qui ceperant eos.

Orat nomine eorum qui abducti fuerant in captiuitatẽ. 45 Saluos nos fac Domine Deus noster: & cõgrega nos de Nationibus:

46 Vt confiteamur nomini sancto tuo: & gloriemur in laude tua.

47 Benedictus Domin⁹ Deus Israel à seculo & vsque in seculum: & dicet omnis populus, Fiat fiat.

PSALM. CVI.

Halleiu-ia.

A

Iudith. 13. c. Redempti, qui bus facta est ram sit peccatorum, inuitantur ad gratiarum actionem. In hoc psalmo varia persona narrat Dauid à quibus Deus mortales soles liberare.

1 Confitemini ¶ Domino quoniam bonus: quoniam in seculum misericordia eius.

2 Dicant qui redẽpti sunt à Domino, quos redemit de manu inimici & de regionib. cõgregauit eos

3 A Solis ortu & Occasu, ab Aquilone & Mari.

4 Errauerunt in solitudine in inaquoso: viam ciuitatis habitaculi non inuenerunt.

5 Esuriẽtes & sitiẽtes: anima eorũ in ipsis defecit.

6 Et clamauerunt ad Dominum cum tribularentur: & de necessitatibus eorum eripuit eos.

7 Et deduxit eos in viam rectam: vt irent in ciuitatem habitationis.

8 Confiteantur Domino misericordiæ eius: & mirabilia eius filiis hominum.

9 Quia satiauit animam inanem: & animam esurientem satiauit bonis.

10 Sedentes in tenebris & vmbra mortis: vinctos in mendicitate & ferro.

11 Quia exacerbauerunt eloquia Dei: & consilium Altissimi irritauerunt.

12 Et humiliatum est in laboribus cor eorum: infirmati sunt, nec fuit qui adiuuaret.

B 13 Et clamauerunt ad Dominum cum tribularentur: & de necessitatibus eorum liberauit eos.

14 Et eduxit eos de tenebris & vmbra mortis: & vincula eorum disrupit.

15 Confiteantur Domino misericordiæ eius: & mirabilia eius filiis hominum.

16 Quia contriuit portas æreas: & vectes ferreos confregit.

17 Suscepit eos de via iniquitatis eorum: propter iniustitias enim suas humiliati sunt.

18 Omnem escam abominata est anima eorum: & appropinquauerunt vsque ad portas mortis.

19 Et clamauerunt ad Dominum cum tribularentur: & de necessitatibus eorum liberauit eos.

20 Misit verbum suum, & sanauit eos: & eripuit eos de interitionibus eorum.

21 Confiteantur Domino misericordiæ eius: & mirabilia eius filiis hominum:

22 Et sacrificent sacrificium laudis: & annuncient opera eius in exultatione.

23 Qui descendunt mare in nauibus, facientes operationem in aquis multis.

C 24 Ipsi viderunt opera Domini, & mirabilia eius in profundo.

39 Ita vt traderet eos Gentibus in manus, & inimici eorum dominarentur eis.

40 Quos afflixerunt hostes ipsorum, & [37] subegerunt eos sua potestate. [38] Aliquoties liberabit eos.

41 Verum ipsi [39] lacessiuerunt suo consilio, & in paupertatem deuenerunt per suam iniquitatem.

42 Tamen quum cerneret eos in angustiis, & audiret clamorem ipsorum:

43 Memor fuit sui fœderis icti cum eis, & [40] pœnituit eum, [41] vt maxima est eius benignitas:

44 [42] Et fecit eos gratiosos apud victores suos vniuersos.

45 Serua nos Domine Deus noster, & congrega nos ex Gentibus:

46 Vt confiteamur nomini tuo sanctissimo, & celebremus te laudibus tuis.

47 [43] Prædicandus est Dominus Deus Israelis ab æterno in æternum tempus: & vniuersus populus dicat, [44] Amen.

PSALM. CVII.

Hallelu-ia.

1 Confitemini [1] Domino, quoniam bonus est, quoniam æterna est eius benignitas.

2 In libertatem vindicati à Domino [2] dicant, quod eos vindicauerit à manu hostili.

3 Quosque congregauerit eos ex regionibus ab Oriente & Occidente, Aquilone, & à mari.

4 Qui errabant in deserto, in solitudine [3] per itinera, [4] quibus oppidum habitatum non inueniebant.

5 Fame & siti iam & sitibundi, quæ deficiebat animo.

6 Clamauerunt Dominum [5] in periculis suis, & eripuit eos ex angustiis ipsorum.

7 Eosque deduxit in viam rectam, qua peruenirent ad oppidum habitatum.

8 [6] Confiteantur (ergo) tribuentes Domino suam benignitatem & miracula sua inter homines.

9 Quia saturat animam [7] auidam, & animam famelicam explet [8] rebus bonis.

10 [9] Sedentes in tenebris, & [10] densissima caligine, constrictos [11] miseria & ferreis (compedibus.)

11 Quia sermonibus diuinis reluctati sunt, & flocci penderunt consilium summi (Dei.)

12 [12] Vnde molestias imposuit, ita vt despondèrent animum, & impingerent nemine ferente opem:

13 Heclamauerunt ad Dominum in suis periculis, qui seruauit eos, ex angustiis eripiens.

14 Eosque eduxit ex tenebris & densissima caligine, ac perrupit eorum vincula.

15 [6] Confiteantur (ergo) tribuentes Domino suam benignitatem & miracula sua inter homines:

16 Quia confregit valuas æreas, & [13] refregit [14] obices ferreos.

17 Stulti [15] quia scelerato vitæ instituto & iniquitatibus suis morbos sibi accersiuerunt:

18 Ita vt anima ipsorum fastidiat omnem cibum, & peruenerint [16] ad portas mortis:

19 Clamauerunt tum ad Dominum in suis periculis, qui seruauit eos eripiens è suis angustiis:

20 [17] Missoque verbo suo sanauit eos, [18] & eripuit ab ægrotationibus ipsorum.

21 [6] Confiteantur (ergo) Domino tribuentes benignitatem suam, & miracula sua inter homines.

22 Et immolent victimas [19] confessionis, ac narrent facta eius cum iubilo.

23 Qui [20] mare nauibus ingrediuntur, quique negotium suum peragunt in vastissimis aquis.

24 Illi viderunt opera Domini, & ipsius miracula in profundo (mari.)

37 Heb. incuruauerunt eos sub manum suam. 38 Vicibus multis. Frequenter. 39 repugnarũt, sub. Deo. 42 .i. quasi mutasset sententiã, cœpit eos benigne tractare. 42 Heb. secundum magnitudinem beneficiorum suorum, vel, miserationum suarum. 43 Heb. Et dedit eos in miserationes ad faciem omnium qui captiuos eos habuerunt .i. fecit vt ii qui eos in captiuitatem abduxerant, cum illis summa misericordia agerent. 43 Laude dignus. 44 .i. itaque habet dignus est omni laude.

PSAL. CVII. 1 Laudibus celebrate Dominum. 2 vel, dicant (sub. laudem, gratias in quam agant Deo) quos redemit (vel, agant ii) quos redemit &c. 3 (3) vsq. quum scilicet recta eos ducebat quo volebant. 4 Heb. vrbem habitationis nõ inueniebant .i. vrbem habitatã. 5 in angustia sua. 6 Celebrent (ergo) Domino .i. in gloriam Domini misericordiam ipsius, & mirabilia ipsius præ filiis hominum. vel, Gratias agat Domino propter benignitatem eius, & narrent) hominibus, vel apud homines mirabilia eius. 7 sitibundam, appetentem aquarum. 8 re ipsa suauissima. 9 Quatuor versus sequentes cohærent. 10 Heb. vmbra mortis. 11 i. vinculis quibus corpus affligitur. 12 Heb. Et humiliauit in labore cor eorum.

[illegible] * vide numerum 6. 13 confregit. 14 quibus scilicet detinebantur in carceribus. 15 He. [illegible] 16 i. proxime à morte [illegible] 17 i. solo suo iussu. 18 He. & eruit (eos) de foueis ipsorum i. de sepulchris [illegible] deplorat [illegible] contra quam faciunt medici. * Vide numerum 6. 19 laudis. gratiarum actionis. 20 Hebr. Qui in mare nauibus descenderunt .i. qui negotiantur in mari, sequentibus ipsum declarat.

25 [21] *Qui suo imperio ciet ventum procellosum,' qui alto [22] fluctus' ipsius attollit.*
26 *Vt modo in cælum [23] ascendant,' modo in abyssum descendant, (vsque adeo vt) anima ipsorum [24] malo pressa' colliquescat.*
27 *Et [25] eant in orbem, ac oberrent' vt ebrii, omnisque [26] sapientia illis eripiatur.'*
28 *Hi etiam clamauerunt Dominum in suis periculis, qui eduxit eos è suis angustiis.*
29 [27] *Et sedata tempestate reddit mare tranquillum, ita vt desinant fluctus quibus iactabantur:*
30 *Et lætantur quod quieuerint, ac (Deus) in portum optatum eos deduxerit.*
31 † *Confiteantur (ergo) Domino tribuentes suam benignitatem, & miracula sua inter homines.*
32 *Eumque extollant in cœtu populi, & laudent eum in consessu [28] seniorum.*
33 *Qui [29] flumina vertit in desertum,' & [30] venas aquarum in loca siticulosa:*
34 *Et terram frugiferam in [31] sterile solum,' propter incolarum [32] vitiositatem.*
35 *Qui (contra) vertit desertum in stagnum aquarum, & torridam terram in venas aquarum:*
36 *Ibique collocat famelicos, [33] vt vrbem celebrem extruant.'*
37 *Ac sementem faciant in arvis, & colant vineas, [34] quæ copiosum fructum proferant.'*
38 *Eisque fortunat, ita vt valde crescant, nec pecus eorum minuit.*
39 [35] *Minuuntur etiam, & [36] decidunt [37] per angustiam, & malum, & [38] laborem.'*
40 *(Nam Deus) [39] effundit contemptum in principes, & errare facit eos [40] per vastitatem inuiam.'*
41 [41] *In arce autem collocat pauperem extra miseriam, & familias tractat velut oues.*
42 *(Quæ) quum vident probi gaudent, [42] nec habent vllo iniqui quod vituperent aut querantur.*
43 [43] *Quisquis (igitur) sapit, custodiet hæc, & beneficia Domini considerabit.*

25 Dixit, & stetit spiritus procellæ: & exaltati sunt fluctus eius. C
26 Ascendunt vsque ad cælos, & descendunt vsq; ad abyssos: anima eorum in malis tabescebat.
27 Turbati sunt, & moti sunt sicut ebrius: & omnis sapientia eorum deuorata est.
28 Et clamauerunt ad Dominum cum tribularentur: & de necessitatibus eorum eduxit eos.
29 Et statuit procellam eius in auram: & siluerunt fluctus eius.
30 Et lætati sunt quia siluerunt: & deduxit eos in portum voluntatis eorum.
31 Confiteantur Domino misericordiæ eius: & mirabilia eius filiis hominum:
32 Et exaltent eum in ecclesia plebis: & in cathedra seniorum laudent eum.
33 Posuit flumina in desertum: & exitus aquarum in sitim: *Iudæorum abiectio.*
34 Terram fructiferam in salsuginem, à malitia inhabitantium in ea.
35 Posuit desertum in stagna aquarum: & terram sine aqua in exitus aquarum. *Gentium acceptio. & in opera bona directio.*
36 Et collocauit illic esurientes: & constituerunt ciuitatem habitationis.
37 Et seminauerunt agros, & plantauerunt vineas: & fecerunt fructum natiuitatis.
38 Et benedixit eis, & multiplicati sunt nimis: & iumenta eorum non minorauit.
39 Et pauci facti sunt, & vexati sunt à tribulatione malorum & dolore.
40 Effusa est contentio super principes: & errare fecit eos in inuio, non in via.
41 Et adiuuit pauperem de inopia: & posuit sicut oues familias.
42 ‖ Videbunt recti, & lætabuntur: & omnis iniquitas oppilabit os suum. *Iob. 22. a*
43 Quis sapiens, & custodiet hæc? & intelliget misericordias Domini?

20 Heb. & dixit, & fecit stare ventum turbinis. 21 sub maria. 22 sub vnum. 24 Heb. in malo à anxietate. 25 iactitur huc illuc, ac nutent. 26 peritia eorum euanescit, q.d. quamuis nautæ illi sint periti artis nauticæ, tamen peritia omnium eorum nullum habet locum. 27 Heb. Statuit procellam in silentium, & silent fluctus eorum. † Vide numerum 6. 28 vel, senatorum. 29 i. regionem fluminibus abundantem, ob id fertilem, conuertit in regionem infœcundam ob ariditatem. 30 exitus. Repetitio est. 31 Heb. salsuginem. 32 malitiam. 33 Heb. & parauerunt vrbem sine oppidum sedis vel, habitationis. i. in qua habitent. 34 Heb. & fecerunt fructum, prouentus. 35 sub. quum à Deo deficiunt. 36 deteriuntur. Labitati redduntur. 37 ob tyrannidem. 38 diuexationem. 39 i. reddit contemptibiles qui prius erant in summa authoritate. 40 in inani, in quo non est via. q.d. tandem regiones eorum ita euertit, vt nullum vestigium appareat. 41 (Contra) autem erigit pauperem à paupertate. & ponit eum familias instar gregis, i. efficit vt ex eo plurimæ exeant familiæ. 42 Heb. & omnis iniquitas contraxit os suum. vt Iob. 15 43 Heb. Quis sapiens, & obseruabit hæc, & aduertet animum ad misericordias Domini.

PSALM. CVIII.

[1] Carmen, hymnus Dauidis.

1 *Paratum* [2] *est cor meum ó Deus,* [3] *vt canam, & psallam* [4] *etiam ó gloria mea.*
2 *Expergiscere nablium & cithara:* [5] *euigilabo equidem mane ipsa aurora.*
3 [6] *Tibique confitebor' inter populos, & te psallam inter nationes.*
4 *Tua enim benignitas vsque adeo magna est, vt cælos superet, tuaque* [7] *veritas vsque ad æthera pertingit.)*
5 [8] *Sublimior cælo sis ó Deus,* [9] *& maiestas tua (sublimior sit) terra,* [10] *Vt liberentur tui dilecti.*
6 *Serua per dexteram tuam, & annue* [11] *mihi.' Deus loquutus est* [12] *in sanctuario suo.*
7 *(Quod) exultabo, & partiar Sichem, ac metiar vallem Succoth.*
8 *Meus est Gilead, meus est Manasses, Ephraim autem robur* [13] *capitis mei,*
9 *Et Iuda meus legumlator.* [14] *Moab vero lebes ablutionis meæ.*
10 [15] *Idumæam pedibus meis emetiar, & super Palæsthinam iubilabo.*
11 *Quis ducet me* [17] *ad vrbes munitas? quis ducet me in Idumæam?*
12 *An non tu Deus, qui nos repuleras,* [18] *neque profectus fueras cum nostro exercitu?*
13 *Fer nobis opem qua defendamur* [19] *ab hoste:' siquidem vana est salus hominis.*
14 [20] *Cæterum Deo iuuante res præclaras geremus,' & ipse conculcabit hostes nostros.*

PSALM. CVII.

Canticum Psalmus Dauid.

1 Paratum cor meum Deus, paratum cor meum: cantabo, & psallam in gloria mea.
2 Exurge psalterium & cithara: exurgam diluculo.
3 Confitebor tibi in populis Domine, & psallam tibi in nationibus.
4 Quia magna est super cælos misericordia tua: & vsque ad nubes veritas tua.
5 Exaltare super cælos Deus, & super omnem terram gloria tua: vt liberentur dilecti tui.
6 Saluum fac dextera tua, & exaudi me: Deus locutus est in sancto suo,
7 Exultabo, & diuidam Sichimam: & conuallem tabernaculorum dimetiar.
8 Meus est Galaad, & meus est Manasses: & Ephraim * susceptio capitis mei.
9 Iuda rex meus. Moab lebes spei meæ.
10 In Idumæam extendam calceamentum meum: mihi alienigenæ amici facti sunt.
11 Quis deducet me in ciuitatem munitam? quis deducet me vsque in Idumæam?
12 Nonne tu Deus qui repulisti nos, & non exibis, Deus, in virtutibus nostris.
13 Da nobis auxilium de tribulatione: quia vana salus hominis.
14 In Deo faciemus virtutem: & ipse ad nihilum deducet inimicos nostros.

A *Psalmus Christi est, & Christianorum, vt vides ex Psal. 56. & 59. ex quibus est hic compositus. Vterque enim est gratiarum actio Dauidis pro sui liberatione à furore Saulis in spelunca Odollam.*

* *fort. tudo.*

PSAL. CVIII. 1 Psalmus. 2 Confirmatum, q.d. Confirmando promissa tua, non possum non canere. 3 Cor meum, sub canam.

4 etiam gloria mea, id est, sub canit: qua gloria corporis datur, quod corpore inanimato nihil sit abiectius. vel, etiam cum anima mea, id est, ex animo. 5 cum ex aurora [illegible] in aurora, vel summo mane. Legi potest, primo excitabo (vos) in aurora, i. quum [illegible] vobis manus ad canendum in aurora. 6 Teque celebrabo. 7 vel, fidelitas tua in promissis seruandis. 8 q.d. prætera, quod pollicitus es, et ita extolleris. 9 vel, & gloria tua (sit, vel appareat) super omnem terram. 10 Declarat quæ sit gloria Dei, nempe liberare dilectos. 11 vel, nobis. nam duplex est lectio. 12 per sanctitatem tuam: per Spiritum tuum sanctum per [illegible] Samuele, q. exultabo, i. me [illegible] compos [illegible] habiturus sum regnum super duodecim tribus Israel. 13 i. principatus mei, hoc est, constituam ea regionem Ephraim. 14 i. regnum meum [illegible] sedes regni mei. [illegible] Christus nasciturus erat. 15 q.d. præterea regno meo accedent regna Gentium. Moabitæ erunt mihi subiecti, lebes ablutionis, in qua pedes meos lauabo. 16 Hebr. super Idom proiiciam calceamentum meum: i. pedem meum. hoc est, conculcabo Idumæam, & superabo. 17 Heb. ad vrbem munitionis, munitam: Bozra intelligit, q.d. quis tamen me potius vrbe illa? 18 vel, nec egrediebaris. 19 à tribulatione. 20 Heb. In Deo faciemus fortitudinem.

PSALM. CVIII.

In finem, Psalmus David.

Inuehitur Dauid in Doeg, & similes assentatores Saulis, & postremo queritur de sua miseria. Christi oratio contra blasphematores gratia sua.

A 1 DEus laudem meam ne tacueris: quia os peccatoris, & os dolosi super me apertum est.

2 Locuti sunt aduersum me lingua dolosa, & sermonibus odii circumdederunt me: & expugnauerunt me gratis.

3 Pro eo vt me diligerent, detrahebant mihi: ego autem orabam.

4 Et posuerunt aduersum me mala pro bonis, & odium pro dilectione mea.

5 Constitue super eum peccatorem: & diabolus stet à dextris eius.

6 Cum iudicatur, exeat condemnatus: & oratio eius fiat in peccatum.

De Iuda proditore. Ioh. 17. c. Act. 1. d.

7 Fiant dies eius pauci: ‖ & episcopatum eius accipiat alter.

8 Fiant filii eius orphani, & vxor eius vidua.

B 9 Nutantes transferantur filii eius, & mendicent: & eiiciantur de habitationibus suis.

Pœna & iudicium eorum qui gratiæ Christi detrahunt.

10 Scrutetur fœnerator omnẽ substantiam eius: & diripiant alieni labores eius.

11 Non sit illi adiutor: nec quid sit misereatur pupillis eius.

12 Fiant nati eius in interitum: in generatione vna deleatur nomen eius.

13 In memoriã redeat iniquitas patrũ ei[9] in cõspectu Domini: & peccatũ matris ei[9] nõ deleatur.

14 Fiant contra Dominum semper, & dispereat de terra memoria eorum: pro eo quòd non est recordatus facere misericordiam.

15 Et persecutus est hominem inopem & mendicum, & compunctum corde mortificare.

C 16 Et dilexit maledictionem, & veniet ei: & noluit benedictionem, & elongabitur ab eo.

17 Et induit maledictionem sicut vestimentum, & intrauit sicut aqua in interiora eius, & sicut oleum in ossibus eius.

18 Fiat ei sicut vestimentum quo operitur: & sicut zona qua semper præcingitur.

19 Hoc opus eorũ qui detrahunt mihi apud Dominũ: & qui loquuntur mala aduersus animã meã.

Christus ex malis liberat, pro se & suis simul ter tribulata misericordiam Dei inuocat.

20 Et tu Domine, Domine, fac mecum propter nomen tuum: quia suauis est misericordia tua.

21 Libera me, quia egenus & pauper ego sum: & cor meum conturbatum est intra me.

22 Sicut vmbra cum declinat, ablatus sum: & excussus sum sicut locustæ.

23 Genua mea infirmata sunt à ieiunio: & caro mea immutata est propter oleum.

D 24 Et ego factus sum opprobrium illis: viderunt me, & mouerunt capita sua.

25 Adiuua me Domine Deus meus: saluum me fac secundum misericordiam tuam.

26 Et sciant quia manus tua hæc: & tu Domine fecisti eam.

27 Maledicent illi, & tu benedices: qui insurgũt in me, confundantur: seruus autẽ tuus lætabitur.

28 Induantur, qui detrahunt mihi, pudore: & operiantur sicut diploide confusione sua.

29 Confitebor Domino nimis in ore meo: & in medio multorum laudabo eum.

30 Quia astitit à dextris pauperis: vt saluam faceret à persequentibus animam meam.

PSALM. CIX.

Præfecto cantorum, Dauidis hymnus.

1 O [1] *Deus, qui laudaris à me,* ne taceas. Nam os impii, & os dolosum [2] patent contra me.

2 Et mecum loquuntur [3] falsa lingua, [4] Et verba ex odio profecta me circũuenerũt, meq; oppugnãt abs re.

3 [5] Pro amore autem meo aduersantur mihi, ego tamen (intentus sum) precationi:

4 At [6] reddunt mihi malum pro bono, (&) odium pro dilectione mea.

5 [7] Constitue contra eum impium, & [8] aduersarius stet ad dextram eius.

6 Quum adductus fuerit in iudicium, pronuncietur impius, & [9] deprecando peccatum admittat.

7 Sint dies (vitæ) ipsius pauci, & ipsius [10] functionẽ alius accipiat.

8 Sint ipsius liberi orphani, & vxor eius vidua.

9 Oberrent liberi eius & mendicent, ac (victum) quærant è ruinosis suis ædificiis (prodeuntes.)

10 [11] Fœnerator nexu obliget omnia quæ habet: necnon hostes diripiant quod labore ipsius partum est.

11 Non obtingat ei qui [12] benignitatem proroget, nec sit qui benefaciat orphanis quos reliquit.

12 Posteritas eius [13] excidio sit obnoxia, & in [14] altero seculo deleatur nomen [15] ipsius.

13 Reuocetur in memoriam apud Dominum iniquitas patrum eius, & peccatum matris eius non aboleatur (obliuione.)

14 Ac semper obuersentur (oculis) Domini, [16] qui deleat eorum memoriam è terra. Siquidem [17] non cogitauit benignitatem exhibere.

15 Et persecutus est virum [18] humilem & pauperẽ, & [19] dolentem animo, vt interficeret.

16 Ac amauit maledictionẽ, quæ obuenit ei: & noluit benedictionem, quæ longe recessit ab eo.

17 [20] Induitq; maledictionem vt vestimentum, & ingressa est in partes ipsius interiores vt aqua, & in ossa eius vt oleum:

18 [21] Sit ei pro veste, quàm induat: & pro cingulo, quo semper cingatur.

19 [22] Atq; hæc parata sunt à Domino meis aduersariis, & iis qui loquũtur malũ aduersus animam meam.

20 Tu autem Domine Deus meus [23] præsto mihi adsis [24] propter nomen tuum: [25] & libera me, siquidem benignitas tua optima est.

21 Ego enim humilis & pauper sum, & [26] cor meũ intra me sauciũm est.

22 (Et) abeo vt vmbra quum declinat, ac velut locusta [27] excutior:

23 Genuaq; mea nutant [28] præ inedia, [29] & detracta pinguedine alius iam habitus est corporis mei.

24 Ego quidem illis sum probrosus: qui me conspicati, iactant caput suum.

25 Opem fer Domine Deus meus, (&) seruato me pro tua benignitate.

26 Et intelligant hanc tuam esse potentiam, quódq; tu Domine hæc facias.

27 Ipsi quidẽ maledicunt, tu autem benedicas: ipsi insurgant, & pudefiant, seruus autem tuus lætetur.

28 [30] Induant aduersarii mei ignominiam, & amiciant se pudore tanquam pallio.

29 Ego autem valde confitebor Domino ore meo, & in magno cœtu laudabo eum:

30 Quoniam à dextra stetit pauperis, [31] vt firmaret animam eius ab iis qui vitæ ac necis arbitrium in eum sibi arrogabant.

Christi regnũ post ascensionẽ. Matth. 22. d. 1. Cor. 15. d. Heb. 1. d. 10. c. Act. 2. f.

PSALM. CIX.

Psalmus David.

A 1 DIxit Dominus Domino meo, Sede à dextris meis:

PSALM. CX.

Dauidis hymnus.

1 DIxit Dominus Domino meo, Sede mihi ad dexteram.

1 Heb. Deus laudis meæ. i. de quo glorior 2 aperta sunt. aperuerunt sese 3 sermone falso. 4 Heb. verbis odii me circumdant. 5 vel, Cum diligam eos. 6 Heb. Et posuerunt super me 7 Præfice illi improbum. Singulare pro plurali, Præfice illis improbos magistratus 8 satan. i. permitte illos malo spiritui, vt illos assidue vexet. 9 Heb. & oratio eius sit in peccatum. i. reddat illum iudici magis odiosum. aut oratio eius sit frustranea. q. d. patiatur repulsam. 10 Præfecturam eius. i. quòd fidei eius commissum est, opes, liberos, vxorem, quibus præfectus est. sic quidam Hebræi. 11 Heb. Illaqueet fœnerator &c. q. d. siquid superfuerit illis, id omne dolis suis extorqueant fœneratores. 12 misericordiã extendat. 13 excindatur. 14 vel, altera ætate, aut generatione. i. ita tollatur de medio memoria illorũ improborum, vt in sequenti seculo nulla sit memoria eorum. 15 eorum Numerus mutatur. 16 vel, vt exterminet 17 non fuit memor facere misericordiam, aut, neglexit 18 pauperem & egenum 19 attrito corde. sub. ob calamitates. 20 q. d. ornauit se maledictione vt vestimento. vel, in eos veniat maledictio quã ea se putant ornari velut vestimento. 21 q. d. nunquã recedat ab eo, sed illum semper circumdet vt vestis 22 Heb. Hæc operatio aduersariorum meorũ, &c. Vel, Hæc merces operum meorũ à Domino. 23 Heb. Fac mecũ. 24 i. pro fama & excellẽtia nominis tui quã de te cõceperũt omnes. 25 quia misericordia tua bona est (sub. mihi) libera me aut, fer inquã mihi opẽ. Bona, vel cõuenientissima aut gratissima. 26 i. anima mea pene extincta est. 27 instabilis sum, ita vt sũ cogor frequẽter de locũ mutare 28 Heb. à ieiunio. De locusta sermo loquitur. 29 Heb. & caro mea diminuta est à pinguedine. vel, emarcuit à pinguedine i. exhausta est à pinguedine. 30 i. obruantur ignominia. 31 Heb. Ad saluandũ à iudicantibus animã eius. i. ab iis qui habẽt potestatẽ animæ illius, vel ab iis qui volunt perdere illũ.

1 l. donec consectantur reprobi in tenebris exteriores per te dicentem, Ite maledicti, &c.
* Verba Prophetæ, vel Dei Patris loquentis de se in tertia persona q.d. etiam vt Euangelium quod est robur tuum, prædicetur vndiq; ducto initio a Ierosolymis. vide Luc. 24.
2 pro, dominaberis. 3 Heb. Populus tu' voluntatū (vel spontanei) in die roboris tui, in splendoribus sanctitatis ab vtero (&) ab aurora tos natiuitatis tuæ. Sub erit. De Apostolis ministris Euangelii loquitur. Ac si dicat, O Christe, Apostoli tui sponte sua, nō coacti, volentes prædicabunt Euangelium: & hoc eo tempore, quo qua[illegible] bellica munera & Satanā tibi subiugabis. Et vbi In splendoribus sanctitatis. i. in Ierusalē vrbe splendida, vbi primum illuxescere cœpit Euangelii splendor. Sequentib. verbis reddit rationem cur sponte Apostoli essent Christo seruituri, quia ô Christe, ros natiuitatis tuæ, i. gratiæ illæ quæ tibi donabuntur a Patre dum carnē assumes, ab[illegible] tib. iam inde ab vtero & a prima natiuitate tua. Per rorem intelligit gratiam quā natus accepit a Patre, de qua Esa. 9. Puer natus est nobis, filius, &c. Aut ex eo hoc hemistichium non pendere a versu superiori, sed propheticum plenitudinem gratiarū laudat in Christo [illegible]

2 [1] *Donec inimicos tuos subdam scabellum tuis pedibus.*

3 * *Dominus emittet virgam tua potentia è Zion:* [a]*dominare*[1][*ergo*] *inter inimicos tuos.*

4 [3] *Habes promptissimum populum, quū educes tuas copias: tibi* [*etiam*] *est ros generationis tua in summo decore & sanctitate ex vtero auroræ.*

5 [4] *Iurauit*[1] *Dominus*, [5] *nec pœnitet eum,*[1] *vt tu sis sacerdos æternus ritu Melchi sedec.*

6 * *Dominus*[*stat*] *a dextera tua,*[1] [7] *qui contundit reges, quo die iræ suæ.*[1]

7 [8] *Iudicabit*[*Messias*] *in Gētibus,* & [*omnia*] *plena cadaueribus erunt,* [9] *quando contundet capita in multis regionibus.*[1] 8 *De* [10] *torrente in via bibet, ac propterea caput attollet.*[1]

2 Donec ponam inimicos tuos scabellum pedes tuorum.

3 Virgā virtutis tuæ emittet Dominus ex Sion: dominare in medio inimicorum tuorum. *Christus sacerdos.*

4 Tecum principium in die virtutis tuæ in splēdoribus sanctorū ex vtero ante luciferū genui te. Heb. 5. b 7. c

5 Iurauit Dominus, & nō pœnitebit eum, Tu es sacerdos in æternū, secundū ordinē Melchi - sedec. Ioh. 12. e *Christus iudex in Euangeli hostes.*

6 Dominus à dextris tuis, confregit in die iræ suæ Reges. *Christi glorificatio per passionem.*

7 Iudicabit in nationibus, implebit ruinas: cōquassabit capita in terra multorum.

8 De torrēte in via bibet: ppterea exaltabit caput.

PSALM. CXI. Hallelu-ia.

א 1 C[1]Onfitebor Domino[1] ex toto corde ב in concilio & cœtu [2]proborum.[1]

2 ג *Magna sunt Domini facta,* ד *quæ*[3] *inquiruntur*[1] *ab omnibus qui delectantur ipsis.*

3 ה *Opus*[4] *ipsius est gloria & decus,* ו & *iustitia eius in æternum perstat.*

4 ז [5] *Memoria consecrauit sua miracula,*[1] ח *beneficus & misericors Dominus,* ט [6] *escā dedit ipsis timētibus.*[1]

5 י [7] [*Et*] *in æternū memor est sui fœderis.*[1] כ *Potentiam operum suorum*[8] *declarauit*[1] *suo populo,*

6 ל *Dando eis hæreditatē Gentium:* מ *Sunt* [9] *opera manuum eius veritas & iudicium.*[1]

7 נ [*Et*] *omnes*[10], *institutiones ipsi*[9] *firma sunt.* ס *suntq; stabilita, vt durent sempiternis temporibus,* ע *quippe per veritatem & rectitudinem facta.*

8 פ *Misit*[*etia*] *ad populum suū* צ [11] *per quos redimeret,*[1] *ac præcepit fœdus suum perpetuo* [*seruandum*]

9 ק *Cuius* [12] *nomen sanctissimum terribileque est:* ר [13] *Principium sapientia*[1] *est timor Domini.*

10 ש [14] *Et salutaris prudentia contingit omnibus qui versantur in his reb*[9]*:* ת [15] *quorū laus in æternū perstat.*[1]

PSALM. CX. Hallelu-ia.

א 1 COnfitebor tibi Domine in toto corde meo: ב in concilio iustorum & congregatione. A *Creatio & redemptio, Dei opera hic magnificantur.*

2 ג Magna opera Domini: ד exquisita in omnes voluntates eius.

3 ה Confessio & magnificētia opus eius: ו & iustitia eius manet in seculum seculi.

4 ז Memoriam fecit mirabiliū suorum, ח misericors & miserator Dominus: ט escam dedit timentibus se. *Verax Deus in promissionibus.*

5 י Memor erit in seculum testamēti sui. כ virtutem operum suorum annunciabit populo suo: ל

6 ל Vt det illis hæreditatem Gentium: מ opera manuum eius, veritas & iudicium.

7 נ Fidelia omnia mandata eius: ס confirmata in seculum seculi, ע facta in veritate & æquitate.

8 פ Redemptionem misit populo suo: צ mandauit in æternum testamentum suum.

9 ק Sanctum & terribile nomen eius: ר initium sapientiæ, timor Domini. Prouerb. 1. a & 9. c Eccles. 1. b

10 ש Intellectus bonus omnibus facientibus eum: ת laudatio eius manet in seculum seculi.

PSALM. CXII. Hallelu ia.

א 1 B*Eatus vir est qui timet Dominum,* ב & *valde præceptis eius delectatur.*

2 ג (*Nam*)[1] *potens erit in terra semē eius,* (&) ד [2] *proborum*[1] *natio fortunabitur.*

3 ה *Copia rerum & diuitiæ erunt in domo eius,* ו & [3] *iustitia ipsius in æternum perstabit.*[1]

4 ז *Oritur in tenebris lux probis,*[4] (*homini*) ח *beneficus, & misericordi, & iusto.*[1]

5 ט *Vir bonus cōfert beneficia, & dat mutuo,* י [5] *suas causas obit exactissimo iudicio* כ [6] *Quia non mouebitur, in æternum.*

6 ל [7] *Et memoria iusti vsq; durabit.*[1] מ [8] *Ad famā tristem*[1] *non expauescet.*

7 נ *Quia cor eius firmum est* [*&*] *fretum Domino:* ס *Cor ipsius stabilitum est, vt non expauescat,* ע [9] *donec* [*videat*] *in hostibus suis* [*quod cupierat*]

8 פ *Spargit* [*ac*] *dat pauperibus,* צ *enim iustitia in æternū perstabit,* ק [10] *cornuq; eius altum erit in gloria:*[1]

9 ר *Ita vt impius cernens indignetur,* ש *suisq; dentibus frendeat & contabescat:* ת [11] *minimeq; impii assequentur quod desiderant.*[1]

PSALM. CXI.

Hallelu ia, reuersionis Aggai & Zacharia.

א 1 BEatus vir qui timet Dominum. ב in mandatis eius volet nimis. A *Viri timentis Deum beatitudo describitur.*

2 ג Potens in terra erit semen eius: ד generatio rectorum benedicetur.

3 ה Gloria & diuitiæ in domo eius: ו & iustitia eius manet in seculum seculi.

4 ז Exortum est in tenebris lumen rectis: ח misericors, & miserator, & iustus.

5 ט Iucundus homo qui miseretur & commodat, י disponet sermones suos in iudicio: כ quia in æternum non commouebitur.

6 ל In memoria æterna erit iustus: מ ab auditione mala non timebit.

7 נ Paratum cor eius sperare in domino, ס cōfirmatum est cor eius: non commouebitur, ע donec despiciat inimicos suos.

8 פ Dispersit, dedit pauperibus: צ iustitia eius manet in seculum seculi: ק cornu eius exaltabitur in gloria.

9 ר Peccator videbit, & irascetur, ש dentib. suis fremet & tabescet: ת desideriū peccatorū peribit.

[illegible] Pro omnib. insignem fore Christi victoriam prædicat propheta. 4 vel, iurabit. 5 vel, non mutabit sententiā. Ostenditur Christus mediator Dei & hominum. 6 q.d. semper tibi præsto est in opem ferat. [illegible] per futurum vertunt, & subiectabit in gratiam tuā etiam homines [illegible] tempore quo [illegible] 8 Iudicium exercebit. [illegible] 9 Heb. percutiet capita super terrā multam [illegible] qui præsunt regionib. amplis [illegible] 10 q.d. [illegible] sanguinis [illegible] victor. bibere è sanguinis torrente [illegible] in via [illegible] persequitur hostes, propter eam victoriam multum attollet [illegible] Christus. PSAL. CXI. 1 Ebr. laudabo Dominum. 2 rectorum. 3 explorata i. explorabilia, hoc est, quæ intelligi possunt & comprehendi ab iis qui optant illa. 4 q.d. quicquid facit, omni laude dignum est & decorū. 5 Heb. Memoriam fecit mirabilib. suis [illegible] quæ [illegible] vel, ea digna sint perpetua memoria. 6 vel, prædam escā, quam secum abstulerunt filii Israel recedentes ab Ægypto. [illegible] 7 [illegible] memor fuit fœderis in æternum i. quod olim, hoc est, [illegible] seculis pepigerat cum Abraham Gen. 15. 8 Heb. annunciauit i. Opera illa [illegible] omnipotentiā eius demonstrat, hoc [illegible] tempore prædixit Israeli [illegible] 9 q.d. quicquid agit, id agit vt ostendat se veracem in promissis: & vt [illegible] Gentib. terram [illegible] Dominum esse [illegible] 10 præcepta. 11 Heb. redemptionē [illegible] populo de [illegible] Ægypti [illegible] 12 i. qui sanctus est, & talis qui ab omnib. timeri debeat. 13 Via ad sapientiā. 14 Heb. intellectus bonus omnib. [illegible] 15 [illegible] præcepta. 15 Heb. laus eius [illegible] PSAL. CXII. 1 stabile. 2 rectorum. 3 q.d. & tamen [illegible] 4 [illegible] Sub Dominus [illegible] 5 [illegible] Heb. metietur [illegible] 6 Sub erit [illegible] 7 Heb. [illegible] 8 Heb. Abundauit [illegible] Dominus [illegible] 9 [illegible] 11 Heb. desiderium impiorum peribit.

A

Gratiam Dei commendat in peccatoribus, omnes ad Dei laudi inuitans. Malach. 1. c

PSALM. CXII. Hallelu-ia.

1 LAudate pueri Dominum: laudate nomen Domini.

2 Sit nomen Domini benedictum ex hoc nunc & vsq; in seculum:

3 A Solis ortu vsq; ad Occasum, laudabile nomen Domini.

4 ‖ Excelsus super omnes gentes Dominus, & super cælos gloria eius.

5 Quis sicut Dominus Deus noster qui in altis habitat, & humilia respicit in cælo & in terra?

6 Suscitans à terra inopem, & de stercore erigens pauperem:

7 Vt collocet eum cum principibus, cum principibus populi sui.

8 Qui habitare facit sterilem in domo, matrem filiorum, lætantem.

A

Exod. 13. a *Exultatio de beneficiis liberationis ex Ægypto: & introductionis in terram promissam.*

PSALM. CXIII. Hallelu-ia.

1 IN exitu Israel de Ægypto, domus Iacob de populo barbaro:

2 Facta est Iudæa sanctificatio eius, Israel potestas eius.

3 Mare vidit & fugit: Iordanis conuersus est retrorsum.

4 Montes exultauerunt vt arietes: colles sicut agni ouium.

5 Quid est tibi mare quod fugisti: & tu Iordanis, quia conuersus es retrorsum:

6 Montes exultastis sicut arietes, & colles sicut agni ouium?

7 A facie Dom. mota est terra, à facie Dei Iacob.

B

8 Qui conuertit petram in stagna aquarum, & rupem in fontes aquarum.

Verax Deus in promissionibus dedit Iudæis terram promissam.

1 NOn nobis Domine, non nobis: sed nomini tuo da gloriam.

2 Super misericordia tua & veritate tua: nequando dicant Gentes, Vbi est Deus eorum?

3 Deus autem noster in cælo: omnia quæcunque voluit fecit.

Idola gentium describuntur. Sapient. 15. d

4 Simulachra Gentium, argentum & aurum, opera manuum hominum.

5 ‖ Os habent, & non loquentur: oculos habent, & non videbunt.

6 Aures habent, & non audient: nares habent, & non odorabunt.

C

7 Manus habẽt, & non palpabunt, pedes habẽt, & nõ ambulabunt: non clamabũt in gutture suo.

8 Similes illis fiant qui faciunt ea: & omnes qui confidunt in eis.

Deus adiutor & protector sperantium in se.

9 Domus Israel sperauit in Domino: adiutor eorum & protector eorum est.

10 Domus Aaron sperauit in Domino: adiutor eorum & protector eorum est.

11 Qui timent Dominum, sperauerunt in Domino: adiutor eorum & protector eorum est.

12 Dominus memor fuit nostri, & benedixit nobis:

D

13 Benedixit domui Israel, benedixit domui Aaron.

14 Benedixit omnibus qui timent Dominum, pusillis cum maioribus.

Imprecatio spiritus.

15 Adiiciat Dominus super vos: super vos & super filios vestros.

16 Benedicti vos à Domino qui fecit cælum & terram.

17 Cælum cæli Domino: terram autem dedit filiis hominum.

Baruch. 2. d

18 ‖ Non mortui laudabunt te Domine, neque omnes qui descendunt in infernum.

PSALM. CXIII. Hallelu-ia.

1 L*Audate cultores Domini, laudate nomen Domini.*

2 [1] *Prædicandũ est [enim] nomen Domini ab hoc tempore vsq; in æternum:*

3 *Ab ortu Solis vsque ad Occasum eius laudibus vehendum est nomen Domini.*

4 *Dominus [enim] [2] sublimior est omnibus Gentibus, & maiestas ipsius cælo [sublimior est.]*

5 *Quis similis est Domino Deo nostro, [3] qui in alto [rebus] præsidet? Seq; demittit vt suspiciat quæcunque sunt in cælo & in terra?*

6 *Qui erigit tenuem ex puluere, & pauperem è stercore euehit:*

7 *Vt [4] collocet [eum] cum principibus, cum principibus sui populi.*

8 [5] *Qui sterilem matremfamiliâs efficit matrem gaudentem liberis.*

PSALM. CXIV. Hallelu-ia.

1 Q*Vum egrederetur Israel ex Ægypto, (&) domus Iacobi à populo diuersæ linguæ.*

2 *Iuda factus est [1] eius sanctuarium, (&) Israel [2] ipsius imperium.*

3 *Quod quum mare vidisset, refugit, (&) Iordanis retrorsum repulsus est.*

4 [3] *Montes (autem) subsiluerunt vt arietes, (&) colles vt agni ouium.*

5 *Quid accidit tibi ô mare, quod refugisti? (quid tibi) ô Iordanis, quod repulsus es retrorsum?*

6 *(Quid vobis) ô montes quod exsilijstis vt arietes, & colles vt agni ouium?*

7 [4] *Tu, terra expauescito motu Domini, motu Dei Iacob:*

8 *Qui vertit saxum in stagnum aquosum, (&) silicem in fontem abundantem aqua.*

* Hic Hebræi incipiunt Psalmum 115.

1 N[1]*On nostram Domine, non nostram, sed tui nominis gloriam amplificato.*

2 *Propter tuam benignitatem, & propter veritatem tuã. (cur (enim) dicant Gẽtes, Vbi quæso est Deus ipsorũ.*

3 *Atqui Deus noster in cælo est, qui perficit quicquid voluerit.*

4 *(Cæterum) simulachra ipsorum sunt argentea & aurea, opus quod manibus hominis producitur.*

5 *Habent (enim) os, & non loquuntur: habent oculos, & non vident:*

6 *Habent aures, nec audiunt: habent nasum, nec odorantur.*

7 *Manus habent, nec palpant: pedes habent, nec ambulant, neq; sonum edunt suo gutture.*

8 *Quibus similes euadant qui ea faciunt, (&) quicunq; fidit eis.*

9 *O Israel fide Domino: quia [2] vestrum auxilium, & vestrum scutum est.*

10 *Domus Aharonis fidite Domino: [b] quia vestrum auxilium, & vestrum scutum est.*

11 *Timentes Dominũ fidite Domino: quia vestrum auxilium, & scutum vestrum est.*

12 *Dominus memor est nostri, qui [3] fœlicem reddet,*

13 *Fœlicem (inquam) reddet domum Israelis, fœlicem reddet domum Aharonis.*

14 *Fœlices reddet timentes Dominum pariter paruos & magnos.*

15 [4] *Cumulabit etiam Dominus vobis beneficia benefitiis: nec solum vobis, verum & liberis vestris.*

16 [5] *Vos quidem fœlices redditi estis à Domino, qui condidit cælum & terram.*

17 *(Et) [6] cælum, cælum (inquam) Domino (seruatum est,) terram autem dedit hominibus.*

18 *Cæterum mortui non laudant Deum, nec omnes quotquot [7] in sepulchrum descendunt:*

1 vel, Laudibus attollatur nomẽ. 2 q. d. nõ solum Deus dignitate superat omnes gentes, sed etiam magnitudine gloriæ suæ exuperat adeò vt ab illis quidẽ gloria eius capi queat. 3 Heb. qui se exserat ad habitãdum, i. in summo & sublimi deligit sibi sedem: attollit se supra cælos vt videat, &c. 4 i. vt reddat eos æquales principibus, non cuiusuis populi, sed sui, quem elegit. 5 Heb. Facit sedere sterilem domus, matrem liberis lætam siue gaudentem. vel, Constituit sterilem familiam: (constituit inquam) matrem filiorum lætantem: i. efficit vt quæ prius erat sterilis, amplam habeat familiã: efficit inquam eam matrem filiorũ, & propter eos lætantem.

PSAL. CXIV. 1 in sanctitatem eius. i. consecrauit sibi populum Iuda, hoc est, Israelem, pars pro toto, Exod. 19. Vos eritis mihi gens sancta. q. d. dum populum Israeliticum eduxit è captiuitate, ostendit se illum inprimis delegisse. 2 dominia eius. i. tunc cœpit agere principem populi Israelitici. 3 Plurali vtitur quia non solum mons Sinai, sed & vicini montes agitati sunt ob præsentiam Dei. 4 vel, A conspectu Domini cuncta tremiscit terra. Respondit hic superioribus author Psalmi. 5 i. educere potuit è rupe durissima aquas multas: & è silice magnam vim aquæ.

PS. CXV. 1 Heb. Non nobis Dom. non nobis sed no. &c. q. d. eripe nos à tyrannide Gentiũ: non vt inde cudamus clariores, sed vt nomen tuum, illustrius reddatur, eripe

in quam propter misericordiam tuam, vt appareas verax in promissis. 2 adiutorium eorum & clypeus eorum est. Ad sperantes refertur: nam relatiua sæpe sine substantiuis ponuntur, quæ ex præcedentibus suppleri debent. 3 Heb. benedicet. 4 Heb. Adiiciet Dominus super, &c. i. maiora quàm antea conferet vobis beneficia. 5 Heb. Benedicti vos à Domino. i. grati eritis Dom. sub si permanseritis in timore eius. 6 q. d. quando incidimus in mentionem cæli & terræ, de cælo illud dicimus, quod est illa mundi pars quam Deus inhabitat, vt terra, ea quam homines incolunt. 7 Heb. ad silentium, Appellant & Latini poetæ silentes mortuos, & regna silentum, &c. Lege Esa. 38. in fine.

19 [8] *Nos autem prædicemus Deum ab hoc tempore vsq; in æternum.*

19 Sed nos qui viuimus, benedicimus Domino ex hoc nunc & vsq; in seculum. Daniel.3.e

PSALM. CXVI.
Hallelu ia.

1 *DIligo Dominum, quandoquidem exaudiuit supplicem meam vocem,*

2 *Quia præbuit mihi aurem suam, quem [1] toto vita mea tempore vocabo.*

3 *Cinxerant me [2] funes mortis, & angustiæ [3] inferni me [4] comprehenderant,*

4 *Ac [5] incideram in periculum & difficultatem: [6] Vocaui autem nomen Domini [dicens.]*

5 *Obsecro Domine, eripito animam meam: Beneficus Dominus, & iustus, & Deus noster misericors.*

6 *Dominus defendens simplices, quum [6] attritus essem, me seruabit.*

7 *[Tunc dixi] Reuertere anima mea [7] ad locum tuũ quietum, quia Dominus in te beneficium contulit:*

8 *Quia tu eripuisti animam meam morti, oculos meos lachrymis, [&] pedes meos lapsui.*

9 *[Quare] [8] sanctè vitam degam coram Domino in regionibus viuentium.*

1 *F[9]Idem [in Deum] retinui, etiam quum ipse cogerer dicere, me vehementer deiectum esse:*

2 *Quum dicerem in præcipiti mea fuga, [10] omnes homines mendaces esse.*

3 *Quam gratiam referam Domino pro illis omnibus quæ in me contulit beneficiis?*

4 [11] *Sumpto calice quo gratiæ aguntur pro accepta salute, nomen Domini vocabo.*

5 *Meaq; [12] vota exoluam Domino nunc coram vniuerso populo ipsius. [Nam] apud Dominum mors [13] benignorum ipsius hominum maximi est momenti.*

6 [14] *Ah Domine equidem seruus tuus sum, ego seruus tuus sum, & filius ancillæ tuæ.*

7 *Qui vincula mea [15] soluisti. Tibi [ergo] mactabo victimam [16] confessionis, & nomen [17] Domini vocabo.*

8 *Meaq; vota exoluam nunc coram vniuerso populo ipsius: In atriis domus Domini, intra te ô Ierusalem.*

PSALM. CXIV.
Hallelu ia.

1 DIlexi, quoniam exaudiet Dominus vocem orationis meæ,

2 Quia inclinauit aurem suam mihi: & in diebus meis inuocabo.

3 Circũdederunt me dolores mortis: & pericula inferni inuenerunt me.

4 Tribulationem & dolorem inueni: & nomen Domini inuocaui,

5 O Domine libera animam meam: misericors Dominus, & iustus, & Deus noster miseretur.

6 Custodiens paruulos Dominus: humiliatus sum, & liberauit me.

7 Conuertere anima mea in requiem tuã: quia Dominus benefecit tibi:

8 Quia eripuit animam meam de morte, oculos meos à lachrymis, pedes meos à lapsu.

9 Placebo Domino in regione viuorum.

A *Gratias agit Deo ipse Dauid, quòd liberauerit ipsum à Saule.* Vide 1.Reg.23.

PSALM. CXV.
* Hallelu ia.

1 CRedidi, propter quod locutus sum: ego autem humiliatus sum nimis.

2 Ego dixi in excessu meo, Omnis homo mẽdax.

3 Quid retribuam Domino pro omnib. quæ retribuit mihi?

4 Calicem salutaris accipiam: & nomen Domini inuocabo.

5 Vota mea Domino reddam coram omni populo eius: Preciosa in cõspectu Domini mors sanctorum eius:

6 O Domine quia ego seruus tuus, ego seruus tuus, & filius ancillæ tuæ.

7 Dirupisti vincula mea: tibi sacrificabo hostiam laudis, & nomen Domini inuocabo.

8 Vota mea Domini reddam in conspectu omnis populi eius: in atriis domus Domini, in medio tui Jerusalem.

A * *Hunc psalmũ Heb. annectunt præcedenti. Fidelis afflictio ob veritatem à se prædicatam.* 2.Corinth.4.c *Liberatus sese Deo permittit. Vota sua, siue laudes Domino reddit.*

PSALM. CXVII.
Hallelu ia.

1 *LAudate Dominum omnes Gentes, prædicate ipsum omnes populi.*

2 *Nam [1] benignitas eius erga nos [2] præpollet, ac [3] veritas Domini in æternum [permanet:]*

PSALM. CXVI.
Hallelu ia.

1 LAudate Dominum omnes Gentes: laudate eum omnes populi.

2 Quoniam cõfirmata est super nos misericordia eius: & veritas Domini manet in æternum.

A *Vaticinatur Euangelium etiam inter Gentes prædicandum.* Rom.15.c Iohan.11.e

PSALM. CXVIII.
Hallelu ia.

1 *C[1]Onfitemini Domino quoniam bonus est, quoniã benignitas ipsius sempiterna est,*

2 *Israel nunc dicat; quod sempiterna sit ipsius benignitas.*

3 *Dicat nunc domus Aharonis, quòd sempiterna sit ipsius benignitas.*

4 *Dicant nunc timentes Dominum, quòd sempiterna sit ipsius benignitas,*

5 *Quum in angustiis essem, vocaui Deum, & Deus annuit mihi [2] in latitudine.*

6 *[Proin] Domino à me stante, non timebo quid mihi homo inferre conetur.*

7 *Domino [enim] existente inter meos [3] auxiliatores, spectabo in meis inimicis [quod desidero.]*

8 *[Etenim] spem habere in Domino, melius est quàm fidere homini:*

9 *Spem [inquam] habere in Domino, melius est quàm fidere principibus.*

PSALM. CXVII.
Hallelu ia.

1 COnfitemini Domino quoniam bonus, quoniam in seculum misericordia eius.

2 Dicat nunc Israel quoniam bonus, quoniam in seculum misericordia eius.

3 Dicat nunc domus Aaron: quoniam in seculum misericordia eius.

4 Dicant nunc *omnes qui timent Dominum: quoniam in seculum misericordia eius.

5 De tribulatione inuocaui Dominum: & exaudiuit me in latitudine Dominus.

6 Dominus mihi adiutor: non timebo quid faciat mihi homo. Heb.13.a

7 Dominus mihi adiutor: & ego despiciam inimicos meos.

8 Bonum est confidere in Domino, quàm confidere in homine:

9 Bonum est sperare in Domino, quàm sperare in principibus.

A *Gratias agit Dauid quòd in Regem Israelis creatus sit & receptus.*

8 Heb. qui relicti fuerimus in hac vita.

PSAL. CXVI.
1 Heb. in diebus meis.
2 dolores. i. erã morti proximus.
3 sepulchri. i. deducentes ad sepulchrum.
4 Heb. inuenerant.
5 Heb. tribulationem & anxietatem inueneram.
6 Vox Hebræa, tenuis fui, significat. id est, viribus destitutus succubui.
7 i. ad illum apud quem summam inuenies tranquillitatem.
8 Heb. ambulabo corã Domino.
9 Heb. Credidi quia (vel quando) dixi, afflictus valde. Aut, ad extremam paupertatẽ redactus sum. Quando scilicet coactus sum petere panẽ à Nabal. Latini & Græci, Psalmum 115. hic notant.
10 qui scilicet dicerẽt me nunquam regno mihi promisso potiturum. Ego autem certo scirem Deum veracem in promissis.
11 Heb. Calicem salutum tollam. q. d. in conuiuio gratulatorio attollam calicem quo significem conuiuis me illius ope iuuatũ & semper Dominum colere.
12 i. sacrificia quæ voui cum me persequeretur Saul.
13 sanctorum. i. qui bonitati student. De violenta morte loqui videtur quã passuri essent morte prohibitum Domino: quare si quando interficiuntur, non interficiuntur impune.
14 Vtique q.d. verissimum est quòd Dominus non vult pios interfici: nam me liberauit, qui eum colo.
15 rupisti.
16 laudis. i. gratias tibi agam & laudabo.
17 personæ mutatio, pro, nomen tuum inuocabo. i. non desinam te colere.

PSAL. CXVII.
1 misericordia.
2 Heb. roborata est. i. excelluit, maxima fuit nempe missio Christo.
3 Heb. in præstandis promissis.

PSALM. CXVIII.
1 Celebrate Domino.
2 Heb. & statuit me in latitudine. i. me liberauit.
3 adiutores.

10 Omnes gentes circumierunt me: & in nomine Domini quia vltus sum in eos.
11 Circumdantes circumdederunt me: & in nomine Domini quia vltus sum in eos.
12 Circumdederunt me sicut apes, & exarserunt sicut ignis in spinis: & in nomine Domini quia vltus sum in eos
13 Impulsus euersus sum vt caderem: & Dominus suscepit me.
Exod. 15. a. 14 Fortitudo mea & laus mea, Dominus: & factus est mihi in salutem.
15 Vox exultationis & salutis in tabernaculis iustorum.
C 16 Dextera Domini fecit virtutem, dextera Domini exaltauit me, dextera Domini fecit virtutem.
17 Nō moriar, sed viuā, & narrabo opa Domini.
18 Castigans castigauit me Dominus: & morti non tradidit me.
19 Aperite mihi portas iusticiæ, ingressus in eas confitebor Domino: hæc porta Domini, iusti intrabunt in eam.
20 Confitebor tibi quoniam exaudisti me: & factus es mihi in salutem.
Christus reiectus a Iudæis. Matth. 21. d. Luc. 20. c. Act. 4. b. Rom. 9. g. 1. Pet. 2. a. Esa. 28. d.
21 Lapidem quem reprobauerunt ædificantes, hic factus est in caput anguli.
22 A Domino factum est istud: & *est mirabile in oculis nostris.
D 23 Hæc est dies quam fecit Dominus: exultemus, & lætemur in ea.
*hoc *Inuitatio ad lætitiam ob redemptionem per Christum factam.*
24 O Domine saluū me fac, ô Domine bene prosperare: benedictus qui venit in nomine Domini.
25 Benediximus vobis de domo Domini: Deus Dominus & illuxit nobis.
26 Cōstituite diem solennem in condensis vsq; ad cornu altaris.
27 Deus meus es tu, & confitebor tibi: Deus meus es tu, & exaltabo te.
28 Confitebor tibi quoniam exaudisti me: & factus es mihi in salutem.
A 29 Confitemini Domino quoniam bonus: quoniam in seculum misericordia eius.

Encomium est amplissimum legis & verbi diuini: cuius vis salutifera explicatur, & quibus hominibus diuina illa & summa sapientia cōseruatur: quantóque studio persequi cōueniat. Videtur autem Dauid Psalmū hunc cōposuisse, quū in seditione Absolomica perdidicisset, quanti retulerit omnē vitā ex diuino præscripto traducere.

PSALM. CXVIII.

Halleluia. Aleph ℵ

1 ℵ BEati immaculati in via: qui ambulant in lege Domini.
2 ℵ Beati qui scrutantur testimonia eius: in toto corde exquirunt eum.
3 ℵ Non enim qui operantur iniquitatem, in viis eius ambulauerunt.
4 ℵ Tu mandasti mandata tua custodiri nimis.
5 ℵ Vtinā dirigantur viæ meæ ad custodiendas iustificationes tuas.
6 ℵ Tunc non confundar; cum perspexero in omnibus mandatis tuis.
7 ℵ Confitebor tibi in directione cordis: in eo quod didici iudicia iustitiæ tuæ.
8 ℵ Iustificationes tuas custodiam: non me derelinquas vsquequaque.

Beth ב

9 ב In quo corrigit adolescentior viam suam? in custodiendo sermones tuos.
10 ב In toto corde meo exquisiui te: ne repellas me à mandatis tuis.

10 *Si me omnes gentes circumdederint, [spero] quòd per nomen Domini excisurus sim eas.*
11 *Si me circumdederint, & sane me circumdederint, [spero] quòd per nomē Domini sim eas excisurus.*
12 *Si me circumdederint vt [examen] apum, deficiēt vt ignis spinas [corripiens:] & [spero] quòd eas per nomen Domini excisurus sim.*
13 *[5] Prorsus me impuleras vt caderem: sed tamen Dominus opem mihi tulit.*
14 *[Nam] robur meum & [6] carmen meum, & salus mea Deus est.*
15 *Vox iubili & salutis [porta auditur] in tabernaculis iustorum [postquam] dextera Domini [7] res præclaras egit.*
16 *Dextera Domini superior fuit, dextra Domini [7] res præclaras egit.*
17 *Non moriar, sed viuam, & recensebo facta Dei:*
18 *Me namque probe castigauit Deus, attamen non permisit vt morerer.*
19 *Aperite mihi portas [8] iustitiæ, per quas ingressus Deo [9] confitebor. Hæc porta Domini est, per quam iusti ingredientur.*
20 *Tibi (enim) confitebor, quòd me exaudiueris, & mihi saluti fueris.*
21 *(Nam) lapis quem reiecerant ædificantes, [10] factus est caput anguli.*
22 *Quod quidem à Domino factum est, & nobis miraculum videtur.*
23 *Illa est dies quam fecit Dominus, in qua exultemus & lætemur.*
24 *[11] Ah Domine serua [12] quæso, ah Domine da quæso fœlicem successum. [13] Optima quæq; illi [14] precamur, qui venit in nomine Domini.*
25 *Nos fausta imprecamur vobis [15] è domo Domini.*
26 *Deus Dominus est, qui lucem nobis (prosperitatis) intulit: itaq; [16] victimam alligate funib. [17] ad cornua altaris.*
27 *Tu es Deus meus, tibiq; confitebor, teq; extollam mi Deus.* 28 † † †
29 *[18] Confitemini Domino, quoniam bonus est. Quoniam benignitas ipsius sempiterna est.*

PSALM. CXIX.

[1] Aleph ℵ

1 O [1] *Beatos [2] qui vita integrum iter tenent, incedentes ad præscriptum legis Domini.*
2 *O beatos qui conseruant [3] obtestationes ipsius, eúmque ex toto corde quærunt.*
3 *[4] Nam qui per suas vias incedunt, non patrant iniquitatem.*
4 *Tu (namq;) mandasti [5] constitutiones tuas, [6] quas (homines) summopere custodiant.*
5 *Vtinam sic via mea paretur; vt custodiam decreta tua.*
6 *Tunc (enim) nequaquam pudefiam, quum [7] inspexero omnia præcepta tua.*
7 *[8] Tibiq; confitebor ex animo sincero, vbi didicero [9] iudicia tua iustitiæ:*
8 *Summoq; studio decreta tua seruabo. [10] si me non deseras.*

Beth ב

9 *Quo pacto adolescens [1] vitam inculpatā aget? nempe si eam custodiat vt dictat verbum tuum.*
10 *Quum autem te quæram ex toto corde meo, ne sinas me aberrare à mandatis tuis.*

4 Heb. Circumdederunt me, etiam circumdederunt me. i. frequentes & summo studio obsederunt me. 5 Heb. Impellēdo impulisti me. Saulem alloquitur. q. d. Summo studio conatus es me impellere vt caderem, &c. 6 i. qui materiā scribendorū carminū mihi præbet. Hebraice legitur, carmen est Domini. & fuit mihi in salutem. vel, (&) pro (quia) positū. fuit enim mihi auxilio. 7 Heb. facit virtutem. i. summis viribus pro suis decertat. 8 i. portas tēpli sancti, in quod conueniunt ōes iusti. Iubet portas aperiri, quæ quamdiu exortes fuerat, clausæ illi fuerāt. Intelligit autem cœtū fidelium, inter quos cupit celebrare Dominū. 9 gratias agam. Sub de adepta salute. 10 i. cōstitutus est in excellentissimo loco totius ædificii. Ostēdit Dauid quomodo cōtemptus habitus sit ab iis q tēpore Saulis authoritate pollebant: quos vocat ædificantes: & tamen constitutus fuit rex super Israelem, quod verū fuit de Christo prophetia, a scribis & Pharisæis repudiato, & tandem cōstituto in principē & regē. 11 O. vel, Obsecro. 12 vel, nūc. 13 Heb. Benedicimus 14 vel, cōtingat. 15 i. e cælis vel, nos qui sumus e templo Dei. i. nos sacerdotes, & non tantum plebs. 16 Vox Hebræa, HAG, quæ festas significat, accipitur pro victima quæ festo die cæditur. ita & Chald. paraph 17 sub. & alligatā adducite vsque

ad cornua altaris holocausti. ibi solebant cremari victimæ in gratiarum actionem. 18 Celebrate Dominum. PSAL. CXIX. ℵ 1 Scribitur hic Psalmus per octonarios iuxta ordinem alphabeti. quidam hoc factum dicunt memoriæ iuuandæ causa. Alii psalmos ita solere scribi dicunt ob dignitatem rei de qua agitur. Viginti duo sunt octonarii quorum singuli versus iuxta Hebrææ linguæ elegantiam incipiunt ab vna & eadem litera. Nullus est versus in hoc Psalmo, qui non habeat vocem aliquam significantem leges Dei. 2 Heb. integros via, siue itinere. i. quorum mores sunt probi. 3 testimonia. i. præcepta quæ nobis testantur & refricant memoriā beneficiorum Dei. 4 Vox Hebræa A P H, plerumque significat etiam. hic autem reddit causam, ita quoque Chaldæo paraphraste interpretante. Alii legunt. Etiam si (sub. beati,) qui non faciunt iniquitatem, sed in viis eius ambulant. 5 Vox Hebræa PICCVDIM præcepta naturalia significat, quasi deposita apud nos, nob. 11 natura, a quibus natura dicit abhorremus. 6 custodiri summa diligentia. 7 i. dum præcepta tua ob oculos habuero, aut legam. Dum enim legem Dei aut legimus, aut animo, erubescimus si illam non obseruamus. 8 Teq; celebrabo in rectitudine cordis 9 Vox Hebræa MISPETIM, significat leges quibus cum proximis viuimus. Iudicia tuæ iustitiæ. i. leges tuas iustas. 10 vel, propterea. ב 1 putas reddet (emendabit) viam suam?

11 Qui reposui eloquium in corde meo, ne peccem
in te.
12 Tu Domine [2] prædicandus [3] es, doce me decreta
tua.
13 [Nam] [3] labiis meis recensere solitus sum [4] omnia
iudicia oris tui.
14 [5] [Et] incedere per viam [6] obtestationum tuarum
magis me iuuant, quã omnium rerum copia propemodũ.
15 Ac de tuis constitutionibus [6] differo, [7] & intueor
semitas tuas.
16 Meq́ oblector in tuis decretis, nunquam commissurus vt obliuiscar verbi tui.

Gimel ג

17 Hoc beneficium seruo tuo confer, vt viuam, &
custodiam verbum tuum.
18 Et velamen detrahere oculis meis, [1] vt inspiciã ad-
mirabilem sapientiam quæ recondita est in lege tua.
19 Quumq́ [2] peregrinus sim in terra, ne [3] me celes
tua mandata:
20 [Nam] anima mea omni tempore [4] desiderio iu-
diciorum tuorum [5] atteritur.
21 [6] Increpas [autem] superbos, vt execrabiles sint, a-
berrantes a præceptis tuis.
22 Remoue à me probrum & [7] contemptum, quòd
obtestationes tuas conseruo.
23 Nam & [8] principes considunt, ac obtrectant mihi,
[9] quòd seruus tuus disserit de tuis decretis.
24 [10] Quodq́ obtestationes tuæ sunt mea delicia, &
consiliarij mei.

Daleth ד

25 [1] Quum humi iaceat anima mea, [2] recrea me se-
cundum verbum tuum.
26 [3] Negocia mea tibi exposui, tuq́ exaudisti me:
[quare] doceto me decreta tua.
27 Concede mihi vt norim [4] viam constitutionum
tuarum, & [tunc] disseram de tuis miraculis.
28 [5] Diffluit anima mea præ sollicitudine, refice me
[ergo] secundum verbum tuum.
29 Auerte [7] iter mendax a me, & [8] legem tuam beni-
gne mihi proponito.
30 [Nam] viam [9] certam elegi: [&] iudicia tua ob
oculos habeo.
31 Quumq́ [10] obtestationibus tuis adhæream, Do-
mine [11] haudquaquam me pudefacias.
32 Viam præceptorum tuorum curram, postquam
in latitudinem [12] eduxisti cor meum.

He ה

33 [1] Deduc me [2] Domine in viam tuorũ decretorum,
vt eam retineam [3] vsq́ in finem.
34 Doceto me vt [3] retineam legem tuam, & toto cor-
de illam custodiam.
35 Deduc me in semitam præceptorum tuorum: nam
[4] ea mihi placet.
36 [5] Inclina cor meum ad obtestationes tuas, & non
ad auaritiam.
37 Auerte oculos meos, ne [6] videant vanitatem, &
[7] viuifica me in via tua.
38 [8] Præsta seruo tuo quod eloquium tuum pollice-
tur habentibus timorem tui.
39 [Et] [9] prohibe a me probrũ quod formido: [10] nam
iudicia tua bona sunt.
40 Ecce desidero tuas constitutiones: [11] viuifica [igi-
tur] me per tuam iustitiam.

11 ב In corde meo abscondi eloquia tua: vt non
peccem tibi.
12 ב Benedictus es Domine: doce me iustifica-
tiones tuas.
13 ב In labiis meis pronunciaui omnia iudicia
oris tui.
14 ב In via testimoniorum tuorum delectatus
sum, sicut in omnibus diuitiis.
15 ב In mandatis tuis exercebor: & considera-
bo vias tuas.
16 ב In iustificationibus tuis meditabor: non
obliuiscar sermones tuos.

Gimel ג

17 ג Retribue seruo tuo, viuifica me: & custo-
diam sermones tuos.
18 ג Reuela oculos meos: & considerabo mi-
rabilia de lege tua.
19 ג Incola ego sum in terra: non abscondas à
me mandata tua.
20 ג Concupiuit anima mea desiderare iustifi-
cationes tuas in omni tempore.
21 ג Increpasti superbos: maledicti qui decli-
nant à mandatis tuis.
22 ג Aufer à me opprobrium & contemptum:
quia testimonia tua exquisiui.
23 ג Etenim sederunt principes, & aduersum
me loquebantur: seruus autem tuus exercebatur
iustificationibus tuis.
24 ג Nam & testimonia tua, meditatio mea est:
& consilium meum, iustificationes tuæ.

Daleth ד

25 ד Adhæsit pauimento anima mea: Viuifica
me secundum verbum tuum.
26 ד Vias meas enunciaui, & exaudisti me: do-
ce me iustificationes tuas.
27 ד Viam iustificationum tuarum instrue me:
& exercebor in mirabilibus tuis.
28 ד Dormitauit anima mea præ tædio: confir-
ma me in verbis tuis.
29 ד Viam iniquitatis amoue à me: & de lege
tua miserere mei.
30 ד Viam veritatis elegi: iudicia tua non sum
oblitus.
31 ד Adhæsi testimoniis tuis Domine: noli me
confundere.
32 ד Viam mandatorum tuorum cucurri cum
dilatasti cor meum.

He ה

33 ה Legem pone mihi Domine viam iustifi-
cationum tuarum: & exquiram eam semper.
34 ה Da mihi intellectum, & scrutabor legem
tuam: & custodiam illam in toto corde meo.
35 ה Deduc me in semita mandatorum tuorum:
quia ipsam volui.
36 ה Inclina cor meum in testimonia tua, &
non in auaritiam.
37 ה Auerte oculos meos ne videãt vanitatem:
in via tua viuifica me.
38 ה Statue seruo tuo eloquium tuum in timo-
re tuo.
39 ה Amputa opprobrium meum quod suspi-
catus sum: quia iudicia tua iucunda.
40 ה Ecce concupiui mandata tua: in æquitate
tua viuifica me.

2 laude dignus. 3 sub. non solũ in corde meo reponere. 4 i. omnes leges tuas quas proprio ore tulisti. 5 Heb. In via testimoniorũ tuorum gauisus sum, sicut in opulentia multa. i. genere viuẽdi quod docent leges tuæ non aliter capior atq; diues opib. copiosissimis. 6 confabulor. 7 i. oculis meis leges tuas subiicio vt ad illas vitam meam componam.

ג

1 Heb. & contẽpler mirabilia q̃ in lege tua (continentur) i. mirabilem tuam doctrinam. 2 i. paruo tẽpore sum hic mansur[us]. 3 abscondas à me. i. ne cõmittas vt ignorẽ iussa tua, no facito vt caream peritia legum tuarum. 4 sub. cognoscendorum. 5 debilior fio. 6 Perdes superbos execrabiles. Preteritum apud Hebræos pro futuro. Atteror desiderio. quid ita? quia periturus es recedẽtes a te. 7 sub superborum, quibus me afficiunt superbi, quia ego seruem mandata tua. 8 q. d. nõ solum à plebeiis male audio quod seruem, &c. sed etiã à principibus. 9 attente [illegible]. 10 profecto testimonia tua.

ד

1 Heb. Adhæsit pulueri. i. terræ, sepulchro. q. d. quum parum absit quin ad sepulchrum deferar. 2 restitue me vitæ pristinæ vti pollicitus es. 3 Hebr. Vias meas. i. quæ agere volebam. q. d. [illegible] & exaudisti [illegible] nunc [illegible]. 4 i. quonam ratione viuendum sit mihi iuxta ea quæ mandasti. 5 i. de lege tua quæ continet miranda. 6 vel, Stillatim perit vita mea. 7 i. adulterinum viuendi modum. 8 de lege tua miserere mei. i. cognitione legis tuæ dignare me. 9 Heb. fidei. aut, veritatis, i. verum vitæ genus delegi. 10 i. versor assidue in testimoniis tuis. 11 i. ne sinas me facere aut dicere aliquid vnde merito rideat ab hominibus legum tuarum. 12 vel, causeris i. quum me cabale[illegible], tum facile exprimam factis mandata tua.

ה

1 i. doce me viuendi rationem quæ est iuxta leges tuas. 2 i. donec viuam. 3 obseruem. 4 Heb. ipsam volui. 5 q. d. vtinam facias vt cor meum feratur in leges tuas, & non in auaritiam. 6 i. ne capiantur amore rerum vanarum. 7 i. sic viuam, & non moriar, i. [illegible] legem tuam. 8 Heb. [illegible] seruo tuo eloquium tuum, quod est ad timorem tuum. i. confirma seruo tuo promissum tuum quod pollicitus es illi de regno, vt [illegible] succedant mihi [illegible] ad timorem siue cultum tuum est deditus. 9 Aufer à me opprobrium meum quod timeo. sub. propter peccatum cum [illegible]. 10 i. clementia iudicia tua [illegible]. 11 vel, iustificatione me iustitia tua, i. absolute tua æquitate tua, hoc enim vna [illegible] sæpe [illegible].

Vau ו

41 ו Et veniat ſuper me miſericordia tua Domine, ſalutare tuum ſecundum eloquium tuum.

42 ו Et reſpondebo exprobrantibus mihi, verbum: quia ſperaui in ſermonibus tuis.

43 ו Et ne auferas de ore meo verbum veritatis vſquequaque: quia in iudiciis tuis ſuperſperaui.

44 ו Et cuſtodiam legem tuam ſemper in ſeculum & in ſeculum ſeculi.

45 ו Et ambulabam in latitudine: quia mandata tua exquiſiui.

46 ו Et loquebar in teſtimoniis tuis in conſpectu regum, & non confundebar.

47 ו Et meditabar in mandatis tuis, quæ dilexi.

48 ו Et leuaui manus meas ad mandata tua quæ dilexi: & exercebor in iuſtificationibus tuis.

Zain ז

49 ז Memor eſto verbi tui ſeruo tuo, in quo mihi ſpem dediſti.

50 ז Hæc me conſolata eſt in humilitate mea: quia eloquium tuum viuificabit me.

51 ז Superbi iniquè agebant vſquequaque: à lege autem tua non declinaui.

52 ז Memor fui iudiciorum tuorum à ſeculo Domine: & conſolatus ſum.

53 ז Defectio tenuit me pro peccatoribus derelinquentibus legem tuam.

54 ז Cantabiles mihi erant iuſtificationes tuæ in loco peregrinationis meæ.

55 Memor fui nocte nominis tui Domine: & cuſtodiui legem tuam.

56 ז Hæc facta eſt mihi, quia iuſtificationes tuas exquiſiui.

Heth. ח

57 ח Portio mea Domine, dixi, cuſtodire legem tuam.

58 ח Deprecatus ſum faciem tuam in toto corde meo: miſerere mei ſecundum eloquium tuum.

59 ח Cogitaui vias meas: & conuerti pedes meos in teſtimonia tua.

60 ח Paratus ſum, & non ſum turbatus: vt cuſtodiam mandata tua.

61 ח Funes peccatorum circumplexi ſunt me: & legem tuam non ſum oblitus.

62 ח Media nocte ſurgebam ad confitendum tibi ſuper iudicia iuſtificationis tuæ.

63 ח Particeps ego ſum omnium timentium te: & cuſtodientium mandata tua.

64 Miſericordia tua Domine plena eſt terra: iuſtificationes tuas doce me.

Teth ט

65 ט Bonitatem feciſti cum ſeruo tuo Domine, ſecundum verbum tuum.

66 ט Bonitatem, & diſciplinam, & ſcientiam doce me: quia mandatis tuis credidi.

67 ט Priuſquam humiliarer ego deliqui: propterea eloquium tuum cuſtodiui.

68 ט Bonus es tu: & in bonitate tua doce me iuſtificationes tuas.

69 ט Multiplicata eſt ſuper me iniquitas ſuperborum: ego autem in toto corde meo ſcrutabor mandata tua.

70 ט Coagulatum eſt ſicut lac cor eorum: ego verò legem tuam meditatus ſum.

71 ט Bonum mihi quia humiliaſti me: vt diſcam iuſtificationes tuas.

72 ט Bonum mihi lex oris tui ſuper millia auri & argenti.

Vau ו

41 *Et obueniant mihi Domine* [1] *tua beneficia,* & [2] *ſalus tua ſecundum eloquium tuum:*

42 *Vt habeam verba quibus reſpondeam exprobranti mihi: quòd fidam verbo tuo.*

43 *Et ne omnino eripias ab ore meo* [3] *verbum veritatis: ſiquidem* [4] *tua iudicia expecto:*

44 *Et ſemper temporibuſque ſempiternis cuſtodiam legem tuam.*

45 *Equidem* [5] *ſpatiabor in latitudine: quia conſtitutiones tuas quæſiui:*

46 *Ac loquar de tuis obteſtationibus coram regibus, neque me pudebit (earum.)*

47 *Neque oblectabo in tuis mandatis, quæ amo:*

48 *Et* [6] *admouebo manus meas præceptis tuis, quæ amo: deque decretis tuis diſſeram.*

Zain ז

49 *Memor ſis* [7] *verbi ad ſeruum tuum (prolati) quo me* [8] *in ſpem adduxiſti.*

50 *Hoc (enim) meum ſolatium eſt in meis miſeriis: quia eloquium tuum recreat me.*

51 *Quumque me ſuperbi irrident ſupra modum, non tamen deflecto a lege tua:*

52 *At recolens iudicia tua à condito mundo Domine, ex iis magnum ſolatium accipio.*

53 *Horror inuadit me (cogitantem) de impiis, qui legem tuam deſerunt.*

54 *Mihi verò decreta tua* [3] *ſunt carmina in domo* [4] *quam incolo.*

55 *Et noctu Domine recordor tui nominis, tuamque legem cuſtodio.*

56 [5] *Quæ quidem mea eſt, quandoquidem conſeruo tuas conſtitutiones.*

Heth ח

57 [1] *Dixi Domine meam ſortem eſſe, vt cuſtodiam verba tua.*

58 [2] *Suſpicio faciem tuam ſupplex toto meo corde, proin beneficentiam te mihi exhibeas ſecundum* [3] *verbum tuum.*

59 [4] *Cogitatione obiui meas vias,* & *reduxi pedes meos ad obteſtationes tuas.*

60 *Feſtinaui, & nullam moram feci, vt cuſtodirem præcepta tua.*

61 [5] *Funes improborum conati ſunt me abſtrahere, catenam legis tuæ non ſum oblitus.*

62 [6] *Media nocte ſurgo ad confitendum tibi propter* [7] *iudicia tua iuſta.*

63 *Sumque omnibus ſocius qui te venerantur, & cuſtodiunt conſtitutiones tuas.*

64 [8] *Benignitate tua Domine plena eſt terra, (quare) doceto me decreta tua.*

Teth ט

65 *Benigne cum ſeruo tuo egiſti Domine ſecundum* [1] *verbum tuum.*

66 [2] *Bene iudicandi facultatem* & [3] *ſcientiam doceto me, quia præceptis tuis fidem adhibeo.*

67 *Antequam* [4] *in ærumnas incidiſſem, errabam: nunc autem eloquium tuum cuſtodio.*

68 *Tu bonus es, & bene facis, doce (igitur) me decreta tua.*

69 *Superbi* [5] *conſuerunt aduerſum me mendacia, ego (autem) toto corde teneo conſtitutiones tuas:*

70 *Quorum* [6] *cor craſſeſcit vt adeps, ego autem in lege tua voluptatem capio.*

71 *Vtiliſſimum quoque mihi fuit quod in miſeriam deiectus ſum, vt diſcerem decreta tua.*

72 *Tu quoque lex melior mihi eſt quàm auri & argenti* [7] *millenarii.*

ו

1 miſericordiæ tuæ. 2 i. auxilium tuum iuxta promiſſa tua. 3 i. verum. 4 (ob) iudicia tua (quæ ſcil. exerces in impios) in te ſperaui. 5 Nihil ſcilicet timens ab ira tua, vt ſibi minus timent qui regia & lata via ambulāt, in qua multa ſunt cōpita. 6 Heb. tollam, ſiue leuabo q. d. dabo operam vt factis exprimam præcepta tua.

ז

1 i. promiſſionis tuæ. 2 ſperare feciſti, i. iuſſiſti me ſperare in te. 3 i. præbent occaſionem carminum ſcribendorum. 4 Hebr. peregrinationum mearum. i. dum exulo, & faciem Saulis & Abſalomis declino. 5 Hoc mihi euenit, quod cuſtodiui præcepta tua i. hanc pietatem conſecutus ſum, quia, &c. Vel, Hoc mihi euenit vt tui memor eſſem in nocte, quod præcepta tua cuſtodire ſoleam. Hic nox poteſt etiam tribulationes ſignificare.

ח

1 vel, Dixi (ſub. quod ſequitur) portio mea eſt Dominus: vt obſeruem mandata tua. Tūc eſt perſonæ mutatio. Aut, O Domine quem habeo pro ſorte mea, decreui cuſtodire verba tua, vt Dauid pro Decreui poſitum ſit, vt alias ſæpe. 2 Deprecatus faciem tuam. 3 i. promiſſiones tuas. 4 Diligenter expendi meum viuendi modum. ſub. & deprehenſis peccatis meis reduxi, &c. 5 Dolores (vel catenæ) improborum ſpoliauerunt me. vel, Moleſtiæ quas paſſus ſum ab improbis ſpoliauerunt me. ſub. omnibus bonis. Improbi mirum in modum me exagitauerunt. 6 ſub. quamuis me exagitent, tamen non timeo etiam noctu ſurgere, &c. 7 id eſt, leges tuas æquas. 8 q. d. id mihi contigit miſericordia tua qua plenus eſt orbis.

ט

1 i. promiſſa tua. 2 Bonitatem ſenſus. 3 cognitionem intelligentiam exactiſſimam. 4 affligerer. ſub. à te. Verti etiam poteſt, priuſquam loquerer & commentarer. ſub. de lege tua. priùs quàm operam legi tuæ darem, in errore eram. 5 i. falſas accuſationes adſcripſerunt mihi. 6 id eſt, mens & animus eorum ſeduſque eſt ineptus ad intelligenda ſacra. 7 millia, id eſt, quam multa talenta nummorum aureorum & argenteorum.

Iod י

73 *Manus tuæ fecerunt me, & adornauerunt me: erudias me (ergo) vt discam præcepta tua:*

74 *Vt cernentes me qui te reuerentur gaudeant, quia in verbo tuo spem habeo.*

75 *Scio Domine quod*[1] *iudicia tua sint iustitia*[2] *& fides, quum me detrusisti in miseriam:*

76 *Verum obtingat quæso mihi tua benignitas, quæ me consoletur*[3] *secundum eloquium tuum, (quod spem aperuit) seruo tuo.*

77 *Obueniat mihi tua misericordia vt viuam: siquidem lex tua meæ deliciæ sunt.*

78 *Pudefiant (autem) superbi,*[4] *qui mendacio me opprimere quærunt, quum ego (interim) de constitutionibus tuis*[5] *differam.*

79 [6] *Redeant ad me qui te timent, quique norunt obtestationes tuas.*

80 *Sitque cor meum integrum in tuis decretis,*[7] *propterea non pudefiam.*

Caph כ

81 [1] *Defecit anima mea (desiderans anxie salutem tuam,) (quia) in verbo tuo spem habeo.*

82 *Defecerunt oculi mei*[2] *(spectando) quando veniat (quod pollicetur) eloquium tuum,*[3] *ita vt dicam, Quando me consolaberis?*

83 *Similis enim quasi vtri*[4] *in fumo pendenti: attamen decreta tua non sum oblitus.*

84 [5] *Quamdiu seruus tuus expectabit? quando exiges pœnas à persequentibus me?*

85 *Superbi foderunt mihi foueas, quod non fit secundum legem tuam.*

86 *Omnia tua præcepta sunt*[6] *fides: quum (igitur)*[7] *inique me persequantur, fer mihi opem.*

87 *Parum abfuit quin me*[8] *confecerint in terra: ego tamen non deserui tuas constitutiones.*

88 [9] *Viuifica me pro tua benignitate, & custodiam*[10] *obtestationem oris tui.*

Lamed ל

89 *Verbũ tuum Domine præstat in æternũ*[1] *in cælo:*

90 [2] *Tuaque fides per vniuersa secula, qui parasti terram, & constitit.*

91 *Eaque persistunt vsque in hodiernum diem*[3] *tuo iudicio: omnia enim tibi seruiunt.*

92 *Nisi lex tua meæ deliciæ essent, periissem in*[4] *miseria tua.*

93 *Non obliuiscar in æternũ constitutiones tuas, quoniam illis*[5] *recreasti me.*

94 *(Quum vero) tuus sim, serua me: quia constitutiones tuas exquisiui.*

95 *Me*[6] *obseruant impii, vt me perdant, quum obtestationes tuas perpendo.*

96 [7] *Video finem habere omnia etiam perfectissima:*[8] *tuum autem præceptum latissime patet.*

Mem מ

97 *Quantum ego tuam legem amo? de qua meus sermo est quotidie.*

98 [1] *Tu me sapientiorem reddidisti meis inimicis per tuum præceptum:*[2] *nam id perpetuo meum est.*

99 *Plus (etiam) sapio quam ii qui me docent: quia*[3] *de obtestationibus tuis meus sermo est.*

100 *Et rectius perpendo omnia quàm senes, quia custodio tuas constitutiones.*

101 *Pedes meos prohibeo*[4] *ab omni via deuianti ad vitia: propterea quòd verbum tuum custodio.*

102 [5] *Neque a iudiciis tuis decedo: quia tu*[6] *viuendi normam præscripsisti mihi.*

Iod י

73 י Manus tuæ fecerunt me, & plasmauerunt me: da mihi intellectum, vt discam mandata tua.

74 י Qui timent te, videbunt me, & lætabuntur: quia in verba tua supersperaui.

75 י Cognoui Domine quia æquitas iudicia tua, & in veritate tua humiliasti me.

76 י Fiat misericordia tua vt consoletur me secundum eloquium tuum seruo tuo.

77 י Veniant mihi miserationes tuæ, & viuam: quia lex tua, meditatio mea est.

78 י Confundantur superbi quia iniustè iniquitatem fecerunt in me: ego autem exercebor in mandatis tuis.

79 י Cõuertantur mihi timentes te: & qui nouerunt testimonia tua.

80 י Fiat cor meum immaculatum in iustificationibus tuis, vt non confundar.

Caph כ

81 כ Defecit in salutare tuum anima mea: & in verbum tuum supersperaui.

82 כ Defecerunt oculi mei in eloquium tuum: dicentes, Quando consolaberis me?

83 כ Quia factus sum sicut vter in pruina: iustificationes tuas non sum oblitus.

84 כ Quot sunt dies serui tui, quando facies de persequentibus me iudicium?

85 כ Narrauerunt mihi iniqui fabulationes: sed non vt lex tua.

86 כ Omnia mandata tua veritas:[a] iniqui[b] persecuti sunt me, adiuua me. *a iniqui*

87 כ Paulominus consummauerunt me in terra: ego autem non dereliqui mandata tua.

88 כ Secundum misericordiam tuam viuifica me: & custodiam testimonia oris tui.

Lamed ל

89 ל In æternum Domine verbum tuum permanet in cælo.

90 ל In generatione & generationem veritas tua: fundasti terram, & permanet.

91 ל Ordinatione tua perseuerat dies: quoniam omnia seruiunt tibi.

92 ל Nisi quòd lex tua, meditatio mea est: tunc forte periissem in humilitate mea.

93 ל In æternum non obliuiscar iustificationes tuas: quia in ipsis viuificasti me.

94 ל Tuus sum ego, saluum me fac: quoniam iustificationes tuas exquisiui.

95 ל Me expectauerunt peccatores vt perderent me: testimonia tua intellexi.

96 ל Omnis consummationis vidi finem: latũ mandatum tuum nimis.

Mem מ

97 מ Quomodo dilexi legem tuam Domine? tota die meditatio mea est.

98 מ Super inimicos meos prudentem me fecisti mandato tuo: quia in æternum mihi est.

99 מ Super omnes docentes me intellexi: quia testimonia tua, meditatio mea est.

100 מ Super senes intellexi: quia mandata tua quæsiui.

101 מ Ab omni via mala prohibui pedes meos: vt custodiam verba tua.

102 מ A iudiciis tuis non declinaui: quia tu legem posuisti mihi.

י 1 i. quum mecum agis, hoc est quod me affligas, iuste agis. 2 & (quod in) veritate me affligas, i. merito & iure. 3 vel, vt pollicitus es (mihi) seruo tuo. 4 quia falsò me peruerterunt i. me peruersum esse pronunciarunt. 5 commentor. sub. inter pios. 6 quos scilicet superbi illi auerterunt a me. Aut, conuertantur .i. veniant ad me frequentes, vt commententur mecum de legibus tuis. 7 vel, vt non cõfundar. sub. corã te.

כ 1 Defecit ad salutem tuam anima mea. i. præ desiderio maximo opis tuæ defecit anima mea. vel vt alii, concupiuit salute tui anima mea i. summo studio expectauit opem tuam salutiferam anima meus. 2 Heb. ad verbũ tuum 3 dum ego dico. vel, dicerem 4 hoc dicit quod esset aridus, niger, & contractus, præ tædio. Vter enim .i. pellicens, si in fumo suspendatur, arescit & contrahitur. 5 Heb. Quot dies serui tui .i. quanto tempore victurus est seruus tuus in hoc mũdo? q. d. paruo tempore. quando tandem &c. Optat liberatio[illegible] sibi opem, quia parum sit victurus quando facies in persequẽtes me iudiciũ? 6 veritas. Aut, ex veritate .i. vere & recte præcepta sunt. 7 immerito 8 perdiderunt 9 Restitue. Reuoca me a morte ad vitam. 10 testimonium oris tui, quæ iussisti obseruanda.

ל 1 in ipsis cælis. i. ipsis cælis testibus. q. d. Quæ semel dixisti, nõ soles retractare. quod cæli testãtur qui permanent, quia olim dixeras, [illegible] 2 Heb. In generationem & generationem veritas tua: fundasti terram, & perstat. q. d. per omnes ætates constantia tua, & promissis seruandis durabit, vt perdurat terra quam solo verbo firmasti. 3 Heb. ad tua iudicia i. tuo verbo & imperio. vel, ad iudicia tua, sub implenda, parent tibi vt serui heris suis obsequi solent. 4 afflictione 5 Heb. viuificasti. i. a morte ad vitam reuocasti, hoc est seruasti me. 6 Heb. expectauerunt. vel, Cum improbi me obseruarent vt perderent, id. dum periculum [illegible] intelligere q. d. in medio periculo, studui legi tuæ. 7 Heb. Perfectioni omnium rerum vidi finem. 8 sub. idem videtur finem habere. מ 1 vel, potius, fecisti vt intelligerem præcepta tua per inimicos meos i. per inimicos meos reddis me ardentiorem legis tuæ. 2 vel, nam perpetuo mea sunt i. ea semper habeo in animo meo. 3 de testimoniis tuis (iugiter) commentor. 4 ab omni semita mala. 5 i. edictis & legibus 6 Heb. legem siue regulam. vel, quia ta (ita) docuisti me.

103 Quam

103 ב Quam dulcia faucibus meis eloquia tua, super mel ori meo!

104 ב A mandatis tuis intellexi: propterea odiui omnem viam iniquitatis.

Nun נ.

105 נ Lucerna pedibus meis verbum tuum: & lumen semitis meis.

106 נ Iuraui, & statui custodire iudicia iustitiæ tuæ.

107 נ Humiliatus sum vsquequaque Domine: viuifica me secundum verbum tuum.

108 נ Voluntaria oris mei beneplacita fac Domine: & iudicia tua doce me.

109 נ Anima mea in manibus meis semper: & legem tuam non sum oblitus.

110 נ Posuerunt peccatores laqueum mihi: & de mandatis tuis non erraui.

111 נ Hæreditate acquisiui testimonia tua in æternum: quia exultatio cordis mei sunt.

112 נ Inclinaui cor meum ad faciendas iustificationes tuas in æternum propter retributionem.

Samech ס.

113 ס Iniquos odio habui: & legem tuam dilexi.

114 ס Adiutor & susceptor meus es tu: & in verbum tuum supersperaui.

115 ס Declinate à me maligni: & scrutabor mandata Dei mei.

116 ס Suscipe me secundum eloquium tuum, & viuam: & non confundas me ab expectatione mea.

117 ס Adiuua me, & saluus ero: & meditabor in iustificationibus tuis semper.

[1] iustit. 118 ס Spreuisti omnes discedentes à [1] iudiciis tuis: quia iniusta cogitatio eorum.

119 ס Præuaricantes reputaui omnes peccatores terræ: ideo dilexi testimonia tua.

120 ס Confige timore tuo carnes meas: à iudiciis enim tuis timui.

Ain ע.

121 ע Feci iudicium & iustitiam: non tradas me calumniantibus me.

122 ע Suscipe seruum tuum in bonum: non calumnientur me superbi.

123 ע Oculi mei defecerunt in salutare tuum: & in eloquium iustitiæ tuæ.

124 ע Fac cum seruo tuo secundum misericordiam tuam: & iustificationes tuas doce me.

125 ע Seruus tuus sum ego: da mihi intellectum, vt sciam testimonia tua.

126 ע Tempus faciendi Domine: dissipauerunt legem tuam.

127 ע Ideo dilexi mandata tua super aurum & topazion.

128 ע Propterea ad omnia mandata tua dirigebar, omnem viam iniquam odio habui.

Phe פ.

129 פ Mirabilia testimonia tua: ideo scrutata est ea anima mea.

130 פ Declaratio sermonum tuorum illuminat: & intellectum dat paruulis.

131 פ Os meum aperui, & attraxi spiritum: quia mandata tua desiderabam.

132 פ Aspice in me, & miserere mei secundum iudicium diligentium nomen tuum.

103 *Quàm dulce est palato meo eloquium tuum? [certè] ori meo [dulcius] melle est.*

104 *Ex tuis constitutionibus [7] rectè res perpendo, [8] & propterea odi [8] omnem semitam fallacem.*

Nun נ.

105 *Verbum tuum [1] lucerna est pedibus meis, & lux ad iter meum.*

106 *Iuraui, idq; constanter præstabo, vt custodiam iudicia [2] tua iustitiæ.*

107 *Supra modum [3] deiectus sum: quamobrem [4] recrea me Domine secundum verbum tuum.*

108 *[5] Grata igitur sint tibi Domine oblationes, quas spontè nuncupauit os meum, & iudicia tua doce me.*

109 *[6] In discrimine vita semper versor: non tamen oblitus sum legis tuæ.*

110 *Impii [7] tetenderunt mihi laqueum: non tamen à constitutionibus tuis aberro.*

111 *Æterna hæreditate [8] mihi venerunt obtestationes tuæ: sunt enim gaudium cordis mei.*

112 *Adieci animum meum decretis tuis, vt exequar illa [9] in finem vsq; & adeo æternum.*

Samech ס.

113 *Odi cogitationes [quibus] [1] distrahitur animus: amo autem legem tuam.*

114 *Tu meum [2] confugium & scutum meum es, & in verbo tuo spem collocans.*

115 *Recedite à me praui homines: [3] ego enim conseruabo mandata Dei mei.*

116 *[4] Suffulci me [5] eloquio tuo, & viuam: & ne me pudefacias frustratum expectatione mea.*

117 *Stabilito me, & seruabor, ac semper [6] ex contemplatione decretorum tuorum voluptatem capiam.*

118 *Conculcabis omnes quicunq; aberrant à decretis tuis: nam [7] fallacia est ipsorum vafrities.*

119 *[8] Tollis [vt] scoriam omnes impios in terra: quamobrem amo tuas obtestationes.*

120 *Perhorrescit corpus meum [9] præ timore tui, & [10] iudicia tua reuereor.*

Ain ע.

121 *[1] Feci iudicium & iustitiam: ne [igitur] me tradas oppressoribus meis.*

122 *[2] Obiecta seruum tuum rebus bonis: & ne sinas vt me opprimant superbi.*

123 *Oculi mei defecerunt [anxie spectando] ad [3] salutem tuam, & eloquium tuæ iustitiæ.*

124 *Age cum seruo tuo pro tua benignitate, & decreta tua doce me.*

125 *Seruus tuus sum, erudi [ergo] me, vt intelligam tuas obtestationes.*

126 *Est autem Domino tempus [idoneum] [4] vt agat: siquidem irriterunt legem tuam.*

127 *Quamobrem præcepta tua [5] amans magis quàm aurum & obryzum.*

128 *Eamq; ob rem omnes constitutiones [6] vniuersas [7] defendo vt rectissimas: omnem autem semitam fallacem odio prosequor.*

Pe פ.

129 *Quia [1] mirifica sunt obtestationes tuæ: idcirco anima mea [2] conseruauit eas.*

130 *[3] Ingressus verborum tuorum lucem offert, & erudit simplices.*

131 *Ego [4] aperio meum os, & traho anhelitum, quia præcepta tua desidero.*

132 *Respice ad me, & benigne mecum agito, vt assoles facere erga nominis tui amatores.*

7 Intelligentiam mihi compero. Alii legunt, mandata tua considero.
8 id est, omne viuendi genus adulterinum & alienum à lege tua.
נ 1 id est, Lex tua deducit & docet me quid agendum mihi.
2 id est, iudicia tua iusta.
3 afflictus sum, id est, non pepercit labori vt legem tuam factis exprimerem vt promiseram.
4 id est, instigatas vires meas resti tue sicuti pollicitus es.
5 Hebr. Spontaneas (sub. facultates) oris mei grata habe. i. simpliciter laudes, quas tibi sponte offero, non calamitate quæ me adducat vel inuitum ad te laudandum.
6 Hebr. Anima mea in manu mea semper.
7 Heb. dederunt posuerunt.
8 Accepi testimonia tua. i. possidere constitui quasi fundum hæreditarium leges tuas.
9 Hebr. in æternum & vsque ad finem, sub. vitæ meæ. i. quamdiu viuam. Quidam vertunt, in æternum siue seculum propter præmium.
ס 1 Vel, alienas à lege tua, commenta humana odi. Alii vertunt, Eos qui praua cogitant, odi.
2 Vel, latibulum, aut receptus.
3 vt custodiam præcepta.
4 Corrobora.
5 Iuxta verbum tuum. i. promissa tua.
6 considerabo statuta tua. vel, narrabo & exponam leges tuas. siue, differam de statutis tuis.
7 mendacium erit dolus eorum. i. [illegible] erunt conatus eorum dolosi.
8 Heb. cessare facis. i. abiicis.
9 Vertitur scilicet ne quid admittam in legem tuam. 10 à iudiciis tuis timeo. vel, propter iudicia tua. ע 1 i. Studui legibus æquissimis. 2 Redde aptum (& idoneum) seruum tuum ad bonas res. 3 id est, opem tuam, expectando inquam promissa tua iusta, & quæ neminem fallunt. 4 i. vt exerceat iudicia sua in improbos, nam illi conantur perdere legem. Alii legunt Tempus agendi Domino. i. in gratiam Domini, vt laboremus pro causa Domini, quum impii conentur dissipare legem tuam. 5 i. conor ostendere aliis me amare: ipsa comprobare me diligere mandata tua, &c. 6 Omnium, sub. rerum quæ præcipiuntur in lege tua. 7 Hebr. rectificaui. i. recta esse censeo & pronuncio, &c. פ 1 Occultationes sunt, siue arcana. i. re[illegible] quandam scientiam continent. 2 obseruat eas. i. dat operam vt eas custodiat. 3 Heb. Ostium. Apertio q. d. prima illa rudimenta sermonum tuorum [illegible] illuminant, sub. mentes accedentium ad ea. vel, verba tua etiã à limine salutaria, illuminant. 4 q. d. tanto desiderio legum tuarum ardeo, vt ore aperto ad illas aspirem. vel adeo vehementi studio legum tuarum flagrat cor meum vt subinde cogar hanelitum adimere.

133 [5] *Firmato gressus meos eloquio tuo, & ne dominetur mihi ulla [6] vanitas.*

134 *Redimito me ab oppressione [7] humana, ut custodiam tuas constitutiones.*

135 [8] *Et serenum vultum ostende seruo tuo, ac doce me tua decreta.*

136 *Riui aquarum descendunt ab oculis meis propter illos qui non custodiunt legem tuam.*

Zade צ.

137 *Iustus es Domine, & [1] rectum iudicium tuum.*

138 [2] *Omnino autem præcepisti iustitiam obtestationum tuarum.*

139 [3] *Consicit me indignatio mea, quod hostes mei obliti sunt verborum tuorum.*

140 *Est eloquium tuum purgatissimum, idq; seruus tuus amat.*

141 *Paruus quidem & contemptus sum: non tamen obliuiscor constitutionum tuarum:*

142 *Iustitia tua sempiterna est iustitia, & lex tua [4] veritas.*

143 [5] *Periculum & angustia deprehenderunt me, [tamen] præcepta tua meæ deliciæ sunt.*

144 [6] *Iustitia obtestationum tuarum æterna est: erudi[ergo] me, [7] ut viuam.*

Koph ק.

145 [Quia] *clamo toto corde, annue mihi Domine, ut conseruem decreta tua.*

146 [Quia] *ad te clamo, serua me ut custodiam obtestationes tuas.*

147 [1] *In crepusculo anteuertens clamo, & habeo spem in [2] verbo tuo.*

148 *Oculi mei anteuertunt [3] vigilias, ut disseram aliquid de tuo eloquio.*

149 *Vocem meam exaudi Domine pro tua benignitate, [4] & recrea me secundum iudicium tuum.*

150 *Propius [5] [me] accesserunt sectantes scelus, qui longe discesserunt à lege tua.*

151 *Tu [quoque] præsto ades Domine, [6] & omnia præcepta tua veritas.*

152 [7] *Quod iã pridem noui ex obtestationibus tuis, quoniam in æternum eas fundasti.*

Res ר.

153 *Respice miseriam meam, & eripe me: quoniam tuæ legis non sum oblitus.*

154 *Age causam meam, & me [1] vindica, & recrea me oblato eloquio tuo.*

155 *Longe absistis ab impiis [2] salus: quia [3] decreta tua non inquirunt.*

156 *Plurima est misericordia tua Domine, [quocirca] [4] recrea me secundum iudicium tuum.*

157 [5] *Multos quidem habeo persecutores & hostes, non tamen deflexi à tuis obtestationibus.*

158 *Video prævaricatores [6] meipsum excrucio, eo quod eloquium tuum non custodiunt.*

159 *Respice quod constitutiones tuas amem, [propterea] ô Domine [7] recrea me, pro tua benignitate.*

160 [8] *A primo tempore [quo in hominum notitiam venit,] verbum tuum veritas est, [9] & omne iudicium tuæ veritatis æternum est.*

Schin ש.

161 *Principes me persecuti sunt absq; re: [1] cor autem meum reueretur verbum tuum.*

162 *Lætor equidem [2] in eloquio tuo tanquam is qui opima spolia reperit.*

163 *Mendacium odi, & abominor: tuam autem legem amo.*

133 פ Gressus meos dirige secundum eloquium tuum: & non dominetur mei omnis iniustitia.

134 פ Redime me à calumniis hominum: [4] vt custodiam mandata tua.

135 פ Faciem tuam illumina super seruum tuum: & doce me iustificationes tuas.

136 פ Exitus aquarum deduxerunt oculi mei: quia non custodierunt legem tuam.

Sade צ.

137 צ Iustus es Domine: & rectum iudicium tuum.

138 צ Mandasti iustitiam testimonia tua: & veritatem tuam nimis.

139 צ Tabescere me fecit zelus meus: quia obliti sunt verba tua inimici mei.

140 צ Ignitum eloquium tuum vehementer: & seruus tuus dilexit illud.

141 צ Adolescentulus sum ego & contemptus: iustificationes tuas non sum oblitus.

142 צ Iustitia tua, iustitia in æternum: & lex tua veritas.

143 צ Tribulatio & angustia inuenerunt me: mandata tua meditatio mea est.

144 צ Æquitas testimonia tua in æternum: intellectum da mihi, & viuam.

Coph ק.

145 ק Clamaui in toto corde meo, exaudi me Domine: iustificationes tuas requiram.

146 ק Clamaui ad te, saluum me fac: [8] vt custodiam mandata tua.

147 ק Præueni in maturitate, & clamaui: quia in verba tua supersperaui.

148 ק Præuenerunt oculi mei ad te diluculo: vt meditarer eloquia tua.

149 ק Vocem meam audi secundum misericordiam tuam Domine: & secundum iudicium tuum viuifica me.

150 ק Appropinquauerunt persequentes me [9] iniquitati: à lege autem tua longè facti sunt.

151 ק Propè es tu Domine: & omnes viæ tuæ veritas.

152 ק Initio cognoui de testimoniis tuis: quia in æternum fundasti ea.

Res ר.

153 ר Vide humilitatem meam, & eripe me: quia legem tuam non sum oblitus.

154 ר Iudica iudicium meum, & redime me: propter eloquium tuum viuifica me.

155 ר Longe à peccatoribus salus: quia iustificationes tuas non exquisierunt.

156 ר Misericordiæ tuæ multæ Domine: secundum iudicium tuum viuifica me.

157 ר Multi sunt qui persequuntur me, & tribulant me: à testimoniis tuis non declinaui.

158 ר Vidi præuaricantes, & tabescebam, quia eloquia tua non custodierunt.

159 ר Vidi quoniam mandata tua dilexi Domine: in misericordia tua viuifica me.

160 ר Principium verborum tuorum veritas: & in æternum omnia iudicia iustitiæ tuæ.

Schin ש.

161 ש Principes persecuti sunt me gratis: & à verbis tuis formidauit cor meum.

162 ש Lætabor ego super eloquia tua: sicut qui inuenit spolia multa.

163 ש Iniquitatem odio habui, & abominatus sum: legem autem tuam dilexi.

5 Heb. Para. i. fac viuam iuxta præcepta tua. 6 i. prauæ doctrinæ. 7 hominum. 8 Hebr. Faciem tuam illustra in seruum tuum. i. fauorem tuum: in hoc vt doceas me statuta tua.

צ 1 Heb. rectum tua iudicia. singulare cum plurali iunctum eleganter omnia tua mandata iusta sunt. 2 Heb. Tu præcepisti mirum in modum mandata tua, iustitiam & veritatem. i. Tu admirandum præcepisti obseruari leges tuas quæ sunt iustissimæ & verissimæ. 3 q.d. [illegible] [illegible] quã ego afficior quod hostes, &c. vt illa pene me enecet. vel, zelus, siue studium meum erga illos adeò repente auctum est, vt ipsa vi amoris pene consumerim. 4 i. vera, & impostura expers. 5 Tribulatio. 6 Testimonia tua sunt iustitia quæ sempiterna est, &c. 7 sub in æternũ. nam ea dictio repeti debet.

ק 1 Anteuertens in ipso diluculo (sub omnes alios) vociferor. 2 sub: quo promittis spem tuis. 3 i. tempus quo homines [illegible] surgere solent. 4 pro more tuo solito serua me in vita. l. vt tuos in vita seruare soles. 5 Alii subaudiunt, ad ipsum scelus. q. d. qui sceleris sunt studiosi, vt sceleri appropinquant, ita sunt longe à lege tua, & in vicissim ab illis discedunt. Quidam hunc versum sequenti connectunt per antithesin, Qui sceleri student, sectantur scelus quam proxime, & à lege, &c. Contra, tu propinquus ades. subaudi, studiosis legis tuæ. 6 i. nam omnia promissa tua sunt vera. 7 Pridem noui de oraculis tuis quòd fundaueris ea in æternum. i. vt durent in æternum. vel, Iã inde à multo intellexi de testimoniis tuis quod velis illa sempiterna esse. ר 1 Redime, propter verba tua viuifica me. i. serua me in vita propter promissiones tuas factas [illegible]. 2 i. auxilium hoc meritò à te procul: quia et salus remota est ab improbis, ita propinqua esse debet probis. 3 i. statutorũ tuorum non sunt studiosi. 4 viuifica me secundum iudicia tua, quibus sustinere et moderari soles omnem. vel, recrea me & consolare pro more tuo solito per verba tua. 5 Heb. Multi sunt (vel) robusti sunt persecutores mei. 6 tædio afficior. 7 Heb. viuifica me. serua me in vita. 8 Heb. Caput verbi tui. vel, A principio. i. à seculo, hoc est, semper fuit verbum tuum veritas. 9 & in æternum omne iudicium iustitiæ tuæ. i. vniuersa lex est iusta sub vera [illegible]. ש 1 Vel, à verbo tuo expauit cor meum. est enim duplex lectio. & tamen [illegible] [illegible], tanquam meam [illegible]. 2 Propter verbum tuum. i. promissa tua.

164 Septies

164 ש Septies in die laudem dixi tibi super iudicia iustitiæ tuæ.

165 ש Pax multa diligentibus legem tuam. & nõ est illis scandalum.

166 ש Expectabam salutare tuum Domine: & mandata tua dilexi.

167 ש Custodiuit anima mea testimonia tua: & dilexit ea vehementer.

168 ש Seruaui mandata tua & testimonia tua: quia omnes viæ meæ in conspectu tuo.

Thau ת

169 ת Appropinquet deprecatio mea in conspectu tuo Domine: iuxta eloquium tuum da mihi intellectum.

170 ת Intret postulatio mea in conspectu tuo: secundum eloquium tuum eripe me.

171 ת Eructabunt labia mea hymnum, cum docueris me iustificationes tuas.

172 ת Pronunciabit lingua mea eloquium tuũ: quia omnia mandata tua æquitas.

173 ת Fiat manus tua vt saluet me: quoniã mandata tua elegi.

174 ת Concupiui salutare tuũ Domine: & lex tua meditatio mea est.

175 ת Viuet anima mea, & laudabit te: & iudicia tua adiuuabunt me.

176 ת Erraui sicut ouis quæ periit: quære seruum tuum, quia mandata tua non sum oblitus.

164 [3] Septies in die laudo propter [4] iudicia tua iustitiæ.

165 [5] Magna fælicitas parata est amantibus legem tuam, quique non impingent in aliquod offendiculum.

166 [6] Expectaui tuam salutem Domine, tuaq; (integrè) præcepta executus sum:

167 (Et) [7] anima mea custodiuit tuas obtestationes, quas ego valde amo:

168 (Et) custodio tuas constitutiones, tuasque obtestationes: nam omnes viæ meæ [8] tibi expositæ sunt.

Thau ת

169 Perueniat meus clamor ad te Domine, (&) [illegible] [1] secundum verbum tuum.

170 Perueniat ad te precatio mea, (&) eripe me [2] secundum eloquium tuum.

171 [3] Proment labia mea laudem, quum docueris me decreta tua.

172 [4] Reddat lingua mea eloquium tuum: Nã omnia tua præcepta sunt [5] veritas.

173 Adsit tua manus, quæ mihi opem ferat: quia [6] elegi tuas constitutiones.

174 [7] Desidero tuam salutem Domine, tuaq; lex delectatio mea sunt.

175 [8] Viuat anima mea & te laudet tuumq; iudicium ferat mihi opem.

176 Erraui vt ouis [9] quæ it perditum, (verum) require seruum tuum, quoniam præcepta tua [10] non sum oblitus.

3 i. frequenter. 4 i. iudicia tua iusta, quibus omnia ex æquo moderaris. 5 Heb. Pax multa amantibus legem tuam, & nõ eis offendiculum. i. Summa animi tranquillitate fruuntur qui amant legem tuã: nec vnq; animo ita offenduntur vt à lege tua deficiant. 6 Vel, frequenter expectaui opem tuam. 7 i. Ex animo obseruaui tua mandata, & dilexi illa vehementer. 8 Hebr. ante te. i. quicquid ago in hac vita, est tibi notum, q. d. vero scelera quantum possum: quia scio illa te non latere. ת 1 i. da mihi intelligentiam vt polliceris: vel quæ conueniant mandatis tuis. 2 i. iuxta promissiones tuas. 3 i. fundent, i. copiose te laudabunt, canam pleno ore tuas laudes. 4 Loquetur, i. recensebit promissa tua, & merito: nam &c. 5 iustitia, i. æquissima. 6 sub. præ omnibus aliis. 7 Vel, Maxime opto opem tuam vt [illegible] liberer ab improbis qui nituntur me auellere à lege tua, quia leg[illegible] tua valde delector. 8 q. d. [illegible] vt viuam, vt la[illegible] des tuas canam: & fac sentiam opem tuam, dum exerceas iudicia tua [illegible]. Vel, & iudicia tua [illegible] [illegible] pro tua æquitate tempore [illegible] adsit. 9 quæ perit, quæ aberrat, quæ ad gregem redire non potest. 10 sub. quamuis [illegible]

PSALM. CXIX.

Canticum graduum.

1 AD Dominum cum tribularer, clamaui, & exaudiuit me.

2 Domine libera animam meam à labiis iniquis, & à lingua dolosa.

3 Quid detur tibi, aut quid apponatur tibi ad linguam dolosam?

4 Sagittæ potentis acutæ, cum carbonibus desolatoriis.

5 Heu mihi, quia incolatus meus prolongatus est: habitaui cum habitantibus Cedar:

6 Multum incola fuit anima mea Cum his qui oderunt pacem: eram pacificus, cum loquebar illis, impugnabant me gratis.

A *Domini hic ipsalmus argumentis psal. 12. qui precationi Dauidis continet quum persequeretur eum Saul, cõtra venenata lingua [illegible].*

PSALM. CXX.

Canticum [1] graduum.

1 [2] *AD Dominũ in magno meo periculo clamaui, qui annuit mihi.*

2 Libera Domine animam meam à labio mendaci, & à lingua dolosa.

3 [3] Quid inferat tibi [Deus,] aut quam rem adhibeat tibi lingua dolosa?

4 Par est sagittis acutis, quas vir fortis intorquet, & [4] carbonibus iunii[illegible] similis est.

5 Hei mihi qui peregrinor inter [5] Mesech, & ago in tentoriis [6] Cedar.

6 Diu anima mea degit cum odientibus pacem. (Nã [7] (studeo) paci, sed quum loquor, ipsi ad bellum (parati sunt.)

PSALM. CXX.

Canticum graduum.

1 LEuaui oculos meos in mõtes vnde veniet auxilium mihi.

2 Auxilium meum à Domino qui fecit cælum & terram.

3 Non det in commotionem pedem tuum: neq; dormiet qui custodit te.

4 Ecce non dormitabat neque dormiet qui custodit Israel.

5 Dominus custodit te, Dominus protectio tua super manum dexteram tuam.

6 Per diem Sol non vret te: neque luna per noctem.

7 Dominus [*] custodit te ab omni malo: custodiat animam tuam Dominus.

8 Dominus custodiat introitum & exitum tuũ, ex hoc nunc & vsque in seculum.

A *Afflictus animus leuat oculos ad Deum cum multa fiducia, vt Iosaphat.*

a. Psal. 30. e

* *custodiet.*

PSALM. CXXI.

Canticum graduum.

1 LEuo meos oculos ad montes, vnde mea venit auxilium meum.

2 Auxilium meum (venit) à Domino conditore cæli & terræ.

3 Non sinet pedem tuum vacillare, neq; dormiscet custos tuus:

4 Ecce non dormiscet, neque dormiet qui custodit Israelem.

5 [a] Dominus custodit te, Dominus est vmbra tua (adstans) tibi ad dexteram.

6 (Ideo) Sol interdiu non te percutiet [radiis,] neq; luna noctu.

7 Dominus custodiet te ne accidat vllum malũ, (&) custodiet animam tuam.

8 Dominus custodiet [1] te quocunq; egressum, ab hoc tempore in æternum.

PSALM. CXX. 1 [illegible] [illegible] plurimos annos [illegible] sum. hoc redita [illegible]

byloniro. lege psalm. 26. Sunt qui dicunt hunc psalmum & sequentes à gradibus appellari [illegible] quod varia [illegible] & distinctio [illegible] [illegible] Hebræis. Alii existimant hos psalmos decantatos ad numeros cantionis cuius initium erat Hamalaloth, i. gradus. 2 Vel, Ad Dominum, cum in summis essem [illegible] ne sum, clamare soleo, & annuit mihi. 3 Vel, Quid (sub. ô perfide) dabit tibi, aut quid apponet tibi lingua fraudulenta: id est, quem fructum capies ex sermone fallaci. 4 illos dicunt esse calidissimos, diuque retinere calorem. 5 Id est, inter Arabes, vel in Hetruria [illegible] barbaros [illegible] agere videor, non inter Israelitas fideles. Alii vertunt peregrinor (in exilio) protractione, id est, diuturno. 6 per Cedar Nomades intelligit qui nullas sedes [illegible] habent. 7 Heb. Ego pax. & quum loquebar, ipsi ad bellum. PSALM. CXXI. 1 Super montes sub constitutus [illegible] gestum expectantis auxilium [illegible] montes constitutus circumspecto [illegible] vnde &c. deprehendo autem à Deo solo mihi esse auxilium. 2 [illegible] vmbraculi contra Solis æstum, hoc est protector tuus, qui nunquam à te discedens. 3 Heb. [illegible] & ingredi[illegible], id est, Faciet Dominus, vt omnia tua negotia feliciter cedant.

PSALM. CXXII.

Canticum graduum Dauidis.

1 LÆtor [1] quum mihi dicunt, eamus ad domum Domini.

2 [2] Steterunt pedes nostri in Ierusalem in portis tuis.

3 Ierusalem [3] ædificata est, vt sit ciuitas in qua simul consocientur homines:

4 Ad quam ascendunt tribus (nempe) tribus Dei, [4] ex obtestatione qua Israelitæ obstricti sunt, vt confiteantur nomini Domini.

5 Illic enim constitutæ sunt sedes ad iudicium, nempe sedes [5] domus Dauidicæ.

6 Precamini [6] fœlicitatem ipsi Ierusalem, ac bene sit iis qui diligunt eam.

7 Sit (inquite) pax [7] intra tua propugnacula, & prosperitas in palatiis tuis.

8 Propter [8] fratres meos & amicos meos [9] loquar quod tuam fœlicitatem concernat:

9 (Etiam) propter domum [10] Domini Dei nostri quæram quod prosit tibi.

PSALM. CXXI.

Canticum graduum.

1 LÆtatus sum in his quæ dicta sunt mihi, In domum Domini ibimus.

2 Stãtes erãt pedes nostri in atriis tuis Ierusalem.

3 Ierusalem quæ ædificatur vt ciuitas: cuius participatio eius in idipsum.

4 Illuc enim ascenderunt tribus, tribus Domini: testimonium Israel, ad confitendum nomini Domini.

5 Quia illic sederunt sedes in iudicio, sedes super domum Dauid.

6 Rogate quæ ad pacem sunt Ierusalem: & abũdantia diligentibus te:

7 Fiat pax in virtute tua: & abundantia in turribus tuis.

8 Propter fratres meos & proximos meos loquebar pacem de te:

9 Propter domum Domini Dei nostri quæsiui bona tibi.

A Collocata arca in Sion, hortatur David Israelitas vt eũ locum Deo dicatum rite frequentent. Primis versib. declarantur vota sanctorum cupientium venire in piorum consortium. Sequentibus ardor eorum erga instaurationem ecclesiæ Christi.

PSALM. CXXIII.

Canticum graduum.

1 AD te leuo meos oculos (ad te inquam) qui habitas in cælis.

2 Ecce quemadmodum oculi seruorum [intenti sunt] ad [1] manum dominorum suorum,

3 [Et] quemadmodum oculi ancillæ ad manum suæ dominæ, sic nostri oculi (conuersi sunt) ad Dominum Deum nostrum, donec nobis benefaciat.

4 Benigne agas nobiscum Domine; benigne agas nobiscum, quia valde saturati sumus [2] contemptu.

5 Multo iam (tempore) anima nostra satiata est [3] irrisione opulentorum, (&) contemptu superborum.

PSALM. CXXII.

Canticum graduum.

1 AD te leuaui oculos meos, qui habitas in cælis.

2 Ecce, sicut oculi seruorum in manibus dominorum suorum.

3 Sicut oculi ancillæ in manibus dominæ suæ: ita oculi nostri ad Dominum Deum nostrum, donec misereatur nostri.

4 Miserere nostri Domine, miserere nostri: quia multum repleti sumus despectione,

5 Quia multum repleta est anima nostra: opprobrium abundantibus, & despectio superbis.

A Oratio piorum deprecantium, Deum vt eos liberet à periculis. Hunc psalmum David composuisse videtur, instante bello Ammonitarum.

PSALM. CXXIIII.

Canticum graduum Dauidis.

1 NIsi Dominus [1] qui præsto nobis est, (iuuisset,) dicat nunc Israel

2 Nisi Dominus [1] qui præsto nobis est, (iuuisset,) insurgentibus in nos hominibus:

3 Viuos [2] iam nos deglutiuissent, quum ira in nos æstuarent,

4 Iam (vt) aqua nos inundassent, & torrens caput nostrum superasset. Iam [3] aqua tumida superassent animam nostram.

5 [4] Prædicandus est (nobis) Dominus, qui non tradidit nos prædam eorum dentibus.

6 Anima (inquã) nostra erepta est laqueo aucupum.

7 En laqueo perrupto nos erepti sumus.

8 Est (ergo) nostrum auxilium in nomine Domini conditoris cæli & terræ.

PSALM. CXXIII.

Canticum graduum Dauidis.

1 NIsi quia Dominus erat in nobis, dicat nunc Israel, nisi quia Dominus erat in nobis,

2 Cum exurgerent homines in nos, forte viuos deglutissent nos:

3 Cum irasceretur furor eorum in nos, forsitan aqua absorbuisset nos.

4 Torrentem pertransiuit anima nostra: forsitan pertransisset anima nostra aquam intolerabilem.

5 Benedictus Dominus, qui non dedit nos in captionem dentibus eorum.

6 Anima nostra sicut passer erepta est de laqueo venantium.

7 Laqueus contritus est, & nos liberati sumus.

8 Adiutorium nostrum in nomine Domini, qui fecit cælum & terram.

A Gratiarum actio pro salute quam Deus contulit Israelitis in maximo discrimine, mirorum bello Ammonitico.

PSALM. CXXV.

Canticum graduum.

1 QVi fidunt Domino, vt mons Sion, [1] non mouebuntur, (sed) permanebunt æternum.

2 [2] Quemadmodum circum Ierusalem sunt montes, ita Dominus circum suum populum ab hoc tempore in æternum,

3 Non enim permanebit impietatis [3] virga in sorte iustorum, ne iusti manus suas admoliantur iniquitati.

4 Benefac Domine bonis, & [4] iis qui sunt probi animis.

PSALM. CXXIV

Canticum graduum.

1 QVi confidunt in Domino sicut mons Sion: non commouebitur in æternum, qui habitat in Ierusalem.

2 Montes in circuitu eius: & Dominus in circuitu populi sui, ex hoc nunc & vsque in seculum.

3 Quia non relinquet Dominus virgam peccatorum super sortem iustorum: vt non extendãt iusti ad iniquitatem manus suas.

4 Benefac Domine bonis & rectis corde.

A Deus fidentes sibi, nunquam derelinquit. Auertit Deus à peccato. Impiorum perditio.

PSALM. CXXII. 1 Heb. cum dicẽtentibus mihi. 2 Stãtes sunt. vel, Stantes erunt. præt. pro fut. q. d. conferamus nos ad ecclesiã sanctam, & illic permaneamus vel persistem. Aut, Lætor inquã inter eos qui dicũt, Stabunt pedes &c. Per futurum omnia verti sabimus possunt, vt referantur ad Ierusalem typum ecclesiæ.

3 Heb. quæ ædificata es, (&) velut ciuitas quæ adunata sibi est simul. Sub. stabimus inquam in portis tuis ô Ierusalem, cuius ædificatio est absolutissima, & quæ es velut vrbs quæ adunata est sibi. i. cuius ciues vnanimiter viuunt. Referri potest ad ædificia. q. d. cuius ædificia pulchro ordine sũt coniuncta.
4 quod est testimonium Israeli, (sub. quod sit populus Dei.) ascendũt inquam vt celebrent nomen Domini vel, sec. Israelis vt celebrent nomen Domini, id est, quod testatur Israelem debere laudare Domino suo, quia præceptum est Israeli vt celebret nomen Domini. Vide Exod. 23.
5 domus David. i. solia regalia.
6 Heb. pacem,
7 Heb in antemurali tuo. Vox Hebræa significat fossam quæ cingit vrbes.
8 Verba Dauidis.
9 Heb loquar nunc pacem de te. i. optabo tibi omnia prospera.
10 i. quia templum Domini in te

PSAL. CXXIII. 1 i. opem. q. d. vt seruis expectant opem ab heris suis. 2 ignominia. 3 qui se dicunt nos frustratos spe, & à te derelictos esse.

PSALM. CXXIIII. 1 Heb qui fuit in nobis. 2 Heb. tunc. 3 Heb. aquæ superbæ, id est, magno impetu fluentes. 4 Laudetur Dominus.

PSALM. CXXV. 1 Heb. (qui) non mouebitur, (sed) in æternum permanebit. 2 Heb. Ierusalem montes sunt in circuitu eius, id est, vt Ierusalem optime munita est & cincta montibus, ita &c.

3 Virga. sceptrum, quasi dicat, nullus tyrannus diu iustis imperabit, ne illi fiant iniqui. Ob hanc rem iubet Dominus, perdere eos qui terram sanctam inhabitabant, ne Iudæi sectarentur eorum studia. 4 Heb. rectis in cordibus suis.

[4] obligationes

5 Declinantes autem in [4] obligationes' adducet
Dominus cum operantibus iniquitatem: pax su-
per Israel.

*5 Eos autem qui deflectunt ad suas prauitates, du-
cat Dominus [damnatos] cum facinorosis, vt [1] incolu-
mitas' sit Israeli.*

PSAL. CXXV.

Canticum graduum.

A Liberatio ex captiuitate Babylonica, diaboli, peccati & mortis: vnde summa lætitia.

A 1 IN conuertendo Dominus captiuitatem Sion, fa-
cti sumus sicut consolati:
2 Tunc repletum est gaudio os nostrum, & lin-
gua nostra exultatione.
3 Tunc dicent inter Gentes, Magnificauit Do-
minus facere cum eis.
4 Magnificauit Dominus facere nobiscum: facti
sumus lætantes.
5 Conuerte Domine captiuitatem nostram, si-
cut torrens in Austro.

Fideles sequitur crux, deinde ad gloriā.

6 Qui seminant in lachrymis, in exultatione
metent.
7 Euntes ibant & flebant, portantes semina sua.
8 Venientes autem venient cum exultatione,
portantes manipulos suos.

PSAL. CXXVI.

Canticum graduum.

1 [1] *QVum Dominus restituet postliminio ipsam Sion,
videbimur nobis per somnium [mala pertulisse.]*
*2 Tunc, os nostrum risu [2] implebitur,' & lingua no-
stra iubilo:*
*3 Tunc [3] dicent' inter Gentes, Dominus res maximas
cum istis egit.*
*4 Dominus [vtique] res maximas nobiscum egit,
neq; læti facti sumus.*
*5 Reduc Domine nostram captiuitatem, [4] vt tor-
rentes Austro (siccos.)*
*6 Qui [5] seminant cum lachrymis,' cum iubilo me-
tunt.*
7 Qui [6] portat vas seminarium, progret flendo:
*8 Sed portans manipulos suos subinde redibit cum
iubilo.*

PSALM. CXXVI.

Canticum graduum Salomonis.

A Sine Dei beneuolentia & auxilio, frustra est omnium conatum.

A 1 NIsi Dominus ædificauerit domum, in vanum
laborauerunt qui ædificant eam:
2 Nisi Dominus custodierit ciuitatem, frustra
vigilat qui custodit eam.
3 Vanum est vobis ante lucem surgere: surgite
postquam sederitis qui manducatis panem do-
loris.
4 Cum dederit dilectis suis somnum: ecce, hæ-
reditas Domini, filii: merces, fructus ventris.
5 Sicut sagittæ in manu potentis: ita filii excus-
sorum.
6 Beatus vir qui impleuit desiderium suum ex
ipsis: non confundetur cum loquetur inimicis suis
in porta.

PSALM. CXXVII.

Canticum graduum [1] Salomonis.'

*1 NIsi Dominus ædificet [2] domum,' frustra molestiam
perferunt qui eam ædificant:*
*2 Nisi Dominus custodiat ciuitatem, frustra vi-
gilat custos.*
*3 [3] Frustra est quod mane surgitis, & sero quietem
capitis, edentes cibum doloribus partum.*
*4 Quum, (Deus) sic etiam charo hominibus somnum
concedat. Ecce liberi sunt hæreditas Domini, & [4] fructus
ventris est præmium.'*
*5 Liberi in iuuentute obtingentes similes sunt sagit-
tis [5] manu validi viri missis.'*
*6 Et beatus est qui [6] pharetram suam illis impleuit,
(qui) non pudefient.' quum disceptabunt cum suis [7] ini-
micis' in porta.*

PSALM. CXXVII.

Canticum graduum.

A Beatitudo timentium Deum in laboribus manuum.

A 1 BEati omnes qui timent Dominum, qui ambu-
lant in viis eius:
2 Labores manuum tuarum quia manducabis:
beatus es, & bene tibi erit.
3 Vxor tua sicut vitis abundans in lateribus do-
mus tuæ.
4 Filii tui sicut nouellæ oliuarum in circuitu
mensæ tuæ.
5 Ecce sic benedicetur homo qui timet Domi-
num.
6 Benedicat tibi Dominus ex Sion: & videas
bona Ierusalem omnibus diebus vitæ tuæ:
7 Et videas filios filiorum tuorum, pacem super Is-
rael.

PSALM. CXXVIII.

Canticum graduum.

*1 BEatus est qui timet Dominum incedens per vias
ipsius:*
*2 Nam labore manuum tuarum (parta) edes, bea-
tus eris, & optime habebis.*
*3 Vxor tua erit similis viti frugiferæ in lateribus
domus tuæ.*
*4 Filiiq; tui similes plantulis oliuarum circum men-
sam tuam.*
*5 Ecce enim sic felix reddetur vir qui timet Domi-
num.*
*6 Fœlicem te reddet Dominus [1] è Sion, [2] vt spectes
sospitatem' Ierusalem omnibus diebus vitæ tuæ.*
*7 Et videas filios filiorum tuorum, & salutem [3] sta-
tum Israelis.*

PSAL. CXXVIII.

Canticum graduum.

A Obsidit impios non præualituros piis, sed tandem perituros piis saluis.

A 1 SÆpe expugnauerunt me à iuuentute mea, di-
cat nunc Israel.
2 Sæpe expugnauerunt me à iuuentute mea: et-
enim non potuerunt mihi.
3 Supra dorsum meum fabricauerunt peccato-
res: prolongauerunt iniquitatem suam.

PSAL. CXXIX.

Canticum graduum.

*1 SÆpius [1] oppugnauerunt' me à iuuentute mea, di-
cat nunc Israel.*
*2 Sæpius (quidem) oppugnauerunt me à iuuentute
mea, cæterum non præualuerunt mihi.*
*3 [2] Ararunt in dorso meo aratores, & longos du-
xerunt sulcos:'*

5 Heb. per.
PS. CXXVI.
1 Heb. In reducendo Dominū captiuitatem Sion, fuimus quasi somniantes. i. Cum reduceret Dominum in patriam eos qui è Sion abducti fuerant in Babylonem, tanta tenebamur lætitia, vt videremur nobis somniare reditū nostrum verum, qui illum veritè bene putaremus. vt accidit Petro cū egrederetur de carcere Herodis. Act. 12. Per futurum verti potest propter sequentia, Cum reducet &c.
2 impletum fuit
3 dicebant.
4 vel, abs [illegible] & erit id nobis tam gratum, quam torrentes in Austro. i. in plaga Meridionali quæ est sicca.
5 Similitudo ab iis qui quòd annona sit cara, cū [illegible] anima seminant.
6 Heb. Eundo ibit flendo portans pretiosum, (&) veniendo veniet cum exultatione reportans manipulos suos. q. d. vt qui fert semente in magno precio emptam ob caritatem annonæ, it seminatum tristis: verum postea reuertetur à metendo lætus, quod afferat plures manipulos quam sperarat. Piorum non erit perpetua tristitia: similes sunt agricolis quibus sementiua fere tristis, messis erit lætissima.
PS. CXXVII.
1 pro Salomone. i. in gratiam Salomonis
2 Domus pro familia q. d. Nisi Dominus instituerit familiam, sue gubernarit. vel potius totel ligatur de procreatione liberorum vt ex posterioribus versibus intelligitur.
3 Heb. Subaudi (vt,) hoc modo, Vt frustra vobis

est mane surgentibus (surgere,) & differentibus sessionem (sedere,) comedentibus panem dolorum: sic dabit dilecto suo somnum. Comparatio facta per contraria. q. d. Vt frustra laboratis qui bene mane surgitis, & sero admodum somno vos committitis, & comeditis panem partum cum maxima animi anxietate, quia nunquam estis voti compotes: sic dabit dilecto suo somnum Dominus, i. omnimodam tranquillitatem. Vel, dabit in somno dilectis suis aut per somnum. i. citra laborem. Perinde ac si dicat, Vt frustra laboratis &c. sic citra laborem dilecti à Deo assequentur quæ vos summo labore assequi non potestis. 4 i. soboles donum Dei est quo afficit pios. 5 Hebr. in manu fortis. q. d. vt illæ auxilio sunt fortis, sic illi erunt patri seni, vt eum iuuent. 6 id est, repletam habet domum suam talibus liberis. 7 sub. tales liberi. 8 Hebr. inimicis. sub. paternis, id est, defendent patrem suum acerrime si in ius vocetur. PSALM. CXXVIII. 1 q. d. qui colitur in Sion. 2 Heb. & vide in bonum Ierusalem. i. fruaris fœlicitate Ierusalem quã hodie eam florere vides. 3 Hebr. pacem super Israelem. vel, in Israele. PSALM. CXXIX. 1 infestarunt. angustiis affecerunt. 2 i. multa & grauia passus sum ab oppugnantibus me, diu & vehementer me affligerunt.

4 Dominus (autem) iustus dissecuit [1] funes impiorum. pudefiant, & repellantur retrorsum quotquot odio prosequuntur ipsam [4] Sion.

5 Et similes euadant [5] fæno quod in tectis (nascitur,) quod arescit antequam (quisquam) euellat.

6 [6] Ita vt metens non impleat manum suam, neque sinum suum qui manipulos colligit:

7 Neq; [7] prætereuntes dicunt, Benedictio Domini vobis (obtingat, nec dicunt inquam) bene precamur vobis in nomine Domini.

4 Dominus iustus [a] concidet ceruices peccatorum: confundantur & conuertantur retrorsum omnes qui oderunt Sion.

5 Fiant sicut fœnum tectorum, quod priusquam euellatur exaruit.

6 De quo non [b] implebit manum suam qui metit, & sinum suum qui manipulos colligit.

7 Et non dixerunt qui præteribant, Benedictio Domini super vos: benedíximus vobis in nomine Domini.

[a] *concidit*

[b] *implenit.*

PSAL. CXXX.

Canticum graduum.

1 *EX [1] profundis (malorum) te voco Domine.*

2 Domine audi vocem meam, tuæque aures sint intentæ ad vocem meæ precationis.

3 Si (enim) iniquitates obseruare velis ô Deus, Domine quis [2] subsistet?

4 [3] Verum apud te clementia est, (&) propterea timeris.

5 (Ideò) [4] expectaui te Domine, expectauit (&) anima mea, & in verbo tuo spem habeo:

6 Anima mea (expectat) Dominum [5] ab agentibus vigilias matutinas vsq; ad agentes vigilias matutinas.

Israel præstoletur Dominum.

7 Quia [6] benignitas est apud Dominum, & copiosa [7] redemptio apud eum est.

8 Qui redimet Israelem ab omnibus suis iniquitatibus.

PSAL. CXXIX.

Canticum graduum.

1 DE profundis clamaui ad te Domine: Domine exaudi vocem meam.

2 Fiant aures tuæ intendentes in vocem deprecationis meæ.

3 Si iniquitates obseruaueris Domine: Domine quis sustinebit?

4 Quia apud te propitiatio est: & propter legem tuam sustinui te Domine.

5 Sustinuit anima mea in verbo eius: sperauit anima mea in Domino.

6 A custodia matutina vsque ad noctem: speret Israel in Domino.

7 Quia apud Dominum misericordia: & copiosa apud eum redemptio.

8 Et ipse redimet Israel ex omnibus iniquitatibus eius.

A *Clamor oppressi & afflicti supra modum.*

Fide in promissiones Dei erigitur.

PSAL. CXXXI.

Canticum graduum Dauidis.

1 *DOmine cor meum non superbiuit, neq; oculi mei elati fuerunt.*

2 [1] Neq; ostentaui res magnas, nec quæ non concessa fuerant, arrogaui mihi.

3 [2] (Male sit mihi) si non [3] comparaui, & similem indicaui animam meam puero ablactato apud matrem suam.

4 Estq; anima mea in me similis puero ablactato.

5 Israel præstoletur Dominum ab hoc tempore in æternum.

PSAL. CXXX.

Canticum graduum Dauid.

1 DOmine non est exaltatum cor meum, neq; elati sunt oculi mei:

2 Neque ambulaui in magnis, neq; in mirabilibus super me.

3 Si non humiliter sentiebam, sed exaltaui animam meam:

4 Sicut ablactatus est super matre sua, ita retributio in anima mea.

5 Speret Israel in Domino, ex hoc nunc & vsq; in seculum.

A *Docet suo exemplo Dauid modestiam & humiliter de se sentire.*

Tentationibus deprimitur homo.

Spes.

PSAL. CXXXII.

Canticum graduum.

1 [1] *MEmento Domine omnium quibus afflictus fuit Dauid (vt tibi bono sit)*

2 Qui iurauit [2] Domino, & vouit potenti (Deo) Iacobi.

3 (Male sit mihi) si tabernaculum domus meæ [3] subiero, si conscendero spondam lecti mei.

4 Si concessero meis oculis somnum, & palpebris meis dormitionem.

5 Donec inueniam [4] locum Domino, & habitacula potenti (Deo) Iacobi.

6 [5] Quem audiuimus in Ephratha, & inuenimus eum in agris syluestribus.

7 Adeamus habitacula eius, (&) [6] adoremus scabellum pedum eius.

8 Surge Domine (perueniturus) [7] ad requiem tuam, tu & arca tua [8] fortitudinis.

9 Sacerdotes tui iustitiam induant, & [9] homines tui benigni iubilent.

PSAL. CXXXI.

Canticum graduum.

1 MEmento Domine Dauid, & omnis mansuetudinis eius.

2 Sicut iurauit Domino, votum vouit Deo Iacob:

3 Si introiero in tabernaculum domus meæ, si ascendero in lectum strati mei.

4 Si dedero somnum oculis meis, & palpebris meis dormitationem.

5 Et requiem temporibus meis: donec inueniam locum Domino, tabernaculum Deo Iacob.

6 Ecce audiuimus eam in Ephratha: inuenimus eam in campis syluæ.

7 Introibimus in [a] tabernaculum eius: adorabimus in loco vbi steterunt pedes eius.

8 Surge Domine in requiem tuam, tu & arca sanctificationis tuæ.

9 Sacerdotes tui induantur iustitia: & sancti tui exultent.

A *Describit fodem fuã Dauid quo cœpit templum Domino ædificare, 2. Reg. 7. quod tñ non ædificauit aliter decernẽte Domino.*

B *Canit præterea sibi oraculo indicatũ, Salomonẽ fore domum Domini ædificaturum & regni æterni Christi.*

[a] *taberna. vide 2. Paral. 6. g*

---

3 Iugum intelligit. i. tandem liberauit me à seruitute & tyrannide.
4 i. Israelitas, populum Dei.
5 Herbæ quæ in tectis (nascitur) quæ.
6 Quæ (herba) metens non implet &c q. d. quæ ad messem non peruenit.
7 Solent prætereuntes messoribus bene precari, vt Booz qui dixit Dominus vobiscum. Non dicent igitur messoribus, Dominus faueat vobis & meis vestris, quum nulla sit, quod ea sit herba infrugifera.
PS. CXXX.
1 Hebr. De profunditatibus, sub te [illegible].
2 sub. in conspectu tuo.
3 Vel, apud te est clementia idque vt colaris. Cum scilicet scient te esse misericordem. Aut sic, Verum adeo clemens es. sub. vt nostras iniquitates non sis obseruaturus.
4 sub. opem tuã.
5 ardentius quã excubitores tempus matutinum, (expecto inquã ardentius quàm) illi vigiles diem, quo sinitur dormire illis liceat. noctu enim dormire non licet. Vel, inter eos qui matutinum tempus [illegible] vt [illegible].
6 i. benignus & misericors est.
7 i. frequenter redimit & liberat ab aduersis.
PS. CXXXI.
1 Heb. neq; ambulaui in magnis, neque mirabilis super me. Aut, in ostentatione neq; tentaui aliquid quod esset supra vires meas, & aggressus sum res in [illegible] & obscuriora quam vt à me intelligi possent.

2 Vel, Deus nunquam mihi adsit. Aut, frustret spe mea. concisus sermo. 3 Posui & silere feci animam meam sicut ablactatus (silere solet) apud matrem suam. Confirmat superiora iureiurando q. d. frustret spe mea si non coercuerim & similem reddiderim animum meum puero nuper ablactato, omnia expectans à Deo vt ille à matre sua, quum ex se nihil possit. PSAL. CXXXII. 1 Memento Domine ipsi Dauid omnis [illegible], Memento in fauorem Dauidis, omnis afflictionis eius quam pertulit, vt ædificaret tibi templum, vel quam passus est antequam rex esset. 2 id est, qui potenter eripuit Iacob è periculis. 3 sub. iubens. 4 id est, vbi reponatur arca Domini, hoc est, donec construxero templum in quo reponatur arca Dei potentis quem colunt [illegible], vel qui seruauit Iacob. 5 sub. locum, vel de quo loco audiuimus à senioribus qui erant in Bethlehem, quum adhuc [illegible] [illegible] propheta esse in agris syluæ, id est, syluosis, & multis arboribus consitis. [illegible] intelligere, de qua 1 Reg. 14. 1 Paralip. 21. 6 Incuruemus nos scabello. Vel, prosternamus nos ad scabellum, id est, demittamus nos ad pedes eius. 7 id est, in eum locum in quo in perpetuum permansura sit arca [illegible] Deum ad sedendum perpetuo in templo quod erat ædificandum à Salomone. 8 id est, per quam, tuam fortitudinem sæpe demonstrasti. Iudæi enim arca præsente, hostes suos vincebant. 9 Sancti tui, benigni tui decantent carmina in laudem tuam.

10 Propter

C

De Christo promissio.
2.Reg.7.c
Luc.1.e
Act.2.e

10 Propter Dauid seruum tuum, non auertas faciem Christi tui.
11 Iurauit Dominus Dauid veritatem, & non frustrabitur eum, ‖ de fructu ventris tui ponam super sedem tuam.
12 Si custodierint filii tui testamentum meum, & testimonia mea hæc quæ docebo eos.
13 Et filii eorum vsque in seculum sedebunt super sedem tuam.
14 Quoniam elegit Dominus Sion: elegit eam in habitationem sibi.
D
15 Hæc requies mea in seculum seculi: hic habitabo, quia elegi eam.
16 Viduam eius benedicens benedicam: pauperes eius saturabo panibus.
17 Sacerdotes eius induam salutari: & sancti eius exultatione exultabunt.
18 ‖ *Illuc' producam cornu Dauid, paraui lucernam Christo meo.
19 ‖ Inimicos eius induam confusione: super ipsum autem efflorebit sanctificatio mea.

*Illic.
Luc.1.g
Malach.3.a
Luc.1.b

10 [10] *Non repulsam à te accipiat vultus tuus propter Dauidem seruum tuum.'*
11 *Iurauit Dominus Dauidi* [11] *veritatem,' neque discedet ab ea, De fructu ventris tui (aliquem) solio tuo imponam.*
12 *Si custodierint filii tui fœdus meum. &* [12] *obtestationes illas quas' docebo eos.*
13 *Etiam ipsorum filii sedebunt* [13] *tibi in solio' in æternum tempus.*
14 *Nam Dominus elegit* [14] *Sion,' (&) expetiuit eã sibi sedem.*
15 *[Inquiens,] Hæc mea est* [15] *requies sempiterna,' hic habitabo, quoniam expetiui eam.*
16 *Annonam eius* [16] *magna fœlicitate cumulabo,* [17] *(&) pauperes eius pane saturabo.*
17 *Ac sacerdotes eius* [18] *induam salute,*[19] *eiusq; benignus homines' impense iubilabunt.*
18 [20] *Ibi*[21] *cornu Dauidi germinare efficiam, (&) lucernam paraui vncto meo.*
19 *Cuius inimicos induam pudore,* [22] *super ipsum autem efflorebit diadema ipsius.*

PSALM. CXXXII.

Canticum graduum Dauid.

A

Concordia fratrum Israelitarum, eundem Deum colentium, commendatur.

1 ECce quàm bonum & quàm iucundum habitare fratres in vnum.
2 Sicut vnguentum in capite, quod descendit in barbam, barbam Aaron.
3 Quod descendit in oram vestimenti eius: sicut ros Hermon, qui descendit in montem Sion.
4 Quoniam illic mandauit Dominus benedictionem, & vitam vsq; in seculum.

PSALM. CXXXIII.

Canticum graduum Dauidis.

1 ECce quam bonum & quam iucundum est, si fratres etiam [1] cohabitent.
2 [2] *Perinde est ac si vnguentum bonum capiti (infusum) descendat in barbam, in barba (inquam) Aharonis.*
3 *Quod descendat in capitium' vestimentorum eius: Sicut ros (montis) Hermon, (&* [3] *vt ros) qui descendit in montes Sion.*
4 *Quia Dominus mandauit ibi esse benedictionem, & vitam sempiternam.*

PSALM CXXXIII.

Canticum graduum.

A

Cohæret sensus cum superiori. Cum Dominus faueat iis qui colunt amicitiam, agite laudate, &c.

1 ECce nunc benedicite Domino omnes serui Domini.
2 Qui statis in domo Domini, in atriis domus Dei nostri.
3 In noctibus extollite manus vestras in sancta, & benedicite Domino.
4 Benedicat te Dominus ex Sion, qui fecit cælum & terram.

PSALM. CXXXIIII.

Canticum graduum.

1 ECce prædicate Dominum omnes serui Domini.
2 [1] *Qui statis in domo' Domini (etiam) noctu.*
3 *Tollite manus vestras* [2] *cum sanctitate,' & prædicate Dominum.*
4 *Donet te fœlicitate Dominus è Sion, qui condidit cælum & terram.*

PSALM. CXXXIIII.

Hallelu-ia.

A

Inuitamur ad celebrandum Dominum ex contemplatione potentia & bonitatis eius.

1 LAudate nomen Domini, laudate serui Dominum.
2 Qui statis in domo Domini, in atriis domus Dei nostri.
3 Laudate Dominum, quia bonus Dominus: psallite nomini eius, quoniam suaue est.
4 Quoniam Iacob elegit sibi Dominus, Israel in possessionem sibi.
5 Quia ego cognoui quòd magnus est Dominus, & Deus noster præ omnibus diis.
B
6 Omnia quæcunque voluit Dominus fecit in cælo & in terra, in mari, & in omnibus abyssis.
7 ‖ Educens nubes ab extremo terræ: fulgura in pluuiam fecit.
8 Qui producit ventos de thesauris suis: ‖ qui percussit primogenita Ægypti ab homine vsq; ad pecus.

Ierem.10.c
Exod.12.d

PSALM. CXXXV.

Hallelu-ia.

1 LAudate nomen Domini, vos serui Domini laudate.
2 [1] *Qui statis in domo' Domini, in atriis domus Dei nostri.*
3 *Laudate Deum, quia bonus est Dominus: (&) psallite nomini eius, quia iucundum est.*
4 *Deus enim elegit sibi Iacobum, & Israelem in suum peculium.*
5 *Scio enim quòd magnus sit Dominus, & Dominus noster antecellat omnes Deos.*
6 *Qui fecit quæcunq; voluit in cælo & in terra, in mari & omnibus abyssis.*
7 *Qui eleuat* [2] *nubes* [3] *ab extremitate terræ,' & fulgura* [4] *conuertit in pluuiam,'* [5] *educitque ventum e suis thesauris.'*
8 *Qui percussit primogenita Ægypti pariter ingenere hominum, & in pecore.*

10 Heb. Propter Dauid serui tui ne auerseris faciem Christi tui. Qui iam referunt ad superiora, Surge inquam propter seruum tuum, & ne auerseris faciem vncti tui. i. me qui a te vnctus sum. hoc est, exaudi orationem meã. 11 i. Iuramentu veritatis, siue verum. i. quod non retractabit. Est autem illud iuramentum, Collocabo super thronum tuum regium liberos tuos quidam intelligunt de Salomone. i. vnum e liberis tuis. 12 o. oraculũ meũ quod. i. præcep a mea. 13 vel, super solium tuum. 14 Hæc de vera Sion allegorice intelligi debent. 15 q. d. Nunca posthac locum suum nõ est mutatura. 16 Heb. benedicendo benedicã. 17 vel, atque ve pauperes eius pane saturaturus sim. 18 i. protegam & seruabo. 19 & sancti eius, i. Leuitæ qui in ea bonitati studere. 20 sub in Sion. 21 propagari faciam cornu Dauidis (& illic) collocabo lucernam vncto meo. i. floridum efficiam illic regnum, regiam dignitatem, in gratiam Dauidis & illic collocabo aliquem è posteris Dauidis qui semper erit populo velut lucerna: idque in gratiam Dauidis posteritas Dauidis vocatur lucerna, 3. Reg. 11. & 15. 22 i. erit rex florentissimus.
Ps. CXXXIII. 1 id est, vnanimes sint. 2 Heb. Sicut oleum optimum super descendens in barbam, barbam Aaronis, quodque descendat super oram vestis, &c. Vnguento suauissimo & odoratissimo inungebantur reges & sacerdotes: dicit tamen hic concordiam fratrum esse suauiorem illo vnguento. Suauis est, inquit, vt vnguentum illud odoratissimum, quod cum effunderetur super caput, defluit in barbam, non cuiuslibet hominis, sed in barbam Aaronis summi sacerdotis, quod descendit supra oram vestimentorum eius. 3 sub: fœcundat illos montes: sic in tales omnem fœlicitatem demittit, & talibus dat vitam æternam. PSALM. CXXXIIII. 1 Leuitarum partes erant in domo Domini excubias agere: multi tamen etiam ex populo aliquo erant qui dies noctesque templo adhærebant, & nocturno tempore laudes Deo canebant, quos hic stantes in domo dicit: quod studiosè sanctiores apparet ex 3. versu Psalmi 92. & 119. Psalm. 119. & ex Anna vidua. Luc. 2. c. Qui, inquit, in tabernaculo nostro [illegible] orationes. 2 vel, versus sanctuarium, siue sancta sanctorum, vbi erat arca, è qua Deus promiserat se responsa daturum Israeli, per quam Christus [illegible]. PSALM. CXXXV. 1 q. d. vos sacerdotes & Leuitæ. 2 vapores, exhalationes. 3 i. à mari quod terram cingit. 4 Cum nubes in [illegible] quod est mutare naturam rerum. nam proprium est aquæ extinguere ignem. 5 è suis conditoriis, nam sunt inuisibiles, & nescimus vnde veniat, & quo eant, vt Ioh. 3. ait Saluator noster.

6 in medio tui ô Ægypte. in gratiam scilicet Israelis.

9 (Et) immisit signa & portenta [6] Ægypto media, ipsiq; Pharaoni & omnibus seruis eius.
10 Qui percussit gentes plurimas, & occidit potentissimos reges.
11 Ipsum (nimirum) Sihon regem Amorrhæorum, & Og regem Basanitidis, & omnia regna Chananæorum:
12 Deditq; terram ipsorum hæreditariam, hæreditatem suo populo Israel.
13 Domine tuum nomen æternum est, ô Domine tua memoria sempiterna est:

7 vindicauit.
8 super seruis suis pœnitentia ductus erit: pœnituit eum iam multis malis affecisse populum suum, & recipit eum eo in gratiam.

14 Dominus enim [7] vindicabit suum populum, & [8] de seruis suis solatium reportabit.
15 Simulachra Gentium sunt argentea & aurea, opus quod manibus hominum producitur.
16 Habent (enim) os, & non loquuntur: habent oculos, & non vident.
17 Habent aures, & non audiunt: nasum habent, nullus tamen flatus est in ore ipsorum.
18 Quibus similes euadant qui ea faciunt, (&) quicunq; fidit eis.

9 laudate.

19 O domus Israel [9] prædicate Dominum, domus Aharonis prædicate Dominum:
20 Domus Leui prædicate Dominum, ô timentes Dominum, prædicate Dominum.

10 in Sion.

21 Prædicandus est Dominus [10] è Sion, qui Ierusalem inhabitat.

9 Emisit signa & prodigia in medio tui Ægypte, in Pharaonem, & in omnes seruos eius.
10 Qui percussit gentes multas: & occidit reges fortes. Num. 21. e. g
11 Sehon regem Amorrhæorum, & Og regem Basan, & omnia regna Chanáan. C
12 Et dedit terram eorum hæreditatem, hæreditatem Israel populo suo. Iosue 12. a
13 Domine nomen tuum in æternum: Domine memoriale tuum in generationem & generationem. *Deus æternus.*
14 Quia iudicabit Dominus populum suum, & in seruis suis deprecabitur.
15 Simulachra Gentium, argentum & aurum, opera manuum hominum. *Idola vana.*
16 Os habent, & non loquentur: oculos habent, & non videbunt. Sap. 15. d
17 Aures habent, & non audient: neq; enim est spiritus in ore ipsorum. D
18 Similes illis fiant qui faciunt ea, & omnes qui confidunt in eis.
19 Domus Israel benedicite Domino: domus Aaron benedicite Domino. *Exhortatio ad Deo laudem.*
20 Domus Leui benedicite Domino: qui timetis Dominum, benedicite Domino
21 Benedictus Dominus ex Sion, qui habitat in Ierusalem.

PSAL. CXXXVI.

Halleluia.

1 Celebrate Dominum.
2 Bonitas, misericordia. Repetitio hæc in fine singulorum versuum, commonefacit nos misericordiæ Dei, inuitatq; ut eum celebremus ex consideratione creaturarum.
3 Deos vocat qui aliqua dignitate pollent, quibus omnibus superior est Deus.
4 i. singulari ingenio summa industria.
5 Ita terra continet aquas, vt aquis superior esse videatur.
6 i. vt illustret orbem per diem.

1 [1] Confitemini Domino, [2] quoniam bonus est, quoniam [2] benignitas ipsius sempiterna est.
2 Confitemini Deo [3] deorum, quoniam benignitas ipsius sempiterna est.
3 Confitemini Domino dominorum, quoniam benignitas ipsius sempiterna est.
4 Qui solus edit ingentia miracula, quoniam benignitas ipsius sempiterna est.
5 Qui cælum condidit [4] sua intelligentia, quoniam benignitas ipsius sempiterna est.
6 Qui [5] extendit terram super aquas, quoniam benignitas ipsius sempiterna est.
7 Qui fecit luminaria magna, quoniam benignitas ipsius sempiterna est.
8 Solem [6] qui dominium teneat diei, quoniam benignitas ipsius sempiterna est.
9 (Et) lunam atque stellas, quæ dominium teneant noctis, quoniam benignitas ipsius sempiterna est.
10 Qui percussit Ægypti primogenita, quoniam benignitas ipsius sempiterna est.
11 Et Israelem eduxit è medio ipsorum, quoniam benignitas ipsius sempiterna est.
12 Manu valida, & brachio extento, quoniam benignitas ipsius sempiterna est.

7 Suph. i. caricosum. arundinosum.
8 per medium eius.
9 Excussit, à deiecit.

13 (Et) fidit Mare [7] rubrum sectionibus, quoniam benignitas ipsius sempiterna est.
14 Ac traduxit [8] per illud Israelem, quoniam benignitas ipsius sempiterna est.
15 [9] Subuertit autẽ Pharaonẽ & eius exercitum in Mari rubro, quoniam benignitas ipsius sempiterna est.
16 Qui deduxit populum suum per desertum, quoniam benignitas ipsius sempiterna est.
17 Qui percussit reges magnos, quoniam benignitas ipsius sempiterna est.
18 Et occidit reges potentissimos, quoniam benignitas ipsius sempiterna est.
19 Ipsum Sihon regem Amorrhæorum, quoniam benignitas ipsius sempiterna est.
20 Et Og regem Basanitidis, quoniam benignitas ipsius sempiterna est.
21 Deditq; terram ipsorum hæreditariam, quoniam benignitas ipsius sempiterna est.

PSAL. CXXXV.

Halleluia.

1 Confitemini Domino quoniam bonus: quoniam in æternum misericordia eius. A *Exhortatio ad laudandũ Dei æternam misericordiam, quã suis operibus testatus est, & testatur.*
2 Confitemini Deo deorum: quoniam in æternum misericordia eius.
3 Confitemini Deo dominorum: quoniam in æternum misericordia eius:
4 Qui facit mirabilia magna solus: quoniam in æternum misericordia eius.
5 Qui fecit cælos in intellectu: quoniam in æternum misericordia eius. Gen. 1
6 Qui firmauit terram super aquas: quoniam in æternum misericordia eius. 1. a
7 Qui fecit luminaria magna: quoniam in æternum misericordia eius. 1. b
8 Solem in potestatem diei: quoniam in æternum misericordia eius. B
9 Lunam & stellas, in potestatem noctis: quoniam in æternum misericordia eius.
10 Qui percussit Ægyptum cum primogenitis eorum: quoniam in æternum misericordia eius. Exod. 12. d
11 Qui eduxit Israel de medio eorum: quoniam in æternum misericordia eius. Exod. 13. f
12 In manu potenti & brachio excelso: quoniam in æternum misericordia eius.
13 Qui diuisit Mare rubrum in diuisiones: quoniam in æternum misericordia eius.
14 Et eduxit Israel per medium eius: quoniam in æternum misericordia eius. C
15 Et excussit Pharaonem & virtutẽ eius in Mari rubro: quoniam in æternum misericordia eius. Exod. 14. g
16 Qui traduxit populum suum per desertum, quoniam in æternum misericordia eius.
17 Qui percussit reges magnos: quoniam in æternum misericordia eius. Num. 21. e
18 Et occidit reges fortes: quoniam in æternum misericordia eius
19 Sehon regem Amorrhæorum: quoniam in æternum misericordia eius.
20 Et Og regem Basan: quoniam in æternum misericordia eius. Num. 21. g
21 Et dedit terram eorum hæreditatem: quoniam in æternum misericordia eius. Iosue 12. a

22 Hæredi-

21 Hæreditatem Israel seruo suo: quoniam in æternum misericordia eius.
23 Quia in humilitate nostra memor fuit nostri: quoniam in æternum misericordia eius.
24 Et redemit nos ab inimicis nostris: quoniam in æternum misericordia eius.
25 Qui dat escam omni carni: quoniam in æternum misericordia eius.
26 Confitemini Deo cæli: quoniam in æternum misericordia eius.
27 Confitemini Domino dominorum: quoniam in æternum misericordia eius.

22 *Hæreditatem Israeli seruo suo, quoniam benignitas ipsius sempiterna est.*
23 *Qui memor fuit nostri* [10] *quum essemus oppressi: quoniam benignitas ipsius sempiterna est.*
24 *Nosque* [11] *asseruit ab hostibus nostris, quoniam benignitas ipsius sempiterna est.*
25 [12] *Qui cibum dat omnibus animantibus, quoniam benignitas ipsius sempiterna est.*
26 [13] *Confitemini Deo cæli, quoniam benignitas ipsius sempiterna est.*
27 † † †

PSALM. CXXXVI.

Psalmus David [illegible] propter Ieremiam.

A *Quem luctuosum fuerit Israelitis exilium Babylonicum, hoc ostenditur.*

1 Super flumina Babylonis illic sedimus & fleuimus, dum recordaremur tui Sion:
2 In salicibus in medio eius suspendimus organa nostra:
3 Quia illic interrogauerunt nos qui captiuos duxerunt nos, verba cantionum.
4 Et qui abduxerunt nos, Hymnum cantate nobis de canticis Sion.
5 Quomodo cantabimus canticum Domini in terra aliena.
6 Si oblitus fuero tui Ierusalem, obliuioni detur dextera mea.
7 Adhæreat lingua mea faucibus meis, si non meminero tui,
8 Si non proposuero Ierusalem in principio lætitiæ meæ.

Idumæorum interitus.

9 Memor esto Domine filiorum Edom, in die Ierusalem.
10 Qui dicunt, Exinanite, exinanite vsque ad fundamentum in ea:

Babyloniorum ruina. Esa. 13. e * *tuos.*

11 Filia Babylonis misera: beatus qui retribuet tibi retributionem tuam, quam retribuisti nobis.
12 Beatus qui tenebit & allidet paruulos * suos ad petram.

PSALM. CXXXVII.

1 [1] *Ad flumina* [2] *Babylonis* [3] *sedemus, & lachrymamur, quum ipsius Zion memoria subit:*
2 *Nostrasque citharas suspendimus in salices quæ sunt* [3] *in ea.*
3 *Ibi enim petierunt à nobis* [4] *carmina.* * *& qui velut in acervos nos redegerunt, lætitiam (petierunt,)*
4 *(Dicentes.) Canite nobis carmen aliquod de Zion.*
5 *Quomodo [autem] caneremus carmen Domini in terra aliena?*
6 *Si tui obliuiscar ò Ierusalem, obliuiscatur* [5] *dextera mea (artis musicæ?)*
7 *Et hæreat lingua mea palato meo, si non tui meminero.*
8 *(Et)* [6] *si non mea lætitia memoriam ipsius Ierusalem infero.*
9 *Memento Domine vt se gesserint filii Edom quum Ierusalem vastaretur:*
10 *Dicentes,* [7] *Euacuate, euacuate vsquead ipsius fundamentum.*
11 *O filia Babylonis,* [8] *quæ vastaris, beatus est qui reddet tibi ea quæ nobis* [9] *intulisti.*
12 *Beatus qui apprehendet* [10] *allidetque tuos infantes ad petram.*

PSALM. CXXXVII.

Ipsi David.

A *Affirmat David se laudaturum Deum commemoratis beneficiis ad regiam dignitatem sit euectus sublato Saule.*

1 Confitebor tibi Domine in toto corde meo: quoniam audisti verba oris mei.
2 In conspectu angelorum psallam tibi: adorabo ad templum sanctum tuum, & confitebor nomini tuo.
3 Super misericordia tua & veritate tua: quoniam magnificasti super omne, nomen sanctum tuum.
4 In quacunque die inuocauero te, exaudi me: multiplicabis in anima mea virtutem.
5 Confiteantur tibi Domine omnes reges terræ, quia audierunt omnia verba oris tui:
6 Et cantent in viis Domini: quoniam magna est gloria Domini,
7 Quoniam excelsus Dominus: & humilia respicit, & alta à longe cognoscit.
8 Si ambulauero in medio tribulationis, viuificabis me: & super iram inimicorum meorum extendisti manum tuam, & saluum me fecit dextera tua.

PSALM. CXXXVIII.

Davidis.

1 [1] *Confitebor tibi toto corde meo, & coram* [2] *iudicibus psallam tibi.*
2 [3] *Adorabo in templo tuo sancto, & confitebor nomen tuum.*
3 *Propter benignitatem tuam, & propter veritatem tuam.* [4] *quia eloquium tuum excellentius fecisti omnibus quæ prædicantur de te.*
4 *Quo die te vocaui, annuisti mihi,* [5] *(&) animo meo robur amplius indidisti.*
5 *Quare confitebuntur tibi Domine omnes reges terræ, quia* [6] *sermones oris tui audiuerunt.*
6 *Et cantabunt* [7] *vias Domini, quia magna est Domini* [8] *maiestas.*
7 *Nam Dominus sublimis existit, & quod humile est, intuetur:* [9] *& quod altum est, eminus cognoscit.*
8 *Quum versabor in medio periculo,* [10] *recreabis me.* [11] *(&) manum naso inimicorum impinges, meque seruabit dextera tua.*

10 Heb. in humilitate nostra. 11 i. redemit, vindicauit. 12 Hebr. Qui panem dat omni carni. 13 Celebrate inquam Deum. Ps. CXXXVII. 1 Euphraten & Tigrim intelligit. 2 sedebamus & flebamus, (vel sedentes flebamus) dum recordaremur ipsius Sion. videntur verba esse Leuitarum & eorum qui solebant laudes Dei canere. 3 intra eam, sub. Babylonem, per cuius medium fluit Euphrates. 4 Heb. verba cantici, i. cantica. * qui captiuos duxerunt nos. & in suspensionibus nostris lætitiam. i. petebant vt carmen aliquod lætum caneremus in citharis quas sumus suspenderamus ad salices. Alii legunt, (& homines) eiulatuum nostrorum (petiuerunt) lætitiam. i. authores luctuum & lamentationum nostrarum pet. &c. Vel, & in luctibus nostris petiuerunt &c. 5 quæ scilicet citharam pulsare solet. 6 Heb. si non faciam ascendere Ierusalem super caput (summum caminen) lætitiæ meæ. i. nisi præcipuum meum gaudium ponam in re. oratione Ierusalem. vel, si non omni lætitiæ prætulero luctum Ierusalem, si non semper verseturr ob oculos Ierusalem quantacunque lætitiæ occasio se ingesserit, vt antequam lætari incipiam, luctum recorder Ierusalem tam turpiter vastatæ. 7 Nudate, nudate. Repetitio diligentiam significat. 8 Vel, vastanda. 9 Retribuisti, id est, talionem. 10 Id est, crudeliter perdiderit pueros tuos. quibus tamen hostes parcere solent. taxat crudelitatem quæ vsi sunt Babylonii in paruulos Israelitarum.

PSALM. CXXXVIII. 1 Celebrabo te. 2 Elohim aliquando Deum, aliquando angelos, aliquando iudices significat. Sæpius autem David dicit se coram regibus & principibus & sapientibus Dei res agere. 3 Incuruabo me (vel, manus supplices tendam) versus templum tuum sacrosanctum. 4 Heb. magnificasti in omnibus verbis tuis nomen tuum, id est, præclarum reddidisti nomen tuum per promissiones tuas, quas impleuisti. Vel, in omnibus (siue per omnia facta tua) magnificasti nomen tuum & verbū tuum, id est, promissiones tuas. Hoc modo subauditur (&) secundo loco. 5 Heb. roborasti me, (&) in anima mea (fuit) fortitudo, id est, reddidisti animum meum fortem. 6 Id est, promissa tua sub. esse impleta, hoc est, te mihi præstitisse quod pollicitus eras. reges terræ, intelligit regem Tyri Hiram, & alios [illegible]. 7 De viis, id est, de his quæ aguntur à Domino. 8 Gloria. quia scilicet præstat quod pollicetur. vel, quod cum sit in cælo, non tamen negligit quæ in terra [illegible]. 9 Heb. & altus longe nota facit. vel, eminus, id est, e cælo nota facere solet gesta sua hic in terra. Alii, A longe, vel procul, id est, ipse non affixus loco, sed omnia [illegible] superat. Alii legunt, franget. Vel conteret è longinquo, i. è cælo, altum & superbum. i. arrogantes. 10 Heb. viuificabis me. i. incolumem me seruabis. 11 Heb. (&) contra iram inimicorum meorum mittet manum tuam. i. contra hostibus meis porriges mihi manum.

9 Dominus perficiet[12] quod in me inchoauit,' Domine tua benignitas sempiterna est, nec opera manuum tuarum[13] omittes.'

9 Dominus retribuet pro me: Domine misericordia tua in seculum, opera manuum tuarum ne despicias.

PSALM. CXXXIX.

Præfecto cantorum Dauidis hymnus.

1 *Domine tu me[1] scrutatus es, & peruouisti. 'Tu nosti[2] siue sedeam, siue surgam,'*

2 (Et)[3] procul intelligis cogitationem meam.[4] Incessum meum' & accubitum meum † circuitasti,'

3 Et omnes vias meas exploratas habes. Quia[5] non est verbum in lingua mea,

4 Quod non vniuersum noueris Domine.' A tergo & à fronte me finxisti, & mihi admolitus es[6] manum tuã'.

5 [7] Admirabilem in me formando scientiam exhibuisti, & sublimiorem quam vt eam possim attingere.'

6 Quo d[illegible] à spiritu tuo? & quo a facie tua fugiam?

7 Si (enim) ascendero in cælum, tu ibi es: &[8] si sternã lectum meum in inferno,' tu ades.

8 Si sumam[9] pennas auroræ,' & habitem in extrema parte maris:

9 Etiam[10] ibi manus tua reget me,' & dextera tua[11] prehendet me.'

10 Et si[12] dicam:[13] Verum' tenebræ[14] me' contegent[15] etiam nox ipsa[16] lux est circa me.'

11 Ac ne tenebræ quidem aliquid tibi occultãt & nox vt dies[17] lucet:[18] tenebræq; & lux tibi iuxta habentur.'

12 Tu enim[19] possides renes meos,' & me[20] contexisti' in ventre matris meæ.

13 [21] Tibi confiteor quod miris & stupendis modis formatus sim, quodq; eximia sint opera tua quæ optime nouit anima mea.'

14 [22] Robur meum non tibi occultatum est,' quum in abstruso formarer, &[23] velut opere Phrygio effingerer in[24] nouissimis terræ partibus.'

15 Oculi tui[25] me viderunt quum essem fœtus informis,[26] & in libro tuo vniuersa (membra) descripta fuerunt, quæ (deinceps multis) diebus formarentur, quibus ne vnus quidem dies apud te conficitur.

16 Cæterum ô Deus,[27] quam pauca tuas cogitationes assequor, & grandes summæ excrescunt?

17 Quas si numerare velim, plures sunt quam arena:[28] & expergefactus adhuc de te cogito.

18 [29] Siquidem occidas impium ô Deus, discedant a me sanguinarii.

19 Qui hostes tui loquuntur[30] audacissime,' & vsurpant (nomen tuum) temere.

20 An non Domine odissem inimicos tuos, &[31] meipsum excruciarem, quum tibi resistunt?'

21 Imo consummato odio illos persequor, mihiq; erunt hostes perpetuo.)

22 Scrutare me Deus, & cognoscito cor meum: proba me, & cognoscito cogitationes meas:

12 Heb. pro me. i. [illegible] quæcunque mihi est pollicitus. 13 vel deseres. [illegible] assistione [illegible] mihi semper [illegible] ita adeo[illegible] adfis possibus.

[illegible] CXXXIX. 1 Exploratum & cognitum habes. 2 i. omnes actiones meas quas ago siue sedendo siue stando. 3 i. antequã quicquam cogitem. q. d. non solum actiones meæ, sed etiam consilia cordis tibi [illegible] sunt. 4 Heb. Semitam meam, aut viam meam. † tu cingis. q. d. tu mihi semper ades iter facienti & iacenti. 5 necdum est sermo in lingua mea, (et) ecce Domine tu nosti totum ipsum. i. antequam loquar nosti quæ dicturus sum. 6 sub. formando me. q. d. tu verbo tuo tam me recte formasti, quam figulus fingere solet vas tenace [illegible] manib' suis, rationem reddat cur omnia opera eius nota sint Deo, quia illius figmentum est. 7 Heb. mirabilis scientia à me, excelsa est, non potero ad eam. i. industria illa qua me formasti, mirabilior est quã vt illa à me capi possit [illegible] est quam vt queã intelligere. 8 [illegible] descendam [illegible] sepulchrum [illegible] [illegible] sepulchrum [illegible] projectus. 9 alludit ad celerrimam matutinum Solis excursionem [illegible] ad occidentem [illegible]

PSALM. CXXXVIII.

In finem, Psalmus Dauid.

1 Domine, probasti me, & cognouisti me: tu cognouisti sessionem meam, & resurrectionem meam.

2 Intellexisti cogitationes meas de longe: semitã meam & funiculum meum inuestigasti.

3 Et omnes vias meas præuidisti: quia nõ est sermo in lingua mea.

4 Ecce Domine tu cognouisti omnia, nouissima & antiqua tu formasti me, & posuisti super me manum tuam.

5 Mirabilis facta est scientia tua ex me: confortata est, & non potero ad eam.

6 Quò ibo a spiritu tuo? & quò à facie tua fugiam?

7 Si ascendero in cælum, tu illic es: si descendero in infernum, ades.

8 Si sumpsero pennas meas diluculo, & habitauero in extremis maris:

9 Etenim illuc manus tua deducet me, & tenebit me dextera tua.

10 Et dixi, Forsitan tenebræ conculcabunt me: & nox illuminatio mea in deliciis meis.

11 Quia tenebræ non obscurabuntur à te, & nox sicut dies illuminabitur: sicut tenebræ eius, ita & lumen eius.

12 Quia tu possedisti renes meos: suscepisti me de vtero matris meæ.

13 Confitebor tibi quia terribiliter magnificatus es: mirabilia opera tua, & anima mea * cognoscet' nimis.

14 Non est occultatum os meum à te quod fecisti in occulto: & substantia mea in inferioribus terræ.

15 Imperfectum meum viderunt oculi tui, & in libro tuo omnes scribentur: dies formabuntur & nemo in eis.

16 Mihi autem nimis honorificati sunt amici tui Deus: nimis * confortatus est principatus eorum.

17 Dinumerabo eos, & super arenam multiplicabuntur: exsurrexi: & adhuc sum tecum.

18 Si occideris Deus peccatores: viri sanguinum declinate à me.

19 Quia dicitis in cogitatione, accipient in vanitate ciuitates suas.

20 Nonne qui oderunt te Domine, oderam: & super inimicos tuos tabescebam?

21 Perfecto odio oderam illos: inimici facti sunt mihi:

22 Proba me Deus, & scito cor meum: interroga me, & cognosce semitas meas:

A

Coram Deo iudice negat se regnum Saulis affectare, & odium in Doeg & alios adulatores conflatum sustinere iniquè propter impietatem ipsorum: magnifice interim disserit de prouidentia Dei circa singulos homines.

Deus vbique præsens. Amos 9. a

Nemo occultari potest Deo.

* *cognoscit.*

* *confortati sunt.*

Verba hominis de se bene conscii.

[illegible] quasi dicat, si ab oriente ad occidentem me celerrime proripere velim. [illegible] 10 Illuc deducet me manus tua. 11 Scilicet pastor ouem deducere solet. 11 Quasi dicat [illegible] semper mihi præsens es vt bonus pastor. 12 Cogitarem 13 Saltem 14 [illegible] 15 Sub. profecto [illegible] etiam &c. 16 Incubit propter me [illegible] vt meas cogitationes [illegible] 17 [illegible] sub coram Deo. quater idem repetit ad maiorem expressionem [illegible] Deum [illegible] 18 [illegible] breui tempore, vt apud Deum tenebræ sunt similes luci, & lux tenebris est similis. 19 [illegible] quasi dicat, tu nosti omnes affectus meos & passiones meas. 20 [illegible] & neruis compegisti me intra secundas [illegible] 21 Heb. Celebrabo te, eo quod mirabilia sunt [illegible] opera tua, & anima mea est cognoscens valde vel exactissime. i. Celebrabo te propterea quod mirabiliter [illegible] in vtero matris meæ, & mirabile est opificium [illegible] & mirabilis sunt opera tua in me: & tamen anima mea beneficio tuo potest cognoscere opera illa etiam [illegible] 22 Vel os. q. d. [illegible] quidem et ossibus meis, atque te tum formare tui [illegible] & robur [illegible] corpus. 23 Varie, vel varie membra [illegible] 24 [illegible] ventre matris meæ. 25 imperfectum meum viderunt [illegible] illam informem. 26 [illegible] librum tuum [illegible] descripta erant [illegible] dies formata sunt [illegible] membra mea erant tibi perinde nota ac si descripta [illegible] in libro [illegible] longo post tempore [illegible] memoria [illegible] Legitur etiam Hebraice [illegible] Deus [illegible] omnes illi dies erant velut [illegible] 27 [illegible] sunt apud me cogitationes tuæ, & quam multa [illegible] sunt consilia tua & stupendæ rationes [illegible] 28 [illegible] cogitationes tuas habeo in mente [illegible] & expergefactus [illegible] 29 Quidam [illegible] Deus [illegible] impios & viros sanguinarios, quibus [illegible] discedite a me, [illegible] Deus [illegible] improbum [illegible] consilia [illegible] semper [illegible] occidas improbum. 30 scelerate, impie. 31 insurgentibus in te [illegible] contra inimicos tuos [illegible] aut litigarem?

23 Et vide si via iniquitatis in me est: & deduc me in via æterna.

23 Et videto [12] num machiner aliquid praui, ac deduc me [13] in viam vniuersis in mundo calcandam.

PSALM. CXXXIX.

In finem, Psalmus Dauid.

A

Precatio Dauidis in persecutione Saulis, vt non dolo Doeg & delationibus aliorum opprimatur, sed potius animi eius occidant, cum sint incurabiles.

1 ERipe me Domine ab homine malo, à viro iniquo eripe me:

2 Qui cogitauerunt iniquitates in corde, tota die constituebant prælia.

3 ‖ Acuerunt * linguas suas sicut serpentes: venenum aspidum sub labiis eorum.

Rom 3.b Supr. 13.b

* *linguam suã.*

4 Custodi me Domine de manu peccatoris: & ab hominibus iniquis eripe me.

5 Qui cogitauerunt supplantare gressus meos: absconderunt superbi laqueum mihi:

6 Et funes extenderunt in laqueum, iuxta iter scandalum posuerunt mihi.

7 Dixi Domino, Deus meus es tu: exaudi Domine vocem deprecationis meæ.

8 Domine † Domine virtus salutis meæ: obumbrasti super caput meum in die belli.

† *Deus.*

9 Ne tradas me Domine a desiderio meo peccatori: cogitauerunt contra me, ne derelinquas me, ne forte exaltentur.

10 Caput circuitus eorum, labor labiorum ipsorum operiet eos.

11 Cadent super eos carbones: in ignem deiicies eos, in miseriis non subsistent.

12 Vir linguosus non dirigetur in terra: virum iniustum mala capient in interitu.

13 Cognoui quia faciet Dominus iudicium inopis, & vindictam pauperum.

14 Veruntamen iusti confitebuntur nomini tuo: & habitabunt recti cum vultu tuo.

PSALM. CXL.

Præfecto cantorum hymnus Dauidis.

1 ERipe me Domine à prauo homine, [&] [1] à violento viro me conserua.

2 Qui machinantur in corde mala, [&] quotidie [2] concurrunt ad bella:

3 Suamque linguam acuerunt vt serpens, [&] venenum aspidis est [3] in labiis eorum. Sela.

4 Custodi me Domine à manibus impii, [&] conserua me a violento viro.

5 Qui cogitant impellere gressus meos. Superbi [enim] absconderunt mihi laqueum.

6 Et funes, rete quoque [4] propter tramitem extenderunt, [&] laqueos mihi posuerunt. Sela.

7 [Tunc] dixi Domino, Tu es Deus meus, Domine percipito auribus vocem mearum precum.

8 Domine Domine fortitudo [5] ad me seruandum, [6] tu protegis caput meum, quo die arma capienda sunt.

9 [7] Ne facias Domine impium desideriorum suorum compotem, neue consilium eius prouehas, vt superior sit. Sela.

10 [8] Tum caput [hostium] vndique me premientium, tum alios operiat malum quod labiis suis struxerunt.

11 Carbones in eos [9] prouoluantur, [& Deus] igne illos prosternat [10] celeriter, ne resurgant.

12 [11] Vir linguax non sit stabilis in terra, & virum violentum malum venetur vt præcipitem expellatur.

13 Scio quod Dominus [12] faciat iudicium [in causa] humilium, & iudicium [in causa] pauperum.

14 Profecto iusti confitentur nomini tuo, [&] [14] probi permanebunt in conspectu tuo.

22 Heb. si via peruersa in me. vel, si via [illegible] lis sit in me. aut, si via idoli sit in me. i. num sectetur impiam viuendi rationem, nam rebellis sim, [illegible] lubens feram [illegible] Aut, num sectetur [illegible] la, quod [illegible] habet, moriar.

23 Heb. in viam seculi. i. mundi, quæ solet [illegible] 3. Reg. 2. viam vniuersæ terræ dicitur, q. d. per viam qua gradiuntur omnes homines à seculo.

PS. CXL.

1 Heb. à viro iniuriarum.

2 Heb. congregant bella.

3 vel, sub labiis.

4 vel, iuxta. [illegible] ad [illegible] missis vel semitis.

5 Heb. mea [illegible] quo salus mea sita est.

6 teges. vel, munies. i. eris mihi instar galeæ.

7 Hebr. N. des Domine desideria impii [illegible] conatus [illegible] facias [illegible] & ne exaltetur [illegible] ne sinas [illegible] [illegible] cogitat in [illegible] ctus tuis, facito ne superbiant.

8 Heb. Caput [illegible] cundantium [illegible] labor labiorum [illegible] periet eos. [illegible] sint caput & [illegible] tesignanas [illegible] secutor [illegible] cis, ei psalmi [illegible]

9 decidant [illegible] è cœlo [illegible] intelligit.

10 in scrobes profundas, [illegible] emergant [illegible] bus emergere [illegible] possint.

11 i. nihil succedat linguaci, quamdiu [illegible] in hoc seculo.

13 i. quod [illegible] dicturus [illegible] & [illegible] egenos.

PSALM. CXL.

Psalmus Dauid.

A

Rursum orat Dauid ne Saulis persecutionibus ita frangatur vt loquatur aut tentet aliquid turpe: deinde vt discrimina tollantur oppressis impiis.

1 DOmine clamaui ad te, exaudi me: intende voci meæ, cum clamauero ad te.

2 Dirigatur oratio mea sicut incensum in conspectu tuo: eleuatio manuum mearum sacrificium vespertinum.

3 Pone Domine custodiam ori meo, & ostium circumstantiæ labiis meis.

4 Non declines cor meum in verba malitiæ, ad excusandas excusationes in peccatis.

5 Cum hominibus operantibus iniquitatem: & non communicabo cum electis eorum.

6 Corripiet me iustus in misericordia, & increpabit me: oleum autem peccatoris non impinguet caput meum.

7 Quoniam adhuc & oratio mea in beneplacitis eorum: absorpti sunt iuncti petræ iudices eorum.

8 Audient verba mea quoniam potuerunt: sicut crassitudo terræ erupta est super terram.

9 Dissipata sunt ossa nostra secus infernum: quia ad te Domine, Domine oculi mei, in te speraui, non auferas animam meam.

PSALM. CXLI.

Hymnus Dauidis.

1 DOmine te voco [ouare] ad me festina, meamque vocem auribus percipe quum ad te clamo.

2 [1] Valeat precatio mea pro incenso ante te, [ac] leuatio manuum mearum pro [2] vespertino sacrificio.

3 Appone Domine custodiam ori meo, [3] & quod conformet ostium labiorum meorum.

4 Ne flectas cor meum ad rem [quamcunque] prauam, [4] ne quid molitar cum impietate coniunctum.

5 Vtens opera facinorosorum hominum, neque fruar deliciis ipsorum.

6 Percutiat me iustus [5] benignitate, [6] & arguat me: neque vnguentum optimum offendet meum caput:

7 Nam ita perstabo, & precatione vtar, quum isti mihi mala struunt. [7] Demittentur iudices eorum per loca saxosa.

8 Et [8] audient meos sermones, siquidem iucundi erunt.

9 Ossa nostra [9] morti proxima dispersa sunt, perinde ac si quis [lignum] findat, aut [terram] profindat. Ad te enim Domine Domine oculi mei [conuersi sunt, &] in te spem habeo: ne [igitur] [10] profundas meam animam.

13 celebrabunt nomen tuum. 14 Hebr. sedebunt probi cum facie tua. i. perpetuo viuent. PSALM. CXLI. 1 Heb. Sit stabilis oratio mea sicut suffimentum. i. grata sit sicut suffimentum quod tibi offerri solet. Exod. 30.

2 Oblatio siebat mane & vespere. Num. 28. 3 Obsera ostium labiorum meorum. i. fac sub fauore vt nunquam impie loquar. 4 Hebr. ad moliendum [illegible] in impietate, cum viris operantibus [illegible], & ne comedam cibum voluptatum eorum. 5 sub. (& id erit mihi) beneficium. i. vt sic beneficiat. Præfert hic bonorum reprehensionem [illegible] sceleratorum fauori & beneficiis.

6 Heb. [illegible] me, vnguentum primum, (sub. id erit mihi) & non franget caput meum: quia adhuc (ero) & oratio mea in mala eorum: i. si percutiat me iustus, id erit mihi instar [illegible] & si corripiat, illud erit mihi vtoc vnguenti optimi & fragrantis, & nullum mihi [illegible] seu plurimum emolumentum [illegible] quamdiu vixero, preces fundam ne sinat Dominus me labi in scelera eorum. Quidam ex Hebræis sic intelligunt, [illegible] potius castigent iusti, quam vt impii [illegible] mario vnguento reddant ebibutum a summis deliciis demulceant, & omni generi beneficiorum afficiant, quum enim illi [illegible], beneficium esse corripiunt [illegible] at horum vnguentum frangit caput meum ac perdit, & non demulcet.

7 Hebr. Derelinquentur in manibus rupis iudices eorum. i. rectores eorum præcipitentur è saxo, pereant principes eorum qui eos non castigant. 8 sub. illi impii 9 Hebr. ad os sepulchri. id est, ita vires nostras impii fregerunt, in ea discrimina nos adduxerunt, vt in ore sepulchri iam simus, & prope ad mortem accessimus.

10 i. ne cito perire me sinas.

10 *Cuſtodi me,[11] ne incidam in laqueum quem mihi tetenderunt, neq; in tendiculas facinoroſorum.*

11 *Impiiq; ſimul incidant in caſſes[12] ſuos,[13] ego autem vſque progrediar.*

10 Cuſtodi me à laqueo quem ſtatuerunt mihi: & à ſcandalis operantium iniquitatem:

11 Cadent in retiaculo eius peccatores: ſingulariter ſum ego donec tranſeam.

PSALM. CXLII.

Eruditiuum carmen Dauidis, precatio [videlicet] quum eſſet in ſpelunca.

1 *VOce mea ad Dominũ[1] clamabo, meaq; voce ad Dominum precabor.*

2 *Effundam ante illum[2] eloquium meum, eique exponam meum periculum.*

3 *[3] Quum defecit in me ſpiritus meus, tu nouiſti ſemitam meam.*

4 *Et quod laqueum mihi abſconderunt in via per quam ambulo.*

5 *Dum reſpecto ad dexteram, & [4] video, non eſt [5] index mihi.*

6 *Et effugium mihi præciſum eſt, nec quiſquam tutorem habet anima mea.*

7 *[Proinde] Domine ad te clamo, [ac] dico. Tu es [6] meũ confugium, (&) [7] ſors mea in terra [8] viuentium.*

8 *Auſculta meum clamorem, quia valde [9] inops ſum.*

9 *Meq; à perſecutoribus meis eripito, quia præualuerunt mihi.*

10 *(Et) educ animam meam [10] è carcere, [11] vt confitear nomen tuum. (&) iuſti [12] coronas imponant ſibi propter me, quia in me beneficia contuliſti.*

PSALM. CXLI

Intellectus Dauid, [1] cum eſſet in ſpelunca oratio.

1 VOce mea ad Dominum clamaui, voce mea ad Dominum deprecatus ſum: A

2 Effundo in conſpectu eius orationem meam, & tribulationem meam ante ipſum pronuncio.

3 In deficiendo ex me ſpiritum meum, & tu cognouiſti ſemitas meas.

4 In via hac qua ambulabam, abſconderunt laqueum mihi.

5 Conſiderabam ad dexterã, & videbam: & non erat qui cognoſceret me.

6 Periit fuga à me: & non eſt qui requirat animam meam.

7 Clamaui ad te Domine, dixi, Tu es ſpes mea, portio mea in terra viuentium.

8 Intende ad deprecationem meam: quia humiliatus ſum nimis.

9 Libera me a perſequentibus me: quia confortati ſunt ſuper me.

10 Educ de cuſtodia animam meam ad confitendum nomini tuo: me expectant iuſti, donec retribuas mihi.

1. Reg. 24.

A *Petit eripi è capitu diſcrimine ſimul docens quid agendum ſit pijs in periculo.*

PSALM. CXLIII.

Carmen Dauidis.

1 *AUdi Domine ſupplicationem meam, (&) percipe meas preces, & [1] per tuam fidem atque iuſtitiam tuam exaudi me:*

2 *([2] Ne ambules (tamen) in ius cum ſeruo tuo: nullus enim viuens coram te iuſtus eſt.)*

3 *Inimicus enim perſequitur animam meam, & vitam meam [3] humum afflixit.*

4 *Meq; [4] detruſit in loca tenebroſa velut [5] iam olim mortuos. Meusq; ſpiritus in me defecit, & cor meum intra me ſtupuit.*

5 *Recolo [tamen] [6] tempora ſuperiora, & de omnibus factis tuis commentor, ac diſſero de opere manuum tuarum.*

6 *Expando manus meas ad te (&) anima mea te [optat] ſiticuloſa. Sela.*

7 *Cito exaudi me Domine, [quia] ſpiritus meus deficit.*

8 *Neq; mihi occultes faciem tuam, [7] alioqui ſimilis factus ſum deſcendentibus in foueam.*

9 *Fac vt [8] mane audiam [9] benignitatem tuam, quoniam tibi fido.*

10 *(Et) monſtra mihi viam [10] quam ingrediar, ſiquidem [11] te affecto.*

11 *Eripe me de inimicis meis Domine, [12] (nam) apud te (me) abſcondi. Doce me vt perficiã voluntatem tuam, quia tu es Deus meus:*

12 *Tuusq́ue ſpiritus bonus deducat me per terram [13] planam. [14] Recrea me Domine propter nomen tuum.*

13 *Et animam meam periculo eripe [15] per tuam iuſtitiam. Et excinde inimicos meos [16] per tuam benignitatem.*

14 *Ac perde vniuerſos hoſtes animæ meæ, ſiquidem ſeruus tuus ſum.*

PSALM. CXLII.

Pſalmus Dauid, [1] quando perſequebatur eum Abſalom filius eius.

1 DOmine exaudi orationẽ meam: auribus percipe obſecrationem meam in veritate tua, exaudi me in tua iuſtitia. A

2 (Et non intres in iudicium cum ſeruo tuo: quia non iuſtificabitur in conſpectu tuo omnis viuens.)

3 Quia perſecutus eſt inimicus animam meam: humiliauit in terra vitam meam:

4 Collocauit me in obſcuris ſicut mortuos ſeculi, & anxiatus eſt ſuper me ſpiritus meus, in me turbatum eſt cor meum.

5 Memor fui dierum antiquorũ, meditatus ſum in omnibus operibus tuis: & in factis manuum tuarum meditabar.

6 Expandi manus meas ad te, anima mea ſicut terra ſine aqua tibi:

7 Velociter exaudi me Domine, defecit ſpiritus meus.

8 Non auertas faciem tuam à me: & ſimilis ero deſcendentibus in lacum.

9 Auditam fac mihi mane miſericordiam tuam: quia in te ſperaui.

10 Notam fac mihi viam in qua ambulem: quia ad te leuaui animam meam.

11 Eripe me de inimicis meis Domine, ad te confugi: doce me facere voluntatem tuam, quia Deus meus es tu.

12 Spiritus tuus bonus deducet me in terram rectam: propter nomen tuum Domine viuificabis me, in æquitate tua.

13 Educes de tribulatione animam meam: & in miſericordia tua diſperdes omnes inimicos meos.

14 Et perdes omnes qui tribulant animam meã: quoniam ego ſeruus tuus ſum.

2. Reg. 17

A *Eiuſdem argumenti pſalmus cum ſuperiore. Oratio enim eſt Dauidis deliteſcentis in ſpelunca.*

Recordatur miſericordiarũ Dei in ſanctos, petit auxilium in fide.

Petit doceri à Deo.

PS. CXLIIII.

11 Heb. à manibus laquei. 12 vel, eius ſub. Saulis. 13 vel, donec ego tranſeã. i. interim ego euadam donec paulo tutior. Alij, gradiar ego ex illo tractu, ita vt illos ſub illis tendiculis [illegible].

PS. CXLII.

1 ſic, quo nulla ſupereſt mihi refugium. 2 commentationẽ meo i. prolixe & profuſe illi exponã mentẽ meam vt illã intelligat. 3 Dũ diſtorquetur (vel, deficeret) in me ſpũs meus, (&) tu cognoſceres ſemitã meam, in via per q ambulaturus eram, abſconderunt laqueũ mihi. Semitã meã i. innocentiam vitæ meæ. 4 ſub. ad ſiniſtrã. 5 q me agnoſcat: periit effugium à me, neq; eſt q requirat animã meã. i. quo fugiã non habeo, nec eſt q audeat eripere vitam meam. 6 ſpes mea. 7 portio mea. portionẽ vocat, q ſperaret ſe adhuc in hoc ſeculo eius bonitate fruiturum. 8 i. Iſrael, q vocatur terra viuẽtium, q illic viuunt hõies ſine morbis lõgo tẽpore propter tẽperiem aeris. 9 vel, tenuis, aut miſer factus ſum. 10 i. de hac ſpelunca. 11 vt laudem. 12 coronam facient ſibi de me, quũ benefeceris mihi. i. ero iuſtis vice coronæ, vice exempli. aut, lætabũt ſeſe mihi tanq̃ de corona quadam inſigni. Chald. paraphr. de me facient tibi coronã laudis. i. laudabunt te.

PS. CXLIII.

1 i. iuxta tua promiſſa, oſtende te veracem. 2 i. Sed tu noli mecũ ſummo iure agere: qa ſi tu ſic agas, nullus poterit reperiri q propter iuſtitiam ſui debeat exaudiri. 3 afflixit in terram. 4 i. coegit me vt deliteſcerẽ in ſpelunca tenebroſa. 5 iam pridẽ. 6 dies antea ctos. ſub. ſcil. affuiſti patribus noſtris. 7 Heb. & ſimilis ero deſcendentib. in ſepulchrũ. i. alioqui ſimilis ero iis q efferunt ad ſepulchrũ, h. e. alioq moriar. 8 i tempeſtiue. Mane dixit, qa orationi aptius, aut reſpicit ad illud q dixit cito. 9 i. vocem tuam q teſtetur clementiam tuam. 10 qua gradiar. 11 Heb. ad te leuaui animã meam. i. a te pendeo. 12 tibi abſcondi. ſub. cauſam meã. i. tibi vni expono cauſam meã vt et a quo opem expecto. 13 rectam. 14 Heb. Viuifica. i. fac incolumis euadam hoc periculum, vt inde lauderis. 15 i. qa æquus iudex es, qui ſcias me iuſtum eſſe, & bonum impium. 16 pro tua bonitate.

PSALM. CXLIII.

Psalmus David aduersus Goliath.

A

Gratiarũ est o pro felicissimo statu regni Israelitici, sublato Saule & domitis Palæstinis.

[b] subdit.

1 BEnedictus Dominus Deus meus qui docet ma-
nus meas ad prælium, & digitos meos ad bel-
lum.
2 Misericordia mea ad refugium meum: susce-
ptor meus & liberator meus.
3 Protector meus, & in ipso speraui: qui [b]subdis[*]
populum meum sub me.
4 Domine quid est homo, quia innotuisti ei? aut
filius hominis, quia reputas eum?
5 Homo vanitati similis factus est: dies eius sic-
ut vmbra prætereunt.
6 Domine inclina cœlos tuos, & descende: tãge
montes, & fumigabunt.
7 Fulgura coruscationẽ, & dissipabis eos: emitte
sagittas tuas, & conturbabis eos.
8 Emitte manum tuam de alto, eripe me & li-
bera me de aquis multis, de manu filiorum alieno-
rum:
9 Quorum os locutum est vanitatem: & dexte-
ra eorum dextera iniquitatis.
10 Deus canticum nouum cantabo tibi: in psal-
terio decachordo psallam tibi.
11 Qui [c]das[*] salutẽ regibus: qui [d]redemisti Da-
uid seruum tuum[*] de gladio maligno:
12 Eripe me & erue me de manu filiorum alie-
norũ, quorum os locutum est vanitatẽ: & dextera
eorum dextera iniquitatis:
13 Quorum filii sicut nouellæ plantationes in
iuuentute sua.
14 Filiæ eorum compositæ: circumornatæ vt
similitudo templi.
15 Promptuaria eorum plena: eructãtia ex hoc
in illud.
16 Oues eorum fœtosæ, abundantes in egressi-
bus suis: boues eorum crassæ.
17 Non est ruina maceriæ, neq; transitus, neque
clamor in plateis eorum.
18 Beatum dixerunt populum cui hæc sunt:
beatus populus cuius Dominus Deus eius.

[c] das
[d] redemit. Dauid seruum suum.
Salus regum & victoria a Deo.

PSALM. CXLIIII.
Dauidis.

1 P[1]Rædicandus est[*] Dominus [2]rupes[*] mea, qui [3] as-
suefacit[*] manus meas ad prælium, & digitos meos
ad bellum.
2 [4] Benignitas[*] mea, & munitio mea, arx mea, &
liberator meus.
3 Ac clypeus, in quo spem habeo, qui mihi subdit po-
pulum meum.
4 Domine quid est homo, [5] quod rationem illius ha-
beas?[*] [&] [6] filius hominis, [7] quod cogites de eo?
5 Homo [8] vanitati[*] similis est, & dies eius vmbra
prætereunti.
6 [9] Inclina Domine cœlum tuum, & descende, tange
montes vt fument.
7 Iaculare fulmen, & dissipa eos. [&] mitte sagittas
tuas, ac turba eos.
8 Mitte manibus tuis de excelso erue me, [ac] eripe
me de [11] aquis multis,[*] [&] de manu [12] alienigenarum.[*]
9 Quorum os [13] loquitur vanitatem, [14] & dextra
eorum patrat iniquitatem.[*]
10 O Deus [15] canam[*] tibi nouum carmen, [&] psal-
lam tibi nablio [16] decachordo.[*]
11 Qui confert salutem regibus, [&] [17] subtraxit[*]
Dauidem seruum suum gladio noxio.
12 Erue me, & eripe me de manu [18] alienigenarum,[*]
[19] quorum os loquitur vanitatem, & dextra eorum pa-
trat iniquitatem.
13 [20] Vt filii nostri adolescant in iuuentute sua ve-
luti plantæ.
14 [Et] filiæ nostræ similes sint angulis, & ornatæ
ad formam palatii.[*]
15 [21] Sintq; cellæ nostræ plenæ exhibentes annonam
perpetuam.[*]
16 Ouesq; nostræ [22] pariant[*] mille & decies mille in
vicis nostris. Boues nostri [23] sub onere exerceantur.
17 [24] Non sit ruptura [murorum,][*] non quisquam
abiens in exilium, non etiam [25] clamor[*] in plateis no-
stris.
18 Beatum populum [26] cui contigit ita viuere:[*] bea-
tum populum cuius Deus est Dominus.

PSALM. CXLIV.

Laudatio ipsi David.

A

Laus Dei est à virtutibus & operibus ipsius à quo vt omnia sunt condita, ita conseruãtur & gubernantur ab eo.

[e] iustitiam tuam.

1 א EXaltabo te Deus meus Rex: & benedicam
nomini tuo in seculum, & in seculum se-
culi.
2 ב Per singulos dies benedicam tibi: & lauda-
bo nomen tuum in seculum, & in seculum seculi.
3 ג Magnus Dominus, & laudabilis nimis: &
magnitudinis eius non est finis.
4 ד Generatio & generatio laudabit opera
tua, & potentiam tuam pronunciabunt:
5 ה Magnificentiam gloriæ sanctitatis tuæ lo-
quentur, & mirabilia tua narrabunt:
6 ו Et virtutem terribilium tuorum dicent, &
magnitudinem tuam narrabunt.
7 ז Memoriam abundantiæ suauitatis tuæ eru-
ctabunt: & [e]iustitia tua[*] exultabunt.
8 ח Miserator & misericors Dominus, patiens
& multum misericors.
9 ט Suauis Dominus vniuersis: & miserationes
eius super omnia opera eius.
10 י Confiteantur tibi Domine omnia opera
tua, & sancti tui benedicent tibi.
11 כ Gloriam regni tui dicent, & potentiam
tuam loquentur.
12 ל Vt notam faciant filiis hominum poten-
tiam tuam, & gloriam magnificentiæ regni tui.

PSALM. CXLV.
[1] Laus Davidis.[*]

1 א EXtollam te, ô mi Deus Rex, & prædicabo nomen
tuum sempiternis temporibus.
2 ב Quotidie te prædicabo, & nomen tuum laudabo
sempiternis temporibus.
3 ג Magnus est Dominus, & impense laudandus,
cuius magnitudo inperuestigabilis est.
4 ד [2] Omnia secula laudibus ferunt[*] opera tua, &
fortia facta tua referunt.
5 ה [3] De maiestate gloriæ tuæ dicere, & rebus tuis
admirandis disseram.
6 ו Prædicabunt [homines] robur admirandorum
operum tuorum, & ego narrabo magnitudinem tuam:
7 ז Tum aquæ bonitatis ingentis memoriam [ho-
mines] [4] promunt,[*] & iustitiam tuam læti [5] celebra-
bunt.[*]
8 ח Dominus [enim] beneficus est & misericors,
[6] patiens[*] & magnæ [7] benignitatis.[*]
9 ט Bonus est Dominus in omnes, & misericordia
eius superat omnia opera ipsius.
10 י [8] Tibi [ideo] Domine confitentur[*] omnia opera
tua, & [9] benigni tui homines[*] te prædicant:
11 כ Maiestatem regni tui narrant [homines,] & de
tua fortitudine loquuntur.
12 ל Vt fortia tua faciant, & maiestatem decoris
regni tui [10] exponunt hominibus.[*]

1 vel, Omni laude dignus est.
2 fortitudo.
3 docuit. i. dedit vires vt vincerẽ Philisthæos.
4 Misericordia. i. qui Deus, contulit in me hoc beneficium.
5 Heb. & cognosces eum. q. d. an tãti est homo vt dignus sit qui ostendas signis te illius curã agere?
6 i. mortalis.
7 q. reputas eũ.
8 i. nihilo.
9 q. d. veni mihi in auxiliũ, tange duces Philisthæorũ vt fulmine, ita abeant in fumũ sive pereant. Descendere Deũ, & inclinare cœlos, est illũ nobis afferre opem.
11 exercitũ Philisthæorum intelligit vt postea declarat.
12 Hebr. filiorũ alienorũ. i. eorũ q alienũ deũ colũt, h. e. infideliũ.
13 q. d. arroganter sibi victoriã pollicentur.
14 Heb. dextera mẽdacii. i. quorum dextera fallet eos.
15 Sub. libera me à Philisthæis, & agam tibi gratias.
16 vel, & decachordo.
17 eruit.
18 i. filiorum alienorum.
19 Vide paulo ante, nu. 13. 14.
20 vel, Nã filii nostri sunt sicut plantulæ summa cura educatæ in iuuentute sua: & filiæ nostræ (sunt formosæ) sicut anguli exsculpti palatii. q. d. quod ad alia pertinet, res oẽs aliæ nostræ bene habẽt, itaq nobis opus est vt nos liberes. Nam filii a tenera ætate crescunt & filiæ nostræ formosæ sunt vt lapides angulares eleganter politi in similitudinem palatii.
21 Heb. Penaria nostra suppeditãt de genere ad genus. i. varia genera annonæ.
22 pariunt. Heb. sũt millenãtes. i. millenos pariũt.
23 sunt robusti. i. apti portandis oneribus.
24 non est irruptio. sub. hostiũ.

q. d. est summa pax in regno. 25 sub. luctuosus. i. non accepimus cladẽ ab hostib. 26 Heb. cui sic ei. Leuit. 26. Deut. 28. PS. CXLV. 1 i. psalmus laudatorius editus à Dauide. 2 Heb. Generatio generationi narrabit. Laudabit. 3 Heb. splẽdorẽ gloriæ magnificentiæ tuæ, & verba mirabilium tuorum meditabor. 4 eructabunt i. plenis buccis prædicabunt. 5 Heb. iubilabunt. 6 Heb. longus furore. 7 misericordia. 8 (Ideo) celebrant te Deo. 9 sancti tui. i. pii qui te colunt. 10 Heb. scire faciant filios Adam.

13 מ *Regnum tuum regnum est sempiternum, & dominatum tuum [11] per secula universa durat.*
14 נ *Deus est fidelis iuxta omnia sua verba, & sanctus in omni opere suo.*
15 ס [12] *Dominus fulcit omnes corruentes, & erigit omnes [13] inclinatos.*
16 ע *Omnium oculi [14] te morantur, tuq; illis cibum suum prabes [15] tempestive.*
17 פ *Tu aperis manum tuam, & saturas [16] desiderium omnium animantium.*
18 צ *Iustus est Dominus in omnibus viis suis, & benignus in omnibus operibus suis.*
19 ק *Presto adest Dominus omnibus vocantibus eum, omnibus eum vocantibus [17] cum veritate.*
20 ר *Facit [autem] quicquid volunt timentes eum, & clamorem eorum exaudit, ac servat eos.*
21 ש *Dominus custodit omnes diligentes ipsum, perdet autem omnes impios.*
22 ת *Domini laudes [18] proferet os meum, omnisq; caro pradicabit nomen ipsius sanctum temporibus sempiternis.*

13 מ Regnum tuum regnum omnium seculorum: & dominatio tua in omni generatione & generatione.
14 נ Fidelis Dominus in omnibus verbis suis: & sanctus in omnibus operibus suis.
15 ס Allevat Dominus omnes qui corruunt, & erigit omnes elisos.
16 ע Oculi omnium in te sperant Domine: & tu das escam illorum in tempore oportuno.
17 פ Aperis tu manum tuam: & imples omne animal benedictione.
18 צ Iustus Dominus in omnibus viis suis: & sanctus in omnibus operibus suis.
19 ק Prope est Dominus omnibus invocantib. eum: omnibus invocantibus eum in veritate. *Invocatus Deus exauditur.*
20 ר Voluntatem timentium se faciet, & deprecationem eorum exaudiet, & salvos faciet eos.
21 ש Custodit Dominus omnes diligentes se: & omnes peccatores disperdet.
22 ת Laudationem Domini loquetur os meum: & benedicat omnis caro nomini sancto eius in seculum, & in seculum seculi. *Laus Dei.*

PSALM. CXLVI.

Hallelu-ia.

1 *ANima mea lauda Dominum. Equidem Dominum laudabo dum vivam, & psallam Deo meo dum superstes ero.*
2 *Nolite fidere principibus, [aut] homini, qui servandi facultatem non habet:*
3 [1] *Cuius corpus redibit in terram suam ubi animam efflaverit, tuncque occidunt omnes ipsius cogitationes.*
4 *Beatus est [2] qui Deum Jacobi habet in suis auxiliis, & spem in Domino Deo suo, qui fecit cœlum & terram, mare & omnia quæ in eis sunt.*
5 *Quiq; custodit in æternum [3] veritatem. Qui [4] vindicat oppressos, [&] panem prabet famelicis.*
6 *Dominus solvit vinctos. Dominus aperit oculos cæcorum.*
7 *Dominus erigit inclinatos, Dominus amat iustos.*
8 *Dominus custodit peregrinos, [5] orbumq; orphanū & viduam, [6] depravat autem viam impiorum.*
9 *In æternum regnabit Dominus, & per omnia secula Deus tuus o Zion.*

PSALM. CXLV.

Hallelu ia. Aggæi & Zachariæ.

1 LAuda anima mea Dominum, laudabo Dominum in vita mea, psallam Deo meo quamdiu fuero. *A Convenit cum psalm. 118. & 144, ut sit gratiarum actio, Saulis sublata tyrannide ac Palæsthinorū. Docet interim in solo Deo spē salutis figendā.*
2 Nolite confidere in principibus: neque in filiis hominum, in quibus non est salus.
3 Exibit spiritus eius, & revertetur corpus in terram suam: in illa die peribunt omnes cogitationes eorum.
4 Beatus cuius Deus Jacob adiutor eius, spes eius in Domino Deo ipsius: qui fecit cœlum & terram, mare, & omnia quæ in eis sunt.
5 Qui custodit veritatem in seculum, facit iudicium iniuriam patientibus: dat escam esurientib. *Act. 14. c Apoc. 14. b*
6 Dominus solvit compeditos: Dominus illuminat cæcos.
7 Dominus erigit elisos: Dominus diligit iustos.
8 Dominus custodit advenas, pupillum & viduam suscipiet: & [a] vias peccatorum disperdet. *[a] viam.*
9 Regnabit Dominus in secula, Deus tuus Sion, in generatione & generationem.

PSALM. CXLVII.

Hallelu-ia.

1 *LAudate Deum, quia Deo nostro psallere, bonum, & iucundum est, & [1] decet laudes impendere.*
2 *Dominus [enim] ædificabit Jerusalem, & congregabit [2] profugos Israelitas.*
3 *Qui sanat [3] fractos corde, & [4] medetur ipsorum doloribus.*
4 [5] *Qui stellas in numerato habet, ac universas vocat nominibus.*
5 *Magnus est Dominus noster, & ingentis potentiæ, cuius intelligentia innumerabilis est.*
6 *Dominus [enim] erexit mansuetos, [&] deprimit impios usque ad terram.*
7 *Alternis canite Domino [6] cum gratiarum actione, [&] psallite Deo nostro cum cithara:*
8 *Qui operit cœlum nubibus, [&] parat pluviam terræ.*
9 *Et producit fœnum in montibus.*
10 *Qui dat pecori suum [7] pastum, [&] pullis corvorum qui [eum] vocant.*
11 [8] *Non probat fortitudinem equi, neq; delectatur tibiis viri.*
12 *Delectatur autem Dominus timentibus ipsum, quiq; prastolantur ipsius benignitatem.*

PSALM. CXLVI.

Hallelu ia.

1 LAudate Dominum, quoniam bonus est psalmus Deo nostro: sit iucūda decoraq; laudatio. *A Laus Dei accomodata spei fulciendæ quod è Babylonia redituri sint Israelitæ in patriam.*
2 Ædificans Jerusalem Dominus: dispersiones Israelis congregabit.
3 Qui sanat contritos corde: & alligat contritiones eorum.
4 Qui numerat multitudinem stellarum: & omnibus eis nomina [b] vocans. *[b] vocat.*
5 Magnus Dominus noster, & magna virtus eius: & sapientiæ eius non est numerus.
6 Suscipiens mansuetos Dominus: humilians autem peccatores usque ad terram.
7 Præcinite Domino in cōfessione: psallite Deo nostro in cithara.
8 Qui operit cœlum nubibus, & parat terræ pluviam. *Providentia Dei.*
9 Qui producit in montibus fœnum, & herbam servituti hominum.
10 Qui dat iumentis escam ipsorum: & pullis corvorum invocantibus eum.
11 Non in fortitudine equi voluntatem habebit: nec in tibiis viri beneplacitum erit ei:
12 Beneplacitū est Domino super timentes eū, & in eis qui sperant super misericordia eius. *Timentes Deum.*

PS. CXLVII.

11 Heb. in omni generatione & generatione.
12 Versus 14. a litera Nun incipit, est in Hebraica & Chaldaica scriptura, Græci tamē interpretes in suo codice habuerunt נאמן i. fidelis Dominus.
13 incurvatos. i. oppressos aut morbis, aut certe miseria diuturna.
14 ad te suspiciunt. i. in te sperant. i. in te sperantes respiciunt.
15 in tēpore suo ad verbū Hebraice legitur in tempore cuiuslibet.
16 omne vivens ad voluntatem. i. cibis gratis datis vel accidentio. i. cibis optatis & quos desiderant.
17 in fide. vel, ex fide. i. ex vera religione & ex animo.
18 Heb. Loquet.
Ps. CXLVI.
1 Hebr. Exibit spiritus eius, redibit ad terram (vel humū) suā, in die illo peribit oēs ipsius cogitationes. i. consilia & instituta eo remanent infecta.
2 Heb. cui Deus Jacobi in auxilio eius.
3 sub. in promissis, prastabit quæ promisit.
4 Heb. iudicium facit oppressis.
5 sublevatque. Lege Psal. 11. ubi de pupillis & viduis.
6 subvertit.

1 decora est, laudatio sub. Dei.
2 dispersos. exortes.
3 i. summe afflictos.
4 vel, alligat dolores eorum. i. ut chirurgus vulnera allegare solet.
5 Qui numerat numerum stellarum.
6 Hebr. in confessione.
7 vel, escam.
8 Heb. Non in virtute equi voluntatem habet: i. nō delectat. non prosequitur suo favore eos qui spem habent in equis. i. fortissimis equitib., quiq; spem salutis suæ in fuga ponunt.

PSALM. CXLVII.
Hallelu ia.

A *Iste psalmus iungitur praecedēti apud Hebraeos, & est cū eo fere idem. Potentia verbi Dei describitur & regnū Dei in terris.*

1 LAuda Jerusalem Dominum, lauda Deum tuum Sion:

2 Quoniam confortauit seras portarum tuarū, benedixit filiis tuis in te.

3 Qui posuit fines tuos pacem: & adipe frumenti satiat te.

4 Qui emittit eloquium suum terrae: velociter currit sermo eius.

5 Qui dat niuem sicut lanam: nebulam sicut cinerem spargit.

6 Mittit crystallum suam sicut buccellas: ante faciem frigoris eius quis sustinebit?

7 Emittet verbum suum, & liquefaciet ea: flabit spiritus eius, & fluent aquae.

8 Qui annunciat verbum suum Jacob: iustitias & iudicia sua Israel.

9 Non fecit taliter omni nationi: & iudicia sua non manifestauit eis. Halleiu ia.

PSALM. CXLVII.

1 *LAudibus Dominum prosequere Jerusalem, tuque Zion lauda Deum tuum:*

2 *Quia [9] roborat vectes portarum tuarum, & filiis tuis qui sunt intra te foelicitatem donat.*

3 *Qui pacem constituit intra fines tuos, & te saturat [10] adipe frumenti.*

4 *Qui mittit [11] eloquium suum terrae [12] ut verbum eius celeriter currat.*

5 *Qui dat niuem tanquam [13] lanam & pruinam spargit [14] ut cinerem.*

6 *[Et] proiicit [15] glaciem suam ut [16] ut laminas quis frigus ipsius sustinebit?*

7 *[17] Missoque verbo suo liquefacit ea, & vento suo efflat [18] ut aquae fluant.*

8 *Nunciat autem [19] verbum suum Jacobo, & decreta sua & iudicia Israeli.*

9 *Non egit ad hunc modum cum omnibus gentibus, [20] neque manifestauit eis iudicia. Hallelu ia.*

PSALM. CXLVIII.
Hallelu ia.

A *Et etiā psalmus videtur accommodatus restitutioni e Babylone siue ante captiuitatē, siue in captiuitate compositus sit. Sed & vera liberationi per Christum, competit.*
[a] Daniel. 3. e

1 LAudate Dominum de coelis: laudate eum in excelsis.

2 Laudate eum omnes angeli eius: laudate eū omnes virtutes eius.

3 Laudate eum Sol & Luna: laudate eum omnes stellae & lumen.

4 [a] Laudate eum coeli coelorum: & aquae omnes quae super coelos sunt, laudent nomen Domini.

5 Quia ipse dixit, & facta sunt: ipse mandauit, & creata sunt.

6 Statuit ea in aeternum & in seculum seculi: praeceptum posuit & non praeteribit.

7 Laudate Dominum de terra, dracones & omnes abyssi:

8 Ignis, grando, nix, glacies, spiritus procellarū, quae faciunt verbum eius.

10 Bestiae, & vniuersa pecora, serpentes, & volucres pennatae:

11 Reges terrae, & omnes populi, principes, & omnes iudices terrae:

12 Iuuenes & virgines, senes cum iunioribus, laudent nomen Domini: quia exaltatum est nomē eius solius.

13 Confessio eius super coelum & terram: & exaltauit cornu populi sui.

14 Hymnus omnibus sanctis eius filiis Israel populo appropinquanti sibi. Hallelu ia.

PSALM. CXLVIII.
Hallelu ia.

1 *LAudate Dominum [1] coelites, laudate eum in excelsis.*

2 *Laudate eum omnes angeli eius, laudate eum omnes exercitus eius.*

3 *Laudate eum Sol & Luna, laudate eum omnes stellae [2] clarae.*

4 *Laudate eum [3] coeli supremi, & aquae quae supra [4] coelos sunt.*

5 *[Haec inquam] laudent nomen Domini: ipso enim iubente creata sunt.*

6 *Eaque stabiliuit, ut aeternum perstent: ac [5] legem praescripsit, quam transgredi nequeunt.*

7 *Laudate Dominum [6] terrestres, dracones, & omnes abyssi.*

8 *[7] Ignis & grando, nix & exhalatio, ventus procellosus, quo [8] verbum eius prosequitur.*

9 *Montes & omnes colles, arbor fructifera & omnes cedri.*

10 *Bestia & omne pecus, reptile & auis pennata.*

11 *Reges terrae & omnes populi, principes & omnes iudices terrae.*

12 *Iuuenes & virgines, senes pariter & adolescentes: [Hi] laudent nomen Domini, quia nomen ipsius solum [9] sublime est.*

13 *Cuius gloria superat terram & coelum. Et extulit [10] cornu suo populo:*

14 *[Et] laudem omnibus suis benignis hominibus ut, filiis Israel, populo ipsi coniuncto. Hallelu ia.*

PSALM. CXLIX.
Hallelu ia.

A *Laus ob liberationem Israelis, summi ob victoriam Christi de vniuerso mundo ob quam in fine mundi solida pax dabitur populo sanctorum.*
[a] filii.
[b] in salute.
[c] Exaltationes.

1 CAntate Domino canticum nouum: laus eius in ecclesia sanctorum.

2 Laetetur Israel in eo qui fecit eum: & [a] filiae Sion exultent in rege suo.

3 Laudent nomē in choro, in tympano & psalterio psallant ei:

4 Quia beneplacitū est Domino in populo suo, & exaltauit mansuetos [b] in salutem.

5 Exultabunt sancti in gloria, laetabuntur in cubilibus suis.

6 [c] Exultationes Dei in gutture eorum, & gladii ancipites in manibus eorum:

7 Ad faciendam vindictam in nationibus, increpationes in populis.

PSALM. CXLIX.
Hallelu ia.

1 *CAnite Domino carmen nouum, [&] laudem eius in coetu benignorum.*

2 *Laetetur Israel in conditore suo, filiique Zion exultent in rege suo.*

3 *Laudent nomen eius cum tibia, tympano, & cithara psallant ei.*

4 *Dominus enim [1] fauet suo populo, [&] ornat mansuetos [2] salute.*

5 *Gestiant benigni [3] cum honore, [&] iubilent in suo lecto.*

6 *Voces Deum extollentes sint in gutture ipsorum, [4] & gladius anceps in manu eorum.*

7 *[5] Ut in Gentes vlciscantur, (&) [6] corripiant populos.*

9 i. tuetur te.
10 i. optimo tritico, peramittit abundantiā, al. annum quoque terrā copia agminum.
11 i. iussa sua, quod, qui iubet, statim fit. De pluuia, niue, grandine, &c. intelligit.
12 Heb. vsque ad celeritatem currit verbum eius.
13 sub. candidā. instar lanae candidissimae.
14 similem cineri.
15 Gallice, verglas.
16 buccellas aut frusta, tunc enim guttae pluuiae nimio frigore vertuntur in frusta.
17 i. iubet, & liquefacit solo iussu liquefacit.
18 i. et in aquam conuertantur.
19 legē intelligit per verbum, decreta, & iudicia, siue ceremonias.
20 Heb. & iudicia non nouerunt. sub. aliae gentes.

PS. CXLVIII.
1 Heb. è coelo. Modus loquendi Hebraicus.
2 Heb. lucis. vel luminis i. lucidae.
3 Heb. Coeli coelorum sunt veri coeli. Coeli autē simpliciter, dicuntur pro aere, in multis locis scripturae. vt & in secunda parte huius visus.
4 i. aetem.
5 Heb. decretum dedit, & nō praeteribit, vel, quod nō cessabit.
6 Heb. de terra.
7 i. fulmina & fulgetra.
8 i. iussa eius facit quemadmodum per turbinis efflatum eiusmodi, nostrum, Pharaonis currus submersit. Exod. 14.
9 Vel exaltatū.
10 cornu populi sui, laus omnib' &c. i. robur & vires populi sui exaltauit: idque praebebit argumentum laudādi Deum omnibus sanctis eius, nēpe filiis Israel, appositione populo qui accedit ad Deum. i. addicto cultui eius. Vel, extulit cornū suae vires populi sui, id est, restituit vires populo suo, erepto ... ut eos digne ... am Israel ...

...illo à captiuitate Babylonica: & hoc erit laus, &c. PSAL. CXLIX. 1 vel, maxime amat populum suum. 2 i. id honoris exhibet mansuetis ... ope sua. 3 in gloria. vel, de gloria. i. quod liberati sint à captiuitate Babylonica, tam gloriose. 4 vel, quia gladius, &c. Per gladium, inuictam potentiam intelligit. nam viguerunt bellica fortitudine post liberationem tempore Macchabaeorum. 5 Heb. Ad faciendam vindictam in Gentibus. 6 castigent.

7 Vel, cantabit. 8 Heb. ad faciendum in eos iudicium scriptum. i. scriptum promissum.

PSAL. CL.

1 in sancto (vel, sacrario) eius. i. vos angeli qui semper versamini in cœlo. Aut, in sacrario. i. in templo. 2 i. vos hõies qui cõtinemini eius firmamento. in quo relucet Dei potentia. 3 vel, fistula. 4 Heb. auditionis. 5 i. quod emittit anhelitum & recipit. quod spirat & respirat.

8 *Ut vinciant reges illorum manicis, & magnates eorum compedibus [7] ferreis:*
9 [8] *Ut [Deus] ulciscatur in eos, quemadmodum scriptum est: quod decori erit omnibus ipsius benignis hominibus. Hallelu ia.*

8 Ad alligandos reges eorum in compedibus, & nobiles eorum in manicis ferreis:
9 Vt faciant in eis iudicium conscriptũ: gloria
hæc est omnibus sanctis eius. Hallelu ia.

PSALM. CL.

Hallelu-ia.

1 *Laudate Deum [1] in sanctuario [a] ipsius, laudate eũ*
[b] in firmamento sua potentia.
2 *Laudate eum ob fortitudinem ipsius, laudate eum*
pro eius eximia magnitudine.
3 *Laudate eum clangore tubæ, laudate eum nablo*
& cithara.
4 *Laudate eum tympano [3] & tibia, laudate eum organis & fidicula.*
5 *Laudate eum cymbalis [4] sonoris, laudate eum*
cymbalis resonantibus. [5] Omnis spiritus laudet Deum.
Hallelu ia.

PSALM. CL.

Hallelu-ia.

1 Laudate Dominum in sanctis eius: laudate eũ
in firmamento virtutis eius.
2 Laudate eum in virtutibus eius: laudate eum
secundum multitudinem magnitudinis eius.
3 Laudate eum in sono tubæ: laudate eum in
psalterio & cithara.
4 Laudate eum in tympano & choro: laudate
eum in chordis & organo.
5 Laudate eum in cymbalis benesonantibus,
laudate eum in cymbalis iubilationis: omnis spiritus laudet Dominum. Hallelu-ia.

A *Laus Dei exhilaris per Spiritum sanctum corde.*

LIBER PROVERBIORVM, QVEM HEBRÆI * MISLE' APPELLANT.

* i. Sententiæ, apophthegmata, gnomæ.

Hieronymi præfatio in libros Salomonis.

IVNGAT Epistola quos iungit sacerdotium: imo charta non diuidat quos CHRISTI nectit amor. Commentarios in Osee, Amos, Zachariam, Malachiam quos poscitis, scripsissem, si licuisset præ valetudine. Mittitis solatia sumptuum: notarios nostros & librarios sustentatis, vt vobis potissimum nostrum desudet ingenium. Et ecce ex latere frequens turba diuersa poscentium: quasi aut æquum sit me vobis esurientibus, aliis laborare: aut in ratione dati & accepti, cuiquam, præter vos, obnoxius sim. Itaq; longa ægrotatione fractus, ne penitus hoc anno reticerem, & apud vos mutus essem, tridui opus nomini vestro cõsecraui, interpretationem videlicet trium Salomonis voluminum, MISLE, quas Hebræi parabolas, vulgata autem editio Prouerbia vocat: COHELETH, quem Græcè Ecclesiasten, Latinè concionatorem possumus dicere. SIR HASSIRIM, quod in nostra lingua vertitur Canticum Canticorum. Fertur & Panaretos Iesu filii Sirach liber, & alius pseudepigraphus, qui Sapientia Salomonis inscribitur. Quorum priorem, Hebraicum reperi, non ecclesiasticum vt apud Latinos, sed Parabolas prænotatum, cui iuncti erant Ecclesiastes & Canticum Canticorum: vt similitudinem Salomonis, non solum numero librorum, sed etiam materiarum genere coæquaret. Secundus apud Hebræos nusquam est: quia & ipse stylus Græcam eloquentiam redolet: & nonnulli scriptorum veterum hunc esse Iudæi Philonis affirmãt. Sicut ergo Iudith, & Tobiæ, & Macchabæorum libros legit quidem ecclesia, sed eos inter canonicas scripturas non recipit: sic & hæc duo volumina legat ad ædificationem plebis, non ad authoritatem ecclesiasticorum dogmatũ confirmandam. Si cui sanè septuaginta interpretum magis editio placet, habet eam à nobis olim emendatam. Neque enim noua sic cudimus, vt vetera destruamus. Et tamen cum diligentissimè legerit, sciat magis nostra scripta intelligi, quæ non in tertium vas transfusa coacuerint, sed statim de prælo purissimæ commendata testæ, suum saporem seruauerint.

Argumentum.

Liber Prouerbiorum sacra, Ethica, Christianaq; continet. Id est, Præcepta Moralia de sanctorum officiis erga Deum & homines, pro ratione pietatis quam Deus præstituit, æquitatisq; & humanitatis, quam lex naturæ adumbrauit in nobis, & Deus expressit verbo: Quarum illa nouem primis capitibus, Hæ vero cætera fere ex ordine continentur.

CAPVT I.

1 Titulus iste est impositioni. Procemium non videtur esse Salomonis, sed eius qui collegit parabolas. 2 Discere sapientiam, est discere nosse Deum. 3 vel, erudire. Scire disciplinã eruditionem vel castigationẽ, est mortificare carnem. 4 vel, ad capiẽdã disciplinam prudentiæ. i. vt intelligatur verbum Dei.

[1] Sententiæ Salomonis filii Dauidis regis Israelis.
2 *Vnde [2] disci potest sapientia & [3] castigatio [4] ad intelligendum verba prudentia.*
3 *Et percipi eruditio prudenter agendi, [5] iustitia docentia, [6] iudicium & [7] æquitates.*
4 *Quæ tradunt [8] simplicibus [9] solertiam, & [10] imperitis scientiam & prospicientiam.*
5 *Quas quum audiet [11] sapiens, cognitione promouebit: & [12] qui intelligens pollet, industriã consilia consequetur:*
6 *Vt intelligat [13] similitudinem & eloquẽtiam, verba sapientum, & acutas eorum sententias.*

Parabolæ Salomonis filii Dauid regis
Israel.
2 Ad sciendam sapientiam & disciplinam, ad intelligenda verba prudentiæ.
3 Et suscipiendam eruditionem doctrinæ, iustitiam & iudicium, & æquitatem:
4 Vt detur paruulis astutia, & adolescẽti scientia & intellectus.
5 Audiens sapiens, sapientior erit: & intelligens gubernacula possidebit.
6 Animaduertet parabolam & interpretationẽ, verba sapientum, & ænigmata eorum.

A *Vis & vsus verbi Dei.*

7 ‖ Timor

5 i. fides iustificans. 6 i. condemnationem sui. 7 h.e. æquum & rectum: quando scil. omnia tribuimus Deo. 8 eos intellige qui facile huc & illuc impelluntur. 9 Calliditatem, intellige bonam. 10 iuuenis intelligentiam & consilium, vel, cogitationem. 11 Vt de regina Saba, quæ Salomonem audiuit, minor maiorem: & sapientior effecta est. Audiuit Moyses socerum multo inferiorem, & sapientior est factus. 12 præditus intelligentia, solertiam (vel, industria subtilis, artes) acquiret. 13 sermonem & elocutionem, vel, enarrationem.

[t] scientiæ.
Psal. 110. d
Eccles. 1. b
Illecebris peccatorum non acquiescendũ.

7 [Timor domini, principium[t] sapientiæ. Sapientiam atq; doctrinam stulti despiciunt.

8 Audi fili mi disciplinam patris tui, & ne dimittas legem matris tuæ:

9 Vt addatur gratia capiti tuo, & torques collo tuo.

10 Fili mi, si te lactauerint peccatores, ne acquiescas eis.

B
11 Si dixerint, Veni nobiscũ, insidiemur sanguini, abscondamus tendiculas cõtra insontẽ frustra:

12 Deglutiamus eum sicut infernus viuentem, & integrum quasi descendentem in lacum.

13 Omnem preciosam substantiã reperiemus, implebimus domos nostras spoliis.

14 Sortem mitte nobiscum, marsupium vnum sit omnium nostrum.

15 Fili mi ne ambules cum eis, prohibe pedem tuum a semitis eorum.

Esa. 59. b
16 [Pedes enim illorum ad malum currunt, & festinant vt effundant sanguinem.

17 Frustra autem iacitur rete ante oculos pennatorum.

18 Ipsi quoq; contra sanguinem suum insidiantur, & moliuntur fraudes contra animas suas.

C
19 Sic semitæ omnis auari, animas possidentium rapiunt.

Conqueritur sapientia se ab omnibus contemni: & exitium contemptorũ prædicit.
[u] cupiunt.
Esa. 65. b.
Iere. 7. c

20 Sapientia foris prædicat, in plateis dat vocem suam:

21 In capite turbarum clamitat, in foribus portarum vrbis profert verba sua, dicens:

22 Vsquequo paruuli diligitis infantiã, & stulti ea quæ sibi sunt noxia[u] cupient, & imprudentes odibunt scientiam?

23 [Conuertimini ad correptionem meam: en proferam vobis spiritum meum, & ostendam vobis verba mea.

24 Quia vocaui, & renuistis: extendi manum meam, & non fuit qui aspiceret.

25 Despexistis omne consilium meum, & increpationes meas neglexistis:

26 Ego quoq; in interitu vestro ridebo, & subsannabo, cum vobis id quod timebatis aduenerit.

D
27 Cum irruerit repentina calamitas, & interitus quasi tempestas ingruerit: quando venerit super vos tribulatio & angustia.

28 Tunc inuocabunt me, & non exaudiã: mane consurgent, & non inuenient me:

29 Eo quòd exosam habuerint disciplinam, & timorem Domini non susceperint,

30 Nec acquieuerint consilio meo, & detraxerint vniuersæ correptioni meæ.

31 Comedent igitur fructus viæ suæ, suisque consiliis saturabuntur.

32 Auersio paruulorum interficiet eos, & prosperitas stultorum perdet illos.

33 Qui autem me audierit, absq; terrore requiescet, & abundantia perfruetur, timore malorum sublato.

7 [14] Timor Domini scientiæ initium est: sapientiam & disciplinam stulti contemnunt.

8 Audi fili mi disciplinam [15] patris tui, & directionem [16] matris tuæ ne repellas.

9 Ea enim gratiam addent capiti tuo, & vice torquis erunt collo tuo.

10 Fili mi, si te [17] lactauerint peccatores, ne consentias.

11 Si dixerint, I nobiscum, insidias struemus [18] sanguini, absconditi latitabimus contra insontem [19] absque causa.

12 Deuorabimus eos viuos [20] instar inferorum, & integros, vt qui descendunt in [21] foueam.

13 Omnis generis preciosas opes reperiemus, & implebimus præda domos nostras.

14 [22] Sortire tu nobiscum, vnum erit omnibus nobis marsupium.

*15 * [Tu autem] fili mi, ne abeas cum eis in viam, [quin potius] arceto pedem tuum ab illorum semita.*

16 Pedes enim ipsorum ad malum currunt, ac festinant vt effundant sanguinem.

17 [23] Quoniam frustra expansum est rete ante aliqam auem:

18 Et hi sanguini eorum insidiantur, & abscondunt animabus eorum.

19 Tales sunt semitæ vniuscuiusq;, qui auidè lucro inhiat [24] vt tollat vitam ab iis qui eam habent.

20 Sapientia [25] foris voce perstrepit, [26] in plateis edit vocem suam.

21 [27] In præcipuis comitiis clamitat, pro ostiis portarum, perq; vrbem sua [intonat,] & dicit:

22 Quousque [28] stolidi stoliditatem diligitis, & illusores sibi illusione placent, & stulti scientiam odio habent?

23 Resipiscite ad increpationem meam, en [29] effla vobis spiritum meum, & [30] manifesto vobis verba mea.

24 Quandoquidem vocaui, & renuistis: [31] manum meam extendi, & nemo attendit.

25 Omne consilium meum [32] neglexistis, & increpationem meam non vultis:

26 Ego quoq; [33] ad perniciem vestram ridebo, & subsannabo quum euenerit vobis id quod formidatis,

27 Quum venerit velut calamitas id quod horretis, & pernicies vestra instar procellæ ruerit, quum venerit super vos afflictio & angustia:

28 Tunc [34] inuocabunt me, & non exaudiam: maturabunt ad me, sed non inuenient,

29 Eo quod odio habuerunt scientiam, & timorem Domini non elegerunt.

30 Non acquieuerunt consilio meo, omnem increpationem meam execrati sunt.

31 Comedent ergo [35] de fructu viæ suæ, & [36] consiliis suis saturabuntur.

32 Occidit enim rerum expertes [37] defectio, & stultos perdit prosperitas:

33 Qui autem mihi obtemperat, tutus habitabit, & securus erit à malorum metu.

14 q. d. Qui sapientes ac docti vere sunt, timeant Dominum. Alii, fundamẽtum & basis veræ scientiæ, est timor Do. Aut, Prima & præcipua est timor Domini. 15 i. meam, qui in te instituendo fungi volo vice patris. 16 i. quã dederit tibi mea mea. 17 decipere studeant. 18 i. hominibus. 19 i. non lacessentem nos. 20 sicut barathrum. 21 vel, voraginẽ. Vox Hebræa BOR, significat foueam in qua nõ est aqua. 22 i. Consors nobis eris. Alii vertunt, Sortem tuã deiicies (vel, mittes) inter nos, i. parte habituros es omniũ quæ nobis hac ratione comparabimus. * Versus iste refertur ad illud quod dixerat prius, Fili mi, si te lactauerint. 23 Sic legi debet iste versus cũ sequenti, Certè (vt) frustra sparsum est rete in conspectu omnis pẽnati alit: sic ipsi sanguini suo insidiantur, & abdunt sese in animas suas. q. d. Quẽadmodum aues rete sparsum rete ante se vident, nõ propterea auolãt, & periculum effugiunt, etiam nimium attentæ illis, quæ escæ in eo est & ea: sic pecunia cæcos esse authores necis qui furto aut rapto est eam consecutus. 24 vitam possidentium ipsum (lucrum) aufert, vel, vitam domini sui auferunt, subditi in & opes. i. occidunt ipsum dominum qui eas possidet. 25 vel, in vicis. 26 Pluralis vititur, quod sapientia: multis docentur Mose & Prophetis. 27 In capite turbarum vel, tumultuantium. i. in loco editiore turbarum, hoc est, pro foribus vrbium, in ciuitate, ipsa sua verba facit. Iudices olim in portis ius dicebant. 28 vel, imperiti, imperitiam. 29 vel, effundo (depromo) vobis mentem meam. 30 vel, doctrinam meam vobis [illegible]. 31 Manum extendere, pro silentium indicere. 32 Heb. cessare facitis. 33 in calamitate vestra. 34 Mutatio personæ, pro inuocabitis, & non exaudiam, siue diliquitate.

35 vel, parem fructus studiorum & operum suorum, id est, recipient mercedem à Deo iuxta opera sua. 36 id est, vsque ad saturitatem veniant consiliis suis, Deus cum deseret eos vt suo se consilio regant. 37 requies [illegible] stulti solent perdi.

CAPVT II.

A
Monet sapientiam amplectendam, quæ timorem & scientiam Domini docet.

1 Fili mi, si susceperis sermones meos, & mandata mea absconderis penes te,

2 Vt audiat sapientiam auris tua: inclina cor tuum ad cognoscendam prudentiam.

3 Si enim sapientiam inuocaueris, & inclinaueris cor tuum prudentiæ:

1 Fili mi, si acceperis verba mea, & præcepta mea penes te reposueris.

2 Vt sapientiæ aures tuas accommodes, & [1] cor tuum inclines [2] institutioni.

3 [3] Nam si aduocaueris intelligentiam, vocemq; tuam institutioni attenderis:

CAPVT II. 1 Pectus, mens & animus intelligitur in Sacris. 2 intelligentiæ. 3 Imò si.

4 Si veluti argentum eam quaesieris, & inuestigaris
eam vt thesauros:
5 Tunc intelliges timorem Domini, & scientiam Dei
inuenies.
6 Dominus enim largitur sapientiam, ex illius ore
[4] scientia & institutio intelligentia.
7 Is [5] reponit iustis essentiam, protegit innocēter am-
bulantes:
8 [6] Vt conseruet semitas iudicij, & iter beneficiorum
suorum custodiat.
9 Tunc intelliges iustitiam & [7] iudicium, aequitate,
& omnem orbitam bonam.
10 Si sapientia cor tuum inuaserit, & scientia ani-
mum tuum delectauerit.
11 [8] Prospicientia custodiet te, & intelligentia insti-
tutio te seruabit:
12 [9] Eripiet te a via mala, & ab homine peruersa lo-
quente,
13 [Ab his] qui relicto itinere recto, eunt per vias
tenebricosas:
14 Qui gaudent malefacere, in malitiis autem & per-
uersitatibus exultant:
15 [10] Qui vias suas deprauant, & propudiosi sunt in
orbitis suis.
16 Liberabit te [11] à foemina peregrina, & ab extera
quae [12] verbis suis blanditur:
17 [13] Quae foederis Dei oblita, deserit maritum, qui in
iuuentute sua desponsa est.
18 [14] Nam mortem minatur domus eius, & ad da-
mnatos [ducunt] orbitae eius,
19 Quotquot ad eam ingrediuntur, non redeunt, nec
vias vitae apprehendunt.
20 [16] Idcirco bonorum itinere incedito, & iustorum
semitam obserua.
21 Recti enim inhabitabunt terram, & integri su-
perstites in ea erunt:
22 Impij vero è terra excindentur, & praeuaricato-
res ex ea funditus euellentur.

4 Si quaesieris eam quasi pecuniam, & sicut the-
saurus effoderis illam:
5 Tunc intelliges timorem Domini, & scientiam
Dei inuenies.
6 Quia Dominus dat sapientiam, & ex ore eius — Sapientia, scientia, & intelligentia, dona Dei sunt.
prudentia & scientia.
7 Custodiet rectorum salutem, & proteget gra-
dientes simpliciter.
8 Seruans semitas iustitiae, & vias sanctorum — B
custodiens.
9 Tunc intelliges iustitiam & iudicium, & ae- — Sapientia ab impiorum via, & scortatione liberat, & dirigit in via Dei.
quitatem, & omnem semitam bonam.
10 Si intrauerit sapientia cor tuum, & scientia
animae tuae placuerit:
11 Consilium custodiet te, & prudentia serua-
bit te,
12 Vt eruaris à via mala, & ab homine qui — C
peruersa loquitur,
13 Qui relinquunt iter rectum, & ambulant per
vias tenebrosas:
14 Qui laetantur cum malefecerint, & exultant
in rebus pessimis:
15 Quorum viae peruersae sunt, & infames gres-
sus eorum.
16 Vt eruaris à muliere aliena, & ab extranea
quae mollit sermones suos,
17 Et relinquit ducem pubertatis suae, & pacti
Dei sui oblita est.
18 Inclinata est enim ad mortem domus eius, — D
& ad inferos semitae ipsius.
19 Omnes qui ingrediuntur ad eam non reuer-
tentur, nec apprehendent semitas vitae.
20 Vt ambules in via bona, & calles iustorum — Piorum vita, & impiorum interitus.
custodias.
21 Qui enim recti sunt, habitabunt in terra, &
simplices permanebunt in ea.
22 Impij verò de terra perdentur: & qui iniquè — Iob.18.d
agunt, auferentur ex ea.

4 cognitio & intelligentia, sub. proficiscitur, vel, exit, aut egreditur.
5 recondit (vel seruat) iustis doctrinam veram:
6 Vt custodiant semitas iustas & viae institutum misericordiam custodire solet. i. eorum quos ipse misericordia sua prosequitur.
7 i. condemnationem sui,
8 prudentia.
9 Heb. Vt eripiat. vel, liberet.
10 Heb. Quorū semitae sunt obliquae: & qui peruersi sunt in semitis suis. Vel, quorum rationes vitae a recto aberrant, & peruersitates sunt in viis ipsorum.
11 Per mulierē alienam intelligit malam doctrinam quae docet ea quae carni placent.
12 Heb. verba sua emollire solet. i. blanditiis allicere.
13 Heb. Quę deserit ducem pueritiae suae, & quae foedus Dei sui oblita est.
14 Heb. Nam inclinat se ad mortem domus eius. i. quia illa mulier est inclinata ad mortem. Vel, vt alii, Quia illa mulier inclinat ad mortem domum suam. i. illa mulier tendit ad mortem. aut, domus eius minatur ruinam.
15 Saepè est in Prophetis vt Rephaim pro impiis & damnatis hominibus ponantur, qui iam apud inferos sunt. Sic & Gibborim pro validis corpore hominibus, qui dū viuerent, oppresserunt tyrannide pauperes. vt Ezech. 32. Vertit potest, ad mortuos ducunt itinera eius.
16 Vel, vt ambules in via bonorum, & semitas iustorū custodias. Sub. eripiet vel liberabit ex praecedentibus.

CAPVT III.

1 Noli obliuisci [1] legis meae fili mi, & praecepta mea
[2] custodiat cor tuum.
2 Dies enim & annos vitae tibi [prorogabunt,] pa-
cem quoq; ac foelicitatem addent.
3 Beneficentia & [3] fides ne te destituant, [4] liga eas ad
collum tuum, & tabulae cordis tui inscribito:
4 Nanciscēris, gratiam & bonum intellectum in o-
culis Dei & hominum.
5 Fide Domino in toto corde tuo, & prudentiae tuae
ne innitaris:
6 In omnibus [5] viis tuis agnoscito eum: ipse enim se-
mitas tuas diriget.
7 [6] Ne sis sapiens in oculis tuis: Dominum time, & à
malo recede.
8 [7] Sanitas [haec] erit vmbilico tuo, & irrigatio ossi-
bus tuis.
9 [8] Glorifica Dominum de opibus tuis, & de primi-
tiis omnium prouentuum tuo.
10 Sic enim implebuntur horrea tua satietate, &
torcularia tua musto [9] exundabunt.
11 Castigationem Domini caue auerseris fili mi, neq;
[10] fastidias ad increpationem eius.
12 Quem enim amat Dominus, obiurgat, & tanquā
pater [11] in filio delectatur.
13 O foelicem hominem qui inuenit [12] sapientiam,
[13] & qui eruit prudentiam.

1 Fili mi, ne obliuiscaris legis meae, & praecepta — A
mea cor tuum custodiat. — Verbum affert vitam.
2 Longitudinem enim dierum, & annos vitae, — Deut.8.30.
& pacem apponent tibi.
3 Misericordia & veritas te non deserant, cir- — Misericordia, & veritas.
cumda eas gutturi tuo, & describe in tabulis cor-
dis tui:
4 Et inuenies gratiam & disciplinam bonam
coram Deo & hominibus.
5 Habe fiduciam in Domino ex toto corde tuo, — Fiducia in Deum.
& ne innitaris prudentiae tuae.
6 In omnibus viis tuis cogita illum, & ipse di-
riget gressus tuos.
7 Ne sis sapiens apud temetipsum: time Deū, — Rom.12.d. *Dominum,
& recede à malo. — Timor Dei.
8 Sanitas quippe erit vmbilico tuo, & irrigatio — Honorandus Deus.
ossium tuorum.
9 Honora Dominum de tua substantia, & de — Tob.4.b.
primitiis omnium frugum tuarū da pauperibus: — Luc.14.c
10 Et implebuntur horrea tua saturitate, & vino — B
torcularia tua redundabunt.
11 Disciplinam Domini, fili, ne abiicias: nec — Correctio Domini cum laetitia ferenda.
deficias, cum ab eo corriperis.
12 Quem enim diligit Dominus, corripit: & — Heb.12.b Apoc.3.d
quasi pater in filio complacet tibi.
13 Beatus homo qui inuenit sapientiam, & qui — Sapientia laus.
*affluit prudentia. — *effluit prudentiam.

CAP. III. 1 institutionis. 2 retineat. 3 veritas fidelitas 4 i. sint tibi familiarissimae. 5 i. negotiis. 6 i. ne reputes te sapientem. 7 Medela erit vmbilico tuo, & medulla in ossibus tuis. i. totum corpus tuum bene habebit. Per vmbilicum aluntur pueri in vtero matris: nec per eum, totum corpus intelligit. 8 vel, Honora. Lex est Deut. 26. de oblatione primitiarum. Primitiae significant inchoationem esse à Deo, decimae vero perfectionem. Deus enim dat initium, & perficit. Dando primitias, confitemur nos omnia à Deo accepisse. 9 Heb. rumpent sese 10 vel, ne moleste feras cum te corripit. 11 filium; sub. corripit, quem ipse amat valde. 12 cogitationem, sub. Dei, quae est per tribulationem. 13 & homo qui haurit (vel assequitur) intelligentiam.

† argenti & auro primo.

14 Melior est acquisitio eius negociatione tauri & argenti primi & purissimi fructus eius.

15 Preciosior est cunctis opibus sapientia: & omnia quæ desiderantur, huic non valent comparari.

16 Longitudo dierum in dextera eius, & in sinistra illius diuitiæ & gloria.

17 Viæ eius viæ pulchræ, & omnes semitæ illius pacificæ.

18 Lignum vitæ est his qui apprehenderint eam: & qui * tenuerint eam beati.

** tenuerit eam, beatus.*

Sequentibus verbum Dei, & eius consilium omnia prospera pollicetur.

19 Dominus sapientia fundauit terram, stabiliuit cælos prudentia.

20 Sapientia illius eruperunt abyssi, & nubes rore concrescunt.

21 Fili mi, ne effluant hæc ab oculis tuis. Custodi legem meam atque consilium meum:

22 Et erit vita animæ tuæ, & gratia faucib. tuis.

23 Tunc ambulabis fiducialiter in via tua, & pes tuus non impinget.

24 Si dormieris, non timebis: quiesces, & suauis erit somnus tuus.

25 Ne pauens repentino terrore, & irruentes tibi * potentias impiorum.

** ruinas.*

D

26 Dominus enim erit in latere tuo, & custodiet pedem tuum ne capiaris.

Præcepta de charitate.

27 Noli prohibere benefacere eum qui potest: si vales, & ipse benefac.

28 Nec dicas amico tuo, Vade, & reuertere, & cras dabo tibi: cum statim possis dare.

29 Ne moliaris amico tuo malum, cum ille in te habeat fiduciam.

30 Ne contendas aduersus hominem frustra, cum ipse tibi nihil mali fecerit.

Iniqui non imitandi, Psal. 36.

31 Ne æmuleris hominem iniustum, nec imiteris vias eius:

32 Quia abominatio Domini est omnis illusor, & cum simplicibus sermocinatio eius.

Impiorũ maledictio & piorum benedictio † exaltatio.

33 Egestas à Domino in domo impii: habitacula autem iustorum benedicentur.

34 Ipse deludet illusores, & mansuetis dabit gratiam.

Sapientiam, eiusq; fructum, & viam quærendam docet.

35 Gloriam sapientes possidebunt: stultorum † exultatio, ignominia.

14 *Quia potior est* [14] *merx illius merce argenti, & prouentus eius auro puro* [15] *puto.*

15 *Gemmis hæc est preciosior, & omnia quæ expetere potes, æquiparari ei non possunt.*

16 [16] *Ad dexteram eius vita est diuturnitas, ad sinistram vero eius opes & gloria.*

17 *Viæ eius sunt viæ amœnæ, & omnes semitæ eius pacatæ.*

18 *Hæc lignum est vitæ his qui eam apprehenderint: & beatus est quisquis eam nactus fuerit.*

19 *Sapientia fundauit Dominus terram, cælos autem intelligentia condidit.*

20 *Scientia illius* [17] *dehiscunt abyssi, & æthera rorem destillant.*

21 [18] *Hæc fili mi nunquam ab oculis tuis recedant. obserua* [19] *essentiam & prospicientiam:*

22 *Erunt vita animæ tuæ, & gratia † gutturi tuo.*

23 *Tum secure ibis iter tuum, & pes tuus non impinget.*

24 *Quum quiesces, non pauebis: quum recumbes, iucundus erit somnus tuus.*

25 *Non formidabis repentinos pauores,* [20] *impiorum quandocunque venerit, tumultum.*

26 *Dominus enim aderit lateri tuo, & pedem tuum custodiet quo minus capiaris.*

27 [21] *Ne prohibeas bonum ei qui potiri est,* [22] *dum facultas tibi suppetit ad faciendum.*

28 *Ne dicas* [23] *proximo tuo, Abi & redi, cras dabo, quum* [24] *modo habeas.*

29 *Ne machinare proximo tuo malum,* [25] *quum ille securus tecum habitet.*

30 *Ne temere litem cum quoquam suscipias,* [26] *si tibi nihil mali fecit.*

31 [27] *Ne æmuleris virum violentum, nullam viarum eius eligas.*

32 *Nam Dominus abominatur* [28] *desertorem. Cum rectis autem est* [29] *consilium eius.*

33 *Execratio Domini est in domo impii: habitaculum autem iustorum benedicit.*

34 [30] *Illusoribus illudit ipse: mansuetis autem dat gratiam.*

35 [31] *Sapientes gloriam, stulti autem ignominiam, dum eueh untur, hæreditate adquirunt.*

14 vel, negociatio illius negociatione.
15 vel, probato. q.d. Studium sapientiæ longe antecellit studium diuitiarũ.
16 i. in potestate sapientiæ sunt longa vita, diuitiæ, & gloria.
17 ruptæ sunt. eruperunt. De abyssis quæ sub terra sunt, loquitur. i. fontibus, qui sapientia Dei scaturiunt.
18 sub. præcepta.
19 sanam doctrinam, & prudentiam
† vel collo tuo
q. d. Per illas, sapientiam & intelligentiam, gratus eris & in hoc seculo, & in futuro.
20 & à desolatione (vel, interitione) impiorum, quando venerit.
21 Hebr. Ne arce beneficium à domino suo. i. ab eo qui tali beneficio est dignus. Alii, à domino suo. i. paupere qui eo opus habet
22 Hebr. quando manus tua potens est vt faciat.
23 socio, amico.
24 sit apud te.
25 i. quum ipse sibi a te nihil tale metuat.
26 vel, ne tibi malum rependat.
27 Ne inuideto viro iniustitia vel, rapinæ.
28 peruersum. i. eum qui à via recta aberrat.
29 secretum. i. rectis communicat suis secreta. Chal. eos paracitaff es vertit, adulatio. i. Deus familiariter versatur cum iustis.
30 Profecto sanctus illusores ridet.
31 Hebr. Gloriam sapientes sunt hæreditate adsequuntur: & vnusquisque stultorum sustinet ignominiam i. omnes stulti afficiu ntur ignominia.

CAPVT IV.

A

1 Audite filii, disciplinam patris, & attendite: vt sciatis prudentiam.

2 Donum bonum tribuam vobis, legem meam ne derelinquatis.

3 Nam & ego filius fui patris mei, tenellus, & vnigenitus coram matre mea:

4 Et docebat me, atque dicebat, Suscipiat verba mea cor tuum, custodi præcepta mea, & viues.

5 Posside sapientiam, posside prudentiam: ne obliuiscaris, neque declines à verbis oris mei.

6 Ne dimittas eam, & custodiet te: dilige eam, & conseruabit te.

B

7 Principium sapientiæ, posside sapientiam, & in omni possessione tua acquire prudentiam.

8 Arripe illam, & exaltabit te: glorificaberis ab ea, cum eam fueris amplexatus.

9 Dabit capiti tuo augmenta gratiarum, & corona inclyta proteget te.

10 Audi fili mi, & suscipe verba mea, vt multiplicentur tibi anni vitæ.

11 Viam sapientiæ monstrabo tibi, & ducam te per semitas æquitatis:

1 *Audite filii paternam castigationem, & adiicite animum ad cognoscendam intelligentiam.*

2 *Doctrinam enim bonam propono vobis, legem meam ne relinquite.*

3 [1] *Nam & ego filius patris mei quum essem,* [2] *ac etiam matri quoque meæ tenerrimus & vnicus:*

4 *Ille docebat me, inquiens,* [3] *Apprehendat verba mea cor tuum, custodi præcepta mea, & viues.*

5 *Compara sapientiam, compara intelligentiam: ne obliuiscaris, neque declinaueris a verbis oris mei.*

6 [4] *Seruabit te, si non deserueris eam: custodiet te, si eam dilexeris.*

7 [5] *Ante omnium cognitionem compara sapientiam, & pro vniuersis quæ possides, compara intelligentiam.*

8 *Euehito ipsam, & euehet te: glorificabit quoque te, si eam amplexus fueris.*

9 *Dabit capiti tuo* [6] *additamentum gratiæ, & muniet te magnifica corona.*

10 *Audi fili mi, & accipe sermonem meum, & prorogabuntur tibi anni vitæ tuæ.*

11 [7] *In viam sapientiæ dirigam te, ducam te in orbitis rectis:*

CAPVT IV. 1 Quando eram. 2 i. delicatus & vnice dilectus matri meæ. 3 Fulciat (Teneat) verba mea animus tuus. 4 Hebr. Ne dimittas eam, & custodiet te: dilige eam, & conseruabit te. 5 Per principium sapientiæ compara sapientiam: & omni possessione tua acquire intelligentiam. Per principium, siue Principio sapientiæ. i. Per timorem Domini, qui est principium sapientiæ. 6 vel augmentum gratiæ. Aut vt alii, sertum elegans. 7 i. docebo te per viam iustitiæ incedere.

8 Heb. & ne ambulaueris in itinere malorum. 9 nec laudes eam. 10 Heb. & rapitur somnus eorum, nisi impingere fecerint. 11 Heb. Comedunt enim panē impietatis & vinum iniquitatum bibent. 12 Heb. it (vel, procedit) & splendet, vsq; ad perfectionem diei. i. vsque ad meridiem. 13 vel, in quam rem impingant. 14 vel, medela. 15 Heb. quia ex ipso sunt egressus vitæ. i. ab eo egrediuntur vitæ, hoc est, a corde procedunt opera vitæ & bona. 16 Heb. Oculi tui in rectum aspiciant: & pupillæ tuæ rectæ sint coram te. i. Recta aspiciant oculi tui: & pupillæ dirigant iter tuum. perinde ac si dicat neque ad prosperitatem impiorum respicias, neque frangaris aduersitatibus in via Dei. Hoc est, non respicere neque ad dexteram neque ad sinistram. 17 vel, ad libellam adæqua libratæ semitam pedum, vel adæquare ad libellum, exponunt Hebræi mensuram & modum tenere in omnibus, & non plus sapere, quam oportet. 18 apparentur.

12 Ne tibi iter facienti angustia gressum impediant, aut currens impingas.

12 Quas cum ingressus fueris, non arctabuntur gressus tui, & currens non habebis offendiculum.

13 Tenete disciplinam, ne remittas: obserua eam, quoniam ipsa est vita tua.

13 Tene disciplinam, ne dimittas eam: custodi illam, quia ipsa est vita tua. C

14 In semitam impiorum ne ingrediaris,[8] & in via malorum ne te beatum existimes.[9]

14 Ne delecteris in semitis impiorum, nec tibi placeat malorum via. *A via impiorum declinandum suadet.*

15 Desere eam, quo minus hac transeas: deflecte ab ea, & praeteri.

15 Fuge ab ea, nec transeas per illam: declina & desere eam.

16 Nec enim somnum capiunt nisi malum perpetrarint:[10] & fugit ab eis somnus, ni ruinam aliquam dederint.

16 Non enim dormiunt nisi cum malefecerint: & non rapitur somnus ab eis nisi supplantauerint.

17 [11]Vescuntur enim cibo impie quæsito, & bibunt vinum vi extortum.

17 Comedunt panem impietatis, & vinum iniquitatis bibunt.

18 Via autem iustorum sicut lux inclarescit,[12] quæ subinde fit illustrior vsq; ad perfectum diem.

18 Iustorum autem semita, quasi lux splendens, procedit & crescit vsq; ad perfectam diem.

19 Via impiorum cen caligo est, nesciunt[13] ad quod impingant.

19 Via impiorum tenebrosa: nesciunt vbi corruant.

20 Fili mi, ausculta verbis meis, & sermonibus meis aurem præbe.

20 Fili mi, ausculta sermones meos, & ad eloquia mea inclina aurem tuam. *De custodia verbi Dei.*

21 Caue excidant ab oculis tuis, asserua eos in medio cordis tui.

21 Ne recedant ab oculis tuis, custodi ea in medio cordis tui: D

22 Vitam enim afferunt iis qui eos inuenerint, & est [14]medicina vniuersæ carni sua.

22 Vita enim sunt inuenientibus ea, & vniuersæ carnis sanitas.

23 Omni cura muni pectus tuum.[15] inde enim vita egreditur.

23 Omni custodia serua cor tuum, quia ex ipso vita procedit. *Cor.*

24 Aufer à te prauitatem oris, & labiorum peruersitatem longe a te relegato.

24 Remoue à te os prauum, & detrahentia labia sint procul à te. *Os.*

25 [16]Oculi tui ad ea sint intenti, quæ coram te sunt, & palpebræ tuæ recta inspiciant in ea quæ ante te sunt.

25 Oculi tui recta videant, & palpebræ tuæ præcedant gressus tuos. *Oculi.*

26 [17]Librato orbitam pedum tuorum, & omnes viæ tuæ rectè[18] dirigantur.

26 Dirige[a] semitas pedibus tuis, & omnes viæ tuæ stabilientur. *Incessus.* *a semitam.*

27 Ne declines ad dexteram aut sinistram, sed reuoca pedem tuum à malo.

27 Ne declines ad dexteram, neq; ad sinistram: auerte pedem tuum a malo.

28 Vias enim quæ a dextris sunt, nouit Dominus: peruersæ verò sunt quæ à sinistris sunt. 29 Ipse autem rectos faciet cursus tuos, itinera autem tua in pace producet. *Duo hi postremi versus non sunt in exemplaribus aliis.*

CAPVT V.

CAP. V

1 Alienam vocat meretricem. 2 vel, palatum. per labia & palatum intelligit verba ipsius. 3 idest, si forte velles apud eam expendere vitam. Quidam interrogatiue exponunt, numquid semitam vitæ forsan expendes? q. d. non: nam vagantur semitæ eius in errores adeo, vt cognoscere non possis. 4 alienis honorem tuum. Alienas vocat meretrices.

1 Fili mi, animum aduerte sapientia meæ, & prudentiæ meæ aurem tuam accommoda:

1 Fili mi, attende ad sapientiam meam, & prudentiæ meæ inclina aurem tuam: A *Scortationem vitandam monet.*

2 Vt custodias consilia, & scientiam labia tua custodiant.

2 Vt custodias cogitationes, & disciplinam labia tua conseruent.

3 Quoniam fauum stillant labia[1] alienæ, & [2]guttur eius blandius est quam oleum:

3 Ne intenderis fallaciæ mulieris: fauus enim [a]distillans labia meretricis, & nitidius oleo guttur eius. *a stillans.*

4 Postrema vero eius amara sunt velut absinthium, & acuta ceu gladius vtrinque incidens.

4 Nouissima autem illius amara quasi absynthium, & lingua eius acuta quasi gladius biceps.

5 Pedes eius ad mortem descendunt, & incessus eius ad inferos trahit.

5 Pedes eius descendunt in mortem, & ad inferos gressus eius penetrant.

6 [3]Semitam vitæ (si) forsan expendis, vacillant gressus eius vt non cognoscas.

6 Per semitam vitæ non ambulant, vagi sunt gressus eius & inuestigabiles. B

7 Nunc igitur filij audite me, & nolite recedere ab eloquiis oris mei.

7 Nunc ergo fili mi audi me, & ne recedas à verbis oris mei.

8 Iter tuum quam longissime ab illa prohibe, nec appropinques foribus domus eius:

8 Longe fac ab ea viam tuam, & ne appropinques foribus domus eius.

9 Ne fortè des [4]aliis decus tuum, & annos tuos [5]crudeli.

9 Ne des alienis honorem tuum, & annos tuos crudeli.

10 Ne fortè satientur alieni [6] iis quæ tuis viribus [parauisti,] & labores tui [sint] in domo aliena:

10 Ne fortè impleantur extranei viribus tuis, & labores tui sint in domo aliena. *Prodigalitatem prauortes.*

11 Et tu tandem, quum caro tua & viscera tua consumpta fuerint,

11 Et gemas in nouissimis quando consumpseris carnes tuas & corpus tuum,

12 [7]Gemens dicas, Cur castigationem odio sum prosecutus, & increpationem cum execratione abiecit cor meum?

12 Et dicas, Cur detestatus sum disciplinam, & increpationibus non acquieuit cor meum, C

13 Cur non audiui vocem eorum qui dirigebant me? cur docentibus me non accommodaui aurem meam?

13 Nec audiui vocem docentium me, & magistris non inclinaui aurem meam?

14 [8]Parum abfuit quin lapsus sim in medium contubernium & cœtum omnis mali.

14 Pene fui in omni malo, & in medio Ecclesiæ & synagogæ.

15 Aquam [9] è puteis tuis bibe, & fluenta ex fontibus tuis.

15 Bibe aquam de cisterna tua, & fluenta putei tui.

5 id est, meretrici quæ animam enecat. Vel crudeli, peccato carnis, quæ vtitur enervat vires. 6 Heb. robore tuo id est, facultatibus viribus tuis partis. 7 fugiens. 8 Heb. Fere fui in omni mal[illegible] medio congregationis & cœtus. Sub. Ecclesiæ. i. Parum abfuit quin fuerim obrutus omnimodo afflictione cum essem in medio fidelium. 9 de cisternis tuis [illegible] contentus esto tua vxore.

16 Deri-

Propriis laboribus vult nos viuere, eosq́ aliis impertiri.

16 Deriuentur fontes tui foras, & in plateis a-
quas tuas diuide.
17 Habeto eas solus, nec sint alieni participes
tui.
18 Sit vena tua benedicta, & lætare cum mu-
liere adolescentiæ tuæ:
D 19 Cerua charissima, & gratissimus hinnulus:
vbera eius inebrient te in omni tempore, in amo-
re eius delectare iugiter.

Vxor diligenda.
Assertatione dehortatur.

20 Quare seduceris fili mi ab aliena, & foueris
in sinu alterius?
21 ¶ Respicit Dominus [b] viam hominis, & omnes
gressus eius considerat.

Iob.34.c
[b] vias

22 Iniquitates suæ capiunt impium, & funibus
peccatorum suorum constringitur.
23 Ipse morietur, quia non habuit disciplinam,
& in multitudine stultitiæ suæ decipietur.

16 [10] *Deriuentur fontes tui foras, & riuuli aqua-*
rum in plateas [promanent:]
17 [11] *Sint tibi soli, & non alienis tecum.*
18 [12] *Sit vena tua benedicta,* [13] *& gaudium quod de*
vxore [capis] quæ tibi in iuuentute desponsa est.
19 [14] *Sit hæc velut amata cerua, & caprea gratiosa:*
amores eius omni tempore te reficiant in dilectione eius
perpetuò sis implicitus.
20 *Cur enim mi fili* [15] *alienæ esses implicitus? cur in*
gremio alienæ adhæresceres.
21 [16] *Quando viæ hominis oculis Domini sunt expo-*
sitæ, & omnium semitas æqua lance expendat?
22 *Impium sua ipsius iniquitates capiunt, & funi-*
bus peccatorum suorum irretitur.
23 *Ipse morietur* [17] *absq́ disciplina, & in multitu-*
dine stultitiæ suæ [18] *implicabitur.*

10 i. Lætè prodeant filii qui discurrãt p plateas. Si de doctrina intelligatur versus. Fac doctrinã tuam communẽ. 11 sub. illi liberi 12 vel, Sit fons eius benedict'. i. pectus abundet aqua. det operã vt Deus benedicat fonti tuo. 13 & lætare de vxore quæ, &c. 14 Heb. Ceruæ amorum & ibex gratiæ: vbera ei' inebriẽt te omnĩ tempore, & in amore ei' delecteris iugiter. Solẽt magnates habere in deliciis ceruas & capreas. Alii vertũt, vbera eius ingent te ad sufficientiam omni tempore. 15 delectaberis (vel hallucinaberis) in aliena, & amplecteris sinum alienæ? 16 Heb. Quoniam corã oculis Domini sunt viæ singulorum: & omnes semitas eorũ examinat. 17 vel, castigatione. hoc est, quod non voluit castigationẽ & disciplinam recipere. 18 hallucinari solet vel, errare.

CAPVT VI.

A

Sponsionem infirmat.

[1] Fili mi, si spoponderis pro amico tuo, defixisti
apud extraneum [a] animam tuam,

[a] manum.

2 Illaqueatus es verbis oris tui, & captus pro-
priis sermonibus.
3 Fac ergo quod dico fili mi, & temetipsum li-
bera, quia incidisti in manum proximi tui. Discur-
re, festina, suscita amicum tuum:
4 Ne dederis somnũ oculis tuis, nec dormitent
palpebræ tuæ.
5 Eruere quasi damula de manu, & quasi auis
de manu aucupis.

Excitatur piger ad laborẽ.

6 Vade ad formicam ô piger, & considera vias
eius, & disce sapientiam:
7 Quæ cum non habeat ducem, nec præcepto-
rem, nec principem:
8 Parat in æstate cibum sibi, & congregat in
messe quod comedat.

Isa.14.d

9 ¶ Vsq; quo piger dormies, quando consurges
è somno tuo?
B 10 Paululum dormies, paululum dormitabis,
paululũ conseres manus ‑ tuas vt dormias:
11 Et veniet tibi quasi viator egestas, & paupe-
ries quasi vir armatus.
12 ‑ Si verò impiger fueris, veniet vt fons messis
tua, & egestas longe fugiet à te.

Arguitur schismatis, & iurgiorum author apud Deum detestabilis.

13 Homo apostata, vir inutilis, graditur ore p-
uerso, annuit oculis, terit pede, digito loquitur,
14 Prauo corde machinatur malum, & omni
tempore iurgia seminat.
15 Huic extemplo veniet perditio sua, & subito
conteretur, nec habebit vltra medicinam.
16 Sex sunt quæ odit Dominus, & septimum
detestatur anima eius,

Oculi Lingua. Manus Cor. Pedes. T. stis falsus.

17 Oculos sublimes, Linguam mendacem, Ma-
nus effundentes innoxium sanguinem,
C 18 Cor machinans cogitationes pessimas, Pedes
veloces ad currendum in malum,

Adhortatur ad contemplationẽ verbi Dei, quo retrahimur à scortatione.

19 Proferentem mendacia testem fallacem, Et
eum qui seminat inter fratres discordias.
20 Conserua fili mi, præcepta patris tui: & ne di-
mittas legem matris tuæ.
21 Liga [a] eam in corde tuo iugiter, & circumda
gutturi tuo.

[a] ea (plur. num.

[1] *Fili mi, si pro* [1] *proximo tuo spoponderis,* [2] *manumq́ tuam*
stipulatus es pro alieno:
2 *Irretitus es verbis oris tui, captus sermone oris*
tui.
3 *Fac igitur hoc fili mi vt libereris.* [3] *venisti enim in*
manum proximi tui; *Abi ergo,* [4] *propera,* & [5] *enebe*
proximum tuum.
4 *Ne concedas somnum oculis tuis, neq́ dormitatio-*
nem palpebris tuis:
5 [6] *Elabere velut caprea* [7] *è manu. & vt auicula è*
manu aucupis.
6 *I ad formicam ô piger, inspice* [8] *vias eius, vt sa-*
piens fias.
7 *Ea enim quum neq́* [9] *principem, neq́ exactorem,*
aut ducem habeat:
8 *Tamen æstate cibum suum parat, & in messe ali-*
mentum suum comportat.
9 *Quamdiu piger dormies? ecquando à somno tuo*
surges?
10 [10] *Paululum dormiendum, paululum dormitan-*
dum, paululum complicanda manus ad dormiendum:
11 [a] *At [interim]* [11] *ceu viator veniet egestas tua, &*
inopia tua ceu [12] *vir scuto munitus.*
12 † † †
13 *Homo* [13] *belial est vir vanus,* [14] *ore peruerso in-*
cedens: [15] *Annuit oculis suis, indicat pedes suos facere-*
tis, significat digitis suis.
14 *Peruersitates habet in corde suo, cõminnat malum*
omni tempore, [16] *immittit occasiones contentionum.*
15 *Proinde subito veniet interitus eius, subitoq́ sic*
conteretur, vt mederi nemo queat.
16 *Hæc sex odit Dominus,* [17] *septimum autem ex a-*
nimo detestatur:
17 *Elatos oculos, Mendacem linguam, Manus quæ*
sanguinem innoxium fundunt,
18 *Cor iniqua consilia machinans, Pedes ad malum*
currendi festinos,
19 [18] *Testem falsum qui spirat mendacia, Et eum*
qui serit inter fratres dissidium.
20 *Custodi fili mi præcepta* [19] *patris tui, & ne reii-*
cias directionem matris tuæ:
21 [20] *Alliga ea cordi tuo, idq́ iugiter, & adnecte ea*
gutturi tuo:

CAP. VI.
1 vel, amico. 2 Heb. attigeris extraneũ manu tua. i. Si attactu manus, stipulat' fueris, aut fideiusseris & promiseris. 3 etiam si incideris in, &c. q.d. tametsi amicus & proximus sit in cuius manus incideris, propere tamẽ libera te ab ea obligatione. quato magis festinandum tibi esset si incidisses in manus alienũ) 4 vel, humilia te. sub. ante eũ, cui promiseris, te quasi calcandum præbe. 5 robora (sub. hortatione) amicum tuum. i. insta. incita amicũ tuũ vt tuo amico pro quo spopon-
dist, soluat debitum. 6 Eripe te. 7 sub. venatoris. 8 id est, morem eius. 9 vel, dominum, neque præfectum, aut dominatorem. 10 Heb. Parum somno-
rum, parum dormitationum, parum connexionis manuum ad dormiẽdum i. Parum & frequens sit tibi somnus, parua, & frequens manuum complicatio ad dormien-
dum. q.d. si paululum dormitaueris, veniet egestas, cui resistere non potes: i. Quidam Hebræorum sic interpretantur, Si parum dormias, & irruerit egestas, illa non de-
rabit, sed velut viator pertransibit, & vt vir armatus qui non manet, sed semper procedit donec perueniat ad belli aciem. [a] vel, alioqui ceu viator veniet, &c. 11 i.
ex improuiso. 12 Heb. vir clypei q.d. ita veniet vt illi resistere non possis: vt homo inermis viro armato resistere non potest, sic tu paupertati tuæ. 13 i. qui omni
ratione, humanitate, religione, pietate, & omni probitate destitutus est. vel, homo nihili, impius & inutilis: aut apostata, & sui instituti desertor, qui nihil promouet.
14 Heb. qui ambulat in prauitate oris sui. i. qui solet mentiri.
15 Id est, componit oculos ad ea quæ dicit: & gesticulatione quadam pedum vtitur vt solent pseudoprophetæ. q.d. componit sese totum, fingit vultum, &c.
vt facilius imponat. 16 contentiones immittere solet.
17 imo septem (sunt) abominatio animæ eius i. quæ abominatur ipse. 18 Heb. (Eum qui) loquitur falsa, testem mendacii per appositionem dictum. 19 Vi-
de primum caput, numero 15. & 16. 20 i. sint semper in corde tuo, & in ore tuo, quod per guttur intelligitur.

22 [21]Ut te proficiscentem deducant, ut super dormientem excubent: cumq; euigiles, tecum differat.

23 (Preceptum enim lucerna est, & lex lumen: vita vero via, correptio & castigatio.)

24 [22]Vt caueas à muliere mala, & à blanda lingua scorti.

25 Ne concupiscas speciem eius in corde tuo concupiscens, neq; te [1]nutibus suis capiat.

26 Nam propter scortũ [adigitur] quispiam ad [24]libum panis: [25]mulier autem viro iuncta venatur preciosam animam.

27 Num quispiam ignem in sinu suo fouet, vt vestimenta sua non adurantur?

28 Aut incedet quis super prunas, vt pedes eius non adurantur?

29 Sic qui ingreditur ad coniugẽ proximi sui, [26]culpa non vacabit, quisquis eam tetigerit.

30 [27]Non reputant probro furi, si esuriens furetur [28]vt vitam sustentet:

31 Sed deprehensus [aut] [29]septuplũ rependit, [aut] vniuersam rem familiarem dat.

32 Qui autem adulterium committit cum muliere, excors est: [30]& qui hoc facit, animam suam perdit.

33 Verbera insuper & ignominiam inueniet, cuius opprobrium nunquam poterit deleri.

34 [31]Maritus enim zelotypia impatientia [accensus] cum ei vindicandi occasio offertur, non parcit:

35 [32]Neq; vllius intercessoris faciem recipit, nec munera, quantumuis magna, admittet.

22 Cum ambulaueris, gradiantur tecum: cum dormieris custodiant te, & euigilans loquere cum eis. *Adultera fugienda.*

23 (Quia mandatum lucerna est, & lux, & via vitæ increpatio disciplinæ.)

24 Vt custodiant te à muliere mala, & à blanda lingua extraneæ.

25 Non concupiscat pulchritudinem eius cor tuum, ne capiaris nutibus illius.

26 Preciũ enim scorti vix est vnius panis: mulier autem viri preciosam animam capit.

27 Numquid potest homo abscondere ignem in sinu suo, vt vestimenta illius non ardeant? *Contagio mali.* D

28 Aut ambulare super prunas, vt non comburantur plantæ eius?

29 Sic qui ingreditur ad mulierem proximi sui, non erit mundus cum tetigerit eam.

30 Non grandis est culpa cum quis furatus fuerit. furatur enim vt esurientem impleat animam: *Mœchi grauius peccant, quam famelici fures.*

31 Deprehensus quoq; reddet septuplum, & omnẽ substantiã domus suæ tradet, & liberabit se.

32 Qui autem adulter est, propter cordis inopiam perdet animam suam:

33 Turpitudinem & ignominiam congregat sibi, & opprobrium illius non delebitur.

34 Quia zelus & furor viri non parcet in die vindictæ, nec acquiescet cuiusquam precibus,

35 Nec suscipiet pro redemptione dona plurima.

21 Heb. Cum deambulaueris, deducet te: cum dormieris, seruabit te: quod si expergefactus fueris, ipsa loquetur tecum. Cum deambulaueris, inquit, i. cum versatus eris circa rem familiarem.
22 Vt custodiat te. 23 Heb. pupillis i. oculis.
24 buccellam. Phrasis Hebræa, pro Decoquet omnia vsque ad buccellã panis.
25 Hebr. mulier viri preciosam animã capere solet. Mulierem viri pro adultera posuit.
26 Heb. non erit mundus.
27 Non spernere solent homines) furem, &c. i. Furtũ non magnopere damnatur ab hominibus, & tamẽ grauiter punitur à Deo Exod. 22.
28 Heb. vt impleat animam suam.
29 Locus difficilis: quod in lege, redditur tantum quinque. At quidam ex Hebræis rectè dicũt intelligendum esse discretiue. Fur inuentus reddet septuplum. i. si furtum inueniatur in manus eius, reddet duos boues: si vendiderit, quinq; restituet. Exod. 22.
30 Heb. corrumpit (vel, interficit) animam suã qui facit illud. Deut. 22. Si dormierit cum vxore alterius, occidetur. Quidam postremam particulã sic legunt, Ipse facit eam. sub interfectionem animæ suæ. Nam in omni verbo intelligitur verbale a se deductum.
31 Heb. Quia zelus est furor viri & non parcet in die vindictæ.
32 Hebr. Non acceptabit faciem illius redemptionis. i. Nullum precium redemptionis habens accipiet.

CAPVT VII.

1 Fili mi, custodi verba mea, & precepta mea tecum reconde.

2 ✝✝✝

3 Serua precepta mea, & viues, & legem meam tanquam oculorum tuorum pupillam. Alligato ea digitis tuis, & tabulis cordis tui inscribito.

4 Dic sapientiæ, [1]Soror mea tu es, & prudentiam vocato cognatam:

5 Vt custodiant te à muliere extranea, & à [2]peregrina, quæ verbis suis blanda est.

6 Equidem quum [3]de fenestra ædium mearum per cancellos prospicerem:

7 Sub vespertinum diei crepusculum, in ipsa obscuritate atq; caligine noctis:

8 Vidi, animaduertiq; inter [4]stupidos filios adolescentem quendam vecordem.

9 Transeuntem per plateam, [5]ad angiportum versus domum scorti incedentem.

10 Et ecce occurrebat ei mulier meretricio habitu, [6]cauta corde:

11 Hæc strepera erat & [7]inconstans: cuius pedes domi consistere nesciunt:

12 Nunc foris erat, nunc in plateis, ad omnem angulum insidias struens.

13 Hæc amplexa iuuenem deosculabatur eum, [8]impudentiq; vultu dicebat ei:

14 [9]Sacrificia fuerunt mihi pacificorum, hodie reddidi vota mea.

15 Proinde egressa sum tibi obuiam, vt maturè vultum tuum [apparerem,] & inueni te.

16 [10]Lectum meum stragulis instruxi, tapetibus ac fasciis Ægyptiacis.

17 Cubile meum odoratum reddidi myrrha, aloe & cinnamomo.

1 Fili mi, custodi sermones meos, & præcepta mea reconde tibi. A *Exhortatio ad sapientiam & obseruationem præceptorum.*

2 Fili, honora Dominum, & valebis: præter eũ verò ne timueris alienum.

3 Serua mandata mea, & viues: & legem meam quasi pupillam oculi tui. liga [a]eam in digitis tuis, scribe illam in tabulis cordis tui. *[a] ea (placanda.)*

4 Dic sapientiæ, soror mea es: & prudentiam voca amicam tuam:

5 Vt custodiat te à muliere extranea, & ab aliena quæ verba sua dulcia facit.

6 De fenestra enim domus meæ per cancellos prospexi iuuenem. B *Sapientia, veræ bone Dei adhærendũ monet, quo technas scortorum vitemus quas describit.*

7 Et video paruulos, considero vecordem iuuenem.

8 Qui transit per plateas iuxta angulum, & prope viam domus illius graditur in obscuro,

9 Aduesperascente die, in noctis tenebris, & caligine.

10 Et ecce occurrit illi mulier ornatu meretricio, præparata ad decipiendas animas,

11 Garrula & vaga, quietis impatiens, nec valens in domo consistere pedibus suis,

12 Nunc foris, nunc in plateis, nunc iuxta angulos insidians.

13 Apprehensumque deosculatur iuuenem, & procaci vultu blanditur, dicens:

14 Victimas pro salute deuoui, hodie reddidi vota mea.

15 Idcirco egressa sum in occursum tuum, desiderans te videre, & reperi.

16 Intexui funibus lectulum meum, straui tapetibus pictis ex Ægypto.

17 Aspersi cubile meum myrrha, & aloe, & cinnamomo.

CAP. VII. 1 i. Prosequere eo amore sapientiam quo sororem solemus prosequi & cognatos. 2 vel, aliena. 3 per fenestram domus meæ. per fenestram meam prospicerem. i. in secreto consistens consideraré. Exemplum fictum pro more: sic enim fit vt his fictum vidisse se ait. 4 simplices imperitos. 5 Heb. iuxta angulum illius, & per viam domus eius i. quæ ducit ad domum eius. 6 Heb. seruata corde. i. habens cor seruatum, hoc est, non mente capta, astuta. 7 peruersa, male morata. 8 Heb. fortique facie.
9 Carnes pacificorum sunt apud me. i. carnes ex sacrificio pacificorum relictæ. 10 Tapetibus adornaui lectum meum: (qui constat) lignis cælatis (&) funibus Ægyptiis. Cælata ligna vocat asseres incisos & elaboratos: qui intertexti erant lino Ægyptio quod est in summo precio.

18 Veni,

donec illucescat dies, & fruamur cupidis amplexibus.

18 Veni, inebriemur vberibus, & fruamur cupidis amplexibus, donec illucescat dies.

19 Non est enim vir in domo sua, abiit via longissima.

20 Sacculum pecuniæ secum tulit: in die plenæ lunæ reuersurus est in domum suam.

D 21 Irretiuit eum multis sermonibus, & blanditiis labiorum protraxit illum.

22 Statim eam sequitur quasi bos ductus ad victimam, & quasi agnus lasciuiens.

ignorat

23 Et ignorans & nescit quòd ad vincula stultus trahatur: donec trãsfigat sagitta iecur eius: velut si auis festinet ad laqueum, & nescit quod de periculo animæ illius agitur.

24 Nunc ergo fili mi, audi me, & attende verbis oris mei.

25 Ne abstrahatur in viis illius mẽs tua, neq; decipiaris semitis eius: multos n. vulneratos deiecit.

26 Et fortissimi quique interfecti sunt ab ea.

27 Viæ inferi domus eius, penetrantes interiora mortis.

18 *Ades,[11] amori indulgebimus in crastinum vsq; [12] amore nos oblectabimus.*

19 *Neq; enim vir domi est, sed procul peregre profectus.*

20 *Sacculum pecuniæ accepit in manum suam, [13] certo die domum rediturus.*

21 *[14] Hac verborum copia flexit illum, ac labiorum suorum suauitate perpulit eum.*

22 *Vt protinus eam sequeretur, non secus quam bos qui ad lanienam vadit, & dum compes stulto ad castigationem (adhibetur:)*

23 *Donec sagitta transuerberaret iecur eius, cum dum auis ad laqueum properat, ignorans quod vitæ eius paratus sit.*

24 *Nunc ergo filii audite me, & animum aduertite verbis oris mei.*

25 *[15] Ne prauum sit cor tuum ad vias eius, neq; oberres in semitis eius. Ipsa enim multos vulnerauit ac strauit.*

26 *Et fortissimum quemq; trucidauit.*

27 *[16] Domus eius methodus est ad inferos, eorum qui descendunt ad penetralia mortis.*

11 Ne inebriemur amore
12 vel, dilectionibus.
13 In die nouilunii
14 Strauit (Expugnauit) eum multitudine blanditiarum suarũ.
15 Ne declinet
16 Viæ inferni domus eius: facientes descendere ad penetralia cubicula mortis. Viæ, dicit plurali numero, non via: quòd multis rationibus cadant qui sequuntur eã.

CAPVT VIII.

A *Sapientia seipsam commẽdat.*

1 NVmquid non sapientia clamitat, & prudentia dat vocem suam?

2 In summis excelsisq; verticibus supra viam, in mediis semitis stans,

3 Iuxta portas ciuitatis in ipsis foribus loquitur, dicens:

4 O viri ad vos clamito, & vox mea ad filios hominum.

5 Intelligite paruuli astutiam, & insipientes animaduertite.

6 Audite, quoniam de rebus magnis locutura sum: & aperientur labia mea, vt recta prædicent.

7 Veritatem meditabitur guttur meum, & labia mea detestabuntur impium.

8 Iusti sunt omnes sermones mei, non est in eis prauum quid, neq; peruersum.

9 Recti sunt intelligentibus, & æqui inuenientibus scientiam.

B 10 Accipite disciplinam meam, & non pecuniam: doctrinam magis, quàm aurum eligite.

11 Melior est enim sapientia cunctis opibus preciosissimis: & omne desiderabile, ei non potest comparari.

12 Ego sapientia habito in consilio, & eruditis intersum in cogitationibus.

13 Timor Domini odit malum: arrogantiam, & superbiam & viam prauam, & os bilingue detestor.

14 Meum est cõsilium & æquitas, mea est prudentia, mea est fortitudo.

15 Per me reges regnant, & legum conditores iusta decernunt.

16 Per me principes imperant, & potentes decernunt iustitiam.

vigilant

17 Ego diligentes me, diligo: & qui mane vigilauerint ad me inuenient me.

superbæ

18 Mecum sunt diuitiæ & gloria, opes superbæ & iustitia.

19 Melior est enim fructus meus auro & lapide precioso, & genimina mea argento electo.

ambulabo

20 In viis iustitiæ ambulo, in medio semitarum iudicii.

21 Vt ditem diligentes me, & thesauros eorum repleam.

Sapient. 9. b.

22 Dominus possedit me in initio viarum suarum, antequam quicquam faceret a principio.

23 Ab æterno ordinata sum, & ex antiquis, antequam terra fieret.

1 *ANnon sapientia clamat, & prudentia edit vocem suam?*

2 *E summis verticibus [1] ad viam inter semitas se constituens:*

3 *[2] Ad portas, ad ingressum ciuitatis, vbi introitur per fores, ibi intonat.*

4 *Ad vos o viri clamo, & vox mea est ad filios hominum.*

5 *Intelligite o vos incauti [3] solertiam, & [4] insipientes cordatiores estote.*

6 *Audite, loquar enim [5] præcipua quædam, & apertio labiorum meorum [6] recta:*

7 *[7] Veritatem enim meditatur faux mea, & impietas abominanda est labiis meis.*

8 *[8] Insulti sunt omnes sermones oris mei, nec est in eis peruersum quidquam prauum. Vniuersi [9] expositi sunt intelligentibus.*

9 *Et [10] recti his qui inueniunt scientiam.*

10 *Accipite ergo disciplinam meam, [11] & non argentum, [12] & scientiam præ auro puto puro electo.*

11 *Præstat enim sapientia margaritis, & quidquid expetibile est, non potest illi adæquari.*

12 *Ego sapientia [13] cohabito solertiæ, & scientiam consiliorum assequor.*

13 *Timor Domini [14] odium mali est: fastum & arrogantiam, viam malam, & [15] os peruersum ego odi.*

14 *Apud me est consilium & [16] essentia, apud me est intelligentia & fortitudo.*

15 *Per me regnant reges, & [17] principes decernunt iustitiam.*

16 *Per me domini dominantur, & [18] omnes iudices terræ munifici sunt & liberales.*

17 *Ego diligentes me diligo: & qui me mane quærunt, inuenient me.*

18 *Mecum sunt diuitiæ & gloria, opes duratura, & iustitia.*

19 *Fructus meus melior est auro puto puro, & auro obrizo, & prouentus meus argento electo.*

20 *Per iter iustitiæ [19] incedo, atq; adeo in medio semitis iudicii;*

21 *Vt possessionem substantiæ parem diligentibus me, thesaurosq; eorum cumulem.*

22 *Dominus possedit me initio [20] viæ suæ, ante opera sua tunc (etiam.)*

23 *Ab æterno [21] ordinata sũ, & ab initio ante terrã.*

CAP. VIII.
1 Heb. iuxta viã, qua solitum est transire homines.
2 In plateis Hebraice legitur, Ad manum portarum.
3 vel, astutiam, sub. tandem.
4 vel, ut intelligite scientiam. Aut, Efficite vt cor vestrum intelligat.
5 eximia. nobilia
6 rectitudines i. sermo meus erit de rebus æqualibus, hoc est, planis & facilibus.
7 Quoniam veritatem eloquetur palatum meum. i. verba quibus eloquemini vera certa.
8 Iusti
9 obuii intelligenti. i. intellectu facilis.
10 i. rectos reddunt eos qui &c.
11 i. præ opibus
12 vel, & scientiam (quæ est) auro eligibilior. i. quàm scientia sit auro optabilior.
13 q. d. Nunquam me deserit astutia: sola inuenio bonos & sanctos cogitatus.
14 odisse malũ est.
15 i. os docens peruersa & dissona a verbo Dei.
16 doctrina vera i. quæ nõ perit.
17 vel, cõsiliarii
18 & nobiles, (&) omnes iudices terræ.
19 vel, deduci. sub. eum qui adhæserit mihi.
20 vel, operum suorum. q. d. Interim creationis eram apud patrẽ, qua omnia faciebat.
21 dispositum sum. vel, principatum habui. princeps facta sum. nam potestatem habet in omnia quæ facta sunt.

24 Nondum erant abyssi quum ego essem formata, nondum fontes [22] aquis redundabant.

25 Priusquam montes [23] mergerentur, ante colles [24] formata sum.

26 Adhuc non fecerat terram, & [25] quæ extra sunt, & [26] caput pulverum orbis.

27 Quum præpararet ipse cælos, illic ego eram: quum ipse [27] constitueret globum super faciem abyssi:

28 Quum [28] æthera superne figeret, fontésque abyssi firmaret:

29 Quum poneret mari legem suam, & aquis ne transgrederentur [29] littus suum, quum constitueret fundamenta terræ:

30 [30] Fida illi aderam quotidie delitiis (fruens,) ludens coram illo omni tempore.

31 Ludo præterea in orbe terræ eius, & delitiæ meæ (sunt) cum filiis hominum.

32 Nunc igitur filii audite me, beati qui vias meas obseruant.

33 Audite [31] disciplinam, & sapiẽtes [32] estote, neq; sitis ignaui.

34 [33] Beat⁹ homo qui me audit, [34] & qui excubat ad fores meas quotidie, & stationem obseruat ad postes ostiorum meorum.

35 Quoniam qui me inuenerit, vitam inuenit, [35] & probauit fauorem Domini.

36 Qui vero in me peccauerit, iniurius est animæ suæ: & quicunq; me odio habent, mortem amant.

24 Nondum erant abyssi, & ego iam concepta eram: necdum fontes aquarum eruperant.

25 Nec dum montes graui mole constiterant, ante omnes colles ego parturiebar:

26 Adhuc terram non fecerat, & flumina, & cardines orbis terræ.

27 Quando præparabat cælos, aderam: quando certa lege & gyro vallabat abyssos: D

28 Quando æthera firmabat sursum, & librabat fontes aquarum.

29 Quando circumdabat mari terminum suum, & legem ponebat aquis, nec transirent fines suos: quando appendebat fundamenta terræ.

30 Cum eo eram cuncta componẽs: & delectabar per singulos dies, ludens coram eo omni tempore:

31 Et ludens in orbe terrarum: & deliciæ meæ, esse cum filiis hominum.

32 Nunc ergo filii audite me, Beati qui custodiunt vias meas.

33 Audite disciplinam, & estote sapientes, & nolite abiicere eam.

34 Beat⁹ homo qui audit me, & qui vigilat ad fores meas quotidie, & obseruat ad postes ostii mei.

35 Qui me inuenerit, inueniet vitam, & hauriet salutem à Domino:

36 Qui autem in me peccauerit, lædet animam suam. Omnes qui me oderunt, diligunt mortem.

CAPVT IX.

1 Sapientia ædificauit [1] domum suam, excidit [2] columnas eius septem.

2 Mactauit victimam suam, miscuit vinum suum, quin & [3] mensam suam instruxit.

3 Misit puellas suas inuitatum ad summam vrbis arcem, (his verbis.)

4 Quicunq; imperitus est, huc diuertat.

5 Et vecordi quoq; dixit, Venite, comedite panem meum, & bibite vinum [4] quod miscui vobis.

6 Derelinquite [5] imperitiam, & viuite, & incedite in via intelligentiæ.

7 Qui erudit illusorem, affert sibi ignominiam: & qui impium corripit, [6] maculam sibi parit.

8 Noli (ergo) irrisorem corripere, ne te oderit: redargue sapientem, & amabit te.

9 Da sapienti, & sapientior erit: doce iustum, & eruditionem augebit.

10 Principium [7] sapientiæ, est timor Domini, & [8] scientia [9] sanctorum intelligentia.

11 Per me enim multiplicabuntur dies tui, & adiicientur anni vitæ tuæ.

12 Si sapueris, sibi sapueris: si vero irrisor fueris, tu solus [10] feres.

13 [11] Mulier stulta, [12] clamosa, [13] persuasiones habet, sed nihil nouit.

14 Sedet ad ostium domus suæ, in [14] solio in editis locis vrbis.

15 Vt vocet illos qui illac prætereunt, & qui recta vias suas incedunt. (Sic enim clamat,) Qui imperitus est, huc diuertat.

16 [15] Ad vecordem autem dixit.

17 Aquæ furtiuæ [16] dulces sunt, & panis clandestinus iucundus.

18 [17] Et non [18] nouit quòd mortui [19] illic sunt, & in profundis inferorum (sunt) inuitati [20] ab ea.

19 † † †

1 Sapientia ædificauit sibi domum, excidit columnas septem. A

Sapientia omnes ad se inuitat.

2 Immolauit victimas suas, miscuit vinum, & proposuit mensam suam,

3 Misit ancillas suas vt vocarent ad arcẽ, & ad mœnia ciuitatis.

4 Siquis est paruulus, veniat ad me.

5 Et insipientibus locuta est, Venite, comedite panem meum, & bibite vinum quod miscui vobis. B

6 Relinquite infantiam, & viuite, & ambulate per vias prudentiæ.

7 Qui erudit derisorem, ipse iniuriam sibi facit: & qui arguit impium, sibi maculam generat.

8 Noli arguere derisorem, ne oderit te. Argue sapientem, & diliget te.

9 Da sapienti occasionem, & addetur ei sapiẽtia. Doce iustum, & festinabit accipere. C

10 Principium sapiẽtiæ, timor Domini: & scientia, sanctorum prudentia.

Timor Dei supra 1. a. Psal. 110. d. Eccl. 1. b.

11 Per me enim multiplicabuntur dies tui, & addentur tibi anni vitæ.

12 Si sapiens fueris, tibimetipsi eris: si autem illusor, solus portabis malum.

13 Mulier stulta & clamosa, plenáq; illecebris, & nihil omnino sciens. *Meretrix.*

14 Sedet in foribus domus suæ super sellam in excelso vrbis loco. *Sedis.* D

15 Vt vocaret transeuntes per viam & per gentes itinere suo, Quis est paruulus, declinet ad me.

16 Et vecordi locuta est.

17 Aquæ furtiuæ dulciores sunt, & panis absconditus suauior.

18 Et ignorauit quòd ibi sint gigantes, & in profundis inferni conuiuæ eius.

19 Qui enim applicabitur illi, descendet ad inferos: nam qui abscesserit ab ea, saluabitur.

22 abundantes aquæ. 23 aquis scilicet. Aut putaus, immersi & in terrã defixi. i. collocati. 24 parturiebar, concepta eram. Chaldæus paraphr. genita eiã. 25 plateas. quidam legunt, fines, aut extremitates eius. 26 verticem. 27 describeret circulum super & c. s. dum disponeret centrum terræ. 28 firmaret cælos desuper. Chaldæus paraphr. serit nubes. 29 He. os eius. i. verbum eius. sub. Dei: Vel, ingressum eius, scilicet maris. 30 Imò cum eo sum (velut) alumnus, & in delitiis quotidie: gaudens coram, &c. Velut alumnus, inquit: velut is qui alit ista inferiora. 31 eruditionẽ. 32 imperitiũ pro futuro. 33 neq; negligite. sub. illam eruditionem. 34 vel, (ita) vt excubet ad fores meas quotidie, & obseruet postes ianuarũ mearum. 35 Heb. & hauriet voluntatem à Domino. i. assequetur quidquid volet, a Domino.

CAP. IX.

1 i. ecclesiam. 2 Septem columnæ. i. multos apostolos & sanctos doctores. Sic enim sæpe numerus septenarius in Sacris literis accipitur. 3 Prædicationem Euangelii, intelligit. 4 Verbum Dei temperatur aqua, quia non traditur in sapientia humana. item. Deus sese nobis attẽperat, vt quum olim in parabolis loquebatur. 5 imperiti. vel, simplices. Vocatiuus. sub. semitam vestram. 6 sub accipit. vel, aufert.

7 De sapiente qui nihil sibi arrogat, loquitur, & de iusto per fidem. 8 Posset etiam repeti, Principium scientiæ, est sanctorum intelligentia. quare alii ita tradunt, Summum in prudentia est, nosse diuina. 9 Legi etiam posset, sanctarum, fœmin. gen. scilicet rerum. 10 sub. pœnas. 11 Antithesis est primæ Sapientiæ clamabat, vt mulier stulta. Stultam dicit, quòd reddat homines stultos. 12 vel, tumultuans 13 imperita, 14 sub. regis. 15 vel, (&) quisquis est excors capite (sub. diuertat huc inquam,) & dicet illi, 16 vel, dulciores esse solent. 17 Aliquando propositiones integræ in Hebræo desiderantur, vt hic: quod in ea lingua maxime notandum est. Altera namq; huius sententiæ pars desideratur, nempe, Mox acquiescit mulieri stultæ, & secutus est illam, quod ex capite septimo deprehendi potest. 18 sub. imperitus. 19 i. in domo meretricis. 20 Heb. eius.

Parabolæ, ſeu Sententiæ Salomonis.

CAPVT X.

A Filius ſapiens lætificat patrem: filius verò ſtultus mœſtitia eſt matris ſuæ.
2 Nil proderunt theſauri impietatis: iuſtitia verò liberabit à morte.
3 Non affliget Dominus fame animam iuſti, & inſidias impiorum ſubuertet.
4 Egeſtatem operata eſt manus remiſſa: manus autem fortium, diuitias parat.
5 Qui nititur mendaciis, hic paſcit ventos, idē autem ipſe ſequitur aues volantes.
6 Qui congregat in meſſe, filius ſapiens eſt: qui autem ſtertit æſtate, filius confuſionis.
7 Benedictio Domini ſuper caput iuſti: os autem impiorum operit iniquitas.
B 8 Memoria iuſti cum laudibus: & nomen impiorum putreſcet.
9 Sapiens corde præcepta ſuſcipiet: ſtultus cæditur labiis.
10 Qui ambulat ſimpliciter, ambulat confidenter: qui autē deprauat vias ſuas, manifeſtus erit.
Eccl. 27. c. 11 Qui annuit oculo, dabit dolorem: & ſtultus labiis, verberabitur.
12 Vena vitæ, os iuſti: & os impiorum operit iniquitatem.
1. Petr. 4. b. 1. Cor. 13. b. 13 Odium ſuſcitat rixas: & vniuerſa delicta operit charitas.
14 In labiis ſapientis inuenitur ſapientia: & virga in dorſo eius qui indiget corde.
15 Sapientes abſcondunt ſcientiam: os autem ſtulti confuſioni proximum eſt.
C 16 Subſtantia diuitis, vrbs fortitudinis eius: pauor pauperum, egeſtas eorum.
17 Opus iuſti, ad vitam: fructus autem impii, ad peccatum.
18 Via vitæ, cuſtodienti diſciplinam: qui autem increpationes relinquit, errat.
19 Abſcondunt odium labia mēdacia: qui profert contumeliam, inſipiens eſt.
20 In multiloquio non deerit peccatum: qui autem moderatur labia ſua, prudentiſſimus eſt.
21 Argentum electum, lingua iuſti: cor autem impiorum pro nihilo.
22 Labia iuſti erudiunt plurimos: qui autem indocti ſunt, in cordis egeſtate morientur.
23 Benedictio Domini diuites facit, nec ſociabitur eis afflictio.
D 14 Quaſi per riſum ſtultus operatur ſcelus: ſapientia autem eſt viro prudentia.
25 Quod timet impius, veniet ſuper eum: deſiderium ſuum iuſtis dabitur.
26 Quaſi tempeſtas tranſiens non erit impius: iuſtus autem quaſi fundamentum ſempiternum.
27 Sicut acetum dentibus, & fumus oculis, ſic piger his qui miſerunt eum in via.
28 Timor Domini apponet dies, & anni impiorum breuiabuntur.

Sapiens filius exhilerat patrem: at ſtultus filius mœror eſt matri ſuæ.
2 Non proderunt theſauri impie quæſiti: [1] iuſtitia autem liberat a morte.
3 Non patietur Dominus vt anima iuſti fame laboret, [2] aſtutiam vero impiorum [3] propellet.
4 Qui operatur [4] fraudulenta manu, egenus eſt: manus vero ſedulorum ditat (illos.)
5 † † †
6 Qui [5] congregat in æſtate, prudens eſt: [6] qui verò in meſſe ſtertit, pudori ſe obiicit.
7 [7] Benedictiones ſunt ſuper caput iuſti: os autem impiorum [8] operiet violentia.
8 Memoria iuſti [9] laudem habet: impiorum vero nomen [10] ſordet.
9 Qui ſapiens eſt corde, præcepta recipit: ſtultus autem [11] labiis, [12] in varia incurrit.
10 Qui integre ambulat, ambulat tuto: qui vero vias ſuas deprauat, deprehenditur.
11 [13] Qui annuit oculis, negocium faceſſet: ſtultus autem labiis in varia incurrit.
12 Vena vitæ eſt os iuſti, os autem impiorum tegit [14] violentiam.
13 Odium excitat occaſiones contentionum: [15] ſed dilectio omnes præuaricationes obtegit.
14 In labiis prudentis inuenitur ſapientia: ſed in tergo ſtulti virga.
15 Sapientes ſcientiam [16] diſſimulant: os vero ſtulti [17] terrorem accerſit.
16 [18] Opibus velut vrbe fortiſſima (fidit) locuples: pauperes vero ſua ipſorum pauperies timidos reddit.
17 [19] Opus iuſti affert vitam: prouentus autem impii cedunt ad peccatum.
18 [20] Semita quæ ad vitam ducit, obſeruat diſciplinam: qui autem correptionem deſerit, ſeducit (ſeſe.)
19 Qui celat odium labiis mendacibus, & qui infamiam prodit, (æque) ſtultus eſt.
20 In multitudine verborum non aberit tranſgreſſio: qui vero labiis ſuis parcit, prudenter agit.
21 Lingua iuſti electum eſt argentum, [21] quod cor impiorum paruipendit.
22 Labia iuſti multos paſcunt: [22] ſtulti autem in vecordia morientur.
23 Benedictio Domini ipſa locupletat, nec quidquam moleſtiæ ſecum adfert.
24 Iocus eſt ſtulto ſcelus deſignaſſe: [23] id vero ſi quis animaduertit ſapientia eſt.
25 Impiis accidunt quæ metuunt: iuſtis vero [24] dat quod cupiunt.
26 [25] Vbi tempeſtas præterit, impius nuſquam eſt: at iuſti fundamentum perpetuum eſt.
27 [26] Quod acetum eſt dentibus, & fumus oculis, id piger eſt his qui ſe miſerunt.
28 Timor Domini adaucit dies: anni autem impiorum ſuccidentur.

1 .i. ſapientia quæ gignit iuſtitiam.
2 calamitatem, damnum, pernitiem.
3 vt ſcilicet citius veniat.
4 vel, manu remiſſa. i. qui malis artibus optat augere rem ſuam: vt ſunt otioſi qui decipiunt alios vt viuant.
5 vel, Qui prudens eſt, colligit æſtate.
6 ſopori deditus in meſſe, eſt filius confundēs, ſub. patrem & matrem.
7 .i. benedici ſolet iuſtus.
8 vel, tegit ſui iniquitatem. aut, iniuriam .i. ſemper cogitat malum.
9 Heb. ad benedictionem .i. eſt celebris & plauſibilis.
10 exoleſcit, putreſcit.
11 .i. ore. hoc eſt, qui omniſs ſtulta loquitur, qui ne verbo quidem ſtultitiā ſuam celare poteſt.
12 impingit, aut corruet.
13 Qui nictat oculis, affert dolorem & ſtultus labiis ruit. i. Qui multum fingit, qui fucatus eſt, grauites lædit: qui autem ſtulte loquitur, parum lædit, quia ſtatim deprehenditur.
14 vel, iniquitatem, quam ſcilicet in corde ſuo meditatur.

15 .i. Charitas condonat aliis omnia delicta. 16 apud ſe recondunt, quam ſcilicet tempore ſuo depromunt. 17 eſt contritio (pernicies) propinqua. 18 Hebr. Subſtantia diuitis, eſt vrbs fortitudinis ipſius: conſternatio inopum (eſt) egeſtas eorum .i. diffidunt pauperes propter inopiam ſuam. 19 .i. Quicquid iuſtus agit, vitam afferre ſolet, & eſt ſalutiferum: at quicquid impius agit, pernicioſum eſt. 20 Subaudiendum eſt aduerbium ſimilitudinis, (Velut) ſemita (quæ ducit) ad vitam, (eſt) .i. qui cuſtodit caſtigationem: & qui reſpuit correptionem, errare facit, ſub. animam ſuam. Quidam ſic vertunt primam verſus partem, Obſeruantia diſciplinæ eſt ſemita ſalutis.
21 cor impiorum eſt inſtar rei modicæ .i. eſt nullius aut parui momenti. eſt impuriſſimum. Aut, eſt veluti pauxillum, ſub argenti. 22 vel, qui autem relinquunt legem Dei, ob defectum mentis moriuntur. 23 Heb. ſapientia vero eſt viro intelligentiæ. Quidam vertunt, Vt leue eſt ſtulto ſcelus deſignare: ſic ſapienti viro prudentia ſub. leuis eſt, aut facilis, propter aſſuetudinem.
24 ſub. Dominus. Vertere poteſt, & deſiderium iuſtorum concedetur. 25 Vt tranſit turbo, ſic non erit impius: iuſtus vero (erit vt) fundamentum mundi .i. Quam cito præterit turbo, tam cito deſinet eſſe impius: iuſtus vero diu permanebit in vita, quemadmodum fundamentum mundi perſeuerat. 26 .i. Vt acetum natura ſua noxium eſt dentibus calidis, vtque fumus oculis obeſt: ſic piger moleſtus eſt iis qui mittunt ipſum.

29 Expectatio iustorum gaudium est: spes autem impiorum perit.
30 Via Domini integro robur est: facinorosis autem [27] pauor.
31 Iustus perpetuò non mouetur loco: impii autem in terra non habitabunt.
32 Os iusti [28] propagabit sapientiam: at lingua peruersa excindetur.
33 Labia iusti cognoscunt [29] grata: os vero impiorum [30] peruersa.

29 Expectatio iustorum, lætitia: spes autem impiorum peribit.
30 Fortitudo simplicis, via Domini: & pauor his qui operantur malum.
31 Iustus in æternum non commouebitur: impii autem non habitabunt super terram.
32 Os iusti parturiet sapientiam, & lingua prauorum peribit.
33 Labia iusti considerant placita, & os impiorum peruersa.

27 animi consternatio, sub. est via siue mandatum Dei, quia solet frangere animum eius qui operatur iniquitatem.
28 proferre solet sapientiam, i. eloquitur notitiam rerum diuinarum.
29 beneplacitū. i. scire & apposite loqui ea quæ placēt Deo & hominibus.
30 sub. loquitur

CAPVT XI.

1 Bilancem dolosam abominatur Dominus: at [1] integrum pondus placet illi.
2 [2] Vbi fastus, illic & ignominia: sed apud modestos est sapientia.
3 Integritas rectorum deducit eos: peruersitas præuaricatorum vastat eos.
4 Non proderunt diuitiæ in die [3] iræ: at iustitia liberat a morte.
5 Iustitia integri diriget [4] viam eius: at in impietate sua cadet impius.
6 Iustitia rectorum liberabit eos: præuaricatores [5] in prauitate capientur.
7 In morte hominis impii perit spes, & expectatio violentorum interit.
8 Iustus ex aduersitate eripitur, sed impius succedit illi.
9 Hypocrita ore euertit proximum suum, [6] iusti autem per scientiam liberabuntur.
10 Quum bene est iustis, exultat ciuitas: & quum pereunt impii, [7] cantus.
11 Benedictione rectorum [8] exaltatur ciuitas, [9] ore autem impiorum euertitur.
12 Vecors contemnit proximum suum, vir prudens autem [10] dissimulat.
13 [11] Qui arcanum reuelat, obambulat vt mercator: qui autem fidelis est animo, rem tegit.
14 [12] Vbi non sunt consilia, cadit populus: [13] vbi autem satis consiliariorum est, conseruatur.
15 [14] Male affligitur qui spondet pro alio: qui vitat stipulationes securus est.
16 Mulier [15] quæ gratia prædita est, tuetur gloriam, [16] robusti autem retinent diuitias.
17 [17] Beneficus suum ipsius ingenium fraudat, [18] crudelis vero proximum suum turbat.
18 Impius facit opus [19] fallax: qui vero [20] serit iustitiam, solidam mercedem recipiet.
19 [21] Firmum quiddam est iustitia ad vitam: qui autem malitiam sectatur, mortem sibi (accersit.)
20 Abominatur Dominus prauos corde: integris vero conuersatione delectatur.
21 [22] Manus manui iuncta non exors erit mali: semen autem iustorum [23] euadet.
22 Quod monile aureum est in rostro porci, id est mulier formosa [24] insulsa.
23 Iusti duntaxat bonum desiderant: expectatio iniustorum [25] excandescentia.
24 [26] Est qui liberaliter profundit, sed nihilominus augescunt res eius: est qui sordidior, qui semper eget.
25 [27] Quæ munifica est, auctior reddetur: [28] qui irrigat, hic & docet.

1 Statera dolosa abominatio est apud * Deum, & pondus æquum voluntas eius. A
2 Vbi fuerit superbia, ibi erit & contumelia: vbi autem est humilitas, ibi & sapientia.
3 Simplicitas iustorum diriget eos, & supplantatio peruersorum vastabit illos.
4 ‖ Non proderunt diuitiæ in die vltionis: iustitia autem liberabit à morte. Eccles. 5. A
5 Iustitia simplicis diriget viam eius: & in impietate sua corruet impius.
6 Iustitia rectorum liberabit eos: & in insidiis suis capientur iniqui.
7 ‖ Mortuo homine impio nulla erit vltra spes, & expectatio solicitorum peribit. Sapient. 5. a
8 Iustus de angustia liberatus est: & tradetur impius pro eo.
9 Simulator ore decipit amicum suum: iusti autem liberabuntur scientia. B
10 In bonis iustorum * exaltabitur ciuitas: & in perditione impiorum erit laudatio.
11 Benedictione iustorum exaltabitur ciuitas: & ore impiorum subuertetur.
12 Qui despicit amicum suum, indigens corde est: vir autem prudens tacebit.
13 Qui ambulat fraudulenter, reuelat arcana: qui autem fidelis est, celat amici commissum.
14 Vbi non est gubernator, populus corruet: salus autem, vbi multa consilia.
15 Affligetur malo, qui fidem facit pro extraneo: qui autem cauet laqueos, securus erit.
16 Mulier gratiosa inueniet gloriam, & robusti habebunt diuitias.
17 Benefacit animæ suæ vir misericors: qui autem crudelis est, etiam propinquos abiicit. C
18 Impius facit opus instabile: seminanti autem iustitiam merces fidelis.
19 Clementia præparat vitam: & sectatio malorum mortem.
20 Abominabile Domino cor prauum, & voluntas eius in iis qui simpliciter ambulant.
21 Manus in manu non erit innocens malus: semen autem iustorum saluabitur.
22 Circulus aureus in naribus suis, mulier pulchra & fatua.
23 Desiderium iustorum omne bonum est: præstolatio impiorum furor.
24 Alii diuidunt propria, & ditiores fiunt: alii rapiunt non sua, & semper in egestate sunt.
25 Anima quæ benedicit, impinguabitur: & qui inebriat, ipse quoque inebriabitur. D

* Dominum.
* exaltabit.

CAP. XI.
1 Hebr. lapis integer: quia lapillis vtebantur vice ponderum.
2 Heb. Venit fastus, & venit ignominia. i. superbiæ comes est ignominia.
3 sub. Domini.
4 i. omnes eius conatus actusque dirigere solet.
5 ob improbitatem. Vel, ob oppressionem qua alios solent opprimere.
6 vel, scientia iustorum liberabuntur.
7 exultat. sub. ciuitas. Aut, populus ciuitatis.
8 vel, eueh[it]ur & floret
9 i. consiliis & sermonibus
10 Heb. [illegible] tacere solet.
11 Heb. Ambulat in detractione qui retegit secretum. i. Agit mercatorem, qui retegit secretum. vel, qui agit delatorem, retegit secretum.
12 Heb. [illegible] [illegible]
13 [illegible]
14 [illegible] quia spopondit pro extraneo: & qui odit stipulatores, securus est [illegible] manum in [illegible] alios, aut se obligant & obstringunt. 15 vel, modesta, assequetur gloriam, id est, mulier quæ obsequens erit marito, commendabitur. ad Coloss. 3. 16 [illegible] Quidam Hebræorum capiunt [illegible] 17 Benefacit animæ suæ vir miser[icors] [illegible] Abiaf ar animam, &c. [illegible] qui claudit viscera sua, nec miseretur proximi, affligit proximum suum. 19 [illegible] vitam [illegible]
21 Manus [illegible] impii sibi mutuo manum præbent, hoc est auxilia iungunt, [illegible] non euadent malum. [illegible] malus. Statim reus erit apud Deum malus. 23 [illegible] 24 Heb. [illegible] & sapientia. 25 [illegible] 26 Heb. [illegible] 27 Hebr. Anima liberalis impinguatur. i. qui liberalis est & beneficus [illegible] 28 [illegible] quoque irrigatur.

26 Qui abscondit frumenta, maledicetur in populis: benedictio autem super caput vendentium.

27 Bene consurgit diluculo qui quærit bona: qui autem inuestigator malorum est, opprimetur ab eis.

28 Qui confidit in diuitiis suis, corruet: iusti autem quasi virens folium germinabunt.

29 Qui conturbat domum suam, possidebit ventos: & qui stultus est, seruiet sapienti.

30 Fructus iusti lignum vitæ: & qui suscipit animas sapiens est.

1. Pet. 4. d 31 ‖ Si iustus in terra recipit, quanto magis impius & peccator?

26 Qui annonam [9] abstrudit, execratur à populo: [10] qui vero distrahit, laudatur.

27 Qui mature [11] consectatur bonum, inuenit quæ desiderat: qui autem malum quærit, eueniet ei.

28 Qui opibus suis fidit, is corruet: iusti autem [12] ceu folium florebunt.

29 Qui [13] perturbat domum suam, ventum hæreditate accipiet: & [14] seruus stulti ad sapientem corde (transit.)

30 Fructus iusti est arbor vitæ, & [15] sapiens animas capit.

31 [16] Ecce iusto in terra rependitur, quanto magis impio & peccatori!

A

CAPVT XII.

1 QVi diligit disciplinam, diligit scientiam: qui autem odit increpationes, insipiens est.

2 Qui bonus est, hauriet sibi gratiam à Domino: qui autem confidit in cogitationibus suis, impie agit.

3 Non roborabitur homo ex impietate: & radix iustorum non commouebitur.

4 Mulier diligens, corona est viro suo: & putredo in ossibus eius quæ confusione res dignas gerit.

5 Cogitationes iustorum, iudicia: & consilia impiorum fraudulenta.

6 Verba impiorum insidiantur sanguini: os iustorum liberabit eos.

7 Verte impios, & non erunt: domus autem iustorum permanebit.

B 8 Doctrina sua noscitur vir: qui autem vanus & excors est, patebit contemptui.

Eccles. 10. d 9 ‖ Melior est pauper & sufficiens sibi, quàm gloriosus & indigens pane.

10 Nouit iustus iumentorum suorum animas: viscera autem impiorum crudelia.

Eccles. 20. d 11 ‖ Qui operatur terram suam, satiabitur panibus: qui autem sectatur otium, stultissimus est.

*demorationibus. 12 Qui suauis est in vini * moderationibus, in suis munitionibus relinquit contumeliam.

13 Desiderium impii monimentum est pessimorum: radix autem iustorum proficiet.

C 14 Propter peccata labiorum ruina proximat malo: effugiet autem iustus de angustia.

15 De fructu oris sui vnusquisque replebitur bonis, & iuxta opera manuum suarum retribuetur ei.

16 Via stulti recta in oculis eius: qui autem sapiens est, audit consilia.

17 Fatuus statim indicat iram suam: qui autem dissimulat iniuriam, callidus est.

*index. 18 Qui quod nouit loquitur, *iudex iustitiæ est: qui autem mentitur, testis est fraudulentus.

19 Est qui promittit, & quasi gladio pungitur conscientiæ: lingua autem sapientium sanitas est.

20 Labium veritatis firmum erit in perpetuum: qui autem testis est repentinus, concinnat linguam mendacii.

1 QVi diligit castigationem, diligit scientiam; qui vero correptionem odit, [2] obbrutescit.

2 Bonus [3] proliciet fauorem à Domino, [4] sed scelestum impietatis condemnabitur.

3 Nemo [5] cum impietate firmus erit: radix autem iustorum non mouebitur.

4 Mulier [6] virtutibus prædita, [7] corona est mariti sui: mulier vero [8] pudefaciens, est cen tabes in ossibus eius.

5 Cogitationes iustorum [9] iudicia sunt: impiorum autem consilia fraudulenta.

6 Verba impiorum insidiantur sanguini: os autem iustorum liberat [9] eos.

7 [10] Euertentur impii vt nusquam sint: domus autem iustorum perdurat.

8 Quisque iuxta prudentiam suam laudari [11] debet: qui autem corde [12] delirat, pudefiet.

9 [13] Obscurus homo qui sibi laborat, præstat glorioso qui pane indiget.

10 [14] Agnoscit iustus animam iumenti sui, impiorum autem [15] viscera crudelia sunt.

11 Qui agrum suum colit, satur erit panum: qui otium [16] perditos sectatur, excors est. 12 ††

13 [17] Qui immunitatem desiderat, malum venatur: at iustorum radix [18] ferax est.

14 [19] Transgressione labiorum irretitur malus: iustus autem ex angustiis [20] euadet.

15 [21] Quisque è proventu fructu oris sui fruetur, & pro operibus suis ratione donabitur.

16 Via stulti recta est in oculis suis: at [22] sapiens, consilium audit.

17 [23] Stultus eo die quo irritatur, cognoscitur: at cautus iniuriam dissimulat.

18 [24] Qui bona fide loquitur, iustitiam indicat: mendax vero testis, fallit.

19 [25] Temere effutire, perinde est atque gladio perfodere: at sapientum lingua salubris est.

20 [26] Verax labium firmum est semper: mendax vero lingua [27] in momento (variat.)

21 Dolus est in corde eorum qui machinantur malum: & gaudium [28] comitatur eos qui pacata consulunt.

21 Dolus, in corde cogitantium mala: qui autem pacis ineunt consilia, sequitur eos gaudium.

9 Et proh[ibet] ... 10 Heb. benedictio ... vendentis ... 11 inuestigat beneuolentiam, sub. Dei. 12 i. velut arbor frondibus ornata. 13 i. qui dilapidat rem familiarem, tandem nihil est habiturus. 14 Heb. stultus erit seruus sapienti corde, id est, qui ... stultus possidet, habiturus est sapiens. Verba inuersa Hebræa. 15 vel, & capit animas, est sapiens, i. qui tuetur animas hominum ... Deo seruant. 16 vel, Præfecto iustus in terra retributionem capiet, sub. ob iustitiam. vel, punitur etiam ob leuia peccata.

CAP. XII.

1 stultus est. 2 hauriet gratiam. 3 accersit sibi beneuolentiam. 4 sed virum scelestum condemnabit, sub. Dominus. Aut, virum prauarum cogitationum. 4 i. homo impius non perdurabit, sed cito peribit. 5 vel, diligens & strenua. 6 ornamento est viro suo. 7 vel, dedecorosa. 8 sunt iusti in ... 9 relatiuum sine antecedente, eos scilicet quibus insidias parant impii. 10 Apud Hebræos est infinitiuus, qui pro omni tempore, modo, numero & personis accipitur. Vertere impios pro Euertet impios. 11 solet. 12 peruersus est, erit contemptui sub Deo. 13 Abiectus & qui seruos habet, ... qui diues est. 14 id est, nouit quomodo tractandum iumentis, aut iumentorum suorum rationem habet, & curam gerit quanto magis totum ... sua sunt commissi.

15 vel, affectus sunt saeui. 16 ignauos & ... 17 Optat impius rete malorum, id est, Optat sibi dari artes malorum. Vel, munitionem & præsidium malorum: quo scilicet tuto possit alios lædere. 18 Hebr. dat sub. fructum. 19 id est, sermone suo capitur. 20 sub. verbo suo. 21 Heb. De fructu oris cuiusque satiabitur bono. & retributionem manuum hominis reddet illi, sub. Deus. q. d. verba & opera accipiunt à Deo retributionem. 22 vel, qui autem consilium audit, sapiens est.

23 Hebr. Stulti in ipsa die nota fiet ira: & qui tegit ignominiam callidus est. q. d. Stultus statim prodit iram, data occasione. 24 Hebr. Qui loquitur veritatem, enunciat iustitiam: & testis mendaciorum est fraudulentus, id est, qui verax est, loquitur quæ iusta sunt, mendax vero est fraudulentus. 25 Heb. Est qui loquitur quasi compunctiones gladii &c.

26 id est, Qui vera loquitur, semper sui similis est.

F 27 vel, vsque ad momentum, sub. stabilis erit, id est, statim prodit sese. Quidam Hebræorum vertunt, & (in) perpetuum cessare faciam linguam mendacem.

28 Heb. (in corde) consulentium pacem.

29 accidet. i. nulla iniquitas hominis iniusti poterit lædere virum iustum.
30 pleni sunt malitia. q. d. non solum læduntur a malitia quæ extrinsecus acue nit, sed etiam à sua, qua pleni sunt, nequitia.
31 Heb. at factores veritatis, beneplacitum eius. i. veraces sūt Deo grati.
32 dominari solet. i. qui strenue obeunt munia, solent esse domini aliorum: contra, cessatores, erunt tributarii iustorum. i. seruient iustis.
33 sub. qui non est iustus.
34 vel, escam suam. i. non est habiturus quod sibi paret vt edat, carebit cibo, aut non diu fruetur partis.

CAP. XIII.

1 Ostenditur effectus paternæ disciplinæ: vt sit metonymia. Ex disciplina patris euadit filius sapiens. Alii subintelligunt, audit: Filius sapiens audit eruditionem patris.
2 i. præuaricatores afficientur iniuria.
3 temere aperit, contritio erit illi. i. qui temere loquitur, peribit.
4 Desiderat, & nō fit voti compos anima pigri.
5 i. consequentur quicquid optauerint.
6 Heb. fœtere facit, sub. sermonem suum.
7 sub. se & suos.
8 iustitia custodit perfectum viæ: impietas autem euertit peccatorem. i. iustitia quam parit sapientia, custodit perfectum ratione viuendi: at impietas frustratur voto suo hominem peccatorem.
9 Alii sic, Sunt qui in penuria rerum omnium diuites esse sciant: sunt qui cum immensis opibus egeant.

22 *Iusto nulla* [29] *impendet iniquitas: at impii* [30] *malis obruentur.*

23 *Labia mendacia abominatur Dominus:* [31] *qui autem veritati studet fauorem habet eius.*

24 *Vir cautus dissimulat scientiam: at cor stultorum depradicat stultitiam.*

25 *Sedulorum manus* [32] *primas obtinet: sed fraudulenta sub tributo erit.*

26 *Solicitudo qua est in corde viri, deiicit eum: at verbum bonum exhilerat ipsum.*

27 *Prastantior erit iustus* [33] *proximo suo: via autem impiorum seducit eos.*

28 *Non aduret fraudulentus* [34] *venationem suam: substantia autem hominis seduli preciosa est.*

29 *In semita iustitia vita est, & hac ipsa ad mortem nequaquam ducet.*

22 Non contristabit iustum quicquid ei acciderit: impii autem replebuntur malo.

23 Abominatio est Domino labia mendacia: qui autem fideliter agunt, placent ei. D

24 Homo versutus celat scientiam: & cor insipientium prouocat stultitiam.

25 Manus fortium dominabitur: quæ autem remissa est, tributis seruiet.

26 Mœror in corde viri humiliabit illum, & sermone bono lætificabitur.

27 Qui negligit damnum propter amicum, iustus est: iter autem impiorum decipiet eos.

28 Non inueniet fraudulentus lucrum: & substantia hominis erit auri precium.

29 In semita iustitiæ, vita: iter autem deuium ducit ad mortem.

CAPUT XIII.

1 *SApiens* [1] *filius est disciplina patris:* [a] *irrisor non audit increpationem.*

2 *De fructu oris sui quisque bonum comedet:* [b] *anima autem praeuaricatorum violentiam.*

3 *Qui os suum custodit, custodit vitam suam: qui autem labia sua* [3] *laxat, terrebitur.*

4 [4] *Animus ignauorum auet, & nihil (habet:) anima vero sedulorum* [5] *impinguabitur.*

5 *Verbum mendax odit iustus: at impius* [6] *probro afficit, &* [7] *pudefacit.*

6 [8] *Iustitia obseruat viam integram: impietas autem deflectit ad peccandum.*

7 [9] *Est qui sese diuitem simulat, quum tamen omnino nihil habeat: est rursus qui fingit se pauperem, quum opibus abundet.*

8 [10] *Diuitia redimunt viro vitam suam: at pauper increpationem non audit.*

9 [11] *Lux iustorum gaudium (affert:) lucerna autem impiorum extinguetur.*

10 [12] *Arrogans temeritas nihil quàm rixas excitat: at eum consultis est sapientia.*

11 *Opes* [13] *cum vanitate imminuuntur: quod verò congregat quis* [14] *manu, augescit.*

12 *Expectatio dilata cruciat cor: quum verò id venit quod desideratur, tum lignum vita est.*

13 *Qui* [15] *rem contemnit, damnum capiet: qui praceptum timet, huic rependitur.* 14 †††

15 [16] *Lex sapientis est fons vita, vt recedatur à laqueis mortis.*

16 *Bonus intellectus* [17] *gratiam conciliat: at* [18] *via praeuaricatorum dura est.*

17 *Cautus omnia* [19] *scite facit:* [20] *stultus autem stultitiam prodit.*

18 *Legatus* [21] *infidus corruet in malum: fidus autem legatus salutaris est.*

19 *Egestas & ignominia eum (comitatur) qui se disciplina subtrahit: & qui* [22] *audit increpationem, honore afficietur.*

20 *Quum id adest quod desideratur, animum oblectat: stulti autem auersantur eum qui à scelere recedit.*

21 *Qui cum sapientibus versatur, sapiens reddetur: at qui cum stultis amicitiam iungit, malis afficietur.*

22 *Malum insectatur peccatores: iustis autem bonum* [23] *rependet.*

1 FIlius sapiens, doctrina patris: qui autem illusor est, non audit cum arguitur. A

2 De fructu oris sui homo satiabitur bonis: anima autem * impiorum iniqua. * praeuaricatorum.

3 Qui custodit os suum, custodit animam suam: qui autem inconsideratus est ad loquendum, sentiet mala.

4 Vult & non vult piger: anima autem operantium impinguabitur.

5 Verbum mendax iustus detestabitur: impius autem confundit, & confundetur.

6 Iustitia custodit innocentis viam: impietas autem peccatorum supplantat.

7 Est quasi diues cum nihil habeat: & est quasi pauper, cum in multis diuitiis sit: B

8 Redemptio animæ viri, diuitiæ suæ: qui autem pauper est, increpationem non sustinet.

9 Lux iustorum lætificat: lucerna autem impiorum extinguetur.

10 Inter superbos semper iurgia sunt: qui autem agunt omnia cum consilio, reguntur sapientia.

11 Substantia festinata minuetur: quæ autem paulatim colligitur manu, multiplicabitur. Infra 20. c

12 Spes quæ differtur, affligit animam: lignum vitæ desiderium veniens.

13 Qui detrahit alicui rei, ipse se in futurum obligat: qui autem timet præceptum, in pace versabitur.

14 Animæ dolosæ errant in peccatis: iusti autem misericordes sunt & miserantur.

15 Lex sapientis fons vitæ, vt declinet à ruina mortis. C

16 Doctrina bona dabit gratiam: in itinere contemptorum vorago.

17 Astutus omnia agit cum consilio: qui autem fatuus est aperit stultitiam.

18 Nuncius impii cadet in malum: legatus autem fidelis, sanitas.

19 Egestas & ignominia ei qui deserit disciplinam: qui autem acquiescit arguenti, glorificabitur.

20 Desiderium si compleatur, delectat animam: detestantur stulti eos qui fugiunt mala.

21 Qui cum sapientibus graditur, sapiens erit: amicus stultorum similis efficietur.

22 Peccatores persequitur malum: & iustis retribuentur bona.

10 Heb. Redemptio animæ viri (sunt) diuitiæ eius. i. Anima viri redimitur diuitiis suis: hoc est bonis fidei.
11 Lumen pro intelligentia: de qua Iohan. 8. Qui sequitur me, non ambulat in tenebris: sed habet lumen vitæ. Intelligentia autem impii extinguitur iuxta illud, Luc. 8. c, Quicunque non habet, etiam quod putat se habere, auferetur ab eo. 12 Hebr. Certe in superbia excitat (sub. superbus) contentionem. i. peculiare superbo est excitare litem. 13 vel, præ dolo & iniustè. sub. partæ. 14 hoc est, labore. 15 vel, verbum. Sub. Dei. 16 Legi etiam potest, Lex sapientis est fons vitæ. Aut, lex sapiens. intelligitur autem Dei lex, quod omnium sapientia sit à Deo. 17 vel, reddit hominem gratum. 18 aut, consuetudo. 19 cum scientia. Scientiam hic accipit pro discretione quæ vulgo dicitur.
20 Latine, ineptus. is est qui quid deceat, non animaduertit. veluti si quis apud imperitiam plebeculam disputet de obscuris quæstionibus, omissa interim timoris Dei ac fidei doctrina.
21 Hebr. impius. 22 vel, obseruat. 23 sub. retributor, qui est Deus. 24 Hebr. Benignus hæredes relinquet filios filiorum: & reposita sunt iusto diuitiæ peccatoris.

23 Bonus relinquit hæredes filios & nepotes: & custoditur iusto substantia peccatoris.

* alii. 24 Multi cibi in noualibus patrum: & * aliis congregantur absque iudicio.

* sua. 25 Qui parcit virgæ, * odit filium suum: qui autem diligit illum, instanter erudit.

26 Iustus comedit, & replet animam suam: venter autem impiorum insaturabilis.

CAPVT XIV.

A 1 SApiens mulier ædificat domum suam: insipiens extructam quoque manibus destruet.

Iob. 12. 2 * Dominum. 2 Ambulans recto itinere, & timens * Deum, despicitur ab eo qui infami graditur via.

3 In ore stulti virga superbiæ: labia autem sapientum custodiunt eos.

4 Vbi non sunt boues, præsepe vacuum est: vbi autem apparent plurimæ segetes, ibi manifesta est fortitudo bouis.

5 Testis fidelis non mentietur: profert autem mendacium dolosus testis.

6 Quærit derisor sapientiam, & non inuenit: doctrina prudentium facilis.

* nescito. 7 Vade contra virum stultum, & * nescit labia prudentiæ.

8 Sapientia callidi, est intelligere viam suam: & * prudentia stultorum errans.

* imprudentia. 9 Stultus illudet peccatum; & inter iustos morabitur gratia.

B 10 Cor quod nouit amaritudinem animæ suæ, in gaudio eius non miscebitur extraneus.

11 Domus impiorum delebitur: tabernacula verò iustorum germinabunt.

12 Est via quæ videtur homini iusta: nouissima autem eius deducunt ad mortem.

13 Risus dolore miscebitur, & extrema gaudii luctus occupat.

14 Viis suis replebitur stultus, & super eum erit vir bonus.

15 Innocens credit omni verbo: astutus considerat gressus suos.

16 Filio doloso nihil erit boni: seruo autem sapienti prosperi erunt actus, & dirigetur via eius.

17 Sapiens timet, & declinat à malo: stultus transilit & confidit.

C 18 Impatiens operabitur stultitiam: & vir versutus odiosus est.

19 Possidebunt paruuli stultitiam: & expectabunt astuti scientiam.

20 Iacebunt mali ante bonos: & impii ante portas iustorum.

21 Etiam proximo suo pauper odiosus est: amici verò diuitum multi.

22 Qui despicit proximum suum, peccat: qui autem miseretur pauperis, beatus erit.

23 Qui credit in Domino, misericordiam diligit.

24 Errant qui operantur malum: misericordia & veritas præparant bona.

25 In omni opere bono erit abundantia: vbi autem verba sunt plurima, ibi frequenter egestas.

26 Corona sapientum, diuitiæ eorum: fatuitas stultorum imprudentia.

27 Liberat animas testis fidelis: & profert mendacia versipellis. 28 In timore Domini fiducia for-

D titudinis, & filiis eius erit spes. 29 Timor Domini fons vitæ: vt declinet à ruina mortis.

23 [19] *Bonum (scilic.) quod ad nepotes suos transmittent: & opes peccatoris iusto reponuntur.*

24 *Plurimum cibi est in nouali pauperum: [21] vbi vero non agitur cum iudicio, inopia est.*

25 *Qui abstinet virgam suam, odit filium suum: qui verò eum amat, matura disciplinam adhibet.*

26 *Iustus [26] comedit, & satur fit anima eius: venter autem impiorum eget.*

1 *SApiens [1] mulier ædificat domum suam: stulta verò [2] manibus suis euertit eam.*

2 [3] *Qui timet Dominum, rectè ambulat: qui contemnit eum, à via eius discedit.*

3 *In ore stulti [4] baculus superbiæ: labia autem sapientum seruant eos.*

4 *Vbi non sunt boues, præsepe [5] mundum est: [6] sed vber prouentus, vbi armenti vis est.*

5 *Testis verax non mentietur: falsus testis enemit mendacia.*

6 [7] *Illusor quærit sapientiam, sed non (inuenit.) [8] qui autem iudicio pollet, huic obuia est scientia.*

7 *Vade à facie hominis stulti, [9] in quo non animaduertis labia scientiæ.*

8 *Sapientia [10] cauti est intelligere viam suam: stultitia autem stultorum [11] dolus.*

9 [12] *Stulti excusant delictum: sed inter rectos est beneplacitum.*

10 [13] *Cor nouit amaritudinem animæ suæ, & in gaudio eius nihil alienum se immiscet.*

11 *Domus impiorum delebitur: tentorium autem rectorum [14] florere faciet.*

12 *Est quæ recta homini [15] via (videtur,) cuius tamen postremum iter est ad mortem.*

13 *Etiam in risu dolet cor, & finis gaudii est tristitia.*

14 [16] *De viis suis satiabitur cor peruersum, & de iis quoque vir bonus.*

15 *Simplex omni sermoni credit: at cautus prudenter disponit gressus suos.* 16 † † †

17 *Sapiens timet, & recedit à malo: at stultus [17] qui est transgressus confidens est.*

18 *Iracundus designat stultitiam: [18] qui autem circumspectus est aliter agit.*

19 *Imperiti [19] hæreditario possident stultitiam: solertes [20] vero coronat scientia.*

20 *Incuruantur mali coram bonis, & [21] impii ante portas iusti.*

21 *Etiam socio suo odio est [22] pauper: diuitum amici multi sunt.*

22 [23] *Qui proximum suum contemnit, peccat: qui autem afflictis benigne facit, beatus est.* 23 † † †

24 *Annon [24] errant qui malum machinantur? at benigne & fideliter agetur cum iis qui bona moliuntur.*

25 *In omni labore [25] abundantia est: [26] at verba labiorum duntaxat ad egestatem faciunt.*

26 *Diuitiæ ornamento sunt sapientibus: stultitia autem stultorum stultitia est.*

27 *Verax testis liberat animas: at testis dolosus efflat mendacia.*

28 *In timore Domini forte est asylum: & filiis quoque [27] eius erit perfugium.*

29 *Timor Domini vena est vitæ, ad vitandos laqueos [28] mortis.*

23 Heb. Benignus hæredes relinquet filios filiorum: & repositæ sunt iusto diuitiæ peccatoris.
25 Heb. & est qui perit ob non ius, i. eo quod non recte colit agrum suum: quia non seruat leges colendi agrum.
26 vel, ad saturitatem desiderii sui, i. replebitur desideriis suis.

CAP. XIV.

1 Heb. Sapientes mulierum, i. vnaquæque ex sapientibus mulieribus.
2 i. opibus suis: siue exemplo suo.
3 vel, Qui ambulat in rectitudine sua, timet Dominum: qui peruertit vias suas, contemnit eum. vel, qui abstrahitur à vijs eius, despicit eum.
4 Baculus siue virga superbiæ, [illegible]
5 i. vacuum.
6 & copia prouentuum est in fortitudine bouis. Heb. est, [illegible] habet quod manducet: qui autem [illegible], egestatem habet in domo.
7 [illegible] verbum Dei est contemptus.
8 [illegible] cognitio intelligenti facilis est. sub. inuenta.
9 quum non [illegible] Hoc est nihil sit tibi commercii cum stulto, [illegible] sub. in verbo Dei ne peruertat te à vera doctrina.
10 Vox Hebræa עָרוּם aium, frequenter in hoc libro pro [illegible]
11 Heb. [illegible] verbum intelligere [illegible]

gere dolum: hoc est, nihil aliud cogitant stulti quam quomodo aliis imponere possint. 12 Stulti loquuntur delictum: at inter rectos est beneuolentia. [illegible] 13 vel, Mens [illegible] non miscebitur alienus [illegible] amaritudinem & lætitiam conscientiæ suæ, & non alius. 14 sub. Dominus. Vel [illegible] 15 [illegible] vt est iustitia carnalis quæ homini placet. 16 [illegible] & malus & bonus viis suis satiabitur. Hebraice legitur, Viis suis saturatur [illegible] vir bonus. Hoc est, [illegible] ab eo recedet vir bonus. Quidam Hebræorum [illegible] hanc partem [illegible] interpretantur, [illegible] nue satiabitur [illegible] 17 [illegible] stomachatus contra legem Dei, & confidit [illegible] 18 qui autem [illegible] est, vel, [illegible] Hebraice legitur, Vir cogitationum, i. qui semper cogitat, & nihil agit. 19 i. habent quasi [illegible] stultitiam. 20 [illegible] 21 [illegible] creatae sapientiæ. 22 vel, spernit socium suum peccator. 24 vel, frustrabuntur. 25 emolumentum est. vel, esse solet profectus. 26 q. d. nullus fructus peruenit ex solo sermone. 27 sub. Dei, vel, eius qui timet eum. 28 i. diaboli.

30 *In multitudine populi magnificentia regis est: ubi vero nullus est populus,* [17] *formidat princeps.*

31 *Longanimis multa est intelligentiae: iracundus autem* [10] *excitat stultitiam.*

32 [11] *Vita carnis, est cor sanans: zelus autem, ossium tabes est.*

33 *Vim faciens tenui, probro afficit factorem eius: qui autem pauperi benefacit, honore eum afficit.*

34 [12] *Impius in malitia sua propelletur: iustus autem in morte sua sperat.*

35 *In animo intelligentis residet sapientia: & in medio stultorum sese prodit.*

36 *Iustitia exaltat gentem,* [13] *beneficentia autem est populis expiatorium sacrificium.*

37 *Placet regi servus prudens: at* [14] *ignominiosus iram eius accendit.*

30 In multitudine populi dignitas regis: & in paucitate plebis ignominia principis.

31 Qui patiens est, multa gubernatur [a] sapientia: qui autem impatiens est, exaltat stultitiam suã.

32 Vita carnium, sanitas cordis: putredo ossium, inuidia.

33 ‖ Qui calumniatur egentem, exprobrat factori eius: honorat autem eum, qui miseretur pauperis.

34 In malitia sua [b] repelletur impius: sperat autem iustus in morte sua.

35 In corde prudentis requiescit sapientia, & indoctos [c] quosque erudiet.

36 Iustitia eleuat gentem: miseros autem facit populos peccatum.

37 Acceptus est regi minister intelligens: iracũdiam eius inutilis sustinebit.

[a] prudentia

Infra 17. a.

[b] expellet[illegible]

[c] quoque

CAPUT XV.

1 *Mitis responsio avertit iram: sermo autem* [1] *asper tristitiam movet.*

2 [2] *Lingua sapientum apte & commode utitur scientia: os vero stultorum ebullit stultitiam.*

3 [3] *In omni loco oculi Domini contemplantur malos & bonos.*

4 *Sanans lingua lignum est vitae: at ea in qua perversitas est,* [4] *corruptum animum (arguit).*

5 *Stultus respuit castigationem patris sui: qui vero correptionem observat, prudens evadit.*

6 † † †

7 *In domo iusti thesauri multi sunt:* [5] *at in proventibus impii perturbatio.*

8 *Labia sapientum* [6] *serunt scientiam: cor autem stultorum non est solidum.*

9 *Sacrificium impiorum abominatur Dominus: oratio autem rectorum gratissima est ei.*

10 *Impii viam abominatur Dominus: at sectantem iustitiam diligit.*

11 [7] *Deserentem semita castigatio gravis (manet,) & qui correctionem odit, morietur.*

12 [8] *Inferi & perditio coram Domino (sunt,) quãto magis pectora filiorum hominum?*

13 *Irrisor non amat corripientem se, nec* [9] *versatur cum sapientibus.*

14 *Laetum cor exhilarat vultum: at in moerore cordis* [10] *languescit spiritus.*

15 *Cor intelligentis quaerit scientiam: os autem stultorum pascitur stultitia.*

16 *Omnes dies* [11] *afflicti (hominis) mali sunt: cor autem laetum iuge convivium est.*

17 *Melius est tenuitas cum timore Domini, quàm thesaurus ingens in quo est* [12] *tumultus.*

18 *Praestat* [13] *cenula ex olusculo cum amicitia, bove saginato cum odio.*

19 *Vir iracundus excitat contentionem: at longanimis sedat litem.*

20 *Via pigri* [14] *velut sentibus obsita squalet, via autem rectorum complanata est.*

21 *Filius sapiens exhilarat patrem: homo autem stultus despicit matrem suam.*

22 [15] *Vecors stultitia gaudet: vir autem qui recte institutus est, recte incedit.*

23 [16] *Frustrantur cogitationes in quibus non est consilium: at in multitudine consiliariorum* [17] *firma stat.*

24 *Gaudet* [18] *quisque in responsione oris sui: at sermo, suo prolatus tempore quantum bonum?*

1 Responsio mollis frangit iram: sermo durus A
suscitat furorem.

2 Lingua sapientum ornat scientiam: os fatuorum ebullit stultitiam.

3 In omni loco oculi Domini contemplantur bonos & malos

4 Lingua placabilis, lignum vitae: quae autem immoderata est, conteret spiritum.

5 Stultus irridet disciplinam patris sui: qui autẽ custodit increpationes, astutior fiet.

6 In abundanti iustitia virtus maxima est: cogitationes autem impiorum eradicabuntur.

7 Domus iusti plurima fortitudo: & in fructibus impii conturbatio.

8 Labia sapientum disseminabunt scientiam: B
cor stultorum dissimile erit.

9 ‖ Victimae impiorum abominabiles Domino: vota iustorum placabilia.

10 Abominatio est Domino via impii: qui sequitur iustitiam, diligitur ab eo.

11 Doctrina mala deserentium viam vitae: qui increpationes odit, morietur.

12 Infernus & perditio coram Domino: quanto magis corda filiorum hominum?

13 Non amat pestilens eum qui se corripit, nec ad sapientes graditur.

14 Cor gaudens exhilerat faciem: in moerore animi deiicitur spiritus.

15 Cor sapientis [b] quaeret doctrinam: & os stultorum pascitur imperitia.

16 Omnes dies pauperis, mali: secura mẽs quasi iuge conuiuium.

17 Melius est parum cũ timore Domini, quàm thesauri magni & insatiabiles.

18 Melius est vocari ad olera cum charitate: C
quam ad vitulum saginatum cum odio.

19 Vir iracundus prouocat rixas: qui patiẽs est, mitigat suscitatas.

20 Iter [c] impiorum quasi sepes spinarum: via iustorum absq. offendiculo.

21 Filius sapiens laetificat patrem: & stultus homo despicit matrem suam.

22 Stultitia gaudium stulto: & vir prudens dirigit gressus suos.

23 Dissipantur cogitationes vbi non est consilium: vbi vero sunt plures consiliarii, confirmantur.

24 Laetatur homo in sententia oris sui: & sermo opportunus est optimus.

Eccl. 34. c.

Infra 17. d.

[b] quaerit

[c] pigrorum

29 est attritio impetu.
30 exaltat. i. ostendit.
31 Heb. vita corporis est animus lenis: at putredo ossium est inuidia. q. d. Salubritas corporis est abdicare sese abira & lenem esse: inuidia vero corrumpit corpus.
32 In malitia sua depellitur impius. i. in afflictione succumbit. Verti etiam potest, In malitia sua [illegible] pelli solet impius. i. incidit in malum quod alteri intentat.
35 & misericordia populorum est velut sacrificium pro peccato. i. causa est ut remittantur peccata. Alii vertũt, & ignominia populorũ, (sub. apud Deum) est peccatum.
34 pudore afficiens. i. qui non paret voluntati eius.

CAP. XV.
1 Heb. doloris, i. asper, atrox, & molestus.
2 [illegible] sermo sapientum est plenus eruditione.
3 Psal. [illegible]
[illegible]
4 Vel, est contritio spiritus.
[illegible]
13 sub. domus ipsius. i. per opera quae sunt prouentus impii.
6 vel, spargunt [illegible] cor autem stultorum non sic.
[illegible]
[illegible] Omnia

[illegible] Psal. 118 [illegible] 9 Heb. nec ad sapientes accedit. 10 frangitur obscuratur aut perit & obsolescit. 11 vel, pauperis [illegible] Hebraei [illegible] tota vita insipientium molesta est. 12 contritio [illegible] quaedam. 13 Heb. [illegible] 14 est quasi sepes spinosa [illegible] elevata [illegible] insipiens est piger [illegible] 15 Stultitia est gaudium carenti corde at vir cordatus dirigit viam suam, ad ambulandum [illegible] 16 vel, Dissipantur 17 sub. res, vel negocium. 18 sub. sapiens.

24 Semita vitæ super eruditum, vt declinet de inferno nouissimo.

D 25 Domum superborum demolietur Dominus: & firmos faciet terminos viduæ.

26 Abominatio Domini cogitationes malæ: & purus sermo pulcherrimus firmabitur ab eo.

27 Conturbat domum suam qui sectatur auaritiam: qui autem odit munera, viuet.

Infra 16. a. 28 Per misericordiam & fidem purgantur peccata: per timorem autem Domini declinat omnis à malo.

meditatur sapientiam: 29 Mens iusti meditabitur obedientiam: os impiorum redundat malis.

30 Longe est Dominus ab impiis: & orationes iustorum exaudiet.

31 Lux oculorum lætificat animam: fama bona impinguat ossa.

32 Auris quæ audit increpationes vitæ, in medio sapientum commorabitur.

33 Qui abiicit disciplinam, despicit animã suã: qui autem acquiescit increpationibus, possessor est cordis.

34 Timor Domini, disciplina sapientiæ: & gloriam præcedit humilitas.

25 Via vitæ sursum ducit prudentem, vt desiliat ab inferno qui deorsum sunt.

26 Domum superborum demolitur Dominus: sed viduæ terminum firmat.

27 Abominatur Dominus[19] consilia praua, mundorum autem sermones[20] iucundi sunt.

28 Perturbat domum suam qui auaritiæ inhiat: qui vero dona odit, viuet.

29 † † †

30 Cor iusti[21] meditatur quod respondeat: os vero impiorum effutit mala.

31 Procul abest Dominus ab impiis: at iustorum preces exaudit.

32 [22] Lux oculorum exhilarat cor: at[23] fama bona saginat ossa.

33 Auris quæ increpationi[24] viuificæ obtemperat, inter sapientes versabitur.

34 Qui negligit disciplinam, aspernatur animam suam: qui vero obiurgationi obtemperat,[25] cor comparabit.

35 Timor Domini est[26] disciplina sapientiæ: & ante gloriam est demissio.

CAPVT XVI.

A 1 Hominis est animam præparare, & Domini gubernare linguam.

2 Omnes viæ hominis patent oculis eius: spirituum ponderator est Dominus.

3 Reuela Domino opera tua, & dirigentur cogitationes tuæ.

4 Vniuersa propter semetipsum operatus est Dominus: impium quoq; ad diem malum.

5 Abominatio Domini est omnis arrogans: etiam si manus ad manum fuerit, non est innocens.

6 Initiũ viæ bonæ, facere iustitiam: accepta est autem apud Deũ magis, quàm immolare hostias.

Supra 15. d. 7 Misericordia & veritate redimitur iniquitas: & in timore Domini declinatur à malo.

8 Cum placuerint Domino viæ hominis, inimicos quoq; eius conuertet ad pacem.

B 9 Melius est parum cum iustitia, quàm multi fructus cum iniquitate.

10 Cor hominis disponit viam suam, sed Domini est dirigere gressus eius.

11 Diuinatio in labiis regis, in iudicio non errabit os eius.

seculi 12 Pondus & statera iudicia Domini sunt: & opera eius omnes lapides seculi.

13 Abominabiles regi qui agunt impie: quoniã iustitia firmatur solium.

diligetur. 14 Voluntas regum labia iusta: qui recta loquitur, diligetur.

15 Indignatio regis, nuncii mortis: & vir sapiens placabit eam.

16 In hilaritate vultus regis, vita: & clementia eius quasi imber serotinus.

17 Posside sapientiam, quia auro melior est: & acquire prudentiam, quia pretiosior est argento.

viam 18 Semita iustorum declinat mala, custos animæ suæ seruat vitam suam.

exaltatur 19 Contritionem præcedit superbia, & ante ruinam exaltabitur spiritus.

20 Melius est humiliari cum mitibus, quàm diuidere spolia cum superbis. Eruditus in verbo reperiet bona: & qui sperat in Domino, beatus est.

percipiet 21 Qui sapiens est corde, appellabitur prudẽs: & qui dulcis eloquio, maiora reperiet.

1 Hominis[1] est disponere cor: à Domino autem est responsio linguæ.

2 Homini omnes viæ si a munda videntur in oculis suis: Dominus autem[2] desponit spiritus.

3 [3] Deuolue ad Dominum opera tua, & consilia tua firmabuntur.

4 Omnia operatur Dominus propter se:[4] Impium quoq; ad diem malum.

5 Abominatur Dominus quotquot superbi sunt corde,[5] etiam manus manui iuncta, non erit exors mali.

6 † † †

7 [6] Beneficentia & fide expiatur iniquitas: & in timore Domini receditur à malo.

8 Dum hominis viæ gratæ sunt Domino, hostes quoque eius conciliat ei.

9 Pusillum quod cum iustitia possides, præstat immensis prouentibus cum iniquitate partis.

10 Cor hominis[7] deliberat de via sua: Dominus autem dirigit gressum eius.

11 [8] Oracula sunt quæ de labiis regis procedunt dum pronunciat,[9] ne ergo præuaricetur os eius.

12 Statera, bilanx,[10] iudicium Domini sunt,[11] omnia pondera opus eius sunt.

13 Impietatem designare abominandum esse debet regibus: iustitia enim solium[12] fultum esse oportet.

14 Placent regibus labia iusta, & recta loquentem amant.

15 Ira regis mortis est nuncius: sapiens autem placare illam[13] poterit.

16 Serenus vultus regis vita est, & gratia illius velut nubes imbrem[14] serotini.

17 [15] Possidere sapientiam multo præstantius est auro putato puro, & intelligentiam possidere, præstantius argento electo.

18 Semita rectorum, est discedere à malo: & qui custodit[16] viam suam, custodit animam suam.

19 Prætit contritionem[17] fastus, & antecedit ruinam superbia animi.

20 Melius est deiici animo cum humilibus, quàm[18] prædam partiri cum elatis.[19] Prudenter tractans rẽ, reperiet bona: qui autem Domino fidit, beatus est.

21 Qui sapiens habet cor, vocatur prudens: suauitas autem[20] labiorum[21] commendatiorem reddit doctrinã.

19 cogitationes malis, scil. viri. 20 mundi sunt, i. pulchri sunt coram Deo. 21 loquitur quæ sunt ad vtilitatem. 22 vel, Lumen oculorum lætitia afficit mentem, i. Lumen quod oculis percipitur, reddit hominem lætiorem. 23 auditus bonus, vel, nuntiũ bonum. 24 Heb. vitæ, i. quæ ducit hominem ad vitam. 25 possidet cor, i. est cordatus & sapiens. 26 eruditio, i. per timorem Domini cõsequimur eruditionẽ.

CAP. XVI. 1 Heb. Hominis sunt dispositiones cordis: sed à Domino est sermo linguæ. Id est quod vulgo dicitur, Homo proponit, & Deus disponit. Idud in Balaam factũ videmus, cuius maledictionem vertit in benedictionẽ. Num. 23. 2 i. operatur in nobis quæ bona sunt. 3 i. Perfice quicquid agis, in honorem Dei, & non frustraberis cogitationibus tuis. 4 & etiam impium destinauit in diem afflictionis perditionis, vt sciret cognoscatur ira Dei. 5 i. mox non habebitur pro insonte, statim punietur. 6 vel, Misericordia & veritate expiatur iniquitas, i. amouetur poena iniquitati debita. 7 Heb. excogitat diligenter viã suã, i. deliberat. 8 Heb. (velut) diuinatio (est) super labia regis, i. diuina quædã loqui debet. Vel, Quum prophetia est in labiis regis, tunc non solet mentiri, os eius in iudicio. 9 in iudicio in mentiri non solet os eius, recte iudicat. 10 iudicium, statera sunt Dei, i. q. d. omnia

quæ inuenta sunt ad seruandam iustitiam inter homines, sunt à Deo. 11 Heb. opus eius sunt omnes lapides sacculi. Antiqui designabant pondera lapillis: ideo lapides pro pondere accipiuntur. Solebant autem asseruari in sacculis. 12 confirmari solet. 13 vel, solet. 14 i. quæ in vere cadere solet. 15 vel, Comparare 16 i. viam mandatorum Dei. 17 vel, spiritus elatus. q. d. Calamitas est comes superbiæ. 18 Partiri prædam, est diuitem esse. 19 Heb. Qui intelligit rem, 20 dulcedo. 21 augebit doctrinam.

22 fons
23 eruditio
24 Cor sapientis reddit prudens os suum: & in labiis suis auget doctrinam.
25 vel, elegans
26 (qui fauus) est dulcis gustui, & medela ossibus. Nam mel sanat languores corporis.
27 Anima laborantis laborat sibi: quia incuruat sese in eum os eius. Vel, innititur super ipsum, i. Ob suam necessitatem laborat homo: quia adigit eum os suum, & postulat ab eo escam. De labore manuum loquitur quo omnibus hominibus impositus est vt sudore vultus acquirant necessaria vitæ.
28 i. nihili, inquirit malum, vt qui fodiendo quærit malum: & verba quibus lædit, sunt velut ignita.
29 Heb. susurro separat principem.
30 Heb. Vir iniuriæ blandis verbis allicit socium.
31 claudit vt excogitet peruersitates: agitat labia sua, cōsummabit malū. Gestus mali hominis exprimit.
32 Heb. Corona decoris canities: in via iustitiæ inuenietur.
CAP. XVII.
1 Heb. victimis contentionis. i. quæ comeduntur cum contentione & iurgio. In quibus enim conuiuiis sacerdotes carnis immolatæ partem accipiebant, solebant [illegible]

22 *Intellectus* [22] *vena est vita ei qui habet: stultorum* [23] *disciplina stultitia est.*

23 [24] *Sapientis pectus os illius prudenter moderatur, & labiis eius addit doctrinam.*

24 *Fauus mellis est* [25] *amœnus sermo,* [26] *animæ dulcis res, & ossium medela.*

25 *Est via quæ homini recta videtur, cuius finis via est ad mortem.*

26 [27] *Homo laborans laborat sibi, quoniam cogit eū os suum.*

27 *Vir* [28] *belial effodit malum, & labia eius velut ignis accensus.*

28 *Vir peruersus occasiones contentionis inijcit, &* [29] *delator sæpe inter magnates dissidia concitat.*

29 [30] *Homo violentus decipit proximum suum, ducitq́ eum per viam haud bonam.*

30 *Qui oculos suos* [31] *obfirmat, aliquid peruersum statuit: qui vero labra contrahit, malum perficit.*

31 [32] *Senectus, si eam in via iustitiæ reperias, corona ornatissima est.*

32 *Longanimis forti præstat: & qui animo suo imperat, ei qui expugnat vrbes.*

33 *In sinum deijciuntur sortes, at omne iudicium earum pendet a Domino.*

22 Fons vitæ eruditio possidentis doctrina stultorum, fatuitas.

23 Cor sapientis erudiet os eius, & labiis eius addet gratiam.

24 Fauus mellis composita verba, dulcedo animæ & sanitas ossium.

25 ‖ Est via quæ videtur homini recta, & [a] nouissima eius ducunt ad mortem. Supra 14. b. D

26 Anima laborantis laborat sibi, quia compulit eum os suum: [a] *nouissimum eius ducit*

27 Vir [b] insipiens fodit malum, & in labiis eius ignis ardescit. [b] *impius*

28 Homo peruersus suscitat lites, & verbosus separat principes.

29 Vir iniquus lactat amicum suum, & ducit eū per viam non bonam.

30 Qui attonitis oculis cogitat praua, mordēs labia sua [c] perficiet malum. [c] *perficit*

31 Corona dignitatis senectus quæ in viis iustitiæ reperietur.

32 Melior est patiens viro forti: & qui dominatur animo suo, expugnatore vrbium.

33 Sortes mittuntur in sinum, sed à Domino temperantur.

CAPVT XVII.

1 *Melius est siccum frustum (panis) cum tranquillitate, quam domus plena* [1] *mactatis (pecoribus) cum contentione.*

2 *Seruus cordatus imperabit filiofamilias* [2] *dedecoroso, & inter fratres hereditatem* [3] *diuidet.*

3 [4] *Vt excoctor argentum, & fornax aurum, ita explorat corda Dominus.*

4 *Malus auscultat labio* [5] *iniquo: mendax obsequitur perniciosæ linguæ.*

5 *Qui pauperi illudit, probro afficit factorem eius: & qui gaudet de pernicie* [6] *(alterius,) non feret impune.*

6 [7] *Corona senum filij filiorum sunt: & decus liberorum sunt patres ipsorum.*

7 *Non decet stultum* [8] *magnificus sermo, multo minus principem sermo mendax.*

8 *Grata gemma est munus in oculis eorum qui ipsum possident:* [9] *ad quemcunque verterit, prudentem efficiet.*

9 [10] *Qui quærit amicitiam, dissimulat præuaricationem: qui variat verba, magnates dissociat.*

10 [11] *Cordatum plus terret obiurgatio, quam centum plagæ stultum.*

11 *Rebellis dumtaxat malum quærit: hinc* [12] *crudelis nuncius mittetur contra eum.*

12 *Satius est vrsum occurrere visa orba, quàm stultum in stultitia sua.*

13 *Qui malum pro bono reddit, de illius domo nunquam recedet malum.*

14 [13] *Vt qui aquis aperit, sic qui primum occasionem litigandi dat: antequam lis commisceatur, abscindenda est.*

15 *Ex æquo abominatur Dominus tam eum qui scelestum absoluit, quam eum qui insontem damnat.*

16 *Quorsum stulto pretium in manu,* [14] *qui ne pectus quidem habet, nec sapientiam ad acquirendam?*

17 [illegible]

18 *Omni tempore diligit amicus, &* [15] *frater in ad[illegible] necessitate tandem nascitur.*

19 [16] *Qui [illegible] manum pro proximo fideiussor spondet, imprudens est.*

1 Melior est buccella sicca cum gaudio, quàm domus plena victimis cum iurgio. A

2 ‖ Seruus sapiens dominabitur filiis stultis, & inter fratres hæreditatem diuidet. Eccl. 10. d.

3 Sicut igne probatur argentum, & aurum camino: ita corda probat Dominus.

4 Malus obedit linguæ iniquæ: & fallax obtēperat labiis mendacibus.

5 ‖ Qui despicit pauperem, exprobrat factori eius: & qui ruina lætatur alterius, nō erit impunitus. Supra 14. d.

6 Corona senum, filii filiorum: & gloria filiorum, patres eorum.

7 Non decent stultum verba composita, nec principem labium mentiens.

8 Gemma gratissima, expectatio præstolantis: quocunque se vertit, prudenter intelligit. B

9 Qui celat delictum, quærit amicitias: qui altero sermone repetit, separat fœderatos.

10 Plus proficit [a] correctio apud prudentem, quàm centum plagæ apud stultum. [a] *correptio*

11 Semper iurgia quærit malus: angelus autem crudelis mittetur contra eum.

12 Expedit magis vrsæ occurrere raptis fœtibus, quàm fatuo confidenti sibi in stultitia sua.

13 ‖ Qui reddit mala pro bonis, non recedet malum de domo eius. Rom. 12. d. 1 Pet. 3. b. 1. Thess. 5. d.

14 Qui dimittit aquam, caput est iurgiorum: & antequam patiatur cōtumeliam, iudicium deserit.

15 ‖ Qui iustificat impium, & qui condemnat iustum, abominabilis est vterque apud Deum. C Esa. 5. c.

16 Quid prodest stulto habere diuitias, cum sapientiam emere non possit?

17 Qui altam facit domum suam, quærit ruinam: & qui euitat discere, incidet in mala.

18 Omni tempore diligit qui amicus est, & frater in angustiis comprobatur.

19 Stultus homo plaudet manibus suis, cum spoponderit pro amico suo.

[illegible] 8 Hebraice, Labium excellentiæ. Labium pro sermone. 9 quoquo se verterit, prosperabitur [illegible] 10 Heb. Qui celat peccatum, quærit amicitiam [illegible] qui autem peccatum non impingit alteri, [illegible] 11 Heb. descendet [illegible]
[illegible] Deus, et eum percutiat. Exemplum habemus in Pharaone. 13 Heb. Qui aperit aquas [illegible]
[illegible] Heb. Homo carens corde figit manum, spondetque sponsionem in conspectu proximi. Defigere manum, pro fidem dare, qui eam pro aliis fideiubent, solent [illegible] dextram.

20 Qui meditatur discordias, diligit rixas: & qui exaltat *os suum, quærit ruinam. — *ostium suum.

21 Qui peruersi cordis est, non inueniet †bonū: & qui vertit linguam, incidet in malum. — †bonum. D

22 Natus est stultus in ignominiam suam: sed nec pater in fatuo lætabitur.

Sap.15.b — 23 ‖ Animus gaudens ætatem floridam facit: spiritus tristis exsiccat ossa.

24 Munera de sinu impius accipit, vt peruertat semitas iudicii.

Eccles.2.c.8.a — 25 ‖ In facie prudentis lucet sapientia: oculi stultorum in finibus terræ.

26 Ira patris filius stultus, & dolor matris quæ genuit eum.

27 Non est bonum damnum inferre iusto, nec percutere principem qui recta iudicat.

Iacob.1.c — 28 ‖ Qui moderatur sermones suos, doctus & prudens est: & pretiosi spiritus vir eruditus.

29 Stultus quoque si tacuerit, sapiens reputabitur: & si compresserit labia sua, intelligens.

20 [17] *Qui diligit præuaricationem, diligit rixam: & qui ostium suum exaltat, quærit contritionem.*

21 *Qui peruersus est corde, non inueniet bonum: peruersus autem lingua sua, cadet in malum.*

22 *Qui generat stultum, sibi mœrorem [[18] accersit,] nec gaudebit pater stulti.*

23 *Cor lætum [19] bonam facit valetudinem: mens autem tristis exhaurit ossa.*

24 *Munus [20] è sinu impius accipit, vt deprauet semitas iudicii.*

25 *Ipse vultus prudentis [præ se fert] sapientiam: oculi autem stultorum [21] fines terræ [peruagantur.]*

26 *Filius stultus patri suo dolorem, & matri suæ mœrorem [affert.]*

27 *Affligere iustum, non bonum est: nec percutere principes ob æquitatem.*

28 [22] *Qui verbis parcit, gnarus ac peritus est: & [23] nobilis spiritu est vir intelligens.*

29 *Stultus quoq; si sileat, sapiens reputatur: & prudens si labiis imperet.*

17 Diligit peccatum qui diligit lites. i. Placet iniquitas ei qui amat lites. quemadmodū qui in edito loco ædificat, quia & amat ruinam.
18 vel, genere.
19 vel, vegetum reddit corpus. Alii, benefaciet vt medicina.
20 sub. diuitis, i. clam.
21 Heb. in extremo terræ. i. sunt vagi. Prudētis (inquit) semp̄ p̄ñs est sapientia: at stultus quærit eam, & non inuenit.
22 Qui cohibet verba sua
23 vel, frigidus. i. qui non facile mouetur ad irā.

CAPVT XVIII.

A 1 Occasiones quærit qui vult recedere ab amico: omni tempore erit exprobrabilis.

2 Non recipit stultus verba prudentiæ, nisi ea dixeris quæ versantur in corde eius.

3 Impius cum in profundum venerit peccatorum, contemnit: sed sequitur eum ignominia & opprobrium.

4 Aqua profunda verba ex ore viri: & torrens redundans fons sapientiæ.

5 Accipere personam impii in iudicio non est bonum, vt declines à veritate iudicii.

6 Labia stulti miscent se rixis, & os eius iurgia prouocat.

B 7 Os stulti contritio eius, & labia ipsius ruina animæ eius.

8 Verba bilinguis, quasi simplicia, & ipsa perueniunt vsque ad interiora ventris.

9 Pigrum deiicit timor: animæ autem effœminatorum esurient.

10 Qui mollis & dissolutus est in opere suo, frater est sua opera dissipantis.

11 Turris fortissima nomen Domini: ad *ipsam currit iustus, & exaltabitur. — *ipsum.

12 Substantia diuitis vrbs roboris eius, & quasi murus validus circumdans eum.

13 Antequam conteratur, exaltatur cor hominis: & antequam glorificetur, humiliatur.

Eccles.11.a — 14 ‖ Qui prius respondet quàm audiat, stultum se esse demonstrat, & confusione dignum.

15 Spiritus viri sustentat imbecillitatem suam: spiritum verò ad irascendum facilem quis poterit sustinere?

16 Cor *prudentis possidebit scientiam, & auris sapientium quærit doctrinam. — *prudens.

17 Donum hominis dilatat viam eius, & ante principes spacium ei facit.

18 Iustus prior est accusator sui: venit amicus eius, & inuestigabit eum.

19 Contradictiones comprimit sors, & inter potentes quoque diiudicat.

20 Frater qui adiuuatur à fratre, quasi ciuitas firma: & iudicia quasi vectes vrbium.

1 *Ad [1] desiderium quæret separatus, in omni essentia immiscet se.*

2 *Stultus non delectatur intelligentia, [2] sed in his duntaxat quæ corde suo voluitat.*

3 [3] *Quum venit impietas, venit & contemptus, & cum ignominia probrum.*

4 *Verba oris [4] viri velut profunda aquæ sunt: & [5] fons sapientiæ, velut vberrimum flumen.*

5 *Suspicere personam impii, [6] non est bonum, vt iustum in iudicio deiicias.*

6 [7] *Labia stulti veniunt in litem, & os eius ad pugnas prouocat.*

7 *Os stulti [8] sibi terrori est: & labia eius laqueus animæ suæ.*

8 *Verba susurronis sunt, [9] ac eius qui se percussum simulat, sed intima ventris penetrant.*

9 † † †

10 [10] *Qui friget in opere suo, frater eius est qui dissipat.*

11 *Turris fortissima est nomen Domini, quo quum currit iustus, [11] extra telorum iactum est.*

12 *At diuiti fingit sibi opes suas vrbis fortissimæ, ac muri altissimi [12] loco esse.*

13 *Ante [13] comminutionem eleuatur cor hominis, & ante gloriam demissio.*

14 *Qui respondet priusquam audierit, [14] stultitia hoc sibi ignominiæ [datur.]*

15 [15] *Mens viro [à qua] valetudinem eius leuat: mentem autem afflictam passionibus quis leuabit?*

16 [16] *Cor prudentis scientiam parat, & auris sapientum studet cognitioni.*

17 *Donum hominis [17] dilatat ei, & requiem parat ei coram magnatibus.*

18 [18] *Iustus primus est in lite sua: quum venit proximus eius, scrutatur eum.*

19 *Sors sedat contentiones, & [19] prædures componit.*

20 [20] *Frater si perfidè deseritur [ita fit vehementior] quàm ciuitas fortissima, & contentio vt repagulum arcis.*

CAP. XVIII.
1 Heb. Ob desideriū quæret seiunctus: in omni doctrina vera admiscet sese. i. Præ amore sapientiæ sapiens quæt sapientiam, seiunctus ab hominib. h. e. posthabitis rebus omnibus: & in omni doctrina sana admiscere se solet.
2 nisi cū patefit cor ilius. i. cum reuelat stultitiam cordis illius.
3 i. impius solet cōtemnere alios: & homo vilis opprobrium secum affert.
4 intellige prudētis aut sapientis. Vt aquę altę profundæ exhauriri non possunt: sic nec viri sapiētis verba vnq; deficiunt.
5 sub. in corde hominis. Fons sapientiæ in corde viri nunquam arescit.
6 i. est pessimū. Solent Hebræi explicare superlatiuum per negationem.
7 vel, Sermones stulti deueniunt in litē: & os eius ad verbera inuitat.
8 contritio sibi.
9 vel, sicut verba percussorū: aut, mulctatorū. Solent n. esse simplices, vt deplorat. Alii vertunt, Verba detractoris (sunt) sicut blanda verba. 10 vel, Qui derelinquit opus suum: frater est domino perdenti sub. facultates suas. Fratrem pro simili ponit, quia solent fratres esse similes. q. d. qui negligens est, perdit omnia quæ habet. 11 Heb. exaltatur. vel, in alto & tuto locatur. i. seruatur. 12 Heb. Diuitiæ diuitis (sunt velut) vrbs fortitudinis ipsius: & sicut murus altus in mente sua. 13 attritionem, [illegible] q. d. superbi humiliantur, & humiles exaltantur.

14 Heb. stultitia est illi & pudor. i. pudore & confusione afficitur. 15 Spiritus hominis profert morbum illius. Spiritum vero percussum quis feret? q. d. Spiritus hominis facile perfert morbum corporis: sed morbum spiritus, id est, suum, non potest, hoc est: Si animus male habeat, nemo est qui illum sanare possit. 16 vel, Animus prudentis comparat sibi scientiam. i. semper occupatur in doctrina. 17 parat aditum sibi & in conspectum magnatum deducit eum. q. d. qui liberalis est in erogandis donis, huic aditus patet vsque ad principes & reges. 18 i. Iustus se primum accusat [illegible] operam dant vt alii emendentur. Alii vertunt, Iustus, (est) primus in causa sua: quamuis veniat socius eius & inuestigat eum. i. verba eius. hoc est, Qui prior est in lite [illegible] iudici qui corrumpitur muneribus, est iustus, i. superior est in causa, quamuis postea veniat socius qui excutiat causam ipsius qui prior fuit. 19 i. qui sese roborant in contentione, inquiunt Hebræi. Alii vertunt, contendentes separat. 20 Heb. Frater rebellans (sub. contra fratrem) magis quam ciuitas fortis: & lites (sub. fratrum, sunt) velut vectes palatii. q. d. Rebellio fratris durior est, quam ciuitatis quæ rebellat contra principem: & lites fratrum fortes sunt vt vectes quibus clauduntur fores palatiorum. ac si dicas, Nihil grauius simultatibus & dissidiis fratrum.

21 [18] *De fructu oris quisque ventrem suum satiabit,* [22] *saturabitur quoque de prouentu labiorum suorum.*

22 [21] *Mors & vita in linguæ potestate sunt: & qui diligunt eam, fructu eius vescentur.*

23 *Qui inuenit uxorem, rem bonam inuenit:* [24] *fauorem à Domino impetrabit.*

24 † † †

25 *Supplex erat pauper: diues autem durè respondet.*

26 [25] *Vir aptus amicitiæ: & cui cordi est amicitiam colere, plus amat & firmius hæret quam frater.*

21 De fructu oris viri replebitur venter eius, & genimina labiorum ipsius saturabunt eum. D

22 Mors & vita in manibus linguæ: qui diligunt eam, comedent fructus eius. [manu]

23 Qui inuenit mulierem bonam, inuenit bonum, & hauriet iucunditatem à Domino.

24 Qui expellit mulierem bonam, expellit bonum: qui autem tenet adulteram, stultus est & insipiens.

25 Cum obsecrationibus loquitur pauper, & diues effabitur rigide.

26 Vir amicabilis ad societatem magis amicus erit quàm frater.

21 Fructu oris, i. intelligit sermonē, q. d. Linguaces [illegible] habent de [illegible] quæ in lingua parit. 22 sub. ii qui loquuntur. 23 i. linguæ potest interficere sermo [illegible] potest & seruare: & linguax, qui proclium est ad loquendū, edere solet fructū eius. * sub. bonam. 24 Hebr. hausit fauorem à Dño, i. assecutus est ei dono Dei. 25 Heb. Vir amicorū (sub. par est illis) vt ipse se amicum: quia sit qui diligit, coniunctior fratre. i. Vir qui multos habet amicos, debet se illis præstare amicum, vt eos in amicitia retineat. nā amici superant fratres amicitia.

CAPVT XIX.

1 *Melior est pauper qui ambulat in integritate sua, quam qui praua labia habet & stultus est.*

2 [1] *Neq; bene habet animus imperitus. vt qui festinat & pedibus offendit.*

3 [2] *Stultitia viam hominis deprauat, ita vt contra Dominum irascatur cor eius.*

4 *Opes multos parant amicos: pauper vero etiam ab amicis deseritur.*

5 *Testis mendax non impune feret, & qui enomit mendacia, non euadet.*

6 [3] *Ante faciem munifici multi rogant, & nemo non se faciat largitori munerum.*

7 *Omnes fratres pauperis eum oderunt, quanto magis sodales eius longe ab eo discedunt!* [4] *verba persequenti quæ non sunt.*

8 *Qui* [5] *cordatus est, diligit animam suam: qui prudentiam obseruat,* [6] *inueniat bonum.*

9 *Mendax testis* [7] *non impune feret: & qui enomit mendacia, peribit.*

10 [8] *Voluptas stultum non decet, quanto minus seruum imperitare principibus?*

11 *Prudens homo differt iram suam,* [9] *& delicta dissimulando maior ac maior fit.*

12 *Ceu fremitus leonis est ira regis:* [10] *gratia autem illius tanquam ros in herba.*

13 *Calamitas patris est filius stultus: uxor autem rixosa ceu tectum iugiter perstillans.*

14 *Domus ac* [11] *res paterna hæreditate [obueniunt,]* *à Domino autem prudens uxor.*

15 *Pigritia soporem parit, &* [12] *animus dolo [assuetus] fame laborabit.*

16 *Qui præceptum seruat, seruat animam suam: & qui* [13] *vias suas despicit, morietur.*

17 *Domino fœnerat, quisquis benefacit pauperi,* [14] *secundum beneficium eius rependetur ei.*

18 *Castiga filium tuum dum* [15] *spes superest:* [16] *at vt eum occidas, animum tuum ne inducito.*

19 [17] *Si nimium seuerus fueris, damnum accipies: si liberas, rursum addes.*

20 *Audi consilium, & castigationem amplectare,* [18] *tandemq; sapies.*

21 *Multæ* [19] *cogitationes sunt in corde hominis: at consilium Domini firmum est.*

22 [20] *Voluptas sit homini benefacere. melior est vir pauper homine negante.*

23 *Timor Domini [affert] vitam, exsaturat:* [21] *& sic commoratur sicut, et malum nullum timebit.*

24 [22] *Piger manum suam in patinam infigit, nec eam ad os suum retrahit.*

1 Melior est pauper qui ambulat in simplicitate sua, quam diues torquens labia sua, & insipiens. A

2 Vbi non est scientia, animæ non est bonum: & qui festinus est pedibus, offendet.

3 Stultitia hominis supplantat gressus eius: & contra Deum feruet animo suo. [Dominum]

4 Diuitiæ addunt inimicos plurimos: à paupere autem & hi quos habuit, separantur.

5 ‖ Testis falsus non erit impunitus: & qui mendacia loquitur, non effugiet. Daniel. 13. g

6 Multi colunt personam potentis, & amici sunt dona tribuentis.

7 Fratres hominis pauperis oderunt eum, insuper & amici procul recesserunt ab eo.

8 Qui tantum verba sectatur, nihil habebit: qui autem possessor est mentis, diligit animam suam, & custos prudentiæ inueniet bona. B

9 Falsus testis non erit impunitus: & qui loquitur mendacia, peribit.

10 Non decent stultum diuitiæ, nec seruum dominari principibus. [delicias]

11 Doctrina viri per patientiam noscitur, & gloria eius est iniqua prætergredi.

12 Sicut fremitus leonis, ita & regis ira: & sicut ros super herbam, ita & hilaritas eius.

13 Dolor patris filius stultus: & tecta iugiter perstillantia, litigiosa mulier.

14 Domus & diuitiæ dantur à parentibus, à Domino autem proprie uxor prudens.

15 Pigredo immittit soporem, & anima dissoluta esuriet. C

16 Qui custodit mandatum, custodit animam suam: qui autem negligit viam suam, mortificabitur. [vias suas]

17 Fœneratur Domino, qui miseretur pauperis, & vicissitudinem suam reddet ei.

18 Erudi filium tuum, ne desperes: ad interfectionem autem eius ne ponas animam tuam.

19 Qui enim impatiens est, sustinebit damnū: & cum rapuerit, aliud apponet.

20 Audi consilium, & suscipe disciplinam, vt sis sapiens in nouissimis tuis.

21 Multæ cogitationes in corde viri: voluntas autem Domini in æternum permanebit. D

22 Homo indigens misericors est. & melior est pauper iustus, quam vir mendax.

23 Timor Domini ad vitam: & in plenitudine commorabitur, absque visitatione pessima.

24 Abscondit piger manum suam sub ascella, nec ad os suum applicat eam.

25 ‖ Pestilen-

CAP. XIX. 1 Heb. Etiā absque prudētia, desiderium pessimū est: & velox pedibus peccat. Velox, sub. ad implendum desiderium suum. 3 q. d. sæpe homo frustratur voto suo, propter stultitiam suam, Deo hoc nō fauente: [illegible] [illegible] [illegible]

6 i. se largitori munerum [illegible] 7 Heb. non absoluetur 8 vel, Delectatio i. non decet stultū pace consistentem [illegible] 9 & [illegible] [illegible] clementia. [illegible] 13 i. officiū suū. 14 Heb. [illegible] 17 Heb. [illegible] 22 vel, Abscondit piger manum suam in sinu suo. [illegible]

Infr.21.b

25 ¶ Pestilente flagellato stultus sapientior erit: si autem corripueris sapientẽ, intelliget *sapientiam.*
disciplinam.

26 Qui affligit patrẽ, & fugat matrem, ignominiosus *erit* & infœlix.
est

27 Non cesses fili audire doctrinam, nec ignores sermones scientiæ.

28 Testis iniquus deridet iudicium: & os impiorum deuorat iniquitatem.

29 Parata sunt derisoribus iudicia, & mallei percutientes stultorum corporibus.

25 *Illusorem si percutias,* [21] *imperitus cautior euadet: prudentem si corripias,* [24] *intelliget scientiam.*

26 [21] *Qui patri damnum dat, & matrem expellit, dedecorosus est & filius & ignominiosus.*

27 *Desine fili mi audire* [26] *disciplinam à verbis scientiæ seducentem.*

28 *Testis* [27] *Belial interpretabitur iudicium, & os impiorum* [28] *deuorat iniquitatem.*

29 *Illusoribus parata sunt iudicia, & vibices tergo* [29] *stultorum.*

CAPVT XX.

A 1 LVxuriosa res vinum, & tumultuosa ebrietas: quicunq. his delectatur, non erit sapiens.

2 Sicut rugitus leonis, ita & terror regis: qui prouocat eum, peccat in animam suam.

3 Honor est homini qui separat se à contentionibus: omnes autem stulti miscentur contumeliis.

4 Propter frigus piger arare noluit: mendicabit ergo æstate, & non dabitur illi.

5 Sicut aqua profunda, sic consilium in corde viri: sed homo sapiens exhauriet illud.

6 Multi homines misericordes vocantur: virũ autem fidelem quis inueniet?

7 Iustus qui ambulat in simplicitate sua, beatos post se filios *derelinquet.*
derelinquet.

B 8 Rex qui sedet in solio iudicii, dissipat omne malum intuitu suo.

9 ¶ Quis potest dicere, Mundum est cor meum, purus sum à peccato?
1.Iohan 1.a
3.Reg.8.e
2.Paral.6.e
Eccles.7.c

10 ¶ Pondus & pondus, mensura & mensura, vtrumque abominabile est apud *Deum.*
Dominum.

11 Ex studiis suis intelligitur puer, si munda & recta sint opera eius.

12 Aurem audientem & oculum videntem, Dominus fecit vtrumque.

13 Noli diligere somnum, ne te egestas opprimat: aperi oculos tuos, & saturare panibus.

14 Malum est, malum est, dicit omnis emptor: & cum recesserit, tunc gloriabitur.

C 15 Est aurum, & multitudo gemmarum: vas autem preciosum labia scientiæ.

16 Tolle vestimentum eius qui fideiussor extitit alieni, & pro extraneis aufer pignus ab eo.
Infr.27.c

17 Suauis est homini panis mendacii, & postea implebitur os eius calculo.

18 Cogitationes consiliis roborantur, & gubernaculis tractanda sunt bella.

19 Ei qui reuelat mysteria, & ambulat fraudulenter, & dilatat labia sua, ne commiscearis.

20 ¶ Qui maledicit patri suo & matri, extinguetur *lumen* eius in mediis tenebris.
Exod.21.c
Leuit.20.b
Matth.15.a
lucerna.

21 Hæreditas ad quam festinatur in principio, in nouissimo benedictione carebit.

D 22 ¶ Ne dicas, Reddam malum pro malo: expecta Dominum, & liberabit te.
Supr.17.c
Rom.12.d
1.Pet.3.b
1.Thes.5.d

23 Abominatio est apud Dominum pondus & pondus, statera dolosa non est bona.

24 A Domino diriguntur gressus viri: quis autem hominum intelligere potest viam suam?

25 Ruina est homini *deuotare* sanctos: & post vota *retractare.*
deuorare.
tractare.

1 L[1] *Vdicra res est vinum, & tumultuosa ebrietas: quicunq. in hoc errat, nunquam sapiet.*

2 *Terror regis est perinde vt rugitus leonis: qui illum prouocat ad iram, peccat contra* [2] *animam suam.*

3 *Gloria homini est, desistere à lite:* [3] *quisquis sese [ille] miscet, stultus est.*

4 *Præ frigore non arat piger,* [4] *sed mendicans in messe, nihil [auferet.]*

5 *Veluti aqua profunda est* [5] *consilium in corde viri: at vir intelligens eliciet illud.*

6 [6] *Plerumq. homines deprædicant eum, qui eis benefecit: at virum fidum quis inueniet?*

7 [7] *Iustus ambulat in sua integritate, liberi eius post ipsum beati.*

8 *Rex sedens in solio iudicii, dissipat omne malum intuendo.*

9 *Quis dicet, Mundum est cor meum? purus sum à peccato meo?*

10 [8] *Diuerso pondere vti, aut diuersa mensura, ambo hæc detestatur Dominus.*

11 [9] *Puer etiam ex studiis suis deprehenditur, an purum & rectum futurum sit opus eius.*

12 [10] *Aurem auditum & oculi visum, ambo hæc fecit Dominus.*

13 *Ne diligas somnum, ne ad egestatem adigaris:* [11] *aperi oculos tuos, vt satieris pane.*

14 *Malum est, malum est, ait qui emit: quum vero abit,* [12] *sibi tunc laudat.*

15 [13] *Est aurum, auri, gemmarum ac preciosis vasis preciosius est.*

16 [14] *Si alienum spoponderit, eripe vestem eius, vt pro extraneo sit pignus eius.*

17 *Dulcis est homini panis* [15] *fraude partus, at tandem os eius implebitur calculo.*

18 *Cogitationes consilio* [16] *disponuntur: consilio gere bellum.*

19 [17] *Ne ineas amicitiam cum eo qui secretum reuelat, aut qui [...] & blandiloquus est.*

20 *Qui maledicit patri suo aut matri suæ,* [18] *eius lucerna extinguetur in medio tenebrarum.*

21 *Hæreditas* [19] *præpropera principio,* [20] *tandem non benedicetur.*

22 *Ne dicas, Rependam malum: sed expecta Dominum, vt te liberabit.*

23 *Dominus auersatur diuersum pondus, & bilanx dolosa non est bona.*

24 *Gressus viri fiunt à* [22] *Domino, & mortalis quomodo intelligeret* [23] *viam suam?*

25 [24] *Laqueus est homini sanctum deuorare, & postea ad vota conuertere.*

23 vel, is q̃ simplex est.
24 i. fiet prudentior.
25 vel, Dissipat patrem, (&) matrem fugat [...] pudore [...] afficiens [...] parentes.
26 institutionẽ.
27 inutilis (vel, nihili) sic [...] nat æquitatem.
28 Deuorat [...] quitatẽ, est delectatur iniquitate.
8 tegere [...] conde suo.
29 Stulti vocat quos superiori versiculo impios vocauerat.

CAP. XX.
1 Subsannator est qui vino deditus est: tumultuans [...] sapiens. Sic in Hebræis significat quicquid inebriare potest.
2 i. vitam suam, h. e. exponit se mortis periculo.
[...] & nulla erit.
5 q.d. difficile est ex mẽte alterius extrahere consiliũ.
6 vel, Multi inuocant virum [...] cõmiserit [...] virum [...] fidelem, &c.
[...]

[...] modũ. his nominibus omnem mensuram intelligit. Sunt qui quum emunt habent [...] quum autem vendunt [...] Audientem Dei præceptum, & videntem quæ bona sunt. 11 Execute somnum. 13 Redundat sibi [...] Quidam legunt, quum vero amiserit, tum laudat. 15 Heb. est aurum, & multitudo gemmarum: et [...] Accipe veste eius, quia fideiussit pro extraneo, & pro extranea pignus eius [...] Heb. Qui reuelat secretum, ambulat (in) delatione: & cum [...] ea blandicitis. 18 i. penitus magna ignorantia [...] præcipitata. vel, cum præcipitatione parta [...] Heb. Scandalum hominis, deuorat [...] solet auxilium illud Diuinum, quod vere est & maxime [...] & postea quærere solemus quid in causa fuerit quominus [...] petamus votis.

24 Genus supplicii quo utebantur Hebraei.
25 Heb. Illuminatio Domini (est) anima hominis. vel, in anima hominis quia spiritus hominis sine spiritu Dei se non agnoscit.
26 Clementia & fidelitas custodiunt regem: & firmabit per clementiam solium suum. q. d. Oportet regem esse clementem & veracem: potior tamen est clementia.
27 (sunt) medicina in malo: & plagae in intimis ventris. q. d. verberib. curandum malum: & plagis profundis, q penetrant usq; ad intimam carnem. Quidam Hebr. sic interpretantur, Liuorum vulneris medicina est cum malo, i. dolore: & plagae etiam intimae, sanantur cum dolore, h. e. Quemadmodum plagae in summa cute & in ima, sanantur cum malo, i. cum dolore: ita & malus cum dolore sanatur.

CAP. XXI.
1 Metaphora ab his q colere solent hortos irriguos, q quocunq; volunt, eas ipsas deducunt.
2 Expendit, examinat, aut concinnat corda Deus, q. d. qui infundit bonam voluntatem, est Deus.
3 i. nouale impiorum [illegible]

26 *Dissipat impios rex sapiens, & [24] rotam vertit super eos.*
27 [25] *Lucerna Domini spiraculum hominis, penetrans omnia penetralia ventris.*
28 [26] *Beneficentia & fides seruant regem, beneficentia fulcitur solium eius.*
29 *Decus iuuenum est robur eorum, & honor senum canities.*
30 *Liuores vulneris [27] abstersio sunt in aspero, & plaga interiorum ventris.*

26 Dissipat impios rex sapiens, & incuruat super eos fornicem.
27 Lucerna Domini spiraculum hominis, qui inuestigat omnia secreta ventris.
28 Misericordia & veritas custodiunt regem, & roboratur clementia thronus eius.
29 Exultatio iuuenum fortitudo eorum, & dignitas senum canicies.
30 Liuor vulneris absterget mala, & plagae in secretioribus ventris.

CAPVT XXI.

1 *Cor regis est in manu Domini [1] velut riuus aquarum: quocunq; volet, inclinat illud.*
2 *Sua cuiq; via recta videtur, Dominus autem corda [2] dirigit.*
3 *Iustitiam facere & iudicium, gratius est Domino quam victima.*
4 *Altitudo oculorum, & dilatatio cordis, [3] nouale impiorum peccatum.*
5 [4] *Cogitationes strenui duntaxat ad abundantiam: omnis autem praeceps nihil quam egestatem [assequitur.]*
6 [5] *Qui thesauros colligit lingua fraudulentia, vanus est & inconstans, mortemq; sibi accersit.*
7 [6] *Damnum quod dant impii, ad ipsos redibit, quia noluerunt facere quod aequum & iustum est.*
8 [7] *Peruersi viri via aliena est: mundi autem opus rectum.*
9 *Praestat habitare [8] in pinna tecti, quam cum muliere rixosa quae partem aedium habet.*
10 *Animus impii cupidus est mali, [9] nec inuenit proximus eius misericordiam coram oculis eius.*
11 [10] *Dum mulctatur [illegible] sapiens fit: & cum prudenter [illegible] scientiam accipit.*
12 [11] *Erudit [illegible] impiam domum, impii tamen ad [illegible]*
13 *Qui obturat aurem suam ad clamorem pauperis, [illegible] & non [illegible]*
14 *Munus clanculum [12] restinguit iram: & munus in sinum [receptum] furorem vehementem.*
15 *Iucundum iusto facere quod aequum & iustum est: ad quod [13] horror est facinorosis.*
16 *Homo qui errat a via prudentiae [14] in coetu mortuorum requiescet.*
17 [15] *Vir sectator [16] laetitiae, vino & vnguento inseruiens, nunquam ditescet.*
18 [17] *Impius expiat pro iusto, & praeuaricator pro rectis.*
19 *Satius est in terra deserta versari, quam cum muliere rixosa & iracunda.*
20 *Thesaurus expetibilis & [18] oleum in habitaculo sapientis: stultus autem deuorat illum.*
21 *Qui iustitiam & beneficentiam sectatur, inueniet vitam, iustitiam & gloriam.*
22 *Fortium vrbem [19] expugnat sapiens, & robur quo fidunt deiicit.*
23 *Qui custodit os suum & linguam suam, custodit animam suam ab angustiis.*
24 *Petulans superbus, cuius nomen illusor, per iram audax facinus designat.*
25 *Desiderium pigri interficit eum: manus enim eius renuunt laborare.*
26 *Tota die flagrat cupiditate, iustus autem largitur, nec parcit.*

1 Sicut diuisiones aquarum, ita cor regis in manu Domini: quocunq; voluerit, inclinabit illud. A
2 Omnis via viri recta sibi videtur: appendit autem corda Dominus.
3 Facere [a] misericordiam & iudicium magis placet Domino, quam victimae. [a] iustitiam.
4 Exaltatio oculorum [b] est dilatatio cordis, lucerna impiorum peccatum. [b] &.
5 Cogitationes robusti semper in abundantia: omnis autem piger [c] in egestate est. [c] semper.
6 Qui congregat thesauros lingua mendacii, vanus & excors est, & impingetur ad laqueos mortis.
7 Rapinae impiorum detrahent eos, quia noluerunt facere iudicium.
8 Peruersa via viri, aliena est a Deo: qui autem mundus est, rectum opus eius.
9 ‡ Melius est sedere in angulo domatis, quam cum muliere litigiosa, & in domo communi. B Infr.25.B
10 Anima impii desiderat malum, non miserebitur proximo suo.
11 ‡ Mulctato pestilente sapientior erit paruulus: & si sectetur sapientem, sumet scientiam. Supr.19.A
12 Excogitat iustus de domo impii, vt detrahat impios [d] a malo. [d] in malum.
13 Qui obturat aurem suam ad clamorem pauperis, & ipse clamabit, & non exaudietur.
14 Munus absconditum extinguit iras: & donum in sinu indignationem maximam.
15 Gaudium est iusto facere iudicium: & pauor operantibus iniquitatem. C
16 Vir qui errauerit [e] in via doctrinae, in coetu gigantum commorabitur. [e] a via.
17 Qui diligit epulas, in egestate erit: qui amat vinum & pinguia, non ditabitur.
18 Pro iusto dabitur impius: & pro [f] recto iniquus. [f] rectis.
19 ‡ Melius est habitare in terra deserta, quam cum muliere rixosa & iracunda. Eccles.25.c Infr.25.d
20 Thesaurus desiderabilis, & oleum in habitaculo iusti: & imprudens homo dissipabit illud.
21 Qui sequitur iustitiam & misericordiam, inueniet vitam, iustitiam & gloriam.
22 Ciuitatem fortium ascendit sapiens, † destruxitq; robur fiduciae eius. † detraxitq;
23 Qui custodit os suum, & linguam suam, custodit ab angustiis animam suam. D
24 Superbus & arrogans vocatur indoctus, qui in ira operatur superbiam.
25 Desideria occidunt pigrum: noluerunt enim quicquam manus eius operari.
26 Tota die concupiscit & desiderat: qui autem iustus est tribuet, & non cessabit.

27 ‡ Hostiae

[illegible] 7 vel, inuersa (est) via viri & aliena sub [illegible] probitate. 8 Heb. in angulo tecti, quam cum muliere contentiosa, & (in) domo [illegible] [illegible] in loco insolito, in quo a ventorum iniuriis non sis tutus, quam cum, &c. [illegible] 10 vel, Dum [illegible] sapiens redditur simplex. & quum [illegible] [illegible] 15 vel, Vir [illegible] 16 epulis. 17 Redemptio (est) pro iusto impius, & pro [illegible] 18 vel, pinguia & copiosa. 19 Heb. ascendit q. d. sap. [illegible]

Esa. 1. d
* quia
* loquitur

27 Hostiæ impiorum abominabiles, * quæ' offeruntur ex scelere.

28 Testis mendax peribit: vir obediens * loquetur' victoriam.

29 Vir impius procaciter obfirmat vultum suum: qui autem rectus est, corrigit viam suam.

30 Non est sapientia, non est prudentia, non est consilium contra Dominum.

31 Equus paratur ad diem belli: Dominus autem salutem tribuit.

17 [20] Immolatio impiorum abominanda est: quanto magis si eam scelerate obtulerint eam?

28 Testis mendax peribit, & [21] vir auscultans perpetuò loquetur.'

29 [22] 'Obfirmat' vir impius vultum suum: at [23] rectus vias suas dirigit.'

30 Non est sapientia, non prudentia, neque consilium contra Dominum.

31 [24] Equus instruitur ad diem belli, à Domino autem (datur) salus.

20. q.d. Deus abhorret à sacrificiis impiorum, quod summopere gratum illi esse debuerat: ergo multo magis ab aliis illorum operibus.
21. i. is qui testatur ea tantū quæ audiuit, non peribit. Loqui pro seruari, & nō perire, vt Heb. 11. a. Defunctus adhuc loquitur.
22. sane scilicet pure se fastundatur. i. peruicaciter hæret suæ impietati.
23. i. emendare solet suam viuendi rationem.
24. Hoc versu probat quod dixerat superiore versu. q.d. Equites impij parant sibi equos quibus fidant: quum tantum salus à Deo, non ab equo pendeat.

CAPVT XXII.

Eccl. 7. a

1 MElius est nomen bonum, quā diuitiæ multæ: super argentum enim' & aurum, gratia

2 Diues & pauper obuiauerunt sibi: vtriusque operator est Dominus.

3 Callidus videt malum, & abscondit se: innocens pertransiit, & afflictus est damno.

4 Finis modestiæ timor Domini, diuitiæ & gloria & vita.

* peruersi.

5 Arma & gladii in via * superbi:' custos autem animæ suæ longe recedit ab eis.

6 Prouerbium est, Adolescens iuxta viam suam, etiam cum senuerit, non recedet ab ea.

7 Diues pauperibus imperat: & qui accipit mutuum, seruus est fœnerantis.

* malum.

8 Qui seminat iniquitatem: metet * mala,' & virga iræ suæ consummabitur.

Eccl. 31. c

9 Qui pronus est ad misericordiam, benedicetur:
B de panibus enim suis dedit pauperi. Victoriam & honorem acquiret qui dat munera: animā autem aufert accipientium.'

10 Eiice derisorem, & exibit cum eo iurgiū, cessabuntque causæ, & contumeliæ.

11 Qui diligit cordis munditiam, propter gratiā labiorum suorum habebit amicum regem.

12 Oculi Domini custodiunt scientiam, & supplantantur verba iniqui.

13 Dicit piger, Leo est foris, in medio platearum occidendus sum.

14 Fouea profunda os alienæ: cui iratus est Dominus, incidet in eam.

15 Stultitia colligata est in corde pueri, & virga disciplinæ fugabit eam.

16 Qui calumniatur pauperem, vt augeat diuitias suas, dabit ipse ditiori, & egebit.

17 Fili mi,' inclina aurem tuam, & audi verba sapientium: appone autem cor tuum ad doctrinam.

18 Quæ pulchra erit tibi cum seruaueris eam in ventre tuo, & redundabit in labiis tuis.

19 Vt sit in Domino fiducia tua, vnde & ostendam eam' tibi hodie.

20 Ecce descripsi eam tibi tripliciter, in cogitationibus & scientia.

* respondere.

21 Vt ostenderem tibi firmitatem & eloquia veritatis, * respondere' ex his illis qui miserunt te.

22 Non facias violentiam pauperi, quia pauper est: neque conteras egenum in porta.

23 Quia iudicabit Dominus causam eius, & cōfiget eos qui confixerunt animam eius.

1 FAma præferenda est magnis opibus, & [1] gratia' auro atque argento melior est.

2 Diues & pauper [2] inter se conueniunt,' vtrorumque factor Dominus est.

3 Cautus videt [3] malum,' & sese abscondit: simplices autem [4] perrumpunt & damnum accipiunt.

4 Præmium [5] humilitatis est timor Domini,' diuitiæ, gloria & vita.

5 [6] Sudes' & laquei sunt in via praui: qui [7] animam suam seruare vult, procul fugiat ab eis.

6 [8] Initia' puerum iuxta tenorem viæ suæ, à qua non recedet etiam dum consenuerit.

7 Diues egenis imperat, & [9] seruit obæratus fœneratori.

8 Qui seminat iniquitatem, calamitatem metet, & virga iræ eius [10] perdet eum.'

9 [11] Benignus oculus benedictionem (nanciscetur,) tribuit enim de pane suo pauperi. † † †

10 Eiice derisorem, & simul exibit contentio, cessabitque [12] lis & contumelia.'

11 [13] Rex amicus eius est, qui munditiam cordis diligit, & labiorum gratiam.

12 Oculi Domini obseruant scientiam, [14] qui & præuaricatorum verba subuertit.'

13 Piger dicit, [15] Leo stat foris, in medio plateis interficiar.

14 [16] Os scorti profundus est hiatus, in quem cadet cui Dominus irascitur.

15 Stultitia colligata est in corde pueri, sed ferula castigatrix longè propellet eam ab illo.

16 Qui per iniuriam & violentiam opprimit pauperem, vt ditescat ipse, [17] is dabit diuiti, & egebit.'

17 Accommoda aurem tuam, & audi verba sapientum, & appone cor tuum ad scientiam meam.

18 Iucunda enim est, si eam in [18] ventrem tuum' recondideris, [19] aptabuntur simul in labiis tuis.'

19 Vt sit in Domino fiducia tua: [20] ostendi tibi hodie.'

20 [21] Annon præscripsi tibi triariaa decreta consiliorum & scientiæ?

21 Vt ostenderem tibi [22] rectitudinem verborum veritatis,' quo respondere posses verba veritatis his qui ad te mittunt.

22 Ne diripias pauperem [23] quod pauper sit: nec opprimas afflictum [24] in porta.

23 Dominus enim illorum causam defendendam suscipiet, & [25] vim illis faciet, qui animorum illorum vim intulerunt.

CAP. XXII.
1 bona gratia. vel bonus fauor. aut, beneuolētia.
2 sibi mutuo occurrunt. i. sunt congregati.
3 periculum.
4 Heb. transeunt, & mulctantur.
5 i. abiectionis sui: q.d. humilitas parit timorē Domini. Quidam legunt, finis humilitatis & timoris Domini, sunt diuitiæ, &c.
6 Spinæ.
7 qui custodit animam suam, recedet ab illis. i. qui custodit se in simplicitate, vitet illa.
8 instrue. Erudi ab incunabulis. q.d. si recta institueris iuuenem, ille vsque ad finem perseuerabit.
9 seruus mutuis viro accipienti mutuo. 10 deficiet. q.d. Deus secundum opera retribuet vnicuique & priuabit facientes iniquitatem omni authoritate qua vtuntur cū sæuitia erga subditos.
11 Heb. Bonus oculus, ipse benedicetur. Bonum oculum vocat hominem liberalem benignum, & candidum, quasi dicat, qui benigne respicit pauperes, fortunabitur à Deo. 12 vel, contouersia & probrum. 13 Heb. Amat, (sub. Dominus) eum qui puro est corde: propter gratiam labiorum suorum sociusque eius erit rex: tanto prosequitur amore amicum suum, quanto si rex esset, quem ne verbo quidem offendere vellet. Chaldæus paraphrastes vertit, Amat (sub. Dominum) qui purus est corde, & tradit. gratia sermonis sui sibi regem conciliat. 14 sed peruertit res præuaricatorum. Hoc est, Deus approbat ea quæ docet sapientibus [illegible] probat vero res, opera & gesta præuaricatorum. 15 Quasi dicat, Timeo multa, lenne. 16 Heb. Os alienarum. Pro scortum posuit os, & Alienam pro scorto.

17 Vel, & qui dat diuiti, proculdubio ad egestatem (sub. id facit. i. perget ad egestatem. 18 Per ventrem, interiora, aut penetralia mentis intellige hoc est, in corde. continens pro contento. 19 & componantur simul in labiis tuis. vel, parentur & disponantur, id est, frequentius loquaris de illis mandatis. 20 Heb. nota feci tibi hodie, etiam tu. Modus loquendi conciso, ad Hebræos pro, te docui illa præcepta hodie: etiam tu serues illa. Vel, etiam & tu sub. qui audis. sic quidā exponunt. 21 Nonne scripsi tibi terna, (sub. scripta) de consiliis & scientia? Terna, id est, legem, Prophetas, & Hagiographa. et loquatur in persona Dei. vel de tribus libris Salomonis intelligi potest. Alii notilem & egregia vertunt, atque tertius à rege, SALIS dicebatur, qui profecto egregius esse [illegible] igitur metaphoricè pro præcipuis dogmatibus capi puto, vt supra octauo capite dicit, Loquar insignia & præcipua quædam. Et Oseæ. 8. Præscripseram ei axiomata legis meæ. vel præcipua, augusta 22 Veritatem eloquiorum veracium: 23 i. quod iniuriam non possit repellere, nec tibi obsistere. 24 i. in loco publico vbi iura redduntur, & vbi multos habes amicos q. d. nec vi opprimas, nec iuris specie. 25. Heb. spoliabat spoliatores eorum vita.

26 vel, Ne discas semitas eius: & accipias laqueũ in animam tuã. i. ne tandẽ male pereas, & ab aliis interficiaris.
27 Heb. Ne sis ex his qui percutiũt manum inter sponsores pro oneribus. i. Ne sis ex iis qui manuum contactu solent pro aliis fideiubere. Gallice dicimus; Toucher en la main.
28 Heb. seculi. i. qui à seculo, hoc est, lõgo tempore positi sunt.
29 Heb. Si videris virũ festinantem in ope suo, ante reges stabit non stabit ante ignobiles [illegible] summa diligẽtia funguntur suis muneribus euocantur ad regum ministerium.

24 Ne contrahas amicitiam cum homine iracundo, & cum homine furioso ne verseris:
25 [26] Quo minus ad mores illius assuescas, capiasq́ offendiculum anima tua.
26 [27] Ne sis inter eos qui stipulata manu fideiubent, & se pro debito obstringunt.
27 Cur enim committeres, vt si soluendo non esses, lectus tuus subtus te auferretur?
28 Ne moueas loco [28] perennes terminos quos maiores tui constituerunt.
29 [29] Vides vt prompti ad gerendum negotia in aulis Regum ministrant, & non apud priuatos aut obscuros.

24 Noli esse amicus homini iracundo, neq; ambules cum viro furioso:
25 Ne forte discas semitas eius, & sumas scandalum animæ tuæ.
26 Noli esse cum his qui defigunt manus suas, & qui vades se offerunt pro debitis.
27 Si enim non habes vnde restituas, Quid causæ est vt tollat operimentum * de cubili tuo:
28 Ne transgrediaris terminos antiquos, quos posuerunt patres tui.
29 Vidisti virum velocem in opere suo? coram regibus stabit, nec erit ante ignobiles.

* [illegible]

CAPVT XXIII.

CAP. XXIII.

1 q. d. ne cibi voluptate capiaris.
2 i. tibi nocebit. Hebraice etiam legitur, pones spinas in gutture tuo, si habueris animi. i. prædita cupiditate fueris. h. e. si in animis edax sis. Quidam totam hanc sententiam sic vertunt, [illegible] & si vis compos tui permanere, ne concupiscas cibos eius. Alii, pone cultrũ in gutture tuo, si habes animam sub. concupiscentia deditã. q. d. restringe gulam tuam velutti cultro gutturi immisso, & ne laxes concupiscentiis habenas.
3 vel, ne concupiscas cupedias illius [illegible] fallax.
4 i. noli tu sumere [illegible]
5 vel, [illegible] quia volabunt in cœlum.

1 [1] QVum accumbis vt cum principe comedas, [2] aduerte prudenter quæ ante te posita sunt.
2 Si tu gulæ tuæ indulgere voles, gutturi tuo [3] cultrum intentabis.
3 [3] Noli desiderare cibi eius capi: nam cibus fallax est.
4 Ne adlabores vt ditescas: [4] cessa ab hac prudentia tua.
5 [5] Nam intenderes oculos tuos in id quod [mox] non est? faciunt enim sibi alas [diuitiæ,] & velut aquila in aerem auolant.
6 Ne edas cibum [6] inuidi, neque desideres edulia eius:
7 [7] Nam intus in animo suo meditur, idq́ue faciens dicet tibi, Ede & bibe, cor autem eius non est tecum.
8 [8] Buccellam tuam quam edisti euomes, & iucunda perdes verba.
9 [10] Ante aures stulti ne loquaris: contemnet enim prudentiam sermonum tuorum.
10 Ne loco moueas terminos [11] perennes, & in agrum pupillorum ne introeas.
11 Nam vindex eorum fortis est, is causam eorum defendendam suscipiet aduersus te.
12 Accommoda cor tuum [12] disciplinæ, & aures tuas verbis scientiæ.
13 Ne prohibeas à puero disciplinam: si ferula percusseris eum, non morietur.
14 Verbera ergo eum ferula, animamq́ eius [13] ab inferis eripias.
15 Fili mi, si sapiens fuerit cor tuum, [14] gaudebit quoq; cor meum.
16 Exultabunt denique renes mei, quum labia tua recta loquentur.
17 Ne [15] æmuletur cor tuum peccatores, [16] sed in timore Domini [persta] omni tempore.
18 Quoniam [17] ecce est tibi posteritas, & expectatio tua non excindetur.
19 Tu ergo ausculta fili mi, [18] & sape, vt beatum sit in via cor tuum.
20 Ne sis inter vini potatores & comessatores carnis.
21 Nam potatores vini & comessatores ad inopiam redigentur, & dormitatio laceris vestibus [19] induet.
22 Audi patrem tuum qui te genuit, & ne contemnas matrem tuam cum senuerit.
23 Veritatem, sapientiam, disciplinam & prudentiã [20] compara, & ne vendas.

1 QVando sederis vt comedas cum principe, diligenter attende quæ apposita sunt ante faciem tuam.
2 Et statue cultrum in gutture tuo, si tamen habes in potestate animam tuam.
3 Ne desideres de cibis eius, in quo est panis mendacii.
4 Noli laborare vt diteris: sed prudentiæ tuæ pone modum.
5 Ne erigas oculos tuos ad opes quas non potes habere: quia facient sibi pennas quasi aquilæ, & * volabunt in cœlum.
6 Ne comedas cum homine inuido, & ne desideres cibos eius.
7 Quoniam in similitudinem arioli & cõiectoris æstimat quod ignorat. Comede & bibe, dicet tibi: & mens eius non est tecum.
8 Cibos quos comederas, euomes, & perdes pulchros sermones tuos.
9 In auribus insipientium ne loquaris: quia despicient doctrinam eloquii tui.
10 Ne attingas paruulorum terminos, & agros pupillorum ne introeas:
11 Propinquus enim illorum fortis est: & ipse iudicabit contra te causam illorum.
12 Ingrediatur ad doctrinam cor tuum, & aures tuæ ad verba scientiæ.
13 Noli subtrahere a puero disciplinam: si enim percusseris eum virga, non morietur.
14 Tu virga percuties eum: & animam eius de inferno liberabis.
15 Fili mi, si sapiens fuerit animus tuus, gaudebit tecum cor meum:
16 Et exultabunt renes mei, cum locuti fuerint recta labia tua.
17 Non æmuletur cor tuum peccatores, sed in timore Domini esto tota die.
18 Quia habebis spem in nouissimo, & præstolatio tua non auferetur.
19 Audi fili mi & esto sapiens, & dirige in via animum tuum.
20 Noli esse in conuiuiis potatorum, nec in comessationibus eorum qui carnes ad vescendum conferunt.
21 Quia vacantes potibus, & dantes symbola consumentur, & vestietur pannis dormitatio.
22 Audi patrem tuum qui genuit te: & ne contemnas cum senuerit mater tua.
23 Veritatem eme, & noli euendere sapientiam, & doctrinam, & intelligentiam.

* [illegible]

Supr. 13. & Eccles. 30. [illegible]

Infr. 24. [illegible]

6 Heb. maligni oculi. 7 Heb. Quia quemadmodum cogitat in anima sua, [illegible] habet. Comede & bibe dicit tibi: at cor illius non est tecum.
9 [illegible] commercio [illegible]
10 [illegible] 11 Heb. [illegible] 12 eruditioni. De inclita illa eruditione loquitur. 13 à perditione. 14 Heb. gaudebit cor meum, [illegible]
15 Hoc est, [illegible] 16 imò potius (sub. æmulare virum) timentem Dominum, omni [illegible] tempore [illegible]
17 [illegible] quod detur in fine. 18 [illegible] profuturis. 19 [illegible] pauperem reddet. 20 [illegible]

24 Exultat gaudio pater iusti: qui sapientem genuit, lætabitur in eo.
25 Gaudeat pater tuus, & mater tua, & exultet quæ genuit te.
26 Præbe fili mi cor tuum mihi, & oculi tui vias meas custodiant.
27 Fouea enim profunda est meretrix, & puteus angustus aliena.
28 Insidiatur in via quasi latro, & quos incautos
*videris. * inuenerit, interficiet.
29 Cui væ? cuius patri væ? cui rixæ? cui foueæ? cui
*suffusio. sine causa vulnera? cui * suffossio oculorum?
30 Nonne his qui commorantur in vino, & student calicibus epotandis?
31 Ne intuearis vinum quando flauescit, cum splenduerit in vitro color eius:
*sed 32 Ingreditur blande, * & in nouissimo mordebit vt coluber, & sicut regulus venena diffundet.
33 Oculi tui videbunt extraneas, & cor tuum loquetur peruersa.
34 Et eris sicut dormiens in medio mari, & quasi sopitus gubernator amisso clauo.
35 Et dices, Verberauerunt me, sed non dolui: traxerunt me, & ego non sensi. Quando euigilabo, & rursus vina reperiam?

24 Supra modum exultabit pater iusti: & qui genuit sapientem, lætabitur in eo.
25 [21] Lætetur ergo pater tuus, exultet & mater tua quæ te peperit.
26 Mihi ergo fili mi da cor tuum, & placeant oculis tuis viæ meæ.
27 Scortum enim est profunda fouea, & puteus angustus meretrix.
28 Hæc etiam, perinde vt prædones solent, insidias struit, [22] ad numerumque [illegible] hominum prauarum [illegible].
29 Apud quem est [23] væ? apud quem est [24] dolor? apud quem contentiones? apud quem [25] nugæ? apud quem vulnera sine causa? apud quem rubedo oculorum?
30 Apud eos [illegible], qui vinum sectantur, apud eos [26] qui veniunt scrutatum vbi misceatur.
31 Noli contemplari vinum [27] quum rubet, [28] & quum phiala colorem suum reddit,
32 Recta procedentem: Postremum enim eius velut serpens mordebit, & velut aspis punget.
33 [29] Si oculi tui spectabunt meretrices, iam pectus quoque peruersa cogitabit.
34 Erisque, perinde ac si dormias in medio mari, aut ia[illegible] in summitate [30] mali.
35 (Tum dices, Percusserunt me, & non [31] dolui, verberarunt me, sed non [32] sensi.) [33] quando expergiscar, rursus requiram illud.

21 Verbum hoc tamen operam vt lætetur &c.
22 Hebr. & præuaricatores inter homines multiplicat. aut, multiplicare solet.
23 [illegible] accidunt incommoda, vnde exclamare solet Væ.
24 Heb. væ, quod etiam penuriam significare potest.
25 murmur.
26 qui eunt ad disquirendum temperatum. Proprie miscetur, [illegible] pro vino diluto accipitur: quia in illis calidis regionibus vtuntur vino admodum diluto propter nimiam intemperiem.
27 quod subrubet. [illegible] capiaris aspectu propter vini ruborem.
28 quod det in vitro colorem suum, (&) quum sese agitet probetur.
29 Hebr. Oculi tui videbunt [illegible] extraneas. Sic cor tuum loquetur peruersa, q. d. Vino de [illegible] solutus [illegible] videbunt, oculis tui, propter confusionem vaporum ascendentium ad cerebrum.
30 [illegible] enim illic dormiunt, maxime agitatur propter [illegible].
31 vel, sensi.
32 vel, animaduerti.
33 [illegible] surgam vt [illegible]

CAPVT XXIV.

Sup.23.b 1 NE æmuleris viros malos, nec desideres esse cum eis:
2 Quia rapinas meditatur mens eorum, fraudes labia eorum loquuntur.
3 Sapientia ædificabitur domus, & prudentia roborabitur.
4 In doctrina replebuntur cellaria, vniuersa substantia pretiosa & pulcherrima.
5 Vir sapiens, fortis est: & vir doctus, robustus & validus.
6 Quia cum dispositione initur bellum: & erit salus, vbi multa consilia sunt.
7 Excelsa stulto sapientia, in porta non aperiet os suum.
8 Qui cogitat mala facere, stultus vocabitur.
*lassus 9 Cogitatio stulti peccatum est: & abominatio hominum detractor.
10 Si desperaueris * lapsus in die angustiæ: imminuetur fortitudo tua.
Psal. 81.b 11 Erue eos qui ducuntur ad mortem: & qui trahuntur ad interitum liberare ne cesses.
12 Si dixeris, Vires non suppetunt: qui inspector est cordis, ipse intelligit, & seruatorem animæ tuæ nihil fallit, redde[t]que homini iuxta opera sua.
13 Comede fili mi mel, quia bonum est, & fauum dulcissimum gutturi tuo:
14 Sic & doctrina sapientiæ animæ tuæ: quam cum inueneris, habebis in nouissimis spem, & spes tua non peribit.
15 Ne insidieris, & quæras impietatem in domo iusti, neque vastes requiem eius.
16 Septies enim in die cadet iustus, & resurget: impii autem corruent in malum.
17 Cum ceciderit inimicus tuus, ne gaudeas, & in ruina eius ne exultet cor tuum:
18 Ne forte videat Dominus, & displiceat ei, & auferat ab eo iram suam.

1 NE æmuleris viros malos neque cupias cum eis versari:
2 Nam cor eorum perniciem meditatur: & calamitatem loquuntur labia eorum.
3 Sapientia ædificatur domus, & intelligentia [1] abfirmatur.
4 Scientia implentur penetralia, omnigenis opibus, raris & amœnis.
5 [2] Vir sapiens & prudens viribus pollente præstat.
6 Consilio enim bella geruntur, & victoria multitudine consiliariorum (paratur.)
7 Sapientia [3] ardua res stulto, in porta non audet aperire os suum.
8 Qui nihil aliud cogitat quam malum perpetrare, [4] vocabitur [illegible] vir.
9 [5] Facinus [hominis] stulti peccatum est, & irrisorem abominantur homines.
10 [6] Si remissus eris in ipso necessitatis articulo, angusta est fortitudo tua.
11 [7] Libera eos qui ad mortem rapiuntur, & qui ad cædem ducuntur, neque cesses.
12 [8] Nam si dixeris Ecce ignorauimus illud, an non cordium [9] artifex ipse intelligit? & [10] obseruator animæ tuæ ipse nouit? redditque homini iuxta opus suum?
13 Mel comede fili mi, quoniam bonum est, & fauum dulce palato tuo:
14 [11] Sic erit cognitio sapientiæ animæ tuæ, quam si inueneris, erit tibi posteritas, & expectatio tua non excindetur.
15 Ne insidieris, ô impie, habitaculo iusti, & ne vastes cubile eius.
16 [12] Iustus enim etsi septies cadat, resurgit tamen: impii autem in malum corruunt.
17 Cum lapsus fuerit inimicus tuus, ne læteris: quumque impingit, ne exultet cor tuum.
18 Ne Dominus videat, & displiceat in oculis suis, auertatque iram suam ab ipso.

CAP. XXIIII. 1 [illegible]
2 Heb. Vel, [illegible]
3 Heb. Quia industria geris tibi bellum. [illegible] est [illegible] consiliariorum. [illegible] bellum geras, quam [illegible] reddit hominem consultum & industrium.
4 alii [illegible] est [illegible], quæ

[illegible] perstringere non potest, quasi dicat, desperat se assequi posse sapientiam. 5 Quasi dicat, ne hiscere quidem audebit inter sapientes. 6 Vocari solet magister cogitationum [illegible] 7 Cogitatio [illegible] quicquid cogitat, est malum. 8 [illegible] tribulationis, angusta est virtus tua, id est, non poteris ferre tribulationem. 9 Vel, [illegible] 10 Quando [illegible] 11 ponderator [illegible] 12 [illegible] 13 Vel, Sic fore sapientiam [illegible] suaue est animæ tuæ, si eam assequaris [illegible] præmium [illegible] 14 Vel, Quia septies [illegible] iustus, & resurgit [illegible] autem corruunt in periculum, quasi dicat, Frequenter [illegible] Psalm. 33. Multæ tribulationes iustorum: impii vero primo quoque periculo solent corruere. 15 [illegible] ne malum [illegible]

19 [16] *Ne succenseas propter malos, neq; æmuleris propter impios.*

20 [17] *Nam malo tandem nihil supererit,* [18] *lucerna impiorum extinguetur.*

21 *Time Dominum fili mi, & regem:* [19] *cum his qui rerum nouarum studiosi sunt, ne commisceato.*

22 *Subito enim consurget exitium eorum, & ruinam amborum quis nouit?*

[20] Hæc quoq; sapientum sunt.

23 [21] *Nosse personas in iudicio,* [22] *non est bonum.*

24 [23] *Qui dicit impio, Iustus es, huic maledicunt populi, hunc nationes detestabuntur.*

25 *Qui autem arguunt (impium,) ingrati sunt, venietq; super eos* [24] *bona imprecatio.*

26 [25] *Si quis apte respondet, perinde est ac si labiis oscularetur,*

27 [26] *Para foris opus tuum, &* [27] *exerce agrum tuũ, & postea ædifica domum tuam.*

28 *Ne testeris* [28] *temere contra proximum tuum:* [29] *num labiis tuis persuadebis?*

29 *Ne dicas, Faciam illi quemadmodum fecit mihi, rependam cuiq; iuxta opus suum.*

30 *Agrum hominis pigri præterii, & vineam hominis stulti:*

31 *Et ecce totum obruerunt vrticæ, & faciem eius dumi tegebant,* [30] *maceria cum lapidibus diruta erat.*

32 *Id ego videns, alta mente reposui: vidi inquam, & eruditionem accepi.*

33 *Paululum dormiendum, paululum dormitandum, paululum complicandæ manus ad dormiendum.*

34 *At interim ceu viator veniet egestas tua, & inopia tua ceu vir scuto munitus.*

19 Ne contendas cum pessimis, nec æmuleris impios. C

20 Quoniam non habent futurorum spem mali, & lucerna impiorum extinguetur.

21 Time Dominum fili mi, & regem: & cum detractoribus non commiscearis:

22 Quoniam repente consurget perditio eorũ & ruinam vtriusque quis nouit?

Hæc quoq; sapientibus.

23 | Cognoscere personam in iudicio, non est bonum. Leuit. 19. b / Deut. 1. c / Eccles. 42. a

24 Qui dicunt impio, Iustus es: maledicent eis populi, & detestabuntur eos tribus.

25 Qui arguunt eum, laudabuntur, & super ipsos veniet benedictio.

26 Labia deosculabitur qui recta verba respondet.

27 Præpara foris opus tuum, & diligenter exerce agrum tuum, & postea ædifices domum tuam.

28 Ne sis testis frustra contra proximum tuum, D nec lactes quemquam labiis tuis.

29 | Ne dicas, Quomodo fecit mihi, sic faciã ei: & reddam vnicuiq; secundum opus suum. Supr. 19. b

30 Per agrum hominis pigri transiui, & per vineam stulti:

31 Et ecce totum repleuerant vrticæ, & operuerant superficiem eius spinæ, & maceria lapidum destructa erat.

32 Quod cum vidissem, posui in corde meo, & exemplo didici disciplinam.

33 | Vsquequo piger dormies? vsquequo de somno consurges? Parum inquam dormies, modicum dormitabis, pauxillum manus conseres vt quiescas: Supr. 6. a

34 Et veniet tibi quasi cursor egestas tua, & mendicitas quasi vir armatus.

[16] vel, ne contẽdas studio quodã imitãdi scelestos: nec tenearis zelo imitandi impios. Verti etiam potest, Ne incas amicitiam cum malignis: nec &c.
[17] vel, Nã malus non habebit posteritatem, vel prolem. Alii vertunt, Quia non continget finis ipsi malo. i. quia malus ipse priuandus est fine suo, propter quẽ scil. est creatus, hoc est, priuandus est regno Dei.
[18] Per lucernã, aut vitã, aut cognitionem quã habemus de Deo intelligim⁹. hic pro vita accipitur: vt dicat, homo malus peribit ante tempus à Deo determinatum.
[19] Heb. cum iterantib. sub. iniquitates suas. Alii vertunt, cũ mutantibus sese. i. inconstantibus
[20] vel, Etiã hæc sapientes præcipiũt. Aut, etiam ista ad sapientes pertinent.
[21] Hebr. Agnoscere vultum. i. habere rationẽ personarũ & dignitatis cuiusq;.
[22] Non bonum dicunt Hebræi, quando rem pessimam volunt significare.
[23] i. q absoluit impium, & damnat iustum
[24] Heb. benedictio boni.
[25] Hebr. Labia deosculabitur, q respondet verba iusta. i. Qui verax est, habet eo loco vt non solum admittatur ad osculum manus, sed in arcti amicitiã recipiatur.
[26] Dirige. vel, studiose age.
[27] pparа illud in agro tibi. vel, colе agrum tibi. Docet vt inprimis curem⁹ quæ magis sunt necessaria, ne pposterus ordo in reb⁹ gerẽdis seruetur.
[28] sine causa.
[29] & (ne) allicias verbis tuis.

CAPVT XXV.

1 Et hæc parabolæ sunt Solomonis, quas [huc] [1] retulerunt [2] viri Ezechiæ regis Iuda.

2 *G*Loria Dei est [3] *celare verbum: at gloria regum est scrutari verbum.*

3 *Cœlum in sublime est, terra in profundo:* [4] *cor autem regis inpervestigabile.*

4 *Auferatur scoria ab argento,* [5] *iam exibit excellenti vas:*

5 *Auferatur impius à conspectu regis,* [6] *iam thronus eius iustitia firmus erit.*

6 *Noli te ostentare coram rege, &* [7] *in loco magnatum ne steteris.*

7 *Præstat enim vt tibi dicatur, Ascende huc: quàm [ut deijciaris] eo loco dextri coram principe, quem aspexerant oculi tui.*

8 *Ne exeas vt cito litem instituas,* [8] *ne tandem quid designes, quo te ignominiosum reddat proximus tuus.*

9 [9] *Causam tuam age in lite cum proximo tuo, &* [10] *arcanum alterius ne reueles:*

10 *Ne fortè audiens, à te subtrahat beneficentiam, teq;* [11] *infamet, quod aboliri non possit.*

11 *Mala aurea* [12] *in calatis vasis argenteis, est verbum tempestiue prolatum.*

12 *Torques aureus, & monile aureum est,* [13] *increpatio sapientis auri obtemperanti.*

1 *Hæ quoq; parabolæ Salomonis, quas transtulerunt viri Ezechiæ regis Iuda.*

2 GLoria Dei est celare verbum, & gloria regum inuestigare sermonem. A

3 Cœlum sursum, & terra deorsum, & cor regum inscrutabile.

4 Aufer rubiginem de argento, & egredietur vas purissimum:

5 Aufer impietatem de vultu regis, & firmabitur iustitia thronus eius.

6 Ne gloriosus appareas coram rege, & in loco magnorum ne steteris:

7 Melius est enim vt dicatur tibi, Ascende huc: quàm vt humilieris coram principe, [b] quæ viderunt oculi tui. [b] legidum [illegible] in accusatiuo singulari.

8 Non proferas in iurgio cito: ne postea emendare non possis, cum dehonestaueris amicũ tuum.

9 Causam tuam tracta cum amico tuo, & secretum extraneo ne reueles:

10 Ne fortè insultet tibi cum audierit, & exprobrare non cesset. Gratia & amicitia liberant, quas tibi serua, ne exprobabilis fias. B

11 Mala aurea in lectis argenteis, qui loquitur verbum in tempore suo.

12 Inauris aurea, & margaritam fulgens, qui arguit sapientem & aurem obedientem.

13 Sicut

sub. proximum tuum: vt scil. ferat falsum testimonium. Quidam Hebræorum vertunt. & ne decipias (sub. proximum tuum) labiis tuis. i. falso testimonio [illegible] eorum. 30 Heb. sepes lapidum. CAP. XXV. 1 congesserunt in vnum. Erant enim dispersæ parabolæ Salomonis in multis libris quos scripsit: sed opera [illegible] horum sunt congestæ in vnum. 2 i. famuli. 3 Potest esse [illegible] vt decet Deum abscondere verbum vel rem, ita decet reges scrutari: multa enim nos in diuinis rebus latent, idq; ad gloriam Deus facit. 4 q. d. vtrumq; est in loco definito, ideoq; comprehendi vtrũq; potest: at cor regum nulla disquisitione comprehendi potest. 5 & prodibit argentario vas sub. pretiosum. 6 i [illegible] 7 i. in loco vbi [illegible] esse magnates. 8 vel, ne forte (sub. in [illegible] referas) quid agas in fine eius: (sub. litis) cum ignominia asserverit te [illegible] quocum scil. contendis. 9 Alii legunt, Alius tuã litem dirimat antequam adeas iudicem. 10 vel, alteri ne reueles secretum. 11 Heb. probrum [illegible] & [illegible] tua ne auertatur. i. quod dixeris maneat irreuocabile. 12 in calathis argenteis. Proprie vero Hebræa significat thecas in quibus lapides pretiosi recluduntur, ita tamen vt videantur. Gallicè, [illegible] Hæ autem thecæ fiebant argento vbi erant [illegible] per quas poma illa aurea conspicerentur a Salomone ipso. 13 sapiens qui increpat aurem obtemperantem. i. hominem cui est auris obtemperans.

* misit.

13 Sicut frigus niuis in die messis, ita legatus fidelis ei qui *miserit eum, animam ipsius requiescere facit.

14 Nubes & ventus, & pluuiæ non sequentes, vir gloriosus, & promissa non complens.

Sup.15.a

15 ‖Patientia lenietur princeps: & lingua mollis

C confringet duritiam.

16 Mel, inuenisti, comede quod sufficit tibi: ne forte satiatus euomas illud,

17 Subtrahe pedem tuum de domo proximi tui, ne quando satiatus oderit te.

18 Iaculum, & gladius, & sagitta acuta, homo qui loquitur contra proximum suum falsum testimonium.

19 Dens putridus, & pes lassus, qui sperat super infideli in die angustiæ.

* &

20 Et amittit pallium in die frigoris, acetum in nitro, *qui cantat carmina cordi pessimo.

21 Sicut tinea vestimento, & vermis ligno: ita tristitia viri nocet cordi.

Rom.12.d
* sitierit.

22 ‖Si esurierit inimicus tuus, ciba illum: si *sitis, da ei aquam bibere:

D

23 Prunas enim congregabis super caput eius, & Dominus reddet tibi.

24 Ventus Aquilo dissipat pluuias, & facies tristis linguam detrahentem.

Sup.21.b

25 ‖ Melius est sedere in angulo domatis, quàm cum muliere litigiosa, & in domo communi.

26 Aqua frigida animæ sitienti, & nuncius bonus de terra longinqua.

27 Fons turbatus pede, & vena corrupta, iustus cadens coram impio.

Ibid.3.a

28 ‖ Sicut qui mel multum comedit, non est ei bonum: sic qui scrutator est maiestatis, opprimetur à gloria.

29 Sicut vrbs patens & absque murorum ambitu, ita vir qui non potest in loquendo cohibere spiritum suum.

13 *Sicut* [14] *frigus niuis in tempore messis, sic fidus legatus ei qui se misit, & reficit animam heri sui.*

14 *Nubes & ventus absque imbre est,* [15] *qui magnifice pollicetur, sed præstando fallit.*

15 [16] *Longanimitate persuadetur princeps, & lingua mollis frangit* [17] *ossa.*

16 [18] *Mel vbi repereris, comede quantum satis est: ne eo satiatus, euomas illud.*

17 [19] *Reuoca pedem à domo proximi tui, ne fortè tui satur, odiat te.*

18 *Malleus, gladius ac sagitta acuta est vir qui falsum dicit testimonium aduersus proximum suum.*

19 *Dens fractus, & pes* [20] *luxatus,* [21] *præuaricatoris spes sunt dum aduersitas ingruit.*

20 *Mæsto cordi carmen canere, perinde est atque detrahere vestes tempore frigoris, aut nitrum aceto (perfundere.)*

21 † † †

22 *Si esuriat qui te odit, ciba illum pane: si sitierit, pota cum aqua.*

23 *Si enim prunam incendes super caput eius, & Dominus reddet tibi.*

24 *Ventus aquilonaris pellit pluuias, at* [22] *vultus ferus linguam delatricem.*

25 *Satius est* [23] *in pinna tecti habitare, quàm cum muliere contentiosa,* [24] *quæ partem in domo habet.*

26 *Quod aqua frigida est lasso animo, id est nuncium bonum è terra longinqua.*

27 *Fons conturbatus, & corrupta vena, est iustus* [25] *lapsus coram impio.*

28 *Quemadmodum multum mellis edere non est bonum, sic qui gloriam* [26] *eorum* [27] *nimium scrutatur.*

29 *Vrbs* [28] *muribus nudata, est vir qui non cohibet* [29] *spiritum suum.*

14 i. tantum frigus, quantum est tempore niuis, dulce est tempore æstus.
15 Hebr. vir qui iactat sese de munere mendaci, i. de munere vano quod nunquam est daturus.
16 Longanimitate ira lenitur. vel, ferendo patienter iram, sedo solet.
17 i. etiam grauem aut frangibilem instar ossis.
18 q.d. Omnibus adde modum.
19 Heb. Rarum facias pedē tuum in domo proximi tui. i. raro accede ad domum &c.
20 non consistens. i. non insistens suo vestigio, q.d. vt illa sunt inutilia, ita & fiducia in homine.
21 Heb. (est) fiducia præuaricatoris tempore angustiæ. 22 facies irata subaudiendum præcedens verbum, pellit, aut simile, q.d. Si non libenter audias detractorē, facies vt statim obmutescat.
† Heb. absconditæ, hoc est, quæ clam defert.
23 in angulo tecti, vbi sc. te nihil tuetur ab iniuria cæli & ventorum. 24 & in familia frequenti. vel, idque in familia frequenti, Verti etiam potest in domo communi, siue societatis.
25 Vel, cedens impio. 26 subaudi, eorum, rerū diuinarum, aut diuersarum scientiarum vnde solet peti gloria.
27 scrutatur, (non est gloria. i. non est laudabile.
28 euersa, carens muro. ac si dicat, Sicuti vrbs cuius murus est dirutus, non est ab hostibus tuta: sic qui in irā procliuis est, neque potest eam cohibere, tutus esse non potest.

CAPVT XXVI.

* alta.

1 QVomodo nix in æstate, & pluuiæ in messe: sic indecens est stulto gloria.

2 Sicut auis ad *alta transuolans, & passer quòlibet vadens: sic maledictum frustrà prolatum in quempiam superueniet.

3 Flagellū equo, & camus asino, & virga in dorso imprudentium.

4 Ne respondeas stulto iuxta stultitiam suam, ne efficiaris ei similis.

5 Responde stulto iuxta stultitiam suam, ne sibi sapiens esse videatur.

6 Claudus pedibus, & iniquitatē bibens, qui mittit verba per nuncium stultum.

7 Quomodo pulchras frustra habet claudus tibias: sic indecens est in ore stultorum parabola.

8 Sicut qui mittit lapidem in aceruum Mercurii: ita qui tribuit insipienti honorem.

9 Quomodo si spina nascatur in manu temulenti: sic parabola in ore stultorum.

10 Iudicium determinat causas: & qui imponit stulto silentium, iras mitigat.

1 *VT in æstate nix, imberque* [1] *in messe, sic non stultum decet gloria.*

2 [2] *Quemadmodum auis aufugit, & præteruolat hirundo, sic frustra execratio non eueniet.*

3 *Flagellum* [3] *equo, frenum asino, virga tergo stultorum.*

4 [4] *Ne respondeas stulto secundum illius stultitiam, ne & tu quoque par ei fias.*

5 [5] *Responde stulto secundum stultitiam eius, ne sapiens sibi videatur.*

6 [6] *Truncat pedes, bibitque violentiam, qui per stultum aliquid demandat.*

7 [7] *Vt exaruerunt crura claudo, sic prudens & pilleatus sermo in ore stulti.*

8 *Qui stultum honore adficit, perinde facit* [8] *ac qui lapidem in funda ligat.*

9 *Vt spina crescens in manu ebrii, sic* [10] *parabola in ore stultorum.*

10 [11] *Egregius aliquis ac magnus vir efficit (per se) omnia: stultus autem mercede conducit transgressores.*

29 Id est, ita & imperium qui animo suo non imperat. CAP. XXVI. 1 Intempestiua scilicet sunt: sic intempestiuus est honor qui stulto impenditur. 2 Heb. Vt passer (aptus) vt fugiat, (& vt hirundo, nata) vt volet: sic maledictio immerito (prolata) non veniet, id est, non lædet, quasi dicat, Vt passer viso arcu vel homine fugit, ita vt non lædatur: sic non lædit maledictio quæ immerito mittitur in aliquem. 3 sub. debetur. Vel destinata sunt. vt, inquit, equus flagello, & asinus freno emendantur: sic stulti non emendantur sine plagis. 4 Id est, si sic tu loquaris, ut tu etiam stultus loquaris. si probra afficiat, ne malum pro malo rependas. 5 Id est, redargue stultum propter stultitiam suam, hoc est, ostende ei stultitiam suam. 6 Multa in hoc versu subaudienda, (Sicut is qui præcidit pedes eius quem aliquo mittit, & iniquitatem bibit. (sic) qui mittit quidpiam per manum stulti, quasi dicat, Qui mittit aliquid per nuncium stultum, est velut is qui præcidit pedes eius quem mittit: implet enim se iniuria qui hoc facit. Non est igitur negocium aliquod stulto committendum. 7 Heb. Eleuatæ crura claudi: sic est sententia in ore stultorum. Subaudiendum aliquid, i. leuato crura claudi vt incedat, & nihil promouebitur, non propterea incedet: sic &c.
8 Quasi dicat, vt lapis non hæret in funda, sed mox eiaculatur: sic nec honor in stulto. Alii ex Hebræo vertunt, Vt (est) inclusio lapilli in aceruo lapidum, sic qui dat stulto gloriam, quasi dicat, vt lapillus in pala annuli inclusus decorus est, indecore autem in aceruo aliorum lapidum iacet: sic. 9 quæ ascendit in quæ gestatur [illegible] sermo. 11 Heb. Princeps [illegible] omnes & dat præmium stulto. & dat præmium transgressoribus, dat singulis quod meruerunt, qualis princeps [illegible] Transgressores vocat abeuntes, negligentes, ignauos.

12 stul.
13 respondent rationem. i. qui rogati, rationem quæsitorum red-dunt.
14 apprehendit, id est, lacessit. q. d. Qui transiens irascitur in lite quæ ad se non pertinet, est velut is qui vellicat auriculis canem.
15 Hebr. Sicut qui simulat se insanum, emittēs scintillas, iacula & (vasa) mortis. Perficitur sententia versu sequenti. Vt qui, inquit, simulans dementiam, ac debilem se esse, emittit ignem ad comburendum domum proximi sui, iacula & instrumenta mortifera: sic &c.
16 Carbo prunis. & ligna igni: sic vir rixosus ad excitandum litem. Carbo, inquit, congruit prunis, & ligna apta sunt igni: ex carbone facile fiunt prunæ carbo faci le in prunsa vertitur: ita vir &c.
17 vel, sunt velut sermones verberatorum. qui fraliter so-lent esse simplices & blandi.
18 (Vtest) argentum non repurgatum, sursum ... (sic sunt) ... ardentia ... & cor malum ... sunt similes argento non repurgato super inductæ testi.
19 vel. sermone suo eudet ne agnoscatur quod dit. at intra se struit fraudem.
20 Hebr. Cum gratificabit vox eius ... ne credas ... septem ... malæ sunt abominationes in corde eius.
21 quod abdit se ... faciliter tandem reuelari solet. &c.
22 Hebr. (Vir) lingua mendacis odio habet contritum: & os blandum facit lapsum, id est, is qui falso socium suum criminatur, id odio criminatur, id odio ipsius socii quem lingua sua flagellat, facit: & homo adulator perfundare solet hominem quem alloquitur.

11 *Vt canis ad vomitum suum redit, sic stultus iterat stultitiam suam.*

12 *Si videas hominem qui sibi sapere videtur, de stulto melius sperandum quàm de ipso.*

13 *Dicit piger, Pardus est in via, leo inter plateas.*

14 *Sicut fores volvuntur in cardine suo, sic volvitur piger in lecto suo.*

15 *Abscondit piger manum suam in* [12] *patinam, pigetq́ eum reducere ad os suum.*

16 *Piger videtur sibi sapientior, quam septem qui* [13] *sententias respondent.*

17 *Canem auribus* [14] *tenet, qui transiens liti se ingerit, quæ sua nihil refert.*

18 [15] *Vt quam sese fatigat iaculando flammas, tela letalia:*

19 *Sic est vir dolosus erga proximum suum: deinde dicit, Annon ioco feci?*

20 *Vbi desunt ligna, extinguitur ignis: ubi deest susurro, cessant occasiones contentionum.*

21 [16] *Carbo prunam, & ligna ignem, contentiosus rixas incendit.*

22 *Verba susurronis* [17] *blanditiis sunt similia, sed in intima viscera penetrant.*

23 [18] *Vt vas testaceum argenti scoria obductum, ita labia ardentia, & cor malum.*

24 [19] *Labiis suis cognoscitur osor, intra se dolum recondit:*

25 [20] *Quum voce sua benignus est, ne credas ei:* [21] *septem enim abominanda sunt in corde eius.*

26 *Odium* [22] *si tegitur in vastatione, retegetur malitia eius in cœtu.*

27 *Fodiens foveam, in eam ruet: & qui saxum provolvit, in ipsum recidet.*

28 [23] *Lingua mendax odit qui ipsam reprimunt, & os blandum facit impulsionem.*

11 ‖ Sicut canis qui reuertitur ad vomitum suũ, sic imprudens qui iterat stultitiam suam. 2.Pet.2.d

12 Vidisti hominem sapientem sibi videri? magis illo spem habebit insipiens.

13 Dicit piger, Leo est in via, & leæna in itinerib.

14 Sicut ostium vertitur in cardine suo, ita piger in lectulo suo.

15 ‖ Abscondit piger manus sub ascella sua, & laborat si ad os suum eas conuerterit. Sup.19.d. C

16 Sapientior sibi [a] stultus videtur septem viris loquentibus sententias. [a] piger.

17 Sicut qui apprehendit auribus canem, sic qui transit & impatiens, & commiscetur rixæ alterius.

18 Sicut noxius est qui mittit sagittas, & lanceas in montem:

19 Ita vir qui fraudulenter nocet amico suo: & cum fuerit deprehensus dicet, Ludens feci.

20 Cum defecerint ligna, extinguetur ignis: & susurrone subtracto iurgia conquiescunt.

21 ‖ Sicut carbones ad prunas, & ligna ad ignẽ: sic homo iracundus suscitat rixas. Eccles.28.b

22 Verba susurronis quasi simplicia, & ipsa perueniunt ad intima [b] cordis. D [b] ventris.

23 Quomodo si argento sordido ornare velis vas fictile, sic labia tumentia cum pessimo corde sociata.

24 Labiis suis intelligitur inimicus, cum in corde tractauerit dolos.

25 Quando submiserit vocem suam, ne credideris ei: quoniã septẽ nequitiæ sunt in corde illius.

26 Qui operit odium fraudulenter, reuelabitur malitia eius in concilio.

27 ‖ Qui fodit foueam, incidet in eam: & qui voluit lapidem, reuertetur ad eum. Eccles.10.b Eccles.27.h

28 Lingua fallax non amat veritatem: & os lubricum operatur ruinas.

CAPVT XXVII.

1 *NE glorieris de die crastino: nescis enim quid* [1] *ferat dies.*

2 *Laudet te alienus, non tuum os: extraneus, & non labia tua.*

3 *Onerosus est lapis, gravis arena, utroq́ gravior est ira stulti.*

4 [2] *Sæva res est ira, & furor inundat. sed coram æmulatione autem quis consisteret?*

5 *Melior est manifesta correptio, quàm occulta dilectio.*

6 *Fidelia sunt vulnera inflicta à diligente,* [3] *coacta autem oscula odientis.*

7 [4] *Anima satura fastidit favum: esurienti animæ etiam amarum dulce est.*

8 [5] *Homo qui de loco suo migrat similis est passerculo nidum suum linquenti.*

9 *Vnguentum & suffitus cor exhilarant,* [6] *habere amicum ex animo consulentem, res dulcissima est.*

10 *Amicum tuum, & amicum patris tui ne deseras, & domum fratris tui tempore calamitatis tuæ ne ingrediaris. Melior est vicinus propinquus, quam frater procul absens.*

11 *Sapiens esto fili mi, &* [7] *gaudebit cor meum, ut respondere queam ei qui mihi exprobrat.*

1 NE glorieris in crastinum, ignorans quid superuentura pariat dies. A

2 ‖ Laudet te alienus, & non os tuum: extraneus, & non labia tua. Eccles.22.b

3 Graue est saxum, & onerosa arena: sed ira stulti vtroque grauior.

4 Ira non habet misericordiam, nec erumpens furor: & impetum concitati spiritus ferre quis poterit?

5 Melior est manifesta [a] correctio, quàm amor absconditus. [a] correptio.

6 Meliora sunt vulnera diligentis, quàm fraudulenta oscula odientis.

7 ‖ Anima saturata calcabit fauum: & anima esuriens etiam amarum pro dulci sumet. Iob 6.b

8 Sicut auis transmigrans de nido suo, sic vir qui derelinquit locum suum. B

9 Vnguento & variis odoribus delectatur cor: & bonis amici consiliis anima dulcoratur.

10 Amicum tuum, & amicum patris tui ne dimiseris: & domum fratris tui ne ingrediaris in die afflictionis tuæ. Melior est vicinus iuxta, quàm frater procul.

11 Stude sapientiæ fili mi, & lætifica cor meum, vt possim exprobranti respondere sermonem.

12 Astutus

CAP. XXVII. 1 Paritura sit. 2 Crudelis est ira, & impetuosa iracundia: at quis consistet ante inuidiam? Vel, Crudelitas iræ & furoris, & inundatio ... Aut crudelitas iræ ... 3 & in speciem bona sunt oscula ... 4 ... 5 Vt auis aufugit e nido suo, sic vir abit a loco suo. Vt scilicet sibi paret cibum. 6 At dulce consilium amici hominis, magis (sua. ...) quam consilium animæ, sub. proprium. 7 lætifica.

C 12 Astutus videns malum, absconditus est, paruuli transeuntes sustinuerunt dispendia.

Sup.20.c 13 ‖ Tolle vestimentum eius qui spopondit pro extraneo, & pro alienis aufer ei pignus.

14 Qui benedicit proximo suo voce grandi, de nocte consurgens maledicenti similis erit.

15 Tecta perstillantia in die frigoris, & litigiosa mulier comparantur:

Vacat. 16 Qui retinet eam, quasi qui ventum teneat, & oleum dexteræ suæ euacuat:

17 Ferrum ferro exacuitur, & homo exacuit faciem amici sui.

18 Qui seruat ficum, comedet fructus eius: & qui custos est domini sui, glorificabitur.

2.Cor.3.d 19 ‖ Quomodo in aquis resplendent vultus prospicientium, sic corda hominum manifesta sunt prudentibus.

20 Infernus & perditio nunquam implentur, similiter & oculi hominum insatiabiles.

Eccl.14.b 21 ‖ Quomodo probatur in conflatorio argentum, & in fornace aurum: sic probatur homo ore
D laudantis. ⁻Cor iniqui inquirit mala: cor autem rectum inquirit scientiam.'

22 Si contuderis stultum in pila, quasi ptisanas feriente desuper pilo, non auferetur ab eo stultitia eius.

23 Diligenter agnosce vultum pecoris tui, tuosque greges considera.

24 Nõ enim habebis iugiter potestatem, sed corona tribuetur⁻tibi' in generatione & generationem.

12 Cautus videns periculum absconditur: simplices [8]*pertranseunt', & damnum accipiunt.*

13 [9] *Si alienus spoponderit, eripe vestem eius, vt pro extraneo sit pignus eius.'*

14 Laudanti proximum suum magna voce mane [10] *consurgenti, 'reputabitur ac si execratus eum fuisset.*

15 [11] *Tectum perstillans tempore pluuiæ, & rixosa mulier paria sunt:*

16 [12] *Qui cohibet eam, ventos cohibet, & dextera sua oleo occurrit.*

17 [13] *Vt ferrum ferro committitur, sic homo homini consociatur.*

18 Qui ficum [14] *colit, 'vescitur fructu eius: sic qui dominum suum* [15] *obseruat', honorabitur.*

19 [16] *Vt aquarum facies ad facies, sic cor hominis ad homines.*

20 Vt [17] *inferi & perditio' nunquam satiantur, sic* [18] *oculi hominis nunquam satiantur.*

21 [19] *Vt argentum in catino, & aurum in fornace (explorantur,) sic homo ore laudantis eum.*

22 Stultum si contuderis [20] *pistillo in mortario inter ptisanam', non recedet ab eo stultitia eius.*

23 [21] *Formam pecoris tui accurate cognosce, & adpone cor tuum ad greges.*

24 [22] *(Neque enim perpetuus erit thesaurus, neque corona ad perpetuam posteritatem.)*

25 [23] *Vt fœnum prodiit, herba appareat graminaque montium colligantur.*

26 Oues pro vestitu tuo, & [24] *hirci pro pretio agri.'*

27 [25] *Nunc sat lactis' caprarum pro cibo tuo, & cibo domus tuæ, & pro victu ancillarum tuarum.*

25 Aperta sunt prata, & apparuerunt herbæ virentes, & collecta sunt fœna de montibus.

1.Timot.6.b 26 ‖ Agni sunt ad vestimentum tuum: & hœdi, ⁻ad' agri precium.

27 Sufficiat tibi lac caprarum in cibos tuos, & in necessaria domus tuæ, & ad victum ancillis tuis.

CAPVT XXVIII.

A [1] FVgit impius nemine persequente: iustus autem quasi leo confidens, absque terrore erit.

2 Propter peccata terræ multi principes eius: & propter hominis sapientiam & horum scientiam quæ dicuntur, vita ducis longior erit.

3 Vir pauper calumnians pauperes, similis est imbri vehementi in quo paratur fames.

4 Qui derelinquunt legem, laudant impium: qui custodiunt, succenduntur contra eum.

5 Viri mali non cogitant iudicium: qui autem inquirunt Dominum, animaduertunt omnia.

Sup.19.a 6 ‖ Melior est pauper ambulans in simplicitate sua, quàm diues in prauis itineribus.

7 Qui custodit legem, filius sapiens est: qui autem comessatores pascit, confundit patrem suum.

B 8 Qui coaceruat diuitias vsuris & fœnore liberali, in pauperes congregat eas.

9 Qui declinat aures suas ne audiat legem, oratio eius erit execrabilis.

10 Qui decipit iustos in via mala, in interitu suo corruet, & simplices possidebunt bona⁻eius.'

1 FVgiunt nemine persequente impii: iusti vt leones [1] *confidunt.*

2 Propter præuaricationem eorum qui in terra habitant, fit vt alii subinde imperent: atque vbi vero hi sunt qui prudentes sunt & cordati, firmum est, & [2] *prorogatur.'*

3 Vir pauper qui pauperes violenter opprimit, persimilis est ac imber [3] *putrefaciens segetem, vt nihil proueniat.'*

4 Qui legem deserunt, impium laudant. qui autẽ legem custodiunt, [4] *prouocantur contra eos.*

5 Mali homines non intelligunt [5] *iudicium: qui autẽ Dominum quærunt, omnia intelligunt.*

6 Melior est pauper qui ambulat in integritate sua, quam diues qui prauus in viis suis incedit.

7 Qui [6] *legem' seruat,* [7] *intelligentia præditus est:* [8] *qui vero' helluonum socius est, ignominia afficit* [9] *patrem suum.*

8 Qui opes suas fœnore & vsuris auget, [10] *congerit eas homini qui pauperibus benefaciat.*

9 Qui auerterit aurem suam, quo minus legem audiat, eius precatio quoque abominanda.

10 Qui seducit rectos in viam malam, in foueam suam ipse corruet: integri vero hæreditate consequentur bona.

8 Heb. transeunt i. exponunt se periculo.
9 Heb. Accipe vestem eius, quia spopondit pro alieno. & (quia spopondit pro peregrina, (accipe) pignus eius: i. pro eo qui [illegible] est de [illegible] nam [illegible] dendum insidelibus. Idcirco ab iis qui pro [illegible] debent, ne dubitemus etiam vestem pignori accipere. [illegible] periculum est ne in extremam paupertatem incidant.
10 consurgendo. Vatab. exponit hunc versum quidam sic. Qui nimis accurate & [illegible] [illegible] Aliter, [illegible] antequam ubi perspectus [illegible] tio vertitur. Commendatio intempestiua [illegible] 13 Vel, Stultitiæ [illegible] [illegible] Heb. Qui recondit eam, recondit ventum, & (ut [illegible]) in dextera [illegible] Qui, inquit, conatur abscondere mulierem, frustra laborat perinde vt qui conetur ventum abscondere, aut vnguentum odoriferum in manu sua, quod se [illegible] velut clamore perdet. Per [illegible] metaphora [illegible]

[illegible] 13 Ensis enim acuit ita vt exacuit [illegible] amici sui. Cum quo [illegible] contendit. Oportet [illegible]
14 Custodit [illegible] 15 [illegible] est, qui non deserit. 16 Quidam [illegible] intelligunt hunc versum Vt facies in aqua resplendens fallit: ita inter se corda hominum. [illegible] ita cor hominis [illegible] cor [illegible] hominis est ad malum, ita & omnium aliorum corda similia eius sunt. 17 Vel, sepulchrum & mors.
18 Per oculos intelligit cupiditatem 19 Vel, Conflatorium (sub. paratur) argento, & fornax auro: & vtrumque res pro sua laude. Aut, dignitate. Conflatorium, inquit, repurgat argentum, & fornax aurum: & vnaquæque res pro sua dignitate [illegible] 20 [illegible]
21 Hæc ad œconomiam pertinent. Nomine pecoris opes intelligit, quæ antiquitus [illegible] in pecoribus. 22 Vel, [illegible] & non corona (sub. durabit) est, in generatione & generationem [illegible] 23 Prodit gramen, & [illegible] demetiunturque herbæ montium, quasi dicat, [illegible] 24 [illegible] pretium agri [illegible] est, vendes hircos, & ex pecunia [illegible] 25 Et [illegible] lactis, vel, copia. CAP. XXVIII. 1 Vel, [illegible]
2 Sub. imperium. Hebraicè legitur, Propter [illegible] multi sunt principes eius: at propter hominem prudentem, [illegible] propter [illegible] sic diu permanere solet, sub. terra. 3 [illegible] 4 [illegible] 5 Sub. [illegible] 6 [illegible]
ponitur. 7 Heb. est filius sapiens pro sapiente. 8 pater helluonum [illegible] 9 Nomine [illegible] etiam matrem intelligit. 10 Vt [illegible] in vsum pauperum [illegible] at alias pauperibus, q. d. nullum diu poslic [illegible] male partis.

11 *Diues sapere sibi videtur, at pauper prudens [15] explorat eum.*

12 *Vbi iusti exultant, multa est magnificentia: quū vero impii [12] surgunt, [13] exploratur homo.*

13 *Qui transgressiones suas celat, non prosperè cedet: qui vero confitetur & deserit, misericordiam consequetur.*

14 *Beatus est homo qui [16] iugiter pauet: qui autem cor suum obdurat, corruet in malum.*

15 *Ceu leo rugiens, & vrsus [15] cum fremitu discurrens est princeps impius populo pauperculo.*

16 [16] *Sub duce principe permulta sunt violentia: qui autem auaritiam odit, [17] diu imperabit.*

17 [18] *Qui per violentiam sanguinem fuderit, ad foueam vsque profugus erit, vt nemo sustentet eum.*

18 *Qui integre ambulat saluabitur: qui vero per vias prauas incedit, in via aliqua corruet.*

19 *Qui colit humum suam satiabitur pane: qui vero [19] vanos sectabitur, [20] satiabitur egestate.*

20 *Vir fidelis [21] amplas habet benedictiones: qui vero festinat ditescere, [22] non feret impune.*

21 *Agnoscere personas non est bonum: propter frustum panis praeuaricatur vir [huiusmodi.]*

22 [23] *Qui properat vt ditescat, inuidus est: nec animaduertit egestatem sibi imminere.*

23 *Qui corripit hominem [24] post me: nanciscetur gratiam plus quam qui lingua adulatur.*

24 *Qui patrem suum & matrem suam depredatur, dicitque id non esse transgressionem, socius est hominis [25] grassatoris.*

25 [26] *Latus animo excitat contentionem: at qui Domino fidit, pinguescit.*

26 *Qui cordi suo confidit, desipit: at qui sapienter ambulat, [27] liberabitur.*

27 *Qui largitur pauperi, non egebit: qui autem auertit oculos suos, [28] multam [habebit] egestatem.*

28 *Quum extolluntur impii, [29] delitescunt homines: quum vero pereunt impii, augescunt iusti.*

11 Sapiens sibi videtur vir diues: pauper autem prudens scrutabitur eum.

12 In exultatione iustorum multa gloria est: regnantibus impiis ruinæ hominum.

13 Qui abscondit scelera sua, non dirigetur: qui autem confessus fuerit, & reliquerit ea, misericordiam consequetur.

14 Beatus homo qui semper est pauidus: qui verò mentis est duræ, corruet in malum.

15 Leo rugiens, & vrsus esuriens, princeps impius super populum pauperem.

16 Dux indigens prudentia, multos opprimet per calumniam: qui autem odit auaritiam, longi fient dies eius. C

17 Hominem qui calumniatur animæ sanguinem, si vsq; ad lacum fugerit, nemo sustinet.

18 Qui ambulat simpliciter, saluus erit: qui peruersis graditur viis, concidet semel.

19 | Qui operatur terram suam, satiabitur panibus: qui autem sectatur otium, replebitur egestate. Sup. 12. b. Eccles. 20. d. Infr. 13. b.

20 Vir fidelis multum laudabitur: | qui autem festinat ditari, non erit innocens.

21 Qui cognoscit in iudicio faciem, non benefacit: iste & pro buccella panis deserit veritatem.

22 Vir qui festinat ditari, & aliis inuidet, ignorat quod egestas superueniet ei. D

23 Qui corripit hominem, gratiam postea inueniet apud eum magis, quàm ille per linguæ blandimenta decipit.

24 Qui subtrahit aliquid à patre suo, [*] vel à matre, & dicit hoc non esse peccatum: particeps homicidæ est. * &

25 Qui se iactat & dilatat, iurgia concitat: qui verò sperat in Domino [*] saluabitur. * sanabitur.

26 Qui confidit in corde suo, stultus est: qui autem graditur sapienter, ipse [*] laudabitur. * saluabitur.

27 Qui dat pauperi, non indigebit: qui despicit deprecantem, sustinebit penuriam.

28 Cum surrexerint impii abscondentur homines: cum illi perierint, multiplicabuntur iusti.

CAPVT XXIX.

1 [1] *Qui aduersus increpationes dura ceruice est, subito conteretur, nec medela quisquam poterit.*

2 *Quum iusti regnant gaudet populus: quum imperitat impius ingemiscit populus.*

3 *Qui sapientiæ amans est, exhilerat patrem suum: qui autem [2] cum scortis consuetudinem iungit, opes deperdet.*

4 [3] *Iudicio rex ditionem firmam facit: at qui tributa [extorquet,] euertit eam.*

5 *Qui assentatur proximo suo, expandit rete [4] gressibus eius.*

6 [5] *Ipsi malo transgressio sua laqueus est, iustus autem canit & gaudet.*

7 [6] *Cognoscit iustus miserorum causam: impius vero [7] nihil prudentiæ aut cognitionis habet.*

8 *Illusores [8] illaqueant vrbem: at sapientes auertunt [9] iram.*

9 *Vir sapiens si cum stulto disceptationem suscipiat, [10] siue tumultuetur, siue rideat, nulla quies.*

10 *Viri sanguinarii oderunt integrum: [11] recti autem vitam eius curant.*

1 Viro qui corripientem dura ceruice contemnit, repentinus ei superueniet interitus: & eum sanitas non [*] sequetur. A * sequitur.

2 In multiplicatione iustorum lætabitur vulgus: cum impii sumpserint principatū, gemet populus.

3 Vir qui amat sapientiam, lætificat patrem suum: | qui autem nutrit [*] scortum, perdet substantiam. Luc. 15. c. * scorta.

4 Rex iustus erigit terram, vir auarus destruet eam.

5 Homo qui blandis fictisq; sermonibus loquitur amico suo, rete expandit gressibus eius.

6 Peccantem virum iniquum inuoluet laqueus, & iustus [*] laudabitur atque gaudebit. * laudabit. B

7 Nouit iustus causam pauperum, impius ignorat scientiam.

8 Homines pestilentes dissipant ciuitatem, sapientes verò auertunt furorem.

9 Vir sapiens si cum stulto contenderit, siue irascatur, siue rideat, non inueniet requiem.

10 Viri sanguinum oderunt simplicem: iusti autem quærunt animam eius.

11 [illegible] explorare [illegible] doctrinam eius. 12 vel ad dignitatem euehuntur. 13 [illegible] 14 ne scilicet Dominum offendat. 15 vel, clamens [illegible]. 16 Heb. Princeps carens prudentia, [illegible] in iniuriis. 17 Heb. prorogabit dies. Potest aliter exponi, vt [illegible] sit constructio, Princeps carens prudentia, & multus in iniuriis, non prorogabit dies (aliter qui odit auaritiam, prorogabit dies. Vt ex fine versus exponatur eius principium. 18 Hebr. Homo qui opprimit (sub aliis) in sanguine animæ, vsque ad sepulchrū fugit, & non retinebunt eum. Sanguinem animæ vocat vitam: quia anima in sanguine consistit. q.d. Quisquis consueuit sanguinem fundere, se in mortem coniicit, nemine retinente. 19 vel otiosos. 20 i. conficietur inopia. 21 Heb. Multus erit benedictionibus. i. solet commendari ab hominibus. 22 non erit innocens, damnari solet ab hominibus. 23 Heb. Festinat ad [illegible] facultates, vir maligno oculo. [illegible] 24 [illegible] Salomonem [illegible] Qui post me increpat & arguit, hoc est [illegible] legem meam. [illegible] lege Dei. 25 vel exterminatoris, aut homicidæ.

26 id est, Superbus, Gallice, qui est de grand courage. 27 Seruabitur, id est, qui omnia agit Diuino consilio, fœlicia experietur. 28 Heb. est multus maledictionibus, id est, multorum maledictionibus est obnoxius. 29 vel scilicet fugiant persequutionem. CAP. XXIX. 1 Heb. Vir [illegible] indurans ceruicem. Metaphora ducta a bobus vel equis, qui sunt dura ceruice. q.d. qui frequenter increpatur, & tamen indurat animum suum. 2 Heb. [illegible] ta. 3 Rex ob iudicium stabilem reddit terram: at vir munerum euertit eam. i. Dum rex vnicuiq; quod suum est reddit, stabile suum reddit imperium. quod si muneribus capiatur, & [illegible] euertit. aut, qui nouis subinde vectigalibus populum expilat ac deglubit, &c. 4 [illegible] gressibus [illegible] adulatur. 5 In peccato viri mali est laqueus [illegible] 6 [illegible] pauperis est curæ iusto. 7 Heb. non intelligit [illegible] 8 [illegible] 9 [illegible] 10 Heb. [illegible] cum stulto [illegible] modo stultus ridet eum, modo irascitur breuiter, stultum nullo modo leniri potest. 11 Heb. recti autem quærunt voluntatem eius. i. student ei in omnibus obsequi.

11 Totum

11 Totum spiritum suum profert stultus: sapiens differt & reseruat in posterum.
12 Princeps qui libenter audit verba mendacii, omnes ministros habet impios.
13 Pauper & creditor obuiauerunt sibi: vtriusq; illuminator est Dominus.
14 Rex qui iudicat in veritate pauperes, thronus
* correctio. eius in æternum firmabitur.
C 15 Virga atq; * correctio tribuit sapientiam: puer autem qui dimittitur voluntati suæ, confundit matrem suam.
16 In multiplicatione impiorum multiplicabuntur scelera, & iusti ruinas eorum videbunt.
17 Erudi filium tuum, & refrigerabit te, & dabit delicias animæ tuæ.
18 Cum prophetia defecerit, dissipabitur populus: qui vero custodit legem, beatus est.
19 Seruus verbis non potest erudiri: quia quod dicis intelligit, & respondere contemnit.
20 Vidisti hominem velocem ad loquendum?
* correptio. stultitia magis speranda est, quàm illius * correctio.
21 Qui delicate à pueritia sua nutrit seruũ suũ, postea sentiet eum contumacem.
22 Vir iracundus prouocat rixas: & qui ad indignandum facilis est, erit ad peccandum procliuior.
Iob.22.d 23 ‡ Superbum sequitur humilitas, & humilem spiritu suscipiet gloria.
* partitur. 24 Qui cum fure * participat, odit animam suã: adiurantem audit, & non indicat.
25 Qui timet hominem, cito corruet: qui sperat in Domino, subleuabitur.
26 Multi requirunt faciem principis, & iudicium à Domino egreditur singulorum.
27 Abominantur iusti virum impium: & abominantur impii eos qui in recta sunt via.
28 Verbum custodiens filius, extra perditionem erit.

11 [11] *Totum spiritum suum effundit stultus, at sapiens retrorsum cohibet eum.*
12 [12] *Princeps qui animum aduertit ad res vanas ac mendaces, huius ministri omnes impii sunt.*
13 *Pauper &* [14] *fœnerator inter sese conueniunt: vtriusq; autem oculos Dominus illustrat.*
14 *Rex qui iudicat in veritate pauperes, huius solium in perpetuum firmum manet.*
15 *Virga & obiurgatio dat sapientiam: puer vero (sibi) relictus, pudefacit* [15] *matrem suam.*
16 *Quum* [16] *præsunt impii, crescit transgressio: at iusti casum eorum intuebuntur.*
17 *Castiga filium tuum: hoc quietem tibi afferet, delicias que animo tuo.*
18 *Quum deest* [17] *prophetia, dissipatur populus: & qui legem obseruat, beatus est.*
19 *Seruus non emendatur verbis: & quum intelligat,* [18] *non tamen respondet.*
20 *Si videas hominem* [19] *sermone suo præcipitẽ, iam de stulto melius quàm de illo speres.*
21 *Qui seruum suum à pueritia delicate educat,* [20] *postremo eum filiorum occupare molietur.*
22 *Iracundus excitat occasionem contentionum, & furibundus multas* [21] *transgressiones.*
23 *Fastus deiicit hominem:* [22] *at spiritu humilem tenet gloria.*
24 *Odit animam suam quisquis* [23] *furis socius est: audit execrationem, & non indicat.*
25 [24] *Qui metuit homines, corruet: qui autẽ in Domino confidit, in extra telorum ictum est.*
26 *Plerique ambiunt principis faciem: à Domino autem* [25] *pendet cuiusque iudicium.*
27 *Abominantur iusti virum iniquum: impius autem abominatur qui recte incedunt.*
28 † † †

11 Omnem iram suam effundit stultus: sapiens autem posthac placat eam. 12 Heb. Principis attendentis sermoni mendacii omnes ministri sui sunt impii. 14 Vel, vsurarius. Vox Hebræa significat etiam contritionem & afflictionem: vt sit legatur, Pauper & afflictus occurrerunt sibi obuiam, i. conuenerunt. hoc est, in eodem pene sunt gradu. vel, Cum occurrerint inter se inops & qui multum oppressus est alter alterum [illegible] Dominus [illegible] vtrique. 15 Nomine matris intelligit vtrumq; parentem, vt nomine patris aliquando vtrumque. 16 Heb. multiplicantur. 17 Vel, visio, defecit &c. Prophetiam siue visionem intelligit declarationem verbi Dei. 18 i. contemnit. 19 in negotiis suis. 20 Heb. in nouissimis eius erit filius, i. tandẽ habebit eum pro filio. 21 subaudi[illegible], frequenter peccat. 22 vel, et humilis animo potietur gloria, i. euehetur ad honores & dignitates. 23 Heb. partitur cum fure. q.d. Qui particeps est furti, male audit ab hominibus nec audet conqueri se male audire. 24 Heb. Pauor hominis iniicit laqueum (sub. homini) qui autem confidit in Domino, exaltabitur. Hic damnat conscientias pauidas eorum qui sibi fidunt, & non Christo. Exaltari, est statui quasi in loco sublimi. Metaphora sumpta à militibus qui se in loca alta recipiunt. 25 Vel, (profecturum) fore vniuscuiusque. vel fortuna & conditio.

CAPVT XXX.

Verba Congregantis filii, Vomentis.

A [1] VIsio quam locutus est vir cum quo est Deus, & qui Deo secum morante confortatus, ait:
2 Stultissimus sum virorum, & sapientia hominum non est mecum.
3 Non didici sapientiam, & non noui scientiam sanctorum.
4 Quis ascendit in cælum, atque descendit? quis continuit spiritum in manibus suis? quis colligauit aquas quasi in vestimento? quis suscitauit omnes terminos terræ? quod nomen est eius, & quod nomen filii eius, si nosti?
Psal.17.e 5 ‡ Omnis sermo Dei ignitus, clypeus est omnibus sperantibus in se.
Deut.4.a.12.d 6 ‡ Ne addas quicquam verbis illius, & arguaris, inueniarisque mendax.
7 Duo rogaui te, ne deneges mihi antequã moriar.
B 8 Vanitatem & verba mendacia longe fac à me. Mendicitatem, & diuitias ne dederis mihi: tribue tantum victui meo necessaria.
9 Ne forte satiatus illiciar ad negandum, & dicam, Quis est Dominus? aut egestate compulsus furer, & periurem nomen Dei mei.

Sermones [1] Agur filii Iace, [2] prophetia grauis.
1 *Dixit vir ad Ithielem, ad Ithielem inquam, & Vcal.*
2 *Stupidior quidem sum ego quàm quisquam alius,* [3] *& humana prudentia destitutus.*
3 [4] *Sapientiam nunquam didici, neque sanctorum scientiam* [5] *noui.*
4 *Quis* [6] *ascendit ad cælos aut descendit? Quis collegit ventos intra manus suas? quis constrinxit aquas veste? quis constituit omnes terminos terræ? quod est illi nomen? quod nomen filio eius? si modo scis.*
5 *Omnis sermo Dei purgatus est, scutum his qui eo nituntur.*
6 *Ne addas sermonibus eius, ne te redarguat, & mendax inueniaris.*
7 *Duo sunt quæ abs te postulaui, ea ne deneges mihi antequam moriar:*
8 *Procul à me amoue vanitatem & mendax verbum: Inopiam & diuitias ne dederis mihi,* [8] *sed fac vt decerpam panem demensi mei.*
9 *Ne satiatus aut te negem, & dicam, Quis est Deus? aut per inopiam furer, &* [9] *abutar nomine Dei mei.*

CAP. XXX. 1 Quidam Hebræorum putat ætate Salomonis fuisse virum quendam integræ vitæ & magnæ sapientiæ, nomine Agur cuius dicta & sententias [illegible] tenent autem hunc prophetæ familiares vel discipuli Ithiel & Vchal, ad quos sequentes sententias dixit more prophetico. 2 vel, [illegible] Alii sequentibus hæc iungentes, sic vertunt ex Hebræo, Prophetia dictum viri [illegible] ad Ithielem & [illegible] Prophetia [illegible] Quum Agurum illum interrogarent Ithiel & Vchal, respondit eis sequentia. 3 nec est intelligentia hominum [illegible] Agur [illegible] doctrina & prophetia [illegible] tantum est intelligentiæ, quantum homini competit. 4 sub. mundanam. 5 Vel, assequutus sum, sub. labore meo. Alii legunt sine negatione [illegible] noui, quasi diceret, Expers sum humanarum artium, at diuinarum gnarus sum. 6 Vt sciat ea quæ in cælo sunt cognosceret, & ea hominibus [illegible] sed alito me pane portionis meæ, id est, suppedita mihi cibum competentem, vt nec abundem nec egeam. 9 Vel, impure tractem [illegible] tantum Domino, quantum tribuere debeo.

10 Ne deferas servum apud herum suum, ne te execretur, ve te culpa obnox[ium] [illegible].

11 Est genus quoddam hominum, quod maledicit patri suo, & matri [illegible] non [illegible].

12 Est rursus genus quoddam, quod sibi mundum videtur, quum tamen à sordibus suis non sit lotum.

13 Est denique genus quo oculos suos attollit, & palpebras [illegible].

14 Est postremo genus cuius dentes gladii sunt, & cuius molares cultri sunt, ut devorent pauperes è terra, & inopes ex hominibus.

15 Sanguisugæ duæ filiæ sunt, nempe) Affer, affer. Tria hæc non satiantur, & quartum nunquam dicit, Satis est:

16 Sepulchrum, Vulva constricta, Terra non saturata aquis, & Ignis non dicit, Satis.

17 Oculum qui patrem subsannat, & matris doctrinam spernit, corvi torrentis eruant, ac aquilæ pulli devorent.

18 Tria hæc excellentia sunt, ac supra captum meum, & quartum penitus ignoro:

19 Viam aquilæ in aere, Viam serpentis supra petram, Iter navis in pelago, & viam viri cum adolescentula.

20 Talis est & adulteræ via quæ ubi comederit, abstergit os suum, & dicit, Nihil mali feci.

21 Sub tribus contremiscit terra, & sub quarto nequit consistere

22 Sub servo qui imperat, Sub stulto quum satur est panibus,

23 Sub odiosa si marito nupserit, & sub ancilla quæ hæres est heræ suæ.

24 Quatuor illa minima sunt inter terrestria, sed sapientia superant vel eruditos sapientes,

25 Formicæ, populus imbecillis quæ tamen in messe cibum suum parant:

26 Cuniculi, gens minime potens, attamen in petra domicilium suum collocant:

27 Locusta quæ etsi regem non habeat turmatim tamen procedit universa:

28 Araneus utrumque istum apprehendit, & est in palatio regum.

29 Hæc tria bene incedunt, imo quartum belle incedit:

30 Leo qui heros est inter bestias, nec à cuiusquam conspectu fugit:

31 Canis venaticus, Aries, & Rex alcum.

32 Si stulte egisti efferendo te aut siquid sceleratè apud te cogitasti (pone) manum super os.

33 Nam si premas, butyrum est: qui nares emungit, sanguinem elicit: sic qui iras incitat, litem producit.

10 Ne accuses servum ad dominum suum: ne forte maledicat tibi & corruas.

11 Generatio quæ patri suo maledicit, & quæ matri suæ non benedicit.

12 Generatio quæ sibi munda videtur, & tamen non est lota à sordibus suis.

13 Generatio cuius excelsi sunt oculi, & palpebræ eius in alta surrectæ.

14 Generatio quæ pro dentibus gladios habet, & commandit molaribus suis, ut comedat inopes de terra, & pauperes ex hominibus,

15 Sanguisugæ duæ sunt filiæ, dicentes, Affer, Affer. Tria sunt insaturabilia, & quartum quod nunquam dicit, Sufficit.

16 Infernus: & Os vulvæ, & Terra quæ non satiatur aqua: Ignis vero nunquam dicit, Sufficit.

17 Oculum qui subsannat patrem, & qui despicit partum matris suæ, * suffodiant eum corvi de torrentibus, & comedant eum † filiæ aquilæ.

18 Tria sunt difficilia mihi, & quartum penitus ignoro,

19 Viam aquilæ in cælo, Viam colubri super terram, Viam navis in medio mari, & Viam viri in * adolescentia.

20 Talis est & via mulieris adulteræ, quæ comedit, & tergens os suum dicit, Non sum operata malum.

21 Per tria movetur terra, & quartum quod non potest sustinere.

22 Per servum cum regnaverit: Per stultum cum saturatus fuerit cibo:

23 Et per odiosam mulierem cum * matrimonio fuerit assumpta: & per ancillam cum fuerit hæres dominæ suæ.

24 Quatuor sunt minima terræ, & ipsa sunt sapientiora sapientibus:

25 Formicæ populus infirmus, * qui præparat in messe cibum † sibi.

26 Lepusculus plebs invalida, qui collocat in petra cubile suum:

27 Regem locusta non habet, & egreditur universa per turmas suas.

28 Stellio manibus nititur, & moratur in ædibus regis.

29 Tria sunt quæ bene gradiuntur, & quartum quod incedit fœliciter:

30 Leo fortissimus bestiarum, ad nullius pavebit occursum:

31 Gallus succinctus lumbos suos: & Aries. Nec est rex qui resistat ei.

32 Et qui stultus * apparuerit postquam elevatus est in sublime: si enim intellexisset, ori suo imposuisset manum.

33 Qui autem fortiter premit ubera ad eliciendum lac, exprimit butyrum: & qui vehementer nares emungit, elicit sanguinem: & qui provocat iras, producit discordias.

Marginal notes: * indica. * effodiant † sibi. * legendum, adolescentula. * in matrimonium. * quæ præparant. † Suum: * apparuit

CAPUT XXXI.

Verba Lamuelis regis: disciplina gravis, in qua erudivit eum mater eius.

1 Quid fili mi? quid fili uteri mei? quid fili votorum meorum?

2 Ne des mulieribus robur tuum, & vias tuas ad delendum reges.

3 Ne (des) regibus, ô Lamuel, regibus inquam vinum bibere, aut principibus siceram,

4 Ne potando obliviscantur legis constitutæ, & pervertant causas omnium afflictorum.

Verba Lamuelis regis. Visio qua erudivit eum mater sua.

1 Quid dilecte mi, quid dilecte uteri mei, quid dilecte votorum meorum?

2 Ne dederis mulieribus substantiam tuam, & * divitias tuas ad delendos reges.

3 Noli regibus ô Lamuel, noli regibus dare vinum quia nullum secretum est ubi regnat ebrietas

4 Ne forte bibant, & obliviscantur iudiciorum, & mutent causam filiorum pauperis.

Marginal note: * vias.

28 genus non forte. 29 Pro aranea alii legunt [illegible] [illegible] Heb. [illegible] lumbos [illegible] [illegible]

[illegible] 4 hoc est, quod periculosissimum est in homine, vi ingenium, robur, opes. 5 vel, [illegible] ad delendum reges.

5 Date siceram mœrentibus, & vinum his qui
amaro sunt animo.
6 Bibant, & obliuiscantur egestatis suæ, & do-
loris sui non recordentur amplius.
7 Aperi os tuum muto, & caussis omnium filio-
rum qui pertranseunt.
8 Aperi os tuum, decerne quod iustum est, &
* vindica inopem & pauperem.
C 9 א Mulierem fortem quis inueniet? procul,
& de vltimis finibus precium eius.
10 ב Confidit in ea cor viri sui, & spoliis non
indigebit.
11 ג Reddet ei bonum, & non malum, omni-
bus diebus vitæ suæ.
12 ד Quæsiuit lanam & linum, & operata est
consilio manuum suarum.
13 ה Facta est quasi nauis institoris délonge
portans panem suum.
14 ו Et de nocte surrexit, deditq; prædam do-
mesticis suis, & cibaria ancillis suis.
15 ז Considerauit agrum, & emit eum, de fru-
ctu manuum suarum plantauit vineam,
16 ח Accinxit fortitudine lumbos suos, & ro-
borauit brachium suum.
17 ט Gustauit & vidit quia bona est negocia-
tio eius, non extinguetur in nocte lucerna eius.
C 18 י Manum suam misit ad fortia, & digiti eius
apprehenderunt fusum.
19 כ Manum suam aperuit inopi, & palmas
suas extendit ad pauperem.
20 ל Non timebit domui suæ à frigoribus ni-
uis: omnes enim domestici eius vestiti sunt duplicibus.
21 מ Stragulatã vestem fecit sibi, byssus & pur-
pura indumentum eius.
22 נ Nobilis in portis vir eius, quando sederit
cum senatoribus terræ.
D 23 ס Sindonem fecit & vendidit, & cingulum
tradidit Chananæo.
24 ע Fortitudo & decor indumentum eius, &
ridebit in die nouissimo
25 פ Os suum aperuit sapientiæ, & lex clemen-
tiæ in lingua eius.
26 צ * Considerauit semitas domus suæ, & pa-
nem ociosa non comedit.
27 ק Surrexerunt filii eius, & beatissimam præ-
dicauerunt: vir eius & laudauit eam.
28 ר Multæ filiæ congregauerunt diuitias: tu
supergressa es vniuersas.
29 ש Fallax gratia & vana est pulchritudo mu-
lier timens Dominum ipsa laudabitur.
30 ת Date ei de fructu manuum suarum, &
laudent eam in portis opera eius.

* indica.
* Considerat.

*5 Damnatis date sicram, & vinum his qui amaro
sunt animo*
*6 Vt poti obliuiscantur inopiæ suæ, & calamitatis
suæ non vltra recordentur.*
*7 [6] Aperi os tuum muto, [7] in iudicio omnium o-
rum qui praeuocant,*
*8 Aperi os tuum, iudica iuste causam pauperis &
egeni.*
*9 א [8] Fœminã virtute præditã quisquis nactus fue-
rit, mercẽ habet gemmis procul pretio præstantiorem.*
*10 ב [9] Ei tuto credit cor mariti eius, res quoque non
decrescunt.*
*11 ג Rependet [10] ei bonum, & non malum cunctis
diebus vitæ suæ.*
*12 ד Quærit lanam & [11] linum, & operatur [12] cũ
voluntate manibus suis.*
*13 ה Perinde est atq; nauis mercatoris, ex longinquo
aduehens victum suum.*
*14 ו Dum adhuc nox est surgit, & dat familiæ suæ
cibum, ac [13] demensum puellis suis.*
*15 ז [14] Consultat de agro, & emit eum: [15] fructu ma-
nuum suarum plantat vineam.*
*16 ח Fortiter lumbos suos accingit, & corroborat
brachia sua.*
*17 ט [16] Sentit quam bona sit negociatio sua, nec no-
ctu extinguetur lucerna eius.*
*18 י Manum suam [17] colo admouet, & volæ eius
torquent fusum.*
*19 כ [18] Manum suam extendit pauperi, & egeno
prabet illam.*
*20 ל Non metuit familiæ suæ [19] à bruma: vniuersa
enim vestita est [20] duplicibus.*
*21 מ Tapetia facit sibi, ex bysso ac purpura indumen-
tum.*
*22 נ [21] Nobilis est in porta maritus eius, dum sedet
[22] inter senatores regionis*
*23 ס [23] Sindonem facit ac vendit, cingula quoque
quæ dat mercatori.*
*24 ע Fortitudo & decus vestimentum, eius & gau-
debit in posterum*
*25 פ [24] Os suum sapienter aperit, & lex beneficentiæ
in lingua eius.*
*26 צ Speculatur itinera domus suæ, & [25] cibum suum
non edit ociosa.*
*27 ק Surgens eius liberi, & prædicabunt eam felicem
maritus quoque eius eam laudat.*
*28 ר Multæ filiæ parauerunt opes: at tu vniuersas
exsuperas.*
*29 ש Fallax gratia, vana venustas: fœmina Dei ti-
mens, ea [26] laudabitur*
*30 ת Hanc date [27] de fructu manuum suarum: hãc
prædicent [28] in porta opera illius.*

d 1 Patris [illegible] silentia in causa sua.
[illegible] omnia [illegible] tus [illegible].
8 Heb mulierem virtutis quis inueniet? nam longinqua est a gemmis pretium eius. [illegible] tunc [illegible] lampe [illegible] gemmis [illegible] apertæ omnes gemmas. Mulierem virtutis, quam nos Galli dicimus, femme vaillante.
9 Confidit eis cor mariti eius & spoliis (i. re domestica) non egebit.
10 a viro suo, q. d. semper viro suo læta a fuerit.
11 [illegible] plurali numero quia multa sunt genera linorum.
13 Heb. in bene-placito. Gallice, Elle prend plaisir a besongner.
14 vel, portionẽ [illegible] 15 Con-[illegible] [illegible]
16 i. Percipiens opus suum esse frugiferum, etiam noctu operatur.
17 verticulo [illegible] magnum.
19 Heb. [illegible], à frigore.
20 [illegible] quanto [illegible] [illegible] 31 [illegible]
24 [illegible] sapienter loquitur, [illegible] gratiosa.

22 cum senioribus, id est, principibus, nam olim seniores, iudices ac principes regionis erant. 23 [illegible] 24 [illegible] sapienter loquitur, vel gratiosa. 25 Heb. panem pigritiæ non edit. 26 vel, laudari solet. 27 i. de laboribus [illegible] laudationem illam propter laborem manuum suarum.
[illegible] facit [illegible]

ECCLESIASTES, QVI AB HEBRÆIS COHELETH APPELLATVR.

Argumentum in Ecclesiasten Salomonis.

Liber Ecclesiastæ professionem continet, qua Salomon doctus Spiritu Dei voluit coram Ecclesia eius testificari [illegible] [illegible] Veritatis. Propterea exponit primum rationem studiorum suorum & instituti vi-tæ. Deinde obseruationẽ omnium earũ occupationum quibus se homines dedunt, & impias cogitationes quibus se implicant. At postremo multiplicem administrationem [illegible] hominum cum Dei sapientissimi [illegible] & pia administratione. Denique [illegible] administrationem Dei, [illegible] homines ad pietatem [illegible] officia & pietatis reuocat, mortem & iudicium Dei rebellantibus denunciat, & [illegible] pium confirmat.

CAPVT I.

SERMONES concionantis filii Davidis regis in Ierusalem.

2 [1] Extrema inanitas dixit concionans, extrema inanitas, & omnia quidem sunt inanitas.

3 [2] Quantum [enim] homini reliquum est post omnem suum laborem,[3] quem perfert sub Sole?

4 [4] Ætas [namque] præterit, & ætas [alia] succedit: terraque in æternum perstat.

5 [5] Oriturque Sol, & occidit Sol, & [6] anhelus tendit ad locum suum ubi oritur.[6] Discedit (vero) ad Austrum, & redit ad Aquilonem:

6 [7] A diversis quoque mundi plagis venti surgentes meant, & in suos circulos venti revertuntur.

7 Omnes (etiam) torrentes mare ingrediuntur, nec tamen mare impletur.[8] nam torrentes redeunt ad locum per quem ferebantur.

8 [9] Quibus explicandis verba idonea desunt, nec quisquam edisserere possit.[10] Non oculus saturatur spectando, neque auris audiendo expletur.

9 [11] Quod (enim) fuit, ipsum etiam erit: & quod factum est, ipsum fiet etiam:

10 [12] Nec quicquam novi existit sub Sole. Estne res, de qua possit quis dicere, vide illud novum est? & iam aliquot retro seculis præterierunt quæ fuerunt ante nos.

11 Non (durat etiam) memoria rerum priorum, neque [13] apud posteros memoria rerum quæ post hæc erunt,' durabit.

12 Ego concionans fui rex Israelis in Ierusalem.

13 [14] Induxi in meum animum quærere & investigare sapienter per omnia quæ sub cælo fiunt facta: ([15] quam occupationem laboriosam Deus hominibus iniunxit, ut ea humiles redderet.)

14 Perspexi omnia opera quæ sub cælo sunt facta, & ecce omnia sunt inanitas & [16] animi molestia.

15 (Etenim) [17] quod depravatum est, non poterit quisquam reconcinnare: & quod deest, non poterit numerari.

16 [18] Subduxi autem rationem cum corde apud animum meum: Ecce ego res magnas effeci & [19] auxi sapientiam præ omnibus qui ante me fuerunt in Ierusalem, ac meum cor vidit plurimam sapientiam & scientiam.

17 Et adieci animum meum ad cognitionem: insaniæ atque stultitiæ (ac plane)[20] intellexi quod illud etiam sit animi molestia.

18 NAm cum plurima sapientia coniuncta est plurima [21] indignatio: & qui auget scientiam, simul auget quod eum cruciet.

VERBA Ecclesiastæ filii David regis Ierusalem.

2 Vanitas vanitatum -& omnia vanitas.

3 Quid habet amplius homo de universo labore sub Sole?

4 Generatio præterit, & generatio advenit, terra autem in æternum stat.

5 Oritur sol, & occidit, & ad locum suum revertitur: ibique renascens, gyrat per Meridiem, & flectitur ad Aquilonem:

6 Lustrans universa in circuitu pergit spiritus, & in circulos suos revertitur.

7 Omnia flumina intrant in mare, & mare non redundat: ad locum unde exeunt flumina, revertuntur, ut iterum fluant.

8 Cunctæ res difficiles: non potest eas homo explicare sermone. Non saturatur oculus visu, nec auris auditu impletur.

9 Quid est quod fuit? ipsum quod futurum est. Quid est quod factum est? ipsum quod faciendum est.

10 Nihil sub Sole novum, nec valet quisquam dicere, ecce, hoc recens est. iam enim præcessit in seculis quæ fuerunt ante nos.

11 Non est priorum memoria: sed nec eorum quidem quæ postea futura sunt, erit recordatio apud eos qui futuri sunt in novissimo.

12 Ego ecclesiastes fui Rex Israel in Ierusalem.

13 Et proposui in animo meo quærere & investigare sapienter de omnibus quæ fiunt sub Sole. Hanc occupationem pessimam dedit Deus filiis hominum, ut occuparentur in ea.

14 Vidi cuncta quæ fiunt sub Sole, & ecce universa vanitas, & afflictio spiritus.

15 Perversi difficile corriguntur, & stultorum infinitus est numerus.

16 Locutus sum in corde meo dicens. Ecce magnus effectus sum, & præcessi omnes sapientia, qui fuerunt ante me in Ierusalem: & mens mea contemplata est multa sapienter, & didici.

17 Dedique cor meum ut scirem prudentiam atque doctrinam, erroresque & stultitiam: & agnovi quod in his quoque esset labor, & afflictio spiritus.

18 EO quod in multa sapientia, multa sit indignatio: & qui addit scientiam, addit & [a] laborem.

Margin: A *Omnia vanitas.* B C *Investigatio rerum vana.* D *Initium cap. 2. iuxta græcos.* [a] *dolorem.*

CAPVT II.

1 POrrò apud meipsum ita cogitavi, Age quæso,[1] latius potaturus gebo, & experiar quantum in eo bonum sit: ecce autem, etiam hæc inanitas est.

2 [2] (Nam) ridere statuo esse hominis vesani, & lætitiam vestio quid faceret.

1 DIxi [a] ergo in corde meo Vadam, & affluam deliciis, & fruar bonis. Et vidi quod hoc quoque esset vanitas.

2 Risum reputavi errorem: & gaudio dixi, Quid frustra deciperis?

Margin: A [a] *ego. In affluentia deliciarum, vanitas.*

Left margin: [1] Vel, Vanissima vanitas, hoc est, summa: sub. occupat res humanas. Chald. para. Summa vanitas est mundus inc., quicquid est in hoc mundo, est vanum. Vox sententia demonstrat omnia, quæ humanis operibus et studiis, nisi in Deo ponunt: aut rationali ... alias agere moliuntur, quæ per religionem Christianam ... Est autem argumentum totius libri, Vanitas vanitatum, &c. Summa huius libri complectitur Christus, Matth. 5. his verbis, Ne sitis solliciti in crastinum: nam crastinus dies curabit quæ sua sunt. Sufficit sua diei afflictio. Vult enim Salomon nos reddere paratos & quietis animis in communibus negotiis, & casibus vitæ, ut vitemus contentis præsentibus sine ... cupiditate futurorum, sicut Paulus ait: Sine cura & solicitudine agere. futurorum enim cura non affligere. Colligit autem singularis hominum ... & conatus vanos esse & stultos, ut ex singularibus, universalem conclusionem efficiat, & ostendat hominum omnium studia vana esse. Non hic damnatur creatura Dei, sed pravus affectus & cupiditas hominum, qui non sumus contenti præsentibus istis creaturis Dei, & eorum usu, sed semper

anxii & soliciti accumulare divitias, honores, gloriam, famam, quasi perpetuo hic victuri, ... Hæc est enim summa vanitas & miseria, se usu bonorum præsentium fraudare, & frustra afflige ... 2 Heb. ... quod laborat sub Sole? Aut, Quid commodi contingit hominibus ex omni labore suo quo laborant ... [illegible] ... tempus perman... hoc significat, ... terram durare usque ad ... 4 tribus similitudinibus probat terram durare usque ad ... 6 sub. ab ortu. De vento loquitur. 7 Heb. ... revertitur ut iterum flet. 8 Heb. ad locum, ad quem torrentes ... pluviam resolvuntur. 9 Heb. Omnes res sunt laboriosæ, nec potest ... quæ natura fiunt intelligitur ... 14 Heb. Et dedi cor meum ad quærendum ... 15 ... Deus hominibus ut occuparentur ... Latine sic vert. ... Nam ... Deus ... 16 Chaldæus para. ... non potest corrigi ... non potest numerari ... 18 Heb. ... 19 ... 20 ... 21 id est, ... [illegible]

CAP. II. 1 Heb. ... 2 Heb. De risu dixi, insanum est: & de lætitia, ... [illegible]

3 Cogitavi

3 Cogitaui in corde meo abstrahere à vino carnẽ meam, vt animum meum trãsferrem ad sapientiam, deuitaremq; stultitiam, donec viderem quid esset vtile filiis hominum,* quo facto opus est sub Sole numero dierum vitæ suæ.

quod.

4 Magnificaui opera mea, & ædificaui mihi domos, & plantaui vineas.

Ædificia & diuitias vana esse.

5 Feci hortos & * pomœria, & conseui ea cuncti generis arboribus.

* *pomaria.*

6 Et extruxi mihi piscinas aquarum, vt irrigarem syluam lignorum germinantium.

7 Possedi seruos & ancillas, multamque familiam habui: armenta quoque & magnos ouium

B greges vltra omnes qui fuerunt ante me in Jerusalem.

8 Coaceruaui mihi argentum & aurum, & substantias regum & prouinciarum. Feci mihi cantores, & cantatrices, & delicias filiorum hominum, scyphos, & * vrceolos in ministerio ad vina fundenda.

* *vrceos.*

9 Et supergressus sum opibus omnes qui ante me fuerunt in Jerusalem. sapientia quoque perseuerauit mecum.

10 Et omnia quæ desiderauerũt oculi mei, non negaui eis: nec prohibui cor meum quin omni voluptate frueretur, & oblectaret se in his quæ præparaueram: & hanc ratus sum partem meam, si vterer labore meo.

C 11 Cumque me conuertissem ad vniuersa opera quæ fecerant manus meæ, & ad labores in quibus frustra sudaueram, vidi in omnibus vanitatem & afflictionem animi, & nihil permanere sub Sole.

12 Transiui ad contemplandam sapientiam, erroresque & stultitiam (quid est, inquam, homo vt sequi possit regem factorẽm suum?)

Alia vanitas, sapientis & stulti vnum esse euentum.

13 Et vidi quòd tantum præcederet sapientia stultitiam, quantum differt lux à tenebris.

Infra 8.a
Prou. 17.d

14 ‖ Sapientis oculi in capite eius: stultus in tenebris ambulat. Et didici quòd vnus vtriusque esset interitus.

15 Et dixi in corde meo, Si vnus & stulti & meus occasus erit: quid mihi prodest quod maiorem sapientiæ dedi operam? Locutusq; cum mente mea, animaduerti quod hoc quoque esset vanitas.

16 Non enim erit memoria sapientis similiter vt stulti in perpetuum, & futura tempora obliuione cuncta pariter operient: moritur doctus similiter vt indoctus.

D 17 Et idcirco tæduit me vitæ meæ videntem mala vniuersa esse sub Sole, & cuncta vanitatem & afflictionem spiritus.

18 Rursus detestatus sum omnem industriam meam, qua sub Sole studiosissimè laboraui, habiturus hæredem post me.

19 Quem ignoro vtrum sapiens an stultus futurus sit: & dominabitur in laborib. meis quib. desudaui & solicitus fui. & est quicquam tam vanum?

20 Vnde cessaui, renunciauitque cor meum vlterà laborare sub Sole.

21 Nam cum alius laboret in sapientia & doctrina & solicitudine, homini ocioso quæsita dimittit & hoc * quoq. vanitas & magnum malum.

* *ergo.*

22 Quid enim proderit homini de vniuerso labore suo & afflictione spiritus, qua sub Sole cruciatus est.

3 [1] Indagaui ergo corde meo, corpus meum diutina voluptate vini oblectare, & cor meum assuefacere sapientia, halucinarique retinere stultitiam, dum cernere possim vbinam positum sit bonum hominibus, quod sub cælo persequantur quanto tempore viuunt.

4 [2] Perfeci (enim) magna opera, ædificaui mihi domos, (&) plantaui mihi vineas.

5 Conseui mihi etiam hortos & [3] paradisos, ac in eis plantaui omnis generis arbores fructiferas.

6 Feci (etiam) mihi piscinas abundantes aqua, vt irrigarem ex eis nemus producens arbores.

7 Emi, quoque seruos & ancillas, & habui [6] vernas: possedi etiam habui armentorum & gregum maius quam vllus eorum qui ante me fuerunt in Ierusalem.

8 Congessi etiam mihi argentum & aurum, & [7] mundum preciosum regum & prouinciarum, mihique [8] accersiui cantores & psaltrias, [9] necnon mulierem & mulieres, hominum delicias.

9 Et magnus euasi, & [10] cumulaui (res facultates) præ omnibus qui ante me fuerunt in Ierusalem, simulque sapientia mihi permansit.

10 Quæcunque etiam expetiuerũt oculi mei, non negaui eis, neque prohibui cor meum ab vlla lætitia: nam cor meum lætatum est in omni labore meo: atque hæc fuit [11] sors mea ex omni meo labore.

11 Et [12] conuersus sum ad omnia opera mea quæ perfecerunt meæ manus, & ad laborem [13] quem pertuli: & ecce omnia inanitas & animi molestia, [14] nec quicquam sub Sole fit reliquum.

12 Porro (illuc) me verti, vt perspicerem sapientiam, & vesaniam, atque stultitiam: ([15] quid est enim, si homo sequatur ipsum regem quod olim fecerunt?)

13 Et perspexi quidem [16] potiorem conditionem propositam esse sapientia quam stultitia, quemadmodum præstantior est lux quam tenebræ.

14 Sapientis enim [17] oculi sunt in capite ipsius: stultus autem versatur in tenebris. quanquam ego etiam noui quod eadem fortuna [18] vniuersis obtingat.

15 Tunc cogitaui animo meo ipsum, Eadem fortuna mihi obueniet qua & stulto: quorsum igitur maiorem operam [19] darem sapientiæ? statui itaque apud me, quod etiam ista sit inanitas.

16 Non enim perpetua erit eadem memoria sapientis & stulti: [20] & eius quod nunc extat, temporibus futuris omnino obliuiscentur (homines:) [21] & quomodo moritur sapiens sicut stultus?

17 Quapropter odi vitam, quoniam [22] laboriosum est mihi opus quod sub Sole fit: omnia enim sunt inanitas & animi molestia.

18 Odi etiam omnem [23] laborem meum, quem perfero, quem relicturus sum homini [24] qui post me erit.

19 Quis enim scit vtrum sapiens an stultus futurus sit? dominium tamen habiturus est in omnem laborem meum quem pertuli, & quem sapienter obiui sub Sole. etiam hæc est inanitas.

20 Quare me reuocaui, [25] vt ex animo eijcerem cogitationem omnis laboris quem ferrem, & sapienter obirem sub Sole.

21 Est namque homo qui laborem [26] suum in sapientia & scientia, & iustitia (excolenda insumptum) tradat homini qui nihil in ea re elaborauit, [27] vt eo fruatur: quod etiam inanitas est, & magna molestia.

22 Quid enim (vtilitatis) homini existit ex omni labore suo, & animi molestia quam perfert sub Sole?

3 Explorauí in corde meo vt extraherem ad vinum corpus meum, & vt cor meum incederet in sapientia, & teneret stultitiam donec viderem quodnam esset bonum hominibus ex his quæ facere solent sub cælo numero dierum vitæ suæ. Nomine vini, Omne genus voluptatis intellig. solet in sacris literis. q. d. Explorauí in animo meo qua ratione corpus meum darem operam voluptati, quoque modo rege. et sese in sapientia cor meum nec tamen interim alienum esset à stultitia cor meum vsque dum viderem, &c.
4 Heb. Magnificaui opera mea. i. magnifica opera curaui.
5 in quibus scilicet sunt arbores fructiferæ.
6 Heb. filios domus. i. familia mihi fuit. aut etiam, vernæ. i. qui nascuntur ex seruis.
7 thesaurum. i. præcipuas opes & diuitias.
8 comparaui.
9 Heb. delicias hominum colectas capitatim & capitatim. Quæ vb. aliqui ita accipiunt intelligentes hic per metaphoram pulcherrimas mulieres: alij hic per metaphoram nomine captiuarum, intelligit pulcherrimas mulieres. Alij Hebræi, honorabiles mulieres interpretantur. Alij, voces hebraicas, Sidda & Siddoth, dicunt fuisse nomina instrumentorum musicalium.
10 auxi me ipsũ à mea dignitatem.
11 portio.
12 i. considerauí.
13 Heb. quo laboraui ad operandum. vel, ad faciendum. i. vt

pararem mihi nomen & opes. 14 nihilque præcipuum commodum sub Sole. vel, nullaque præcipua commoditas sub Sole. 15 quia quid est homo vt veniat post regem, quod iam fecerunt. Aliquid subaud. [illegible], post regem, vt cognoscat quod iam fecerunt facientes, id est, quod gestum est ab hominibus à stulte & sapienter: q. d. quis est ille homo priuatus qui exactius perspicere & cognoscere possit quæ gesta sunt, quam ego cognosco qui sum rex. 16 Hebr. quod est dignitas. i. excellentia, sapientiæ supra stultitiam: i. quod sapientis longe potior esset stultitia. 17 i. circumspectus est sapiens. diligenter videt quid agendum sit. 18 i. sapienti & insipienti. 19 dedi tunc sapientiæ: q. d. cur videtur mihi iussisse operam. 20 Heb. neque in eo tempore quod fuit, & neque tempore præterito neque diebus venturis, omnia obliuioni traduntur. q. d. fere facta antequam fierent erant in obliuione, ea etiam postquam facta erunt, obliuioni traduntur. 22 Solet enim mori vetus Adam quod iussus est prius moriatur. 21 vel, displicet mihi. i. hebraice, malum est mihi. 23 i. opes labore meo partas. 24 i. hæredi meo. 25 Heb. et efficerem vt tæderet animum meum omnis laboris, &c. i. vt animus meus negligeret omnem laborem meum, hoc est opes labore meo partas. 26 vel, suum quæstum sapientia, & scientia, & animi certitudine peregerit, tradat, &c. 27 Heb. vt sit pars eius.

28 Heb. omnibus diebus eius dolores & indignatio occupatio eius: i. nusquam non inuenit, ob quod iure indignetur.
29 vel, Annon bonum est in homine (i. in negotio hominis) quod edat & bibat, & ostendat animæ suæ bonum ex labore suo? hoc quoque vidi ego quod de manu ipsius Dei est. i. hoc vidi Dei donum esse, vt homo acceptum referat hoc ipsum Deo. Ostendere bonum animæ suæ, est genio indulgere, ad necessitatem. vel, non fraudare genium, in bonam partem accipiendo.
30 vel, Quisnam edere debeat, & quis properare debeat præterquam ego? Properare, inquit, sub. ad fruitionem talium opum. Aut, quis curare debeat sub fruitionem aliarum opum: præter me, qui scilicet paraui illas meo labore? q. d. nemo.
31 Heb. bonus est ante ipsum.
32 peccatori autem.
33 Heb. bono coram Deo, i. e. viro illi quem Deus aspicit volet ea quæ ipse malus congregauit.

C A P. III.

1 Heb. omni voluntati i. instituto & proposito. Deus rebus omnibus præstituit tempus suum. Omnia instituta hominum habēt tempus suum.
2 gignendi. i. procreatio liberorum habet suum tempus.
3 vt arpa. al. 3. de Sennacherib legimus, qui Ierusalem destruere voluit, nec potuit ante

23 Nam [28] omne tempus ipsius (plenum est) rebus quæ cruciant, & indignatione sua occupationis, ' vt ne noctu quidem cor eius quiescat: quæ etiam inanitas est.

24 [29] Non (enim aliud) homini bonum obuenit ex labore suo, quam quod edit ac bibit, animæque suæ bonum, quo fruatur, exhibet: quod etiam video manu Dei (exhiberi.)

25 [30] Quis enim comedit, & (ad laborem) quis promptior fuit quam ego?

26 Nam (Deus) dat homini qui [31] ei probatur, ' sapientiam, & scientiam, & lætitiam: [32] aberranti autem a recto itinere' dat negocium colligendi & congregandi, vt tradat [33] ei qui Deo probatur: ' quæ etiam inanitas est, & animi molestia.

23 Cuncti dies eius doloribus & ærumnis pleni sunt, nec per noctem mente requiescit. & hoc nonne vanitas est?

24 Nonne melius est comedere, & bibere, & ostendere animæ suæ bona de laboribus suis? & hoc de manu Dei est.

25 Quis ita deuorabit, & deliciis affluet vt ego?

26 Homini bono in conspectu suo dedit Deus sapientiam & scientiam, & * intelligentiam: peccatori autem dedit afflictionem & curam superfluam, vt addat & congreget & tradat ei qui placuit Deo, sed & hoc vanitas est & cassa solicitudo mentis.

* lætitiam.

CAPVT III.

1 Omnibus (etenim) tempus præfinitum est, ac suum tempus [1] quid velis aut nolis sub cælo.

2 (Est) tempus [2] nascendi, ' & tempus moriendi. Tempus plantandi, & tempus euellendi quod plantatum extitit.

3 Tempus [3] occidendi, ' & tempus medendi: Tempus demoliendi, & tempus ædificandi.

4 Tempus lachrymandi, & tempus ridendi: Tempus lugendi, & tempus saltandi.

5 Tempus [4] proiiciendi lapides, ' & tempus colligendi lapides: Tempus [5] amplexandi, & tempus abstinendi ab amplexibus.

6 Tempus [6] quærendi, ' & tempus perdendi: Tempus [7] custodiendi, ' & tempus proiiciendi.

7 [8] Tempus scindendi, & tempus consuendi. Tempus tacendi, & tempus loquendi.

8 Tempus amandi, & tempus odiendi: Tempus belli, & tempus pacis.

9 Quid (igitur) agenti superest obseruandum in eo quod (ibi agat)?

10 Vidi (equidem) occupationem quam Deus iniunxit hominibus, [9] vt eos redderet humiles.'

11 [10] Omnia (enim) condidit vt vnumquodque pulchrum sit suo tempore: Deus quoque mundum ipsum tradidit eorum cordi, ne non inueniret homo opus, quod Deus condidit a capite vsque ad finem.

12 [11] Et scio quod in illis rebus bonum non sit, nisi vt (homo) lætus sit, & quod bonum est agat per vitam suam.

13 [12] Etenim quantum omnes homines edunt & bibunt, & bono fruuntur ex omni labore suo, istud ipsum est munus Dei.

14 Noui (etiam) quod æternum permanebit, quicquid Deus condidit: cui nec addi quicquam, nec detrahi potest: [13] condidit autem Deus, vt ipsum homines) reuereantur.

15 [14] Quod (olim) fuit, iam extat: & quod futurum est, olim fuit: & Deus [15] requirit quod ab insequente propellitur.

16 Porro spectaui sub Sole [16] iudicii locum, ' ibique impietas (regnabat:) & iustitiæ locum ibi quoque impietas.

17 [17] Et cogitaui apud meipsum, quod Deus iustum & impium iudicabit: illic enim tempus est, quo voluntati omni, & omnibus factis præmium condignum rependentur. ' 18 [18] Æstimaui autem in animo meo conditionem hominum, vt Deus excellentissimos creauerit, simul cernens quomodo ipsi sese in pecudum conditionem abiecerunt.

19 Eadem enim solent hominibus & brutis animantibus euenire: & qualis est mors vnius, talis est mors alte-

1 Omnia tempus habent, & suis spaciis transeunt vniuersa sub cælo. A

2 Tempus nascendi, & tempus moriendi. Tempus plantandi, & tempus euellendi quod plantatum est.

3 Tempus occidendi, & tempus sanandi. Tempus destruendi, & tempus ædificandi.

4 Tempus flendi, & tempus ridendi. Tempus plangendi, & tempus saltandi.

5 Tempus spargendi lapides, & tempus colligendi. Tempus amplexandi, & tempus longe fieri ab amplexibus.

6 Tempus acquirendi, & tempus perdendi. Tempus custodiendi, & tempus abiiciendi. B

7 Tempus scindendi, & tempus consuendi. Tempus tacendi, & tempus loquendi.

8 Tempus dilectionis, & tempus odii. Tempus belli, & tempus pacis.

9 Quid habet amplius homo de labore suo?

10 Vidi afflictionem quam dedit Deus filiis hominum: vt distendantur in ea.

11 Cuncta fecit bona in tempore suo, & mundum tradidit disputationi eorum, vt non inueniat homo opus quod operatus est Deus ab initio vsque ad finem.

12 Et cognoui quod non esset melius nisi lætari, & facere bene in vita sua.

13 Omnis enim homo qui comedit & bibit, & videt bonum de labore suo, hoc donum Dei est. C

14 Didici quod omnia opera quæ fecit Deus, perseuerent in perpetuum: non possumus eis quicquam addere, nec auferre, quæ fecit Deus vt timeatur.

15 Quod factum est, ipsum permanet: quæ futura sunt, iam fuerunt: & Deus instaurat, quod abiit.

16 Vidi sub Sole in loco iudicii impietatem, & in loco iustitiæ iniquitatem.

17 Et dixi in corde meo, Iustum & impium iudicabit Deus, & tempus omnis rei tunc erit.

18 Dixi in corde meo de filiis hominum, vt probaret eos Deus, & ostenderet similes esse bestiis.

19 Idcirco vnus interitus est hominis & iumentorum, & æqua vtriusque conditio: sicut moritur D

A Omnia suo proueniunt tempore, atque transeunt.

... nisi Titus voluit seruare templum, nec potuit. 4 simul collectas scilicet. Hoc intelligi de ruinis ædificiorum, aut de lapidum ædificio. 5 q. d. quod contrahas matrimonium, aut non, pendet a Deo: matrimonium habet suum tempus. 6 q. d. [illegible] 7 sub ipsa [illegible] 8 Heb. [illegible] 9 vt occuparentur in ea. vel, vt vexarentur in ea. 10 (Sub. & cogentes quod) omnia fecit pulchra tempore suo [illegible] 11 vel [illegible] 12 Heb. [illegible] 13 vel, Deus autem [illegible] 14 q. d. [illegible] 15 Quærere [illegible] 16 Heb. [illegible] 17 Heb. dixi ego in corde meo [illegible] 18 Heb. Dixi ego in corde meo super negocio filiorum hominum, quod delegit eos Deus, & propterea quod [illegible] videantur discere a iumentis.

homo, .

homo, sic & illa moriuntur. similiter spirant omnia, & nihil habet homo iumento amplius. cuncta subiacent vanitati.

20 Et omnia pergunt ad vnum locum: de terra facta sunt, & in terram pariter reuertuntur.

21 Quis nouit si spiritus filiorum Adam ascendat sursum, & si spiritus iumentorum descendat deorsum?

22 Et deprehendi nihil melius esse quàm lætari hominem in opere suo, & hanc esse partem illius. Quis enim eum adducet, vt post se futura cognoscat?

vitæ, & [19] spiritus idem omnibus [inest.] [20] nec habet homo quicquam præstantius pecore: siquidem omnia sunt inanitatis.

20 Omnia tendunt ad locum vnum. omnia existunt è puluere, omniaque conuertuntur in puluerem.

21 [21] Quis autem scit an spiritus hominum sursum ascendat, & spiritus pecoris deorsum in terram descendat?

22 Censeo igitur, nil esse melius, quam vt homo lætetur in suis factis: ea enim est [22] sors ipsius: [23] quis enim adducet eum, vt spectet quod post ipsum futurum sit?

CAPVT IV.

A

Calumnia innocentium.

1 Verti me ad alia & vidi calumnias quæ sub Sole geruntur, & lachrymas innocentium, & neminem consolatorem: nec posse resistere eorum violentiæ, cunctorum auxilio destitutos.

2 Et laudaui magis mortuos, quàm viuentes:

3 Et fœliciorem vtroque iudicaui qui necdum natus est, nec vidit mala quæ sub Sole fiunt.

Labores hominum superflui.

4 Rursum contemplatus sum omnes labores hominum, & industrias animaduerti patere inuidiæ proximi. & in hoc ergo vanitas, & cura superflua est.

5 Stultus cõplicat manus suas, & comedit carnes suas, dicens:

B

6 Melior est pugillus cum requie, quàm plena vtraque manus cum labore, & afflictione animi.

Solitarii molestia vana.

7 Considerans reperi & aliam vanitatem sub Sole.

8 Vnus est, & secundum non habet, non filium, non fratrem, & tamen laborare non cessat, nec satiantur oculi eius diuitiis: nec recogitat, dicẽs, Cui laboro, & fraudo animam meam bonis? in hoc quoque vanitas est, & afflictio pessima.

9 Melius est ergo duos esse simul, quàm vnum: habent enim emolumentum societatis suæ:

C

10 Si vnus ceciderit, ab altero fulcietur. væ Soli: quia cum ceciderit, non habet subleuantẽ se.

11 Et si dormierint duo, fouebuntur mutuo: vnus quomodo calefiet?

a resistent

12 Et si quispiã præualuerit contra vnũ, duo[a] resistunt ei: funiculus triplex difficile rumpitur.

13 Melior est puer pauper & sapiens Rege sene & stulto, qui nescit præuidere in posterum.

14 Quod de carcere, catenisque interdũm quis egrediatur ad regnum: & alius natus in regno, inopia consumatur.

D

15 Vidi cunctos viuentes qui ambulant sub Sole cum adolescente secundo, qui consurget pro eo.

16 Infinitus numerus est populi omniũ qui fuerunt ante eũ: & qui postea futuri sunt, nõ lætabuntur in eo. sed & hoc vanitas afflictio spiritus.

Initium cap. V. secundum aliquorum mentem.

Obed. mitia, victima præferenda.

17 Custodi pedem tuum ingrediẽs domum Dei, & appropinqua, vt audias. Multo enim melior est obedientia, quàm stultorum victimæ, qui nesciunt quid faciunt mali.

1. Reg. 15. c

Osee 6. c

1 Porro me [ad alia] [1] conuertens vidi oppressiones omnes quæ fiunt sub Sole: [2] & ecce [manantes] lachrymæ eorum qui opprimuntur, nemo est qui consoletur: & quia deest facultas se vindicando è manu opprimentium ipsos, non habent qui [efficacitèr] consoletur.

2 [3] Vtique quidem laudem mortuos qui iam sunt mortui, præ viuis qui adhuc viuunt.

3 Vtrisque autẽ beatiorem dico, qui nondum fuit, qui [4] nondum expertus est molesta negocia quæ fiunt sub Sole.

4 At vidi omnem laborem, [5] & omnem industriam agendi mutuam esse æmulationem: quod quidem etiam inanitas est & animi molestia.

5 Stultus complicat manus suas, [6] adeoque carnẽ suam.

6 Quanto potior est manus plena cum quiete, [7] quàm vtraque vola plena cum labore & animi molestia?

7 [8] Rursum contemplatus sum inanitatem sub calo.

8 Est [enim] vnus quispiam, & non [est ei] secundus, qui neque filium neque fratrem habet, [9] neque finem [propositum] omni labori suo: cuius oculus non satiatur diuitiis, [vt dicat] cui laboro, [10] & meum defraudo genium? Quæ quidem etiam inanitas est, & negotium permolestum.

9 [11] Melius est duos coniunctos viuere, quàm vnum solum, quibus merces optima est [proposita] in labore suo.

10 Si vnus ceciderit, alter socium suum eriget: [12] væ autem vni si ceciderit, nec [adsit] alter qui eum erigat.

11 Præterea, si duo [simul] cubent, [13] [plus] eis caloris extiterit: vnus etiam quomodo calefieret?

12 [14] Et si vnus quempiam inuaserit, duo resistent ei: funiculus etiam triplicatus non cito rumpetur.

13 Puer egenus & sapiens præstat Regi seni & stulto, qui admonitionem non admittit amplius.

14 Est enim qui ad regnum gerendum prodit è carcere. [15] nam etiam in regno suo natus est pauper.

15 Vidi [etiam] omnes viuentes sub Sole [16] sequentes puerum, secundum, qui loco ipsius [patris] regnum teneret.

16 [Præterea] infinitus est populus omnium illorum qui [17] ante ipsos [vixerunt]: [18] posteriori quoque non lætabuntur in eo: [19] nam & hoc inanitas est, & animi molestia.

17 Custodi pedem tuum [20] cum aditurus domum Dei: [21] accedere namque audiendi gratia præstantius est, quàm quod stulti victimam offerunt, quia ignorant se male agere.

19 & aura vitalis eadem est omnibus: tam homines, qui in bestiæ fruuntur aura spirandi.
20 q. d. humana ratio sola non deprehendit excellentiam hominis supra bestias. quia quicquid viuit oculis [illegible] in homine, est vanissimum.
21 q. d. quotusquisque est qui ratione nouit [illegible] cognoscit quod spiritus hominis sit immortalis? [illegible] Deo cognoscitur [illegible]
22 vel, partem. Nomine partis intelligitur [illegible] [illegible] vt Dominus pars hæreditatis meæ [illegible]
23 [illegible] quis ratione humana [illegible] efficere possit vt homo assequatur quid futurum sit post se.

CAP. IV.
1 q. d. relictis pro [illegible] consideratione alio animum conuerti.
2 Heb. & ecce lachryma oppressorum, nec est [illegible] consolator: & in manu opprimentium [illegible] [illegible]
3 [illegible]
4 [illegible]

[illegible] mundus vt statim conducet tibi inuidiam, si quid sis recte operatus. 6 id est, absumit omnia sua, vt tandem fame absumatur & reddatur hoc saccus. 7 id est, quam ingentes habere diuitias quæ sine molestia teneri non possunt? 8 Rursus conuersus sum ego, & vidi vanitatem, &c. [illegible] ad contemplationem [illegible]
9 [illegible] 10 Heb. & defraudo animam meam à bono? 11 Heb. Feliciores sunt duo [illegible] quia est eis merces bona ex labore suo. 12 [illegible] 13 [illegible] 14 [illegible] 15 q. d. Non est nouum, Deum aliquem educere è carcere vt regnet, vt Ioseph: quem etiam puerum [illegible] pauperem, quem tamen [illegible]
16 Heb. cum puero secundo qui stabit pro eo: [illegible] qui secundus est à rege [illegible] in locum Regis. [illegible] 17 id est, ante patrem Regem & filium Regem. q. d. innumera [illegible] [illegible] 18 [illegible] 19 [illegible]
20 Heb. quando ibis ad domum Dei: [illegible] Deum qui [illegible] petendum est à Deo quod docent sacræ literæ. Per pedem, rectè intelligetur ratio [illegible]
21 vel [illegible] sacrificium quod dabant stulti: quia nesciunt facere nisi malum. Aut, quia nesciunt facere voluntatem [illegible]

CAPVT V.

1 *NE quid præcipitanter loquaris, neque festinet cor tuum proferre verbum coram Deo: Deus enim[1] in cœlo est, & tu in terra, quocirca pauca sint verba tua.*

2 [2] Nam in multa occupatione occurrit somnium, & in multis verbis stulti vox (erumpit.)

3 Quum voueris Deo votum, ne differas soluere: non enim (Deus) [3] stultis delectatur: (proin) quod voueris exsolue.

4 Melior (namque) est qui non vouet, eo qui vouet, nec soluit.

5 Ne committas [4] vt os tuum præbeat carni tuæ occasionem peccandi: neque dicas coram [5] angelo, per imprudentiam (peccatum esse:) quare enim Deus irascatur propter vocem tuam, ac [6] destruat opus manuum tuarum?

6 [7] Etenim in multis somniis, & vanitatibus, & negociis multis (attendendum est maximopere) vt Deum timeas.

7 Siquando videris [8] in regione [9] oppressionem pauperis, & violentam præuaricationem iudicii & iustitiæ, ne mireris [10] (diuinam) voluntatem: [11] est enim custos altior etiam alto, & ipsis (mortalibus) aliqui altiores sunt.

8 [12] Et post omnia terra Deus semper sui similis expectandus est, vt rex agri qui colitur.

9 Qui amat argentum, non saturabitur argento: & qui amat [13] diuitias, nullum fructum (percipit) quæ quidem etiam inanitas est.

10 Dum augescunt opes, augentur (etiam) qui eas comedant: & quæ vtilitas peruenit ad possessores ipsarum, quàm vt oculis suis spectent?

11 Dulcis est somnus [14] operantis, siue parum, siue multum comederit: diuitis autem satietas non concedit dormire.

12 Est [15] morbus malus quem vidi sub Sole, (nempe) diuitias seruatas a suo possessoribus in ipsorum exitium.

13 [16] Quodque pereunt ista diuitiæ per malum aliquod negotium: [17] vt (diues) generaret filium qui prorsus nihil haberet.

14 Quemadmodum (homo) egreditur ex ventre matris suæ, ita nudus reuertitur, [18] quum abit, nec quicquam de suo labore aufert, [19] quod sua manu secum ducat.

15 [20] Estque malus iste morbus, nam planissime vt quisque (in mundum) venit, ita egreditur: & quod operæpretium contingit ei qui ventos labores impendit?

16 Præterea toto suo tempore (diues auarus) comedit in tenebris, [21] & cum multa indignatione, & morbo, & ira.

17 [22] Quamobrem vt ego iudico, bonum erit, quod & decorum est, vt quis edat ac bibat, & fruatur bono in omni suo labore, quem sub Sole perfert toto vitæ suæ tempore quod ei Deus concedit: nam ea est portio ipsius.

18 Hoc etiam munus diuinum est, quod homini cuiuis dat Deus diuitias & opes, [23] eumque dominum præficit vt comedat ex eis, & auferat portionem suam, & lætetur in labore suo. *19 Nam (talis homo) non valde [24] recordabitur temporum vitæ suæ: quia Deus [25] lætitia cordis ipsum remunerat eum.*

1 NE temerè quid loquaris, neque cor tuum sit velox ad proferendum sermonem coram Deo. Deus enim in cœlo, & tu super terram, idcirco sint pauci sermones tui.

2 Multas curas sequuntur somnia, & in multis sermonibus * inuenietur stultitia.

3 ‖ Si quid vouisti Deo, ne moreris reddere, displicet enim * ei infidelis & stulta promissio. sed quodcunque voueris redde.

4 Multoque melius est non vouere, quàm post votum promissa non reddere.

5 Ne dederis os tuum vt peccare facias carnem tuam. neque dicas coram angelo, Non est prouidentia: ne fortè iratus Deus contra sermones tuos dissipet cuncta opera manuum tuarum.

6 Vbi multa sunt somnia, plurimæ sunt vanitates, & sermones innumeri: tu verò Deum time.

7 Si videris calumnias egenorum & violenta iudicia, & subuerti iustitiam in prouincia, non mireris super hoc negocio: quia excelso excelsior est alius.

8 Et super hos quoque eminentiores sunt alii, & insuper vniuersæ terræ rex imperat seruienti.

9 Auarus non * implebitur pecunia: & qui amat diuitias, fructum non capiet ex eis. & hoc ergo vanitas.

10 Vbi multæ sunt opes, multi & qui comedunt eas. Et quid prodest possessori, nisi quòd cernit diuitias oculis suis?

11 Dulcis est somnus operanti, siue parum, siue multum comedat: saturitas autem diuitis non sinit eum dormire.

12 ‖ Est & alia infirmitas pessima, quam vidi sub Sole: diuitiæ conseruatæ in malum domini sui.

13 Pereunt enim in afflictione pessima: generauit filium, qui in summa egestate erit.

14 ‖ Sicut egressus est nudus de vtero matris suæ, sic reuertetur, & nihil auferet secum de labore suo.

15 Miserabilis prorsus infirmitas: quomodo venit, sic reuertetur. Quid ergo prodest ei quod laborauit in ventum?

16 Cunctis diebus vitæ suæ comedit in tenebris, & in curis multis, & in ærumna atque tristitia.

17 Hoc itaque visum est mihi bonum vt comedat quis & bibat, & fruatur lætitia ex labore suo quo laborauit ipse sub Sole numero dierum vitæ suæ, quos dedit ei Deus, & hæc est pars illius.

18 Et omni homini cui dedit Deus diuitias, atque substantiam, potestatemque ei tribuit vt comedat ex eis, & fruatur parte sua, & lætetur de labore suo: hoc est donum Dei.

19 Non enim satis recordabitur dierum vitæ suæ, eo quod Deus occupet deliciis cor eius.

A *Non temere loquendum de Deo.* — * *inuenitur.* — *Votum.* Deut.23.d. — * *Deo.* — B — *Dei prouidentia non neganda.* — *Non mirandum de egenorum oppressione.* — *Auarus.* * *impletur.* — C — *Securitas laborantis.* — *Molestia diuitis.* Iob.20.c — Iob.1.d 1.Tim.6.b — D

1 q.d. Deus est verax, tu autem mendax, ignorans & insipiens. 2 Hebr. Quia vt venit somnium ex multitudine occupationis sic vox stulti ex multiplicatione verborum. Hoc est, Quemadmodum multæ curæ inuehunt somnia, ita verba multa prodere solent hominis stultitiam. Hoc idem Prouerb. 10 dicit. In multiloquio non deerit peccatum. 3 i. Stulti Deo grati non sunt, qui vouent quod non præstant. Hoc intelligitur de votis quæ nō pugnant cum fide & charitate. 4 i. ne laxes habenas ori tuo vt pecces. 5 qui te scilicet custodit vt in Euangelio, Angeli eorum semper vident faciem Patris, &c. Et Paulus, Propter angelos. q.d. si mul[illegible] homines, [illegible] angeli qui ubique præsentes sunt custodes, [illegible] 6 Hebr. male dicet [illegible] 7 Quia in multitudine somniorum, & vanitatum verba quoque sunt multa. Sed Deum time, hoc est, [illegible] Ne temere loquaris de rebus Dei, sed Deum time [illegible], ita Deum timere debes, vt illi nunquam obloquaris. 8 vel, in prouincia vbi scilicet summum ius esse debuerat. 9 calumniosam oppressionem, id est, quæ per calumniam fit. 10 vel, super hac re, quæ scilicet fit Diuino [illegible]. 11 quia Excelsus de excelsis obseruat, & excelsi præsunt illis, id est, quia Deus e cœlo obseruat quæcunque geruntur ab hominibus & excelsi Angeli præsunt illis hominibus. 12 Hebr. Porro excellentia terræ super omnia est [illegible] [illegible]

19 Hebr. quod venire fecerit in manum suam, id est, cui manum admouerit. 20 Heb. Illud etiam est supplicium doloris plenum: vt venit, sic abiturus est: quæ [illegible] [illegible] quod laborauit in ventum? 21 q.d. Præ indignatione & ira frequenter incidit in morbum. 22 Hebr. En id quod vidi ego, bonum esse & honestum. 23 Hebr. [illegible] 24 [illegible] 25 Hebr. [illegible] Metaphora sumpta a Deo nos exaudiente, vnde exaudire pro largiri accipitur. Vel, exaudit eum in lætitia cordis [illegible] habet cor eius.

CAPVT V.

CAPVT VI.

A 1 EST & aliud malum quod vidi sub Sole, & quidem frequens apud homines.

Auari diuitis calamitas. 2 Vir cui dedit Deus diuitias, & substantiam, & honorem, & nihil deest animæ suæ ex omnibus quæ desiderat: nec tribuit ei potestatem Deus vt comedat ex eo, sed homo extraneus vorabit illud. hoc vanitas & miseria magna est.

° filios. 3 Si genuerit quispiam centum °liberos, & vi-
B xerit multos annos, & plures dies ætatis habuerit, & anima illius non vtatur bonis substantiæ suæ, sepulturaq; careat: de hoc ego pronuncio quod melior illo sit abortiuus.

4 Frustra enim venit, & pergit ad tenebras, & obliuione delebitur nomen eius.

C 5 Non vidit Solem, neque cognouit distantiam boni & mali:

6 Etiamsi duobus millibus annis vixerit, & non fuerit perfruitus bonis: nonne ad vnum locum properant omnia?

7 Omnis labor hominis in ore eius: sed anima eius non implebitur.

8 Quid habet amplius sapiens à stulto? & quid pauper, nisi vt pergat illuc vbi est vita?

D 9 Melius est videre quod cupias, quàm desiderare quod nescias. sed & hoc vanitas est, & præsumptio spiritus.

10 Qui futurus est, iam vocatum est nomen eius: & scitur quòd homo sit, & non possit contra fortiorem se in iudicio contendere.

11 Verba sunt plurima, multamque in disputando habentia vanitatem.

1 *EST malum quod vidi sub Sole,* [1] *idque principatum inter homines obtinuit:*

2 *Est vir cui Deus diuitias dedit, & opes, & honorem,* [2] *vt nulla re careat, quæ animus eius delectetur ex omnibus quæ posset expetere:* [3] *nec tamen Deus* [3] *instituit eum dominum vt comedat ex illis: sed externus quispiam ea deuorauit: quæ inanitas est, &* [4] *malus morbus.*

3 *Si quis gigneret centum (liberos,) multisque annis viuat, &* [5] *plurimi dies vitæ ipsius existant, animus autem eius non satietur* [6] *bonis rebus,* [7] *sepulchrumque non habeat,* [8] *pronuncio potiori conditione esse quam ille sit fœtum abortiuum.*

4 *It enim* [8] *vt res inanis prodit, ac in tenebras abit, tenebræque nomen ipsius occultant.*

5 *Non etiam Solem aspexit, nec quicquam nouit: cui amplior est quies quam isti.*

6 *Si enim bis mille annos viuat, neque bono fruatur, an non omnia tendunt* [9] *vnum in locum?*

7 [10] *Quum omnis labor impendatur ab homine propter os eius, anima autem desiderium nunquam leuatur:*

8 [11] *Quid excellentius habet sapiens quam stultus, aut* [12] *quid præstantius habet humilis, qui scit vitam agere inter viuentes?*

9 [13] *Melior est prouidentia, quàm vt quis desiderium sequatur:* [5] *quæ etiam est inanitas, & animi molestia.*

10 [14] *Qui (enim) existit iam vocatũ est nomen ipsius, & cognitum est quod homo sit, nec poterit iure contendere cum potentiore se.*

11 [15] *Multa enim sunt res quæ inanitatem augent, & quod inde operæ precium homini?*

1 Heb frequens est apud homines.
2 Heb. vt non sit carẽs anima sua i. non careat illa re quam cupiat.
3 vel, facit ei potestatem comedendi ex eis:
4 vel, grauis dolor.
5 Hebr. satis sit illi id quod erũt dies annorũ eius i. viuat quamdiu volet.
6 i. gaudio & lætitia.
7 i. sepultura careat. Hoc videmus impletum in Achab, qui multos habuit liberos, qui perierunt, & ipse caruit honore sepulturæ.
8 Heb. in vanũ, vel in ipsam vanitatem. i. in mũdum qui mera est vanitas.
9 i. ad mortem, q. d. ille nihilo plus est abortiuo fœlicior.
10 Heb. Vniuersus labor hominis (suscipitur) propter os eius: & tamen desiderium habendi non expletur. Propter os eius. i. vt patet ibi victum iuxta Dei verbum, in sudore vultus, &c.
11 Quid enim.
12 Heb. quid pauperi sapienti pergere ante viuentes? q. d. inter eos qui laboret eo cupiditate habẽdi, quid iuuat pauperem doctũ apud homines ambulare prudenter coram simplis hominibus in mundo viuentibus?
13 Melior est aspectus oculorum, quàm quod affluit animo. Hoc est, melius est esse contentum præsente fortuna, quàm multa desiderare & modo hoc, modo illud in votis habere.
14 Heb. id quod est, iam nominatum est nomen eius, & notum est quod est homo: nec poterit disceptare cum eo

CAPVT VII.

A 1 QVid necesse est homini maiora se quærere, cum ignoret quid conducat sibi in vita sua numero dierum peregrinationis suæ, & tempore quod velut vmbra præterit? Aut quis ei poterit indicare quid post eum futurum sub Sole sit?

Viribus suis maiora non quærenda.

Prouerb. 22. 1. 2 Melius est nomen bonum, quam vnguenta pretiosa: & dies mortis die natiuitatis.

Quæ inter multa magis eligenda. 3 Melius est ire ad domum luctus, quam ad domum conuiuii: in illa enim finis cunctorum admonetur hominum, & viuens ^homo cogitat quid
° futurus. °futurum sit.

4 Melior est ira risu: quia per tristitiam vultus, corrigitur animus delinquentis.

5 Cor sapientum vbi tristitia est, & cor stultorum vbi lætitia.

6 || Melius est à sapiente corripi, quam stultorum adulatione decipi:

7 Quia sicut sonitus spinarum ardentium sub olla, sic risus stulti: sed & hoc vanitas.

8 Calumnia conturbat sapientem, & perdet robur cordis illius.

9 Melior est finis orationis, quàm principium.

B 10 Melior est patiens arrogante.

Ira vitanda. 11 Ne sis velox ad irascendum: quia ira in sinu stulti requiescit.

12 Ne dicas, Quid putas causæ est quod priora tempora meliora fuere quàm nunc sunt? stulta enim est huiuscemodi interrogatio.

13 Vtilior est sapientia cum diuitiis, & magis prodest videntibus Solem.

1 *QVis enim scit quid prosit homini in vita toto curriculo dierum suæ friuolæ vitæ, quos* [1] *transigit tanquam vmbram? quis enim homini referat quid post ipsum futurum sub Sole?*

2 [1] *Melior est bona fama quam vnguentum prodesse: & dies mortis (melior est) die natali.*

3 *Melius est adire domum luctuosam quàm domum conuiuii,* [2] *in quo (cernitur) finis omnium hominum, & viuens (homo) id reponat in corde suo.*

4 *Melior est indignatio risu: quia* [3] *tristis vultus parit lætum cor.*

5 [4] *Sapientium cor (versatur) in domo luctus, & cor stultorum in domo lætitiæ.*

6 *Melius est audire increpationem sapientis, quàm vt quis audiat* [5] *carmen stultorum.*

7 *Qualis etenim est sonus spinarum sub olla, talis est* [6] *risus stulti: quæ etiam inanitas est.*

8 [7] *Etenim oppressio ad insaniam adigit sapientem,* [8] *& frangit cor dotibus præclaris ornatum.*

9 *Potior est extremum negotii pars principio.*

10 [9] *Lentus (homo) præstantior est quã elatus animo.*

11 *Ne sis præcipiti animo ad succensendum: quia indignatio permanet in sinu stultorum.*

12 *Ne dicas, Quid causæ est quod tempora priora meliora fuerunt istis (præsentibus?)* [10] *non enim a sapientia (incitatus) hæc percontareris.*

13 *Sapientia* [11] *cum opibus hæreditariis bona est,* [12] *& plus commodat Solem aspicientibus.*

15 Possunt multa hic Philosophorum verba afferri, sed quæ nihil quam vt augeant vanitatem.

qui fortior eo est. vel, Qua ratione fuit olim, vocatum est nomen eius. i. qua ex materia olim factus fuerit, nomen eius ostendit. Videtur alludere ad ea quæ tradantur Genes. 2. de creatione hominis. Finxit Deus hominem e terra. 15 vel, Quia sunt verba multa quæ vanitatem augent: quæ vtilitas homini? q. d. Possunt multa Philosophorum verba afferri, sed quæ nihil quam vt augeant vanitatem. CAPVT VII. 1 Heb. æstimat. 2 Subaudiendũ ... præstantius est nomen vnguento bene redolente: sic dies mortis die quo natus est ille. sub. homo est enim hebraismus: relatiuum sine antecedente. 2 quis (sub. luctus) est finis omnium hominum, & viuens ponet in corde suo. Quia, inquit, domus vbi est luctus propter mortuum, nos admonet nostræ ... & viuens perpendet mortẽ, cũ illuc venerit. 3 Heb per tristitiam vultus exhilerari solet cor, id est, per tristitiam eius qui alteri præest, exhilaratur cor alterius. Vt si quis videat fratrem peccantẽ, per tristitiam q̃ præ se fert vultu, melius illũ corrigit, q̃ si illi peccanti arrideat. 4 q. d. Perpetuo cõtemplatur suam imperfectionem animus eorũ qui apud Deũ sunt sapientes: hoc est, perpetuo dolet, cũ se considerat: At stultus non agnoscens eam, semper vult lætari. 5 cantionem ... blanditias. 6 i. adulationes & blanditiæ, quæ parum durant. 7 Sane oppressio ... vi comparatæ & calumnia. 8 & labefactat animum ... 9 tardus ad iram. 10 vel, quia non prudenter interrogares. 11 Heb. cum hæreditate. 12 & magis apud eos qui vident Solem, id est, viuentibus. Leg. potest, & excellentia est apud videntes Solem.

19 Heb. Quia in vmbra sapientia & in vmbra argenti: sub est vita hominis. vel, bonum est manere in vmbra & ac etc excellentia cognitionis est quod sapientia vitam affert Domino suo. q. d. Duplici nomine bene audit homo illes & quod sapiens sit, & quod dites.
14 corrigere. dirigere
15 aliquem peruersè finis, suum auxilium subtrahēdo. Chald. paraphrastes exponit, quem permisit prodire in lucem cum defectu alicuius mēbri q. d. nemo. nam non est qui possit facere vt aegrus videat, &c.
16 Heb. laetitia, i. fruere laetitia quando eam tibi Deus offert
17 vel, contemplare, sub. opus Dei, & quasi immiserit afflictionem.
18 Heb. & hoc quoque e regione illius fecit Deus, in hoc vt nō inueniat homo post ipsum quicquam. Hoc. i. tempus afflictionis sicut laetitiae q. d. non vult Deus hominem semper frui laetitia sed nunc laeta, nunc tristia immittit, ita vt a nullo homine reprehendi possit nec dicat homo, Aberrasti ob animi lenitatem, & tamen Deus me non reuocauit.
19 [illegible] plus aequo tribuas tibi.
20 Docet non esse in malis via altius immorandū, vt ait Chaldaeus paraph. [illegible]
21 Stultum [illegible]
22 Heb. [illegible]

13 [19] *Nam pariter qui sub vmbra sapientiae, & sub*
vmbra pecuniarum cubabit: praestantiam tamen habet scien-
tia, eo quod sapientia vitam confert suis possessoribus.
14 *Inspice opus Dei: quis enim [14] reconcinnare pote-*
rit quod ipse [15] deprauauit?
15 *Tempore [16] faelici sis laetus, & tēpore aspero [17] cir-*
cumspice: [18] nam hoc cum illo Deus temperat, nihil (con-
tra) homo post ipsum (Deum) inueniat.
16 *Omnia (ista) vidi per dies [vitae] meae inanis*
quòd iustus in iustitia sua occumberet, & impius diutius
(vitam) prorogaret in sua prauitate.
17 *Ne [19] sis nimium iustus, neq. maiorem sapientiā*
tibi arroges, qua te ipsum stupidum facias.
18 *Ne sis [20] impius immodice, neq. sis [21] stultus,*
[22] ne moriaris ante fatale tempus.
19 *Bonum est vt [23] hoc tencas ita, ne manum tuam*
ab [24] isto retrahas: nam timens Deum expediet se [25] ex
vniuersis istis.
20 *Sapientia plus virium sapienti suppeditat, quam*
decem [26] potentes qui in vrbe agunt.
21 [27] *Non est enim homo iustus, in terra qui bonum*
faciat, & non peccet.
22 *Ne [28] animaduertas omnia verba quae loquun-*
tur [homines,] vt non audias etiam seruum tuum im-
precantem tibi mala.
23 *Nouit enim cor tuum, quod & tu saepenumero a-*
liis mala sis imprecatus.
24 [29] *Omne hoc tentaui per sapientiam (cognoscere.)*
25 *Et proposui sapiens fieri, quoniam ea res à tota*
notitia remota fuit. [30] Remotum quiddam est & pro-
fundissimum, & quotusquisq. illud reperiat?
26 *Obiui equidem (eam speculationem) corde meo, vt*
scirem, & indagarem, & perquirerem sapientiam atq.
rationem, & scirem quidem [31] proteruiam stultitiae, &
stultitiam vesaniae (affinem.)
27 *Deprehendi autem faeminam ipsa morte ama-*
riorem esse, cuius [32] cor est venatorum instrumentum
& cassis, manus autem eius vincula à qua demū [33] asse-
ritur qui Deo charus est, peccator autē capietur per eā.
28 *Inspice illud quod deprehēdi, ait concionator, vna re*
cum altera (comparata,) [34] vt rationem deprehenderē.
29 *Quam [35] aliud perquisiuerit anima mea, quod*
non deprehendi: inter mille virum reperi, [36] qui numeris
viri boni absolutus sit: inter istos autem omnes [37] fae-
minam non reperi.
30 [38] *Tantum hoc inspice quod deprehendi quod*
Deus Adamum probum condiderit: ipsi autem plures
iam sacti, cogitationes (vanas) perfecuti sunt.

13 Sicut enim protegit sapientia, sic protegit pe-
cunia. hoc autem plus habet eruditio & sapientia,
quod vitam tribuunt possessori suo.
14 Considera opera Dei, quod nemo possit cor-
rigere quem ille despexerit.
15 In die bona fruere bonis, & malam diē prae-
caue. sicut enim hanc, sic & illam fecit Deus, vt nō
inueniat homo contra eum iustas querimonias.
16 Haec quoq; vidi in diebus vanitatis meae: — *Alia vanitas.*
Iustus perit in iustitia sua, & impius multo viuit
tempore in malitia sua.
17 Noli esse iustus multum: neq. plus sapias, — C
quam necesse est, ne obstupescas.
18 Ne impiè agas multum: & noli esse stultus,
ne moriaris in tempore non tuo.
19 Bonum est te sustentare [a] iustum, [a] sed & ab — [a] *Legendum est istum.*
illo ne subtrahas manum tuā: quia qui timet Deū,
nihil negligit. — *Nemo à peccato purus.*
20 Sapientia confortauit sapientem, super de-
cem principes ciuitatis.
21 ‖ Non est enim homo iustus in terra, qui fa- — 3. Reg. 8. e.
ciat bonum, & non peccet. — 2. par. 6. g. Prouerb. 20. b. 1. Ioh. 1. d.
22 Sed & cunctis sermonibus qui dicuntur, ne
accommodes cor tuum: ne forte audias seruum
maledicentem tibi.
23 Scit enim conscientia tua quia & tu crebro
maledixisti aliis.
24 Cuncta tentaui in sapientia.
25 Dixi, sapiens efficiar: & ipsa longius recessit
à me multo magis quam erat. & alta profunditas,
quis inueniet eam?
26 Lustraui vniuersa animo meo vt scirem & — D
considerarem, & quaererem sapientiam & ratio-
nem, & vt cognoscerem impietatem stulti, & erro-
rem imprudentium:
27 Et inueni amariorem morte mulierem, quae — *Amara mulier sola Dei gratia vitatur.*
laqueus venatorum est, & sagena cor eius, vincu-
la sunt manus illius qui placet Deo, effugiet illam:
qui autem peccator est, capietur ab illa.
28 Ecce hoc inueni, dixit ecclesiastes, vnum &
alterum, vt inuenirem rationem.
29 Quam adhuc quaerit anima mea, & non in-
ueni. Virum de mille vnum reperi, mulierem ex o-
mnibus non inueni.
30 Solummodo hoc inueni, quod fecerit Deus
hominem rectum: & ipse se infinitis miscuerit quae-
stionibus.

CAPVT VIII.

1 QVis [1] similis est sapienti? & quis (ita) nouit expli-
cationem negotiorum? Sapientia hominis [2] sere-
num reddit vultum eius, & [3] vultum impudentem re-
mouet.
2 *Equidem [4] moneo, [5] vt [6] os regis obserues, [5] praeser-*
tim propter iuramentum Dei
3 [8] *Ne festines abire ex illius conspectu, neq. perseue-*
res in re mala: quicquid enim libuerit ei, efficiet.
4 [7] *Et quamcunq. rem praecipit rex, in ea etiam pote-*
statem exercet: & quis dicet ei, Quid agis?

1 QVis talis vt sapiens est? & quis cognouit so- — A
lutionem verbi? Sapientia hominis lucet in
vultu eius, & potentissimus faciem illius commu-
tabit.
2 ‖ Ego os regis obseruo, & praecepta iuramen- — Prouer. 17. b.
ti Dei.
3 Ne festines recedere à facie eius, neq; perma- — *Os regis obseruandum.*
neas in opere malo: quia ōne quod voluerit faciet:
4 Et sermo illius potestate plenus est: nec dice-
re ei quisquam potest, Quare ita facis?

[illegible] 23 nēpe quod nō sis nimiū iustus, 24 i. à iustitia & sapientia, q. d. cū dico te nō oportere esse nimiū sapientē, nō dico vt spernas sapientiam [illegible] timeas Deū. nā qui timet Deū, facile cauet ne sit nimis iustus, aut ne non studeat iustitiae 25 [illegible] 26 vel, principes quibus [illegible] tutela rebus [illegible] 27 Profectò nō est iustus, &c. 28 q. d. ne obloquentes [illegible] 29 Heb. Omnia ista [illegible] per sapientiam [illegible] sapiēs ero [illegible] remota a me. q. d. [illegible] 30 [illegible] 31 [illegible] 32 i. verba quae [illegible] 33 Heb. [illegible] 34 [illegible] 35 Heb. [illegible] 36 [illegible] 37 Mille quidem [illegible] Salomon, inter quas [illegible] 38 Heb. [illegible] CAP. VIII. 1 Heb. Quis aequare potest [illegible] 2 [illegible] 3 Heb. [illegible] 4 [illegible] 5 Heb. & [illegible] 6 [illegible] 7 Heb. Vbi est verbum regis, ibi est dominatio. q. d. quae [illegible]

5 Qui

5 Qui custodit præceptum, nō experietur quicquam mali. Tempus & responsionem cor sapientis intelligit.
6 Omni negocio tempus est, & oportunitas, & multa hominis afflictio:
7 Quia ignorat præterita, & futura nullo scire potest nuncio.
B 8 Non est in hominis potestate prohibere spi-
Alia vanitas. ritum, nec habet potestatem in die mortis, nec sinitur quiescere ingruente bello, neq; saluabit impietas impium.
9 Omnia hæc consideraui, & dedi cor meum in cunctis operibus quæ fiunt sub sole: Interdum dominatur homo homini in malum suum.
10 Vidi impios sepultos: qui etiam cum adhuc viuerent, in loco sancto erant, & laudabantur in ciuitate quasi iustorum operū. sed & hoc vanitas est.
11 Etenim quia non profertur cito contra malos sententia, absq; timore vllo filii hominum perpetrant mala.
C 12 Attamen peccator ex eo quod centies facit malum, & per patientiam sustentatur, ego cognoui quod erit bonum timentibus Deum qui verentur faciem eius.
13 Non sit bonum impio, nec prolongentur dies eius, sed quasi vmbra transeant qui non timent fa-
Dei ciem 'Domini.'
14 Est & alia vanitas, quæ fit super terram. sunt iusti quibus mala proueniunt, quasi opera egerint impiorum: & sunt impii qui ita securi sunt, quasi iustorum facta habeant. sed & hoc vanissimum iudico.
D 15 Laudaui igitur lætitiam, quod non esset ho-
In lætitia viuendum. mini bonum sub Sole, nisi quòd comederet, & biberet, atq; gauderet: & hoc solum secum auferet
in diebus de labore suo 'omnibus diebus' vitæ suæ quos dedit ei Deus sub Sole.
Initiū cap. 9. iuxta Græcos 16 ET apposui cor meum vt scirem sapientiam, &
dissensionem intelligerem 'dissensionem' quæ versatur in terra. est homo qui diebus & noctibus somnum nō capit oculis.
Opera Dei ab homine inuestigabilia. 17 Et intellexi quòd omniū operū Dei nullam possit homo inuenire rationem eorum quæ fiunt sub Sole: & quanto plus laborauerit ad quærendum, tanto minus inueniat: etiam si dixerit sapiens, se nosse, non poterit reperire.

5 (Præterea) qui custodit[8] præceptum,' non experietur aliquid mali: & cor sapientis intelliget[9] tempus & iudicium.'
6 Ad omnem enim voluntatem (exequendam) est tempus & iudicium: & [10] malum hominis praepollet ei.'
7 Nescit enim quid (ei) sit euenturum: quis enim referet ei quando euenturum sit?
8 Non est etiam homo præditus potestate in [11] spiritum, vt [12] contineat spiritum:' neq; potestatem (habet) in diem mortis: [13] neq; [illegible] in bello, neque proteret a cripiet suos consortes.'
9 Hoc vniuersum vidi, [14] & animaduerti omnia opera quæ sub Sole fiunt: est tempus quo dominatur homo homini in ipsius perniciem.
10 Simul autem vidi impios [15] sepultos, & quod [16] abierunt, [17] & recesserunt e loco sancto, suntq; obliuioni traditi in ea vrbe, in qua quicquid egissent, ratum rectumq; erat: quæ quidem etiam inanitas est.
11 Quia non statim [18] negocium patrantis scelus conficitur,' quorundam hominum cor (audacia) plenū est,' vt patrent scelus.
12 Quia peccator malum patrat centies, eiq; (Deus) pœnam differt, ego etiam scio quòd bonum obueniet, timentibus Deum, qui eum reuerentur.
13 Impio autem bonum minime obueniet, neq; dies suos protrahet. sicut vmbra, quòd Deum non reuereatur.
14 Est inanitas, quæ v[illegible] in terra, vt sint iusti, quibus obtingit quod impii merentur & [illegible] sunt, quibus obtingit quod iusti merentur. (quare) dixi hanc etiam esse inanitatem.
15 [19] Et laudo sane lætitiam, quòd nil sit homini melius sub Sole, quam edere & bibere, & gaudere: [20] id quod adiiciet ex labore suo tempore vitæ suæ, quam Deus ei concedit sub Sole.
16 VT apposui animum meum ad notitiam sapientiæ, & inspectionem negotiorum quæ in terra fiunt, [21] quod nonnulli etiam neque interdiu, neq; noctu somnum capiunt.)
17 Animaduerti omnia opera Dei, quòd homo non possit deprehendere [22] opus quod fit sub Sole, vt maxime id assequatur, in quo elaborat homo vt perquirat: [24] & si quis etiam sapientium dicat se scire,' non tamen inuenire poterit.

[8] sub. factum regis.
[9] [illegible] occasionē, & rationem qua quid geri potest.
[10] Heb. quia [illegible] hominum est multiplex in eo. sub. homine.
[11] pro animo potest spiritum [illegible]
[illegible]

CAPVT IX.

A 1 OMnia hæc tractaui in corde meo, vt curiose
Per iustitiam operum nescit homo amore an odio dignus sit. intelligerem: Sunt iusti, atq; sapientes, & opera eorum in manu Dei: & tamen nescit homo vtrum amore an odio dignus sit:
2 Sed omnia in futurum seruantur incerta, eo quod vniuersa æque eueniant iusto & impio, bono & malo, mundo & immundo, immolanti victimas & sacrificia contemnenti, sicut bonus, sic & peccator. vt periurus, ita & ille qui verum deierat.
3 Hoc est pessimum inter omnia quæ sub Sole fiunt, quia eadem cunctis eueniunt. vnde & corda
B filiorum hominum implentur malitia, & contem-
deducuntur ptu in vita sua, & post hæc ad inferos 'deducētur.'
4 Nemo est qui semper viuat, & qui huius rei habeat fiduciā: melior est canis viuus leone mortuo.

1 HÆc [1] enim omnia reuocaui ad animi mei iudicium, & vt hæc omnia clare discernerem,' quod iusti & sapientes, & eorum [illegible] sunt in manu Dei: [1] quodq; pariter amorem & odium ignorat homo, ipsi autem Dei sunt omnia proposita.
2 Omnibus eadem prorsus eueniunt: iusto & impio; bono puroq; & impuro, sacrificanti & non sacrificanti, bono pariter & peccatori, iuranti iuxta ac abhorrenti a iuramento.
3 Atq; hoc pessimum est [4] in omnibus' quæ sub Sole fiunt, dum eadem omnibus obueniunt, quo (pectus hominum impletur vitiositate, & vesania (per luxus) in corde ipsorum per vitam illorum, et postea (abeunt) ad mortuos
4 [6] Qui enim sociatur quomodocunq; viuentibus, ei spes est reliqua. & canis viuens præstat leoni mortuo.

[illegible] Metaphora ducta à corpore [illegible] Per [illegible] CAP. [illegible] 4 [illegible] Hoc pessimè habet humanam naturam [illegible] quod eadem omnibus contingant. 5 Hebr. [illegible] hominum [illegible] est malo, & [illegible] in corde eorum in vita sua: & (qui) post ipsum, ad mortuos pergit. [illegible] 6 Hebr. Nam [illegible] Per eandem autem [illegible] Aut per canem, eum qui [illegible] per leonem, eum qui magis peccauit.

5 [7] *Verum qui viuunt sciunt se morituros esse: at mortui prorsus nihil nouerunt, nec habēt præmium aliquod reliquum, quia memoria ipsorum deleta est.*

6 *Tum amor ipsorum, tum odium ipsorum, tum inuidia ipsorum iam abolita est, nec amplius habent [8] partem in mundo ex omni eo quod fit sub Sole.*

7 *I [ergo.] & lætus ede panem tuum, & læto corde bibe vinum tuum: iam enim [9] propitius Deus largitur tibi fructus operibus tuis.*

8 [10] *Nullo non tempore candida sint tua vestes, neq; desit vnguentum capiti tuo.*

9 *[Et] [21] circumspice vitam [quam transigas] cum muliere amata omni tempore friuola tuæ vitæ, quam [Deus] tibi cōcedit sub Sole per omne tempus tuum inane, hæc enim est [22] sors tua in vita, & in labore tuo quem perfers sub Sole.*

10 [13] *Quantumcunq; potes, agito pro viribus tua portione; quia nec opus, nec cogitatio, nec scientia, nec sapientia est in [14] inferno ad quem tendis.*

11 [15] *Rursum scrutatus ea quæ subsunt Soli, animaduerti cursum non esse velocium, neq; bellum fortium, non etiam panem [suppetere] sapientibus, neq; prudentibus diuitias, neq; gratiam peritis [captatorib. fauoris,] nam tempus & fortuna vniuersis vsuueniunt.*

12 *Etenim homo etiam ignorat [16] suam futuram sortem: vti q; pisces capiuntur hamo noxio, & vt aues capiuntur laqueo, ita homines illaqueantur [17] periculoso tempore, quum eos improuisus casus obruit.*

13 [18] *Hoc etiam vidi sub Sole, [nempe] sapientiam, quæ maximi penditur apud me.*

14 *Oppidum fuit paruum, & in eo pauci homines: ad quod accessit rex potentissimus, & cinxit illud obsidione, & contra illud extruxit [19] turres maximas:*

15 *Repertus est autem in eo vir pauper & sapiēs, qui per sapientiam suam eripuit illud oppidum, [20] nec quisquam hominum recordatus est istius viri pauperis.*

16 [21] *Vnde indico quidem sapientiam esse potiorem fortitudine, [22] & pauperis sapientiam contemptam, neq; audiri sermones ipsius.*

17 *Sermones [enim] sapientium [23] in quiete magis audiuntur, quàm clamor dominantis inter stultos.*

18 *Sapientia præpollet instrumentis bellicis, [24] & vnus homo perditus ingens bonum corrumpit.*

5 Viuentes enim sciunt se esse morituros: mortui verò nihil nouerunt amplius, nec habent vltra mercedem: quia obliuioni tradita est memoria eorum.

6 Amor quoq;, & odium, & inuidiæ simul perierunt, nec habent partem in hoc seculo, & in opere quod sub Sole geritur.

7 Vade ergo, & comede in lætitia panem tuum, & bibe cum gaudio vinum tuum: quia Deo placent opera tua.

8 Omni tempore sint vestimenta tua candida, & oleum de capite tuo non deficiat.

9 Perfruere vita cum vxore quam diligis, cunctis diebus vitæ instabilitatis tuæ, qui dati sunt tibi sub Sole omni tempore vanitatis tuæ: hæc est enim pars in vita, & in labore tuo quo laboras sub Sole.

10 Quodcunque facere potest manus tua, instanter operare: quia nec opus, nec ratio, nec sapientia, nec scientia erunt apud inferos, quò tu properas.

11 Verti me ad aliud, & vidi sub Sole, nec velocium esse cursum, nec fortium bellum, nec sapientium panem, nec doctorū diuitias, nec artificum gratiam: sed tempus, casumq; in omnibus.

12 Nescit homo finem suum, sed sicut pisces capiuntur hamo, & * aues laqueo comprehenduntur: sic capiuntur homines in tempore malo, cum eis extemplo superuenerit.

13 Hanc quoq; sub Sole vidi sapiētiam, & probaui maximam:

14 Ciuitas parua, & pauci in ea viri: venit contra eam rex magnus, & vallauit eam, extruxitque munitiones per gyrum, & perfecta est obsidio.

15 Inuentusq; est in ea vir pauper & sapiens, & liberauit vrbem per sapiētiam suam, & nullus deinceps recordatus est hominis illius pauperis.

16 Et dicebam ego, meliorem esse sapientiam fortitudine: quomodo ergo sapientia pauperis cōtempta est, & verba eius non sunt audita?

17 Verba sapientium audiuntur in silentio, plus quam clamor principis inter stultos.

18 ‖ Melior est sapientia quàm arma bellica: & qui in vno peccauerit, multa bona perdet.

CAPVT X.

1 *VT [enim] muscæ [a] mortuæ fœtere atq; fracescere faciunt vnguentum pharmacopolæ, ita modica stultitia [perdit] quod preciosum est ex sapiētia & honore.*

2 *Cor sapientis est [1] ad dextram ipsius, & cor stulti ad sinistram ipsius.*

3 *Etiam quum stultus per viam ingreditur, cor ipsi [2] indigum omnibus dicit quod stultus sit.*

4 *Quoties affectus dominatoris [3] in te ortus fuerit, ne desere [4] stationem tuam: nam [5] qui [affectus] sedat, reprimit grandia peccata.*

5 *Est malum quod sub Sole vidi, [6] quod proficisci videtur ex imprudentia tenentis primatum:*

6 [7] *Stultitia [enim] collocatur in summo fastigio, & [8] diuites in humili gradu sedent.*

7 *Vidi seruos equis [vehi,] & principes in terra incedere tanquam seruos.*

1 MVscæ morientes perdunt suauitatem vnguēti: preciosior est sapientia [a] paruaque gloria ad tempus stultitia.

2 Cor sapientis in dextera eius, & cor stulti in sinistra illius.

3 Sed & in via stultus ambulans, cum ipse insipiens sit, omnes stultos æstimat.

4 Si spiritus potestatem habentis ascenderit super te, locum tuum ne dimiseris: quia curatio faciet cessare peccata maxima.

5 Est malum quod vidi sub Sole, quasi per errorem egrediens a facie principis:

6 Positum stultum in dignitate sublimi, & diuites sedere deorsum.

7 Vidi seruos in equis: & principes ambulantes super terram quasi seruos.

Viuendum in hilaritate. C

Finis hominis incertus. * *sicut*

Sapientia commendatur. D

Sapien. 6. a

A *Sapientis & stulti differentia.* [a] *& gloria, parua ad, & c.*

Alia vanitas.

B

7 Viui enim, q. d. Ad contemplationem mortis possunt viui respicere: mortui vero non. 8 partem. i. non sunt participes eorum quæ sunt in hoc mundo. 9 Heb. grata habuit Deus opera tua. Ex quo sal. recessisti a iudicio carnis ad iudicium spiritus: ex quo recepisti eum per fidem. 10 q. d. Esto omni tempore lætus. Vestimentis candidis notatur lætitia. & etiam vnguentis quib. Hebræi solebant frequenter vti. 11 Heb. Vide vitam cum vxore. 12 pars tua ex hac vita. 13 Omnia quæ inueniet manus tua ut faciat. 14 fouea sepulchro q. d. Non est tempus operandi post mortem. 15 Heb. Conuersus sum & vidi sub Sole quod non velocium sit cursus, &c. q. d. Deprehendi celeriter currendo nihil afferre commodi ad salutem, nec fortitudinē bellicam posse eripere quēquam: quodq; sapientes huius mundi sæpe careant victu: nec semper gratiosos esse qui in aliqua arte sint periti, quia omnia humanā pendent a fortuna. Hæc à ratione humana dicuntur quæ stulta est. 16 Heb. tempus suum. i. tempus mortis suæ, aut calamitatis suæ. 17 infelici, calamitoso. 18 vel, Hanc quoq; perpendi sapientiam sub Sole, & magna est apud me. q. d. Duplicē deprehendi esse sapientiam, mundi & Dei: quæ Dei prudentia, magna, insignis & perclara visa est mihi. De vera Dei sapientia intelliguntur isti versiculi. 19 vel, aggeres aut munitiones. 20 Heb. & nemo prius meminerat illius sub pauperis. nemo illum nouerat. 21 Tunc quidem dixi. 22 quamuis sapientia pauperis sit spreta, & verba eius non audiantur. 23 i. animo sedato perpendantur. Aut, sermones sapientum placide prolati. 24 at peccator vnicus perdere solet bonum multum. i. in eo in modo multa afferre.

CAP. X. [a] Heb. mortis putrescere faciunt vnguentū aromatarii, & edunt [illegible] preciosum ob sapientiam & gloriam, stultitia modica sub fœtidum reddit. Ley [illegible] admodum muscæ quæ sunt parua animalia, & paruæ vitæ, aliquot tantum menses viuentes, reddunt vnguentum putidum, & ipsa pereunt & latent: sic modicum insipientiæ [illegible] qui prius bene audiebat, male audit autem. 1 q. d. Sapiens omnia facit cum sapientia, & [illegible] stultus autem [illegible] administrat, quemadmodum vt plurimum [illegible] ad res agendas inepta. 2 deficit & dicit omnibus quod stultus sit. i. destituitur mente, & [illegible] præ se fert stultitiam, notam eam facit omnibus dissimulare eam non potest. 3 Heb. ascendet super te. 4 locum tuum. i. statum pristinum. 5 Heb. lenitas sedare peccata multa. q. d. qui aufert spiritum dominantis i. dominium, quod animum regium cauit, vitat tales peccata multa, in quæ solent reges incidere propter arrogantiam. Potest etiam hoc exponi locus iste, Si spiritus i. ira dominantis. i. potestatem habentis, ascendat. i. sæuiat aduersum te, mane semper in loco tuo. i. ne commouearis, quia qui detergit iram eius qui elatus est ad iram, vitat peccata multa.

6 Heb. tanquam errore qui egreditur a conspectu ipsius Domini. vel, dominatoris. Potest intelligi de Deo, & de rege qui per errorem euehit stultos ad honorem. 7 vel, Constituitur stultus in dignitatibus summis. 8 sub. sapientia & virtutibus.

8. Qui

Proverb. 26. b Eccles. 27. d

8 Qui fodit foueam, incidet in eam: & qui dissipat sepem, mordebit eum coluber.

9 Qui transfert lapides, affligetur in eis: & qui scindit ligna, vulnerabitur ab eis.

10 Si retusum fuerit ferrum, & hoc nõ vt prius, sed hebetatum fuerit, multo labore exacuetur, & post industriam sequetur sapientia.

Detractor occultus aui similis. C

11 Si mordeat serpens in silentio, nihil eo minus habet qui occulte detrahit.

12 Verba oris sapientis, gratia: & labia insipientis præcipitabunt eum.

13 Initium verborum eius stultitia, & nouissimum oris illius error pessimus.

14 Stultus verba multiplicat. ignorat homo quid ante se fuerit: & quid post se futurum sit quis ei poterit indicare?

15 Labor stultorum affliget eos: qui nesciunt in vrbem pergere.

Sub Rege puero infœlicitas: sub nobili D vero, prosperitas.

16 Væ tibi terra, cuius Rex puer est, & cuius principes mane comedunt.

17 Beata terra, cuius Rex nobilis est, & cuius principes vescuntur in tempore suo ad reficiendũ, & non ad luxuriam.

b humiliatur † In risum * vinentes, bibendum.

18 In pigritiis [b]humiliabitur contignatio, & in infirmitate manuum perstillabit domus.

19 † In risu faciunt panem, & vinum vt epulentur * bibentes: & pecuniæ obediunt omnia.

a qui habet pennas, annunciabit.

20 In cogitatione tua Regi ne detrahas, & in secreto cubiculi tui ne maledixeris diuiti: quia & aues cæli portabunt vocem tuam, & [a] qui habeat pennas annunciabunt sententiam.

8 Qui fodit fossam, incidet in eam: & qui [9] demolitur maceriam, eum [10] serpens mordebit.

9 Qui transfert lapides, [11] dolore ab iis afficietur: & qui findit ligna, [12] in iis periclitabitur.

10 [13] Quum ferrum hebes fuerit, nec facies ei polita, [exercitium postulat:] exercitus [etiam requirunt aliquem] qui reddat eos fortiores, sed maiori studio aptare conueniat sapientiam.

11 [14] Si serpens mordeat absq; sibilo, nihilo magis incommodat quam maledicus.

12 Sermones ex ore sapientis [prodeuntes] gratiã [conferunt.] [15] quum labia stulti velut absorbendo auferunt.

13 [16] Principium sermonum oris eius [stulti] est stultitia, & postrema pars orationis eius vafrities perniciosa.

14 Stultus multis verbis vtitur, [17] & ignorat homo ista quorsum eat: quis autem ei indicaret quod secuturum sit?

15 [18] Labor stulti qui ignorat viam ducentem ad oppidum, affert ei molestiam.

16 Væ tibi ô terra, quum Rex tuus puer est, & principes tui mane comessantur.

17 O te beatam regionem, quum Rex tuus [19] generosus est, & tui principes suo tempore comedunt [20] ob vires reficiendas, & non vt certent poculis.

18 [21] Per duplicem pigritiam deterior redditur contignatio, & per [22] remissionem manuum perstillabit domus.

19 [23] Apparant conuiuia cibis magnificè propter voluptatem, & vinum adhibent vt vitam exhilaret: pecuniæ autem subiungunt omnia.

20 Ne in cogitatione quidem tua [24] vituperanto Regem: nec [25] vituperes in penetralibus lecti tui, [26] diuitem: [27] volucris enim cæli efferet vocem, & alata [avis] renunciabit sermonem.

CAPVT XI.

A

Pauperibus faciendum. b partem.

1 Mitte panem tuum super transeuntes aquas: quia post tempora multa inuenies illum.

2 Da [b] partes septem, necnon & octo: quia ignoras quid futurum sit mali super terram.

3 Si repletæ fuerint nubes, imbrem super terrã effundent. Si ceciderit lignũ ad Austrum, aut ad Aquilonem, in quocunq; loco ceciderit, ibi erit.

Omnia committenda diuinæ prouidentiæ. B

4 Qui obseruat ventum, non seminat: & qui considerat nubes, nunquam metet.

5 Quomodo ignoras quæ sit via spiritus, & qua ratione compingantur ossa in ventre prægnantis: sic nescis opera Dei qui fabricator est omnium.

a sementem tuam. * an

6 Mane semina [a] semen tuum, & vespere ne cesset manus tua: quia nescis quid magis oriatur, hoc * aut illud: & si vtrumq; simul, melius erit.

7 Dulce lumen, & delectabile est oculis videre Solem.

C

b lætatus

8 Si annis multis vixerit homo, & in his omnibus [b] lætus fuerit, meminisse debet tenebrosi temporis, & dierum multorum: qui cum venerint, vanitatis arguentur præterita.

1 Mitte [1] panem [2] tuum in superficiem aquarum: quia post longum tempus eum reperies.

2 Da [3] septem [hominibus indigentibus] suam portionem cuiq;, da etiam [4] octo: nescis enim quid mali terra impendeat.

3 Quũ nubes impleta fuerint, pluuiã [4] effundunt in terram: & quũ arbor ceciderit vel ad Austrũ vel ad Aquilonem, in quẽcunq; locũ ceciderit arbor in eo procumbit.

4 Qui obseruat ventum, non seminabit: & qui spectat nubes, non metet.

5 Quemadmodum ignoras quæ via sit [6] spiritus; [7] aut qualia ossa in vtero grauida: ita ignoras opus Dei quo perficit omnia.

6 [Proinde] mane semen tuum semina, & vespere [8] ne abstineas manum tuam: nescis enim vtrum commodius futurum sit an hoc, an illud: [9] an vtrumque iuxta felix faustumq; futurum sit.

7 [10] Porro gratissima res est lumen: & iucundum oculis aspicere Solem.

8 [11] Verum si homo annos multos vixerit, & per eos vniuersos lætus egerit, recordatus autem fuerit dierum [quos aget] in tenebris, quoniam plurimi erunt: [illico] inanitas [videtur] quæ quid præteriit.

9 perrumpit sepem. sub. proximi sui. 10 sub. in ea delitescens, & ita plus detrimenti accipit quam infert. sæpe enim ictus à serpente perit. 11 vel, affligetur circa illos. sub. lapides. i. circa translationem illorũ lapidum multum laborabit. 12 Heb. incalescet circa illa. vel, discrimini exponet sese in illis. sub. findendis. Hoc versu significat circa industriam nil fieri posse. nõ omnis labor circa sapientiam, est molestus. q. d. Siue lapides transferas, siue ligna findas, nisi varia industria (quod tamen possunt qui sunt sapientes) multũ laborabis. 13 Heb. Si obtusum sit ferrum, & ipse (findens) non terserit vtrumq; latus, tũc vires (scindẽtes) euincet (ferrũ) at excellentia conficiationis (siue industriæ) est ipsa sapientia. Hic tria sunt, opus, industria, & agẽs. Industria sine sapientia comparatur securi rubiginosæ, quæ est inutilis. q. d. tum plus mortem valet industria quum sapientiam sibi habet comitem. 14 Heb. Si mordeat serpens citra incantationem: (sic) non est excellentior linguæ. Comparat naturam corruptam serpenti. eam sicut mordet serpens non incantatus, sic natura nostra si non adsit incantamentum sapientiæ, mordet, i. alios detrahit, & aliorum famæ insidiatur.

[illegible] Et ita nihilo melior est blatero serpente: imò est peior, quia lædit se, & eum quem mordet, imò & eos qui audiunt. 15 Alii legunt, At sermones stulti absumunt eum, i. authorem suum perdunt. 16 q. d. nulla pars sermonis stultorum caret stultitia. 17 (sub. dicens) Nescit homo id quod futurum est, & quod erit post illum quis renunciabit. Illud dicitur à stulto, qui non solum se, sed & alium perdit, non credens futurum iudicium. q. d. secure viuamus: quis nescimus quid futurum sit. 18 Heb. Studium stultorum defatigat eos [illegible] ad vrbem. q. d. Stulti versantur circa arduas quæstiones, quarum ne vulgares quidem & notas tenent. quod vulgari prouerbio dicit, quum ait eos nescire viam ad vrbem, quæ vel pueris est nota. 19 Heb. filius candidorum [illegible] principes ab albore, hoc est, candore morum, quod candido sint animo. 20 Heb. in fortitudine, & non in potatione. 21 sub. corporis & animæ vel, in præsentibus & futuris. Alii vertunt, Per pigritias propendet structura trabium. P. gritias, duale est Hebræis. [illegible] 22 vel, demissionẽ i. per ocium. 23 Heb. (Vel) propter lætitiam faciunt panem, & vinum lætificare solet viuentes: & pecunias præstat omnia. Propter lætitiam nempe ad [illegible] quam parit fames. Quidam exponunt, Et pecunia facit respondere omnia: sub. vota hominum: [illegible] Satyricus, Quid non regina pecunia donat? 24 vel, male precaris regi. 25 vel, male precaris diuiti, etiam si in secretissimo loco fueris. 26 Diuitem intellige eum qui præest. 27 i. delator aliquis quem non putares, deferet regi maledictionem tuam. CAP. XI. 1 Nomine panis intelligit quicquid ad vitam est necessarium. Hoc versu iubet hominem esse liberalem in pauperes. 2 i. multis. hoc significat semper numerus 3 i. omnibus. Luc. 6. Omni petenti te, tribue. 4 vel, effundere solent. Similitudines duæ: quarum prior, nubis, quæ beneficia, terram [illegible] rigat, docet nos liberales esse oportere. altera ab arboribus, non procrastinandum esse: nam in morte vel ad dextram, vel ad sinistram homo constituetur sublata omni facultate bene operandi. 5 nunquam. 6 i. venti, vel potius anima fœtui concepto infundenda. 7 & qua ratione [illegible] ossa, &c. 8 ne sinas quiescere i. semper operare. 9 quod si ambo simul, (sub. successerint) bona sunt. Pro (simul) Hebræi habent, sicut vnum: quod idem significat. 10 subaudiendum aliquid, sed tamen est moriendum. Contraria enim est sententia quod [illegible] rebus quæ præ mœrore discere non possumus. 11 Heb. Quia si (multos) annos multos viuat homo, (&) in omnibus illis lætetur, tamen recordabitur dierum tenebrarum, quia multi erunt, (quodq;) omnis qui nascitur, est vanitas. Vitam Soli comparauit priori versu, nunc autem mortem tenebris. Recordabitur, pro recordari debet, si sapias. Nomine dierum, tempus intelligit: quia tempus constituitur diebus.

12 Heb. ambula in viis cordis tui, & in visione oculorum tuorum.
13 i. propter omnia quæ gessisti in iuuentute.
14 iracundiam. i. eiice superbiam.
15 malitiam. q. d. da operam vt sis castus.

CAP. XII.

1 Heb. dies mali i. calamitosi & miseri. hoc est senii.
2 de quibus dicas.
3 i. ante senium. nam senibus videtur obscurari Sol: quod in senio, homo reddatur cæcus, vt nec Solis lumen, nec lunæ videre possit: quo tempore habent relutis quasdam nubeculas. Per nubes autem, caligo oculorum intelligitur, quæ sequi solet senum in senibus. Senii descriptio est.
4 i. manus.
5 [illegible]
6 dentes intelligit molares.
7 Vires animæ intelligit quibus videndi potestas tribuitur per oculos.
8 hoc est labra, nares autem.
9 extrinsecus, propter debilitationem sonitus molitur. Quia vltra digerere cibum non possunt homines nam sono quodam solent molere cibum qui valent dentibus.
10 quamlibet auem intelligit, [illegible]
11 [illegible]

9 (Nunc) iuuenis, & lætare in adolescentia tua, & lætum sit cor tuum per tempus iuuentutis tuæ, [12] & persequere quod dictat cor tuum quodque appetibile videtur oculis tuis: at scito quod [13] ob hæc omnia te Deus in iudicium adducet.

10 Quin remoue [14] perturbationes ab animo tuo, & tolle [15] vitiositatem à carne tua: quoniam pariter adolescentia & iuuentus sunt inanitas.

CAPVT XII.

1 ET memento conditoris tui tempore iuuentutis tuæ, antequam accedat [1] tempora periculosa, & anni adueniant [2] vt dicas, Non delector illis.

2 Antequam [3] obtenebrescat Sol, & lumen, & luna, & stella, & redeant nubes post pluuiam.

3 Quando [4] custodes domus trement, & viri validi vacillabunt, & desinent [6] molentes, vt parum molant, & obscurum visum habebunt [7] speculantes in fenestris.

4 Et claudantur, [8] fores [9] in platea cum exili voce molentis: & surget (homo) ad vocem [10] auis. & supprimentur omnes [11] filiæ cantici.

5 [12] Altum quoque locum timent (senes) & humilia in via, & [13] floret amygdalus, & [14] seipsam gestat cicada, & [15] appetitus respuit res oblatas:) homo enim vadit ad domum [16] suam perpetuam, & circumibunt in platea [17] lugentes.

6 [18] Antequam funis argenteus [19] subtrahatur, & [20] diffluat collectio aureæ liquoris & frangatur [21] cadus ad fontem. & [22] rota putei imposita currat.

7 Redeatque puluis in terram qualis fuit, & spiritus redeat ad Deum qui [23] dedit illum.

8 Inanitas extrema, inquit concionans, & omnia quidem sunt inanitas.

9 Præterea [24] quum esset concionans sapiens, assidue docuit populum scientiam, & commonuit studium doctrinæ, & inuestigauit, ac multas parabolas composuit.

10 Perquisiuit etiam concionans, vt inueniret [25] rationes expetibilium rerum, & [26] præcepta officiorum, sermones verissimos.

11 Sapientum (enim) sermones sunt velut stimuli, [27] & velut claui plantati [28] inter folia collectitia, (quæ) tradita sunt ab vno [29] pastore.

12 [30] Postremo fili mi caue admoniturus (nam) libros multos facere, infiniti esset operis, & ingis lectio molestus labor carnis.

13 [31] (Etenim) finis vniuersi negotii auditus est. Deum timeto, & præcepta illius seruato. [32] nam in hoc consistit omnium hominum perfectio.

14 Deus enim in iudicium adducet omne opus, [33] cum omni occulta re, siue quid bonum, siue malum fuerit.

9 LÆtare ergo iuuenis in adolescentia tua, & in bono sit cor tuum in diebus iuuentutis tuæ, & ambula in viis cordis tui, & in intuitu oculorum tuorum, & scito quod pro omnibus his adducet te Deus in iudicium.

10 Aufer iram à corde tuo, & amoue malitiam à carne tua. Adolescentia enim, & [a] voluntas vana sunt.

1 MEmento creatoris tui in diebus iuuentutis tuæ, antequam veniat tempus afflictionis tuæ, & appropinquent anni, de quibus dicas, Non mihi placent.

2 Antequam [a] tenebrescant Sol, & lumen, [b] & stellæ, & luna, & reuertantur nubes post pluuiam.

3 Quando commouebuntur custodes domus, & nutabunt viri fortissimi, & ociosæ erunt molentes in minuto numero, & tenebrescent videntes per foramina.

4 Et claudent ostia in platea, in humilitate vocis molentis, & consurgent ad vocem volucris, & obsurdescent omnes filiæ carminis.

5 Excelsa quoque timebunt, & formidabunt in via, florebit amygdalus, impinguabitur locusta, & dissipabitur capparis: quoniam ibit homo in domum æternitatis suæ, & circuibunt in platea plangentes.

6 Antequam rumpatur funiculus argenteus, & recurrat vitta aurea, & conteratur hydria super fontem, & confringatur rota super cisternam.

7 Et reuertatur puluis in terram suam vnde erat, & spiritus redeat ad Deum qui dedit illum.

8 Vanitas vanitatum dixit Ecclesiastes, & omnia vanitas.

9 Cumque esset sapientissimus ecclesiastes, docuit populum, & enarrauit quæ fecerat: & inuestigans composuit parabolas multas.

10 Quæsiuit verba vtilia, & conscripsit sermones rectissimos, ac veritate plenos.

11 Verba sapientium, sicut stimuli, & quasi claui in altum defixi, quæ per magistrorum [a] consilium data sunt à pastore vno.

12 His amplius fili mi ne requiras. Faciendi plures libros nullus est finis: frequensque meditatio carnis afflictio est.

13 Finem loquendi, pariter omnes audiamus. Deum time, & mandata eius obserua: hoc est [a] omnis homo.

14 [b] Cuncta quæ fiunt, adducet Deus in iudicium pro omni [c] errato, siue bonum, siue malum sit.

Initium cap. 12. secundum Græcos.
[a] voluptas.
A
Cogitandus Deus à tenera ætate.
[a] tenebrescat.
[b] & luna, & stella.
B
[a] concilium.
[a] enim.
[b] Et.
[c] abscondito.

[illegible] quæ [illegible] ad vocem [illegible]. Alii interpretantur quod senes nec cantant, nec audiendo sonos delectentur. 12 vel, Etiam à re [illegible], quæ non possunt attollere, & offenduntur in via, etiam in semitam impingunt [illegible] sibi. 14 [illegible] est illi locusta. q. d. [illegible] debiles fiunt [illegible]
15 [illegible] conspicitur illo concupiscibilis animæ, vel desiderium tribui solet nam cum corpore excidetur. 16 Heb. seculi sui. i. pergit ad sepulchrum in quo [illegible]. 19 vel, religetur. i. breuius fiat. Per funem [illegible] intelligit medullam quæ per spinam dorsi transmittitur. i. antequam [illegible] dorsum. nam quando [illegible] funiculus per quem [illegible]
20 [illegible] membrana illa quæ cerebrum continet, quæ est veluti rete & flaua: ideo comparatur auro: est enim flaui coloris. q. d. antequam moriatur [illegible] membrana [illegible]. 21 hydria. Per hydriam conceptacula illa sanguinis intelligit, quæ à [illegible] recipiunt sanguinem [illegible]
22 [illegible] rota [illegible]. Rota, caput est [illegible]. Vt autem rota haurimus aquam [illegible] in capite omnes sensus [illegible] attrahit à corde [illegible] 24 vel, [illegible] populum, & audiret, & [illegible] 25 Heb. verba voluntatis [illegible] de summo bono & malo. Alii vertunt verba grata. 26 Heb. scriptum rectitudinis. i. quod recte [illegible]
27 & quasi [illegible] doctrina hominem continet. 28 [illegible] collectaneorum. sub sunt verba, aut sermones [illegible] multa vel, [illegible] authores collectaneorum. 29 [illegible] 30 vel, [illegible] libros multos [illegible] labor [illegible] 31 In summa, [illegible] sunt. q. d. omnes te docui, mundana omnia esse meram vanitatem. 32 Heb. quia hoc, sub. spectat ad, omnem hominem. 33 vel, quod erit de omni occulto.

CANTICVM

CANTICVM CANTICORVM Salomonis, quod Hebraice dicitur Sir hassirim.

Argumentum in Cantica Canticorum Salomonis.

Liber Canticorum quem Salomo conscripsit [illegible] exponit rationem spiritualium sponsaliorum, quæ Christus iniuit cum Ecclesia in terris versante. Itaq; declarat primum sermones vltrò citroq; habitos in contrahendis sponsalibus, Deinde mutui amoris grauitatem & officia conuenientia inter amantes verbo & facto gratulantes. Postea quia amor ille gratiosè conciliatus mera beneuolentia sponsi, non raro ab Ecclesia in terris imprudenter sponsum suum offendente prætermittitur, laborans Ecclesia de recuperanda sponsi dilectione gratia cumulatur a sponso, & ac constantissima ipsius beneuolentia confirmatur. Ita communi opera se ad beatissimum illum nuptiarum diem comparant.

Postremo quia non potuit matura esse Ecclesia nisi accedente gentium plenitudine, postquam de eo sermo habitus fuit, canticum totum mutua professione studii inter sponsum & sponsam, officiiq; concluditur.

CAPVT I. ECCLESIA.

A
Osculetur me[1] osculo[2] oris sui: quia meliora sunt vbera tua vino,
2 Fragrantia vnguentis optimis: oleum effusum nomen tuum: ideo adolescentulæ dilexerunt te.
3 Trahe me: post te curremus in odorem vnguentorum tuorum: introduxit me rex in cellaria sua: exultabimus & lætabimur in te, memores vberum tuorum super vinum: recti diligunt te.
4 Nigra sum, sed formosa filiæ Ierusalem, sicut tabernacula Cedar, sicut pelles Salomonis.
B
5 Nolite me considerare quòd fusca sim, quia decolorauit me Sol, filii matris meæ pugnauerunt cōtra me, posuerunt me custodem vineis: vineam meam non custodiui.
6 Indica mihi, quem diligit anima mea, vbi pascas, vbi cubes in meridie, ne vagari incipiā post greges sodalium tuorum.
C
7 CHRISTVS Si ignoras te ô pulcherrima inter mulieres, egredere, & abi post vestigia gregum tuorum, & pasce hœdos tuos iuxta tabernacula pastorum.
8 Equitatui meo in curribus Pharaonis assimilaui te amica mea.
9 Pulchræ sunt genæ tuæ sicut turturis: collum tuum sicut monilia.
10 Murenulas aureas faciemus tibi, vermiculatas argento.
11 EC. Dum esset Rex in accubitu suo, nardus mea dedit odorem suum.
D
12 Fasciculus myrrhæ dilectus meus mihi, inter vbera mea commorabitur.
13 Botrus cypri dilectus meus mihi, in vineis En gaddi.
14 CH. Ecce tu pulchra es amica mea, ecce tu pulchra es, oculi tui columbarum.

Osculetur me osculis oris sui: amores enim tui vinum bonitate superant,
2 Ob odorem vnguentorum tuorum optimorum. est autem nomen tuum vnguentum effusum, ideirco te puellæ amant.
3 Trahito me, vt currentes te insequamur. introduxit me [quidem] Rex ipse in sua penetralia: [quamobrem] exultabimus & lætabimur in te, & prædicabimus amores tuos vino præstantiores, quia familiarissime tibi æquitas adiuncta est.
4 Fusca quidem sum, cæterum amabilis ô fœminæ Hierosolymitanæ, sicut tentoria Cedraeorum, sicut Salomonis cortinæ.
5 Ne me spectetis quòd fusca sum, eo quòd Sol me [radiis suis] intuitus est: filii [namq;] matris meæ in me excandescentes, posuerūt me custodem vinearum, ego autem vineam meam non custodiui.
6 Indica mihi [tu,] quem diligit anima mea, quomodo pascas, & quomodo cubare facias [pecus] in meridie: ne oberrans per greges consortium tuorum videar palliolata [meretricula.]
7 CHRISTVS. Si ignoras tibi o pulcherrima fœmina, exito a te, [insequens] vestigia gregis, & pascito hœdos tuos circum mapalia pastorum.
8 Similem te indico amica mea equitatui meo inter currus Pharaonis.
9 Venustæ sunt maxillæ tuæ conuenientibus ornamentis, & collum tuum torquibus.
10 Ornamenta [enim] conuenientia ex auro faciemus tibi cum notis argenteis.
11 EC. Dum Rex mihi accumbit, nardus mea reddit odorem suum.
12 Estq; mihi dilectus meus myrrhæ fasciculus, [qui] morabitur inter vbera mea.
13 Dilectus meus est mihi botrus caphura in vineis En gadi.
14 CH. Ecce tu amica mea formosa es, ecce tu formosa es, & oculi tibi sunt columbarum.

Osculo. Hoc canticum totum est mysticum Christi erga sponsam suā Ecclesiam, ac rursum sponsæ erga Christū incomprehensibilis amoris plenissimum.

1 i. excellentissimū canticum, siue carmen, editū a Salomone: vt Sancta sanctorum, pro, sanctissimum locum. Veneranda mysteria Christi & Ecclesiæ hoc carmine diuinissimo continentur. nam schemate amatorii carminis, vt [illegible] quo dotes Salomonis & filiæ Pharaonis celebrantur, eorumq; mutuus amor, & legitima cōiunctio: Euangelium laetissimū canitur, quale, quantumque bonū possideant qui Deo sunt cōiuncti: & quam magnē, quæ certa spes, quam facilis ratio id assequendi proposita sit omnib. qui cupiūt ex animo. 2 Per osculū, amor, & pax significatur, q.d. Pacē mecum habeat, & me amet. Sūmum desiderium electorum exprimitur, cupientiū scire qui propitium atq; beneuolum habeant sponsum. Osculis, plurali numero dicit, vt vehemēs desiderium declarat. 3 Per vinum intelligit omne quod affert homini maximā voluptatem. 4 i. fama et vnguentum odoré non redolét nisi [illegible], ita & Christi nomé, nisi vere prædicatū. 5 præterito pro futuro introducet. 6 i. arcana sua reuelabit mihi. 7 vel, mentionem faciemus de amoribus tuis vino præstantioribus. Aut, libentius quā decē quantumuis suaui.

8 Heb. æquitates, siue recti [illegible] diligunt te. Præteritum pro futuro, Recti diligent te. 9 Fuscam, siue nigram se esse dicit sponsa, propter persecutiones quas pro Christo patitur, at pulchra propter [illegible] conuersationem Dei & hominis [illegible] fides, charitas, spes, gaudiū. 10 vel, venusta & gratiosa [illegible] 11 Nomen significat [illegible] a Cedar secundo filio Ismaelis. Hi in solitudine Sarracenorum habitant [illegible] 12 vel, tentoria quæ lo[illegible] erant, interne auro & gemmis resplendebant [illegible] 13 [illegible] 14 [illegible] 15 Heb. [illegible] 16 non custodiui [illegible] Præterito perfectum pro [illegible] 17 [illegible] 18 Heb. [illegible] 19 [illegible] 20 fœminarum. 21 egredere per vestigia [illegible] 22 [illegible] 23 vel, tabernacula [illegible] loca quæ delegerunt sibi pastores. 24 consorti vel [illegible] 25 [illegible] 1. Reg. 10. & 2. Paral. 1 [illegible] Mutuis laudibus Sponsi & sponsæ [illegible] colloquio, quid Deus largiatur, & quid [illegible] 26 Heb. inter [illegible] & collum tuum inter monilia. Murenulas, Gallice dicimus [illegible] 27 Murenulas. 28 clauis. 29 Sponsa [illegible] Alii vertunt [illegible] Circuitum intelligit Ecclesiam in qua est Christus. Quamdiu fuit Christus in Ecclesia, tādiu Ecclesia reddit odorē suum. 2. Corinth. 2. [illegible] Christi bonus odor sumus. 30 [illegible] Christi sponsi [illegible] Nam qui pie volunt viuere in Christo Iesu, persecutionē patientur, ait Paulus. 31 Vbera eius, sunt duo testamenta, in quibus quæritur Christus. 32 cypri. Cyprus, nomen est arboris odoratissimæ, quæ est in Enghedi, &c. Engaddi loco prope mare mortuum, vbi crescit balsamum, in eo sunt vineæ pulcherrimæ. 33 [illegible] 34 i. simplices sunt, Matth. 10. Estote simplices vt columbæ.

15 *E C. Ecce tu dilecte mi formosus es, & [11] iucundus, & lectus noster [12] vmbrosus est.*
16 [17] *Suntq; nostræ ædes cedrinæ, & canales nostri cypressini.*

15 E C. Ecce tu pulcher es dilecte mi, & decorus: lectulus noster floridus.
16 Tigna domorum nostrarum cedrina, laquearia nostra cypressina.

CAPVT II. ECCLESIA.

1 *EGo sum rosa [1] Saron, & lilium (gaudens) vallibus.*
2 CH. Estq; amica mea inter fœminas, vt lilium inter [2] spinas.
3 E C. Qualis est [3] malus inter syluestres (& steriles) arbores, talis est dilectus meus inter iuuenes: [4] cuius [5] vmbram expetiui, & (sub ea) sedebo, estq; fructus eius palato meo dulcissimus.
4 Introduxit me (Sponsus) in [5] cellam vinariam, [6] cuius vexillum erga me est dilectio.
5 Fulcite me [7] vinaceis, [8] & substernite mihi mala, quia [9] infirma sum dilectione.
6 [10] Sinistra ipsius (supponatur) meo capiti, & dextera ipsius (Sponsi) me amplexetur.
7 CH. Obtestor vos o fœminæ Hierosolymitanæ [11] per capreas & per ceruas in agris agentes, ne excitetis, neve [12] extinguatis [13] amorem, donec ipsa velit.
8 E C. Vox [14] dilecti mei (auditur:) ecce ipse venit saliens [15] per montes, (&) raptim accurrens [15] per colles.
9 Estq; [16] dilectus meus similis capreæ, aut hinnulo ceruorum: ecce ipse stat post nostrum [17] parietem, & prospicit per fenestras, seq; conspiciendum exhibet per cancellos.
10 [18] Respondens autem meus dilectus mihi, dixit [19] Surgito [20] tibi amica mea formosa mea, & [21] ito tibi.
11 Quoniam ecce [22] hyems præteriit, (&) [23] imber se recipiens abiit sibi.
12 (At) [24] flores apparuerũt in terra [25] appetiuitq; tẽp [9] (idoneũ) cãtus, ac vox [26] turturis auditur in terra nostra.
13 [27] Ficus protrusit grossos suos, & vineæ [28] florentes odorem reddunt: (quamobrem) surgito tibi amica mea formosa mea, & [29] ito tibi.
14 O mea columba in cauernis ipsius [30] petræ, [31] in recessu scalarum ostende mihi formam tuam, & mihi ede [32] vocem tuam: vox enim tua (ita erit) mihi suauis, & forma tua venusta.
15 [33] Capite nobis vulpes (inquam) paruas, quæ vastant vineas, quum nostra vineæ [34] floreant.
16 Dilectus meus mihi (proprius erit,) & ego illius, qui pascit inter [35] lilia.
17 [36] Dum est flagrantissimus æstus diei, & vmbræ fugiunt, reuertere dilecte mi, itaq; similis capreæ & hinnulo ceruorum in montibus [37] Bather.

1 EGo flos campi, & lilium conuallium. A
2 CH. Sicut lilium inter spinas, sic amica mea inter filias.
3 E C. Sicut malus inter ligna syluarum, sic dilectus meus inter filios: sub vmbra illius quem desideraueram, sedi: & fructus eius dulcis gutturi meo.
4 Introduxit me rex in cellam vinariam, ordinauit in me charitatem.
5 Fulcite me floribus, stipate me malis: quia amore langueo.
6 Læua eius sub capite meo, & dextera illius B
amplexabitur me.
7 CH. Adiuro vos filiæ Ierusalem per capreas, ceruosq; camporum, ne suscitetis, neq; euigilare faciatis dilectam, quoadusque ipsa velit.
8 E C. Vox dilecti mei, ecce iste venit saliens in montibus, transiliens colles.
9 Similis est dilectus meus capreæ, hinnuloq; ceruorum. en ipse stat post parietem nostrum respiciens per fenestras, prospiciens per cancellos.
10 En dilectus meus loquitur mihi, Surge pro- C
pera amica mea, columba mea, formosa mea & veni
11 Iam enim hyems transiit, imber abiit, & recessit.
12 Flores apparuerunt in terra nostra, tempus putationis aduenit: vox turturis audita est in terra nostra:
13 Ficus protulit grossos suos, vineæ florentes dederunt odorem suum: surge, propera amica mea, speciosa mea, & veni.
14 Columba mea in foraminibus petræ, in ca- D
uerna maceriæ, ostende mihi faciem tuam, sonet vox tua in auribus meis: vox enim tua dulcis, & facies tua decôra.
15 Capite nobis vulpes paruulas quæ demoliuntur vineas nam vinea nostra floruit.
16 Dilectus meus mihi, & ego illi, qui pascitur inter lilia.
17 Donec aspiret dies, & inclinentur vmbræ, reuertere: similis esto dilecte mi capreæ, hinnuloque ceruorum super montes [a] Bethel.

[a] legendum Bether.

CAPVT III. ECCLESIA.

1 *IN [1] lectulo meo in noctib. perquisiui (eum) quem diligit anima mea: perquisiui (quidem,) sed nõ inueni.*
2 [2] Surgam nunc, & circuibo [3] in ciuitate, in vicis, & in plateis, (&) perquiram (eum) quem diligit anima mea perquisiui (autem) eum, & non inueni eum.
3 Offenderunt (autem) me [4] custodes circumeuntes in [5] ciuitate, (quos percontata sum,) Num vidistis eum quem diligit anima mea?

1 IN lectulo meo per [a] noctem quæsiui quem diligit anima mea: quæsiui illum, & non inueni. A
2 Surgam, & circumibo ciuitatem: per vicos & plateas quæram quem diligit anima mea. quæsiui illum, & non inueni.
3 Inuenerunt me vigiles, qui custodiunt ciuitatem, Num quem diligit anima mea, vidistis?

[a] noctes

4 Pau-

35 vel, dulcis & amœnus. 36 virens est. Videmus arbores fructum afferre solent. q.d. Tua opera fideles in ecclesia multiplicantur quotidie, quod intelligitur per thorũ coniugalem. 37 Heb. Trabes ædium nostrarum (sunt) cedrinæ: ligna transuersaria nostra abiegna. Cedrus quæ putredinem nõ sentit, & abies quæ pondeti resistitur, verbum Dei significat. Ligna transuersaria vocamus Gallice soliueaux.

CAP. II. 1 i. saturitatis. quemadmodum Deus dicitur Sadai, copia omniũ bonorum. Gloriatur sponsa se rosam & lilium, sed a sponso. Matth. 6. Non laborãt, neq; nẽt, & pater vester ea vestit. Alii vertunt campi. Nõnulli dicunt verba esse Sponsi. 2 ecclesiam reproborũ intelligit. 3 q.d. Sponsus meus est frugifer & vtilis: reliqui autem infrugiferi & inutiles, & cum illo conferantur. Comparauerat se sponsa rosæ & lilio quæ pulcherrima quidẽ sunt, sed nullum fructum afferunt: nunc Sponsum comparat malo frugiferæ. 4 Heb. in vmbra eius desideraui, (sub. sedere) & fructus eius &c. Fructus: eloquia Dei. 5 Cella vinaria: verbum Dei Matth. 9. Mittit vinum nouum in vtres &c.
6 Solent autem vexillo post se trahere milites: ita Sponsus sponsam amore tanquam vexillo attrahit. 7 Heb. vasis. sub. plenis vino illo quod gustaui in conclaui sponsi mei. Odores & vinum reuocant deliquium animi. vnde per metaphoram dicit, fulcite. 8 corroborate me malis. 9. Inuisse [illegible] eiusmodi vexanturnam bene dicitur: præcipue cupit ab ipso Sponso erigi. 10 Gestus amplexantis describuntur. 11 V [illegible] Cæterum illis vocibus significantur etiam exercitus cælestes, & virtutes aliæ. 12 vel, expergefaciatis 13 i. amorẽ meum, delitias meas hoc est, Sponsum. 14 In euangelio Ioh. 10. Oues meæ vocem meam audiunt. 15 vltra, q.d. ne montes quidem cum impediant: per quos peccata intelliguntur, quæ nos à Deo separant vt montes regionem à regione. Rom. 8. Nihil damnationis est his qui sunt in Christo. 16 Subitum auxilium Christi describit. Vertere potes amasium. 17 Verterem hominem intelligit, qui impedit quominus Christum videamus. 18 Locutus. sub. in auribus mentis meæ. 19 Vocatio à Deo. 20 vacans, tibi. 21 veni vacat tibi. 22 Per hyemẽ infidelitas intelligitur quam discussit Christus sua prædicatione. 23 vel, imbres euanuerunt, & abierunt, Vanæ sunt terrores, & hominum traditiones. 24 i. opera bona & professio in verbo Dei. 25 vel, tempus cantillationis aduenit hoc est, in quo solent aues cantare. Cantus, Euangelium. Terra, fideles. 26 i. Vox spiritus sancti, qui veluti gemitum emittere facit apud Deum Rom. 8. postulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus. 27 Ficus & vinea fideles ostendentes fructũ suum. 28 [illegible] minutis & tenellis vuis. 29 abi. 30 i. Christi, Sponsus Deus Pater ostendit sibi gratissimam suam sponsam in petra Christo, qui perforatus in cruce. Zach. [illegible] cuius mysterium etiam repræsentauit scala Iacob patri nostro visa. Gen. 28. 31 in abscondito gradus [illegible] hoc est, per Christum, per quem ad patrem ascendimus. 32 Cal. et laudis & confessionis. 33 Sponsa implorat opem Sponsi contra hæreticos & tyrannos, qui ecclesiam interripere volunt. 34 primum [illegible] suas fuas. 35 Fideles intelligit. 36 Heb. Donec aspiret dies & fugiant vmbræ, reuertere &c. vel. Tantisper dum veniat dies illa, & abeant vmbræ, &c. [illegible] 37 Alii volunt esse nomen loci, & vertunt, [illegible] intelligimus ignorantiam. Cum Reuertere ait, ascensionem intelligit quæ celeberrima fuit. CAP. III. 1 Per lectum, pacem, sapientiam, & rationem humanam [illegible] quæ perfidia [illegible] mortales ab immortalibus [illegible] Dum sapientia humana quærebam Christum, dum omnia plena erant tenebris & ignorantia Dei. Vnde [illegible] intelligit [illegible] Tunc enim erant summæ tenebræ quando venit Christus. 2 [illegible] dies autem appropinquauit [illegible] Et tenebræ eam non comprehenderunt. [illegible] Sola gratia inuenitur Christus, non opere hominis. 3 Per ciuitatem [illegible] locum [illegible] putat natura hominis Christum inuenire. [illegible] humana [illegible] requirit. Habemus autem à natura quodam [illegible] autem [illegible] in ciuitate, siue [illegible] 5 Ciuitatem intelligit locum in quo sciebant Christum esse.
4 excubitores ipsi. Intellige eos qui præsunt tempore ignorantiæ Dei, vt sunt Iudæi & alii cæci.

4 Paululum cum pertransissem eos, inueni quẽ diligit anima mea: tenui eum: nec dimittam, donec introducam illum in domum matris meæ, & in cubiculum genitricis meæ.

C. 5 Adiuro vos filiæ Ierusalem per capreas, ceruosq; camporum, ne suscitetis, neque euigilare faciatis dilectam, donec ipsa velit.

6 CH. Quæ est ista quæ ascendit per desertum, sicut virgula fumi ex aromatibus myrrhæ, & thuris, & vniuersi pulueris pigmentarii?

7 En lectulum Salomonis sexaginta fortes ambiunt ex fortissimis Israel.

8 Omnes tenẽtes gladios, & ad bella doctissimi: vniuscuiusq; ensis super femur suum propter timores nocturnos.

D 9 Ferculum fecit sibi rex Salomon de lignis Libani.

10 Columnas eius fecit argenteas, reclinatoriũ aureum, ascensum purpureum: media, charitate constrauit propter filias Ierusalem.

11 Egredimini [a] filiæ Sion, & videte regem Salomonẽ in diademate, quo coronauit illũ mater sua in die despõsationis illi[*], & in die lætitiæ cordis ei[*].

[a] & videte filiæ Sion,

4 Statim vero vt eos præterii, inueni eum quem diligit anima mea: prehendi eum, nec dimittam eum, [6] donec introducam eum in domum matris meæ, & in conclaue genitricis meæ.

5 [7] Obtestor vos o fœminæ Hierosolymitanæ, per capreas & ceruas in agro agentes, [8] ne excitetis, néve extinguatis amorem, donec ipsa velit.

6 CH. Quid [9] est hoc quod ascẽdit à deserto [10] con fumosis alis fumus & palmarũ instar, qui generatur suffitu myrrhæ & thuris, & omnium pulueris pharmacopolæ?

7 [11] Ecce circum lectum ipsius quem habet Salomon, sexaginta heroes sunt ex heroibus Israelis.

8 [12] Qui vniuersi capiũt gladios, & bello assuefacti, quisq; habens ad femur suum gladium ob metum qui in noctibus oritur.

9 [13] Vmbraculum sibi fecit rex Salomon ex [14] lignis Libani.

10 Cuius columnas fecit ex argento, & pauimentum eius ex auro, eiusq; operimentum ex purpura: [15] cuius media pars strata fuit amore fœminarum Ierusalem.

11 [16] Exite fœminæ (vrbis) Zion, & spectate Salomonem gestantem coronam qua coronauit eum mater eius die sponsaliorum eius, & die lætitiæ cordis eius.

CAPVT IV. CHRISTVS.

A 1 QVàm pulchra es amica mea, quàm pulchra es! oculi tui, columbarum: absq; eo quod intrinsecus latet: capilli tui sicut greges caprarũ quæ ascenderunt de monte Galaad?

2 Dentes tui sicut greges tonsarum, quæ ascenderunt de lauacro, omnes gemellis fœtibus, & sterilis non est inter eas.

B 3 Sicut vitta coccinea labia tua, & eloquium tuum dulce: sicut fragmen mali punici, ita genæ tuæ, absq; eo quod intrinsecus latet.

4 Sicut turris Dauid collum tuum, quæ ædificata est cum propugnaculis: mille clypei pendent ex ea, omnis armatura fortium.

5 Duo vbera tua, sicut duo hinnuli capreæ gemelli, qui pascuntur in liliis.

6 Donec aspiret dies, & inclinentur vmbræ, vadam ad montem myrrhæ, & ad collem thuris.

7 Tota pulchra es amica mea, & macula non est in te.

C 8 Veni de Libano spõsa mea, veni de Libano, veni: coronaberis de capite Amana, de vertice Sanir & Hermon, de cubilibus leonum, de montibus pardorum.

9 Vulnerasti cor meum soror mea sponsa, vulnerasti cor meum in vno oculorum tuorum, & in vno crine colli tui.

10 Quam pulchræ sunt mammæ tuæ soror mea sponsa: pulchriora sunt vbera tua vino, & odor vnguentorum tuorum super omnia aromata.

1 Ecce tu formosa es amica mea, ecce tu formosa es: oculi tibi columbini sunt [1] extra comam tuam (prominentes:) pilus tuus est quasi grex caprarum, [2] quæ glabrum depascendo reddiderunt montem Gilead.

2 Dentes tui sunt sicut grex ouium [3] concinne tonsarum [4] quæ ascenderunt à lauacro, quæ vniuersæ gemellos pariunt, nec vlla est inter eas effœta.

3 [5] Labia tua similia sunt filo coccineo, & eloquium tuum gratiosum: [6] tempora tua similia sunt [7] fragmini mali punici ex coma tua prominentia.

4 [8] Collum tuum simile est turri Dauidis ædificata ad vsum designandi homines, ex qua pendent mille clypei, & omnia scuta heroum.

5 Gemina tua mammæ similes sunt hinnulis [9] gemellis capreæ pascentibus inter lilia.

6 [10] Dum spirat flagrantissimus æstus, & fugiunt vmbræ, ibo [11] mihi ad [12] montem myrrha consitum & ad collem thuriferum.

7 [13] Tota tu formosa es amica mea, & nullum est in te vitium.

8 Mecum à [14] Libano sponsa, mecum à Libano venias, & [15] spectes è vertice Amana, è vertice Senir & Hermon, [16] è lustris leonum, è montibus pardorum.

9 [17] Vendicasti tibi cor meum soror mea sponsa, vendicasti tibi cor meum altero tuorum oculorum, altero torque colli tui.

10 [18] Quàm pulchri sunt amores tui soror mea sponsa, quantum præstant vino amores tui! & odor vestimentorum tuorum excellit omnibus aromatibus.

6 .i. donec prædicatione aut precibus introduxero Christũ ad infideles, vt eos conuertat, à quibus ego genus duxi.
7 Vide præcedenti capite numeros 11. 12. 13. Illic Christus de sponsa loquitur: Hic autem, spõsa de Sponso Christo.
8 Christus dormit .i. quiescit in medio ecclesiæ quando nemo eum offendit. q. d. ne excitetis amorem ipsum .i. ne sitis illi molesti, sed recte viuite.
9 Est admirantis similis, vt omnes in admirationẽ inducat. Verti potest per fœmininum, Quæ est ista quæ ascendit, sine me scilicet.
10 Heb. vt columnæ fumi (sub odorati) suffitu myrrha & thure, & omni puluere aromatario. Opera bona eiusdem religio Christiani videntes homines admirentur, & glorificent patrem in cœlis. Myrrha & thus non effundunt odorem sine igne: ita Christianus emittit odorem in igne, .i. tempore tribulationis Thus, fumus orationis. Puluis aromaticus omnes virtutes.
11 Heb. Ecce lectus eius (nempe) qui est Salomonis, sexaginta fortes sunt in circuitu eius, ex fortibus Israel. Loquitur Sponsus de se in tertia persona, vt sæpe fit, vt Vixit Dominus, pro,

ego Dominus viuo. Lectus, pax ecclesiæ. Salomon: Christus, qui nos Patri conciliauit. Custodiunt pacem fortes .i. prædicatores. Et sunt ex fortibus Israel .i. ex fidelibus qui sunt fortes, v. Deo potius, quàm hominibus pareant. 12 [illegible] habentes gladium apprehensum. Gladius: Verbum Dei. nam perpetua lucta cũ Christianis cum carne & satana. 13 [illegible] ecclesia [illegible] 14 Ligna Libani, id est cedri, Christiani adoriteri. 15 intimum [illegible] Argentum, puritas, aut verbi claritas. Aurum, Charitas. Purpura, Sanguis Christi. [illegible] operimentum siue cælum lecti regit eos qui in lecto sunt, ita & sanguis Christi nos tegit. 16 q. d. Abnegate vos, & egredimini à vobis, & videte me Christum ornatum corona [illegible] humanitate quam accepit à matre in die desponsationis [illegible] quo die [illegible] ecclesiam despõsauit Christus. CAP. IV. 1 Heb. [illegible] sunt quos mulieres dependere sinũt super frontẽ. Per oculos, [illegible] denotat. 2 quæ [illegible] in monte Galaad .i. quæ proponuntur [illegible] vel, spectantur aut cernuntur. q. d. Capillus tuo ornat [illegible] caprarum, [illegible] montem Galaad à quo si descenderint, videtur mons [illegible] 3 Heb. æqualium. 4 .i. quæ modo lotæ sunt. Per acies intellige [illegible] nam omnes tamus per fidem [illegible] nunquam abortit .i. bona semper facit opera. 5 Labia rubra, eloquium plenum charitate. 6 Tempora siue [illegible] ecclesiæ, quæ omnibus est aperta, intellige rationem viuendi. 7 pars [illegible] Pro malo punico, viuendi rationem intellige [illegible] 8 Collum prædicatores [illegible] Christus. Turris ecclesia in summo ædificata [illegible] gratia quia prædicatores docent viam. Clypei, veritates ecclesiæ. Prouerb. 30. Omnis sermo Dei [illegible] 9 .i. quos vno partu peperit capreæ. Duæ mammæ, siue duo vbera, duo testamenta quia vt ex vberibus prodit lac, sic ex vtroq; testamento procedit cibus noster: Sunt velut duo gemelli .i. verum [illegible] testamentum [illegible] Quia pascuntur inter lilia .i. testamenta retinent suam authoritatem quando versantur inter fideles. Vt gemelli hinnuli pulchritudine [illegible] in vtroque testamento, [illegible] meliores coram Deo. 10 Heb. Donec aspiret dies, & fugiant vmbræ. [illegible] generali intellige. Vmbras, errores & aduersitates intellige. 11 Vacat mihi. 12 .i. ad [illegible] 13 Hoc à Christo habet ecclesia, vt ait Paulus Ephes. 5. Tradidit seipsum pro ea, vt exhiberet sibi ecclesiam gloriosam, sine ruga & macula. 14 Per Libanum intelligis [illegible] ecclesia [illegible] Libanus à candore: ita est ecclesia candida lauacro Christi. 15 Heb. me. 16 .i. è medio infidelium & crudelium. 17 Vulnerasti mihi cor soror mea sponsa, vel, furata es mihi &c. Oculus, spirituale iudicium quo Deum cognoscimus. Torques, bona opera quibus ornamur velutis torque. 18 Commendat amorem ecclesiæ erga Deum. Odore, famam bonam ecclesiæ intellige.

11 [19] *Fauus stillat labia tua ô sponsa, (&) mel & lac inest linguæ tuæ, ac [20] vestimentorum tuorum est qualis fragrantia Libani.*

12 [21] *Hortus conclusus (es) soror mea sponsa, hortus conclusus, (&) fons obsignatus.*

13 [22] *Emissiones tuæ (sunt) paradisus malorũ punicorum cum fructu [23] pomorum, (&) cypri cum nardo.*

14 [24] *Nardus, & crocus, fistula, & cinnamomum cũ omnibus arborib. thuriferis, myrrha & aloe cum omnibus præstantissimis aromatibus.*

15 [25] *Fons hortorum, puteus [26] viuæ aquæ, quæ profluit e Libano.*

16 [27] *Surge Aquilo, & [28] Auster veni, (ac) perfla hortum meum, vt fluant [29] aromata illius.*

17 *Veniat dilectus meus ad hortum suum, & comedat fructum [30] pomorum suorum.*

11 Fauus distillans labia tua sponsa, mel & lac sub lingua tua: & odor vestimẽtorum tuorum sicut odor thuris.

12 Hortus conclusus soror mea sponsa, hortus conclusus fons signatus.

13 Emissiones tuæ paradisus malorum punicorum cum pomorum fructibus, cypri cum nardo,

14 Nardus & crocus, fistula, & cinnamomum cum vniuersis lignis Libani, myrrha & aloe cum omnibus primis vnguentis.

15 Fons hortorum: puteus aquarum viuentiũ, quæ fluunt impetu de Libano.

16 Surge Aquilo, & veni Auster, perfla hortum meum, [a] & fluent aromata illius. *a fluent*

17 Veniat dilectus meus in hortum suum, [b] vt comedat fructum pomorum suorum. *b &*

CH. CAPVT V. CH.

1 V[1]Eni equidem ad hortum meum o soror mea sponsa, (&) distrinxi myrrham meam cũ aromate meo, (ac) comedi fauum meum cum melle meo, (&) bibi vinum meum cum lacte meo: edite [2] sodales, bibite, & inebriamini ô dilecti.

2 EC. Ego [3] dormio, & cor meum vigilat: vox dilecti mei (auditur) pulsantis. CH. Aperi [4] mihi soror mea, amica mea, columba mea, [5] perfecta mea: si quidem [6] caput meum repletum est rore, & cincinni mei guttis nocturnis.

3 EC. Exui [7] meam tunicam, & quomodo (rursum) induã illam? laui pedes meos, & quomodo cõquinabo eos?

4 (Cæterum) dilectus meũ immisit manum suam per [8] foramen, & viscera mea [9] commota sunt in me.

5 Surrexi (ergo) vt [10] aperirẽ dilecto meo, & [11] manus mea stillauerunt myrrham, ac digiti mei myrrham [12] probam qua pessulum madefecit.

6 [13] Quumq; dilecto meo aperuissem (ostiũ,) dilectus meus subductus fuerat, (&) abierat: quo loquente [14] animus meus turbatus est: (quapropter) perquisiui eum, & non inueni eum: vocaui eum: & non respondit mihi.

7 Offendentes autẽ me [15] custodes circumeũtes in ciuitate percusserũt me, (ac) vulnera inflixerũt mihi, (necnon) custodes murorum [16] stolam meam abstulerũt a me.

8 Obtestor vos o fœminæ Hierosolymitanæ, vt si offendatis meum dilectum, [17] referatis ei quod infirma sim dilectione.

9 ADOL. [18] Quid insigne habet tuus dilectus præ alio dilecto [19] o formosissima fœminarum? quid habet insigne dilectus tuus præ alio dilecto, quod tanta grauitate nos obtesteris?

10 EC. Dilectus meus [20] candidus est, & [21] ruber [22] sub signo habens exercitum decem millium.

11 Cuius caput [23] (redimitum est) auro obrizo, [24] eiusq; cincinni (vt) tilia, [25] nigri vt coruus.

12 [26] Oculi eius sunt qualis columbarum super alueo aqua-

1 VEni in hortum meum soror mea sponsa, messui myrrham meam cum aromatibus meis: comedi fauum cum melle meo, [a] & bibi vinum meum cum lacte meo: comedite amici, & bibite, & inebriamini charissimi. A

2 EC. Ego dormio, & cor meum vigilat: vox dilecti mei pulsantis. CH. Aperi mihi soror mea, amica mea, columba mea, immaculata mea: quia caput meum plenum est rore, & cincinni mei guttis noctium.

3 EC. Expoliaui me tunica mea, quomodo induar illa? laui pedes meos, quomodo inquinabo illos? B

4 Dilectus meus misit manum suam per foramen, & venter meus intremuit ad tactum eius.

5 Surrexi, vt aperirem dilecto meo: manus meæ stillauerunt myrrham, & digiti mei pleni myrrha probatissima.

6 Pessulum ostij mei aperui dilecto meo: at ille declinauerat, atq; transierat. anima mea liquefacta est, vt dilectus locutus est: quæsiui, & non inueni illum: vocaui, & non respondit mihi.

7 Inuenerunt me custodes qui [b] circumierunt ciuitatem: percusserunt me, & vulnerauerunt me, [c] tulerunt pallium meum custodes murorum. *b circumeunt* C *c mihi*

8 Adiuro vos filiæ Ierusalem, si inueneritis dilectum meum, vt nuncietis ei quia amore langueo.

9 ADOL. Qualis est dilectus tuus ex dilecto, ô pulcherrima mulierum? qualis est dilectus tuus ex dilecto, quia sic adiurasti nos?

10 EC. Dilectus meus candidus & rubicundus, electus ex millibus.

11 Caput eius aurum optimum: comæ eius sicut elatæ palmarum, nigræ quasi coruus.

12 Oculi eius sicut colũbæ super riuulos aqua-

19 i. sermo tuus est mellitus, dulcis, vtilis, & gratus. Verbum Dei est lac & mel, quo ore fidelium stillat, id est, annunciatur. 20 Vestimenta, virtutes, iustitia, & pax, & veritas. Vide Psal. 44. Astitit regina a dextris tuis in vestitu deaurato, &c. 21 Animus pius, qui hortus dicitur, reddit voluptates & alias vtilitates, munitus cælesti custodia, in quo perennis fons gratiæ, & plantæ omnigenarum virtutum. Aut, Hortus est Ecclesia, qua Deus electos plantat, vt agricola electas arbores. Matt. 15. Omnis plantatio quam non plantauit Pater meus eradicabitur. Et cõclusus, quia firmatur a Deo. nã custodit Dominus oẽs diligentes se. 22 vel, Propagines (aut plantationes,) tuæ (sunt velut) horti pleni malis punicis. Paradisus, verbum est Hebraicũ. Propagines, particulares Ecclesiæ. 23 Heb. fructuũ suauium. 24 Per arbores illas, intellig. gen. bonas animæ, [illegible] quæ fundũt bonum odorem in conspectu Dei. Nam Christi bonus odor sumus. 25 [illegible] 26 aquarum viuentium, & quæ fluunt e Libano. 27 q.d. matura fugam, cito abi. Aquilo infidelitatem significat.

28 Auster, fides, & sermo fidelium, aut potius Spiritus sanctus qui inflammat corda fidelium. 29 i. sermo veritatis, fructus bonorũ operum. 30 Heb. fructuum eius suauem. Nam gratã habebit opera nostra facta in fide & charitate. Vocat autem fructũ Christi, quia ex nobis nihil boni [illegible]

CAP. V. 1 vel, Venite. Venit ad Ecclesiam Christus, quum eam adiuuat: & comedit fauum & mel, quando approbat [illegible] Ecclesiæ [illegible] per mel verbũ Dei dulcissimum intelligitur. Comparatur autem lacti, quia verbo Dei Christiani aluntur, vt paruuli lacte [illegible] Colligit myrrham, quando gratã habet opera nostra. 2 vel, amici, i. Episcopi & alij fideles [illegible] 3 vel, Ego dormiebam, & cor meum vigilabat [illegible] perficere autem bonum non inuenio. Vigilate, ne intretis in tentationem. 4 Aperi [illegible] [illegible]

rum, quæ lacte sunt lotæ, & resident iuxta fluenta plenissima.
D 13 Genæ illius sicut areolæ aromatum consitæ à pigmentariis: labia eius lilia distillantia myrrhã primam.
14 Manus illius tornatiles aureæ, plenæ hyacinthis: venter eius eburneus, distinctus sapphiris.
15 Crura illius columnæ marmoreæ, quæ fundatæ sunt super bases aureas. species eius vt Libani, electus vt cedri.
16 Guttur illius suauissimum, & totus desiderabilis. talis est dilectus me[?], & ipse est amicus meus, filiæ Ierusalem.
17 ADOL. Quò abiit dilectus tuus ô pulcherrima mulierum? quo declinauit dilectus tuus, & quæremus eum tecum?

rum quæ se abluunt lacte, (&) sedent ad [17] *plenitudinem.*
13 *Eius* [18] *malæ similes sunt areolis aromatum, (&)* [19] *turribus seplasiariæ officinæ: labia eius (vt) lilia, (necnon) stillantia* [20] *myrrham probam.*
14 *Manus eius (vt)* [21] *orbes aurei habentes inclusum hyacinthum:* [22] *viscera eius (vt) alabastrum eburneum sapphiris constellatum.*
15 [23] *Crura eius (vt) columnæ marmoreæ suffultæ basibus ex obrizo auro:* [24] *aspectus eius quasi Libanus, & statura eminet vt cedri.*
16 [25] *Palatũ eius dulcedines sunt, & quantus quantus est, res sunt expetibiles:* [26] *atq; is est meus dilectus ô fœmina Hierosolymitana, & is est meus* [27] *consors.*
17 *ADOL. Quò abiit (autẽ) ô formosissima* [28] *fœmina dilectus tuus? quò se vertit dilectus tuus, vt tecum perquiramus eum?*

17 .i. tinctæ vno plenum lacte.
18 Malæ: Sacra scriptura: quia vt homo vultu cognoscitur, ita Christus per scripturas cognosci solet. Vt in areola sunt herbæ multiplices: ita in singulis libris sacris est Christus, quæ sunt aromata.
19 .i. pyxides & loculi quales in officinis & tabernis vnguentariis: vel vbi crescunt species aromaticæ. D. e' [illegible] inter Hebræos vertit, (& velut) flores aromatum .i. qui nascuntur inter aromata.
20 Myrrha: veritas quæ amara est.
21 vel annuli q. d. Opera Domini sunt perfectissima.
22 vel, intestina .i. venter. Per ventrem, cor intelligit cãdidũ summum, & affectus. Et hinc verba Christi dicuntur candida.
23 Crura, fortitudo Christus est per a. q. d. nõ hil est tutius quam bdere Christo Potentia sua [illegible] sustentat omnia, quoquò se verterit.
24 vel, species eius est velut (species) Libani, electus vt cedri. Cedrus, arbor sublimis, non obnoxia putredini. & Christus [illegible]

CAPVT VI. ECCLESIA.

A 1 Dilectus meus descendit in hortum suum ad areolam aromatum, vt ibi pascatur in hortis, & lilia colligat.
2 Ego dilecto meo, & dilectus meus mihi, qui pascitur inter lilia.
3 CH. Pulchra es amica mea, suauis & decora sicut Ierusalem; terribilis vt castrorum acies ordinata.
B 4 Auerte oculos tuos à me, qui ipsi me auolare fecerunt, capilli tui sicut grex caprarum, quę apparuerunt de Galaad.
a grex 5 Dentes tui sicut a greges ouium quæ ascenderunt de lauacro, omnes gemellis fœtibus, & sterilis non est in eis.
6 Sicut cortex mali punici, sic genæ tuæ absq; occultis tuis.
7 Sexaginta sunt reginæ, & octoginta concubinæ, & adolescentularum non est numerus.
C 8 Vna est columba mea, perfecta mea: vna est matri suæ, electa genitrici suæ: viderunt eam filiæ, & beatissimam prædicauerunt: reginæ & concubinæ, & laudauerunt eam.
9 Quæ est ista quæ progreditur quasi aurora consurgens, pulchra vt luna, electa vt Sol, terribilis vt castrorum acies ordinata?
D 10 EC. Descendi in hortum nucum, vt viderem
b conuallis, vt poma b conuallium, & inspicerem si floruisset vinea, & germinassent mala punica.
11 Nesciui: anima mea conturbauit me propter quadrigas Ami-nadab.

1 *Dilectus meus descendit* [1] *ad hortum suum* [2] *ad areolas aromatum,* [3] *ad pascendum in hortis, & legendum* [4] *lilia.*
2 *Ego dilecti mei sum, & dilectus meus mihi (proprius) est pascens inter lilia.*
3 *CH. Formosa es amica mea vt* [5] *Thirsa, &* [6] *amabilis vt Ierusalem, formidabilis vt* [7] *acies instructa.*
4 *Deflecte oculos tuos* [8] *ne directè me contueantur,* [9] *qui me superbiorem fecerunt: capillus tuus similis est gregi caprarum,* [10] *quæ glabrauerunt depascendo Gilead.*
5 *Dentes tui similes sunt gregi* [11] *ouium quæ ascenderunt a lauacro, quæ vniuersæ gemellos pariunt, nec est inter eas effœta.*
6 *Tempora tua similia sunt* [12] *fragmini mali punici pone cæsariem tuam.* [?]
7 [13] *Sexaginta sunt reginæ, & octoginta concubinæ, & innumeræ puellæ.*
8 [14] *Vna illa est columba mea, perfecta mea: vnica illa est* [15] *matri suæ, (&) electa genitrici suæ: quam conspexerunt* [16] *fœminæ, beatam prædicauerunt, & reginæ atq; concubinæ laudauerunt eam.*
9 [17] *Quæ est ista quæ prospectat sicut aurora, formosa vt luna, electa vt Sol, formidabilis vt acies instructa?*
10 *EC. Ad hortum nucum* [18] *descendi, vt spectarẽ virentes plantas* [19] *ad torrentem, vt viderem num* [20] *germinarit vitis, (&) num floreant mala punica.*
11 *Nescio (quid res sit,) anima mea posuit me* [21] *currus Ami-nadab:*

25 vel, Guttur eius dulcissimum est. Guttur, siue palatum: prædicatores Christi, qui [illegible] annunciant, qui [illegible] Christum [illegible]. 26 Heb. [illegible] est [illegible] desiderabilis. 27 vel, amicus. 28 inter ipsas mulieres. Sponsus discessit ab [illegible], quam [illegible] non [illegible].

CAP. VI. 1 [illegible] Sponsa [illegible] intelligit non fore quærendum, qui videbatur se iratus subduxisse: sed intra pectus fidele agere, & plene redintegrationem [illegible]. 2 [illegible] 3 [illegible] aut vt pastorem agat. 4 Lilia [illegible].
5 Thirsa, siue Tirsa, vrbs in alto monte sita, qua fuit regia [illegible] reges Israel ante conditam Samariam: de qua 3. Reg. 14. & 16. vbi est gratiæ plenitudo, ibi Christus habitat [illegible].
6 [illegible] 7 Heb. [illegible] Militares copiæ quæ vexilla & signa præferre solent. Formidolosa est ecclesia diabolo & reprobis, semper parata dimicare cum aduersariis. 8 [illegible] aut, [illegible] me [illegible] 10 quæ proponunt se spectandas in monte Galaad. 11 [illegible] Quæ [illegible] Christi [illegible] sunt in baptismo loti. Idem con[illegible] [illegible] opera. Vide caput quartum. 12 Fragmen mali punici, Conuersatio, quæ omnibus [illegible]
13 Reginæ [illegible] Vxores sunt, quæ cum ceremoniis accipiebantur. Concubinæ & ipsæ erant vxores sed sine contractu & communibus ceremoniis. Concubina & vxor, idem: vt patet de Cethura, Gen. 25. 14 vel, Vnica (tamen) est columba mea (&) integra mea.
15 Mater ecclesiæ, est prædicatio verbi: quæ vocatur ad Galat. 4. Filioli mei, quos iterum parturio donec formetur Christus in nobis. 16 filiæ, sub. Ierusalem.
17 Verba [illegible] reginarum & concubinarum. Comparat autem ecclesiam [illegible] quod ea nondum habeat [illegible] plenitudinem quam habitura est in regno Dei. Ephes. 5. Eratis aliquando tenebræ, nunc autem lux in Domino. Luna à Sole accipit lumen, ita ecclesia à Sole Christo.
18 descenderam. Sponsa verba sunt probantis laudes quibus eam Sponsus laudauerat. nux, arbor est multis iniuriis obnoxia. 19 in conualli. i. in loco per quem decurrit fluuius.
20 floruisset vitis, & num floruissent &c.
21 (velut) vectarios populi mei principis. vectarius, omne animal quo equitamus, Gallice, Vne monture. q. d. me non animaduertente, quasi vectariis celerrimis vecta sum celerrime ad Sponsum meum redii. Facta sum velut vectarium animal, quo nempe velocissimo [illegible] [illegible] quibus principes ac nobiles vtebantur vectariis: [illegible] reliqua [illegible].

23 Verba sponsæ recitantis verba puellarum. Subaudiendum, tunc clamauerunt abeunte me, Reuertere, reuertere, &c. 23 i. Ierosolymitana, nam olim Ierusalem, dicebatur Salem. 24 Subaudiendū, tunc respondit, Cur aspicitis Sulamitē, velut chorus turmarū militariū? q.d. quēadmodum exercitus se in duo diuidēs, aspicere solet, adueniente rege, ita illum honorent?

CAP. VII.

1 Responsio puellarum. Laudat Ecclesiam ab alacritate prædicandi verbi Dei. Paulus ad Ephes. 6. Calceati pedes in præparationē Euangelii. Esai. 52. Quā pulchri sunt pedes, &c. Per pedes enim, celeritatem annunciandi verbum Euangelii intelligit. 2 pedes calceati. 3 ambitus (vel circuitus) femorum tuorum. Per femora, virtuté alios generandi intelligit, quæ est preciosissima. 4 Heb. opus manū egregii artificis. i. farta ab egregio artifice. 5 i. venter tuus est plenus verbo Dei. 6 Heb. lunæ i. formę lunaris, hoc est, rotundus. 7 vel, qui nō caret temperatura. i. vini aqua diluto quo scilicet in illis regionib. calidis vtebantur. 8 i. duo testamēta quæ ex eodē, scilicet Deo procedūt: sunt velut gemelli. æqualis authoritatis.

12 ADOL. [22] *Reuertere, reuertere ô* [23] *Sulamith, reuertere, reuertere, vt te spectemus.*
13 [24] *Quid spectaretis ipsam Sulamith, quæ similis est choreæ castrorum?*

12 Reuertere, reuertere [a] Sunamitis: reuertere, reuertere, vt intueamur te. [a] Sulamitis.
13 Quid videbis in [b] Sunamite, nisi choros castrorum? [b] Sulamite

PVELLA. CAPVT VII. PVEL. A

1 Q[1]*Vàm pulchri sunt* [2] *gressus tui in calceamentis ô filia principis!* [3] *conceptus femorum tuorum similes sunt monilibus* [4] *fabrefactis ab artifice.*
2 [5] *Umbilicus tuus est crater* [6] *rotundus* [7] *nunquam fœcunditate indigens: venter tuus aceruus frumenti circumseptus liliis.*
3 [8] *Gemina tua mammæ similes sunt hinnulis gemellis capreæ.*
4 [9] *Collum tuum simile turri eburneæ:* [10] *oculi tui [vt] piscinæ in Hesbon* [11] *apud portam Bath rabim:* [12] *facies tua similis est turri Libani, quæ versus Damascū spectat.*
5 *Caput tuum* [13] *super te simile est Carmelo,* & [14] *subtilis emaporatio tui capitis regia purpura similis est, quæ in canalibus [infectorum] ligata est.*
6 *Quam formosa es & quàm iucunda es* [15] *ô amor in deliciis [primatum obtinens!]*
7 *[Cæterum] hæc statura tua,* [16] *palmæ similis est, & mammæ tuæ botris.*
8 [17] *Dixi, Conscendam in palmam, [&] prehendam eius palmites, & sint quasi mammæ tuæ vt* [18] *botri vitis, & odor nasi tui qualis est* [19] *malorum.*
9 [20] *Sitq; palatum tuum velut [madens] vino præstantissimo, quod meis amoribus reddas idoneum ad ea quæ rectissima sunt, quodq; [desertum faciens] labia dormientium vituperat.*
10 *Ego dilecti mei sum, & ad me erit illius* [21] *conuersio.*
11 *Age dilecte mi,* [22] *prodeamus in rus, [&] pernoctemus in villis.*
12 *Mane autē adeuntes vineta videbimus num germinet vitis, ac* [23] *florem protrudat, [&] num floreat mal. punica:* [24] *ibi meū amorem totum erga te profundam.*
13 [25] *Mandragora fragrant, & pro foribus nostris omnia poma sunt: tam noua [enim] quàm vetera tibi reposui.*

1 QVàm pulchri sunt gressus tui in calceamentis, filia principis! iuncturæ feminum tuorum sicut monilia quæ fabricata sunt manu artificis.
2 Vmbilicus tuus crater tornatilis, nunquā indigens poculis: venter tuus sicut aceruus tritici, vallatus liliis. B
3 Duo vbera tua, sicut duo hinnuli gemelli capreæ.
4 Collum tuum sicut turris eburnea: oculi tui sicut piscinæ in Hesebon, quæ sunt in porta filiæ multitudinis. nasus tuus sicut turris Libani, quæ respicit contra Damascum.
5 Caput tuum vt Carmelus: & comæ capitis tui sicut purpura regis [c] iuncta canalibus. [c] vincta
6 Quàm pulchra es, & quàm decôra charissima in deliciis! C
7 Statura tua assimilata est palmæ, & vbera tua botris.
8 Dixi, Ascendam in palmam, & apprehendam fructus eius: & erunt vbera tua sicut botri vineæ: & [d] odores tui sicut odor malorum. [d] odor oris.
9 Guttur tuum sicut vinum optimum, dignum dilecto meo ad potandum, labiisq; & dentibus illius ad ruminandum. D
10 EC. Ego dilecto meo, & ad me cōuersio eius.
11 Veni dilecte mi, egrediamur in agrum, commoremur in villis.
12 Mane surgamus ad vineas, videamus si floruit vinea, si flores fructus parturiunt, si floruerunt mala punica: ibi dabo tibi vbera mea.
13 Mandragoræ dederunt odorem: in portis nostris omnia poma: noua & vetera, dilecte mi, seruaui tibi.

EC. CAPVT VIII. EC. A

1 V[1]*Tinam quasi frater mihi sis, sugens mammas matris meæ: teq; foris offendam, [&] osculer te,* [2] *neque vero te despicient.*
2 [3] *Deducam te, [&] introducam te in domum matris meæ,* [4] *tuq; docebis me, & te potabo vino aromatico. [&]* [5] *succo mal. punici.*
3 *Sinistra eius supponatur capiti meo, & dextera eius me amplexetur.*
4 *Obtestor vos ô fœminæ Hierosolymitanæ, ne excitetis, neue extinguatis* [6] *amorem, donec ipsa velit.*

1 QVis mihi det te fratrem meum, sugentem vbera matris meæ, vt inueniam te [e] solum foris, & deosculer [f] & iam me nemo despiciat? [e] te, [f] etiam
2 Apprehendam te, & ducam in domum matris meæ: & in cubiculum genitricis meæ: ibi me docebis, & dabo tibi poculum ex vino condito, & mustum malorum granatorum meorum.
3 Læua eius sub capite meo, & dextera illius amplexabitur me.
4 Adiuro vos filiæ Ierusalem, ne suscitetis, neq; euigilare faciatis dilectam donec ipsa velit.

9 Collum: Prædicatores, qui eburnei esse debent. i. candidi & puri. 10 Oculi: Ii qui præsunt Ecclesiæ: quos semper oportet esse plenos verbi Dei, quæ est aqua salutaris, vt plenæ semper erant piscinæ quæ erant in Hesebon. 11 iuxta portam congregationis multorum i. iuxta plateā quæ magnum popul. numerum capit, in loco omnibus exposito. 12 nasus tuus. 13 [illegible] 14 comæ capitis tui [illegible] vt purpura. [illegible] quod erat maxime commendabile in Terra sancta nam in summo precio erat terra tingus. 15 i. ô tu valde & summopere dilecta. 16 Palma arbor procera [illegible].
17 [illegible] Verba sunt [illegible] adolescentulæ. 18 sub. odor. 19 vel, & erunt nunc vbera tua velut racemi vineæ, & [illegible] 20 Heb. [illegible] vinum optimum, quod defluit dilecto meo suauissime, loquēti labiis dormientium [illegible] quam suaue esse solet optimum vinum amico meo, quo epoto non satis expedite loqui solet. 21 [illegible] Ego eum diligo, & ille me [illegible].
22 [illegible] quæ quotidie in vrbe excitantur, [illegible] aliquantisper respirem sui probe te mihi familiarissimum. Solent enim familiares esse cum quibus deambulare solemus. 23 aperueritne sese vua, seu florens aut, vua parua. 24 Heb. [illegible] 25 Subaudi ex præcedenti, (Et videbimus an) mandragoræ dederint odorem, & iuxta ianuas nostras omnia suauia, recentia, etiam vetera, dilecte mi, reseruaui tibi. Sub. omnia illa q.d. omnia feci in honorem tuum. Mandragora inducit obliuionem doloris. Per mandragoras (quæ herbæ sunt ferentes poma auellanarum [illegible]) intelligit euangelizantes, quæ inducerunt soporem credentibus, soporem inquam rerum temporalium. Iuxta ianuas nostras. intra ostia nostra [illegible] in villis nostris, suauissima, & optima fructus sunt.
CAPVT VIII. 1 Verba sunt eorum qui credebant ante Christum natum, expectantium eius aduentum. Vtinam nasceris, & verus homo efficeris, vtere iisdem cibis quibus alii vtuntur: & complaceres te in mundo, & approbarem doctrinam tuam. 2 neq; spernant (sub. me) propter te. 3 sub. per orationem & prædicationem [illegible].
4 [illegible] me, faciam quæ tibi placebunt. 5 i. Christianos quia Quod fecistis vni ex minimis meis, mihi fecistis. 6 dilectionem ipsam. i. dilectum meum dilectissimum. Ne committatis vt vestris peccatis ille a me discedat, inquit Ecclesia.

5 ADOL.

5 ADOL. (Quæ est ista quæ ascendit de deserto, delicijs affluens, innixa super dilectum suum?) sub arbore malo suscitaui te: ibi corrupta est mater tua, ibi violata est genitrix tua.

B 6 CH. Pone me vt signaculum super cor tuum, vt signaculum super brachium tuum: quia fortis est vt mors, dilectio: dura sicut infernus, æmulatio: lampades eius lampades ignis, atque flammarum.

* poterunt. 7 Aquæ multæ non * potuerunt extinguere charitatem, nec flumina obruent illam: si dederit C homo omnem substantiam domus suæ pro dilectione, quasi nihil * despiciet eum.

* Despicient eũ.

8 EC. Soror nostra parua, & vbera non habet. quid faciemus sorori nostræ in die quando alloquenda est?

9 ADOL. Si murus est, ædificemus super eum propugnacula argentea: si ostium est, compingamus illud tabulis cedrinis.

D 10 EC. Ego murus: & vbera mea sicut turris, ex quo facta sum coram eo quasi pacem reperiens.

11 CH. Vinea fuit Pacifico, in Ea quæ habet populos: tradidit eam custodibus, vir affert pro fructu eius mille argenteos.

12 Vinea mea coram me est: mille tui pacifice, & ducenti his qui custodiunt fructus eius.

13 Quæ habitas in hortis, amici auscultant: fac me audire vocem tuam.

14 EC. Fuge dilecte mi, & assimilare capreæ hinnuloque ceruorum super montes aromatum.

5 (*ADOL.*)[7] *Quæ est illa quæ*[8] *ascendit à deserto innixa dilecto suo?) Sub malo [arbore]*[9] *te deprimaui: ibi*[10] *te parturiuit mater tua, ibi te parturiuit genitrix tua.*

6 [11] *Ponito me in corde tuo velut sigillum, & in brachio tuo velut sigillum:*[12] *amor enim validus est vt mors, &*[13] *zelotypia*[14] *dura vt*[15] *sepulchrum, cuius carbones [sunt] ignitis*[16] *a flamma Dei.*

7 *Non aquæ plurimæ poterunt amorem extinguere, neque flumina inundabunt eum: si quis vero det omnes opes domus suæ pro amore, omnes,*[17] *eum maxime contemnent.*

8 *EC. Est nobis*[18] *soror parua, quæ nondum habet mammas. quid faciemus nostræ sorori,*[19] *quando ea colloquendum erit?*

9 *ADOL.*[20] *Si murus est, ædificabimus aduersus eam propugnaculum argenteum:*[21] *sin fuerit ianua, concludemus eam tabula cedrina.*

10 *EC. Ego murus sum, & meæ mammæ similes turribus:*[22] *quæ quidem sponsione visa sum ei satisfacere.*

11 *CH. Vineam habuit Salomon in*[23] *Baal-hamon, quam vineam tradidit*[24] *custodibus,*[25] *vt quisque impendat mille [nummos] argenteos pro fructu eius.*

12 *Vinea mea quæ me attinet,*[26] *mihi curæ erit:*[27] *tibique ô Salomon [numerabo] mille, & ducentos custodientibus fructum eius.*

13 [28] *Tu sedens in hortis eda mihi vocem tuam, consortibus auscultantibus.*

14 *EC. Fugito dilecte mi, & similis sis tibi capreæ, hinnuloque ceruorum*[29] *in montibus aromatum.*

7 Verba filiarum Ierusalem. Parenthesi inclusa, quod interrumpatur sermo Sponsi & Sponsæ. 8 Veniens de deserto, commentatur de dilecto suo. Superius dicebant puellæ ipsi sponsæ. Quis est tuus amasius præ aliis amasiis, qui de semper de eo commentaris? 9 Sponsa persequens orationem, confitetur se in causa vt filius Dei incarnatus excitaretur, memoretur, vt Dan. 9. quod alter peccatum gulæ ti veteri pomi nõ potuit delere. Alii rectius legunt, excitabo te Sub malo. i. sub cruce, hoc est, credendo te passũ excitabo te frequentibus precibus. 10 Illic te enixa est mater tua, illic enixa est, &

genuit te Illic, i. sub pomo, hoc est, in paradiso voluptatis Genes. 3. mater tua: Heua secundum carnem. Enixa est, fuit causa incarnationis tuæ. 11 q [illegible] semper in corde tuo & ob oculos tuos. Sunt verba Sponsi. 12 quo scilicet te amo. Rom. 8. Quis nos separabit a charitate Christi? [illegible] est inuincibilis [illegible] Sanctam zelotypiam intelligit. 14 id est, valida. 15 Sepulchrum omnes vincit: omnes enim mortui sunt. 16 Heb. flammæ Dei [illegible] flammæ vehementes Dei, id est, vehementes Dei, pro altissimæ. Vt prunæ adurunt, ita & amor. 17 Hebræi referunt ad hominem. [illegible] 18 Soror parua: Ecclesia Gentium, quæ neque vetus, neque nouum testamentum habebat. nam Gentes legem non habebant, vt Paulus ad Rom. [illegible] sermo fiet de ea, sub nuptiarum collocanda. q. d. quibus rebus ita ornabimus sororem nostram, vt cum tempus vocationis eius aduenerit, sponso placere possit. Alii volunt hæc esse verba Christi. In die quo fiet sermo de ea mihi locanda? 10 Verba adolescentularum, i. Apostolorum, & Euangelistarum, [illegible] & prophetarum [illegible] q. d. Si per electionem idonea sit & oportuna ad suscipiendum ædificium, i. fidem in Christum: [illegible] Christus: super eum [illegible] ædificabimus palatium argenteum, siue ædes elegantissimas, i. docebimus studiose sororem nostram fidem in Christum, charitatem, & spem. 21 Idem bis dicit: Si fuerit ostium, muniemus illud tabula cedrina. i. si electionis [illegible] confers, quæ non aliter fidem admittit in cor & animum hominis, quam per ostium admittatur quis in domum aliquam. Aut, si ostium habeat per quod intrare debeat sponsus cum nobis erit, & tempus vocationis eius aduenerit, muniemus illud fide, charitate, & spe: vt si alius sponsus subito ingressu velit occupare animum nostræ sororis, illi resistant hæ tres virtutes, & ostentem ingredi arceant. 22 Ex quo in conspectu eius inueni pacem, i. ex quo tempore me ad se per prædicationem euangelii vocauit: quam antea essem debilis & infirma. Verba sunt sponsæ Gentilis. Nunc peritissima sum veritatis & doctrinæ spiritualis quæ me tam fortem reddit quam murus est & turris aliqua ingentibus lapidibus ædificata. 23 Proprium nomen loci prope Ierusalem. 24 conductoribus. 25 Heb. singuli redderent pro fructu eius [illegible] argenteos, i. magnam vim argenti numerus certus pro incerto. 26 Heb. est ante oculos meos, q. d. vineam meam non loco excolendam aut custodiendam [illegible] eam excolo & custodio oculis meis, non autem alienis. 27 Hebr. mille tibi (sint sint) ô Salomon, & ducenti custodientibus fructum eius [illegible] O Salomon [illegible] tantam pecuniam [illegible] vineam tuam exigas, & quæ tibi non tantum laboris, molestiæ & solicitudinis parit. [illegible] vinea mea mihi [illegible] plurimos [illegible] & copiosissimum fructum [illegible] expectare debes. 28 Sponsus petit vt sponsa canat quod æmulis doleat, quæ [illegible] Christi & salutis æternæ insensi sunt. Alii legunt, [illegible] habitas in hortis [illegible] sunt auscultant vocem tuam, [illegible] audire. Vel, aperte dicito mihi. Sodales qui te sequuntur [illegible] sunt qui Charitatem habere volunt. [illegible] Attendunt voci tuæ, et explicent quæ dicas. Dicito palam me esse verum Deum qui in cœlum ascendi. 29 Ad montes aromatum, id est, [illegible] Sunt qui dicunt verbum hoc vltimum complecti vocem quam Christus a sponsa tacite exigit. quotidiana enim & familiaris deprecatio sponsæ esse debet, vt Christus sine mora, & posita omni intermissione suos inuisat, qui hic montes aromatum dicuntur: & illos doceat veritatem, arcens lupos & omnes hostes ab eis.

LIBER SAPIENTIÆ.

Argumentum.

Liber Sapientiæ sermone elegans atque accuratus, argumento non est inutilis. Primum enim documenta iustitiæ & pietatis affert & sanctè instituendam vitam necessaria: Deinde vero oratione ad Deum conuersa, pias meditationes fabricat de hominum vanitate, constantissimaque Dei misericordia: & admirabilitatem [illegible] Dei in aduersarios, tum beneficiorum in suos ab exemplo Ægyptiorum ac Israelitarum percurrit artificiosissimè.

Asterisci in noua translatione significant versum eum vsque ad finem, in aliquibus, sed non in omnibus lectum esse Græcis codicibus.

Talia signa seu hami [ ] in eadem, monent ea quæ illis inclusa sunt, in nullo prorsus à nobis inuenta esse Græco exemplari sed in veteri tantum interprete iacta, paululumque ad nostrum stylum, ne deformis esset dissimilitudo, attemperata.

CAPUT I.

1 *Diligite sapientiam rectores terræ, bene sentite de Domino, & ipsum sincero corde quærite:*

1 Vel, fidem eius non deserentibus.

2 *Quoniam ab iis qui non tentant eum invenitur, & iis qui non diffidunt ipsi*[1] *se exhibet.*

3 *Nempe pravæ cogitationes alienationem à Deo faciunt: potentia vero dum tentatur, arguit insipientes.*

4 *Nam in malitiosam animam sapientia non introibit, nec habitabit in corpore peccatu obnoxio.*

5 *Spiritus enim disciplinæ sanctus quod fictum est fugit, & recedet ab insipientibus cogitationibus.*[2] *Cumq; in iustitia superveniente vituperatur.*

2 vel, cum scilicet &c. vel, atque iniustitia superveniente arguitur, sub. quod fictum est. vel, iniustitia exoriente, se profert, scilicet Spiritus: nempe in ostentatio.

6 *Nam cum benignus sit Spiritus sapientiæ, labiis suis impie loquentem culpa non absolverit: ut cuius renum testis sit Deus, cordisq; verus inspector, ac auditor linguæ.*

7 *Etenim Spiritus Domini replet orbem, & continens universa, notitiam vocis habet.*

8 *Quapropter iniusta loquens, nequaquam latuerit, nec præterierit eum castigans iudicium.*

9 *Nam in consilia impii inquiretur, famaq; sermonum ipsius ad Dominum perveniet, ad nefaria facinora eius coarguenda.*

10 *Quoniam auris acris & indignabunda audit omnia, & rumor fremituum minime clam fuerit.*

11 *Quapropter inutili fremitu abstinete, & obloqui lingua parcite. Quoniam sermo clandestinus non abibit impune, atq; os mentiens animam interimit.*

12 *Ne affectetis mortem errore vitæ vestræ, nec operibus manuum vestrarum accersatis perniciem.*

13 *Neq; enim Deus creavit mortem, nec interitu vivorum delectatur.*

14 *Creavit enim ut essent omnia, & initia mundi salutifera sunt: nec inest in eis medicamentum perniciosum, nec orci regnum in terra:*

15 *Quippe iustitia immortalis est.*

16 *Impii vero manibus ac verbis accersiverunt illam, & contabuerunt amicam arbitrati, cumq; ea fœdus inierunt, quoniam digni sunt qui sint partium illius.*

1 Diligite[1] iustitiam, qui iudicatis terram. [2] Sentite de Domino in bonitate, & in simplicitate cordis quærite illum: A

3.Reg.3.a

Deus quærendus.

2 [3] Quoniam invenitur ab his qui non tentant illum: apparet autem eis qui fidem habent in illum. Esa.56.a

3 Perversæ enim cogitationes separant à Deo: 1.Paral.28.a

probata autem virtus corripit insipientes.

4 Quoniam in malevolam animam non introibit sapientia, nec habitabit in corpore subdito peccatis. B

De Spiritu sancto.

Ierem.4.c

5 [4] Spiritus enim sanctus disciplinæ effugiet fictum, & auferet se à cogitationibus quæ sunt sine intellectu, & corripietur à superveniente iniquitate.

6 [5] Benignus est enim spiritus sapientiæ, & non liberabit maledicum à labiis suis: quoniam renum illius testis est Deus, & cordis illius scrutator est verus, & linguæ eius auditor. Gal.5.c

7 [6] Quoniam Spiritus Domini replevit orbem terrarum: & hoc quod continet omnia, scientiam habet vocis. Esa.6.a Ierem.23.d Actor.7.f

8 Propter hoc [7] qui loquitur iniqua, non potest latere, nec præteriet illum corripiens iudicium. 3.Reg.?.g Matth.6.a Hebr.4.b

9 In cogitationibus enim impii interrogatio erit: sermonum autem illius auditio ad[8] Deum veniet, ad correptionem iniquitatum illius. [8] Dominum

10 Quoniam auris zeli audit omnia; & tumultus murmurationum non abscondetur. C

11 Custodite ergo vos à murmuratione quæ nihil prodest, & à detractione parcite linguæ, quoniam sermo obscurus in vacuum non ibit: os autem quod mentitur, occidit animam. Murmuratio vitanda, & detractio.

12 Nolite zelare mortem in errore vitæ vestræ, [9] neque acquiratis perditionem in operibus manuum vestrarum. Mors.

13 [10] Quoniam Deus mortem non fecit, nec lætatur in perditione vivorum, Deut.4.a Ezech.18.33.a

14 Creavit enim, ut essent, omnia: & sanabiles fecit nationes orbis terrarũ: & nõ est in illis medicamentũ exterminii, nec inferorũ regnũ in terra. D

15 Iustitia enim perpetua est, & immortalis. [11] Iniustitia autem, mortis est acquisitio.

16 Impii autem manibus & verbis accersiverunt illam, & æstimantes illam amicam, defluxerunt, & sponsiones posuerunt ad illam: [12] quoniam [13] morte digni sunt qui sunt ex parte illius. Iustitia & iniustitia. Infr.15.a

CAPUT II.

1 *Dixerunt enim apud se non recte deputantes, Brevis est & tristis vita nostra, nec est remedium contra obitum hominis, nec cognitus quisquam qui ab orco sit reversus.*

2 *Sed*[1] *temere*[2] *nati sumus, posthac futuri quasi qui nunquam fuerimus. Quoniam fumus est Spiritus in naribus nostris &*[3] *sermo ut scintilla, e corde nostro excitata:*

1 ἐξ. 2 vel, sobleo. 3 legitur & ἐξ ... pro, in hunc sensum, & modica scintilla in motu cordis nostri, vel, dum cor nostrum movetur.

3 *Quo extincto, corpus nostrum redigetur in cinerem, Spiritus ut laxus aer diffundetur.*

4 *Nomen nostrum lapsu temporis veniet in oblivionem, nec quisquam factorum nostrorum memoriam usurpabit: sed ut vestigium nubis elabetur vita nostra, & sicut nebula radiis solis fugata, et eiusdemq; calore fatigata dissolvetur.*

5 *Nam umbræ similis est ætatis nostræ cursus, nec datur revocare pedem ab interitu, quoniam consignatum est, nec inde quisquam revertitur.*

6 *Adeste ergo, & bene fruamur præsentibus, rebusq; creatis fruamur ac iuventute gnaviter utamur.*

7 *Vino pretioso & unguentis repleamus nos, nec florem*[4] *aeris prætereamus.*

4 ἀέρος al. temporis.

8 *Rosarum calycibus coronemur antequam marcescant, [nullum pratum luxuria nostra non pervadat.]*

1 Dixerunt enim [1] impii[2] cogitantes apud se non recte. Exiguum, & cum tædio est tempus vitæ nostræ, & non est refrigerium in fine hominis, & non est qui agnitus sit reversus ab inferis. A

Verba impiorum de hominis fine. Iob 7.

2 Quia ex nihilo nati sumus, & post hoc erimus tanquam non fuerimus: quoniam fumus [3] afflatus est in naribus nostris: & sermo, scintillæ ad commovendum cor nostrum: Matth.22.b 1.Cor.15.d

3 Quia[4] extinctus,[5] cinis erit corpus nostrum, & Spiritus diffundetur tanquam mollis aer. [4] extinctus

4 Et transibit vita nostra tanquam vestigium nubis, & sicut nebula dissolvetur, quæ fugata est à radiis Solis & à calore illius aggravata: Et nomen nostrum oblivionem accipiet per tempus, & nemo memoriam habebit operum nostrorum.

5 [6] Umbræ enim transitus est tempus nostrum, & non est reversio finis nostri: quoniam consignata est, & nemo revertitur. 1.Paral.29.c B

6 [7] Venite ergo, & fruamur bonis quæ sunt, & utamur creatura tanquam in iuventute celeriter. Esa.22.b.56.d ib.a.b

7 Vino pretioso & unguentis nos impleamus, & non prætereat nos flos temporis.

8 Coronemus nos rosis, antequam marcescant: nullum pratum sit quod non pertranseat luxuria nostra.

9 Nemo

Consilium Iudæorum aduersus Christum. Matth.27.c.

9 Nemo vestrum exors sit luxuriæ nostræ: vbique relinquamus signa lætitiæ: quoniam hæc est pars nostra, & hæc est sors nostra.

10 ‖ Opprimamus pauperem iustum, & non parcamus viduæ, nec * veterano, nec reuereamur canos multi temporis.

* *veterani reuereamur.*

11 Sit autẽ fortitudo nostra, lex iniustitiæ. quod enim infirmum est, inutile inuenitur.

C 12 Circumueniamus ergo iustum, quoniam inutilis est nobis, & contrarius est operibus nostris, & improperat nobis peccata legis, & diffamat in nos peccata disciplinæ nostræ.

13 Promittit se scientiam Dei habere, & filium Dei se nominat.

Iohan.9.a 14 ‖ Factus est nobis in traductionem cogitationum nostrarum.

Esa.53.c 15 ‖ Grauis est nobis etiam ad videndum, quoniam dissimilis est aliis vita illius, & immutatæ sunt viæ eius.

16 Tanquam nugaces æstimati sumus ab illo, & abstinet se à viis nostris tanquam ab immunditiis, & præfert nouissima iustorum, & gloriatur patrem se habere Deum.

D 17 Videamus ergo si sermones illius veri sint, & tentemus quæ ventura sunt illi, & sciemus quæ erunt nouissima illius.

Matth.27.c Psal.21.a Ierem.11.d 18 ‖ Si enim est verus filius Dei, suscipiet illum, & liberabit illum de manibus contrariorum.

19 ‖ Contumelia & tormento interrogemus eum, vt sciamus reuerentiam eius, & probemus patientiam illius.

20 Morte turpissima condemnemus eum: erit enim ei respectus ex sermonibus illius.

21 Hæc cogitauerunt, & errauerunt: excæcauit enim illos malitia eorum.

Rom.1.c. 22 Et ‖ nescierunt sacramenta Dei, neque mercedem sperauerunt iustitiæ, nec iudicauerunt honorem animarum sanctarum.

Gen.1.d.2.b.5.a Eccles.17.a Gen.3.a. 23 Quoniam Deus ‖ creauit hominem * inexterminabilem, & ad imaginem similitudinis suæ fecit illum.

* *in integritate*

24 ‖ Inuidia autẽ diaboli mors introiuit in orbẽ terrarũ. imitantur autem illum, qui sunt ex parte illius.

9 Nemo [1] nostrum[1] nostra sit exors petulantia, vbique signa lætitia relinquamus, quoniam hic est fructus, hæc sors nostra.

[1] ἡμῶν al. ὑμῶν, vestrum.

10 Pauperem iustum opprimamus, non parcamus viduæ, nec longæui senis canos reuereamur.

11 Vis nostra lex esto iustitiæ: quod enim infirmum est, inutile deprehenditur.

12 Circumueniamus ergo iustum, quoniam inutilis est nobis, factisque nostris aduersatur. Peccata in legem nobis exprobrat, & nos ob neglectum disciplinæ nostrum diffamat.

13 Notitiam Dei prædicat habere se: atque filium Dei se nominat.

14 Hic cogitationum nostrarum index extitit.

15 Et aspectus quoque nostro grauis est. Quoniam dissimilis aliorum est vita ipsius, suæque diuersæ institutæ.

16 Pro adulterinis habemur ab illo, & itineribus nostris tanquam spurcitiis abstinet. Extrema iustorum prædicat beata, patremque Deum iactitat.

17 Videamus an veri sint sermones eius, & euentum eius faciamus periculum. [extremaque cognoscamus.]

18 Nam si filius Dei iustus est, opem ei feret, ipsumque è manu aduersariorum eripiet.

19 Contumelia cruciatuque eum exerceamus, vt cognoscamus mansuetudinem eius, probemusque patientiam.

20 Infami morte condemnemus eum: [6] ratio enim eius iuxta sermones ipsius habebitur.

[6] Id est, tractabitur secundũ dicta sua. vel ironice, Deus respiciet, illum scilicet, vt prædicabat.

21 Hæc illi cogitant, & errant: nam malitia sua excæcati sunt.

22 Vt nec mysteria Dei norint, nec mercedem sperent sanctimoniæ, nec rationem præmii incorruptarum animarum habeant.

23 Nam Deus creauit hominem [7] immortalitati, & eum ad imaginem suæ [8] propriæ fabricauit.

[7] Gr. ad naturam nõ interituram, & effigiem proprietatis suæ fecit illum.

[8] ἰδιότητος. al. legitur, ἀιδιότητος.

24 Inuidia vero cacodæmonis mors introiuit in mundum, & qui sunt partium illius, experiuntur eam.

CAPVT III.

A 1 ‖ IVstorum autem animæ in manu Dei sunt, & non tanget illos tormentum mortis.

Martyrum fœlicitas. Deut.33.a * infr.5.a Heb.11.f

2 * Visi sunt oculis insipientium mori: & æstimata est afflictio, exitus illorum,

3 Et ab itinere iusto abierunt in exterminium, & quod à nobis est iter exterminii: illi autem sunt in pace.

1.Petr.1.a Rom.8.c 2.Cor.5.a 4 Et si coram hominibus tormenta passi sunt, ‖ spes illorum immortalitate plena est.

* Et † Exod.16.a 5 * In paucis vexati, in multis bene disponentur: † quoniam Deus tentauit eos, & inuenit illos dignos se.

6 Tanquam aurum in fornace probauit illos, & quasi holocausti hostiam accepit illos, & in tempore erit respectus illorum.

B Deut.8.a Matth.13.f 1.Corinth.15.e † Matth.19.c 1.Cor.6.a 7 ‖ Fulgebunt iusti & tanquam scintillæ in arundineto discurrent.

8 † Iudicabunt nationes, & dominabuntur populis, & regnabit Dominus illorum in perpetuũ.

9 Qui confidunt in illo, intelligent veritatem: & fideles in dilectione acquiescent illi: quoniam donum & pax est electis eius.

Impiorum pœnæ. Matth.15.d. 10 Impii autem secundum quæ cogitauerunt, correptionem habebunt: qui neglexerunt iustum, & à Domino recesserunt.

C Esai.54.a Luc.23.d Gal.4.d 11 Sapientiam enim, & disciplinam qui abiicit, infœlix est: & vacua est spes illorum, & labores sine fructu, & inutilia opera eorum.

12 Mulieres eorum insensatæ sunt, ‖ & nequissimi filii illorum.

1 IVstorum autem animæ in manu Dei sunt, nec attinget illos cruciatus.

2 Insipientum iudicio mori videntur, calamitosus existimatur exitus eorum.

3 Et discessus à nobis exitialis, cum illi fruantur fœlicitate.

4 Etenim dum cruciantur in conspectu hominum, spem alunt plenam immortalitatis.

5 Et leuiter [1] vexati ampla beneficia consequentur. Quoniam Deus tentauit eos, & se dignos comperit.

[1] Vel, castigati.

6 Tanquam aurum in fornace probauit illos, & vt solidum sacrificium excepit.

7 Itaque tempore visitationis suæ effulgebunt, & vt in stipulis scintillæ discurrent.

8 Iudicabunt gentes dominabunturque populis, regnabit in eis Dominus in perpetuum.

9 Qui fidunt ipsi, veritatem intelligent, & fideles in charitate apud eum permanebunt. Quoniam gratia atque misericordia contingent sanctis eius, & ratio electorum eius habebitur.

10 Impii vero mulctabuntur pro cogitationibus suis, vt qui neglexerunt iustum, & à Domino defecerint.

11 Nam qui sapientiam & disciplinam nihili pendit, infœlix est, & vana spes est talium, [2] infructuosi quoque labores, & opera eorum inutilia.

[2] ἀνόνητοι.

12 Vxores eorum stultæ, mali liberi,

3 Vel in animarum renunciatione.
4 Vel, orbus liberis.
5 Vel, imperfecti erunt, i. maturitatem non assequentur.
6 Vel, diiudicationis, siue, cognoscendæ causæ, aut, animaduersionis.

13 *Progenies denique e rumo est exsecrabilis. Sed beata est sterilis incontam nata, quæ concubitum illegitimum non nouit: fructum du³ cognoscentia animarum consequens capies:*

14 ᵃ *Spado item, qui nefas manu non fecerit, nec male contra Dominum cogitarit: nam ei eximia fidei gratia conferetur, & sors in templo Domini iucundissima.*

15 *Bonorum enim laborum gloriosus est fructus, nec radix sapientiæ deperit.*

16 *Liberi vero adulterorum ⁵ à sacris arcebuntur,⁰ & ex illegitimo concubitu semen abolebitur.*

17 *Quod etiam si multum ætate processerint, in nullo erunt precio, & inglorium demum agent senectutem.*

18 *Sin moriantur celerius, spem nullam habent, nec in die ⁶ inquisitionis solatium.*

19 *Nam iniustæ progenies diri sunt exitus.*

13 Maledicta creatura eorum: quoniam fœlix est sterilis & incoinquinata quæ nesciuit thorum in delicto, ᵃ habebit fructum in respectione animarum sanctarum.

14 Et spado qui non operatus est per manus suas iniquitatem, nec cogitauit aduersus Deum nequissima dabit enim illi fidei donum electum, & sors in templo Dei acceptissima.

15 Bonorum enim laborum gloriosus est fructus, & quæ non concidit radix sapientiæ.

16 Filii autem adulterorum in consummatione erunt, & ab iniquo thoro semen exterminabitur.

17 Et siquidem longæ vitæ erunt, in nihilum computabuntur, & sine honore erit nouissima senectus illorum.

18 Et si celerius defuncti fuerint, non habebunt spem, nec in die agnitionis allocutionem.

19 ᵃ Nationes' enim iniquæ, diræ sunt ᵇ consummationis.'

ᵃ Esa. 56. b.
B
ᵃ Nationis.
ᵇ consummationes.

CAPVT IIII.

ᵃ [illegible]
ᵇ [illegible]
ᶜ securitate donauit.
⁵ [illegible]

1 *POtior est sterilitas coniuncta cum virtute, vt cuius immortalis sit memoria: quoniam tam Deo quam hominibus nota est.*

2 *Hanc imitantur præsentem, absentis autem desiderio tenentur. Hæc coronata triumphat in perpetuum, incontaminata præmia certamine victrix assecuta.*

3 *Sobolescens vero impiorum copia non perueniet ad frugem, nec adulterinæ propagines radices altas agent, nec locabunt fundamentum stabile.*

4 *Nam etiamsi in ramos ad tempus egerminauerint, leniter tamen ᵃ firmata commouebuntur vento, & procellosa vi eradicabuntur.*

5 *Imperfecti circum rami defringentur, fructusque eorum inutilis, & esui immaturus nullum præstabit commodum.*

6 *Nam ex illegitimo concubitu nati liberi nequitiæ testes sunt aduersus parentes, cum in eos inquiritur.*

7 *Iustus autem quamuis præmatura morte obierit, quiete tamen fruetur.*

8 *Neque enim honorifica senectus est ea, quæ longo tempore constat, aut quam annorum numero metiaris:*

9 *Sed canos hominibus sapientia conciliat, & ætas senectutis sine labe vita est.*

10 *Quia Deo placuit ille, charus est habitus: & cum inter peccatores viueret, de medio sublatus.*

11 *Abreptus est, ne malitia immutaretur sensus eius, néve anima eius fraude circumueniretur.*

12 *Fascinum enim vanitatis quæ honesta sunt, obscurat concupiscentia vaga sinceram mentem peruertit.*

13 *Defunctus pauci longa impleuit tempora.*

14 *Nam anima eius ᵇ Deo placebat: quapropter à medio malitiæ propere sublatus est.*

15 *Vulgus autem videns hoc, non intelligit, nec animaduertit hoc ipsum beneficium ac misericordiam in sanctos eius esse, electorumque ipsius habitam rationem.*

16 *Caterum iustus mortuus viuos condemnabit impios: ᶜ iuuentusque celerius exacta, longæuam iniusti senectutem.*

17 *Sapientis enim exitum videbunt quidem, sed quomodo sit illi consultum, aut quorsum eum Dominus ᵈ tuto conseruârit, non intelligent.*

18 *Videbunt inquam, eumque contemnent. Dominus autem irridebit illos.*

19 *Deinde turpiter corruent, & ignominia inter mortuos perpetuo laborabunt. Quoniam conquassabit illos ⁵ interclusa voce præcipitatos, funditusque commouebit. Desolabuntur extreme, doloreque vexabuntur, & memoria eorum interibit.*

20 *Prodibunt pauidi peccatorum suorum reputatione, suisque sceleribus coram conuincentur.*

1 O Quam pulchra est casta generatio cum claritate! immortalis est enim memoria illius, quoniã & apud Deum nota est, & apud homines.

2 Cum præsens est, imitantur illam: & desiderant eam cum se eduxerit, & in perpetuum coronata triumphat incoinquinatorum certaminum præmium vincens.

3 Multigena autẽ impiorum multitudo nõ erit vtilis, & ᵃ spuria vitulamina' non dabunt radices altas, nec stabile firmamentum collocabunt.

4 ‖ Et si in ramis in tempore germinauerint: infirmiter posita à vento commouebuntur, & à nimietate ventorum eradicabuntur.

5 Confringentur enim rami inconsummati, & fructus illorum inutiles, & ad nihilum apti.

6 Ex iniquis enim omnes filii qui nascuntur, testes sunt nequitiæ aduersus parentes in interrogatione sua.

7 Iustus autem si morte præoccupatus fuerit, in refrigerio erit.

8 Senectus enim venerabilis est non diuturna, neq; annorum numero computata.

9 Cani autem sunt sensus hominis: & ætas senectutis, vita immaculata.

10 ‖ Placens Deo factus dilectus, & viuens inter peccatores translatus est.

11 Raptus est, ne malitia mutaret intellectum eius, aut ne fictio deciperet animam illius.

12 Fascinatio enim nugacitatis obscurat bona, & inconstantia concupiscentiæ transuertit sensum sine malitia.

13 Consũmatus in breui expleuit tẽpora multa.

14 Placita enim erat Deo anima illius: propter hoc properauit educere illum de medio iniquitatũ.

15 Populi autem videntes, & non intelligẽtes, nec ponentes in præcordiis talia. Quoniam gratia Dei & misericordia in sanctos eius, & respectus in electos illius.

16 Condemnat autem iustus mortuus viuos impios, & iuuentus celerius consummata longam vitam iniusti.

17 Videbunt enim finem sapientis, & non intelligent quid cogitauerit de illo Deus, & quare munierit illum Dominus.

18 Videbunt enim, & contemnent eum: illos autem Dominus irridebit.

19 Et erunt post hæc decidentes sine honore, & in contumelia inter mortuos in perpetuum: quoniam dirumpet illos inflatos sine voce, & cõmouebit illos à fundamentis, & vsq; ad supremũ desolabuntur, & erunt gementes, & memoria illorũ peribit.

20 Venient in cogitatione peccatorũ suorũ timidi, & traducẽt illos ex aduerso iniquitates ipsorũ.

A
De casta generatione fidelium.
ᵃ adulterinæ plantationes.
Ierem. 17. b.
Malach. 1. a
Matth. 7. c.
B
Non æstimanda senectus annorum numero.
Heb. 11. a
C
Impiorum condemnatio, & iustorum mors.
D

CAP. V.

CAPVT V.

A 1 TVnc stabunt iusti in magna constantia aduersus eos qui se angustiauerunt, & qui abstulerunt labores eorum.

Constantia iustorum contra persecutores, & horum gemitus & pœnitentia.

2 Videntes turbabuntur timore horribili, & mirabuntur in subitatione insperatæ salutis.

Matth. 19. c

3 Gementes præ angustia spiritus: dicentes intra se, pœnitentiam agentes, & præ angustia spiritus gementes, Hi sunt quos habuimus aliquando in derisum, & in similitudinem improperii.

Sup. 3. a

4 Nos insensati vitam illorum æstimabamus insaniam, & finem illorum sine honore:

5 Ecce quomodo computati sunt inter filios Dei, & inter sanctos sors illorum est.

6 Ergo errauimus à via veritatis, & iustitiæ lumen non luxit nobis, & Sol intelligentiæ non est ortus nobis.

7 Lassati sumus in via iniquitatis & perditionis, & ambulauimus vias difficiles, viam autem Domini ignorauimus.

8 Quid nobis profuit superbia? aut diuitiarum iactantia quid contulit nobis?

Spes impiorum vana.
1. Par. 29. c
Sapient. 2. b

9 Transierunt omnia illa tanquam vmbra, & tanquam nuncius præcurrens:

10 Et tanquam nauis quæ pertransit fluctuantem aquam: cuius, cum præterierit, non est vestigium inuenire, neque semitam carinæ illius in fluctibus:

[*] tanquam.
Prouerb. 30. b

11 Aut [*] auis quæ transuolat in aere, cuius
B nullum inuenitur argumentum itineris illius, sed tantum sonitus alarum verberans leuem ventum: & scindens per vim itineris aerem commotis alis transuolauit, & post hoc nullum signum inuenitur itineris illius.

12 Aut tanquam sagitta emissa in locum destinatum, diuisus aer continuo in se reclusus est, vt ignoretur transitus illius.

13 Sic & nos nati continuo desiuimus esse.

14 Et virtutis quidē nullū signū valuimus ostēdere, in malignitate autē nostra consumpti sumus.

Prouerb. 10. d
11. a
Iob 8. a
Iacob. 1. b

15 Talia dixerunt in inferno hi qui peccauerunt: quoniam spes impii tanquam lanugo est quæ à vento tollitur: & tanquam spuma gracilis, quæ à
C procella dispergitur: & tanquā fumus qui à vento diffusus est: & tanquam memoria hospitis vnius diei prætereuntis.

Sanctorum beatitudo.
Psal. 39. a. 114.

16 Iusti autē in perpetuum viuent. & apud Dominum est merces eorum, & cogitatio illorum apud altissimum.

17 Ideo accipiēt regnū decoris, & diadema speciei de manu Domini: quoniā dextera sua teget eos, & in brachio sancto suo defendet illos.

Psal. 17.
Armatura Christi adiuentium.
Ephes. 6. b

18 Et accipiet armaturam zelus illius, & armabit creaturam ad vltionem inimicorum.

19 Induet pro thorace iustitiam, & accipiet pro galea iudicium certum.

D 20 Sumet scutum inexpugnabile æquitatem:

21 Acuet autem diram iram in lanceam, & pugnabit cum illo orbis terrarum contra insensatos.

22 Ibunt directe emissiones fulgurum, & tanquam à bene curuato arcu nubium exterminabuntur, & ad certum locum insilient.

23 Et à petrosa ira plenæ mittentur grandines, excandescet in illos aqua maris, & flumina concurrent duriter.

[*] iniquitas.

24 Contra illos stabit spiritus virtutis, & tanquam turbo venti diuidet illos: & ad eremum perducet omnem terram [*] iniquitatis illorum, & malignitas euertet sedes potentium.

1 TVm iustus corā oppressoribus suis, laborumq; ipsius vituperatoribus multa cum audacia stabit:

2 Quo illi viso graui pauore percellentur, & præ inopinata salute stupescent.

3 Pœnitentia tacti, & præ angustia spiritus gementes, sic apud se dicent, Hic est ille quem risus quondam habuimus, prouerbioq; contumelioso.

4 Stulti vitā eius existimabamus insaniam, & exitum eiusdem ignominiosum,

5 Itane vna cum filiis Dei annumeratus est, & suam inter sanctos sortem adeptus?

6 Aberrauimus vtiq; à via veritatis, lumen iustitiæ non fulsit nobis, nec intelligentiæ Sol est exortus.

7 Itineribus iniustitiæ, & interitus affatim vsi sumus: peruasimus in deserta, viam vero Domini ignorauimus.

8 Quid profuit nobis superbia: diuitiæ fastuosæ quid nobis contulerunt:

9 Tanquam vmbra, nunciusq; transcurrens illa præterierunt omnia.

10 Et in modum nauis fluctuosas aquas permeantis, cuius [1] elapsæ vestigium non inuenias, nec inter fluctus intermeatus illius: [1] διαβάντος.

11 Aut vt auis aera peruolans, cuius limitem nulla coniectura deprehendas, vtpote cum verbere [2] pennarum flagellatus leuis aer, & stridente vi sulcatus, alarumq; motu traiectus est, vt nullum in eo postea meatus indicium animaduertas. [2] ταρσῶν.

12 Aut vt coniecto ad scopum telo, scissus aer protinus in seipsum denuo coit, vt qua transierit, illud non appareat.

13 Ita & nos postquam nati sumus, defecimus:

14 Nullumq; virtutis documentum dare valuimus, sed in nostra malitia consumpti sumus.

15 [Atque talia peccatores apud inferos dixerunt.] Quoniam spes impii qualis à vento sublata lanugo est, & iactata à procella tenui spumæ similis: vt fumus vento diffusus & tanquam hospitis vnius diei memoria præterit.

16 Iusti autem viuent in perpetuum, præmium eorum apud Dominum repositum est, & cura eorundem penes Altissimum.

17 Ideo regnum præclarum adipiscentur, & de manu Domini diadema pulcherrimum. quoniam dextera sua proteget eos, brachioq; [sancto suo] defendet.

18 Pro omni armatura proferet indignationem suam, & res creatas ad vltionem hostium armabit.

19 Pro thorace iustitiam induet, & galeam sibi iudicium sincerum imponet.

20 Assumet scutum inexpugnabile sanctimoniam.

21 Iram autem pro lancea diram acuet: ipsoq; adeo mundus cum ad debellandos insanos adiuuabit.

22 Prope collimata ferentur fulminum iacula, & ad scopum tanquam ab intentissimo nubium arcu desilient,

23 Grandinesq; confertim e furore lapidante vibrabuntur. Vnde maria excandescent in illos, & flumina prærupta concurrent:

24 Ventus vehemens resistet illis, moreq; turbinis iactabit eos. Iniquitas terram omnem desolabit, sedesque potentum euertet malitia.

CAPVT VI.

Magnates ad iusti tiā & sapientiā hortatur.

A 1 MElior est sapientia, quàm vires: & vir prudens, quàm fortis.

2 Audite ergo reges, & intelligite, discite iudices finium terræ.

1 [Potior est sapientia, quàm vires: & vir prudens, quam robustus.]

2 Quapropter audite reges, & attendite, discite rectores finium terræ.

3 Aures prabete, vulgi moderatores, & qui nationum multitudine gloriamini.

4 Quoniam potestas vobis à Domino data est, & potentatus ab Altissimo, is inquiret in actiones vestras, consiliaq; perscrutabitur.

5 Quia cum essetis regni ipsius administri, nec iudicastis recte, nec seruastis legem, nec consilium Dei secuti estis.

6 Horribiliter superueniet vobis, & repente: quoniam iudicium in proceres rigidissimum exercebitur.

7 Nam plebeius homo venia dignus sit, impotentes autem inquiretur acriter.

8 Neq; enim personam reformidabit Dominus omnium nec amplitudini verebitur. Quoniam tam humilem ipse fecit quam eminentem, & omnium aeque curam agit.

9 Caeterum potentes vehemens manet inquisitio.

10 Ad vos igitur spectant sermones mei ô tyranni, vt discatis sapientiam, nec offendatis.

11 Nam qui sanctitates sancte coluerint, ii sancti censebuntur, & his institutis habebunt excusationem.

12 Facite igitur cupiatis sermones meos, & expetatis, & eruditionem consequemini.

13 Praeclara est, nec vnquam marcescit sapientia, ab amatoribus suis facile cernitur, & a quaerentibus eam inuenitur.

14 Vltro se cupidis offert cognoscendam.

15 Et qui mane petierit eam, non laborauerit: foribus enim suis assidentem illam inueniet.

16 Nempe de illa cogitasse, ad perfectionem sapientiae pertinet: & qui vigilauerit propter eam, cito securus fuerit.

17 Quia se dignos ipsa quaerit circumeundo, benigne se per vias ostendit illis studioq; summo occurrit.

18 Initium enim ipsius est verissima eruditionis cupiditas.

19 Circa vero eruditionis, amor: amor autem obseruatio legum ipsius: rursum obseruationem legum, [1] immortalitatis[1] constitutio est:

20 [2] Imortalitas[2] demum Deo propinquum facit.

21 Cupiditas itaq; sapientiae ad regnum perducit.

22 Si ergo solio & regno ô reges populorum delectamini.

23 Sapientiam in precio habete: vt in perpetuum regnetis.

24 Quid autem sit sapientia, & quomodo sit orta, renuntiabo nec celabo vos mysteria, sed a prima origine cognitionem eius inuestigabo, palamq; faciam, nec praeteribo veritatem.

25 [3] Neq; vero cum tabido inuidia iter habuero: quoniam talis nequaquam fuerit sapientiae particeps.

26 Caeterum multitudo sapientum, salus mundi est: & rex sapiens, populi stabilimen.

27 Quapropter verbis meis erudimini, & adiumentum sentietis.

1 Vel, integritatem.
2 Vel, integritas.
3 Vel, neq; vero tabido inuidiae concessero: qui non potest sanè habere de sapientia iudicium.

3 Praebete aures vos qui continetis multitudines, & placetis vobis in turbis nationum: Ecclesi. 6. Prouerb. 16. Rom. 13. a.

4 | Quoniam data est à Domino potestas vobis, & virtus ab Altissimo, qui interrogabit opera vestra, & cogitationes scrutabitur:

5 Quoniam cum essetis ministri regni illius, non recte iudicastis, nec custodistis legem iustitiae, neq; secundum voluntatem Dei ambulastis.

6 Horrende & cito apparebit vobis: quoniam iudicium durissimum in his qui praesunt, fiet.

7 | Exiguo enim conceditur misericordia: potentes autem potenter tormenta patientur. B

8 | Non enim subtrahet personam cuiusquam Deus, qui est omnium dominator: nec verebitur magnitudinem cuiusquam, quoniam pusillum & magnum ipse fecit, & aequaliter cura est illi de omnibus. Ecclesi. 10. Deut. 10. d. 2. Paral. 19. c. Iob. 34. b. Eccles. 15. b. Rom. 2. b. Gal. 2. b. Ephes. 6. b. Colos. 3. d. Act. 10. e. 1. Pet. 1. c.

9 Fortioribus autem fortior instat cruciatio.

10 Ad vos ergo reges sunt hi sermones mei, vt discatis sapientiam, & non excidatis.

11 Qui enim custodierint iustitiam, iuste iudicabuntur: & qui didicerint ista inuenient quid respondeant.

12 Concupiscite ergo sermones meos, diligite illos, & habebitis disciplinam.

13 Clara est, & quae nunquam marcescit sapientia, & facile videtur ab his qui diligunt eam, & inuenitur ab his qui quaerunt illam. C *Sapientia se offert quaerentibus se.*

14 Praeoccupat qui se concupiscunt, vt illis se prior ostendat.

15 Qui de luce vigilauerit ad illam, non laborabit: assidentem enim illam foribus suis inueniet.

16 Cogitare ergo de illa, sensus est consummatus: & qui vigilauerit propter illam, cito securus erit.

17 Quoniam dignos se, ipsa circuit quaerens, & in viis ostendet se illis hilariter, & in omni prouidentia occurret illis.

18 Initium enim illius verissima est disciplinae concupiscentia.

19 Cura ergo disciplinae, dilectio est: & dilectio, custodia legum illius est: custoditio autem legum, consummatio incorruptionis est:

20 Incorruptio autem, facit esse proximum Deo:

21 Concupiscentia itaque sapientiae deducit ad regnum perpetuum. D

22 | Si ergo delectamini sedibus, & sceptris ô reges populi, diligite sapientiam, vt in perpetuum regnetis. Numer. 27. e. 4. Reg. 14. c. 3. Reg. 3. a.

23 Diligite lumen sapientiae omnes qui praeestis populis.

24 Quid est autem sapientia, & quemadmodum facta sit referam: & non abscondam a vobis sacramenta Dei, sed ab initio natiuitatis inuestigabo, & ponam in lucem scientiam illius, & non praeteribo veritatem.

25 Neque quidem cum inuidia tabescente iter habebo: quoniam talis homo non erit particeps sapientiae.

26 Multitudo autem sapientium, sanitas est orbis terrarum: & rex sapiens stabilimentum populi est. *Rex sapiens populi stabilimentum.*

27 Ergo accipite disciplinam per sermones meos, & proderit vobis.

CAPVT VII.

1 SVm equidem & ego mortalis homo similis omnibus, primumq; creato terrigena prognatus.

2 In vtero matris caro decem mensium tempore [1] formatus sum, in sanguine coagulatus, e semine viri voluptateq; [2] somni comitante.

3 Quin etiam natus communem hausi aerem, & in eiusdem ingenii terram excidi. Primam vocem aeque atq; omnes flebilem edidi.

4 In fasciis & curis sum educatus.

5 Nullus enim rex aliud nascendi habuit initium.

[1] ἐγλύφθην, habent correctiones codices. al. ἐπάγην.
2 vel, decubitus. ὕπνου συνελθόντος.

1 SVm quidem & ego mortalis homo, similis omnibus, & ex genere terreno illius qui prior factus est. A *Eadem omnium conditio.*

2 Et in ventre matris figuratus sum caro, decem mensium tempore | coagulatus sum in sanguine, ex semine hominis, & delectamento somni conueniente. Iob. 10. a.

3 Et ego natus accepi communem aerem, & in similiter factam decidi terram, & primam vocem similem omnibus emisi plorans.

4 In inuolumentis nutritus sum, & curis magnis.

5 Nemo enim ex regibus aliud habuit natiuitatis initium.

Iob.1.d. 1.timoth.6 Sapientia commend. iu. 6 Vnus ergo introitus est omnibus ad vitam, & similis exitus.
7 Propter hoc optaui, & datus est mihi sensus: & inuocaui, & venit in me spiritus sapientiæ.
8 Et præposui illam regnis & sedibus, & diuitias nihil esse duxi in comparatione illius.
Iob.28.c. 9 Nec comparaui illi lapidem preciosum: quoniam omne aurum in comparatione illius arena est exigua, & tanquam lutum æstimabitur argentum in conspectu illius.
10 Super salutem, & speciem dilexi illam, & proposui pro luce habere illam: quoniam inextinguibile est lumen illius.
3.Reg.3.b Matt.6.d 11 Venerunt autem mihi omnia bona pariter cum illa, & innumerabilis honestas per manus illius.
12 Et lætatus sum in omnibus: quoniam antecedebat me ista sapientia, & ignorabam quoniam horum omnium mater est.
13 Quam sine fictione didici, & sine inuidia communico, & honestatem illius non abscondo.
14 Infinitus enim thesaurus est hominibus: quo qui vsi sunt, participes facti sunt amicitiæ Dei, propter disciplinæ dona commendati.
15 Mihi autem dedit Deus dicere ex sententia, & præsumere digna horum quæ mihi dantur: quoniam ipse sapientiæ dux est, & sapientium emendator.
Supr.3.a. 16 In manu enim illius & nos, & sermones nostri, & omnis sapientiæ & operum scientiæ disciplina.
17 Ipse enim dedit mihi horum quæ sunt, scientiam veram, vt sciam dispositionem orbis terrarum, & virtutes elementorum.
18 Initium & consummationem & medietatem temporum, vicissitudinum permutationes, & consummationes temporum.
19 Morum mutationes, & diuisiones temporum, anni cursus, & stellarum dispositiones.
20 Naturas animalium, & iras bestiarum, vim ventorum, & cogitationes hominum, differentias † virgultorum, & virtutes radicum.
† arborum
21 Et quæcunque sunt absconsa & improuisa, didici. omnium enim artifex docuit me sapientia.
22 Est enim in illa spiritus intelligentiæ, sanctus, vnicus, multiplex, subtilis, disertus, mobilis, incoinquinatus, certus, suauis, amans bonum, acutus, qui nihil vetat benefacere.
23 Humanus, benignus, stabilis, * certus, securus, omnem habens virtutem, omnia prospiciens, & qui capiat omnes spiritus: intelligibilis, mundus, subtilis.
* firmus,
24 Omnibus enim mobilibus mobilior est sapientia: attingit autem vbique propter suam munditiam.
25 Vapor est enim virtutis Dei, & emanatio quædam est claritatis omnipotentis Dei sincera: & ideo nihil inquinatum in eam incurrit.
Heb.1.a. 26 Candor est enim lucis æternæ, & speculum sine macula Dei maiestatis, & imago bonitatis illius.

6 *Sed introitus in vitā vnus est omnib. & idē exitus.*
7 *Quapropter optaui, & data est mihi intelligentia: precatus sum, & obuenit mihi spiritus sapientiæ.*
8 *Sceptris & solijs anteposui illam, diuitiasq; præ illa nihili pendi.*
9 *Nec gemmarum [3] precium ei comparaui: quoniam respectu eius aurum omne arena pauca est, & ad rationem ipsius argentum pro luto reputandum.* 3 [illegible]
10 *Hanc dilexi supra sanitatem & formam, ipsamque eius luci præoptaui, vt cuius splendor supprimi non possit.*
11 *Accesserunt autem mihi bona simul omnia cum illa, innumeræq; sunt in manibus eius diuitiæ.*
12 *Lætitiam percepi ex omnibus, vt quorum caput sit sapientia, ipsam autem horum esse matrem ignorabam.*
13 *Hanc citra [4] frustrationem didici, inuidiæ quo maligne communico, nec celo diuitias ipsius.* 4 vel, fraudem
14 *Nam thesaurus hominibus inexhaustus est, quo qui fuerunt vsi, amicitiam cum Deo inierunt, propter dona disciplinæ commendati.*
15 *Deus mihi dedit [5] sententiose loqui, dignoq; dari cogitare: vt qui sapientiæ dux sit ipse, & sapientum conformator.* 5 vel, ex sententia.
16 *Nam in manu eius sumus tam nos, quam [6] sermones nostri, sapientia simul omnis, & [7] operum scientia.* 6 vel, tam nostro... 7 vel, artes.
17 *Etenim veram rerum cognitionem ipse mihi dedit, quæ mundi constitutionem & vim elementorum.*
18 *Initium, finem & medium temporum, [8] solstitiorumque vicissitudines.* 8 [illegible]
19 *Tum permutationes tempestatum, atque annorum circuitus, & stellarum dispositiones.*
20 *Ac naturas animalium, bestiarum [9] affectus, ventorum impetus, ratiocinationes hominum, plantarum differentias, radicumq; potentias intelligerem:* 9 vel, iras.
21 *Omnia quæ adeo tam occulta cognoscerem, quam manifesta, nam artifex omnium sapientia me docuit.*
22 *Siquidem spiritus, inest ei sagax, sanctus, vnigenitus, multiplex, subtilis, vegetus, illustris, incontaminatus, euidens, innocuus, boni studiosus, acutus, prohiberi nescius.*
23 *Beneficus, benignus, stabilis, certus, securus, omnipotens, perspiciens omnia, omnesque spiritus rationales & mundos, etiam subtilissimos penetrans.*
24 *Nam omni motu mobilior est sapientia, cunctaq; pro puritate sua penetrat & peruadit.*
25 *Siquidem a diuina virtute efflatur, & sincere promanat a maiestate Omnipotentis. quapropter nihil inquinatum cadit in illam.*
26 *Etenim æternæ lucis splendor est, limpidissimum diuinæ virtutis speculum, & imago bonitatis eius.*
27 *Præterea cum vnica sit, omnia potest: eadem permanens renouat omnia: & vicissitudinibus ætatum in sanctas animas se transferens amicos Dei constituit, & prophetas.*
28 *Neminem enim Deus præter sapientiæ studiosum diligit.*
29 *Nam hæc sole speciosior est, & omnem astrorum situm superat, lucique comparata potior deprehenditur.*
30 *Si quidem non pellit bene, sapientiam autē malitia non vincit:*

27 Et cum sit vna, omnia potest: & in se permanens omnia innouat, & per nationes in animas sanctas se transfert, amicos Dei & prophetas constituit. 28 Neminem enim diligit Deus, nisi eum qui cum sapientia inhabitat.
29 Est enim hæc speciosior Sole, & super omnem dispositionem stellarum, luci comparata inuenitur prior. 30 Illi enim succedit nox, sapientiam autem non vincit malitia.

CAPVT IX.

Perseuerat in laudibus sapientiæ.

1 Attingit ergo à fine vsque ad finem fortiter, & disponit omnia suauiter.

1 *SEd [1] pertingit ab extremo ad extremum vsque potenter, & vtiliter omnia disponit. Hanc ergo dilexi, & à iuuentute mea quæsiui:*

1 pertingit autem ab extremo ad extremum fortiter, & administrat omnia commode.

2 Hanc studui sponsam adiungere mihi, & pulchritudinis eius amore captus sum.

3 Nobilitatem generis eius hoc illustrat, quod conuictu Dei vtitur, quodque Dominus omnium eam diligit.

a vel, initiatrix est, & operum eius inuentrix. *4 Nam scientiæ Dei [a] sacerdos est, & operum eius antistes.*

5 Quod si diuitiarum est in vita possessio desiderabilis, quid operante omnia sapientia locupletius?

6 Et si opifex omnium est sapientia, quid illa in rerum natura est artificiosius?

7 Rursum si iustitiam quis diligit, labores huius, virtutes sunt. Temperantiam enim docet & prudentiam, tum iustitiam, ac fortitudinem, quibus nihil est hominibus in vita vtilius.

8 Si quis item multarum rerum peritiam desiderat: hæc antiqua nouit, & futura coniectat: hæc sermonum strophas callet, & ænigmatum explicationes. Signa & prodigia præsagit, euentusque tempestiuitatum & temporum.

9 Hanc ergo decreui mihi vitæ sociam adiungere, vt quam mihi bona daturam consilia, & curarũ tristitiæq; leuamento fore cognoscerem.

b ipsa. *10 Gloriam in vulgus per hanc [b] adipiscor, & honorem apud seniores iuuenis.*

11 Acutus comperior in iudicio, & in conspectu potentum sum admirabilis. (stupétque me principum facies.)

c spirituri. *12 Tacentem me sustinere solent, & loquentem attendere, pluribusque disserente me manum ori admouere.*

13 Per hanc consequar immortalitatem, & relinquam æternam posteris meis memoriam:

14 Regimen populorum administrabo, gentesq; mihi parebunt:

15 Tum famam meam reges horrendi metuent, vulgo bonus apparebo, belloq; fortis: in hac denique domum ingressus acquiescam.

16 Nihil enim amaritudinis habet eius commercium, nec quicquam doloris conuictus eius, sed lætitiam & gaudium.

17 Hæc apud me reputans, & animo meo studiose perpendens, esse scilicet in cognatione sapientiæ immortalitatem,

18 Et iucundam in amicitia eius delectationem, tum perennes in laboribus manuum ipsius diuitias, atq; prudentiam in vsu colloquii eius, & in communicatione sermonum eiusdem summa claritatem, vt eam mihi consociarem quærens circumibam.

19 Eram autem puer ingenio dextero præditus, bonamq; sortitus indolem:

20 Imò bonus ipse cum essem, corpus incontaminatum adeptus sum.

21 Intelligens autem me compotem illius non aliter fore quàm dono Dei (quod quidem ipsum erat prudentiæ, scire quis author huius foret beneficii) Dominum adiui, eumq; precatus sum, & sic ex animo toto loquutus.

2 Hanc amaui, & exquisiui eam à iuuentute mea, & quæsiui sponsam mihi eam assumere, & amator factus sum formæ illius.

3 Generositatem illius glorificat, contubernium habens Dei: sed & omnium dominus dilexit illã.

4 Doctrix enim est disciplinæ Dei, & electrix operum illius.

5 Et si diuitiæ appetuntur in vita: quid sapientia locupletius quæ operatur omnia?

6 Si autem [*] sensus operatur: quis horũ quæ sunt magis quam illa est artifex? — * prudentia.

7 Et si iustitiam quis diligit: labores huius magnas habent virtutes: sobrietatem enim, & prudentiam docet, & iustitiam, & virtutem, quibus vtilius nihil est in vita hominibus.

8 Et si multitudinem scientiæ desiderat quis: scit præterita, & de futuris æstimat: scit versutias sermonum, & dissolutiones argumentorum: signa & monstra scit antequam fiant, & euentus temporum & seculorum.

9 Proposui ergo hanc adducere mihi, ad conuiuẽdum: sciens quoniam mecum communicabit de bonis, & erit allocutio cogitationis & tædii mei.

10 Habebo propter hanc claritatem ad turbas, & honorem apud seniores iuuenis.

11 Et acutus inueniar in iudicio, & in conspectu potentium admirabilis ero, & facies principũ mirabuntur me.

12 Tacentem me sustinebunt, & loquentem me respiciẽt, & sermocinante me plura, manus ori suo imponent.

13 Præterea habebo per hanc, immortalitatem, & memoriam æternam his qui post me futuri sunt, relinquam.

14 Disponam populos: & nationes mihi erunt subditæ.

15 Timebũt me audiẽtes reges horrẽdi: in multitudine videbor bonus, & in bello fortis. Intrans in domum meam, conquiescam cum illa.

16 Non enim habet amaritudinem conuersatio illius, nec tædium conuictus illius, sed lætitiam & gaudium.

17 Hæc cogitans apud me, & commemorans in corde meo quoniam [*] immortalis est in [†] cognatione sapientiæ. — * immortalitas. † cognatione.

18 Et in amicitia illius delectatio bona, & in operibus manuum illius honestas sine defectione, & in certamine loquelæ illius sapientia, & præclaritas in communicatione sermonũ ipsius: circumibam quærens, vt mihi illam assumerem.

19 Puer autem eram ingeniosus, & sortitus sum animam bonam.

20 Et cum essem magis bonus, veni ad corpus incoinquinatum. — Castitas donũ sit a Deo.

21 Et vt sciui quoniam aliter non possem esse continens, nisi Deus det, & hoc ipsum [*] erat summa sapientia, scire cuius esset hoc donum: adii Dominum, & deprecatus sum illum, & dixi ex totis præcordiis meis. — * erat sapientiæ.

CAPVT IX.

A

1 DEus patrum, misericordiaq; Domine, qui verbo tuo cuncta creauisti.

2 Et hominem tua fabricauisti sapientia, vt creatis abs te opificiis dominaretur.

3 Et mundum cum sanctimonia, iustitiaq; administrans animo recto iudicium exerceres:

4 Assidentem soliis tuis mihi tribue sapientiam tuam: nec me numero seruorum tuorum submoueas.

5 Ego enim seruus tuus sum, ancillæ tuæ natus, infirmus homo, breui tempore duraturus, adeoq; minor quàm vt iustitiam legesq; possim intelligere.

1 DEus [*] patrum meorũ, & Domine [‡] misericordiæ, qui fecisti omnia verbo tuo. — * parentum. 3. Reg. 3. b

2 Et sapientia tua constituisti hominem, vt dominaretur creaturæ quæ à te facta est. — Oratio Salomonis pro sapientia habenda.

3 Vt disponat orbem terrarum in æquitate & iustitia, & in directione cordis iudicium iudicet.

4 Da mihi sedium tuarum assistricem sapiẽtiam, & noli me reprobare à pueris tuis:

5 ‡ Quoniam seruus tuus sum ego, & filius ancillæ tuæ, homo infirmus, & exigui temporis, & minor ad intellectum iudicii & legum. — Psal. 115. b.

B 6 Et si quis erit consummatus inter filios hominũ, si ab illo absuerit sapientia tua, in nihilum computabitur.

1. Paral. 28. b 2. Paral. 1. b 7 Tu elegisti me regem populo tuo, & iudicẽ filiorum tuorum, & filiarum.

8 Et dixisti me ædificare templum in monte sancto tuo, & in ciuitate habitationis tuæ altare, similitudinem tabernaculi sancti tui quod præparasti ab initio:

Prouerb. 8. c. Iohan. 1. a 9 Et tecum sapientia tua, quæ nouit opera tua, quæ & affuit tunc cum orbem terrarum faceres, & sciebat quid esset placitum oculis tuis, & quid directum in præceptis tuis.

C 10 Mitte illam de cœlis sanctis tuis & à sede magnitudinis tuæ, vt mecum sit & mecum laboret, vt sciam quid acceptum sit apud te.

11 Scit enim illa omnia, & intelligit, & deducet me in operibus meis sobrie, & custodiet me in sua potentia.

12 Et erunt accepta opera mea, & disponã populum tuum iuste & ero dignus sedium patris mei.

Esa. 40. d Rom. 11. d 1. Cor. 2. d 13 Quis enim hominum poterit scire consiliũ Dei? aut quis poterit cogitare quid velit Deus?

D 14 Cogitationes enim mortalium timidæ, & incertæ prouidentiæ nostræ.

15 Corpus enim quod corrumpitur, aggrauat animam: & terrena inhabitatio deprimit sensum multa cogitantem.

16 Et difficile æstimamus quæ in terra sunt: & quæ in prospectu sunt, inuenimus cum labore.

17 Quæ autem in cælis sunt, quis inuestigabit? Sensum autem tuum quis sciet, nisi tu dederis sapientiam, & miseris Spiritum sanctum tuum de altissimis.

18 Et si correctæ sint semitæ eorum qui sunt in terris, & quæ tibi placent, didicerint homines?

19 Nam per sapientiam sanati sunt, quicunque placuerunt tibi Domine à principio.

6 Nam etiamsi quis fuerit ex hominum progenie consummatus, sapientia tamen tua si careat, in nihili fuerit æstimatione.

7 Tu me populo tuo regem elegisti, & filiis filiabusque tuis iudicem.

8 Templum in sancto monte tuo iussisti me ædificare, & in vrbe habitationis tuæ aram instar sancti tabernaculi, quod iam inde ab initio parasti.

9 Et vna tecum artifex operum tuorum sapientia quæ mundum creanti præsto fuit, & quid oculis tuis adlubescat, quidque ex præceptis tuis rectum sit, peruenit.

10 Hanc e sanctis cœlis tuis, & a solio maiestatis tuæ demitte, vt præsens meos labores adiuuet, & quid acceptum apud te sit cognoscam.

11 Hæc enim nouit & intelligit omnia: hæc me prudenter deducet in actionibus meis, hæc eadem me maiestate sua custodiet.

12 Vt operibus meis gratiosus sim, & populum tuum iuste gubernem, solioque patris mei dignus existam.

13 Quis enim homo consilium Dei cognoscat? aut quis voluntatem eius animo peruestiget?

14 Nam cogitationes mortalium ignauæ sunt, & opiniones nostræ fallaces.

15 Quandoquidem fragile corpus grauat animam, & terrenum domicilium plenam curarum mentem deprimit.

16 Vt coniectura vix assequamur quæ in terra sunt, & quæ inter manus versantur, laboriose deprehendamus.

17 Ergo quis peruestiget cœlestia? aut quis consilia tua peruestigat, nisi cui tu dederis sapientiam, & è sublimi Spiritum sanctum tuum demiseris?

18 Nam sic demum via incolarum orbis dirigantur, & quæ tibi grata sunt homines didicerint.

19 Itaque seruati fuerint sapientia.

CAPVT X.

A *Sapientia laus à liberatione eorum quos ab initio hucusque sanauit.* Gen. 1. d 1 HÆc, illum qui primus formatus est à Deo pater orbis terrarũ, cum solus esset creatus, custodiuit, & eduxit illum à delicto suo.

* Gen. 2. b 2 Et eduxit illum de limo terræ: & dedit illi virtutem continendi omnia.

† Gen. 4. b 3 Ab hac vt recessit iniustus in ira sua, per irã homicidii [a] fraternitatis deperiit.

[a] *fraternitatis.* * Gen. 7. b 4 Propter quod cum aqua deleret terram, sanauit iterum sapientia, per contemptibile lignum iustum gubernans.

Gen. 11. a 5 Hæc & in cõsensũ superbiæ, cum se nationes extulissent, sciuit iustum, & conseruauit sine querela Deo, & in filiis [b] misericordiã fortem custodiuit.

[b] *misericordia.* B Gen. 19. c 6 Hæc, iustum à pereuntibus impiis liberauit fugientem, descendente igne in pentapolin.

7 Quibus in testimonium nequitiæ fumigabũda constat deserta terra, & incerto tempore fructus habentes arbores, & incredibilis animæ memoria stans figmentum salis.

8 Sapientiam enim prætereuntes non tantum in hoc lapsi sunt vt ignorarent bona: sed & insipiẽtiæ suæ reliquerunt hominib. memoriam, vt in his quæ peccauerunt, nec latere potuissent.

9 Sapientia autem hos qui se obseruant, à doloribus liberauit.

Gen. 28. b 10 Hæc autem, profugum iræ fratris iustum deduxit per vias rectas, & ostendit illi regnũ Dei, & dedit illi scientiam sanctorum, honestauit illum in laboribus, & compleuit labores illius.

11 In fraude circumuenientium illum affuit illi, & honestum fecit illum.

1 HÆc primum in mundo formatum patrem, solumque creatum conseruauit. [1] *ἐξείλατο.*

2 Et vindicauit a lapsu suo, eique potestatem dedit in omnia dominandi.

3 Hac rursum per iram suam deserta, iniustus fraterni parricidii furiis interiit.

4 Propter quem demersam in diluuio terram denuo seruauit sapientia, dum exiguo ligno iusti curam habuit.

5 Hæc iustum inter Gentes malitiosa conspiratione confusas nouit, inculpatumque cum Deo custodiuit, & vt erga filium animata conseruauit constantem. [2] *σύγχυσις.*

6 Hæc pereuntibus impiis ex incendio quinque ciuitatibus ingruente fuga iustum eripuit:

7 Quarum etiamnum malitiæ testimonio fumosum restat solum, & plantæ fructum intempestiuum ferentes, statuaque salis monumento diffidentis animæ constituta.

8 Nam contemptores sapientiæ non solum eo laeduntur, quod quæ bona sunt ignorant, sed etiam in vita relinquunt monumentum insipientiæ, vt cum delicta sua latere nullo modo queant.

9 Cultores autem suos ipsa sapientia ærumnis liberat.

10 Hæc profugum ab ira fratris iustum in vias rectas deduxit, ipsique regnum Dei monstrauit, & effecit vt sanctorum caperet cognitionem. Per ærumnas locupletauit ipsum, & labores eius compensauit vbertate.

11 Cum per auaritiam opprimeretur, præsto fuit, [illegible] illum.

12 *Ex hostibus seruauit, protexit ab insidiatoribus, & ineundum ei certamen arduum constituit: vt cognosceret omni re pietatem esse potentiorem.*

13 *Hæc venditum non dereliquit iustum, sed eum à peccato conseruauit: in foueam vnà cum eo descendit.*

14 *Nec in vinculis deseruit eum, donec attulit ei sceptrum regium, & in oppressores eius potestatem, accusatores etiam eius coarguit mendacii, & gloriam ei conciliauit æternam.*

15 *Hæc populum sanctum, & inculpatum semen ab affligente ipsum gente liberauit.*

16 *Intrauit in animam serui Dei, & regibus horrendis per miracula signaq; restitit.*

17 *Sanctis mercedem laborum suorum reddidit, deduxit eos per viam mirabilem, & interdiu tegumento fuit ipsis, sideréque splendoris vicem noctu suppleuit.*

18 *Dedit eis transitum per Mare rubrum, & per aquas plurimas traduxit eos.*

19 *Vndis autem obruit hostes ipsorum, & imas profundi scatebras in eos emisit.*

20 *Ideo iusti spolia tulerunt ab impiis, nomen sanctū tuum decantauerunt ô Domine, & victricem manū tuam vno ore laudauerunt.*

21 *Quoniam os mutorum aperuit sapientia, & disertas infantium linguas reddidit.*

12 Custodiuit illum ab inimicis, & à seductoribus tutauit illum, & certamen forte dedit illi vt vinceret, & sciret quoniam omnium potentior est sapientia.

13 ‖ Hæc, venditum iustum non dereliquit, sed à peccatoribus liberauit eum: descenditq; cum illo in foueam. Genes.37.g Act.7.b

14 Et ‖ in vinculis non dereliquit illum, donec afferret illi sceptrum regni, & potentiam aduersus eos qui eum deprimebant: & mendaces ostendit qui maculauerunt illum, & dedit illi claritatem æternam. Genes.41.f

15 ‖ Hæc, populum iustum, & semen sine querela liberauit à nationibus quæ illū deprimebant. Exod.1.b

16 ‖ Intrauit in animam serui Dei, & stetit contra reges horrendos in portentis & signis. Exod.3.b

17 Et reddidit iustis mercedē laborū suorū, & deduxit illos in via mirabili: & fuit illis in velamēto [b]diei,[c] & in luce stellarum per noctem. D [b] die,

18 ‖ [-]Et[c] transtulit illos per Mare rubrū, & trāstulit illos per aquam nimiam. Exod.14.c Psalm.77.b

19 Inimicos autem illorum demersit in mare, & ab altitudine inferorum eduxit illos.

20 ‖ Ideo iusti tulerunt spolia impiorum, ‖ & decantauerunt Domine nomen sanctum tuum, & victricem manum tuam laudauerunt pariter. Exod.12.e Exod.15.a

21 Quoniam sapientia aperuit os mutorum, & linguas infantium fecit disertas.

CAPVT XI.

a vel, opa [Hebrew] a *SAncti prophetæ [a] ministerio[c] facta confirmauit illorum: qui per inhabitabile desertum.*

2 *Iter fecerunt, & in locis inuiis posuerunt tentoria.*

3 *Restiterunt hostibus, & se de inimicis vindicauerunt.*

4 *Te cum sitirent inuocauere, & aqua è summa rupe data est illis, sitisq; remedium è duro lapide.*

5 *Nam per quæ pœnas luerunt inimici ipsorum, [cum potus eis deesset, per ea ijsdem abundantes recreati sunt:]*

6 *Per eadem & inopia laborantes hi acceperunt beneficium.*

7 *Etenim pro fonte perennis fluminis sanioso sanguine.*

8 *Ad exprobrandum illis de occidendis infantibus edictum, conturbati, aquam vberrimam præter spem his exhibuisti.*

a διὰ τῦ τότε, &c. 9 *Simulque [a] per sitim illius temporis ostendisti quantopere [tuos extolleres, &] hostes ipsorum excruciauisses.*

10 *Cum enim tentati sunt per castigationem, quamuis clementem illam quidem, cognouerunt quomodo cum iracundia punirentur, impii fuerint cruciati.*

11 *Siquidem hos tanquam pater admonens probauisti: in illos autem inquirens, vt durus rex animaduertisti.*

12 *Enimuero absentes & præsentes eodem modo vexabantur.*

13 *Duplex enim mæror ceperat illos, & gemitus cum memoria præteritorum.*

14 *Nam cum audirent, dum ipsi cruciabantur, bene cum his agi, Dominum senserunt:*

15 *Et quem olim expositum, abiectúmq; pro deplorato per ridiculum habuerant, cum in extremo rerum euentu mirati sunt: cum sitis longe alia quam iusti laborarent.*

16 *Porrò pro insulsis iniustitiæ ipsorum cogitationibus, quibus seducti serpētes irrationabiles, vilésq; bestias colucrant, in irrationabilium animantium vim causa vltionis in eos immisisti:*

1 DIrexit ‖ opera eorum in manibus prophetæ sancti. A Exod.16.a

2 Iter fecerunt per deserta, quæ non [b]habitabantur: & in locis desertis [c] fecerunt[c] casas. [b] habitantur. [c] fixerunt.

3 Steterunt contra hostes, & de inimicis se vindicauerunt.

4 ‖ Sitierunt, & inuocauerunt te, & data est illis aqua de petra altissima, & requies sitis de lapide duro. Exod.17.c Num.20.b

5 Per quæ enim pœnas passi sunt inimici illorum, à defectione potus sui: in eis, cum abundarent filii Israel, lætati sunt:

6 Per hæc, cum illis deessent, bene cum illis actum est.

7 Nam pro fonte quidem sempiterni fluminis, humanum sanguinem dedisti iniustis.

8 Qui cum minuerentur in traductione infantium occisorum, dedisti illis abundantem aquam insperate:

9 Ostendens per sitim quæ tunc fuit, quemadmodum tuos exaltares, ‖ & aduersarios illorum necares. Exod.7.d B

10 ‖ Cum enim tentati sunt, & quidē cum misericordia disciplinā accipientes, scierunt quēadmodum cum ira iudicati ‖ impii tormenta paterentur. Deut.8.a Exod.7.d

11 Hos quidem tanquam pater monens probasti: illos autē tanquam durus rex interrogans condemnasti.

12 Absentes enim & præsentes similiter torquebantur.

13 Duplex enim illos acceperat tædium, & gemitus cum memoria præteritorum.

14 Cum enim audirent per sua tormenta bene secum agi commemorati sunt Dominum, admirantes in finem exitus.

15 Quem enim in expositione praua proiectum deriserunt, in finem euentus mirati sunt: ‖ non similiter iustis faciens. Exod.2.a

16 Pro cogitationibus autem insensatis iniquitatis illorum, ‖ quòd quidam errantes colebant mutos serpentes, & bestias superuacuas, immisisti illis multitudinem mutorum animalium in vindictam. Sap.12.a C

17 Vt scirent quia per quæ peccat quis, per hæc & torquetur.

Genes. 16. d. Iud. 16. a. ... 18 Non enim impossibilis erat omnipotens manus tua, quæ creauit orbem terrarum ex materia inuisa, immittere illis multitudinem vrsorum, aut audaces leones:

19 Aut noui generis ira plenas, aut ignotas bestias, aut vaporem igneũ spirantes, aut fumi odorem proferentes, aut horrendas ab oculis scintillas emittentes.

20 Quarum non solum læsura poterat illos exterminare, sed & aspectus per timorem occidere.

* Sed 21 * Nam & sine his vno spiritu poterant occidi persecutionem passi ab ipsis factis suis, & dispersi

D per spiritum virtutis tuæ: sed omnia in mensura & numero & pondere disposuisti.

† Superat. 22 Multũ enim valere tibi soli † supererat semper: & virtuti brachii tui quis resistet?

23 Quoniam tanquam momentum stateræ, sic est ante te orbis terrarum, & tanquam gutta roris antelucani, * qui descendit in terram.

* qua † Deus misereris. Rom. 2. a. * Sed 24 † Et misereris omnium, quia omnia potes, & dissimulas peccata hominum propter pœnitentiam.

25 Diligis enim omnia quæ sunt, & nihil odisti eorum quæ fecisti: nec enim odiens aliquid constituisti aut fecisti.

Nihil sine Deo Habit. 26 Quomodo autem posset aliquid permanere, nisi tu voluisses? aut quod a te vocatum non esset, conseruaretur?

27 Parcis autem omnibus: quoniam tua sunt Domine, qui amas animas.

17 *Vt discerent per quæ quis peccasset, per eadem esse puniendum.*

18 *Nam alioqui omnipotenti manui tuæ, quæ mundum ex informi materia condidit, facultas non deerat, qua turbam vrsorum, & leones animosos,*

19 *Aut recenti furore plenas ac ignotas feras, quæ vel in modum ignis vrentem efflarent spiritum, vel sonantem fumum [3] torquerent, vel [4] micarent horrendas oculorum scintillas, in eos immitteret:* — 3 vel, laberent. 4 vel, fulgurarent.

20 *Quarum non solum noxa perimere eos, sed etiam terribilis aspectus disperdere potuisset.*

21 *Quid, quod etiam sine his vrgente pœna, & afflatu potentiæ tuæ quassante, vno spiritu ruere possent deleti. Verum omnia mensura, numero, pondereque temperauisti.*

22 *Etenim ampla penes te potestas semper est, & quis robori brachii tui resistat?*

23 *Quoniam instar momenti statera totus coram te mundus est, & veluti gutta matutini roris humi delapsa.*

24 *Omnium autem misereris, vt qui possis omnia, & peccata hominum, vt resipiscant, dissimulas.*

25 *Quicquid enim rerum est diligis, & nihil abs te creatorum odisti: neque enim inuisum tibi quicquam produxisses.*

26 *Aut quonam quid modo permansisset, quod tu noluisses? aut quod non iussisses esset conseruatum?*

27 *Parcis autem omnibus, quoniam tua sunt, amator animarum Domine.*

CAPVT XII.

A Quàm sit in omnibus benignus Dominus. Deut. 9. a. 12. d. 18. b. 1 O Quàm bonus, & suauis est Domine spiritus tuus in omnibus?

2 Ideoque eos qui exerrant partibus, corripis: & de quibus peccant, admones & alloqueris: vt relicta malitia, credant in te Domine.

3 Illos enim antiquos inhabitatores Terræ sanctæ tuæ, quos exhorruisti.

4 Quoniã odibilia opera tibi faciebant per medicamina, & sacrificia iniusta,

5 Et filiorum suorum necatores sine misericordia, & comestores viscerum hominum,

* à medio sacramenti tuo 6 Et deuoratores sanguinis, * & auctores parentes animarum inauxiliatarum perdere voluisti à medio sacramento tuo per manus parentum nostrorum.

7 Vt dignam perciperent peregrinationem puerorum Dei, quæ tibi omnium charior est terra.

8 Sed & his tanquam hominibus pepercisti, & misisti antecessores exercitus tui vespas, vt illos paulatim exterminarent.

9 Non quia impotẽs eras in bello subiicere impios iustis, aut bestiis sæuis, aut verbo duro simul

B exterminare:

Exod. 23. d. Deut. 7. d. 10 Sed partibus iudicans dabas locum pœnitentiæ, non ignorans quoniam nequam est natio eorum, & naturalis malitia ipsorum, & quoniam non poterat mutari cogitatio illorum in perpetuum:

11 Semen enim erat maledictum ab initio. Nec timens aliquem, veniam dabas peccatis illorum.

Cum Deo non contendendum. Rom. 9. d. * in conspectũ tuum. ex Par. 5. b. 12 Quis enim dicet tibi, Quid fecisti? aut quis stabit contra iudicium tuum? aut quis * in conspectu tuo veniet vindex iniquorum hominum? aut quis tibi imputabit, si perierint nationes quas tu fecisti?

† iudicasti 13 Non enim est alius Deus quàm tu, † cui cura est de omnibus, vt ostendas quoniam non iniustè iudicas iudicium.

14 Neque rex, neque tyrannus in conspectu tuo inquirent de his quos perdidisti.

15 Cum ergo sis iustus, iustè omnia disponis:

1 *Nam omnibus incorruptus tuus inest spiritus.*

2 [1] *Per quod lapsos paulatim coarguis, & in peccatorum memoriam reducendo admones, vt relicta malitia, in te Domine collocent fiduciam.*

3 *Etenim cum priscos illos Sanctæ terræ tuæ habitatores odisses.*

4 *Vtpote odiosissima veneficiorum facinora patrantes, & impiis sacrificiis deditos.*

5 *Tum liberorum inclementes parricidas, & humanorum viscerum,*

6 *Carniumque voratores: [2] cumque dapes cruentas ex sacrificio, sacerdotesque phanaticorum cadis miserarum animarum auctoribus, per manus maiorum nostrorum delere decreuisses.*

7 *Vt preciosissima iudicio tuo terra dignam seruorum Dei coloniam acciperet.*

8 *Tamen his quoque vt hominibus pepercisti, & tanquam emissarios [3] exercitus tui præmisisti vespas, quæ paulatim illos profligarent.*

9 *Non quod non posses dimicatione prælii in potestatem iustorum redigere impios, aut saeuis bestiis, aut verbo ad vnum eos delere:*

10 *Sed quod paulatim puniendo, locum eis dares emendandi sui: non ignarus ab origine sua malos esse, ingenitaque laborare prauitate, nec cogitationes ipsorum, mutari vnquam posse:*

11 *Cum ab initio semen eorum execratione deuotum esset. Attamen nemini metuens, veniam peccatorum eis impertiebaris.*

12 *Quis enim tibi dicat, Quid egisti? aut quis se iudicio tuo opponat? aut quis item de perditis gentibus abs te creatis te vocet in crimen? aut quisnam contra te vindex iniustorum hominum interueniat?*

13 *Neque enim præter te Deus est alius, qui curam agat omnium (quo te demonstras non iniustè iudicare.)*

14 *Neque rex aut tyrannus vllus pro iis quos tu punisti, oculos contra te attollere audeat.*

15 *Veruntamen iustus cum sis, iustè gubernas omnia:*

1 Δι' ὅ. vel, διὸ quapropter. 2 Pro eo quod scriptũ inueni, ἐκ θοίνας αἵματος ἐκ μέσου μύστας θιάσου ... ἐκ αὐθέντας γονεῖς, &c. et alibi. Καὶ θοίνας αἵματος ἐκ μέσου, &c. Ego sic lego. Καὶ θοίνας αἱμάτων ἐκ μύστων, μύστας θιάσου ἐκ αὐθέντας γονεῖς ψυχῶν ἀβοηθήτων, &c. 3 τῶ στρατοπέδου σου σφῆκας.

& eum qui nullam pœnam commeruerit sit, condemnasse, à tua potentia iudicas alienum.

16 *Nam potentia tua iustitiæ principium est, & tuus in omnia dominatus facit vt parcas omnibus.*

17 *Cum enim minus crederis absoluta pollere potentia, quantum valeas declaras, & contumacia præditos redarguis.*

18 *Cæterum potentiæ dominus exerces æquum iudicium, & nos cum multa moderatione gubernas: nempe tibi, cum vis, potentia præsto est.*

19 *Verum talibus factis populum tuum doces, iustum humanumque esse oportere, & bona spe filios tuos imbuis, quòd locum concedas pœnitentiæ peccatorum.*

20 *Cum enim inimicos seruorum tuorum mortem commeritos cum tanta moderatione atque attentione punieris, tempus & locum indulgens, quo malitiam deponerent:*

21 *Quanta solicitudine vexisti filios tuos, quorum patribus bonas promissiones iureiurando, pactionibusque firmasti?*

22 *Cum igitur castigas nos, infinito grauius inimicos nostros flagellas: vt bonitatem tuam perpendamus solicite, & ea perpensa, misericordiam tuam expectemus.*

23 *Quos vita & iniustos in stolida vita versatos homines per suas ipsorum impuritates excruciauisti.*

24 *Etenim per incerta errorum longius aberrauerunt, vt qui stolidorum infantium more decepti, quasdam animantes, etiam apud hostes infames, deos existimarent.*

25 *Quamobrem illis vt pueris ratione carentibus pœnam ludibrio irrogasti.*

26 *At illi probrosis iudificationibus nihil emendati, pœnas meritas diuinitus experientur.*

27 *Nam in ipsis rebus, quas passi sunt indignabundi, cum propter eos quos deos existimabant, punirentur, quem olim nosse negabant sentientes, verum esse Deum perceperunt. Quapropter in extremam inciderunt damnationem.*

ipsum quoque qui non debet puniri, condemnas & exterum æstimas à tua virtute.

16 Virtus enim tua, iustitiæ initium est: & ob hoc quod omnium Dominus es, omnibus te parcere facis.

17 Virtutem enim ostendis tu, qui non crederis esse in virtute consummatus, & horum qui te nesciunt, audaciam traducis. C

18 Tu autem Dominator virtutis, cum tranquillitate iudicas, & cum magna reuerentia disponis nos: subest enim tibi cum volueris, posse.

19 Docuisti [a] enim [a] populum tuum per talia opera, quoniam oportet iustum esse & humanum, & bonæ spei fecisti filios tuos: quoniam iudicans das locum in peccatis pœnitentiæ. [a] autem. *Dat Deus locū pœnitentiæ.*

20 Si enim inimicos seruorum tuorum, & debitos morti, cum tanta cruciasti attentione, & liberasti, dans tempus & locum per quæ possunt mutari à malicia.

21 Cum quanta diligentia iudicasti filios tuos, quorum parentibus iuramenta & conuentiones dedisti bonarum promissionum?

22 Cum ergo das nobis disciplinam, inimicos nostros multipliciter flagellas: vt bonitatem cogitemus iudicantes: & cum de nobis iudicatur, speremus misericordiam tuam. D

23 Vnde & illis qui in vita sua insensate & iniuste vixerunt, per hæc quæ coluerunt, dedisti summa tormenta.

24 † Etenim in erroris via diutius errauerunt, deos æstimantes hæc quæ in animalibus sunt superuacua, infantium insensatorum more viuentes. Sup.11.c Rom.1.e

25 Propter hoc tanquam pueris insensatis iudicium in derisum dedisti.

26 Qui autem ludibriis [b] & increpationibus [b] non sunt [†] correcti, dignū Dei iudiciū experti sunt. [b] increpationib. [†] correpti.

27 In his enim quæ patiebantur, moleste ferebant. In quibus patientes indignabantur, per hæc quos putabant deos, in ipsis, cum exterminarentur videntes, illum quem olim negabant se nosse, verū Deum agnouerunt: propter quod & finis condemnationis eorum veniet super illos.

CAPVT XIII.

[a] Ex ipsa, seu eo ipso, vel, inde vani.

1 Etenim [a] natura vani sunt omnes homines ignoratione Dei præditi, qui aut sentibus bonis eum qui est, non valuerunt intelligere, nec ex operibus considerata opificem cognouerunt.

2 *Sed aut ignem, aut ventum, aut citatum aerem, aut astrorum orbem, aut vim aquarum, aut lumina cœli rectores mundi deos esse putauere.*

3 *Atqui si horum pulchritudine delectati, deos existimauerunt ipsa: quanto præstet horum Dominus cognoscere vtique debuerant quandoquidem summus pulchritudinis generator ea condidit.*

4 *Sin potentiam eorum & efficaciā admirati: quanto esset horum opifex potentior, ex iisdem intelligere.*

5 *Siquidem ex pulchritudine rerumque creatarum excellentia, collatione creator earum spectari potest.*

6 *Attamen hi paruam reprehensionem merentur: nam quærendi deum, & inuestigandi studio fortasis errant.*

7 *Etenim in operibus ipsius indaganter obuersantur, tamque visu induūt persuasionem eo quod præclara sint quæ cadunt sub aspectum.*

8 *Omnino tamen ne hi quidem venia digni fuerint.*

9 *Si enim eo potuerunt penetrare cognitionis vt mundum contemplari caperent, quomodo non verum dominum potius inuenerunt.*

10 *Infœlices sunt autem, & mortua spes est illorum, qui manuum humanarum opera, aurum & argen-*

1 Vani autem sunt omnes homines, in quibus non subest scientia Dei, § & de his quæ videntur bona, non potuerunt intelligere eum qui est, neque operibus attendentes agnouerunt quis esset artifex. A Rom.1.b *Vanus esse ostenditur, qui Deum ex suis operib. non possunt cognoscere.*

2 § Sed aut ignem aut spiritum, aut citatum aerem, aut gyrum stellarum, aut nimiam aquam, aut Solem aut Lunam, rectores orbis terrarum deos putauerunt. Deut.4.c.17.b

3 Quorum si specie delectati deos putauerunt: sciant quanto his dominator eorum speciosior est: speciei enim generator hæc omnia cōstituit.

4 Aut si virtutem, & opera eorum mirati sunt: intelligant ab illis quoniam qui hæc fecit, fortior est illis.

5 A magnitudine enim speciei & creaturæ, cognoscibiliter poterit creator horum videri. B *Creator per creaturas cognoscendus.*

6 Sed tamen adhuc in his minor est querela: & hi enim fortasse errant, Deum quærentes, & volentes inuenire.

7 § Etenim cum in operibus illius conuersentur, inquirunt: & persuasum habent quoniam bona sunt quæ videntur. Rom.1.c

8 Iterum autem nec his debet ignosci.

9 Si enim tantum [b] potuissent [b] scire, vt possent æstimare seculum: quomodo huius Dominum nō facilius inuenerunt? [b] potuerunt.

10 Infœlices autem sunt, & inter mortuos spes illorum est, qui [c] appellauerunt deos opera ma- *Infœlicitas idololatrarum.*

nuum

nuum hominum, aurum & argentum, artis inuentionem, & similitudines animalium, aut lapidem inutilem opus manus antiquæ.

C 11 § Aut si quis artifex faber de sylua lignum rectum secuerit, & huius doctè eradat omnem corticem, & arte sua vsus diligenter fabricet vas vtile in conuersationem vitæ.

Esai. 44. b
Ierem. 10. a

12 Reliquiis autem eius operis ad præparationem escæ abutatur:

13 Et reliquum horum quod ad nullos vsus facit lignum curuum, & verticibus plenum sculpat diligenter per vacuitatem suam, & per scientiã suæ artis figuret illud, & assimilet illud imagini hõis.

14 Aut alicui ex animalibus illud cõparet, perliniens rubrica, & rubicundum faciens fuco colorem illius, & omnem maculam quæ in illo est perliniens terra:

D 15 Et faciat ei dignam habitationem, & in pariete ponens illud, & confirmans ferro.

16 Ne fortè cadat prospiciens illi, sciens quoniam non potest adiuuare se. imago enim est, & opus est illi adiutorium.

17 Et de substantia sua, & de filiis suis, & de nuptiis votum faciens inquirit.

In cultores idolorum.

18 Non erubescit loqui cum illo qui sine anima est: § & pro sanitate quidem infirmum deprecatur, & pro vita rogat mortuum, & in adiutorium inutilem inuocat:

Psalm. 115. a
Baruch. 6. a

19 Et pro itinere petit ab eo qui ambulare non potest: & de acquirendo, & de operando, & de omnium rerum euentu petit ab eo qui in omnibus est inutilis.

tum arte fabrefactum, animaliumque simulachra, aut lapidem inutilem opus antiqua manus, deos appellauere.

11 Aut cum quis faber materiarius[a] eximie[b] arborem[c] succisa omni circa corticem scite destruxit, & inde vas vsui vitæ pro futurum artificiose, pulchreq; fabricauit:

a τέκτων.
b vel, planta.

12 Opificii vero recisamentis apparando cibo consumptis satiatus, refectum.

13 Inde nullius vsus ineptum sumpsit truncum, ramisque nodosum per ocium sculpsit diligenter, & vacans perite formauit, adeoque hominis figuram effinxit.

14 Aut animalis cuiuspiam vilis simulachrum effinxit. Deinde minium & fucum illinendo conciliauit ei ruborem. & omnem in eo maculam oblinxit:

15 Tum in extructo ad id domicilio digno collocauit ad parietem ferroq; firmauit.

16 Atq; ita quidem ille, ne cadere, huic prospexit, vt qui sciat illud adiuuare seipsum non posse, cum simulachrum sit, & opis indigum.

17 Tandem pro possessionibus, pro nuptiis suis, & pro liberis vota illi nuncupans.

18 Inanimo, verba facere non erubescit: & nunc pro valetudine inuocat infirmum, nunc pro vita mortuum orat: pro ope, extreme inopi.

19 Proq; itinere faciundo, ne gradum quidem facere valenti supplicat: ad quæstum denique, ad opus faciundum, manuumq; precium & successum ab ignauissimo manibus rogat nauitatem.

CAPVT XIV.

A 1 Iterum alius nauigare cogitans, & per feros fluctus iter facere incipiens, ligno portante se fragilius lignum inuocat.

2 Illud enim cupiditas acquirendi excogitauit, & artifex sapientia fabricauit sua.

3 Tua autem Pater, prouidentia ab initio cuncta gubernat: quoniam § dedisti & in mari viam, & inter fluctus semitam firmissimam.

Exod. 14. d

4 Ostendens quoniam potens es ex omnibus sanare, etiam si sine rate aliquis adeat mare.

5 Sed vt non essent vacua sapientiæ tuæ opera: propter hoc etiam & exiguo ligno credunt homines animas suas, & transeuntes mare per ratem liberati sunt.

6 § Sed & ab initio cum perirent superbi gigantes, spes orbis terrarum ad ratem confugiens, remisit sæculo semen natiuitatis, quæ manu tua erat gubernata.

Gen. 6. b. 7. b

7 Benedictum est enim lignum, per quod fit iustitia.

8 § Per manus autem quod fit idõlum, maledictum est & ipsum, & qui fecit illud: quia ille quidẽ operatus est: illud autem cum esset fragile, deus cognominatus est.

Psalm. 115.
Baruch. 6.

9 § Similiter autem odio sunt Deo, impius & impietas eius.

Idolum maledictum & eius fabricator.
Psalm. 7. a

10 Etenim quod factum est, cum illo qui fecit, tormenta patietur.

11 Propter hoc & in idõlis nationum non erit

B respectus: quoniam creaturæ Dei in odium factæ sunt, & in tentationem [a] animæ[a] hominum, & in muscipulam pedibus insipientium.

a animis.

12 Initium enim fornicationis, est exquisitio idolõrum: & adinuentio illorũ, corruptio vitæ est.

13 Neq; enim erant ab initio, neq; erunt in perpetuum.

14 Superuacuitas enim[b] hominũ hæc adinuenit in orbem terrarum: & ideò breuis illorum finis est inuentus.

b hominum adinuenit.

1 Rursum alius adornans nauigationem, & per feros fluctus iter instituens, vehente se ligno putrius lignum implorat.

2 Illud enim auiditas[a] quæstus[a] excogitauit, artifex autem fabricauit sapientia.

a vel, quæstui addictus cupido.

3 Tuaq; Pater prouidentia gubernat. Quoniam per mare quoque viam, tutamque per fluctus iter aperuisti.

4 Ostendens, quamuis possis incolumem omni modo præstare, etiamsi quis arte carens conscenderit.

5 Non tamen velle te opera sapientiæ tuæ esse ociosa. Quapropter homines perquam ex guo ligno vitam committentes, transmisso nauis procelloso mari seruantur.

6 Etenim tum primum cum superbi gigantes perirent, ad nauem spes mundi confugit, tuaq; manu regente genitale semen æuo reliquit.

7 Fælix enim lignum est per quod iustitia exercetur.

8 Manufactum autem infælix est tam ipsum, quàm eiusdem fabricator. Hic, vt operis author: illud, vt nomen Dei, cum corruptioni obnoxium sit, adeptum.

9 Nam æquè inuisi Deo sunt & impius, & eiusdem impietas.

10 Etenim opus cum opifice pœnam subibit:

11 Quapropter & in simulachra gentium inquiretur. Quoniam in opificio Dei ad nephas deformata sunt, ad offensionem animis hominum, & ad pedes insipientium illaqueandos.

12 Initium enim scortandi excogitatio simulachrorum est, & eorundem inuentio vitæ corruptela.

13 Neque enim erant ab initio, neque enim in æternum manebunt.

14 Quippe hominum ambitione in mundum introducta sunt, & ideo celer interitus est ipsis destinatus.

15 *Nam acerbo luctu prematurè abrepti filii dolens pater imagine facta, iam antea mortuum hominem, nūc vt Deum cœpit colere, & sibi mancipatis sacra ceremoniasq; tradidit.*

16 *Deinde lapsu temporis inualescens impia consuetudo, pro lege seruata est. Quinetiam ob tyrannorum mandata effigies religiosè culta sunt.*

17 *Et quos præsentes honorare non poterant homines, (vtpote procul habitantes) eorum è longinquo personam ad imaginem honorandi regis euidenter expressam figuram repræsentauerunt, vt absentem studiosè tanquam præsentem [3] colerent.*

3 vel, adularentur.

18 *Porrò ad intendendum cultum imperitiores prouexit etiam affectata artificis diligentia.*

19 *Nam ille fortassis potenti placere cupiens elaborauit arte quàm pulcherrimā similitudinem:*

20 *Vulgus autem opificii venustate illectum, quem nuper vt hominem honorarat, mox numen existimauit.*

21 *Præterea hoc quoq; vitæ fuit insidiosum, quòd homines infortunio aut [5] tyrannide in seruitutem redacti, nomen cum nulla re communicandum lapidibus & lignis imposuere.*

5 vel, oppressione.

22 *Iam verò non satis est circa cognitionem Dei erratum esse, sed etiam in magno ignorantiæ bello viuentes, tanta mala pacem appellant.*

23 *Nam aut sacrificia per parricidia liberorum, aut clandestina mysteria, insanas'ue aliis ritibus bacchationes agitando.*

24 *Neque vitam iam, neque connubia tuentur munda, sed alius alium aut interficit per insidias, aut adulterando contristat: omnia denique permixta sine discrimine.*

25 *Sanguis & cædes, furtum & dolus, corruptela, infidelitas, tumultus, periurium, perturbatio bonorum.*

26 *Beneficiorum obliuio, animarum contaminatio, alienatio progenies, connubiorum confusio, adulterium & lasciuia.*

27 *Infandorum enim simulachrorum cultus omnis mali origo, causa & finis est.*

28 *Aut enim illi cùm lætantur, insaniunt, aut falsa vaticinantur, aut viuunt iniustè, aut [4] temerè peierant.*

4 vel, citò.

29 *Nam inanimatis confisi simulachris malum accepturos se, cum peierarunt non expectant.*

30 *Cæterum vtraque de causa iustam pœnam subibunt: & quòd simulachris deditis, malè de Deo senserunt, & quòd sanctitate spreta, iniustè per dolum iurauere.*

31 *Non enim eorum per quos iuratum est potentia, sed vltrix peccatorum iustitia præuaricatorum pœnas ob iniustis semper expetit.*

15 Acerbo enim luctu dolens pater, citò sibi rapti filii fecit imaginem: & illum qui tunc quasi homo mortuus fuerat, nunc tanquam Deum colere cœpit, & constituit inter seruos suos sacra & sacrificia. *Idôla vnde traxerint originē.*

16 Deinde interueniente tempore, conualescente [a] iniqua consuetudine, hic error tanquam lex custoditus est, & tyrannorum imperio colebantur figmenta. *[a] iniqua.*

17 Et hos quos in palàm homines honorare nō poterant, propter hoc quòd longè essent, è longinquo figura eorum allata, euidentem imaginem regis, quem honorare volebant, fecerunt: vt illum qui aberat, tanquam præsentem colerent sua sollicitudine.

18 Prouexit autem ad horum culturam & hos qui ignorabant, artificis eximia diligentia.

19 Ille enim volens plus placere illi qui se assumpsit, elaborauit arte sua, vt similitudinem in melius figuraret.

20 Multitudo autē hominum [b] abducta per speciem operis, eum qui ante tempus tanq̄ homo honoratus fuerat, nunc Deum [c] æstimauerunt. C *[b] adducta. [c] existimauerunt.*

21 Et hæc fuit vitæ humanæ deceptio, quoniam aut affectui, aut regibus deseruientes homines, incommunicabile nomen lapidibus, & lignis imposuerunt.

22 Et non suffecerat errasse eos circa Dei scientiam, sed & in magno viuentes inscientiæ bello, tot & tam magna mala pacem appellant.

23 Aut enim filios suos sacrificantes, aut obscura sacrificia facientes, aut insaniæ plenas vigilias habentes. *Quæ mala procedant ex idololatria.*

24 Neq; vitam, neq; nuptias mundas iam custodiunt, sed & alius alium per inuidiam occidit, aut adulterans contristat & omnia commista sunt. *Deut. 12. b. Ierem. 7. a. 19. a*

25 Sanguis, homicidium, furtum & fictio, corruptio & infidelitas, turbatio & periurium, tumultus bonorum. D

26 Dei immemoratio, animarum inquinatio, natiuitatis immutatio, nuptiarum inconstātia, inordinatio [d] mœchiæ & impudicitiæ. *[d] mœchiæ & impudicitiæ.*

27 Infandorum enim idôlorum cultura, omnis mali causa est, & initium & finis.

28 Aut enim dum lætantur, insaniunt: aut certè vaticinantur falsa, aut viuunt iniustè, aut peierant citò.

29 Dum enim confidunt in idôlis quæ sine anima sunt, malè iurantes noceri se non sperant.

30 Vtraq; ergo illis euenient dignè, quoniā malè senserunt de Deo, attendentes idôlis, & iurauerunt iniustè in [e] idôlo contemnentes iustitiam. *[e] dolo.*

31 Non enim iurantium est virtus, sed peccantium pœna perambulat semper iniustorum præuaricationem.

CAPVT XV.

1 *TV verò Deus noster benignus es, & verus, & [2] longa patientia, misericordiaq; gubernas omnia.*

2 *Etenim si peccauerimus in te, potentiam tuam nouimus: [3] non peccabimus autem, vt qui nos [3] tibi curæ esse sciamus.*

3 *Nam nosse te, consummata iustitia est: & tuam intellexisse potentiam, radix est immortalitatis.*

4 *Neq; enim in errorem nos induxit insidiosum hominum inuentum, neq; labor [4] pictorum infructuosus, figura scilicet variis coloribus maculata.*

5 *Quarum aspectus insipientibus in [5] amorem exit, & speciem imaginis mortuæ spiritu vacuam concupiscit.*

6 *Malorum amatores sunt, [6] talisq; spei habere digni talium opifices, [7] amatores & cultores.*

2 vel, lenitate.
3 vel, sin minus, in numero tuorum nos esse scimus.
3 vel, tuos censes.
4 σκιαγράφων. al. ζωγράφων. i. adumbratio picturarum.
5 Græcè, al. Iudæi, i. probrum.
6 Al. morte digni.
7 ποθοῦντες, al. ...

1 TV autem Deus noster, suauis & verus es, patiens, & in misericordia disponens omnia. A

2 Etenim si peccauerimus, tui sumus, scientes magnitudinem tuam: & si non peccauerimus, scimus quoniam apud te sumus computati. *Vox fidelium quæ Dei misericordiam laudant, cuius gratia non seruiāt idôlis.*

3 Nosse enim te, consummata iustitia est: & scire iustitiam, & virtutem tuā radix est immortalitatis.

4 Non enim in errorē induxit nos hominū malæ artis excogitatio, nec vmbra picturæ labor sine fructu effigies sculpta per varios colores.

5 Cuius aspectus insensato dat concupiscentiā, & diligit mortuæ imaginis effigiem sine anima.

6 Malorum amatores, digni sunt morte, qui spem habent in talibus, & qui faciunt illos, & qui diligunt, & qui colunt.

7 Sed

Rom.9.d

7 Sed & figulus mollem terram premens laborioſe fingit ad vſus noſtros vnumquodque vas, & de eodem luto fingit quæ munda ſunt in vſum vaſa, & ſimiliter quæ his ſunt contraria. horum autem vaſorum qui ſit vſus, iudex eſt figulus.

8 Et cum labore vano Deum fingit de eodem luto: ille qui paulo ante de terra factus fuerat, & poſt puſillum * reducit ſe * vnde acceptus eſt, repetitus animæ debitum quam habebat: (* ſe duxit.)

9 Sed cura eſt illi, non quia laboraturus eſt, nec quoniam breuis illi vita eſt, ſed concertatur aurificibus & argentariis: ſed & ærarios imitatur, & gloriam præfert, quoniam res ſuperuacuas fingit.

10 Cinis eſt enim cor eius, & terra ſuperuacua ſpes illius, & luto vilior vita eius:

11 Quoniam ignorauit qui ſe finxit, & qui inſpirauit illi animam quæ operatur, & qui inſufflauit ei ſpiritum vitalem.

12 Sed & æſtimauerunt luſum eſſe vitam noſtram, & conuerſationem vitæ compoſitam ad lucrum, & oportere vndecunque etiam ex malo acquirere.

13 Hic enim ſcit ſe ſuper omnes delinquere, qui ex terræ materia fragilia vaſa, & ſculptilia fingit.

14 Omnes enim inſipientes, & infælices ſupra modum animæ ſuperbi ſunt, inimici populi tui, & imperantes illi:

Pſa.113.b.& 134.c

15 Quoniam omnia idola nationum deos æſtimauerunt, quibus neque oculorum viſus eſt ad videndum, neque nares ad percipiendum ſpiritum, neque aures ad audiendum, neque digiti manuum ad tractandum, ſed & pedes eorum pigri ad ambulandum.

16 Homo enim fecit illos: & qui ſpiritum mutuatus eſt, is finxit illos. nemo enim ſibi ſimilẽ homo poterit Deum fingere.

17 Cum enim ſit mortalis, mortuum fingit manibus iniquis. melior enim eſt ipſe his quos colit: quia ipſe quidem vixit, cum eſſet mortalis, illi autem nunquam. (D)

18 Sed & animalia miſerrima colunt: inſenſata enim comparata his, illis ſunt deteriora.

19 Sed nec aſpectu aliquis ex his animalibus bona poteſt conſpicere. Effugerunt autem Dei laudẽ, & benedictionem eius.

7 Nam vbi figulus [8] mollem terram laborioſe preſſans, vſui noſtro quiduis effinxerit, atque etiam ex eadem argilla tam munda operibus vaſa ſimul & his contraria quæuis formarit, (quorum in vtroque genere quis vſus ſit ſingulorum, arbiter ipſe eſt figulus.)

8 Idem ille peſſime locans operam, Deum vanum figurat ex eadem argilla, cum ipſe non pridem è terra natus ſit, in eandem de qua ſumptus eſt, cum anima debitum ab eo exigetur, breui rediturus.

9 At ille non quid labores ſe maneant, curat, aut quã ſibi breuis ſuperſit vita: ſed certat cum aurificibus, argentariiſque fabros & ærarios imitando, gloriæ ſibi ducit quod fingat impoſturas.

10 Puluis eſt cor illius, ſpes item terra vilior, & abiectior argilla vita ipſius:

11 Quoniam eum qui finxit ipſum, qui vegetam ei inſpirauit animam, qui ſpiritum vitalem inſlauit, ignorat.

12 Verum iſti ludicram vitam noſtram exiſtimant, & curſum ætatis lucroſam nundinationem: vt quæ dicãt, vndecunque, atque etiam ex malo rem eſſe faciendam.

13 Alioqui enim nouit ille ſe peccatis omnes ſuperare, dum fragilia vaſa ſimul & effigies ex terrena materia fabricat.

14 Longe autem inſipientiſſimi, & [9] ſtultorum animi miſeriores ſunt omnes populi tui inimici, qui eum potentia premunt.

15 Eo quod omnia ſimulachra gentium pro diis habeant, cum iis neque vſus oculorum quibus videant, neque nares quibus hauriant aerem, neque aures quibus audiãt, neque manuum digiti ſint quibus palpẽt, neque pedes ad greſſum habiles.

16 Quandoquidem homo fabricauit eos, & qui mutuatus eſt ſpiritum, eos finxit: enimuero nemo hominum ſimilem ſibi Deum formare poteſt.

17 Sed mortalis manibus nefariis effingit mortuum. cultis enim a ſe rebus præſtantior eſt, vt qui ipſe vitam adeptus ſit, illi nunquam.

18 Quid, quod animalia quoque colunt odioſiſſima? vt quæ aliis comparata, deteriora ſint, propter hanc dementiam:

19 Quæque ne animalibus quidem tam videantur pulchra, vt deſiderio eorum tangantur, quæ Dei denique probatione careant, & fauore.

8 Vel, argillam.

9 ψυχῆς νηπίου

CAPVT XVI.

* Per his Pœna idololatrarum.

Num.11.g

(A) 1 PRopter hæc * & his * ſimilia paſſi ſunt digne tormenta, & per multitudinem beſtiarum exterminati ſunt:

2 Pro quibus tormentis bene diſpoſuiſti populum tuum, quibus dediſti concupiſcentiam delectamenti ſui nouum ſaporem, eſcam parans eis ortygometram:

3 Vt illi quidem concupiſcentes eſcam propter ea quæ illis oſtenſa et miſſa ſunt, etiam a neceſſaria concupiſcentia auerterentur. hi autem in breui inopes facti, nouam guſtauerunt eſcam.

4 Oportebat enim illis ſine excuſatione quidem ſuperuenire interitum exercentibus tyrannidem: his autem tantum oſtendere quemadmodum inimici eorum exterminabantur.

Num.21.b

5 Etenim † cum illis ſuperuenit ſæua beſtiarum ira, morſibus peruerſorum colubrorum exterminabantur.

(B) 6 Sed non in perpetuum ira tua permanſit, ſed ad correptionem in breui turbati ſunt, ſignum habentes ſalutis ad commemorationem mandati legis tuæ.

1 P [1] Ropterea [2] per ſimilia merito [3] puniti ſunt, & per multitudinem beſtiarum cruciati.

2 Cuius cruciatus loco, bene faciens populo tuo præſtitiſti, cum auida ipſius appetentia cibum nouo ſapore paraſti [4] coturnicem:

3 Vt illi appetentia tibi laborantes, indicatum cũ qui immiſſus erat, etiam in vrgente fame abominarentur: hi vero penuriam pauliſper experti, nouo ſapore impertirentur.

4 Oportebat enim illis tyrannide vſis ineuitabilem penuriam accidere: his autem oſtendi tantum, quem cruciatum hoſtes ipſorum pertuliſſent.

5 Etenim [5] cum eos ira ſæua beſtiarum inuaſiſſet, atque noxiorum ſerpentium interimerentur ictibus.

6 Ira tua non durauit vſque ad internecionem: ſed per admonitionem pauliſper fuerant perturbati, ſignum ſalutis habentes quod memoriæ mandata legis tuæ redderet.

7 Neque enim qui reſpexerat, propter rem viſam, ſed propter te ſeruatorem omnium ſeruabatur.

8 Itaque hoc ipſo hoſtes noſtros docuiſti, te eum eſſe qui ſalutem præſtes ex omni malo.

1 Redit eò vnde initio cap. 13. digreſſus eſt.

2 Ἀξίως.

3 Scilicet Ægyptii, vtpote peccantes.

4 vel, ortygometram.

5 αὐτοῖς ἐπῆλθε.

7 Qui enim conuerſus eſt, non per hoc quod videbat ſanabatur, ſed per te omnium ſaluatorem.

8 † In hoc autem oſtendiſti inimicis * tuis * quia tu es qui liberas ab omni malo.

† Et

* noſtris.

6 δήγματα.
7 Vel, animæ.

9 Quod illos locustarum & muscarum [6] ictus interemerunt, nec remedium [7] vitæ eorum extitit, quod digni essent tali supplicio.

10 Filios autem tuos ne venenatorum quidem draconum ictus vicerunt. etenim intercessit misericordia tua, eosq; servavit:

11 Vt qui ictibus ad memoriam oraculorum tuorum renovarentur: celeriter autem servabantur, ne in altam obliuionem prolapsi, beneficio tuo retrahi non possent.

12 Neque enim herba aut malagma medicinam eis attulit, sed sermo tuus ô Domine sanans omnia.

13 Quippe tu vitæ necisq; potestatem habes, ad portas inferorum deducis & reducis.

14 Homo quidem malitia sua mortem intulerit cuipiam, qua elapsus spiritus non revertitur, sed animam [8] assumptam nequaquam dissoluerit:

8 Id est, sublimem abeuntem.

15 Tuam vero manum effugisse, est impossibile.

16 Nam impii te nosse negantes, vbi brachii tui flagellati, insuetis pluuiis grandinibus, crebribusq; ineuitabilibus diuexati fuerunt, & igne consumpti.

17 Quod enim maxime mirum est, in aquam etiam natam extinguere omnia, vim summam ignis habebat: nam ipse quoq; mundus iustorum vindex est.

18 Interim enim mitescebat flamma, ne immissa in impios animalia combureret, sed ipsi se iudicio Dei exagitari palam viderent.

19 Interim autem etiam intera quàm supra vim ignis exardescebat, vt progeniem sceleratæ terræ disperderet.

20 Pro quibus rebus cibo angelorum populum tuum refecisti, & panem citra laborem paratum, omni voluptate pollentem, omniq; accommodatum gustui, de cælo ipsis demisisti.

9 Scilicet Manna.

21 [9] Substantia enim illa tua tuam erga liberos ostendebat suauitatem, & appetui assumentis cuiusque subseruiens, ad illius quamcunque voluntatem se temperabat.

22 Præterea nix & glacies vim ignis sustinuerunt, nec liquefacta sunt: vt cognoscerent, quòd ignis ardens per grandinem & pluuias coruscando fructus inimicorum absumpsisset.

23 Eundem rursum alendorum iustorum causa virium suarum esse oblitum.

24 Nam res creata tibi creatori subseruiens, in pœnas iniustorum exardescit: rursumq; mitescit ad præstandum fidentibus te beneficium.

10 Vel, orantium,

25 Propterea tum quoq; in quiduis transfigurata, altrici benignitati tuæ pro [10] indigentium voto subseruiebat:

26 Vt filii tui tibi chari, Domine, discerent, hominem nequaquam prouentu fructuum ali, sed verbo tuo eos qui te fidunt, conseruari.

27 Quod enim igne non absumebatur omnino, exiguo Solis radio calefactum liquescebat:

28 Quo notum esset, Solem gratiis tibi agendis præueniendum esse, & te sub incu ortum salutandum.

29 Nam spes ingrati, in modum hyemalis glaciei euanescet, & more inutilis aquæ diffluet.

9 Illos enim locustarum, & muscarum occiderunt morsus, & non est inuenta sanitas animæ illorum: quia digni erant ab huiusmodi exterminari.

Exod. 10. 8. & 8. f
Apoc. 9. b

10 Filios autem tuos nec draconum nec venenatorum vicerunt dentes: misericordia enim tua adueniens sanabat illos.

11 In memoria enim sermonum tuorum *examinabantur, & velociter *sanabantur, ne in altam incidentes obliuionem: non possent tuo vti adiutorio.

* examinabantur.
* saluabantur,

12 Etenim neq; herba, neque malagma sanauit eos, sed tuus Domine sermo, qui sanat omnia.

13 ¶ *Tu es enim Domine, qui vitæ & mortis habes potestatem, & deducis ad portas mortis & reducis.

Deut. 32. f
1 Reg. 2. a
Tob. 13. a
* Tu enim vitæ

14 Homo autem occidit quidem per malitiam animam suam, & cum exierit spiritus, non reuertetur, nec reuocabit animam quæ recepta est.

15 Sed tuam manum effugere impossibile est.

C

16 ¶ Negantes enim te nosse impii, per fortitudinem brachii tui flagellati sunt: nouis aquis, & grandinibus, & pluuiis persecutionem passi, & per ignem consumpti.

Iudi. in Dei.
Exod. 9. c

17 Quod enim mirabile erat, in aqua, quæ omnia extinguit, plus ignis valebat, vindex est enim orbis iustorum.

18 Quodam enim tempore mansuetabatur ignis, ne comburerentur quæ ad impios missa erant animalia: sed vt ipsi videntes, scirent quoniam Dei iudicio patiuntur persecutionem.

19 Et quodam tempore in aqua supra virtutem ignis exardescebat vndiq; vt *iniquam terræ nationem exterminaret.

* iniqua
De missione mannæ.

20 ¶ Pro quibus angelorum esca nutriisti populum tuum, & paratum panem de cælo præstitisti illis sine labore omne delectamentum in se habentem, & omnis saporis suauitatem.

Exod. 16. c
Num. 11. b
Psal. 77. c
Ioh. 6. d

21 *Substantiam enim tuam & dulcedinem tuam quam in filios habes *ostendebas: & deseruiens vniuscuiusq; voluntati, ad quod quisq; volebat conuertebatur.

* Substantia enim tua, dulcedinem:
* ostendebat
Exod. 9. a

22 ¶ Nix autem, & glacies sustinebant vim ignis, & non tabescebant: vt scirent quoniam fructus inimicorum exterminabat ignis ardens in grandine & pluuia coruscans.

D

23 Hoc autem iterum, vt nutrirentur iusti, ignis etiam suæ virtutis oblitus est.

24 Creatura enim tibi factori deseruiens, *exardescit in tormentum aduersus iniustos: & lenior fit ad benefaciendum pro his qui in te confidunt.

* exardescit.

25 Propter hoc & tunc *omnia transfigurata omnium nutrici gratiæ tuæ deseruiebant ad voluntatem eorum, qui à te desiderabant.

* in

26 Vt scirent filii tui, quos dilexisti Domine, quoniam non natiuitatis fructus pascunt homines, sed sermo tuus hos qui in te crediderint, conseruat.

Non in solo pane viuit homo.
Deut. 8. a
Matt. 4. a

27 Quod enim ab igne non poterat exterminari, statim ab exiguo radio Solis calefactum tabescebat:

28 Vt notum omnibus esset quoniam oportet præuenire Solem ad benedictionem tuam, & ad *orientem lucis te adorare.

* ortum.
* spes.

29 Ingrati enim *fides tanquam hybernalis glacies tabescet, & disperiet tanquam aqua superuacua.

CAPVT XVII.

1 Nempe magna iudicia tua sunt (ô Domine) & enarratu diffi ilia (verba tua,) quapropter animæ imperitæ errauerunt.

2 Iniusti enim gentem sanctam oppressuri sperati, vinculis tenebrarum, longæq; noctis compedibus [1] constricti, atq; inclusi tectis ab æterna prouidentia profugi iacuerunt.

1 vinctorum

1 Magna sunt enim iudicia tua Domine, & inenarrabilia verba tua, propter hoc indisciplinatæ animæ errauerunt.

A
De magnitudine iudicii Dei qui parum mirantib. impios affligebat

2 Dum enim persuasum habent iniqui, posse dominari nationi sanctæ: vinculis tenebrarum, & longæ noctis compediti, inclusi sub tectis, fugitiui perpetuæ prouidentiæ iacuerunt.

3 Et dum putat se latere in obscuris peccatis: tenebroso obliuionis velamento dispersi sunt pauentes horrendè, & cum admiratione nimia perturbati.

4 Neq; enim quæ continebat illos spelunca, sine timore custodiebat: quoniam sonitus descendens perturbabat illos, & personæ, tristes illis apparentes, pauorem illis præstabant.

5 Et ignis quidem nulla vis poterat illis lumē præbere, nec syderum limpidæ flammæ illuminare poterant illam noctem horrendam.

B 6 ‖ Apparebat autem illis subitaneus ignis, timore plenus: & timore percussi illius quæ non videbatur, faciei, æstimabant deteriora esse quæ nō videbantur.

7 Et magicæ artis appositi erant derisus, & sapientiæ [9] gloria correptio cum contumelia.

8 Illi enim qui promittebant timores, & perturbationes expellere se ab anima languente, hi cum derisu pleni timore languebant.

9 Nam etsi nihil illos ex monstris perturbabat: transitu animalium, & serpētium sibilatione commoti, tremebundi peribant, & aerem quem nulla ratione quis effugere posset, negantes se videre.

10 ⁻Frequenter enim præoccupant pessima, redarguente conscientia.'

C 11 Cum sit enim timida nequitia, dat testimonium [1] condemnationis.' semper enim præsumit sæua perturbata conscientia.

12 Nihil enim est timor, nisi præsumptionis adiutorium, proditio cogitationis auxiliorum.

13 Et dum abintus minor est expectatio, maiorem computat [2] scientiam' eius causæ de qua tormentum præstat.

14 Illi autem qui [3] impotentem venere' noctem, & ab infimis & ab altissimis inferis superuenientē eundem somnum dormientes:

15 Aliquando monstrorum exagitabantur timore, aliquando animæ deficiebant traductione. subitaneus .n. illis, & insperatus timor superuenerat.

16 Deinde si quisquam ex illis decidisset, custodiebatur in carcere sine ferro reclusus.

D 17 Si enim rusticus quis erat, aut pastor, aut agri laborum operarius præoccupatus esset: ineffugibilem sustinebat necessitatem.

18 Vna enim catena tenebrarum omnes erant colligati.

19 Siue spiritus sibilans, aut inter spissos arborum ramos auium sonus suauis, aut vis aquæ decurrentis nimium, aut sonus validus præcipitatarum petrarum, aut ludentium animalium cursus inuisus, aut mugientium valida bestiarum vox, aut resonans de altissimis montibus echo: deficientes faciebant illos præ timore.

20 Omnis enim orbis terrarum limpido illuminabatur lumine, & non impeditis operibus continebatur.

21 Solis autē illis superposita erat grauis nox, imago tenebrarum, quæ superuentura illis erat. Ipsi ergo sibi erant grauiores tenebris.

3 Occultisq; peccatis obscuro obliuionis velamento latere se posse arbitrati, attoniti grauiter, visisq; perturbati sunt & dissipati.

4 Neque enim latebra qua continebantur, securos reddebat ipsos, sed sonitus pauore percellens eos circumstrepebat, laruaque [1] tristi aspectu truces offerebantur.

5 Atq; ignis quidem nulla vis lucem præbere poterat, nec fulgentes radii syderum illustrare noctem illam horrendam valebant:

6 Sed ignes tantum quidam terribiles vltro micabant ipsis: attoniti vero, quæ cernebantur illa non apparente facie peiora iudicabant.

7 Interim ludibria artis magicæ iacebant vnà cum calumnia per iactantiam sapientiæ contumeliosa.

8 Nam qui se promittebant timores & perturbationes animo ægroto depulsuros, iidem ridicula formidine laborabant.

9 Quòd etiamsi nullum eos monstrum territasset, bestiarum tamen transitu, serpentiumq; sibilis exagitati periissent tremebundi, inevitabilem etiam aerem intueri se negantes.

10 (Frequenter enim pessima occupant, conscientia redarguente.)

11 Etenim formidolosa res est malitia, [3] proprio teste conuicta, [4] & in conscientia delitescens,' mala semper [5] præsagit.'

12 Nihil enim est metus, nisi (temeritatis adiumentum, &) auxiliorum à ratione proficiscentium defectio.

13 Cum intus residens exigua spes [6] magis reputat causæ cruciatum mouentis implacabilitatem.'

14 Ergo illi per impotentem vere noctem ab impotentis orci recessu profectam, eodem somno sopiti.

15 Partim monstrosis exagitabantur visis, partim animæ defectione exoluebantur. Repentinus enim illis & inopinatus pauor ingruerat:

16 Et hoc deinde modo, quicunque tandem fuisset illic collapsus, in [7] angustias' citra ferrum conclusus custodiebatur.

17 Nam siue quis agricola siue pastor erat, siue omnis laboriosus [8] in deserto' operarius, ineuitabilem quisque necessitatem sustinebat.

18 Siquidem omnes vna tenebrarum catena constricti erant.

19 Siue flatus sibilans, siue densos inter ramos canora vox auium, siue sonitus aquarum impetu currentium, siue immanis ruentium saxorum fragor, siue visum effugiens saltantium animalium cursus, siue rugientium sæuissimarum ferarum fremitus, siue echo montium cauernis repercussa territando illos percellebant.

20 Totus enim mundus clara luce resplendebat, & expeditis [9] frequens erat' operibus:

21 Solis illis grauis nox incumbebat, imago tenebrarum, quæ ipsos in posterum exceptura erant. Ipsi denique sibi tenebris erant grauiores.

Exo.7 d.& 8.b.

[9] gloria

[1] condemnatio

[2] ignorantiam

[3] impotentem vere

1 ἀμυδροῖς αὐτοῖς &c.

3 ἰδίῳ μάρτυρι. aliter, ἰδίως & μαρτυρεῖ

4 vel, & conscientiæ coniuncta. συνεχομένη. aliter, συνεχομένη consciētiæ comes.

5 vel, anticipat, προείληφεν. aliter, προτίθησι, sibi repræsentat.

6 vel, potentiorem imaginatur implacabilitatē. Nam ἀγνοίας lego, nisi malis ἀγνοίαν, ignorantiam causæ, id est, incertam causam. vel, sceleris causæ, id est sceleris quod causa est. Nam ἄγνοιαν LXX. vertunt שגגה vt Psalmo 24. Cæterum ἀγνείας lego, ab ἀγνός, quod significat dona incorruptum, qui à iusto dimoueri nulla ratione potest, adeoque implacabilem.

7 vel, carcerem.

8 vel, per inopiam

9 vel, continebatur

CAPVT XVIII.

De luce Israelitarum ex præcedente. Exod. 10. f.

1 SAnctis autem tuis maxima erat lux, & horum quidem vocem⁻inimici' audiebant, sed figuram non videbant:

2 Et quia non & ipsi eadem perpessi erant, magnificabant⁻te:' & qui ante læsi erant, quia non lædebantur, gratias agebant⁻tibi:' & vt esset differentia,⁻donum' petebant.

Exod.14.e. Psal.77.b. & 104.d.

3 ‖ Propter quod ignis ardentem columnam ducem habuerunt ignotæ viæ, & Solem sine læsura boni hospitii præstitisti.

1 SAnctis autem tuis lux amplissima suppetebat, quorum vocem audientes [1] illi,' faciem autem & habitum non videntes.

2 Quòd quidem non eadem & ipsi paterentur, beatos prædicabant: quòd autem iniuria lacessiti non læderent, [2] gratias agebant' ipsis, & [3] inimicitiarum veniam rogabant.

3 [1] Quippe tu columnam igneam itineris ignoti ducem, & ad magnificam peregrinationem Solem innocuum exhibuisti.

1 Scilicet Ægyptii.

* εὐχαρίστουν

2 id est, quòd se inimice erga ipsos gessissent.

3 Vel, propterea quòd Ratronem reddit cur lux ampla suppeteret sanctis.

4 Scilicet Ægyptii.

4 Nam [4] illi meriti fuerant, qui luce priuati, custodia tenebrarum tenerentur, cum filios tuos, per quos integerrimum legis lumen orbi prodendum erat, conclusos asseruarent.

5 Caeterum cum infantes sanctorum tuorum interimendi consilium cepissent, vnusque expositus puer, ad castigandos illos esset seruatus: infrequentia liberorum orbasti ipsos, aquarumque vi simul omnes perdidisti.

6 Praesignificata maioribus nostris fuit nox illa, vt quibus crediderant iuramentis confisi, securo bonoque forent animo.

7 Populusque tuus & iustorum salutem vidit, & hostium interitum.

8 Cum enim inimicos nostros vlciscereris, tum nos conuocatos gloria illustrasti.

9 Clam enim sacrificabant sancti bonorum filii, & diuinam legem concorditer sanciebant, sanctos eorundem bonorum & periculorum ex aequo consortes fore.

10 Et patribus iam hymnos praecinentibus, inimicorum contra clamor inconditus clarescebat, comploratioque puerorum miserabilis exoriebatur.

11 Eadem vero poena cum domino seruus affectus, & plebeius pariter cum rege passus.

12 Vnoque adeo nomine mortis, innumerabiles vnà cuncti defunctos habebant. Neque enim sepeliendo viui sufficiebant, quoniam vno momento praestantissima quaeque proles ipsorum interierat.

5 Id est, Dei charissimum.

13 Nam cum propter praestigias omnia credere recusarent post cladem primogenitorum populum [5] Dei filium esse confessi sunt.

14 Etenim cum quietum silentium teneret omnia, nocte iam cursus sui media,

15 Omnipotens tuus sermo bellator durus, in medium exitialis terrae [6] solio regali de caelo desiliit:

6 Vel, sedibus regalibus
7 vel, ingrediens,

16 Vt acutum Gladium minime fictum mandatum tuum gerens, & stans omnia morte, caelum partim attingens, partim solo [7] insistens, compleuit.

17 Tum illos subito dira visa somniorum perturbarunt, obtigeruntque sibi metus inopinati:

18 Et alius alibi iacens semianimis ob quam moreretur, causam indicabat.

19 Hoc enim somnia illa turbulenta praesignificarunt eis: ne, quam ob causam mala paterentur inscii, perirent.

20 Caeterum iustos quoque mortis contigit periclitari, & multitudo in deserto cladem accepit, sed illa non diu durauit offensio.

8 [illegible] alter, vigens.

21 Nam [8] properè integerrimus armis ministerii sui, deprecatione, piaculari que suffimento prolatis, propugnatorem se praestitit, indignationi intercessit, & seruum se tuum probans finem imposuit calamitati.

9 ὀλοθρεύοντα. aliter, ἐχθρόν. [illegible] Ita Exod. 12 interpretatum est המשחית quae [illegible] videatur.
10 [illegible]
11 [illegible] aliter [illegible]

22 Attamen [9] interemptorem non robore corporis, nec armorum vi deuicit: sed iuramenta, pactaque cum maioribus allegans, plectentem sermone superauit.

23 Nam aceruatim iam aliis super alios collapsis mortuis, hic medius [*] obsistens iram praecidit, & ad viuos interclusit aditum.

24 Siquidem omnigenus ornatus [10] tunicae, qua induebatur, inerat, & patrum decora quadruplici lapidum ordine insculpta, maiestasque tua in diademate capitis ipsius.

25 His interemptor ille cessit, hoc [11] extimuit, quod sola indignationis experientia sufficeret.

4 Digni quidem illi carere luce, & pati carcerē tenebrarum, qui inclusos custodiebant sanctos filios tuos, per quos incipiebat incorruptum legis lumen seculo dari.

5 ‖ Cum cogitarent iustorum occidere infantes: & vno exposito filio, sed liberato, in traductionem illorum, multitudinem filiorum abstulisti, & pariter illos perdidisti in aqua valida. *Afflictio impiorum Ægyptiorum.* Exod. 1. c. 2. b.

6 ‖ Illa enim nox ante cognita est à patribus nostris: vt verè scientes quibus iuramentis crediderunt, animaequiores essent. Exod. 14. f. g.

7 Suscepta est autem à populo tuo sanitas quidem iustorum, iniustorum autem exterminatio. B

8 Sicut enim laesisti aduersarios nostros: sic & nos prouocans magnificasti.

9 Absconsè enim sacrificabant iusti pueri bonorum, & iustitiae legem in [a] concordiam disposuerunt: similiter & bona & mala recepturos iustos, [b] patri omnium decantantes laudes.

a concordiae.
b patrum iam

10 Resonabat autem inconueniens inimicorum vox, & flebilis audiebatur planctus ploratorum infantium.

11 ‖ Simili autem poena seruus cum domino afflictus est, & popularis homo regi similia passus. Exod. 12. d. e.

12 Similiter ergo omnes vno nomine mortis mortuos habebant innumerabiles. Nec enim ad sepeliendum viui sufficiebant: quoniam vno momento quae erat praeclarior natio illorum, exterminata est.

13 De omnibus enim non credentes propter beneficia, tunc cum primum fuit exterminium primogenitorum, spopōderunt populū Dei se esse.

14 Cum enim quietum silentium contineret omnia, & nox in suo cursu medium iter haberet: C

15 Omnipotens sermo tuus Domine exiliens de caelo à regalibus sedibus, durus debellator in mediam exterminii terram prosiliuit.

16 Gladius acutus insimulatum imperium tuum portans, & stans repleuit omnia morte, & vsque ad caelum attingebat stans in terra.

17 Tunc continuò visus somniorū malorū turbauerunt illos, & timores superuenerunt insperati.

18 Et alius alibi proiectus semiuiuus, propter quam moriebatur causam demonstrabat mortis.

19 Visiones enim quae illos turbauerunt, haec praemonebant, ne inscii quare mala patiebantur, perirent.

20 Tetigit autem tunc & iustos tentatio mortis, & commotio in eremo facta est multitudinis: sed non diu permansit ira tua. *Interitus populi Israelitici pro quo Aaron deprecatus est.* D

21 ‖ Properans enim homo sine querela [c] deprecari pro populis, proferens seruitutis suae scutum orationem, & per incensum deprecationem allegans, restitit irae, & finem imposuit necessitati, ostendens quoniam tuus est famulus. Num. 16. g.

c propugnationis.

22 Vicit autem turbas, non in virtute corporis, nec armatura potentiae, sed verbo illum qui se vexabat, subiecit, iuramenta parentum, & testamentum commemorans.

23 Cum enim iam aceruatim cecidissent super alterutrum mortui, interstitit, & amputauit impetum, & diuisit illam quae ad viuos ducebat viam.

24 In veste enim poderis, quam habebat, totus erat orbis terrarum & parentum magnalia in quatuor ordinib. lapidum erant sculpta, & magnificentia tua in diademate capitis illius scripta erat. Exod. 28. b.

25 His autem cessit qui exterminabat, & haec extimuit: erat enim sola tentatio irae sufficiens. A

CAPVT XIX.

De interitu Ægyptiorum, & Hebraeorum liberatione.

1 Impiis autem [illegible] ad extremum [illegible]

1 Impiis autem vsq; in nouissimum sine misericordia ira superuenit.

2 Præsciebat enim & futura illorum: quoniam cum ipsi permisissent vt se educerent, & cum magna sollicitudine præmisissent illos, consequebantur illos pœnitentiæ actus.

Exod.14.a 3 ‖ Adhuc enim inter manus habentes luctum,[a] & deplorantes ad monumenta mortuorum, aliam sibi assumpserunt cogitationem inscitiæ: & quos rogantes proiecerant, hos tanquam fugitiuos persequebantur.

[a] quibus

4 Ducebat enim illos ad hunc finem digna necessitas: & horum quæ acciderant commemorationem amittebant, vt quæ deerant tormentis, repleret punitio:

5 Et populus quidem tuus mirabiliter trãsiret, illi autem nouam mortem inuenirent.

B 6 Omnis enim creatura ad suum genus ab initio refigurabatur, deseruiẽs suis præceptis, vt pueri tui custodirentur illæsi.

7 Nam nubes castra eorum obumbrabat, & ex aqua quæ antè erat, terra arida apparuit, & in Mari rubro via sine impedimento, & campus germinans de profundo nimio:

8 Per quem omnis natio transiuit quæ tegebatur tua manu, videntes tua mirabilia & monstra.

9 Tanquam enim equi depauerunt escam, & tanquam agni exultauerunt magnificantes te Domine, qui[b] liberasti illos.

[b] liberabas

10 Memores enim erant adhuc eorum quæ in incolatu illorum facta fuerant, quemadmodum pro natione animalium[c] produxit terra muscas, & pro piscibus eructauit fluuius multitudinem ranarum.

[c] eduxit

Exod.16.c Num.11.g 11 ‖ Nouissime autem viderunt nouam creaturam auium cum adducti concupiscentia postulauerunt escas epulationis.

C Supr.16.a 12 ‖ In allocutione enim desiderij ascendit illis de mari ortygometra, & vexationes peccatoribus superuenerunt.

13 Non sine illis quæ antè facta erãt argumentis per vim[d] fluminum. iuste enim patiebantur secundum suas nequitias. Etenim detestabiliorem inhospitalitatem instituerunt. alij quidem ignotos non recipiebant aduenas, alij autem bonos hospites in seruitutem redigebant.

[d] fulminum

14 Et nõ solum hæc, sed & alius quidem respectus illorum erat: quoniam inuiti recipiebant extraneos.

15 Qui autem cum lætitia receperunt hos, qui eisdem vsi erant[e] institutis, sæuissimis afflixerunt doloribus.

[e] iustitiis,

Gen.19.c D 16 ‖ Percussi sunt autem cæcitate: sicut illi in foribus iusti cum subitaneis cooperti essent tenebris, vnusquisq; transitum ostij sui quærebat.

17 In se enim elementa dum conuertuntur, sicut in organo qualitatis sonus immutatur, & omnia suum sonum custodiunt: vnde æstimari ex ipso visu certo potest.

18 Agrestia enim in aquatica conuertebantur: & quæcunq; erant natantia, in terram transibant.

19 Ignis in aqua valebat supra suam virtutem, & aqua extinguentis naturæ obliuiscebatur.

20 Flammæ econtrario, corruptibilium animalium non vexauerunt carnes coambulantium, nec dissoluebant illam quæ facile dissoluebatur, sicut glacies bonam escam. 21 In omnibus enim magnificasti populum tuum Domine, & honorasti, & non despexisti in omni tempore, & in omni loco assistens eis.

2 Vt quorum etiam futura facinora præuideret, quod eosdem quos † liberassent ad abeundum,[1] festinantérque dimisissent, pœnitentia ducti rursum essent persecuturi.

3 Cum enim recenti adhuc luctu ad sepulchra mortuorum lamentarentur, consilium insanum aliud cœperunt, vt quos extruserant supplicando, eos vt fugitiuos persequerentur.

4 Etenim merita[2] necessitas[2] ad hunc finem trahebat eos, & priorum casuum obliuionem eis inseciebat: vt reliquas cruciatuum pœnas persoluerent.

5 Et populo tuo inopinatam profectionem tentante, in nouum genus interitus inciderent.

6 Siquidem res omnes creata commisso sibi cura subseruientes in suo genere, aliam de integro figuram, vt illæsi filij tui conseruarentur, induere:

7 Vtpote nubes illa quæ castra obumbrabat, & quæ aquis prius occupata terra emergens sicca apparuit, iter item expeditum è Mari rubro, & herbosus è fluctu violento campus:

8 Per quem vniuersa gens manu tua protecta, stupendáque miracula tua intuita transijt.

9 Nam equorum in modum[3] pasti fuerunt,[3] moreque agnorum exultauere, te liberatorem suum, ô Domine, decantantes.

10 Meminerant enim adhuc rerum actarum in peregrinitate sua: quo modo pro sobole animalium terra protulisset[4] pediculos,[4] & pro piscibus multitudinem ranarum fluuius euomuisset.

11 Tandem verò nouam auium progeniem viderunt, cum delicatos cibos concupiscentia ducti postulauissent:

12 Nam ad placandos eos sublimis à mari[5] coturnix[5] aduenit. Porro[6] sceleratis[6] pœna,

13 Non sine progressu fulminum vi potentis irrogata fuerunt. Iuste enim pro nequitia sua cruciabantur, qui grauiorem inhospitalitatem exercuissent. Nam alij[7] eos qui errabant apud se, non recipiebant: alij seruitute premebant hospites bene meritos:

14 Nec solum hoc,[8] sed etiam si qua esset ipsorum visitatio,[8] quoniam alienigenas inimice accipiebant.

15 Alij item quos gaudiorum celebritate recepissent, iam in consortium eiusdem iuris admissos iniquis laboribus affligebant.

16 Ergo[9] caligine[9] mulctati fuerunt, vt quondam iusti foris illi,[10] qui vastis tenebris septi suarum quisque forium quærebant exitum.

17 Etenim elementa apte transponuntur inter se, quemadmodum in psalterio soni nomen concentus permutantes, sonum tamen semper aliquem obtinent: quod licet ex inspectione rerum actarum exacte conijcere.

18 Aquatica enim mutabantur terrestria,[11] & natatui nata in terram transibant.

19 Ignis in aquam[11] præter vim suam[11] valebat, & aqua naturæ extinctricis obliuiscebatur.

20 Flammæ rursum animalium, quæ corruptioni obnoxia sunt, intercedentium corpora nulla tabe affecerunt, nec liquari natum glaciale ambrosij cibi genus[13] liquefecere.

21 Per omnia enim amplificasti populum tuum Domine, & cohonestasti: nec eis vllo tempore aut loco præsens adesse dedignatus es.

† ἐκπέμψαντες τοὺς ἀπιόντας:

1 vel, studiose deduxissent.

2 vel, fatum aut calamitas.

3 ἐσκίρτησαν Vide an legendum sit ἐχρεμέτισαν, id est, hinnierunt, scilicet præ lætitia.

4 כנים

5 vel, ortygometra.

6 i. Ægyptiis.

7 vel, ignotos.

8 i. sed etiam qui eos inuisebant. vel, sed etiam qui curam eorum suscepissent.

9 vel, visus orbati.

10 ὅτε.

11 καὶ νηκτὰ μετέβαινεν, &c.

12 τῆς ἰδίας δυνάμεως. vbi alibi additur ἐπιλελησμένον, modi suarum immemor.

13 εὔτηκτον γένος, lego ἔτηκον.

Ecclesiasticus siue Sapientia Iesu filii Sirach.

PROLOGVS AVCTORIS IN SAPIENTIAM IESV FILII SYRACHI.



Vm multa, magnaq; nobis per Legem & Prophetas, eosq; sequutos alios, tradita sint, ob quæ merito laudare Israelitas nomine eruditionis atq; sapientiæ decet.

2 Et vnde non solum ipsos lectores euadere doctos oportet, sed horum studiosi etiam externis tã dicendo quàm scribendo vtiles esse possunt:

3 Auus quoque meus cum quàm plurimo tempore in lectionem Legis & Prophetarum, aliorumq; à patribus conscriptorum librorum incubuisset, iniqué his exercitatione satis profecisset:

4 Adductus est & ipse vt aliquid ad eruditionem & sapientiam pertinens conscriberet:

5 Vnde studiosi, & qui se his dedidissent, multo maiorem ad legitimè viuendum profectum facerent.

6 Hortatus itaque vos velim, vt hæc beneuolè & attentè legatis, atque ignoscatis nobis, sicubi videamur, dũ in interpretatione elaborauimus, quarundam dictionũ vim non esse assequuti.

7 Non enim eandem vim obtinent eadem, quæ suo modo Hebraicè dicuntur, cum in alienam linguam trãslata fuerint.

8 Neque vero solum hæc, sed alia quoq;, vtpote Lex ipsa & Prophetæ, cæteriq; libri non parum interest an sua lingua recitentur.

9 Ergo anno regni Ptolemæi Euergetæ tricesimo-octauo, cum in Ægyptum peruenissem, ibique diu moratus, non paruæ eruditionis reperissem exemplar.

10 Faciendum maximè duxi, vt ipse studium aliquod & industriam ad interpretandum hunc librum adhiberem.

11 Etenim multis vigiliis, studióque contendi eo temporis interuallo, vt ad finem perductum librum ederem, vtq; studio se dedere volentes exultos moribus prius institutos secundum Legem viuerent.



Vltorum nobis & magnorũ per Legem & Prophetas aliosq; qui secuti sunt illos, sapientia demonstrata est: in quibus oportet laudare Israelem doctrinæ & sapientiæ causa:

2 Quia non solum ipsos loquentes necesse est esse peritos, sed etiam extraneos posse & discentes & scribentes doctissimos fieri.

3 Auus meus Iesus, postquam se amplius dedit ad diligentiam lectionis Legis, & Prophetarum, & aliorum librorum, qui nobis à parentibus nostris traditi sunt:

4 Voluit & ipse scribere aliquod horum quæ ad doctrinam & sapientiam pertinent:

5 Vt desiderantes discere, & illorum periti fieri, magis magisq; attendant animo, & confirmentur ad legitimam vitam.

6 Hortor itaque venire vos cum beneuolentia, & attentiori studio lectionem facere: & veniã habere illis in quibus videmur sequentes imaginem sapientiæ, & deficere in verborum compositione.

7 Nam deficiunt & verba Hebraica quando fuerint translata ad alteram linguam.

8 Non autem solum hæc, sed & ipsa Lex, & Prophetæ, cæteraq; aliorum librorum non paruam habent differentiam quando inter se dicuntur.

9 Nam in octauo & tricesimo anno temporibus Ptolomæi Euergetis Regis, postquam perueni in Ægyptum: & cum multum temporis ibi fuissem, inueni ibi libros relictos non paruæ, neq; contemnendæ doctrinæ.

10 Itaque bonum & necessarium putaui & ipse aliquam addere diligentiam & laborem interpretandi librum istum: & multa vigilia attuli doctrinam in spacio temporis ad illa quæ ad finem ducunt, librum istum dare.

11 Et illis qui volunt animum intendere, & discere quemadmodum oporteat instituere mores qui secundum legem Domini proposuerint vitam agere.

QVÆ SEQVVNTVR, IN ALIO EXEMPLARI GRÆCO reperta sic transtuli. Incerti tamen authoris Præfatio.

1 IEsus hic, Syrach quidem fuit filius, sed cognominis sibi Iesu nepos.

2 Vixit autem temporibus citerioribus, captiuitatem & restitutionem secutus, adeóque post omnes ferè prophetas.

3 Porrò auus eius Iesus, vt & ipse testatur, industrius vir fuit inter Hebræos, & prudentissimus:

4 Qui non solum aliorum ante se prudentium virorum sapienter dicta collegit, sed etiam ipse quædam priuatim multa scientia, sapientiaque plena pronunciauit.

5 Postquam igitur hoc libro ferè collectitio relicto, primus ille Iesus de vita decessit: Sirach hic post eũ rursus acceptum eundem filio suo Iesu reliquit.

6 Is tandem hunc nactus, concinne totum coegit in vnum ᵃ volumen, & Sapientiam cum suo & paterno, aui nomine inscripsit: nempe vt ipso sapientiæ nomine auditorem ad ipsum librum maiori desiderio, meditationeque pertractandum alliceret. ᵃ *vel, ordinem.*

7 Ergo dicta sapientia & ænigmata similitudinesque continet, & peculiares quasdam antiquas ac diuinas de viris Deo probatis historias, tum orationes & hymnos eiusdem. atque insuper quibus beneficiis Deus populum suum sit dignatus, quibusque malis inimicos eiusdem cumularit:

8 Sanè hic Iesus Salomonis sectator fuit, nihil minus illo sapientiæ & eruditionis nomine probatus, vt qui multiscius verè fuerit, & sit appellatus.

CAPVT I.

1 *A Deo manat omnis sapientia, (apud eum semper fuit,) & eidem perpetuò coniuncta est.*

1 OMnis ‖ sapientia à Domino Deo est, & cum illo fuit semper, & est ante æuum. A *Sapientia à Deo procedit: 3. Reg. 3. b. 4. e.*

2 Arenam

Iob.38.b.
Iacob.1.a.

2 Arenam maris & pluuiæ guttas, & dies seculi quis dinumerauit? Altitudinem cæli, & latitudinem terræ, & profundum abyssi quis dimensus est?

Commendatio sapientiæ.

3 Sapientiam Dei præcedentem omnia, quis inuestigauit?

Rom. 11. d.

4 ‖ Prior omnium creata est sapientia, & intellectus prudentiæ ab æuo.

5 Fons sapientiæ verbum Dei in excelsis, & ingressus illius mandata æterna.

6 Radix sapientiæ, cui reuelata est, & astutias illius quis agnouit?

7 Disciplina sapientiæ cui reuelata est, & manifestata? & multiplicationem ingressus illius quis intellexit?

8 Vnus est Altissimus creator omnium, omnipotens & rex potens, & metuendus nimis, sedens
B super thronum illius & dominans Deus.

9 Ipse creauit illam in Spiritu sancto, & vidit, & dinumerauit, & mensus est.

10 Et effudit illam super omnia opera sua, & super omnem carnem secundum datum suum, & præbuit illam diligentibus se.

Timor siue religio Domini.

11 ‖ Timor Domini gloria, & gloriatio, & lætitia, & corona exultationis.

12 Timor Domini delectabit cor, & dabit lætitiam & gaudium [a] in longitudinem dierum.

[a] *&*

13 Timenti Dominum bene erit in extremis, & in die defunctionis suæ benedicetur.

14 Dilectio Dei, honorabilis sapientia.

15 Quibus autem apparuit in visu, diligunt eam in visione, & in agnitione magnalium suorum.

Prouer. 1. a. 9. c.
Psal. 110. d.

16 ‖ Initium sapientiæ, timor Domini, & cum fidelibus in vulua concreatus est, & cum electis fœminis graditur, & cum iustis & fidelibus agnoscitur.

C

17 Timor Domini, scientiæ religiositas.

18 Religiositas custodiet, & iustificabit cor, iucunditatem atque gaudium dabit.

19 Timenti Dominum bene erit, & in diebus [b] consolationis illius benedicetur.

[b] *consummationis.*

20 Plenitudo sapientiæ est, timere Deum, & plenitudo à fructibus illius.

21 Omnem domum illius implebit à generationibus, & receptacula à thesauris illius.

22 Corona sapientiæ, timor Domini, replens pacem, & salutis fructum: & vidit, & dinumerauit eam.

23 Vtraque autem sunt dona Dei.

24 Scientiam, & intellectum prudentiæ sapientia compartietur: & gloriam tenentium se, exaltat.

25 Radix sapientiæ est, timere Dominum: & rami illius longæui.

Exhortatio ad patientiam in studio religionis.

26 In thesauris sapientiæ intellectus, & scientiæ religiositas: execratio autem peccatoribus sapientia.

27 Timor Domini expellit peccatum.

28 Nam qui sine timore est, non poterit iustificari: iracundia enim animositatis illius, subuersio illius est.

D

29 Vsque in tempus sustinebit patiens, & postea redditio iucunditatis.

30 Bonus sensus vsque in tempus abscondet verba illius, & labia multorum enarrabunt sensum illius.

31 In thesauris sapientiæ significatio disciplinæ:

32 Execratio autem peccatori, cultura Dei.

2 *Arenam maris, guttásve pluuiæ, aut dies æui quis enumeret? Sublimitatem cæli, terræq́ latitudinem, aut profundum (quis emetiatur?)*

3 *Similiterq́ sapientiam (Dei, rerum omnium primam) quis peruestiget?*

4 *Rerum omnium prima est sapientia creata, & prudens intelligentia iam inde ab æuo.*

5 *Fons sapientiæ sermo Dei celsissimus est: & aditus, sempiterna eiusdem præcepta.*

6 *Cuinam est detecta radix sapientiæ? aut quis calliditatem eius peruenit?*

7 *(Qui suam apertè palámque disciplinam sapientiæ adeptus est? aut quis multiplices vias eius intellexit?)*

8 *Vnus est sapiens, (creator omnium celsissimus, omnipotens,) & perquam terribilis, sedens in solio suo Dominus.*

9 *Is eam creauit, vidit, ad numerum recensuit, (& emensus est.)*

10 *Hanc super omnia opera sua, superq́ animantia cuncta effudit pro sua munificentia, & eam exhibuit sui studiosis.*

11 *Religio Domini ipsa gloria est, & magnificentia, & lætitia, & corona exultationis.*

12 *Religio Domini cor delectat, & lætitiæ ac gaudii, longæq́ vitæ conciliatrix est.*

13 *Religionem Domini colenti bene erit ad extremum, & idem die obitus sui [1] beabitur.*

14 *(Amor Dei præclara est sapientia.*

15 *Cuius qui viderint speciem, eandem perspectam, & ex miraculis ipsius agnitam diligunt.)*

16 [2] *Initium sapientiæ est religio Domini, & vnà cum fidelibus creatur [3] in vtero. ([4] electas comitatur fœminas, & apud iustos ac fideles visitur.*

17 *Religio Domini sanctitas est scientiæ:*

18 *Sanctitas autem cor incolume, iustumq́ reddet, & vidtam iucunditatem afferet atq́ gaudium.)*

19 [5] *Nidum fundauit æternum inter homines, eorumq́ progeniei se concredidit.*

20 *Reuereri Deum vberrima sapientia est, quæ homines fructibus suis exsaturat.*

21 *Omnem domum [6] ipsorum deliciis suis implet, & suis item cellas prouentibus: vtraque vero res dona Dei sunt, quæ faciunt ad prosperitatem.*

22 *Religio Domini corona est sapientiæ, tranquillitatem pariens, & salutarem incolumitatem: cuius amatores gloria effuse extollerat.*

23 † † †

24 [6] *Scientiam & intelligendi [7] artem effundit [8] sapientia: & amplectentes se, gloria extollit.*

25 *Reuereri Dominum radix est sapientiæ, & rami eiusdem longæuæ ætates.*

26 *(Thesauris sapientiæ inest intelligentia, scientiæque sanctitas: sed scelerosis execrationi est sapientia.)*

27 [*] *Religio Domini peccata depellit: & quamdiu præsens est, iram arcet.*

28 [9] *Vir iracundus non poterit censeri iustus. nam ruinam ei creat ipsius ad iram procliuitas.*

29 *Qui patiens est, vsque [10] ad tempestiuitatem præstabit tolerantiam, & postea exorietur ei lætitia.*

30 *Idem verba sua tempestiue supprimet, & labia [11] multorum consilium eius prædicabunt.*

31 *In thesauris sapientiæ [12] latet scientia.*

32 *Sceleroso vero pietas est execrabilis.*

1 τελευτῆς αὐτοῦ alliter, χάριν εὑρήσει.

2 Vel, caput. Hebr. ראשית

3 ἐν μήτρᾳ. aliter μετὰ.

4 vel, eximias

5 Aliter, est in verbis verbosa.

6 αὐτὸν alliter, αὐτῆς.

6 Quod hic additur καὶ εἶδε καὶ ἐξηρίθμησεν αὐτήν, non est in emendatioribus Græcis & antiquioribus.

7 vel, peritiam

8 ἡ σοφία:

9 θυμώδης ἀνήρ aliter, θυμὸ ἀδίκου.

10 vel, ad tempus

11 πολλῶν. aliter, πιστῶν.

12 vel, sitæ allegoriæ sunt, παραβολαί.

33 *Sapientiam si cupis, fac serues præcepta eius, & Dominus eam tibi præbebit.*
34 *[Implebitq; thesauros illius.]*
35 *Nam ipsa sapientia & eruditio religio Domini est, & grata sunt ei fides ac mansuetudo.*
36 *Religioni Domini parere ne recuses [23] inops, nec ad eam animo ficto accesseris.*
37 *[24] Ne te conformes ad sermones hominum, [25] nec labiis tuis confidas.*
38 *[26] Ne extollas teipsum, vt ne cadas, animoque tuo dedecus contrahas.*
39 *Quamobrem Dominus palam proferat secreta tua, & te in [27] medio cœtu prosternat.*
40 *Eo quod ad religionem eius non accesseris [28] sincere, sed animum dolosum attuleris.*

33 Fili, concupiscens sapientiam, conserua iustitiam, & Deus præbebit illam tibi.
34 Sapientia enim & disciplina timor Domini:
35 Et quod beneplacitum est illi, fides & mansuetudo: & adimplebit thesauros illius.
36 [1] Contumax non sis, & incredibilis timori Dei: & ne accesseris ad illum duplici corde.
37 Ne fueris hypocrita in conspectu hominum, & non scandalizeris in labiis tuis.
38 Attende in illis: ne forte cadas, & adducas animæ tuæ inhonorationem.
39 Et reuelet Deus absconsa tua, & in medio synagogæ elidat te.
40 Quoniam accessisti maligne ad Dominum, & cor tuum plenum est dolo & fallacia.

In quo consistat sapientia; apo- &c. Quomodo adeunda sapientia. [1] Non sis incredibilis timori Domini.

23 ἀνδεὴς ὤν. 24 sub. Sed ad Dei sapientiam. aliter, ne simulatorem agas in conspectu hominum. 25 χείλεσί σου μὴ πρόσεχε. aliter, χείλεσί σου πρόσεχε. 26 μὴ. aliter, μή. 27 vel, media concione 28 ἐν δόλῳ.

CAPVT II.

1 *Fili, cultum Dei aggressurus, [fac in iustitia solicite persistas, &] animum tuum pares aduersus tentationem.*
2 *Recte instituas cor tuum, & age fortiter: [admoue aurem tuam, verbaq; consulta percipe] nequid [1] impetus tempore [2] trepides.*
3 *[Sed Deum sustineas patienter.] Fac adhæreas Deo, nec desciscas, vt extremo tempore tuo locupleteris.*
4 *Quicquid inuaserit te, [3] libens excipe: [in dolore patientem,] & in qua deprimeris vicissitudine fortem te præbeas.*
5 *Quoniam vt aurum igni probatur, ita homines commendabiles in fornace afflictionis.*
6 *Confide Deo, vt opem tibi ferat: rectis insiste viis, & illo nitere: [tuere religionem eius, & in ea consenesce.]*
7 *Qui Dominum reueremini, sperate benignitatem eius: nec deflectatis ab eo vt ne concidatis.*
8 *Qui Dominum reueremini, eodem confidite: nec præmium vestrum intercidet.*
9 *Bona sperate quibus Dominus religioni est, lætitiam quoq; sempiternam & benignitatem.*
10 *[Religiosi erga Dominum, eundem diligite: & animis illustrabimini.]*
11 *In prisca retro respicite secula, & hæc considerate.*
12 *Quis Domino confisus est, & ignominiam retulit? aut quis in religione eius perstitit, & fuit desertus? aut quis inuocauit eum, quem despexerit?*
13 *Nam misericors & clemens est Dominus, peccata remittit, & tempore afflictionis salutem affert, [omnibusq; adeo eum sincere implorantibus defensor est.]*
14 *Væ cordibus ignauis, [ac labiis scelestis,] remissisq; manibus, & sceleroso duabus viis ingredienti.*
15 *Væ cordi collapso: nam cum nullam habeat fiduciam, defensore quoq; carebit.*
16 *Væ vobis qui amisistis patientiam, (desertisq; rectis itineribus, ad praua diuertistis.)*
17 *Quid enim facietis, cum Dominus in vos inquiret?*
18 *Qui Dominum reuerentur, parere verbis eius non recusabunt: & qui diligunt eum, vias eiusdem obseruabunt.*
19 *Qui reuerentur Dominum, sequentur quæ grata sunt illi: & qui diligunt eum, plenam legi ipsius nauabunt operam.*
20 *Quibus Dominus religioni est, ii corda sua excolent, & animos suos coram illo submittent.*
21 *(Religiosi in Dominum, seruabunt mandata eius, & donec respiciat ipsos, patienter perdurabunt, dicitantes:*

1 Fili, accedens ad seruitutem Dei, sta in iustitia, & in timore, & præpara animam tuam ad tentationem.
2 Deprime cor tuum, & sustine: & inclina aurem tuam, & suscipe verba intellectus, & ne festines in tempore obductionis.
3 Sustine sustentationes Dei: coniungere Deo, & sustine, vt crescat in nouissimo vita tua.
4 Omne quod tibi applicitum fuerit, accipe: & in dolore sustine, & in humilitate tua patientiam habe:
5 Quoniam in igne probatur aurum & argentum, homines verò receptibiles in camino humiliationis.
6 Crede Deo, & recuperabit te: & dirige viam tuam, & spera in illum. Serua timorem illius, & in illo veterasce.
7 Metuentes Dominum sustinete misericordiam eius: & non deflectatis ab illo, ne cadatis.
8 Qui timetis Dominum, credite illi: & non euacuabitur merces vestra.
9 Qui timetis Dominum, sperate in illum: & in oblectationem veniet vobis misericordia.
10 Qui timetis Dominum, diligite illum, & illuminabuntur corda vestra.
11 Respicite filii nationes hominum: & scitote quia nullus sperauit in Domino, & confusus est.
12 Quis enim permansit in mandatis eius, & derelictus est? aut quis inuocauit eum, & despexit illum?
13 Quoniam pius & misericors est Deus, & [1] remittet [1] in die tribulationis peccata: & protector est omnibus exquirentibus se in veritate.
14 Væ duplici corde, et labiis scelestis, et manibus malefacientibus, et peccatori terram ingredienti duabus viis.
15 Væ dissolutis corde, qui non credunt Deo: et ideo non protegentur ab eo.
16 Væ his qui perdiderunt sustinentiam, et qui dereliquerunt vias rectas, et diuerterunt in vias prauas.
17 Et quid [2] facient [2] cum inspicere cœperit Dominus?
18 Qui timent Dominum, non erunt incredibiles verbo illius: et qui diligunt illum, conseruabunt [3] verbum [3] illius.
19 Qui timent Dominum, inquirent quæ beneplacita sunt ei: et qui diligunt eum, replebuntur lege ipsius.
20 Qui timent Dominum præparabunt corda sua, et in conspectu illius sanctificabunt animas suas.
21 Qui timent Dominum, custodiunt mandata illius, et patientiam habebunt vsque ad inspectionem illius, dicentes:

1 vel, incursionis. 2 vel, præcipitet. 3 δεξάμενος.

A Serui Dei expectanda afflictio. Matth.4.a. 2.Timoth.3.b. 1.Pet.4.b. Sapient.3.a. Prouerb.17.a. Fides & spes in Deum habenda. B Psal.30.a. Esa.26.b. C [1] remittit. 3.Reg.18. [2] facient. Iohan.14.b. [3] Verbum.

2 Reg. 24. c

22 ¶ Si pœnitentiam non egerimus, incidemus in manus Domini, & non in manus hominum.

23 Secundum enim magnitudinem ipsius, sic & misericordia illius cum ipso est.

22 Si minus resipuerimus, in manus Domini [4] incidemus, potius quam in manus hominum.

23 Quanta enim maiestas est ipsius, tanta est & eiusdem misericordia.

4 vel, incidimus.

CAPVT III.

A

De parentibus honorandis. Exod. 20. Deut. 5. b Ephes. 6. a

1 Filij sapientiæ, Ecclesia iustorum: & natio illorum, obedientia & dilectio.

2 Iudicium patris audite filij, & sic facite vt salui sitis.

3 ¶ Deus enim honorauit patrem in filiis: & iudicium matris exquirens, firmauit in filios.

4 Qui diligit Deum, exorabit pro peccatis, & continebit se ab illis, & in oratione dierum exaudietur.

5 Et sicut qui thesaurizat, ita & qui honorificat matrem suam.

6 Qui honorat patrem suum, iucundabitur in filiis, & in die orationis suæ exaudietur.

7 Qui honorat patrem suum, vita viuet longiore: & qui obedit patri, refrigerabit matrem.

8 Qui timet Dominum honorat parentes, & quasi dominis seruiet his qui se genuerunt.

B

Exod. 20. c Deut. 5. b Matth. 15. a Marc. 7. b Ephes. 6. a Gen. 27. d Deut. 33. a

9 ¶ In opere & sermone, & omni patientia.

10 Honora patrem tuum, vt superueniat tibi benedictio à Deo, & benedictio illius in nouissimo maneat.

11 Benedictio patris firmat domos filiorum: maledictio autem matris eradicat fundamenta.

12 Ne glorieris in contumelia patris tui: non enim est tibi gloria, sed confusio.

13 Gloria enim hominis ex honore patris sui, & dedecus filij pater sine honore.

14 Fili, suscipe senectam patris tui: & non contristes eum in vita illius.

15 Et si defecerit sensu, veniam da, & ne spernas eum in virtute tua.

16 Eleemosyna enim patris non erit in obliuione.

17 Nam pro peccato matris restituetur tibi bonum, & in iustitia ædificabitur tibi, & in die tribulationis commemorabitur tui: & sicut in sereno glacies, soluentur peccata tua.

18 Quàm malæ famæ est qui derelinquit patrem: & est maledictus à Deo qui exasperat matrem.

C

Mansuetudo. Humilitas. Philip. 2. a

19 Fili, in mansuetudine opera tua perfice, & super hominum gloriam diligeris.

20 ¶ Quanto magnus es, humilia te in omnibus, & coram Deo inuenies gratiam.

21 Quoniam magna potentia Dei solius, & ab humilibus honoratur.

Arcana Dei non inquirenda curiosius. Prouerb. 25. d Rom. 12. a

22 ¶ Altiora te ne quæsieris, & fortiora te ne scrutatus fueris: sed quæ præcepit tibi Deus, illa cogita semper, & in pluribus operibus eius ne fueris curiosus.

23 Non est enim tibi necessarium ea quæ abscondita sunt, videre oculis tuis.

24 In superuacuis rebus noli scrutari multipliciter, & in pluribus operibus eius non eris curiosus.

25 Plurima enim super sensum hominum ostensa sunt tibi.

26 Multos enim supplantauit suspicio illorum, & in vanitate detinuit sensus illorum.

Cor prauum. D

27 Cor durum habebit male in nouissimo: & qui amat periculum, in illo peribit.

Cor prauum cor.

28 Cor ingrediens duas vias, non habebit successus, & prauicordius in illis scandalizabitur.

29 Cor nequam grauabitur in doloribus, & peccator adiiciet ad peccandum.

Superbi.

30 Synagogæ superborum non erit sanitas: frutex enim peccati eradicabitur in illis, & non intelligetur.

1 Filij sapientiæ cœtus iustorum sunt, & [1] fœtus illorum obedientia & charitas.]

2 [2] Sententiam patris audite filij, & exequimini eã, vt seruemini.

3 Dominus enim patrem liberis honorabilem reddidit, & sententiæ matris attribuit authoritatem in filios.

4 Qui veneratur patrem, peccata expiabit [abstinebit ab illis, veterumque quotidianorum compos erit:]

5 Et recondit sibi quasi thesaurum, qui matrem honorat.

6 Qui patrem veneratur, iucunditatem ex liberis capiet, temporeque precationis suæ exaudietur.

7 Qui veneratur patrem, longaeua vita fruetur: & qui Dominum audit, matri suæ acquiescet.

*8 * Qui Dominum veneratur, patrem honorabit: & parentibus suis tanquam Dominis seruiet.*

9 Tam factis quàm dictis patrem atque matrem honora, per [illegible] patientiam.]

10 [3] Vt bene precetur tibi, [bonaque illius precatio nouissimo tempore maneat.]

11 Nam bona precatio patris domos liberorum stabilit, dira vero matris imprecatio eruit fundamenta.

12 Ignominia patris tui ne glorieris: neque enim decori tibi fuerit [4] eius ignominia.

13 Paternus enim honor gloriam homini conciliat, & opprobrio liberis est mater ignominiosa.

14 Fili, senectutem patris sustine, nec eum in vita sua contristes.

15 Quod si sensibus fuerit alienatus, boni consule, & illum aspernari summo caue studio.

16 Neque enim præstita patri [5] benignitas dabitur obliuioni.

17 Sed aduersus peccatum extruetur tibi propugnaculum. Recordabitur tui tempore calamitatis tuæ, & vt per serenitatem glacies, ita peccata tua resoluentur.

18 Quàm infamis est desertor patris, & execratus Domino, qui matri suæ mouet indignationem.

19 Fili, res tuas cum mansuetudine perage, & dilecto [illegible]

*20 Quanto maior es, eò te cerus submittas, vt gratiam inuenias apud Dominum. * Multi quidem eximij sunt & insignes, sed [illegible] arcana [illegible]*

21 [illegible] tam potentia Domini magna est, & gloriam [6] ab humilibus consequitur.

22 Difficiliora autem quàm pro viribus ne quæras, & ne scruteris [7] stulte quæ vires tuas superant: Quæ tibi sunt à Deo mandata [8] sanctè meditare: [Nec plurium operum eius esto curiosus.]

23 Non enim opus est, vt [9] oculis tuis arcana perui deas.

24 Plura [10] negotiis tuis ne cura, nec superuacua scruteris multifariam.

25 Nam plura quàm pro humano captu tibi sunt patefacta.

26 Multos enim decepit [11] vana suæ opinio, & conie ctura sensus suos praue labefactauit. Pupillis orbus lumine carebis cognitione itaque, cuius expers es, ne profitearis.

27 Cor pertinax malum tandem accipiet. & qui periculum amat, in illo [12] peribit.

28 [Cor duabus vijs ingrediens non impetrabit successum, & cor prauum offendetur in eis.]

29 Cor pertinax grauabitur laboribus, & sceleratus peccata peccatis accumulabit.

30 In suasione arrogantis nihil est sani [13] & [illegible] gressus [illegible] radices egit in eo planta malitiæ, [nec ultimo [illegible]]

1 Vel, soboles aut proles.

2 κρῖμα τοῦ πατρός. aliter, ἐμοῦ τοῦ πατρός. hic patrem audite.

3 ἵνα ἐπέλθῃ σοι εὐλογία παρ' αὐτοῦ. aliter, παρ' ἀνθρώπων.

4 πατρὸς ἀτιμία. aliter, [illegible]

5 [illegible]

6 vel, animo submissis.

7 [illegible]

8 bonus.

9 [illegible]

10 τῶν ἔργων. aliter, τῶν λόγων.

11 [illegible]

12 [illegible] aliter, [illegible]

13 Vel, vel [illegible] filii [illegible]

14 *πρὸς, attenta-aure.*

31 *Cor hominis prudens meditatur [14] sermones reconditos, & sapiens aurem attentam expetit.*

32 *(Cor sapiens & intelligens abstinebit à peccatis, & in operibus iustis successu potietur.)*

15 חסד

33 *Vt aqua ignem ardentem extinguit, ita peccatum expiat misericors [15] benignitas.*

16 ὁ ἀνταποδιδοὺς

17 αὐτοῦ.

34 *Cuius [16] Dominus gratiam redditurus memor erit in posterum, vt (autbor) tempore casus [17] sui adminiculum inueniat.*

31 Cor sapientis intelligitur in sapientia, & auris bona audiet cum omni concupiscentia sapientiam.

32 Sapiens cor, & intelligibile abstinebit se à peccatis, & in operibus iustitiæ successus.

33 ‖ Ignem ardentem extinguit aqua, & eleemosyna resistit peccatis: *Eleemosyna.* Daniel 4. c. Psalm. 40. a Matth. 5. a

34 Et Deus prospector est eius, qui reddit gratiam: meminit in posterum, & in tempore casus sui inueniet firmamentum.

CAPVT IV.

1 *Fili, ne defraudes victu pauperem, nec oculos egentis spe diu produxeris.*

2 *Ne contristes animum esurientis, nec in inopia sua [1] suspensum quenquam teneas.*

1 παροργίσῃς. aliter, παροργίζεις.

3 *Cor exacerbatum ne perturbes magis, nec differas quod erogaturus sis in egenum.*

4 *Supplicem afflictum ne reiicias, nec faciem tuam auertas a paupere.*

5 *Oculum (per iram) ne deiicias ab egeno, nec locum male tibi precandi cuiquam des:*

6 *Nam animi præ acerbitate male tibi precantis orationem creator eius exaudiet.*

7 *Exhibe te coetui (pauperum) amabilem, (animumque tuum seniori,) & optimati caput tuum submitte.*

18 ἀλύπως.

8 *Præbe autem tuam pauperi [18] citra molestiam, (fungere officio tuo,) & responde eidem amice cum mansuetudine.*

9 *Iniuriam patientem eripe è manu iniuriam inferentis, nec dimittas animum.*

19 vel, in vindicando.

10 [19] *In iudicando: Instar patris esto pupillis, & loco viri matri illorum.*

20 ὑπήκοος.

11 *Erisque vice filii Altissimo, qui te, [20] quam mater tua, chariorem habiturus est.*

12 *Sapientia filios suos extollit, & sectatores suos amplectitur, (eisdemque præit via iustitiæ.)*

21 πρὸς αὐτήν. altera, πρὸς ζωήν.

13 *Qui diligit eam, vitam diligit: & qui [21] eam mane adeunt, replebuntur lætitia.*

14 *Qui eo fuerit potitus, gloriam consequetur: & quocunque introierit, assidebit fauor Domini.*

15 *Qui colunt hanc, obsequium Sancto præstant, & Dominus amatores eius diligit.*

22 ὁ προσελθὼν aliter, ὁ προσέχων.

16 *Qui paret ei, iudex erit gentium: & [22] qui accesserit ad eam, secure habitabit.*

23 ἐὰν ἐμπιστεύσῃ, &c.

17 [23] *Si se præstiterit ei fidum, hæres eius erit, & possessionem retinebit [24] eiusdem progenies.*

24 αὐτοῦ aliter, αὐτῶν.

18 *Nam peruerse primum cum tali conflictari solet, & eum iniecto terrore metu, suaque disciplina excruciare.*

19 *Donec fides animi eius constiterit, & eum per iura sua reddiderit probatum:*

20 *Tum demum se rursum conuertit ad eum recto itinere.*

21 *Et exhilerato arcana sua detegit, (deinde locupletat eum scientia & cognitione iustitiæ.)*

22 *Quod si ille defecerit, deseret eundem: & permittit eum potestati ruinæ ipsius.*

23 *Occasionem obserua, caueto que malum.*

25 ἀλλά, ne quid committas cur te animæ tuæ pudere possit. vel, ne te pudeat animæ cauere. vel, à vitiorum.

24 [25] *Nec te anima tua pudeat.*

25 *Est enim pudor peccatum trahens secum, est item pudor gloriæ gratiæque conciliator.*

26 *[26] Ne cedas vili faciei, quod anima tua damno fiat: nec in tuam perniciem erubescas.*

26 אל משפנים i. ne animi trucu-lentia cedas, aut blanditiis, quo minus quæ iusta sunt facias.

27 *(Nec proximum in casu suo reformides.*

28 *Salutiferam occasionem nactus, ne comprimas sermonem: nec sapientiam tuam celes, quo minus reddas illustrem.*

29 *Nam ex sermone sapientia cognoscitur, & è verbis*

1 Fili, ‖ eleemosynam pauperis ne defraudes, & oculos tuos ne transuertas à paupere. A *Non auertendus oculus à paupere.*

2 Animam esurientem ne despexeris, & non exasperes pauperem in inopia sua.

3 Cor inopis ne afflixeris, & non protrahas datum angustianti. Tob. 4. b Deut. 15. a Matth. 13. c

4 Rogationem contribulati ne abiicias: & non auertas faciem tuam ab egeno.

5 Ab inope ne auertas oculos tuos propter iram: & non relinquas quærentibus tibi retro maledicere.

6 Maledicentis enim tibi in amaritudine animę exaudietur deprecatio illius, exaudiet autem eum qui fecit illum.

7 Congregationi pauperem affabilem te facito, & presbytero humilia animam tuam, & magnati humilia caput tuum.

8 Declina pauperi sine tristitia aurem tuam, & redde debitum tuum, & responde illi pacificè in mansuetudine. B Gen. 14. e Exod. 1 b

9 ‖ Libera eum qui iniuriam patitur de manu superbi: & non acide feras in anima tua. *Iudex sit misericors erga pupillos.*

10 In iudicando esto pupillis misericors vt pater, & pro viro matri illorum:

11 Et eris tu velut filius Altissimi obediens, & miserebitur tui magis quàm mater.

12 Sapientia filiis suis vitam inspirat, & suscipit inquirentes se, & præibit in via iustitiæ. *Redit ad sapientiæ commendationem.*

13 Et qui illam diligit, diliget vitam: & qui vigilauerint ad illam, complectentur placorem eius.

14 Qui tenuerint illam, vitam hæreditabunt: & quò introibit, benedicet Deus.

15 Qui seruiunt ei, obsequentes erunt * Deo: & eos qui diligit illam, diligit Deus. * *sancto.*

16 Qui audit illam, iudicabit gentes: & qui intuetur illam, permanebit confidens.

17 Si crediderit ei, hæreditabit illam, & erunt in confirmatione creaturæ illorum:

18 Quoniam in tentatione ambulat cum eo, & inprimis eligit eum. Timorem & metum, & probationem inducet super illum, & cruciabit illum in tribulatione doctrinæ suæ. *Tentatio sequitur studiosos sapientiæ.* C

19 Donec tentet eum in cogitationibus suis, & credat animæ illius.

20 Et firmabit illum, & iter adducet directum ad illum, & lætificabit illum.

21 Et denudabit absconsa sua illi, & thesaurizabit super illum scientiam & intellectum iustitię.

22 Si autem oberrauerit, derelinquet eum, & tradet eum in manus inimici sui.

23 ‖ Fili, conserua tempus, & deuita à malo. *Tempus.* Rom. 12. b

24 Pro anima tua ne cōfundaris dicere verum. *Verum.*

25 Est enim confusio adducens peccatum, & est confusio adducens gloriam & gratiam.

26 Ne accipias faciem aduersus faciem tuam, nec aduersus animam tuam mendacium.

27 Ne reuerearis proximum tuum in casu suo. *Mendacium.* Prouer. 24. b

28 Nec retineas verbum in tempore salutis: *Sapientia.*

29 In lingua enim sapientia dignoscitur: & sensus, & D

non abscondas sapientiam tuam in decore suo.

sus, & sapientia, & doctrina in verbo sensati, & firmamentum in operibus iustitiæ.

Veritas. 30 Non cōtradicas verbo veritatis vllo modo, & de mendacio ineruditionis tuæ confundere.

Peccatum. 31 Non confundaris confiteri peccata tua, & ne subiicias te omni homini pro peccato.

Potens. 32 Noli resistere contra faciem potentis, nec coneris contra ictum fluuij.

Iustitia. 33 Pro iustitia agonizare pro anima tua, & vsq; ad mortem certa pro iustitia, & Deus expugnabit pro te inimicos tuos.

Lingua. 34 Noli citatus esse in lingua tua: & inutilis: & remissus in operibus tuis.

Sæuitia fugienda. 35 Noli esse sicut leo in domo tua, euertens domesticos tuos, & opprimens subiectos tibi.

Auaritia. Act. 20. g 36 Non sit porrecta manus tua ad accipiendum, & ad dandum collecta.

linguæ eruditio: [consilium item, sapientia & disciplina in oratione cordati, & iustis operibus fundamentum.]

30 *[ane contradicas veritati vllo modo, quin potius [17] te fallacis imperitiæ tuæ pudeat.]*

31 *Ne erubescas fateri peccata tua, nec aduersus cursum fluminis contendas.*

32 *Ne te submittas stulto homini, nec vultui potentis [28] cedas.*

33 *Ad mortem vsq; decerta pro veritate. [animaq; tua causa contende pro iustitia,] vt Dominus Deus [aduersus inimicos tuos] pro te pugnaturo.*

34 *Ne lingua tua [29] confidens sis: nec rursum in operibus tuis segnis ac remissus.*

35 *Ne te domi tuæ geras in modum leonis, nec in domesticos tuos insano saeuias, [aut opprimas tibi subiectos.]*

36 *Ne manum habeas porrectam ad accipiendum, ad reddendum autem contractam.*

17 περὶ ἀπαιδευσίας.
28 μὴ λάβῃς, id est, ne cuius vultum ita admittas, vt ei cedas.
29 θρασὺς, aliter, τραχὺς.

A

CAPVT V.

Diuitiis non fidendum. Luc. 12. b 1 NOli attendere ad possessiones iniquas, & ne dixeris, Est mihi sufficiens vita: nihil enim proderit in tempore vindictæ & obductionis.

Superbia. 2 Ne sequaris in fortitudine tua concupiscentiam cordis tui: & ne dixeris:

3 Quomodo potui? aut quis me subiiciet propter facta mea? Deus enim vindicans vindicabit.

Contemptus Dei. B 4 Ne dixeris, Peccaui, & quid mihi accidit triste? Altissimus enim est patiens redditor.

° propitiato peccato. Remissio peccati. Prouerb. 10. a ° infr. 21. a † infr. 16. b 5 De° propitiatu peccatorum noli esse sine metu, neq; adiicias peccatum super peccatum.

6 Et ne dicas, ° Miseratio Domini magna est, multitudinis peccatorum meorum miserebitur.

7 † Misericordia enim, & ira ab illo cito proximant, & in peccatores respicit ira illius.

8 Non tardes conuerti ad Dominum, & ne differas de die in diem.

C 9 Subito enim veniet ira illius, & in tempore vindictæ disperdet te.

Diuitiæ. Prouerb. 10. a 11. a Ezech. 7. d 10 † Noli anxius esse in diuitiis iniustis: non enim proderunt tibi in die obductionis & vindictæ.

11 Non ventiles te in omnem ventum, & non eas in omnem viam: sic enim omnis peccator probatur in duplici lingua.

Lingua. Inconstantia. Via Domini. Sermo. Iacob. 1. b ᵇ profer 12 Esto firmus in via Domini, & in veritate sensus tui & scientia, & prosequatur te verbum pacis & iustitiæ.

13 † Esto mansuetus ad audiēdum verbum Dei, vt intelligas: & cum sapientia ᵇ proferes responsum verum.

D

Lingua. 14 Si est tibi intellectus, responde proximo: sin autem, sit manus tua super os tuum, ne capiaris in verbo indisciplinato, & confundaris.

15 Honor & gloria in sermone sensati: lingua verò imprudentis subuersio est ipsius.

Susurro. 16 Non appelleris susurro in vita tua, & lingua tua ne capiaris, & confundaris.

17 Super furem enim est confusio & pœnitētia, & denotatio pessima super bilinguem: susurratori autem odium, & inimicitia & contumelia.

18 Iustifica pusillum, & magnum similiter.

1 *NE confidas tuis diuitiis, nec dicas, [1] Ad vitam meā abunde sum instructus: [nihil enim hæc vindicta [2] aggressionis tempore proderunt.]*

2 *Neq; ideo animo tuo, aut potentiæ, [3] cupiditates cordis tui, si quando indulgeas. Ne dicas item:*

3 *[Quis me potens sum?] Quis me [4] propter facinora mea perdomabit? Dominus enim vindex iniuriam abs te illatam vlciscitur.*

4 *Ne dicas, Postquam peccaui, quid mihi [5] triste accidit? Dominus enim patiens quidem est, sed impune te non dimittet.*

5 *Super data venia ne sis securus, vt peccata peccatis amplius accumules.*

6 *Nec dicas, Misericordia Dei plurima est, copiæ peccatorum meorum ignoscet.*

7 *Tam enim ira quàm misericordia [6] festinat ab eo & in sceleratos furor eius incumbet.*

8 *Ne differas conuerti ad Dominum, nec diem ex die ducas.*

9 *Nam ira Domini repente erumpet, verumq; securus profligaberis, & tempore vltionis peribis.*

10 *Ne confidas iniustis diuitiis, nihil enim aggressionis [& vindicationis] tempore producent.*

11 *Ne te cuiuis vento iactandum permittas, nec omnem viam ingrediaris, vt scelerosus bilinguis.*

12 *In sensu tuo [7] certo, [viaq; Domini scientia] constans esto, & vnus idemq; sit sermo tuus, (verbaq; pacifica ac iusta sint tibi familiaria.)*

13 *[8] Ad auscultandum bona promptus esto, fac [9] integra sit vita tua, & cum animi lenitate responsum redde.*

14 *Siquid sapis, responde [10] proximo: sin minus, manum ori tuo impone: [ne verbo inepto incurras in reprehensionem, & vitupereris.]*

15 *Oratio tam gloriæ capax est quàm ignominiæ: nec raro lingua præcipitat hominem.*

16 *Caue adipiscaris nomē obtrectatoris [in vita tua,] nec lingua tua struxeris insidias.*

17 *[11] Insidiatorem enim grauis sequitur ignominia, [pœnitentiaq;,] & pessima vituperatio bilinguem [Obtrectatorem autem manet odium, inimicitia, atq; opprobrium.]*

18 *Siue magnum, siue paruum; nequid imperite committas.*

1 τῷ ζωῆ.
2 ἐπαγωγῆς.
3 ἐν ἰσχύϊ μου, aliter, ἐν ἰσχύϊ.
4 διὰ τὰ ἔργα μου.
5 λυπηρὸν.
6 ταχινὴ.
7 ἀσφαλῶς.
8 ἐν ἀκροάσει τῷ ἀγαθῷ.
9 vel, sincera, vel verax.
10 vel, amico, aut, alteri.
11 μοχθηρᾷ.

A

CAPVT VI.

Bilinguis. Superbia. Rom. 12. e Philip. 2. a 1 NOli fieri pro amico inimicus proximo: improperium enim, & contumeliam malus hæreditabit, & omnis peccator inuidus & bilinguis.

2 † Non extollas in cogitatione animæ tuæ, velut taurus: ne fortè elidatur virtus tua per stultitiam,

3 Et folia tua comedat, & fructus tuos perdat, & relinquaris velut lignum aridum in eremo.

1 *NE inimicus euadas ex amico: nomen enim malum nanciscetur talis, & ignominiam & opprobrium, perinde vt scelerosus bilinguis, [1] laborabit infamia.*

2 *Ne efferaris animi tui consilio, ne [2] quasi taurus anima tua discerpat te,*

3 *[2] Depascatq; folia tua, deinde fructus tuos disperdat, & velut arborem destituat aridam [in deserto.]*

1 Id est, vt taurus solet plantas discerpere, ita tuum te perdat consilium.
2 lego, κατὰ φάγεται & ἀπολέσει, & ἀφήσει.

4 *Anima enim improba disperdet possidentem se, & gaudium hostibus eum efficiet. (atque in sortem deducet impiorum.)*

5 *Guttur suaue amicos sibi multos conciliat, linguaque diserta plurimas salutationes consequitur.*

6 *Fac beneuolos habeas multos, at vnum de mille consiliarium.*

7 *Amicum paraturus, experimento probatum para: nec [3] te concredas ei temere.*

3 αὐτῷ.

8 *Sunt enim amici quamdiu sibi opportunum est, qui tibi desint tempore tuæ calamitatis.*

9 *Sunt item amici, qui in inimicos conuersi, opprobrium tuum per rixam proferant.*

10 *Est amicus quispiam, vt mensæ sit particeps, qui tempore calamitatis tuæ te deserat.*

11 *Rebus secundis tuis [4] accommodabit se tibi, & inter domesticos tuos liberè versabitur:*

4 vel, tuo more se geret, & in domesticos tuos potestatem vsurpabit.

12 *Quod si fueris afflictus, resistet tibi, atque à conspectu tuo abscondet se.*

13 *Inimicos tuos deuita, & ab amicis tuis caue tibi.*

14 *Amicus fidus præsidium validum est: qui talem nactus est, thesaurum inuenit.*

15 *Amico fido nullum par est precium, nec vlla re digne decus (fides) eius rependitur.*

16 *Amicus fidus medicina vitæ est, (& immortalitatis:) talem autem nanciscentur qui reuerentur Dominum.*

17 *Qui Dominum reueretur, amicitiam suam constituit: quoniam tanquam alter idem erit [5] amicus eius.*

5 [illegible] proximus vel amicus

18 *Fili, à iuuentute tua adscisce disciplinam, & sapientiam [6] tandem canescens inuenies.*

6 vel, ad canos vsque durationem. aut per metalepsin, ad canitiem vsque fructum. [illegible]

19 *Quasi qui arat & serit, accede ad eam, & bonos ab ea fructus expecta.*

20 *Nam in opere eius non multum elaboraueris, quin de prouentibus eius mox comedas.*

21 *Quàm aspera valde est imperitis: nullus enim excors perdurat apud eam.*

22 *Tanquam lapis probator grauis incumbet illi. nec moram interponet, quin eam [7] excutiat.*

7 ἀποῤῥίψαι

23 *Nam sapientia talibus de nomine tantum [8] sua, neque adeo multis nota est.*

8 αὐτῆς.

24 † † †

25 *Audi fili, & sententiam meam [9] amplectere, nec meum renue consilium. Pedes tuos in compedes eius insere, & [10] in neruum eius ceruicem tuam.*

9 δέξαι. aliter, ἐκδέξαι. 10 vel, in [illegible]

26 *[11] Humero tuo subiecto sustine eam, nec indigne feras ipsius vincula.*

11 τὸν ὦμόν.

27 *Animo toto aspires ad illam, & pro virili parte serues eiusdem vestigia.*

28 *Fac illam inuestiges, & inquiras. nam tibi cognoscenda dabitur: cæterum adepta eam ne deseras.*

29 *Ad extremum enim requiem eius inuenies, & conuertet se tibi in lætitiam.*

30 *Tum compedes eius erunt tibi præsidio validissimo, (solidoque firmamento,) & eiusdem [12] nerui honorifico amictui.*

12 vel, torques, [illegible]. aliter, κλοιοί.

31 *Ornatus enim ipsi est aureus, & hyacinthino [13] textu retecula.*

13 [illegible]

32 *Vt amictum honorificum indues eam festiuamque [14] tibi coronam impones.*

14 σεαυτῷ

33 *Si volueris, o fili, erudieris: & si aduerteris animum tuum, euades callidus.*

34 *Si amaueris libenter [15] scientiam percipies: & si aurem tuam admoueris, adipisceris sapientiam.*

15 [illegible]

35 *In cœtu senum consiste, & adiunge te animo sapienti. Narrationem diuinam omnem libenter audias, nec te recondita prudentiaque dicta fugiant.*

4 Anima enim nequam disperdet qui se habet, & in gaudium inimicis dat illum, & deducet in sortem impiorum.

5 ‖ Verbum dulce multiplicat amicos, & mitigat inimicos: & lingua [a] eucharis in bono homine abundat. *Verbum dulce.* Infra 20. b. [a] *gratiosa*

6 Multi pacifici sint tibi, & consiliarius sit tibi vnus de mille. *De amicitia vera.*

7 Si possides amicum, in tentatione posside eum, & ne facile credas ei teipsum. Deut. 13.b.33.b. Mich. 7.a. Matth. 10.e.

B

8 Est enim amicus secundum tempus suum, & non permanebit in die tribulationis.

9 Et est amicus qui conuertitur ad inimicitiam: & est amicus qui odium & rixam & conuitia denudabit.

10 ‖ Est autem amicus socius mensæ, & non permanebit in die necessitatis. Infra 37. a.

11 Amicus si permanserit fixus, erit tibi quasi coæqualis, & in domesticis tuis fiducialiter aget.

12 Si humiliauerit se contra te, & a facie tua absconderit se, vnanimem habebis amicitiam bonam.

13 Ab inimicis tuis separare, & ab amicis tuis attende.

14 Amicus fidelis, protectio fortis: qui autem inuenit illum, inuenit thesaurum.

15 Amico fideli nulla est comparatio, & non est digna ponderatio auri & argenti contra bonitatem fidei illius.

16 Amicus fidelis, medicamentum vitæ & immortalitatis: & qui metuunt Dominum, [b] inuenient illum. [b] *inuenient*

17 Qui timet Deum, æquè habebit amicitiam bonam: quoniam secundum illum erit amicus illius.

18 Fili, à iuuentute tua excipe doctrinam, & vsque ad canos inuenies sapientiam. *Doctrinam amplecti suadet*

19 Quasi is qui arat, & qui seminat, accede ad eam, & sustine bonos fructus illius.

20 ‖ In opere enim ipsius exiguum laborabis, & cito edes de generationibus illius. Infra 51. d.

C

21 Quàm aspera est nimium sapientia indoctis hominibus, & non permanebit in illa excors.

22 Quasi lapidis virtus probatio erit in illis, & non demorabuntur proiicere illam.

23 Sapientia enim doctrinæ secundum nomen est eius, & non est multis manifesta.

24 Quibus autem cognita est, permanet vsque ad conspectum Dei.

25 Audi fili, & accipe consilium intellectus, & ne abiicias consilium meum. iniice pedem tuum in compedes illius, & in torques illius collum tuum.

26 ‖ Subiice humerum tuum, & porta illam, & ne acedieris vinculis eius. Matth. 11. d.

27 In omni animo tuo accede ad illam, & in omni virtute tua conserua vias eius.

28 Inuestiga illam, et manifestabitur tibi et continens factus ne derelinquas eam.

29 In nouissimis enim inuenies requiem in ea, et conuertetur tibi in oblectationem.

30 Et erunt tibi compedes eius in protectionem fortitudinis, et bases virtutis, et torques illius in stolam gloriæ. D

31 Decor enim vitæ est in illa, et vincula illius alligatura [c] salutis. [c] *salutaris.*

32 Stola gloriæ indues eam, et coronam gratulationis [d] impones tibi. [d] *superpones*

33 Fili, si attenderis mihi, disces eam: et si accommodaueris animum tuum, sapiens eris. 34 Si inclinaueris autem tuam, excipies doctrinam: et si dilexeris audire, sapiens eris. 35 In multitudine presbyterorum prudentium sta, et sapientiæ illorum ex corde coniungere, vt ‖ omnem narrationem Dei possis audire, et prouerbia laudis non effugiant à te. Infra 8. a.

36 Et si videris sensatum euigila ad eum, & gra-
dus ostiorum illius exterat pes tuus.
Psalm. 1. a 37 ‖ Cogitatum tuum habe in præceptis Dei, &
in mádatis illius maxime assiduus esto. & ipse dabit
tibi cor, & concupiscentia sapientiæ dabitur tibi.

36 Tibi cordatum quempiam videris, mane ad eum
propera: & pes tuus limina ¹⁶ foriumn eiusdem atterat.
37 ¹⁷ Exacte perpende præcepta Domini, eiusque
que mandata meditare assidue. Ipse, et tuum cor firma-
bit, & quam desideras sapientia tibi dabitur.

16 θυρῶν. aliter, τρίβους, callem itinerum
17 τελείως.

CAPVT VII.

A ¹ NOli facere mala, & non te apprehendent.
Malum. ² Discede ab iniquo, & * deficient mala abs te.
* ascendent. ³ Fili, non semines mala in sulcis iniustitiæ, &
non metes ea in septuplum.
⁴ Noli quærere ab homine ducatum, neque à
Rege cathedram honoris.
Psalm. 142. ⁵ ‖ Non te iustifices ante Deum, quoniam agni-
Eccles. 7. c tor cordis ipse est: & penes regem noli velle videri
Iob. 9. a. c sapiens.
Luc. 18. b ⁶ Noli quærere fieri iudex, nisi valeas virtute ir-
rumpere iniquitates: ne forte extimescas faciem
potentis, & ponas scandalum in agilitate tua.
⁷ Non pecces in multitudine ciuitatis, nec te
immittas in populum,
Esa. 23. d ⁸ ‖ Neque alliges duplicia peccata: nec enim in
vno eris immunis.
B ⁹ Noli esse pusillanimis in animo tuo.
¹⁰ Exorare, & facere eleemosynam ne despicias.
¹¹ Ne dicas, In multitudine munerum meorum
respiciet Deus, & offerente me Deo altissimo mu-
nera mea suscipiet.
¹² Non irrideas hominem in amaritudinem a-
1. Reg. 2. b nimæ: ‖ est enim qui humiliat & exaltat, circum-
spector Deus.
* arare. ¹³ Noli * amare mendacium aduersus fratrem
tuum: neque in amicum similiter facias.
¹⁴ Noli velle mentiri omne mendacium: assi-
duitas enim illius non est bona.
¹⁵ Noli verbosus esse in multitudine presbyte-
rorum, & non iteres verbum in oratione tua.
¹⁶ Non oderis laboriosa opera, & rusticatio-
nem creatam ab Altissimo.
¹⁷ Non te reputes in multitudine indisciplina-
torum,
¹⁸ Memento iræ, quoniam non tardabit.
¹⁹ Humilia valde spiritum tuum: quoniam vin-
dicta carnis impii, ignis & vermis.
²⁰ Noli præuaricari in amicum pecuniam dif-
ferentem, neq; fratrê charissimum auro spreueris.
C ²¹ Noli discedere à muliere sensata & bona,
De familia & quam sortitus es in timore Domini: gratia enim ve-
re domestica. recundiæ illius super aurum.
Leu. 2. 19. c. ²² ‖ Non lædas seruum in veritate operantem,
neque mercenarium dantem animam suam.
²³ Seruus sensatus sit tibi dilectus quasi anima
tua, non defraudes illum libertate, neque inopem
derelinquas illum.
Deut. 25. a ²⁴ ‖ Pecora tibi sunt? attende illis: & si sunt vti-
lia, perseuerent apud te.
²⁵ Filii tibi sunt? erudi illos, & curua illos à pue-
ritia illorum.
²⁶ Filiæ tibi sunt? serua corpus illarum, & non
ostendas hilarem faciem tuam ad illas.
²⁷ Trade filiam, & grande opus feceris, & ho-
mini sensato da illam.
²⁸ Mulier si est tibi secundum animam tuam,
non proiicias illam: & odibili non credas te in to-
to corde tuo.
Pap. 3. b ²⁹ ‖ Honora patrem tuum, & gemitus matris
tuæ ne obliuiscaris.
Tob. 4. a ³⁰ ‖ Memento quoniam nisi per illos, natus
non fuisses: & retribue illis, quomodo & illi tibi.
D ³¹ In tota anima tua time Dominum, & sacer-
Deut. 12. c dotes illius sanctifica. In omni virtute tua dilige eum qui te fecit: & ‖ ministros eius ne derelinquas.

1 NE quid mali facias, ne tibi malum accidat.
2 ¹ Recede ab iniusto, vt ¹ peccatum abs te declinet.
3 Fili, ne committas semen sulcis iniustitiæ, ne septies
tanto ampliorem inde messem facias.
4 Principatum à Domino ne petas, nec à rege sedem
magnificam.
5 Ne te coram Domino pro iusto vendites, (quoniam
ipse pernouit cor vniuscuiusque,) nec ² apud regem ostentes
tes sapientiam.
6 Iudex euadere ne contendas, ne ³ iniquo facilis par
esse non possis, neue forte faciem potentis reformides, &
integritati tuæ ponas offendiculum.
7 Ne quid pecces in multitudinem ciuitatis: nec te
abiectè vulgo permittas.
8 Neue peccatum congemines, cum ne vnum quidem
impune laturus sis.
9 ⁴ Ne sis remisso ad precationes faciendas animo.
10 Nec ⁵ miserando benignum præbere te negligas.
11 Ne dicas, Deus summus respiciet copiam munerum
meorum, & ea à me offerente accipiet.
12 Hominem acerbitate animi sui laborantem ne de-
rideas: est enim qui deprimat, & idem euehat (Deus a-
nimaduersor.)
13 Ne machineris aduersus fratrem tuum mendacium,
nec idem struas in amicum.
14 Ne velis vti vllo mendacio. nunquam enim pro-
dest frequentatio eius.
15 In coetu seniorum ne sis verbosus, nec in precatione
tua dictum iteres.
16 Laboriosum opus ne prosequaris odio, ne agricul-
turam ab Altissimo institutam.
17 Ne te ⁶ adiungas multitudini sceleratorum.
18 Sed vindictam moram non esse facturam memi-
neris.
19 Animum tuum submitte admodum, quoniam
ignis & vermis supplicia sunt (carnis) impii.
20 Ne permutes ⁷ vnquam amicum ⁸ re vulgari,
nec fratrem sincerum auro ⁹ Ophirio.
21 Vxore sapiente, bonaque cane ne excidas, (si quam
secundum religionem Domini nactus es:) nam venustas
eius præstantior auro est.
22 Ne male tracter famulum operantem fideliter,
nec mercenarium se tibi totum impendentem.
23 Famulum ¹⁰ cordatum charum habeas animo,
nec defraudes eum libertate.
24 Pecudes si tibi fuerint, fac curam eas: & si tibi
sunt vtiles, apud te permaneant.
25 Si liberi tibi fuerint, erudias eos, & ceruicem eo-
rum demes à iuuentute.
26 Si filiæ tibi sint, asserues corpus earum, nec vul-
tum tuum ostendas ipsis hilarem.
27 Eloca filiam, & magnum opus peregeris: cæterum
fac eam viro cordato colloces.
28 Vxorem ex sententia nactus ne repudies, * nec te
permittas odiosæ.
29 Patrem tuum animo toto magnifices, nec dolo-
rum matris obliuiscaris.
30 Memento te natum esse per eos, & quid rependas
eis pro eo quod de te sunt meriti?
31 Animo toto reuerere Dominum, & sacerdotes e-
ius suspice. Creatorem tuum omni vi dilige, nec sacros eius
ministros deseras.

1 ἀμαρτίας.
2 παρὰ βασιλεῖ.
3 Scilicet vel in aliis puniendis, vel in te ad iustitia sustinenda.
4 vel animum in precibus tuis ite dispondeas. aut, quo minus preceris ne despondeas animum.
5 vel, in pauperes erogare.
6 συγκλεισθῇς.
7 ἕνεκεν.
8 ἀδιαφόρου. fortassis legendum, διαφόρου id est, te estimatione.
9 σουφείρ. Ita sidens Septuaginta vertere. אופיר 3 Reg. 16. 1. 2. Para. 4. quod Hebræis est ophirum.
10 συνετόν. aliter, ἀγαθόν.

32 *Fac metuas Dominum,& sacerdotem magnifacias:*
33 *Nec non portionem suam, vt mandatum habes, tribuas eisdem,*
34 *Primitias [& lustrationes,] piacularioque munera.*
35 *Tum præbendos* [31] *armos, ac lustralia sacrificia, primitiasque* [32] *sacrorum:*
36 *Deinde manum tuam porrige pauperi, vt plena sit tua munificentia (expiatioque)*
37 *Gratiosa est apud viuos omnes munificentia, ac ne à mortuo quidem prohibenda.*
38 *Ne desis lamentantibus [consolando,] & cum lugentibus lugeas.*
39 *Ne dubites inuisere ægrotum, nam gratiam ex eo colliges.*
40 [33] *In omnibus factis tuis memento extremorum, & in æternum non peccabis.*

31 שוק Schoki solent interpretari Septuaginta, vt Leuit. 8.
32 ἀπαρχὴν, vel sacras primitias.
33 בכל דכריך

32 Honora Deum ex tota anima tua, & honorifica sacerdotes, & propurga te cum brachiis.
33 Da illis partem, sicut mandatum est tibi: Leuit. 2. a
34 Primitiarum & purgationis: & de negligen- Num. 18. b
tia tua purga te cum paucis.
35 Datum brachiorum tuorum & sacrificium sanctificationis offeres Domino,& initia sanctorum:
36 Et pauperi porrige manum tuam, vt perficiatur propitiatio,& benedictio tua.
37 Gratia datur in conspectu omnis viuentis, Tob. 1. d
& mortuo non prohibeas gratiam.
38 Non desis plorantibus in consolatione, & Rom. 12. c
cum lugentibus ambula.
39 Non te pigeat * visitare infirmum: ex his Matth. 25. d
enim in dilectione firmaberis.
40 In omnibus operibus tuis memorare nouissima tua & in æternum non peccabis.

CAPVT VIII.

1 *NE concertes cum homine potente, vt ne fortè in manus eius incidas.*
2 *Cum homine opulento ne contendas,* [2] *vt ne fortè ex aduerso librans pondus tuum eleuet.*
3 *Aurum enim perdidit multos, cordaque regum peruertit.*
4 *Ne rixeris cum homine linguaci, nec in ignem eius ligna confercias.*
5 *Ne colludo cum imperito, ne maiores tui notentur ignominia.*
6 *Homini à peccato recedenti probrum ne obiicias, sed memento nos omnes esse in crimine.*
7 *Ne spernas hominem in sua senectute: etenim è nobis sunt qui consenescunt.*
8 *Ne gaudeas* [3] *super morte inimici tui,* [3] *sed memento nos omnes esse morituros.*
9 *Ne contemnas sermonem (senum) sapientum, sed versare in* [4] *pronunciatis eorum.*
10 *Ab ipsis enim disces eruditionem (doctumque induciam,) &* [4] *dextere proceribus ministrare.*
11 *Disputationes senum ne negligas: ipsi enim à patribus suis nacti sunt eruditionem.*
12 *Quapropter sapere disces ab eis, & opportuno tempore respondere.*
13 *Ne inflammes carbones scelerosi (reprehendendo) vt ne conflagres flamma ignis (peccatorum) eius.*
14 [5] *Ne insurgas in contumeliosum,* [5] *vt ne quasi subsessor ori tuo insidietur.*
15 *Ne quid mutuo dederis homini potentiori: quòd si dederis pro amisso habeas.*
16 *Supra vires tuas ne quid spondeas: quòd si spoponderis, vt qui præstaturus sis illud, esto solicitus.*
17 *Ne litiges cum iudice: nam sententia* [6] *secundum ipsum pronunciabitur.*
18 *Ne facias iter cum temerario, ne ingrauescat aduersum te. Nam ipse aget quod sibi libuerit, & per stultitiam eius peribis.*
19 *Ne committas pugnam cum iracundo, neue desertum cum eo perambules. Quoniam homicidium pro nihilo ducit: & vbi nihil est opis, prosternet te.*
20 *Ne ineas consilium cum stulto: neque enim dicta* [7] *continere poterit.*
21 *Nihil agas secreti cum alieno: nescis enim quid pariat.*
22 *Ne aperias consilium tuum cuiuis homini, ne tibi referat* [8] *falsam gratiam, (faciatque contumeliam)*

2 vel, ne tibi præponderet. vel, tibi pondus opponat.
3 ὑπερῷ τῷ ἐχθρῷ σου.
4 Vel, sententiis, aut scite dictis
4 ὑπερόχοις.
5 vel, Ne commoueas ira contumeliosum, פסב
6 Id est, secundum eius sententiam & voluntatem, vel gloriam.
7 λόγον.
8 ψευδῆ.

1 Non litiges cum homine potente, ne fortè in- A
cidas in manus illius.
2 ‖ Non contendas cum viro locuplete, ne for- Matth. 5. f
tè contra te constituat litem tibi.
3 ‖ Multos enim perdidit aurum & argentum, Infra 31. a
& vsque ad cor regum extendit, & conuertit.
4 Non litiges cum homine linguato, & non strues in igne illius ligna.
5 Non communices homini indocto, ne male de progenie tua loquatur.
6 ‖ Ne despicias hominem auertentem se à pec- Galat. 6. a
cato, neque improperes ei, memento quoniam om- 2. Corinth. 2. b
nes in * corruptione sumus. * correptione.
7 ‖ Ne spernas hominem in sua senectute: eti- Leuit. 19. g
enim ex nobis senescunt. B
8 Noli de mortuo inimico tuo gaudere: sciens quoniam omnes morimur, & in gaudium nolumus venire.
9 ‖ Ne despicias narrationem presbyterorum Supra 6.
sapientum, & in prouerbiis eorum conuersare.
10 Ab ipsis enim disces sapientiam, & doctrinam intellectus, & seruire magnatis sine querela.
11 Non te prætereat narratio seniorum: ipsi enim didicerunt a patribus suis.
12 Quoniam ab ipsis disces intellectum, & in * dare.
tempore necessitatis * dabis responsum.
13 Non incendas carbones peccatorum argu- C
ens eos, & ne incendaris flamma ignis peccatorum illorum.
14 Ne contra faciem stes contumeliosi, ne sedeat quasi insidiator ori tuo.
15 ‖ Noli fœnerari homini fortiori te: quòd si Infra 29. a
fœneraueris quasi perditum habe.
16 Non spondeas super virtutem tuam: quòd si spoponderis, quasi restituens cogita.
17 Non iudices contra iudicem: quoniam secundum quod iustum est, iudicat.
18 ‖ Cum audace non eas in via, ne fortè grauet Genes. 4. b
mala sua in te: ipse enim secundum voluntatem su- D
am vadit, & simul cum stultitia illius peries.
19 ‖ Cum iracundo non facias rixam, & cum Prouerb. 22. d
audace non eas in desertum: quoniam quasi nihil Esa. 3. a
est ante illum sanguis, & vbi non est adiutorium elidet te.
20 Cum fatuis consilium non habeas, non enim poterunt diligere nisi quæ eis placent.
21 ‖ Coram extraneo ne facias consilium: ne- Eccles. 9. e
scis enim quid pariet. 22 Non omni homini cor tuum manifestes: ne fortè inferat tibi gratiam fal- 37. a. b.
sam, & conuitietur tibi.

CAPVT IX.

CAPVT IX.

A Vxor. 1 NOn zeles mulierem sinus tui, ne ostendas super te malitiam doctrinæ nequam.

2 Non des mulieri potestatem animæ tuæ, ne ingrediatur in virtute tua, & confundaris.

Meretrix fugienda. 3 Ne respicias mulierem multiuolam: ne fortè incidas in laqueos illius.

4 Cum saltatrice ne assiduus sis: nec audias illam, ne fortè pereas in efficacia illius.

Genes. 6. a 5 ‖ Virginem ne conspicias, ne fortè scandalizeris in decore illius.

Prouer. 5. a 6 ‖ Ne des fornicariis animam tuam in vllo: ne perdas te, & hæreditatem tuam:

7 Noli circumspicere in vicis ciuitatis, nec oberraueris in plateis illius.

Matth. 5. e 8 ‖ Auerte faciem tuam à muliere compta, & ne circumspicias speciem alienam.

Genes. 34. c 2. Reg. 11. a Iudith. 10. 11. 12 9 ‖ Propter speciem mulieris multi perierunt: & ex hoc concupiscentia quasi ignis exardescit.

B 10 ⁻Omnis mulier quę est fornicaria, quasi stercus in via⁻ ab omnibus prætereuntibus conculcabitur.

11 ⁻Speciem mulieris alienę multi admirati reprobi facti sunt. colloquium enim illius quasi ignis exardescit.

12 Cum aliena muliere ne sedeas omnino, nec accumbas cum ea super cubitum:

13 Et non alterceris cum illa in vino, ne fortè declinet cor tuum in illam, & sanguine tuo labaris in perditionem.

C Amicus. 14 Ne derelinquas amicum antiquum: nouus enim non erit similis illi.

15 Vinum nouum, amicus nouus: veterascet, & cum suauitate bibes illud.

Iudicum 9. a 2. Reg. 15. a 16 ‖ Non zeles gloriam, & opes peccatoris: non enim scis quæ futura sit illius subuersio.

17 Non placeat tibi iniuria iniustorum, sciens quoniam vsque ad inferos non placebit impius.

18 Longe abesto ab homine potestatem habente occidendi, & non suspicaberis timorem mortis.

19 Et si accesseris ad illum, noli aliquid committere, ne fortè auferat vitam tuam.

20 Communionem mortis scito: quoniam in medio laqueorum ingredieris, & super dolentium arma ambulabis.

Supra 9. c Infra 37. a 21 Secundum virtutem tuam caue te à proximo tuo, ‖ & cum sapientibus & prudentibus tracta.

Iustus. 22 Viri iusti sint tibi conuiuæ, & in timore Dei sit tibi gloriatio.

23 Et in sensu sit tibi cogitatus Dei, & omnis enarratio tua in præceptis Altissimi.

Sermo. 3. Reg. 1 * princeps 24 In manu artificum opera laudabuntur, & * principes populi in sapientia sermonis sui, in sensu verò seniorum verbum. 25 Terribilis est in ciuitate sua homo linguosus: & temerarius in verbo suo odibilis erit.

1 VXorem [1] quam complecteris, ne prosequaris Zelotypia, nec eam malam in te artem doceas. — 1 vel, Erga vxorem quam complecteris.

2 Ne permittas animum tuum mulieri adeò vt possideat potestatem tuam, (tuque dedecus incurras.)

3 Mulieri meretrici ne te des obuiam, ne fortè in laqueos eius incidas.

4 Cantatricem mulierem ne frequentes, (nec audias,) ne fortè [2] conatibus eius capiaris. — 2 vel, artibus.

5 Ne contempleris virginem, vt ne noxam ex precioso ipsius cultu contrahas.

6 Ne appellas animum tuum ad meretrices, ne perdas (te simul &) tuam possessionem.

7 In vicis vrbis ne circumspectes, nec in secretis eius locis oberres.

8 A muliere formosa auertas oculos, nec contempleris pulchritudinem alienam.

9 Nam multi forma mulierum seducti sunt, & amor ex ea in modum ignis exardescit.

10 †††

11 †††

12 Apud mulierem maritatam ne sedeas omnino, nec inter vinas recumbas.

13 Neue committas cum ea compotandi gratia symbolum, vt ne fortè ad eam inclinet animus tuus, & affectu prolabaris in perniciem.

14 Ne deseras amicum veterem: par enim illi nouus non erit.

15 Amicus nouus vt vinum nouum est, quod inueteratum demum bibes cum voluptate.

16 Ne affectes gloriam (aut opes) sceleresi: nescis enim quis sit futurus ipsius exitus.

17 Quod placet impiis, tu ne probes, sed memento illos ad inferos vsque [3] nihil esse acturos quod iustum sit. — 3 vel, nihil esse iusti dicturos.

18 Procul absiste ab homine potestatem necis habente, nec timore mortis eris anxius:

19 Quòd si accesseris, ne quid delinquas, vt ne tibi vitam [4] protinus adimat: — 4 παραχρῆμα

20 Per medios laqueos scito transire te, & per vrbium pinnas ingredi.

21 Quàm potes sedulò explores [5] amicos, & cum sapientibus consilia conferas. — 5 רעים vel, sodales.

22 Viri iusti conuiuæ tui sint, & in religione Domini tua gloriatio.

23 Colloquia tua cum cordatis habeas, & de lege Altissimi sit omnis tua disputatio.

24 Opus de manu artificum laudem inueniet: at de sermone suo dux populi sapiens, (ipse vero sermo à senili prudentia.

25 Formidandus est in ciuitate sua vir linguæ, & sermone suo temerarius meretur odium.

CAPVT X.

A De rectoribus. 1 IVdex sapiens iudicabit populum suum, & principatus sensati stabilis erit.

Prouerb. 29. b 2 ‖ Secundum iudicem populi, sic & ministri eius: & qualis rector est ciuitatis, tales & inhabitantes in ea.

3. Reg. 12. a 3 ‖ Rex insipiens perdet populum suum: & ciuitates inhabitabuntur per sensum prudentium.

4 In manu Dei potestas terræ: & execrabilis omnis iniquitas gentium, & vtilem rectorem suscitabit * in tempore super illam. — * in tempus.

5 In manu Dei potestas hominis, & super faciem scribæ imponet honorem suum.

6 Omnis iniuriæ proximi ne memineris, ‖ & nihil agas in operibus iniuriæ.

Eccle. 19. e Superbiam. 7 ‖ Odibilis coram Deo est & hominibus superbia: & execrabilis omnis iniquitas gentium.

1 REctor sapiens erudit populum suum, & principatus cordati est compositus.

2 Qualis rector ciuitatis est, tales & ministri eius: qualis item princeps vrbis, tales & omnes eius incolæ.

3 Rex imperitus perdet populum suum: at prudentia procerum vrbs incolis frequentabitur.

4 Potestas terræ est in manu Domini, qui opportunè suscitabit in ea hominem vtilem.

5 Successus hominis est in manu Domini, idemque personæ scribæ gloriam suam attribuit.

6 Ne succenseas proximo ob quamuis iniuriam, nec quicquam per iniuriam egeris.

7 Inuisa Deo simul & hominibus est superbia, & vtrique [6] facinus iniustum auersantur. — 6 ἀμφοτέροις ἡ ἀδικία.

8 * *Propter iniurias enim & contumelias,[a] fraudesque partas opes regna ad alias atque alias gentes transferuntur:*

9 * *Nam auaro*[3] *nihil est iniquius.*

10 *Quid tandem superbit terra & puluis? Nihil est iniquius quam amare pecuniam: Hic enim animum venalem suam ipsius efficit ut qui*[4] *animam quoque cuiusfuis exigat. Nam*[5] *pro vita ipsius*[6] *eruere viscera sua quisque cogitur.*

11 *(Omnis tyrannis breuem vitam sortitur: quia morbus pertinax medico grauis est)*

12 *Tenacem morbum praecidit medicus,ita*[7] *rex hodie viuit,cras moritur.*

13 *Nam mortuum hominem serpentes, vermes & bestiae excipient.*

14 *Initium superbiae est defectio hominis à Domino, & à creatore suo abductus animus.*

15 *Porrò*[8] *superbia origo peccati est, & qui praeditus est ea,*[9] *profundet execrabilia,*[10] *donec tandem subuertatur.*

16 *Propterea Dominus agmina (malorum) afficit ignominia,& tales ad extremum subuertit.*

17 *Dominus principes detrahit de sedibus,eorumque loco mansuetos constituit.*

18 *Radices superbarum gentium*[10] *euellit Dominus,& loco earum*[11] *gloriosè plantat humiles.*

19 *Dominus euertit loca gentium, easque de terra funditus abolet.*

20 [11] *Arefactas aufert & disperdit eas, & de terra delet earum memoriam.*

21 *(Deus memoriam superborum oblitterat,& relinquit monimenta submissorum animo.)*

22 *Superbia non est creata hominibus,nec ira furiosa progeniei mulierum.*

23 [c] *Est semen honorificum, semen scilicet hominis: semen honorificum, qui Dominum reuerentur.*[c] *Est semen infame, semen scilicet hominis: semen infame, qui praecepta violant: Vel, Semen*[13] *stabile sunt qui reuerentur Dominum, & honesta planta qui eundem diligunt.*[c] *Semen infame sunt, qui legem negligunt: & semen*[14] *fallax, qui praecepta violant.*

24 *Inter fratres qui praeest ipsis, honore excellit: at*[15] *praeipso, qui reuerentur Dominum.*[16] *Ne deficias*[17] *imperium, obstat religio Domini: duritia vero & superbia imperium amittitur.*

25 *Tam diuitis & honorati, quam pauperis decus est religio Domini.*

26 *Vt pauperem cordatum non est aequum ignominia affici, ita virum (diuitem) sceleratum honorari non conuenit.*

27 *Proceres vesteres & potentes florent honoribus: attamen nemo eorum reuerente Dominum maior est.*

28 *Liberi ministrabunt seruo cordato, & vir prudens*[18] *cum erudietur, non fremet: (neque enim honoribus afficietur imperitus.)*

29 [19] *Ne cunctes vellas, quae minus agat opus tuum, ne te pro superbiam pudeat ipsius tempore difficili.*

30 *Plurus enim est*[20] *qui operatur, & abundat copiis, quam qui superbè se gerit, & laborat*[21] *panis penuria.*

31 *Fili, per mansuetudinem gloriam animae tuae concilia, & eam honora quam meretur,affice.* 32 *Quis iustum dicat eum qui peccat in animam suam? aut quis virum suam infamantem honoret?* 33 *Pauper propter scientiam suam (& religionem) gloriam adipiscitur, & diues ob diuitias suas in honore est.* 34 *Qui vero pauper honoratus est quanto diues esset idem honoratior? & qui infamis est in diuitiis, quanto foret in paupertate magis?*

8 ‖ Regnum à gente in gentem transfertur propter iniustitias: & iniurias, & contumelias, & diuersos dolos.

9 Auaro autem nihil est scelestius.

10 Quid superbit terra & cinis? Nihil est iniquius,quàm amare pecuniam. hic enim & animam suam venalem habet: quoniam in vita sua proiecit intima sua.

11 Omnis potentatus breuis vita: languor prolixior grauat medicum.

12 Breuem languorem praecidit medicus: sic & rex hodie est, & cras morietur.

13 Cum enim morietur homo, haereditabit serpentes, & bestias, & vermes.

14 Initium superbiae hominis, apostatare à Deo: quoniam ab eo qui fecit illum, recessit cor eius.

15 Quoniam initium omnis peccati est superbia: qui tenuerit illam, adimplebitur maledictis, & subuertet eum in finem.

16 Propterea exhonorauit Dominus conuentus malorum, & destruxit eos vsque in finem.

17 Sedes ducum superborum destruxit Deus, & sedere fecit mites pro eis.

18 Radices gentium superbarum arefecit Deus, & plantauit humiles ex ipsis gentibus.

19 Terras gentium euertit Dominus, & perdidit eas vsque ad fundamentum.

20 Arefecit ex ipsis, & disperdidit eos, & cessare fecit memoriam eorum à terra.

21 Memoriam superborum perdidit Deus, & reliquit memoriam humilium sensu.

22 Non est creata hominibus superbia: neque iracundia nationi mulierum.

23 Semen hominum honorabitur hoc, quod timet Deum: semen autem hoc exhonorabitur, quod praeterit mandata Domini.

24 In medio fratrum rector illorum in honore: & qui timent Dominum, erunt in oculis illius.

25 Gloria diuitum, honoratorum, & pauperum, timor Dei est:

26 Non despicere hominem iustum pauperem, & non magnificare virum peccatorem diuitem.

27 Magnus est iudex, & potens est in honore: & non est maior illo qui timet Deum.

28 ‖ Seruo sensato liberi seruient: ‖ & vir prudens & disciplinatus non murmurabit correptus, & inscius non honorabitur.

29 Noli extollere te in faciendo opere tuo, & noli cunctari in tempore angustiae.

30 ‖ Melior est qui operatur, & abundat in omnibus quam qui gloriatur, & eget pane.

31 Fili, in mansuetudine serua animam tuam, & da illi honorem secundum meritum suum.

32 Peccantem in animam suam quis iustificabit? & quis honorificabit exhonorantem animam suam?

33 Pauper gloriatur per disciplinam & timorem suum: & est homo qui honorificatur propter substantiam suam.

34 Qui autem gloriatur in paupertate, quanto magis in substantia? & qui gloriatur in substantia, paupertatem vereatur.

Iere. 27. a Dan. 4. c — Auaritia. — B — Superbia. — C — Timor Dei. — D — Prouerb. 17. a 2. Reg. 12. b — Prouerb. 12. b

Marginal notes: 2 Ἠλία. 3 σὺ ὑπερηφανεύεται, &c. inter posteriora lego. 4 נפשׁו 5 בחייו vel, in vita sua, id est, viui. An sic, Hic etiam animam suam venalem habet, quia in vita sua viscera quoque sua eicere paratus est, scil. lucri causa. 6 ἐρρίψατο. 7 vel, tyrannus. 8 ἀρχὴ ἁμαρτίας ὑπερηφανία. 9 ἐξομβρήσει. aliter, ἐξυβρίσει. 10 ὑπερηφάνων ἐξέτιλεν, aliter, ἐξεῖλεν. 11 ἐνδόξη. 12 ἐξήρανεν. aliter, ἐξῆρεν. 13 vel, fidum vel, tutum. 14 vel, vanum. 15 vel in conspectu eius. 16 πρὸ λήξεως ἀρχῆς. 17 vel, principatum. 18 παιδευόμενος. 19 vel, Ne vafrè aut fraudulenter opus tuum agas, nec tempore difficili affectes gloriam. 20 ὁ ἐργαζόμενος καὶ περισσεύων ἐν πᾶσι, aliter, ἐργαζόμενος ἐν πᾶσιν, ἢ περιπατῶν. 21 ἄρτων.

CAPVT XI.

1 *Sapientia exaltat caput humilis, & eum inter proceres collocat.*

2 *Ne laudes virum de sua pulchritudine, nec quenquam ob formam suam vitupera.*

1 Sapientia ‖ humiliati exaltabit caput illius, & in medio magnatorum consedere illum faciet.

4 ‖ Non laudes virum in specie sua, neque spernas hominem in visu suo.

Gen. 41. f Dan. 6. a Iohan. 7. c — A

3 Breuis in volatilibus est apis, & initium dulcoris habet fructus illius.

Act. 12. d Superbia. 4 ‖ In vestitu ne glorieris vnquam, nec in die honoris tui extollaris: quoniam mirabilia opera Altissimi solius, & gloriosa, & absconsa, & inuisa opera illius.

5 Multi tyranni sederunt in throno, & insuspicabilis portauit diadema.

1. Reg. 15. f Hester. 6. e 6 ‖ Multi potentes oppressi sunt valide, & gloriosi traditi sunt in manus alterorum.

Deut. 13. b. 17. b Iosue 7. c. 22. c Prouerb. 18. c 7 ‖ Priusquam interroges, ne vituperes quenquam: & cum interrogaueris, corripe iustè.

8 ‖ Priusquam audias ne respondeas verbum, & in medio [*] seniorum ne adiicias loqui.

[*] sermonum.

B 9 De ea re, quæ te non molestat, ne certeris: & in iudicio peccantium ne consistas.

Matth. 19. c 1. Timoth. 6. b 10 ‖ Fili, ne in multis sint actus tui: & si diues fueris, non eris immunis a delicto, si enim secutus fueris non apprehendes: & non effugies, si præcurreris.

Prouerb. 10. c 11 ‖ Est homo laborans, & festinans, & dolens impius, & tanto magis non abundabit.

Iob. 42. c 12 ‖ Est homo marcidus egens recuperatione, plus deficiens virtute, & abundans paupertate: & oculus Dei respexit illum in bono, & erexit eum ab humilitate ipsius.

13 Et exaltauit caput eius: & mirati sunt in illo multi, & honorauerunt Deum.

Iob. 1. c Ezech. 18. a 14 ‖ Bona & mala, vita & mors, paupertas & honestas, a Deo sunt.

15 Sapientia & disciplina legis, & scientia apud Deum. Dilectio, & viæ bonorum apud ipsum.

16 Error & tenebræ peccatorib. concreta sunt: qui autem exultant in malis, consenescunt in malo.

17 Datio Dei permanet iustis, & profectus illius successus habebit in æternum.

C 18 Est qui locupletatur parcè agendo, & hæc est pars mercedis illius in eo quòd dicit,

Luc. 12. c 19 ‖ Inueni requiem mihi, & nunc manducabo de bonis meis solus.

20 Et nescit, quod tépus prætereat, & mors appropinquet, & relinquat omnia aliis, & morietur.

Matth. 10. c 21 ‖ Sta in testamento tuo, & in illo colloquere, & in opere mandatorum tuorum veterasce.

22 Ne manseris in operibus peccatorum: confide autem in Deo, & mane in loco tuo.

23 Facile est enim in oculis Dei subito honestare pauperem.

24 Benedictio Dei in mercedem iusti festinat, & in honore veloci processus illius fructificat.

25 Ne dicas, Quid est mihi opus, & quæ erunt mihi ex hoc bona?

26 Ne dicas, Sufficiens mihi sum: & quid ex hoc pessimabor?

Matth. 18. d 27 ‖ In die bonorũ ne immemor sis malorum, & in die malorum ne immemor sis bonorum:

28 Quoniam facile est coram Deo in die obitus retribuere vnicuique secundum vias suas.

D 29 Malitia horæ obliuionem facit luxuriæ magnæ, & in fine hominis denudatio operum illius.

30 Ante morté ne laudes hominem quenquam: quoniam in filiis suis agnoscitur vir.

31 Non omnem hominem inducas in domum tuam, multæ enim sunt insidiæ dolosi.

32 Sicut enim eructant præcordia fœtentium, & sicut perdix inducitur in caueam, & vt caprea in laqueum, sic & cor superborum & sicut [*] prospector videns casum proximi sui.

[*] prospeculator.

33 Bona enim in mala cor uertens insidiatur, & in electis imponet maculam.

34 A scintilla enim vna augetur ignis, & ab vno doloso augetur sanguis: homo verò peccator sanguini insidiatur.

3 *Parua quidem inter volucres apis est, sed fructus eius est origo dulcorum.*

4 *Ne glorieris amictu vestium, nec honorifico die efferaris, quoniam mirabilia sunt (& gloriosa) opera Domini, & occulta (ac latentes) actiones eius inter homines.*

5 *Multi tyranni humi consederunt, & fuit qui diadema gestauit inexpectatus.*

6 *Multi potentes magnam subierunt infamiam, & in manus aliorum traditi sunt magnifici.*

7 *Ne quid reprehendas priusquam exploraris: fac cognoscas prius, & tunc (iure) vitupera.*

8 [1] *Antequam audieris, ne quid respondeas, [2] nec verbo dicentem interpelles.*

9 *Ne contendas de eo quod tua nihil interest, nec te iudicem adiungas consessui scelerosorum.*

10 *Fili, ne labores multa congerere: [2] si enim abundaris, non eris innocens: aut si quid persecutus fueris, non assequeris nec tamen impune abieris.*

11 [*] *Est qui laboret, moliatur & satagat, qui tamen egeat multo magis.*

12 *Est rursum qui tardus, & opis indigus, [3] viribus que destitutus sit, & [4] abunde pauper, quem Dominus oculo fauente respiciat, & eum attollat ab humili sorte sua.*

13 *Caputque ipsius [5] conquassatum erigat, vt multis miraculo sit [6] spectantibus (qui Deum prædicent.)*

14 *Bona & mala vita, & mors, paupertas & opes à Domino proficiscuntur: [*] à Domino manat:*

15 *Item sapientia, ac scientia, legisque peritia: tum charitas & institutia bonorum operũ ab eodem oriuntur.*

16 [*] *Scelerosis cognata sunt error & tenebræ, & qui sibi placent in vitiis, in malitia consenescunt.*

17 *Donum Domini apud pios permanet, & fauor ipsius procedet perpetuis successibus.*

18 *Est qui ditescat attentione sua, tenacitateque, & hunc solum consequatur fructum pro præmio, cum ait.*

19 *Nactus sum requiem, bonisque meis nunc fruar [7] assidue:*

20 *Quod tempus tum maneat inscius, moritur aliis ea relicturus.*

21 *Fac maneas in pacto tuo, inque eo sis assiduus, ac in officio tuo consenescas.*

22 *Ne mireris facta scelerosorum, sed confide Domino, & in labore tuo perseuera.*

23 *Facile est enim [8] conspectu Domini breui subitoque ditare pauperem.*

24 *Donum fœliciter aspirat præmio piorum, breuique tempore facerit vt efflorescat eorum prosperitas.*

25 *Ne dicas, Quis mei [9] iucundus vsus est? aut [10] quænam mihi bona posthac euenient?*

26 *Nec rursum dicas, Sat opum habeo, [*] & quæ possideo multa sunt: quid igitur [11] in vita mali posthac accipiam?*

27 *Ne tempore fœlici nulla sit malorum memoria, neue infœlici tempore [12] obliuiscaris meliorum:*

28 *Quoniam Domino facile est, homini tempore obitus secundum [13] instituta ipsius referre gratiam.*

29 *Difficultas temporis affert obliuionem deliciarum, & ultima hominis declarat ipsius [14] exitus.*

30 *Ante obitum, beatum ne quenquam dixeris: quippe vir è liberis demum perno scitur.*

31 *Ne quemuis hominem introducas in ædes tuas: quoniam insidiæ dolosorum multæ sunt.*

32 *(Præcordia fœtida trahentibus similes.) Vt perdix in caueam agitur, (aut caprea implicatur laqueo,) ita cor hominis superbi tanquam speculator [15] obseruat quo decidat.*

33 *Nam bona malè peruertendo insidiatur, & vitio dat laudabilia.*

34 *A scintilla [16] parua exardescit focus, ita scelerosus homo insidiatur vsque ad sanguinem.*

1 μὴ παρεμβάλλης ῥῆμα
2 ἐὰν γὰρ
3 ἰσχύϊ.
4 περισσεύων aliter, πτωχείᾳ περισσεύει qui tamen in paupertate abundet.
5 ἀπὸ συντρίψεως.
6 πολλοὶ θαυμάζοντες
7 ἀδιαλείπτως:
8 vel, in oculiis
9 ἀπροχείας.
10 τίνα, & ἔσται μοι. aliter τίνα, & ἔσομαι. vt sit. Quisnam iam hinc à me beneficia accipiet?
11 ἐν ζωῇ.
12 ἀμνησθήσεται.
13 τὰς ὁδούς. aliter, τὰ ἔργα.
14 ἐν συντελείᾳ. aliter, συντελείας: q.d. & hominem consumat ipsius exitus.
15 ἐπιβλέπει, aliter, ἐπιπίπτει.
16 μικρᾶς aliter, πυρός.

7 vel, valto.

35 *Ab homine*[7] *malefico, vt moliente mala caue: ne tibi notam inurat perpetuam.*

36 *Alienum in domum tuam recipe, & cum perturbatione subuertet te, exuetque tuis possessionibus.*

35 Attende tibi à pestifero, fabricat enim mala: ne fortè inducat super te subsannationem in perpetuum.

36 Admitte ad te alienigenam & subuertet te in turbine, & abalienabit te a [1] viis propriis.

[1] tuis

CAPVT XII.

1 *Cum benefacis, obserua cui facias, vt beneficia tua merentur gratiam [plurimam.]*

2 *Homini pio benefacias, vt reportes [ingens] precium, si minus ab ipso, certe ab Altissimo.*

3 *Assiduum in vitiis nil boni manet, nec item eum qui nihil*[1] *erogat in pauperem.* [*Altissimus odit sceleroſos, at resipiscentium miseretur.*

4 *Erga pium liberalis esto, sceleroso vero opem abnega: Erga bonos sis beneficus, neges autem opem sceleroso.*

5 *Afflicto benefacias, sed nihil eroges in impium. Factum cibis prohibeas, nec suppedites ei quibus te possit opprimere: alioqui mala duplicia*[2] *recipies pro beneficiis omnibus quibus ipsum affeceris.*

6 *Nam & Altissimus odit sceleroſos, pœnasque meritas repetit ab impiis, aut eos in diem acerrimæ vindictæ reseruat.*

7 *Amicus rebus secundis*[3] *indicari non potest, nec rebus aduersis latebit inimicus.*

8 *Rebus hominis secundis dolent inimici eius, & rebus eiusdem aduersis abscedit etiam amicus.*

9 *Ne vnquam fidas inimico tuo:*

10 *Nam*[4] *similis æri æruginе obsito est eius malitia.*

11 *Quod etiamsi humilis ac demissus incesserit, aduerte tamen animum tuum, & caue ab eo, quasique qui speculum extersertit, cognosces*[5] *aeruginem in ipso non persedisse penitus.*

12 *Ne tibi adiipsi as*[6] *talem propius, vt ne te subuerso, in locum tuum ipse subeat. Talem ad dexteram tuam ne collocet, vt ne quærat*[7] *occupare sedem tuam, tandemque dicta mea sentias, & de verbis meis discrucieris.*

13 [8] *Quis incantatoris a serpente ictis miseretur, aut vllius qui ad bestias accesserit? quis item eius qui se adiunxerit viro sceleroso seque peccatis ipsius admiscuerit?*

14 *Hora spacio*[9] *tecum in statione permanebit apud te: nec, si inclinent res tuæ perdurabit.*

15 *Labiis suauiloquentibus vtetur inimicus, & assentabitur multa, bonaque verba compellabit te:*

16 *Oculis quoque suis lachrymans, animo suo deliberat te præcipitare in foueam: neque, adeo nactus occasionem sanguine satiabitur. Si tibi mala acciderint, reperies eum ibi priorem te.*

17 †††

18 *Et*[10] *per speciem hominis opitulaturi calcem tuum*[11] *subibebit.*

19 *Mutabit caput suum, plaudetque manibus, & spargit rumores multos, vultumque suum immutabit.*

1 χαριζομένῳ. aliter, χαριζομένῳ.

2 ἐμπίπτεις. aliter, ἐμπίπτειν.

3 ἐκδικηθήσεται. aliter, ἐκδικήσεται. non molestè se ingerit, nec sese iactat: vel, non abierit.

4 Id est, Eius malitia simulatione tecta latet.

5 Id est, Non vsquequaque talem esse, qualem se simulauit.

6 αὐτόν.

7 ζητήσῃ.

8 Qui hic versus in quibusdam Græcis inseritur hoc sensu, Peccatum ne coniuplices, vt ne sup vno quidem inlons iudicandus: is non est in emendatioribus Græcis.

9 ἐν ὥρᾳ ...

10 ὡς ἄνθρωπος.

11 vel, extruabit.

1 Si bene feceris, scito cui feceris, & erit gratia in bonis tuis multa.

2 Benefac iusto, & inuenies retributionem magnam: & si non ab ipso, certe à Domino.

3 Non est enim ei bene qui assiduus est in malis, & eleemosynas non danti: quoniam & Altissimus odio habet peccatores, & misertus est pœnitentibus.

4 ¶Da misericordi, & ne suscipias peccatorem: & impiis, & peccatoribus reddet vindictam, custodiens eos in diem vindictæ. Galat. 6. b. 2. Timoth. 5. a.

5 Da bono, & non receperis peccatorem. Benefac humili, & non dederis impio, prohibe panes illi dare, ne in ipsis potentior te sit. nam duplicia mala inuenies in omnibus bonis, quæcunque feceris illi: B

6 Quoniam & Altissimus odio habet peccatores, & impiis reddet vindictam.

7 Non agnoscetur in bonis amicus, & non abscondetur in malis inimicus.

8 In bonis viri, inimici illius: In tristitia, & in malitia illius, amicus agnitus est.

9 Non credas inimico tuo in æternum.

10 Sicut enim æramentum, æruginat nequitia illius.

11 Et si humiliatus vadat curuus, adiice animũ tuum, & custodi te ab illo. C

12 Non statuas illum penes te, nec sedeat ad dexteram tuam, ne conuersus stet in loco tuo: ne forte conuersus in locum tuum, inquirat cathedram tuam, & in nouissimo cognoscas verba mea, & in sermonibus meis stimuleris.

13 Quis miserebitur incantatori à serpente percusso, & omnibus qui appropiant bestiis: sic & qui comitatur cum viro iniquo, & obuolutus est in peccatis eius.

14 Vna hora tecum permanebit: si autem declinaueris, non supportabit.

15 In labiis suis indulcat inimicus, & in corde suo insidiatur, vt subuertat te in foueam. D Iere. 41. b.

16 In oculis suis lachrymatur inimicus: & si inuenerit tempus, non satiabitur sanguine. & si incurrerint tibi mala, inuenies eum illic priorem.

17 In oculis suis lachrymatur inimicus.

18 Et quasi adiuuans suffodiet plantas tuas.

19 Caput suum mouebit, & plaudet manu, & multa susurrans commutabit vultum suum.

CAPVT XIII.

1 *Qui contrectat picem, contaminatur*[1] *ea: & qui habet cum superbo commercium, euadet eius similis.*

2 *Ne suscipias onus*[2] *supra vires tuas, nec teipsum adiungas potentiori te, aut ditiori.*

3 *Quid olla poterit esse rei cum lebete, ad quem si offenderit illa, confringetur?*

4 [3] *Si diues iniuriam intulit, insuper minabitur etiam: si pauper passus est iniuriam, oportet esse supplicẽ.*

5 [3] *Si diues fecit iniuriam,*[3] *illi supplicandum est insuper: si cui vero pauper obtulit iniuriam, minas protinus audiet.*

6 *Si quis vsui tui sit, erunt*[4] *qui colant te: sin egeas, erit qui te deserat.*

7 *Si quid habeas, reperies conuictorem, qui exinaniat te, nec ipse laboret,*

1 ἐν αὐτῷ.

2 ὑπὲρ σε. aliter, ἐν ζωῇ σου.

Aliter in veteri.

3 ἢ αὐτῷ, προσδεηθήναι.

4 עוֹבְדִים cultores & operarii.

5 καταλείψει, aliter, καταλείψει.

1 Qui tetigerit picẽ, inquinabitur ab ea: ¶ & qui communicauerit superbo induet superbiã. A Deut. 7. a.

2 Pondus super se tollet, qui honestiori se communicat: & ditiori te ne socius fueris.

3 Quid communicabit cacabus ad ollam? quãdo enim se colliserint, confringetur.

4 Diues iniustè egit, & fremet: pauper autem læsus tacebit.

5 Si largitus fueris, assumet te: & si non habueris, derelinquet te.

6 Si habes, conuiuet tecum, & euacuabit te: & ipse non dolebit super te.

7 Si necessarius illi fueris, supplantabit te, & subridens spem dabit, narrans tibi omnia bona, & dicet, Quid opus est tibi?

8 Et

8 Et confundet te in cibis suis, donec te exinaniat bis, & ter: & in nouissimo deridebit te: & postea videns derelinquet te, & caput suum mouebit
B ad te.

9 Humiliare Deo, & expecta manus eius.

10 Attende, ne seductus in stultitiā humilieris.

11 Noli esse humilis in sapientia tua, ne humiliatus in stultitiam seducaris.

12 Aduocatus à potentiore discede: ex hoc enim magis te aduocabit.

13 Ne improbus sis, ne impingaris: & ne longè sis ab eo, ne eas in obliuionem.

14 Ne retineas ex æquo loqui cum illo: nec credas multis verbis illius. ex multa enim loquela tentabit te, & subridens interrogabit te de absconditis tuis.

15 Immitis animus illius conseruabit verba tua, & non parcet de malitia, & de vinculis.

16 Caue tibi, & attende diligenter auditui tuo: quoniam cum subuersione tua ambulas.

17 Audiens vero verba illa, quasi in somnis vide: & vigilabis.

18 Omni vita tua dilige Deum, & inuoca illum in salute tua.

C 19 Omne animal diligit simile sibi: sic & omnis homo proximum sibi.

20 Omnis caro ad similem sibi coniungetur, & omnis homo simili sui sociabitur.

2. Corint. 6. c. 21 ‖ Si communicabit lupus agno aliquando: sic peccator iusto.

22 Quæ communicatio sancto homini ad canem? aut quæ pars bona diuiti ad pauperem?

23 Venatio leonis onager in eremo: sic & pascua diuitum sunt pauperes.

24 Et sicut abominatio est superbo humilitas: sic & execratio diuitis pauper.

25 Diues commotus cōfirmatur ab amicis suis: humilis autē cum ceciderit, [a] expelletur & à notis.
a expellitur

D 26 Diuiti decepto multi recuperatores: locutus est superba, & iustificauerunt illum.

27 Humilis deceptus est, insuper & arguitur: locutus est sensate, & non est datus ei locus.

28 Diues locutus est, & omnes tacuerunt, & verbum illius vsque ad nubes perducent.

29 Pauper locutus est, & dicunt, Quis est hic? & si offenderit, subuertent illum.

30 Bona est substantia, cui non est peccatum in conscientia, & nequissima paupertas in ore impii.

31 Cor hominis immutat faciem illius, siue in bona, siue in mala.

32 Vestigium cordis boni, & faciem bonam difficile inuenies, & cum labore.

8 Si egueris tui, seducet te, arridebit que tibi, & spem dabit, bona dicet: & Quo tibi re opus est? inquiet. Parasitando adiget te ad ignominiam, donec te exinaniat iterum atque tertio. & ad extremum etiam irridebit. Postea conspicatus te deseret, & caput suum motabit aduersum te.

9 (Corā Deo submittas te, & manus eius expectes.)

10 & 11 Caue ne seducaris [6] animo, ut ne per [7] stultitiam tuam deiiciaris. (neque demittas te cum tua sapientia.)

12 Si te potens [8] aduocet, fac refugites, tantóque ille te vocabit magis, ac sæpius.

13 Ne ingeras te, vt ne [9] temere reiiciaris: nec rursum abiicedas procul, ne tradaris obliuioni.

14 Ne dubites cum eo colloqui, nec fidas dictis eius plurimis. Multis enim sermonibus pertentabit te, & quasi per risum [10] arcana tua rimabitur.

15 Immisericors est, dicta non seruaturus: nec afflegere te, vincireque parsurus.

16 Fac tibi caueas, & [11] ausculte perquàm attente: quoniam cum ruina tua ambulas.

17 Hæc audiens per somnum tuum vigila.

18 Per omnem vitam tuam ama Dominum, & eum in salutem tuam inuoca.

19 Omne animal diligit sibi simile, & omnis homo propinquum suum.

20 Omne animal generatim congregatur, & quisque adiungit se sui simili.

21 Qualis est lupo cum agno commercium, talis est ad pium sceleratio ratio.

22 Qui consensus est inter hyænam & canem, is est inter diuitem & pauperem.

23 Præda leonum onagri sunt in deserto, itidémque pascua diuitum pauperes.

24 Humilitas superbo est execrabilis, & item pauper abominatus diuiti.

25 Diues quassatus confirmatur ab amicis: at humilis fallatus [illegible], ab amicis etiam propellitur.

26 Diuiti lapso multi sunt adiutores, & qui nefanda quoque loquuntur, eum iustum prædicent.

27 Humilem lapsum insuper etiam increpant: nec locus datur ei, si cordate locutus fuerit.

28 Diuite loquente silent omnes, & ad nubes vsque sermonem eius extollunt.

29 Paupere loquente, Quis est iste? inquiunt: quòd si quid offenderit, euertunt eum insuper.

30 Bonæ sunt, quibus non inest peccatum, diuitiæ: & mala paupertas in ore [12] impii.

31 Cor hominis immutat vultum eius siue ad bona, siue ad mala.

32 Vestigium cordis rebus secundis est vultus [13] hilaris, [illegible] recondita deprehendere laboriosa cogitatio est.

6 τῇ διανοίᾳ.
7 ἀφροσύνῃ. aliter, ταπεινωθῇς ἐν [illegible]
8 προσκαλεσαμένου.
9 ἀπωσθῇς
10 Τὰ κρυπτά σου. aliter, σε.
11 πρόσεχε σφόδρα τῇ ἀκοῇ σου.
12 Ego malim legere, in ore τοῦ ἀσεβοῦς. q. d. paupertas [illegible] quam in ore [illegible] diuitis pa [illegible]
13 ἱλαρός. aliter, θάλλον.

CAPVT XIV.

A 1 Beatus ‖ vir qui nō est lapsus verbo ex ore suo, & non est stimulatus in tristitia delicti.
Infra 19. c. 25. b.

2 Fœlix qui non habuit animi sui tristitiam, & non excidit à spe sua.

Ierem. 17. b. 3 ‖ Viro cupido & tenaci, sine ratione est substantia, & homini liuido ad quid aurum?

4 Qui aceruat ex animo suo iniuste, aliis congregat & in bonis illius alius luxuriabitur.

5 Qui sibi nequam est, cui alii bonus erit? & nō iucundabitur in bonis suis.

6 Qui sibi inuidet, nihil est illo nequius, & hæc redditio est malitiæ illius:

7 Et si benefecerit, ignoranter, & non volens facit, & in nouissimo manifestat malitiam suam.

8 Nequam est oculus liuidi, & auertens faciem suam, & despiciens animam suam.

B 9 Insatiabilis oculus cupidi in parte iniquitatis: nō satiabitur, donec consumat arefaciens animam suam.

1 Beatus vir qui lapsus ore suo non est, nec [1] mœrore peccati cruciatus.

2 Beatus qui non despondet animum, & spe sua [2] in Dominum non excidit.

3 Viro sordido non sunt ornamento diuitiæ. & quorsum pecunia homini inuido?

4 Qui defraudando genio suo comparat, comparat aliis, & in bonis ipsius alii luxuriabuntur.

5 Qui sibi malignus est, cui benignus sit, cum nihil iucunde bona sua percipiat?

6 Inuidente sibi ipsi nihil peius est, hócque adeo ipsum est malignitatis eius præmium.

7 Quod si bene quis [3] facit, imprudens id & inuitus facit & ad extremum suam prodit malitiam.

8 Improbus [4] aspectu est oculus inuidi, auertit faciē, & contemnit homines.

9 Oculus auari nulla portione satiatur, & iniustitia mali exhaurit vitam [5] eius.

1 ἐν λύπῃ. aliter, πλήθει.
2 Τῆς ἐπὶ κύριον.
3 ἐν χάριτι. aliter, ἐν χαρᾷ. aliter, ἀχάριστα
4 ἰδίῳ ὀφθαλμῷ.
5 ψυχήν.

6 [illegible] aliter, [illegible].

10 *Oculus malignus panem inuidet, & ad mensam suam*[6] *laborat inopia.*

11 *Pro eo quod habes, fili, bene de te merere, dignaq; defer Domino donaria.*

12 *Memento mortem moram non facere, nec tibi statum fati tempus esse declaratum.*

13 *Priusquam moriaris, in amicum esto bene ficus, & pro eo quod potes manum illi dando porrige.*

14 *Ne te defraudes iucundo die, nec te fructus bonæ cupiditatis prætereat.*

15 *Nonne labores tuos relinques aliis, & quæ opera tua comparasti, diuidenda heredibus?*

16 *Da, & accipe, dum sanctam conserues animam tuam.*

17 *(Et ante obitum tuum exerceas iustitiam,) quoniam non est quod quæras apud manes*[7] *cibaria.*

7 [illegible] aliter, τροφήν.

18 *Omne animans in modum vestimenti veterascit: hoc enim est ab æuo conditum fatum, Morte morieris.*

19 *Vt foliorum in arbore condensa virentium alia decidunt aliis nascentibus: ita quod carne sanguineq; procreatur, aliud obit, aliud gignitur.*

20 *Omne opus marcori obnoxium deficit, & opifex eius æque atq; ipsum interit.*

21 *(Omne opus egregium iustum censebitur, & author ipsius laudem ex eo consequetur.)*

22 *Beatus vir qui*[8] *meditatur præclara per sapientiam, (qui de iustitia commentatur,) qui per prudentiã suam*[9] *sancta loquitur.*

8 [illegible] aliter, [illegible].
9 vel, ἅγια
10 αὐτῆ aliter, αὐτῆς.
11 αὐτῆ, aliter, αὐτῆ.

23 *Qui instituta*[10] *sua perpendit animo, & arcana*[11] *eius cognoscit. Tanquam indagator prosequere eam, & vias eius insidia.*

24 *Qui per fenestras ipsius inspexerit, aut auscultauit ad fores ipsius.*

25 *Qui iuxta domum ipsius diuersatur.* [12] *qui in parietibus ipsius paxillum fixerit, qui*[12] *ad latus ipsius collocarit tabernaculum.*

12 ביד

26 *Is aget in hospitio bonorum, & in tutelam tradet ipsi liberos suos, cum sub ramis ipsius morabitur.*

27 *Et ab æstu protegetur per eam, atq; in gloria ipsius habitabit.*

10 [Oculus malus ad mala: & non satiabitur pane indigens, & in tristitia erit super mensam suã. Prouer. 27. [illegible]

11 Fili, si habes, bene fac tecum, & Deo dignas oblationes offer.

12 Memor esto quoniam mors non tardat, & testamentum inferorum quia demonstratum est tibi: testamentũ enim huius mũdi morte morietur.

13 [Ante mortem benefac amico tuo, & secundum vires tuas exporrigens da pauperi. supra 4. a. Tob. 4. b. Luc. 16. b.

14 Non defrauderis a die bono, & particula [a] bonæ diei non te prætereat. [a] boni doni

15 Nonne aliis relinques dolores & labores tuos in diuisione sortis? C

16 Da & accipe, & iustifica animam tuam.

17 Ante obitum tuum operare iustitiam: quoniam non est apud inferos inuenire cibum.

18 [Omnis caro sicut fœnum veterascet Esa. 40. b.

19 Et sicut folium fructificans in arbore viridi. Iacob. 1. b.
Alia generantur, & alia deiiciuntur: sic generatio 1. Petr. 1. d.
carnis & sanguinis, alia finitur, & alia nascitur.

20 Omne opus corruptibile in fine deficiet: & qui illud operatur, ibit cum illo.

21 Et omne opus electum iustificabitur: & qui operatur illud, honorabitur in illo.

22 [Beatus vir qui in sapientia morabitur: & qui in iustitia sua meditabitur: & in sensu cogitabit circumspectionem Dei. Psal. 1. a.

23 Qui excogitat vias illius in corde suo, & in absconditis suis intelligens vadens post illam quasi inuestigator, & in viis illius consistens: D

24 Qui respicit per fenestras illius, & in ianuis illius audiens:

25 Qui requiescit iuxta domum illius, & in parietibus illius figens palum statuet casulam suam ad manus illius.

26 Et requiescent in casula illius bona per æuum: statuet filios suos sub tegmine illius, & sub ramis eius morabitur:

27 Protegetur sub tegmine illius à feruore, & in gloria eius requiescet.

CAPVT XV.

1 αὐτὰ aliter, ἀγαθόν.
2 γνώσεως [illegible].

1 *QVi Dominum veneratur, faciet*[1] *hæc: & *[2] *cognitionem legis adeptus hanc apprehendet.*

2 *Hæc illi occurret quasi mater, & eum tanquam vxor virgo ducta excipiet.*

3 *Hæc eum cibabit pane (vitæ &) intelligentiæ,* [a] *eiq; aquam (salutarem) sapientiæ dabit potui.*

4 *Firmatus hac, statu moueri non poterit: qui fuerit innixus huic, non afficietur ignominia.*

5 *Hæc supra socios suos extollet illum, & in media concione os eius aperiet (Hæc eum replebit spiritu sapientiæ & intelligentiæ, stolaq; gloriæ vestiet.)*

6 *Hæc illi iucunditatem & coronam exultantiæ*[3] *comparabit,*[4] *& compotem nominis æterni faciet.*

3 εὑρήσει.
4 κατακληρονομήσει αὐτόν.

7 *Homines insipientes non apprehenderint eam.*

8 *Nec viderint eam viri scelerosi. A superbia (doloq;) procul abest, nec viri mendaces*[5] *mentionem illius fecerint. (viri veraces frequentabunt hanc, & vsq; ad inspectionem Dei proficient.)*

5 vel, illius meminerunt.

9 *Laus ex ore scelerosi minime speciosa est: neque enim à Domino proficiscitur.*

10 *Si laus à sapientia pronuncietur, (& abundet in ore fideli,) tum Dominus illi aspirauerit.*

11 *Ne dicas, Defeci impulsu Domini. non enim debes quæ odit facere.*

12 *Ne dicas, Ipse me in errorem impulit: non enim viro peccante opus est.*

1 QVi timet Deum, faciet [a] bona: & qui continens est iustitiæ, apprehendet illam. A [a] illud

2 Et obuiabit illi quasi mater honorificata, & quasi mulier à virginitate suscipiet illum.

3 [Cibabit illum pane vitæ & intellectus,] & aqua sapientiæ salutaris potabit illum. Matth. 4. a. Iohan. 4. b.

4 Et firmabitur in illo, & non flectetur: & continebit illum, & non confundetur:

5 Et exaltabit illum apud proximos suos, & in medio ecclesiæ aperiet os eius, & adimplebit illum spiritu sapientiæ & intellectus, & stola gloriæ vestiet illum.

6 Iucunditatem & exultationem thesaurizabit super illum, & nomine æterno hereditabit illum. B

7 Homines stulti non apprehendent illam, & homines sensati obuiabunt illi.

8 Homines stulti non videbunt eam: longe enim abest à superbia & dolo. viri mendaces non erunt illius memores: & viri veraces inuenientur in illa, & successum habebunt vsque ad inspectionem Dei.

9 Non est speciosa laus in ore peccatoris, quia non est à Domino missus:

10 Quoniam à Deo profecta est sapientia. sapientiæ enim Dei astabit laus, & in ore fidelis abundabit, & dominator dabit eam illi. C

11 Non dixeris, Per Deum abest. quæ enim odit ne feceris.

12 Non dicas, Ille me implanauit: non enim necessarii sunt ei homines impii.

23 Omne execramentum erroris odit Dominus, & non erit amabile timentibus eum.

Gen. 1. d. 14 ‖ Deus ab initio constituit hominem, & reliquit illum in manu consilii sui.

15 Adiecit mandata & præcepta sua.

Matth. 19. c. 16 ‖ Si volueris mandata seruare, conseruabunt

[a] facere D te, & in perpetuum fidem placitam [a] seruare.

17 Apposuit tibi aquam & ignem: ad quod volueris, porrige manum tuam.

Iere. 21. c. 18 ‖ Ante hominem vita & mors: bonum & malum.

19 Quod placuerit ei, dabitur illi:

20 Quoniam multa sapientia Dei, & fortis in potentiam, videns omnes sine intermissione.

Psal. 33. c. Heb. 4. c. 21 ‖ Oculi Domini ad timentes eum. & ipse agnoscit omnem operam hominis.

22 Nemini mandauit impiè agere, & nemini dedit spatium peccandi. non enim concupiscit multitudinem filiorum infidelium & inutilium.

23 Omne nefas odit Dominus, nec probatur eiusdem cultoribus.

14 Ipse hominem creauit ab initio, & permisit eum arbitrio consilii sui.

15 (Mandata & præcepta sua adiecit.)

16 Si volueris, mandata seruabis, (ipsaque te vicissim conseruabunt.) & fidem præstabis obsequiosam.

17 Ignem & aquam tibi proposuit, ad vtrumuis manum tuam exporrige.

18 Vita simul & mors, (bonum & malum,) hominibus sunt proposita:

19 Vtrumcunque placuerit ei, consequetur.

20 Quoniam multa est sapientia Domini, potentiaque valet, & (assidue) videt omnia.

21 Oculis suis reuerentes ipsum aspicit, & omne opus hominis cognoscit.

22 Impie agere nemini præcepit, nec peccandi cuiquam dedit licentiam: (neque enim copiam filiorum infidelium & inutilium expetit.)

CAPVT XVI.

A 1 NE iucunderis in filiis impiis, si multiplicen-

Psal. tur: nec oblecteris super ipsos, si non est timor Dei in illis.

2 Non credas vitæ illorum, & ne respexeris in labores eorum.

3 Melior est enim vnus timens Deum, quàm mille filii impii.

4 Et vtile est mori sine filiis, quàm relinquere filios impios.

5 Ab vno sensato inhabitabitur patria, & à tribus impiis deseretur.

6 Multa talia vidit oculus meus, & fortiora horum audiuit auris mea.

Infra 21. b. 7 ‖ In synagoga peccantium exardebit ignis, & in gente incredibili exardescet ira.

Gen. 6. b. 8 ‖ Non exorauerunt pro peccatis suis antiqui gigantes, qui destructi sunt confidentes suæ virtuti:

Gen. 19. c. 9 ‖ Et non pepercit peregrinationi illorum, sed percussit eos, & execratus est eos præ superbia verbi illorum.

B 10 Non misertus est illis gentem totam perdés, & extollentem se in peccatis suis.

Num. 14. c. 26. f. 11 ‖ Et sicut sexcenta millia peditum qui congregati sunt in duritia cordis sui: & si vnus fuisset ceruicatus, mirum si fuisset immunis.

12 Misericordia enim & ira est cum illo.

13 Potens exoratio, & effundens iram secun-

[b] correptio dum misericordiam suam: sic [b] correctio illius hominem secundum opera sua iudicat.

14 Non effugiet in rapina peccator, & non retardabit sufferentia misericordiam facientis.

15 Omnis misericordia faciet locum vnicuique secundum meritum operum suorum, & secundum intellectum peregrinationis ipsius.

16 Non dicas, A Deo abscondar, & ex summo quis mei memorabitur?

C 17 In populo magno non agnoscar: quæ est enim anima mea in tam immensa creatura?

2 Par. 5. a. b. 18 ‖ Ecce, cælum, & cæli cælorum, abyssus, & vniuersa terra, & quæ in eis sunt, in conspectu illius commouebuntur.

19 Montes simul, & colles, & fundamenta terræ: & cum conspexerit illa Deus, tremore concutientur.

20 Et in omnibus his insensatum est cor: & omne cor intelligitur ab illo:

21 Et vias illius quis intelligit, & procellam quam nec oculus videbit hominis?

1 NE cupias copiam inutilium liberorum, nec læteris de filiis impiis. Ne delecteris abundantia eorum, si eis religio Dei nulla est.

2 Ne fidas vitæ eorum, nec eorum magnificeris [1] multitudinem. 1 πλῆθος. aliter, τόπον aliter, τόπος. 2 δίκαιος.

3 Potior enim est [2] iustus vnus, quam mille tales:

4 Et præstat mori prole carentem, quam liberos habere impios.

5 Per vnum cordatum frequens consedebit ciuitas, [3] impiorum vero natio breui desolabitur. 3 ἀνόμων. aliter, ἀσεβῶν ἐν τάχει, &c.

6 Multa talia vidit oculus meus, auresque meæ his audiuit vehementiora.

7 Per cœtum sceleratorum ignis succenditur, & ira exardescit in gentem contumacem.

8 Implacabilis Deus priscis fuit gigantibus, qui ob [4] potentiam suam stultam ab eo desciuerant. 4 Τῇ ἰσχύϊ αὐτῶν ... αὐτῶν.

9 Ne hospitio quidem Loti pepercit, aut iis quos propter ipsorum superbiam abominatus est.

10 Non est misertus gentis perditæ, vtpote peccatis suis [5] quæ committebat, elatæ: 5 ἀπόσπασθεντες ... aliter, ἐξῆρθησαν.

11 Sicque eos [6] sexcenta millia peditum, tot qui per contumaciam animi sui congregati fuerant, [6] flagellando, miserando, cædendo, sanandoque, Dominus misericordia castigationeque conseruauit. Quare si contumax vnus in populo fuerit, mirum erit si immunis abeat. 6 Sexcenta millia conseruauit, liberos scilicet sexcenta millium quæ interemit Num. 14. & Num. 26. Dominus ergo in contemnendis suis patitur ita, parcium misericordia vsus est.

12 Nam cum misericordia simul & ira [7] impigre proficiscuntur ab eo. 7 διὰ τάχους.

13 Vtrumque, dare potens sit, & iram effundere. prout multa est misericordia eius, ita multa quoque ipsius castigatio. Secundum opera sua quemque iudicat.

14 Non effugiet cum rapina scelerosus, nec [8] spes pii frustrabitur. 8 ὑπομονή.

15 Omni beneficentiæ locum [9] parat: nam fructum pro ratione operum suorum. (suique peregrinatus intelligentia) quisque consecuturus est. [10] Dominus Pharaonem indurauit, ne ipsum nosceret, vtque potentia facta ipsius sub cælo cuiuis innotescerẽt. Omni verò naturæ [10] misericordia ipsius nota est: adamante distinxit lucem suam & tenebras. 9 ποιήσει aliter, πᾶσαν ... vel, beneficentia, חסד

16 Ne dicas, Latebo Dominum, [11] et quis ab alto curabit me? 11 καὶ τίς.

17 Præ copia populi nulla erit mentio mei: nam quantula sit mea in tam immensa natura verũ anima?

18 Ecce cælum, cælique cælorum Dei, profundum mare simul & terra, [a] quæque his comprehenduntur omnia, cum inquirit in ea, commouentur: [a] Totus mundus creatus, & qui creatur pro voluntate ipsius.

19 Montesque simul ac fundamenta terræ: cum Dominus in ea despicit, tremore concutiuntur: 12 ἄξιως.

20 Nec tamen hæc cor vllum [12] satis intelligit, (cũ ab ipso corda intelliguntur omnia.) 21 [13] Nam instituta ipsius atque non visam hominis [13] viam quis animo comprehendat? 13 vel, turbinem

22 *Nam maxima pars operum ipsius occulta est. Quis enim erat ex plia iustitia ipsius, aut sustinebit?* [14] *Longum enim statum est,* [15] *& omnium inquisitio deficit.*

23 *Qui animo submisso praeditus est, perpendit haec: vir autem insipiens & delirans stulta cogitat.*

24 *Audi me fili, & scientiam amplectere, adq; mea dicta adverte animum.*

25 *Explicabo perpensam eruditionem, exactámque scientiam edisseram.*

26 † † †

27 *Cum iudicio operatus est Dominus ab initio, & à prima* [1] *rerum creatione partes earum disposuit.*

28 *Opera sua excoluit perpetuò,* [16] *& initia eorum per sua secula generaq;.*

29 *Nonq; esurierunt, nec defessa sunt in suis operibus, nec ab officiis suis cessarunt.*

30 [17] *Aliud aliis non fuit molestum, nec unquam repugnabunt verbo ipsius.*

31 *Posteaquam despexit in terram Dominus, bonis suis implevit eam.*

32 *Vita animantium omnis generis operuit superficiem eius, & in eandem unumquodque revertitur.*

14 1. Longa factorum series, quæ priusquam explorata sit, desinit omnium inquisitio.

15 ἀρχῶν.

16 Aliter, καὶ ἐν χερσὶ αὐτῶν αἱ ἀρχαὶ αὐτῶν εἰς γενεὰς αὐτῶν.

17 איש quisque, vel quidq;.

22 Nam plurima illius opera sunt in absconso: sed opera iustitiæ eius quis enuntiabit? aut quis sustinebit? Longe enim est testamentum a quibusdam, & interrogatio [1] hominum [1] in consummatione est. [1] omnium

23 Qui minoratur corde, cogitat inania: & vir imprudens & errans cogitat stulta.

24 Audi me fili, & disce disciplinam sensus, & in verbis meis attende in corde tuo, D

25 Et dicam in æquitate disciplinam, & scrutabor enarrare sapientiam, & in verbis meis attende in corde tuo,

26 Et dico in æquitate spiritus virtutes quas posuit Deus in opera sua ab initio, & in veritate enuncio scientiam eius.

27 Et in iudicio opera eius ab initio, & ab institutione [-] hominum ipsorum [1] distinxit partes illorum, & initia eorum in gentibus suis.

28 Ornauit in æternum opera illorum, nec esurierunt, nec laborauerunt, & non destiterunt ab operibus suis.

29 Vnusquisque proximum sibi non angustiabit vsque in æternum.

30 Non sis incredibilis verbo illius. 31 Post hæc Deus in terram respexit, & impleuit illam bonis suis. 32 Anima autem omnis vitalis denunciabit ante faciem ipsius, & in ipsa iterum reuersio illorum.

CAPVT XVII. A

1 *Dominus è terra creavit hominem.*

2 *Rursumque redegit ipsum in eandem.*

3 *Attribuit dies numeratos, statúmque tempus hominibus,* [a] *& dedit eis in terrestria potestatem. Induit ipsos virtute sua, & ad imaginem sui creavit eos,*

4 *Omni animanti terrorem imposuit hominis, ut* [b] *bestiis dominaretur ac volucribus.*

5 *[Et formavit ex eo adiutricem ipsi similem.] Iudicium, linguam, oculos, aures, & cor dedit eis ad cogitandum.* [c] *sexto loco mentem quoq; donavit impertiens, & septimo sermonem operibus suis explicandis.*

6 *Replevit ipsos ingeniosa scientia, & eis bona simul & mala indicavit.*

7 *Addidit ad corda eorum oculum suum, ut ederent eis operum suorum magnificentiam.* [d] *Dedit his gloriari miraculis suis perpetuo, ut prudenter enarrent opera ipsius.*

8 *Et elegit nomen sanctum eius collaudent.*

9 *Scientiam addidit ipsis, legémque vitæ tradidit hæreditariam,* [e] *ut se mortales esse cognoscerent.*

10 *Pactum cum ipsis init æternum, & eos iura sua edocuit.*

11 *Gloriosam magnificentiam viderunt oculi ipsorum, & maiestatem vocis ipsius aures eorum audiunt.*

12 *At omni iniusto, inquit, abstinete, & de proximo mandata dedit singulis.*

13 *Semper illi patent instituta hominum, nec oculos ipsius latebunt.* [f] *Omnis autem homo a iuventute malis intentus est, nec potuit cor eorum e lapideo fieri carneum.*

14 [g] [2] *Nam in distribuendis totius terræ gentibus,* [3] *ducem cuique genti constituit,* [h] *& Israelem vero delegit portionem sibi, quem ut primogenitum disciplina educat, & lumen charitatis impertiens non deserit.* [4]

15 [4] *Quapropter omnia illorum facta tanquam Sol palam ei sunt, & instituta eorum intuetur [illegible].*

16 *Iniquitates illorum non latent ipsum, sed omnia peccata ipsorum ei perspecta sunt.* [5] *Ipse autem cum benignus sit, & creaturam suam habeat cognitam, neq; ablegat homines, neq; deserit, ut qui parcat ipsis.*

17 [6] *Benignitas hominis instar sigilli earum apud eum est,* [7] *& beneficium cuiusque conservat tanquam pupillam:* [8] *filiis eius & filiabus secum concedens pœnitentiam. Tandem vero exurgit, & fructum singulis dat præmium, suamque cuique vicem in caput suum regerit.*

1 Quidam codices hic habent adiutorium, ὃν ὁμοίωμα.

2 Probatio quod omnia Deus omnia facta hominum, quia gubernat omnia.

3 καὶ ἀπέρχεται ἀπὸ τῆς λεγ. ... alitér, aliter.

4 διὰ πάντα, &c.

5 Scilicet gentium.

6 vel, Miseratio חסד

7 vel, amorem חן

1 Deus creauit de terra hominem, & secundum imaginem suam fecit illum. Gen. 1. d. 2. b. 5. a

2 Et iterum conuertit illum in ipsam, & secundum se vestiuit illum virtute.

3 Numerum dierum & tempus dedit illi, & dedit illi potestatem eorum quæ sunt super terram.

4 Posuit timorem illius super omnem carnem, & dominatus est bestiarum & volatilium.

5 Creauit ex ipso adiutorium simile sibi: consilium & linguam, & oculos, & aures, & cor dedit illis excogitandi: & disciplina intellectus repleuit illos. Gen. 2. d

6 Creauit illis scientiam spiritus, sensu impleuit cor illorum, & mala & bona ostendit illis.

7 Posuit oculum [1] ipsorum [1] super corda illorum ostendere illis magnalia operum suorum, [1] suum

8 Vt nomen sanctificationis collaudent: & gloriari in mirabilibus illius, [b] & [c] magnalia enarrent operum eius. B [b] vt

9 Addidit illis disciplinam, & legem vitæ hæreditauit illos.

10 Testamentum æternum constituit cum illis, & iustitiam & iudicia sua ostendit illis. Deut. 4. 5. 9.

11 Et magnalia honoris eius vidit oculus illorum, & honorem vocis audierunt aures illorum, & dixit illis:

12 Attendite ab omni iniquo. Et mandauit illis vnicuique de proximo suo. Exod. 20. 22. 23. 13.

13 Viæ illorum coram illo sunt semper, non sunt absconsæ ab oculis ipsius.

14 In vnamquamq; gentem præposuit rectorem: & pars Dei Israel facta est manifesta. Rom. 13. a Deut. 4. c 10. c

15 Et omnia opera illorum velut Sol in conspectu Dei: & oculi eius sine intermissione inspicientes in viis eorum. C

16 Non sunt absconsa testamenta [1] propter iniquitatem illorum, & omnes iniquitates eorum in conspectu Dei. [1] super

17 Eleemosyna viri quasi sacculus cum ipso, & gratiam hominis quasi pupillam conseruabit: & postea resurget, & retribuet illis retributionem, vnicuiq; in caput ipsorum, & conuertet in [1] interiores partes terræ. Infr. 29. b Matth. 25. c [1] interiorem

Act. 3.c. 18 Pœnitentibus autem dedit viam iustitiæ, [a] & Iere. 3.c.
[b] conuertit deficientes sustinere, & destinauit [b] conregauit
illis sortem veritatis.
19 Conuertere ad Dominum, & relinque pec- [c] eius
cata tua: precare ante faciem [c] Domini, & minue
offendicula.
20 [d] Reuertere ad Dominum, & auertere ab in- [d] Refer te
iustitia tua.
21 Et nimis odito execrationem: & cognosce
iustitias & iudicia Dei.
22 Et sta in sorte propositionis, & orationis
Altissimi Dei.
D 23 In partes vade seculi sancti, cum viuis &
Psal. 6.a. dantibus confessionem Deo.
Isa. 38.d. 24 Non demoreris in errore impiorum, ante
mortem confitere.
25 A mortuo quasi nihil, perit confessio.
26 Confiteberis viuens, viuus & sanus confite-
beris, & laudabis Deum, & gloriaberis in misera-
tionibus illius.
27 Quàm magna misericordia Domini, & pro-
pitiatio illius conuertentibus ad se?
28 Nec enim omnia possunt esse in hominibus,
quoniam non est immortalis filius hominis, & in
vanitate malitiæ placuerunt.
29 Quid lucidius Sole? & hic deficiet.
30 Aut quid nequius quam quod excogitauit
caro & sanguis? & hoc arguetur.
31 Virtutem altitudinis cæli ipse conspicit: &
omnes homines terra & cinis.

18 Attamen regressum concedit resipiscentibus, [a] &
labescentes hortatur ad patientiam. (quod destinauerit eis
in sortem veritatis.)
19 Conuertere [8] ad Dominum, & peccata desere: fac
supplices ei, & offensam minuas.
20 [b] (Contende ad Altissimum, [9] [is enim te è te-
nebris ad lucem deducet incolumitatis,] & recede ab in-
iustitia.
21 Atque quod abominandum est, odio summo prose-
quere. (Fac cognoscas iustitiam & iura Dei.
22 In sorte præscripta & implorationi Altissimi
persistas.
23 Atque concedas in partes sancti seculi.) Quis apud
manes laudabit Altissimum, perinde atque viui gratula-
tione dediti?
24 (Ne hæreas in errore impiorum, fac Dominum
ante mortem prædices.)
25 Mortuū nō secus ac si esse desierit, laudatio deficit.
26 Viuus autem & [10] corde sanus laudabit Domi-
num, (& de misericordia ipsius gloriabitur.)
27 Quàm ingens est misericordia Domini Dei nostri,
quàmque erga sancte conuersis ad eū, ipsius placabilitas.
28 Non enim in hominibus esse possunt omnia, nec
homine natus unquam immortalis est, [& vitiorum
vanitate delectamur.]
29 Quid luce Solis splēdidius? atqui hæc quoque deficit.
30 [11] Non modo caro sanguisque male cogitant (incre-
pationem incurret.)
31 Ille molem celsi cæli perlustrat, omnes autem ho-
mines terra puluisque sunt.

8 ἐν habenç quidam codices, legitur.
9 ὅ ἐστι ali-ter, ἐκ σκότους.
10 τῇ καρδίᾳ
11 καὶ πονηρὸν ἐνθυμηθήσεται σὰρξ καὶ αἷμα. aliter καὶ πονηρὸν ὃ ἐνθυμεῖται σὰρξ καὶ αἷμα.

CAPVT XVIII.

A 1 Qui viuit in æternum, creauit omnia simul.
Gen. 1.a. 2 Deus solus iustificabitur, & manet in-
uictus rex in æternum.
3 Quis sufficit enarrare opera illius? Quis e-
nim inuestigabit magnalia eius?
4 Virtutem autem magnitudinis eius quis enu-
merabit? aut quis adiiciet enarrare misericordiā eius?
5 Non est minuere, neque adiicere, nec est inue-
nire magnalia Dei.
6 Cum consummauerit homo, tunc incipiet: &
cum quieuerit, operabitur.
7 Quid est homo, & quæ est gratia illius? & quid
est bonum, aut quid nequam illius?
Psal. 89.a. 8 Numerus dierum hominum, vt multum
centum anni: quasi guttæ aquæ maris deputati sunt:
& sicut calculus arenæ, sic exigui anni in die æui:
B 9 Propter hoc patiens est Deus in illis, & [1] ef- [1] effudit
fundit super eos misericordiam suam.
10 Vidit præsumptionem cordis eorum quo-
niam mala est, & cognouit subuersionem illorum
quoniam nequam est.
11 Ideò adimpleuit propitiationem suam in il-
lis, & ostendit eis viam æquitatis.
12 Miseratio hominis circa proximum suum:
13 Misericordia autem Dei super omnem carnē.
14 Qui misericordiam habet, docet, & erudit
quasi pastor gregem suum.
15 [2] Misereatur excipientis doctrinam miserà- [2] Miseretur excipiente
tionis, & qui festinant in iudiciis eius. Fili, in bonis
non des querelam, & in omni dato non des tristi-
tiam verbi mali.
16 Nonne ardorem refrigerabit ros? sic & ver-
bum melius quam datum.
17 Nonne ecce verbum super datum bonum?
[3] sed vtrumque cum homine iustificato. [3] de vtraque
C 18 Stultus acriter improperabit, & datus indis-
ciplinati tabescere facit oculos.
19 Ante iudicium para iustitiam tibi, & ante-
quam loquaris disce.

1 Qui degit æuum, cuncta creauit simul.
2 Dominus qui solus est iustus, [a] nec præter eū
est alius (& manet inuictus rex in æternum) [b] Ipse mū-
dum disponit spithama manus suæ, cunctaque parent vo-
luntati ipsius. [c] Nam ipse potentia sua regit omnia, quæ
in eis sancta sunt distinguens a profanis.
3 [1] Cui tantū explicandi facta sua facultatem dedit?
aut quis egregia ipsius facinora inuestigabit?
4 Quis vim magnificentiæ ipsius percensebit? aut quis
conabitur miserationes eius enarrare?
5 Nihil est quod deminuas aut addas, nec quod peruе-
stiges miracula Domini.
6 Cum absoluerit homo, tum demum incipit: & cū
conquieuerit, tum vero incertus est.
7 Quid est homo, aut quis vsus ipsius? quid in eo bonū
est, aut quid malū?
8 Numerus dierum hominis centum anni cum plu-
rimum, [a] nec cuiquam ex omnibus stata est obitus sui
ratio. Quantula est aquæ gutta e mari sumpta, & ex
arena calculus: tantillum sunt anni [2] mille præ tempore
æternitatis.
9 Propterea Deus patientia vtitur in homines, &
effundit in eos misericordiam suam.
10 Vidit, & cognouit malam esse eorum (arrogantiam
animi, &) euersionem.
11 Propterea placabilitatem suam ampliauit, (&
ostendit ipsis viam æquitatis.)
12 Miseratio hominis tendit in proximum ipsius.
13 & 14 At misericordia Domini mortales omnes
castigat, erudit, docet, & reducit vt pastor gregem suum.
15 Disciplinam admittentium miseretur, itemque
iura sua studiose consectantium. In rebus bonis, fili, ne
adhibeas reprehensionem, nec vllo in dono [3] verbi mali
molestiam.
16 Nonne rorem æstum mitigat? simili ratione sermo
dono potior est.
17 Nonne ecce munere præstantior est oratio? cæte-
rum in homine [4] gratioso vtrumque est.
18 Stultus odiose exprobrat, inuidique donum tabefa-
cit oculos. 19 Antequam loquaris disce.

1 τίνι. aliter, ἔδωκε.
2 χιλια. aliter, ἐλιγα
3 λόγου πονηροῦ
4 ἀμφότερα παρὰ ἀνδρὶ κεχαριτωμένῳ. aliter, κεχαριτωμένα, gratia conciliant.

20 *Et ante ægritudinem admitte curationem. Ante iudicium* [5] *explora teipsum,* *vt tempore inquisitionis consequaris veniam.*

21 *Ante infirmitatem* [6] *temperantia teipsum* [7] *macera,* *& tempore peccatorum ostende emendationem.*

22 *Ne dubites reddere votum in tempore, nec iustificari probare te ad mortem vsque differas, [quoniam merces Dei manet in æternum.]*

23 *Priusquam vota facias, para teipsum, ne similis sis hominis tentantis Dominum.*

24 *Memento iræ extremo die futuræ, & vltionis, quo tempore auertetur facies.*

25 *Perpende tempus famis tempore saturitatis, & inopiam ac penuriam die diuitiarum.*

26 *Tempus* [8] *à mane immutatur ad vesperam, & coram Domino subita sunt omnia.*

27 *Homo sapiens semper metuet, & diebus peccatorum cauebit a delicto:* *insipiens autem non explorat tempora.*

28 *Omnis cordatus agnoscit sapientiam* [9] *& eruditionem, & adepto eam laudem tribuit.*

29 *Cordati ipsique dictis proferunt sapientiã, [veritatem intelligunt & iustitiam,] & moderationis animi selecta* [10] *in vitam responsa irrigant.* *Optima loquendi authoritate solius est Domini, siquidem* [11] *mortali cor saturat mortuum.*

30 *Ne sequaris cupiditates tuas, & appetitus tuos inhibe.*

31 *Quòd si animo tuo indulgeas quãlibet concupiscentiã, efficies vt* [12] *inuidentes tibi inimici tui de te gaudeant.*

32 *Ne delecteris multis* [13] *delicijs, nec earum* [14] *consortio deuinciaris.* 33 *Caue pauper euadas concinnandis de mutuo conuiuijs, donec tibi nil sit in sacculo:* *alioquin insidiator vitæ tuæ infimus sis erit.*

20 Ante languorem adhibe medicinam, & ante iudicium interroga teipsum, & in conspectu Dei inuenies propitiationem. 1.Cor.11.d

21 Ante languorem humilia te, & in tempore infirmitatis ostende conuersationem tuam.

22 Non impediaris orare semper, & ne verearis vsque ad mortem iustificari: quoniam merces Dei manet in æternum. Luc.18.a 1.Thes.5.d

23 Ante orationem præpara animam tuam, & noli esse quasi homo qui tentat Deum.

24 Memento iræ in die consummationis, & tempus retributionis in [a] conuersatione faciei. Supr.7.b [a] conuersione faciei.

25 Memento paupertatis in tempore abundantiæ, & † necessitatem paupertatis in die diuitiarum. D Sup.11.c † necessitatum

26 A mane vsque ad vesperam [b] immutabitur tempus, & hæc omnia citata in oculis Dei. [b] mutatur

27 Homo sapiens in omnibus [c] metuit, & in diebus delictorum attendet ab inertia. [c] metuet

28 Omnis astutus agnoscit sapientiam, & inuenienti eam dabit confessionem.

29 Sensati in verbis & ipsi sapienter egerunt, & intellexerunt veritatem & iustitiam, & † implorauerunt prouerbia & iudicia. † instillauerunt

30 Post concupiscentias tuas non eas, & à voluntate tua auertere. Rom.6.b 13.d

31 Si præstes animæ tuæ concupiscentias eius, faciet te in gaudium inimicis tuis.

32 Ne oblecteris in turbis nec in modicis: assidua enim est commissio illorum.

33 Ne fueris mediocris in contentione ex fœnore, & non est tibi nihil in [d] sacculo: eris enim inuidus vitæ tuæ. [d] sacculo.

5 ἐξέταζε σεαυτόν: aliter, ἐρεύνησον ... 6 ἐγκρατεύου. 7 התענה

8 i. inter mane & vesperam accidit temporis mutatio, q.d. quotidie expediendum sit & vitæ commutationem

9 καὶ ... 10 ... 11 vel, mortuo.

12 ... 13 τρυφῇ aliter ... 14 συμβολῇ aliter ...

CAPVT XIX.

1 *OPerarius ebriosus non ditescet, & paulatim sublabetur qui spernit exigua.*

2 *Vinum & mulieres etiam cordatos auferunt, [sugillantq́ue sapientes.]*

3 *Et qui consuescit meretricibus, euadet confidentior. Caries & vermes occupabunt eum, & anima confidens auferetur,* [a] *grauiq́ue supplicio contabescet.*

4 *Qui facile credit, leuis est animo, & peccando delinquit in animam suam.*

5 [1] *Qui gaudet mala habitudine,* *meretur reprehensionem.*

6 [2] *Qui vero voluptatibus resistit, coronat vitam suam.* *Qui linguam temperat, etiam* [3] *difficili conuixerit:* *& qui loquacitatem odit, minus habet malitiæ.*

7 *Nequid tibi dictum effutias alteri, ut nequid detrimenti capias.*

8 *Nec apud amicum, nec apud inimicum* [4] *vitas alienas* *enuncies:* [4] *& si non redundat in te peccatum, ne detegas.*

9 *Audierit enim illi, &* [5] *auersabitur te,* *perq́ue occasionem suum in te odium ostendet.*

10 *Sermonem [aduersus alterum] audisti, fac tecum commoriatur, & securus esto, ut qui non dirumpat te.*

11 *Præ sermone parturiet stultus, vt præ fœtu grauida.*

12 *Quod telum agit defixum in femore corporis, hoc sermo in stulti pectore.*

13 *Obiurga amicum, si quid fortè minus fecerit: si fecerit, ne porrò pergat facere.*

14 *Increpa amicum, an quid fortè minus dixit: quòd si dixerit, ne porrò rursum dicat.*

15 *Increpa inquam amicum, etenim existit sæpe calumnia.*

16 *Quare ne cuiuis sermoni* [6] *fidem adhibeas.* *Est qui labatur* [7] *verbo,* *sed non ex animo: & quis lingua sua non peccauit?*

1 OPerarius ebriosus non locupletabitur: & qui spernit modica, paulatim decidet. A

2 Vinum & † mulieres apostatare faciunt sapientes, & arguent sensatos. Gen.19.g 3.Reg.11.a

3 Et qui se iungit fornicariis, erit nequam, putredo & vermes hæreditabunt illũ, & extolletur in exemplũ maius, & tolletur de numero anima eius.

4 Qui credidit cito, leuis corde est, & minorabitur: & qui delinquit in animam suam, insuper habebitur. Iosu.9.a

5 Qui gaudet iniquitate, denotabitur: & qui odit correptionem, minuetur vita:

6 Et qui odit loquacitatem, extinguit malitiam. Qui peccat in animam suam, pœnitebit: & qui iucundatur in malitia, denotabitur.

7 Ne iteres verbum nequam & durum, & non minoraberis.

8 Amico & inimico noli narrare sensum tuum: & si est tibi delictum, noli denudare. B

9 Audiet enim te, & custodiet te, & quasi defendens peccatum odiet te, & sic aderit tibi semper.

10 Audisti verbũ aduersus proximum tuum? commoriatur in te, fidens quoniam nõ te dirumpet. Infr.22.d 27.c.d

11 A facie verbi parturit fatuus tanquam gemitus partus infantis.

12 Sagitta infixa femori [a] canis, sic verbum in corde stulti. [a] carnis.

13 Corripe amicum, ne forte non intellexerit, & dicat, Non feci: aut si fecerit, ne iterum addat facere. Leuit.19.d Matth.18.b Luc.17.a

14 Corripe proximum, ne forte non dixerit: & si dixerit, ne forte iteret. C

15 Corripe amicum: sæpe enim fit commissio.

16 Et non omni verbo credas. est qui labitur lingua sua, sed non ex animo. Quis est enim qui non deliquerit in lingua sua. Sup.14.a & infr.25.b Iacob.3.a

1 i. qui corpori supra modum indulget, non esse aliter, ... plim.

2 ... 1. cum homine quamuis moroso, & importuno ... conuiuere poteris vel si legas ἀμάχως, citra ... iam & pugnam ... pacifice cuius conuixeris.

3 ... 4 vel, & si potes absque peccato facere. 5 vel, obseruabit te.

6 ... aliter, ... 7 λόγῳ.

17 Corripe proximum antequam comminêris. Et da locum timori Altissimi:
18 Quia omnis sapientia timor Dei, & in illa timere Deum, & in omni sapientia dispositio legis.
19 Et non est sapientia nequitiæ disciplina: & non est cogitatus peccatorum prudentia.
20 Est nequitia, & in ipsa execratio: & est insipiens, qui minuitur sapientia.
21 Melior est homo qui minuitur sapientia, & deficiens sensu in timore Dei, quam qui abundat sensu, & transgreditur legem Altissimi.
D 22 Est solertia certa, & ipsa iniqua: & est qui emittit verbum certum enarrans veritatem.
Matth. 6. b. 23 Est qui nequiter humiliat se, & interiora eius plena sunt dolo.
24 Et est iustus qui se nimium submittit à multa humilitate:
25 Et est iustus qui inclinat faciem suam, & fingit se non videre quod ignoratum est: & si ab imbecillitate virium vetetur peccare, si inuenerit tempus malefaciendi, malefaciet.
26 Ex visu cognoscitur vir, & ab occursu faciei cognoscitur sensatus.
Infra 21. c. 27 Amictus corporis, & risus dentium, & ingressus hominis enunciant de illo.

*17 Amicum tuum[8] redargue, priusquam mineris. [9] Itaque posita, da locum legi Altissimi. Religio Domini primus, quo ad eum recipiare, gradus est: amorem vero eius demeretur sapientia. * cognitio preceptorum Domini eruditio vitae est, & qui morem gerunt ipsi, fructum carpent immortalitatem.*
*18 Religio Domini summa est sapientia, & in omni sapientia praestatio legis, summaque eius potentiae cognitio. * Si seruus dicat domino, Quod tibi videtur non faciam, si idem postea faciat, offendit altorem suum.*
19 Scientia malitiae non est sapientia, nec consilium sceleratorum cum prudentia coniunctum est.
20 Sed malitia est, atque adeo ipsa execratio, stultitiaque vacua sapientia.
*21 Potior est religiosus [10] cui deficit sententia, quam abundans prudentia violator legis * Altissimi.*
*22 Est astutia exacta, & eadem iniusta: & est qui gratiam suam pronuntiando peruertat: * rursumque alius qui iuste iudicet, sapiens.*
23 Est qui praua molitur demissus [11] moestitia, cuius interiora dolo tota [12] ardeant. 24 † † †
25 Vultum contrahens, [13] surdumque se simulans, ubi non suspectus occupabit te laedere. Quod si defectu virium peccare prohibeatur, malum dabit tamen nactus occasionē.
26 Ut ab aspectu quisque cognoscitur, ita ex vultus obiectu cordatus intelligitur. 27 Suus enimque habitus, ac [14] rictum dentium risus, incessusque hominis, quomodo sit animatus arguunt.

8 [Hebrew] vel, proximum tuum. 9 πρὶν ἀπειλῆσαι.
10 ἐλαττούμενος, alter, ἡττώμενος.
11 קדר nigrum esse, contristari.
12 μελανίᾳ.
13 ἐθελοκωφῶν.
14 vel, dentium per risum ouatio,

CAPUT XX.

A 1 Est correptio mendax in ira contumeliosi: & est iudicium quod non probatur esse bonum: & est tacens, & ipse est prudens.
2 Quàm bonum est arguere, quàm irasci! & confitentem in oratione non prohibere.
Infra 30. c. 3 Concupiscentia spadonis deuirginauit iuuenculam: sic qui facit per vim iudicium iniquum.
4 Quàm bonum est correptum manifestare pœnitentiam! sic enim effugies voluntarium peccatum.
Supra 5. c. 5 Est tacens, qui inuenitur sapiens: & est odibilis, qui procax est ad loquendum.
6 Est autem tacens, non habens sensum loquelæ: & est tacens, sciens tempus apti temporis.
Infra 32. a. [a] seruabunt 7 Homo sapiens tacebit vsque ad tempus: lasciuus autem, & imprudens non[a] seruabit tempus.
B 8 Qui multis vtitur verbis, lædet animam suã: & qui potestatem sibi sumit iniustè, odietur.
9 Est processio in malis viro indisciplinato, & est inuentio in detrimentum.
10 Est datum quod non est vtile: & est datum, cuius retributio duplex.
11 Est propter gloriam minoratio: & est qui ab humilitate leuabit caput.
12 Est qui multa redimat modico precio, & restituens ea in septuplum.
Supra 6. a. 13 Sapiens in verbis seipsum amabilem facit: gratiæ autem fatuorum effundentur.
Supra 18. c. & infra 41. c. 14 Datus insipientis non erit vtilis tibi: oculi enim illius septemplices sunt.
15 Exigua dabit, & multa improperabit: & apertio oris illius inflammatio est.
16 Hodie fœneratur quis, & cras expetit: & odibilis est homo huiusmodi.
17 Fatuo non erit amicus, & non erit gratia[b] bonis illius.
C 18 Qui enim edunt panẽ illius, falsæ linguę sunt.
19 Quoties, & quanti irridebunt eum? Neque enim quod habendum erat, directo sensu distribuit: similiter & quod non erat habendum.
20 Lapsus falsæ linguæ, quasi qui in pauimento cadens: sic casus malorum festinanter venient.
21 Homo acharis quasi fabula vana, & in ore indisciplinatorum assidua erit.

1 Est cum minime sit speciosa reprehensio, & est cum quis sapienter taceat.
2 Quanto honestius est reprehendere quam[1] alere indignationem? nam qui fatetur quod dixit, protegetur a detrimento.
3 Qualis est spadonis puellam vitiandi libido, talis est qui per vim exercet iudicia.
*4 * Quàm pulchrum est reprehensum agere poenitentiam! sic enim voluntarium peccatum effugies.*
*5 * Est qui tacendo se probet sapientem, & est qui crebra loquacitate fit odiosus.*
6 Alius tacet non habens quod respondeat: alius silet, tempori seruiens.
7 Homo sapiens tacebit donec opportunum fuerit: nugator autem & insipiens praeteribit opportunitatem.
8 Qui verbis multis vtitur, execrationi erit abominationi: & qui potestatem sibi sumit, in odium veniet.
9 Est cum[2] quis scelerosus in malis rebus[3] successum consequitur, & est cum res inuenta detrimentum afferat.
10 Est munus quod tibi non prosit: & munus, cuius dupla fit compensatio.
11 Est qui se submittat causa gloriae, rursumque qui ab humilitate caput erigat.
12 Est qui multa paruo emat, quae septies tanto amplius sit rependendum.
13 Sapiens seipsum dictis reddit amabilem, at lepores stultorum fluxi sunt.
*14 Munus insipientis tibi non proderit[4] acceptum, nec item inuidi, * propter ipsius importunitatem: nam oculi eius[5] ad accipiendum pro vno multi sunt.*
15 Pauca dabit, & exprobrabit multa, atque os suum more praeconis aperiet.
*16 Mutuum dabit hodie, quod cras repetat. Inuisus * Deo simul & hominibus talis est.*
17 Stultus merito dicat, Amicus mihi nullus est, nec gratiam è bonis meis colligo:
18 Qui vescuntur pane meo, lingua falsa sunt.
19 Quot irridebunt hunc, & quoties? neque enim quod habet, opinione recta complectitur, & perinde refert, ac si nihil habeat.
20 Casus de pauimento[6] dicto citior est, ita malorum ruina repentina aderit.
21 Homo illepidus quasi importuna fabula est, quae ore imperito frequentatur.

1 θυμοῦσθαι.
2 ἀνδρὶ ἀναγώγῳ.
3 εὐοδία, alter, εὕρεμα.
4 δι' ἀνάγκην.
5 εἰς τὸ λαβεῖν.
6 מלשון pro lingua seu sermone,

22 *Pronuntiatum ex ore stulti gratiam amittit, quia non profertur in tempore.*
23 *Est qui peccare impeditur præ inopia, qui secum apud se [7] discruciatur.*
24 *Est qui animam suam perdat præ pudore, & eam [8] persona fermendo interimat.*
25 *Est qui causa pudoris promittat amico, & eum vltro sibi inimicum suscipiat.*
26 *Peruam malo crimini est homini mendacium, at id in ore imperitis frequens est.*
27 *Tolerabilior est fur, quam qui frequentat mendacium, cæterum perniciem vterq; contrahet.*
28 *Familiaris homini mendaci est ignominia, suaq; dedecus comitatur eum assidue.*
29 *Sapiens seipsum dictis suis promouebit, & vir prudens placebit proceribus.*
30 *Vt qui terram colit, æternum suum reddet cumulatiorem: ita qui placet magistratibus, [9] piabit suā iniustitiam.*
31 *Xenia muneraq; excæcant oculos sapientum, & tanquam os obstructis reprehensiones inhibent.*
32 *Cum sapientia occulitur, aut thesaurus abditur, quid est in vtrouis vtilitatis?*
33 *Potior est homo celans stultitiam suam, quam qui sapientiam suam supprimit. Tolerans est [10] ineuitabilis sequenti Dominum patientia, quam vita propria gubernator absq; Domino.*

7 Legο...... κατατρύχεται. 8 ἀπολλύει ψυχὴν...... alitet, ἀπὸ ἀφρο-νος.
9 ἐξιλάσεται ἀδικίαν. vel qui places principibus ...... iniustitiam suam.
10 vel, necessaria.

22 Ex ore fatui reprobabitur parabola: non enim dicit illam in tempore suo.
23 Est qui vetatur peccare præ inopia, & in requie sua stimulabitur.
24 Est qui perdet animam suam præ confusione, & ab imprudenti persona perdet eam: personæ autem acceptione perdet se.
25 Est qui præ confusione promittit amico, & lucratus est eum inimicum gratis. D
26 ‖ Opprobrium nequam in homine mendacium, & in ore indisciplinatorum assidue erit. Infra 25. b.
27 Potior fur quam assiduitas viri mendacis. perditionem autem ambo hæreditabunt.
28 Mores hominum mendacium sine honore: & confusio illorum, cum ipsis sine intermissione.
29 Sapiens in verbis [1] producit seipsum, ‖ & homo prudens placebit magnatis. [1] producet
30 ‖ Qui operatur terram suam, inaltabit aceruum frugum: & qui operatur iustitiam, ipse exaltabitur: qui verò placet magnatis, effugiet iniquitatem. Gen. 41. Dan. 2. g. Prou. 12. b. & 28. c. Exod. 23. a. Deut. 16. d. infra 41. c.
31 ‖ Xenia & dona excæcant oculos iudicum, & quasi mutus in ore auertit correptiones eorum.
32 Sapientia absconsa & thesaurus inuisus: quæ vtilitas in vtrisq;?
33 Melior est qui celat insipientiam suam, quàm homo qui abscondit sapientiam suam.

CAPVT XXI.

1 *Si peccasti fili, ne pergas peccare, sed antealia deprecator.*
2 *Tanquam à conspectu serpentis fuge peccatum, nā si accesseris, [1] mordebit te.*
3 *Dentes leonini sunt dentes ipsius, animas hominum exitiant.*
4 *Instar ancipitis gladii nefas omne est, in plaga illius nulla est [2] sanitas.*
5 *Concertationes & iniuria opes dissipant, similiterq; domus superbi desolabitur.*
6 *Ab ore [3] pauperis exauditur precatio, iudiciumq; illius festinato veniet.*
7 *Qui odit castigationem, in vestigio sceleratis consistit: at qui veretur Dominum resipiscet ex animo.*
8 *Notus procul ex sermone notus est: at qui sapit, caducum esse meminit.*
9 *Qui ære alieno domum suam ædificat, congerendi lapides in tumulum [4] sepulturæ suæ similis est.*
10 *Stupa collecta cœtus est nefariorum: flammaq; ignis [5] exitialis eorum exitus.*
11 *Via sceleratorum lapidibus est complanata: at in exitu eius orci fouea, (tenebræ simul & pœna.)*
12 *Qui seruat legem Domini, [6] cogitationibus suis imperat:*
13 *Et finis vel genus Domini est [7] accessio sapientiæ.*
14 *Qui non est callidus, non patitur erudiri se:*
15 *Est autem cum & caliditas amaritudinem multiplicat.*
16 *Scientia sapientis exuberabit tanquam inundatio, ac velut fons vitæ [8] manus eiusdem consilium.*
17 *Viscera stulti instar vasis confracti sunt, vt qui nullam [8] in vita sua scientiam continent.*
18 *Si peritus audierit aliquem sapienter, laudabit illud, rediciétq; ad illum: quod si audierit [9] voluptuosus, improbabit istud, & post tergum suum abiiciet.*
19 *Sermo fatui tanquam sarcina est in itinere, at in labiis cordati lepor deprehenditur.*
20 *Os prudentis in cœtu consulitur, & quæq; dicta ipsius perpendit animo.*
21 *Instar domus euersæ est stulti sapientia, & scientia imprudentis inconsulta sunt.*

7 διέρχεται. 2 ... alitet, διέρχεται
2 vel, contra plagam illius nullum est remedium.
3 vel, afflicti.
4 ... alitet, ...
5 ... 6 vel, seruat voluntatem eius Domini ...
7 ἀγγεῖα.
8 ἐν ζωῇ αὐτοῦ.
9 ... alitet, σκυταλον.

1 Fili, ‖ peccasti? non adiicias iterum: ‖ sed & de pristinis deprecare vt tibi dimittantur. A Supra 5. b. & 12. c. Psal. 40. Luc. 15. c.
2 Quasi à facie colubri fuge peccata: & si accesseris ad illa, suscipient te.
3 Dentes leonis dentes eius, interficientes animas hominum.
4 Quasi romphæa bis acuta omnis iniquitas, plagæ illius non est sanitas.
5 Obiurgatio, & iniuriæ annullabunt substantiam: & domus quæ nimis locuples est, annullabitur superbia: sic substantia superbi eradicabitur.
6 ‖ Deprecatio pauperis ex ore vsq; ad aures eius perueniet, & iudicium festinatò adueniet illi. Exod. 3. b. 22. d.
7 Qui odit correptionem, vestigium est peccatoris: & qui timet Deum, conuertetur ad cor suum.
8 Notus à longe potens lingua [1] audaci: & sensatus scit labi se ab ipso. [1] mendaci B
9 Qui ædificat domum suam impēdiis alienis, quasi qui colligit lapides suos in hyeme.
10 ‖ Stupa collecta synagoga peccantium: & consummatio illorum flamma ignis. Supra 16. a.
11 Via peccantium [2] complantata lapidibus, & [3] in finem illorum inferi, & tenebræ, & pœnæ. [2] complanata [3] in fine
12 Qui [4] custodierit iustitiam, continebit sensum eius. [4] custodit
13 Consummatio timoris Dei sapiētia & sensus.
14 Non erudietur, qui non est sapiens in bono.
15 Est autem insipientia quæ abundat in malo: & non est sensus vbi [5] est amaritudo. [5] abundat
16 Scientia sapientis tanquam inundatio abundabit, & consilium illius sicut fons vitæ permanet.
17 ‖ Cor fatui quasi vas confractum, & omnem sapientiam non tenebit. Infra 33. a.
18 Verbum sapiens quodcunq; audierit scius laudabit, & [6] adiiciet: audiuit luxuriosus, & displicebit illi, & proiiciet illud post dorsum suum. C [6] ad se
19 Narratio fatui quasi sarcina in via. Nam in labiis sensati inuenietur gratia.
20 Os prudentis quæritur in ecclesia, & verba illius cogitabunt in cordibus suis.
21 Tanquam domus exterminata, sic fatuo sapientia: & scientia insensati inenarrabilia verba.

22 Compe-

22 Compedes in pedibus, stulto doctrina, & quasi vincula manuum super manum dextram.

Supr. 19 d — 23 Fatuus in risu exaltat vocem suam: vir autem sapiens vix tacitè ridebit.

D — 24 Ornamentum aureum prudenti doctrina, & quasi brachiale in brachio dextro.

25 Pes fatui facilis in domum proximi: & homo peritus confundetur à persona potentis.

26 Stultus à fenestra respiciet in domum: vir autem eruditus foris stabit.

27 Stultitia hominis auscultare per ostium: & prudens grauabitur contumelia.

28 Labia imprudentum stulta narrabunt: verba autem prudentium statéra ponderabuntur.

29 In ore fatuorum cor illorum: & in corde sapientium os illorum.

Iudæ 1. c — 30 Dum maledicit impius diabolum: maledicit ipse animam suam.

Leuit. 16. d, Infr. 28. c — 31 Susurro coinquinabit animam suam, & in omnibus odietur: & qui permanserit, odiosus erit: tacitus & sensatus honorabitur.

22 Disciplina compedes sunt pedibus stultorum, & instar manicarum in manu dextera.

23 Stultus per risum sustollit cachinnum: at vir sapiens subridet tacitè.

24 Velut ornamentum aureum est eruditio sapienti, & instar [10] armillæ brachio dextero.

25 Pes stulti in domum [alterius] procliuis est, at peritus homo reformidat vel [11] inspectionem.

26 Insipiens ab ianua domum introspicit: at vir eruditus foris consistit.

27 Ad ostium auscultare quenquam, inscitia est: qui sapit, hoc dedecus grauatim suscipiet.

28 [12] Labia loquacium narrant absurda: sapientes autem quæ dicunt, statera ponderant.

29 Ab ore stultorum pendet cor eorum: [13] at in corde sapientum os eorum est situm.

30 Cum [14] Satanam exsecratur impius, ipse suam exsecratur animam.

31 Obtrectator polluit animam suam, & [15] quocunque commeatit, odiosus erit: [homo verò tacitus & cordatus honorem consequetur.]

CAPVT XXII

A — 1 IN lapide luteo lapidatus est piger, & omnes loquentur super aspernationem illius.

2 De stercore boum lapidatus est piger, & omnis qui tetigerit eum, excutiet manus.

3 Confusio patris est de filio indisciplinato: filia autem fatua in deminoratione fiet.

4 Filia prudens hæreditas viro suo. nam quæ confundit, contumelia est genitoris. — *in contumeliam fit*

5 Patrem & virum confundit audax, & ab impiis non minorabitur: ab vtriusque autem inhonorabitur.

6 Musica in luctu importuna narratio: flagella & doctrina in omni tempore sapientia.

7 Qui docet fatuum, quasi qui conglutinat testem.

8 Qui narrat verbum non audienti, quasi qui excitat dormientem de graui somno. — *attendenti*

9 Cum dormiente loquitur, qui enarrat stulto sapientiam: & in fine narrationis dicit, Quis est hic? — *qui enumerat stulto, & in fine dicit.*

Infr. 38. b — 10 Supra mortuum plora, defecit enim lux eius: & supra fatuum plora, defecit enim sensus eius. — *sensu*

11 Modicum plora supra mortuum, quoniam requieuit.

12 Nequissimi enim nequissima vita, super mortem fatui.

Gen. 50. b — 13 Luctus mortui septem dies: fatui autem, & impij omnes dies vitæ illorum.

B, Supr. 12. c — 14 Cum stulto ne multum loquaris, & cum insensato ne abieris.

15 Serua te ab illo, vt non molestiam habeas, & non coinquinaberis peccato illius.

16 Deflecte ab illo, & inuenies requiem, & non acediaberis in stultitia illius.

17 Super plumbum quid grauabitur? & quod illi aliud nomen, quàm fatuus?

Prouerb. 27. a — 18 Arenam & salem, & massam ferri facilius est ferre, quàm hominem imprudétem, & fatuum, & impium.

19 Sicut loramentum ligneum colligatū fundamento ædificij non dissoluetur: sic & cor confirmatum in cogitatione consilii.

20 Cogitatus sensati in omni tempore vel metu non deprauabitur.

C — 21 Sicut ornatus arenosus in pariete limpido, & sicut paleæ in excelsis, & cæmenta sine impensa posita contra faciem venti non permanebunt: sic & cor timidum in cogitatione stulti cōtra impetum timoris non resistit. — *pali*

22 Sicut cor trepidum in cogitatione fatui, omni tempore non metuet: sic & qui in præceptis Dei permanet semper.

1 LApidi conspurcato comparandus est piger, quem ignominiæ causa omnes irrideant.

2 Piger conferendus est stercori sterquilinij, quod quicunque contigerit, manus suas excutiat.

3 Ignominia patris filius ignauus est filiaque minoris venit æstimanda.

4 Filia prudens [1] viro est vice hæreditatis, at viuens turpiter mæstitiam affert genitori.

5 Impudens patrem & maritum afficit ignominia, [& impiis nobilis est inferior,] quare ab vtroque vituperabitur.

6 Intempestiua narratio velut in luctu musica est, flagella [2] verò & castigatio semper opportuna sunt sapientiæ. Liberi si cum proba vita alimēta habeant, ignobilitatem parentum suorū obliterabunt. Liberi si cum contumacia imperitiaque fastuosi fuerint, fœdant nobilitatem suæ cognationis.

7 Testam conglutinat, qui stultum docet.

8 Et è profundo somno dormientem laborat excitare.

9 Dormientem alloquitur, qui stulto loquitur: qui finito sermone demum, Quid est, inquiat.

10 Mortuum lamentaris, quod sit luce priuatus: homines deplores stultum, quod sensum amiserit.

11 Mortuum tamen minus defleas, vtpote quiescentem:

12 Vita verò stulti morte peior est.

13 Defunctus septenis diebus est lamentabilis: stultus autem & impius diebus vitæ suæ omnibus.

14 Ne verba multa facias cum insipiente, nec ad vecordem accesseris.

15 Caue ab illo, ne habeas molestiam: nec labem ex [3] conquassatione ipsius contrahas.

16 Declina ab eo, vt consequaris requiem, nec ex amentia eius mœrorem accipias.

17 Quid nomines aliud quod grauius sit plumbo quàm stultum?

18 Arenam & salem ferreamque massam ferre [4] facilius est, quàm hominem excordem.

19 Vt compages & ingluuenta lignea ædificio indita concussu non dissoluuntur: sic animus firmatus perpenso consilio, [5] nullo tempore pertimescet.

20 Animus sententia cordata nixus, est velut in polito pariete arenatum tectorium.

21 Vt posita in excelso valli ventum non sustinent:

22 Sic animus meticulosus in consultatione stulti nullum metum sustinebit.

10 χλιδῶν. aliter, χειρίδιον.
11 ἀπὸ προσώπου. aliter, ἀπὸ αὐτοῦ.
12 χείλη πολυλάλων τὰ δὲ αὐτῶν διηγήσονται. aliter, χείλη ἀλλοτρίων ἐν τούτοις βαρυνθήσεται.
13 ἐν δὲ καρδίᾳ.
14 vel, maledictum.
15 οὗ ἐὰν παροικήσῃ.

1 ἀνδρὶ αὐτῆς. aliter, ἀνδρα.
2 Ab

3 ἐν ἐκτιναγμῷ: vel, dum quid excutiatur.

4 εὐκοπώτερον.
5 vel, ubi...
6 ἐν καιρῷ οὐ δειλιάσει.

23 *Qui pungit oculum, elicit lachrimam: qui cor stimulat, affectum aperit.*

24 *Qui volucres lapide petierit abigit eas: qui probrum obiicit amico, dirimit amicitiam.*

25 *Si gladium strinxeris in amicum, spem ne abiicias: est enim in gratiam reditus.*

26 *Si verbis tristibus fueris in amicum, ne metuas: locus enim reconciliationi superest, dummodo conuicium, aut superbia aut arcani patefactio, aut ictus insidiosus absuerit. his enim amicus omnino fugabitur.*

7 רעך. 27 *Probe te fidum [7] amico pauperi, ut vnà læteris rebus eius felicibus.*

8 ὑπόμενε αὐτῷ. al. ἐμμένει αὐτῷ. 28 *Fidem ei serues tempore calamitatis, vt [8] vnà cum eo venias in possessionem ipsius. Non enim spernenda semper angustia res est: nec diues, mente inops admirandus.*

29 *Vapor camini fumusque præcedit ignem: ita conuicia, [contumelia atque minæ] præcurrunt effusionem sanguinis.*

30 *Amicum tueri non verebor, nec me subducam à conspectu eius: quòd si malum accepero per illum, feram.*

31 *Quisquis factum audierit, cauebit ab ipso.*

9 ἀκριβῆ. 32 *Quis apponet ori meo custodiam, labiisque meis sigillum sapientiæ, quo fretus non corruam [9] statim, nec lingua mea perdat me?*

23 Pungens oculum, deducit lachrymas: & qui 1. Cor. 14. c. Heb. 4. c.
pungit cor, profert sensum.

24 Mittens lapidem in volatilia, deiiciet illa: sic & qui conuitiatur amico, dissoluit amicitiam.

25 Ad amicum etsi produxeris gladium, non desperes: est enim regressus ad amicum.

26 Si aperuerit os triste, non timeas. est enim concordatio: excepto conuitio, & improperio & superbia & mysterii reuelatione, & plaga dolosa. in his omnibus effugiet amicus.

27 Fidem possidecum [*] amico in paupertate D
illius, vt & in bonis illius læteris. [*] proximo.

28 In tempore tribulationis illius permane illi fidelis, vt & in hæreditate illius cohæres sis.

29 Ante ignem camini vapor & fumus inalterattur: sic & ante sanguinem maledicta, & contumeliæ, & minæ.

30 Amicum salutare non confundar, à facie illius non me abscondam: & si mala mihi euenerint per illum, sustinebo.

31 Omnis qui audiet, cauebit se ab eo.

32 ‖ Quis dabit ori meo custodiam, & super la- Psalm. 140. a
bia mea signaculum certum, vt non cadamus [*] in [*] ab ipso.
ipsis, & lingua mea perdat me?

CAPVT XXIII.

1 ἄνθρωπε. al. μοῦ. 1 *Domine pater, [1] totiusque vitæ meæ dominator, ne me permittas consiliis illorum, nec finas me per ea corruere.*

2 *Quis menti meæ flagella adhibebit, & cordi meo sapientiæ institutionem, vt non parcant inscitiæ meæ, nec [2] illorum peccata prætereant:*

3 Scilicet linguæ & labiorum. al. καὶ οὐ μὴ παρῇ τὰ ἁμαρτήματα αὐτῶν. 3 *Ne inquam, inscitia mea multiplicetur, neve peccata mea [3] perniciosam accessionem faciant, & corruam coram aduersariis meis, gaudeantque de me inimici mei, [*] quorum spes procul abest à tua misericordia.*

4 ἐκ συμβουλίας. 4 *Domine pater, Deusque vitæ meæ.*

5 *Ne mihi tribuas oculos elatos, [*] sed gigantem animum à seruo tuo semper prohibeas.*

6 *Auertas à me spes vanas & concupiscentias, [*] tibique seruire continuo cupientem retineas in officio. Ne me comprehendat appetentia ventris & concubitus, nec me*

5 ἀναιδεῖ ψυχῇ. *[5] seruum tuum permittas animæ impudenti.*

6 Al. γένηται αὐτῷ. 7 *Institutionem [6] oris audite liberi, quam qui seruat, labiis suis non capiatur, [nec ex malefactis suis ipsi erit offensionem.]*

7 ἐν χείλεσιν. al. ἐν τῇ ὑπερηφανίᾳ. 8 *Scelerosus [7] labiis suis capietur, & maledicus ac superbus offendet in illis.*

9 *Ne assuefacias os tuum iuramento: [quia multi sunt lapsi in illo.]*

10 *Nec nominandi Sancti consuetudinem capias, [quoniam id immune non erit.]*

11 *Sicut enim seruus crebro vapulans non leuatur vibicibus: ita qui peierat, & nomen Dei assiduè vsurpat, culpa non vacabit.*

12 *Vir crebro iurans, replebitur scelere, nec flagellum abscedet à domo ipsius.*

13 *Cum commiserit peccatum, ipse culpam suam sustinebit: quamsi non agnoscat, eandem condupplicauerit.*

8 ἐναντίον. 14 *Atque etsi mere quidem vsus iuramento, insons iudicabitur: nam domus eius crebris appetitur [8] infortuniis.*

9 εὐσεβῶν. 15 *Est sermo morte obuolutus: absit vt in possessione Iacob inueniatur.*

10 ἐν ἁμαρτίαις οὐ. 16 *Sanè à [9] piis aberunt hæc omnia: [10] neque enim peccatis immorentur.*

11 ἀπαιδευσίαν ἀσελγῆ. al. ἀσεχυνομένην. 17 *Oris tuum [11] imperitæ temeritati ne assuefacias: nam inde [11] res existunt flagitiosæ.*

12 [illegible] ; ἐγεῖ. al. χαλεπανεῖς. 13 [illegible]. 18 *Memento patris & matris tuæ [12] cum resides inter proceres.*

1 Domine pater & dominator vitæ meæ ne de- A
relinquas me in cogitatu & consilio eorum:
nec finas me cadere in illa exprobratione

2 Quis superponit in cogitatu meo flagella, & in corde meo doctrinam sapientiæ, vt in ignorationibus eorum non parcant mihi, & non appareant delicta eorum.

3 Et ne adincrescant ignorantiæ meæ, & multiplicentur delicta mea, & peccata mea abundent, & incidam in conspectu aduersariorum meorum, & gaudeat inimicus meus?

4 Domine pater, & Deus vitæ meæ, ne derelinquas me in cogitatu illorum.

5 Extollentiam oculorum meorum ne dederis mihi, & omne desiderium [*] auerte à me.

6 Aufer à me ventris concupiscentias, & concubitus concupiscentiæ ne apprehendant me, & animæ irreuerenti & infrunitæ ne tradas me.

7 Doctrinam oris audite filii: & qui custodierit illam non periet labiis, nec scandalizabitur in operibus nequissimis.

8 In vanitate sua [*] apprehenditur peccator, & [*] apprehendetur.
superbus & [*] maledictus scandalizabitur in illis. [*] maledicens.

9 ‖ Iurationi non assuescat os tuum. multi enim B
casus in illa.

10 Nominatio verò Dei non sit assidua in ore Exod. 20. d
tuo, & nominibus sanctorum non admiscearis: Infr. 27. d
quoniam non eris immunis ab eis. Matth. 5. d

11 Sicut enim seruus interrogatus assiduè, à liuore non minuitur: sic omnis iurans, & nominans, in toto à peccato non purgabitur.

12 Vir multum iurans implebitur iniquitate, & non discedet à domo illius plaga.

13 Et si frustrauerit [*] fratrem, delictum illius super ipsum erit:

14 Et si dissimulauerit, delinquit dupliciter: & si in vacuum iurauerit, non iustificabitur. replebitur enim retributione [*] domus illius. [*] pessima.

15 Est & alia loquela contraria morti, non inueniatur in hæreditate Iacob.

16 Etenim à misericordibus omnia hæc auferentur, & in delictis non [*] volutabuntur.

17 ‖ [*] Indisciplinosæ loquelæ non assuescat os tuum: est enim in illa verbum peccati. [*] Indisciplinate.

18 Memento patris & matris tuæ, in medio enim magnatorum consistis.

19 Ne forte

19 Ne fortè obliuiscatur te Deus in conspectu illorum, & assiduitate tua infatuatus, improperium patiaris, & maluisses non nasci, & diem natiuitatis tuæ maledicas.

2.Reg. 16.b

C 20 ‖ Homo assuetus in verbis improperii, in omnibus diebus suis non erudietur.

21 Duo genera abundant in peccatis, & tertiũ adducit iram, & perditionem:

22 Anima calida quasi ignis ardens non extinguetur, donec aliquid glutiat:

* corpore.

23 Et homo nequam in * ore* carnis suæ non desinet donec incendat ignem:

24 Homini fornicario omnis panis dulcis, nõ * fatigabitur* transgrediens vsq; ad finem.

* cessabit.

Esa. 29.c

25 ‖ Omnis homo qui transgreditur lectum suum, contemnens in animam suam, & dicens, Quis me videt?

26 Tenebræ circumdant me, & parietes cooperiunt me, & nemo circumspicit me: quem vereor? delictorum meorum nõ memorabitur altissimus.

* intelligit.

27 Et non * intellexit* quoniam omnia videt oculus illius: quoniam expellit à se timorem Dei huiusmodi hominis timor, & oculi hominum timentes illum: & non cognouit quoniam oculi Domini multo plus lucidiores sunt super Solem.

D 28 Circumspicientes omnes vias hominum, & profundum abyssi, & hominum corda intuentes in absconditas partes.

29 Domino enim Deo antequam crearentur, omnia sunt agnita: sic & post perfectum respicit omnia.

30 Hic in plateis ciuitatis vindicabitur, & quasi pullus equinus fugabitur: & vbi non sperauit, apprehendetur.

31 Et erit dedecus omnibus, eò quod non intellexerit timorem Domini.

Leuit. 20. b
Deut. 22.c
Ioã. 8.a
* in virum suum deliquit.

32 ‖ Sic & mulier omnis relinquens virum suum, & statuens hæreditatẽ ex alieno matrimonio.

33 ‖ Primò enim in lege Altissimi incredibilis fuit: & secundò * virum suum dereliquit:* tertiò in adulterio fornicata est, & ex alio viro filios statuit sibi.

34 Hæc in ecclesiam adducetur, et in filios eius respicietur.

35 Non tradent filii eius radices, et rami eius non dabunt fructum.

* derelinquent.

36 * Derelinquet* in maledictum memoriam eius, et dedecus illius non delebitur. 37 Et agnoscent qui derelicti sunt quoniam nihil melius est quàm timor Dei, et nihil dulcius quàm respicere in mandatis Domini. 38 Gloria magna est sequi Dominum: longitudo enim dierũ assumetur ab eo.

19 Ne tu quoq; ab ipsis tradaris ob inuicti, assiduitateq; tua stultitiam contrahas: quamobrem te velis non esse natum, & natalem tuum diem exsecreris.

20 Homo verbis probrosis assuetus, disciplinam per omnem vitam suam non admittet.

21 Duo genera peccatis abundant, & tertium meretur supplicium:

22 Animus scilicet aestuans tanquam ardens ignis, qui non extinguitur, donec absumatur.

23 Deinde scortator homo, qui corpore carnis suæ non conquiescit, donec ignem succenderit.

24 Quiuis cibus suauis est homini scortatori: non cessabit, donec intereat.

25 Homo deniq; thori sui temerator, sic animo secum cogitans, Quis me videt?

26 Tenebris circumseptus sum, & parietes mihi præbent latebram, nec quisquam videt me. Quid vereor? meorum peccatorum non curat Altissimus.

27 Sanè hunc, hominum tantum oculi timori sunt: nec intelligit oculos Domini Sole infinitis partibus perspicaciores:

28 Vias hominum omnes [ac profundum penitus] inspicere, atq; abstrusissima quæq; perlustrare.

29 Antequam crearentur, nouit omnia: atque item postquam perfecta sunt, * omnia perspicit.

30 Quamobrem ille in plateis vrbis [14] condemnabitur,* fugabitur vt pullus equinus, & vbi non suspicatur, comprehendetur. 14 vel, pœnas dabit, subsannabitur.

31 [Eritq; omnibus dedecori, eò quòd animo religioso Dominum non coluerit]

32 Idem accidet mulieri virum [15] suum* deserenti, & hæredem paranti ex alieno. 15 αὐτῆς.

33 Primum enim legi Dei non obtemperauit: deinde peccauit in virum suum: tertio autem adulterio constuprata est, & liberos ex alieno viro peperit.

34 Ipsa producetur in concionem, & in liberos eius inquiretur.

35 Liberi eius non agent radices, nec rami eius fructum [16] afferent.* 16 alienum abibunt.

36 Memoriam sui relinquet in execratione, nec probrum eius abolebitur.

37 Vt superstites cognoscant, nihil esse melius quàm Domini metum, nec quicquam suauius, quàm mandatis ipsius [17] attendere. 17 τοῖς προσέχειν. al. τὸ προσέχειν.

38 * Deum sequi ingens est gloria, & ab eo longa vita longinquitas.

CAPVT XXIIII.

Laus sapientiæ.

A 1 SApientia laudabit animam suam, & in Deo honorabitur, et in medio populi sui gloriabitur.

2 Et in ecclesiis Altissimi aperiet os suum, et in conspectu virtutis illius gloriabitur.

3 Et in medio populi sui exaltabitur, et in plenitudine sancta admirabitur.

4 Et in multitudine electorum habebit laudem, & inter benedictos benedicetur, dicens:

5 Ego ex ore Altissimi prodiui, primogenita ante omnem creaturam.

6 Ego feci in cælis vt oriretur lumen indeficiens, & sicut nebula texi omnem * terram.*

* terram.

7 Ego in Altissimis habitaui, et thronus meus in columna nubis.

8 Gyrum cæli circuiui sola, et profundum abyssi penetraui, et in fluctibus maris ambulaui, et in omni terra steti.

9 Et in omni populo, & in omni gente primatum habui:

10 Et omnium excellentium & humilium corda virtute calcaui.

1 SApientia commendat seipsam, & in medio populo suo gloriatur.

2 Os suum aperit in concilio Altissimi, & coram potentia eius se prædicat.

3 [In medio populi sui se gerit magnifice, & in sancta multitudine miranda est.

4 In cœtu electorum laudem habet, & se beatam inter beatos prædicat, ita ait]

5 Ego prodii ex ore Altissimi [ante omnem rerũ naturam primogenita:

6 Ego lumen in cælo indefessum produxi,] & in modum nebulæ terram omnem obtexi.

7 Ego in sublimi sedem cepi, & solium meum super columnam nubis collocaui.

8 Orbem cæli circumiui sola, vadáque profundi perambulaui. Omnes fluctus maris, & terram omnem.

9 Necnon cunctos populos, Gentesque possedi.

10 [Et tam excellentium quàm humilium corda subiugaui virtute.]

11 *Post hæc omnia quæsiui quietem, & in alicuius possessione domicilium.*

12 *Tum conditor vniuersi mandata mihi dedit, & creator meus fixit tabernaculum meum & ait:*

13 *In Iacob habita, & inter Israëlitas ace pe possessionem.*

14 *Ante æuum condi..um ab initio condidit me, & in æternum non desinam. In tabernaculo sancto ministerium ab ... coram eo.*

1 ἐν πόλει. 15 *Et ita in Sion confirmata sum. Tum etiam in chara [1] ciuitate quietem mihi dedit, & Hierosolymis sum adepta potestatem.*

16 *In illustri populo sum radicata, & in ea qua Domino cessit ... possessione.*

17 *Instar cedri in in Libano excreui, & sicut in monte Hermon cupressus*

2 ἐν αἰγιαλοῖς. al. ἐν γαδδί. 18 *Quasi palma [2] circum littora verticem extuli, & veluti planta rosarum in Iericho.*

3 ὡραία. 4 ἐφ' ὕδατι. 19 *Vt elegans oliua in [3] amœno campo, & vt platanus [4] ab aquam excelui.*

5 ἀσπάλαθος. al. ὡς χαλβάν. 6 id est, vas ex onyche vnguentarium. 20 *In medio cin amomi & [5] aspalathi odorē spirans aromaticū, et vt præstantissima myrrha suauitate... .*

21 *Vt galbanum, et [6] onyx, ... stacte thus ... ... in tabernaculo.*

22 *Ego vt terebinthus expandi ramos meos, rami vero mei rami gloria sunt & gratiæ.*

7 ἐβλάστησα ἢ χάριν. al. χάριτ. 23 *Ego quasi vitis [7] odoram emisi gratiam, & flores mei fructus gloria sunt, & diuitiarum.*

8 vel, æternus fructus. 24 *[8] Ego pulchra charitatis, ego religionis, & cognitionis spei, sancta mater sum: [9] do autem [8] æterna liberis meis, quibus Deus iussit, simul omnibus.*

9 חוּל. 25 *[In me est omnis gratia vitæ veritatisque, in me omnis spes vitæ & [9] præsidii.]*

26 *Accedite ad me omnes cupidi mei, & facite vt fructibus meis impleamini.*

27 *Nam memoria mei melle dulcior est, possessioque mea fauo mellito iucundior.* 28 † † †

29 *Qui me comederint, esurient, amplius: & qui me biberint, adhuc sitient.*

10 ἐντραπήσεται. 30 *Qui me audit, in nullam [10] profusus ignominiam incidet: & qui mihi nauant operam, non peccabunt.*

31 *[Interpretesque mei vitam æternam consequentur.]*

32 *Hæc omnia ipse liber [vitæ &] pacti Dei excelsissimi sunt, [veritatis scientia.]*

33 *Et lex quam Moses [præcepit in iustitiis] ... populo Iacob hæreditariam, [... promissionibus ad Israëlitas pertinentibus] [*] Ne classescatis cum Domino fortiter agere, vt ipsi vos fortissimo confirmet vos. [*] Ipsi adhærescatis, quia Dominus omnipotens Deus vnus est, non præter eum seruator alius*

34 *[Dauidi constituit se regem potentissimum creaturum ex eo, qui in solio ... sedeat in æternum.]*

11 πάντα τοῦ σοφίαν αὐτοῦ. 35 *Quasi Phison [11] omnia replet sua sapientia, & vt Tigris nouarum frugum tempore ...*

36 *In modum Euphratis fecundat ingenium, & quasi tempore messis Iordanis.*

12 ὡς ἐν ἡμέραις τρύγητος. 37 [12] *Disciplinam profert vt lucem, inundat sicut Geon tempore vindemiæ.*

38 *Primus eam non peruenit exacte, nec item postremus inuestigauit vltimus.*

39 *Nam abundantior mari est intellectus eius, & consilium eius profundo immensius.*

13 ἐγὼ σοφία. 40 *Ego [13] sapientia [tota effundo flumina.*

14 vel in pomarium. 15 ἄριστον. 16 διώρυξ. 41 *Et ... quasi fossa e flumine ducta, atque vt aqua ductus [14] in paradisum pertinet.*

42 *Cum dixi, Hortum meum [15] optimis potum dabo, [16] sustam ... meam areolam irrigabo, ...*

43 *Ecce meus euasit flumen, & flumen meum in mare excreuit.*

17 ἐπ. al. ἐκ. 18 ἀυλόν. 44 [17] *Quoniam disciplinam illumino vt diluculum, & in multum tempus illustro [18] eam.*

45 *[Imas omnes terræ partes penetro, dormientes vi-*

11 Et in his omnibus requiem quæsiui, & in hæreditate Domini morabor.

12 Tunc præcepit, & dixit mihi creator omnium: & qui creauit me, requieuit in tabernaculo meo, & dixit mihi:

13 In Iacob inhabita, & in Israel hæreditare, & in electis meis mitte radices. B

14 Ab initio & ante secula creata sum, & vsque ad futurum seculum non desinam, & in habitatione sancta coram ipso ministraui. Prouer. 8. c Eccles. 1. a

15 Et sic in Siō firmata sum, & in ciuitate sanctificata similiter requieui, & in Ierusalē potestas mea. Psal. 131. b

16 Et radicaui in populo honorificato, & in partes Dei mei hæreditas illius, & in plenitudine sanctorum detentio mea.

17 Quasi cedrus exaltata sum in Libano, & quasi cypressus in monte Sion.

18 Quasi palma exaltata sum in Cades, & quasi plantatio rosæ in Iericho. Deut. 34. a

19 Quasi oliua speciosa in campis, & quasi platanus exaltata sum iuxta aquam in plateis.

20 Sicut cinnamomū, & balsamū aromatizās odorē dedi: quasi myrrha electa dedi suauitatē odoris.

21 Et quasi storax & galban[us], & vngula, & gutta, & quasi Libanus nō incisus vaporaui habitationē meā, & quasi balsamum non mistum odor meus.

22 Ego quasi terebinthus extendi ramos meos, & rami mei honoris & gratiæ.

23 Ego quasi vitis fructificaui suauitatem odoris: & flores mei fructus honoris & honestatis. Iohan. 15. a C

24 Ego mater pulchræ dilectionis, & timoris, & agnitionis, & sanctæ spei.

25 In me gratia omnis [*] viæ & veritatis: in me omnis spes vitæ & virtutis. [*] vitæ.

26 Transite ad me omnes qui concupiscitis me, & à generationibus meis implemini.

27 Spiritus enim meus super mel dulcis, & hæreditas mea super mel & fauum.

28 Memoria mea in generationes seculorum.

29 Qui edunt me, adhuc esurient: & qui bibunt me, adhuc sitient. Iohan. 6. d

30 Qui audit me, non confundetur: & qui operantur in me, non peccabunt.

31 Qui elucidant me, vitā æternam habebunt.

32 Hæc omnia liber vitæ, testamentum Altissimi, & agnitio veritatis.

33 Legē mādauit Moyses in præceptis iustitiarū, & hæreditatē domui Iacob, & Israel promissiones. Exod. 20. a. 24.

34 Posuit Dauid puero suo excitare regem ex ipso fortissimum, & in throno honoris sedentem in sempiternum.

35 Qui implet quasi Phison sapientiam, & sicut Tigris in diebus nouorum. Gen. 2. b Iosue 3. d

36 Qui adimplet quasi Euphrates sensum: qui multiplicat quasi Iordanis in tempore messis.

37 Qui mittit disciplinam sicut lucem, & assistens quasi Gehon in die vindemiæ.

38 Qui perficit primus scire ipsam, & infirmior non inuestigabit eam. D

39 A mari enim [*] abundauit cogitatio eius, & consilium illius ab abysso magna. [*] abundantia.

40 Ego sapientia effudi flumina.

41 Ego quasi trames aquæ immensæ de fluuio: ego quasi fluuius [*] Dorix, & sicut aquæductus exiui de paradiso. [*] vorax.

42 Dixi, Rigabo hortum [*] plantationum, & inebriabo [*] partus mei fructum. [*] nemorum. [*] prati.

43 Et ecce factus est mihi trames abundans, & fluuius meus appropinquauit ad mare.

44 Quoniā doctrinā quasi antelucanū illumino omnibus, & enarrabo illam vsque ad longinquū.

45 Penetrabo omnes inferiores partes terræ, & inspiciam

inspiciam omnes dormientes, & illuminabo omnes sperantes in Domino.
46 Adhuc doctrinam quasi prophetiam effundam, & relinquam illam quærentibus sapientiam, & nõ desinam in progenies illorũ usque in æuum sanctum.
Infr. 33. c. 47 | Videte quoniam non soli mihi laboraui, sed
omnibus exquirentibus veritatem.

deos quoscunque, & spem in Domino ponentes omnes illumino.]
46 [13] Etiamnum effundo doctrinam vt oraculum, [13] ἐπὶ. al. ἐν.
perq; seculorum ætates emitto eam [quærentibus.]
47 Videte non soli mihi laborasse me, sed omnibus
sapientiam quærentibus.

CAPVT XXV.

A 1 IN tribus placitũ est spiritui meo, quæ sunt pro-
bata coram Deo & hominibus.
Gen. 13. b / Rom. 12. a 2 | Concordia fratrum, & | amor proximorum,
Gen. 2. d / Infr. 40. d / 1. Cor. 6. c & | vir & mulier bene sibi consentientes.
3 Tres species odiuit anima mea, & aggrauor
valde animæ illorum.
4 Pauperem superbum: & Diuitem mendacem:
& Senem fatuum & insensatum.
5 Quæ in iuuentute tua non congregasti, &
quomodo in senectute tua inuenies?
6 Quam speciosum canitiei iudicium, & pres-
byteris cognoscere consilium!
7 Quàm speciosa veteranis sapientia, & glorio-
sis intellectus, & consilium!
8 Corona senum multa peritia: & gloria illo-
rum timor Dei.
B 9 Nouem insuspicabilia cordis magnificaui, et
decimum dicam in lingua hominibus.
10 Homo qui iucundatur in filiis, viuens & vi-
dens subuersionem inimicorum suorum.
11 Beatus qui habitat cum muliere sensata, &
Iacob. 14. a. 19. e / Iac. 3. a | qui lingua sua non est lapsus, & qui non seruiuit
indignis se.
12 Beatus qui inuenit amicum verum, & qui e-
narrat iustitiam auri audienti.
13 Quàm magnus qui inuenit sapientiam &
scientiam! sed non est super timentem Dominum.
14 Timor Dei super omnia se superposuit.
15 Beatus homo cui donatum est habere timo-
rem Dei: qui tenet illum, cui assimilabitur?
16 Timor Dei initium dilectionis eius: fidei au-
tem initium agglutinandum est ei.
C 17 Omnis plaga tristitia cordis est: & omnis
malitia nequitia mulieris.
18 Et omnem plagam, & non plagam videbis
cordis.
19 Et omnem nequitiam, & non nequitiam
mulieris.
20 Et omnem obductum, & non obductum o-
dientium: & omnem vindictam, & non vindictam
inimicorum.
Mulier mala. 21 Non est caput nequius super caput colubri:
& non est ira super iram mulieris.
Prouerb. 21. c 22 | Cõmorari leoni & draconi placebit, quàm
habitare cum muliere nequam.
23 Nequitia mulieris immutat faciem eius: &
obcæcabit vultum suum tanquam vrsus: & quasi
saccum ostendet in medio proximorum eius.
24 Ingemuit vir eius, et audiens suspirauit mo-
dicum.
25 Breuis omnis malitia super malitiam mulie-
ris, sors peccatorum cadat super illam.
D 26 Sicut ascensus arenosus in pedibus veterani,
sic mulier linguata homini quieto.
Infr. 41. b / 2. Reg. 11. a. 13. a 27 | Ne respicias in mulieris speciem, et non
concupiscas mulierem in specie.
28 Mulieris ira, et irreuerentia, et confusio
magna.
29 Mulier si primatum habeat, contraria est
viro suo.
30 Cor humile, et facies tristis, et plaga mortis,
mulier nequam.
31 Manus debiles, et genua dissoluta, mulier quæ non beatificat virum suum.

1 TRia me exhilarant, & coram Domino simul &
hominibus condecorant.
2 Nempe concordia fratrum, amicitia propinquorũ,
& vir ac vxor inter se bene consentientes.
3 Tria vero genera odit animus meus, eorumq; vitam
perquàm indigne fero.
4 Pauperem scilicet superbum: mendacemq; Diui-
tem: & Senem adulterum, vtpote mentis impotem.
5 Si nihil in iuuentute congessisti, quomodo rem faci-
as in senectute?
6 Quanto est ornamento canitiei iurisdictio, & co-
gnitio consilii senibus.
7 * Quam decora senibus est sapientia, & intelligen-
tia, consiliumq; honoratis.
8 Multiplex peritia corona senum est, & gloriatio
eorundem religio Domini.
9 Nouem coniecturas animo meo beatas indico, lin-
guaq; mea pronunciabo decimam.
10 Beatus homo cui viuo liberi iucunditatem affe-
runt, & qui vidit casum inimicorum suorum.
11 Beatus qui vxorem habet cordatam, quique lin-
gua sua lapsus non est, & qui indigno se non seruiuit.
12 Beatus qui prudentiam assecutus est, & qui iu-
stitiam auribus auscultantium edisserit.
13 Quàm magnus est qui sapientiam est adeptus: sed
verenti Dominum nemo maior est.
14 [1] Religio [1] Domini [2] claritate [3] superat omnia. [1] φόβος. al. ἀγάπησις.
15 [Beatus homo cui contigit religio Domini:] qui [2] ἐις φωτισμόν.
præditus est illa, cuinam comparari poterit?
16 * Religio Domini, amoris ipsius est initium: fides
autem origo conglutinationis cum ipso.
17 [Summa plaga est mœror animi, summaq; ma-
litia, malitia mulieris.]
18 Cedo quamuis plagam, modo ne plagam a-
nimi.
19 Et quamuis malitiam, modo ne malitiam mu-
lieris.
20 Cedo quemuis impetum, modo ne impetum [3] Aliter, mulieris
ab osoribus: & vltionem vndecunque, modo ne
ab inimicis.
21 Vt nullum caput est, capite serpentis nocentius: [4] ὦ τείχουνω. al. ἔριν ὄφεως.
ita non est ira ira [3] inimici pestilentior. [5] ἐν ἐχθροῦ. al. ἐν γυναικός.
22 Apud leonem & draconem commorari præopta
rim, potius quam habitare cum improba muliere. [6] καὶ ἀχρεῶσει ἀσαν ἄρκος αὐτῆς. aliter. καὶ σκοτοῖ αὐτῆς τὸ πρόσωπον.
23 Mulieris malitia deformat [4] vultum [5] ipsius, &
[5] tanquam vrsi faciem eius infuscat.
24 Sedens inter vicinos suos vir eius, [6] propter ipsam
inuitus etiam ingemiscit grauiter.
25 Parua est omnis malitia præ malitia mulieris: [7] vel, sors peccatorum in eam cadat, id est, ut scelesti sortiantur eam.
[7] sors scelestorum eam opprimat.
26 Quod ascensus [8] arenosus [9] pedibus senis est, hoc [8] vel, scrupulosus.
est mulier linguax viro [9] sedato. [9] vel, quieto.
27 Ne offendas in pulchritudinem mulieris, nec mu-
lierem [10] ciuitatis eius concupiscas. [10] εἰς ἰςμάν. Vel delectatione causa.
28 Iracunda, impudens, & perquàm probrosa est
mulier.
29 [11] Quæ viro suo sumptum suppeditat. [11] vel, quæ viro suo præbet: vel, sibi vendicat imperium.
30 Cor afflictum, & vultum tetricum, cruciatumq; a-
nimi creat mulier improba.
31 Tum manus emissas & resoluta genua: nec vi-
rum suum [12] beabit. [12] μακαριεῖ. al. ὁ πορευομένη.

32 Peccatum fuxit initium à muliere, & per eandem omnes morimur.

31 παρρησίαν ἐξόδου al. ἐξουσίαν. 33 [ane aquam [vel minimum] [11] finas erumpere,[o] id est, iracunda mulieri ne patefacias viam lucendi.

34 Si dextram manus tua non sequitur, [in conspectu inimicorum confundet te:]

14 Scilicet libellum repudii. 35 Fac eam abscindas a corpore tuo: [o] [14] da,[o] & eam repudia.

32 A muliere initium factum est peccati, & per illam omnes morimur. Gen. 3. b

33 Non des aquæ tuæ exitum, nec modicum: nec mulieri nequam veniam prodeundi.

34 Si non ambulauerit ad manum tuam, confundet te in conspectu inimicorum.

35 A carnibus tuis abscinde illam, ne semper te abutatur.

CAPVT XXVI.

1 BEatus est vir proba muliere: nam numerus dierum ipsius conduplicabitur.

1 τοῦ ζῶντος vel, annos vitæ ipsius replet tranquillitate. 2 Mulier strenua virum suum exhilarat, facitque vt annos [1] vitæ suæ exigat per tranquillitatem.[o]

3 Vxor bona, bona est obuentio, pro præmio obtinget Dominum reuerentibus.

2 Al. πρὸς κύριον, ἐν παντὶ καιρῷ πρόσωπον ἱλαρόν. 4 Tam diuitis cor [2] erga Dominum quam pauperis lætificat, vt omni tempore vultu sint hilari.[o]

5 Tria expauescit cor meum quartumque faciem meam exhorrescit.

6 Proditionem scilicet ciuitatis, populique seditionem:

7 Et calumniam, quæ morte grauiora sunt omnia.

8 At dolor animi, luctusque mulier est æmulans mulierem.

9 Et flagellum linguæ cum quibus communicans.

10 Similis iugo boum laxato inquieta est mala mulier: qui eam sibi adiungit, perinde facit ac qui apprehendit scorpionem.

3 καὶ ῥεμβάς. 11 Noxa magna est mulier ebria [3] & indomita,[o] vt quæ non celet suam turpitudinem.

12 Impudicitia mulieris eminet in elatis ipsius oculis, & è palpebris suis cognoscitur.

4 ἀδιατρέπτῳ. 13 Filiæ [4] inuerecundæ custodiam adhibe: ne nacta licentiam, se permittat suæ libidini.

14 Oculum impudentem obserua, aut ne mireris si in te deliquerit.

5 εὑρὼν πηγήν. 15 Tanquam viator sitiens [5] reperto fonte[o] os aperiet, & bibet de proxima quaque aqua: ad omnem palum desidebit, & obuiam cuiuis telo pharetram, [donec deficiat] aperiet.

16 Gratia vxoris delectat virum suum, & ossa ipsius pinguefacit eiusdem peritia.

6 ἔστιν. 17 Vxor taciturna & [6] cordata[o] donum Dei est.

18 Nec est quo precio permutes eruditam animam.

7 καὶ πιστή. 19 Gratia alia super aliam est vxor pudens [7] & fidelis.[o]

8 αὐτῆς. 20 Nec tanti pondus est vllum, vt eo rependas animi [8] ipsius[o] modestiam.

21 Quod est in sublimis Domini Sol oriens, hoc in ornatu domus suæ pulchritudo bonæ mulieris.

22 Lucerna splendens in sancto candelabro. Venusta facies in ætate constanti est.

23 Instar columnarum aurearum super basi argentea sunt crura formosa cum pectore stabili.

1 MVlieris bonæ beatus vir: numerus enim annorum illorum duplex. A [1] Vxor bona.

2 Mulier fortis oblectat virum suum, & annos vitæ illius in pace implebit.

3 Pars bona, mulier bona, In parte bona timentium Deum, dabitur viro pro factis bonis:

4 Diuitis autem, & pauperis cor bonum, in omni tempore vultus illorum hilaris.

5 A tribus timuit cor meum, & in quarto facies mea metuit.

6 Delaturam ciuitatis: & collectionem populi:

7 Et calumniam mendacem: super mortem omnia grauia:

8 Dolor cordis & luctus, mulier zelotypa.

9 In muliere [a] zelotypa[o] flagellum linguæ, omnibus communicans. [a] infidel. B

10 Sicut boum iugum quod mouetur, ita & mulier nequam: qui tenet illam, quasi qui apprehendit scorpionem.

11 Mulier ebriosa, ira magna, & contumelia, & turpitudo illius non tegetur.

12 Fornicatio mulieris in extollentia oculorum, & in palpebris illius agnoscetur.

13 In filia non auertente se, firma custodiam; ne inuenta occasione [b] abutatur[o] se. Asseruanda filia. Infr. 42. b [b] vtatur.

14 Ab omni irreuerentia [c] oculorum eius[o] caue, & ne mireris si te neglexerit. [c] oculis.

15 Sicut viator sitiens ad fontem os aperiet, & ab omni aqua proxima bibet, & contra omnem palum sedebit, & contra omnem sagittam aperiet pharetram, donec deficiat. C

16 Gratia mulieris sedulæ delectabit virum suum, & ossa illius impinguabit.

17 Disciplina illius datum Dei est.

18 Mulier sensata & tacita, non est immutatio eruditæ animæ.

19 Gratia super gratiam mulier sancta, & pudorata.

20 Omnis autem ponderatio non est digna continentis animæ.

21 Sicut Sol oriens mundo in Altissimis Dei, sic mulieris bonæ species in ornamentum domus eius.

22 Lucerna splendens super candelabrum sanctum, & species faciei super ætatem stabilem.

23 Columnæ aureæ super bases argenteas, & pedes firmi super plantas stabilis mulieris. D

Allegoriæ pulchræ de mulieribus.

9 vel, opes. חיל. * Fili, vigorem ætatis tuæ conserues incolumem, nec [9] robur tuum impertiaris alienis.* Vbi per omnes campos fecundam possessionem quæsieris, fac generositate tua sicetus propria semina iacias. * Sic demum soboles tua superstes libera ingenuitatis professione confisa adolescet.

10 vel, sputo. * Mulierem meretricem [10] porcæ[o] comparaueris, nuptam autem maritis propugnaculum contra mortem æstimes.* Mulier impia præmium dabitur iniusto: pia vero continget reuerenti Dominum. * Inhonesta mulier contemnit ignominiã: honesta vero filia virũ reuerebitur.* Mulier impudens

cani

cans conferenda est: nam quæ pudore prædita est, reueretur Dominum. *Mulier virum suum honorans, sapiens ab omnibus iudicabitur: spernens autē eum impie, nobilitabitur superbia.* *Clamosa mulier & linguax ad hostes fugandos exquiratur: omnis vero hominis animus[11] his moribus similis versabitur inter tumultus bellicos.*

11 ὑπεριφρονεῖ, malim tamen legere, ἐμέτρησε, id est, conuitians illi, fuerit conuitiata eius ttens.

24 Fundamenta æterna supra petram solidam, & mandata Dei in corde mulieris sanctæ.

25 In duobus contristatum est cor meum, & in tertio iracundia mihi aduenit.

26 Vir bellator deficiēs per inopiam: & vir sensatus contemptus: & qui transgreditur à iustitia ad peccatum, Deus parauit eum ad romphæam.

deceptione: 27 Duæ species difficiles & periculosæ mihi apparuerunt, Difficile exuitur negocians a[*] negligētia: & non iustificabitur caupo a peccatis labiorum.

24 Vt æternum est si per firmam petram fundamentum, ita mandata Dei in animo sanctæ mulieris.

25 Duo cor meum contristant, & tertium mihi mouet indignationem:

26 [12] Vir bellicosus laborans egestate: viri cordati indigna patientes: & qui se à iustitia transfert ad peccatum. Dominus eum cædi destinabit.

27 [Duo genera difficilia mihi videntur & periculosa.] Mercator vix euitabit delictum, & caupo culpa non vacauerit.

12 vel, Vir sortis.

CAPVT XXVII.

A

1. Timoth. 6. b
Prouerb. 23. a

1 PRopter inopiam multi deliquerunt: & qui quærit locupletari, auertit oculum suum.

2 Sicut in medio compaginis lapidum palus figitur: sic & inter medium venditionis & emptionis angustiabitur peccatis.

3 Conteretur cum delinquente delictum.

4 Si non in timore Domini tenueris te instanter, cito subuertetur domus tua.

sordes: 5 Sicut in percussura cribri remanebit[b] puluis: sic aporia hominis in cogitatu illius.

Prouerb. 27. c
1. Petr. 1. b
Matth. 7. b

6 Vasa figuli probat fornax, & homines iustos tentatio tribulationis.

7 Sicut rusticatio de ligno ostendit fructum illius: sic verbum ex cogitatu cordis hominis.

8 Ante sermonem non laudes virum: hæc enim tentatio est hominum.

9 Si sequaris iustitiam, apprehendes illam: & indues quasi podērem honoris, & inhabitabis cum ea: & proteget te in sempiternum, & in die agnitionis inuenies firmamentum.

B

10 Volatilia ad sibi similia conueniunt: & veritas ad eos qui operantur illam, reuertetur.

11 Leo venationi insidiatur semper: sic peccata operantibus iniquitates.

sanctus 12 Homo[*] sensatus in sapientia manet sicut Sol: nam stultus sicut Luna mutatur.

13 In medio insensatorum serua verbum tempori: in medio autem cogitantium assiduus esto.

Sap. 23. b

14 Narratio peccantium odiosa, & risus illorum in delictis peccati.

15 Loquela multum iurans, horripilationem capiti statuet: & irreuerentia ipsius obthuratio aurium.

16 Effusio sanguinis in rixa superborum: & maledictio illorum auditus grauis.

Sup. 19. b. 22. d

17 Qui denudat arcana amici, fidem perdit, & non inueniet amicum ad animum suum.

C

18 Dilige proximum, & coniungere fide cum illo.

persequaris 19 Quòd si denudaueris absconsa illius, non[*] persequeris post eum.

20 Sicut enim homo qui perdit amicum suum: sic & qui perdit amicitiam proximi sui.

21 Et sicut qui dimittit auem de manu sua: sic qui dereliquisti proximum tuum, & non eum capies. 22 Non illum sequaris, quoniam longe abest: effugit enim quasi caprea de laqueo: quoniam vulnerata est anima eius. 23 Vltra eum non poteris colligare, & maledicti est concordatio.

1 MVlti peccauerunt propter inopiam: & qui quærit abundare,[1] oculum suum peruertit.

2 Vt fixus inter compages lapidum paxillus, peccatum inter venditionem vrgetur & emptionem.

3 [Delictum cum delinquente conteretur.]

4 Nisi quis religionem Dei studiose tenuerit, breui euertetur domus eius.

5 Vt sordes in excusso cribro remanent, ita[2] spurcitas hominis discutit[3] ratio.

6 Fornax exercet vasa figuli, sed hominem probat[4] ratio hominis.

7 Vt cultum arboris fructus eius indicat, ita corda hominum meditata[5] ratio.

8 Ne laudes unquam ante[6] rationem initam: hæc enim hominum probatio est.

9 Si sectere iustitiam, assequeris[7] eam, & tanquam togam honorificam indues. [Cum hac habitabis, quæ te protegat in æternum, & tempore inquisitionis inuenias firmamentum.]

10 Volucres adiungunt se sibi similibus, itemque veritas accedit ad eos qui ipsi dant operam.

11 Vt leo feras insidiatur, ita[8] peccatum iniqua patrantibus.

12 Narratio pii vt Sol perpetua est sapientia: stultus autem more Lunæ variat.

13 Insipientibus interuenturus[9] obserues opportunitatem: at cætum cordatorum frequentes adeas.

14 Narratio stultorum offensionem habet, & risus eorum fit lasciuiam in peccatum.

15 Sermo crebro iurantis horrorem incutit, & iurgia eorum auditus continentur.

16 Concertatio superborum sanguinis effusio est, & conuitia eorum auditu grauis.

17 Enunciator arcanorum fidem perdit, nec amicum pro animi voto inueniet.

18 Vt ames amicum, & te fidum ei præbeas:

19 Quod si arcana eius effuteris, non assequaris eum postea.

20 Vt enim quispiam inimici suum intereemerit, ita beneuolentiam proximi perdidit amici:

21 Et quasi qui auem è manu emiserit, ita amiseris amicum, quem nunquam venatu recuperas.

22 Ne sectere eum: quoniam procul abscessit, & quasi caprea effugit è laqueo.

23 Nam vulnus quidem alligari potest, & à conuitio locus est reconciliationi.

1 τὸν ὀφθαλμὸν αὐτοῦ, id est, suum, vel, cogitationem.

2 σαλευθεί, vel, quia in homine reticendu sit vel, spurcitia inhæres cogitationi hominis.

al σκύβαλα.
3 vel, cogitatio.
4 vel, cogitatio.
5 λογισμοῦ: vel, cogitatio.
6 vel, pe... sa... ... ...
7 ...
8 ...
9 vel, temporis sermo... ... ... quæs.

10 ἀνίχεστον. aliter, ἀπήλπισεν, ἢ ὃ ἔχει ἀνίατα. aliter ἀπήλπισεν αὐτόν.

24 *Sed arcani proditor [infelicis animæ]* [10] *spem amisit.*

25 *Malè molitur nictans oculo: qui nouerit eum, missum faciet. In conspectu tuo loquetur suauia, dictaq́ tua mirabitur:*

26 *Postea verò peruertet os suum, dictaq́ tua vocabit in inuidiam.*

27 *Odi permulta: sed nihil æquè atq; talem odi, atq; adeo eum etiam Dominus.*

11 τραῦμα.

28 *Qui lapidem in altum mittit, in caput suum mittit, & ictus clandestinus* [11] *vulnus infligit.*

29 *Qui foueam effodit, in eandem incidet:*

30 *Et qui ponit laqueum, eodem capietur.*

12 κυλισθήσεται. aliter, κυλισθήσεται. 13 αὐτούς. 14 ἐν πτώσει εὐσεβῶν.

31 *Qui molitur mala, malis* [12] *inuoluetur, nec sciet vnde sibi ingruant.*

32 *Illusio probrumq́ comitatur superbos, & vltio* [13] *eis more leonis insidiabitur.*

33 *Qui lætantur* [14] *casu piorum, capientur laqueo, & ante mortem dolore consumentur. Et furor & ira sunt execrabilia, & vir sceleratus his est obnoxius.*

24 Denudare autem amici mysteria, desperatio est animæ infelicis.

25 †Annuens oculo fabricat iniqua, & nemo eum abiiciet: in conspectu oculorum tuorum condulcabit os suum, & super sermones tuos admirabitur. Prouerb. 26. b

26 Nouissimè autem peruertet os suum, & in verbis tuis dabit scandalum. D

27 Multa odiui, & non coæquaui ei, & Dominus odiet illum.

28 Qui in altum mittit lapidem, super caput eius cadet: & plaga dolosa dolosi diuidet vulnera.

29 †Et qui foueam fodit, incidet in eam: & qui statuit lapidem proximo suo, offendet in eo: Prouerb. 26. d Eccles. 10. b

30 Et qui laqueum alij ponit, peribit in illo.

31 Facienti nequissimum consilium, super ipsum deuoluetur, & non agnoscet vnde adueniat illi.

32 Illusio & improperium superborum, & vindicta sicut leo insidiabitur illi.

33 Laqueo peribunt qui oblectantur casu iustorum: dolor autem consumet illos antequam moriantur. Ira & furor vtraque execrabilia sunt, & vir peccator continens erit illorum.

CAPVT XXVIII.

1 διατηρῶν διατηρήσει.

1 *Cupidum vltionis vltio manet à Domino, qui peccata eius* [1] *sedulo confirmabit.*

2 *Remitte iniuriam proximo tuo, & tum tibi quoque oranti peccata condonabuntur.*

3 *Anne homo iram alat aduersus hominem, & à Domino salutem postulet?*

4 *Aut homo sibi similis misereri neget, & peccata sua deprecatur?*

5 *Quòd si mortalis ipse fouet iram, [& veniam petit à Deo,] quis peccata eius expiet?*

6 *Memento extremorum, & depone inimicitias:*

2 καὶ μὴ μήνιε ... &c.

7 [2] *Exitium aut mortem alteri ne moliare per iram, sed persiste in mandatis.*

8 *Perpende mandata, nec irascaris alteri:*

9 *Perpende pactum Altissimi, & parce inscitiæ.*

10 *Abstine rixis, peccataq́ minues:*

11 *Nam iracundus homo pugnam accendet. Vir sceleratus committit amicos, pacemque habentibus calumniam inijcit.*

3 ἐκκαυθήσεται. aliter, ἡ ὀργὴ αὐξηθήσεται.

12 *Pro portione sylua inflammatur ignis, id est, pro viribus hominis inardescit furor eius, proq́ diuitiis eius ira intumescit, &* [3] *ardor augescit pro rixæ vehementia.*

13 *Rixa concitata ignem accendit, acrisq́ pugna effundit sanguinem.*

14 *Scintilla, si afflaueris, exardescet: sin expueris in eam, extinguetur. attamen vtrumque ex ore tuo proficiscitur.*

15 *Delatorem execrare, & bilinguem: multos enim pacem habentes perdiderunt.*

4 τρίτη aliter τρίτη, triplex.

16 *Lingua* [4] *triplex exagitauit multos, & eos ex alia in aliam gentem transtulit,*

17 *Vrbes diruit validas, potentumq́ domos euertit,*

18 *[Copias vero populorum, gentesq́ potentes dissipauit.]*

5 ἀνδρείας. aliter, ipsis. 6 Idest, rebus labore suo partis.

19 *Lingua* [5] *detractrix profligauit strenuas mulieres, suisq́ defraudauit* [6] *laboribus.*

20 *Qui attentus est illi, non consequetur tranquillitatem, nec habitabit quietè.*

21 *Ictus flagelli vibices excitat, ictus vero linguæ ossa comminuit.*

22 *Acie gladii multi occubuere, non tamen perinde atque qui per linguam interierunt.*

7 ἀπ' αὐτῆς. aliter ἀπὸ προσώπου αὐτῆς.

23 *Beatus qui tutus fuit* [7] *ab ea, nec in furorem eius incurrit: qui iugum eius non subiit, nec vinculis eius fuit constrictus.*

1 Qui vindicari vult, à Domino inueniet vindictam, & peccata illius seruans seruabit. A Deut. 32. e

2 Relinque proximo tuo nocenti te: & tunc deprecanti tibi peccata soluentur. Rom. 12. d Matth. 6. d

3 †Homo homini reseruat iram: & à Deo quærit medelam? Marc. 11. d

4 In hominem similem sibi non habet misericordiam: & de peccatis suis deprecatur?

5 Ipse dum caro sit, reseruat iram, & propitiationem petit à Deo? quis exorabit pro delictis illius?

6 Memento nouissimorum, & desine inimicari.

7 Tabitudo enim, & mors imminent in mandatis eius.

8 Memorare timorem Dei, & non irascaris proximo.

9 Memorare testamentum Altissimi, & despice ignorantiam proximi.

10 †Abstine a lite, & minues peccata. Supr. 8. a

11 Homo enim iracundus incendit litem, & vir peccator turbabit amicos, & in medio pacem habentium [*] immittit inimicitiam. B

[*] immittet

12 Secundum enim ligna syluæ, sic ignis exardescit: & secundum virtutem hominis, sic iracundia illius erit, & secundum substantiam suam exaltabit iram suam.

13 Certamen festinatum incendit ignem: & lis festinans effundit sanguinem: & lingua testificans adducit mortem.

14 Si sufflaueris, quasi ignis exardebit: & si expueris super illam, extinguetur: vtraq; ex ore proficiscuntur.

15 †Susurro & bilinguis maledictus: multos enim turbauit pacem habentes. Sup. 5. b

16 Lingua tertia multos commouit, & dispersit illos de gente in gentem:

17 Ciuitates muratas diuitum destruxit, & domos magnatorum effodit.

18 Virtutes populorum concidit, & gentes fortes dissoluit.

19 Lingua tertia mulieres viratas eiecit, & priuauit illas laboribus suis.

20 Qui respicit illam, non habebit requiem, [*] nec habebit amicum in quo requiescat.

[*] nec habitabit cum requie.

21 Flagelli plaga liuorem facit, plaga autem linguæ comminuet ossa.

22 Multi ceciderunt in ore gladii, sed non sic quasi qui interierunt per linguam suam. 23 Beatus qui tectus est a lingua nequam, qui in iracundiam illius non transiuit, & qui non attraxit iugum illius, & in vinculis eius non est ligatus.

24 Iugum

24 Iugum enim illius, iugum ferreum est: & vinculum illius, vinculum æreum est.

25 Mors illius, mors nequissima: & vtilis potius infernus, quam illa.

D 26 Perseuerantia illius non permanebit: sed obtinebit vias iniustorum: & in flamma sua non comburet iustos.

27 Qui relinquunt Deum, incident in illam, & exardebit in illis, & non extinguetur, & immittetur in illos quasi leo, & quasi pardus lædet illos.

28 Sepi aures tuas spinis, & linguam nequam noli audire, & ori tuo facito ostia, & seras auribus tuis.

29 Aurum tuum & argentum tuum confla, & verbis tuis facito stateram, et frænos ori tuo rectos:

30 Et attende ne fortè labaris in lingua, et cadas in conspectu inimicorum insidiantium tibi, et sit casus tuus insanabilis in mortem.

24 *Iugum enim ipsius iugum est ferreum: & vincula eius, ærea vincula.*

25 *Mors dira mors eius est, & orcus quam illa conducibilior.*

26 *[Nulla diuturnitate perdurabit, sed tenebit vias iniustorum.] Pios nequaquam occupauerit, nec flamma ipsius conflagrabunt.*

27 *Qui deserunt Dominum, incident in illam: exardebit in eos, nec extingui poterit. In hos quasi leo immittetur, & velut pardus calamitatem eis afferet.*

28 [8] *Spinis circumsepias possessionem tuam, id est, ori tuo valuas opponas & obices.*

29 *Obliga argentum & aurum tuum, hoc est sermonibus tuis* [9] *superimponito, limumque adhibe. [& frænos rectos ori tuo]*

30 *Attende nequid titubes* [10] *illis, vt ne coram insidiatore corruas, [casuque tuo mortem oppetas irremediabilem.]*

8 καὶ περίφραξον al. ἰδὲ περίφραξον.
9 ζυγὸν καὶ σταθμὸν al. ζυγὸν σταθμόν: vel, Iugum & stateram, id est, modum.
10 ἐν δόλοις al. ἐν αὐτῇ.

CAPVT XXIX.

Leuit.6.d A 1 QVi facit misericordiam, fœneratur proximo suo: & qui præualet manu, mandata seruat.

2 Fœnerare proximo tuo in tempore necessitatis illius, et iterum redde proximo in tempore suo.

3 Confirma verbum, & fideliter age cum illo: & in omni tempore inuenies quod tibi necessarium est.

4 Multi quasi inuentionem æstimauerunt fœnus, et præstiterunt molestiam his qui se adiuuerunt.

5 Donec accipiant, osculantur manus dantis, et in promissionibus humiliant vocem suam.

6 Et in tempore redditionis postulabit tempus, et loquetur verba * tædii et murmurationum, et tempus causabitur. * acedia.

7 Si autem potuerit reddere, * aduersabitur, solidi vix reddet dimidium, et computabit illud quasi inuentionem: * aduersatus solida.

B 8 Sin autem, fraudabit illum pecunia sua, et possidebit illum inimicum gratis.

9 Et conuitia et maledicta reddet illi, & pro honore & beneficio reddet illi contumeliam.

10 Multi non causa nequitiæ non fœnerati sunt, sed fraudari gratis timuerunt.

11 Verumtamen super humilem animo fortior esto, et pro eleemosyna non trahas illum.

12 Propter * mandata assume pauperem: & propter inopiam eius ne dimittas eum vacuum. * mandatum.

13 Perde pecuniam propter fratrem et amicum tuum: & non abscondas illam sub lapide in perditionem.

Tobia.4.b 14 Pone thesaurum tuum in præceptis Altissimi, et proderit tibi magis quàm aurum.

Dan.4.d 15 Conclude eleemosynam in * sinu pauperis, & hæc pro te exorabit ab omni malo. * corde.

Luc.11.f. Act.10.a Infr.17.c 16 Eleemosyna viri quasi sacculus cum ipso, & gratiam hominis quasi pupillam conseruabit:

C 17 Et postea resurget, & retribuet illis retributionem vnicuique in caput illorum.

Fideiussio. 18 Super scutum potentis, & super lanceam, aduersus inimicum tuum pugnabit.

19 Vir bonus fidem facit * proximo suo: & qui perdiderit confusionem, derelinquet sibi. * pro.

20 Gratiam fideiussoris ne obliuiscaris: dedit enim pro te animam suam.

21 Repromissorem fugit peccator & immundus.

22 Bona repromissoris sibi adscribit peccator: & ingratus sensu, * derelinquit liberantem se. * derelinquet, fut. temp.

1 QVi studet benignitati, * mutuum [1] det * alteri: & [2] cui multum in manu est, mandata exequatur.

2 Proximo tempore necessitatis sua dato mutuū, rursumque suo tempore proximo restitue.

3 Fac [3] dicta tua firmes, fidumque te præstes ipsi, vt omni tempore necessaria tibi reperias.

4 Multi quod mutuo acceperant, pro reperto habuerunt, molestiasque exhibuerunt suis adiutoribus.

5 Sunt qui donec accipiant, manum cuiuspiam exosculentur, & propter pecunias alterius vtantur voce supplici.

6 Qui rursum tempore restitutionis rem extrahant, contemptumque verba dent, & tempus causentur.

7 Quod [4] etiamsi soluendo fuerint, [[5] tergiuersantur sedulo.] dimidium vix afferunt, debitumque pro reperto ducunt:

8 [6] Sin quem minus sua defraudent pecunia, inimicitias tamen suscipiunt cum [7] immeritò.

9 Execrationes ei rependunt conuitiaque, & pro honore [beneficioque] reddunt contumeliam.

10 Multi [8] non per malitiam se [9] auertunt ab homine, sed immeritò defraudari metuunt.

11 Verumtamen erga supplicem clementia vtitor, nec eum expectatione benignitatis [10] extrahas.

12 Propter præceptum subuenias pauperi, nec quia inops est, remittas abs te vacuum.

13 Propter fratrem & amicum amittas pecuniam, † nec sub lapidem recondas ad perniciem.

14 Thesaurum tuum secundum mandatum Altissimi colloca: etenim vtilior auro tibi fuerit.

15 * In cellas tuas conclude benignitatem: nam ea te ex omni afflictione liberabit.

16 [Beneficentia cuiusque quasi sacculo reposita apud ipsum, gratiam eius conseruabit velut pupillam.

17 Et tandem exiciens præmium in suum caput cuique reget.]

18 Magis quam scutum validum, robustaque lancea aduersus hostem pro te decertabit.

19 Vir bonus fideiubebit pro amico: at qui pudorem amisit, amicum deseret.

20 Ne obliuiscaris gratiæ [11] fideiussoris: nam animam suam pro te deposuit.

21 [12] Beneficium fideiussoris prauus compensat scelerosus.

22 * Scelerosus fideiubere nolet, & ingratus animo liberatorem suum deseret.

1 Vel, dat.
2 vel, qui manui suæ imperat, mandata exequitur.
3 λόγον σου.
4 ἐὰν ἰσχύσῃ.
5 vel, pertinaciter fidelis exhibent.
6 vel, Sin minus: quem sua defraudarunt pecunia, cum eo inimicitias vltro suscipiunt.
7 δωρεάν. al. ἐν ἀργῷ.
8 οὐ πονηρίᾳ.
9 vel, hominem repellunt, ἀπεστράφησαν.
10 μὴ παρελκύσῃς.
† καὶ μὴ ἰωθήτω. al. μὴ ἰωθήτω.
11 ἐγγύου.
12 ἀγαθὰ ἐγγύου.

23 † † †

24 *Fideiussio multos perdidit sic iter agentes, & eos in modum marini fluctus exagitauit.*

25 *Viros potentes (versans) domo pepulit, & vagos effecit inter gentes peregrinas.*

26 *Sceleratus [13] praeceptorum Domini violator [14] recidet ad fideiussiones: & qui tractandis confectatur aliena negotia, litibus inuoluetur.*

27 *Succurre proximo pro virili parte tua: verumtamen caue tibi, ne quid irretiaris.*

28 *Summa vita [15] humanae est aqua, [16] cibus & vestitus, atque domus velamento turpitudinis.*

29 *Victus pauperis sub tecto laquearium praestat, quam apparatus ciborum in alieno.*

30 *Paruo aeque atque magno contentus sis, vt ne tibi domicilium exprobrari audias.*

31 *Vita misera est ex alia in aliam domum migrantis, nam [17] vbi eris inquilinus, non audebis hiscere.*

32 *Hospitio, (cibo,) atque potu excipies ingratos, & insuper acerba audies.*

33 *Vade inquiline, mensam extrue: & si quid ad manum est cibi, mihi praebeas.*

34 *Cede praesenti magnificentiae, inquiline: [18] opus est domo, excipiendus hospitio mihi frater est.*

35 *Grauia sunt haec homini mentem habenti, obiectatio domus, ac creditoris sollicitatio.*

23 Vir repromittit de proximo suo: & cum perdiderit reuerentiam, derelinquetur ab eo.

24 Repromissio nequissima multos perdidit [a] dirigentes, & commouit illos quasi fluctus maris.

25 Viros potentes gyrans migrare fecit, & vagati sunt in gentibus alienis.

26 Peccator transgrediens mandatum Domini, incidet in promissionem nequam: & qui conatur multa agere, incidet in iudicium.

27 Recupera proximum secundum virtutem tuam, & attende tibi ne incidas.

28 ‖ Initium vitae hominis, aqua & panis, & vestimentum, & domus protegens turpitudinem. D

29 Melior est victus pauperis sub tegmine asserum, quàm epulae splendidae in peregrè sine domicilio.

30 [b] Minimum pro magno placeat tibi, & improperium peregrinationis non audies.

31 Vita nequam hospitandi de domo in domum: & vbi hospitabitur, non fiducialiter aget, nec aperiet os.

32 Hospitabitur, & pascet, & potabit ingratos, & adhaec amara audiet.

33 Transi hospes, & orna mensam: & quae in manu habes, ciba caeteros.

34 Exi à facie honoris amicorum meorũ: necessitudine domus meae, hospitio mihi factus est frater.

35 Grauia haec homini habenti sensum, Correptio domus, & improperium foeneratoris.

[13] ... [14] Id est, eò deuenit, vt fiat opus fideiussoris [15] ... [16] לחם

[17] ὁ παροικῶν ...

[18] Alibi praeponitur, alibi postponitur.

[a] dirigentes

Infra 39. a.

[b] Super minimum & magnum.

CAPUT XXX.

1 *Qvi filium suum amat, crebris flagellis eum appetit, vt ad extremum sibi sit laetitia.*

2 *Qui filium suum castigat, [1] fruetur filio, & inter nobiles eo gloriabitur.*

3 *Qui docet filium suum, quod inimicum vrat facit: & laetus eo fuerit coram amicis.*

4 *Si obierit pater eius, perinde est quasi non obierit, vt qui similem sui reliquerit superstitem.*

5 *Viuus eum vidit, [2] eoque laetatus est, & in morte sua non contristatus, (nec affectus pudore coram inimicis.)*

6 *Aduersus inimicos reliquit vindicem, & redditurum gratiam amicis.*

7 [3] *Qui mansuefacit filium, vulnera ipsius alligat, & facit vt ad vocem omnem expauescat medullitus.*

8 *Equus indomitus euadit intractabilis, & filius dissolutus peruicaciam induet.*

9 *Lactas filium, terrebit te: ludes cum eo, te contristabit.*

10 [4] *Ne arrideas illi, vt ne doleas cum eo, tandemque dentibus tuis infrendeas.*

11 *Ne indulgeas ei immanem licentiam, [5] nec ad improuisa facta eius conniueas.*

12 [5] *Inflecte ceruicem adhuc iuueni, & dum puer est, tunde latera ipsius, ne forte obdurescens nolit parere tibi, [6] animoque tuo dolorem afferat.*

13 *Erudi filium tuum, & elabora in hoc vt ne ignominia eius tibi sis offensioni.*

14 *Potior est pauper sanus, & bene valens, quàm diues affecto corpore.*

15 *Sanitas & incolumitas praestant omni auro, & valens corpus immensis opibus.*

16 *Nulla diuitia meliores sunt sanitate corporis, nec vlla voluptas maior laetitia animi.*

17 *Melior est mors quam amara vita: & (diuturna requies,) quam morbus longinquus.*

18 [7] *Bona ori clauso [8] effusa perinde sunt ac missus ciborum sepulchro appositi.*

1 Qvi ‖ diligit filium suum, assiduat illi flagella, vt laetetur in nouissimo suo, & non palpet proximorum ostia. A

2 Qui docet filium suum, laudabitur in illo, & in medio domesticorum in illo gloriabitur.

3 ‖ Qui docet filium suum, in zelum mittit inimicum, & in medio amicorum gloriabitur in illo.

4 Mortuus est pater eius, & quasi non est mortuus: similem enim reliquit sibi post se.

5 In vita sua vidit, & laetatus est in illo: in obitu suo non est contristatus, nec confusus est coram inimicis.

6 Reliquit enim defensorem domus contra inimicos, & amicis reddentem gratiam.

7 Pro animabus filiorũ colligabit vulnera sua, & super omnem vocem turbabuntur viscera eius.

8 Equus indomitus [b] euadet durus, & filius remissus euadet praeceps. B

9 Lacta filium, & pauentem te faciet: lude cum eo, & contristabit te.

10 Non corrideas illi: ne doleas, & in nouissimo obstupescent dentes tui.

11 Non des illi potestatem in iuuentute, & ne despicias cogitatus illius.

12 ‖ Curua ceruicem eius in iuuentute, & tunde latera eius dum infans est: ne fortè induret, & non credat tibi, & erit tibi dolor animae.

13 Doce filium tuum, & operare in illo, ne in turpitudinem illius offendas.

14 Melior est pauper sanus & fortis viribus, quàm diues imbecillis & flagellatus malitia.

15 Salus animae in sanctitate iustitiae, & melior est omni auro & argento: & corpus validum, quàm census immensus. C

16 Non est census super censum salutis corporis: & non est oblectamentum super cordis gaudium.

17 Melior est mors, quàm vita amara: & requies aeterna, quàm languor perseuerans.

18 Bona abscondita in ore clauso, quasi appositiones epularum circumpositae sepulchro.

[1] ὀνήσεται ἐπ' αὐτῷ

[2] ...

[3] ... aliter, ...

[4] ...

[5] In eos qui nõ fruuntur bonis, quae habent.

[6] ἐκκεχυμένα, aliter, ...

[a] Castigatio liberorum.

Prouer. 13. d. & 23. b.

Deut. 6. a.

[b] euadit

Supra 7. e.

Daniel. 14. b — 19 ¶ Quid proderit libatio idolo? nec enim mãducabit, nec odorabitur: sic qui effugatur à Domino, & portans mercedes iniquitatis.

Supr. 20. a. 22. d / Prouerb. 12. d / 15. b. 17. d — 20 Videns oculis & ingemiscens, sicut spado complectens virginem, et suspirans.

D 21 ¶ Tristitiam non des animæ tuæ, & non affligas temetipsum in consilio tuo.

Prouerb. 14. d — 22 ¶ Iucunditas cordis, hæc est vita hominis, et thesaurus sine defectione sanctitatis: & exultatio viri, est longæuitas.

23 Miserere animæ tuæ placens Deo, et contine, et congrega cor tuum in sanctitate eius, et tristitiam longe expelle à te.

2. Cor. 7. b — 24 ¶ Multos enim occidit tristitia, et non est vtilitas in illa.

25 Zelus et iracundia minuunt dies, et ante tempus senectam adducet cogitatus.

26 Splendidum cor, bonum in epulis est: epulæ illius diligenter fiunt.

19 Quorsum simulachro libamento? neque enim edet idolo nec odorem percipiet: ita se habet qui profligatus est à Domino, [& mercedem perferens iniquitatis.]

20 Oculis videt, & ingemiscit, vt spado virginem complectitur, & suspirat.

21 [7] Ne demergas animum tuum in mæstitiam, nec affligas teipsum tuis consiliis.

22 [8] Lætitia animi demum homini vita est, [thesaurusque sanctitatis inexhaustus,] & gaudium cuiusque ætatis longinquitas.

23 Dilige animam tuam [dum Deo placeas, sanctimoniaque eius] præbe cordi tuo solatium, & longam abs te mæstitiam abspelle.

24 Multos enim mæror interemit, nec vllus in eo fructus est.

25 Inuidia & iracundia dies minuunt, sollicitudoque præmaturam inducit senectutem.

26 [8] Cor splendidum & benignum cibos sibi procurabit [9] ad edendum.

7 Quod hic additur in quibusdam, εὐφροσύνη ... non legitur in emendatioribus, egoque puto ab aliquo inepte fuisse translatú ex capite 30. a. vbi similia leguntur.
8 Quæ hic leguntur in quibusdam Græcis ... ad 33. cap. pertinent. Quæ autem hic perquires, in hoc cap. reperies, ... &c.
9 Quod Non autẽ vt multa auare congerat, quibus frui non audeat.

CAPVT XXXI.

A 1 Vigilia honestatis tabefaciet carnes, & cogitatus illius auferet somnum.

2 Cogitatus præscientiæ auertit sensum, & infirmitas grauis sobriam facit animam.

3 Laborauit diues in congregatione substantię, et in requie sua replebitur bonis suis.

4 Laborauit pauper in diminutione victus, et in fine inops fit.

5 Qui aurum diligit, non iustificabitur: et qui insequitur consumptionem replebitur ex ea.

6 Multi dati sunt in auri casus, et facta est in specie ipsius perditio illorum.

7 Lignum offensionis est aurum sacrificantium, væ illis qui sectantur illud, et omnis imprudens deperiet in illo.

Luc. 6. d. / Supr. 5. a — 8 ¶ Beatus diues qui inuentus est sine macula: et qui post aurum non abiit, nec sperauit in pecunia et thesauris.

9 Quis est hic, et laudabimus eum? fecit enim mirabilia in vita sua.

9 Quis. — 10 [9] Qui probatus est in illo, et perfectus inuentus est, et erit illi gloria æterna: qui potuit transgredi, et non est transgressus: et facere mala, et non fecit.

B 11 Ideo stabilita sunt bona illius in Domino, et eleemosynas illius enarrabit omnis ecclesia sanctorum.

12 Supra mensam magnam sedisti? non aperias super illam faucem tuam prior.

13 Non dicas, si multa sunt quæ super illam sunt.

14 Memento quoniam malus est oculus nequam.

15 Nequius oculo quid creatum est? ideò ab omni facie sua lachrymabitur, cum viderit.

16 Ne extendas manum tuam prior, & inuidia contaminatus erubescas.

17 Ne comprimaris in conuiuio [vini].

Matth. 7. a — 18 ¶ Intellige quæ sunt proximi tui ex teipso. Vtere quasi homo frugi his quæ tibi apponuntur: & non cum manducas multum, odio haberis.

19 Cessa prior, causa disciplinæ: & noli nimius esse, ne forte offendas.

20 Et si in medio multorum sedisti, prior illis C ne extẽdas manum tuam: nec prior poscas bibere.

Infr. 37. d — 21 ¶ Quam sufficiens est homini erudito vinum exiguum, & in dormiendo non laborabis ab illo, & non senties dolorem.

1 Studium diuitiarum corpus tabe conficit, & somnũ abigit sollicitudo earum.

2 Solicitudo vigil [1] prohibet soporem, & grauis ægritudo somnum adimit.

3 [2] Laborat diues in congestu opibus, & in quiete recuperatur suis delitiis.

4 Laborat pauper in victu tenui, & fit egenus in quiete.

5 Amator auri non habebitur pro insonte: & qui consectatur exitium, eodem satiabitur.

6 Multi propter aurum ad casum dati sunt, & peritum habuerunt ante oculos suos exitium.

7 Lignum offendiculi est iis sacrificantibus, [væ consectantibus illud,] omnis insipiens eo capietur.

8 Beatus diues repertus sine crimine, qui aurum sequutus non est, [nec spem in pecunia, thesauris posuit.]

9 Quis est ille? nam beatum prædicabimus, quod in populo suo mira præstiterit.

10 Quis eo probatus est, & compertus integer? is esto specimen gloriæ. Quis potuit peccare, qui non peccauit? quis male agere, qui male non egerit?

11 Huius enim virtutes confirmabuntur, & cætus [sanctorum] prædicabunt [3] beneficia eius.

12 Si accubuisti mensæ magnificæ, ne fauces tuas inhies in illam.

13 Quod [4] Ibi multa esse apposita:

14 Sed quantum malum sit oculus nequam memento.

15 Nam quid nequius oculo creatum est, quippe qui [5] quacunque de causa lachrymetur?

16 Ne extendas manum quocunque is aspexerit.

17 Nec eam vna cum ipso in catinum inferas.

18 Affectum alterius è tuo iudica, & rem omnem perpende. [6] Apposita tibi vt homo comedas, nec ingurgites, ne venias in odium.

19 Modestiæ causa desiste primus, nec te probeas insatiabilem, ne quando offendas.

20 Quod si discubueris inter multos, ne extendas manum primus, [potionemve primus petas.]

21 Modicum enim homini temperanti sufficet, quo fit vt non anhelet in cubili suo.] nec dolorem sentiat.

22 Labor autem vigil. & cholera, torsionesque erunt cum homine insatiabili.

23 Somno salubri fruuntur viscera temperantis, mane surgit idem, & compos est animi:

1 vel, renuit.
2 id est, nimia solicitudine tam diues quàm pauper ... quietem ... parte cogitando, pauper ... paruorum discruciatur.
3 Heb.
4 vel, nec dicas, Multa sunt apposita ... multa ...
5 vel, super re quauis oblata.
6 vel, Proposita.

22 Vigilia & cholera & tortura viro infrunito: somnus sanitatis in homine parco.

23 Dormiet vsque in mane, & anima illius cum ipso delectabitur.

7 ἔμεσον. 24 *Quod si te cibi angant, exurge, obambula, [7] vome, ut conquiescas, [nec morbum corpori tuo contrahas.]*

25 *Audi me fili, nec spernas me: etenim quae dico tandem experieris.*

26 *Praebe te promptum in omni negocio, nec ullus morbus inuadet te.*

27 *Panes erogantem labia praedicabunt, testificatióque decoris eius certa est.*

8 vel, & certum erit, &c. 28 *Super maligno pane fremet ciuitas, [8] quod certum est malignitatis eius testimonium.*

29 *Ne probes te virum in vino: vinum enim multos perdidit.*

30 *Ut fornax probat duritiam mucronis dum mergitur, ita vinum corda superborum [9] ebrietate.*

9 ἐν μάχῃ. al. ἐν μέθῃ.

10 ἴσον. 31 *Vinum humanae vitae [10] accommodatum est, cum temperatè bibitur.*

32 *Quaenam vita est ei, qui vino victus est?*

33 *Quid defraudat vitam?*

34 *Mors.*

35 *Vinum exhilarandis hominibus creatum est. [non inebriandis.]*

36 *Laetitiam animi parit, & hilaritatem, vini potus iustus & opportunus:*

37 *[Animi simul & corporis sanitatem potus sobrius.]*

38 *Vinum copiosè potum creat acerbitatem animi, cum rixis & contumacia.*

39 *Acerbam animam facit vinum multum potum.*

40 *Ebrietas exauget animum insipientis, donec offendat, vires eneruat, & parit vulnera.*

41 *Ne reprehendas alterum in vinolenta compotatione, nec unquam in laetitia sua vituperes.*

11 ἐν ἀπαιτήσει. al. ἐν ἀπειλῇ. 42 *Dicto probroso ne petas illum, nec premas [11] obiurio.*

24 Et si coactus fueris in edendo multum, surge e medio, & vome: & refrigerabit te, & non adduces corpori tuo infirmitatem.

25 Audi me fili, & ne spernas me: & in nouissimo inuenies verba mea.

26 ‖ In omnibus operibus tuis esto velox, & omnis infirmitas non occurret tibi. Rom. 12. b.

27 ‖ Splendidum in panibus benedicent labia multorum: & testimonium veritatis illius fidele. Prouerb. 22. a

28 In nequissimo pane murmurabit ciuitas: & testimonium nequitiae illius verum est.

29 Diligentes in vino noli prouocare: ‖ multos enim exterminauit vinum. D Iudith. 13. a

30 Ignis probat ferrum durum: sic vinum corda superborum arguet in ebrietate potatum.

31 ‖ Aequa vita hominibus, vinum in sobrietate: si bibas illud moderatè, eris sobrius. Psal. 103. b Prouerb. 31. a

32 Quae vita est [ˈ] quae minuitur vino? ˈ quae minuitur? Vinum.

33 Quid defraudat vitam?

34 Mors.

35 Vinum in iucunditatem creatum est, & non in ebrietatem, ab initio.

36 Exultatio animae & [ˈ] corporis vinum moderatè potatum. ˈ cordis.

37 Sanitas est animae & corpori sobrius potus.

38 Vinum multum potatum, irritationem, & iram, & ruinas multas facit.

39 Amaritudo animae vinum multum potatum.

40 Ebrietatis animositas, imprudentis offensio, minorans virtutem, & faciens vulnera. Supr. 20. a

41 ‖ In conuiuio vini non arguas proximum: & non despicias eum in iucunditate illius.

42 Verba improperii non dicas illi, & non premas illum in repetendo.

CAPUT XXXII.

1 *Si rector constitutus es, ne efferaris, sed caeteris te praebeas aequabilem.*

2 *Habe curam eorum, & sic demum reside:*

3 *Fac omni tuo [1] fungaris officio, & quiesce cum laude, ut laeteris nomine eorum, decorisque gratia coronam accipias.*

1 πλήρωσον καὶ ἐν-δυσάμενος ἀνά-πεσον.

2 πρεσβύτερε. al. πρεσβύτερον.

4 *Loquere [2] senex, quia decet te.]*

3 ἐν ἀκριβείᾳ ἐπιστήμης, καὶ μὴ ἐμποδίσῃς μουσικά. al. καὶ ἐμποδίσεις.

5 *[3] Cum docto duntaxat studio: nec musica prohibe.*

6 *[4] Ubi locus non est auscultandi, ne verba funditor: nec sapientem agas intempestiuè.*

4 ὅπου ἀκρόαμα. al. ὅπου ἂν ἀκρόαμα, legerunt.

7 *Quasi insigne carbunculi in auro ornatu est concentus musicorum ad vinum in conuiuio.*

8 *Et modulatio cantorum in iucunda compotatione, est sigillum smaragdi in apparatu aureo.*

9 † † †.

10 *Loquere adolescens, si veniat usus tui, vix tamen etiam bis rogatus.*

11 *Summatim verbis paucis multa complectere:*

12 *Fac intelligas, interimque taceas.*

13 *Ne te adaeques proceribus inter quos fueris, & [5] ubi senes adsunt, ne multa garrias.*

5 ὅπου γέροντες. al. ἑτέρου λέγοντος.

14 *Ut fulgur praecedit tonitru, ita pudentem gratia progreditur, [ut pro reuerentia consequaris beneuolentiam.]*

6 καὶ μὴ οὐραγεῖ.

15 *Mature surgas, [6] non inter ultimos: recipe te domum, nec desideas.*

7 καὶ μὴ ἐν ἁμαρτήμασιν καὶ λόγῳ. al. καὶ μὴ ἁμάρτῃς λόγῳ, &c.

16 *Ibi lude, tuoque indulge arbitrio: [7] dum ne pecces, aut superbè agas.*

17 *Ad haec creatorem tuum celebres, qui te bonis suis ditat effusissime.*

ברכה.

1 ‖ Rectorem te posuerunt? noli extolli: esto in illis quasi vnus ex ipsis. A Deut. 17. d Rom. 12. b

2 ‖ Curam illorum habe, & sic considera.

3 Et omni cura tua explicita recumbe: vt laeteris propter illos, & ornamentum gratiae accipias coronam, & dignationem consequaris corrogationis.

4 Loquere [ˈ] maior natu: decet enim te. ˈ maiori.

5 Primum verbum diligenti scientiam, & non impedias musicam.

6 Vbi auditus non est, non effundas sermonem, ‖ & importunè noli extolli in sapientia tua. Eccles. 3. a Supr. 20. a

7 Gemmula carbunculi in ornamento auri, & comparatio musicorum in conuiuio vini. B

8 Sicut in fabricatione auri signum est smaragdi: sic numerus musicorum in iucundo & moderato vino.

9 Audi tacens, & pro reuerentia accedet tibi bona gratia.

10 Adolescens loquere in tua causa vix cum necesse fuerit.

11 Si bis interrogatus fueris, habeat caput responsum tuum.

12 In multis esto quasi inscius, & audi tacens simul & quaerens.

13 ‖ In medio magnatorum [ˈ] loqui non praesumas: & vbi sunt senes, non multum loquaris. Iob. 32. a

14 Ante [ˈ] grandinem praeibit coruscatio: & ante verecundiam praeibit gratia, & pro reuerentia accedet tibi bona gratia. ˈ tonitruum. C

15 Et hora surgendi non tricees: praecurre autem prior in domum tuam. 16 Et illic auocare, & illic lude, & age conceptiones tuas, & non in delictis & verbo superbo. 17 Et super his omnibus benedicito Dominum qui fecit te, & inebriantem te ab omnibus bonis suis.

18 Qui

18 Qui timet Dominum, excipiet doctrinam eius: & qui vigilauerint ad illum, inuenient benedictionem illius.

19 Qui quærit legem, replebitur ab ea: & qui insidiose agit, scandalizabitur ab ea.

20 Qui timent Dominum, inuenient iudicium iustum, & iustitias quasi lumen accendent.

D 21 Peccator homo vitabit correptionem, & secundum voluntatem suam inueniet comparationem.

22 Vir consilii non disperdet intelligentiam, alienus & superbus non pertimescet timorem:

23 Etiam postquam fecit cum eo sine consilio, & suis insectationibus arguetur.

24 Fili, sine consilio nihil facias, & post factū non pœnitebis.

25 In via ruinæ non eas, & non offendes in lapides: nec credas te viæ laboriosæ, ne ponas animæ tuæ scandalum.

26 Et à filiis tuis caue, & à domesticis tuis attende.

27 In omni opere tuo crede ex fide animæ tuæ. hoc est enim conseruatio mandatorum.

28 Qui credit Deo, attendit mandatis: & qui confidit in illo, non minorabitur.

18 Qui veneratur Dominum, [8] amplectetur disciplinam eius, & mane petentes eum, reddent sibi beneuolum.

19 Qui sectatur legem, locupletabitur ea: simulator autem offensionem ex ea suscipiet.

20 Qui Dominum venerentur, deprehendent quid iustum sit, & tanquam lucem accendent iustitiam.

21 Homo scelerosus declinat castigationem, & pro voluntate sua prætextum [9] comminiscitur.

22 Vir consultus non spernit deliberationem: at ineptus & superbus metu non afficitur:

23 Etiamsi quid egerit [10] impræmeditatus.

24 Nequid [11] inconsulto facias, vt ne te facti pœniteat.

25 Ne ingrediaris viam impeditam, vt ne offendas in petricosis: rursum autem plana via ne fidas.

26 Atque etiam à liberis tuis tibi caueas, [& ne tibi noceant domestici prouide.]

27 In omni opere [12] bono [13] animum fidelem præsta: hoc enim mandata seruare est.

28 Qui [14] Domino fidus est, præcepta seruat: & qui nititur [15] eo, non accipiet detrimentum.

8 ἀπὸ ἐκδέξεται. al. ἐκλέξεται.
9 ἐξευρίσκει. al. ἑυρήσει.
10 ἄνευ βουλῆς,
11 ἄνευ βουλῆς.
12 ἀγαθῷ.
13 [illegible]
14 κυρίῳ al. νόμῳ.
15 ἐπ' αὐτῷ. al. κυρίῳ.

CAPVT XXXIII.

A 1 Timenti Dominum non occurrent mala, sed in tentatione Deus illum conseruabit. & liberabit a malis.

2 Sapiens non odit mandata & iustitias, & non illidetur quasi in procella nauis.

3 Homo sensatus credit legi Dei, & lex illi fidelis.

4 Qui interrogationem manifestat, parabit verbum, & sic deprecatus exaudietur, & conseruabit disciplinam, & tunc respondebit.

Supr. 21. b 5 Præcordia fatui quasi rota carri: & quasi axis versatilis cogitatus illius.

6 Equus emissarius, sic & amicus subsannator, sub omni supersedente hinnit.

7 Quare dies diem superat, & iterum lux lucem, & annus annum à Sole?

8 A Domini scientia separati sunt facto Sole, & præceptum custodiente, per Dei sapientiam diiunduntur.

B 9 Et immutauit tempora, & dies festos ipsorum & in illis dies festos celebrauerunt ad horam.

10 Ex ipsis exaltauit & magnificauit Deus, & ex ipsis posuit in numerum dierum.

Genes. 2. d 11 Et omnes homines de solo, & ex terra vnde creatus est Adam.

* Domini. 12 In multitudine disciplinæ * Domini separauit eos, & immutauit vias eorum.

13 Ex ipsis benedixit, & exaltauit: & ex ipsis sanctificauit, & ad se applicauit: & ex ipsis maledixit & humiliauit, & conuertit illos à separatione ipsorum.

Roman. 9. e 14 Quasi lutum figuli in manu ipsius, plasmare illud & disponere.

15 Omnes viæ eius secundum dispositionem eius. sic homo in manu illius qui se fecit, & reddet illi secundum iudicium suum.

2. Corinth. 6. c 16 Contra malum bonum est, & contra mortem vita: sic & contra virum iustum peccator: & sic intuere in omnia opera Altissimi, duo contra duo, & vnum contra vnum.

17 Et ego nouissimus euigilaui, & quasi qui colligit acinos post vindemiatores.

C In benedictione Dei & ipse speraui: & quasi qui vindemiat, repleui torcular.

Supr. 24. d 18 Respicite quoniam non mihi soli laboraui, sed omnibus exquirentibus disciplinam.

Non perdenda liberias. 19 Audite me magnati, & omnes populi, & rectores ecclesiæ auribus percipite.

1 Reuerenti Dominum nihil accidet mali, sed [1] Deus eum è tentatione rursum eripiet.

2 Non odit legem vir sapiens: qui autem fictè versatur in ea, velut nauis in procella est.

3 Homo cordatus fideliter versabitur in lege, & lex ei vicissim erit fidelis.

4 Qualia [2] tusti quærant, talia para dicere, eoque pacto and [illegible]: complectere eruditionem, & ita demum responde.

5 Sicut in rota currus [illegible] sunt, & velut axis versatilis eiusdem cogitatio.

6 Equus admissarius hinniens sub quouis equite, amico cauillatori comparandus est.

7 Quare dies à die [3] præcedit, cum omnis lux dierum anni à sole profiscatur?

8 In [illegible] Domini [illegible] sunt.

9 Qui [illegible] temporum festorumque dierum dispensat [Et [illegible] sit [illegible].]

10 Ita aliis [illegible], & [illegible] aliis in ordinem dierum [illegible].

11 Et omnes homines è terra sunt orti, & Adam è terra creatus est.

12 Sed Dominus multiplici scientia distinxit eos, & instituta eorum variauit.

13 Alios beauit & euexit, consecrauit, dicauitque sibi: [illegible] execratus est & depressit, & euertit eos suis sedibus.

14 In [illegible] luti quod manu tenet figulus.

15 Ad nutum suum omnia [illegible] dirigit. Similiter homines sunt in manu Dei creatoris sui, qui eos pro [illegible] offert præmium.

16 Contrarium malo bonum, contrariaque morti vita est. [4] Sic & [illegible] scelerato est pius. & aduersum pium scelerosus ita in omnibus operibus Altissimi bina quæque videas, quorum alterum repugnat alteri.[5]

17 Non [illegible] ego [illegible], [4] vt tanquam [5] racemator proprior post vindemiatores, bene fortunante Domino [illegible] quasi vindemia torcular impleuerim.

18 [illegible] non soli mihi laborasse me, sed omnibus eruditionem quærentibus.

19 [illegible] me proceres populi, & principes cœtuum aurem [illegible].

1 ἐξελεῖται αὐτόν.
2 [illegible] al. [illegible].
3 ὑπερέχει. al. ὑπερέχει,
4 Quod hic sequitur in quibusdam Græcis, καὶ ἐν ὑπερά-... ἀγρυπνῶν usque ad caput 35. [illegible] & quæ his sequi debēt, sini cap. 30. annexa mendose in quibusdam reperies.
5 καλαμώμενος, qui spicas legit, hic [illegible] ponitur.

10 *Nec filio, nec uxori, nec fratri, nec amico permittas in te potestatem in vita tua: nec bona tua tradas alii, ut ne pœnitentia ductus supplex eadem repetas.*

21 *Dum vivis, & spiritus ullus tibi supererit, ne te cuiquam mortalium emancipes:*

22 *Præstat enim tui liberos egere tuos, quam te in manus filiorum tuorum respicere.*

23 *In omnibus negociis tuis teneas principatum, ut ne famæ tuæ maculam imprimas.*

24 *Tempore dierum vitæ tuæ finiendorum, cum tibi moriendum erit, hæreditatem distribue.*

25 *Ut pabula, virga & onera asino conveniunt: sic cibaria & castigatio atque opus servo.*

[6] ἐν παιδείᾳ. al. ἐν παιδεύσει.

26 *Opus [6] servo faciendum imposueris, ad præceris quietem: manus laxaveris eidem, quæret libertatem.*

27 *Iugum & lorum cervicem subigunt, verbera & tormenta servum maleficum.*

28 *Mitte illum in opus, ne otietur: ocium enim vitia multa docuit.*

29 *Adige eum ad opus quod officium eius postulat.*

[7] ὡς ἡ ψυχή σου. al. ὡς σεαυτόν.

30 *Et immorigerum fac grave compedibus. Cave tamen nimius esse in ullum corpus, nec quicquam egeris citra iudicium. Si tibi servus est, [7] ut animam propriam habeas eum, quoniam eum sanguine comparasti.*

[8] ἀδελφόν. al. ὡς σεαυτόν.

[9] ἀδίκως.

31 *Si tibi servus est, ut [8] fratrem tracta: quoniam eius ut animæ propriæ indiges.*

32 *Quod si eum læseris [9] iniuria, illeque profectus aufugerit, quonam via requires ipsum?*

20 Filio & mulieri, fratri & amico non des potestatem super te in vita tua: & non dederis alii possessionem tuam: ne fortè pœniteat te, & depreceris pro illis.

21 Dum adhuc superes & aspiras, non immutabit te omnis caro.

22 Melius est enim ut filii tui te rogent, quàm te respicere in manus filiorum tuorum.

23 In omnibus operibus tuis præcellens esto,
ne dederis maculam in gloriam tuam.

24 In die consummationis dierum vitæ tuæ
& in tempore exitus tui distribue hæreditatē tuā.

25 Cibaria, & virga, & onus asino: panis, & disciplina, & opus servo. Servi anima. do tractandi. D

26 Operatur in disciplina, & quærit requiescere: laxa manus illi, & quærit libertatem.

27 Iugum & lorum curvant collum durum, & servum inclinant operationes assiduæ.

28 Servo malevolo tortura & compedes, mitte illum in operationem, ne vacet. multam enim malitiam docuit otiositas.

29 In opera constitue eum: sic enim condecet illum.

30 Quòd si non [*] obaudierit, [*] curva illum compedibus, & non amplifices super omnem carnem. Verum sine iudicio nihil facias grave. [*] obedierit.

31 ‖ Si est tibi servus [*] fidelis, sit tibi quasi anima tua, quasi fratrem sic eum tracta: quoniam in sanguine animæ comparasti illum. Sup. 7. d.

32 Si læseris eum iniustè, in fugam convertetur, & si extollens discesserit: quem quæras, & in qua via quæras illum, nescis.

CAPVT XXXIIII.

1 *Spes viri stulti vana falsaque sunt, & somnia sublimem ferunt insipientes.*

2 *Captanti umbras, ventumque persequenti similis est qui fidem habet somniis.*

[1] κατὰ τοῦτο. secundum aliud.

3 *Aliquid [1] ad imaginem alterius spectrum somniorum est, & velut adversum faciei, faciei simulachrum.*

4 *Quidnam mundetur ab immundo? & à falso quid veri manaverit?*

5 *Divinationes, auguria, somniaque vana sunt.*

[2] ἐν ἐπισκοπῇ σου.

[3] ἐπ' αὐτά.

6 *Et quasi cum desipit animus parturientis. Nisi ab Altissimo [2] visitandi tui causa missa fuerint, animum [3] ad illa ne adiicias.*

7 *Multos enim seduxerunt insomnia, & spe in illis posita exciderunt.*

8 *Lex etiam sine mendacio consummata fuerit, oreque veraci perfecta sapientia.*

[4] πεπαιδευμένος. al. πεπλανημένος. decept[9].

9 *Vir [4] eruditus multa novit, rerumque multarum peritus sapienter disseret.*

10 *Qui non est tentatus, pauca novit:*

11 *Qui vero deceptus fuit, accessionem facit calliditatis.*

[5] πλείονα. al. πλεῖστα [...] sermonumque meorum technis fa[...] [...]

12 *Multa vidi per errores meos, [5] pluraque quam dicam intelligo.*

13 *In periculum mortis sæpe veni, rursumque per hæc evasi.*

14 *Spiritus reverentium Dominum vivet:*

15 *Spes enim ipsorum sita est in servatore suo.*

16 *Qui Dominum reveretur, nil formidabit aut metuet: quia spes eius ipse est.*

17 *Reverentis Dominum beata est anima:*

18 *Quem enim spectat, aut quo nititur?*

19 *Amatores suos respicit Dominus, potens præsidium, firmamentumque validum, tegumentum ab æstu, umbraculum à meridie, ab offensione tutela, & à casu auxilium:*

1 Vana spes, & mendacium viro insensato, & somnia extollunt imprudentes. A

2 Quasi qui apprehendit umbram, & persequitur ventum: sic & qui attendit ad visa mendacia.

3 Hoc secundum hoc visio somniorum. Ante faciem hominis similitudo [*] alterius [*] hominis.

4 Ab immundo quid mundabitur? & à mendace quid verum dicetur?

5 Divinatio erroris & auguria, mendacia & somnia malefacientium, vanitas est.

6 Et sicut parturientis, cor tuum phantasias patitur: nisi ab Altissimo fuerit emissa visitatio, ne dederis in illis cor tuum.

7 Multos enim errare fecerunt somnia, & exciderunt sperantes in illis.

8 Sine mendacio consummabitur verbum legis, & sapientia in ore fidelis complanabitur.

9 Qui non est tentatus, quid scit? Vir in multis expertus, cogitabit multa: & qui multa didicit, enarrabit intellectum. B

10 Qui non est expertus, pauca recognoscit: qui autem in multis factus est, multiplicat malitiam.

11 [*] Qui tentatus non est, qualia scit? qui implanatus est, abundabit nequitia.

12 Multa vidi enarrando, & plurimas verborum consuetudines.

13 Aliquoties usque ad mortem periclitatus sum horum causa, & liberatus sum gratia Dei.

14 Spiritus timentium Deum quæritur, & in respectu illius benedicetur.

15 Spes enim illorum in salvantem illos, & oculi Dei in diligentes se.

16 Qui timet Dominum, nihil trepidabit, & non pavebit: quoniam ipse est spes eius.

17 Timentis Dominum beata est anima eius.

18 Ad quem respicit, & quis est fortitudo eius? C

19 Oculi Domini super timentes eum, protector potentiæ, firmamentum virtutis, tegimen ardoris, & umbraculum meridiani, deprecatio offensionis, & adiutorium casus.

20 Exaltans animam, & illuminans oculos,
Prouerb. 21. d dans sanitatem, & vitam, & benedictionem.
21 †Immolantis ex iniquo oblatio est maculata,
& nō sunt beneplacitæ subsannationes iniustorū.
22 Dominus solus sustinentibus se in via veritatis & iustitiæ.
Prouerb. 15. a 23 †Dona iniquorū non probat Altissimus, nec
respicit in oblationes iniquorū: nec in multitudine sacrificiorum eorum propitiabitur peccatis.
D 24 Qui offert sacrificium ex substantia pauperum, quasi qui victimat filiū in cōspectu patris sui.
25 Panis egentium, vita pauperum est: qui defraudat illum, homo sanguinis est.
26 Qui aufert in sudore panem, quasi qui occidit proximum suum.
Deut. 24. c 27 Qui effundit sanguinem, & †qui fraudem
Supra. 7. e facit mercenario, fratres sunt.
28 Vnus ædificans, & vnus destruens: quid prodest illis, nisi labor?
29 Vnus orans, & vnus maledicens: cuius vocē exaudiet Deus?
Num. 19. b 30 †Qui baptizatur à mortuo, & iterum tangit
eum, quid proficit lauatio illius?
2. Pet. 2. d 31 †Sic homo qui ieiunat in peccatis suis: & iterum eadem faciens, quid proficit humiliando se? orationem illius quis exaudiet?

20 Animam exhibit, oculos illuminat, medicinam & vitam affert, ac prosperitatem.
21 Sacrificium ex iniusta parte est irrisio sacrificantis, nec gratiam merentur[6] donaria iniquorum.
22 [Sed Solis viam integritatis, iustitiaeq; tenentibus adest Dominus.]
23 Munera impiorum non probat Altissimus, [nec iniquorum donaria respicit,] nec copia sacrificiorum litatur ei pro peccatis.
24 Filium coram patre mactanti similis est qui è bonis pauperum sacrificat.
25 Panis tenuis est vita pauperum: qui defraudat eam, est vir sanguinarius.
26 Quem quis victu priuat, eum interficit:
27 Et qui mercedem subtrahit mercenario, effundit sanguinem.
28 Cum quod extruit vnus, alter destruit, quid praeter laborem redit ad vtrumque?
29 [7] Cum quod precatur alius, alius deprecatur: vtrius vocem exaudiet Dominus?
30 Si quis abluitur à cadauere, rursus idem tangit: quid ei prodest ablutio?
31 Similiterque cum quis se propter peccata sua macerat, abitque rursum, & patrat eadem: quis preces eius exaudiet? aut quid sibi afflictione sua profuit?

6 δωρήματα. al. μαμωνᾶ.
7 vel, Cum quod alius optat, execratur alius.

CAPVT XXXV.

A 1 QVi conseruat legem, multiplicat orationem.
Mat. 7. c 2 †Sacrificium salutare est attendere mandatis, & discedere ab omni iniquitate:
3 *Et propitiationem litare sacrificiis super iniustitias: & deprecatio pro peccatis, recedere ab iniustitia.
4 Retribuet gratiam, qui offert similaginem: &
Philip. 4. c †qui facit misericordiam, offert sacrificium.
5 Beneplacitum est Domino recedere ab iniquitate, & deprecatio pro peccatis recedere ab iniustitia.
Exod. 23. b 6 †Non apparebis ante conspectum Domini
& 34. c vacuus.
Deut. 16. d 7 Hæc enim omnia propter mandatū Dei fiunt.
Gen. 4. a 8 †Oblatio iusti impinguat altare, & odor suauitatis est in conspectu Altissimi.
B 9 Sacrificium iusti acceptum est, & memoriam eius non obliuiscetur Dominus.
10 Bono animo gloriam redde Deo: & non minuas primitias manuum tuarum.
2. Corinth. 9. b 11 †In omni dato hilarem fac vultum tuum, &
in exultatione sanctifica decimas tuas.
Tob. 4. b 12 †Da Altissimo secundum datum eius, & in bono oculo adinuentionē facito manuū tuarum:
13 Quoniam Dominus retribuēs est, & septies tantum reddet tibi.
14 †Noli offerre munera praua: non enim suscipiet illa.
Leuit. 22. c, Deut. 15. d, Deut. 10. d, 2. Par. 19. c, Iob. 34. b, Sapient. 6. b, Rom. 2. b, Gal. 2. b, Ephes. 6. b, Coloss. 3. d, Act. 10. e, 1. Petr. 1. c
15 Et noli inspicere sacrificium iniustum: quoniam Dominus iudex est, †& non est apud illum gloria personæ.
C 16 Non accipiet Dominus personam in pauperem, & deprecationem læsi exaudiet.
17 Non despiciet preces pupilli: nec viduam, si effundat loquelam gemitus.
18 Nōnne lachrymæ viduæ ad maxillam descendunt, & exclamatio eius super deducentē eas?
19 A maxilla enim ascendunt vsq; ad cælum, & Dominus exauditor delectabitur in illis.
20 Qui adorat Deum in oblectatione, suscipietur: & deprecatio illius vsque ad nubes propinquabit.
Thren. 3. d 21 †Oratio humiliantis se, nubes penetrabit: & donec propinquet, non [1] consolabitur:
[1] congregabitur; & non discedet, donec Altissimus aspiciat.

1 QVi seruat legem adauget preces:
2 Et ita abundè[1] sacrificat: qui studet praeceptis.
3 Litat salutariter, Qui rependit gratiam. [& qui facit similaginem supplicat:
4 Et qui [2] beneficentiam exercet, sacrificium facit gratulationis.
5 Recedere à malitia, Deum placare est: & iniustitiam reliquisse, piaculare sacrificium.
6 Ne venias in conspectum Domini vacuus:
7 Haec enim omnia,[3] praecepti causa instituta sunt.
8 Aram pinguefacit immolatio iusti, & odor eius Deo suauis est.
9 Sacrificium viri iusti est commendabile, memoriaq; eius nulla obliuione abolebitur.
10 Honora Dominum oculo benigno ac munifico, nec primitias [4] manuum tuarum minue.
11 Quicquid donaturus es, vultum induas hilarem: & decimas cum laetitia consecres.
12 Munera des Altissimo pro munificentia ipsius: & oculo benigno,[5] quod ad manum est.
13 Nam Dominus repensator est, qui reddet tibi septies tanto amplius.
14 Ne offeras parta sordibus munera: non enim ea recipiet.
15 Nec iniquum instituas sacrificium: quia Dominus iudex est,[6] nec valet apud eum persona magnificentia.
16 Nullam habet personae rationem[7] aduersus inopem, sed iniuriam passi precationem exaudiet.
17 Sup. licationem pupilli minime negliget, nec preces fundentem viduam.
18 Nonne cum lachryma viduae ad maxillam eius defluunt, aduersus ferentem eas opem inuocat?
19 [Sane à maxilla ad caelum vsq; redundant, & Dominus libenter exaudiet eas.]
20 Religiosus suscipietur cum beneuolentia, & ad nubes pertinget eiusdem precatio.
21 Oratio afflicti nubes penetrat, non conquiescit, nec desistit, donec peruenerit ad Altissimum, qui agat iustitiam eius, iuste iudicet, indicetque vindictam.

1 προσφορά, &c.
2 חסד
3 Id est, causa seruandae legis solius vel, Haec enim omnia praecepti causa instituta sunt.
4 Id est, labore tuo partarum. vel, quas manus tua das.
5 Scilicet des quod ad manum est: pro dandi facultate.
6 καὶ οὐκ ἔστι παρ' αὐτῷ.
7 ἐπὶ πτωχοῦ. alitter, πτωχῷ.

8 ואחר
9 ὑβριστῶν.

22 Cæterum Dominus non [8] permanebit in mora,
nec patientiam leget cum crastabit [9] Omnipotens, donec
lumbos immitium conquassarit.
23 Gentesque mulctarit suppliciis, donec sustulerit
turbam iniuriosorum, & iniustorum sceptra confre-
gerit.
24 Donec cuique rependerit digna factis eius, & o-
peribus hominum qualia merentur cogitationes eo-
rum.
25 Donec absoluerit vindictam populi sui, eumque
sua miseratione letum reddiderit.
26 Præclara est calamitoso tempore misericordia, ac
velut nubes pluuia tempore siccitatis.

22 Et Dominus non longabit, sed iudicabit iu-
stos ... & fortissimus non habebit
in illis patientiam, ... contribulet dorsum ipsorū. [quousque]
23 Et ... reddet vindictam, donec tollat
plenitudinem superborum: & sceptra iniquorum
contribulet.
24 Donec reddat hominibus secundum actus
suos: & secundum opera Adæ, & secundum præ-
sumptionem illius.
25 Donec iudicet iudicium plebis suæ, & oble-
ctabit iustos misericordia sua.
26 Speciosa misericordia Dei in tempore tri-
bulationis, quasi nubes pluuiæ in tẽpore siccitatis.

CAPVT XXXVI.

1 Miserere nostri Domine Deus omnium, & respice
nos.
2 Metumque tui gentibus quæ te non colunt, omnibus
inijce, [vt cognoscant nullum præter te Deum esse, ma-
gnificaque facta tua prædicent.]
3 Intenta manum tuam gentibus alienis, vt poten-
tiam tuam perspiciant.
4 Vt in spectantibus illis, numen tuum in nobis decla-
rauisti: ita coram nobis maiestatem tuam ostẽdas in illis.
5 Vt cognoscant te, quemadmodum & nos nullum
præter te Deum esse Domine cognouimus.
6 Renoues exempla, miraculaque commutes.
7 Ostenta manum, brachiumque dexterum, [a] vt mi-
randa facta tua prædicent.
8 Excita indignationem, & iram effunde:
9 Aduersarium aufer, & profliga inimicum.
10 Vrge tempus, & memento [3] iuramenti, vt [a] ma-
gnifica facta tua celebrentur.
11 Qui euaserit, ira ardenti absorbeatur: & oppres-
sores populi tui consequantur perniciem.
12 Contere capita principum inimicorum, qui præ-
ter se neminem esse dictitant.
13 Congrega tribus Iacob omnes, [vt cognoscant nul-
lum præter te Deum esse, miraculaque tua prædicent,] [4] &
eas vt ab initio posside.
14 Miserere Domine populi tui nomine tuo celebra-
ti, & gentis Israeliticæ, quam primogenito [5] cõparauisti.
15 Vrbem sanctitatis tuæ miserare, [6] vrbem tuæ
quietis.
16 Sionem extollendis oraculis tuis impleas, tuúmque
populum tuum gloria.
17 [7] Possessionibus tuis primis tribuas testimonium,
& quæ [8] prophetæ nomine tuo præcinuerunt moneas.
18 Da præmium nitentibus expectatione tui, & fac
fides prophetarum tuorũ compareat. Preces [9] seruorum
tuorum exaudi Domine.
19 Secundum bonam pro populo tuo precationem
Aaronis, [& deduc nos in viã iustitiæ,] vt hi qui terrã
habitant, agnoscant te Dominum Deũ esse sempiternum.
20 Venter quemuis cibum capit, est tamen cibus ci-
bo melior.
21 Vt fauces ferinam gustu deprehendunt, ita sagax
animus verba mendacia.
22 Prauus animus mœrorem creat: at vir peritus
[11] tranquillitatem sua conciliat.
23 Cuiuslibet mariti capax est mulier: est [12] autem fi-
lia filia præstantior.
24 Pulchritudo mulieris vultum exhilerat, omnémque
humanam iucunditatem excellit.
25 Si lingua eius inest comitas, lenitas & [13] salubri-
tas, maritus eius non est filijs hominum comparandus.
26 Qui nactus est vxorem bonam, rem facere pa-
rat, adiutricem natus consortem & [14] basim quietis.

1 Miserere nostri Deus omnium, & respice nos, A
& ostẽde nobis lucem miserationum tuarũ.
2 Et immitte timorem tuum super gentes quæ
non exquisierunt te: vt cognoscant quia non est
Deus nisi tu, vt enarrent magnalia tua.
3 Alleua manum tuam super gentes alienas, vt [Ierem. 10. 6]
videant potentiam tuam.
4 Sicut enim in conspectu eorum sanctificatus
es in nobis, sic in conspectu nostro magnificabe-
ris in eis:
5 Vt cognoscant te, sicut & nos cognouimus
quoniam non est Deus præter te Domine.
6 Innoua signa, & immuta mirabilia.
7 Glorifica manum, & brachium dexterum.
8 Excita furorem, & effunde iram.
9 Extolle aduersarium, & afflige inimicum.
10 Festina tempus, & memento finis, vt enarrẽt
mirabilia tua.
11 In ira flammæ deuoretur qui saluatur: & qui B
pessimant plebem tuam, & inueniant perditionem.
12 Contere caput principum, & inimicorum
dicentium, Non est alius præter nos.
13 Congrega omnes tribus Iacob: & cognoscãt
quia non est Deus, nisi tu, vt enarrẽt magnalia tua:
& hæreditabis eos, sicut ab initio.
14 Miserere plebi tui, super quam inuocatum
est nomẽ tuum: & Israel quem coæquasti primo- [Exod. 4. d]
genito tuo.
15 Miserere ciuitati sanctificationis tuæ Ierusa-
lem, ciuitati requiei tuæ.
16 Reple Sion inenarrabilibus [a] virtutibus tuis, [a verbis]
& gloria tua populum tuum.
17 Da testimonium, quia ab initio creaturæ tuæ C
sunt, & suscita precationes, quas locuti sunt in no-
mine tuo prophetæ priores.
18 Da mercedem sustinentibus te, vt prophetæ
tui fideles inueniantur: & exaudi orationes seruo-
rum tuorum.
19 Secundum benedictionem Aaron da po- [Num. 6. d]
pulo tuo, & dirige nos in viam iustitiæ: [b] vt sciant [b &]
omnes qui habitant terram quia tu es Deus con-
spector seculorum.
20 Omnem escam manducabit venter, & est
cibus cibo melior.
21 Fauces contingunt cibum feræ, & cor in- [1. Corinth. 6. b]
sensatum verba mendacia.
22 Cor prauum dabit tristitiam, & homo peri-
tus resistet illi.
23 Omnem masculum excipiet mulier: & est D
filia melior filia.
24 Species mulieris exhilerat faciem viri sui, &
super omnem concupiscentiam hominis superdu-
cit desiderium.
25 Si est lingua curationis, est & mitigationis
& misericordiæ: non est vir illius secundum filios hominum. 26 Qui possidet mulierem bonam, in-
choat possessionem: adiutorium secundum illum est, & columna vt requies.

Marginal notes (left): a ἐπεγειρον al. ὀργὴν. al. ὀργισμόν. — 2 τὰ μεγαλεῖα. al. θαυμάσια. — 3 ὁρκισμοῦ. al. ... — 4 καὶ κατακληρονόμησον ... נחלת pro imperatiuo. Quæ hic in quibusdam Græcis sequuntur, ... & c. ad caput 30. pertinent, & quæ hic sequi debent, ... & c. ad finem cap. 33. leguntur. — 5 ... al. ... — 6 ... alit. ... — 7 ... al ... — 8 προφῆται. al. προφητεῖαι. — 9 ἱκετείαν. al. ... — 10 Vel, ... — 11 ... שלום ... — 12 ... — 13 ... — 14 Vel, Columnam. עמוד ...

27 Vbi non est sepes, diripietur possessio: & vbi non est mulier, ingemiscit egens.

28 Cui credit, qui non habet nidum: & deflectens vbicunque obscurauerit, quasi succinctus latro exiliens de ciuitate in ciuitatem?

CAPVT XXXVII.

Amicitia.

A 1 OMnis amicus dicet, Et ego amicitiam copulaui: sed est amicus solo nomine amicus.

2 Nónne tristitia inest vsque ad mortem? Sodalis autem, & amicus ad inimicitiam conuertentur.

3 O præsumptio nequissima, vnde creata es cooperire aridam malitia, & dolositate illius?

supra 6. b [b] *concindatur*

4 ‖ Sodalis amico [b] cõiucundabitur in oblectationibus, & in tẽpore tribulationis aduersarius erit.

5 Sodalis amico condolet causa ventris, & contra hostem accipiet scutum.

6 Non obliuiscaris amici tui in animo tuo, & non immemor sis illius in operibus tuis.

7 Noli consiliari cum socero tuo, & à zelantibus te absconde consilium.

supra 8. c. 9. c.

8 ‖ Omnis consiliarius prodit consilium, sed est consiliarius in semetipso.

B 9 A consiliario serua animam tuam. prius scito quæ sit illius necessitas: (& ipse enim animo suo cogitabit) ne fortè mittat sudem in terram.

10 Et dicat tibi, Bona est via tua. & stet econtrario videre quid tibi eueniat.

11 Cum viro irreligioso tracta de sanctitate, & [c] cum iniusto de iustitia, & cum muliere de [c] his quę æmulatur: cum timido de bello:

12 Cum negotiatore de traiectione, cum emptore de venditione, cum viro liuido de gratiis agendis, cum impio de pietate, cum inhonesto de honestate, cum operario agrario de omni opere:

13 Cum operario annuali de consummatione anni, cum seruo pigro de multa operatione.

14 Non attendas his in omni consilio.

Exod. 18.

15 ‖ Sed cum viro sancto assiduus esto, quemcunque cognoueris obseruantem timorem Dei.

C 16 Cuius anima est secundum animam tuam, [d] quicúmque titubauerit in tenebris, nõ cõdolebit tibi.

[d] qui quum titubauerit, in tenebris condolebit.

17 Et cor boni consilii statue tecum: non est enim tibi aliud pluris illo.

18 Anima viri sancti enunciat aliquando vera, quàm septem circumspectores sedentes in excelso ad speculandum.

19 Et in his omnibus deprecare Altissimum, vt dirigat in veritate viam tuam.

20 Ante omnia opera verbum verax præcedat te, & ante omnem actum consilium stabile.

21 Verbum nequam immutabit cor: [e] ex quo partes quatuor oriuntur, bonum & malum, vita & mors: & dominatrix illorum est assidua lingua.

[f] erudit.

22 Vir peritus multos [f] erudiuit, & animæ suę suauis est.

23 Qui sophisticè loquitur odibilis est: in omni re defraudabitur.

24 Non est enim illi data à Domino gratia: omni enim sapientia defraudatus est.

25 Est sapiens, animæ suæ sapiens: & fructus sensus illius laudabilis.

D 26 Vir sapiens plebem suam erudit, & fructus sensus illius fideles sunt.

27 Vir sapiens implebitur benedictionibus, & videntes illum laudabunt.

28 Vita viri in numero dierum: dies autem Israel innumerabiles sunt.

29 Sapiens in populo hæreditabit honorem, & nomen illius erit viuens in æternum.

Temperantia

30 Fili, in vita tua tenta animam tuam: & si fuerit nequam, non des illi potestatem:

31 Non enim omnia omnibus expediunt, & nõ omni animæ omne genus placet.

27 Vbi nulla sepes est, possessio diripitur: & cui non est vxor, ingemiscit vagabundus.

28 Quis enim fidat expedito latroni ex alia in aliam ciuitatem oberranti? quis item homini non habenti nidum, & meranti vbicunque aduesperauerit?

1 QVius amicus, huic & ego sum amicus, inquiet: sed sunt amici solo nomine tenus amici.

2 Nónne mœrorem affert ad mortem vsque manentem sodalis aut amicus conuersus in inimicum?

3 O scelerata cogitatio, vndenam prorepsisti, vt dolo terram operires?

4 Amicus rebus lætis [1] familiariter vtitur amico, qui tempore calamitatis fit aduersarius. 1 συνήδεται. aliter, ἥδεται.

5 Est cum causa ventris amicus adiuuat amicum, & aduersus hostem scutum arripit.

6 Ne capiat animum tuum obliuio amici, nec rebus secundis tuis [2] sis ipsius immemor. 2 ἀμνημονήσῃς.

7 Ne consultes cum eo cui suspectus es, nec inuidentibus tibi consilium aperias.

8 Omnis consiliarius extollit consilium suum: sed sunt qui suam in rem consulant.

9 Caue tibi ipsi à [3] consiliario, & cuius indigeat ipse [illegible] *cogita, (nam ipse sibi consulet) [4] ne quam obuẽtionem ominetur tibi:* 3 συμβούλου. aliter, συμβουλεύοντος. 4 Vel, ne fortè te omnino statuat & alee. vel, ne fortè super te iaciat.

10 Rel. umque dicat esse tuum institutum, at que interim ex aduerso spectatorem euentus tui se constituat. Ne consultes cum eo cui suspectus sis, nec consilium cum inuidentibus tibi communices.

11 (De religione cũ irreligioso, de iustitia cum iniusto,) cum muliere de pellice ipsius, de bello cum meticuloso:

12 De permutatione cum mercatore, de venditione cum emptore, de gratulatione cum inuido, de humanitate cum inhumano, cum pigro de quouis opere:

13 Cum [5] annuo mercenario de consummatione, cũ [6] seruo ignauo de opere multo: 5 ἐνιαυσίου aliter, ἐφεστίου 6 οἰκέτῃ ἀργῷ.

14 Cum his inquam, ne qua consilia conseras.

15 Sed frequentes virum pium, quem noris obseruatorem præceptorum [7] Domini. 7 κυρίου.

16 Cuius ad ingenium tuum accedat animus, & quem si lapsus fueris, tui commiserescat.

17 Institue consilium in animo: nihil enim est illo tibi fidelius.

18 Solet enim interdũ vberius monere suus cuiusque animus, quàm septem in celsa specula sedentes excubitores.

19 Cæterùm super his omnibus inuoca Altissimum, vt institutа tua dirigat fideliter.

20 [8] Initium omnis operis sit ratio, & consilium præcedat omne negotium. 8 Vel, Summa omnis operis sermo est.

21 Indicium [9] mutationis cordis est vultus, & quatuor exsistunt genera, bonum & malum, vita & mors, [10] quorum lingua assidua gubernatrix est. 9 ἀλλοιώσεως ἀνατέλλει. aliter, χαρᾶς.

22 Est qui prudens multos erudiat, qui idem animæ suæ sit inutilis. 10 αὐτῶν. aliter, αὐτῷ

23 Est qui verbis agens sapientem fit odiosus, qui idem omni [11] sapientia careat. 11 σοφίας. aliter, τροφῆς

24 Non enim data est illi gratia à Domino cum inops sit omnis sapientiæ.

25 Est qui animo suo sapiat, cuius in ore [12] laudabiles sint fructus prudentiæ. 12 πιστοί aliter, πιστοί

26 Vir sapiens erudit populum suum, & fructus intelligentiæ eius stabiles sunt.

27 Vir sapiens felicitate cumulabitur, & beatum prædicabunt omnes qui eum viderint.

28 Vita viri constat numero dierum, sed Israelitarum dies sunt innumeri.

29 Sapiens in populo suo consequetur [13] gloriam, & nomen eius viuet in perpetuum. 13 δόξαν aliter, πίστιν.

30 Fili, proba animam tuam in vita tua, explora quid noxium ei sit, neque id ei indulgeas:

31 Non enim quæuis quibusuis conferunt, nec cuiuis animo quæuis res placet.

32 *Ne te quibusuis ingurgites deliciis, nec in cibos effundas.*
33 *Nam ingluuiem ciborum [14] morbus comitabitur, & in bilem abibit insatiabilis edacitas.*
34 *Multi per intemperantiam interierunt: at qui temperans est, vitam prorogat.*

14 νόσος aliter, νόσοι.

32 ¶ Noli auidus esse in omni epulatione, & nō te effundas super omnem escam.
33 In multis enim escis erit infirmitas, & [a] auiditas appropinquabit vsque ad choleram.
34 Propter [b] crapulam multi obierunt: qui autem abstinens est, adiiciet vitam.

supra 31. b.
a aplestia
b aplestiam

CAPVT XXXVIII.

1 *Affice medicum honoribus suis propter necessitatem: Dominus enim eius author est.*
2 *Nam medicina manat ab Altissimo, & à rege [1] munus accipiet.*
3 *Scientia medici extollit caput eius, & mouet admirationem proceribus.*
4 *Altissimus medicamenta de terra procreauit, nec abhorrebit illa vir sapiens.*
5 *Nonne aqua a ligno accepit dulcedinem, vt potentia eius [2] homini innotesceret?*
6 *Ipse scientiam donauit hominibus, vt consequatur gloriam ex miraculis suis.*
7 *Ipse sanat per hæc, tollitque dolorem hominis.*
8 *Pharmacopola mixturas suas his temperat, cuius tamen non [3] sunt exacta opera, sed a Domino dimanat in terram late iacentem prosperitas.*
9 *In morbis tuis, fili, ne prætereas quin Domino supplices: etenim ipse sanabit te.*
10 *Missum fac delictum, [4] manusque rectas exhibe, atque omni peccato cor tuum emunda:*
11 *Tum suffimentum adole, [5] commendationemque similaginem, & munus opimum consecra, [6] qui non futuras priores: deinde locum des medico.*
12 *Vt cuius Dominus author sit, nec discedat abs te, quia ipsius indiges.*
13 *Est cum medicorum quoque manus [7] successum consequantur.*
14 *Nam & ipsi Dominum orant, vt leuamentum secundet sibi, vitæque causa curationem.*
15 *Qui in creatorem suum peccauerit, in manus medici solet incidere.*
16 *Fili, effunde lachrymas super mortuo, luctumque vt acerba passus exordire: cæterum corpus eius contege iuxta ritum funerum, nec sepulturam neglige.*
17 *Acerbam tu lamentationem, & (ne male audias) planctum accende, luctumque quo dignus est, eum prosequere, vno die aut altero, vt effugias calumniam:*
18 *Deinde admitte consolationem, quo mœrorem minuas.*
19 *Nam mœstitia in mortem ruit, animoque tristitia vires infringit.*
20 *[8] Atque inde mœstitia præterit, & [9] afflicti vita constat animo.*
21 *Ne dedas animum tuum tristitiæ, sed eam abige memor extremorum.*
22 *Ne obliuiscaris eorum, neque enim inde reditio est, præterquam quod non iuueris illum, & teipsum excruciaueris.*
23 *Memento sortem [10] meam perinde esse, vt tua futura sit: mihi heri, tibi hodie.*
24 *Cum quiescit defunctus, depone memoriam eius, & in excessu spiritus eius admitte super eo consolationem.*
25 *Literata sapientia per opportunitatem otii quæritur, & qui negotii sui minus habet, [11] sapientiam parare poterit.*
26 *Quomodo euadat sapiens qui tenet aratrum, qui insignis hastili stimuli boues agit, [12] qui versatur in operibus eorum, & qui taurorum progeniem assidue prædicat?*
27 *Nam in ducendis sulcis intendit animum, & in pabulo vaccarum conspiciendo euigilat.*
28 *Idem mos est omnis fabri & artificis, qui simili studio traducit noctem ac diem: Qui sigillorum in modum scalpunt cælaturas, & qui variandis [13] immorantur emblematis, in imitatione picturæ animum quisque occupant, & operi perficiundo inuigilant.*

1 δόμα aliter, δόσιν.
2 ἐν τῷ ἀνθρώπῳ
3 συντελεσθῇ aliter, συντελεσθῶσιν
4 Id est, opera tua & actiones
5 vel, commendationem, vel gratiam. יהוה quæ laudibus Deo commendat.
6 Id est, [illegible] gratiam tecum.
7 εὐοδία aliter, εὐοδίαν.
8 ἐν ἀπαγωγῇ παραμένει. & mox, κατὰ καρδίαν aliter, ἐν ἀπαγωγῇ παραμένει & mox, κατάρα καρδίας.
9 עני afflictus, inops.
10 μου aliter, αὐτοῦ
11 σχολῆς aliter, ἀσχολίας. [illegible] parabit sapientiam.
12 ἀναστρεφόμενος aliter ἐν [illegible]
13 [illegible] aliter, [illegible]

1 Honora medicum propter necessitaté. etenim illum creauit Altissimus.
2 A Deo est enim omnis medela, & à rege accipiet donationem.
3 Disciplina medici exaltabit caput illius, & in conspectu magnatorum collaudabitur.
4 Altissimus creauit de terra medicinam, & vir prudens non abhorrebit illam.
5 ¶ Nónne a ligno indulcata est aqua amara?
6 Ad agnitionem hominum virtus illorum, & dedit hominibus scientiam Altissimus, honorari in mirabilibus suis.
7 In his curans mitigabit dolorem.
8 Et vnguentarius faciet pigmenta suauitatis, & vnctiones conficiet sanitatis, & non consummabuntur opera eius. pax enim Dei super faciem terræ.
9 ¶ Fili, in tua infirmitate ne despicias teipsum, sed ora Dominum, & ipse curabit te.
10 Auerte a delicto, & dirige manus, & ab omni delicto munda cor tuum.
11 Da suauitatem & memoriam similaginis, & impingua oblationem. & da locum medico.
12 Etenim illum Dominus creauit: & non discedat à te: quia opera eius sunt necessaria.
13 Est.n.tépus quádo in manus illorú incurras:
14 Ipsi verò Dominum deprecabuntur, vt dirigat requiem eorum & sanitatem, propter conuersationem illorum.
15 Qui delinquit in conspectu eius qui fecit eũ, incidet in manus medici.
16 ¶ Fili, in mortuú produc lachrymas, & quasi dira passus incipe plorare, & secundú iudiciú contege corpus illius, & non despicias sepulturam illius.
17 Propter delaturam autem amarè fer luctum illius vno die.
18 Et consolare propter tristitiam, & fac luctũ secundum meritum eius vno die, vel duobus propter detractionem.
19 ¶ A tristitia enim festinat mors, & cooperit virtutem, & tristitia cordis flectit ceruicem.
20 In abductione permanet tristitia: & substantia inopis secundum cor eius.
21 Ne dederis in tristitia cor tuum, sed repelle eam à te: & memento nouissimorum.
22 Noli obliuisci. neque enim est conuersio, & huic nihil proderis, & teipsum pessimabis.
23 Memor esto iudicii mei: sic enim erit & tuú. mihi heri, & tibi hodie.
24 ¶ In requie mortui requiescere fac memoriam eius. & consolare illum in exitu spiritus sui.
25 Sapientiam scribe in tempore vacuitatis: & qui minoratur actu, sapientiam percipiet: quia sapientia replebitur.
26 Qui tenet aratrum, & qui gloriatur in iaculo, stimulo boues agitat, & conuersatur in operibus eorum, & enarratio eius in filiis taurorum.
27 Cor suum dabit ad versandos sulcos, & vigilia eius in sagina vaccarum.
28 Sic omnis faber & architectus qui noctem tanquam diem transigit, qui sculpit signacula sculptilia, & assiduitas eius variat picturam: cor suum dabit in similitudinem picturæ, & vigilia sua perficiet opus.

A Medicinæ commendatio.
Exod. 15. d. 4. Reg. 4. c.
Esa. 38. a. 2. paral. cap. 16.
B.
supra 22. c. 1. Thess. 4.
Prouer. 12. b. 15. b. & 17. d.
C
2. Reg. 12. e.

29 Sic faber ferrarius sedens iuxta incudem, & considerans opus ferri, vapor ignis vret carnes eius. & in calore fornacis concertatur.

D 30 Vox mallei innouat aurem eius, & contra similitudinem vasis oculus eius.

31 Cor suum dabit in consummationem operum, & vigilia sua ornabit imperfectionem,

32 Sic figulus sedens ad opus suum, conuertens pedibus suis rotam, qui in sollicitudine positus est semper propter opus suum, & innumera est omnis operatio eius.

33 In brachio suo formabit lutum, & ante pedes suos curabit virtutem suam.

34 Cor suum dabit vt consummet linitionem, & vigilia sua mundabit fornacem.

35 Omnes hi in manibus suis sperauerunt, & vnusquisq; in arte sua sapiens est.

36 Sine his omnibus non aedificatur ciuitas. Et non inhabitabunt, nec inambulabunt, & in ecclesiam non transilient.

37 Super sellam iudicis non sedebunt, & testamentum iudicii non intelligent. neque palam facient disciplinam & iudicium,

38 Et in parabolis non inuenientur: sed creaturam aeui confirmabunt, & deprecatio illorum in operatione artis.

39 Accommodantes animam suam, & conquirentes in lege Altissimi, sapientes fient.

29 Faber item ferrarius sedens ad incudem, [14] operi ferri intentus, vaporeq; ignis corpus eius [15] exsiccante, aestu fornacis conflictabitur:

30 Et crebro feriente aures eius mallei sonitu, oculos suos ad conformandum instrumentum defigens:

31 Animum ad opus absoluendum applicat, & ad idem excubat exacte poliendum.

32 Similiter sedens ad opus suum figulus, rotamque suam pedibus versans, ad opus suum totus incumbit solicite, & opificium omne suum habens in numerato.

33 Nunc lutum conformat brachio suo, nunc pedibus vim eius prosubigit.

34 Nunc curam impendit operi [16] perliniendo, & ad excolendum caminum aduigilat.

35 Horum omnium quisq; fretus suis manibus, opere suo consumit quod habet sapientiae.

36 Sine his quidem nec colitur vrbs vlla, nec inhabitabitur, nec perambulabitur:

37 Attamen nec sententiam rogabuntur in consultatione populi, nec in concione eminebunt, nec sedebunt pro tribunalibus, nec ritum iudiciorum intelligent. neq; vero de [17] iure pronunciarint aut aequo:

38 Nec arcana dictorum eruerint, sed [18] opificia mundi [19] firmant. Et pro exercitio artis vota faciunt.

39 Solus [20] qui ad legem Altissimi adiunxit animum, & in meditatione eius versatur.

14 ἐπ' ἔργῳ σιδήρου
15 τήξει. aliter, πήξει.
16 χρῖσμα. aliter, χάρισμα.
17 ἐπιδημοῦσιν. aliter, [illegible]
18 κρίμα. aliter, κρῖμα.
19 στερεώσουσι aliter, [illegible]
20 Sub. sapiens efficietur.

CAPVT XXXIX.

A 1 SApientiam omnium antiquorum exquiret sapiens, & in prophetis vacabit.

2 Narrationem virorum nominatorum conseruabit, & in versutias parabolarum simul introibit.

3 Occulta prouerbiorum exquiret, & in absconditis parabolarum conuersabitur.

4 In medio magnatorum ministrabit, & in conspectu praesidis apparebit.

5 In terram alienigenarum gentium pertransiet. bona enim, & mala in omnibus tentabit.

6 Cor suum tradet ad vigilandum diluculo ad Dominum qui fecit illum, & in conspectu Altissimi deprecabitur.

7 Aperiet os suum in oratione, & pro delictis suis deprecabitur.

8 Si enim Dominus magnus voluerit, spiritu intelligentiae replebit illum:

9 Et ipse tanquam imbres mittet eloquia sapientiae suae, & in oratione confitebitur Domino.

10 Et ipse diriget consilium eius & disciplinam, & in absconditis suis consiliabitur.

B 11 Ipse palam faciet disciplinam doctrinae suae, & in lege testamenti Domini gloriabitur.

12 Collaudabunt multi sapientiam eius, & vsque in saeculum non delebitur.

13 Non recedet memoria eius, & nomen eius requiretur a generatione in generationem.

Infra 44. b. 14 Sapientiam eius enarrabunt gentes, & laudem eius enunciabit ecclesia.

15 Si permanserit nomen eius, derelinquet plus quam mille: & si requieuerit, proderit illi.

16 Adhuc consiliabor, vt enarrem: vt furore enim repletus sum.

17 In voce dicit, Obaudite me diuini fructus, & quasi rosa plantata super riuos aquarum fructificate.

18 Quasi Libanus odorem suauitatis habete.

19 Florete flores, quasi lilium, & date odorem, & frondete in gratiam, & collaudate canticum, & benedicite Dominum in operibus suis.

20 Date nomini eius magnificentiam, & confitemini illi in voce labiorum vestrorum, & in canticis labiorum, & citharis, & sic dicetis in confessione.

1 QVi explorabit sapientiam omnis antiquitatis, & prophetarum oraculis vacabit.

2 Is conseruabit disputationes virorum celebrium, & penetrabit in dictorum reconditorum inuolucra:

3 Arcana prouerbiorum deprehendet, & in aenigmaticis allegoriis versabitur.

4 Inter proceres obibit munia, & principibus apparebit.

5 Peragrat terras gentium alienigenarum, etenim bona simul & mala experitur inter homines.

6 Instituit animum mane ad dominum creatorem suum salutandum, & precatur ad Altissimum.

7 Os suum aperit ad orandum, peccataq; sua deprecatur.

8 Si Dominus ille magnus voluerit, replebitur spiritu sapientiae.

9 Verbaq; sapientiae effundet, & Dominum oratione sua celebrabit.

10 Ipse consilium eius & scientiam instituet, vt de arcanis ipsius meditetur.

11 Ipse palam faciet disciplinam doctrinae suae, vt lege pacti Domini glorietur.

12 Multi perpetuo laudabunt huius intelligentiam.

13 Nec memoria eius deficiet aut abolebitur, sed nomen eius vigebit per sempiternas seculorum aetates.

14 [1] Gentes praedicabunt huius sapientiam, & omnis coetus laudem eius diuulgabit.

15 Si manserit nomen, plus quam mille reliquerit si exoluerit, [2] penes seipsum digerit.

16 Plura commentatus edisseram: quoniam instar [3] plenae lunae refertus sum.

17 Audite me filii sancti, & quasi rosa iuxta flumen [4] aquosum nascens pullulate.

18 Odorem [5] in modum thuris fragrate.

19 Et florem vt lilium mittite. Spirate odorem, & cantate laudem, Dominumq; propter omnia opera [6] sua celebrate.

20 Tribuite nomini eius magnificentiam, suisq; laudibus praedicate eum, tam cantico oris quam citharis. Porro ita laudatione vestra dicite.

1 libro
2 Id est, ad se receperit sibi profuturum.
3 διχόμηνις luna, etiam dimidium menstrui exegit, id est plena.
4 ὑγροῦ. aliter, ὑγρῶν
5 vel, vt Libanus.
6 αἶνον.

21 Omnia opera Domini præclara sunt, omneq́ imperium eius suam habet opportunitatem.

22 Nec est cur dicas, Quid hoc[7] est? aut quorsum hoc? nam hæc omnia suo tempore[8] declarabuntur. Iussu eius unda[9] extitit instar acerui, & aqua ad verbum oris eius se recepit.

23 Omnis fauor constat imperio eius, nec est qui salutem ipsius minuat.

24 Et patent opera vniuersæ mortalitatis, nec datur oculos ipsius fallere.

25 Ab æuo in æuum prospicit, nec quicquam conspectui eius mirum est.

26 Nec est cur quis dicat, Quid hoc est? aut quorsum hoc? omnia enim in vsus suos creata sunt.

27 [10] Aspiratio eius terram quasi flumine operuit, eamq́ fæcundat velut inundatio. Ita [quæ nō quæsierunt eum, gentes, iram eius percipient.

28 Vt aquas conuertit in[11] siccitatem.

29 Vt viæ eius planæ sunt sanctis, ita iniustis salebrosæ.

30 Bona ab initio creata sunt bonis, atq; itidem mala sceleratis.

31 Summa omnium ad vitam hominis necessariorum constat aqua, igni, ferro, sale, simila[12] frumenti, melle lacte,[13] sanguine vuarum, oleo, vestituq́:

32 Quæ omnia vt bona sunt piis, ita sceleratis conuertuntur in mala.

33 Sunt spiritus ad vindictam creati, qui[14] furiosi vibrant flagella sua. Hi tempore[15] perimendi, vim effundunt, & consummant iram creatoris sui.

34 Ignis[16] grando, fames, & mors, simul omnia hæc supplicii causa creata sunt:

35 Dentes ferarum, & scorpiones:

36 Ac gladius exitialem pœnam erogans impiis:

37 Gaudent[17] imperio eius, & accingunt se in terra vbi[18] opus est, nec iussa temporibus suis prætereunt.

38 Quapropter confirmatus iam inde ab initio meditatus sum hæc, scriptoq́ mandans.

39 Opera Domini bona sunt omnia, ipseq́ suo tempore subministrat quæcunq́ postulat necessitas.

40 Non est cur dicas, Hoc illo peius est. nam omnia suo tempore laudem inuenient.

41 Nunc igitur animo toto & ore laudes canite, nomenq́ Domini celebrate.

21 [Opera Domini vniuersa bona valde. Gen.1.d

22 [In verbo enim eius stetit aqua, sicut congeries: & in sermone oris illius, sicut exceptoria aquarum: C Marc.7.d Gen.7.d

23 Quoniam in præcepto ipsius placor fit, & non est minoratio in salute ipsius.

24 Opera omnis carnis coram illo, & non est quicquam absconditum ab oculis eius.

25 A seculo vsq; in seculum respicit, & nihil est mirabile in conspectu eius.

26 Non est dicere, Quid est hoc, aut quid est istud? omnia enim in tempore suo quærentur.

27 Benedictio illius quasi fluuius inundabit: & [quo modo cataclysmus aridam inebriauit, sic ira ipsius gentes quæ non exquisierunt eum, hæreditabit. Gen.7.d

28 [Quo modo conuertit aquas in siccitatem. Exod.14.e

29 Et siccata est terra, & viæ illius viis illorum directæ sunt: sic peccatoribus offensiones in ira eius.

30 [Bona eius creata sunt ab initio, sic nequissimis bona & mala. Rom.8.d

31 [Initium necessariæ rei vitæ hominum, aqua, ignis, & ferrum, sal, lac, & panis similagineus, & mel, & botrus vuæ, & oleum, & vestimentum. Supr.29.d

32 [Hæc omnia sanctis in bona: sic & impiis, & peccatoribus in mala conuertentur. D 1.Timoth.4.a

33 Sunt spiritus qui ad vindictam creati sunt, & in furore suo confirmauerunt tormenta sua: & in tempore consummationis effundent virtutem: & furorem eius qui fecit illos, confundent.

34 [Ignis, grando, fames, & mors, omnia hæc ad vindictam creata sunt: Iosr.40.d

35 Bestiarum dentes, & scorpij, & serpentes:

36 Et romphæa vindicans in exterminium impios.

37 In mandatis eius epulabuntur, & super terram in [*] necessitate præparabuntur, & in temporibus suis non præterient verbum. * necessitatem

38 Propterea ab initio confirmatus sum, & consiliatus sum, & cogitaui, & [*] scripta dimisi. * in

39 [Omnia opera Domini bona, & omne opus hora sua subministrauit. Gen.1.d

40 Non est dicere, Hoc illo nequius est: omnia enim in tempore suo comprobabuntur.

41 Et nunc in omni corde & ore collaudate, & benedicite nomen Domini.

7 ἐστὶ al. ἐις.
8 Quæ eruntur pro declarabuntur. Metalepsis Hebraica est. Per φ. d. interrogatio pro declaratione.
9 ἱστα. al. ἐγω.
10 aut, Fauor: vel, Benedictio.
11 מלחה salsugo vel, siccitas, vt Ierem. 17.
12 ἄρτου.
13 ἐλαιά, vino.
14 Vel, furore suo flagella sua roborauerunt vel, animo suo supplicia infixerunt.
15 כליון
16 χάλαζα.
al. ἐλαιώσα.
17 ἐντολῇ alit. ἀνατολῇ.
18 ἐις χρείας. al. ἐις χεῖρας.

CAPVT XL.

1 MOlestia magna cuiq; homini destinata est, & graue iugum posteris Adami, iam inde a die quo ventre matris emerserunt, vsque ad eum in quo communem omnium matrem ingrediuntur.

2 Cogitationes eorum dico, metumque animi, tum rerum expectandarum imaginationes, & diem obitus.

3 Ab eo qui in solio sedet cum maiestate, vsq; ad eum qui humi est in cinere & in puluere.

4 Ab eo qui gestat hyacinthinam & coronam, vsq; ad eum qui lino crudo vestitur.

5 Furor, æmulatio, perturbatio, commotio, formido mortis, iracundia, inimicitia, & tempore quietis nocturnus in cubili somnus, ingenium cuiusque varie afficiunt.

6 Parum ac pene nihil datur quieti: deinde in somnis, animus, quasi quo tempore quis in speculis excubat.

7 Perturbantur imaginationibus, & tanquam qui e conspectu prælii aufugerit, excitantur tempore salutis sua, vanumque eventum admirantur.

8 Hoc omni commune est animanti, tam homini quam pecudi: at sceleratis septies tanto amplius:

9 Mors, cædes, discordia, gladius, oppugnationes, fames, clades, supplicia: simul omnia hæc in iniustos creata

1 [Occupatio magna creata est omnibus hominibus, & iugum graue super filios Adam à die exitus de ventre matris eorum, vsq; in diem sepulturæ in matrem omnium. A

2 Cogitationes eorum, & timores cordis, [*] adinuentiones expectationis, & dies finitionis: * adinuentio

3 [*] Residente super sedem gloriosam, vsque ad humiliatum in terram & cinerem. * à præsidente ... in terra & cinere.

4 Ab eo qui vtitur hyacintho, & portat coronam, vsq; ad eum qui operitur lino crudo.

5 Furor, zelus, tumultus, fluctuatio, & timor mortis, iracundia perseuerans, & contentio, & in tempore refectionis in cubili somnus [*] noctis immutat scientiam eius. * mortis

6 Modicum autem tanquam nihil in requie, & ab eo in somnis, quasi in die respectus.

7 Conturbatus est in visu cordis sui, tanquam qui euaserit in die belli, in tempore salutis suæ exurrexit, & admirans ad nullum timorem. B

8 Cum omni carne, ab homine vsque ad pecus, & super peccatores septuplum.

9 [Ad hæc mors, sanguis, contentio, & romphæa, oppressiones, fames, & contritio, & flagella: Supr.39.d

super

1 ἐπιλαμπεῖ. al. ἐπιρραμμένον.
2 ὠμόλινον.
3 ῥοιζεῖς.
4 σκοπιῆ.
5 μετὰ κτήνους ἑπτά.

Gen.7.d Gen.7.d Infr.41.b super iniquos creata sunt omnia, ‖ & propter illos factus est cataclysmus.
10 ‖Omnia enim quæ de terra sunt, in terrã conuertuntur, ‖ & omnes aquæ in mare conuertuntur. Eccles.1.b
11 Omne munus, & iniquitas delebitur.
12 Et fides in seculum stabit.
13 Substantiæ iniustorum sicut fluuius siccabuntur, & sicut tonitruum magnum in pluuia personabunt.
14 In aperiendo manus suas, lætabitur: sic præuaricatores in consummatione tabescent.
C 15 ‖ Nepotes impiorum non multiplicabunt ramos, & radices immundæ super cacumen petræ sonant. Sap.4.
16 Super omnem aquam viriditas, & ad oram fluminis ante omne fœnum euelletur.
17 Gratia sicut paradisus in benedictionibus, & misericordia in seculo permanet.
18 ‖ Vita sibi sufficientis operarij condulcabitur, & in ea inuenies thesaurum. 1.Tim.6.b Philip.4.b
19 Filij, ædificatio ciuitatis confirmabit nomẽ: ‖ & super hanc mulier immaculata computabitur. Supr.25.a
20 Vinum & musica lætificant cor, & super vtraq; dilectio sapientiæ.
21 [a] Tibiæ & psalterium suauem faciunt melodiam, & super vtraq; lingua suauis. [a] Tibia
22 Gratiam & speciem desiderabit oculus tuus, & super hoc virides sationes.
C 23 Amicus & sodalis in tempore conuenientes, & super vtrosq; mulier cum viro.
24 Fratres in adiutorium in tempore tribulationis, & super eos misericordia liberabit.
25 Aurum & argentum [b] est cõstitutio pedum: & super vtrumq; consilium beneplacitum. [b] constituet pedem:
26 Facultates & virtutes exaltant cor: & super hæc timor Domini.
27 Non est in timore Domini minoratio, & nõ est in eo inquirere adiutorium.
28 Timor Domini sicut paradisus benedictionis, & super omnem gloriam operuerunt illum.
29 Fili, in tempore vitæ tuæ ne indigeas: melius est enim mori, quàm indigere.
30 Vir respiciens in mensam alienam, non est vita eius in cogitatione victus: alit enim animam suam cibis alienis.
31 Vir autem disciplinatus, & eruditus custodiet se. 32 In ore imprudentis condulcabitur inopia, & in ventre eius ignis ardebit.

na sunt, & propter ipsos adeo diluuium extitit.
10 [5] *Quæcunq; e terra constant, in terram redeunt, & è mari orta in mare remeant.*
11 *Omnis largitio & iniustitia abolebitur.*
12 *At [6] integritas manet perpetuò.* 6 veritas אמת
13 *Facultates iniustorum in modum fluminis exarescent, & [7] detonabunt vt ingens tonitru cum pluuia.* 7 Tonare desinent, & tanquam deponent vel, per tumultum dissipabuntur, & quasi impetu profundentur.
14 *Cum quis manus aperuerit gaudebunt [details:] sic praue agentes prorsus deficient.*
15 *Non multiplicabit ramos soboles impiorum, nec impura radices in rupe excelsa.*
16 *[8] Pullus eorum super quamuis aquam aut oram fluuij, ante omnem herbam elidetur.* 8 Hic alii ἄχει legerunt, & construxerunt cum priori periodo: alii ἄχει: alii ἄχι habent in principio huius periodi. Ego ἄχι lego, pro tenuissimo illo cauliculo, qui primum è radice plantarum pullulat, & Latinis pullus dicitur.
17 *Benignitas instar horti fortunati est, & beneficentia permanet in perpetuum.*
18 *Vita sorte sua contenti, operaq; sua viuentis habet suauitatem, sed vtraq; maiorem [9] qui thesaurum adeptus est.* 9 Id est, cui res est relicta, non labore parta.
19 *Liberi & extructa ciuitas nomen stabile reddunt: sed potior vtraq; censenda vxor inculpata est.*
20 *Vinum & musica cor exhilerant: sed vtroq; magis studium sapientiæ.*
21 *Fistula & psalterium suauem edunt cantum: at lingua suauis vtrumq; superat.*
22 *Oculus tuus desideret venustatem & pulchritudinem: sed vtrius seges est vtroq; gratior.*
23 *Vt amicus commode congruat cum amico, vir tamen & vxor concordes vtroq; præferendi sunt.*
24 *Fratres & auxilia profuerint tempore calamitatis: sed misericordia præstantior vtraq; liberatrix est.*
25 *Aurum quidem & argentum statum cuiuspiam cõstabilierint: sed [10] prudentia est vtroq; cõmendabilior.* 10 βουλή
26 *Erigunt quidem animum opes & potentia: sed vtroq; præstat religio Domini.*
27 *Religioni Domini nihil deest, nec opem in ea desideres.*
28 *Religio Domini instar horti fortunati est, in quo contegendo omnis est [11] superata magnificentia.* 11 [illegible]. al. [illegible].
29 *Fili, caue ne viuas mendicato: mortuum esse præstat quàm mendicare.* 12 [illegible], &c. aliter, [illegible].
30 *Viri mensam alienam spectantis [12] vita non est pro vita deputanda: nam animum suum [13] contristat cibis alienis.* 13 Aliter, inquinat.
31 *Quod cauebit vir prudens & eruditus.*
32 *Oris impudentis suauis est mendicitas, ignis ardet in ventre eius.*

CAPVT XLI.

A 1 O Mors quàm amara est memoria tua homini pacem habenti in substantiis suis:
2 Viro quieto, & cuius viæ directæ sunt in omnibus, & adhuc valenti accipere cibum!
3 O mors bonum est iudiciũ tuum homini indigenti, & qui minoratur viribus, defecto ætate:
4 Et cui de omnibus cura est, & incredibili qui perdit sapientiam!
5 Noli metuere iudicium mortis, memento quæ ante te fuerunt, & quæ superuentura sunt tibi: ‖ hoc iudicium à Domino omni carni. Gen.3
6 Et [a] qui superuenient tibi in beneplacito Altissimi, siue decem, siue centum, siue mille anni. [a] quid superuenit
B 7 Non est enim in inferno accusatio vitæ.
8 Filij abominationum fiunt filij peccatorum, & qui conuersantur secus domos impiorum.
9 ‖ Filiorum peccatorũ periet hæreditas, & cum semine illorum assiduitas opprobrij. Supr.40.c
10 De patre impio queruntur filij, quoniam propter illum sunt in opprobrio.
11 Væ vobis viri impij, qui dereliquistis legem Domini altissimi.

1 *Quàm amara est, ô mors, tui memoria homini quieto in bonis suis.*
2 *Viro vacuo negocijs, fœlicíq; per omnia, & cibum adhuc sumere valenti: Quam iucundum est.*
3 *O mors, fatum tuum homini egenti, defectóque viribus, [1] decrepito:* 1 ἐσχατογήρῳ.
4 *Vndiq; districto, desperabundo, patientiáque destituto!*
5 *Fatum mortis ne metuas, sed superiorum memineris & [2] posteriorum, hoc, vtiq; fatum a Domino inuectum esse omni mortalitati.* 2 אחרנות
6 *Quomodo autem recuses quod placuit Altissimo? siue decem habeas, siue centum annos, siue mille.*
7 *Vita nullam habet aduersus orcum accusationem.*
8 *Liberi execrabiles euadunt liberi sceleratorum, & qui versantur in impiorum vicinia.*
9 *Hæreditas liberorum sceleratorum interibit, & opprobrium posteritatem eorum assiduè comitabitur.*
10 *Liberi accusent patrem impium: quoniam propter ipsum veniunt in vituperationem.*
11 *Væ vobis viri impij, legis summi Dei desertores:*
[3] Nam etiamsi feceritis accessionem, interitum

3 γενηθῆτε al. γεννᾶσθε.

4 ἀμαρτωλῶν. al. ἀσεβῶν.

5 Ἡ non legitur in codicibus Græcis.

6 Scilicet, ne sapientiam, siquam habetis, cæteris præ pudore.

7 כאבניה commune vel firmitatis, id est, fidus.

8 ὑπὸ.

9 τοῦ ἀρχεῖν. al. τοῦ ἄρτου.

10 συγγενοῦς. al. ἀποστρέψαι.

11 Alii hoc loco capita incepte diuiserunt.

12 καὶ ἔσῃ αἰσχυντηρός.

12 Si vixeritis, eritis execrabiles: siue obieritis, itidem detestabiles.
13 Quæcunque e terra constant, in terram abibunt: itemque impij ab execratione ad interitum.
14 Vt corpora suorum luctu prosequuntur homines, nomen tamen sceleratorum malum interibit.
15 Habe curam nominis: hoc enim tibi manebit potius quam thesauri mille auri.
16 Dies bona vitæ pauci sunt: nomen autem bonum manet in perpetuum.
17 Filij, conseruate disciplinam in rebus prosperis.
18 Cum sapientia latet, & thesaurus est abditus, quid est in utroque vtilitatis?
19 Homo celans stultitiam suam, præstat homini sapientiam suam occultanti:
20 Quapropter dicta mea reueremini. Neque enim quauis verecundia teneri pulchrum est, nec omnia fideli probanda sunt in omnibus.
21 Pudeat vos scortationis coram patre aut matre.
22 Mendacij coram principe & potestatem gerente, delicti coram iudice magistratuque, criminis coram cœtu & populo:
23 Iniustitiæ coram socio atque amico:
24 Et furti, in loco quem incolis: itemque coram veritate Dei & pacto: & ne reponatur cubitus in villis panibus, ne vel dando vel accipiendo subeatis vituperationem.
25 Deinde pudeat te coram salutantibus silentij, tum meretricem aspicere mulierem.
26 Faciem auertere a cognato, partem suam, aut dono defraudare quenquam:
27 Et concumbere cum muliere viro iuncta. Adhuc ancillæ cuiuspiam attentare pudicitiam, & ad lectum eius accedere.
28 Appetere contumelijs amicos, aut quod donaris exprobrare:
29 Quod aud tiens acceptum fuerit, enunciare alteri, & res secretas effutire. Ita demum verecundus fueris, & gratiam inuenis apud omnes homines.

11 Et si nati fueritis, in maledictione nascemini: si mortui fueritis, in maledictione erit pars vestra.
13 Omnia quæ de terra sunt, in terram conuertentur: sic impij à maledicto in perditionem. Sup.40.b
14 Luctus hominum in corpore ipsorum, nomen autem impiorum delebitur. C Prouerb.12.a
15 Curam habe de bono nomine: hoc enim magis permanebit tibi, quam mille thesauri preciosi & magni.
16 Bonæ vitæ numerus dierum: bonum autem nomen permanebit in æuum.
17 Disciplinam in pace conseruate filij.
18 Sapientia enim abscondita, & thesaurus inuisus, quæ vtilitas in vtrisque? *occultus.
19 Melior est homo qui abscõdit stultitiam suã, quam homo qui abscondit sapientiam suam. Sup.20.d
20 Verumtamen reuertimini in his quæ procedunt de ore meo. Non est enim bonum omnem irreuerentiam obseruare: & non omnia omnibus bene placent in fide. *reueremini
21 Erubescite à patre & à matre de fornicatione:
22 Et à præsidente & à potente de mendacio: à principe & à iudice de delicto: à synagoga & plebe de iniquitate: D
23 A socio & amico de iniustitia: & de loco in quo habitas:
24 De furto, de veritate Dei, & testamento: de discubitu in panib⁹, & ab obfuscatiõe dati & accepti.
25 A salutantibus de silẽtio: à respectu mulieris fornicariæ: & ab auersione vultus cognati. Matth.5.d
26 Ne auertas faciem tuam à proximo tuo, & ab auferendo partem, & non restituendo.
27 Ne respicias mulierem alieni viri, & ne scruteris ancillam eius, neque steteris ad lectum eius. Sup.9.c 20.b
28 Caue ab amicis de sermonibus improperij: & cum dederis, ne improperes.
29 Non duplices sermonem auditus de reuelatione sermonis absconditi, & eris verè sine confusione, & inuenies gratiam in conspectu omnium hominum. Sup.19.b

CAPVT XLII.

1 Vel, in complicandis literis & hospitibus. אריחים licet ne pudori locum des, vt pecces.

2 ἐξιμάρτιαν al. διαθήκην & περὶ διαθήκης.

3 Hebræis eadẽ est vox iniustitiæ & imperatiui.

4 Vel, castigandis.

5 Vel, probatus.

6 ευχρωτος.

7 πόλει.

8 Id est, ne quẽ species tua allectet.

1 In his autem ne des locum pudori, nec personæ cedas, vt delinquas:
2 In lege & pacto Altissimi: in iudicio, quo secundum impium iudicat:
3 In ratiocinandi socijs & viatoribus: in hæreditate consortium partienda:
4 In adæquanda libra aut ponderibus, in possidendis siue multis siue paucis.
5 In æquabili venditione mercium, in crebra liberorum castigatione, in latere mali serui cruentando verberibus.
6 In nota mulieri mala vtiliter apponenda, & claudendo vbi manus multæ sunt:
7 In eo quod cuipiam tradituras es, ad numerum pondusque tribuendo, omniaque dando vel accipiendo syngrapha testata:
8 Præterea insipientibus & stultis erudiendis, & cum decrepitus iam cũ iuuenibus expetitur. Ita demum eruditus verè fueris, omnique viuo commendatus.
9 Filia patri occultam affert vigiliam, & somnum abigit, sollicitudo eius, ne maturitas ætatis eius exolescat, néue odium nupta mereatur:
10 Ne stupro polluatur in sua virginitate, néue in domo paterna fiat grauida: nequando viro iuncta faciat flagitium, aut ne in matrimonium data sterilescat.
11 Filiæ inuerecundæ custodiam adhibe, ne te ridiculum faciat inimicis, ciuitatisque fabulam, ne famosum in populo, neue in vulgus redeas ignominiosum.
12 Ne contempleris quenquam hominem gratia pulchritudinis, nec inter mulieres desideas.

1 Ne pro his omnibus confundaris, & ne accipias personam, vt delinquas. A Leuit.19.c Deut.1.c & 16.d Prouerb.24.c Iac.2.a
2 De lege Altissimi, & testamento, & de iudicio iustificare impium.
3 De verbo sociorum & viatorum, & de datione hæreditatis amicorum.
4 De æqualitate stateræ & ponderum, de acquisitione multorum & paucorum.
5 De corruptione emptionis & negociatorum, & de multa disciplina filiorum, & seruo pessimo latus sanguinare. *acceptione
6 Super mulierem nequam bonum est signum.
Vbi manus multæ sunt, claude:
7 Et quodcunque trades, numera & appende: datum verò, & acceptum omne describe.
8 De disciplina insensati & fatui, & de senioribus qui iudicantur ab adolescentibus: & eris eruditus in omnibus, & probabilis in conspectu omnium virorum. B
9 Filia patris abscondita est vigilia, & sollicitudo eius aufert somnum, ne forte in adolescentia sua adultera efficiatur, & cum viro commorata odibilis fiat: *patri
10 Nequando polluatur in virginitate sua, & in paternis suis grauida inueniatur: ne forte cum viro commorata transgrediatur, aut certe sterilis efficiatur.
11 Super filiam luxuriosam confirma custodiã: nequando faciat te in opprobrium venire inimicis, à detractione in ciuitate, & obiectione plebis, & confundat te in multitudine populi. C
12 Omni homini noli intendere in specie: & in medio mulierum noli commorari. Supr.25.d

13 De

Gen.3.b 13 De vestimentis enim procidit tinea, & à muliere iniquitas viri.
14 Melior est enim iniquitas viri, quàm mulier benefaciens, & mulier confundẽs in opprobrium.
15 Memor ero igitur operum Domini, & quæ vidi annunciabo, in sermonib. Domini opera eius.
16 Sol illuminans per omnia respexit, & gloria Domini plenum est opus eius.
17 Nonne Dominus fecit sanctos enarrare omnia mirabilia sua, quæ confirmauit Dominus omnipotens in gloria sua?
18 Abyssum, & cor hominum inuestigauit: & in astutia eorum excogitauit.
D 19 Cognouit enim Dominus omnem scientiam, & inspexit in signum æui, annuncians quæ præterierunt & quę superuentura sunt, reuelans vestigia occultorum.
Iob 42.a Esa. 29.c 20 Non præterit illum omnis cogitatus, & non abscondit se ab eo vllus sermo.
21 Magnalia sapientiæ suæ decorauit qui est ante seculum & vsq; in seculum.
*minuetur, 22 Neq; adiectum est neq; *minuentur, & non eget alicuius consilio.
23 Quàm desiderabilia omnia opera eius, & tanquam scintilla quæ est considerare!
24 Omnia hæc viuunt, & manent in seculum, & in omni necessitate omnia obaudiunt ei.
25 Omnia duplicia, vnum contra vnum, & non fecit quicquam deesse.
26 Vniuscuiusq; confirmauit bona. Et quis satiabitur videns gloriam eius?

13 Nam vt tinea nascitur è vestimentis, ita à muliere nequitia [9] muliebris.
14 [10] Melior est nequitia viri quã mulier benignam se præstans, mulier quæ eadem author est probrosæ turpitudinis.
15 [11] Equidem commemorabo facta Domini, & quæ vidi edisseram, verbis diuinis opera illius.
16 Sol lucidus collustrat omnia, & magnificentia [12] Domini plenum est opus illius.
17 Nonne Dominus sanctis prædicanda constituit omnia miracula sua, quæ fundauit Dominus idem omnipotens gloriaq; sua cuncta constabiliuit?
18 Profundum & corda peruestigauit, & peruouit technas eorum.
19 Tenet enim Dominus omnem scientiam, & [13] consignationem æui perspicit. Præterita declarat simul & futura, arcanorúmque detegit vestigia.
20 Non præterit eum vlla cogitatio, nec vllus sermo clam ipso est.
21 [14] Miracula sapientiæ suæ exornauit, & cum subsistat ex ante æuum in æuum perpetuum.
22 Neq; auctus est, neq; deminutus, neq; vllius indiguit consiliarii.
23 Quam [15] iucunda sunt opera ipsius, & ad scintillam vsq; spectabilia!
24 Vigent hæc omnia, & durant per æuum, adq; omnes vsus cuncta obediunt.
25 Gemina sunt omnia, quorum alterum cõtrarium est alteri, nec solum mancum quicquam est.
26 Alterum [16] commendat bona alterius: & quis spectando gloriam [17] Dei satietur?

9 μωμένη ... ta. Id est, minus mala. q.d. Ad turpes amores plus est periculi à benignitate etiam & comitate mulierum, quam ab aperta virorũ nequitia. Quasi melior est deformitas viri, quam pulchra mulier, &c. propter æquiuocationem vocum Hebraicarum, רע quæ malum & deformem, & טוב quæ bonũ & pulchrum significat. Alioquĩ parum pia est pectoris interpretis sententia.
11 δὴ. al. δὲ.
12 κυρίου al. αὐτοῦ.
13 vel, signa mundi.
14 μεγαλεῖα σοφίας. al. διὰ σοφίας.
15 vel, desiderabilia.
16 vel, firmat
17 ἰδεῖν. al. αὐτοῦ.

CAPVT XLIII.

A 1 Altitudinis firmamentum pulchritudo eius est, species cæli in visione gloriæ.
2 Sol in aspectu annuncians in exitu, vas admirabile opus Excelsi.
*exurit 3 In meridiano *exurit terram, & in conspectu ardoris eius quis poterit sustinere? fornacem custodiens in operibus ardoris.
4 Tripliciter Sol exurens montes, radios igneos exsufflans & refulgens, radiis suis obcæcat oculos.
5 Magnus Dominus qui fecit illum, & in sermonibus eius festinauit iter.
Gen.1.b Exo.12.a 6 Et Luna in omnibus in tempore suo, ostensio temporis, & signum æui.
7 A Luna signum diei festi, luminare quod minuitur in consummatione.
8 Mensis secundum nomen eius est crescens mirabiliter in consummatione.
9 Vas castrorum in excelsis, in firmamento cæli resplendens gloriose.
B 10 Species cæli gloria stellarum mundum illuminans in excelsis Dominus.
*non deficient 11 In verbis sanctis stabunt ad iudicium, & non *deficient in vigiliis suis.
Gen.9.b 12 Vide arcum, & benedic eum qui fecit illum: valde speciosus est in splendore suo.
Esa. 40.c 13 Gyrauit cælum in circuitu gloriæ suæ, manus Excelsi aperuerunt illum.
14 Imperio suo accelerauit niuem, & accelerat coruscationes emittere iudicii sui.
15 Propterea aperti sunt thesauri, & euolauerunt nebulæ sicut aues.
16 In magnitudine sua posuit nubes, & confracti sunt lapides grandinis.
17 In conspectu eius commouebuntur montes, & in voluntate eius aspirauit Notus.
18 Vox tonitrui eius verberauit terram, tempestas Aquilonis, & congregatio spiritus:
19 Et sicut auis deponens ad sedendum, aspergit niuem, & sicut locusta demergens descensus eius.

1 Ornamentum altitudinis, puritatisq; firmamentum, ac spectaculum.
2 Cæli visu magnificum est Sol lucem annuncians [1] cum emergit, machina admiranda, opus Altissimi.
3 Cum is meridianus torret regiones, quis æstũ ipsius sustineat?
4 Ter tanto magis Sol mõtes excalefacit, quàm qui fornacem [2] sufflat vrendis operibus, & vaporem igneum [3] exhalans fulgore radiorum præstringit oculos.
5 Magnus est Dominus creator illius, cuius iussu profectionem [4] accelerat.
6 [5] Lunam eadem fecit, vt suo tempore existat, indicium temporum, & signum æui.
7 Luna dies festus designatur, lux decrescens donec deficiat.
8 [6] Mensis nomen ipsius accipit, & crescens mutationibus est mirabilis.
9 Apparatus [7] castrensis in altitudine in solo cælesti refulgens est.
10 Decus cæli gloria astrorum, ornatusq; illustris in regione celsa [8] Domini.
11 Ad imperium [9] Sancti suo consistunt ordine, nec stationes suas defessa deserunt.
12 Contemplare arcum splendore suo perquàm elegantem & authori eius gratulare.
13 Gloriosa curuatura cælum succingit circulo, manibus Altissimi eum extendentibus.
14 Idem imperio suo niuem [10] vrget, & fulgetra pro iudicio suo concitat.
15 Propter hoc penetralia recluduntur, & nubes volucrum more prouolant.
16 Nubes exaugit magna potentia suã, vt elidat lapides grandinis.
17 Montes ipso despiciente commouentur, & Auster flabit cum ipse vult.
18 Sonitus tonitrui eius terram [11] dolore commouet, & aquilonaris procella, turboq; venti:
19 More volucrum deuolantium niuem in modum sidentium locustarum descendentem spargit.

1 ἐν ἐξόδῳ. במוצא. al. ἐν ὁράσει.
2 φυσῶν al. φυλάσσων.
3 ἐκφυσῶν.
4 κατέσπευσε. al. κατέπαυσε.]
5 καὶ σελήνη ... in omnibus in tempore suo, &c. al. καὶ σελήνη ἐν πᾶσιν, &c.
6 ירח luna, & mensis.
7 παρεμβολῶν.
8 κυρίου.
9 ἁγίου al. ἁγίοις
10 ἐταχυνεν. al. ἐπάχυνεν, ardendo consumitur, vel deflagrant.
11 κατὰ ... al. κατὰ ...
12 ὠδίνησεν. al. ὠνείδισεν increpat.

13 vel, agros
14 ἰλαρύνει
15 καὶ ἐφύτευσεν ἐν αὐτῇ νήσους. Ita correctiora habent exemplaria: aliter, καὶ ἐφύτευσεν αὐτὴν Ἰησοῦς. Sed is sensus est alienus ab huius loci proposito.
16 κτίσεως. aliter, κτίσις
17 δι' αὐτὸν εὐοδία τέλος αὐτοῦ aliter, εὐοδοῖ ὁ ἄγγελος αὐτοῦ. Suspicio est, in Hebraeo fuisse מלאכתו id est, opus eius, scilicet feliciter succedit: quod non procul abest à מלאכו quod angelum eius significat.
18 Q. Minime poterimus merita eius assequi, vel laudes agamus quam possumus maximas.

10 *Vt albentis pulchritudinem miretur oculus, & imbrem animus stupeat.*

11 *Id in pruinam salis in modum humi fundit, quae congelida palis imponat apicem.*

12 *Tum frigidus spirando ventus Boreas, glacie in aqua coeunte, omnemque aquarum collectionem obducit quasi thoracem induens.*

13 *Montesque depascitur,* [13] *deserta perurit, & herbam velut ignis peremit:*

14 *Quarum omnium praesens remedium est nubes, & ros ab ardore succurrens eadem* [14] *exhilerat.*

15 *Profundum consilio suo tranquillat,* [15] *& in eo fundat insulas.*

16 *Qui nauigant mare, narrant pericula eius, quae nos miramur audita nostris auribus.*

17 *Incredibilia sunt ibi miracula, omnigena varietas animantium, &* [16] *natura cetorum.*

18 [17] *Omnia per eundem consequuntur foelicem finem suum, & constant ipsius imperio.*

19 *Dixerimus multa, nec tamen satis fecerimus: caeterum summa dictorum est, Ipsum esse omnia.*

30 [18] *Quantum valebimus laudando? ipse enim maior est omnibus suis opificiis.*

31 *Terribilis est Dominus, & perquam magnus, potentiaque sua mirabilis.*

32 *Quantum potestis, extollite Dominum laudando.*

33 *Siquidem semper laude maior est.*

34 *Ergo extollendo eo vires exercete.*

35 *Nec lassescatis: neque enim poteritis satisfacere. Quis enim vidit vt possit enarrare? quis enim extollit pro dignitate?*

36 *Multa occulta sunt his maiora: nam operum eius pauca vidimus.*

37 *Dominus enim creauit omnia, piisque sapientiã tradidit.*

10 Pulchritudinem candoris eius admirabitur C
oculus, & super imbrem eius expauescit cor.

11 Gelu sicut salem effundet super terram: & dũ gelauerit, fiet tanquam [a] cacumina tribuli. [a] acquirent.

12 Frigidus ventus Aquilo flauit, & gelauit crystallus ab aqua, super omnem congregationem aquarum requiescet, & sicut lorica induet se aquis.

13 Et deuorabit montes, & exuret desertum, & extinguet viride sicut ignem.

14 Medicina omnium in festinatione nebulae: & ros obuians ab ardore venienti humilem efficiet eum.

15 In sermone eius siluit ventus, & cogitatione sua placauit abyssum, & plantauit illam Dominus IESVS.

16 Qui nauigant mare, enarrant pericula eius: & audientes auribus nostris admirabimur.

17 Illic praeclara opera, & mirabilia: varia bestiarum genera, & omnium pecorum, & creatura beluarum.

18 Propter ipsum confirmatus est itineris finis, & in sermone eius composita sunt omnia.

19 Multa dicemus, & deficiemus in verbis: consummatio autem sermonum, ipse est in omnibus. D

30 Gloriantes ad quid valebimus? ipse enim Omnipotens super omnia opera sua.

31 ‖ Terribilis Dominus, & magnus vehementer, & mirabilis potentia ipsius. Psal. 95. a.

32 Glorificantes Dominum quantumcunque, potueritis, superualebit adhuc, & admirabilis magnificentia eius.

33 Benedicentes Dominum exaltate illum quãtum potestis: maior enim est omni laude.

34 Exaltantes eum replemini virtute.

35 Ne laboretis: non enim comprehendetis.
‖ Quis videbit eum, & enarrabit? & quis magnifi- Psal. 105. a.
cabit eum sicut ab initio? 36 Multa abscondita sunt maiora his: pauca enim vidimus operum eius.
37 Omnia autem Dominus fecit, & piè agentibus dedit sapientiam.

Maiorum laudes. CAPVT XLIV.

1 ἐν αὐτοῖς
2 τῇ μεγαλωσύνῃ.
3 ἐν πλούτοις. aliter, ἐν ποιμέσι.
4 ἐλέους. חסד vir bene meritus.
5 ἐν διαθήκαις. Ita repetitum in correctioribus legitur.
6 παρ' αὐτῶν. aliter, δι' αὐτῶν. [illegible]

1 *PORRO laudemus viros praeclaros, ex quibus prognati sumus maiores nostros.*

2 *Dominus* [1] *per hos multam gloriam sibi peperit, idque suã ab aeuo condito* [2] *magnificentia.*

3 *Qui regnis suis dominati sunt viri potentia celebres, qui consilio ingenii sui valuerunt, qui prodiderunt oracula fatorum.*

4 *Qui populo praefuerunt consilio atque cognitione literatum a scribarum populi, quorum dictis sapientibus cõstitit eruditio.*

5 *Qui concentus musicos inuestigauerunt, qui carmina scriptis prodita explicauere.*

6 *Viri diuites qui excelluerunt potentia, qui* [3] *domi suae prospere vixerunt, omnes hi gloriam sunt adepti suis aetatibus, suisque temporibus laudi fuerunt.*

7 *Sunt ex his qui nomen reliquerunt ad laudum enarrationem:*

8 *Sunt rursum quorum nulla est memoria sed quasi qui nunquam fuerint, interierunt, & nunquam nati extiterunt comparabiles, itidemque post eos liberi eorum.*

9 *Hi autem sunt viri* [4] *misericordia fecti, quorum facta non sunt obliuioni tradita.*

10 *Quorum progenies bona manet possessio, quorumque semen foedere comprehensum est.*

11 [5] *Foedere comprehensa est progenies eorum, eidemque* [6] *succedens posteritas.*

12 *Posteritas eorum manebit in perpetuum, nec gloria eorundem abolebitur.*

13 *In re placida sepulta sunt eorum corpora, nomenque viuit* [7] *per omnes aetates seculorum.*

14 *Populi praedicant sapientiam eorum, coetusque laudes celebrant.*

1 LAudemus viros gloriosos, & parentes nostros A
in generatione sua.

2 Multam gloriam fecit Dominus magnificentia sua à seculo.

3 Dominantes in [a] potestatibus suis homines magni virtute, & prudentia sua praediti nunciantes in prophetis dignitatem prophetarum. [a] potentatibus

4 Et ‖ imperantes in praesenti populo, & virtute prudentiae populis sanctissima verba. Exod. 18. c.

5 In [b] pueritia sua requirentes modos musicos, & narrantes carmina [c] scripturarum. [b] peritia [c] in scriptura.

6 Homines diuites in virtute pulchritudinis studium habentes pacificantes in domibus suis.

7 Omnes isti in generationibus gentis suae gloriam adepti sunt, & in diebus suis habentur in laudibus.

8 Qui de illis nati sunt, reliquerunt nomen narrandi laudes eorum. B

9 Et sunt quorum non est memoria: ‖ perierũt quasi qui non fuerint, & nati sunt quasi non nati, & filii ipsorum cum ipsis. Gen. 7. d.

10 Sed illi viri misericordiae sunt, quorum pietates non [d] defecerunt: [d] defuerunt

11 Cum semine eorum permanent bona, haereditas sancta nepotes eorum.

12 Et in testamentis stetit semen eorum: & filii eorum propter illos vsque in aeternum manent:

13 Semen eorum, & gloria eorum non derelinquetur:

14 Corpora ipsorum in pace sepulta sunt, & nomen eorum viuit in generationem & generationem.

15 Sapien-

Supr. 39. b C — 15 Sapientiam ipsorum narrent populi, & laudem eorum nunciet Ecclesia.

Gen. 5. c Heb. 11. a infr. 49. c — 16 Henoch placuit Deo, & translatus est in paradisum, vt det gentibus [a]sapientiam.

[a] pœnitentiam. Gen. 6. b. 7. a Heb. 11. b — 17 Noe inuentus est perfectus, iustus, & in tempore iracundiæ factus est reconciliatio.

18 Ideò dimissum est reliquum terræ, cum factū est diluuium.

Gen. 9. b — 19 Testamentum seculi posita sunt apud illū, ne deleri possit diluuio omnis caro.

Gen. 12. a 15. a. 17. a — 20 Abraham magnus pater multitudinis gentium, & non est inuentus similis illi in gloria, qui conseruauit legem Excelsi, & fuit in testamento cum illo.

Gen. 22. d D — 21 In carne eius stare fecit testamentum, & in tentatione inuentus est fidelis.

Galat. 3. b Gen. 22. c [b] semen — 22 Ideò iureiurādo dedit illi [b] gloriam in gente sua, crescere illum quasi terræ cumulum.

23 Et vt stellas exaltare semen eius, & hæreditare illos à mari vsq; ad mare, & à flumine vsq; ad terminos terræ.

Gen. 26. a [c] in — 24 Et [c] Isaac eodem modo fecit propter Abraham patrem eius.

Gen. 28. — 25 Benedictionem omnium gentium dedit illi Dominus, & testamentum suum confirmauit super caput Iacob.

Gen. 28. c 29. 30 Iosu. 13. 19. — 26 Agnouit eum in benedictionibus suis, & dedit illi hæreditatem, & diuisit illi partem in tribubus duodecim.

27 Et conseruauit illi homines misericordiæ inuenientes gratiam in oculis omnis carnis.

15 Populi prædicant sapientiam eorum, eorùmque laudes celebrant.

16 Henoch [8] Deo placuit, & sublatus est, exemplum emendandæ vitæ posteritatibus. — 8 ἀσεβ

17 Noe perfectè iustus est inuentus, cui tempore supplicii ira tantum obtigit.

18 Ideò per eum reliquum terræ factum est, [9] cum extitit diluuium. — 9 ‏כי‏

19 Cum eo pactum [10] initum est sempiternum, nunquam mortales omnes abolendas esse diluuio. — 10 ἐξέθεσαν. al. ἰσχύουσαι.

20 Magnus etiam Abraham pater multorum gentium, nec extitit ei gloria similis. [11] Is seruauit legem Altissimi, & in pacto cum eo permansit. — 11 ἐ al. ἐν.

21 Ratum effecit in corpore suo pactum, & in tentatione fidelis inuentus est.

22 Quo propter confirmatum est ei iureiurando, gentes per semen eius beandas esse, ipsúmq; instar terrenæ pulueris multiplicandum.

23 Tum extollendos ad astra posteros eius, atq; à mari vsq; ad mare sedes habituros, & à flumine vsque ad terminum terræ.

24 Cum Isaac similiter constitutum est, propter Abrahamum patrem eius.

25 Omnes homines felicitate donandos esse, pactúmque ad caput Iacob iam duxit in quiete.

26 Fidem explicatione sua [Dominus] adiunxit, tradiditq; [12] possessionem. Distribuit partes eius, eam & diuisit in tribubus duodecim. — 12 αὐτῷ ἐν κληρονομίᾳ al. ἐν κληρονομίᾳ

27 Ex hoc virum produxit assequutum misericordiam, omnium mortalium oculis gratiosum.

CAPVT XLV.

A Exod. 11. a Act. 7. c — 1 Dilectus Deo & hominibus Moyses, cuius memoria in benedictione est.

2 Similem fecit illum in gloria sanctorum, & magnificauit eum in timore inimicorū, & in verbis suis monstra placauit.

Exod. 6. 7. 8. Exod. 16. c — 3 Glorificauit illum in conspectu regum, & iussit illi coram populo suo, & ostendit illi gloriam suam.

Num. 12. a — 4 In fide & lenitate ipsius sanctum fecit illum, & elegit eum ex omni carne.

5 Audiuit enim eum, & vocem ipsius, & induxit illum in nubem.

Exo. 19. b. 20. [b] coram præcepta. — 6 Et dedit illi [b] cor ad præcepta, & legem vitæ, & disciplinæ docere Iacob testamentum suum, & iudicia sua Israel.

Exod. 4. d [c] eius, — 7 Excelsum fecit Aaron fratrem [c] suum, & similem sibi de tribu Leui.

8 Statuit ei testamentum æternum, & dedit illi sacerdotium gentis, & beatificauit illum in gloria:

[a] gloria, — 9 Et circumcinxit eum zona [a] iustitiæ, & induit eum stolam gloriæ, & coronauit eum in vasis virtutis.

Exod. 28. f B — 10 Circumpedes & femoralia, & humerale posuit ei, & cinxit illū tintinnabulis aureis plurimis in gyro, dare sonitum in incessu suo, auditū facere sonitum in templo in memoriam filiis gentis suæ.

[b] Stola sancta — 11 [b] Stolam sanctam auro & hyacintho, & purpura opus textile, viri sapientis iudicio & veritate præditi.

12 Torto cocco opus artificis, gemmis preciosis figuratis in ligatura auri, & opere lapidarii sculptis in memoriam secundum numerum tribuum Israel.

[c] Coronam auream expressam. [d] desiderio — 13 [c] Corona aurea super mitram eius expressa signo sanctitatis: & gloria honoris, & opus virtutis, [d] desiderio oculorum ornata.

14 Sic pulchra ante ipsum non fuerunt talia vsque ad originem. 15 Non est indutus illa alienigena aliquis, sed tantum filii ipsius soli, & nepotes eius per omne tempus.

1 Deóque simul charum & hominibus, Moysen, cuius [1] beata est memoria. — 1 vel, sanctis omnis.

2 Hunc [2] gloriæ sanctorum æquiparauit, effecitque magnum terrendis hostibus. Per huius diuina [3] iussa designauit miracula. — 2 vel, gloria sanctis. 3 ‏המנין‏ q. d. demisit, vel depegit: nisi malis, soluit prodigijs, ac sedauit.

3 Reddiditq; eū in conspectu regū gloriosum. Mandata dedit eius ad populū suū, partémq; gloriæ suæ ostēdit.

4 [4] Sanctum reddidit hunc pietate & placabilitate, & ex omnibus elegit mortalibus. — 4 ‏בחן‏ vel,

5 Vocem suam hunc etiam audiendam; induxitque eum in nebulam.

6 Huic præcepta coram tradidit, legem [5] vitæ scientiæque, vt is ad eum educeret Iacob, & iura sua Israelem. — 5 Ἰακώβ. al. ἰδίας.

7 Euexit Aaronem sanctum ipsi similem, & fratrem eiusdem è tribu Leuitica.

8 Pactum æternum sanxit cum eo, commisitque ei sacerdotium populi. — sacerdotium et cognationis.

9 Eleganti cultu beatū reddidit, & amiciuit ha bitu gloriosa. Perfectè magnificentia vestiuit eum, & [7] instruxit apparatu [8] opulento, feminalibus, toga, tunicáque — 7 ‏חיל‏, vel, ornatu. 8 ἰσχύος.

10 Globulis aureis succinxit eum, crebrisq; circumcirca tintinnabulis, qua sonum ederent incedente ipso, & [9] in fano tinnitum redderent, ad [10] filiorum populi sui commendationem: — 9 ‏בבר‏ 10 vel, vt ecaleo cultu Deum consulere iubebantur.

11 Auro item coloreq; hiacinthino, & purpura augusta habitu varii operis & artificis, pectorali videlicet [11] iudicii in vno Doctrina & Veritate. — 11 δήλοις ἀληθείας. Ita interpretatum videtur Vrim & Thummim, ut 1. Esd. 2.

12 Opere [12] coccino filo artificioso, simul & preciosis lapidibus sigillorum modo sculptis, opereq; sculptoris colligatis in auro, cum scriptura monumenti causa incisa secundum numerum [13] tribuum Israel. — 12 κεκλωσμένῳ κόκκῳ.

13 Deinde aurea supra mitrā corona in modū sigillo sanctè sculpturata, ornamento honorifico, & eximio opere, oculorumq; decore ac spectabili oblectamento. — 13 φυλῶν, al. ψῆφ.

14 Ante eum talia facta [14] non sunt vllo seculo. — 14 ἐγένετο.

15 Nec induitur eis alienigena: sed filii eius soli nepotesq; ipsius assidue.

15 ὁλοκαρπώσεως. Ita habent correctiores codices.
16 מלא ידו
17 ἐν τῷ ἱερατεύειν αὐτῷ.
18 ἐξιλάσκεσθαι αὐτὸν ἐν τῷ λαῷ αὐτοῦ.
19 φωτίσαι al. φωτισμόν.

16 *Solida consumi solita sunt* [15] *horum sacrificia, bina videlicet quotidiana assiduitate.*

17 *Manus huius* [16] *consecrauit Moyses, & eum sacro inunxit oleo.*

18 *Pactu sempiterno concessum est huic, & eiusdem progeniei, vt manente cœlo diebus ministraret Deo, similiterque sacrificaret,* [17] *eiusque nomine sancta precaret populo ipsius.*

19 *Hunc ex viuis omnibus ad libanda Deo munera, populumque suffimine, & ad commendationem gratis* *muneribus expiandum elegit Dominus.*

20 *Eidem mandata sua* [18] *tradidit, & secundum præscripta iura potestatem, vt quæ testatus esset, doceret Iacob, & Israeli legem suam* [19] *illustraret.*

21 *Aduersus eum coorti sunt alieni, & per inuidiam in deserto consurrexerunt in eum viri Dathan & Abiron sequaces, factioque Core sæua ac furiosa:*

22 *Quos Dominus vidit, nec laudauit, ideoque ira sua consumpti sunt.*

23 *Edidit in eos miracula, cum eos igni flammante suo confecit.*

24 *Aaronem vero auxit gloria, & fructum eicon-stituit hæreditarium.*

25 *Attribuit* [20] *ei primitias primorum fructuum, &* [21] *in primis panem parauit ad satietatem. Nam sacrificia Domini vescuntur posteri eius, quibus ea cum ipso concessit.*

26 *Cæterum in terra* [22] *populi nullam habet possessionem, nec in gente sua portionem adeptus est: nam ipse [Dominus]* [23] *hæreditaria eius obuentio est.*

27 *Porrò gloria tertius ab his est Phinees Eleazaro natus.*

28 *Eo quod* [24] *flagrarit studio religionis Domini, populoque desciscenti obstiterit optima animi sui alacritate, & Israelem expiarit.*

29 *Quapropter [Dominus] pactum* [25] *firmauit ei prosperitatis, antistitem fore sacrorum populique sui, &* [26] *ipsum posteritatemque eius perpetua sacerdotii magnificentia potituros.*

30 *Porrò quod* [27] *Dauidi Isai filio de tribu Iuda pactum est, fructus hæreditarius regis* [28] *filii è filio vnici, fructus item hæreditarius Aaronis, eiusdemque progeniei pactum.* [29] *corda nostra sapientia imbuat, quia iuste rogatur populus ipsius: ne bona ipsius aboleantur, aut seculis eorum* [30] *gloria eius.*

20 αὐτῷ. al. αὐτοῖς.
21 ἐν πρώτοις.
22 χωρὶς δ.
23 μερὶς οὐδὲ κληρονομίας.
24 Vel, animose se gesserit pro religione, &c.
25 ἐν τῷ al. ἐν αὐτῷ διαθήκην
26 ἵνα ᾖ αὐτῷ, &c.
27 τῷ Δαβὶδ υἱῷ, &c.
28 Id est, nepotis vnius, scilicet Christi.
29 al. δῴη ὁ Θεὸς ὑμῖν σοφίαν ἐν καρδίᾳ.
30 δόξα αὐτοῦ.

16 Sacrificia ipsius [a] consummata sunt igne quotidie.

17 [Compleuit Moyses manus eius, & vnxit illum oleo sancto.

18 Factum est illi in testamentum æternum, & semini eius sicut dies cœli fungi sacerdotio, & habere laudem, & glorificare populum suum in nomine suo.

19 Ipsum elegit ab omni viuente, offerre sacrificium Deo, incensum, & bonum odorem in memoriam [b] placere pro populo suo:

20 [Et dedit illi in præceptis suis potestatem, in testamentis iudiciorum docere Iacob testimonia, & in lege sua lucem dare Israel.

21 [Quia contra illum steterunt alieni, & propter inuidiam circumdederunt illum homines in deserto qui erant cum Dathan & Abiron, & congregatio Core in iracundia.

22 Vidit Dominus Deus, & non placuit illi, & consumpti sunt in impetu iracundiæ.

23 Fecit illis monstra, & consumpsit illos in flamma ignis.

24 [Et addidit Aaron gloriam, & dedit illi hæreditatem, & primitias frugum terræ [c] dimisit illi.

25 Panem [d] ipsis in primis parauit in satietatem. nam & sacrificia Domini edent, quæ dedit illi, & semini eius.

26 [Cæterum † inter gentes non hæreditabit, & pars non est illi in gente. ipse est enim pars eius, & hæreditas.

27 [Phinees filius Eleazari tertius in gloria est.

28 Imitando eum in timore Domini: & stare in reuerentia gentis: in bonitate & alacritate animæ suæ placuit Deo Israel.

29 Ideo statuit illi testamentum pacis, principem sanctorum & gentis suæ, vt sit illi & semini eius sacerdotii dignitas in æternum.

30 Et testamentum Dauid [e] regi filio Iesse de tribu Iuda, hæreditas ipsi & semini eius, vt daret sapientiam in cor nostrum iudicare gentem suam in iustitia: ne abolerentur bona ipsorum, & gloriam in gentem eorum æternam fecit.

a consumpta
C
Leuit. 8. a
b placare
Deut. 17. d
33. b
Mal. 2. a
Num. 16. a
Num. 17. b
c diuisit
d ipsius.
D
Deut. 18. b
† in terra
Num. 25. c
1. Mach. 2. f
e regis

CAPVT XLVI.

1 *FOrtis bello Iosue Naue filius Mosi successit in munus propheticum.*

2 *Hic ciuibus Dei seruandis magnum sibi nomen peperit, dum consurgentes hostes vlciscitur, & Israelitas inducit in possessionem.*

3 *Quantam est adeptus gloriam, quoties manus suas extulit, & gladium suum* [1] *vibrauit in ciuitates?*

4 *Quis ante eum talis extitit,* [2] *quippe qui gesserit bella Domini?*

5 *Nonne Sol restitit* [3] *huius opera, & dies vnum excreuit* [4] *ad duos? Cum hostes eum vndique premerent.*

6 *Inuocauit dominatorem altissimum, & magnus Dominus exaudiuit eum, vehementi violentaque grandine lapidando.*

7 [5] *Prælio in gentes irruit, & obsidentes interemit in* [6] *descensu, vt gentes cognoscerent arma eius, & bellum ab eo geri* [7] *fauente Domino.*

8 *Nam ipse potentem secutus est, temporibúsque Mosis amicum se præstitit, cum ipso cum Caleb Iephonne nato se* [8] *hosti opponeret, ac prohiberet peccare populum, fremitumque mali vsum pararet.*

9 *Hi duo seruati fuerant è sexcentis peditum millibus, vtpote inducendi in possessionem, in terram manantem lacte & melle.*

1 ἐκτεῖναι al. ἐκτείνειν
2 τίς γὰρ πολέμους κυρίου αὐτὸς ἐπήγαγεν, בידו
3 Vel, propter hunc.
4 πρὸς δύο. al. εἰς δύο.
5 ἐπ' ἔθνη πόλεμον. al. ἐπ' ἔθνος πόλεμον.
6 nempe, Bethoron, Iosue 10.
7 Vel, in præsentia, vel coram oculos לפני
8 ἔχθρῷ. al. ἐναντίον

1 F[Ortis in bello Iesus Naue [successor Moysi in prophetis.

2 Qui fuit magnus secundum nomen suum, maximus in salutem electorum Dei, expugnare insurgentes hostes, vt consequeretur hæreditatem Israel.

3 [Quam gloriam adeptus est [a] extollendo manus suas, & iactando contra ciuitates romphæas?

4 Quis ante illum sic restitit? Nam hostes ipse Dominus [b] percussit.

5 [Aut non in iracundia eius impeditus est Sol, & vna dies facta est quasi duo?

6 Inuocauit Altissimum potentem in oppugnando inimicos vndique, & audiuit illum magnus & sanctus Deus in saxis grandinis virtutis valde fortis.

7 Impetum fecit contra gentem hostilem, & in descensu perdidit contrarios, vt cognoscant gentes potentiam eius, quia contra Deum pugnare non est facile: & secutus est à tergo potentes.

8 [Et in diebus Moysi misericordiam ipse fecit & Caleb filius Iephone, stare contra hostem, & prohibere gentem à peccatis, & perstringere murmur malitiæ.

9 [Et ipsi duo constituti, à periculo liberati sunt à numero sexcentorum millium peditum inducere illos in hæreditatem, in terram quæ manat lac & mel.

A
Ios. 17. e
Num. 27. d
Deut. 34. b
Ios. 1. a
Iosue 8.
a in tollendo
b perdidit
Iosue 10. c
B
Num. 14. a
Num. 26. g
Deut. 1. f

Iosue 14.c 10 ¶Et dedit Dominus ipsi Caleb fortitudinem, & vsq; in senectutem permansit illi virtus, vt ascenderet in excelsum terræ locum, & semen ipsius obtinuit hæreditatem:

C 11 [a]Et viderunt omnes filii Israel quia bonum est obsequi sancto Deo.

a vt viderent

12 Et iudices singuli suo nomine:

13 Quorum non est corruptum cor, qui non auersi sunt à Domino.

Infr. 49.c 14 Vt sit memoria illorum in benedictione, ¶& ossa eorum pullulent de loco suo, & nomen eorũ permaneat in æternum, [*] permanente ad filios illorum sanctorum virorum gloria.

* permanens

1. Reg. 10.a. 16.c 15 Dilectus à Domino Deo suo Samuel propheta Domini, ¶renouauit imperiũ, & vnxit principes in gente sua.

16 In lege Domini congregationem iudicauit, & vidit † Deum Iacob, & in fide sua probatus est propheta.

† Dominus

17 Et cognitus est in verbis suis fidelis, quia vidit Deum lucis.

D 18 Et inuocauit Dominum omnipotentem in oppugnando hostes circumstantes vndiq;, in oblatione viri inuiolati.

1. Reg. 7.c 19 ¶Et intonuit de cœlo Dominus, & in sonitu magno auditam fecit vocem suam.

1. Reg. 12.a 20 ¶Et contriuit principes Tyriorum, & omnes duces Philisthijm.

21 Et ante tempus finis vitæ suæ & seculi, testimonium præbuit in conspectu Domini, & Christi, 1. Reg. 12.a ¶pecunias & vsque ad calceamenta ab omni carne non accipit, & non accusauit illum homo.

1. Reg. 28.a 22 ¶Et post hoc dormiuit, & notum fecit regi, & ostendit illi finem vitæ suæ, & exaltauit vocem eius de terra in prophetia delere impietatem gentis.

10 *Chaleb insuper dedit Dominus fortitudinem, quæ ad senectutem vsque mansit ei, donec conscenderet terram excelsam & progenies eius obtinuit possessionem:*

11 *Vt scirent omnes posteri Israelis, quam Dominum sequi bonum sit.*

12 *Porrò iudicum quoq; nominatim omnium:*

13 *Quorumcunq; non scortatus est animus, & quicunq; à Domino non defecerunt.*

14 *Fausta fœlixq; fuerit memoria. Ossa eorum locis suis reuirescant, nomenq; eorum per successiones ad celeberrimos quosq; posterorum traducatur.*

15 *Charus Domino suo, cuius erat propheta, [9] Samuel [10] reges constituit, populóque ipsius vnxit principes.*

16 *Lege Domini gubernauit multitudinem, cum Dominus idem Iacob respiceret. Hic fide sua propheta probatus est.*

17 *[11] Verbisq; suis esse fide [12] vaticinia compertus.*

18 *Dominum potentem inuocauit, cum prementibus [13] eum vndique hostibus ipsius, [14] agnum lactentem immolaret.*

19 *Tum Dominus de cœlo tonuit, sonituq; magno [15] tonitrui vocem suam edidit audiendam.*

20 *Ita concidit duces Tyriorum, omnesq; Palæstinorum principes.*

21 *Ante tempus vitæ finiendæ coram Deo, & [16] Vncto ipsius testatus est se nec pecuniam ab vllo mortalium, nec ad calceamenta vsq; quicquam accepisse: neque vero quisquam est eum criminatus.*

22 *Etiam post obitum suũ vaticinatus est, & [17] regi interitum ipsius indicauit. Vocem suam è terra sustulit, sic erat populo delenda vaticinans.*

9 προφήτης.
10 βασιλεῖαν, al. βασιλείας.
11 ἐν ῥήμασιν. al. ἐν πίστει.
12 חזון visionis seu prophetiæ.
13 αὐτόν.
14 ἀρνὸς.
15 βροντῆς.
16 Idest, regis.
17 βασιλεῖ.

A CAPVT XLVII.

3. Reg. 11.a 1 POst hæc ¶surrexit Nathan propheta in diebus Dauid.

2 Et quasi adeps separatus à carne, sic Dauid à filii Israel.

1. Reg. 17.d 3 ¶Cum leonibus lusit quasi cum agnis: & in vrsis similiter fecit sicut [b] in agnis ouium in iuuentute sua:

b cum

1. Reg. 17.f 4 ¶Numquid non occidit gigantem, & abstulit opprobrium de gente?

5 In tollendo manum in saxo fundæ deiecit exultationem Goliæ.

6 Vbi inuocauit Dominum omnipotentem, & dedit in dextera eius tollere hominem fortem in bello, & exaltare cornu gentis suæ.

1. Reg. 18.b 7 ¶Sic in decem millibus glorificauit eum, & laudauit eum in benedictionibus Domini, in offerendo illi coronam gloriæ.

2. Reg. 5. 8 ¶Contriuit enim inimicos vndiq;, & extirpauit Philisthiim contrarios vsq; in hodiernum diem: contriuit cornu ipsorum vsq; in æternum.

B 9 In omni opere dedit confessionem Sancto, & Excelso in verbo gloriæ.

1. Par. 16.a 10 De omni corde suo laudauit Dominum, & dilexit Deum qui fecit illum, & dedit illi contra inimicos potentiam: ¶& stare fecit cantores contra altare, & in sono eorum dulces fecit modos.

11 Et dedit in celebrationibus decus, & ornauit tempora vsque ad consummationem vitæ, vt laudarent nomen sanctum Domini, & amplificarent mane Dei sanctitatem.

2. Reg. 12.d 12 ¶Christus purgauit peccata ipsius, & exaltauit in æternum cornu eius; & dedit illi testamentum [c] regnum, & sedem gloriæ in Israel.

c regni

13 Post ipsum surrexit filius sensatus, & propter illum deiecit omnem potentiam inimicorum.

3. Reg. 4.d 14 ¶Salomon imperauit in diebus pacis, cui subiecit Deus omnes hostes, vt conderet domum in

1 POst hunc exortus est Nathan, qui temporibus Dauidis functus est munere [1] prophetico.

2 *Porrò sicut adeps ab [2] hostia salutari selectus fuit Dauid è posteris Israel.*

3 *Cum leonibus quasi cum hædis lusit, & cum vrsis perinde ac cum agnis ouium.*

4 *Nónne in iuuentute sua interemit gigantem, & opprobrium sustulit è populo,*

5 *Quando manum cum lapide fundæ leuauit, & deiecit superbiam Goliathi?*

6 *Nam inuocabat Dominum altissimum, qui roborauit dexteram ipsius, vt tolleret hominem bello potentem, [4] cornuq; populi sui erigeret.*

7 *[5] Ita gloriam tribuit decem [6] millibus, & commendationibus [7] suis reddidit laudabilem, & ei diadema gloriæ detulit.*

8 *Nam hostes profligauit circumcirca, & Palæstinos inimicos redegit ad nihilum, adeo vt [8] cornu eorũ etiam hodie sit fractum.*

9 *In omni opere suo laudem summo numini honorifica ratione tribuit.*

10 *Toto que corde decantauit creatorem suum, & amauit. Cantores constituit ante aram, qui sonnet soro suo cantus ederent, [*] carminibúsque suis laudes agerent quotidie.*

11 *Festis diebus decus addidit, & ad summum exornauit tempora: quibus celebrarent nomẽ [9] sanctum Dei, & à matutino tempore decantarent [10] eius sanctitatẽ.*

12 *[11] Dominus peccata eius abstulit, & cornu eius euexit ad tempus perpetuum. Fœdere pactum est ei [12] regnum, & solium maiestatis in Israel.*

13 *Huic successit filius sapiens, qui per eum in [13] amplum venit possessionem.*

14 *Salomon regnauit tempore pacifico, [14] & gloriam adeptus est, postquam Deus circumcirca loca pacata*

1 τῷ προφητεύειν. al. ὁ προφήτης.
2 שלמים, contra [illegible] vertunt Sept. [illegible], et Lenit. [illegible] hostia gratulatoria, vel placita.
3 ἐπαίζε. al. ἐπαιξεν.
4 Idest, opes & vires.
5 οὕτως legunt al. ὕμνος. scilicet populus, vel Deus.
6 Scil. et cæsorum.
7 Domini.
8 Idest, opes.
9 ἅγιον.
10 αὐτοῦ.
11 Vetus interpretatio habet, Christus.
12 βασιλείας. al. βασιλικόν.
13 Vel, latitudinem.
14 ὧ [illegible].

reddidit, vt nomini ipsius statueret adem, & sacrarium perpetuum pararet.
15 Quàm sapiens in iuuentute [15] tua fuisti es, qui fluminis instar repletus fueris intelligentia.
16 Animus tuus terram [16] omnem operuit, & aggeris anigmaticis [17] impleuit.
17 Nomen tuum procul permanauit in insulas, pereq; tua [18] fuisti gratiosus.
18 Te mirata sunt regiones propter carmina, & prouerbia simul & allegorias, interpretationesq;.
19 Ac nomen Domini Dei, qui Deus Israelis est cognominatus.
20 Aurum congessisti vt stannum, & argentum instar plumbi multiplicasti. [19] Lumbos tuos applicuisti mulieribus.
21 Et vinci te corpore tuo passus es.
22 Inussisti gloria tua maculam, semenq; tuum profanasti, offensam [20] contraxisti liberis tuis, & [21] ex stultitia tua cepisti dolorem: vnde bipertito diuisum est imperium, regnumque rebellionis ortum ex Ephraim.
23 Non tamen omisit misericordiam suam Dominus, nec eam ex operibus suis disperdidit.
24 Nepotes [22] electi sui haudquaquam aboleuit, nec progeniem amatoris sui sustulit:
25 S. dedit Iacob reliquias, & Dauidi radicem ex ipso.
26 Caterum Salomon conquieuit cum patribus.
27 Et post se reliquit stultitiam [23] publicam de semine suo, inopemq; mentis Roboam, qui consilio suo populum [24] al[illegible]t.
28 Et Ieroboam Nabatis filium, qui in errorem induxit Israelitas, peccandiq; viam Ephraim tradidit. Ergo multiplicata sunt peccata eorum.
29 Adeo vt eos pellerent terra sua.
30 Omneq; scelus exquirebant, donec [25] indignatio inuasit eos & vltio, (per quam omnia peccata luerent.)

nomine suo, & pararet sanctitatem in sempiternum.
15 Quemadmodum eruditus est in iuuentute sua.
16 Et impletus est quasi flumen sapientia, & terram retexit anima [a] tua. Et repleuisti in comparationibus anigmata: — 3. Reg. 4. d. — C [a] tua
17 Ad insulas longe diuulgatum est nomen tuum, & dilectus es in pace tua.
18 In canticis & prouerbiis, & comparationibus, & interpretationibus miratae sunt terrae.
19 Et in nomine Domini Dei cui est cognomen, Deus Israel.
20 Collegisti quasi aurichalcum aurum, & vt plumbum compleuisti argentum, & inclinasti femora tua mulieribus. — 3. Reg. 10. c. — 3. Reg. 11. a.
21 Potestatem habuisti in corpore tuo.
22 Dedisti maculam in gloria tua, & prophanasti semen tuum inducere iracundiam ad liberos tuos, & in caeteris stultitiam tuam, vt faceres imperium bipartitum, & ex Ephraim imperare imperium durum. — 3. Reg. 12. c.
23 Deus autem non derelinquet misericordiā suam, & non corrumpet, nec delebit opera sua. — 2. Reg. 7. c.
24 Neq; perdet à stirpe nepotes electi sui: & semen eius qui diligit Dominum, non corrumpet. — D
25 Dedit autem reliquum Iacob, & Dauid de ipsa stirpe.
26 Et finem habuit Salomon cum patribus suis.
27 Et dereliquit post se de semine suo gētis stultitiam & immunitum à prudentia Roboam, qui auertit gentem consilio suo. — 3. Reg. 12. c.
28 Et Ieroboam filium Nabat, qui peccare fecit Israel, & dedit viam peccandi Ephraim, & plurima redundauerunt peccata ipsorum. — 3. Reg. 12. d.
29 Valde enim auerterunt illos à terra sua.
30 Et quaesiuit omnes nequitias, vsque dum perueniret ad illos defensio, & ab omnibus peccatis liberauit eos.

CAPVT XLVIII.

1 Porrò Elias propheta velut ignis est exortus, & sermo eius instar facis flagrauit.
2 Is famem [1] grauem [2] immisit illis, vehementiq; sua redegit ad paucos, (quòd non possent ferre iussa Domini.)
3 Imperio Domini cælum inhibuit, ignem [3] de cælo ter deduxit. Quantam gloriam miraculis tuis adeptus es Elia?
4 Aut quis paria tecum glorietur?
5 Qui defunctum excitasti à morte, & [5] animam ab orco verbis Altissimi:
6 Qui deduxisti reges ad interitum, & [6] de sede sua gloriosos, eorumq; potentiam infregisti:)
7 Qui audiuisti in Sina increpationem [7] Domini, & in Horeb vltrices sententias:
8 Qui reges ad vltionem rependendam, & prophetas tibi successores vnxisti:
9 Qui procella ignita sublatus es in curru equorum ardentium.
10 Qui ad reprehensiones certis temporibus designatus es ad placandam iram [8] iudicii diuini ante furorem, ad [9] conuertendum corda patrum ad filios, & ad tribus Iacob constituendas.
11 Beati qui te viderint, beneuolentiaq; fuerint [8] cōdecorati.
12 Quia nos vita viuemus.
13 Hic est Elias, qui procella tectus est, [10] cuiusq; spiritu repletus est Eliseus. Is tem poribus suis nihil est permotus [11] ob principes, nec imperium eum vsquam perculit.
14 Nulla res superauit eum, corpusq; eius prophetauit ex sepulcro post obitum.

1 Et surrexit Elias propheta, quasi ignis, & verbum ipsius quasi [a] facula [a] ardebat. — A — 3. Reg. 17. a. — [a] fax
2 Qui induxit in illos famem, & imitantes illum inuidia sua, pauci facti sunt: non enim poterāt sustinere praecepta Domini.
3 Verbo Domini continuit cælum, & deiecit à cælo ignem ter. sic amplificatus est Elias in mirabilibus suis. — 3. Reg. 18. c. — 4. Reg. 1. c.
4 Et quis potest similiter sic gloriari tibi?
5 Qui sustulisti mortuum ab inferis, de sorte mortis in verbo Domini Dei. — 3. Reg. 17. c.
6 Qui deiecisti reges ad perniciem, & confregisti facile potentiam ipsorum, & gloriosos [b] de lecto suo. — [b] de lecto
7 Qui audis in Sina iudicium, & in Horeb iudicia defensionis. — 3. Reg. 19. a.
8 Qui vngis reges ad poenitentiam, & prophetas facis successores post te. — 3. Reg. 19. c.
9 Qui receptus es in turbine ignis in curru equorum igneorum. — B — 4. Reg. 2. b.
10 Qui inscriptus es in [c] iudiciis temporum lenire iracundiam Domini, conciliare cor patris ad filium, & restituere tribus Iacob. — Malach. 4. d. — [c] iudicium
11 Beati sunt qui te viderunt, & in amicitia tua decorati sunt.
12 Nam nos vita viuimus tantum: post mortem autem non erit tale nomen nostrum.
13 Elias quidem in turbine tectus est, & in Eliseo completus est spiritus eius: in diebus suis non pertimuit principem, & potentia nemo vicit illum. — 4. Reg. 2. c. 3. a.
14 Nec superauit illum verbum aliquod, & mortuum prophetauit corpus eius. — 4. Reg. 13. d.

15 In

15 [illegible] aliter, αὐτῶ & reliqua in tertia persona.
16 [illegible]
17 [illegible] aliter, [illegible]
18 [illegible] aliter, [illegible]
19 [illegible] aliter, [illegible]
20 [illegible]
21 [illegible]
22 [illegible]
23 Vel, populi
24 [illegible]
25 [illegible]
1 [illegible]
2 ἐξ [illegible]
3 [illegible]
4 Vel, electo suo
5 [illegible]
6 [illegible]
7 Hoc indicat suum loqui de vltimo Malachiæ vltimo de Elia.
8 [illegible] aliter, [illegible], vt [illegible] authoris fuerit: Beati sunt, qui te viderunt, & [illegible] in gratia constituti, [illegible] quam nos qui viuimus. Verum interpres Latinus [illegible] legit, sine quia mutilus sensus videbatur, de suo addidit, praeterea habet, Post mortem autem non erit tale nomen nostrum.
9 Mutata persona [illegible] Eliam [illegible] praecurforem
10 [illegible] aliter, [illegible] aliter, [illegible]
11 [illegible] aliter, [illegible]

4.Reg.5.6.7.13. 15 ‖ In vita sua fecit monstra, & in morte mirabilia operatus est.
16 In omnibus istis non pœnituit populus, & 4.Reg.18.a non recesserunt à peccatis suis ; vsquedum eiecti sunt de terra sua, & dispersi sunt in omnem terram.
17 Et relicta est genti perpauca, & princeps in domo Dauid.
18 Quidam ipsorum fecerunt quod placeret Deo: alij autem multa commiserunt peccata.
4.Reg.18.a 19 ‖ Ezechias muniuit ciuitatem suam, & induxit in medium ipsius aquam, & fodit ferro rupem, & ædificauit ad aquam puteum.
4.Reg.18.d 20 ‖ In diebus ipsius ascendit Sennacherib, & misit Rabsacen, & sustulit manum suam contra illos, & extulit manum suam in Sion, & superbus factus est potentia sua.
21 Tunc mota sunt corda, & manus ipsorum: & doluerunt quasi parturientes mulieres.
22 Et inuocauerunt Dominum misericordem, & expandentes manus suas, extulerunt ad cælum: & sanctus Dominus Deus audiuit cito vocem ipsorum.
23 Non est commemoratus peccatorum illorum, neque dedit illos inimicis suis, sed purgauit eos in manu Esaiæ sancti prophetæ.
4.Reg.19.g Tobiæ 1.d Esa.37.g 1.Mach.7.f & 2.Mac.8.c 24 ‖ Deiecit castra Assyriorum, & contriuit illos angelus Domini.
25 Nam fecit Ezechias quod placuit Deo, et fortiter iuit in via Dauid patris sui, quam mandauit illi Esaias propheta magnus, & fidelis in conspectu Dei.
4.Reg.20.a Esa.38.a 26 ‖ In diebus ipsius retrò rediit Sol, & addidit regi vitam.
27 Spiritu magno vidit vltima, & consolatus est lugentes in Sion, vsque in sempiternum.
28 Ostendit futura, & abscondita antequam euenirent.

15 *Miracula designauit in vita sua, defunctus; facta miranda sunt.*
16 *Non tamen ob hæc omnia resipuit populus, nec à peccatis desiit, donec è terra sua, captiuus sit abductus, & dispersus per totum orbem.*
17 *Adeo vt populus paucissimus cum principe relinqueretur in domo Dauidica.*
18 *Pars quidem eorum [11] quod rectum erat egit, sed pars peccata multiplicauit.* 11 חישר.
19 *Vrbem suam muniuit Ezechias, & [13] aquam in medium eius induxit. Effodit ferro rupem, & construxit fontes causa aquarum.* 13 ὕδωρ.
20 *Huius temporibus ascendit Sennacherib, qui premisso Rabsace contra Sionem [14] manum suam extulit, & superbia sua gloriatus est.* 14 χεῖρα αὐτοῦ.
21 *Tum perculsa sunt corda, manusque populi qui cum indoluisset in modum parturientium.*
22 *Et dominum misericordem manibus ad eum extentis inuocauissent, & Sanctus ille de cælo protinus exaudiuit illos.*
23 *[Non retinuit in memoria peccata ipsorum, nec tradidit eos hostibus suis.] etenim eos interprete Esaia [propheta sancto] liberauit.*
24 *Castra Assyriorum cecidit, & angelus ipsius delebat eos.*
25 *Nam Ezechias quod Domino gratum erat fecit, & fortiter se gessit in itineribus patris sui Dauidis, de quibus præcepta dederat propheta magnus, & [15] vaticinationis sua [16] fidus Esaias.* 15 בחזו כי נאמן. 16 πιστὸς: vel certus.
26 *Temporibus illius retrocessit Sol, vitamque regis amplificauit.*
27 *Ingenti spiritu prævidit [17] nouissima, & lugentes in Sion consolatus est.* 17 vel, posteriora. אחרונים
28 *In æuum vsque futura prænunciauit, arcanaque facta priusquam euenirent.*

CAPVT XLIX.

4.Reg.22.a.23. 2.Paral.34.a 1 Memoria ‖ Iosiæ in compositione odoris facta opus pigmentarij.
2 In omni ore quasi mel indulcabitur eius memoria, & vt musica in conuiuio vini.
3 Ipse est directus diuinitus in pœnitentia gentis, & tulit abominationes impietatis.
4.Reg.23.b 4 ‖ Et gubernauit ad Dominum cor ipsius, & in diebus peccatorum corroborauit pietatem.
5 Præter Dauid, Ezechiam, & Iosiam, omnes peccatum commiserunt.
6 Nam reliquerunt legem Altissimi, reges Iuda, & contempserunt timorem Dei.
7 Dederunt enim regnum suum aliis, & gloriã suam alienigenæ genti.
4.Reg.25.b 8 ‖ Incenderunt electam sanctitatis ciuitatem, & desertas fecerunt vias ipsius in manu Ieremiæ.
Ierem.38.b Ierem.1.b 9 ‖ Nam malè tractauerunt illum, ‖ qui à ventre matris consecratus est propheta, euertere & eruere, & perdere, & iterum ædificare, & renouare.
Ezech.1.a 10 ‖ Ezechiel qui vidit conspectum gloriæ, quã ostendit illi in curru Cherubim.
11 Nam commemoratus est inimicorum in imbre, benefacere illis qui ostenderunt rectas vias.
Supr.46.d 12 Et duodecim prophetarum ‖ ossa pullulent de loco suo: nam corroborauerunt Iacob, & redemerunt se in fide virtutis.
1.Esd.3.a 13 Quomodo amplificemus ‖ Zorobabel? nam & ipse quasi signum in dextera manu Israel.
1.Esd.3.a Esd.5.a Zachar.3.a 1.Esd.3.b Aggæi.1.c.2.a 14 ‖ Et Iesum filium Iosedec? qui in diebus suis ædificauerunt domum, & exaltauerunt templum sanctum Domino, paratum in gloriam sempiternam.

1 *Instar mistura odoramenti artificio vnguentarij concinnata est Iosiæ memoria.*
2 *Omni ori mellis in modum dulcis, & vt in frequendo vini conuiuio musica.*
3 *Hic in populo reformando dexteritate vsus est, & abominandas impietates sustulit.*
4 *Animum suum direxit ad Dominum, pietatemque temporibus improborum confirmauit.*
5 *Præter Dauidem, Ezechiam, & Iosiam [1] perfidiose fecerunt omnes.* 1 פשע פשעו.
6 *Nam deseruerunt legem Altissimi, regesque Iudaici defecerunt.*
7 *Alijs itaque [2] traditum est cornu eorum, & gloria genti alienæ.* 2 ἔδωκε γὰρ al ἰδίαν... i. robur.
8 *Quæ eximiam sanctitatis vrbem incendit, viasque eius desolauit [3] manu Ieremiæ vaticinantis.* 3 ביד. id est, per manum. Ita sæpe vocant opera prophetæ.
9 *Hunc enim male [4] tractauerunt, cum ab vtero propheta consecratus esset ad euertendum, affligendum ac perdendum, rursumque ad ædificandum & plantandum.* 4 ἐκάκωσαν. al ἐκάκωσεν.
10 *Porrò autem est Ezechiel, qui intuitus est visum gloriæ, quod ei in curru Cherubim ostensum est.*
11 *Hic [5] sub imbre memineit inimicorum, rectaque via incedentes [6] exornauit.* 5 id est, sub allegoria imbris meminit. Ezech. 13.c. 18.g 6 καὶ ἀγαθῶσαι. anima... alij. ἀγαθῶσαι.
12 *Duodecim quoque prophetarum ossa de locis suis reuiuiscant, memoriaque eorum sancta sit & beata. Enimuero quisquis consolatus est Iacob, & spe fida seruauit eum.*
13 *Quanti faciemus Zorobabelem excellentiã? nam & velut insigne est in manu dextra [Israelis].*
14 *At eodem Iesus filius Iosedec, qui temporibus [7] suis condiderunt templum, & [8] ædem sacram ad gloriam sempiternam Domino paratam extruxerunt.* 7 αὐτῶν. 8 ναὸν.

9 καὶ ἐξαν- ... &c.

10 ἀλλ' ὡς Ἰω- σὴφ &c.
11 Quædam exemplaria habent ἐπεσκέπη à Domino conseruata sunt.
12 vel, in natura rerum,

15 [9] Inter [9] electos insuper est diuturna memoria Neemiæ, qui nobis excitauit muros collapsos, portasq; constituit cum vectibus, & domuum nostrarum fundamenta denuo substruxit.

16 Nemo virorum in orbe similis Enoch extitit, vt qui de terra sublimis sit assumptus.

17 [10] Neq; Iosepho par vir quisquam ortus est.

18 Fratrum dux, populiq; firmamentum, cuius ossa [11] conseruata sunt.

19 (Et post obitum vaticinata.)

20 Sem & Seth gloria excelluerunt inter homines. & [12] in creatione rerum, Adam inter cuncta animantia.

15 ¶ Et Nehemias in memoria multi temporis, ¶ qui erexit nobis muros euersos, & stare fecit portas & seras, qui erexit domos nostras. Nehem. 7. a. D 2. Esd. 2. a.

16 ¶ Nemo natus est in terra qualis Henoch. nā & ipse receptus est à terra. 1. Esd. 7. a. Gen. 5. e. supra 44. b. Heb. 11. 8

17 ¶ Et Ioseph qui natus est homo.

18 Princeps fratrum, firmamentum gentis, rector fratrum, stabilimentum populi: & ossa ipsius visitata sunt. Gen. 41. f. 42. & 45. a. 50. d.

19 Et post mortem prophetauerunt.

20 ¶ Seth & Sem apud homines gloriam adepti sunt, & super omnem animam in origine Adam. Gen. 4. a. 5 a.

CAPVT L.

1 ναὸν. aliter, χρόνον.
2 ἀπ' αὐτοῦ
3 ἡ χῶμα
4 Id est, multitudinem, vt Deut. 28. cælum æneum dicitur. Est autē vel hyperbole de summa siccitate, vel allegoria de calamitosis temporibus, quibus tamen Simon Ioue præfuerit. Porro vetustiores habent concinniores codices, alij ... Verum interpres sententiam habet contrariam.
5 ἐμπαραγενό- μενος aliter, ἐν ... ἐπικρατεῖ.
6 αὐτοῖς
7 ἐπὶ πυρός
8 ἀναφύουσα
9 vel, insignia, tecta amictu sanctitatis.
10 μέλη. aliter, μερίδας
11 κυκλόθεν αὐτοῦ
12 ἔσπεισεν
13 vel, ad basim aræ
14 vel, memoriæ. vel, celebrationis.
15 ἤχῳ. aliter, ὀφθαλμοῖς
16 ὑψίστου aliter, ὀ ... ἀντιπέρας.
17 vel, gratiam impetrandam. ἐν ἱλασμῷ
18 πάντων. aliter, πάντως

1 ADde & Simeonem Onia natum pontificem maximum, qui sacram ædem instaurauit in vita sua, [1] templumq; ætate sua firmauit.

2 Ab hoc [2] duplex [3] altitudo fundata est, celsum munimen illud templum ambiens.

3 Huius temporibus [4] receptacula [5] aquarum affecata sunt, [4] æneaq; fuit pars maris sicut terra.

4 Hic populo suo sedulo cauit à ruina, & elaborauit in vrbe [5] includenda munitionibus.

5 Quomodo se gerebat honorifice cum versabatur in populo tuumq; è domiceli o velo prætento procedebat.

6 Quasi stella matutina inter nubulas, & perinde ac Luna plena diebus [6] suis.

7 Veluti Sol irradians templum Altissimi.

8 Et vt arcus in splendidis refulgens nubibus, vt flos rosarum tempore verno, & quasi ad aquas profluentes lilia, vt thuris surculus tempore æstatis.

9 Et vt ignis & thus [7] in foco.

10 Vt vas auro solidum omnigena gemma decoratum.

11 Vt oliua [8] elegans, & frugifera, quasiq; cupressus ad nubes vsq; procera, cum sumebat gloriosum habitum, cumq; omni magnificentia induebatur.

12 Atq; in ascensu sacri altaris [9] amictum sanctitatis decorabat.

13 Cum item [10] membra è manibus sacerdotum accipiens stabat ad focum aræ.

14 [11] Cingente eum corona fratrum. Cedro in Libano nata similis erat, illis perinde vt stipes palmarum, & omnibus prognatis Aarone cum sua magnificentia circumstantibus.

15 Sacrificiaq; Domini manu tenentibus coram vniuerso cœtu Israelitarum. Ita ille sacrum ministerium super aram summi atq; omnipotentis Dei sacrificium condecorando exequebatur.

16 Manum suam protendebat ad libamina, [12] libabatq; liquorem vuæ sanguineum.

17 Et [13] super fundum aræ summo rerum rectori fragrans odoramentum effundebat.

18 Tum Aarone prognati exclamare, tubisq; ductilibus clangere, & coram Altissimo vocem ingentem edere causa [14] commendationis.

19 Tum quoq; populus omnis vnà satagere, & humi procidere pronus in faciem, ad dominum suum Deum omnipotentem ac summum adorandum:

20 Cantores autem vocibus suis laudes agere, vt suauissimo [15] sono carmen ederetur.

21 Inter ea populus summo Domino supplicare, precesq; fundere coram misericordi, donec absolueretur cultus ipsius, sacraq; ministeria peragerentur.

22 Deinde cum descendisset, ille manus suas ad omnem cœtum Israelitarum, laudes Domino labiis suis agendo, eiusdemq; nomine gloriando extendere.

23 Inde rursum preces [16] iterari ad [17] benignitatem Altissimi percipiendam.

24 Nunc quoque Deo [18] rerum omnium laudes agite, Deo per omnia magnifico, qui nobis ab vtero indies augescere dedit, & nobiscum egit pro sua misericordia.

1 Simon ¶ Oniæ filius, sacerdos magnus, qui in vita sua suffulcit domum, & in diebus suis corroborauit [a] templum. A
1. Mach. 7. a.
[a] populum.

2 Templi etiam altitudo ab ipso fundata est, duplex ædificatio & [b] excelsi parietes templi. [b] amissa.

3 In diebus ipsius remanauerunt putei aquarū, & quasi mare adimpleti sunt supra modum.

4 Qui curauit gentem suam, & liberauit eam à [c] perditione. [c] perditio.

5 Qui præualuit amplificare ciuitatem, qui adeptus est gloriam in conuersatione gentis: & ingressum domus, & atrii amplificauit.

6 Quasi stella matutina in medio nebulæ, & quasi Luna plena in diebus suis lucet.

7 Et quasi Sol refulgēs, sic ille effulsit in tēplo Dei

8 Quasi arcus refulgens inter nebulas gloriæ, & quasi flos rosarum in diebus vernis, & quasi lilia quæ sunt in transitu aquæ, & quasi thus redolens in diebus æstatis.

9 Quasi ignis effulgens, & thus ardens in igne.

10 Quasi vas auri solidum, ornatum omni lapide pretioso. B

11 Quasi oliua pullulans, & cypressus in altitudinem se extollens, in accipiendo ipsum stolam gloriæ, & vestiri eum in consummatione virtutis.

12 In ascensu altaris sancti, gloriam dedit sanctitatis amictum.

13 In accipiendo autem partes de manu sacerdotum, & ipse stans iuxta aram.

14 Circa illum corona fratrum: & quasi plantatio cedri in mōte Libano, sic circa illum steterūt quasi rami palmæ, & omnes filii Aaron in gloria sua

15 Oblatio autem Domini in manibus ipsorum, coram omni synagóga Israel, & consummationem fungens in ara, amplificare oblationem excelsi regis.

16 Porrexit manum suam in libatione, & libauit de sanguine vuæ.

17 Effudit in fundamento altaris odorem diuinum excelso principi.

18 Tunc exclamauerunt filii Aaron, in tubis productilibus sonuerunt, & auditam fecerunt vocem magnam in memoriam coram Deo. C

19 Tunc omnis popul' simul properauerunt, & ceciderūt in faciem super terram adorare Dominū Deū suum, & dare preces omnipotēti Deo excelso.

20 Et amplificauerūt psallētes in vocib. suis, & in magna domo auctus est sonus suauitatis plenus.

21 Et rogauit populus Dominum excelsum in prece, vsque dum perfectus est honor Domini, & munus suum perfecerunt.

22 Tunc descendens, manus suas extulit in omnem congregationem filiorum Israel dare gloriā Deo à labiis suis, & in nomine ipsius gloriari.

23 Et iterauit orationem suam, volens ostendere virtutem Dei.

24 Et plus orauit Deū omniū, qui magna fecit in omni terra, qui auxit dies nostros à ventre matris nostræ, & fecit nobiscū secundum suā misericordiā. D

25 Det

25 Det nobis iucunditatem cordis, & fieri pa-
cem in diebus nostris in Israel per dies sempiter-
nos:
26 Credere Israel nobiscum esse Dei misericor-
diam, vt liberet nos in diebus suis.
27 Duas gentes odit anima mea, tertia autem
non est gens, quam oderim:
28 Qui sedent in monte Seir, & Philisthiim: &
stultus populus qui habitat in Sichimis.
29 Doctrinam sapientiæ & disciplinæ scripsit
in codice isto Iesus filius Sirach Ierosolymita, qui
renouauit sapientiam de corde suo.
30 Beatus qui in istis versatur bonis: qui [1]ponit
illa in corde suo, sapiens erit semper.
31 Si enim hæc fecerit, ad omnia valebit. quia
lux Dei, vestigium eius est.

[1] ponit.

*25 Is non perfundat iucunditate animi, nostrisque
temporibus pacem concedat, vt priscis seculis in Is-
rael:*
*26 Vt misericordiam suam in nobis ratam faciat,
neque temporibus [19] nostris liberat.*
*27 Duabus gentibus infensus est animus meus, atque
tertia, qua minime gens est: iis videlicet:*
*28 Qui tenent montem [20] Samariæ [21] & incolis Pa-
lestinæ, stultoque populo Sichimis habitanti.*
*29 Doctrinam prudentiæ scientiaque [22] conscripsit in
hoc libro Iesus filius Sirach Eleazaro natione Hierosoly-
mitanus, in quo effudit animi sui sapientiam.*
*30 Beatus est qui versatus fuerit in his: & qui ea
mente sua recondiderit, euadet sapiens.*
*31 Nam qui hæc egerit, valebit ad omnia, quia ve-
stigium ponit in luce Domini, * qui sapientiam pijs im-
buit. * Deus prædicetur in perpetuum. Fiat, Maxime,*

19 ἡμῶν al. αὐτῶ.
20 Vetus interpres habet Seir.
21 ἡ οἱ καθήμενοι ἐν κατοικοῦντες Φυλιστιὶμ.
22 ἐχάραξε.

CAPVT LI.

Oratio Iesu filii Sirach.

A 1 CONfitebor tibi Domine rex, & collaudabo te
Deum saluatorem meum.
2 Confitebor nomini tuo: quoniam adiutor &
liberasti corpus meum à perditione.
3 A laqueo linguæ iniquæ, & à labiis operanti-
um mendacium, & in conspectu astantium factus
es mihi adiutor.
4 Et liberasti me secundum multitudinem mi-
sericordiæ nominis tui à rugientibus præparatis
ad escam.
5 De manibus quærentium animam meam, &
de portis tribulationum quæ circumdederunt me:
6 A pressura flammæ, quæ circumdedit me, &
in medio ignis non sum æstuatus.
7 De altitudine ventris inferi, & à lingua coin-
quinata, & à verbo mendacii, à rege iniquo, & à
lingua iniusta.
8 Laudabit vsque ad mortem anima mea Do-
minum,
B 9 Et vita mea appropinquans erat in inferno
deorsum.
10 Circumdederunt me vndique, & non erat
qui adiuuaret: respiciens eram ad adiutorium ho-
minum, & non erat.
11 Memoratus sum misericordiæ tuæ quæ à
sæculo sunt:
12 Quoniam eruis sustinentes te Domine, & li-
beras eos de manibus gentium.
13 Exaltasti super terram habitationem meam,
& pro morte defluente deprecatus sum.
14 Inuocaui Dominum patrem Domini mei,
vt non derelinquat me in die tribulationis meæ, &
in tempore superborum sine adiutorio,
15 Laudabo nomen tuum assiduè, & collauda-
bo illud in confessione, & exaudita est oratio mea.
16 Et liberasti me de perditione, & eripuisti me
de tempore iniquo.
17 Propterea confitebor, & laudem dicam tibi,
& benedicam nomini Domini.
18 Cum adhuc iunior essem, priusquam oberra-
rem, quæsiui sapientiam palam in oratione mea:
C 19 Ante tempus postulabam pro illa, & vsque in
nouissimis inquiram eam, & florebit tanquam
præcox vua.
20 Lætatum est cor meum in ea, ambulauit pes
meus iter rectum, à iuuentute mea inuestigabam
eam.
21 Inclinaui modicè aurem meam, & excepi
illam.
22 Multam inueni in meipso sapientiam.
23 Multum profeci in ea: Danti mihi sapien-
tiam, dabo gloriam.

Precatio Iesu filii Sirach.

*1 TE Domine rex celebro, tibi laudes ago Deo serua-
tori meo.*
*2 Nominique tuo gratulor, quod mihi defensor fueris
& adiutor, quod seruaris corpus meum ab interitu.*
*3 Et à laqueo linguæ calumniatricis: quod aduersus
labia mendaciis dedita, contráque [1] aduersarios mihi tu-
leris auxilium:*
*4 Quod me pro abundanti tua misericordia libera-
ris à frementibus eorum, [2] qui parati erant ad me deuo-
randum.*
*5 Atque etiam è manu vitam meam infestantium,
è plurimis quas perpessus sum, afflictionibus.*
*6 Ex [3] igni suffocationem vndique minanti, ex igne
quem non accenderam.*
*7 Ex imo orci ventre, ab impura lingua, à falsa
apud regem criminatione, & ab iniusta lingua ca-
lumnia.*
8 Ad mortem vsque [4] propinquarat anima mea:
*9 [5] Vitáque deorsum quam proxime orcum accesse-
rat.*
*10 Comprehensum me tenebant vndique, nec com-
parebat adiutor: ad humanum auxilium [6] respectabam,
nec vllum erat.*
*11 Tum misericordiæ tuæ Domine recordatus sum,
& rerum quæ ab æuo condito gessisti:*
*12 Te eorum qui te sidant liberatorem esse, & è ma-
nibus [7] hostium vindicem.*
*13 Ergo [8] è terra sustuli precationem, & vt à morte
liberaret oraui.*
*14 Dominum inuocaui Domini mei patrem, ne me
in diebus calamitosis desereret, opem egentibus [9] su-
perbis.*
*15 Laudabam nomen tuum assiduè, ac decan-
tabam cum gratulatione, & precatio mea exaudi-
ta est.*
*16 Nam seruasti [10] me ab interitu, & ex improbo
tempore eripuisti.*
*17 Propterea gratulor tibi, & laudes ago [11] Domine,
nomenque tuum celebro.*
*18 Iuuenis adhuc antequam [12] seducerer, precatio-
ne mea palam quæsiui sapientiam.*
*19 Hanc petebam [13] ante templum, & sectabor
eam vsque ad extremum in modum vuæ maturescentis
[14] efflorescentiam.*
*20 Cor meum in ea lætatum est, & pes meus rectà
ingressus est.*
*21 Inuestigaui hanc à iuuentute mea: aurem meam
admoui modicè, ac [15] didici.*
22 Multamque mihi comparaui eruditionem.
23 Cum itaque profecerim in ea sim affectus:

1 ἀδικούντων. al. παρεστηκότων.
2 ἐτοίμων.
3 πνιγμοῦ. al. πυρᾶς.
4 ἤγγισεν. al. ἕως.
5 ἡ ζωή.
6 ἐνέβλεπον.
7 ἐχθρῶν. al. ἐθνῶν.
8 ἀπὸ γῆς.
9 ὑπερηφάνων.
10 με. al. ἐμέ.
11 τῷ ὀνόματι κυρίου al. τῷ ἐξομολογήσεσθαι.
12 πλανηθῆναι vel. peregrinatus.
13 O... [illegible]
14 ἐξ ἄνθους.
15 לקחתי.

24 *Fatebor gloriam illius qui mihi contulit sapientiam.*

16 καὶ ἐζήλωσα, al. ζητῶ & οὐ.

25 *Equidem decreui praestare illam, vt qui [16] studio boni tenear, nec erubescam.*

26 *Animus meus cum illa conflictatus est, factaque mea perdendo, extendi manus meas in altum, & agnoui errores [17] ipsius.*

17 αὐτῆς ἐπενθῶ, al. ψυχῆς, id est, eius sclerati animi.

27 *Direxi animum meum ad illam, & inueni eam in purificatione.*

18 αὐτῆς.

28 *Cor iunctum cum [18] illa cor adeptus sum ab initio, quapropter minime deserar.*

19 ‏מעי‎. quod κοιλία vertitur vt Tre. 2. al. καρδία.

29 [19] *Viscera mea commota sunt ad quaerendam illam, propterea bonam possessionem nactus sum.*

30 *Dominus mihi praemio dedit linguam, qua & laudabo ipsum.*

31 *Accedite ad me, o imperiti, inque domo disciplinae versamini.*

20 λέγετε, al. καὶ ὅτι.

32 [20] *Quidnam cunctamini? [21] aut quid dicitis super his, cum anima vestra vehementer sitiant?*

21 καὶ τί λέγετε.

33 *Aperto ore meo dictito, Sine argento comparate [22] vobis.*

22 ἑαυτοῖς.

34 *Ceruicem vestram iugo subiicite, & anima vestra suscipiat disciplinam: in promptu enim est eam inuenire.*

35 *Vide oculis vestris parum laborasse me, multamque mihi requiem esse consecutum.*

23 μετάσχετε. Imperatiui sunt pro futuris indicatiui more Hebraico.

36 [23] *Participes estote disciplinae vnà cum magno argenti numero, & cum ea multum auri acquirite.*

37 *Anima vestra laetatur benignitate eius, nec vos laudum eius puduerit.*

38 *Ante amissam occasionem fungimini officio vestro, suoque tempore praemio vos afficiet.*

24 Consiliatus sum enim vt facerem illam, zelatus sum bonum, & non confundar.

25 Colluctata est anima mea in illa, & in faciendo eam confirmatus sum.

26 Manus meas extendi in altum, & in sapientia eius luxit anima mea, & ignorantias meas illuminauit.

27 Animam meam direxi ad illam, & in agnitione inueni eam.

28 Possedi cum ipsis cor ab initio: propter hoc non derelinquar.

29 Venter meus conturbatus est quaerendo illam: propterea bonam possidebo possessionem.

30 Dedit enim mihi Dominus linguam mercedem meam, & in ipsa laudabo eum. D

31 Appropiate ad me indocti, & congregate vos in domum disciplinae.

32 Quid adhuc retardatis? & quid dicitis in his? animae vestrae sitiunt vehementer.

33 Aperui os meum, & locutus sum,] Comparate vobis sine argento sapientiam. Esaie 55.a

34 Et collum vestrum subiicite iugo, & suscipiat anima vestra disciplinam, in proximo est enim inuenire eam.

35 [Videte oculis vestris quia modicum laboraui, & inueni mihi multam requiem. Supr. 6.c

36 Assumite disciplinam in multo numero argenti, & copiosum aurum possidete in ea.

37 Laetetur anima vestra in misericordia eius, & non confundemini in laude ipsius.

38 Operamini opus vestrum ante tempus, & dabit vobis mercedem vestram in tempore suo.

FINIS libri Ecclesiastici, siue sapientia Iesu filii Sirach.



